

A C T A
SANCTORVM

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1965



ANTVERPIÆ, APVD IOANNEM MEVRSIVM. ANNO M. DC. XLIII.

S A N C T O S A N C T O R V M

IESV CHRISTO

PONTIFICI ÆTERNO,

EIVSQUE INTER MORTALES VICARIO

V R B A N O V I I I .

ROMANO PONTIFICI.

 **M**NIS à te, IESV CHRISTE, principium duxit SANCTITAS. Tu gratiam olim ab æterno Patre promeritus miseris mortali- libus es: Tu eam ipsis cumulatè largiris in dies; quæque illa, Tuo itidem adminiculante fauore, velut maturos fructus, benefacta progignit, sempiter- nâ gloriâ magnificentissimè muneras. Tibi igitur offero dicoqué lucubrationes de SANCTIS meas. Tua sunt, quæ prædico, Tuorū decora: Tua victoria, quam celebro. Laborem secunda, auspicatò cœptum, quia Tuo nutu; impositum nempe ab iis qui vicem Tuam meæ moderantur vitæ rationibus. Da, vt quæ capere ingenij mei imbecillitas non potuit, coràm aliquan- do contempler, & cœtibus immistus SANCTORVM, æternas Tibi laudes decantem. Vnam hanc opto pre- corqué laboris ac studij mercedem: vtque prischorum exempla quamplurimi, Tuâ gratiâ animati, imiten- tur; hisce nunc, quæ profero, illorum prouocati tropæis. Sperabo euenturum feliciter vtrumque, si Vi- cario tuo VRBANO sensero laborem probari meum.

Tom. I.

a 3

Fau

Faue VRBANE OPTIME MAXIME. Cuius enim PRINCIPIVM IN DIE VIRTUTIS SVÆ IN SPLENDORIBVS SANCTORVM, IS STATVIT TIBI TESTAMENTVM PACIS, PRINCIPLEM SANCTORVM ET GENTIS TVÆ, VT SIT TIBI SACERDOTII DIGNITAS IN ÆTERNVM. Is Te terris SANCTITATIS arbitrum dedit. Nihil esse, quod Tu repudiāris, SANCTVM voluit. Quos ipse concilio SANCTORVM adlegerit, ceteros tam encelat mortales, nisi id Tu, Diuinæ interpres cortinæ, enunties. Vni Tibi SANCTORVM patent arcana: Tu mores eorum, Tu facta & dicta, censoriâ potestate diiudicas: Tu illis triumphos, Tu anniuersarias panegyres decernis.

Annue igitur VRBANE SANCTISSIME: & quando is, qui Te Diuini iuris & mysticæ suæ in terris dominationis Vicarium dedit, ita mundum vniuersum regit ac gubernat, vt ad minimum etiam homuncionem, imò frondem ab arbore defluentem, raptamve vento paleam aut puluisculum, vultus, cogitationes, prouidentiam referat suam; Tu inter augustas, quibus Ecclesiam omnibus latè terris sparsam administras, curas, hoc, copiosâ quidem mole fusum, sed pretio exile, quod venerabundus ad sanctissimos pedes Tuos depono, opus, vel aspectu vnicō dignare, sed benigno illo, quo tetram in interitum ruentis æui tempestatem componis.

Id Te SANCTI ipsi quodammodo rogant, vt quorum legitimum cultum, sacris sapientissimè ordinatis, firmasti; quorum corpora, diuturnâ obliuione, altius quàm tumulo, defossa, protulisti, ornasti, venerationi publicæ exposuisti; eorum res gestas, è tenebris longoqué situ, et si non quo par erat nitore, prolatas,

propri-

propitiâ Tuâ illâ (cuius vel omen in nomine est Tuô)
benignitate suscipias. Ipsos vicissim precor SANCTOS,
vt Te, & quam regis, Ecclesiam vniuersam, fauore at-
que ope cælesti fulciant ac sustentent: vtque GLO-
RIA SANCTITATIS, serenato rursum cælo irradiet,
Tuique temporis iucundissimam recordationem me-
moriæ posteriorum consecret sempiternæ. Id supplex
iterum & sæpius voueo, æternum

MAIESTATIS

DIVINÆ TVÆ IESV CHRISTE,

TVÆQVE SVPER-HVMANÆ

VRBANE PATER SANCTISSIME

Deutissimus cliens

IOANNES BOLLANDVS.

F A C V L T A S S V P E R I O R V M.

CVm tres Societatis nostræ Theologi legerint, edi'que posse censuerint, Janua-
rium, seu primum tomum Vitarum Sanctorum, quas partim ex schedis Heriberti Ros-
vveydi, partim ex veteribus variarum tum Latinarum tum Græcarum Ecclesiæ monu-
mentis collegit, digessit, Notis illustravit Ioannes Bollandus Societatis IESV Theologus; Ego
Fredericus Tasius eiusdem Societatis per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis,
potestate ad id mihi ab admodum R.P.N. Mutio Vitellesco Præposito Generali factâ,
concedo Ioanni Meursio Typographo Antuerpiensi facultatem eas-
dem Vitas excudendi. In cuius rei fidem has litteras officij mei sigillo munitas,
meaque signatas manu dedi. Louanij 22. Februarij M.DC.XXXV.

F R E D E R I C V S T A S S I S.

I T E R A T A F A C V L T A S,

E T S V M M A P R I V I L E G I I C Æ S A R E I.

CVm Historiam Sanctorum mensis Januarij, à Ioanne Bollando Societatis nostræ Sacer-
dote ex veteribus Scriptorum monumentis, ingenti plurium annorum studio, collectam,
R.P. Fredricus Tasius decessor meus, à tribus probatam nostris Theologis, publi-
cis typis edendi potestatem fecisset; postea verò & Vitæ Sanctorum complures, &
variae Annotationes additæ essent, operam & studium vna conferente Godefrido
Henschenio, Societatis quoque nostræ Sacerdote; omnia rursus ab aliquo Theolo-
gis recognosci curauimus: quibus opus laboriosum & eruditum censemus, rur-
sum facultatem dedimus Ioanni Meursio Typographo Antuerpiensi, ut dictam
Historiam excuderet, ac publicaret: cumque Sacrae Cæsareae Maiestatis decreto
cautum sit, ne qui libri à Societate IESV conscripti in prouinciis Romano Imperio
subiectis excudantur, aut venales proponantur, absque eiusdem Societatis con-
sentiu, ob eam rem statuimus ac declaramus, eumdem Typographum isto priu-
legio legitimè frui oportere, addito sigillo nostro ac chirographo. Antuerpiæ
13. Maij M.DC.XLI.

I O A N N E S D E T O L L E N A R E.

A P P R O B A T I O C E N S O R I S.

VITAS Sanctorum nouantiquas, quas R.P. Ioannes Bollandus Societatis
I E S V Theologus, partim ex collectaneis R.P. Heriberti Rosvveydi eius-
dem Societatis acceptas, partim indefesso labore suo ac peruigili studio ex variis
Europæ Bibliothecis erutas, & ex Manuscriptis exemplaribus in lucem de-
novo datas; & ex Gracis Menologiis Latinè redditas, publico bono, ac Dei San-
ctorumq; gloria euulgandas, mihi obtulit; VIDI, EXAMINAVI, IVDICAVI in
Domino, dignissimas, qua typis promulgantur, tum ad honorem Dei, qui in
Sanctorum suorum honoribus honoratur, tum ad ornamentum Ecclesia, qua
Sanctorum exemplis illustratur, tum ad salutem animarum, qua per Sanctorum
vestigia ad eamdem cum illis gloriam tendunt. Datum Antuerpiæ
M.DC.XXIV. VII. Octobris. Ita testor & censeo

GASPAR ESTRIX S.T.L. Canonicus
& Plebanus Antuerpiensis.

P R I V I L E G I V M R E G I S C A T H O L I C I.

PHILIPPI IV. Catholici Hispaniarum Regis, Belgij Dynastæ, Diplomate cau-
tum est, ne quis Vitas Sanctorum à Ioanne Bollando Societatis IESV Sacer-
dote collectas, recensitas, illustratas, præter Ioannis Meursij Typographi Antuer-
piensis voluntatem, intra sexennium excudat aut alibi excusas in hasce prouincias
inuehat ac venales exponat; submulctâ in eodem Diplomate expressâ.

C O O L S.

DE ACTIS SANCTORVM

EORVMQUE DILVCIDATIONE ET EDITIONE

AD ADM. REVERENDVM DOMINVM

AC PATERM

THOMAM LVTENS

MONASTERII LÆTIENSIS

ORDINIS S. BENEDICTI

ABBATEM,

ET RELIGIOSISSIMVM EIVS CONVENTVM,

IOANNIS BOLLANDI

PRÆFATIO.

ERIBERTVS Rosweydv. Adumbrarat hic olim, **ADMODVM REVERENDE DOMINE**, formam magni & ardui, quod moliebatur, operis. Acta enim Sanctorum, quæcumque scripta vñquam, parabat vndeque conquirere, edita atque inedita, eaque, vt composita primùm, emittere in lucem; sed Notationibus illustrata, quibus & obscura explanaret, & firmaret ambigua, & pugnantia conciliaret, & quæ ex iis percipi vtilitates possent, ostenderet. Perspexerat sagaci vir iudicio, plurimam in iis Actis inesse antiquitatem, quæ alibi vetustate immutata restitui inde posset, alibi vsu æui posterioris ritè stabilita, maiorem tamen habitura esset iucunditatem auctoritatemque, si ab illis heroicis arcesseretur temporibus. Sed, vt adhuc edita essent, fidem haud magnam esse impetratura, cum recenti ornata & limata stylo, facile suspicionem afferrent, veri vel fallaciter adulterati, vel ignorantia vitiati. Sin quæ probatæ vetustatis extarent, ea delicato quorumdam palato coacescere, nisi eruditæ obseruationis velut suavitate condirentur: plura tamen etiamnum & præclara latere. Ergo quo tempore cum philosophiam profitentem Duaci audiebas, **ADMODVM REVERENDE DOMINE**, si quid erat à scholis vacui temporis, ad vicina Ordinis vestri, antiquissima illa sanctissimaque, monasteria itabat: ibi se in bibliothecam abdebat, veteres codices scrutabatur, si quæ acta Diuorum vulgo ignorata reperiret, describebat diligenter. Et iam tum in spem venerat posse à se opus illud elaborari, cuius specimen quoddam, quasiq; leuiter informatam imaginem ostentauit, *Fastos Sanctorum, quorum Vitæ in Belgicis bibliothecis manuscriptæ; item Acta Præsidalia sanctorum Martyrum Tharaci, Probi & Andronici.*

Verùm ubi ille philosophiæ, dein & sacrarum litterarum Antuerpiæ explanadarum prouinciâ perfunditus, sese ad hoc suum pensum ac munus reuocauit; ita multa inciderunt, quæ eius sibi vendicarent, aut certè inuitarent atque allestant stylum, vt ne ordinare quidem ac digerere quæ de Sanctis plurima college-

rat potuerit, nedum Annotationes suas animaduersionesq; elaborare. Nam primum *Defide Hæreticis seruanda ex Decreto Concilij Constantiensis Dissertationem cum Danièle Plancio anno MDCX. edidit*, cùm Fastos triennio antè emisisset. Anno deinde MDCXIII. *Notationes in vetus Martyrologium Romanum*; dein *Martyrologium Adonis ad MSS. recensitum publicauit*. MDCXIV. *Legem Talionis XII. Tabularum Cardinali Baronio ab Isaaco Cesaubono dictam, retaliatione retortam*. MDCXV. *Vitas Patrum Auctoribus suis & nitori pristino restitutas, Notationibus illustratas*, quas deinde anno MDCXXVIII. recognitas & auctas denuò vulgauit: vtque Teutonico Belgarum idiomate anno MDCXVII. prodirent, adlaborauit. Eodem anno MDCXVII. *Vindicias Campenses pro Thoma de Kempis, Auctore libri aurei de Imitatione Christi aduersus Constantiū Caietanum Abbatem S. Baronti, dedit*. MDCXIX. *Anti-Capellum, sive Explosionem naniarum Iacobi Capelli*, quas funeri Isaaci Cesauboni ad Legem XII. *Tabularum in Vindiciis suis accinuit*. dein *Syllabum malæ fidei Capellianæ ex Iacobi Capelli mendaci assertione bona fidei & fictis artibus Romanae Sedis*. MDCXXI. *Ioannem Buschium, de origine Cœnobij & Capituli VV in desheimensis*, primus in lucem protulit. *Eucherium Lugdunensem de contemptu mundi & laude Eremi* recensitum. MDCXXII. *D. Paulini Episcopi Nolani opera Notis illustrata*. Linguâ verò Belgicâ edidit *Vitas Sanctorum* an. MDCXIX. & auctiores MDCXXIX. duobus tomis. *Siluam Eremitarum Ægypti ac Palestinae* cum figuris æneis Bolswerdij MDCXIX. *Historiam Ecclesiasticam à Christo ad Urbanum VIII.* duobus tomis MDCXXIII. cum *Historia Ecclesiae Belgicae*. MDCXXVI. *Vitas Sanctorum Virginum quæ in seculo vixerunt* cum imaginibus æreæ sculpturæ, addito *Tractatu de statu virginitatis*: & alia, quæ lubens prætermitto, quia et si vtilia illa publico fuerunt, tamen præter *Martyrologia Romanum & Adonis*, ac *Vitas Patrum*, maluisse aliis ea reliquisset, & *Vitas Sanctorum* seriò sumplisset in manus, vt qui *pluteum iam premebat IANUARIVS*, ut adornaretur ad *prælum*, quod ipse in nouâ Adlocutione ad sanctissimum Decessorem tuum ANTONIVM WINGHIVM secundæ editioni *Vitarum Patrum* præfixâ testatur, pressus ipse potius esset eruditio eius stylo seriò ac diligenter.

Tandem anno ætatis LX. seculi huius XXIX. ab ingressu suo in Societatem XI. cùm etiam tum robustus esset ac vegetus, & suum illud principale opus aggredi cogitaret, ad quod perficiendum multa esset iam congesta materia; ad contemplanda coram Diuorum decora & triumphos euocatus est à Deo. Nam cùm Siluaducis à Batauis expugnatâ, pulsâ inde nostri ab hæreticis essent, & quibus eorum hoc transportati erant libri, haud satis aptè densatæ & coagmentatæ nauies humorem traxissent, qui ipsis libris illapsus tabificum nescio quem fœtorem expirabat; hos ille libros cùm præproperè pro suâ inexplebili discendi cupiditate peruoluit, atque audie inuestigat, num quid sibi antehac inuisum reperire possit, corruptum ex iis aërem hausit, quo commotum alteratumq; sibi corpus fuisse, nonnemini tunc est questus. Pauci dies abierant, cùm hominem quemdam contagioso morbo laborantem ad piè moriendum cohortans, ac deinde expiranti assistens, febrim ipse quoque concepit, quâ celeriter intra paucos dies IV. Non. Octobr. MDCXXIX. extinctus est.

Luxere mortem illius boni omnes, quibus erat ob candidissimos mores & singularem eruditionem percarus. Luxit præcipue optimus ille Decessor Tuus, ADMODVM REVERENDE DOMINE, qui non solum Sanctorum Vitas à Rosweydo expetiisset, sed & sperasset Arnobium, Tertullianum, Lactantium, Minutium, Prudentium, aliosq; Ecclesiasticos Scriptores, sed & mystica omnia veterum Patrum scripta, ab eo recognitum iri atque Annotationibus illustratum, magis illius eruditione, suoq; Ecclesiam ornandi voto, quam angustis & incertis æui humani spatiis spes metiens suas. Non oportuit tamen quæ ille multo tempore, magno labore collegerat, illius morte intercipi vniuersa. Dispicere eo mortuo
cœpe-

cœperunt Præsides nostri, quis id suscipere onus posset. Ad me potissimum adiēte, quod nec abhorrere me ab illis studiis norant, & integrâ etiam tum ætate ac firmis viribus esse. Ast ego, licet absolu*op*us illud percuperem, tamen mea mihi cōsciens tenuitatis, tum cui viro succederem, quæ esset illius operis iam concitata expectatio, timidè illud capeſſui. Postea verò, ubi animaduerti in quantam essem siluam, quād densam, quād opacam ingressus, quād nihil ordinatum ac dilucidatum ab Rosweydo esset, prope me cœpti pœnituit. Sed illud deinde in mentem venit, si Deo cordi esset, suorum militum res gestas ita prodire in lucem, prouisurum ut vel à me quoquo modo hoc opus promoueretur, quod deinde peritior perficeret: conatum modò ac diligentiam postulari, quæ nolle sanè quidem à me, quamcumque ad rem me applicarem, desiderari. Ordinauī primū Vitas omnes mss. editasq;. Interpellauī deinde veteres Rosweydi amicos, ac plures alios, quos didiceram posse ac velle aliquid ad tantí operis absolutionem conferre. Nec infeliciter is suscep*tu*s est labor. Luculentam ille materiam congefferat: eam ego in quadruplum auxi.

Sed cùm nec Præsidibus probare me diligentiam meam posse viderem, nec amicis fidem, nisi quamprimum partem aliquam profetrem operis, statui mihi connitendum esse, ut mensis vnius Vitas darem. Non erat id quidem perinde aut facile mihi, aut operi vniuerso conueniens: nam cùm Vita una alteri afferat lucem, longè illud suis omnibus partibus aptius fuisset expletum, si omnes antea examinare Vitas licuisset. Quid quod vnicā sæpè animaduersione possint plurium illustrari Acta Sanctorum; quo verò loco ea debeat potissimum collocari, id principiò commode perspici nequeat? Futura etiam fortassis non pauca, quæ posteà, pleniorēmque assecutus cognitionem ac lucem, nolim fuisse vulgata. Denique nihil hocvideri aliud, nisi attolli ad fastigium partem ædificij anteriorem, cùm ceterarum vix posita sint fundamenta. Verùm ita vrgebar multorum vocibus ac propè conuiciis, ut cedendum fuerit. Ac præsertim religiosissimi Deceſloris Tui assiduis monitionibus non potui non parere. Querebatur ille ita differri ac procrastinari editionem operis huius, ut nullam esset partem illius absolutam visurus: monebat, cauerem etiam atque etiam ne lectionis fructu & multarum virtutum exemplis multos arguerer defraudasse. Deinde quem mihi posthac suppeditaturum esse, quas desiderem Vitas? quem crediturum, id me serio meditari, si nihil prodeat? Quid si quis Vitas quæ Surio desunt, (neque enim obstructos esse aliis qui mihi patuerunt fontes) colligat ac publicet, an non defloratum iri laborem meum? Quem posteà empturum ingentia volumina, quæ nihil afferant noui, præter Annotationes dumtaxat alias, quæ quanti sint momenti ambiguum sit? Sin emendandum quidpiam posteà videatur, non defuturam opportunitatem quamdiu suppetet vita. Igitur Ianuarium mensem aliquot annorum studio absolu*op*us. Is tamen etsi dudum recensitus & recognitus, ne ita celeriter prodire, tum nouæ belli tempestates, quæ chartæ copiam importari in has partes, ut anteà, è Lotharingiâ & Galliâ non sinebant, tum afficta mea superiori hyeme valetudo, atque aliæ necessariæ intercessere occupationes. Multa tamen interea & distincta accurati^us, & commodius digesta, & aliunde pleniū conquisita: aliorum etiam mensium vitæ ex parte discussæ iam atque examinatae.

Ad Te verò potissimum, ADMODVM REVERENDE DOMINE, huius vasti operis oportebat venire primitias, quæ Decessori debitæ ac Tibi, multis nominibus. Cùm ipse singula adire loca non possem, ac meā manu quæ cupiebam describere, faciendum fuit ut vel amanuensium adhiberetur opera, vel huic codices ipsi, bonâ commodantium veniâ, adueherentur: ad utramque eam rem necessarios sumptus, nec sanè exiguos, vos præstitistis, saltēm præcipue. Deinde quād amica

illius consilia! quām acre in expendendā, quam mihi proposueram, methodo ac
Vitis ipsis iudicium? quanta in vrgendo opere, veluti (vt verè erat) suo assiduitas!
Tuæ verò quām multæ, quām eruditæ, quantâ fide & benevolentia suggestæ
obseruationes! Quot Vitæ è variis codicibus Tuâ manu descriptæ, cùm eo ad
huc superstite cœnobij Supprior esse & tironum Magister! Quid de ceterorū
sanctissimi conuentus vestri venerabilium Patrum amore dicam? Quid de optimi
C H R I S T I A N I L E R O Y industriâ ac studio indefesso, cuius viri non possum,
etiam tanto pōst tempore, non cum summo dolore recordari. Erat is profectò
& conuentus vestri & totius Ordinis non vulgare ornamentum.

Vestrū igitur hoc est opus, vobis multiplici titulo debitum. Sed memini,
quām Decessor idem ille Tuus ac Pater nollet sibi libros dedicari; siue submis-
sionis studio, ne toties suum libris inscriptum nomen legeretur, laudarentur
virtutes; siue quōd vniuersim totam dicandorum librorum rationem minimè
probaret, cùm diceret veteribus Dedicationem ac Præfationem partem fuisse
operis totius, non, vt nunc fit, veluti propylæum quoddam à reliquo auulsum
ædificio. Quod tamen ab omni retro memoriâ sacris Scriptoribus, ac nomina-
tim vestri ordinis fuisse vistatum, plurimis exemplis tunc probasti: quæ cùm
agnosceret verè dici, sibi tamen certè dicari nolle aiebat. Negaui autem tunc,
opus meum vbi prodiret vlli offerri quām ipsi fas esse: sed usurum me eâ mode-
ratione, vt opus illius nomini inscriberetur eo modo, qui neque meam simpli-
cem sinceritatem dedecret, nec illius esset pudori molestus: nam quæ ceteri
Scriptores solent Lectorem in exordio operis admonere, de his me cum ipso in
Dedicatione dissertaturum, qui ei vni mallem quām quantævis aliorum Lecto-
rum frequentia meas probare lucubrations.

Quæ igitur præloqui cum eo hac ratione cogitabam, de iis nunc Tecum, AD
MODVM REVERE NDE DOMINE, conferam sermonem, aut potius quid in hoc ope-
re mihi propositum sit, ita Tibi explanabo, vt ceteris Lectoribus probatum iri
confidam, quæ iudicio erunt tuo grauissimo sapientissimóque firmata. Scio De-
cessoris Te vt ceteras virtutes ita & modestiam imitari, atque ambitiosas auersa-
ri Dedicationes. Ipse in hunc ferè modum Vitis Patrum olim præfatus est Ros-
weydis. Opus vniuersum, quia de Sanctis, sanctitatis auctori IESV, arbitro san-
ctitatis Pontifici Maximo breui formulâ consecrari principio oportuit. Nunc
quem secutus sim ordinem ac methodum, quid præcipue spectauerim, quibus
vſus adiutoribus sim, quām credibilia existimem quæ scribo, quid deinceps me-
diter, aliquot capitibus exponam. Tu me, AD MODVM REVERE NDE DOMINE, vt
foles, consilio rege, fauore excita, precibus vnâ cum sanctissimo tuo cœtu, ad-
iuua.

C A P V T P R I M V M.

Occasio scriptio[n]is, scopus.

§. I. Historia sacra utilitas.

Si quid historia, id est publica rerum gestarum consignata litteris memoria, hominum generi utilitatis afferat aut voluptatis, præclaris exemplis animos ad officij partes omnes rite exequendas instituens, & variâ admirabilium euentorum representatione, velut spectaculo, recreans nunc doloribus pressos ac curis, nunc difficilium temporum tedium languentes; id omne multo luculentius in sacrâ inest historiâ, vt verè dux vita, lux consiliorum, morum magistra debeat existimari. Nam siue Annales Ecclesiasticos quis voluat, vt quâ ratione pro seminata primûm vera religio sit, perspiciat, quâ benigni Numinis prouidentiâ inter grauissimas procellas adulta, quâ deinde iniquitate temporum, morum corruptelâ, Antistitum ignauâ, alibi relanguerit, euulâ alibi sit, cursumque pullulât; siue peculiarter gesta à singulis, vel circa divinas religiones sancte, vel in ceterorum conuietu mortalium iuste, vel aduersus dæmones fortiter, discere maluerit; emolumenata & multa & magna percipiet.

Non enim solum illud iucundissimum est, quæ sapientissimi & sanctissimi viri mandarint litteris perlegere, quod ipsum tamen non potest non eximiam patre mistam reuerentiâ voluptatem: sed quantum est Dei ipsius splendidissimos triumphos spectare? Recte enim S. Hieronymus ad Heditiam quæst. 1. *Triumphus Dei est Martyrum passio.* ac post paullo: *Hic triumphus est Dei, Apostolorumq[ue] victoria.* Quâ illud votis omnibus expetendum, tropæa intueri de Dei hostibus erecta, monumenta bonitatis illius, insignia maiestatis, quæ non venti subruant, demoliantur hostes, consumat vestas, ad seculorum omnium sempiternam memoriam statuta, assiduis in celo laudibus ornanda, æternâ beatissimorum supernæ Hierusalem ciuium celebranda panegyri. Non enim de bellis & ceteris stolidissimorum hominum inanibus studiis isthic colloquemur; sed de factis Cælitum singulorum illustribus & glorioſis. Missa illa faciemus, ceu vana pueritiae crepundia: hæc incundissimus usurpabimus sermonibus, & Dei gratiam perpetuò prædicabimus, cuius virtute elisi inferorum conatus, fracti impetus tyrannorum, cupiditatum ardor restinctus, aduersa fortiter tolerata, amplissima relata sunt præmia. Huic sempiternæ agentur grates, huic indefessis choris plaudetur, huic suauissimæ eæque innumerabiles accinentur laudes.

Neque tamen hisce præconiis ita illum ornabimus nostræ felicitatis auctorem, vt non & ipsis Sanctis gratulemur, quod eâ dignati sint propitijs Numinis gratiâ, quâ instruti tot res tam præclaras egerint; quibus immortalem promeriti laudem sint. Que tamen laus omnis in Dei redundabit gloriam & laudem. Nam si id illis pulcherrium fuit, cælestè hoc à Deo donum acceptisse, Deo sanè multo gloriöius est, id illis esse largitum, atque vt recte vterentur prouidisse. Que res tamen etiam ipsis perquam honorifica est. Nam cùm ij qui gratiam respuerunt oblatam, aut etiam adeptam posteâ abiecerunt, suppliciis crucientur æternis; merito quoque illis, qui sponte suâ, nullâ vi coacti, eam receperunt & summo studio retinuerunt, merces ac laus alterna tribuetur. Est porrò plausus illius ac triumphi cælestis præludium quoddam, dum eorum hinc benefacta traduntur litteris, leguntur, prædicantur; que res & nobis salutaris, & ipsis grata est & glorioſa; non quod illi

nostro egeant præconio, sed tamen id non abnuunt, à beneuolo pioq[ue] animo profectum; ac nimis rūm prædicari à nobis Deum lœtantur. Ideò nos ad eorum laudem ipse prouocat Sapientis ore Spiritus sanctus, Ecclesiastici 44.1. *Laudemus viros glorioſos & parentes nostros in generatione suâ.*

Maximè tamen ipsis grata ea est & decora laudatio, quæ moribus animique virtute exprimitur, vt non tam verbis quam intimo animi tensu laudentur. Vluerit illud quidem plerumque, vt licet absque partium studiis conscripta sit historia quæpiam, etiam profana, qui tamen eam legunt in alteram partem inclinatione quadam voluntatis sensim propendeant, vnde tamen norunt nihil sibi emolumenti esse prouenturum. Res hîc aliter se habet. Quos Deo fidelem seruuisse seruitutem, eoq[ue] à sceleratis omni iniuriarū genere vexatos fuissent, ac tandem illustri potitos victoriâ legimus, iis non possumus, nisi improbi simus, non impensè fauere. Id cùm ipsis & Angelorum, qui assidue humanis actionibus intersunt, ministerio discant, & in Deo, in quo rerum omnium quæ sunt quæque factæ sunt, aut olim futurae, clarissimæ insunt species, intueantur qui eius aspectu intimè perfunduntur Sancti; redamant illi nos vicissim, suoq[ue] fauore prosequuntur, patrocinio adiuuant, vt vberiore à Deo gratiam consequamur. Huc illa spectant S. Leonis I. Papæ sermone 1. in natali Apostolor. Petri & Pauli: *De quorum prefido, dilectissimi, diuinatus nobis ad exemplum patientia & confirmationem fidei preparato vniuersaliter quidem in omnium Sanctorum commemoratione letandum est, &c.* ac deinde: *Sicut autem & nos experti sumus, & nostri probaveré maiores, credimus atque confidimus, inter omnes labores istius vita, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuuando; vi quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apostolicis meritis erigamur.*

Verum vt id quoque abesset, quod tamen certissimum est, fauoris præsidium; etiamsi, quod homines quidam fatu & amentes existimant, nescirent Sancti quid in terris de ipsis sentiant loquuntur mortales; & ad imitandum tamen ad permouendos animos nostros valet illustria eorum facinora? Nemo nescit quanta vis sit exemplorum in utramque partem. Cantatissimum illud de Iulio Cæsare, qui Gadibus animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit, quasi per-tesus ignauiam suam, quod nibildum à se memorabile actum effet in etate quâ iam Alexander orbem terrarum subegisset. Perulgatum & illud Themistochis noctu ambulantis in publico, quod somnum capere non posset, dicentisq[ue] *Miltiadis tropis se à somno suscitari.* Hoc speatasse Romanos illos antiquos existimo, dum etiam in conuiuio, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes, vt ex Catonis Originibus refert Cicero. Verum hæc apud Cic. Tus. Ibid. Christianos multo & frequentiora sunt & clariora. Quotusquisque magnum aliquid suscipit, qui non aliqui sibi ē Cælitum numero proponat exemplum? Quis cùm eorum audiret commemorari facinora, non inflammatur æmulandi cupiditate? Quid hinc duos illos memorem Agentes in rebus, qui Treuiris vix inspectâ S. Antonij Abbatis vitâ, illicò ipso die secuti sunt exemplum & quid amborum sponsas, quæ posteaquâm hoc audierunt, dicauerunt etiam ipsæ virginitatem Deo? Quid illos S. Augustini æstu animi isthac narrante Potitiano, quos ipse lib. 8. Confession. cap. 7. indicat? Volumen ingens conficiam, si quæ hoc in genere, omni æuo accidere, velim percensere. Illud non possum non gratâ prosequi memoriam, quod S. IGNATIUS, Societatis Iesu parenti, contigisse nostri referunt

*Annales ; cum plague, quam in tibiā accepētā, p̄fſ-
nandæ causā in lec̄to esse diutius quām militaris eius
indoles ferret, cogeretur, poposcisse profanum quem-
piam scriptorem, cuius lectione molestiam temporis le-
uaret : sed nullo eiusmodi tunc domi reperto, duos ei
oblatōs, quorum alter Christi, alter Sanctorum gesta
contineret: horum lectione præparatum, eos accepisse
Diuinæ gratiæ satus, quorum fructu orbis perfruitur
vniuersus. Mihi ipsi, fateri enim necesse est, cum admo-
dūm adolescens quæ S. Franciscus X. auerius eiusque so-
cij in Oriente ad Christi amplificandum imperium
præclarè gessissent, insito quodam à naturâ sciendi de-
siderio, studiosè perueluetem, mens primū iniecta
idem complectendi institutum.*

Eas habet historiæ sacræ lectio vtilitates. Planè ut mirandum videatur, præsertim hoc tempore, quo tot prodeunt eruditiorum hominum lucubrationes, quibus vel imperij Romani, vel Græcarum Rerump. vel aliorum regnorum antiquitates illustrentur, (vt omittam qui ad Theologiam, iurisprudentiam, philosophiam, mathesin, oratoriam poëticamque facultatem spectantes à plurimis eduntur commentarij) non plures repe- riri, qui Sanctorum Actis eruendis ac dilucidandis operam impendant: cùm hisce studiis Dei gloriam amplificare, Sanctorum & honorem augere & patroci- nium sibi conciliare, multis pulcherrimarum virtutum proponere exempla, atque ad ea consecunda subdere stimulos possint. Quid quid ipsæ prouinciarum vrbiumque historiæ ex sacris illis lucem præcipue mutuentur? Testor Andreæ Duchesnij præclara rerum Francicarum volumina in quibus plurima sunt ex Vitis Sanctorum, & monumentis monasteriorum excerpta. Guilielmum Cambdenū in Britannia illustratā, Philip- pum Cluuerium in Italiā ac Germaniā, atque alios he- terodoxos non piget ab his & firmissima & permulta sumere testimonia.

Quin nobis confido fore, ut apud antiquitatis amatores, pios præsertim & moderatos homines, meus hic labor minime in reprehensionem incurrat. Speciem quam dant esse regni celestis pronuntiauit olim Christus Saluator noster, si de thesauro suo scriba doctus vetera proferat ac noua. Thesauros hic & veteres diu abditos, & nouos profero, et si nec doctè nec eleganter, diligenter tamen certè ac fideliter; quos & doctis non improbatum iri sperem, & piis, in quorum potissimum gratiam hoc omne suscepturn studium est, velim esse fructuosos.

*§. II. Acta Sanctorum olim diligenter
conscripta.*

Eccl^{esi}a Romana, præses ac custos Christianæ reli-
gionis, fidei basis, arbitra veritatis, dux sanctitatis,
magistra morum ac disciplinæ, honestarum actionum
& artium parens, ne qua suis pateretur vel instrumenta
deesse vel ornamenta virtutis, constituit ut sanctorum
hominum, eorum præsertim qui pro sacrorum defen-
sione vitam posuissent, res gestæ diligenter litteris man-
darentur. Sic quippe futurum existimauit, vt & Deo, à
cuius beneficentiâ omnis eorum beatitudo & decus
promanauit, gratia agerentur, & Sanctis ipsis meritus
honor redderetur, & eorum pararetur mortalibus pa-
trocinium, & optimis ipsorum exemplis ceterorum
conformarentur ad honestatem mores ac mentes. Et
habuit sanè Eccl^{esi}a hac ipsâ in re veteris Synagogæ
exemplum; quod tamen etiam superaret, nisi quâ parte
ipse Spiritus veritatis olim Diuorum præconia, sed ad
posteriorum præcipue, nostram videlicet utilitatem
dictauit.

Viguit autem hoc institutum in Ecclesiâ Romanâ ab ipsis propè religionis nostræ incunabulis. Nam in libro de Romanis Pontificibus, qui vulgò S. Damaso tribuitur, de S. Clemente isthac habentur: *Hic fecit septem re-*

giones diuidi Notariis fidelibus Ecclesie , qui geſta Martyrum
ſollicitate & curioſe vniſquisque per regionem ſuam diligenter
perquirerent. Erant quidem Vrbis regiones xiv. ſed binæ
ſingulis aſſignatae Notariis, de quibus inſtrà ad xx. diemi
ianuarij in Fabiano. Quod in eodem libro de Pontificiis
cibis dicitur, *Hic dum multos libros zelus fidelis Christiane re-
ligionis adſcriberet, martyrio coronatur; ſulpicari quis poſlit;*
cum illis Notariorum commentariis recognoscendis
incumberet comprehenſum eſſe S. Clementem ac re-
legatum, vel in ipsâ Chersoneso interfectum dum ea-
dem Sanctorum Acta Româ ad ſe miſſa recenſeret.
Sed nihil in illius Actis iſtiusmodi memoratur.

Eam rem, præclarè sanctitam, annis post Clementem quibus pte-
feret 150. Fabianus Papa vel restituit vel ordinavit, addi- fetti Sub-
tis Subdiaconis, qui vel conquerirerent Acta deferrentq; diaconi;
ad Notarios describenda, vel descripta relegerent, ac Diaconis traderent, vel certè quoquo modo ut munus
suum sedulò exequerentur Notarij, aduigilarent. Ita enim idem ille de Pontificibus liber: *Hic regiones di-uisit Diaconibus, & fecit septem Subdiaconos, qui septem Nota-rii imminerent, ut gesta Martyrum in integro colligerent.*

Diaconi igitur, aut Subdiaconi, accuratè recensita
Acta offerebant Pontifici, qui prius à Notariis ea ac-
cipere, ipseque recognoscere consueuerat, ut ex
eodem libro patet, vbi de S. Antero S. Fabiani de-
cessore hæc habentur: *Hic gesta Martyrum diligenter à No-*
tariis exquisuit & in Ecclesiâ recondidit, propter quod à Maxi-
mo Prefecto martyrio coronatus est. Hæc illi martyrij caussa,
indignantे diabolo se victum legit, atque eam ob rem
fusæ improbitatis administratos incitante, vt eadem abo-
lerent acta, aut omnino scribi vetarent, vel infamia Cæ-
sarum Iudiciumque, vel, vt sàpè, superstitionis nomine
obtento. Hinc illa in Actis S. Vincentij xxii. Ianuarij:
Probabile fatis est ad gloriam Vincentij Martyris, quod deser-
ptis passionis ipsius gestis titulum inuidit inimicus. Vnde reddi-
mus fide plenâ relationem gestorum, qua literarum apicibus
annotari Iudex non immerito noluit, quia victum se erubesc-
bat audiri. Naturalis siquidem prouidentia est male errantium,
auferre de medio testimonium probitatis.

Manauit præclarum hoc Romanæ Ecclesiæ institutum ad ceteras quoque prouincias, vel lege Pontificiâ præscriptum, vel gentibus exteris suâ sponte petentibus ab eâ Ecclesiâ optimarum rerum exempla, vnde regulam accepissent sanctitatis, ipsa nimirum religionis primordia. Nam ut de Actis fileam S. Andreæ Apostoli, scripsit quoque que in prouinciis, & cum aliis communis cata.

alibi discutiendis, quorum hoc est exordium: *Passionem sancti Apostoli Andreae, quam oculis nostris vidimus, omnes Presbyteri & Diacones Ecclesiarum Achiae, scribimus vniuersitatem Ecclesiarum que sunt in Oriente & Occidente, &c.* Martyrium S. Polycarpi, quod xxvi. Ianuarij edimus, ipsa Smyrnensis Ecclesia litteris mandauit & ad varias Asiae Ecclesiias, forsitan & Italiae ac Galliarum, misit; cuius id exordium est: *ἡ Ἐκκλησία τῇ Θεῷ ἡ τελεοπότες Σμύρναι, τῇ ἐκκλησίᾳ θεοῦ τῆς Θεοῖς τῇ τελεοπότες οὐ φιλαδέλφῳ. Εἰ πάσους τοὺς δὲ πάντας πόνου τὸν αἵγιας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις, ἀλεύρῳ, εἴρινην, ἡ αἵγιαν δὲ θεοῦ τελεοπότες οὐ φιλαδέλφῳ τοῖς μάρτυρσιν Χελεύσατε σπλανθεῖτε. Εὐγένειοι μηδὲν, ἀδελφοί, τὰ δὲ μαρτυρεῖσαντας καὶ τὸν μακάρεσσον Πολύκαρπον, ὃς πει τὸν θησαυρόν τοῦ μαρτυρεῖαν αὐτῶν κατέπιετ τὸ διαγρύπον. Ecclesia Dei qua Smyrnam incolit. Ecclesia Dei, qua est Philadelphia, & omnibus ubique locorum sancte & Catholica Ecclesia paraeccles, misericordia, pax & caritas a Deo Patre & Domino nostro Iesu Christo multiplicetur. Scripsimus vobis, fratres, de iis qui martyrium subierunt, & de B. Polycarpo, qui velut suā confessione consignans, restinxit persecutionem. Idem exordium extat in mss. Latinis, & Eusebio lib. 4. cap. 14. vbi ramen non Philadelphensi scripta Ecclesia dicitur illa epistola, sed Philomeliensi; quia pluribus missa & inscripta, vnde & idem Eusebius: *ἡ Ἐκκλησία τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς αὐτοῖς Εκκλησίας ἡ γένετο τοὺς δὲ πόνους παροικίαις τὰ καὶ αὐτὸν διπομανεύσον.* Est autem scriptum illud ex persona Ecclesiae cui praeerat, ad patricias (sive Ecclesiias) Ponti miseri, que ad eum spectat declaratio-*

*eoq₃ bonis
probanda.*

Matth. 13.
92.

Matth. 13.
92.

In Gallia; De Viennensibus & Lugdunensibus Martyribus, de quibus 11. Junij agemus, ita scribit lib. 5. cap. 1. idem Eusebius: τινὲς δὲ τὸ μάρτυρεν γέγραπτον αὐτῷ Φανέταν ἐκκλησίαν τῷ Αἰδίῳ καὶ Φευγίᾳν Διονύσιον τονταν, τὰ πάντα αὐτῶν ταχθέντα, τόπον δινοσφάσου τὸν τεόπον· αὐτοῦ θεοφόρου τὸν αὐτῶν φωνάς. Οἱ δὲ Βιέννης & Λαγύδενην τὸ Γαλλικόν παρεκκλήσιον δέλαιον χριστιανῶν καὶ τινὲς Αἰδίον & Φευγίαν τινὲς αὐτῶν τῆς ἀπολυτελεστεως ημῶν πίστιν καὶ εἰλιπίδα ἔχονταν αδελφοῖς εἰργόντων καὶ χαράσσοντα δέξαντο Θεοὺς πατέρας καὶ ἀρχέτοπον τονταν ιμάνταν, &c. Epistolam de Martyribus, qua ibi illustissima sunt Ecclesia, Ecclæsiæ Asia & Phrygiae miserunt, res apud se gestas ita commemorantes. Proferam ipsa eārum verba. Qui Vienna & Lugduni Gallie habitant serui Christi, fratribus in Asia & Phrygia eamdem nobis sum habentibus redēptionis fidem ac spem, pax gratia, & gloria à Deo Patre & Christo Iesu Domino nostro. Recitat ex ea epistolâ gloriosum Martyrum certamen quatuor sequentibus capitibus Eusebius.

Quin & Alexandrinorum Acta S. Dionysium ipsum Antistitem tradidisse litteris antecor est lib. 6. c. 34. **In Egyptio;** Οἱ δὲ αὐτοὶ ἐν Ὑπεισολήῃ τῇ περὶ Φαραὼν Εὐπολοποὺ Αὐτοχθόνων τῷ Δέκιον μαρτυρούντων ἐν Αἰδεξανδρείᾳ τὸν ἀγῶνας τὴν ἴσχετον τὸν τεόπον. Idem ipse (Dionysius) in epistolâ ad Fabium Antiochenū Episcopum, eorum qui Alexandria sub Decio martyrium subierunt, certaminā hunc in modum persequitur.

Africanæ quoque Ecclesiæ in eadem re curandâ strenuatam operam collocarunt, vt Pontius Diaconus in principio Actorum S. Cypriani Episcopi testatur: Cūmaiores hosti, inquit, plebeis & catechumenis martyrium consecutis tantum honoris pro martyris ipsius veneratione dederint, vt ad nos trā quoque notitiam, qui nondum nati suimus, peruenirent, &c. Nisi forte maiores ille suos non Afros intelligit, sed Romanum Clerum aliatumve præsidē Ecclesiarum. Sed tamen Afer ipse ea sequitur præclarè exempla & aliorum ex eadem Africâ Sanctorum passim Acta extant diligenter conscripta.

Hi porrò Notarij in suis commentatioſ referebant etiam ea quæ priuatum in prætorio gesta erant, vel ex tabulis Exceptorum descripta, vel etiam pretio redempta. Erant & ipsi Exceptores & Notarij quandoque Christiani, vt Genesius ille Arelatensis, qui xxv. Augusti eam officij partem studio & arte amplexus dicitur, que patrōrum verba vel nouā signorum velocitate vel dextere, sonum vocis aquaret. Quamquam vero, cū ante tribunal Exceptoris fungeretur officio, & iniuste atque sacrilego mandato persēcutionis iussa ederentur, quæ deuotus Deo repudiaret auditus, & imprimere ceris manus sancta respueret, abiectis tabulis ante pedes Iudicis ministerium sacrilegum refugerit, vt & multi alias; non eadem tamen certaminum quæ editorum describendorum erat ratio; cū in his administris se præbere deberet impietatis; illa vero ad decus ac splendorem veræ pietatis amplificandum spearent. Sed cū res agebat in propatulo, aderant sacerdotiū & Christianis qui quæ dicerentur à Martyribus & Iudicibus fideliter referrent in tabulas. Vtrorum è classe, illorum qui Officio sectulari merebant, an horum qui sponte suā id clam suscipiebāt munus, fuerint SS. Neon & Turbon, qui Acta Tergeminorum Martyrum xvii. Ianuarij scripsisse dicuntur, in ambiguo est.

Quemadmodum autem Romæ singulari studio ab ipsis supremis Pontificibus recognoscabantur ea Acta, ne quid Notarij adderent quod ipsis dedecorūt esse Sanctis vel offendiculo legentibus posset; idem in provinciis factum licet coniicere. Imò & Romam missa, vt in summâ illâ arce religionis extarent monumenta gentium omnium Christo subiugatarum; & gratiae Deo pro victoriâ agerentur; & si quid in totâ certāndi ratione, in Martyrum responsis, honore iis mox ab Ecclesiâ impenso, scriptis ipsis de eorum agone inesset, quod summo religionis nostræ Antistiti non probaretur, id mox illius corrigeretur ad monitionem denique ut

quomodo

excepta?

recognita:

missa Ro-

mam;

facilius cum ceteris orbis Christiani provinciis cōmunicari illa possent, quæ vspiam essent ad Dei gloriam, solatium & eruditio[n]em superstitionis gelata fortius à Martyribus. Probat hunc modum Andreas Sauliatus v. cl. quod S. Dionysius Parisiiorum Apostolus legatur præcepisse, vt qua perpetetur supplicia, quæque in iis loqueretur; diligenter cōsignata litteris, post suum deceſsum ad Pontificem Romanum mitteretur; quodque ipse Dionysius ad Clementem Papam S. Eutropij Sanc[t]onū Apostoli gesta miserit, in quibus ista leguntur: Reuerendissimo Pape Clementi Dionysius Antistes, pro ap[osto]la Grecus, salutem in Christo. Eutropium, quem mecum in has oras ad pradi, andum Christi nomen misisti, martyrij coronam per manus Gentilium apud Xantonas urbem vobis notificamus pro Domini fide accepisse. Quapropter Paternitatem vestram humilior exco, vi hunc passionis codicem consanguineis meis, notis & amicis fidelibus in Grecia oris, Athenis precipue, quam ciuitatis poteritis, mittere non differatis, &c. Verum vtriusque Acta suo loco expendemus. Non defunt alibi, quibus vetus stus ille mos confitetur; exempla. Ipsi Lugdunenses Martyres, apud Eusebium lib. 5. cap. 3. & 4. ad Eleutherium Papam litteras de suis certaminibus atque aliis Ecclesiasticis cauiss dedisse leguntur; cū variis perfuncti tormentis extremam luctam opperirentur.

Id nunc multò etiam magis necessarium est, postea quām grauissimis sanctissimis que legibus cautum, ne cui decus nomenque tribuatur martyrij, nisi Romanus Pontifex, causâ ac modo necis ritè discussio, id censuerit. Neque nunc etiam defunt, qui ab extremis Äthiopum, Indorum, & Iaponum oris à Christi militibus isthac fortiter gesta ad Apostolicam Sedem transmittant. Vt in non in Europâ nostrâ multorum hac in re caritas refixisset! Viget quidem prouida Romanæ Ecclesiæ cura ac studium, sed in prouinciis quibusdam, ligentiū, vbi in Christi membra heresis fuit, vel orthodoxi defūti Antistites, vel aliis distenti cutis id negligunt, quod tamen non inter postrema Ecclesiæ decora debebat censi. Fuere alioquin fidei nostræ & Catholicæ Ecclesiæ multi ab annis 130. & illustres triumphi, quos æternis consignari tabulis op̄ortebat.

At non Martyrum solum, sed allorum quoque, qui vitam pli actam insigni opinione sanctitatis terminas- sent, præcipue si prodigiis essent à morte celebrati, scri- rum scripti b̄ res præclarè gesta confituerent. Quiam ad tem cūm alij viri probi & erudit, tuim ipsi etiam Antistites stu- dium contulerunt. Passim occurrit toto hoc opere exempla, esetque superuacaneum hic vniuersos velle recensere. Habes in Ianuario Vitas non paucas à doctissimis monachis consci iptas, S. Hieronymo, Cyriollo, Eugippio, S. Fausto, S. Beda, Rodulpho Glabro, Hugone à Cirio magno Florenſi, aliis; à religiosissimis Abbatibus, S. Pascha- glio Roberto, S. Gerardo Silvæ-maioris, B. Ealredo, Euerhelmo; à sanctissimis Episcopis, S. Gregorio Theologo, S. Gregorio Turonensi, S. Athanasio Magno, B. Petru Damiani, Theodoreto, Fortunato, S. Hilario Arelatensi, Leontio, Albertico Cardinale; viris aliis illustribus, Simeone Metaphraſte, Dynamio Patricio, Eginardo, Philippo Mazzerio Cyprī Cancellario.

§. III Acta Sanctorum à variis collecta. de Eusebio, & Simeone Metaphraſte.

Cum partim in Ecclesiastici archivis reposita, par- tim in scriniis condita priuatorum delitescerent, vel publicâ eurâ descripta, vel speciali studio elucubra-ta singulorum gesta Sanctorum; visum est quibusdam viris eruditis, vt ad plures eorum manaret utilitas, qui- bus alioquin ad illa sacra tabularia non patet acceſsus, præcipua quædam maximeque illuſtria in unum colligere volumen, & proferre in lucem. Princeps in hoc genere Eusebius Cæſarenſis fuit, qui Martyrum acta non tantum historiæ Ecclesiasticæ intexit, sed &

ab Eusebio,

separatim alio opere edidit. Testatur id ipse lib. 4.c. 14. sub finem, vbi de S. Pionio ita scribit: *Cuius confessiones* *sigillatim habitas, libertatem sermonis, apologetias pro fide coram populo ac iudicibus recitatas, conciones ad docendum accommodatas, susceptionem benignam eorum qui persecutionis acerbitate lapsi erant, solatia in carcere fratribus ad se confluentibus adhibita, quia præterea sustinuerit tormenta, quos in iis perper-
sus sit dolores, ut confixus sit clavis, quia rogum pertulerit animi constantiam, quem post tot res admirandas habuerit vita extitum, cum plenissime contineat qui de ipso conscriptus est com-
mentarius, ad huius lectionem amandamus eos quibus studium erit illa cognoscere: est autem veterum martyriis a nobis colle-
ctis insertus. τοις Ἀρχαῖον σωματίοις ήμεν μαρτυρεῖσι
ἐντελεγμένωις. Id opus ipse ἐπί μαρτυρῶν σωματίοις.
Martyrum collectionem vocat lib. 5. cap. 1. & μὴ ἐπὶ τοις
ἐντελεγμένοις οὐ φημόσεως τὸ πᾶν σύγγεμμα τῷ Μαρ-
τυρῶν ήμεν κατέτοκτην σωματίῳ, accuratissimam de his
narrationem continens libellus, Martyrum collectionem insertus
est a nobis. Eodē nomine vtitur lib. 5.c. 4. Et c. 20. eiusdem
libri αναχρεφτοῦ appellat. τοις μὲν δὲ, inquit, de S. Apol-
lonio Senatori loquens, τοις δὲ θάνατος φωνάς, τοις
διπολέροις, τοις τεθνεῖσιν πεπίνηται τῷ Περενίσ, πᾶσαι
τοις τεθνεῖσιν στρυχλητοῖς πανοργίαις, διτροφέονται φίλοι,
εἰς τὸ δραχμίων μαρτυρίουν σωματίοις ήμεν αναχρεφτοῖς
εἰστηκτοῖς. Illius eorum Iudice verba, reponsa Perennij interrogati-
onibus reddita, totamq; eorum senatu habitam apologiam, si
eui libitum sit cognoscere, ex veterum Martyrum collecta à no-
bis descriptione intelliget.*

Hoc opus sanè amplum, vt cui intextae essent integrae apologetiae, an *Martyrologion* vocari debeat, vt quidam volunt, superfluum est disputare. Brevis Sanctorum indiculus, quæ vulgata *Martyrologij* notio, non fuit. Idne, an ex eo decerpsum Sanctorum catalogum, citauerit Beda, alibi disquisitam. Nec omnium tamen, quotquot toto orbe interempti erant, Martyrum acta collegit Eusebius, vt ex suppositiā quadam S. Hieronymi epistolā altruere quidam moluntur; sed maximè clarorum & illustrium, aut certè quorum nancisci res gestas potuit. Nam si ita prolixè, vt se in Pionio & Apollonio fecisse testatur, omnium totius Ecclesie scribere acta Martyrum voluisse, non unus liber, non centum (au-
dacter dicam), inquit Baronius Apparatus ad *Martyrolo-
gium* cap. 6.) non demique mille fuissent satis. Nusquam tamen id Eusebius, quod quidem meminerim, unicum fuisse volumen scribit. Id opus an vsquam extet, diuinare non possum. Praeclarè de Ecclesiâ mereretur, qui tantum affsecutus publicaret thesaurum.

Laudabile Eusebii studium alijs deinceps imitati. Celeberrimus eo in genere Simeon Metaphrastes, qui & Logotheta dictus, ab illustri, quam Constantinopolitano in palatio gessit, dignitate. De cuius viri aetate, vita instituto, lucubrationibus, quia multa perperam scripta à viris etiam non indoctis, breuiter dicere constitui. Aetate ipse suam indicat in vita S. Theoctistos Lesbiæ, quam x. Nouembris dabimus. Illius Vitæ auctorem esse Metaphrasten, non alium quempiam anonymousm scriptorem, probat Leo Allatius testimonio Michaëlis Pselli, è cuius ode 5. in Metaphrasten ista recitat: τὸ πεῖται σὺ σύγγεμμα εἰς τεγνοῖς θεῖς καὶ ὄμιλοις γέροντος εἰς πετεῖται καὶ μονασῆ, Συμεὼν θεοπέτε, ὃν εἰς πάρερ τῇ νήσῳ τεθεύηκας. Prima tua commentatio ex Diuina prouidentia & colloquio facta est sacri sensi & solitarij, Simeon admirabilis, quem in Paro insulâ vidisti. Pleniū id colloquium in Theoctistos Virginis Vitâ refertur. Addit Psellus: Αἴσιος εἰδύμενος τὸν Λεοντίαν τὸ λαμπεῖ καὶ θεῖα ἀγνώσματα. Ιεροκίνης τὸ ὄντως, ἀγελινὸν μηρέ καὶ σώματον τελεσίσις πανσέφως τὸ πολύτιμον. Pro dignitate laudabilis Lesbia illuftria & diuina certamina vere Theoctista, id est à Deo fabricata, que Angelicum propè & incor-
poreum vite modum sapienter tenuit. Quā verò occasione in Patum venerit, & sanctissimæ Virginis præclara facinora ex anachoretâ didicerit, ipse indicat Meta-
phrastes: Γερομήνῳ μὲν πεποντῷ Πλάστον γέγονε τοῦ θηλεί.

Simeon
Metaphr-
astesnon tamen
omnium.

Kερτίων διάσποντος ἔπος ἐπί μαρτυρίτες Λέοντος ἐκάστος πε-
φθεῖς; Λέοντος, Φηροῦ, ἐπιπολέοντος οὐτοῖς επερπόμενοι δὲ
στυχαὶ Ρωμαῖοιν τῷ ταφῷ ανατεῖνταις επερπόμενοι δὲ
οὐστρατεῖοι. Ημερέων τῷ πάντῃ τῷ σρατηγικωτάτῳ
δικλαδή, καὶ ἀρχοντὶ τοπερ θρόνος καὶ ἐπίλευ παντοῖς, η πόλε-
αληγέτερον εἰς τῶν εἰπεῖν τὸ παθῶν. Καὶ ἵνα μὴ τὸ πολιῶν
ἐγκαμάτων ἀξιον τὸ σρατηγικόν πλείστον ποιητικόν,
καὶ μικροῖς τοτε μηνοῖς απρόσωπον ἀνθρώπος, θητὴ τὸ παρόντοι
τέλος τοσθέσιν εἶμι, ἐπίνεια προσέρχονται πονηρόπολει. Ο-
τε πεισθεῖσιν τέλος τὸν προσέρχονται πονηρόπολει.
Κερτίων τοις πολιῶν τοῖς σρατηγικοῖς, οἷα πᾶλοι
μητροὶ, τοῖς τὰ χωναῖσι ταῖς τὸ σρατηγικωτάν συγχαίρων.
Ἐτοι τὸν ὅτι ἐπί μαρτυρίτες με βασιλέως σκοπός τοτε τὸ
πεισθεῖσιν τέλος τὸν τὸν Κερτίων ἔχοντας Αὐγούστον.
Cum aliquando in Paro esset insula, fuit autem nam in Cretam
nauigabam à Leone beata memoria eo missus; Leone, inquam,
illo verè fortunato Imperatore, qui ipsam Romanorum felicitati- a Leone vi.
tem secum videtur in sepulchrum intulisse. Mittebar autem mi- Imp. Lega-
litatus cum clarissimo illo Himerio, ut pote ducenti exercitus tuis in Cre-
peritissimo, Dromi Prefecto, siue Logotheta, qui vniuersa classi tam missus
imperabat, aut, ut verius dicam, ipsiis animi perturbationibus, sed
ne multis effervendam laudibus illius peritiam bellī administrandi obliter attingens, leui eius factū mentione, dedecus ei potius vi-
dear immisso, ad propositam interea narrationem redeo, de eo
opportuniis dicturus alias. Mittebar igitur partim cum eo mili-
taturus. & ad imperatoria artis documentum aliquid promouendus, vt equuleus matris solet, ad præclarā eius stratagemata
assiliens; (id enim præcipue Augustus spectabat) partim vt ad
Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer. Varias Himeri-
tius Logotheta expeditiones nauales Leone imperante suscepit, donec tandem ad Samum insulam mense
Octobri, anno cmxi, aduersus ccc. Agarenorum na-
ues infeliciter cōmiso prælio, propterea ab Alexandro
Imperatore, Leonis fratre, in Calyporū monasterium anno 901.
relegatus, haud longo pōst tempore arumnis con-
fectus obiit. Quam hic Metaphrastes memorat expedi-
tionem, cui & ipse interfuerit, ea videtur quam Cu-
ropalates & Cedrenus tradunt confectam decem ante
Leonis obitum annis, cum Simeon Secretarius (qui
idem ipse Metaphrastes videtur fuisse) centum auri li-
bras à Rhodophyllo Cubiculario in itinere relictas
Leoni Tripolitæ apostata dedit, ne Thessalonicam ca-
ptam euerteret: quod illius factum ita gratum fuit Im-
peratori, vt eum Patricium & primum Secretarium re-
nuntiarit.

Non erat tunc admodum natu prouectus Meta- adhuc in-
phrastes, vt qui imperatoriae virtutis tirocinium pone- uenit nobis-
re sub veterano Duce iuberetur. Fuerit tunc xx. aut ls, diues,
xxii. annorum: potuit igitur ad annum Christi cmlvii.
aut cmlx. vitam deinde producere. Atque ita sub Con-
stantino Porphyrogenito Leonis filio tum Theoctistes
eam vitam tum alia Diuorum acta eum elucubrasse
certum videtur; non, vt Allatius scribit, sub Leone & posse à ma-
Constantino: nam in hac Vitâ Leonem disertè τὸν μα- gnis honorib
bus ornate, felicis memoriae, appellat, quā ratione loqui de
mortuis solemus. Si ea prima eius commentatio fuit,
nihil igitur sub Leone scripsit, quod quidem ediderit in
lucem. Neque Alexandro rerum potiente ita laudare
Himerium ausus esset. Præcipue publicas res tractare
sub Leone cœpit. Nam cū, vt Psellus testatur, illustri
natus familiâ, amplissimis opibus afflueret, excelleret
eruditio famâ, atque egregium illic prudentiæ spe-
cimen dedisset, tantâ deinceps in gratiâ Sapientis Imper-
atoris fuit, vt quod Parius ille monachus prædixerat,
summos deinceps honores fit consecutus; quos in-
dustriâ singulari, fide, grauitate, modestiâ, liberalitate
gesset; quæ omnia prolixè prædicat Psellus.

His ille doctrinas fortunèque prædiis ornatus, cū
cerneret & gloriofa Martyrum certamina, & mona-
chorum præclaras exercitationes, ita imperiè & inor-
natè traditas esse litteris, vt multi ne legere quidem eas
vellent, quidam etiam risu exciperent; meliora autem
afferre, alios propter animi socordiam nolle, alios quod
opus

vita ss. collegit & interponit: opus esset immensi studij, & cui ne tota quidem viri vita sufficerit, non posse, iuvenile, vt idem Psellus scribit, aggreditur factius, vel felicem patiū actionem, quam nullus omnium gestis feliciter; per quam ille euasit clarior omnibus, qui sunt ubique, eruditū; & Deo consecravit ea qua sunt omnium pulcherrima, Martyrumq; certamina & cursus, & monachorum abstinentiam atque patientiam ornauit ac decorauit. Et multa quidem ille ac magna tantæ rei peragendæ adiumenta habebat ac præsidia. Auctor præclari consilij ipsem fecerat Imperator, (Leo fortassis, et si eo superstite rem serio aggredi non potuerit Simeon, aut eius filius Constantinus, huiusve sacer Romanus) aderant hortatores plurimi; librorum egregius apparatus, amaz huensum scribarumque copia: vna defuisse videtur, propter assida, quibus præterat, Reip. negotia, qua collegisset ac dictasset recognoscendi facultas. Tandem mortem vitæ consentaneam consecutus, ad Deum ascendit, inquit idem auctor, & apud illos dicit chorus, quorum mores & vitam hic circumscripsit. Nam vel in fine ostendit, qualem vitam egisset. Non enim eum veluti abscissum aut diuisum fuisse dicunt i; qui viderunt: sed videbatur veluti à quadam vinculo liberari & bilari nutu se extendere ad ducentes Angelos, & quodammodo seipsum tradere illorum manibus, vt cur emigraret ē corpore.

sanc& morte mori: Celebrauit eum ornatâ & eleganti laudatione Psellus, non tamen in eius funere habitâ, qui testetur illius corpus in sepulchro conditum suaveum expirasse odorrem, donec multò post in eodem tumulo aliud depositum est corpus. Hunc Psellum multi Michaëlem illum Psellum esse arbitrantur, qui in Antro insulâ Leonem Philosophum optimarum artium disciplinis instituit. Et Baronius quidem to. 10. Annal. ad an. 859. n. 53. non Leonis Sapientis ætate vixisse Metaphrasten putat, sed multò antè. Nam quid Europalates scribat Baradum Cæsarem externa sapientia rationem habuisse, definitis vnicuique doctrina scholis, philosophia dux & magistro constituto Leone Philoso pho Pselli discipulo, infert Baronius: Ex his pariter habes Lector, quo tempore vixerit Psellus, qui fuit Magister Leonis Philosophi. Ex quo pariter addiscit, quo tempore vixerit Metaphrastræ, in cuius laudem Psellus ipse orationem habuit. Quibus ex verbis concludit Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, Simeonem Metaphrasten floruisse paullò ante annum Domini 859. Siquidem Psellus, inquit, qui hoc anno viverat, orationem habuisse dicitur in funere Simeonis Metaphrastræ. Vide Annales Card. Baronij ad hunc annum. At non dicit Baronius eo tempore vixisse Psellum, sed Pselli discipulum Leonem iam senem; atque inde colligi posse, quando vixerit Psellus, quem ille adolescentis audierat; quando item Metaphrastræ, quem vitâ funetur Psellus laudarat: vt videatur Baronius Metaphrastræ ætatem reuocare ad superiora tempora Michaëlis Europalatae aut Nicephori. Hunc autem Psellum Leonis magistrum fuisse Metaphrastræ laudatorem conficit eo arguimento Baronius, quid et si plures Pselli fuerint, isto nullum celebriorem nec antiquiorem inuenimus. Antiquitas quidem certè ad rem non facit: celebrius vero Pselli alterius, qui Duca rum Cæsarum ævo floruit, nomen est. Leo Allatius, vir doctissimus, in Diatribâ de Psellis, censem panegyrim illam in Metaphrasten iuniori Psello adjudicari nullo proposito argumento. Autorem illius orationis Psellum alterum esse, non Leonis Philosophi magistrum, numquā euicturos qui contraria sentiunt.

qui diu ante Metaphra- sten floruit; Non est mihi h̄c propositum, tantorum virorum, & plurium aliorum qui iis astipulantur, sententiam acris confutare. Illud solum obtestor, vt velint quamobrem secus ego sentiam attendere. Leo Philosophus, postquam Psello illi seniori in Antro insulâ dederat operam, cum non quantum voluisset ab eo hausisset eruditio nis, monasteria varia obiuit, repositosque in iis libros inuestigans studiosè legit, atque excellentem est eruditio nem adeptus, vt Europalates tradit. Dein Constantinopolim reuersus priuatim quosdam docuit: horum

quidam in prælio captus à Saracenis, ac viro illustri traditus in seruitutem, cùm postmodùm geometriæ peritiā professus, à quo eam didicerat Leonem priuatū & inopè degere significasset, litteris eum ad se, amplissimâ propulsâ mercede, inuitauit Barbarotū Dux. Has litteras Leo Theoctisto Logothetæ, hic Theophilo Imperatori obtulit, qui eum summo fauore complexus, amplis opibus ditauit, iuslīq; publicè docere, ac postea Thesalonicensi Ecclesiæ preficiendum curauit: verū mortuo sub annum 841. Theophilo redactus quoque in ordineum est Leo, quid hærelim sc̄latis esset Iconomachorum. Quia si quis rectè omnia expendat, fatebitur sub Michaële Balbo, qui anno 820. inuasit imperium, aut sub illius decessore Leone Armeno, videri Leonem Psello dedisse operam, inutram iam ætatis via ro. Qui potuit igitur à Psello laudari Metaphrastræ, vitâ functus, qui centum post Psellum annis vixit: Neque de Psello Metaphrastra laudatore repugnasset Baronius, si aliunde asseri Metaphrastræ ætatem posse existimat. At hunc alij cùm sub Constatino Porphyrogenito, qui septennis Alexandro patruo anno 912 extinto impe rare cœpit, vixisse fateantur, miror non perspicere à Psello, qui centum, vt minimū, annis eum antecessit, laudari & quidem mortuum non potuisse.

At scriptit Psellus Metaphrastræ encomium, non diu *sed iunior,* post illius mortem, cùm ij adhuc viuerent qui morienti adfuerat. E' δε ζε ρρ καν τῷ τέλει, inquit, ὅπος κατὰ διεπάθεσθαι οὐτισμός φασίν εἰ δὲ θηρεύθω, δικαὶος εἴη πάντας διεπόμενος ἐλαζερόθελος οὐδὲ μαρτυρεῖται, τὰς ἀγνώστους ανατρέψας οὐδὲ μαλακεῖται. Nam vel fine ostendit qualem egisset vitam. Non enim veluti sufficium aut sublatum fuisse dicunt qui adfuerunt; sed veluti vinculus quibusdam soli videbatur, & ad deducentes Angelos ulro se ē at facilè extendere. Demus anno 960. obiisse Simeonem; at iunior Psellus anno 1067. viuebat: an tunc poterant superstites esse, qui Metaphrastræ spectarant funus? Quætendus igitur alius erit Psellus, qui ante annum Christi 1000. illam Metaphrastræ laudationem scriperit. Quæratur sanè, nec ego inuentum eliminabo: sed quærere tamen haud est opus. Anno 1057. missus est Psellus iunior à Michaële Stratiotico Imperatore ad Isacium Comnenum Legatus, insigni iam tutu terum vnu præditus. Ita Cedrenus: Ε' καὶ ἡ αἵρετη θεοφύλακως Φιλίππης ἡ περὶ - qui anno σεύτη βασιλέως ἡ ταχέερθρος Κανταρίνης οἱ Λειχέδης, 1017. cl. δὲ ταχέερθρος Θεόδωρος οἱ Αλωπός, Κανταρίνης οἱ Ψελλός, ruit, οἱ Φιλοσόφων ἵπατος: γνωστὸν δὲ οἱ τετεῖς ἀνδρες διπλαὶ ταχέερθροι λόγιοι διωκόμενοι οἱ Χρήστης οἱ Ιησοῦς αὐθεώπων Διαφόρειν διοικοῦτες, οἱ συγκείτων οἱ Ψελλός, οἱ Σελεύκηνοι εἰς τὸ πτεροεδρον. Ad eum iſſibuc veniunt Imperatoris Legati Praeses Constantinus Lichudes, Praeses Theodorus Alopus, Constantinus Psellus Philosopherum princeps. Nam hi tres viri, quid sapientia & eloquentia omnibus qui tunc viuerent antecellere hominibus crederentur, ac praesertim Psellus, ad hanc erant legationem assumpti. Eadem omnino scribit Europalates, & Psellum quoque Constantinum vocat. At Iohannes Zonaras to. 3. Annal. σεύτου ποίητος τὸ Κομιλωνὸν πτεροεδροντες, αὐθεῖς οἱ συκείτων οἱ συγκείτων βασιλέως, οἱ δὲ ιωνοὶ οἱ ταχέερθρος Κανταρίνης οἱ Λειχέδης, οἱ ταχέερθρος Λάσων οἱ Αλωπός, οἱ Μιχαὴλ οἱ συφώτας Ψελλός, οἱ Φιλοσόφων οἱ Σπατας. Mittuntur ad Comnenum Legati de primariis Senatoribus, Praeses Constantinus Lichudes, Praeses Leo Alopus, sapientissimus ille Michaël Psellus princeps philosopherum. Alij quoque Michaëlem appellant. Cur non potuit decem aut viginti annis antequā ad tantum fastigium ascenderet Psellus, & ab ii: illam laudationem scripsisse, septuaginta post Metaphrastræ mortem annis: Et quis est nostrum, qui non au- pbrullen diuerit commemorari aliqua à senibus, quæ geri ipsi acceptis, viderant, 100. annis antē quam ea ipse iam senior, quisquis is est, tradat litteris, aut aliis narret? Viderint decennes morientem Metaphrasten anno 960. narrauerint vita Psello scriptori anno 1030. ipsi iam octogenarij: quid h̄c impossibiliter quid non viratum? Narrauerint

*Metaphrastæ
scriptorum
scriptus.*

uerint etiam multò antè adolescenti adhuc tum Psello; non enim affirmat eos tum vixisse cùm scriberet. Quid si ne narrarunt quidē, sed scriptum reliquerunt? Nam ita loquimur, dicere aliquid Ciceronem, Liuium, Tacitum, non quasi iij nunc viuant, sed quia omnis ætatis hominibus illorum scripta loquantur.

Sed de Metaphrastæ ætate ad hoc præpositum nostrum iam satis, ac fortasse nimium. Illius operi additas esse à posterioribus vitas recentiorum Sanctorum monet Baronius. At quod in antiquiorum apud eum vitis sæpenumerat declarat scriptor se eadem, quā illi, vixisse ætate, cauissam idem sapientissimum Cardinalis tradit, quod vita Sanctorum non fuerint ut plurimū à Metaphraste conscriptæ, sed collecta tantum, ordineq; per singulos menses dispositæ. Digestissime eum vitas ad ordinem mensium scribit etiam Albertus Miræus. Mihi non liquet. Potuit id aliud quispiam postea. Antiquiores vitas, quas eleganter compositas reperit, transcripsit, seruatæ etiam pristinæ auctorum phrasæ, aut modicè interpolatæ. Perspicere id licet ex Vita S. Simeonis Stylitæ v. Januarij, cuius magnam partem è Theodoreti Philotheo acceptit, pauculis ad attentionem conciliandam, aptiusve connectendas periodos interiectis. Alias ex integrō composituit. At non quæcumque in Græcis codicibus reperiuntur vitæ, ex continuo Metaphrastæ fœtus esse censendæ sunt; nisi velimus eum & priores vitas, vt erant olim scriptæ, retulisse in suum opus, & nouas eorumdem Sanctorum à se elucubratas addidisse. Nam quorundam Sanctorum, vt Ioannis Calybitez xv. Iammatij, Ioannis Eleemosynarij xxiiii. Xenes sine Eusebiiæ xxiv. plures reperiuntur Græca vitæ, quarum vnam esse à Metaphrastæ elaboratam verisimile est.

Magno Ecclesiæ Catholicæ emolumento opera Metaphrastæ, aut certè quas sub eius nomine reperit Græcas Sanctorum historias, Latinè Petro Franciso Zino, Gentiano Herueto, Guilielmo Sirleto verti curauit Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis: quarum multas in suum opus Surius transtulit, vt sequenti paragraphe dicam. Atqui neque omnes Metaphrastæ vitæ editæ adhuc sunt; (nam citatam S. Simeonis Stylitæ vitam, quam constat à Metaphrastæ scriptam, primū nunc edo) & alia Latinè ab aliis, iisque præclaris, editæ auctoribus, vel apud Græcos vel in Latinis etiam bibliothecis Græcas Sanctorum historia latent. Has ego, si Deus vitæ & vires dederit, hoc opere absoluto, quia in quibusdam interpretibus perpetuus quidam hellenismus & obscuritas fastidium lectori afferit, cogito Græcolatinè edere, cum nouâ à me elucubrandâ interpretatione, nisi quis me, nec repugnantem, anteuerterat, aut certè laboris-partē subleuet nonnullas accuratè interpretatus. Et multas tum olim Rosweydis collegarat, tum ego ab amicis postea accepi, quarum quedam Latinè adhuc non extant. Video tamen plurimas adhuc mihi deesse, quas Latinè citati antè auctores vertent; easque spero me interea esse consecuturum.

Quod Miræus ex Molani ms. Bibliothecâ tradit, Metaphrasten vitas Sanctorum Orientalis Ecclesia collegisse, easque solas in Græcorum Ecclesiis legi; utrumque falso est. Promiscuè, qui vbique terrarum vixere, Sanctorum acta colligit Metaphrastes, licet præcipue Orientalium affectus sit: nec solæ ea in Græcorum Ecclesiis leguntur, quas ille composit, imò paucæ omnino, vt ex Menæis Græcorum, de quibus postea, fit manifestum. Si id vult Molanus, quorum Sanctorum acta collegerit Metaphrastes, eorum vel recitari elogium aliquod vel memoriam saltem celebrari in diuino officio à Græcis, non id infiōr: at plurimorum agitur memoria, quo-
rum acta non videatur ille descripsiſſe; aut sanè immensum planè illius opus fuit, cuius minima adhuc sit pars edita.

Neque illud cuiquam eruditio facile probauerit ex eadem Molani Bibliothecâ Miræus, Simeonem ideo quandoque Magistri nomine citari, quod ludum litera-

rium Constantinopolii aperuerit. Nam quis id veterum non fuit litt- tradit? Heterodoxos quosdā id inter alias tugas com- dimagister
mīnificentes nihil moror. Illustri ortus familiæ Simeon, Metaphra-
stæ iuuenis in Secretariorum adscitus classem, arduas obiit res;
legationes, bellicis expeditionibus interfuit, aut etiam præfuit, princeps Secretariorum & Patricius renuntia-
tus, dein & Logothetes, (qui nobis Cancellarius est, vt ex Iohanne Cinnamo probat Allatius) quando tandem ludum aperuit? An Constantino Porphyrogenito à pa-
tre; an (quod minus probabile mihi videtur) à Roma-
no Lecapeno filius magister est datus? At qui magister sed foris
fit Cæfarum iste continuo dicendus est ludum littera- magister
rūm aperire? Meminisse poterat Miræus alios in rep. Cæfarum;
Constantinopolitanā Magistros fuisse, quos Cedrenus
& Europolates binos gessisse id munus tradunt, &
d' πλιτεῖας μαρίσπεις ῥει. Magistros vocant. Imò plures aut Recip.
postea hac ornatos dignitate fuisse ex iisdem patet au-
toribus. Nam Cedrenus in Leone Sapiente ita scribit:
Καὶ ταχέως εἰπέμενος τὸ μάγιστρον Αὐδρέαν τὸ σπαθιλά-
την, ἀμφα τῷ μαρίσπει Ποσενη, καὶ γεροντί τον Δοξοθέτη τὴν
Δρόμον τῷ Αγιοπολίτην. Et continuo accersens Magistrum An-
dreas Ducem exercitus, cum Magistro Iohanne, & Hagiopolite,
qui fuerat Logotheta Dromi, ac paullò pôst: αὐτὸς τὸ σπα-
θιλάτην ἐπέμψει Αὐδρέαν, & ὁ μάγιστρος Στέφανος, καὶ
ὁ μάγιστρος οἱ Αγιοπολίτης, καὶ Κρήτης καὶ Γερεσίος οἱ πα-
τέρειοι. Missus est idem Dux exercitus Andreas, & Magister
Stephanus, & Magister Hagiopolites, & Craterus ac Guber Pa-
tricij. Iisdem titulis eos Europolates quoque insignit. Et Zonaras de eodem agens Leone: Τὸν πατέρα τοῦ την
μάγιστρον ἐπέμψει Αὐδρέαν τὸ σπαθιλάτην τὸ Δεξιόν. Patrem eius Ma-
gistrum creavit & Dromi Logothetam. Simeonem nostrum,
qui Logotheta fuit, Magistri quoque ornatum fuisse
dignitate existimamus; cum se Molanus dicat eum vſ-
pian Magistrum appellatum legisse.

De Metaphrastæ porrò operibus ita scribit Bellar-
minus: Illud autem est obseruandum à Metaphrastæ scriptas
fuisse historias de vitis Sanctorum multis additis ex proprio in- fectionis
genio, non vt res gestæ fuerunt, sed vt geri potuerunt: addit Me- o r̄iurā &
taphrastæ multa colloquia sive dialogos Martyrum cum perse- recentiori-
citoribus, altius etiam conuersiones astantium Paganorum in bus imme-
ritid per illa-
tanto numero, vt incredibiles videantur: denique miracula plu- clus.
rima & maxima in euvrsione templorum & idolorum, & in
occisione persecutorum, quorum nulla est mentio apud veteres
historicos. Velle mitiū de viro magno vir maximus pro-
nuntiasset. Vnde constat eum non vetera securum esse
monumenta? Omisissè potius multa, quæ non omnino
probaret, existimo, quāliquid addidisse ex proprio
ingenio. Retulerit tamen in suis commentarios ali-
quid, quod cum probatis veterum Patrum scriptis mi-
nus congruere videatur; homo erat, falli poterat. Col-
loquia Martyrum cum persecutoribus vnde constat
habita non esse? Amplificarit ea sanè ad legentium vti-
litatem ac voluntatem: quis iure id reprehendant? an est
quisquam qui id non permittat historicō? Linio cete-
risque licet Ducum orationes suos ad prælium adhor-
tantium concinnare, sacro scriptori non licebit myste-
ria nostræ religionis Gentilibus tradita, ipsorumq; con-
futatas superstitiones explicatiū proponeret? Nam ma-
gno numero conuersos ad fidem nostram, viis quæ
Sancti patrarent miraculis, numquā equidem sumi
admiratus: quā enim alioqui tot ac tanta prouinciae
tantillo tempore subiici Christo potuissent? Miracula
omnia, etiam quæ nunc fiunt, si suis commentariis in-
ferent qui modò Ecclesiasticas historias scribūt, quan-
ta singularium moles existeret! quantum offensionis
haberet atque fastidij! Neque nulla, neque omnia nar-
rant, sed quædam maximè illustria vel testium cele-
britate, vel consecuti fructus amplitudine. Idem veter-
um studium fuit: qui propterea frequenter tradunt
multa & magna, ad Sanctorum vel testandam ac mu-
nerandam sanctitatem, vel dicta confirmanda, edita
esse diuinā virtute miracula; neque ullum tamen com-
memorant. At si quis ex professo Sancti cuiuspiam hi-
storiam

*edita à Li-
pomo, non
omnes;*

*p̄d̄t Græco-
latinè eden-
da:*

*non folia le-
guntur in
ecclesiis
Græcorum.*

storiam scribat, nihil eum præterire consultò fas est, quod sit ab eo dictum aut factum præclarè, aut eius causâ susceptum à mortalibus; aut denique patratum à Deo.

S. IV. Acta vetera Sanctorum à Latinis collecta. Legenda Aurea defensā.

Latinorum plures similia moliti sunt opera; alij suc*cincte* pulcherrima Sanctorum gesta complexi, alij ornare ea stylo aggressi; alij sat habuerunt, vnde cumque exscripta in unum aptè congerere. S. Cerannium Parisiorum Antistitem prædicat Warnaharius Ter-geminorum Martyrum certamina, ac Desiderij Lin-gonium Episcopi, exarariā se iussisse, cùm Sanctorum Martyrum gesta ad laudis suæ cumulum pro amore religionis congregare in urbe Parisiacā deuotus intenderet. Vitas Patrum, quarum aliquas ipse composuit, alias in unum volumen fortassis rededit S. Hieronymus, vt 17. Ianuarij ad vitam S. Antonij §. 9. differuiimus, quia id opus ab aliis deinde auētum, adiectis etiam libris aliquot qui solum exempla quædam illustriora aut apophthegmata anachoretarum continerent, hic prætermitto.

*Año ss.
collegit S.
Cerannius
Ep. Paris.*

*aliiq. anno-
nymi,*

Qui sanctorum Antistitum Severini Septempedani & Victorini Amitermi, quia ex vetustissimis codicibus descripta VIII. Ianuarij habentur, acta composuit, is plurimum se Sanctorum res gestas coaceruas significat, non indiligenz auctor, eti nobis ignotus: Hucjsque, inquit, nos Patris Hieronymi dicta referentes per interpretem locutos lector aduertat: reliquum opus, vt sermo noster est, vestra caritas libenter audiat. Quæ enim singulis de Sanctis fideli auctore comperimus, in historiam misimus, ne laterent homines quorum Deum non latuere virtutes.

*presertim
monachi;*

Singula ferè monasteria istiusmodi volumina vel ab aliis descriptsere, vel consarcinavere paria sibi, vt suppperent quæ & publicè in conuentibus ad virtutum institutionem legerentur, & priuato cunisque studio voluerentur. Duos memorat Georgius Wicelius in præfat. ad Hagiologium Fuldensis Monachos, quorum alter Ruggerus pietate ac doctrinâ præstantissimus sex ingentia volumina composuerit circiter annum 1156. Est is fortassis Ruggerus, qui XXXIX. nobilissimi illius cœnobij Abbas memoratur à Brawero nostro Fulden. Antiquit. lib. 4: dicitur quæ libris peregregiis bibliothecam instruxisse, obiisse 5. Junij 1177. Ante Ruggerum hunc diligentissimum scriptorem, inquit idem Wicelius, sudarū in eodem lucubrandi studio Aruodulphus cœnobita facundissimus. At neutrum existimo vitas ipsas suo stylo compoſuisse, saltem omnes, sed ab aliis anteā editas coaceruasse. Argumento mihi est codex Fuldensis olim Rosweydo nostro commodatus, perantiquus, planeque vel unus eorum quos Ruggerus coligit, vel ex iis descriptus; qui tamen Vitas continent quas alibi in melioris nota mss. passim reperias. Ut autem Fulda, fuere in ceteris quoque asceteriis qui tum alia præstantia volumina tum præsertim Sanctorum historias vel scriberent, vel aliunde curarent, monachi & Abbates. Sed de iis præcipue quærimus, qui suas lucubrationes emisere in lucem, vt pluribus prodescent.

*vt Ruge-
rus & Ar-
uodulphus
Fulden;*

*Vincentius
Belloua-
censis in
Speculo;*

Vincentius Bellouacensis ex ordine Prædicatorum præter alia Speculum historiale scripsit, quod ab orbe condito ad sua perduxit tempora, ad annum videlicet 1244. quo scribebat, vt lib. 31. cap. 105. testatur. Ei operi pleraque ex actis Sanctorū inferit, multa ex Helinandi monachi Frigidimontis, viri religiosi & facundiā diserti, chronicis mutuatus, vt lib. 29. cap. 108. fatetur: vt ex ipso Vincentio plurima in sua chronica transluit S. Antoninus. Bellouacensem appellatum esse Vincentium arbitror à diutinâ apud Bellouacos commoratione, licet non desint qui ortum ē Bellouacis velint, quem alioquin plerique gente Burgundum faciunt. Nam falli omnino videntur, qui Bellouacensem fuisse Episcopum

existimant, Sixtus Senensis, Possuinus, Bellarminus, Vossius, Miraeus: quibus refragantur qui illius urbis historiam acutatè scripsérunt, Louctus & Loiffelius, quique Gallicanorum Antistitum catalogos confecere Claudio Robertus & Ioannes Chenu Biturix.

Diutissimè in omnium manibus fuit *Legenda Aurea Iacobii de Voragine* ex eodē Ordine Prædicatorū. Est *Voragine*, vnde vel ortus vel certè cognomen duxit Iacobus, in *tacitum de Voragine* orā Ligustici maris Genuam intet ac Sauonam oppidum, quod olim *Vitus Virginis* in tabulis itineraris appellatum videtur, Itali *Varaggio*, alij *Viragine*, alij *Verazé* appellant; Leander *Virgum*, alij *Voragium*; *Vbertus* Folieta videtur *Varaginem* dici velle, cùm Iacobum *Varaginem* vocet, vt mox dicemus. Fuit Iacobus Theologiae professor, doctissimus vir ac sanctissimus, meritoque a Baptista Michaële Pio, Leandro Alberto, Fernando de Castillio, aliique laudatus. Archiepiscopus *Genuensis* anno 1292. electus, probante Nicolao IV. Pontifice *Genuensis* maximo, moribus, inquit Iacobus Philippus Bergomensis, & doctrinâ ac dignitate magno in pretio fuit, atque *Genuensem* suam Ecclesiam verbo & opere plurimum iuuuit. Subdit deinde, illius libris enumeratis: *Hunc autem illum extissimo Porchetum esse Genuensem Episcopum, de quo Blondus Foroliuensis in historiis suis dixit, quod cum ante pedes Bonifacij VIII. in die Cinerum se posuisset pro cineribus ex more suscipiens, vbi cum ex more dici a Sacerdote consuetū est, Memento rum non homo quia cinis es & in cinerem reserteris; Bonifacius Pontifex videns hominem, mutatis quibusdam verbis dixit: Memento, quia Gibellinus es, & cum Gibellinus tuus in nihilum reserteris: & sic cineres in oculos eius inieciit, non in caput, vt nos est, atque ita ipsum Archiepiscopatu priuauit, licet postea illam restituerit. At cui id credibile videatur, cùm etiam ante Bonifacij pontificatum pacem, Guelfos inter ac Gibellinos conciliariat Iacobus & Testatum id Folieta lib. 6. histor. Genuen. Tantus nouus hostis additus, inquit, interfinas distet, sed pacificas, que inter Guelfos & Gibellinos per 50. annos ciuitatem cœvit, continenter vexarant, ad aliquantulum tempus consopivit. Quia in re opera & officium seduli Pastoris Iacobi Varagnensis archiepiscopi, viri p̄ij & sancti, constitit: qui hortando, monendo, rogando, diuini Numinis discordias abominantis metum iniciendo, non prius abstulit incepto quam inchoata consilia ad effectum perduxit. Eo igitur auctore concordia & pax inita est anno eius seculi nonagesimo quinto. Hæc Folieta. Qui consequens est, vt licet ex postea recruderint similitates, alteri se parti fautorē adiutoremque iunxerit Antistes: (de eius successore, credo quod Spinola func omnes (si dominum vnam excepere) Gibellini erant, illiusque adeo factionis principes. Et Flauium Blondum vel negligenter legit Bergomensis, vel in ipsius Chronicō transcribendo incuriosè & oscitantē se gessit librarius. Verba Blondi historiar. ab inclinat. Rom. imperij Decad. 2. l. 9. sunt hæc: Iacobus de Voragine Genuensi Praefuli suffectus est Porchetus Spinola Minorum Ordinis qui pro confirmatione ad ipsum Bonifacium, &c. & eum archiepiscopatu eadem die priuauit, quem & paulò post restituit. Designatus est Archiepiscopus Porchetus anno 1299. vt ex Bonifacij VII. bullâ, 11. Non. Februario, pontificatus eius an. 5. datâ partet, apud Lucam Wadingum to. 2. Annalium Minorum, in quâ eum appellat *Ordinis Fratrum Minorum professorum, litterarum scientiâ, honestate morum, & aliis virtutum meritis redimitum*. Paria de eo prædicat in dyabus bullis XVI. & XV. Kal. Septemb. 1301. datis, quibus archiepiscopatum ei restituit.*

Eâ igitur explosâ fabulâ, nunc de Iacobi Legendâ dicamus. *Præter Ecclesiæ regimen*, inquit idem Bergomensis, & ante episcopatum & in ipso episcopatu multis commentariis successo plenos composuit, & multas Sanctorum Vitas diffusas in Legendâ atque dispersas in unum volumen colligit. Hæc est *Aurea illa Historia*, sive *Historia Longobardicæ*, utroque enim nomine *Longobar-dignitur*; quod Fernandum de Castilio fugit: is enim *dicitur*, *Historia*.

historiae Prædicat. i.par.lib.3.cap.49.inter Iacobi opera recenset magnum volumen de vitis Sanctorum, Chronica Genuensium, historiam Longobardicam. Sed unus idemque est liber de Vitis Sanctorum, & historia Longobardica: quæ quia plurimas celeberrimorum Sanctorum vitas, eorum ferè qui in Ecclesiæ Romanæ Kalendaris inscripti, succinctè complectentur, auidè descripta & omnium volutata manibus est, & postquam ars typographica inuenta est, sèpius recusa.

Aucta est deinde quibusdam aliis adiectis ad calcem historiæ Sanctorum. Sed addidit alias (vt puto) quipiam vitis nonnullis ineptam & ridiculam nominum interpretationem, indignam sanè Iacobi eruditione; vt cùm dicitur Aegidius formari ab e quod est sine, & geos quod est terra, & dyas quod est clarum, sive diuinum; Timotheus, quasi timore tenens, vel à timore & theos, Symphorianus à symphonie, Hippolytus ab yper quod est super, & litos quod est lapis; Sextus à sios quod est Deus, & status, quasi diuinus status; Vedastus quasi verè datus estus. Omitto cetera non minus absurdâ, quæ cùm indocti homines pro pulpitis identidem declamarent, naufragâ & risum mouebant eruditis, sèque ipsos & Sanctorum historias in summam adducebant contemptionem. Vnde illa sunt Georgij Wicelij in præfat. ad Hagiologium: Post extitit Iacobus Voragine Praeful Genuensis, qui vixit an. 1290. Verum quid is praefiterit vel caco perspicuum sit. Longè melius Voragine de Ecclesiæ meritus Petrus Lombardus, qui post Voraginem scriptit aut, multa mutuatus ad verbum ex scriptis veterum; id quod conseruati inter se libros facile adpareat. Mythologia ille impensis indulget: quamobrem in tantum contemptum abiit apud omnes cordatos. Hac profectò Lombardicâ hac tènus nimium usq; seu abuse potius, cathedra sunt, contemptus interim aut certè neglegit Sanctorum actis, quæ nobis Ecclesiastica historia Eusebio Pamphilo auctore offerebat in Christi gregem diuulganda. Nec vulgares pañim bibliotheca in monasteriis continent historicum quid de Sanctis, præter hanc vnam Lombardicam, quam cur Auream vocent demiror. Sub eodem annos, ni fallor, consarcinavit Vincentius Beluacensis Speculum illud suum, qui ipse quoque compilator Voragini preferri meretur.

Hac Wicelius, seuerius quam solidius. Quis enim ille est Petrus Lombardus, qui post Voraginem scriptit aut? An Magister sententiarum, Parisiorum Antistes? At quid post Voraginem scriptit aut, qui 140. annis eum antecellit? Et quam ille historiam scripsit? An Petrus Comestor Presbyter Trecensis auctor historiæ scholastice, quam solum usque ad cædem Apostolorum Petri & Pauli perduxit? Et hic Lombardo suppar, antequam natus esset Iacobus de Voragine, migravit è vitâ. Vbi verò mythologia studer Iacobus, bone Wiceli: Ego certè non omnia probo quæ ille scribit; quin tamen vetera secutus sit monumenta, non dubito, & plurimas eius historias reperio eum veteribus & genuinis congruere: non omnes euolui, nec necesse est, cùm fontem reperi, riuos consecutari: sed si prius in hos incidi, an etiam ex illo ducti sint, an non fluant lumen, an non pigro lapsu repant, an non aliunde palustrem vndam trahant, iuuat dispicere: quam, inquam, brevioribus aut paraphrastis adiungere fidè par sit, ex veterum statuo cum ipsorum scriptis collatione. Censeo igitur, iniuria, ut plurimum, neotericorum iudicii vapulare eam Legendarum. An omnia quæ de Sanctis dicuntur, nisi sine ex Eusebio sumpta, aspernabitur Wicelius? Vnde ipse S.Bennonis, S.Clara, S.Aegidij, S.Augustini, & aliorum plurimorum gesta accepit, ut omittam sanè ridiculum illud, quod Caroli Magni vitam se ex Plutarcho dare, nimis oscitanter in margine adscribat. Deinde quam illud falsum, nullas in vulgaribus coenobiorum bibliothecis præter hanc Legendarum extare Sanctorum historias! Nullum contrà reperire est antiquum monasterium, quod quidem hæreticorum æui huius effugerit rabiem, quin aliqui in eo præclaris de Sanctorum rebus gestis codices extent, ac plerique antiquâ manu exarati. Bellouacensem denique Varagi-

in quâ ridicula pre-
ficationes:

in eam
Georgij Vi-
celij censu-
ra,

refutatas;

nensi præfert Wicelius. Habebit me in eo suffragato-rem, sed non etiam, vt sub eodem annos, quod ipse ait, scriptissile vtrumque confitear, cùm hic anno 1298, ille 1256, dicatur deceisse: neque illum cùm amplector, hunc repudiabo, & censoriâ seueritate perstringam: non idem vtriusque institutum est. Latius euagatur Vincentius, neque sola Diuorum Acta complectitur, neque ea aptè ad fastos Ecclesiasticos distribuit.

Wicelio seuerius aliquantò acerbiusque de Legenda Aurea pronuntiat Ioannes Ludouicus Viues lib.2. de caussis corruptarum artium in hac verba: Quam indigna est Diuus & hominibus Christianis illa Sanctorum historia qua Legenda Aurea nominatur, quam nescio cur auream appellant, cùm scripta sit ab homine ferrei oris, plumbi cordis. Quid sedius dici potest illo libro? O quam pudendum est nobis Christianis, non esse præstantissimos nostrorum Diuorum actus verius & accuratius memoria mandatos, sive ad cognitionem sive ad imitationem tanta virtutis! Ludouicum Viuem semper maximi feci, singulare eruditione, grauitate, prudentiâ vitum; planeque illi assentior, præstantissimos Diuorum actus accuratius debuisse, quam vulgo factum sit, mandari litteris. Sed quod Legendæ illius auctori ita maledicit, vt virum sanctum & sapientem plumbi cordis, oris ferrei appelleat, id sanè miror, in homine refutatas præsertim graui & moderato. Hauserat id fortassis à Desiderio Erasmo præceptore suo, seuerissimo Aristarcho, qui nullum propè scriptorem intactum & non censoriâ virgâ notatum prætererit, hoc etiam ridiculus quod ea arroserit sèpè quæ nec intelligebat nec didicerat. Fuerit Iacobus stylo minùs compto, vt illa erant tempora, at erat non modò doctus & pius, sed prudentiâ iudicioque singulari, vt quam probabilia essent quæ scriberet, Viue Erasmoque melius potuerit iudicare.

Eius portò opus ad vetustorum exemplarium fidem castigavit, additisq; aliquot Sanctorum historiis auctius redditus, Claudio Claudius Kota ex eodem Ordine Prædicatorum, sacre Rosâ re-Theologiae professor, ediditque Lugduni, anno 1519. vt cognitio Possevini testatur: ego solam anni 1531. editionem vi- / ad Goran anni 1534 di. Citat Molanus in Annotat, ad Vuardum 25. Iulij, cùm de S.Magnericō agit, Legende tomum 2. Is est to- mus, qui Historia Sanctorum noua inscribitur. Tomum 2. alia recom- Legenda appellat Molanus, quasi primus sit historia sive Longobardica. Eum ita citat Georgius Coluenierius pars 2. Scholiis in Flodoardūl. i.c.6. Plenius, inquit, & perfectius inter Vitæ Sanctorum Colonie excusas in folio, in ipsâ adhuc quasi typographia infantia anno 1483. Habeo Louanijs editas à Ioanne de Westphaliā an. 1485. Auctorem aut col- lectorem earum Vitarum aliquando citauit Antonium Liberum Sulatensem, itaque mihi vir quidam doctus persuaserat. Extat illius ad calcem eiusdem tomī in Colonia Agripinæ laudem carmen: quod tamen & in aliis libris excusum audio; neque quis hoc opus co- agmentarit, sat scio.

Tradit Volaterranus lib.21. Petrum ex oppido Clodiensi Acta quo-
aliorum Sanctorum ab Iacobo præteriorum historiam scri- que SS. col-
pisse. Non tam præteriorum à Iacobo historiam col- legit Petrus, quæ aliud opus ipse confecit, aliâ metho-
do, ac mole maiore. De eo Petrus de Natalib. in Prolo-
go Catalogi SS. Nouissimum omnium F.Petrus Calo Venetus,
eiusdem Ordinis (Prædicatorum nimirūm, non Minorum, vt scripsit Possevini) Sanctorum multorum, quorum
Vitas, passiones, & nomina vnde cumque sumere valuit, grandi
volumine, & diffuso opere dilatauit; quod eius prolixitate nedum
commendare memoria, sed nec intentè legere quis poterit, nisi
longa tempore & assiduitate lectionis. Vixisse eum an-
no 1300. scribit Leander Albertus de viris illustris Ord.
Prædic. Nec longè abest, inquit, Petrus Calo Clugiensis cum
Vitæ Sanctorum fusæ à se editæ MCCC. Idem in Descriptio-
ne Insularum quæ circum Venetas iacent, cùm de Fosâ
Clodiæ oppido, quod Chioggia vel Chioza nunc Italij di-
citur, agit, ita scribit: Vrbem hanc ortu nobilitauit Petrus
Calotius Ordinis Prædicatorum monachus, qui admodum ex-
acte

*Bernardus
Guido Ep.
Lodenen.*

acte ingentia duo volumina de vita Diuorum scriptis, quæ in bibliothecâ Dominicanâ Bononia seruantur.

Eadem propè ætate vixit Bernatdus Guido ex eodem Ordine, qui an. 1324. Lodeuenis in Galliâ Narbonensi Episcopus factus, anno 1331. decepsit. Is insigni præditus eruditione, & ad Albigensem extirpando errores laboris multum suscepit, & complura scriptis volumina, quæ Tolosæ in monasterio Prædicatorum feruntur affluunt, ne cum typis excusa. Sunt in his tomis aliquot de Vitis Sanctorum, insigni studio collecti, & ferè ex antiquis eorum actis, quamquam hæc, ut ex titulis datur intelligi, plerumque contraxerit, is que minus probaret recisis. Nondum eos tomos ut videarem contigit, quorum tamen plura etiam alibi esse exemplaria dicuntur: at quasdam ex iis sum transcriptas Vitas amicorum operâ nactus.

S. Antonius in Chronicis.

S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, & ipse ex Ordine Prædicatorum (quali hæc familia præ reliquis ad Sanctorum illustrandum honorem iam olim peculiarter incubuisse videatur) præter alia plurima quæ eruditè composuit, Chronicum conflavit in tres partes distinctum, ab orbe condito ad Pij II. pontificatum, sive Christi annum 1459. quo & ipse decepsit sanctissimus Antistes. In eo opere pleraque de Sanctorum rebus gestis ex aliis accepta scriptoribus intexit.

Petrus de Natalibus in Catalogo.

Suppar propè S. Antonino fuit Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus, (in Equiliâ, sive Aequiliâ insulâ Anassii Fluminis ostio obiectâ, ea sita olim Sedes, Grandi Patriarchæ subiecta) qui ingentem collegit Sanctorum Catalogum, additâ singulorum Vita epitome, vbi eam reperit. Ipse de suo opere ita loquitur in prologo: *Hæc igitur attendens ego Petrus de Venetiis, Equilinus Episcopus, inter Sacerdote minimum, & Ecclesia Prelatos indigens, Sanctorum exiguitatem Ecclesie notam, ex prenominationis omnibus codicibus & voluminibus, nec nou ex aliis pluribus diuersarum Ecclesiârum antiquis libris & passionariis, quoscumque inuenire potui, non sine multis laboribus crebrisq; vigiliis studiosis recollectam, & per consequens ceterorum Beatorum nobis ignotam infinitam multitudinem, brevi opusculo cupiens, vt Deus annuerit, honorare; quatenus eorum meritis post agonen coronam excipiam; & ne talentum mibi qualiscumque gratia creditum terre sufficiat; quinimodo Domino, et si non quincuplatum, vel saltem restituam duplicatum, ad utilitatem filiorum militantis Ecclesie, Sanctorum omnium noui & veteris testamenti nomina, gesta, vitæ, passiones, & triumphos compendioso stylo substantialiter recollecta, illustrum virorum fretus auctoritate, Sanctorumq; omnium capitul Iesu Christi, & beata ipsius genitricis Mariae, xxi. Apostolorum, atque cunctorum superiorum ciuium confusis patrocino, presenti catalogo curau retexere & breuissimâ oratione narrare. Editus est Petri Catalogus Vicentiae operâ Henrici de S. Vrsio an. 1493, ac saepius posteâ.*

non omnino accuratisse;

De hoc auctore ita censet Wicelius: *His omnium no- uissimus accessit inter recentiores diligentior hagiologus Petrus de Natalibus Presul Equilanus, & Petrus Calo Venetus. Pergrata breuitati studuit Equilinus, & quam minimum intexit mythologia, quo commendationis eius apud nos fama est.* Alij quoque eum longè Iacobo de Voragine præferunt. Si de numero agatur Sanctorum, quorum ille nomina collegit, habens assentior; sin diligenter veteris historiae itatera examinata, certique testimoniis ceu momentis librata quis requirat, næ ille in multis etiam Voraginiensi cedit: vt merito Ioannes Vasæus in Hispanie Chronicâ cap. 5. in aliquibus cum iudicio legendum censuerit.

Gentius & Gilemannus.

Suppar Equilino fuit Ioannes Gilemannus monasterij Canonicorum regularium in Rubeâ-valle iuxta Bruxellam in Brabantia Supprior, qui summo labore atque industriâ Vitas-Sanctorum plurimas collegit & manu suâ descripsit: quo in studio præclararam operam vñ posuit Antonius Gentius eiusdem cœnobij Prior. *Multum sanè Gentio & Ioan. Gilemanno, inquit Valerius Andreas in Biblioth. Belgicâ, vniuersa debet Ecclesia, ob vi- tas Sanctorum plurimas ab interitu vindicatas. Decepsit Gile-*

mannus an. 1487. Gentius 1543. Præclaris Rubræ-vallis mss. voluminibus & Surius olim, procurante Ioanne Molano, & nos vñ sumus.

§. v. Acta SS. recentius collecta. præclarum Laurentij Surij opus.

Quod Cardinalem Bellarminum dicere solitum accepimus, sicutum hoc, quo vivimus, sicutum esse Sanctorum, propterea quod Deus dona tua, & præclaras parandæ sanctitatis rationes videatur largius quam superioribus ætatibus communicare; id ad eam trahere sententiam possumus, ut numquā antehac *Acta SS. recentiores collegere,* quo hoc seculo, quo plurimi certatim, typographicæ præfertim artis adiuti præsidio, in ea eruenda è tenebris & dilucidanda incumbunt: et si plures in profanâ antiquitate illustrandâ, fructu minori, laborent. Non perseguar omnes quorum hoc sacro in studio defudauit industria; præcipios solum, quorum latius patuit labor, percensebo.

Boninus Mombritius Mediolanensis duo *ingentia Mombritis,* volumina edidit, quibus acta Sanctorum complexus est, vt ea in mss. codicibus reperit, ita fideliter, vt ne menda quidem scriptoris correxerit, quæ minus iucundam lectionem reddere solent. Dicauit illud opus, quod *Sanctuarium inscripsit, honestissimo Equiti Cicho Simoneta Ducum Mediolanensium Secretario.*

Iacobus Faber Stapulensis *Martyrum agones antiqui ex monumentis genuinè descriptos publicare moliebatur, vt te- pulensis,* statutus Saulslius; at librum tantum unum è typis emisit, continentem agones Martyrum per primi mensis seriem, quem Antonio à Prato Cancellario Franciæ dicauit, initio anni 1525. Eum tomum non vidimus: habuerat Rosweydis, ab amico fortassis commodatum; atque ex eo quorundam acta Sanctorum descriperat.

Georgius Wicelius multos edidit libros, quibus *VVicelius,* nascentia tunc hæreticarum portenta opinionum iugularet, alias quibus afflictos Catholicorum animos confirmaret: in his est *Hagiologium seu de Sanctis Ecclesiæ, Historia Diuorum totu terrarum orbe celeberrimorum, è sacris Scriptoribus summâ fide ac studio congesta, ac iuuando pariter atque ornando Christianismo, in Presbyterorum pè doctorum manus emissa.* Id ipse Hagiologium Alberto Brandenburgico Cardinali ac Moguntino Electori dicauit an 1541. Queritur tamen sibi librorum ad id opus aptè elucubrandum necessarium copiam defuisse.

Vtilius eodem in genere laborauit Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis, qui plurimas Sanctorum *Lipomanus.* vitas à grauissimis & probatissimis auctoribus conscriptas edidit, suaque adiecit scholia aduersus modernorum hæreticorum blasphemias & deliramenta. Primum volumen prodit anno 1551. in 4 libros distributum, *Vitas Sanctorum 163.* complectens. Secundum an. 1553. continetque *Vitas 225.* Tertium an. 1554. tres habet partes, prima *Vitas varias* continet, secunda Palladij historiam Lausiacam, tercia S. Gregorij Turonensis libros de miraculis Martyrum, S. Iuliani, & S. Martini Episcopi. Quartum volumen eodem anno 1554. editum, 270. *Vitas complectitur.* Quintum an. 1556. *Vitas Sanctorum* mensis Nouembris, Decembris, Ianuarij, Februarij à Simeone Metaphraste Græcè scriptas, versas à Gentiano Herueto Gallo. Sextum an. 1558. *Vitas mensium Maij, Junij, Iulij, Augusti, Septembbris, Octobris* ab eodem auctore scriptas. Septimum in tres partes tributum anno eodem: pars prima continet *Vitas Martij & Aprilis,* interprete Petro Francisco Zino Veronensi; secunda alias ex mss. Cryptæ Ferratae, interprete Gulielmo Sireto Protonotario Apostolico, qui deinde Romanæ Ecclesiæ Cardinalis fuit; tercia Pratum Spirituale Ioannis Moschi. Octauum (quod ad Bergomensem Cathedram à Veronensi translatus concinnarat, descri-

ptis è variis sanctis Patribus Diuorum historiis , & in quatuor partes distinctis) ipso iam vitâ functo edidit illius nepos Hieronymus Lipomanus an. 1560.

At nemo hactenùs Laurentij Surij Carthusiani studijs & industriam æquauit. Is Lubecâ ortus, Francofurti ad Oderam & Coloniae Agrippinæ litteris dedit operam ; atque hîc ætatis anno vigesimo, Christi 1542. in Carthusianorum Ordinem cooptatus, & vitam ipse suam sanctissimè instituit, & aliis quâ posset ad Christianam pietatem excitandis , aut à profanâ hæreleon nouitate reuocandis, prodeſſe studuit. Itaque grauiſſimorum religiosissimorumque virorum tum asceticas ad foueſdam pietatem, tum polemicas commentatio-nes ad propugnanda aduersus noqatores fidei nostræ mysteria accomodatas, Ioannis Tauleri, Ioannis Rusbrochij, Florentij Bataui, Henrici Harphij, Henrici Sufonis, Michaëlis Episcopi Mersburgensis, Ioannis Fabri, Ioannis Gropperti, Martini Eisengrinij, Fr. Sta-phyli, è Teutonicis sermonem in Latinum vertit. Deinde quatuor tomos Conciliorum Ecclesiæ collegit. Alia denique compoſuit opera: sed, quod huc facit, maximè lenti & vberes extitè fructus è sex tomis quos de vita Sanctorum scriptis. Nam à Lipomano paullò antè euulgatas, in ordinem sacris Ecclesiæ Romanæ fastis aptè respondentem redigit, plurimis tamen, quæ suo instituto minimè congruerent, prætermisſis : ex variis deinde mss. codicibus, quos partim Geruinus Calenius Iurisconsultus hinc inde colligit, partim vltro viri pij, iuuandæ Reip. Christianæ studio, submisere, alias plurimas Sanctorum historias, graues & fide dignas, adiecit ; atque sex tomis comprehensas in lucem edidit anno 1570. & quinque sequentibus. Profitetur autem se in id summopè incubuisse, ne quid varum aut commentitium, aut parum grauiter conscriptum, in suis tomos admitteret. Quæ etiam causa fuit, inquit, ut plerasque, in permultas historias omiserim, non quod contempendas putem, sed ne habeant ullam occasionem ad maledicendum nisi heretici nostri, vel caluniandi labores meos, vel Ecclesia Dei insultandi. Et sapienter sanè quidem illud ab eō prouisum, vt, qui edendis Diuorum actis, assiduam bonorum operum exercitatio-neum, omni ætate viguisse apud eos qui Deo cuperent placere demonstraret, non verò inanem illam & stolidam fiduciam, quam alienæ vel imbecillitati palpantes vel malitia obsecundantes, inculcante hæretici, ei qui fidem habuerit Deo, nequaquam imputatum iri sua flagitia ; nihil ipse afferret, quod illi vel arguere falsitatis possent, vel quoquo modo lugillare. De stylo ipse pro-
stylo quādo- que limato: fitetur : Evidem ut etiam eruditio lectori gratificarer, vitas aliquot rudi stylo conscriptas, aliquantò Latiniores reddidi; maximè quarum auctores nondum comperi : nonnumquā verò etiam illas nonnihil elimauit, qua habent suos quidem au-tore, sed sic scripta erant ut delicatas aures eorum qui sermonis elegantiâ delectantur, facile offendenter.

Probavit labore suum Surius piis omnibus, etiam summis Ecclesia Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. Cùm celeriter essent exemplaria diuendita, & multæ interea vitæ è variis suppeditatae locis, cœpit eosdem tomos recognoscere ac locupletare, & denuò edere in lucem. Cumq[ue] ad finem propè Junij mensis peruenisset, anno 1578. Christi, etatis sui 56. die 23. Maij ad Beatorum (vt confidere fas est) contubernium euocatus est, eorum fruiturus præmiis quorum certamina scriptis mandarunt. Jacobus Mosander, & ipse Colonensis Carthusianus in opus successit, & tum reliquos tres tomos auxit, tum septimum, ad quem con-cinnandum copiosam materiam Surius congeſſerat, ipse quoque plures aliunde naetus vitas, vice supplementi edidit, adiecto Adonis Martyrologio, quod ex quatuor peruetustis codicibus suâ manu descripterat.

Cùm verò etiam secunda editio distracta esset, & multi tamen vitas SS. expeterent, tertia adornata est, sed multò locupletior : auctores sua nomina prodere no-
luerunt; quid præstiterint, ita Lectori aperiunt: Inprimis,

Surius;

eius opus
auctum ab
ipso.& Mosan-
dro.

ne cui calumniandi ahsa daretur, nihil de novo inferuerunt, ni-hil immutaran, in quo non religiose adscripterint, vnde vnum-quodque naſti fint. Vitæ vero, que de novo additæ sunt, ſtellula signo in indice cuilibet menſi preſixo notari curarunt. Alia cru-
ci signo notata sunt, que à Surio vel ſtylo mutata vel elimata
edite, iam verò ſubſtituta ſunt prout ab ipſis auctoriſbus conſcri-
pta fuerunt. Quas quidem vt non accuratè quafuerunt, ita ob-
latas inferendas putauerunt, non vt Surum reprehenderent ſtyli
mutati ergo, ſed partim vt iis ex parte ſatisficeret, qui illud à Su-
rio factum non fuſſe cuperent, partim etiam vt videant quā
bona Surum ratio ad ſtyli mutationem adegerit. Quas
verò antehac vitæ edidit Surius, in iis ſi quid occurrebat, quod
non omnino ſuā fide conſtare videretur, id ex aliis auctoriſbus,
& Cardinali Baronij præſertim Annalibus Ecclesiasticis (cui
hac in parte plurimum debetur) margini annotandum iudica-
runt. Omnes autem vita tam antehac edita, quā de novo in-
ſerte, in certa capita & paragraphos diſtribute ſunt, & in ſum-
mitate paginarum dies mensis quo occurruunt adscriptus, vt fa-
cilior effe lectori modus aliquid inueniendi, & annotandi.
Opus hoc, ſanè egregium, in duodecim partitum to-
mos anno 1618. Ioannis Kreplij & Hermanni Mylij
ſumptibus excusum eſt.

Ex Surio hauerunt Franciscus Haræus, Zacharias Lippelous, Cornelius Graſius, aliique innumeris qui La-tinè, Italicè, Hispanicè, Teutonicè vitas Sanctorum de-incepſ edidere; quos recenſere opera pretium non eſt, quia non tam auctoriſbus indicem hī texo, quā com-memoratis quæ hactenū generatim atque vniuersē de gestis Sanctorum ſcripta, atque edita ſunt, quem mihi in hoc opere ſcopum proposuerim oſtendo. Quare eos quoque prætermitto auctores, qui religiosorum Ordinum annales conſcripterunt, quiq[ue] ſingulorum cœ-nobiorum, vrbium, prouinciarum antiquitates, ſacras præſertim, eruerunt ac illuſtrarunt; qui tamen omnes magno mihi ſubſidio fuerunt & adiumento.

§. vi. Heriberto Rosweydo adumbratum de Sanctorum Actis opus.

Oſtremus ad hanc messem animum admouit ac manum Heribertus Rosweydius è Societate IESV, Rofoveydus acer iudicio vir, ſtylo robustus, omnibus disciplinis & mains de doctrinis politus ac perfectus. Quò ille intenderet, quæ colligere, quā ratione ac modo, quibus demella con-dere horreis ac granariis vellet, ipfem docuit, editis an. MDCVII. Faſis Sanctorum, quorum vita in Belgicis bi-bliotheceſ manuſcripta. Hifce fastis veluti ſpecimen totius operis annexuix SS. Tharaci, Probi, & Andronici Acta Præ-fidalia, olim multilè edita à Baronio. Sed ipsum audire præstat, ita ſcribentem:

Ego ſanè eſi Sanctorum hiftoria optimè velim, & ſi otium ſit, non omnino nihil in eā poſſim, imitabor hodie pictores ſci-
graphos, qui antequā rem ipsam viuis coloribus exprimant,
ſoliti priu[r] ſrudia quadam lineamenta ducere, & imaginem
ipſam (liceat cum D. Auguſtino) liciare. Ita ſirubrica, ſi carbo, ſi adumbras
ereta aberrauit, de facili reformant. & future imagini perfe-
ctum exemplar ſtatuum. Non ita pridem mibi Sanctorum hi-
ſtoria omnis etatis, ſexus, nationis, ex variis Belgica Bibliothecis
collecta, deſcripta, ab amicis tranſmissa, indiesq[ue] moles creſtit.
Quam priuſquam in ordinem redigam, & quamq[ue] vitam ge-
nuino ſuo penicillo depictam repreſentem, placuit hanc ſciogra-
phiam premittere, vt ſi vel à me in hoc ſacro iſtituto erra-
rum, vel ſiculis ad Ecclesiasticam hanc pinacothecam perficie-
dam vel tabula vel color aliquis defit, is ab Sanctorum amato-
ribus liberali manu communiceetur. Stabit ſua liberalitati gra-
tia, & vel leue beneficium ibit in poſteros.

Hiftoria totius adumbratio ecclſiaſta. TOMI XVI. de Vitis 16. tomo-
Sanctorum. I. De vita Christi & festis eius. II. De vita B. Ma-
pollicitus, & festis eius. III. De Sanctorum festis diebus publicè ſolen-
nibus. IV. ceteriq[ue] ad xv. de Sanctis mense Ianuario, Februario,
&c. XVI. Martyrologia variorum. TOMI DVO Illustrationum
in vitas Sanctorum: quorum primus eſt Annotationum, qui
conſat

constat octo libris. I. De Auctōribus vitarum Sanctorum. II. De tormentis SS. III. De imaginib⁹ SS. IV. De ritibus Ecclesie, quorum hic mentio. V. De ritibus profanis, quorum hic mentio. VI. De tempore, seu Chronologia. VII. De locis, seu Chorographia. VIII. De verbis obscuris ordine alphabetic⁹. Et si qua alia explicati digna occurriunt, vel explicanda monebis Lector. Secundus est Indicum. I. Index nominum Sanctorum ordine alphabetic⁹. II. Index & tabula omnium SS. cum notatione patria, status, laureola, temporis, loci, auctoris vite. III. Index per status SS. vt Religiosus, Virgo, vidua, coniux, &c. IV. Index per officia Sanctorum, Apostolus, Episcopus, &c. V. Index topologicus, seu index SS. per provincias, Italiæ, Franciæ, &c. VI. Index locorum, ybi coluntur Sancti tamquam Patroni. VII. Index nominum SS. pro curationibus certorum morborum. VIII. Index eorum SS. qui Patroni certorum opificiorum. IX. Index nominum propiorum hominum, locorum, urbium. X. Index sacra Scriptura, qua in vita explicatur. XI. Index controversialium. XII. Index catechisticus. XIII. Index rerum & verborum ordine alphabetic⁹. Et si qua alia notata digna se offerten vel notanda suggeres Lector.

Modus tractandi hic iste: I. Conquirere undeque vitas ab aliis editas, vt Aloysio, Surio, &c. II. Eadem vitas cum MSS. & veteribus libris conferre, causa dupli: primâ, quod sè primus & germanus stylus, quia rudit, in politiorem ab editoribus mutatus: ex quo factum vt vite auctoritas sit immunita, & his storia veritas subinde labefactata, dum quadam non ritè intellecta in alium sensum vertuntur. Deplorant hoc viri docti, & omnia genitiva, stylus pre ceteris illustris. Cardinalis in Annalibus. Nempe contingit iis quod pictoribus. ζωγράφοι ἐπέδων εἰς εἰκόνων μετέχεα φωτιστὰς εἰνόντες, τοις εἰναις, ως εἰνεῖς, τῷ ἀρχετύπῳ πολλοὶ μητρονούνται. Illi enim, ait Magnus Basilius, cum ex imaginibus imagines depingunt, à primâ, ut necesse est, formâ ut plurimum recedant. Ita est profectus, Ars veritatem perdidit, & quoniam stylus gratia queritur, negligitur virtutum. Quod, queso, tibi argentea facies furdo figurarum discriminare, ut materia conficiatur, ipse ignorans maneras? Sancti honorem suum colore suo, non fuso exprimit: scilicet se virtutes suas strictim palliatas, non solutim laciatis reliquise: malunt se nosci, quam vestem confici. Secunda, quia sè vita non integra edita, dum nunc prologus, nunc miracula, nunc obscuriora omittuntur.

III. Vitas nondum editas, undeque conquirere, & alias ita, vt dixi, recognitis interfondere. IV. Vitas omnes tam editas quam ineditas illustrare, obscura explicare, pugnantia conciliare, & alia prestare, qua duobus libris precedentibus illustratum promittuntur. Hec res ipsa concepta tantum, non per trajectata, tenuibus pro voto vnius lineis adumbrata, sed ope operaque multorum coloranda.

Dein inter monita ad ipsos Fastos ista habet: Editas Sanctorum Vitas locis variis habeo varias, quarum syllabum hic non dedi, quod nullas operi misere statuam, nisi vel exemplar ms. nanciscar, vel certè confite eas ipsas ex archetypis fideliter & integrè expressas. Interessit originalia Vitarum scripta semel extare, quod perparum fides Breuiatoribus sine ipsis. Quisque enim suo captu rem delibat, & dum suo palato consuli, alterum suo gustu priuat.

Post Fastos, ante Acta SS. Tharaci & sociorum, ista subdit: Vidisti, legisti Sanctorum Fastos? quid nisi siluam non siluam? Ita, sine fructibus frondes, sine frondibus rami, sine ramis trunci. Maluisses, scio, pra omnibus fructum. Maluissim & ego vna tecum. Sed nouam facilius siluam seras, quam veteres passiuitis disitas in unum locum arbores transferas. Vita ipsa ita varie scripta, vt iis colligidis, recensendis, & tempore & impendiis non modicus opus.

Hæc ille, quæ vt legit Cardinalis Bellarminus, quæsiuit quā ætate is esset qui ista promitteret. Vbi didicit iam annos ferè 40. habere, sciscitatus est, san ei esset exploratum se ad 200. annos esse vieturum? Neque enim, inquit, minori spatio temporis, ab homine uno res tanta perfici pro dignitate potest. Ut erat tamen magno animo Rosweydis, eti tantum aberat ab absolutione operis, vt fundamenta, quæ cogitārat, viz omnino possesse videatur; dixit tamen non diu antè quam è vita decederet, iam LX. natu annos, posse se annis singulis

*mensem sive tomum vnum, recensere ac vulgare. Co-
gitabat enim vitas solas recensitas edere, vt SS. Thara-
ci, Probi, & Andronici Acta publicarāt, absque Anno-
tationibus, quas postea concinnaret; de his verò Sanctis
quorum non reperisset vitas, nihil omnino dicere sta-
tuerat. Pollicebatur autem se ipso mense Octobri, quæ
ineunte deceſſit, opus illud aggressurum.*

*Verū (vt ei tunc obiectum ab amico) an, vt id
potuisse præstare, tomis duodecim editis, LXXII. na-
tus annos eo robore corporis, mentis vigore, memo-
riæ tenacitate, futurus erat, vt Annotationes tunc de-
mum concinnaret? Quid iis Vitis erat facturus, quas tuerit sexa-
plurimas, genuinas fortasse ratus, descriperat, ego ex genariis
aliis breviatis, imò & vitiatas, postea deprehendi? Ede-
ret non examinatas? Alienum hoc eius ingenio & gra-
uitate. Ponderaret omnia suis momentis? annuo spatio
maiorem singuli menses operam postulassent. Distulif-
set in tempus aliud ambigua? Haud multò igitur Surianum
opus superasset. Quid, deinde iis futurum erat? an
veluti atro damnata calculo, vel blattis & igni fierent pa-
bulum, vt ipse loquitur, vel cucullum piperi facerent? Verū
& Scriptoribus & Sanctis ipsis insignis eâ ratione in-
ferretur iniuria; quando & illorum scripta non exāmi-
nata abolerentur, & horum benefacta ita leuiter obte-
rerentur, & vita sanctitudo in dubium fortassis voca-
retur. An examinaret omnia diligenter, absolutis An-
notationibus? quā ætate?*

*Ego quidem certè existimo, si cùm Fastos edidit *Potuit* Rofweydis, continuò calamū sumpliſſet, & insulda- *prīus,*
set operi, excutere potuisse vitas omnes, etiam quæ non
omnino certæ fidei videntur, & meditatum opus perfic-
tere, aut partem saltem eius maximam, præfertim si ad-
iutor ei aliquis idoneus obtigisset. Sed nimis ille mul-
tis distrahi cutas suas & studia est passus; non quod quæ
scriptis, publico vtilia non fuerint, sed pleraque fieri ab
aliis, ipso instruente, potuerunt, præsertim quæ Teuto-
nicâ lingua edidit, illius præstantem summanque eru-
ditionem minimè exigentia. Nè defuere qui hæc in- *si vnum id*
culcarent domestici externique monitores, quorum *egisset.*
quidam vix conuicio temperabant, aut desperare eum
dictantes, perfici posse quæ esset meditatus, aut nimis
viribus confidere vitæque. Non destitit tamen unde-
cumque quantam posset copiam vitarum coaceruare,
atque etiam planè easdem, vt in diuersis codicibus re-
periſſet, diuersis diebus assignatas saepius describendas
curare: sed aceruo veluti attentus custos incubabat, alia
interim meditans, scribensque ſemper aliquid. Verū
iis nunc querelis, quas non mihi magis, quam cùm ille
mortuus est, bonis omnibus iustus quidam dolor ex-
pressit, abstineamus; & licet opus meditatum non ab-
ſoluerit, habeamus tamen gratiam quod id ita præcla-
rè informant.*

S. VII. Auctoris hoc in opere propositum.

*N*unc quid mihi propositum sit, quorum spectet
mea hæc commentatio, planum faciam. Nec vesti- *Acta San-*
gia Rofweydi anxiè ac sollicitè persequi animus est, vt *torum hæc*
quæ non fixa firmiter, parte aliquâ operis absolutâ, sed
leuiter pressa dumtaxat, ideâ quadam tenuibus linea-
mentis informatâ. Nec tamen recedam longius. Idem
illi & mihi scopus. Acta Sanctorum generatim indaga-
re, tenebris eruere, illustrare. Sed longius ego aliquan-
tò quā ille aciem intendo. *Vita* ille, vt dixi, *nullas operi*
miserere statuerat, nisi vel exemplar manu exaratum nan-
cisceretur, vel certè constaret eas ipsas ex archetypis fi-
deliter & integrè expressas. Tam angustas mihi met ego
metas non pono. Nam cùm maximorū etiati Sanctorum, & quidem plurimorum, mandata litteris acta non *cum genuis*
na & pro-
sint, aliorum intercederint; extet tamen vtrorumque *pria defunt,*
frequens apud Scriptores memoria, cur non licebit hæc
gesta eorum, ex iisdem accepta Scriptoribus, comme- *ex aliis au-*
morare? Quid si aliquorum nulla quidem Acta in ma- *storibus col-*
nibus *lecta,*

nibus sunt, qualia principiò conscripta fuisse constet; reperiatur tamen eorum epitome, nec stylo polita, nec fastis ad historiæ normam exacta, & quandoque fortassis ab eo quod eruditii homines animo præcepertint aberrans; cur hoc audito & famelico lectori ferculum subtrahas, et si minus aptè conditum videatur, nec quo è macello allatum sit noris, & num quidpiam malignè præcerptum? Quid cùm neque eiusmodi extat monumentum, nec probati scriptoris testimonium; viget tamen Sancti alicuius memoria, eiusque celebrantur benefacta & miracula, vel solâ populi famâ, vel positis etiam imaginibus & anathematis; nefas fuerit, quid maiorum sermonibus traditum sit, quamque id probabile videatur, exponere? Abstinuisset his omnibus manum Rosweydis: non ego; qui nihil, quod ad Sanctotum honorem amplificandum, conseruandamque memoriam facere videatur, existimem esse negligendum. Sæpè etiam neque scripta veterum, neque recentiorum famâ sequi datur, quod & acta nulla extant & penitus abolita memoria Sanctorū est: nomina tamen vetustis inscripta Martyrologiis sunt, quotū verba repræsento, & si quod alibi vestigium appetat, scrutor & excutio diligenter.

Actis additio-
re Annotationes,

Cogitabat præterea Rosweydis vita primū solas edere, postea de eorum scriptoribus, horum atate ac Sanctorum ipsorum, de vtrorumque vita ratione, domiciliis aut mortis loco, & aliis, quæ superius proposita sunt, disputare. Ego vero satius esse duxi, ad singulas id vitas agere; neque sat tutò in aliud tempus differri. Fieri enim potest, vt in Vitam incidat quispiam, quæ illi videatur vel ab aliquo probatae fidei historicō dissentire, vel recepta chronologiæ non satis aptè congruere, vel loca continere vulgò ignota; ideoque aut nūquam extitisse Sanctum illum, aut facta esse & commentitia illius Acta suspicetur. Occurendum igitur istiusmodi opinionibus est.

Virum egregiè doctum audiui narrantem, se cùm primum Vitæ Patrum ipsius Rosweydi studio recognitæ & illustratæ prodierunt, illicò inuestigasse num inter eas esset Macarij Romani vita, illius qui iuxta Paradisum habuisse dicitur, & trium monachorum ad eum iter: ea cùm reperisset, neque satis Rosweydi Annotationibus firmata, aut discussa, spreuuisse se librum cā causâ. Imprudenter ille quidem, qui ingentem thesaurum, cui vel vnicus admixtus esset nummus adulterinus, contemnendum idē existimat; imò cùm nec adulterinus quidem esset fortassis, sed moneta ignotæ. Quid si Notationes nullas addidisset, quantò minus illius & aliorum fastidioso palato vita illa sapuisset? Quot inter Sanctorum Vitas sunt paribus aut etiam difficultioribus implexæ ambagibus?

Ea si item conciliant, etiam praedicatus;

Edidi xiii. Ianuarij vitam S. Kentigerni Pictorum Scotorumque Episcopi, sanè admirabilem. Vir quidam eruditissimus, & in Anglicanarum rerum Scriptoribus versatissimus, cùm mēcum de Sanctorum Vitis haberet sermonem, rogatus à me est, quid de Ioanne Capgratio, eiusve Sanctorum Angliae Legendâ sentiret. De sanctissimis hominibus, inquit, fabulas vel scripsit, vel collegit. Omnia ergo, inquit, improbas? Pleraque, ait. Fateor esse quæ ita imperitè ac ineptè scripta nollemat de Kentigerno quid videtur? Fuit, inquit, vir Apostolicus, sed figmentis scatet vita. Sciscitatus quid, præcipue reiiceret, quæ iam à me excusa de eo erant, legenda obtuli, rogaui vt afferret lucem. Cùm legisset, Multæ, inquit, spretæ haec tenus Diuorum historiæ, ubi sic erunt illustratæ, eti stylo nil insipidius, arridebunt tamen eruditis. Quid si ergo ipse ea suâ singulari eruditio digestisset ornassetque Rosweydis, quantò ilustrior emicuissest obscuratæ haec tenus aut nescio quâ temporum barbarie infuscatae splendor veritatis?

Ipsè ego (fatebor enim, qui communis est multorum, errorem meum) cùm in Actis, non memini nunc quibus, legilsem Vrielū & Ophaliæ Reges, suspectare fraudem cœpi, ac veteri ne in quapiam Mori Vtopiâ

quæ narrarentur gesta essent; donec suspenso veluti gradu, ita mentis assensu pertentarem omnia. Tandem verò Vrielū, siue Iriel, aut Vrielæ occurrit, Hiberniæ provincia, cuius caput Drogheda vrbs; & Donaldus Rex Vrielū, Mellifontis præclarí cœnobij fundator; & qui cum aliis Henrico II. Angliæ Regi se subiecerunt; O Ca-*sep necesse* rel Rex Vrielæ, Mac Shaglin Rex Ophaliæ. Quid ni igitur *ris.* cùm ista occurrent, ne hallucinetur & à lectione honestâ in primis & fructuosâ auertat animum, qui ad eiusmodi scopulum fuerit impactus, breuiter ea explanem? Periculosa sane mihi ac temeraria futura res est visa, si absque ullis Annotationibus ac Præfationibus, ederem quamvis multis probatas Vitas & genuinas. De ipsis porrò Annotationibus totâque operis methodo, plenius cap. 2. differam: hic illud indicandum fuit, à Rosweydo quibus in rebus & quamobré discederem.

Verū sentio esse quosdam, quibus Rosweydi non probetur institutum, minùs etiam meum; propterea quod existimat, satius esse urbano & venusto stylo,

*Inornata
Acta an rō-
spuenda.*

quæ de Sanctis comperta sunt, narrari; quām rudera quædam incondita, aut saxa potius barbari sermonis proiici: quin & Sanctos ipsos venire in contemptum putant, cùm ita illorum res gestæ narrantur. Cùm verò ex variis auctoribus de Sanctis, quorum vel propria nulla, vel minùs integra extat Vita, quædam professo analæcta; mallent vnam concinnari continuam orationem, quām quasi centonem consuī, ipsis auctoribus verbis repræsentatis. Mallent cùm inuicem discrepant auctores, omnibus expensis, contentiam vnam, quæ probabilior videatur, affirmari, ceteris prætermissis; quām ambiguè coniectando ansam, vt aiunt, præberi de rebus omnibus dubitandi. Næ illorum multūm à mea *aut è variis
collecta* dissentit ratio. Merentur quidem Sancti vt à peritissimis scriptoribus res ab ipsis præclarè gestæ mandentur literis, magis sane quām Rēx ille, quem legimus, cùm multos secum rerum suarum haberet scriptores, inuidisse etiam ei cui suæ virtutis Homerus præco obtingisset, seque ab Apelle pingi, à Lysippo fingi potissimum voluisse. At multis extatibus vel rari extitère præclarí scriptores, vel qui extitère, ij litorum studiorum inanem sectari mercedem, quām Deo Divisque suos consecrare labores maluerunt. Si qui autem benè docti Sancto-*Cur incons-*
pè olim
rum gesta mandare litteris aggressi sunt, ij vel animis scriptat in alias plures curas distractis expolire sermonem non potuerunt, vel vltro neglexerunt, rati stylum eum optimum esse Sanctisque gratissimum, qui cùm ipsorum vita modestiâ contentirer, vt sicut illi vulgò contempti contemnebant ipsi omnia seculi ornamenta, monumenta gloriæ, laudis insignia, solo virtutum interno splendore contenti, quo se Numini gratiosos fore considerer; ita omnis de eorum vitâ instituta narratio, humilis esset & inelegans, solâ veritate & pietatis incitamento commendata.

Equidem non video cur non cuiuscumodi illud sit, quod sic traditum est litteris, id quisquis amator est veritatis multò libenter amplectatur, quām si nouis elegantiarum pigmentis adulteretur. Iam quis ego sum, qui cùm discrepant atque inter se pugnant scriptorum variòrum narrationes, ipse quod mihi visum fuerit, *Testimonias* velut certum minimeque dubium pronuntiem, & mea *scriptorum,* vnius, quæ nulla est, firmem auctoritatem? Nōnne id satis est, si vbi plurimum, discrepantia protulero testimonia, quodnam eorum & quamobrem præferendum existimet, modestè exponam, aut etiam iudicium. Lectori relinquam & Ipsos principes historicorum video ab hac ratione mea minimè abhorrere. Quoties enim Vale-*etiam dif-*
sentiens Antiatem, ac Fabium Pictorem diuersa sentientes citat Liuius? Quamquam, quia in omnium manibus erant, non ipsa eorum verba adnumerat, neque id erat opus. Mihi id visum est faciendum, vt sua antiquitatè dignitas constet, ac reverentia. Etiam in statuis & imaginibus Principum, imò & plebeiorum quoque, maiorum nostrorum, veterem illam habitus formam obser-*uamus*

*proferuntur
iporum
verbis,* uamus ac reueremur, & longè inepto ac multiformi
ætaris huius vestimentorum modo præferimus: & non
id in scriptis ac stylo, cui vni ferè à vetustate commen-
datio est, valebit? Lectors malo quid olim de singulis
Sanctis scriptum sit, intueri, quām mihi credere narranti.
Aberit fraudis suspicio, cū ipsa veterum verba le-
gentur. Atque ita quidem affectus animo sum, vt mihi
haberi fidem nolim, nisi id narrem quod ipse oculis
vidi, neque enim ita me haecenū vixisse arbitror vt
tunc fidem non merear: ast in ceteris quæ ante meam
gesta sunt ætatem, nolo mihi credi, sed quos proferam,
testibus, quos ipso suis volo verbis vti: quæ tamen si
quando obscuriora erunt, vt mihi interpretari ea & ex-
plicare liceat, depositam.

ad fidem.

*Opus hoc
fons est,*

Fontem igitur demonstro, puræ quidem aquæ & sa-
lubris, sed in obscurâ latentem siluâ, densis septum fru-
tetis, musco obsitum, auiō loco, difficiili aditu, nullis la-
bris aut marginibus aliisve operibus conclusum, ita ta-
men vt haurire ex eo facilè queas, aquamque deducere,
quibus voles canalibus, lapideis, ligneis, plumbeis,
argenteis; inde aut virtutum præstantissimarum peten-
do exempla, aut materiam sumendo quam stylo exortes
ad aliquid vtilitatem, Diuorum honorem; eā lege
tamen, ne ipsum vñquam obstruas fontem; sed si quæ
fortè è vicinâ palude vena infuxit, aut malitiosè indu-
cta, si cuius arboris noxia eum umbra texit, si quid
aliud saporem eius vitiauit, vñmve interclusit, mede-
lam afferas quæ licet: si quid à sciolis aut imperitis li-
brariis adiecitum, recisum, mutatum deprehenderis; aut
ipse emendes, aut nos moneas.

C A P V T S E C V N D V M.

Methodus & symmetria operis.

§. I. Ordo dicendorum, & ratio.

Rerum omnium quæ existunt, ordo quidam est ac
modus, à naturâ, aut potius ab auctore naturæ, sa-
pientissimè constitutus. Cernitur is quoque (licet sa-
pius hominum improbitate perturbatus) in rebuspu-
blicis, ex pulcherrimâ partium omnium, ceu membro-
rum, compositione ac disciplinâ consertus. Verùm alibi
nusquam illüstriùs, quām in Sanctorum vitâ elucet, à
quibus est tum in Numinis veneratione publicâ ac pri-
uatâ, tum in ceterarum functionibus ac munis virtu-
tum, omniq[ue] vitæ ratione, ordo quidam, idemq[ue] fe-
rè Diuinâ haustris institutione, studiosissimè conserua-
tus: vt æquum propretà sit, omnem, qui de eorum ge-
stis instituitur, sermonem certo quoque ordine dispo-
ni. Ergo ne quis vt in vastâ atque immani siluâ chaos
quoddam suspicetur, atque indigestam molem, breui-
ter hīc totius operis ordinem explicabo. Ac primò re-
rum ipsarum quæ dicuntur est ordo: dein eorum quæ
perspicuitati seruunt ac commodo Lectoris, apta atque
idonea ratio: tum stylî qualitas & conformatio: Indicum
etiam (nam eorum præcipiu[m] est vñs) necessaria expli-
catio: odioſa præterea sunt quæſtiones nonnullæ ac
censoriæ notationes, à quibus cur retorqueam stylum,
exponenda est cauſa: demum quæ in posterū mediter,
operum est idea quædam aut consilium aperiendum.

Qui antehac Sanctorum Vitas scripsere, ij vel nul-
lum secuti ordinem sunt, vt qui secundam partem Le-
gendæ composuit, atque in nonnullis voluminibus Li-
pomanus; vel alphabeticum dumtaxat nominum, vt
Mombritius; vel ætatis ac temporum, vt recentiores
nonnulli; vel festorum, quæ in ritualibus libris Ecclesiæ
Romanæ descripta sunt, ad quæ ceterorum Sanctorum,
etsi in nullis extent Kalendaris, mortuales dies
accommodant; ita Jacobus de Voragine, Surius, ac re-
liqui ferè omnes. At si in eundem diem plures incide-
rint Sancti, horum ab iis promiscue scripta nomina; vi-
tae editæ, nullo vel ætatum discrimine, vel litterarum;
vt cernere est in Petro de Natalibus ac Surio. Ego fastos

*Ordo nec-
sarius in
Vita ss.*

*bis alias
quām à ce-
teris Auto-
ribus ferua-
sus,*

Venam diuitis metalli ostendo: refode eam tu, ex metalli ve-
coque, vt re. Si quid terrestris scoria admixtum, fecer-
ne: si quid minùs à me depurgatum, (& sunt pluscula,
fateor) execute tu diligenter: verte in quæ voles opera;
sive nummos cudere animus est, quos trapezita illi
Regi anumeres æternarum possessionum pretium,
quib[us] nomina multis iam noxis peccatiq[ue] facta
dissoluas; sive vasa magnificè elaborare, quæ ad cœlestes,
etiam Numinis ipsius, epulationes adhibeantur, seu de-
nique arma fabricari, ille splendorem addere, quo ad
uersariorum præstringas oculos, & gloriosum trium-
phum reportes; quod voleo.

In siluam duco, opacam & densam, & multos per
annos, imò secula, inciduam. Hic si te umbra delectat,
amcēnè conquiesces, astumq[ue] curarum forensium &
cupiditatum temperabis. Sin cædere arbores lubet, ius
falsque est, & in quos voles vñs; seu nauim cupies fabri-
cari, quā ad destinatum salutis portum vehare; seu do-
mum ædificare, in quā tibi viuas, non semper hospes
tui ipsius, & rerum tuarum ignarus; seu quod denique
aliud moliri opus, sive solum ignem facere, quo frigus
pellas, animi, inquam, maximè periculosum; affatim
materiæ est. Vnum postulo, sicuti via erit frondibus &
virgultis interclusa, aut caducis vieriſque ramis impe-
dita, sicuti direpto cortice squallebunt trunci, si quæ
inimico sidere afflatæ quercus, si quod aliud inutile li-
gnum; fateare tamen, æquus esse si voles, plura esse ap-
& commoda; nec vñpiam fortassis, pari in mole, pau-
ciora, repudiare quæ velis.

siluacauda.

quidem sum Romanos fecutus, vt quo quisque in cæ-
lum migrauit die, aut quo præcipua illius agitur felti-
uitas, Acta darem. Sed & dierum quoque singulorum
Sanctorum in certum reposu ordinem, vt quantum eorum
assequi ætatem potui, prius de iis agerem, qui prius *etiam inter
ss. eiū/dom
vixerunt, aut certè prius excesserunt ē viuis. Non ita ta-
dis.*

Primum igitur consignato die quolibet, qui eo die *1. Sancti*
coluntur Sancti, aut quorum quoquo modo celebra- *qui eo dia
tur memoria, corum nomina ordine, quem iam expo-
sui, recenseo; addito, cum mihi cognitus est, loco quo posita no-
mina:*
vixerunt, & quam gesserunt dignitate, aut gradu, v.g.
*S. Gaudentius Episcopus Nouariensis in Italiâ. S. Leo Tri-
bunus, Martyr, in Bulgaria, &c. Atque eâ ratione vñico
obtutu de quibus eo die agatur Sanctis, quoque ordi-
ne, perspici potest.*

Sequuntur *Prætermisi & in alios dies reieci.* Sæpè nam-
que Sancti vñius plura sunt festa, in vñâ etiam atque
eadem Ecclesiâ: nam quorumdam obitus sive natalis
celebratur, Translatio, nec vna; ordinatio, miraculum
quodpiam: aliorum à diuersis populis diuerso die agi-
tur, etiam eadem celebritas. Estet verò illud ridiculum, *2. reieci in
alios dies,*
si quis vñius Sancti pluribus diebus edi vno in opere
Acta vellet. Semel igitur illa dedi; quibus verò diebus
alibi agitari eorum festiuitatem vel recoli in Diuinis
officiis memoriam comperi, indicaui isthic, vbi Acta
eorum queant inueniri: idque eo consilio, vt si quis
Patroni fortassis sui, aut ceteroquin quopiam in loco
celebris Sancti, Vitam querat, neque tamen eo die re-
periatur, sciat quò sibi sit recurrentum. Plerumque verò
ad eum diem cuiusque Vitam reicio, quem maximè
solemnen agi existimo in loco vbi illius conditum est
corpus, aut qui illius ortu patrocinio gloriatur. Sunt
præterea recentioribus Martyrologiis, aut Sancto-
rum

rum catalogis, multorum inscripta nomina, quibus tam
enim cælestes honores non sunt Ecclesiæ iudicio de-
vel omnino omisi.
creti, vel antiquâ populorum pietate prærogati. Hos
ego mihi omittendos esse meritò existimauit, recentio-
res præsertim: neque præter *Venerabilem illum Ludouicu-
m Blofium Abbatem Letiensem*, (cuius cur vitam h̄c dede-
rim, suo loco exposui) alterius cuiusquam res gestas re-
tuli, qui non ab aliquibus scriptoribus in Diuorum
albo collocetur. An legitimè id factum esset, saepius ad-
dubitaui; ac tunc si dedi vitam, (dedi autem paucorum)
omisi tamen *Sancti* aut *Beati* titulum: plerumque tamen
Vitam omisi, nomen indicaui, vt scibui mea mea conie-
cta fefellerit, me lector eruditus admoneat. Ac verò
conieceram in hanc Omittendorum classem nonnul-
los, quorum postea & sanctitatem publicis fectis mo-
numentisque celebratam didici, & res gestas accepi.

etiam apto ordine.

In hoc quoque omissorum syllabo ordo est à me du-
plex obseruatus: nam primò eos recenseo, qui in prior-
em, iuxta Kalendarij seriem, reiciuntur mensem aut
diem: exempli gratiâ, si die **xii**. Ianuarij in Martyrolo-
giis Sancti occurant, quorum aliqui **x**. Februarij, **vi**. Apri-
lis, **xv**. Ianuarij, **viii**. Ianuarij colantur, alij etiam plan-
tè Omitendi videantur; primùm eos refero qui ad
præcedentes Ianuarij dies, tum qui ad ipsum duodeci-
num pertinent, siue qui adscripti illi diei sunt, sed vi-
dentur esse omittendi; dein qui ad dies consequentes
eiusdem mensis; ac denique mensium aliorum, eadem
sempiter serie atque ordine dierum. Secundò cùm om-
nino prætermisisti eodem die plures sunt, hos quoque
eo ordine digessi quem eorum postulare atas, etiā non
semper accuratissimè expensa, videretur.

*3. Prolego-
mena,*

*in quibus
Vita ipse
examina-
tur,*

*à quo ea
scripta.*

*ante acce-
pta.*

*etiam an à
Rosveydo,*

*tum de
Translatio-
nibus cogi-
tur & mi-
raculis.*

Tertio loco Præfationes sunt, siue *περὶ ζωῆς θύλα*, aut
prævia de vitis singulis dissertationes. In his locum, in
quo præcipue Sancti singuli coluntur, quòd orti, aut
in quo atatem degere, vel quem suis reliquiis conse-
cratè, expono: tempus quo vixere, ex certis characte-
ribus, si quidem iij suppetunt, eruo: sanctitatem publicè
celebratam, ex Actis canonizationis, Martyrologiis, ve-
terum scriptorum testimoniis, templis eorum honori
dicatis, reliquiarum legitimis translationibus, atque aliis
monumentis, affirmo: Vita à quo scripta, quo tempore,
quibus probata, citata, à quo accepta, commemororo. At-
que in hoc postremo capite ita sum religiosus (quòd id
existimem ad gratitudinem testandam, imperrandam
que fidem valere quam plurimum) vt nullam omnino
Vitam edam, quin à quâ Ecclesiæ aut coenobio accepta
sit, indicem, expressis etiam priuatorum nominibus, qui
vel suos codices commodarunt, vel suâ manu ex alienis
Acta vel vnius Sancti descriptæ. Et fuerunt, qui quas
parauerant publico vitas, eas à se dilucidatas in hoc ta-
men amplio opere maluerunt extare, quam separatim
tenui cymbâ vagari: his etiam, vt æquum est, sius con-
stat honos, vti & iis qui è Græcâ lingua, aliâve barbarâ
vitam alicuius Sancti vertere, aut miracula. Quæcum-
que verò in Rosveydi armatiis reperi, ea omnia sum-
mi fide significo ab eo me acceptisse: idque è studio-
sius facio, quòd fuit nonnemo, qui vel existimauit, vel
certè persuadere alij conatus est, nullam à me Vitam
edi, quam non ille olim congesserit. Melius id norunt
qui plurima post illius mortem suppeditarunt & in dies
suppeditant amici. Magna tamen pars operis, aut torum
potius illi debetur, quòd & multa collegit, & auspica-
tu est opus, quod vel mihi fortassis non venisset in
mentem, vel certè vt id aggrediter non sivissent Ordini-
nis nostri Præsides.

Non Vitas autem solas edo Sanctorum, sed & Trans-
lationes, & patrata ab iis post mortem miracula: quæ si
separatim peculiari commentario descripta sunt, iis sua
præfigo Prolegomena æquè vt vitis ipsiis, eodemq; mo-
do ea dilucidò: sin pars sunt Vitæ, cive attexta, de iis
seorsim nisi in communibus ante Vitam Prolegomenis
non disputo. Siquæ autem alia de iisdem Sanctis alij
tradidere scriptores, ea vel in Prolegomenis, vel post

vitam profero, aut si eadem narrantur in Vitâ, indicò
solùm. Prolegomena verò ipsi si prolixiora sunt in plu-
res partior paragraphos. Quæ porrò Prolegomenorum;
eadem Vitarum est ratio, quæ non continua serie con-
scriptæ ab auctoriis sunt, sed à me è variis scriptori-
bus collectæ, quasi consarcinatae. Ceterum quæ in
hisce Prolegomenis tracto, eadem v. cl. Andreas
Sauffarius in commentariis apodicticis ad Martyrolo-
gium Gallicanum, daturum se pollicetur, fortassis etiam
luculentius. Miracula Sanctorum sunt qui edi non
probent, vel quòd iis, vt loquuntur, confirmari nunc
nostræ religionis veritatem necesse non sit, vel quòd
multa in iis inesse videantur inania ac futilia, quæque
risum potius exprimant quam fidem aut pium animi
sensum, vel denique quòd in iis multa memorentur
Ecclesiastice libertatis violatoribus, sacrorum con-
temptoribus, aliisque sceleratis hominibus inflicta cæ-
litus supplicia, quæ qui eadem nunc designant flagitia,
meritò sibi sentiunt esse pertimescenda, putantque pa-
lam exprobrari. Quam fidem quæ vulgantur à me Di-
uorum historiæ mereantur, sequenti capite exponam.
Non solùm autem ad religionis persuadendam verita-
tem aut facta olim miracula sunt aut sunt etiamnum à
Deo: magnus eorum fructus est, si à sceleribus deter-
reantur mortales: quamquam neque hoc potest acci-
dere, quin confirmetur etiam religio, ac præsertim salu-
taris de supremâ Dei prouidentiâ opinio. Et multi ante
me sapientissimi sanctissimique viri Sanctorum con-
scripsere miracula, quorum sunt quædam in generali-
bus Ecclesiæ concilis approbata.

Quartò ipsas edo Vitas germanâ phrasî, quâ sunt
olim ab Auctoriis conscriptæ, cum mss. codicibus *mauâ phra-*
accuratissimè collatas; si quidem archetypa eiusmodi *si.*
exemplaria reperire potui. Si non extabant illæ priùs
Latinè, indico quis verterit; vbi id non indico, sed so-
lum è Græco, Italicô, Gallico, Hispanico, Teutonicô ver-
fas, à me versæ sunt. Si plures extant vnius Sancti Vitæ,
& à nominatis præsertim scriptæ auctoriis, cæque
haec non editæ, omnes hic edo; nisi compendia
sunt aliae aliarum. Nam cùm antiqua nactus sum Acta,
plerumque Metaphraſtae & recentiorum narrationes
prætermitto.

Hicce vitis ac miraculis subiocio, vbi opus esse vide-
tur, per breves Annotationes; quibus vel variæ lectio-
nes in diuersis mss. animaduertæ indicantur, non om-
nes cuiuscumque generis, quod esset superuacaneum,
sed quæ alicuius esse momenti vñs sunt; vel si quæ no-
mina vrbium aliorūm occurruunt locorum, quæ non
sunt in eadem Vitâ explicata esse videantur, ea breuiter
vbi sita sint annoto. Si quæ verba barbara, aut minys
vñtata, eoque obscura, explano ea breuiter. Si quæ tem-
porum nota, à vulgatâ dissentiens chronologiâ, aut singula ca-
quæ non satis perspicua esse videatur, eam, si in Prole-
gomenis id factum non est, expono. Si quid est quod
cum Theologorum placitis neutiquam congruere vi-
deatur, id vel enodo, vel quæ licet excuso, vel etiam quæ
corrigi possit doceo. Denique cùm præter eam quam
edo Sancti cuiuspiam Vitam, alia extens subinde ab
aliis scripta auctoriis eiusdem Acta, aut ab historicis
relata, si quid hic omissum aut aliter narratum sit, ad-
moneo.

Non defuere viri doctissimi, qui hasce Annotationes
existimarent nullum esse ysum habituras, eoque vt
vano labore parcerem hortarentur. Neque enim erudi-
tos Lectores illis egere; neque qui egeant, eorum esse
habendam rationem, nisi ipsam passim velimus Latinam
phrasim in rudium gratiam explanare. Iacobum Sir-
mondum, Dionysium Petavium, aliosque pari eru-
ditione viros Annotationes hasce, aut etiam propter *dolis non
necessarias.*
eas opus vniuersum contempuros. Perculit, fateor, me
virorum tantorum allata ad labefactandum institutum
meum auctoriitas. Ergo ne Heroibus illis, qui mihi sin-
guli instar essent plurimorum lectorum, aut etiam om-
nium,

hium, displiceret labor hic meus, quas iam paratas habebam Annotationes expunxi pleraque; ideoque rationes quatuor priuis diebus adiecta. His excusis, cum bella iustitium, ut ante scripsi, prælis indixissent, penitularius coepi cogitare, quibus hæc ederem? anné solos eruditissimos homines voluere opus meum velleri, an non potius plebem omnem litteratorum? his numquid commodo esse Annotationes illæ possint? Cui ingratum fore, vbi Sancti alterius fieri mentionem legerit, moneri quo die sit illius Acta reperturus? Si solùm Petauli Sirmundiique similibus legi mea velim, satis esse si decem aut duodecim cedantur exemplaria; neque enim esse nunc aut intra longissimum fortasse tempus futuros pari eruditio decem. Quid an nescire eos, scribi multa quibus solùm vulgus rude & imperitum vtatur, plura quæ mediocriter docti legant, quæ doctissimi pauca? Notam mihi eorum esse humanitatem ac comitatem, plurimis litteris officiisque immetenti mihi præstis testatam, vt non facile sint, quod ipsis etiam usui non sit, sed prodest tamen aliis queat, al per naturam. Accedebat aliorum scriptis celebrum virorum auctoritas, Iacobi Tirini, Ioannis Tollenarij, Laurentij Vveni, Alberti Miræ, atque aliorum multorum, qui & letas hasce breuissimas notas probabant, & vt porrò similes elucubrarem hortabantur.

Antonij Wingij Lætensis Abbatis longè vires meas, ac fortassis modum humanae imbecillitatis, vota ac consilia excessere. Optare enim se alebat, vt non breuissima solùm scholia, sed luculentiores commentarios dare, quales ferè Petrus Halloix noster ad Vitas Sanctorum Scriptorum Orientis adiecerat, de quo auctore multis tunc nobis fuerat sermo, & cum summâ eius, ac meritâ, coniunctus laude. Negauit eam esse mihi vim animi, ac corporis firmitatem, nisi viginti alios exigitaret ipse, qui ad idem studium suam operam seriò conferrent. Quem deinde lecturū hæc cogitaret operis mei molem, etiam absque eiusmodi commentariis; quid si illi accesserint, & par characterum magnitudo? Trecentis profectò voluminibus opus omne non iri expletum. Acquieuit continuò responsum huic meæ vir optimus.

§. II. Ad perspicuitatem & lectorum commodum excogitata.

Charta & litterarum forma non nimis sumptuosa & operea.

Rouidere quidem omnes oportet, qui ad libros edendos animum appellunt, vt non modò stylus clarus apertusque sit, sed & litterarum forma ac charæ ratio sit eiusmodi, nihil vt lectorum offendat ac fatiget. Numquam tamen mihi eorum imitanda esse duxi exempla, qui characterum magnitudine, nitore chartæ, ceteraque elegantiæ capti, nil pensi habent, quanti pretij futuri sint libri, & quæ multi eos coemperunt. Volui ego ita opus hoc meum cudi, vt nec fœda esset charta, neque deformes litteræ, quæ auerterent potius, quæ allicerent lectorum; neque tamen ita splendida essent ac sumptuosa, vt emptores pretij magnitudo deterret. Idcirco Typographum monui, prudentem virum ac cordatum, vt chartam, characterem, & cetera quæ opus forent, adhiberet, qualia sibi esse utilia iudicaret: nam quod illi utile esset, id mihi maximè iucundum fore, vt nimis quæ plurimi libros meos emant ac legant. Fecit ille pro suâ prudentiâ & humanitate, vt neque papyri aut typorum munditiam requirerem, neque ptetum enorme damnam. Et quidem ordinari à me characterum diuersitatem & modum voluit, ac cetera quæ censerem operis perspicuitati seruire. Quæ huc faciant, quæque adhibita litterarum differentia, summatim hæc edisseram.

Primum grandiori formâ characteris (vt de titulis nihil dicam) impressa Sanctorum cuiusque diei nominis, na, vt ipsa litterarum magnitudo illicò oculos aduer-

tat Lectoris animumque. Elus tamen Sancti nomen, cuius eo die festivitas sit in Römano Kalendario consignata, quadratis est litteris, vt emineat, non tamen primo loco, vt in Martyrologio, sed ordine ætatis, efformatum. Duo deinceps sunt genera littetarum, mediocris magnitudine, quam ex re thedianam vocant; aliae longiores aliquando quæ latiores, vulgo Italica dicuntur, typographæ nostræ, quod iis calamo efformantis citatius moueri manus possit, & velut currere videatur, cursus, quasi cursorias, appellant. Aliæ rotundæ sunt ac teretes, & passim Romanæ nominantur. His Vitas, & quæcumque alienis verbis efferruntur, excidi cutauit: cursoris illis quæ mæ sunt, aut quasi mea, quia auctiorum & laboris sociorum, de quibus infra. Annotations vero, vt quæ lectorum quidam præteribunt festini, vel sibi non necessarias rati, minimo excusæ sunt charactere.

Principio Vitæ cuiusque aut prævia meæ de eâ dissertationis, in margine diem signavi quo is colitur Sanctus, & annum quo decessit: vel si annum certâ notâ temporis circumscribere ac definire non potui, tum secundum quo vixit, aut seculi initium finemve expressi. Ast in supremo margini quasi superfluminari paginæ cuiusque & Sancti nomen, cuius isthic datur vita, & dies mensis adscriptus; ne quemquam oporteat plura voluere folia ut norit quo de Sancto agatur, & quo die Tituli pagi. thensis. Quia verò eiusdem Sancti plures quandoque narum, sunt vltæ, à diuersis scriptæ auctoriibus, id est in exteriori margine paginae cuiusque, summo loco à quo ista auctore sint quæ dicuntur; aut vnde accepta indicatur, hac formulâ: AVTORE N.N. EX MSS. aut EX EUSEBIO, EX VITIS PP. EX SVRIO, &c. Si quæ eâ paginâ habentur, quæ nulli certo tribuenda Auctori videantur, sed sint à me vndique compilata, adposui, EX VARIIS.

Vitas singulas in capita distribui, vt laborem leuarem rædiumque Lectoris. Neque semper partitiones sum secutus quæ vel in aliorum editionibus vel in MSS. extabant, quod plerumque mutuò non responderent codices; vnde conjecturam capiebam, non esse ab ipsis auctoriibus illas capitum factas sectiones ac titulos. Si quando diuisisse Auctorem commentarium suum in capitula, aut titulos apposuisse, probabile fuit, retinui vtraque. Nisi forte brevia nimis capita erant, & quasi à singulis periodis répetita, aut nimis longa & ad plures paginas diffusa: aliam enim tunc diuisionem adhibui; eâ tamen moderatione, vt priorem Auctoris partitionem singillatim exponerem, præferrim si additi tituli essent. Ipsorum porrò titulorum alij cursoriæ, rotundæ alij litteræ impressi; illi à me, hi ab auctoriibus compo- siti, aut certè in MSS. reperti.

Quia verò auctorum prefationes sèpenumero ieiunæ sunt & frigidæ, narrationes ipsæ inertes & languidae, ac succo vacuae; ne quis possit queri malè in iis legendis operam collocari, aut certè ne molesto quidpiam quærendi labore conficiatur: compendia omnium marginæ, quæ tractantur in margine apposui, quasi in summam cuncta aut certè præcipua redigi. Hæc qui percurrit, paucis horis vasti etiam voluminis materiali euoluet: si penitus quidpiam introspicere ac pernoscerre cupiet, licebit pensiculatè ac sigillatim cuncta perlegere.

Annotationes singulis subnexæ capitulis quem ad locum spectent, præfixæ litteræ significant, quæ eadem & in contextu orationis & in marginibus impressæ: nec litteræ. Quæ ex Divinæ Scripturæ libris alii've citantur aucto- a b c indi- ribus, ea quo ex loco sumpta sint vel in ipsâ serie nar- cata.

Numeros addidi iustis interuallis ad Vitam ac præ-

*Numeri
minoribus
divisionibus
additi.*

fationes. Hos subseruire posse Indicibus rebar cùm impressionem auspicarer. Facilior reperta dein ratio est. Possunt tamen hi numeri alii vñui esse: neque aut deformant historiam, aut ab alitorum consuetudine scriptorum abhorrent; & ferè hosce numeros exprimo, cùm vitam vnam cito ad alterius illustrationem.

§ III. Stylus Auctoris.

*Quæ ab
Auctore ipso
scripta, an
elegantia sty-
lo?*

Expectat nunc fortasse quipiam, ut quæ scriptorum profero monumenta, solè ferè antiquitate commendata, ea extrinsecus saltem styli elegantiæ conditorem; quæ, inquam, ad eorum explanationem profero, iis munditiam addam ornatumque dictio[n]is. Ita qui veterum semitruncas statuas, carie situque exefas imagines, fractos enses ac loricas consecrantur, ea vbi adepti sunt, vel in fabrefactis capsulis reponunt, vel limbis pretiosis circumdant, vel illustri in cœnaculis loco suspendunt, quasi hac vetustatis reverentiâ, illius fluentem ac propè obsoletum reparare ornatum velint, honorem sibi conciliare. Erunt igitur veterum illæ gemmæ Scriptorum, et si non magno artificio sculptæ, aut nunc splendidæ dictio[n]is includendæ. Verendum aliquin, ne non modò non augeam, sed plurimùm etiam imminuam gloriam Sanctorum, quorum Acta dudum propter inornatam agrestemque dictio[n]em neglecta, ita proferam in lucem, vt nullum iis nouæ, vel in ceteris saltem lucubrationibus meis, elegantia splendorem adiungam.

*Mereban-
tur Sancti:*

*cur id neg-
lexerist?*

Merentur quidem Sancti vt eorum laudes omni eloquentia facultate, arte, contentione celebrentur: neque ab eo studio auertere exemplo meo quemquam velim: hortor potius omnes, vt eò vim omnem ingeniumque conferant, vt Sanctorum res gestas stylo illustrent. Nusquam alibi maior honestas, dignitas, decus. Nusquam gratia amplior, & eorum qui laudantur, & qui laudationem legunt; nusquam luculentior merces, nusquam inuidia minor. Ut tamen dedito studio expoliham stylum, inducere in animum non possum: neque fortassis si in id incumberem, optatum assequerer: sed vt assequi me posse confiderem, nolim tamen tempus, quod angustis sanè à naturâ definitum spatii est, ex utilioribus occupationibus eruptum, in eo studio consumere. Nec sum adeò stolidus, qui si quid vltro aptum perfectumque occurrerit, id repudiem, quasi Latinè etiam loqui nolim; sed nolo vel tenuem in eâ elegantia consecrandâ operam perdere. Præstat stylus obuius & expositus minimeque operosus: atque eum mihi plures viri graues persuasere. Qui deliciis humanae litteraturæ pascuntur, alibi eas querant licebit: non sunt ad eorum genium meæ accommodatae lucubrations. Ea Sanctis acceptissima dictio, quæ cum eorum modestiâ, morumque simplicitate consentit.

*Quæ expe-
regrinu[m]
lingu[rum]
vertet?*

Incompto igitur, sed facili vñus sum stylo, siue in Prolegomenis digerendis explicandiisque, siue in Actis variorum Sanctorum ex Græcâ lingua aliâ vertendis: nam vbi interpretis non est nomen expressum, meus omnis est labor: quo si qui me leuare voluerint, in beneficio non vulgaris loco ponam, & potero me tantò expeditius ad alia excutienda referre, ipsosque reor Sanctos iis obsequij memoriam ac remuneratione, & quandiu in viuis erunt, & cùm ad ipsos in cælum emigrauerint, plenè esse satisfacturos.

*Græca quo
stylo citari?*

Vnum adhuc monere operæ pretium fuerit, quæ ex Græcis sumo auctoriis, ea vt anteâ iam verâ sunt quandoque transcribere, saepius meis verbis interpretari: neque enim, opinor, cùm linguam quampiam novui, erit qui me, si nolim, alio coget interprete vti, aut prohibebit, si velim. Sed vñiam semper essent Græca ad manum!

§. IV. Appendix ad singulos tomos, post inse- renda, & fortè amplior.

Quoniam addiscimus quotidie aliquid, sumusque assiduo studio sapientiores, multa me anteâ etiam sedulò indagantem fugerunt, quæ deinde absolutis iam aut certe affectis tomis his duobus, amicorum beneficio sum assecutus, de Vitâ Sanctorû[m] quorumdam, translationibus, miraculis: quorū alijs ignoti mihi erant, aliorum Acta vel nancisci nequiarum vel non intergra, aliorum miracula, ceteraque insignia ignorabam. In Appendicem hæc conieci, suis locis, quæ accuratè indicauit, inferenda, si noua vñquam huius operis adoretur editio; quod (vt nunc sunt tempora) citò futurum non spero: si fiat tamen aliquando, aptius fortassis in tres tomos distribuetur Ianuarius; fecissemque id sanè, si prævidisse fore vt tantum moles extreliceret. Idcirco si hinc ad affectas institutiones, conciones, morales in Diuinam scripturam commentarios, sumere quis materiam, vt est amplissima, voluerit; ei ego magnopè auctor sim, ne tomum citet, sed diem mensis, aut cuiusque Sancti Vitam: ne, si alia partitio operis fiat, Lectori is suo perturbationem ac tenebras offundat.

Nouum etiam edi postea supplementum debet, vbi ad plurium eruditorum manus peruererit hoc meum opus: nam multa latent etiamnum, quæ tunc ab iis proferentur in lucem; multa non latent illa quidem omnino, sed tamen adipisci ea non potui; multa de reliquiis ac miraculis adhuc neglecta, colligentur. Sed de hisce rebus, in quibus benignos Lectores nauare mihi, aut Sanctis potius operam exoptem, infrâ admonebo. Edidere verò eiusmodi supplementa complures, vt Cardinalis Baronius ad singulos Annalium Ecclesiasticorum tomos. Andreas Sauslaius ad Martyrologium Gallicanum appendicem non vñam adiecit, etiam in primâ editione, vti hîc ego. Atque vt nemini anteâ id foret vñitatum, sumere mihi tamen hanc veniam, vt quæ vel addenda occurrerent vel retractanda, ea si in nouâ editione non possem, ad alios tomos veluti mantissam adiungerem.

Altera igitur Appèdicitis causa est, vt si quid perperam scriptum est à me, retractem: quod quidem ingenuè facturum me profiteor. Non possum omnia coram lustrare, & quæ ante pedes posita sunt, ea fortassis non rectè semper sum assecutus. Humanum est. Vbi errorem cognouero, fatebor, & ne quem alium decipiā, monebo. Sunt hîc ita retractata nonnulla, quorum non eram anteâ perfectâ imbutus cognitione.

Opera quoque typographicæ, impressores ac typothetæ, solent errata, quæ corrigi Auctor velit, committere. Recognoui quidem ipse pleraque cùm cuderent, sed & legentem sefellere me menda nonnulla; & licet à me notata, non sustulerunt ipsi quandoque, quin & noua inuixerunt, nec semper poti aut oscitantes per incuriam, sed diligenter etiam aduigilantes: nam laxatâ tyrorum compage proclive est vt littera vna alterâ effluat aut subsidat. Quædam igitur huiusmodi errata, quæ alicuius momenti esse videntur, hîc emendo: alia vel leuia sunt, vel quæ facile assequi Lector possit.

§. V. Indices tomis singulis sex.

Fruitum vberimum ac lætissimum suarum lucubrationum ij referunt Scriptores, qui ap[osto]los illis Indices faciunt. Nam quibus etiam non est otium vt opus vniuersum euoluant, ij ex indicibus quid in rem suam haurire inde possint statuunt: qui euoluerunt aliquando, illis adiuuantur, vt certa capita, quibus indigent, quæque haud satis accurate memoriam tenent, valeant inue-

Singula to- inuenire. Tredecim Indices pollicebatur Rosweydius,
mus ad- sed in separatum volumen coniectos mensum simul
ditus Index, omnium. Magis ea mihi probata ratib, vt singuli suos
Indices haberent tomī; proptereā, quod est permole-
stum, cūm re quapiam ex Indice annotatā, alium to-
mum oportet sumere in manus vt ea possit reperiri.
Imō cūm non vñā omnes prodeunt tomī, si Indice
omni carerent priores, vereadum foret ne eorum esset
emolumentum vel nullum, vel sanè perexiguum.

Ego sextu- Additi igitur sunt Ianuario Indices, atque adeò to-
mis singulis sui. Sunt iij sex omnino, sed qui Rosweydi
tredecim illos ferē completantur.

1. Sanctiorū Primus est INDEX SANCTORVM ordine litterarum
cuiusque alphabeticō, non omnium tamen, quorum toto opere,
tomi, ordine aut eo etiam tomo quoquo modo mentio fit, sed quo-
*alphabetico*rum iis diebus, quos ille continet tomus, agitur festi-
uitas, aut certe consignatur & illustratur à nobis natalis.
expresso die, Neque nudum dumtaxat exprimitur nomen, sed cui-
que præfigitur dies, qui illius consecratus est memoriam.
status, Tum singulorum indicatur ordo seu status, officium,
laureola; an monachi fuerint, viduæ, Episcopi, Abba-
tes, Presbyteri, Reges, milites, Virgines, Martyres, &c.
loci, Demum locus, quem vel vitā in eo actā, vel morte, vel
reliquis ad eum translatis, vel gloriā miraculorum præ-
cipue illustrarunt. E.G. xiii. Hilarius Ep. Pictauis in Gallia.
xvi. Accursius Ord. Minorum Martyr in Mauritania.

Additur deinde quid de singulis tradatur hoc vo-
lumine; an Vita ? à quo scripta, nominato Auctore, an
anonymo, an Sanctorum ipsorum æquali? an ex alio-
rum scriptis, Eusebij, Metaphraſta, Lipomani, Surij, Fer-
rarij? an ex variis Martyrologijs? iſſne solū manu
exaratis? plurib[us]ne an vnico? an ex Menæis Græcorum
aut Menologio? an Viræ præfixa à nobis Prolegome-
na? quæ ſi longiora, atque in capitula, vel paragraphos,
vti Acta ipsa, diſtributa, eorum elenclus proponitur,
quasi breui in tabellâ ſubicitur oculis, quidquid
de singulis Sanctis h[ic] extat. Similis est hic Index ei qui
paſſim in ceterorum Martyrologijs & Hagiologijs vi-
ſitatur, Sanctis alphabeti ſerie deſcriptis; & alteri, qui plu-
rinis de quacumque materiā diſferentibus Scriptori-
bus vſitatus, vt Disputationum ac capitum singulorum
texatur syllabus, quod vñico ferē obtutu vniuerſi operis
partes omnes perſpiciantur. Tales olim Fastos, vel certe,
ſi id mallem, dierum ipsorum, non alphabeti, retento
ordine, vt præmitterem, mihi auctor fuit Georgius
Garnevelius Caſthusianus, vir doctissimus: ex iis enim
perſpecturos eſſe omnes, quid de singulis Sanctis na-
tus eſſet, quid defiderem. Id vt facerem tum adduci
me non ſum paſſus, non, ne priùs (quod tamen ca-
uendum amici monebant) fontes indicarem atque
omnibus aperire meos, quam ipſe mihi inde riuos
ducerem; ſed quod opus non videbatur post Roswey-
di Fastos alterā ſuſpensā hederā. At faciam id fortassis
poſteā, ſi vlla in ſequentibus publicandis tomis mora
afferatur.

2. Chrono- Secundus est INDEX CHRONOLOGICVS, ſiue præ-
logicus. centio quædam accuratioris Chronologiæ quam me-
ditor. H[ic] ſtrictim, ordo ſeculorum, quo à Christi
ortu fluxerunt, iuxta receptam æræ ſubducendæ ratio-
nem, teſtitur; & quo Sancti præcipui, de quibus quo-
que volumine agitur, obierint, nativé aut ad epifco-
patum vel regnum aut quid aliud euecti ſint, aut trans-
lati anno vel tempore, indicatur, cūm id manifestis
notis deprehendi potest, vel certe, num eā de re à nobis &
quo loco diſputetur. Etiam cūm nihil ipſi certum ſta-
tuimus, ſed ſignatum ab aliis annum, quem neque fir-
mare noſtro calcuſo neque reiſcere poſſemus, expre-
ſimus, eum tamen indicamus addito Auctoris no-
mine.

Duo hi Indices, quia Lectoribus ad intelligenter ad-
hibendam lectionem facem præferant, præpositi ope-
ri ſunt. Ceteri, quia non ad ſymmetriam quaque
generalem fabricam operis pertinent, ſed ad extra-

riam eius uſuram, poſtponuntur. Ad h[ic] adiecta in *Criteris ad-*
margine litteræ A B C D E F, quæ laborem leuent *scriptæ lit-*
teræ A B, quidpiam veſtingantium. Nam indicatā ſigno arithme-
ticō paginā in quā reperiri quid poſſit, adhuc laborio-
sum fuerit, utrā columnā id contineatur allequi, & an
eārum alterutris principio, medio, fine. In eam rem
numerous singulis partiſunculis additos excogitaram
neque omnino litteratum toto opere margini impre-
mendarum non veneſat in mentem, ſed neceſſarias
non iudicaram, verebarque nimium oppleare margines,
quod oculum offendit vel curſum perluſtratiū librōs.
Verū qui hos singulare induſtriā Indices concinnauit,
de quo inſtrā, aliud ut factum præoptarem perſuālit.
Nec diſſicile erit Lectori eas litteras in singulis pagi-
nis ſibi cogitatione deſcribere, vt quod ſcuratur facili-
lius queat repetire, cūm litera ea quam fingere eum
animō iubemus, ſemper h[ic] numeris paginarum indi-
catis addita ſit. Sin numeros anteā in singulis Vitis ex-
prefſos addere h[ic] voluſſemus, facile orta aliqua eſſet *qua tota*
opere amb-
moſingens
da.
eosdem numeros crebr[er]e prior columnā in Prolego-
menis, & in Actis posterior exhibeat, quare aliquod
rurus ſtatuum fuiſſet diſcrimen. A igitur primam
prioris columnę partem deſignat, ſiue 24. lineas aut cir-
citer, B ſecundam eiusdem columnæ partem, C poſtre-
mam; eodemque modo D E F ſecundam columnam
partiuntur.

Tertius est INDEX HISTORICVS, propria ſerē nomi-
na continens, non eorum Sanctorum quorum in pri-
mo Indice proposita ſeries eſt, ſed aliorum quorum uis
hominum. At ſi Sanctorum quoque, quorum anteā
datus eſt Index, aliis diebus, quibus tamen eorum nata-
lis non agitur, mentio fiat; iij in hoc Indice denuo ex-
priumtut, indicato die quo coluntur, & pagina quā rur-
ſus eorum extat mentio. E. G. Gudila Virgo 8. Ianuar. &
1078.e. Porrò Sanctis ac Beatis, vel quibus h[ic] cælestis
gloriæ nomenclatio ab Auctoribus tribuitur, ſiue, vt
iam dixi, altero horum tomorum celebrentur, ſiue ad
alios pertineant menses, ſignum † non littera S aut B ſſ. præfixa
præfixa, ne eā fortassis oculo quidpiam veſtinganti, eo-
que ſeriem litterarum gradatim percurrenti moram
iniiceret. Dies in quos extra Ianuarium plerique reii-
ciuntur, indicati non ſunt, quid quorundam ambiguum
adhuc nobis ſit natalis ac titulus ſanctitatis: quorum
certus eſt ac fixus, is ferē locis in Indice expreſſis anno-
tatur. In hoc Indice plerumque ad perſpicuitatem vel
status hominum singulorum aperit, vt Rex, monachus, Singulo-
miles, Comes, Abbas, Epifcopus, &c. vel Sanctorum laureola, rum ſtaris
Virgo, Martyr, Doctor. Subinde in minus vulgo notis ſe-
colum quo vixerunt, vel natio ē quā orti, vel regio in
quā verſati, indicatur. Etiam eorum qui Vitas h[ic] ex-
cuſas ſcriperunt aut in lingua Latinam verterunt, in
hunc Indicem relata nomina.

Quartus INDEX TOPOGRAPHICVS, continens no-
mina regionum, urbium, oppidorum, vicorum, mon-
phicus locos
titum, fluuiorum, fontium, ac quorumcumque locorum,
Singulis adduntur Sancti qui illius tomī die aliquo
in iis locis obierunt, aut certe coluntur; ſolaque ea pa-
gina exprimitur quā cœptum de iis Sanctis locisve agi, pri-
licet quandoque in iisdem actis ſepiuſ eadem nomi-
nentur loca. Omittuntur vero nomina ſue regionum
ſue urbium paſſim, etiam ferē pueris, nota, Italia, Hispania,
Gallia, Germania, Anglia, Belgica, &c. Roma, Conſtantino-
polis, Hieroſolyma, &c.

Quintus INDEX ONOMASTICVS, ſiue GRAMMATI-
CVS, in quo verba recenſentur obſoleta, peregrina & ē
barbarā lingua eſformata, aut ceteroquin obſcura, quæ
eo volumine occurunt, ac ferē explicantur. Si quapiam
indicatā paginā littera nulla, ex iis de quibus anteā di-
ctum, appoſita eſt, id indicio eſt ſepiuſ illud vocabu-
lum eā paginā recurrere. Porrò & hic & precedens
Index præludium eſt maioriſ poſteā molienda operis,
de quo inſtrā.

Sextus INDEX MORALIS, in quo materia amplissima, quæ Concionatoribus, Catechistis, Interpretibus Diuinorum voluminum, institutionum asceticarum Scriptoribus, ac Philologis, esse vñsi possit. Non est ea tamen iuxta festorum Euangelia atque Epistolas distributa, quod is ferè cuiusque palato gratissimus est cibus, quem coxit ipse sibi, non à caupone nundinatus est. Quæcumque igitur res ad morum conformatiōnēm usurpari potest, et si ipsa ad mores per se non spectet, virtutem, inquam, aut vitium, aliam ve animi affectiōnēm non significet; hinc à personis separata locisque ac temporibus, breuissimè proponitur, aut potius monstratur, loco indicato fusiū exposita. Ad hunc Indicem reuocata etiam ea vocabula sunt quæ ordines hominum varios aut status officiāque significant, vt *Coniugati, Vidua, Virgines, Reges, Pontifices &c.* Morbi, quorum à variis Sanctis impetrari solita curatio: tormenta irrogata Martyribus: ritus sacri ac profani: religionis Catholicae dogmata: & quæcumque demum à sacræ Scripturæ interpretibus in moralibus Digressionibus, vt ipsi vocant, congeri & pertractari solent.

Nullus scriptura Scriptura.
Ipsius Scriptura explicata vel prolatā toto opere loca, necessarium esse non putauit peculiari Indice complecti ac repräsentare, quod eius & vasta moles futura videbatur, & vñsi pertenuis.

§. VI. Quidam consulto vitata.

Superuacaneum fortasse cuiuspiam videatur, cum exposerim quæ dicturus sim, ea quæ non sim dicturus enarrare; quod propè infinitum esse possit. Sed quoniam sunt nonnulla, quæ viri docti dici à me debuisse existimabunt, atque vbi ea pertractem sciscitaturi sunt, aut quid tandem de iis sentiam; occurrentum ei quæstioni ac dubitationi hinc fuit, eximendusque ille ex eorum animis scrupulus. Sunt autem quæ quidem nunc in mentem veniunt omnino tria, quæ cum ad multorum Sanctorum historias illustrandas pertineant, nisquam tamen planè & ex professo quid sentiam expositui. Nam quod aliquorum reprehensione Auctorum calamus abstineam, nihil attinet dicere: perspicet id & probat æquus lector. Ego quidem

Auctor in alios non inuehitur.
nullius addictus iurare in verba magistri, (nec in historiâ oportet) quod certum aut simile certi vñsum fuit, arripui, & idoneis testimoniis firmaui. Quod falsum putavi, id liberè respui: qui id tradidissent, non reprehendi; solum dixi, falsos videri fuisse argumento aliquo aut interpretis errore deceptos, hallucinatos, non vidisse quæ proferimus aut non examinasse monumenta, denique (quod erat leuissimum) ita eos sensisse, mihi aliud videri. Fieri enim nullo pacto potest, vt non dicas dissentire te ab eo cuius quid non probes. At sunt quidam qui non solum sibi à reprehensionibus non temperant, sed in maledicta, contumelias, ira, & quidam; cundias, contentionesque pertinaces protumpunt. Alij cum videri velint sine vñlla iracundiâ disputare ac scribere, & magnam adhibere moderationem, præsertim Criticorum è numero, hæc tamen passim usurpant: *Logi, nugæ, gerra, fabula, somnia, stertere hic auctor videtur. an non somniavit cum ista scripsit?* satisne sobrius fuit cum id dixit? videre id debuit; si quidquam vidit, &c. At quis omnia videt? Quis omnia, etiam anto pedes posita, attendit? Quis omnia capit?

ne quidem in heterodoxos,
Ego ne in heterodoxos quidem, (cum quibus mihi tamen, vbi de sacro sanctis agitur fiduci mysteriis, quæ isti sacrilegè conuellunt ac contemerant, æternas esse inimicitias profiteor) Sed cum iidem à me dissentiant, atque à vero etiam aberrant, in historiâ scribendâ vel interpretandâ, acriùs in eos non inuehor. Nam si ex animi sententiâ quidpiam tradunt, quod tamen verum non videatur, commiseratione potius digni sunt, qui eo teneantur errore: sin vitro malitiosa & veterotoriâ arte

fucum facere Lectoribus student; bis miserandi sunt, quod in errore sint, & voluntarios qui ut euellatur danda est opera, atque orans Deus ut iis lumen quo perspicere veritatem possint, largiatur. At si verbis eos acrioribus coarguas, obfirmabunt penitus animos. Quamquam sunt inter eos quidam cù petulantia aut potius furore, ut difficile sit non commoueri cùm in eorum scripta incideris: quo in genere mihi nonnumquam Magdenburgenses Centuriatores esse videntur, licet sine aliqui valde imputem: scriptor, atque illius similes nonnulli non Ecclesiæ solum, sed & monasteriorum desertores, qui vereri videntur ne non serio profugisse à Catholicorum castris existimentur, nisi in ipsos ipsorumque maiores, quaus vel dignitate vel sanctitatis opinione illustres, impudenter deblaterent. Sed neque in horum castigandâ maledicentiâ perdéendum mihi laborem esse duxi; quam etiam inter ipsos ij damnant qui sunt aliquantò moderatores. Multò etiam minùs in alios Scriptores aculeatum stylum vibro.

Aduersus omnes religiosorum hominum congregaciones quam decet reuerentiam adhibeo, multaque de iis honorificè & libenter prædico: iisque gratulor, quod ipsorum instituti informati complures ad existimatam sanctitatem gloriamque peruerentur, vnde ipsos ordines summa laus, & summa gratia Ecclesiæ vniuersitatem consecuta. Nulla eorum decora, quæ quidem à sanctis hominibus in eos manarint, sciens prætero. Si quid me latuit, suggestant. De nullo ordine parciūs, quam de nostro loquor, ut qui sit è postremis ac minimis. Sed venio ad ea quæ veluti scopulos ac syrtes quasdam vitanda mihi proposui.

Primo, inter Hibernos ac Scotos magna pugnatur pugna de natione, nomine, patriâ, gentilibus Sanctis. Contendunt Hiberni, veteres Scotos Hiberniæ incolas fuisse; (nec potest hoc negari) ab illis ortos se veros Hiberniæ & germanos Scotos esse: quod non eo nomine appellantur, idè fieri, quia quam olim in Britanniam misericorditer coloniam, ea cum Pictis aliique Britannis atque Anglorum quoque nonnullis in vnam coaluerit gentem, & Scotorum sibi velut proprium vendicauerit nomen; veteres omnes Sanctos, qui Scotti dicuntur, non ex hac bellicosa natione, aut nationum colluizione, sed ex Hiberniæ, Sanctorum insulâ, ortos esse omnes. Hæc illi, nec falsò omnia. Negat Scotti ab Hibernis Scoti contra Scotos, quos probrosis etiam nominibus incessunt, prognatos: sed cùm maiores sui olim Hiberniam insulam tenuerint, subiugatis Hibernis Aborigibus, posteà tamen migrasse omnes in Britannia partem eam quæ nunc Scotia dicitur, non armis pulsos ab ignauâ gente, sed sponte suâ, fortassis ut saxosa & aspera regio duraret ad laborem corpora & animos, quos fecundum ac molle. Hibernia solum effeminare potuisset: Sanctos Scotos suos esse omnes, apud se habitasse & obiisse. Atque ea aguntur tantis aculeis verborum, animorum acerbitate tantâ, ut putes de imperio non solum insulæ vtriusque, sed propè vniuersi orbis terrarum esse certamen, cùm possint maiorum laudem vtrique participare, eò cumulatiùs, quod perfectius eorum fuerint virtutes imitati. Non sum nescius vtra pars sapientia (non semper tamen) iure superior esse videatur; sed decidere litetas tantas, haud id opis meæ esse confiteor. Cùm Scotos appellatos esse Sanctos reperio, Scotis accésio; cùm Hibernos, Hibernis: cùm loca memorari, in quibus vivent, modernæ Scotiæ, secerno ab Hibernis, secus cùm Hiberniæ. Auctores neotericos gentis vtriusque sequor, cùm veterum dicta proferunt; cùm suâ auctoritate quid narrant, aut ea citant monumenta, qua nec ego vidi, nec videre facile quicquam possit, sollicitè pertento omnia, nec temere vñquam pedem figo. Nolo mihi Hibernos irasci aut Scotos, cùm vtramque gentem amem: Sanctos quorū gente se fatos gloriantur, (vnica tamen, vno à Patre propagata, vnâ lege caritatis colligata, natio Cælitum

Cælitum est) mihi propios esse præcor, vt & Diuinam mihi gratiam concilient, & intelligentiam imprimant Actorum suorum, quæ plusquam Cimineris obuoluta nonnumquam tenebris sunt.

Alter scopus, ad quem ne affligerem aut quoquo modo appellerem nauim, haec tenus caui, est de Galliarum Apostolis disputatio. Omnes ferè Gallicanæ Ecclesiæ à Christi & Apostolorum eius discipulis planata aptud se fidei primordia repetunt. Multis viris doctis, etiam Gallis, ea non probatur opinio; quod & S.Gregorius Turonensis lib. i. histor. Francor. cap. 28. primarios eorum, qui ab Apostolis, aut saltem Apostolorum æuo à Romanis Pontificibus missi in Gallias prædicantur, Decio imperante, sub annum Christi 250. scribit aduenisse, atque ista ex historiâ passionis sancti Martyris Saturnini profert: *Sub Decio & Grato Coſt. sicut fidelis recordatione retinetur, primum ac summum Tolosana ciuitas S. Saturninum habere cœperat Sacerdotem.* Hi etiam missi sunt, Turonicis Gatianus Episcopus, Arelatensis Trophimus Episcopus, Narbona Paulus Episcopus, Toloſa Saturninus Episcopus, Parisiacis Dionysius Episcopus, Arvernis Stremonius Episcopus, Lemouicinus Martialis est destinatus Episcopus. Et Gregorio multò antiquior Sulpitius Seuerus S.Martini discipulus sacrae historiæ lib. 2. ita scribit: *Sub Aurelio deinde Antonini filio persecutio quinta agitata. Ac tum prima intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei religione suscepta.* Difficile est tamen credere, ab Apostolis, quorū in omnem terram sonus exiuit, & in fines orbis terra verba eorum, Galliam cultissimam prouinciam & latè Romanis frequentatam, omnino esse neglectam. Sit sanè S.Dionyſius Parisiorum Apostolus alius ab Areopagita, & multò recentior, quod facile viris doctissimis asserint; an non alij ante eum in Galliâ, & multi, extitisse potuerunt præcones veritatis? Treuiri ante S.Maximinum, qui Constantini Magni vixit temporibus, septem & viginti habuere Episcopos, & plerisque eorum publicè venerantur, nec omnes tamē, imò paucos, martyrio sublatos. Quis credit 80. annorum spatio à Decij temporibus, aut 170. à Marco Aurelio, tot in vnâ Cathedrâ sedisse? Sed hac omni disputatione abstineo. Cùm vitam naectus sum Sancti alicuius, quid de eius ætate in eâ tradatur, quid ab aliis Scriptoribus astruatur, & quatenus id probem, expono. Pleniorē de eâ re omni disceptationē vel relinquo doctioribus, quorum nonnulli nuper de hac controuersiâ præclarè scripsérunt, vel alteri loco ac temporis reseru.

Tertia Syrtis est, quam velis remisque deuito, Hispaniensium quorumdam Scriptorum auctoritas. Dexter Paciani Filius, inquit S. Hieronymus lib. de illust. Eccl. Scriptorib. cap. 132. *clarus apud seculum, & fidei deditus, fertur ad me omnimoda historiam texuisse, quæ nec dum legi.* Fuit is Prætorio Praefectus sub Theodosio seniore, ei que librum eumdem, vt viri eruditii censem, Hieronymus dedicauit. Historia illa, quam nondum viderat S.Hieronymus, licet sibi dicatam ab amico, aut certè destinatam, ea an umquam prodierit nescio: nusquam certè citatam legi. At nuper repertum est Chronicon quoddam, in quo Sancti plurimi, Chronologæ quæ nunc utimur ratione, non per æras aut Consules distributi referuntur, qui vel ex Hispaniâ oriundi vel in eâ rerum gestarum gloriâ clari fuerint; idque Fl. Dextri nomine vulgatum. Et genuinum illius fœtum esse Hispani plerique mordicūs pugnant. Annotationibus id Rudericus Carus, prolixis commentariis Franciscus Biarius illustrarunt: apoligiam pro eo scripsit Thomas Tamayus de Vargas v.cl. amicus meus. Plurimi viri docti negant id Dextri opus esse, & multa afferunt argumenta, nec parum valida, quamobrem ipsis ita videatur. Nolo ego in certamen huius Scriptoris gratiâ cum bellicosâ gente descendere. Cuīusmodi est Dextri opus, nemo tradidit. Hoc Chronicon an *omnimoda historia* dici potuerit, alij viderint. Mihi opus videtur scriptoris non indiligentis, sed qui

obtoro collo in Hispaniâ trahat quorquot potest viros illustres, & in Sanctorum classem redigat, quos ne constat quidem Christianos extitisse. Sed dictio[n]is elegantiā requiro, quæ vsum fuissé Dextrum facile asseritur, qui patrem eius *Pacianum*, cuius domesticâ disciplinâ vel exemplo optimis artibus institutum fuissé fiduciam verisimile est, legér[et] *caſigata eloquentie* virum predicari ab Hieronymo, & tam vitâ quam sermone clarum; quiq[ue] ista meminerit ab eodem Hieronymo scripta esse ad Dextrum, *vt quod Cicero tuus, qui in arte Romane eloquentia stetit, non est facere designatus in Bruto.* Quis suum dicet Ciceronem dicere patietur, qui numquā eum legat[ur] aut quis leget, & tam inornatè scribebat? Sed tamen sentiat quisque vt volet: ego Chronicon illud nec esse Dextri aſteuero, neque contentiouse pernicio[n]e eius auctoritate non temere nitor, præsertim si alij inerioris notæ Scriptores refragentur.

Nuper Luitprandi Diaconi Ticinensis, dein Cremonensis Episcopi, anteā, vt volunt Subdiaconi Tole[n]tani, Chronicon & Aduersaria prodicunt, multimodâ antiquitate referrata, cum eruditus Notis Laurentij Ramirezi de Prado v.cl. & Hieronymi de la Higuera germana nostri. Audio dubitare viros doctos, an Luitprandi esse sint. videantur, quamque mereantur fidem. Ego id examinare nolui. Gratias iis habeo, qui illa protulerunt, à quocumq[ue] scripta Auctore.

S. VII. *Alia Auctori designata in posterum opera.*

Rideat h[ic] me Democritus spes longas inchoantem, cùm mors fortassis lateri adstet. Fixus Dei manu terminus est, cui vel hodie possum imprudens c. lamium impingere: cur ergo tam longinquæ spector Vastum præ manibus est opus, vix serio affectum: quaque id iam absolutum sit, alia quæ post suscipiam meditati inuiat atque ordinare. At nihil ego vel vires supra, vel præter Dei voluntatem molior. Id modò significo, si Deus vitam, & vires corporis animique dederit, *Si Deo pla-* vt quod iam cœpi opus perficiam, alia esse, quæ cum *cuerit,* his coniuncta, & publico aliquam allatura utilitatem, velim tunc capessere; quaque si quid mihi prius euenerit, aliis qui se Diuorum amatores profiteantur, vt suscipiant auctor sim, non intercessurus si id etiam me superstite aggrediantur, aliquidque ad Cælitum amplificandum honorem afferant. Quod verò sapienter sum Deum precatus, vt si hic meus ei non esset acceptus labor, si non ad augendam Sanctorum gloriam, atque ad mortales studio virtutis inflammados accommodatus; tempestiu[m] obicem poneret, neu progredi in opere infructuoso pateretur, sed alia in re desudare atque elaborare iuberet; id multò etiam magis nunc precor, vt si ista à me peragi ei gratuum, honorificum Sapientis, alienæ salutis vtile non sit, eam Präsidibus meis mentem iniiciat, vt ad aliam rem quamplam conferre me studium & operam velint.

Ita ergo affectus animo, gnarus vitam breuem esse & incertam, cogito, si Deus annuerit, hoc perfecto de *Auctor Vi-* Vitis Sanctorum opere, *Vitas omnes quas Græcè scri- logian.* pas reperero, edere Græcolatinè, partim à me versas *colatinas;* quæ necdum Latinè extant, partim ab aliis sumptas qui iam antea aptè verterint, partim recognitas, quas nunc Hellenisimo fœdatas meritò queruntur viri quidam erudit. Hoc consilium meum saprà exposui, cùm de Metaphraſte agerem.

Meditor deinde volumine uno chronologiam Sanctorum omnem complecti, vt quoad licebit certas consequi notas, quæ ab orbe condito ad hanc vñque ætam gesta sunt à Sanctis, quā fieri accuratissimè poterit, suis omnia temporibus consignem.

Altero volumine Topographiam Sanctorum describam, locaque omnia, quæ iij adjuisse memorantur, recensabo & exponam.

Tertium

Onomasticon Tertium volumen Onomasticon erit, continebitque
vocum & phraseon, quæ toto hoc opere occurrerint
objeciorū; solœcæ, barbaræ, peregrinæ, obscuræ, explanationem.

Martyrologia Dein aliquot voluminibus variorum Martyrologia,
præsertim vetera, ex mss. codicum fide representabo,
& fortassis Notis illustrabo. Belgicum quoque luculentius quam sit hactenus vnum editum.

moralia; Tomo vno altero Morales præceptiones & Exempla colligam; nisi, quod malum, in hoc me alias suâ industria & diligentia subleuet.

librum de Scriptoribus; Fortassis de Scriptoribus à me lectis aut hoc opere citatis commentarium conficiam.

Catalogum Episcoporum & monasteriorum. Episcopatum item orbis totius, Episcoporumque accuratum texere indicem licebit, ac monasteriorum; vel quorū hoc in opere mentio fit, vel de quib⁹ alij sparsim scriperunt Auctores.

Acta Martyrum recentiorum; Cogitavi eorum etiam res gestas conscribere, qui ab anno M D. vel certè ex quo Europam inuoluere fœdissimum hæresim turbines, Lutherò auctore, cœperunt, pro Catholicæ religionis defensione ab hæreticis aliique fidei orthodoxæ hostibus sunt truci-

dati; et si nondum sint Ecclesiæ iudicio vindicati.

Denique sanctitate illustrium hominū colligere vitas statui, quorum neccum ab Ecclesiæ consecrata est postulorum venerationi memoria. Hoc priusquam agimus, aut saltem emittam, opus, Apostolicæ Sedi ut hominum; mihi id historicā fide vulgare liceat, supplicabo. Neque eum haborem aut Deo, aut supremis Ecclesiæ Antistitibus ingratus reor futurum. Non enim solent Duces, cum paucos, quorum maximè virtus in bello enituit, præmiis donant, atque insigni aliquo honoris, monumentoque laudis decorant; interdicere ne cuius præterea è reliquā militum turbā virtutem liceat priuato præconio celebrare; cum id in suam quoque laudem reique publicæ sentiant redundare.

Hinc absolutus, ecquid erit reliquum temporis, quod ab æternitatis conficiendis negotiis demī queat? Si quid erit, asceticā doctrinā, vt à Sanctis tradita hoc *Aestheticæ* in opere, vel re ipsa exercita exultaque, oblectabo a- *præceptis SS.* nimum meum senescens: & vt aliis vel sic prosim, omnia ad certa capita ac præcepta reuocabo. Fauete Cælestes: omnis hic laudi vestre dicatus est labor.

C A P V T T E R T I V M.

Editorum hoc opere probabilitas.

§.I. Legitimi Historicorum gradus.

Hoc opus, hic labor est, quæ de Sanctorum rebus gestis narrantur, quæque ab aliis consignata litteris proferuntur in lucem, efficere vt sint eiusmodi nihil vt contineant non probatum ac certum. Id quidem indubitanter assequeremur, si ad beatorum cœli ciuium gesta scribenda dictandave, ex ipsorum cœtu quispiam aggredieretur: at quamdiu in eis humana industria, errori obnoxia, desudabit, quis securitatem præstabit, nihil vt esse suspicemur, quod aberret à vero? Potest quidem, qui primū sancti hominis cuiuspiam, quocum vixit, cuius actiones, aduersus vitia susceptas dimicationes, præclarum è vitâ exitum spectauit, historiam scribit, ita stylo moderari suo, nihil vt exaret, quod non ipse suis oculis viderit, vel ab oculatis, iisque grauibus & idoneis testibus haulerit; at si quid non ita probatum illi sit, hoc silentio impunè prætereat. Non eadem mea nunc ratio est, qui ab aliis tradita litteris edo solum in lucem, quæ neque spectauit ipse, nec semper alio sum firmare certis testi monitis possum. Adhac stylus quandoque est eiusmodi, vt licet vera sint quæ narrantur, falsi tamen certè habeant primam speciem, propter earum rerum, quarum in historiâ ad fidem faciendum maximum est pondus, neglectionem perturbatio- némve. Meliori conditione sunt, qui vel Annales Ecclesiasticos conficiunt, vel propriâ dictione ac stylo Vitæ Sanctorum describunt. Neuti enim se in præcipi- tem locum inuiti coguntur committere. Hi enim præcipua & maximè probata feligunt, transiliunt cetera: illi multa taciti prætereunt, vel sat habent dixisse, sibi ea non omnino probari, examinari accusatiū debere, esse loci alterius, aut simili alio vti effugio.

Mihī hæc non licent. Profiteor me quæ de Sanctis tradita litteris reperiri dare, nihil assuere, nihil mutare, nihil meopte ingenio emendare, nihil præcidere, integra omnia & inuolata afferre, quoad possum. At si quid est vel à primæuo auctore scriptum falso ac perperam, vel leui & temerariâ interpolatione corruptum acturbatum; non est perinde mihi expeditum, verum à falso scerneret, nisi aliunde lux certior historiæ afflugeat. Quid mihi de singulorum Actis videatur, siue certos habeant auctores, seu secùs, expono; & quatenus iis habeam fidem. Nec mihi id sumo, vt passim liberè pronuntiem, falsa esse, ridicula, indigna, quæ de Sancto quopiam hactenus tradita, eoque à me omitti. Esset

qui occitteret fortasse: Maiores nostri non temere Sanctos omittis, etum illum venerati sunt: si ea quæ de illo ad nos peruererunt, falsa iudicas planeque repudianda, profer melius quidpiam; aut sine nos iis quæ extant, qualia cumque ea sint, vti. Nam si displicant vniuersa, fieri non potest quin habeas quod substituas: qui enim possens alioquin omnia displicere, si nihil de eo traditum esset alibi contrarium? si traditum est, ede illud. Si quia quædam non probantur, respuis cetera: cur non potius, quia aliqua non potes improbare, finis Lectorem frui sed alios omnibus, monitum tamen quid aut quamobrem im- *examinan-* probes, ne temere cuncta amplectatur? Et ipse forte vbi *da proponit:* sum iudicium adhibuerit, etiam quæ spreueris quædam rata esse voler, & reperiet quo ea stabiliat, ac de ceteris quid sentire fas sit expediet.

Si quid est tamen quod vniuersim grauium testimoniū refelli queat auctoritate, totâque narrationis formâ ac modo conflictum esse possim pronuntiare; id ita omitto, vt moneam tamen Lectorem. Eius rationis est quæ in multis mss. extat S. Antonij translationis historia, quâ *omittit pl.* afferit à Constantij aut Constantini satellitibus eius *ne falsa.* repertum esse corpus, & Constantinopolim deportatum; cùm sit sub Iustiniano primū inuentum vetumque Alexandriam; multò pōst Constantinopolim: quâ de re fusiū xvii. Ianuarij actum. Eiusmodi quoque est quæ anno 1511. Parisiis edita est S. Honorati Episcopi Arlatensis vita tribus libris distincta, fabulis conferta, quæ aperte pugnant cum iis quæ de eo scripsit S. Hilarius eius discipulus, cumque omni illius temporis historiâ, vt *xvi.* Ianuarij dixi. At si alia de S. Antonij translatione, sanctiisque Honorati vitâ nulla habuissent monumenta, licuisset tamen multa vt minimè verisimilia refellere, non omnia. In multis id Vitis accedit, vt licet quædam paradoxa videantur, ea tamen quando neque Christianæ religionis mysteriis neque aliis probata fidei historiis aduersantur, clarè refutari non possint. Eas igitur sic edo, vt quoad licet quain fidem mereantur expendam.

Sed quia permagni interest, vt fidem historiæ cuiuspiam habeamus, nosse quis eam scriperit; h̄c cuiusmodi fuisse optem eos qui gesta Sanctorum conscripsere, *Quæ sit h̄c narrando-* exponam; qualesque extiterint multi, procliuiore ad *rum proba-* errandum methodo vti. Tum vtro è genere mea sint, *bilitas.* quæram: recte quidam quidquid illis non arridet explodant & in fabulis numerent? An S. Gelasij Papæ constitutioni de libris apocryphis, & recentioribus

V R B A N I

VRBANI VIII. Decretis accommodauerim stylum. Postremò quantam hæc obtinere auctoritatem ac momentum velim, quam patiens, sicuti errarim, monitionis futurus.

Primum ac summum gradum historiæ scribendæ (de iis mihi sermo non est, qui quæ scribunt cælitus hauserunt, Deo vel mentes eorum collustrante, vel per Angelum aliūm cælestem administrum dictante vel edocente quæ scribant: de iis loquor, qui communimortalium more quidpiam commentantur) eum igitur principem historiæ gradum statuant viri eruditæ, cùm quis ea quibus interfuerit, quæque geri vidit, tradit litteris, quâ ferè ratione Possidius Episcopus S. Augustini facta didicit & scriptis.

Alterum gradum ij tenent, qui non spectarunt ipsi quidem quæ narrant; ab iis tamen accepere, qui suis ea oculis sunt contemplati. Èâ ferè ratione S. Francisci vitam composuit S. Bonaventura, S. Hilarionis S. Hieronymus, S. Claræ auctor anonymous, vt ipse in Præfatione ad Alexandrum IV. testatur: *Sanè placuit, inquit, Dominationi Vestre, mee paruitati iniungere, vt recentibus actibus S. Clara Legendam eius formarem: opus certè quod mea ruditas multum formidabat, nisi pontificalis auctoritas verbum coram posito iterum atque iterum repetisset. Igitur me colligens ad mandatum, nec tutum ratus per ea procedere quæ defectua legebam, ad socios B. Francisci, atque ad ipsum collegium Virginum Christi perrexii, frequenter illud corde reuoluens, non licuisse antiquitus historiam texere, nisi iis qui vidissent aut à videntibus accepissent. Iis, inquam, veritate prauâ, cum timore Dei, me plenius instruentibus, aliqua colligens, & plura dimittens, plano stylo transcurri; vt quia magnalia Virginis virgines legere delectabit, rudiis intelligentia non inueniat, ubi pro verborum ambitu tenebrescat.*

Tertius. *bi soli olim legitimi.* Tertius gradus est eorum, qui ea commemorant, quæ non à spectatoribus ipsis accepere, sed ab iis quibus spectatores narrauerant. Ad hoc genus multa pertinent ex iis quæ refert Ioannes Moschus in Prato spirituali, S. Gregorius in Dialogis, S. Beda in historiâ Anglicanâ.

Quartus. Quarto in gradu ij locandi, qui quæ stylo prosequuntur, ex historicis qui in gradibus iam enumerauit constant, collegere, aut ex certis monumētis donacionum, testamentorum, transactionum, aut commentariis, sed eorum dumtaxat qui aliquem ex antedictis obtinuerunt gradum.

Suspecta fides improborum, & nînia credulorum. Et hi quidem omnes fidem merentur, si sunt viri boni, si prudentes, si pura eorum minimeque adulterata scripta sunt. Nam si eum qui se rei cuiquam gerendæ scribit adfuisse, suspicetis haud satis à mentiendi libidine alienum, quia hæreticus fuit, aut partes quas laudat pertinaciter fecutus; inconsiderata temeritatis fuerit ei firmam fidem habere. Ea res, vt Eusebio, Socrati, Zozomeno, Palladio sçepenumero non creditur facit, quod ab hæreticorum aut schismaticorum, vel certè factiorum partibus steterint, eorumq; caussam stylo quandoque propugnent. Eapropter Eusebium in apocryphis haberi Gelaetus sanxit, vt inferius dicemus. Plures nimia bonitas credendique facilis fefellit, vt res neque veritate firmatas, neque satis grauiter testatas scribebant, quæ deinde manifestò falsæ deprehensa sunt. Quoties nostrâ ætate simplici plebi imposuerunt hac ratione homines quidam nefarij, pietatis honestissimâ specie, voluntate & causâ impudentissimâ! Quoties etiam viri eruditæ larvæ virtutis decepti, sanctissimos existimarent & appellarent eos, qui hæretici erant, aut scelerati impostores! Beatus Rhenanus, homo Catholicus, semperque profanas hæreticorum nouitates, & insanam sacrorum mutandorum libidinem auersatus, (licet quia suo iudicio maluit quædam quâ Ecclesiæ staterâ expendere, varios in eius scriptis errores, meritò sacri censores postea coarguerint) Conradum Pelicanum, monasticae professionis desertorem, & hæresis Zwingianæ præconem, in Notis suis ad librum Ter-

Tom.I.

tulliani de coronâ militis, virum sanctissimum appellavit, fallaci quapiam specie virtutis, & fortassis sermonibus (vt sunt istorum hominum) super oleum mollitis, deceptus.

Neque illud rarò accidit vt quæ probè scripta ab iis qui spectarant, ea postmodùm alij interpolando li mandové adulterent. Multorum id evenit Actis Sanctorum. Observare id passim licet, vt in S. Mauri Abbatis Vitâ xv. Ianuarij, quæ ab Odone Abbatे recognita & expolita, Fausti tamen retinuit nomen, nec quam Faustus vir sanctus & omnium quæ scriptis sp̄runt, sep̄tator meruit, fidem impetrat. Acta SS. Placidi & so-^{Commentaria eorum qui specta-} ciorum an non eadem farinâ respersa sint, v. Octobris ^{interpolata.} disquireremus. Dicitur quidem certè ea litteris tradidisse Gordianus Placidi famulus, qui narrat Mamucham Agatenum piratam ab Abdala paganorum, qui in Hispaniâ dominabantur, Rege missum cum centum nauium classè, vt Romanos infestaret, & Christianos ad Molochi, Remphæ, Luciferi sacra vi adigeret, idque Italiæ tenente Theodorico Gotho, imperium Orientis Iustiniano seniore. Cui non ista, gnaro temporum illorum, risum aut bilem moueant? Neque illa autoptes Gordianus scriptis, neque qui Saracenis Hispaniam tenentibus adiecit eorum superstitiones calluit. Sed de his aliâs.

S. II. Sequioris notæ scripta.

SI quæcumque de Sanctis scripta extant, omnia fontent eiusmodi vt ad horum quatuor graduum aliquem possent reuocari, non esset mihi magnoperè in eorum astraenâ probabilitate laborandum. At sunt nonnulla notæ sequioris, vt quam illis adiungi fidem æquum sit, merito ambigas. Nam neque omnium scripta olim acta Sanctorum sunt; & quæ scripta, eorum quædam abolita, deperdita quædam, alia iam olim corrupta & vitiata. Ipsi nonnumquam tyranni in tabulas referri acta Martyrum non sunt passi, vt anteâ de S. Vincentij certaminibus dictum. Quandoque nemo adfuit eo vel religionis ardore, vt ea excipere auderet, vel doctrinæ præsidio, vt posset Testatus id olim lib. aduersus gentes Arnobius: *Sed neque hec omnia conscribi, in Martyrum, quit, aut in aures omnium peruenire potuerunt, gesta gentibus in ignotis & usum neſcientibus litterarum.*

Neque id solum in actis Martyrum, sed in cetero-
rum rebus gestis Sanctorum locum habet. Nam pluri-
morum non sunt statim atque è vita excesserunt manu-
data litteris gesta, vel inuidiâ obſtrepente, vel quia non
continuâ vocari cœpti in vota & miraculis clareſcere,
vel quia hæc Ecclesia Præſides scribi ac præproperè
vulgari vetuerunt, vel quia idoneus scriptor defuit.

At quæ olim fideliter conscripta, præſertim Martyrum acta (cum integra & genuina ad nos peruenient per pauca, velut residuæ aliquot post vindemiam olivæ aut botri, vt Isaiæ phrasij loquitur Baronius) verisimile est Diocletiani ſerialibus edictis dissipata abſumpta esse. Memorat Eusebius l.8. c.2. τὸς ἐνθέτει τοὺς γραφὰς Κύπρου ἀγοράζει πνεὺς τῷ θεῷ δομήνιος. Diuinæ & sacrae Scripturas mediis in foris igni traditas. & cap.3. τὸς γραφὰς ἀφανῆς πνεὺς φυλάσσει τοὺς τίτλους. Scripturas igni absumi iuffas. at non est existimandum sola Diuina volmina tunc incendio addicta, sed quæcumque omnino scripta ad Christianorum propugnandam firmandam- aut persecu-
qué religionem, pietatem inflammādā, fouendā torum iniu-
constantiam pertinerent. Imò quia Diuini libri in plu-
rium manibus erant; eorum facile ſeruari exemplaria
potuerunt, non item ceterorum, quæ apud ſolos Anti-
ſites aut ſacræ ſupelleſtilis custodes aſſeruabantur.
Nam ſimil atque edicta illa improuisò ac repente
prodierunt, Episcopis primū & ſacrī hominibus in-
iectas manus Eusebius narrat: ceteri occulere quæ vel-
lent ac furori impiorum subducere potuerunt. Quæ
d tamen

tamen superfuere, eorum multa tum Romæ tum alibi vel barbarorum incursione ac populatione, vel fortuito ædium oppidorumque incendio, perierte: quâ ratio-
deperita: ne multæ aliorum quoque Sanctorum Vitæ, quas olim
accuratè conscriptas esse constat, interierunt.

Hæc igitur est causa, quare multarū Vitarum nunc
incerta sit fides. Primo namque, cùm ita primigenia
illa Diuorum acta essent dissipata, supercesserit tamen no-
men Sanctorum, & miraculis coruscaret, oportuit acta
eorum, aliquot, postquam è vitâ migrârunt, seculis, vel
ex veteribus hitorius, vel, cùm eæ vt plurimûm non ex-
starent, ex solâ populi, sed acceptâ à maioribus, famâ de-
scribere. Verum, vt recte S. Augustin. tract. 90. in Ioan.
Nonnumquā & historiā, & multò magis fama mentitur.
Necessariò tamen illud occupandū præsidium est, cùm
aliud suppetit nihil. Sed iudicio est opus. Quod vbi fin-
cérum limatumque interponitur, res existit & ipsiis
honorifica Cælitibus, & mortalibus fructuosa. Non
enim potest non ad illorum amplificandam gloriam
conducere, vt quæ vel solis sermonibus hominum de
iis præclara iactantur, ea grauiter & accuratè prescri-
bantur; neque non ad plurimum id spectare vilitatem,
vt qui alibi etiam remotissimis in locis Sancti colan-
tut, qui de iis sensus hominum sit, quæ rerum ab iis ge-
storum recordatio, legere valeant. Hæc si cum probatis
historicorum monumentis consentiunt, illud conse-
quitur, vt optemus quidem antiquas Sanctorum Vitas
extare, quasi tamen partem earum aliquam delibemus,
veluti à fonte riuore longè interclusam, sed in cisternâ
quapiam exceptam, aut etiam patente & aëris iniuriis
ceterisque sordibus expositâ lacunâ, aquam.

Sed quia ferè quæ inusitata maximè admiramur &
memoriâ retinemus, ideo quandoque sola colligi mi-
racula potuerunt (virtutum aliorumque cælestium
ornamentorum omni obliteratâ memoriâ) miracula,
inquam, sed frequenter ita vel exaggerata, vel, vt est ho-
minum captus, variis adiunctis & circumstantiis defor-
mata, vt apud quosdam in anilium fabularum numero
habeantur. Sæpè miracula eadem variis adscribuntur.
Potest quidem immensa Numinis bonitas & poten-
tia, quod vni Sanctorum tribuit, necessitatibus præsidijan,
leuamen doloris, mœroris solatum, testimoniam in-
nocentiae, sanctitatis argumentum, non ideo quia iam
collatum alteri sit, alteri negare; cùm iisdem saepius fla-
gellis ac pœnis variorum delicta castiget. Sed tamen
euénit sæpè, vt quod vnius erat Sancti proprium, id
hominum sermone ac dein scripto communicaretur
cum multis, propteræ quod per quam imbecillis in plu-
rimis vis est reminiscendi, facilimeque perturbatur:
quamobrem cùm de Sancto quopiam quæri audiunt,
& narrari nonnulla ab aliis, quæ se de Sancto aliquo
audiisse aliquando meminerunt, huic tribuunt; præter-
tim cùm nomintum sit, quâ rerum, incertior & magis
fluixa recordatio, quod illorum species in animo im-
pressæ leuissimo casu perturbentur & confundantur.
Eâ igitur ratione vno eodemque tempore pluribus
Scriptoribus, ita popularem, quia aliud non suppetit,
confidentibus famam, idem obrudi variis locis de
variis Sanctis potest, quod vni dumtaxat accedit, & ne
eodem quidem, quo commemoratur, modo.

Quid quod sæpè, et si non possimus diffiteri, quin
euénire potuerit, tamen patrati miraculi talis proditur
causa ac modus, vt etiam addubites decueritne mai-
stem eterni Numinis, ita humanae vel necessitati sub-
uenire, vel voluntati obsecundare? Sed quia admirabi-
lis eius bonitas est, neque ea capere intelligentiâ pos-
sumus, vel quæ castis sibiique dilectis animabus para-
uit in cælis bona, vel quantum iis velit gratificari in ter-
ris, non sunt temere damnanda quæ eiusmodi narran-
tur, et si nobis paradoxa videantur; sed potius reue-
renter accipienda, quatenus ex eo manâsse fonte Diui-
næ bonitatis dicuntur, vnde omissis nostra petenda est
felicitas. Esto, ea facta non sint fortassis: at fieri maiora

potuere à Deo, & facta alias. Causa igitur ideo neges
facta, quia fieri non potuerint aut debuerint.

Quia verò in eiusmodi patrandis prodigiis sc̄e ferè
simplicitati ac fidei hominum Deus attemperat; ideo
Hibernorum, Scotorum, Britannorum tam qui Albio-
scottus, Hi-
nem, quam qui Armorican Galliæ oram incolunt, pla-
bernu, Bræ-
nē portentosæ sunt Sanctorum Vitæ, atque ex miracu-
lis, ferè incredibilibus, contextæ; quia apud eas gentes &
& constantia fidei egregia, & vitæ simplicitas ac candor
olim rarus exitit; vel certè quia simpliciores Scriptores.
Neque facta isthac plurima olim fuisse miracula, pote-
rit quisquam, quantumvis malitiosus, pernegare, cùm
etiamnum hodie, post abrogatas ab hereticis maio-
rum cæmonias cultumque Cælitum, ipsa tamen loca
eorum honori olim dicata, sacrosancta adhuc esse vi-
deantur, & plurimis splendescant miraculis. S. Wene-
fridæ Virginis fons est apud Britannos in extremo
Wallia ad Boream tractu, ad quem maximi fiunt con-
cursus, potentium inde suis suorumque morbis & in-
commodeis remedium. Retulit mihi vir illustris, vidisse
se etiam hereticos eò confluentes implorandæ opis gra-
tiæ; cùmque ex iis quassisset cur, cùm nouam induissent
formam religionis, quæ Sanctos inuocari veteraret, aut ab
iis vel longâ quiete ad ultimum usque iudicium sopiti-
tis, vel si in cælis æuum agant, ignaris certè rerum mor-
talium, auxilium sperare, ad illa Pontificiorum, vt assi-
duè ipsis quinti Euangelij præcones inculcant, delira-
menta recurrerent, respondisse eos, quid in pulpitis illi
ganniant sibi curæ non esse, meminisse illius fontis
aquam sibi suisque gregibus ac parentum suorum esse
salutare in consueuisse; idque vel Diuæ Wenefridæ, vel
Deo boni omnis auctori acceptum scribi.

Sunt verò, vt ad propositum redeamus, eâ ratione ex
populi famâ, plurimorum antiquorum Martyrum quæ *Vite ita ex*
intercederant acta conscripta, multorum Galliæ Apo- *famâ scri-*
ftolorum, plerorumque ex iam memoratis gentibus pta.
Sanctorum Vitæ, quorumdam etiam (quod mirere) Ita-
lorum. Neque præter famam, quæ dicebatur manâsse
à maioribus, habuerunt qui ea colligebant viri sapien-
tes quod sequerentur. Si quod erant, quantumvis tenue,
naec antiquum monumentum, veluti in densâ caligi-
ne insperato obiectum lumen, eius ductu omnem di-
rexerunt suæ cursus scriptio. Sed sunt nonnulli, qui
hanc populi didicant ex antiquo famam, tanti faciunt,
vt propè Apostolicis traditionibus eam æquiparent, ita
inueteratam vulgi persuasione Traditionem appelle-
lantes, cùm sit earum diuersissima ratio. Nam Aposto- *an en Tra-*
probationibus, licet verbo traditæ ab iis, non scripto, vt
alii, sint. At populares illæ traditions sæpè nec pueris
satis credibiles, sæpè leui aut etiam fallaci ortæ princi-
pio, magnis deinceps incrementis dilatatae, parum ta-
men ipso auctu roboris acceperunt. S. Seruatum Epi-
scopum venerant Traiectenses. His Græculus qui-
dam iam ante annos 600. persuasit Esmeria S. Annae so-
rore filiam S. Elisabetham natam, Ioannis Baptista ma-
trem, filiumque Eliud, cuius filio Emeu B. Memelia Set- *sæpè ex falso*
uatum peperit. Ergo Antistitem se glorianitur habui- *orta,*
se Christi cognatum. cur dubitent, cùm ita grauis au-
tor, ex gente longè ab omni fraudis suspitione remo-
tâ id testetur? Alia superstruunt, vt facile trecentos an-
nos vixisse eum prædicent, quem constet Eusebio &
Hypatio Coss. Synodo Ariminensi interfuisse anno
Christi 359. Quædam & vera & à graui viro narrata,
nonnulli perperam intelligunt, peius etiam aliis nar-
tant, vt semper cum nouis erroribus serpent longius.
Proprium id habet fama, vt vires eundem acquirat, ma- *aut male*
gis etiam ficti ac praui, quam recti tenax. Sæpè quod *intellectu,*
alteri narrauerat, id ad me, eodem etiam die, fed mul- *peius am-*
pis partibus ampliatum, itaque immutatum rediit, vt *plicata.*
ipse quod à me manârat non agnoscere, donec scisci-
tando auctorem eius quod mihi referebatur, quid, à
quibus, quo errore esset adiectum, compéri. Si id in viris
erudi-

*alias plan-
stupenda,*

*quandoque
sola mira-
cula,*

eruditis, quibus fides optima ac sinceritas morum, vel cogitationum euagatio aliqua, vel intempesta inter pretatio efficit, quid rudi & imperitæ plebi fiet?

*Vita alia
ss.*

*edio dæmo-
nu*

*ab hereticis
adulterata,
duplici ex
causa.*

*An & quo-
modo depre-
hendi fraus
possit?*

*Alia con-
tracta aut
interpolata.*

*Alia con-
fite,*

*ab hereticis
juorum gre-
galium,*

Acta sunt alia, non ita quidem ex incertis populi narrationibus conserta, sed docte ac grauiter olim conscripta; verum deinde adulterata. Malitia dæmonum id Arnobius imputat, qui vel honorem debitum Sanctis detrahere, vel prouentur mortalibus emolumenatum intercludere hoc pacto conati sunt. Si qua sunt litteris, inquit lib. i. aduersus gentes, conscriptionibusq; mandata, malevolentia dæmonum, quorum cura & studium est hanc intercipere veritatem & confimiliu[m] his hominum, interpolata quadam & addita, partim mutata atque detracta, verbis, syllabis, litteris, ut credentium tardarent fidem, & gestorum corrumpent audierat. Fecerunt ergo id homines nefarij, dæmonum instinctu, ut vel erroribus suis atque improbitati patrocinium quererent, si dicerentur Sancti paria sensisse de Deo rebusque diuinis, aut simili modo vitam instituisse; vel ut eorum obscurarent laudem, à quibus sectam esse suam impugnatam constaret. Faciunt id etiamnum hæretici: nam illustres Sanctos, quos omnis retro venerata est antiquitas, ne nouitatis ipsi arguantur si ab iis dissentire se fateantur, suos fuisse clamitant; eduntque in vulgus acta eorum, sed detractis iis quæ illorum possent prodere puram ac Catholicam religionem. Si quos eorum dogmatum, quæ præcipue auersantur, fuisse defensores constet, eorum ita decolorant gesta, ut vel improbi homines fuisse, vel stolidi videantur. Ea res facit ut vetera mss. sedulò conquiramus, quod ex plurimum collatione facilis, si qua fraus est facta, queat deprehendi. Quares, si contentiant exemplaria, an securi sumus ab omni fraude futuri? Non continuo. Sed exploranda ea ad Lydium lapidem, Ecclesiae nimirūm doctrinam; quicum quod pugnat, spurium est. Quid dolo adiectum sit, facile erit ex aliis Scriptoribus demonstrare, qui vel de præstantibus illis viris contraria tradunt, vel semper Catholicos habitos fuisse ostendunt, & que affinguntur iis scita, fuisse tunc ab vniuersa Ecclesiâ repudiata. Sin obscuris de hominibus nec alibi notis narratur quidpiam cum orthodoxâ fide haud satis aptè congruens; omitto ego quidem, dum certiora eruam. Quid si fraus facta, quam assequi non possis, quia neque hæresi affine, neque Sanctis quibus tribuitur, ignominiosum, ut si E. G. confitum miraculum aliquod? Si nulla fraudis extant vestigia ac signa, vnde vel suspicio mihi incident? Quid esse certum ac securum ei homini potest, qui absque causâ villâ vbique fraudem suspectet? Imò malitiosum esse & improbum eum necesse sit.

Alij neque dolo malo, neque famâ decepti, tradiderunt tamen gesta Sanctorum, quæ non facilè probentur. Nam germanas tabulas naicti, breuiare quam integrâ dare acta maluerunt, quod longiuscula videbantur. Præcipua igitur capita virtutum paucis verbis perstrinxerunt: at miracula, & quæ reliquis minime communia erant, quandoque amplificarunt: explanationes rerum, temporum notas, locorum descriptiones intexuerunt. Quæ cùm quandoque non satis aptè respondeant, in dubium vniuersa reuocatur historia. Est id tamen maximè intolerabile, si librarij eâ fuerint impudentiâ, ut licet vix tineti litteris, attexant ipsi eiusmodi lacinias, aut subinde demand quæ vulgaria & trita iudicarint.

Denique Vitæ sunt quedam omnino confictæ, aliae ab hæreticis hominum improborum, à Catholicis aliae stylî exercendi gratiâ. De his infra. Hæretici non solum acta subinde corruerunt, exotica assuentes segmenta præclaris illustrum Sanctorum actis, quibus eos veluti insignitis notis vindicarent sibi; sed & suæ factionis homines flagitiosissimos veluti Sanctos, & iustas eorum cædes martyria prædicarunt. Omitto Tanchelium, Ioannem Hus, & alios eiusdem farinæ, quos nuper stolidi quidam ac dementes homines è Caluini grege, æquè ac veteres Ecclesiæ Martyres & Pontifices. Tom. I.

ces, velut Ecclesiæ suæ ornamen[t]a ostentare non eruuerunt. Visitata fraus est sectariorum.

Specimen proferam perantiquum. Extat in quibusdam mss. inter reliquorum acta Sanctorum, historia quædam aut fabula titulo Passionis Donati Martyris, qui ad conflandam Cæciliano Carthaginensi Episcopo inuidiam conscriptus videtur libellus. Alibi integrum dabo, h[ic] ne quis decipiatur, & verè Martyrem credit (vt olim Rosweydon, re non discussâ) partem illius exhibeo. Ita ergo habet: si manifesta persecutionum gesta vt olim & non otiose conscripta sunt, nec inconsulte in honorem Martyrum Donati sunt. & adificationem credentium anniversariâ solemnitate leguntur, cur non magis subdola fraudis & blande deceptionis infida conscribant pariter & legantur, que sub obtenu[re] religionis anima[re] fraudulentâ circumu[n]ctione subuertant? magis enim instru[re]tio necessaria illis est, vbi professa hostilitas non est: quia hostilis omnimodis societas ad decipiendum facilis & prompta est; & inimici hominis domestici eius. Ideo alienum ab officio pietatis & religionis erit non solum Martyrum glorias inuidâ quodammodo taciturnitate comprimere, sed etiam patrocinante silentio deceptorias subtilitates celare. Enimvero, quod salutare, tam periculosè taceatur à prudentibus, quâ inutiliter à simplicibus ignoratur. Quoniam quidem, ut facile est incautos appellatione nominis Christi à fallacibus decipi, ita necesse est fingere nomen ministros Antichristi. Prodictione ergo luporum latentium sub vestium ouium infidiis aut liberabuntur instruti qui imperiâ falleggant, aut contumaces suo vitio peribunt, sine culpa & periculo prædicantium Christianorum. Causa ergo reperienda que gesta sunt, & utilitatis & iustitiae plene sunt: quia & fideles commemorando corroborantur, & rudes quoque ad tolerantiam tentationis instigant, & inimicos detegendo condemnant. Prædicet ergo patientissimam filiorum suorum fidem pia mater Ecclesia: recognoscat & fructum operis sui latronum crudelissimorum spelunca. Ergo iam veniam ad caussas. Res apud Carthaginem gesta est, Cæciliano Pseudoepiscopo tunc instante, assidente Comite Leontio, Duco Vr[er]atio, Marcellino tunc Tribuno famulante, diabolo tamen omnium istorum consiliario existente. Primo etenim, ut inueterato draconi mos est, quasi iam non ipse persecutione manifestâ Christiani nominis impugnator extiterit, eos quos aperta persecutione superare non potuit, callida fraude circumuenire molitus est, ut eò facilis deceptio proderet, quod deceptionis auctor latuisset. Plura deinceps in Cæcilianum Episcopum, & viros illos principes à Constantino Magno in Africam missos, iacit malitia & calumnias. Latè controversiam hanc omnem ortumque schismatis Donatistarum prosequitur Baronius tom. 3. Annal.

Alij à Catholicis confictæ Sanctorum historiæ, non ut cuiquam Sancti gloriosam appellationem tribuant, cui eam Ecclesia non decreuerit, sed vt ea de illis scribant, quæ gesta numquam sint, geri solum potuerint. à Catholicis Herorum historiæ. Viguit olim vigetque etiamnum ille mos, ut quod magis Lectores captentur legendi auditate, historias Regum ac Herorum, quorum facta & nomina sunt & regna & facta, ac mirabiles euentus, componat viri etiam non indocti, qui vtilius alii in rebus collocare operam potuissent. Tolerari id potest tamen, si penitus etiam conficta nomina sint: at nonne sapientibus lectoribus illudunt, cùm noti nominis Regi cuiquam facta affingunt, quæ ille ne cogitârit quidem? Nonne iis ipsis, quo ut Lectores oblectent, sic celebrant nomen, ut quæ verè digna laude gesserunt penitus obterant, & quod nemo, nisi stu[t]us, æquo animo patiatur, multa tribuant aliena, falsa, ridicula, non tam adulacione aliquâ, quia iam ad illos Heros rei sensus non perueniat, quam insaniâ quædam scribendi? Estque in lectoribus ipsis furor quidam, vt cùm veras vilesque historias ne inspicere quidem dignentur, confictas illas mentiendi artificio allecti dies totos ac noctes voluant. Ast illud mihi petulantissimæ audaciæ videtur, quod etiam in sanctorum hominum rebus gestis ita ludere audent homines importunè ludicri, ne dicam impij. Ita Caroli Magni hist[ori]am incep[ta] quidam tenebrio Turpini grauissimi etiam SS. Vita, Antisti-

Antistitis ementito nomine scripsit: ita Reinoldi Martyris, aliorumque acta violata scurrili styli licentia.

At sunt nonnulli tam acti fortassis haud digni reprehensione, qui præceptiones aliquas suas ad conformandos mores, excitandamque pietatem accommodatas, ut vim habeant tantò maiorem, sub Sancti alicuius nomine proponunt, & ut suauius influant melle iucundissimæ fictionis illinunt. Non reprehendo aplogos, etiam Sanctis usurpatos. Ea tamen mihi scribendi ratio non probatur: nam vel falsam opinionem de Sanctis concipiunt Lectores, vel, si confictam esse narrationem indicatur, reliqua Sanctorum gesta eo modo facta esse suspicantur, & nonnumquam an qui celebrantur Sancti, vñquam extiterint dubitant. Quæ etsi non euenirent, non tamen mendacium esse pietatis incitamentū debet. Deus veritas est. Exosa illi falsitas omnis, verborum, morum, scriptiorum. Quem stylum exercere delestat, habet luculentam in sacris ac profanis historiis materiam. Sperat nominis celebritatem mirandorum euentuum casuumque inuentione? Quis est adeò stupidus, qui non longè plura, quām scripta vñquam sunt, possit excogitare, licet desit aptè ea scribendi facultas? Veritati, quā licet, consecratus stylum, studia, actiones vniuersas.

§. III. Quo in ordine hec ponenda.

His ita constitutis, erit fortasse qui ad quam historiam corum classem mea hæc pertineant, quærat. Dixi de Vitis singulis suo loco. Sed multorum animis ea insita est opinio, plerasque vitas Sanctorum inerti seculo à monachis, piis ut plurimum & bonis, ac simplicibus hominibus, sed ignaris ferè littarum, esse conscriptas, non ex certorum monumentorum fide, sed vel ex futilibus narratiunculis, vel ex propriâ quadam phantasiâ, ac fabricâ hebetis ingenij inscrite illa nostrorum Heroum decora speculantis. Ita loquuntur, nec sine supercilio, Critici quidam, qui ultra apices tamen & Grammaticales lites parum norunt, licet ipsi se intelligere & supere plurimam ceteros arbitrentur. Et sunt nonnumquam, quod omnium colere amicitias se velle profiteantur, ex nimium familiariter conuictu corum qui non rectè de religione sentiunt, aliquâ afflatis insalubri aurâ. Alij dum nimis cauti esse volunt, neque vspiam securè audent insistere, ne labantur; nihil satis firmum putant, ac temere multa respununt, dum ne explorare quidem cuiusmodi ea sint, volunt. Vt rorundum inimica veritati ratio est. Vt risque occurrentum non tam verbis quām rebus ipsis.

Dico igitur, Primum nullas esse hoc in opere vitas, quas omnino commentitias posuit quis vel leuissime suspicari, aliquo semper attestante Martyrologio certâve auctoritate. Dein nullas esse, quas probable sit vñlâ ex parte ab hereticis aliisque maleferiatis hominibus vitratas. Ceteris ex generibus sunt complures. Aliquot recensabo; nec, vt omnes, quidquam attinet.

Ab oculatis testibus conscriptas sunt 1. Januar. Vitæ SS. Fulgentij Episcopi Ruspenis & Eugendi Abbatis à discipulis; S. Gregorij Ep. Nazianzeni à S. Gregorio Theologo filio; S. Guilielmi Abb. Diuionensis à Rodulpho Glabro; S. Odilonis à Lethaldo. 11. S. Macarij Alexandrinî à Palladio; S. Adelardi Abb. Vita à S. Pachacio Ratberto, miracula à S. Geraldo, vel Gerardo Abb. Silvæ-maioris. 111. S. Genouefæ, quæ tamen fortassis interpolata. 1V. B. Angelæ Fulginatis ab Arnaldo, v. S. Syncleticæ à S. Athanasio; S. Simeonis Stylite ab Antonio, aut saltem à Theodoreto; S. Æmilianæ à S. Gregorio. VIII. S. Seuerini Apostoli Noricorum ab Eugippio; eiusdem Translatio à Ioanne Diacono. x. S. Guilielmi Ep. Bituricensis. XII. S. Benedicti Abbatis à S. Bedâ. x. 111. B. Iuettæ, siue Iuttæ, ab Hugone Florefensi. xiv. SS. PP. in Sina monte à S. Nilo; S. Eugelmari Eremitæ Martyris. xv. S. Alexandi Acemotorum

aliquando
prætextu
moralis in-
stitutionis:

en rebus

Quidam
semere pro-
nuntiant,
omnes SS.
Vitas con-
scriptas.

Imò nulla
bitales:

sed sunt
multæ ab
oculatis te-
stibus scri-
ptæ;

conditoris. xv. S. Honorati Ep. Arelaten. à S. Hilario; S. Marcelli Papæ miracula ab Ursone Abbatte. xvii. S. Antonij Abb. à S. Athanasio; SS. Antonij, Ioannis, Meruli à S. Gregorio. xix. S. Marij, Martha, & sociorum; S. Wolstani Episcopi Wigorniensis à Florentio. xx. S. Sebastiani M. Translationis historia. xxI. SS. Fruatuoli Episcopi & sociorum MM. S. Epiphanius à B. Ennodio. xxII. S. Anastasij Persæ M. miracula. xxIII. S. Alce M. Acta; S. Victoris & socij Translatio à Ioanne Buzelino. xxIV. S. Macedonij anachoræ à Theodoreto. xxv. S. Popponis ab Euerhelmo. xxVI. S. Polycarpi martyrium ab Ecclesiâ Smyrnensis; S. Paulæ Romanæ à S. Hieronymo. xxvII. B. Ioannis Episcopi Morinensis à Ioanne de Colle-medio. xxvIII. Martyrum Alexandrinorum cædes; S. Caroli Magni Imp. Vita ab Eginardo. xxIX. S. Petri Thomasij à Philippo Mazzerio. xxxI. S. Marcellæ à S. Hieronymo; S. Martini Sauriensis à Saluato; & aliae complures: nec enim omnes hæc enumeraui, sed præcipuas, aut quarum hæc commentans in memoriam primùm rediit. Non sunt hæc otiosè multis post seculis conficta, sed à viris sapientibus qui ea spectarant litterarum monumentis signata, ac fidelissimè ad nostram æratem conservata. Neque est quid fastidiosi homines monachos hebetes & inertes criminantur, quorum industria, si verum fateri volumus, non modò sacra hæc antiquæ pietatis, sed omnia omnino vetustæ eruditio- nis ad nos peruenere monumenta: quod etiam Hæ- reticorum multi non disfertur.

Iam qui non ipsi spectarunt quidem quæ tradide- multa ab iis
runtes litteris, aut non omnia (quamquam neque quos quibus occu-
piat nō fuit, & inspectores dicimus, ita speculati sunt omnia lati testes,
diligenter, vi non etiam quædam ab aliis accepertint) sed tamen qui pleraque iis qui geri ea viderant narran-
tibus didicerunt, sint plurimi hoc in opere. Eâ ratione
1. Januarij B. Petrus Damiani S. Odilonis Vitam scripsit.
iv. S. Gregorius Turonensis S. Gregorij Lingonensis Episcopi. v. 111. Bernardus Iustinianus S. Laurentij Iustini-
nani. ix. S. Beda S. Adriani Abb. xi. S. Gregorius Papa S. Anastasij Abb. xii. Ioannes Presbyter S. Gaphyræ; Isidorus de Isolanis B. Veronicae. xv. Ruffinus & Palladius S. Macarij Ægyptij. xix. Walafridus S. Blaitmaci.
xx. S. Euthymij Magni Abb. Cyrillus monachus. xxIII. Leontius Episcopus S. Ioannis Eleemonis; S. Beda S. Boifili. xxv. S. Chrysolomus SS. Iuuentini & Maxi-
mi. xvi. Hermannus B. Hafecæ. Atque alij, quorum ex-
pressa non sunt nomina, v. S. Geraci Eremitæ; vii. Ve-
nerabilis Ludouici Blosij Abb. xi. S. Theodosij Cœnobiarichæ. xiii. B. Godefridi Capenbergensis. xv. S. Idæ Virg. & S. Boniti Episc. xvII. S. Sulpitij Pij Episc. S. Ric-
marii Abb. xxv. S. Præiecti Episc. Mart. xxvi. S. Bathildis Reginæ.

Iam verò plures etiam exitere, qui ea scriberent, quæ neque spectassent, neque ab oculatis testibus au-
disserint; sed, quod vel ætate aliquantò iuniores, vel lon-
go spatio terrarum dissiti esent, ab iis solùm didicissent, vel iij. qui
quibus ipsi spectatores narrauerant. Ad hanc classem ea hauferant
ferè pertinent omnia, quæ à coætanis aut coæuis scri-
pta passim annotauit, ac nominatim Aeta S. Gordij M.
per S. Basilium 111. Januar. S. Eduardij Regis v. S. Pauli
primi Eremitæ per S. Hieronymum x. S. Felicis per
S. Paulinum xiv. S. Bassiani Episc. Laudis-Pompeïæ
xix. S. Launomari Abb. S. Sebastiani M. si quidem per
S. Ambrosium huiuscve æqualem, xx. S. Agnetis per
eundem Ambrosium xxi. SS. Vincentij & Anastasij
MM xxii. & aliorum plurimorum.

Denique qui partim à Scriptoribus notæ iam dictæ
composita recuderunt novo ordine, ac stylo, partim ex
veteribus & certis monumentis, vel ex probatis histo- multa ex
ricis composuerunt ipsi Sanctorum historias, multi authentio
fuere, quos & ego imitor, quoties acta alicuius non re- scriptis
perio, sed solùm consignatam eorum in SS. PP. vel hi-
storicas, aut Martyrologiis memoriam. Ita scriptæ sunt
Vitæ, ii. Januar. S. Adelardi per S. Geraldum, siue Ge-
rardum.

tardum. vi. S. Erminoldi Abb. M. vii. S. Raimundi Penafortij à Clemente VIII. Papâ. viii. S. Frodoberti ab Adzone, S. Gudilæ Virg. ab Huberto. xi. S. Hilarij Episc. à Fortunato. xxii. B. Walteri de Birbeke. xxviii. B. Margaritæ Hungaricæ à Garino. xxix. Venerabilis Caroli Abb. Villariensis; S. Petri Nolasci à Francisco Zumel. xxx. S. Aldegundis Virginis ab Hucbaldo & aliis. Plura sunt eiusmodi à nobis ita collecta & conservata: S. Attici Episc. S. Cyri Episc. S. Pega Virg. viii. Janu. S. Petri Episc. Sebasteni ix. S. Paulini Patriarchæ Aquileiensis xi. S. Cæfarie Virg. xii. S. Bernonis Abb. xiii. S. Datij Episc. Mediolanen. xiv. S. Emeberti, siue Alerberti Episc. & S. Ceolulphi Regis. xv. S. Fabiani Papæ xx. S. Cyrilli Patriarch. Alexandtini xxviii. & aliorum plurimorum.

aliqua ex famâ;

Neque harum vitarum arbitrator facilè conuelli à quoquam fidem posse; nisi quod quæ à me sunt elucubratae, iis alia quæ addi potuissent venient fortassis Lectori in mentem non pauca. Nunc quæ ex famâ conscriptæ, longo postquam Sancti deceperant tempore, aut ex monumentis non ita vel authenticis vel illustribus. Hoc ex genere sunt. i. S. Martinæ V. M. S. Mochuae vtriusque. ii. S. Bertiliae Virg. iv. S. Neophytæ V. M. & S. Phataildis Virg. viii. S. Luciani Bellouacorum Apostoli; S. Patientis Episc. Meten. S. Balduini Diaconi M. S. Erardi siue per Paulum, siue per Conradum. x. S. Gonçalui Amaranthi per Didacum de Rosario. xi. S. Leucij Episc. xiii. S. Potiti M. S. Agricij Episc. Treuir. S. Viuentij Presbyteri. S. Kentigerni Episc. xvi. S. Iacobi Episc. Tarentas. xvii. SS. Tergeminorum, siue per Warnaharium siue per anonymum; S. Genulphi Episc. xviii. S. Priscæ V. M. S. Deicoli Abb. xx. S. Fechini Abb. xxiv. S. Sophiae siue Cadoci Episc. xxvi. S. Notburgæ. xxvii. S. Iuliani Cenomanorum Apostoli per Lethaldum. xxix. S. Valerij Episc. Treuir. SS. Sauiniani M. & Sabinæ V. S. Gilda Abb. xxxi. S. Geminiani Ep. Mutinen. SS. Iulij & Iuliani; S. Aidani siue Medoci Episc.

plures contrafactæ, vel interpolatae.

Postremum genus est Vitarum, quæ ex genuinis contractæ, vel certè variis locis interpolatae. Atque hoc quidem aptè factum est nonnumquam à viris eruditis: malleum tamen annotassent potius seorsim obseruationem, appendicem, emendationem suam, quam intexuisserent pristinæ narrationi. Hoc genus latissimè patet, atque cum praecedente, accurate ut examinentur quæ eiusmodi sunt, postulat. Talia sunt quæcumque ferè à Metaphraste, Surio, Haræo, Grafio, Lippeloo, Wicelio, Ribadeneira, & aliis plurimis, doctis & piis hominibus scripta: talia quæ in Meneis Græcorum, Petro de Natalib. Vincentio Bellouac. S. Antonino extant: talia Acta S. Maximi M. ii. Janu. S. Seuerini Episc. Septempedani viii. S. Egwini xi. S. Mauri Abb. xv. interpolato ab Odone S. Fausti opere. S. Marcelli Papæ xvi. quæ tamen alij genuina censem.

S. IV. An posterioris generis scripta omnia refuenda.

Improbant quidam ultima duo genera, siue vulgares Legendas,

Alij non vniuersim Vitas respnuunt omnes: duo illa postrema genera impugnant. Diligere se aiunt vitas Sanctorum, eas volunt, & multa ex iis hauriunt, quibus siuos aliorumque ad virtutem animos exfuscent. Sed nullas edi volunt, nisi limatas iudicio, atque undeque veritate firmatas, quæ non modò non conuelli, sed ne oppugnari quidem possint. Esset sanè optandum, ut Sancti omnes, qualem hi postulant, namcū essent suarum virtutum præconem; aut si fortè nacti sunt, quæ olim scripta, ipsi prouherent in lucem: aut profecto qui ita sentiunt, appellerent ipsimet ad dilucidanda vel ex integro componenda. Duorum Acta operam ac studium, siue similes excitarent acri ac certo iudicio homines, simulque litteris expolitos, qui ad ea Acta suo nitoris restituenda incumberent.

Tom. I.

At si id sperare vix licet, & Sanctorum quorumdam legitimis actis abolitis ac consumptis, solæ eæ extant ex famâ non omnino certâ descriptæ, vel imperitè interpolatae Legendæ, vti eas superioris temporis consuetudo appellabat; quos tamen Sanctos constat plurimum seculorum consensu eo gradu ac loco habitos à maiori bus, atque anathematis votiuisque tabulis ac sacris cultos, ipsa Româna Ecclesiâ, arbitrâ sacrorum ac magistrâ sanctitatis, vel iubente, vel annuente, vel saltem conniuente; quid huiusmodi eorum Actis faciemus? Omitti vis, in tenebras abiici aut ignem potius, plane que absumi. Meritò quidem si quid inest, quod fidei orthodoxæ, aut rectæ morum disciplinæ aduersetur. Id enim ferendum non est: tollendum est protinus è medio, ne quid danni cuiquam conciscat. Atque vtiam sur, qui tam seueri sunt in Vitas Sanctorum; eadem censurâ perstringerent, imò exterminarent libros plurimos, qui non leuem inuehunc morum corruptelam.

Si quid verò inest in Actis quibusdam, quod neque traditæ diuinitus doctrinæ aduersetur, neque depravare vitiorum illecebris lectorum animos videatur; repugnet tamen omnibus earum æstatum, quibus extitisse *aut omnibus his portavimus*. Sancti illi dicuntur, historicis, aut plerisque ac maxime *ca.* probatis; id quidem quodcumque est vel paterer excepti, vel ipse certè notarem. At si est quidpiam, quod vni solum antiquæ historiæ non congruat, non ideo id proscribi equum est, cum inter se frequentes Scriptores dissentiant & veteres & moderni, etiam qui res sua ætatis scribunt, & quibus gerendis ipsi interfuerunt. Nec video cur Ammiano Marcellino, hosti Christianorum, aut alteri eiusdem farinæ, plus haberi fidei debeat, quam Christiano cuiquam rudi licet & imperito scriptori. Nam etsi fuerit hic fortassis, ut dicitant, nimis credulus; ast ille inuidiâ callidè retinet, vel malignè deterit nostrorum decora.

Quid si, quarum maximè falsitatem suspectas, eas Sanctorum vitas constaret esse scriptas ab ipsorum æuali, & gestorum omnium teste oculato, viro bono, siue Christiano, siue etiam Ethnico, sed eo prorsus modo quo nunc extant, an etiam tunc eas respueres ac damnares? Minimè, inquis. Verùm inornatè sunt scriptæ, sed verè. Simpliciter & imperitè, imò sincerè. Inscripti ab certa sunt quæ memorant. Imò visa, inquis, testata. Ordinatius digeri ea oportuit. noluit auctor, vel non possit. Quid ergo censes? edendæ an tradendæ Vulcano? Edendæ. Audio. Dandum scilicet antiquitati aliquid. Nec fuso eget aut ornata veritas. Satis ipsa est sibi, ut placeat bonis, etiam nuda, omniq[ue] vacua exotico pigmento. At loca non congruunt, aut tempora; nec quidquam simile memorant scriptores illius temporis. Explicationem censebis adhiberi oportere vel excusationem quasi effugium, potius quam omnino repudies, quod ab huiusmodi auctore compositum manifestè constet. Adhibe easdem nunc excusationes, explications, effugia, & sua Vitis eiusmodi auctoritas probabilitaque constabit. Non mirum etiam spectatores loci notam aut temporis præterite, rei soli intentos.

Silentium Scriptorum Ethnicorum perinde interpretor, vt si rure gestum quidquam à dissoluto Principe eiûs comitatu, singulari insolentiâ, furore, obscuritate; ipsi reticeant aulici, at narrent qui perpetrâ, quiq[ue]; *Cur Ethnici* spectarunt rustici, sed inornatæ ac insulsæ, neque vel *ei scriptores* pagum suum nominent, vel in quâ is provinciâ situs, *de SS. apius* nec quo id factum sit Pontificis, vel Imperatoris, vel *non meminisse* sui Regis anno, exponant, quæ nimis accurati scriptores non præterirent, non credemus scilicet: certiora requiremus testimonia. Consultò illi Principum suorum furorem, dedecus, vltionem diuinitus inflictam, ac nostrorum virtutes, miracula, victorias omittunt. Sit igitur aliquis in loco, tempore, similive circumstantiâ error, ideone tota supprimenda est historia? Etiâmne si oculati testes sunt qui ista narrantes hallucinantur?

d 3

O se-

xxxvij. PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

O seuerum judicem! nulla deinceps cudatur historia, nulla olim scripta (præter eas quæ à Deo sunt dictatae) toleretur, si ea lex posita sit, ut nihil inesse falso aut minus probabile fas sit.

Refutantur contraria sententia ar- gumenta:
1. *Hæretici hec Acta ridebunt.*

Ridebunt, inquis, ista hæretici. Quid deinde? Sacra- tissima nostræ fidei mysteria rident, rident etiam libros nonnullos, quos à Diuino Spiritu manasse certè sci- mus, rident multas piorum laudabiles actiones, rident vitas à spectatoribus siisque sapientissimis & sanctissi- mis conscriptas. Illis non scribimus. Non esset difficile eorum retundere impudentiam, sed non sunt tanti. Suum illum insultissimum salem, quacumque in re voluerint, consumant. Nihil eos moramur. Piis & probis hominibus scribimus, quibus hæc stimulum ad virtutes capessendas admouebunt. Nec ridebunt tamen heterodoxi omnes laborem hunc meum. Sunt inter eos quidam amatores antiquitatis, eo quæ propius distantes à regno Dei, qui gaudebunt in lucem proferri multa quocumque etiam squallore obsita, quibus ipsi ad eas quas moluntur humanæ litteraturæ lucubrations vtantur. Vtus est sanè in Italiâ illustrandâ Philippus Cluenerius, in Britaniâ Guilielmus Cambdenus: neque istiusmodi scripta omnia respuent Jacobus Vile- riuss, Gerardus Ioannes Vossius, Ioannes Meursius, alii- que. Utinam eorum aliquando istâ lectione commoneantur mentes, ut tandem Catholicæ caritati & con- cordiæ manus, animos, calamos dedant.

2. *Catholi- ci fastidiū mouebunt.*

Ipsi Catholicæ hæc fastidient. Nempe ut fauum quo- que immodice saturati. At plures audiè complecten- tur. Præclarè enim Lindanus doctissimus Ruræmun- densium Episcopus in elogio Martyrologij à Baronio recogniti & annotationibus illustrati scribit, si qua para- doxa quibusdam fortè videbuntur, illa eisdem eo esse loco ha- benda ut audiùs expetantur. Si qui tamen ita tenero sto- macho sunt, ut hæc iis naufragem prouocent, eorum lec- tione abstineant; habent alia quæ legant. Non semper singulis conuiuis omnes conueniunt appositi cibi: satis est si aliqui cōueniant, aut plerique. Nec quia sit aliquis qui caseo, oleo, crudis vesci nolit; abesse omnino oleum, caseum, poma, lactucas à menis, quibus eos ad- hibes, necesse est. Habet Lector meum de singulis Vitis iudicium. Præterea si quid suo non viderit palato aptum. At sèpè initio multi ea fastidunt, quæ iis posteà mirificè placent ac prosunt. Fatetur quandoque Baro- nius Acta quædam ut primum venerunt in manus, in- epta sibi visâ & insipida, quæ accuratius expensâ vehe- menter probârit, omnique acceptione digna iudicârit. Mihis quoque id vñlumenit, licet ut plurimum cohibere assensum soleam, donec rem omnem examinârim. Si quorum nimis delicatum est fastidium, corrigendum id, ne etiam salubrem, imò necessariam medicinam, si inueterauerit, respuat. Et sanè si illud argumentum quidquam valeat, quām multi sermonem de religione ceterisque virtutibus, vñsum diuinorum Sacramento- rum, librorum piorum lectionem, precatio-nes denique fastidunt? Eóne illa mala, sumimouenda, abdicanda. Excitandus impellendusque in contrarium animus, ut saltem ad æquilibritatem quædam pertingat. Neque qui prober omnia, neque qui nihil, ab errore esse secu- rus potest. Fastidiebat olim Societas nostræ parens Ignatius libros qui sacra tractarent, vanos poscebat, qui bella, etiam ficta, aliâve ludicro mundi genio accom- modata, ut eorum lectione oblectaret animum, morbi tædium leuaret. Vbi tandem fastidium superauit, vix satiari eorumdem sacrorum librorum lectione poterat. Denique fructum tulit, quem vniuersa sentit Ecclesia. Eueniet id hîc quoque fortassis, vel ex eo natâ salutis occasione, à quo maximè animus abhorrebat.

3. *Ridicula sunt.*

Inficiari saltem non possumus, ais, quin multa in his ridicula narrentur. Ego ita seuerus non sum, ut risu- mihi, omnibusque hilaritatis indicis interdicam: num- quām tamen, licet verser in hisce Actis quotidie, memi- ni mihi risum ab iis moueri. Ridicula sunt fateor quæ

stolidissimi dæmones ad Sanctorum labefactandam int̄ precandi studio aliisque virtutibus constantiam ma- chinati sunt, dubites maiori furore an vafricie: nego ta- men ridiculum esse ea narrari. At si cui ita splen salit, prorumpat is sanc in risum & cachinos, ut volet. Ne existimet tamen, à petulantâ illâ solidum duci argu- mentum, quo hæc valeant Acta conuelli, quæ pluribus salubrem potius fletum elicient, cogitantibus quæ & quanta egerint Sancti, quæ sint diuinitus consecuti, cā ætate, ordine, loco, quo nunc stamus ignaur & degene- res, tam longinquò ab iis spatio semoti. Si quos ita pu- pugrint, iis deinde risum ciebunt exultationemque sempiternam.

Esto: ridicula hæc non videantur, incredibilia certè sunt quām plurima. Quid ita? Quia consuetum rerum humanarum modum excedunt. An afferuntur viribus facta humanis? an non à Deo, eiūsve auxiliis? quid huic impossibile? Si Liuius aut Salustius hæc narraret acci- disse, erederes, opinor, sed dæmonum præstigiis facta diceres. An ergo plus hæc, quām supremæ mentis im- mensum numen potest; ut si ab hoc factum esse quodpiam portentum narretur, incredibile pronunties; si ab illis, continuò habeas fidem? Potuit, inquis, ea Deus; fe- cisse vnde constat? vnde constaret tibi Liuius narrante? fide humanâ, opinor, quæ & hæc habet locum. Quæris vnde mihi constet, fecisse Deum quidquād quod me- memoratur: vnde tibi constat non fecisse? Auctorem pro- fero qui afferat: habes qui neget? si habes, vtrius potior fides? si non habes, & fieri fateris posse; vide ne teme- rarium sit absque vñlâ ratione negare esse factum. Nulla fuit, inquis, patrandi miraculi cauſa. Vnde id nosti? non scribitur. An ergo omnes rerum omnium conscri- ptæ cauſæ? Proditur fortè aliqua, sed quæ tibi non pro- betur. Scrutatus es nempe omnia Dei consilia. Nescis, alii nescis, quæ eius bonitas sit & munificentia, cui ter- minos ponis, quos vñtra non deceat gratificari eum mortalibus. Loqui bruta animantia, sulcitari ac denuò viuescere cometi, sparso puluere nasci segetem & mo- mento maturescere; quid hîc non Deo facile? An de- nuò viuere vorata incredibilis, quām de lapidibus suscitar filios Abrahæ? an difficilis est efficere ut lo- quatur columba aut camelus, ad solatium vel præsi- dium vel institutionem Sanctorum, quām vt asina olim ad Balaami, paullò tamen post perituri, coarguendam peruicacem temeritatem?

Vereris ne hæc opiniones falsas errorefque turbu- lentos, & superstitiones pñm aniles procreent; quæ parient. cū penitus infederint atque inueterauerint, etiam comperit, & grauissimo iudicio promulgatâ veritate, euelli non possint. Mitte eum timorem. Nosti quæ vis & efficacitas sit veritatis, quanta neque vino ineſt, licet etiam sapientes dementet; neque Regi, cuius tamen nutu vita mortisque subiecti populi constat; neque mulieri, cuius solet esse amor ad insaniam vehemens. Cor- recta sunt nuper quædam in Martyrologio: quis non promptè & libenter veritatem amplexus? Neque hic periculosus est error, ut nesciam ortum Sancti alicuius, aut quodpiam eius factum, quorum quædam etiam sa- cra Scriptura occuluit. Occiderit S. Georgius draconem verum, an metaphoricum, quid interest? Vulgus verum existimat occidisse, aliter docti sentiunt: errat pars alterutra, sine piaculo. Quales apud Gallos dispu- tationes, non de miraculo vno altero, sed de Sanctis ipsis qui sanctorum solenni apparatu coluntur. S. Diony- sium Parisiorum Apostolum sub annum à Christi ortu cc. missum in Gallias viri eruditii existimant, eumque se publicè venerari profitentur. Volunt alij ne extitisse quidem eum vñquam, proque eo Areopagi- tam Dionysium sacrâ solennibus colendum. An ea le- uis est controversia? Errare alterutram partem necesse est. Non commouentur tamen propter Ecclesiarum Antistites, nec ipse Præses & Rector ac Pater omnium Romanus Pontifex. Non est enim is error eiusmodi, qui

qui pietatem aliamne virtutem labefactet. Nec indig-
natur sanctus ille Antistes, sibi debitos honores Areo-
pagita impendi, neque Areopagita eos illi it prære-
pum, cùm suum honorem vterque sentiat ad Dei glo-
riam spectare. Et si qua dies lumen afferat, ut constet
non ab Areopagita, sed altero iunio conuersos esse
Parisos, non difficulter assentientur è diuturnis tene-
bris emersæ veritati.

*s. Ecclesiæ
ea corrigi
sunt.*

Quid est hoc, inquietus, aliud, quæ grauissimo san-
ctissimoque Ecclesiæ iudicio repugnare? Iubet ea qual-
dam Sanctorum historias corrigi: tu etiam in lucem
profers, & iis concilias auctoritatem. Quid enim est
corrigere quidpiam? in tenebras abdere, luto immer-
gere, flammis abolere? an non, quod curuum erat aut
videbatur, curare ut rectum sit & sentiatur esse? Hoc
enim verò ego facio. Neque enim arbitror Ecclesiæ
suo decreto velle omnibus potestatem fieri, ut quæ sin-
guli improbarint fastidioso aut aliis opinionibus præ-
occupato iudicio, ea ceu figura repudiare & abiice-
re valeant; imò & suas conjecturas veluti à maioribus
traditam narrationem obtrudere, vetustis temerè inter-
polatis monumentis. Ego contrà laborem meum
vniuersæ Ecclesiæ, ac præsentim moderatrici ceterarum
Romanæ Sedi, probaturum me confido. Vitas quas le-
gitimas censem significo, quas & quatenus tolerabili-
les, quas, quâque ratione emendandas; eā tamen mo-
destiâ, ut sapè me confitear non videre quo pacto quæ
suspicor inesse menda corrigan; obtestorque alios ut
suggerant, si quid iis aptius occurrerit.

*Imò susci-
pienda quia
à viris bonis
scripta,*

*à doctis non
prota.*

Ergo neque quia periculum sit ne risum moueant
hæreticis, aut potius insulsi quibusdam scurris, qui ad
hæreticorum fornices configurerunt; neque quia fasti-
dio futura palato quorumdam Catholicorum timeantur;
neque quia ridicula sint, quæ contrà seria sunt &
grauia; neque quia incredibilia, cùm & sapè facta alijs
sint, & Deo visitata; neque quia perniciosos gignant er-
rores, cùm potius auctoritatem sanctissimam Ecclesiæ
affiduè inculcent, quod vnicum est contra omne virus
errorum antidotum; neque quia corrigi quædam ex
his Ecclesia velit; idè supprimenda, penitusque abolen-
da. Imò potius quia à bonis, simplicibus, sinceris homi-
nibus, eti si non summâ arte scripta sunt; quia procul ab-
sunt ab omni adulatioñis suspicione, cùm nullam sibi
Auctores mercedem propositam habuerint, nisi San-
ctorum patrocinium, ac munifici fauorem Numinis;
quia multorum etiam eruditiorum tot iam seculis trita
manibus, & numquā penitus reiecta etiam à grauissi-
mis Theologis; ea fateamur verisimilia censi debere,
ac fuscipi pleraque, legique vtiliter posse: dummodò
quæ subinde admonui obliteruentur, quæque alij eru-
ditiores monebunt.

I. v. An Acta SS. apocrypha.

*An hac
apoorthypha,*

*& ut alia
proscripta
can. Sancta
Romana
dist. 15.*

Vnt alij quidam Aristarchi, seueri cum primis & im-
portuni, qui identidem illud occidunt, Apocrypha
hæc esse, hausta ex Apocryphorum fabulis, somniis, de-
liramentis: eaque apocryphi appellatione veluti validissi-
mo ariete deiicere se ac prosternere vniuersum hoc no-
strum opus arbitrantur; cùm ipsi met suum illud telum,
quo vtuntur, apocryphum sit; vocis, inquam, ipsius ne
notionem quidem affequantur. Nam quod instant &
vrgent, grauissimâ Gelasij Papæ sententiâ in apocry-
phorum classem esse relata hæc, ac vetita legi, id ita
habet.

S. Gelasius Papa in concilio Romano lxx. Episcopo-
rum, Asterio & Præsidio Coss. anno Christi 494. habi-
to, (quod & Gratianus in Decretum retulit par. 1. dist.
15. can. 3. Sancta Romana) varia recensens sanctorum Pa-
trum opuscula, quæ post Scripturæ libros suscipi per-
mittit, & in Ecclesiæ legi, ita inter alia loquitur: Item
gesta sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum
cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant.

*Quis ita esse Catholicorum dubitet, & maiora eos in agoniis
fuisse perpresso, nec suis viribus, sed gratiâ Dei & adiutorio vni-
uersa tolerasse? Sed idè secundum antiquam consuetudinem
singulari cautelâ in sanctâ Româna Ecclesiâ non leguntur, quia
& eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur; & ab
infidelibus aut idiotis superflua, aut minus apta, quæ rei ordo
fuerit, scripta esse putantur; sicut cuiusdam Quirici & Iulite,
sicut Georgij, aliorumq; huiusmodi passiones, que ab hereticis
perhibent compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel leuis
subannandi oriretur occasio, in sanctâ Româna Ecclesiâ non le-
guntur. Nos tamen cum predictâ Ecclesiâ omnes Martyres &
eorum glorioſos agones, qui Deo magis quæ hominibus noti
sunt, omni deuotione veneramur. Hæc ille. Neu dubitari
possit, quin illa Sanctorum acta apocrypha iudicet,
postea in Notitiâ librorum apocryphorum, qui non recipiun-
tur, iterum recenset & apocrypha appellat, Passionem Qui-
rici & Iulite, & Passionem Georgij.*

Ut scrupulus hic, qui quorundam animos assidue
stimulat ac pungit, penitus euellatur, primù explican-
dum, quid apocryphum sit, quotque modis dicatur: tum *Apocrypha*
quatenus hæc apocrypha censi debant, vti & alia *unde dicitur*
quædam veterum scripta. *Apocryphum* ab ἀπορεύθηκεν,
sive ἀπορεύθηκεν, celare, occulere, abscondere, deducitur;
non, ut habet Glossa ad can. *Sancta Romana*. ab ἀπό de,
& κρύπτει secretum; neque omnino Græcum est κρύπτει,
sed à κρύπτω est κρύψει, id est latebra, occultatio. Significat
ergo ἀπορεύθηκεν, occultum, arcanum, nec propalatum enun-
tiatum.

Primò igitur apocryphum dicitur, ut habet Glossa in
can. i. dist. 16. quod certo auctore caret, vii liber Iudi-
cum, liber Tobiæ, Esther, Machabæorum, Iob & alij, *tur qua*
qui tamen inter Canonica Diuinæ Scripturæ volumi-
na habentur. *Eâ ratione inter sacros & Ecclesiasticos* *recarentes*
libros, quos Couarruias lib. 4. Variat. cap. 16. & 17. *Ha-*
giographos appellat, retineri aliqui possunt, quorū igno-
rentur auctores. Sed de hoc apocryphorum genere non
quæritur: certum est enim esse inter Acta Sanctorum
multa, quæ à quo traditas sint litteris ignorentur; sed &
eiusmodi plurima sunt legitima, & nemini omnino
suspecta, ut Acta SS. Fructuosi Episcopi, Augurij & Eu-
logij MM. xxi. Ianuarij, & aliorum plurimorum.

Alio modo apocryphum dicitur, quod inter Diuinæ
Scripturæ libros non numeratur. Ita S. Hieronymus *2. que non*
Prolog. in libros Regum: *Hic prologus Scripturarum, quasi sibi in Cœ-*
galeatum principium, omnibus i. bris, quos ex Hebreo veritus nonne Scri-
in Latinum, conuenire potest, ut scire valeamus quidquid extra *pturarum*
bos est, inter apocrypha esse ponendum. Sic oratio Manasse
Regis, sic libri tertius & quartus Esdræ apocryphi sunt;
licet enim antiquæ nec indignæ fide historiæ habeant
pondus, non tamen habetur à Spiritu sancto dictati. Sed
neque hac notione apocryphi vocem usurpant, qui no-
stra esse apocrypha criminantur nam etiam probatissi-
ma Patrum lucubrationes eâ ratione apocryphæ sunt,
id est non eo numero ac loco quo divinitus inspiratae
Scripturæ.

Potissimum tamen apocryphi vocantur ij libri, quos
aliqui ut Canonicos suscipiunt, Ecclesiâ refragante. De
his pulcrè S. Augustinus lib. 15. de ciuit. Dei cap. 23. *Omis-*
tamus igitur earum scripturarum fabulas, que apocrypha nun- *qua ab ali-*
cupantur, eò quod earum occulta origo non claruit Patribus, à quibus in eo
quibus usque ad nos auctoritas veracum scripturarum certifi- *perperam*
mâ & notissimâ successione peruenit. In his autem apocryphis *reponuntur,*
etsi inuenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla
est canonica auctoritas. Scripti sive quidem nonnulla diuina Enoch
illum septimum ab Adam negare non possumus, cùm hoc in epi-
stola canonica Iudas Apostolus dicat. Sed non frustrâ non sunt
in eo canone Scripturarum, qui seruabantur in templo Hebræi
populi succendentium diligentia Sacerdotum. Cur autem hoc, nisi ut liber
quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt, nec utrum hæc *Enoch,*
essent quæ ille scripsisset, poterat inueniri, non talibus proferen-
tibus, qui ea per seriem successionis reperirentur rite seruasse.
Vnde illa quæ sub eius nomine proferuntur
recte à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda; sicut
multa

xl PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

multa sub nominibus & aliorum Prophetarum, & recentiora sub nominibus Apostolorum ab hereticis proferuntur, quæ omnia sub nomine apocryphorum ab auctoritate canonica diligenter examinatione remota sunt. De eadem Enochii prophetiâ, & aliorum scriptis idem sanctus Doctor lib.18.cap.38. ait, ut apud Iudaos & apud nos in auctoritate non essent, nimirum fecisse antiquitatem, propter quam videbantur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris.

At quidam ex his apocryphis libris non modò incertæ erant auctoritatis, sed & omnino alienis tribuebantur auctoribus. Sic idem Augustinus contra Faustum Manicheum lib.22.cap.79. Legens scripturas apocryphas nomine editas, ut Acta S.Thomæ;

Manichei à nefio quibus sutoribus fabularum, sub Apostolorum nomine scriptas, quæ sursum Scriptorum temporibus in auctoritatē sanctæ Ecclesiæ recipi mererentur, si sancti & docti homines, qui tunc in hac ritâ erant & examinare talia poterant, eos vera locutos esse cognoscerent. . . . Vtrum illa vera sit aut confita narratio, nihil meâ nunc interest. Certe enim Manichei, à quibus illa scriptura, quæ Canon Ecclesiasticus refuit, tamquam vera atque sincera acceptantur, &c. Verum ista nunc missa facio: nam non sum ita stolidus, vt illa Sanctorum Acta, nisi si quæ sunt ex sacris Scripturis sumpta, Canonica esse velim & scripture Diuinæ obtinere auctoritatem: non poterunt igitur apocrypharum scripturarum nomine ab Ecclesia repudiari.

Tertius igitur, apocryphos libros, & propriè, appellat Gelasius, quos in Ecclesiâ sancit publicè legi non oportere, quali δοκιμίας eos deceat, abscondi, & remoueri à luce Ecclesiæ, ybi nihil fas sit, nisi omnino probatum, legi. Quia tamen ea latius sumi significatio videatur, posseunt libri quos perstringit Gelasius, vt loco citato obseruat Couarruiias in duas classes distribui, vt alij sint hæretici, neque palam neque priuatum legendi, sed abominandi potius, planeque abolendi, vt qui pestem sint legentibus allaturi; alij simpliciter apocryphi, qui neque hæretici, neque semper ab incerto scripti auctore, neque sub emento alicuius sacri scriptoris nomine; minorem tamen obtineant auctoritatem, neque ab Ecclesiâ & Patribus usquequaque probatam; propterea quod falsa quedam in eis, vt scribit Couarruiias lib.4. Variarum c.17. veris quandoque misceantur, peregrina quedam aut portentosa narrentur, quæ nec piè nec commode credi possunt; vel ex eo denique quod eorum autores quedam veterum dogmata fuerint secuti, quæ postea testimonio sacrarum Scripturarum consueta sint. Atque idèò hi libri apocryphi dicuntur, quod non sint publicè in templis legendi; licet priuatum, cautele tamen, legi possint. Ergo libri apocryphi, vt idem mox subdit, licet in ecclesiâ legi non debant publicè, posseunt tamen priuatum legi, & cautele, quia eorum auctoritas in obscurâ & abscondito est. Et paullò post medium capitum de Eusebio loquens, Si apocrypha, inquit, interpretetur ea, quæ publicè in Ecclesiâ legi non debent, priuatum tamen legi possunt: quemadmodum & quoad plures libros hoc in loco nominatum relatos hoc significatio est profusa admittenda. Ita Couarruiias. Eadem alij scribunt.

Hac ergo posteriori notione apocrypha sunt ex iis quæ edo multa: nam & Eusebij historia apocrypha est, & opera Tertulliani, Lactantij, S. Clementis Alexandrini, Cassiani, Arnobij, aliaque. Imò cùm non videatur nunc in cuiusque Antistitis, præterquam Romani, situm potestate, vt decernat quid in Ecclesiâ publicè legendum sit, posteaquam Breuiarium precum, hymnorum, Lectionum, quas in Ecclesiâ fas sit in dies recitare, sapientissime concinnatum est; è ratione cetera quoque & à Gelasio & ab aliis Pontificibus probata veterum scripta legi modò non possunt, saltem absque Pontificis Maximi auctoritate. Sed tamen, quod pridem nonnulli præstantes Iuris Canonici interpretes obseruarunt, Acta Martyrum, imò & aliorum Sanctorum, quæ in variis quidem Ecclesiis, vt ex S. Augustino patet, legebantur, at non in Romanâ; ea in hac quoque leguntur nunc, & sunt à pluribus seculis lecta, sed in breuem ferè epitomen contracta. Et videntur quedam olim habita

Quadam olim apocrypha correditæ:

apocrypha, posteà esse correcta: ea certè non continent nunc, quæ antiqui Patres vt fabulosa coarguere, vt ad acta S.Theclæ Virginis & alibi dicemus.

Igitur qui hæc apocrypha proclamat, norint pauca ex Diuinis Scripturis accepta, neque omnia à certis auctoribus litteris consignata, neque omnia esse eiusmodi ut legi in Ecclesiâ debeat aut possint. Si è significatione apocrypha appellant, nihil ego in eâ appellatio turpe, nihil indignum, nihil quod infamiam aut dedecus habeat, video. Sin facta omnia & fabulosa volunt esse, quæ sic apocrypha censentur, videant ne sanctissimis & sapientissimis viris, Clementi Alexandrino, Ioanni Cassiano, & aliis, quorum libri apocryphi declarati sunt, iniuriam faciant, quasi confinxerint quæ scriperunt omnia. Aliud est, non omnia peruidisse, lapsos uspiam, vt erat quibusdam iis locis ac temporibus quibus scriperunt proclue; aliud merâ malitiâ ea commentos, quibus alienæ illuderent simplicitati. Aliquo eos nœvo erroris fateor fuisse quandoque aspersos: vtro ceteris imponere voluisse & fabulas obtrudere, pernigo. Videant denique ne Gelasio ipso, cuius contra nos auctoritatem usurpat, vehementer aduersentur, qui Eusebij libros, quos disertè inter apocrypha relegat, pronuntiat tamen non usquequam renuendos. Nihil tamen inesse, vt in illis Patrum scriptis, ita & in his Vitis, præsertim pér anonymos exaratis, quod corrigi debat, non sum ita demens vt existimem, qui aliud passim pronuntiem.

§. vi. An Sancti omnes aut Beati, quorum hic vita editæ?

Superfluum videatur, hanc nunc afferre questionem, quæ & antè generatim, & ad vitas singulas speciatim sit perfoluta. Sed quia sunt nuper nonnulla, de Sanctis Obseruata ab Auctore etorum veneratione & actis, Apostolica Sædis grauissimâ sanctissimâque auctoritate sanctificata, faciendum duxi, vt me his serio & diligenter obtemperasse ostenderem. Peripciet id quidem facile, qui mea hæc euoluet: sed ne quid ipso in limine perterrere Lectorem, aut omnino retardare vlo modo possit, præmonere hæc constitui.

Prostitor igitur me summâ reuerentiâ & attentione binas VRBANI VIII. Pontif. Maximi Apostolicas constitutiones sèpius legisse; eam videlicet cuius initium est, Sanctissimus D. N. ciuque declarationem, Postmodum vero & decimo post anno latam, Calestis Hierusalem. duo nupera VRBANI VIII. Priore, in generali congregazione sancte Romane & vniuersalium Inquisitionis, habitâ in palatio Apostolico in Vaticano coram S.D.N. D. VRBANO Diuinâ prouidentiâ Papa VIII. ac illustriss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduersus hereticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sanctâ Sede Apostoli à specialiter deputatis, xiii. Martij MDCXXV. feria v. conditâ, tum alia sanctificantur de imaginibus eorum qui nondum in Sanctorum aut Beatorum numerum relatis sunt, deque tabellis & luminaribus ad eorum sepulchra; tum, quod huc facit, inhibetur ne de cetero imprimantur libri eorumdem hominum, qui sanctitatis sue martyrii famâ vel opinione (vt præfertur) celebres è viâ migravissent, gesta, miracula, vel revelationes, seu quacumque beneficia tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentur, sine recognitione atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoscendi Theologos aliquos ac doctos viros in consiliu adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum vel inordinatum in re tam graui committatur, negotium instructum ad Sedem sine approbatione Apostolicam transmittat, eiufg. responsum expectet. Revelationes batione Pon. verd & miracula aliaq. beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam & gesta continentibus, hactenùs sine recognitione atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censi vult mandatq. Sua Sanctitas.

Infrâ tamen declarat, quod per supra scripta, praividicare in aliquo non vult neque intendit iis, qui per communem Ecclesia confen-

*q̄si oī m
cūlī fīcī,* consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumq; sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicae vel Ordinarij, coluntur.

*ante 100,
annos.* Posteriore constitutione datâ Rome apud S. Mariam Maiorem die v. Iulij MDCXXXIV. tum prius illud decretum confirmat & declarat Pontifex, tum, quod ad rem hanc pertinet, longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in predicto decreto, intellige declarat esse tempus centum annorum metam excedens.

Hicse Apostolicis decretis parui cum primis diligenter: qui ita affectus animo sim, ut malim omnes meas lucubrationes manu propriâ in ignem abiicere, quam ut in iis insit quidquam quod Apostolicæ Sedis vel honoris repugnet, vel voluntati, pro cuius tuendâ dignitate & grauissimos adire labores & vitam ipsam profundere paratus sim. Primum igitur paucissimos scriptis meis celebro, qui non sint vel ipsius sanctissimæ Sedis auctoritate solenniter Sanctis adscripti, vel communis Ecclesiae consensu iam olim cultum veneracionemque adepti. Imò vnicus est fortassis Ludouicus Blousius venerabilis Abbas, de quo mihi constet, nullum ei decretum esse eiusmodi honorem: neque tamen ullum eius miraculum, vaticinium, aliudve Apostolico decreto prohibitum narraui. De quibus dubitau, eorumne esset sanctitas legitimo Ecclesiae iudicio confirmata; iis Sanctorum aut Beatorum titulum, cœlestis indicem dignitatis, non tribui, vt Margarita & Gentili Rauennatis, xxiiii. & xxvii. Januarij: etiam si nonnullis non modo centum annorum, sed & seculorum aliquot celebritas suffragaretur, vt Gertrudi Beghina Delfensi vi. Januarij, Henrico Susoni Ord. Prædicatorum xxv. Ian. Carolo Abbatii Villariensi xxix. Januarij.

*sed quos
constat iam
olim colit:* Quibus eam nomenclationem tribuo, iis cultum aliquem vel Sedis Apostolicæ auctoritate constitutum, vel populorum pietate, eadem conniuente Sede, olim prærogatum, idque ante centum annos aut longius etiam spatiu, vel martyrologiorum veterum fide, vel grauium Scriptorum idoneis testimoniis confirmo, vel earum rerum certâ & compertâ narratione, quæ non solent nisi Sanctis vel Beatis impetrari ab Antistitibus, vt sunt reliquæ religiosè translatæ & in locum honorificum repositæ, dicata iis templis, imagines propalâ in

*Adiutores
necessarij*

bon defutre:

*principius
Antonius
VVinghues*

§. I. Auctoris hoc in opere elucubrando Socius.

Qvi propositi operis magnitudinem, speciemque multimedî disceptatione implexâ, informauerit animo, is facilè perspicet, pro dignitate pertractari illud ab homine uno non posse, nisi (quod Cardinalis Bellarminus censebat) immenso ferè spatio temporis; aut nisi plures accedant adiutores, qui singuli partem aliquam laboris exantent. Nam quis vñus omnia adire loca potest, ita remota ac diffusa? Quis archiuia, sèpè adamantinis obserata claustris, vt sibi hospiti pateant imperare? Quis describere, conferre, examinare, relegere, ordinare omnia?

Neque defuerunt haec tenus mihi huius sancti operis adiutores: & in dies multi opem operamque addicunt, siue propriâ aduersus Sanctos pietate, ac studio propaganda ad plures vtilitatis; siue Sanctis ipsis eorum ad id instigantibus mentes; præsertim, vt ego quidem existimô, sancto illo Abbatte Lætiensi ANTONIO WINGHIO, quem inter Sanctos beatum nunc degere æuum planè confido. Fuit is magnus omnino vir, & cuius Vita, non minus quam quæ ipso curante edita est Ludouici Blousij, lucem meretur: eamque, nisi existimatam suscep-

templis expositæ radiato splendore insignes, appensa publicè anathemata & donaria, aliaque id genus: in quibus si quid me fallat, id non modò lubens, vbi intellectero, retractabo; sed & hîc iam nunc in antecedsum ipse damno & repudio.

Eadem decreti Apostolici obseruantia fecit, vt haud paucas piorum hominum Vitas, etiam typis antea editas, quod plurima continerent miracula aliaque inusitatæ neoteris portenta, planè omittent, donec in Diuos ab Eccl. corum Vitæ omittit. Lectorem non mediocriter oblectarent, accenderent-que ad virtutem: sed potiorem duxi victimis quibuscve, & gratiorem Deo illaque qui cum illo æternâ beatitudine perfuruunt, obedientiam.

§. VII. PROTESTATIO AVCTORIS.

ET si in hoc opere nulla cuiusquam, qui non videatur per communem Ecclesie consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumq; sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apostolicae, vel Ordinarij, cultum veneracionemque obiunisse, miracula, vaticinia, arcana manifestaciones, retulisse me existimem; quæ sunt iteratis S.D.N.VRBANI VIII. decretis prohibita; tamen ne quid me vel incautum fugerit, vel ne ceterorum actis Sanctorum ac Beatorum maiorem, quam par est, videat auctoritatem arrogare;

Testificor, velle me vniuersa quæ scripsi atque edidi humanæ dumtaxat historiæ pondus obtinere: cum neque Diuinâ reuelatione, neque Catholicae Romanæ Ecclesiae aut sanctæ Sedis auctoritate nitantur, nisi quantum ex Diuina Scriptura libris, aut litteris Pontifi- *Hoc opus
humana hi-
storia est, &
humana ni-
titur fida.*

accepi libris, iis tantum esse fidei volo, quantum illi merentur auctores. Quæ à me absque alio testimonio scripta, hæc spero eo habitum iri loco, quo quæ ab ho-

mene tradita erroribus pro ingenij iudicii que imbecil-

itate obnoxio, sed qui tamen in iis examinandis non

mediocrem posuerit operam, & moti malit quam ut

sciens quemquam fallat.

C A P V T Q V A R T V M.

Adiutores operis. alia adminicula.

ros esse alios, pridem ego scribere fuisse aggressus. At difficile hîc esset, quantus ille vir fuerit, paucis explica-re, quâ animi submissione, quâ comitate, quâ motum suauitate ac simplicitate, quâ prudentiâ & subtilitate vir ma-iudicij. Quas illius virtutes & ipsi Belgarum magni gnu. Principes ALBERTVS & ISABELLA laudarunt, & patria suspexit vniuersa. Quâ ille nobilium familiarum controuerias dexteritate ac felicitate componebat! Quâ lenitate afflictos solabatur & recreabat! Quid de liber-*litate eius dicam? Quid de caritate erga omnes, præser-tim religiosos homines? Quid de pauperum curâ? Quid de libertate reprehendendi vitia, suadendi virtutem? Quid de vita austerritate? Quid de ceteris naturæ gratiæque dotibus? Audeo dicere, si Heroicis illis vixisset Benediti & Fulgentij, aut etiam Antonij & Hilarionis temporibus, quibus nondum vilitas virtutis irrepererat, fuisse planè admirandam, quam vnicè tamen fugiebat, nominis celebritatem consecuturum. Sed ad proposi-tum redeo.*

Cùm accepisset ille Heribertum Rosweydum, cuius iam antea erat ei eruditio cognita probeque perspecta, qui & oīm ad illustrandas Sanctorum Vitas, omninoque in pristi-num restituendas nitorem ac dignitatem adiecisse ani-mum; & vnicè carum eum habuit, & quâ potuit, iuuit, confi-

confilio, & sumptu suppeditando in amanuenses & vētūram librorum, qui peregrē peti, quiq̄ue emi in eum finem debebant. Quod rem Rosweydis perduxerit, anteā exposui. Eo vitā functō, metuere cœpit Winghius, ne esset nemo, qui humeros auderet oneri, quod tantum ac talem delassasset Heroa, supponere. Ita tunc, vt ad ipsum magnus ille S. Vedasti apud Atrebates Abbas Cauerellius, sic ipse ad Præsidēs nostros Winghius scribebat: Erītne qui Rosweydo succedat? Erītne adeō capacis animi quisquam, qui quod ille conceperat diuīque fouerat, tandem excludat atque edat opus? Vbi ad id ego accessi, longē minori quām Rosweydis, rerum cognitione, iudicio, auctoritate, stylī viuacitate, paratus tamen certē laborem tam sanctō dicare negotio; tum ille me intimē cōplexus, omni deinceps fauore erexit, confilio instruxit, sumptu (vt anteā) in libros & amanuenses subleuauit: neque conquireuit vñquam, quin assiduē hortaretur ac stimularet, vt quamprimum edērem partem operis aliquam. Haud facile verbis afferat, quanto ille studio, quām indefesso animi ardore, eam tem procuraret, quasi ē monasterij ipsius, imō & patriæ vniuersitatis salus ageretur.

sic Auctōrem variē adiunxit.

*& ut do-
meſticus
adiutor da-
retur effe-
cīt.*

*Iunior &
ſuccesſor
eius.*

*aliiq; La-
tienſes mo-
nachi:*

*de Societate
Godefridus
Henschen-
nius*

Cūm verō intelligeret, vt neque aptus existere concentus potest, nisi sit qui sonos, fides, modos vñus temperet; neque nauis cursum tenere, quantumvis validē compacta & præstantibus instruēta armamentis, nisi vñus clauis regat gubernator; neque victoriā reportare exercitus, cui non Dux vñus summo cum imperio præfit; sic ab vno ordinari ac dirigi rem omnem oportere; ita tamen sentiebat, nisi si aliorum fulciretur auxilio, fore vt & succumberet oneri, & nemo fortassis deinde consilij eius gnarus reperiretur, qui inchoatum ab eo opus vellet perficiendum capessere. Vrgere igit̄ Societatis Præpositos cœpit, vt quia etiam mihi id gratum sciret futurum, ipse que necessarium iudicaret, socium mihi & vñsti huius molestiā operis administrum darent. Euicit tandem quā apud ipsos, pro singulari suā in Ordinem nostrum benevolentia, valebat gratiā & auctoritate, vt adiutor mihi adhiberetur P. Godefridus Henschenius, egregiè tum Latinis Græcisque litteris, ac Theologicis quoque disciplinis, eruditus, tum capaci cumpromis memoriā, firmisque virtus corporis, & valdē studiosus, de quo mox.

Quia verō euenire plerumque solet, vt ad Præfectorum exempla, qui iis subiecti sunt, facilē studia ac mōres componant; ceteri Lætienses monachi tum Societatem nostram, quam inde à Bloisij temporibus singulari semper caritate dilexerant, arctius etiam complexi sunt. WINGHII imitatione, tum studia mea fauore, consilio, operā, assiduē iuuerunt: præsertim qui tunc tirones asceticā vitā rudimentis instituebat, eratque cœnobij Supprior, nunc Abbas, WINGHII dignissimus successor THOMAS LVYTENS: & qui tunc adolescentiores collegas suos Theologiam docebat, egregiè condatus vir, Christianus Le Roy; qui deinde tumultibus belli Gallici cum ceteris sanctis sodalibus suis monastério exactus, WINGHIVM optimum Patrem, xxxi. Augusti M.DXXXVII. sénio, mōre, ac deum dysentriā extinctum, ipse decimo post die secutus est, atque ad illius pedes tumulatus in templo Societatis nostræ Montibus. Nolo reliquos nominatim recensere, ne sim eorum pudori molestus, cūm sit nemo, cuius non sim benevolentiam & auxilium quoque expertus; vt facile BLOSI WINGHIIque discipulos possis agnoscere.

Cūm igit̄ mensis Ianuarius paratus esset prælo, & legitimē approbatus, cœptusque adeō iam cudi; datus est mihi, WINGHIO admittente, adiutor, quem dixi, Godefridus Henschenius sub annum MDCXXXV. Hic cūm aliis in rebus strenuam mihi hačteniūs operam nayauit, tum etiam, quod ad ipsum Ianuariū spectat, fideli consilio iuuit. Nam cūm videret Vitarum, quae iam impressæ erant, quasdam in capita distributas, at non omnes; auctor fuit vt & reliquas ita partirer. An-

notationes etiam (quaē aliorum quoque, vt anteā dixi, *confilio*) vīrorum grauium erat sententia) vt singulis capitulis ad derem persuasit. Cumque ē causā vniuersum mensem recognoscere cœpisse, operam quoque tam seriam & constantem contulit, vt Vitas etiam benē & operā multas ipse & recenseret, & diuidereret in capita, & variarum rerum explicacione ornaret; quas habebam ego *Vitis multis* quidem anteā, sed raptim quandoque congregatas, saltem *recognitus*: non ita perspicuē distingitas & explanatas. Ēā ratione illustratae ab eo Vitas S. Antonij Magni xvi. Ianuarij, S. Cyrilij xxviii. S. Attici & S. Laurentij Iustiniani viii. S. Iuliani Mart. ix. S. Theodosij Cœnobiarachæ, xi. S. Viuentij xiii. S. Euthymij Magni xx. & alia.

Quod ego illius studium cūm mirificè probarem, omnino sperauit fore, vt si me Deus, antequām vniuersam hanc molem suscepit operis consummarem, euocaret ē vitā, ipse oneri succederet, & reliquum pari methodo absoluere. Eamobrem quaē singulari numero *ideō com-
municata* accepisse, legisse, contulisse, exarasse me anteā scripse- ram, cum illo participavi, & pluraliter extuli; quia vel *cum eo ab* suggererat ille quaē scriberem, diuididerem, adderem; vel *Auctore* *omnia,* quaē à me anteā scripta, probārat. Eadem *causa* facien- dum duxi vt illius quoque exprimerem in fronte ope- ris nomen. Nam etī anteā sui fieri mentionem nole- bat, satis sibi esse dictitans si Sanctis probaret quem iis consecrauerat labore suum, tamen persuasi, vt ne pro- hiberet non modō in sequentibus tomis, sed in hoc quoque, quem paratū iam habebam, suum nomen inscribi; cūm ita statuerem, si quis me casus eiecisset ē vitā, non fore tum necessariam deliberationem, cui id *etiam titu-
lus.* committendum videretur, cuius iam pars esset sub il- lius nomine publicata. Eius quoque studio & industriā omnes confecti Indices sunt, tum insigni iudicio, tum *Indices ab eo confecti.* multo sanē labore plenoque fastidij. Non deerunt alij fortassis posteā, qui in sequentibus tomis hac nos labo- ris parte subleuēt: quod & anteā Ioannes Vienottus & Petrus Eulartius nostri facturos se receperāt, nisi prius, quod contigit, migrarent ē vitā: moralem sibi popo- ficerat Vienottus; alter reliquos suscepisset. Hoc igit̄ Hercule fidos humeros vñā supponente, facilius cælum nunc, Diuos, inquam, cæli incolas portabo.

§. II. Alij adiutores ex omni ordine.

PRæter hunc domesticum & assiduum alij fuēre ad- *Alij Vitas*
iutores quamplurimi, qui vel mss. codices submi- *miserunt.*
nitstrunt, vel Vitas suā manu descriperunt, vel quas ipsi edere parabant, eas operi inferendas meo obtule-
runt, vel vnde adipisci nonnullas possem monuerunt,
vel quā olim editis inessent menda suggererunt. Nihil
attinet omnes hīc enumerare, cūm suis locis fideliter,
vnde singula sim načtus indicari. Videbatur hoc qui-
dem magno illi Abbatī WINGHIO superuacaneum,
cūm illa qui suggestur, mittunt, commodant, non tam
id spectent vt suum legatur in scriptis meis nomen,
quām vt scribatur in libro vitæ. Verū id ego tum ad
fidem impetrādam necessarium esse duxi, vt quā ipse *suis locis ho-*
noris causa non vidi, à quo didicerim significem; tum vtile ad gra-
titudinem testandam, vt profitear quis quid ad hanc
rem suppeditārit. Ita verō id præsto religiosē, vt ne mi-
nimum quidem mihi hoc in genere beneficium de-
tetur, cuius non ite in posteros memoriam velim.

Non abs te futurum arbitror, hīc aliquot recensere,
quorum latissimē industria ac benevolentia patuit. Fa-
cile omnium primas tulit Antonius Beatillus noster, *Antonius*
qui vt erat gloriæ Sanctorum amplificande studiosus, *Beatillus,*
tum ipse quorundam historias accuratē scriptas edidit
in lucem, tum mihi de aliis, iis præsertim quorum in
regno Neapolitano vigeret veneratio, plurima suppedita-
uit, & impressa typis & manu exarata. Is Neapoli
vii. Ianuarij MDCXLII. grandis iam natu, & plurimo-
rum benefactorum meritis cumulatus, ad Sanctorum
contubernium emigravit.

Ioannes

Ioannes Gamans,

Ioannes Gamans, & ipse è Societate nostrâ, Nienan-
tia in Vbijs natus, origine Gelder, plurima in Germa-
niâ, Bohemiâ, Belgio descriptis de Sanctis, planeque in-
gentem mihi suppeditauit thesaurum, ac quasdam Vi-
tas ipsam pro egregiâ suâ eruditione examinavit il-
lustravitque, vt B. Godefridi Capenbergensis, ac S.
Thiadildis. Plura ac maiora, vt spero, vtroque in genero
præstabit, si valetudinem illius (cui parum ipse parcit,
maximo hactenus labore instituendis ad Christianam
disciplinam militum animis occupatus) Sancti susten-
tabunt.

Andreas du

Debeo quoque plurimâ gratiam Andreæ du Chesne
Regis Christianissimi Cosmographo; qui nuper ma-
gno litteratorum omnium lucu extinctus, sed (quæ
rara doctorum virorum felicitas) filio relicto, studio-
rum, humanitatis, virtutum ceterarum hærede Fran-
cisco, qui paterna opera prouehit in lucem. Parenſ
multas mecum Sanctorum Vitas communicauit, alias
vbi reperire possem edocuit.

*alijs complu-**res scriptis**claris.**& ex eius-
quo Religio-
forum ordi-
nibus.*

Submisit quoque varia ex eadem Galliâ Petrus Lo-
uetus Bellouacus v. cl. qui olim Francorum Reginæ
Margaritæ à libellis fuit, ciuſq; frater Ioannes à S. Mat-
tino è sacrâ congregatione instituti Cisterciensis, quam
Foliensem vocant; Jacobus Simondus, Petrus Poffinus,
Odo Gisfeius, nostri; è Burgundiâ Petrus Franciscus
Chiffletius noster, ex Italiâ Silvester Petrasancta colle-
gij Lauretani. Societatis nostræ Rector; ex Hispaniâ
Thomas Tamayus de Vargas Regis Catholici Histo-
riographus, aliique aliis ex prouinciis. Etiā Rectorum
Sanctorum Vitas vtrō & benevolè communicauit
Matthias Casimirus Sarbievius noster, legitimè, vt pu-
blicari possent, approbatas. Multa Rosweydo olim
Aubertus Miræus Ecclesiæ Antuerpiensis Decanus, de
Belgicarum Ecclesiarum antiquitate optimè meritus,
tradiderat. Plures denique simili me sibi beneficio ob-
strinxeré. De singulis agam alibi, ac fortassis aliquando
simul de omnibus, tum doctis hominibus particula-
tim, qui hoc in genere aliquod apud me beneficium
posuerunt, tum de Ecclesiis & monasteriis, quæ suos
codices commodarunt, generatim. Fateor enim, pluri-
mum mihi subsidij attulisse Venerabiles Patres Bene-
dictinos Belgas, Anglos, Germanos; Carthusianos Ger-
manos ac Belgas; Cistercienses Belgas ac Gallos; Pra-
emonstrantes Germanos ac Belgas; Canonicos Regu-
lares instituti Augustiniani Germanos ac Belgas; Car-
melitas Belgas; Prædicatores Germanos ac Belgas;
Franciscanos, præcipue Hibernos, atque alios quam-
plurimos. Sed quæ à singulis accepis, suis locis edico:
quid adhuc ab aliis expertam, infra aperiam.

§. III. Martyrologiorum origo. Polemei Siluij laterculus.

*Martyrolo-**gia vetera,**olim eden-**ta.*

Hæc auxilia amicorum sunt, hæc interiora operis fulcimenta, hæ superteræ priuatorum. Alia sunt publica adminicula, Scriptorum monumenta edita in lucem. His vt liberè vtor, ita profiteor ingenuè; nec vt meum vendito, quod aliunde sum mutuatus. Sed de Scriptoribus, eorumque monumentis, à me saltem citatis ac lectris, agam fortassis alias. Haſi præcipue notitiam Sanctorum plurimorum ex Kalendariis ac Fastis variarum Ecclesiarum, quasq; illæ usurpat solennium precum Breuiariis, in quibus qui venerationem in variis vrbibus, cœnobiosis, conuentibus facrorum hominum obtineant, indicatur, præbeturque occasio in Acta inquirendi. Verū quæ mihi desunt istiusmodi Breuiaria, vtinam consequi omnia possim! Sed præ his quoque, magno mihi subsidio Martyrologia fuere. Cogito quæ habeo non pauca, saltem quæ maximè probata erunt, illa olim edere accuratè recensita, collataque cum iis quæ intercæ suggesterent amici. Quia tamen hic nonnulla cito, quæ adhuc publici iuriis non

sunt, ne quis eam ob cauſam fortè hæſitet, paucula hīc de iis à me pertractari censui oportere.

Marryrum triumphos in Ecclesiæ conuentibus celebre publicâ laudatione, mos est antiquissimus ab Apostolicis inde temporibus; ideò institutus, vt gratiæ Deo agantur, qui robur iis virtutemque sufficit, vt animentur ceteri exempli; vt laudentur voce, et que piè in vota, qui hīc ingentibus meritis fidei & virtutis, Diuinâ dignatione, cumulati, eorum nunc æternis præmiis perfruuntur. Eam ad rem descripti olim diligenter dies, quibus vnuſquisque hostem vicerat, vt anniversaria constare, & festiuā hilaritate peragi, memoria posset. Huc illa spectant S. Cypriani epist. 37. ad Presbyteros & Diaconos: *Denique & dies eorum, quibus dies martyris excedunt, annotare, vt commemorationes eorum inter martyris dies sedulè annostari.*

Quamquam Tertullus fidelissimus & deuotissimus frater noster, pro ceterâ sollicitudine & curâ suâ, quam fratribus in omni obsequio operationis imperit, qui nec illuc circa curam corporum defit, scripsit & scribat, ac significet mibi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem glorioſe mortis exitu tranſeant, & celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum, qua cito vobisum Domino protegente celebrabis.

Hinc Ecclesiæ fasti, quos Tertullianus lib. de coronâ militis cap. 13. solennitatibus Gentilium, quæ vel ob vi- *Hinc Fasti*
ctoriam natalémne Principum, vel in quoque muri- Ecclesiæ,
*cipio, peculiari instituto, agebantur, opponit: Coronatur, inquit, & vulgus, nunc ex Principalium proprietatum exulta- *& Marty-*
*tione, nunc ex Municipalium solennitatum proprietate: & est *rologia ac*
*omnis latitie publica luxuria capitatrix. Sed tu peregrinus es *Kalenda-**
*mundi busus, cuius superna Hierusalem. Noster, inquit, mancipa- *rias.****

*Lebrabat vnaquæque Ecclesia suos Martyres. Quæ nullis erant nobilitatæ, aut paucis, aliunde petebant quos venerarentur, præsertim primos Christianæ religionis præcōnes, aut quorum fuerat maximè illustris constan- *etiam pri-**

ta ut Polemæ Siluij laterculus,

*habebat, Polemæ Siluij. Pro illo Patmei coniciebam le- *ut Polemæ**

*gendum P. Anneij, vti in eodem illo codice habetur *Siluij later-**

*Pannij Flori, Virgilij orator an poëtar pro P. Anneij Flori. *culus,**

Complectitur verò Siluij ille laterculus nonnulla, quæ in eo desiderantur laterculo, quem olim à Furio Dio-

*nysio Philocalo prætitulatum, ex Rosweydi schedis à me acceptum, in commentariis ad Victorij canonem Bucherius noster vulgauit, sed & nonnulla, quæ fortassis iam exoleuerant, prætermittit, in illo Furiano recentita: habet autem Gentilium festa plura, nonnulla Christianorum. Eum laterculum aliquando cum animad- *in quo sacra**

*uerisionibus meis edere cogito, et si mutulus est, quia & profane *scriptus an-**

*quæ de ratione querendæ lunæ, festiisque Paschalis, *adnotauit.**

poëticis fabulis, ac sectis philosophicis pollicetur, de-

*sunt. Quo anno ea scripsit Siluius indicat, cum nomi- *annis**

na Principum Romanorum, inter Ianuarium ac Februarium menses, enumerat; ita enim sub finem habet:

*D.N.Theodosius presens Augustus, D.N.Placidus Valentini- *scriptus an-**

nus; sub quibus Ioannes tyrannus extinctus est; & à quibus cum

*DD.matre Placidia, uxore Eudoxiâ, Augustis, nunc imperium *no Christi**

poſidetur. Quod Posthumiano & Zenone viris clarissimu Coſ. no Christi

adnotauit. Fuerunt Consules Fl.Zeno & Posthumianus an. 448.

Christi 448. Et in Breuiario temporum post mensem

Augustum: ab Vrbis exordio mille & ducentis completis

annis

XLIV PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

annis Posthumiano & Zenone Consulibus, Asterius Consule tamquam primus annus incipit. Fuit Asterius Consul anno sequenti Christi nimis 449. Hæc ergo scripsit Silvius anno 448. & initio sequentis, cum necdum Roma sciretur quis Constantinopoli Consul esset, qui Progenes fuit. Hic ex eo Laterculo mēsem Ianuarium, ut specimen, quæque anteā proponit, dabo: ex ceteris mensibus carptim quædam delibabo sacra & profana. Ita ergo incipit:

Eucherio Episcopo dicatus.

POLEMEI SILVII LATERCVLVS. Domino beatissimo Eucherio Episcopo Silvius. Laterculum, quem priores fecerunt, cum difficultibus supplicationibus indicis notatum legissim, nemini doctis esset obscurior, absolutione postiarum in eo rerum significacionem mutauit: & ad te potissimum, à quo mea omnia, pro eius qui inter nos est amoris studio, comprobantur, direxi. Letificabor iudicio tuo, si cum tibi placuisse cognouero.

Quæ in eo tradentur.

Quæ in eo tradentur.

Menses singuli cum vocabulis suis, quibus apud diuersas gentes dicuntur: & in alternis inter eos foliis enumeratio Principum cum tyrannis, prouinciarum etiam Romanarum, spirantiumq; quadrupedum, volatilium, natantium: ratio querenda Luna, festiuiq; Paschatis: nec non vrbis Roma fabricarum enarratio: poëtica fabula: Romana historia breuiter conclusa series, cum triumphatoribus, animantium ponderibus sive mensuriis, & metrorum omnium pedibus, ac sectis philosophicis contenenentur.

De diebus.

De diebus. Dierum necessum non fuit formas depingi, quia sibi omnes qualitate consimiles sunt: neque vt stulte Gentiles loquuntur, nomina designari: quoniam nullius rei, nisi septenarij proper reuolubiles hebdomadas numeri, sicut Scriptura celestis edocuit, appellatione censemur. In quibus nec ita modus certus horarum est, vt valeat à quocumque monstrari: quia quod nequit dividii, nec possumus computare. Quarum, etiam si oculis subiacenter, nulla mala erat estimanda, quoniam Deus vniuersa bona constituit: quod qui esse credit aliter, in eo à quo cuncta sunt non credit.

signis,

signis. De signis. De signis nihil est quod dicatur, quia non sunt, etiam si dicantur. Quis enim facies terrestrium singulorum aliquando inter astra confinxit? Quorum, quoniam longè post mundi ortum vanâ veterum profanorum arte confixa sunt, mentio relinquenda est.

anno.

DE ANNO. Annus primum decem mensium fuit, qui trecentos & quatuor dies habebat: licet, vt auctores plurimi proddiderunt, apud Aegyptios quatuor, apud Arcades tribus, apud Acarnanes sex mensibus computatus fuisset referatur. Post annum à Rege Romanorum secundo inter Decembrem & Martium Ianuarius & Februarius fertur adiectus, vt trecentis quinquaginta & quatuor diebus, quos duodecies Luna renouat, atque vice-nouenis & semi-vicibus cursum suum efficit, impleretur. Postremò additi sunt decem dies cum quadrante, quod per quadriennium dies vnu iunctus crescit, quarto anno, quem bissextum vocamus, inscritur. Cuius initium cum Aegyptius, qui Nonas ideoq; non norunt, mensē Septembri, cum Gracis Novembri, Martio cum Iudeis habetur. Nos Kalendam rationem fecuti à Ianuario, cuius ante dies octo & sol ad celos rem trahit surgens recurrat, & quod est amplius, Dominus & Deus noster Dei filius Iesus Christus corporaliter natus est, ordiemur.

IANVARIVS. dies XXXI.

Ianuarii festa:

Vocatur apud Hebreos Sebit, apud Aegyptios Tibi, apud Athenienses Pufidion, apud Graecos alios Audineus. Kalenda Sōrō Σαράντη, hoc est à vocando, quia cum in Rostris ad contentionem populus vocabatur.

IV. Non. Circu priuatus. Auster interdum cum pluviâ.

III. Dies Auspicium. Natalis Ciceronis. Ludi.

Prid. Ludi. Comitalis.

None, dicta idem quia nonus dies eas discernit ab Idibus. Temporatem significat.

VIII. Id. Epiphania, quo die, interpositis temporibus, & stella Magis Dominum natum nuntiabat, & aqua vinum facta, vel in amne Iordanis Saluator baptizatus est. Auster interdum, vel Fauonius.

VII. Prima Consul's mappa. quæ idem sic vocatur, quia Rex

Tarquinius Roma dum die Circensum pranderet in Circo, de mensa sua mappam foras, vt aurigis post prandium currendi signum daret, abiicerat. Auster & imber.

VI. Auster interdum & imber.

V. Senatus Legitimus. Suffici Consules designantur, sive Praetores.

IV.

III. Carminalia, de nomine matris Euandri.

Prid.

Idus dicta Στό Σ* videndo, quia priusquam annus * ēdū, le- hic, qui est, fuerat, mensē medio Luna completa, que incipiebat gendum Kalendas, de quā mensē dictos accepimus, videbatur. Secunda videtur. mappa. Interdum ventus aut tempestas.

XVIII. Kalend. Februarias.

XVIII. Natalis Honorij. Circensis. Interdū Auster & pluia.

XVII.

XVI. Ludi Palatini.

XV. Ludi.

XIV. Ludi.

XIII. Natalis Gordiani. Circensis.

XII. Ludi. ventus Africus tempestatem significat.

XI. Natalis S. Vincentij Martyris.

X. Senatus legitimus. Questores Roma designantur.

IX. Natalis Adriani. Circensis.

VIII. Interdum tempestas.

VII. VI. Ludi Castorum Ostiis, que prima facta colonia est.

V. Ludi. Auster aut Africus. Interdum dies humidus.

IV. Ludi.

III. Tempestatem significat.

Prid. Circensis, Adiabenis vicitis. interdum tempestas.

Hactenus Ianuarius. Nunc reliquis è mensibus paucam excula, vt proposuimus, decerpnda, sacra & gentilitia: *alius mensis cetera alias integra edam.*

Idib. Febru. Parentatio tumulorum * in p. Quo die Roma lī- * an in præberata est de obfide Galloru.

XV. Kal. Mart. Imperialis.

XIV. Natalis Faustina vxoris Antonini.

XIII. Quirinalia, quo die Romulus occisus à suis (qui ab hæc, quia ex Sabinis Curis, vocatur) non apparuisse confictus est.

VIII. Depositio S. Petri & Pauli. Cara cognatio. idem dicta, quia tunc eti si fuerint viuorum parentum odia, tempore obitus deponuntur.

XII. Natalis Constantini.

VII. Kal. April. Aquinoctium. Principium veris. Crucifixio Gentilium. Christus passus bodie.

VI. Lauationem veteres nominabant. Resurrectio.

Prid. Natalis Constantini. Circensis.

III. Id. April. Natalis Veri. Circenses.

XII. Kal. Maias. Circenses. Consul's tertia mappa.

XI. Natalis vrbis Roma. Consules ordinarij fasces deponunt.

Parilia, dicta de parte Ilia. Interdum pluia & grando.

VI. Id. Maij, Natali Claudi. tempus nitidum.

Kalendis Iunij, Circensis Fabricij.

Ibid. Natali meus.

VI. Non. Iulij Natalis genuinus Domini Valentini.

Nonis, Ancillarum Syria, quarum celebritas instituta est idem, quia capti Vrbe à Gallis, cum finitimi prius vici tradi sibi Romanorum Procerum coniuges postularent, & consilio Philodedi ancille famula dominarum vestibus adornata data illis suffissent, his nuntiantibus predictis somno sopitos & obrutos, facta victoria sit.

VIII. Id. Natalis Iulij Cesari.

VIII. Kal. Aug. Natalis Constantini.

Kalendis Aug. Natali Pertinaci, & Martyrum Machabaeorum.

VII. Id. Natalis Constantini iunioris.

IV. Id. Natalis S. Laurentij Martyris.

III. Hippolyti Martyris.

VII. Kal. Septemb. Post hunc diem apud Aegyptios quinque

dierum epigomenos, tertius decimus mensis adiungitur.

Post Augustum subiicit Breuiarium temporum, sub cuius fine ista habet: Primus Gaius Iulius Caesar vicit per decen-

decennium Galliis & Britanniis successorem designatus, Dominum ipse se fecit. Quo in curia Kal. Mart. per Brutum & Cassum auctores sua mortis, viginti & tribus vulneribus interempto; Augusti ab Octauiano, qui constitutus est, esse cōperunt: quorum usque nunc potestas, quā reguntur cuncta, perduravit. Ex quibus Domitianus primus chlamydem blateam, Diocletianus gemmas vestibus habitus regala inferire. Constantinus senior, qui Christiana religioni ministros privilegii communiuuit, diadema capiti suo propter refluxos de fronte propriū capillo (pro quā re saponis eiusdem cognominis odorata confectio est) quo constringeretur, inuenit: cuius more hodie custoditur. Cuius regni . . . ab Urbis exordio mille & ducentis compleatis annis Posthumiano & Zenone Consulibus, & Astero Consule, tamquam primus annus incipit.

Idb. Septemb. Hoc die Roma in ade Mineruali per Magistratum anni singulis ex are clypei figebantur.

Prid Id. Octobr. Natalis Virgilij.

x. Kal. Nouemb. Natalis Valentini purpura.

viii. Id. Nouemb. Natalis Iuliani.

vi. Natalis Nerue.

xvi. Kal. Dec. Natalis Vespasiani, qui locum . . . plunia.

xviii. Kal. Ianuar. Natalis Veri.

viii. Natalis Domini Corporalis. Solstitium & initium hiberni.

vii. Natalis S. Stephani Martyris.

v. Natalis Titi.

J. IV. Martyrologia Eusebij & S. Hieronymi huius specimen.

Alij fuere merē Ecclesiastici, & dicati sacris fasti: quorum usus is erat, qui est à S. Cypriano in antē citatā epistolā expositus, ut anniversaria triumphi, quem Martyres retulissent, coli memoria posset. Tale Kalendariū, aut Sanctorum indiculum fuisse olim in Ecclesiastice fo-
lita Martyrologia. Strabuſ libro de rebus Ecclesiasticis cap. 28. scribit: Litania aurem sanctorum nominum, inquit, postea creditur in usum assumpta, quam Hieronymus Martyrologium, secutus Eusebium Cesariensem, per anni circulum conscripsit; eā occasione ab Episcopis Chromatio & Heliodoro illud opus rogatus componere, quia Theodosius religiosus Imperator in concilio Episcoporum laudauit Gregorium Cordubensem Episcopum, quod omni die Missas explicans, eorum Martyrum, quorum natalitia essent, nomina plurima commemoraret.

Celebetrīma igitur fuere Martyrologia Eusebii, S. Hieronymi, atque etiam Romanum. Eusebium collegisse Acta Martyrum, certum, & suprā ipsiusmet est testimonio firmatum. Verū id opus quā MARTYROLOGION dicat, à vocis notatione neutiquam aberrabit, est enim sermo de Martyribus; à notione, quā Martyrologij nomen nunc usurpatū, plurimū: An illi Actorum collectioni, quam ab eo ostendimus συνολῳ, θωρακῃ, θωρακῃ appellari, adiecerit Sanctorum elenchum aliquem Eusebii, nescio. Quidam id nituntur ex S. Gregorio probare, quem aiunt epistolā 29. lib. 7. Indicit. i. ad S. Eulogium Alexandrinum Patriarcham datā de eo Martyrologio, quod ille ad se mitti postulabat, scripsisse. Verū ambiguum est, quid à Grēgorio petierit Eulogius, similēmne aliquem indiculum, an illam collectionem. Ita ei rescribit Gregorius: Vtis semper est docti viri allocutio: quia aut dicit audiens, quod nescire se nouerat; aut agnoscit, quod est amplius, id quod se & nescisse nesciebat. Quā in re ex audiētiū numero ego nunc factus sum, cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, vt cunctorum Martyrum gesta, que pia memoria Constantini temporibus ab Eusebīo Cesariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed hac neque si collecta sunt, neque si sunt, ante vestra beatitudinis scripta cognou. Ago ergo gratias, quia sanctissima vestra doctrina scriptis eruditus cōpi scire quod nesciebam. Prater illa enim quae in eiusdem Eusebī libris de gestis sanctorum Martyrum continetur, nulla in archiō huius nostrae Ecclesie,

Tom. I.

Tale an
scripsit
Eusebius

ex S. Grego-
rii epistola
ad Eulo-
gium

vel in Romana urbis bibliothecis esse cognou, nisi pauca quedam in vnius codicis volumine collecta. Qui illi sint Eusebii libri de gestis sanctorum Martyrum, quos extare Romæ fatetur sanctissimus Pontifex, incertum est. An historia Ecclesiastica libri & fuerunt certe viri eruditi, qui nihil aliud de Martyribus ab eo scriptum censerent. Vidi libellum de Martyribus Nicomediensibus, qui separatim scriptus ab eo dicitur, è Graeco codice. Bibliotheca Regis Catholicæ, versum à Vincentio Marinerio, quem mihi exhibuit v. cl. Lucas Torres ærarij regij in Flandriâ Praefectus: sed torus erat ex eius historia Ecclesiastica transscriptus, & ab alio fortassis. Aliud eum coagmentasse ex variis Actis opus, suprā ostendimus. Idne fortasse non satis Roma fuisse indicet S. Gregorius? an potius illud erat probatur, quod petebat Eulogius? Hoc mihi verosimilius videatur: ait enim cunctorum Martyrum gesta, ab Eusebio collecta petiisse. Breue Martyrologium quis cunctorum Martyrum gesta dixerit?

Martyrologium Eusebii qui videntur astruere, iidem S. Hieronymum illius faciunt interpretē. Ita præter Walafridum iam citatum, Venerabilis Beda Retractatione in Actus Apost. cap. 1. Quibus astipulatur, inquit, & Idne verte-
liber Martyrologij, qui B. Hieronymi nomine ac prefatione atti-
tulatur: quamvis idem Hieronymus illius libri non auctor, sed alius scri-
interpres, Eusebius autem auctor extitisse narretur. Non assertit p̄ferit S. Hie-
ronymus, incertum.
tamen Beda, vel Eusebium auctorem extitisse, vel Hiero-
nymum interpretē; sed Hieronymi nomine & prefatione attitulari, Eusebium verò auctorem extitisse narrari. Et lib. 2. in Marcum c. 26. citat Martyrologium Eusebii & Hiero-
nymi vocabulis insignitum. Praesiguntur Vsiardi Martyrologio epistolæ duæ, vna Chromatij & Heliodori Episcoporum ad Hieronymum, altera ad ipsos Hieronymi: sed vtramque Baronius solidis argumentis demonstrat commentitiam esse.

At Cassiodorus libro de institutione diuinatum lectionum cap. 32. scribit: Et ideo futura beatitudinis memores, Vitas Patrum, confessiones fidelium, passiones Martyrum legite circa Cas-
constanter, quas inter alia in epistolā S. Hieronymi ad Chro-
fidero,
matum & Heliodorum destinatā, procul dubio reperitis, qui per totum orbem terrarum floruerē, vt sancta imitatio vos pro-
uocans ad cœlestia regna perducat. An fortassis ante Cassio-
dori ætatem iam illa extabat, quae nunc passim Martyrologio Vsiardi præfixa legitur supposititia Hieronymi epistola? Erant certe iam tum multa parū peritè &
fideliter à multis scripta, vt patet ex concilio Romano sub Gelatio. Sed quid potuit vir doctissimus stylum ab Hieronymi elegantia remotissimum non agnoscere? An erat tunc in hominum manibus vera Hieronymi epistola, & deinde intercidit, ac post alia est à quopiam imperitè & fraudulenter conficta? Walafridus legitimam videtur agnouisse. Mihi nemo persuaserit. Si vero statuenda Hieronymi erat ea epistola, quam citat Cassiodorus, fatendum erit, indiculum aliquem, seu Fastos ab eo concinnatos, descriptis fortasse nominibus eorum, quorum in Eusebii collectione Acta extrabant, & aliis additis. Sin iam antē erat supposita; tamen ea inueterauit opinio, Martyrologium esse ab eo compositum aliquod: fuitque etiam post Cassiodori ætatem in manibus Martyrologium S. Hieronymi nomine attitulatum, vt ex citatis Bedæ testimoniis manifestum est, atque ex Vsiardi Præf. in Martyrologium suum ad Carolinam Regem. Verū perisse id multi viri eruditū existimarent.

Reperit illud tandem in Carthusiā Treuirense Heribertus Rosweydis noster, vetustissimo charactere exaratum, statuitque in lucem emittere: & iam partem curauerat æneis laminis incidi, Balthasar Moreti v. cl. ne inscriptis expensis, editurus in aduersa paginā descripta eleganta. Folia aliquot excusa vt vidit, ad se à Moreto missa, Bartholomaeus Gauantus Provincialis Præpositus congregatiōis Clericorum regularium S. Pauli, & sacrae probatum. Romanæ Rituum congregationis Consultor, mirifice doctus, proba-

e
proba-

probauit, scripsitque de illo ad eumdem Moretum plures epistolas, quas legi; alias opinari se, reliquis collegi illius, siue Cōgregationis, sapientissimis viris Martyrologium illud valde placitum; alias, sentire periores, vtile fore Christianæ Reip. Alij quoque viri eruditii vehementer id laudarunt, vt p̄tēclarum sacræ antiquitatis monumentum.

Eius Martyrologij hic titulus est: *Christe fave votū.* *Codex S. Villibordi*, continet *Martyrologium Hieronymi*. Descripsit illud Laurentius quidam, monachus (vt opinor) Epternacensis, siue S. Willebrordi. ita in fine habetur: *O Lector, viue, lege, & pro me ora. Tuorum Domine, Epternaci quorum nomina scripsi, Sanctorum; eorum, quos, suffragis mīderūt leua Laurentium: tuq̄ idem Lector ora.* Ast à quo is descriptum? Nisi vehementer fallor, ab ipso S. Willebrordo, qui Beda æqualis ex Angliâ in Belgium venit, & Frisones aliosque populos vel fidei doctrinâ imbuīt, vel pietate erudit, ac nobis in Mosellana ditione cœnobium Epternaci constituit, de quo vii. Nouembribus pluribus agemus.

Cur illud existimem S. Willebrordi fuisse Martyrologium, ha sunt rationes: Martyrologio subiungitur *ut patet ex iis qua iunctio anno sexto Kalendario adscripta: In nomine Domini, Clemens V Villibordus anno sexto centesimo nonagesimo ab Incarnatione Christi veniebat ultra mare in Franciam; & in Dei nomine, anno sexcentesimo nonagesimo quinto ab Incarnatione Domini, quamvis indignus fuit ordinatus in Româ Episcopus ab Apostolico viro Domino Sergio Papa.* Nunc verò in Dei nomine agens annum septingentisimum vigesimum octauum ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi in Dei nomine feliciter. Quis illud quamvis indignus de alio, etiam vulgaris nota homine, dixerit, praterquam de se? Deinde nunc verò, indicat ipso viuente id scriptum: quis esset ita impudens & effrons, qui de viro tanto, & viuente, scribere illud auderet, quamvis indignus? Planè suspicor, ipsiusmet esse Willebrordi manum.

Additum est Kalendarium, quo ipsum vsum esse omnino existimo. Dein adiecta est tabula annorum Christi, indictionum, epactarum, cycli Lunæ, Lunæ Paschalis, dierum Paschæ, Lunarum Paschalium, ab anno 684 ad 797. At nemo ferè eiusmodi tabulas sibi conficit, nisi in vsum temporis consequentis: vt videatur ipsemet Sanctus vel concinnasse eas sibi, vel ab aliis factas descripsisse. Et verò in ipso Martyrologio, quod fuit tamen monasterij S. Willebrordi, ipsius non extat Willebrordi nomen: an id omisimus videtur fuisse, qui, præsertim in eodem monasterio, id collegit, nisi ei propositum fuisse ipsum Willebrordi librum ex fide transcribere? Verùm vii. Nouembri inscriptum margini: *Hic Dominus apostolicus vir V Villibordus Episcopus migravit ad Christum. Et decimo eiusdem mensis, itidem in margine hæc sunt exarata: Hic translatio eiusdem S. V Villibordi.* Quæ posterius ad ipsum vetus S. Willebrordi Martyrologium arbitror adiecta: & licet antiqua, non tamen Laurentij scriptoris videtur manus esse.

Licet verò Martyrologium hoc S. Hieronymi dicatur, & ita illud citem passim toto opere; nullum tamen certum argumentum suppetit, quo id ab S. Hieronymo esse compositum confirmem, prater eam, quam antea retuli, libri inscriptionem, & quod in illud aptè quadrare videantur, quæ sunt ab Vſuardo in sui Martyrologij præfatione scripta: *Præterea & venerabilium Hieronymi scilicet ac Beda Presbyterorum piis, quamvis succinctis, super hoc prouocabar descriptis: quorum prior breuitati studens, alter verò quamplures dies intactos relinquens, multa inueniuntur huius operis, præterisse necessaria.* Quos tamen secutus censui, &c. Si verè auctor est illius libelli Hieronymus, multa postea adiecta licebit passim obseruare. Nam iii. Ianuarij S. Genouea Virginis nomen inscriptum, quæ centum ferè post S. Hieronymum annis est mortua; v. S. Simeonis monachi Antiocheni, siue Stylicæ, qui sex & quadraginta; vi. S. Melanij Episcopi, qui centum; xvi. S. Hono-

*S. Hieronymo id
compositum,*

*postea an-
dum,*

rati Episcopi Arelatensis, qui 15. 1. Februarij S. Brigida Virgini, quæ supra iob.

Ceterum plurima suppeditauit mihi hoc Martyrologium, ignorata aliis, Sanctorum nominis: illudque obseruavi, vbi vulgata Martyrologia vno altero com-

memorato Martyre, addunt *tum suis, socios sepenu-* *copiolum &*

mero hic recenseri. Exempli gratiâ: xxx. Decembri ita

habet Romanum: *Alexandria SS. Mansueti, Seueri, Appiani,*

Donati, Honorij, & sociorum Martirum. At citatum

S. Hieronymi: *In Alexandriâ natalis Mansueti, Seueri, &*

Appiani, Donati, Honorij, Polycleti, Sereni, Pauli, P̄piani, Cleti.

Ita iiij. Iulij, Romanum: *Alexandria sanctorum Martirum Tryphonis & aliorum duodecim.* Enumerantur ex his de-

cem in Martyrologio S. Hieronymi: *In Alexandria Try-*

phonis, Menelai, Cyronis, Eulogij, Porphoris, Africis, Chusii, lu-

lianii, Eradij, item Tryphonis, Orestis. Sed vsum mihi operæ *co decrtae:*

premit est dies aliquot, veluti specimen postea integrè

publicandi operis, dare. Ex Ianuario eos sumam, per-

spicuarem vel sic allaturus iis, quæ in opere meo hinc

citavi. Paucula hæc Ianuarium antecedunt.

iii. Kal. Iulij natalis Apostolorum S. Petri & Pauli Rôma.

ii. Kal. Decemb. natalis S. Andreae Apostoli, in ciuitate Pa- de fessu A- postolorum.

vi. Kal. Ianu. natalis Apóstoli S. Iacobi fratri Domini, &

Iohannis Euangel.

viii. Kal. Iul. natalis Dormitionis S. Iohannis Apostoli &

Euangeliste in Epheso.

xii. Kal. Ianu. natalis S. Thome Apostoli in Indiâ; & trans-

latio corporis eius in Edefâ v. Kal. Iul.

viii. Kal. Aug. natalis Iacobi Apostoli fratri Iohannis Euang.

in Hierosolymis.

Kal. Maij natalis S. Philippi Apostoli in ciuitate Hierapolis

provincie Asia.

viii. Kal. Septemb. nat. S. Bartholomei Apostoli, qui decolla-

tus est in Indiâ, iussu Regis Asagi.

xi. Kal. Octobr. natalis S. Matthei Apostoli, qui passus est in

Perfidâ.

v. Kal. Nouemb. natalis Apost. Simonis Cannanei & Simo-

nis Zelotis, qui à templorum Pontificibus occisi sunt, in Suanis

ciuitate Persarum.

IANUARIUS. Dies xxxi. Kal. Ianu. Circumcisio Domini. Ianuary

Natalis Coronæ, qui iubente Asclepio Urbis Prefecto, cum dice- dies i.

ret, Hodie Octaua Dei cali sunt, cessate à superstitionibus idolo-

rum & sacrificiis polluit, à gladiatoriis hæc de causa occisus

est. In Oriente Stephanus Nicomedia Euphrosyni Episcopi, Prianus,

& aliorum viii. In Ratiâ Euanti, Hermetis. In Bononiâ Caï,

Iaceti, Heraclii. In Africâ Victoris, Felicis, Narcisi, Argiri & alio-

rum iiii. Papa, Primiani, Saturnini, item Saturnini, Victoria,

Honorati, Leysi, Hermetis. . . . & militum xxx. Ravenna de-

positio S. Seueri cum fratribus suis. Augustoduno depositio Agrip-

pi Episcopi.

iv. Non. Isridoni Episcopi Antiochia. Et in alio loco Strato-

2.

nici, Macarij, Abbani, Saturi, Possessori, Firmi, Maximiani, Acu-

tionis, Timothei, Heristi, Antaxi, Acuti, Tobie, Eugenda.

Et in Aethiopâ Rutile, Claudiæ, Aurige, Vitalis de Hierosolymis

Stephani.

iii. Non. In Hellestanto, ciuitate Parethiâ, Cirici, Primi,

3.

Theogenis. Et in ciuitate Tomis Claudonis, Eugenii, Rhodi. Trium

fratrum Argei, Narcisi, & Marcellini pueri Christiani, & Dio-

geni, Eugenti, Rhodonis, Prima. Et in Africâ Martialis, Statiliani,

Constantij, Possessoris, Hilarini, Firmi, Candidi, Rogatiani, Eu-

geniae, Lucida, Acuta, Panica. Parisis Genesea Virginis. Vienne

depositio Florenti.

Pridie Non. In Africâ Aquilini, Gemini, Eugenti, Marcianis,

Quinti, Theodoti, Tryphonis. In Oriente ciuitate Bonaniâ Her-

metis, Aggei, Caij. Aedui Episcopi.

Nonis, in Africâ Felicis, Secundi, Honorij, Luciani, Candidi,

5.

Ianuarie, * Calistoria, Iocundi, Acuti, Petri, Marci, Seueri, Ana-

* fortè Cz-

stasj. In Antiochiâ Simeonis monachi.

6.

viii. Id. Epiphania Domini. In Africâ Talephori, Flori, Io-

cundi, Petri, Marci, Acuti, Ianuarie. Et alibi Honorij, Iulij, An-

tonini. Apud Sirmiam Anastasij. In Antiochia pafio SS. Iu-

lianii & Basiliſſe. In India Celsi, Iuliani. In ciuita-

te

- te Redonij natalis S. Melanij Episcopi.
- vii. Id. In Nicomedia Luciani Presbyteri. Et in Antiochia Luciferij Diaconi. In Melitina ciuitate Polyeucti. In Heraclea Felicis & Ianuarij. Et in Gracia Spolicofi, Pallada, Candida. Alio loco Polianhi, Philonis, Candida.
- vi. Id. In Gracia Euthi, Rustici, Pissi, Timothei, Secundi, Lucij, Felicis, Ianuarij. Et in Brundisio Leucij. Et in Sirmis Anastasij, Iocundi, Ratiti, Petri, Flori, Tili, Floriani, Tatia. Et alio loco Pathei. Augustodum depositio Egenonij Episcopi.
- v. Id. In Africâ Epicteti, Quinti, Secundi, Iocundi, Saturnini, Vitalis, Quinti, Vincentij & Felicitatis, item Quinti, Felicis, Artaxis, Fortunati, Rustici, Silli, Quietis, & aliorum sex. Martialis. In Smernâ Renocati, Firmi, Possessoris, Ianuarij, Saturnini.
- xi. Id. In Africâ Renocati, Firmi. In Irtâ Possessoris & aliorum duorum. Roma in cimiterio Callisti via Appia, depositio Miltiadis Episcopi. In Africâ Saturi, Vitaliani, Felicitatis, Quinti, Artatis.
- xii. Id. In Alexandriâ Petri, Leucij Confess. & Aolami. In Africâ Philoromi, Eugenij, Quinti, Ianuarij, Saturnini, Vincentij In Spaniis Agenti, Donati, Augustini, Saluij, Felicis, Donati Presbyteri, Flori, Zemini, Pati, Pausalini, Eugenij, Stephani, & aliorum xi. Et depositio Hortensij Episcopi.
- Pridie id. In Achaiâ Cyriaci, Muscenti, Saturi. In Africâ Zotic, Castoli, Quinti, Rogati, Modesti, Bicciani, Carotici, Castolini. In Aegypto Philoromi, Zotic, Castoli, Petri, Auentina.
- Idib. In Africâ Ingenui, Vincentij, Satti, Felicitatis. In Campaniâ Neapolim, Cyriaci, Cimini, Zotic, Herist, Glycerij, Felicis, Ianuarij. Roma Secundi. Via Lauicanâ corone militum xv. Et alibi Quosquonio, Enonis. Pictauis depositio S. Hilarij Episcopi.

Hæc in specimen modò sufficiant; quæ si ab S. Hieronymo scripta sunt, aliam dein manu accessisse oportet, quæ & posteriores Hieronymo Sanctos adiecerit, & locorum nomina in casum ablativum, additâ plerumque prepositione, & in accusativum quoque transtulerit, neglectis (claritatis causa) Grammaticæ legibus. Vehementer quoque dubito, num qui diuersis diebus referuntur, semper diuersi sint Sancti; an non qui cognomines videtur, præsertim simul plures, iidem fortasse sint, vel oscitante Librario, vel variantibus in dierum serie codicibus, bis descripti; nisi quando aliis iuncti socii sunt.

Simile propè exemplar, & ipsum perantiquum, habet Ioannes Colganus Ord. S. Francisci Louanij in cœnobio S. Antonij de Padua Theologiae Professor, ex Hiberniâ allatum: sed aliquantò confusius descriptum, omisssis locorum nominibus, & subiunctis vnicuique diei Sanctis Hibernicis. Hos ego consultò omisi, quia exploratum mihi haud erat, an olim venerationem habuissent, an solùm, quia celebre sanctitatis apud eam gentem obtinuerint nomen, idè essent adscripti: & non tamen peregrinos Sanctos profero, nisi vel Acta sim nactus, vel de publicâ illis impensa legitime veneratione testimonia certa. Illud porro Hibernicum Martyrologium solùm posterioribus Ianuarij diebus citui, quia scribius eius mihi facta copia.

Aliud quoque Martyrologium perbreue & muti-
lum, sed cum illo Treuirensi, sive Epternacensi, con-
sentiens, quod olim Rhinowensis iuxta Basileam cœ-
nobij fuit, teperi in Rosweydi schedis. Principium Ianuarij ita habet:

KAL. IANV. Circumcisio Domini nostri Iesu Christi secundum carnem. In Oriente Stephani. Nicomedie Eophrosyni Episc. Priamiani. Eraci. . . .

III. Non. Antiochie Isidori Episcopi. Macarij Abbatis. Satu-
ri, Possessoris, Firmi.

III. Non. Parisius Genoveae Virginis. In Hellefonte Cyrici, Primi.

Pridie Non. In Africâ Aquilini, Gemini, Martiani, Eugenti, Quinti, Theodati.

Nonis, in Africâ Felicis, Secundi, Luciani, Iocundi, Petri, Marci. Alibi depositio. . . .

Tom. I.

alium mi-
nus Rhino-
viense.

cuius hie
specimen.

viii. Id. Epiphania Domini nostri Iesu Christi. In Africâ Te-
lesphori, Acuti, Ianuarie.

vii. Id. In Nicomedia Luciani Presbyteri, Liceri Diaconi, Po-
lioti, Felicis, Ianuarij.

vi. Id. In Gracia Cipisei, Secundi, Timothei, Lucij, Rustici.
Augustoduno. . . .

v. Id. In Africâ Epicteti, Iocundi, Saturnini, Vitalis, Felicis,
Fortunati.

xi. Id. Roma depositio Melciadis Episcopi. In Sirmis Reu-
cati. In Africâ Firmi.

xii. Id. In Alexandriâ Petri, Absalni, Philoromi. In Africâ
Felicis & S. Gregorij Episcopi.

Pridie id. In Achaiâ Cyriaci. In Africâ Zotic, Castoli, Qui-
nti, Rogati, Modesti.

Idib. Pictauis depositio S. Hilarij Episcopi. In Neapoli Vin-
centia. In Africâ Ingenuj.

Huic simile aliquo modo suspicor fuisse, quod sèpè
cit Baroniū è S. Cyriaci monasterio acceptum. Eius
vt mihi describendum exemplar curarent, nonnullos
amicorum interpellauit: at ne vel vt illud viderent qui-
dem, ipsis contigit. Citat & Petrus Galesinus sèpen-
tum vetusta MSS. Martyrologia: ea cuiusmodi tue-
rint non possum diuinare; video nonnumquam cum
hinc nostris congruere.

I. v. Romanum Martyrologium modernum & vetus.

V Enio nunc ad Romanum Martyrologium. Mo-
lanus cap. 4. de Martyrologiis, Vſuardi esse ait, sed
auctum: negat Baronius, asseritque quamplurima Ro-
mæ extare antiquâ manu exarata Martyrologij Roma-
ni exemplaria, qua illi qui Roma agunt, vix magno labore, modernum
peruigili diligentia, & summa sint industria consecuti. At qui ex Vſuardo
Romanum atque Vſuardi Martyrologia conferre vo-
luerit, facile vel ex vno die perspiciet vnum ex altero
descriptum. Aliud ante annos mille habebat Romana
Ecclesia; quod quale fuerit licebit ex citatâ antè episto- aliquid olim
la S. Gregorij ad S. Eulogium Alexandrinum 29. libri 7.
animaduertere: Nos autem, inquit, panè omnium Martyrum
distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice no-
mina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione
Missa solennia agimus. Non tamen in eodem volumine quis
qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomine, locus, & dies
passionis ponitur. Vnde fit vt multi ex diuersis terris atque pro-
vinciis per dies, ut predixi, singulos cognoscantur martyrio coro-
nati. Sed hec habere vos beatissimos credimus. Hæc ille. Non
fuit igitur, quale nunc est, Martyrologium; quia nunc
de plerisque qualiter quis sit passus indicatur. Nec potuisset
id ignotum esse Gallis, vt nouum censerent ab Vſuardo
conciannari oportere. Neque dubium est, quin si ex-
stitit, ex eo suum ille consarcinârit, nimirum impudenti
plagio, cum Bedam, Hieronymum, Florum citer, quos
sit imitatus; vnde omnia mutuatus sit, dissimulet.
Quod nemini adhuc in mentem venit suspicari.

Neque verò illud erat S. Gregorij ætate Martyrolo-
gium, quod est à Rosweydo nostro editum, cum hoc
subinde non nisi vnicum Sanctum, semper paucissimos non à Ros-
weydo edi-
referat. Ex illo verò multi ex diuersis terris atque provinciis tum.
per dies singulos cognoscabantur martyrio coronati. Sed quod
(vt ego quidem existimo) molestum quibusdam esset,
plurima nomina & ferè ignoritorum Sanctorum recita-
re, paucis illustriorum retentis, cetera expunixerunt.
Postea, vt non nuda nomina Sanctorum, sed rerum ab
iis gestarum aliqua audientibus offerretur notitia, quod
erat ab Vſuardo olim compositum, adscitum in Vrbem
est, vsumque Ecclesiæ. Quando id factum sit, nusquam
legi. Licebit igitur illud Rosweydi, minus Romanum ap-
pellare: passim tamen cum id cito, vetus Romanum nun-
cupo, quia nimirum eo titulo editum à viro doctissimo,
caque apud eruditos inualuit nomenclatio.

Verum aut mea me vehementer fallit opinio, aut

c. 2 illud

illud ipsum, quod Hieronymi dicitur, vetus Romanum est, cuius S. Gregorius in citata epistolâ meminit; sive id S. Hieronymus eiûsve partem scripsit, alius postea auxerit; seu portius è Romano. Clero quispiam id collegit, at posteritas, cùm auctor lateret, id Hieronymi virtu scientissimi opus credidit. Huius exemplar ipse fortassis in Belgium attulit S. Willibrordus, aut à S. Augustino eiûsve discipulis, Scottisve aut Anglis monachis, qui sèpè Romam itabant, in Angliam allatum sibi descripsit. Vtrum ex his S. Ado habuerit, minus illud Rosweydinum, an hoc maius, in ambiguo est. Scribit ipse Præfatione ad suum Martyrologium: *Huic operi ut dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in Kalendis satis inueniri solent, adiuuit venerabile & perantiquum Martyrologium ab urbe Româ Aquileiam cuidam sancto Episcopo à Pontifice Romano directum, & mihi postmodum à quadam religioso Fratre aliquot diebus prestitum. Quod ego diligenter curâ transcriptum, positus apud Rauennam in capite huius operi pendum puto.* Plures multò Sanctos habet Ado in suo Martyrologio, quâm qui in minori Romano continentur: imò parùn admodum ex illo haurire subsidij potuisset; cùm præsertim Vuardi haberet Martyrologium quod & natales indicabat singulorū, atque etiam plurium. Si maius habuit, quod S. Hieronymi vocamus, cur non omnes expressit? An erat illud minori quidem isto maius, sed tamen a fisiore hoc S. Hieronymi diuersum & contractum? An hoc auctum ex aliis tabulis, & non purum illud vetus Romanum? Fateor mihi hic aquam hærente. Illud tamen liquido constare existimo, non esse quod describit S. Gregorius illud quod est à Rosweydo vulgatum. Neque tamen hoc cuicuimodi sit, respuumus. Utinam plures similia antiquitatis monumenta, quod possunt, eruerent. Meritò ab Andrea Saussaio, laudato viro, summis laudibus, vel hoc ipso nomine quodd hunc thesaurum primus reforserit in publicumque produxit, ornatur Rosweydis, appellaturque *eximus Soli sapientie radius, viuī fidei soni riulus, virentis iustitia stipitis ramus, iamq; celi pulcrum ac eternum fidus.*

§. VI. Martyrologia Bedæ & Flori.

POst Eusebium Sanctumque Hieronymum, à quibus quid hoc in genere effectum sit, haud satis constat, primus (qui quidem notus vulgo sit) Martyrologium priuato studio concinnauit S. Beda, Presbyter Anglus. Nam huius se & S. Hieronymi provocatum descripti, suum componere aggressum Vuardus testatur. Et ipse Beda in suorum operum catalogo, qui in editione Parisiensi an. 1583. à Laurentio Barrensi adornatâ, at non in Balaenensi an. 1563. subiectus est epitome historiæ Anglicana (sic amē ipsius est fœtus illa epitome) inter alia scribit: *Martyrologium de natalitiis sanctorum Martyrum diebus, in quo omnes quos inuenire potui, non solum quâ die, rem etiam quo genere certaminis, vel sub quo iudice, mundum vicerint, diligenter annotare studui.*

Vulgatum est tomo 3. Operum Bedæ an. 1563. ac deinde scorsim typis Plantinianis an. 1564. vetus & sancè egregium Martyrologium, sub Bedæ nomine: cuius exemplar penes me est ab Heriberto Rosweydo collatum cum ms. monasterij Richebergensis in Bauaria. Verum non potest id Bedæ meritò tribui; cùm is, teste Vuardo, plures dies intactos reliquerit, quales hic nulli. Deinde profitetur idem Vuardus sese Flori latiora sequi vestigia potius, quâm Bedæ insistere breuitati. At diffusius est quandoque Martyrologium hoc, quâm sit Vuardi. Extétna vspiciem germanum Bedæ Martyrologium, dubito. Nam cùm pleraque ad vsum sacrorum fibi posteri descripserint, no! uerunt in iis vacuos existere dies aliquos, quoque ille reliquerat ex aliis suppleuerunt. Cito tamen illud vulgatum Beda, quia eo nomine iam innoutuit.

Reperi vetera mss. quædam Bedæ præferentia no-

men, in quibus tamen neque vacui dies, & quædam ^{mss. 4.} Beda posteriorum adiecta Sanctorum nomina. Pri eius nomine, quod olim Centulensis in Galliâ monasterij, sine in signata: S. Richari, fuerat, iam Vedastini apud Atrebates cœnobij. Exorditur à vigiliâ Nativitatis. Ex Ianuario dies ^{1.} Centulen: aliquot adscribant, integrum aliquando daturus.

KAL. IAN. Octaua Nativitatis Iesu Christi Domini nostri, atque Circumcisio eius. Roma S. Almachij Martyris. Item Ro- eius specie: ma S. Martina Virginis. Item via Appia SS. xx. Militum sub men. Diocletiano passorum. Cesarea Cappadocia S. Basiliij Archiep. & Conf. In Africâ, ciuitate Ruffensi S. Fulgentij Episcopi, vita & doctrinâ preclari. Apud Spoleto S. Concordij Martyris. In territorio Iurensi S. Eugendi Abbatis. Alexandria S. Euphronia Virg.

III. Non. In Thebaidâ Deposito B. Macarij Abbatis magnarum virtutum viri. In Ponto, ciuitate Tomis, trium fratrum Narcisi, Argai, & Marcellini pueri. Antiochia passio S. Isidoris Episc. Eodem die Octaua S. Stephani.

III. Non. Roma S. Anteros Papa & Martyris. Ciuitate Aquilâ S. Petri Martyris. Parisis S. Genouefa Virg. Ipso die Octaua Beatisimi Ioannis Euangel.

Pridie Non. Apud Cretam S. Titi Apostolorum discipuli. Ciuitate Bononiâ SS. Hermeti & Agrei. Apud Africam SS. Aquilini, Gemini, Eugeni, Marcianni, Quinti, Theodosii, & Tryphonis, preclarissimorum Martyrum, quorum gesta habentur. Roma passio SS. Prisci Presbyteri, & Priscilliani Clerici, atque Benedicti religiosissima famina, qui sub impi Julianô martyrium passi. Item Roma S. Dafros & xoris Fabiani Martyris sub Julianô. Et Octaua sanctorum Innocentium.

Nonis, Roma S. Telephori Papa & Martyris, qui illustre martyrium duxit. Antiochia S. Simeonis monachis, qui in columnâ sterit, cuius vita virtutibus & miraculis effulgit glorioſa.

VIII. Id. Epiphania Domini nostri Iesu Christi. Antiochia passio SS. Iuliani & Basilisse, & Celsi pueri, & Marciannæ matris eiusdem, & Antonij Presbyteri, & Anastasi, tempore Diocletiani. In territorio Remensi passio S. Macra Virg. Antisidoris S. Germani Episc & Conf.

Alterum Beda nomine insignitum Martyrologium extat Leodij in illustri S. Lamberti Ecclesiâ, sed ab illo ^{2.} Leodian Centulensi longè diuersum, itaque recenter auctum, ut se: etiam S. Francisci Diaconi & Confessoris iv. Octob. S. Dominicis Confessoris v. Aug. S. Petri Martyris de Ordine Predicatorum xxix. Aprilis, adiecta sint nomina. Dabo ex eo quoque dies hic aliquot.

KAL. IAN. Octaua Domini, & Circumcisio Iesu Christi secundum carnem. Roma natale S. Almachij Martyris, qui iubente eius specie: Alpio Pr. Vrb. cùm dicaret, Hodie Octaua Domunica dei sunt; men. cessate à superstitionibus idolorum & sacrificiis pollutis, à gladiatoriis bacis de causâ occisus est. Item Roma S. Martina Virg. & Martyris. Eodem die apud Spoleto in ciuitate Tufcie S. Concordij Martyris: qui tempore Antonini Imp. multa tormenta perpessus, ad ultimum gladio interimitur. Item Roma via Appia corona Militum xxx. quas sub Diocletiano pro confessione vere fidei perciperuere meruerunt. Apud Africam natale S. Fulgentij Ecclesiæ Ruffensi Episcopi & Confessoris. Apud Alexandriam S. Euphronia Virg. que orationibus patris sui Paphnutij de sterilis matre progenita, in puerili etate constituta, clam se tonderi fecit, & monasticam vitam expetiit, Smaragdi sibi nomen imponens. Apud Cesaream Cappadocia natale S. Basiliij Episcopi, admiranda vita & doctrina viri. Rauenne S. Seueri Episcopi & Martyris.

III. Non. Hierosolyma Stephani & Vitalis. In Thebaidâ depositio B. Macarij Abbatis, magnarum virtutum viri. In ciuitate Tomis trium fratrum Argai, Narcisi & Marcellini pueri, qui post multa tormenta in mare mersus martyrium consummati. Cuius corpus ad littus delatum magnus coruscat miraculis.

III. Non. Natale Anteri Papa & Martyris, qui vigesimus post B. Petrum, cum xi. annis, mensi vnq, diebus xii. rexit Ecclesiæ. Passus est sub Maximino, & in cæmiterio Callisti sepultus via Appia. Parisis Genouefa Virg. Eodem die S. Florentij Viennensis Ecclesiæ Episcopi & Martyris. In ciuitate:

tate Aulanâ passio S. Petri, qui cruci suppicio est interemptus.
In Hellefonte sanctorum Martyrum Cirici, Primi, & Dogenii.

Martyrolo-
gium Flori.
*An Sub-
diaconi Lu-
gdenensis?*

Verum neque haec consentanea sunt iis quae de Martynologio Bede scriptis Vuardus. De tertio & quarto ms. exemplari mox dicam. Post Bedam Florus exitit quidam, de quo Vuardus: *Quos tamen securus* (Hieronymum & Bedam) censui & Flori memorabilis viri latiora iam in ipso negotio sequi vestigia, presertim in secundo eius libro; ibi enim multa, que in priore omiserat, & correcxit & addidit. Ado quoque: *Primum fuit imperium ac iusitio sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus Martyrum in Martyrologio, quod venerabilis Flori studio in labore Domini Bede accreverat, tantum notati erant.* Fuit Vuardi & Adonis coetaneus Florus Ecclesiae Lugdunensis Subdiaconus, sed Adone senior, iunior Vuardo, si quidem hic sub Carolo Magno, & non sub Carolo Caluo, Martyrologium scriptis: nam Wandelbertus, de quo infra, qui sub Lothario Calui fratre florebatur, ista habet: *Ope & subdio precipue vñsum sum sancti & nominatisimi Flori Lugdunensis Ecclesiae Subdiaconi, qui ve nostro tempore reuerata singulari studio & assiduitate in Diuine Scriptura scieniam pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia & veritate cognoscitur abundare.* Hunc ego sulpicor illū Florum Magistrum esse, cuius vastum vidi Latii volumen ex S. Augustini operibus magno studio collectum, & alia alibi seruari dicuntur. In Bibliothecā PP. extat tractatus quidam de vulgi erroribus circa tempestatum & tonitruum causas, Agobardi Episcopi Lugdunensis & huius Flori nomine inscriptus. Idēmne fuerit Martyrologij auctor, mihi modò non liquet. Eum verò quod Trudonopoli in Belgio nostro monachum fuisse, Tri- themius lib. 2. de viris illust. Ord. S. Benedicti cap. 44. scribat, haud equidem scio quo auctore; neque eius mentio est in Chronico Trudonensi villa.

*An id 3.
quod Beda
tribuitur in
ms. Tornaci-
ensis?*

At quisquis ille Martyrologus fuit, duos scriptis de duplex fuit. Sanctis libros, vt ex illis Vuardi verbis patet, Presertim in secundo eius libro: *ibi enim multa, que in priore omiserat, & correcxit & addidit.* Primò suppleuisse Beda Martyrologium videtur, idque Ado indicat: deinde quædam Sanctorum elogia dilataisse, relictis tamen diebus quibusdam, quos explere se voluisse Ado scribit. Dubitauit aliquando an non id, quod sub Beda nomine vulgariter est Martyrologium, Flori esset. Alia duo postea reperi mss. de quibus id potius quispam suspicetur: statuere tamen certi nihil possum. Prius est domus Professi Societatis Iesu Antuerpiæ cuius fronti inscriptum recentiori manu: *Beda Martyrologium, & ei quadrantum* vt cumque, quæ de Flori opere traduntur: sed neque antiquissimum est, & ex Anglia, vt reor, allatum, aut ab Anglo quopiam interpolatum; quoniam & alios quosdam Anglicanos Sanctos, & ipsum recenset Thomam Cantuariensem. Alterum extat in monasterio S. Martini Tornaci, hoc titulo: *Incipit Martyrologium Eusebij, Hieronymi, & Beda Presbyteri.* Huic simile omnino Latii est, satis quoque antiquum, sed absque hoc titulo.

Ex hoc & nostro illo dies aliquot dabo, non tam vt probem Flori esse, quod ipse mihi nondum persuadeo; quam vt alios excitem, quibus facultas est, vt Florum inuestigent, si vspiam latet; aut certè quæ repererint vetusta Martyrologia examinent, & cuius esse videantur auctoris expendant; aut si id ipsis non lubet, vel per occupationes non licet, mecum ea communicent. Ita ergo habet Tornacense illud ac Lætiense. Dabo ex Ianuario dies aliquot, et si à die Nativitatis initium ducat, vt plures alij.

KAL. IANV. Octaua Domini, & secundum carnem Circumcisio eius. Et natalis Almachii, qui iubente Alipio Vrbis Praefecto cum diceret, Hodie Octaua Dominica diei sunt, cessate à superstitionibus idolorum, & sacrificiis pollutis, à gladiatoriis bacis de causa occisis est. Item Roma passio S. Martine Virg. Eodem die apud Spoleto ciuitatem Tusciae, passio B. Concordij Mart. temporibus Antonini Imp. Item Roma via Appia corone militum trinita. Has pro confessione vere fidei sub Diocletiano percipere meruerunt. Apud Casaream Cappadocie, natale S. Basili Ep. admiranda fidei atque doctrinae viri. In Africâ natale S. Fulgentij Ecclesia Rupensis Ep. Apud Alexandriam Euphrasynæ Virg. que orationibus patrii sui Paphnutij de sterili matre progenita, in puerili etate constituta, clam se teneri fecit, & monasticam vitam expetiit. Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in reclusione viginti octo annos in omni sanctitate perdurans, tacta aggrationis incommodo, & mortem sibi adesse cognoscens, manifestauit se religioso, & cum lacrimis multotiens querenti eam patri. Cumq; queuisset, sepulta est à Fratribus in ecclesiâ. In territorio Lugdunensi monasterio Iurensum natale S. Eugendi Ab. cuius vita virtutibus & miraculis fulget. Rauennâ Seueri Ep. & Mart.

Tom. I.

pià Rutuli. Hierosolymâ natale sancti Stephani.

IV. Non. Ianuar. Roma natalis S. Telesfori Pape & Martyris. Is ex Anachoretâ cum XII. annos Ecclesie Romanae præfser, ieiunium septem hebdomadarum ante Pascha, & Missam in nocte Natalis Domini, sed & ante sacrificium hymnum Angelicum, videlicet Gloria in excelsis Deo, decantandum instituit, passusq; est temporibus Antonini & Marci martyrium. Eodem die depositio beati Abbatis Macarij. Deinde Macarius Lætiensi ms.

VII. Non. Ian. Roma natalis Anteros Pape & Martyris, qui duodecim annos rexit Ecclesiam, & in cœmitorio Calisti sepultus est in via Appia. In pago Viromandense inuentio corporis B. Quintini Martyris ab Eligio Episcopo, & Translatio ipsius. Eodem die Parisiis depositio S. Genouefa Virginis, que in corpore posita tantum in virtute preualuit, vt mortuum suscitaret. In ciuitate Auclarâ passio S. Petri, qui crucifixus est sub Maximo Imp. Ipso die passio S. Theogeni, qui precipitatus est in mare tempore Licinij. Et natalus Potiti, qui sub Antonino Imp. primò sustibus est cesus, dein carcere inclusus, & magno pondere ferri damnatus, vnde eductus, in equuleum est suspensus. Et cum esset iussus ab Imperatore secari, & canibus proiecti, eum milites tangere non poterant. Inde iussus est frigi in sarcagine, frixusq; plumbo superfundi. Postea vero palo ferreo fixus à capite est usque deorsum. Quo ab Angelo erecto, iussit illi Imperator linguam abscondi, & oculos compungi. Et cum nec sic vinci posset, iussus est capite plecti, cum esset tredecim annorum puer.

Pridie Non. In Africâ natalis Aquilini, Gemini, Eugenij, Vincl, Trysonis. In Oriente Bononiâ ciuitate, Hermetis, Aggei, Gagij.

Nonis, Hierosolymâ depositio Simeonis Prophetæ, qui à Spiritu sancto responsum accepit, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. In Antiochâ, Ecclesâ que vocatur Paenitentia, depositio S. Simeonis Confess. qui in columnâ stans arctissimè dicitur vixisse, & incolis loci illius multas tribuit sanitates. Hic post conuerzionem, nullam vñquam mulierem oculis attentis inspexit. Postquam vero columnâ editiori se sanctitate seruens inuenit, non modò extranea mulieri, verum etiam nec proprie matri se videndum permisit. Scriptum in gestis eius. Eodem die natale SS. Honorij, Luciani, Iocundi. Hi postremi desunt in ms. Lætiensi.

At ms. Antuerpiense, sive potius, vt suspicor, Angli-
canum, Bedæ nomine, sed ab recentiore manu, prætitu-
latum, in multis consentiens cum Leodiensi S. Lam-
perti, ita habet:

KAL. IAN. Circumcisio Domini nostri Iesu Christi secundum carnem. Roma natale S. Almachij Martyris, qui iubente Asclippio Vrbis Praefecto, cum diceret, Hodie Octaua Dominica diei sunt, cessate à superstitionibus idolorum & sacrificiis pollutis, à gladiatoriis bacis de causa occisis est. Item Roma passio S. Martine Virg. Eodem die apud Spoleto ciuitatem Tusciae, passio B. Concordij Mart. temporibus Antonini Imp. Item Roma via Appia corone militum trinita. Has pro confessione vere fidei sub Diocletiano percipere meruerunt. Apud Casaream Cappadocie, natale S. Basili Ep. admiranda fidei atque doctrinae viri. In Africâ natale S. Fulgentij Ecclesia Rupensis Ep. Apud Alexandriam Euphrasynæ Virg. que orationibus patrii sui Paphnutij de sterili matre progenita, in puerili etate constituta, clam se teneri fecit, & monasticam vitam expetiit. Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in reclusione viginti octo annos in omni sanctitate perdurans, tacta aggrationis incommodo, & mortem sibi adesse cognoscens, manifestauit se religioso, & cum lacrimis multotiens querenti eam patri. Cumq; queuisset, sepulta est à Fratribus in ecclesiâ. In territorio Lugdunensi monasterio Iurensum natale S. Eugendi Ab. cuius vita virtutibus & miraculis fulget. Rauennâ Seueri Ep. & Mart.

IV. Non. In Thebaida depositio B. Macarij Ab. magnarum virtutum viri. Et in Ponto, ciuitate Tomis, trium fratum Narcissi, Argai, & Marcellini pueri, qui sub Licinio inter tirones comprehensi cum nollent militare, casi ad mortem martyrium consummaverunt, & diu in carcere macerati in mare mersi sunt; corpora coram ad littus delata, à religiosis viris deposita, magnis coruscant virtutibus.

VII. Non. Roma natale S. Antheros Pape & Martyris, qui vice-

I PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

vicesimus post B. Petrum cum duodecim annis, mense uno, diebus duodecim rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximiano, in cœmitorio Callisti sepultus viâ Appiâ. In ciuitate Aulanâ passio S. Petri, qui crucis supplicio interemptus. Apud Parismum natale S. Genouephæ Virg. que à B. Germano Autiſtodorensium Episc. Christo dicata, admirandis virtutibus & miraculis latè clariuit, & usque ad annos octoginta in Christi seruitute consenuit.

Prid. Non Natale S. Titi Apostolorum discipuli. Apud Africam natale SS. Aquilini, Germani, Eugenti, Marciani, Quinti, Theodocij, & Tryphonis, præclarissimorum Martyrum, quorum gesta habentur. Roma passio sanctorum Martyrum Prisci Presbyteri, & Priscilliani Clerici, atque Benedicti religiosissime feminæ, sub tempore Iuliani impiissimi Augusti, qui gladio martyrum compleuerunt. Item Roma B. Dafroſa & toris Fabiani Martyris.

Nonis, Roma natale S. Telesforis, qui septimus post Petrum Apostolum Pontifex ordinatus, sedes annos vndecim, menses tres, dies xxi. illustreg⁹ martyrum duxit. Apud Antiochiam depositio S. Simeonis monachi, qui tertiodecimo etatis sua anno huic seculo abrenuntians, monasterij clauſtra expetiuit; ubi mira abstinentia vix septimo die cibum sibi indulgens, Psalterium infra quatuor menses didicit. Deinde nimis domandi corporis intentione, fune palmeo renes sibi constringens duriter laniatus est: inde in quodam puto se recludens, & ex eo à Fratribus violenter ad monasterium reductus, clām fugiens eorum periret, ubi multo comoratus tempore, in columnâ editiori, sanctitate feruens, se concludit, ubi non modū extranea mulier, sed nec proprie matri se videre permisit; & usque bodie basilicam columnam illius nulla feminarum ingreditur. Nam quedam mulier ueste induita virili ingredi voluit, sed mox ut lumen attigit, retrorsum mortua secedidit.

§:VII. Martyrologium Vſuardi.

Omniū celeberrimum Vſuardi Martyrologium fuit. De eo ita scribit Sigebertus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 85. *Vſuardus monachus, prouocatus studio Hieronymi & Bedæ, qui festiuitates Sanctorum annuatim recurrentes parciū annotauerant; maximè autem animatus studio & iussi Magni Caroli Imperatoris, cui displacebat quid Hieronymus & Beda, studentes nimis breuitati, præterierant plura necessaria, & quamplures Kalendarum dies intactos reliquerant, in gratiam eius studiuit opus imperfectum supplere, & festiuitates Sanctorum per singulos Kalendarum dies annuatim integrum Martyrologium effecit. Hæc ille. At Bedam solū queritur Vſuardus quamplures Kalendarum dies intactos reliquisse, non Hieronymum.*

Operæ pretium est ipsiusinnet Vſuardi Præfationem, siue epistolam, quā opus suum Carolo Regi, Magno vel Caluo, dedicat, hic dare; sed è veteri codice ms. qui penes nos est, optimæ notæ. Quæ in plerisque excusis & calamo descriptis exemplaribus legitur, aliquantum discrepat, vt conferenti patebit. Ita ergo habet:

Domino venerabiliter recolendo Karolo Regum piissimo Huſuardus, quamquam indignus, Sacerdos & monachus, presentis eui prospexitatem & aeterna beatitudinis gloriam. Vestram minime later Celsitudinem, & Reuerende Princeps, qualiter imitanis antiquorum studiis monemur, quidquid in libris, maximè Ecclesiastica doctrina congrua, minus debito perfectum habetur, vel pro posse supplere vel suppleri optare. Quæ res pià quidem ſollicitudine, addito etiam Vestra dignitatis iuſſu, me compulit, regio iuſſu, vt videlicet Sanctorum recurrentes festiuitates, ex diuersis sanctorum Patrū Martyrologiis in quamdam exciperem unitatem. Recolebam ſiquidem in sacris Sanctorum ſolenniis multimodos propria negligientia excessus: quod me plurimam ad hoc eis in Dei amore persoluendum cogebat officium; eti non satis idoneum, utpote incium, sed tamen Diuino, ut confidebam, ac in alios imita- dingo eorum ſubleuandum auxilio. Nam & venerabilium Hieronymi videlicet ac Beda Presbyterorum in hoc prouocabar de scriptis: quorum vnuſ breuitati admodum ſtudens, alter verū quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa pro-

bantur huius opusculi preterisse necessaria. Adhibui igitur Flori memorabilis viri collecta è pluribus in eodem negotio secundi libri commenta: quem maximè imitandum in his, quæ visa sunt congrua ac memoria digna, censui; quia plura ſummo studio, quæ breuiter perſtrinxī, & correxit & addidit. Vnde vna vobis legentem efflagito, quod non propere quidquid in ſequenti libello ſibi forte contrarium fuerit, indiſcusse repudiet, nec me insuper temerarium iudicet; praesertim cum à talibus & tantis viris hoc præmonstratum eſſe meminerit. Perpendat etiam, quia in rebus humanis, ut ait quidam, nihil perfectum ex omni parte ſoleat inueniri. Scriptorum quoque errore ita ſapē conflat vera permutteri, ut plerumque dictantis adſcribatur vitio, quod men daci ſolet admitti calamo.

Ceterū, benignissime Rex, idcirco hanc exiguitatis prefatiunculam huic operi inferere curauis, ut ſciatis me non vſum leuitatis conamine, ſed potius Religioſorum minus capacium vti- in vſum litati conſuluisse. Quo tamen labore pro viribus, quō studio Religio- cognoscenda veritatis: hec perquisierim, haud facile paruit ars mea rum; valet intimare. Supplex denique Vefram expofitulo Magnificen- tiam, ut, ſi dignum decernitur, Veftra tuitionis anchorā robore- tur. Excellentiam magnitudinis Veftra per multa annorum curricula, ad communis vtilitatis suffragia, Rex Regum ſuā di- gneat custodię potentia. Amen.

Hac tñus. Vſuardi epiftola ex nostro codice, quæ aliquantò breuior extat in aliis exemplaribus, ex quibus tamen nonnulla ſuperiore paragrapho citauit. Ex *idq; Caro* hac certò statui non potest, utrī *Caro* id dicātur *Regi dica- opus*, *Magno an Caluo*. *Magno* aſſerit Sigebertus, ut *an* diximus; ſequuntur recentiores. At *Florum* citat *virum memorabilem*, quem sub *Lothario* Calui fratre poſt annum Christi 840. ſuperſitem fuſſe, & præcedenti paragrapho indicauiimus, & mox ex *Wandelberto* patebit. Nam ſi, quod quidam volunt, alius fuit *Florus* Martyrologus ab illo *Lugdunensis Ecclesiae Subdiacono*, quem *Wandelbertus sanctum & nominatiuum virum* appellat, cur non eos *Ado* proximus temporum illorum diſcreuit? Cur quando *venerabilis Flori* meminit non ſeniorem dixit, aut aliud ſtatuit diſcrimen, cum vigeret adhuc in *Lugdunensi*, ſuāque *Viennensi* propinquā Ecclesiā, *Flori* alterius nomen, & fama eruditioſis? Erit fortassis qui *Florum* sub *Carolo Magno* ſcripſiſſe *Martyrologium* illud contendat, & ad *Lotharium* ſuperuixiſſe, *Magno*, qui anno poſt aui *Caroli* exceſſum viceſimo ſeptimo capiſſuit imperium. Verū non Imperatori *Carolo* di- catum *Vſuardi* opus recitat è nostro codice epiftola ostendit. Consentit Parisiensis codex peruetustus, qui ita habet: *Domino Regum piissimo Karolo Vſuardus indignus Sacerdos & monachus perennem in Christo coronam*. Ergo, ſi *is Magnus Carolus* fuit, ante annum 800. editum eſt hoc opus; priuè etiam *Flori*: ut neceſſe ſit fateri poſt libros illos editos ac recognitos, ferè quinquaginta annis ſuperſitem fuſſe *Florum*. Non eſt id quidem eiusmo di, ut eueniſe nullo modo potuerit, ſed ut mirum videri poſſit, ſi eueniſit. Verū alia *Vſuardi* exemplaria excusa & mss. illius epiftolæ inscriptionem his efficerunt verbiſ: *Domino Regum piissimo Karolo Augusto Vſuardus indignus Sacerdos ac monachus perennem in Christo coronam*. At ſi iam inde *Caroli Magni* tempore editum hoc erat opus ab *Vſuardo*, cur *Wandelbertum* ex *Flori* bibliothecā ſumere codices oportuit, ut natales Sanctorum petiſſeret, cum ex *Vſuardi* libro ſi iam extabat, minori labore haurire omnia poſſet? At neque *Ado* *Vſuardi* meminit. Iam ſi eodem quo *Wandelbertus* tempore *Vſuardus* ſcripſit, cum Imperium *Lotharius*, Franciæ Occidentalis regnum *Carolus* administrabat; cur hic, ut ille, translationis *S. Sebastiani* ſub *Ludouico Pio* fa-ctæ non meminit? Denique à peritioribus, quid certi opinari queam, lubens addiscam.

Vſuardi pluribus vſus ſum exemplaribus. Nam præ- ter geminam *Molani* editionem anni 1568. & 1583. Pa- riſiensem an. 1536. Lubecanam an. 1475. habui exemplar, habui *An-* quod olim *Aubertus Miræus* in *Rofweydi* nostri gra- tiam *Parisiis* cum alio vetuſtissimo, &c, ut ipſe rebatur,

Vſuardi

*Domino Otrico VVandalbertus
salutem dicit.*

Vñuardi autographo, contulerat. Verum ex eodem illo codice mihi integrum illud Martyrologium describi posse curauit. Eum codicem Vñuardi æuo aut non multò pōst scriptum cenlet Sirmondus noster, qui pro suā humanitate meum illud apographum cum alio quadringentorum facile annorum, aut etiam vetustiore, qui in eodem S. Germani cœnobio Parisiis afferuerat, accuratè contulit. Sed quod suprà citati exemplar nostrum, vtrique illi longè præfero, & purius ac syncretius reor: nam antiquissimum illud Parisiense Idibus Ianuarij hæc habet: *In monte Verziaco S. Viuentij Confessoris.* cūm constet post Vñuardi ætatem translatas esse Vergiacum S. Viuentij reliquias, nisi extremis fortasse Calui temporibus scripsit, & diu posse illi superstes vixit, istaque tunc adscripsit. Sed à nostro illa, quod idē magis genuinum censeo, absunt exemplari. Fuit hoc quondam monasterij Carthusianorum, quod B. Maria Virginis Capella dicitur, sive de Herines, iuxta Edingam, aut, vt nunc appellant, Enghianum, Belgij oppidum: deinde Augustini Hunnæi, viri celebris, fuit: posse datum collegio nostro Louaniensi. Alia habemus complura Vñuardi exemplaria, sed in quibus & amplificata Sanctorum elogia, & plurim nomina adscripta, qualia Ecclesiæ Pragensis, & Bruxellensis, multorumque monasteriorum, quæ non attinet hīc percensere: faciam id aliàs, cūm Vñuardum edam, sed natuā simplicitate, variorum auctaria seorsim. Editum idem fuit, sed auctum, Coloniæ anno 1490. cum *Aurea Legenda*; atque illud est quod plerumque cito Colonensis Martyrologij nomine, quia & Colonensis festa exhibet, & videtur eo Colonensis Ecclesia vsa. Idem Vñuardi Martyrologium à Venerabilibus Patribus Carthusiæ Colonensis auctum, editumque anno 1515. & 1521. quod & posse Molanus præstitit. Anteā verò à se emendatum & modicè auctum, titulo Martyrologij Romani ediderat Bellinus de Padua Augustinianus, Venetiis anno 1498. ac deinde Parisiis 1521.

*etiam su-
bia.*

*S. VIII. Martyrologia Rabani, VVandelberti,
Adonis, Notkeri, Ditmari.*

Ilsdem Lotharij Piique patris temporibus eruditiois laude floruit Rabanus Maurus Abbas Fuldeſis, idei postea Moguntinus Archiepiscopus, cuius extant complura scriptorum volumina, nuper à Georgio Coluerio recensita editaque. In his est Martyrologium, quod in codice monasterij S. Galli, adscripto Rabani nomine, repertum, primus vulgavit Henricus Canisius IC.to.6. Antiqua Lectionis. Ei simile habeo exemplar è codice monasterij S. Maximini Treuiris, qui 500. circiter videbatur esse annorum, acceptum, sed nullius nomine auctoris inscriptum. Rabano cur illud abjudicem, nullum me magnoperè argumentum mouet, nisi quod eius antiqui non meminerint: at nec omnium meminerunt, & Diuersa extitisse suo tempore sanctorum Patrum Martyrologia Vñuardus testatur; suffragaturque verius ille codex, quo Canisius est vsus.

Wandelbertus quoque, cuius iam suprà meminimus, Prumiensis in Treuirensi dicēceſi monachus, Martyrologium metro heroico conscripsit, atque Otrico viro illustri dicauit, præfixo inter alia anapæstico carmine ad Lotharium Imperatorem Ludouici Pij filium. Martyrologium hoc sub titulo *Ephemeridum Bedæ* to.1. operum illius, & sub veri auctoris nomine à Molano in primâ Vñuardi editione, vulgatum; ex veteri ms. edam aliquando accuratiū. Hic partem Præfationis visum, est delibare. Ita orditur:

Epiſtola VVandalberti Diaconi ad illuſtre virum Otricum, ſuper iis, que ſequenti opere continentur, metrorum generibus, incipit feliciter.

*VVandel-
bertus me-
tricum scri-
ptus,*

Eteri & per antiquo precepto monemur, vt parere maiori- bus, morem gerere aequalibus, consulere minoribus ſudea- mus. Ego quia tibi, Carissime, vt minori (quod cogitatu ipſo nefas iudico) consulere nequeo; in te enim ipſo tibi (vt reuerā sapientem decet) omnis opis conſilium, totuſq; prouidentia copiam eſſe perpendo; morigerari verò, ſicut equali, ſenſus & ingenij tarditate non valeo; quod primum conſtat, vt maiori parere & obſe- cundare viribus cunctis, & omni facultate deſiderem. Maxime, Otrici ro- quod in effanti & infatigabili ſtudio ac benevolentia me, poſt- gatu, quam longe à patria rebusq; domesticis non tam exulare quam degere ceperit, tuā ope, confiſio, prouidentia & liberalitate fulsum intelligo: nec leuiter peccō, ſi cūm morem gerere nequeo, parere pro ingenij paupertate refugio. Itaque quod inopinato ſtudio ex me & inevitabili conſtantia, auctoritate petiſti, vt per anni to- tius ſpatium occurrentefq; diebus Sanctorum festiuitates, & ſo- lennes undecimque Christianorum ritorum celebritates, metro digererem feci ut potui, non tam artis vſu atque ſolertia, quam tuā deuotione, & immerito erga me Sanctorum ad id peragen- *Flori libris* dum adiutus, vt confido, fauore. In quo opere, quia ſolemnum vſus; dierum certissima comprehenſio non leuiter nec facile pro libro- rum varietate obſtabat, ope & ſubſidio præcipue vſus ſum sancti & nominatiſimi Flori Lugdunensis Eccleſia Subdiaconi, qui ve- nostro tempore reuerā ſingulare ſtudio & aſiduitate in Diuine Scriptura ſcientiā pollere, ita librorum authenticorum non me- diocri copiā & veritate cognoscitur abundare.

Ab hoc ego ſumptis veteribus, emendatiſq; codicibus Martyrologium librum, à Kalendis Ianuariis vſque ad finem anni, per dierum ſingulorum occurrentes festiuitates, metro edidi, pre- mīſa, vt congruere exiftimai, Inuocationis ad Deum, Allocu- tionis ad omnes, qui forte erunt lectores, Commendationis ad te *alia addi- operis hortatorem, & ad Caſarem benigniſimum Hlotharium, dit carmi- argumenſi, ſive propositiōnis diuero metro deſcriptione, &* nra. additā poſt editum Martyrologium conclusionis hymniq; in omnes Sanctos editione. Cui etiam operi diſtincte mensum ſin- gularum adieci apertam breuemq; ſecundum vſus Galicos deſpoſitionem, & horarum diurnarum vulgarem in noſtris regio- nibus dimensionem: quod virumque à ſuperiori opere nequa- quam diſcrepare diſputauit. In fine præterea totius operis, de crea- tione mundi per ordinem dierum ſex breue carmen addidi, & explanationem mystici ſenſus in homine accipiendi ſubiunxi, ve- ea qua de totius anni curſu deſcripferam, repetita ab initio mundana creationis explanatio commendaret. Hoc opus quod, &c.

Post Præfationem, ſequitur Inuocatio metro con- cepta, tum Lectotum allocutio; Commendatio libri ad Otricum, dein ad Lotharium hæc:

*Tuq; fauendo Caſar adeſto,
Sceptra parentum qui pietate,
Quiq; benignâ lege gubernas.
Te moderator nam Deus orbis
Tuſit habenas flectere auitus.
Imperiq; ſceptra paterni:
Teq; periculis ipſe paratis
Exiit olim, deq; cruentâ
Cede furentum ſapè reduxit.
Aurea celo vertice Roma
Te decorando nomine ſanxit
Caſaris orbi mox fore Regem.
Itala primum te Duce tellus
Eminuit: poſt Francica temet
Sceptra regentem mundus adorat.
Luftra per orbem quinque recurront.
Nomine poſtquam clarus & armis
Caſariana iura retentas.
Tempora Chriſtus longa videntem
Te regat; omnis te veneretur
Teq; tremifcat purpura Regem.*

*Commen-
datio libri
ad Lotha-
rium Imp.*

Hinc quo anno hoc compositum ſit opus colligi Quando id potest; cūm nimis ſum quinque luftris, ſive 25. annis Im- ſcriptum? peratoris nomen Lotharius geſiſſet; non à Ludouici

PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

patri morte, cùm ei non nisi 15. aut circiter annos superstes fuerit; sed lustra hæc quinque ducenda sunt ab eo tempore, cùm in conuentu Aquisgranensi Ludouicus filium primogenitum Lotharium Imperatorem appellari & esse voluit, an. 817. vt in illius Vitâ dicitur. Scriptis ergo hoc Martyrologium Wandelbertus an. 842. Sequitur deinde *Propositio:*

*Carmine qui vacuas captavi sepius auras,
rumores vulgi querendo stultus inanes,
Aggregiar tandem veram de carmine laudem
Querere, & aeternum mihi conciliare favorem;
Spectando breuiter signans actusq; virosq;
Atque dies anni reditu voluente per orbem,
Ordine quì lustrent scribens solennia queque.
Hic mihi nonnumquam Sanctorum nomina legis
Carmen excedent, sed non mutilanda vocandi
Est censura bonos, veniam pietate merebor.*

Ad calcem Martyrologij ista subiicit: *Martyrologium metricum*, editum à *VVandelberto ad Illustrem virum Otricum Clericum, explicuit in Christi nomine feliciter. Amen.* Tum hæc subiectitur *Conclusio.*

*Hæc nunc Christe tuo Deus
Conscripti breuiter munere carmina,
Constans expertus que studio perwigili fides.
Hui digesta micant simul
Cælestis patriæ & militie agmina,
Summo perpetui qua radiant ethere luminis:
Quorum te veniam prece
Indignus rogitanus obsecro criminum.
Multo supplicij namque premor perpetui metu.
Trinis ecce decenniū
Vitam dego miser, quintus & insuper
Aëni curriculus orbis adeſt atque meatibus:
Me nunc nil recolens boni
Egisse atque pīj, concutior numis:
Curc nām stimulant mortis. Ad intimā
Lapsū iam releua Pater
Tandem, & præteritis exue cordibus;
Squales conficia quis mens, nimisq; angoribus tremit.
Sanctorum retuli canens
Hic certamina, præclarāq; Martyrum
Vexilla ante oculos constituit signaq; ouantium
Horum glorificat, Pater,
Sanguis te tugiter, mors loquitur pia:
Viuum namque tuo prefidio & luce perenniter.*

Sequitur in omnes Sanctos hymnus Sapphicus, dein & alia de mensibus carmina, & horis, atque opere sex dietum.

S. Adonis
Martyrolo-
gium edī-
tum & ms.

S. Ado eodem seculo Viennensis in Galliâ Episcopus, de quo agemus xv. Decembri, luculentius scriptis Martyrologium. Edidit illud Iacobus Mosander; dein Rosweydis cum tribus mss. codicibus collatum, Euerbodiensi, S. Pantaleonis, Petri Scriuerij, hunc præcipue fecutus. Habemus cum tribus aliis collatum mss. exemplaribus, videlicet monasterij S. Laurentij Leodij, cui tamen Vñardi ad Carolum Regem prefixa est epistola; Ecclesiat Tarraonensis, cœnobij Lobiensis.

B. Notkeri,
editum.

Adoni suppar fuit B. Notkerus Balbulus, in cœno-bio S. Galli apud Heluetios monachus, cuius Vitam dabimus viii. Aprilis. Is quoque Martyrologium scripsit, quod est è Bibliothecâ S. Galli ab Henrico Canisio in tomis Antiquæ Lectionis publicatum, sed mutilum non vno loco. Obiisse dicitur Notkerus an. 912. de quo alibi.

Ditmarus
an Marty-
rologium
scripsit?

Arbitrantur quidam & Ditmarum Mersburgensem in Saxoniâ Episcopum, cuius extat insigne Chronicon, Martyrologium aliquod compoſuisse, quod ex ipsius verbis lib. 7. Chronicci confici putant, vbi eum qui sibi successurus esset multa monet, haecque inter cetera: *Habes satis de libris, quos hic ab antecessoribus nostris collectos inueni, & insuper quos contraxi. In his magisterium salubre reperies, ac hos exaudi & tunc potes saluari. Sanctorum reliquias, & munda earundem receptacula, cum aliis utilitatibus plurimis, tam in pradiis, quam in mancipliis, ego acquisui, & ne te forsan laterent, Martyrologio inscripti meo.* Verum idne ipse conficerit Martyrologium, an ab alio descripterit, aut etiam eo dumtaxat sit *Exsus*, certò ex illis verbis concludi non potest. Multa alioquin extant passim Martyrologia, eiulmodi piorum Antistitutum olim studio conscripta, cùm vix villa esset Ecclesia, quæ non vel proprium sibi aliquod conficeret, vel aliunde adscilceret.

mis, tam in pradiis, quam in mancipliis, ego acquisui, & ne te forsan laterent, Martyrologio inscripti meo. Verum idne ipse conficerit Martyrologium, an ab alio descripterit, aut etiam eo dumtaxat sit *Exsus*, certò ex illis verbis concludi non potest. Multa alioquin extant passim Martyrologia, eiulmodi piorum Antistitutum olim studio conscripta, cùm vix villa esset Ecclesia, quæ non vel proprium sibi aliquod conficeret, vel aliunde adscilceret.

§. ix. *Martyrologia recentiorum.*

Primum hic eos missos facio, quos anteā scripti Vñardi vulgasse Martyrologium, non sine eruditâ appendice, Bellinum de Padua, Carthusianos Colonienses, Ioannem Molanum: deinde quorum scripta *Fastis sacrâ* non vidi, Alexandrum Essebiensem Anglum, & *Ægidium de Dammis Flandrum*; quorum hic Martyrologium recensuisse, auxilliè, locupletasse dicitur, sed inchoatum opus perficere non potuisse; ille vero librum sacrorum Fastorum carmine elegiaco composuisse. Prætero & quæ hoc in genere Ambrosius Nouidius Fractus Ferentinus commentatus est; quæque Baptista Mantuanus, & nuper Ioannes Bachottus Gallus: Ephemerides quoque variorum, etiam heterodoxorum, siue Diaria historica; in quibus sacra ac profana promiscue narrant, nec semper ex fide.

Est in manibus Radulphi à Riuo Bredani, Ecclesiat *Radulphi* Tungensis Decani *Calendarius Ecclesiasticus*. Traditur is *Calenda-*
decessisse è vitâ 3. Nouemb. 1403. Quod versibus com-
plexus Martyrologium dicitur, non vidi.

Vñsi sum plurimum, vti & Rosweydis in Fastis suis concinnandis, *Florario SS. sine Promptuario*, quod manu Henrici de Eyck Canonici Ecclesiat B. Mariae Eynduiæ in Brabantâ scriptum; postea Louaniensi collegio Societatis Iesv donatum, nunc nostrum est. Illius auctorem suspicor, at non firmissime, Antonium Gentium, aut Ioannem Gilemannum fuisse, aliumve, eorum æqualem, regularem Canonicum. Reperi id citatum in codice quiodam monasterij Corsendoncani, qui circiter annum 1490. erat scriptus.

Edidit Martyrologium à se concinnatum Franciscus Maurolycus Abbas Messanensis an. 1568. typis Venetis, *Martyrolo-*
gium Sanctorum indice, & Primi Cabilunensis, vt ait, *gium Mauro-*
lyci, Episcopi *Topographiâ Sanctorum*, anno 1450. compo-
sitâ, sed à se recognitâ.

Prodidit anno 1573. Dilingæ in Sueviâ Martyrologium Germanicum, quod Georgio & Marco Fuggeris ab Adamo Walassero 1562. dicatum. Auctum id deinde ex Galesini & aliis, recusumque anno 1599. Id à Petro *Canisij*, Canisio nostro compositum esse Matthæus Radderus noster in eius Vitâ, & Philippus Alegambe in Bibliothecâ Scriptorum Societatis Iesv, testantur: estque præfixa ipius Canisij Præfati.

Martyrologium sancta Romana Ecclesie vñsi in singulos
anni dies accommodatum, edidit anno 1577. cum eruditis
& multiplici antiquitatibz Ecclesiastice doctrinâ cumulatis An-
notationibus, Petrus Galesinus Protonotarius Apostoli-
cus, S. Caroli Borromæi in restituendâ Ecclesiat disciplinâ fidus minister. Quod, aliaque eius opera, mirificè Gregorius XIII. Pontifex Maximus probauit.

Simile quoque Martyrologio est, nisi quod etiam profana complectatur, *Calendarium historicum à Con-*
stantio Felicio Medico Italicè scriptum, editumque Vr-
bini anno 1577. quod quia serius naectus sum, solūm
posterioribus Ianuarij diebus citavi.

Pra ceteris magno mihi vñsi fuit *Catalogus generalis*

Sancta-

Ferrarij Catalogus generalis Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, ex variis Martyrologiis, Kalendariis, tabulis, monumentisq; Ecclesiis, nec non Vitis eorum impressis seu manu scriptis, & quam plurimis historiis collectus, ac in xii. mensis instar martyrologij distributus, suis vbique notis appositis, auctore Philippo Ferrario Alexandrino ordinis Seruorum B. Mariae Virginis, sacra Theologia Professore, ac publico Mathefeso in Ticinensi gymnasio interprete; Sanctissimo Domino in Christo Patri D. VRBANO Pape VIII. dicatus, excususque Venetiis an. 1625.

SS. Italiæ. Haud parum quoque adiumenti mihi eiusdem Ferrarij alter attulit Catalogus Sanctorum Italiae, in mensis xii. distributus; in quo vita illorum ex particularium Ecclesiis monumentis compendio describuntur, adiectis scholiis notisq; perbremibus; excusus Mediolani anno 1613.

Variarum gentium propria Martyrologia: Aliarum quoque gentium Martyrologia, Kalendaria, Fasti, Hagiologia, non parum mihi attulere subsidia: Antonij Vincentij Domenecii, Ordinis Prædicatorum, Historia Sanctorum Cataloniae, Barcinone excusa an. 1602. Martyrologium Lusitanicum ab aliquot Patribus Societatis Iesu collectum, editumque Conimbricæ: Anglicanum Ioannis Wilsoni an. 1608. editum, & ab eodem recognitum an. 1640. Ioannis Molani Natales, & Indiculus Sanctorum Belgij: Aurberti Miræ Fasti Belgici & Burgundici: Arnoldi Rayssij Auctarium ad Natales Molani; eiusdemque Hieroglyphacium Belgicum, siue de Sanctorum reliquiis: tum quæ de Sanctis Belgij ad Romanum Martyrologium à se Teutonica lingua versum adieccere Henricus Adriani 1600. & Andreas Boyus noster an. 1642. quæque ad Gallicam eiusdem Martyrologij versionem Baldinus Willotius noster anno 1641. & alius item è nostris Leodij an. 1624. Octauij Caietani nostri *Idea operis de Vitis Sicutorū Sanctorum* edita Panormi an. 1617. Davidis Camerarij liber de Scotorum pietate excusus an. 1631. Catalogus præcipuorum Sanctorum Hibernie ab Henrico Fitzsimon nostro concinnatus. Sacramentum & Calendarium ditionis Leodiensis in Belgio, excusum an. 1618. Sacramentum perantiqui Comitatus Namuricensis an. 1619. Vidi & Adami Regij Kalendarium Scoticum, è quo nonnulla anteaui; & alia plurima MSS. & excusa Kalandaria.

Gallicanum Sanctorum: Cùm iam propè quintus mihi impressus esset dies Ianuarij, prodiit Parisis illustre & magnificum Andreæ Saussaj v. cl. Martyrologium Gallicanum tomis duobus, quo plurimum sum vsus, utrque, vt spero, deinceps. Vtinam breui prodeant, quos pollicetur, apodictici in illud commentarij.

monastica. Materiam quoque non exiguum suppeditauere, variorum Ordinum Martyrologia; Benedictinum Arnoldi Wionis, libro 3. Ligni vitæ, editum an. 1595. Hugonis Menardi, cum duobus Observationum libris 1629. Kalendarium Benedicti Dorganij à S. Ioanne, editum Maclouipoli an. 1622. Præmonstratense, venerabilis Domini Ioannis Chrysostomi Vander Sterre Abbatis monasterij S. Michaelis in hac vrbe: Canonico-rum regularium Constantini Ghinij Senensis Canonici regularis S. Salvatoris, an. 1621. Kalendarium sacri Ordinis Cisterciensis excusum Diuione an. 1617. Menologium Cisterciense Chrysostomi Henriquez cum luctulentis notationibus 1630. Martyrologium sacri Ordinis Prædicatorum, Seraphini Sicci Papiensis, ordinis Magistri generalis iussu editum an. 1616. Cùm iam prior Ianuarij tomus esset excusus, prodiit Martyrologium Franciscanum, cum amplis commentariis, curâ ac labore Arturi à Monasterio. Sed illud in eo opere atque Chrysostomi Henriquez Menologio, haud probbo, quòd nulla inter eos, quibus ab Ecclesiâ olim decreti permisive sacri honores sunt, & ceteros solâ adhuc hominum opinione, nullo Ecclesiæ iudicio confirmatâ, claros, differentia statuatur: quo fit, vt his quidem honoris nihil accedat, de illorum veneratione plurimum detrahatur, dum vno omnes gradu habentur. Alios nouimus viros doctos qui vel obseruationes in

Romanum Martyrologium meditantur, vel suarum prouinciarum, aut ordinum elucubrant Martyrologias atque eo pačto beatorum celi ciuium student gloriam amplificare. Vtinam breui ipsorum lucubrationes lucem aspiciant!

J. X. Varia Breuiaria, quibus Auctor usus.

Quæ ab Apostolicis temporibus, publicæ peragi in Ecclesiâ, distinctis horarum spaciis, preces solent, earum est summa, post artem typographicam repertam, excusa, atque ex re, Breuiarium appellata. Certius qui quibusq; locis Sancti colâtur, quâque ceremoniâ, cognoscere licuisset, si omnium Ecclesiârum propria coniec-tus Breuiaria essent: quamquam sunt nonnullæ, quæ proprium non habent, sed cum Romanæ Ecclesiæ ritus sequantur, ac festa celebrent omnia; si quos vel ignotos Romanis fastis, vel aliâ celebritate Cœlites venerentur, separatim propria illorum officia precepsque publicas edi curant. Quæ eiusmodi haec tenus noctus sim Breuiaria, propriaq; officia, hæc exponere libuit, eo foliū consilio, vt qua mihi deesse sentio quamplurima, suppeditent, qui sunt Sanctorum propagandæ gloriæ studiosi.

Primùm Romanæ Ecclesiæ Breuiaria habeo antiqua aliquot, præter ea quæ nuper summorum Pontificum Clementis VIII. Pauli V. VRBANI VIII. auctoritate recognita auctaque sunt, habeo, inquam, excusa annis 1479. 1490. 1515 Leonis XI. iussu; 1536. Pauli III. auctoritate à Francisco Quignonio Cardinale recognitum, recusumque an. 1541. 1542. 1546. 1551. 1557. Pij V. an. 1572. Missale quoque Romanum editum an. 1508.

E reliquâ Italij pauca hæc suppeditunt: Catalogus *ex Italia*, Sanctorum, qui in vrbe ac diœcesi Neapolitanâ celebrentur, Decij Carafæ Cardinalis & Archiepiscopi iussu editus an. 1619. tum Officia propria SS. Fortunatæ, Gaudiosi, Potiti: itemque propria aliarum eodem traetu Ecclesiârum, Salernitanæ excusa an. 1594. Brundusiana 1583. Montis-regalis 1605.

Prouincia Mediolanensis hæc habeo: Breuiarium Mediolanense an. 1635. Officia propria Ecclesiæ Vercellensis 1581. Bergomensis 1610. & S. Basiliæ Laudis-Pompejæ Patroni 1628.

Ex Hispaniâ panca hæc ad manum sunt: Ordo recipiendi officium Diuinum ac Missas celebrandi, iuxta ritum Breuiarij Missalique Romani, pro plerisque diœcisbus Hispaniæ, 1635. Officia propria SS. Hispaniæ 1605. Ecclesiæ Toletanae 1616. Compostellanae 1596.

E Lusitanâ Breuiarium Eborense 1548. Officia propria Ecclesiæ Vlyssipponensis 1590. Conimbricëls 1588. E Galliâ Germaniâque habeo aliquâmulta, sed plura *Gallia*, vacant. Gallica hæc sunt: Prouincia secundæ Lugdunensis, Breuiarium Rotomagensis 1587, nouum 1626. Missale an. 1585: itemque Breuiaria Ebroicensis 1585. Constantiense 1609. Lexouense 1624. Baiocense. Officia propria Ecclesiæ Abrincensis.

Lugdunensis tertia, Breuiarium Andegauense 1624. Corisopitense vetus. Officia propria Ecclesiæ Redonensis 1620. Nannetenensis 1623. Briocensis 1621. Maaclouienensis.

Lugdunensis quartæ, Senonensis Breuiarij pars æstiva.

Parisiensis prouincia, Breuiarium Parisiense *vetus* an. 1584. nouum 1636. Carnotense 1633.

Prouincia Aquitania primæ, Breuiarium Lemouicense 1625.

Prouincia Viennensis, Officium in solemnitate S. Lazarzi Episcopi Massiliensis, an. 1633. Officia propria monasterij S. Victoris Massiliæ.

Prouincia Belgica primæ, cuius metropolis Augusta Treuirorum vulgo nunc Germaniæ accensetur; Breuiarium Virtonense 1625. Tullense 1535. Monasteriorum SS. Ma-

liv PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

SS. Maximini, Naboris, Willebrordi, in diœcesi Treenensis, an. 1600.

Principia Belgicæ secundæ, cuius pars est in nouas Metropoliticas duas sedes diuulsa; Breuiarium Amianense 1550. Nouiomense 1630. monasterij Originacensis in Veromanduis 1619.

Belgio. Principia Mechliniensis, cuius pars olim sub Germaniâ secundâ, pars maxima sub Belgicâ secundâ censebatur, Breuiarium Antuerpiense an. 1496. Brugense 1520. Bruxellense 1516. Breuiarij ms. Ecclesiæ Louaniensis pars. Officia propria Ecclesiæ Ruramundensis 1609. Gandenfis 1572. monasterij Blandinensis mss.

Principia Cameracensis, quæ olim erat sub Belgicâ secundâ; Kalendarium præfixum officio Curatorum 1562. Morinensis Breuiarij pars hyemalis 1542. Audomarense pars hyemalis 1518. Breuiarium Insulense 1533. Officia propria Ecclesiæ Atrebatenis 1632. Tornacensis 1626. Namurcensis 1619. Audomarense 1610. S. Waldestrudis Canonicanum Montibus 1625. Malbodiensis Canonicanum 1624. Abbatia Dononensis 1625. monasterij Pacis-Virginis Ord. S. Benedicti Duaci 1611.

Principia Ultraiectensis, quæ olim fuit Germaniæ secundâ, & tota nunc sub hereticis est; Breuiarij Ultraiectini pars æstiuia an. 1508. & 1518. vetus Horatum Directorium eiusdem Ecclesiæ. Officia propria excusa an. 1623. Eadem recenti manu exarata, diuersa ab excusis. Directorium Ecclesiæ Harlemensis.

Germania. Principia Coloniensis, quæ olim metropolis erat Germaniæ secundâ, nunc latius patet; Breuiarium Coloniense an. 1498. item aliud antiquum. Editi an. 1577. iussu Salentini Archiepiscopi pars hyemalis, editi vero Ferdinandi Bauari auctoritate pars æstiuia. Breuiarium Monasteriense 1489. Mindense 1516. Leodiense an. 1520. item pars æstiuia 1514. Nouum 1636. item Officia propria 1623. Missale 1509.

Principia Moguntiacensis, quæ olim caput erat Germaniæ primæ, nunc partem Rætarum, Vindeliciorum, Germaniæ magnæ complectitur; Breuiarium ms. in membranâ, aliud excusum 1495. 1507. & iussu Danielis Archiepiscopi 1570. item Diurnale 1612. Spirensse excusum 1478. item 1507. auctoritate Philippi Episcopi, & pars hyemalis 1590. iussu Eberhardi Episcopi Erfordianum antiquum. Constantiense an. 1561. Christophoro Antistite editum; & Marco Stio Cardinale 1575. itemque Officia propria separatim excusa 1636. Breuiarium Heripolense an. 1575. iubente Julio Episcopo, & pars æstiuia 1507. itemque Officia propria iussu Philippi Adolphi Episcopi 1625. Breuiarium Wormatiense 1576. Hildesheimensis pars æstiuia 1516. Argentoratensis pars æstiuia 1478. Officia propria Ecclesiæ Augustanae 1638. Ecclesiæ Bambergensis autocephala Breuiarium iussu Viti Episcopi editum 1575.

Principia Salisburgensis, Officia propria Ecclesiæ Salisburgensis, Viennensis 1632. Frisingensis 1627. Ratisponensis 1611. Passauensis 1608. & huius vetus Breuiarium an. 1505.

Principia Pragensis, Officia propria Ecclesiæ Olomucensis iussu Francisci Episcopi Cardinalis à Dietrichstein edita 1630. Urbano VII. approbante.

Principia Bremensis, Breuiarium Raceburgense circiter annum 1506. Breuiarij Lubencensis pars æstiuia. Slevicensis Ecclesiæ in Daniâ Breuiarium 1512.

Caminensis in Pomeraniâ Ecclesiæ Breuiarium 1521. Officia propria SS. Poloniae 1614.

Ex Angliâ solum habeo Breuiarium Sarisburicense an. 1499. eiusdemque an. 1557. recusi partem æstiuam. Officia propria aliquot Sanctorum Hiberniae 1620.

His subiungam Religiosarum familiarum Breuiaria quæ habeo per pauca; Breuiarium monasticum Ord. S. Benedicti, Pauli V. auctoritate editum. Canoniconum regularium editum an. 1488. Præmonstratense editum an. 1593. & 1608. Prædicatorum 1555. Officia propria Canoniconum regularium congregationis S. Salvato-

ris Ord. S. Augustini 1613. Canoniconum regularium Lateranenium, auctoritate Pij V. recusa cum Notationibus Gabrieles Pennotti an. 1634. Eremitarum Ordin. S. Augustini 1627. Minorum 1614. & 1629. Ordinis Servorum D. Virginis 1634. Missale Militum Rhodiorum S. Ioannis 1507.

**§. xi. Menæ & Menologia Græcorum.
Rutenorum Kalendarium.**

Entes reliquias Græcia quondam sapientia studiis superavit, etiam Christianæ, quæ tot tantosque vel procreauit ipsa, vel omni doctrinâ expoliuit, Ecclesiæ Antiquites, Diuinæque Doctores disciplina. Verum extincta est nunc lucerna eius. Luxus nempe, morumque dissolutio, & fastus illius obscurarunt fulgorem: inde in fœdos errores prolapsa ac hæreses, & quidem, ut ipsum quodammodo obstrueret sibi Diuinæ misericordia fontem, aduersus Spiritum sanctum. Tandem immannissimæ Turcarum genti in gtauem atque acerbam tradita seruitutem, in magnâ vt plurimum versatur nunc honestarum artium ignorantia, nonnulli tamen, qui præsertim in Italiâ litteris dederunt operam, & eruditio[n]is laude excellunt, & orthodoxæ studio religio[n]is, vt non sit gentis vniuersæ omnino salus desperanda, vbi diuturnis ærumnis placatum ei fuerit clementissimum Numen.

Habuit illa quoque, & prima fortassis, habetque etiamnum sua Martyrologia, quæ ferè *Menæ* aut *Menologia* appellat, quasi menstruales dicat, puta fastos, aut Diuinorum officiorum descriptiones. Citat Baronius *antiquum* *ms. Roma.* Græcum Menologium, quod à Paulo Sfondrato Cardinale, Gregorij XIV. nepote legendum accepit, olim Basilijs Macedonis Imperatoris iussu ante annos ferè octingentos, conscriptum, ipso sumque, quorum in eo elegia celebrantur, Diuorum imaginibus ornatum: asseruatur id nunc in Vaticanâ Pontificis Maximi bibliothecâ. Vtinam esset qui id Latinè versum proferret in *aliquid à Sirto* *leto verbum.* publicum, aut nobis certe illius descriptum communaret exemplar! Editum est quidem ab Henrico Canisio to. 2. Antiquæ Lectionis Menologium Græcorum, sed Latinè dumtaxat, ex bibliothecâ & translatione Cardinalis Sirteti: verum discrepat hoc mirum quantum ab illo Basilijs, vt elegia quædam inde deprompta, & cum hoc Sirteti collata fidem faciunt. Hoc autem, quod Canisius editit, plurimum sum vltus.

Aliud extras, sed succintius, μένοντα δύο in Græco libello preceptionum, qui Ωρολόγιον inscribitur. En eius *aliquid Græcæ* *editum Venetiæ.* tibi è Januario specimen: αἱ εἰς τὸν περὶ τὸν ἡχῆ σάρκα νεῖοις, τῷ πομὴ Σκυελίᾳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τὸν αἴγιοις παρέδει μάνιον Βασταλέις Ἀρχεπισκόπου Καππαδοκίας Σμερζάλε. I. Circumcisio Domini nostri Iesu Christi secundum carnem. & S. P. N. Basilijs Magni Archiepiscopi Cesarea Capadoccia. Subnectuntur quotidie antiphona aliquot. II. S. P. N. Siluestri Papa Romani. III. S. Malachia Propheta. & sancti Martiris Gordij. IV. Synaxia, vel commemoratio, Sanctorum lxx. Apostolorum. & S. Theodostii Abbatis in Cucumo Sicilia. V. Sanctorum Martyrum Theopempti & Theona. & S. Synclitica. Est illud Menologium in epitomen redactum à Christophoro Patricio & Proconsule Mitylenæ, extatque in eodem precum libello. Atque hoc Christopðo Ianuarij in eo initium: Volens circumciditur Christus. Venit rum Mityenim vt Legem impleret, non solueret. Cum eo simul celebretur nunc Magnus Basilius. 2. Et Romanus Papa Silvester. 3. Et Malachias. 4. Gordius illustris. 5. Paulus Thebarum germen. 6. Dimitinus baptismus Salvatoris. Extat breuius etiam in alio minori Græcarum preceptionum libello Menologion, quasi que Kalendarium. Ita exorditur Ianuarius: I. Circumcisio Domini. & Basilijs Magni. 2. Siluestri Papa Romani. 3. Gordij Martiris. 4. Commemoratio Apostolorum. 5. Theopempti Martiris.

Aliud excusum Venetiis an. 1535. Græcum Menologium

aliud à Contio Græcæ editum. gium citauit, ediditque cum Nicephori Chronologâ à le récessitâ, Antonius Contius, sed cum Latino Kalendario permixtum, ita tamen ut quidam vacui relicti sint dies. Specimen hoc est in Ianuario.

A Circuncisio Domini.

Περιηγή κατεύθυνση ημῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ ἡμέρᾳ παρεῖσθαι μεταλλεύεται εχεποκόπτες Καστροφάς Καπτανός τῇ μεράλη.

B Tῇ ἡμέρᾳ ημῶν Σιλεσίας Πάπα Ρωμανοῦ.

C

D

E

F Epiphania Domini, seu Theophania. Τῇ ἡμέρᾳ Θεοφανίας ημέρᾳ ζωτικῆς ημῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

aliud Latini à Genebrando. Magis cum iis, quæ anteā citauimus Græcè edita, congruit Calendarium Græcorum à Genebrando editum ante commentarios in Psalmos; in quo Ianuarij hoc exordium est: 1. Circuncisio Domini. 2. Silvester Papa Romanus. 3. Malachias & Gordius Martyr. 4. LXX. Discipuli & Theretistus. (imò Theoctistus) 5. Theopemptus & Theonas MM. Syncletica. 6. Theophania Christi, diuinusq; Saluatoris baptismus.

Sed maximo mihi vñi Græcorum Menæ fuere, quæ Venetiis aliquot voluminibus edita multos quotidie Cælites recensent, plerosque eorum quorum est in Latinis Fastis celebris ab antiquo memoria, tum alios partim ignotos omnino Latinis, partim à Scriptoribus laudatos, non tamen Ecclesiæ Catholice Martyrologiis inscriptos. Timidè primum ea voluere cœpi, veritus ne quos schismatis aduersus Latinam Ecclesiam prouulgatores Menæs infestuissent: itaque eram affectus animo, vt mallem aliquos præterire, etiam sanctitate illustres, sed mihi ignotos, quæ temerè vñum immrito ornare titulo sanctitatis. Sciebam in veteribus Sanctis minus esse periculi, præsertim Martyribus; et si nihil de iis traditum litteris legisem; vt multi sunt etiam in Romano Martyrologio, quorum vel exciderunt, vel numquam fortassis integrè scripta sunt acta. Iam si sunt multi in omnibus ferè Occidentalibus prouinciis Sancti, quorum nulla in Romano Martyrologio memoria extat; quid mirum in Græciâ Asiaque esse complures, vbi prius quam in multis occiduis regionibus seminata Christi religio est, multoq; Martyrum sanguine irrigata? Verum vbi diligenter examinavi Menæ illa, nullum adhuc teperi inscriptum, quem constaret aut Ecclesiæ Romanae debitam obedientiam abieciisse, aut hæreticis inflatum erroribus. Si qui vñlā ratione suspecti fuere, hos omisi.

à Matthew Raderō Verba. Quamquā hac me sollicitudine ac metu magnam partem Matthæus Raderus noster, vir egregiè doctus liberauit. Ediderat is quandam pias & iucundas, acceptas ferè è Menæs, historias vitaq; Sanctorum, libellis aliquot, quibus Viridarij præfixerat titulum. Adiecit deinde animum vt ea omnia quæ de Sanctis memorantur in Menæs, Latinè verteret, annotationibus illustrata. Egeram, illius rogatu, cum Balthasar Moreto vt eas lucubrationes prælo subiiceret: responderat hic, si Auctor in animum induceret, non nudas Diuorum histories Latinè edere, sed integra omnino Menæa recognoscere, (quoniam obseruasse me in iis menda plurima dicebam) eaq; interpretari; ea se Græcolatinè eleganter excusurum. Non displicuit optimo seni consilium, et si haud fortassis pares tanto operi iam vires erant: sed haud diu superstes fuit. Penes me etiamnum illius autographum est: quo & vñsum quandoque, sed raro, nec nisi eius versione cum Græcis exemplaribus collatâ: sapient, atque adeò plerumque, ipsemet styllo meo Græca sum interpretatus. Et erant nonnumquam ea omissa à Radero, quæ sola poterant mihi vñsum esse: nam cùm nihil de gestis Sanctorum narratur, sed solum expresso nomine, distichon vnum aut plura subiectuntur, in Sancti cuiuspiam laudem, hæc ferè ille omiserat; quæ ego sapè, quia aliquantulam afferre lu-

cem censem, verti. At quorum Sanctorum descripta plenius aetate habebam, eorum promere è Menæs compendium nihil atrivit; nisi si quid erat in actis prætermis, aliterve narratum.

Illud porro, vt ad id quod cœperat revertat, me vt securius vterer Menæs permovit, quod in præfatidne & Catholi suâ Raderus, qui omnia legit ac discussit, afferit nihil in *cautulata;* illi schismaticum esse, nedum hæreticum. Neque, opinor, suissent Veneti in suâ vrbe ex excudi, si quidquam continearent rectâ religioni contrarium.

Denique illud plane confirmavit animum, quod excusum est Rómæ in ipso Vaticano Typographio annò 1598. Anthologion Græcorum, à Clemente VIII. approbatum; in cuius ad euodem Pontificem Praefatione Antonius Arcadius, qui id concinnauit, ostendit Catholicos etiam Sacerdotes & monachos illis vti Menæis: ita enim causam illius componendi Anthologijs explicat: *Qui à sanctis Græcorum Patribus ad Diuinum officium celebrandum, sacras preces laudesq; Deo de more persolit, pia ab Antonio Archib. secundis ordo institutus est, is quidem accuratus & pius, sed dif- die, susus istidem ac prolixus, quippe qui viginti ferè voluminibus, hoc est. Psalterio & Horologio, Paracletico, Octoico, Anastasi- mo, Pentecostario, Triodio, duodecim Menologijs, Typico & Sticherario continetur. Quo fit vt Presbyteri vel monachi Greci, qui ritu Greco vivunt, & Diuinum officium persoluere tenentur, cum iter agunt vel peregrinè proficiuntur, tota volumina secum deferre, quæ morbo detinentur, vel alia iusta de causa choro interesse impediuntur, illa evoluere minimè valeant: preterquam quod tantâ multitudine codicium non modo non abundant, sed frequenter etiam careant, & idem munus suum interdum non rectè obire, nec ei competenter satisfacere possunt; interdum etiam omnino omittunt coguntur, excepta vñius Horologijs, quod apud eos tamquam Diurnum est, & deferrri facile potest, recitatione. & infra: Denique quidquid omnino int' viginti qui ex illis voluminibus sparsim fuseq; continebatur, id totum breuissim collectum hoc libro uno perstringitur. Si liber hic, Pontificis concordia Maximi auctoritate in Vaticano cūlīus typographio, uis, compendium est maioris illius operis; quod multis voluminibus continetur; ipsum arbitror maius opus puerum esse & ab omni alienum hæreticâ fraude, quod & probatum. accutum piumq; liberè prædicat Pontificem alloquens Auctor ille. Quæ vero in Anthologio habentur lectiones, ex ferè ex maioribus illis Menologijs sumptuose sunt.*

Eadem lectiones, aliasque mindres, imò quæcumque ad historiam pertinent Sanctorum, ex Menæs ad verbum ferè descripsit, & in vulgarem Græcam lin- guam vertit Maximus Episcopus Cythereus, & Biss. *Biss. A. viii. Maximus Ep. dyl. vii. Vitas Sanctorum, inscriptis, excuditque Venetiis curauit, omisis antiphonis, versibus, & ceteris, quæ & à Radero in Latinâ interpretatione omissa ante scripsi.*

Editum est ab Antonio Possentiino nostro in Apparatu sacro Ruthenorum Kalendarium, quod tam in Mosecovia quam in reliqua Russiâ ait in vñsum esse. Monet autem multis in eo esse, quib; non agnoscimus, inquit, *Calendaris Ruthenorum.* sive quoniam fuerit schismatici, sive quod eorum vita nobis haud innotuit. Poterat addere: vel vitiosus fuit codex, & quo id descripsit; sunt enim plurima nomina mendosissime expresa. Congruit autem in plerisque cum Græcorum Menæis & Menologijs, vt Græcos ritus vniuersim colit Russia. Dabo hic ex illo Kalendario Ianuarium, vt placuisse fiat, quod dixi, cum Græcorum Kalendaris ex eo latuus consentire.

1. Circuncisio Domini nostri Iesu Christi.

2. S. Silvestri.

3. S. Propheta Malachie.

4. S. Concilius Theonistæ. imò: Syntaxis LXX. Discip. & Theoctisti.

5. S. Mart. Theoperti. Lege, Theopempti.

6. Epiphania Domini.

7. S. Ioannis Baptista.

8. S. Domna. Dominicam vocat Horologium Græcæ.

9. S. Mart. Polyceti. corrigit, Polyucti.

10. S.

PRÆFATIO GENERALIS IN VITAS SS.

10. S.P. *Gregorij*, nempe Nysseni.
11. S.P. *Theodosij*.
12. S. *Mart. Tatiana*.
13. S. *Mart. Hermogenis*. Fortassis hic Hermylus est.
14. S.P. *Sabe*. in Sīnā nimirūm.
15. S.P. *Pauli*.
16. Sancti *Apostoli Petri*. catenæ videlicet veneratio.
17. S. *antonij*.
18. S.P. *Athanafij*.
19. S.P. *Macarij*.
20. S.P. *Euthymij*.
21. S.P. *Maximi*.
22. Sancti *Apostoli Timothei*.
23. S. *Mart. Clementi*.
24. S. *Euxime*, imò Xenæ, sive Eusebiae.
25. S.P. *Gregorij*. Theologi.
26. S.P. *Sozontis*. fortè Xenophontis.
27. S.P. *Euchremij*. imò Ephæm Syri.
28. S. *Mart. Ignatij*.
29. Trium *Sanderum*, id est, *Basilij Magni*, *Gregorij Theologi*, & *Chrysostomi*.
30. S.P. *Chrysostomi*.
31. SS. *Cyri* & *Ioannis*.

§. XII. Syrorum Coptorumque Kalendaria.

**Kalenda-
rium Syro-
rum,**

**Hierosoly-
mitanum,**

Copticum:

Yrorum Kalendarium edidit Commentariis in Psalmos præfixum Gilbertus Genebrardus, quod mense Ianuario isthac propria habet:

1. Circumcisio.
6. Epiphania, que & Luminarium. È nocte aqua consecratur in totum annum.
7. Decollatio Ioannis Baptista. Antoninus Magnus.
8. Fraim.
9. Gregorius Theologus. Basilius Magnus.
10. Ninuiticum ieumum.
11. Lucas Waddingus to.3. Annal. Minorum ad an. 1342. nu. 49. scribit Fratres Minores, qui Hierosolymis degunt, festa Romani Kalendarij celebrare, itemque propria quædam Ecclesiæ Hierosolymitanæ, quorum isthic Kalendarium exhibet pag. 499. Ianuarium propria isthac habet:
14. S. Malachia Prophetæ, semiduplex.
15. SS. Abacuch & Michea Prophetarum & Confess. semidupl.
26. S. Paula vidua, duplex.
30. S. Matthiae Ep. & Conf. duplex.

In Maronitarum collegio Romæ duo assertuantur volumina de Vitis SS. an Svriaco, an Coptico sive Ægyptiaco, an Arabico descripta charactere, nondum intellexi. Continent sex menses priores, à Thot videlicet, qui ferè Septembri nostro respondet, (nam ab eo, vt & Græci, annum auspicantur) ad Mechir. Optarem

ea volumina verti Latinè à quopiam; aut illas saltem Vitas, quæ suh antiquiorum Sanctorum, ante hæc Eutychianæ exortum: nam non modò Diaconi Patriarchæ nomen die septimo Toth adscriptum, sed & posteriorum aliquot Patriarcharum, quos non facile est omni Eutychianæ hæc auct Monothelitarum suspicione liberare: an tamen ut Sancti memoremur, an solùm res ab iis gestæ narrerentur, & dies quo deceperunt, ad memoriam posteriorum, certaque consignandas temporum notas, hand scio. Indicem, siue Kalendarium, sex illorum mensium, mihi Athanasius Kircherus noster Româ misit; è quo hic Tybi mensem dabo, cuius primus dies in xxvi. diem Decembris incident.

1. *S. Lydius Martyr sub Maximino*. manifestatio corporis S. Stephani.
2. *Gallanicus Ep. M. sub Dioclet.*
3. *Theodas Patriarch. Alexandr.* Innocentes pueri hodie sanguinem fuderunt.
4. *Ioannis Apostoli & Euangeliste dilecti Domini. Prochorus.*
5. *S. Auxentius M.*
6. *Circumcisio. Obitus Matthei Patriarchæ. Raptus Elie Propheta. Basilius.*
7. *Martianus Papa Alexandrinus. Salbachris Papa Romanus sub Constantino, qui eum baptizauit.*
8. *Dedicatio habitacionis sanctæ, cui prefuit S. Macarius. Andronicus Patriarch. Alexandrinus pater Beniamin.*
9. *Abraham. Gabriel Patriarch. Institutio ieiunij feria VI.*
10. *Ionathai discipulus S. P. Pachomij.*
11. *Baptizatus est Christus in Iordane. Apparitionis dies. Anatoliu sub Dioclet. M.*
12. *Theodorus Antiochenus M. sub Numerio Rege.*
13. *Festum celebratur aquæ in vinum transmutata in Cana Galilæa.*
14. *Arsalides.*
15. *Abdia Propheta. Maximus frater Damathij. Gregorius frater Basilij.*
16. *Philothœus M. Ioannes Patriarch. Alexandr.*
17. *Maximus & Damathius.*
18. *Iacob Ep. Nisibenus.*
19. *Inuentio corporum MM. Bahue, Basura fratrum, & Anira matris eorum.*
20. *Prochorus vnus ex LXX. Discipulus Domini.*
21. *Hoc die requiebat Deipara. Item S. Hilaria filia Zeithon Regis.*
22. *S. Antonij stella terrestris, & Patris omnium monachorū.*
23. *S. Timotheus discipulus S. Pauli.*
24. *Maria Virgo Alexandrina.*
25. *Petrus Publicanus, sive Telonearius.*
26. *XLIX. MM. Monaci seniores, tempore Theodosij.*
27. *S. Serapion M. Translatio corporis S. Timothei.*
28. *Clemens M. item Abu-Bugam.*
29. *S. Akaffana.*
30. *Basenes, Helis, Ghani, & Sophia mater MM. sub Adriano, vel Gordiano.*

C A P V T Q V I N T V M.

Lectoribus commendata ab Auctore.

§. I. De hoc opere quid Sanctorum Auctor preceretur.

**Sanctorum Au-
tor. non
scribit.**

Avete Cæli Ciues, bellatores fortissimi, incliti triumphatores; & benignos huc, mediæ è pompâ æternae solennitatis, vultus veritate, ad homuncione in vestra vndique vestigantem & coaceruantem certamina, ac longi litus squallore, quæ fas fuit, deterso, producentem in publicum, Vobisque dicantem. Non postulo, hæc legatis nunc ipsi: habetis librum alium (non, vt

quidam è vobis dicebat olim, orbem terratum, rerumque aspergilium naturam omnem, quam cum ex edito montis ingo contemplantetur, Dei se potentiam ac maiestatem dicebat admirari, omnisque officium virtutis condiscere, vt Philosophorum non requireret scholas, alium is nunc. Vosque omnes librum habetis, *omnia in* in quo assidue defigitis oculos: in quo Verbum unicum *Deo vidē-* inscriptum, sed scribenti coæuum & consilstantiale, *tibus;* Verbum ita efficax, vt per id facta omnia sint; ita claram, vt illuminet omnem hominem veniente in *hunc mundum;* ita plenum, vt eo Verbo omnis comprehendatur

datur Dei sapientia. In illum dum intuemini codicem, æternā, sed natuā, splendentem luce, nihil aliunde requiritis scientiæ ac cognitionis. Nihil igitur est quod vobis nuntiemus inertes nos ac stupidi: cùm in eo, velut illustri speculo, cernere possitis, quæcumque vspiam locorum sunt aut facta vnquam ab unoquoque hominum sunt. Quid est enim, vt vestrum quidam dixit, quod non is videat, qui omnia videntem videt? Nihil igitur necesse est, vt vobis vestrorum ciuium res gestas scribamus, quas & in Deo perspicue cernitis, & mutuis colloquiis iucundissimè celebratis. Nam, si non fallimur, eminè augustæ illius ciuitatis mores atque instituta speculantes, ita Deum perpetuò veneramini, vt & quæ à singulis vestrum gesta sunt olim præclaræ, illius excitante, vitesque sufficiente gratiæ, assidue prædicetis.

Tamen quia hæc ad vestram apud mortales propagandam gloriam, vestræque dilatanda ciuitatis pomœria, collegi, vt ea ne aspernemini supplex precor.

ius tamen acceptum in hoc opus speras,

ipsum ex emplo suscepimus,

aliis utile;

Ioan. 11.25.

Quidam vestro è cœtu aliorum olim scrispere Acta summi pietate; alij hortati quosdam sunt vt scriberent, ac iam vitâ functi quidam, vltro Scriptores excitarunt, qui vel ipsorum vel aliorum Acta componerent. Vnde argumentum duco minimè dubium, acceptum iri vobis, quod & ipsi religiosè egistis, & aliis suisistis, & vt fiat etiamnum estis auctores. Id quia perlausum erat mihi, oblatum hunc à Præsidibus meis laborem lubens suscepi. Nam, vt S. Paschalis Ratbertus olim in simili desudans curriculo Præfat. in Passionem SS. Ruffini & Valerij scriptis, Religiosum sanè credebam obsequium, ac sanctis Martyribus dignum, vt quorum doctrinâ vite nobis iter ostensum est, quorum exemplis ad virtutem instituti sumus, quorum precibus saluamur, ac presidio protegimur; eorum quoque viatorias ad nostræ fragilitatis institutionem, monumentis inferem, nec perire per negligentiæ torporem paterer, vt item nimis atque salutarem cuncti pè legentibus proiectum. Si enim vobis exigua particula, vel modicus resoluti corpori puluis, de Sanctorum memoris comparatus, ineffabile fidelibus probare patrocinium creditur; quis dignè vel explicare vel cogitare valeat, eorum vita virtutesq; quam salutis materiam conseruant deoibus mentibus, cùm replicantur? Inde namque fides firmatur, pietas nutritur, mundi contemptus nascitur, desiderium supernorum generatur, & vt torum breuiter dicamus, mors auferunt, vita largitur. Sic enim Saluator, Qui credit, inquit, in me, et iam si mortuus fuerit viuet. Ad resurrectionem denique ex mortuis, ad immortalitatis bonum perpetuæ, Historia Sanctorum intentuum est sanctitatis, gradus profectionis, ianua perpetua contemplationis.

Verum quæm me hæc prouocabat sanctissimi illius Corbeiensis Abbatis adhortatio, tam alterius ex eadem hac nostrâ Belgicâ sapientissimi Abbatis Bonæ-Spei Philippi ab Eleemosynâ terrebat cautela, in epistolâ de vitâ S. Amandi ad Hugonem Abbatem: Qui Beatorum, inquit, prædicare mores, explanare vitam, retexere gesta disponit, sic expedit viuat vt loquitur, & factis ornet quod oratione commendat; ne vocis propria testimonio redargutus, imitatione non approbet, quod assertione prosequitur. Tum illa, fateor,

presentim si præclara virtutis existit prædicatio, splendida, efficax, ipse sanctius digna Sanctis, cùm Sanctus de Sanctis scribit, vt de S. viueret: Bonaventurâ S. Thomas Aquinas olim pronuntiavit. Non infiior, quod quidam arguntur, fieri posse vt strabus ac gibbosus pictor speciosas imagines efformet, quia nimirum artis, quæ præstat, nihil virtutis habet. At mihi, qui non tam pingi ipse, quæm ab aliis picta, à vobis ipsis pleraque, profero in lucem, & veluti venum expono, si morum depravatione ac foeditate turpificatus hue me ingessero, verendum meritò esse video, ne & qui hæc comparaturi lecturiq; accedent, auertantur; & qui ea olim scriperunt, gesserunt, tam abnormem sint præconem repudiaturi.

Quare vos oro obtestor que, Sancti, vt gratiam mihi à Deo impetratis, quæ mores ipse meos ad illius voluntatem, vestra exempla, conformem; hoc maiorem ad

Tom. I.

benè apteque scribendum facultatem diuinitus consecuturus, quod sanctius vixerit. Eia optimi Cælites, voleatis hic optimè omnibus, ne ergo respuite vestrum vltro implorantem auxilium, seque nihil non impetraturum patrocinio vestro confidentem. Erit illa Deo gratiæ, vobis honorifica, ceteris fructuosa laudatio mea, si vestræ vita mea quæm simillima extiterit. At præsterit cum me Imperator vester ex hac enocabit vitæ statio, prouide ne imparatus deprehendar: extremum cum hoste certamen secundate, precibus auxilioque, vt si non vestræ triumphis æqualem gloriam, possim tamen certè è vitâ decedens aliquam sperate latitiae partem vestræ: nec sit qui coram seueri iudicis tribu-

ad finit in morte

& iudicio:

nali audeat accusare, talibus fretum aduocatis; aut si, vt est impudens aduersarius meus, qui omnium vestrum fuit, diabolus, ita eum reprimatis rogo, nihil vt moliri vltre audeat, sed continuò mihi vindicæ dentur secundum libertatem illam auream, illam vestram, filiorum Dei; atque in cæli Capitolia inductus, in vestrum admisso senatum, coram gratuler vobis, atque in sempernum iucundissimâ celebrem prædicatione, quæ hæc quasi densa in caligine vix tenuiter asscutus sum, vestrorum præconia laborum. Ac vero, non dico si mereor, (scio non meritum haec tenus) sed si verè, si serio, si cordatè id vos precor, vt vos mihi testes estis, suggerite Regi, vt educat me de isto carcere, & veste induitum nuptiali adstare sibi iubeat. Delectatur, dicite, nostris ille tropæis, nec satis ea nunc capit; da ei Domine luculentam gratiam, quæ mox & à maculâ omni noxae cuiuscumque expiatur, & tuis feso iussis accommodet: tumque è tenebris illis miserrimorum temporum edutum, insere cœtibus nostris, vt hæc melius perspiciat, disertiūs iucundiusque concelebre.

Atque interim dum illa differtur spes ac votum meum, hoc etiam in opere, quod ad laudem vestram, Dei que gloriam suscepimus est, opem fert. Scitis multa *inueni in lateri, plurima scripta non esse.* Imò dicebas tu olim *hoc operari* S. Ignati (dabunt enim hanc mihi veniam gloriæ collegæ tui, vt te Patrem meum nominatim compelle, qui legendis Sanctorum historiis ad studium virtutis Dei que amorem quondam fuisti reuocatus, & fortasse nobis filiis tuis hanc vt mentem Deus iniiceret effectisti) dicebas, inquam, si non alia Sancti cuiusque fuiscent decora virtutum, donorum cælestium præsidia, opes meritorum, quæm quæ sunt tradita litteris, nequam tanti te illos, quanti faceres, esse facturum. Vt nam ad hæc eruenda exponendaque calamum meum tantisper beatissimi illius cœtus vestri mediastinus aliquis regeret, (non postulo vt aspectabilis, neque me dignum censeo; sed tacito quodam afflato ac præsidio) quantò citius, accuratiùs, aptius cuncta assequerer explicare! Fauete igitur atque opem fert certamina, vela vestræ triumphosque edenti. Curate vt quæ aptè scripta sunt olim, reperiāt, spuria à legitimis fecernāt; digerāt concinno ordine ac methodo omnia; & si qua sunt obscuriora, accommodatè ea explicem ac dilucidem.

Eos vero homines, qui mihi ad hæc studia opem ac subsidium ferunt, arcano vrgete hortatu, tegite patrocinio vestro, ornate douis cælestibus. Domestico huicce *adiutoribus* meo & assiduo adiutori ac socio A'giophi, etiam, eadem quæ *huius operis* mihi poposci, cumulate tribuite. Ceteri, qui suos codi- *gratiam imperarent,* ces commodarint, qui obseruanda suggesterint, qui aliâ quavis ratione conatus meos promouerint, mercedem hic vt à Deo percipient, atque æternam in cælis, prouide, vt quæ quamplurimi simili me auxilio subleuent, breui vt consummari hoc opus queat.

Denique iis etiam, qui solùm hæc legent, impetrare à Deo ad vestra consecunda exempla ardorem animi, & lectori ac lumen cælestis, vt intelligere valeant, quæm bonus sit *bene:* Dominus, quæm munificus; quæm fructuosum sit illi famulari, quæm honorificum ac regium. Efficite vt sentiant quod sit decus castitatis, quanta eleemosynæ emolumen-

lumenta, qui splendor patientiae, quæ securitas obedientiae: vt peruident quæ mundi contemptum, regnumque omnium, quas vani homines ambiunt, abdicationem consequantur bona: quām Deo nixum numquām illius bonitas frustretur, quām certo eum præsidio tueatur, quām ampliā mercede muneretur: vt que demum ceterarum virtutum, quas coluitis, quām iucunda sit, quām utilis, quām gloriola exercitatio peruident, & in eam sedulō incumbant, eoquē pacto honorem vestrum ac Dei gloriam nitantur assiduē propagare.

§. II. Quid eruditos Lectores Auctor postulet.

*V*iri eruditii, si qui hæc in manus commentaria su-
metis, saluete; & porrò paucula, ni molestum est, quæ vos velim rogatos, auscultate. De me primū vt-
cumque vīsum erit sentire. Si inertem, si hebetis inge-
nij, si non satis accuratum, si destitutum plesio-
ne disciplinā optimarum artium, si iudicio neutiquam acri ac
solido prædictum, iudicaueritis; neque à vero aberrabi-
lis, neque eam vt vobis opinionem euellam laborabo.
Scio quidem eum ab omni retro memoriā inueterasse
morem, vt facile Scriptorum opera, etiam non lecta
damnentur, ipsique sugillentur Scriptores; èò peruer-
siore quandoque præiudicio, quod vnde iis commen-
datio poterat accedere, ab ordine, in quem cooptati
sunt, piorum grauiumque hominum, inde inuidiæ,
odij, maledictorum ducatur occasio. Ut quod vniuer-
sim de Clericis olim Sidonius Apollinaris, id peculia-
riter de se suique ordinis hominibus pronuntiare Reli-
gioxi quidam possint: *Ista prouenient Clericis si aliquid
dicitur auctōribus, qui colubrinis oblatratorum molaribus fixi,
si quid simpliciter edamus, insani; si quid exactè, presumptuof
vocanur. Nec facile est praterire seu supercurrere ceruices eius-
modi vituperorum. Posset iis, qui hoc maledicendi labo-
ranti pruritu, illa modesta sapientissimi Ioannis Molani
hac ipsā de re monito opponi: Precor te, inquit, Candide
Lector, vt in historiis Sanctorum legendis, atque alias semper,
tardus velis esse & modestus in reprehendendo. Procul abs ab
hereticorum ingenio, qui, testibus Perro & Iuda Apostoli, que-
cumque ignorant, blasphemant. Verūm nec istā quidem vti
cupio defensione. Neque enim vlla ostentatione addu-
ctus hunc laborem suscepit, vt metuere ac refellere re-
prehensiones debeam. Ac ne positam quidem in hocce
studio laudis materiam vnuquam duxi. Nam Vitas col-
ligere diligenter, etiam qui tenui ingenio, iudicio, ac
doctrinā prædictus est, potest: digerere iam collectas,
expendere, examinare poterat alius qui quis longè quām
ego felicius, præsertim qui religiosius institueret vitam
ad Sanctorum normam, eorumque sibi opem eme-
reretur.*

No men ipse huic operi an præfigere meum vellem
dubitau. Num quod Vitæ singula suum haberent au-
ctorem, videri poteram nequaquam illo teneri Eccle-
siæ decreto, quo vetatur ne qui libri emitantur in lu-
cem nisi auctoris præfixo nomine; & maiorem fortas-
sis Vitæ ipse obtinerent auctortatem, si *Vita Sanctorum
ab antiquis composta Scriptoribus* edi dicerentur. Sed vt
aliter facerem, partim Majorum iudicium persuasit,
partim ea formido, ne nescirent, qui volent multa fortè
ad huius absolutionem operis subministrare, quod ea, &
ad quem mittere deberent. Deinde verò, quia plurima
à me partim ex variis obseruata collectaque auctori-
bus, partim ex propriâ adiecta aut explanata sunt con-
iecturâ, vt explicationes, annotationes, præuiæ disser-
tationes, verendum erat ne quis illa vel tribueret ipse
perperam antiquis Scriptoribus, vel falso à me tribui
criminaretur.

Hoc igitur ita constituto, si quid hoc in opere vobis
præclarum videbitur, id veterum est, iis impertite quam

merentur laudem. At me sicubi conjectura fecellit, si *Lectores ro-*
non sum scriptorum sententiam probè asscutus, si *gat ut mo-*
adulterinum aliquod scriptum pro legitimo suscepit, si *neant, sicubit
respiù quod rectum erat & purum; date veniam & me errauit,*
admonete. Habebo gratiam, & ingenuè quidquid il-
lud erit, vt iam in voluminum horum appendice feci,
retractabo. Non potui semper omnia, quæ ad singulos
Sanctos spectabant, nancisci, lustrare, examinare: sapè
profana historia prouinciarum & urbium, in quibus
gestæ res erant, non supperebat. Denique quæcumque
erroris causa fuerit ac modus; viam monstrate erran-
ti. Non pudebit pedem referre: qui vltro obtestet Le-
ctores omnes, vt faciem suæ eruditioñis præluceant in-
cedenti per obscura antiquitatis sepulcra. Quî enim
possim non cupere verum videre? aut quî id possum
semper videre, si quandoque defossum, occultatum,
mendaci oblitum teñtorio sit? Aut cur me pudeat cor-
rigere quod perperam scriplerim, cùm magnus ille
Annalium Scriptor, in iis, atque ipso etiam Martyrolo-
*gio, à se tanto studio & curâ recognito, poste à quædam
repererit quæ emendanda censeret; quod & nuper
Pontificis Maximi auctoritate perfectum est? Quid,
quod in ipso quoque publicarum precum Breuiario,
diligentissimè concinnato, tamen nuper emendata sunt
quædam?*

Deinde precor omnes, vt quæ me fugerunt veterum
scriptorum monumenta, Acta Sanctorum, Latina ac *vt Actas.*
Græca, suppeditatis. Profitebor palam vnde acceperim, *que non vi-*
vt vestræ vobis & benevolentia in communicando, & *dit commun-*
in eruendo eruditioñis laus constet. Thesauri abscon-
diti quæ esse utilitas potest? Solet Resp. inuentos the-
fauros sibi vindicare, etiamsi verisimile sit à priuatis eos
olim fuisse defosso: vos eum qui publicus olim fuit
supprimetis, & perdi ac dissipari ab rudibus posteris
vefris sinetis potius, quām vt publicæ rei emolumento
edi velitis. Vidi certè nonnullos, qui etiam infimis pre-
cibus induci se non patarentur, vt ad breue tempus
commodarent manu exaratos codices suos, vnde de-
scribi Vitæ aliquæ possent; eos poste typographis ac
bibliopolis venderent discerpentes abolendosque, vili
lucello Sanctorum gloriam, emolumentum spirituale
ceterorum, posthabentes. Redemi ipse nonnumquām
iam ex parte discerpta volumina. Expono tamen quan-
doque, cuius illa collegij vel conuentus aut familiæ fue-
rint, vt saltē maioribus honorem suum redhibeam,
quod scribi curarint, quem segnes inuidiæ posteri
non merentur.

At non omnium ea est indeo: multi rogati liben-
ter sua communicarunt, multi vltro nec rogati miser-
runt, alij indicarunt quæ haberent, parati vel describere,
vel minimum facere describendi copiam. Iis & ego
gratias habeo, & quæ solūm licet, commemorando
beneficio conor referre, & propitios iis fieri Sanctos
precors, ac mercedem iis suā caritatis & benevolentia
tribui ab eo qui in Sanctorum suorum honoribus ho-
noratur. Ne finite, quæso, vestræ situ & puluere consu-
mi: ne seruare incendio aut hostili populatione diffi-
panda, cùm prodesse & vobis & aliis plurimis possint.
Neque difficile erit litteras ad me in hanc vrbe mit-
tere, ad quam ex omni ferè orbe terrarum assiduè ve-
redari appellunt. Si me interim aliò Præsidum iussa,
quæ mihi vt Diuina imperia capessere fas est, ablega-
rint, at non difficile erit mihi qā hinc accipere. Si cui
modus idoneus destinandi quæ cupit minimè occurrat;
potest in vicinâ sibi vrbe aliquâ nostri Ordinis homi-
nibus litteras tradere, & rogare, vt vel huc, vel saltē
Romam ad nostros mittant, facile dein huc perfe-
rendas.

Neque solūm vt ineditas adhuc Vitas subministre-
tis rogo, sed & si quæ exteris in regionibus excusæ sunt *vt MSS.*
à viris doctis; si quæ alia extant monumenta, lucem stu-
diis meis allatura. Tum illud vos vnicè obtestor, vt si *Martyrolo-*
quæ *Martyrologia, præsertim antiqua, & à vulgatis
Vſuardi,*

*ipse nec re-
prehendi
recusat,*

*nec laudari
cupit:*

*cur suum
prefixeris
nomen:*

Vñuardi, Adonis, Bedæ discrepantia occurrerint, ea ut communicetis, aut saltem suggeratis. Quantum illa mihi attulerint utilitatis, imò publico, per spicier qui nostra hæc leget. Quæ si negligantur, eueniet fortassis ut Cælitum non paucorum penitus oblitteretur in terris memoria. Citat Jacobus Pamelius in scholiis ad 22. S. Cypriani epistolam Guilielmitarum Brugenium ms. Martyrologium, quod modò apud eos non extat, atque ex eo quedam producit, quæ in nullo alio Martyrologio adhuc reperi, vt ad mensem Februarium dicam. Baronius quoque ms. Martyrologium monasterij S. Cyriaci citat, alia Galesinius. Latent alibi alia, quæ vel lucem possent afferre illis quæ habeo eorumdem forte auctorum, quæque edere aliquando cogito; vel ipsa edi separatum; aut saltem ex iis Sanctorum vulgo ignitorum hauriri notitia posset. Neque enim in moderno Romanæ Ecclesiæ Martyrologio, vt fatetur Baronius cap. 8. libelli de Martyrologiis, omnium inscripta Sanctorum nomina sunt, nec vspiam in uno aliquo. Rectè enim Molanus abyssum quamdam censet futuram, si quis de omnibus Sanctis vel breuiter loqui voluerit.

Illud quoque Lectores rogo, vt si quo in loco Sanctorum intercessione miracula patrentur à Deo, ea si consignata sunt litteris, communicent qui na&t; erunt: solere enim etiam illa quondam diligenter conscribi, atque ab iis qui Sanctorum opem erant experti, dari libellos, qui morbi ac curationis modum disertè continerent, tradit S. Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. Si quæ ad locum quempiam translatae Sanctorum reliquæ, estque eiusmodi translationis descripta historia; si quæ ad eorum honorem instituta sodalitia, templa, monasteriæ condita; si qui fontes, fructuive, aut res aliae, eorum meritis, ceteris sunt mortalibus fallutares; si quid est aliud denique, quod de Sanctis ullis extet, vel ipsis honorificum, vel hominibus vtile; ne sinit, obsecro, id à me ignorari, atque in hoc de Sanctis opere prætermitti.

Denique si quæ in historiis ad Sanctos pertinentia obseruantur, vulgo non animaduersa; si quæ Acta spuria, qualia etiam antiquissimis temporibus quædam fuere ab ineptis hominibus conscripta; si quid circa Sanctorum ætatem, patriam, res gestas, habitos iis honores, scripta eorum, aliorumve de iis; hæc si officiosè suggesteritis, gratiam habeo. Sin erit, qui suas illas expolire & edere lucubrations malit, omnino id vt faciat hortator: nolo, nisi id ipse proberet, præcerpere quidquam: vt, & in opus meum deriusbò cùm ediderit. Si fatus duxerit in maiori opere meo id quodecumque est pulicite, edam lubens illius nomine, vt iam quorundam inserui hisce tomis lucubrations.

Agite virti eruditæ, capessite præclarum illud & laudabile studium, saltem cùm otij tantum Resp. vobis atque officij vestri ratio permittit. Quidam nummos veterum, inscriptiones sepulcrorum, arcuum, rerumque aliatum, Déorum etiam ipsorum imagines conquirunt, eruditis obseruationibus illustrant, eduntque in lucem. Mihi credite, maior hic honos, & apud mortales ipsos, qui quidem rectè de rebus sentiunt, & apud Sanctos, qui quæ in re sit vera dignitas sita, vel soli, vel optimè intelligunt. Maius luctuentiusque pretium opere referetis, non inanis gloriola, quam tribuerent fortassis vobis ij, à quibus nec laudari pulchrum censeatis; led illis è lucubrationibus & cultus amplificabitur Sanctorum, & multorum ad complectendam virtutem stimulabuntur animi: quibus ex rebus magna ad vos redeat utilitas necesse est. Scio eos plerumque qui stylo valent, enītē vt eo splendorem nominis comparent, fauorem Principum, ampla in repub. munia. Sed ne dubitate, Sancti, quibus stylum dicabitis vestrum, pleniū muterabuntur, perenni mercede.

At quibus edere sua animus non est, ij saltem quæ de Sanctis reperint, eruerintve communicent. Cùm Martyrologium Gallicanum componere aggressus est

Tom. I.

Andreas Saussaius v. cl. litteras dedit, vt ipse testatur in Apparatu ad idem Martyrolog. cap. 26. ad omnes Christianissimi illius regni Cathedrales Ecclesiæ, quibus gae conœcutori operis meditationem significauit, & Antistites turū, ut alii aliosque viros primarios rogauit, vt subsidia que Deus in simili iporum in manibus collocaſſet, pro suā in Deum ipsum eximia pietate, in Sanctos imperij illius tutelares singulare deuotione, suoq. in communem matrem, Galliam nimirum, amore, imperio dignarentur. Et accepta quidem ferè p̄blique fuerunt, vt ait, eæ litteræ cum fauore, dataq. vndique fermè responsa, cæpta ut persequeretur intento animo hortabantur. Votū Presules Procedentes Cathedratice assatim aspirabant. Opem omnes pollicebantur: nonnulli vberem & promptam; alij, qui combusta superiori seculo sacraria Ecclesiastica deplorabant, nihilominus quas ex cineribus possent eruere reliquias, sacre antiquitatis indices, se collectores atque ocyū transmissuros promittebant; interim commoneſ faciebant vt viriliter ageret. Verbi potiores steterunt, supraq. p̄bem nonnulli plura quā expectabat preſitare. Pauci fuerunt admodū, qui promissam opem pro virib⁹ non impenderint. At qui non transmisserunt ſuppetias, excusatoriis plerique litteris causas (vt plurimū petitas ex archinorum direptione) prodidere.

Confido fore quā plurimos, non modò ex eadem humanissimâ Galliâ, vbi fanè eiusmodi ampli & illustres extant thesauri, sed & ceteris ex prouinciis, qui pari benivolentiâ suppedient quæ habent vetera monumenta, non tantum ad suarum prouinciarum, Ecclesiastum, cœnobiorum, quorum egregia lumina producuntur, laudem, sed ad Dei potissimum gloriam augendam, Sanctorumque honorem, & ad horum conciliandum sibi patrociniū.

J. III. Ab heterodoxis Auctor quid poscat.

Fratres. Non eos amabili hoc compello nomine, qui cùm gustare debuissent quā bonum & iucundum sit habitare fratres in vnum, maluerunt sequi desideria erroris, & profugi è cœnobiis, abiecto cuculo, qui innocentia retinendæ iis perpetuus hortator esse xos, non mitigerat, carnis voluptribus quā possent indulgere. Hi, nistellos a-cum matrem omnium Christianorum Ecclesiam, à quā & ipsi, & eorum proau olim, Christo per baptismum generati sunt, turpissimam meretricem, eiisque filios, sanctissimos monachos, quorum prædicatione fidem olim Angli, Bataui, Nortmanni, Germani, & alij ipsorum maiores, edicti sunt, Antichristi ministros appellante non erubefcant; cùm bella ferere interneccina per omnes latè gentes conentur; cùm virulentis maledictis Principes Christianos, ordinatas à Deo potestates, infestentur; cùm in omnes conuicia euomant; cùm Christianam caritatem, quæ signum est filiorum Dei, oderint; Fratres tamen dici volunt, & Fratres in Christo appellant gregales suos. Hi vt Sanctos ipsos scurrili suā petulantia incessunt, hoc etiam allatrabunt & mordent opus meum. Latrent vt volunt, & omnibus id fannis irrideant. Non esset difficile eorum retundere stoliditatem; verū iis non scribimus, eorum iudicia nihil motamur, quorum desperata propè est salus.

Ad vos meus hic spectat sermo, qui vel temerè horum persuasione decepti ineptorum magistrorum, vel inter peruersè sentientes educati, à teneris vnguiculis sed alios ministras imbibistis de rebus Diuinis opiniones; non ita nō obfirmasti animos, quin si errare vos, certò intelligeretis, velletis illicē pedem reflectere. Habetis tamen certè quidem dubitandi saltem & de veritate seriò inquirendi occasionem, cùm non nesciatis contrà sentire tot prouincias, quæ acceptam à maioribus religionem iniulatam tuentur, inque iis tot versati noueritis doctissimos atque integerimos viros, qui & scriptis libris, & palam tradendā doctrinā, & reliquā vitæ ratione, eadem ab Apostolicis temporibus seruata fidei mysteria persuadent. Verū si ad illa fortassis num- lix

quām cogitationem applicueritis, sumatis tamen ali quando hos in manus libros, vel antiquitatis scrutandæ gratiâ, vel quoquo modo explendæ curiositatîs; illud vos rogo, vt aduertere tantis per animum velitis.

Perispicietis, non hisce tantum posterioribus seculis, sed ab exordio nostræ religionis, Romani Pontificis in definiendis fidei dogmatis, atque omni quæ de fide oriretur controversiâ dijudicandâ, supremam & factosanctam fuisse auctoritatem: eius nutu indicatas synodos generales, eius probatas iudicio; ceteras omnes partes Christianæ Reip. eius confilio fultas firmataeque. Intelligentis venerationem inuocationemque ex Vitis SS. Sanctorum, primis etiam illis heroicis temporibus visitatam; eorum reliquias honorifice conditas, seruatæ: bonorum operum semper exercitationem viguisse: nullum imputatae illius sanctitatis, quam vobis vestri illi rabulæ inculcant, vestigium. Neminem reperiens ex omni retro antiquitate ita furosum, vt Deum quæ vetat ac plectit flagitia, diceret vt fiant prouidere ac cogere: neque cuiquam impunè cessisse, quod ea perpetrârit, quātumuis fide esset imbutus, nisi vñā dignos fecerit poenitentia fructus. In Eucharistiâ verè suscipi Christum nostræ salutis auctorem discetis: confitenda esse veteri ritu Sacerdotibus peccata: hos consecrari debere ab Antistitibus, vt aptè munus valeant suum exequi: inungi solere & christinare fideles ab Episcopis, & à Sacerdotibus moribundos oleo consecrato, in peculiaris gratiæ, quâ hi aduersus diaboli machinationa in extremo illo vitæ actu, illi aduersus tyranorum furorem armarentur, sacramentum. Eamdem denique à principio extitisse cognoscetis in Ecclesiâ fidei puritatem, eamdem morum disciplinam, eamdem Ecclesiasticorum graduum differentiam, eamdem ceremoniarum obseruantiam.

*& agnitam
veritatem,
profitean-
tur.*

Illud deinde vos hortor, vt cum hæc perspexeritis Deo animos vestros collustrante, ne corda obduretis, ne tenuis emolumenti vanique honoris amittendi metu, regnum amittatis æternum. Habetis hic quæ se quamini exempla propè innumera eorum, qui quæ sibi fuerunt lucra arbitrati sunt detrimenta vt Christum lucrifacèrent; qui etiam grauissimos cruciatus corporis pertulère, non modò facultatum & dignitatis iactaram, ne agnitam veritatem proderent. Sed & Dei vobis licebit venerari in iis protegendis prouidentiam, in eorum munerâ virtute liberalitatem. Illi vos date, date veritati manus, & quam illa præscribit vitæ sanctimoniam amplectimini.

§. IV. Quid pios Lectores roget Auctor?

*Piorum ho-
minis gratiâ
hoc scriptum
opus.*

Vos mihi volo operis mei Lectores. Vobis præcipientem pue vt prodessem, hunc omnem laborem suscepimus. Sancti scriptio non egent, erudit quidam non multum; quidam etiam voluere hæc nolent, quia di-

ctionis elegantiam conseruantur, cuius antè professus sum minimam mihi fuisse curam. Vos qui thesaurum quæritis, non capie, quâ latet, splendorem, libentius hæc, vt spero, legeris: neque illud pensi habebitis, an vile sit opertorium, quo pretiosum quod quæritis virtutum inuolutum est monile; an vilis concha, quæ vnione inuolutum est. Vobis vt seruire, ne quid esset vbi cespitaretis, annotationes, præfationes, aliaque adhibita adieci; in quibus docti quidam inutilem positum esse laborem censem. Et fuerunt, vt antè scripsi, qui in dignum viro erudito arbitrarentur, adeò multa, & fortè obuiæ annotare. Primùm ego me illorum, dede-
Annotationes, &c.

rim quibus eruditorum appellationem, secernam numerō;

dein contemni vt prosim non abnuam. Scio

vobis nec inutile, nec iniucundum fore, nosse vbi sita

fit vrbs quæpiam cuius mentio occurrit; quâ ætate quæ

narrantur gesta sint, quo die colatur Sanctus quispiam.

Ipsi hæc olim, minus adhuc in hoc studio versati, requi-

rebus nonnumquam. Et quis nosse aut meminisse

omnia potest? Nec ij quidem ipsi, qui hæc repre-

hendunt.

Vos vero nunc hortor, vt quorum illustria hic cer-

tamina legitis, religiosè veneremini Sanctos, castâ pre-

ce, ac statuis, imaginibus, facillis eorum honori politis,

*hos rogat
Auctor vs
Sanctos ho-
norent.*

modisque aliis, quos Christiana probat deuotio, & sua

cuique suadet pietas. Solent quandoque, Dei nutu,

certis ætatis quorumdam reperiri & honorifice

transferri Sanctorum corpora, ac tunc ferè nouis de-

corari miraculis, vt populorum iis virtus inflammetur.

Fortassis & quorumdam hominum idem benignissi-

mus mundi Rector mentes impellit, vt eorumdem

Diuorum Acta describant, expoliant, oulgent, vt mul-

torum aduersus eos accendi religio queat. Vtinam vel

illum feram fructum lucubrationum mearum, vt vni

saltem è glorioso illo Cœlitum cœtu meritus mea ope-

râ redhibeatur honos, eiisque concilietur pœnum

eunti mundo patrociniū.

At nullum Sanctis gratius erit obsequium vestrum,

nullum acceptabilius donarium, quām si eorum bene-

facta imitemini. Habetis omnium virtutum plurima

ter,

& clarissima exempla. Vnum saltem singuli proponite

vobis, quod exprimere ipsi moribus velitis. Id si eue-

nerit, neque me scriptio, neque lectionis vos vn-

quām pœnitibet.

Demum vos obsecro obtestorque, vt pro me prece-

mini Deum ac Sanctos, vt & aptè peruestigare, ordi-

nare, dilucidare hæc eorum Acta valeam; & potissi-

ac pro fa-

mùm mores ipse meos ad eorum normam effingam,

orient.

Sanctorum fultus fauore, Diuinâ gratiâ roboratus:

illudque postremò assequar, vt vobiscum in Sanctorum

ali quando gloriosum contubernium cooptatus, quæ

neque verbis explicare, neque satis intelligentiâ

assequi nunc possum, æternum contemplati mentis

oculis merear, ac dulcissimis vobiscum prædicare ser-

monibus.

EPILOGVS. ITERATA AVCTORIS PROTESTATIO.

HABES ADMODVM REVERENDE PRÆLATE, Vosq; religiosissimi Lætiensis cœnobij Patres, quibus auctoribus, quorum excitatus exemplo, ad hoc elucubrandum opus accesserim; quid spectem, quo procedam ordine; quām vera hæc sint quæ trado ac probabilia; qui opem contulerint haçtenūs, quibus ex fontibus pleraque hauserim; quid Lectores flagitem, ac Vos præsertim: nam mihi plurimorum instar Vos estis, quorum & iudicium atque eruditio in sacris antiquitatibus examinandis, & promptum studium in indagandis, & benevolentiam in communicandis, sum frequenter expertus. Precum quoque Vestiarum mihi non defutura spero auxilia; quibus subnixus & maturius accuratiūsque hoc perficiam opus, & ad imitanda, quæ memoro, Diuorum exempla diligentius incumbam. Ac sanè plus in sanctis illis Vestris precibus præsidij colloco, quām in quantauis vel industriâ vel contentione, meâ aut aliorum. Neque mea hæc me opinio fefellit adhuc. Dicam liberè: vnum è præcipuis huius operis in cælo Patronis, qui vitam mihi, qui vires, qui otium, qui lumen ingenij à Deo impetrant, esse censeo sanctissimum Vestrum quondam Abbatem ANTONIVM WINGHIVM. Nec enim potest quamhîc ita sanctè suscep- rat mentem, in cælis mutasse, et si clariūs nunc peruidet imbecillitatem meam, & quibus inuolutus tenebris sim peccati & ignorantia. Et quidem postquām ille migravit è vitâ, visus sum mihi quandoque, feliciūs quām sperasse, allatam vnde vnde operi huic difficultatem extricasse: quod illius patrocinio acceptum tuli; nec vanâ, vt arbitror, fide. Vos spero ab amantissimi Parentis vel iudicio vel benignitate nequaquam velle dissentire. Oro igitur, vt precemini identidem Deum, Dei Matrem benignissimam, Sanctosq; omnes, vt hoc sanciant currentq; opus à me consummari; sed & studia ira conformari mea morēsque, vt plus ipsis ab imitatione quām laudatione meâ honoris accedat, mihi ceterisque mortali- bus emolumenti.

Id tamen ita suscipi à Vobis opus meum volo, quod & anteā professus sum, vt HISTORIAM HUMANAM. Si quæ sunt ex Diuinæ Scripturæ libris hausta quandoque, si quæ ex probatis veterum scriptis; iis par est suam constare aucto- ritatem; iis verò quæ ex aliorum historicorum monumentis, quantam singuli merentur auctores. Si quæ à me visa commemoro, in iis an fidem merear, ij vi- derint, quibus meæ explorata est vitæ ratio. Quæ ante meam gesta sunt ætatem narranti nolo fidem habeat quisquam, nisi à quibus ea acceperim, edicam: illis verò credi postulo, si digni sunt, sin minùs, ignosci simplicitati meæ, qui impro- uidè crediderim.

Non existimo vspiam me à sacrosanctis Summorum Pontificum legibus, decretis Conciliorum, Catholicorum Patrum scitis vel latum vnguem recede- re: in eoque operam pono, vt maximè genuina & probata Sanctorum Acta promam. Si quid tamen aut protuli in lucem, quod non modò in solemnibus Ecclesiæ cōuentibus recitari, sed nec priuato studio à piis hominibus legi, verùm perpetuis obrui tenebris Ecclesia volebat, si quid temerè pronuntiaui scripsive non satis illius definitionibus consentaneum, id repudio ipse ac damno. Neque sciens vlli tribui Sancti ac Beati appellationem, cui non eam vel Ecclesiæ iudi- cium, vel maiorum pietas, vel antiquorum Scriptorum auctoritas contule- rit. Nulla cuiusquam, qui non videatur per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta, vel lon- gissimi temporis scientiâ ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarij, venerationem ob- tinere,

Ixij PRÆFAT. GENER. IN VITAS SS. AD ABB. LÆTIENS.
tinere, miracula, vaticinia, arcanorum manifestationes commemoraui, quæ
sunt nuper iteratis Pontificis Maximi constitutionibus vetita. Si tamen pec-
caui uspiam imprudens (nam Sanctos Deumque arbitrum mentis meæ testor,
sponte id nec fecisse, nec facturum unquam, etiamsi me millies eâ causâ mor-
tem necesse esset oppetere) sed si inscius uspiam hoc in genere sum hallucina-
tus; monete eruditissimi Religiosissimiq; Patres, vel alius quiuis veritatis stu-
diosus; corrigam illico: neque hæc solùm corrigam, quæ tanti sunt momenti,
sed si quid aliud, quantumvis exiguum, circa Chronologiam, topographiam,
Acta ipsa, rem ve aliam quamcumque peccaui, à quocumque cognouero veri-
tatem, continuò retractabo. Aeternam Veritatem precor, ut & mentes Vestras
meamq; illuminet, & calamum regat; donec perenni nos sui conspectu ac frui-
tione, studiis hisce & laboribus arumnisque perfunctos, dignetur.



INDEX

INDEX SANCTORVM

XV. PRIORVM DIERVM IANVARII.

Ic Index eos solum continet Sanctos, quorum natalis primo tomo, siue xv. prioribus diebus Ianuarij agitur; siue eorum res gestae narrentur, siue tantum memoria illustretur. Quorum fit in aliorum Actis mentio, sed ad posteriorem tomum, aut alias menses natalis pertinet, eorum nomina tertio Indice, siue Historico referuntur, uti & horum quoque, si alibi hoc ipso tomo rursum, non in propriis Actis, occurrant.

Praefigitur cuique Sancto dies quo colitur. Additur ordo, laureola, locus mortis vel precipua venerationis. Tum quidquid de eo hic traditur: an Vita? quo auctore? unde? quid singula capita contineant? an prefixa Prolegomena, siue praniae de rebus ad eum Sanctum pertinentibus dissertationes? an in paragraphos distributa? denique summa eorum quae de unoquoque dicuntur, subiicitur oculis.

Non est prefixa littera S aut B vel + ut in tertio Indice: nam cum omnes vel plerique Sancti sint aut Beati, qui hoc Indice continentur, non est necesse eum titulum addifferentiam usurpare. Littera ABC&c. que, ut in quatuor posterioribus Indicibus, certum expressa pagina spatium designent, raro addita sunt, quia cum maiori charactere impressa Sanctorum nomina sint, non est difficile unico oculi coniectu ea reperire: ideo nec ad marginem eadem consignatae sunt hic litterae.

Notæ contractionum hic usurpatæ, sunt istæ communiiores: Mrol. Martyrologium. Mroll. Martyrologia. ms. manuscriptum. MSS. manuscripta. Mlog. Gr. Menologium Gracorum. Men. Gr. Menæa Gracorum. M. Martyr. MM. Martyres. Presb. Presbyter. Ep. Episcopus. V. Virgo. VV. Virgines. Reliquæ obuiæ sunt.

A.

- 1 Bacuc Propheta. Ex variis. §.1. Reliquiae inuenta, dies natalis. pag. 994. §.3. vnum at duo fuerint? pag. 995.
2 Abanus M. ex Martyroll. MSS. 82.
3 Ablebertus, siue Emebertus, Ep. Camerac. & Atrebat. Vita ex variis collecta. §.1. S. Ableberti veneratio. 1077. §.2. parentes, sorores 1078
§.3. Vita ex Breuiar. Malbodiensi 1078. §.4. ætas, sedes 1079. §.5. mors, reliquiae, cultus ibid.
3 Acuta M. in Africâ. Ex Marroll. MSS. 130.
2 Acutio M. Sirmij. Ex Marroll. MSS. 80.
6 Acutius M. in Africâ. Ex variis Marroll. 323.
5 Acutus M. in Africâ. Ex Martyrol. MS. 240.
2 Acutus M. Sirmij. Ex Marroll. MSS. 80.
2 Adelardus Ab. Corbeiensis. Proleg. ex variis. 95. & 1086.
Vita auctore S. Pachacio Radberto. collata cum MSS. Prologus. 96. Cap. 1. & 2. S. Adalardi vita aulica & monastica, munus hortulanii. 97. Cap. 3. & 4. iter Cassinum, præfectura. 98. Cap. 5. & 6. prudentia in pa-

candâ Italiam: imitatio SS. 99. & 1086. Cap. 7. & 8. liberalitas, pietas, lacrymæ. 100. Cap. 9. & 10. exilium. 101. 102. & 1086. Cap. 11. & 12. vita in exilio sancte acta. 102. 103. Cap. 13. reditus, honorifica exceptio. 104. Cap. 14. & 15. humilitas, abstinentia, variæ animi corporisque dotes. 105. Cap. 16. Corbeia Saxonica initia, litus, progressus. 107. Cap. 17. studium paupertatis, subditis inculcatum, amor subditorum. 107. Cap. 18. preparatio ad mortem. 108. Cap. 19. moribus, obitus. 109. & 1086. Cap. 20. sepultura, luctus Auctoris. 110. & 1086.
Alia Vita auctore S. Gerardo Ab. Silue-maioris ex MSS. Prologus. 111. & 1086. Cap. 1. & 2. S. Adelardi genus, vita monastica, fuga ad montem Cassinum. 112. Cap. 3. & 4. præfectura, Italia pacata, liberalitas, pietas. 113. Cap. 5. exilium. 114. Cap. 6. & 7. reditus Corbeiam, reuocati alij exiles. 115. Cap. 8. corporis animique compositio, benignitas, cura subditorum. 116. & 1086. Cap. 9. Corbeia noua extructa. Adelardi obitus. 116. Miracula. Prefatio S. Gerardi auctoris. 118. & 1086. Cap. 1. 2. 3. S. Adelardi sepulchrum

INDEX SANCTORVM

- repertum, miracula, 118. & 1086. *cap. 4. & 5.* eleuatio corporis, apparitio Sancti, 119. & 1086. *cap. 6. & 7.* varia ad sepulchrum miracula, 120. *cap. 8.* reliquiae Ambianum latæ, murus & surdus sanatus, ~ 120. & 1086. Alia miracula. *Prologus auctoris.* 121. *cap. 1. & 2.* Reliquiae S. Adelardi in Flandriam latæ, 121. & 1086. *cap. 3. & 4. & 5.* honoratae & clam Corbeiam relatae, 122. *cap. 6. & 7.* in scrinio repositæ, claudus sanatus, 123. & 1086.
- 9 Adrianus Ab. in Angliâ. *Prolegom.* 595. Vita ex *historia Angl. Beda.* 595. Alia Vita ex *Capgrauo.* 596.
- 12 Aelredus, siue Ealredus, Ab. Rieual. in Angliâ. *Prolegom.* Rieualis extructa. Aelredi natalis, scripta, 748. Vita ex *Capgrauo.* *cap. 1.* B. Aelredi adolescentia, ingressus in religionem, 749. *cap. 2.* præfectura, virtutes, miracula, 749. *cap. 3.* mansuetudo, moribus, obitus, 750.
- 5 Æmiliana V. amita S. Gregorij Magni. *Ex Marroll. & homiliâ S. Gregorij.* 287.
- 8 Æmilianus Conf. *Ex Meneis Grac. & epistola S. Theodori Studite.* 483. & 1098.
- 8 Afflinus Ep. Conf. *Ex variis Marroll.* 502.
- 14 Agapitus M. in Africâ. *Ex Marroll. MSS.* 935.
- 10 Agatho Thaumaturgus Papa. *Prolegomena.* Cultus, miracula, ætas, 623. & 1108. Vita ex *Anastasio Bibliothec.* 624.
- 11 Agentus M. in Hispaniâ. *ex Martyroll. MSS.* 674.
- 4 Aggæus M. Bononiae. *Ex Marroll. Sigenio, Ghirardaccio.* 165.
- 13 Agricetus Ep. Treuirorum. *Prolegomena.* Natalis, vita, patria, tempus obitus 772. & 1110. Vita ex MSS. *cap. 1.* designatur Ep. Treuiris 775. *cap. 2.* qualem repererit Ecclesiam 774. *cap. 3.* labores in eâ excolendâ 775. *cap. 4.* reliquiae ed allatae 776. *cap. 5.* clavis Christi miraculis illustratus 776. *cap. 6.* fides! Treuiris radicata 778. & 1110. *cap. 7.* Agriceti mansuetudo, zelus, virtutes 778. & 1110. *cap. 8.* discipuli, successor, obitus 780. & 1110.
- 1 Agrippinus Ep. Augustoduni. *ex variis* 49. & 1083.
- 8 Albertus Ep. locius S. Erardi. *Vide huius Vitam* 533.
- 7 Albertus Erem. in territorio Senenii. *Prolegomena* 402. Vita ex *Italicâ Silvani Razzi.* *cap. 1.* sanctioris vitæ initia 402. *cap. 2.* Eremi inhabitatio, miracula 402. *cap. 3.* variæ curationes, alia miracula 403.
- 7 Aldricus Ep. Cenomanensis. *Prolegomena* Natalis, tempus sedis 387. Vita ex *Gallico Petri Viellij* 387.
- 10 Aldus Erem. Papiæ. *Ex Ferrario* 627.
- 15 Alexander Ab. fundator Accæmetorum Constantino- poli. *Prolegomena.* §.1. Natalis, Vita 1018. §.2. Accæmetorum origo, prima monasteria 1019. §.3. S. Alexandri & Rabuli Ep. Edesseni ab eo conuersi ætas, & tempus obitus 1019. Vira auctore non. Accæmeto eius discipulo, ex MS. Greco. Præfatio Auctoris 1020. *Cap. 1.* S. Alexandri vita secularis, cœnobitica, anachoretica 1021. *cap. 2.* fanum succensum, Rabulus conuersus 1021. *cap. 3.* Rabuli vita anachoretica, episcopatus; latrones à S. Alexandro conuersi 1023. *cap. 4.* cœnobium ad Euphratrem constructum 1024. *cap. 5.* iter per solitudinem & limites Rom. Imperij, miracula 1025. *cap. 6.* Antiochiae gesta, tolerata 1026. *cap. 7.* monasterium Constantinopolis constructum 1027. *cap. 8.* persecutio, mors, miracula 1028.
- 1 Almachius M. Romæ. *ex variis Mroll. & Theodoreto* 21.
- 2 Aluerius Thebæus M. *Ex Ferrario* 81.
- 5 Amata, siue Talida, Antinoi in Thebaide. *Ex Mroll. & Vitis PP.* 257.
- 5 Ambrosius monachus Placentiæ Ital. *ex Ferrario* 289.
- 5 Anastasia M. in Africâ. *Ex variis Mroll.* 240.
- 7 Anastasius Ep. Senonensis. *Ex Sauffaio & Chronologo S. Mariani* 389.
- 11 Anastasius Abbas Suppentonicæ in Ital. *Ex S. Gregorio & Mroll.* 701.
- 9 Anastasius M. In *Actu S. Iuliani* 570. Cultus 572. 573. 574. à morte suscitatus, conuersus 582. 583. illæsus ab igne 584. martyrium 586.
- 6 Anastasius M. Sirmij. *Ex Mrol. MS.* 324.
- 8 Anastasius M. Sirmij. *Ex Mrol. MS.* 470.
- 13 Andreas Ep. Treuiren. *Ex Florario ms. & Bravero* 766.
- 4 Angela de Fulginio. *Prolegom.* 186. & 1093. Vita auctore Arnaldo ord. Minor. collata cum ms. Prologus 186. *cap. 1.* Ex passibus xviii. spiritualibus sui cognitio 188. *cap. 2.* variæ tentationes 190. *cap. 3.* consolationes diuinæ ex perfectionibus Dei 192. *cap. 4.* aliaæ consolationes & visiones 196. *cap. 5.* harum certitudo 199. *cap. 6.* reuelationes circa Passionem Christi 200. *cap. 7.* consolationes ex sacrâ Eucharistiâ 204. *cap. 8.* ex visione Deipara Virginis 205. *cap. 9.* de filiis eius spiritualibus 206. *cap. 10.* de tribulatione, & non proficientibus 207. *cap. 11.* instructiones de præsentia Dei 209. *cap. 12.* cauſæ & remedia illusionum 210. *cap. 13.* extasis & cognitio sui ac Dei 211. *cap. 14.* Christus liber vita eius paupertas 214. *cap. 15.* voluntarius contemptus 216. *cap. 16.* summus & continuus dolor 217. *cap. 17.* monita de oratione 222. *cap. 18.* de humilitate 224. *cap. 19.* de caritate 225. *cap. 20.* via, conditiones, & signa amoris 228. *cap. 21.* de venerabili Eucharistiâ 230. *cap. 22.* de incarnatione Verbi aliiſque Dei beneficiis 232. *cap. 23.* B. Angelæ testamentum, mors 233. De B. Angelâ eiusque vitâ *Vibertini de Casali & Maximil. Sandei iudicia* 234.
- 12 Anselmus M. Brixiae ex *Galefinio* 751.
- 3 Anteros Papa M. Romæ. *Acta ex variis* 127.
- 6 Antoninus M. *Ex Martyrol. MS.* 324.
- 9 Antonius Presb. M. In *Actu S. Iuliani* 570. Cultus 572. 573. 574. adit vltro in carcere S. Iuliani : Cellum baptizat & xx. milites 582. illæsus ab igne 584. baptizat Marcionillam 585. subuertit templum Louis 585. martyrium 586.
- 5 Apollinaris Syncletica. *Prolegom.* Variæ Syncleticæ, huius natalis. Notationes Raderi 257. Vita auctore synchrono apud Metaphraſten. *cap. 1.* peregrinatur Hierosolymam & Alexandriam 258. *cap. 2.* fugit in solitudinem habitu monachi 259. *cap. 3.* in cœnobio degit 260. *cap. 4.* è forore dæmonem pellit 260. *cap. 5.* impudicitæ accusatur, 260. *cap. 6.* moritur 261.
- 4 Aquilinus M. in Africâ. *Ex variis Mroll.* 165.
- 12 Arcadius M. Cæſareæ Maurit. *Prolegom.* Natalis, ætas, locus martyrij 721. & 1109. *Acta ex Agonibus Mar.* 722. *Sermo S. Zenonis Ep. cum MSS. collatus.* 723.
- 2 Argæus M. Tomis in Ponto. *Ex variis Mroll.* 82.
- 1 Argyrus M. in Africâ. *Ex Martyrol. MS.* 19.
- 10 Arrates M. in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* 602.
- 9 Arraxes M. in Africâ. *Ex variis Mroll.* 167.
- 2 Arraxus M. Sirmij. *Ex Mroll. MSS.* 80.
- 2 Aspasius Conf. Meloduni in Galliâ. *Ex Mroll. & aliis* 90. & 1085.
- 3 Athanasius Commentatiensis M. in Ciliciâ. *Ex variis Mroll.* 128.
- 13 Athanasius M. *Ex Meneis Grac.* 768.
- 8 Atticus Ep. Constantinopol. Vita ex variis collecta. §.1. cultus sacer, rerum gestarum Scriptores 473. §.2. Vita priuata, promotio ad Episcopatum, Translatio reliquiarum S. Samuelis 474. §.3. inimicitia inter Atticum & fautores S. Chrysostomi 475. §.4. Episcopatus præclarè administratus, Iudeus inter baptizandum sanatus 477. §.5. dissensio ob nomen S. Chrysostomi Dyptichis non inscriptum. varia Attici in Diuos & proximos pietas 477. §.6. nomen S. Chrysostomi Dyptichis inscriptum 479. & 1098. §.7. epistola ad S. Cyrilum de eadem re 480. §.8. Baptismus Eudocia Imperatricis, Attici auctoritas Ecclesiastica, eleemosynæ 481. §.9. Ecclesia contra haereticos propugnata, obitus S. Attici 482.
- 12 Auentinus M. in Ægypto. *Ex Mroll.* Augu-

XV. PRIORVM DIERVM IANVARII.

- | |
|--|
		Cir. 978. Reliquiae S. Gudilæ V. Morzellæ Bruxellam transferuntur 513.523.530.	
		Cir. an. 979. S. Anastasius Archiep. Senonenfis moritur <i>7. Ianu.</i> 300.	
		An. Ch. 983. S. Wulfinus Ep. Schirebuthensis in Anglia <i>8. Ianuar.</i> 547.	
		Anno 993. ordinatur Ab. Cluniaci S. Odilo 71.	

XI. SECVLVM.

A nno Ch. 1013. Indic. 11. B. Libentius Ep. Bremensis moritur, cum sedisset annos xxv. <i>4. Ianu.</i> 180.	
Seculi XI. initio monasterium Fiscanense, tum Canonicorum regularium, datur monachis Benedictinis 594.	
An. 1014. corpus S. Vedasti aliaque reliquiae reperiuntur Atrebati <i>2. Ian.</i> 124.	
Cir. an. 1030. brachium S. Mauri Cassinum transfertur 1067.	
An. 1031. obit S. Guilielmus Ab. S. Benigni Diuione <i>1. Ian.</i> 57.58.64.59.4.	
An. 1043. S. Eduardus fit R. Angliae die Paschatis <i>3. April.</i> 294.	
Cir. an. 1043. scribitur vixisse S. Clarus monachus Salighenstadiensis 65.	
An. 1047. Reliquiae S. Gudilæ transfertuntur Bruxellis ad Ecclesiam S. Michaelis, quæ nunc ab eâ S. Gudilæ dicitur 514.530.	
An. 1049. obit S. Odilo Ab. Cluniacensis <i>1. Ianu.</i> 65.	
An. 1064. Vldericus creatur Ep. Patavinus in Italia. Sub eo reperitur corpus S. Danielis M. <i>3. Ianu.</i> 160.	
An. 1066. S. Eduardus Conf. in Angl. moritur <i>5. Ian.</i> 290. regnat Haraldus, & VII. Kal. Octob. feria e. Haraldum Norwegum prælio vincit 301.302.	
An. 1073. Reliquiae S. Pharaildis transferuntur ad propriam ipsi dicatam ecclesiam Gandavi 173.	
An. 1081. Eleuantur reliquiae S. Bertilæ Virg. in Artesia <i>14. Septemb.</i> 155.157.	
Cir. 1087. Reliquiae S. Nicolai Batium adferuntur 798. 832.	
An. 1088. occupata à Pisani Sardinia, inde Pisæ transfertuntur reliquiae SS. Potiti & Ephysij 753.	
Transferuntur reliquiae S. Victorianni ad castrum Alquezar, anno sequenti ad monasterium Montis-agonij 742.	
Cir. an. 1090. Aroasiæ cella extructa à B. Hildemaro & sociis 832.	
An. 1093. S. Gregorius Ep. Armenus moritur in Germania 977.	
Atrebatenis Episcopatus denuò diuisus à Cameracensi 832.	
An. 1097. B. Godefridus Cappenbergensis nascitur 840.	
B. Hildemarus Erem. fundator Aroasiæ in Belgio moritur 830.	
Cir. an. 1099. decedit S. Osmundus Ep. Sarisburiensis <i>4. Decemb.</i> 77.	

XII. SE-

INDEX CHRONOLOGICVS

XII. S E C V L V M.

- Seculū 12. initio* **B.** Engelmarus Eremita in Bauariā occiditur 14. Januarij. 976.
Circa an. 1102. corpus S. Eduardi, 36 post obitum annis, eleuatur incorruptum 302.
An. 1106. Aroasie Ecclesia noua dedicatur à S. Godefrido Ambianensi & Ioanne Taroanensi Episcopis 833.
An. 1109. Prufenigense monasterium à S. Ottone Ep. Bambergensi construitur : S. Erminoldus Abb. constituitur 347.
Circa an. 1120. B. Vitalis Ab. Sauiniacensis in Galliā moritur 7. Januar. 389.
An. 1121. S. Erminoldus Abb. M. in Germaniā 6. Januar. 335.
 B. Godefridus Cappenbergensis à S. Norberto conuersus 840.
An. 1122. Cappenbergia in cœnobium Deo oblata 31. Maij 840.
An. 1126. S. Norbertus creatur Archiep. Magdenburgensis 18. Iulij die Dominicā 839.
Circa an. 1126. Windbergense cœnobium ord. Præmonstrat. extruitur 978.
An. 1127. B. Godefridus Cappenbergensis ord. Præmonstrat. obit 18. Januarij 839.
An. 1129. Ignis sacer graffatur in Galliā, S. Genouefa invocata ægris subuenit 151.
An. 1130. Rogerius ab Antipapa Rex Siciliæ appellatus 1062.
Circa an. 1130. Reliquiae SS. Fulgentij & Florentinæ, Guadalupæ inuenta 974.
An. 1133. S. Canutus Lawardus R. Obotitorum, Dux Sleswicensis, occiditur 7. Janu. 390.
An. 1134. S. Norbertus obit 6. Junij feria 4. Pentecostes 839.
Circa an. 1140. S. Gerlacus Eremita in Belgio obit 5. Janu. 304.
Ab an. 1143. ad an. 1180. imperat in Oriente Manuel Comnenus : sub eo è Thebaide Constantinopolim transfertur corpus S. Pauli i. Erem. 608.d
An. 1148. Indict. xi. reliquiae B. Godefridi Cappenbergam transferuntur 854. 1112.
 Ellantium monast. in diœcesi Remensi construitur à B. Rogerio 182.
Seculū 12. Guarinus Ep. Sedunensis obit 6. Janu. 348.
An. 1161. Reliquiarum S. Genouefæ capsula aperta 29. Oct. 137. 152.
An. 1162. Conradus i. creatur Ep. Moguntinus 343.
Anno 1153. Corpora trium Regum Mediolano Coloniām transferuntur 323.
 Reliquiae S. Eduardi Regis Angliæ transferuntur à S. Thomâ Cantuariensi ad Westmonasterium 13. Octob. 302. 304.
An. 1166. obit B. Aelredus, siue Ealredus Ab. Rieuallen. in Angliâ 12. Janu. 748.
Circa an. 1171. S. Canutus Lawardus canonizatur ab Alessandro III. Papâ. Reliquiae solenniter transferuntur 401.
An. 1171. aut 1172. B. Otto frater Godefridi Cappenbergensis obit 843.
An. 1175. obit S. Silvester monachus Trainæ in Siciliâ 2. Janu. 124.
Circa an. 1175. B. Rogerius Ab. Ellantij in Galliâ moritur 4. Janu. 182.
An. 1177. Caput S. Jacobi Ap. Ariâ refertur ad monasterium S. Vedasti 3. Janu. 158.
Circa an. 1181. B. Albertus Erem. in Senensi territorio moritur 7. Janu. 802.
An. 1182. B. Odino Abb. Rothensis ord. Præmonstrat. in Sueviâ moritur 2. Jan. 1086.
An. 1194. B. Benincasa Abbas Cauensis in Italiâ 10. Janu. 627.

An. 1200. 23. Nov. eligitur Archiep. Bituric. S. Guiilielmus Eremita Ab. Caroli-loci 629.

XIII. S E C V L V M.

- Anno 1209.* **M** Oritur S. Guiilielmus Archiep. Bituric. 10. Iunij 627.
An. 1218. canonizatur ab Honorio III. S. Guiilielmus Archiep. Bituric. 627. 337.
An. 1221. S. Dominicus fundator ord. Prædicat. obit 409.
An. 1222. S. Raimundus de Pennaforti habitum ordin. Prædicat. induit die Parasceue Barcinone 409.
An. 1228. B. Luetta, siue lutta, vidua reclusa obit Hui in Belgio 13. Jan. 863. 887.
 Reliquiae S. Bertiliae V. transferuntur 6. Octob. 157.
Circa an. 1230. B. Odo Carthusianus Taliacotij in Ital. obiit 14. Januarij 978.
An. 1233. Inquisitio Ecclesiastica contra hæreticos instituitur in Hispaniâ 412.
An. 1235. Ordo B. Mariae de Mercede Redemptionis captiuorum à Gregorio IX. approbat 409.
An. 1238. Iordanus Generali ii. ord. Prædicat. defuncto, eligitur S. Raimundus de Pennaforti 410.
An. 1240. transfertur corpus S. Pauli i. Erem. Constantiopolis Venetias 608.
Seculo 13. S. Sabbas Archiep. Seruiæ obit 14. Jan. 979.
Circa an. 1250. cœpit in Hungariâ Ordo Erem. S. Pauli ab Eusebio Strigoniensi 607.
Circa an. 1259. obit S. Gonçalvus Amaranthus ord. Prædicat. in Lusitanîa 10. Januarij 640.
An. 1275. S. Raimundus de Pennaforti iii. Generalis ord. Prædicat. moritur 6. Janu. colitur 7. 404. 413.
An. 1281. Ulrici Abb. Prufenigenensis iussu scribitur Vita S. Erminoldi 335.
An. 1284. B. Torphimus Ep. Hamariensis in Norwegiâ, moritur Brugis in Flandriâ 8. Janu. 548.
Circa an. 1285. Reliquiae S. Valentini Ep. solenniter transferuntur. 1094.
An. 1295. Reliquiae S. Danielis Patauij transferuntur 161.

XIV. S E C V L V M.

- An. 1309.* **B.** Angela de Fulginio vidua moritur 4. Iunij 186. 234.
An. 1310. B. Oringa, siue Christiana, V. in Etruriâ. 10. Janu. 650.
An. 1321. Thomas de Tolentino, Iacobus de Padua, Petrus de Senis, & Demetrius, ord. Minor. occiduntur à Barbatis in Indiâ mensa Aprili 988.
An. 1331. B. Odoricus de Portu-Naonis ord. Minor. moritur Utini in Foro-Julij 14. Janu. 983.
ab an. 1342. ad 1382. regnauit in Hungariâ Ludovicus: sub eo corpus S. Pauli i. Erem. Venetiis in Hungariam transfertur 609.
 Carolus IV. Imp. plurimas reliquias Pragam transfert, quarum solennitas agitur 2. Ian. 1084.
An. 1358. Gertrudis ab Oosten Beghina Delphis in Belgio obit 6. Ian. 348. 353.
An. 1394. reliquias aliquas S. Hilarij Comes Pictauensis obtinet, & monasterio S. Hilarij Pictauis donat 802.

XV. S E C V L V M.

- An. 1404.* **C** ongregatio Canonorum S. Georgij in Algâ, auctoritate Bonifacij IX. Papæ cœpit 549.
An. 1413. B. Laurentius Iustinianus eligitur Generalis Congregationis S. Georgij in Algâ 549.
An. 1433. B. Laurentius Iustinianus fit Ep. Castellanus, siue Oliuolensis 5. Septemb. 550.
An. 1445. 21. Iunij cleuatur corpus S. Odilonis Abb. Clu-

TOMI I. VIT. SS. IANVARII.


Cluniacensis.	77.	defossa, reperitur, & honoratur	45.
An. 1451. Gradensi Patriarchatu Venetas translato, pri- mus Patriarcha creatur B. Laurentius Iustinianus	77.	Reliquiae aliquæ S. Hilarij Pictauli à Calvinistis comburuntur	801.
An. 1452. B. Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus obit 8.Ianu.	549.	Ludouicus Blofius Abb. Lætiensis in Belgio moritur 7.Ian.	430.454.
An. 1457. canonizatur S. Osmundus Ep. Sarisburiensis 1.Ianu.	77.	Cir. an. 1566. Christi præputij particula diu Antuerpiæ seruata, templo diripientibus Calvinistis deper- dita	3.
An. 1471. Bernardus Iustinianus mittitur Legatus à Rep. Venetâ ad Sextum IV. Papam. Is vita B. Laurenti- tenti Iustiniani patrui scripta	550.	An. 1582. transferuntur à S. Carolo Borromæo reliquiae S. Ioannis Boni Ep. Mediolanen. 24.Maij 622.b	
An. 1497. B. Veronica de Binasco V. Mediolani moritur 13.Ianuár.	887.927.	An. 1594. Reliquiae SS. Fulgentij & Florentinæ fororis transferuntur Murciam	974.

XVI. S E C V L V M.

Anno 1517. B. Veronica de Binasco beatificatur à Leo- ne X. Papâ	889.	An. 1601. S. Raimundus de Pennaforti canonizatur à Clemente VII.	417.
Isidorus de Isolaniis ord. Prædicat. scribit Vitam B. Veronicae de Binasco	888.	An. 1602. Godefridus de S. Bellino Ep. Pictau. impetrat Parisiis alias reliquias S. Hilarij.	802.
An. 1524. Laurentius Iustinianus Beatis adscribitur à Clemente VII.	550.563.	An. 1625. B. Laurentius Iustinianus adoptatur Protector Panormitanus ob pestem sedatam	551.
An. 1529. Reliquiae SS. Beniamini & Maximi inueniun- tur Brixia 7.Ianu.	429.	An. 1630. Ioannes Tomus Marnautius edit Vitam S. Sabbæ Ep. Seruiae & aliorum Illyricorum SS.	980.
An. 1530. Egidio Gippo Abb. Lætiensi defuncto, succe- dit Ludouicus Blofius 12.Iul.	436.	An. 1634. Reliquiae S. Martinæ V.M. Epiphanij & Con- cordij MM. inuentæ Romæ 25.Octob.	18.
An. 1542. De S. Raimundo Pennaforti concessum à Pa- ulo III. Papâ officium Ecclesiasticum Prædicatori- bus	415.	An. 1639. Reliquiae aliquæ B. Godefridi Cappenberg- ensis transferuntur Antuerpiam	111.
An. 1545. Paulus III. confirmat Statuta monastica Læ- tiensibus à Ludouico Blofio data	440.		
Ab an. 1550. sedit Julius III. Papa, à quo Sanctorum catalo- go inscriptus B. Gonfaluus Amaranthus	649.		
An. 1557. Christi Præputij pars Romæ seruata, Calcatæ			

XVII. S E C V L V M.

Anno 1601. S. Raimundus de Pennaforti canonizatur à Clemente VII.	417.
An. 1602. Godefridus de S. Bellino Ep. Pictau. impetrat Parisiis alias reliquias S. Hilarij.	802.
An. 1625. B. Laurentius Iustinianus adoptatur Protector Panormitanus ob pestem sedatam	551.
An. 1630. Ioannes Tomus Marnautius edit Vitam S. Sabbæ Ep. Seruiae & aliorum Illyricorum SS.	980.
An. 1634. Reliquiae S. Martinæ V.M. Epiphanij & Con- cordij MM. inuentæ Romæ 25.Octob.	18.
An. 1639. Reliquiae aliquæ B. Godefridi Cappenberg- ensis transferuntur Antuerpiam	111.



B E.

B E N I G N E L E C T O R,

*Te obtestor, ut ne prius sequentia Acta legas, aut certè, si non
continuò ea probabuntur, praiudices, quām qua in Praefatione,
præsertim cap. tertio, monuimus, expendas.*

I. IANVARI.

SANCTI QVI KALENDIS IAN. COLVNT V R.



- | | |
|---|---|
| <p>IRCVMCISIO DÖMI-
NI, & OCTAVA
NATIVITATIS.
Commemoratio sa-
croſancti præpu-
tij Christi, An-
tuerpiæ, & alibi.)
S. Gaspar, Rex Ma-
gus, in Oriente. &
SS. Martyres Syracusani sub Nerone, in Si-
ciliâ.
S. Concordius Presbyter & Martyr, Spoleti
in Umbriâ.
S. Eluanus Episcopus, in Angliâ.
S. Meduinitis,
S. Martina, Virgo & Martyr, Romæ.
S. Caius,
S. Iactus, Martyres Bononiæ.
S. Heraclius,
S. Victor,
S. Felix,
S. Narcissus, Martyres, in Africâ.
S. Argyrus
& Socij,
S. Primianus,
S. Saturninus,
S. Saturninus,
S. Victor,
S. Honoratus,
S. Leucius,
S. Hermes,
S. Paracodas Episcopus Viennensis in Gal-
liâ.
Sancti xxx. milites Martyres Romæ.</p> | <p>S. Euphrosynus Episcopus,
S. Priamianus, siue Prianus } Nicomediæ.
& alij ix.
S. Seuerus Martyr, Rauennæ.
S. Euantus, in Rhætiâ.
S. Hermes, }
S. Magnus Martyr.
S. Theodosius Martyr.
S. Gregorius, Episcopus Nazianzenus, pa-
ter S. Gregorij Theologi.
S. Almachius, siue Telemachus Martyr, Ro-
mæ.
S. Fulgentius, Episcopus Rusensis in Afri-
ca.
S. Mochua, siue Cuatus, Abbas Lægisensis in
Hiberniâ.
S. Cronanus, siue Mochua, Abbas Ballensis
in Hiberniâ.
S. Agrippinus Episcopus Augustodunensis
in Galliâ.
S. Eugendus Abbas monasterij S. Claudij, in
Burgundiâ.
S. Marinus, Abbas Lerinenensis.
S. Clarus, Abbas Viennensis, in Galliâ.
S. Stabilis Episcopus Aruernensis, in Gal-
liâ.
S. Guilelmus Abbas Diuione, in Burgun-
diâ.
S. Clarus, Monachus Salighenstadiensis, in
Germaniâ.
S. Odilo Abbas Cluniacensis, Siluiniaci in
Galliâ.</p> |
|---|---|

PRÆTERMISSI VEL IN ALIOS DIES REJECTI.

SMUNCHINUS. *Excusum Kalendarium Sanctorum Hiber-
nie. Idem est fortassis, qui in Vindictis Hibernicis Monchi-
nus appellatur, diciturq; Limrici celebris esse. Omittimus, do-
nec maior nobis aliunde lux affundatur.*
S. TYNAS, cognomento Bonus, Scotus, ut Sanctus refertur
à Ferrario in Notis ad generalem catalogum Sanctorum.
Ignotus nobis.
Hugo Prior Maiæ in Scotiâ, *Sanctus* memoratur ab eodem.
Hunc quoque omittimus.
Albero I. Episcopus Leodiensis, Beatus appellatur in
Tom. I.

*Kalendario Sanctorum ditionis Leodiensis: & fuit vir pius,
innocens, sanctus; vt videre est apud Aegidium monachum
Aurea vallis tom. 2. Ioannis Chapeaule de geslis Episcopo-
rum Leodiensium cap. 23. & alios rerum Leodiens. scripto-
res. Obiit hoc die, an. 1228. Verum publicam aliquam vene-
rationem ei exhibitam, nusquam legitimus.*
Ulricus Abbas Villarij in Brabantâ, Beatus indige-
tatur à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cister-
ciensi.
Petrus Abbas S. Mariae de Armentera in Gallæciâ, re-
fertur

DE CIRCVMCISIO N DOMINI.

fertur hoc die & Beatus appellatur ab eodem Chrysostomo Henriquez. Nobis non constat an colatur. Joannes Prior Domus Montis Cornelij iuxta Leodium, Beatus vocatur ab eodem Chrysostomo, & in saeculo Sanctorum patria Leodiensis. Haud scimus tamen an vspian ei cultus aliquis publicus deferatur, idcōq; omittimus.

Bernardus XII. Abbas Cisterciensis. Kalendarium Cisterciense editum Diviione, & Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterciensi. Neque de hoc constat an ut Sanctum eum venerentur Cistercienses.

S. Stephanus in Oriente, refertur in Martyrologiis MSS. vestitus Episcopis Rhinouviensis. Fortassis idem est, qui cum S. Vitale colitur 2. Ianuarij, de quo nos 11. Ianuar.

S. Awpasius Episcopus Elisanus. Molan. Ferrar. Mart. German. nos 11. Ianuar.

S. Adelardus Abbas Corbeiensis. Martyrologium Germanicum, & MS. Florarium Sanctorum. nos de eo agemus 11. Ianuar.

S. Melchior Rex Magus. MS. Florarium Sanctorum. nos 6. Ianuar.

S. Potitus puer XIII. annorum Romae. MS. Florarium. Idem est qui in Martyrologio Romano habet XIII. Ianuar.

S. Seuerus Episcopus Rauennas. Maurolycus, aliiq. De eo agemus cum Martyrologio Romano 1. Februar.

S. Euphrosyna Virgo Alexandrina, hoc die à Martyrologio

Roman, & alii plerisque refertur. Vitam dabimus, quo die colitur à sacro ordine Carmelitarum, xi. Februar.

S. Fulgentius Episcopus Vtricularius. Galepinus, & MS. Florar. nos xxii. Maij.

S. Proculus Episcopus Interamnenensis. Ferrarius & Gallesinus. Colitur Bononia 1. Junij cum altero Proculo milite, Interamne verò 1. Decembri, quod eo die corporis eius facta translatio fuerit. Nos de eo agemus 1. Junij.

S. Basilius Magni depositio hoc die celebratur in Martyrologio Romano, ceterisq; omnibus; sed vitam eius dabimus XVIII. Kal. Iulij, quo ordinatus fuit Episcopus, quo etiam præcipue colitur, xiv. Junij.

S. Seruanus, aliis Sernanus, Episcopus, Apostolus Orcadum, hoc die refertur à Ferrario; à Dauide verò Camerario XX. Aprilis; ab Adamo Regio in Kalendario Scotico, MS. Florario Sanctorum, Carthusianis Colonienibus in additionibus ad Vuardum excusis anno 1515. & 1521. & alii, quos potius sequemur, 1. Iulij.

S. Ferrutius Martyr Moguntiae. Ferrarius, qui putat hoc die agi eius translationem, nam natalis 28. Octob. celebratur. Extat quidem translationis historia in Moguntiacis Serrarij nostri: sed neque quo die acciderit expressam est, neque, quos consuimus, Moguntini, hoc die quidquam ad eius venerationem publicè fieri meminerunt. Agemus igitur de eo xxviii. Octob.

CIRCVMCISIO DOMINI

ET OCTAVA NATIVITATIS.

AN. CHR. I
I. IANV.
Kalenda
Januarij
celebres.



Racipuā semper religione celebrate à Christianis Kalende Ianuarie sunt, propter Dominici Natalis ostauam, sacrosancte Circumcisionis Christi memoriam, & augustissimum nomen Iesu, in quo nimur oportet omnes homines saluos fieri. Merito igitur veteres Romanos in auspicio ab hoc die anno sequi Ecclesia maluit, quam ceteras gentes, que aliud quodpiam statuerent exordium, vt ipse dies sacrum nostra symbolum salutis preferret.

2. De ipsarum Kalendarum die, Gentilium ritibus, Christianorum ieiuniis, litanis, latis contra strenas & profanum luxum legibus, multa eruditè commentatur in Notationibus ad Martyrologium Baronius. De Circumcisionis verò mysterio, & sanctissimo Iesu nomine, plurime extant Sanctorum Patrum homilia, multi recentiorum tractatus. Hic vnicum dabimus Faustini Episcopi, habitum contra superstitiones quorundam Christianorum mores, sermonem, quem hacenus (vt quidem remur) non editum ex vetustis Accincti monasterij monumentis eruit Petrus Franciscus Chiffletius noster. Tum de sacro Christi præpucio quedam ab Heriberto Rosvreydo nostro ex variis auctoribus & MSS. collecta subiciemus.

FAVSTINI EPISCOPI SERMO

IN KALENDIS IANVARII

ex vetusto codice descriptus

à Petro Francisco Chiffletio Soc. IESV.

I. **D**ies Kalendarum istarum, fratres carissimi, quas Ianuarias vocant, à Iano Ianuaria à quodam homine perduto & sacrilego Iano dicta, nomen accepit. Ianus autem iste Dux quipro quondam & Princeps hominum paganiorum fuit: quem imperiti homines tuus: & rustici, dum quasi Regem metuunt, velut Deum colere ceperunt. Detulerunt enim ei illicitum honorem dum in eo expaescunt regiam potestatem. Homines quippe stulti & ignorantes Deum, illos hinc maximè ex diis aestimabant, quos inter homines sublimiores esse cernebant. Ac sic factum est vt vnius veri Dei cultus ad multa deorum, vel potius dæmoniorum, nominis transferretur. Diem ergo Kalendarum hodiernarum de nomine Iani, sicut iam dictum est, nuncuparunt: vtique vt ei homini, cui diuinos honores conferre cu*si anni ini-*
piebant, & finem vnius anni & alterius initium defer-
nū dicantur.

2. Et quia apud illos Ianuaria Kalendæ vnum annum implere, alium incipere dicebantur, ideo Kalendas istas in termino posuerunt: vt vnum annum finire; alium incipere crederetur. Et hinc est quod antiqui

Due ei facias affixa. tiqui idolorum cultores ipsi Iano duas facies figuraunt; vnam ante ipsum, aliam post ipsum: vnam quæ præteritum annum videtur aspicere, aliam quæ futurum. Ac sic homines insipientes duas ei facies deputando, dum eum facere Deum cupiunt, monstrum esse fecerunt. Hoc est, voluerunt in Deo suo esse principium, quod est etiam in pecude monstruosum. Et ideo optimâ erroris ipsius declaratione atque indicio, dum eum religiosâ vanitate magnum Deum videri volunt, dæmonium publicarunt.

Ethnici & Christiani Kalendis Ianuariis monstruosas figuram induebant. 3 Hinc itaque est quod istis diebus pagani homines peruerso omnium rerum ordine oblcœnis deformitatibus aguntur: vtique vt tales se faciant qui colunt, qualis fuit ille qui colitur. In istis enim diebus miseri homines, & quod peius est, etiam aliqui baptizati, sumunt formas adulteras; sumunt species monstruosas. In quibus quidem quæ primùm ridenda ac potius dolenda sint, nescio. Quis enim sapiens credere poterit inueniri aliquos sanæ mentis, qui ceruulum facientes in ferarum se velint habitus commutari? Alij vestiuntur pellibus pecudum, alijs assumunt capita bestiarum, gaudentes & exultantes si taliter se in feminas species transformauerint, vt homines non esse videantur. Ex quo indicant ac probant, non tam se habitum belluimum habere quam sensum. Nam quævis similitudines diuersorum animalium exprimere in se velint, certum est ramen in his magis cor pecudum esse quam formam humanam.

Alij mulierem habitum assument. 4 Iam verò illud quale vel quam turpe est, quod viri nati tunicis muliebribus vestiuntur, & turpissimâ demutatione puellaribus figuris virile robur effemiant; non erubentes inférere tunicis muliebribus militares lacertos? Barbatas facies præferunt, & vide ri se feminas volunt: & meritò virilem iam fortitudinem non habent, qui in mulieres habitus transierunt. Insto enim iudicio Dei euénisse credendum est vt militarem virtutem amitteret, qui seminarum specie se deformassent.

5 Et quia Deus placatus vobis inspirare dignatus, vt pro amore fidei ista miserabilis consuetudo de hac ciuitate ad integrum tolleretur; rogo vos, fratres carissimi, vt vobis non sufficiat, quod ipsi hoc malum Deo donante non facitis; sed ubique alicubi fieri videritis arguite, castigate, corripe, & vestro salubri consilio de isto miserabili facilioglio homines stultos reuocate: & vt ad integrum vos diuinæ misericordiæ consecretis, etiam illas alias obseruationes, velut diaboli venena, respuite: quas, quod peius est, adhuc plures in populo Christiano obseruare non etubescunt.

Alijs superstitiose obseruantur. 6 Sunt enim qui in Kalendis Ianuariis ita auguria cumque beneficium cuicunque petenti non tribuat. in Kalendis Diabolicas etiam strenas & ab aliis accipiunt, & ipsi aliis offerunt. Aliqui etiam rustici mensulas suas in

istâ nocte, quæ præteriit, plenas multis rebus, quæ ad manducandum sunt necessariae, componentes, totâ *STINYM EPISC.* nocte sic compositas esse volunt, credentes quod hoc illis Kalendæ Ianuariæ præstare possint, vt per totum annum coniuia illorum in tali abundantia perseuerent. Et quia sicut scriptum est, *Modicum fermentum 1. Cor. 5;* totam massam corruptit, etiam ista vel alia his similia, v. 6. quæ longum est dicere, quæ ab imperitis aut parua aut nulla peccata esse creduntur; à vestris ordinate famulis remoueri: & hoc præcipite, vt sic Kalendas istas colant, quomodo aliorum mensum colere solent. Qui enim aliquid de paganorum cōsuetudine in istis diebus obseruare voluerint, timendum est ne eis nomen Christianum prodesse non possit.

7 Et ideo sancti antiqui Patres nostri considerant *Antiquites maximam partem generis humani diebus istis guttus unius vel luxuriae deseruire, ebrietatis & facrilegii fastidio in lationibus insanire; statuerunt in vniuerso mundo, tum ieiuu- ut per omnes ecclesiæ publicum indiceretur ieuniū: nium.* vt agnoscerent miseri homines in tantum se malefaceret, vt pro illorum peccatis necesse esset omnibus Ecclesiæ ieunare. Ieunemus ergo, fratres charissimi, iti *Adhuc istis diebus, & cum verâ & perfectâ caritate stultitiam Faustini miserorum hominum lugeamus: vt vel sic intelligant state fer- uabatur.*

8 Qui enim in istis Kalendis stultis hominibus *Nihil dan- luxuriosè ludentibus, aliquam humanitatem impen- dū ineptis hominibus bacchantibus.* derit, peccatis eorum participem se esse non dubitet. Nam qui de salute animæ suæ fideliter cogitat, magis de illis debet dolere vel flere, quam cum illis vel de illis ad infelicem risum suum animum relaxare. Vos verò, fratres, qui Deo propitio quotidie clamate consuestis: *Oculi mei semper ad Dominum;* & iterum: *Ad Psal. 24. 15. te leuavi oculos meos;* non oportet vt oculi vestri, qui *Psal. 122. 1.* assidue in ecclesiâ vigilantes Deo sanctificantur, videntur luxuriam stultorum hominum polluantur. *Non licet vel eorum imagis designari debetis atque despiciere opus diabolus spectare.* li, vt in vobis integra permaneat caritas Christi. Clamate ergo cum Prophetâ dicentes: *Auerte oculos meos Psal. 118. ne videant vanitatem;* timentes illud quod ait Apostolus: *v. 37. Non potestis mensa Dei participes esse, & mensa demoniorum: non potestis calicem Domini bibere & calicem demoniorum.* Sed eredo de Dei misericordiâ, quod ita per vestram castigationem illorum stultitia corrígenda est; vt non solum pro vobis, sed etiam pro illorum qui vestro exemplo proficiunt, duplicata vobis à Deo præmia repensentur. Quod ipse præstare dignetur, cuius regnum & imperium permanet in secula sæculorum. Amen.

COMMEMORATIO

SACRO SANCTI PRÆPVTII CHRISTI,

ANTVERPIÆ, ET ALIBI.

Christi prepucium diu Antwerpia seruatum.



VINQVE ferme saulis sacrosanctum Christi prepucium inter alias illustres Sanctorum reliquias apud se afferuatum gloriantur Antwerpenses: quod tamen sub annu 1566. templis ac sacrariis immanni Galuinistarum furore direptis desperditum est. Quoniam verò reliquia sepè alia pro aliis illustribus aut data Principibus, aut suppositis; & haec tamen magnâ fide à piis hominibus culta multorum miraculorum occasionem prebuerint.

2 Quid verò controuertitur à quibusdam an Christus cum prepucio resurrexerit (de quo consuli possunt Titus Bostrensis & Theophylactus in caput 2. Luca, & alij Interpretes ac Doctores,) id ita exponit Franciscus Suares nostrar. 3. part. question. 54. articul. 4. disput. 37. sect. 1. vt cum prepuc-

Ex variis præputio quidem resurrexisse Christum fateatur, fidem tamen **Auctor.** traditioni afferenti id in terris quoque affluari, non deroget. Nam quod resectum est, censet probabile esse in terra manisse; corpus tamen resurgens habuisse præputium formatum ex aliquâ parte materia illius, quæ aliquando fuerat in corpore Christi & per continuam erat nutritionem resoluta. Quo verò loco pellicula illa, à sanctissimo Christi corpore præcisa, nunc affruetur, non satis constat.

3 Innocentius III. lib. 4. de Misse mysteriis cap. 30. Quid de circumcisione præputij, vel vmbilici præcisione dicetur? an in resurrectione Christi similiter rediit ad veritatem humanæ substantiæ? Creditur enim in Lateranensi basilicâ reseruari: licet à quibusdam dicitur, quod præputium Christi fuit in Ierusalem delatum ab Angelo Carolo Magno, qui transtulit illud, & posuit Aquisgrani. Sed post à Carolo Calvo positum est in Ecclesiâ Saluatoris apud Carolos. Melius est tamen Deo totum committere, quam aliquid temere definire.

4 Iacobus de Voragine in Legenda Aurea, in festo Circumcisionis: De carne autem circumcisionis Domini dicitur, quod Angelus eam Carolo Magno attulit; & ipse eam Aquisgrani in ecclesiâ S. Mariæ honorificè collocavit: Carolus verò illam poste fertur Carolos transtulisse. Nunc autem dicitur esse Romæ in Ecclesiâ, quæ dicitur Sancta Sanctorum. Vnde & ibidem scriptum legitur:

*Circumcisæ caro Christi, sandalia clara,
Ac vmbilici viges hic præciso cara..*

Vnde & eâ die fit Statio ad Sancta Sanctorum. Eadem habet Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 27.

5 Ferreolus Locrus M A R I A Augustæ lib. 4. cap. 6. Symphorianus Campegius libello de sanctis Galanis, seruari, uti mitra Aaronis. **D. Virgo Christi præputium seruauit:** deinde S. Ioanni dicit: cum sanguine à vulneribus Christi afferuata.

D. Virgo Christi præputium seruauit: deinde S. Ioanni dicit: cum sanguine à vulneribus Christi afferuata. **6 S. Birgitta lib. 6. Reuelat. cap. 112.** Maria ait: Cùm filius meus circumcidetur, ego membranam illam in maximo honore seruabam, vbi ibam. Quomodo enim ego illam traderem terræ, quæ de me sine peccato fuerat generata? Cùm tempus vocationis meæ de hoc mundo instaret, ego ipsam commendau S. Ioanni custodi meo, cum sanguine illo benedicto, qui remansit in vulneribus eius, quando depositimus eum de Cruce. Post hoc S. Ioanne & successoribus eius sublatis de mundo, crescente malitiâ & perfidiâ, fideles qui tunc erant, abi conderunt illa in loco mundissimo sub terrâ, & diu fuerunt incognita. Donec Angelus Dei illa amicis Dei reuelauit. O Roma! o Roma! si scires, gauderes utique: imd si scires flere, fleres incessanter, quia habes thesaurum mihi charissimum, & non honoras illum.

7 Alphonsus Salmeron tom. 3. in Euangelia Tract. 36. pag. 320. B. Virgo annulum circumcisionis diligenter, ut rem pretiosissimam conservasse fertur, quem antequâ in cælū consendet (vt fama est) B. Mariæ Magdalena custodiendum reliquit: poste, vt Iacobus Episcopus Gentensis testatur, ab Angelo delatus est ad Carolum Magnum: qui annulus primò Aquisgrani, deinde Caroli est custoditus. Tandem verò eiusmodi præputium ad primariam sponsam suam, id est, Romanam Ecclesiæ, quæ mater est & magistra omnium Ecclesiæ, peruenisse certissimâ famâ & traditione constat, atque in Lateranensi templo, in Sancta Sanctorum, loco sic appellato, multis saeculis fidelissimè, vti par est, ac vt tantum amoris Christi monumentum exigebat, ac religiosissimè afferuatum.

8 Ioannes Baptista Signius in Reliquario cap. 1. Præpu-

tium legitur ab Angelo delatum Carolo Regi, qui postea in eius nomine monasterium de Corrosio Piætævænsis dicoefis ædificauit, & Corrosium à carne Corrosium monaste- illâ circuncisâ, id est, præputiatâ, nuncupauit. Interim rium, verò præputium ipsum in tabernaculo marmoreo, apud Romanum super Lateranensi altari maiori cum aliis reliquiis, Onuphrio Panuino teste de septem pri- matiis in vrbe Ecclesiæ, custoditut.

9 Descriptio Sanctuarij Lateranensis Ecclesiæ ms. in codice Marchianensi, & Brugenii Collegij Societatis Iesu. In eodem sacro Lateranensi palatio est quoddam S. Laurentij oratorium, in quo tria sanctissima computantur altaria: primum in arcâ cypressinâ, quam Leo Terminus condidit, tres capsæ sunt. In vnâ est Crux de auro fiducia Lateranensi, adornata gemmis & lapidibus pretiosis, id est hyacinthis & sinaragdis & prasiinis. Et in mediâ Crucis illâ est vmbilicus Domini & præputium Circumcisionis eius, & desuper inuncta est balsamo, & singulis annis eadem vñctio renouatur, quando Dominus Papa cum Cardinalibus facit processionem in exaltatione S. Crucis ab ipsâ S. Laurentij ecclesiâ in ecclesiam S. Ioannis. Et in aliâ capsâ argenteâ & deaurata cum historiis, est Crux de simeto depicta, & infra capsam illam est Crux Domini nostri Iesu Christi. In tertâ capsâ, quæ est argentea, sunt sandalia, id est, calceamenta Domini.

10 M. Attilius Serranus de 7. Vrbis Ecclesiæ cap. de Basilica Lateranensi p. 71. Hinc ad sancti Saluatoris facellum peruenit, quod quidem S. Laurentij dictum fuisse multi scriptores affirmant, maximè tamen Bibliothecarius in vitâ Stephani Papæ III. Hoc postea ob innumeris Sanctorum reliquias Sancta Sanctorum nomen sortitum est. Hic aliquamdiu recondita fuerunt Apostolorum capita, Christi præputium, & caput D. Agnetis. **Caput S. Agnetis.**

11 Idem ibidem cap. de reliquiis Lateranensis Ecclesiæ: In facello Sancta Sanctorum, quod S. Laurentij appellatur, Sub altari est capsâ cypressina multis clauibus clausa, à Leone III. Papâ facta, hisque litteris aureis ornata, Sancta Sanctorum, intra quam sunt alias plures capsulæ & tabernacula reliquiis plena: in his parua capsula argentea deaurata ad modum Crucis, in cuius medio est Crux aurea. In illâ fuit Præputium, ut patet ex Sanctuario Lateranensi ms. eti Serranus non exprimat.

12 Illustra sunt quæ de præputio illo Româ affortato, ac deinde reperto, scribit Franciscus Tolletus noſter in cap. 2. Luca, Annot. 31. Intellectum est ex tribus illustrissimis feminis, nimur Magdalena Strociâ, quondam Flaminij Anguillaræ coniuge, & ex Clarice filiâ ipsius, quæ Sciarra Columnæ nupserat; denique ex Æmiliâ Vrsinâ Magdalena cognatâ, quæ Virginio Anguillaræ matrimonio iuncta fuit; anno 1527. quo tempore Roma in hostium direptionem cessit, ex augustissimâ Lateranensi Basilicâ, loco, qui Sancta Sanctorum religiosissimè nuncupatur, Præputium Christi Domini cum aliis reliquiis militem quemdam sustulisse, qui vrbe discedens à rusticis captus, Calcatam (pagi hoc nomen est, qui Anguillaræ familia subest, & Româ vingtum duntaxat millibus passuum distat) deductus, in cellariaque pro carcere detrusus, quem subripuerat thesaurum sacrilegus defodit.

13 Non multò post libertate donatus, Romam revertitur, ac morbo correptus, sese in Xenodochium sancti Spiritus in Saxiâ recipit, vbi morti proximus, in pago Romæ vicino (nominis non meminerat) familiæ Anguillaræ sanctissimas reliquias se terrâ obruiſſet, se perhibuit. Id vbi ad Clementem Pontificem VII. perlatum fuisset, Ioanni Baptista Anguillaræ Lucretiæ

tia Vrsinæ matito (is erat Calcatæ, Stabij, & Massanæ Dominus) scribi mandauit, omnem ut diligenciam in perquirendis reliquiis adhiberet. Fecit ille, quod iussus fuerat, nec tamen inuentum quidquam.

Tandem
multò pōst
reperiuntur.

Parte
m. omniore
recessis.
Reliquia
quadam
S. Martha.

Magdale-
na Stroci-
conati fac-
culum, in
quo erat
Christi
præputium
aperire,
tertio obri-
ge scundis
giti.

Suuissi-
mus odor
afflatur ex
eo fascicu-
lo.

scribi mandauit, omnem ut diligenciam in perquirendis reliquiis adhiberet. Fecit ille,

quod iussus fuerat, nec tamen inuentum quidquam.

14 Mense tandem Octobri 1557. placuit Diuinæ bonitati, vt ab adueniā Sacerdote, qui Calcatæ SS. Cornelij & Cypriani præterat ecclesiæ, cui iuncta erat cellularia, in quæ inclusum fuisse militem diximus, reperirentur: repositæ sanctissimæ reliquiæ in scrinio ex chalybe erant medijs palmi longitudinis, quatuor verò digitorum altitudinis, arcuato operculo defusæ per clausæ. Scriniolum ad Magdalena, Strociam loci illius heram, quæ id temporis Stabij, uno millari Calcatæ morabatur, Sacerdos defert. Hæc igitur nobilissima femina vnâ cum ipso Sacerdote, Lucretiâ Vrsinâ, Clariceque filia, septem vel octo annorum, aperto scrinio, peruerstis sericis panniculis inuolutas inueniunt reliquias, quibus singulis in perpolita membranula adiunctâ erant nomina, temporis diuinitate adeò consumpta, vt ægræ legi potuerint. Eas ergo ut honorificè componeret, sigillatim Magdalena euolutas (complures enim erant) in argenteo pollubro reponebat, nouisque ex serico sacculis, adiunctis itidem singulis nominibus, inferebat. Inter cetera primò inuenta est particula carnis Beati Valentini Martyris, nucis magnitudinem æquans, quæ quidem eo ipso tempore recens præcisa videbatur. Reperita ibidem secundò fuit pars maxillæ cum uno denti S. Martha, D. Magdalena germanæ. Augebat lætiatiā inuenti thesauri, inueniendi expectatio.

15 Iuglandis instar tertius erat serico panniculo sacculus confectus, cuinomen L S V S inscriptu erat: eius dum Magdalena primum filum soluere aggreditur, sentit manus rigore; eas, vt moris est, confrigat, & rursus, quod cœperat, soluere filum conatur: sed iterum magisquam ante stuporem manuum, cum eorum, qui aderant, admiratione percipit, ignara quidnam in sacculo lateret. Quare mente erecta, defuper implorandum præsidium rata, corde ita Deum optimum alloquitur: Quamquam mē peccatricem, ideoque indignissimam, quæ diuina attingam, profitear, animus tamen meus testis mihi est, non arroganter, sed humiliter; non vt sacra contemnam, sed vt honoret conferuem, id muneric me suscepisse. Stupefactis itaque tertio cum maiore rigore, sed pati exitu, digitis, nodum adeò difficilem soluendi percupida fasciculum sacram prehensans, binos vtriusque manus ad mouere molitur digitos, quos exemplò itidem rigore induratos perfensit, vt è metallo confecti viderentur. Et quod miraculi magnitudinem auget mirificè, nec digitos coniungere, nec sacratissimum globulum contingere potuit. Spectaculum stuporem, stupor adstantibus, ipsique Magdalena in primis, vberitas elicit lacrymas. Tum Lucretia veluti diuina, credidetim, inquit, sacrosanctum Christi præputium hic contineri, de quo Clemens Pontifex Maximus Ioanni Baptista coniugi meo aliquando scripsit.

16 Hæc vbi solertia semina proloeta est, suauissimum repente ex eodem globulo afflari odorem percipiunt, cuius compositionem ne imaginatione quidem consequi potuerūt. Neque verò locum dumtaxat illum, in quo reliquias contemplabantur, odor ille compleuerat, sed per omnes ædium partes ita sparsus erat, vt Flaminius Magdalena maritus properè ad vxorem miserit, qui intelligerer, quisham odor esset ille, qui è suo cubiculo diffundi videbatur: sed mulier prudenter admodum maluit pro tempore id, quod gerebatur, dissimulare, quæ in temere secretum, cuius & ipsa fuit incisa, reuelare.

17 Interea timore non mediocri percussis ac duabus, quid agant, quid se vertant, Sacerdos, qui aderat, et nouitate & ipse perterritus, id offert consilij, vt

Tom. I.

Claricem tenetimam virginem, supremam perdiffici operi manum imponere sinerent. Confenserunt ^{Ex TOL. 10.} quæ aderant matronæ, felicem se mater arbitrata, si in soluendo nodulo à filiâ superaretur. Accipit igitur ^{Soluitur} cum reuerentiâ globulum Clarix, sine morâ & diffi- ^{fasciculus} cultate resoluit, euoluit, & separat, ac in pollubro ar- ^{ille à Clari-} genteo cum ceteris reliquiis sacrosanctum Christi de- ^{rice virgi-} ponit præputium; & tandem in vasculo argenteo col- ^{ne.} locat, quod quidem densum ac crispum instar rubri ciceris erat. Tantum apud Deum opt. vita semper valuit innocentia, & corporis integritas. Porro tam ^{Bidio ha-} matris, quæ filiæ manibus odor ille diuinus ita in- ^{ret in eius} manibus ^{suanis} spersus fuerat, vt per biduum continuò durauerit.

18 Persecutæ sunt postmodum conuerti & ad- ^{odor.} aptare ceteras reliquias, è quarum tamen explicatio- ne nullus odor emanabat, quemadmodum neque ex prioribus; nec aliquem in eis euoluendis, vel accoin- modandis conatum adhibere fuit necesse. Denique in idem scrinio summo honore deposita omnia in Calcatense templum deferenda Magdalena Sacerdoti tradidit, quem cum nonnihil mali de eo suspicaretur, paulò pōst dimisit, in cuius locum alium suum subditum sufficit. Resea diu latere non potuit: sed cùm ef- ^{Afferuan-} set breuissimo tempore diuulgata, verita Calcatæ ^{tur dicta} Domina, ne cuiusquam malitia tantus thesaurus sub- ^{reliquia in} Calcatæ ^{templo.} tiperetur, eum in Ecclesiæ sacrario, loco nimirum tu- ^{to} riore, afferuari voluit.

19 Demum anno 1559. ipfis Kalendis Ianuariis Supplica- ^{Dei instinc-} tio ad sa- ^{rum pre-} daliitate Massano, (qui locus Calcatæ uno distar mil- ^{putium} liari) causâ visendi sacrosanctas reliquias, religiosè ^{Kalendis} post meridiem candelas accensas in manibus gestan- ^{Ianuariis.} tes iter suscipiunt: quibus fese viri complures, ipsi quoque faces præferentes, cum suis liberis adiunxerunt. Vbi Calcatam peruentum est, in planicie, in quâ situm est templum, humi se maximâ animorum sub- missione prosternunt vniuersi: & sic genibus nixi li- men Ecclesiæ, in quâ eadem reliquie conseruabantur, attigerunt. Mox ab Aristante Sacerdote, viro integerimo, exhiberi sibi sacrosanctum præputium petie- runt: elarum è sacrario in altari Sacerdos deponit. Et ecce subito (res omnem excedit admirationem) tem- ^{Expositis} plum nubes implet, quæ sanctissimas reliquias, Sacer- ^{reliquis} dotem, altareque ipsum obnupsit, vt nihil eorum à ^{nubes a-} quoquam per quatuor horarum circiter spatiū vi- ^{liaq; por-} deri potuerit præter nubem, stellas, & ignis flamas, ^{tenta in} que sursum ac deorsum per ecclesiam ferebantur. Eo ^{templo cer-} spectaculo vniuersi, qui aderant, merito confernati, misericordiam intensâ voce prout lacrymæ & singul- ^{nuntur.} tus permittebant, implorare coepérunt: non defuere, qui campanis pulsatis non Calcatensis modò, verùm ^{Pulsatis} & Stabij Massanique pagi multitudinem sonitu ad- ^{campanis} uocarent: multi foribus templi exclusi teatra conscen- ^{multi con-} derunt, regulisque auulis aditum sibi ad ea, quæ vise- ^{ueniunt.} bantur, spe eterna parauerunt. Persensit campanarum sonum Flaminius loci herus, qui id temporis animi gratiâ venatum longius abscesserat: & sine morâ ex suis familiaribus, qui rem inuestigaret, misit: rediit ille celerrime, seque in templo nubem, stellas, & flammas cum multitudine videre afferuit. Aduolat herus ipse, in cuius in pagum regressu, Dei voluntate dispa- ^{reuerunt omnia. Retulit postmodum Sacerdos, se toto illo tempore sensu omni & cogitatione captiuum fuisse.}

20 Non multò pōst Magdalena Romam yenit, ^{Res Paulo} & de omnibus Paulum IV. Pontif. fecit certiorem, à ^{IV. Pontifi-} quo Pipinellus, & Atrilius Cæcius Lateranensis Basili- ^{ci exponi-} licæ Canonicæ Calcatam missi, vt pleniùs de facti veri- ^{tate edocerentur. Hi ergo aduocatis lectorissimis femi-} nis, Magdalena, Lucretia, & Clarice, ab eis requisie- ^{reuerunt illæ, quemadmodum publicis tabulis, ac testi-} runt, easdem reliquias recognoscerent, quas ante sibi à Sacerdote exhibitas fuisse narrabant. Afferu- ^{moniis confignatum est.}

A 3 21 Dum

Ex Toleto ms. 21. *Dum hæc geruntur mense Maio 1559. (dies erat longè pulcherrimus) accidit aliud insigne mirabilem. Prior enim ille Canonicorum binis veriusque quidam manus digitis Christi præputium durumne sit, an molle pertinet, & vt esset certior, comprimens, in duas partes incaurus diuulsit: quo facto (dictu mirabilis) quæ tonitrua, quæ fulgura, quam obscuratus sit super eum locum aë: ita vt media luce lucem astantes desiderarent: metu conterriti omnes animam agere videbantur.*

22. Depositis reliquiis Canonici Romanum regressi, visa & audita Pontifici retulerunt, testificarique sunt omnibus ingenuè, veras esse Seruatores nostri reliquias: iidemque autores fuerunt in perantiquis codicibus inuenit, hoc sanctissimum Christi præputium, olim in vase crystallino, quod vtrumque à duobus Angelis ex auro affabre elaboratis sustentabatur, ad Sancta Sanctorū asservatum fuisse. Porrò in hodiernum diem Calcatæ in aede SS. Cornelij & Cypriani summa veneratione custodiuntur, vbi hæc, & in dies plura Deus opt. miracula operatur. Qui locus, vt esset eò celebrior, Æmilia Ursina Magdalena cognata, mense Julio 1584. à Sixto V. plenariam Indulgentiam, in eadem ecclesiâ ipso Circumcisionis Domini die, vt ex litteris Apostolicis constat, per decennium impetravit.

Multa isthic miracula sunt.

Indulgentia concedatur à Pontifice.

Preputium Christi, aut certè eius pars Antuerpiæ afferuata.

Litteræ Capituli Antuerpiensis.

* postea noua hæc fides Episcopalis erecta.

2. Reg. 14. v. 7.

Cæsar. 1.8. c. 84. 85.

26.

Preputium Christi Hierosolymis Antuerpiam transmittitur.

* non consentit hoc cum hi- storiæ beli facit.

& sufficienti documento probatum Domini nostri præputium, permanus cuiusdam nostratis, fidi Capellani sui & nostri, Arnoldi Heerbrant, priusquam morte corporali illic præueniretur, ut rem tam sacram indignis infidelibus subtraheret, ad nostram præfamat Ecclesiam Antuerpiensem memoriale sui perenne fideliter transmisit, dignè fidelibus adorandum: Isa. 37. 32. ait enim Dominus per Prophetam: De Ierusalem exit Sophon. bunt reliquia. Et alibi: Differdam de loco hoc (scilicet Ierusalem) reliquias. Et: Posidere faciam reliquias populi Zach. 8. v. 12. Hæc testi-

monia sa- cræ Scrip- turæ, satis violentè huc trans- feruntur.

26. At ne forte leuitate quadam à nobis res hæc suscepimus nonnullis primâ facie videatur, vlla vel sub-

secuta in attestacionem signaculi huius, stupenda mi-

racula, quæ operari olim dignatus est Dominus, plu-

rima tacentes, fideliter referemus.

Contigit equidem dudum venerabilem Patrem & Dominum nostrum Cameracensem pastoralis sollicitudinis more Ecclesiam nostram visitare. Hic celebratus inter Missarum suarum solemnia sacrosanctum Domini præputium, de quo sermonem vobis facimus, præstantialiter sibi afferri, & corporali, quo vtebatur, superponi præstolabatur; vt id ipsum cum metu & reverentiâ valeret aspicere. Cuius deuotæ petitioni dum prædecessores nostri, qui pro tempore astabant, iuste annuerent, indicitis tamen priùs populo per eumdem orationibus communibus, dum & ipse intra Missæ suæ secreta orat, si forte Dominus ei- Tres san- dem signum aliquod mittere dignaretur; (mira res!) guinis gue- ecce ex præfato Domini præputio in corporale, cui tula è pra- impositum fuerat, tres sanguinis guttulas, quæ in hoc putio exsu- datus in cor- vlsque æui apud nos notabiliter apparent & perma- porali Epi- nent; stupens conspicit resudasse, statimque totum scopi Ca- circa rem hanc, si quod inhæferat dubietatis vulnus meracensis, de eius pectori præputatum est: orabat tamen pœnitentiâ du- tis Pater Dominum, populumque pro bitare vi- se orare fecit, veritus si forte in hac re Deum tentandi debatur.

27. Sed quid dicemus de recolenda apud nos memoriæ inclitâ illâ Reginâ Siciliæ, quæ olim incuria- Regina Si- bili morbo laborans nostri Antuerpiensis penitus ciliu Christi ignara loci, dum in spiritu tantum & visione docta à spipu- Domino, sacrum hoc Domini præputium deuota vo- tare vole- uet ecclesiæque nostræ limina corporaliter visitare: ab incuria- eo ipso curata sanaque effecta est. Quæ dum facta bili morbo corporaliter, suffragio mercatorum freta, quod voto curatur. promiserat, adimpleret; aduenienti Reginæ ordine processionali occurrente Clero nostro, allatoque præputio sacro; ecce dæmoniacus quidam horribili- voce Canonicis improperat, pro eo quod carnem Damonia- immortalis Regis mortali feminæ obuiam ferunt, cuius prepu- illicoque à dæmone liberatus est. Suntque apud liberatur. nos in hodiernum adhuc seruata diem ornamen- Regina Si- ta pretiosa in signum huius, quæ hæc deuota ma- cilia orna- trona nostræ Ecclesiæ cum gratiarum actione de- mentia dat Ecclesiæ Antuerpiensi.

28. Quæ itaque, quæsumus, tam faxa hominū pectora, quibus hæc testimonia non satis sint? quem hæc ad piæ fidem non moueant, ad sacratissimum quoque hoc Domini præputium, quod apud nos sic esse fideliter & piè credimus, si non præstantialiter corpo- re, mente vel nobiscum fideliter adorandum; nisi forte horum, contra quos tam pulchre Aurelius ille Augustinus in libris de Civitate Dei inuehitur, quorū Aug. de ut ait, proprium est nil eorum credere de præteritis Civit. Dei aut futuris, quæ oculis propè aut experimentaliter ipsi L. 21. c. 5. coram positi non videre? Hæc igitur in hac re sunt monimenta nostra: hæc seniorum nostrorum fidelis relatio, quæ scribimus, quæ singulis annis à tanto tem- pore, quod contrarij memoria non habetur, multis hominum millibus prædicantur. In quorum testimoniis hoc præsens scriptum nostrum, sigilli nostri ap- pensione, ex certâ scientiâ, duximus communiri. Da- tum

tum Antuerpiæ in loco nostro capitulari anno Domini millesimo quadragesimo decimo sexto, mensis lunij die decimâ.

Sigillatum erat sigillo uno supradicti Capituli in viridi cerâ.

Littera Ioannis de Theobaldi Bisontini littera ha sunt: Vniuersis & singulis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis Ioannes Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Cameracensis salutem in Domino sempiternam.

Notum facimus quod nos omnes & singulas indulgentias à Reuerendissimo in Christo Patre & Domino D. Theobaldo eadem gratiâ Archiepiscopo Bisontino, in litteris ipsius Reuerendissimi Patris inferius annotatis, concessas, auctoritate nostrâ ordinariâ & Pontificali ratas & gratas habentes, quantum cum Deo & de iure possumus & debemus, in concessione huiusmodi indulgentiarum nostrum præbemus consensum pariter & assensum. Ceterum ut Capella in honore & sub vocabulo sacrosancti præputij Saluatoris Domini nostri Iesu Christi sita & fundata in Ecclesiâ collegiatâ & parochiali Beatae Mariae Virginis gloriose, oppidi Antuerpiensis, nostrâ Diœcesis, de qua in dictis litteris infra insertis fir mentio, congruis frequentetur honoribus, & à Christi fidelibus iugiter veneretur; & vt fideles ipsi eò libentiùs causâ deuotionis, orationis, voti, & peregrinationis conueniant & confluant ad eamdem, quo ex hoc domo cœlestis gratiæ uberiori respexerint se refectos; contemplatione Confratrum Confraternitatis sacrosancti præputij super id nobis supplicantium, omnibus & singulis verè pœnitentibus confessis & contritis ac in statu gratiæ existentibus, qui Missæ, quæ singulis diebus Sabbari ob reuerentiam & honorem ipsius sanctuarij in dictâ capellâ celebratur, interfuerint, & ad hoc operam dederint; seu qui ad augmentationem diuini cultus in dictâ capellâ fiendi, seu ad opus retentionis & reparacionis eiusdem capellæ manus portenterint adiutrices; aut qui ad capellam ipsam in festivitatibus Circumcisionis, Natuitatis, Epiphaniae, Pascha & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Pentecostes, Sanctissimæ Trinitatis, & omnium Sanctorum, necnon in quinque festiuitatibus Beatæ Mariae Virginis, & die processionis quâ dictum sanctuarium in dicto oppido processionaliter defertur, & per octauas earumdem festiuitatum octauas habentium, deuotionis orationisve aut peregrinationis causâ visitauerint, à Domino veniam imploraturi delictorū; de omnipotenti Dei misericordia, & gloriose Virginis Mariae matris, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, Sanctorumque & Sanctorum omnium meritis & intercessionibus confisi; quadraginta indulgentiarum dies tortiens, quotiens præmissa aut aliquod præmissorum Domino propitiante salubriter peregerint, de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxauimus, & relaxamus per præsentes, quas volumus perpetuis temporibus in suâ robore firmitate perdurare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum his nostris præsentibus litteris duximus apponendum. Datum & actum Antuerpiæ dictæ nostræ Diœcesis, anno Domini millesimo quadragesimo vicesimo octauo, mensis Octobris die vicesimâ primâ.

30 Tenor verò litterarum dicti Reuerendissimi Patris Domini Archiepiscopi Bisontini, de quibus supra fit mentio, sequitur de verbo ad verbū & est talis:

Littera Theobaldi de Rubeo-Archiepiscopi Vesuntiensis.

Theobaldus Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus Bisontinus, vniuersis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, Salutem in eo qui est omnium vera salus, & caritatis operibus abundare.

Piis fidelium votis, per quæ cultus diuini nominis adaugetur, libentiùs annuimus, vt eorum crescat deuotio, quantum cum Deo possumus gratiosum & benevolum nostrum impartimur assentum. Cum itaque

sicut hodierum die casu literiter transeuntes per Antuerpiam Cameracensis diœcesis, plurim fidâ relatione didicimus sacrosanctum præputium Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in ecclesiâ collegiatâ & parochiali Beatae Mariae Virginis dicti loci quiescere dicatur, & in quadam parte ipsius ecclesiæ verisimiliter sit in vasis aureis honorificè reconditum; ob cuius honorem & reuerentia sanctuarij nonnulli fideles Christiani singulis diebus Sabbari in qualibet hebdomadâ

Omnibus vnam Missam altâ voce per certos Capellanos ad hoc deputatos faciunt in quadam sancti dicti præputij capellâ solemniter celebrare; Cupientes igitur vt ipsa capella, in quâ nunc dictum esse dignoscitur præputium, vel in quâ fortassis erit temporibus postfuturis translatum, perpetuò congruis honoribus frequenter, & vt Christi fideles eò libentiùs causâ deuotionis confluant ad eamdem, & ad fabricam ipsius capellæ aptius & promptius manus porrigan adiutrices; de omnipotenti Dei misericordia, gloriose Virginis Mariae matris eiusdem, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Sancti Ioannis Euangeliæ & Sancti Stephani Protomartyris, patronorū nostrorum, omniisque Sanctorum & Sanctorum meritis & intercessione confisi; omnibus verè pœnitentibus & confessis,

Theobaldus qui dictam ordinariam Missam deuotè audierint, & das conce-

causâ deuotionis Capellam ipsam in die festi Circum-

cisionis Domini nostri Iesu Christi, & in festo Trini-

tatis, & per Octauas earumdem visitauerint; qui que-

cum eadem processionale ipso die processionis personaliter incedunt, & ad fabricam ipsius capellæ seu ad diuini cultus augmentum manus porrexerint

adiutrices, singulis diebus, quibus hoc pium opus &

salutiferum fecerint, quadraginta dies de iniunctis si-

bi pœnitentiis in Domino misericorditer relaxamus;

præsentibus perpetuis temporibus in suo robore du-

raturis. In cuius rei testimonium sigillum Cameræ

nostræ præsentibus duximus apponendum. Datum

Antuerpiæ die decimâ septimâ mensis Octobris, an-

no Domini millesimo quadragesimo vicesimo septimo.

31 Eugenij & Clementi diplomata sic habent: Eugenius Littera Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei Eugenij memoriam. In Apostolicæ speculâ dignitatis, super IV. Pape. nâ dispositione, constituti, curis efficere prosequimur assiduis, vt hi, pro quibus humanos Dei filius languores perpeti dignatus est, à noxiis expiati suarum salutem consequantur animarum. Cum itaque (sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Magistri An-

Anselmi Fabri de Bredâ, Decani Ecclesiæ B. Mariae An-

tuverpiensis, Cameracensis Diœcesis, Notarij nostri &

litterarum Apostolicarum correctoris petitio conti-

nebat) in capellâ, prope cuius altare in ecclesiâ præ-

dictâ Præputium Dominicum honorificè conserua-

ri dicitur, & vbi præfatus Anselmus quandom perpe-

tuam Capellaniam instituit arque dotavit; Christi fi-

deles plerique singularis causâ deuotionis conuenire

soliti sint, ad diuini propagationem cultus, Confra-

ternitatem inibi, de qua dictus Anselmus existit, am-

pleteentes; Nos deuotionem & cultum huiusmodi

vigere necnon adaugeri summis desiderantes affecti-

bus, & ipsius Anselmi, qui etiam Referendarius no-

ster existit, in hac parte supplicationibus inclinati,

vniuersis & singulis Christi fidelibus infra numerum Eugenius

25, de confraternitate huiusmodi nunc & in futurum concedit

sodalibus

existentibus, auctoritate Apostolicâ tenore præsen-

tiū indulgemus, vt eorū singuli Sacerdotes idoneos

in suos possint eligere confessores, qui diligenter ipso-

rum confessionibus auditis pro peccatis, criminibus

& delictis quæ commiserint, eis in quibuslibet etiam Confessa-

rios eligere.

Apostolicæ Sedi reseruatis semel, & in aliis quotiens

opportunitum fuerit casibus debitam absolutionem

impendere ac salutarem pœnitentiam iniungere, nec

non ipsi in sinceritate fidei, vnitate Sanctæ Romanæ

Ex MSS. Ecclesiæ ac obedientiâ & deuotione nostrâ & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, etiam semel tantum in mortis articulo plebam remissionem concedere valeant: sic tamen quod ipsi confessores de his, de quibus alteri satisfactio impenitentia fuderit, eam dictis fidelibus sic confessis si superuixerint, vel per heredes suos, si tunc fortè transierint, faciendam iniungant, quam illi facere teneantur. Et ne aliquis propterea (quod absit) procluior reddatur ad illicita in posterum committenda, volumus quod si ex confidentiâ remissionis huiusmodi aliqua forte commiserint, quoad illa nullatenus eis dicta remissio suffragetur: quodque singuli fidelium præfatorum postquam ipsi cōcessionem eis remissionis huiusmodi proficeret, vel ut illâ voluerint, extunc per unum annum singulis sexiis feriis, impedimento cessante legitimo ieunent: & si dictis feriis ex præcepto Ecclesiæ regulari obseruantâ, iniunctâ pœnitentiâ, voto, vel aliâs ieunare teneantur, vñâ aliâ die singularum septimanarum eiusdem anni, quâ ad ieunandum non sint astricti, ieunare debeant. Si verò in anno prædicto vel aliquâ eius parte legitimè impediti sint, anno sequenti vel aliâs quamprimum poterunt, modo simili supplere ieunium huiusmodi teneantur. Porrò si forsitan aliâs prælibatum ieunium in toto vel in parte quandocumque adimplere commodè nequierint, illud eis præfati Cōfessores in alia pietatis opera prout eorum animarum saluti expedire viderint, commutare valeant, quæ pari modo adimplere teneantur. Alioquin quoad eos dumtaxat ipsi facta concessio remissionis huiusmodi nullius sit roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attente præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1446. v. Kalend. Februar. Pontificatus nostri anno XVI.

Littera Clementis VIII.

Pontifex plenarius indulgen- tiam con- cedit sodali- bus Circumci- sionis in die in- gressus, & moris.

riam, & tam ipsi pro tempore describendis quam iam descriptis in ipsâ Confraternitate Confratribus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si pariter verè pœnitentes & confessi sacrâque communione refecti, vel quatenus id facere nequierint, saltem verè contriti nomen Iesu ore vel corde deuotè inuocaerint, etiam plenariam; ac, tam ipsi nunc, & pro tempore Confratribus, quam alii virtusque sexus Christi fidelibus etiam verè pœnitentibus & confessis, ac sanctissimâ communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis ecclesiam, vel capellam in festo Circumcisionis Domini à primis vesperis usque ad occasum Solis eiusdem festi singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordiâ, hæresum extirpatione, ac sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, misericorditer in Domino cōcedimus.

Item omnibus Confratribus virtusque sexus, qui dictam ecclesiâ vel capellam in S. Arnulphi Episcopi, Begge Duciæ, Gertrudis, & Iuonis Aduocati pauperum, festiuitatibus pie visitauerint, & ibi, vt præfertur, orauerint, septem annos & totidem quadragenas: quoties verò Begge, Missis, & aliis diuinis officiis in diâ Confraternitate Gertrudis, pro tempore celebrâdis & recitandis, seu congregati- nibus publicis vel priuatis eiusdem Cōfraternitatis vbi- uis faciēdis interfuerint, aut pauperes hospitio suscep- perint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alterius cō- posuerint, seu componi fecerint, vel procurauerint, que pia nec non etiam qui corpora defunctorum tam Confratrum quam aliorum ad sepulcrum afficiauerint, vel quascumque per ipsam Confraternitatem proces- siones de licentiâ Ordinarij fieri solitas, dictumque sanctissimum Eucharistia sacramentum tam in pro- cessionibus, quam ad infirmos, aut alios ubicumque, & quomodocumque pro tempore deferetur, comi- tati fuerint, aut campanæ ad id signo dato semel ora- tionem Dominicam & salutationem Angelicam dixer- int, aut etiam quinques orationem Dominicam & salutationem Angelicam pro animabus defunctorum Confratrum dictæ Confraternitatis recitauerint, aut deum aliquem ad viam salutis reduixerint, & igno- rantes præcepta ea quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis vel charitatis opus exer- cuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de iniunctis eis seu aliâs quomodolibet debitis pœnitentiis in formâ Ecclesiæ consuetâ rela- xamus, præsentibus pro Confratribus perpetuâ, pro non Confratribus verò ad decennium dempto anno Jubilæi valitirus, contrariis non obstantibus quibus- cumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo pectoris die IIII. Nouembbris M.D.XCIX. Pontificatus nostri anno VIII. subsignatum. M. Ve- strius Barbianus.

D E

S. GASPAR REGÉ.

I. IAN.

Cōmemoratio triū Regum xi. Ianuar.

Quibus diebus fini- guli colan- tur.

Dicitur sanctis Regibus Magis, qui primi ex Gentibus Christum stelle indicio alecti adorarunt, agemus VI. Ianuar. cum de Epiphaniâ erit sermo, iterumq. XI. Ianuarij, quo eorum agi in Ecclesiâ Coloniensi atque alibi peculiaris com- memoratio perhibetur: licet Gale- nius VII. Ianuar. in Notis, eo die agi eorū natalem scribat. Singulorum præterea Natales variis diebus celebrantur; Melchioris quidē VI. Ianuar. Balthasari XI. Gasparis verò I. De hoc

Vſuari editio Coloniensis an. 1490. In Oriente S. Iaspâr s. Gaspar Regis, quem Beatus Thomas Apostolus plenè fidem docuit, & postmodum Episcopum patriæ ipsius, sicut p̄f̄opus, & alios duos ordinavit. Qui hac die obdormiuit in sacrificio Domino, diuino sacrificio in Ecclesiâ prius celebra- moritur. to ac sumpto. Eadem ferè habet Martyrologium Germani- Quidam cum hoc ipso die. At Molanus, Ferrarius, ms. Florarium San- putant flororum, eum XI. Ianuar. referunt: aitq. Florarium obiisse anno Martyrem etatis 109. alij Martires obiisse tres hos Heroësputant. De obiisse. Translatione eorum agemus 23. Iulij.

D E

DE

SS. MARTYRIBVS SYRACVSANIS.

CIRCA
AN. LXVII.
I. IAN.Martyres
Syracusis
sub Nero-

Octavius Cajetanus noster in Ideâ operis de Sanctis Sici-

persecutione Neronis, impio eius edito in Siciliam Ex mss.
Syracusis, primitiæ Sanctorum Martyrum,
perlato. Citat tabulas Ecclesie Syracusanae.

VITA

CIRCA
AN. CHR.
CLXXV.
I. IAN.

S. CONCORDI

PRESBYTERI MARTYRIS.

S. Concordij memoriæ in
Martyrologiis.

Xtatis huius sancti Martyris memoria in omnibus Latinorum Martyrologiis, Romano, Beda, Viguari, Adonis, Hrabani, Notkeri, Bellini, Maurolyci, Galefinijs, & aliorum. Corpus eius in Monasterio S. Petri Bisoldani in diaœcœsi Gerundenſi afferuari dicitur: agitur isthic eius celebritas 11. Ianuar. vt teſtatur Antonius Vincentius Domenecus in historiâ Sanctorum Catalaunia, & Philippus Ferrarius in generali catalogo Sanctorum ad 11. Ianuar. Celebratur vero Translationis eius festum 4. Iulij. De S. Concordij reliquiis eius 4. Iulij. (buiusne, an, quod potius reor, alterius) agitur inferius cum de inuentione S. Martinae.

Vita eius
vnde de-
scripta.

Vitam S. Concordij referunt Ioninus Mombritius, Vincen- tius Bellouacensis lib. 10. cap. 108. Agones Martyrum excusi, Surius, sed phrasij paululum mutata. Vetus sum precipue MSS. codicibus antiquis Imperialis Monasterij S. Maximini Treu- ri, & S. Mariae de Ripatorio. Eius mentio fit in vita S. Pontia- ni, xix. Ianuarij & S. Constantij Episcopi Perusini, xxix. Ianuarij. De eodem agit Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 30. Fer- rarius in catalogo Sanctorum Italiae.

mes Thusciæ, qui tunc habitabat in civitate Spoleta. Torquatus misit, & accersuit ad se sanctum Concordium, aitque illi: Quis vocaris? At ille respondit: Christianus sum. Dicit ei Comes: De nomine tuo requiro, Interrogatus de nomine, re-

Iam tibi dixi; Christianus sum, & Christum confiteor. spondet se

Ait Comes: Sacrifica diis immortalibus, & esto Christianus. Ait Comes: Sacrifica diis immortalibus, & esto Christianus. & ego te vt patrem habebo, sugge- ramque Domino meo Antonino Imperatori, vt faciat te sacerdotem deorum. Sanctus Concordius re- spondit: Vtinam tu officiaris particeps deorum tuo- rum. Dicit ei Comes: Audi me, & sacrificia diis im- mortalibus. S. Concordius respondit: Magis tu audi me, & sacrificia Domino Iesu Christo, vt possis euadere tormenta. Nam si non feceris, tu & dij tui in igne perpetuo pœnam habebitis. Tunc Comes iussit eum fustibus maestari, & in custodiam publicam recludi.

Tunc venit nocte ad eum Beatus Eutyches, cum à SS. Eu- Anthymo Episcopo; & quia Anthymus amicus erat Comitis, rogauit Torquatum Comitem, vt eum sibi concederet paucis diebus. Et permisit eum Beato Anthymo, & habitauerunt simul multis diebus. Tempore autem opportuno consecravit eum Presbyterum, & cœperunt orationibus vacare.

Post aliquantum verò temporis misit Comes, & tulit eum; & dicit ei: Quid tractasti circa salutem tuam? S. Concordius respondit: Salus mea Christus est, cui quotidie sacrificio sacrificium laudis. Nam tu, & dij tui in inferno ardebitis. Tunc iussit eum suspen- di in eculeum. Ille autem vultu alacri dicebat: Gloria tibi Domine Iesu Christe. Dicit ei Comes: Sacrifica Ioui magno. Beatus Concordius respondit: Ego non sacrificio lapidi surdo & muto; quia habeo Dominum meum Iesum Christum, cui seruit anima mea.

Tunc iratus Comes fecit eum in ima carceris includi, colloque eius & manibus ferrum iniici: & iussit vt nullus ad eum ingredieretur, volens eum fame perire. Ibi Beatus Concordius cœpit gratias agere omnipotenti Deo, & dicere: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Ecce autem nocte media Angelus Domini ei apparuit, dicens: Noli timere, sed viriliter age, quia ego tecum sum.

Post tres autem dies iussit ad eum Comes me- diâ nocte ambulare duos satellites suos, dicens: Aut sacrificet, aut capite puniatur. Et venientes satellites ad eum cum statunculo Iouis, dixerunt: Audisti qua- iussit Comes? Sanctus Martyr respondit: Vos scitis. Illi dixerunt: Vel sacrificia Ioui, aut capitalem senten- tiam excipies. Tunc Beatus Concordius gratias agens dixit: Gloria tibi Domine Iesu Christe. Et exspuit in faciem Iouis. Tum unus satellitum euaginato gladio, amputauit ea caput: atque ita in confessione Domini emisit spiritum.

Tunc venientes duo Clerici & quidam religio- si viri tulerunt corpus eius, & posuerunt non longè à inulta Spocinitate terrum,

VITA.

Persecutio
M. Aure-
lii.S. Concordij pater,
institutio.

* al. Con-

cordia-

nus.

S. Concor-

dus fit

Subdiacon-

nus.

Adit S. Eu-

tychen &

cum eo ha-

bitat.

* al. Tri-

bulæ.

Multos cū

eo sanat.

Citatut ad

3. Tunc audiens famam eorum Torquatus Co-

Temporibus Antonini Imperatoris grauissima persecutio orta est in urbe Româ; ita vt neq; emendi, nec vendendi cujquam licentia facile tribueretur, nisi qui diis immolasset. Tunc erat in ciuitate Româ vir quidam, Concordius nomine, nobili familiæ ortus, cuius pater *Gordianus dicebatur, sanctissimâ conuersatione Presbyter de titulo Pastoris. Hic itaque habens filium Concordium, quem eruditus omni sanctæ Scripturæ doctrinâ, fecit eum fieri Subdiaconum à sancto Pio Episcopo vtbis Romæ. Hic itaque B. Concordius, cum patre suo, ad nihil vacabant aliud, nisi ieuniis & orationibus diu noctuque, & eleemosynis pauperum insistentes; petebantque à Domino vt rabiem persecutorum possent euadere.

2. Tunc B. Concordius dixit patri suo: Domine mi, si vis, dimitte me, vt vadam ad sanctum Eutychen, & habitem cum eo paucis diebus, donec cesset rabies inimici Antonini Imperatoris. Dicit ei pater suus: Fili, magis huc habitemus, vt possimus coronari. Ait illi Beatus Concordius: Vadam si iubes; quia ibi corona, vbi me Christus iussit coronari. Tunc dimisit eum pater suus: & abiit ad sanctum Eutychen; qui tum morabatur in praediolo suo, via Salariâ, iuxta ciuitatem *Tribulum. Quem Beatus Eutyches cum magnō gaudio suscipiens, cœpit Deo gratias agere. Et habitauerunt simul in eodem loco, orationibus & ieuniis insistentes. Et multi variis languoribus vexati veniebant ad eos: & illi orantes, in nomine Iesu Christi sanabant eos.

3. Tunc audiens famam eorum Torquatus Co-

Includitur carceri, fa-

me enecā-

dus.

Apparet ei

Angelus.

Luc. 2.

Exspuit in

statuam

Iouis.

Plecitur

capite.

Ex vix Av- ciuitate Spolestanâ, vbi multæ emanant aquæ. Dies
toris. Miracula Natalis Sancti Concordij Martyris celebratur Kal.
adeius sa- Ianuar. In loco, vbi sepultus iacet beatus Martyr, cæci-
pulcrum. illuminantur, infirmi sanantur, dæmones expellun-

tur, orationibus B. Concordij Martyris, prestante
Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spi-
ritu sancto viuit & regnat per omnia sæcula sæculo-
rum. Amen.

DE SANCTIS

ELVANO EPISCOPO ET MEDVINO
IN ANGLIA.

CIRCA
AN. CHR.
CXXVIII.
I. IAN.

SS. Med-
vini &
Eluanii in
Martyro-
logia me-
moria.



1 Postolicorum horum virorum nata-
lem hoc die celebrat Ecclesia Anglica-
na: de quibus Philippus Ferrarius in
generali catalogo Sanctorum: In
Anglia Sanctorum Episcoporum
Mydwyeni & Eluanij. Eadem ha-
bet Martyrologium Anglicanum, ad-
ditq; nobili apud Britannos genere ortos, plurimis pro Chri-
stiana religioni propagante suscepit laboribus, vita sancti-
tate & venerabili senio conspicuus excepsisse est vitâ circiter an-
num Christi 198. & Glastonia sive Aualona sepultos. De his
Baron. Baronius tomo 2. annal. ad an. 183. ex antiquis monumentis
ita scribit:

2 Lucius Britannorum Rex numquam se Christiana-
næ religioni infensum exhibuit, hostemve: sed quod
Christianorum miracula simul & vitæ integritatem
admiraretur, in eisdem propensior videbatur: am-
plexusque fuisset iam antè Christianam religionem,
nisi auitâ, velut nexibus, obligatus esset superstitione;
nisi etiam conspexisset Christianos ab Ethnicis ipsis
vt infames vilesque haberet; à Romanis ipsis, penes
quos summa rerum esse videbatur, & gladio & ini-
riis assidue lacerari.

3 Comperit tamen posteà nouitque ex Legatis
Cæsariorum, Senatores etiam aliquos Christianos factos
esse, & inter alios Pertinacem quemdam, atque Tre-
bellium; Imperatoremque ipsum M. Aurelium, vi-
ctoriâ ipsorum precibus obtentâ, benignè habuisse
Christianos. Quibus his aliisque perceptis Lucius
legationem misit ad Eleutherum Romatum Ponti-
ficem per Eluanum & Medvinum Britannos: ro-
gans per eos Eleutherum, vt per se suosque ministros
ad Christianam Religionem suscipiendam aditum
patefaceret: quod & obtinuit. Nam idem Pontifex
Fugatiū & Donatianum (alter Damianum) in Bri-
tanniam misit, qui Regem & alios Christianâ religio-
ne imbutos, sacris initiantur mysteriis: quod & nau-
ter impluerunt.

4 De S. Lucio plura ad 11. Decemb. Quarunt hic quidam
Britannia quâ potuerit Britannia, jam in Provinciam redacta, proprium
Reges habere Regem. Ut Galilæa scilicet tempore Christi, aliaq; com-
plures prouincia tributarios Reges habebant. Sed nec vniuersa-
rum Britannia in Romanorum venerat potestatem, vt illi tem-
poribus proximus Tertullianus testatur lib. aduersus Iudeos c. 7.
Numquā tota fuit in Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò
subdita. Quâ de replura Baronius loco citato, & in Notis ad
Martyrol. xxvi. Maij, ac Nicolaus Harpsfeldius lib. 1. hist. Angl. cap. 3.

5 De hac Lucij Regis legatione ita scribit Ioannes Pitseus lib.
de illustribus Anglia Scriptoribus: Quidam igniculi præ-
dicationis S. Iosephi adhuc post annos centū ab eius
obitu in Britannia remanserunt. Nam anno post Chri-
stum natum 179. perueniente ad regnum Britannæ
Lucio Pio, floruerunt ibi Doctores illustres Eluanus
Aualonius, & Meduinus Belgius, Britanni. Qui per-

spetâ singulati Lucij Regis pietate, modestiâ & mā-
sueridine, tentauerunt eum paulatim ad Christi fi-
dem perducere. Ergo ab iis instructus in fide, & ad
quem religionis fontem recurrentem esset edocitus,
eosdem suos Doctores Romam ad Eleutherum Papam
destinavit Oratores, vt auctoritate Apostolicâ, & ip-
se & omnis eius populus ad sacra Christiana possent
admitti. Eleutherus summo cum gaudio postulatis
acquieuit, dictosque Regis Legatos benignè tracta-
tos, & liberaliter remuneratos, cum humanissimis ad
Regem litteris remisit. Et Eluanum quidem, vt scri-
bunt aliqui, consecrauit Episcopum. Meduinum au-
tem constituit Britonum Doctorem. Illis etiam ad-
iunxit itineris Britannici comites ex Romano clero
duos Phaganum & Deruijanum, viros pietate & do-
ctrinâ insignes. His itaque in Britanniam venientibus,
& omnia ex Eleutheri Papæ præscripto disponenti-
bus Lucius Rex ab illis facro baptisnate iniciatus est.
Cuius exemplum non multo pôlt tempore Princes Britanni
& Proceres regni, & tandem omnis populus securi, cum Lucio
fidem Christi suscepserunt. Acta sunt hæc circa annum
Christi 180. sub Imperatoribus M. Antonino Vero &
Aurelio Commodo *fratre. Hac ille. filio, nam

6 Desingulis deinde inferiis in ipso Scriptorum catalogo L. Aure-
hac habet idem Pitseus: Eluanus Aualonius, natione Ius Com-
Britannus, & primus atque precipuus suæ gentis in modus
Christianâ religione Doctor, vir pius, grauis, & eru-
peditus: in scholâ S. Iosephi Arimathensis educatus, ab anno 180
ipsius Apostolorum discipulis fidei Christianæ myste- Alius Au-
ria didicit iunior: & vir factus Lucio Regi diligenter relij An-
tonini frâ-
prædicauit, eumque tandem cum totâ gente baptiza- ter pridē
ri fecit. In quibus omnibus Meduinum habuit so- mortuus
cium & cooperatorem. Apud quosdam historicos erat.
inuenio, hunc Eluanum, quo tempore Romam mis- Eluanus
sus era Orator de Rege Lucio baptizando, & Bri- Analonius
tanniâ conuertendâ, consecratum ab ipso Eleuthero à puerō
Papâ Britannorum Episcopum, unde & posteà Lon- Christia-
dinensis Archiepiscopus secundus fuisse dicitur. De
his legi potest Gildas historicus in libro de victoriâ
Aureli Ambrosij, & Matthæus Westmonasteriensis
ad annum 186.

Meduinus Belgius, id est, in eâ circa Welliam Bri-
tanniæ parte natus, quæ olim Belgia dicebatur, Elua-
no tempore coœvus, pietate & doctrinâ equalis, edu-
catione similis, omnium laborum particeps & comes
semper individuus. Hunc ferunt cum missus esset
Romam à Rege Lucio, propter eloquentiam singu-
larem ab Eleutherio Papâ gentis Britannicæ Docto- Script
rem solemniter fuisse-creaturn. Dum S. Patricius an- gesa ss.
tiquum oratorium Aualonæ repararet, codicem vñ- Fugatiū &
terem à tineis & blattis corrossum inter ruderâ repe- Damiani.
lit, in quo Apostolorum actus, & ea quæ Fugatiū & Librum il-
lum reperit
Damianus (alij Phaganum & Deruijanum vocant) in s. Patri-
Britannia gesserant, à Meduiño scripta fuerant. eius.

DE S. MARTINA

VIRGINE ROMANA MARTYRE.

SUB ALEXANDRO IMP. I. IANV. S. MARTINA AGITA. Celebratur hoc die S. Martinae Virginis Natalis in omnibus Latinorum Martyrologiis. Acta eius, sed haud nobis omni ex parte probata, descriptissimus ex veteris codice Imperialis monasterij S. Maximini Treveris, contulimusq; cum editione Bonini Monbrigitij, excusis Agenibas Martyrum, MS. S. Marie de Ripatorio, in quo non nihil subinde contracta similia A. erant; deinde cum Surio, Siluano Razzio, aliusq;, Ferè in omniis SS. Tibus cum S. Tatiana & Prisca Aetis conuenient, ut XII. Ianuarij, tiana & XIX. dicemus. Colitur nunc S. Martina XXX. Ianuarij officio semiduplici; olim XV. officio trium Lectionum, ut patet ex Breuiario Cardinalis Quignonij.

Reliquia. 2. Caput eius asseruari Roma in coenobio FF. Minorum in Are Cali; quedam verò ossa in ade S. Maria Majoris, scriperat olim Rosvvedus noster in libro vernaculo de Virginibus que in seculo vixerunt; corpus verò aut saltem precipuas eius partes Placentia in basilicâ S. Xysti existere, Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae. Sed corpus, aut saltem precipua illius partes Roma anno 1634. reperta sunt: quâ de re libellum Italice scriptis Marcelli Honoratus Viterbiensis Presbyter Congregationis Orationis.

VITA EX MSS.

CAPVT I.

S. Martina genus. Apollinis statua eversa.

Regnante primo omnium in ambitu totius orbis Domino & Salvatore nostro Iesu Christo, militaturus aduersarius diabolus perniciter aduersus seruos Domini nostri Iesu Christi praeualuit sub regno Alexandri Cæsaris, a in Alexander quarto anno imperij eius. Proponens autem Alexander Imp. Christi præceptum nouum & pessimum, in toto orbe, ut aut sathanos perfringent Galilæi, aut si non sacrificauerint morti tradantur. Direxit verò Praefides & Iudices inductos dæmoniacâ seductione. Erat enim præceptum per loca propositum cum feruente comminatione, quatenus dissipatur Christianorum cultus, erantque comminantes cum terrore ut perficere hæc possent. Qui verò talia suscepunt præcepta, in multis Imperialibus describentes, atque Imperiale imaginem deferentes, nouam propositionem per sacrificia nequissimorum ac pollutorum deorum suorum demonstrantes erant; quam præcepit Imperator fieri, & consentientes immolare honoribus magnis effici dignos; contemptores verò & nolentes immolare, tormentis crudelibus submitti ac mori.

a Horum verò omnium ac talia profitentium Alexander Imperator sacrificia exhibebat Romæ Apollini, & iussit magno terrore comprehendendi & ab Optimatibus suis, qui religionem Christianam habere noscuntur, viros ac mulieres, ut cum pœnis & cum violentiis sacrificare compellerentur Apollini. Et quidem illi sathanæ ministri erant maligni viri, Vitalis quidam honorem habens Comitis, & Bassus qui super eorum Imperiale præferat, & Caius Domesticus, verè eorum pollutæ & nequissimæ fæctæ ministri, qui directi sunt ad dissipationem cultum Christianorum.

b **Martina virgin nobis** Venientes autem erga Ecclesiam, quæ est sita Romæ, viderunt B. Martinam orantem, & alacri vultu ad Altissimum prospicientem. Existebant verò ei serui ac ancillæ plures; erat enim ex sublimi genere, & a patre ter Consule, dues nimis & misericors omnibus egentibus, & legem sanctæ Trinitatis conseruans. Et quidem per donum Dei Diaconia erat; tota cum omnibus sanctis

suis operibus & gratiâ Dei, moribusque ornata, & contra nequitias diaboli firmiter resistendo, lumbos veraciter præcinctos habens.

4. Ministri verò tenentes dixerunt ad eam: Dominus orbis Alexander veneratur te sicut nobilem & decoratam genere, & primam Romanorum existentem, & sciens tuam honorificam conuersationem obsecrat, quatenus magno Deo Apollini eminens sacrificium sponte offeras. Beata verò & Deo amabilis Martyr latro vultu dixit ad eos: Primum ingrediar ad sanctam meam ecclesiam, & commando me Deo, & Christo filio eius, & sancto Spiritui, & sanctissimo & honorifico Episcopo; & qui strenuè atque alacriter per fidem Christo deseruunt sacerdotibus, & omni benedicti ouils Ecclesiæ, & sic cum pace profitiscemur. Oportet enim me pro Christo aduersum incompositum sustinere & mendacem dominum, & confundere pestiferum & indignum imperio Alexandrum: ut viætrix Saluatori nostro Iesu Christo assistam. Et ingressa compleuit petitionem suam: & orans properauit cum eis ad Imperatorem, splendidâ facie, & specie præclara.

5. Ingressi verò impiaæ fæcta ministri intimauerunt Imperatori stare eam ante Palatium: Prima, inquiunt, ac eminens de Galilæis adest, quæ imperio tuæ iussionis consentiens voluntariè immolare Diis parata est, omnibusque suadere Christianis subsequi eam. Quod Imperator audiens gauisus est valde; & iussit eam in palatum Imperiale ingredi, & locum quo degebatur. Ingressa autem ea, Imperatori pulchritudinem eius admiranti placuit; magis autem de claro eius genere quod audiebat de ipsa, & ait: Magnus es Deus Apollo, qui glorificaris ab omnibus Diis, qui nō existentem genere, & tantam in decoro & gloriâ speciosissimam, mente composuisti, ut gaudens sacrificium tibi ingerat.

6. Et haec dicens, haec ait ad B. Martinam: fMentem habens bonam, & ingenium, & propositum caritatis, vt placabilibus muneribus præcipuum ac multifarium ritum Deorum exhibeas, immola Apollini. Etenim adhæsione tuâ, cogitaui, vt imperij mei potentiaque faciam te Dominam demonstrari & mei Palatij. Ad haec B. Martinam ait Imperatori: Iube me immolare sine sanguine ad sacrificium immaculato Deo, qui nō existentia omnia existere fecit, vt per meum sacrificium ostendam Apollinem, arguens eum, ne efficiar consentiens, & dimittam eum animas constantes sperantes in Salvatorem & Dominum meum recusat: Regem omnium.

7. Imperator verò audiens ea quæ ab ipsâ Beatâ dicta sunt, & non intelligens ea, iussit eam in templum Apollinis ingredientem immolare. Sancta verò iussa introi- ducitur ad re, hilari vultu dixit Imperatori: Ingredere & tu & sacerdotes Apollinis, & quanticumque amatores sunt eius, & videant quomodo sinceriter intemeratus & misericors & sanctus Deus, intemerata & immaculata sacrificia benigniter suscipiet à me. Imperator verò iussit omnes adstantes & omnes ministros ingredientes prompte prospicere quæ ab eâ fierent.

8. Stans verò Deo amabilis & simplex Martyr fecit sibi signaculum Christi: apparuit autem adstantibus Angelica gloria constringens ipsam, & coëxistentes cum eâ. Beata verò simplici facie leuans oculos in cælum, & manus extendens sicut Dei famula, dixit: Gloria tibi Pater glorie, & Iesu Christe, glorificate Deus, cum sancto Spiritu; sanctitate plenus, & scientia largitor, sine inuidiâ, immaculatus & sempiterne Rex, Deus misericordiarum & Dominus omnium visibilium & invisibilium, qui in gratiâ tuâ, clementiâque nominis Christi filij tui confitentes corroboras; te inuoco, qui es & qui semper eris,

Ex mss. eris, manens in secula Deus; & peto deprecans & obse-
cro magnitudinem, quæ in te est, confessionem meam
complere: & nunc præcipita hoc immobile, & non vi-
dens, & surdum idolum, quod per mortiferam & oc-
cultam nequitiam perditionem tribuens eis est, qui in
ipso crediderint, quod impotens est in exitio pereun-
tium; lutum enim est taciturnitate obstratum, & fœ-
dat credentes in se. Sed tu Domine Deus noster exaudi
me humilem, & peccatricem, & cognoscat malorum ad-
inuentor Imperator iste, qui vanam spem habet in ido-
lis suis, quia alium non debemus adorare Deum, nisi te
Deut. 32. qui dixisti: Ego occidam, & viuere faciam; percutiam, &
ego sanabo, quia gloriosum est nomen tuum in secula,
Amen.

Terremotu 9 Et hæc eā orante, statim terræmotus factus est ma-
corruuit A-gnus, vt ciuitas concuteretur: & corruuit Apollo, & com-
pollo, &
par tem-minutus est: simili modo & quarta pars templi & ipsa
pli: multi destruxta est, & oppressit multitudinem magnam cum
perirent. sacerdotibus idolorum, qui directi fuerant ab Imperato-
re nequissimo ad B. Martinam. Etenim terræmotus te-
nuit multis horis, vt pauca factus Imperator fugam pete-
Imperatoris ret; & ait ad eum beata Martyr dicens: Imperator ita, &
insulæ adiuua, quia confractus est Apollo, & congrega fra-
Martina. gmenta eius, & ostende sacerdotibus tuis quem colant,
insuper & spiritus eos oppressit ruinis: nunc surgat &
adiuuet eos.

Demonum 10 Et mox dæmon, qui in idolo Apollinis habitabat,
Principes, volutans se in puluere idoli in præsentiâ plurimorum vi-
idoli infes-rorum ac mulierum, & consternatus in his quæ siebant,
for, euilans clamauit voce magnâ, dicens: O Virago Martina, magni
z: fugit. Dei, qui in cælis est, ancilla, quæ præcepta eius custodis,
& me denudasti ab habitaculo meo, & deformem me
ostendisti: habitui enim in eo annis nonaginta octo:
b

b sub Cæsare Augusto annis triginta octo, & sub Anto-
nino annis quadraginta quinque, & sub Alexandro qui
tradicidit me tibi in perditionem in immolationem ido-
lorum, faciens mihi annos quindicim. Multi verò San-
ctorum passionem ac martyrium perficientes minimè
me manifestauerunt usque nunc, cum essem in potesta-
te multâ, & habens sub me spiritus nequissimos iqua-
dringentos septuaginta duos. Præcipiebam enim eis, &
offerebat vnuusquique eorum animas hominum quoti-
k die septuaginta; corum principis nomine **k** Exfygon, qui
super moechiam atque maleficia deputatus est, offerebat
mihi animas hominum triginta sex: quas habebam
sub mea potestate: tu autem me fugasti, manifestans me,
& persequens igniique Tartarico tradens. Non inuenio
locum ad quem proficiscar. Commendaisti me magno

l Angelo **l** Vrieli, qui omne in exitum meum combusserit.
m O Alexander **m** antarta Christianorum, inuenisti ani-
mam sanctam, per quam me effugares, vt imperium
tuum in turpitudine multâ finiatur. Et hæc cum magnâ
voce, & lamento dicebat dæmon, per aërem clamans
& stridens. Vbi verò proficiscicebatur, tenebrae videban-
tur; & omnes prospicientes multò amplius consternati
dubitacione repleti sunt. Mirantes autem erant gratiam
Dei, qui in cælis est.

a Imperianis Alexander à 6. Martij 222. usque ad 18. Martij
235. Quare si secuta Martinæ eadem est mors Imperatoria, hic in de-
cimoquarto legendum, aut decimotertio. Alij quecumque ab A-
lexandro facta hic memorantur, Domitio Vipiano tribuunt, quem sub
Alexandro vixisse & hostem fuisse Christianorum constat.

b MS. S. Max. de Optimatibus. **c** al. thronum.

d Agones MM. pater eius ter Consul, & diues nimis & misericors omnibus egentibus, & legeq[ue] Dei in sinceritate confes-
sus. Ipsa verò &c.

e Hac in quibusdam MSS. omittuntur.

f al. Si in mente est ingenium.

g MSS. S. Max addit. murum.

h Vel locus hic corruptus est, vel more suo mentitus est dæmon.

Marsilius Honoratus in Italica Vitâ S. Martina hac omisit.

i al. ducentos.

k MSS. Effigdon, & Effigdon, Mombr. Effugiens.

l De nominibus Angelorum confule Serarium in Tob. 12. v. 15. &

Cornelium in Apocal. 1.

m Aladinos, tyrannus, aduersarius.

C A P V T II.

Lictores conuersi, occisi.

II Imperator verò non intelligens, quia per diuinam
gratiam ac iussionem, idolum Apollinis communi-
num est, & quia abominabilium pessimumque spi-
rituum congregatio à Dei virtute evanuit, & sacrificio-
rum eius cultura, nequissimumque ritus idololatriæ à
sanctæ Virginis oratione dispersus est, & **a** sicut prou-
fessione S. Martinæ idolorum destruccióne prouenit, & ido-
lum Apollini confregit, & maleficia, & ariolos, & aru-
spices idolorum, sacerdotescque dissipauit ac mortifica-
uit, iussit alapis faciem eius cædi, & vnicinis palpebras
eius disstumpi. Et dum diu hoc fieret, qui in hoc deputa-
ti erant carnifices defecerunt, & clamabant dicentes:
Vñ nobis peccatoribus verè nos magis cruciamur quâm **Angelo li-**
hæc: manus enim nostræ decidunt; intolerabiles enim **Horæ pu-**
doles coarctant nos: ipsa verò sicut incudis solida per-
manet: ipsa nos cædit. Deprecamur te, ô Imperator, iu-
be eam à nobis tolli; videmus enim quatuor viros splen-
didos ante eam, & quas ei nitimus ingerere pœnas, ma-
gis nos ab illis in facies nostras suscipimus. Pro certo
verus est Deus qui cum ipsâ est, non linens pœnam ali-
quam præualere in eam à nobis.

12 Imperator verò valde iratus contra eos, commi-
natus est, & prospiciens eos furiosè, quasi negligenter
pœnas ingererent, præcepit **b** testas eos leuare, & faciem **b**
eius cædere. Sancti verò Martina respiciens in cælum
dixit: Benedictus es Domine Iesu Christe, quia aternani **fragmentis**
gratiam das eis, qui in te spem habent: benedictum no-
men terribile gloria tua, & honorificum, & potens, &
omni sanctitate plenum, Domine Deus: & benedicta
sancta, & consubstantialis cum Patre & Spiritu sancto
Deitas tua, quæ perfectè dissoluit & dissipat contrarios:
exaudi Domine deprecantem te, ultimam ancillam **orat pro**
tuam, & concede mihi sufferentiam, & eos qui me cru-
ciant, conuerte in bonam conuersationem, & gratiam
Deitatis tuae.

13 Et cum hanc orationem dedisset, circumdedit lu-
men, eos, qui eam cruciabant, erant enim ferè viri o-
cto, & vox de cælo facta est dicens: Nisi pro vobis fa-
mula mea Martina intercederet, olim iam mortificarem
vos: volens verò inimicum mortificare, & existentem **Lumine** &
populum mihi met ipse facere, pepercit vobis. Tu autem **voce calo-**
filia confide, & noli timere; ego enim sum quem ado-
ras & inuocas Deum: non te deseram, nec permittam
tibi dominari inuercundum, impium, & rebellēm dæ-
monem.

14 His verò dictis Imperator Alexander amens effe-
ctus est valde. Qui verò eam cruciabant viri, audientes **converuntur**
miracula ceciderunt in faciem, & deprecabantur B. Mar-
tinam, vt indulgentiam mererentur per ipsam ante
Deum, de his, inquieti, quæ impulsi præsumpsimus.
Beata verò Martyr dixit ad eos: Si conuersi fueritis ad
Dominum meum Iesum Christum, & cognoveritis ex
toto corde, quia retribuit vnicuique secundum opera
sua, & vos habebitis, sicut nos perfruimur, vniuersam
mercedem quæ in cælis est; si verò & aliter senseritis,
æterna & feruida supplicia suscipient vos. Illi enim qua-
si ex uno ore dixerunt: Domina nostra Martina, melius
nobis est vt ostendas nobis Christum, vt videntes eum,
amplius credamus ei; si verò non est possibile in hac car-
ne prospicere eum, nos serui ipsius sumus & ministri, &
ipsi soli credimus; adoramus enim eum & colimus. A-
lexandrum autem, qui contemnit Salvatoris nostri præ-
cepta, non timemus, repudiamus, quamvis existat Im-
perator.

15 Beata autem Martyr dixit: Consilium vobis dō **animantur**
lij; ex corde mundo credite sine simulatione in Chri-
sto, & cognoscetis, quid retribuet vobis Deus in illo se-
culo. Et quid potest nunc Alexander ibi, qui in præsenti
gloriâ

gloriâ hic fatus est? Qui inspirati à Dei gratiâ dixerunt:
¶ Credimus Iesum Christum Dominum nostrum: & magnus est Deus Christianorum, ad quem nos confugimus. Robustâ autem facie, vñâ voce aduersus Alexandrum facti sunt: Nos quidem, inquit, in his qui dix dicuntur, magis autem idola, perditum sumus, à quibus olim seducti sumus; tamen non adoramus eos, cognoscentes per beatam Martyrem Martinam virtutem omnipotentis Dei, & filij eius vñigeniti Salvatoris nostri Iesu Christi.

16 Alexander verò iratus dixit: Seducti etsi nequisfimi per incantationes crucifixi, in quibus confiditis. At illi responderunt: Verè tu es sceleratus, & draco habitat in te, quia non cognoscis illum qui fecit te, & dedit tibi hanc potestatem, coquinanti usque in finem animam tuam. Qui iratus suspenſis eis, iussit spathis carnes eorum lacerari. Incisi verò ab spathis nihil loquebantur; nisi solū in calum prospiciebant. In hoc verò amplius nequissimo super eis accusus spiritu, capitalem sententiam aduersus eos dedit, timens, ne quando ceteri satisfacti ab eis, eamdem viam sectentur.

17 Martyres verò incliti Christi ducti cum gaudio ad perfectam sine dubitatione viam, prospicientes in calum, dixerunt: Omnia Domine vñigenite Iesu Christe filii Dei, quem nos ignorabamus seruientes olim in errore, & fœdâ exhibitione: tu autem nobis cognitus es per sanctam tuam & Martyrem inclitam Martinam. Tu Domine cæli ac terræ, qui creasti omnem orbem, & omnia quæ in eo sunt, qui per sanctam tuam Martyrem idola gentium confregisti, quem nunc cognouimus ante luciferum genitum, quem omnis abyssus metuit, & omnis mons & collis tremit, audiens terribile & glorioſum nomen tuum; tu Domine Iesu Christe, spes eorum qui ad te configunt, liberator eorum qui in te sperant; respice de cælo, & miserere nobis, & suscipe animas nostras in pace, non reputans nobis peccata nostra, quæ fecimus ignorantes, & existentes in latitudine horum nebrarum, quæ in te peregrimus. Orantes verò, & signaculum Christi in fronte facientes, tendentes simul capita sua promptè cum latitâ magnâ finem seculi huius suscepunt; & sic per proprium sanguinem gratiam Dei sibi membris in memoriam æternam instruxerunt. Finiuntur mense Nouembri, septimo decimo die, quintâ horâ, in Christo Iesu Domino nostro, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

a Membr. secundum prouisionem.

b al. in testas.

c Alij ipsam foliam luce circumfusam scribunt.

d Membr. Credimus Domina, & magnus &c.

e Alij, septimo decimo Kal. Decemb.

CAPUT III.

Eam torquentes cælitus puniti.

18 Vim verò audisset Imperator Alexander, quia cum magno gaudio reddiderunt spiritum sancti Martyres, amplius contristatus est, quoniam multò amplius eos non cruciavit. Alij verò die sedens pro tribunali dixit: Introducatur iniusta Martina incantatrix, quatenus iterum videamus eius incantationem. Ingessâ autem eâ, dixit Imperator: Vel nunc consenti mihi, & sacrificia diis, per quos orbis subsistit. An adhuc magias Christi tui attendis? Illa respondit: Cessa sceleratissime & omnium bestiarum ferocior: non erubescis à muliere superari, magis & conculcari? Me minimè poteris inclinare ad sacrificandum idolis. Inde si aliquas poenas ceteras consideras, & verbera, quæ tu præparas, adhibe mihi; ego enim tuis abominationibus non sacrifico, nec te loquentem timeo: Deo enim soli, & Christo eius, & Spiritui sancto commendaui memetipsum, & credo quia mihi nulla nocebunt quæ à te inferentur, tormenta, Deo sufferentiam mihi tribuente.

Tom. I.

Martina
secundò si-
stetur Im-
perator:

19 Tunc iratus Imperator iussit eam exscoliari, & Ex mss. circumcinctam eam iussit incidi. Ministri vero citius nouacula lacerdatus fecerunt quæ iussi sunt. Sancta autem Martyr ostendebatur candida sicut nix, cuius splendebat corpus, & nitor claritatis eius caligare faciebat respicientes eam. In lac pro sanguiné ciso autem corpore eius emanabat lac pro sanguine: & manat odor magnus factus est, sicut vas aromatum b euifdem ore effusum. Beata autem cum incidetetur dicebat ad Dominum: Voce meâ ad Dominum clamaui, & exaudiuit me in certamine passionis meæ: laus mea in conspectu tuo Domine fiat: gemitus dolorum meorum in conspectu tuo introeat: gratia tua in salutem animæ meæ: inuocauit te Domine in tribulatione, & inimicorum meorum dedisti mihi dorsum. Perseuero supplicans: hæc cognitio mea, quæ apud te est Domine, sicut fons spiritus. Abraham pater Isaac filium suum obtulit Deitati tua in sacrificium salutis, quia ex fide te confitebatur, & suscepisti eum. Sic & meum certamen suscipe Deus, & comple illud in multis certaminibus, ut cognoscant perditionis instructores, quia tu es qui imaginem auream dissipasti, & Bel destruxisti, & perditionis operarium seruis tuis manifestum demonstrasti; sicut in mea humilitate ostendisti veridicam gloriam Deitatis tua, & Apollinis idolum contriuiisti; & alienum veritatis Alexandrum confusione circumcamiciens, lumine tuo terribili splendidam fecisti ancillam tuam, vt c per supplicia corporis effugerem stimulos malorum inuentores, & incertoresathanæ.

20 Imperator verò iratus & valde consternatus dicit: Valde maleficiis vincis & impavidus, & seducis, vt putas, eos qui astant. B. Martina dixit Imperatori: Pater tuus satanas princeps est omnis maleficij, & incantationis; fornicatores diligens, & maleficos amplectens, & omnes qui incestis desideriis sunt deseruientes, amplectitur in proprio gremio: & quomodo potest mihi maleficij indulgere contemnenti eum, & minimè facienti aliquid crimen sibi tale sicut dicas? Meus autem Deus, & Saluator meus obiectum Christus, omnes qui contrariè agunt, & se non custodiunt, dambat, in aeternam pœnam iubens eos exhiberi. Tu verò Imperator fortioribus & potentioribus pœnis promereris affligi, sciens quia maleficiis & incantationibus, vt tu afferis, non vincas, sed nomine solo Christi, qui omnem atrocitatem pœnarum tuarum, quæ iniecta sunt in agone meum, dissipatis.

21 Imperator verò spoliatam eam præcepit membrum quatuor palis extendi, & fustibus cædi à duobus fustibus: centurionibus. Illa verò alacri vultu signo crucis sanctum corpus suum dextrâ lœuâque velut muro circumsepsit, & cæsa dicebat: Magnum mihi desiderium ad te Domine, & gloriam Deitatis tua, quæ me adiuuat. Dedi dorsum meum flagellis, & carnem meam in suppliciis; faciem autem meam propter nomen tuum gloriosum, non auerti à tædio & mortore. Tu autem Domine tardes in adiutorium meum, sed festina per misericordias tuas, & dirige à sancto habitaculo tuo medelari super me, quæ pro tuâ Deitate flagellar.

22 Et hæc dicens erat. Mutaerunt autem centuriones septem. In octavo autem septem dissoluti sunt, tam dentes ab in manibus, quam in omnibus suis membris, & voce Angelis magnâ dixerunt: Deprecamur te, Imperator, libera crucianos de pœnis; Angeli enim Domini reperciunt nos tur. vestibus ferreis, & incidimur in nervis & medullis; insuper & ossa nostra, & carnes sicut ab igne magno cremantur. Sed obsecramus te, libera nos à puelâ hac.

23 Imperator autem iussit eam amplius fustibus cædi. Sancta verò diuturna supplicia sibi illata subridens tyranno. facie dixit: O iniuste & damnante, iudicio Dei cælestis inimice, & impugnator, scrutator malorum similium tuorum, Alexander, non sentis beneficia, quæ ab æterno conditore in me efficiuntur? Quia insipiens existens insensatis te addidisti, temetipsum perdidisti in opprobrium Apollinis, & sacerdotum eius. Nempe verò ob honorem

B honorem

Ex mss. honorem & adiutorium Dei mei, qui omnia fecit, libera effeta sum per Angelicam exercitationem. Ex hoc autem cognosce, infestate canis, eò quod duodecim centuriones successivè inferentes mihi plagas ad intermendum me fecisti superponere. Me autem per nomen Christi, qui pro me agonizat, & moderatur salutem meam, poena non tetigit, neque tanget meam aliquis carnem. In ipso habeo spem, qui & post mortem vitam tribuit hominibus, qui ipsum in veritate confitentur.

a M.S. Mar. quæ minimè potest sc. inclinare.
b Idem MS. de more. c Idem MS. pro suppliciis.
d Membr. intrubida.

C A P V T I V.

Angelica consolatio. Diana euersa.

24 E vmenius autem quidam diues erat valde, & pa-
rens Imperatoris, qui dixit ei: Hoc polluta non
propter gloriam Christianorum, & Crucifixi hæc sup-
plicia sustinet, sed sapientissimi sermonibus causam ar-
ripiens, & insensatis libris circumfretata, omnes nos facit
infrunitos, sicut radius solis circumfulgens, & sic omnia
sperat sustinere. Tua vero potestas hanc vñque in crasti-
Reducitur in carcere rem: num iubeat in carcerem retrudi, & pinguedine adipum
lauari, & sic coinquinemus eius claritatem.

25 Iussit verò Imperator statim Sanctam properare
in carcerem vñque in crastinum. Dum deduccta à custo-
dibus fuisse beata Martina in carcerem, exclamauit cor-
ram populo, dicens: Pax multa iis, qui nomen Christi
nominant. In pace Christi iter istud peragam. Et ingre-
sa est carcerem gaudens, & glorificans Deum ac dicens:
Deum laudat in carcere, Custodi me Domine ut pupillam oculi, & sub umbrâ
alarum tuarum protege me. Gratias ago sanctæ virtuti
tuæ Iesu Christe, & obsecro pretiosam & terribilem gra-
tiam tuam, custodi me à nequissimo & contaminato A-
lexandro, qui tuam bonitatem prò nihilo reputat. Mor-
tui enim sunt in tormentis peccatis & intolerabilibus
centuriones nouem, & ceteri dissoluti sunt ab humeris
suis. Erat enim immutans centuriones quatuordecim.
& cum ea Angeli. Per totam autem noctem erat in carcere hymnum ca-
nens, & glorificans Deum. Voces autem multorum vir-
orum audiebantur glorificantum Deum cum ipsâ.

26 Manè autem iussit Imperator Limenium quem-
dam Tribunum ambulare in carcerem, & eiicere eam:
Carcere causa lenti odore & luce perfunditur; anteà autem adipibus & pinguedinibus eam perungi.
Procedens autem Limenius de palatio odoratus est o-
dorem suavitatis, & aromate multo repletus dixit co-
mitibus suis: Odoratis & vos odorem nimium? erat e-
nim cum populo multo. At illi dixerunt: Quia odorem
hunc ciues fecerunt pro dilecta Martinâ. alij dicebant:
Quia dij propitijs apparuerunt ei. Venientes verò ad car-
cerem multò amplius inuenierunt suavitatis odores. A-
periens autem Limenius primam ianuam, vidi lucem
magnam circumfulgentem eam: ingresso autem eo in
propinquum habitaculum (erat enim cancer multa ha-
bens habitacula) circumfulsit eum sicut fulgor, vt prä-
timore omnes tremerent, ipso prä timore in paumen-
to cadente. Cum necessitate verò surgens ingressus est
in tertium habitaculum, & vidi beatam Martinam se-
dentem in sede imperiali, & multitudo virorum for-
tium erat circa eam, quorum non erat considerare cla-
ritatem; omnes enim erant in albis; ipsa autem tabulam
b tenebat, & legebat hæc: Quam magnificata sunt opera
tua Domine! omnia in sapientiâ fecisti.

27 Et timens Limenius egressus est inde, & ambu-
lauit in palarium, & nuntiauit Imperatori mirabilia Dei
magni. Omnes autem in palatio existentes simul cum
quod vene- buit tyran- Alexandro fæciliæ dicebant: Seduxit
eum maleficis suis: huic Virgini non indulgetur, sed
magis à feris discerpatur, vt cognoscatur quia melius est
diis immolare, quam in crucifixo confidere, & in ipso
spem habere.

28 Et iussit Imperator venire eam ad templum idoli *Angelii*
Artemidis, vt aut sacrificans viuat, aut non sacrificans & ss. fit-
feris tradatur. Ambulauit iterum Limenius cum duo-
bus sacerdotibus principibus idololatriæ, & populo
multo circa carcerem. Et simili modo ipsi inuenierunt
eam sedentem in sede imperiali, & eosdem viros in al-
bis stantes; & dissecabantur. Beata autem Martina dice-
bat: Viam mandatorum tuorum cucurri: iustificationes
tuas doce me; & discam mirabilia Deitatis tuæ. Libera
me à suppliciis hominum; & custodiam mandata tuas
canes enim maligni circumdederunt me, volentes di-
scerpere ouem tuam: sed tu Domine Deus humilitatis
meæ, scilicet deprecationem meam, & non prosperen-
tur sicut cogitant; sed obcaeca sensum cordis eorum, &
dirige me, qui tres pueros direxisti. Dicente autem hæc
eadem, decreuerunt subuertere eam de sede. Viri autem
stantes erga eam in albis nusquam comparuerunt, ex-
istentes numero quasi septingenti.

29 Et eiecerunt eam de carcere, & adduxerunt in *ad templum*
templum idoli Artemidis. Imperator autem prospic-
iens vultum eius alaciorem magis quam prius fuerat,
& sicut certatoris fortissimi corpus enutritum, dicit ad
eam: Corripuisti temetipsam iam, vt conuersa diis im-
moles benignis? aut amplius, sicut videmus, in priori-
bus tuis malis permanes? Illa verò dixit ad eum: *d* Imper-
ator, mea conuersio completa est; quia non me suades
in tuis cōtrouersiis adesse liberata enim sum à vanitati-
bus tuis, & ab impietatibus vanissimarum seductionum
huius seculi, præceptum accipiens à Domino meo. Mihi *generosè re-*
autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino *spendor*
Deo spem meam, qui veritate me continet, & nihil mi-
hi deerit; quia omnipotens est Deus mens. Seductio ser-
monum tuorum iacula tenebrosa sunt, dirigentia in
viam terram. Ego enim habeo cælestem gratiam, & glo-
riam semper illuminantem oculos cordis mei; quæ te
postponens, mancipauit æternis suppliciis Artemidem
peruersam thesauros dispositionis imperij tui. Me autem
laetificatam tenet mors Sanctorum, qui me circumde-
derunt per omnia & continuerunt, obligauerunt verò
patrem tuum diabolum. Iustus autem in imbutione di-
uinarum Scripturarum, sicut palma florebit, arefaciens
malignorum seductiones. Tollet anchoram statuens na-
vicularum ex procelloso pelagi fluctibus per fidem gu-
bernatorem, qui animam tuam gubernat, in tranquil-
lum portum configiens, qui anchoram iactans est, vt
victis de inimicis, & victoriam sumat de eis. Et ego
transfretai pelagus, dexteram mihi extende Christo
ad praescium vera spei, vt vincam seductionis tuæ
nequissimum cursum. Video verò Christum coronan-
tem me, qui iuste mihi tribuit arma iustitiae contra no-
quicias patris tui diaboli.

30 Imperator verò iratus dixit ad eam: Non morie-
ris Martina, sed ingressa sacrificia honorificissimæ deç *invictior*
Artemidi. Magni & purissimi dij pulchritudinis tuæ co-
gnitionem inquirunt. Non ergo cogites blasphemare *vi intrere*
contra eam. Deo laudabilis Martyr dixit: Iubes me, Im-
perator, ingredi templum, in quo habitat, qui coopera-
tur tibi, immobile habens atque surdum & cæcum, de-
coro amictu idolum? Ad hæc Alexander dixit: Ingredere
& sacrificia promptè, vt non à feris pereas. S.Martina
dixit: Deo meo gratiam largiente certanti mihi humili-
& te iubente, ingrediar.

31 Cognovit verò dæmon, qui habitabat in idolo *dæmonem*
Artemidis, quia venit Sancta perdere eum, & clamauit *ad eius in-*
voce magna, dicens: Væ mihi! quod fugiam à spiritu tuo, *gressum*
Deus cæli? ignis me persequitur à quatuor angulis tem-
pli. Ingressa est autem Beata in Christi nomine sibi fa-
ciens crucem, & respiciens statuam idoli dæmoniacam,
dixit Imperatori: Vide seductionem tuam Imperator,
oculos non videntes, aures non audientes, manus non
palpantes, pedes non ambulantes, vanam speciem, effi-
giem deornatam tabulis. Ego, Imperator, sacrifico ei.
Alexander verò subiit gaudibundus effectus, non in-
telligens

*increpas,
& abigit.* telligens quia irriteretur dixit: Viuant dij, quia consenseristi mihi. Et appropinquabat Sancta ad idolum Artemidis, & dixit: Tibi dico, qui habitas in hoc idolo muto, moue te, & stride dentibus, & egredere, seductio illorum qui tibi insensata sacrificant. Haec dicens ad idolum, orationem fudit ad Dominum dicens: Omnia Rex aeternus Deus, qui thronum inuisibilis gloriae continet, qui caelos stabilisti, & terram fundasti, qui aquas condidisti, qui draconem contriusti, & legionem effugasti in tartarico chasinate, qui periclitantes in securum portum introducis, qui principalem potestatem diaboli in temporibus hominum ad nihilum redigisti, qui ab omni gloria Angelicâ trementi te cum timore sancto adoraris, Angelica enim agmina deputasti te adorare solum; qui tantam magnitudinem caeli sapienter in stellis decorasti, & splendorem solis per iustitiam instituisti, qui lucentis ambitum Lunae ordinatè cursum suum perficere statuisti, qui incontaminata & aeterna praceptorum tuorum reposita manifestasti; te lucem iugem & aeternam cum tremore adorans deprecor, non me deferas Domine, sed suscipe deprecationem meam, & irreuerendam & multimodam fœditatem demonis damnationi mancipa: & idolum hoc manu hominis factum destrue: & seductione multimodâ demonis, & omni malitia plenum Alexandrum, in diuersis suppliciis cognoscere facias, quia tu es Deus verus, qui destructionem in idolis habitantium fecisti, & sacerdotes eorum destruxisti, quia benedictus es in secula, Amen.

*Fulmine
multi in-
tereunt;
idolum
confrin-
gitur.* 32. Et mox tonitruum cum fulgere factum est: & ignis cecidit de caelo, & combusit sacerdotes de templo; & multitudo populi mortua est, & Imperatoris partem dexteram purpuræ combusit, & idolum Artemidis in fauillam rededit. Beata vero Martina dixit: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis, qui dat pacem diligentibus se, & qui inuocant nomen suum in veritate.

a MS. S. Max. potens, qui Imperatori dixit.

b Addit MS. Ripa autem.

c Sepius Scholasticus à S. Augustino aliisque eius & scriptoribus usurpatum pro Iuri consulto, & Rhetore.

d MSS. Max. A. A. forte Alexander Auguste.

e Mombr. Vis Imperator, ut sacrificem.

C A P V T V.

Leo mansuetus, spretæ illecebrae.

*Iustini
Prefecti
fultam
crudelita-
tem irrides
Sandæ:* 33. E T iratus Imperator, non considerans miraculum neque virtutem inuisibilis Dei, dixit ad Iustinum Praefectum: Accipe iniustam hanc, suscipe eam, & tensam cum spathis, vnguisque ferreis acutis extorque, quatenus lucem istius seculi derelinquat. Ego enim valde mœrore sum plenus, & videns eam iam consternatus persisto, & quid faciam nescio. Praefectus autem suscipiens eam mox ambulauit ad Praetorium, & sedens pro tribunali, præcepit introduci B. Martinam dicens: Ingrediatur destruatrix templi, & videam, quid velit. Ipsa autem ingressa est subridens. Praefectus autem dixit: Irrides me iniusta, quia adhuc dereliqui te vivere? Per sole mundissimum faciam interiora tua proiici canibus, si non sacrificaueris diis, vt videam quale solarium adhibeat tibi Christus tuus. B. Martina dixit: Nonne habeo irridere, ô impie, & impotentiam Imperatoris tui, quia vietus est à muliere per Christum, & iterum me tradidit tibi? Praefectus dixit: Dominus est, & potestatem habens mihi te tradidit, vt aut sacrifices, aut pœnis interreas. Martina dixit: Ecce non sacrifico: puni me quantum vis.

*gladiolus &
vincinis
raditur:* 34. Tunc Praefectus iussit extendi eam in conto, & cum spathis incidi membra eius. Cum autem incidetur, clamauit dicens: Crux Christi adiuua me, quia in te est salus. Praefectus dixit: Circa mamillas vngulis attre-

Tom. I.

state eam, dicentes ei: Liberet te Deus tuus. Quæ vñ- Ex mss.
gulis attrectata nihil omnino loquebatur, nisi solis ocu- eius ma-
decem & octo incisiones ab vncinis, sperans Præfectus gulis inci-
Iustinus quod iam expirasset, præcepit carnificibus vt
cessarent ab eâ. Pendente autem eâ, interrogavit eam
Præfectus dicens: Vis Martina sacrificare, & euadere ce-
tera tormenta? aut adhuc permanes in Christi tui fidei?
Martina respondit: Ego Christum habeo, qui me con-
fortat, & non sacrifico abominabilibus diis tuis, neque
sentio illata mihi supplicia, per eum, qui mihi misertus
est, Dominum Iesum Christum.

35. Praefectus autem amens effectus per multas ho- alacriter
ras iussit eam deponi. Sed non valentem pœnis am- redit in
bulare iussit eam in grabatum ponit, & deportari in car- carcere: b
cerem. Ipsa autem constringens sanctum suum corpus,
& capillis capitum sui muniens, propellens verò carnifi-
ces citius ingressa est in carcere. Præfectus autem in
equo sedens profectus est in carcere, & inuenit San-
ctam iterum in sede sublimi, & splendidam habentem
faciem, sicut radium solis. Multum verò afflitus egrel- in solio se-
sus est, & clausus carcere, & signauit annulo suo fir- dens, lumi-
niter; & custodes ferè centum dereliquerunt, & ambula- ne circum-
uit ad Imperatorem. Erat autem Sancta pallens & fusa Deum
glorificans Deum; & lumen magnum erat in habitacu-
lo illo.

36. Ingresso autem eo ad Alexandrum in palatum, quâ re Imperator
inuenit eum cœnandum. Quem Imperator admirans di- Perator
xit: Quid huc sic venisti? Praefecte tali horâ qui dixit: nuntiatâ,
Sicut iussit imperium tuum, iniustum Martinam pœnis
affligendam, spathis incidentam & vngulis attrectan-
dam; ipsa ei exhibuit à manè usque nunc, sicut prospicis
indumentum meum; & appensa atque pœnis tradita,
nec mortua est, sed, quod plus est, à nobis inficta non
sensit; flagellis causa cursim ingressa est in carcere, me
sperante quod pendens expirasset. Ecce quæ mihi præ-
pta sunt à tuo imperio feci.

37. Tuum verò est cogitare, quid iubeas de eâ. A- iubetur fe-
lexander autem dixit ei: Patet fiducia securitatis eius, risobiū:
quam haber per incantationes. Feris tradatur, vt decer-
patur, & dissipata intereat. Porro Iustinus tacuit. Manè autem carnifices direxit, vt eam adducerent. Ingressæ autem Praefectus dixit: Imperator Alexander iussit te sa-
crificare; si verò non sacrificaueris, feris te tradere. Bea-
ta autem Martina, effulgens sicut radius solis, dixit: Ego
in nomine Christi, qui passus est pro nobis, in eum cre-
dentibus, in gloria permanens, credo vincere te. Ali-
quando enim per Angelicam virtutem, per terræ motum Apollinem subuerti, & ad nihilum redigi; iterum
e lampadibus & a throno decoratam Deam Artemidem
igni tradidi; & mirabilia, qua in virtute Dei facta sunt,
ignoras, & obduratus es: multimodâ peruerstata ini-
mici induratus es, surde dissolutione profundâ, cœnum
indigestibile, naufragium animæ tuæ, in chasmate tarta-
reo depositisti. c d

38. Hæc audiens Iustinus Praefectus iratus dixit: Pa-
ratæ existant feræ, donec revertar à palatio: proprio e-
nim accersire Imperatorem, quatenus veniat in amphitheatreum. Dum verò introisset in palatum, dixit Imperatori: Obscuro meum dominum venire in amphitheatreum. Cum ipso verò protinus ambulauit, & fecerunt eam utriusque inter feras iactari. Sancta autem Martina dixit: Vide, en meum sacrificium. Praefectus dixit: Vide Imperator istam, quæ Deos nostros communivit: di-
scerpatur ita à feris. Erat autem leo immanissimus, qui introducta
comedebat quadraginta libras carnis quotidie, & panis in amphi-
theatreum, mundi libras viginti octo, & in potu eius e tylanas deci-
matas octo; hic non comedederat per dies tres, vt deuo-
raret Beatam. Sedens autem Imperator, & tristis exi-
stens, præcepit eam introire. Ingressâ autem illâ sonus
magnus de caelo factus est, vt omnes tremerent, & di-
xit ei Imperator: Credo mihi sicut patri tuo, & consen-
ti mihi: diligo enim te valde per Deos meos, vt dissol-
uas e f

B 2 uas

Ex mss. nas iratū magnā quæ circumdedit te; faciam enim te dominam palatiū mei, & omnibus cognitam esse Imperatricem. Vel verbo dic pro satisfactione populi adstantis, & non sacrifices, sed tantū dic: quia magnus est Deus ētū: sic enim & virtutem, & timorem omnium Deorum contines; & satisfaciens viues compatiens imperio meo.

39 Sancta autem M̄t̄ry eleuans oculos in cælum, & extendens manus suas orauit dicens: Lumen meum Domine Iesu Christe, inextinguibile lumen meum, impolluta claritas, Rex aeternæ, qui thronum immortalitatis habes, qui cognitionem Deitatis tuæ manifestas, & Sanctos tuos coronaſti, perfectam me in agone custodi. Ad Imperatorem autem hæc dixit: Deminorata cognitione, comminariſ mihi, vt terrens me præpares mihi mortem. Cognosce verò, quia magis consentio me à feris deuorari, vt vitam beatam aeternamque apud Christum merear, quātū tuæ ſeductioni conſentiens in laqueum incidam mortis aeternæ.

40 Imperator autem iussit absoluere leonem, vt deuoraret eam. Erat enim leo rugiens in cubili suo, vt omnes terretur. Venator verò qui eum nutritiebat aperuit leoni: & egressus est leo rugiens super Sanctam, non terrorē offendens, sed delectationem, & pro eā dolorem insinuans agitat vultum faciei suæ, dilectionem demonstrans; & cursum arripiens ambulauit ad Sanctam, & inclinans se osculabatur pedes eius. Sancta autem dixit: Fulges virutibus tuis D̄cus. Agmen enim glorioſum erga paſſionem meam ſubſtens proſpicio à dextris & ſinistris glorificantes Angelos Deitatem tuam, & contradicentes contrariae virtuti ferarum immanium, & rugitum earum in correptionem Alexandri; mansuetos mores ferarum translatos, quos pro cognitione veritatis tu obturas, ob multimodam & decipientem gloriam eorum quite oderunt. Non me communicare cum eis permittas, vt in pœnali agone me existentem integrum ſoſpitem conſerues in tuâ misericordiâ Deus meus.

41 Et hæc dicens Imperatori ait: Vide Imperator, qui mihi intulisti pœnarum & ferarum virtutem, quia Christus qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, voluntate Patris victoriosissimus est. Ipsi enim ſoli omnia ſubiiciuntur. Alexander dixit: Quomodo ergo furor leonum ſubiecit ſe tibi? Sancta Virgo dixit: Non habeas in incertum veritatem, ſed dilige Christum, qui & Apollinem tuum in puluerem redegit, & Artemidem ſeductricem tuam interemit. Cognosce Christum, qui Angelis præcepit, defertam & contritam Artemidem cum habitante in eā in fauillam à fundo mancipari. Cognosce Deum, qui illuminauit priores te nebras, & conuertit errantes, & leonem pacificantem, & pro cognitione tui erroris, & conuersione tuæ feritatis mitiorem naturam leonis ostendit.

42 Imperator autem videns leonem mansuetos modos & reuerentiam amoris erga Sanctam eſe facientem, & alacrem Christi famulam in tormentis omnibus conſtanter exiſtere, dixit ad eam: Humilia temeripſam moribus, & conſitere ḡ Dia; ipſe eſt etenim qui te adiuuat. Sancta Virgo dixit: Quem valde diligis Apollinem, qui animam tuam in perditionem deposituit, non adiuuit, neque Artemidem ex omni nequitia eius eripuit: & quomodo me potest adiuuare aliquid? In nomine Domini mei Iesu Christi, & per agonem meum, & martyrium meum, ad nihilum redacti ſunt. Imperator verò leonem remitti iussit in caueam. Sonum fecit aliquem venator, & leo surgens imperum fecit, & cepit Eume niū parentem Imperatoris, & interfecit eum. Et omnes clamauerunt voce magnâ dicentes: Salua Imperator, quam Deus & feræ miserantur, & absolue per quam & Diꝝ perierunt; per quam Deus, qui in cælis eſt, maniſtauit qui habitabant in idolis dæmones, quos & effugianit. Imperator verò dixit: Nomina Martina Dia vanni horationibus, Deum, & absolueris. Beata Virgo Martina dixit: Ego

Leo Eume niū in terfice.

Exploſity. Leo Eume niū in terfice.

Christum Deum conſiteor, qui dat mihi potestatem, & illis qui conſitentur eum, deſtruere mendaces Deos. Hunc autem, quem tu dicas, Dia conſiteor eſe b̄areum, & in ipſo habitare dæmonem malefactorem, neque audiente, neque videntem, quem per orationem fideliter confido ſimilem effici Apollini. Memoro enim dicere Christum per Apostolum Paulum in Spiritu sancto: Lex enim ſubintravit vt ingrediens abundet pecca- Rom. 5. tum; vbi enim abundauit iniqüitas, ſuperabundabit gra- v. 20.

Lex introiuit Imperatoris, quam facio. Annuntiauerunt Prophetæ & prædicauerunt Apostoli legem Christi; in te autem ſuperabundauit peccatum, per malignam tuam impietatem aeterno interitu temetipſum obligans; tuo verò peccato malaque conuertationi ſuperabundabit gratia Christi, vt diſper tuum ſacrificium malignum, quo conuertantur homines à viis veſtris, & patris tui diaboli.

43 Tunc Alexander iratus iussit Sanctam in carcerem retrudi. Impulsa autem gratiâ Christi ambulabat in carcere dicens: Diligam tabernacula tua Domine: defiderat anima mea, & adhæſit ad te Deus viuentem in ſecula. Cu- psal. 140.9. stodi me à laqueo quem ſtauerunt mihi, & ab scandalis operantium iniquitatem. Doce animam meam Domine iuſtificationes mandatorum tuorum, & misereſere mei ſecundum magnam misericordiam tuam. Et introiuit in carcerem glorificans Deum. Et erat cum Sanctis triumphans & gaudens, atque festa ei agens per totam noctem, qui eam ſaluat, Christo.

a MS. S. Max. insipientiam.

b Mombr. capillos.

c Idem, lampo.

d MS. S. Max. thoro.

e Idem MS. difanas. Rip. tipſanas. al. ptifanas.

f MS. S. Max. triginta.

g Δια Iouem.

h MS. S. Max. aërem.

C A P Y T VI.

Ignis aliaque tormenta ſuperata.

44 Post verò duos dies proceſſit Imperator ſacrificium facere, in templum, vbi erant duodecim idola; & præcepit adduci Sanctam. Quæ venit ſplendida ſicut ſol. Et dixit ad eam: Inuoca Δια Deum, vt ſalueris. Sancta verò dixit: Ego nomino eum idolum ſpurcum & immundum: fac ergo quod vis; me enim non inclinas pro eo quod mecum eſt Dominus meus Christus. Tunc præcepit eam ſuspendi, & vngulis ra- Martina di. Attrectata verò dicebat: Lætificasti me Domine iterum ra- in voluntate tuâ, & in opera manuum tuarum exulta- ditur vngulis.

Nota fecisti ancillæ tue mirabilia tua: iuſtitia tua iuſtitia in aeternum: iudicia tua lumen verum, & æternum.

45 Et ingressæ ſunt inciſiones viſque ad oſſa eius. Cla- Torquentes mabat autem præco dicens: Conſitere Martina Δια eam Dei Deum, & ſalua eris. Illa verò dicebat: Christiana ſum, & virtute Christum conſiteor. Amplius verò cruciabant eam. Ipsi verò dicebat: Lux Christi orta eſt iuſtis, & rectis corde lætitia. Indoluerunt omnes qui eam cruciabant, & oſſa ipsorum viſque in medullas, & dixerunt ad Imperato- rem: Precamur te, Imperator, libera nos de pœnis iſtis, Angeli enim Dei cruciant nos. Et diſſoluti ſunt ab hume- ritis carnifices.

46 Alexander autem iratus præcepit eam igni tra- In ignem di, & conſumi. Minſtri verò faciebant quæ iuſſa ſunt, coniicitur. & incenderunt ignem copiolum, & iactauerunt eam in medium; quæ clamauit voce magnâ, & dixit: Deus qui de cælo in terram proſpexit, & dediſti Filum tuum, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum, adiuua me humilem; iuſtitia enim de cælo proſpexit, & veritas de terrâ orta eſt. Et dixit Imperatori: Audi Imperator: didici ſacras literas, quæ instruxerunt ani- mam

**mam meam, quæ dicunt mihi per Apostolicam vocem,
omnia sufferere, tribulationes & angustias, supplicia &
necessitates; & per haec habere sublimissimam fidem, per
quam cognoscitur Christus Deus, spes Christianorum,
per quam quidem cognitus est Deus retributor ab his,
qui nomen suum inuocant. Caritas enim crescit multi-
plicans mandata; & qui patitur pro nomine Christi co-
ronatur. Imperator autem valde tristis erat, quia vince-
bat Beata. Et mox pluia facta est magna, & sonitus ven-
ti, & dispersa est flamma, & incendit qui circumstabant
omnes.**

47 Pestilens verò & inconstans Alexander maleficis multis deputabat mirabilia Dei; & præcepit comam capitis eius radi: dicebat enim; quia in capillis eius iacent maleficia ipsius, quia victoriā per ipsos sperat facere. Et fecerunt ministri quæ præcepta sunt; raditur caput eius: & raserunt caput eius. Dicit ei Imperator: Quid est

a Martina quod habes facere? Ecce **victa** est magia tua,
confide magno Deo & **Domino**, & humiliare ei. Illa dixit: Scriptum
est in Apostolo: Mulier si habuerit coimam capitisi,
gloria eius est; tu autem gloriam, quam Deus dedit in
mundum, in propriâ eius facturâ amputasti; auferet
Deus regnum tuum à te præsente te, & à gloriâ Dei per-
sequeris, & in dolore nimio confusione indutus mor-
predicit tem exspectabis.

48 Et iussit eam ambulare in templum, in quo erat
Iesus, & includi eam. Ingressa autem eâ, clausit Impera-
torianuam templi, & signauit anhulo suo, & regressus
est in palatum suum. Sancta verò erat glorificans Deum
per totam noctem & diem. Omni autem die Impera-
toris, Secundatoe ingrediensur in templum, sa-

*Adjunt ei
Angeli.* tor & Sacerdotes ingrediebantur in templum, & minimè ingrediebantur ad illam, quia audiebantur voces multorum sanctorum Angelorum: & Imperator dicebat ad eos qui cum ipso erant: Magnus Deus $\zeta\bar{\nu}\bar{\sigma}$ omnes Deos congregavit, quatenus instruant & moneant Martinam. Tertiâ autem die taurorum im- molationem praecepit fieri, & instructam confessionem habere. Tunc etiam ad eum venientibus Romani

*Jupiter
corruis &
tonfrin-
gimur.*

deorum. Turbae autem aperientes viderunt Beatam le-
dentem in sede, & cum ea existentem chorum, quorum
gratia pulchritudinis enarrari non potest, & incensorum
magnum odorem; Dia autem cecidisse, & in puluerem
redactum esse. Stupefactus autem Imperator in tantâ
exultatione S. Martinæ, dixit ad eam: Vbi est Deus ζ ? ϵ ?
Sancta Martina dixit: Rationem fecit Christo de Apol-
line & Artemide, & non dixit veritatem; & tradidit
eum angelis tartaricis, & comminuerunt eum sicut A-
pollinem. Et tuum imperium, quod cum magnâ confu-
sione induitus es, postponens instituit.

a Mombr. Ioui. al.Dian.

CAPV I VII.

Martinæ Tyrannidij parobitus.

Martina morti ad- dicitur: 49 Vnc vero Imperator iratus iussit eam duci fo- ras ciuitatem , & gladio caput eius amputari. Sancta autem Martyr gaudens in exitu laboriosi huius seculi, orauit dicens: Gratias ago tibi Domine Deus, qui Sanctorum choros confirmasti ; & magnum & glorio- sum & terribile nomen Deitatis tuae adoro, qui manife- stè tenebrosum inimicum dispersisti , & infensatos & immobiles seductionis eorum dæmones in puluerem redigisti; qui glorioſo intellectu ancillam tuam in per- fectione confessionis thæ instituisti; qui mirabilem gra- tiā Patris tui & Dei nostri, Domine Iesu Christe, do- naſti nobis; qui S. Job probans per nequissimum diabo- lum, non inuenisti in eo malitiam, cui & contestificans fuisti; tu ergo Saluator , qui beatum Tobiam castigasti, & pro eâ quam in te habuit irreprehensibilem dilectio- nem, pietate tuâ misertus es vitæ eius ; qui manifestasti caligines tenebrarum , & veritatem declarasti; qui de- struxisti medium parietem , temetipsum ostendens in opere caritatis; qui mortificasti tenebras , & destruxisti

Tom. I.

dolores perditionis ; qui redegisti quæ de terrâ sunt in Ex mss.
terram, & fecisti quæ de cælo sunt esse in cælis ; qui elu-
risti & passus es, & crucem sustinuisti pro nobis ; qui in
profundum descendisti tartarum, vt tuâ morte nos im-
mortales constitueres ; qui illuminasti priores tenebras,
Domine Iesu Christe liberator, instrue animam meam
ad dulcedinem viscerum misericordiæ tuæ, & con-
numera me cum fidelibus tuis, qui tibi fideliter pla-
cuerunt, quia tu es qui electionem fecisti Sanctorum.
Te inuoco Domine Iesu Christe liberator omnium, &
te adoro, & te deprecor, & tibi supplico, qui me libe-
raisti de multis malis, quæ mihi ostensa sunt : lumen ve-
rum in lumine vero tuæ Deitatis, salua me cælestis Do-
mine Iesu Christe, apud quem non est personarum ac-
ceptio : perfectari in tui nominis confessione iube me
suscipi in tuam gloriam, vt splendide induita effugiam
malum quo circumdata sum. Redde verò maligno
Alexandro, sicut operatus est in innocentibus, & in
tuâ ancillâ : afflige verò cor eius incredulum, & ob-
dura lapideum eius spiritum, ad correptionem eorum
qui contemnunt tuam magnitudinem. Ego enim etsi
paupercula sum, & peccatrix, rogo me inueniri
mundam apud sanctam tuam pietatem ; quia agoniza-
ui pro veritate tuâ, & Filij tui Domini nostri Iesu
Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum,
Amen.

50 Et post hæc dixit carnificibus: In quo directi capite pte-
estis, complete iussa vobis. Et vitam finiuit per gla- ditur voc
diuum. Et vox de cælo facta est: Quæ certasti pro no- calesti sub
mine meo Martina, ingredere cum omnibus Sanctis secutâ,
confessionem complens in regnô cælorum, & hodie
mecum eris in paradiiso: lætare cum patribus tuis. Et extintis
faëtâ hac voce ceciderunt in faciem suam, & mortui litoribus:
sunt.

51 Tunc venit Episcopus ^a Rythorius, & omne Sa-
cēdotium Romanum, & adduxerunt sanctum corpus
eius cum canticis & hymnis spiritualibus in sextam regio-
nem, & posuerunt in ^b onychinum larnacem, glo-
fificantes & laudantes omnipotentem Deum qui in cælis ^c sepelitur
est, in horto qui vocatur Mirabilis; erat enim ^d pulcher-
rimus locus.

52 d Imperator attem Alexander percussus est dolore cordis eadem die, & sicut rabidus canis comedebat suas carnes, & dicebat gemens & tremens: Miserere mei Deus Christianorum, quia transgressus sum praecpta tua Christe, & exacerbaui te, & nomen tuum perse- *Tyrannus*
cutus sum, & ancillam tuam gratis poenau. Iustè à te *tristitia*
crucior; sicut feci retribuisti mihi. Et exspirauit cum sup- *cruciatur*
plicio multo, & disceptus & dilaniatus. Et vox de cœ- *dire mori-*
lo facta est: Ingredere Alexander in clibantum gehen- *tur, cum*
næ, vade in tenebras exteriore; tibi enim preparata est *terramoto*
tenebroſa poena, ad quam damnatus es. Factus est autem terramoto magnus, & crediderunt Deo in eadem die, qui erant in vrbe Româ pro voce, quæ facta est de cælo, animæ duo millia triginta. Et post dies octo passionis eius regnatit f Maximinus Cæsar, & suscepit eum omnis Romanus Senatus. Completum est autem martyrium S. Martinæ Kalendis Ianuariis. Honorantes autem huius Sanctæ fidem & passionem, oremus fratres, vt mereamur cum omnibus Sanctis fieri confortes, & gratiam inuenire apud Dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor & gloria, cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, in secula seculorum, Amen.

a Al.Ritorius. al. Rithorius. In MS. R̄p̄at. deest nomen. Haec
paullò aliter narrat Marsilius Honoratus ex antiquis bibliotheca Va-
ticana monumentis, in hunc ferè modum: Iacuit S. Martinæ ali-
quot diebus insepultum corpus, donec admonitus à Christia-
no quopiam Ritorius Episcopus, qui metu persecutionis in coe- S. Marini
miteris latebat, cum eodem Christiano illuc venit, reperitque *corpus ab*
sacrum corpus à duabus aquilis custodiri, vnâ ad caput alterâ ad aquilis cu-
pedes excubante, ne quidalicunque damni pateretur. Argumentum - stoditum,
to id fuit quanti apud Deum meriti esset Virgo iuvicata, quam
singulari hoc honore dignabatur. Erit verò corpus Virginis ad splendi-
- dò speciosum taliisque splendore conspicuum, ut magnum in- dum,

Ex Ital. tuentibus solatium afferret. Clam illud sepeliere, Dein Virco Mars, gine suâ triumphum laudibus celebrantes. Erecta deinde isthic à Christianis est ædes, Martinæ honori sacra, deinceps fidelium deuotione illustris: quippe cuius titulo initiati Sacerdotes reperiuntur, qui sacra isthie decenter procurarent. Aliquantò pôst S. Antero Papæ mandatum diuinitus, ut inde pretiosum hunc thesaurum tolleret, atque in Vrbem ad locum à Deo comonstratum transferret. Abit sanctus Pontifex cum Christianis aliquor ad locum in quo priùs conditum erat Virginis corpus; atreptoque ligone luis ipse manibus effodere terram coepit, ceteris opus prosequentiibus. Reperire tandem deossum thesaurum, vnaque glorioforum Martyrum Concordij & Epiphanij isthie quoque tumulata corpora: suntque simili Romanum deportata atque in horto quadam sepulta, ipso loco ubi nuperim inuenta sunt. *Hec ille. De S. Antero, à quo in Vrbem translatas S. Martina reliquias scribit Honoratus, agenius III. Ianuarij. Quibz sint Concordius & Epiphanius Martires, ne- dum compemimus.*

b id est, vnam ex alabastrite, est enim λάγανθι verna, capsula, setinum. **c** verò idem significat quandoq; quod ελαβαστρόν.

c MS. S. Max. locus vernans sicut paradise.

d Repugnant huic narrationi qui Alexandri res gestas scripsere auctores Ethnici. Sed nec ipsi inter se consentiantur; nam alijs occisum tradidit Moguntiaci, alijs in Siciliâ, sive Siciliâ vico, dum aduersus Germanos Galliam infestantes celeriè proficeretur; cum tamen eum vicum alijs in Galliâ, alijs in Britaniâ locent: alijs denique à Germano sturrâ, alijs à tironibus incitante Maximino interfectum scribunt: ut videantur mortis genus dissimilare voluisse. Quamquam potuit perpetrata ead Virginis cori ipsi mærore, ut hic dicitur, dein nunitiat Germanorum in Gallias irruptione, magnis itineribus, ut scribit Elieus Campridius, eò contendere, &c., ut erat suscipiensissimus, (quod idem testatur) dolore crescente, demum trucidari à Ius, subsecutis eadem tempore, etiam in Urbe, qua hic narrantur, portentis.

e fortè, sexaginta octo.

f Imperare cœpit Maximinus mense Martio, anno Christi 235, imperavitq; triennio & paucis diebus, ut Eutropius scribit.

INVENTIO S. MARTINÆ

Ex narratione Italicâ MARSILII HONORATI Presbyteri Congregat. Orator.

S. Martina I
reliquia
inuenta
25. Octob.
1634.

Sancta Martinæ Virginis ac Martyris repertum 25. Octobris die anni M. D. C. XXXIV. Romæ est corpus, in cryptâ, siue, ut vocant, Confessione ecclesiae ei olim dicatae. Erat ea crypta vetustate iam propè collapsa, ideoq; Petro Berettino Cortonensi, pictorum Academiae Præfecto, publicâ eiusdem Academiae auctoritate tributa, eo iure ac modo, quo transcribi certis hominibus ac familiis ecclesiarum facella consuevere; eâ tamen lege ut illam dotare, instaurare, atque ornare quâ libitum esset ratione teneretur. Cum igitur eam ad formam quæ nunc cernitur redigisset, iamque curaret sibi isthie sepulchrum statui, ubi ad decem palmos versus altare est humus effossa, vetustus detectus paries est, eoq; perfracto arca intus reperta. Res illicò ad Franciscum Barberinum Cardinalem VRBANI VIII. Pontificis Maximi nepotem, illius ecclesiae Protectorem delata est: qui mox id iussit Cardinali Ginetto Pontificis Vicario nuntiari.

Franciscus Barberini Car-
dinalis ec-
clesie S.
Martina
Protector.

2 Missi ab his Antonius Tornicellus Vicegerens, Ioannes Seueranus Sanseverinus ex Congregatione Oratori Presbyter, Hieronymus Brunus Firmanus Sacerdos, vt inspicerent considerarentque diligenter vniuersa, atque ad se referrent. Accurate illi mandata executi sunt. Arca erat fictilis longa palmos sex ac decem digitos; duos palmos ac duos digitos lata, alta palmum ac dimidium, duos digitos crista, tribus antiquis cooperta imbricibus, intra duos parietes conclusa, atque ita vndique humo agrestâ & saxis constipata, ut nemo omnino suspicari posset, tam pretiosum isthie delitescere thesaurum. Quæ obstacula feceré, ut non nisi ingenti labore ac molimine educi potuerit. Erat verò arca altari transuersim ab Occidente in Orientem imposita. Ad eius principia versus Occidentem, caput erat S. Martinæ, æreâ

in lance, lögâ palmum ac duos digitos, altâ digitos duos ac semis, non admodum crassa, & iam vetustate exesâ. Ex verticis commissurâ erat conicere muliebre cranium esse. At lanx illa pluribus erat ossibus imposita, que perspicue patet esse cuiuspiam teneræ Virginis, erantque ferè quotquot ad humani corporis compaginem necessaria sunt, aut certè deerant per pauca. Inter illa verò ossa plumbæ lamina reperta est, cui insculpti erant characteres, sed ita situ ipso eroſi, vix ut legi possent. Seiun- **ss. Con-**
gebat ossa haec à Sanctorum Concordij, Epiphanij, & cordij, Epi-
Socij eorum corporibus fictilis tabula, atque alia mar-
phanij, &
Socij reper-
morea circiter palmi magnitudine, in quâ haec visabantur ter reliqua,
epigraphe:

† REPELLENT CO
PA SCOR MAR MARTINE
V COCOII 2 EPIPHANII
CV SOCIO EORT †

Secundum hanc inscriptionem ingenti ossium copiâ erat reliquum arcæ confertum ac duobus capitibus. Re diligentius inspectâ, deprehensem est, tria esse corpora, duo nimis integra, ex tertio verò partes quasdam capitâ ac tibiae, & pulucris haud parum. Haec sunt corpora Sanctorum, quæ viâ Ostiensi reperta cum S. Martinæ corpore, translataque in Vrbem, ut ex veteribus Bibliothecæ Vaticanæ MSS. patet.

3 Sub hac arcâ duo vetustissimi visabantur transuersim ducti parietes, intra quos interceptus locus paris arcæ capax: & multa isthie ossa reperta, sed pleraque in minutissimas partes ac propè in puluerem redacta, absque vlo nomine aut inscriptione. Erant tamen supra tenues marmoreas tabulas absque vllâ alij thecâ collocata.

4 Huic verò fortunatissimæ rei adfui ego quoque, & Franciscus Grillus Romanus Sacerdos, Matthæus Bertuchius eius Ecclesiæ Presbyter, Petrus Berettinus Cortonensis, Franciscus Mochius Monterouicensis sculptor, Ioannes Baptista Soria Romanus architectus, Alexander Algardi Bononiensis sculptor, qui modò Academia illius Officialis est, aliique.

5 Sexto pôst die iisdem præsentibus, sublatus est lapis altaris, apertumque quod in eo erat sepulchrum duorum circiter quaquaversum palmorum, vndique fultum marmore; in eoq; duo reperta vasa vitrea instar magnarum lampadum, palmum circiter alta, ambo tenuibus è plumbō laminis cooperata: supra alterum tabula erat parua, è nigro lapide, quatuor lata digitos, palmum longa, cui haec erant incisa:

† COREYS S. MARTI
NE VTC 1M7
COPORA SACOCOII 2
PIPHANII M

in hoc vase reperta sunt quædam ossium frusta cum medullatum succo aliquo, adipis quoque particulae suo adhuc præditæ candore; in imo vasis materia quædam sanguinea & tenera, formam ferè referens cordis.

6 In altero vase, eiusdem quidem magnitudinis, sed absque vllâ inscriptione, repertus est pedis dextri pe-
cten cum suis articulis, partim adhuc connexis, partim diuulsis; deerant tamen digitorum articuli. Extra verò vasculum in ipso sepulchri pavimento, reperta sunt aliquot exigua ossa, veli particulae in puluerem redacte, particulae aliquot putrefacti iam ligni, crux paruula è ligno affabré tenuissimo operâ elaborata, superne perforata,

ut funiculo appensa gestari facile posset, omnis expers
cariei.

tisque aliis vtriusque ordinis Proceribus. Curavit Fran- Ex vA
ciscus Barberinus illius ecclesiae Protector & benefa- RII S.
ctor, ornatum adhibeti, quem tantus merebatur thesau-
rus. In arâ maximâ publicæ populi venerationi sunt ecce
reliquiae quâ par erat cæremoniâ ac solemnitate exposi-
tæ. Ad augendam verò populi pietatem concessit Pon- Indulgen-
tifex plenam indulgentiam reliquias illas piè visitantibus tias concen-
à primis ad secundas usque vesperas. Concurrit igitur dir.
ingenis isthuc populi multitudo.

Visit eas reliquias VR- 8 Venit eò deinde illasque reliquias visit ac religiosè
BANVS veneratus est Franciscus Barberinus Cardinalis. Ipse
**VIII. cum quoque VRBANVS VIII. Pontifex Maximus sequenti die
Cardina- Martis 28. Nouembris , post meridiem , eò venit cum
libus. Cardinalibus Torres , S. Onuphrij , Spada , Sacchetti ,
Pamphilio , Santacrucio , Brancacio , Francisco Barberi-
no , Burghesio , Ginetto , Cæsarino , Don Antonio , mul-**

9 Hactenus Honoratus, qui deinde S. Martinæ *Acta Italica* edidit, vsus præcipuè Mombritione & variis MSS. bibliothecarum Vaticanae & Vallicellanae, addiditq; eruditas annotationes, & historiam intentionis. Alexander Donatus noster lib. 4. de vrbe Româ, edito an. 1639. cap. i. 2. testatur nouum S. Martinæ templum à Franciso Cardinale Barberino edificari, ab VRBANO VIII. fronte Tiburtini lapidis exornari.

DE SANCTIS MARTYRIBVS BONONIENSIBVS

CAIO, IACTO, HERACLO.

I. IANU. **H**aud vulgo hi noti Martyres: memorantur in MS. MartYROLOGIO S. Hieronymi his verbis: In Bononiâ Cai, Ia-
cti, Heracli. Nec sussicetur quis eos esse qui IV. Ianua-
rij coluntur, Herinetem, Aggæum, Caium; nam & hi in ea-
dem MS. MARTYROLOGIO pridie Non. referuntur.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

VICTORE, FELICE, NARCISSO,
ARGYRO, ET SOCIS.

LXXXV. **H**os exhibuit idem S. Hieronymi MS. Martyrologium his verbis: In Africâ, Victoris, Felieis, Narcissi, & Argyri, & aliorum iv.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

PRIMIANO, SATVRNINO, ALIO
SATVRNINO, VICTORE, HONO.
RATO, LEVCIO, HERMETE.

I.IANV. **H**os quoque, haud alibi obseruatos, accepimus ex eodem MS. Martyrologio S. Hieronymi, in quo isthac habentur: Papa, Primiani, Saturnini. Item Saturnini, Victo-
ris, Honorati, Leuci, Hermetis. Illud Papa pro Papiâ pos-
tum fit, ab eo qui Martyrologium illud amplificauit, an viri no-
men significet, haud statuimus.

DE S. PARACODA

EPISCOPO VIENNESSI.

CIRCA I
AN. CHR.
CCXXXIX.
I. IANV.
S. Paracodæ in sacris
fastis no-
men.



*E*sideratur in Martyrologio Adonis Viennensis, quod Heribertus Rosvreydus noster edidit, S. Paracodæ nomen: sed in MSS. Monasterij Lobiensis, & S. Laurentij Leodij, atque Appendix Adonis hec habentur: Eodem die sanctissimi Paragodæ, septimi Viennensis Episcopi. Eademq; habet Martyrologium Germanicum, ac MS. Florarium Sanctorum. Eadem ferè Philippus Ferrarius, Beda, alitq; Neque illa Adonis Martyrologio adiecta aliena manu arbitror, vt censet Rosvreydus. Quia enim credat ab Adone predecessorem suum pretermisso Pyragodam, Piragodam, Paragoden alij appellant.

Variè eius
Sub quibus
Imperato-
ribus vixe-
rit.

2 De eo ista scribit Ioannes Boscius in Bibliotheca Floricensi, qui & octauum suisse eius Sedis Antisitem ostendit. Post S. Dionysium S. Paracodas, Græcus natione, vti fuerat Dionylius, Præsulatum gessit; ætate Antonini Caracallæ, Aurelij, Alexandri, Maximini, Imperatorum; ad quem

Victor Papa ita scripsit:

Victor Episcopus, fratri Paragodæ Episcopo salutem.

Collega noster Dionysius dormiens, te nobis socium in Ecclesiâ Christi reliquit. Vides Frater Orientalem Eccliam propter celebrationem Paschæ ab Occidentalî disiunctam esse. Placuit ergo nobis Apostolorum sancta ipsam. toribus, vestrae vnanimitati scribere, vt secundum quod scriptum est: *Vetera transferunt; Ecce noua facta sunt omnia;* 2. Cor. 5. non tenebras sequamur, sed lucem; vt aduertamus v. 17. Prophetam: *Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnum.* Propterea Frater & collega in Domino, doce per Ecclesias tibi commissas, à xv. Luna Pascha agendum, Pascha post ut dicat nobis Apostolus: *Pascha nostrum immolatus est xiv. Luna Christus;* & Fuis tenebra, nunc autem lux in Domino. Una cœlum nimitas fraternali, te in Domino salutat. Fratres qui apud te Viennae versantur, de nobis in Domino salutans, 1. Cor. 5. Vale. Ephes. 5.

Honoratur verò S. Paracodas annuo recursu IV. Non. v. 8. Ianuar. Cuius ætate S. Zacharias Antistes Lugdunensis florebat. Hec Boscius. At legitime sit hac Victoris epistola, dubitari merito potest.

DE SANCTIS XXX. MILITIBVS MM.

ROMÆ VIA APPIA.

SVB DIO-
CLETIAN.
I. IANV.



*B*eda, Vſuardus, Ado, ceteriq;: Romæ, viā Appiâ coronæ sanctorum Militum xxx. Martyrum sub Diocletiano Imperatore. Martyrologium Germanicum addit, primùm in vincula coniectos, ac deinde capite plexos. Gallesinus quoque caput iis præcisum ipsius iussu Diocletiani, scribit.

Noskerus, quod in ceteris passio & obitus horum Sanctorum

Corone nomine indicatur, aliter exposuit, vt eorum Primipilum Coronam appellaret: nisi sit vitium librarij. Item Romæ, inquit, viā Appiâ Corona & militum xxx. qui sub Diocletiano Augusto pro confessione Christianæ fidei martyrio coronari meruerunt. Eorum meminit & Martyrologium S. Hieronymi. MS. Martyrologium monasterij S. Richarij quod Beda nomen prefert, habet tantum XX. MS. S. Laurentij Leodij quod est Adonis, XXI.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

EVPHROSYNO EPISCOPO, PRIAMIANO

vel PRIANO ET ALIIS IX.

NICOMEDIAE.

I. IANV.

Martyrologium idem S. Hieronymi: Nicomediae Eufrolini Episcopi, Priani, & aliorum ix. MS. Monasterij Rhinouviensis: Nicomediae Eofrosini Episcopi, Priamiani, Era... Memoratur in Mense Gracorum

6. Martij Euphrosynus quidam aquam bullientem iussus potare, sicq; occisus. Sed diuersus ab eo videtur hic noster: de quo tamen nihil yspiam legimus.

DE S. SEVERO MARTYRE

RAVENNAE.

AN. CHR.
CCCIV.
I. IANV.



*A*nctum Seuerum Rauennatem Episcopum, quem Kalendis Februarij Ecclesia celebrat, Kalendis Ianuarij quadam referunt Martyrologia, hinc fortassis nato errore, quod cum hoc die S. Seuerus martyrium Rauenna subierit, eum cum altero multo celebriori & Episcopo auctores quidam confuderunt. Et Maurolycus quidem Episcopum & Martyrem appellat cum qui Kalendis Ianuarij colitur, vii & MSS. Martyrologia duo, Beda nomine insignita, alterum domus Professe Societas Iesu Antuerpiae, alterum Ecclesia S. Lamberti Leodij; item MS. Florarium Sanctorum Martyrol. Colonense vetus solum Episcopum; quedam MSS. Episcopum & Confessorem eum

vocant. Martyrologium S. Hieronymi ista habet: Rauen- vitiōsē, ut na depositio S. Seueri cum fratribus. iterum deinde Ka- plurimū, lend. Februar. Rauennā, Seueri Episcopi. Quæ obscura; expressa. prefertim cum depositio vix soleat nisi de Confessore yfirpari. quid verò illud sibi vuln. Cum fratribus & deinde an duo fūre Seueri Episcopi Rauennates Confessores, in vnum deinde conslati; quorum unus Marcellino Caij Papa temporibus successerit, alter Agapito anno Christi 346. Constantio IV. & Constantie III. Coss.

Quidquid sit de eâ quæstione, alius Rauenna fuit Seuerus Colitur t. Martyr, quem Philippus Ferrarius in catalogo Sanctorum Ianuarij Italiae, & in generali catalogo Sanctorum, Kalendis Februarij referit,

refert, testaturq; eius ob S. Seueri Confessoris solemnitatem officium differri. Ast Hieronymus Rubeus Kalendis Ianuarij mortem pro Christo appetuisse afferit lib. 2. Historiar. Rauen. Caio, inquit, subrogatus Marcellinus, & Marcellino Marcellus fuit. Quo tempore Seuerus Rauennas, alias ab Archiepiscopo, è medio sublatius est ab Maximiano Augusto; qui decimus & postremus in Occidente Christianos persequebatur. Viri enim sancti prodigia, & vitam innocenter aetam cum Maximianus accepisset, ob inueteratum in Christianos odium, captum, & sacrificare falsis diis renuentem, vti diximus, interfici iussit Kal. Ianuarij: cuius cadasuer nunc summa religione in Obito, quam plerique veteribus Rubens.

Herbanum fuisse putant, ab incolis conseruatur, & EX VARIIS colitur. Hoc loco, mea quidem sententia, Franciscus AVCTOR. Maurolycus Messanensis Abbas manifeste aberrasse deprehenditur, qui in suo Martyrologio, hunc fuisse Episcopum scribat: & longè magis Ferrettus, qui hunc Seuerum cum illo confundat, qui fuit Ecclesij Archiepiscopi fratris filius.

Falli Rubeum aut Ferrarium: non enim huius Seueri extare Negat Fer-
Vrbem reliquias, sed alterius qui xv. Februarij & 1. Octob. rarius.
colitur. Petrus de Natalib. lib. 3. cap. 66. S. Seuerum Marty-
rem & S. Seuerum Presbyterum, illum qui xv. Februarij col-
tur, in unum conflauit.

DE SANCTIS MARTYRIBVS EVANTO ET HERMETE IN RHÆTIA.

I. IAN. *Martyrologium S. Hieronymi: In Retia Euanti, Hermetis.*

DE S. MAGNO MARTYRE.

I. IAN. *Martyrologium Romanum: Eodem die S. Magni Martyris. Eadem habet Bellinus à Padua, Franciscus Maurolycus, Petrus Galeſinius aliiq;. Nihil præterea de eo reperi.*

DE S. THEODOTO MARTYRE.

I. IAN. *Martyrologium Romanum: Eodem die Sanctus Martyr Theodosius gladio vitam finit. Bini deinde versus subi-
tus capite ciuntur, quorum hac est sententia: Non feram, inquit
plexus.* Theodosius, nisi gratiam Dei capite redemero. Aliquot
celebrantur in Latinorum Martyrologiis Theodoti, à quibus
tamen diuersum hunc creore esse.

VITA S. G R E G O R I I E P I S C O P I N A Z I A N Z E N I PATRIS S. GREGORII THEOLOGI.

CIRCA AN. CHR. CCCLXXXII. *S*anctum Gregorium Episcopum Nazianzenum, S. Gregorij Theologi parentem, hoc die venerantur Graci, vt ex I. IAN. Mena pater; in quibus haec habentur: Eodem die S. S. Gregorio Gregorius pater S. Gregorij Theologi in pace quietus pater scit. Eum laudat Gregorius filius in carmine quod de se ipse cō- Nazian posuit, & alibi; sed fuisse oratione in eius funere habitā prae- sente S. Basilio, in quam extant Eliae Cretenis commentarij Theologi. Et scholia Iacobi Billij, ex cuius interpretatione eam hic damus.

S. G R E G O R I I T H E O L O G I I N L A V D E M P A T R I S S V I G R E G O R I I O R A T I O .

IACOBO BILLIO INTERPRETE.

*S. Basilio i. H*omo Dei, & fidelis serue, & mysteriorum honorifica Dei dispensator, & vir spiritualium deside-

riorum: hoc enim nomine sublimes & excelsos vi- *compedita-*
ros, & supra ea quae oculis cernuntur, positos, *tio.*
Scriptura vocat. Quin te quoque Pharaonis, hoc
est omnis Aegyptiacæ atque aduersariæ potestatis
Deum appello, Ecclesiæque columnam & funda-
mentum, & Domini voluntatem, & luminare in
mundo verbum vitæ sustinens, & fidei fulcimen-
tum, spiritusque domicilium. Et quid nomina ea om-
nia, quæ tibi tua virtus peperit, alia alia tibi concili-
ans atque offerens, recensere pergo? Ceterum dic
quæso. Vnde te habemus, quænam est opera tua,
quidque nobis allatus huc accidis? Quandoqui-
dem omnibus in rebus te Deo adiutore Deique affla-
tu impulsuque, atque ad eorum, qui te excipiunt,
vtilitatem moueri compertum habeo. An vt nos vi- *Causa ob-*
fas huc te contulisti? an vt pastorem queras? an vt *quas ad id*
gregem visitæ? nos quidem iam nullos, maximâque *fūnus ve-*
nostri parte simul cum eo vitâ perfunctos, atque hunc *nerit Ba-*
afflictionis locum grauissimè ferentes, hoc præsertim
tempore, quo peritum gubernatorem vitæque no-
stræ facem, quam nobis salutis ignem è sublimi ostendit
intuentes recto cursu cerebamur, amissimus:
illum autem cum omni virtute pastoralique discipli-
nâ, quam diurno tempore collegerat, à nobis mor-
te abruptum, plenum dierum, ac prudentiâ, & (vt
Salo-

PER GRE- Salomonis verbis utrū gloriet sene^ctute coronatum:
GOR. FIL. gregem denique anxium & abie^ctum, summoque, vt
PROverb.^{26.v.31.} vides, merore tristitiaque profligatum, non iam in
virenti loco requiescentem, nec refectionis aqua enu-
tritum, sed praecipitria & solitudines & barathra, in
qua^e dispergatus ac pereat, qua^erentem, num alium
quoque posthac soleret ac prudentem pastorem
consecuturus sit, dubitantem; illud quidem certissi-
mè sibi persuadentem, numquam se alium ei virtutē
parem habiturum, beneque secum agi putaturum, si
non multo inferiorem.

Innuitat
Basilium
Gregorius
ur defun-
ctum lau-
der. Et su-
persites
ronfletur.

2 Porro cùm tria hæc, vt dixi, tibi hoc veniendi
necessitatem peræquæ attulerint, nos scilicet, & gress,
& pastor, age pro eo curationis spiritu, quo præditus
es, congruentem cuique medicinam adhibe, ac ser-
monem cum iudicio dispensa, quò tuam sapientiam
magis admiremur. Quoniam autem modo dispensa-
bis? Primum si illum, vt virtus ipsius promeretur, lau-
daueris, non solum vi puro puram orationem instar
funebris cuiusdam muneris inferas; sed etiam vt vi-
tam illius vitæque ratione alias velut exemplar quod-
dam ad imitandum proponas. Deinde si de vitâ &
morte, de animæ corporisque coniunctione ac separa-
tione, de duobus mundis, hoc nimur, præsenti ac
fluxo & fragili, & eo qui animo ac ratione intelligitur,
nec umquam effluit, breuem ad nos orationem ha-
bueris; nobisque persuaseris, vt illius quidem impo-
sturas ac perturbationem & inconstantiam, ac velut
in vndis sursum deorsumque iactationem asperne-
mur; huic autem firmo & stabili, & diuino, semperq;
eodem modo se habenti, atque omnis turbulentia &
confusionis experti totos nos addicamus: sic enim
fore, vt eorum qui ante nos è vitâ discesserint, interi-
tum minus discruciemur, imò etiam lætemur: si nos ora-
tione tuâ hinc abductos in altum subuexeris, præsen-
temque molestiam in futuro exuo abdideris, fidemq;
feceris nos quoque ipso ad bonum Dominum con-
citatō cursu properare, atque habitationem peregrina-
tionem meliorem & præstantiorem esse: quodque
nauigantibus est portus, hoc iis qui huius vitæ pro-
cellis agitantur, migrationem in alteram vitam esse:
aut etiam quemadmodum qui longum iter priores
confecerunt, meliore sunt conditione, quam qui iti-
neris laboribus adhuc fatigantur; ita tolerabiliorē
& meliore eorum conditionem esse, qui ad supernum
illud hospitium iam peruererunt, quam qui si-
nuosum adhuc præruptumque huius vita iter emi-
tiuntur. Ac nos ad hunc modum consolaberis.

3 Iam verò gregis merorem quâ ratione minues? Primum si te, sub cuius pennis conquiescere omnibus honestum est & expetendum, cuiusque vocem ardentius sitemus, quam purissimos fontes qui siti correpti sunt, Antistitem illi ducemque nosti defuturum pollicearis. Deinde si nos eò adduxeris, vt ne nunc quidem nos à Pastore illo bono, animamque suam pro ouibus ponente relictos esse confidamus: quin potius eum & adesse, & pascerre, & viam præire, & oves suas cognoscere, vicissimque à suis cognosci, non illum quidem corpore, sed spiritu nobiscum versantem, ac pro gregis salute aduersus lupos bellum gerentem, nec quemquam latronum more caulan trâ-
silire, atque animas veritatis doctrinâ recte institutas peregrinâ voce distrahere, furtimque intercipere sienentem. Nec dubito quin hoc nunc quoque magis postulatione suâ faciat, quam prius doctrinâ: quippe qui excussis corporis compedibus, ac face illâ, mentis puritatem turbante liberatus, proprius iam Deo iungitur, ac nudus primam illam purissimamque mé-
tem nudam alloquitur, Angelorumque classe ac liber-
tate (si tam audacter loqui fas est) donatur. Sed hæc pro tuâ dicendi facultate spiritusque potentia rectius per te ipse, quam tibi submonstrare possim, philoso-
phaberis atque constitues.

Pro suis
orat. S. Gre-
gorius iam
defundus.

4 Ceterum ne virtutum illius ignoratione fiat, vt longè infra rei dignitatem oratio tua sublistat, pau-
cas qualdam laudes ex his, quas in eo perfexi, leuite adumbrabo, primisque lineis informabo, ac deinde tibi eximio harum rerum pictori opus in manus tra-
dam, vt virtutis illius pulchritudinem accuratiū ex-
polias, eamque tradas memoriz hominum sempiter-
nae. Ille igitur, vt patriam, génus, corporis dotes, ex-
ternum splendorem, ceteraque quibus gloriari mor-
tales solent, ad encomiorum leges remittam, atque ab his, quæ nobis prima sunt maximeque propria, ini-
tium dicendi faciam, radicis nequaquam egregiæ,
nec ad pietatem commodè natæ, nec in domo Dei
plantata surculus extitit, (priora enim postremorum
fiduciæ non erubesco) quin potius admodum præ-
posterae ac portentosæ, ex duabus rebus validè contra-
riis, nimur Gentili errore atque legali vanitate cō- Hypsistæ-
flatæ: quarum ambarum partes qualdam fugiens, ex riorum se-
quibusdam rursus partibus constituta & coagmen- ^{Età media} _{inter gen-}
ta est. Nam qui in eâ sunt hæresi, ex Gentilium qui- ^{deos.}
dem religione simulachra & sacrificia ita reiiciunt, vt lu-
ignis interim & lucernarum cultum retineant; ex Lu-
daismo autem ita Sabbatum colunt, certisque cibis
sordide abstinent, vt tamè Circumcisionem repu-
dient. Atque humiles & abiecti homines Hypsistario- In hac se-
rum homen sibi arrogant, solumque Omnipotentem ^{Età vixit} aliquadiu
venerantur. Hoc ille modo cùm ad impictatem bi- ^{S. Grego-}
formis quispiam eset, in quæ tandem virum muta- ^{rini.}
tur? Evidem statuere non possum, gratiamque illam
à quâ vocatus est, an illius animum ac voluntatem
magis laudare debeam. Vt cumque sit, vsque adeò ab
eâ lippitudine, quæ intentis ipsius oculis inhæretat, Ad Chri-
repurgatus est, tantâque celeritate ad Christianæ do- ^{Ad Chri-}
ctrinæ veritatem accurrit, vt quod superni Patris ve- ^{sum con-}
ræque hereditatis causâ & matre & bonis aliquantis ^{ueritatur.}
per carere sustinuerit, & quiorumque animo hanc igno- ^{Bonorum}
miniam, quam summos alij honores, tulerit, minus ^{iusturam}
ipse mirer, licet alioqui admiratione in primis dignu- ^{sustinet.}
Quid ita? Quoniam hæc gloria illi cum multis aliis
communis est, omnesque magnâ illâ Dei sagena in-
cludi, ac Piscatorum doctrinâ irretiri oportet: tamet-
si alij citiùs, alij seriùs ab Euangeliō cōprehendantur.

5 Quod autem mihi ex ipsius rebus potissimum admirari subit, hoc necessariò dicendum est. Ille autem te^a vita etiam quam ad nostram caulam se contulisset, noster inculpsa. erat. Morum quippe probitas eum nobis vendicabat. Nam quemadmodum ex nostris plerique nobiscum non sunt, quos scilicet à communi corpore flagitiosa vita ratio separat; sic contrâ permulti exterorum à nobis stant, quicumque nimur fidem motibus anteuertunt, ac solo Christiani nomine parent, cùm rem ipsam habeant. Quo in numero meus quoque pater erat, ramus quidem ille alienus, ceterum morum honestate ad nos propendens. Ac temperantia Eximia in quidem laude adeò excelluit, vt idem simul & ama- publicis
bilissimus & moderatissimus eset: quo duo haud fa- muneri-
cile concurrere solent. Iustitia autem illius quod ma- bus, tem-
ius illustrisque argumentum afferti potest, quam perantia & iustitia.
quod in magnis Reipub. muneribus administrationi-
busque veritatis, ne teruncio quidem facultates suas auxerit: idque cùm alios cerneret publicis bonis Bri-
rei manus, vt dici solet, iniciates, ac scelerato quæstu turgescentes? Sic enim opes iniustis artibus collectas
voco.

 simulque dæmonibus, à quibus ducebatur, ita suadentibus, nullum genus impietatis prætermittebat, nunc
 allicioendo, nunc comminando, nunc fallendo, nec cal-
 lidis solū artibus, sed vi etiam homines ad se pertra-
 hendo. Nec tamen eius ita obscura esse consilia pote-
 rant, quin satis omnes animaduerterent eum versutis
 consiliis persecutionem tegere: nec rursus apertam
 vim intentabat: quo alterutro saltē modo capere-
 mur, vel fraude circumuenti, vel per vim expugnati.
 Hunc porrò qui magis aut contempserit aut oppres-
 erit, ecquis tandem reperietur. Ac contemptio qui-
Eius mili-
tibus forti-
ter reficit
&tus, quos in Ecclesiis nostras immiserat, vt eas vel vo-
Gregorius
pater.

risque aliis oppugnatihuc quoque cum eadem animi
 ferociâ venisset, ac pro imperio & potestate templum
 sibi dedi iussisset, tantum absuit, vt quidpiam eorum
 quæ cupiebat, perficeret, vt nisi patrio meo vel suopie
 consilio vel cuiusdam admonitu protinus cessisset, cal-
 cibus etiam cæsus discessurus fuerit. Ita in illum furore
 & zelo templi Sacerdos astuabat. Pestem autem &
 exitium quâ tandem ratione quispiam illi magis con-
 flasse videri queat, quam & publicè coniunctis totius
 populi votis & orationibus impium fundens ac pro-
 fligans, ac ne temporis quidem turbinem reformi-
 dans, & priuatim nocturnam aduersus eum aciem op-
 ponens, hoc est humi cubitatione seniles & roscidas
Orationes
 carnes conficiens, & lacrymarum fonte pauimentum
& pœni-
proluens, in annum etiam ferme integrum, idque eo
sentias con-
folū, cui res occultæ perspectæ sunt, arbitrio faciens,
tra eum
ac propter pietatem ab ostentatione, sicut iam dixi-
scepit.
 mus, alienam, sedulò admittens, vt nos res ea lateret. At-
 que omnino latuisset, nisi ipse aliquando ex improviso
 cubiculum ingressus, humiliisque decubitus signa con-
 spicatus, atque ex quodam ipsius famulo quidnam hoc
 esset percutatus, noctis arcanum intellexisset.

33 Altera eiusdem temporis eiusdemque fortitudinis
 narrationem accipite. Cæsaræ ciues de Archiepiscopi
Cæsarea ad
creatione factiosè inter se contendebant (nam alter
tumultus
clanculum se abduxerat, alter requirebatur) acrisque
seditio erat, compresiliique atque sublatu nequaquam
facilis. Præter id enim, quod in hac re, præsertim ob fi-
dei furorem, natura sua ad tumultus excitandos pro-
cluius est ea ciuitas; cathedrae insuper illius splendor &
gloria contentionis acrioris causam afferebat. Atque
hoc statu res erat, ac nonnulli Episcopi aderant Ar-
chiepiscopum electuri. Sed cum in plures sententias
popularis multitudo distraheretur, aliique alium pro-
ponerent (quemadmodum in huiusmodi negotiis fieri
consuevit, prout quisque vel cuiuspiam benevolentia,
vel Dei pietate mouebatur) tandem plebs tota vno
consensu primarij ordinis virum unum, eximiâ illum
quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen di-
uino Baptismo consignatum, inuitum & repugnantem
Eusebius
corripientes, simulque militaribus copiis, quæ tum in
nondum
urbem venerant, opem afferentibus, in sublimi Sede
baptizatus
eligitur
collocarunt, Episcopisque obtulerunt, ab iisque petere
Cæsareensis
Episcopos
institerunt, vt eum salutari aquâ tingenter, atque Ar-
chiepiscopum nominarent, iussum interim vim ad-
miscentes, non id quidem admodum grauiter & mo-
destè, admodum tamen piè atque ardenter. Nec enim
cuiusquam virtus aut pietas oblata occasione clariùs
emicuit. Sed tum quid factum est, quoque progres-
sus est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem
perfuderunt, Antistitem pronuntiarunt, in throno
collocarunt, manibus tamen potius quæ voluntate
sinceroque animi affectu, sicut postea declaratum est.

Vt enim volentes lubentesque discesserunt, ac quæ
vellent, liberè decernere potuerunt, consilium inter se
Electio-
neunt, haud scio an spirituale, sed ineunt tamen, atque
retractane
omnia quæ gesta fuerant, abrogare statuunt, eamque
Episcopi.

in-

institutionem, ut minùs legitimè factam pro irritâ habere; vim ei, cui non minor vis illata fuerat, obiciennes, ac sermones quosdam perulanter magis quam sapienter eo tempore iactatos vrgentes. At magnus Episcopus noster, & quisque rerum æstimator, sicut cum iis, qui huiusmodi consilium inibant, abductus est, nec eorum sententiam comprobauit: sed constans atque inuidus permanxit, haud minùs quam si nullam omnino vim perperitus fuisset. Nam cùm vtrisque vis allata fuisset, vel vicissim accusandos eos esse dicebat, si ipsum accusarent, vel culpâ soluendos, si ipsum culpâ soluerent, vel, quod iustus erat, ne absoluendos quidem, tametsi ipse criminis solueretur. Si enim ipsi venia deberetur, vtique & illi: sin illi nullo modo parcendum esset, multò iis minùs delicti veniam esse sperandam.

Lögè enim ipsis honestius tum futurum fuisse periculum subire, atque omni ratione obfistere, quam infidias postea moliti: eo præsertim tempore, quo veteres inimiciæ potius essent deponendæ, quam nouæ exco-

Iulianus aduersatur electio.

gitandæ. Sic enim se res habebat. Aderat quippe Imperator aduersus Christianos tremens, atque hanc electionem irato infesto que animo ferens, grauesque in eum, qui Archiepiscopus institutus fuerat, minæ iactabantur, atque in nouaculæ acie sitæ res ciuitatis erant, ab eone die in rerum naturâ esse desineret, an seruaretur, ac clementia humanitatisque non nihil impetraret. Adeum enim dolorē, quem ob Fortunam secundioris fortunæ tempore solutam eueramque capiebat, noua hæc atque infolens Præfus eleætio accedebat, quam publici iuris conuulsione atque oppressionem interpretabatur. Quin ipse quoque prouincia Præfectus rationes conquirebat, quibus temporis atrocitatibus obseque, & eum malo aliquo posset mulctare: ne erga eum quidem alioqui amicè ac benevolè affectus; sed, quia aduersas in Repub. partes tuebatur, inimicè atque infensè. Quocirca eos à quibus eleætus fuerat, velut accusatores illius futuros per litteras accersebat, non iam leniter & remissè, sed minis etiam quibusdam additis, tamquam hoc Imperator flagitarer.

Prefectus prouincia cupit re-scindere electionem.

Gregorius magnâ libertate re-scribit ad laicos ista non perti-nere.

34 Cùm igitur pater de eâ re epistolâ accepisset, sine vlo me tu ac cunctatione vllâ responsum huiusmodi dedit: ex quo animaduertere licet, que in eo animi libertas fuerit, quovâ spiritu acta. Nos, inquit, optime Præfecte, rerum omnium quæ geruntur, centorem vnum ac Regem habemus, qui nunc armis oppugnat. Is & præsentem electionem experdet, quam nos ritè ac legitimè, atque ex ipsis voluntate fecimus. Vobis autem tametsi vim afferre, si ita tulerit animus, in prochui sit; id tamen numquā extorquebitis, quin ea quæ facta sunt, vt rectè iusteque facta patrocinio nostro defendamus: nisi hanc vobis legem promulgare libeat, quibus ne limis quidem oculis res nostras aspicere fas est. Hanc epistolam Præfectus ipse, tametsi ad breue aliquod tempus stomachatus, mirificè suspexit: quemadmodum ex multis intellectum est, qui res illius perspicillissimas habebant. Atque hoc & Imperatoris repressit imperium, & ciuitatē periculo, atque adeò nos dedecore arque infamia liberavit. Hoc ciuitatis exiguae cathedræque summissioris Episcopus præstit. An non autem principatum ita tenere multò melius ac præclarius est, quan è sublimioribus thronis declamare, ac rebus potius quam nominibus superiorem esse?

Reprimitur Imperator & Praefectus.

Moritur Eusebius.

35 Iam quod in illius rebus gestis ordine quidem postremum, vi tamen & facultate primum & maximum, quis est tam ab orbe nostro remotus, vt nesciat? Rursus eadem ciuitas eamdem ob causam seditione laborabat, eo nimis, qui honestâ & egregiâ vi ad Episcopatum pertractus fuerat, celeri morte abrepto, atque ad Deum, cuius causâ in perfecutionibus fortiter strenueque decertrârat, profecto. Atque ea sedition quâdūcior & feruentior, tantò etiam stultior & absurdiior erat. Non enim obscurum erat, quis præcelleret

Tom. I.

(quemadmodum nec inter sidera Solis præstantia PER GAT. ignota est) sed perquam clarum ac perspicuum, cùm COR. FIL. aliis omnibus, tum eximia præsertim ac purissimæ populi parti, hoce & sacris ministris, & nostris Nazarens, quibus vel solis, vel potissimum illis electiones istas committi oporebat (sic enim numquā Ecclesiis male esset) ac noniis, qui opibus ac potentia florent, aut stulta ac temerariæ plebi, plebisque adeò ipsis vilissimo & contemptissimo cuique. Nunc vero parum abest, quin ciuiles magistratus meliore ordine ac disciplinâ regi existimem, quam nostros, qui diuinæ gratiæ ascribuntur; atque huiusmodi res melius timore quam ratione administrari. Nam nisi ita esset, quis modò sanæ atque integræ mentis te reliquo ad alium se cōculisset, diuine vir & sacrosancte; te, inquam, in manibus Domini depicto, matrimonij experte, nihil possidente, carne propemodùm & sanguine vacuo; te, inquam, doctrinâ & verbis post Verbum inter philosophos sapiente, inter mundanos cælesti, sodali, inquam, ac socio meo, dimidiâque (audaciùs hoc dicam) animæ meæ parte, ac in eum & vita & doctrinæ communione coniuncto. Vellem mihi te apud alios liberâ oratione describere liceret, ac non coram ista te præsente penderentur, neceſſe vt habeam quamplurima parcè laudare, ne in aspersionis suspicionem incurram. Verum vt eò, vnde oratio digressa est, redeam. Spiritus quidem hominem suum norat (quidni enim nosset?) ceterum obſistebat inuidia; quorum autem, dicere me pudet, atque vtrinam nec ex aliorum sermone, qui res nostras comicâ dicacitate sedulò insectantur, eorum nomen audire liceret.

36 Sed hæc, vt fluuij petras eas quas in medio fluxu offendunt, prætereamus, atque obliuione digna silentio tegamus: ad eaque quæ deinceps sequuntur, progrediamur. Probè sciebat vir spiritualis, quæ Spiritus erant: ob eamque causam demissos omnes & abiectos affectus submoendos esse iudicabat, nec coitionibus anticipatisque opinionibus certandum, nec plus gratiæ, quam Deo tribuendum: sed vnam tantum Ecclesiæ virilitatem communemque omnium salutem ob eam suades oculos ponendam. Ac proinde litteras scribebat, monobat, populum conciliabat, Sacerdotes cùm alios tum eos qui sacro munere fungebantur, obtestabatur, decernebat, etiam tum absens suffragium ferebat, canicie fietus in alienis quasi in suis auctoritate vtebatur. Denique quoniam electionem legitimam ac regularem esse oportebat, cùm vnus ex eorum numero, qui Pontificem nominarent, desideraretur, è leitulo se abstrahit, homo iam & senectute & morbo fractus, atque ad vrberem iuuenili animi vigore contendit, vel potius emortuo corpore, ac paulum spirante defertur, magnificæ parentationis instar hanc sedulitatem sibi fore persuadens, etiam si quid ipsis humanitus accidisset. Atque hîc quoque miraculum contigit, minimè dubiam cit. fidem faciens. Labore corroboratur, alacritate vegetatur, negotiorum administrat, ad conflictum se parat, in throno Archiepiscopum collocat, domumque tandem reducitur, non iam vehiculo tamquam sepulchro, sed tamquam arcâ diuinâ vsus.

37 Quo etiam in munere lenitatis illius, de cuius laude haud pridem verba facere desij, luculentius argumentum edit. Cùm enim ipsis collegæ contentiæ, in quâ victi fuerant, ignominiam, lenisque omnibus in rebus auctoritatem & principatum grauissimè ferrent, ob idque ipsis inferni essent, conuictrique eum incesserent, eos quoque tolerantiâ suâ fregit ac superauit, maximum auxilium sibi in animi facilitate & humanitate positum reperiens, atque in eo, quod maledictis lacefissus maledicta non regerebat. Quid enim Manuera-graue est, si cùm rebus superiori fuisset, lingua se vinci dñe iratos pateteretur? Quamobrem siveorum animos lenitatem suâ mitigat & cepit, ascito præsertim in sententiæ suæ auxilium tempore, vt irâ in admirationem conuersâ ad eum ipsis ex-

C 3 cusatum

De eleætio-ne Basiliy contentio.

PER GRE- cusatum venirent, genibus aduoluerentur, pudore ob-
GOR. FIL. ea quæ priùs admiserant suffunderentur, abiectis que
odii eo Patriarchâ, Legislatore & iudice veterentur.

38 Haud dispartis zeli ea illius contentio fuit, quâ
Hæreticis se fe hæreticis opposuit, cùm impij cum Imperatoris co-
ppiis suffulti expeditionem aduersus nos suscepserunt,
vt nos quoque in potestatem accepturi aliis que adiun-
cturi, iam fermè omnibus in seruitutem redactis. Nam
hic quoque non paruo nobis adiumentum fuit, tum per
se ipse, tum per nos etiam fortasse, quos velut nō igno-
nos ac degeneres catulos in illos tamquam in saeui-
mas bestias immitebat, ad pietatem nimirum exer-
cens. Vnum habeo quod vtrique succensem (ac peto
Filiū Sa- simensi Ec-
clesie pra-
ficit.

à vobis ne meam hanc dicendi libertatem ægrè mo-
lestèque feratis: expromam enim animi dolorem, et
iam si grauis hic sermo futurus sit) quòd me huius vitæ
malis offensum, ac solitudinem adamantem, vt haud
scio an quisquam nostri sacerdoti, communemque hunc
turbanem & puluerem omni celeritate vitare, salutem-
que meam in tuto collocare obnixo studio conten-
dentem, nescio quo modo in hoc permolestum & insi-
diosum animarum forum per speciosum Sacerdotij
nomen intulisti. Quâ ex re multas calamitates partim
iam subij, partim expecto. Nam qui mali aliquid iam
perpessus est, vix induci potest, vt sibi melius aliquan-
do fore speret, etiam si aliud persuadeat ratio meliora
fuggerens.

39 Sed ne illud quidē præterierim, quòd cùm in om-
nibus rebus fortè & toleranter animum sublimio-
temque, quam ut corporis integrumento cederet, præ-
stislet: tum verò postremo morbo, qui eum simul
Ministerij
sacri tem-
pore, morbi
dolores non
sensit.

cum feneçtute adorabatur, eoçque diurno & peri-
culoso laborans, illud quidem cum aliis hominibus
commune habuit, quòd ægrotaret, hoc autem non ita
commune, sed admodum peculiare aliisque miraculis
congruens & consentaneum. Nam cùm quotidie ac
frequenter quoque quauis die, interdumque etiam
horâ dolore comprimeretur, solo ministerij sacri tem-
pore confirmabatur, dolorque succedebat, quasi iussu
& imperio fugatus.

Psal. 89. 40 Cùm autem centum fermè annos vixisset, fines
v. 10. vtique tempori nostro à Davide constitutos præter-
Moritur gressus, ex illisque in Episcopatu quinque & quadraginta,
forè 100. quod ferè humanæ vitæ spatiū est, exegisset: ita
annorum,
45. Episcop.

demum in bonâ feneçtute diem extremum claudit.
Quonam modo? In orationis verbis ac gestibus, nullo
vitij vestigio, plurimis virtutum exemplis relictis. At-
que eo nomine maior quam hominis conditio ferre
videatur, ipsius veneratio in omnium linguis menti-
busque verlatur: nec facilè quisquam reperietur, qui
illius memoriam animo recolens, non etiam positâ,
Iob 29.
v. 9. sicut Scriptura loquitur, manu ad os suum, imaginatio-
nem quoque ipsam amplectatur. Hic illi vitæ cur-
sus fuit: hic vitæ finis.

Magnificiū
Sæmis
templum
adificārat.

Descriptio
templi.

41 Et quoniam liberalitatis ipsius munificentiae
que monumentum posteris relinqui oportebat, quòd-
nam tandem aliud potius cœueniebat, quam hoc tem-
plum, quod Deo & nobis extruxit (populi quidem
largitione nonnihil adiutus, multo maiorem autem
sumptuum partem è suo impendens) opus sanè me-
morabile ac prædicandum, magnitudine permulta,
pulchritudine cuncta propemodum antecellēs? Nam
& octo æquilateris rectis in se occurrit: & columnarum
ac porticum elegantia per laquearia in altum
afflurgit, & quidem eiusmodi picturis ornata, vt nec
naturæ ipsi concedant. Quid quòd superno cæli splen-
dore collustratur, vberrimisq; lucis fontibus spectan-
tium oculis irradiat, vt veræ lucis domicilium? Ad hæc
eximiaæ materiaæ spatiis æquianigulis vtriusque positis
lurimumque intermedij loci complectentibus cingit:
ac prætereà portarum & atriorum venustate
prælucet, accedentesque procul inuitat. Nondum de
externo ornatuloquor, de lapidum quadratorum at-

que in trinam coniunctionem aptatorum pulchritu-
dine & magnitudine: quorum alij marmorei sunt, ni-
mirum qui in basibus & capitibus, quibus anguli in-
tercipiantur, locati sunt, alij patrij quidem illi, non ta-
men exoticis inferiores. Nondum de variis & multi-
plicibus zonis, à fundamentis ad verticem usque pro-
tentis atque intextis, cuius ea est altitudo, vt spectato-
rem damno afficiat, visum circumscribens. Quónam
modo tanti temporis opificium tantique laboris &
industriae tam breui sermone ob oculos ponerem? An
hoc dixisse fuerit satis, quòd cùm certa ciuitates mul-
tis extruptionibus publicis priuatisq; decorentur, hæc
vel sola nominis nostri famam apud multos illustrate
potuit? Ac templū quidem ad hunc modum se habet.
Quoniam autem Sacerdote etiam opus erat, hunc
quoque domi acceptum offert: templi magnificentia
dignum nécne, dicere haud queo, sed tamen offert.
Quandoquidem porrò victimæ quoque requireban-
tur, has infuper adiungit, nempe filij afflictiones, at-
que in rebus aduersis patientiam: vt Deus ab eo ra-
tionale holocaustum habeat, ac pro legali hostiâ spiri-
tualem victimam egregiè consumptam.

42 Quid ais pater? Vtrum ista sufficiunt, atque
hanc vel prosecutricem, vel funebrem orationem ita
accipis, quasi laborum eorum, quos iuuandis proue-
hendisque meis studiis suscepisti, fructum tuleris, ac
pro tuo veteri more pacem orationi concedis, eiçque
ne modum excedat tediumque pariat, finem impo-
nis? An additamentum quoddam & corollarium de-
sideras? Sed finem haud dubiè statuis: satis quippe
longam orationem habuimus. Hoc verò mihi bonâ
tuâ veniâ adicere liceat. Fac sciamus quę tua sit gloria,
quod lumen te circumstet: atque vxorem tuam ali-
quantò pôst, & liberos, quos adhuc viuens funere ex-
tulisti, & me quoque nequaquam iam yltrâ, vel certè iam defun-
perexiq; tempore cum huius vitæ miseriis conflicta-
sum in-
fuscipe, quem vtrique nostrum condidisti, videlicet
hîc quoque Sacerdotem tuum & cognominem hono-
re afficiens: veniamque tribue, siue quid dicendo præ-
termisimus, siue quid tuâ gratiâ assumptum minùs
commodè traçtauimus: ac denique cùm gregem uni-
uersum & omnes Episcopos, quorum pater vocatus
es, tum me præsertim paternè à te & spiritualiter co-
actum gubernâ, ne tuam vim usque quaque accusem.

43 At tu, quid censes, ô meorum sermonum actio-
numque iudex? Si hæc satis copiosè disseruimus, tuo-
iterum ad
que desiderio satisfecimus, calculum adde, & accipie-
dicendum
mus (nam profecto calculum tuum calculum Dei in-
terpretamur:) sin autem & illius gloriâ & tuâ expecta-
tionē longè inferiorem orationem habuimus; in
promptu est, qui suppetias ferat. In illius laudes vo-
cem tuam tempestiuæ pluviæ instar expectatam im-
mitte. Ac sanè maximis te nominibus obnoxium ha-
bet, & vt pastor pastorem, & vt pater filium: quod ad
gratiam attrinet. Quid verò mirandum, si qui terra-
rum orbi per te intonuit, idem nunc fructum quoque
aliquem extuâ voce percipiat?

44 Restat iam, vt cum spirituali Sarâ præclari no-
stri patris Abrahæ coniuge & æquali funebrem ser-
monem habeamus. Non est, mater, eadem Dei homi-
numque natura, aut, vt in genere loquar, Superoru&
eorum qui in terrâ versantur. Apud illos enim con-
stans & immortale est, tum hoc ipsum quòd sunt, tum
quæcumque ad illud pertinent. Quæ enim à rebus fir-
mis & ceris oriuntur, eadem quoque firma & solida
esse necesse est. Res autem humanæ quo modo se ha-
bent? Labuntur & intereunt, & aliam atquæ aliam sub-
inde mutationem capiunt. Vita quidem & mors tam-
et si inter se plurimùm differre videantur, inter se ta-
men mutuò transneant, vicissimque succedunt. Et enim
vita ex corruptione parente nostrâ principium ducens,
ac per corruptionem, hoc est perennem eius quod
præsens

præfens est excessum, iter faciens, in corruptionem tandem, nimurum in huius vitæ finem definit. Mors contraria, quæ non in modò nos à præsentibus malis vindicat, verum ad supernam quoque vitam sèpè traducit, haud scio an propriè mors appellari queat, ut pote nomine magis quam re formidabilis. Atque absurdè sanè & præpostorè affecti esse videmur, qui ea quæ formidolosa non sunt, extimescamus, ea autem quæ metuenda sunt, ut meliora magisque expertanda complectamur. Una vita est oculos ad vitam coniectos habere. Una mors, peccatum: animæ enim est interitus. Cetera quibus nonnulli insolentiùs efferuntur, nocturna quedam visi sunt, veris rebus imposturam facientia, & fallacia animæ spectra. Hoc animo si fuerimus, mater, nec ob vitam nos magnoperè efferemus, nec morte nimirum angemur. An verò mali quidpiam nobis acciderit, si hinc ad veram vitam migrauerimus, si mutationibus, vertiginibus, satietatisbus, ac turpi illâ tributi pendendi necessitate liberati cum rebus certis minimeque fragilibus futuri simus, parua lumina circum lumen illud magnum tripudiantes?

*Matrem
viduam
confolatur.*

45 At te ab eo sciunciam discruciaris? spes te obliteret. At acerba res est viduitas? audio, sed illi non acerba. Vbi porrò charitatis bonum erit, si faciliora nobis

ipsi dantes, al periora proximo tribuamus? Imò quid PER GRÆ-
EST OMNINO, quod tibi acerbū videri debeat iam GOR. FIL.
iamque morituræ: Instat fatalis dies, diurna non erit
hæc molestia. Ne ignavis cogitationibus res leuissimas
oneremus. Magnis rebus priuatis sumus: at etiam con-
secuti fueramus. Atqui priuari omnium est, adipisci
paucorū. Quare mentem nostram illud non deiiciat,
sed hoc potius consoletur. Æquum enim est meliora
deterioribus cedere. Filiorum mortem adhuc floren-
tium & ad viuendum idoneorum fortissimè & sapien-
tissimè tulisti: fac etiam senilis corporis, iamque vitæ
confecti (tametsi sensus integerrimos animæ vigor ipsi
conseruārit) abiectiōnem feras. At deest, qui tui cu-
ram gerat. An verò non tibi præstò est tuus hic Isaac,
quem tibi omnium instar ille reliquit? Parua hæc ab eo
postula, vt te manu fulciat, vt seruilia officia præster:
maiora hæc repende, maternam benedictionem, ora-
tiones, atque alterius æui libertatem. Doles te admo-
neri? Id verò laudo. namque ipsa multos admonuisti,
nimurum eos omnes, qui in tam longo vitæ curriculo
ad tuam sapientiam se contulerunt. Quare ad te fe-
minam in primis sapientem nihil hæc oratio pertinet:
sit autem afflictis & lugentibus communis solatij me-
dicina, vt se mortales prosequi mortales intelligent.

CIRCA
AN. CHR.
CCCXCIV.
I. IAN.

DE

S. ALMACHIO

SIVE

TELEMACHO

MARTYRE, ROMÆ.

EX VARII
AVCR.

*S. Alma-
chius sive
Telemachus ethni-
cos repre-
hendens
Kalen. Ian.
occisus.*



ALENDIS Ianuariis sanguinem pro Christi gloriâ fidit Almachius sive Telemachus: de quo Martyrologium Romanum: Romæ S. Almachij Martyris, qui iubente Alipio Vrbis Præfecto, cùm diceret, Hodie Octauæ Domini diei sunt, cessate à superstitionibus idolorum & à sacrificiis pollutis; à gladiatoriis occisus est. Eadem cetera ferè omnia habent Martyrologia. addit Beda, & Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 3. hac de causâ captum & à gladiatoriis occisum. Vetus Martyrologium Romanum: Romæ S. Almachij decollati sub Alippio Vrbis Præfecto. MS. Martyrologium S. Hieronymi: Natalis Coronæ, qui iubente Alciprio Vrbis Præfecto cùm diceret, Hodie Octauæ Dei cæli sunt, cessate à superstitionibus idolorum & sacrificiis pollutis, à gladiatoriis hac de causâ occisus est.

2 Rem gestam ita narrat Theodoretus lib. 5. historia Ecclesiastica, cap. 26. Honorus Europæ potitus imperio, pugnas gladiatoriis, quæ Romæ olim fieri consueuerant, tali inductus occasione sustulit. Telemachus quidam vitam excolens monasticam, profectus ex Oriente, hac de causâ Romam contendit. Ac dum sceleratum illud edebatur spectaculum, in stadium ipse ingreditur, atque ad gladiatores descendens, mutuam inter eos dimicationem sedare nititur. Itaque crudelis

cædis spectatores accensi iracundiâ, & à dæmonie, qui ex illâ sanguinis effusione voluptatem capiebat, ad furorem impulsi, pacis auctorem lapidibus obruerunt. Lapidibus obruitur. Quâ re cognitâ Imperatoꝝ admirabilis Telemachum in Martyrum iniutorum numerum adscriptis; cruce Refertur in dele autem illud spectaculi genus penitus sustulit. Hæc numerum Theodoretus. Videtur igitur à spectatoribus, foris & gladiatoriis, lapidibus primùm appetitus sanctus Martyr, deinde iussu Præfeti ad sedandum populi tumultum comprehensus, moxq; inauditâ causâ gladiatoriis iterum traditus trucidandus.

3 Petrus Galeſinius & Philippus Ferrarius hac ad Diocletianum tempora reuocant, quod non existimant sub religiosissimo Principe Honorio Vrbis Præfecturam homini ethnico creditam. Sed quod post quoque magnis munieribus functi ethnici ac heretici? Negant cultum idolorum tum viguisse. Non erat ita tamen penitus extinctus, vt non ludi profano more adhuc fierent.

4 Alipium verò hunc (qui aliis Asclepius, Ascliippius; Quis hic Palladio, Galeſinio, & Ferrario Alypius, Adoni Alippius, Vrbis Præ Bellino & Maurolyco Olympius) censet Baronius Faltonium fecit. Probum Alipium Q. Clodij Hermogeniani fratrem fuisse, qui post Aegypti Præfecturam gerens Ioannis Anachoreta congressu ad meliorem frugem videtur reuocatus, vt ex historia Laufacea cap. 23. patet: ideoq; sub Theodosio potius quam Honorio hæc gesta censet Baronius.

V I T A
S. F V L G E N T I I
R V S P E N S I S E P I S C O P I.

P R A E F A T I O.

CIRCA
AN. CHR.
D. XXIX.
I. IAN.
S. Fulgen-
tij vita à
quo scri-
pta.



A N C T V M Fulgentium omnia celebrant Latinorum Martyrologia, aliq; auctores se- rē innumeri. Vitam eius, graui stylo, in- quid Molanus, eius discipulus scriptit. De cuius tam auctore, quam auctoritate, nemo dubitat, qui eam perleget.

A quibus edita ea est à Laurentio Surio ex ms. Monasterij S. Pauli in Soniâ filiâ sive Rubæ vallis: ac deinde à Ioanne Molano anno 1574: iussus Fulgentij prefixa operibus, ex ms. Monasterij Vallis S. Martini Canonicorum Regularium Louaniâ, cum ms. Monasterij Fontis B. Marie iuxta Arnhemium à Ioanne Vli- merio collata. Tandem Parisiis à Iacobo Sirmondo nostro cum eiusdem Fulgentij operibus recognitis. Has omnes editiones cum ms. Monasterij S. Maximini, & Monasterij S. Maria Bonifonti, & S. Maria de Ripatorio contuli.

V I T A
S. F V L G E N T I I
A Q V O D A M
EIVS DISCIPVLO CONSCRIPTA

A D

FELICIANVM EPISCOPVM.

PROLOGVS AVCTORIS.



MNIS noui Testameti fidelissimus dispensator, in quo loquitur Christus, sancte Pater Feliciane, ut exemplo suo credendum sibi facile persuadeat, operum bonorum curam maximam gerit, & quidquid alii faciendum dicit, ipse primitus facit. Sine causâ quippe nititur docere sapienter, nisi vixerit innocenter. Duo igitur Ecclesiæ Catholicae doctori- bus necessaria iudicantur: vita bona, & sana doctrina. Vita enim bona commendat sapienter docentem; doctrina sana ornat benè viuentem. Vita bona facit amabilem; doctrina sana laudabilem. Vita bona continuò creditur imitanda; doctrina sana numquam iudicatur esse repudianda. Vita bona tollit occasiones de- trahentibus; doctrina sana resistit contradicentibus.

**Causa scri-
ptionis.** 2 Propterea mihi diutissimè beati Fulgentij Pôtificis, tui scilicet prædecessoris, à quo simul nutriti sumus, & nonen & gratiam cogitanti, dum frequenter ante oculos cordis mei magister egregius verfaretur, dolebam tanti viri solatio caruisse populos Africanos. Et quamvis ille gaudiis cœlestibus oblectandus, ad meliora migrauerit, apud nos tamen modò similem deesse doctorem, sapientiæ eius benè conscius, suspirabam. Dabatur sanè flebili recordationi quedam re- spiratio, quoties dulcissimos libros eius, aut epistolas, aut quos edidit populo præsente sermones, velego le- gebam, vel legentes alios audiebam. Verumtamen in illis præclaris opusculis ingenium viri sapientiamque posse cognosci, tacitus considerabam: cuius autem

iustitiaz, probitatis & misericordiæ fuerit, & quomodò laudabiliter vitam suam, quod tu benè nosti, cum familiaribus suis translegerit; sicut docuit viuens, scire plerosque non dubitabam, latere tamen plurimos sentiebam. In posterum verò ne obliuio longa conuersationis eius bona nesciret, semper & vehementius formidabam. Dixi ergo diu cogitans: Ecce fulget beati Fulgentij doctrina, quoniam leguntur ab omnibus libri eius: quasi ipse loquitur, quando codex eius titulatus nomine, legitur: quia autem fiet, ut similiter nota sit omnibus vita eius bona. Quamdiu viuunt adhuc, qui nouerunt eum, vel à certissimis testibus aliquid de eius virtutibus audierunt, potest illi præsens memoria verum testimonium perhibere. Quid ager ventura progenies? Quid in transmarinis partibus longè constituta fidelium turba? Cùm peruenient ad notitiam lectionis, in quâ idem beatissimus Pontifex absens loquitur, & mortuus viuit; admirabuntur profectò sapientiam: vnde cognoscant innocentiam? Sicut ergo clara est eius doctrina, sic clarior fiat etiam vita. Lo- quamur & narremus fratribus nostris, quomodò tan- tus Pontifex vixerit.

3 Nec timendum est, ne minore facundiâ Sacerdo- tem, qui per vniuersas orbis Ecclesias magnum nomē ^{Auctor} obtinuit, ego faciam paruum. Cuiuslibet enim sit me- ^{Fulgentij} ritio oratio mea, nec augere poterit tanti viri merita, nec ^{Discipulus.} minuere: sed proficere tantummodò ad caritatis testi- monium, in quâ illi semper inhærente desiderans, saluti- feris eius monitis ad suscipiendam Monachorum pro- fessionem conuersus, in illo paruissimo Monasterio, quod sibi apud Sardiniam pro Christi nomine tele- gatus effecrat, vbi iam tu presbyter ^{*Alhabi-} * habitabas, die- ^{tas.} ac noctibus ante eum positus vixi: quando me su- per mel & fauum dulciora cœlestis eius eloquij flumi- na frequenter rigabant, & nisi sterilitas arentis ingenij præpediret, centesimum fructum gleba nostri pectoris attulisset. Sed indignus ego, de tantâ plenitudine vix exigua capere valui portionem. Tuæ tamen paterni- tatis orationibus fretus, libelli præsentis laborem susci- pere cogitau: in quo omnia, quæ memoriter nobis audientibus ipse referebat, & illa insuper, quæ oculis nostris adspeximus, vt iam positi in doctrinâ illius, quemadmodum sint gesta, non ignoramus, breuiter explicabo: notam falsitatis incurtere nullatenus timēs, cuncta quippe senilem tuam paternitatem minimè la- tent; nec tibi nunc aliqua quasi nescienti dicuntur, sed tuo potius testimonio confirmando simpliciter di- geruntur.

V I T A.

C A P V T I.

B. Fulgentij ortus, institutio, munus in repub.

BEATVS igitur & verè Fulgentius, nobili secun- dum carnē genere procreatus, parentes habuit ^{Patria &} ^{genus Ful-} ex numero Carthaginem Senatorum. Auus deni- ^{genitij.} que eius nomine Gordianus, dum Rex ^{*Gensericus} ms. Rip. memoratam Carthaginem viator inuadens, Senato- ^{& Sur.} res plurimos, imò cunctos, amissis omnibus bonis, ad ^{Huneri-} Italiam nauigare compelleret, inter ceteros etiam ipse ^{cus.} impo-

Anus exul. impositam peregrinationem libenti voluntate suscepit, volens, falso facultatibus perditis, non perdere libertatem. Post cuius obitum, duo ex filiis eius, spe recuperandæ hereditatis, Africanam prouinciam repetentes, manere iam intra Carthaginem minimè potuerunt, domo propriâ donatâ sacerdotibus Ariani. Sed possessionibus suis ex parte per auctorita-

* ms. Rip. Biziunc; alij, By- zantium; alij, Bi- thyniam.

Parentes. tem Regiam repetitis, ad * Byzacum perrexerunt, ibique in Tellepte ciuitate vnu corum, nomine Claudio ex coniuge nomine Marianâ, Christianâ scilicet & honestâ feminâ, istum, cui tanta gloria debebatur, feliciter genuit; eumque statim, quasi præscius qualis eslet futurus, Fulgētium nominauit. Quem religiosa mater moriente celeriter patre, Græcis litteris imbuendum primitus dedit, & quādū totum simul Homerum memoriter reddidisset, Menandri quoque multa percurrebat, nihil de Latinis permisit litteris edoceri: volens eum peregrinæ linguaæ teneris adhuc annis percipere notionem, quò facilius posset, vieturus inter Afros, locutionem Græcam, seruatis adspirationibus, tamquā ibi nutritus, exprimerē. Nec sefellit matrem piā cauta prouisio. Sic enim, quoties ei loqui Græcē placebat, post longam desuetudinem locutionis eius & lectionis, non inconditis sonis verba proferebat, ut quasi quotidie inter Græcos habitare putaretur. Litterarum proinde Græcarum præcepta scientiâ, Latinis litteris, quas magistri ludi docere confueuerunt, in domo edoctus, artis etiam Grammaticæ traditur auditorio, magnitudine ingenij cuncta sibi tradita memoriter & veraciter retinens.

Vnde tamen, domesticorum negotiorum cogente necessitate, citò sublatus, paternæ domus gubernationem suscepit adolescens; ita se maternis imperiis subdens, vt ibi quoque Christi existeret imitator, de quo sacra Euangelia contestantur: *Et erat subditus illis, id est, parentibus.* Gaudebat venerabilis mater, & præclarā inde sapientis filij mœrem viri amissi consolabatur. Cœperat in illâ familiâ esse, qui amicis obsequium benevolus redderet, inimicos rationabiliter repelleret, seruos mansuetus & severus regeret atque corrigeret, patrimonium diligens coleret, sublimioribus potestatibus carissimus fieret. Cuius rei gratiâ, crescente per singulos dies famâ eius, repente Procurator ordinatur, hinc initium sumens imperandi, & consulendi, ac gubernandi quam plurimos.

Paternam domum administra. Luc. 2. *Fit Procurator.*

violentia, qui nihil timent nisi peccata, nihil agunt nisi PER IRVS vnde possint diuina implere mandata? Non fatigantur Discipulæ publicis excursibus, non damna rei familiaris coguntur aut flere miserabiliter, aut timere deformiter. Operates manibus suis, nō aduersantur utilitatibus alienis. Viuunt inter se pacifici, sobrij, mites, humiles atque concordes. Nulla illis cura libidinis; imò magna sollicitudo & iugis custodia castitatis. Imitemur tam laudabiles viros: arripiamus hanc benè viuendi constantiam. Sit nobis vtile, quod gratiâ Dei reuelante meruimus meliora cognoscere. Abiiciamus pristinos mores, & mutemus labores. Nitebamus prius inter amicos nobiles apparere nobiliores; nitamus modò inter seruos Dei pauperes effici pauperiores. Si coacti sumus exigere debitores, conemur modò conuertere peccatores. Solet etiâ de publicis exactoribus efficere Christus Dominus noster magistros Ecclesiæ. Detelonio Math. 9.

enim vocatus est Matthæus, ut Apostolus fieret. Neque nos huic honori personam conuenire credimus nostram: sed si ille deposito officio exactio[n]is, accepit officium prædicationis; mihi non licebit post depositam procurationem, pœnitentis assumere lamentationem? Refugium nostrum Deus est: nulla de ætatis imbecillitate nascatur excusatio. Potens est quippe Deus, qui dat continentiam tantis adolescentibus, quos videmus in Monasteriis viuere, mihi quoque peccatori similem gratiam donare.

C A P V T I I I.

Praeexcitatio vita Monastica in seculo.

6 Post hæc verba, diutiùs in suo pectore ruminata, Preparat decreuit, sancto Spiritu reuelante, sacerularibus omni[n]o renuntiare deliciis, & illius vitæ socius fieri, quam laudabat. Prius tamen cogitans, ne subita mutatione simul corpusque perturbans, inter ipsa conversionis initia grauiissimum sibi vel impedimentum vel scandalum gigneret, occulte arripuit rara exercere ieiunia: dehinc paullulum progrediens, antiquorum sodalium tentabat vitare consortia: segregatus frequenter à turbis, in possessione propriâ, nescientibus omnibus, paréibus & clientibus, quasi propter actionis laborem tristis sedebat, & ibi orabat, legebat, ieiunabat, epularumque immoderatam copiam minuebat, ad balneas penitus non accedens. Et sub ipsâ adhuc professione laici, plenè iam monachus conuersabatur.

7 Stupebant omnes qui nouerant eum, & tā delicati viri mirabilem parsimoniam, causamque mutationis huius interpretabantur ex angustiâ natam pusillanimitatis. Apud illum verò per singulos dies amor sancte professionis, & mortificationis impensior cura crescebat. Aliquando igitur, ubi omnia, quæ sibi dura videbantur, expertus, adiutorio gratiæ spiritualis, voluntatis sua sensit suppetere facultatem, Beati Augustini, exponentis tricelimum sextum psalmum, * disputatio[n]e commonitus & compunctus, publicare suum tationi statuit votum, mutare gestiens habitum: ne vel amicabit ad se venientes pati cogeretur, cum quibus diu sacerulariter vixerat. Cogitabat autem vir prudentissimus, conuersionem sui cordis sibi soli vitem futuram, librorum latere potuisset: publicatam verò, multis aliis exemplis immixta, bonum dimittendi peccata pristina præstatu[m] pellitur utram. Quis enim mediocris aut pauper fieri Monachus erubesceret, dum Fulgentium videt, * genuini manifestet. fastus arrogantiâ recedente, duras abstinentiæ vias, * al. Ge-patientiæ gressibus ambulantem?

C A P V T I I.

Mundi tedium, ac religiose vita desiderium ei iniicitur.

5 ACCEPTA tamen hac potestate dum clemēter vitatur, & neminē lādere pro ingenitâ sibi bonitate desiderat, atque in exigendis penit[er]ionibus crudelitatem iubetur exercere, cœpit sacerularium negotiorum grauis apparere sarcina, & displicere felicitas vana: paulatimque laudabili patientiâ succedente, cœpit vitæ spiritualis amor exurgere, desiderium lectionis, insuper & orationis indefessum crescere studium. Monasteriorum proinde suauissimos greges frequentius visitans, seruorum Dei mores propositumque discebant. Inter abstinentes nulla esse gaudia saceruli, sed nulla etiam esse tādia sentiebat. In summi abstinentiâ viventes videbat neminem calumniatorem timere, sed se inuicem diligere. Considerabat etiam multos adolescentes perpetue continentia deditos, ab omni posse abstinere concubitu. Talibus apud semetipsum cogitationibus fluctuabat, atque in hæc verba prorumpens, Cur obsecro, aiebat, sine spe futurorum bonorum laboramus in sacerulo? quid nobis aliquando præstare poterit mundus? Sigaudere desideramus, licet melius sit benè flere, quam malè gaudere; quantò melius tamen gaudent, quorum sic in Deum tranquilla est conscientia, quos minimè terret exactoris improbi

C A-

C A P V T I V.

Religionis ingressus.

FVIT autem tunc temporis Episcopus quidam laudabiliter prædicatus, nomine Faustus, qui pro fide Catholicâ non longè à cathedrâ suâ iussus fuerat relegari. De multis enim Sacerdotibus hoc Hunericus tyranni persecutoris astuta malignitas ordinauerat, ut iuxta patriam propriam peregrinationis incommodum sustinentes ad negandum Deum faciliter flesterentur. In eodem proinde loco, ubi relegatus tenebatur, Monasterium sibi construxerat: in quo spiritualiter viens, apud omnes Christianos honorabilis habebatur. Ad hunc ergo S. Fulgentius, quippe ei notissimus, alacriter venit, cùque votum cordis sui fideliter indicauit. Ille autem sciens sæcularem omnino iuuenem, verebatur talia credere pollicenti, dicens ei: Quare fili mentiris, ut seruos Dei fallere deleteris? Tunc eris Monachus, aut antiquam deliciarum tuarum consuetudinem sic repente mutabis, ut escarum vilius negligenter apparatus, & vestium sordidarum tuum animum non offendat abiectio? Prius est, ut sis saltus laicus minus deliosus: & tunc forsitan credibile putabo, quod renuntiare sæculo aut velis, aut valeas. Ad hanc illę iuuenis magis ac magis inflammatus, repellens manum suppliciter osculatus, sic oculis in terram depositis precabatur: Potens est, Domine pater, dare volenti facultatem, qui nolenti tribuit voluntatem. Permitte me tantum tuis inhærere vestigiis: aperi mihi ianuam Monasterij: præbe sanctæ adificationis adiutorium: fac me vnum de discipulis tuis: & Deus nouit, quomodo me liberet ab iniuritatibus meis.

Egregie ab eo admitti.

Hæc audiens beatissimus senex, grauiissimum putauit, supplicantem diutius spernere; tandemque flexus ad consentiendum, Mane, inquit, nobiscum fili, sicut vis. Experiamur paucis diebus, utrum verbis facta concordent. Utinam superfluo sit timor meus, & professio tua inueniatur stabilis. Postquam ergo supplicantis consensum præbuit sanctus Faustus Episcopus, sonuit illicet per affines & notos, Fulgentium monachum factum. Gratulabantur boni, confundebantur mali. Quodam faciebat vita eius tranfacta in deliciis desperare; quodam singularis ingenij notissima scientia, magnum aliquid suadebat de profectu eius velociter sperare. Quidam verò familiares eius, quibus ab infantia carissimus amicus & fidelissimus fuerat, eum imitari cupientes, ipsi quoque sæculum contempserunt, & se Monasteriorum gregibus mortificata voluntate iunxerunt.

Alij eum imitantur.

C A P V T V.

Prima eius constantia à materno dolore probatio.

Mater turba venit ad Monasterium.

AVDIT hoc mater, referentibus multis, ad conbata monachorum fugisse Fulgentium, totiusque domus regendæ atque gubernandæ curam penitus dimisisse, nec omnino iam posse de tali proposito reuocari. Turbatur, expauescit, & amoris nimij desiderio concitante, quasi iam Fulgentius moreretur (quamvis benè moreretur, qui sic moriebatur) cælum nimiis lamentationibus pulsat; & sicut solent matres in funeribus filiorum, modum nescit habere lacrymarum. Raptus inconsideratis cursibus ad Monasterium furibunda, contumeliis & conuiciis Sanctum Faustum nihil dubitans aggreditur: Redde, inquiens, filium matri, redde dominum seruus. Sacerdotes semper beneficia multa viduis præstant, quare nunc domus viduæ per te perit? Cui patienter respondit Episcopus: Si tu mihi filium tulisses, ego te, mulier, deberem, quantum dolor imperaret, arguere: in modo tu mihi iuste contumeliam

facis, quia ego tibi filium tuli. Quando enim tibi dispieler, quia seruiturus es Christo, benè facis contumelias inferre Fausto. Sub his etiâ sermonibus æqua- *Faustus ei* nimiter tolerans, & affabiliter aridens videndi saltem filij *viden-* *di copiam* filium nullam prorsus dat licentiam. Illa sciens, quan- *negat.* *clamoribus eiulabat, & Fulgentij nomen frequentius* *in clamans, desolationem suam miserabiliter allegabat.*

11 Hæc prima beatum Fulgentium tentatio multis viribus impulit, dum suam genitricem, quam semper amauerat, cui maximâ devotione seruierat, audiret aribus suis flere. Sursum tamen corde positus, audiebat, & non audiebat, nec illius preces aduertere dignum putabat, quia pietatem solitam religiosâ crudelitate vincebat. Ibi iam futuræ patientiæ in laboribus multis exemplum fidelissimum præbebat, & similis ebrio per spiritalem gratiam factus, utrum mater esset, quodammodo ignorabat. Hic eum beatus Faustus Episcopus extoto corde conuersum primitus approbavit, & cum gaudio ceteris fratribus dixit: Facile poterit hic iuuenis tolerare quemcumque imposuerimus laborem, qui poret maternum despicer iam dolorem. Illa mater dum se plangere sapit, nec ad se filium prodire cognosceret, in eodem loco eum iam non esse credebat: quia si ibi esset, non ferre possit dolorem matris, adhuc virtutis eius nescia, putabat. Sapit ergo iens ac rediens, & Episcopo molestias, & filio plurimas afferebat insidias, donec tædio vieta, propriam reueteretur ad domum.

C A P V T VI.

Eius abstinentia.

12 **B**EATVS ergo Fulgentius supra *humanum modum laboribus se abstinentiæ cruciabat, sine vino **al. cre-* *dibilem.* & oleo manducans & bibens, sic parcet & tenuiter, vt *ms. Rsp.* inediæ magnitudo siccata corporis cutem fatiscere *incredibili-* diuersis ulceribus cogret, ac superductâ, quam di- *lem.* cunt, impetigine delicati corporis pulchritudo fœda- *Agrotiac* *ob nimiam* retur. Putabant plurimi, tunc beatum Fulgentium sub *abstinen-* occasione ipsius infirmitatis, aut recessurum simul à *tiam;* proposito sanctitatis, aut reddendum deinceps tepidum, ne vel regulæ communis parsimoniam custodiatur. Ille verò contra spem omnium, misericordiæ Dei præuenientis auxilio gubernatus, ex infirmitate corporis ampliores vires animi capiebat; & tantò abstinentior, quantò debilior, de salute perpetuâ iugiter *In ea tam* cogitabat; salutem verò corporis arbitrio Domini *persistit.* committebat, hoc plerisque dicens: Scimus omnes ex epulis vitam solere seruari, non sanitatem possit conferri. Nam vt sanetur infirmitas, si explenda videtur gulæ cupiditas; quare infirmantur etiam illi, qui conuiuis lautioribus quotidie saginantur? Tolerabat ergo infirmitatem patienter, exercebat abstinentiam sati humiliiter. Paruum náque purans omne quod faciebat, de die in diem melior fieri gestiebat. *Hoc proposi-* *Conuale-* *Conuale-* *scit.* motus, cum totâ mente mundum sibi crucifige- *matri do-* *nas, non* *fratri; Et* fuâ, sicut scriptum est, ambularet: portionem substan- *quare.* *Thren. 3.* *ne Claudium, per donationem soli contulit matri, vt v. 27.* à matre postmodum, si benè seruisset, donaretur & fratti. Sic salubri consilio superbiam iunioris fratris edomare

C A P V T VII.

Bonorum abdicatio.

13 **T**UNC animus viri sapientis altiori pietate co- *Bona sua* motus, cum totâ mente mundum sibi crucifige- *matri do-* *re, & ipse mundo crucifixus, iter rectum à iuuentute* *nas, non* *fratri; Et* fuâ, sicut scriptum est, ambularet: portionem substan- *quare.* *Thren. 3.* *ne Claudium, per donationem soli contulit matri, vt v. 27.* à matre postmodum, si benè seruisset, donaretur & fratti. Sic salubri consilio superbiam iunioris fratris edomare

edomare desiderans, ut qui esse solebat humilis propter pietatem, disceret humilis esse propter hereditatem; mater quoque sanctissima post discellum dulcissimi filii, cuius iam non poterat obsequio laetificari, eius meruisset beneficio consolari. Quantas ibi tunc universi laudes & gratias Domino retulerunt, cum videarent beatum Fulgentium seculari cupiditate calcata, rebus, quas distrahere & donare pauperibus non poterat, ne offendiceret bonam matrem renuntiasse penitus, ut Christum inuenire mereretur doctorem? Finita iam fuerant cuncta, quae eum in conuersionis primordio videbantur affligere.

C A P V T VIII.

Abbas creatur.

Nova persecutio sub Humerico. 14 **S**ED quia haec vita numquam potest sine suis tentationibus præterire, nascitur rursus talis persecutio fidei, ut sanctæ memoriae Faustum Episcopum cogeret per diuersas latebras commigrare: nec in ipso Monasterio ingriter sineret quiescere. Tunc beatus Fulgentius timens aut in illo loco solus remanere, aut de loco in locum frequentius transmigrare, consulto prius Episcopo Fausto, vicinum Monasterium petuit, vbi paucis & simplicibus fratribus Felix nomine Abbas præterat, amicus eius ab adolescentia, cum quo semper etiam laicus familiariter vixerat. Tunc igitur eum Felix Abbas cum gaudio suscipiens, imparemque se eius virtutibus sciens, & nomen & potestatem ei tradidit Abbatis. Ille plenus studio humilitatis, * recusat.

It ad aliud Monasterium.

* MS. Rip. excusat. **F**abat priuilegium potestatis. Et post multa certamina pietatis, ex consentiu totius congregationis, passus violentiam caritatis, vix consentit esse collega boni confortis.

Ita duo viri sanctissimi diligentes æqualiter Deum & proximum, ambo mortibus similes, atque meliores proposito, cōuersatione æquales, vnu scientia superior, iugum bonum gubernandæ congregatio-

Fit Abbas cum Felice. nis excipiunt. O quam felix seruorum Dei numerus fuit, quibus cœperat præesse Fulgentius! O quantum fulgebat illud Monasterium, cui dispensator permanserat Felix! Dabant sibi mutuis nominibus etiam ipsi non minoris laudis auspicium. Felix vocabatur Fulgentius, viam Domini currens, & famam crescente Fulgentij, capiebat fructum sui culminis Felix. Vnus tamē eorum, Beatus videlicet Fulgentius, docendis fratribus peculiariter vacabat; alter in quotidiano ministerio sollicitius laborabat. Superuenientibus fratribus vnu verbum Dei singulariter prædicabat, alter hospitalitatem diligenter præparabat, & hilariter offerebat. Nihil alter sine consensu alteritis faciens; sed sic ambo ceteris erant imperantes, ut sub vnius se regulâ crederent constitutos. Ita dum timebat Fulgentium offendere Felix, Felicemque Fulgentius, mortificatis voluntibus propriis uterque viebat, & de fratribus, quibus consulebant, utilitate laudabiles, & de mutua, quam sibi reddebat inuicem, subiectione sublimes. Quis istius affectus explicare possit loquendo virtutem? Quos quieta pax adunauerat, nec bella valuerunt feralia separare.

C A P V T IX.

Persecutio. Fuga. Infidie à Presbytero Ariano.

Fugit cum suis. 15 **S**ED cum subito barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incursu, videntes salutem temporalem fugæ præsidio vendicandam, labores illico perferendæ peregrinationis excipiunt, limatoque confilio procul abscedunt, vbi nulla belli nascentis opinio, construendi Monasterij præberet integrum facultatem. Promouent igitur castra spiritualia duces incliti cælestis exercitus, & per ignotas Africæ regiones, Mona-

chorum suorum cateruâ comitante, pariter gradiuntur, vbique facientes gaudium bonis, inuidiam malis. *PER RVIS DISCIP.*

16 In territorio denuo Siccensi, dum cogitant certas sedes statuere, regionis fecunditate delestat, virorum etiam fidelium fauore suscepit; Presbyter quidam *Felix Presbyter Arianus* in fundo Gabardillâ perfidiam prædicans: *genio insidiatur.* cui nomen quidem inter homines Felix, sed voluntas aduersus Deum semper infelix, natione Barbarus, moribus saeuus, facultatibus potens, Catholicorum persecutor acerrimus. Hic beati Fulgentij nomen in illis regionibus clarum fieri sentiens, reconciliandos occulte multos, quos deceperat, suspicatur. Neque virum dignum Sacerdotio, verè adhuc esse Monachum credidit, sed eum sub habitu Monachi Sacerdotis officium putat implere. Et reuerat Sacerdotis officium laudabiliter etiam tunc implebat, nō aliquantos reconciliando, sed omnes, quos attingere poterat, ad reconciliacionem salutaribus monitis inuitando: cuius sermo dulcis & rectus, quia dura quoque corda moliebat, nec immerito hunc Presbyterum sic timere profidiam compellebat. Arripit igitur Presbyter, insani furoris stimulis concitatus, Dei seruos crudeliter persequi, & per omnes vias custodibus distributis, ambulantum impliciter obsidet itinera. Necessarium quippe fuerat athletas fortissimos, voluntariis abstinentiae laboribus ad omnem tolerantium præparatos, persequendum paullulum tradi manibus: ut martyrials agonis effecti participes, illata discerent suppicia tolerare, probaturi quid profecissent, si flagellis membra omnia dissipantibus, à fide verâ minimè defecissent. Nescientes igitur cogitationes maligni serpentis, habentesque fiduciam conscientiæ, nihil timentes, simul ambo gradiebantur secum loquentes.

C A P V T X.

Capiuntur Fulgentius & Felix; hic ceditur ab Ariano.

17 **E**t ecce subito quasi violentia sæuissimæ tempestatis inuadit incautos, diuidit iunctos, ligat disfusos, & feralibus vinculis oneratos, perducit ad Presbyterum vincitos. Efficientur subito sine crimine rei, sine helvi sorte captiui. Quibus enim fugientibus nihil nocere potuerunt Mauri, pœnas ingerunt Ariani. Tunc antequam tenerentur, Felix Abbas paucos solidos, vnde fratrum sustentabatur inopia, simpliciter *Pecuniam abiecam non vident barbari.* vbi metus suaferat, proiecit, & custodiendos Dei servos, ipsi Deo commitit. O diuini singularis potentia miraculi! Nemo valuit solidos illos projectos adspicere; nullus permisus est viatum pauperum pauperibus tollere. Sed illi soli, qui sic probandi fuerant, tenentur, *sistitur* ligantur, ad Presbyterum perducuntur. Quibus ore *Ariano* terribili violentus Presbyter intonat: *Cur ex vestris Presbytero.* regionibus occulte venitis Christianos Reges euertere? Benè enim miser Christianos Reges esse dicebat, in quibus Christianos Regem Regum misericorditer exuffauerat, & quos Filium Patri æqualem negare, similis Antichristo docuerat.

18 Illis ad haec veracissimæ responsionis verba paratus, inferri præcepit verbera primitus. Igitur Felix bascadi Abbas vehementi caritate commotus, Parcite, ait, fratri Fulgentio, qui non potest tormenta perferre. Nolite istum cedere, inter vestras manus forsitan moriturum. Conuertatur in me vestra crudelitas: ego scio quid confitear, in me est omnis causa. Tunc dilectionis admiratione stupefactus, remoueri paulisper beatum Fulgentium iuber, atque illum grauius cædi ministris sæuissimis imperat. Tunc hilari animo Felix Abbas verberibus subditur. Dolorem quippe cum gaudio sustinebat, quia beatum Fulgentium nihil adhuc pati videbat. Ecce qualis fuit beatus Fulgentius circa amicos, ut usque ad mortem diligenter mereretur. Ista quippe caritas beati Felicis, vita illius sanctæ magnum perhibet testimoniū.

PER EIVS monium. Neque enim salutem suam pro salute illius Discip. despiceret, nisi sibi primus & multis vtilem iucundumque sentiret. Imitentur vtrosque, qui Deo placere desiderant. Alios doceat beatus Fulgentius sic vivere inter fratres, vt ametur, foveantur, & in summis necessitatibus adiuuandi, etiam si periculum non defuerit, iudicentur. Sumant alij de bono facto Felicis Abbatis exemplum, melioribus fratribus, & in Dei timore plus proficiuntibus, omnem gratiam bonae voluntatis impendere. Quando enim talis caritas inter fratres fuerit, qualis inter sanctissimos viros fuit, vis totius temptationis facile superatur: inimicorum vero pertinacia continuo frangitur. Quamuis saevisimus Presbyter etiam tunc de Felicis Abbatis iniuriâ minimè satiatus, nec beato Fulgentio parcendum putauit.

C A P V T X I.

Fulgentius ceditur; uterque ignominia afficitur.

Fulgentius ¹⁹ BEATVS autem Fulgentius, vir omnino delicatus corporis, vt pote ex familiâ natus illustri, violéto impetus fustium, repentina doloris acerbitate crescente, vix tolerans, sicut ipse nobis posteâ referebat, cogitauit Presbyteri furentis insaniam vel mollire, si posset, vel certe paullulum, donec recrudesceret, auocare; quod facilius inter ipsas moras inueniret spatiuum respirandi, ne continuata pœna omnino intolerabilis fieret. Dico aliquid, si loquendi potestas tribuitur, dum cæderetur exclamat. Tunc Presbyter, putans eum confiteri velle, iubet quiescere cædentes, & sic adhuc ^{* à flagella.} blandis, sua peregrinationis est narrare aggressus historiam, Presbyterum facit attonitum, diuque nimia verborum suauitate delinitum, penè totius crudelitatis reddit oblitum. Miratur Presbyter beati Fulgentij facundiam, probat sapientiam, magnumque aliquem virum coniiciens, erubescit inferre violentiam. Sed ne proderet suis suam superatam fuisse suavitiam, Cædite, ait, iterum fortiter, & multiplicatis flagellis lacerate verbosum. Etiam me, puto, seducere cogitat, longoque inanis fabula circuitu quid confidere molietur, ^{* al. leua.} ignor. Recrudescit iterum manus ^{* vel} a tortorum, flagelliisque innumeris beatus Fulgentius exaratur.

Nudus & decalvatus dimittitur. ^{Reperit ab ieciam pe- cuniam.} 20. Tandem Presbyter de illata cæde confusus, virorum laudabilem merita sentit, nec apud se eos tenere diutiū ausus est; sed deformiter decalvatos, ablatis etiam omnibus vestimentis, ex domo suâ nudos inanesq; proiecit. Sed nec illa decalvatio viris sanctissimis turpitudinem, nec nuditas attulit confusionem: quia tolerata propter odium religionis iniuria, primâ iam confessionis decorauerat ornamenito, supernâ gratiâ fulcidos. Processerunt itaque de domo Presbyteri, tamquam de loco glorio si certaminis, insignis victoriae laureis coronati; reuersique per campum, vbi fuerant capti, solidos, quos Abbatem Felicem proiecisse diximus, integro ibi numero seruatos inueniunt, & quasi ex diuinâ manu restitutos hilariter accipiunt; agentesque ineffables Deo gratias, qui consolatur humiles in omni tribulatione eorum, reuertuntur ad proximos fratres.

21 Huius autem crudelissimi facti detestabilis opinio, cunctam simul mœstificat regionem; nuntiatur etiam Carthagine fama. Inter alios quoque Arianaum Episcopum dolet maestatum graui cæde beatum Fulgentium. Et quia parentes eius cognitos habebat idem Episcopus, ipsumque beatum Fulgentium singulariter adhuc laicum dilexerat, aduersus Presbyterum suæ religionis & parochiæ, qui cædis auctor extiterat, grauiter commouetur, vindicare beatum Fulgentium parans, si querelam de memorato Presbytero depone voluisset. Sed beatus Fulgentius multis, vt hoc

faceret, suadentibus: Non licet, ait, in hoc sæculo vindictam querere Christiano. Nouit Deus quomodo feruorum suorum defendat iniurias. Iste Presbyter si grauissimi sceleris inter homines, me agente, receperit ultionem, patientæ nos apud Deum perdimus rettificationem: maximè quia multos paruulos scandalizare, poterit, si Episcopi Ariani iudicium qualiscumque peccator, tamen Catholicus & Monachus queram. Nolens ergo retribuere mala pro malis, & vitam suam sciens necessariam bonis, ne quam forsitan hæreticorum violentiam denuò paterentur, ex illâ prouinciâ rursus egrediuntur, & ad vicina prouinciæ suæ loca celeriter regrediuntur: eligentes vicinos potius habere Mauros, quam pati molestissimos Arianos.

C A P V T X I I.

In Aegyptum nauigaturus Syracusas appellat. Consilium mutat.

IIV X T A ciuitatem proinde, quæ * Ididi nuncupata. ^{* al. Indi-} fundare Monasterium incipiunt, vbi paruo tempore Domino seruientes, insisteant operibus caritatis. Donec subito beatus Fulgentius Ægyptiorum Monachorum Vitas admirabiles legens, institutionum simul atque collationum spirituali meditatione succensus, memoratas terras nauigio petere statuit: duabus videlicet ex causis, vt vel ibi deposito nomine Abbatis, sub regulâ viueret in humilitate, vel districtoris abstinentiæ legibus subderetur. Et quia desiderium suum impediri poterat publicatum, querit primitus occasionem proficisci Carthaginem. Dehinc veniens ad ipsius mœnia ciuitatis, uno tantum fratre, cui nomen fuit Redemptus, socio peregrinationis electo, nauem concordit, Alexandriam petiturus, nullos forte sumptus peregrinationi tantæ necessarios secum ferens, sed in Deo, quidues est, spem suam firmiter ponens, suauiter canebat cum David: Dominus pascit Psal. 22. 1. ne, & nihil mihi deerit.

Syracusis excipitur ab Eulalio, Episcopo viro sancto. 23 Ventis itaque flatu prospere consequentibus, Syracusanum contigit feliciter portum; Deique summi prouidentiæ gubernante, ductus est ad hanc ciuitatem, vbi tunc Ecclesiam Catholicam beatus Papa Eu-
lalius gubernabat, vir eximia sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimæ caritatis; in cuius corde thesaurus sapientiae spiritualis absconditus, multos talentorū Dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis super omnia decoratus, Monachorum professionem singulariter diligebat; habens etiam ipse Monasterium proprium, cui semper adhærebatur, quoties ab Ecclesiasticis actibus vacabat. Ad hunc ergo beatus Fulgentius veniens, inter alios peregrinos hospitalitatis officio libenter excipitur, neque tamen diu latere permittitur. Moxenim, sicut moris est, in conuiuio Sacerdotum, dum de diuinis rebus ortus est sermo, virum singularis scientiæ locutio sua continuo prodidit. Intellexit Episcopus, ex ornato sermonis, & responsionum moderatione, sub monachico habitu magnum latere Doctorem: distulit tamen eumdem vel quis esset, curve aduenisset, conuiuis presentibus, inter epulas quærere.

Ex doctrina agnoscitur. Diffimilis quæ est. Socius id prodit. 24 Post prandium vero cum meridianis horis in domo suâ deambularet Episcopus, per fenestram respiciens, obseruantem sibi sicut ceteros, beatum Fulgentium vidit: quem continuo peculiariter vocans: de Institutionibus, ait, & Collationibus loqui coeperas, dum pranderemus. Affer, obsecro, mihi codicem, si portas. Ille sine morâ iussis obediens, codicem detulit, in quo quid contineretur, verbis propriis iussus exponebat. Admiratur sanctus Eulalius scientiam iuuenis, & tali hospite delectatus, cur ex Africâ venerit, diligenter inquit. Ille metuens arrogantem notam, si desiderium suum fateretur, incurrit: Parentes, inquit, meos requiro, quos in illis partibus viuere peregrinos audiui.

V-

Verè enim parentes suos requirebat, quorum suauissimos mores imitari cupiebat. Intellexit Episcopus responsum non manifestum, totiusque itineris eius per alterum fratrem, (fuit enim simplex) inuestigat causas.

Dissuaderet suscepimus iter Eulalium.

25 Ibi tunc Beatus Fulgentius salubriter proditus, veritatem simpliciter confiteretur; iturum se ad ultimam Thebaidæ regionis eremum dicit, ut illic, sicut lectio monebat, mundo mortuus viueret, ubi maior abstinentium numerus assumptioni sua nullum gignere impedimentum, sed forte potius præbet exemplum. Rectè facis, respondit Episcopus, cupiens meliora sectari: sed scis, quoniam Deo sine fide impossibile est placere. Terras, ad quas pergere concupisces, à communione Beati Petri perfida dissensio separavit. Omnes illi monachi, quorum prædicatur mirabilis abstinentia, non habebunt tecum altaris sacramenta communia. Quid ergo proderit affligere ieuniis corpus, ubi solatis spiritualibus indigebit anima, quæ multò melior est corpore? Reuertere fili, ne vitæ melioris intuitu, periculum rectæ fidei patiaris. Ego etiā quoniam iuuenis, antequam me Pontificalis honoris gratia præueniret indignum, diu cogitaui sanctissimæ huius professionis in ipsius prouinciæ monasteriis adimplere propositum, sed hæc causa me prohibuit assumpta perficere.

Fulgentius hospes, hospitalitate erga alios exercet.

26 Consentit Beatus Fulgentius monensis patris consilio salutari, suæque intentionis seruore deposito, suadetur ibi apud Syracusam paucis mensibus degere, Sancto Eulalio præbente vietum & hospitium congruum. Sed quia bona mentis indoles numquam vacat, caritatis opera semper exercens, in ipso paruissimi hospitijs, quod acceperat, habitaculo cœpit hospitalitatem multis superuenientibus exhibere, peregrinus & alterius indigenz solatio, consolando suscipere peregrinos. Miratur Sanctus Eulalius affluentem sancti animi libertatem, magnoq[ue] gaudio saginatur, dum per manum Beati Fulgentij, cui vietum quotidianum nihil habenti ministrabat, alimenta ministrari non habentibus videret. Et si fas est dicere, comparatione minorum crescere solere maiores, quamvis esset Sanctus Eulalius in pauperibus gubernandis omnino perfectus, opera tamen Beati Fulgentij considerans, de die in diem plus misericors efficiebatur & largus.

C A P V T X I I I.

Ruffinianum conuenit. Romam visit, Theodorici triumphos spectat.

Ruffinianum Episcopum invicit.

27 PERACTO itaque præsentis hyemis tempore, cura vehemens Beatum Fulgentium commouet, Episcopum quemdam Ruffinianum nomine, qui persecutionis violentiam fugiendo declinans, exByzaco concilio nauigarat, ibique prouinciæ Siciliæ vicinus, in quadam breuissimâ commorabatur insulâ, vietam monachi laudabiliter gerens, videre indifferenter, vt eius admonitione secundò firmatus, quid facere debet, agnosceret. Hoc autem volebat, non quia Eulalio Pontifici minus credebat, sed in rebus dubiis utilissimum semper esse multorum consilium sentiebat. Per multos itaque pedestris labores itineris ad illum Siciliæ veniens locum, cui plus propinquior illa insula fuerat, ubi Sanctus Ruffinianus Episcopus habitabat, modicâ nauiculâ deportatus, Sacerdoti venerabili velociter præsentatur: à quo similiter, ne in Ægyptum profici perseueraret, admonitus, redire protinus ad proprium Monasterium, neque tamen Apostolorum memoriam prætermittere, statuit.

Romam venit.

28 Occasione igitur nauigij felicioris inuentâ, Romanum venit, & auctorum sæcularium consono semper ore laudatam, caputque mundi veraciter appellatam, festinus ingreditur ciuitatem. Fuit autem tunc in Urbe maximum gaudium, Theodorici Regis præsentia, Ro-

Tom. I.

mani Senatus & populi læticante conuentus. Vnde PER EIVS contigit, ut Beatus Fulgentius, cui mundus olim fuerat DISCIP. crucifixus, postquam sacra Martyrum loca venerabiliter circumiuit, omnesque seruos Dei, quorum in breui capere notitiam potuit, humili obsequio salutauit: in loco, qui Palmæ aurea dicitur, memorato Theodorico triumphus Rege, concessionem faciente, Romanæ Curiae nobilitatem, decus, ordinemque distinctis decoratum gradibus adspectaret, & fauores liberi populi castis audiens auribus, qualis esset huius sæculi gloriofa pompa, cognosceret. Neque tamen in hoc spectaculo libenter aliquid intuetur, neque nugis illis sæcularibus superflua illeitus delectatione confensit: sed inde potius ad illam supernæ Hierusalem desiderandam felicitatem vehemente exarist, salubri disputatione præsentes sic admonens fratres: Quam speciosa potest esse Hierusalem cælestis, si sic fulget Roma terrestris! Et si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria & pax præstabitur Sanctis, contemplantibus veritatem!

C A P V T X I V.

Domum reuersus nouum Monasterium construit. inde clama fugit ut lateat, & sibi viuat.

29 *MVLTA* his similia Beatus Fulgentius illo die *In Africa* salubriter disputauit, & iam toto corde Monasterium suum reuiseré cupiens, ad Africam velociter per Sardiniam nauigauit: vix creditibus præ nimio gaudio monachis suis Beatum rediisse Fulgentium. Nesciebat planè sancta fraternitas, quid primitus agebat, vtrum de absentiâ Patris quereretur, an potius de præsentia lataretur. Nullus tamen ausus est eum, quia discesserat, culpare, sed cuncti potius fatagebant pro reditu eius Deo gratias agere. Iunguntur seruorū Dei gaudiis etiam laici: latentur omnes honesti ac nobiles viri, quod Beatus Fulgentius Africanæ Ecclesiæ Doctor prædestinatus, non diu fuisset in transmarinis regionibus occupatus. Certatim denique singuli propræ ampliora præbere solatia pietatis, quibus fouetur animus reuertentis. Offertur denique à quodam, nomine Siluestrio, benè Christiano, & prouinciæ *Byzantini primario, locus aptus Monasterio fabricando, cuius gleba pinguis ac fertilis, instituendis hortis optimæ fecunditate congrueret, & quod plus eligendum videbatur, longè adhuc à furore bellico constitutus, quietissima pacis securitatem plenissimam daret, honestis plurimis per vicinas possessiones commanentibus: quorum frequens oblatio transactiōnē facilissimam monachis promittebat, ut regnum Dei quærentibus, nulla cura sæcularis transactiōnis obstreperet.

30 Libenter itaque B. Fulgentius hominis religiosi deuotam suscipiens oblationem, sine morâ in loco sibi Monasterium concessò Monasterium fundat, plurimisque ad conversionem piis monitis inuitando, monachorum multiplicat numerum, & magnæ congregationis efficitur Pater. Quamvis sanè spiritualia meditari iugiter concupisceret, ampliori tamē sollicitudine distendi compellitur, otium sanctum quærens ex dilectione veritatis, negotia multa suscipiens ex necessitate caritatis. Vnde vietus aliquando contemplatione meliorum, lectioni & orationi tantum vacare desiderans, cogitauit diu, quomodo sarcinam præsentis oneris abiiceret, & sub aliorum regimine constitutus, ipse potius sub regulâ viueret, quam viuendi regulam ceteris traderet, secundum præceptum Domini, magis utile iudicans imperantibus obedire, quam obedientibus imperare. Cogitanti vero ea diutiis, talis subito sententia nascitur. Est in medio vadosi maris sinu Monasterium a alijs MSS. a Viueensi littori proximum, b Bennefensi autem ma- Vincensi. ximâ ex parte contiguum: ubi neque hortos colere b ita MSS. paruissimi scopuli limes finit angustus, neque ligni vel ^{at Sur. V} nefensi. pota-

D

PER RIVS potabilis aquæ consolatio saltem ministratur exigua,
Discip. sed rei utriusque per breuissimas nauiculas quotidie
 sufficientia præparatur. In hoc Monasterio rigidi pro-
 positi disciplina antiqua seruatur, ab infantia suâ plu-
 rimis usque ad decrepitam senectutem sanctissime ibi
 viuentibus, sanctæque professioni congrua opera laudabili-
 ter exercentibus. Vbi tunc duo Presbyteri pecu-
 liares, & meritò mirabiles, & immaculatae senectutis
 honore venerabiles, Abbatis officio fungebantur,
 numquam de cœnobio recedentes, sed Ecclesiasticae
Clam aliud Mo-

nasterium petit.

Priuatu-
degit.
Ioan. 6. ergo Monasterium clâm Beatus Fulgentius profici-
 tur, ibique in congregatione tam maximâ nomen po-
 nit Abbatis, & adunatus multitudini monachorum,
 fulget quidem super ceteros scientiâ mirabili, elo-
 quentiâ speciali, sed subiicitur omniibus laudabili hu-
 militate, atque obedientiâ singulari. Memor quippe
 illius Euangelicas sententiaz, quâ Dominus noster di-
 cit, Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui
 misit me; omnes suas mortificat voluntates; ieuniis
 insuper, orationibus, vigiliis & abstinentiæ vacans, ro-
 tumque se cum virtutis & concupiscentiis sacerularibus
 crucifigens, manibus etiam suis delectabiliter opera-
 batur. Nam & scriptoris arte laudabiliter vtebatur, &
 palmarum foliis flabellos særissime contexebat. Cui
 operi, etiam cùm fuisset Abbas, in suo Monasterio va-
 cabat. Lectioni autem in cellulâ frequenter coram fra-
 tribus infistebat, apud omnes amabilis, honorabilis &
 iucundus.

C A P V T X V.

Cogitur ad suos reuerti. Sacerdotio initiatur.

sui cum repetunt. **31** **S**ED quanta in eodem Monasterio lætitia, tanta
Cogitur ad suos redire. in illius exorta est repente tristitia. Gaudebant
 isti, qui eum suscepserant: dolebant illi, qui amiserant.
 Nascitur inter eos noua pugna caritatis. Illi nouum lo-
 cium tenaciter amplectuntur; illi antiquum patiem
 reddi sibi suppliciter deprecantur. Illi se ornati de pre-
 sentiâ eius; illi de absentiâ deficere confidentur. Beatus
 verò Fulgentius magis volens discere, quam docere,
 consentit hîc esse, vbi fuit inferior; & trepidat illuc re-
 dire, vbi cunctis posset esse superior. Tunc Abbatis Fe-
 licis & omnium fratrum, quos reliquerat, dolor ex ne-
 cessitate consilium sumens, patrocinio sancti Fausti
 Episcopi insulanos monachos pulsat. Ille protinus Epis-
 copali autoritate suum esse monachum Fulgentium
 allegat, sibique reddi, & vbi ipse iussit, viuere debere
 confirmat. Minatur excommunicationem contradic-
 centibus: ipsum verò Fulgentium, nisi consentiat, inob-
 edientibus similem pronuntiat iudicandum. Quid
Fit Sacerdos. multa? Deponitur rursus Beatus Fulgentius ad Mono-
 strium proprium, subire præcipitur Abbatis officiū;
**MSS. Rip.* & ne iterum * à desiderio spirituali mutabilis fieret, re-
 ad deside-
torum. repente eum Sacerdos Presbyterum consecrat, vt Abba-
 ris & Presbyteri decoratus officio, nec Monasterium
 relinquere, nec in aliâ posset Ecclesiâ ordinari for-
 tuitò.

32 Victus igitur, & honoris compedibus vincitus,
 cœpit iam Beatus Fulgentius æquanimiter Monasteriū
 suum regere, famâque crescente laudabili, super om-
** Ita, ms. nes Africæ prouincias innotescere: in ipso aurē * Nun-
 Sur. Vin- torum territorio tamquam proprius Episcopus ho-
 norari, paratis omnibus, quandocumque facultas or-
 dinandi Episcopum concessisset, Beatum Fulgentium
 primum Sacerdotem vocibus & mentibus petere, nec
 alterum nisi Beatum Fulgentium sibi consecrari per-
 mittere. Desiderium deinde populum Deus vide-
 bat, ipsum quoque Beatum Fulgentium non latebat.*

*Positum ad Episco-
 patum.*

C A P V T XVI.

Episcopatum tantisper fugit.

33 **S**ED quia tunc Regalis auctoritas Episcopos or-
 dinari prohibuerat, nec viduatis plebibus pro-
 uidere Pastores licebat, securus interdictio huius
 tempora transigebat, superfluum iudicans honorem
Contra Trajanum
di editum
ordinantur nosi Epi-
fugæ præsidio recusat, quem nec dare alicui fas erat, scopi.
 nec accipere. Postquam verò sacra turba Pontificum,
 qui remanserant, communicato inter se consilio, defi-
 nierunt aduersus præceptum Regis in omnibus locis
 ordinationes celebrare Pontificum, cogitantes aut
 Regis iracundiam, si qua forsitan existeret, mitigandam,
 quod facilius ordinati in suis plebibus viuerent;
 aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos
 etiam fidei confessione, quos dignos inueniebant pro-
 motione; ministerium verò suum facilius impleturos,
 atque inter ipsas tribulationes propriis plebibus solita-
 ria præstatos: Fit repente communis assumptio,
 Presbyteros, Diaconos, & si quos inueniret electio,
 rapere, benedicere, consecrare, certatim locis singulis
 properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut
 nouissimus videretur.

34 Tunc beatus Fulgentius eligentium vota velo-
 ciotori præueniens fugâ, latebris incertis absconditur, *ut fugiat*
nec quæsus vllatenus inuenitur. Plebs ipsius loci, vbi Episcopa-
tum, latet.
 fuerat Monasterium constitutum, differre suam pror-
 sus electionem, donec inueniret Beatum Fulgentium,
 cogitabat. Verumtamen timens, ne dum diu Beatus
Opatur à
Fulgentius quæritur, fama hæc Carthaginem perueni-
reter, atque inde rursus Regalis interdictio naferetur:
ira compellente festinationis necessitate, suadentur sibi
de suis clericis alterum quærere. Sic per multa loca, ybi
Beatus Fulgentius aut primus, aut solus electus est,
postquam minimè potuit inueniri, deditaliis honoris
summi licentiam. Repleta iam fuerat prouincia Byza-
cena nouis Sacerdotibus; & penè vix paucarum ple-
biūm cathedræ remanserant destitutiæ: Regis quoque
commota ſævitia cunctos iam decreuerat exilio man-
cipandos, in ipsum primitus ordinatorem, id est, Pri-
matem, nomine Victorem, procedente sententiâ: qui
iam à seruis Regis exeuhibus captus, ad Carthaginem
ducebatur. Et omnino succidente maiore tristitia, ver-
ſa fuit in publicos luctus ordinationis assumptæ letitiae.
*Tunc occultis nuntiis * edocentibus, transisse tempus*
** al.edu-*
centibus.
faciendæ ordinationis, Beatus Fulgentius putans, ca-
thedrali quâd maximè proximis Episcopos haberi pro-
prios, ipse rursus Monasterij sui congregationem gu-
bernare reuertitur, nihil dubitans, neque formidans,
Redit ad
sed omnino se Pontificalis dignitatis euallis sarcinam suos.
gaudens.

C A P V T XVII.

Episcopus ordinatur, frustra obniente Felice Diacono.

35 **V**ERMAMENT altiori consilio Deus noster
 prædestinata perficiens, cui dederat docendi salu-
 briter facultatem, doctrinæ salutaris dare iam volebat
 auctoritatem, ne deesset fidei Catholicæ contra Ari-
 anos fidelissimus prædictator. In tempore ergo tribula-
 tionis abfôdere * noluit vas electionis, per quæ dispo-
** al.vo-*
suerat implere officium prædicationis. Erat adhuc luit.
Ruspæ oppidum nobile, clarissimis habitatoribus Ruspæ ob
prorsus illud, cui nullus fuerat Episcopus ordinatus: Felicis
quia Diaconus quidam Felix nomine, qui ambite vo-
luerat repudiatus, honorem Pontificis in illo loco nec Diaconi
ambitione
caret Epi-
ipse merebatur, nec alterum accipere patiebatur. Fra-
ter quippe illius germanus, amicus Procuratoris, per
potentiam sacerularis actionis ministrabat vires ambi-
tionis. Dolor honestorum ciuium mentes vehemens
exagi-

exagitabat, cur soli remansissent sine patre spiritali, qui videbantur super ceteros excellere nobilitate carnali.

36 Tū repente fama verax dolentibus nuntiat Beatum Fulgentium, quem tot loca primo Sacerdotio iudicauerant dignum, nullatenus tempore ordinationis inuentum, remansisse Presbyterum, gloriā maiore vestitum, quod honoris superioris sic calauerat appetitum. Illis, quibus displacebat superbus ambitorum, placet iste laudabilis exculator. Consentitur ab omnibus, ipsum sibi esse seruatum, propterea minimè tantis plebibus ambientibus ordinatum. Nesciente igitur Beato

Fulgentius cogitatur Episcopatū eum suscipiēt pere.

Psal. 17.
45.

Fulgentio, Victor Primas in itinere peritut à Ruspensis, & vicinis Episcopis ordinandi Fulgentium licentia datur. Tunc aggregata violenta multitudinis manu, repente Beatus Fulgentius, dolens oculos, in cellulā propriā reperitur, inuiditur, tenetur, ducitur, & Pontifex esse non rogatur, sed cogitur. Inde ad Episcopum, quia admonitus fuerat ordinationem celebrare, perductus, ignoti populi constituitur Pater: ita ut in illo Propheticum illud compleri videretur oraculum, Populus quem non cognoui, seruuiuit mihi. Ni mis autem gratissimus vir sapienti adspectu, & fauores populi suffragantis augebat, & à quocumque tunc videbatur incognitus, humilitate vestium blandus, modestoq[ue] incessu venerabilis habebatur. Cūm verò loqui quippam, cogente interdum ratione, voluisse, in ore eius omnis turba pendebat, ex locutione familiari considerans, qualis esset spiritalis magistri futura doctrina. Propter quod ex omnibus possessionibus, vbi cumque transibat, populus confluxerat ad fauendum, Ruspensi Ecclesie quanto serius, tanto meliorem confitentes prouenisse Pontificem.

Felix Diaconus ei vanissimos defecisse, quod solum remanere deluso possidatur.

Psal. 139.
6.

37 Diaconus porrò videns suā ambitionis conatus venienti filio pacis scandalum, sicut sacer loquitur psalmus, iuxta semitam ponit. Viam igitur, per quam veniebat Dei seruus electus, obsedit ambitorum infestus. Sed vbique simplicibus subuenit Christus, nec impediti potest ab homine Sacerdotis electio, quam non praedicit ambitio. Nescio quo sancti Spiritus admonentis imperio, per alteram viam populus qui praecebat, ambulauit, & Beatum Fulgentium, dum adhuc hostis sedet in viâ, super suam cathedram collocauit. Celebrata sunt eodem die diuina solemniter Sacra menta, & de manibus Beati Fulgentij communica cans omnis populus, latus abscessit. Quod postea Diaconus audiens, diuinā voluntati, licet tardius, cessit. Hunc illico reverentem Beatus Fulgentius benignè, affabiliter, clementerque exceptit, ita ut eum postea Presbyterum ordinaret. Sed vltionem debitam diuina iustitia demonstrauit omnino velociter. Ipse enim Diaconus, iam Presbyter, intra annum mortuus, & Procurator ei consentiens ad penuriam est redactus. Dederunt enim pœnas temporalis audacie, quibus potens est Deus preparare in futuro gratiam caelestis indulgentiae. Nos istud propterea commemorandum putauimus, vt ostenderemus hinc Beato Fulgentio maiorem creuisse circa singulos auctoritatem, dum cognoscerent in istis vigilasse diuinam seueritatem.

C A P V T X V I I I .

Vita in Episcopatu.

Qui tamē mox benignè ab eo recipi turs.

Sed à Deo deinde punitur cum sociis.

Fulgentij Episcopi virtutes.

38 SVSCEPIT interim Beatus Fulgentius Episcopi virtutes. Spatum sine aliquā ambitione, cum maximā devotione, manente in contradictoribus Domini vltione. Nec ita factus est Episcopus, vt esse desisteret monachus; sed acceptā Pontificis dignitate, professionis præteritā seruauit integritatem. Seruata verò professionis integritas, plū ornauit Pontificis dignitatem. Numquā denique pretiosa vestimenta quāsuit, aut

Tom. I.

quotidiana ieunia prætermisit, aut conditos suauiter PER RIVS cibos vel inter hospites manducavit, aut discubendo DISCRIP.

saltem requiescere & resoluere rigidum propositum voluit, sed vnā tantum vilissimā tunicā, siue per æstatem, siue per hyemem est patienter induitus. Oratio quidem, sicut omnes Episcopi, nullatenus vrebatur: pelliceo cingulo tamquam monachus vrebatur. Sic *Paupertas in vestitu*, studio humilitatis ambitionem vestium fugiebat, vt nec ipsa calceamenta suscipiens clericorum, aut caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æstatis simpliciter vteretur. Intra Monasterium sanè interdum soleas accipiebat; frequenter nudis pedibus ambulabat. Casulam pretiosam vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec monachos suos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatu incesit. Quando temperies aëris inuitabat, solo pallio intra Monasterium est cooperpertus. Scapulis verò nudis numquam à nobis visus est, nec deposito saltem cingulo somnum petivit. Suā autem continentia Deo teste fiduciā gerens, in quā tunicā dormiebat, in ipsā sacrificabat: & in tempore sacrificij mutanda esse potius corda, quam vestimenta, dicebat.

39 Huic beatissimo Sacerdoti nullus aliquando ex-
torsit cuiuslibet generis carnes accipere, sed sola sim-
pliciter olera, p[ro]sanas, & oua, quamdiu iuuenis fuit,
sine oleo; postquam verò senuit, superfuso oleo mādu-
cauit; ideo * persuasus oleum accipere, ne caligo præ-
ualens oculorum, lectionis impediret officium. A vi-
plus sua-
no autem sanus semper abstinuit. Si quādo verò com-
pellente infirmitatis necessitate, modico vino vt com-
pulsus est, calicibus plenis aquā superfundēs quippiam
meri, nec saporis eius, nec odoris iucunditate frueba-
tur. Antequā vigiliæ nuntiarentur à fratribus, ipse
semper corde & corpore vigilans, aut orabat, aut lege-
bat, aut dictabat, aut cuicunque spirituali meditatio-
ni solus vacabat: quia se per diem filiorum Ecclesie
necessitatibus occupari iugiter sciebat. Ad agendas
cum seruis Dei vigilias interdum descendebat, sed pri-
uatas apud se vigilias studiis, quibus dixi, multò lau-
dabilius exercebat.

C A P V T X I X .

Monasterium Russa construit.

40 IN nullo autem loco visus est sine Monachis ha-
bitare: propter quod à ciibus Ruspensis *Rufa Mo-*
hoc primum beneficium ordinatus Episcopus postu-
lavit, vt fabricando Monasterio locum congruum da-
rent. Tunc ex pluribus ciibus obediens felicitantibus
optimo Sacerdoti, quidam nomine Posthumianus,
Christianissimus, & inter suos nobilissimos ciuis, agel-
lum proprium fideliter obtulit, non longè ab ecclesiā
constitutum: vbi pinis surgentibus in excelsum, spe-
ciosi nemoris virebat amoenitas. Excepit Beatus Ful-
gentius libentissimè locū, cuius etiam ligna necessaria
futura fabricare cōspiciebat: protinusque Beatus Ab-
batem Felicem venire velocius persuasit, cum maxi-
mā penè totius congregationis multitudine, nisi quod
paucissimos fratres in illo Monasterio dereliquit, qui-
bus vnum è fratribus, Vitalem nomine, præpoluit.
Tali verò charitatis lege Monasteria vtraque præci-
piens viuere, vt quasi non fuissent locis diuina, sic essent
vnanimitate coniuncta. Si quos autem nouos mona-
chos vel in isto, vel in illo Monasterio Christus acqui-
seret, tempus inter se conuersiois ordinemque serua-
rent: & si quando ad se videndos, iubentibus dumtaxat
Prioribus, venirent, non vt hospites, sed quasi vnius
congregationis homines suscipierentur: Beati verò Ful-
gentij Episcopi prouisionibus communiter gubernati,
Patrem spiritalem simplici venerarentur affectu:
sic Beato Fulgentio singula disponente, ne suscepit
regendorum sarcinā clericorum consolationem per-
deret monachorum,

Vnit illud
cum priore
Felicis Ab-
batis.

D 2

CA-

PER RIVS
Discip.

C A P V T . X X .

S. Fulgentij exilium.

41 INTEBA repente diriguntur ministri Regalis futris, ut detenus etiam ipse, cum ceteris in exilium Sardiniam confessor Christi nobilis truderetur. Abduetus ergo velociter, licet doleret Ecclesiam suam nullis adhuc eloquiorum suorum monitis eruditam, remansuram protinus destitutam sapienter tamen tristitiam gaudio maiori vincebat, quod tam gloriose confessionis esse particeps inchoabat. Comitantibus ergo monachis simul & clericis, magister egregius virtusque professionis exit, flentibus omnibus laicis, de cathedra honoris ad locum beati certaminis, paratus fidem Catholicam mente liberam, voce forti coram Regibus & potestatisibus confiteri. Suscepit eum Carthago veniente, fructumque notitiae eius in paucis suis fideliter gustans, multa obtulit munera; quae beatus Fulgentius Monasterio illi, quod fabricari delegauerat, profutura mandauit. Ipse vero nauem crucifixo corde & corpore nudus ascendit, habens secum plurimas diuitias scientiarum singularium, quibus omnes ubique veniebat, indeficienti largitate pascebat.

Pellitur in
exilium.* ita MSS.
at Sur.
diebus.Magna
eius ob-
stinam
autoris.Ceteris
Episcopis
est ab epi-
stolis.* ms. Bo-
nif. collin-
gere.* ms. Rip.
cunctis.

42 Inter alios sane Episcopos, cum quibus exilium commune suscepit, tempore ordinationis erat inferior, sed patientia & caritatis virtute non inferior. In rebus enim dubiis, ubi quam maximè consilium petebatur, si quando inter se Confessores beatissimi de communi utilitate tractabant, ultimus quidem sedebat, verumtamen ipsius sententiam Primas, vel omnes qui Primate sequabantur, audire & facere cupiebant: quamuis ille nihil per inanem gloriam sibi vendicans deferret honorem congruum prioribus suis. Si enim cogebatur respondere consulentibus, ita paratus erat semper obedire iubentibus, ne presumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis autem longissimas moras, quidquid definitio communis inuenierat, eloquenter allegandum sensibus ceterorum Beato Fulgentio dimittebatur. Huic etiam, quodcumque transmarinis litteris de fide, vel de diuersis quæstiōibus interrogabantur Episcopi, respondere pro omnibus ab omnibus imponebatur. Ita sicut sanctæ memorie Aurelius, Carthaginensis Antistes Ecclesiæ, inter sua priuilegia meruit, ut litteras ex Africano Concilio dandas ipse solus scriberet; sic iste meruerat, ut litteras ex illo Concilio dirigendas, solus ipse dictaret. Sexaginta quippe & amplius Episcopos tunc catena ligabat exilij, quorum lingua & ingenium Beatus Fulgentius Episcopus fuit. Propterea quandocumque retribebant consulentibus, Episcoporum cunctorum nomina dicebantur in titulo, sed solius Beati Fulgentij sermo tenebatur in stylo. Præter istas quoque publici tractatus epistolas, si quis forte ex ipsis Episcopis absentem plebem suam corrigere vel monere voluisse, ad Beatum Fulgentium suppliciter accedebat, & per ministerium linguæ eius, officium suæ dispensationis implebat. O mirabilem virum, non sibi soli, sed omnibus natum! Sola eum Rusensis Ecclesia Doctorem meruerat, & pars maxima Concilij Byzantini de ipsis sermone viuebat. Quicumque in qualibet Sacerdotum exulantium plebe tentabat inquietus existere, vel Episcopi proprij iussa contemnere, Beato Fulgentio dictante, sic corripiebatur absens, ut satisfactionis remedium querens, enauigato mari, continuo fieret præsens, & per ipsum Beatum Fulgentium, cuius eloquentiam senserat, excommunicatus, impetraret veniam salubriter humiliatus. Ipse namque Beatus Fulgentius erat vtor, ipse intercessor: cum collega vtor, pro ministro intercessor. Ab ipso procedebat gladius, unde superborum cervix dura caderetur; & per ipsum rursus benevolentia medicina præbebatur,

donec supplicum fratrum pusillanimitas saparetur.

43 Inter ipsa planè primordia gloriose exilij, Monasterium congregare, paucos secū monachos dicens, minimè potuit; sine fraternali tamen congregatione vitam ducere nesciens, Coëpiscopos suos, Illustrum scilicet & Ianuarium, habitare secum persuasit volentes; quibus unico seruiens caritatis affectu, similitudinem magni cuiusdam Monasterij, monachis & Clericis adunatis, sapienter effecit. Erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & lectio. Nullus se super alterum insolenter efferebat, nec propriis fratribus amplius aut peculiarius consulebat, nisi quod magis illi monachi, qui Beatum Apud eum Fulgentium sequebantur, districtioris abstinentia re- Clerici & gulam custodiens, nihil omnino proprium posside- Monachi bant, nec inter alios Clericos Clericorum more viue- simul vi- sunt. Talis erat Beati Fulgentij eruditio, quæ spiritu- libus monitis ita subiectorum sibi corda transferret à terrenis voluptatibus ad spirituales cælestesque delicias, ut boni propositi manente censurā, non seducrentur infirmorum fratrum inertiā, nolentium imita- * ms. Rip. ri, quæ quotidie ante oculos eorum gerebatur, exempla, velle imi- tari.

44 Quis illius habitationis dignè explicet laudes? Domus illa, tunc Calaritanæ ciuitatis oraculum fuit. Illuc enim veniebat afflictus percipere remedium consolationis: ibi gerebantur inter discordantes pacis & concordia pacata fidelia. Diuinam volentibus audire diligentius lectio, ministrabat ibi Dominus plenissimæ expositionis edificationem. Delebat nobiles viros, si fieri posset, quotidie Beatum Fulgentium cernere disputationem: libebat indigentiam sustinenter, inde petere suppliciter eleemosynā corporalem, unde doctrinā quoque sumeret spiritualē. Frequenter enim Multos ad Beatus Fulgentius, quos multa largiendo de temporali religionem fame liberabat, re nuntiare saeculo sapienter admonentibus. do faciebat, & quamuis nihil habentes, habendi voluntatem contemnere suadebat: ita cupidus semper acquirendæ ad coenobium fraternitatis, ut quamuis omnibus omnia nosset esse, monachorum tamen professioni sociare cunctos & optaret, & vellet. Hæc fama per dies singulos crescens, Carthaginensis quoque Ecclesiæ populos ad maiora gaudia prouocabat, & certissimis testibus ex illâ prouincia venientibus, Beatum Fulgentium commendabat absentibus.

C A P V T . X X I .

Accersit Carthaginem, tyranni questionibus responsu-

45 INTEBA Trajanus Regis aduersus religionem Catholicam mens implacabilis, & ira terribilis, inter asperas persecutiones subdolasque factiones, quibus æqualem Deo Patri negare Christum Catholicos nunc terroribus cogebat, nunc promissionibus invitabat, sub intentione plus decipiendæ multitudinis simulare cœpit, rationem se simpliciter inquirere Catholicæ religionis, repertiri neminem putans, cuius posset in suis erroribus assertione conuinci. Proponere denique multis ineptarum tendiculas quæ Max. mul- tationum, nec si quis ei respondere voluisse, aut despiciens, Sur. ciebat, aut repellebat: immo quasi patienter audiens, fa- multas. tisfieri sibi non posse iactabat. Et reuerat quis homini tam obdurato corde valuisse lumen ostendere veritatis. Efficiebat tamen plurimos religiosos, audaces fi- * ms. Rip. dei suæ constantia, per occasiones a Domino præparatas, studiosi Regis conuincere blasphemias.

46 Dicitur tandem requirenti diutius, quis plenissime posset testimoniis evidentibus vindicare veritatē Catholicæ dogmatis, esse inter Episcopos exulantes Beatum Fulgentium, cui nihil deflet in scientiâ, plurimum redundaret in gratiâ, qui sapienter & eloquenter roganti Regi satisfaceret. Protinus Rex probare cipiens Sacerdotem, cui generaliter testimonium bo-

num

Fulgen-
tium ac-
cerst.

num tota nostræ religionis perhibebat Ecclesia, ser-
uum strenuum celeriter dirigit. A quo sine morâ du-
ctus atque perductus, intravit Carthaginem latus. Vbi
tamquam fidelissimus dispensator, erogandi talenta
sibi credita reperiens occasionem, cœperit in hospitiolo
proprio vénientes ad se Catholicos orthodoxos dili-
genter docere, rationem reddens, quomodo Pater, &
Filius, & Spiritus sanctus, manente trium personarum
differentia, Deus unus à fidelibus prædicetur.

*Is multis
prodefit
Cartha-
gine.*

47 Tanta autem fuit B. Fulgentio facundi sermo-
nis suavitatis, tanta in vultu eius micabat hilaritas, vt
certatim fideles viueros sancta caritas traheret, vel
interrogare doctissimum virum, vel audire quoties ad
interrogata respondebat. Ille verò verbum Dei sine
inuidiâ tabescente communicans, occurrebat interrogati-
onibus omnium, neminem despiciens, nullum iudicans improbum, paratus etiam ipse, si cui fortè Deus
per Spiritum sanctum melius reuelasset, audire vel
discere, tenere, sequi, approbare: sub officio Doctoris
humilitatē discipuli benignus & mitis exercens. Vnde
contigit, vt multò doctior & seipso melior fieret, lucra
Christo maiora perquirens. Alios enim iam rebapti-
zatos, errorem suum plangere docebat, & reconcilia-
bat; alios autem, ne suas animas pro terrenis commo-
dis perderent, admonebat; & quos iam perditioni
proximos sentiebat, ita blandis sermonibus leniebat,
vt propter eius benevolentiam verecundarentur cogi-
tatum implere malitiam, reuerisque velociter agerent
pœnitentiam. Confortati alij verbis eius, & doctrinæ
eius sale conditi, redarguebant Arianos hæreticos cum
omni fiduciâ. Sic mirabilis gratia factum fuit, vt per
vnū Sacerdotem, cuius sapientiam Rex voluerat ex-
periri, sapientium numerus apud Carthaginem cresce-
ret, & per ministerium persecutoris fides Catholica
incrementum potius, quam defectum, acciperet.

C A P V T XXII.

Regis questionibus responderet.

*Regis que-
stionibus
respondet.*

48 Hec omnia Rex per occultos nuntios discens,
Hegregij Sacerdotis ingenium, sapientiam, do-
ctrinam, fidem, pietatem, mansuetudinem, continen-
tiam probat, & conuenientem famam suæ præconiis
talem esse, qualis prædicabatur prius, agnoscit. Dicta
proinde quædam, veneno plena perfidia, legenda ei
celeriter ditigat, responsonem sibi flagitans reddi. Sus-
cepit hæc doctissimus Pontifex, & longissimæ nar-
rationis ineptias per obiectionum capitula diuidens, re-
sponses subiecit breues, probabiles, necessarias, au-
toritate testimoniorum graues, & totius rationis lu-
mine riantes. Quas cum multis sapientibus viris diu
multumque collatas, & ad populi fidelis notitiam per-
ductas, Regi quoque longa expectatione suspenso tra-
didit ingerendas. Quas ille Rex barbarus intentissime
perlegens, quia numquam prædestinatus erat ad salu-
tem, laudat sapientiam, miratur eloquentiam, prædi-
cat humilitatem, neque tamen meretur intelligere ve-
ritatem. Carthaginensis autem populus, * triumphi
spiritualis interpres, propositiones Regis fuisse conui-
tas lato murmure confitetur, & Catholicam fidei
triumphis semper esse vetricem, coniunctis Beati Fulgentij lau-
spiritua-
libus, gloriatur.

** ms. Bo-
nifacii tri-
um R. p.
ms. R. p.*

C A P V T XXIII.

Alia Regis & Pinta questiones soluta.

*Item aliis 49
semel tan-
tum leatis.*

A huc tamen Rex virum doctissimum pro-
fame desiderans, de aliis eum questionibus rur-
sus interrogat, & interrogationem suam semel tantum
Beato Fulgentio præcepit legi, neque meditandi, ne-
que describendi tribuens facultatem. Timebat enim,

Tom. I.

ne verba eius conuincéda, sicut prius, sermonibus eius *per eis* insereretur, totiusque iudicio ciuitatis victus esse ite-
rum reprobaretur. Beatus verò Fulgentius semel sibi *Discip:*
lecta vix * recolere præualens, respondere differebat: * *ms. Rip.*
sed respondere eum Rex magis ac magis imperabat, *regular.*
ms. Boni.
responsis arguens mōras, & cautelam viri sanctissimi *recolle-*
mi, dissidentiam iudicans. Vnde idem Pontifex discre-
tionis virtute subinxus, ne qua forsitan per populum
mendaciā spargerentur, quibus fingeretur aut non po-
tuisse, aut noluisse Beatum Fulgentium Regalibus quæ-
stionibus obuiare, tres libellos mirabiles facit: vbi me-
moratum Regem simpliciter alloquens, * vim totius * *al. se-*
quætionis, quam tenui auditu perceperat, latè reuen-
tilabat, docens animam rationalem Christo Domino
in susceptione carnis minimè defuisse. Tunc Rex ad-
miratione maximâ repletus, nihil amplius est interrogare
ausus, nisi quod vñus ex Episcopis eius, Pinta no-
mine, quasi respondere conatus, tacere potius noluit,
quam respondere aliquid potuit. Cui tamè illico Bea-
tus Fulgentius alterius operis, quod aduersus Pintam *Item Pin-*
titulauit, disputatione veridicâ restitit, & in primâ de- *ta Episco-*
fensione suâ viatos aduersarios, temerarii satis osten- *pī hæretici.*
dit repetitè cerramen.

C A P V T XXIV.

In inuidiam vocatur.

50 D E Spiritu sancto interrogati Presbytero Abra- *De Spir.*
gilæ, per Commonitorum parvissimum testi- *tu sancto*
monia protulit plura, docens eum cum Patre & Filio scribit.
Deum vnum simpliciter confitendum. Cuius etiam
Commonitorij sententias inter utrumque istius tem-
poris opus ordinavit oportere describi, legentibus
omnibus fidelibus Catholicis, & mirantibus; erubé-
scientibus Arianis, & dolore contra ipsum murmurantibus. Donec malæ suggestionis occasione repertâ, vo-
lenti eum Regi intta Carthaginem diutius retinere,
diceretur ab impiis & malis hominibus: Sine causâ, *Vocatur in*
Rex, laboras: nihil tua diligentia proficit. In tantum *inuidiam*
quippe iam doctrina Fulgentij Episcopi præualuit, vt *apud Regē.*
de Sacerdotibus tuis reconciliat aliquantos. Proinde
nisi citò subueneris, religio nostra deficit; & quicum-
que à nobis est baptizatus, homousion iterum prædi-
cabit publicè reconciliatus, nec si persecutionem
volueris concitate, timeri poterit Regalis fæuitia.
Multum quippe confortat, & stabiles facit omnes
Episcopos Fulgentij præsentia.

C A P V T XXV.

Iterum in exilium pellitur; brevi se redditum prædicti.

51 V GGERENTIBVS talia Rex quasi magnâ necessi- *Denuo re-*
tate constrictus, assentit, & Beatum Fulgentium *legatur.*
rursus ad exilium Sardiniae reuocare compellit. Inten-
pestâ igitur nocte (sic enim Rex fieri delegauerat)
ad nauem Beatus Fulgentius populo ignorante per-
ducitur. Sed contrario flatu relistentibus ventis, super
littus tantas passus est moras, vt per dies plurimos q-
uod nimia caritas indicare compulit me. Sic sollicitè *ms. Rip.*
per Spiritum sanctum repletus, * Iuliateo viro religio-
fo nimis afflito, grauiterque pro discessu beati Ponti- *Iuliteo.*
ficis ingemisci, Diutius, ait, flere noli: Citò reuerte-
mur ad vos, Catholicæ Ecclesiæ libertate reparatâ, vi-
debitis nos. Hoc autem, quæso, secretum sit apud te, *Reditum*
quod nimia caritas indicare compulit me. Sic sollicitè *ms. Boni.*
semper Beatus Fulgentius iactantiam fugit, nec in do- *Reditum*
cenis spiritualibus humanam gloriam requisiuit, testimo- *suum præ-*
nio conscientiæ suæ contentus, & solâ Dei misericor- *dicit.*
diâ fretus.

52 Vnde etiam mirabilia facere numquā delectatus, *De mira-*
sentiret. *cibus quid*
hanc

D 3

Par. sive hanc gratiam sibi dari nullatenus desiderauit. Sed si
Discip. quando petebatur pro infirmis & laborantibus , vel
Eius in necessitatē tribulationum temporalium toleranti-
orando re- bus Dominum deprecari , preces suas sub hac devo-
signatio. tione fundebat : Scis , Domine , quid animarum no-
strarum saluti conueniat. Poscentibus ergo nobis quod
admonet necessitas,hoc misericordia tua concedat,vn-
de spiritualis non impediatur utilitas. Oratio igitur no-
stræ humilitatis, si expedit,* tunc exaudiatur, vt volun-
tastua principaliter compleatur. Et frequenter qui-
dem Deus omnipotens oranti Sacerdoti suo multa
concessit : sed ille nihil propriis tribuens meritis , co-
rum potius fidei, pro quibus exaudiebat, omnia de-
putabat; neque sibi, sed illis , hoc concessum fuisse
dicebat.

* al. ita.

C A P V T X X V I.

Ad socios exilij redit.

Eius de 53 **S**ed ne diu moras longissimas patiamur, vnam eius
miraculis sententiam de faciendis mirabilibus inferamus.
sententia. Mirabilia, aiebat, non conferunt homini iustitiam, sed
notitiam hominum. Quisquis autem fuerit hominibus
notus, nisi fuerit iustus, ad æterna perueniet supplicia
condemnatus. Ille vero, qui misericordia cœlestis ope-
râ iustificatus, in conspectu Dei solius vixerit iustus, et
iam si parum sit hominibus notus, beata Sanctorum
gaudia percipiet coronatus. Vir igitur mirabilis timuit
habere laudem de mirabilibus, quāuis ampliora quo-
tidie miracula faceret, exhortatione sanctissimâ multos
infideles credere, multos hæreticos reconciliari, mul-
tos pessimis moribus deditos, continentia faciens le-
ges excipere: dum per eius saluberrima monita sobrie-
tatem discerent ebriosi, castitatem se etarentur adulte-
ri, distribuere omnia pauperibus auari rapacesque do-
cerentur: & mutato proposito, superbis humilioris, li-
tigiosis pax, inobedientibus obedientia fieret dulcis.

Letatur 54 Talibus plane mirabilibus Beatus Fulgentius
eius reditu piam semper operam dedit, quibus secum comitantibus,
exules E- in omni loco & tempore gloriosus, fauente ali-
piscopi. quādo sereni aëris tranquillitate Sardiniam * deporta-
** Sur. re-* tur, exulantum Coëpiscoporum lertos animos reddi-
portatus. dit, ipsamque prouinciam, cui tantorum præsentia Sa-
cerdotum tribuebat ornatum, præsentia sua luce fecit
splendidam, concurrentibus vndique cum gaudio
Christianis hominibus, videre athletam Christi fortissimum,
qui certamine singulari ſexuentis impetu Regis fregerat, ad diuina castra redisse insignibus laureis
adornatum, & antiquis commilitonibus iunctum, tan-
tò amplius singulis exhibuisse laudabiliter humilitatem, quād sciebat suam plus eniuīse virtutem; me-
Eccl. 3.20. mor sine dubio Scripturæ monensis: Fili quād magnuses, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies
gratiam.

C A P V T X X V I I.

Eius in exilio actiones, & instituta.

55 **N**OLOVIT plane iam B. Fulgentius in priori do-
mo multis fratribus comitantibus diutius ha-
bitare, sed iuxta Basilicam Sancti Martyris Saturnini,
** Baron.* procul à strepitu ciuitatis vacantem reperiens locum,
Primafo. * Brumasio Calaritanæ ciuitatis Antistite venerabilis
ms. Bonif. prius, sicut decuit, postulato, nouum sumptibus pro-
Brimasio. priis Monasterium fabricauit. In quo quadraginta &
amplius fratribus congregatis, disciplinæ cœnobialis
Nouum ordinem custodiuit illæsum , nemini dans licentiam
extruit professionis sanctæ regulam præterire: sed principali-
Monaste- ter hoc obseruandum monachis tradens, vt nullus eo-
rium Ca- rum quidquam sibi proprium vendicaret , sed essent
lari in Sardinia. omnibus omnia communia. Dicebat enim frequenter,

nec debere, nec posse monachum iudicari, cui volun-
tas habere priuatum peculium persuaserit. Ut enim
monachus laetioribus forsitan cibis vtratur, interdum
cogit infirmitas corporis ; vt autem cupiat in quibus
liber exiguis rebus iuris proprij dominum vendicare,
superba voluntatis & auaræ cupiditatis evidens testi-
monium est.

56 Distribuebat sanè ipse cū summâ discretione ser- *Liberalis*
uis Dei necessaria vitæ subsidia , singulorum vires in- *in suos,*
firmitatemque considerans. Verumtamen quibuscum- *maximè*
que plus ceteris consulebat, eos humilitatem custodi- *nihil ul-*
re amplius admonebat, dicens eis: De substantiâ com- *trōpeten-*
muni quisquis aliquid plus accipit, omnium sit debitor
quorum est illa substantia: debitorem porrò sola iuuat
humilitas. Sic efficiebat, ne quis scandalum pateretur,
quando vni propter infirmitatem plus dare aliquid vi-
debat. Erat quoque ei nimia sollicitudo, præuenire
cunctorum monachorum petitiones, antè tribuendo,
quidquid tribuendum cui libet vel necessitas vel ratio
manifesta monstraret. Si quis autem præsumpsisset,
priusquam acciperet, petere; negabat ei continuò, et
iam si mereretur accipere, dicens monachos debere his,
quæ acceperint, esse contentos. Ceterum qui sibi tam-
quam indigeant, petunt, desideriis adhuc carnalibus
ferunt, & omnino non perfectè de cœlestibus cogi-
tant, quamdui quid sibi necessarium sit, ipsi sibi , quia
non possunt negotiando, petendo saltē prouidere fe-
stinent.

57 Illos quoque veros esse monachos dicebat, qui *Qui veri*
mortificatis voluntatibus suis , parati essent nihil *monachi:*
elle, nihil nolle , sed Abbatis tantummodo con- *qui ei*
filia vel præcepta feruare. Proptereà sine suo consilio *maximè*
cari. nec eum fratrem, qui Præpositi gerebat officium, sine-
bat aliquid agere. Laborantes fratres, & opera carna-
lia indefessi viribus exercentes, lectionis autem stu-
dium non habentes , minùs diligebat , nec honore
maximo dignos iudicabat. In quo autem fuit scientiæ
spiritualis affectus, etiam si virute corporis destitutus,
operari manibus numquam posset, peculiariter habe-
batur dilectus & gratus.

58 Amabat autem, quando coram fratribus dispu- *Affabilis*
tabat, si quis ei quæstiones proposuisset acerrimas, in erat, be-
quibus excellentissimo laboraret ingenio : licebatque *nigus,*
generaliter omnibus fratribus, etiam naturâ simplici- *dilectè*
feuerus. bus, parum ve intelligentibus, vnde' vellent, interrogare:
nec prius, quam satisfactum sibi confiterentur, ra-
tionem reddere, vicitus tædio vel labore cessabat. Erat
enim maxima ei & mirabilis gratia, corripere inquietos
corde tranquillo : ita vt tunc magis quando puta-
batur ab aliis vehementer irasci , summa in eo vigeret
regnare que placiditas: & sine perturbatione pertur-
bato similis multos malè agentes salutari impetu per-
turbabat. Odiens enim vitia, diligēs homines, tamdiu
feuerus apparebat, quamdui disciplinæ spiritualis vti-
litas exigebat. Alias autē circa singulos ita mansuetus
fuit, & communis & facilis, vt neminem fratrum pu-
ro nomine clamitaret, neque cum typho secularis do-
minationis, aliquibus quamvis parvulis imperaret.

C A P V T X X V I I I.

Scripta ab eo in exilio. Finis persecutionis.

59 **C**RIPSIT eodē tempore Carthaginensibus Epi- *Varij eius*
stolam, sublimi exhortatione perspicuam , vbi *libri.*
penè cunctos dolos & fallacia blandimenta, quibus
infelices animæ seducebantur ad mortem , grauissimâ
conquestione digeffit. Tunc etiam de remissione pec-
catorum consulenti Euthymio viro religioso , duobus
libellis sine mora respondit. Testimonia quoque præ-
destinationis, & gratiæ differentias cupientem nosse,
salubriter disputans docuit. Iam familiares epistolas,
in quibus tamen spiritualis ædificatio continetur, & ibi
apud

apud Sardiniam commanentibus, & in Africâ degentibus, & Romanis præcipue Senatoribus, viduisque ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit. Ad Probam virginem Christi, de ieiunio & oratione libellos duos conscripsit. Ita erat notior omnibus gentibus, vt duo libri, quos a Faustus Episcopus Galliarum contra gratiam subdolo sermoni libri Fau- ne composuit, fauens occultè Pelagianis, sed Catholi- ci Episco- cus tamen volens videri, Constantinopolib offendis plu- pis ipse ra- mis fratribus, ad Beatum Fulgentium probandi diri- gerentur. Quibus ne occultum serperet virus, sepius etius est, vt libris ipse respondit, plus laborans exponere, quam 16. Janua- conuincere: quia dubios sermones eius exponere, hoc rii dice- era delirantis argumenta conuincete. Magnus planè huius operis labor mercedem debitam cito suscepit. Mox enim vt est dictatio ipsa finita, protinus est longissimæ captiuitatis catena disrupta. Mors enim Tra- fratribus. Hildericus Rex Epi- scopos re- scitur.

C A P V T XXIX.

Gloriosus eius reditus. Vita post exilium.

60 BEATVS itaque Fulgentius, postquam sa- pienter expugnauit Pelagianos, lætitiosos meruit videre Catholicos. Inde secundum quod per eum Spiritus sanctus prædixerat, reuersus est Carthaginem cum omnibus consacerdotibus, vnde solus exierat. Inuenit lætos, quos dimiserat mæstos. Inuenit nimiâ exultatione ferentes, quos reliquerat persecutio- nis violentiam sufferentes. Inuenit habentes spiritualem Patrem, quos reliquerat dolentes Ecclesiam matrem. Inuenit expectantes se cum gaudio, quos re- liquerat gementes in tædio.

61 Magno plausu po- puli excipi- pitur Ful- gentius. Tanta autem fuit deuotio Carthaginem ci- um, Beatum Fulgentium reuise cupientium; sic vniuersus populus expectabat ardenter, quem viderat in conspectu suo pugnasse viriliter; vt alii Episcopis ante ipsum descendentibus, silens multitudo super lit- tus staret, oculis & mentibus inter omnes Episcopos Beatum Fulgentium, quem familiariter nouerat, quæ- rents, & eum a cunctis nauibus expetens. Vbi vero facies eius apparuit, immensus nascitur clamor, altercabitus omnibus, quis primò salutaret agnoscendus, quis caput benedicent supponeret, quis extremis vel saltem digitis mereretur tangere gradientem, quis videre vel oculis procul stantem. Resonabat diuina laus ex omnibus linguis. Ad sancti quippe Agilei Basilicam sequens populus & præcedens, Confessorum beato- rum triumphum nobilem celebrabat. Multitudo autem maxima populi Beatum Fulgentium, quem plus ceteris honorabat, concurrens alacriter comprimebat, donec sancta quorumdam Christianorum prouisio, rotam in circuitu faciens æstuanti, liberum præbe- rer iter in medio transeunti.

62 Probare tamen adhuc Dominus cupiens vi- rum fidelium caritatem, copiosis imbris ambulan- tes mirabiliter inundauit. Et quis opera pietatis enar- rare valeat, absque dispendio veritatis? Immensa plu- uia neminem terruit, aut obsequium Sacerdotibus gloriis præbere prohibuit: imò potius velut benedi- ctione cælesti desuper descendente, tantum fides no- bilius crevit, vt planetis suis super Beatum Fulgentium gratanter expansis, repellerent imbris, & nouum ta- bernaculi genus artificiosâ caritate componerent: imi- tatores eorum esse cœti, qui prioribus temporibus Sal- Matth. 21. uatori super pullum asinæ cōsidenti, & Hierosolymam venienti, vestimenta sua, sicut Euangelium loquitur, in

viâ sternebant. Tale quippe aliquid & isti faciebant, Per eis qui propriis indumentis Beati Fulgentij nudum caput Discip. vnamiter protegebant. Vix ergo appropinquante Gratias vespere, sanctæ memoriae Bonifacio Episcopo repræ- sentati, benedixerunt omnes & laudauerunt commu- nes Deo: niter Deum. Tunc Beatus Fulgentius per omnes vicos Carthaginensis ciuitatis, vbi cumque transibat, mani- bus & oculis demonstrabatur, laudibusque innumeris prædicabatur.

63 Postquam vero domos omnium diligentium se Fulgentius concitus visitauit, benedixit, & gaudere dignatus cum amicos vi- gaudentibus, qui prius fleuerat cum flentibus, cuncto- rum desideria satiauit; valefaciens fratribus, egressus est de Carthagine, per omnes prolixo itineris vias gau- dia maiora reperiens, in occursum suum populis vndi- que tendentibus cum lucernis & lampadibus, & arbo- rum frondibus, reddentibus gratiam ineffabili Deo, exultates.

qui Beatus Fulgentius mirabiliter in conspectu o- mnium fecerat gratiosum. Per omnes Ecclesiæ tam- quā proprius Episcopus suscipiebatur, & sic de redi- tu eius omnis Byzacena prouincia velut plebs vna gaudebat.

64 Quem, obsecro, gloria huius non extolleret magnitudine? Beatum tamen Fulgentium ad maioris humilitatis studium prouocauit. Veniens namque cum gloriâ populari, dignitatem Pontificis priuilegio specialis venerationis accumulans, postquam cathe- dram sedidit, inter monachos adhuc habitare desidera- uit. Et ne videretur Abbatis Felicis aduentu suo mi- nuere potestatem, imperandi monachis omnem sibi ademir voluntariè facultatem, non suam, sed alterius volens ipse quoque facere voluntatem. Et qui adhuc monachus dispensationem suscepit fratrum, iam Episcopus dominari noluit in proprio monasterio: sic sollicitè cauens, ne Felicem contristaret Abbatem, vt exhibens superuenientibus hospitalitatem, si quando vel multiplicari panem, vel aliquid amplius exhiberi necessitas expetisset, Abbatis primò Felicis consilium requisiuit. In omni denique concilio Byzaceno, de rebus in maioribus ipse primus consulebatur: in monaste- rio proprio de rebus etiam minimis Abbatem Felici- * al. sup-

65 Parum fuit Beato Fulgentio verbis & operibus hanc humilitatem sequi ac retinere, nisi per scriptu- ram quoque firmaret, nihil se in illo monasterio pro- prium vendicare, nec pro potestate, sed pro caritate inter monachos habitare. Considerans enim vir pro- uidus, ne quod serui Dei simplices præiudicium po- tæ patarentur, obicem contradictionis in hac scriptu- râ iuccessoribus suis opposuit, quia vtilitati monacho- rum seruientem Deo nihil proposuit. Emit tamen iuxta Ecclesiam domum, cui fabricandæ curam maxi- mam diligenter impedit, ne futuro successoris de- esset hospitium. Clericorum vero, si qua * defuerunt, * al. de- ministeria reparans, probatos sibi multos ex fratribus fuissent. monachis ad Ecclesiasticam militiam transluit. Ibi Monachos quoque caritati consulens, vt dum penè omnes cleri- Ecclesi- ficiis mi- nisteriis manente notitia, nulla lis aliquando monachos & cle- adhiberet. ricos ventilaret. Summam quoque diligentiam præ- buit, ne quis clericus ambitionis vestibus ornaretur, ac Clericorū negotiis laicaribus occupatus, ab officio Ecclesiasti- magnam co diutius vagaretur; iubens omnes non longè ab Ec- curam ge- clesiâ domos habere, manibus propriis horum cole- re, psallendique suauiter aut pronuntiandi curam ma- ximam gerere.

66 Per singulas septimanas omnes clericos ac vi- duas, & quicumque potuisset exlaicis, quartâ & sextâ Ieiunia, feriâ statutâ ieiunare: quotidianis vigiliis, matutinis, & publicas preces con- vespertinis orationibus adesse præcipiens omnes. Ali- situit. quantos inquietos verbis, aliquantos verberibus coë- cebat, quos culpa manifesta flagellari coegerat. Ita vi- vicia cunctorum falubri disputatione mordebat, vt nul- ligat.

Mauri Ruspen/े territoriū popula/े tur. eius, gens inimica Maurorum Ruspense territorium repente vexauit, rapinis, cædibus, incendiis multa deuastans, atque intra ipsos Ecclesias parietes, quos inuenire potuit, iugulans. Quis Beati Fulgentij gratiam non miretur? Quamdiu vixit, furorem belli ciuitas illi commissa non sensit: & cum tota penè prouincia captiuitatem sustineret horribilem, Ruspa fuit incolus propter Sacerdotem venerabilem, cuius vita prius ciuibus murus fuit.

Succedit ei anno pōst Felicianus, ipso id è rante Ful- gentio. 75 Nec hoc interim prætereundum silentio iudicauit, quod dū ei successor idoneus quereretur, discordantibus laicis & Clericis, annum propè integrū prolixitas contentionis exegit, vt illā die sanctitas Tua super eius cathedralm sederet, quo ipse defunctus est. Ornari quippe hoc priuilegio meruit prima solemnitas eius depositionis, vt multo amplius venerabilis fieret per gaudia Tuæ ordinationis. Vis autem nosse, quomodo non fortuitis motibus ista prouenerunt, sed illius orationibus demonstrantur esse concessa?

Recole visionem fidelissimam Beati* Pontiani Episcopi Thenitani, quam sic ipse narravit: Eungi mihi secundum præceptum Datiani Primatis, vt Ruspensi Ecclesiæ eligeretur Antistes, idem Beatissimus Fulgentius per tempus quietis apparuit, & affabili, sicut solebat, adspicere salutans amicabiliter. Quod, inquit, nunc sanctitas tua velociter ambulat. Cui respondi: Ut Episcopus Ruspensi Ecclesiæ eligatur. Ille vero subridens, iam, inquit, ordinatus est. Nonne non appetet ipsius orationibus fuisse perfectum, quod est visitante prædictum? Qui ergo confirmationem nouerat necdum electi, vel ordinati, diem quoque, quo in cathedrâ considerare poterat ordinatus, iam orando meruerat. Votis itaq; continuis & fideli deuotione semper optamus, vt gloria illius factus particeps in æternum, non indignus tanto prædecessore feliciter viuas, operisque huius de perfectione nobiscum Domino gratias agas, & pro his, quæ minùs forte dicta sunt eloquenter, ab omnibus sapientibus Lectoribus veniam petas.

PER RIVS
Discip. * ms. Rip.
Pontica- ni.

D E S. M O C H U A

S I V E

C V A N O

ABBATE IN HIBERNIA.

I. IAN. I
S. Mochua
i. Ianuar.
mortuus ab
aliis II. A-
pril. colli-
turus.



ANC TV M Mochuam siue Cuanum Legiensem, quedam Hibernorum Martyrologia mense Aprili referunt, qui tamen Kalendis Ianuarij migravit in celum: quo die & nos eius Vitam damus, nobis ab R. P. Hugone Vardao Monasterij S. Antonij de Padua Ordinis S. Francisci Louanij Guardiano communicata, ex fide dignis Hibernensis codicibus de scriptam.

2 Multa continet admiranda portenta, sed vistitata apud gentem illam simplicem & sanctam, vt ex aliorum actis Sanctorum patet; neque sacris dogmatib; aut Dei erga electos suos suauissime prouidentia repugnantia. Sunt tamen fortassis nonnulla imperitorum librariorum culpæ vitiata, aut amplificata. Quod in gentilium suorum rebus gestis animaduerti oportere nos docuit Henricus Fitzimor Societas nostre Theologus, egregio rerum vsu prædictus. Que tamen sic adiecta censi debent, nobis profane Hibernorum historie ignarib; non facile est statuere. Satis est Lectorem monuisse vt cum discretione ea legat qua prodigiosa, & crebr; similia miracula commemorant, nisi ab sapientibus scripta auctoribus sint. Nobis tamen nihil expungere constitutum est nisi recte fidei aut bonis moribus repugnet, aut sit eiusmodi vt clare id possumus refutare.

V I T A EX VETERIBVS MSS.

C A P V T I.

S. Mochua ex milite monachus.

S. Mochua I CLARVS genere vir erat, nomine Mochua, filius patria & Lonani ex Lugne trahens originem. Hic in primogenitus. mæuā ætate vir erat multum bellicosis, ac de hostibus Militiam suis semper victoriæ habens. Triginta annis sic laicæ liter vixit, antequam militiam Christi exerceret. 2 Sed expletis triginta illis annis diuinā inspiratio- ne admonitus & Domini timoris telo percussus ad fidem Christi conuersus & monachus factus, Clerica- lem assumpsit habitum. Cui auunculus suis quamdam villam donauit: quam S. Mochua cum omnibus suis rebus incendi iussit, ne de peccatoris eleemosynis vel

possessionibus famulus Christi portionem aliquam haberet. Post hæc vir Dei ad locum, qui hodie Teach-Mochua, quæ principalis scilicet sedes eius est, diuinā promissione deuenit. Hunc locū ipse in nomine ædificauit, & multis signis & miraculis adornauit.

C A P V T I I.

Mochua miracula. Spiritus superbia à S. Colmano depulsus. Ignis diuinitus accensus.

3 INTER eiusdem Sancti insignia miracula hoc quod Claret misse sequitur celebriter commemoratur. Quidam nam- raculus. que nobilis & sapiens Clericus, nomine Colman-Ela, S. Colman- cùm quadam die cellam suam apud Glernsen circuiri; Ela de suā tunc de statu suo & corporis pulchritudine & scientiæ doctrinæ suæ profunditate spiritu superbia inflatus, mundana superbiens de se sapiebat. Postquam autem sederet in cubili suo eā prī- ficeratus, omnem suam scientiam ac si nihil antè sciuis- tur. set, penitus tradidit obliuioni. Stupescens igitur super hoc & non modicum admirans, no[n] sequenti ieunauit, Deum suppliciter exorans, vt à se spiritum igno- rantiæ dignaretur tollere, & pristinam scientiam re- stituere. Cui Angelus in somnis apparens ait: Colma- ne, cur ieunias? quid petis vt tibi det Deus? Respondit Colmanus: Peto vt mihi scientia, quam antè habui, à Deo restituatur. Et ait Angelus: Id quod quæris, in- quid, habebis. Et Colmanus, Cui, inquit, commisit Deus mei curam? Et Angelus: Vade, inquit, ad S. Mo- chua, qui te de tuā superbiā & ignorantia liberabit.

4 Colmanus igitur cum quindecim aliis honestis Clericis iter aggrediens, ad cellam viri Dei recto itinere peruenit. Sanctum vero Mochua rusticano habitu induitum, virgasque portantem in humeris suis, extra villam inuenit. Colmanum vero intuens Sanctus Mo- chua ipsum salutavit: dumque mutuò sic salutassent, ecce subito quædam auicula virgarum illarum summi- tati insidens, gariendo quasi vnum versum cecinit. Quo auditu S. Mochua interrogauit quid auicula illa cecinisset. Cui Colmanus se nescire respondit. S. Mo- chua dixit: Mira refers, dum ego qui numquā noui scripturas, id quod cecinī intelligo. Et iterum ait: Hoc, inquit,

Mittitur
ad S. Mo-
chuam.

Ex mss.

Mochua demonum ab eo expellit, sed etiam doctrina restituit.

inquit, dicit auis: Nullum verbum de scientia, quam tu habuisti, menti tuae nunc inhæret. Tum Colmanus dixit, Fateor, inquit, me nihil scire, & ideo Deus me misit ad te ut saner. Tunc S. Mochua ait: Spiritus immundus, qui in te habitat, exeat a te. Sic enim concessum est ei ad tempus in te habitare. Ilicet audito viri Dei imperio, dæmon a Colmano discessit, ac sua scientia plenaria est ei restituta. Ipso enim elationis suæ culam recognoscere, atque lumine gratia cor illustrante, princeps tenebrarum effugatus est.

Ignis calidus accendit eius precibus.

Tunc hoc miraculo ostenso S. Mochua Colmanum cum suis ad cellam suam perduxit, & ut ignis & balneum ad eos portaretur a suis, præcepit: cui quidam de Clericis S. Colmani ait: Non igne, inquit, terreno soliti sumus calefieri, nec balneum nostrum cum eo præparari consuevit. Quo auditio S. Mochua palmas suas ad cælum extendens, ignem de cælo petiuit, & exaudita est oratio eius, quia lapis ignitus de cælo lapidus per cacumen domus, ubi erat, in foco cecidit, ex quo copiosus ignis pro necessitatibus fratrum est constructus.

C A P V T III.

S. Fintani superbia lepræ castigatur. Eam Mochua depellit.

S. Munno sive Fintano apparet quot die Angelus.

Colitur Munnu 21. Octob.

S. Molua animam migraturam multi Angeli expe- clant.

S. Munnu petit sibi lepram a Deo immissi, & impetrat.

Mittitur ad S. Mochuam curandus.

Insignis eius patendi avator.

Ab Anglis honoratis.

6 **V**O D A M alio tempore vir sanctus, Munnu nomine, dum in cella sua triduo moram faceret, Angelicâ visione, quâ quotidie visitabatur, per idem tempus frustrabatur. Cumque Angelus Domini post triduum se viro Dei præsentaret, & ab eo cur tantam moram faceret sciscitareretur, respondit: Sancti, inquit, cælicolæ communem conuentum atque concilium habuerunt, expectantes animam cuiusdam viri sancti, nomine a Molua, qui viam vniuersæ carnis ingressurus erat: & hæc causa retardationis meæ fuit ne ad te tempore solito venirem. Ad quem S. Munnu dixit: In quibus, inquit, meritis vir ille præcellebat vitam meam, dum sic sim neglectus? Cui Angelus respondit: Faciebat, inquit, dum vixit, quod tu non facis, quia quamdiu vitam duxit in terris, nulli præsenti maledixit, nec absenti vñquā detrahit. Insuper & dispositionem omnis temporis secundum diuinam voluntatem siue in serenitate siue in tempestate æquanimiter sustinuit, & commendauit. Tu quoque superbis es, & Dominus tuus vult ut humilieris. Cui S. Munnu respôdit: Libenter sufferam si quod ipse elegero a Deo meo mihi concedatur. Cui Angelus: Quod petis a Deo tibi concessum est. Tunc ait Munnu: Lepram mihi inter infirmitates corporales eligo. Per verbum ergo Angeli S. Munnu leprosus factus est, & lepram illam usque ad septem annos sustinuit.

7 Completis vero septem illis annis cum magna animi patientia, ecce idem Angelus ad eum rediens virum Dei consolatus est dicens, Quia, inquit, patienter tuam infirmitatem hucusque sustinuisti, ideo modò a Deo tuo concessum est tibi & finem laboribus impone & munditiam a leprâ tuâ obtinere. Ad quem iterum S. Munnu ait: Cui, inquit, commisit Dominus curam sanitatis meæ recuperandæ? Et Angelus ad eum: Sancto Mochua, inquit. His dictis S. Munnu iter arripuit, & ad cellam viri Dei properauit. Cumque ad locum Sancti Mochua peruenisset, diuersorum inibi introiuit, & domum ingrediens, & neminem ibi reperiens, sed nudum vestibulum; pelliculam quamdam, quam ibi inuenit, sibi supposuit, & super eam cubans vermes, qui de eius corpore per pavimentum transibant, cum scopâ quadam ad se recolligebat, & in locu[m] unde exierant remittebat. Cumque S. Mochua tunc absens foret, spiritu ei reuelante ad cellam accelerans, Angelicam administrationem supra domum in quâ vir Dei sedebat, aspiciens, ministrum qui eum comitabatur ad videndum quis domi foret sine morâ præmi-

sit: cumque domum intrasset, cernens hominem calum, leporum, ulcerosis plagiis horribilem, pauore attonitus, & stupefens de domo festinans, illum quem in domo viderat Sancto Mochua nuntiando descriperat. Audiens vir Dei hominis descriptionem, & intelligentem esse Sanctum Munnum ait: Verè, inquit, vir Dei Munnu est, qui a Deo ad me missus est ut a leprâ suâ curetur. Tunc domum intrans virum Dei amplexatus est, & a vertice capitis linguâ eum lambens leporum pristina sanitati eum restituit: & quod ceteris difficultatibus erat, nates eius emigens tribus vicibus successu[m] ore sacro sumens tria extraxit phlegmata, sed meritis virtutis exsugit; ut reor, hæc tria phlegmata conuersa sunt in auria obtrizi talenta, quæ in eius scrinio velut tria aurea poma recondita sunt. Postquam vir Dei mirificè fuit curatus, ad cellam suam laudans Deum suu[m] reuersus est. Postquam vero B. Munnu iam a leprâ curatus est, cum ad medium peruenisset iter pes alicuius equi, qui currum eius serebat, fractus est: quod cum S. Mochua percepisset, ceruum de monte vicino vocauit, qui se sponte currui subiiciens, mansueti equi ministerium implens, vir Dei Munnu ad domum suam Cervus iussu S. Mochua equi vices supplet.

^a Alias Luanus, quem centum Monasteriorum Fundatorem memorat S. Bernardus in Vita Malachia. colitur 2. Aug.

C A P V T IV.

Serenitas & fluminis trajectio miraculosa, Mochua precibus.

8 **I**N T E R E A sanctissimus vir Kiananus cum furore spiritus ecclesiam cœpit Domino ædificare lapideam, quia antè in Hiberniâ non fuit vsus construendi ex lapidibus ecclesiæ. Eo quoque tempore contigit opus quoddam retardari atque impediri eò quod cæmentarij ceterique operarij dicebant, quod si pluvia vel imber inter duos colles circupositos vñquam difflueret, illi mox ab eo desisterent: quo auditio Sanctus Kiananus singulos Hiberniæ Sanctos Sanctoraque adiens rogabat ut aëris serenitatem a Deo pro complendo opere impetrarent. Cumque a singulis aliquod tempus serenitatis, vtpote septimanam ab uno, mensim ab alio, & tres menses ab alio obtineret, & adhuc ad opus compleendum vnius anni indigeret spatio; quodam nocte vir Dei ieunans Deum rogauit ut sibi reuelaret ad quem Sanctorum se pro anno illo obtinendo conuerteret: & qui reuelat mysteria, eum docuit ut ad cellam Sancti Mochua, quæ Domus Mochua modò dicitur, properaret pro obtinendâ suâ petitione: & cum illuc cum decem quinque Clericis veniret, honorificè est receptus & quod petierat adeptus est. Nam orante Sancto Mochua & ieunante, à datore superno serenitatem vnius anni cum dimidio pro complendo opere illo obtinuit.

9 Hoc igitur dono concessio S. Mochua Kyenatum rogauit, ut opere illo completo nuntiaret ei ut ad consecrationem ecclesiæ veniret, & ad primæ noctis procurationem superuenturis annonam prouideret. His quoque peractis S. Mochua duxit B. Kiananum cum suis usque ad flumen cui nomen est Lyncorchaygi, quæ est aqua valde impetuosa pro tempore. Cumque aquam illam violentam ac rapidam Clerici cernerent, pro tempore illo immeabilem sine scaphâ iudicarunt; tunc S. Mochua pallium suum in virtute illius qui in pallio Eliae deficauit aquas Iordanis, misit super aquas, & in eo S. Kiananum cum suis quindecim clericis in pulis ultra flumen tamquam in rate tutissimâ transuerxit. Sancto igitur Kyenano cum suis ad cellam suam properantibus, pallium latum charitatis S. Mochua nō complicatum in aliquo, nec humefactum, ad ipsum reguerunt.

C A-

C A P V T V.

*Cerui celi ac comestii, vita restituti, Mochua
meritis.*

10 C O M P L E T O ergo Sancti Kyanani opere ad Sanctum Mochua nuntium misit, ut ad suam ecclesiam consecrandam, sicut promiserat, perueniret: tunc auditio nuntio sanctus vir iter arripiens, ac per montem cui nomen Maig transitum faciens, duodecim ceruos, quos ibi reperit, secum tāquām boues do-mesticos ducens singulos lignis onerauit, ac sic ad Ecclesiam S. Kyanani perduxit. Cumque ligna de ceruis deponerentur super eosdem iussit vir Dei aquam ad carnes eorum coquendas deferri. Quod & factum est. Post haec S. Mochua iussit ceruos illos occidi omnes, ossa tamen eorum usque in crastinum illibatē conservati: fatiatis igitur turbis pauperum atque aliis qui aderant de venatione mirabilē Sancti Mochuae, die crastinā ceruorum ossa coram viris Dei collecta sunt. Quibus ut in propriā resurgent formā Sanctus Mochua in virtute illius mandauit, qui Lazarum fōtentē solo verbo ad vitam reuocauit. Et statim ossa illa arida te eos viuos carnem & pellem induerunt, & spiritum vivificum asseverant, atque in pristini vigoris motum membra extundunt. His in laudem Dei peractis atque ipsā ecclesiā consecratā S. Mochua cum ceruis illis mirificē resuscitatis usque ad montē vnde eos assumperat regresus est: atque ibidem eos dimittens ad cellam suam peruenit: & hi cerui duodecim, ut à pluribus fertur, Ceru illi adhuc in monte illo ab aliquibus cernuntur temporibus. diutissime vixere.

Eorum earnibus multos fratres adducit.

S. MOCHVA BALLENSI SIVE CRONANO.

I. IAN.
S. Mochua
Ballensis
discipulus
S. Congal-
li.



L T E R V M Mochuam celebrat Philippus Osulleuanus Bearris, doctrinā ac genere clarissimus, Patriciana sue Decadis lib. 10. cap. 2. ubi de Benchorense agit S. Congalli cœnobio, ex quo tum alij viri sanctitate ac doctrinā illustres prodiere, tum ille Mochua. 2. Eius vitam ex Hibernico codice, quem quondam Osul-leuanus Bearria Princeps de Djuorum Vitis scribi curārat, in & à quo Latinum sermonem à se versam, ipse ad me Madrido hoc 1634. verfa. Christi anno transmisit Philippus Osulleuanus, quam & hīc dare visum est, cūm eius natalem ignorem. Quedam de S. Fechini molendino subiecerat, qua omisi, quod eadem inferiū habentur xx. Ianuarij ad eiusdem S. Fechini Vitam.

V I T A
EX MSS. INTERPRETE PH. OSVLEVANO.

C A P V T I.

S. Mochua genus, vocatio ad religionem, sanctitas.

S. Mochua **1** VIR sacer Cronanus, Mochua quoque dictus, patre Begano, suo Barra, proauro Natio, ab auro Lugo (qui Lugici generis apud Ibernos haud obscuri fuit auctor) matreque Comnā Conamali filia, Mac-hadani nepte ex Dalbuanicā gente, natus, Brinsacham, Luchadam, & Iudellam sorores, duosque natu maiores fratres habuit.

C A P V T VI.

Mochua adficia, mors.

11 S A N C T U S verò Confessor Christi Mochua in Multas præstatā ecclesiā, quae Teach-Mochua dicitur, ecclesiā stabiliter permanens, fundatis ab eo in Hiberniā 30. & cellas ecclesiās, & centum viginti cellis constructis; terrenā adficiat. gloriā & amicorum frequentiā & colloquio disturbatus secum deliberando, arbitrans quod nisi terrestrem illam gloriam reliquistet, cœlestis gloriæ particeps minimè fieret, desertum ergo petens ad S. Patricium ver-Gloriam sus Aquilonarem terræ plagam gressum direxit.

12 Sed multis locis peragris, in quibus si desuper esset concessum permanere vellet, tandem in Ergithallenium terram diuinu nutu deuenit. Per illustratā Peregred quoque terrā illā, postrem diuinā dispositione ad lo-ecclesiās cum quedam vocabulo Daytinis peruenit. In hoc adficas. loco cū longāpis viator campanulam, quam manu gerebat, pulsabat, mox lingua eius in terram cecidit. Quo viso vir Dei non modicum doluit, eò quod locus momentaneus & quasi inhabitabilis esset. Ad ipsius verò consolationem Angelus ad eum missus est, qui dixit ei: Dicitum est tibi à Domino Deo tuo, ut hunc locum inhabites, & ibidem ecclesiām construas. Iussione quoque diuinæ ipse per omnia se conformans, locum illum inhabitauit, & ibidem ecclesiām in nomine Domini adficiavit, quam & plurimis miraculis in vita & in morte decorauit. Ipse verò ibidem triginta annis persistens anno vita suæ nonagesimo nono, Kalendis Ianuarij feliciter quieuit, præstante Domino nostro Moritur Iesu Christo, cui laus & imperium per infinita saecula. Amen.

D E

S. Mochua Ballensi

S I V E

Cronano.

2. Ipse puer, capillis ob arcatum morbum caput insufficientem fluentibus, deformior, proptereaque parentibus minoris factus, & humiliore cultu educatus ad pascendas oves animū appellare iubetur. Ceterū Oves pacuius speciem, fortunamque parentes despiciunt, eum scit. dem Deus optimus maximus præclarissimarum virtutum ornamenti, edendorumque miraculorum potestate honestat, & ad celsum gloriæ culmen euehit.

3. Principiò quidem Congallus, vir diuino spiritu inflatus, in Begani domum venit, supra quam Angelos conspicit curritare: rei mysterium diuinitus doctus, patris ethus Begani, quot filios habeat, percontatur. Hic duos gallo, bona indolis adolescentes, & alium puerulum (is erat Mochua) nonsatis dignum, ut nominetur, ouibusque dumtaxat pascendas idoneum iudicatum, totidemque puellas sibi liberos esse, responderet. Ille Mochuam dominum accersiri iubet: conspicatusque, ex illius conspectu, quod erat diuini Numinis donis ornatus, se magnopere delectari, & illum ex ouium custode hominum pastorem futurum, ait. Inde puerū in cœnobium suum Benchorense quām religiosissimum, sanctisque viris longè frequentissimum defert. Vbi Mochua in religiosorum collegium adscriptus, atque sacris litteris eruditus singulare sanctitatis exemplum, rerumque mirabilium opifex fuit.

4. Longè latèque peruagatā famā infœunda matronamota, Mochuam adit, sterilitatis suæ remedium peti-

Ex mss.
per O-
SVILLE-
VANVM.

Eius lacy-
mis steri-
litas de-
pulsa.

petitum & Dei seruum flexis genibus, passis manibus, lacrymas copiosè fundentem, à corporeis sensibus quasi alienatum, & in diuinorum rerum contemplationem totum velsum conuenit. Quamobrem furtim accedens, cadentes ex oculis religiosi imbrevis cauis palpis excipit, & ore haurit, magnâ fiduciâ, id ad fecunditatem sibi medicinæ fore: neque credula spe suâ fallitur, quæ breui ex viri sui concubitu filium, nomine Dabium, concipit, & edit.

C A P V T II.

*Aliò mittitur, fonte sequente. Ei lac pluit. Aquam mole
S. Fechini curat.*

Mittitur
ad nouum
firendum
Monasterium.

Fons eum
comitatur
nubis fle-
cie.

Lacis
pluit.

Ad molam
miraculo-
per
montem
adduta.

5 PLVRIMIS miraculis, acerrimis corporis coercitionibus, piis in homines officiis, initis cum diabolò præliis cùm Mochua se strenuum, veteranumque Christi militem gesisset, nido iam exsiliere, & aliò petere à Congallo iubetur. Obediens imperio, à magistro petit, ut quâ erat futurorum rerum scientia, prædicat, ubi Numini placeat, se commorari & Monasterium ædificare. Evidem, inquit Congallus, rem hanc neque præsentire, neque aliquo arguento vel signo ostendere possum, nisi forsitan Deo placet, ut hic fons (præsentem fontem dígito monstrabat) hinc abiens te ducat, ibi que consistat, ubi diuinæ Maiestati placitum fuerit, ut incolas. Eo responso Mochua Benchore proficiscitur, electâ religiosorum manu comitatus. Haud longè processit, cùm comites respicientes, nubem densam, obscuram, imbrevisque minitantem, sed non mittentem, sereno, sudoque Sole per aërem sequentem vident. Quam etiam Mochua cernens, fontem præcudibi à Congallo designatum, & à Deo missum esse: oportereque se paulisper gradum sistere, donec illa præeat, præcedentemque sequi, & ubi illa sidat, ibi & se ipsos habitare, ait. Præiens illicò nubes Mochuam ad Ferrosios, in Gæliam oppidum, ubi Gabrenus Episcopus eius cōdiscipulus, & integrissimus amicus agebat, ducit: ibi que illis laceti manando humi lacunam expleuit. Gabrenus quidem Mochuæ sedes, quibus peregrinationem finiret, obtulit. Ceterum quia nubes minimè subsidit, ille spectandum sibi non duxit.

6 Quinimò eâ duce Fobariam (est illud oppidum Mithiæ) peruenit. Ibi Fechinus, vir moribus, factisque mirabilis sacrâ Sacerdotum cohorte stipatus præserat: & ad aridimontis radicem, aquâ nullâ proximâ, molendinum præter artificem, & fabrorum sententiam construi fecerat. Aduentante Mochuâ erat opus perfectum, & nihil, nisi flumen, cuius cursu circumactæ rotæ catillum super metam voluerent, desiderabatur. Ita eius aduentu vehementer latrati Fechinus ceterique Sacerdotes spem concipiunt, fore, ut sancti viri meritis Deus optimus maximus aquam molis suppeditet. Eâ de re ipsi, Mochua que inter se agunt: diuino Spiritu instincti vnanimi consilio constituant ad Leuinnum lacum bis mille circiter passus distantem proficiisci, posse fieri, ut inde ad mojas Numen omnipotens aquam deriuat. Id intelliges operis architectus, rem, inquit, maximè arduam, atque difficultem, sanctissimi viri, suscipitis: hominibus quidem, inquit Mochua, fateor quâ difficillimam; Deo tamen perfacilem. Eò cùm Dei serui peruererunt, Mochua baculi cuspidi lacus ripam molas versus leviter perforat: idem Fechinus, Sacerdotesque faciunt. Exemplò per transfusum montem aqua subter terram mirè delata non præcul supra molas magnâ vi prorumpt. Vnde præcipiti casu ruens, rotas rapido impetu circumducendo, catillum super metam voluit.

C A P V T III.

A Rege & Reginâ Connachtia honorifice excipitur.

7 MOCHVA verò, Fechino valere iusso, progres- In Con-
sus amne Sinonno traepto Connachtiam re- nachtiā
gnūm petuit. Vbi in Omania principatu ab optima- venit S.
tibus, maximè à Ballgclâ Reginâ longè honorificentis Mochua.
sumè excipitur, vt quæ in posterum commoretur, roga-
tur. Ceterum bonis hospitibus benè precatus Kini-
nium lacum, ubi Kellachus Ragalli filius Connachtiae Rex agebat, adiuit. Per id temporis venatione Rex
animum recreabat: & ceruus, quem fuerat infestatus,
in summas angustias vltimumque discrimen deductus
fæse in lacum præcipitem dat, nandoque rupem in me-
dio lacu sitam teneret, & in eâ conficitur. Eò illum sequi-
nemo propter horrendam belluam, quæ lacum infe-
stans natatores occidere solebat, audet. Rex & id da-
mnūm timens, & ceruo simul potiendi cupidus, Mo-
chuam, quem summo amore & honore fuerat am-
plexus, aliquoquens, Si, inquit, tibi, Mochua Pater, pla-
cket, auxilio tuo fretus in rupem mittam, qui ceruum
interficiat. Mochua, Tametsi, inquit, eò quemquam
adire, periculose videtur, natatori tamen Deus om-
nipotens in columitatem dare potest. Quibus verbis
motus Rex in rupem mittit, qui ceruum interimat. Sed
redeuentem hominem bellua deuorat. Dolore percul-
sus Rex hominis amissi culpam in Mochuam transfert. Eius preci-
bus homi-
nem deko-
preces fundit. Dei imperio in columem & illæsum ho-
ratiū bel-
minem bellua vomit, nec vlli in posterum nocuit. Mi-
lue reno-
raculi magnitudine Rex, & alij quâ plurimi Dei ser-
mit.
uum supplices venerantur, Numinique summas gra-
tias agunt: ac Regi quidem postea, eiusque successori
Kentelæ Colganii filio Mochua fuit quâm charifissimus.

C A P V T IV.

Ballensis Monasterij & oppidi origo.

8 INDE Rodbâ flumine traducto in Kearam princi-
patum in oppidū, nomine Nemus Darbrechum, annos natus triginta quinque peruenit. Ibi fons in aëte sub nubis specie, sicuti solebat, non appetet. Eâ re Mo- Fons è ter-
chuæ & eius discipulis anxiis, fontemque per agros râ denud
quærentibus agricola factus obuius refert, non procul erumpit
esse fontem, numquam ibi anteà visum cinctum ballâ, alio loco.
id est loriciâ. Vnde oppidum nouum nomen Balla, & Balla op-
erat Mochua cognomen Ballensis accepit: Hicque, piatum un-
& socij, quod fons, qui Benchore ex Vloniâ profectus de dictum.
erat, subsidente quietam ipsi sedem promittebat, Deum laudibus efferrunt.

9 Ceterum vix sedem figere statuerunt, cùm Eacha Minnechus Ofiachræ gentis Princeps centum viros ex magnatibus illius principatus ducens, ad pellendum virum sanctum loco iter capit. Hi appropinquantes supra nemus Angelos aspectabilibus formis volantes conspicunt. Quorum occursum, Mochuæque Angeli & venerabili conspectu, & sanctis exhortationibus du- Mochua
cti nemus, & circumiectos agros, Kellachus Rege an- aspectus,
nuente, Deo sponte dedicarunt. Ibi Mochua templum hostes le-
extrui, & à tribus Episcopis dicari, curauit: ipseque nimis.
postea plurimis miraculis fulsit, quorum aliqua celeri
stylo percurrere iuuabit.

C A P V T V.

Varia Mochua miracula.

10 STERILIS matrona de suâ infecunditate Mo- S. Mochua
chuz queritur. Ille duos aquatici nasturtij sca- sterilitatē
pos à se sanctis verbis sacratos dedit infecundæ: quos pellit.
illa

C A P V T VI.

Varia per eum curationes.

Ex mss.
per O-
SVLLE-
VANVM.

16 *E* Ivsdem factosanctæ Trinitatis nomine caco-
dæmones ab homine misero , quem diu occu-
patum vehementer affligebant, expulit.

17 Magnam pustulam Iathlecho Kenfæla filio in
corpore fœdius indies tumetem in tintinnabulū suum *Alium*
Dei nutu transtulit, hominem sanum relinquens. *agrum*

18 Ietericiā , vel aurigine, id est abundantia flauæ *curat.*
Ab aurigine per corpus effusa , hominemque pallidum red-
gente, Muregidarum gens laborabat. Qui totius Iber-
moi sanat.

19 Mochua nuntium ad Fælanum mittit. Interce-
debat longus & angustus maris recessus, celsis, scopu-
losis, & præcisus marginibus cinctus: vbi duæ feroce
feminæ Beca Cuchoragi, & Lithbena Attrephthi filiae
canistrum habebat duobus funibus hinc inde suspen-
sum, vt vtrò citroquæ viatores, sicuti præferebant,
traicerent. Hæ Mochua tabellarium cistæ acceptum
in medio secessu sublimem appendunt. Eâ de re vir
sanctus diuinitus monitus nuntij redimendi causâ sepe
in viam dat. Ad recessum quando peruenit, cum femi-
nis, vt hominem dimittant, agit. Quod à Lithbenâ sine
præmio, sed à Becâ non, nisi cucullo in pretium dato,
imperat. Breuitatem cohortando & feminas & eo-
rum patres ad melioris vita frugem conuertit.

20 *Homo* manibus, pedibus, aliisque membris ca-
ptus ad Mochuam curandus portatur: eoquæ propter *Contractu*
dulcissimum Iesu nomen iubente , firmus & integer
surgit, suis quoque membro fungente muneribus.

21 *Quidam* probus atque simplex filium , quem *Mortuum*
habebat vnum, ut eum Mochua à morte reuocet, exa-
suscitat. Viro sancto Deum rogante puer magnâ
omnium expectatione & lætitia reuiuiscit.

22 His, aliisque rebus præclarè gestis Mochua an-
no ætatis sua sexto & quinquagesimo in Cælitum cœ-
tum migrauit.

Hæc ex veteri litterarum monumento Osulleiani
Bearriæ Principis iussu de Diuorum vitis Ibernicæ
condito fidissimè transtuli.

D E

S. A G R I P P I N O

AVGVSTODVNENSI EPISCOPO.

CIRCA I
AN. CHR.
D. XL.
I. IAN.

D ECIMVS ollaus Aeduorum Episcopus
Agrippinus fuit, vt habeat Claudio Robertus. Eius Kalendis Ianuarij natalem refert
Martyrologium ms. S. Hieronymi, sed
quod vel hinc patet auctum esse; ita habet:
Augustoduni , depositio Agrippini Episcopi. Interfuit
S. Agrippinus Concilio II. Aurelianensi anno DXXXIIII. &
scop. Au- III. anno DXXXVIII.
gustodun.

2 Meminit illius Fortunatus in vitâ S. Germani Parisiaci S. Germa-
28. Maij: At Dominus Germanus intra terni lustri spa- num Pa-
trium à B. Agrippino Diaconus instituitur, & sequenti riſenſem
triennio Presbyter ordinatur. Idem refert Aimoinus lib. I. Presbyte-
cap. 24. Nondum sedebat S. Agrippinus anno DXXII. quo rum.
Epaonensi Concilio subscripsit Pragmatius Episcopus Augus-
tunensis. Neque peruenit ad DXLIX. quo, Concilio Aurelia-
ensi V. subscripsit Netlaarius Episcop. Augustodunensis.

D E

S. E V G E N D O

A B B A T E.

I. IAN. I
S. Eugen-
dus Abbas.

DE S. Eugendo Vuardus: In territo-
rio Lugdunensi S. Eugendi Ab-
batis , cuius vita virtutibus &
miraculis plena resulxit. Consen-
tiunt ferè tetera Latinorum Marty-
rologia, ac comprimis Romanum. Me-
minit eius & Petrus de Natalibus
lib. XI. cap. CXXX. Miratus in fastis Belgicis & Burgundicis.
Notkerus 2. Ianuar. eum refert. Quidam Augendum, Galeſinius
Eugenium vocat.

2 Arnoldus VVion , lib. 3. Ligni vita duos facit Eugendos,
Tom. I.

vnum Iurenſis, alterum Condatensis Monasterij Abbatem: cùm
Condatescense cœnobium, siue vt Gregorius Turonensis appellat, VVionius
Contatiscone idem sit quod Iurense (non vt quidam scribunt corrigitur)
Virense, Virens, Lorense) quia in Iurâ Burgundia Monte si-
tum. Nunc S. Claudij dicitur à S. Claudio Archiepiscopo Ve-
suntino, qui 6. Iunij colitur.

3. S. Eugendi vitam ab eius discipulo anonymo conscriptâ
atque à Surio editam cum veteribus MSS. Monasterij S. Mariae
Bonifontis & S. Maria de Ripatorio contuli, ac pluribus
locis emendaui.

Ex mss.

V I T A.

P R A E F A T I O A V C T O R I S.

QVANTVM, beatissimi fratres, desiderio feroori-
que vestro ex debiti summâ suppleuerim, sicut
ex ratione apicum ex parte sum, opitulante Domino,
iam securus; ita conscientia propriæ extraneique iu-
dicij incertus, ago hæc quæ iniungitis, non præsum-
ptione indocti, sed obedientiâ, vt cernitis, regulari. Sic
anuens diuinitas faxit, vt humana procluitor in diu-
dicando fragilitas, dum melo delectatur aut musicis,
dumque oratorias venustates, vocabulotum quoque
ac temporum signatâ proprietate miratur; hæc nostra
^{* ms. Bo-}
^{nif. tapis-}
^{Excusatio}
^{styl. impo-}
^{liti.}
^{* tapinosis nequaquam iactantiâ superborum iudi-}
^{cum ventosâ superfluitate caletur. Porro nos (vt}
<sup>præfati iam sumus) vobis propriæ opuscula ista dicau-^{mentis, & anni exacto circulo, tamquam Sa-}
^{mus.}
^{nos, quoq; nouimus non oratorum, sed piscatorum}
^{esse discipulos: nec in philosophiâ sermonis regnum}
^{Dei, sed in virtute prospicere; magis que purâ ac iugi}
^{obseruantâ Dominum extare, quam vanâ periturâ}
^{que facundiâ perorare. Hinc ergo iam nobis in rela-}
^{tione vita beatissimi viri, narrationis sumatur exordium.}</sup>

C A P V T I.

S. Eugendi patria, institutio, futura vita indicia.

SANCTVS igitur famulus Christi Eugendus, sicut
Beatorum Patrum Romani & Lupicini in reli-
gione discipulus, ita etiam natalibus ac prouincia ex-
^{S. Eugendi}
^{patria.}
^{Paterna}
^{institutio.}
^{Gen. 13.}
^{14.}
^{Viso ad}
^{Dei cultu}
^{inuitans.}
^{* ms. Rip.}
^{metu.}

titit indigena atque concius. Ortus nempe est haud
longè à vico, cui vetusta paganas ob celebritatem
claustramq; fortissimâ superstitionis templi, Galli-
câ lingua Yarnodori, id est, ferrei ostij, indidit nomen.
Quo nunc quoque in loco delubris ex parte iam diru-
tis, sacratissimè micant cælestis regni culmina, dicata
Christicolis. Atque inibi pater sanctissimæ prolis iudi-
cio Pontificali, plebisque testimonio extitit in Presby-
terij dignitate Sacerdos. Igitur cum beatissimum pi-
gnus ab ipsis penè cunabulis quodam instictu, succe-
suque felicitatis ac luminis, virtute diuinâ, vt reor, præ-
fagante succresceret; & nocte quadam, venerabilis
pater ipsius, vel soboles sancta, ab affectu profectuque
futuræ beatitudinis tenerentur incerti; in visione puer
sanctus à duobus religiosis viris sublatus, ultra domus
paternæ vestibulum sicut, ita vt Orientis plagam cæ-
lique astra, quasi quondam multigena Abraham Pa-
triarcha, intuitu diligent prospiceret: atque ipsi typicè
iam quodammodo dicebatur: Sic erit semen tuum.
Post interuallum namque modicum hinc unus, ast
hinc alter, atque alias inde, donec succrescens multi-
tudo efficeretur innumera, beatum puerum vel san-
ctos proculdubio Romanum ac Lupicinum Patres,
qui cum in spiritu de cœno paternæ domus eduxer-
ant, tamquam enormous apum in modum mellifi-
cantis viuæ quadam constipatione seperunt. Et subito
à parte prospicuâ vider instar amplissimæ portæ culmi-
na patefacta cælestia, & lento etiam deducto que vsque
ad se è cæli vertice cum lumine clivo in modum reclini-
nis scalæ cristaâ proclivitatem descendit, & niueos ful-
gidosque Angelicos choros ad se vsque velut sōcios,
tripudiantes in Christi laudibus aduentare. Ita tamen
quod crescente semper in loco societate, nullus omni-
no reverentiâ diuinitatis attonus, aut sermone mo-
uebatur aut *nutu. Cumque sensim cauteque mortali-
bus multitudine sc̄e inservisset Angelica, collectis co-
pulatisque sibi terrestribus, concinentes Angeli, vt ve-
nerant, cælestia sacra repedantes ascendunt. Hoc so-

lummodò puer sanctus inter carminum modulatio-
nem percepit, quod post annum circiter in monaste-
rio intromissus ex Euangeliis recitari cognovit. Illud
nempe vice antiphonæ, (vt benè, ipso dignâter referê-
te, commenini) reciprocis vocibus multitudo conci-
nebat Angelica: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Recepit
igitur ingenti multitudine, post contemplationem
diutinam, aërea quoque sc̄e clausit astrigera, & solum
semel puer contemplatus in loco, excusus est somno,
concutitur, ac visionis terrore percussus rem gestam
illuc refert patri. Confestim namque Presbyter san-
ctus, cui potissimum proles sanctissima dicari debe-
ret, agnouit.

C A P V T I I.

Fit monachus sub SS. Romano & Lupicino. sanctissime viuit.
Laus S. Leoniani.

MOx igitur eum litterarum instrui iubet ele-
mentis, & anni exacto circulo, tamquam Sa-
chus. fit mona-
chus. ^{i. Reg. 3.3.}
muel quondam, non in typico excubaturus templo,
sed potius Christi efficiendus templum, S. & Romano
oblatus est Patri. In quo verè ita beatorum Abbatum,
qui eum in spiritu de incolatu terrestri eduxerant,
gratiarum gemina confluit vberitas, vt succidua quo-
que posteritas vtrum in Eugendo Lupicinum potius
suspiceret, an Romanum, iudicio fluctuaret incerto.
Illi dumtaxat hoc illucque necessitate misericordia è Numqua
monasterio sèpè progressis: iste verò à septimo usque
ad sexagesimum vitæ, quo transiit, annum nusquam
exinde post ingressum exrulit pedem. Lectioni nam-
que se in tantum die noctuque, expletis consummati-
que omnibus, quæ à Præposito vel Abbe in iuncta
sunt, dedit & impendit, vt præter Latinis voluminibus, Græcè do-
etiam Græcâ facundiâ redderetur instruçus.

In vestitu autem duabus tunicis numquam est
vitus, atque vnam ipsam numquam mutauit, nisi anteā
fuisse plurimâ vetustate consumpta; simili quoque cu-
cullæ ipsius conditions seruatâ. Paleis verò lectuli in-
euentalis multo tempore, viliisque sagello constrictis,
pellicioque superposito conquieuit. Aestiuis namque
temporibus caracalla, vel scapulari cilicino vtebatur. In vestitu,
quod ei quoque vir sanctitate conspicuus Leunianus, & lecto
Viennensis vrbis Abbas, pignore transmisserat caritatis. austerus.

Fuit namque Sanctus iste de Pannoniis quondam, &
spargente barbarie in Galliis, vinculo captiuitatis ab-
ducens; & non solùm in Viennensi, sed etiam in Augu-
studenensem vrbe, multo tēpore claustro peculiaris
cellæ conclusus: ita vt amplius quadraginta annis in
vitâque ciuitate coëtcitus, nulli hominum ex primâ
rettusione vultu aut corpore, præter solâ sermonis no-
titiâ, nosceretur. Monachos iuxta cellulam haud plu-
rimos regens; monachas verò procul intra vrbem mo-
nasterioque conceptas ultra sexagenarium numerum
admirabili ordinatione rexit & aluit: præmisitque ma-
ximas, magnas interim succiduaque in spiritu non
dimisit.

^a Colitur S. Romanus xxviii. Februarij, S. Lupinus xxi.
Martij.

^b Sur. confratris. ^c al. Leonianus, de quo xvi. Nouemb.

C A P V T I I I.

Eugendi austerioritas in vestitu, vietu, ceterisq; rebus.

SED sursum redeo. Habebat namque Eugendus S. Eugendi
beatissimus calceamenta fortia rusticaque, in calce-
modum priscorum Patrum constrictus ocreis crura, ^{menta.}
fasciolisque plantas. At verò nocturnis matutinisque
conuenticulis, nec in frigidissimis pruinis, nec in ma- ^{* ms. Rip.}
gnis niuib; quidquam nuditatit pedum præter lineas ^{Sur.} li-
gantes caligas addidit vñquam. Atque in hunc gneas.
quoque

Orandi affiduitas.

quoque modum eminus sæpiissimè matutinis horis ad fraternum cœmpterium oratus gradiebatur in ni-
tibus. Nemo namque eum vñquam aut in diurnâ, aut in nocturnâ synaxi ante completionem cōspexit egredi foras. Nam cùm ipse noctibus certè oratu longissimo atque secreto cunctos in oratorium diutissime anteiret, post omnium quoque discessum nihilominus formulæ suæ incumbens, oratione diutinâ pascebatur in spiritu. Atque ita exinde quolibet tempore vultu hilari ac læto egrediebatur ad fratres, vt solet exatiata ambitione vultus hominum lasciuâ iucunditate dissoluere. Refectio ei omni tempore semel in die fuit. Quæ tamen æstiuis diebus nunc in sextâ cum ceteris fatigato, nunc verò cum his, qui iteratò reficiebantur, terminabatur in vesperâ. ita tamen, quod nihil vñquam, exceptis his, quæ cunctis apponabantur fratribus, degustauit in mensâ.

Abfinetia.

prædicti antecessoris adstringens. Etiam hanc tibi, in- *Ex mss.*
quit, probatam in acceptis vtilitatibus noueris affi- gnandam. Mox adstantes cum cereis Fratres, incipiente primitus uno, confessim cuncti claritatis ac solatij lumina impæcta parieti deprimit & extingunt. Cumque vir beatus tenebrarum angustiis coercitus, cunctum rei attonitus præstolatetur in visu, vox ad eum facta est: Noli, ait, te Eugende, fraude eorum præsentium ac materialium lumen contristare: Orientalem namque cellulæ huius attende prospectum, & videbis illico tibi abesse opitulatione humana lumen diuinitus ministrari. At ille confessim illic porrigenus visum, adspicit sensim dilucescente aurorâ, radium ad se diei ac lucis influere. Et in semetipsum reuersus, lectulo læsus executur. Nec mora: visionem sequitur effectus.

C A P V T VI.

Miraculis clarus, suspicitur ab omnibus.

Fit Conditor Abbas.

SIGITVR ad inchoationem ipsius administrationis reuertamur. Cùm ergo Pater ille, quem Beatus Romanus vel Lupicinus Condate scensi cœnobio signauerant successorem, præter labores sollicitudinesque cœnobiales, etiam corporeæ inæqualitatis frangeretur incommidis, vocatis ad se Fratribus, sic sanctum Eugendum yicis sue sollicitudine innexuit, vt sibi tamen ius paternæ eminentiæ in nullo penitus imminueret, aut subtraheret. Tentauit namque idem Abbas, vt tantè dictum sanctumque Eugendum cum administrationis onere, etiam Presbyterij dignitate arctius illigeret. Sed non solum voluntati eius in hac parte sæpiissimè, immò sanctissimè contradixit, verum etiam sacrofancos Pontifices, qui illuc causâ orationis confluxerant, adiens, reverentiam tanti honoris cautè ac diligenter aufugit. Mihi tamen crebiò secretissimè testabatur, ut ilius multò esse Abbat, propter iuniorum ambitionem, liberum à Sacerdotio præesse Fratribus, & non illigari dignitate, quam abrenuntiantes ac remotos minimè conuenit affectare. Nouimus namque, aiebat, præter hanc, quam prædiximus, causam, multos etiam Patres, post humiliatis professæ culmina, hoc officio grauius ac latentiùs superbiisse, & plus se efferre fratribus, quos in exemplo humilitatis conuenerat anteire. Suscepit ergo Dei Sanctus, sicut etiam Pater Lupicinus, absque Sacerdotali eminentiâ iniunctâ sibi vicissitudinis societasque labore, eâ maximè securitate fretus, quod de paternâ sollicitudine ac prouisione non habebatur incertus: sed mox euidentissimâ reuelatione percellitur, ne de plenariâ administratione velut in aliquo incertus, redderetur ambiguus.

C A P V T V.

In visione Abbatem futurum intelligit.

Viso eius alia, quâ Abbas futurus designatur.

6 NOCTE igitur subsecutâ, subito raptus in visione, beatissimis quoque Romano ac Lupicino Abbatibus, vt in initii quondam, ita nunc in oratorijs secretario à parte dexterâ præsentatur, nec non etiam inter ipsos seniores ac superstites circumspicit fratres, cereos ac lampades gestare lucentes. Et datâ sibi à sanctis Patribus oratione vel pace, illuc benedictum illum Abbatem, decessorem sibi vtique mox futurum, conspicit intromitti, ac desuper dorsum ipsius vel scapulas rigidibus clavis purpureis pallium album adspicit dependere. Soluto namque Beatus Romanus Sancti illius cingulo, cōstringit illuc lumbos Eugendi. Dehinc excuso, quod desuper, vñ diximus, gestabar, pallio, huius adæquè humeris superimponens, ait: Hæc tibi ad præsens nosce interim assignari: & digitis Dalmaticam

Tom. I.

Fit Abbas.

7 **N**AM ad Christum decessore illo migrante, volens *Deseritur à fratribus.* nolensque administrationem subterfugere non potuit subarrhatam. Illi verò, qui per visionem luminis solatia præstata subtraxerant, humanitatis malo aliquid passi, liuoris zelo inflammati in beatissimum vi- rum inuidiæ ardore turgescunt, & Sanctum Eugendum Abbatem nunc despectione animi, nunc quoque monasterij professioni que desertione, tamquam nouitium ac rudem, monachorum laicorumque patiuntur *buss.* subiacere despetu.

8 At non ille diuinæ pietatis obtutus famulū suum passus est prolixâ fatigatione vexari. Confestim namque ipsi potentia ac virtutis suæ dexteram affluentissimâ signorum largitate potrexit, dando atque ostendendo per seruum suum sanitatum dona ac prodigia multa: ita vt summa facili potestates, fospitari se cre- *Miraculis coruscat.* brò ac benedici eius litteris exorarent, nec se diuinam clementiam crederent habere placatam, nisi prius Christi amici gratiam siue suffragia aut visu aut litteris potirentur. Episcopi quoque ac clausipientissimi Sacerdotes præ se omnimodis ferre, si eum corporaliter cer- *Suspicitur ab omnibus.* nere, aut affatu litterario obtinuerint familiariū compellari. Ipsi etiam pseudofratres, qui pridie cothurno elevationis inflati discesserant, tamquam infelices ac de- generes notabantur à laicis, nisi deposito inuidiæ viru, ad sanctum Christi famulum quantocvys repedarent.

C A P V T VII.

Eius epistola à demoni pellitur, egritudo curatur.

9 **D**VM hæc odoriferâ famâ geruntur, puella quædam iuxta sæculi dignitatem non infima, circa Secundiensem parochiam atroci dæmonio correpta, non solum claustris retrusa, verum etiam ferreis vinculis tenebatur obstricta. Cumque sanitatis eausâ à multis, vt solet, exorcismorum scripta nexa ceruicibus necterentur, atque illa ignotas sibi personas scrip- torum per immundum spiritum cum nomine, quod *Demon dolendum est carperet & vitia, seque magis illos, qui per ener-* scriperant, iam olim in illo atque illo peccato latenti- *gumenam occulta bus apud humanitatem indicis affereret possidere: peccata tum ad ipsam energumenam de adstantibus vñus, hominum Quid nos alienis, inquit, immò propriis vitiis terres im- prodit.* mundi? Verè in Christi nomine non solum istorum, quibus derogas, virorum, sed cunctorum quoque, si potuero, scripta Sanctorum ita ceruicibus tuis inne- ** al. opere* etiam, vt vel fnultitudine imperantium obruaris, si hos *rantium.* paucos audire despicias & contemnis. Tu mihi, inquit diabolus, * Alexandrina chartarum, si placet, onera ** Sur. A-* exarata imponas, numquam tamen ex obtento vascula- *lexandria lo poteris propulsare, dummodò mihi solius Eugendi narum.* Iurensis monachi ex hoc non afferas visionem. Cœlestim namq; rapientes proximi dictū, ad beatissimum virum

E 1 pleni-

Ex mss. plenissimā fide cōcurrunt, ac rem gestam, pedibus eius prouoluti, narrantes, non se redituros esse testantur, nisi Christi misericordiam præstaret exoratus oppresse. Viētusigitur vel ratione, vel precibus Pater, breuiter cum longā oratione, vt Gregorius quondam Ma-

Ruffin. magnus Apollini, in hunc modum scribens atque consi-
gnans, spurcissimo transmisit epistolam: Eugendus
1.7.histor. seruus Christi, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Patris, & Spiritus sancti, præcipio per scripturam Ecclesias- istam: spiritus gulæ, & itæ, & fornicationis, & amoris, & Lunatice, & Dianatice, & meridianæ, & diurne, & nocturne, & omnis spiritus immunde, exiab homine,

c.26. qui istam scripturam secū habet. Per ipsum te adiuro verū filium Dei viui, exi velociter, & caue ne amplius introcas eam, Amē. Alleluia. Et orās atque complicās, supplicibus tradidit deportandam. Quid plura? necdum, irineris medijs spatia confecerant, cùm ecce furcifer ille frendens atque ciuilans, priùs egressus est ex obfessā, quām calcarent domus limina reuertentes.

S. Eugendi litteris 10 Ab hoc ferè tempore beati viri longè latequé fama nomenque eruit, vt qui sanctus iam habebatur indigenis, potens etiam & verè Apostolicus porrò genitū haberetur. Materfamilias quondam Syagria, nunc quoquā Ecclesiarum Monasteriorumque per cleemosynam mater, cùm graui obfessā incommodo iamiamque haberetur à medicis desperata, epistolam beati viri quæ casu ad eam delata peruererat, de armariolo sibi vice dexteræ beati viri, exosculādām præcepit attigi. Cumquæ apprehensam contactis ex eadem cum oratione oculis, lacrymis quoque haud minimè deciduis infecisset, ori dehinc insertam aliquantis per dentibus cum oratione constringens, mox recuperatā sanitatem surrexit. Quo gaudio atque miraculo non solū ipsa suique, verū etiam ciuitas maxima Lugdunensium, exultatione mirā releuata atque lætata est.

Syagria eiusdem litteris sa- natur.

C A P V T V I I I .

Aegros curat, etiam absentes scripto, & oleo benedicto, & per suos.

Multi ab eo curan- tur:

Etiam ab- sentes be- nedicto oleo, & scripto.

Etiam per suos.

Omnibus officiis ac- cōmodat.

11 CVM ergo fama vitaque viri virtutum relatione succreaseret, tanta miserorum aceruatim cōcepit in Monasterium turba concurrere, vt sacerdarium, imò tribulantum multitudine, penè catervis videretur monachorum numerosior. Interē dum inibi mox nonnulli, alii etiam post bidui triduique, quidam verò post mensibus commoda votiuā percipiunt, Dei Sanctus manū ad salutare compendium mittens, fatigacionem miseris auferebat. Dabat ergo supplicibus atque sospitibus deportanda illigandaque infirmis, cum sancti olei quantitate, contraria larvis atque miseriis scripta mandata. Quæ ita cooperante fide porrigebant in prouinciis longè positis medicinam, vt illi quoque obtinerent qui eius in Monasterio præsentabantur adspectui.

12 Neque solus beatissimus Pater in cœnobio, sed & Presbyteri, multiq; inibi fratres, potiebantur clarrisimā virtute meritorum. Et zeli ambitione cessante, illis potiū quām sibi, Dei homo medendi delegabat officium. Et hoc studebat omnimodis, vt unusquisque illi rei vel studio in Monasterio deseruiret, in quo eum dāno Spiritus sancti pollere eminentiū perspexit: atque ideo mansuetum ac lenem illi ordinabat officio vel loco famulari, vbi mansuetudinis ac patientiæ bonum nullatenus inquierudo decoloraret alterius. Rursumque superbiæ forsitan aut vanitatis vitio notatos, non patiebatur esse sepositos; ne iudicio virofæ ac propriæ elationis inflati, altius grauiusque corruerent, cùm culpas ac vitia sua non agnouissent, in medium crebriū increpati. Si quos sanè, vt se fæsabit natura fragilitatis humanæ, edacis tristitiae morsibus interē

nouerat sauciari, illis quoque inopinantibus ita spiritualiter ex industriâ blandus superueniebat ac latus, & sancto dulciique fouebat alloquo, vt deterio tristitia perniciosissimo viru, quasi quadam salutaris olei perunctione, exasperata sanaretur austritas. Dissolutionibus verò ac leuioribus acriorē se seuerioremque semper exhibuit. Presbyteris quoque ipsis, quorum officio constrictus sæpè ab Episcopis, humilitatis causâ, vt diximus, noluit implicari, ita semper ob ministerium sacrificij salutaris quadam remotionis opere, conscientiæ puræ tribuit facultatem, vt illo cuique pro dilecto mordaciter forsitan quippam, vt assolet, succensenti, illi verò dum reatum culpamque ignorarent, absque notitiâ vel participatione alieni reatus, corpus Dominicum traderent ab altari, vt nec se consciij plesterent communione delicti, nec alterum seueritate paternâ, ante emendationem forsitan sacramentorum indultu subtraxisse viderentur in aliquo.

C A P V T I X .

Apparet ei SS. Petrus, Paulus, Andreas: eorum isthuc allata reliqua.

13 Hic namque fuit, imò est apud Christum beatissimus homo, ex cuius ore (Deum testor) numerus odit. quām processit obloquium; cuius aures nūquam polluit maliloqui oris ferale contagium. Tantum namque detestabatur hoc vitium, imò flagitium, quantum quis lethiferi anguis non solū venenum metuit, verū etiam occursus ipsius vitat atque conspectus.

14 In tantum mens ipsius abstrusis vitiis pura pollebat, vt etiam beatissimorum Christi Apostolorum Apparet ei S. Petri & Pauli, Sanctiique Andreae, adæquè Apostolici conspicuique viri Martini Episcopi, & colloquio fue- trus, An- rit & visu potitus. Quodamnamque tempore, ante-dreas, quam ipsi administrationis onus incumberet, diebus Martinus. æstiuis ultra Monasterium iuxta semitam, quā * Ge- * ms. Rip. bennam usque transcendir, sub arbore solito quie- Genuam. scenti, subito tres se per soporem aquentantes offerunt viri. Quorum cùm post orationem & pacem, no uitatem vultus habitusque contemplaret attonitus, interrogat quoque quinam ipsi venerabiles essent, quorum benedici meruisset aduentu. Tum unus, Ego, ait, Petrus; ast hic germanus meus Andreas, & iste frater noster est Paulus. At ille confessim in spiritu ad eorum vestigia prouolutus, Et quid est, inquit, Domini, quid vos in hac rura cerno siluestria, quos in magnis vrbibus Romæ ac Patras post sanctum martyrium legimus corpore contineri? Verum est, inquiunt, & illuc quidem, vt afferis, sumus: & hīc quoque hunc habitaturi venimus. Et in hac verba visio finiuit & somnus.

15 Cumquæ conficcatâ facie torpore somni depulisset ex vultu, conspicatur eminus duos, qui ante biennium circiter decesserant, fratres eo aduentare calle, quo sanctos Apostolos per visionem conspexerat aduenisse. Et profliliens illicet in occursum, consulatatos quoque ex more, consulit, vnde dilectissimi fratres post tam diuturnum commeatum ad cœnobium repedarent. Nos, inquiunt, inter alia ad Vrbem usque progressi, obtentis quoque Sanctorum patrocinis sub trianā Martyrum serā quidem, sed fidā intercessione, reuertimur, Dominorum namque Apostolorum Petri & Pauli atque Andreæ ditati reliquiis, ad caulas repedamus antiquas. In loco igitur, vt moris est, illis subsistentibus currens Eugendus sanctus ad Monasterium, ipse Patri ac fratribus aduentantium Sanctorum rium reuefficitur nuntius, qui fuit paulò antè contemplator in renter illa- visione. Profliliunt confessim obuiam, & consaluta- tis fratribus, deosculatisque reliquiarum vasculis, cum tripudio & exultatione atque psalmi sono exhibitis, inclusis quoque sub altari, patrocinantur nūc exo- ranti-

Apostolorū reliquia in Monaste- rium reue- fificantur.

rantibus indefessâ virtute , quorum laudes ac merita nequeunt localiter eoērceri.

C A P V T X.

S. Martinus ei apparere: eius monachos reducit incolumes.

16 *V*T enim de sancto ac beatissimo viro Martino dicamus, cuius mihi quoque vultum ac habitum cum suprà dictorum secretissimè solebat expōnere, parumper vobis referre non pīgeat. *Quadam* namque vice, dum diros metuunt ac vicinos Alemanorum incursus, qui inopinatis viantibus , non congreSSIONe in cominus, sed ritu superuentuque solerent irruere bestiali; ad mortem aut suspicionem mortis penitū euitandam , quæ crebro timoris iacula toties interimit, quoties timetur , è limite Tyrreni maris potius, quām de vicinis Heriensium locis coetile decernunt petere sal. Sed hoc totum vt fieret, & confilium & ordinatio beati viri persuaserat. Cumque emenso bimestri tempore, nullum darent proprij adventus indicium, vertitur in Sanctum imputatio frātrum, quod aliis è vicino, quod timuerant, sospitibus iam reuersis, non tam destinatis fratribus exilium, quām peregrinam * propriā persuasionē dedisset.

** videtur
deesse
mortem.
* sur. ob-
strinxif-
set.*

S. Marti-
*nus ei ap-
paret.*

17 Ille verò incertus de reatu, quia ipsos ancipiūt *abstraxisset euentu, metuens tameñ saltē indebetē increpari , misericordiam Christi pro salute eorum diebus singulis exorabat ac noctibus. Cumque post lacrymas fessus, fuisset soporatus in lectulo, ita claritate subitā vallatur in grabato , vt se plus luce cerneret circumfūsum, quām si purissimi solis illustraretur allapsu. Illicò iuxta lectulum Beatissimus Martinus assistens, consalutatum quoque, qualiter valeret, interrogat. At ille: Benè, inquit, agerem, si de salute frātrum, quos, vt increpor , exules feci, non haberer incertus. At ille: Non meministi, ast, quia euntes mihi eos, id est, Martino, in oratione propriè commendasti: hac namque nocte in Pontianensi parochiâ manent: crastinā verò vnu ex ipsis isthuc veniet, suspicionem cunctis ablaturus, ad mansum. Expergefactus igitur Christi homo , tamquām memoratos fratres cunctis visibiliter assignaret, ita diem & horam prædixit adventus, vt ipse Sanctus Dei nuntiauerat, vel ipsi continuò sunt regredi.

C A P V T X I.

Monasterium eius conflagrat, oleo S. Martini illeso.

*Eius mo-
naſterium
conflagrat.*

18 *N*AM & hoc, quod insequens sum relaturus, licet nullus ambigat Beatissimi Martini mirabilibus applicari , tamen ignoro , quis tam ignarus ac brutus sit, vt non illic specialiū nouerit virtutum dona clarescere, ybi per vnitatem fidei familiariū concordans residere dignoscitur gratia meritorum. Permisit namque Dominus nocte quadam in secretario antedictum sanctumque Martinum tentari quidem incendio, sed probari. Sic igitur & Condatuscense monasterium exustum quondam est flammis, sed tamen Martini oleum nullo flamarum est voratum incendio. Quod etiam Beatus Eugendus tantā patientiā atque æquanimitate suscepit , vt mox illi diuinā prouidentiā non solū ad viētum siue vestitum duplicita pro simulo reddiderit, verū etiam tabernacula ipsa multò vtiliū, congruentiusque, quām fuerant, in usus pristinōs restaurārit. Vice igitur quadam, imminentē vesperā, omne illud, vt dixi , monasterium, quia erat ex lignis fabrefactum antiquitus , & non solū contingatis indiscretisque cellulis, verū etiam pulchrè fuerat cœnaculis geminatum , ita subito redactum est in

Tom. I.

fauillam, vt manē non solū nihil resideret ex ædificiis, verū etiam celeritate arentis pabuli, ignis ipse penè torus reddetur extinctus.

19 *C*umque fratres illi , prout quisque sarculum securimve posuerat, ferrum reuera quod solū exuri nequierat, pruni ventilatis inquirent; ecce Antidiolus sanctus Presbyter prospexit ampullam cum oleo Beati Martini, quæ salutis gratiā, ad lectuli sui capitum dependebat, plenam, clausamque, vt fuerat, post vasta incendia, postque cœnaculorum desuper ruentium ardentiūque ruinas, ita integrā ac stabilitam inter fumantes ignium residere fauillas, vt tres quondam pueros roscidis refrigeriis legimus in cammino Persico claruisse. Quæ etiam ampulla cum oleo ipso ad virtutum testimonium vsque hodie in eodem monasterio reseruatur. Vnde non amplius sub Eugendo Sancto , incendiā arbitror casui licuisse , quām, vt dixi , Beatissimo quondam cessisse Martino ; vel postmodū Condatuscenses monachos cum oleo virtuteque Martini reminiscimur euāsse.

C A P V T X I I.

Occulta & futura cognoscit, aperit.

20 *N*AM præter ista, quæ ob meritorum virtutum que testimonium pauca perstrinximus, tam præcipua extant, quæ puritate spiritus, diuina illuminatio, præsciuit, vt in corpore positus, iam quodammodo cum supernis Virtutibus clarescere putatur; adeò vt vice quadam venerabilem virum Valentino , eiusdem monasterij Diaconum, commoneret secretiū, dicens: Constat te, carissime frater, intra hos viginti circiter dies ex hoc sæculo ad præparata præmia migraturum: & ideo quamlibet exutus peccatorum nexibus, paratus ad Dominum eas; moneo tamen, vt te ita circa clausulam vitæ, dum tempus suppetit , profectum collatione ditifices, quod possis digna, vt vidi, acceptabiliorque hostia ex arā Christi assumpta. Hac namque nocte vestitum te nūeis linteis à sanctis Patribus vidi cum psalmi sono in altari oratoriū huius imponi. Igitur licet meritum qualitatēque tuæ assumptionis agnoscas; suadeo tamen, vt tibi interim addas, quod possis illi felicitate perpetuā possidere. Cumque fermocinationem cum alacritatis lacrymis & oratione complessent, post decem circiter dies febriculā leui correptus est, paulatimque inæqualitate vexatus, cursum vitæ præsentis explicit. Ceterū ex cuiuslibet superuentu persona , ita per odoris fragrantiam , fætorisque afflatum, meritorum insignia dignoscet, vt prædicti ret illic, cui quisque virtuti vel virtio subiaceret. Nam & aduentus frātrum , & sæcularium * expectantium * ms. Rip. fidem prius sèpè prædixit, quām villa aduentantis præ- experientia fratribus monstraretur.

C A P V T X I I I.

Eius humilitas, leta grauitas, pietas.

21 *I*T A tamen magnis eximisque bonis exuberans, numquām se meliorem eminentioremque altero vel leuiter iudicavit: sed pietate refertus, non quid interim esset, sed quām longè à perfectione adhuc esset, quasi cunctis abiectione & infirmis perpensabat. Habebat autem, nimirum habitatore illustrante, Graniter magnam & in vultu lætitiam. Nam sicut tristem hilaris illum nemo vñquam vidit , ita ridentem nemo adspexit. Non illi Beatorum Antonij atque Martini gesta aut mores labebantur vñquam ex animo. Numquām iste , vt de Antonio refertur, aut ita subito patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam:

E 3 numquam

Ex mss. numquām laudatus ac beatificatus, inflatus est: numquām vituperatus, fractus est aut tristatus. Tantum namque lectio reficiebat, ut cū lexitaretur ad mensam, sēpissimē futurorum vīctus affectu, velut in extasi positus obliuisceretur appositorum. Nam prægaudio atronitus, peregrinationem presentis vītae despiciens, municipatum suspirabat in cælestibus præparatum. Iste namque illic post priscis Patribus legendi propriè inuexit industria.

C A P V T X I V.

Fratres, præcipue senes & agros sollicitè curat: proprietatem eliminat.

Cœnobia- 22 *S* T E etiam, refutato Archimandritarum more, *lēm cohā-* utilius omnes vniuit in medium. Destructis nambitationem que mansionum ædiculis, uno cunctos secum xenodo-*inducit.*

Agros & chio quiescere fecit: ut quos causā vnitæ refectionis vna claudebat ædicula, discretis quoque lectulis una ambiret & mansio. Cui tamen lumen diei, sicut in oratorio, indeficiens noctibus præbatur. Iste, inquam, Abbas sanctus nec mensulam suam, ut facere quosdam nuper audiui, nec vi etum vñquām exceptauit à fratribus: omnibus omnino omnia erant. Non ille vñquām imperio docuit, quod exemplo anteā aut opere non compleuit. Infirmis semper aut valde senibus clementissimē obsequi fecit, adiiciens quoque, ut ipsis illi è fratribus in necessitate seruirent, quos ægroti potissimum prælegissent: & non solum faciebat alimenta conuenientia ministrari, verum etiam propter laborem infirmitatis, donec sanitas suppeteret, præstit sequestratim reficere vel manere.

Prohibet 23 Nam & sæculi hominibus absque personali acceptione se præbuit. Pauperibus vero adæquè ut diuitiis osculum coniunctumque præstitit atque confessum, omni cautelâ iuxta Patrum regulam seruans, ne se conspectui aduentantium laicorum vel propinquorum saltem iniussus monachus præsentaret. Si quid vero cuicunque fuit à proximis fortassis oblatum, confessim hoc Abbat aut Oeconomō deferens, nihil exinde absque paterno presumpsit imperio. Cellam, armarium, arcellam ve nullus illuc omnino habuit vñquam: nulla cuique de necessitate exigua proprietatis operādi dabatur occasio: nam usque ad acum ipsa, lanasq; netas etiam suendi consuendique cuncta præbabantur in medium; dummodò subtilissima fratibus deuandi eximeretur occasio. Inter hæc autem omnia omnibus proprietatis causā solum legere licuit aut orare. Ceterum nouit vestra fraternitas cuncta quæ dico, numquām in cœnobio declinandi causas deesse maximas, vbi non propelluntur etiam minimæ.

De instituto Monastico S. Eugenii. 24 Et quia sermo attulit, ut de institutione Patrum per imitationem Beati Eugendi aliqua tangeremus iuxta promissum, quod memet prædixi tertio opusculo seruaturum, prout memoria, Christo inspirante, suggeritur, abrenuntiantium exordia primitus intimamus. Sic namque quodd non omnino illa, quæ quondam sanctus ac præcius Basilius, Cappadocia vrbis Antistes, vel ea, quæ sanctorum Litinenium Patres,

Sanctus quoque Pachomius Syrorum priscus Abba; siue illa, quæ recentior venerabilis edidit Cassianus, fidiosa præsumptione calcemus: sed ea quotidie lectantes, ista pro qualitate loci & instantiâ laboris inuidit potius quām Orientalium perficere affectamus: quia proculdubio efficacius hæc facilisque natura vel infirmitas exequitur Galicana.

C A P V T X V.

Eugenii obitus.

25 *I* GIT VR quia oratiuncula hæc nostra, instar gubernatoris trepidantis, institutionis pelagus contemplata, circumspiciens vndique portum silentij gaudet attingere, paullulum circa transiit gesta beatissimi viri referam. Cū enim ultra sexagenariam ætatem sex ferè mensibus prædictus Pater inæqualitate corporeâ laboraret, sic tamen quodd numquām canonico usque ad horam defuisset cursu, nec bis in die fesso corpusculo coactus fuit aliquid impertiri, vocato uno ad le de fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perungēdi infirmos opus iniunxerat, secretissimē quoque sibi peccatum petiit, ut moris est, perungi. Cum *Inungitur.* que transacta nocte de nocturnâ quoque quiete à nobis percontaretur diluculò, in lacrymas ac singultum erumpens, Parcat, ait, vobis omnipotens Deus, qui me tantâ inæqualitate constrictum, non permittis *Moribus* corporeis vinculis iam resoluī. At cū trepidi inter *do appetit* profluas lacrymas conuulsus quoque in corde singulibus, fileremus; Domini mei, inquit, Abbates *Romanus* & Lupinus aë Lupicinus propriis humeris feretrum ante hunc *cinos.* lectulum exhibentes, me quoque deosculatum compositumque eleuantes, deferendum immiserunt gestatoria. Cumque eleuatum in oratorium introferrent, *Potremus* cōcurrentibus vobis in ostio violenter excussus, in hoc *sos admodum.* sum à vobis lectulo reportatus. Et ideo rogo, si quid se-*net.* ni, si quid vero paternæ pietati præstat, ne me isthic retinete diutius, sed tandem transite permittatis ad Patres. Oro ergo vos omnes & obsecro filiolı, ut accepta ac tradita Patrum in omnibus inuolabiliter instituta, ad gaudium meum, Sanctorumque omnium ac vestrum, ad palmam victoriae perducatis.

26 Igitur cū verba inter lamenta nostra complefset, quinto admodum die huic ipsis lectulo semet impo-*Moritur.* nens, subito tamquām dormiens visus, spiritum exhalavit. Cuius sanctum ac beatum corpusculum, inter cateras filiorum ac fratrum, posteritatis quoque de-*Auctoris* seruiente famulatu, venerabiliter est in Christi nomine liber de institutis Monasterij nostri Agau-*Monasterij* Agau-*sis.* consuptum.

27 His interim fidei seruorisque vestri sitim, ò sanctissimi, exatiaq; tantisper desideriis, reficite fratres. At si animos vestros, spretā dudum philosophiā, rustica quoque garrulitas exatiare non quuerit; insti-*liber de institutis Monasterij Agau-* tuta quoque quæ de formatione Monasterij nostri Agau-*sis.* nensis cœnobij, sancto Marino Presbytero, insulæ Lirinensis Abbe, compellente digessimus, desideria ve-*stra tam pro institutionis insignibus, quæ pro iubentis auctoritate, Christo opitulante, luculenter explen-*bunt.

D E

DE

S A N C T O M A R I N O

A B B A T E L E R I N E N S I .

I. IAN.

REVERTUR hoc die à Vincentio Barrali Salerno in Chronologîâ Lerinenſi S. Marinus Presbyter atque Abbas Lerinenſis. Eius mentio fit in vitâ S. Eugendi supra: cuius auctor ipſus S. Eugendi Discipulus, testatur ſe S. Marino

iubente iſtituta Monasterij Agaunensis digeffiſſe. Dicuntur Iu-
renſes Monachi eum religiosâ memoria & cultu venerari. Ni-
bil de eo alibi reperi.

DE

S. C L A R O

A B B A T E V I E N N E N S I .

I. IAN.



A N C T I Clari Abbatis Monasterij S. Mar-
celli, natalem hoc die refert Ioannes Molanus
in Addit. ad Vſuardum, Hugo Menardus, Ar-
noldus VVion, Philippus Ferrarius, aliiq. Me-
minit eius & Trithemius lib. 3. de viris illu-
ſtribus Ordinis S. Benedicti c. 246. Eius vitam
edidit Gallicè Renatus Benedictus, Latine ex antiquis MSS. co-
dicibus Laurentius Surius, quam non paucis locis emendauimus
ex variis lectionibus à Petro Franciso Chiffletio nostro sub-
mis.

V I T A .

C A P V T I .

Clarus à puerō sanctus, precib⁹ tempeſtatem ſedat.

1 **V**ITAM vel actus Beati Clari Presbyteri & Ab-
batis scripturus, Dei gratiam imploro, vt qui illi
dedit bene & sancte viuere, mihi quoque tribuat oſtiū
sermonis, & illius laudabilia gesta inculpabiliter scri-
bere.

Clarus à puerō divini-
nus in diu-
clarus.

Matrem ad memo-
rias San-
ctorum co-
mitatur.

Precibus
temporibus
ſedat.

2 Hanc cùm pro more quadam die ad orationem
Clarū ſequeretur, venerant ad sanctissimum cœno-
bium ultra Rhodanum: vbi tunc temporis oſta Beatiſ-
imi * Ferreoli Martyris quiescebant. Cumque ibi
mulier cum Claro ſuo puerō in compunctione poſita,
longiores horas protractaſſet, iamque vespere ad ho-
ſpitiū ſuū reuerti cuperet, Rhodanus agitantibus
ventis in vndas periculofißimè affligerē cœpit. Iam
mater cum Claro puerō nauim intrauerat: despera-
tisque nautis, penē vndis ſubmersā nauī, Clarus puer:
extenſis manib⁹ contra ecclesiā beati Martyris
Ferreoli lacrymis fusis exclamasse dicitur: Deus pro
cuius nomine Martyr Ferreolus mortem ſuſcepit, ſub-
ueni nobis in periculo poſitis: mox Rhodanus blan-
dior redditus, nauim breui impulſu ad littora ſua
transpofuit. De periculo erupti, mirantes pueri fidem,
Deo gratias reddiderunt.

C A P V T II .

Varia Vienna Monasteria.

3 **E**RAT tunc temporis vir strenuus & Deo placi-
tus, Viennensis Ecclesiæ Pontifex * Cadoldus. * De quo
Monasteria tam virorum quam ſanctimonialium, sub
sanctâ professione viuentium piâ diſtriictione, tam in
ciuitate quam extra muros ciuitatis, haec præcipua * alij Gri-
erant quæ tegebat. * Grinianenſium cœnobia, à sanctis nincen-
Pontificibus vrbis fundata, in quorum maximo oſta ſum, vel
beatissimi Ferreoli Martyris condita venerabantur. Grinia-
Sanctimonialium beatæ virginitis Columbae, triginta cenſum.
monachas habens. Nam Grinianenſium loca quadrin-
Sur. Gri-
gentos monachos alebant. Porro Sancti Petri Mona-
ſtium, ad Australem partem vrbis ſitum, quingentos Varia in-
penè monachos continebat: Sanctorum Gerualij & tra & ex-
Protasij venerabilis memoria, quinquaginta. Similiter tra vrbem
S. Ioannis Baptiſtae Monasterium, quinquaginta. Si Vienna
militer Sancti Vincentij Martyris, quinquaginta. San-
cti quoque Marcelli Martyris cœnobium, triconta.
Sanctæ Blandinæ viduarum ſanctimonialium locus,
vigintiquinque. Sancti Andreæ infra mœnia vrbis,
centum. Iterum aliud S. Andreæ, centum. Sancti Nice-
tij, eius vrbis glorioſi Epifcopi, quadraginta. Sancti
Martini cœnobium, centum quinquaginta mona-
chos, ſub diſtriictione regulari viuentes, adunatos te-
nebat. Porro in domo maiori ſanctotum Martyrum
Apostolicam vitam tenentes, in vnumquæ viuentes,
plurimi Clerici erant, ita vt turmis diſpofitioſi * myſte-
ciorum peragerent. Apud Sanctum Seuerum quoque cœ-
miniftus Clericorum venerabilis. Alia quoque venerabilia ria.
Sanctorum in vnum conuersantium habitacula ad
ſexaginta, ſub curâ Pontificis degenzia, in Viennensi
diocesi ſatis ordinabiliter ſita erant. Sic tunc temporis
ad gloriam omnipotentis Dei, Viennensis Ecclesia
florebant.

C A P V T III .

Fit monachus pofit Abbas: varios miraculosè sanat.

4 **T**AM pia igitur loca mater Clari pueri, ſollicita Clarus fit
quæ Dei ſunt, frequetiū viſitabat. Claro autem monachus,
puero cœnobio ſanctorum Monachorum apud me-
moriam Beati Ferreoli Martyris tradito, ipsa nouiſſi-
mum diem apud Sanctam Blandinam clauſit. Clarus
itaque puer sancte in Monasterio nutritus, eò profe-
cit, vt ſibi Monasterium viduarum ad custodiendum
poſtmodum crederetur. Abbas factus in Monasterio
inde Ab-
bas.

Ex mss. Sancti Marcelli à sancto Pontifice urbis, Clarus nomine, clarus virtutibus, clarus omnis religionis obsequio, strenuus omni actione suâ, curam sibi impositam per Dei gratiam sollicitè administrabat.

Curat febricitantem. Contigit autem, ut mater monasterij febribus ad mortem grauaretur. Clarus igitur ad lectum decubentis cum fide accessit: vtque manum febricitantis tetigit, secretè secum orans in conspectu Sanctionium, sanata mulier à lecto surrexit, & cum ceteris ecclesiam ingressa, hymnorum laudes Deo exhibuit.

Alium à dolore viscerum sanat. Quidam frater etiam infirmitate graui viscerum depresso, à patre Claro oleo sancto perunctus, sanitati restitutus est. Factum est, dum quodam tempore ad villam cum Monachis iter, ut quidam totus viceribus plenus, obuiam ei fieret. Tunc Clarus imperavit cuidam Monacho: Vade frater, misellum istum laua in fluviolo propè currente. Illuc ille obediens, ut aqua misera tinxit (mirabile dictu) fons vulnerum penitus clausus, cutem integrum, videntibus omnibus, esse monstrauit. Eumdem ipsum ianitorem monasterij postmodum multi viderunt.

C A P V T I V.

Alia Clari miracula.

Vineam grandine perditam precibus restituuit. Forte vir Dei in grandinam Fratum vineam deuenit. Vocato custode, quæsivit, si racemi ad usum vini necessarij aliqui remansissent: sed cum vix pauci essent inuenti, prostratus in terrâ, noctem ibi fecit. In crastinum, quod vix credi potest, ita dependens vinea racemis suis onusta paruit, ut nullo modo, quod grandine percussa fuerit, indicium dare posset.

** alij amouens.* Item quodam tempore cum fratres piscatum issent, & ipse prope ripam staret, incautiū quidam retia * admouens in aquam ruit. Rhodanus tunc forte ripas suas impleuerat: fratres de periculo cadentis nimium pauidi erant. Clarus plenâ fide, vt signum crucis contra fecit, mox à periculo exemptus est, quem aqua trahebat, & ad partem illam in qua Clarus cum fratribus stabant, deuenit. Læti omnes, Misericordias Domini decantare cœperunt. Sed vt lætiores etiam post tantum munus fierent, ingentem pescem ad littus tractum habere ad sui subsidium meruerunt.

A submersione periculo hominem crucem signo eripit. Erat ei consuetudo, nocte orationis causâ deambulare per castrum, vbi cœnobium Sanctæ Blandinæ situm est, & diabolus humana specie assumptâ, stupenda altitudinis, flammatibus oculis ei se obuium tulit, quid ibi ageret, inquirens. Clarus perfectus in fide, cognoscens inimici fraudes, impavidus sterit, & quis ipse esset, quæsivit. Tunc diabolus, Missus sum ad hoc, ut te ex isto loco expellam, quia iam diu es, quod in potestate nostrâ locus iste esset, nisi tu obstistisses. Clarus diuinâ virtute fretus, Vade Satan, ait: Obstisti tibi Christus, cuius est terra & plenitudo eius. Cum grandi sono, ita ut totum castrum videbatur esse concussum, diabolus abscessit: arreptamque vnam famularum, quæ pro fortibus monasterij deseruiebat, vexare cœpit. Clarus ibi accurrit, iniecit in os puellæ digitis, spiritum malignum effugavit. Sicque sana redditâ ancillis Dei lætitiam fecit. Multa sunt quæ per ipsum Christus in Ecclesiâ Viennensi operatus est.

C A P V T V.

Eius vaticinia.

10 *C*v instaret tempus dormitionis eius, & hoc ei à Domino reuelatum esset, quadam die in horis Fratum ægrotus sedet: vocatisque ad se Fratribus, eos alloqui spiritualiter ac dulciter cœpit, dicens: Fratres mei, secundum Apostoli dictum, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei: quid mihi à Domino reuelatum sit, non racebo. Sex Episcopos ista nostra ciuitas sub pace temporis Christi Ecclesiam gubernantes habebit. Postquam illi dormierint, sub *Prædictis Vienne de-nostatione à Vandu-* leptimo Episcopo grauissima persecutio Paganorum erit, & ista ciuitas iusto Dei iudicio illis ad disperden- *dum tradetur. Monachi & habitatores terræ istius, daliis &* partim occidentur, partim fugabuntur incensis sacris *Saracenis.* domibus, vastatis omnibus, & penè in desolationem redactis. Nunc ergo, Fratres, Dei iudicium metuentes, curam agentes vestri, vigilanter intendite, ut cum dies tribulationis venerint, paratiores ad tolerandum, si qui reperti fueritis, inueniamini. Corpus meum in ecclesiâ beatissimæ Martyris Blandinæ & sociorum eius humate. Hæc audierunt fratres qui tum præsentes aderant. Quod postea rei euentus demonstrauit, quando à Wandalis & à Saracenis non tantum Viennensis, sed longè lateque aliae prouinciae vastatae sunt.

C A P V T V I.

S. Clari obitus.

11 *C*v iam decumberet, tertia die antequam clara anima eius corpus corruptibile desereret, calum in- cùm semper in laudibus Dei perseveraret, videt circa crepusculum diei aperiri cælum, & immensum exercitum candidissimi & niuei coloris supra cellam, vbi iacebat, descendere: quem exercitum miræ pulchritudinis & splendoris iuuenis præcedebat. Quod cum Clarus irreuerberatis oculis læto vultu inspicere, virgo beatissima Blandina, ab eo cognita, consolari eum cœpit, & ut tantum exercitum sequeretur, hortagi. Cumque ipse voto & desiderijs annueret, ab illâ audiuit: Tertiâ die, horâ quintâ, Sanctus Marcellus & ego ad te venientes, te nobiscum ad felicia regna ducemus: & ne hostis tibi nocere possit, totus iste exercitus Dei, quem vides, tecum erit. Sic visione abscedente, beatus vir à Fratribus in ecclesiam portatus, cilicioque superextensus, quamdiu superuixit, à Dei laudibus non cessauit.

12 Appropinante horâ exitus sui, psalterium idem decantare cœpit. Ut ergo fratres, finitis psalmis, dixerunt, Omnis spiritus laudet Dominum, cum luce odor 150.6. ineffabilis totam cellam, vbi Sanctus Dei iacebat, re- *In cilicio* pleuit: sicque beata anima carne soluta, migravit ad *moritur.* Dominum. Mansit autem idem odor usque ad locum *Odor ex sepulchri. Quod cum ferretur quidam paralyticus dissolu-* cellâ. *lux in eius* illuc, admotus retro beati viri, in conspectu omnium illuc sanatus est. Sepultus autem est in ecclesiâ beatæ *Paralyti-* Martyris Blandinæ, sanctorumque Martyrum quadra- *cus eius* ginta octo, ante altare, vbi miraculis clarus diu iacuit. *ope sanatur.* Obitus autem eius agitur Kalendis Ianuariis.

D E

DE

CIRCA
AN. CHR.
DCCCX.S. STABILE
ARVERNENSI EPISCOPO.

I.IAN.



OLITVR Kalendis Ianuarij S. Stabili
Episcopus Arvernensis, sive Claromontanus
XXXVIII. teste Ferrario in generali catalogo
Sanctorum, Ioanne Chenu in Chronologia
Episcop. Gallie, Claudio Roberto, Ioan. Saua-
rone in Origin. Claromont. qui ex veteri libro rituali ms. Ec-

clesia S. illadij, sive Illidij V. Episcopi Claromont. docet I. Ia-
nuar. decessisse, solitumq; eius festum celebrari in eadem S. Il-
lidij ecclesiâ officio octo lectionum, Octauam verò quatuor,
velut Confessoris Pontificis. Aliud quoque profert de eo testimo-
nium ex monumentis monasterij Moziacensis.

DE

AN.CHR.
MXXXI.

S. GUILIELMO

ABBATE S. BENIGNI DIVIONE.

I. IAN.

S. Guiliel-
mi nomen
in Martyrologiis.

ANC TI Guilielmi, sive VVilhelmi,
Abbatis natalem consecrat Menardus
in Martyrologio Benedictino Kalendis
Ianuarij his verbis: Fiscani, deposi-
tio S. Guilielmi Abbatis, discipu-
li S. Maioli. Libro i. Observationum,

Vita à Glabro Rodulpho
scripta. S. Benigni Divionensis, quam hic integrum exhibeo à doctissi-
mo humanissimoq; Iacobo Sirmondo nostro submissam, scri-
ptam olim à Glabro Rodulpho, vt ipsemet testatur lib. 4. histo-
ria sue cap. 4. Nec non prænominatus Pater monacho-
rum, fundatorq; cœnobiorum eximus Willermus, de quo etiam perplura forent dicenda vtilia, nisi quod in libello, quem de vitâ & virtutibus illius edidimus, prolata dudum fuisse noscuntur: vnum restat tamen quod noui ibidem minimè contineri. Migravit enim prædictus Pater à seculo ad bætorum requiem in Neustria partibus, in Fisaninense videlicet monas-
terio supra mare Oceanum constituto, quod à Rotho-
magense vrbe quadraginta ferè milliaribus distat; vt tantum condecebat vitum in loco optimo eiusdem ecclesiaz.

Puer aeger
eius ope
fanatur.Mirò ordi-
nem Bene-
dictinum
propagat.

2 Post aliquot ferè dies contigit vt puerulus ferme decennis validâ confectus ægritudine, ad sepulchrum illius gratiâ recuperandæ sanitatis duceretur: ibique à parentibus dimissus decubabat solus: qui subito respi-
ciens vidit super idem sepulchrum insidentem auiculam, formam columbae præferentem; quam diu intuens obdormiuit, dehinc leui exoletus somno, euigilans ita se reperit incolumem, ac si nihil ægritudinis persensisset. Suscipiunt itaque lati parentes suum: fit omnibus commune gaudium.

3 De eo agit idem Rodulphus lib. 3. cap. 5. Claruit eo in tempore in prædictâ domorum Dei melioratione ve-
nerabilis Abbas Willermus; à Beato siquidem Maiolo primitus Ecclesiæ sancti Martyris Benigni Pater constitutus. Quam videlicet ecclesiam illicò tam mirâ locatione permutauit, vt huiuscmodi alter difficile queat inueniri; regulari etiam distinctione non minùs effloruit, atque incomparabilis huius ordinis suo tem-
pore propagator extitit. Sed quantum pro hac re dili-
gebatur à religiosis & piis, tantò magis detrahebatur, insidiabaturque à fraudulentis & impiis. Fuit enim ex Italiâ ortus, nobilem ducens à parentibus profapiam: nobilior tamè illustrem per affectum scientiam. Nam in eodem territorio, scilicet in fundo, qui ei parentum iure debebatur, prius vocato Vulpiam, construxit rientem mo- Monasterium totius Græcie abundantissimum, posteà naisterium ab ipso mutato nomine Fructuarense cognominatum.

Construit
Fructua-
riense mo-
naisterium.

Quod cùm multigenis locupletasset beneficiis, consti-
tuit ibi monachorum Patrem, per omnia se limitan-
tem, nomine Ioannem.

4 Erat enim prædictus Willermus acer ingenio, & insignis prudentiâ, idcirco summum in palatiis Regum ac ceterorū Principum obtinebat locum. Quodcumque denique monasterium proprio * viduabatur * Excus Pastore, statim compellebatur tam à Regibus, vel Co- habent, in- mitibus, quām à Pontificibus, vt meliorandi gratiâ il- duebatur. lud ad regendum susciperet; quoniam ultra cetera di- uitias & sanctitate ipsius patrocinio assumpta cerne- Multis
bantur excellere monasteria. Ipse quoque firmâ testa- Mbrastis
batur assertione, quia si huius institutionis tenor quo- riis paf-
cumque loco à monachis custodiretur, nullam omni- cirur.

5 Agit de S. Guilielmo fusè Claudius Robertus in Divione suâ, vbi recenset ab eo reformatas Abbatias Bezuensem, Melundensem, Reomensem, Tornodorensem; Tullen- Abbatias
sem, Metensem, Gemitensem, Vezaliensem, Par- Pharis re-
sensem S. Germani, Meldensem S. Pharonis, Fisca- formas.
nensem.

6 De eodem Andreas Duchesnus in Notis ad vitam S. Maioli Cluniacensis: Willermus monasterium S. Benigni Divionensis præcipiente Maiolo reformatum, eiusque Abbas & Rector constitutus est, vt docet Chronicón eiusdem Monasterij his verbis: Videns Dominus Epi- scopus Bruno statum loci in ambiguo positum, supplex adiit D. Maiolum Cluniacensis monasterij Abbatem, Mittitur multaque prece poposcit, quatenus eius auxilio qui- ut refor-
uisset reparare in melius, interius religionem, & exte- met S. Be-
rius possessiones. Cuius precibus flexus reuerendus nigni ce-
Abbas Maiolus, dedit ei xii. Monachos ex omni con- nobium.
gregacione electos, disciplinâ sanctæ religionis instru-
ctos, diuinâ & humana sapientiâ doctos, nobilitate
carnali claros. His Abbatem præfecit Willelmum nomine, & patrem spiritalem sibi poscentibus filiis in-
stituit.

7 Hic Italiâ exitit oriundus, alto satus germine & Eius ge-
nobili prosapiâ editus; quem supradictus D. Maiolus nus, & in Româ veniens in monasterio Lanceio dicto, vbi à Gallias
puero educatus fuerat, reperit; assumensque eum ipso aduentus.
deprente, secum adduxit Cluniacum & tate iuuenili floren-

PER GLA. RODVLPH. florentem. Ordinatus est igitur Abbas à D. Brunone Episcopo anno Domini DCCCX. Officio vero Abbatis accepto, diuinis seipsum cœpit exercere virtutibus. Erat enim corpore castus, mente deuotus, affabilis alloquo, prudentia præditus, temperantia clarus, interna fortitudine firmus, censurâ iustitiae stabilis, longanimitate assiduus, patientia robustus, humilitate mansuetus, bonorum operum gratia plenus, &c.

Aliis monasteriis preficitur. 8 Huius auditâ famâ religionis Henricus Dux Burgundia, sicut fert idem Chronicon, commisit ei Abbatiam Verzeliacensem penè ad nihilum redactam, ut ab eo restitueretur in pristinum statum: quod & fecit auxiliante Deo. Dominus quoque Episcopus Bruno omnia in suo Episcopio monasteria ipsius delegavit prouidentia, Abbatiam scilicet Besuenlem Apostolorum Petri & Pauli honore dicatam, monasterium S. Ioannis quod Reomaus dicitur, locum Sancti Michaëlis Archangeli iuxta castrum Tarmodorum, Abbatiam Mellundensem, ubi Sanctus Valerius Archidiononus & Martyr quiescit. Plura isthuc congerit scriptorum de VVilelmô testimonia Duchesnius, & Claudius Robertus loco citato.

9 De Parisiensi S. Germani monasterio ab eo ad pristinam pietatem reuocato ista habet Aimonini ampliator lib. 5. ca. 47. *Abbatiam S. Germani Parisiensis reformata.* Dum monachi saepati cœnobij sæculari modo vi tam ducerent, piissimus Robertus Rex vna cum suâ uxore, videlicet Constantiâ Reginâ, accersens Domum Guilielmum Abbatem Diuisionensis cœnobij, ei Abbatiam dedit Beati Germani: qui eam regulariter instituens anno Domini MXXI. vitâ deceffit. *imò anno MXXXI. vt patet ex indictione x i. v. litterâ Dominicâ C. cum obierit feriâ v. i. Kalendas Ianuarij.*

10 Trithemius lib. 3. de viris illustribus ordin. S. Benedicti cap. 240. Wilhelmus Abbas Diuisionensis, vir doctus scientia scripturarum, & motum honestate insignis, magno zelo regularis disciplina seruens, multis virtutibus clarus enituit, quemadmodum in gestis ipsius scriptum inuenitur. Claruit anno Domini 1020. *Sigebertus ad. ann. 1027. vocat seueritate seuerendum. Haud scio an sit in Sanctorum catalogum adhuc publicè relatus.*

VITA

S. G V I L I E L M I

AVCTORE

GLABRO RODVLPHO.

PRÆFATIO AVCTORIS.

^{* potius,} ^{nisi.} ^{Vnde hanc} ^{serit Rodulphus} ^{qua scribit.} 1 DVLEDINE sancti Spiritus præditis Patribus venerandis, ac diligendis Fratribus vbique Ecclesiarum Dei viuensialis documentis in charitatu spe seruientibus, monachorum insimus Rodulphus, tantillam obediitionem exhibitionem. Placere denique vnanimitati vestra diffidimus, * si de vitâ vel conuersatione vestri omnium dilectoris, Domni videlicet Sacerdotis atque Abbatis Willielmi, prout diuina pietas largiri dignata fuerit, posteris mandare studuerimus. Plura siquidem à nobis visa, plurima tamen à veracissimis relatoribus comperta huius narrationis informabunt seriem. Idcirco communem fidelium virtutigenum obsecramus charitatem, ne simplex contemptui habeatur sermo, néve pro vili canistro puræ respuatur similaginis offa; cuius si prudenti manu exercitaretur materia, omnem valeret excludere inopiam, & sospitatem conferre perennem.

C A P V T I.

S. Guilielmi ortus & parentes.

2 VIR igitur religiosus Dominus Willielmus, s. Guiliel- quem pius Dominus Ecclesiæ suæ filii pasto- mi patria. rem, ac iuriis suæ legis propagatorem constituit, natio- ne quidem Italus: avus tamen eius, Vibo nomine, mili- *Aulus Vi-* tari industriâ clarus, gente Sueus fuit. Qui scilicet ob *bo.* inimicitarum vltionem, natuam relinquens prouinciam, perrexit habitatus Italiam, ibi que copiosè locupletatus opum gratia feliciter deguit.

3 Hic ergo extitit genitor Roberti, qui accipiens si- *Pater Ro-* bi vxorem ex Longobardorum nobilioribus, nomine *bericus,* Perinzam, quæ secunda prole filiorum genuit ei etiam *mater Pe-* præcunctis optabilem Willelmum. Contigit namque sub ipso tempore illius nativitatis, Berengario Longo- *rizza.* bardorum Rege defuncto, vt Otto Imperatorum maximus hostili manu omnem sibi subiugandam pe- teret Italiam. Qui comperiens prædicti Berengarij *parentes* vxorem in quoddam castrum situm in lacu urbis No- *eius ab Ot-* uitæ fecisse confugium, atque cum eâ viros, quorum *tone 1. obfi-* conspiratio rebellis fore eidem Imperatori. Ad quod *dentur cù* illicò deuertes cinxit illud ferociis obsidione exercitus. *Reginâ Longobar-* Erat enim prædictus Robertus in eodem castro cum *dorum.* propriâ vxore & liberis: cui etiam quinque illorum cum suâ Dominâ curam atque tutelam commiserant sui. Cumque diutius ab utriusque partibus acerrime decertatum fuisset, cernens Imperator diffirri sibi vi- *sionem* toriam, tentans largitionibus munerum clam infle- *etere suorum hostium signiferum.* Nam spopondit ei cum maximis donis etiam apud sublimitatem suam celitudinis locum, si suos descerentes illius parti fueret. Ille vero minimè adquieuit, utpote miles adiuratus, respondens sibi optabiliorem fore proprij interitum corporis, quam sacramentis asserta fidei desertor haberi. Post aliquot verò dies habito inuicem pacis consilio in ditionem gratis deuenere Imperatoris.

4 Tunc quoque isdem Robertus, vt erat vir pru- *S. VVille-* dens ac strenuus, suggestis Imperatori, vt filium, quem *mus tem-* ei vxor sua intra ipsius obsidionem castri pepererat, *pore obfi-* Catechumenum fieri per manum Imperiale præ- *dionis na-* cepit. Quod ille libentissimè annuens, vt monitus fue- *tus.* rat impleri mandauit, ac propriâ puerum sustulit dexterâ, eique nomen indixit Willelmum, quem scilicet postmodum Regina coniunx illius ex sacro fonte suscepit Baptismatis.

5 Erat ergo, vt diximus, eiusdem genitrix non solùm profapiâ nobilis, sed etiam morum honestate præcipua. Hæc siquidem referre erat solita de eodem pue- *Angelos* ro huiusmodi verba, Videbam me, inquiens, nocte quadam dalmaticâ veste indutam, statimque Solis ra- *per som-* dius illustrabat mihi mamillam dexteram. Dehinc ve- *nium vi-* rò apparuerunt quidam vultus gerentes Angelicos, ip- *des mater* siquæ filium meum mihi abstrahentes altius efferebant *eius.* eumdem infantulum claritate nimia circumfusum. Ego quoque hæc intuens pauore perterrita nil aliud quod dicerem reperiebam, nisi tantum, Sancta Mater Do- mini Saluatoris tibi committo, custodi illum.

C A P V T I I.

Studia litterarum; vita eius monastica Luciaci vna cum patre Roberto.

6 ALIA namque perplura optimi præfigij, quæ nos fastidium virantes reticemus, conspicabantur in illo. Nam & habitudo tenerimæ ætatis ita dissimilis videbatur ceterorum vt nimium admirabilis ha- *Deo deuo-* beretur. Propterea vterque parentis vno consensu ac *uetur à* voluntate, cum suorum omnium fauoribili sortem *parenti-* Christo Domino vouere illum in eius domo assidue *bus.* seruitur.

7 Dux-

In monasterio eiusdem anno admodum in inferioriter duxerunt autem illum cum esset ferè septennis ad monasterium Sanctæ MARIAE, Sanctique Archangeli Michaëlis in honore Sanctorum, nomine Lucianum, in quo etiam veneranda habentur ossa Beati Martyris Ianuarij. Ibiq; iuxta morem normæ regularis, eum ipsius loci Abbatii obtulerunt. Qui satis deuotè illū suscipiens sacra Monachilis religionis etiam veste induit. Hic namque tradidit ei primos litterarum apices, atque huiusc custodiaz addidit præceptorem, cuius animum stupor inuasit nimius, quoniam velocitas sensus sibi commissi pueri ad tantam proficiebat indaginem, ut vniuersa priorum conscholasticorum studia in breui transcenderet spatio. Proinde in admiratione non modicā iam tunc tam Abbati quam fratribus ceteris habebatur.

*Praefat di-**scendice-**leritate.*

*Anni eum
ad huc pue-
rulum cō-
plexa, mā-
me latē
turgent.*

*Variage-
rit officia.*

*Patrem ad
vitā mo-
naстicam
inducit.*

*Renuit
Sacerdotio
ordinan-
dus iurare
Episcopo.*

7 Duxerunt autem illum cum esset ferè septennis ad monasterium Sanctæ MARIAE, Sanctiique Archangeli Michaëlis in honore Sanctorum, nomine Lucianum, in quo etiam veneranda habentur ossa Beati Martyris Ianuarij. Ibiq; iuxta morem normæ regularis, eum ipsius loci Abbatii obtulerunt. Qui satis deuotè illū suscipiens sacra Monachilis religionis etiam veste induit. Hic namque tradidit ei primos litterarum apices, atque huiusc custodiaz addidit præceptorem, cuius animum stupor inuasit nimius, quoniam velocitas sensus sibi commissi pueri ad tantam proficiebat indaginem, ut vniuersa priorum conscholasticorum studia in breui transcenderet spatio. Proinde in admiratione non modicā iam tunc tam Abbati quam fratribus ceteris habebatur.

8 Præterea in vicino monasterio quædam annus, cuius erat maritus iam senior, congruum habebat domicilium. Ad quod prædictus puer familiaris curæ prouidentiæ per dies ducebarur: in quo etiam aliquo- tiens quietis noctium gratiâ suscipiebatur. Cùm igitur prædicta annus eum aliquando diligentiâ fouendi in sinu proprio brachiis complexa fuisse, mammæ quæ latissimæ pendebant ac rugosis pellibus, subito turgentes lac fudere vberimè. At illa ut erat piæ mentis, ac Deum timens religiosis quibusque sagaciter intimare curauit, quoniam isdem qui videbatur puer, excellenter vitæ ac diligentis vitæ gratiâ esset augmentandus.

9 In processu namque temporis cum adoleuisset, ac iam in Dei timore obedienter seruire studuisse, non defuere inuidentiæ stimuli. Quibus etiam saepius agitatus constanter sustulit illorum probra, in quorum profectum toto conamine laborauerat. Nam olim in Vercelleni vrbē primitus, postmodum apud Ticinum sub tutâ custodiâ regulas artis grammaticæ pleniter didicerat. Constituitur etenim diuini officij assiduus custos, ac scalæ capitalis illius loci. Qui felici virtutum incremento Deo fouente proficiens, commissa est ei Secretarij cura, atque administratio, nec non etiam totius supellec̄tis sanctuarij, domi forisque consiliorum diffinitio.

10 Cœpit interim cogitare qualiter suum genitorem à fluctuagâ istius seculi curâ subtraheret, ac quod illi vitæ supererat secum in monasterio pro æternâ re quie laborando consumaret. Nam mater illius iam in pace obiērat. Tūc népe suasit ei, ut mente tractauerat, & ille statim dilecto obediuuit filio, imò Deo, qui ei præstitit talē. Sicque satis accuratè cum plurimis donorum xeniis duxit illum ad monasterium, vbi deuotissimè à cunctis suscepimus in sanctæ conuersationis habitu & ipse deuotè viuens non multò pòst, præsente filio, optimo fine vitam compleuit.

C A P V T III.

Remora in suscipiendo Sacerdotio. Iter ad monasterium S. Michaelis.

11 IN terrâ petebatur promoueri ad diadematis officium, qui reuerâ obsequens extiterat inferiorum præceptionibus graduum, ut etiam ipsis Sacerdotibus imitabile foret exemplar ad iter arripendum tutum. Sed prædictum monasterium in Vercelleni vrbis Episcopio situm, atque eiusdem Episcopi ditioni subiacebat. Infoleuerat etiam malæ arreptæ consuetudinis usus, vt nullus fratrum loci illius Leuitici ordinis gradum prius susciperet, quātū sc̄e assertione iurâdi promitteret seruaturum fidelitatem Episcopo. Hoc quoque dum suggestum fuisse Willemo, vt iuxta illorum morem faceret, vt erat eleganter affabilis, respondens dixit se non posse salubriter perpendere, vt pro his quæ solius Dei imperio gratis præstari debeant, horum ministro alicuius sanandæ fidei assertionē vlo-

modo exhiberet. Quin potius, inquit, terribilem hu- PER GLA. iusmodi assentatoribus Saluatoris sententiam immi- RODVLP. nere. Atque huiusmodi responso prolato omnino quod horrauerant facere distulit.

12 Illicò nempe oppidò ab huiuscemodis suasoribus de- Ido re- tractionum conroctionibus laceſſitur, ab ipso Præfule xatur.

redarguitur, ac veluti contumax sui iuris habetur. Ille verò talia pro nihilo dicens, ac magis magisque in Dei se cultum adstringens, ita ut penè ipsi soli omnis cura ac sollicitudo psallendi, legendi, horarumque pulsandi die noctuque loci illius incumberet; erat enim castissimæ mentis & corporis, paratus ad omne bonum: ac meditabatur frequentius, si fortè quempiam reperire locum valeret, ad quem transiens deuo- tius præceptis regularibus inservire licet. Iam enim inibi feruor disciplinæ regularis admodum tepuerat.

Proinde acceptâ quondam licentiâ orationis ac visitationis gratiâ, vt ad monasterium B. Archangeli Mi- Cogitat alio ire.

chaëlis, quod situm constat in altissimis iugis Alpium pergeret. Qui dum ad montis radices deuenisset, atque vt est iter arduum ascendendi ad monasterium iam penè superaret; ipsius equus, quem post se habenâ dexterâ inicita trahebat ab angusto tramite pede luen- do paullum deuians, excussâ habenâ quantū est illud immane præcipitiū, totus ruit. Quod cernens vir Deo deuotus, mente quidem exterritus, vultu tamen sereno perrexit ad Ecclesiam, orationi incubuit, ibi que diu- tius ac si nil aduersi contigisset, orauit. Deinde verò Equum in exiens, misit famulum si fortè de equo aliter quam spe- præcipitiū rare poterant contigisset, vt ei renuntiaret: qui egressus prolapsum, reperit eum in loco, vbi præceps ruerat, stantem inco- lumen, ita ut nulla omnino laſura in eo videretur, sed neque in loris aut ligno sedilis aliqua attritio appa- ret. Siquidem cùm millaria duo, & eo amplius à loco vnde ruinam cœperat usque in vallem vbi substiterat computentur*. Recepto que qui mis- sus fuerat, equo, ei qui amisit reduxit. At ipse gratias quid vi- omnipotenti Deo referens alacret ad monasterium re- detur de- diit. Quæ res gesta plurimis admirationem præbuit, esse. atque indicium sanctitatis.

C A P V T IV.

Migrat Cluniacum cum S. Maiolo Abbe. Sacerdotium suscipere ex humilitate renunt.

13 AVDIERAT iam famâ multiplice personante monasterium esse cognomento Cluniacum in partibus Burgundiæ, cuius sanctitatis ordo ac distin- ctio regularis, materque virtutum discretio præ cun- ctis incomparabiliter viguerant ab initio; ad quod etiam ire, illud inuisere, toto mentis flagrabat deside- rio. Contigit quoque dum hoc meditaretur agere, vt sanctissimus Abba prædicti loci Maiolus sacra Eccle- Agit cum S. Maiolo de adeun- sium loca ex more visitans, ad cenobium Luciacum do Clu- intelligenzque suum à Deo desiderium completi de- niaco.

14 Interim verò Willemus liberans prudenter de omnibus, quæ ad se pertinere videbantur, ac si in pro- cinctu miles expeditus, ne fortè ad fidei certamen ei properaturo res diu licenter vñæ, non necessitas parentum, aut speciositas carnalium fratrum, seu vici ac lati- fundia, atque castella eorum quæ perplura erant, non saltē pietas natu soli, vel generalis amor cunctorum obſisterent. Sed vt ab his omnibus liber, atque exone- ratu viam mandatorum Dei prout disposerat curre- re valeret, totum se diuinæ commisit prouidentiæ. Re- grediente

Per GLA. grediente igitur à Româ viro Dei Maiolo , memor RODVLP. vterque propriæ sponsonis , suscepit Willelmum in Abit cum spiritualem Christi filiationem , ac duxit illum ad loco eo Clunia- rum sanctissimum Cluniacum .

Honorificè excipitur. 15 Ad quod cùm venisset misit ante se ex suis vnum , denuntians fratribus vt obuiam ei ex more ornati pro- cederent , quoniam excepturi erant quemdam secum aduenientem , cui honor diuinitus debebatur . Exceptus denique , vt Sanctus mandauerat , solemní appa- ratu pròmouit eum honorificè cum consilio fratrum , quippe dum vnā sensere in illo vita meritum . Nam & idem vir Dei Maiolus peculiare frequentius cum eo- dem Willelmo de his , quæ veræ salutis sunt , exercebat conloquium . Iamque expleto in eodem loco plus mi- nus anno integro , plus cunctis admirabilis , veherabi- lisque , nec non honestioribus imitabilis habebatur . Tunc namque spiritualis Pater iudicauit eum . Sacer- dotio fungi dignissimum . Iam enim sacratus fuerat Le- uitico ministerio ; at ille humiliter pauendo que se sub- humilitate suscipere tanti mysterij Sacramentum , Sanctus quoque nolens placorem animi eius turbare , consensit vt voluit .

C A P V T V .

Preficitur cœnobii S. Saturnini , S. Benigni , Verziacensi , & Besuensi ; qua reformat .

Praeficitur cœnobio S. Saturnini. 16 INTEREA venit quidam frater Praepositus cœno- bij S. Martyris Saturnini , quod est super Rhodanum , precatus sanctum virum Maiolum , quatenus ei aliquem è suis commendaret , qui eum cum fratribus sibi commissis ad salutis viam agnoscendam insti- tuere valeret . At vir misericordiae geminâ considera- tione inspiciens , vnius videlicet iuam , alterius quo- que obeditionis probationem ; Domnum protinus commisit VVillelmu . Qui omnino nil dubitans aut reniens , perrexit humiliter ad Patris imperium obse- cuturus ei , qui ad hoc venerat vtilitatis animæ gratiâ . Habetat enim praefatus vir plures fratres secum simul degentes , vna tamen voluntas omnium , par consensus , similiter operatio , modus operandi , ac psallendi , at- que edendi , & totus horum habitus charitatis gratiâ vñiformis . VVillelmo reuerâ , vt ipsi's conuenerat , preceptor , Cluniacensi ex more . Enimvero quidquid illorum erat peculij communis in Ecclesiâ eremus esse videbatur , atque idem postquam ad potiora VVillel- mus sublimatus fuisset , referre erat solitus , nusquam se locum optabiliorem reperisse ad eam quam obtinere deliberauerat pauperiem consequi vel extremitatem sanctitatis .

Mittitur reforma- turus mo- nastrorum S. Benigni. 17 Memorabili igitur Patri Maiolo sub eodem tempore suggestum est à Brunone venerandæ memo- riæ Lingonis Pontifice , vt monasterium egregij Martyris Benigni , quod iuxta Diuionense castrum antiquitus veneratur , ad redintegrandum diuini cultus ordi- nem , qui in eodem loco omnino defecerat , susciperet , & sicut per plurima cœnobia iamdudum agere con- fueverat , ita & istud in melius reformato fatageret . At vir sanctus motus pietate ad preces Pontificis misit continuò qui ad se reducerent VVillelmu . Iam enim cum eodem fratre , cui illum commiserat , annum & se- mispiè viuendo expleuerat . Cui vtique ad se reuocato prædicti sancti Martyris monasterij dulci imperio paternam ouilis Christi curam commisit . Spopondit insuper vt quidquid iuaminis ad spiritalis huius ne- gotij incrementum optaret , ipse libenti animo æqui penderet . Episcopo nihilominus in Dei fide pariter & suâ contestatus est , vt illi more dulcissimi Patris aduo- catus & custos , adiutor atque consolator in omnibus esset . Qui integerim obseruatione monitui eius ob- audiens ultra quâ credi potuit illum in vitâ dilexit . Clemens igitur Dominus VVillelmu ad sibi destina-

tum suscipiendo ac regendi gratiâ monasterium missis cum eo à Sancto Maiolo quibusdam ex honestioribus Cluniaci fratribus , ibiisque honorificè exceptus , atque ab eodem Præfule Brunone monachorum Pater est ex more consecratus .

18 Cumque acerrimè ac vigilantí studio se sibiisque commissos pro Dei amore disciplinis regulatibus subderet , non multò pòt commissum ei ab Henrico Commit- venerabili Duce monasterium etiam Verziaci castrum titulî ex latere situm , vbi antiquus Confessor Christi San- Verzia- cius requiefecit Viuentius* . Ilud quoque , veluti pri- nobium ; modulamine regulari erat distinctum , illoque * De quo in melius reformato , tertio nihilominus destituto , ac 13. Ianuar. rete viuendi lege super fontem posito Besuæ , Aposto- Deinde lorumque Principi sacrato ab eodem Brunone Ponti- Besuene . fice constituitur Pater . Erat antiquissimum , ac sèpiùs paganorum seu pessimorum quotcumque hominum infestatione desolatum .

19 Ad huius nempe redintegrationem dum toto conamine inuitaret contigit vt prædictus Episcopus cum Comite , ipso patre præsente , colloquium patris haberet . Post cetera dixit Præfus in aure Comiti , vt Abbat , vt pote propinquo scilicet suo leniter suggere- ret , vt elationem , ne forte pro virtutum gratiâ , vel re- rum copiâ surreperet , caueret . Ille quoque reuerenter accedens dixit vt monitus fuerat . Tunc Pater Willel- mus vultu alaci eidem Comiti huiusmodi responsum protulit . Si , inquiens , cognoscere potero , quod au- gmentum terrenarum opum vel possessionum vnius tantum diei nostræ vitæ protrahat spatiū , persuaderi non mihi potest quin horum extollat incrementum . Hoc autem responsum dum Comes retulisset Episco- po , admirati sunt vterque eius prudentiam , pariterque lætati propter humilem illius sapientiam .

C A P V T VI .

Rogatu Duci Normannia erigit cœnobium Fiscannense ; & variis in monasteriis constituit scholas publicas .

20 CV M igitur fama sanctitatis illius iam latius de- feretur , Normannorum Dux venerabilis il- lam compieriens Ricardus , misit ad eum reuerenter supplicans vt ad se veniret , qui tandem libenter vt ro- gatus fuerat pergens venit ad eum : à quo etiam sicuti Monitus à vanâ gloriâ ca- ueret , quid responde- ritur . Cuius sanctissimis decebat honorificè susceptus est . Cuius sanctissimis cum recreatus , vt erat totius boni amator , Dux fuisse eloquiis , obsecrans illum vt Ecclesiam sanctæ & indi- uiduæ Trinitatis nomini & honori dicatam in loco Fiscannensi cognomento antiquitus constructam , à suo tamen patre Richardo honorificè reformatam , ordine Monachorum suscipiens decoraret . Erat enim illic more viuens carnali , iugo soluta regulari , clericorum leuis conciola . Cernens denique Pater Willelmu illius animi deuotionem promisit se cum A Duce Norman- nia euoca- tur . Traditur Dei adiutorio illud , quod poscebat , impleturum . Qui ei Fiscannensi pariter venientes ad prædictum locum satis sublimè nense cœnobium . ac solenniter commisit ei isdem Dux cum aliquibus Episcopis dominium & curam regiminis totius loci . Iam vir Domini congregavit ibidem monachorum regularem cateruam , ita videlicet personis numero- sam , ac bonorum studiis copiosam vt triplici sui nu- mero præteriorum numerum excelleret Clericorum . Quod cernens iam dictus Princeps , multorum dono- rum ac possessionum largitionibus ampliavit locum . Richardi Montuit etiam tam Abbatem quâm ceteros fratres fæ- pius , vt ab illo peteret quidquid suorum vtilitati ex- pedire nossem , vt pote quoniam de hac re secundum velle prouenerat ei & posse .

21 Interea cernens vigilantissimus Pater quoniam non solum illo in loco , sed etiâ per totam prouinciam illam , nec non per totam Galliam in plebeis maxime scien-

Constituit scientiam psallendi ac legendi deficere, & annullari qui gratis Clericis, instituit scholas sacri ministerij, quibus pro doceantur Dei amore assidui instarent fratres huius officij docti, vbi siquidem gratis largiretur cunctis doctrinæ beneficium ad cœnobia sibi commissa confluentibus; nullusque qui ad hæc vellet accedere prohiberetur. Quin potius tam seruis quam liberis, diutibus cum egenis vniiforme caritatis impenderet documentum. Plures etiam ex ipsis, ex cœnobio, ut pote teru^{*} tenaces, accipiebant victum. Ex quibus quoque nonnulli in sanctæ conuersationis monachorum deuenire habuit. Cuius denique institutionis labor nimium optabilem diversis Ecclesiis contulit fructum. Nam præstatum, ut dicere cœperamus, locum taliter claustris atque officinis regularibus, ceterisque honorum copiis adornavit, ut præ ceteris illius prouinciae felicibus semper floreat incrementis.

* forè
tenues.

Bloret eius
industrik
Ficannū.

C A P V T VII.

Restaurans templum S. Benigni, reperit eius reliquias.

22 *C*ONTIGIT ergo postmodum, quatenus pars Ecclesiæ beati Martyris Benigni, cui auctore Deo primitus pater datus fuerat, ruinam corruens daret. Quam cum reformare cuperent arrifices cœmentarij, grauiorem parseadem dedit ruinam. Quod cernens vir Deo deuotus, intellexit diuinitus sibi dari indicium, quod totum à fundamentis renouari conueniret templum. Illicoque summo mentis ingenio cœlestis ipsius Ecclesiæ reformandæ mirificum construere S. Benigni apparatum. Quam denique cum cœpisset reædificare readificat. positione mirabili valde longiore ac latiore quam fuerat; ignotus tamen erat vniuersis locellus, quo pretiosi Martyris membra cladebantur Benigni, quia solerti curâ taliter antiquitus fuerat reconditus, ut illò fiducialiter veneraretur Martyr per æcum, vbi felici morte occubuit propter Deum, sed à quibusdam incautis dicebatur etiam ibi non haberet. Cuius ignoratio rei nimium inquestificabat animum Patris VVillelmi. Tali quoque defectu anxi reuelatum est visione pulcherrimâ per ipsum Dei Martyrem ipsius honorabile sepulchrum. Erat enim, ut beatus multorum sanctorum descriptor miraculorum Gregorius Turonorum Pontifex refert, pergrandis arca lapidei sarcophagi continens illum. Pro cuius incredulitate narrat idem Infrà 4. Sanctus alterum sancti nominis Gregorii Lingoniensem Episcopum acrius quondam fuisse increpatum. Cuius namque positionem loci antiqua vetustas occuluit. Nam coram præcipuo illius monasterij altare profundiùs habebatur defossum memoratum sepulchrum. Quod continuò requirés inuenit, aperiens que contingere meruit sacratissima egregij Martyris ossa, in cuius enim cerebro quod in descriptâ ipsius passione legitur, vulnus ferreo illatum vedeatur apparuit. Quæ omnia integro numero præsentibus honestioribus tam Episcopis quam ceteris diuersorum ordinum vel sexuum cum odoriferis thymiamatibus ac psallentium choris in eodem recondidit sarcophago, indeque; paullulum ad orientem illum amouens in pulcherri- mo atque incomparabili locauitumulo. Dehinc namque Pater venerandus auctiori accensus deuotione reformandæ opus basilice constanter, quemadmodum decreuerat, accelerabat perficere. Quoniam ut diximus, & præsto est certe, totius Galliæ basilicæ mirabiliorum atque propriæ positione incomparabilem perficere disponebat.

Infrà 4.
Januar.

Reliquias
S. Benigni
inuenit.

Honorific
centius
recondit.

Templum
restaurat.

Tom. I.

PER GLA.
RODVLPI.

C A P V T VIII.

*Reformato monasterio S. Arnulphi Sacerdos abit Romam.
Aegrotat in reditu.*

23 *O*MNIPOTENTIS etenim Dei gratiâ in ipso cooperante cœpit illius fama sanctitatis circumadiacentes seu longinas penetrare prouincias. Nam Præf^u Metensium Adalbero reuerenter satis illum S. Arnulphu monasteriu, commisit eidem Sancti Arnulphi Confessoris regendum ac meliorandum, vt agere consueuerat, scitur. Suscipiens ergo illud breui tempore reddidit emendatum. Tunc enim deuota concepit merita, vt Apostolorum Principis Petri sanctissimi limina visitaturus adiret. Stabiliens nempe cœnobia sibi cō- It Romam, missa idoneis Præpositorum seu ceterorum officiorum personis, vt decreuerat, Romam orandi gratiâ perrexit. Visitatis quoque Sanctorum sepulchrī vel oratoriis, sacris etiam Missarum per se mete celebratis solemnis (nam prefatus Bruno Episcopus Sacerdo- factus an- tium illi imposuerat) cum Apostolicâ benedictione te Sacer- consolatus regreditur ad patriam, cœpit febricitans agrotare. Iam iamque ad cœnobium S. Virginis Chri- stinæ perueniens in lectum decubuit. Qui paullulum conualescens Vercellis deuenit, rursusque ibidem præ uius periclitari cœpit. Tunc quoque, vt idem referre Aegrotas erat solitus, & etiam bonæ memoriarum Gerbaldus almi Vercellis; Patris Maioli monachus, ac prædicti cœnobij S. Chri- stinæ Abbas perhibebat, dum in ecclesiâ Sancti iace- ret Eusebij Præfulus per quatuor vel quinque horarum Plures ho- spatia ita factus est examinis, vt nullum omnino spir- ras exani- men in ipso cognosceretur. Sed tamen ignoratur quid tunc diuinitatis persenserit. Quoniam paullulum in se reuersus voce quâ poterat lingua palpitans hæc perso- nabat verba: Domine Iesu Christe Rex æternæ gloriae, suscipe me, si placet, quoniam bonus es, non dubito ad te ex hoc corpore transire. Sciendum verò est quo- niam istius mœra ægritudinis, vt euentus rei subse- quentis demonstrat, non fuit impedimentum tantum quam gratia spiritualis lucri.

C A P V T IX.

*Rogatu fratrum, Fructuariense cœnobium extruit
in Italia.*

24 *O*CCURRENTES ei denique illuc tres ipsius germani fratres, leui euectione deduxerunt illum ad sui iuri prædia confouendum, ardenter enim Afrati- desiderabant videre illum, quoniam compungebat bus beni- corda eorumdem diuinæ absentiæ pietatis. Conua- tur: lescente quoque eo ab ægritudine post aliquot dierum spatiu conuenere ad illum quicunque suorum ac plures domini vicinorum, & suadere illi cœperunt promittentes se plura largituros, si in natuâ pa- triâ cœnobium sibi, sicut in externâ audierant illum fecisse, ædificare inciperet. Tunc etiam, quod potissimum fuit, duo ipsius germani, videlicet Godefredus atque Nitardus, viri spectabiles secretiū illum cum Comite maximæ partis Burgundia Willelmo, qui etiam eiusdem patris, de quo sermo est, extiterat affinitate propinquus, adeuntes spoponderunt se secularem relicturos militiam, ac se suaque omnia in omnipotentiis Dei peculiare dominium deuenire. His auditis Dei cultor illicò fiducialiter cœpit tractare de cœnobij, vnde rogabatur, constructione. Qui pariter communis Fru- cœnobij & voluntate locum querentes rei huiusmodi riense cœ aptum reperire in rure paterno à Pado distante flu- nobium in mine quaterno millario, solitarium, cognomento Fru- Italia adi- tuariensem. Ibi namque collocari præcepit basilicā, reliquis quam præsente Arduino Rege cum aliquibus Episco- ss. pis sacrari iussit in honore genitricis Dei Mariæ, San- Etique

F

PER GLA. Etique Benigni Martyris, atque omnium Sanctorum.
RODVLP. In quâ etiam isdem Rex cum suâ coniuge & filiis humatus quiescit. Ad quam nihilominus tam à Romanâ vrbe, quam à diuersis partibus plurima congregauit sanctorum Martyrum corpora. Breui namque in spatio temporis collecta est ibidem numerofa fratribus congregatio, Deum timentium, instituta B. Benedicti Abbatis præcipui seruantes, quæ isdem Pater VVillelmus à S. Maiolo Cluniaci didicerat.

C A P V T X.

S. Odilonem ad Religionem conuerit.

Multos **25** **R**EVERTENS igitur post hæc ab Italâ, omni conatur ad studiо fatigebat è diuersis partibus terrarum religionem colligere viros seruituti Christi idoneos, suadendo eis vitæ cælestis gloriam, pariterque comminans inferorum supplicia. Tantam enim ei Dominus cum ceteris virtutibus virtutem salutaris verbi concessit, vt quibusque doctrinam illius suscipientibus summam conferret fidei firmitatem, bonarumque virtutum augmentum, ac vitorum emendationem. Omnibus enim sicuti expedire nouerat siue leniter, seu asperimè, charitati uè tamen huiusmodi exhibebat.

S. Odilonē **26** Contigit ergo illum aliquando cum viro per omnia desiderabili, Domno scilicet Odilone, adhuc ad religionem conuerit. illo in canonicali habitu degente, de verâ animarum salute habuisse colloquium. Intelligens verò illum niti ad sanctitatis culmina, cœpit illi attentiū suadere, vt quod potissimum fore creditur quantocuyus explore satageret. Negotiis videlicet seculi istius abiectis, Christum Iesum sequi liceret expeditius. Compunctus illi cō vir clarus libenter se facturum promisit quod Pater suaserat VVillelmus. Nam post paullulum ad cœnobium nominatissimum honorificè deueniens Cluniacum, ibi que à S. Maiolo est deuotè suscepitus, atque in habitu sanctæ conuersationis monachus ex more sacratus est. Cuius etiam conuersatio in tantum extitit cara Deo, & dulcis Deum diligentibus, vt isdem Sanctissimus Maiolus sibi commisso gregi allegans illum in vitâ, qualiter post ipsius obitū haberent Patrem atque Pastorem. Quod ita manifestissimè & utiliter fieri contigit. Quam enim præmaximam exinde dum adiuverent dilectionem inter se habuere dum alter eorumdem alterum sibi vtcumque præferens, exprimi non valet.

C A P V T XI.

Quidam ei aduersantes male pereunt. S. Henricum Imp. & Robertum Gallia Regem sibi iratos conciliat.

S. Apri monachos persequitur Ermannus Episc. Tullenſis. **27** **Q**UORVM A M etenim nomina aliquando interpretabatur siue ad profectum siue ad detrimentum ipsorum. Cum igitur post mortem Bertholdi Tullenſis Pontificis, qui ei monasterium S. Apri Confessoris commiserat, eidem Episcopatu quidam Ermannus Præſul datus fuisset, ita cœpit exos huius Patris habere monachos cum suâ institutione, vt etiā honestissimum fratrem, VVidricum nomine, qui post illum eiusdem loci pater deuotus extitit, cui tunc ceterorum cura imminebat, baculo verberaturus eum impegerit. Quod dum Patri relatum fuisset, ad nomen illius alludens ait: Secundum suum nomen, inquiens, facit Episcopus iste. Nam lingua barbarâ Erman, in nostrâ Homo errans dicitur. Ac deinde: Si enim Christi pastor fuisset, illius oculas minimè laceraret. Sinite illum, verus Pastor nouit, & ipse quæ sua sunt colliget. Non multò pôst denique pergens in longinquum sæcularia exacturus negotia crudeliter obiit peregrinâ potitus sepulturâ.

Peregrin. moritur. **28** Simili inuidiâ quoque Leo Vercellenſis Episco-

pus ad actus vniuersos istius Patris extiterat infestus. **Leo Vercellenſis Episcopus eum vexat:** De quo etiam talia narrare solitus: Hic ergo crudelis post mortem & æternaliter illum esse damnatum. **damnatur.** nifestissimè siquidem in multis claruit, quoniam quis tur.

quis illum odio habuit exinde pœnas luit; sicut vice versa vt ad conspectum illius ventum fuisset statim mirabatur semper ab his, quæ intenderant exprimere, alienatos fuisse, amissaque ferocitatem rei præteritæ, quidquid id erat, totum procedebat ex mansuetudine.

29 Heinrico siquidem Imperatori de eo suggestum fuerat, quod illi derogans illumque contemnendum adiudicans, Arduini quoque parti, qui sibi Italæ regnum præripuerat, faueret, illumque pro posse defensit. Ex hoc quippe viro Dei quamuis abs re iratus **S. Henrico Imperator.** fuerat. Ille verò vt compérerit, ad illum pergens, rei veritatem fese purgando pandit, atque si quid erat odij à corde illius detergit. In tantum etiam isdem Imperator postmodum illum dilexit, vt illi dona largiretur plura, & quidquid ab eodem vellet fieri continuò impetraret.

30 Pari namque ratione Roberto Francorum Regi de ipso indicatum fuerat, quod Brunoni prædicto Lingonum Episcopo, qui Regi minùs adquiescebat, talia suaderet, quæ regali iuri nimium resisterent. Ille verò simul & Regina coniux illius propter hoc illi **Robertum Gallia Regem sibi iratum, conciliat.** irati comminati sunt aliquotiens cœnobitis cius damnū inferre maximum. Adiens ergo intrepidus amborum præsentiam ita illorum diuini verbi virtute iram compescuit, vt etiam summam dignitatis gratiam apud illos obtineret.

31 Nam cum illorum filius, qui pro suæ iuuentutis elegantiâ ac liberalitate Hugo Magnus cognominatur, iam in Regem vñctus obiisset, ac Parés vterque pro morte ipsius penè vñque in suimet necem cordis dolore & luctu affligerentur; tunc accessit ad eos spiritualis medicus, & ait: Non infelices enim vos putare debetis, quod talis amisistis. Quin potius felices valde, quia tales habere meruitis. Ego, inquietus, ex vlo hominem gradu non tam paucissimos saluos futuros æstimo, sicut de Regum. Qui cum atroniti responderent, Quid hoc dicas Pater? Respondit: Non audistis, inquit, facer Canon quomodo refert, vix tres de triginta Regibus bonos exitisse? Idcirco cessate, quæso, hunc iuueniem flere mortuum, sed potius congratulamini ei, sicuti requie datum & à malis liberatum. His dictis ita consolans illos placabiles fecit, vt viderentur habere quod plangerent, & Deum dicerent visitasse illos per sanctum virum.

C A P V T X I I.

Diligitur à summis Pontificibus. Ioannem XX. liberè monet.

32 **P**RÆTEREA Pontificibus Romanis Pater VVilelmus, qui suo tempore præfuerere, in tantâ veneratione ac reverentia est habitus, vt quidquid illis suggestum siue per se, siue per aliquam legationem libentissimè implere studebant. Nam & Ioannem Papam spiritualia dona per orbem maximè Italicum, auri vel argenti pretio distracta minùs curantem tali inuestitione monere studuit per epistolam hæc continentem: Parcite, quæso, parcite, qui dicimini sal terræ, & lux mundi. Sufficiat hominibus iam semel Christum fuisse venditum pro communis salute vniuersorum. Iam enim refugæ veri luminis, solo nomine Pastores, ouile Christi, imò membra illius, videte post vos quod eunt. Si iuxta fontem teper riū us, in lōginquum foetere nulli duibium est. Idcirco cura quibusdam venditur ad suum interitum. Volo vos pastores ac Pontifices omnes in commune iudicis securim gestantis, apud ianuam afflentis memores. Quam epistolam Papa libenter amplectens

*Eum & uxorem in funere filij consolatur.**Ioannem xx. Papam de simo-niâ.*

Pontifex non offendit plectens grates ac benedictiones tanto Patri retulit, Deumque in illo glorificauit. Sed & illud denique in eodem Patre fuit valde memorabile, quod multi tum etiam nobiles venenatis infecti verbis malorum, dum aduersus illum contumeliarum verba dicenda conceperissent, seu iurgia vltionis vice referenda, vice si quis illum dilexit, mercedem a Christo percepit illius auctorem sanctitatis. Fertilem igitur gratiam ac dona vberima a bonorum omnium largitote Pater iste promisit euidentissime passim claruit.

C A P V T XIII.

Plura gubernat monasteria. Suos egregie in spiritualibus instituit.

Præf monasteriorum 33 **S**ED nos lectoris tedium cauentes plurima silentio tegimus. Erant namque tam monasteria, quæ cœnobia atque cellulæ monachorum circiter quadraginta, quæ illius patrocinio tutè cunctorum bonorum affluebant copiis; Fratres vero in ipsis degentes præculdubio plus mille ducenti. Quibus inerat fides integrerrima, vt quamdiu id deuotè exercerent, quod ab eodem Patre didicerant, nil mundi huius formidare debere, aut cuiuspam suæ utilitatis rei indigentiam pati. Id ipsum enim suis sæpius inculcabat a Deo sperare & credere, quod etiam plurimis probauere experimentis. Nam aliquando per diuersa terrarum euntres itinera dum ex euentus facie perturbari potuissent, dicere erant soliti: Domine in fide Patris Wilhelmi fac nobis sicut vis. Nec nullus illorum vñquam hoc dicens ope caruit.

Rudes do- citorare. 34 Instituit quoque simplicioribus, vel idiotis, è seculo ad se confugientibus fratribus orandi formam, quinque modulis mysticè cōstantem, vt videlicet quot sensibus humani corporis Deus offenditur, totidem vocum clausulis ad misericordiam rogaretur. Erat autem huiusmodi: Domine, Iesu, Rex pie, Rex clemens, pie Deus. Subiungebatur vero singulis Miserere. Supputabatur namque taliter, vt si verbi gratiâ in decennouennalibus articulorum iuncturis ter & quinques itentidem reuelando deuotè diceretur, psalterij tota series mutuata perfolueretur. Vnde etiam pro psalterio apud illos habebatur, vt Pater docuit, & cognominabatur.

Mortifica- tionis monachorum eius. 35 Mortificatio nempe carnis, & abiectionis corporis, ac vilitas vestium, ciborumque extremitas vel parsimonia, in suorum vniuersis ac si naturaliter viguit. Ipsius etenim sermonis salitudo æqualiter cunctis prout videbatur in gratiâ erat condita. Pietatis quidem & misericordiae expleri nequit quantum operis dabat. Cum supernæ dulcedinis necessitate, artificialis etiam musicæ perdoctus ac comptus dogmate, quidquid in psallendo chorus suorum psallebatur die ac nocte tam in antiphonis, quam in responsoriis vel hymnis, corrigendo & emendando ad tantam direxit rectitudinem, vt nullis decentius ac rectius psallere contingat in totâ Ecclesiâ Romanâ. Psalmorum nihilominus concentum dulcissimo ultra omnes distinguens decorauit melodiate.

C A P V T XIV.

S. Benigni ecclesia dedicatur. Concionatur Gulielmus.

40. monasteria ab eo vel ex rursum vel refusa- 36 **E**RANT igitur, vt diximus, sub eiusdem patrocinio tam maxima quam minora perpluta monasteria atque cœnobia, quæ videlicet ipse omnia aut à fundamentis innouauit, vel ampliando honestauit. Nam sancti Martyris Benigni, vt dicere occipimus, cui Deo auctore primitus Pastor allegatus fuerat, basilicam incomparabili opere penè expletam iam Brunone defuncto, Lambertoque in sede illius subrogato placuit

Tom. I.

ut eadem basilica Pontificali ex more benedictione sa- *PER GLA-*
craetur. Tunc denique ad votum ipsius Patres conue- *RODVL.*
nère die designato, è diuersis prouinciis, non solùm E- *S. Benigni*
piscopi, verum etiam quorumcumque ordinum pro- *basilica*
mischæ plebis innumera multitudo. Erat enim autu- *solemniter*
minus dies tertius Kalendarum Nouembri, ante vide- *dedicatur.*

licet natale ipsius Martyris, qui omnia ritè ac solemniter, vt condecens erat, explentes petierunt qui aderant Episcopi, ac * quinque Religiösi Patrem Wilhelmu, * *ford.*
vt in die tantæ consecrationis tam ipsis quam vniuersæ quique:

plebi inter sacra Missarum solemnia diuini eleemosynæ

impenderet verbi. Ipse vero, vt erat bonis omnibus

obsequens, agere non distulit, sed mente piâ, corde

contrito, vultu alacri, spiritu Sancto plenus in hac ver-

ba cum lacrymis erupit: Conuenitis fratres & sorores, *Eius cōcio-*

grex pretio Christi sanguinis redemptus; conuenitis, *in dedica-*

inquam, ad nuptias ipsius sponsæ, matrisque vestræ *tione ecclæ-*

cælestis ac sempiternæ Ecclesiæ, quæ idcirco vniuersa- *sia.*

lis dicitur quoniam non solùm quod in omnes mundi terminos dilatatur, sed etiam pro eo quod nulla immunitas criminum illius superat, si tantum fides adsit, dona misericordiarum. Quæ scilicet Patriarcharum mysticis præsignata figuris, Prophetarum ostensa præfigiis, Apostolorum auctoritate ac labore constructa, & Marryrum sanguine consecrata. In quam ablati ac renouati a culpâ veteris piaculi per salutaris vndam baptismatis, sicque induimini primâ stolâ Angelicæ beatitudinis; quam amissisti in transgressione parentis primi incolæ paradisi. Deinde vero editis carnem ac potatis sanguinem illius omnipotentis agni, qui vos præ ceteris mundi creaturis formans & redimens inuidit benignitate elegit ad sui atque Patris regnum, sanctique Spiritus gloriam possidendum, ad quam dilectissimi tendere vos inuito, moneo, obsecro per charitatis ignem, & humilitatis, atque castitatis continuam custodiam. Exaudire, inquit, contigisset mihi ex vestræ vnanimitatis deuotione huius sanctificationis concursus. Sed quia nimius mæror mentem deprimit ex signis satanæ quæ evidenter apparent in populo Dei: Non, inquiens, despiciens quibus est adhuc mens sanior, quæ scissuræ & derruncationes vestium rabidissimæ: quæ attorsuræ per ceruices virorum: quam turpis in barbâ chiripilatio maxillarum: quam nugacissima penè vniuersorum & infanissima actitatio? Quam laetitia ad omnes penè sermones ore terribre iuramenta? Ista etenim vniuersa recentia & nuper crassata, non ex religiositate Christianitatis processere, quin potius ex diabolica superstitionis rabie emersere. Exinde quoque pululat radix omnium malorum superbia, ceterorumque vitiorum fomenta. Atque vos ipsi iudicate, si non ipsius famuli estis, cuius insignia & stigmata in vobis metipsis geritis. Nam & me puder dicere dum penitentia reticere, quoniam expectantis dulcedinem verbi, & ego propino vobis generaliter amaritudinem redargutio- nis. Moneo etiam illum si quis est in totâ hac plebe qui vel quinque solidos, seu quippiam ad huius sancti Martyris obtulit reædificandam muneric ecclesiam, quam præ oculis habetis, coram cunctis referat. Dum ergo non inueniretur quispiam aliquid contulisse; rursum ait, Videte fratres amantissimi, inter quas spinas atque incendia pessimorum hæc aula omnipotentis Dei per fidem sui testis Benigni, ad quam elegantia excravit ipso cooperante fastigia. Volo vos, si placet, assidue esse memores quam velox vnicuique sit mundanæ curæ & ambitionis depositio. Propter quod obsecro cū nostri auctoris adiutorio resistite vitiis, & maligno diabolo; virtutes quoque præclaras assumite & colite, benignissimo Deo conditori ac redemptori vestro in cunctis obaudite, qui vos per fidem & orationes ac merita omnium fidelium suorum dignos faciat introducendi cum eis in sempiternæ gloriæ regnum, per Iesum Christum dilectum filium suum. Dumque ille ita perorasset, ac responsum ab omnibus fuisset, Amen;

F 2

qui

PER GLA. qui singultus! quantæ lacrymæ! qui gemitus per totam agebantur ecclesiam, exprimi non valet. Omnibusque ritè perfectis cum gaudio quique redière ad propria.

**Multa de-
inceps fa-
cta ad se-
pulchrum
S. Benigni** 37 Ex illo etenim die in eadem basilicâ præcipue ad tumulū glorioſi Martyris factæ ſunt multimodæ curationes diuersarum infirmitatum, quæ etiam ob multiplicitatem ſcribi nequeunt. Sed etſi quis cum fide plenaria ſibi depoſcens quæque utilia proculdubio adipiſciatur, ſi talis ſit ut promereatur Sanctorum meritis & orationibus.

C A P V T X V.

Guilielmi miracula.

S. Guiliel- 38 **N**ec prætereundum nobis videtur quid dum **mimira-
cula.** Patris Wilhelmi alloquio multi fuerint in mente recreati, plures etiam in corpore tactu eiusdem redintegrati, oratione refocillati, visitatione confortati, ac benedictione firmati. Et quamvis nunc minus audiatur quod olim Christi sequacibus vñi fuit, ſuscitare mortuum, pauca tamen de pluribus, ut testati ſumus, quæ Dominus per iftum operatus eft dicemus. Reuerenti namque illi quondam à cœnobio Sancti Viuentij Confessoris, cum iam adpropinquaret S. Benigni monasterio, obuiam habuit promiscui vulgi turbam plangentem ac repandentem à ſpectaculo cuiusdam miſerimi, videlicet ex eiusdem feruorum familiâ S. Benigni, quem magistratus criminis conuictum, morteque ſuspensionis patibuli adiudicatū deliberauerat. Quod audiens misericors miliario distans à loco dimiſſo equo illuc quantocyùs occurrens hoc tantum dicebat: IESV, IESV, qui pepercisti latroni in Cruce, miserere; iuſſitque ſuis velocius infeliciem illum, quem cernebant ē trabe pendere, iam rigentem deponere. Iste verò totο prostratus corpore orationi incubuit. At illi ſoluentes lora guttur illius arctantia examinis in terram cecidit. Ad quem accedens vir pius, ait: Surge, inquit, Dominus imperat. Ipſe verò aperiens oculos erexit ſe admirans valde ſibi ſupereffe. Qui cum viro Dei egrediens exultantibus cunctis ad monasterium plures poſteā vixit annos. Multos nempe ab huiusmodi patibili ſuſpendio ac nece per diuerſas prouincias tam interuentu, quā redemptionis pretio liberauit.

**Mitis in
exactione
redituum.** 39 Nam & tribus monasteriorum vtilitatibus Præpositis illud ſepiuſ inculcabat, ut in exactione ſibi cōmiforum forent prouidi, ne forte nimis tenues pro censu reditu affligerentur. Dicebat enim ſe magis velle largiri egenti, quā exigere quidpiam ab indigente. Itinera quoque eius per ciuitates & vicos ſeu quorū ſum haberet, ingens pauperum atque infirmorum turba præoccupauerat. At ipſe liberalis & largus beneficiorum erat vniuersorum impensor. Desiderabatur enim ab omni hominum ordine vel ſexu ipſius præſentia ſicuti vnius è Patriarchis aut Apostolis Domini.

**Quosdam,
in ſomnis
in ſomnis
appar-
eisappa-
renſis, mo-
net.** 40 Aliquantuſ etiam referebant illum ſibi per viſum in ſomniſ appaſuiffi, ſequē de prauis actibus tedar- eis appa- rens, mo- net. Testorego, inquam, ipſius ac virtutum matrem charitatem, quoniam quondam meorum culpis facinorum offendit, & ſenſi illum ad horam amaricatum, ſe- ceſſi in aliud cœnobium ipſius ditioni minimè ſubdi- tum. Dumque illuc degerem ad ſtetiſſe mihi vñā nocte apparet, viſus eſt aſpeſtu placido, ac manu iniecta caput mihi euñq; mo- demulcens aiebat: Rogo ex me diſcas ſi non te amare net; fingebas. Quin potiuſ exercere te cupio quæ promiſſi ſuſiſſi. Ipsiſius namque imperio maximā iam ex parte eu- riſſiſcribit. torum atque prodigorum, quæ circa & infra incarna-

ti Saluatoris annum contigere millesimum deſcrip- ram. Quæ etiam cauſa ad præſens opus me compulit inſleſtare articulum. Idcirco omnes pariter oro ne propter hoc præiudicium de me fiat.

C A P V T X VI.

Venitorum in eum amor. Piè moritur Fiscanni
in Normannia.

41 **B**EATITVD O igitur eximij Patris **V**Villelmi iam ad tantam excreuerat excellentiam, vt cun- cetas Latij ac Galliarum prouincias ipſius amor ac ve- neratio penetraret. Nam Reges vt patrem, Pontifices vt magiſtrum, Abbates & monachi vt Archangelum, omnes in commune vt Dei amicū, ſuæque præcepto- rem ſalutis habebant. Quis enim vñquam alijs præter **Diligeba-** eum Veneticorum gentem in tam amicā familiaritate **tur à Ve-** habuit? Exaggeratiū ſecūdūm Apostolum loquimur, **netis Gui-** quoniam ſi fieri poſſet oculos ſuos eruiffent, & dediſ- **lielmus.** Galat. 4. ſent ei. Siquidem Vrſus Patriarcha * illorū, ipſius fan- **1.** & Patris decreuit effici monachus. Sed quia ipſe di- * id eſt, ſpendium illius gentis, quod foret pro tanti absentiā **Graden-** virti conſiderans, in ſuo proposito permanere uafit. R. Petri Quod etiam de multis ſimilis rei gratiā cognitum ha- **Vrſeoh,** de quo betur feciſſe.

42 Iam verò in Dei opere magis adſiduus quam xi. Ianua- frequens cum eſſet in Italiam ſuum biennio præſtolans à ſeculo excessum, ſed rērum opportunitatibus exinde euocatus, ægerrimè tamen ad Gallias remeauit. Cumque reuifendi caritate cunctos Gorzenſe uisque monaſterium à ſe olim cum ceteris ad regulare ſpeci- men reformatum deueniſſet, quæ ſupererant inuifere curauit. Dehinc ad prænominatum venit Fiscannum. **Xegrotat.** Poſt aliquo verò dierum acribus cœpit doloribus affligi. Iam quippe imminente ſolemnitate Natiuitatis Dominicæ prænoſcens ſua à Christo vo- **Praeficit** cationis diem, conuocatis ad ſe fratribus deliberans **obitius diē.** coram eis prouidè ac ſapienter de cunctis quæ ipſius innitebantur patrocinio, quid vel qualiter agendum ſeu ordinandum foret, ſicque vniuerſis præſentibus ſi- mul & absentibus ſuā benedictione firmatis ac Deo commiſſis, expetiit ſibi dari ſalutare ac viuificum com- **sumit** meatum. Expletisque ſolemníbus totis octo dierum **vaticum.** nil omnino loquens oculos tantum ad D̄cum erigens, illi ſoli intēdens, illum ſolum mente respiciens; iamque adſpiciebat felix anima, ſubitò ad illum itura de va- ſculo carnis, in ſuā gloriā Deum Maiestatis.

43 Anno igitur eiusdem Natiuitatis Dominicæ **Moritur** M. XXXI. Indictione xi. v. à natuitate quoque ipſius i. Januar. patris ac Dei cultoris LXX. & ab aduentu illius ad an. 1031. Gallias de Italiam XL. regnante Contado Imperatore, in Franciā nihilominus Roberto Rege, die Dominicæ Circumcidionis venerabili, atque eiusdem natuitatis octauo, vi. feriā manē dum aurora ſuperuenientis diei pelleret tenebras, ē mundo transiuit à ſancto iſtius Dei amici corpore anima felix & beata, lucerna vide- licet orbis ad ſempiternam ac deificam lucem, ſuis lu- gentibus, ſed Angelis lētantibus, cum quibus laudans ac magnificans benedicit Deum, in quo uiuit quid- quid iuſtè ſuſtinet. Sepultum namque eſt ſacrum il- **Sepelitur.** lius corpus honorificè in gremio eiusdem Sanctæ Tri- nitatis ecclesiæ in conſpectu euntium ac redeuntium fratrum, vt quotidie ſiquidem præ oculis imitabilem haberent patrem, quem ad aeternam iuſtitiae mercede habuētē institutorem: ipſiusque meritis & preci- bus valeant percipere aeternæ vitæ regnum & gloriam cum Sanctis omnibus donante Domino IESV Christo Saluatore.

D E

CIRCA
AN. CHR.
M. XLIII.
I. IAN.

D E S A N C T O C L A R O MONACHO SALIGHENSTADIENSI.

S. Clari
Salighen-
stadiensis
nomen in
Martyro-
logiis.



IVIS sancti viri nomen extat Martyrologiis monasticis inscriptum, (vt videre est apud Hugonem Menardum, Arnoldum VVion, alioq.,) vti & Philippi Ferrarij catalogo. Sed mirum est ab illis Abbatem appellari, quem Trithemius solum monachum vocat; qui in chronicis monasterij Hirsaugiensis ita scribit:

2 Floruit circa annum Christi m. x. l. i. Clarus monachus Sanctorum Marcellini & Petri in Selgen-

stadt Moguntinensis diœcesis, nostri ordinis, vir do- *Prophetia*
ctus & religiosissimæ conuersationis: qui in eodem lo- *dono clau-*
co pro Dei amore inclusus orationi & contemplationi ruit in- *clausus.*
vacans die ac nocte spiritum prophetæ consecutus af-
seritur. Cuius festus dies agitur Kalendis Ianuarij. *Hac*
Trithemius. Non legitur quidem de eo officium vllum in Sal-
igenstadiensi monasterio, celeberrima tamen est eius sanctitatis
memoria. Quo loco eius condita sint reliquia ignoratur.

AN. CHR.
M. XLIX.

I. IAN.

D E S. O D I L O N E A B B A T E C L U N I A C E N S I.

S. Odilonis I
celebris
memoria.



Ic est ille celeberrimus Odilo, cuius honorificissime meminerunt quot-quot Ecclesiasticos Annales scribunt. De eo Martyrologium Romanum Kalendis Ianuarij: Apud Siluiniacum S. Odilonis Abbatis Cluniacensis, qui primus commemorationem omnium fidelium defunctorum primâ die post festum omnium Sanctorum in suis monasteriis fieri præcepit: quem ritum postea vniuersalis Ecclesia recipiens comprobauit. Eadem ferè Constantinus Ghinius, Hugo Menardus, alioq. At Maurolycus, Arnoldus VVion, Philippus Ferrarius, Bellini editio Parisiensis, alioq. complures, xxxi. Decemb. eius obitum refrunt, quibus saepe S. Petrus Damianus, qui mortuum tradit anno 1048. ultimâ scilicet eius anni noſte, niſi antiquo more Gallico annum à Paschate ordiatur. Cluniacenses 2. Ianuarij eum colunt: quo die eum refert idem Maurolycus, Galesinus, Vuardi editio Parisiensis anni 1536. & Coloniensis anni 1490. Molanus quoque 2. Ianuarij hac habet: Apud Siluiniacum S. Odilonis Abbatis, cuius festivitas, cum in Kalendis habeatur, hinc tamen pleniùs recolitur. Eadem Martyrologium Germanicum & alij. Odo à quibusdam appellatur, ab aliis Odilus.

Duplex 2 Ex duabus eius vitis, quas hic dabimus, prior est à Lot-
eius vita: saldo Monacho conscripta, quā multis locis mutilam exhibuit
prima à nobis codex ms. monasterij S. Maximini, & Bibliotheca Clu-
niacensis, in quā plura de S. Odilone commemorantur; refer-
cunda à Lotaldo eiusdem Lotaldi (qui ibi Iotsaldus appellatur) de mor-
te Odilonis planctus. altera à B. Petro Damiano non multo
post S. Odilonis mortem, rogatu S. Hugonis eius successoris
scripta.

Transla- 3 Subiiciemus de eius translatione sive eleuatione, que
eadem Bibliotheca Cluniacensis ex Chartulario Siluiniacensi
& Carolus Sauseyus lib. 12. Annal. Eccles. Aurelian. exhibent.
Eam eleuationem scribit Hugo Menardus xxii. Junij celebra-
ri. Eius meminit & Claudius Robertus in catalogo Archiepisco-
porum Bituricensium, cum de B. Rogerio Forti agit, de quo nos
1. Martij.

Meminit S. Odilonis Vincentius Barralis Salerna in
Chronologâ Lerinenſi, ostenditq. ex quibusdam Actis, cum
monasterio Lerinenſi preſuſſe.

Eis Siluiniacum, vbi mortuus est S. Odilo, in signis Prora-
tus ordinis Cluniacensis in Borboniâ prouinciâ, vulgo Sauui-
gny en Bourbonnois.

Tom. I.

VITA S. O D I L O N I S

AVCTORE

L O T S A L D O

M O N A C H O.

PROLOGVS AVCTORIS.

IREVERENDO Patri Stephano, secundum sui nominis interpretationem Pontificali gloriâ sublimato, vltimus seruorum Dei seruus, nomine tantum monachus, Lotsaldus, quidquid in vtrâque vita iocundius.

2 Antiquorum Philosophorum studia scriptis & Cur vita monumentis extulerunt priorum suorum laudes & *Sanctorum* memorias, talibus indicis sperantes se facere immortales, quos nouerant fuisse mortales. Deinde gradu sacerdotalium regula Ecclesiastica tantò dicendo iurum materiâ sublimior, quanto spei certioris directior, sanctorum virorum præclarâ describit opera; vt succedentes & futuri habeant semper, quorum sequantur exempla, totumque ad illum referatur a quo datur virtus & prudenteria: a quo etiam deriuatur fortitudo atque sapientia.

3 Ad horum formam ego quantilluscumque homuncio, nutritus magni Odilonis magisterio, informatusque beneficio; quemadmodum Hieronymus de *Auctor S.* Blæſillâ & Nepotiano, epitaphium quoddam volui de *Odilonis* morte virtutibusque eius inscribere; & veluti flores ad sepulchrum eius spargere, quæ introeuntibus præstant aliquid suavitatis & gratiae, redoleantque secundum sui speciem quantulocumque odore. In hoc verò deuotionem animi mei offero, & altiora describere volentibus materialm præsto; non occasionem agendi id melius subripio.

4 Quod opus tibi sancte Praeful idèo mittere dis- *Stephanus*
posui, quia te nepotem ipsius, & per illum ad Sacerdo- *nepos S.*
tij gloriam accersitum noui, confidensque tuo placere *Odilonis.*
iudicio, quidquid in laudibus eius delcripserit cultus
vel inculrus sermo.

F 3

CA-

C A P V T I.

S. Odilonis patria, parentes, soror.

Beraldus & *S. Odilonis* **E**XIT IT pater eius inter Proceres Aruernos, erum nobilissimus, vir in armis strenuus, possestionibus & diuinitatis locupletissimus, in consilio prouidus, & omni morum honestate suo tempore nulli secundus. Qui etiam priuilegio auctoritatis & gratiae, Maior Beraldus vocabatur, ab omnibus fidei virtute ita præcipius, ut quod aliis difficile sacramentis, hoc iste in uiolatum custodiret simplicibus verbis. Longè se habebat alter actus eius & habitus, quam modò videri possit, in quo quis Principe, quilibet actionis modus.

Girberga **F**uit illi vxor Girberga nomine, non degener naturalibus & moribus, quæ quantæ continentia, quantæ castitatis, & cuius eslet voluntatis sub marito, post mortem eius omnibus fuit in aperto. Nam relictâ patrator, p̄st triâ, relictis propinquis & filiis, & magnis fundi possessionibus atque diuinitatis, tamquam alia Paula secuta est Christum: & apud monasterium S. Ioannis Augustini positiu Sanctimonialium suscepit locum & religionis habitum. Quam laudabile ibi durauerit propositum, quamque dulcis & utilis omnibus ibi deinceps eius vita fuerit, & quam gloriose exitu finierit vitam, paucas quæ superant cum gemitu narrare audiui.

Blismodis **F**uerunt denique istis alij filij potentes & nobiles, & in suo ordine quantum ad mundanam gloriam nulli inferiores. Quædam etiam non prætercunda soror nomine Blismodis Abbatissa, quæ in sanctâ virginitate nocte & die seruiens prope centenarium expleuit annorum numerum. His itaque breuiter descriptis ad illum, quem celebriter commendat nobilitas mentis & celstudo generis, stylum vertamus.

C A P V T I I.

Fit Clericus, dein Monachus.

Odilo fit Clericus. **H**IC itaque vir Beatissimus Odilo tanto nobilitatis scheme procreatus, inter ipsa primordia tamquam alter Isaac, siue Samuel Christo consecratus, & Briuate apud S. Julianum gloriosum Martyrem clericali sorte donatus est. Delebatatur in ipsâ pueritiae humilitate, castitate, innocentia, & puritate; & prout ætas admittebat misericordia operibus insistebat. Superabat coetaneos sapientia & moribus, ita ut iam non puer, sed senex maturitate non tempore, ab omnibus putaretur.

Vis gratia diuina. **D**ecursis itaque puerilibus annis, ubi robur iuuenturis succedere coepit, tacitus secum deliberat, ut Ægyptias ollas desereret, & per media mundi discrimina terras re promissionis intraret. Iesu bone quam suavis tua vocatio, quam dulcis tui spiritus inspiratio, qui mox ut mentem pulsaueris, astus fornacis Babylonie in amorem transformas cælestis patriæ. Ecce enim cor nostri iuuenis dum subito pulsas, mutas; & in iversos amplexus Salomonis mirabiliter accendis.

Deliberat de fugâ facili. **A**S. Ma- **C**ERTÈ dum talia meditatur in animo, magnus ille Maiolus per totū penè mundum iam famosus, Aruernorū fines ingreditur, & diuinâ dispositione is, de quo loquimur, ante eum adducitur. Qui considerans in eo præstantem elegantiam corporis, & nobilitatem generis, magnum quoddam & diuinum oculis interioribus in eo præuidens, totus in eius amorem illabitur; & viçissim inter eos ignis diuinæ caritatis magis magisque accenditur. Fit inter eos familiare colloquium: iunior seniori suum prodit desiderium: senex ut præmeditata perficiat, modis quibus potest iunioris instruit animum. His ita inter se dispositis, senex ad propria reuertitur: sollicitudo iuuenis ad ea perficienda, quæ ceperat, præparatur.

II Non multis itaque interie etis spatiis, nouus miles tamquam Benedictus Romuleas, deserit & iste *niaci, mo-* *Briuate* seu *Anicienses* arces: despicit patrias opes, *nachus.* propinquos & fratres: & quasi antiquus Abraham de Hur Chaldæorum egrediens, Cluniacum quasi quemdam terræ re promissionis requirit introitum: & veteri iterum depositâ sarcinâ monachicum suscepit indumentum.

12 Iesu bone, quam iucundum erat tunc videre ouem mundo velere detonsam de lauacro baptismatis iterum ascendetem, cum gemellis fratribus dilectionis utriusque procedetem, nihil secum sterile portantem, nihilque vanum meditantem. Iam sumpto *Humilia* bitu videres nostram ouem inter alias primam opere, *munia* *alacriter* extremam ordine, viriditatis æternæ pascua requirebit; lucernarum ministeria concinnare; infantum custodiendorum excubias obseruare; pauimenta vertere; & quæque vilia officia humiliter peragere.

C A P V T I I I.

Abbas creatur.

13 **S**ED non diu latuit margarita: non diu potuit occultari in priuato loco fortis athleta. Euolutis post hæcerè quatuor annis S. Maiolus, post multos pro Christo desudatos labores, de tenebris Ægypti egreditur, transitoque maris periculo Ierusalem ingreditur; atque in æternâ pace à Christo collocatur. In- *Fit Abbas inuitus.* stante vero mortis articulo Dominum Odilonem sibi successorē elegit, atque proprias oves Domino & sibi reliquit. Qui reluctans, & ultra quam credi possit inuitus, communi omnium voto, communi omnium sententiâ ad iniunctum officium ordinatur, & tamquam alter Moyses Dei populo præficitur. Quid agis Deo dilecta anima? Quid reluctaris? Quid adhuc vis stare post parietem, & respicere per cancellos? Egredere iam ad diffusam lucem: egredere: loquitur tibi sponsus tamquam ad sponsam in Canticis canticorum: *Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni.* Videlicet aperte dicens: Surge de stratu quietis, in quo tuimet folius curam agere quæris; propera, & veni ad impendendam etiam proximis curam salutis, per studium sedulæ prædicationis. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox *Ibid. 14.* tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

C A P V T I V.

Statura eius externaq; compositio.

14 **S**V C E P T O itaque regiminis officid magis ma- *Potet au-* gisque sanctorum confirmabatur exemplo, & in *toritate.* omnibus cælesti ad ornabatur magisterio. Prælucebat in eo quoddam insigne documentum, quod subiectis imitandum esset, & timendum: & qualis esset interius, relucens in eo gratia declarabat exterius. Habitus *Eius sta-* enim mentis, ut ante nos dictum est, in corporis statu *tura, ex-* cernitur. Et quia ita est, nunc de ipsius corporis posi- *ternarum* *q; actioni* *descriptio.* tione pauca dicamus. Erat mediocris in eo statuta; vultus ipse plenus auctoritatis & gratiae; mansuetis hilariis & blandus, superbis vero, & * offensus, ut vix * al. offensu posset terribilis. Macie validus, pallore ornatus, canitie decoratus. Oculi illius veluti quadam splendore fulgentes, intuentibus & terrori erant, & admirationi, lacrymis assidui, quia saepius aderat virtus compunctionis. Renitebat etiam in ipsius motu, gestu, incessu species auctoritatis, pondus grauitatis, tranquillitatisque vestigium. Occursus illius quasi quidam gratissimæ iucunditatis radius, & insolita delectationis euentus. Vox illi vivilis, & ita plena decoris, ut audientium mentes non mediocriter demulceret dulcedine modulationis. Sermo illius plenus suavitatis & gratiae, prout ratio causarum se habebat mediè tem- pera-

peratus, nec modum prægrediens loquendi, nec minus pro tempore improvidus differendi. Nihil in eo fucatum, nihil affectatum; sed natura mirabiliter reddebat cum corporis positione, & ordine vitae quadratum. Et quamvis secundum B. Ambrosium in pulchritudine corporis locum virtutis non ponamus, gratiam tamen non excludimus.

C A P V T . V.

Varia eius virtutes.

I Is verò omissis ad compositionem morū eius, quibus per diuinam gratiam adornatus extitit, redeamus. In quantū humana æstimatio se habet, quatuor in sancto vito principales non mediocriter reluebant virtutes, prudētia, iustitia, fortitudo, & temperantia. Prudentiam philosophi definiunt in veri inuestigatione consistere, & scientia plenioris cupiditate. Quo genere virtutis ita enituit, vt non diebus neque noctibus à veri inuestigatione cessaret. Semper ei liber diuinae contemplationis in manibus, semper ei sermo de scripturis assiduus, & ad ædificationem cunctorum labor continuus. Vt Hieronymus Eustochium instruit, faciem dormientis interdum pagina sancta suscipiebat: euigilantem iterata lectio recreabat. Nihil ei in hac vita dulcius, nihil amabilius fuit.

16 Lectioni oratio iugis succedebat. Qui gemitus, quæ suspiria, vel affluentia lacrymarum, & præcipue in illo sancto sacrificio agni immaculati erat; Spiritus sanctus auctor ipsius munera & gratiae nouit. Rem miram dicturus sum, & certè veram. Cum saepius illum psallentem in stratu somnis exciperet, tamen psalmus ab ore dormientis non recedebat: vt si nescires, vigilare eum putares. Euigilans verò ita psalmum cum festinatione arripiebat, quasi nihil intermisisset. Loquebatur, credo, tunc cum sponsâ in Cantoris Cantorum: *Ego dormio, & cor meum vigilat.*

17 In scripturis quam fuerit eruditus, & in sermone facundus, quamque etiam in rectâ fide Catholicus, testantur Sermones eius, & multiplices Epistolæ, quas tamquam fauos dulcedinis pinguisimæ videoas redolere odore prudentis eloquentiæ, decorèque suavitatis & gratiæ.

C A P V T . VI.

Viris Principibus carus est.

18 *I*ustitia est, vt volunt Philosophi, quæ suum cuique tribuit, alienum non vendicat, virilitatē propriam negligit, vt communem æquitatem custodiat. Hæc omnia in illo non mediocriter, sed profuse noueris relaxisse. Omnibus enim æstatibus, personis & conditionibus, prout iustitia fuit, debitum honorem exhibuit; & omnibus ita se gracum præbuit, vt non aliter quam Angelus (si ita dicendum est, imò quia dicendum est) cunctis carus extiterit. Principibus & potestatis.

Omnibus carus erat, etiam Regibus. Christianis secundum Apostolicam sententiam in nullo restitit; sed ita amicabilem se & officiosum reddidit, vt tamquam alter Ioseph ab omnibus mirabiliter amaretur, & celebriter veneraretur. Concurrit in hunc amorem Robertus Rex Francorum: accedat Adelheyda mater Ottonum: veniat etiam Henricus Imperator Romanorum: intersint Conradus, & Henricus, videlicet pater & filius, Cæsares & ipsi nobiles inuiti; quorum omnium amicitias, officiis, & imperialibus muneras ita magnificatus est, vt sibi & illis cor vnum & anima vna fuerit. Quid etiam Stephanus Rex Hungarorum, siue Sanctius Rex Hesperidum populorum? Qui quamvis eum præsentialiter non viderint, tamen ad famam sanctitatis eius intercurrentibus legatis & reciprocis litteris adstrinxerunt illum si-

bi beneficiis, & copiosis muneribus, commendantes per lotus humiliter orationibus illius & suffragiis. SALDV.M.

19 Fuit etiani in remotis partibus Occidentalium alter Sanctius Pamplonorum Episcopus, qui ita sibi in Episc. amicitias adhaesit, & copiosis muneribus deseruiuit, vt Pampelon. ad eum de tam longinquis regionibus veniret, & monachum se fieri ab eo postularet. Quem in tantum dulcis memorie Odilo dilexit, vt etiam moriens de eo faceret sermonem, vt post mortem suam ad eum visitandum cum exuio vestimentorum suorum duos fratres mitteret, qui illi vitæ suæ finem nuntiarent, & antiquam amicitiam sibi mortuo conciliarent, & rursum eamdem viuentibus renouarent.

20 Non prætereundi sunt etiam Domini Sacerdotes & Apostolici viri, Silvester, Benedictus, Ioannes, & in ultimis piæ memorie Clemens, quorum gratiam ita promeruit, vt tamquam ex fratribus unus ^{Gratus summis Pontificis} bus, clero extiterit. Quæ enim persona undecimque locorum non cuperet habere Odilonem tamquam alterum Salomonem, amicum & patrem, & pro se apud Deum intercessorem? Gaudebat Italia, cum Odilonis aderat præsenta, & præcipue familiaris sibi Papia, cuius prece & industria temporibus Henrici & Conradi Imperatorum, liberata est ab excidio gladij & periculo incendijs. Lætabatur etiam Roma mundi Domina, tanti viri contubernio frequentata saepius, sanctorum Apostolorum amore & desiderio. Officiales & Clerici siue monachi, ita sibi applaudebant venienti, vt tamquam de suis carissimum fratrem haberent amore vehementi. Hæc ideo in partes iustitiae posuimus, vt aperte monstraremus illum proprium cuique tribuisse, & idcirco omnium gratiam & amorem promeruisse, & vt etiam omnibus declararetur, quia necesse erat vt quem Deus perfuderat gratiæ, ab omnibus amaretur. Benè itaque de eo omnes in commune senserunt, quia cunctis vbiisque & amori fuit & honori.

C A P V T . VII.

Eius in omnes comitas, in pauperes liberalitas.

21 *I*am verò de inferioribus: seniores honorabat vt patres, iuniores vt fratres, anus vt erga omnes matres, virgines vt sorores, omnes tamen æstimans sibi superiores. Cunctis in commune præbebat familiare consortium, & salutare colloquium. Nulli onerosus, nulli importunus, nullius honoris cupidus: alienum non vendicabat, imò magis quod suum erat, hilariter alteri concedebat. Utilitatem propriam negligebat, vt communem æquitatem custodiret. Beneficentiam & liberalitatem, que etiam & ipsæ partes sunt iustitiae, ita retinebat, vt in eis nostris temporibus in suo ordine singulariter solus reluceret. Omnibus enim in commune volebat benefacere, sed quibus poterat liberaliter liberalis existebat. Plus gaudebat datis quam accepitis, sciens illud felicitatis, istud indigentia esse: & secundum veritatis Dominicæ sententiam, *beatius esse dare Act. 20. quam accipere.* 35.

22 In pauperes ita munificus erat, vt aliquando non dispensatorem, sed & profusum videres largitorem. Liberalis enim magis delatabatur in faciendis eleemosynis, in pauperem aliquis gratulari possit in acquirendis pecuniis. res. Et quid dicam? Cæcorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, solamen lugientium fuit. Misericordia enim visceribus ultra quam dici possit affuebat: & quantum in se fuit nullum à beneficio misericordia excludebat. Et sicut in epitaphio Sabiniani Papæ legitur:

*Hic hominum vicia blando sermone remouit,
Nec culpis iudex, sed medicina fuit.*

23 Erat certè in hac virtute in tantum diffusus, vt ab imprudentibus in officio huius virtutis dijudicaretur nimius. Sed ille ad hoc obiectum, eleganter al-

F 4 ludere

PER LOT- ludere solitus erat: Ego, inquit, volo magis de miseri-
SALDV M. cordia misericorditer iudicari, quam de crudelitate
Praclarū crudeliter damnari. Ut enim ait Ambrosius, Bonus est
eius de misericors homo, qui dum aliis subuenit, sibi consulit;
nimiā suā & in alieno remedio vulnera sua curat. Agnoscit enim
liberalita- se esse hominem qui nouit ignoscere. Et vias Christi
te apoph- sequitur, qui carne suscepta maluit in hunc mundum
thegma. redemptor venire, quam iudex. Vnde & iste vir san-
ctus, ut praediximus, malebat esse culparum *inditor,
quam iudex.

*al. medi-
cina.

Matth.
25. v. 29. 24 Ad hoc aliquotiens quod offerebatur libentif-
Suppedi- simè accipiebat, vt haberet quod pauperibus distri-
tantur ei bueret. Implebatur semper in eo quod dicitur in Eu-
prater psem angelio: *Omni habenti dabitur, & abundabit.* Vidimus
que tri- enim multotiens marsupium illius ita exinanitum, vt
bnat pau- quod daret fratribus non haberet, cum subito exin-
peribus. sperato veniebat sufficiens benedictio, vnde sedaretur
petentium vociferatio. Et ne generaliter haec perse-
quendo, eius aliqua misericordia opera specialiter
ignorare videamur, quædam hic sunt inferenda satis
memoratu digna, quæ fidem præbeant etiam iis quæ
nominatum non sunt ponenda.

25 Quodam tempore cum apud Sanctum Diony-
sium Parilius pergeret, & per publicum iter incederet,
offendit duos pueros * fame & frigoris supplicio oc-
cubuisse, & sub oculis omnium (dictu miserabile) nu-
Duos mor- dos & inseptulos in mediâ iacere viâ. Erat enim eo
tuos pro-
priæ vestæ
conectos
sepelit.
***al. famis.** tempore famæ valida, quæ sui magnitudine penè rotas
Galliarum sive Aquitanæ oppresserat prouincias.
Compunctus itaque vir sanctus tali horrore equo de-
filiuit, substitit: pollinctorum mercede quæsiuit: laneâ
veste, quam vulgo * staminiam vocant, à dorso abstra-
cta illorum nuditatem propriis manibus cooperuit:
sepelivit: debitum mortuis obsequium persoluit: sic-
que cœptum iter tenuit. Si Martinus per totum orbem
celebratur in dimidiâ tunica pauperi diuina; cur non
& iste secundum sui speciem celebris habeatur in tu-
nicâ integrâ, non vni viuo, sed duobus mortuis datâ?

26 Multa proferti possent similia, nisi succumbe-
rent nostræ paruitatis ingenia. Sed tamen ne silentio
Tempore premantur omnia: tali tunc temporis, ac deinceps per
famis va-
sa sacra, &
dona con-
fringit ve-
succurrat
pauperi-
bus.

Alios hor-
tatur ad
eleemosy-
nas.

multos annos, incumbente miseriâ, in usus pauperum
confregit plurima vasa Ecclesiastica, & ornamenta in-
signia, inter quæ etiam Imperiale Henrici Imperatoris
coronam; indignum iudicans talia denegare pau-
peribus Christi, pro quibus effusus est sanguis Christi.
In thesauris Ecclesiae pauperibus datis diuinis & hu-
manis oraculis Laurentius prædicatur mirabilis, cui li-
ceristum æquiparare non audeamus, tamen cunctis,
quos vidimus, moderni temporis hominibus, quod
sine præjudicio cuiusquam dixerim, in suo ordine, in
hac virtute preferemus.

27 Consuluit quibus potuit; & quibus per se non
potuit, alios vt miserentur, rogauit. Cum enim non
sufficeret tam acerbæ famis prædictis temporibus o-
mnium miseriis subuenire, vidimus eum vicos & Ec-
clesias, quas poterat, circuire, ad eleemosynas facien-
tas Principes, diuites, mediocres suadere, dulcibus ser-
monibus ad misericordiam prouocare, eisque inde
plenissimum peccatorum remissionem liberâ voce de
cælis reppromittere. Ita vir sanctus quos non sufficiebat
propriis alere sumptibus, iuuabat apud illos, quos po-
terat, sermonibus misericordiam suadentibus. Tali
consultu multa certè millia pauperum cognouimus
famis & mortis euasiſſe periculum.

28 Nullius miseriam præteriuit: nullius necessitatem
despexit: nullius infirmitatem perhorruit. Denique
quidam sanctæ Dei genitricis Aniciensis Ecclesiae Cle-
ricus secundum carnem nobilissimus, leprosus contagio
macularus priuatum sibi, veluti tantæ corruptioni ne-
cessarium, iuxta * Ligerim fluuium, quædam delegerat
locum, monasterio quod dicitur Volta contiguum. Quod
adueniens Dei famulus, & hoc agnoscens, infirmo com-

*bibl. Clu.
Alexis.

patitur: solatiari ei in quibus illi necesse erat, fratribus
imperat: requirit verò ipse miserabilis sancti viri pri-
uatum colloquium, & vt ad se accedat humiliter rogat
per internuncium. Quod Sanctus facere non recusauit,
recolens Dominicæ humilitatis exemplum, qui etiam
nō rogatus venire voluit ad Centurionis seruum. Dum *Leprosum*
verò ad eum peruenitur, illius non exhorrefens mis-
eria, nobis, qui videbamus, valde mirantibus, in oscu-
la ruit, amplexatur, & diu cum illo familiare colloquiū
participatur. O virum per omnia laude dignum, qui
magis in homine naturæ diligebat prærogatiuā, quam
alicuius morbi expauescebat accendentem miseriam.

C A P V T VIII.

Hospitalitas, humilitas, aliaq; virtutes.

29 IN suscipiendis hospitibus festiuus erat & iocun-
dus; nihilque sibi unquam deesse liberalis con-
fidebat animus, sed in abundantia benedictionis Chri-
sti omnibus largiter erat profusus. Munditiam integritatis
ita inuolabilem custodiuit, vt Spiritus sancti me-
reteretur fieri domiciliū, & castissimæ puritatis recepta-
culum. Humilitatis etiam tanta in eo fuit perfectio, vt
Humili-
ne ad modicum quidem notaretur in eo superbiæ ve-
stigium. Innocentia in illo non mediocriter relaxit. Ex Simplici-
suo affeſtu pensabat omnes, & sicut ipse erat alienus à tus.
felle malitia, ita etiam aestimabat alios nullius dolii pe-
ste corrumpi posse. Honestatis decore ita pollebat, vt
Honestas.
in omni sua actione, huius virtutis pulchritudine, tam-
quam cuiusdam fulgoris resplendet lumine. Nihil
enim in honestum, nihil indecorum illa sancta anima
videre vel audire volebat. Veritatem corde retinebat,
& ore proferebat. Mendacium verò tamquam pesti-
ferum morbum modis omnibus cauebat. Humanæ
etiam laudis fauores non requirebat, neque gloriam
suam in ore hominum ponebat.

30 Si quando veſti à confratribus vel Episcopis *Humilitas*
more Ecclesiastico officiosis obsequiis suscipiebatur *in honore*
vel honorabatur, testor leſum aduocatum animæ eius, *sibi ab aliis*
quia talia nō curabat omnino, & veluti quoddam nul-
lius momenti pretium computabat. Tamen quia hoc
sine scandalo plurimorum declinare non poterat, ex-
teriorū quidem fraternum obsequium suscipiebat, sed
interiorū à proposito humili rigor non discedebat.

31 Conuentus fratrum fortiter tenuit donec ad ipsa *Pietas*.
mortis extrema peruenit. O quam iocundus inter alios
procedebat! quam festiuus in illo sancto choro medius
stabat, à dextris & à sinistris propiciens coronam no-
uellæ plantationis, memor illius versiculi Daudici car-
minis: *Fili jui sicut nouella oliuarum, in circuitu mensa tua!* Psal. 127.
Et quandū magis augebatur numerus fratrum, tanto v. 3.
magis quibusdam signis & certis indiciis declarabat sui
animi gaudium. Et quia multotiens videbat quibusdam *Facilitas*
id oneri esse, solitus erat dicere: Nolite, fratres, in au- *in admitt-*
gmentatione gregis contristari; cuius enim nutu & vo- *tendo ad*
catione congregantur, eius prouidentiâ & miseratione *religionem*
gubernabuntur. Multorum enim Pater exitit mona-
chorum, quos de diversis conditionibus, * diuersis æ- **al. de di-*
tatis, & téporibus Domino acquisiuit. Alios nam- *uersis a-*
que in pueritiâ, alios in iuuentute, alios in senectute *ctionibus*
acceptit. Et quamuis in diuersis ad eum venerint tem-
poribus, tamen sub vnâ moderatione discretionis que
virtute, maternâ caritate, paternâ sollicitudine fouit,
nutriuit, & ex multis partibus, disparibus que moribus
in vnum corpus colligit.

32 Quocumque * exibat, quocumque procedebat, * al. dege-
tanta sequebatur eum frequentia Fratrum, vt iam non bat.
ducem & principem, sed revera putares eum esse Ar- *Archangelum*
monachorum. Hoc enim nomite cense- *gelus erat*
bat eum appellandum in sermonibus suis & epistolis *monacho-*
Fulbertus ille sibi præcordialis amicus Carnotensis *rum.*
Episcopus, in sanctitate laudabilis, in sapientiâ mira- *Fulberti*
bilis, Episc. laus. *Carnotensis*

bilis, in cuius morte studium Philosophiae in Francia
periit, & gloria Sacerdotum penè cecidit.

C A P V T . I X.

Fortitudo, patientia.

Fortitudo 33 I AM de fortitudine animi eius vel corporis pauca
S. Odilo- dicturi, etiam virtutis illius diffinitionem, iuxta
veterem estimationem adhibere debemus. Fortitudo
est animum supra periculi metum agere, nihilque nisi
turpia timere: tolerare fortiter prospera, vel aduersa.
Hac itaque freatis virtute quam fortis fuerit in repel-
lendis inimicorum insidiis, quam patiens in tolerandis
aduersis dictu videtur difficile. Cerneret in illo hoc
privilegium patientiae, quia iis, qui læserant, tamquam
alter David maiorem rependebat beneficij gratiam;
**al. potē-* & iis qui oderant * potiorem conseruabat beneuo-
tiorem. Non valebant hunc aduersa deiicere, nec
prospera eleuare.

Austeritas 34 O quantas infestationes, & quam grauissimas
eius. infestationes à domesticis & extraneis ipsa sancta
anima sustinuit, & præter has quam duras corporis
poenæ in ieiuniis, in vigiliis, in orationibus, ipse sibi
asciuit! & quod liberè dicendum est, post nauigantis
felicitatem, quibusdam vinculis & nexibus ferreis solo
Deo teste membra sua ita damnauerat, ut vix humana
caro hoc tolerare potuerit. Cilicium ei semper asper-
rimum interius adhærebatur; defuper vero mediocri &
communi ueste indutus apparebat.

Patientia
in morbis. 35 Multiplices etiam & diuersos labores sustinuit,
pro pace Ecclesiarum, pro statu locorum suorum, pro
utilitate proximorum, & propriis periculis quæsuit
tranquillitatem viuens. Scis etiam & tu miseri-
coris & miserator hominum Iesu Christe ad compro-
bandam eius patientiam quam grauissimos dolores
& acerbos cruciatu, ex multo tempore, dederis sibi
in occulto: & tamen in his omnibus inquietum tenuit
animum, tamquam bona terra fructum reddens in
patientia, dicens se maiora mereri quam patiebatur
supplicia. Animarum redemptor Dominus, qui ad hoc
percutis ut fanes, ad hoc mortificas ut viuifaces, secundum
multitudinem illius præteriorum dolorum suc-
cedant sibi consolationes tuarum sanitatum & lætitia
cælestium gaudiorum.

C A P V T . X.

Temperantia & moderatio.

TEMPERANTIA quæ ultima in catalogo propo-
Tempe- sitarum virtutum est, in sui diffinitione modum
ranta & & ordinem seruat, eorum quæ dicenda sunt, vel agen-
moderatio da. In quo virritis officio tantum valuit, vt in omnibus
in omni- actionibus & imperiis modum teneret, ordinem
bus. seruaret, & discretus mirabiliter existeret. Ieiunia in au-
rigæ modum secundum Beatum Hieronymum, pro
laetitudine & viribus corporis moderabatur; & sic ap-
posita quæque libabat, vt & superstitionem fugeret, &
continetiam referuaret. Cultus ipse nec munditiis, nec
sordibus notabilis erat. Grauitatem morum hilaritate
frontis temperabat. In corrigendis vitiis pro modo &
tempore seuerus, in remittendis gratus, & in vtro-
que æqua lance libratus.

Affabilitas. 37 Eæ vero, quas proposuimus, in eo relucebant vir-
tutes, & in has concurrebant ceteræ omnes. Tota enim
cerneret in illo exempla virtutum: ita in singulis emine-
bat, quasi ceteras non haberet: ita omnes retinebat, vt
nulla deficeret: ita etiam affabilem se & beneuolum sub-
iectis exhibebat, vt magis vellet diligi, quam timeri;
magis prodesse, quam præfesse. Quis vñquam de hoc
viro quod displexeret audiuit? Quis audiuist ut crede-
ret? Quis creditit ut non magis seipsum malignitatis
& infamiae denotaret? Ipse enim personæ sibi auctoritatem
dabat, qui in omnibus suis actionibus conformis
& compodus coram Deo & hominibus apparebat.

C A P V T . XI.

Magnificentia in edificiis & ornatu ecclesiarum.

*PER LOT-
SALDV M.*

38 E T præter hæc interiora, fuerunt in eo extrinse-
In ornatio- cus glorioſa studia in ædificiis locorum sancto- Eccleſia-
rū construendis, renouandis, & ornamentis vndecum- rum, &
que adquirendis. Demōstrat hoc Cluniacus suis prin- riorum
cipalis locus, in cūctis suis ædificiis interius & exteriūs, magni-
præter parietes ecclesiæ, ab ipso studiosè renouatus, *cus fuit.*
& ornamentis multiplicitate adornatus. Vbi etiam in nouissimis suis clauſtrum costruxit columnis marmo-
reis ex vltimis partibus illius prouinciæ, ac per rapidiſ-
simos *Durentiæ, Rhodanique cursus non sine magno * al. Du-
labore adiectis mirabiliter decoratum. De quo foli- potius
tus erat gloriari, ut iocundi erat habitus, inuenisse se li- Druen-
gneum, & relinquere marmoreum, ad exemplum tiæ.
Octauiani Cæſaris, quem describunt historiae Ro-
mæ inuenisse latericiam, & reliquæ marmoream. In-
cepit etiam ciborium super altare Sancti Petri, cuius
columnas vestiuit argento, cum * iugello pulchro ope- * al. nigel-
re decoratas. lo.

39 Iam vero de omnibus monasteriis suis. Quid
Paterniacus ob Dei genitricis amorem sibi delecta- *Varia œ-*
bilis locus: Romanū monasterium à fundo costruetur eo vel ex- nobis ab
Locus S. Victoris Genevensis, præter suam antiquā & fructuā, nobilē ecclesiam? Ex toto etiam suo tempore constru- vel re-
ctus Carus locus: Amberta valde celebris ecclesia, Ri- staurata.
uus ex toto, * Celsinianas, Siluiniacus, translata Firmi- * Celi-
tas, Monasteriū Sancti Saturnini, apud Papiam Sancti
Maioli nobilissimus locus. Et præter hæc diuersarum Ecclesiarum multiplex numerus. Hæc omnia illius industræ suo tempore, in ædificiis, in possessionibus & ornamētis amplissimè dilatata creuerunt. Construxit etiam in vltimis vitæ suæ in prædiolo genitorum suorū quoddam monasterium, Volta à reuolutione aquæ circumcurrentis nuncupatum, studio opere decoratū: * al. anti-
quod de redditibus suorum * amicorum & parentum, quorum prout potuit, ad seruendum Deo hereditavit, & com- auorum.
petentibus libris & ornamentis decenter adornauit.

40 Si inimici subsannauerint, vel amici reprehenderint me hæc superflua posuisse, nouerint profecto hæc omnia ad virtutes animi eius spectare, & pro talibus patrocinia Sanctorum feliciter promeruisse, atque coronâ beatæ retributionis iam à Domino percepisse.

C A P V T . XII.

Miracula.

41 S IGNORVM vero inquisitoribus, & meritum cu- *Miracula*
siusque in miraculi nouitate metientibus id di- non sunt
cendum est, quia diuinæ dilectionis prærogatiua po- semper si-
nitur non in occasione signorum, sed in perfectione gna/sancti-
virtutū. Neque enim miracula vel signa nos Deo com- tatis.
mendant, sed virtutes operum perfectos esse demon-
strant. Cum & Iudas simul cum Apostolis signa fecerit,
& reprobis in die iudicij foris à regno exclusi dicant:
Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in Matth. 7.
nomine tuo multa signa fecimus? Et ipse Dominus in 22.
Euangelio sanctis Apostolis à prædicatione redeunti-
bus dicat: Nolite in hoc gaudere, quia dæmonia vobis Luc. 10.
subiecta sunt, sed in hoc gaudete, quia nomina vestra 20.
scripta sunt in celis.

42 Cum ergo hæc ita sint, vanum est pro magno du- *In vita &*
cere quod constat reprobis aliquando cum electis ha- Post morte
bere. Tamen ne noster Odilo ab hac etiam gratiâ ex- *miracula*
cludatur, dicenda sunt pauca de multis, quæ Dominus facit.
noster ad laudem & gloriam suam, & ad illius meritum
hominibus commendandum, ante mortem & post
mortem dignatus sit demonstrare.

C A P V T . X I I I.

Amor erga Virginem matrem.

43 I N exordio vero virtutum eius dicendum Ope Dei.
est quid illi contigerit, cum adhuc puer esset. *pare, san- tur, adhuc*
Quod ne cui videatur incredibile, ab ipsis agnoui, qui- *puer.*
bus

PER LOT- bus ipse solitus erat narrare. Dum adhuc puerulus in SALDV. domo patris nutritur, antequam etiam scholis datur, contigit ut membrorum omnium penè virtute priuaretur, incedendi vel per se mouendi ei possibilis negaretur. Accidit vero quadam die familiam patris eius de loco ad locum mutari, & infantem sub custodiâ nutricis seruorum ministerio baiulati. Cumque in medio itinere ad quamdam ecclesiam in honore Dei genitricis consecratam diuertissent, deposuerunt puerulum cum sarcinulis, ante ostium eiusdem ecclesiæ. Erant autem domus adiacentes eiusdem ecclesiæ, in quibus necesse erat in illis quædam vietua lia quærere. dum verò diutius in his implicantur, videns se puer solum relictum, inspiratione diuinâ attrahitus, incepit tentare si quo modo ad ostium posset accedere, & ecclesiam Dei genitricis intrare. Itaque virtute quâ poterat, manibus & pedibus reptando, ostium attigit: ecclesiam intrauit: ad altare v̄que peruenit: palam altaris manibus artipuit: deinde summo conamine brachiis in altum protensis, surgere conabatur, sed nodis diu malè ligatis retinebatur. Vicit tamen diuina virtus, sed integrans pueri languidos artus. Atque mirabil modo, Dei genitricis interuentu, surgit, & stat super pedes sanus, & in circuitu altaris hac illacque discurrat. Clientes verò postmodùm ad sarcinas redeuntes, & puerum non inuenientes mirati valde, cœperunt illum vbiique locorum requirere: & non inuenito nimis inter se conturbati, tandem casu ecclesiam introēunt, vagantem & disurrentem per ecclesiam conspicunt, diuinæ virtutis potentiam recognoscunt, puerum lætabundi in vlnis luscipiunt, quò tendebant peruenient, atque parentibus in columem & sanum cum magnâ lætitia reddunt. Ostendebat iam Dominus in puer, quā gratus & acceptus sibi deberet esse in futuro, quem necdum penè loquentem, vel aliqua discernentem misericorditer liberavit à tātæ contractio nis vinculo. Erat etiam præsagium Dei Genitricis ecclesia, quam ipse dum ad liberam scientiam ætatemque peruenit, omnibus votis dilexit, coluit, atque pro viribus in omni vitâ suâ glorificauit.

Eius erga B. Virginē amorem.

Ei se seruū confecrav. 44 Referunt etiam, quod iam adultus ætate, in eccliam simili modo in honore Dei Genitricis consecratam intrauerit, & nullo alio, nisi Deo teste semet ipsum collo mancipatum, eidem altari tradiderit, dicens: O piissima Virgo & mater Salvatoris omnium sæculorum, ab hodiernâ die, & deinceps me in tuo servitio habeto, atque in omnibus meis causis misericordissima aduocatrix mihi semper adesto. Post Deum enim à modò nihil tibi p̄pono: & vtroneus in æternum meipsum tamquam proprium seruum tuo mancipatu trado. Hæc de pueritâ eius dicta sufficiant.

C A P V T X I V.

Alia eius miracula.

Vnde miracula S. Odilonis Autor habent.

45 **N**UN c veniendum est ad illa quæ iam in perfectori ætate positus, & regime Abbatiæ decoratus, Domino cooperante fecerit. Verùm plurima; quæ in primâ fronte dieturus sum, ipse non vidi, sed duobus monachis eius, Petro videlicet monasterij Sancti Maioli, quod apud Papiam est, Præposito, viro scilicet religioso, & Syrone cuiusdam monasterij Abbate, per adnotationem fratris Bosionis, miræ simplicitatis & innocentie monachi, sicut rogaueram, dū hoc opus inciperem, referentibus agnoui. Fuerunt enim prædicti fratres probabiles viri, Patris Odilonis admodum familiarissimi, secretorū etiam illius in pluribus consci, & itineris vel laboris per multa tempora socij; quapropter ea quæ ab illis referuntur tantò credibilia sunt, quantò illos certissimè constat narrare illa, quæ oculis viderunt, auribus audierūt, manibus tractauerūt, atque vt certo tempore nobis & multis nota fierent prudenti memoria commendauerunt. Ideò vero hanc nostram relationem probabilium virorū testimoniis cingimus,

ne ab æmulis gratiâ cuiusdam falsæ adulationis hæc finxiſſe iudicemur. Sicut enim Gallus in Sulpitij Seueri & Posthumiani dialogo refert de Martino: Non indiget ut mendaciis afferatur Odilo, quem Christus iam, ut piâ fide credimus, glorificauit cælo, atque diuersis virtutum signis celebriter commendat in mundo. Absit enim à me, nisi vīla & experta, & à fidibus personis, siue idoneis testibus relata, de tanto viro aliquid mendaciter fingere vel narrare. * * * * multa defunt.

46 Quid iam agimus anima: cur tam prolixas circumlocutionis moras inneſtimus: sic differre volumus ad Narrationem mortis S. Odilonis. Gen. 3. 19. mortis. Mortui sunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Reges, Imperatores, Principes, maiores & minores, & quotquot habuerūt initium nascendi, habēt & conditionē moriendi. Excepti sunt Elias & Enoch, & ipsi in suo ordine temporibus Antichristi morituri. Moritur & Filius Dei. Alter ipse, nos aliter: Ille potestate, nos conditione: ille voluntate, nos necessitate: quamuis & ipſe necessitate, quia pro liberatione, nisi enim ille moreretur * * * * aliqua defunt. . . .

C A P V T X V.

S. Odilonis ultima peregrinatio, agitudo, obitus.

47 **T**N extremis itaque vita suæ felicis memorie Odi- Agrotat. lo per quinquennium nouis iterum & grauissimis cruciatibus cœpit vehementer affligi. Qui cùm iam mortem vicinam sentiret, sanctorum Apostolorum limina adiit, eo voto, eā spe, vt sibi sub protectione tantum Apostolorum debitum mortis exolueret, sicut semper in votis habuerat. Sed quia non est in hominis potestate via eius, aliter se res habuit, quā sperauit.

48 Mansit itaque ibi per quatuor menses, grauissimâ corporis detentus infirmitate. Aderat sibi dulcis memoriæ, mortis Clementis Papæ, de quo suprà memorauimus, desiderabilis conlocutio, & Apostolicæ reuerentiae be- Clemens II. Papa. nedictio. Frequens etiam monachorū & Clericorum grata visitatio; inter quos sæpius eum reuisebat Dominus Laurètius Archiepiscopus de Malsia, vir per omnia sanctissimus, in scripturis vtriusque linguae, Græcæ videlicet & Latinæ facundissimus, istiusque nostri Patris familiarissimus, quorum vterque animus conglutinabatur indiuidui amoris spiritu.

49 Postquam verò contra spem conualuit fultus sanctorum Apostolorum suffragiis, & munirus benedictionibus Apostolicis ad propria rediit. Cluniacum Cluniacum reddit. venit, & ibi per totum ferè annū, semetipsum, in quantum infirmitas concessit, vehementer ieunis & orationibus & vigiliis afflxit: Fratres ibi manentes & superuenientes pīs exhortationibus instruxit, & velocem sui corporis depositionē imminere prædictit. Decreuerat post hec vt monasteria sua & cellas circuaret, fratres monasteria visitaret, paternis admonitionibus instruendo, ad me- ria sua. liora prouocaret: & sic demum quocumque secederet, ibi sollicitus suam vocationem expectaret.

50 Hoc opere incepto Siluiniacum venitur, vbi prædecessor suus S. Maiolus moritur, & sepultus requiescit. Ibi itaque nō paucis diebus cōmoratus, cū instaret iam Adūetus Dominicæ Nativitatis, & ipse tamquam vox præcurrens, de die in diem populo gaudia tantæ festiuitatis in sermone publicè denuntiaret, subitò illi sui diuturni cruciatus & antiquissimi dolores, simul ad vitalia congregantur, & de eius vitâ (heu pro dolor!) desperatur. Ut est Ecclesiastica confuerudinis, Fratres cum psalmis ante eum veniunt: secundum Apostolicam sententiam, Oratio fidei super eum celebratur: mysteriorum viuifici corporis & sanguinis sumitur: pax fratribus præbetur: & ad ultimum illa salutifera Crux nostræ redemptionis, & imago Crucifixi Domini nostri ad adorandum præsentatur.

*Sacram
erucem
pijissim
venera-
tur.*

Moritur.

51 O Domine Iesu, in illâ horâ quæ suspiria, qui gemitus fuerunt! quæ confessio & recordatio delictorum! quæ glorificatio tuæ Maiestatis! quæ inuocatio tui nominis! & quæ memoria tuæ Passionis, & nostræ redemptionis! Ita enim suspensis oculis, & lacrymarum imbribus plenis contemplabatur, & compatiabatur tui vultus imaginem, quasi iterum te videbat crucifigi & mori. Adstaba enim totus suspensus cum Mariâ Matre, pertransibatque animam illius acerrimæ compunctionis gladius. Aduenerat Sancti Siluestri Pontificis festivitas, & vigilia expectata circumcisio, cùm subito ante lucem magis ac magis vrgeri cœpit ad extrema mortis. Mysterium corporis & sanguinis Domini cum festinatione requirit, fideliter agnoscit, deuotus sumit. Et ita sine villâ concusso corporis, & sine aliquâ habitudine incompositâ affectionis clausis oculis, in pace quieuit. Decessit verò vir sanctus nocte Circumcisio Domini nostri Iesu Christi, in primâ vigiliâ noctis, quæ etiam Dominica habebatur, ætatis suæ anno octogesimo septimo, ordinationis verò quinquagesimo sexto. Anno etiam Dominicæ Incarnationis millesimo quadragesimo nono.

A L I A V I T A

S. Q D I L O N I S

A V C T O R E

B. P E T R O D A M I A N O

S. R. E. C A R D I N A L E.

P R O L O G V S A V C T O R I S.

*S. Hugonis
Abb. Clu-
niac regis
tu scripta
hec vita.*

*Excusatio
stylis.*

1 PETRVS Damianus sanctis Ecclesiis, quæ sunt in occidentalibus Galliarum partibus constitutæ, salutem, quæ est in Christo Iesu.

Hugo Cluniacensis monasterij rector, & spiritualis militia dux ac præcipiu informator, hoc mihi laboris iniunxit, vt vitam Beati Odilonis,decessoris videlicet sui, proprio stylo succinctè perstringerem, & ex his, quæ in anterioribus paginis latius reperiebantur esse diffusa, vtiliora quæque, magisq' necessaria breui compendio deflorarem. Cuius ego compulsus imperio, non luculenti venustatem aucupabor eloquij; sed sicut ex oblatis apicibus deprehendere potero, cū Dei omnipotentis auxilio, mera veritati deseruire tentabo. Superfluum quippe est, lucernam manibus adhibere, dum micantium stellarum conaris signa distinguere. Ego quoque dum actus mirabilis viri, tamquam sereni cuiusdam atque perlucidi cæli stellas ostendo, facetiis urbanæ facundiæ non indigeo. Ipsa quippe per se Sanctorum vita fideliter enarrata, sic rutilat, vt splendorem accurati sermonis, ad illustranda fidelium corda non requirat. Huc accedit, quia rusticitas sermonis inulti, suspicionem consuevit purgare mendacij. Nam qui vix sufficit, vt elatum saltem de promat eloquium, quomodo nouerit fabricare commentum? Et certè maioris tibi honoris est, vt Rex in ferro, quam seruus attulteris in auro: & habilior est aqua perspicua in vase fictili, quam lutulenta vellurida, quam non sapor proprius, sed exteriora commendant ornamenta gemmarum. Sic & melior est veritas in simplicibus verbis, quam sit mendacium in elucubrati venustate sermonis. Sed iam res ipsa producatur in medium, & illius summæ veritatis auxilium imploramus, quæ abbreviatum verbum per Prophetam factura promittitur: quatenus in huius scriptioris articulo & competenti breuitate succintos, & à notâ mendacij nos exhibeat alienos.

PER B.
PET. DA-
MIAN.

Odilo D. Virginis ope morbo liberatus, fit Clericus, inde monachus, ac tandem Abbas.

2 B E A T V S igitur Odilo Aruernæ oriundus, ex S. Odilonis equestri quidem ordine genus duxit, sed terre-natales. næ profapiæ lineam cælestis vitæ nobilitate transcendet. Hic dum adhuc pueriliter teneretur infantia, tanto repente est omnium ferè membrorum languore constrictus, vt incidendi quoque prorsus amitteret facultatem. Accidit autem aliquando, vt nutrix eum ante ianuam cuiusdam Basilicæ, quæ in honore bearæ *Ope D.* Dei genitricis erat dedicata, relinqueret, & ipsa suis *Virginis* intenta compendiis, per diuersa procul abiret. Puer *curatur,* itaque se conspiciens sine custode relictum, ac nu- *adhuc* puer. triciæ sedulitatis ministerio destitutum, diuino quo-dam prouocatus instinctu, tentare cœpit, si valvas ecclesiæ quolibet nisu posset attingere. Fluctuabat igitur innocens reus Dei, & sub diuino verbere constitutus, quid ageret, nesciebat. Innocens, inquam, vtpurâ qui non peccauerat; reus autem Dei, quia cælesti verbere vapulabat. Tandem repens, & quasi quodam se manuum pedumq' remigio fulciens, vix peruenit ad ianuam, paulatimq' progressus intravit. Iamq' spe conceptâ valētior, pallam altaris atripiuit, & sic se erigere quibus poterat conatibus cœpit. Sed dum intempestiæ conatur, neclum soluti languoris adhuc nodositate restringitur. Quid plura? Tandem diuinæ virtutis auxilium lensit: & omni languore deposito factus incolmis, ad referendum Deo gratias intuentium animos prouocauit. Et quia tunc alius dererat, qui pro se intercederet, Sanctus ipse (vt ita loquar) in se signum virtutis exhibuit: ipse pro se interuenit: & de se ipso miraculum faciens, medicinam diuinæ curationis obtinuit. Hoc est enim egregium & insigne miraculum, cùm homo non per alium, sed ipse sibi consiciscit diuinæ virtutis auxilium.

3 Qui præterea diuim ad grandiusculæ iam ætatis *Fit Cleri-* adoloceret incrementum, prius apud sanctum Mar- *cuius inde* tyrem Iulianum factus est clericus: deinde B. Maioli monachus, confessoris egregij se magisterio tradidit, & in Cluniacensi monasterio habitum sanctæ religionis acceptit. Vbi dum quietus & simplex humiliiter in sanctâ religione persistaret, & in ipso rudis ac nouitiae conuerstationis exordio, quædam iam in eo perfectionis insignia prælucerent, vix euolutis quatuor annis, B. Maiolus obdormiuit in Domino. Sed antequam humanitatis debitum solueret, proximus tamen beatæ dormitionis articulus immineret, B. Odilonem sibi mer in pastoralis officij curâ substituit, suumq' super *Mox Ab-* bas. Dominici gregis custodiā vicarium dereliquit. In quem protinus omnium Fratrum vota concurrunt: omnes se ad obedientiam ei vñanimi deuotione sub-sternunt: qui que se eatenus orbatos remanere defleuerant, iam decessionis paternæ iacturam, supparis vica-rij reformatione compensant.

C A P V T I I.

Quotidie celebrat: mirè in pauperes liberalis.

4 I AM verò in commissi regiminis sollicitudine cō- *Eius vir-* stitutus, plurimis sanctæ religionis cœpit florere *sures.* virtutibus. Nimurum vt Psalmodiæ studiis vigilanter insisteret, durâ corporis inediâ macerarer, atque à sacris altaribus non recedens, quotidianum ferè omnipo-tenti Deo sacrificium laudis offerret. Inter quas pro-fectò piæ deuotionis excubias, vberimis plerumque lacrymarum compunctionibus affluebat.

5 Porrò autem Adraldus Abbas Bremetensis *Quotidie* monasterij, vir videlicet religiosus, ac sanctæ con-celebrat. uersa-

PER B. uersationis honestate conspicuus, qui discipulus
PER DA- cius extiterat, nobis aliquando retulit, quia vir Dei
MIANVM. dum in eo, quo postmodum defunctus est, languore
 decumberet, illi præcepit, ut ex calcularis abaci suppuratione colligeret, quæ posset esse summa Missarum
 quas celebrauit per spatiū quinquaginta sex annorum, quibus monasterium rexit. In quo factō liquidō
 deprehenditur, quām diuturna, quām indeficiens diuini amoris flamma beati viri pectus excoxit, quem nimur ab offerēdis quotidie salutaribus hostiis cohēbere tot curarum, tot ingruentium negotiorum sollicitudo non potuit.

Liberalis
in pauper-
bus.
Famis tē- 6 In ergandis præterea eleemosynis ita largus erat,
 vt nonnulli dum eum omnia dispergentem sine cunctatione conficerent, non dispensatorem, sed prodigum iudicarent. Præsertim quodam tempore, dum fama valida Aquitanæ fines vehementer affligeret, ac plurimas Galliarum prouincias pestilenter arcebat,
pore sacra-
doraria
distrabit.
 Famis iam in pauperū vīsus arariis, & horreis quo-
 rumcumque prouentuum non mediocriter profligatis, mox etiam plurima sacrarij vasa confregit, insignia ecclesiæ ornamenta distraxit, coronæ quoque, quam sibi Imperator Henricus ob sui memoriam destinauerat, non pepertit. Ut igitur tam acerbæ famis in quibus valuit temperaret inopiam, quidquid hinc inde corraderet potuit facultatum, insustentationes & alimenta contradidit egenorum.

Mortuos
sepelit.
7 Quodam sane die dum per publicum pius equitator incedit, duos in itinere pueros fame peremptos reperit. Mox equo desiliens, laneam, quā induitus erat ad carnem, subduxit sibi interulam; eaque prout velaminis quantitas permittebat, utrumque cadauer obvolumens, exhibet mortuis sepulturam. Nam & vespillones mercede conduxit, & funereis usque ad tumulum prosecutus exequiis, defunctis fratribus debitum humanæ pietatis exoluit.

C A P V T III.

In se austerus, in alios benignus, in D. Virginem pīns.

In se au-
sterus.
8 IN eadem quoque gestorum eius reperitur historiā, quia corpus suum non modò duris consueuerat attenuare ieuniis, aspermis edomare cilicis, sed quibusdam ferreis nexibus coarctabat. In percipiendis autem ita si moderabatur edulii, ut apposita quæque contingens, ac naturali dumtaxat necessitatì dispensatio subseruiens, & vanitatem superstitionis effugeret, & sobrietatem continentiam reserueret.

Benignus
in alios.
9 In promulgandis porrò iudiciis ac modis pœnitentiæ præfigendis, tam pius erat, & tantâ mœrentibus humanitate compatiens, ut nequaquam distictum patris imperium, sed maternum potius exhiberet effectum. Unde se reprehendentibus, huiusmodi verbis solebat eleganter alludere: Etiam si damnandus sim, inquit, malo tamen de misericordia, quām ex duritiâ vel crudelitate damnari.

Erga B. 10 Inter ceteros autem Sanctos circa beatam Dei Virginem tam ardentissimâ deuotione flagrabat, ut constitutus in choro psallentium, cùm ad illum veniret ex modulantium alternatione versiculum: Tu ad liberandum suscepturnus hominem, non horruisti Virginis vterum, in terram se prosterneret, sicque per corpus ostenderet, quibus desiderij cælestis in mente facibus astuaret.

C A P V T IV.

Caco viſum reſtituit.

Miraculis II VIR igitur sanctus cùm in bonis moribus per elaret, quotidiana pīz conuersationis incrementa fuc- cresceret, scelique quotidie melior ad perfectionis cul-

men feruentius anhelaret; cœpit nonnullis coruscare miraculis: vt qui clarus erat in probitate morum, clarificeret etiam in ostensione signorum: & qui in obtutis omnipotentis Dei erat lucerna ardens, fieret etiam coram hominibus lucens. Vnde diuino disponente iudicio factum est, vt quia dè illis erat, quibus *Cæcum il-*
luminat.
 etum est: *Vos es lux mundi,* primum de luce miraculum *Matth. 5.*
 exhiberet. Aliquando squidem dum esset in quadam sui iuris villâ, quæ Bersoniacum dicitur, videt puetum venustum quidem formâ, sed cæcum à nativitate. Super quo consulens, didicit, quia filius esset villici, & quia viſum penitus nūnquam habuisset. Cui mox piâ benignitate compatiens, & apud se tacitis precibus la- tener insistens, vtpurâ qui talia nondum expertus, aduocat tandem parvulum, signum illi salutiferæ crucis in fronte depingit: & confessim viſum, quem natura negauerat, puer accepit.

C A P V T V.

Aquam ei Deus in viſum mutat.

12 ALIO quoque tempore dum esset vir Dei apud suum quoddam monasterium, quod Vallis Aurea vocatur, quartâ videlicet feriâ primæ quadragesimalis hebdomadæ, quæ caput ieunij dicitur, surgentibus à mensâ fratribus, ille pugillum cineris latenter impleuit, & apposito pane discubuit. Cumq; cine- rem tamquam panem manducaret, vt potum quoque, iuxta Prophetam, cum fletu temperaret, innuit fratri, *Aquabis ei in vi-*
te clām sibi aquam nullo teste deferret. Ille quod erat *num mu-*
iussus, impleuit; aquam attulit. Quæ dum labiis adhi-
betur, austritatem vini redolere fentur. Reprimit ergo manum, abigit poculum, atque vt sibi aquam minister afferat, signis euidentibus imperat. Ad quod minister obstupit; & vinū se à mensâ referre, qui aquam propinauerat, admiratus expauit. Geminat tamen officium: vinum prolixit: conuasata quam: denuò porrigit discubenti. Sed ecce dum aqua potanda repetitur, vinum rursus in poculo reperitur. Iam itaque vir sanctus diuinæ erga se pietatis beneficium recognoscens, quod Deum sibi misericorditer indulgere consterat, cum gratiarum actione percipere non recusat.

C A P V T VI.

Res eiū furati diuinitus multantur.

13 PRÆTEREA; cùm vir Dei cum Henrico Rege, qui postmodum factus est Imperator, in Ticinensi simul urbe confiseret, & Dominicæ nativitatis gloriam celebraret, contigit vt velamen mensæ eius, artificiosâ textrini laboris operatione conspicuum, sacrilegâ suisset fraude sublatum. Postquam autem vir Dei cum Rege discessit, fur qui rapuerat, iam securus, proposuit velamen in foro venalium. Sed dum illi dispositio cælestis obsistit, sancta distrahi præda non potuit. Ter igitur quod subduxerat, inter nundinarum *Ei mappæ*
merces exposuit, tertio subtiliter attentauit; sed cum furatus
à Deo pu-
emptoribus de pretio penitus conuenire non potuit, *natur.*
 nec inter distrahentem & coémentem pacisci valuit venale commercium: quia diuina dispositio conatus hominum negauit effectum. Interea sceleris huius auctorem vltio diuina corripuit, & manus, quæ sacrilegium perpetraverant, ac pedes, quibus raptor aufugerat, arefaciens, intolerabili dolore constrinxit. Mox itaque compulsus languore, ad ecclesiam Beati Maioli manibus alienis aduehitur, mantile sublatum ad reatus indicium coram cunctis appenditur, & diuina clemencia ab omni populo, qui percitus huius famæ rumore confluxerat, imploratur. Sic itaque Beati Maioli meritis, ac precibus fratrum sibi seruientium, sanus & incolunis factus, velamen reddidit alienum, & recepit *femet-*

semetipsum. Probavit ergo quo præmio dignus esset,
qui Beatum offendiceret Odilonem.

*Alius e-
quum ei
ablatum
vendere
non valit,
refutat.*

14 Alius quoque fur, cùm vir Dei in eadem vrbe
consisteret, stabulū eius nocturnus irrupit, & equum,
cui specialiter ipse insidere cōsueuerat, caute subduxit.
Sed quia illis in partibus deprehendi fur sacrilegus ti-
muit, concitus ad oppidum Laudense profugit. Secu-
rus itaque recognoscit, proponit equum, empro-
res inuitat, vehiculum laudat, commercium flagitat.
Sed si hominem diuina dispositio præpediuit, ut nec
cum quolibet emptore componere, nec animal po-
tuisset pecunia permuttere. Postremò autem reuersus
ad se, & penitentiā ductus, bestiam ad locum sui
criminis conscientem t̄quocat, & quid sibi contigerit, ad
sui confusionem, & omnipotentis Dei gloriam, non
occultat.

C A P V T VII.

Flumina miro modo transmittit: luce calesti collustratur.

*Exundan-
tem fluuiū
equus traſſit
illeſus.*

15 **V**IR idem venerabilis dum esset in itinere con-
stitutus, quia causa dictabat, Ticinum festinan-
ter ac sine morā transire cupiebat; sed intumescenti-
bus aquis, etiam nauigium deerat. Protinus ergo con-
fusus in Deum, vnum ē famulis vocat, sequē in nomine
Christi præcedere per alueū fluminis imperat. Obe-
dit illico famulus: spumantes profluentium vndatum
cumulos ingredi non moratur. Deinde vir sanctus cum
omni commenantum turbā subsequitur: & sic omnes
in vltiore aluei crepidinem abique vlo prorsus in-
commoditatis offendiculo transponuntur. Quod dum
nonnulli, qui aderant, mirarentur, velut æmuli præce-
dient, cœperunt attentare meatum. Sed mox vta-
dorsi sunt extreos citerioris ripæ fluctus attingere,
nisi equos sub celeritate repressissent, profluentis aquæ
submersi voragine, procul dubio naufragium pertu-
lissent.

*Hospitiū
eius cali-
tus illus-
tratur.*

16 **V**nus autem ex his, qui tunc aderant, vt tam in-
signe miraculum vidit, obstupeuit, hominemque Dei,
vt suæ domus subire dignaretur hospitium, fulis humili-
liter precibus, impetravit. Intempestæ verò noctis si-
lentio vis venti vehementior irruit, & lucernam, quæ
in dormientium cubiculo dependebat, extinxit. Ex-
pergefactus autem cubicularius, cùm lumen agnouis-
ser extinctum, ad abigendam noctis tenebrosæ caliginem,
diuini luminis infulgere postulat claritatem: Deus, inquit, omnipotens, qui lumen es verum, pro
amore serui tui Odilonis, ab hac domo tenebras dimoue, eamque gratia tua luce perfunde. Confestim
de cælo coruscæ lucis splendor emicuit, & totam do-
mum superni splendoris claritas illustravit. Si ergo hoc
agebat Odilo tunc sopore depresso, quid putas nunc
apud Deum potest, carnalis sarcinæ corruptione solu-
lus?

*Altius flu-
men mi-
rabiliter
tranſit.*

17 Paullò ante Natiuitatem Domini, per hyemalium
inclemantium imbrrium sanctus senex ad Beati Mar-
celli Martyris monasterium festinabat. Venerunt au-
tem ad quoddam flumen, quod ita fluentibus exundan-
tibus inhorrerat, vt prorsus intransmeabile videtur.
Confusus autem in Domino, dirigit præium, qui
vada præteret; & ipse mox cum comitibus subsequens,
pertransiuit illæsus. Sed in hoc vadantium transitu il-
lud mirabile fuit, quia cum ceteris aqua pertingeret
vsque ad femora, viro Dei nec corrigia quidem pedis
aquarum est inundatione perfusa. In illo scilicet solo
madoris sui perdidit vnda vires, in reliquis autem na-
turalem ingeniti iuris exhibuit facultatem. Istum aqua
tangere potuit, humidare non nouit: illos autem, quod
natura dictauerat, vndique madefecit.

Tom. I.

C A P V T VIII.

Ammona eius meritis multiplicatur.

18 **P**RÆTEREA, dum vir Domini apud monaste-

rium Beati Martini, quod Ad publicam stramat
dicitur, receptus esset hospitio, sicut moris erat, vt vbi-
cumque maneret, quocumque se verteret, monacho-
rum illico frequentia non decesset; non parvus ei cœtus
fratrum affluxit. Quos ille cum alacritate suscipiens, &
priùs eis ineffabilis eloquij familiaritate communicat;
& postmodum, vt sibi pro caritate conuescantur, in-
uitat. Sed dum in longum sermo protrahitur, semotum
quosdam ex familiâ seruos accipit: vtrum sit, vnde refi-
ci fratres valeant inuitati, solerter inquirit. Qui de ce-
teris quidem alimentis constare vtiue perhibet quan-
titatem; de piscibus autem penè nihil esse, quod ad
tantam hominum perueniat multititudinem. Ad quos
ille, In nomine, inquit, illius, qui nōdūt quinque millia
hominum ex pane modico & gemino pisces reficere,
non quasi nihil, vt dicitis, sed vberimam nobis & ho-
spitibus nostris piscium copiam ministrare. Cùm igit-
*Pisces eius
meritis
multipli-
cantur.*

19 **H**uic etiam illud non dissimile est, quia, cùm

Dei famulus in Romanâ vrbe consisteret, & hospitium
in monte Auentino apud monasterium Beatæ Dei ge-
nitricis haberet, contigit vt, sicut illius Vrbis familiare
est, omnino tale vinum decesset, quod sancto viro sapo-
ris habilitate congrueret. Inquirit ergo Abbatem,
vtrum melius habeat. Qui se confestim & profitetur
habere, & quantum ipse præceperit, libenter afferre.
Vir autem Domini modicum, quod ante se erat vascu-
lum, dedit, vt sibi plenum deferretur, expetiit. Allatum
ergo ante se posuit, & ipse potissimum more pincer-
næ sibi dumtaxat & Abbat, qui iuxta se discumbebat,
expendit. Cumque iam à mensâ surgendum refectione
completa dictaret & paullulum adhuc vini in vasculo
superesset, Pater sanctus blandè subridens, Non, in-
quit, fratres mei, plenè circa vos officium caritatis ex-
hibui, qui vinum, quod mihi sapuit, vobiscum parti-
cipare neglexi. Arripiens ergo cyathum, infudit me-
rum, & singulis singulam pro benedictione largitur.
*Modicum
vini mul-
tis sufficit.*

Res mira: cùm fratres essent ferè duodecim, & eis bi-
bentibus potus copia non defecit, & eorum completo
numero, nil omnino superfluit. Illis itaque quod fa-
ctum fuerat admirantibus, vir veræ humilitatis custos,
vt in alium diuinæ gratiae munus impelleret, & ipse fa-
uoris humani gloriam declinaret, caritati dumtaxat
illius, qui vinum dedit, miraculum supernæ benedi-
ctionis applicuit.

C A P V T IX.

*Febres pellit, vinum diuinitus obtinet, vitrum confractum
precibus restaurat.*

20 **D**E HINC dum egressus Româ reuertetur ad *Febres eius*
propria, quidam intra Taurinensem vrbem ni-
tium febris patiebatur ardorem. Hic furtiue per mi-
pulsæ
G nistros

PER B. nistros aquam, quā vir Domini manus abluebat, accepit: fideliter bibit, & sic absque morā, depositā prorsus omni febricatione, conualuit.

Iamque Iouini montis prærupta descendens, obvios habuit pauperes, præ difficultate viæ latitudine potum æstuanti desiderio flagitantes. Pius itaque Pater sui negligens, aliis in necessitate compatiens, iussit ut quidquid vini propriis haberetur in vasculis, absque ullâ reseruationis industria, vel potius diffidentia præberetur egenis. Paullò post necessitate naturæ cogente, discumbunt omnes, vt capiant cibum. Et ecce vres, qui studio fuerant piæ compassionis exhausti, vino reperiuntur, Deo scilicet debitum per soluente, repleti. Nam iuxta Scripturam, *Qui dat pauperi, Domino finetur.* In hoc ergo felici commercio, ubi Dominus debitor, famulus fuerat fœnector, quod à seruo fideliter est depositum, à bono debitore non segniter est solutum.

*Vires vino
repleti.* *Vas vitrei
confractū
precibus
refixit.*

21 Aliquando Imperator Henricus dum apposita mensa discumberet, vas illi holouitreum valde pretiosum & Alexandrinii operis arte compositum, cum tritis est pigmentis allatum. Mox aduocat duos aulae Regiae Capellanos, Albericum videlicet & Landolphum: quorum alter Cumanæ, alter verò Taurinensis Ecclesiæ postmodum Episcopi facti sunt. His itaque vasculum tradidit, & per eos beato viro Odiloni odoriferi nectaris xenium destinavit. Quod profectò vasculum Capellani sancto viro, prout decebat, humiliter offerunt, ac pro eo postmodum reddituri, ad Regis interim conuiuum reuertuntur. Paullò verò post sicut humanæ curiositatis mōest, vt noua quælibet & insueta inhianter adipiciat, cœperunt monachi præfatum vas sub admirationis intuitu contrectare, & de manu in manum solerter inspicio transponere. Cum ecce de manibus incaute se tenentium labitur, & vt fragilis est naturæ, continuò frangitur. Quod mox vt vir sanctus accidisse cognovit, grauiter tulit, & præsertim clericis, qui reliquerant, paternâ pietate condoluit: ne videlicet Augustum innocentes offendenter, & non modò iacturam gratiæ, sed & Regij motus periculum sustinerent. Mox ergo cum fratribus ecclesiam prius Pater ingreditur, & ne hi, qui erant immunes à culpâ, motum Regiæ indignationis incurvant, orationibus & psalmis incumbens, clementiam diuinitatis implorat. Iam igitur oratione completa, vir Dei fractum sibi vas iubet offerri. Manibus contrectat, oculis vndique subtiliter inspicit. Et ecce nulla prorsus in eo fracturæ vestigia deprehendit. Tunc indignatus in fratres, eos cum austerritate redarguit, cur vas conquererentur confractum, quod omnino permanerat illibatum. Illi verò vehementer attonti, tam euidentis ostensione miraculi, & austrietatem libenter corripiens accipiunt, & ad referendas omnipotenti Deo gratias feruentius accenduntur.

C A P V T X.

Commemoratio animarum ab eo instituta.

*Instiuit
in seuos
diem Com-
memora-
tionis ani-
marum.*

22 PRÆTEREA religiosus quidam vir, oriundus de pago Rotenensi, reuerteatur ab Hierosolymis: qui dum mare transiret, quod à Siciliâ versus Thessalonicanam per plurima fluctuum periculosa loca protenditur, eumque cum multis aliis furentium ventorum horror impelleret; applicuerunt ad insulam quamdam siue rupem, ubi sanctus quidam seruus Dei manebat inclusus. Rotenensis itaque vir illic aliquamdiu commorans, & tranquillitate sedandi maris expectans, delectabatur cum seruo Dei frequenter habere colloquium. Sed dum hinc nonnulla dicuntur, illinc plurima referuntur, perquisitus hospes à viro, vnde genus duceret originaliter; Aquitanum se esse re-

ABB. CLVNIA C.

spondit. Requisitus insuper vtrum cœnobium illud, quod dicitur Cluniacum, & Odilonem eiusdem loci nosset Abbatem, quod quærebat, se nosse perhibuit. Sciscitur homo, cur hoc Dei seruus ab eo requirat. Ad quem ille, Sunt, inquit, vicina nobis loca ex quibus grauissima flammatur furentium euomuntur incendia, in quibus etiam locis animæ reproborum diuersa luunt pro meritorum qualitate tormenta. Ad quorum semper exaggeranda supplicia innumerabiles sunt dæmones deputati, qui intolerabiles eorum poenas quotidie renouant, & eos ad rediua supplicia inde sinéter instaurant. Quos tamen ego fre-
Disciplex querenter audiui querulis lamentationibus eiulantes & ea damnificacymabili vociferatione deflentes, quod orationibus & eleemosynis quorumdam aduersus eos infœderabiliter concertantium, frequenter ex eorum manibus eriperentur animæ damnatorum. Inter cetera de Cluniacensium cœtu permaximam & eorum Abbatे querimoniam faciunt, quia quā sèpè per eos sui iuris vernaculos perdunt. Quamobrem terribile Dei nomen obtestor, vt sanctis fratribus illichæc, quæ tibi dixi, fideliter referas, & ex nostrâ quoque illis parte denunties, vt eleemosynis & orationibus magis ac magis insistat: ac præsertim huius intuitu, vel de manibus dæmonum eos qui ab illis cruciantur, educant: quatenus de quotidianis eorum rapinis & luctus inferatur generis humani inimico, & gaudium multiplicetur in cælo. Aliquando post homo regressus in patriam, quidquid ex viri Dei relatione didicerat, beato Patri & sanctæ congregationi fideliter narrat. Tunc venerabilis Pater Odilo per omnia monasteria sua constituit generale * decretum, vt sicut primo die * id decremensis Nouembri, iuxta vniuersalitatem Ecclesiæ regum extat lam, omnium Sanctorum solemnitas agitur; ita se- in bibliquenti die in psalmis & eleemosynis, & præcipue Misericordia Cluniarum solemnis, omnium in Christo quiescentium memoria celebretur.

C A P V T X I.

Benedictus VIII. per eum è purgatorio liberatur.

23 S I quis autem non generalitate contentus, quis *Benedictus* specialiter per Beatum Odilonem de penitentia *VIII. in* tricibus sit ereptus, inquirit, quid de reliquis sentiat, *purgatorio* in Papâ Benedicto evidenter addiscat; vt in Romano-*torquetur.* rum Pontifice, qui omnium Christianorum caput est, valeat liquidò coniici, quid de ceteris meritò debeat estimari. Apostolicus igitur iste, quem diximus, dum adhuc viueret, beatum virum affectuose dilexit, reueenter excoluit, & Apostolorum limina frequentanti, necessarij sumptus opima sape subsidia ministravit. Huic planè mox, vt obiit, germanus eius Ioannes in Apostolicâ dignitate successit. Iam verò postquam humanis rebus exemptus est, non parui temporis euoluto curriculo, iam dictus Papa Ioanni Portuensi Episcopo, & aliis duobus, quorum nomina nobis nota non sunt, per speciem nocturnæ visionis apparet, eisque quia pœnalibus esset constitutus in te-
Appares *duobus* *Episcopis.* nebris, indicauit; hoc insuper addens, qualiter Beati Odilonis venerabilibus meritis eum supererna censura liberare decreuerit à tormentis. Obscurat itaque per eos & humiliter flagitat, vt frater eius ad præfatum vnicæ pietatis virum, agilem quanto-
cyùs veredarium dirigit, eumque suppliciter obsecrans pro se orare depositat. Protinus idem Ioannes Portuensis Episcopus, auctoritatis Apostolicæ fultus epistolis, concito gradu Papiam vique peruenit. Vbi longo & immoderate fortassis accelerato fractus itinere, per monachos cœnobij Beati Maiali, Apostolicæ legationis apochas dirigit, omnemque per eos sancto viro seriem à se conspectæ visionis

sionis exponit. Enim uero diuino factum esse constat iudicio, ut cum apud Cluniacense monasterium Apostolicae legationis baiulus inueniret. Praeceps itaque *Orat pro eo* venerabilis pater, pro illo psalmorias & orationes ab *Odilo cum suis* omnibus priuatim ac publice fieri, eleemosynas indigentibus erogari, sacrificium Deo mysterij salutaris offerri. Nec in illo dumtaxat loco id statuere contentus fuit, sed & per omnia sui regiminis monasteria eiusdem sanctionis edita mandauit.

Cumque hoc fratres intentissimâ deuotione sagarent, & ex arâ sanctorum pectorum fraternæ caritatis flamma profiliens, diuinæ clementiæ sacramentum penetraret, iam præfixi temporis terminus propinquabat. Et ecce quidam sancte conuersationis monachus, Hildebertus nomine, qui videlicet hoc obedientia fungebatur officio, vt inopes aletret, indigentibus subsidia ministraret; hic itaque per soporem vidit, quod quidam pulcher ac serenus adspectu, ac solemini quodam nitore conspicuus, claustrum monasterij magni candidatorum agmine constitutus ingredieretur. In capitulum deinde, vbi pater Odilo cum fratribus residet, intravit, ad eius genua caput humiliter flexit, eiique, sicut in gestu corporis videbatur, gratias somnis ab egit. Cumque frater ille, qui hoc in visione contemplabatur, inquireret, quisnam esset ille tam decorus ac fulgidus, qui sancto viro salutationis officium exhiberet: responsum est ei, quia ille esset Benedictus, summæ Sedis Episcopus, qui nimurum idcirco viro Dei gratias ageret, quia piis eius, sanctorumque fratum precibus, & tartarei cruciatus euafisset interitum, & cum beatis ciuibus quieturus, supernæ Ierusalem meruisset ingressum. In hoc valet liquidò deprehendi, quæ de meritis Beati Odilonis opinio iure possit haberi; cum is nimurum, qui iuxta priuilegium Apostolicae dignitatis claves Ecclesiæ præcunctis mortalibus tenuit, qui ligandi atque soluendi vices præminent quodam iure possedit, in illo iam inuisibili examine constitutus, non aliter quam precibus istius vel à peccatis solui, vel de penali potuit supplicio liberari.

Gratias agens S.O. diloni certatur in somnis ab Hildeber-

C A P V T XII.

Strumosum sanat. Supellex eius è flumine non madesfacta educitur.

24 PORRO autem dum aliquando in monasterio Strumosum sanat. moraretur, quod Paterniacum dicitur, erat ibi quidam puerulus monachus nomine Rudolphus, quem struma quadam gutturis intumescens deturpauerat usque adeo, vt & claritatem vocis auferret, & insuper quodammodo minaretur, quod sibi etiam aliquando auditum interciperet. Quem ad se vir Dei verè misericors aduocat, palpante manu locum tumoris attrectat: deinde signum crucis plaga gutturis imprimit, & diuina quadam verba dicens, mox abire permittit. Deinde mirum in modum sicut in aliis moribus ille, postquam semel oboritur, indies solet excrescere, totumque guttur miserabiliter occupare; sicut in isto versâ vice cœpit extunc sensim quotidie detumescere, donec pestis illa funditus euanesceret, & guttur pueri ad naturalem se speciem per omnia reformaret.

25 Alio quoque tempore demonasterio, quod est in Iurense territorio constitutum, vir sanctus exierat, & ad Gebennensem urbem cœpto itinere contendebat. Cum autem ad quemdam concavæ profunditatis fluuium deuenisset, accidit ut mulus, qui hominis Dei supellecilem, libros scilicet ac lectulum, defecret, à publico vado procul aberrans, in profundiorum aluei voraginem caderet; sicque raptatus à gurgite, nullo membrorum, nisi solo capite, fluctibus emineret. Qui tandem è naufragio protractus edu-

Tom. I.

citur: ad perscrutandum, utrum res & maximè libri PET. DA-
perierint, desagmatur. Miro itaque supernæ dispen-
sationis ordine, libri simul cum lectulo ita à fluctu-
bus reperiuntur intacti, vt ne tenui quidem aquæ
stillâ videantur adpersi. Mantilia verò simul & ma-
nutergia prorsus vnde reperta sunt madida. Vbi
notandum, quām perugil fuerit erga seruum suum
diuina protectio, vt ea videlicet, quæ ablui frequen-
tiū indigent, madere permetteret; quæ verò made-
fieri sine damno non possunt, à contactu fluctuum
immunia custodirent.

C A P V T XIII.

*Epilepticum sanat. Libri eius & vitra in precipi-
tio & imbre illeſa.*

26 IN eodem quoque Iurense monasterio vir Domini Odilo aliquando constitutus, reperit puerum, nomine Gerardum, terribili caducæ passionis languore detentum. Qui sèpissimè quasi lunaticus corrubbat, & sic eum occidui languoris impetus obruere consueuerat, vt in eo neque vox, neque membra, nec prorsus aliqua membrorum officia remaneant, ac ferè à mortuo nihil distaret. Huic homo Dei misericorditer condescendens, fratribus, vt pro eo Dei clementiam deprecetur, iniungit. Ipse verò ad sacra Eu-
crofanctum altare, Missam celebraturus accedit; æger charistiæ,
etiam vt interesset, admonuit. Cui mox Eucharistia benedicta
salutaris munus tradidit. Deinde, sicut sibi moris erat, sanat mor-
sanctificatam aquam cum Beati Maioli calice proprium cadu-
nauit. Nec mora, protinus à puero languor omnis ab-
scensit, salus optata succedit; & sic per merita beati vi-
ti restituti sibi vigoris incolumenta permanit.

Aliquando vir Domini per prærupta Iurensum Alpium iter habebat; & repente sagmatius, non nullis oneratus sarcinis, per montis deuexa collabitur, atque per aspera rupium scopulorumque præcipitia usque ad vallis infimæ profunda raptatur. Ministri protinus in illud lubricæ ruinae præcipitum descendentes, nonnulla quidem de sarcinulis, quæ passim dispersa fuerant, illæſa reperiunt; librum tamen Sacramentorum, aureis litteris exaratum, cum vitreis qui-
busdam vasculis anaglyphâ fusilitate cælatis, decollit perpendunt. Quibus interim recedentes omisisso ho-
spitium subeunt, corpora fessa reficiunt, & nocturno soporati silentio quieuerunt. Manè autem facto, ma-
turè surgentes, ad locum illum celeriter redeunt; & trea, & li-
curiosi quæque diuerticula perlustrantes, omnia ber, mira-
quæ periisse suspicabantur, inueniunt: vasa nimurum biliter illa-
vitrea reperiunt illæſa: deauratus etiam liber, cum sa in præci-
tempus scilicet imbriferum inhorreficeret, à nullâ pluviâ.
prorsus est pluviarum inundatione contactus. Sic
itaque beati viri meritis, & vitrum frangere præcepit
ruina non potuit, & perfundere codicem inundan-
tium imbrium densitas ignoravit.

C A P V T XIV.

Alia eius miracula.

27 NOBILIS quidam vir dum iaceret sub arbo-
re, particula corticis in eius oculum cecidit; cui
non modò lumen omnino turbauit, sed & aliarum ca-
lamitatum multiplex pondus inuexit. Nâcùm id, quod
oculo semel infederat, nullo modo potuisset expelli,
fugit somnus ob oculis; & non modò iam homo non
dormire, sed nec ciborum quidem valebat alimenta curat
percipere. Quem seorsum vir sanctus adducens, si-
gnum sibi crucis impressit, ac mox insufflans, super lo-
cum doloris halauit. Deinde promittens se saluta-
res pro eo victimas oblaturum, abiit. Abscedente
itaque viro Dei, protinus homo suauiter obdor-
miuit.

G 2

PER BA mitit. Eusigilans autem, particulam corticis ab oculo
PER DA non sine lanugine quadam proiecit: & euestigio fa-
MANctus in columnis, nullam de cetero doloris huius mole-
stiam sensit.

*Allium
fanum.*

28 Cuidam Turonensis Ecclesiae clero lethale
vulnus in brachio pestilenter excruebat, vt sibi iam
non languoris ægritudinem, sed ipsam potius intermit-
naretur & mortem. Cumque vir Dei Lucensi tenere-
tur hospitio, accedit clericus, & periculum tam pesti-
feræ calamitatis ostendit. Quod ille quasi videre dissim-
ulans, latenter brachium apprehendit, viuificæ cruci-
cis signaculum imprimat: eumque dimittens, vt sibi
cautæ prouideat, præcipit. Qui paullò proptercum locum
ulceris curiosius attendere studuit, nulla prorsus ve-
stigia deleti languoris inuenit. Stupefactus igitur nou-
itate miraculi, ad hominem Dei præstò regreditur:
quid sibi contigerit, non tam relatione verbi, quam
ostensione sui brachij evidenter confiteretur. Quod
ille fatis molestè tulit, eumque à suo conspectu cum
indignatione exturbauit. Nam tamquam venena ser-
pentium, sic rumores hominum fugiebat. Asserebat
enim, quia quantumlibet sublime sancti operis ædifi-
cium, per vanas glorie subito corruit appetitum.

*Mirabile hu-
milius.*

*Aqua be-
nedicta
amentem
fanum.*

29 Prætereà miles quidam tam mentis inops erat
effectus, vt postposita penitus omni curâ priuatâ vel
publicâ, per deuia soliuagus & nudus erraret, incon-
ditas voces emitteret, & tamquam dæmoniacum se
per inordinati gestus insaniam exhiberet. Cui vir Do-
mini, paternâ pietate compatiens, simul cum fratribus
ante altare S. Petri prosternitur; diuinam clementiam
cum psalmis & litanis implorat, vt perire creaturam
suam sub huius furoris insanâ non permittat. Hinc ab
oratione consurgens, ad eum, qui patiebatur, accedit:
aqua sanctificationis adspexit, atque vt ex ea bibat,
suadendo compellit. Qui non multò propter ad Cluniacum
fanus & in columnis venit: xenia piscium detulit:
& quia sibi plenissimè redditus esset, gratias referens
indicavit.

*Item mu-
tum.*

30 Alius quoque miles efficaciam edendi sermonis
amiserat. Hie per visionem admonitus est, vt si aquam,
quâ manus B. Odilonis abluebantur, hauriret, hac sibi
loquendi vires & amissæ lingue officium proculdubio
reformaret. Aqua igitur per ministros fidelis furto sub-
ripitur. Altera etiam aqua, à viro Dei benedicta, de
calice S. Maioli muto transmittitur. Quas ille cum ni-
miâ deuotione suscipiens, mutatis vestibus ingressus
ecclesiam, quia lingua non poterat, ore cordis orauit.
Et sic poculo benedictionis accepto, reparatum sibi
locutionis officium recognouit. Mox etiam expedi-
tè loquens, mirum de se spectaculum cernentibus de-
dit, & quid B. Odilo apud Deum posset, euidenter
innovuit.

*Vinum
bibendo
non abfu-
mitur, sed
augatur
eius meri-
tis.*

31 Prætereà cùm vir venerabilis apud quamdam
ecclesiam monasterij, quod dicitur Vallis Aurea, ci-
bum caperet, sed locum magnâ vini laborare penuria
didicisset, ne grauaret fratrem, qui eum cum alacritate
suscepserat, hoc in commune præfixit, vt quisque de-
cumbentium vno tantum scypho contentus esset; solis
autem monachis pincerna poculum geminaret. Men-
sura tamen exceditur, & largus ad bibendum potus
cunctis epulantibus exhibetur. Enimvero cùm vas illud
vinarium & vnum dumtaxat esset, & modicum,
non modò tot indiscretè bibentibus non defecit; sed
& illis recentibus, absque yllâ diminutione reper-
tum est plenum: vt per hoc euidentibus clarescat indi-
ciis, quia vir Domini non tantum id apud Deum po-
tuit impetrare, quod petiit; sed & nonnulla per eum
virtutum signa diuinitus ostensa sunt, quæ nesciuit. Et
de signis quidem atque virtutibus, quas vir sanctus ad-
huc in corpore constitutus ostendit, ista sufficiunt.
Nunc ad explicandum felicem eius obitum, auxilian-
te Domino, propinquemus.

C A P V T X V .

*Monasteria construit, ornat, visitat. Piè
moritur.*

32 **E**NIMVERO quamquam homo Dei sublimi- *Monaste-*
ter se in spiritualibus studiis & diuinâ contem- *ria multa*
platione suspenderit, in corpore tamen utilitatis indu- *ab Odilone*
striâ non mediocriter laborauit. Monasteria scilicet *construita,*
nonnullâ à fundamentis exerit: alia vel iam semiruta, *infaura-*
vel ruinam fortè minantia reparauit: dilatauit illis *taata.*
prædia: nonnullis etiam insignia contulit ornamenta.
Quæ verò monasteria noua condiderit, quibus parie- *Vestitas li-*
tina tantum, & larta tecta collaris sumptibus instau- *guoris molestiâ cruciari. Mox itaque beatorum Apo-*
rauerit, enumerate per ordinem idcirco postponimus,
ne prolixitate styli lacinas contexere videamur: præ- *mnia. Apô-*
fertim cùm in ipsis viuis operibus gestorum fidem
multrò clatius experiantur oculi, quam villosermone
valeant narrari. Dispensationis quoque geminæ moderator insignis, & in spirituali studio coram diuinis
obtutibus fulsit, & in terreni laboris industriâ non
mediocriter floruit.

33 Porro cùm vir Domini iam in extremis ageret,
per quinquennium ferè compulsus est grauissimi lan- *Vestitas li-*
guoris molestiâ cruciari. Mox itaque beatorum Apo- *stolorum.*
stolorum limina festinat inuisere, vt quasi sub eorum
pedibus, si sibi daretur, quod semper in votis habue-
rat, posset ex hoc mundo transfire. Verumtamen quia
non est in homine via eius, aliter sibi contigit quâ
sperauit. Per quatuor planè menses illic ægritudine de- *Ægrotas.*
tentus elanguit. Deinceps contra spem aliquantulum
conualescens, ad propria remeauit. Cluniacum itaque *Conualescit.*
deueniens, per annum ferè totus in oratione perman-
xit, seque, quantum ægritudo permisit, ieuniis ac vigi-
liis vehementer affixit. Decreuit autem, vt antequam *Monaste-*
debitum conditionis humanæ persolveret, quæque *rias sua vi-*
monasteria sua circuens, sanctæ admonitionis studio *stat.*
visitaret. Expeditione igitur sanctæ huius ædificatio-
nis incepta, Siluinacum deuenit: ibique se circa festi- *Obitum*
uitatem Dominicæ Circumcisionis ex saeculo hoc mi- *suum pre-*
gratrum, manifestè dixit. Porro autem cùm iam in *dicit.*
agonis esset angustiâ constitutus, diabolum adstare
conspergit, eumque per nomen tremendi Iudicis, vt *Demo-*
abscederet, terribiliter increpauit. Anno itaque Do- *næ abigit.*
minicæ incarnationis 1048, ætatis autem suæ 87. ordi-
nationis etiam quinquagesimo sexto, eâ nocte, quæ *Moritur.*
Dominicæ Circumcisionis solennia præcedebat, salu-
taris Eucharistiae sacramenta percepit: sicque beatum
Deo spiritum reddidit.

C A P V T X VI .

Apparitiones eius post mortem.

34 **P**AVLLÒ autem propter, eadem scilicet nocte, cùm
beati viri corpus in ecclesiam iam fuisset dela- ** al. Nini-*
tum, frater quidam Gregorius nomine, * Iuuena na- *uita.*
tione, naturæ simplicis & innocentis vitæ, exequiarum
funebrium lassitudine prægrauatus, in eadem cellâ, in
quâ Sanctus obierat, proprium stratum petiit, in quo
se proiiciens, dormire tentauit. Sed necdum plane te- *Apparet*
solutus in somnum, Beatum Odilonem sibi videt ad- *cuidæ post*
stantem. Ad quem mox voce promptissimâ: Quid, *mortem.*
inquit, agis Domine Pater? Et ille: Benè, frater, & optimè.
Dominus enim meus Iesus seruo suo per semet-
ipsum dignatus est adesse, & sui præsentiam misericor-
diter exhibere. Sed in ipsâ meæ decepcionis horâ, in il-
lo scilicet angulo (ostendebat enim quâ digito locu)
vidi figuram quamdam trucem nimis atque terribi-
lem, quæ mihi teterimæ suæ visionis horrorem atque
formidinem tentauit incutere: sed Christi confortânte
virtute, nullâ me potuit infestatione nocere.

35 Pro-

35 Proximâ quoque Quadragesimâ succedente; sanctæ ac venerandæ memorie Laurentius, Amalphitanæ Sedis Archiepiscopus, qui potens in litteris ac bilingualis Græcè nouerat & Latinè, & quod longè præstantius est, laudabilis vita claritate pollebat. Hic itaque tunc Romæ constitutus, obdormiuit in Domino. Cumque cadaver eius fuisset in ecclesiam illatum, honestus quidam Clericus, Albero nomine, in eiusdem Ecclesiæ angulo lassabunda dedit mēbra sopori. Cumque subito adhuc penè vigilanti vir beatus apparuit, ei mox Clericus intulit: Domine mi, quando huc & cur aduenisti? Ad carissimi (inquit) olim amici mei, Domini Laurentij Pontificis, exequias veni: quibus explicitis, antequām te viderem, recedere nolui. Et his dictis, species loquentis eūauit. Vir itaque Domini, quia recte vixit, feliciter obiit; & quia vitam mirabilem duxit, iure miraculis coruscavit. Vita quippe beati huīus viri velut aurea tabula est: cui quasi margaritas quasdam ac gemmas infigimus, dum gestis eius interlucentia virtutum miracula permiscemus. Apud cuius venerabilem tumulum nihilominus adhuc rutilant noua signa virtutum: quæ nimur nos his inferere superfluum ducimus, cùm per alios iam apicibus exarata cernamus. Legentium igitur tædio consulentes, his contenti sumus, quæ succinctâ breuitate perstrinximus, ad honorem & gloriam redemptoris nostri Iesu Christi: qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & *glorificatur in sœcula seculorum. Amen.

*Claret
miraculis.*

*glorifi-
catur.

E L E V A T I O

AN.CHR.
MCCCXLV.
XXI.Iunij.

S. O D I L O N I S.

S.Odilonis i *CAROLVS Saussayus lib. 12. Annalium Ecclesia Aut-*
corpus à
B.Rogerio
elevatum. *ista scribit: Per idem tempus contigit B.Rogerium Ec-*
clesias suæ prouinciae visitare, & Siluiniacense mona-
sterium Cluniacensis ordinis, Claromontensis diœcesis aduentare. Ibique de licentiâ Clementis Papa VI.
vna cum Capitulensi Augustinorum, & Sauloniensi,
Prædicatorum ordinis Episcopis, & quamplurimis
Abbatibus, Prælatis, & aliis Ecclesiasticis personis,
corpus B.Odilonis Confessoris, Abbatis Cluniacen-
sis, de loco, in quo tumulatus fuerat, solenni ritu rele-
uauit: cuius ipse caput & alia corporis membra con-
trebat: & visitantibus Siluiniacensem ecclesiam in
eius festivitatibus, 40.dies indulgentiarum condona-
uit, die XXI. Iunij anno Domini MCCCXLV. Hac ille.

2 *Ipsius Rogerij Archiepiscopi diploma istud habet Bibli-*
theca Cluniacensis: Rogerius p[er]missione diuinâ Bituri-
censis Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus salu-
tem in Domino sempiternam. Noueritis quod de li-
centiâ & mandato sanctissimi in Christo Patris Do-
mini nostri, Domini Clementis, dignâ Dei prouiden-
tiâ Papæ sexti; Nos vna cum Reuerendis in Christo
Patribus Domini Capitulien. Augustinorum, & Sau-
lonien. Prædicatotum ordinis Episcopis, & quamplu-
ritim Abbatibus, Prælatis, & personis Ecclesiasticis ad
hæc vocatis, & insimul in Ecclesiâ Siluiniacensi Clu-
naciensis Ordinis Claromontensis diœcesis, congre-
gatis; venerabile corpus alti Confessoris B. Odilo-
nis, de loco, in quo ha[ec]tenus ibidem tumulatum exti-
tit, solemniter releuauimus, iuxta sacrosanctæ Roma-
næ Ecclesiæ traditam nobis formam, ordinationem,
atque modum, ac ipsius sancti Confessoris caput, &
alia corporis membra vidimus, & propriis manibus
terrimus, tenuimus, & palpauimus, & eadem in capsâ
posuimus, & recondidimus honorificè & decenter:

3 *Nos enim pensatis huiusmodi sancti Confessio-*
ris meritis, quæ nos ad sui relevationem adduxerunt
deuotè & attraxerunt, cupientes totis viribus incre-
mentū laudis & honoris eiusdem exercere, ut à Christi
fidelibus congruis honoribus & laudibus decoretur &
etiam veneretur, necnon ut Ecclesia memorata, e[st] lib-
bentius causâ deuotionis, ab ipsis Christi fidelibus vi-
siteretur, ac etiam frequentetur; de omnipotentis Dei
misericordiâ, & Beatorum Petri & Pauli Apostolo-
rum, & Beati Stephani Protomartyris patroni nostri,
eius auctoritate confisi omnibus verè p[re]nitentibus
& confessis, qui iti eiusdem almi Confessoris festiuita-
tibus, & specialiter in die relevationis eiusdem, & per
ipsius octauas, ipsam Ecclesiam annis singulis visitaue-
rint, quadraginta dies de iniunctis sibi p[re]nitentis fu-
turis, & perpetuis temporibus duraturis, misericordi-
ter in Domino relaxamus.

4 *Prætereat volumus & concedimus de speciali*
gratiâ, quod quilibet Prædicator, qui in ecclesiâ præ-
fatâ populo ibidem existenti verba diuina prædicabit,
omnibus verè p[re]nitentibus & confessis, qui in prædi-
catione eiusmodi præsentes extiterint, ex parte & au-
toritate nostrâ viginti dies de indulgentiâ concedere
valeat, & conferre, quando & quotiescumque prædi-
cationis officiū contigerit exercere. In quorum omnium
testimonium præsentes litteras fecimus munimine no-
stri sigilli roborari. Datum apud Tolon. Claromonté-
sis diœcesis, nostrâ Prouinciam visitantes, die XXI. Iunij
anno Domini MCCCXLV. Signatu Guillermus Vincenti.

Ex BIBL.
CLVN.

*Factum id
auctorita-*
*te Romani
Pontificis.*

Indulgen-
tia cœssa.

C A N O N I Z A T I O
S. O S M U N D I
S A R I S B V R I E N S I S E P I S C O P I .

AN.CHR.
MCDLVII.
I. IAN. *S*ANCTVS Osmundus Sariburiensis Episcopus, circa
annum 1099. vitâ functus, demum anno 1457. à Cal-
lio III. Pontifice Maximo albo Sanctorum solemniter
adscriptus est, Kalendas Ianuarij: quod pleniū referemus in vitâ
iv. Decemb. De eo hoc die ms. Florarium Sanctorum: Cano-

nizatio S. Osmundi Salesberiensis Episcopi & Con-
fessoris anno salutis 1456. Floruit anno salutis 1106.
Quod anno 1456. canonizatus dicitur, intelligendum secun-
dum veterem morem Belgarum qui annum auspiciabantur à
Paschate.

II. I A N V A R I I.
S A N C T I Q V I IV. N O N . I A N V A R.

C O L V N T V R.

O C T A V A S. S T E P H A N I.

S. Frontasius	}	Martyres, in Galliâ.
S. Seuerinus		
S. Seuerianus		
S. Silanus		
S. Maximianus		
S. Acutio		
S. Timotheus		
S. Herissus		
S. Artaxus		Martyres, Sirmij.
S. Vitus		
S. Acutus		
S. Tobia		
S. Eugenda		
Multi sancti Martyres Placentiæ, in Italiâ.		
S. Defendens	}	Martyres ex legione The-
& Socij		bæâ.
S. Theopistus, Martyr.		
S. Sebastianus	}	Martyres ex legione The-
S. Aluerius		bæâ in Pedemontio.
S. Theodote mater SS. Cosmæ & Damiani.		
Plurimi sancti Martyres sub Dioclet. & Maxi-		
miano, Romæ.		
S. Stratonicus	}	Martyres.
S. Macarius		
S. Abbarius		
S. Saturus		
S. Possessor		

Plurimi sancti Martyres Lichfeldiæ in An-
gliâ.

S. Rutila

S. Claudia

S. Auriga

S. Vitalis

S. Stephanus

S. Argæus

S. Narcissus

Martyres, Tomis in Ponto.

S. Marcellinus

S. Basilius Ancyranus Martyr, Cæfareæ in

Cappadociâ.

S. Isidorus Episcopus & Martyr Antiochiæ.

S. Siridon Episcopus.

S. Isidorus Episcopus Confessor in Ægypto.

S. Macarius Alexandrinus, Abbas in Ægypto.

S. Martinianus, Archiepiscopus Mediola-

nensis.

S. Macarius Romanus, Eremita, in Italiâ.

S. Marcus Surdus.

S. Alpasius, Episcopus Elufanus, Meloduni

in Galliâ.

S. Maximus, Abbas & Martyr, in Galliâ.

S. Bladulphus, monachus Bobiensis, in Italiâ.

S. Adelardus Abbas Corbeiensis, in Galliâ.

Inuentio capitii S. Vedasti aliarumque reli-

quiarum, Atrebatii in Belgio.

S. Silvester Monachus in Siciliâ.

P R Ä T E R M I S S I V E L I N A L I O S D I E S R E I E C T I.

S. Concordius Martyr Bisolduni in territorio Gerun-
densi. Ferrar. De eo egimus 1. Ianuarij.

S. Eugendus Abbas. Notker. nos 1. Ianuarij.

S. Odilo Abbas Cluniacensis. Martyrol. German. Vfuardi
editio Colonienfis anni 1490. & Parisiensis anni 1536.
Mauroly. Galefin. Molanus; & colitur hoc die ob fe-
stum Circumcisionis. De eo egimus 1. Ianuarij.

S. Massius Parisiorum Episcopus. ms. Florarium. Dicitur
S. Dionysij Acta scripsisse. Nec sio an colatur.

Volusianus Episcopus Carsulanus in Umbriâ. Ferrar. in
gener. catal. Sanctor. nec satis significat an vt Sanctus col-
atur: id est tantisper omitto.

Cosmas Patriarcha Constantinopolitanus, Thauma-
turgus, predicatur à Menais. Eum omitto, donec certiora
habeam argumenta, quia posterior fuit, quando Graci-
mius sufficeret.

Saluia Virgo. Florar. omitto, donec qua sit cognouero.
Bognarius monachus Lerinensis, frater S. Adelardi,
refertur ad calcem Bibliotheca Lerinensis à Vincentio Bar-
rali Salerni inter Sanctos Lerinenses: non exprimit ta-
men auctor an colatur. Eius mentio habetur in vita
S. Adelardi.

Stolbrandi Martyris translatio in Scotiâ. Ferrar. in gen.
catal. SS. Sed non magnam fidem mereri dicuntur, quos
citat, auctores.

Odino Abbas Rotensis in Sueviâ Ordinis Præmon-
stratensis. Chrysostomus vander Sterre. Omitto, donec
sciam an publico cultu celebretur.

Alardus monachus Lukensis in Saxoniâ. Kalendar. Ci-

sterciense, & Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterc.

Omitto, quia non existimo eum coli.

Theobaldus Abbas Cisterciensis. Kalendar. Cisterciense,
& Chrysostomus Henriquez. Nec sio an colatur: non est in
catalogo Beatorum & Sanctorum Ordinis Cisterciensis apud
Menardum.

Mathissus Episcopus. Camerar. Ignotus alibi.

Stephana Soncinas. Raisius in Peristromat. neandum compcri-
an vt Beata colatur.

Seraphinus dalla Porrettâ, Ord. Prædicatorum. Extat
eius vita, quam mihi communicauit Exim. P. Hyacinthus
Chocquier eiusdem Ordini, S. Theologia Docto. Sed non
puto eum coh.

Willemus Walcheus Hibernus Episcopus, Ordinis
Cisterciensis. Chrysostom. Henriquez. Sed hic neotericus
est, nec colitur.

S. Florentius Episcopus. Notker. Vide 111. Ianuarij.

S. Theopemptus. Menea. Forte idem est, qui 111. Ianuarij.

Theagenes Episcopus. Menea. nos 111. Ianuarij.

Philus, Episcopus ac Martyr. Notker. Mendum hælatet:
de quo hic, cum de sanctis fratribus Argeo, Narciso, Marcel-
lino, & in Actis S. Theogenis 111. Ianuarij.

S. Thelesphorus, Papa & Martyr. Hraban. Notkerus, &
varia ms. Martyrologia. At Romanum v. Ianuarij.

S. Crispinus Episcopus Ticiensis. Martyrolog. Gallobelg.
At nos cum Romano Martyrol. 111. Ianuarij.

S. Julianus, Comes & Martyr in Sardiniâ. Ferrar. Qui-
dam eum esse censent, qui inferius vii. Ianuar. colitur. Nos
peculiariter de eo agemus xx. Februarij.

S. Ser-

S. Sergius, Martyr Cæsareæ in Cappadociâ. Menea. De eo nos cum Martyrologio Romano xxiv. Februar. S. Congallus Abbas Benchorensis in Scottiâ. David Camerar. Nos de eo agemus x. Maij. S. Deodatus Episc. Niuernensis. Florar. At Menardus habet xix. Iunij.

S. Fredegandus. Camerar. colitur xvii. Iulij. S. Silvester Papa. Menolog. & Menea Grecorum; Latinæ. xxxi. Decemb. S. Barbatianus Presbyter, Rauennæ. Martyrol. Gallobelg. & ms. Florar. nos xxxi. Decemb.

O C T A V A

S. STEPHANI.

CONSIGNATA est S. Stephani Octava fastis Ecclesiasticis Romanis, Beda, Notkeri, Bellini, Mauro-

lyci, Galefinij, &c. De ritu Octauarum alibi agemus.

DE

SANCTIS MARTYRIBVS

FRONTASIO, SEVERINO,

SEVERIANO, SILANO.

Seevlor.

II. IAN.



ORVM hodie Natalem refert Yuardi editio Coloniensis anni 1521. his verbis: Frontasij Martyris & sociorum eius. Eadem ferè ms. Florarum Sanctorum. Hanc eorum mortis historiam descripsérat ex ms. codice Ecclesie S. Martini Ultraiecti Rofvveydus noster; quam suspicor alibi fideliorē & fusiōrem extare.

P A S S I O.

Discipuli.

Frontonis.

de quo

25. Octo.

Comprob-

benatur.

S. Silanus

musicus.

Marc. 16.

1 S A N C T I Frontasius, Seuerinus, Seuerianus, atque Silanus à Beato Frontone primo Petragorensi Episcopo ad prædicandum missi, dum vndeque verbum Dei seminarent, à Squiridone Præside apprehenduntur. Dixitque ad eos: Dicite mihi, vnde estis, & quibus nominibus vocamini? Non solum enim non sacrificatis diis, sed & sacrificare volentes euerristis, & templo eorum diruistis, & nescio quā auctoritate hæc facitis. Frontasius dixit: Tu Præses expers virtutis diuinæ, cur nos interrogas, cùm omnipotem veritatem cōdemnes? Sed recognita prius, quis animam tuam & corpus fecerit; & intelliges veritatē. Simulachra autē gentium opera sunt manuum hominum, nec sibi prodeste, nec alios iuuare possunt. Squirus dixit: Video, quia in multiloquio confiditis, quod à magistro vestro didicistis. Seuerinus, & Seuerianus responderunt: Multiloquium nostrum verum est. Tu colis idola, quæ sunt metallæ dæmonibus consecrata, surda, muta, &vana. Squirus dixit: Lucrati estis vitam, si sacrificaueritis. S. Frontasius dixit: Lucrum nostrum in Christo est viuere & mori.

fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Tu itaque Præses si credideris in Christum, & baptizari te permiseris, saluus eris; si verò non credideris, condemnaberis.

3 Tunc Præses iratus iussit eos extra urbem in viridi prato perduci, atque duris quæstionibus examinari: quibus etiam ad exemplum Redemptoris nostri spinis coronatis ferreis, capita eorum vallo confixit, & in quolibet eorum, ex vtraque parte eorum nouenos spinis ferreis coro- etiam clavos exhibuit. Attamen saeuus furor milites Christi nullatenus preualuit reuocare. Dehinc vertices sacros tot spiculis dilaniatis, tantâque gloriâ passionis Sudibus redimitos, in vtrisque eorum spatulis, dextrâ lazuâque ferreis con-nouem ferreis sudibus interiectis ossibus confodere fodiuntur. Cumque iis tormentis eos superare non posset, datâ sententiâ iussit eos decollari. Sancti verò Martyres genua in terrâ flecentes, Deo commendantes animas suas, cœruiæ spiculatoribus supponentes, pro capite. Christo martyrium celebraverunt.

4 Cumque Martyrum corpora abscissis capitibus impij satellites in opprobrium deiecissent super nudum cespitem, cælica virtus adfuit: nam truncatis capite- corpora eorum repente diuino in eis irruente stantes su-spiritu, acceptis propriis capitibus in manibus suis, sine per aquas humano iuuamine, in suis pedibus eriguntur: sicque ambulant. Sancti ad alueum fluminis, quod Yla dicitur, accesserunt: & siccis vestigiis super vndas iter suum direxerunt. Transmeato ergo flumine, per clium collis incessu pedum, cunctis cernentibus & stupentibus mirabiliter subierunt: & in ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis in Podio, vbi S. Fronto orabat, peruenierunt; & capita sua, flexis genibus ante pedes eius deponentes, corpora sua in modum crucis extenderunt.

5 Sanctus autem Fronto cum Aniano Presbytero & multis populorum turmis, Frontasium, Seuerinum, tur. & Silanum in prædictâ ecclesiâ cum honore & hymnis cælestibus tradidit sepulturę. Seuerianum verò ad processus cuiusdam deuotæ matronæ in alio loco, non longè à sanctis Martyribus sociis, honorificè tumulauit. Passi sunt sancti Martyres IV. Non. Ianuarij, Claudio imperante.

D E
**SS. MARTYRIBVS SIRMIENSIBVS
MAXIMIANO, ACVTIONE,
TIMOTHEO, HERISSO,
ARTAXO, VITO, ACVTO,
TOBIA, EVGENDA.**

II. IAN. **M**ARTYROLOGIVM S. Hieronymi: Sirmij, Maximiani, Acutionis, Timothei, Herissi, Artaxi, Viti, Acuti, Tobiæ, Eugendæ. *Vsuardi editio Colon. anni 1521.* **Tubiam quoque habet, sed cum Rutilia coniungit, de quâ inferius.**

D E
**S A N C T I S M A R T Y R I B V S
P L A C E N T I N I S.**

**S V B
D i o c l.**

II. IAN.



HILIPPVS Ferrarius in generali catalogo Sanctorum testatur, Placentiæ in Campo peregrinorum, vbi S. Mariæ de Campaniâ ecclesia celebris est, Passionem hoc die recoli plurimorum Sanctorum Marryrum qui sub Gordiano Prefide, Diocletiani & sub Diocletiano Maximiani persecutione, pro Christi fide interempti sunt. Quod se haufisse scribit ex antiquis illius Ecclesie monumentis, vrbis Placentina Annalibus.

2 De his Martyribus ita scribit Franciscus Gonzaga historia Seraphica parte 2. in Provincia Bononia, Conuent. xxv. agens

de conuentu S. Maria de Campo Placentia: Est etiam hac in Eorum eadem ecclesiâ puteus quidam, in quo plura Sancto corpora in rum Martyrum corpora, ab impiis Christianæ religio- puteum abiecta. tempus quoddam oleum confouendis lampadibus Inde oleum commodissimum, atque diuersis fidelium infirmitati- salutiferum scabibus sanandis omnino mirificum, scaruriit: quod tamen surit. humanæ auaritiae demeritis id exigentibus, quæ in tan- Definit tam dementiam protuperat, vt id, sumpto pretio, et fluere ob iam curandis brutis animalibus applicaret, à plurimis hominum diebus emanare cessauit omnino.

D E
S. D E F E N D E N T E

**S V B
D i o c l.**

E T S O C I I S M A R T Y R I B V S.

II. IAN. I
**S. Defen-
denti &
Sociorum
memoria.**



ANCTVM Defendantem Martyrem refers II. IANVAR. Ferrarius in generali catalogo Sanctorum, his verbis: In territorio Massiliensi apud Rhodanum, S. Defendantis Martyris ex lectione Thebaeorum, sub Maximiano. Petrus quoque Galestinus eodem die: In Galliâ ad Rhodanum fluum, S. Defendantis & aliorum multorum militum, qui Maximiano Imperatore, pro Christo Domino cruciatibus eolo loco affecti, martyrij coronam consecuti sunt. Ad cuius fluminis ripam, à S. Theodoro Massiliæ Episcopo, Defendantis Martyris corpus sepultum est; eiusque nomine ecclesia dicata. Librum eiusdem Theodori Episcopi qui Defendantis Acta complexus est, ait idem Galestinus extare in vetustis monumentis Ecclesia Bergomensis.

**Acta scri-
pta à
Theodoro
Episcopo.**

**S. Defen-
denti reli-
quia Cas-
ta.**

li in ecclesiâ Eremitarum asseruari feruntur.

3 De quo etiam miraculum Odoleui pago dice- Missa ne- cesis Casalensis narratur: quod cum quidam in die gemitus eius. Defendantis festo aucupatum potius, quam Missam febo, puni- audire voluisse, ac perditas captas coquere; illæ statim rediuit eo obsecrato euolarunt: qui tamen facti pœnitens ad aram sancti Martyris orans, & veniam impe- trauit, & visum recuperavit.

4 Vbi is passus fuerit, ignoratur; nisi sit idem cum eo quem apud Rhodanum fluum in Massiliensi dice- vbi: passus celi, vna cum aliis, Maximiano Imperatore, martyrio sit. affectum, atque à S. Theodoro Episcopo Massiliensi conditum, ibidē ecclesiâ sibi constructâ tradunt. Inter illos Petrus Galestinus in suo Martyrologio hac die, citatque codicem ms. Ecclesiæ Bergomensis. Tametsi auctor historia Martyrum Thebaeorum Taurini excusæ, hunc alium ab illo facit, puratque in Italiâ apud Pedemontium cum aliis passum fuisse sub dicto Imperatore. Sed ipse potius eum dem cum eo, qui ad Rhodanum passus est, esse autumo; cum nullum quod sit diuersus argumentum habeamus.

D E

D E
S. T H E O P I S T O
M A R T Y R E.

II. IAN.

Menæ. II. Ianuar. S. Theopistus lapidatus vitam finiuit.

D E
S A N C T I S M A R T Y R I B V S T H E B A E I S
S E B A S T I A N O E T A L V E R I O.

S V B D I O-

C T A N .

I

N O .

II. IAN.

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

I

E

EX V.A. restituit Baronius, qui sepius in suis Annalibus eorum meminit, RIIS præterim anno Christi 302. & 303. Diocletiani 19. & 20. ibi-
AVCT. demq. vti & in Notis ad Martyrolog. ex Augustino, refert ha-
bitum eo tempore Cirtense in Numidiâ Concilium, in causâ eo-
Concilium Cirtense. 4 Ibidem ex variis legibus docet Baronius, multò antè ab
Cirtense.

Ibidem ex variis legibus docet Baronius, multò antè ab

Vlpiano & Paullo fuisse responsum ut libri magica artis, id est, Libri Christianorum comburerentur. Nec mirum, cum Arnobio teste ipsius Ciceronis libros de Naturâ Deorum & de Divinatione, iussi com- quibus gentilitia supersticio videbatur posse connelli, quidam buri. abolendos censuerint.

DE SANCTIS MARTYRIBVS STRATONICO, MACARIO, ABBANO, SATVRO, POSSESSORE.

II. IAN.

MARTYROLOGIVM S. Hieronymi: Et in alio lo-
co Stratonicî, Maccari, Abbani, Saturi, Pos-
sessoris. An non hic fortassis est Macarius Abbas?
Certè antiquissimum ms. monasterij Rhinouvienſis ita ha-

bet: Antiochiae Isidori Episcopi, Macarij Abbatis, Sa-
turi, Possessoris, Firmi. Tertium etiam subiectum Maca-
rium ex Vicariâ Praefecturâ Eremitam.

DE SS. MARTYRIBVS BRITANNIS

CIRCIT.
AN. CHR.
CCCIV.

II. IAN. I
Lichfeldia à cade
Martyrum
ditia.

Eius in-
signia.



ICHFELDIA ciuitas est Anglia in Staffordiensi Comitatu perantiqua, à Bedâ Licensfeld appellata, quasi Cada- verum campus; quod plurimi isthic Christiani, sub Diocletiano, martyrio affecti sunt. Quâ de causâ ciuitatis pro insignibus scutum depictum gestat, in quo Martyres varijs variis modis trucidati exhibentur, ut videre est in Theatro imperij magnæ Britannia Ioannis Spedi l. 1. c. 35.

2 Horum Martyrum commemorationem II. Ianuarij in-

LICHFELDIÆ IN ANGLIA.

dicit Martyrologium Anglicanum, traditq. S. Amphibali disci-
pulos fuisse. De his Beda lib. 1. hist. Anglie. cap. 7. sub finem:
Passi sunt eâ tempestate Aaron & Iulius (qui i. Iulij co-
luntur) Legionum urbis ciues, aliquique vtriusque sexus, Multi ist-
diuersis in locis perplures, qui diuersis cruciariibus tor-
ticis, & inauditâ membrorum discriptione lacerati, ani-
mas ad supernæ ciuitatis gaudia perfecto agone mife-
runt. De his pluribus agit Mattheus Vestmonasteriensis ad
ann. 303. Nicolaus Harpsfeldius 3. secul. cap. 10.

DE SANCTIS MARTYRIBVS RVTILA, CLAVDIA, AVRIGA

IN AETHIOPIA,

ITEM QVE

VITALE ET STEPHANO HIEROSOLYMIS.

II. IAN.



MARTYROLOGIVM S. Hieronymi: Et in Aethiopiam Rutilæ, Claudiæ, Aurigæ, Vitalis de Hierosolymis, Stephani. Vuardi editio Colonensis ann. 1521. Hierosolymis Stephani & Vitalis. Item Tubiæ, Rutilæ, Vitalis: sicq. duos Vitales recenset, ceteri vni-
cum. Antiquum ms. Martyrologium monasterij S. Martini

Treuiris: Et in Hierosolymis SS. Stephani & Vitalis, ac ne quis suplicetur de Ostia & S. Stephani Protomartyris esse sermonem, de eâ separatim agit. ms. S. Lamberti Leodij, cuius Beda præfixum nomen: Hierosolymâ Stephani & Vitalis. ms. S. Maria Ultraiecti: Hierosolymis SS. Stephani & Vitalis. Idem hic est fortassis qui i. Ianuar. refertur in eodem. S. Hieronymi Martyrologio his verbis: In Oriente Stephani. Idem habet ms. item vetustissimum Rhinouvienſe, eodem die.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ARGÆO, NARCISSO, MARCELLINO

TOMIS IN PONTO.

SUB LICI-

NIO.

II. IAN.

S. Marcellinus quia i

noluit mi-

litare con-

tra Eccle-

siam occi-

sus, Mar-

tyr habe-

tur.



VOD impia tyranni contra Ecclesiam & legitimum Principem signa sequi nollet Marcellinus, ab eodem trucidatus cum fratribus est: omnesq. in album Mars- tyrum ab Ecclesiâ sunt relati. Horum Acta desiderantur de causa mortis ista habent vetera Martyrologia.

Vuardus: In Ponto, ciuitate Tomis, trium fratum Argæi, Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio Principe inter tyrones comprehensus, cum nollet militare cæsus ad mortem, & diu in carcere maceratus, que pas- atque in mare mersus, martyrium consummavit. Ea- suscit.

verò

Corpus ad verò eius gladio perempti sunt. Eadem ferè Maurolycus, & littera de- Ado, qui addit: Corpus eius ad latus delatum, & à reli-

giosis viris depositum, magnis coruscat virtutibus.

2. ms. antiquum monasterij S. Laurentij Leodij, quod no- men Vuardi recenti manu adscriptum preferebat, licet Adonis potius sit. ms. itidem vetustum domus Professæ Societatis Iesu Antuerpiæ: In Ponto, ciuitate Tomis, trium fratum Argæi, Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio inter tyrones comprehensi, cùm nolent militare cæsi ad mortem, & diu in carcere macerati, in mare mersi martyrium consumauerunt. Corpora eorum ad latus delata, & à religiosis viris deposita magnis coruscant virtutibus. Eadem habet ms. Martyrologium Ecclesæ S. Maria Ultraiecti, nisi quid de eius in latus corporibus non meminit. Consentit ferè Vuardi editio Coloniensis anni 1490.

3. Galesinus, nescio quo auctore, quedam alianarrat de fratribus: Tomis in Ponto, sanctorum Martyrum Argei, Narcissi, & Marcellini. Hic cùm sub Licinio Principe militare nollet, quoniam se Christianum esse affirmaret, nec debere propterea illius, idola colentis, militia adscribi; eam ob causam virginis crudeliter cæsus, diu in vinculis fuit. Quem Argeus & Narcissus fratres cùm aliquando inuiserent, comprehensi item sunt, & in car-

Dū Mar- cellinum vixit, expti.

cerem coniecti, in Christianâque fide constantes, sc̄. Ex vA- curi percutiuntur. Marcellinus autem in mare proici- RIIS tur: sicque hic & illi duo martyrio coronantur. Eadem ferè habet Martyrologium Germanicum.

4. Notkerus: Et in Ponto, ciuitate Tomis, trium fra- trum Argei, Narcissi, & Marcellini pueri. Item Tomis Phili Episcopi. Qui sub Licinio Cæsare inter tyrones comprehensus, cùm nollet militare, cæsus ad morrem, & diu in carcere maceratus, & in cippo missus, deinde in mare demersus, martyrium consumauit. Cuius cor- pus ad latus delatum, & à religiosis viris depositum magnis coruscat virtutibus. Hrabanus, qua hic de Philo dicuntur, ea Tito Episcopo tribuit III. Ianuarij; ms. S. Maxi- mini Treuiris similiter III. Ianuar. Filo. Argæi verò & fra- trum neuer meminit. Sed à librario S. Marcellini & Theo- genis filij Episcopi confusa nomina, quibus eadem fuit ob- eunda mortis causa. Vide dicenda inferius III. Ianuar.

5. Veterissimum ms. Martyrologium S. Hieronymi III. Ianuarij: Et in ciuitate Tomis Claudonis, Eugenii, Rho- A quibus- di, trium fratum, Argæi, Narcissi & Marcellini pueri dñm 3. Christiani & Diogini, Eugenti, Rodonis, Primæ. No- Ianuar. stram de his coniecturam vide III. Ianuar.

DE S. ISIDORO. EPISCOPO ET MARTYRE, ANTIOCHIÆ.

II. IAN.

ET DE S. SIRIDONE EPISCOPO.

Iſidori me- moria in sacris ta- bulis.

1. MARTYROLOGIVM Romanum: Antiochia passio B. Isidori Episcopi. Beda: Et S. Isidori (ms. Bauaricum Isidoni) Episcopi & Martyris. Eadem habet Appendix Adonis. Vuardus & Bellinus de Paduâ: Apud Antiochiam passio B. Isidori Episcopi. Eius meminerunt pleraque mss. Sed quædam Episcopum tan- tum vocant, nullâ factâ martyrij mentione. Galesinus: Antiochiae S. Isidori Episcopi & Martyris: qui Catholicae fidei defensor acerrimus, ab impiis Arianis vehementer oppugnatus, demum in summo cerramine fortiter se gerens, pro Christo Domino sanguinem profudit. Sed non indicat unde ista hauserit Galesinus.

2. Martyrologium S. Hieronymi: Isidoroni Episcopi Antiochiae. Quæ ita legebatur Rosvvedus noster: Isiri Dom. Putabat enim Donum quempiam Episcopum Antiochenum in loco aut ergastulo, cui Isiris nomen esset, (quâ notione vox illa ab Hebraicâ radice in Gracum idioma detorta reperitur) vi- tam finisse. Suspicio ego Siridonem, & Isidorum eundem esse,

qui ferre & Isidorus fit appellatus. Idemne tamen fit Donus aut Dominus non possum certè statuere. ms. Florarium Sanctorum, Antiochiae Syndani (fortè legendum Siridoni) Episcopi & Martyris. Sant qui hunc eundem esse existimat cum S. Isidoro Nitriæ Episcopo, de quo inferius agemus.

3. An est fortassis hic Isidorus Episcopus, quæ Maurolycus, ms. Florarium, & Galesinus VII. Ianuarij, & hic quidem Ni- comedie passum scribit? Baronius in Notis ad Martyrologium, ait Isidorum nequaquam Antiochenum Episcopum fuisse, licet Antiochiae passus prodatur.

4. De Siridone ista habet Martyrologium Romanum, & Molanus in Additionibus ad Vuardum: Ipso die S. Sirido- De S. Siri- donis Episcopi. Citat Baronius in Notis, vetustum codicem. scopo. Editio Coloniensis. Vuardi anni 1521. & Martyrologium Ger- manicum, ac ms. Florarium: Stridonis Episcopi & Con- fessoris. Hunc Spiridionem quidam nuncupant, alij Spiridi- donem.

DE S. BASILIO ANCYRANO

SVB IV- LIANO.

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

II. IAN. I

Duo Basi- lij Ancy- rani Mar- tyres.

BASILIVS Ancyrale Ecclesia Presbyter, martyrio sub Iuliano apostata coronatus, celebratur XXII. Martij. Alius ei cognominis, eiusdemq; gloria particeps, sed laicus, sub eodē tyranno istibz Basilius vixit, cuius II. Ianuarij natalis agiatur. De hoc Ferrarius in generali catalogo Sanctorum: Cæsareæ Cappadociæ, S. Basilij Martyris sub Iuliano apostata. Menologium Vnu Ce- Gracorum: Natalis sancti Martyris Basilij ex urbe An- cyrâ, qui Cæsareæ Imperatore impio Iuliano, Præside Saturnino, passus est.

2. Martyrologium Gallobelgicum hoc die Basilius Presby- terum refert, omittitq; xxii. Martij. Pleniū huius non Pre- sbyteri agonem narrant Menea:

*3. Hic impio Iuliano terum potiente, Ancyra na- * Rader. tus, dum Christum & coleret & prædicaret, compe- Trāquil- hensus * Taruilo Præsidi sistitur: apud quem cùm lo, imd Christum liberâ voce profiteretur, suspensus crudeli- Trāquil- lino, vel ter laceratur: dein Ancyra Constantinopolim du- potius Sa- cetus, iterum ferro carpitur, adeoque distenditur, vti turnino. manuum pedumque compages diductæ soluerentur: Dñe crutum loris cæditur, & candenti ferro vstulatur, & com- ciatus Cō- pungitur. Cumque omnia generosè exantlaret, à Deo pols. vicissim*

*Cesareo
bestiis ob-
iectus.*

vicissim compensationem gratiarum accepit. Nam in ardente caminum conieetus, per preces stupendum in modum illæsus permanxit. Denique vinclitus Cæstorum abductus, & à Prætore ad feras damnatus, leænæque obiectus, lauream martyrij occumbens reportauit. Sacras porro illius reliquias ex cognatis & fami-

liaribus quidam studiosè collectas & vnguentis delibatas, linteisque involutas, debitâ cum veneratione *Templum* illustri loco reposuere: ac demum ad earum cultum *ei edifica-
sum* templum (quod Martyrium appellabant) condiderunt. *Eadem ferè Galeſinius.*

D E S. I S I D O R O

EPISCOPO ET CONFESSORE,

SECVLO
IV.

II. IAN. 1
*S. Isidorus
occurrit
S. Paula.*



ESTATVR S. Hieronymus epist. 27. ad Euſtochium, ſue in vitâ S. Paula vidue, xxvi. Ianuar. cap. 12. ei Patrum Aegyptiorum adeunti mansio-nes, sanctum ac venerabilem Episcopum Isidorum Confesso-rem occurrit, cum turbis innu-merabilibus monachorum, ex quibus multos Sacerdotalis & Leuiticus sublimabat gradus.

Colitur 2. 2 Huius Isidori memoria occurrit in Romano Martyrolo-gio II. Ianuar. Nitriæ in Ægypto B. Isidori Episcopi & Confessoris. In qua ita commentatur Baronius: Cùm S. Hieronymus hunc Confessorem appellat; ne quid la-tet, ſciendum est, diuersâ admodum ſignificatione à præſentis temporis vſu hanc vocem à maioribus vſur-patam. Illi enim neminem eo nomine appellabant, niſi eum qui Christi fidem interpellatus coram fidei hoſti-bus confellus eſſet. Si verò aliquod genus tormentorum eſſet expertus, nec tamen martyrio occubuerit; tunc & Martyr vocatus, idemque aliquando etiam di-ctus reperitur Confessor, quod scilicet nondum martyrium consummasset. Licet ſi vim hanc vocem ex-pendas, eadem ſint; nihilominus tam apud Tertullia-

*Qui olim
Confef-
ſores dicit.*

rem occurrit, cum turbis innu-merabilibus monachorum, ex quibus multos Sacerdotalis & Leuiticus sublimabat gradus.

num, quām etiam Cyprianum & alios plerosque an-tiquiorum, eo ſenu, quo diximus, eas voceſ accipi conſueſſe, perſpectum ſatis, exploratumque habetur. Conſule, fi hæc exactius ſcire cupis, in primis Cypriani epift. 7.9.10.15.30.35.52. & 81. edit. Pamelij, qui eadem adnotauit in ſcholiis epift. 9. vir quidem eti facie mihi incognitus, eruditione tamen ſatis perſpectus.

3 luxta eiusdem Cypriani ſententiam, qui non in-
terpellatus ſe martyrio ingerebat, hic dicebatur Pro-
feſſor. Si adhuc autem quis timore correptus, ne fidem

proderet, ſuā ſuoſque relinques, exilio ſpontaneo procul à patriâ vita in ageret, hic appellabatur Extor-

tit: cuius non erat delicienda conditio; nam & in numero Martyrum recenſendus erat, ſi eā de cauſā mortem oppetiſſet. Hæc omnia more maiorum, atque vetuſto loquendi genere. Obtinuit poſtmodūm vſus, vt omnes qui sanctâ & laudabili vitâ vixiſſent, ſanctoque deum ac probato ſine in Domino que-
uiſſent, Confefſores appellarentur. *Hædenus Baronius.*

4 Sunt qui hunc eundem eſſe exiſtunt cum Isidoro, qui Antiochia coli dicitur in Martyrologio Romano, de quo ſuprā hoc ipſo die.

*Qui Pro-
feſſores.*

*Qui Ex-
torres.*

*Martyr
etiam qui
in fugâ
mortuus.*

*Confefſo-
res.*

Hædenus Baronius.

*Confefſo-
res.*

DE S. MACARIO ALEXANDRINO

CIRCIT.
AN.CHR.
CD.

A B B A T E.

II. IAN. 1
*Duo Ma-
carij Ab-
bates.*



Duo fuere celeberrimi Abbates Macarij: prior Aegyptius dictus, alter Alexandrinus, ſue Vrbanus. Colitur bic ab Ecclesiâ II. Ianuarij, ille xv. nam Graci virumque xix. Ianuar. venerantur. Vetera Martyrologia hoc inter eos diſcriben-ſtatuunt, Viterque 19. Ianua. quod eum cuius xv. Ianuarij agitur hatalis, paſſim S. Antonij Gracis. colitur & discipulum appellant. At fueritne ſenior Macarius S. Antonij Vter S. discipulus dubito, et ſi id dicat Ruffinus lib. 2. cap. 28. qui forte Antonij memoriam laetus eſt. Certe Palladius id Alexandrinus tribuit, vti diſcipulus & Mena xix. Ianuarij.

Rofveydi 2 Cenſebat Rofveydus noſter, II. Ianuarij Macarium Aegyptium, xv. Alexandrinum celebrari oportere. Stauimus tamen à Romano Martyrologio non recedere. Hic igitur pri-mum Martyrologiorum de Macario Alexandrino teſtimonia proferemus, tum que de eo ſparſim commemorantur in vitis Pa-trum. De altero fuiſius xv. Ianuarij agemus.

S. Macarij 3 Vetus Martyrologium Romanum à Rofveydo noſtro Alexan-drini mo- editum, & vetus item ms. monaſterij S. Martini Treuiris: drini mo- B. Macarij. Beda, Ado, aliiq; Natalis B. Macarij Abba-moria in Martyro- tis. Vſuardus, ac Bellinus de Paduâ: In Thebaide S. Maca-riji Abbatis. Hrabanus, Notkerus, ms. S. Maximini Treuiris: logius. In Antiochiâ Macarij Abbatis. mss. S. Richarj, S. Lam-

berti Leodij, Societatis Iesv Antuerpia, que omnia Beda preſe-runt nomen: In Thebaide depositio B. Macarij Abbatis, magnarum virtutum viri. Idem habent plurima mss. Martyrologia. VVandelbertus

Macarius quartum Nonarum dedicat ortum, Qui tenuit docuitque etemi pius accola morē.

4 mss. plurima ſub nomine Vſuardi, ſed non admodum antiqua, Albergense, Ultraiectinum, duo Leydenſia, aliaq;

ms. Florarum, editu Vſuardi Colonien. anni 1490. In Thebaide S. Macarij Abbatis. Hic Alexandrinus; Maca-rius autem, de quo habetur in frâ XVIII. Kal. Februar. fuit Aegyptius genere: ambo florentes in Ægypto, am-Quedam bo Antonij diſcipuli. At in editione anni 1521. iſta ſolum recentiora habentur: In Thebaide S. Macarij Abbatis. Martyro-logy am-
bros S. An-Abbatis. Franciscus Maurolycus: Apud Scythopolim in tonij diſ-Thebaide, Macarij Alexandrini Abbatis & eremita, cipulos qui vnicus amator ſolitudinis & inaccessibilum loco-faciunt.

Galeſinius: In Thebaide S. Macarij Alexan-drini Abbatis, qui deſertiſſimorum ſolitudinum amans,

diaboli multas tentatiōnes expertus, ieunio & oratio-

ne vicit: aliis denique virtutibus & sanctitate clarus,

migravit ad Dominum.

V I-

V I T A
EX VITIS PP. COLLECTA.
C A P V T I.

S. Macarius Presbyter Cellarum, heres virtutum
S. Antonij.

S DE eius virâ & virtutibus ita scribit Palladius in historiâ Lausiacâ, sive lib. 8. de vitiis Patrum cap. 19. Sanctorum & immortalium Patrum, Macarij Aegyptij & Macarij Alexandrini, egregiorū & inuictorum athletarum, honestâ vitâ certamina, quæ sunt multa & magna, & incredulî propè incredibilia, & narrare ve- reor & scriptis mandate, ne forte mei tamquam mendacis fiat mentio. Quod autem Deus perdat omnes qui loquuntur mendacium, licet aperè videre sancto Spiritu pronuntiante.

Lauso hâc narratio- nem dedi- cat Palladiu-

Duo Ma- carij. **6** Cùm ego per Dei gratiam non mentiar, hominum fidelissime Laufe, ne sis quoque ipse incredulus de Patrum certaminibus: sed gloriare potius in emulazione exercitationis eorum, qui verè sunt Macarij, hoc est beati.

Cù Alex- drino egit

Palladiu-

7 Atque primus quidem Christi athleta nomine Macarius, erat genere Aegyptius; secundus autem ætate, sed in iis quæ sunt monachorum præcipua, primas partes obtinens, qui ipse quoque vocabatur Macarius, erat Alexandrinus, qui vendebat bellaria. **Hac Palladiu-**

s. Macarij Aegyptij vitam narrat, ex eoq; nos xv. Ianuarij; ac deinde de hoc ita pergit:

Cù Alex- drino egit

Palladiu-

Eras is Presbyter Cellarum.

Non con- cupiscendū docetur ab Antonio.

Fit heres virtutum Antonij.

8 Conueni autem eum qui erat Macarij Aegyptij socius in fidei operibus, & idem venerabile nomen, quod ipse habebat: dico autem S. Macarium Alexandrinum, qui erat Presbyter earum quæ dicuntur Cellarum. In quibus Cellis ego nouem annos habitans (ex quibus tres annos mecum vixit ille Macarius) in quiete sedens, eius quidem optimæ viuendi rationis alia quidem vidi opera & signa, alia verò didici ab iis qui cum eo vixerunt.

9 Is cùm apud magnum virum & Patrem Antonium electos palmae ramos vidisset, quos ipse laboraverat, petiit ab eo unum manipulum ramorum palmae. Dixit autem ei Antonius: Scriptū est; Non concupisces res proximi tui. Et cùm id solum dixisset, rami omnes statim tamquam ab igne torrefacti sunt. Quod quidem cùm vidisset Antonius, dixit Macario: Ecce spiritus sanctus requieuit super te: erisque mihi deinceps heres mearam virtutum.

C A P V T I I .

Fame tentatus, diabolum superat. Tribunum conuertit.

Fatigatus & esuriens tentatur à diabolo. **10** HINC rursus eum inuenit diabolus in solitudine, corpore valde desatigato, & dicit ad eum: Ecce acceperisti gratiam Antonij; cur non vteris auctoritate, & à Deo petis cibum, & vires ad iter ingrediendum? Is autem dicit ad eum: Virtus mea & laus mea Dominus; tu autem ne tentaueris seruum Dei. Facit ergo diabolus ut ei phantasma appareat, camelus onera baulans, & errans per solitudinem, habens omnia ad usum necessaria. Qui cùm vidisset Macarium, prope eum assedit. Is autem suspicatus esse phantasma, sicut erat, constituit ad orandum: is verò protinus à terrâ fuit absorptus.

Phanta- sma ora- tione pellit. **11** Aliquando rursus venit hic Macarius Alexandrinus ad magnum Macarium, qui erat in Scete: & cùm ambo essent Nilum transmissuri b accidit ut ipsi maximum pontonem ingrederentur: in quem ingressi sunt duo Tribuni cum magnâ fastu & apparatu, ut qui intus haberent thedam totam ænam, & equos frenis aureis, & quosdam eos stipantes milites, satellites, &

Tom. I.

pueros torquibus & aureis zonis ornatos. Postquam Ex virtutis ergo Tribuni viderunt ipsos veteribus pannis indu- PP. tos, & sedentes in angulo, humilem illam & tenuem Beatus cù viuendi rationem beatam iudicabant; vñus autem ex sociopra- dicatori à ipsis Tribunis dixit ad ipsos: Beati estis vos qui mun- Tribuno. dum illuditis c. Respondens autem Macarius qui erat urbanus, dixit eis: Nos quidem mundum illusimus, Monachi vos autem illusit mundus. Scias autem te non tuâ mundo. sponte hoc dixisse, sed propheticè: ambo enim vo- faculari- camur Macarij, hoc est beati. Is autem eius sermone bus illudit. compunctus cùm domum venisset, vestes exuens, Tribunum de legit vitam agere solitariam, multas faciens eleemo- responso synas.

12 d Rursus cùm aliquando cupiisset vesci vuis re- Cibi contibus, perbelliique ad se missis, ostendens conti- cupi- centiam, eas e misit ad alium fratrem laborantem, tiam do- qui ipse quoque vuas desiderabat. Qui cùm eas acce- piisset, & magnâ affectus esset lætitia, suam celare vo- lens continentiam, eas misit ad alium fratrem laboran- tem, qui ipse quoque eum cibum appeteret. Cùm ille quoque accepisset, rursus hoc ipsum fecit, et si ipse val- dè vesci cuperet. Postquam autem ad multos fratres vuam mo- deinde venerunt vuæ, cùm nullus eis vesci voluisse, nachi in orbem trans- postremus qui eas acceperat, eas rursus misit ad Maca- mittum, rium, tamquam magnum ei donum largiens. Qui temperan- cùm rem curiosè inquisisset, admiratus & Deo actis tie & ca- gratiis ob tantam eorum continentiam, ne ipse qui- dio. comedit.

a Idem refere Ruffin. l. 2. c. 29. Ioannes libel. 4. n. 15.

b Addit Ruffin. Fratris cuiusdam videndi causa.

c Addit Ruffin. & nequaquam ex eo requiritis nisi indumen- tum vilissimum & parvissimum vistum.

d Ruffin. l. 2. c. 29. & l. 3. n. 42.

e Ruffin. detulit.

C A P V T I I I .

Eius abstinentia. Somnolentiam, tentationes carnis, vindictæ cupiditatem superat.

13 A TQVB hæc quidem est magni Macarij exerci- Omnim datione, quam ego & multi accuratè apud ipsum virtutes didiçimus. Si quod opus exercitationis aliquem vn- imitatur Macarij.

14 Cùm ab aliquibus audiisset, Tabennesiotas per totam quadragesimam nullâ re vesci quæ igni esset ad- 7. annis cibis non mota, statuit hic Sanctus septem annis nihil comedere cottis ve- quod per ignem transisset: & toto illo septennio nihil scitur. gustauit præter cruda olera, vel si quæ forè inuenisset legumina humectata. Cùm hoc ergo rectè gessisset, alspernatus est hanc viuendi rationem. Audiit autem ab aliquo alio hic monachorum optimus, quod qui- dam monachus comedebat libram panis. Quem Parum comedit. æmulatus, fregit quod habebat buccellatum, & immi- sit in lagenam, statuens solummodò tantum comedere, quantum manus eius sursum ferret. Magna est au- tem hæc in tractando corpore asperitas. Festiuè enim nobis narrabat: Plura quidem frusta apprehendebam; sed non sinebar efferre ob angustiam foraminis. Publicanus enim meus mihi nō permittebat omnino vesci a. Totos ergo tres annos hanc exercuit continentiam, 4. vels. quatuor vel quinque vincias comedens, & aquam quæ vincias die eis responderet: olei autem sextarium toto anno con- uno come- dit. sumebat in alimentum.

15 Alia athletæ exercitatio. Statuit indomitus hic somnum vir somnum superare, etenim utilitatis gratiâ hoc ipse superare narravit: Totis viginti diebus & noctibus non sum te- Ætum ingressus, ut somnum vincerem, cùm interdiu quidem æstu arderem, noctu verò algore rigerem. Quod nisi, inquietabat, testum citius essem ingressus, & somno vñs essem, ita mihi erat atra factum cerebrum ut deinceps agerer in extasis b: & quod ad me qui- dem attinet, vici somnum; quod autem ad naturam Resistit spiritui fornica- opus habentem, ei cessi.

16 Ei aliquando molestiam exhibuit spiritus for- ni-

H ni-

Ex virtutis PP. nicationis : & tunc condemnavit seipsum sedere nudum sex menses in palude Scetes , quæ est in vastâ solitudine,in quâ possunt culices vel sauciare pelles a proximis , ut qui sunt æquæ magni ut vespa , adeò ut in toto eius corpore infixerint aculeos : ut nonnulli existimauerint eum esse leprosum . Reuersus ergo in suam cellulam post sex menses , ex voce cognitum est eum esse Dominum Macarium .

*Culice oc- 17 Hoc aliter paulò refertur in Paradiso Heraclidis cap.
ciso, mor- 6. his verbis: Hic quodam die dum in cellâ suâ matuti-
fibus tulî- nus federet, culicem sensit: à quo vulneratus in pede,
cum se ex- dolensque cum manu suâ peremit, qui & mortens,
ponit. plurimum cruentis effudit. Reprehendens igitur fa-*

17 Hoc aliter paulò refertur in *Paradiso Heraclidis cap.*
6. his verbis: Hic quodam die dum in cellâ suâ matutinus sed eret, culicem sensit: à quo vulneratus in pede, dolensque eum manu suâ peremit, qui & mortiens, plurimum crux effudit. Reprehendens igitur factum suum, in eo quodd iniuriam propriam vindicasset, ita condemnare se voluit, ut in pratis eorum locorum quibus Scithia nomen est, qui in solitudinibus extremis iacent, nudus per sex menses federet, vbi culices crabronibus similes, aprorum quoque perforant cutem. Ergo illic exulceratus est torus, quibusdam ruberibus per omnia eius membra turgentibus, ut vnum crederetur ex illis esse, qui elephantios vocantur. Post sex autem menses regressus ad cellam suam, solâ (quod ipse esset Macarius) eius voce patefactum est. Cum Herueti versione conuenit antiqua ignoti interpretis.

C A P V T I V.

*Monumentum Ianne & Mambre magorum Pharaonis
adit. Lactatur à bubalâ.*

Monumē- & Mam- statuit, ut 18 **P E R G I T Palladius:** Is cupiit aliquando, vt ipse
tum Ianne nimentum, quod dicitur κηποτάφιον Ianne & Mam-
& Mambre adire bre magorum, qui erant tempore Pharaonis, vt id vi-
statuit, ut cum da- deret, vel etiam vt conueniret eos qui illic sunt dæmo-
monibus nes. Dicebatur enim plurimos, eolque ferocissimos,
contendat. in eo loco ab illis collocatos esse dæmones per infamis
artis eorum excellentiam. Hoc autem monumentum
factum est à Ianne & Mambre fratribus, qui propter
magicæ artis excellentiam primas partes habebant il-
lo tempore apud Pharaonem. Vt qui ergo illo vitæ
suæ tempore maximam in Ægypto haberent potesta-
tem, construxerunt illud opus ex lapidibus quadriatis
& suum illic fecerunt monumentum: & cùm multum
illic auri deposuerint, & omne genus arbores planta-
serint, maximum quoque puteum aquæ foderunt: est
enim locus humidus. Hæc autem omnia fecerunt, spe-
rantes post suum hinc discessum frui deliciis in illo pa-
radiso. Tandem ergo quoniam nesciebat viam quæ
ad eum ducit hortum, Dei seruus Macarius, coniectu-
râ quadam sequebatur astra, & sicut nautæ qui trans-
mittunt maria, totam peruersit Sanctus solitudinem:
& cùm aliquot etiam accepisset arundines, vnam sta-
tuit in unoquoque milliari, vt per ea signa remearet.
Cùm ergo intra nouem dies totam illam peruersisset

Signa via solitudinem, & esset prope illum hortum, succedente nocte parum dormiit. Immanis verò dæmon, qui semper aduertatur Christi athletis, cum collegisset omnes mon.

Damones mentum, ex eo egressi mihi occurserunt ad septuaginta variis forma dæmones variis formis prædicti; alij quidem clamis illi apertimantes, alij verò exilientes, alij verò cum magno fermento mitu in me stridentes dentibus, alij verò tamquam ***Heraclid** corui volantes, audebant meo vultui insultare, dicent monachos: Quid vis, Macari ***tentatio** monachorum? quid

***Heraclid.** mitu in me ltridentes dentibus , alij vero tamquam
tentator corui volantes, audebant meo vultui insultare, dicen-
monachet tes: Quid vis, Macari *tentatio monachorum? quid

ad nos accessisti? an non nos quoque aliquem ex monachis vexauimus? Quæ nostra sunt, tu cum tuis similibus illic habes, nempe solitudinem, & illinc nostros cognatos fugauistis. Nihil est nobis tecum communis. Quid loca nostra inuadis? tamquam anachoreta contentus esto solitudine. Qui hunc locum ædificarunt eum nobis assignarunt: non potes h̄ic manere. Qui quæris ingredi in hanc possessionem, in quam nullus ex viuis hominibus est ingressus, ex quo fratribus, quæ

ex viuis hominibus et ingressus, ex quo fratribus, qui
hoc condiderunt, sunt a nobis hic factæ exequiæ? Et
cum multa adhuc turbarent & insultarent dæmones,
dixit eis S. Macarius: Ingrediar tantum, & videbo, &
hinc recedam. Dixerunt autem dæmones: Hoc nobis
promitte in tuâ conscientiâ. Dicit autem Christi ser-
uus: Hoc faciam. Dæmones autem euauerunt. In-
grediente autem eo in paradisum, ei occurrit diabolus
cum stridâ romphæâ, ei minitans: ad quem hanc vo-
cem respondit S. Macarius: Tu venis ad me in stridâ
romphæâ; & ego contra te ingrediar in nomine Do- Demonis
romphæâ,
nomen Do-
mini op-
ponit.

templo, & ego contra te ingrediatur. In templo vero deo-
mini Sabaoth, in acie Dei Israël. Ingressus autem, con-
templatus sum omnia, in quibus inueni etiam cadum *Descriptio*
æneum catenâ ferreâ pendentem ex puto, iam tem- *sepulchri*
pore consumptum, & fructum malorum Punicorum *magorum.*
quæ nihil intus habebant, fuerant enim arefacta à sole,
& plurima aurea donaria. Cùm Sanctus ergo illinc re-
cessisset absque tumultu & citra ullam perturbatio-
nem, reuei sus est per viginti dies in suam cellam.
Tunc tamen

19 Cùm autem defecissent panes & aqua quam portabat, in magnâ erat afflictione. Viginti enim diebus ingrediens per solitudinem, ut existimo, nihil amissus sustinuit. ut etiam res ostendit. Forrasse aquam.

omnino gustauit, ut etiam res ostendit. Fortalitiae au-
tem tentabatur quoque intolerantia. Et cum iam pa-
tum abesset quin collaboretur, visa est ei quædam
puellæ speciem præse ferens, ut ipse narrabat, mundâ
lineâ veste induita, & tenens vrnam aquâ stillantem:
quam dicebat Macarius absuisse ab eo circiter vnum
stadium, qui tres dies ingressus est eam videns cum vr-
nâ tamquam stantem, & eum prouocantem, non va-
lentem eam assequi: spe autem bibendi, trium dierum
laborem fortiter sustinuit. Postquam apparuit multi-
tudo bubalarum, ex quibus una sterit ex aduerso eius
habens vitulum, sunt enim multæ in illis locis, & ut di-
cebat nobis Macarius, vbet eius lacte fluebat, & defu-
per sonuit vox ei dicens: Macari accede ad bubalam,
& lactare. Cum ergo, inquit, ad eam accessissim & la-
ctatus essem, mihi suffecit. Ut autem maiorem gratiam
ostenderet Dominus, docens meam paruitatem, iubet
bubalam me sequi usque ad cellam. Illa vero parens
iussui secuta est, me quidem lactans, suum autem non
admittens vitulum.

20 Subdit antiqua versio Palladij: Reuersus ergo ad
fratres cum indicasset de opportunitate loci, multo-
rum inflammati sunt animi, ut pergerent illuc cum eo. Alij mo-
nachii ad
illud mo-
numetum
accedere
veriti.
Sed vbi sancti Patres senserunt animos iuuenum con-
citatos ad pergendum, reppresserunt eos salubri consi-

lilio, dicentes : Locus iste si verè, vt dicitur, à lanne & Mambre constitutus est, non aliud de eo credendum est, nisi quòd diaboli opere ad deceptionem nostram forsitan præparatus sit. Si enim deliciosus est & abundans, quam requiem sperabimus in futuro sæculo, si hic deliciis fruimur? Hæc atque alia dicentes, iuuenum animos represserunt. Licet enim diuersorum pomorum amœnus esset locus, & abundans omnibus necessariis, sed non posse dicebat adduci illuc plures fratres, ne fortè venientes per erenum à dæmonibus deciperentur. Multos enim aiebat esse dæmones, quorum fremitus & calliditatem, ferre multitudo fratrum insueta non posset.

Eadem habentur lib. 2. cap. 29. Sed falsum puto Ruffinum, dum scribit repertos isthac à Macario duos fratres, qui vetterunt ne plures ed adduceret.

C A P V T . V .

In Tabennenſe S. Pachomij monaſterium admittitur ignotus.
Admirabilis eius abſinentia.

Aſpidis morſus ei non nocet. 21 PROSEQUITVR Macarij geſta Palladiuſ: Aliquando rursus cum puteum foderet hic vir virtute præditus ad recreandos monachos (is autem erat prope folia & ſarmenſa illuc poſita) morsus eſt ab aſpide: eſt autem venenatum & exitiolum animal. Ambas fauces aſpidis apprehendens Sanctus ambabus manibus, eam diſcipit, dicens: Cūm te non miſiſet Do- minus meus, quomodo ad me ausus es accedere?

Explorat auſteritatem Tabenneroſtarum. 22 Cūm ipſe rursus magnus audiuiſſet Macarius, quod haberent præclarum vitæ institutum Tabenneroſtæ, veſte mutatæ, & aſſumpto mundano habitu a operarij, ſpatio quindecim dierum peruenit Thebai-dem, ingressus per ſolitudinem. Et cūm veniſſet in mo-naſterium Tabenneroſtarum, quæſit eorum Archimandritam, nomine Pachomium, virum probatissi-mum, qui & gratiam habebat Propheticam, cui qui-dem Sancto, tunc reuelatus non fuerat magnus Maca- riuſ. Cūm ergo eum conueniſſet, dicit ei Macarius: Oro te, uſcipe me, quæſo, in tuum mo-naſterium, vt fliam monachis. Dicit ei magnus Pachomius: Non potes deinceps fieri monachus, qui ſis tam prouectus axtate: non potes te exercere. Sunt fratres qui ſe exercent à iuuentute, & labore tolerant: tu autem in hac axtate non potes ferre tentationes exercitationis: offen-dēris, & exibis, & nobis maledices. Neque eum accepit, nec primo die, nec ſecundo, vſque ad ſeptem dies. Ille verò fuit conſtantis, manens ieiunus. Poſteā autem dicit ei ſenex Macarius: Uſcipe me, Abba; & niſi ie- iuauerit & fecero ea quæ ipſi opera, iube me eiici ex mo-naſterio. b Persuadet fratribus magnus Pachomius, vt eum admittant. c Eſt autem vnius mo-naſterij conueniſſus, mille quadrangenti vii vſque in hodiernum diem. Ingressuſ eſt ergo. Cūm autem præteriuiſſet ali- quantum temporis, aduenit quadraginta, & vidit ſenex Macarius viuum quemque uſcepitſe diuersas yi- uendi rationes: alium quidem comedere uſpera, alium verò poſt duos dies, alium poſt quinque; alium stare per totam noctem, interdiu verò ſedere ad opus. Ipſe autem cūm aliquot palmæ ramos dibi mafefecifler, ſtetiſt in uno angulo, & donec quadraginta dies impleti eſſent, & adueniſſet Pascha, non ſumpſit panem, non aquam, non genu flexit, non ſedit, non accubuit, nihiſ aliud guſtauſt præter pauca cruda crambes folia, quæ ſumebat die Dominico, vt videretur comedere, & non incideret in arrogantem de ſe persuasionem: & ſi quan- do egrediebatur ad aliquid neceſſarium, citò rursus in-grediens ſtabat ad opus, os non aperiens, ſed stans li- lentiō, nihil aliud faciens præterquam silentium in corde exercens, & faciens orationem, & ramos palmæ operans, quos habebat in manibus. Cūm autem hæc vidiffent omnes exercitatores illius mo-naſterij, ſedi-tionem excitarunt aduersus ſuum Præfetum: Vnde nō nobis adduxisti hunc hominem ſine carne ad noſtri conden-nationem? Aut eum hinc eiice, aut, vt ſciatis, noſ omnes hinc recedimus. Cūm hæc autem à fratribus audiuiſſet magnus Pachomius, de eo eſt ſcificatus. Et cūm didicifler eius vitæ agenda rationem, Deum ro- gauit vt ei reuelaretur quisnam ſit. Reuelatum eſt au- tem ei euim eſſe Macariuſ monachum. Tunc eius ma-num prehendit magnus Pachomius, & eum foras edu- cit: & cūm deduxiſſet in domum oratori, vbi eſt ara, & eſſet amplexus, ei dicit: Ad eſtum, uenerande ſenex. Tu es Macarius, & me id celasti. Multis abhinc annis cupiſt te videre cūm de te audire. Ago tibi gratias, quod filios meos ſubegeris, ne ſe iactent & magnifice cir- cumſpiciant propter ſuam exercitationem. Rogo ergo te, recede in locum tuum: noſ enim ſatis aedificasti, &

7. diebus perfeuerat petens ut in illorum monaſterium admittatur. 7. diebus perfeuerat petens ut in illorum monaſterium admittatur. Quadra- geſima à monachis diuerſimo de obſer- uatur. Portento- sum Ma- carij leiu- num. Monachi de eo mu- murant. Agnoſci- tur à Pa- chomio Macariuſ reuela- tione.

Tom. I.

ora pro nobis. Tunc ab ipſo rogauiſſet, & eum omnibus Ex vritis fratribus orantibus ſic recessit.

a antiqua verſio: rustici.

b antiqua verſio: Iuſſit.

c antiqua verſio: Eſtautem congregatio per ſingula mo-naſteria mille quadrangenti vii. Multorum enim mo-naſteriorum B. Pachomius Pater erat, & multa millia monachorum congregatio erat, etiam & vſque nunc ſunt, Christi gratia la- giente.

d Heraclid. de arboribus dactylorum cortices tenens in- fuſos & copiosos.

C A P V T . VI .

Contemplationis ſtudium. Presbyterum à cancro ſanat Maca- riuſ, iuſſum à celebra-tione ſacrorum abſinere.

23 ALQVANDO rursus narrauit nobis hic vir im- patibilis: Quando recte geſiſſem omnem vi- tæ monaſticæ agendæ rationem, tunc veni ad aliud ſpi- ritale deſiderium. Statui enim quinque dies ſolūm mentem meam ita componere, vt à Deo auelli nō po- ſet, & nihiſ aliud omnino cogitaret. Et cūm id apud me ſtatuſſem, clausi meam cellam & aulam extrinſecus; vt nulli datem reſponſum. Et ſteti incipiens à ſecundâ; & menti meæ präcipiens, & ei dicens: Vide ne deſcen-das de caelis. Habes Angelos, Archangelos, omnes ſu-pernas potestates, Cherubim, & Seraphim, Deum ho- rum omnium effectorem. Illic veritate: ne ſub caelos in caelis in celeſtia ut erige- descenderis; ne incideris in mundanas cogitationes. ret.

Cūm duos autem, inquit, dies & duas noctes perſeu- rafſem; ita irritaui dæmonem, vt ipſe fieret flamma Demon ignis, & combureret omnia quæ habebam in cellâ, omnia in cellâ eius adeò vteriam ſtoream, ſupra quam ſtabam, igne arderet: comburiſt. & ſic me quoque exiſtimare totum conflagrate. Tandem timore affectus tertio die deſtitu ab hoc pro- poſito: cūm non poſſem amplius mentem meam tene-re indiuſſam, ſed deſcendi ad huius mundi contem- plationem, Deo fortaſſe permittente, ne hoc mihi re- putaretur in ſuperbiā.

24 Ego ad eum accessi aliquando, & inueni extra Presbyter eius cellam iacentem quemdam cuiuſdam vici Pre- cancro la- boryans ad

cancer, vt etiā ipſum os totum appareret in ver- tice. Is accessit ad ipſum, vt curaretur: nec eum admit- tebat ad colloquium. Rogauit autem eum, dicens: Miſere- re huius miſeri, & ſaltem da ei reſponſum. Is verò mihi reſpondit, dicens: Eſt indignus qui curetur; miſſa eſt enim ad eum hæc à Domino disciplina. Quod si velis eum curari, perſuade ei vt deinceps abſtineat à miniſterio ſanctorum ſacramentorum. Ego autem ei dico;

Quamobrem quæſo? Is verò dicit: Fornicatiſ ſacrum Cancro peregit ministerium, & ideò caſtigatur. Nunc ergo ſi laborat meru deſiſtat ab eo quod aufus eſt facere per contem- quia con- pium, Deus ipſum curabit. Postquam ergo dixi ei, qui ſcius for- affligebarit, iureiurando eſt pollicitus ſe non amplius nis cele- ſacerdotis partes obituru. Tunc eum accepit, & dixit brārat. ei: Credisne eſſe Deum quæ nihil latet? Respondit ille: Maximè rogo te. Deinde ei dicit Macarius: Non po- tuisti Deo illudere? Dicit ille: Non potui, Domine mi. S. Maca- riuſ varijs priuſ polli- ciuſ ſanat.

25 Hic Sanctus habebat diuersas cellas: vnam qui- Heraclid. dem in Scete, quæ eſt interior in ſolitudine, & aliam in * vnam in Libyā, & vnam in Celliis, & vnam in monte Lybiā vbi Cellæ vo- Nitriæ, cantur.

C A P V T . VII .

Diuersa etiū cellæ, varie curationes, inquietudinis & vane Varie Ma- gloria repreſſus ſpiritus. gloria repreſſus ſpiritus. * Paradif.

Ex virtus Nitriæ. Et alia quidem carebant ostio, in quibus dicebatur sedere in quadragesimâ in tenebris; alia autem erat angustior, in qua non poterat pedem extendere; alia autem latior, in qua conueniebat eos qui ad ipsum ventitabant.

Multos 26 Hic curauit tantam multitudinem eorum qui **demonia-** vexabantur à dæmonibus, ut ea non cedat in numero. Cùm nos autem illic essemus, virgo nobilis & diues deduxa est ad eum è Thessalonica in finibus

Item para- Achaæ, quæ multis annis laborabat paralysi. Hanc **lyticam,** ante cellam suam projectam, misericordiâ commotus, viginti diebus vngens oleo sancto suis manibus, & orans, sanam remilis in suam ciuitatem. Quæ cùm pe- **oleo sancto.**

27 Me autem præsente adductus est ad eum puer qui vexabatur à spiritu. Ei aurè manum imponens in capite, & sinistram supra cor, tamdiu orauit, donec fecisset ipsum pendere in aëre. Tamquam vter ergo puer inflatus, adeò intuivit, ut esset maximi ponderis. Et cùm repente exclamasset, per omnes sensus aquam emisit; & cùm rursus desisset, rediit ad eam in qua priùs erat mensuram. Et tradidit eum patri, cùm vnxif- **dies 40.**

imposuimus.

28 Eum aliquando subierunt cogitationes vanæ gloriae, quæ eum è cellâ eiiciebant, & suggerebant, ut honesto consilio & iustâ de causâ Romanam pergeret, pro beneficio eorum qui ægrotabant: valde enim in eum operabatur gratia aduersus spiritus. Postquam autem longo tempore non obediit, valde agitabatur.

Cadens verò in limine cellæ, foras pedes emisit, & di- cit: Trahite & vellite, ô dæmones si potestis. Ego enim non abeo meis pedibus, iurans fore ut iaceat usque ad vesperam, & nisi eum excutiant non esse au- diturum. Cum autem diu procubuissest, surrexit: cùm nox autem aduentasset, ei rursus exhibuere negotium. Et cùm duorum modiorum sportam impletisset arenâ, & imposuisset humeris, peruadebat totam solitudinem. Huic occurrit Theosebius Cosmetor, genere Antiochenus, & ei dicit: Quid portas, Abba? Cede mihi onus, & ne vixeris. Ille autem dixit: Vexo eum qui me vexat: nam cùm sim remissus & ignaus, sugerit mihi peregrinationes. Cùm au- tem diu promouisset, ingressus est cellam contrito corpore.

C A P V T VIII.

Ab hyæna munus accipit: non spuit. Palladij inconstantie medetur. Marci sanctitas.

Heracli- 29 **N**A R R A V I T autem nobis Dei quoque seruus des hæc Paphnutius, præclarus huius Sancti discipulus, de Marco narrat. qui erat cæcus, attulit ad S. Macarium: & cùm capite pulsasset ostium aulæ, ingressa est, eo adhuc sedente, & proiecit catulum ad eius pedes. Cùm autem acce- **Paphnu-** pisset catulum S. Macarius, & spuisset in eius oculos, **tius Maca-** orauit, & statim vidit. Et cùm mater eum laetasset, & **rij discri-** pulsum, **ceci hy-** accepisset, ita exiit. Die autem sequenti pellel magna **oratione** ouis attulit ad S. Macarium: & cùm Sanctus vidisset illuminat. **Hyæna** pellel, hæc dixit hyæna: Undenam hanc habuisses, nisi ouem alicuius deuorasses? Quod ergo proficietur ab iniuriâ, ego à te non accipio. Hyæna autem humili inclinato capite genu flectebat ad pedes Sancti, & ponebat pellel. Ipse autem ei dicebat: Dixi me non accepturum, nisi iuraueris te non amplius offendam ne pauperibus ad hoc quoque capite suo annuit, ut quæ Sancto assen- **cedam.**

tiretur Macario. Tunc accepit pellel ab hyæna. **Pellel illa** ta autem Christi ancilla, Melania dixit mihi, se illam **Melania** dat Maca- pellel accepisse à Macario illo, quod appellabatur **rim.** munus hyæna. Quid verò mirum est apud viros munus crucifixos, si hyæna beneficio affecta, ad Dei glo- riæ, & honorem seruorum eius, id sentiens ad eum munera attulerit? Nam qui in Daniele Prophetâ mansuæfecit leones, huic quoque hyæna largitus est intelligentiam.

30 De eo autem dictum est, quod ex quo fuit ba- **Hoc etiâ** ptizatus, humili non saperit, cùm essent sexaginta anni, de Marco ex quo fuerat baptizatus. Annos enim natus quadra- **Humi non** ginta baptismum suscepserat.

31 Forma autem eius erat huiusmodi. Oportet spuit. enim me quoque tibi hoc significare, Christi serue, vt qui hoc sciam optimè, cùm mea paruitas si fuerit **Quæ for-** **tempore æqualis.** Erat autem eius forma satis minuta **Macarius.** ac mutila & rara, pilos solùm habens in labro. Quin- etiam in supremâ parte habebat paucos. Nam pro- pter ingentes labores exercitationis, ne pili quidem menti barbæ ei enati sunt.

32 Ad hunc S. Macarium cùm quodam die venis- **Consulit** sem, & essent animo valde anxi, dico illi: Abba eum Pal- Macari, quid faciam? quoniam me affligit cogi- **ladius spu-** **ritu incon-** tationes mihi dicentes: Nihil facis, recede hinc. **stantia.** Respondit mihi dicens sanctus Pater Macarius: Dic tentatus. tu tuis cogitationibus: Propter Christum custodio partites.

Hæc ô studiose & amantissime Christi serue, ex multis & magnis signis & certaminibus incliti & vir- tute prediti Macarij significaui.

33 Hic Macarius nobis narrauit (erat enim Pre- **Vides Ma-** sbyter) se obseruasse tempore communionis Christi carius Eu- **charistiam** Sacramentorum, se Marco exercitatori numquam de- **Marco ab** disse oblationem, sed ei Angelum dedisse ex arâ: solùm **Angelo** autem se vidisse digitum manus eius qui dabat. **Plura dari:** de hoc Marco narrat Palladius cap. 21. **bijistoria sua Laufiaca,** siue lib. 8. de virtus PP.

C A P V T IX.

Scitbi solitudo in Aegypto. Illusiones demonum in oratione, merita communicantium agno- scit Macarius.

34 **S**O LITV DINEM Sceten siue Scitbi, vbi multo tempore **Ioannes** habitauit Macarius, ita describit Ruffinus lib. 2. cap. 29. libel. 3. Locus autem in quo habitabat ipse S. Macarius, Sci- **Scithium** thium appellatur. Est autem in eremo vastissimâ poli- **locus S.** tus, diei & noctis iter habens de Nitriæ monasteriis; Macarij. & hoc nullâ semitâ, neque terrenis aliquibus colligitur vel monstratur indicis, sed stellarum signis & cursibus pergitur. Aqua raro inuenitur, & siccubi inuenta fue- rit, odoris quidem dirissimi est, & quasi bituminea, sed saporis innoxij. Sunt ergo ibi viri valde perfecti (nec **Scithio-** enim patitur tam terribilis locus, nisi perfecti propositi **monachi** habitatores summaque constantiaz) caritatis tamen perfecti. inter se, & erga omnes, si qui forte ad eos accesserunt, summum studium gerunt.

35 Paullò inferius ista subnectit Ruffinus: Ad fidem con- **Idem Ruff.** firmatum nobis de eo est ab his qui ex ore eius audie- **Macarius** rant, quod quodam tempore noctis dæmon ad ostium à demone cellulae eius pulsauerit, dicens: Surge, Abba Macari, ad collectâ & eamus ad collectâ, vbi fratres ad vigilias congregan- **vocatur.** tur. Sed ille, qui gratiâ Dei repletus falli non poterat, intellexit diaboli esse fallaciam, & ait: O men- **l. 3. n. 43.** dax & veritatis inimice! quid enim tibi consor- **Macarij** tij, quid societas est cum collectâ & congregatio- ne Sanctorum? At ille, Later ergo te, inquit, ô Ma- cari, quod sine nobis nulla collectâ agitur, nullaque congregatio monachorum? Veni denique, & videbis opera nostra. Tunc ille, Imperet, inquit, tibi Domini

Videt dæmones collectus in coru- rurumq; va- rias fug- gesiones. Dominus, dæmon immunde. Et conuersus ad orationem, perit à Domino, ut sibi ostenderet, si hoc verum esset, quod gloria est dæmon. Abiit ergo ad collectam, vbi à fratribus vigiliæ celebrantur, & iterum in oratione Dominum deprecatur, ut sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce vidit per totâ ecclesiam quasi parulos quosdam puerulos Æthiopes tetros discutere huc atque illuc, & velut volitando deferrit. Moris est autem inibi sedentibus cunctis, ab uno dico psalmū, ceteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi Æthiopes pueruli, singulis quibusque sedentibus alludebant, & si cui duobus digitalis oculos compressissent, statim dormitabat: si cui verò in os immergissent digitum, oscitare eum faciebant. Vbi verò post psalmum ad orandum se proiecissent fratres, percurrebant nihilominus singulos, & ante alium iacentem in oratione quasi mulierum specie cerebantur, & ante alium quasi ædificantes atque portantes aliquid, ac diuersa quæque agentes apparebant. Et quæcumque dæmones quasi ludendo formassent, hæc orantes illi in cordis sui cogitatione versabant: à nonnullis tamen, vbi aliquid horum agere cœpissent, quasi vi quadam repulsi, præcipites deiebantur, ita ut nec stare quidem prorsus, aut transire iuxta eos auderent: aliis verò etiam infirmis fratribus supra ceruices & dorsa ludebant, quia non erant in oratione suâ intenti. Hæc cùm vidisset S. Macarius ingemuit grauiter, & lacrymas profundens ad Dominum, Respice, ait Domine, & ne fileas, neque mitigeris Deus. Exurge ut dispergantur inimici tui, & vt fugiant à facie tuâ, quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen

Psal. 82.2. profundens ad Dominum, Respice, ait Domine, & ne fileas, neque mitigeris Deus. Exurge ut dispergantur inimici tui, & vt fugiant à facie tuâ, quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen

examinandæ veritatis gratiâ seorsum euocatis singulis Ex vi- quibusque fratribus, ante quorum faciem viderat dæ- mones PP. mones diuerso habitu & variis imaginibus ludentes, requirunt ab eis si in oratione vel ædificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diuersa, quæ vni- cunque imaginata per dæmones viderat: & singuli eo- rum ita continebantur in corde suo fuisse, ut ille arguebat: & tunc intellectum est, quod omnes vanæ & su- Superflua perflua cogitationes, quas vel psalmorum vel oratio- num tempore vnuisque conceperit, ex illusione dæ- monum fiant: ab his autem qui omni custodiâ cor demonis. sum seruant, terti repelluntur Æthiopes. Deo enim coniuncta mens, & in ipso tempore præcipue oratio- nis intenta, nihil alienum, nihil superfluum recipit.

36 Aliud quoque multo terribilius addebat, quod Merita & vidisset eo tempore, quo fratres accedebant ad Sacra- demerita menta; vbi porrexisse ad suscipiendum palmas, in canium, nonnullorum manibus præuenientes Æthiopes, car- & illusio- bines deponere; Corpus autem, quod tradi Sacerdo- nes damo- tis manibus videbatur, redire ad altare; aliis verò, quos num videt meliorum merita iuuabant, extendentibus manus ad altare, longè recedere dæmones, & cum ingenti meru refugere: Angelum enim Domini assistere cernebat altari, qui cum Sacerdotis manu suam quoque manum in Sacramentorum distributione superponeret. Ex hoc iam permanit à Deo gratia ista, ut in vigiliis fra- trum, psalmorum & orationis tempore, si quis aljud aliquid secundum illusionem dæmonum in corde co- gitasset agnosceret, & accendentium ad altare vel indi- gnitates eum vel merita non laterent.

CIRCITER
AN. CHR.
CDXXXI.

II. IAN.

D E S. M A R T I N I A N O

A R C H I E P I S C O P O

M E D I O L A N E N S I.

S. Martiniani no- men in fa- cris sa- fatis. **D**E S. Martiniano, sive Materniano, XVII. Mediolanensem Antistite Romanum Martyrologium hoc die: Mediolani S. Martiniani Episcopi. Galefinius: Mediolani S. Martiniani Episcopi. Hic illius virbis septimus & decimus Episcopus, sanctitate & multis miraculis clarus, Innocentio I. Pontifice quieuit in Domino. Hæc eius chronologia paulò post con- futatur ex Iosepho Ripamontio, afferente anno Christi CDXXXI. Calestini nempe VII. decepsisse. Estq; id necessariò affer- dum si Synodo Ephesina per Legatos interfuit, que anno CDXXXI. est habita. Hinc & ipse quoquerelletur Baronius, qui in Notis ad Martyrologium clarae Martinianum scribit tem- poribus Papa Zosimi, cùm Zosimus anno CDXVIII. VII. Kalend. Ianuar. obvierit, Martinianus verò anno demum CDXXII. inierit Pontificatum, Bonifacij Papæ anno I. V. nisi assen- tiamur Demochari, qui electum scribit anno CDXVII. sedisse annos XIII. Eius meminit Claudio Robertus in catalogo Epi- scoporum Mediolanensem traditó, sedisse annis tribus.

Quando vixerit & quamdiu. **2** Martiniani vitam MS. citat Galefinius ex antiquis Ecclesiæ Mediolanensis monumentis. At Baronius solas tabulas Ecclesiæ Mediolanensis citat ab ipso Galefinio illustratas.

Scriptum contra Nestorium. **3** De eo hac scribit Iosephus Ripamontius lib. 6. historia- rum Ecclesiæ Mediolanensis: Nil ferme habuit Maroli Pontificis aetas, quod memoratu sit dignum. Par silentium & obliuio Martinianum & Glycerium secutos Antistites inuoluit, nisi quod vtrumque Acta cōuentus Ephesini, Martinianum verò etiam sua scripta vindicauere, queis Nestorianam sectam euerit.

4 Originem deinde exponit heresos Nestorianæ, sed vehe- menter fallitur quod Nestorium Germanum facit. Fuit enim vt Socrates scribit lib. 7. c. 29. ex Germanicâ (ex Germanicâ verit Christophorus, Græcè est Φεγγανίκης) aut, vt Theodoreus, ex Germanicorum ciuitate oriundus. Eam verò urbem idem Theodoreus lib. 2. hist. Eccles. cap. 25. scribit esse

Tom. I.

in loco vbi Cilicum, Syrorum, & Cappadocum fines terminan- tur, subiectam Euphrates prouincia. Vide Ortelium in the- sauro, qui ex historiâ Miscellâ ait Germanicam translatam in Palestinam; ex Glycâ, Nestorium ex Germaniciâ Syria oriundum.

5 Tandem de Martiniano subdit Ripamontius: Martinia- Librum nus igitur dogma Nestorianum acri & vehementi suum mit- scripto confutauit: cumq; librum Theodosio Prin- tit ad cipi destinatum transmisit ad ipsos Ephesini Concilij Theodosiū Patres, quos fama est, Mediolanensis Archiepiscopi Concil. Ephesiniū. doctrinâ & ingenio magnoperè delestatos fuisse. Sed graue mendum irrepit in Ambrosiana monumenta, litterasq; Nam cùm septennio ferme ante quām scriptum illud euulgaretur, decepsisse Honorium con- stet, sic habent ex litteræ, scripsisse Martinianum ad Augustos Honorium & Theodosium de Nestorij mendaciis & vanitate prauâque doctrinâ.

6 Illud quoque tralatitium est ac mendosum, quod eadem Ambrosiana monumenta tradunt de literis, quas Martinianus idem ad Ephesini Concilij Pa- tres cùm misisset, hanc inde laudem tulerit, vt San- tiissimus Deoque carissimus appellaretur. Quippe Quidam sunt ea verba rebellium quorūdam Episcoporum, qui rebelles conuentus Ephesini decreta coaspernentes proprio- Episcopi que conciliabulo ad ea labefactanda congregati, cùm fingunt eum à se alia multa fecere fraudulenter ac dolosè, tum hancce sparsè famam & aluere, tamquā Italici generis Antistites ab suâ parte starent, illos alteros auersarentur. Id vtique volentes increbescere, vulgauere suas litteras, queis grauissimum quemque Pontificum Ita- lorum ceu fautorem & gregalem suum appellarent. Ac alios quidem alio verborum honore per eam artem commentumque sunt prosecuti; Martino Mediola- nensi (id enim nomen accepere pro Martiniano) illa ipsa, quæ retulimus, verba circumdedere.

H 3

7 Ter-

90 DE SS. MACARIO. MARCO. ASPASIO.

EX VARIIS 7 Tertium denique mendum circa Pontificis hu-
Avct. ius etatem ex quotidiani officij narratiuncula oport-
bit auferri. Nam ea tres tantum Pontificatus designat
Sedit an- annos, cum in nonum usque debuerit peruenire, siqui-
nis 9. dem is Ephesini Concilij pars fuit. Decessit A.D. IV.
Non. Januar. iacent ossa in basilicâ D. Stephani.

8 Sequitur eum fama tamquam fuerit eximia oris

dignitate, ac pudore quodam virginali. Id ego ab aliis **Dicitur**
traditum omittere non debui, cum alioqui nulla effi- **fuisse for-**
ties ipsius extet; & mortalium lineamenta, vultusque **mosus.**
fermone tantum a traditione custodiri, & in secula,
prout fuerunt, venire vix quisquam credat. **Hac Ripa-**
montius. Extat de Martiniano S. Ennodij Ticinensis Episcopi
sarmen.

DE S. MACARIO ROMANO,

CIRCA
AN.CHR.

CDL.

II.IAN. I

A LIVS hinc est ab eo Macario cuius in vita Patrum
scripta; cuiusque in Menologio & Menaio obitus
refertur XXIII. Octob.

2 Huius Macarij meminit Palladius in historiâ Lausia-
câ sua lib. 8. de vita Patrum cap. 123. dum ad Pintianum Me-
Macarius lania iunioris quandam maritum conuenisse scribit Pamma-
focius Pi- chium ex Proconsulibus, quemdam nomine Macarium ex Vi-
niani. aliis caria, & Constantium Assessorem Praefectorum Italiae, insignes
Agathon. viros & eruditissimos, qui peruererunt ad summum pietatis &
religionis. Hic Palladij Macarius in Grecis quibusdam MSS. vt
annotatione Rosvreydus, Agathon appellatur. Quod dicitur, ex
Fuit Vicaria, Gracie est διὸ βίκα γλας, Exuicarius, qui vicariam
rius Pra- Prefecturam gessit, vt pulchre Victor Giselinus in cap. 18. dialo-
geli 3. Sulpitij Seueri; vbi Lycontius ex Vicariis, vti & cap. 1.
eiusdem dialogi Eucherius ex Vicariis. Ortelius, non recte, exi-
stis manuit loco cuiusdam, vnde ille ortus esset, Vicaria nomen
fuisse.

3 Vita eius hoc compendium refert Ferrarius in catalogo
Sanctorum Italia ex officio Ecclesia Placentina: Macarius
Solitarius. Romanus Praefecti Urbis Romanæ Vicarius, vita mo-
ad summam nasticæ cupidus, spretis omnibus, solitarius herbarum
senectutem peruenit.

vsque senectutem vitæ cursum sanctissimè confecit.
Extat eius ex candido & perlucido marmore sarco-
phagus in ecclesiâ S. Helenæ apud Lauinum amnem
in agro Bononiensi, vbi eum vitam degisse eremiticâ **Corpus**
coniicimus. Corpus Placentiae in basilicâ S. Xysti sub **eius Pla-**
râ illi dicatâ conditum est. Vitam eius à Theophilo **centia.**
scriptam tradunt.

4 Existimat ergo, perperam, Ferrarius vitam huius à Theo-
philo scriptam, vti & ipse Baronius in Notis ad II. Ianuar. Sed
vtriusque vitam legenti satis patet duos esse Macarios Roma-
nos, quod noster Rosvreydus in Notatione ad vitam alterius
Macarij Romanil. i. de vita PP. clare demonstrat.

5 Locus verò apud Lauinum, vbi S. Helena ecclesia paro-
chialis conspicitur, S. Macarij sarcophago insignis, vulgo Chier-
no dicitur, estq. Fratrum Seruorum, vt testatur idem in Notis
Ferrarius, qui addit Epitaphium S. Macarij in sarcophago hoc
legi: **MACARIUS VOCOR IN CIVITATE ROM. NA- Epitaphii.**
tus. Solereverò Sanctum hunc ab accolis aduersus tempe-
states inuocari: à quibusdam illum Abbatem dici, tradiq, cor-
pus illius diu Nonantule fuisse asservatum.

6 Ex vitâ S. Paula per S. Hieronymum scriptâ infra res Maca-
xxvi. Ianuar. colligitur hunc Macarium aliquando à Ruffino rius.
Presbytero fuisse Origenis imbutum erroribus, quos tamen dein-
de eiurauit, vti & ipse, vt suo loco dicemus, Ruffinus.

**Innocatur
contra
tempesta-**

**Origeni-
sta.**

D E

S. MARCO SVRDO.

II. IAN. MENAE: Eodem die S. Marcus in pace quieuit.
Surdum hunc fuisse indicat additum distichon:
ο Μάρκος τον οὐκε γητῶν λόγων,

καὶ πέπειν γῆν ὥτα γῆρε εἰσάγων.
Marcus non audiit terrestres sermones,
Et priusquam terras relinquenter aures à terra abducens.

DE S. ASPASIO CONFESSORE

POST
AN.CHR.
DL.

MELEDVNI IN GALLIA.

II. IAN. I **M**ELEDVNI (oppidum est Gallia Celtica in insula
S. Aspasius Sequana situm, quatuor passuum millibus à Fontis-
Meleduni blaudi regia) Diuini Aspasij nomen magnâ religione
Patronus. colitur, vt testatur Papirius Massonius in libro de Fluminibus
Gallia. De eo Kalendis Ianuarij ista habet Molanus in Addit. ad
Vsuarium: Castro Mileduno Depositio S. Aspasij Con-
fessoris; cuius ibide omni principalis Ecclesia tit-
tulatur, licet vita penitus ignoretur. Eadem ferè Marty-
rologium Germanicum eodem die, & Philippus Ferrarius in ge-
nerali catalogo Sanctorum, qui addit loci eius tutelarem habe-
ri. Celebritas eius II. Ianuarij agitur, ob festum fortasse Cir-
cumcisio dilata.

2 Fuit, vt quidam existimant, S. Aspasius Episcopus Elo-
scis siue Elusensis Ecclesia; que Auscum translata est, aut cum Au-
scensu vinita; sed postmodum: nam eodem tempore Procu-
leianus Auscensis Episcopus erat. Subscriptis Aspasius Concilio
Aurelianensi II. anno Christi DXXXIII. & Aurelianensi IV.

anno D XLII. item V. anno D XLIX. & Aruernensi II. anno
DXLIX. vt videre est apud Iacobum Sirmondum nostrum to. I.
Concil. Gallie, & Claud. Robert. in Catalogo Archiepiscoporum Quando
Ausensem. Hic tamen Episcopos Ausenses & Elusenses vide-
tur confundere, cum etiam anno D CXXX. Concilij Rhemenis
tempore diuersi fuerint.

3 Cum Meloduno transiret Aspasius febri correptus fertur, Mortuus
ex quâ deinde mortuus I. vel II. Ianuarij. Eius laudes cecinit Melodu-
pluribus hymnis Sebastianus Rouillardus Melodunensis, in Cu-
riâ Parisiensi Adiocatus, eruditione ac pietate celebris. Mor-
tuus est S. Aspasius (si Elusensis Episcopus fuit) ante an. DLXXXIII.
quo Concilii Parisiensi I V. subscriptis Laban Ecclesia Elorena
Presul. Qui Meloduni colitur, solum Confessor dicitur, non Epi-
scopus. Seruantur religiosè eius ossa capsis inclusa partim in Eius ossa.
S. Maria, partim in ipsis monini dicata ade. Appellatur &
Euphasius.

D E

ABBATE MARTYRE IN GALLIA.

A N . C H R . **D C X X V .** **S**ANCTI Maximi Abbatis ac Martyris vitam suppeditavit nobis vetustissimus codex monasterij S. Martini Treuiris, insiginem illam quidem, sed mendosissimè descriptam. Alia brevior, imò prioris tantum epitome, extat in Vlraieclensi ms. Ecclesiae S. Martini.

G E N E A L O G I A
S. MAXIMI MARTYRIS

E T P R E S B Y T E R I ,

Qui passus est in parochiâ Viennense tempore *Heraclij Imperatoris.

* Itareisti-

tui. ms. ha-

bet Aure-

Maiores

S. Maximi

*forte iti-

nerare.

IF V I T vir vnu de territorio Celmanes ciuitate & Dux, cui nomen erat Eonocius, & vxor illius Siuella; quæ genuit ei filium, nomine Wobertum: qui accepit vxorem Helcana, & habuit ex eâ filium nomine Maxentium; qui accepit vxorem, nomine Radegundem, ex quâ nati sunt ei tres filii, Gundebertus, Gundelaicus, & Radoldus. Erant enim hi tres fratres humiles & timentes Deum: & venit eis sensus ut ad Vrbem Romam ad ecclesiam S. Petri Apostoli iter ariperent, quatenus ipse pro eis intercessor apud Dominum existeret: ipsi verò cum magno exercitu, cum equis & mulis, & viris numero centum quinquaginta, cum magno gaudio cœperunt *itinere: sed in primis ad S. Martini Turonis occurrere disponebant.

Patru S. Maximi occiduntur à latronibus.
Anteberto in generū adlegitur.
Pater ab Anjeberto

Igitur cœpto itinere atque calle festinantes, super Crosa fluenta in Clauico vico subsequentes eos latrunculi gladio cunctos peremerunt: adeò ut nullus ex illis remaneret nisi Gundebertus solus; qui latrunculis recedentibus stabat inter media cadavera mortuorum tristis, & nimio mœrore affectus, & nesciebat quid agere debuisset.

3 Interē accidit ut quidam homo, nomine Ansbertus, ibidem superuenit, vir fortis, atque in substantiâ rerum diues; coepit eum diligenter interrogare & dicere: Vnde est aduentus tuus, aut quò pergis? vel quæ est hæc strages mortuorum, inter quibus cadaveribus solus stas? Respondit ei Gundebertus, & ait: Nos tres fratres ex territorio Clemanense, adcreuit nobis consilium ut ad S. Petri Apostoli urbem Romanam peruenissimus: sed dum id agere voluissimus, insurrexerunt in nos latrunculi, qui omnes comites nostros gladio peremerunt: & ego quasi orbatus solus remansi. Dicit ei prædictus Ansbertus: Vade mecum partibus Caturcense: & ego pro pulchritudine tuâ dō tibi filiam meam Magneldem, & ditabo vos ut magnis diuitiis affluatis. Perexitque cum eo Gundebertus & accepit filiam eius præfatam vxorem, genuitque ei optimum filium, nomine Maximum.

Explicit genealogia.

P A S S I O

S. MAXIMI PRESBYTERI
E T M A R T Y R I S .

C A P V T I .

Maximus in eremum fugit, ne cogatur vxorem ducere.

Nascitur

S. Maxi-

mus anno

Chr. 583.

4 I

GITVR S. Maximus ortus est in territorio Caturcense, in villâ Margaritâ, anno viii. sub Brunielde Reginâ. Hic cùm esset annorum septem, derelicto pa-

tre & matre ad sanctam Dei ecclesiam vrbis Caturca *Fugit ad* S. Stephani Martyris & Leuitæ configit, vt litteris erudi- *eccliam*
diri potuisset. Audiens hæc pater eius quod filius suus fugâ vertisset, multum timuit ne à bestiis deuoratus fuisset: dixitque matris suæ: Mulier vbi est filius noster? cur non posuisti ei custodem? At illa obmutuit, & loqui nolebat: sed manus ad cælum leuans & percutiens peccatum suum, ait: Angustia est mihi Domine, pro filio meo Maximo. Oro Domine, vt facias illum cum salute reuertere ad nos.

5 Audiens hoc Desiderius tunc Caturca ciuitatis Episcopus sollicitudinem parentis, in eadem die nun-*Inservit* tiauit hoc Gundebertho patri suo. Tunc accessuit me-*litteris.*
moratus Episcopus Notarium suum, & commendavit illi puerum Maximum, vt illum bene instrueret litte-*litteris.*
ris, atque solerter curam de ipso in omnibus ageret. Fuit ibi Beatus Maximus decem annis ad eruditio-*Grammatici.*
nem Grammatici. Erat enim pulcher & speciosus valde. Qui cùm bonis pollerer moribus atque literarum in-*industria.*
dustriâ, honore illum Magistrali in ipsâ vrbe sublimauerunt: erat enim pacificus multum, obediensque & humili corde.

6 Audiens Beraldus pulchritudinem eius, ascen-*Beraldus*
densequum suum perexit ad patrem eius, & dixit ei: Audiui quod filium habes speciosum: voca illum & vi-*petit eum*
deam magnitudinem ipsius. Respondit ei pater: Ha-*Episco*
beo filium parvulum ipse nos dereliquit, & fugiens quasi ad litteras. Dixit ei Beraldus: Voca illum venire *ponsum.*
ad nos, & videam eum, quia desidero cernere illius *filia sua*
pulchritudinem. Tunc præcepit Gundeberthus vnum *ex seruis suis*, & dixit ei: Vade ad Dominum Deside-*rium,* & pete sanctitatem eius ut nobis transmittat fi-*lium nostrum,* baculum sene&tutis nostræ, quia ego &
mater ipsius multum desideramus eum videre, & cras reuertetur ad eum. Quod cùm seruus ille hoc *Episco*
po nuntiasset, tunc vocauit eum ad se, & dixit ei: Fili Maxime, ecce pater tuus & mater desiderant te videre. Vade ergo & loquere cum eis, & poste reuertere ad nos. Qui iussis eius obtemperans, tamen nolens, iuit ad patrem suum. Cùm autem vidisset eum mater eius ce-*titur ala*
cidit super collum ipsius, & ait: Heu me, fili, cur tam tardè venis ad nos?

7 Cùm autem vidisset eum Beraldus dixit patri suo: Verè hic filius tuus Maximus speciosus & deco-*Mater de*
ratus est: da illum mihi, & ego dabo ei filiam meam He-*fiderans*
brede, & ditabo eos diuitiis affluenter. Respondit ei *etiam* Mater ip-*titur ala*
filius: Spero quod filius noster Maximus, non *titur ala*
ducatur vxo rem. Eleuans autem vir eius manum *eum cali*
suam dedit ei alapam, & ait: Non est ita ut loqueris. Vi-*bem per*
dens hæc Maximus magis timuit, & in ipsâ nocte fu-*manere, &*
giens ad ciuitatem, indicauit Patri Episcopo omnia *viro percu*
verba hæc. Videns autem Episcopus sollicitudinem *titur ala*
ei, dixit ei: Noli esse tristis, ego procurabo de te.

8 Sed B. Maximus noluit fe credere: & manè con-*Fugit in*
surgens dixit ad Ambrosium discipulum suum secrete: Frater quid faciam de me? Venit ergo Beraldus ad pa-*eremum cit*
trem meum, voluit filiam suam mihi in coniugio so-*Ambro*
ciare. Respondit ei Ambrosius: Magister quid vis fa-*scipulo*
cere? Dicit ei Maximus: Magis mihi libet in eremo in-*discipulo*
ter feras bestias vitam finire, quam coniugio transito-*suo.*
rio sociare. Dixit ei discipulus: Vbi vis pergere? Respô-
dite ei: Nescio, nisi vbi summus conditor & Pontifex
viam mihi voluerit demonstrare. Dixit ei Ambrosius:
Et ego vadam tecum. Perrexerunt ergo manè ambo *discipulo*
pariter, & quærebant eremi soliditudinem, vbi eum pa-*eremum cit*
ter non inuenisset. Inuenit locum super fluentum Olto,
loco vocato Subtus Rocca, habens in circuitu eius fo-*discipulo*
litarios in singulis cellulis suis seruientes Domino.

Ex mss. 9 Cùm verò inuenisset Maximus locum, cœpit inibi instruere paruum domicilium, vbi Domino militare potuisset. In eodem namque mense dereliquit eum Ambrosius, & reuersus est ad propriam cellam. Qui cùm iterageret per solitudinem, eleuans oculos ad cælum vidit in summitate querci diabolum, quasi hominem in mare hamos iactantem à dextris lœvâque, magnisque pisces in vento suspendentes. Dixit ei Ambrosius: In sicco magnos pisces trahis? Dixit ei dæmon: summa arbores pīscantes. Habeo pisces Leoterio & Sauino; Maximum autem à me recedere nolebam. Dixit ei Ambrosius: Magister meus Maximus tepidus non est; non habes potestatem aduersus illum.

C A P V T I I.

Ab eremo abstractus, cogitur sponsalia contrahere: iterum fugit.

10 **E**RAT inibi S. Maximus in ieuniis, orationibus, ac vigiliis, confidens se in psalmis & hymnis spiritualibus, sine intermissione orabat. Vedit autem dæmon, quod non proficiebant insidiæ suæ contra sanctum hominem; dereliquit eum, & transfigurauit se in Angelico vultu, ad propriam cellulam patris sui perrexit, soporatoque euin somno ait illi: Gundeberte, Gundeberte, ego sū Angelus Domini, noli timere, audi quod loquor tibi. Maximum vnigenitum tuum, quem quæris, vade in loco solitudinis, super Olto fluente; inuenies ibilicum, quod dictum est Subtus Rocca, & ibi inuenies eum. Manè consurge & vade, expelle eum de loco solitudinis.

Cum venatoribus 11 Surrexit manè pater eius ascendens equum suum, cum suis venatoribus; in modum vrsum venantes ad eum quare pater. ipsum locum peruererunt pleni insaniâ contra sanctū hominem. Inuenitque eum, accersitque venatoribus suis, * amodò vrsum eum de eremo proiecserunt. Cùm autem vocascent venatores canes, atque ad eum incitasent; tunc canes super ipsos venatores reuersti, eodem die prostrati & mortui sunt. Accepitque Gundebertus filium suum Maximum, & ligauit ei manus & pedes, & imposuit eum super equum suum, & obtulit eum matri suæ; Mulier, inquit, ecce filius tuus, quem quæris; persuas dæmoniacas incantationes, nostri canes, vnde delicias habuimus, mortui sunt: mitte illum in carcere, donec mitiget cor eius: miseruntque eum in carcerem usque dum veniret Beraldus.

Includitur carceri. 12 Nuntians hæc omnia pater eius Beraldus: quod cùm audislet, multū gausus est; vocauitq; vxorē suam & cōseruos suos, vt stipēdia copiosa post eum adferrēt, & cum magno gaudio epularent. Primitus vt domum residerent, Beraldus Maximum quārens, cupiens vide-re pulchritudinem eius. Exiens igitur vir Dei Maximus de carcere, induentes eum vestimenta eius, vocauerunt eum locum sedendi, & dicit ei pater: Accipe annulum de manu Beraldi, & mitte eum digito filiæ suæ arrha-bonem. Ille autem noluit eum accipere. Tunc pater eius, furore repletus dixit ei: Fac citius. Dubitante autem B. Maximo, pater eius de baculo, quod in manu tenebat, conatus est eum percutere. Ille autem nolens accipit annulum, & poluit illum in digito filiæ ipsius, Ego, inquit, te sponsa sponsalitæ causâ, vt tu sis mihi sponsa in Domino, & ego tibi in Christo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Cogitur cum filia Beraldi contrahere sponsalia. 13 Post septem diebus adimplatis, vocauit Beraldus vicinos & finitos amicos suos ad nuprias celebrandas. Audiens hæc verba sanctus vir Dei Maximus, multum timuit, & veniens de amne portans farinolam in vlnis suis, obuiauit Magnentium. Cui Maximus ait: Vnde te habemus Frater? Magnentius respondit: Ego peregrinum me confiteor, ex regno Antiochenense. Dicit ei Maximus: Quid faciam ego infelix? surrexit enim homo fortis & diues in pecunia suâ, vult filiam suam mihi in coniugio transitorio sociare. Dixit ei vir Dei

Magnentius: Quid aptum est tibi in corde? 6. Maximus respondit: Ego vadam in loco vbi isti insidiatores me non colaphizent. Magnentius ait: Pergamus ergo pariter usque dum voluntas Domini est. Dereliquerit autem S. Maximus regionem, patrem, & matrem, fratres, agros, seruos, & ancillas; constrinxitatio. que suos lumbos, ac membra iustitiae pleniter sectatus est.

C A P V T I II.

Angelo duce Viennam venit: ab Episcopo repulsus, admittitur in monasterium: fit Sacerdos.

14 **A**CCEP TO itinere festinanter ad S. Martialis Lemouico experierunt occursū, vt ipse pro eis exorator existeret. In ipsā nocte ad grauatus est Maximus somno; Angelus inquit ad eū: Maxime, Maxime; iterum & tertio vocauit eum: Maxime. Cui palpato respondit: Quis es tu, qui ter vicibus vocaris me ex nomine? Angelus Domini inquit ad eum: Noli timerre, ego sum Angelus Domini, & missus sum ad te, vt Ab Ange- te deducarem. Manè consurge vñā cum Magnentio lo viennam comite tuo, & egredimini partibus Viennæ: & ego deducun- vobis præcipio quid illuc facere debeatis. Qui manè tur. consurgens visionem Magnentio retulit. Tunc Magnentius respondit: Visio hæc Angelica est. Surrexerunt ambo pariter, ad Viennam Angelo nuntiante peruererunt.

15 Cùm autem introissent in ciuitatem ad S. Mau- ritij ecclesiam peruererunt; qui cùm pergerent inueni- erunt virum religiosum, nomine Ermembertum; erat enim sub ditione Domni * Paschasi Episcopi. Vi- * Non se- denseos præclaros & timentes Deum, diligenter co- dit tunc S. Pa- chateos interrogare, vnde essent aut quod pergerent, vel fuis, qui quid quererent. Respondit ei Maximus, & ait: Hei 22. Febru- mihi! Pater, ego dum fui ætate annorum decem & colitur. septem, surrexit contra me quidam vir fortis & diues in pecuniis suis, voluit filiam suam mihi in coniugio Ab Er- copulare: & ego ob hanc causam derelicta patriâ, & memerto ad Episco- parentes obfugiens, & quero sanctam Dei Ecclesiam pum Vien- vt litteris erudiri possim. Dixit ei Frater ille: Nuntie- nensem mus hæc verba Episcopo nostro; forsitan præstabit deducun- vobis adiutorium vestri causâ. Qui cùm hæc Episco- po suo retulisset, dixit ei: Voca illos, vt veniant ad me, & audiam eos loquentes. Qui cùm venissent & in præ- sentiâ eius stetissent, cœpit eos interrogare: Vnde vos habemus fratres? aur vbi vultis pergere? vel quid quæ- ritis? Respondit ei Maximus: Ego ex territorio Catur- cense, in Margaritâ villa ortus. Insuper dixit ei pro quâ causâ patriam parentesque dimiserat, & quia aptum quærerent locum, vbi Domino seruire potuissent. Dixit ei Episcopus: Wade in obedientiâ cum fratribus, & prande cum eis. Maximus curam fraternalam peragens, dixit ei: Quid faciam de fratre meo Ma- gnentio pait ei Pontifex: Ite cum pace, nescio vos. Ab Episco- po dimit-

16 Egressi autem foras ciuitatem, ad grauatus est tuntur. iterum B. Maximus somno, & dixit ei Angelus Domini: Maxime surge de loco quo dormis, & perquire optimum locum, cellulam scilicet S. Ioannis Limoni- co monasterio vbi Sampson Abbas præfet sub ditione Flotarij Regis: & ibi perfice, quod tibi imperatum est. Continet cellam inter montuosa loca super amne Rhodano, ex latere Aquilonis Limonia fluenta, & de parte occidente, montem minorem, qui vocatur Ter- rulus. Fuit autem locus ille granarius Regis, quem El- debodus cursor Flotarij eodem loco curam peragens, omnes riuoli & guttulas in vnum amnem coadunari fecit, qui in Rhodanum defluunt.

17 Surrexit enim à somno B. Maximus; festinanter ad ipsum locum vt ei Angelus nuntiauerat, ambo per- uenerunt. Cùm autem ad portam monasterij perue- nissent obuiauit Abbatem monasterij ipsius; dixit ei Abbas: Fratres quid vultis? Dixerunt ei: Domino ex toto

toto corde obedire. Sustinetē hīc, inquit, parum, doc-
nec reuerrat ad vos. Reuersus est enim Abbas vespere
ad cellam suam, & dixit ad Maximum: Sub quo Pon-
tifice vel quā ciuitate litteris eruditus es? Respondit ei
Maximum: Sub Desiderio, Catercense ciuitate: pater
meus dictus Gundebertus, mater verò mea Magnel-
dis. Qui cùm per ordinem narrasset ei cur patriam pa-
rentelque dimiserat, vel quia congruum locum qua-
reret, vbi iugiter Deo seruire potuisset; tunc Abbas
dixit ei, vt cum fratribus in labore manuum pergeret.
Respondit ei Maximum: Quid faciam de fratre meo
Magnentio? Dixit ei Abbas: Eat & ipse vobiscum, &
accipiat stipendia corporis necessaria. Satis gaudens
cor viri Dei Maximi, quod acceptus obedientiā mo-
nasterij.

*Attonden-
tur in mo-
nachos.*

*Sus à Ma-
ximo pa-
ga, 7 porcellos
ad mona-
sterium
defert.*

*Rogat Ma-
ximum ut
proforet
Paschasius
Episcopius.*

*Consecrat
eum Sacer-
dotem.*

18 In eadem nocte accersiuit Abbas Sacerdotes &
monachos, & cæsariam capitum eorum totundit. Sur-
rexit manè Maximum, partibus eremi perrexit, vt cu-
ram laboris Fratrum pergeret. Cùm autem circuisset
locum illum, exilens de condensō prægnans sus ad
pedes ipsius S. Maximi peruenit, & ore aperto, cœpit
pedes eius lingere. Dixit ad discipulum: Frater affer
nobis de annonā, vt demus domesticæ nostræ, quæ ad
nos vénit. Dedit ei Maximum annonam, & dixit ei: Ci-
baria nostra comedē, de fructu quod habes profer nobis
ad monasterium. Die autem subsequentē cum se-
ptenis capitibus porcorum ad virum Dei reuersa est.
Tunc Abbas imposuit vni de confratribus, nomine
Gerontio, qui eos custodiret.

19 Audiehs hæc Paschasius Episcopus, ascensus
nauem, ad cellam ipsius monasterij perrexit, & air: Vbi
est ille frater per cuius obedientiam Dominus talem
virtutem operatus est? Dixit ei Abbas: Custodiā ei
imposuerunt fratres: ex arte hanc obedientiam pro-
curat. Dixit ei Paschasius: Vocate illum venire ad me; qui
cùm fecisset eum venire ad vesperum, tunc Dominus
Paschasius Archiepiscopus humiliato capite rogabat
eum dicens: Frater digneris pro me orare. Cui Maxi-
mus air: He mihi, Domine, quia non sum dignus pro
me exorare, quanto magis pro aliis? Dixit Abbas
Samson ad Domnum Paschaliū: Preciamur Domne
sanctitatem vestram vt eum nobis per vñctionem
vestram ad officium sacerdotij consecretis. Respondit
ei: Præsto sum; & tunc in mense primo primâ Sabbati
eiulsdem mensis sacerdotalem accepit honorem: atque
super omnem curam monasterij constituerunt eum.

C A P T I V.

*Fit Abbas: percussoribus vltro occurrit: diuinitus punitis
subuenit: lethaliter vulneratur.*

*Mortuo
Samfone
præf mon-
asterio.
* ms. VL
trai. Hil-
debodii.*

*Accersitur
ab Eldebo-
do curiore
Lotharii.*

*Renuit
monasterio
egredi.*

20 Nōn pòst multo verò tempore, defuncto Ab-
bate ipsius remansit S. Maximus in vicem Ab-
batis loci monasterij curam exercens. Interea surrexit
vnu de seruus* Eldebodi cursoris, & venit ad eum,
dicens ei: Nuntius tibi sum Domine de Limonicō mo-
nasterio, quod Samson defunctus est, & remansit ibi
alius, qui se Abbatem esse dicit, & per suas dæmonia-
cas incantationes mirabilia facit. Et dicit Cursor: Vade
ad monasterium, & præcipe ei vt veniat ad me, & dic-
at mihi, qui posuit illum habere post obitum Abbatis
sui custodiā monasterij, vel cur non venit ad me?
Tunc seruus ille nequam ascendens equum suum, &
nuntians ei omnia dicens: Maxime præcepit tibi Do-
minus mens, vt citius ad eum venias, & dicas ei ratio-
nem, qui posuit tibi custodiā huius monasterij. Re-
spōdit ei sanctus vir Dei: Frater dic domino tuo vt ve-
niat huc, & accipiat benedictionem, & damusei ratio-
nem, quod nobis interrogatus fuerit: nam nobis non
est opportunum egredi extra cellulam hanc. Accer-
situsque eum vt acciperet benedictionem. Respondit
ei seruus ille: Ego detuis donis sumpturus non sum.
Dixit ei S. Maximus: Vade, fiat tibi sicut dixisti.

21 Et renuntiauit seruus domino suo verba hæc. Ex mss.
Tunc cursor vocavit alium seruum, & dixit ei: Vade ad
seductorem illum, & dic ei; quod si noluerit venire ad
me, ego vadam illuc, & vsque ad iniuriam eum expel-
lam. Et nuntians ei seruus ille, Maxime, ait, præcepit
tibi Cursor vt ad eū pergeres: quod si nolueris, ipse ad
te venier, atque ad internacionē reduceret. Tūc S. Maxi-
mus dixit: Internacionem suam ego non timeo, sed po-
tiūs pro nihilo habeo. Cùm autem seruus ille domino
suo hæc nuntiasset, ipse verò furore nimio accensus,
ascendens equum suum ad Limonicū monasteriū, con-
tra sanctum hominem perrexit, tantā insanīa repletus *Venit ad
eum Elde-
bodus.*

*Iterum ad
Eldebodii
vocatur.*

S. Maximus dixit: Internacionem suam ego non timeo, sed po-
tiūs pro nihilo habeo. Cùm autem seruus ille domino
suo hæc nuntiasset, ipse verò furore nimio accensus,
ascendens equum suum ad Limonicū monasteriū, con-
tra sanctum hominem perrexit, tantā insanīa repletus *Venit ad
eum Elde-
bodus.*

*Occurrerei
Maximus.*

S. Maximus quod Cursorum interficeret volebat. Et
dixit ei S. Maximus: Frater Magnenti, ego tormenta
sua non timeo, sed vade & tu mecum, vt loquamur
cum tyranne illo. Exierunt ergo ambo pariter ad Cur-
sorem; & dixit eis Cursor: Vos magi estis. Respondit
ei Magnentius: Nos magi non sumus, sed confidimus
in Dominum, cuius præcepto cupimus obedire. Dixit
Cursor ad S. Maximum: Fera pessima, quare despexisti
mandatum meum, & non venisti ad me? Respondit ei
Maximum: Tu es fera ferocissima, & cor indomitum,
qui nescis unde venis vel quod vadis; ego autē in Chri-
sto me confiteor. Dixit Cursor: Ego te interficiam.
Dixit ei S. Maximus: Non habes potestatem aduersum
me ullam.

22 Tunc Cursor eleuans baculum, quod manu te-
nebat, voluit illum percutere: statimque baculus de *Volensem*
manu eius in terram cecidit, & areafacta est manus, & *percute*
oculi eius excæcati sunt. Tunc ait Cursor ad Elduinum *Eldebodus*
confiliarium suum: Ego non video lucem, & manus *à Deo pu-*
nitur.

23 Tunc recessit Cursor ad domum suam furore
accensus contra Magnentium, sed eis nocere non po-
tuit, atque in suā confusione permanxit. Surgentes
namque contra eos familiæ domus dicentes: Per ve-
stram dæmoniacam orationem, & per verba diabolica
excæcastis dominū nostrum. Audientes autem hæc
fratres monasterij dixerunt ad sanctum vitum Dei
Maximum: Ecce insidiatores contra te insaniunt, vt te
interimant. Respondit eis Maximus: Et nos eamus ob-
uiā eis. Dixerunt ergo ei fratres: Domne Maxime,
quæramus congruum locum vbi cum fratre Magnen-
tio resideas, interim dum isti malitiosi reuertant ad *Maximus*
domos suas. Quibus è contra respondit: Vos quærite *ultra oc-*
inter vos congruum locum, ego autem in plateam ex-*currit fa-*
eam, & verba Patris annuntiabo eis. Dixerunt ei fra-*multo El-*
tres: Nos solliciti sumus propter te. Nolite, ait, pro me
folliciti esse, sed faciant quod eis permiserit Dominus.
Extens autem S. Maximus in plateam armis cælestibus
præcinctus, locutus est eis dicens: Quem quæritis? Illi
autem ignorantes, dixerunt: Illum maleficum quæri-
mus, qui dicitur Maximus, qui dominum nostrum per
suas incantationes dæmoniacas excæcauit. Respondit
eis Maximus: Ego sum quem quæritis. Dixerunt ei: Tu
es ipse? dic nobis quare excæcasti dominum nostrum
Cursorum Flotatij per tua verba diabolica? Respon-
dit eis S. Maximus: Ego dico vobis, fratres, excæcatus
est ille homo, & lucem non videt, nec lux in eo est, qui
contra Dei homines male consurgit.

24 Tunc respondit vnu de prioribus, & dixit ei:
Vbi est qui eripiat te de manu meā? Respōdit ei S. Ma- *Sicarius*
ximus: Ad præsens est, qui potest me eripere de manu *punitus.*

tuā.

Ex mss. tuā. Ille autem euaginato gladio voluit eum interficere ; confessimque gladius de manu eius cecidit , & ipse totus , manus pedesque & caput simul curuata sunt , & nubes de cælo cecidit ; & oculi eorum excætati sunt ab horâ tertiat diei usque ad horam septimam. Interea S. Maximus monita salutis eis prædicabat. Tunc circa horam septimam oravit S. Maximus , & ait : Oro Domine ut aperiantur oculi istorum , & videantur ; & continuo aperti oculi eorum , & sani recesserunt , præter eum qui caput eius amputare voluit. Tunc introiit satanas in unum ex ipsis , lanceā & arripiuit lanceam suam , & percutiit S. Maximum in fuditur. latere , & mox genu fixit in terrâ , & ait : Gundramne malè egisti , propter quod lanceā me perforasti. In ipsâ horâ Gundramni tortum eius corpus vulneratum est , atque à vermis consumptum , tertiat die mortuus est.

C A P V T V.

Sancte moritur , miraculis clarus.

25 **S**V C I R I E N T B E S igitur fratres S. Maximum , portantes eum in claustra monasterij in diuersorio loco ; flebant enim fratres S. Maximum , quia Maxi- talem amitterebant Patrem. Tertiā horā noctis , appa- ab Angelo ruit ei Angelus Domini & dixit ei : Maxime , Maxime . Cui S. Maximus respondit : Quis es tu ? & Angelus ad eum ; Ego , ait , sum Angelus Domini , qui te ad locum istum adduxi : noli timere , crastinā die videbis mirabilia , quæ hactenus non vidisti. Videbis S. Michaëlem cum choro Angelorum gaudentem cum magno psal- lentium choro ad te venientem , vt te suscipiat leniter , opera enim tua semper lenia fuerunt. Tu Sanctus es , & Sanctorum meruisti consortium. Tu es Martyr , qui pro Christi nomine sanguinem fudisti , qui minas non timuisti , sed semper ad cælestia regna anhe- lasti. Qui tunc vigilantes in domo illâ fuerunt , sermo- nes Angelicos cuncti audierunt.

26 Iterum recordatus est Sanctus Dei Maximus in voce Angeli clamantis , & dixit : Domine nuntia nobis de hoc monasterio , cuius cura sit me receden- te. Angelus inquit ad eum : Magnentius habebit cu- stodiā huius monasterij post te , quoniam & ipsi co- rona est promissa. Die autem crastinā horā sextā vo- cavit ad se S. Maximus monachos suos , quibus cir- cumstantibus , iussit eis vinum dare , & accepto calice S. Maximus gratias Deo agens benedixit eum , & bi- Præbiens bit , & monuit fratres bibere in amore caritatis. Et valedic- persens eis veniam , si forte contra aliquem peccaf- fuit , vt ei indulgerent ; & osculans eos , & valefa- ciens eis.

27 Accidit autem vt tunc S.* Augustinus Pontifex *non re- vrbis Aruernensis prouinciae ibidem interesset , si- perit militer & Paschasius Viennensis Archiepiscopus ; ex quorum aduentu cor S. Maximi gaudio magno re- pletum est ; Ecce , inquit , aduentum Patribus meis : & Aruern. multi in circuitu eius adstabant infirmi de variis in- apud Sa- firmitatibus , qui quinque ex ipsis sani recesserunt. uaronem. Tunc Augustinus Episcopus dixit : Laudemus Domi- Augri ad- num in beato martyrio S. Maximi. Paschasius Episco- stantes sa- pus dixit : Ad virum Dei ægri veniunt , & sanantur.

28 Tunc audiens S. Maximus Angelicos psallen- tium choros , & ait : Precor vos Patres & Fratres vt suscipiatis me , & bonum mihi detis comitatum , & Signans se mutiens se signo sanctæ crucis migravit in Domino. Et fustollentes eum de eodem loco cum magno psal- lentio Clericorum , vi mos est , & manè surgentes , cum suis explatis vigiliis cum reliquiis & vas vñctio- ne posuerunt eum in monumento suo. Passus est iv. Nonas Ianuarias in anno xii. sub Flotario Rege , & est tumulus eius bene compositus in domo bene funda- tâ in honore Dei summi , & ibi requiescunt reliquiae S. Ioannis , & S. Victoris ex latere deorum contra Aquilonis plagam super Limonia fluenta : ibi sacra- tum corpus S. Maximi requiescit in pace , ipso adiu- uante qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum , Amen.

D E S. B L A D V L P H O

M O N A C H O B O B I E N S I.

Sæc. vii. **G** A L E S I N I V S , Maurolycus , ms. Florarium , Ka- II. IAN. llendarium Benedictinum , Vvuardi editio Colon. ann. S. Bladul- 1490. & 1521. Ferrarius , VVion , Menardus hoc die phi in Mar- S. Bladulphi , sive Baldulphi , aut Blidulphi natalem referunt. tyrologiis Fuit is monachus monasterij S. Columbani Bobi in Liguriâ ad nomen. amnem Trebiat , sub Ducas Mediolanensi , vt Ferrarius testa- Translatio. tur. Ultimâ Augusti eius & plurium aliorum translatio cele- bratur , facta anno 1482.

2. **P** reclarum ad eius defensionem patratum à Deo mira- culum ex Ionâ Abbate refert Baronius ad annum d c x x v i. num. 31. Cùm aliquo tempore Blidulphus Presbyter , eiusdem Bobienis monasterij monachus , à beato Patre Attalâ ad Ticinum urbem directus fuisset , ibi- que peruenisset , obuium habuit Arioualdum Regem Longobardorum Arianæ se etæ credulum. Is ergo cùm vidisset Blidulfum Presbyterum , ait ad suos : De Columbani monachis iste est , qui nobis salutantibus apta denegat respondere. Cumque iam haud procul ab- esset Presbyter , salutavit eum Rex , ironice tamen. Ad hanc Blidulfus : Salutem , inquit , optarem tuam , dō heret si tu seductoribus tuis non fauores , & alienis à ve- reprobēdit. Iustum etenim esset , ineffabilem Trinita-

tem vnâ Deitate confiteri , non tres potestates , sed tres personas ; nec vñant trium nominum personam , sed tres in veritate , Patris , & Filij , & Spir- itus sancti personas , vnâ voluntate , potestate , & essentiâ.

3. Hæc paulisper audiens Rex , cùm progressus fuisset , iracundia luccensus , questus est , se non habere ministros , qui obruente noctis caligine monachum illum ita contumaciter in conspectu suo locutum sollicitarent , & fustibus ac sudib⁹ concisum morti tra- derent. Tunc vñus vesanior ceteris , ad hoc patrandum se respondit esse paratum. Dicite ei Rex : Si vo- luntati meæ satisfeceris in hoc , muneribus te mox , illucescente die crastino , ditabo. Progressus itaque pessimus ille , alium sibi sceleris socium similem sibi assumit , & obortis terris tenebris , viam quâ mona- chus à coenâ cuiusdam Christiani , qui inuitauerat eum , ad hospitium regredi debuit , vigilanter custo- dit. Cùm ergo monachus inopinatè venisset ad lo- cum custodiaz , percussus in cerebro , & omni compage corporis collitus , pro mortuo cadauere relictus est ab ipsis satellitibus , nullo de populo id sentien- quie-

Lethaliter
vulnera-
tur.

quiuerat , anticipatus loco & immanibus ictibus.

Exurgit,
velut à
somno, sa-
nus.

4 Porro is ad cuius domum metatus fuerat , ne-
sciens quidem euentum rei , sed tamen suscipitus hoc
ipsum quod euenerat (erat enim & ipse Pre-
sbyter) arrepto baculo , venit ad locum , repertens
quæ iacentem , ac si somno depresso , excitare co-
natus est. Ad cuius ille vocem , velut ab stratu
incolumis surgit , nec plagarum vestigiis apparen-
tibus , cum eo pariter ad hospitium pergit , indicans
qualiter à latronibus quibusdam comprehensus , diris-
simis plagiis mactatus fuisset , nec tamen aliquid inde
sensisset.

Percussor
arripitur
à diabolo.

5 Peractis deinde causis pro quibus exierat , ad
monasterium repedauit. Post cuius discessum proti-
nus ille , qui se spontaneum ad iniquum opus patran-
dum indiderat , dæmonio corripitur , & diuersis pœ-
narum incendiis flagellatur , commissum facinus exi-
tiabiliter confitetur. Vniuersus autem populus in eius
cruciatis timore perculsus clamauit , & dixit : Qui-
cumque Bobiensibus monachis malum aliquod inu-
lerit , simili vltioni subiacebit : & qui Arianorum per-

suationibus acquiescit , tales iras iusti Iudicis meritò **Ex IONA**
sustinebit. **Abb.**

6 Videns facinus suum infelix Arioualdus diuini-
tus manifestatū , confusus inde , & metuens ne sibi tale
quid eueniat ; ipsum quem vis horrida torquebat , cum
conuiatoribus ad B. Attalam dirigit , postulans ut com-
missum malum ignoscat , spondens se multum eius ob-
sequio paratum fore , si sua dona dignaretur accipere.
Beatus Pater Attala respondit , se num quām in perpe-
tuum Ariani hominis dona suscepturum. Rogat tamē
vniuersos fratres , ut pro pestifero , qui adductus fue-
rat , orationem ad Dominum fundant. Quibus atten- **Bobien-**
sium mo-
nachorum
precibus
liberatur:
ab hominibus
iuxta aliorum sepulchra sepelire ausi sunt , sed procul moritur.

D E S . A D E L A R D O

CIRCIT.
AN.CHR.
DCCXXVI

A B B A T E C O R B E I E N S I

II. IAN. I
S. Adelardus
di nomen
in sacris
fæbis.

SANCTI Abbatis Adelardi nomen plerique re-
centiores suis Martyrologiis adscripsere . Hugo
Menardus in Martyrologio Benedictino : Apud
Corbeiam Gallia , Sancti Adalardi Abbatis ; qui
regio genere natus , rebus huius sæculi spretis , vi-
gesimo ætatis anno fit monachus : de quo illud le-
gitur , quod quodquidie bis saltem manè & vespere sua
alienaque peccata profusis vberim lacrymis de-
ploraret. Abbas autem creatus , ita in omni virtute flo-
ravit , ut Antonij sanctissimi Abbatis nomine , illum ali-
qui appellarent. Eadem ferè habent Arnoldus VVion , & Pe-
trus Galestinus. Meninerunt eius Ferrarius in generali catalogo Sanctorum , Vuardi editio Colonien. anni 1521. Martyrolo-
gium Germanicum , Molanus in additionibus ad Vuardum , &
in Natalibus Sanctorum Belgij , Albertus Mireus in fastis Bel-
gicis & Burgundicis , Antonius Sandrus in Hagiologio Flan-
dia. Quidam eum 1. Ianuarij referunt. Appellatur etiam ab
aliis Adelhardus , Adalardus , Alardus , & à Baronio Adel-
radus.

Vita scri-
pta à S.
Paschasius
Ratberto,
& à S. Ge-
rardo.

2 Vitam eius scripsit S. Paschasius Ratbertus , de quo nos
xxvi. Aprilis. Ea pridem edita à Surio est , ac deinde à Sir-
mondo nostro cum eiusdem S. Ratberti operibus : quas inter se
editiones contulimus , recensimusq; ad varias lectiones ex ms.
Corbeiensi ab Antonio Fortio monacho Corbeensi ad eundem
Sirmonum transmissas , nobisq; ab eo communicatas. Adieci-
mus aliam S. Adelardi vitam & miracula , auctore S. Gerardo
monacho Corbeensi , ac deinde primo Abate Silua Maioris
in Vasconia (de quo v. Aprilis agemus) ex vetusto codice Berti-
niano descripta. Habetur alia breuior vita in ms. Rubea-
yallis.

Eius ele-
uatio II.
Aug. &
10. Octob.

3 Vita S. Adelardi compendium habet Molanus in Nata-
libus Sanctorum Belgij ; ac tandem subdit : Natalem habet
die secundâ Ianuarij , sed eleuationis memoriam die
xi. Sextilis. in nullo tamen Martyrologio eo die illius reperi-
nomen. At ms. Florarium die x. Octobris eleuationem con-
signat. Sed pergit Molanus : Multiplici autem de causa in
Flandria pago oriū referat eum ex Vscia oriundum esse , prope Aldenar-
dus.

dam. Distat autem Vscia à dicta ciuitate uno miliari ,
viâ Brugensi ; vulgo Huyse. Alibi lego Vsciam fuisse
patrimonium Adalardi , sicut etiam fuit Berthemum ,
territorij Louaniensis non obscurus pagus. Et vtius-
que parochiæ Abbas Corbeiensis est patronus. Accepi
autem à Pastoribus Aldenardensibus , non illis quos
illustres Martyres cognouimus , sed ab eorum suc-
cessoribus , festum S. Alardi quondam in Hussiâ cele-
bre fuisse , & in ore vulgi esse , eum inde oriundum:
fontem quoque inibi reliquiss , qui in præsentiarum ab
eo nomen seruat.

4 Sed & aliae sunt causæ , ob quas inter Belgas me-
moretur. Pertinet enim ad genealogiam Pipinorum
& Magni Caroli , primorum Brabantæ Ducum , vt ex
supradictis agnoscatur. Et postremò , Corbeia se an-
nuë ex donatione Adalardi valde multa ex Belgio re-
cipere , & plura recepisse cognoscit. Vixit tamen ex-
tra nostrum Belgium , prout nunc sunt limites , in
Corbeia videlicet Franciæ , Artesiis contiguâ : & cum
æquiuoco suo Saxoniæ Corbeiam struxit. In vtroque Corbeia
autem monasterio & pietas & studia multum vige- **Franciæ**
runt. Imò monasteria hæc plantaria fuerunt primo- **et Saxonii**
calus. ;
Bremenium Archiepiscoporum , qui Aquilonia-
res regiones conuerterunt.

5 Paucis deinde interiectis subdit idem Molanus : Ex di- **Fabula**
ctis liquet aberrare quosdam Berthemi incolas , qui Berthe-
S. Adalardum describunt Haymonis filium minorem miensum
natu , in suo pago nutritum cum giganteo equo , quem de S. Ade-
in templo depictum habent : cùm ex citatâ historiâ lardo , eiusf-
constet eum fuisse maiorem natu , ex patre , vt lectiones q; equo
festi habent , Bernardo , fratre Pipini Regis. Constat
tamen ex authenticis instrumentis , etiam ipsius sancti
viri manu subscriptis , multa in Berthem , ex donatione
eius , à Corbeia , quædam etiam ab incolis possideri.

De S. Adelardo , alteroq; Adelardo eius discipulo & Cor-
beia Saxonica Fundatore haud paucæ dicentur ad xv. Iu-
nij , cùm de S. Viti translatis reliquiis agetur ; quamquam Ge-
rardus Abbas in Prologo illius historiae auctorem reprehendat.

P.B.R.S.
PASCH.
RATBERT.

V I T A
S. A D E L A R D I
A V C T O R E

S.PASCHASIO RATBERTO.

PROLOGVS AVCTORIS.

*Sur. Sir. ¹PRETIVM operis est, viros quoque doctissimos parentis.

Cur scribenda mortuorum gesta.

Sap. 2.1.

Matt. 22.

v. 32.

Auctor S:
Adelardi
discipulus.

*Ms. Corb.
materiae.

1. Theff. 4.
v. 12.

*Mortuos
lugere &
quatenus
licet.*

tristari; aliud verò dolere & condolere, quòd sic peccati causà huc venimus, vt ad modicum vix parum aliquid esse videamur: vnde proculdubio carorum lacrimis ablucere sepulturam, debitæ pietatis affectio esse debet, non erroris.

4. Quà pietate, licet mentis ingenio segnis, tui re- s. Adelard-
cordor, virorum carissime Adelarde Pater, senectutis di enco-
decus, species sanctitatis, forma virtutum: in tantum, minum.

inquam, tui recordor, amoris vinculo, vt vix admo-

dum me valeam inter vrae temperare negotia. Qui

dum video Dominum Iesum Christum, Lazarum, Ioan. xi.

quem diligebat, fleuisse mortuum, & non solùm fle-

uisse, verum turbatum esse spiritu; nimirum flere.co-

gor, rali ac tanto cæli destitutus oraculo. Ceterum ipsa

natura docet carorum non obliuisci debere, sed qui-

bis possumus eos commendare ingeniis, vt & dilectio

in mente firma teneatur, visione carnis sublatâ; &

amor in mente qui dudum accensus fuerat, dum me-

lius viuat, quem diligimus, non moriatur. Vnde, mi vo-

torū carissime, cui luperpargo more vulgi *sepulchri *Sur. Sir.

iura ex floribus, ornare cupiens funus litteratum offi- sepulchrū.

cis; quatenus tuarum aromata virruntum non tumulo

teneantur clausa, sed longè lateque in exemplum futu-

ris fragrant temporibus. Neque enim more quorum-

dam censeo pueros hinc inde super tumulum consti-

tuere, qui tuas singendo laudes debeat decantare, vt

instar lugubrium carminum ad fletus & gemitum au-

dientium pectora concident; sed veritatis iura mihi met

torpentis otio ne abdicentur, litteratum fidei com-

mendabo, atque ita tuo refrigeratus alloquio, tui per

sæcula memorabor. Neque è meo poteris euelli ani-

mo, nisi nomen tuum laudesque depromam. Fidelis

est mihi conscientia, quòd quidquid dixerim, à tuâ mi-

nus est laude: idè persuadere mihi de te talia minimè

erubesco. Vnde tua præsens absens mihi manens,

noquos in me generat lacrymarum affectus: ita tamen,

vt præsentia absens faciat gratulari, quòd iam perue-

neris ad diu promissa gaudia felix.

5. Ne, quæso, lacrymanti dicas: Gratulari de me po-

tiùs quām flere, carorum fili debueras, præfertim cùm

scias me euasi mundi ludibria, & peruenisse ad fon-

tem æternæ vitæ: qui si me diligeres, gauderes vtique

& congauderes, quia iam fruor immortalitatis stolâ, &

Dolat Au-
satori intuendo maiestatis gloriam. Scio, mi Pater,

scio, inquam, quia exutus carneis indumentis, cælesti

iam frueris visione: sed vincor itaque, pio perfusus

amore, præsentem tuam flere absentiam, quo mihi tri-

ste viderit omne quod intueor, dum te suspirans ab-

esse sentio. Et, vt verbis Fortunati vtar,

Qualiter agnus amans genitrix ab ubere pulsus,

Trifus & herbofis anxius errat agris;

Nunc fugit ad campos, feriens balatibus aurus,

Nunc reddit ad caulas, nec sine matre placent;

Sic me de tuis Pater absensem suggero verbis. Dies,

inquam, obitus tui mihi vitam non luxisset, quia nec

poterat peior esse mihi exiguo, neque sæuior villa tuis

omnibus inluescere: quo quid agam quidve faciam

perpendo, sed moerore amarus non inuenio. Prohi-

bente, vt dixi, Apostolo, multum flere volens non au-

deo; gaudere verò, quamvis inuitus, tuæ *claritatis glo-

*Sur. Sir.
riæ persuadeor. Iam enim tibi hyems, mi Pater, abiit, & caritatis.

recessit imber. Ergo venerunt nuptiæ agni: inter deli-

cias paradisi frueris: vox tua sonuit iam in auribus

meis: & audita est vox turturis, ita dicens: Sicut audi-

uimus, fili, sic vidimus in ciuitate Domini: audiuiimus

quidem gloriosa, sed cernimus potiora, in ciuitate Do-

mini virtutum: virtutum ergo, & non vitiorum; quia

Deus fundauit eam in æternum fundamento perpe-

titatis. Intelligo quidem planè talia te canentem, sed

suspirio dolens, & gemo anxius, longè interdum à tuo

seiunctus consortio. Et quod serius est, orbis te virtu-

ris virum prædicat, nec contingimus, nec videmus.

6. Noui igitur quòd neque has velis accipere lau-

des,

Gratula- des, qui tuas iam in cælo scriptas procūl dubio tenes.
tur ei suā Ibi tuum proorsus feceras horreum, ibique tuum sem-
felicitā- tem, eumq; pererat mentis habitaculum. Vnde quamvis mihi exi-
innocas. gam quod impendo, tibi exinde gratulor, quia frueris
 quod amasti: mihi doleo, quem depulsum a laetè velo-
 cius amisi: iocundor tuâ causâ, sed mea plâgo. Tuis
 itaque gaudiis superatus, tandem gratias Deo agere
 non recuso. Ago quidem gratias, quod talem te habui-
 mus: vincor verò affectu, quia prius te caruimus, quâm
 comites paradisi nos tuo adscieris confortio. Propter
 quod obsecro, mi Pater, prospicias per cancellos, per
 fenestras quoque, Domino concedente, voti intuearis
 filios. Noui igitur, quâfueris caritate præditus, quâve
 fide firmus, qualique spe diu velut anchorâ Domino
 religatus. Certissimum idcirco teneo, quod triplex iste
 tuus funiculus difficilè, imò numquâm resolutur. Mi-
 raris non modò sub pedibus nubes ac sidera, sed etiam
 altam planitiem cæli, niueo candidatus habitu. Ideò
 precor ne differas misereri humilium, quos dudum ad
 talia prouocabas in certaminis campo. Fortis, mi Pa-
 ter, fuit ut mors dilectio tua: idè nullo viatu es hoste,
 nullo superatus agone. Vicisti oblectamenta mundi
 fortiter, & idè coronatis, credimus, gloriâ trium-
 phantis indubitanter. Venite filiæ Hierusalem, & vi-
 dete diadema, quo coronatus est senex noster solenni-
 tate æternâ, quibus ille inauratus est induimenti. Per-
 pendite, quomodo adhuc iuuenis malignum vicerit
 hostem, quomodo puer mundum pedibus olim cal-
 cauerit.

C A P V T I.

*Adelardus autâ reliktâ fit monachus.**Adelardi genus regium.*

7 **Q**VI cùm esset regali prosapiâ, Pipini Magni Regis nepos, Caroli consobrinus Augusti, inter palati tyrocinia omni mundi prudentiâ eruditus, vna cum terrarum Principe magistris adhibitus, elegit magis iustitiae fore & veritatis amicus, quâm in illicita consentire, etiam multis oblectatus blanditiis. Vnde factum est, cùm idem Imperator Carolus desideratam Desiderij Regis Italorum filiam repudiaret, quam sibi dudum etiam quorumdam Francorum iuram̄tis pectorat in coniugium, vt nullo negotio beatus senex persuaderi posset, dum esset adhuc tyro palati, vt ei, quam viuente illâ Rex acceperat, aliquo communicaret seruitus obsequio. Sed culpabat modis omnibus tale connubium, & gemebat puer beatæ indolis, quod & * al. Dco. nonnulli Frâcorum * eo essent periuri, atque Rex illico-
 to vteretur thoro, propriâ sine aliquo crimine repulsâ vxore. Quo nimio zelo succensus elegit plus sæculum
Aulâ exit relinquere adhuc puer, quâm talibus admisceri nego-
offensu- tiis, vt propinquo, quem contra ire prohibendo non
quod Ca- posset, non se consentire fugiendo monstraret. Nec
rolus uxo- minus igitur Joanne pro iustitia mori paratus fuisset
rem repu- creditur, qui pari annis inlicitam reprehendebat Re-
diasse. gis audaciam, & spernebat huiusmodi nuptias: nec
 considerans propinquitatis iura, vt carni assensum
 præberet contraleges Christi, quas violare non fe-
 rens, sibi in animo præponebat. Vnde & voluit magis
 cum Christo mente ingenuis crucis ignominiam ferre, vt fortia quæque confunderet, quâm si etiam ad-
 optaretur in regnum, vt esset Regis filius.

8 Despiciens itaque Pharaonis regni diuitias, peruenit tandem, vt monachus velut Moyses in eremo Dei frueretur alloquiis. Neque enim adhuc sœculo ita calceatus, poterat cælestè vînum in monte videre: sed exurus his omnibus & sanctificatus, Dei agente gratiâ, discipulus factus est Salvatoris. Legerat ergo, Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, adhuc & se metipsum, non potest meus esse discipulus. Neque igitur ignorabat, quod facilius sit camelum per foramen acus transire, quâm diuitem in regnum cælorum intrare. Et ideo depositus a selli onera, vt facilius arctam atque strictam viam mandatorum Dei curreret. Quibus

*Tom. I.**Luc. x4.
33.**Matth. x9.
24.*

depositis, Corbeiaz, imò Christi ibidem expetiit son-
 tem, velut cœrus ille Davidicus. Vbi cùm parum fuis-
 set immoratus, subito humilitatis discipulus, factus est
 magister virtutum: & qui pridie pedissequus videba-
PER S. *PASCH.* *RATBER.*
Fit mona- tur aliorum, inuentus est dux & prævius suorum in chus Cor-
 Christo commilitonum. Elegeras enim, bone Iesu, tibi
beiensis *anno ata-*
tyronem & puerum: non quidem ille te, sed tu illum
tiu 20.
 elegeras & præelegeras, tuâ præuentum misericordiâ.
 Elegisti eum ferme cùm viginti esset annorum, quando
 infelix nimirum ætas humana, fragilis & valde procli-
 us est ad peccandum: tunc quâdo omnes tyrones tui,
 cùm exirent de terrâ Ægypti, à viginti annis & suprà, Num. i.
 in libro vita te conscripti sunt præmonente. Necnon 24.
 & cùm rursus à Moys & Eleazaro recenserentur omnes
 hac ætate & deinceps, qui possunt ad bella procedere, Num. 26.
 in cælestè collegium suppulantur. Hi tantum in castris
 Domini figunt tentoria, hi soli procedunt ad bella. Sa-
 nè quia mirum admodum est tunc vincere, cùm oble-
 ctatur variis blandimentis; triumphare, multis cùm
 impellitur argumentis. Viginti etenim fiunt, quinque
 quater ducti; aut quatuor quinques suppulati. Qui
 bus ita collectis, cōstat eos tantum ad bella fore prom-
 prissimos, qui veteris ac noui testamenti ætate senue-
 rint, & eius sapientiâ fuerint educati. Horum igitur
 virtus est ad bellandum aptissima; & vt se vident pri-
 mū, monenda: præsertim cùm tunc hostis, quantum
 in carne est, maioribus vtitur decipiendi ingeniis.

C A P V T II.

Munus hortulanii sedulò & pie obit.

9 **T**VNC ergo tuus Christe ætate puer, mente inge-
 nuus, prostrauit mundi illecebros: tunc depo-
 suit arma Saul Regis, vt te solo lapide, quem gestabat in 1. Reg. 17.
 pectoro, prosternebatur ingens animarum delusor. Te
 denique elegit secum in præcordiis ferre: te auctore
 contra spiritualia nequitia in cælestibus dimicare. Quid
 plura: ita certaminis campum ingressus, peruenit ad
 cœnobium: vbi annuo pulsans voto, tandem introiuit
 portas iustitiae, per quas soli iusti ingrediuntur. Deinde
 peruenit ad portâ, virtute macius, quæ sola suos quo-
 que dicit ad vitam. Ingressus namque est aetiam &
 strictam viam, quæ patitorum est, vt dilatato animo,
 viam mandatorum Dei curreret sagacissimæ artis in-
 genio. Atque cùm iam diu ita totus effloruissest inter
 monasticam disciplinam, vt magis inesse cælestibus
 quâm terrenis crederetur; nescio quo ducti Patres af-
 fectu quasi ex iussu regio hortulanum eum cōstituunt.
Confittiu-
tur hortu-
lanus.

Quid tunc putas dicebat, tali adstipulatus officio?
 Ni fallor, dicebat (si non voce, mentis tamen affectu)
 dicebat, inquam: Veniat dilectus meus in horum suum Cant. 5. 1.
 virtute confitum, & comedat fructum pomorum suo-
 rum. Erant igitur illi in animo diuersa virtutum olera;
 & idcirco dixisse non ambigitur, vt comedat fructum
 pomorum suorum; suorum, inquam, quia non sibi, sed
 Domini applaudebat gratia, si quid boni mente gesta-
 ret. Alij labores agrorum superexcolant, quâm virtu-
 tes animi, obedientiæ causâ defensi: iste talia nō omit-
 tens, horum deliciarum animam suam Domino con-
 secreuerat. Fecerat enim quod ab eo sibi dictum me-
 minerat: Pone me sicut signaculū erga cor tuum. Quo Cant. 8. 6.
 præsidio vallatus, secum in animo Domini magis dele-
 tabatur colloquio, quâm rerum negotiis temporaliū:
 descendebat enim profecto dilectus eius Christus hor-
 tum animi illius inuisere: descendebat vtique ad areo-
 lam aromatis, & in eo virtutum deliciis pascebatur.
 Hortus autem deliciarum eò vocatus est paradisus,
 I quod

PER S.
PASCH.
RATBER.

quod intelligitur mens hominis, quia Eden hortus deliciarum interpretatur. Vnde & quidam florentem eum dixerunt. Descenderat ergo in eo Christus, vt lilia colligeret castitatis, & videret si iam mala Punica germinassent.

*Animus
suis instar
paradisi.*

10 Est autem boni viri animus, vt dixi, hortus plenus deliciarum virtutibus, atque ita alter denique paradisus. Metitur ibi myrrha, membrorum scilicet mortificatio, cum virtutum aromatibus. Colligitur rosa martyrij sanguine rubricata: nitent poma conuallium, cælestibus disciplinis irrorata: germinant mala Punica, propter odoratum bonorum effectuum: absque eo, si quid intrinsecus later, Dei flagrans pius ardor antoris. Inde est, frater, si velis aduertere, quod noster senex totus amabilis & suavis erat: inde, quod aptus omni eloquio puritatis. Nonne tibi videtur mel & lac ex eius lingua manasse, qui ita se suo influebat eloquio, ut nonnumquam aliquos quasi ebrios redderet sanctitate, omnes vero sibi connexos pra dulcore nimio faciens? Et quid aliud erant eius labia, quam fauus distillans: & vt altius dicam, quid aliud, quam organum sancti Spiritus? Alioquin humana non potuisse apprehendere sapientia, quæ loquebatur. Plena denique sanctitatis munere verba cælesti manabant oraculo.

C A P V T III.

Maioriis quietis studio Cassinum petit. Mox reuocatur in Galliam invitus.

11 QVI cum idem ita longè diuque a sancto ageretur Spiritu, recordatus præcepti Abrahæ suis se dicitur, ubi inquit scriptura: Exi de terrâ, & de co-
gnatione tuâ, & de domo patris tui, ac veni in terram, quam monstrauero tibi. Qui cum secum talia contulisset, ceperit intra se meditari & dicere, quod nondum hoc præcepti genus opere compleuisset. Qui si mente reliquerat natuitatis solum, reputabat quod adhuc corpore interesset. Etsi iuxta Euangelij præceptum, patrem, aut matrem, aut cognatos iam reliquerat, vt Deo dignus haberetur discipulus, adhuc etiam amplius molestabatur: quia licet pro dignitate genere, saepius tamen eum inuisuendo propinquus & noti frequentarent, quam quieti viri animus poposcisset. Quo factum est ut illicio alter Elias fugâ laboretur, non Iezabel sed carnis fugiens voluptatem. Quarebat enim feuerus Christi miles effugere, vt se fugiendo plenius inueniret. Atque ita qui dudum fuerat multis fulcitus blandimentorum obsequiis, factus est hospes peregrini nationis: non habens cum Christo (quod egregium habendi genus est) saltem ubi caput reclinet. Itaque sic se fugiens, vt se inueniret, peruenit secum in fortitudine verbi usque ad montem Cassinum, nolens patriæ cognoscere curas, neque prædicari de se vento iactantiae laudes. Cogitabat autem solum se velle tantum percepisse, necdum diuisum à vitiis, quoisque moratur infra patriæ fines. Erne rursus nouis diaboli retibus ligaretur, exiuit ultra se vadens, si quo modo posset relatu veritatis edicare: Viuo autem iam non ego, vivit vero in me Christus.

12 At ubi ita conscius venit Cassinum, quod totius fons religionis & origo putabatur, suscepimus quidem a Patre monasterij; sed Dei disponente iudicio, ibi eum paullulum licuit immorari. Ferrur namque, quod illi

Genef. 12.
1.

*Non fert
propinquorum
cre-
bras visi-
tationes.*

3.Reg. 19.

Math. 8.
20.

*It Cassinū
studio
quieti.*

Galat. 2.
20.

*Predicatur
ei reditus
in patriā.*

cō quidam ei anachoreta in Spiritu Dei prædiceret, quinam & vnde esset, & ob quam causam eosque aduenisset. Ac deinde post modicum prædicti aduenturos Regis nuntios, qui eum repeterent, suoque in loco restituerent. Quod ille audiens, turbabatur plurimum, quod votis prospera non succederent. Qui assumens illicio Abbatem loci illius, reculit ei sua queque, rogans atque obsecrans si quo modo posset effugere, clementer annueret, quod nomen illius ultra etiam nec à longe audiretur.

13 Sed præoccupauit Deus mox eorum consilia, &

dum moras faciunt euoluendi, continuò præoccu-
patur nuntii. Qui tenentes eum reduxerunt in patriā. *Cogitur
redire ad*

Quid putas, quam amarus erat animus, quam incensus, suos.

quia ad patriæ fines & dulcia proprij soli arua inuitus

rediret? Audiant igitur huiusmodi virum nostri conci-

ues Monachi, qui lenti requiescenti vmbra delibera-

ti fuligine: audiant, qui post se sæcularium greges tra-

*Periculosa
carnalium
hunt: audiant, inquam, quod non satis turum sit, suorum propinquorum*

se deliniri parentum affectibus. Christus ergo matrem

rum familiiaritas.

nescit, & ignorat fratres, vt veram nobis mentis osten-

dat fraternitatem. Si quis, inquit, fecerit voluntatem *Matth. 12.*

patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & so-

mater est. Deinde reuocat discipulum ab officio fune-

ris, ne patrem liceat sepelire debito carnis iure: Sine, *Matth. 8.*

inquit, mortuos sepelire mortuos suos, tu autem seque-

re me. Hoc igitur tortum nouerat pius senex noster, &

ideo fugere festinabat è medio ciuium suorum. Recor-

tabatur namque, quod Iesus non sit signa operatus in *Matth. 13.*

patriâ: neque Propheta sit sine honore, nisi in proprio

solo. Hic autem honore mundi expoliatus, idcirco fe-

stinabat exire carorum vinculis, vt verè posset sibi mé-

rit honorem adsciscere, atque, vt altius dicam, Angelicâ

in terris degere vitam. Videbatur non satis pauper pos-

se fieri in medio parentum suorum, qui regni pollebat

honore, & diuinarum copiis renitebant. Et ideo disrup-

titis vinculis clari nominis, voluit pauper fieri sine am-

bitione, quondam locuples. Sed sui contemptor exi-

minus paupertate fit ornator, fugâ clarius, vilitate hu-

militatis sublimior: & vt B. Hieronymi verbis utr, sint

nonnulli ditiones monachi, quam fuerant sæculares:

possideant opes sub paupere Christo, quas sub locu-

plete & fallace diabolo non habuerant: vt suspireret eos

Ecclæsiæ diuites, quos mundus tenuit ante mendicos:

Adelhardus vero noster mundi omnia calcans, vicit in

schemate, & cuncta quæ mudi sunt, sub pedibus attruit.

C A P V T IV.

Abbas eligitur.

14 E T dum ita quietus iam victor celsâ sederet in *Eligitur*

mentis arce; dispensante Dei prouidentiâ, rursus Abbas.

ei nouus constituitur pugnandi ordo. Agitur namque

non longè postquam redierat, proprio confentiente mo-

nasterij Patre, vt nec multum longè dispar, id est, alter

Augustinus, viuēte prædecessore successor eligatur: nisi

quod ille Episcopus fuerit, iste vero Abbatis loco sub-

rogatus sit: utrique tamen perfecti Dei dispensatores

inueniuntur. Erat autem idem beatus præfati Patris

Augustini velut pedissequus, operum clarissimus imi-

tator, satis acutus ingenio, voluntate promptus, elo-

quentiâ diues, dulcissimus affatu, auditorem tanto affi-

cians fructu, vt linguam eius vix aliud, quam calamus

*Eius elo-
quentia.* sancti Spiritus credere potuisses. Prædicationis eius of-

ficium lacrymæ commendabant, & cordis duritiam

gemitus moliebat. Fluebat itaque lacrymarum ab eo

serotinus imber, quatenus mentes vberius semen fru-

ticandæ caperent, & cor audientium huiusmodi sen-

su caritatis amplexu mulceret.

15 •Vox eius plena viroris gratiâ, & omni constantiâ

fortior videbatur: ipse vero vultu corporeo nitens,

*Magnan-
itas &
forma cor-
poris.*

plenus pinguedine sancti Spiritus credebat. Erat au-

tem, iuxta Horatij, quod magnis laudibus prædicatur,

Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus.

Lib. 2.

Fortis siquidem fide, constantiâ & virtute solidus in Scrm. Sat.

tanrum, vt nil trepidans, nihilque dubitans videre-

7.

tur, etiam si totus terrore infra orbis laberetur.

Verumtamen si aliquâ terroris procellâ impulsus esset

aliquando spe superabat, aliquando vero ratione vin-

cebat: timor autem mundialis eum nusquam potuit

subrigendo transuerberare. Teres autem & rotundus

ideo in seipso, imo in Domino dicitur fuisse, quia non

solū sibi met virtutibus ac moribus aptabatur; verum

etiam omnibus congruus erat, & amore dignissimus:

in

in tantum ut omnia omnibus esset, & penè cunctis lucriferet. Erat siquidem carne nobilis, sed nobilior mortibus plenus Dei sapientia, sed opere non vacuus: pulchra facie, sed fide ac sanctitate pulchrior: diues progenie, sed ditior almitate, quia propago erat natus de propagine caeli.

C A P V T V.

Res ab eo in Italiam gesta: apud Pontificem & Imperatorem auctoritas.

Eius prudenter ac iustitia. **T**OVS igitur nouo homine induitus erat, & quem hinc mortalibus fas est, in intimo Domino recreatus. Equitatus eius erat quadriga virtutum: rotæ vero quadrigæ illius, prudentia, iustitia, fortitudo & temperatia. Porro prudentia tanta illi inerat, ut fons colligere eius animo manare videretur. Cernebat enim simul præterita, præsentia, & futura: ut de singulis prævideret quid agendum, quidve secundum Dei consilio monstraretur. Iustitiam vero quantum se etatus sit, testis est Francia, & omnia regna terrarum, consultu sibi submissa: maximè tamen Italia, quæ sibi commissa fuerat, ut regnum & eius Regem Pipinum iuniorem, ad statum Reip. & ad Religionis cultum utiliter, iuste atque discrete honestius informaret: vbi tantam promeruit laudem, ut à quibusdam, ita ut fertur, non homo, sed pro virtutis amore, Angelus prædicaretur. Faten-

*Sir. ludi cro.

Italiam pacat con filio.

*Corb. iniqua.

*Sur. Sir. nullius.

Accipitur humanis simè à Leone III. pâ.

16 Atque ita virtute validus, mitis & mansuetus, Romanorum peruenit ad fines: vbi à Domino Leone, tunc temporis Apostolico, tanto familiaritatis officio est suscepimus, ut neminem constituerit Francorum anteà suscepisse. Vnde nostrorum quidam narrant, sibi ioco dixisse animo: France, inquit, sciendo scias, quia si te aliud inuenero, quam te credo, non ultra necesse est Francorum aliquem huc venire, cui credere debeam. Quo profecto pater, quatum pondus idem vir habuerit, cuius euacuatio fidei, Francorum genus omne præbauerit non credendum, cuiusve firmitatis fuerit.

Lotharii ad promissorum fidem horatatur. **17** Sed quantus sit, plurimum produnt opera promissionis impleta: & testantur litteræ quas de hac, que inter homines est tenenda fides, Lothario Imperatori nuper direxit, inter reliqua ita dicens: Quid putas, inquit, o Princeps, si fides sapientia inter cruores & saevientium arma, etiam inter paganos tantum valuit, ut quisque se committeret alterius fidei sacramentis: quantu valere debeat foedus Christiani, in veritate promissum? Non te decipiatur aliquis obsecro, inquit, Imperator: quia fides cum contra aliquem violatur, non homo, sed Deus testis & veritas in eam contemnitur. Talibus dictis proculdubio liquet, quod facilius fuerit, ferri violari vincula, quam huius viri fidei contaminari missa,

Tom. I.

præsertim cum in eius pectori nil toto, nisi fons veritatis & mera simplicitas radiabat. Quem si diligenter inspiceres, erat in eo animus sigillo Christi impressus: id est in nullo penitus corrumpi poterat.

C A P V T VI.

Variorum Sanctorum virtutes imitatur.

19 **A**NIMVS vero eius erat velut hortus paradisi, fitus muro conclusus, vniuersarum consitus virtutum generibus. Huius viri imitabatur humilitatem, istius lenitatem: sequebatur autem alterius parsimoniam virtutum, & mediocrem vestimentorum habitum: illius quoque habebat patientiam, huius vero mansuetudinem. Cum frequenter autem suspirio tale mihi verbum pietatis ore dicebat: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum, ac trementem sermones meos? Tu nosti bone Iesu, ut quid talia sibi sedulo replicabat mentis affectu: habebat enim sibi distinctè & appositè ad persuadendam hominibus sanctitatem: vniuersa tua præcepta sibi commissa animo tenebat, & inde cōferebat secum, habens tuorum dicta mandatorū suos *Variorum Sanctorum virtutes in ante oculos, atque ita omnium Sanctorum vitas uno se exprimit, bat virtutum exempla, ut ex his omnibus vnum colligeret virum perfectum, Deo plenum, & religionis officio decoratum.*

20 Scribit namque Tullius, rex eloquentiae Latinæ, *Zeuxim in lib. 2. de inuentione rhetoricae artis, quo tempore pictorem Crotonienses florarent opibus, atque ita cum beati numeraretur, & templum religionis suæ picturis egregie locupletare vellent; vocatis quemdam Zeuxim, qui omnium pictorum ingenio videbatur excellere: quem magno pretio conductum adhibuerunt, ut sibi pingaret cuiusdam Helenæ imaginem opus mirabile permäsurum. Qui illic quæsiuit ab eis si quasdam virginis formolas haberent: illi autem statim deduxerunt hominem in palæstram, atque ei pueros ostenderunt multos magnâ præditos dignitate: nam honestissimas ex gymnico certamine victorias, domum cum laude maximâ retulerunt. Cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur; Horum, inquit illi, sores sunt apud nos virginis, quæ quantâ sint dignitate potes ex his suspicari. Et ille: Præbete igitur illas mihi, quæso, ut ex his dum pingam, formosissima quæque transferam super vnius imaginem rei, quam petere censuistis. Quod illi obtemperantes, pictor quinque delegit quarum formam suo probauit iudicio pulchritudinis esse. Neque enim putauit omnia quæ quereret ad venustatem vno se in corpore reperire, eò quod nihil simpli in genere omnibus ex partibus perfectum natura expoliuit. Tamquam ceteris non sit habitura quid largiatur, si vni cuncta concesserit.*

21 Ita siquidem & senex noster ingrediens palæstram huius vitæ, postquam ablutus est baptismi fonte, * post abrenuntiatione sacerdotii, quo puro mentis intuitu conspicit diuersos ad diuersa tendentes. Alios quidem vidit sudare ad mundi honores, & præsentis vita gaudia; alios vero ad luxum & libidinem carnis; nonnullos autem sectari iustitiam, necnon & aliquos futuram respiciere vitam. Elegit tamen ex omnibus quos potuit intelligentes, quinque virgines, quæ pio caritatis oleo suas *Quinque virgines imitatur.* indesinenter ornant lampades, & parant exire obuiam sponsu & sponsæ: & has imitatus est vigilanti animo, ne forte fur nocte veniens, dormientem subtriperet. Audiuimus etiam ex gymnico carmine Sanctorum, quam dignas honore victorias: atque ex his omnibus vnam in se Christi reformauit imaginem. Illic in vno videlicet Deo & homine Christo Iesu, omnia quæ sunt venustatis & decoris æternæ vitæ ultra quam intelligi possit, adiunxit. Sed perfectum, quod in omnibus Ecclesiæ partibus natura prohibuit, gratia concessit, ut sit Deus omnia in omnibus. Idcirco ex omnibus per omnia fatigebat, ut iam Christum in omnibus inueniret. Ob hoc

I 2

hoc

PER S.
PASCH.
RATBER.
Appella-
tus Anto-
nius, Au-
gustinus,
etc.

hoc autem ab aliquibus, ut epistolæ Magistri Albini ferunt, Antonius vocabatur: à nonnullis verò, ut supra dictum est, Aurelius Augustinus. Agebat namque istud Gregorij, aliud verò B. Siluestri.

C A P V T VII.

Eius in egestate effusa liberalitas.

Largus est 22 **T**ESTIS est mihi conscientia mea, quod sèpè miserabat, cur tantū mutuò vellet accipere, ut indigebat id mutuum acci- tibus, vel suorū erogaret vīsibus, donec vitā B. Silvestri inspexit, cuius in hoc imitabatur exemplum: ut semper magis mutuando pauper, quā diues inueniretur. Dicebat namque sibi sèpè cohæritibus: Vis nosse, ô, inquit, tu, vtrū avarus largiſſe videaris? scias prorsus, quod si timueris quid magis te dedisse quā oportuerit, avarus conuinceris. Quod si minus quam debueras, largitatis est vtique signum. Et ideo te, fili, moneo, ut magis si neglexeris, in hoc reus appareas, ut de nostro plus censeas tribuere, quam minus aliquid erogare.

23 Nouit altissima virtus, quod frequentiùs in rātum liberaliter tribuebat, ut ipse pauper, ac sui simul videbantur egere. Sed tunc latus, tunc gaudens exultabat in Domino. Aiebat namque: Vtinā vel in modico paupertate Christi participaremur. Sed numquam ei visum est aliquādo ad hoc potuisse peruenire negotium, eo quod Christus magis in eo pusillanimes animaret affidit, ut sua liberaliter discerent erogare, & de Dei largitate præsumere. Præoccupabat enim eum diuina clementia ministrando. Vnde cùm quodam die omne pulmentū casei de monasterio hospitibus ex integrō expendisset, ita ut nihil fratribus referuaret, cōtigit ut quidam, cùm esset Cellarius, quasi voce minaci quodam mentis affectu diceret, Miror, ait, Pater, quid tua velit ingentis rei expensi. En nihil residui permittis esse fratribus, quo velci libeat. Tum ille, ut erat suavis eloquio, atridens: Dominus dabit, inquit. Et ille, Tu semper, inquit, ita polliceris: sed non sic exemplò dabitur, quod tu indifferenter effundis. Interim autem dum hæc aguntur, ecce duo adiuncti plaustra præ foribus, vnum nescio quid ferens piscium, & aliud plenū caseis. Quod beatus Pater audiens, latus pro fratre, iussit eum adesse cōtinuò. Ecce frater, inquit, & quod timebas, argueris. Ecce imprudens conuincitur ignavia. Tum ille, ut erat simplex animo, videns se argui beneficiis, Da mi Pater, inquit, deinceps, da quantum volueris. Iam enim non dicam vterius. Non dabit Dominus: sed dicam prorsus, quia dabitur, quantum volueris.

Mira eius in dando discretio. 24 Neque igitur tantus vir prudenti affectu poterat ignorare, quid, cui, & quantum daret. Hoc solūm vitij, si libeat, deputetur, quod aiebat: dicebat enim ita, Si ad dandum mihi ita exiguum fuerit, ut non habeam quod duobus impertiam indigentibus, quo solūm eorum aliquis adiumentum capiat, bonum mihi videtur, cui iuste magis competit, ut ei totum tribuam, quam vtrisque nil penè impertiam, aut eos ex toto vacuos relinquam: vnde vni impendebat vrumque benevolentia munus, alteri pietatis affectum. Vide duricordes, vide viscera pietatis. Ecce hic licet non posset largiri omnibus, tamen omnium doloribus & penurias, atque casibus variis, compassionis affectu quasi propriis affiebatur.

C A P V T VIII.

Pietas & assidua lacryma.

25 **V**ERE tantus ac talis erat, ut de se, quippe relatu veritatis, poruisset afferere, Vulneratus caritate ego sum. Qui nisi vulneratus esset à caritate, omnium Bis quoti- causus continuus lamētis ut proprios non lugeret. Flebat die lacy- autem diebus singulis, si non amplius, semel in die, aut matur. secundò, manè videlicet & vesperi. Ignis ergo erat iste in eo perpetuus, non deficiens ex altari animi: sed iugiter tali ardebat yoto. Ibi enim fiebat suave holocaustū

Domino: ibi victimæ macabantur, præcipue in noctis medio: erat enim perugil in orationibus. Omnem carnem adipem, & concupiscentiarum illecebras runc cremabat flammatum incendio, & omnia intrinsecus vitalia, caputque cum pedibus, id est initium vitæ ac finē Domini in sacrificiū adolebat. Lauabat enim quæque lacrymis primum, ut deinceps omnia Domino inuidius cremarentur. Fateor planè, numquād me virum inuenisse, cui fons lacrymarum tantus inesset, tantusque gemitus. Putares enim intrinsecus omnia fletibus resoluta, profundis suspiriis peccus dissumpere. Videbantur in eo quasi tonitrua resonare, dum se crebris tunderet iactibus, ut lacrymarum imbræ vberiū eliceret. Haud dubium, quin tonitrua fuisse recte dicamus: quia tu intus eras bone Iesu, ut fletibus virtutum rigores semi-na, & agri pleni, quem benedixeras, fructum fonte adspersionis ablueres.

26 Qui, cùm exiguus ego aliquando ab eo requirerem huiusc lamenti genus, & tanti fletus gratiam, intulit ita, dicens, Plango, inquit, fili, me plango: non qua- *Lacryma- rum cau- sa.* si humiliando ftere me conueniam, aut ut altiora cæli sacramenta conspiciam: sed me, inquam, quid sim considerans, plangendo lugeo. Plango quidem, non quia sic me vellem plangere: sed quia me ita plangendum noui, proculdubio plango. O profunda humilitas viri, & altissimum mentis ingenium! Dicebas enim hæc, nō quod te tales scires, sed ut me, quem tam fortè noveras, ad plangendum saltem serius inuitares, & peccus fæcum sic tuis fletibus emollites. Alioquin tu ideo flesbas, quod velut intra sancta sanctorum ingressus, nondum continuare poteras, quod cernebas: Spes namque *Prou. 13.* quæ differtur, affligit animam. Ergo cernebas mentis ^{12.} oculo cælestem illâ patriam, vbi hymnidici choti Deo laudes concelebrant: & fruebaris beato illo & felici cæli concentu, vbi indefessâ voce resultant præ gaudio iubilationis organa: & quod maius est adhuc, feceras tuam ipsius animam sancti Spiritus habitaculum. Sed cùm idem spiritus paullulum altius euolasset, ut eum requireres, flebas præ amore nimio, multumque flebas ita dicens: Anima mea liquefacta est, ut locutus est mihi, siquidem locutus est & abiit. Abiit, ut mens auida fruendi felicitas inardesceret, &flammam cùm inuenissem in eo caritatis firmius retineret. Inde erat, mi Pater, quod in mortis articulo non recedebat ab ore pius affectus, ac dicebas: Situit anima mea ad Deum viuum: *Eius in extremis pie voces.*

Cant. 5.6. *Eius in extremis pie voces.* iam vox exultationis in auribus erat, & confessionis in ore: iam sonus epulantis audiebatur: iam quodammodo intereras his, quorum habitatio est sicut latantium omniū. Talla quippe, dū fleres, tibi ante oculos assistebant, & ideo amore totus elangueras ac dicebas: Aduero vos filiæ Ierusalem, si inuenieritis dilectum meum, ut nuntietis ei, quia amore langueo. Nouerit pius lector, quod si se à talibus paullulū pro quibuslibet negotiis segregasset, quasi à sanctis exiens, festinabat oxyū ut rediret: sed continuò totum se inueniens, totus aderat, quasi si in die nihil aliud inter manus habuisset. Mox etenim aderant lacrymæ, mox gemitus atque omnis deuotio. Reuirebat quoque animus illicet, & omnis sensus corporis continuò mundo moriebatur.

27 Quod si ad Dei intrasset officium, ut idem iuncto animo solitus erat dicere, mox omnes cogitationes & causas rerum temporalium ante ostium recipiebat, & secum totus ingrediebatur, ut totus Deo ac sibi adesseret. Quem si conspexisset, subito videres templi ia- eum introire suæ secretiora mentis, & nescio quid ve- nuam mundanas fonte sancti Spiritus, ut mūdus Deo laudes diceret: atque inter ipsas laudes, nescio quid musicū percipiens, aliquando abundantissime flebat. Et quid mirum? Cū, ut audiui quodam referente Episcopo, inter ipsas palati popolorum frequentias, dum Rex & Consilia- rij

rij eius, aliud quid intenderent, & turba more solito vnde perstuperet, sèpè eorum in medio positus lugebat, quasi ad agonem Hendi huc venisset. Itaque ibi residens, alibi cælorum Regi secretiùs adsistebat.

28 Quòd si inter mundi discrimina huc illucque pro Ecclesiæ negotio occupatus esset, instituta tamè regulæ minimè descrebat: sed pro lectione vacabat fletibus, & pro reliquis officiis mentis iubilo Domino famulabatur. Nouerant igitur omnes sui comites & itineris socij, nolle eum vt continuè sibi appropinquarent: idcirò procul ab eo gradiebantur, quatenus ille foli Deo vacaret. Venerat enim illi iam tempus, vt neque in monte, neque in Hierosolymis, & vt ita dicam, neque in aliquo loco, sed vt in spiritu & veritate adoraret Patrem. Templum autem eiusdem Spiritus suam fecerat animam, veritatisque habitaculum. Idcirò, vt mihi visum est, totus vbique secum totusque cum Deo erat, ac sollicitus cum eo gradiebatur.

*Iter agens
in animâ
suâ rem-
plum sta-
tuit.*

*Spatelinos
& Bene-
uentanos
reconcili-
lias.*

Ioa. 3,15.

Daniel 6.

Matth. 5,10.

29 Inde erat quòd profectò semper hilaris, semperque mitis ac latus inueniebatur: inde quòd tā patiens, tam longanimis, tamque benignus in omnibus habebatur. Erat enim filius pacis, caritatisque catena, vt fraterna sibi viscera inuicem cohærent. Nouit hoc Sporetum & Beneuentum: qui cùm hostili gladio se inuicē indefinenter cæderent, factum est vt idem vir beatus illuc usque ob hoc progrediens deueniret, & Beneuentum intraret. Porro ibi cùm esset, inter eos tantam restituit pacem, vt usque hodie connexi & confederati sibi mutuò in pace Christi cohærent. Vnde non solū apud eos, sed etiam apud Græcos & omnes maris insulas nimiam promeruit amoris gratiam, atque famam virtutis. Perpendebat autem in hoc dissidio quòd utriusque Christiani & fratres essent: neque censuit eos ita Deo placere possè, vt tantâ cruentarentur cæde, & suarum prædas facultatum facerent: Quia omnis, inquit Apostolus, qui odit fratrem suum, homicida est: & sicimus, quòd omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Vnde se medium inter eos plus Pater iniecit, & quam diabolus pacem Christi violauerat, sancit ad plenum restituit. Igitur in huiuscmodi negotio infatigabilis videbatur, & pro iustitiâ certator eximius.

C A P V T . I X .

Ob virtutem inuidia patet: in exilium mittitur.

30 Vnde & factum est, cùm Imperator Carolus diem vitæ fecisset extremum, & Ludovicus proles eius Augustus successisset in regnum, vt diaboli agente inuidiâ, in eo veritas prauorum rursus solitis agitaretur infidiis. Nec nouum aliquid: quia apud improbos semper inimica veritas fuisse comperitur, & iustitia stultorum criminibus lacerata. Iam enim annosa peruersorū improbitas, iuxta illud Platonis, beatas & felices Respublicas esse ingemiscebat, si eas studiosi sapientiæ regerent, vel si earum reatores studere sapientiæ contigissent. Vnde dolo accensi atque inuidiâ excogitauerunt quomodo ceu Danieli ex Regis latere amouerent, vt iustitia, vltérius nō habendo defensorem, statum amitteret; & iniquitas suis perempta fraudibus locum dominandi reciperet. Noueras enim omnium animarum Deus inspecto, qui hoc consilium illius cordi inseruerat vt Regis & Ecclesiæ cederet iussionibus, quòd non nisi ob cōmune omnium bonorum studium hoc fecerat: videlicet vt libertas, potentiorū tyrannide releuata, propensiùs Domino militaret, & vniuersarum iure laudes Ecclesiarum deuotius Domino redederetur. Sed Deus, qui suos ad altiora semper inuitat, voluit hūc virum manifestius approbare, quantuq; esset in aduersis ostendere: vt qui tantus Deo viator in prosperis triumphabat, in aduersis etiam triumpharet: vt quia iam gratiâ Dei septem Euangelij beatitudines vitâ & moribus sibi acquisierat, octauâ quæ supererat, operibus adiutorio pleret: Beati, inquit Euangeliū, qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, quoniam ipso forum est regnum

Tom. I.

cælorum. Passus est igitur idem malignorum supercilios, & accusatus fraude humanitatis, qui amore iustitiae ac veritatis in promptu nil sibi turum seruauerat, nisi se pro eā usque ad mortem modis omnibus tradidisset.

Nūquām enim timore occuluerat veritatem: numquā mendacium locum habere concederat: sed miseros obiectâ veri puritate clementer tegebat, quos præfertim avaritia & crudelis imperitorum vexabat ignavia. Vnde cùm cæcitas iniquorum dolosiùs aranearum telas, quām cætius venandi retia texuisset, noluit ante faciem apparet, ne forte prauitatis turpitude, iustitiâ relucēte, fœdius monstraretur. Quo factum est, vt sine accusatore, sine congreſu, nec non sine audientiâ atque sine iudicio, iustitia plectetur in eo. Qui pulsus præsentibus bonis, dignitate exutus, vulgi existimatione fœdatus, ob beneficium Reipub. exilium tulit. Sed quām cæca & stulta peruersorū calliditas fuit! Cogitabant enim inficere bonorū semper & commaculare virtutis famâ, ob dignitatis ambitionem: præfertim cùm eō magis alterius torqueantur gloriâ, quòd nolunt assequi eam, quā clari nominis honore digni habeantur. Sed si Deus pro nobis, quis contra nos? Ergo mentiti sunt se posse polluere decus ac felicitatē eorum, qui sua in cælum facultatum tulerunt præsidia. Illic enim neque fures effodiunt, nec furantur. Nemo enim aliquid habet post Deum seipso pretiosius. Ideo qui semetipsum benoperando custodit, necesse est se totum & Deum possideat: numquā enim se suo vacuare honore, ac facultatum pretio, quo nihil dritius est, priuari poterit, si se quisque extra se non proiecerit.

31 Pretiosissimum ergo genus possessionis est virtutum Exul predecus, quibus nihil grauius acquiritur, nil suauius amato virto. Hunc thesaurū tutum sibi senex noster laborado quæsierat, quærendo felicius fruitur. adiuuenerat, inuentum autem, quocumque iret, secum possidēdo ferebat. Atque ita quāto exoccupatus rebus mundi fuerat, tanto suæ possessioni intentus, hinc inde locupletiū & se cælo restituebat. Noueras iā impudēs concupiscentiæ quæstus, quia miles Christi non tuis tenebatur vinculis, neque tuā obfuscabatur caligine: sed celsa præsidens caritatis arce, mundū quasi sub pedibus suo liberalitatis dominio subiugārat. Idcirò non quocumque inuidentium zelus, sed quo Dei agebat Spiritus, quasi ad epulas inuitatus, satis admodum vtroneus ibat. Dic, quæſo, misera mundi cupiditas, quid inanibus gaudiis raperis? Quid externa bona & momentaneum luxum pro æternis vitæ deliciis amplexaris? Noueris, quòd nūquā tua facies esse, quæ a te natura rerum fecit aliena. Quòd si nature satisfacere quæris, scito quia parum est quod requirit. Quòd si cupiditatis luxui nil satis esse poterit, o misera mortalium præsumptio, & temeraria virtutum imitatrix cupido, vt quid tantis immergeris fluctibus? Quid mortis æternæ præoccuparis calibus? Ut quid vltra te inconsultè transcedis, cùm inde, si quid esse potuisses, totum amittas? Ecce cum iustitiâ & veritate bellum te semper habuissis nouimus; & inde est igitur, quòd adhuc liuore torquebis. Tu primò mundum in Abel fraticidio cruentasti: deinde per omne tēpus Sanctorū millia iniquitatis gladio trucidasti: & quod scelestius est, Dominū cupiditatis pretio vendidisti. Porro adhuc vincendo vinceris, quæ iam Sanctorum pedibus conculcaris. Quare non audis infelix aduersum te Sanctorum querimonias, sub altari Dei clamantes: Vindica Domine sanguinem nostrum? Fortè cogitas, quòd in isto sanguinem non sederis, ideò te excusatū iri? Fateor planè, quia mentita est iniquitas sibi. Audisne dicentem Dominū, Mihi vindicatio, & ego retribuam? Sed quod tu excogitaueras im-
Apoc. 6.
Rom. 12.
Velut aurū in fornace.
tentationis probatur,

I 3

vt

PER S. PASCH. RATBER. vt speciosum vas in honorem formatum possit clariū renitere. Sed dum præsens quisque talium contemplatur rerum euentum, fortassis censet, iuxta illud Virgilij: Ecloga 8. *Nec curare Deum mortalia quemquam.*

Iustus enim aliquando ecce in suā perit iustitia, calumniantū fraude perimitur, & prauus sibi quisque vendicat sapientie laudem. Verumtamen utrariumque rerum finem tui probauit euentus.

C A P V T X.

VVala & Bernarius fratres eius, & Gundrada soror, relegatur.

In exilium 32 **[N]TERIM** verò senex noster sapientiā probus mittitur quās vnu ex ignobilibus ad Heri insulam. **ad Heri insulam.**

Ezech. 3. v.8. Miſsus verò illuc, omni humano priuatus honore, sed cælesti interim vndique vallo fulcitur. Dissoluitur autem ad tempus quām felix quadriga germanitatis, in modum illius Ezechieli coniuncta: super quos Iesu, Ioricā virtutum succinctus, decentissimè præsidebat. Erant igitur quinque vniuersi semine propagati: quorum trium Imperator Augustus familiari vſus consilio, vna secum fundabili quadraturā Francorum imperium satis admodūn dispositum regebat Reipublice augmentatum. De his namque equis Habacuc non incongruē Domino cecinerat, dicens: Qui ascendas super equos tuos, & equitatio tua salus. Quorum quidem impar cursus, sed par animus ad palmam in primordio ferebatur. Porro iam deinceps præsidente eis Spíitu sancto, æquo voto in his vnum propositum consummatur: qui primò quidem discolores videbantur equi currere, sed voluntate concordes; postremò verò, vt B. Hieronymus ait, vnum aurigæ iugum trahunt æquā ceruice, & proposito pares, non expectantes flagelli verbera, sed ad hæc vocis Christi hortamenta ita feruentes, vt magistri ac duces exercitui fierent fanētitatis. Erat autem maior natu senex noster sanctissimus, etate ac gratiā iam Domino consecratus; maturior consilio, eximior omnibus sanctitate. Deinde

Habac. 3. Epist. 16. v.8. Epist. 16. **[W]ala virorum clarissimus, qui ei successit posteā, monachorum pater eximius; tunc temporis primus inter primos, & cunctis amabilior vnu; nimia familiaritate Regi inhærens, & maximā Præfectura dignitate subiectus, in Senatu clarior cunctis, in militiā verò prudenti animo fortior vniuersis. Quem tanta laus sequebatur in omni vitæ negotio, vt longè plus censemetur amore posse, quām omnium fastus etiam & tyranis reliquorum. Erat enim iustitiae custos, & decus honestatis, oppressorum quoque iustus oppressor.**

Gundrada foror. 33 Quibus inhærebat ex latere sexu foror Gundrada, nomine dispar, sed virtutibus proculdubio compar, fratribus assiduitate præsens: siquidem virgo familiarior Regi, nobilium nobilissima, quæ inter Venetos palati ardores, & iuuenum venustates, etiam inter mulcentia deliciarū, & inter omnia libidinis blandimenta, sola meruit (vt credimus) reportare pudicitię palmam, & potuit (vt dicitur) carnis spurcitas illæso calle transire. Pudicitiae, inquam, sceptræ secum tenuit: quia prorsus sibi locupletius fore credidit integratam seruasse carnis, quām roseos castitatum flores violare. Est autem pudicitia virtus, (quā feliciter, vt pro- De Pudic. c. x. batur, coronari meruit) velut Tertullianus facundissimus ait, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præiudicium omnis bona mentis. Ac deinde: Quamquā rara, inquit, nec facile perfecta, vixque perpetua. Huiuscmodi igitur Christi famula inter omnia castitatis discrimina delegit expetere campum certaminis, & meruit triumphum viætrix obtinere pu- **Bernarius frater.** Bernarius doris. Reliqui verò duo videlicet Bernarius noster, & Theodrada foror eius Deo deuota, quæ iam redditio Theodrada fructu nuptiarum, secundum castimoniam gradum arrumperat, ad pedes Iesu cum Mariâ domi ledebant: illa quidem Sueffione Sanctimonialium regens vitam; iste verò Christi discipulatus nobiscum habens formam:

vtrique tamen ad vnum brauium supernæ vocationis currere festinabant.

34 Video igitur in hoc eorum quinario numero dulci, sonum utrisque partibus reuolutum personare **Pulcherius** musicum, & ad aliquid harmoniæ horum quantitates ^{ma horum} ^{inter se} concinere. Porro si primū inspicias viros, & secundò ^{confessio.} duas forores; erit diapente Græcum, & proportio sesquialteræ quantitatis. Tres enim & duplam mediata- ^{asim. du-} te lui ad aliquid b vincunt: & concinit vnu videlicet ^{plum.} beatus senex noster, inter duos & duas: atque ita mellib. ^{b Sirm.} fluam musica symphoniam artis, & pyramidem, Geometricæ disciplina formam, reddunt. Sed quod operatur vnu, id est, Adelhardus senex inter quatuor, vt bene concinant; hoc verò is idem supereminens, vt in modū ignis quadrati, cælestis patriæ amore ardeant, inuitat. Alioquin si respicias eos in negotio Reipublicæ prælatos, erunt rursus tres publicis, velut Martha, mancipati officiis, & duo ad pedes Iesu intenti tantum ut audiant verbum. Atque ita medius est Pater noster senex: qui inter vtrasque vitas, actiuam scilicet & contempliuam, interim mediè temperatus incedit. Denique si eos rursus diligenter attendis, tres eorum sunt siquidem qui continentia triumphum fortuntur; & duo qui primū castum meditantur connubium; ad postremum verò, vtrique par iugum monasticæ disciplinæ trahunt. In omnibus igitur vestiti duplicibus, in ^{*Ms. Corb.} omnibus consoni & cōcordes atque ^{*concolores præ-} conce- dicantur. Conspicio quidem eos cum Beniamin singu- los inter Patriarchas quinque indutos stolis: sed à Iesu Genef. 45. nostro veste simpliciter nuptiali postmodum glorio- v. 22. sius decorari. Contueor autem quinque talenta credita, sed his omnibus vnu præmium lego superappensū.

35 Qui cùm ita his audiūs in inuicem, pro se & omnibus decertarent, venit inuidiæ ventus, & dispersit eos procul ab inuicem, in quibus præsertim florebat totius regni decus: vt & ipsi probati manifesti fierent, & ad quos deuenirent, eorum virtutibus fulcirentur. At vero Corbeia tunc multorum quoque ore iam diu laudata, mœrens ac flens, cùm de tanto viduata patro- **VVala am-** no lugeret, in cōsolutionem sui, Domino dispensante, plectitur meruit suscipere Walam clarissimum virum, inter re- ^{vitam mo-} liquos quos habebat nobiles, velut tyronem Christi, ^{nascitam} in Corbeia. quem posteā post décessum fratri vice Christi gaudens sibi exultat patrem habere. O prouidentia Dei, & parati oculi discurrere in omnem terram, attingens à fine usque ad finem fortiter, disponensque omnia suauiter, quām incomprehensibilia sunt opera & iudicia tua vniuersa, qui cæcitate humanâ vteris inæstimabili lucis consilio! flagellas enim ad tempus filios, quos coronare ditponis. Inde igitur est, mi Pater omnipotens, quod Bernarius noster Lirinum remittitur: **W-** ^{Bernarius} **Lirinum** ^{mittitur.} **A-** **VVala** verò tuus in Corbeia, vt dixi, tyro recipitur. Qui deponens militiæ cingulum, vt te totum veste sanctitatis indueret, atripiuit primū tyrocinia Paradisi, vt consummaret in le mensuram Christi. Theodrada namque quasi innocens sub sanctâ professione Sueffione relinquitur. Porro præfata Gundrada, ad S. Radegundem quondam Reginam mittitur idcirco, vt cui ^{Gundrada} communicauerat ex parte florens inter palati discri- ^{scedit Pi-} mina, imitaretur virtutum eius insignia: & cum eā die noctuque Deum exorans, de se suisque interim confolationem obsecrando reciperet.

C A P V T X I.

De latâ in Adelardum sententiâ queruntur boni omnes,

ipse gaudet.

36 Sed cùm iidem quasi exonorati secedunt à pala- **Adelar-** **dus letus** dio, procedit senex noster quasi ad epulas inuita- ^{dus letus} ^{in exilium} tus, inter eos, vt aiunt, fortis fide, mente alacer, con- sciens puritate. Agebat namque gratias, quod dignus in- uentus fuerit pro veritate contumeliam pati. Deinde nunc fratrem osculo deliniens lacrymantem, nunc lo- rorem blanditiis & Sanctorum afficiens horramentis, amicis persuadens mentis fortitudinem, Proceribus verò

verò palatij exhibens virtutum exempla, porrò in omnibus mirabilem mentis suæ constantiam demonstrabat: ita ut quidam Archiepiscoporum duo flentes ab eo regessi, ut fertur, Imperatori Augusto interroganti dicerent: Quid putas, inquiunt, ò Imperator? Numquid vindicare te cupis hunc virum exhortando, & qualibet terrarum parte eum exulare iubendo? Fatus, planè, quod numquām ei gaudium huic simile facere potuisses, quo nunc ei probata patientia cælitus condonatur: præsertim cùm hodie sibi nimiūm gratulatur, pristinam in Christo recipere libertatem. Vnde scias quod numquām kætor, numquām iucundior à nobis visus est aliquando. Itaque ad nullum fientis, spē sanctā subnixus, paucet occusum, neque eum villus hinc penetrar dolar. Quod audiens Imperator, pudore suffusus doluit se fecisse, quod iam ruboris erat inhibere.

*Exclusus
Imperato-
rem.*

37 At verò pius Christi famulus hoc Cæsari quasi pro crimine imputantibus aiebat, dicens: Nolite, quæso, fratres mei, nolite attendere, quasi quod de nobis agitur, in hominis sit potestate. Fateor enim, etiam si idc aliud délegerit, quām quod à Deo semel * prolatum est, non posse penitus retractari, nisi primūm hoc opere compleatur: neque possunt compleri disposita, si non idem annuerit. Idcirco moneo vos, carissimi, attendite Deum in nobis, licet per cuius non optaremus manus, voluntatem suam explere: quia secundūm Iob, cùm ista expleuerit, talia ei præstò & quamplura sunt alia. Alioquin cùm expletum fuerit, quod præfixum est, non quod in istius erit voluntate, sed prout suo clementer annuerit nūrū, quandoque reuocabimur. Intērim verò, quæso, parcite à Deo collato nobis Principi, quod non suā quodammodo, sed Domini nostri, cui peccauimus, interdum vtitur voluntate. Ceterūm iu-

Iob. 23.14.

19.

Reg. 26.

xta.

B.David

vocē,

si Dominus

incitat

eum aduersum

nos, precor suppliciter exorate, ut sacrificium humiliatis nostræ odore tur, & suos suscipiat pœnitentes in omnibus; ita tamen, ut eius fiat voluntas. Ecce quanta & quām immobilis patientia illi inhæserat, quanta doctrina, quātāque viscera pietatis. Igitur inter omnia hæc, & inter omnium voces gementium, & lacrymarum alloquia, medius de se consolator erat & persuasor virtutum.

38 Erat enim quasi speculum sanctitatis, & inter omnium a querimoniarum iura, causidicus irrogantium. Dic, rogo, quis tunc vel faxeum peccatus habens, non fleret? Quis præcisus vel de filice non doleret? Aut quis vel ferreis continere se poterat oculis ne lugeret maximè è horâ, cùm omnes vnâ voce plangendo clamarent: Pessima cæcitas malumque consilium, ut fons consilij in exilium deportetur. Istud, inquiunt, non recuperabitur, neque Francorum quisquam ei similis, tantusque caritatis ac veritatis inuenietur assertor. Planè fatemur, quia pessima fraus, & callidus hic est veneni dolus. Ecce quām iniquissimum instat tempus, dum iusti & bóni exhortantur viri, & nemo est qui interdicat. Quid igitur, putas, erit de nobis? Ecce, aiunt, tollitur pravitatis interdictor, & quis vlt̄a iustitiae locus erit? quæ consilij sanitas? præsertim cùm omnes sua querant? Nemo igitur Reipub. sed pessime sibi quisque consulit, consilium pro muneribus venditur, sequuntur retributiones, propria lucra cōsiderant.

39 His & huiuscemodi querimoniarum vocibus vñi, generaliter omnium corda, singulorum fletibus ingemiscere cogebantur. Ignorabant ergo quod Dei occulto iudicio factum sit, ut senex noster mala cùm fierent ne videret, & pœna peccati interim in quosdam liberiūs desauiret. Tunc itaque quasi ei hoc solum decesset, quod primum concipiuerat, Domino dispensante, ab humano pellitur orbe: & credimus quod cælestibus pastus sit Sacramentis, ut cui veritum erat solum terrarum cernere, Ioannis exemplo cælestis patriæ inquisitor fieret. Quid putas, numquid Deus obliuisci

*Defletur
ab omni-
bus bonis
exiliis
eius.*

*Cur Deus
exilium
eius per-
misit.*

poterat, quod primūm contra eius decreti voluntatem tali eum ab officio retardaret? Sed nunc fortassis PASCH. idèo ei votum diu desideratum conceditur, quasi ut RATBER, quem prius Deus labore huiusc honoris laeserat, tandem posterius concessu operis deliniret: quem si vel tenuis pulueris inter huius mundi discrimina maculae fordidissent, Angelico affuetactus consortio, fontibus lacrymarum ablueret. Quod factum proculdubio creditur, vt septem annis, qui ad hoc sacratus est numerus, sancto ibidem Spiritu ageretur, si quo modo septiforme eiusdem Spiritus gratiam ex integrō accipere meruisset. Alioquin non talis ac tanta fuisset collata virtutum fama, nisi quia diuino arbitrio conuentum est, vt qui penè omnibus Europæ partibus iam clarus inerat, etiam Aquitanæ solum extremis finibus illustraret; vt qui sibi pollebat vbique sanctitatis nomine, illuc usque cunctis clariūs redderetur, ac deinde ubique fultus Dei auxilio, præmias meritorum uberioris abundaret.

a sur. Sirm. querimonias irrogantium iura causidicus.

C A P V T X I I .

Vita in exilio sancte & laudabiliter acta.

40 **H**IVISCE rei testes idonei sunt & assertores *In exilio* sancti fratres, inter quos idem Beatus, vt ipsi *sancitæ vi-* fatentur, vitæ Angelicæ per septennium vñis est habi- *uit.* Quos fratres idem ad omnia, quæ Dei sunt, sancta deuotionis flammæ mouebat: quoniam tanta cari- tatis virtus in eo erat, vt omnibus le posset influere, & suo eos amore in Dei causâ firmius solidare. Dei quippe altissima virtus asperos ei quoque secundabat ubi que casus, quæ tribus pueris medium fornacis fecerat Dan. 3.50. tamquām spiritum rotis flantem. Vnde nec procellis allidebatur, neque vi ventorum impingebatur. Christi enim erat fundatus amore. Et vt cum Apostolo dicam, Quis eum separaret à caritate Christi? tribulatio, an Rom. 8. persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Verè, vt 35. euidentius loquar, neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, sed neque villa creatura poterat eum separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu. Fundati enim erant pedes eius supra petram, & idèo non poterat commoueri.

41 Vnde cognoscentes eum beati viri, inter quos quasi sub custodiâ degere primūm videbatur, cœperunt magno eius amore inardescere, & nimiūm eum venerari: non ob regiæ quidem propinquitatis honorem, sed pro venustate morum, & sapientiæ documen- *Ab omni-* tis, nec non & pro sublimitate vñitum, in tanto eum *bus ama-* honore præferentes, vt etiam eiusdem loci Pater, & tur & co- *litur.* omne illud collegium sanctum, Patris eum veneraren- tur obsequio, & secundūm eius consilium sua cuncta tractarent, & obedirent ei in omnibus, prout is semel ore aliquid proculisset. Tu enim hæc omnia Deus Pa- ter incomprehensibilis tuo disponebas nutu, vt & deuotus tuus famulus tandem aliquando diu optato poti- retur otio, & deuoti milites tui eius fulcirentur cōfilio.

42 Vacabat igitur illic iam cælesti Sabbato, frui- *Exilium ei* tione perenni, & gustauit quām suanis sit Dominus. *Vnde quām immensæ laudes & gratiarum actiones in paradi-* ibidem eius resonarent ab ore, puto, nemo est qui pos- sum mu- *tatur.* sit ad plenum edicere. Siquidem erat ei felix illa habi- tatio in modum Paradisi, ex quo serpentis inuidiâ pri- mus eieetus est homo. Et mirabilis satis admodum ordo. Ille quidem proieetus inde, confusione tegitur; iste verò eiusdem suasu quasi reuectus, ibidem gloria- tur, ed quod iam consortio frueretur Angelico. Erat igitur ei, vt quidam Poëtarum eximius ait,

Quām secura quies, & nescia fallere vita,

Dives opum variarum, & latè otia fundit.

Virgil. 2.

Georg.

Atque ita nimiūm iucundus, inter mulcentia sanctitatis otia lætabatur, quasi inter florigera Paradisi amœ- na: nec dubium veritatis odio cū B. Ioanne adeò usque exilio deputatus, sicut venerabilis Beda Presbyter ait. Euang.

Serm. de

S. Joan.

I 4 43 Quin

PER S. PASCH. RATBER. 43 Quin licuit cernere fluctuagias vbiique mundi rotas, & Babylonis ac Hierosolymorum mixtim configere calstra, hinc inde vicibus tela atque fugam capi. Inde erat, mihi Pater omnipotens Deus, quod tuus athleta tantum pro discrimine huius vitæ flens lugebat, ac dolore suffusus, nimio lamento gemebat, rogans ac petens præfertim ut tuorum parceres hostium cæcitat. Videbat enim & prouidebat iam senex Pater, hoc in tempore miseram humani generis vitam deliciis eneruari, & Iezabel Propheten se dicere, & seducere seruos Dei, fornicari & manducare de idolothys, ventris ingluviem sequi, & libidine coronari. Quia, inquam, monstrum videri posset si gula sine luxu, aut luxus sine gulâ regnaret. Heu quam misera conditio ventris, qui talium affinitate partium coherens, vtroque cluditur fine, & malæ felicitatis fastu casso vestitur honore. Unde, quamvis voce Poëticâ vtar, moneo vos,

*Qui legit flores, & humi nascentia fraga,
hinc fugite, quoniam serpens his vībus latet. At verò
præfatus senex noster interim eos flere non cessabat,
quos auditate ditescendi velut quasdam aues nox illu-
minat & dies cæcat: qui dum non dispositionem Dei,
sed suos intuentur affectus, licentiam vel impunitatem
scelerum, omnino putant esse felicem. Sed eorum in-
terdum immanitate flagitij, cælesti viro beneficia cu-
mulantur in tantum, vt omne sibi gaudium estimaret
ad futurum, duni tentatione ad victoriam funetus sit
inuidorum. Idcirco quocumque se verteret, proficiens
vltrâ atque crescens ibat.*

*Ouis & le-
poris exem-
plo, se in
exilio sola-
tur.* 44 Gaudebat ergo, vt Dei in ipso completeretur voluntas, quia totus Deo subiectus esse parabatur. Aiebat namque inter reliqua patientiæ suæ verba, de suo querenti exulatu, ouium se velle imitari simplicitatis exemplum, & instar leporis mutationem loci non curare. Ouis enim dicebat, propter aliorum caloris indumentum, suo sine inuidia zelo nudatur vellere, & de sui indumenti exuuiis alterius souetur nuditas. Ita siquidē & in me aliquod si est utilitatis prudens opus, velim vt quilibet id gratis sine meo percipiat quæstu. Atque ita si fuerit hoc illucque, addebat, pro insidianis impulsu more leporis fugatus, neque locum quietis, cui dudum prorsus infederam, cum mœrore relinquo, neque ad quem propellor, cum amore teneo. Nostra autem conuersatio in cælis esse creditur: idcirco quæ sursum sunt sapimus, & non quæ super terram. Mortui enim sumus cum Christo, & vita nostra cum eo in cælis est abscondita: vt cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos simus cum eo appareamus in gloriâ. His & huiuscmodi verbis ad petram, quæ Christus est, fratrum animos solidabat: vt quia inter fluctus marinos extra mundum positi videbâtur, spe, quam velut anchoram habemus, cælo profundiū firmarentur.

C A P V T X I I I.

Ab exilio reuocatus, honorificè excipitur.

*Etiam in
exilio pro-
priis fulget
meritis.* 45 **Q**VIBVS paternâ ex acie per septennium ita dis-
cretione virtutum vallatus, factum est, Domi-
no annuente, vt sui exulatus iam finem faceret, & clari-
or propriis honoribus redderetur. Propriis ergo di-
co, quod meritò sibi competenterent, & idem summum
paternitatis officium meritis illustraret. Alioquin ho-
noribus dixi reddendum, quem proprius meritorum
honor, vbiique & sapientia decorabat: non quod ami-
serit, quo reuerentia dignus censer possit, sed aestima-
tione vulgi priuatus honoris officio, quantum in ipsis
fuit, dignatum fascibus redderetur. Ceterum exho-
norari, sicut consulta veritas patefacit, non poterat,
quem cælestis gratia illustrabat: præfertim cum indebi-
tus honor potius turpet insipientem, dum summis fe-
dibus inclarescit, quam decorerit: quia minùs eius dede-
cus patuisset, si nō altis sublimaretur officiis: quo velut
struma, vt quidam ait, in superficie cutis eminet, unde

indignus Prælatus videri possit. Sed senex noster non tam alienis quam propriis meritorum honoribus vbi- que ab omnibus veneratur, ab omnibus interim di- gnus honore censemur. Verumtamen quia improbos, vt dixi, dignitas reuerendos nequit facere dum pluribus eos ostentat, sed despectiores, imò indignos eadem di- gnitas facit. Ceterum senem nostrum tantâ præditum dignitas magnificentiâ fuisse constat, vt non solùm per sublimitatis gradus illum contingeret videri ho- norandum; sed quia multo erat fultus consilio, idcirco etiam inter ignotos nimium videretur honorabilis.

46 **Q**uo factum est, vt peracto tempore cum sum-
mo tandem reuocaretur obsequio, vt pristinam reci-
peret dignitatem, passim omnibus exultâibus & con-
gratulantibus penè cunctis. Vnde latitiae voces hinc
inde ad cælum usque tollebantur. Gratulabatur mo-
nachorum cœnobia, resultabaciunditate Clerus Ec-
clesiarum, vulgi quoque gaudia vbiique ridebant. Fa-
ctus est autem concursus populi quasi si in communi
omnium festo cæli præconio insignis redderetur.

47 Fratres autem, cum quibus interim degerat, au-
dito suæ regressionis die, cœperunt profecto cōtristari
& mœsti esse, atque quodammodo gratulari: contraq[ue]
præ nimio amore, ingenti animo lacrymabant: lacry-
mando quoque vix eum dimittere cogebantur. Inter
quos virtute venerabilis Ragnardus, qui postea Abbas
eligitur, præcipuo seruebat mentis spiritu, flens mero-
re animi, & flendo quoquæ latabatur. Latabatur qui-
dem, quia veritatis amator locum taxati merti rece-
pisset; sed dolebat valde, quod tanti viri præsentia pri-
uabatur. Vnde factum est, vt cum pius Dei cultor iam
iamque inde abiret, & omnes fratres ardentí animo
eius vestigia gressusque osculando lacrymis abluerent,
eiique valedicerent, præfatus vir. Dei domi intra lacry-
marum cubicula sele reciperet, ne proficiscentem vi-
deret, quæ plus quam se manere secum vellet, pro quo
mori etiam proculdubio paratus esset. Sed cum senex
eum multum diuque expectando requireret, inuentus
est in quadam obscuritatib[us] loco flens & eiulans, multa-
que trahens suspiria. Qui cum vocatus esset, vt seni va-
lediceret, illeque nollet exire, precatus est internuntios,
ne eum ibi plorantem detegerent. Quod audiens cari-
tas sancti viri, regreditur iam de nau, ne fratrem, quem
sanctum nouerat, in osculum omittaret. Veniente au-
tem ad eum sancto sene, cœpit idem magnis vocibus
in clamare ac dicere: Quid hic quæsiisti felix Pater, vel
cur te mihi nunc ostendere voluisti? Testem, inquit,
Deum habeo, quia mallem te hinc mortuum sepelire,
quam me relieto hinc viuum abire. Tunc omnes fra-
tres & famuli magnis eum prosequuntur fletibus: le-
uantur vela, tandem remigia impelluntur: dant omnes
gemitum, & ad littus eouisque expediat, quamdiu eum
possent conspicere. Feruebat verò unus in eis spiritus
amoris, & idē non se poterant continere.

48 Ille verò solutis carnis quidem, non cordis, ad-
spectibus, longâ corporis attenuatus macie, tandem
peruenit ad palatium. Vbi suscepto eo ambitiōe ab
omnibus, quæsum est quomodo ei Celsitudo Regia
satisfaceret: quia timebant pro tanti viri iniuriâ futu-
rum discriminem incurgere. Tunc beatus senex videns
pudore animi talia meditantes, proruit ad medium, &
verecundam Regis mœtem blandis deliniuit affatus.
Persuasit autem, nil eum de huiusmodi facto in animo
retinere, sed omnia se Dei iudicio deputare debere.

49 Interea tum eodem cogente Principe compel-
litur recipere suum sanctæ virtutis cœnobium, flagitanti-
bus filiis suis vt eum saltem quocumque modo recipi-
re meruissent. Ad quos cum aduenisset diu desidera-
tus, vt piis eorum complectetur iam iamque ample-
xibus, vexabat eum salutis inimica febris, ita vt gemini
affectionis singulorum animos sauciarent. Pugnabat si-
quidem in singulis mœror compassionis, & latitiae
feruor: ed quod viderent membra carissimi viri sauci-
simè

*Reuocatur
ab exilio,
cunctis
gratulan-
tibus.*

*Monachè
Herienſes
cum lacry-
mis proje-
quantur
Ragnar-
dus.*

*Accipitur
honorificè
in Regis
aulâ.*

*Redditur
suo mona-
strio Ab-
bas.*

*Febrile-
borat.*

P E R S. 57 Corpore verò, vtrum validus an decorus fuerit,
PASCHAS. fides probat, & morum eximietas. Vnde nec immerito
RATBER. illi aptatur illud in Canticis: Caput eius, inquit, aurum
A corpore. optimum, comæ verò eius sicut elata palmarum: quoniam
Canticis. quidquid ad decorum ei collatum fuerat, sursum
ad Deum nitendo concendere procurabat. Oculi eius
velut columbae desuper riuos aquarum, quæ lacte sunt
lotæ: quoniam totus adspectus eius simplex fuisse &
solùm in Deum intentus creditur, nec felle cōcupiscen-
tiarum immixtus, sed verâ innocentia mentis lotus.
Porro genæ illius sicut areolæ aromatum, quæ consi-
tae sunt à pigmentariis, videlicet à sanctis Doctoribus,
omni flore doctrinæ & virtutum exornatae oleribus.
Manus illius tornatiles, sanctitatis formam exprimen-
tes, & motu sphærico celeriter ad omne bonum insi-
stentes: plenæ hyacinthis, cæli specie in cælis thesauri-
zando renitentes, quæ multis replebantur muneribus.
Venter eius eburneus, virtutum distinctus ordinibus.
Guttur illius suauissimum, obfauum eloquentia: &
totus desiderabilis probabilitate morum, atque cari-
tate eximiæ. Idcirco querimus te, Pater, dū pascis inter
lilia, querimus quem diligit anima nostra. In lectulo
enim per noctes querimus te cum lacrymis: sonet vox
tua, obsecro, in auribus nostris: vox enim tua dulcis, &
facies tua decora. Neque enim possumus te patrem
non amare, quem pro nobis credimus ad futurum.

Ab infi-**tutione.****A mori-****bus.****A viuu.****Psal. 131. 9.****Apoc. 3. 4.****v. 21.****Matth. 19.****v. 21.****60****61****62****63****64****65****66****67****68****69****70****71****72****73****74****75****76****77****78****79****80****81****82****83****84****85****86****87****88****89****90****91****92****93****94****95****96****97****98****99****100****101****102****103****104****105****106****107****108****109****110****111****112****113****114****115****116****117****118****119****120****121****122****123****124****125****126****127****128****129****130****131****132****133****134****135****136****137****138****139****140****141****142****143****144****145****146****147****148****149****150****151****152****153****154****155****156****157****158****159****160****161****162****163****164****165****166****167****168****169****170****171****172****173****174****175****176****177****178****179****180****181****182****183****184****185****186****187****188****189****190****191****192****193****194****195****196****197****198****199****200****201****202****203****204****205****206****207****208****209****210****211****212****213****214****215****216****217****218****219****220****221****222****223****224****225****226****227****228****229****230****231****232****233****234****235****236****237****238**

neque dubium quid in sensu reseruans: at verò plano in clausulis procedens gressu: sensu eius fauiflatus pinguisimo claudebatur fine. Erat igitur sonus assertio- nis expositio dictiorum; ita vt voce formaretur proprius verborum intellectus, & suis singulæ partium qualitates restituerentur sensibus; habes omnia membra narrationis capitulatum distincta, & ad retinen- dum facillima, ad persuadendum verò vel dissuadendum promptissima: semper audiūs ad intendendum promouens audientes, igne calidiūs ad desiderandum, torporem discutiendo, incitans desidentes.

Quæ si facundia daretur mihi, luculentius explorerem quod conatus sum: nunc autem excusatio pro igno- rantiā, venia pro voto debetur: præsertim cùm stylus nullius ad hoc negotium melius expediret, quām eius, cuius yr̄ vita præminet, ita & sermo antecellit. Sed quia id ingenij vnde denegat, voluisse tantum, caritatis iura implesse probabitur.

Ab affectu. 64 Restat nunc, affectu qualis fuerit, intimare. Sed quo artis ingenio pandam eius affectum animi, qui vno semper mentis ardore afficiebatur in omni vita negotio? Iugiter enim cupiens dissolui & esse cum Christo, se laboribus fatigabat: permanere autem in carne, propter nos necessarium, licet alter fateretur, penitus sentiebat. Vnde toto annis vita fatigebat prodesse omnibus, mille, vt ita dicam, caritatum semper negotiis occupatus: præsertim quod esset consilium totius patriæ, & pater omnium indigentium; qui ore ac manibus, cum omni circumstantiā facultatum, pro libertate Christi erat omnium seruus.

C A P V T X VI.

Corbeia Saxonica initia, situs, progressus.

Corbeia Saxonica 65 **V**ONIAM cùm esset semper accensus ardore, peruenit usque ad Saxonie fines, vbi iam par- inchoatur. uissima cellula à sancto viro, suo æquiuoco, Adelhardo nomine, sumptu huius monasterij ædificari cœperat, eò quod idem beatus vir quia suus fuerat nutritus & familiaris filius, intercesserat loco eius, dum ipse Hero insulâ exul haberetur mundi & Paradisi ciuis. Videns igitur pius Pater ac senex sanctissimus cœprum opus quod pietatis esset officium, Regem adiit, & petuit ab eo, vt daretur ei locus ædificandi: quia ille, in quo situm fuerat, non utilis aut aptus esse probabatur. Quod audiens Imperator Augustus gauisus est valde, volens ei multa largiri, nisi retineret eum ipse, qui nulli unquam concedebat sibi dare quantum, quilibet voluisset, sed quantum idem vel si modicum censuisset; agebas semper illud Apostoli, quia beatius est dare quām accepere. Accepta autem potestate à Rege, vt vbi vellet, illud ædificaret, elegit locum valde amoenum, & monachis nimis congruum ad habitandum: vbi & Rex postea plurima propter Dei omnipotentis amorem contulit beneficia.

Corbeia Saxonica 66 Est autem locus, pergentibus ad ortum Solis de *situs.* *Fonte Patris, situs supralitus Vuisiræ, in modū Alit- teræ, vallis planicie collocatus: habet ad ortum Solis præfatum alueum, & montem porrectū in facie iuxta flumium. Porro à meridie mons alius egrediens è flu- uio, sinu tendit ad occasum. A septentrione verò alter- ter è regione pari situ pergit, quoque sibi inuicem, viam per medium dantes, copulentur: itaque ita in medio fit vallis, figuram Δ hoc modo, quantum recordore exprimens; nec immeritatem magis est veritatis, diuino nutu edocetus, talem elegit locum, qui & Christi nutrit et discipulos, & suo eos describeret charakte- re, & signaret situ.

Forma tri- gona perf- fectio. 67 Nihil enim in omnibus Geometriæ figuris, tri- angulari consummatius aut perfectius inuenitur. Est enim hic numerus totius *latitudinis & superficie in Lituidinis. Arithmetiç solus principium; in Geometriâ idem plavior inuenitur. Et quisquis diligenter inspexit hanc fi-

guram, neque in his artibus aliquid mirabilius reperi- *PER S.* tur, neque in nostrâ disciplinâ quidquam maius aut *PASCH.* melius predicatur, quām Trinitas Deus verus. Igitur *RATBER.* sine hoc numero formatum aliquid, nihil perfectum innuit, videlicet sine principio ac fine, & horum me- dio inter principium atque finem. Hæc verò figura princeps est, vt dixi, latitudinis, eò quod ceteræ omnes superficies in hac resoluantur. Ipsa verò, quoniam nul- lis est principiis obnoxia, neque ab aliâ latitudine, nisi à se sumpsit initium, in se ipsa resoluitur. *Quæ si ita* sursum erecta fuerit, vt ostium est, igne caritatis flam- mare ibidem habitantes debere monstratur. Quod autem ipsius à latitudine fit initium, ostendit latum *Psal. 118.* Dei mandatum nimis, non nisi dilatato corde perfici posse. Quod verò omnes * superficies in se resoluit, li- ** Sir. sem-* quid signatur, quod omnes reliquæ virtutes eius lati- *per fines.* tudine consummantur: & ipsa caritas non nisi Trini- tatem colendo in vnitate perficitur, vt vera perfectio, in his tribus Vnitas indiuīda teneatur. Hæc idem me dixisse sufficiat, vt monstrarem, quām prudens idem ac sapiens fuerit, quantoque caritatis ardore feruebat, qui talem ac tantum discipulis habitandi locum parārat, irriguum aquis, velut si minor Ægyptus esset, & al- ter Paradisus Domini, venientibus de Fonte Patris in ortum Solis. Verè de Fonte Patris, dixi, quia in Chri- sto renati, creduntur exinde non solum ad ortum So- lis, sed etiam ultra Solem usque transcendere. Quem locum beatus Pater Corbeiam alterius de nomine vo- citauit, vt signum esset in posterum, à quo prius illud esset fundatum.

C A P V T X VII.

Adelardus suis studiis paupertatis inculcat.

68 **V**I S, mi Pater carissime, narrare sufficiat pro- *Iuniores* Juniores inquit. *inficiunt.* Quidam doctrinam tuam in omnibus? Verè fa- teor, quod quoties tui recordor ad liquidum, miror satis quām prouidus eras in omnibus. Recordor enim doctrinarum tuarum, quibus eosalebas & instituebas tenellos de fide & caritate, inter quas etiam spem me- diam collocabas, de que moribus & de omni doctrinâ vita. Qualiter etiam oblatas sibi res à quolibet suspi- cere debuissent, cum ipsis inter sollicitudinis negotia peragebas; commendans illis per omnia, vt in nullo terrenorum cupidi essent, neque quidquam vellent ac- cipere, vnde alij grauarentur: & si heredes essent rerum largitoris, caute considerarent ne forte ipsi, quorum erat hereditas, postmodum inopes fierent. Hæcerat eius sollicita & pia consideratio in omnibus, quibuscumque præterat locis: vt neque in honestū quidquam acciperet, neque aliquis quasi causa misericordiæ post- modum paenitidine premeretur. Dicebat enim, quod *Adborta-* multi, non solum rectores Ecclesiarum, sed etiam ipsi *tur eos ad* ibidem Deo degentes, qui saeculo renuntiæ videntur, *paupertate* ob id decepti essent, quod rebus nimis abundarent in tem- tantum, vt saeculo seruire denuo cogerentur, qui mor- tui esse mundo debuerant. Quid, inquit, prodesse po- terit rebus propriis futuros expoliari heredes, & rur- sus eos mancipari negotiis saecularibus? Constat igitur nos in praesenti tempore idem Reipublicæ deseruire, quia ipsa nostris attenuata cupiditatibus, ex se subsiste- re non posse manifestè causatur. Et idcirco nos infeli- ces, qui liberi esse in Christo debuimus, facti sumus turpissimæ seruitur, etiam inuiti, servi. Occasione ita- que accepta, quasi in Dei causâ mundi militiam baiu- lamus, cùm Apostolus dicat: Nemo militans Deo im- *2. Tim. 2.* plicat se negotiis saecularibus. Neque enim à nobis exi- gitur, quod necessaria tantum retinemus; sed quia su- perflua, vt ab ipsis dicitur, possidemus: & vnde miseri- lati in possessione esse cupimus, inde angustam in omni opere bono. Quapropter filoli, eftote contenti paupertate Christi, sine quā nemo est diuēs. Noueritis enim,

PER SANCTUM **PASCH** enim, quod beati sunt pauperes spiritu, quibus regnum celorum re promittitur. Et ideo fratres mei, nolite, quasi pro pietatis opere, sectando auaritiam, possessionem æternam perdere. Estote igitur, quod vos æterna Christi vocatio esse voluit: ut paupertate Christi participando, diuities esse cum eo sine fine mereamini.

Gaudiae **69** His & huiusmodi cùm eos quotidie controbore Adelardus raret ac confirmaret, construebatur ibidem, Deo agente, non solum monasterij, sed etiam cœlestis patriæ fundamentum. Quid putas, quanto tunc gaudio affiebatur eius animus, quantâque lœtitia, cùm Dei omnipotens amor ita flagraret in eis, ut etiam omnis illa regio Deum per ipsos benediceret? Fateor itaque quod ad nos nonnumquam rediens, præ amore pio & spirituali gaudio vix se poterat continere, hinc inde exultans atque gaudens, quod Christus per eum glorificaretur in multis; nos quidem rigans ac paciens cœlesti pabulo, illos plantans in Christo ac propagans, agebat ut fructum plurimum Deo ferrent. Itaque sic in omnibus se exhibens, Christi vices agere credebat: etiam & formâ humilitatis omnibus anteibat.

Ad Deum **70** Qui ita iugiter uno iubilationis affiebatur spiritu, apperebat ingressioneis campum: quæ ingressio, secundum B. Augustinum lib. de animæ quantitate, vna de septem, & sexta perfectionis est virtus. Quintus siquidem earum gradus, est Tranquillitas: sextus, Ingredio: septimus, Contemplatio. Quæ ita decentissimè possunt edici: In scipso, dum anima qualibet secum ingreditur & versatur: Ad Deum, dum quotidie ardenter desiderando, ad eum ingreditur, ita dicens: Sitivit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Apud Deum, cùm iam claro lumine indesinenter contemplando ei inhæret, in quem desiderant etiam Angeli propicere. Quod nunc senex noster se peruenisse lœtatur, lœtatur meruisse, gratias agit, atque comprehendens summo alacritatis animo amplectitur.

4. Reg. 2. **71** Vnde quid aliud dicā, quâ illud Elisæi, Pater mi, Pater mi, currus Israël, & auriga virtutū? Ecce nos quâ subito desolatos relinquis: & ideo quærimus te lacrymosâ voce & scrutamur mellifluos mores tuos manè in præcordiis nostris: nec vsquam pupilla oculi nostri silet, neque consolatur, nisi cùm sibi te pro nobis melius adesse promitterit. Recordamur enim, quibus nos lactabas vberibus, vel quanto in te Dei fruebamur oraculo, quantisque ferebamur alarum remigis, & nutritiebamur caritatis visceribus: ita vt si saxe essemus, tua nos molliret pietatis oratio. Omnia enim nobis omnibus factus eras, vt Christo nos lucrifaceres. Quod si ad speciale quorumdam te vertisses negotium, vni in momento dabas vitæ consilium, alium interdum deliniebas osculis. Porro illius manum stringens, alterius animum miro demulcebas affectu, atque ita omnibus vnu eras, & totus singulis.

Suorum **nomina** **descripta** **sempre** **penes** **ha** **bebat**. **72** Fratrum verò nomina, licet scripta intra viscera sanctæ sollicitudinis semper teneres, de manu tamen certus eorum numerus diligenter scriptus penè numquā aberat: idque ideo, vt omnes sedulò inspiceres, & mores singulorum apud te sollicitus pertractares. Iam enim de singulis tecum in iudicio disceptabas, ne damnum postmodum de creditis ouibus sustineres. Benè igitur noueras, quid cuique expediret: & ideo omnibus exhibebas, quod saluti singulorum congrueret. Erat ergo discretio tua in nullo, quantum dici fas est, exorbitans à proposito, facilitate complendi quæ singulis expedirent; generaliter verò procurando cunctis congrua. Nullum ferme per hebdomadam familiaritatis affectu non allocutum relinques: nullum quem in die generaliter, nisi ex aliquâ impossibilitatis causâ, non instrueres: omnibus præbens salubria, nulli prorsus denegans, vt credimus, necessaria. Idcirco filia Hierusalem, prout compellor dicere, flete hunc sitem nostrum, & lamentum sumite. Flete virum, qui

vestiebat nos caritatis coccino, desuper totum deliciis intextum, qui præbebat cultui ornamenta virtutum. Induite cilicium, & amare plangite: quia qui consolabatur nos, & fouebat quasi nutrix in gremio, sublatus est & recessit. Vnde plorans plorabit anima mea, & erunt lacrymæ in maxillis meis, quamdiu non intueor quem diligit anima mea. Purasne veniat mihi, Pater, tempus, quando vel si quicunque modo liceat faciem speciemque vultus tui conspicere?

C A P V T X V I I I.

Ad mortem ut se prepararet.

73 **SED** quid interim iam deinceps agimus, anima?

Ecce nunc usque quasi inter roseos versati sumus capos, & conspeximus amœna virtutū, de fonte sancti Spiritus vberius irrata. Nunc verò instat, ut mortis eius finem pandamus, quem habuisse talem, glorificandum est; amisisse, flendum; peruenisse verò ad Beatorum gaudia, congratulandum. Sed quantò nobis iucundius est, in eo quod amatur versari; tantò grauius est, eius absentiam, quam semper præsentem cernimus, tolerare. Vnde ceu respersum nebulâ, mæstum est omne quod inspicimus: caligant oculi nostri, operimur singulibus, tremunt digiti, rotatur caput, funduntur lacrymæ: & insuper est pio amoris affectu quædam flendi voluntas. Vnde & quanto hæc prolixius ad consolandum cuditur, tanto ardentius amore afficimur, amando quoque dolore premur. Idcirco, mi Pater carissime, ocyus transibo obitus tui paginas, in quo diutius immorari vehemens languor ingruit. Hinc quidem interim adstillat lugendi facultas, sed paullò post consolabimur de peruentu, quo tu nunc lætaris in gaudio. Vnde quæsumus, priusquam incipiat calamus pulsare tui exitus horam, reuertere Sunamitis, reuertere, inquam, paullulum, ut intueamur te. Recipiet enim inde spiritum linguæ calamus, & leuius transhibimus amaros legendi cursus. Reuertere, reuertere mi carissime. Et quid videbimus in te, nisi ut castrorum acies quomodo sis ordinatus? Ad nos saltem semel, quæsumus, conuertere, ut omnes, qualem te prius habuimus, quantusve & modò sis, videamus. Ecce ascendisti, nouimus, per desertum quasi aurora consurgens, pulcher vt luna, electus vt sol, terribilis in Deo, velut castrorum exercitus ordinatus.

74 **Quid** igitur terribilis humanis adspectibus **Moriturū** videri potest, quâ tui vultus erant adspicere in hotâ, **ad suos** cùm nobis indulgentiam dares? Præcepertas enim, pe- **oratio.** tentibus nobis, Pater, ut omnes humiliaderemus: quatenus tu os nostrum ex integro, & nos tuum erectis oculis potuissemus conspicere. Quo, fateor, nil me ordinabilius à magistro audisse indultum, nilque flammatius auctoritilius aliquid me vidisse, quâ in tuis oculis. Pressius iraque enucleans sensum, ira affatim cunctis es locutus: Ecce, inquis, de creditis ego ouibus rationem redditurus venio: vos autem, ô mihi commissus grex, de obedientiâ & inobedientiâ vestra sententiam excepturi, attendite, quod idem, qui nunc adisto, in tremendo iudicio vobis coram adero, & quid de talentorum pecunia sim lucratus, vel quomodo il- **Petit ab illa** lam expenderim, præsentabo. Attamen interim, si quid **veniam-** est, in quo excessi in vobis sciens aut nesciens, volens nolensve, indulgete, prout ego, iuxta quod oportet, si quid est quod meum sit indulgere, vice Christi relaxo.

75 His igitur tum ita præmissis, plenus feruore sp- **Parat se** ritus recessit, quasi iam futurus arbiter in suo: ut instrueret se, quasi contra spiritualia nequitia tunc in cœlestibus pugnaturus, rationem villicationis suæ redditurum: licet semper quasi in mortis articulo petractasset, tunc tamen velut contra legiones iturus, diligenter mentis aciem disponebat, si forte ludibria huic vita sine impedimento posset effugere. Sed quia occursor decuplum eius viginti millibus superare legi- tur,

tur, semper quæ pacis sunt, Dominum precabatur: Domine, inquit, pone me iuxta te, atque ita cuiusvis manus pugnet contra me: alioquin turmas non effugiam ini- quorum, quia tu solus inuentus es inter mortuos liber. Venit enim ad te exætor, & in te non intenit quid- quam quod suum esset. Idcirco fac me summi in te inhærente, vt & ipse per te tuo in corpore mali totius inuenias liber.

*Exactè
opera sua
dicitur.*

*Singulos
monet.*

*Luc. 19.
41.*

*Peritus
erat lin-
guarum,
& eloquens.*

*Febr. cor-
ripitur.*

Cant. 2.5.

*Eger
quotidie
audit Sa-
cerdotum, &
communi-
cat.*

76 Qui totum se ita discutiens, adhuc inuenit in se qualiacumque, quasi nondum exhausta, & præcepit ea coram quibusdam fratribus exponere, (quorum unus, et si indignus, ego eram) interrogans, si de his se in iudicium meritò venturum fore pertimesceret. Quibus au- ditis, iuxta diuinam scripturam percensuimus, non ad eum pertinere, quæ ipse quasi sua longè diuque plangebat. Quid putas quām subtiliter secum reliqua dispu- bat? quām sibi seuerus erat, qui pro alienis etiam, vt pro suis, se puniebat? Interēa singulos de singulis monens & instruens, aiebat, vt post obitum suum in electionis pace, castè ac rectè secundūm Deum inter se conuenirent. Exposuit etiam fidem suam coram quibusdam ex no- bis, penè & omniem doctrinam quam docuerat, vt ex hoc eam firmius commendaret peccatoribus nostris. Hinc est quod tali absentes in cœlo suffundimur; inde verò gaudentes sumus, quia de Patre talia recoluntur. Hinc ad hoc afficimur, ad aliud hinc protrahimur. Plangimus in eo siquidem matritatem morum, fidei firmitatem, soliditatem spei, caritatis fundamenta, ex integrō altissimam Christi humilitatem, & ditissimam in omnibus largitatem: nec vt Saluator, inquam, misera- ram Hierusalem ego lugeo: sed ploro in vnius morte pariter omnes virtutes occubuisse: non quod nobis desit ille, qui abiit; sed quod tamē videre desiuimus, quem sine lacrymis vix aut nūquām recordari valemus.

77 Quis enim siccis oculis eius recordabitur, in quo penè omne honestatis decus sublatum est? Aut quis non doleat præsidium totius Europæ subito de- periisse? Vel quis sine mentis scrupulo poterit epistola- rum eius nitorem eloquentiæ recitare? Quem si vulgo audisset, dulcifluus emanabat. Si verò idem barbarā, quam Teutiscam dicunt, lingua loqueretur, præemi- nebat caritatis eloquio. Quod si Latinè, iam vltiū præ auditate dulcoris, non erat spiritus. Idcirco mihi carissimi ô vos omnes, qui nostis quid boni habeat tanti viri præsentia, & transitus per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor nostrum omnium. Vide- te igitur quām subito vindemiauit nos Dominus, & facti sumus squallidi, venustate sublatā. Aurigo posse- dit nos, quia decus roseeum versum est in fauillam.

C A P V T X I X.

Vtima eius agitudo: piæ mors.

78 PARAVERAT ergo se Simeon senex ad natalem Saluatoris accensis lampadibus occurriere, & Regem Regum Dominum Iesum procedentem de thalamo suo vlnis suis latus suscipere: sed tetigit eum triduo ante natalem Domini validissima febris, dum iuxta consuetudinem noctis medio in basilicâ fleret. Qui ita perdurans ad vigilias vñā cum fratribus, ho- stiam iubilationis in pectore Domino consecrabat: & quantò, vt multi testes sunt, altius voce caneabant chori, ed amplius idem flebat in iubilo. Sicque se per- trahens ad matutinorum usque laudes, nec minùs amo- re Christi febricitans elanguebat, sicut scriptum est in Canticis: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Et dum quotidie magis magisque mul- tis premeretur doloribus, spiritum non relaxabat, sem- per Deo intentus. Disponebat igitur ita omnia proui- dus, ac si nihil mali ferret in corpore: instituens & ordi- nans ita singulas officinas, vt nil finis eius imperfictum inueniret, præcipue vt & sanctus dies dignis celebre- tur honoribus. Quo peracto, vehementius cœpit vrge-

Tom. I.

ri febribus: quotidie tamen ad oratorium B. Martini PER S. veniens, quem copioso amore in vita semper dilexerat, PASCH. ibidemque Missas audiens, communionem sanctam RATBER. percepit, donec ultimus dies vitæ à noctis huiuseum eduxit caligine.

79 Interim vero audiens beatus vir Hildemannus Episcopus, quem ipse monachum nutrirerat, & per con- cessorum Regis tanto Bellouaci sublimat honore, san- et Hilde- etum ægrotare Patrem, aduenit illicet, & excubabat in- gitter ante eum, donec viuendi finem fecit, & eum pro- priis manibus vñā cum cunctis fratribus sepeliuit. Qui dum aduenisset, gaesus est sanctus Pater alacritate maximâ & lætus, vt vix se ferret præ nimio exultatio- nis gaudio. Agebat namq; Deo immensas gratias, quod de huius eum consolaretur aduentu, & dicebat: Deus omnium institutor & rector, gratias tibi ago, quia non sum fraudatus à desiderio meo.

80 Interēa cum cœpisset idem sanctus Episcopus à nobis percontari, vtrum benedictionis oleo, sicut à B. Jacob. 5. Apostolo sanctum est, deberet perungī; interrogauimus eum, vtrumne velleret, quem procul dubio sciera- mus peccatorum oneribus non detineret. Quod ille au- diens, erectis oculis in cælum, cominus obsecrabat vt fieret. Quid putas tuum sanctus agebat animus & quantis tunc replebatur lacrymis? Erant igitur oculi ad Deum defixi, manus vero ad cælos extenæ, invitansque sanctum spiritum, dicebat: Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundūm verbum tuum in pace, quia percepisti omnia tui mysterij sacramenta: & nunc quid superest, nisi vt ad te veniam? Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis: tantum fiat voluntas tua. Alioquin siti- uerat iam idem diu venire ad fontem. Vnde & quasi iocosa voce, plenus grauitate fidei, frequenter dicebat: *Anbelat* Hinc ibo, & ad Deum meum veniam: lætus, inquam, *ad mortem*. veniam, lætus moriar, lætusque transibo ingentes huius vitæ foureas: quoniam ad gaudia peruenturus sum semi- pterna, longè mihi antè promissa.

81 His & huiusmodi dictis sedulò se armabat Chri- sti miles, donec ingressus est locum tabernaculi admi- rabilis, in voce confessionis & laudis: vbi & inuentus est exercitus multitudinis festa celebrantis. Ibiique iam se- nex noster tripudians creditur præcinere: Nox præcel- sit, dies autem appropinquavit. Qui cum quotidianis diebus adhuc in carne febricitans, immensis se Deo ta- liter commendaret laudibus, contigit subito, dum solus apud se ageret, ad eum ingressum fuisse sanctum Epi- scopum: ad quem continuo exclamans, ait: Cu[m] re- ei apparet. lociter, ô Episcope, præcipio tibi, & osculare pedes Domini mei Iesu Christi, quoniam ecce adest. At ille audiens, valde contremuit; quia quod iret, vel quid age- ret, penitus ignorabat. Ille vero hoc dicit, recepit se sub silenti, & quieuit. Tum deinceps peracto die octauo natalis Christi, alacrius cœpit infestere, vt iam hinc ei celebratis diebus licet abire, si quo modo ipse tan- dem perueniret ad festum quod nos non intercipit, neque morbo corrumpi potest. Et peracto igitur iam noctis medijs spatio, ita adorans est, & fratribus dice- bat: O filij, semper mihi in Domino multum carissimi, Prædic- scitote quoniam hodie hinc ibo, datum est enim mihi mortem iam hinc exire, ac videre, (quod vñam fiat) & appare- suam. re confitui Redemptoris mei. Finitus est ergo iam cursus certaminis mei, & restat penitus, quid acceptu- rius sim pro vocationis præmio, vt ignorem. Credimus nos tamen Pater quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, (alioquin va- cuus est labor fidei) præsertim qui dicere cum A- postolo veraciter potuisses: Cursum consummaui, 2. Tim. 4. fidem seruauit: de reliquo quid aliud, quam reposita est mihi corona iustitiae, quam redder mihi iustus iu- dex in illa die?

82 Tum manè iam facto, accersitis nonnullis ex nobis, cœpit idem B. Pater vrgere, quatenus matutinas ocyus præuenirent. Quibus dictis, in laude Christi cælestis

K *eius*

PER S. eius lingua obmutuit. Tunc verò simul conuenientibus omnibus sanctis fratribus, communionem san-
PASCH. ctam percepit ferme horā diei primā, sicuti mōest, &
RATBER. Iterum cōperunt eum hymnidicis laudibus Domino com-
 mōendare, atque ita perdurantes in eius exequiis, vñque
 in horam diei nonam. Tum idem quando & Christus
Felicissime in cruce, emisit spiritum, vt daretur indicium, quōd
 cuius crucem in vitā tulerat, quemque secutus fuerat,
 eius & in mortis articulo sequeretur vestigia, donec
 perueniret ad eum quē quælierat, quem optārat, quem
 & diu de toto corde desiderārat. **Quis**, putas, tunc eā
 horā luctus omnium erat, & quām p̄cipua fuerint
 lamenta monachorum? Attollebatur autem sursum
Omnes lu- vox una canentium in excelsō, & fletus omnium deor-
 gent.
 sum singulorum scindebat pectora: quoniam, sicut ali-
 bi dictum est, & pium erat tanto viro congaudere, &
 pium erat eius abscessu flere. **Quis** enim non fleret, et
 iam si de silice natus esset eā horā, cūm inclitus Dei pa-
 stor hinc abiens, cōlos peteret? Ipse enim erat, bone
 Iesu, quem in toto ex omnibus solum Abbatem reperi-
 ipse ex vniuersis, quem alterius plus quām sua quæ-
 rentem inueni. Qui, sicut mater amat vnicum, ita
 quosque tenerrimè diligebat, atque vt solidiora cape-
 rent inuitabat.

C A P V T X X.

Ratheri luctus. S. Adelardi sepultura.

Luget An- **83** **V**A PROPTER, quāso, attendite viri, & videte
Adelar- vniuersi populi matrem Corbeiam flentem, (quod est aluearium monachorum) flentem, inquam,
dum sibi ac dicentem: Ablatus est magnificus meus mihi, &
ereptum. nullus est qui consoletur me ex omnibus caris: quoniam compleuit Dominus furem suum in me, & fecit quā cogitauit. Compleuit ergo, quā p̄ceperat à diebus antiquis: Terra es, & in terram ibis. Idecō abiit carissimus mihi, & recessit. Reuersa est ergo virgo Israēl ad ciuitates suas, & deinceps ambulat gloriōsè super aquas redēptionis æternā. Ipse namque est, qui erat mihi votorum carissimus: ipse cōuertens animam meam, & custos vitæ meæ: ipse qui consurgens pro nobis in principio vigiliarum, effundebat velut aquam cor suum ante conspectum Domini. Nunc verò posuit nos Dominus ad modicum desolatos, propter eum mōreō confectos. Idecō ergo ponimus in puluere os nostrum, sperantes in misericordiis Domini, si forte sit spes vt peruenire possimus, quōd iam pius patronus noster peruenisse creditur. Quod donec fiat, donec optata dies veniat, hæret lingua mea faucibus meis, si tui nō meminero, Pater Adelarde, si non te proposuero in principio recordationum mearum. Alioquin obliuiscatur me dextera mea, nisi nomen tuum laudesque pandam. Credo mi carorum carissime, quōd prius mōterus amor perire possit, quām nos te non diligere. Quia etsi illa suorum obliuiscitur, nos tui numquām obliti erimus: sed dum sēcula manent, & nox cum die partitur vices, fama p̄dicabitur de te semper sanctissimæ vitæ, nosque tuā numquām immunes erimus à laude. Tu autem, quāsumus, trahe nos hinc post te, curramus in odorem vnguentorum tuorum: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Recti enim te diligunt: & idecō quārimus, quoque perueniamus, vbi pascis, vbi cubas; scimus namque, quōd in meridie.

Orpheisfa- **84** Neque igitur, iuxta quod fabula ferunt Threiciūm fecisse vatem, gemimus apud inferos coniugis mortem: seu super astra tollimus patris nomen, quō te solemniter concendiſſe fatemur. Ergo etsi felix fuit ille, qui potuit lucidum boni fontem visere; & felix qui potuit vincula grauis terræ soluere; feliciores sumus nos, qui possumus post te Patrem talia & tam sancta vota dirigere. Fingitur enim ille p̄fatus vates febilibus modis flendo post coniugem filias currere

fecisse, ames stare immobiles; iunxitq̄ue intrepidum latus cerua ſæuis leonibus; nec timuit lepus iam cantu placidum canem. Cuius cūm feruor intima pectoris flagratiā vreret, nec sic mulcerent animum cuncta quā subegerat; it mites ad superos, quærens coniugem; nec repertā, infernas adiit domos: illiſ ſonantibus chordis blanda carmina temperans, quidquid de p̄cipuis * Musarum fontibus hauerat. Ad cuius voces vmbra- *** Sur. Sir.**
 rum dea miserans; Tandem, inquit, vincimur arbiter: **musico-**
 & idecō donamus coniugem viro, emptam carmine. **rum.**
 Quid putas tum ille, iuxta poēticam narrationem, lu-
 c̄us dabant? quantosq̄ threnos geminans amor mo-
 uerat? quantisve precibus veniam implorārat? Cuius noua carmina stupuerat infernus, vtrices scelerum deā iam mōstæ madebant lacrymis.

85 Sed nos, Pater carissime, talia non idecō inferimus, quōd ignoremus neminem ab inferis sine Christo regressum fuisse; sed quid boni habeat amor, volumus aperire. Amor enim maxima lex sibi est: & idecō imi-
 tando quārimus te quasi per legem, quia omnis *** vita** *** Sur.**
 tua, lex vitæ fuit: vt mereamur peruenire ad te, imō ad te, quia ad Christum, quō te peruenisse credimus & optamus. Et p̄camur, vt Deus nostris fletibus motus exaudiat, & doneris feliciter nobis, imō nos tibi, quia te Paradiso datum petimus. Credimus namque, quōd ibidem coronaris iam de capite Amana, de vertice San-
 nit, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Ita quippe omnia triumphando viciſti: idcō factus es suavis inter delicias l' aradiſi & decorus, nec eſt in te macula. Dexterā igitur Christi amplectoris, & lēuam sub capite pacis ſomno dormiens premis: & idecō fa-
 c̄tus es coram eo quasi pacem reperiens. Leetus ergo tuus, quia in pace Christi versaris, floridus iuxta meriti qualitatē: tigna domus tuæ cedrina: laquearia ve-
 rō cypressina. Et nos quidem, Pater amicissime nobis, iuxta quod intelligimus, gaudemus & gratulamur tibi, quia euersâ domo, inuēta est in te drachma, quā perie-
 rat: perierat enim noctis caligine circumfusa, fed ac-
 censis lampadibus, tibi felicitus denūd inuenitur. Vnde **Honores** interim quando aliud non valemus, iura sepulchri tui **myſtici** flentes circumſedemus, & ſuperadſpergimus oratio- **funeri S.**
 num flores. Legimus ſuper illud nomen bōnum, quod **Adelardi** exhibiti.
 melius acquisisti, quām diuitias multas. Nam nostrūm alij pallentes violas tibi & candentia lilia carpunt; alij narcissum & florentes rosas; alij ſerpillum benē olen-
 tem ſpargunt: iſti colocatiā & mollibus illud vacciniis pingunt: quidam & ſuaves intermifcent odores: non-
 nulli verò ſalfis lacrymarum rigant fontibus, & ego lit-
 terarum ſuperintexo pallas: quatenus aei temporibus futuris, ſanctum ſeruer nomen. Neque enim fucatæ artis eloquentiā texo; ſed ſindone mundā, puritatis ope-
 re, illud inuoluo. Alioquin ſi quis pleniū hunc virum noſſe deſiderat, quām fortiter fide mundum vicerit,
 legat illud, vbi incribitur ei nomen nouum & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem. Et cūm intellexerit, quibus ciuitas fulgeat ornamentiſ, hoc totum illi conferat: eō quōd ibidem quodammodo ipſe ciuitas, & poffeffor huiusce ciuitatis à Deo creditur eſſe fa-
 c̄tus.

86 Vnde gaude & lætare virgo fidei, felix Corbeia, ex antiquo vocata: quia meruisti talem in Christo frui & poffidere patronum. Quāſo te, mater religionis inclyta, amplectere hunc virum, quem tu tyronem cœleſtibus ſobriè ac discretè instituisti moribus: & imitare illum, qui te poſteā multis ampliauit honoribus. Qua-
 re igitur mōreō conſumeris virgo & filia Dei ſummi, **Hac sub**
 quāl non ſit tibi consiliarius? Ecce fratrem reliquit ti- **VV alā S.**
 bi heredē, qui multis adhuc pro te ſudabit laboribus. **Adelardi**
 Abſterge, quāſo, lacrymas: quoniam mittes obuiām **fratre &**
 de medio tui etiam hunc ſenem, cūm vniuersæ terraſ ſucessore **scripta.**
 partes miferint eximios quoque viros. Porro vicina *** Ms. Corb.**
 monasteria cūm dederint, videlicet Vedastum * Atre- **bates,** & Centulum Sanctissimum Richarium, & alia Atrapis, **&c.**
 circumquaque viros religione nobiles; dabis forſitan

& tu non impari voto virum Deo dignissimum. Neque infecunda tunc eris, cum inter reliquos istum etiam Dominum de terra puluere generabis: in die latabunda & gaudens veniendo venies, saltem paucos ferens manipulos. Idcirco confortare & robustius age, donec Amalec occurrit in viâ, quoniam alter Iosue iam tecum dux & praeuius virtute, pugnat in acie. Fulciigitur istud, iam in capite inter plurimos dimicantem: attende & illum in monte iam Domino palmas ad sublimia portigentem. Hic pugnat, ille orat: hic hostem premit, ille vincit. Iste namque est, carissima mihi mater, fratrum amator, & populi Israël. Hic qui multum orat pro suis caritate perpetuus. Hic qui iugis, ut credo, intercessor erit pro ciuibus. Vnde & Domine, iuxta B. Ambrosij vocem, quia nemo habet quod aliis plus deferat, quam quod sibi optat; non nos ab illo post mortem separares, quem in hac vita carissimum sentimus. Sed ubi es, nos facias esse simul cum illo: ut vel sic eius perpetua visione apud te fruamur in Christo, quem propter te in hac vita carissimum valde dileximus, nunc in pace Christi sepultum.

*S. Adelardus
di sepulcrum.*

Epitaphium.

*Alij ibi-
dem Ab-
bates se-
pulti.*

** Sur.
Sirm. cos.*

** Sur. Sir.
connecte-
ret.*

87 Sepulta sunt autem decenter membra carissimi senis, in basilicâ B. Petri Apostoli sub fastigio inter eiusdem medioximæ quatuor ecclesiæ centra, rectus polito lapide: super quem octonis sculptum versibus musici carminis haustu dignè legitur:

Hic iacet eximius merita venerabilis Abba,
Nofer Adelhardus, dignus honore senex.
Regia prosopies, Paradisi iure colonus:
Vir charitate probus, moribus, atque fide.
Quem dum sub tumulo recolis tu quisque viator,
Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.
Nam post octauas Dominib[us] carnes solutus,
Succedente die astra petiuit ouans.

88 Et sunt ibidem perhumati quatuor circumquaque venerandi viri, qui fuerant uno eiusdem officio seruitutis à Domino propagati. Quod factum non casu contigisse puto, sed ut quorum una in Christo fuit militia, post Iesum crucem sublimius eodem in loco ferre propriam, unus esset & sepulturæ locus, qui * eò dumtaxat secundum similitudinem eiusdem Crucis insignius * cohereret. Quorum medius senex noster cernitur, super quem signa ad horas diuini officij pulsantur, ut ex hoc clareat, iuxta quod prouenisse creditur, quia fuerit lingua eius cymbalum sancti Spiritus, & Inuitorium ad diuini operis officium, ibidem dedicatum. Vnde & octoni versus, quod post octauas Domini obierit, titulatur: quatenus monstretur eum opere consummato, quod dudum omnes inuitauerat, ad octauam Domini, nullo litterarum imminuto numero feliciter peruenisse.

ALIA VITA

S. A D E L A R D I

A V C T O R E

S. G E R A R D O

ABBATE SILVÆ-MAIORIS.

P R O L O G V S.

*Ecclesia
Sanctorum
prole fa-
cunda.*

I MAGNVS Dominus & laudabilis nimis, gloriosus & magnificus in Sanctis suis. Ipse est enim corona Sanctorum, ipse spes, exultatio & gaudium. Eius singularis visio, eorum est vniuersalis delectatio. Horum autem exultatione fundatur vniuersa terra, mons Sion, Aquilonis latera, ciuitas Regis magni, vniuersitatis Ecclesia. Quæ numeroso compta gerâne nuptiarum, & per eas diuerso fœcunda ordi-

Tom. I.

ne filiorum, ciuibus electis ornata Ierusalem, urbem illam scilicet cœlorum, ad cuius hæc terrestris Ecclesia præfiguratur imaginem. In hac spes ciuitatis illius habetur, in illâ res desiderata tenetur. Hæc beatos facit, illa electos reficit. Nec est ista expers ciuium illorum: Deus enim cognoscitur in dominibus eorum. Vbi videlicet Imperatores curvantur ante tumulos piscatorum; pescatores honorantur successione Pontificum; Pontifices religione Abbatum. Et ideo summos delebet succumbere bono, tanto voluptas sit subesse Domino; qui non modò fautor est cremento proficiuntium, sed & remediabiliter prouidet caibus ruentium, dum & Angelica præstat nobis suffragia non deesse, & patrocinia confert Sanctorum; quos pro reatibus intercessores non dubitemus efflagitare. Quos cum diuersis attributos prouinciis communibus omnes conueniat passim honorare officiis; singulis tamen quibusque locis misericorditer prouisios attribuit, quos specialiter nobis amplectendos & propensi exorandos voluit.

PER S.

GERARD.

*Sancti in
calis pro
nobis in-
tercedunt.*

2 De quorum numero lux patriæ B. Adalardus, Corbeiensium extitit Abbas prædicandus, qui non solum Francorum gemma, sed & Saxonum oriens effulgit. s. Adelardus discipuli stella. Genuit filios Ecclesiæ, nutriuit patres Corbeiae. Denique S. Ansarius, qui à Walone ipsius pulum habuit. An. S. Adalardi fratre in Corbeia fuit electus, vt à Rege Ludouico cum Herioldo Danorum Rege ad prædicationem Danorum mitteretur; quique postea pro fide Archiep. Bremensis Christi multis pœnis ab eisdem affectus tandem in quo Bremiâ Archiepiscopatu suo requieuit, multis meritis decoratus, eiusdem S. Adalardi auditor fuit & nutritius. Ratbertus quoque Paschalius eiusdem Abbas Itum Paschalium, qui luculentum edidit librum de corpore & sangue Domini; eius meruit paternitatem dignâ filiatione sui: cuius etiam corpore cum reliquis illustratur Corbeia: qui diuersi per diuersa, diuersæ sanctitas in Christo adepti sunt merita. Hic autem qualis fuerit & quantus, in quadam epistolâ testatur Abbas Lobiensis Herigerus: qui eo tempore inter sapientes habebatur sapientissimus. Quamquam longum est hic interponere.

3 Ad S. Adalardum, de quo digressi sumus paulli- Adelardi per, calum studeamus conuertete. In cuius caritatis dilatatione, tantâ filii suis feruebant dilectione, ut à Ratbertū, quodam eorum tantâ sit composta prolixitate ipsius epithalamium portativa, tantâ lamentationis plena amplitudine, tanto tius quam cantici canticorum amatorio languore, ut magis epistola thalamum dici possit, quam textus alicuius historiae.

Quâ confusione non mediocriter offensus Corbeiensis tunc custos Ecclesiæ, sèpè monuit Abbatem vt recidi iuberet superflua quæque. Sed illo secularibus curis occupato, compunctus iste reuerentia Sancti, cui hærebat amoris priuilegio, flores ipsius vitæ decerpit iussit è tanto viriditatis prato. Cuius parendo iussioni sub breuitate non detrahitur priorum sententiae; exceptâ illius, qui non authenticè sensit de hac historiâ in S. Viti translatione, non nisi denique per hanc scribendi viam ingressus. Quomodo enim aliter interpolaveret Corbeiam nouam quam construxit S. Adalardus, licet ad vnguem descriperit ipsam translationem factam per successores eius, inordinatè tamen erravit de Chronicis Principum & Sancti successoribus. Ad cuius errorem falsitatis remouendum sufficiens sit cunctis legentibus eiusdem scriptoris testimonium, qui etiam hoc quod ignorando asserit, in hac moneta historiâ requirendum. Quapropter nunc ei huius inordinationis offendam doneamus, eo scilicet tenore, vt in his quæ secus quam sunt sentit, à nullo sit per singula credendus, & sic ad rei veritatem scribendi calamum vertamus.

*Hac vita
historice
scripta.*

*Videts.
Junij.*

PER S.
GERARD.

C A P V T I.

*Adelardi genus: vita monastica tyrocinium.**S. Adelard-*
*digenus.**Origo*
Franco-
rum: sed
fabulosa.

4 **T**EMPORE igitur quo Carolus agebat in sceptris, ille scilicet Carolus, cui cum saeculo terminauit famam palma virtutis, tirocinabatur in palatio Adelardus, puer bona indolis. Cuius quidem genitores non silet antiquitas, & ideo quanta nobilitatis fuerit celare non potest posteritas. Secundum enim totius generositatis genealogiam, ab ingenuis Francorum Regibus deducens natuitatis lineam, Bernardum fratrem magni Pippini Regis habuit patrem: consanguineum quoque aequiuocum Pippini, Pippinum iuniorum, consobrinum, quem & collegam sub alas scholares, eumdem Carolum Imperatorem. Fuit quoque Francis natione, qui Franci dicti sunt a feritate; genere scilicet Troiani, qui per Illyricos sinus deduci Mæotidas insederunt paludes, duce quodam Antenore. Vnde cum Romanis Aeneia signa securis civilis est eis communitas, & vius imperij quondam fuit & esse debet communis affinitas. Hoc autem eo tempore erat, quo Carolus Romanus Imperator dicebatur & erat. Ipse enim solus fuit, quem famam maiorem mundus habuit.

S. Adelar-
di institu-
tio, & mo-
res in iu-
uentu.

5 Cum quo postquam beatus puer liberalium fontem transiuit non inloto pede, inter primos palatij ætate & sapientiæ cœpit florere, & primus haberit sub ipso sceptrigerante. Timebat tamen Deum, & omnibus custodiæ seruabat cor suum. Binos quoque fratres & totidem sorores habebat: quos sicut ætate ita & meritis anteibat. Licet enim vt pote iuuenis naturâ cereus esset in vitium fletri, immunis tamen eratabis his vitiis, quibus illa ætas solet inquinari. Semper erat in ore eius iustitia & attestatio, semper in corde iniuria & detestatio: & quād iunior, tanto perspicacior.

Aulam &
faculum
*relinquit.**Annos 10.**natus fit**monachus.*

6 Sed eâ tempestate, quos sibi amicos obsequium, ab eisdem veritas peperit odium. Imperator quippe Desiderij Regis Italorum filia legitimo connubio nupsit: sed posteod odio patris, iniuriâ perosam repudiauit, & per iuris Optimatibus Francorum publico adulterio alteram regno superduxit. Quæ res quantum detestabilis fuisset, etiam nunc oriens occidenti nuntiare valet. Et si minus iustis omnino displicebat, credo quia bonis & perfectis placere non poterat. Quapropter adolescens omnimodo detestans propinqui sui illicitum coniugium, publicè obtestans periuros esse Optimates Francorum, elegit adhuc puer palatum & cum palatio sæculum postponere, quād talibus videbatur communicari & consentire: vt propinquo, quem contraire prohibendo non posset, saltem fugiendo se dissentire monstraret.

famulo Dei hospitalitatis humanitate sermocinatur, prædictis sibi quæque futura, & quis esset, & vnde esset, & cuius rei aduenisset gratia. Addit insuper quæ sibi minimè placent, scilicet quia legati Imperatoris secuti eum ad reducendum, sine dilatione venturi essent. Quibus auditis vir Dei dissimulat quidem, sed tristis efficitur: & breuius prolatu colloquio inuicem, ab inuicem pro se orati petunt, & consolantur. Sicque secedens ad patrem monasterij, causam aduentus sui tandem confiteretur: querit consultum, petit auxilium, precatur abscedendi copiam, licentiam, tempus, & locum, vt liceat sibi ulterius migrare, quod nec audiatur nomen suum. At ille laudans intentionem, non auertit petitionem, sed differt responsionem. Cuius responsionis dilatione statim intercipiuntur Imperatoris prelatoria legatione. Et quia annus est dum moliuntur, molitiones eorum illico dissoluuntur. Auditur Imperiale mandatum, & audito pariter redditur monasterium.

*Legati
Imperato-
ris eum
Corbetiam
reducunt.*

C A P V T I I I.

Fit Abbas: Italiam pacat: in egenos liberalis.

*Vita eius
auferitas.*

*Fit Ab-
bas:*

*Verbo &
exemplo
suos in-
struit.*

*Italianam
pacat.*

*Honorificè
excipitur
à Leone
Papâ.*

*In egentes
munificis.*

13 *E*t quia ad votum res cœpta sibi non suppeditabat, in suo disponit esse, qualiscumque in alieno loco esse decreuerat. Inter parentes stat, & parentes fugit, quia claustrum pro eremo habens, orationibus infestit. Nihil habet præter se: de se ipso regnum Dei studet sibi comparare. Vigiliis vacat: ieiunio se excruciat.

14 Proinde talis efficitur, vt non solùm ordine, sed etiam honore sublimari dignetur. Nec fit aliqua sublimandi dilatio, cunctorum corda ad id disponente Deo. Pater quippe monasterij, corporis viribus se sentiens destitui, electum annutu cunctorum subrogauit Adalardum. Cuius dignitatis honore indusiatus, & à Principe regni legaliter inthronisatus; non efficitur philopompus, non vt plures assolent, pompolentus. Qualis ipse erat, tales suos esse volebat: & vt essent, exemplo trahebat, verbis prædicabat. Nec debeat prædicationi multiplex scientia; scientiam vero fundabat in cordibus auditorum prædulcis facundia. In quâ quam decenter emicuit, omnis Gallia, quæ eius consilio innitebatur, pacata probauit. Maximè verò Italia, quæ sibi à Carolo fuerat commissa, vt Pippino iuniori ad regendum magistraret, & ad stateram iustitiae regnum Italichum informaret. Vbi tantum operatus est æquitatem, vt à populo comparauert sibi Angelicam laudē. Nullius enim in iudicio personam accepit, neque in scirpo nodum quæsiuit. In ingressu suo omnem tyrannicam depositum potestatem, eorum scilicet, qui velut prædones in populo exercebant rapiendi tyrannidem: vnicuique sua restituit, & sic inter eos iurgandi causam destituit, pacemque unitam constituit.

15 Taliter igitur disponendo regnum peruenit fides Romanorum, vbi à Leone Papâ tantâ suscepimus est familiaritate, quantâ neminem Francorum constat prius suscepsum fuisse. Nec id casu euenit, talem quippe eum inuenit, idè hoc ei testimonium perhibuit: Scias, inquit, optime Francorum, quia si aliud te inueniero præter quod affeci animum, nulli deinceps credam vestratum. Magnæ auctoritatis homo, cuius fides parum deuia vnius regni fieret euacuatio. Sed quomodo ab eâ posset deuiare, qui eam deuiantibus studebat redintegre, & etiam Imperatoribus scriptis intimare. In hac vtiique diues erat, sed rerum mundi aporiam sponte sibi inferebat, quia in Christo pauper esse volebat. Accipiebat à multis mutuò vt semper daret, & semper haberet, & tamen semper egeret restituendo. Semper inter manus habebat largitatem, quæ sibi affuebat per erogationem. Erogabat & abundabat: donabatur cum dabat; quia diuina retributio eum semper præueniebat. Quod suis non creditibus sed ferenibus indignè taliter olim propalatum est diuinâ bonitate.

Tom. I.

16 Tantâ denique super petentes largitate vsus *PER S.* est aliquando, vt fratribus pulmenti nihil esset residui *GERARD.* omnino, non pices, non caseus, non aliquis præter panem monachorum vietus. Vnde plus iusto indignatus frater, qui talium erat assignatus minister, Miro, ait, Pater quid sibi velit tanta expensio, & exinde nulla à quocumque repensio. Non animo reducis penurias fratrum, vt deberes: sed gentibus succurris, & ipse eges. At ille subridens dissimulando, Non turberis, ait, frater: inquirentes enim Dominum nō deficient omni *Psal. 33. ir.* bono. Tu, inquit ille, ita semper polliceris: sed non sic continuò dabitur quod indesinenter effundis. Prius sentient fratres expedientem, quā debeat videre dependentem. Tantâ lacestum Patrem indignatione, *Eius in* qui indignantem patiebatur fratrem pro caritate, *pauperes* respexit filius caritatis, & porrexit manum largitatis, *misericor- diam mu-* Statim enim adsunt duo plaustra pro foribus, non *neratur* boum ministerio, sed ministro Dei deducta diuinitus; *Doua.* vnum onustum caseis, alterum piscibus. Quā beatus Pater visitatione releuatus, & plus redargutione fratris, quā etiam ipsa releuatione gauisus; iubet, & ad est illicè ille iussus. Quo præstd, Timentibus, inquit, Deum frater, nihil deest aliquando: beatus vir qui spe- rat in eo. Ecce, quod timebas à Deo arguitur, & incre- dulitas tua aperte conuincitur. Conuictus tandem erubescit: & acceptis quæ repetebas, noli amplius de- sperare. At ille discedens confusus, erat enim simplicitate, sed non sine felle columbinus; Da mihi, inquit, Pater veniam, peto: deinceps quippe credā tibi omnia cedere pro voto. Redditur quod dedisti, quia ha- bes quod accepisti, gratiam quam meruisti. Vera con- fessio, nec diffona à merito. Non enim erat semilargus, sed ex integro totus. Mentior si testimonii destituo.

17 Si quando fortuna egentes sibi præsentabat bis *Mira in* vnum, & agapan utrisque competentem non habebat *eleemosy-* ad manum, fatiū censebat alteri totum tribuere, quā nō discre- vterque eorum penè in eleemosynatus videretur rece- *rio.* dere: si impendebat pietatis effectum, illi beneuolen- tiæ tantummodò affectum.

C A P V T I V.

Adelardi pietas: pacis studium.

18 *N*e c erat inanis à visceribus pietatis: quæ *Pietatis* quanta sibi inesset, parum corde, minus celare *eius indi-* poterat oculis. Semper quippe quasi aliquod aqua- *ces lacry-* gium manabant ex eis lacrymæ, quæ, vt videri pote- *ma.* rat, testes erant dulcedinis, non reatus, vel pœni- tentis conscientiæ. Qui cùm à suis secretioribus inter- rogaretur lamenti causam; Plango me ipsum filij, dicebat, non ostentando humilitatem meam, sed con- ueniendo conscientiam. Ego me intus & mente noui: ideò plango quod commisi. Dicebat hoc, non quod ta- lis esset, sed qui tales erant, vt ad planctum inuitaret. Quandocumque reseum occupabat mundialis, vt pote exigebat, & exigit in talibus œconomia temporalis, paulò post exoccupatus aderat totus in diuinis. Mox fluebat lacrymarum inundatio, & inter lacrymas dulci- ter susurrabat psalmorum murmuratio.

19 Vbi quoque ad diuinum officium introibat, *Oraturn* omnes cogitationes sacerdotales fecerunt ostium introitus *curas fa-* reponebat, & secum totus vt pote ante Deum incede- *culares de-* bat. Aliis psallentibus ipse flebat: dulciori enim musi- *ponit.* cā soluebatur in lacrymis, per quam totus constabat. Tantræ enim erat dulcedinis, & dulcissimæ in Deum *Audiens* intentionis, vt si etiam regalibus consiliis assisteret, au- *musicam* ditâ aliquâ melodiâ nullo modo se à fleribus tempera- *lacryma-* ret. Nec mirum, quia dulcedo patriæ, in quâ dulcescit, tur. cui semper suspirabat canticum nouum, hac dulcedine soluebat eum.

20 Cumque etiam pro Ecclesiæ negotio itinerare- tur, quod ab huiusmodi ministerio, & si aliquando, ra- rò tamen segregari consequitur, *secretus ab omnibus*

PER S. aliis gradiebatur. Nec deserebat instituta regulæ, sed **GERARD.** fletibus vacabat pro lectione, & orationibus pro reliquo conuentuum tenore. Comites, qui in talibus consolus incep-
In itinere suti erant, præcedebant, & sequebantur eum, salibus suis intendendo: ipse autem salebras itineris releuabat sibi psalmodiando.

Pacem fa-
cis inter Spoletoinos
& Bene-
uentanos.
21 Vbi cumque gradiebatur, pax secum comitabatur: bellum cum bello habebat: foedus cum pace inie-
rat. Cum quâ olim perueniens Beneuentum, inuenit eam arma sumpsisse contra Spoleto. In quibus tanto Marte bacchabantur, ut omnia sua armis, prædis, & flammis adnihilarentur: feruebat Bellona in omnium necem: omnibus pulchrum videbatur perdita recipere per medium hostem. Hæc erat mensura belli, priùs deficere quâm vinci. Tandem vir Dei inter eos mediis caduceator deambulat: & utrisque consultum pacis expectorat. Nec antè desistit, quâm foedus inter eos usque ad oscula restituit: pacem paribus redintegrat: mores & fines certo limite antiquat. His ergo & simili-
bus fœderabat regnum indefessus.

C A P V T V.

A Ludouico Pio relegatur: in exilio sancte viuit.

Moritur **Carolus** **Magnus:**
Succedit **Ludouicus** **Pius, patri**
Adelardus **in inui-**
Mittitur **in exiliu-**
diu in vo-
causa.
3. Reg. 12.

22 SE d' è tempestate visa est è terris iustitia migra-
re. Patiuntur mortales lucente sole deliquum, quia perit inter eos color & decus rerum. Lux denique orbis Carolus Imperator viâ vniuersæ carnis ingressus defecit, filiumque suum Ludouicum moriendo Imperatore effecit; sed non tam benè filiatum, sicut de-
cüssit Imperium. Non enim secutus est viam patris, sed sensit cum Roboam filio Salomonis. Quidquid pater amauerat, odio habet: quidquid illi placuerat, sibi dis-
plicet. Remouentur paterni consultores: admouen-
tur noui, & priorū olores. Quorum annosla peruersitas statim felices esse res publicas ingemuit, eò scilicet quia iuxta Platonem rectores earum amplecti sapientiam vidit. Erant autem illi, qui viro Dei sapientiâ & honore ampliato inuidebant tempore Caroli; & male-
bant, quâm hunc regnare, fasque nefasque confundi. Cuius inuidia adepto tempore vindictâ accensi, quatenus eum separant à latere Regis firmantur conuoti, vt iustitiam ulterius non habendo defensorem regnum amitteret, & iniurias suis quandoque capienda fraudibus dominandi locum reciperet. Nec erat res perar-
dua: quia suppetebat locus, tempus, persona. Denique, vt aiunt, Regibus boni quâm mali suspectiores sunt. His quoque virtus aliena semper est formidolosa. Quod viro Dei ita esse nihil constitit verius, qui sine iude-
dice dignitate honoris exutus, ob beneficium reipu-
blicæ exilium tulit; sicque mala pro bonis recepit. O mores! o tempora! ex aureis vtique fictilia. Sed beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, pro quâ quasi mundus exilium non esset, alterius exilij in-
iudicatus excepti sententiam. Non tamen sine iudicio, quia feliciter munerandus diuino.

Germani
S. Adelar-
di: VValo,
Gundrada
virgo,
Bernha-
rius, Theo-
darda.

23 Dissoluitur itaque illa felix germanitas, quæ sicut aliqua constellatio totius palatij videbatur claritas. Germani erant quinque, vt sexu ita discreti & æta-
te, sed eadem vnitate. S. Adalardus primum æta-
tis & sanctitatis tenebat gradum: post quem VValo vi-
rorum clarissimus ordinis, iustitiae, & æquitatis here-
dium. Quibus sancta virgo Gundrada hærens exlate-
re, dispar quidem era sexu, sed non dispar sanctitate, quæ sola intra Venereo palatij flores ignem iuuentu-
tis meruit euadere. Reliqui duo Bernharius & Theodo-
drada: quæ redditio fructu nuptialiente pedes Iesu ver-
bum Dei elegit audire cum Mariâ. Et ipsa quidē Sue-
fionis Sanctimonialium rexit vitam; ille vero Corbeia
Christi discipulatus assumpit formam.

Omnis in
varia
sparsa.

24 Hi ergo palatij flores per diuersa mitruntur insontes. S. Adalardus ad Heri Aquitania insulæ ade-
ptus Dei dispensatione locum, quem antè quærebat per fugam, VValo prouidente Deo recipitur Corbeia,

vt quæ flens & dolens desolata erat tanti Patis dece-
sione, eiusdem fratri confolaretur sanctitatis & præla-
tionis successione. Bernharius Lirino mittitur: Theo-
drada quasi reliquis innocenter, cùm omnes innocen-
tes essent, Questionis relinquitur. Pietaus dirigitur Gundrada, apud dignam digna, Sanctam scilicet Ra-
degundem ancillatura. O corde tam vnit, cur orbis intercapidine tam discreti? Quos Deus coniunxit, homo cur separauit? Hæc autem proscriptio non fit legalis iudicatio, sed furtiva relatio. Loco tamen accep-
pta benevolentia omnem excludit iniuriam maliuo-
lentiæ.

25 Cumque simul egredierentur è palatio, procedit **Adalardi** **confertia.** Adalardus, quod dignus fuerit contumeliam pati gra-
tias agendo, fratres & sorores lacrymantes oculis le-
niendo, amicis fortitudinem mentis persuadendo,
Proceribus palatij exempla virtutum exhibendo, por-
rò mirabilem mentis suæ constantiam omnib[us] de-
monstrando. Sequebantur enim eum plures, quia ali-
ter non poterant, id sibi displicere lacrymis & contri-
tione cordis ostendentes. Quibus cùm recentibus
valediceret, & ipse valedicetus ab eis recederet, rece-
dunt cum lacrymis: & duo Archipräfules, qui calido
pede & calidâ mente assistunt Regi, dicentes: Putaste,
Imperator, vindicare, quia hunc virum exonoras hac
proscriptione? Aut malè es consultus, aut non bene
præmeditatus. Non denique exonoras, sed, vt sibi vi-
detur, pleniter eum honoras. Verum enim uero **Eam Epi-**
scopii duo ex illo, sed ex te vindicas illum, quia numquām sibi tan-
ta quanta hodie fuit exultatio & gaudium. Hodie pri-
stinam libertatem in Christo se recepisse gratulatur, &
quia non aliquid gaudium huic simile sibi potuisse fa-
cere, sine simulatione fatetur. Vnde scias procul dubio,
quia numquām lætior visus est à nobis aliquando. Ad
hæc Imperator perfunditur rubore: dolet se fecisse,
quod iam ruboris sibi videbatur irritum facere: sed si
foret infestum, non esset vtique posthac faciendum.
Cui rem cunctis imputantibus pro crimen (nec aliter **Imperato-**
rem excu-
sare) vir Dei omnimodâ ratione obnitiuit. Non huic,
dicens, non huic, quod non est in hominis potestate,
imputetur. Vtitus Dei permissione, cui constat nos
omnimodis deliquisse. Quod si à Domino aduersum
nos incitatur, oportet vt sacrificium humilitatis odo-
retur.

26 Hæc & alia predicando, discedit ad locum vt
destinatum vsui suo, ita & à se expertum omni deside-
rio. Vbi quantæ fuerit humilitatis & gratiæ, testes ido-
nei sunt fratres; inter quos per septennium vitam du-
xit Angelicam. Quantò enim curis secularibus erat **Eius in**
exoccupatior, tantò diuinis & cælestibus suspirabat **exilio vita**
attentior. Assiduus erat in oratione, post orationem in
lectione, post lectionem in fratum releuatione. Rele-
uabat eos mellifluâ ratione, se ipsum præbens specu-
lum quem sequerentur in actione. Parvus erat inter
minores, minor inter maiores; maiores venerans vt
dominos, minores colens vt filios. At illi gaudebant
eius paternitate, & quasi sub Abbate suo exhibebat se
dignâ filiatione. Experebant monentem, & in omni-
bus audiebant consulentem. Sermo quippe eius sale **Omnibus**
erat conditus, & omnes aduersos secundabat casus, **erat vene-**
Pater cœnobij patris eum venerabatur loco, neque **rationi.**
aliquid fieri cenfebat sine eius consilio. Illi autem mi-
nimus erat in talibus consulere, vt pote qui alterpli-
cem imperij curam solebat disponere, nisi fratrum di-
ligenzia cuiusque esset aut caritate. Sed quia in celis erat,
secundum Paulum, eius conuersatio, semper tenebat
eum diuina contemplatio. A quâ vix aliquando rece-
debat, nisi fratrum caritas, aut edulij eum releuatio
abstrahebat. Et vt fiat cita descriptionis cœclusio, quia
non potest fieri virtutum eius plena definitio; talem
se ibi exhibuit, qualèm nulla valet comprehendere
oratio.

C A

C A P V T VI.

Renocatur ab exilio: Corbeiam redit.

Post septen- **27** *V*â veneratione postquam expeluit septen-
niūm, ita adhuc nouis in Dei obsequio, quasi
catur ab nondum supplexet biennium; Deus, in cuius manu cor
exilio. Regis habetur, solitâ dignatione soluit eius exilium.
Dominus enim in terram aspergit, & iustitia de cælo
prospexit. Resedit in regno æquitas, & refrigerat multo-
rum iniquitas. Reuirescit color rerum; colorantur
flores Ecclesiarum. Iam enim tempus miserendi, iam
venerat tempus earum: quia clementia Dei inspiravit
Imperatorem Ludouicūm, quatenus ab exilio San-
ctum renocaret Adalardum. In cuius teuocatione tan-
ta fuit imperij exultatio, quanta si cælitus descenderebat
visibiliter ipsa diuina visitatio. Nec secus erat, quia
Omnis eius Deus per eum mortales visitabat. Gratulantur cœno-
re litu gau-
bria monachorum: resultat iocunditate decus Eccle-
siarum: superborum arrogantia humiliatur: humilium
patientia exaltatur: fit concursus populi, restitutâ sibi
pristinâ dignitate: quia qui subtraetus fuerat sedenti-
bus in tenebris errorum refugiet sol iustitiae. Recepto
patre fiunt matrem orphani, gubernatorem reci-
piunt viduæ & pupilli.

Dolēt eius **28** Sed quanta istis lætitia, tanta illis à quibus rece-
dissent He-
rrien es mo-
nachii. debat oritur mæstria. Gaudet & dolent; quia semper
eum habete vellent, & tamen ad suam sedem redire
mallent. Hæcerat inter eos discors concordia, & con-
cors pariter discordia. Quem circa lacrymantes piâ
dilectionis dulcedine, (non enim erant adhuc satiati
per septennium, quod multis solet esse tedium, eius
dulcissimâ dilectione) vixum feroce caritatis cogeb-
bantur dimittere.

Principiū
Raginār-
dus, postea
Abbas. **29** Præcipue autem inter eos dilectionis quidam
erat Raginardus, post eum vtique, qui tunc erat, ciu-
dem loci Abbas futurus, qui vnicâ feroens in eum amo-
ris caritate, gaudebat & dolebat, mutuâ animi alterni-
tate. Quia enim repatriaret afferret veritatis, lætaba-
tur; sed supra modum dolebat quod tanti viri præsen-
tiâ priuabatur. Cumqâ monasterium iam egredere-
tur, & fratres eum lacrymis valedicendo & deducendo
protoqueretur, ille delitescens in valle plorationis, do-
lori satisfaciebat gemitibus & lacrymis, quia præsens
ferre non poterat præsentiam abeuntis. Quem ille fre-
quenter requirens & sèpius expectando relistens, sta-
tuit omnino non discedere, quamdiu superesset sibi
fratri valedicere. Cui tandem reperto cum nuntiaretur,
& ne impeditet abire volentem rogaretur; Nolite
precor, ait, quærentibus me detegere, quia lenius ab-
sens possum abeunre ferre. Renuntiatur Sancto: ostendit
quo delitescat loco: qui statim passibus caritatis
regressus venit ad fratrem, ne remaneret insalutatus. Et
cum peruenisset ex improviso, exiliens ille conferna-
tus animo, Hei mihi, Pater, clamabat lacrymando, ad-
didi peccatum peccato. Nolui ad te exire, idèo miser huc
te cogo redite: sed da veniam, quia sperabam latere.
Nescio denique quid faciam dilatum, sed iam præsens
vix queo ferre tui desiderium. Absit autem ut per me
aliqua intriceret tibi mora: Domini tecum comitetur
gratia, quia mecum velim nolim tui semper erit præ-
fentia. His dictis dato & accepto vale, diu immorantur
in osculi caritatis: sicque Sanctus egreditur cum reli-
quis, etiam illo prosequente.

Discedit
Adelardus
ex Hero
infulâ. **30** Præparantur rudentes, impelluntur naues: &
vélis aurâ patentibus, soluuntur anchoræ: expapillatis
btachiis aptantur remiges, & antennæ. Dant fratres ge-
mitus, & naues sonitum, atque tamdiu super ripam
stantes recedenti intentant vifum, donec crispantibus
oculis pro vno sibi videntur videre numerum.

Excipitur
honorificè
à Rege &
Optimati-
tus. **31** At ille solutis carnis non cordis aspetibus, post
aliquot dies tandem peruenit ad palatium, longâ cor-
poris macie confessus. Vbi susceptus fauorabiliter à
Rege & ab Optimatibus veniam dare petitur lacry-
mabiliter. Fatentur errorem, & inueniunt iniuriæ im-
memorem. Videns enim suffusos pudore, quibus non
fuit pudor olim sibi usque ad effectum inuidere, satis-
factionem eorum præuenit, & demissis oculis iam sa-
tisfacientes ita dulciter delinituit: Nihil, ait, ô Cæsar *Eorum in-*
sepeccat *fit in terrâ, nihil, ô Proceres, sine causâ. Nihil fit in mû-*
do sine Dei iudicio. Si nos pro peccatis nostris arguit *excusat.*
Deus, quid ad vos? Nos viderimus. Nihil potuisti sine
Dei permissione. Modò vtamur Dei iussione: dimitte. *Luc. 6. 37.*
te, inquit, & dimittemini, quod ego primus faciam: vos
me sequimini: fit sine morâ ab omnibus: festucantur
omnia.

P E R S.
GERARD.
Rege & ab Optimatibus veniam dare petitur lacry-
mabiliter. Fatentur errorem, & inueniunt iniuriæ im-
memorem. Videns enim suffusos pudore, quibus non
fuit pudor olim sibi usque ad effectum inuidere, satis-
factionem eorum præuenit, & demissis oculis iam sa-
tisfacientes ita dulciter delinituit: Nihil, ait, ô Cæsar *Eorum in-*
sepeccat *fit in terrâ, nihil, ô Proceres, sine causâ. Nihil fit in mû-*
do sine Dei iudicio. Si nos pro peccatis nostris arguit *excusat.*
Deus, quid ad vos? Nos viderimus. Nihil potuisti sine
Dei permissione. Modò vtamur Dei iussione: dimitte. *Luc. 6. 37.*
te, inquit, & dimittemini, quod ego primus faciam: vos
me sequimini: fit sine morâ ab omnibus: festucantur
omnia.

32 Quibus ita compositis petitur pristinam sedem *redit Cor-*
recipere flagitantibus filiis suis, quibus fatigatis de-
siderio septennium illud prolixius videbatur cœpli-
cibus annis. Recipit, nec refutat, etenim *secundum ca-*
nones non poterat; immo caritas filiorum sibi imperat:
& sic cum multâ stipulatione suorum Corbeiam remi-
grat. O quâm iocunda dies illustrauit tūc Corbeienses!
Dies illa, dies lætitia, dies exultationis & gloriæ. Quan-
tâdenique fuerit receptus ambitione quis valet pero-
rare? Procedit palliatus ordo monachorum, mona-
chosq; præcedit candidatus ordo Clericorum: omnis *Excipitur*
sexus & ætas ruit in obuiam: nec est audire, nisi vnius *summâ*
laudis concientiam; Christi scilicet propter redditum *omnium*
patris laudantium clementiam. Consonant & disso-
nant, quia voces, non laudes sexus mutauit. Nec plu-
res fudit lacrymas eius discessione desolatio, quam
nunc quoque refudit regressionis consolatio.

33 Sed non defuit impedimentum, quo aliquan-
tis per tantum impediretur gaudium. Illum enim pro
quo hæc arridebant gaudia, flamma febrium inuadens *Laborat*
pestifera, membra diu attenuata exilio, attenuabat
etiam nunc inualetudinis morbo. Quæ res lætitiam
quidem minuebat, sed lacrymas vtrimeque procedentes
& ex gaudio & ex mærore augebat. Ea tantum rele-
uabantur consolatione, quia malebant eum infirmum,
quam nec sanum habere. Quam obrem affluentes erga
eum omnimodi humanitate, caritatis officium exhibe-
bentei benignâ filiatione.

C A P V T VII.

*Eius consilio reliqui exules renocantur: Imperator
pœnitentiam agit.*

34 *C*VM QVB aliquantulum remissus quieuisset, & *Renocatur*
quietè vellet nollet se habendo paullulùm me-
lioratus fuisset; accersitur iterum ab Augusto: & qui
priùs gloriose, modò gloriofius recipitur in palatio.
Quem introœuntem tanta comitatur gratia, tanta lo-
quentem sapientia, tanta sapientem facundia, vt sua
vnicuique statim pateret insipientia. Mirantur, & stu-
pent, & super rationem eius hærent: quia qui priùs vi-
debantur sibi perfecti rhetores, nunc digito ori super-
posito assistunt penè elingues. Quidquid traetauerant
fit irritum: quidquid iste eloquitur fit ratum. Soluitur
itaque multorum captiuitas, eorum maximè quibus
regia iungebatur affinitas, sicque in primis resarcitur
eius felix germanitas, & redditur in vno omnibus ple-
na libertas. Reuocantur omnes ex diuersâ regione: nisi *nocantur.*
quos felicius præueniens mors remiserat patriæ. Quo-
rumdam tonlura sine iure suscepit, per eum transit ad
coronam, & offertur Deo sponte, quod illatum fuerat
ad ignominiam.

35 Ipse publicam suscipiens pœnitentiam, Impe- *Ludouicus*
rator gloriofus facit se cunctis humiliorem in suis re-
tibus, qui regali elatione effectus fuerat alter Tarqui-
nius. Quidquid enim exemplo & permisso aliis fece-
rat offendere, tandem salubri consilio institutus san-
bat regiâ satisfactione, omnes præeundo reducens ad
viam pœnitendi, quibus factus fuerat iter deuandi.
Audiebat in omnibus S. Adalardum: & ad pristinam
Multi ab
exilio re-
nocantur.
K 4 *honestâ-*

PAR. S. honestatem precabatur reducere Imperium. Nec defuit ille, sed iustitiam & æquitatem restituit in propriâ fide. Reprefuit vobis nouitates, & temerarias in populo præsumptiones. Et quia discedens calum non animum mutauerat, mutatum Imperium refrænans timore & amore, decuplum maioratur quam discesserat. Præterea iubetur etiam omnibus Ecclesiæ magistrare: quibus consilio & prudentiâ magister, sed difficultas apparet humilitate. Nec antè destitut, quam regnum Francorum in omni gloriâ iuuenescere fecit.

C A P V T VIII.

Adelardi compositio corporis animi, benignitas, cura subditorum.

Vult se off. **36** **R**E B V S ergo in pace compositis, cogitat se iterum exuere secularibus curis, ut reliquum vitæ tempus peragat in diuinis. Sed non est permisus, à filiis suis scilicet, quorum erat spes maxima post Deum, & Pater maternus. Quantò enim ætate erat maturior, tantò tendentibus ad virtutem videbatur vtilior, & agendis quibusque perfectior. Nec erat aliquis qui super eum id exercere posset, præsertim cum vigore sancti Spiritus, & viriditate adhuc non exhaustæ carnis tantum vigeret, ut in laboribus & negotiis rerum nullius iuuenis constantia eum sequi nedum assequi valeret. Adeò perfectus erat in actione, omnia dulciter, se ipsum tractans sine dulcedine. Quis enim unquam ita dominus serui, ut iste erat sui? Quis tam crudelis alterius ut iste arbiter suus? Qui cum à filiis suis obsecratur aliquando paternâ veneratione, cur sibi ipsi tam indiscretus esset, qui alios tractabat discretissime, statim coram eis spondebat correctionem; sed paulò post reperiebat vigilias & esurium.

Forma eius **37** Erat tamen decoris gratiâ venustus, discretâ macie, satis admodum colorus. Non obumbrabat faciem eius aliquod exterminium, sed assida hilaritas ut edentem ita & ieunantem componebat decorum. Canities eum candore niveo exornabat: & velut lilium super rofeos amictus, coma capitis super cutem puniceam relucebat. Qui si ex millibus electus fuisset, non candidior, non rubicundior eligi potuisset.

Eius in e- gressus be- nignitas. **38** Cetera eius non est laudari modus. Persona & nobilitate, & sapientiâ, & honestate non discrepabat ab ipsâ ministerij arte. Siquidem res Ecclesiæ quam optimè disposuerit testabitur Corbeia quædiu supererit. Ibi erat portus pauperum, respectus diuitum, domus materna orphanorum: & eius exemplo adhuc superest cunctis potentibus refugium. Non diues indonatus, non pauper redibat introgatus. Cælibes viros & viduas stipendiis destinabat accipiendo per singulas villas: qui vbiique locis opportunis accipientes ab eo xenodochium, possidebant res Ecclesiæ communiter ut patrimonium. Thesaurus quippe in celo sibi & suis parabaratur: & domus Dei sapienter à sapiente administrabatur.

Vestitus eius. **39** Ceterum habitus vestimentorum eius vix erat sufficiens pro frigore; tamen potius membra mutiens, quam aliquid honoris aut pretiositatis inferens. Profrus non egebat aliquâ corporis compositione: nihil enim sibi deerat pulchritudinis humanæ, nihil etiam interioris animæ. Aspectu erat incomparabilis, staturâ procerus, incessu virginalis: vox eius cygneâ dulcedine sui mulcebat auditum: & sermo quemque audientem sui faciebat memoriosum.

Compositio corporis, & voci. **40** Ipse verò tantam memoriam filiorum habebat in visceribus paternis, ut non solùm mores inspiceret, sed etiam numerum & nomina eorum semper haberet descripta in manibus suis, quatenus non sibi excideret, pro quibus rationem redditurus esset Deo, & pro quantis. Ideò maximam gerens curam eorum, nullum ex eis in hebdomadâ relinquebat inallocutum, ne scilicet inimicus inueniens vacantes zizania superseminaliter alliquitur. naret cordibus eorum.

41 **P**roinde quam efficax fuerit in dispositionibus *Liber Ordinationis* suæ qui nosse voluerit, in libro qui de his *dationis* conscriptus est legere poterit, non sine grandi admiratio-
s. Adelardus nione: vbi etiam perspicet quam sapienter à sapiente *di.* disposita fuerit domus Corbeiensis Ecclesiæ.

42 **E**t quid laudandum in eo potius, cum nec Moysë minor, nec Salomone fuerit inferior in ordinandis rebus, & omnibus scilicet quæ sibi voluisse suggerere Spiritus sanctus? Qui si vulgari, id est, Romanâ *Peritus* lingua, loqueretur, omnium aliarum putaretur inscius: nec mirum, erat denique in omnibus liberaliter educatus. Si verò Theuthonicâ, enitebat perfectius: si Latinâ, in nullâ omnino absolutius. Testantur hoc quam plures eius epistolæ, qua dicitur ad plurimos omnium habentur liberalissimæ. Nec enim litteras satis liberaliter non poterat nescire, qui inter alas scholares nutritus & eruditus fuit cum consobrino suo Carolo Imperatore: & posteaquam sæculo renuntiauit, satis studiosè se habuit in monastica eruditione.

43 **S**ic igitur perfectus in utraque disciplinâ, seculari videlicet & diuinâ, omnibus omnia factus, sequester erat inter Reges & Principes maiores & minores æquissimus in omnibus, Deo placens & hominibus. *Totius imperii* Confilium verò in eo vigebat totius patriæ: & licet *rio prodest.* vnicum eius esset desiderium dissolui & cum Christo esse, tamen precibus suorum euictus imperij pacem & honestatem disponebat circumquaque.

* *id est,* vulgari Gallicâ, qua ut Italica & Hispanica ex Latinâ efformata.

C A P V T IX.

Corbeiam nouam ad Visurgim flumen edificat, rebus necessariis instruit, sapè visitat.

44 **V**I B V S insistendo peruenit Saxoniam cum *Theodradus Saxonius* hoc etiam certæ rei negotio. Id autem nego- tij erat, quia ibi religionem theoreticam aliquando po- *Corbeia monachus.* nere decreuerat, ad quam statuendam per quemdam puerum, nomine Theodradum, à Saxonâ Franciam à Rege deductum, & monachum Corbeiae factum, locum ædificandi à paréibus eius adeptus fuerat. Quo in loco ecclesiam monachorum vibus aptam ædificare nonnumquam dispositus: sed quia locum non satis aptum intellexit, creperâ semper dilatione intermisit. Quam dilationem protelauit usque ad Caroli mortem, & post Carolum usque ad exilij sui relegationem. Exilij autem tempore, quæque sui iuris fuere, qui prius accepit, in suâ redegit potestate.

45 **S**ed habebat ibi quemdam in Christo filium, *Alber Adelardus non Corbeiam inchoat.* præ omnibus sibi monachis familiarem, & vnuocè *larius nouam Corbeiam inchoat.* æquiuocum. Hic ne subintraret aliquis alius, prædictum locum interceptit loco eius. Et quia hoc eum prius nouerat voluisse gratiâ amoris eius ex Corbeianis sumptibus cellam ibi cœpit ædificare. Cœpit, nec perfecit quousque Sanctus ab exilio remeauit. Cumque remeasset, ordinabat si quid ex suis exordinatum fuisset.

46 **Q**uo tenore Saxoniam modò peruenit, perue- *s. Adelardus non Corbeiam inchoat.* niens, locum ex omni parte inspexit, inspectum omni- duis in no inutiliter intellexit. Suspensus erat mente, quia cœ- ptu religionis opus solebat dimittere, & aptiorem nō habens, hunc locum inhababilem videbat esse. Tandem ad Regem se contulit, & vt locum ædificabilem sibi donaret petivit. Nec momento hæsit ille, sed eius reli- giosa gauisus voluntate, vbicumque inueniret, delibe- rauit sub eius optione. Iuit, quæsiuit, inuenit, renuntiauit: & acceptâ hilariter ædificandi potestate, insuper multis donatus donis regiâ largitate, dimissâ cellâ cœnobium cœpit ædificare.

47 **E**st autem locus super Wiseræ fluuium, maximæ *Situs Corbeianus* amoenitatis & temperiei elementorum ita competens, *beja Saxonica.* vt constet creatus ab initio ad usus monachorū. Di- latatur siquidem in vallis planicie, figuratus in modum deltæ litteræ. Habet denique versus orientem alueum, *fucus*

secus quem montem in facie porrectum. Porro à meridiē mons alius ex augeo egreditur, qui versus occidentem dilatato sinu renditur: à Septentrione autem alter pari situ è regione, quo usque viam per medium dantes in vicem se videantur copulare. Atque ita vallis planissima in medio remanens, quasi alter paradisi oscundatae totius temporis appetit florens, hoc modo quantum coincidatur trianguli figuram exprimens.

Infruit nouam Corbeiam monachus & alii rebus.

48 In hoc itaque loco construens Ecclesiam cum officiis, exornat melioribus quos potest inuenire monachis: monachos instruit moribus, locum facultibus, & omniā omnibus, quae præceptat S. Benedictus. Vocab nomen loci Corbeiam, ut signo esset posteris vnde existendi sumpergit materiam, & Corbeia Fran-
corum sancit esse filiam. Et meritò, quia quidquid erat, ab illa cœpit ab ouo. Nec multum temporis fuit, quo facultate, tametsi non dignitate, matri se comparare potuit. Longè enim exhalante bono odore monachorum, quos Pater sanctissimus ex sinu matri adducebat filiæ omnes electos, tanta abundavit erga Ecclesiam Imperatoris & omnium Optimatum largitas, ut prius decesset recipiendi quam dandi voluntas: tanta erga Patrem sanctum, & eius filios feruebat veneratio, ut mallent Ecclesiam quam natos suos heredes suorum ascribere.

Staruit modum in accipiendis eleemosynis.

49 At ille videns sufficienter attributum, quantum scilicet suppeditabat, Ecclesiae in prædiis, in auro, & in ceteris rerum, ponit modum recipiendi, & quotidiana prædicatione à cordibus subiectorum eradicit vitium concupiscendi. Mortui, aiebat, debemus esse mundo, & vita nostra regnare cum Christo. Sed ecce multi, qui saeculo renuntiasse videntur, nimirum rebus abundantes iterum saeculo deseruire inueniuntur. Quod quam sit absurdum, aduertite nobiscum. Alioquin nihil nobis prodest nos expoliasse propriis rebus, dicente Apostolo: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Non est nostrum ditari, vnde alij inopes fiant: neque nostrum lætari, vnde alij doleant. Simus sufficientia contenti, quibus debet esse sufficiens etiam paupertas Christi: qui diues, pro nobis pauper voluit fieri.

Sepel suos renuit.

50 Hæc & alia prædicando sæpe migrabat de Corbeia ad Corbeiam congaudendo, audiens scilicet quia bonus odor esset in Christo. Lætabatur tam digna plantatione, & deletabatur in earum iam radicata vnitate. Erant enim inter se communes, &, quia iunior sub eodem patre iam sororibat, dilectissimæ sorores. Felix Pater tali filiatione! feliciores filiæ tali paternitate! felicissimi filij, si permanserint in hac vnitate! Ecce enim Pater migrat: deserit in mundo, non deserit in Christo, quos nutrirat. Adebat tempus dissolui & esse cum Christo, tempus moriendi in terris, & renascendi in cælo.

Febris corripitur.

51 Imminebat itaque solemnitas solemnitatum, illa scilicet solenitas, quam per incarnationis suæ mysterium in sole posuit Dominus tabernaculū suum. Redierat à Saxoniam in Galliam, ut fundat filiā in Christo aduentū Domini celebraret apud matrem Corbeiam. Iamque alter Simeon senex parauerat venienti Domino occurtere, & Regem Regum procedentem de thalamo suis vlnis latus suscipere: cum ecce triduo ante natalem Domini tetigist eum validissima febris, orante eo & flente iuxta consuetudinem suam in basilicā, medio noctis. Qui ita totis vigiliis vñā cum fratribus perseverans psallebat cum eis, & psallendo flebat, vsque ad lucem, hostiam iubilationis in pectore Domino consecrans.

Mortem suam prædicit.

52 Prosequente autem luce, iuber fratres ad se conuenire. Quibus coram positis singulos monens de singulis, indicat instare tempus sua dissolutionis, & in commune perorat de pace & vnitate secundum Deum futuræ electionis. Et dicens symbolum cum oratione, ceteris flentibus se commendans, retinuit illos cum quibus sibi erat agendum de rerum ordinatione.

53 Cumque diatim magis magisque languor cru-

desceret, ita prouidus omnia disponebat ac si nihil mai- PER S.
li ferret: præcipue laborans ne pro rædio suæ inualetu GERARD.
dinis sancta solemnitas minus honoris aut obsequij
haberet. Cetera verò non minùs studebat ordinare, ne
post se aliquid sub se imperfectum videretur remane-
re. Die igitur peracto quam potuit veneratione, quo
summa diuinitas humanitatem nostram dignata est
suscipere, reliqui dies sibi profesti fuere; quia cœpit in
eo mortifera febris audiūs mortescere. Quotidie ta- Quotidie ta-
men ad oratorium B. Martini veniebat, cuius priuile- communis-
gio amoris præceteris cum ceteris memoriam recole- cat.
bat, ibique Missas audiens sanctam communionem
percipiebat.

54 Interim audiens eum ægrotare Hildemannus *Visitat* Episcopus Beluacensis, quem ille monachum nutrit eum Hil-
lrat, & eo sublimat honorē per concessum Regis, nul- demannus
lā detinetur instantis festi celebritate, sed mutatis gau- Episc. Bel-
diis patrem suum visitat infirmitatis compassione. De louac.
cuius aduentu tantā gauisus est Pater sanctus alacri-
te, vt nisi ultima esset, penè obliuisceretur infirmitatē,
pro tantā consolatione. Reddit Deo gratias & illi, quod
non sit fraudatus à desiderio sui. Desiderabat enim
eum videre, & inter manus eius obire.

55 Et interrogatus si ab eo benedictionis oleo per- *Inungitur* ab Hilde-
ungi veller, ereditis in cælum luminibus, omnimodi- manno.
precabatur vt fieret. Vocatus Episcopus adest, & sta-
tim quod petebat factum est. Vix enim ex quo venit
absistebat eius obsequio: sed locato ante lectum sedi-
culo, semper assidebat coram eo. Quadam verò die
cum paullulum egressus cameram fuisset, & febricitans
solus ille intro remansisset, Dei præsentia visitatus cla- Christus
mare cœpit, cum Præfus redisset: Curre velociter Epi- ei apparet.
scope, præcipio tibi, & osculare pedes Domini mei
Iesu Christi, quoniam ecce adest mihi. Ad hæc ille val-
dè contremuit: & ignorans quod iret, hærens stetit: San-
ctus quoque se sub silentio recepit.

56 Bis quarto autem Natalis, id est, Circumcisio-
nis die, alacrius cœpit precibus Deo insistere, vt cele-
bratis diebus tandem liceret eum hinc abire. Nec fue-
runt preces sine voto: peracto quippe media noctis
spatio præscius futurorum, conuocatos fratres ador-
fus est, hoc modo: O filij, fructus meæ senectutis in Ultima
Domino: expleui numerum, scitote quoniam hodie eius ad
hinc ibo. Datum est mihi ingredi vias carnis vniuersæ,
& ante conspectum redemptoris mei apparere. Finitus
est cursus certaminis mei: nescio quid accepturus sum
præmij. Sed succurrите mihi, quælo: vt ego de vobis, &
vos de me possitis gaudete in Domino.

57 His dictis dedit licentiam vt exirent, retentis nonnullis quos virgebat vt ocyūs matutinos præueni- Iterum
rent. Quibus finitis viaticum accepit, & accepero, in lau- communis-
de Christi lingua eius obmutuit. Sed non defuerunt si- cat.
bi linguæ filiorum; scilicet quas erudierat in Dei laude.
Quorum psalmis, orationibus & lacrymis ab horâ pri-
mâ commendatus Domino circa horam nonam, emis- Moritur
so spiritu, perculit suos tristi deliquio. z. Ianuar.

58 Sublequitur vox animam Christo commendan-
tium, & singultus voces interruptum. Quis enim non fleret, etiam si de lapide natus esset? Plurimæ res in- Lugetur à
tercedunt, quæ lacrymas elicere possunt. Stant filij or- suis.
phani, & Corbeia mater eorum vidua: quorum dolor
& luctus penetrat etiam cæli palatia. Stant oues sine
pastore: crescit dolor mutus sine voce. Ipse enim erat,
bone Iesu, quem in toto ex omnibus solum Abbatem
reperi: ipse ab vniuersis, quem alterius plus quam sua
quærentem inueni. Qui sicut mater amat vnicum filium, ita quosque tenerimè diligebat, atque vt solidio-
ra caperet inuitabat.

Sequebatur planctus Corbeia, vel potius S. Ratberti,
vt in priore vita, & S. Adelardi epitaphium; omnia toti-
dem omnino verbis, nisi quoddam fabula Orphei Euridicen re-
petens erat omessa. Verum hec omnia expunxi. Si verè
à S. Gerardo adscripta fuere, licet ea legere supra c. 20.
v. 83, & sequentibus.

M I-

PER S.
GERARD.

M I R A C V L A

S. A D E L A R D I

A. B B A T I S.

PRÆFATIO AVCTORIS.

*Corbeia tria tem-
pla habet.* **C**ORBEIA locus quantæ fuit apud priores no-

bilitatis, quicumque taceat, lapides clamant non solum ad aures, sed etiam ad oculos posteritatis. Tres enim in eâ principales habentur ecclesiæ, in qui- bus corda fidelium sanctæ Trinitatis confessio bene possit vnire: prima Petrum præfert pescatorem, secun- da pescatis Euangelistam Ioannem, tertia euangelizatis Stephanum Protomartyrem. Pulcher ordo, ordinatus

vtique à Deo. Non enim dixerim cōnditricem horum Baltildem Reginam, sed eius, ut omnium bonorum, in- spiratricem Spiritus sancti gratiam.

*Condita est à Ba-
thilde Re-
ginâ, de
qua 26.* **P**roinde situs est salubris & valde decens, totius Ianuar. utilitatis amoenitate florens; vobis monachorum, vt- *Eius situs.* potest ad hoc quæsitus, & inuentus, omnino conueniens.

*Somona fluuius.
Corbeia fluuiulus.* Ex uno latere Somma fluuius præterfluit, ex altero con- currens Corbeia fluuiulus vocabulum loco tribuit; sed illicè cadens in Sommam, vbi dat ibi perdit. Sicque pratis, aquis, & campis longè lateque patentibus, similiis & diffimiliis habetur Saxonum Corbeia, illius cuius

*S. Adelar-
di sepul-
tura.* **C**um istâ rector & fundator exitit S. Adalardus. **3** Cuius expeditis superiùs gestis & moribus vita, sequitur nobilis materies eiusdem mortis pretiosæ. Si quidem sepultus apud ecclesiam Petri principatu prin- cipalem, medio iacuit loco, ante gradum cancelli infe- riorem. Signo est epitaphij lingua, sed non sepultura fit similitudo alia. Ibi diu redit cinis in cinerem, carnis expectans cum elestis resurrectionem: donec illa ge- neratione generationem penè integrum generaret, & omnes latereret præter litteratos, vbi tam felix thesa- rius requiesceret. Latuit diutius sepultura, vt reliquum terræ calcatur ab omnibus: nemo transiunt, nemo orantium est aduersus. Tandem discretor meritorum, volens notificando magnificare sepulturam per sepulti meritum; tale fecit seruum suum glorificandi initium.

C A P V T I.

Mira sepulturæ eius manifestatio, per eum qui pedibus hæsit pauimento.

*Quidam supra eius tumulum orans pedi-
bus haret pauien-
to.* **4** SVFRAGIA Sanctorū, quibus tantæ Ecclesiæ flo- rent, quidam oraturus venit: & quia sic ordo exige- bat, in primis Principem Apostolorum requisuit: quæ- siuit Petrum, & inuenit S. Adalardum: inuenit laten- tem, sed latendo regnante. Inscius enim se proster- nens super tumulum Confessoris, aures supernorum sibi conciliabat quibus poterat precibus & votis. Ora- uit, & est auditus: surrexit, nefcio si exauditus. Cum- que signato vultu discedere voluisse pedibus hæsit pauimento, ac si clavis confixus fuisset. Stupuit miser, stupendo cœpit clamare miserabiliter, & quia pedes non poterat, vultum circumferre lacrymabiliter. Nouitas rei plures cogit ad tumulum: monachos in primis stucentes, mitantes, sed gaudentes nouitatem signorum, hominem videlicet non se posse mouere, & ramen stare sanum. Interrogat illos si quis ibi requiesceret, & inter- rogatur ab illis si quæ criminis conscientia torquere- tur. Scio, ait, Domini, quia peccator sum homo, sed succurrite mihi quæso hinc precibus, hinc consilio. Fit utrumque actutum, oratur ab his, ille rem doctus vo- facit S. A- uet votum Sancto scilicet Adalardo fabricandi tumu- delardo. lum. Sicque à semetipso ligatus, à quo tenebatur, sine Liberatur: mora est solutus. Oritur vtrisque lætitia, illi discedendi vobis tumulum licentia, monachis patroni sui magnificentia. Nec de- fuit Sancto ligādi soluendi que præmium: rediens enim

ille decentem fabricauit tumulum, statuens insuper omnibus diebus vitæ suæ soluendi census diem anni- uersarium.

C A P V T II.

De muliere contractâ, & per Sancti me- ritum à Deo curata.

SHÆC igitur ligatio multorum post hac fuit solu- *Vlfiardis* *Corbeiana* *contractâ* *afsiduè* *orat ad* *eius sepul-* *rum.* **T**Ex hac enim famosâ occasione, locus multâ cœpit frequentari veneratione. Conueniunt sani & debiles; illi animæ, isti salutem corporis queritantes. Inter quos contractâ quædâ semper adiacens sepultu- ræ, vim viro Dei quodammodo videbatur facere. Non nox excepto primo conticinio eam excludebat, non dies, nisi quando corpus alimentis recreabat. Vocaba- tur autem Vlfiardis: & ideò semper ita præstò quia in- *colâ* *portantium* *pedibus,* quâm suis. **Q**uod si deessent portatores, non bipedem gradientem, sed quadrupedem scabellulis repente putares. Deerat cetera spes crum.

salutem recuperandi, exceptâ post Deum miseratione S. Adalardi. Quadam igitur nocte sicut solebat veniens ad tumulum, terram capite, sed precibus petebat cæ- lum. Sedebat post orationem, quia stare non poterat: candelam tenendo, lacrymis & miseriâ sui psallentium visus monachorum in se conuertebar. Multiplicabat orationem, quia non alius sed suam querebat salutem. Tâdē affuit diuina miseratione, quia interfuit amici sui in- tercessio. Auditur neruorū crepitus, neruis ad neruos, iuncturis ad iuncturas resilientibus. Sentiens mulier sa- *Sanatur* *Ingebran-* *nus Abbas* *S. Richa-* *rum.* **I**ntercessio per S. Adalardi intercessionem, vocavit ad se ba- tempore iulam suam retro eam residentem. Adit illa vocantem, matutino- & dicto citius inuenit sanam & erectam stantem. Mi- rantur qui aderant, eadem petentes, iam iamque salutis suæ redduntur certiores. Monachis quoque tanta ac- cessit exultatio, vt pro laude servi, Domini laudum fieri videretur eis interrupto. Sed intererat matutinis Ab- *Heriber-* *tus* *Corbeien-* *Abbas* *Corbeien-* *rum.* **I**ngelrannus, qui eo tempore ceteris philosopha- batur altius, quemque huius signi testem non fors mi- rari, sed cuius gregis pastor erat Sanctus Richarius. Ante quem accedens Corbeia Abbas Heribertus in- *Heriber-* *tus Abbas* *Corbeien-* manu, silentium quippe sibi indexerat S. Benedi- *Corbeien-* *etus*, si interruptis matutinis hymnum cantaret, Te *fi.* **D**eum laudamus. Abnuit ille, matutinos innuit finiti debere: sicque rem laudibus omnes celebrare. Factum est, mulier laudantibus interest, ipsaque suæ salutis lin- gua scientibus & nescientibus facta est. Omnibus quoque nota Corbeianis contractâ, integrum dat fidem miraculo sana.

C A P V T III.

De manuum mulieris curatione, meritis sancti Confessoris & intercessione.

MULIER quoque erat in ipso cœnobio Corbeia, quæ cùm variâ corporis laboraret infirmitate, ita digiti hæserant palmæ radicibus, vt omnino desti- tuta esset officio vtriusque manus. Cuius contractio- nis spem ex integro ponens in Sanctum Dei, cuius cle- mentia multos infirmorum sœpè videbat ab ipso mor- tis periculo reuocari, quotidie veniebat ad tumulum, & inter reliquos infirmos, Dei, & S. Adalardi implora- bat auxilium. Cumque multis multoties videret sanos *Mulier* *contractâ* *manibus,* *orat ad* *Adalordi* recedere, quibus ipsa prior & intérior satagebat acce- dere; nullâ inde incurrit desperatione, sed magis ani- mabatur ad petitionem. Imputabat enim peccatis suis, & accepit: quæsiuit, & inuenit: pulsavit, & intrauit. Et *dñs &* *sep.* quia non destitit, vt Cananæa, salua facta est in fide suâ. Cùm enim diutius misericordiam Sancti implorasset, & quotidie adiacens eius tumulo implorationis effe- ctum

Tandem sanatur.

Richardus. & Fulco Corbeiae Abbatibus.

Etum expectaret; tandem primâ Dominicâ Passionis Dominicæ, quod diu quæsierat feliciter meruit inuenire. Stans quippe intentâ mente ante tumulum, ubi sanctum corpus erat tumulatum, inter preces & lacrymas cœpit extendere nodos digitorum. Redditur libertati utriusque manus vola, iam quæque inuolare, & reuolare potest utraque palma. Redeunt ad officium manus: restituitur sospirati quod infirmitate laborabat corpus. Sicque glorificatio Sancti, Te Deum laudamus canendo refertur ad laudem Dei. Et ut omnia referantur sub testimonio, testis est idoneus tunc quidem puer, sed postmodum Abbas Fulco, qui onus & honorem Corbeiae sortitus est Richardo Abbatu manis exempto.

C A P V T I V.

De eleuatione Sancti, & succensione templi,
& periculo regni.

Templum Corbeiense S. Petri confagrat.

Sicut fames in Galia.

Principale circa Amianum.

Galli præceteris genitibus suis iure, non vivere possunt.

Pactum quoniam de paci seruanda, rebus suis statuunt, non sentiunt.

Infirmi ad Corbeienes reliquias sanari.

7 SE d de his haec tenus: modò dicendum qualiter fit celebrata eleuatio eius. È tempestate plura in commoda Corbeiae, sed regno Francorum plurima contigit irruisse. Corbeiae enim principale templum S. Petri, diaboli inuidiâ, igne succeditur: omnis penè Gallia famis periculo addicitur. Fungebarur vice tuâ in regno Francorum Rex Robertus, Corbeiae verò vice Christi Abbas Richardus; uterque feliciter; nisi cum isto ignis, cum illo famæ septem annis regnasset atrociter. Tot quippe populos neci dimittebat esurie, ut non pollice sed ense viderentur rumpere fila sorores. Hæc autem lues morientium, cum ceteras nimis, maximè partes vexabat Ambianensem.

8 Quâ compulsi necessitate, statuunt sibi remedium citius prouidere; Deum scilicet, quem multimodis malis offendent, aliquibus bonis placare. Visum est si quidem hanc ultionem idè sibi superponi cœlitus, quia pacem numquâm seruauerant, quam vnicè dilit & diligi iuber Dominus. Talis quippe consuetudo naturaliter innata est regno Gallorum, ut præter certas nationes semper velint exercere rabiem bellorum. Sed quid modo? Non necesse est velle mori in bello, quia cateruatim moriuntur famis & pestis gladio. Non potest mundus ferre iram Iudicis: initur consilium cum Niniuitis. Vnâ conueniunt pax & iustitia: iam iam placet redire Saturnia regna. Superest desperatis vnum ex omnibus consilium: ad placandam scilicet iram superni iudicis requirere suffragia Sanctorum. Requiruntur reliquiae: ad reliquias ut quæque loca sibi adjacent conferuntur: ibique pacis inuiolabile pactum confirmatur. Ita Ambianenses & Corbeienenses cum suis patronis conueniunt, integrum pacem, id est, totius hebdomadæ decernunt, & ut per singulos annos ad id confundū Ambianis in die festivitatis S. Firmini redeant vñanimiter Deo repromittunt. Ligant se huius promissionis voto, votumque religant sacramento. Fuit autem haec repromissio ut si qui disceptarent inter se aliquo dissidio, non se vindicarent prædâ aut incendio, donec statutâ die ante Ecclesiam coram Pontifice & Comite fieret pacialis declamatio.

9 Quâ gratum verò hoc consilium foret Dominino Dominorum, luce clariùs demonstrauit conuentus, qui ibi erat Sanctorum. È quippe die probauit Corbeia quanti essent apud Deum meriti patronorum suorum suffragia. Quorum in parte semotis reliquiis, vbi videlicet placuit Abbatu & monachis, quotquot illuc debiles oratum venerunt, sani & incolumes absque morâ effetti sunt. Sicque compositâ pace redierunt ad sua quaque. Exinde huiuscmodi fama ita longè lateque cœpit vulgari; ut Corbeia merito duceretur altera Roma appellari. Præsentes denique & absentes, vincit & carcerales inuocato nomine Corbeienium Sanctorum, sine morâ sentiebant S. Petri principatum.

10 Cum ergo fama tanti boni de die in diem claret lucidiūs; placuit auctori horum locum magnificare nobiliūs, Beati videlicet Adalardi merita demonstrando, cuius corpus sepulchrali adhuc tegebatur tumulto: tegebatur autem in templo, quod erat igne combustum: fratres vero ad vicinam S. Ioannis Euangelistæ transierant ecclesiam cum reliquiis Sanctorum. Vbi qualiter & quibus se reuelauit, ad sepulchrum quoque post eleuationem eius quâm gloriosè Deus eum magnificauit, dicendum quidem est: sed de his prius, de illis autem posterius.

C A P V T V.

Quibus signis animatus sit Abbas Richardus,
vt leuaret sanctum corpus.

11 QVIDAM Presbyter, nomine Himoldus, secundum *Himoldo* *Prebysterum*, commorabatur in prædicto monasterio S. Ioannis Euangelistæ, quia ædituus habebatur eiusdem ecclæ. Cui nocte quadam in horamæ se idem Confessor offerens, secumque eum per combusti templi diuersoria ducens; multa mira & stupenda illi insinuauit, que ille insomnis redditus multis narrare dignum duxit. Vedit enim inter cetera quasi hominem quemdam nebulosum, deformis stature, nigrum, squallidum, pannis & annis oblitum, qui maxillam inclinans super manum torus erat, ut ita dicam, non dolentis sed doloris signum. Super quo Presbyter somniando in multis requirens sanctum ductorem; Quis est iste, inquit, *Demon Domine, qui tantum deducit dolorem?* Hic est, inquit, *dolet regis.* S. Adalardus, dæmon ille, cuius sola voluntas est cunstauratio ad perniciem trahere, quique hoc sacrarium ignis *ne templo* *rum.* pessum dedit edacitati. Quia vero præter spem nunc cernit sibi euenire, optimos videlicet cœnobitas ad restaurandam elegantius, quâm prius foret, domum Dei omnino satagere; ideo quanto vides dolore se afficit, & super hoc dolet quod vos latos efficit. Ad hæc Presbyter stupefactus, & stupendo expergesfactus, non est effectus surdus auditor, sed visionis suæ veridicus prædicator.

12 Sicque istis, & anteriùs dictis, & multis sœpè patentibus signis visum est Abbatu Richardo felicis *Richardus Abbas Corbeien.* memoriæ, quod Deus volebat, & volendo monstrabat, negligentiâ suâ non differre. Vnde missis legatis xxix. accipere benedictionem à *a* Ioanne Papâ, qui tunc *corpus* temporis *b* Vicarius S. Petri habebatur Romæ Pontifici hierarchiâ; non solum est permisus, sed etiam Apostolicâ iussione iussus, quod libenter fecisset & iniussus. Et quia aberat Episcopus Ambianensis Fulco, quem ex fratribus consilio Abbashuic præuiderat interesse mysterio, accessit Drogus Teruanensis rotius bonæ famæ testimonio prædicabilis. Cum quo postquam ministri dupliciter, cordis scilicet & corporis habitudine, apparantur, sanctum corpus vi. Idus Octobris de sepulchro leuatur, & manibus Præsulis seu Abbatis expectantibus populis adorandum præbetur. Claudi, surdi, muti, manci, & cæci, confessim *Multa misericordia fuit* racula fuit. Densatur cuneus accendentium: non est numerus oblationis fidelium, ut pote vbi prius deest locus, & tempus, quâm intentio offerentium. Exinde ergo titulus Confessoris cum ceteris Corbeiae Patronis inscribitur, cum quibus usque ad præsentē diem Corbeiam tueretur, & semper tuebitur. Celebrata est autem hæc *Quo anno* sancti corporis eleuatio, anno ab incarnatione Domini m. xl. & indictione viii. Romanis Conrado, Francis imperante Roberto.

a Est hic Ioannes XX. quem Baronius ait obiisse ann. Christi m. xxxiii. vi. Id. Nouemb. Mirum est hanc eleuationem tamdiu deinde esse dilatam, usque ad an. 7. Benedicti ix.

b Minus rectè appellatur Pontifex Vicarius S. Petri: est enim S. Petri successor, Christi vicarius.

c Non conueniunt cum hac Indictione Reges Conradus, qui ann. m. xxxix. Indict. vii. & Robertus, qui an. Chr. m. xxxiii. Indict. i. scribuntur obiisse.

C A-

PFR. S.
GERARD.
ABB.

C A P V T VI.

De muto & surdo ante sancti Confessoris sepulchrum sanato.

13 NEC præterendum obliteratione, qualiter necum Deus dignatus est post hac glorificare, sicut didici ab eo ipso qui cam gauis est glorificatione. Vigilia erat celebritatis illius, quā per passionem crucis cœlos ascendit claviger athereus. Omnis via in circuitu videbatur venire Corbeiam, (tanti fecerat Petrus Corbeia sugloriam) aliqui oratum, aliqui mercatum, aliqui reueatu, quia combusta erat illa, quam super talem petram Christus fundavit ecclesiam. Inter quos adductus est quidam puer, Rogerus nomine, cuius loquendi & audiendi visum reseruauerat natura S. Adalardi clementia. Lustratis parentes ceteris orationibus Sanctorum, horā primā die festivitatis venere ad tumulum, quem cinere suo S. Adalardus fecerat glriosum. Erat autem tumulus in templo ignis deserto combustionē; corpus verò cum ceteris honorabili locatum in ecclesiâ S. Ioannis Euangelistæ. Orant genitores pro se & pro filio S. Petrum sappè, saepius S. Adalardum inuocando. Affuit vterque, imo Deus propter vtrumque. Puer enim recuperatā salute, cœpit eos qui aderant alloqui & audire. O supernam dignationem! Et ne aliquis condonaret ceteris, quod Deus singulariter donauerat S. Adalardo, facta est hac non ante corpus, sed ante tumulum miseria. Nuntiantur hac Abbat & monachis: augetur lætitia festivitatis: festina processio orditur: S. Adalardus sequente populo circumfertur: venitur ad tumulum, ibi cantant, Te Deum laudamus hymnus oratur, de re gestâ paululum peroratur, sicque abitur.

C A P V T VII.

De surdo & muto, manibus & pedibus & toto corpore contracto, & super tumulum sanato.

14 ALTER quidam erat in Normaniâ, nomine Gislebertus, non solum naturâ corporis, sed et tristus ve- iam humanâ effigie penè defititus. Erat enim con- tractus totur corpore, curuus, retrosum reflexâ facie, surdus etiam, & mutus, reseruatis tantummodo oculis, quibus miseriā suam posset videre. Delatus est à suis Corbeiam: ibi diu stetit fratrum cum reliquis suscipiendo eleemosynam. Tandem post multum temporis à S. Adalardo monitus est in somnis, vt statim quando surgeret ad sepulchrum suum oratum iret. Euigilans ergo ire volebat, sed licet à Sancto iam visitatus, minimè ire valebat. Et quia saepè videndo instruatus erat signis monachorum, innuit vt se iuarent his qui erant secum. At illi compatientes eius miseriæ ferebant eum, vbi Sanctus iacebat cum reliquis, versus ecclesiam S. Ioannis Euangelistæ. Ille autem nunc eos auerit, & versus sepulchrum ire conuerit; vt nulli dubium esset, à quo visitatus fuerit. Tulerunt illicet, & deposituerunt coram tumulo. Ibi paullisper iacuit, orauit, & exorauit: virtutem sensit, surrexit, gratias reddidit, sanus recessit.

C A P V T VIII.

De Ambianensium indignatione, & muti & surdi curatione.

15 DOLEVERAT etiam inter Ambianenses & Corbeienses noua quædam religio, & ex religione pullulauerat consuetudo, quæ etiam reciproca- batur omni anno. Octauis denique Rogationum, ab utrisque partibus conueniebatur in vnum: ibique con-

ferebantur corpora Sanctorum: soluebantur lites: ad pacem reuocabantur discordes: mutabantur à populo orandi vices. Decreta vtriusque loci renouabantur: populo perorabatur, sicque redibatur. Sed procedente tempore, cœpit aliquando res ipsa vsu vilescere, & intuerentia fieri ex multâ veneratione. Vterque si- quidem sexus cachinnis & lusibus intendere, ordiri dissolu- choreas, & intuerenter agere: & sic penè omnes cor- pora Sanctorum negligere. Displicuit res illa bonis & maximè monachis.

16 Præter Abbas Richardus Corbeiæ, Abbas vtique beatæ memorie: qui cùm talia fieri cerneret pluribus annis, aliquando cùm processuri essent, fratribus conuocatis, Timeo, inquit, Sanctos qui solent ferri offendere, videtis enim singulis annis quantum fiat eis intuerentia. Sed si vobis videtur, in cubilibus suis requiescere finantur. Non ita oportet, inquit Solius S. fratres, quia venturi cum suis, si nos aliter occurri- Adelardus mus superbiæ deputabunt Ambianenses. Fiat, inquit reliquias Abbas, sicut vobis videtur, sed si vultis S. Adalardum edferant Corbeien- ses. deferre, quia nullus aliorum circumferetur. Fit ratum quod iussit, nemo quippe contradicere poterat: imo Deus ita disposuerat, sicque S. Adalardus, quasi indi- gnior ceteris, excipit iniuriam, quam pro ceteris iussus erat. Exitur ad processionem: venitur ad statutam indi- cionem. Occurrunt Ambianenses cum S. Firmino, Corbeienses cù S. Adalardo: vt quos simul perueniunt, antiphonas ex more imponunt: subsistunt ex vtraque parte, & orant debitâ religione. Sed ex breui ignorantia, grandis aliquando acquiritur gratia. Fuerunt enim aliqui ferentes indignè quasi monachi ceteras Sanctorum reliquias, S. Petri scilicet & S. Gentiani dedicati fuissent illuc deferre. Reuerata tamen non erat omnissum alio ex consilio, nisi, vt præscriptum est, pro intuerentiâ quæ siebat eis à populo. Sed multi multa loquuntur, dum qualiter se res habeat à multis nescitur. Monachi itaque S. Adalardo cominis decenter locato, eā quæ debent diligentiâ assistunt Patrono suo. Popu- lus Corbeiensis ex more agit, S. Firminus in uneribus donat, oratione petit. S. Adalardus positus è regione non eā frequentabatur, quā dignus erat veneratione. Nemo apud eum orabat, nemo aliiquid ab eo petebat: & tamen nondum peritus iam dare disponebat.

17 Non tulit itaque Dominus deiectionem serui Mutu & sui, sed per cuiusdam relevationem statim ostendit surdus in- præsentibus quanti esset apud se meriti. Exaltauit ele- tercessione ctum suum, & magnificauit præ omnibus, qui delati S. Adelar- fuerant ante eum. Quidam enim Retbertus, sicut mo- nitus erat in somnis, veniens cum Ambianensium po- pulo, minister scilicet cuiusdam Roclifi ex castro Ali- niaco, videntibus cunctis iuxta feretrum cœpit orare, & eō attentius, quia priuatus erat omnino auditu & voce. Suffundebatur lacrymarum imbre, exprimebat gemitu & capitinis nutu quod nequibat vocē, quasi San- ctum sibi colloquenter videret ita appetens loquaci corde. Intendebant omnes in eum, ipse autem in neminem: sed stabat percutiens pectus, & exscolulans feretrum. Tandem respexit eum diuina clementia, vt per eum ostentaret sancti Confessoris sui merita. Cumque paullisper in se sensisset virtutem Dei, diu multumque oscitans cœpit in vocem inniti. Mouebat multos ad pietatem, plures etiam usque ad lacrymarum effusionem. Totis autem viribus in vocem eni- tens iterum, per nares, per os, & per aures expectora- uit sanguinis fluuum, qui totum guttatum respergit fe- retrum. Et sic emissâ voce, erupit in hoc quod priu- volebat, & non poterat proferre: Deus adiuua me, in- quiens, & tu S. Adalarde. Hæc fuit prima vox recupe- ratâ salute, statimque omnes curtere, & ipse cœpit vix subsistens quasi ebrius talipedare. Sed recipitur, & le- niter sessum componitur: interrogatur; virtutem in se factam exponendo confitetur. Lætatur vterque popu- lus, & referunt laudes vterque ordo, & sexus. Nulla in- siderit

fides dubitatio, vbi tam manifesta facta est curatio. Erat sanè maxima materies credendi, persona videlicet ipsis cum quibus venerat Ambianensibus nota, quæ repererat vsum loquendi & audiendi. Ipse quoque Rōculfus, cuius erat minister, testimonium perhibebat fideliter. Deus etiam qui fecerat miraculum, reliquerat euidens credendi signum: & sanguis qui resperferat feretur ab omnium cordibus extergebat infidelitatis venenum.

Magnâ solemnitate aguntur Deo gratia tia.

18 Ipsis etiam Ambianensium Clericis quād certa res fuerit hinc perpenditur, quod ab uno eorum in eminentiorem locum statim ascenditur, & de ipsâ re, & de ceteris aliquantisper ad populum peroratur. Insonant voces dignæ laudis, crescitque tumultus ranta exultationis. Fit inaccessibilis circa corpus frequentia, funduntur preces, offeruntur munera, imponitur laus Te Deum laudamus, personat in eo uterque ordo & sexus: sicque Sanctos ab iniuriâ vindicat S. Adalardus, quam pro eis accipere fuerat missus.

Corpus S. Adelardi solemniter referuntur Corbeiam.

19 Rebus itaque compositis soluitur conuentus, & orditur monachica processio, refertur ad propriam sedem, sequente etiam Ambianensium populo. Respondent campi in eius laude: occurritur ei à vicinis dignâ veneratione. Quidam verò ex monachis præeuntes ad ecclesiam, albis & cappis induiti cum reliquis Sanctorum pignoribus exierunt ei obuiam. Cumque simul ecclesiam hymnizantes repetissent, & corpus S. Adalardi super altare posuissent; iterum ille qui sanitas fuerat ante corpus in paumento se prosternens, gratias referebat, sanguinem rursus per aures, per os, & per narines emittens. Resonat tota Ecclesia vocibus gaudiorum: nemo in accessu à laudibus & hymnis. Nec immerito; talienim honore dignus est, qui honorari dignatur à Deo.

ALIA

S. A D E L A R D I
M I R A C V L A.
P R O L O G V S.

Auctor quæ scribit à fide dignus viris accepit.

20 VIRTVTES & miracula, quibus in præsenti Sanctos suos illustrate dignatur operationis diuinæ potentia, quotiens apparent, dignum est posteris transmittere litterarum notitiâ: vt corda ipsorum ad laudandam Dei virtutem excitentur, & ad exhibendum honorem reliquiis Sanctorum magis accentuantur. Vnde virtutes alias breuiter annotamus, quas nostris temporibus Patronus noster, Sanctus scilicet operatus est Adalardus, imò per ipsum operata est diuina virtus. Quas quidem oculis nostris non perspeximus, sed fidelium virorum qui viderunt & præsentes interfuerunt relatione didicimus. Quorum relationi plena fides est exhibenda; quippe quos commendat sanctitas morum, & ætatis reverentia. Non enim eis salutis commodum, nec Sancto gloriae cresceret augmentum, si modò aliquibus astrueretur maledictis, quem constat multis anteâ glorificatum miraculis. Sicut autem ab eis accepimus ita & prosequendo referimus.

C A P V T I.

Causa cur S. Adalardus asportatus fit in Flandriam.

Corbeia in dorem Flandro data.

21 HENRICVS igitur Rex Francorum, qui patris suo Rotberto successerat in regnum, soredem nomine Adelam habuit, quam Flandrenium Marchioni, Balduino scilicet seniori, nuptiali copulâ coniunxit, & ei Corbeiam quæ regno suo adiacebat

Tom. I.

pro dotali munere cum aliis pluribus concessit. Propter S. hac autem coniunctione Rex & Comes fœdus inter GERARD. se inierunt: & magna inter eos viguit amicitia, quo- ad vixerunt. Sed quia, sicut à quodam philosopho dici- tur, amicitia sæpè exheredatur; postquam uterque, Rex scilicet & Comes, mortali concessit naturæ, in- ter filios eorum Philippum scilicet Regem, & Rotber- tum Comitem fœdus ruptum est amicitia. Philippus Rex Cor- gnum suum quasi deminutum esset priuatione Cor- beiam vi- repetit.

Rex Cor- beiam vi-

18 Ipsis etiam Ambianensium Clericis quād certa

res fuerit hinc perpenditur, quod ab uno eorum in emi-

nentiorem locum statim ascenditur, & de ipsâ re, & de

ceteris aliquantisper ad populum peroratur. Insonant

voces dignæ laudis, crescitque tumultus ranta exulta-

tionis. Fit inaccessibilis circa corpus frequentia, fun-

duntur preces, offeruntur munera, imponitur laus Te

Deum laudamus, personat in eo uterque ordo & sexus:

sicque Sanctos ab iniuriâ vindicat S. Adalardus, quam

pro eis accipere fuerat missus.

19 Rebus itaque compositis soluitur conuentus,

& orditur monachica processio, refertur ad propriam

sedem, sequente etiam Ambianensium populo. Re-

spondent campi in eius laude: occurritur ei à vicinis

dignâ veneratione. Quidam verò ex monachis præ-

euntes ad ecclesiam, albis & cappis induiti cum reliquis

Sanctorum pignoribus exierunt ei obuiam. Cumque

simul ecclesiam hymnizantes repetissent, & corpus S.

Adalardi super altare posuissent; iterum ille qui san-

titus fuerat ante corpus in paumento se prosternens, gra-

tias referebat, sanguinem rursus per aures, per os, &

per narines emittens. Resonat tota Ecclesia vocibus ga-

udiorum: nemo in accessu à laudibus & hymnis. Nec

immerito; talienim honore dignus est, qui honorari

dignatur à Deo.

20 VIRTVTES & miracula, quibus in præsenti

Sanctos suos illustrate dignatur operationis

diuinæ potentia, quotiens apparent, dignum est po-

steris transmittere litterarum notitiâ: vt corda ipsorum

ad laudandam Dei virtutem excitentur, & ad ex-

hibendum honorem reliquiis Sanctorum magis accen-

dantur. Vnde virtutes alias breuiter annotamus,

quas nostris temporibus Patronus noster, Sanctus sci-

licet operatus est Adalardus, imò per ipsum operata

est diuina virtus. Quas quidem oculis nostris non per-

speximus, sed fidelium virorum qui viderunt & præ-

sentes interfuerunt relatione didicimus. Quorum re-

lationi plena fides est exhibenda; quippe quos com-

mandat sanctitas morum, & ætatis reverentia. Non

enim eis salutis commodum, nec Sancto gloriae cres-

ceret augmentum, si modò aliquibus astrueretur menda-

ciis, quem constat multis anteâ glorificatum miracu-

lis. Sicut autem ab eis accepimus ita & prosequendo

referimus.

C A P V T II.

De asportatione Sancti in Flandriam, &
quod in aduentu eius apertæ sunt
fores ecclesiæ.

23 GITVR sanioris consilij fratribus qui Sancto comitarentur electis, & omnibus quæ itineri necessaria essent paratis, cum magno honore, vt decebar, iter arripientes peruererunt in Flandriam, de Dei misericordiâ & Sancti merito non desperantes. Famâ autem præeunte Comes sibi Sanctum à fratribus præsentandum audierat, & ne illis alicuius ecclesiæ pateret introitus interdixerat, existimans taliter nullum ad se ab illis posse fieri accessum. Sed secus ac ratus est res habita est. Nam tendentibus illis ad villam quæ dicitur Curba, vbi S. Petri iure hereditario habetur ecclesia, Presbyter secundum Comitis præceptum obseratis ecclesiæ foribus, secessum occultum ne posset inueniri petierat cum clauibus. Tandem ad ecclesiam peruenit, claves requiruntur, Presbyter circumqua-
In Curba pago spone- que quæritur, sed quæreribus facultas inueniendi de-te patent negatur. Mirum dictu, fidelem quærrens auditorem! fore tem- Dum aliqua mora fieret quærendo templi Sacerdo-
tem; illico sponte suâ confractis seris, dissilientibus te- pagulis, patuerunt fores ecclesiæ, & Sancto, cunctisque eum comitantibus se peruias præbuere. Non Magica, non ars ibi operata est Mechanica, sed ad ostendendum S. Adalardi meritum, virtus apparuit cœlestis in aperi-
tione valuarum. Ecce alter in hoc facto Petrus; Sancto que Petro, cui commissæ sunt claves regni cœlo- rum, in tali miraculo comparandus. Sancto etenim Petro de carcere per Angelum liberato portâ vltro pa- tuit ferrea; isti similiter de carcere, id est, de carnis erga- stulo per Angelum consilij iam educto, cesserunt vltro dura portarum robora. O stupenda dignatio! gratiam meruit

L

PBR S. mernit à Domino , quæ cælesti concessa fuerat clau-
GERARD. gero. Iure etiam in alienâ terrâ patuit illi S. Petri ecclæ-
 sia, qui apud Corbeï hospitium sortitus S. Petri ecclæ-
 siam, quæ pro cōtubernali fœdere, ad requirendâ eius
 bona fungebatur legatione. Taliter in ecclæsiâ prius
 inaccessâ Sanctus desertur , populus vtriusque sexus,
 qui conuenerat prosequitur ; laudes cum vocis cordis-
 que exultatione à monachis & Clericis diuinæ Maie-
 stati referuntur, populis applaudentibus & gratias Do-
 mino referentibus.

C A P V T I I I.

De eo quod Comes reddidit ei omnia
 quæ abstulerat.

Occurrit Sandofre- guens popu- pulus. **24** **S**E Q V E N T I die inde asportatur, & ad quæren- dum Comitem acceleratur iter. Vbicunque au- tem Sancti audiebatur aduentus , à longè pro iam diuulgato miraculo immensa multitudinis populo- rum ei fiebat occursus. Nec solùm iam ei contra præ- ceptum Comitis ianuas ecclesiârum aperire certabant, sed etiam tam Ecclesiastica quæ sacerdotes personæ, ut Sanctus in ecclesiis inferretur postulabant , magis diuinam quæ Comitis incurrite timentes offensam. Audientes autem fratres Comitem in pago Tornacensi circa Schelmas oppidum , quod obsidione militû cin- xerat, commorantem, illuc iter flexerunt, & quod cœ- perant tandem peruenierunt. Quem cùm sibi Comes audiret deferri, eius præsentia se subtrahere festinavit. Tunc Principes qui lateri eius solebant assistere, & in quorum consilio eius omnis pendebat dispositio, super hoc cœperunt eum arguere, dicentes , quia nihil ei prosperè cederet , quamdiu Sanctorum ecclesiæ suis rebus spoliaret. Consulebant autem illi ut Sancto cum humiliitate occurreret, & quidquid erga Sanctum deli- querat, emendareret. Quorum prudenti consilio Comes adquieuit , & humiliiter Sancto obuius processit. Vi- deres alium Regem Niniuitarum de suo solio descen- disse, pedibulque nudis præ humilitate incidentem, honorem suum deposituisse : cum tantâ deuotione, mil- litum stipante cateruâ, Comes ad feretrum Sancti ac- cessit, & sumpto manibus suis gestatorio , militibus onus eius leue certatim alleviantibus in ecclesiâ haud longè postulam tulit. Ibi quidquid Corbeiensi Eccle- sia abstulerat coram primatibus suis in præsentia Sancti reddidit: & quidquid erga S. Petrum & S. Adalar- dum deliquerat, emendauit, postulans per eos sibi à Domino indulgentiam impetrari. Fratres vero vice Domini, qui cor contritum & humiliatum non despici, Sanctique Petri, cui data est à Domino potestas li- gandi atque soluendi, eum absoluerunt : & eum gau- dentem, suisque orationibus commendatum ad ob- sidionem oppidi remiserunt. Inde non ingratia diuinæ misericordia qui gratiam Comitis mertuerunt S. Adalardo mediante, immensas laudes Deo altissimo retu- lerunt, cuius auris, quam precibus pulsauerant, præpa- rationem cordis eorum audierat.

C A P V T I V .
 De eo quod Comitissa voluit eum retinere.

25 **S**IC non cassato itineris labore lætati cum San-
 cto atripuerunt iter remeandi. Sed interue-
 nit eis aliqua turbationis molestia, vt maior subseque-
 retur lætitia. Contigit enim vt ad oppidum quod
 dicitur Insula peruenirent , & Sanctum Dei in ecclæ-
 siâ S. Stephani Protomartyris, quæ ibi habetur, defer-
 rent. Illis diebus apud idem castrum Adela Comitissa, de quâ suprà mentionem fecimus, morabatur; dum ad obsidendum præfatum oppidum Schelmas Comes scilicet filius eius occuparetur. Quæ cùm audisset ad-

esse sanctum Dei Confessorem, gauisa est valde sibi esse oblatam retinendi illum opportunitatem. Accer-
 sis igitur monachis , inter alia quæ protulit verba, Comitissa
 dixit: Sciatis Domini mei S. Adalardum commu- *Flandria*
 nis generis consanguinitate mihi esse proximum, & *vult cor-*
pus S. A-
 ideò ut honoris gratiam paret mihi in cælis , volo *delardi*
 eius honorem sublimare in terrâ. Vnde sedet mihi in *restinere,*
 animo eum retinere in hac terrâ, quia ad exequen- *dipositus*
 dum quod volo magis hîc ero idonea. Aut enim ei *custodibus.*
 nouam construi faciam ecclesiam , quam immensis
 opibus ditabo, deputatis monachis aut Clericis, qui
 seruant Sancto ; aut in Blandiniensi monasterio,
 quod in honore S. Petri Apostoli situm est in castro
 Gandaou , faciam eum deferri , vbi præ omnibus
 Sanctis, qui ibi habitent, faciam ei honorem exhibe-
 ri. Interdico itaque vobis ut eum ab ecclæsiâ S. Ste-
 phani non dimoueat, sed ad locum vestrum redea-
 tis; ni potius cum eo remanere placeat vobis. Denique
 præcepit portas obseratas, & exitus viarum adhibitis
 custodibus obseruari, ne in noctis silentio clam San-
 ctus posset asportari.

C A P V T V .

De eo quod per medios vigiles sublatæ sunt
 sanctæ reliquiae.

26 **Q**VID iam mox facerent? In alienâ terrâ *Monachi*
 positi, suorumque auxilio destituti , obuiare *quid sibi*
 non poterant Comitissæ potestati; vt in asportatione *agendum*
 Sancti aliquam violentiam inferrent illi. Illicò ad San- *fit delibe-*
ranc.
 ctum reuersi sunt Adalardum : & extra spem positi
 deliberabant quid potius eis esset faciendum. Consi-
 lium autem super hac re quærentes, tales inter se con-
 querendo proferebant voces : Quid faciemus? Quod
 diuerteremus ? Ad nostros sine S. Adaldo reditus
 nobis non est necessarius : quia forsitan aut nos ex-
 pellent, aut, quod turpius est , lapidibus obruent.
 Denique nos non reuerti prohibet improprium &
 dedecus , quia nobis non reuertentibus tantum
 damnum imponent nostræ affensioni, nostrisq; machi-
 nationibus. Ceterum quamuis absque Sancti tepræ-
 sentatione gratiam eorum possimus habere, eiusdem
 Patris nostri ablatio , nostræ matris Ecclesiæ fiet de-
 solatio. Ipsa enim mater nostra , quæ nos tamquam
 filios in suo fuit gremio , relinquet sicut umbracu-
 lum in vineâ, & sicut rugurum in cucumerario. Ta-
 liter prius nauicula cordis eorum turbabatur in
 mari : & dormiente in eis Christo, quia dubita-
 bant, cœperunt mergi. Sed cùm clamassent, Domi-
 ne salua nos, perimus ; illicò excitatus est Dominus,
 ventisque imperauit & fluctibus.

27 Illis autem consilium capientibus caritus inspi-
 ratum est vt intempestæ noctis silentio expositas de-
 ferreto sancti Confessoris reliquias tollerent, & cum
 illis fugæ præsidio sibi suisque consulerent. Quod &
 ipse Salvator fecisse, suosque vt idem facerent legitur
 admonuisse. Cùm vos, inquit, persecuti fuerint in
 vnam ciuitatem, in aliam fugite, licet figurâliter pos-
 simus intelligere. Cunctis igitur per villam somno oc-
 cupatis , monachi requiem suis denegarunt oculis,
 opportunitatem quærentes perducendi ad finem quæ *Reliquia*
 inerant illorum animis. Mediâ autem nocte ad the- *s. Adelardus*
 cam argenteam , quâ pretiosus thesaurus tegebatur, *di in theca*
 accesserunt, ipsumque audacibus, vt ita dicam, sed *argentea*
 fidelibus manibus exposuerunt. Denique ipsum super
 aurum & topazion pretiosorem , omniumque aro-
 matum fragrantiam suo odore vincentem in mundo
 pallio, postea in bysso ceruino inuoluerunt : & vni *Euerardus*
 eorum, Domno videlicet Euerardo, qui ad hoc saga- *monachus*
corpus s.
 cior videbatur, asportandum commiserunt. Qui ce- *Adelardus*
 tetis cùm scrinio Sancti remanentibus, de commissio *clam as-*
 sibi thesauro sollicitus non modicè animo angebatur, *portas.*
qua-

qualiter propter vigilum excubias ciuitatem egreditur. Dumque totus in hoc studio esset positus, illuxit matutinalis hora, quā expulso vesperi lucu Christi resurrectione demoratur lātitia: tunc Christus, qui est verus sol iustitiae, depellens tenebras erroris & tristitiae, ostendit illi tramitem salutis & lātitiae. Nam eadem horā obrulit se illi quidam monachus, quasi missus à Domino, quem Remensis ciuitatis Archiepiscopus ad Comitem direxerat pro suo negotio. Huic sanctarum baiulator reliquiarum sociatus per medios vigilum cuneos, portis patentibus, exiuit; Deique prouidentia per Sancti videlicet Adalardi meritum frustratas illorum excubias reliquit.

*Transit
per medios
vigiles.*

28 Renouatum est sanè in hoc facto miraculum quod ad Christi resurgentis contigit sepulchrum, si tamen gloriae Regis audemus æquiparare virtutem militis. Sed non minuimus gloriam Regis, si virtutem prædicamus militis: quia virtus militis gloria est Regis. Custodia enim militum ad Christi posita est sepulchrum, ne à suis furaretur discipulis; diligentia nihilominus excubatorum deputata est portis & exitibus viarum, ne corpus S. Adalardi clām à suis efferreretur monachis. Christus summo diluculo milites signatum monumentum custodientes resurgens irrūtis reddidit; Sanctus quoque Adalardus summo manè vigiles portas & exitus viarum obseruantes ex eundo fefellit. Milites Christo resurgentem præ timore facti sunt velut mortui; custodes postquam Sanctus asportatus est Adalardus prænimiā admiratione rediti sunt stupidi.

*Magno
gaudio
Corbeia
excipitur.*

29 Taliter corpus sancti Confessoris Corbeiam refertur, & à monachis cum magno cleri plebisque tripudio suscipitur. Qui cum magno honore, vt dignitas eius exigebat, repositus in archiuo ecclesie, ipsam suā decorauit præsentia, quam primū obscuram reddiderat eius absentia. Fratres autem cum cordis deuotione laudes immensas reddiderunt super hoc bonitati diuinæ, paruipendentes si scrinij fieret amissio, cùm beatos & diuites reddidisset eos pretiosi thesauri restitutio. Illud enim erat recuperabile damnum, hic si eum amisiſſent damnum irreparabile. Sed qui voluit thesaurum corporis restituere, dignatus est etiam vas eiusdem remittere, vt sicut in corporis asportatione, ita etiam Sancti pateret meritum in vas representatione.

C A P V T V I.

De relatione scrinij, & quod in repræsentatione eius sanatus est claudus.

*Comitissa
ceteros do-
mum re-
mittit.*

30 IN T E R E A famâ volante, cùm Comitissa numeratos do-
mum re-
mittit. sublatum esse, molestè tulit se ita delusam esse. Ta-
men intelligens hoc esse voluntatis diuinæ, & ideò iam non posse contra torrentem brachia tendere; postulatâ veniâ, concessit illis cum scrinio sancti Con-
fessoris remeare ad propria. Taliter illi, quasi de Ægypto egressi, vbi iam quasi captiui fuerant detenti, pro-
tegente eos cælestis defensionis nube, ne vrerentur à sole tribulationis, peruererunt, duce nouo Moysè no-
stro, in terram pacis & securitatis.

*Theca
Corbeiam
refertur.*

31 Cumque iam facti fuissent proximi Corbeia, præmitentes nuntios mandauerunt fratribus suis, vt scrinio S. Adalardi maturè occurrerent cum brachio eiusdem Confessoris. Illicè gaudium nouum adhuc recenti gaudio superadditur: classica pulsantur: ecclesia taperibus & palliis adornatur; accensis etiam luminiaribus plurimis illuminatur: denique facto populi conuentu festiva processio orditur: & cum brachio S. Adalardi præcedentibus cereis & crucibus obuiam proceditur. Tunc filii Israël quasi arcam Domini de

Tom. I.

Philistæis reducam suscipientes, in tabernaculo Dei PER S. referebant: & cum David in voce exultationis & con- GERARD. fessionis psallentes præcedebant, variis musicorum in- 2. Reg. 6. strumentorum generibus ad augendam lātitiam circumquaque sonantibus.

32 Ecce autem quidam claudus ad portam templi Claudus iacebat, ita utroque pede contractus, vt plantæ pe ad va- dum eius (quod erat visu miserabile) retro hærenter cuum San- di feretru sanatur. Venerat autem ibi réptando in quantum po- terat manibus & genibus non solum ut alimoniam pe- teret ab introéuntibus, sed vt S. Adalardum rogaret suis adesse doloribus. Qui cùm feretrum Sancti præ- cedente longo processionis ordine vidisset inferri, in quantum ipla ægritudo pariebatur, clamare cœpit, vt sui misericordia. Sanctus vero Adalardus more B. Petri aurum vel argentum illi non dedit, sed quod me- lius erat, diuinâ concedente gratia, illi tribuit. Nam mirum in modum statim videres neruos prius contrac- tos extendi, cutem distrumpi, sanguinem manare, pedes cruraque ad naturalem locum redire, illum autem prænimiis angustiis fatigari, ita ut penè videretur de- dicere. Tandem in suis erectus pedibus, iam nullius egens adminiculo ad feretrum Sancti accessit. O lau- dañdum Dei donum! o prædicandum Sancti meri- tum! Præsentia corporis eius aberat, & tanta in vase corporis eius Dominus ostendebat. Sed hoc in vase corporis eius ostendere potuit, qui per umbram cor- poris S. Petri ægrotos sanare voluit. Tunc qui sanatus fuerat feretrum prosequens & baiulans, gratias refe- rebat Domino, imitans illum Euangelicum lepro- Luc. 17. sum, qui reuersus laudem dedit Deo. Cum tanto gaudio filii in sinu matris Ecclesie receptis, de the- sauro conscientiae proferentes sacrificium spei & fidei, que in arâ cordis accenderat feruor caritatis, hymnum Te Deum laudamus cantauerunt coram altario diui- nae maiestatis.

C A P V T V I I.

De repositione sanctarum reliquiarum
in scrinio.

33 Denique ascendentis gradus pulpiti, qui de valle Res gesta plorationis per gradus virtutum ascenderant populo in montem exultationis, populis infimis iacentibus, nec ad altiora concendere valentibus, condescende- runt propinatione salutiferi sermonis rei gestæ tem- porique præsenti respondentis. Nec siluerunt, ad confirmationem sui sermonis quæ in via accidissent eis, quanta Domini gratia in omnibus affuisset illis, quantisque sibi dilectum Confessorem declarasset miracu- lis. Et ne aliquis eorum dubius existeret S. Adalar- dum esse relatum, reliquias eiusdem de secretario, vbi antè repositæ fuerant, præsentari fecerunt. Quas qui- Exponitur dem in conspectu populi adstantis extulerunt, ipsasque corpus S. vt credi decet antiquo ebore lucidiores, visuque pro Adalar- sui raritate delectabiles, conspectibus omnium ad- stantium cernendas præbuerunt. Postquam autem Reponitur præsentia Sancti remota est ab illis omnis nubes du- in priore theca, eum honorificè reposuerunt in eodem scri- tio quod paullò antè relatum fuerat cum gaudio.

34 Quo ritè peracto secus S. Gentianum martyrij rosâ in domo Dei vernantem collocauerunt S. Ada- lardum castitatis lilio ante Deum florem. Felix au- la, quæ tantis sustentatur columnis! Felix Ecclesia, quæ tantis illuminatur lucernis! vt taceamus ceteros quo- rum præsentia feliciter ipsa floret Ecclesia, istis tutori- bus protegitur contra ventorum flatus, & tempesta- tum fulmina. Istis enim illuminantibus, repelluntur ab eâ tenebrarum caligines, & mœrorum nubila. Isto itaque honoremus, istos veneremur in terris, vt nostri memores esse dignentur in cælis.

I N V E N T I O C A P I T I S
S. V E D A S T I
A L I A R V M Q V E R E L I Q V I A R V M
A T R E B A T I .

A N N .
M . X I V .
II . I A N .

ANNO MXIV. IV. Nonas Ianuarij, inquit Ferreolus Locrius in Chronico Belgico, Inuentio reliquiarum Ecclesiae Atrebatensis. De eâ Inuentione Baldricus in Chronico Cameracensi & Atrebatensi lib. 2. cap. 13. Ibi verò (Atrebati in templo S. Mariae) iuxta altare Dei genitricis Mariæ, quod B. Vedastus suis diebus consecraverat, anno quidem secundo Gerardi Episcopi, multa & multum pretiosæ Sanctorum reliquia inuenientur sunt, ad quarum illustrationem diuersa miracula per tres circiter annos diuina clementia operata est. Leprosi enim mundati, contracti humanis vísib⁹ solidati, multiq; à diuersis languoribus curati, sospitate donantur.

2 Idem Baldricus lib. 3. cap. 4. de eadem reliquiarum Inuentione ita scribit: Tunc etiam temporis in monaste-

rio Sanctæ Mariæ Atrebatensem, iuxta altare, multorum Sanctorum reliquias pretiosas contigit inueniri. Ad quarum quidem merita propalanda, diuinā clementiā diuersi generis signa & prodigia ope- Maximi rante, non solum ex vicinis sed etiam longè positis ad eas con-regionibus, per totum ferè biennium multitudo ma-cursus.

3 Fatetur Georgius Coluenerius in Notis, se quæ aut qua-les fuerint reliquia, ab Atrebatensi Ecclesiâ non potuisse re-Que fue-sciscere. At Locrius, Addunt, inquit; Ecclesia Atreba- rini illa tensis monumenta mss. Inter cetera brachium S. Veda-reliquia. sti cum capite eius, & quibusdam membris ipsius, &c. De S. Vedasto plura v. Februarij, & de festo reliquiarum Ecclesia Atrebatensis alio loco.

D E S . S I L V E S T R O

M O N A C H O T R A I N Æ

I N S I C I L I A .

A N N O
M C L X X X V
II . I A N .
E T II.
M A Y .

SILVESTER ex ordine S. Basili⁹ monachus colitur II. Ianuarj & II. Maij, frequenti populi concursu Traina in Siciliâ, ex Iulij IIII. Pontificis Maximi concessionē, vt testantur Octavius Cajetanus noster in Ideâ operis de Sancto Sicilio, & Philippus Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum. Est Traina, aliis Trayna, Troina, Troyna, Trojanopolis, Traianopolis, Dragina, Mediterranea Sicilia vrbis in colle edito sita, olim Episcopalis. de quâ agit Thomas Fazellus rer. Sicular. decad. 1. lib. 1. & 10. sed quod eam esse censet Traianopolim, quam L. 1. decensibus, coloniam iuri⁹ Italici appellat Vlpianus, aliis minus probatur, qui isthic in Ciliciâ legendum, non in Siciliâ, arbitrantur. Paullò infra vrbem, inquit idem lib. 10. Fazellus, ad P. M. II. Meridiem versus, ædes D. Michaëlis super collēm erecta, & cœnobium D. Basili⁹ illi adiunctum extat, à Rogerio Comite, partâ contra Saracenos victoriâ, pro triumpho dedicatum. In hoc S. Silvester vitam degit; à quo locum quemdam S. Silvestri appellari existimo apud eundem Fazellum, ad mille passus à Troinâ, ubi veteru vrbis vestigia etiamnum, ædium, inquam, murorum ac pyramidum ex quadratis lapidibus clarissima spectantur cadavera.

2. S. Silvestri res gestas, ex electionibus qua eius die festo recitantur, ita describit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italia ad II. Maij: Silvester Troynopoli honestis reliquiasque parentibus, Guilielmo Siciliæ Rege, ortus, pieque educatus, cœnobium S. Michaëlis Archangeli ordinis S. Basili⁹, habitum monasticum induens, ingreditur. Vbi breui eos progressus fecit, vt ceteros vitæ asperitate suique ipsius abnegatione antecelleret. Peregrinandi cupidus de Abbatis licentiâ v. Id. Februarij Catana ad corpus B. Agathæ Virginis & Martyris venerandum venit. Quâ in re illud mirandum, quid cùm Catana à Troynopoli xl. millibus passuum absit, (quæ quis equo per diem asti-


uo tempore vix confecerit) Silvester tamen pedester hiberno tempore Catana profectus, ac precibus ad Virginis tumulum persolutis domum eadem die reuerlus est.

3 Cùm furnarius panem cocturus, scopam, quâ Ardentem furnum ardente prunis mundaret, minimè reperi-furnum ret, querereturque quid mora pani detrimentum intrat. adferret; Silvester signo Crucis munitus illum ingressus, prunis ardentibus in vnum colle fatis, vestis suæ extremitate tergit. Quâ re Abbatii nuntiatâ, accurrens cum monachis è furno Siluestrum illæsum exeuntem vidit: ac ex eâ die apud monachos Silvester cœpit esse venerationi.

4 Romam, vt loca sancta inuiseret, summiq; Pontificis (à quo ob sanctitatis famam benignè exceptus est) pedes deoscularetur, profectus; iis peractis, perceptaque Pontificis benedictione nauem concendit, & Panormum appulit. Vbi cùm Regis filius grauissimè ægrotaret, ad Regem accedens bono animo illum esse iubet; & ad filium iam morti proximum deductus, fore vt breui incolumis euaderet ait. Quem medici delirare existimantes, & illu-Occulta dere volentes, porcæ vrinam affterri curant, ex quâ il-& futura le ægroti morbum agnosceret: quam illicè Silvester nonit. S. Silvester pulchrum S. Agatha.

§ Re-

Fugit ho- 5 Reuersus ad monasterium, defunctoque Ab-
nōres. bate, cūm Siluestrum ei subrogare cogitarent, is
elapsus in siluā non longē à ciuitate se abdidit: vbi
aliquamdiu vitam eremiticam duxit, orationibus,
ieiuniis, meditationibus, aliiisque corporis afflictio-
nibus intentus: donec i. v. Non. Ianuarij, anno à
partu Virginis M C LXXXV, suum Deo tradidit
spiritum. Corpus ibidem sepultum est, sacrâ æde
sub eius inuocatione construētā: quòd, hac die &
11. Ianuarij, innumera hominum multitudo confluit.
Miracula Solent enim dæmoniaci infirmique eius intercessio-
ad eius tu- ne liberari.
mulum. 6 Anno verò Domini M D L X X V. peste per
vniuersam Siciliam grassante, cùm Troynopoli mul-
ti in dies perirent, ac die secundâ Ianuarij, quâ nata- *Petris eius*
lis eius celebratur, maximè effervescente, imaginem *innocatio-*
S. Silvestri ciues in processione deferrent; mox ab eâ *ne sedata.*
penitus extinctâ liberati sunt. Quare Iulius III.
Pontifex Maximus non modò indulgentias ecclesiam
S. Silvestri visitantibus concessit, sed & festum ab
omnibus in eâ ciuitate celebrari voluit. *Hac Ferrarius.*
Sed manifestum in anno, quo hac ope S. Silvestri sopita lues
dicitur, mendum ineſt, cùm Iulius III. anno M D L V.
obierit: aut certè eo miraculo ad festum sanciendum indu-
ctus non eſt, vt vult Ferrarius; qui iterum in Notis Silue-
strum ait M C LXXXIX. deceſſe, cùm suprà, & in
generali Catalogo Sanctorum M C LXXXV. mortuum
afferat.



III. I A N V A R I I.

S A N C T I Q V I III. N O N . I A N V A R.

C O L V N T V R.

OCTAVA S. IOANNIS Euangelistæ.	S. Gordius Comes ac Centurio Martyr, Cæfarez in Cappadociâ.
S. Anteros Papa Martyr, Romæ.	S. Theogenes
S. Florentius Episcopus Viennensis, Martyr.	S. Primus
S. Theopemptus Episcopus Martyr.	S. Cyrinus
S. Theonas Martyr.	S. Claudon
S. Zosimus monachus Martyr	S. Eugenes
S. Athanasius Commentariensis in Ciliciâ.	S. Diogenius
Martyr	S. Eugentus
S. Petrus Balsamus , vel Abselamus Mar-	S. Rhodus
tyr.	S. Rhodon
S. Martialis	S. Pinna
S. Statilianus	S. Lucianus Episcopus Leontinus, in Siciliâ.
S. Constantius	S. Melorus Martyr, in Angliâ.
S. Possessor	S. Saluator Episcopus, Beluni in Italiâ.
S. Hilarinus	S. Genouefa Virgo, Parisis in Galliâ.
S. Firmus	S. Blidmundus siue Gogus, Abbas in Galliâ.
S. Candidus	Inuentio S. Quintini apud Veromanduos.
S. Rogatianus	S. Bertilia Virgo coniugata, in Belgio.
S. Eugenia	Relatio capitis S. Iacobi Apostoli, ad mona-
S. Lucida	sterium S. Vedasti.
S. Acuta	S. Daniel Leuita Martyr, Patauij.
S. Pœnica	
Martyres, in Africâ.	


PRÆTERMISSI VEL IN ALIVM DIEM REIECTI.

S. Argæus	scolus, de quo	xii. Ianuar.
S. Narcissus	Martyr. Martyrol. S. Hieron. Nos 11. Ian.	
S. Marcellinus		xiii. Ianuar.
	Mater cum duobus filiis, igne extincta. Menea. Plures idem subière supplicium cum liberis matres: nil hic certi possum statuere, ideoq; eam omitto.	
Daniel monachus Hemmenrodenis. Kalendar. Cisterciense Divione editum anno 1617.		
B. Angela de Fulginio. Martyrolog. German. Molanus in addit. ad Vfuardum, Vfuardi editio Coloniensis anni 1521.		
Nos	iv. Ianuar.	
B. Vrsus Dux Venetorum, postea monachus. m.s. Kalendarium Sanctorum Ordinis S. Benedicti. Hic q; Petrus Vr-		
	Pofenna & scotores S. Gibriani. David Camerarius lib. 3.	
	Prompta de Scotor. pietate. De ipso S. Gibriano agemus	viii. Maij.
	S. Agritius Episcopus Senonensis. m.s. Florarium SS. Nos	xiii. Junij.

O C T A V A

S. I O A N N I S.

III. IAN.



& tertia lectio recitabatur. Vbi denuo recensitum ab eodem
Quignonio idem Breuiarium est, omisso S. Antero Octaua
agi caput (quemadmodum & anteâ) vt Semiduplex; Duplex
à Pio V. instituta, vti & S. Stephani atque Innocentium.
Vide Gauantum Comment. in Rubr. Breuiar. sect. 6. cap. 6.

D E

AN.CHR.
CCXXXVI.

D E S. A N T E R O

III. IAN.

P A P A E T M A R T Y R E.

*S. Anteros i
Papa.*

ANTEROS Papa, qui alius Antherus, Anterus, Antherius, in sacros fastos pridem relatus, ut patet ex veteri Martyrologio Romano, Beda, Vuardo, Adone, Bellino, Maurolyco, & ceteris.

2 De eo habet liber de Romanis Pontificibus: Anteros natione Græcus, ex patre Romulo, fudit annis XI. (expungunt alij annorum numerum) mense uno, diebus XI. martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Maximini & Africani Coss. Hic gesta Martyrum diligenter à Notariis exquisivit, & in Ecclesiâ re-

** Baron.
Maximi-
ni.*

condidit: propter quod à *Maximo Praefecto martyrio coronatus est. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembris, Episcopum unum. (*addit codex Baronij: Fundis in Campaniâ.*) Qui etiam sepultus est in cœmiterio Calixti, viâ Appiâ IIII. Nonas Ianuarij: & cessavit Episcopatus dies XI. *Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italia tradit ex Petelia urbe magna Gracie maritimâ oriundum fuisse.*

3 Porro de Martyrum Actis describi solitus ista habet Baronius tom. 2. an. 238. n. 2. A Clemente Papâ primùm magnâ diligentia curatum fuit, ut à septem Notariis, per regiones Vrbis diuisis, gesta Martyrum scriberentur. Deinde Fabianus Papa, qui successit Antero, de

*Ex Petelia
urbe or-
tus.**Acta
Martyrū
per 7. No-
tarios de-
scribi so-
lita.*

quo est sermo, ut magis magisque historiæ veritati consultum foret, septem Notariis huic operi adscriptis, qui Acta Martyrum integra exciperent, septem præfecit Subdiaconos. Porro Notariorum opus fuisse existimamus, ut non ipsa tantum Acta, cruciatus nempe, diraque ac sèpius repetita tormenta describerent, sed etiam quæcumque iidem sancti Martyres locuti essent, dum caperentur, ac publicè torquerentur; quæ item ad supplicia ducti, fuissent interlocuti, memoriae commendarent.

4 Illa autem quæ intra cancellos, obducto velo, coram iudicibus, cum de ipsis questio haberetur, idem rogati dicentes; publicorum Exceptorum munieris erat, cuncta scriptis mandare, & inter publica *Alia ab
Acta referre: quæ cum agerentur in prouinciis Pro-
bus re-
consularia ab Augustino & aliis dicta reperimus. Por-
ro hæc ipsa, vel horum portiùs exemplum, à Christianis
collatâ pecunia redimi solebant, & inter Acta Marty-
rum sedulò asseruari. Quæ vero extra cancellos cum
Martyribus agerentur vel dicerentur, ab Ecclesiâ No-
tariis, magnâ adhibita cautela, consuetis notis quâm
celerrimè tabulis adnotabantur. *Hac Baronius. Olim
S. Anteros festo simplici colebatur, ut ante diximus.**

*CIRCA
AN.CHR.
CCCLVIII.*

D E S. F L O R E N T I O

EPISCOPO VIENNENSIS, MARTYRE.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ZOSIMO MONACHO

ET ATHANASIO COMMENTARIENSI.

SVB DIO-
CLETIAN.
III. IAN.

ADMIRABILES hos viros ita celebrat hoc die *Martyrologium Romanum*: In Ciliciâ sanctorû Martyrum Zosimi, Athanasij Commentariensis, Theopempti, & Theonæ, qui in persecutione Diocletiani illustre martyrium obierunt. *Martyres quoque Menœa appellant* iv. *Januarij*: Eodem die memoria sanctorum Martyrum Zosimi monachi & Athanasij Commentariensis. *Baroniū bos cum Theopempto & Theonā coniungit*; anq; in Notis ab *Gracorum Menœis passos referri sub Domitiano Imperatore*. Verum non Imperator Domitianus hic fuit, sed *Aegipav Prefectus aut Praes.* iv. *Januarij* eos refert *Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum*, vti & *Menologium*, in quo hac habentur: Eodem die commemoratio sancti Martyris Zosimi & Athanasij Commentariensis, qui

Domitiano Præside apud Ciliciam illustre martyrium pertulerunt.

2 Menea paullò fufius: S. Zosimus in Ciliciâ eremum *S. Zosimus* cum feris incolebat. Comprehensus Domitiano Præ-
sidi sifistitur, cumque Christum confiteretur, aures ei *varie tor-*
candenti ferro aduruntur. Deinde in lebetem liquato
plumbō plenum à capite suspenſus mittitur. Verum
mirabiliter ex omnibus liberatus, apparente in theatro
leone, ac de Christo humanâ voce loquente, Athana- *Leo bu-*
sium Commentariensem ad fidem adduxit. Dimissus *manâ vo-*
à tyranno, redit ad montes in quibus ante pietati vaca-
tur. *te loqui-*
re consueuerat, ibique commorans erudit baptizat- *Athana-*
que Athanasium. Inde sub disruptas hiantesque petras *suis con-*
simul ingeffsi animas Deo reddiderunt. *uertitur.*

DE S. PETRO BALSAMO
SIVE ABSELAMOAN.CHR.
CCXCI.

III. IAN. **1** *Vivis glorijs athlete pleraque meminere Martyrologia; sed neque in nomine, neque in loco aut generere martyrij conueniunt. Appellant enim Ansel-
De S. Petri Balsami mum, Aufelamum, Abselamum, Apselamum, Balsa-
nomine, murum, Abesalamites, Abessalomites. Quidam Cesarea,
die, & loco alij Aulona, nonnulli in ditione Eleutheropolitanâ passum scri-
martyrij discrepant
autores.*

sui ipsius misereretur, suæque adolescentiæ & ætati flo-
renti parceret; eorum hortationibus penitus neglectis,
& spe, quam in Deo omnipotente collocasset, cum *Pite con-*
aliis rebus omnibus tum vita ipsi longè prælata; *Cæ-temptui.*
fareæ per ignem, velut aurum purissimum, fidem in
Christum Dei, generoso & excelsō animo accurate *Gloriosum*
probauit.

2 Beda: S. Petri Martyris. MS. Societas IESV Antwerpia,
& **MS. S. Lamberti Leodij:** In ciuitate Aulanâ passio S. Petri, qui crucis suppicio est interemptus. **MS. S. Richarij:** Ciuitate Aulanâ S. Petri Martyris. **Vetusum ms. S. Martini Tornaci:** In ciuitate Auelanâ passio S. Petri, qui crucifixus est sub Maximiano Imperatore. **Vuardus:** Eodē die S. Petri, qui apud ciuitatem Aulanam crucis suppicio est interemptus. **Eadem habet Bellinus, eadem Martyrologium Romanum**, nisi quid ciuitatem Aulonam vocet, ut quadam sub nomine Vuardi mss. Nonnulla Eulanam. **Maurolycus:** Eodem die S. Petri, qui apud ciuitatem Aulanam crucis suppicio est interemptus, sub Seuero Præside, Diocletiano imperante. **Eadem ferè Galesinus & Martyrologium Germanicum.**

3 IV. JANUARII cum quidam referunt: **Hrabanus & MS. Martyrologium S. Maximini Treueri:** Eodem die passio Petri, qui & Balsami, Martyris, sub Maximiano Imperatore, agente Seuero Præside, qui eum nolentem sacrificare diis, iussit suspendi & vngulis lacerari: ad extremum verò gladio interfectus est, & in Aulonâ ciuitate sepultus. **Eadem iijdem ferè verbi Notkerus.**

4 Molanus III. Januar. cum Vuardo eum refert, iterumq; in Addit. ad *Vuardum XI. Januarij* velut diuersum: Cæsareæ Palæstinæ S. Petri Ascetæ, id est religiosi siue monachi, qui sèpè rogatus ut adolescentia parceret, eorum exhortationibus neglectis, per ignem, velut aurum purissimum, fidem in Christum excelsō animo probauit. *Qua ex Eusebio haufit Molanus. Ille namq; lib. 8. bistor Ecclesiastica cap. 20. ita scribit: xi. die mensis Audinæ; id est, ad III. ID. Januarij, Petrus qui & Apselamus dicebatur, aorntis, id est religiosus vel monachus, vitam solitariam & meditationi deditam secutus, expago Aneâ in finibus Eleutheropolis sitâ prognatus; cum Iudex & qui ei aderant in concilio sèpissimè eum rogassent ut*

5 Quod autem Chrysophorus, religiosum vel monachum, vitam solitariam & meditationi deditam secutum vertit; in Graco solum est aorntis, quod hic fortasse an athleta. non religiosum, sed robustum, atque ad certamina (ante conuersiōnem scilicet) exercitatum significat. Sic infra ex Menologio, corporis robore, & animi vigore plurimum valuisse dicitur; atque ex Menea, τῇ Εὐτίσιν ἀστελέα, καὶ τῇ Στολῇ σωματικῷ ἀκρατεῖσιν, Fidei religione, & corporis robore præstans. Certè aorntis sèpè athletam significat, & aorntis gymnasium; licet sepius apud sacros scriptores pro monasterio accipiatur.

6 Eodem xi. die Januarij refertur in *Martyrologio S. Hieronymi Alolamus, & in ms. Rhinovien.* Petrus Absalmus, vt infra dicimus, qui indubie hic noster est.

7 Menea XII. Januarij: S. Petrus Abesalamites Martyr & fidei religione & corporis robore præstans, in flore ætatis liberâ voce Christum professus est. Inde à Præside Eleutheropolitano captus, cum neque blanditiis emolliretur, neque minis terneretur, in rogam coniectus, ex eo martyrij lauream reportauit. Raderus noster diuersum hunc exigit à Petro Absalmo sive Balsamo, & quidem quid Abesalom 2. Macab. II. v. 17. & Abessalom 3. Reg. 15. v. 2. & v. 10. propria sint Iudeorum nomina, suspicatur & hunc natione Iudeum fuisse.

8. Eadem Menea XIV. Octobris de eodem, nisi fallor: Sancti Martyris Petri Aufelami. Profectus est hic è finibus Eleutheropolis, vico Aneas dicto, generosus & acer animo iuuenis, valido quoque corporis robore: sèpè foriter fecit pro religione, contemptisque omnibus præsentibus sexto Diocletiani anno sacrificium Deo acceptum factus, certamen in flammis absoluit. *Miror, quid Raderus noster se scribat nihil de hoc legisse apud Latinos.* Eadem XIV. Octobris habet *Menologium. Ferrarius quoque in generali Catalogo Sanctorum eodem die: Aulonæ* in

Eius pa-
tria.

in Macedoniâ S. Petri Martyris sub Diocletiano. *Vix mihi dubium est, quin idem & unus sit Petrus Abselamus, qui cur adè diuersis diebus colatur à variis, non est facile conjectare.*

*Cruce, gla-
dio, igne,
videtur; dum quidam in crucem actum, alijs gladio interemptū,
quā ratio-
igni alijs exstinctum volunt. An cruci affixus est, deinde igne cir-
ne dicatur
interem-
ptus.
an gladio deinde in ipsis flammis percussus? Menaa & Menolo-*

*gium crucis & gladij non meminere. m.s. Bertinianum exprefse
habet: Tunc cruce suspenitus, capite est plexus.*

vbi passus. 10 De loco quoque variant. Cæsarea interfictum scribit Eusebius, alijs Aulana, vel Aulone. Est Aulana, vt ex Hegesippo tradit Ortelius, vrbis Samaria. Eleutheropolis verò, in cuius finibus natus est Petrus, prima Palæstina vrbis, que, vt ait Cedrenus, olim Hebron fuit. Eiusdem verò Palæstina prima Metropolis erat Cæsarea, olim Turris Stratonis. Quare non mirum est eum qui intra iurisdictionem vrbis Cæsariensis sit interfictus, Cæsarea occisum dici ab Eusebio; qui eodem capite alios captos ac peremptos scribit Ascalone in eadem prouincia. Deinde non dicitur in Actis Aulanam occisus, sed comprehensus, ac deinde Presidi oblatus, fortè ad eum Cæsaream pertractus. Sanè adduci non possum, vt Galesini assertar, qui Aulanam Aulonam interpretatur, vulgo la Velona, qua vrbis est maritima in finu Adriatico: quem secutus est Martyrologij Romani Gallicus interpres & Ferrarius in topographiâ, qui Petrum cum Balsamino istib[us] actum in crucem scribit, corpus verò illius Venetii asseruari.

*S. Petrus
Atro& se-
pultus.* 11 Eodem die IIII. Ianuarij Petrum Σημειοφόρον celebrant Menaa: qui fortassis noster est Petrus Balsamus, quem tamen nusquam alibi legi hoc nomine appellari. Ita habent: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμῃ τῇ ὁσίᾳ πατέρῳ ἡμῶν Πάτερ τῷ Σημειοφόρῳ, τῷ ἀγίῳ ζαχαρίᾳ τῆς ἀπελάσεω καιμάνῳ. Ipsa die Commemoratio S.P.N. Petri qui signum tulit, in S. Zachariæ Atro& sepulti.

*Cur Ση-
μειοφόρος
dicitur.* 12 De eo ita commentatur Raderus noster: In Græco est Σημειοφόρος, ad verbum Signiferi, Vexillarij, Antesignani. Variè potest verbum accipi, quasi Petrus ex Vexillario factus sit monachus; vel Christi vestigia in corpore suo circumtulerit, sicut D. Paulus & alij; vel quod crucem assidue gestarit, vti de quibusdam aliis legimus: οὐμεῖον enim etiam crucem & lignum Filii hominis significat, Matth. 24. vel quod signa fecerit, vel quod litteris in fronte noratus & inustus fuerit, sicut nonnulli infra prodibunt litterati, quod sacras imagines noluerint damnare, aut reiicare, aut proculare; quod diimpij quidam Cæsares iconomachi & iconoclastæ factabant, & ab aliis fieri volebant & cogebant. Reor illum potius in crucem actum pro Christo. Nam ita Martyrologium Rom. docet illum apud Aulonam ciuitatem crucis supplicio peremptum. Arbitratur ergo Raderus eundem hunc esse Petrum qui Aulona passus dicitur.

*Aba unde
descripta.* 13 Acta S. Petri Balsami ab Anastasio Bibliothecario Latinè versa, atque à Surio edita contulimus cum antiquis mss. monasterij S. Bertini, monasterij S. Maximini Treuiris, Ecclesie S. Audomari, S. Mariae de Ripatorio, & aliis.

A C T A.

*S. Petri pa-
tria.* IN illo tempore Petrus, qui & Balsamus, cum comprehendens fuisse apud Aulanam ciuitatem temporis persecutionis, cum esset oriundus à finibus Eleutheropolitanæ ciuitatis, oblatus est Seuero Præsidi. Seuerus dixit ad eum: *Quis diceris?* Petrus respondit: Non mine paterno Balsamus dico; spirituali verò nomine, quod in baptismo accepi, Petrus dico. Præses dixit: *Quod tibi genus est?* Petrus respondit: Christianus sum. Præses dixit: *Quod officium geris?* Petrus respondit: *Hoc maius officium habere non possum:* & quod esse potest hoc melius, quam ut sim Christus. **al. Publ-
lum an-
parentes
sunt tibi?* Præses dixit: * Parentes habes. Petrus respondit: Non habeo. Præses dixit: Mentiris: audiui enim te habere parentes. Petrus respondit: In Euangeliō mihi præceptum est omnia denegare, cum ad nominis Christi

sti venero confessionē. Præses dixit: Nostri præceptum Ex Syrio imperiale? Petrus respondit: Ego præceptum Dei mei *et mss.* noui, qui est verus & perpetuus Rex. Præses dixit: Præceptum est à clementissimis Principibus, vt omnes Christiani aut sacrificent, aut diuersis pœnis moriantur. Petrus respondit: Et hoc veri perpetuique Regis est præceptum, si quis sacrificauerit dæmoniis, & non soli Deo, eradicabitur. Quid ergo melius est, à te periire, aut à Deo vero in perpetuum eradicari? Tu iudica, si verè est in te aliqua iustitia. Præses dixit: Audi me, & sacrificia diis, & comple iussa Principium. Petrus respondit: Ego manufactis diis, ligneis & lapideis, quales vosestis, non sacrifico.

2 Præses dixit: Iniuriam nobis facis. Nescis quia protestatem habeo occidendi te? Petrus respondit: Ego iniuriam non facio, sed quod scriptum est in lege diuinâ, hoc dico. Simulacra, inquit, gentium argentum & aurum, opera manuun hominum. Os, oculos, nares, Psal. 113.4. manus, pedes habent: sed de his neque loquuntur, neque vident, neque odorant, neque audiunt, neque palpant, neque ambulant. Deinde sequitur: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Si Idola & Dominus per Prophetam & Spiritum sanctum hæc *etorum cul-
tores ridet.* dicit, quomodo tu mihi dicas, quod iniuriam tibi fecerim, quia dixi similem te lapidibus & lignis mutis & surdis, in quibus dæmonia colitis? Et me persuades tibi similem fieri? Præses dixit: Audi me, & miserere tui, & sacrificia. Petrus respondit: Tunc mei misereor, si non sacrificauero, & à veritate non discessero. Sed quia infidelis es, & nec mihi credis, nec legi diuinæ, quia qui dæmoniis sacrificat, eradicabitur: & semper mihi hoc ingeris dictum, fac quod tibi iustum est. Præses dixit: Adhuc gero patientiam, expectans vt tecum cogitans sacrificies & salueris. Petrus respondit: Superflua* mihi * *al.* tibi. persuades; fac iam, quod facturus es, & adimple opera patris tui diaboli. Nam ego quod suades non sum facturus, nec mihi Dominus meus Iesus Christus permittat, quem colo.

3 Præses iussit eum suspensi: cumque fuisset suspen- *Torquetur.* fus, dixit ad eum: *Quid dicas Petre? Numquid* bene ** *al.* Sacrif- fientis in hac suspensione? numquid *al.* credes sacræ ficas, an Petrus respondit: Iube adhiberi vngulas: ego enim iam non? dixi tibi frequenter, quod non sacrificio dæmoniis, nisi soli Deo meo, pro cuius nomine patior. Præses iussit eum fortiter torqueri. Cumq[ue] nimirum vexaretur prædicabilis D. i Matryr, vocem doloris non dabat, sed tantum psallebat, dicens: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita meæ.* Et iterum dicebat: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Hæc eo loquente, amplius excitatus Præses alios carnifices iussit accedere. Turba verò adstantis, cum videret nimium sanguinem currere per pavimentum, doluit, dicens ad eum: *Miserere tui homo, & sacrificia, vt te liberes ab his crudelissimis pœnis.* Sanctus verò Dei Petrus respondit: *Hæc pœna nullæ sunt, nec mihi aliquem incutunt dolorem: quod si negauero nomen Dei mei,* *in veras pœnas, & in maiora tormenta perpetua in- * *al.* innu- gressurum me esse cognosco. Præses dixit: *Quid dicas meras.* Petre? Sacrifica, aut pœnitib[us]. Petrus respondit: Ego nec pœnitib[us], nec sacrificio. Præses dixit: Ego sententiam in te profero. Petrus respondit: *Hoc est, quod tota auditate exspecto.* Tunc Præses dictauit aduersus Crucis affi- eum sententiam, dicens: *Petrum admodum configur.* temnentem inuictissimorum Principum iussa propter legem Dei sui crucifixi sententiam subire præcipio. *Sic * *ms. Ber-* quoque venerabilis athleta Christi, compleans agonem *tinia.* Tunc suum, dignus habitus est passionibus Domini lui par- cruce sufficiari. Martyrizatus est autem testis Christi Balsamus, pensus ca- qui & Petrus, apud Aulonam ciuitatē, *iii.* Non. Ianuar. pice est sub Maximiano Imperatore, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
MARTIALE, STATVLIANO, CONSTANTIO,
POSSESSORE, HILARINO, FIRMO, CANDIDO,
ROGATIANO, EVGENIA, LVCIDA, ACVTA, POENICA,
IN AFRICA.

III. IAN. **D**E his Sanctis Martyribus Martyrologium s. Hieronymi: In Africâ Martialis, Statuliani, Constanti, Possestoris, Hilarini, Firmi, Candidi, Rogatiani, Eugeniae, Lucidæ, Acutæ, Pœnicæ. **V**suardi Martyrologium auctius editum Colonie: In Africâ Martialis, Cyrisci, Claudio, Pauli inferius. **C**yricus idem esse videtur, qui Cyrius dicitur, cum Primo & Theogene passus.

D E S. G O R D I O
COMITE AC CENTVRIONE

M A R T Y R E C A E S A R E A E.

SUB LICL. I
NIO.
III. IAN. **M**ARTYROLOGIVM Romanum: Cæsareæ in Cappadociâ s. Gordij Centurionis, de cuius laudibus extat præclara Basiliij Magni oratio, in eius die festo habita. **Eadem** ferè **Galeſinus**. Meminit & **Molanus**, ac **Germanicum** Martyrologium.

2 Menologium Grechorum hoc eodem die: Sancti Martyris Gordij ex Cæsareâ Cappadociâ: qui cùm Lici- nio Rege esset Comes, & militarem ordinem gereret, propter Christianæ fidei confessionem, nobile martyrium perpeſſus est: in cuius laudem habita insignis Basiliij Magni extat oratio. **Celebrant** eum **Menaa** hoc prolixiore elogio:

3 Hic Cappadox fuit, Cæsareæ natus, Licinio imperante, Comes dignitate, centum militibus præfetus. Cùm verò impiorum idololatrarum impudentiam & impias voces in Christum spargi solitas nec ferre nec videre posset, longius secessit, & inter feras vitam in montibus egit. Sed Christi ardore incensus, & aduersus Paganorum errores animi robore armatus, è tollitudine velut leo proſilii, vt auētorem vanitatis quæreret & inuaderet, iamque in theatrum ingressus Christum publicè Deum proclamauit, versoque toto in se spectaculo, ipsoque ludorum Præside ob libertatem in stuporem dato, adeoque in rabiem verso, ferro occubuit.

4 Surianam vitæ huius editionem quibusdam locis ex P. Frontonis Ducis ac P. Andrea Scotti animaduersionibus emendauimus.

D E
S. G O R D I I L A V D I B V S
S. B A S I L I I M A G N I
O R A T I O.

E X O R D I V M.

Frequen-
tia populi
excitat ad
dicendum. **N**ATVRÆ lex est apibus innata, fratres dilectissimi, vt nisi rex prius agmen præcedat, ab aliwearibus nusquam discedant. Vos autem Dei populum, cùm nunc primùm ad Martyres, tamquam ad flores cælestes exeuntes, & hoc frequentes conuenire viderim, quo id duce feceritis exquirro. Quis ingentem hunc æstum excitauit? Quis hyemalem hanc tristitiam in vernam serenitatem commutauit, vt populus ex ciuitatis ædificijs, tamquam ex apum alwearibus, hilaris egressus, ad suburbanum decus præclarum-

que Martyris stadium confluueret? Quoniam igitur & nos, infirmitatis nostræ oblitos, celebritas Martyris excitauit, age & ipsi quoque quantum voce contende re licet, veluti bōbantes apes, vernantibus floribus circumfusæ, præclara ipsius gesta personemus; tem quidem piam agétes, simul & gratam iis qui adsunt. Dum enim iustus laudatur, populi lætabuntur. Salomonis Pro. 29. lectorio nobis nuper recitata, quidnam per latenter humi scemodi prouerbij sensum sibi velit, mecum ipse cogitabam: an forte dicat, quod populus oratione magnificâ ac planè cultâ rhetoris cuiusdam potenteris, quæ auditorum aures demulcat, oblectetur: præterea sermonis ornatum, rerumque inuentionem ac dispositio nem elegantem exoptet. Quod profectò mihi verisimile non videtur, cùm ipse nusquam huiuscemodi dicens genere vñs fuisse inueniatur. Nam & Sanctorum memorias orationis & eloquentiæ fuso prosequi, non fas erat admonere, illi præsertim, cuius scripta sermone simplici, nulloque styli apparatu conspi ciuntur.

2 Quis ergo illorum verborum sensus? Is videlicet, **Res gestæ** quod populus spirituali lætitia gaudet, si eorum tantum admoneatur, quæ iusti patraruunt; atque inde ad **Sanctorum** **æmulationem** recte factorum ab iis, quæ audit, accen ditur. Illorū enim, qui in fide claruerunt, historia simplex, velut luce quamdam Dei cultoribus ad virtutis iter ostendit. **Quamobrem** cùm in sacris vñluminibus Moysis vitam, morumque lenitatem, nostræ naturæ magnoperè optatam, narrante Spiritu sancto audi mus, statim æmulamur. **Quod** si reliquorum facta vi rorum eloquentiæ floribus ornantur, Sanctis tantum ad ea, quæ maxima gesse, demonstranda, sat fuerit oratio simplex. Itaque dum vitam eorum, qui in pietate conuersti sunt, exponimus, Domînum cum primis per seruos suos glorificamus: deinde & iustos ipsos testimonio eorum, quæ scimus, celebramus, & populum per auditum recte factorum exhilaramus. Ioseph dum audimus aut legimus vitam, illius aſequi castitatem magnoperè cupimus. Si verò Samsonis narratur historia, ad illius imitandam fortitudinem accendimur. Sacra igitur schola præcepta rhetorum aut instituta non sequitur: nudam rerum expositionem pro encomiis haber, quam & Sanctis ac nobis satis esse existimat; illis quidem ad virtutis eorum præconium, nobis verò ad imitationis gloriam atque formam. Enco miorum namque lex est, patriæ dignitatem ostendere, generis originem ex alto repetere, educationis incunabula diligenter referre. Nostra verò lex præteritâ vi genda.

cinorum mentione, ab iis quæ propria sunt vnicuique, testimonium accipit. Quidnam ego sum melior, si mea ciuitas olim magna bella gessit, aut de hostibus triumphauit? Si eadem optimo sit in loco sita, æstate ac hysme, cælique temperie fruatur? Si fertilis est viris gignendis, si ager pascendo pecori sufficiat, si meliores nutriti equorum greges, quam vsquam reperiantur? Quid, inquam, ista? An ad virtutem commendationes nos reddere possunt? An verò si forte de vicini montis culminibus narrauerimus, quo pacto nubes transcedant, & quam longissimè in aërem porriganter, nos ipsos decipiemus tamquam hominibus per hæc laudem tribuerimus? Ineptum insuper, si Sanctis, qui res orbis vniuersas contempserunt, his esse opus commendationibus putamus.

Sanctorum memoria, non illorū, sed nostrī causā celebrandam. 3 Iggit nostri tantum causā profectus, sat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim nostris indigenit laudibus ornari, sed nos ipsorum vitæ historiā & commemoratione, imitationis gratiā, indigemus. Quemadmodum enim exigne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoque præstanti diffunditur odor; sic è Sanctorum commemoratione gestorū, ad omnes prouenit uilitas. Fuerit haud modici momenti, eorum quæ olim gesta sunt veritatem exactè tenere. Nam obscura quædam fama, viri huius præclaræ facta conservans, ad nos usque venit. Quamobrem pictoribus rectè comparabimur. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, ut par est à primâ formâ plurimum recedunt. Nos item cum rerum gestarum adspectu caruerimus, valde metuendum ne dicendo rerum veritatem atteramus. Verùm quando eius hodie festum celebramus, qui in huiuscmodi die certamen pro Christi nomine subiit, quantum ex eius historiæ notitiâ deprehendere licebit, enarrabimus.

N A R R A T I O.

§. I. S. Gordij patria, honores, vita solitaria.

S. Gordij patria Cæsarea. 4 **V**I T hic Martyr beatissimus ciuis noster Cæsarea: ex quo non mirum si nostræ mentis affectus ad eum portissimum dirigitur, quod profectò ad verum ac domesticum nobis facit ornamentum. Nam sicut arbores quæ bona ferunt poma, propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo; sic iste ex nostris vībis prodiens vtero, ad summumque gloriæ culmen euæctus, patriæ, quæ eum produxit atque aluit, domesticorum pietatis fructuum iucunditatem largitus est. Boni sunt quidem & externi fructus, modò sapore delectent & nutrire possint; sed longè gratiore sunt extēnis nostrates ac vernaculi, qui nobis ob propinquitatem gloriam quamdam præter iucunditatem conferre videntur. Militiam exercuit, in quâ locum admidum insignem tenuit, ita ut centum milites eius imperio parerent: quodque animi virtute & corporis viribus præcelleret, cunctis intet ordines militibus præstantior habebatur.

Gordius Centurio fortissimus. 5 È sam̄ tempestate, cum tyrannus impius, qui tūc imperitabat, in Christianum nomen virus suæ feritatis effunderet, manumque Deo inimicā aduersus Ecclesiā exercebat, totâ urbe præconis tuba sonabat, toto foro & per compita tyrranicum promulgabatur editum, ne quis Christum adoraret: qui verò contra iussa faceret, morte plecteretur. Idola proponebant adoranda omnibus, lapideaque ac lignea hominum simulachra, pro vero numine colenda: & si qui recusarent, extrema intentabantur. Confundebatur tota ciuitas, quæ rei nouitate attonita, tota tumultuabatur. Christianorum domus singulæ vastabantur. Innocentium facultates diripiabantur. Fidelium & ingenuorum corpora, carnificum manibus disceptabantur. Matres familiæ per vicos trahebantur. Nulla iuuenum commiseratio, nulla senium reverentia erat. Infantes noxiis ac

maleficiis digna patiebantur. Complebantur supra modum carceres, domus insignes & opulentæ vacuabantur. Pleni saltus, plena perfigis loca deserta, ob unum tantum crimen, quod Christū colerent. Prodebat patrem filius: pater filium accusabat: frater aduersus fratrem insaniebat: seruos domino insultabat. Adeò diabolis artibus hominum animi affecti tenebantur, ut velut in tenebris agentes, se minimè cognosceret. Præter hæc autem domus orationis pro fanorum manibus vastabantur, aræ sanctissimæ euertebantur, nec erat oblatio villa, nec thymiana, neque locus sacrificandi erat amplius relietus. Cum etiam mæror ingens veluti diffusa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur. Sacer omnis conuentus cladem insolitam expauscebat. Dæmones verò tripudiabant, & nido ac sanguine vieti marum infesta cuncta dabant.

6 Hæc igitur exempla crudelia cum Centurio generosus configiceret, iudiciorum necessitatem anteuertens, abreto militiæ cingulo, sponte sibi exilium defecit in Gordius. Itaque relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, seruis, propinquis, amicis, voluptatibus & rebus aliis, quas ceteri maximè appetere ac magno studio parare solent, ad vasta deserta & hominibus inuia loca contendit: vitam inter feras aetam mansuetorem societate ac coniuictu idololatrarum existimans, Eliæ prophetæ secutus exemplum, qui cum Iezabelis 3. Reg. 19. consiperet impietatem quotidie inualecentem, in montis Oreb speluncam secessit, ac se ab omni humanâ conuersatione, ut Deum quereret ac videret, abdicauit: vidit tandem, quantum fas est homini mortali. Eodem modo noster Gordius spretis omnibus, urbano fugiens tumultus, fori clamorem, magistratum ambitionem, tribunalium fastum, obrectatores, ementes, vendentes, peierantes, mentientes, turpiloquium, facetias, & cetera, quæ, velut alligatas puppibus cymbas magnæ naues, secum populo læ vrbes trahunt; insuper visu audituque ac animo à vitiis purgato & libero, Deum ipsum contemplando videre mieruit, tum magna discere mysteria, quæ non ab hominibus, nec per homines fuit edocetus, sed magno vius præceptore Spiritu veritatis.

§. II. Redit Cæsaream: ludos turbat.

7 **Q**UAMOBREM secum meditans, quam sit fallax & inanis vita humana, quam omni somnio & umbrâ debilior & imperfector, in supernæ illius vocationis amorem exarsit, ac veluti fortis athleta, se se ieiuniis, vigiliis, orationibus, perpetuâ & indefiniti spiritus sancti oraculorum meditatione probè exercitatum, & ad certamen instructum animaduertens, hunc maximè diem obseruauit, in quo frequens ciuitas visendo equestri spectaculo erat intenta, quod hoc in loco eâ tempestate in Martis, seu potius furentis bellorum dæmonis honorem celebrabatur. Populus omnis ex edito spectabat, nec nullus deerat, non Iudæus, non gentilis, sres in honore Martin. non item Christianorum multitudo, quæ negligenter viuebat, & cum vanitatis concilio commixta se debat, non declinans conuentus malignantium, sed & ipsa tum equorum cursum & aurigarum agilitatem spectabat. Serui eo die ab opere liberi, pueri è scholis spectatum currebant, feminæ prostitutaæ ac ignobiles aderant: plenum erat stadium, & omnis iam turba confererat, equestre certamen videre intenta.

8 Tunc magnanimus ac fortis heros per montis clylum in theatrum properans, non populum horruit, medium non quam hostilibus se manibus traderet pensavit, stadium sed corde intrepido & animo excelsō, quasi quædam Gordius. continua faxa, aut arbores multas, eos qui circa stadium sedebant prætercurrent, in medio constitut stadio, complens dictum illud Proverbiorum auctoris: Iustus vt Prou. 28. 1. leoconfidenter agit. Quid plura? Adeò intrepido excelsō animo fuit, ut cum in eminentiore theatri parte

PER S.
BASIL.

Ioan.18. te staret, ingenti voce, quam qui audierunt extant adhuc aliqui, exclamauerit, & dixerit: Ecce inuentus sum ab iis, qui me non querunt: his qui me non interrogabant, palam apparui. Quibus sanè verbis se in eum venisse locum significauit minimè coactum, sed vltro se ad certamen exhibuisse, Salvatoris exemplum secutum, qui cùm per atram noctem minimè videtur, se Iudæis manifestauit. Omnium igitur oculos statim in se conuerit. Erat enim adspectu horridus, & quod montana diu incoluerat, squalentia capillo, barba promissa, veste oblitæ, corpore toto aridus, perà præcinctus, baculo innixus. Quæ sanè omnia horrorem quemdam vulgo adspiciens incutiebant, simul & eum illustrem magnoperè reddebat. Vbi autem quis esset, cognitus fuit, gentilium simul & Christianorum clamor est ortus; his quidem ob gaudium sui commilitonis exultantibus, illis verò qui repugnant veritati, iudicis animum ad eius cædem accendentibus, & iam ad mortem condemnantibus. Igitur clamor atque tumultus omnia complebat: equos, currus, aurigas iam despiciabant: frustra rotarum stridor aërem verberabat: nullus aliud quam Gordium videre malebat: nullus quam Gordium verba sonantem audire studebat. Totum denique theatrum murmure, more venti per aëra sonantis, perstrepebat, & equorum cursum supererat.

§. III. Iudicis minas, & blanditias ridet.

*Sifitur
Præsidii:*

9 **V**bi verò per præconem silentium imperatum, conticuere buccinæ, sopiae fistulae, varia musorum instrumenta siluerunt, solus adspiciebatur Gordius, solus audiebatur. Hinc ad Præsidis tribunal, qui tum in eodem loco sedebat, certamenque instituebat, confessum adductus, & ab eo quisnam, aut cuius esset miti suauique voce interrogatur. Vbi verò & patriam, & genus, & dignitas gradum quem tenuerat, præterea causam fugæ ac redditus pariter enarravit, Reuersus sum, inquit, palam ostendens, quod tua edicta nihil omnino curo, sed Iesum Christum spem meam, meumque præsidium profiteor: cumque acceperim te reliquos homines crudelitate superare, hoc sanè tempus explendo meo voto, maximè idoneum sumpsi.

*Tubetur
torqueris:*

10 **H**ic sanè verbis velut ignis ira Præsidis accensa, quidquid in eo furoris erat, in hunc subito conuerit. Præsto sunt, inquit, lictores, flagella, plumbariae: in rotâ extendatur, in equuleo torqueatur, suppliciorum instrumenta afferantur, bestiæ, ignis, gladius, crux, barathrum paretur. Verum quantum lucri facit vir execrandus, cùm semel tantum moriatur? **Quin**, inquit Gordius, damnum mihi facere profectò videor, si sèpè variisque modis extingui, variaque pro Christo pati supplicia nequeo. At ille his magis irritatus verbis, magis se laedi ac sperni ob talem loquendi licentiam existimabat, ac naturali eius feritati vehementior accessit imperus: eoque truculentior siebat, quod ille constanter in contemnendâ pœna videbatur; cùm nullâ tormentorum ratione, nullis armis à excepto proposito auerti posset: quin in cælum oculos attollens, sacra psalmorum carmina decantabat: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et rursus: Non timebo mala, quoniam tu tecum es. Et alia istis germana, quæ de sacris promebat voluminibus, ad animum confirmandum, & in proposito persuerandum maximè facientia. Tantumque absuit, vt intentatas horreret pœnas, vt eas vltro in se prouocaret, suppliæ que moras vehementer increparerat, Quid, inquit, tardatis? quid statis? Corripite corpus, membra frustarim cædantur. Denique quodcumque de me suppliæ volueritis, sumite. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quantò enim magis tormenta augebitis, tanto maius mihi præmium comparabitis. Commercia sunt ista nobis cum Domino atque contractus: pro vi-

*Psal.117.
Psal.22.4.
Rides tor-
menta.*

bicibus in corpore eminentibus, in resurrectione splendido induemur amictu. Pro contumeliâ atque ignominia, palmas coronaque assequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla paradisi spatha lati vagabimur. Pro accusatione demum atque iniquâ condemnatione, gloriam ex Deo & Angelis referemus. Minæ vestræ semina mihi sunt diuina, vnde immortalitatem perpetuaque gaudia metu.

11 **C**um tandem vir beatus hac severitate à fide obstinatâ auerti non posset, aliâ tunc viâ Præses est agressus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus est: cùm præsertim diabolus hac vti soleat arte, vt ^{Tentatur} blanditur, ^{ad eius} frustrâ. timidos metu perterreat, fortis leniat atque palpet. Quod imitatus Præses, vbi illum rebus terribilibus non flexit, dolis ac placabilitate circumuenire quærebat. Quamobrem magna se daturum spondebat; quorum alia tunc habet, alia Imperatorem daturum ei affirmabat, locum inter milites illustrem, facultates, opes, quidquid denique animus cuperet. At ille nec sic quidem vietus, Præsidis insaniam ridebat, qui compensare dignum aliquid supernis sedibus existimaret. Impius ille tunc laxatis iræ habenis, furore percitus, ensem vaginali diripit, lictorem coitam adstare iussit; & manu & lingua nefandâ, ad vitæ damnationem se accinxit.

§. IV. Amicū iniqua suadentibus, pulchrè respondet.

12 **A**d tribunal omnis theatri multitudo conuenit: **Magnus** reliquo verò populus, qui adhuc in urbe fue- ^{concursus} rat, prorumpens, ad hoc nouum properauit spectacu- ^{ad eius} lum, quod & Angelis & vniuersæ creaturæ fuit admira- ^{tomenta} rabile, lucretum diabolo, ac dæmonibus tremendū. Quid plura? Concurrentibus è cunctis, vrbs penè vacua facta est, fluminis in star totâ incolarum multitudine extra urbem ad locum martyrij confluente. Matres-familias, nobiles, ignobiles properabant: domus sine custodibus reliæ, tabernæ negotiatorum desertæ, in foro venalia disiecta iacebant. Ex hoc tantum vrbs tutta, quod omnibus extra mœnia egressis, nemo intus remanserat, qui nefas aliquid perpetrare posset. Serui, ministerio neglecto, audi spectandi erant: & quantum externi ac vernaculae populi erat, hoc loco apud virum illum aderat. Tunc etiam virgines virorum sese oculis obicere ausæ sunt. Valetudinarij ac senes ipsi quoque extra muros contendebant.

13 **I**n tanto itaque ciuitatis concursu, Beatum Gor- ^{perniciosus} dium, alteram vitam iamiam per mortem corporis spe- ^{amicorum} ðætem atque tenentem, necessarium amicorumque confiliis turbæ circumstebat: amplectebantur, oscula dabant, impugna- ^{impugna-} demum flentes adhortabantur, ne fese in ardentes tur. flamas coniiceret, ne florem proderet iuuentutis, aut æthereas auras soliisque dulce iubar: relinqueret. Non nulli quando à fide omnino auertere non poterant, aut fas putarent, quibusdam eum verisimilibus aggrediebantur rationibus, & Christum tantum corde si cuperet retinere, ore autem negare suadebant. Non enim Deum verba, sed loquentis animum, inspicere. Hoc ferme modo exasperatum iudicis animum demulceri, & Deum nihilominus proprium posse reddi asseuerabant. At ille tamquam cautes immota maris exagitanti bus fluetibus, nullâ vi, nulloque verborum impulsu quassatus, in obstinato cœptoque proposito inexorabilis permanxit. Ut enim sapientis domum supra petram ædificatam, vis nulla ventorum, aut imber è calo vehemens, nec torrentis impetus quassare potest; ita demum nec preces vllæ, aut minæ constantiam eius in fidem Christi euertere potuerunt. Cumque mentis acie huc illuc circumcurrentem diabolum, & eius impulsu ac arte hinc lacrymas oriri, inde vim eloquentiaz, suadendique copiam subministrati animaduerteret, illud Domini verbum flentibus ait: Nolite flere super ^{Luc.23.} me, sed flete super Dei inimicos, qui in Christianos ^{28.} con-

continuò grassantur. Ipsos, inquam, flete, qui ignem nobis parant, sibimet gehennæ incendia, iramque in die iræ thesaurizantes. Desimte flete & affligere cor meum. Ego enim non semel tantum mori paratus sum propter nomen Domini Iesu, sed etiam millies si fieri posset. Alii verò, qui Christum ore negare adhortabātur, respondit: Lingua quidem, quam Christi beneficio retineo, adduci non possum, ut suum neget auctorem. Corde namque credimus ad iustitiam, ore verò confitemur ad salutem. Num militaris ordo desperatam habet salutem? Nullusne Centurio pius? Recor dor primi Centurionis, qui cruci Salvatoris assistens, eius diuinitatem per prodiga facta cognoscens, non est veritus, adhuc ludæis furentibus in cæde, nomen eius palam fateri. Quod enim animo sensit, id ore subito manifestauit, Verè Dei filius erat iste. Alius item Centurio, Christum adhuc in carne existentem, Deum & Regem virtutum esse nouit, qui posset solo verbo opem suam per ministros spiritus egentibus adferre: cuius & fidem Dominus Israëli vniuerso prætulit. Cornelius item Centurio Angelum Domini videre, & per Petrum saluus fieri meruit, cuius Dominus preces, simul & elemosynas respexit. Horum igitur Centurionum libenter discipulus & imitator esse cupio.

Act. 10. *Præclarè ea refutat.* 14 Negem ego Deum meum in cuius cultu sum educatus? Nonne horresceret calum supernè? nonne obtenebrescerent propter me sidera? An verò me telus vllatenus sustineret? Nolite errare. Deus nequaquam irrideri potest. Ex ore nostro nos iudicat. Ex nostris, inquam, verbis nos seruat & damnat. Nonne tremenda Domini sententiam audiuistis: Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cælis est? Mihi consultis, vt Deum nosse dissimilem? Quamobrem? Ut vitam prorogem? mortem differam? dies adiiciam? At supernæ vitæ longæuos perdam annos. An vt corporis cruciatus effugiam? At sic non video bona iustorum. Nam iri perditum dedita operâ, & fraude ac dolo sœuas tauri poenas mercari, manifesta insania est. Vobis igitur consulo: si male sapitis, sapientiam ac veritatem discite. Si verò dissimulatis, temporique obsequimini, vos horrort rogoque relicto mendacio, vera loquamini. Dicite, quoniam Dominus noster Iesus Christus in gloriâ est Dei Patis. Nam hanc vocem emittet lingua, quando in nomine Iesu omne

genu flebet, cælestium, terrestrium, & infernorum. *Pbr. S. BASIL.* Omnes profectò mortales sunt homines, martyres vero pauci. Ne expectemus ut mortui fiamus, sed à vitâ *Adhortatio* ad vitam transeamus. Quid naturalem mortem *præ-tio* ad stolaminis infruktuosa est, nullius quæstus, communis *martyrii*: brutis & hominibus. Quicumque enim nati sunt, aut senio tabescunt, aut ægritudine corporis resoluuntur, aut violento improposito casu aliquo concidunt. Quando igitur omnino semel è vitâ migrandum est, martyrium pro Christi nomine, vt semper viuatis, alacriter assumite, ac vita, quam omnino relinquere oportet, ne parcite. Sit pro necessitate voluntas. Quamquam etiam si sempiterna essent terrena ista, nihilominus sic quoque pro cælestibus commutanda essent. Verum quoniam fluxa, fragiliaque sunt, & illorum comparatione magnoperè indigna; quis furor in his inuigilare, & illorum studio spem illam beatam, creditibus repositam, negligere?

§. V. Generosè pro Christo moritur.

15 **H**æc vbi dixit Christi miles, crucis se signo com- *Crucis similitudinem*, & animi magnâ constantiâ, vultu intrepido, colore nusquam mutato, ad supplicium hilaris contendit: vbi tantam cordis præ se ferebat alacritatem, vt non lictorum, sed Angelorum manibus se committere videretur, qui subito post interitum, velut olim *Gordij caecitas*, Lazarum, sublimem eum in cælum deferrent. Ad hæc *despopuli acclamans* illius populi clamor ac tumultus est factus, vt vel *tio* tonante cælo numquā similis sit auditus.

16 Hoc igitur huius præclari martyrij certamen fuit. Hochedierna dies spectaculum vidi: quod produbio tale est, vt nec temporis diuturnitas vñquam abolere, nec longæ consuetudinis fastidium tollere, nec aliud quippiam quamuis magnum exuperare valeat. Nam quemadmodum solem quantò magis adipicimus, tantò magis eum admiramus, nec vlo modo affinitate vilescit; sic & huius viri sanctissimi memoria, *Eterna Martyris memoria.* quò maiori eam temporis spatio retinemus, eò recen- tor in nostris animis floret. In memoriam enim æternâ iustus erit: in terris quidem, dum terra durabit; in cælis verò apud æquum & altissimum iudicem, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM; cui honor & imperium in æterna sœcula, Amen.

DE SANCTIS MARTYRIBVS THEOGENE, PRIMO, CYRINO.

Svb Li- 1 **S**ANCTORVM horum Martyrū celebris est, ac præcipue **CINIO**
III. IAN. *Martyrologium S. Hieronymi:* In Helleponto, ciuitate Parethiâ, Cirici, Primi, Theogenis. *m.s. vetustissimum monasterij Rhinouvienfis:* In Ellesponto Cirici, Primi. *Martyrologium Romanum:* In Helleponto sanctorum Martyrum Cyrini, Primi & Theogenis. *Eadem Vſuardus, nisi quid pro Cyrino Cyricum habet; m.s. domus S. Cecilia Leida. Triticum. At plurima mss. exemplaria, & quedam excusa, Diogenem pro Theogene, Meneas Theagenem.*

Beda & 2 **Rabanus** *emendat.* Beda: Et natale S. Theogenis Martyris, & S. Petri Martyris, in Tomis ciuitate natale S. Filij Episcopi, qui post alia tormenta in mare est mersus. *Transposita sunt hec. Lege:* In Tomis ciuitate natale S. Theogenis Martyris, filij Episcopi, &c. & Petri Martyris. Sic & Hrabanus: In Tomis ciuitate natalis Titi Episcopi (*im. Theogenis filij Episcopi*) qui sub Licinio inter tyrones comprehensus, cùm nollet militare, cæsus ad mortem, carcere mancipatus, missus in cippo est, donec relatio ne esset responsum: dimissoque in mare delato corpore eius in littore, à religiosissimis viris depositum est in *Tom. I.*

villâ Amâdi religiosi viri, vbi fiunt curationes magnæ. *ms. Martyrolog. Ecclesia S. Lamberti Leodi:* In Helleponto sanctorum Martyrum Cirici, Primi, & Diogenis. *eratq; recentiori manu adscriptum:* qui sub tempore Iuliani Imperatoris gladio martyrium compleuerunt.

3 *Martyrologium Vſuardi Colonia editum auctius anno 1490.* Item in Cyzico Helleponti passio S. Diogenis Martyris sub Licinio Rege: qui post multas passiones tandem in mare proiectus, à fidelibus honorificè sepelitur. *ms. Florarium ss.* In Helleponto SS. Martyrum Cyrici, Primi & Diogenis. Passio S. Theogenis Martyris, qui cùm militare nollet, palis fustibus cæditur: posteâ in carcerem mittitur, & à Domino confortatur. Tandem submersio adiudicatus, cùm oraret per tres horas, facta est lux magna super eum, cuius fulgor nautarum & militum oculi sunt excæcati: sicque in mare præcipitatus illustre martyrium consummauit. *Quod hæc dicuntur nautarum oculi excæcati, idem quoque habet Martyrologium Germanicum, ait q; visum deinde à sancto Martyre illis restitutum.* Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 41. ait postquam ad Christi fidem conuersi fuerunt, & baptismum suscepserunt post dies nouem, visum recuperasse. In Actis solùm di-

M cunctur

cuntur excacati ne viderent Angelicam turbam, id est perfricti ac vehementer perculsi.

4. Maurolycus: Apud Cyzicum in Helleponto sanctorum Martyrum Cyriaci, Primi, & Theogenis Martyris, qui sub Licinio palis quatuor alligatus, cæsus, & in mare mersus est. Eadem ferè Galefnius, qui tamen fallitur dum in Notis ait passos circa annum Christi CCLVI.

5. Alius Theogenes, cuius Hippone Regio extabat ^{a ms. S. Maximini}, baslica, de quo xxvi. Ianuarij agemus. Alius item qui in Menologio & Menaïis III. Octobr. refertur, dicitur quod ignis supplicio extinctus.

6. Meneas Theogenem II. Ianuarij referunt his verbis: Eodem die sancti Hieromartyris Theogenis. Hic Episcopus erat ad Parium Helleponti. Adductus vero ad Tribunum Zelicinthium, Christumque Deum professus, fustibus atrociter cæditur: deinde vincitus in altum spargitur, ubi certaminis curriculum absoluit. *vbi pro Ἀτταὶς Λουκίῳ Επισκόπῳ.* Hic erat Episcopus; suspicatur Rosveydus legendum *λογοθέτης σιλετούς*, id est, erat Episcopi filius. Est vero Parium urbs Asia ad Helleponsum; unde fortassis Pareta, siue Diacepsis, siue Prefectura, in qua eum martyrium subiisse refert Martyrologium S. Hieronymi.

7. Eodem quoque die II. Ianuarij eum habet Notkerus, sed mendose Philum Episcopum appellans, pro filio Episcopi, his verbis: Item Tomis Phili Episcopi: qui sub Licinio Cæsare inter tyriones comprehensus, cum noller militare, cæsus ad mortem, & diu in carcere maceratus, & in cippo missus, deinde in mare demersus, martyrium consummauit. Cuius corpus ad littus delatum, & a religiosis viris depositum magnis coruscat virtutibus.

8. Iu. eundem referunt, qui & hic citati Hrabanus, Notkerus, ms. Martyrologium monasterij S. Maximini: Natiuitas Theogenis Martyris, qui sub Licinio Cæsare per Zelycentum (Hrab. Telicentum, Notker. Licentium) Tribunum passionem compleuit in Helleponso. Primò inter quatuor columnas tensus, fustibus cæsus est: deinde in carcerem missus est, ut ibi fame interiret: sed Domini pietate inuisibili cibo ibi per XL. dies pastus, in laudibus Dei assidue manebat. Ad ultimum vero in mare missus martyrizatus est (Hrab. & Notker. martyrizauit.) Quem Eutychus & Eustochius & Zoticus (Hrab. Zozius) atque Germanus (deest hic Notker.) tollentes de mari miserunt in loculum, & sepelierunt in foro Helleponi. Maurolycus quoque eodem die: Apud Cyzicum in Helleponto Theogenis & sociorum, de quibus pridie. Quarto quoque eos refert Petrus de Natalibus supradictus.

9. Acta S. Theogenis descripti ex vetusto codice manu exarato Imperialis monasterij S. Maximini, & contulii cum ms. S. Maria de Ripatorio, Ionino Mombrizio, Agonibus Martirum excusis, ms. Ecclesie S. Martini Ultraiecti. Eadem refert Vincentius in speculo lib. 13. cap. 60.

Aba hec
unde de-
scripta.

A C T A.

I. VLTI Martyres vicerunt diabolum, & omnes adiumentiones eius in nomine Domini Iesu Christi, qui coronauit eos; inter quos annumerare dignatus est Theogenem beatissimum Martyrem, qui sic irrisum & vicit inimicum. Tempore enim Licinij pagansissimi Tyranni comprehensus est in Phrygiâ, cum esset Episcopi filius, & perductus est ad legiōnēm quae dicitur Secunda Traiana, ad Tribunum *b*Zelicinthium, & Praepositum Posidonium, quæ legio confidebat in Cyzico, quæ est prima Helleponi; & cogebatur militare à Tribuno Zelicentio & Praeposito Posidonio. Ille autem miles fidelissimus veri Dei, plenus Spiritu sancto, & constanter in medio legionis dixit: Ego Christianus sum, & milito meo Regi, qui est Rex Regum: illi militans, alij militare non possum. Tribunus Zelicentius dixit: Magis accipe chlamydem & baltheum, Tyranno & omnia arma felicia, & milita Licinio magno Imperatori. Theogenes dixit: Iam tibi dixi, milito ego meo

*a ms. S. Maxi-
m. ha-
bit.
Theogenes
capitur:
cogitum Li-
cino mil-
tare.
b al. Zyl-
icentium,
Grac. Zyl-
icentium.
c al. stans.
Detrectat
Tyranno
militare.*

Regi; alij militare non possum. Tribunus dixit: Non placet tibi Licinius Imperator? Theogenes dixit: Non noui, ego Christianus sum, & non conuenit mihi huic seculo militare, cui abrenuntiaui: sed neque possum negare Regem esse æternū, cui milito. Tribunus dixit: *Rip. acci-* Ecce & isti omnes qui adstant milites, Christiani sunt, piens fidé & tamen militant. Theogenes dixit: *Vnū quisque scit Quidam Christiani Licinio militabat.*

2. Tribunus dixit: Numquid Dij spirituales non sunt, tu vero corporalis? Theogenes dixit: Ego qui sunt dīj non noui, nisi unum Deum omnipotentem, per Iesum Christum filium eius. Posidonus Praepositus dixit: Ergo Deus habet filium? Theogenes respondit: *Christum Dei filium confitetur.* Habet filium ex verbo veritatis sue natum. Tribunus dixit: Possumus eum nosse? Theogenes dixit: Si Deus dederit vobis sensum talēm ut cognoscatis eum, poteritis eum videre. Posidonus Praepositus dixit: Et si cognoscamus eum, possumus derelinquere Regem nostrum, & venire ad eum? Theogenes respondit: Si vultis, nihil est quod impediat vos: præterea si relinquitis tenebras istius mundi, & ad tempus quas habetis dignitates & honores, & veniatis ad Deum viuum, & Regem æternum, & militetis ei, quemadmodum & ego, viuetis in vitam æternam.

3. Zilicentius Tribunus irascens quasi leo, & stridens dentibus in eum iussit legioni omni, ut de nocte procederent ad campum foras ciuitatem: & cum processissent dilucido ad campum, iussit quatuor figi palos, & extendi ibi Beatissimum Theogenem. Cumque ad quatuor palos extensus esset, iussit eum cædi fustibus robustissimis filiis tribus, quoque laßarentur Centuriones octo. Tunc Tribunus dixit: Militas, an non? Theogenes dixit: Ego milito Regi Regum, Dominino meo Iesu Christo, filio Dei, qui venturus est iudicare viuos & mortuos. Tunc nullus erit super terram Rex, neque Princeps, qui possit effugere eum, neque diem iudicij eius.

4. Hæc eo dicente, iterum iussit eum Tribunus cædi secundò quasi deliramenta præsequentem. Vapulans Beatissimum Theogenes, hymnū dicebat Deo, & exultabat vultus eius in gaudio & lætitia magna. Cum autem mutarentur decem & octo Centuriones, & fustes star palæ omnes confracti fuissent sicut palea; ille maiorem spiritus habens virtutem, gratias agens Deo hymnum dicebat: Benedictus es Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui me dignum habuisti in hanc diem venire, & in hanc lætitiam perduxisti in seruum tuum; & benedictus est Iesus Christus filius tuus Rex cæli & terræ, maris & inferorum, & omnium visibilium & invisibilium. Laudo & glorifico te Domine Deus qui dignum me habuisti pro tuo nomine pati, & collegam sanctorum Martyrum fieri.

5. Hæc eo dicente, existimauerunt Tribunus & Praepositus, quod ipsos rogarerit, ut eum dimitterent, & dicunt ei: Vis ergo militare? Theogenes Dei famulus maiori voce reclamauit dicens: Priùs vobis dixi, & nunc dico, quia Christianus sum, & milito Regi Regum, & non possum deserter esse Domini & Regis mei; vos autem me cogere volentes his pœnis, æternas vobis paratis pœnas. Nam has quas mihi putatis esse pœnas, nihil sunt. Dicit ei Tribunus: Si adhuc nihil sentisti de pœnis, maiores erunt quæ sequentur. Theogenes respondit: Ego non patior hæc, neque sentio: & vos mihi nihil potestis facere, nec spiritum meum in Domino Iesu Christo firmatum pro his pœnis contristare. In corpore meo solummodo tu potestatem habes: quemadmodum tu vis crucia illud, non enim tu poteris me separare à Rege meo. Maiora ligna affer, & fortiores adhibe operarios ad me: isti autem, quos habes, infirmi sunt, & nihil mihi possunt facere.

6. Cum hæc dixisset, iussit eum duci in ciuitatem. Erat autem hora quasi nona, & tetendit eum publicè in ciuitate. Transiens autem ibi Optio legionis, & vi- **al. neruo.* Exteditur dens in neruo.

Insultus ei: denseum dixit: Vbi est Deus tuus, & Rex cui militas? *Optio legiorum*: quare non liberat te de istis poenis? B.Theogenes respondit: Et prius dixi & nunc dico vobis, quoniam istae poenæ in iudicio Regis mei me non sequuntur: quoniam Rex meus & Deus meus defensor mihi est, & liberat me de poenis istis. Tu autem eum non vides, quoniam cæcias es mente & oculis. Respōdit ei Optio: Si haberem potestatem, gladiis frustari te facerem, & proicerem canibus. Cui B.Theogenes dixit: Tu mihi nihil facere potes: sed venient dies post modicum mortem, & tempus, & tua & Tribuni tui crura frangentur, & corpora vestra à feris & auibus cōsumentur, & omnes ex cladem. *Licinius*: vobis qui non credunt Regi meo, peribunt. Nam & ipse Rex tuus post modicum concideret à persecutibus se, & erit vobis magna tribulatio qui illi militatis.

Quatuor clavis configitur, encandus: 7 Talia dicente Theogene, præcepit eum Tribunus in carcerem mitti, & in neruo extendi, & quatuor configi clavis, & signauit ipse carcerē, & dimisit eum, vt illic poenis & fame moreretur. Ibi autem Theogenes à sancto Spíritu pascebatur. In ipsā autem nocte *adstitit ei Dominus dicens: Theogenes conualescere, ego enim tecum sum; non accipias escam neque posceas ad tum ex his omnibus. Est enim incorruptibilis tibi vita fuit illi in cælis. Et hæc dicens recessit ab eo. Recedente autem Christi Domino ceperit psalmum dicere latus de Domini reper Ange. promissione: & erant illic respondentes Angeli, quasi lum suum. populus multus. Tunc custodes cucurrerūt ad ostium carceris, & viderunt ostium clausum & signaculum integrum, & obseruantes intus viderunt populum multum in albis vestibus psallentes, atque dicentes: Gloria omnipotenti Deo. Timentes autem nuntiauerunt Tribuno.

Cibum oblatum respondit: 8 Ille surgens mox cucurrit ad ostium, & inspexit catenam missam, & signaculum integrum: audiens etiam vocem magnam psalmum dicentium cum Theogene. Fecit itaque militum turbam armatam cum scutis stare ante carcerem, & aperiens festinanter carcerem ingressus est, & stimans quod Christiani essent cum Theogene. Intrans autem neminem intus inuenit, nisi extensum in neruo psalmum dicentem. Tunc comprehendit Tribunum tremor magnus, & omnem multitudinem militum cum eo; & recluserunt ostium, & recesserunt inde. Tunc Tribunus poenitens de tali facto, iussit panem & aquam ei dari. Sed Theogenes noluit accipere secundum præceptum Domini quod audierat prius, dicens: Me pascet Rex meus, & accipio eius annonam quotidie.

Psallentes: 9 Et cum manæ factum fuisset, misit relationem ad Regem suum Licinium, referens omnia quæ fecerat Theogeni nolenti militare. Rescripsit Licinius, in mare

eum mitti, & corpus eius non colligi. Accipiens autem Ex mss. legationem Tribunus iussit eum in mare mitti. Tunc beatus seruus Dei Theogenes, dignus tali sententiâ ambulauit gaudens in vitam æternam, in quam eum *Præcipitādus in manus* Deus vocauit. Et erat vultus eius, & omne corpus eius *reducitur sanus* ad lætitiam magnam proficisciens: & exiens de carcere *carcere*, impositus est naui, & perduxerunt eum ad locum, ubi in mare eum præcipitare volebant.

10 Conuocauit autem milites & nautas, rogans ut *Orans fulgore circumfunditur* sparium donec oraret. Et stans contra Orientem, eleuans manus orauit ferme per horas tres: & ecce illic lux facta est, cuius fulgore oculi *sunq; ei* nautarum & militum excæcati sunt, ne vident Angeli. licam turbam, voces tantum audiebant colloquentes Beatissimo Theogeni, ita ut nautæ timore perterriti, nollent eum mittere in mare. Ille autem adiuravit eos *Proiicitur in mare*. dicens: Quod vobis iussum est, facite, & reuertentes in ciuitatem credite Deo, ut habeatis vitam æternam. Talia eo dicente, miserunt eum in mare.

11 Reuertentes autem nautæ in ciuitatem, renuntiauerunt quæ viderant, & crediderunt Christo, & filij quidam ipsorum, & alij multi ex populo in illâ die, & nonnulli milites ex legione ipsâ. Post dies autem sexaginta facta est conuentus pugna vehemens contra Licinium: illic ex legione *Ag. Mar.* ipsâ quicumque non credebant Deum, gladio ceciderunt. Pro quo facto irascens Licinius Imperator eum- *40. Mom. brit. 9.* dem Tribunum, & Optionem legionis ipsius duodecimo millario à ciuitate duci, & crura eorum frangi & Options præcepit in exemplum aliarum Legionum, sicut prænix crura dixerat beatissimus Martyr.

12 Postquam autem missus est beatissimus Martyr in mare, venerūt fideles fratres, scilicet Eutyches, *Eustathius, Zoticus, & alij multi ex fratribus, & sustule- ** ms. S. Max. Eu-* runt corpus eius de littore; erant autem & ipsi fideles, & timentes Deum, & posuerunt corpus eius in loco *Eustathius.* & pertulerunt nocte, & sepelierunt illud iuxta chius. muros ciuitatis, in villâ Adamanti fidelissimi virtutis in hy- *Septelitur pogeo.* In quo loco nunc magna fiunt mirabilia, & *S. Theogenius* omnium, quacumque teneantur infirmitate, sanantur ægritudines. Fecit autem ipse Sanctus in carcere dum *Claret missus* sperantur relationes, dies quadraginta, nihil omnino cibi gustans, nec aquam, nec alium potum bibens, habens cælestem gubernationem.

13 Hæc omnia scripta sunt per omnes Ecclesiæ Dei, in Nicomediâ, Bithyniâ, Heracleâ, Cyzico, ut in omnibus annuntietur populis passio sancti Martyris, & sit fortitudo fratrum in Dominicâ fide. Natalis eius celebratur III. Nonas Ianuarij, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

CLAVDONE, EVGENE, RHODO,
DIOGENIO, EVGENTO, RHODONE, PRIMA.

III. IAN. **M**ARTYROLOGIVM S. Hieronymi: Et in ciuitate Tomis Claudonis, Eugenii, Rhodi, trium fratrum Argei, Narcissi, & Marcellini pueri Christiani & Diogini, Eugenti, Rhodonis, Primæ. Quæ, vt plurima alia in eo Martyrologio, obscura sunt; fortassis etiam transposita, vt legendum sit: Rhodi, Claudonis, Eugenii. Et in ciuitate Tomis trium fratrum, &c. An iidem Claudon, Eugenes, Rhodus, cum iis, qui mox subduntur, Diogenio, Eugento, Rhodone? deinde an Chri-

stiani coniungendum est cum pueri? an nomen Sancti est? Christianum omitto, donec maior mihi lux aliunde affundatur. De Argæo, Narcisso, & Marcellino egimus II. Ianuarij. An ceteri cum ipsis paſsi, an Tomis, an alibi, non est unde coniiciam.

Vñardi editio Coloniensis Claudonem habet; sed Claudiionem vocat, coniungitq; cum Martiale & Cirico, de quibus autem egimus.

DE S. LVCIANO EPISCOPO,

APVD LEONTINOS IN SICILIA.

CIRCA
AN.CHR.
cccxxx.

III. IAN.

LUCIANVM Episcopum & Confessorem apud Leontinos in Siciliâ, sub tempora Constantini Magni floruisse, celebrariq; hoc die, testatur Octauius Caietanus noſter in Ideâ operis de vita Sanctorum Sicilia, ex tabulis Ecclesie Leontina;

& Ferrarius in generali catalogo Sanctorum, qui iterum cum S.Rhodippo refert V 11. Nouemb. Maurolycus XII. Februa. Lucianum Confessorem refert, nullo espresso, quo colatur, loco. An hic idem sit, non valeo dicinare.

DE S. MELORO SEV MELIORE

CIRCA
AN.CHR.
cdxi.

III. IAN.

S. Melorus ANC T V M Melotum Martyrem refert hodie Ferrarii in Catalogo generali Sanctorum, & Martyrologium Anglicanum; cum tamen Kalendis Octobris subiisse martyrium scribatur. Sed Nonis Ianuarij fortassis translatâ reliquia. Ad i. Octobr. extat eius ut Martyris memoria in Vfuardi Coloniensibus editionibus, & ms. Florario. Meliorus in Anglicano Martyrologio appellatur, à Capgrauiio atque in Vfuardi editione an. 1490. Melorus, in edit. an. 1521. Melor, in Florario Melon, Melior à Ferrario. Vita eius à Ioanne Capgrauiio scriptam, cum manu exarato codice Rubea vallis contul: in hoc sacra B. Melori exuvia Melidis afferuari dicuntur; quas alioquin ante aliquot secula ex Cornubiâ in VViltoniam ad celebre cœnobium Ambresburicense deportatas testatur Capgrauius: inde sunt fortassis in Galliam adiectæ.

V I T A.

1 DVM in exordio Christianæ fidei Apostolica doctrina per orbem terrarum in omnibus gentibus diffunderetur, conuerfa est Britanniæ gentilitas ad fidem, & multi Domino credentes, & Apostolica precepta sequentes variis virtutum miraculis fulserunt: de quorum numero B. Melorum fidenter creditimus existisse.

S. Melori paeria, & genus. 2 Fuit enim de nobili Britannorum genere, cuius pater Melianus ducatum Cornubiæ tenuit: cuius tempore per septennium pluia super terram non cecidit. Instigante tandem maligno spiritu septimo anno datus sui dum consilium Primatum ad utilitatem patriæ prouidendam fuisset congregatum, in ipso conci-

* ms. Rub. * Rinoldus veniens, Melianum fratrem suum occi- val. Rey- noldus.

Eius pa- ter à fra- tre occisus. 3 Habet autem Melianus parvulum quemdam filium annorum septem nomine Melorum: quem post patris necem patruis occidere quærebat, timens ne si puer superstes esset & ad virilem ætatem perueniret, ei ducatum auferret. Rinoldus igitur quid faceret deliberauit, puerum in Cornubiam secum adduxit, ubi consilium Episcoporum & aliorum multorum fuerat congregatum: & cum puerum occidere vellet, omniū prece factum est ut non occideretur, sed tantum manus dextera cum sinistro pede truncaretur: & factum manus est ita. Facta est autem posthac Beato Meloro manus argentea & pes æneus: & pius & innocens de die in diem in virtutibus crescens, nutritus est in quodam monasterio Cornubiæ, & diuinæ scripturas usque ad quartum decimum annum legebat.

4 Quodam enim æstuali tempore Abbas illius loci nubes colligens, puerus quasi Domino suo praesentauit: Manu argenteâ, ut qui cœperit eas colligere argenteâ manu, mirumque in modum manus illa argentea quasi reflexus carneos habet, & manum extendere & recludere cœpit, quasi natuam ossibus, neruis, venis, sanguine atque pelle.

5 Quodam vice puer sanctus acceptâ petrâ, & prout fontem elicit è terra, iiciens quasi stadio dimidio eam aduolare fecit, quæ supra terram durissimam, quasi super ceram mollem, infixa est: cumque veniens ad locum illam de durissi-

mo silice extraxisset, egressæ sunt aquæ largissimæ, & usque hodie in loco illo fons viuus ebullire viderur.

6 Cum autem patruis eius nutritori suo Cerialta-Occiditur. no munera multa & possessiones, si alumnū suū occideret, promisisset, factō iniquitatis commercio, vt Cerialtanus caput innocentis abscederet, & abscessum Rinoldo deferret, & mercedem promissam reciperet. Decollato itaque puer, filius Cerialtani assentiente Intersector patre caput Martyris deferens per murum castri, iusto morte filij judice Deo annuente, de muro cecidit, & fractis cerui- cibus expirauit.

7 Veniens autem nutrix Martyris ad domum in quā corpus iacebat, & Angelos Dei & lucernas diuinae *Capgr. no splendore lucentes videntur. Cerialtanus vero caput ut assumens & fugiens, cum præ nimia siti penè deficeret, Angelis sibi ipsi loquens dixit: Væ mihi omnium hominum Martyris corpori afflerrimo, & omni pœnâ & cruciatu digno, quid fas sunt. ciam quia siti ariditate afflictus deficiens morior? Cumque hæc multo tens replicaret, caput pueri in Intersector verba humana protrumpens tali voce cum affatur: Ce- à Martyre adintus. rialtane baculum quem manu gestas in terram impiger fige, & fontem aquæ subito de terrâ oriri videbis, ex quo copiosè refectus imminens siti periculum euades. Cum autem baculum in terram fixisset, in pulcherrimam arborem versus radicibus terræ adhaerit, ramos & folia produxit, & de radice eius fons indificiens emanare cœpit, & Cerialtanus potu recreatus caput ad Rinoldum detulit.

8 Qui cum gaudio magno illud recipiens, dixit: Surge & montis verticem ascende, & quæcumque ad Dein à iacentia videre poteris, libens possidenda tibi dabo. Deo puni- Ille vero montem ascendens, & circumquaque se vide- te & mor- te credens utroque lumine orbatus est, & subita morte. te præuentus interiit: & liquefacta est caro eius sicut cera à facie ignis.

9 Sepulto autem corpore sancto in loco martyrii sui, die sequenti supra terræ faciem inuentum est: cumque sepulto in tribus variis locis corpore idem casus accidisset; inito consilio, super plastrum, sub quo duo tauri indomiti positi sunt, corpus sanctum impo- nunt; & quocumque virtus eum diuina dirigere vellet absque ductore dimiserunt. Et ecce tauri mālueri subi- Locus se- tò effecti, usque ad quemdam locum corpus trahentes pultura. S. Melori ca- substiterunt, & cum turbæ disperceret ut ibi quiesceret, latus de- manus, brachia, & humeros rotis ut eas voluerent sup- gnatus. ponentes, ita fixū diuinitus & immobile plastrum vide- runt, ut nullâ arte, nullo ingenio, nullâ prorsus homi- num virtute moueri posset. Cumque sapienter attentantes nihil proficerent, gratias agentes Deo, corpus cum honore in eodem loco sepelierunt; ubi opem eius implorantes, optatum remedium gaudentes cœsque solebant.

10 Delato in præsentia Rinoldi capite Martyris, ty- Rinoldus rannus caput sacrum tetigit, & tertii die infelici morte malè mor- occubuit. Sepulto itaque ab Episcopis & Clericis capite cum sacro corpore, post multorum annorum curtiula prædicatores alienigenæ scrinium cum reliquiis ritur.

S. Melori circumquaque deferentes peragratis terrarum tractibus, iniunctum sibi officium exercentes, Ambrisburiam tandem deuenerunt, & super altare reliquias sanctas posuerunt. Exploto prædicationis officio, cùm reliquias secum auferrent, & nullo modo ab altari moueri possent, ac velut adamas altari adhærent, dolore & angustiâ afflitti, acceptâ ad Abbatisâ multâ pecuniâ recesserunt.

Inde sublatte denudare reperuntur. Quidam iniquitatis filij nocte ecclesiam de Ambrisburia intrantes scrinium S. Melori secum auferunt, & laminis auri & argenti abrasis, capsam cum reliquiis in quadam specu proiiciunt. Sacerdos autem quidam diluculo surgens, vedit radiosam lucis colu-

mnam de cælo super specum descendente, & accedens Ex IOAN. ad locum, scrinium inuenit, & ad ecclesiam detulit. CAPGR.

12. S. Melorus sacrificæ nocte quadam apparuit di-Sacrificiam cens: Godrice surge velociter; ecce testudo ecclesiæ periculo hiatus conquassata patulis vicinam parat maturare mortis eri-ruinam. Cumque iterum alia nocte idem repetisset, tertia nocte apparet dixit. Godrice citè surge, imagines & altaris ornamenti tecum assumens quantocvus exeras; quia periculum mortis tuis procul dubio in ianuis adest: & cùm egressus fuisset, tota post eum testudo concidit, areæ planiciem subiecta oboluens.

Terrea autem relinquens, cælestia cum coronâ martyrij penetrauit Kalendis Octobr.

DE S. SALVATORE EPISCOPO

BELVNI IN ITALIA.

*III. IAN. B*ELVNI ad Anassum siue Plauem fluum in Marchiâ Taruissinâ, hodie S. Saluatorem Episcopum coli tradit Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum, atque in Catalogo Sanctorum Italie. Idem ad III. diem Februarij hac de eo scribit: S. Saluator Episcopus, ex antiquâ traditione, Belunensis fuit Antistes: eamque Ecclesiam plures annos sanctissimè rexit, multis in vita editis miraculis, ac post mortem, circa eos qui opem ipsius implorabant. Quapropter aræ illi ereæ, templaque diuersis in locis dicata fuere. Ex quibus etiam nunc in pago Maretio haud procul à Beluno vnum sub eius inuto-

catione conspicitur, & alterum apud Carthusianos, quod præ vetustate maximâ ex parte collapsum est. Eius memoria ab Ecclesiâ Belunensi anniversariâ celebitate colitur; alia tamen die propter intercurrentes solemnitates. In Annotatione deinde hæc subdit: Corpus huius sancti Episcopi in lapideo sepulchro ecclesiæ dirutæ memoratæ apud Carthusianos quiescere putatur, ubi in parietâ huiuscmodi adhuc legitur inscriptio: S. SALVATOR EPISCOVS BELVNI. Qui quo tempore apud nos vixerit, ignoratur. Eius festum in tabulis ad diem III. Ianuarii adnotatur.

DE S. GENOVEFA VIRGINE

PARISIIS IN GALLIA.

CIRCA I CEBERRIMVM Genouefæ nomen omnibus Lan-
AN. CHR. tinorum Martyrologiis III. Ianuar. inscriptū. Vfuardus: Ciuitate Parisus S. Genouefæ virginis, quæ à B. Germano Autihsodensi Episcopo Christo dicata, admirandis virtutibus latè claruit. Eadem ferè Martyrologium Romanum, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Ado, Notkerus, Beda, Hrabanus, &c.

x. Ianuarij, vt infra dicimus, agitur memoria Reuelationis reliquiarum S. Genouefæ, siue aperiotionis capse, qua facta est eo die anno MCLX. XXIX. Octobris Translatio, quam tam in nullo Martyrologio eo die designatam reperi; sed pridie, ipso videlicet festo SS. Simonis & Judæ, in Vfuardi, Bellini, Maurolyci, Ferrarij, aliorumq; Martyrologiis refertur, fitq; de eâ commemoratione in Breuiario Corefopiteni. xxvi. Nouembr. celebratur Excellentia S. Genouefæ, siue festum miraculorum; quo die multis Martyrologiis eius nomen absolutè inscriptum, nullâ factâ miraculorū mentione. At Vfuardi Martyrologium Parisis editum anno 1536. & Molanus: Eodē die S. Genouefæ & S. Marcelli, de miraculo ardantium facto in ecclesiâ B. Mariae Parisiensis. In uno ms. reperi Eleuationem S. Genouefæ XXVI. Nouembr. relatam. Eo die Nannetus in Ecclesiâ Cathedrali colitur festo duplice, in memoriam miraculi ardantium, vt ex 6. Lectione patet; in qua tamen non rectè dicitur an. M.C. sub Ludouico VII. factum, cùm (vt inferius dicimus) sub Ludouico Craffo Philippi filio acciderit anno antequâ in Gallias veniret Innocentius II. quod an. MXXX. factum scribit Baronius.

2. S. Genouefæ Virginis vita (inquit Papirius Massenus in libro de fluminibus Gallia) temporibus Childeberti Regis à doctissimo quodam viro, cuius nomen periisse doleo, scripta. Imò ter sénis, vt ipse auctor testatur, ab obitu eius annis. Eadēmne tamen sit, quæ est in manibus, ingenuè fateor mihi non liquere. Triplicem certè vitam in ms. reperi. Primam in ms. ecclæsa S. Martini Ultraiecti, eamq; contulit cum ms. S. Maria de Ripatorio, & ms. monasterij S. Maria Bonifontis, cui congruunt, quæ habet Vincentius Bellouac. l. 20.

Tom. I.

cap. 46. & seqq. Alteram descripsérat olim Rosvreydus ex ms. D. Preulhomij Canonici Cameracensis, quam deinde contulit cum MSS. Imperiali monasterij S. Maximini, & Ecclesiæ S. Audomari, alijsq; Tertiā à religioso quopiam monasterij S. Genouefæ compositam suppeditauit mihi, sed mendu scatentem; codex Collegij Fullonum Bruxelle. Hec verò cum primâ in plurimis consentit, nisi quid subinde aliqua addantur ad explicationem. Eam hic omisne in nimis vastam molem opus excresceret. Subiunxi tamen duabus prioribus vitiis, quæ de S. Genouefæ miraculis, translatione, excellentiâ, reuelatione, à variis religiosis monasterij S. Genouefæ litteris mandata in eodem reperi ms.

3. De anno mortis sanctissime huius Virginis varia sunt quando auctorum sententia. Galeſinius in Notis existimat obiisse circiter annum DXXV. Breilius in Antiquit. Parij. & Renatus Benedictus anno DXXIV. MS. Florarium DXXII. consentit ferè Aimoinus lib. 1. cap. 24. scribens vsque ad Clotharij & Childeberti tempora vixisse. Baronius anno 499. num. 21. ita scribit: Superstes fuit hæc admiranda virgo diutius, vt pote quam idem auctor propagasse vitam dicat ultra octoginta annos. At si anno 429 profectus in Britanniam S. Germanus, vt idem scribit Baronius, Sanctamq; Genouefam, licet admodum adolescentem, est allocutus, atque ad seruandam virginitatem hortatus; non potest profectò illa diu ultra annum D. superuixisse. Nam demus tum octo aut nouem fuisse annorum, ergo anno D. aut D. I. fuerit LXXX. Iunior non potest fuisse, que, vt dicitur in vita S. Germani l. 1. cap. 21. se religiose professionis adstringi iam dudum desiderio sit professæ, eiusq; ad id benedictionem petierit. Quid quid in priori re vita dicatur Clodoueus magnificam basilicam ad eius sepulchrum extruere capisse, quam deinde perfecerit Clo-

tilius?

4. Multa de vita & translatione S. Genouefæ habet In necessitate Jacobus Breilius lib. 2. Antiquit. Parisiens. rbi & de Abbatate cœtiâ S. Genouefæ eiusq; priuilegiis: testaturq; in communi necesse fuisse consueisse thecam reliquiarum eius deponi, & portare eius.

M 3 publica

publicâ supplicatione circumferri, singulari solemnitate, cuius ipse ceremonias omnes describit.

5 De S. Genouefâ innumerî ferè scripsérunt: fûse Renatus Benedictus in virtute Sanctorum Gallie, qui & Translationem, miracula, aliaq; commemorat. Petrum Pontanum Bragensem, qui Cæcus à virtute oculorum dictus, testatur Claudius Robertus nouem libros carminum de eâ scripsisse, quos necedum vidi. In S. Genouefâ laudem carmen geminum cecinit & publicauit Dionyssius Petavius noster, recuperatâ illius patrocinio sanitate.

P.Diony-
sius Peta-
vius S.Ge-
nouefâ ope
sanatus.

VITA EX VETERIBVS MSS.

CAPVT I.

S. Genouefâ virginitatem suadet S. Germanus.

S. Genouefâ 1 BEATA Genouefâ in Nemetodorensi parochiâ fe patria & parentes. * Sur. quatuor. Pelagiana in Angliâ à SS. Ger- mano & Lupo ex stirpata. Ioan. 3. 5. Herefis Pelagianam hæresim, quæ in illis finibus imminebat, superandam; quæ hæresis zizania super triticum seminans, asserebat natos ex duobus baptizatis sine baptismo posse saluari; cum omnino prædicatio diuina tradat nullum posse habere vitam æternam, nisi renatus fidelibus censui innotescere.

2 Proficiscitibus itaque ad Britanniam sanctis ac venerabilibus viris Germano ac Lupo Pontificibus, ad Pelagianam hæresim, quæ in illis finibus imminebat, superandam; quæ hæresis zizania super triticum seminans, asserebat natos ex duobus baptizatis sine baptismo posse saluari; cum omnino prædicatio diuina tradat nullum posse habere vitam æternam, nisi renatus fidelibus censui innotescere.

S. Genouefâ 3. At illi, Nostra, inquit, Domine. Quibus ait Sanctus Germanus: Felices vos tam venerandæ solis genitores! In huius nativitate, magni gaudij & exultationis celebratum mysterium in celo noueritis ab Angelis. Erit haec magna cora Domino, & multi eius vitam propositumque sanctum mirantes, declinabunt a malo, & ab improbabâ atque impudicâ virtute conuersi ad Dominum, remissionem peccatorum & præmia vitaæ a Christo percepturi erunt.

3 Et paullò post ait Genouefâ: Filia mi Genouefâ. At illa respondit: Audit famula tua, Pater sancte; quæ iubes edicito. Cui S. Germanus dixit: Quæso ne verearis mihi profiteri, si vis in sanctimonio cœlestrâ Christo immaculatum & intactum corpus, quemadmodum sponsa eius, seruare. Cui Genouefâ respondit: Benedic tu mi Pater, quia quæ desidero dignatus es si velim sciscitari. Volo, inquit, sancte Pater, & * oro ut deuotionem meam Dominus adimplere dignetur. Ait ei S. Germanus: Confide filia, viriliter age, & quod corde credis & ore profiteris, operibus adimplere satage. Dabit enim Dominus virtutem & fortitudinem de cori tuo.

4 Peruenientes ergo ad ecclesiam, cursum spiritualem, Nonam atque Duodecimam celebrantes, semper S. Germanus matum suum super caput eius tenuit. Et cibo sumpto ac hymno dicto, iussit Seuerum cum filiâ in suo se collocare receptaculo, eumque primo dilucido ante sui profectionem ad se reuerti præcepit. Quæ

cum fuisset lustrante iam solis lampade terras, ita vt iusserat, à genitore suo allata, nescio quid in eâ cælesti deinceps S. Germanus conspicatus, ait ad eam: Ave filia Genouefâ. Reminisceris quid hesternâ die de corporis tui integritate mihi sis pollicita? Cui Genouefâ respondit: Reminiscor, quid tibi Deo quæ, Pater sancte, promisi; quia castitatem mentis & corporis integerimam, Deo me iuuante, vtque in finem seruare desidero. Cui S. Germanus nummum æreum Dei nutu allatum habentem & signum Crucis à tellure colligens pro magnâ munere dedit, inquiens ad eam: Hunc transformatum pro memoriâ mei à collo suspensum semper habeto; nulliusque metalli, neque auri, neque argenti, seu cuiuslibet margaritæ ornamento collum saltem digitolque tuos onerari patiaris. Nam si sæculi huius vel exiguus decor tuam superauerit mentem, etiam æternis & cælestibus carebis ornamentis. Et valedicens ei atque obsecrans vt sui memor tantum crebro in Christo esset, & commendans eam genitori suo Seuero, iter quod cœperant, auxiliante Domino, perrexerunt.

* In memoriam huius rei Canonicis regularibus S. Genouefâ, in eius festo dari solebat panis benedictus insignitus figurâ huius numismatis. ita Renatus Benedictus.

CAPVT II.

Paralyti laborat, eius sanctitas varie commendatur.

5 ACTVM est autem post dies aliquot, cum mater eius die solemni ad ecclesiam pergeret, & Genouefam quam domi remanere præceperat, nequaquam posset abigere clamantem sibi cum lacrymis, & dicentem: Ego fidem, quam S. Germano pollicita sum, Christo me consolante, seruabo, & ecclesiæ limina frequenter, vt sponsa Christi esse merear, sicut ipse mihi beatissimus Confessor repromisit; illico mater eius, iracundiâ replera, vt filia alapam dedit, statim lumen percussa est orbitate. Tribus namque mensibus minus à biennio, nutu diuinæ maiestatis, ad manifestandam gratiam Genouefæ, hanc perpessa est cæcitatem. Tandem aliquando recordata mater eius quid tunc testimonijs de filiâ suâ summus Pontifex dedisset, vocans eam ad se ait ei: Obsecro te, filia mi, accipe hauritorium, & properans perge ad puteum, vt exhibeas mihi aquam. Cumque summâ festinatione ad puteum venisset, & super marginem putei fleret, eò quod propter eam mater eius lumen amiserat; dein vt desit flere, impletio vasculo detulit aquam matri suæ. Mater vero eius, extendens manus ad cælum, cum fide & veneratio aquam à filiâ suâ allatam, insuper ipsâ suspirante oculos, ab eâ crucis virtute signatam, accepit; de quâ fomentans sibi oculos paullulum cernere cœpit. Cumque hoc bis terfe fecisset, lumen amissum integrè recepit.

6 Contigit autem vt cum duabus puellis multum se senioribus ad consecrandum * Iulico Episcopo tradetur. Quæ cum iuxta ætatem annorum ad consecrandum offerrentur, vt comperit diuinitus prædictus Pon- * Ms. Bo- meritis multum esse sublimiore, ait: Illa, quæ retro Cl. Rober- sequitur, anteponatur: quoniam haec cælitus iam est uianum sanctificationem adepta. Sic itaque benedictionem consecratæ ab obtutu Pontificis discesserunt.

7 Denique parentibus B. Genouefæ defunctis, ac- Migrat cersita à matre suâ spirituali ad Parisium urbem com- Parisios. migravit. Et vt virtus Domini in infirmitate eius probaretur, & gratia Christi in eâ collata plus * luce- * al. cre- ret; tempore aliquo ita est corpus eius obsecsum para- lysi, vt laxatis artibus, nulla compago adhærente suo crederetur loco. De quâ infirmitate nimirum afflitta, Paralyti triduo iam corpus eius exanime, solis paullulum genis * addit rufentibus, custodiebat. Quæ cum denuo corpora- ms. Vlra. lem fuisset adepta sanitatem, profitebatur, se in spiritu & suppli- ab Angelo in requiem iustorum * deductam, & ibi se cium im- vidisse parata diligentibus Deum præmia, quæ incredibili- piorum. Loca bea- bilita apud infideles habeantur. 8 Plu- det.

C A P V T I V.

Aedificat basilicam, quæ nunc dicitur Prioratus S. Dionysij de Stratâ.

Secreta cordium cognoscit. 8 Pluribus namque in hoc sæculo viuentibus secretas conscientias liquidò declarabat. Quod propter arrogantes silere satius, quam æmulantibus innotescere malui, qui ingentem deuotionem habent detrahendi nam dum bonis inuident suam superstitionem indicant conscientiam.

S. Germanus fecundus in Britaniam. 9 Adueniente post hæc denud S. Germano Parisium, ac secundâ vice in Britanniam proficisci, vniuersus populus in occursum eius ab urbe egressus est. At ille illicò sollicitus de Genouefâ, quid ageret, inquisiuit. Sed vulgus, qui paratiore est ad derogandum bonis potius, quam ad imitandum, afferebat eam inferiorem quam opinabatur esse. Quorum iniquam vocem omnino despiciens sanctus Pontifex, in ciuitatem ingressus ad hospitium Genouefâ usque peruenit. Quum tantâ humilitate salutauit, ut omnes mirarentur. Et oratione factâ ostendit iis, quibus despectui habebatur, in secreto cubili eius, terram madidam de suis lacrymis irrigatam: & residens disposuit eis vitæ eius exordium, quemadmodum Nemethodoro palam cunctis edixerat: simulque commendans eam populo in viam, quam cœperat, gressum direxit.

Genouefam honoret & laudat.

C A P V T III.

Hunnos precibus à Parisis auerit.

Attila &c. Pa- risienses. 10 EXVENTE sono, Attilam Hunnorum Regem imminente aliò fuisse cu- piunt. *Diffusor id Genouefae.* Galliam sauvissimè vastaturum, terrore perculsi Pariforum ciues, bona ac stipendia facultatum suarum in alias tutiores ciuitates deferre nitebantur. Quorum matronas conuocans Genouefâ, suadebat ut ieuniis & orationibus ac vigilis insisterent; quatenus possent, sicut Judith & Esther, superuenturam cladem euadere. Consentientes ergo Genouefâ, dies aliquot in baptisterio vigilias exercentes ieuniis & orationibus, sicut Genouefâ suaserat, Deo vacauerunt. Viris quoque idē suadebat, ne bona sua à Parisio auferrent; nam illas ciuitates, quas esse tutiores credebat, gens irata vastarer; Parisium verò virbem incontaminatam ab inimicis, Christo protegente, saluandam.

Oritur in eam tu- multus. 11 Insurrexerunt autem in eam ciues Pariforum, dicentes pseudoprophetam suis temporibus apparuisse, eò quod prohiberentur ab eâ, quasi à peritura ciuitate in alias tutiores vrbes bona sua transferre. Traçtantibus ergo ciuibis ut Genouefam aut lapidibus obrutam, aut vasto gurgite meram punirent; interea adueniente ab Autiñodorensi vrbe Archidiacono, qui olim audierat S. Germanum, magnificum testimonium de Genouefâ dedisse, inuenit per loca ciues conuenticula facere, ac de interemptione Genouefâ concionari. Qui cum consilium eorum cognouisset, dixit ad eos: Nolite, ô ciues tantum admittere facinus. Istam, de cuius vos interitu iam tractatis, referente S. Germano Antistite nostro audiuiimus ex vetero matris suæ à Deo eleam: & ecce eulogias, illi à S. Germano * directas exhibeo. Comperientes igitur Pariforum ciues Genouefam testimonio S. Germani, Dei esse fidelissimam famulam, videntes etiam eulogias, quæ illi deferente Archidiacono fuerant allatae, metuentes Deum, & hæc quæ ab Archidiacono dicebantur mirantes, dissipato prauo consilio, insidiandi finem fecerunt.

2. Thess. 3.3. 12 Impletum est in die illâ dictum Apostoli, qui ait: Non enim omnium est fides: fidelis autem Deus qui conseruabit vos, & custodierà malo. Summi Antistites Martinus & Anianus pro virtutum suarum admiratione valde laudati sunt, eò quod vñus apud Vangionem ciuitatem postridie inermis pugnæ offerendus, vtriusque exercitus saevitiâ sedatâ fœdus obtinuit; alter verò Aurelianorum virbem ab exercitu Hunnorum circumseptam, juuantibus se Egerio Patricio cum Gothis, meritis orationum suarum ne periret promeruit. Porrò Genouefam nonne dignum est honorari, quæ itidem orationibus suis prædictum exercitum ne Parism circumdaret procul abegit?

Precibus ho- bostem auerit.

13 **A** Quinto decimo namque usque ad quinquagesimum ætatis suæ annum, à die Dominico vii. *Eius ab- finientia.* que in quintam feriam, & à quintâ feriâ usque ad diem Dominicum, ieunium numquam dissoluit. Nam illis solummodò duobus sacris in hebdomadâ diebus, id est Dominicâ & quintâ feriâ, aliquantulum cibi sumens, reliquis totius hebdomadæ diebus in abstinentiâ perdurabat. Esca vero illi erat panis hordeaceus & faba, quæ post duas aut tres hebdomadas in olla coctam re-comiscens edebat. Vinum autem vel quidquid inebriare potest in omni vitâ suâ non bibit. Post quinagesimum autem annum ætatis suæ, suadentibus E- fore spicabatur. quibus contradicere sacrilegium * est, mortuus. *ms. R. p.* tuenque Domini dictum quo ait: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit me spernit; pisces & lacum pa- ne hordeaceo edere cœpit.

14 Quotiens cælum conspexit, toties lacrymata est: *Celum* & cum esset mundo corde, quemadmodum Lucas *aspiciens* Euangelista descripsit de Beatissimo Stephano, ita & *lacryma- tur.* hæc credebatur cælos apertos videre, & Dominum nostrum Iesum Christum stantem ad dexteram Dei, quoniam irritum non est promissum Domini, quo ait: Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Act. 7. 55.*

15 Duodecim enim virgines spirituales, quas Her- *Eius my- sticus co- mitatus.* mas, qui & Pastor nuncupatus est, in libro suo descripsit, ei individualiter comites exitere; quæ ita nominantur: Fides, Abstinentia, Patientia, Magnanimitas, Simplicitas, Innocentia, Concordia, Caritas, Disciplina, Castitas, Veritas, & Prudentia. Hæ fuerunt indissociabiles & individualiter Genouefæ.

16 Quantâ veneratione & amore dilexit a Catho- *Erga S.* liensem vicum, in quo Sanctus Dionysius cum so- Dionysium ciis suis Rustico & Eleutherio passus est & sepulchrum construeret: sed facultas deerat. Cui cum solito quadam die Presbyteri ciuitatis occurrerent, ait ad eos: *Agit de* Venerabiles in Christo sancti Patres ac seniores mei, *extruenda* obsecro vos, ut faciatis in vnum collationem, vt ædifi- *S. Dionysio* *Basilica.* cetur in S. Dionysij honorem basilica. Nam terribilem esse & metuendum locum eius nemini ambigendum est. At illi responderunt: Forsan deerunt parvitiati nostræ vires ædificandi: nam coquendæ calcis copia deest. Quibus Genouefâ Spiritu sancto repleta, claro vultu, mente præclariori vaticinans, manifestum dedit eloquium, dixitque ad eos: Egredietur, quæso, sanctitas vestra, & deambulate per pontem ciuitatis, & quæ audiatur renuntiate mihi.

17 Qui cum egressi fuissent in plateam, stabant præstolantes si quid congruum sacræ virginis voluntati audirent. Et ecce duo custodes porcorum non longè ab eis stantes, cum inter se sermocinarentur, ait unus ad alterum: Dum suis vestigium ob * pastum vagantis * al. partu legerem, inueni furnum calcis miræ magnitudinis. Cui *Miro mo-* *do calx ad* *id necesse* *reperi-* *alia* *partu* *vacantis.* alter pastor è contrario respondit: Item & ego inueni in siluâ arborem radicibus à vento euulsam, & sub radicibus eius similiter furnum calcis, de quo nec quidquam credo aliquando esse sublatum. Hæc audientes *ria reperi-* *Præbiteri* *porrectis* ad æthera vultibus, oculisque in tur- cælum præ gaudio fixis, Deum benedixerunt, qui tam gratiam famulæ suæ Genouefâ dignatus est conseruare. Comperientes ergo loca, in quibus siti erant furni calcis, de quibus porcorum custodes concionabantur, regressi Presbyteri quæ à pastoribus didicerant re-nuntiauerunt. At illa exemplò præ gaudio sinum lacrymis impleuit, egressisque de domo suâ Presbyteris, *Gratias* *Deo agit* poplitibus inclinatis, genibusque in terrâ fixis, noctem *Genouefâ.* totam

Ex mss. totam in oratione & lacrymis consummauit, obsecrans sibi à Domino opitulationem atque auxilium conferri, quemadmodum possit in honore summi Pontificis ac Martyris S. Dionysij basilicam construere.

Genesius Presbyter operi prib. eff. 18 Quæ luce primæ vigiliis consecuta ad Genesium Presbyterum properans direxit, implorauitque eum quatenus basilicam in superscripti Martyris honore construerent. Cui & de calcibus, quas Deus prouiderat, indicauit. Etenim Genesius Presbyter, ubi de calcibus audiuit, metu superatus, Genouefam pronus in terrâ adorauit; ac reprobatis dies noctesque se obnixè quæ iussert impleturum. Vniuersis denique ciuibus, Genouefam implorante, auxilium ferentibus, in honorem sacerdoti Martiris ad fastigium usque basilica cōstructa est.

Cives variæ ad opus contrahunt. 19 Operæ premium etiam illud indicare, quid miraculi per eam Dominus fecit. Cum collectis carpentariis, qui ad crebrò dictum ædificium quæde lignis opus erant, in saltu alij incidenter ac dolarent, alij in planis conueherent; contigit ut potus deficeret. Et Genouefæ erat incognitum, quod potus deesset. Affari Genesius Presbyter Genouefam cœpit, ut opifices cotum impehortaretur, quo usque ille ad ciuitatem pergeret, potumq[ue] velociter exhiberet. His auditis Genouefa, vas in quo potus antè delatus fuerat, quod cupam nuncupant, deferri sibi iuber. Quæ cum fuisset allata, iubet à se omnes seorsum discedere. Et illa genibus in tellure fixis, lacrymas fundens, ubi se sensit obtinuisse quod precabatur, surgens oratione completâ, signum Crucis super vas poculi fecit. Mirabile dictu[m], statim cupa usque ad summum poculo impletæ est: & ex eo qui ad operandum accisi fuerant, quamdiu omne opus basilicæ consummatum est, vberimè potantes maximas Deo gratias retulerunt.

Operis potius longo tempore defecit. ^a MSS. Bonif. & Rip. Catholacensem.
^b Hic interserit ms. Ultrai. multa de missione S. Dionysij in Gallias, quæ cum absint ab aliis mss. omittimus.

C A P V T V.

Cacam & paralyticam sanat: precibus extinctum cereum reaccendit.

Noctem Sabbathi pernigil transfigit. 20 Fuit illi deutorio ut omniem noctem sabbathi, quæ lucescit in primam sabbat, iuxta traditione Domini, quemadmodum seruus præstolans dominum suum quando redeat à nuptiis, totam pernigilem duceret. Vice quadam post intempestam noctem, iam proximam diem Dominicam gallorum plausu vel cantu indicante, egreditur de receptaculo suo, ut ad basilicam S. Dionysij pergeret. Contigit autem ut cereus, qui ante eam deferebatur, extingueretur; turbatæque sunt virgines, quæ cum eâ erant, ab horrore tetrænotis, & à nimio cœno vel imbre, qui nimius nubibus desfluebat. Illic Genouefam cereum extinctum sibi dati petiit. Quem cum manu accepisset, continuò illuminatus est: eumque manu gestans ad basilicam usque peruenit, & ibi ante eam lucens cereus ipse igne conlumentus est.

Bis alias idem evenit. 21 Similiter eodem tempore ingressa in ecclesiam cum diutissimè solo recubans oratione completâ patiumento surrexisset, cereus necdum ab igne contactus, diuino nutu succensus in manu eius illuminatus est.

Eius cerei particulis multi sanantur. 22 Item in cellulâ suâ aiunt cereum in manu eius si particulis ne succensione ignis illuminatum. De quo etiam cereo plures infirmi, fide instigante, paullulum cum reverentia auferentes, pristinam repererunt sanitatem.

Quedam furata eius calceus fit ea: Ab ipsa signo crucis sanatur. 23 Quaedam femina furtum abstulit eius calceamenta, quæ ut ad domum suam peruenit continuò oculorum lumen amisi: ergo ut cognovit furuncula, cælitus eos in se vlcisci iniuriam Genouefæ, alterius ad eam ducatu reportans calceamenta, ruerūque ad pedes eius ignosci sibi pariter & lumen amissum reddi precabatur. Genouefam verò, ut erat benignissima, manu eam ab humo sur:

subridens leuauit, & signans oculos eius pristinum lumen restituit.

24 In Lugdunensi oppido quid miraculi per eam *Item alia* Dominus fecit edicere series lectionis postularat. Adue- *paralytica.* niente siquidem Genouefam haud procul ab ipso oppido maxima pars populi in occursum eius venit; inter quos & parentes cuiusdam puellæ, quæ nouem annis ita erat paralyti afflita, ut nequiret * cuiusquam membra compage iuvari. Supplicantibus ergo parentibus puellæ vel senioribus populi, ad domum puellæ peruenit. Oratione factâ, contrestante dissolutos artus, propriis manibus eam se vestire vel calceare præcepit. Erata à letto surgens ad ecclesiam cum populo incolmis perrexit. Quod miraculum cum vidissent turbæ, benedixerunt Dominum nostrum Iesum Christum, qui tantam gratiam diligentibus se præstare dignatus est. Et remeantem Genouefam ab ipso oppido placentes & exultantes populi deduxerunt.

* *Ita ms. Bonif. sed Vler. vt nequiret quisquam indicare compagem membrorum. ms. Rip. vt nullâ valeret se mouere compage membrorum.*

C A P V T V I.

Patent ei ostia, ac corda. Demones fugat.

25 **C**V M esset a insignis Hildericus Francorū Rex, *Hildericus magni eâ ad eo* venerationem quâ eam dilexit effari nequeo: facit. adeò ut vice quadam ne vincitos, quos interimere co- a alij in- gitabat, Genouefam abriperet, b egrediens urbem Pari- gens. for- liorum, portam claudi præcepit. At ubi ad Genouefam per fidum internuntium, Regis deliberatio per- te genti- lis. uenit; confessim ad liberandas animas properans iter b al. in- grediens. diteexit. Non minimum admirantis populi fuit spe- Porta Pa- ñaculum, quemadmodum se porta ciuitatis inter ma- risenses nus eius sine clave referauit. Sicque Regem consecuta, sponte Ge- nouefam aperiun- tur.

26 Fuit quidam Sanctus in partibus Orientis val- tur. dè contemptor sæculi, nomine Simeon, in Syriâ Cili- S. Simeon ciæ eminus ab Antiochiâ manens in columnâ annis *Sylites* (de ferè quadraginta; quem aiunt sedulè negotiatores il- quo s. Ia- luc eunes ac redeentes de Genouefam interrogasse; nur.) Genouefam quam etiam veneratione profusa salutasse, & ut eius in fibi per orationibus suis memor esset, obnixè poposcisse fe- spiratum runt. notam sa-

27 Puella quædam iam nubilis, & iam desponta- lutes. ta, nomine Cilinia, ut comperit gratiam Christi Genouefam collatam, petiit sibi ab ipsâ vestem mutari. Quod cùm adolescentis, cui fuerat promissa, audisset, protinus indignatione repletus, Meldis urbem, ubi Cilinia cum Genouefam morabatur, aduenit. Mox Genouefam vnâ confecrat cum Ciliniâ ut aduenisse adolescentem comperit, cum volentem, summâ festinatione ad ecclesiam perrexit. Magni mi- raculi res fuit, quemadmodum eis fugientibus ad ec- clesiam baptisterium, quod interius erat, sponte se re- serauit. Sic itaque prædicta puella ab huius mundi naufragio vel contagione liberata, usque in consum- mationem in abstinentiâ & castitate perseverauit.

28 Per ideam tempus supradicta Cilinia obtulit *Debilem* Genouefam pueram de ministerio suo, cui biennio ferè *sanat.* ægrotanti etiam pedum usus fuerat ablatus. Quam ut manibus Genouefam contrestatuit, confessim sanitatem consecuta est.

29 Factum est ut in Parisio propriâ vrbe offerren- 12.energu- turei inter viros & mulieres duodecim animæ, quæ à menos pre- demonibus grauissimè vexabantur. Illic Genouefam cibis & Christum sibi in auxilium inuocans, ad orationem re- signo cru- currit: continuoq[ue] energumeni suspenduntur in aë- cios liberat. ra, ita ut nec manus eorum cameram, nec pedes terram tangerent. Quæ cum ab oratione surrexisset iussit eos ad S. Dionysij Martyris basilicam pergere. * E contra * *ms. Bo-* energumeni clamabant nequaquam sibi gradiendi fa- nif. conti- cultatem concedi, nisi ab eâ dissoluerentur. Et ita à nud. Genouefam signati, vincitis post tergum manibus ac si- lentes

Ex mss. nedicentes ac magnificantes audirent. Erat illi spes non de his quæ videntur, sed quæ non videntur. * Erat enim verum dictum Prophetæ, qui dicit: Quoniam 17. Celi gen- qui pauperibus erogat Deo scenerat. Cui etiam patria dia vidit: illa, in quâ sceneratores egenitum requirunt thefaurum inde sem- suum, olim per reuelationem Spiritus sancti fuerat per lacry- ostenta: & idcirco sine intermissione flere consueverat, quandoquidem sciebat, se in corpore positam peregrinari à Domino.

* Sequentia usque ad n. 41. desunt in ms. Rip.

C A P V T VIII.

Variis agnis signo crucis subuenit.

Surdum 41 **D**E FENSOR quidam ex Meldorum vrbe, nomine * Fruminius, annis quatuor clausos hæ- tu sanat: * ms. Bo- bens aurium meatus, Parisium Genouefam expetiit, nif. Frum- obsecrans sibi taetum manuum suarum auditum restitui. mius. Cuius cum aures manu contrectans signasset, conti- ms. Rip. nuò auditu recepto benedixit Domino Iesu Christo. Frumi-

nius. 42 In Aurelianensi vrbe quid miraculi per eam gestum sit, ordo lectionis narrare exposcit. Cuius cum Puellam Fraternæ mattis familiæ, quæ super filiam suam Clau- moribus preci- dam in transitu depositam deflebat, aduentus delatus bus sanat. fuisse, pro filia rogatura, continuò ad Genouefam properans direxit. Quam cum in basilicâ S. Aniani Antistitis orantem reperisset, cadens ad pedes eius, ciulans hoc tantum deprecata fertur: Redde mihi Domina Genouefa filia meam. Genouefa, ut vidi fidem eius, respondisse dicitur: Desine ab iniuriâ ac molestiâ meâ: filia tua redintegrata est in columbitas. Post hoc responsum Fraterna læta surrexit, vna cum Genouefâ rediit ad tabernaculum suum. Mirabilis Dei potentia Claudiæ ex faubus inferi reuocata ita exemplò fanavit, ut sospes Genouefæ in auditorio domus occurseret. Et magnificauit vniuersa turba Dominum pro repentinâ in columbitate meritis Genouefæ, Claudiæ redditâ.

Nolens fa- mulo suo ignoscere, morbo cor- ripitur. 43 Factum est in eadem vrbe, cum cuidam pro famulo culpabili supplicaret, & ille superbiâ & pertinaciâ obdurus nequaquam famulo ignosceret, his cum verbis allocuta dicitur: Si tu me supplicantem despe- òtui habes, non me despicit Dominus meus Iesus Christus, quoniam pius & clemens est ad ignoscendū. Ast vbi in domum suam homo ille rediit, mox ita febre accensus est, ut totâ nocte anhelans & æstuans requie- scere nequiret: quin etiam in crastinum primo dilucu- lo, etiam aperto ore, morbo, qui quotidianus bos in- terpretatur, lingua saliuam distillans, ad pedes Genouefæ prouolutus, veniam, quam pridie famulo non dederat, sibi dari precabatur. Sancta vero Genouefa signans eum, omnis ab eo febris & ægritudo discessit, & ita sanum mente atque corpore dominum, & ser- um reddidit excusatum. Sine dubitatione Angelus Domini eum affligebat, quemadmodum Anicianum Iudicem pertinacissimum, ante cuius ianuam S. Martinus intempestâ nocte pro vincit rogaratus aduenisse legitur, quem etiam colaphizatum ab Angelo lectio tradit, ut ante fores domus suæ S. Martino occurrisse, & omnia quæ peterer præstitisse feratur.

C A P V T IX.
Damonem ex humanis corporibus pellit.

44 **E**T inde nauigio Turonis profecta, multa discri- mina Ligeris fluuij perpessa est. Sunt vero ab Aurelianorum vrbe usque ad Turonorum ciuitatem, quæ Tertia Lugdunensis nuncupatur, quasi stadia sex- centa. Et cum ad portum Turonicæ vrbis venisset, occurrere ei de basilicâ S. Martini energumenorum multi- tudo, clamantes nequissimi spiritus, se inter S. Martini- num & Genouefam flammis exurit. Quin & pericula quæ in Ligeri fluuij perpessa fuerat, ad emulationem

sui se profitebantur immisisse. Interea Genouefa basi- licam S. Martini ingressa, plures obsecros à dæmonibus oratione, & signaculo crucis emundauit. Verum illi, à quibus immundi spiritus exhibant, fatebantur in horâ cruciatus sui, quod digiti manuum Genouefæ singil- latim velut cerei diuinitus cælesti igne flagrarent, & circa se ardere, sceridissime debacchantes clamabant.

45 Adierunt eam tres viri, quorum coniuges in 3.energu- domibus eorum claram à dæmonibus vexabantur; ob- secrantes ut visitatione suâ eas à nequissimis spiritibus emundaret. At illa, ut erat benignissima, secuta est eos. Ingressa ergo vniuersus domum, matronæ eorum oratione, & benedictione olei unctæ per eam à vexa- tione dæmonum sunt emundatae.

46 Postperendie cum S. Martini interesset vigiliis, Item aliud. in angulo basilicæ orans, ac benedicens & laudans Dominum, & in mediâ cateruâ staret incognita, vnu de psallentibus arreptus à dæmonie, lanians proprios artus, * quos mente captus à se alienos esse credebat, * ms. Bo- ab absidâ ad Genouefam properauit. Cumque Geno- nif. se esse uifa spiritum immundum à corpore hominis iuberet alie- nenum credebat.

47 Per idem tempus stans in aditu domus suæ vidit quamdam puellam prætereuntem ampullam in manu gestantem: quam cum ad se vocasset, interrogat quid ferret. At illa inquit: Ampullam ad liquamen, quod mihi nuper à negotiatoribus venum datum est. Porro Genouefa conspicata generis humani hostem in am- pullæ ore sedentem, comminans inflauit in eam: statimque pars de ore ipsius ampullæ fracta cecidit. Tunc demum signata ampulla abiit puellam iussit. Hæc videntes valde mirati sunt, quod nequaquam ei diabolus se occultare quierat.

C A P V T X.

Imbrem, tempestatem, morbos, precibus depellit.

48 **P**VERVLVS quidam, nomine Maroueus, oblatus **Cacum,** est Genouefæ à parentibus suis cæcus, surdus, mutus, & claudus. Quem oleo benedicto delibutum, **mutum,** signaculo etiam Crucis communivit. Sicque roboratis **claudum** sanat.

cruribus gressum direxit in columbis, ac receptâ visione integre auditum & eloquium adeptus est.

49 Item in territorio Meldenium vrbis congregatis messoribus, cum propriam messem meteret sæ-precibus pedicata iam virgo, valde turbata sunt messores propter aueris. imbrem repentinum, qui cum turbine imminebat. Confestimque Genouefa ingressa * tentorium, solito * al. trito- more, solo adhærens cum fletu orare cœpit. Admirabilem cunctis intentibus Christus ostendit virtutem: nam cum in circuitu omnium segetes pluia rigaret, nec messem nec messores Genouefæ saltē vllus guttarum humor illapsus contigit.

50 Factum est deinceps cum per amnem Sequanæ **Tempes- nauali** deuehebetur itinere, ita, ut solet fieri, insperatè **temp. preci- bus, sedas.** celi mutata serenitate, hinc ortâ tempestate nauicula eiusv éto collisa, penè fluctibus operiebatur: protinus Genouefa suspiciens in cælum, manibus expansis auxiliū à Domino precabatur. Talis continuò facta est tranquillitas, ut sine dubio Christus adfuisse & ventis ac fluui imperasse crederetur.

51 **A**egros vero iugiter oleo sacro delibutos, sospites reddebat. Factum est ut quemdam à dæmonio ve- **Oleo bene- ditto mor- xatum oleo veller perungere, cui cum secundum præ- bos sanas.** ceptionem sui, ampulla, quæ oleum benedictum ha- **dæmonem** buerat, vacua fuisset allata, vehementissime sancta Del famula Genouefa turbata quidnam ageret hæsitabat. Nam Pontifex qui oleum ei benediceret aberat. Interea solo recubans auxilium sibi affore de cælo ad ab- soluen-

Eius pre- soluendum infirmum sacris precibus implorabat. Mox
cibus oleo vt ab oratione surrexit, in manibus eius ampulla oleo
repletur repleta est. Et ita demum geminæ in vnâ horâ virtutes,
ampulla Christo operante, per eam apparuerunt, vt & ampulla,
quæ oleum non habebat, inter manus eius vacua re-
pleretur; & ab ipso oleo energumeno delibitudo, à vexa-
tione dæmonum incolonis redderetur.
Quando Post ter senos namque ab obitu eius annos, quo ad
scripta sit describendam eius vitam animum apposui, cum ipsâ
vita. ampullâ oleum, quod in oratione creuerat, vidi.

C A P V T X I.

Miracula post mortem: basilica ei erecta.

Orogena- 52 **V**ERVM TAMEN de excessu vitæ eius, & honore
riæ maior funeris, breuitatem fæcetus, filere studi; quæ
moriatur. transiit in senectute bonâ plena virtutibus, ampliusque
quam decies octonus annos manens in corpore vixit
in sæculo peregrinata à Domino, humataque est in pa-
ce die III. Nonas Iahuarii.

* ms. Rip. 53 Quidam * vir, nomine Prudens, qualiter reme-
pues. dium ac medelam ad eius sepulchrum adeptus sit, non
Nepritis absurdum fidelibus innotescere, pro reverentiâ loci
ad eius se- ipsius existimo. Quem cùm ab infirmitate calculi ni-
pulcrum curata. miūm afflictum genitores sui viuere desperarent, & ad
tumulum Genouefæ cum gemitu & fletu medelam
ægritudinis implorassent, ipsâ die lapis ab eadem infir-
mitate generatus ab eodem egreditus est, & vterius
eum prædicta infirmitas non vexauit.

Manuum 54 Cuidam Goþo die Dominico operanti ma-
contraſio- nus vtræque contraxerant. Hic cùm ad sepulchrum
fanata. Genouefæ sanitatem sibi redi nocte totâ imploraf-
set, in crastinum ab oratorio super sepulchrū de ligno
contextum, receptâ manuum suarum sanitatem incolu-
misegressus est.

55 Nam & gloriose memoriaz Chlodouæus Rex
bellorum iure tremens, crebrò pro dilectione san-
cta Virginis in ergastulum retrusis indulgentiam tri-
buit, & pro criminum animaduersione sèpè etiam cul-
pabiles incolumes Genouefæ supplicante dimisit.
* ms. Bo- Quin etiam * honoris eius gratiâ basilicam ædificare
nif. cor- cœperat, quæ post discessum eius studio præcellentissi-
poris. ma Crothildis Reginæ suæ celum extulit ædificata fa-
Basilica stigium. Cui est porticus applicata triplex, nec non &
ad eius ho- Patriarcharum & Prophetarum, & Martyrum atque
norem capta à Confessorum, veram vetusti temporis fidem, quæ sunt
Codonao, à tradita libris & historiarum paginis pictura refert. At-
perfecta à Clorido. que ideo vniuersi qui Patrem, & Filium, & Spiritum
sanctum, secundum substantiam Deitatis adoramus,
& unitatem in Trinitate confitemur, incessanter obse-
cremus fidelissimam Dei famulam Genouefam, vt
supplicet pro præteritis malis nostris veniam, quatenus
reconciliati, proficiemus Dominum nostrum Iesum
Christum, cui est gloria, & honor, & imperium, & po-
testas in sæcula sæculorum, Amen.

A L I A V I T A
EX VETERIBVS MSS.

C A P V T I.

S. Genouefæ virginitatem suadet S. Germanus.

S. Genouefæ 1 **A**NCTA igitur Genouefæ in Neme-
sepatria todorensi parochiâ nata, quæ septem
ac paren- fermè millibus à Parisiis vrbe est cō-
stituta, Seuero patre, Gerontiâ matre
progenita est. **H**ec quantam ab in-
eunte ætate scientiam Dei gratiâ fuerit consecuta, quâ-
tâque Deo religionis deuotione seruierit, fidelium audi-
tui profectuque valitura edita in titulis verba testatur.
S. Ger- 2 Proficiscentes itaque ad Britannias Germanus
mano Epi- & Lupus præclarí maximiique Pontifices ad Pelagianam hærelim, quæ tunc in locis illis emerferat, repræ-
scopo oc- currit.

mendam, ad memoratam fortè parochiam orandi vel Ex mss.
manendi se gratiâ contulerunt: quibus cùm obuiam
vtriusque sexus multitudo eminus * ab ecclesiâ cater. * ms. Aud.
vico effusa procederet; hæc adolescentula inter ad eccl-
reliquam occurrentem multitudinem parentum est
vestigia comitata. Quam cùm S. Germanus eminus
aspexisset, nescio quid in eâ, meritorum eius præcius,
spirituale propiciens, cœpit exemplò & nomen puel-
lae, & cuius esset filia sciscitari. A circumstantibus illico
& puellæ pariter & parentum nomina differuntur.
Ad quos ait S. Germanus: Hæc vestra est filia: illi, No-
stra, inquiunt. Quibus ille respondit: Felices vos tam
venerandæ sobolis genitores.

3 Aduenientes ergo ad ecclesiam * horâ duodeci. * ms.
mâ celebratâ, S. Germanus parentes pariter & puellam Preudh.
ad hospitij sui receptaculum iussit abire. Quam sibi al-
terâ die maturè priusquam abscederet iniunxit addu-
ci. * Postero die surgente iam iubare parentes ac filia, * ms. Max.
vti S. Germanus indixerat, adsuerunt. Cumque puel- Porrò
lam memoratus Pontifex, præcius futurorum, suade- diei.
ret religiosæ vitæ propositum blandiloquus hortator Excitatur
assumere; illa se exoptare huius meriti donum, paruu- ad studiū
la quidem ætate, haud infantili professione respondit. castitatis.

4 Cumque S. Germanus valde in puellâ & Dei do-
num & perfectæ fidei iam miraretur exordia, in terram
* fortè oculis tam admirabilis rei stupore defixis, num- * ms. Aud.
mum solo æreum iacere prospexit, crucis signaculo ti- fortiter.
tulatum. Hunc beatus Pontifex à telluris puluere sub Numisma
leuatum puelâ quasi quoddam pignus religiosi mune- cruce in-
ris dereliquit, atque vt perforatus collo eius inhæret signum.
indixit, & vt nullius post hæc metalli aut margarita-
rum monilibus ornaretur admonuit, vt fæculi orna-
menta despiciens veri nitoris & candoris caelestis gra-
tiae pulcritudine non careret. Et valedicens ei, com-
mendansque eam genitoribus suis, necessitatem cœpti
itineris pertinax viator exequitur.

C A P V T II.

Paralyſi laborat. eius sanctitas variè commendatur.

5 **P**OST aliquot dies mater eius die solemnî ad ec-
clesiâ ire disposuit, & Genouefam * domi rema- * al. dor-
nere ac recedere præcepit. Quam cùm se dum ad ec- mire ma-
clesiam pergeret, nequaquam posset abigere, clamitan- nè ac do-
tem sibi met ac dicentem, quod promissionis suæ me- re. atque
mot velle ecclesiam orationis ac deuotionis studio ita legisse
frequentare; mater eius palmâ maxillam eius iracunda videatur
percussit. Quæ illico luminis visione priuata suppli- Suriu.
cium continuâ cœcitatissimum incurrit. Tribus namque mé-
sibus minùs à biennio expers lucis fuisse manifestissimè Mater Ge-
perhibetur. Tandem aliquando, vt credibile est, Deo nonefa
inspirante, recordata est mater eius quid dudum S. alapam
Germanus summus Pontifex filiam suam mériti cen- infligens
suerat habituram, & vocans eam ad se ait ei: Obscro,
cape hauritorum, properansque perge ad puteum, &
aquam adfer mari, quæ priuata luminis beneficio fe-
miuia est. Soboles ne grauiaret illam, summâ cum fe-
stinatione percurrent ad puteum, impleto hauritorio Aquâ à
aquam matri, quam poposcerat, ministrauit. Mater ve- filiâ bene-
rò, extensis ad cælum manibus, aquam à filiâ, quain de- dictâ linit
ferebat, exceptit: & vt collatæ aquæ à filiâ crucis signum
superponeretur expetiit: de quâ fomentans sibi met
oculos, recepisse le paullulum sensit aspectum. Cum-
que hoc bis terque fecisset, eam ad puritatem luminis
derogati receptâ in integrum sanitatem manifestum est
peruenisse.

6 Accidit etiam vt cum B. Genouefæ duæ pueræ * ms.
multum eam ætatis senio præcedentes consecrandæ Preudh.
* Iulico Episcopo ducerentur. Quas cùm iuxta ætatem illico. S.
annorum promouerent, Genouefam, nescio quid in eâ liaco.
spiritualis gratiæ proprium inesse perspiciens, benedi- Consecra-
tioni ante alias præcepit offerri; sicque & aliæ benedi- tur, ob me-
tionem deinceps consecratæ obtutibus prædicti Pon- rita, alii
tificis pariter abiuerunt. pralata.

Ex mss. 7 Defunctis itaque parentibus, Parisiis vrbe, ar-
Migrat ccessente matre suâ spirituali atque etiam adhortante, mi-
Parisiis. gruit. Factum est autem postquam in vrbe se con-
tulit, vt in infirmitate eius Christi in eâ gratia peculia-
rius infusa totius populi notitia vulgata plus cresceret;
& ita corpus eius paralyticum humoris ægritudo acrîus
dominata dissolueret, vt populari vi morbi nulla
prosperus cōpago suis artibus adhæret. Cuius infirmit-
atis vehementius afflictione depresso triduo semina-
nimi, solis tâtum genis subrubentibus, palpitauit. Quæ
cum corporalem denud sanitatem, opitulante Dei mi-
sericordiâ, fuisset adepta, multa sibi in spiritu visa qui-
busdam spiritualibus est professa, quæ propter incredu-
lorum obloctionem, inuidiamque iactantiae non ne-
cessa est enarrari.

S.Germa- 8 Aduenienti igitur Sancto Germano Parisios, &
nus secùdū iterum ad Britanniâ ambulanti, cunctus obuiam po-
it in Bri- pulis ob venerationem tanti Pontificis procul ab vrbe
tanniam. pro fidei deuotione processit. At ille illicô sollicitus de
Genouefæ vitâ vel actibus inquisiuit. Sed quidam ex
populo bonis inuidi, ad loquendum garruli, ad oblo-
quendum parati, voluerunt vitæ illius perspicuum cla-
ritatem inani obloquiorum susurratione fulcare. Quos
statim S.Germanus Pontificali grauitate despexit, &
ciuitatem ingressus, Genouefæ hospitium sibi poposcit
ostendi. Quam cum summâ humilitate & veneratione
salutans, vitæ illius qualitatem vniuerso populo vt Ni-
mitodoro fecerat, prædicauit: & ex vrbe egressus cur-
sum est dispositi itineris executus.

C A P V T I I I.

Hunnoſprecibus à Parisiis auertit.

Attila Gal- 9 ODEM tempore Attila Rex Hunorum prouincias Galliæ graui cœperat populatione vastare.
liae vastat. Tunc Parisiaci, hostilitatis illius vim furoremque me-
Parisenses tuentes se cum coniugibus ac liberis, fortunisque suis
alio fugere ad vrbes tutioribus locis fundatas cœperant relictio
meditatur. Parisiis velle transferre. Quorum coniuges S.Genouefæ
cœpit instantiûs adhortari, ne vrbe, in quâ genitæ
nutritæque fuerant, sub hac desperatione desererent;
sed potius contra gladiorum impetum se vel viros suos
ieiuniis & orationibus armaret, quod facilius Deo opitulante se confiderent euasuras. Consentientes ergo
matronæ S.Genouefæ consiliis, orationibus deditæ,
spem suam statuunt in Dei misericordiâ atque omni-
potentis auxilio collocare; viroſque suos omnimodis
admonebant, ne desperantes bona sua à Parisiis deportarent; sed potius vt Dominum fideliter precarentur,
qui eos ab imminenti periculo valerer etipere. Nam
ciuitates illæ, quarum munitionem nitebantur expete-
re, aiebat illis, quoniam grauiori belli impetu* imma-
nius essent quaerendæ; Parisius autem quod intemera-
ta ab inimicis, Deo protegente, maneret.

* al. fit ut
ciues.

Cupiunt 10 Vnde eriam, *(vt fuit fides) Parisiaci sanctæ ac
cives eam Deo placitæ Virginis pro communis lucri bono, in quo
intervicerent. eos vel vxores eorum commonere minimè desinebat,
facilegos de eâ ausi sunt inire conuentus & in necem
famulæ Dei nefariâ societate coniuncti, supplicia, quæ
non immeritò adulteris flagitosisque pro *nugacitatis
temeritate debentur, sanctæ illi religiosæque Virginis
sceleratis cogitationi ausibus sunt inferre moliti. Per-
acta igitur cunctatione, cum iam nulla restaret de ne-
cis illatione dissensio, sed sola esset de mortis condicio-
ne vtrum lapidaretur an mergeretur contentio, dum
deliberatum facinus hæc paullulum causa suspenderet,
Archidiaconus ab Autiſiodorensi vrbe Parisius subito
accidit vt veniret. Qui cum sollicitè quid ibidem age-
retur inquireret, quisnam ille esset ciuium tractatus
agnouit. Quibus ille protinus inquit: Nolite, o ciues,
tantu facinus mente concipere. Hanc ego S.Germanu
Episcopu venerabili voce laudare, & vitæ eius merita
prædicare frequenter audiui. Ecce quæ ei à memorato

Pontifice, & per me sunt allara perspicite. Hæc Archidiaconus atque alia plura narrando, ciuium animos in
se potius quam in benedictæ illius necem commotus,
salubri adlocutione compescuit.

11 S.Martinus virtutum admiratione laudabilis apud *Comparationem* ciuitatem à Præfecto militum custodiæ *tur ss.*
deputatus, atque inermis alterâ die contra exercitum *Martino*
proferendus, orationum meritis fœdus vtriusque par-
tis obtinuit. Beatissimus Pontifex Anianus Aurelia-
nensem vrbe Hunorum obsidione vallatam, &
propè iam pulsibus corruentem ab imminenti pericu-
lo accelerato orationibus Gothorum auxilio liberauit.
Hæc verò Hunorum exercitui non solùm longius ve-
nienti orationibus restitit, verùm etiam ne appropin-
quate Parisius conaretur apud Deum orationibus suis
obtinuit. Meritò ergo S.Genouefæ eadem, quæ præ-
dictis Antistitibus, venerationis deferuntur obsequia,
cui in virtutum meritis probatur esse par gloria.

C A P V T I V.

S.Dionysij basilicam edificat.

12 A Quintodecimo namque usque ad quinque-
simum annum ætatis sua bis in hebdomadâ *Eius abſit-*
ieiunium modicâ cibi sumptuone dissolut. Panis hor-
deacei tantum & fabæ capiens pulmentum; vinum
verò vel quidquid inebriare hominem potest, omni
tempore vitæ luæ non potauit. Post quinquagesimum
annum Episcopis suadentibus, quorum admonitioni
nefas est contradici, piscem & lacrarâ ac modicâ per-
ceptione gustauit.

13 Fuerunt ei hæ virgines comites * spiritales, his * *ms.Aud.*
vocabulorum nominibus nuncupatae: Fides, Abstinen- *præclaræ.*
tia, Magnanimitas, Patientia, Simplicitas, Innocentia, *Eius mysti-*
Concordia, Prudentia, Caritas, Veritas, Disciplina, *ca comites.*

omni illi vitæ sua tempore cohærentes.

14 Vicum Catholicensem, in quo S.Dionysius & *Erga s.*
passus est & sepultus, grandi amore ac veneratione di- *Dionysium*
lexit. Hic verò Episcopus in sexto à Parisius miliario *pistar.*
martyrio vitam finiuit, qui à Clemente Episcopo
S.Petri discipulo est in Sacerdotium benedictus, & ab *S.Diony-*
codem dicitur in has partes destinatus, qui Clemens *suis in Gal-*
etiam certamen supradicti Sancti Petri Apostoli cum *liam à S.*
Simone mago in Cæsareâ vel alibi gestum admirabili *Clemente*
missus. pрадicatione descripsit.

15 Cupiebat enim S.Genouefa huic Sancto Dio- *S.Genou-*
nyo Martyri in supradicto vico basilicam maximâ *fa agit de*
construere ambitione, sed pro exiguitate census virtus *adīficandâ*
deerat construendi. Ad cuius cum officium Presbyteri
solito conuenissent, cœpit cum his habere de basilicæ
constructione colloquium, vt vnuſquisque prout pos-
set operi impendium pro fidei sua deuotione confer-
ret. Qui cum ad excoquendas calces se possibilitatis
copiam non habere præcipue quererentur; S.Genouefæ
confidens de auxilio Domini nihil huic operi de-
futurum, ait ad eos: Egredimini & per ciuitatem &
pontes ac per vias gradientes, vnuſquisque sollicitâ *Calx ad id*
quid audire possit aurium sagacitate perquirat. Qui *necessaria*
protinus dicto obedientes & creduli quid eisdem de *mira biliter*
hac re demonstraretur; & egressi stantes in publico, *reperitur.*
quod vnuſquisque prætereuntium diceret indicio lin-
guis silentio, vnu tantum aurium præstolatæ, duos in-
ter se pastores audiunt colloquentes, quod dum *a de-* a *ms.S.*
gregata ob b pastum fortè pecora sollicitè vestigarent, *Max. se-*
duos furnos refertos calcibus in desertis locis & abdi- *gregata.*
tis se vidisse alteri alteri miræ magnitudinis indicabat. *MS.Aud.*
Hæc audientes Presbyteri & lacrymosis gratulationi- *decongrega-*
bus Deo gratias referentes, quod famulam suam Ge- *garia.*
nouefam tam peculiaris gratia dote ditaret, mox me-
morati quæ cognoverant retulerunt. At illa egressis è
domo Presbyteris, fixis in terram genibus ac solo strata
procumbens, Domino supplicauit, vt tenuitati virium
suarum ad parandum opus quod vouerat pius auxi-
liator b *al. partu.*

*Genesius
Presbyter
operi praef.*

cati fuerant conuenerunt, & de honestâ regni utilitate secretiū tractare cōperunt: & quoniam maligni semper in peius malignandi studiō prouocantur; ad damnationis suæ cumulum quidam prorumpentes in medium, religionis & honestatis hostes, ut gladium acutum in Sanctos Dei linguam suam armauerunt.

Inquiritur an caput S. Genouefacum cor-pore affer-uetur. Quid vltra falsa delatio regales contigit aures, quod videlicet beatissimæ virginis Genouefæ caput in ecclesiâ nostrâ non esset. Huius rei rumoribus animus Regis aspersus valde confunditur, & obnubilatur aspectus. Consulitur tamen Clerus, quām populus, communicato quē eorum consilio ad ecclesiam nostram sine dilatione venitur, & ne quidem aliud caput nocte ipsâ in capsâ, quā venerabile corpus virgineum quiescebat, à fratribus poneretur, regio charactere capsâ eadem communitur. Craftinâ die horâ primâ inchoante ex Regis mandato mittuntur ad ecclesiam nostram venerabiles nostri Domini, scilicet Senonensis & Autisiodorensis Antistites, venit & Aurelianensis, Manasses dictus, oblitione potius quām memoriam dignus, veritatis inimicus, religionis & honestatis promptissimus persecutor, & cum eo populi copiosa multitudo. Tandem de referendâ capsâ inter eos sermo conseritur, & supradictus astutissimus scelerum commutator, vt ini-quitatem corde conceptam palliat virtutis imagine, lacrymis profulsiōtibus inundatus, antiphonam de sanctissimâ virgine primus incepit cantare. Nec mora: de locq. sancto suo Domina nostra deponitur, & amoto regiae dignitatis charactere capsâ referatur, & sanctissimæ virginis corpus linteaminibus amotis in oculis nostris exponitur. Integrum ergo corpus virgineum oculis diligenter perlustrantes in laude Dei cū inedificibili exultatione prorupimus, Te Deum laudamus decantantes. Profunduntur vberius lacrymæ populi, prius exitum nostrum expectantis, sed iam exultantibus nobis gratulantis.

Ifa. 48.22. 2 Et quoniam non est pax inimicis, dicit Dominus, vnde iustus exultat & laudat, peccator confunditur & blasphemat. Scriptum quippe est: Peccator cū venit in profundum malorum contemnit. Toto igitur malignitatis suæ spiritu debacchatus Aurelianensis Pontifex mentitur caput venerandæ virginis esse sublatum, & in dolo nescio cuius vetulæ miserabilis aliud caput esse suppositum. Nec dissimulare valens iniquitatem, quam corde conceperat, torus conuersus ad fraudem, venit ad Regem prædictis Praefulibus relictis, ore contumaci gariens, eumdem, quem superius, cœpit replicare sermonem, & prædictos Pontifices, qui caput prædictæ virginis non inuenissent, recessisse mentitur iratos. Veruntamen quod iniquitas more mendacij fabricauit, . . . non admisit.

Hugo Ar-chiepi-co-pus verita-tum in ser-mone ad popu-lum confirmat. 3 Veritatis testis processerat ad populum venerabilis Pontifex Senonensis, qualiter in dubitationem quibusdâ venerit de capite sanctissimæ virginis, vtrum ne scilicet in ecclesiâ suâ; & tunc qualiter cum omnibus membris suis corpus integrum inuentum esset diligenter ediscerens. Caput, inquit, sanctissimæ virginis huius, quæ gloria totius est Galliæ, cum integritate corporis sui nos inuenisse gloriamur. Et ne hoc ipsum vel vobis aut posteris aliquando eueniat ad dubium, vobis dignum duximus prædicare. Hæc & alia quām plurima in auribus populi prædictus Praeful prædixerat, quæ nimiam & impudentem animositatem inimici nostri comprimere potuerint, si datum desuper esset. Sed quoniam tunc hora erat & potestas tenebrarum, vt inueniret iniquitas eius ad odium; modis quibuscumque poterat animum Regis inducere ad-

uersum nos conabatur in malum: & cū nec ratione Ex mss; opus iam esset aut consilio, quippe iam enim turbata fuerat aduersum nos regia Celsitudo; subiit ita meitem ut mitteretur post sèpè dictos Pontifices, quatenus eorum testimonio approbata postmodum in oculis Regis veritatem eluceret. Mituntur itaque Milidum cum magna festinatione quidam de fratribus; in auribus venerabilium Patrum prædictorum detestandum peruersitatem Aurelianensis exponunt, & vt rei veritatem regiae Clementiæ per litteratum suarum apices non recusent agnoscere, diligenter exponuntur. Igitur viri pacis & veritatis amatores fratrū nostrorum precibus inclinati, iustis supplicationibus eorum benignè impertinentes assensum, regiae sublimitati mandantes rei veritatem in hunc modum rescripserunt.

4 Ex mandato regiae serenitatis ad ecclesiam sancti Senonensis & virginis Genouefæ conuenimus, & capsum & Autisiodorensis Antistites, in quâ eadem virgo quiescit, in praesentiâ nostrâ fecimus referari, & eius interiora diligenter oculis ac manus perlustrantes, corpus sanctissimum cum capite re ad Regem suo & omnibus membris integrum & . . . inducere.

bitanter inuenimus. Hoc ergo inuenient in laudem Dei cum magnâ exultatione prorupimus, & populo circumstanti sine morâ curauimus prædicare. Hoc vobis, nec alia Domino nostro mandamus. Ecce per litteras secundò vobis significamus, vt malignorū hominum, quibus est studium qua bona sunt depravare, vt obtradtione veritas obfuscetur, . . . valere in Domino.

5 Tantorum virorum testimonio mitissimus Regis animus delinitus, omnes à se tenebras supradictæ dubietatis longius propulsavit, & ecclesiam nostram; vt prius, imò instantius quām prius, & dilexit & protexit. Itaque postquam veritas venit ad lucem, dolet impietas esse le delufam. Ex tunc etenim & deinceps Aurelianensis leo de leone factus est draco, non iam palam nequitæ sua virus euomens, sed in occulto; & quia capite contrito cetera membra robur ullum non obtinent, cùm molas leonum in ore ipsorum conueterit Dominus, complices sui, ministri confusionis, filii perditionis, inimici nostri confusi sunt, quia Deus spretuit eos. Nos ergo quia de potestate eruti sumus & laquo venantum, dicamus omnes, cantemus singuli: Laqueus contritus est & nos liberati sumus.

6 Reuelata est autem Domina nostra anno incarnationis millesimo centesimo sexagesimo primo, hec caput, mense Ianuario, decimâ mēsis in Octauis eiusdem sanctissimæ virginis, & à fratribus est dulciter Deo sacerdoti, aperto, facili est 10. fæcata. Dñe vero sequente tertâ in locum sanctum suum, Ianu. 11. 61. unde fuerat deposita, cum hymnis & canticis spirituilibus est eleuata. Nos in tanti gaudij memoriam dolorem prius habitum subsequentis, communicato fratrum nostrorum consilio ac sensu communiter imperito, diem eamdem nobis & posteris nostris constitutimus, celebriter venerari, ita vt deuotionem & omnem obseruantiam die festo nativitatis exhibitam hæc solemnitas nihilominus unquam obtineat. Vt autem singulis annis huius actionis textus eodem die legatur, curauimus prouidere, vt & iustus habeat vnde lætitur, & conscientia peccatoris inueniat quo pungatur; quatenus & benevolis sit gratia benedictionis, maluolis autem & his qui oderunt pacem lapis offensionis & petra scandali.

In octauâ Ioannis Euangelistæ est festum celebre Genouefæ: In craftino Simonis & Iudæ translatio: in craftino Catharinæ Excellentia, quæ dicitur Festum miraculorum eius.

DE S. BLIDMVNDO, SIVE GOGO

ABBATE IN GALLIA.

S E C V L O **VII.** **I** **H**UGO Menardus in Martyrologio Benedictino III.
III. IAN. **N**ON.IANVAR. In territorio Ambianensi S.

Blidmundi Abbatis, discipuli S. Valerici. De eo agitur in vita S. Valerici fusè 1. Aprilis. Ipsius quoque vitam Blidmundi ita describit idem Menardus lib.1. obseruatione ex monumentis monasterij S. Valerici:

S. Blid-
mundus à
S. Val-
erico cura-
tus fit mo-
nachus. 2. S. Blidmundus nobilibus parentibus natus est in quodam castro Delphinatus ad Isaram fluviū. Adorans omnibus membris captus, diuturno languore contabescet: donec ad S. Valericum Abbatem, cuius fama per vniuersam Galliam percrebuerat, delatus, eius precibus sanatus est. Blidmundus tanti beneficij non immemor, se totum Deo tradidit sub magisterio S. Valerici.

E ligitur
Abbas. 3. Post eius mortem S. Blidmundus omnium suffragiis & votis eius suscepimus. Sed cum bella in dies deflagrarent, monachis huc & illuc dissipatis, ad S. Attalam Bobiensis in Italiam monasterij Abbatem venit: ubi aliquot annos sub distictioris vitae disciplinâ commoratus est. Extincto bello in Picardiam ad sepulchrum sancti sui magistri redire appetit: quod illi concedere S. Attala nolebat, quia tam sancto viro distracti non poterat. Interea contigit S. Attalam membrorum vsu orbari, ita ut ire in templum non valeret, nisi a S. Blid-

mundo suffultus. Cumque hoc pacto simul incederent, videbatur S. Attala, se per aera sublatum trium pedum altitudine cum S. Blidmundo ambulare. Quo permotus S. Attala ipsis ad sepulchrum S. Valerici tecumare concessit.

4. Cum igitur ad locum venisset S. Blidmundus, eum vepribus & spinis horrentem inuenit. Iis accisis **M**onasteriellam ædificauit, in qua aliquot annis vitam eremiticam egit. Cum vero non pauca per Deigratiā operaretur miracula, multi vitæ monasticæ studio ad eum concurrerunt, & constructo monasterio eum Abbatem elegerunt. Ibi vitam Angelis quam simillimam monachi cum beato suo Abbate traducebant.

5. Circa eundem locum erant quædam antiquæ Reliquias superstitionis reliquiae, quas S. Blidmundus cum suis paganismonachis extirpauit, prostratis etiam quibusdam simulacris, quæbilibi residua erant. Tandem multis exantlati pro Christo & animarum salute laboribus in cælum traductus est. Eius sacræ reliquie adhuc visuntur in monasterio ab illo ædificato, quod de nomine S. Valerici dicitur, sicutque est ad littus maris in diœcesi Ambianensi. Eius festum celebratur i. 1. Ianuarij in eodem monasterio, ex cuius veteribus monumentis hæc vita de prompta est.

INVENTIO SECUNDA

S. QVINTINI MARTYRIS.

CIRCA **I** **S**EMPER in Ecclesiâ dies Inventionis sacrarum reliquiarum ac Translationis religiose obseruatis sunt. Quod tum ex Martyrologiis, tum ex variis SS. PP. sermonibus liquet.

2. De hac S. Quintini secundâ Inventione ista reperi in antiquissimo Martyrologio monasterij S. Martini Tornaci: In pago Viromandensi Inuentio corporis B. Quintini Martyris ab Eligio Episcopo, & Translatio ipsius. Eadem Molanus in Addit. ad Vuardum, & Galefius, ac Martyrologium Germanicum. Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum: Apud Augustam Veromanduorum Inuentio corporis S. Quintini.

3. De Veromanduâ, S. Quintini oppido, eiusq; corporis Inventione hac scribit Papirius Massonus in descriptione fluminum Gallie: Oritur Somma in vico Veromanduorum Feruacio, vnde S. Quintini municipiū petit: de quo Vuardus in Martyrologio vetus scriptor sic ait: In Galliis oppido Vermandensi S. Quintini, qui sub Maximino Imperatore martyrium passus, cuius corpus post annos quinquaginta quinque reuelante Angelo inuentum est. Hæc ille pridie Kal. Nouemb. in vita quoque eius Martyris scriptum inuenio quod sequitur: Eius venerabile corpus licet ab impiis in Somonâ fluui cū plâbo fuisse immersum, tamen per annos plurimos latuit, & incorruptum est repertum. Siegebertus historicus ad annum nonagesimum sexagesimum quartum: Ecclesia, inquit, S. Quintini Martyris est in Insulâ super fluui Somenæ sita, cuius martyrium anno Christi trecentesimo secundo contigit. Addit Siegebertus ab Eusebiâ matronâ in superiori loco præminentis oppidi quod antiquitus Augusta Veromanduorum vocabatur, corpus eius esse collocatum; & rursus ab Eligio Episcopo Nouiomensi determinatum.

Vnde hac
bibitoria
s. Quintini prima
& secunda
inuenio. Inventionem hanc commemorat S. Audoenus in vita S. Eligii quam 1. Decemb. integrum daturi sumus; Hanc autem partem ex quatuor MSS. codicibus descriptissimus, Rubea vallis, Lo-

uanienſi, Balhafaris Moreti v. cl. S. Maria Bonifontis; que ita habet:

4. Eligio viro sanctissimo inter cetera virtutum sua- **S. Eligius**
rum miracula id etiam a Domino concessum erat, vt **S. Sandor**
sanctorum Martyrum corpora, quæ per tot sæcula ab- **corpora**
dita populis haec tenus habebantur, eo inuestigante ac **perquirit.**
nunio ardore fidei indagante, patefacta proderetur. Si-
quidem nonnulla venerabantur prius a populo in lo-
cis quibus non erant, & tamen quo in loco certius hu-
mata tegerentur, prorsus ignorabatur. Exeo ergo tem-
pore, quo Eligius Pontifex consecratus Pastor est da-
tus, ab eo nonnulla inuenta populis sunt declarata. Ex
quibus primum ac summum sanctum Martyrem Quin-
tinum in principio Episcopatus sui, grandi instantiâ
* quæcumque celatum, promovit palam in * ms. Mor.
publicum.

5. Denique priusquam Eligius eiusdem loci datus es-
set Episcopus, exitit quidam vir improbus, nomine quoque.
Maurinus, vt videbatur populis, habitu religiosus; can-
tor etiam in Regis palatio laudatus, atque ex hoc, vt **Maurini**
rei docuit exitus, mente tumidus, corde proterus, at- **temeritas**
que actione dissipatus: qui audaciâ suæ præsumptionis **dininitus**
deceptus, cœpit verbis extollere, à se Martyris Quintini
corpus, & inquiri posse, & inueniri. Sed vt eius proter-
uiam illic & Eligij merita demum Dominus declara-
ret, mox vt terrâ larculo * scalpere cœpit, manubrium * ms. Lou.
fossorij manibus eius inhaesit, sicque miser opus præ- **Eligij**
suum relinques, sequenti quoque die in manibus **ms. Mor.**
suis veribus ebullientibus miserabiliter expirauit. Ex
quo facto tantus timor adoleuit in populo, vt nullus
deinceps, quamvis probabilis vitæ, præter Eligium, hu-
iustinodi negotium auderet appetere.

6. Eligius ergo curâ Pastorali suscepit statim in ex-
ordio suæ ordinationis cœpit assiduare erga locum il-
lum. Est enim haud procul ab urbe Viromandensi, in eo
scilicet loco vbi quondam Martyr ex fluui eleuatus
ab

ab Eusebiā in monte fuerat tumulatus. Eligius itaque diuino nutu instigatus, voluebat in animo, sed & liberè proclamabat populo, non illic haberi corpus, quo eum loco venerabatur, sed esse potius in parte vterius. Cumque diu huiusmodi conditio mentem eius stimularet, cœpit tandem sagaci inquisitione per basilicæ paumentum hic illucque tentare, sicuti sacratum tumulum posset deprehendere. Sed cum nullatenus indicium tumuli reperiret, cœpit à fratribus destitui, prosequentibus cum tremore interitum illius, qui dudum huiusmodi inuestigationem superbâ mente cōcipiens, lugubri morte vitam finisset; nec non & antiquitatem corporis longinquitatem iam temporis consumpti, atque ad nihilum in puluerem redacti obiicientes, conabantur eum à cœpto mentis proposito reuocare. Cumque ei istiusmodi impedimenta à fratribus obicerentur, auctiùs ille ingemiscens, aiebat: Nolite fratres, quæso, nolite impeditre deuotionem meam: nam ego credo in Creatorem meum, quod non me dignabitur tanto thesauro, tantumque mihi desiderato fraudate commercio.

S. Eligius
S. Quintini tumulum inuestigat.

Triduo ie-
junat, vo-
uens se nisi
eo reperto
non come-
ferum.

7 Tunc ergo attentiū persistens, leuauit triduanum ieiunium, atque enixiū Christi Domini diuinitatem cum lacrymis exorans, vovit non se priùs quidquam alimoniaz accepturum, quām mereretur desideratum percipere votum. Tanta namque erat ei fides, tantaque constantia, vt plerumque sic facienda præueniret, tamquam iam facta crederet, & nonnumquām ita cum Deo quemadmodū cum terreno suo loqueretur domino, ac propositum, quod ipse statueret in Deo, complete indubitanter se crederet. Vnde etiam cùm à multis dehortaretur, dicebat: Tu, inquit, Domine Iesu qui omnia nosti priusquam fiant, tu scis quia nisi manifestum ostēderis mihi corpus huius testis tui, qui propter nomen sanctum tuum passus es, quamquam sim indignus, numquam tamē plebis huius Episcopatum geram, sed exul potius ab hac prouinciâ procul secedam, vbi, vt dignum est, inter bestias moriar.

**MS. Mor.*
indicia.

8 Quid multa cœpto operi persistens, cùm adiutores eius per diuersa ecclesiæ loca tentando discurerent, nullamque inueniendi spem caperent; leniter ille omnes cōpescens, vnum eis locū, quo nulla esse suspicio poterat, in posteriori ecclesiæ parte effodiendum designat. Tunc omnium labore ibi conuerso libenter

iussis obtemperant: defossâque iam in altum pedes PER S. decem, seu amplius, terrâ, abs spe iterum inueniendi AVDOEN. corporis deſtituuntur. Et cùm tertia iam nox media Ex mss. fluxifret, arrepto Eligius ſarculo, reiecto que amphi- * ms. Mor. balo, cœpit totis viribus, cum cereis & lampadibus, ter- fulfisſer. ram sanctis effodere manus, cumq[ue] paullulum ima Eum ipſe- fossæ declinans in latus caueraz scalpare humum cœ- met repe- piflet, mox reperit tumbam sanè veterimam tegentem rit. corpus sacram.

9 Tunc gaudio magno repletus, cùm ſarculo, quem * ms. Mor. manu gestabat, audiſſimè latuſ feriſſet ſepulchri, cō- audacis- festim forato tumulo tanta odoris fragrantia cum im- ſimè. menſo lumine ex eo manauit, vt etiam ipſe S. Eligius *Suaſis* fulgore luminis, odoreque inenarrabili percultus vix *odor* & *lumen* e ſubſttere potuifret. Nam & globus ſplendoris, qui ex *tumbâ S.* tumulo ad iustum ferientis processit, tantam yim ſuæ *Quintini*. claritatis ſparſit, vt cunctorum adſtantium obtutibus oculorum retulit, partem maximam regionis illius in diei claritatē muraret. Vnde omnes, quos eadem ho- râ vigilare contigerat, qui que rei cauſam ignorabant, magnum quoddam datum cælitus ſignum aſtimabāt. Erat enim transacta media nox, & nox quidem obſcu- ra valde & caliginosa: ſed procedente fulgore quaſi lux diei ad tempus reſplenduit, & in tempore claritas re- cefſit.

10 Tunc ergo ſacrum inuentum corpus Eligius *Aliquaſ* cum gaudio lacrymabili exofculatur, ac de profundâ ſibi inde tellure eleuato reliquias ſibi, vnde cumque concupiuit, *reliquias accipit.* ſegregauit, dentes etiam pro languentium medelâ ex maxillâ sanctâ abſtulit atque ex radice dentis gutta ſanguinis exiuit: clauos quoque mira magnitudinis, quos tempore paſſionis eius perſecutores corpori infixerat, ex cerebro ceterisque artibus abstractos, ſibi pro reliquiis ſequeſtravit: capillós etiam pulcherimos in reliquias ſeparatos delegauit. Deinde holofericō preſio- viſimo obuolutum, compoſitumque honestissimè corpus ſummâ cum diligentia retro altare tranſpo- * al. citra. ſuit. Tumbam denique ex auro argentoque & geminis miro opere deſper fabricauit: eccleſiam quoque, quæ *Honorificè* exiguā conuentibus populi videbatur, eximio opificio *corpus re-* ampliatam decorauit. Ipſe demum ex reliquiis, quas à ſancto corpore ſequeſtrauerat, multa loca conduiuit, *sacris re-* multimodamque medelam diuersis ægritudinum in- liquis *morbos ſanat.*

DE S. BERTILIA VIRGINE

CIRCA
ANNVM
CHR. DC.
LXXXVII.

MAREOLI IN ARTESIA.

III. JAN. I **S**ANCTÆ Bertiliae natalem referunt hoc die Martyrologium Gallobelgicum, Kalendarium Benedictinum, Constantinus Ghinius, Arnoldus VVion, Hugo Menardus, Molanus in Kalendario Belgico, & in Indiculo ac natalibus Sanctorum Belgij.

2 Ferrarius: Maricolis apud Atrebates, S. Bertiliae virginis. Verum confundit Ferrarius Maricolense & Mareolenſe monaſteria, non reſtè. Nam Maricole, ſive Marilia, vel Mareolia, inſerius in vitâ S. Popponis xxv. Ianuar. Mariliacum, vulgo Maroilles, monaſterium eft ordinis D. Benedicti in Hannoniâ ſub diaœceſi Cameracensi, ad Helpram fluuiolum, qui non procul inde in Sabim influit; constructum à Choneberto Comite, dotatum deinde à S. Humberto anno DCLXVII. atque à Ludoico Pio DCCCXI. poſte à quoque à Carolo Simplice, aliis- Mareolum q[uod] viris illuftribus. Mareolum verò eft, vt ait v. CL. Autbertus canonib[us] Mireus, Canonorum regularium Abbatia vetusta, diuerſum apud Atrebates, cuius prædia ſuo diplomate Lotharius à Maricoliis. Francorū Rex cū vxore ſuâ Emmâ ann. DCCCCLXXVII. ſtabiliuit. De eo Chronicon Cameracense lib. 2. cap. 16. Eſt etiam in vico Maraculo monaſterium Canonorum, vbi Sancta quiescit Bertilia, quæ hoc iſum ſuum præ-

dium S. Maria tradidit. & lib. 1. cap. 2. Parent autem uſque in hodiernum diem conſtratis aggeribus loca apud Mariolum, vbi Romana acies caſtra metauerant. Ad- buſ viſi aggeres illos teſtantur Molanus & Mireus. Dicit Ma- reolus Atrebato miliari cum dimidio verſus Montem S. Eligij, vt ſcribit Georgius Coluenerius in Notis ad cap. 25. lib. 1. Chronic Camerac.

3. S. Bertilia vitam, Eleuationisq[ue] ac Translationis hiftori- riam ex MS. Mareolensi deſcripſimus. Eius adhuc iſtib[us] aſſera- vita: reli- ri reliquias teſtatur Arnoldus Raisius in Hierogazophylacio Belgico.

4 xiv. Septemb. an. Chrifi MLXXXI. facta eft S. Bertilia Eleuatio, cuius meminere eo die VVion, Menardus, Martyrolo- gium Germanicum, Molanus in Addit. ad Vſuardum; ac III. Ianuarij idem Molanus in natalibus Sanctorum Belgij, & Mi- reus. De translatione VIII. Octob. an. MCCXXVIII. facta agit ibidem Molanus.

PRO-

Ex mss.

PROLOGVS AVCTORIS.

Vt ille est scribere vitas Sanctorum.

MIRACVL A nec non gesta Sanctorum narrare non modicum legentium seu audiendum esse profectū, haud dubium est; quoniam & eorum exemplo informantur ad bona operanda, & præmio inuitantur ad gaudia totis virium suarum nisibus querenda. Hinc Domino nostro Iesu Christo laus & exultatio magis magisque accumulatur; & conuersim humani generis inimico confusatur atque liuor indies potior nascitur, cùm & primum ab illo totius Ecclesiæ capite victus aufugit, & imò postea à membris suis legitur quotidie victus, & confutatus. Quocirca pauca de vitâ, seu virtutibus S. Bertiliae scribere orsus, efflagito (quicumque es lector) vt feriem ineptæ orationis h̄c non attendas, sed vt vitam optimæ conuersationis, etiam ab ineunte ævo præfatae Dei famulæ consideres; nec vt exerceatis verborum ingenio, sed potius vt ad bona agenda eius inuitoris exemplo. Ast hæc summatim in capite præmissa; hinc textus exordium sumat.

C A P V T I.

Bertilia genus, sanctaq; adolescentia.

Bertilia genus.

SANCTA igitur, ac gloriofa Dei famula Bertilia, ex nobilissimâ Francorum prosapiâ oriunda fuit. Parentes namque eius fuerunt ambo generosissimi, nec non largâ facultatum suarum possessione admodum locupletes: religionis etiam, seu totius pietatis officii utriusque runc temporis ad vnguem claruerunt. A quibus præfata eorum filia, aliquantulum non degenerauit: verum quidquid illi perfectionis minus habuerunt, hæc postmodum totis nisibus supplerere contendit, velut postea in propatulo cunctis enitit.

Ab infantia dedicata pietati.

3 Sanè à primo infantia suæ æuq; cœpit toto mentis affectu in Christi amore flagrare, & imis sui pectoris suspiriis ad cælestem æternæ habitationis patriam magis magisque anhelare. At quidquid de Christo, siue supernorum ciuium agminibus discere poterat, vel audire, cunctis propemodum horis spirituali satagebat degustare palato. Adeò enim eius animum vis interni amoris accenderat, vt vix vnius horæ spatum posset interesse, quo iugiter aut orationi non incumbet, aut indigentibus humanitatis officio non subueniret. Studebat præterea in diebus ad ecclesiam conuolare, quatenus verbum Dei audire valuisset, unde nimio audiendi amore summoperè flagrabat: & quod aure corporis audiebat, in altâ cordis sui memoriâ recondebat. Inerat enim ei iam tunc, quamquam teneris sub annis, maturus intellectus, moribusque sanctis æuum propriè transcendebat infantia.

Vestium splendorē contemnit.

4 Quæ cùm primordio nascentis ætatis tantæ perfectionis extiterit, tantisque virtutum incrementis in infantia suâ exreuerit, quid putamus postea fuerit? Nempe remorâ omni titubatione certissimè sciendum est, quod in posterum vt ætate creuerit, ita quoque sanctitate, morumque honestate pariter profecerit. Denique etiam, velut alia solent lasciuæ puellæ, non curabat se holosericis vestibus, auro, gemmisque intextis, extrinsecus excolere, ast potius intrinsecus morum probitate semetipsam adornare satagebat semper: haud immemor tunc temporis illius Apostolici præcepti, quo idem mulieres à pretiosarum vestium appetitu compescuit, inquiens: Non in veste pretiosâ: cuius tamen vñum, vt pote generosissimis natalibus orta, non semper declinare poterat. Multa sanè insignia de eius infantia sanctitate dicere potuimus; at, ne ultra modum procedendo fastidium gignerent, omittere decreuimus. Quâ de re regiâ gradientes viâ, scilicet nec ad dexteram, nec ad sinistram diuertentes, plus minûve quam oporteat discedendo, sequentia medio-criter perstringamus.

*i. ad Ti-
moth. 2. 9.
i. Pet. 3. 3.*

C A P V T II.

Guthlando nubit.

SEINDE quidam iuuenis, vocabulo Guthlandus, *Guthlan-* superbi sanguinis generositate præclarus, *to-* *due eam* tuisque facultatis copiâ admodum diues, bonisque *sibi uxo-* *temporit.* etiam moribus incomparabiliter comptus, cœpit præfatam Christi adamare puellam: erat enim alloquo blanda, facie decora, aspectuque pulcherrima. Hancque instantissimis apud parentes eius efflagitabat precibus, vt sibi eam in connubio sociarent. Offerebat ergo ipse memoratus iuuenis, sæpe fatæ Christi mirabilis puella, quatenus eam ad suum pertraheret consensum, vestes quam plurimas, auro gemmisque intextas; offerebat prædia multimoda, & mancipia immodica. *Opes obla-* *tas con-* *temnit.* Quæ omnia floccipendens, ac pro nihilo deputans, nequaquam eis animus suus fleti poterat, & à proposito sanctitatis inclinari: sed ubi se mel obtutum mentis sua fixerat, ibi iugiter immobilis persistebat. Iam enim B. Bertiliae cuncta labentia subter erant, nullaque labentium rerum voluptates amabat, nullisque lusibus seu iocis, quibus illa ætas implicari solet, deletabatur; verum omnia vt vana, & tamquam nullius momenti vitabat, ac velut stercora refutabat: ita enim illo tempore vis interni amoris eius animum accen- *Vita soli-* *derat*, vt consortia hominum amoris huius sæculi in- *taria defi-* *derio tene-* *concupisceret: fecissetque votis satis, si sexus infirmi-*tur.**

6 Parentes denique eius videntes iuuenem fore *Egrèpa-* strenuissimum, & sæcularis eminentię pompa sublima-rentibus tum, maximisque fundorum possessionibus valde di- *tandem* cœperunt indies animum sæpe fatæ filiae suauibus blandiisque exhortationibus ad consensum præfa-ti iuuenis attrahere. In quâ re diutius laborantes, plu- *consentit.* rimum expendere tempus. Quorum tamen precibus vix tandem deuicta, consensit eum cum amore Dei fuscipere, non causâ exercendæ libidinis, sed gratiâ propagandæ sobolis.

C A P V T III.

Cum viro castitatem seruat.

7 PORRÒ ipse memoratus iuuenis desideratis seu *Guthlan-* religiosis eius amplexibus tandem potitus, cœ-pus per quotidie in sanctitate, nec non religione Christi pe- *eam in* detentum succrescere: quod meritum seu precibus B. proficit. Bertiliae actum fore, remotâ omni titubatione veri-fimè credendum est, videlicet ne eius pudicitia viola-tor existeret, quam ab ipsis cunabulis Deo deuouerat.

8 Dignè quis per ordinem enarrare sufficiat, quan-Bertilia & *Guthlandi* tæ religionis vterque fuerint, & quam sancte seu iultè *Guthlandi* totum vitæ suæ tempus vnâ pertransierint, nec non *pia exerci-* qualia, quantâ bona in vitâ suâ gesserint. Erant enim ambo religione clari, hospitalitate præcipui, castitatis amatores ferventissimi. Cerneret indies alere egenos, vestire nudos, visitare infirmos, ceteraque pietatis ac sanctitatis officia haud segniter peragere. Nempe vni-versam facultatem suam propemodum in tali disper-serunt opere: ita vt veraciter de eis singulis cum psal-mographo David suau dulciisque organo decantari valeat: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius ma-net in sæculum sæculi.

C A P V T IV.

Vidua sancte viuit: moritur.

9 BEATO igitur Guthlando prius ab hac vitâ disce-Poë obitū dente, atque vt indubitanter credimus, & vera-coniugis citer tenemus, in sede huius Paradisiacæ amœnitatis vidua ma-collocato, præfata Dei famula à coniugij vinculo so-luta, in viduitate almificam studuit consuetare casti-tatem,

Bona Ecclæsticis partitur.
tatem, bonumque, quod prius mente conceperat, prius omnimodis fategit. Nam omnia patrimonia, quæius dominio deuenerant post obitum patris, matrisque, nec non etiam ea quæ suæ potestati supra memoratus vir suus reliquerat, diuersorum locorum Monachis, Canonicis, atque Sanctimonialibus, sub charatarum auctoritate delegauit preter vnum solummodò fundum, vsu fructuario sibi net reseruatum, qui Mareolo dicitur, in quo propriis largitionibus basilicam condidit, ibidemque aram statuit in honore almi Ammandi. Atque ut suauius liberiusque ibidem contemplatiæ vitæ intèdere posset, cellulam parietibus ipsius basilicæ hærentem sibi fecit construi; quam sola ingrediens, ad visionem supernæ pacis operum bonorum passibus sine cessatione omni horâ properabat.

Basilicam confixit,
& sibi iuxta eam in cellulam.
10 Cuius sermo unicus edicere sufficiet, quam sanctæ & religiosæ inibi vixerit omnibus horis, cunctis momentis, quibus vitales auras carpare quiuit? Quod quamvis perlóngum est, dicatur paucis qualiter meritis & annis matura de hoc sæculo migravit. Quadam denique nocte cum plus solito orationi incumberet, orationibus, nec non vigiliis tandem fatigata, cellulam repetit, ubi cum . . . perfessa membra sopori dedisset, durâ corporali molestiâ corripiuit, & indies languor immodicus augmentatur; non tamen ab oratione cessabat, sed Deo deuota femina, quanto acrius dolore premebat, tantò profusus Christi misericordiam precabatur, expertus ut eius auxiliij tutelâ ab hostium incursione secura atque immunis constiteret, cuius fidei sacramenta deuotè suscepserat, ut preceptor mandat, his fidelis famula succumbebat. Sanè licet corporis vires imminente iam morte deficerent, spe tamen gratiæ cælestis roborata, quoniam ad cælestia spiritu certissimè se migraturam credebat, diuinæ virtutis se protectioni commendauit: & sic carnis absoluta vinculis sancta illa anima viuis rebus exempta, Sanctorum superius est collegio sociata.

Constantia in morbo.
11 Venerabile verò corpus eius in prædictâ Mareolensi ecclesiâ tumulatum, à fidelibus viris summâ cum reverentiâ honoratur, atque solemni multorum veneratione recolitur quiescere: Bertilia meritis optata: sapientia beneficia consecuti, pronâ mentis deuotione nomen & laudem concelebrant omnipotentis Dei, cui est in unitate Trinitatis gloria, & virtus decentissimæ potestatis, nunc, & semper in sæcula sæculorum, Amen.

*Moritur.**Sepelitur Mareoli.*

V E R S U S D E S. B E R T I L I A.

12 PROGENIE clarâ, Christo Bertilia cara,
Huius matrona villæ manet atque patrona.
Est data Guthlando coniunx, tamen integra virgo
Perstat, & est virgo secum viuente marito:
* an foris
vile cœ-
num vel
vitæ cœ-
num?
Hic ponit * villæ cenum, regale cubile
Inrat, donatur Regi, Regina locatur.
Relliquias huius continet iste locus.

E L E V A T I O.

Priuilegium Gerardi II. Cameracensis
Episcopi de Eleuatione B. Bertiliae.*AN.CHR.*

MLXXXI. 13 SECUNDVS Gerardus Dei gratiâ Præfus Cameracensis, successoribus suis posterisque fidelibus æternum gaudium. Notum sit omnibus, quod in quinto Pontificatus mei anno, Atrebatensem Clerus, S. Bertiliae & populus, & commandantum pia deuotio, de eleuare reliquias elevari pe- tunt Atrebaten- ses: Ut quam meritorum prærogatiua, & miraculorum pu- blicauerat ostensio, celebriorem faceret de terrâ in fe- terro eleuatio. Considerans itaque magnam ab antecessoribus meis præfata Virginis claram reverentiam,

Tom. I.

& cultu frequentatam; ego quod non minus deuotus Ex uss. inueniter, omnium precibus consensi, & Virginis eleuationem in Exaltatione sanctæ Crucis celebrandam indixi. Ante quam diem nutu Dei magnæ infirmitatis Concedit præuentus molestiâ, ne tamen populi defraudarem Episcopus: expectationem, bona opinionis & religiosos Abbates, D. Gualterum Cameracensem Abbatem, D. Aloïdum Atrebatensem Abbatem, D. Alardum Acquicinensem Abbatem, Dominumque Alardum Marcenensem Abbatem eò direxi, & excusationis agendæ vicem id commit- tit.

14 Eleuata est igitur B. Bertilia cum ingenti plebis exultatione, in die Exaltationis sanctæ Crucis. Anno ab Incarnatione Domini M L X X XI. Philippo in Fran- ciâ, Henrico regnante in Lotharingiâ.

T R A N S L A T I O.

15 AD laudem, & gloriam, & honorem Domini no- AN. M.CC. *xxviii.*
Astri Iesu Christi, qui Sanctorum suorum merita gloriofa diu non patitur occultari; sed vt fides Chri- VIII. O-
stiana latius suscipiat incrementum, & nomen eius dif- CTOBR.
fusius amplietur, eorum miracula, quæ per eum fiunt quotidie, ad notitiam omnium vult peruenire. Quædam digna relatu & memorâ, quæ per gloriolam Virginem suam Bertiliam temporibus nostris dignata est Dominus mirabiliter operari, prout nobis diuina inspirauit gratia in gestorum * præpo- * hic ali-
steratio vtque prioribus subsequentia suo more & na- quid de-
turali ordine coniungantur. Paullò superius, videlicet ab eleuatione beata & gloriose Virginis Bertiliæ, in-
choantes nostræ narrationis exordium competentius assumamus.

16 Cum igitur gloriosum sacrosanctæ Virginis Bertiliæ corporis thesaurum diutius in terrâ conditum Dominus vellet sublimius eleuari, & ipsius reliquias, tamquam aliorum Sanctorum, publicè & solemniter in Ecclesiâ venerari; de mandato speciali pia recordationis Domini Gerardi quondam Cameracensis Episcopi, non sine multâ deliberatione, & magnâ dis-cretione, Eleuationi B. Bertiliæ præfixa est dies Exalta- Eleuatio
B. Bertiliæ.
tionis sanctæ Crucis. Ad quam venerabiles viri non pauci, & religiosi Abbates ad mandatum prædicti Pontificis, qui infirmitate detentus præsentialiter interesse non potuit, conuenerunt, qui pariter congregati ad locum, in quo B. Bertiliæ corpus iacebat, deuotè & humiliter accesserunt, ipsumque exinde propriis manibus, sicut decuit, extrahentes, in quodam vase ligneo auro & argento protecto, quod ad hoc præparatum fuerat, recluserunt, sicut hoc totum in quodam libro de vitâ ipsius virginis factâ mirabilis & rhetorico relatu eloquio plenius continetur. Vnde in nominibus Praelatorum recitandis qui præsentes altiterant, & in memoriâ solemnitatis tantæ rei adhibitæ motam nouimus facere longiorem, ne videamur auditoribus, qui hoc melius cognouerunt, idem repetendo fastidium generare.

17 Porro cum per centum & quadraginta annos Aurum B. Bertiliæ Virginis corpus in vase illo, in quo primùm capia S. positione fuerat, iacuisset; cœpit vas illud argento suo farto sub- & auro medio tempore per quosdam fures & sacrilegos spoliatum, vetustate nimiâ demoliri; ita vt omnibus hoc videntibus dedecus videretur, quod tam sanctæ Virginis speciosæ reliquiae in tam in honesto vase & veteri minus honorificè clauderentur. Quod vi- dentes bona opinionis & laudabilis vitæ viri Petrus capia. Abbas de Mareolo, & qui cum eo erat conuentus, non sine magnis sumptibus vas aliud de nouo fabricari fecerunt protectum argento, & superius deauratum, ac diuersis imaginibus ac sculpturis ab omni parte nobilitate insignitum: in quo gloriosum B. Bertiliæ Virginis corpus datâ opportunitate, & habito consilio prudenter, postmodum honorabilius collocarent.

O

18 Quo

Ex mss.

18 Quo factō & sicut decebat p̄parato, pr̄nominati Fratres, Abbas scilicet & conuentus, ad Venabilem Patrem Dominum Pontium Arrebatensem Episcopum accesserunt, cum totā cordis deuotione vnanimiter & humiliter supplicantes, quatenus piis eorum desideriis, quae habebant de B. Bertiliae Virginis corpore transferendo, gratum & benevolum p̄staret assensum. Qui deuotis eorū petitionibus pio affectu, tamquam Pastor benevolus omni pertenti se tribuens, condescendens, tam libenter quam hilatiter annuit postulatis, promittens quodd si posset ipse tantæ solemnitati veller p̄fessionaliter interest, p̄cepitque statum diem nominatū p̄figi, & p̄dici viii. Idus Octobris, in quo p̄dictorum Abbatis & Conuentus de Mareolo feliciter desideria completerentur. Adueniente igitur die fecit Deus, qui Sanctis suis nescit deesse, magnam aēris serenitatem, licet ante diem illam & etiam post eam pluviōsum tempus plurimum extitiser, quod B. Bertiliae Virginis meritis & precibus contigisse, multi fide digni, quia pium est credere, firmiter crediderunt.

19 Venit ergo ad solemnitatem p̄fixam sicut promiserat Pontifex nominatus, factaque solemni processione ab ipso, & qui cum eo erant Clericis & Prælatis, erectus fuit quidam scafoldus in curia B. Amandi apud Mareolum, cortinis, sporis, & pannis variis pulcherrimè ornatus, quem Pontifex venerandus, & qui cum eo erant Prælati pariter ascenderunt; ibique a Magistro Alano Canonicō Arrebatensi eleganti sermone ad populum facto; p̄cepit Pontifex antedictus omnibus iis, qui ad solemnitatem diei cum cordis deuotione conuenerant, indulgentiam fieri spiritualem, triginta dies de iniunctis sibi p̄nitenitiis misericordi-

Indulgen-
tia 30.
dierum
concedit.

Venerabilem Abbatem S. Amandi & quosdam potentes in consiliis vestris, nobis à latere vestro direxistis, obsecrantes ex parte vestra, ut iniuriam, quam Deo & Ecclesiae nostrae irrogasti, patienter feremus, nullamque super hoc querelam vel in Domini Papæ vel in Domini Archiepiscopi Curiâ faceremus; insuper & quod ecclesiæ nostræ non tam rationis instinctu, quam potestatis violentiâ rapuisti, vobis concederemus. Et iniuriam quidem quam patienter rulerimus, satis vobis notum est, quomodo scilicet sine illâ Ecclesiastica censurâ reclamatione, Clementia vestra bonitatem expectauerimus. Sed & nunc quoque, sicut hactenus, quamvis cum multâ animorum grauitate & molestiâ, Nobilitatis vestre respectum ad tempus sustinebimus. Et insuper ut vos Deus de expeditione, quam aggressurus estis, sanum & incolumem, humiliatis hostibus, cum triumphi gloriam reducat, & ad honorem sanctæ Ecclesiae cor vobis pœnitens indulget, orabimus. Porro eudem thesaurum vobis concedere, nostræ facultatis non est, ut ipse qui Deo & S. Vedasti, magnificâ Regum liberalitate collatus est. Si igitur eas reliquias alij Ecclesiae conferre, vel de ipsis Ecclesiam, quasi sub obtentu religionis, instaurare disponitis, neque inter nos & vos, neque inter nos & Ecclesiam, quæ eas contra Deum detentura est, pacem ullam ulli pacto futuram, certissimè & indubitanter sciatis. Spiritus consilij vobis.

Eas reliquias illis tradere recusat Abbas.

Hoc die refertur Atrebatum.

Par. Comiti datur, ab eo Aeriensi Ecclesia.

Miracula in ea translatio- ne facta:

A quo scripsit. Miracula hic à Locrio prætermissa ex veteri ms. Vedasti cœnobij mihi transmisit Ioannes Vallonoster, vir humi- nissimus, qua hic habes. Auctor fuit ascetes quissipam Vedasti, qui ita vixit temporibus, ut ex primo & tertio patet miraculo.

MIRACULA

Quæ contigerunt in relatione capitum S. Iacobi Apostoli ex Ariâ ad monasterium S. Vedasti.

De quodam puero.

Paralyticus sanatur.

10 **M**VLIERIS cuiusdam parvulus filius morbo collectis diriguit; sed cum mater mœrens & clamans, vniuersâ prosequente viciniâ, S. Michaëlem, ubi adhuc sanctuarium seruabatur, adiisset, & in ipsis foribus ecclesiæ, Dei & S. Iacobi patrocinium lacrymabiliter inclamasset; repente puer cœqualuit. Quod miraculum meritis beati Apostoli gestum esse nemo Tom. I.

ambigat, cum apud Deum & Sanctos eius magna sit Exvariis des mulieris id obtinuerit, & parvularum innocentia, Avct. qualium est regnum cœlorum, in conspectu Domini plurimum possit. Puerum postea in ecclesiâ nostrâ frequenter vidimus, & multos eum quasi testem & materiam miraculi amplectentes atque deosculantes aspergimus.

De Frumaldo Episcopo.

11 **F**RUMALDVS * Canonicus S. Mariæ Atreba-

Eger con-
tensis, & Ostreuandensis Archidiaconus, post-
ualescit.

ea Episcopus, vir magnæ grauitatis & prudenter, in lectum ægritudinis lapsus est, & in tantum vexatus ut de vitâ desperaret. Cui cum aqua, in quâ caput S. Iacobi fuerat intinctum, propinatur, eamque hauisset, melius habuit, & per paucos dies receptâ ad integrum sanitatem, se beati Apostoli meritis conualuisse nobis præsentibus asseruit, eique voulit votum, quod eum omni vitâ suâ tenere vidimus.

* Cl. Rob. Fruinaldus, ex cod. Thua. alias Frumoldus.

Visio Abbatis S. Vindiciani de Monte Sancti Eligij.

12 **E**VSTACHIVS Abbas S. Vindiciani de Monte

S. Eligij, vir potens in scripturis & arte medicinae, eâ die, quâ receptum est sanctuarium, intuitus ad nos veniebat: & iuxta aquas de Anpanio agens iter, super ecclesiam S. Michaëlis miræ claritatis lucem radiare intuens, suis Canonicis ostendit. Quod cum nobis retulisset, ipsam horam fuisse comperimus, quâ nostri Seniores Abbatii in ecclesiam S. Michaëlis Lumen su-
venerant obuiam, & sanctas reliquias ad nos delaturi prætem-
de eadem ecclesiâ reuerenter emiferant. Mirati sunt su-
per hoc vniuersi; maximè cum sol suum iubar adeo
mortalibus inuiditer, ut totâ die illâ nebulis caliganti-
bus sepultâ, nullum radiorum eius in aëre apparuerit
vestigium. Vbi illud etiam in magnâ admiratione est
habitum, quod secundum preces & vota multorum, il-
lâ die, quasi in obsequium processuri populi, à manè vs-
que ad horam decimam insolito gelu terræ facies diri-
git; cum & antè & postea per totam illam hyemem nitus im-
vel nullum vel rarissimum gelu senserimus, & hyemale missum.
tempus ita præter morem à naturalis frigoris iure de-
propriatum numquam experti fuerimus.

Visio matronæ.

13 **M**ATRONA quædam manens in Castello S. Relatio

Vedasti, ante circiter octo dies quam villa hac uen-
reddendi capitis fieret mentio, somnium vidit quod tura pra-
Ecclesiæ nostræ & totius ciuitatis bonum nudè &
aperte portendebat. Vidi scilicet monasterium S. Ve-
dasti suis ex integro decoratum insignibus, Dominum
Abbatem in sublimi loco assidentem, & columnam
eximij splendoris, quam tenebat in manibus, populis
ostendentem. Quæ omnia postmodum ex aſte completi vidi, ecclesiam ornari, structuram ligneam
ante altare sanctæ Crucis erigi, & super ipsam præcone
vehementer intonante relatum caput populo præsen-
tari. His igitur atque aliis, quæ studio breuitatis omit-
timus, miraculorum testimoniis, honori atque reue-
rentiæ sancti capitisi populorum affuevit deuotio: & suis ad reli-
quia ex illâ die iam celebri concursu & oblationum copiis quias.
cœpit honorari.

14 Eodem quoque anno, quo prædictus nobilis Comes Flandriarum ipsum venerabile caput B. Iaco-
bi restituit, ad Hispanias orationis gratiâ & ipsius ca-
pitis veritatem inquirendi desiderio accensus, S. Iaco-
bum adiuit. Qui eò adueniens cœpit prius explorator
curiosius inquirere, an ibi sacratissimum eiusdem ca-
puc haberetur; quatenus, an apud nos, an illic verissi-
mè haberetur, certior redderetur. Factâ inquisitione,
quoddam argenteum ei allatum est, in quo à quibus-
O 2 dam

Ex variis dñm esse dicebatur caput, non ipsius Iacobi fratri Avcr. Ioannis, sed Iacobi minoris ibi repositum ferebatur.
De veritate hanc summa p̄petrare potuisset; à senioribus quibusdam omnino illic non haberi, sed olim in Flandrias translatum fuisse, ipsi intimatum est. Quod audiens cum gaudio repatriauit, & in ipsā nocte festivitatis Iacobi Atrebatum veniens, nos super his certiores & alacriores reddidit.

Theca p̄petratoris includuntur 15 Non negligens itaque Venerabilis Abbas, ad honorem Dei, qui tanto thesauro eius honorauit tempora, largâ manu & liberalibus expensis vas insigne iussit fabricari, in quod non multò post reliquias illas Dominus Petrus tituli S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis, qui illo tempore à latere Domini Papæ

20. April.

1175.

Alexandri in Gallias destinatus, in regno Francorum Apostolicā legatione fungebatur, præsente & inspiciente innumerabili populorum multitudine, adstante etiam Frumoldo Atrebatensi Episcopo, qui illuc ab Abbe vocatus aderat, xii. Kal. Maij in Octauis Paschæ solemniter & deuotè reposuit, & datâ omnibus benedictione & peccatorum indulgentia, eas in ecclesiâ S. Vedasti perpetuò honorandas Apostolicā auctoritate firmauit. Vbi usque in hodiernum diem multi potenti fide & alaci deuotione beati Apostoli memoriam adeunt, & ipsius meritis per sancti Spiritus gratiam peccatorum remissionem accipiunt; præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & eodem Spiritu sancto viuit & regnat per omnia sacerdotalia, Amen.

D E S. D A N I E L E

M A R T Y R E , P A T A V I I .

III. IAN. 1

MARTYROLOGIVM Romanum & Molanus in Addit. ad Vguard. Patauij S. Danielis Martyris: estq; hac Inventionis dies, vt in Notis docet Baronius ex tabula Ecclesie Patauina. Eiusdem meminere Maurolycus, Martyrologium Germanicum, Vguardi editio Colonien. anni 1521.

S. Danielis martyrii 2 Galesinus: Patauij, S. Danielis Leuitæ & Martyris Inuentio. Is enim S. Prosdocimi Episcopi Diaconus, cùm Christianam fidem constantissimè palam prædicaret, ab urbis Praefecto comprehensus, inter lapideam & ligneam tabulam clavis confossum, martyrio coronatur. Illius corpus diu occultum, Vlderichi eiusdem urbis Episcopi precibus, admirabiliter multis post illum martyrium annis, hoc ipso die inuentum est, summa Cleri & populi celebritate. Eadem fere habet Ghinius.

Vldericus Episcopus Patauin. 3 Vldericus ille, anno MLXIV. creatus Patauin Episcopus memoratur. Historiam Inventionis S. Danielis damus ex Agonibus Martyrum: aliamq; mortis atque inuentionis ex Bernardino Scardeonio, cuius compendium extat apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiae. Episcoporum Patauinorum extat apud Claudium Robertum catalogus: nullum tamen Ioannem exhibet, qui circa annum DCCLXXVII. vixerit. Agit de S. Daniele & Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 40.

INVENTIO S. DANIELIS ex Agonibus Martyrum exclusis.

S. Daniel Patauij passus.

4 DANIEL Leuita martyrium passus est in urbe Patauinâ; verum quo tempore, & à quibus ignotum est. Sic tamen passio eius martyrii que modus cognitus est. Nam ipse se reuelans cuidam oculis capti in Tusciâ dixit illi: Si vis videndi gratiam obtinere, vade, pete Patauium, & Danielis Martyris implorä opem, ad memoriam sepulturæ eius; vbi & inuoca Domini nostri Iesu Christi misericordiam, & ipse te illuminabit. Quo auditio, cæcus procurauit se in urbem Patauinam deduci. Erat enim aitnus Domini septimus Patauinum gentesimus sexagesimus septimus. Quo in tempore & à Barbaris urbs illa & in eâ multa loca sancta variis tumultibus & vaflatum incuribus Barbarorum vastata fuerant.

5 Veniens itaque cæcus, per omnia tempora, oratoria, & etiam ruinas locorum sanctorum, diligenter inquirit, vbi nam corpus beati Martyris Christi Danielis requiesceret. At nullus inuentus est qui illi quidquam indicare posset. Vnde ipse effectus admundum traxisse, illusum putabat: orabat tamē Dominum per omnia deuotionis loca, vt eius misericordia sibi subueniret, & si visquam in eâ urbe Daniel Martyr eius quiesceret, preces eius exaudiaret, vt ipse visum reciperet.

6 Cùm igitur id per dies complures ficeret, & se-
mel orandi causâ, sacras diuæ Virginis & Martyris Iu-
stinæ subiisset ædes, quo in loco Daniel Martyr con-
ditus fuerat, (id quod tunc omnibus incolis ignotum
erat) se illi Martyr iterum reuelauit, dicens: Hic ora,
nam hic iacet Danielis Martyris corpus, quem ut vi-
sum recipias requirere iussus es. Oravit ergo eo in loco
cæcus; & visum recepit.

7 Quo factò, ipse & sui duces gratias magnifice
Christo & Martyri agentes, adeunt illicè Ioannem
Episcopum, sanctum virum, qui illo in tempore loco
præterat, & indicat omnia, quæ beneficio Martyris fe-
cerat Christus cæco, qui illuc ex Tuscâ aduenerat, &
quomodo ad memoriam Daniels Martyris orans, vi-
sum receperat. Conuocato itaque Clero, sociatus Epi-
scopus, secum ducens cæcum, sed iam gratiâ Christi
videntem, tendit in sacræ virginis Iustinæ templum.
Cui ingresso ostendit is qui fuerat cæcus orationis lo-
cum, vbi & beneficium visus receperat. Iussit ergo E-
piscopus circumfodi terram, & aperiri locum, & inue-
nit instar sepulcri tabulatum lapideum, longis clavis in
summo eminentibus per intima confixum; quod leua-
ri iussit: vbi autem levatum est, vident in imo aliud ta-
bulatum, quod acies illorum immanium clavorum pe-
netrabant, & iuxta breve quoddam scriptum: Hic
CORPVS DANIELIS LEVITÆ, PRO CONFESSI-
ONEM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI SIC
PASSI, REQUIESCE. Iussit ergo venerabilis Pontifex
tabulata aperi; & reperit corpus Martyris per medi-
tullum capitis, per cerebrum, per pectoris medium,
per pectorin, & per cetera corporis membra horribili-
bus illis clavis transfixum; sanguinemque adeo re-
centem, ac si modò illum glorioso martyrio in odorem
suavitatis fudisset. Neque teter cadaueris odor offen-
debat assidentium præsentiam, quia Dominus marty-
rem suum à corruptione præseruauerat. Ex quo intel-
lexerunt Pontifex & viri sancti ac religiosi qui assiste-
bant, martyrij Daniels pro nomine Iesu Salvatoris
passi modum.

8 Leuatum igitur corpus, & pretiosis velaminibus Deferrur
adornatum, Episcopus, sancti viri, vniuersus Clerus, & corpus ad
populus innumerus cum cantis & hymnis intule-
runt in maiorem ecclesiam sub nomine Dei genitricis
Mariae fundatam anno, qui dicitur est, septuagesimo
sexagesimo septimo. Vbi Christus interuentus sui Mar-
tyris virtutes fecit & signa; cui cum Patre & Spiritu
sancto honor & gloria in sacerdotalia, Amen.

DE EODEM S. DANIELE
EX BERNARDINO SCARDEONIO.

S. Danielis patria, genitus, martyrium anno 1068. **D**ANIEL Martyr B. Prosdocimi Episcopi Leuita, Patauij, licet Hebreâ natus familiâ, cùm constantissimè Christianam fidem populum palam publiceque doceret, ab urbis Prefecto comprehensus, inter lapideam & ligneam tabulas clavis ferreis confessus, hoc genere martyrij, inter caelestes reliquos meruit habere triumphum, anno salutis CLXVIII.

Circa annum 1064 cæco cuiusdæ apparet. **H**uius autem corpus aliquamdiu fuit hominibus ignotum. Sed cùm Vlderichus Episcopus Patauinensis piis orationibus instaret, ut omnipotens Deus grem suum & vniuersum populum Patauinum in verâ Christi fide, & Catholicâ religione constantius roboret, quod interuenientibus Sanctorum precibus facile cõle qui posse sperabat, accidit anno salutis MLXIV. ut cæco cuidam in Hethuriâ per quietem iuuenis quidam Leuitico habitu induitus appareret, visum sibi pro mercede promittens, si Patauinum perget & in basilicâ D. Iustinae corpus B. Danielis Martyris inuestiget, humi, haud procul ab arâ D. Prosdocimi conditum. Is ergo tantâ mercede allectus, & de pollicitis nihil diffidens, Patauinum statim contendit, & monasterium D. Iustinae ingreditur, remque omnem monachis exponit; rogatque vt per eos sibi liceat cā nocte in templo in orationibus pernoctare.

Corpus reperitur. cæcus vi- sum reci- pit. **A**nnuentibus illis, noctu inter orandum per vi- sum ostensus est ei locus, vbi quæsitus thesaurus defos- sus latebat. Quare mox vbi illuxit, Episcopus accer- situr, & populus conuocatur, cæcus locum assignat, & fossoribus præcessit. Quid multis humo nondum peni- tū effossa, paruo labore repertum ac cognitum est, quod homines diu antea latuerat. Ibi namque Martyris corpus constricte inter duas tabulas, ligneam & marmoream, suauissimè, & ultra quam cogitari possit mirificè redolens inuenitur. Quo factò exemplò cæco vi- sus redditur: & omnium ordinu homines, qui tunc for-

tè aderant, miro stupore replentur, laudantes, & be- *Ex variis*
nedicentes Deum. Interim verò tantæ & tam nouæ rei Auct. famâ per totam ciuitatem diffusa, vndique confluitur, & innumera miracula fiunt, & ita hinc precibus, hinc lacrymis, hinc gaudio tota ciuitas agitatur. Locus at- *visitatur ad-*
tem subterraneus in hunc diem integer est, in quo ve- *huc locus.*

12 Episcopus autem Bernardus postea cupiens his *Transfer-*
sanctis reliquiis exornare ædem suam cathedralem, egit *sur corpus*
cum monachis, vt corpus illud eð transferendum con- *ad eð*
cederent, & ne ingratus cuiquam videri posset, in pra- *cathedra-*
mium tam pretiosi muneri amplissima turis lignarij *tem.*
prope urbem prædia Abbatia remisit, quæ p̄tidem ei
ex paternâ (vt dicitur) hereditate contigerant.

13 Interim verò non minùs mirabile dictu accidit. Cùm enim iam sacratissimi corporis Translatio fieret, non sine densâ concurrentis vndique populi multitudine, illico vbi intra mœnia primùm receptum est, si- *Templi a-*
stunt ex onere supra modum pressi & defatigati por- *dicandi*
tantes. Hinc nec vis vlla, nec artes quantumvis inge-
niosissimæ reliquum itineris perficere valent. Quocit- *votum.*
cà Episcopus cum vniuerso populo tali factò perterri- *Translatio*
tus: nuncupatis suppliciter votis de construendo ibi- *3. Domini-*
dem templo sub titulo S. Danielis, statim progressus, *cá Maij.*
antea nescio quo modo inhibitus, facilis darur: nec vl-
lum amplius obstat impedimentum, quò minùs in
templum cathedralē corpus illud, tanto miraculo re-
pertum, deportaretur: vbi ad hoc vsque tempus feli-
citer quiescit.

14 Celebratur autem huius Inuentio **13.** Nonas *Inuentio*
Ianuarij: Translatio verò facta ad nouam Capellam *3. Ianuar.*
M. cc. xc. fit tertial Dominicâ Maij. Iacet nunc in *Translatio*
arcâ marmoreâ, vbi in formibus notis insculptum est *3. Domini-*
ho epitaphium:

HIC REQVIESCIT MARTYR DANIEL LEVITA.
15 Hacenus Scardeonius lib. 2. class. 6. qui eiusdem Sancti meminit lib. 2. class. 5. cap. 1. Capite vero 32. testatur extra mœ- *Coll. S.*
nia Patauina collem amœnum existere S. Danielis, in eoq; *Coll. S.*
egregium monasterium exadificatum *Canonicorum Regula-*
rum.



IV. I A N V A R I I.

S A N C T I Q V I P R I D. N O N. I A N V A R.

C O L V N T V R.

OCTAVA SS. INNOCENTIVM.	S. Hermes	Martyres, Bononiæ.
S. Titus Episcopus, Cretenium Apostolus.	S. Aggæus	
S. Celsus, Episcopus Treuirensis.	S. Caius	
S. Mauilus Martyr, Adrumeti in Africâ.	S. Priscus Presbyter	
S. Aquilinus	S. Priscillianus Diaconus	
S. Geminus	S. Benedicta	
S. Eugentus	S. Dafrosa, vidua Martyr, Romæ.	
S. Marcianus	S. Gregorius Episcopus Lingonensis.	
S. Quintus	S. Pharaildis, virgo vidua, in Belgio.	
S. Theodotus	S. Rigobertus, Archiepiscopus Remensis.	
S. Tryphon.	S. Theoctistus, Abbas in Siciliâ.	
S. Neopiste Virgo Martyr.	S. Libentius Archiepiscopus Bremensis.	
S. Æduus Episcopus.	B. Rogerius Abbas Ellantij Ord. Cisterciensis.	
	B. Angela de Fulginio, vidua.	

P R Ä T E R M I S S I V E L I N A L I V M D I E M R E I E C T I.

S. Martina virgo Martyr. Breuiarium Quignonij, aliaq. De eis egimus	Nos	v. Januar.	
S. Theopemptus Episcopus	S. Lucianus Bellouacensium Apostolus, & Martyr. Hrabanus, Notkerus, ms. monasterij S. Maximini.	1. Januar.	
S. Theonas	De eo	viii. Januar.	
S. Zosimus	S. Bertvvaldus Archiepiscopus Cantuariensis. ms. Kæ-	III. Januar.	
S. Athanasius	lendar. SS. Ord. S. Benedicti. Nos	x. Januar.	
S. Petrus Balsamus. Hraban. Notker. ms. monasterij S. Ma-	B. Hrabanus Magnentius Maurus Archiepiscopus		
ximini. De eo suprà	Moguntinus, refertur hoc die à Davide Camerario. De eo		
S. Theogenes Martyr. Hraban. Notker. Maurolyc. ms. mo-	agimus	iv. Februar.	
nasterij S. Maximini. Suprà	B. Rogerius de Marchiâ Ordinis Minorum. Molan.		
S. Croniacus siue Cronanus Confessor in Scotiâ. Mar-	Galefin. At Ferrarius col. Tudericis scribit	v. Martij.	
tyrolog. Anglican. & David Camerar. Dubito tamen an ad	S. Agontius siue Abundius, Mansionarius ecclesiæ		
hunc diem pertineat, & differo donec certius quid reperiam.	S. Petri Romæ. Galefin. Ferrar. sed Martyrologium Ro-		
Vigianus monachus Cluniacensis &c in Scotiâ Episco-	manum	xiv. April.	
pus refertur à Ferrario. Sed eum omitto, donec certius quid	S. Theopompus	Martyres, Nicomediæ. Vuardi	
mibi de eo constet.	edictio Colonien. ann. 1521. Marty-		
Dedicatio Ecclesiæ Casalensis in Liguriâ. Ferrarius in	S. Synehus	rolog. German. ms. Florar. sed Mar-	
gener. catal. Sanctorum.		tyrol. Roman.	xxi. Maij.
Dauid Bangorensis in Angliâ Episcopus, refertur à Fer-	S. Ferrutius Martyr. Beda excusus, Martyrol. Germanicum,		
rario hoc die, vt Sanctus, à Davide Camerario xxvi.	Molani prima editio. Galefinius & Ferrarius addunt Romæ		
Martij. Neminem alium legi qui Sanctum appellat. Dicitur	passum. Cum nihil de eo eiâusve Actis certi proferant, hic eum		
Henrico V. Imperatori à confessionibus fuisse.	omittit.		
Cisinandus S. Bernardi discipulus, ab eo in Occidentales	De S. Ferrutione siue Ferrutio Vesuntino Martyre age-		
Hippania partes, aut Lusitaniam missus, celebratur vt Bea-	mus	xvi. Junij.	
tus ab Chrysostomo Henriquez hoc die in Menologio Cister-	De Moguntino	xxviii. Octobr.	
cienſi. Omitto dum mihi confitit an colatur.	SS. lxxii. Christi discipulorum agunt Græci hoc die		
Elisabeth virgo, pietate & patientiâ celebrata, circa annum	commemorationem. Desingulis, quos quidem agnoscit		
MDLX. excepit è vita in monasterio Vallis rosarum, siue	Ecclesia, agetur variis diebus: de omnibus simul	xv. Iulij.	
Rosendalenſi, Ordinis Cisterciensis, iuxta Mechliniam: quā	S. Fausta Virgo colitur hodie Bituricis; vt habent Mau-		
refert Arnoldus Raſſius hoc die in Auctario ad Natales San-	rolyc. Galefin. Ferrar. ms. Florar. Martyrologium Germa-		
ctorum Belgi Ioannis Molani, & Chrysostomus Henriquez	Moguntino. Vuardi editio ann. 1490. & 1521. Mibi ignota est. De		
in Menologio Cisterciensi.	alia Fausta Virgine Martyre, Cyzici paſſa, age-		
S. Syncletica vel Encletica Virgo. Gracorum Menolog. &	mus	xx. Septembr.	
Menea. At Roman. Martyrolog.	S. Petrus Episcopus Damascenus Martyr. Galefin. De		
S. Apollinaris siue Apollinaria Syncletica. Menea.	eo Martyrol. Roman.	iv. Octobr.	

O C T A -

OCTAVA SS. INNOCENTIVM.

IV. IAN.



ELEBRATVR Sanctorum Innocentium
Martyrum Octaua in Martyrologio Roma-
no, Notkeri, Bellini, Maurolyci, Molani,
Germanico, Galefinij, Vuardi editione Lube-
censi an. 1475. & Colonensi an. 1521. & ple-
riusque alias excusis & mss. Martyrologii. Franciscus Quigno-

nus Cardinalis in Breuiario suo Pauli III. auctoritate anno
MDXXXV. edito hanc Octauam expunxerat, substitueratq. S.
Martina Virginis & Martyris foenum simplex. Restituit deinde
Octauam; quem duplē eſe sanxit Pius V. additis Lectioni-
bus. Vide Bartholomeum Gauantum Comment. in Rubr. Bre-
uiar. ſect. C. cap. 6.

DE S. TITO EPISCOPO

CIRCA
AN.CHR.
CV.

CRETENSIVM APOSTOLO.

IV. IAN. I

SANCTVM Titum omnia hoc die memorant Latinorū
Martyrologia, cum Romano, in quo Pridie Nonas Ianuarij de eo hac habentur: In Cretā Natalis S. Titi, qui ab Apostolo Paulo Cretensium Episcopus ordinatus, post prædicationis officium fidelissimè consummatum, beatum finem adeptus, sepultus est in ecclesiâ, vbi à beato Apostolo dignus minister fuerat constitutus.

2 Eius ſape meminit Paulus, ad quem & epifolam scriptit Nicopoli in Epiro; in quam q̄ti Commentarios ſcripsere Patres & Doctores, plura in Titi laudem congeſſere: vnum profero Cornelium Cornelij à Lapide noſtrum. Titus, inquit, utroque parente Gentilis & Græcus, adeoque, ſi credimus Chrysostomo h̄c homiliâ 1. Corintho oriundus fuit. Vnde & identidem Titum nominat Apostolus ſcribens ſecundò ad Corinthios, eoque apud eos quasi populares ſuos administro viſus fuit, ad colligendas eleemosynas, aliaſque res Ecclesiasticas. Hic Titus à Paulo conuersus ad Christum & baptizatus, eidem adhæſit, ac in prædicatione fuit insignis adiutor & interpres. Vnde 2. Corinth. 2. vers. 13. Paulus Titum fratrem ſuum vocat. Fuit enim Titus insigni morum innocentia ac sanctimoniam præditus, adeoque tota vitâ virginitatem coluit & feruauit, vt docet S. Ignatius epifolâ ad Philadelphia. Hinc à Paulo creatus eſt Archiepiscopus Cretæ, aliarumque vicinarum insularum: quin & in Dalmatiā à Paulo miſſus, ibidem prædicauit, vt patet 2. Timoth. 4. vers. 10. Ac tandem multis Ecclesiis erec̄tis & fundatis, in Cretam reuersus, sancte mortuus eſt, anno ætatis 94. ibidemque ſepultus. *Hac Cornelius.*

3 Titi meminit S. Ignatius ep. 3. ad Philadelphenses; Votaverranus lib. 19. Eusebius lib. 3. Historia Ecclesiast. cap. 4. aucto- libelli de 72. discipulis. S. Isidorus Hispalensis lib. de vita & mor- te Sanctorum cap. 87. & alij. Agit & de eo Baronius ad annum Christi XLV. ita ſcribens: Interpretis apud Apostolum Paulum funētum eſſe munere Titum S. Hieronymus tradit ſcribens ad Hebidiam; imo eius officio ad eum opus habuisse, vt abſentia Titi non modicum detrimentum eiusdem prædicationi attulerit, idem ipſe ad Corinthios ſcribens his verbis testatur: Cūm veniſsem Troadēm propter Euangelium Christi, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino, non habui requiem spiritui meo, eō quod non inuenierim Titum fratrem meum: ſed vale faciens eis, profectus ſum in Macedonia. Hæc non alia causâ accidisse putauit Hieronymus, niſi quod ſicut Petrus Marco, ita & Paulus Tito vteretur interprete: in cuius aduentu ſe magnopere gauiſum eſſe testatur, cūm ait: Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi. Quæ autem (inquit Hieronymus) fuit tanta conſolatio, & quæ requies spiritui in præſentiâ Titi; quem quia non inuenit, vale faciens eis profectus eſt in Macedonia? Aliquoties diximus, Apostolum Paulum virum fuſſe doctissimum, & eruditum ad pedes Gamalielis; cumque haberet ſcientiam ſanctorum ſcripturarum, & ſeronis diuersarumque linguarum gratiam poſſideret,

vnde ipſe gloriatur in Domino, & dicit: Gratias ago 1. Cor. 14. Deo meo, quod omnium veſtrum linguis loquor; diui- 18. norum ſentium maiestatem digno non poterat Græci eloquij explicare ſermone. Habebat ergo Titum interpretem, ſicut & B. Petrus Marcum, cuius Euangeliū, ipſo narrante, & illo ſcribente, compositum eſt. *Hæc Hieronymus, atque ex eo Baronius.*

EIVS VITA EX MENÆIS.

4 **G**RÆCI XXV. Augusti S. Titi agunt ſolemnitatem, Collitur à pifco Gortynæ vrbis Cretæ, discipuli S. A- Auguſti. postoli Pauli. Hic B. Titus annos 20. natus, venit ex Cretâ Hierosolymam, & vſque ad Domini nostri Iesu Christi ascensionem expleto anno vno, decem alios annos illic permanentes ordinatus eſt Apostolus. Prædi- cauit Euangeliū annos decem & octo apud Cretam, & reliquas insulas annos ſex, in patriâ verò . . . Ex quibus xciv. annorum colligitur numerus.

5 **F**uſius Menæa: S. Apostoli Titi Epifco Gortynæ Eius re- in Cretâ, discipuli S. Pauli Apostoli. B. Titus ex Myroi gium ge- Cretensium Regis stirpe oriundus erat, quemadmo- nus. dūm testatur Zenas Iurisconsultus, qui vitam ipſius Vita à Ze- perscripit. Meminit Titi etiam S. Paulus. Titus ergo nā IC. scri- primos ætatis annos litteris profanis, quæ apud Græcos in magnâ ſunt admiratione, conſecrauit.

6 Vicennis iam, accepit ē cœlo vocem, quæ, Tite, inquit, hinc tibi emigrantum eſt, vt animam ſerues; pa- rum enim tibi haec eruditio Græca & profana proderit ad ſalutem. Cupiebat Titus hanc vocem denuò audi- re: norat enim etiam ex idolorum ſtatuis ſubinde voceſ ſuperſtitioſas mitti. Itaque totum adhuc annum ſubſtituit. Tum iuſſus eſt per viſum, Hebræorum volumen le- teras legit, ergo cūm Iſaiam aperiuſſet, incidit in hanc ſen- Isai. 41. 1. tentiam: Innouamini ad me inſulæ multæ. Iſraël ſalua- iuxta tur à Domino ſalutem ſempiternam; & quæ ſequuntur. Ergo Proconsul Cretæ & auunculus S. Titi, cūm audiffet de Christi Domini ſalutari natuitate & mira- culis, quæ Hierosolymis & aliibz patrabat; ex viro- primariorum conſilio miſit Titum Hierosolymam: hunc enim existimarent aptum fore, qui audiret & lo- queretur cum Christo, & ſibi renuntiaret, quæ audiffet ipſe. Titus ergo cūm veniſſet Hierosolymam, & vidif- fer & adorasset Christum Dominum, maniſt Hiero- solymis, & miraculorum eius ſpectator præſens factus, vi- dit etiam ſalutarem eius paſſionem & ſepulturam & reſurrectionem, & diuinam aſſumptionem, & Spiritus sancti in Apostolos aduentum & deſcenſum, credidit. Converti- quæ, & centum viginti, & tribus milibus accenſus eſt, tur ad fi- dem. qui ex prædicatione S. Petri Principis Apostolorum crediderunt in Christum.

7 Deinde conſecratuſt Apostolus, & mittitur cum Paulo ad docendum & conſecrandum alios, quos vi- naſurcum ſum eſt Paulo: vénitque cum illo Antiochiam, trans- Paulo. itque Seleuciam, & Cyprum, & Salaminem, & Pa- phum, atque inde proficiſcit Perga Pamphyliæ, &

O 4 An-

EX VARIIS AVCT. Antiochiam Pisidiæ, & Iconium ad Onesiphori domum; deinde Lystram, & Derben: & ubique cum sancto Apostolo Paulo verbum Dei prædicauit. Rustilo ergo sororis marito iam alterum annum Cretæ Præsumeo veritatem, appulerunt in Cretam Paulus & Titus, ita ut ibi templum adificaretur: indeque digressi venerunt in Asiam, atque ex Asia peregrinatur cum illo Romam usque, quoad Paulus à Nerone sublatus est.

Moritur natus an nos 94. In Cretæ 8. Inde reuersus in Cretam, ibi templum Episcopis & Presbyteris ordinatis, vitâque ad Apostolorum normâ peractâ, in Domino quieuit. Vixit ad annos quatuor & nonaginta. Erat enim viginti cum è Cretâ primùm Hierosolymam profectus est, ibi que annum usque ad ascensionem Christi in cælum, deinde decem alias ibidem mansit: tum delectus Apostolus à Principibus discipulorum Domini, absoluuit in prædicatione Evangelij decem & octo. Rursus in Cretâ & aliis insulis annos sex, & in patriâ triginta nouem exigit, ex quibus annis collectis numerus annorum nonaginta quatuor absoluitur.

EX PETRO DE NATALIB. ET ALIIS.

9 Eodem quoque xxv. Augusti die cum refert Petrus de Natalibus lib. 7. cap. 108. haec ex Gracorum, ut apparet, monumentis de eo scribit: Titus discipulus B. Pauli Apostoli fuit, cui idem Apostolus speciale epistolam dirigit. Huius vitam scripti Zenas legisperitus, cuius idem Apostolus eadem epistolâ, tertio capite mentionem facit. Qui à Minoe Rege Cretæ generis duxit originem, in eadem insulâ nobilibus parentibus ortus. Desiderans autem Homeri & aliorum Philosophorum poëmata, vacans circa illa, cum esset annorum 20. audiuit de cælo sibi vocem illapsam, quod oportebat eum inde recedere, & animam suam saluare. Posthac * nouem annis elapsis, iussum est sibi, quod librum vniuersitatis legeret ubi dicit: Renouamini à me insulâ multæ: habent Istaë teruabitur à Domino æternâ salute. Missus est itaque ab avunculo suo Proconsule Cretæ Hierosolymam, audire & videre de miraculis Iesu Christi. Qui abiens vidit passionem Christi, resurrectionem, atque ascensionem, & Spiritus sancti aduentum in Apostolos. Sicque perfectam certitudinem de Christo assumens credidit, & annumeratus est cum 120. discipulis, in quos Spiritus sanctus corporaliter descendit.

*** Imò vniuersitatis.** 10 Postquam autem ab Apostolis Episcopus consecratus est, missus est cum Paulo ad gentes prædicandas. Qui nauigantes ad Cretam insulam, Christum prædicabant: quos Rutilius Titi cognatus deridebat. Interēa vero Rutilij filius moritur, & à Paulo suscitatur: sicque Rutilius credens cum omni domo sua baptizatur. Paulus vero Titum Cretensem Episcopum or-

Predicat in Cretâ. **Rutilium cognatum convertit.** **Creatur Creta Episcopus.**

11 Post hanc Titus ad Cretam deuenit, ubi gratiosè sepelit. de fide Christi disputans, tandem cum increduli persisterent, oravit ad Dominum, statimque idolum Dianæ, **Multos** quod colebant, cecidit & in puluorem redactum est, & baptizati sunt. Consecravit autem Titus Presbyteros & Diaconos, ipse vero metropoli præsidebat. Cum die quadam transiret ante palatium, quod Secundus Pro- **Secundi consul iussu Imperatoris in Iouis nomine construebat,** **Procos.** maledixit illud: & statim opus funditus dissipatum est. **profanum opus male-** Tunc Secundus venit ad Titum cum lacrymis rogans **dictione** se indemne ab opere conseruari. Cui Titus imposuit **Eum con-** euerit. ut opus in nomine unius Dei Christianorum inciperet, & sic opus perficere posset: quod & factum est. Com- **plete** vero opere Secundus cum filio suo baptizatus est.

12 Dum igitur B. Titus morti appropinquaret, vi- **visitatur** dit Angelos ad se missos: & resplenduit facies eius sicut ab Ange- **sol:** qui spiritum suum & plebem sibi commissam Do- **li.** mino commedans in pace quieuit, etatis sua anno 94. **Resplendet** VIII. KALEND. Septembri: sepultusque est in metro- **Moritur.** poli Cretæ, ubi & quiescit miraculis coruscans. Hæde- **Claret mi-** nus Petrus de Natalibus, quem sequuntur alij quidam Latino- **raculus.** rum, & Titum hoc die venerantur.

13 De Tito hac habet Dextri Chronicum anno ccxx. Ti- **Puratur in Hispaniâ** tus, cognomento Iustus, Episcopus factus, secutus pri- **prædicasse.** mò S. Paulum, mox Eugenium, prædicat in Carpetaniâ; ubi eius memoria magnitudoque miraculorum celebratur. Is Titus conuerterat ad fidem Plinium iu- **Dexter, non video.** niorem ex Bithyniâ Pontoque redeuntem, in Cretâ insulâ, ubi iussu Traiani Ioui templum erexerat. Nec de- **14 Magni vero Dionysij Areopagitæ epistolam nonam Tito Dionysij** Pontifici inscriptam, ad hunc ipsum Titum fuisse exarata, ad eum omnino mibi persuadeo, quod & video Georgium Pachymeram epistola sensisse. Petrus Halloix noster questione 3. in vitam S. Dionysij num. 6. ait à nemine controverti.

15 Porro S. Titi venerandum caput integrum Candia Ar- **Eius caput** chiepscopali Creta vrbe affruatur, magnâque ceremoniâ cer- **in Cretâ.** tis temporibus spectandum populo proponitur. Estq; summum templum eidem sancto Apostolo dicatum; ut in Peregrinatione suâ Ierosolymitanâ, epistolâ 1. testatur Nicolaus Christophorus Radzivilius.

DE S. CELSO EPISCOPO TREVIRENSI.

CIRCA AN. CHR. CL. IV. IAN. **C**elsi, quinti Treuirorum Episcopi hodie natalem, xxiiii. Februario inuentionem celebrari tradit Martyrologium Germanicum. Eius preterea hoc die meminit Vuardi editio Coloniensis anno 1521. Maurolycus, ms. S. Maria Ultraiecti, ms. Florarium; sed in hoc Martyr, in aliis Confessor appellatur. Cratopolius Hyginij Papa equaliter facit. Brouvverus noster in Annalibus, Auspicio, anno Christi cxli.

ait successe. Ioannes Euen in Epitome gestorum Treuirorum, ait genere clarum fuisse, animo sublimem, ut nomini videlicet suo responderet. Editio Martyrologij Vuardi Colonien. anni 1490. Treuiris S. Celso Episcopi & Confessoris Christi; qui in coemiterio S. Euchatij requiescit. xxiiii. Februarij de eius inuentione agemus.

DE S. MAVILO MARTYRE,

ADRVMETI IN AFRICA.

CIRCA AN. CCIII. IV. IAN. **M**ARTYROLOGIVM Romanum: Adrumeti in Africâ, Commemoratio S. Mailli Martyris: qui in persecutione Seueri Imperatoris à Scapula saeuissimo Præside damnatus ad bestias, martyrij coronam accepit. De hoc Tertullianus lib. ad Scapulam c. 3. Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod cum Adrumeticum Maulum (quidam codices Maülum, ut monet Panellus) ad bestias damnasses, & sta-

tim

Si hæc vexatio subsecuta est, & nunc ex eadem causâ interpellatio sanguinis: id est, ut Iacobus Pamelius, & Ioannes Ludouicus Lacerda noſter, persecutio hoc principio excitata. At magis mihi Baronij arrides explicatio, qui clades Africae inten-

tatas significari ait, quasi iū sanguis interpellaretur, repetereturq; iniuste profusus à Prefide. Vide Baronium pluribus R̄. 115. tom. 2. an. 203. num. 5. & seqq.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS AQVILINO, GEMINO, EVGENTO, MARCIANO, QVINCTO, THEODOTO, TRYPHONE.

IV. IANV. I **R**ecenset hosce Sanctos athletas Martyrologium Romanum: Item in Africā præclarissimorum Martyrum Aquilini, Gemini, Eugenii, Marciani, Quincti, Theodoti, & Tryphonis. Beda, Vſuardus, Ado, Notkerus, MS. Florarium: Apud Africam præclarissimorum Martyrum Aquilini, Gemini, Eugenii, Marciani, Quincti, Theodoti, Tryphonis, quorum gesta habentur. Ita ferè habent omnia Vſuardi exemplaria MSS. & excusa. Martyrol. MS. S. Horum SS. Hieronymi: Pridie Non. in Africā Aquilini, Gemini, Eugenii, Marciani, Quincti, Theodoti, Trifonis. At nomina duersimodè à variis expressa; nam Aquilinus alibi Aquilius dicitur: Geminus, in MS. Societas Iesu Antwerpia Germanus: Eugentius, in Martyrol. Roman. & Vſuardi editione Parisiensis nomina, an. 1536. Beda, Bellino, Eugenius, in MSS. Ultraiectensi, & S. Martini Tornac. Notkerus, Petro de Natal. Eugentius, in MS. Centulensi Eugendus; à VV andelberto, qui eum solum recenset,

Augentus;
Tum pridie Nonas Augenti festa rectirunt.
Marcianus, in MS. Ultraiect. Martinianus: Theodosius in MS. Soc. Iesu Antwerp. Theodosius; apud Bellinum, Petrus de Natal. & in quibusdam MSS. Theodosius: Tryphon, apud Petrus Tryphonius.

2 Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 44. ait in VV andalica per-
secutione passos, citatq; Adonem, qui id non habet. Petrus sequun-
tur Maurolycus, Galefinus, Martyrologium Germanicum. Qui-
bus vt affentiamur, certum debet antiqui Scriptoris testimonium
prosperre. Vſuardi editio Colonensis an. 1521. XXVI. Ianuarij Tryphonem Martyrem refert: hicne sit, an alias, nolumus con-
iectare. Menea Gracorum isthac habent. Eadem die Sancti lex
Martyres in pace finiunt. Dubitat Raderus noſter, an non ii-
dem sint qui in Africā paſti. Quis diuinet?

DE S. ÆDVO EPISCOPO.

IV. IANV. **A**Duum Episcopum, ceteris Martyrologiis, que qui-
dem viderimus: ignotum, suggerit nobis MS. Martyro-
logium S. Hieronymi. Nihil preterea de eo compri-

mus. Nam esse Aeduorum quempiam Antistitem, cuius omissum
sit proprium nomen, non est vnde suspicemur. Neque alicuius Au-
gustodunensis Episcopi in vlo Martyrologio fit hoc die mentio.

DE SANCTIS MARTYRIBVS BONONIENSIBVS HERMETE, AGGÆO, CAIO.

IV. IANV. I **P**assi Bononia sunt pridie Nonas Ianuarij Hermes, Aggeus & Caius: de quibus Martyrologium Ro-
manum: Bononiae Sanctorum Hermetis, Ag-
gæi, & Caij Martyrum; qui sub Maximiano Imperato-
re passi sunt. Eorundem meminit Vſuardus, Bellinus, Mauroly-
cus, Galefinus, Martyrologium Germanicum, MS. SS. Florarium,
Ferrarius in Catalogo SS. Italie, Petrus de Natalibus lib. 11. cap.
ultimo num. 27. Baronius tom. 2. ann. 303. num. 122. varia MSS.
Martyrologia.

2 At Martyrologium S. Hieronymi: In Oriente, ciuitate Bononiâ, Hermetis, Aggei, Caij. MS. itidem peranti-
locus mar-
guum monasterij S. Martini Tornaci, S. Hieronymi, Eusebij,
tyrj. Beda preferens nomina: In Oriente, Bononiâ ciuitate,
Hermetis, Aggei, Gagij. In Bononiâ habent quoque nonnulli
excusi codices. MS. Martyrologium Vſuardi Sororum regularium
Lacus S. Maria iuxta Leidam, vernacula lingua: In ciuitate Ba-
lonâ, in Thraciâ, SS. Hermetis, Caij, Aggei.

3 De his (nam Acta intercederunt) ita breuiter Carolus Si-
gonius lib. 1. de Episcopis Bononiensibus: Hermes, Agæus &

Caius, pridie Nonas Ianuarij passi sunt; Proculus Kal. Iu-
niis; Vitalis & Agricola pridie Nonas Nouembri. Atque
ita dies eorum Ecclesia celebrat. Corpora eorum in scis sepultura;
Christianis inter sepulchra Iudæorum fuete ptoiecta.
Monstrant adhuc loca crucibus lapideis ad perennem
rei themoram insignita, vbi singuli sacro martyrio esse
dicuntur affecti.

4 Meminit quoque horum trium sanctorum Martyrum Che-
rubbini Ghirardacci lib. 1. bifi. Bononiens. vbi tradit eorum reli-
quias ab Eusebio Episcopo in ade sancte Crucis collocatas, vbi ge-
mina haec legitur inscriptio: MCCCIII. Hoc opus fieri fecit Reliquia,
D. Munsus de Sabbatinis, ad honorem Dei & beatorum
Martyrum Hermetis, Aggei, & Caij, hic sepulchorum, &
pro salute animæ sua, & omnium suorum propinquorum.
altera: Memoræ æternæ sanctorum Martyrum
Hermetis, Aggei, & Caij, gens Sabbatinorum fecit, di-
cauit. M. Antonius Sabbatinus de Pratis, gentilicij iuris
patronatus pietatis memor, ædem vetustate corruptam,
cum omni cultu restituit, anno Salutis MDLXXX.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS PRISCO PRESBYTERO, PRISCILLIANO DIACONO, ET BENEDICTA.

ANNO CCCLXII. IV. IANV. **H**orum Martyrum Acta intercederunt, prater paucula,
que in S. Pigmenij & sociorum qualibuscumque Actis
XXIV. Martij recensentur: eorum tamen meminere cum-
Horum Acta Latinorum Martyrologia. Vetus Romanum: Romæ mar-
tyrum Prisci Presbyteri, & Priscilliani, & Benedictæ. V-
derunt. Vſuardus: Romæ Sanctorum Prisci Presbyteri, & Priscilliani
Clerici, ac Benedictæ religiosæ (quædam MSS. gloriose)
qui sub tempore Iuliani Imperatoris gladio martyrium

compleuerunt. Eadem ferè habent Beda, Ado, Notkerus, Bel-
linus, Martyrol. Romanum, Maurolycus, Galefinus, MS. Flora-
rium Sanctorum, Constantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum
Canonorum, Vincentius lib. 14. cap. 38. Petrus de Natalibus lib.
2. cap. 42. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italie. Colitur
Carthagine in Hispaniâ V. Ian. S. Priscillianus M. officio du-
glici. Dubitat Ferrarius; an is sit qui hic Romæ passus dicitur.

DE

DE S A N C T A D A F R O S A

V I D V A R O M A N A M A R T Y R E.

SANCTA Dafrosa S. Flauiani vrbis Prefecti vidua, hoc die migravit ad calum. De eâ Vguardus; Item Roma S. Dafrosæ, vxoris Fabiani (legendum, Flauianæ) Martyris, quæ post interfectionem ipsius primum relegata exilio; deinde à Præfato Principe capite iussa est puniri. Eadem habent Martyrologium Rom. Beda, Ado, Notkerus, Bellinus, Maurolytus, Galfridus; hic tamen fallitur, ut & Martyrolog. Germanicum, dum Decij iussu occisam scribit an. CCCLVI.

2 Maurolycus alioq; Dafrosam vocant, quidam Affrosam, mendosæ. Meminit eius Ferrarius in Catalogo Sanctorum maritus, Italie; Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 42. ast hic sedē hallucinatur, quod eam existimet S. Fabiani Pape, priusquam Pontificatum iniret, vxorem suisse, & Decij iussu peremptam, cùm integro pofit seculo vixerit.

3 Acta S. Dafrosæ, Flauiani, Pigmenij, Bibiana & aliorum permista sunt, & eiusmodi vt haud leui emendatione egeant. Ea dabimus XXIV. Martij, quo die S. Pigmenius colitur, lucet in Actis XIII. Februarij interfectus dicatur, quo die eum reuerterunt quedam Martyrologia. Colitur S. Flauianus S. Dafrosæ

maritus XXII. Decembris; eorum filie S. Demetria XXI. Junij; S. Bibiana II. Decemb.

4 Videntur hi omnes, & alii qui in ijsdem Actis memorantur, sub Aproniano crudelissimo Vrbis Præfecto, Iuliani tempore, subiisse martyrium. Et Dafrosa quidem post mariti sui mortem, fame primum cruciata, dein Fausto cuidam propinquo suo traditur: qui eam conatus inducere vt sibi nuberet, dñsq; sacrificaret, ipsem ab eâ imbutus fidei mysteriis, à Ioanne Presbitero (qui XXIII. Junij colitur) baptizatus, feliciter in ipsius tyranni conspectu extinctus est. Corpus eius canibus expositum, Dafrosa noctu sepeluit. Dein in somnis à viro suo Flauiano euocata, post quinque dies orans expravit.

5 Antonius Quintanaduena lib. de SS. Hispanib; tradit S. Dafrosam ac Flauianum Hispani natos, inde Romam cum filiis migraffe. Nititur præcipue Iuliani Petri testimonio, qui in Chronico nu. 105. ita scribit: S. Bibiana S. Flauiani Hispanensis patria. Hispani filia, cum patre Romam petit, ibi q; martyrium patitur patienter cum matre & sororibus. Quanta sit illius Chronicæ auctoritas, nondum discussimus. Unicam Bibianæ soror Demetriæ omnes numerant; plures hic auctor videtur statuere.

DE S. NEOPHYTA VIRG. ET MART.

IV. JANV. I Andæ Virginis Neophytæ nomen in fastos suos olim retuleraut Rosveydus noſter, nullo adscripto die: Neophyta V. & M. in monasterio Limpurgensi. Carthaginani Colonenses in auctario ad Vguardum, IV. Ianuarij ista habent: S. Neophytæ natalia. Item Neophystæ Virginis & Martyris. Memoratur Neopistis quedam à Baronio in Notis ad Martyrol. Rom. 28. Octob. in Cyrillicæ, Memmiæ, Julianæ, Neopistis, ac Sophiæ Virginum ac Martyrum corpora transtulit Sergius iunior in Titulum Equitij, vt verus inscriptio marmori incisa illuc posita testatur. Verum ad quem diem illa Neopistis, quam Anastasius Bibliothecarius Theopisten vocat, sit referenda; an Neophyta sit, de qua hic agimus, nos latet. Alioquin idem serè significant Neopistis, quæ recens fidei suscepit; & Neophyta, recens insita, vel nouiter genita, sive qua recenter ad fidem accessit.

2 Cuius verò extiterit S. Neophyta, aut quo tempore vixerit, haud satis nobis compertum. Vitam eius RR. DD. Canonici regulares monasterij Bodecensis in diœcesi Paderbornensi, è præstantissimis suis MSS. codicibus summa humanitate Ioanni Gammanio nostro communicarunt. Insunt tamen in eâ nonnulla que correctionem requirant. Nam quod dicitur mater sancta Virginis foror suisse S. Oswaldus Regis & Martyris, repugnat Anglicanorum rerum scriptoribus. Ut id demus, cui illa & ybi nupta orto è stirpe Iudaicæ: vt actera omittamus. Erat fortasse qui menda hac, alicunde affusa luce, expurget.

3 Ceterum Limburgi cœnobij (ad quod translate à Conrado Salico Imp. S. Henrici successore reliqua S. Neophytæ dicuntur) originem ita describit Hermannus Contractus ad an. 1034. Conradus ex castro suo Limpurgo, inter Nemetes & Vangiones sito, monasterium fecit, quod in honorem sanctæ Crucis & D. Ioannis Euangelista dedicari iussit. Idem ex Hermanno Ioannes Cuspinianus, Christophorus Bravverus noſter, alioq; recentiores commemorant. Plenius qui tum viuebat Euerhelmus in Vitâ S. Popponis XXV. Ianuarij cap. 9. nu.

37. cùm narrasset Episcopatum Argentinensem Popponi à Conrado oblatum, ingeniosè ab eo declinatum; subdit, Cesarem quemque abbatis rectoribus effettuata, eas illi committere certatim studuisse; Et primò Lintburg, inquit, in Vosago situm, quod hæreditariâ forte sibi iam olim in manus venerat, probabilium cum astipulatione testium beato viro delegauerat, & pro struendo inibi in honorem S. Ioannis Euangelistæ cœnobia preces intenderat. Qui ex regalium precum edicto, eumdem locum, ferarum iam tunc cubile, multo cum labore excolens, seruorum Dei conuenticulis habitacula non vilia extruxit, & Christi ingum

leue sub mōnaſticâ institutione ipsis iniecit, tum Ioannem nepotum suum tam illi loco, quām apud S. Maximini Treuerensibus præfecit.

4 Quod apud Eyengreinum in historiâ Spirensi tradit quidam ideo Conradum ex castro suo Lympurg magnificum cœnobium maximis sumptibus ac impensis construxisse, quod in eo nuper filiolum Conradum ex præcipio quodam decidentem amiserat, fides esto penes auctorem, quod 500. post Conradum vixit annis. Ipse Eyengreinius Conradum scribit prope Spiram vrbem in Limpurgicâ arce habitasse; quo auctore? Vix hoc tempore cœnobij exstant vestigia.

V I T A
ex MS. cœnobij Bodecensis

descripta à Joan. Gamansio Soc. JESV.

I Gregia Virgo & Martyr Christi Neophyta, secundum seculi dignitatem nobilis extitit & gloria, vt pote regali progenie exorta; sed multum nobilior claruit laudabili morum compositione, & famosâ virtutum opinione. Quæ ingiter nominis sui attendens proprietatem, sensuum maturitate teneram transgressa est ætatem: quod continuâ sanctæ conuersationis nouitate probatur, quia nouiter genita interpretatur. Cuius parentum nomina licet antiqua oblitio subtraxerit, verè tamen constat, quod ex nobilissimo a Israëla nobilitatum genere pater eius originem duxerit, ita vt de genere oratione tribu & parentelâ quā Dominus Christus pro-cesserit, ipse progenitus fuerit. Mater verò nihilominus a

S. Neophyta b. B. Oswaldus Regis & Martyris extiterit. **b**
2 De quorum præclarâ stirpe hæc florida propago excrevit; quibus & ipsa non minori cultu Christianæ religionis æquiparari potuit, & vberè virginitatis & martyrij fructu fertilior resplenduit. Quæ dum in primâ pulchra & ætate eleganti formâ coæuulas suas omnes præcelleret, pia, & in conscientiâ gratiæ cœlestis incremento de die in diem subcresceret; tyrannus quidam ex partibus Hispaniæ, non dispar ei ingenuitate, sed omnino dissimilis in expeditur intentione, eamdem sibi nuptiali lege confederare concubuit, & ad hoc impetrandum fideles Legatos destinagis.

Sed omnipotens Deus, cui complacuerunt tam merita parentum quām filia desiderium, longè aliam menem illis contulit; vt & ipsi filiam suam immortali sponsom magis

magis dedicare cuperent, & vota illius voluntati parentum concordarent, idque ad effectum perduci omnimodis optarent. Profecti vero legationem Domini sui parentibus puellæ retulerunt, & se cum gudio reuersuros esse, si tamen id propter quod venerant obtinuissent, spe rauerunt. Sed spes illorum in contrarium versa est. Quare nec parentes præbuerunt assensum, nec filia recipere voluit triste nuntium; asserentes, quod non alia contradictionis causa fuisse, nisi quod immortalem sponsum Regem Regum elegissent.

3 Frustrato igitur labore, tristes reuersi ad domum suam, retulerunt contradictionem parentum suorum, puellæ constantiam, siveque repudium, dicentes, quid causæ intercesserit quod desideriis illius par effectus ne à furen- consequi non potuerit. Hac ille relatione nimium per- te pro cora- motus, impatientissimè suam tulit repulsam, & honoris piatur, sui pertinuit incurrere detrimentum, si de formosissimâ, quod diu conceptum, non impleret desiderium. Igitur superni iudicis iram præ amoris magnitudine non expauit, sed hoc solum magni doloris remedium existimauit, ut perfecta Virgo, si aliquo modo fieri posset, violenter raperetur, & sic demum illius coniugio potiretur. Cùm autem rumor pertulisset ad aures parentum, ab hoc cœpro irreuocabilem existere eius animum; boni Pastoris custodis animi, & consolatoris.

includitur monasterio; cuncta quicunque itam deuote commendarunt, & in monasterium quoddam sanctorum Virginum, in finiti-
mâ ciuitate situm, in honore e. S. Martini & beatorum
Martyrum Fabiani & Sebastiani dedicatum, cælestibus
disciplinis imbuendam tradiderunt. Vbi cum aliquam-
diu moraretur, & probabiliter in omnibus quæ ad san-
ctæ conuersationis studium pertinent, Deo dignè & lau-
dabiliter conuetsaretur, nulla fuit in totâ congregatio-
ne, quam non præcelleret bonorum gressibus operum,
congregans in promptuarium cordis sui splendidum
caritatis oleum, obuiam cælesti sponso exitura, & ad re-
gales nuptias ornatâ lampade conscientiæ introitura.

4 Quid plura? Famâ volante relatum est illi , de quo
suprà diximus, tyranno, quòd ad portum salutis Deo de-
uota confugisset Virgo; & idcirkò sperauit se ad id quod
ardenter concipiuit, faciliùs posse contingere, perpen-
dens eam parentum familiæque circumspetionì abesse.
disspositus à
proco insi-
diis,
Inito igitur cum familiaribus suis imprudenti consilio,
prauorum quorundam hominum ad hoc negotium ab-
uti elegit auxilio, vt fideliter si aliquando præfata Virgo
foras monasterium extra ciuitatem egrederetur , subitò
rapienda sibi proderetur. Quod & factum est. Dum e-
nìm illa diadematis Christi margarita tam ex omni par-
te limâ disciplinæ perfectissimè fuisset expolita , & iam
tempus remunerationis laboris illius immineret, quòd
in locum virgineo germini ante secula præparatum per
manum summi artificis componi deberet; quodam die,
id est, feriâ sextâ, primo diluculo, impetratâ permisso-
ne, cum octo conuirginalibus suis processit, & orationis
caussâ ad templum S. Bartholomæi extra ciuitatem de-
clinauit. Quod dum sedulò piâ intentione fecisset, &
hoc ille nequam homo per proditores comperisset; con-
uocatis secum complicibus suis in transitu ancillarum
Dei insidiosè latuit , & agnas simpliciter ambulantes vt
lupus rapax ferociter rapuit. Illæ autem vociferantes cla-
mitabant ad Dominum, ne ab eo desererentur, ne lami-
pades earum igne diuino succensæ extinguerentur , ne
virginea corpora fœdis amplexibus contaminarentur.
Cœpit itaque ille impius prædo, hostis pudicitia, pirata
castitatis, primò blandis sermonibus intrepidas mentes
puellarum, copiosâ diuinarum promissione, ad consen-
sum suæ suorumque voluptatis allicere ; deinde diræ
mortis comminatione detergere. Sed lapides cœlestis

sanc*tuarij nullâ poterant impulsione de suæ re*ctitudinis Av*tor**
statu moueri, vt vel prosperis extollerentur, vel aduersis ANONY-
deiicerentur.*

Ex mss.

5 Videns igitur vnam imiter eorum constantiam, &c in omnibus infatigabilem in sanctâ professione perseuerantiam, primò in beatam Virginem Neophytam furoris sui crudelitatem exercuit, ita ut transfixam gladiis, manibus & brachiis pedibusque singulatim abscessis, decollari iusserit; deinde singulas ferro trucidari præcepè-
rit. Talis est militum Christi triumphus, vt potius eli-
gant benè moriendo in carne, in animâ viuere, quām
malè viuendo in carne, in animâ mori peccando. *Quod*
manifestò declaratur in præfatis Virginibus, quæ decurso huius mundi stadio dignæ factæ sunt supernæ remu-
nerationis brauio: nam ab Angelis susceptæ, & ad confortium virginalis collegij perductæ, duplices coronas à iusto meritorum recompensatore acceperunt; alteras quidem pro virginitatis perseuerantiâ, alteras verò pro martyrii palmâ. Beata autem Neophyta quia plus ceteris afflicta est immanitate passionis, ei Dominus ampliavit mensuram remunerationis; ita ut annuatim in eius solennitate, ipsius interuentu, d' triginta redimantur animæ; & à quocumque eius memoriâ dignè celebretur, cœlesti mercede remuneretur.

6 Satiatā igitur rabie nefandi percussoris, & Sanctarum corporibus bestiarum dentibus in campo relictis, non defuit qui hæc nuntiaret S. Neophytæ parentibus, *sepelitur à deuotas Deo gratiarum actiones re compertâ referent- parentibus.*
tibus, eò quod tam filiam generunt, quam nec blandimenta, nec terrores à caritate immortalis sponsi separare potuerunt. Maturatā igitur profectione, perfusa ro-
fuso sanguine membra repererunt, quæ cuidam vali ad
hoc officium idoneo imposuerunt; & deferentes ad
quoddam monasterium S. Stephani Protomartyris de-
dicatum extra civitatem, exequis occulte completis se-
pelierunt: sed immensa Domini pietas tam sacri corpo-
ris thesaurum latere non sinebat in perpetuum, quia
prodentibus miraculis cuius esset meriti est manifesta-
tum. Cuius etiam sanctissimæ Virginis dum dies passio- *claret mi-*
nis ignoraretur, cuidam Christi Confessori, reuelante *raculus:*
Spiritu sancto, est manifestatum; videlicet quod pridie
Nonas Ianuarii ingressa sit portam cœlestis sanctuarij,
vbi in conspectu Dei & Agni decantat canticum nouum
Virginibus sacris singulare, propter castitatis & Angelicæ conuersationis meritum.

7 Egestis igitur de terrâ sanctissimis reliquiis, & per
B. e Gregorium Papam Romam translati, pôst longo
tempore regnante Conrado glorioso Imperatore, & *transfertur*
cum religiosâ Giselâ Imperatrice Auguſtâ hoc impe- *Romam,*
trante, quô Dominus voluit, id est, in Lympurgense cœ- *postea ad*
nobium ipsis fundatoribus ædificatum, sunt translatae: *Limpurg*
cuius intercessione & meritis tribuat nobis omnipotens *cœnobium.*
Dominus, vt tam sobriè, tam iustè, tam piè in hoc secu-
lo viuamus, vt ad fidereas mansiones immaculati per-
ueniamus. Amen.

a Qui illi, ubi, quando, adulta iam Christianitate, vixerunt Israëlitæ, qui regia iniirent connubia?
b Occisus est S. Osvaldus Rex Northumbriarum.

B. Occiput est s. Olualdus Rex Northumbria anno Christi 643. colitur s. Augusti. At nusquam de sorore eius aliquâ extero Princi- pi nuptia quidquam legimus.

c Ergo post annum 400 si iam dicata S. Martino ades erat, vixit
S. Neophyta; serius etiam si sorore S. Oualdi Regis nata.
d An indulgentia concessa aliquà à Pontifice, an precibus mona-
chorum Limburgensium aliorumq; piorum hominum, tot animas &

e Si neptū fuit S. Osvaldi, debet hic Gregorius II. aut III. fuisse, qui initio octauis seculi vixerunt: nam Gregorius I. annis facile 40. ante

DE S. GREGORIO EPISCOPO LINGONENSI

CIRCA I M^{ARTYROLOGIVM} Romanum ita huius sancti AN-
AN. LXI. stitis memoriam consecrat pridie Nonas Ianuarij: Apud
IV. IANY.

Lingonas S. Gregorij Episcopi, miraculis clari. Refertur
& a Bellino, Maurolico, Molano in Addit. ad Vſuardum, Galeſio.

S. Gregorius quan-
do obierit. *nio, Canisio, Carthus, Colon.* in austriano ad V. suardum. In M.S.
verò Florario Sanctorum p. 1. Januarij his verbis: Depositio B.
Gregorij Lingonensis Episcopi & Confessoris. Obiit an-
no salutis DXXXV. Galefinus in Notis obisse tradit anno
DXXIV. Brovverus noster in carmen 2. lib. 4. Venantij Fortuna-
ti, & Baronius, DXLI. sed non recte id colligunt, eo quod Aruer-
nenſi Concilio interfuerit: est enim id celebratum anno DXXXV.
vt recte ostendit Sirmondus; sed Aurelianensi III. subſcripsit per
Euantium Presbyterum anno DXXXVIII. Aurelianensi verò IV.
habito anno DXLI. nec per ſe, nec per legatum: unde probabile eſt
tum mortuum fuīſſe, eodem fortassis anno, ac vacasse tunc eam Se-
dem. Sed nec ſolidè federe eum anno DIX. capiſſe colligit Baronius
ex Concio Epaonensi; nam id non illo anno, ſed DXVII. eſt habi-
tum, ut probat Sirmondus noster.

Vita eius à 2. Vitam S. Gregorii ſcripsit S. Gregorius Turonensis in li-
quo deſeri- bro de vitio Patrum cap. 7. quam Roffeydus noster cum inſigni
pia. MS. nos cum MSS. monaſterij S. Marie Bonifontis, S. Marie de
Ripatorio, ac S. Maximini; editionibusq; Surianā, & alia Biblio-
thecca Patrum, Mombritio, Vincentio lib. 21. cap. 53. contulimus.

3. Eius meminit idem Gregorius Turonen. Hiftor. Franc. lib.
13. cap. 15. vbi refert, Attalum eius nepotem in fermitutem abdu-
ctum, Leonis cuiusdam coxi induſtriā liberatum, quem deinde
Sanctus à iugo feruitutis absoluens cum omni domo ſuā dedit
ei terram propriam, in qua cum vxore ac liberis liber vixit
omnibus diebus vita ſua. Eodem libro c. 19. appellat magnum
Dei Sacerdotem, signis & virtutibus clarum; testaturq;
in loco Diuionensis caſtri maxime fuīſſe aſſiduum. Celebrat eum
præter Baronium & Brovverum citatos, Claudio Robertus ſuę
in catalogo Episcoporum Lingonensis, Ioannes Chenu, S. Anto-
nium p. 2. tit. 12. cap. 8. §. 1.

Frequens
agit Di-
vine.

verò mulierem, vt iuuenilis feruor afflolet in ardore, caſſas,
non contigit.

3. Post mortem autem uxoris, ad Deum convertitur, promoto
& electus à Clero & populo, Lingonice vrbis ordinatur ad Episco-
Episcopus. Cui magna fuit abſtinentia: ſed ne iactantia parum,
putaretur occulē ſub triticeis panibus, alios tenues ex
hordeo ſupponebat, triticeum frangens aliis erogabat, occula ab-
ipſe vero clam hordeum, nemine intelligente, preſu-ſtinentia,
mens: ſimiliter & de vino faciens, cum aquam ei pin-
cerna porrigeret, ad diſsimulandum deſuper vinum futu-
ri iubebat, tale & vitrum eligens, quod claritatem aquæ
obtegeter.

4. Iam in ieiuniis, eleemosynis, orationibus, atque ſanctitas
vigiliis, tam efficax, tamque deuotus erat, vt in medio vita,
mundi poſtus, nouus efulgeret eremita. Nam cum
energumeni eum in ſ primordio Episcopatus ſui conſi-
terentur, rogarunt eum Presbyteri vt eos benedicere
dignaretur, quod ille, ne vanam incurreret gloriam, vi-
riliter refutabat, clamans indignum ſe ad maniſtantias
virtutes Dominicas eſſe ministrum. Sed tamen quia humilitas,
hoc diutius diſsimulare non potuit, adduci eos ad ſe
iubens, ſine vlo tacitu, facto tantum ſigno Crucis e
contra, demona diſcedere verbo imperauit. Quod il- miracula,
la protinus audiencia, corpora quæ nequitiā ſuā & de-
uiuxeraat, abſtinebant. Nam illo abſente multi de vit-
gā, quam manu ferre ſolitus erat, ſuſpensos atque ſigna-
toſ ſ energumenos & expellebant. Nihilominus & de
ſtratu eius ſi quis agrotus quippiam abſtuliferet, erat
præſens medicamentum.

5. Armentaria autem; neptis eius, clam grauiter quo-
dam tempore in adolescentia ſuā à quartano fatigaretur
erit amper

VITA EX MSS.

Au^tore S. Gregorio Turon.

P R O L O G V S.

I Gregorius sanctitatis viri, quos palma perfectae beatitudinis aeternis editos euexit ad celos; i.e. sunt, quos aut non ficta caritatis vinculum ligat, aut eleemosynarum fructus ditat, atque flos castitatis adornat, aut martyris agonizatio certa coronat: in quibus ad inchoandum perfectae iustitiae opus illud fuit studium, ut in primis corpus sine macula, preparatum habitaculum Spiritui sancto praebarent; & sic ad reliquarum virtutum excelsa contendenter: atque ipsi sibi persecutores facti, dum in se sua perimebant vitia, tamquam Martyres probati, peracto cursu agonis legitimam triumpharent. Quod nullus sine Dei ope valebit efficiere, & nisi Dominici adiutorij munimine protegatur, velut per armam aut galeam; & quod egerit, non sui, sed diuinis nominis gloriae deputet; iuxta illud Apostoli: Qui gloriantur, in Domino glorietur. In hoc enim & B. Gregorius omnem gloriam contulit: qui de excelsis Senatorij ordinis potentiam, ad illam se humilitatem subdidit, ut omnibus saeculi curis abiektis, soli se Deo dicaret operi, quem retinebat in pectore.

C A P V T . I.

S. Gregorij genus, dignitas, sanctimoniz.

S. Gregorij genus. **a** **I**gitur S. Gregorius ex Senatoribus & primis Comes institutus, Augustodunensis civitatis Comitatum ambiuit. In Comitatu autem positus regionem illam per quadraginta annos iustitiâ comitante & rexit, & ita seuerus & districtus fuit in malefactoribus, ut vix eum nullus reorum sustinere posset. Coniugem de genere senatorio habuit, Armentariam nomine, quam ad propagandam generationem tantummodo dicitur cognovisse; de qua & filios Domino largiente suscepit. Aliam

De Amore et rebus amissis iuxta Iustitiam, ad Deum convertitur, promovit

3 Post mortem autem uxoris, ad Deum conseruitur, & electus a Clero & populo, Lingomiae vrbis ordinatur ad Episcopatum, Episcopus. Cui magna fuit abstinentia: sed ne iactantia putaretur occulte sub triticeis panibus, alios tenues ex hordeo supponebat, triticeum frangens aliis erogabat, ipse vero clam hordaceum, nemine intelligente, præsumebat, mens: similiter & de vino faciens, cum aquam ei percerna porrigeret, ad dissimulandum desuper vinum futuri iubebat, tale & vitrum eligens, quod claritatem aquæ obteget.

4. Iam in ieiunis, eleemosynis, orationibus, atque *santitas*
vigilis, tam efficax, tamque deuotus erat, vt in medio *vita*,
mundi poscus, nouus effulgeret eremita. Nam cum
energumeni eum in *f* primordio Episcopatus sui confi-
terentur, rogabant eum Presbyteri vt eos benedicere
dignaretur, quod ille, ne vanam incurreret gloriam, vi-
riliter refutabat, clamans indignus ad manifestan-
das virtutes Dominicas esse ministrum. Sed tamen quia *humilitas*,
hoc diutius dissimulare non potuit, adduci eos ad se
iubens, sine vlo taetu, facto tantum signo Crucis *è*
contra dæmonia discedere verbo imperauit. Quod il-
la protinus audientia, corpora quæ nequitia sua g de-
uinixerat, absoluiebant. Nam illo absente multi de vir-
gâ, quam manu ferre solitus erat, suspensos atque signa-
tos energumenos expellebant. Nihilominus & de
strati eius si quis agrotus quippiam abstulisset, erat
præsens medicamentum.

5 Armentaria autem; neptis eius, cum graviteret quodam tempore in adolescentia sua quartano fatigaretur iacommodo, ac medicorum studio plerumque fota nullum posset sentire leuamen; & ab ipso beato Confessore saepius, ut orationi infisteret, hortaretur; quodam die lectum eius expetiit, in quo posita, ita febris eius cuncta restincta est, ut numquam hac deinceps agrotaret.

tarer.
 a *MS.S. Max* primò, benè literis institutus.
 b *al.correxit.* c *MS.S. Max.* euadere.
 d *Ex hufiuit S. Tetricus Ep. Llagon. qui colitur 18. Martii;* &
 infertur. S. Eustadius *Abb. Diuionensis, 3. Ian.*
 e *Quidam vinum.* f *MS.Rip.* primo die. g *al* diuexarant.
 h *al* per pedes configabant. i *ali* proneptis.

C A P V T II.

Eius pietas, præcipue erga S. Benignum.

Hic S.Benignus M^{artyr}, qui iure Burgundio-
num vocatur Apostolus, scipsum retulauit, &
de prohibitione, quâ ignorantes detestabatur sepul-
chrum eius à deuotis frequentari, salubriter corripuit; Apparet ei
S. Beni-
gnus de
quo i. No-
semb.
vtque super ipsum ædificaret oratorium præcepit. Quâ
ille territus reuelatione, tantum præterita delicta
ignorantia defleuit amariūs, quantum de magni in-
ventione thesauri nimiū erat lætabundus. Adeò
enim laborauit in eius obsequio tota mentis prompta-
nimitate, vt cryptam antiquitate lapsam decenti trans-Reparar
illius cry-
ptam:
uolueret opere: & sarcophagum ipsius corporis, quod
erat grauissimi ponderis, cum duobus tantum Presby-
teris verâ sanctitate præditis transferret quaque vellet,
ope adiutus diuinæ virtutis. Cupiebat quippe pro eius saxum in-
amore diuturni temporis spatio secus Mausoleum eius gens diui-
na virtute
mouet.
degere, tam pro magnificâ ipsius, quam vgebat, con-
strukione templi, & adunatione gregis monastici,
quam etiam pro eleganti amoenitate loci.a

7 Cùm ergo præfatus Antistes apud Diuisionem pag. 61.
castrum moraretur assiduè, & domus eius baptisterio
adhæret, in quo multotum Sanctorum reliquiæ ha-
bebantur; nocte de stratu suo nullo sentiente consul-
gens, ad orationem Deo teste tantum pergebat, ostio
diuinitus reserato, attente psallebat in baptisterio. Sed
cùm hoc multi temporis spatiò ageret, tandem ab uno patent.
Diacono res cognita atque manifestata est. Is cùm co-
gnouisset hæc agi, à longè, ne eum vir beatus sentire
posset, proseguebatur, & quid ageret exspectabat: aie-
bat

*Cum eo
ss. ps. l.
lunt.*

bat enim Diaconus quod veniens Sanctus Dei ad ostium baptisterij pulsans manu propriâ, ostium nemini komparante aperiebatur: illoque ingrediente, diutissim silentium erat; postea psallentum tamquam multarum vocum per trium horarum & ferè amplius spatum audiebatur. Credo ego quod cùm magnorum Sanctorum in eodem loco haberentur reliquæ, ipsi se beato viro reuelantes psallentium Deo laudes in commune reddebant. Nam impleto cursu reuertens ad lectulum, ita se cautè super stratum deponebat, vt prorsus nemo sentiret: obseruatores vero ostium baptisterij obseratum inuenientes, clave suâ solitò aperiebant: cōmotoque signo Sanctus Dei, sicut reliqui, nouus ad officium Dominicum consurgebat.

C A P V T I I I .
Mors, sepultura, miracula.

*Piè mori-
tur.* 8 **H**ic itaque post ostensa multarum insignia virtutum miracula, post multiplicita Deo adquisita fidelium animarum lucra, cùm iam diuinitus disponeretur remunerari pro laboribus suis digne cælestis gloriae præmio, & ad diem sanctum Epiphaniorum ad ciuitatem Lingonas ambulasset; à modicâ pulsatus febre, *Eius facies relieto* sæculo migravit ad Christum in pace. Cuius *& corpus* beata facies ita erat glorificata post transitum, vt rosis *post morte* similis cerneretur, hæc enim apparebat rubea, reliquum vero corpus tamquam candens lumen refulgebat: vñctimares eum iam tunc ad futuræ resurrectiæ gloriæ præparatum.

*Refertur
Divinæ.* 9. Deferentes autem eum ad castrum Divionem, vbi ob deuotionem S. Benigni se petierat tumulari; in campaniâ illâ, quæ à partibus Aquilonis habetur, haud procul à castro **aggrauati* gestatores, nec amplius eum ferre valentes, feretrum solo deposituerunt: ibi que parumper resumentes vires, & post paullulum eleuantes, ad intramuraneam eum castri ecclesiam detulerunt. Adiuentibus autem quintâ die Episcopis ab eadem ecclesiâ ad antiquitus constructam, & sepulturis Lin-gohensem Pontificum insignitam, B. Ioannis Baptiste deferebatur: & ecce vinceti carceris, de meritis eius confidentes, ad beatum corpus clamare cœperunt, dicentes: Miserere nostri Domine piissime, vt quos viuens in hoc sæculo non absoluisti, vel defunctis & cælesti regnum nunc possidens digneris absoluere. Visitata nos, quæsumus, & miserere nostri. Hæc & alia illis acclamantibus aggrauatum est corpus, ita vt penitus sustinere non possent. Tunc deponentes feretrum super terram, virtutem beati Antistitis præstolabantur. His ergo exspectantibus, subito referatis ostiis carceris, trabes illa, quæ vincitorum pedes coarctabat, repulsi obicibus scinditur media, confractisque catenis omnes pariter dissoluntur, & ad virtutiferam Sancti glebam nemine retinente perueniunt. Dehinc eleuantibus feretrum gestatoribus, iij inter reliquos obsequuntur, qui & postea ex Iudicis sententiâ sine aliquo danno sunt dimissi.

*Celi in
eius obitu* 10. Post hæc beatus Confessor sepultus multis empietatis virtutibüs. Aiebat enim quidam Religiosus cælos apertos in die sepulturæ eius vidisse: nec enim ambidentur. **MS. Rip.* gitur quod post actus **cælicos* sidereis sit cætibus aggregatus.

*Vincit
cos.
al. ad
Lingonæ.* 11. Vincitus quidam per viam illam quâ beatum corpus à Lingonis est exhibitum, ad antedictum castrum adducebatur: cumque milites cum equitibus eum præcedentes post terga misserum trahebant vincitum, ad locum, vbi beati Confessoris membra quieuerant, peruenierunt. Quod prætereuntes, vincitus ille inuocato nomine sancti Antistitis petiit vt suâ eum misericordia liberaret. Quo orante laxati sunt laquei de manibus eius: at ille sentiens se solutum, quietum reddidit, copertisque manibus putabatur adhuc esse ligatus. Ingressi autem portam Castri cùm ante atrium ecclesiæ peruenissent, hic illico exiliens, & corrigiam ligaminis

Tom. I.

in ora trahentium se proiiciens, ecclesiam petiit, per PER S. quam cum auxilio omnipotentis Dei & obtechu beati GREG. Pontificis liberatus est.

TURON.

C A P V T I V .

Translatio, alia miracula, epitaphium.

12 **A**DMIRABILE est & illud miraculum, qualiter S. Tetricus beatum corpus eius, cùm post multa tempora eius filius, transferretur, apparuit gloriosum. Nam cùm beatus eum trans-Pontifex in angulo basilice fuisset sepultus, & parvus esset locus ille, nec illuc populi possent accedere vt deuotio postulabat; S. Tetricus filius & successor eius hæc cernens, & virutes ibidem assidue operari perspiciens, ante altare basilice fundamenta iacit; ere etiamque *ab *al. cry- fidam mito opere construit & transvoluit: quâ trans- uolutâ, disruptoque pariete arcum ædificat. Quod opus cùm ad perfectum perduxisset atque exornasset, in mediâ abside loculum fodit, vbi corpus beati Patris transferre volens, conuocat Presbyteros & Abbates ad istud officium: qui vigilantes orabant vt se beatus Confessor ad hanc præparatam habitationem trans-ferri permetteret.

13 Manè autem factò cum choris psallentium apprehensum sarcophagum ante altare in absidam, quam beatus Pontifex ædificauerat, transtulerunt: quod sepulchrum dum diligenter componunt, subito, &, vt credo, ad Dei iussum, opertoriū sarcophagi motum Longo post est in vñ parte; & ecce apparuit beata facies eius inter obitum gra & illæsa, ita vt putares eum non mortuum esse, sed tempore dormientem: sed nec de ipso vestimento, quod cum corpus eius ipso possum fuit, aliquid ostensum est diminutum. *in corrupta* Vnde non immerito apparuit gloriosus post transi- reperiunt, cuius caro non fuit corrupta ludibrio. Magna est tur. enim corporis & cordis integritas, quæ & in præsenti sæculo præstar gratiam, & in futuro vitâ largitur æternam; de quâ Apostolus Paulus ait: Pacem sequimini Heb. 12. & sanctificationem, sine quâ nemo videbit Deum. 14.

14 Puella quædam die Dominico dum caput suum *puella se-* componeret, pectine apprehenso, credo ob iniuriam *se comens* diei sancti, in manibus eius adhæsit; ita vt adfixi dentes *die Domi-* tam in digitis quâm in palmis magnum ei dolorem in- *nico puni-* ferent. Quæ cùm basilicas Sanctorum flens atque ob- *scrancs circumiret, nihilque remedij impetraret, ad se-* Liberatur pulchrum B. Gregorij Antistitis in eius virtute confusa ad S. Gre- prosternitur. Cumque diutissimè pij Confessoris præ- gorij sepulchrum flagitasset, directa manus eius ad opus pristi- chrum, pectine decidente, reducitur.

15 Sed & energumeni merita eius ac nomen confi- *Energu-* tentes, ad eius sepulchrum sèpè purgantur. Nam ple- *meni libe-* rumque vidimus post eius transitum virgulâ, cuius su- *ransur.* præmeminimus, quæ manu gerebat, per parietes ita eos affixos vt putares illos validis atque acutissimis sudibus retineri. Multa quidem & alia de eodem gesta cognouimus, sed ne fastidium alicui facerent, pauca de pluribus perstrinximus. Obiit autem Beatus Grego- rius tricesimo tertio Episcopatus sui anno, ætate nonagenariâ, qui se virtutibus manifestis sæpius declarauit.

16 Ad cuius perpetuandam memoriam tale super *Epitaphii* ipsius Mausoleum celeberrimus Poëtarum Fortuna- *ciius.* *Venant.*

tus composuit epitaphium:

Postquam sidereus dirupit tartara Princeps,

Sub pedibus iusti mors inimica iaces.

Hoc veneranda sacri testatur vita Gregorii,

Qui modò post tumulos intrat honore polos.

Nobilis antiquâ decurrentia laude parentum,

Nobilior gestis nunc super astrâ manet.

Arbiter antè ferox, dehinc pius ipse Sacerdos:

Quos domuit Iudex, b patris amore fouet.

Triginta & geminos c rexit ouile per annos:

Et grege de Christi gaudia pastor habet.

Si quæras meritum, produnt miracula terum,

Per quem debilibus fertur amica salus.

*P.**Acta**a Brov.**prole.**b Bro.**Fo-**uit amore**patris ms.**Rip. fouet**a.p.**c Brov.**piè: quod**deest in**omnibus**meis MSS.*

Aetate sunt haec pridie Nonarum Ianuariarum, adiuuante Domino nostro Iesu Christo: cui est cum Deo Par-

tre & Spiritu paraclito omnis honor & gloria in seculo-
la saeculorum, Amen.

D E S P H A R A I L D E VIRGINE, IN B R A B A N T I A.

IV. JAN. I PHARAILDIS Virginis natalem IV. Ianuarij refre-
runt Martyrologium Belgicum, Vuardi editio Coloni-
nien. ann. 1490. & 1521. Molanus in addit. ad eundem
Vuardum, Martyrologium German. Ghinius, Galefius, Fer-
rarius, aliaq[ue] praesertim manu exarata Martyrologia. At Bel-
lini editio Parisiensis anni 1536. v. Ianuarij eius meminit ac
Faraillidem vocat, alij Pharildem. MS. Florarium XIII.
Junij natalem, xv. Ianuarij elevationem habet: vii. verò Octo-
bris (vii. & Molanus aliiq[ue]) Translationem. Sed cum plures fa-
cta sint eius reliquiarum translationes, quæ potissimum eo die
celebretur, mihi compertum non est.

2. Vitam S. Pharaildis exhibuit nobis MS. codex monaste-
rij S. Adriani Gerardimonte, Flandria oppido: in quâ tamen
cuipiam fortassis scrupulij iniiciat, quod illa Guidoni viro in-
tus, que iure natura ac diuino iubentur, morem gerere noluisse
videatur. Verum illa in matrimonium forte non consenserat, à
quo tam reuerentiali metu resilire non audebat; deinde non
tam procaciâ muliebri, quam vi quadam diuinâ eum à se arce-
bat: & consenserat ipse forsitan Guido ab initio ut continen-
tiam virginalem custodire: à quo eum proposito si quando ani-
mi peruersitas reuocabat, poterat illa merito repugnare.

3. Huic vita subiungemus qua de eâ scribit Molanus in Na-
talibus Sanctorum Belgij, ac deinde miraculum in Steynocker-
feel pago, non procul Vilordiâ Brabantia oppido, patrum,
ex eius ecclesie monumentis descriptum ab Hieronymo Fran-
chao eius loci Pastore, atque à Gommaro Zuenio nostro ad He-
ribertum Rosvveydum huc missum anno MDCIX. Est isthic sa-
cellum quoddam seunctum à templo, extructum olim in hono-
rem S. Pharaildis, in quo solebat illa suum habere oratorium.
Ibidem duo ex panibus illis per impiam mulieris imprecationem
in lapides conuersis visuntur: solet olim ad id facillum celebris
institui peregrinatio, ac miracula ibidem multa patrari. De-
num subiiciemus qua de S. Pharaildis translationibus & ecclesiâ
habet Antonius Sanderus Gandau lib. 5. cap. 2. ex antiquis
Bauonianis cœnobij monumentis.

4. S. Pharaildis mentio fit in vitâ S. Gudile VIII. Ianu-
rij, & S. Emelerti sue Ableberti xv. Ianuarij, vbi Sarachildis
Ecclesia S. appellatur, fortassis errore Librarij. Eius meminit & Autbertus
Pharaildis Miratus v. CL. in faslis Belgicis, vbi testatur Canonorum
Gandau S. Pharaildis Collegium Gandau, ex vetustâ S. Pharaildis
ab hereti basiliâ, per Caluinianos vastatâ, in parœcialem S. Nicolai in
civis eversa foro sitam, nostrâ etate esse translatum. Idem totidem verbis
Canonicis scribit Sanderus in Hagiologio Flandria. Redicatum est ta-
litem, vbi olim illa stetit basiliâ, facillum honori S. Pharaildis
dicatum.

5. Arnoldus Raissius in Hierogazophylacio Belgico, vbi de
Spinosi loci conuentu, Ordinis Cisterciensis, prope Montes Han-
noniae, agit, ista habet: Clarèt hic miraculis reliquiæ S. Pha-
raildis, cuius meritus locus iste (vt loquitur Nicolaus
Guisius in suo Monte Hannoniae metropoli cap. XL.)
non spinosus, sed pingui secundus gleba, quam sœculares
non modò corporum, sed & cœlestes animorum fru-
ctus profert, quorum messe numerosus peregrinorum
concursum feliciter vitur. Hec Raissius. Sanderus inter reli-
quias Bauonianas, quarum catalogus Alberto Austriaco Belga-
rum Principi piissimo exhibitus est, S. Pharaildis corpus re-
censet.

V I T A.

PROLOGVS AVCTORIS.

I VONIAM veridicâ inuitamur intelli-
gere sententiâ, lucernam ardenter
sub modo parum fulgoris inferre
circumstantibus; diuinâ itaque ad-
monitione commoniti, beatæ virgi-

Matth. 5.
15.



nis Pharaildis opuscula ferme adhuc omnino latitan-
ta, auribus ignorantium enucleare decreuimus: quan-
tenus audientium corda torpentina nostro contacta
eloquio, diuini amoris exardescant incendio. Verum
quia prolixa verborum serîs tam auditoribus, quam
lectoribus plerumque generat fastidia; idoneum dis-
posuitmus succinctè protelare, quæ mentibus intelligentium
intimate proposuimus: quia compendiosa
oratio torpantis animi fit exhortatio.

2. Si quis detractor Deo dignæ Virginis miracula *Auctor*
computauerit pro fabulâ, quam plerumque lingua fin- *non in-*
certa nar-
git garrulajilli profecto pateat, non de apocryphâ vel *rat.*
fabulosâ conscribi materiâ, quod tam antiquorum Pa-
trum authêticô comprobatur testimonio, quam quo-
rumdam librorum veritate præditorum reperitur se-
rie. Quidquid enim humano generi videtur impossibi-
le, id diuinâ impendente gratiâ pro Sanctorum me-
ritis efficitur possibile; quia scriptum est in Euangeliô:
Si quis habuerit fidem ut granum sinapis, & dixerit *Matth. 17.*
huic monti, Transi hinc, & transibit. Quare nec mi-
rum videbitur, vel pro fide Christianorum aggerandâ,
vel pro incredulitate infidelium extirpandâ: quod si
natura non patitur, id Sanctorum meritis attribuatur.

C A P V T I.

S. Pharaildis genus, sancta adolescentia.

3. IN huius igitur primordio dictaminis, vt pateat
cunctis propago Virginis, eius ponendum est ex-
ordium originis. Notatâ namque regali progenie, vni-
de virgo profertur descendere, nulli mirum videbitur, *S. Pha-*
raildis Regium
si contempto tam regali quam Imperiali coniugio, de genua.
infimis ad alta post finem hæc ascenderit, quam de altis
ad infima ante finem descenderit. Regi quippe Theo-
dorico, intra fines Lotharingiæ, & Galliæ tam remotæ,
quam admotæ, imperanti patriæ, natorum geminam
fuisse sobolem antiquorum auctoritate corroborante
cognouimus: quos tam viribus quam opibus, omniq[ue]
diuinarum genere, Consulari que potentia fore prædi-
tos, eorumdem Patrum non reuelenda comprobavit
antiquitas. Eidē verò femine sortis tertiam, Pharail-
dem nomine, magis fidei & religionis meritis, quam
sœculari prærogatiu nobis cognitam, non repudian-
da Patrum asseruit auctoritas.

4. Quæ continuatâ meritorum & opertum serie, re-
gali postpositâ, quâ orta fuerat, progenie, Procerum-
ca ample-
que tam regalium quam Imperialium contemptâ co-
di statuit. *Euangeli-*
piâ, iussum compleuit Euangelicum, vbi dicitur: Nisi *Luc. 14.*
quis abrenuptauerit patri, vel matri, & omnibus quæ 26. & 33.
possidet propter nomen meum, non potest meus esse
discipulus. Hoc itaque præceptum sub ædiculâ repô-
nens pectoris, dum adhuc maternis inesset thalamis,
eleganter suo prouidens proposito, intemeratam ex-
ercendo virginitatem, pro puellaris animi capacitate *Litterarū*
litterarum successit studiis. Verum licet in propositi *studii das*
tenacitate perseverans, obnoxio mentis affectu littera-
rum conaretur adipisci scientiam, menti tamen diuina
inhærebat hortatio. Scriptum est enim: Initium sapientiæ Prou. 9.
tiæ timor Domini. Filiali namque non seruili timore, ^{10.}
Dei desudans seruitio præceptum nitebatur implere
Apostolicum. Dicit enim Apostolus: Timor non est ^{12.} Ioan. 4.
in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timo-
rem. His ergo, & huiusmodi persuasionibus commo-
ta, infra annos adhuc teneros, & diuino insudabat ser-
uitio, & litterarum inhærebat exercitio.

5. Et

C A P V T . I I I .

Ex mss.

Maritus crudeliter eam verberans, morbo primū, dein morte punitur.

Vestitum luxu non insolescit.
Eleemosynas discribunt.
Matth. 6.3 tamen complebat Euangeli. Dicatum etenim; Cūm facis eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Et iterum: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis. Huiusmodi & confimilibus exemplis corroborata, diuinā opitulante gratiā, Dei seruitium affectuosā exercebat efficacitate.

C A P V T . I I .

In coniugio seruat virginitatem.

Avariciis in uxorem expeditur.
Guidonis desponsatur inuita.
Virginitatem seruat in coniugio.
6 TANDEM fama regalis filia, tam circumiacentium, quam̄ remotarum regionum, Regum, & Imperatorum aures perculit. Qui serie & indolis & sobolis commoti multifariā causā quārendæ filia Regis adierunt palatia. Cumque alij sigillatim priuatimque; alij publicē palamque, sua, quorum causā venerant, propalassent negotia; Rex vni eorum, licet iniuitam se daturum spopondit filiam. Quam cūm desponsasset, eamque virō summæ progeniei tribuisset; illis abeunibus qui eadem de causā venerant, Virgo hæc coacta, patris tamen facta vel dilatare vel violare non est aua.

7 Igitur ducta in matrimonium, viri que nobilissimi adepta conjugium, quo prius intenta fuerat, Dei tamen non desit seruitium. Et propositam violate repudians virginitatem, mentis detinuit sobrietatem, & corporis reuerauit integritatem. Nam coniuiis perpetratis, & nuptiis de more regali celebratis, cūm iam finito dici spatio, nocteque imminente cum marito præcipiente, turbâ pedissequarum comitante, maritalē ingredetur thalamum, femineo ritu non distulit thorum adire decorum: & licet maritali videbatur gaudere concubitu, Dei tamen interueniente gratiā, & libidinis incendia compescuit, & virilem amorem, si aliquis sub mente fuerat, prorsus edomuit. Viro namque thalamum subeunte, & libidinis incendium in eā exercere cupiente, Virgo deuotione sedula hæc ad Deum profudit oracula:

Summe pater rerum, Rex, lux, & origo dierum,
Imperio cuius stat machina temporis huius:
Cui fiunt grati, qui parent virginitati,
Ancillæ gratæ da fungi virginitate.

Virtute diuinā extinguitur in eā fomes libidinis, in viro reprimitur.
30. annis singulis noctibus adiit monasterium.
Matth. 24. v.13.
Luc. 9.62.
30. annis singulis noctibus adiit monasterium.
Tom. I.

Cūm verò aut hæc aut his similia ad Deum profudisset oracula, Dei dexterā præsidente, vt in illâ, sic in illo feruor extinctus est libidinis. Nec in nocte prominenti, nec in nocte sequenti, &, vt breuiter dicam, nullo tempore vitæ suæ succedente, stimulo libidinis stimulari meruit. Sed cūm vir more vitili libidineum exercere vellet concubitum, prece intercedente virgineā, licet ignea exigitante libidine, non tamen eā frui poterat in virgine.

8 Ipsa verò nocte mediâ, vel galli canu, nullā eam detinente desidiâ, non etiam tintinnabulorum præstolata sonitum, vel nullo, vel paucis comitantibus adibat monasterium. Cumque ferè per triginta annos tam laboriosum officium nullo subreptante vitio, in diuino perseverando coalescebat incendio, humanæ inserens memorie, quod in Euangelicâ reperitur serie: Qui perseverauerit usque in fine, hic saluus erit. Et iterum: Arbor respiciens retro non est dignus mercede. Non itaque torpore vel insolentiâ animum suppeditare patiens (viro licet nolente, & ab Ecclesiastico obsequio, in quantum poterat, persuasione diabolicâ eam retinente) itigi tamen & infatigabili gressu frequentabat ecclesiam,

9 REVENTI igitur matutini itineris assiduitate, *A marito sagacem, imo fallacem vir illius incidens suscipit malum* quotidiano immoderatoque eam puniebat *suscipiente* verbere. Cumque eam tædiosissimus cecidisset verberibus, autumnans quatenus sub quolibet indigenâ vel alienigenâ contumeliosum perpetrasset adulterium; illa nimis intolerabili fatigata iniuriâ, cūm licet pati decreuisset, pati tamen nequituisse, flexis humi genibus prægrauata fletibus, his est vsa precibus:

Christe Dei fili, quæso, ne sim tibi vili,
Pro prece seruili, moueare Dei pie fili:
Quæ prece deuotâ tibi fundo, suscipe vota.
Hunc morbo vel peste graua, qui verbera praua
Dat mihi, meque ferit, feriens me perdere querit.

Necid tamen votum erat imprecantis, sed ardor spiritus gratiæ in eā flagrantis propter demulcendam tyrannicam mariti persecutionem, subministrabat vi-ribus animi constantiam perseuerantis.

10 Prædictam namque vel huic consimilem post-
quām ad Deum, non incassum, profuderat orationem, *Maritus in venatione* cūm vir illius, vel venatum proficiscens, vel venatu re-*leditur, &* diens, prædam insequeretur ferinam, cupidine præda *anno integrum* incitante, eoque celeriter properante, quadrupede agrotat: de quoque præcipitante corruit. Verū in ipso casu diuinâ vltione prouidente, osibus communis, nasi quoque cartilagine diminutâ, fractoque lacerto permultatus; morti ferme traditus est. Quid plura? Cūm iam totus circumiacentis patria lamentaretur populus, postquam tanti infortunij detrimētum autes Dominæ perculerat; populo quidem deplorāte, ipsa equidem quod diuinâ vltione perpetrari nouerat deplorare non præsumpsit. Tandem cūm vir prædictus longâ membrorum ægritudine opprimeretur, & in eorum refectione penè innumerabilia expendisset munera, morbo quippe detentus annuo, vix evasit à mortis periculo.

11 Postquam verò paullatim ceperit membris proueniare sospitas, & pro modo infirmitatis languore excluso, aliquantula subrepit firmitas; cupidine succinctus pharetrâ coniugalem appetiuit thalamum. Virgo verò virgineum prætendens clypeum, nec pharetram nec clypeum præfensit libidineum: virilem namque desprens concubitum, soli Deo non indebitum virginitatis inuiolabile destinavit propositum. Verū ipse *Sanatus* causâ neglecti concubitus irritatus, faceque diabolice *verbera.* libidinis instimulatus, ad solita recurrens verbera, beatæ membra virginis oppresſis tenera. Nec vir immo-derata atrocitatis, à consuetâ desistebat insaniam, sed vsit quotidiano flagra perendinabat ferocia. Carnis autem *Pharaidis* virginea debilitas, cūm tot tantisque tolerare nequæ patientia. ret angustias, quia scriptum est, Mihi vindictam, ego Hebr. 10. retribuo, dicit Dominus; soli Deo vindictam permittere decreuit. Qui tormentorum sui amore fidelibus illatorum existens non immemor, ad deprimentam tyrannicam persecutionem, prædicto viro Guidoni *Guido mo-* corpoream intulit passionem; qui tædiosâ membro-*ritur.* rum confectus ægritudine, postquam diu langerat, desit viuere. Et ne B. Pharaidis virginis perturbaretur comititia, Guidonis impij pertransiuit insaniam, iuxta illud Davidicum: Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani; & transiui, & ecce nō erat, quæsui eum, & non est inuentus locus eius

C A P V T . I V .

Pharaidis mors ac miracula.

12 MARITO tandem defuncto, virgo Dei maritalem *Pharaidis* postposuit thalamū, nec viruali tegmine ope-*vidua per-* riri renuit, quamque prius sub coniugali vinculo non *maner.* violauerat continentiam, eamdem sub tempore vidui-

Ex mss. tatis obseruare disposuit : quatenus in regno Dei, alij trigesimum, alij sexagesimum, alij centesimum sint accepturi præmium ; virgo equidem soli Deo virginitatem destinans perpetuam, centesimo promeretur coronari brauio. Vnde assidue quod Paulus in epistola sua commemorat completere nitebatur. Dicit enim *i. Cor. 9. v. 24.* Apostolus : Sic currite ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.

Opera misericordia exercet. Vigilando itaque, exorando, ieunando, infirmos visitando, agrotos refouendo, eleemosynam largiendo, & pro humana facultate sex opera misericordia complendo, totum ætatis suæ præteriuit spatium.

Audem à servis comitatu remissitate. 13 Vt verò diuinæ potentia magnitudo clarificatur, quoddam egregium & memorabile miraculum ob eius merita diuina pietas operari dignata est. Hyemali siquidem tempore, cum pigro & anili passu agrum, quo triticum seminauerat, visceret, aues quasdam aggregatas reperit, quas alij feles, alij miletas, vulgus verò gantas nuncupat, easque velut pecudes domesticas baculo percuriens domum adduxit. Quas vbi dominum adduxerat, easque velut oves aggregatas in ouili clauserat; nullam earum vel laedi, vel interfici permittens, usque in crastinum reseruauit incolumes. Verum tamen cum vel vespertino, vel matutino tempore adisset monasterium, unus clientum, eâ quidem ignorante, quamdam supradictarum avium interfecit, eamque cum eiusdem familiæ quibusdam consociis comedit. Virgo verò Domini Pharaildis cum à monasterio redisset, prædictarum reminiscens avium, nullam earum permisit iugulari, & ab ouili, quo eas recluserat, cunctas illas relaxari. Quæ cum relaxarentur, & de more ansérum, vel gallinarum imperterritu passu graderentur, beata Virgo siquidem vel pari parem requirente, vel numero, sub quo eas cognouerat, deficiente, vel diuino monitu præmonente, unam earum abesse cognouit. Quam cum attente persecutaretur, obnixèque quod abierat, vel quod profugerat indagare conaretur, eiusdem domus pueri sibi referente, interficere comebamque cognouit affore. Quid plura? Avis ossa, plumasque sibi reportari præcipiens, quæ inde reperiri poterant coadunauit, & mirabili stupendâque compositione, auem penè perditam, protusque mortuam viuificauit, eamque ad solita pascua relegauit.

Moritur ferè nona genaria. 14 Hoc autem & huic similibus perpetratis miraculis, ferè transacto nonaginta annorum curriculo, sub nomine Christi Domini Dei nostri migravit ab hoc sæculo. Si verò quæ post, vel ante obitum suum perpetravit miracula, enarrare præsumpsimus, prius profecto, sicut arbitror, deficiemus in ingenio, quam in materia.

E I V S D E M V I T A

EX IOAN. MOLANO.

S. Pharaildis parentes, frater, sorores. 1 **G**ANDAVI, natale S. Pharaildis Virginis, quæ parentes habuit, Theodoricū & Lotharingiæ Ducem, & S. Amelbergam, sororis Pipini Principis filiam; fratrem materno ex latere S. Emebertum, Cameracensem Episcopum; sorores SS. Raineldam & Gudilam.

A S. Gertrude eruditus. 2 A B. Gertrude cognatâ suâ de facto fonte leuata, litterisque instructa, pietatem à teneris annis egregie coluit. Cumque impeditre non posset quin à parentibus nuptui daretur, per omne tamen coniugij tempus illibatam virginitatem custodiuit, eadem nimis præpotenti sancti Spiritus gratiâ prædicta, quâ & ante eam B. Cæcilia, & post B. Henricus Imperator, vxori seruat.

3 Migravit autem virgo ad Christum nonaginta annorum circulo ferè transacto, non minùs religione

quam senectute venerabilis. Cuius corpus ad S. *Corpus eius* Bauonis Ecclesiam Agilfridus, Episcopus Leodiensis, *Gandauū transfer-* idemque à Stephano Papâ Abbas D. Bauonis *tur.* Gandensis creatus, Româ veniens, ex Lotharingiâ attulit anno *b. CCCLIV.*

4 Sed non multò post, propter incursionses Nordmannorum, cœnobium Gandense cum sacris corporibus Bauonis & Pharaildis fugit. Quæ corpora tandem, cessante persecutione, ex Lauduno & Nigellâ relata sunt, ad ecclesiam noui Castelli Comitis, ad ripam Legia in Fisco Gandensis cœnobij sitam. Inde tamen rediccatâ per S. Gerardum ecclesiâ D. Bauonis, ad eam sunt relata, licet priori ecclesiæ, petente Arnulpho Comite, portio aliqua gratiosè sit concessa, ne collegium S. Pharaildis reliquiis suæ patronæ careret.

5 Verum ut iis, quæ ex Ecclesiastico officio deprompsimus, aliunde quædam subiungantur; in primis Christianus Massæus lib. 12. Chronicorū scribit c pars corporis Nigellæ, quæ est Lotharingiæ ciuitas, *Pars corporis Nigellæ affer-* haberet in ecclesiâ S. Pharaildis. Quod sp̄ctat, quod ex *natur.* Chronicis Gandensis monasterij constet, eos à Nordmannis fugatos, duos Abbates Nigellæ, & tertium Lauduni sepeliuisse.

6 Deinde est in Steinockerzelâ apud Viluordiam facellum S. Pharaildis, quod propter miracula frequentatur. Sed & panes nonnulli conseruantur, qui *S. Pharaildis in Steinockerzelâ.* dei in Stei-Dei & prædictæ virginis iudicio in lapides sunt con-*Panes in* uerti. Quâ de re anno supra millesimum trecentefimo quadragesimo secundo, Plebani Ecclesiarum in *Lapides murati.* Humelighem, Erps, Hockezele, Quaderibbe & Cor- teberge testimonium tulerunt. Simile miraculum refert Gregorius Turonensis de natu, cuius omne na-uis onus, quod mandi potuit, in saxa est conuersum, cum pauperi dixisset se nihil nisi lapides habere. Ego, inquit, ex his & daçtylos vidi & oliuas aspexi marmore duriores.

Primarium festum est die quartâ Ianuarij; secundarium Translationis Nonis Octobris

7 Pingitur denique cum aue in manu aut ad pedes, *Imago S. Pharaildis.* quam Teutonicè *een trap-gans* vocant, cuius officium Gandauense non meminit. Sed in historiâ pleniū manuscriptâ legitur ipsam aues ex agro tulisse, quas alij feles, & alij miletas, atque alij vulgariter ganges siue ganças nuncupant, quarum vnam protus mortuam viuificauit.

* Christianus Massæus lib. 12. Chron. Theoderico Childeberti filio, Rege Burgundiæ ac deinde Austrasia natam scribit. Sed cum Theodericus anno Chr. D C XIII. mortuus sit, quâ potuit Pharaildis à S. Gertrude erudiri, & à patre ad nuptias cogi?

8 Id si hoc anno accidit, ergo ante initū Episcopatum; cùm demum anno 761. Fulcarius succederit.

c Verba Massæi sunt: Pars tamen apud Nigellam est: qui locus nunc dicitur Ecclesia S. Pharaildis.

M I R A C U L V M

Quoddam de panibus conuersis in lapides, roboratum litteris sigillatis Officialis Cameracensis, Decani Bruxellensis, nec non diuersorum Curatorum infra noiminatorū.

1 **V**IRIS reuerendis Dominis Præposito, Decano, & Capitulo Ecclesiæ S. Pharaildis in Gandauo, Plebani Ecclesiarum de Humelighem, de Erps, de Ockerzele, de Quaderubbe, & de Cortterberge, Salutem, & rei subscriptæ noscere ve-

titatem.

2 Noueritis, quod lapides, quos vos habetis in ecclesiâ vestrâ, qui in capellâ S. Pharaildis prope Geetbroech apud nos esse consueuerunt, virtute omnipo- *Tessimoniis de panibus in lapides conuerſus.* tentis Dei, Sanctæque Pharaildis plurima miracula fecerunt:

Moritio S. cerunt: videlicet portantes in circuitu altaris S. Pharaildis prælibatae eosdem lapides, de dolore capitis, dentium, nec non de dolore aliarum partium corporis, fidem credulam ad hos habentes, misericordia Dei omnipotentis, & S. Pharaildis Virginis antedictæ, procul dubio sanati fuerunt.

3 Nec non vos scire volumus, quomodo, & per quem modum dicti lapides ad capellam S. Pharaildis prope nos primò peruererunt. Vnā dierum accidebat quod duæ vicinæ ad invicem loquebantur apud nos, quarum vna defectum panis habebat, petens ab aliâ suâ vicinâ, quatenus ipsi vnum panem concedere vellet, donec ipsius panes essent pisti: quæ vicina respondendo dixit, quod non haberet panem seu panes, quos suæ vicinæ concedere posset. Iteratò dixit alia vicina: vos enim hac septimanâ cum panibus vestris fuitis ad furnum. Quæ iterum dixit: Det Deus, & S. Pharaildis, quod omnes panes, quos habeo sicut lapides, si plus panis habeo quam dimidium panis. His verò factis illa veniens domum aperuit cistam suam, & credidit inuenisse panes suos in cista: & inuenit tres lapides in cista suâ cum dimidio lapide. Illa verò videns hos panes conuersos in lapides, geniculando veniam à Dœo Sanctâque Pharailde de forefactis suis petiit. Itaque quod miraculum illud promulgatum fuit in populo. Et dicti lapides honore & reuerentiâ ad capellam S. Pharaildis prædictæ apud nos fuerunt portati. In cuius rei testimonium sigilla nostra præsentibus literis duximus apponenda. Datum anno à Domini Nativitate MCCCXLII, quarta decimâ die mensis Iunij.

Recusat quedam vicina pânes comodare, negans cùm impreca-tione se habere:

In lapides eos mutas reperit.

DE ECCLESIA ET TRANSLATIONIBVS

S. PHARAILDIS

EX GANDAVO ANT. SANDERI.

Ecclesia S. Pharaildis quando bructa.

COLLEGIATA D. Pharaildis Ecclesia, quæ nuper consensu Principum ad parochiale D. Nicolai migrauit, adnitente Flandrorum Comite Arnulfo, iuxta nouam arcem Comitis eiusdem, à Balduino Ferreo, vt Gramaius arbitratur, conditam, anno DCCCXII: strui cœpit, ac receptaculum profugi à clade Normannicâ cœnobij Bauonianum fuit. Vnde cùm ad antiquas sedes circa annum DCCCXL monachi redirent cum sacris Diuorum, Lipsanis; Arnulfus Marchio (verba sunt Chronicus Bauonensis) ecclesiam suam in nouo castello ædificatam cernens tantisper ignoribus viduari, impetravit à B. Gerardo articulum S. Bauonis, & reliquias B. Pharaildis; eâ videlicet lege, vt Ecclesiæ Clerus annuam peregrinationem ad D. Bauonis persolueret, quod multis factitatum fuit.

Transla-tio reli-quiarum an. 1073.

2 Fuit hæc Ecclesia domesticorum Comitis & incolarum atrij Palatini ab antiquo Curialis, & ad seruandas eorumdem præcipue Diuorum reliquias: & in eâ Clericos cum Præposito, in canonice collegium haud multò post euectos idem Arnulfus Marchio instituit. In translatione porrò harum reliquiarum anno a MCLXXIII, factâ, exposcentibus Ecclesiæ Canoniciis Remlo, Azone, Fulcrone, Orgero, Meinardo, per Folcardum Blandinij & Sigerum Gandensem Abbatess; testes adscripti Folcardus Castellanus & Lantbertus, eiusque frater Stephanus, cum copiosâ vtriusque sexus multitudine, & duorum cœnobiorum congregatione.

3 Anno etiam MCCCXXXVI, portiones reliquiarum S. Bauonis & Pharaildis in ecclesiâ noui castelli, SANDERI, nunc Comitis Castellani nominati, in novo portu Gandensi super ripam fluminis Legiæ sitâ, & in honore Sanctorum prædictorum olim fundatâ, translatæ *Alia an.* sunt de veteri loco in nouum per Venerabilem Patrem D. Andream Episcopum Tornacensem, postea S. R. E. Cardinalem, præsente venerabili viro Magistro Ioanne de Portali Archidiacono Tornacenensi, ac plurimis aliis venerabilibus Presbyteris diuersæ dignitatis, eiusdem Tornacenensis Ecclesiæ Canonicis, nec non religiosis etiam personis, D. Henrico de Mudâ Priore, & Balduino Borluyt Præposito Gandensis cœnobij, reuerenter eò directis à venerabili viro D. b Gerelino Borluyt prædicti cœnobij Abbatte; qui prædictæ Translationi interesse à D. Martino supradictæ Ecclesiæ Præposito, & eiusdem Ecclesiæ Canonicis diligenter requisitus fuerat, sed prænimiâ infirmitate suâ ibidem adesse non valuit.

4 Aliam quoque Translationem earumdem reliquiarum an. MCLXXIII, factam narrat idem Chronicus, *Prior* in hæc verba: An. MCLXXIII, portiones reliquiarum S. iterum Bauonis Sanctæque Pharaildis à S. Gerardo Abbatte *alii verbi relata.*

cœnobij Gandensis, Arnulfo magno Flandrensi Comiti gratiosè dudum concessâ in ecclesiâ noui castelli super ripam fluminis Legiæ in Fisco Gandensis cœnobij sitâ & in præfatorū SS. Bauonis & Pharaildis honorem olim fundatâ, translatæ sunt per Radbodus Nouiomensem Episcopum, præsentibus Sigero Gandensi & Folcardo Blandiniensi Abbatibus. Hanc tamen ego Translationem eamdem puto, quam a MCLXXIII, factam antè legimus; iidem enim isthic nominantur Abbates.

5 Quam fuerit autem olim Principibus Flandriæ catum hoc D. Pharaildis collegium, vel vnicum Philippi Boni anno MCCCCCLIX. XV. Decembris, Bruxellæ datum diploma ostendit. In eo enim Princeps ille, *Immunitas illius Ecclesiæ.* postquam de egregio prædecessorum suorum in eam Ecclesiam adfectu multa dixisset, eam cum omni suo peculio in speciale tutelam ac protectionem suam suscepit, immunem ab oneribus publicis declarat; omnibus denique sibi subditis mandat, vt eam in suis liberatibus ac priuilegiis foueant ac tueantur.

6 Ceterum huius Ecclesiæ monumenta vetustatis, *Monumenta* vltimo incendio, aliaque decora vltimis his bellorum *ta perdita.* tumultibus perierunt. Constat tamen opulenta admodum & honorifica olim fuisse huius Ecclesiæ sacerdotia; nunc terrarum inundatione alijque cladi bus imminuta, ob venerabilem eiusdem instituti antiquitatem, Procerum munificentiam, Principumque fauorem ac liberalitatem promerentur. Habet D. Pharaildis Ecclesia Præpositum, cum duodecim Canonicis, plures itidem Capellanos.

7 Deinde recensitis aliquot Præpositorum nominibus, subdit: Solent in hac Ecclesiâ, dum Festum S. Pharaildis agitur, duo lapides ostendi panis formam habentes, quos olim panes veros fuisse, & in saxum versus historiis proditum est.

a Imò 1073. vt patet ex cit. Chron. nam 1173. non Sigerus 30. sed Euerdeus 35. Abbas erat, vt ipsemet quoque Sanderus habet l. 4. c. 4. Tum quoque in Blandino Abbas erat Folcardus, vt idem lib. 4. c. 2.

b Meus ms. catalogus Abbatum Bauonianorum habet Gerelius, non restet. Nam Gerelini nomen etiamnum familiare est nobilis domui Borluytorum.

c Iam monuimus Sigerum non 1173. sed 1073. Abbatem fuisse, cùm Nouiomi federet Ratboldus sive Ratbodus.

D E S . R I G O B E R T O

REMENSI ARCHIEPISCOPO.

CIRCA
AN.CHR.
DCCXLIX.
IV. IAN.

DE S. Rigoberto Remensi Archiepiscopo hoc habet Martyrolog. Romanū: Pridie Nonas Ianuar. Remis in Galliā S. Rigoberti Episcopi & Confessoris. Meminit eius & Molanus in Addit. ad Vfuardum hodie, Galeſinius cum prolixiore elogio, Martyrologium Germanicum, Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, ms. Florarium Sanctorum, ms. Martyrologium (quod est Adonis, sed auctum) Monasterij S. Laurentij Leodii, Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino. Ab VIII. Ianuar. eius natalem habent editio Vfuardi Colonensis anni 1521. ac Parisiensis an. 1536. iterumq; Martyrolog. Germanicum.

Quando
gebierit.

2 Chronologiam vita eius, (qua à Franciso Harao corripta est, dum qui in vita dicitur, obiisse anno DCCCLXXXIII. eum ipse, satis probabiliter, DCCXXXIII. defunctum scribit; vti & Claudius Robertus in catalogo Episcoporum Remensium) expendemus alibi suo tempore. Milonem certè tradit Hincmaru in Prefat. ad Vitam S. Remigij, Episcopatum Remensem per quadraginta circiter annos pessimum dedisse. Si igitur pulsus est in exilium S. Rigobertus anno DCCXXXIII. vt tradit Sigebertus in Chronico, additis XL. Milonis efficeretur saltem DCCLXIII. Quid si non continuò ei sufficiens est Milo? At citius in exilium pulsus videtur, anno videlicet DCCXVII. vel DCCXVIII. Nec neceſſe est dicere eum usque ad finem vita Milonis superfluisse; praeſertim cum sati perſpicie colligatur ex vita, eum usque ad regnum Pipini non peruenisse.

3 Robertum quoque appellatum effeſcrit Surius & Galeſinius in Notis. Vitam eius edidit Surius, sed contraſtam & goberti ſtyle mutato: quam ex MS. S. Maria Bonifontis, integrum priuilegiā phraſi damus. Eam exhibebat & codex ms. Eccleſia S. Martini Ultraiecti, ſed paſsim contraſtam. Claudius Robertus, Strimonduſ, Menardus, Coluenerius, S. Rigobertum XXVII. Remensis Eccleſia Antiftitem ſcribunt fuisse, vti & Ioannes Chenu. At Demochares lib. 2. de Miffa ſacrificio, cap. I. 4. XXVIII. quia Dyscolium alij omittunt, qui tamē ſubſcriptiſſe reperitur Concilio Agrippinensi.

4 Inſignem hanc vita eius epitomen habet Georgius Coluenerius in Catalogo Episcoporum Remensium: S. Rigobertus Comes, patruelis S. Reoli, ex monacho Benedictino ordinatur Archiepiscopus an. 696. Multa contulit Eccleſia Remensi. Redegit Clericos eiusdem Eccleſia ad regulam canonicam. Sacrauit Dagobertum II. Chilpericum II. & Theodericum II. Reges. Carolum Martellum, Pipini Herſtalli ſeu Cräfti ex pellice filium, de ſacro fonte ſuſcepit, à quo tamen poſteā eſt expulſus anno DCCXVII. vel vt Sigebertus ſcribit, DCCXXI. Cui Martellus ſubrogauit in Sede Miloñi Clericum Abbatem, qui ſimul etiam Treuirenſem Episcopatum uſurpabat. Sed mortuo Martello an. DCCXL, censuris Zachariæ Papæ dictus Milo expulſus eſt à praediō Sede Remenſian. DCCXLII. & S. Rigoberto iungitur Coepiscopus à S. Bonifacio Germanorum Apoſtolo, Zachariæ Papæ iubente, S. Abel Scotus. Obiit S. Rigobertus IV. Ianuarij DCCXXXIII. vel rectius iuxta alios DCCXLIX. Falluntur qui eum viuiffe ſcribunt usque ad annum DCCLXXIII. Vide ſcholia noſtra ad Flod.lib.2.c.14. Sepultus eſt in eccleſia S. Petri in Gerniacā corde. Sed inde ab Hincmaro translatus ad cœnobium S. Theoderici ann. DCCCLXXII. & poſt annos nouem, ann. ſcilicet DCCCLXXXI. ad eccleſiam S. Dionyſij, quem ann. DCCXCII. Fulco Archiepifcopus in urbem intulit in eccleſiam B. Mariæ. Verū poſtmodūm iterum refertur ad eccleſiam S. Dionyſij ab Heriuco anno DCCCXCVI. Haſtenus Coluenerius.

S. Abel
S. Rigoberti Co-
episcopus.

V I T A EX VETERIBVS MSS.

C A P V T I.

S. Rigoberti genus, promoto ad Episcopatum, ordinatio
Cleri, donationes ſacrae.

Vit in diebus Childeberti, Dago- S. Rigoberti, Chilperici Regum Franciæ, ^{ti patria,} vit Dei Rigobertus, ^{genus, pa-} vrbis Remenſium mirificæ sanctitatis Archiepi- ^{rentes.} scopus. Qui in regione Ribuari- rum, ſpectabili de prosapiâ exortus; patre ſiquidem ex eodem pago, nomine Constantino, matre autem Francigena, vt ex Porcenſi territorio. Ab ætatis pri- mæ uætyrocinio, totum ſe cæleſtibus mancipauit diſciplinis, castitate prædictus, in vigiliis fedulus, oratione adoleſcen- peruigil, ſermone verax, refertus caritate, deditus ab ita mores, ſtinentia, daphilis humanitate, ſapientia redimitus, iuſtitia insignitus, in confilio prudens, omnique mo- rum honestate pollebat.

2 Per hæc virtutum inſignia, ocyùs occurrentis in Fir Ar- virum perfeſtum, quemadmodum calitus electus, ad chieſiſco- Pontificalis apicem honoris eſt ſublimatus. In quo ſu- ^{pua Re-} menſis. pernā admiculante ſibi gratiā, talis tantuſque illico apparuit, vt omnium oculis & amori eſſet & timori. Nimirum bonis amori, qui deletabantur eius monitis ſalutariibus humiliter obſequi; malis quoque nihilominus erat timori, qui ab eo metuebant tam depre- hendi, quām reprēhendit: ac per hoc ſicut ad locum de Beato ſcriptum inuenitur Remigio, erga benē agentes Petrus apparebat in vultu, erga delinquentes Paulus in ſpiritu: ac ſic conueniente in vnum diuersitate gratia- rum, illius pietatis, huius erat emulator diſtriictionis. Stantibus equidem, ſi caderent, minabatur poenam; Omnia lapsis verd, vt ſurgere appeterent, promittebat miſericordiam. Illos terrebant ne præſumerent in bonis, iſtos refouebat ne desperarent in malis. Proinde quof- ^{curat fa-} dam piis sermonibus affiduæ prædicationis ad meliora euexit; quosdam maturitate & ſinceritate multiplicis doctriñæ, desiderio ſancta conuerſationis accedit; quibusdam exemplum factus eſt ad ſalutem: alios intra ſepta ſui gregis oues fecit; alios educauit: Omnia omnibus factus eſt, vt omnes ſaluos efficeret.

3 Successit autem in Remenſi Pontificatu Reolo, magnarum virtutum viro, huiusque, vt quidam perhi- ^{Lapsam} bent, proximiō cognato. Et quoniam hoc obeunte ^{disciplinæ} nescit quo annis Paſtore vacauerit Sedes Remenſis, pleraque in loco erant collapſa, quæ fuerat præceden- ^{reſtituit.} tium Patrum ſtudio & vigore fundata: quæ cuncta viri gloriosus & prudentissimus in pristinum celerius reparauit ſtatutum.

4 Nam canonicam Clericis religionem reſtituit: Res Cano- iuxta numerum quoque eorum, quotus illo in tempore ^{nicorum} erat, ſufficientia & continua eis viſtualia constituit, pulcrè or- quatinus diuino cultui liberius atque instantius inſi- ^{dinat.} ſtere quiuiffent. Priuus quippe quām exoptabilis hic al- tor ac pater eorum adueniret, non eis dabatur canonici ſpanis, & non erant vt ſunt hodie Canonici, ſed ſicut matriculari. Et ad hæc res proprias cum habitatoribus ^{Commune} earum illis contulit, qui ſingulis necessitatibus eorum ^{orum} perpetuò deſeruient. Primus Remenſium hic Epifco- ararium porum fertur commune eis instituſſe ærarium, gene- ^{inſtituit.} raliter illorum uſibus in ſecula profuturum.

5 Prædictarum autem rerum loca, his vocabulis cen-

Varia bona conferunt Ecclesia.

censentur: Gerniaca-curtis, Musceum, Roceium, Ad Vuliniacum riuum, Curcella, ad Nouam-villam, Ecclesia S. Hilarij in suburbio ad portam quæ vocatur Mattis. Hanc basilicam decreuit præstare in sepulturam eorum. At Gerniacam-curtem, & tria è vestigio consequentia, sánxit ad anniversariam perseverare sui transitus diem commemorandam; vt hinc scilicet eis in illâ sufficiens refectio ab ærarij clauigero, quotannis paretur. Et si quid de anno superfuerit rerum redditu, quod ad præsens expendi non necesse sit, omnibus censuit dividendum, prout opus fuerit vincuique eorum. Item Curcellam & Nouam-villam, & nouem mansos ecclesiæ S. Hilarij adiacentes, statuit ligna cædere, aquasque comportare ad faciendū eis balneum, insuper & ad suicidium occurtere; & si quid huiusmodi necesse sit in eorum culinâ, quod factō opus sit. Putatis quoque intra septa monasterij non desse, qualibet obortâ occasione. Denique ipsa si quando exuberauerint rudera latrinarum, efferre in locum huiusmodi collauionibus aptum. Porro sicut & pollinctorum effodiendæ eorum sepulturæ adesse, cum eueniret illorum quæpiam defungi, & ab ipsis tamquam à vespillionibus ad sepeliendum eos deferri. Et, vt tandem collectio quodam sermunculo quid inferatur de eorum multitudine seruitute, ad omne opus eis impendendum seruile, vt præsentissimos ita iussit paratissimos esse: quorum huiusmodi consuetudo pro lege habetur, vt si omnis familia seruorum, qui hos habuere, obierit, sicut saepe accidit, etiam ingenuus quisque pat eis obsequium exerceat seruile, si contingat ea habere. Eorum vero summa in quadraginta vno mansis colligitur utrobique coadunata.

* *Florentius Ristor. Remen. lib. 2. cap. 11. hac subdit:* Res etiam quibus Episcopum auxit quasdam dato pretio comparavit, vt villam nomine *a* Cartobram in pago Tardonensi à b Gamnoaldo, pro quâ dedisse traditur aurum solidos quingentos: & in villâ, cui nomen *c* Turba, mansos duos, à diuersis personis. Item portionem de villâ, quæ dicitur Campaniaca, super fluuim Viduâ, ab *d* Hosomo: pro quâ dedisse reperitur in auro solidos cxxl. Item à quodam consobrinâ suâ, nomine Gilfindâ, portionem de villâ Bracaneto super fluuim Rotunnam, cum manciis, ædificiis & omnibus ad ipsam possessionem pertinentibus. Item ab eadem Gilfindâ partem quamdam de villâ Bobiliniacâ supra fluuim Suippiam, cum domibus, manciis, campis, pratis, & ceteris ad eamdem possessionem pertinentibus: pro quibus rebus in auro solidos centum inuenitur dedisse. Quædam quoque res trans Ligerim non modico auri dato pondere reperitur emissa. Quædam quoque cum aliquibus personis inuenitur communiasse, pro partium scilicet opportunitate.

A Dagoberto denique Rege præceptum immunitatis suæ obtinuit Ecclesia; suggestens eidem Regi, qualiter ipsa Ecclesia sub præcedentibus Francorum Regibus, à tempore Domini Remigij & Clodouei Regis, quem ipse baptizauit, ab omni functionum publicarum iugo liberirima semper extiterit. Qui præfatus Rex hoc beneficium confirmare vel innouare dispensans, cum consilio procerum suorum statuit, ad prædecessorum formam Regum præcipiens, vt omnes ipsius sanctæ Dei Ecclesiæ res, tam in Campaniâ, & infra urbem, vel suburbanis, quam in Auftrasiâ, seu Neustriâ, vel Burgundiâ, seu partibus Massilia: in g Rodonico etiam, Gaualitano, Aruernico, Turonico, seu Pictauico, Lemouicino, vel ubicumque infra regna eius ipsa Remensis Ecclesia, vel basilica Beatisimi Remigij villes aut homines habere videbatur, sub integrâ immunitate omni tempore possent manere. Sic quoque vt nullus Index publicus in ipsas terras auderet ingredi, vt mansiones intrando ficeret, aut quelibet iudicia, vel xenia ibidem exigere vilatenus præsumeret. Sed quodcumque à præcessoribus suis Regibus Ecclesiæ Remensi vel basilica S. Remigij fuerat concessum, cunctis diebus eadem Ecclesia valeret habere conseruatum.

Sed & à filio ipsius super huiusmodi auctoritatis corroboracione, & à ceteris suis temporis Regibus immunitatis, ac teloneorum remissionis præcepta Ecclesiæ suæ obtinuit permanere. Item Theoderici Regis specialiter pro villâ Calmiciaco, quam Grimoaldus vir illustris Ecclesiæ Remensi contulerat. Quarum adhuc regalium monumenta præceptionum in archivio sanctæ huius Remensis conseruantur Ecclesia.

6 Inter hæc prudentem paucis monemus lectorem ne abhorreat ista legendo quasi superflua, afferens in chartis eorum donationis & polypticis de eisdem editis satis superque inuenienda; sed admiretur hunc virum

Dei, quomodo prudentissime & piissime disposuerit Ex mss. inter cetera quæ possidet; & qualiter pauperes Christi, suorum heredes fore delegerit, qui secundum illud Euangelij, Beatus est, quia ij. non habent retribuere Luc. 14. ei, retribueretur enim illi in resurrectione iustorum; ve 14. rumramen eius beatitudinis seduli intercessores existunt, prout queunt: & si aliquando fortè siluerint, ipsum opus misericordia ad Dominum semper pro eo Eccl. 29. clamabit; quemadmodum scriptura dicit: Conclude 15. eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa prote orabit.

a alijs, Carobram, vulgo Chartreune. b Coluener. Gomnoaldo. c Gallicè Tourbe. d al. Hosonio. e Coluener. Bracameio, al. Bracaneco, Gall. Bricquenay. f Gall. Boul sur Suisse: g al. Rodinico, Rodolito, Rodocino.

C A P V T I I.

Sibi à Pipino data donat Ecclesia.

7 **H**ic quodam tempore de Culmissiaco Episcopo Pipino sui villâ veniens, adiit Pipinum Maiorem domus, patrem Carli cognomento Martelli: præmisitque suas ei eulogias, à venatione, quam paulò ante exercuerat, redeunti. Has quippe solebat illi crebriùs mittere. Morabatur quoque ipse Pipinus in pago Laudunensi, & loco qui dicitur Gerniaca-curtis; & non illic, vt hodie, villa, sed exiguis mansionis fuerat: verum & in diebus illis ibi erat ingens silua, & fons in eodem loco, quem apri tamquam ad sua frequentabant voluntabra, qui & vlique in hodiernum diem permanet ibidem; iuxta quem & tunc Pipinus singularem ferum fuit consecutus, cuius assutaram præcepit illuc fieri, tamquam reverâ inibi pransurus. Interea idem istius Episcopi benedictionem gratissime suscipiens, dixit clientibus qui sibi assisterant: Quid faciemus huic Episco- *Pipino* *Herstallo* *offert eulo-* *giis;*

Abeo Gerpo, qui nobis seruire non cessat? Illis autem silentibus, *niacamus;*

Pipinus ad Sanctum conuersus Rigobertum, gratula- *cipit,* &

bundus adiecit, Do, inquiens, tibi optionem petendi *quidquid*

quod volueris, & non negabo tibi. Ad quem vir Domi- *meridie*

ni, Da, ait, mihi hunc modicum mansiolem, & suffi- *ipso quies-*

cit mihi. Tum ille, & hunc tibi do, & quantum volueris *cense cir-*

circipere in gyro. Concessitque ei (sicut & quondam *cuerat.*

Rex Clodoueus Sancto legitur concessisse Remigio) Simile

vt quantum circuaret dum ipse meridie quiesceret, to- *Terra illa*

quid contum illi donaret. Beatus itaque Rigobertus per fines, celsit Ca- *deinceps*

qui manifestissime parent, pergens, passim limitem, vt robus Ma- *vern-*

litem discerneret aruis, si fortè accideret, ponit præce- *-gnus S.*

pit. Peragratisque omnibus quæ sibi maluerat dari, 18.Iul.

confestim regressus est ad Pipinum, qui intetum meridi-

ano surgens à somno, largitus est ei omnem, quem

lustrauit, locum per confinium designatum.

8 Ad memorabile vero indicium super hoc transi- *Terra illa* *deinceps* *vern-*
tu itineris sui, & æstate & hyeme vernantior, quia viri- *grandine* *vel tempe-*
dior herba hæstenus ibi gliscere visitur, quam ceteris *vern-*
in locis quæ in circuitu eius sunt, cum tamen æquè te- *state ladi-*
ratur à quolibet viatore. Est & non contempnenda rei *tur.*

miraculum, quod proculdubio meritis eius constat

eisdem rebus à Domino prærogatum. Siquidem post-

Numquā dominio eius celerunt, numquā eas læsit tem-

pestas, nec grando cecidit super illas. Vnde non solùm

vel tempore mira, sed semper omnibus valde est stupenda. Vi-

dentur more solito cadere iuxta, & non fines eorum

attingere vñquam præsumunt, ne dicatur transire.

Proinde omnes hæc diuinitus fieri videntes, dicere

congruenter super his valent, quod scriptura de terrâ

quondam habitationis filiorum Israël refert; quæ cùm

præmitit: Pluit Dominus grandinem super terram Exod. 9.

Ægypti; paulò post annæ etit, dicens: Tantum in terrâ 23. & 26.

Gessen, vbi erant filii Israël, grando non cecidit. Sed

quia præfens miraculum, vt præmemoratur, hic quoti-

die fit, quoiescumque hæc vspiam ruit, magis præsenti

tempore quam præterito vtendum est. Ita in hac terrâ

possessionis S. Rigoberti grando non cadit, quamlibet

in omni Francorum terrâ cadere videatur ex more.

Ex mss. 9 Denique vniuersas res istas nullo mundanæ cupiditatis impertravit obtentu, verum Ecclesie in cunctis pro viribus consulens, illam constituit heredem earum, sicut partim fuit paullò superius intimatum.

Plures etenim Ecclesias earumdem participes fecit, * prout corde suo destinauit. Erat quippe, ut canonica dogmatizat institutio, internorum curam in exteriore occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam internoru sollicitudine no relinquens; ne aut exterioribus deditus, ab intimis aliquando corrueret; aut

Rebus celestibus, & saluti suorum semper intentus.

1. ad Timoth. 5.8. folis interioribus occupatus, qua foris debebat proximis non impenderet. Agebat quippe in omnibus ut pote fidelis dispensator & prudens, quem constituit

Dominus super familiam suam, ut daret illis in tempore tritici mensuram. Procul namque semper ab illo fuit

quod Apostolus ait: Qui suorum, & maximè domestico- corum, curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior.

Quin imò cum eodem veraciter dicere valuit: Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.

Quapropter si quando aliquid discriminis

alicui membrorum Ecclesie acciderat, & hoc sibi non

absurdè poterat coaptare: Quis infirmatur, & ego non

infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?

Et rursus: Gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus.

Huic viuere Christus fuit, & mori lucrum. Et quia solo corpore in terris positus, spe in cœlestibus degebat,

Philipp. 3. profectò de se hoc sibi similibus loquebatur: No-

stra conuersatio in cœlis est. Nempe iam illis connexus

Philipp. 3. quibus ait Dominus: Vos estis lux mundi. &, Non potest

Matth 5. ciuitas abscondi supra montem posita; neque accen-

14. & 15. dunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra

candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.

10 Præfatus ergo Pipinus hunc admodum venerans ac diligens, filium suum misit ei Karlum ad baptizandum, qui propter feros animos, & quia ab ineunte ætate fuerit vir bellicosus, & robore fortissimus, postmodum Martellus est cognominatus. Quem à se baptizatum, ipse vir almus suscepit à fonte facri baptismatis, ut eiusdem patronus fieret iuxta petitionem genitoris. Qui eidem patri Pipino decedenti, in principatum succedens, eundem patronum suum, tum impie, tum iniuste à Sede suâ expulit; ceu paullò post sequens narratio declarabit.

11 Vir deinde sanctus Ecclesiam Domini, ut cœperat, vigilansimè & strenuissimè regebat, ascendens exaduerso, & opponens murum se pro domo Israël, ut staret in prælio in die Domini. Ex aduerso quippe adscendebat, quando quibuslibet potestatibus prauè agentibus, rationis liberâ voce contraibat; & in die Domini pro domo Israël in prælio stabat, ac murum se opponebat, quia fideles innocentes contra peruersorum iniustiæ ex iustitiæ auctoritate vindicabat. Hinc & illud Beati Iob, congruentissimè illi conuenit quod dicitur: Auris audiens lætiticabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: quod liberassem pauperem vociferantem, & inopem, cui non erat adiutor. Et post panca: Iustitiæ indutus sum, & vestiui me sicut vestimento & diademate iudicio meo. Et iterum: Contrabam molas iniqui, & de dentibus suis auferebam prædam: Vnde & tamquam bonus pastor animam suam poneret pro ouibus suis, si persecutor sibi afforet ita crudelis.

* Addit Flodoard. lib. 2. Hisfor. Remen. cap. 11. ut variis chartarum docemur instrumentis. Sub ipsius Episcopatu dedit Ado quidam Abbas ad Ecclesiam S. Mariae Remensis res suas sitas in pago Laudunensi, in vico qui dicitur a Raofidus, cum adiacentis carum, dominibus scilicet & colonis, campis, vincis, pratibus, siluis, b pascuis, aquis, aquarumve decursibus, & omnibus appenditiis. Item ad matriculam Sancti Remigij res quasdam in pago Tardonensi in villâ Corneciaco cōstitutas. Diuersæ quoque persona in locis diuersis res suas pro animarum remedio Ecclesie Remensi sub hoc Patre beatissimo tradiderunt, vt Be- roaldus & Sairebertus in monte Betelini & c Taxouariis do- mos, arua, mancipia, vineas, ac filias. Gairefredus & Austre- bertus in pago Laudunensi, in villâ Warocio, mancos cum ter-

ris adiacentibus, vineis, ac mancipiis. Abbo res suas sitas in pago Porcenfi, villâ Augustâ: e Leudemarus in Camarcia, in d Coluen. pago Remensi, mancos cum ædificiis, mancipiis, ruribus, vi- Portensi. neis, siluis, pratibus, & ceteris adiacentis. Rodemarus res suas si- e Coluen. tas in vico Castricensi. Item Aufrebertus suas in eadem villâ. Lande- Quarum adhuc exemplaria traditionum apud nos condita re- marus. seruantur.

C A P V T III.

Rigoberti domus. Begonis sacrilegi pœna.

12 CVM igitur piis, ut semper, intentus esset operi- Carolum Martellū bus, suoque Clero & plebi, tamquam pater fi- prohibet liis, in omnibus consulenter; atque huius rei gratiâ in ci- ingressu uitate Remensi degeret; orta est post Pipini obitum, urbis Re- inter Karlum ipsius filium & Regem Chilpericum ac mensis. Maiorem-domus Raganfridum non modica simulta pro inuasione regni Francorum; si quo modo hæc fieri posset potissimum per quemuis eorum. Karlus autem propter urbem Remorum transiens, fertur eamdem extrinsecus circuisse vniuersam, quoisque peruenit ad portam, super quam structis inibi ædibus sibi congruis almificus manebat Rigobertus: clamauitque ad eum dicens: Domine Rigoberte, iube mihi portam ciuitatis aperiri, ut vadam orare ad Sanctam Mariam. Cumque idem homo Dei nullum vociferanti daret responsum, orationibus utique suis insistens, quibus iugiter sanctâ intentione vacabat, perhibetur hoc ipsum tertio exclamasse ad eum. Tandem valido eius clamore compulsus, respondit ei, Non tibi, inquiens, porta hæc aperietur, quoadusque sciatur cuicunque vestrum Dominus dare hoc voluerit regnum. Tu enim & Raganfridus ambo litigatis super eo, & adhuc necfitur quem finem reshabitara sit. Quod si Dominus illud tibi potius dederit, hanc teserabo remeanti, & fidelis existam titi. Ad hæc Karlus per caput suum iurans, & furibundè intentans, Si reuerlus, ait, fuero victor in pace, non vltra, iutus manebis in hac ciuitate. Vir tamen Dei inter eius minas permanens interritus (iustus quippe quasi leo confidens absque terrore erat) noluit illum aperiere ei; sine dubio aduertens, ut perprudens, quod non propter orandi deuotionem, sicuti simula- bat, introire ciuitatem cupiebat, quin potius eam vo- lebat vastare; quemadmodum alias vastauerat; ac si & antedictus eum vincens Raganfridus regnum obti- nuisset, ne forte hunc sibi infidelem tali in facto repu- tare valuerit; sicut reuerà valuerit, si huius dictis au- rem accommodaret.

13 Hæc denique, quam prædiximus, porta, ex con- fuetudine casorum à plerisque Collaticia, à pluribus usque hodie Basilicaris vocatur; ibique tamen quam singularum claves totius vrbis portarum apud se reconditas pro tempore seruabat. Quæ porta ideo nun- cupatur Basilicaris, sive quod in gyro sui reliquis plus portis feratur antiquitus basilicis abundasse; seu quia Habitae euntibus ad basilicas in vico S. Remigij consistentes, supra por- semper fuit peruvia. supra quam & idcirco potissimum tam Bas- mansisse dicitur, quoniam fenestræ cœnaculi sui patefactis, eas inde consueuerant contemplari, nequaquam causâ. solâ quasi pulchras & excelsas gratiâ speculandi, sed multò magis orandi; sicut & dudum Daniel Propheta Dan. 6. fenestræ apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem, tri- bus horis in die fletibat genua sua & adorabat, confitebaturque coram Deo suo. Proper quod & iste San-ctus ostium in pinnaculo ecclesiæ S. Petri, que finitima erat sua domui, præcepit fieri, per quod in eamdem gradibus adiecitis descendebat ad adorandum; inde- que reuertens, per hoc ipsum intrabat in oratorium, quod iuxta domum suam fecerat super ciuitatis mu- rum, dedicauitque in memoriam S. Michaëlis Ar-Oratoriū S. Michaë- Taxona- lis adiiccat.

14 Hoc non pauco tempore perseuerauit ibidem, multaque ad illud populi frequentia confluebat, & maximè si quando eiusdem Archangeli gloriofa festi- uitas

*Bego id
dirui in-
bet.*

uitas imminebat. Donec Ludouicus Imperator dedit Monasterium S. Petri filia Alpaidi, quod & vocatur solo de situ loci Inferius, propter alterum huic vicinum quod eadem ex causâ dicitur Superius. Huius mulieris vir, nomine Bego, hoc oratorium dirui iussit, considerans quod præ altitudine sui, quasi quadam vmbraculo obnubebat prædicta ecclesia fenestram; seu potius quia quadam die caput suum in superliminari eiusdem ostioli grauiter eliserit, eò quod statu fuerit procerus, & extento ambulauerit collo, & ad hæc introeundo, vt oportuerat, non semetipsum humiliauerit. Humilitas quippe caput non frangit. Quocirca de hoc abiens loco, suis præcepit dicens: Cauete ne forte istud hæc reperiam, quando reuerrat. Quoniam quidem si inuenero, in vobis hoc vindicabitur.

*Arripitur
à demone.*

*Remis tri-
duo hor-
ribiles
tenebrae.*

15 Sed vt destrui ceperit, ille mox à dæmonio arreptus fuit, cum tamen ab hinc procul esset in pago Laudunensi, & loco qui dicitur Begonis-villa. Factæ sunt autem & triduo in ciuitate Remensi horribiles tenebrae à loco illo, quo destruebatur, donec ultra pontem plateæ eiusdem vrbis veniretur, qui ob euitandum cœnum diebus priscis lapidibus magnis stratus erat; vnde & hæc haec tenus pristinum nomen seruat. Porro puluis & ventus mixtim ferebantur, ita vt per eiusmodum viam vix posset incedere quisquam.

*Addit Flodoardus Hist. Remen. l.2. c.12. Hoc autem orato-
rium modo reparatum, & in præmemorato Beati Michaëlis ve-
neratur honore restitutum.*

C A P V T I V.

Caroli Martelli sacrilegia: damnatio.

*Carolus
Marcellus
vincit Ra-
genfriðum
an. 717.*

*Rigobertus
Sede pellit:*

*Episcopa-
tus varios
dat laicis.*

*Prou. 17.
13.*

*Idem corpo-
re & ani-
mæ tor-
queretur in
inferno.*

16 His ita dimissis, vt ad præmissa vertamus stylum. Præmemoratus direxit aciem Karlus, in campo Vinciaco aduersus Chilpericum & Raganfredum Dominicâ die illucescente, duodecimo Kal. Aprilis in Quadragesimâ, & triumphum de eis sicut desiderauit adeptus, iniustissimè ab hoc almo Pontifice Episcopiū Remense abstulit, qui inde est reuersus, sicut antè fuerat illi communatus. Et hoc eius factum non est adeò mirum. Et quidem aliis similiter fecit, & eis qui suis partibus fauerunt, dedit. De hoc etenim, non Rege sed tyranno, ita legitur ad locum in Annalibus diuerorum Regum: Iste Karlus omnibus audacior Episcopatus regni Francorum laicis hominibus & Comitibus pri- mus dedit, ita vt Episcopis nihil potestatis in rebus Ecclesiarum permitteret. Et cetera. Hunc ergo Karlum passus est & hic vir Domini imicium vsque ad occa- sum viræ præsentis, cum oporteret eum vñquequa que fidissimum esse, ac si ipsius filium in baptisme: & hoc Domini pertulit exemplo, qui ab ipso discipulo suo traditus est impiis. Hinc beatus Papa inquit Gregorius: Omnes electi, quia summi capitum membra sunt, caput quoque suum in passionibus sequuntur. Paucisque interpositis subiungit atque ait: Ut tanto eis crescat mer- ces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit, & ex alienæ damno caritatis.

17 Verùm vt scriptura dicit, qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Quod huic viro Dei in Episcopatu violentiâ crudeli dempto, & de aliis rebus aliarum fecit Ecclesiarum, iusto Domini- nus iudicio reddidit in capite eius, sicut antiquorum veridicâ constat scriptum huiusmodi relatione a. S. Eu- cherius Aurelianensis Episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum est sæculum raptus: & inter cetera quæ Dominus sibi ostendente conspexit, vidit hunc Karlum in inferno in- fieriori torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius du- cto responsum est; quia Sanctorum iudicatione qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumque res abstulit & diuisi, ante illud iudicium animâ & corpore sempiternis pœnis est deputatus; & recipit si- mul cum suis peccatis pœnas, propter peccata omnium qui res suas & facultates in honore & amore Domini

ad Sanctorum loca luminaribus diuini cultus, & alimo- niis seruorum Christi ac pauperum pro animarum re- demptione tradiderant. Qui in se reuersus, S. Bonifa- cium b, & Fulradum Abbatem monasterij S. Dionysij, & summum Capellanum Regis Pipini ad se vocauit; ei- que talia dicens, in signum dedit vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperiissent, ea quæ dicebat vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium vbi corpus ipsius Karli Ex eius humatum fuerat, sepulchrumque illius aperientes, vi- fus est subito exisse draco, & totum illud sepulchrum adiusto, interius inuentum est denigratum, ac si fuisset exustum, exit draco. &c. Quæ idē h̄c in seruimus, vt omnibus hæc legenti- bus nota fieret istius iusta damnatio, per quæ facta est harum rerum Ecclesiasticarum iniusta ablatio.

18 Huius verò (haud dubium quin Beati Rigober- ti) & Adrianus Apostolicæ Sedis Pontifex, meminit in epistolâ suâ felicis memoria *Turpino, huius succe- *al. Til- fori direcā, in quâ & multiplicem facit super eo quæ pino. querimoniam, scribens in hunc modum: Tua fraterni- tas nobis retulit, quia faciente discordiâ inter Francos, Archiepiscopus Remensis, nomine Rigobertus, à Sede contra canones deiectus & expulsus fuit, sine vlo cri- mine, & sine vlo Episcoporum iudicio, & sine vlo A- postolicæ Sedis consensu vel interrogatione; sed solum- modò quod ante non consensit in parte illius, qui poste à partem de illo regno in suâ potestate accepit, in quâ parte Remensis ciuitas est: & donatus atque magis usurpatus, contra Deum & eius auctoritatem, fuit ille Episcopatus, simul cum alio Episcopatu & aliis Eccle- siis, & sæcularibus potestatibus, Miloni cuidam solâ tonsurâ clerico, nihil sapienti de ordine Ecclesiastico: & alij Episcopatus de ipsâ Remensi diœcesi diuerso modo essent diuisi; & aliqui ex magnâ parte sine Episcopis consistentes; & ad alios Episcopos & Metropo- litanos, Episcopi & Clerici ordinationes aliquando ac- cipientes erant, & refugia indebita habebant, & à suis Episcopis iudicari & distingi non sustinebant; & Cle- rici, & Sacerdotes & monachi & sanctimoniales sine lege Ecclesiasticâ pro voluntate & licentia viuebant, & reliqua.

a Baronius ad an. 741. hanc narrationem impugnat multis ar- gumentis, sed que non conuincunt, ut 20. Februar. ad S. Eucherij vitam offendemus.

b Addit Flodoard. Hist. Rem l.2. c 12. Qui tunc Galliis ad resti- guenda iura canonica fuerat ab Apostolicâ Sede prælatus.

C A P V T V.

Rigoberti exilium, reditus, vita priuata.

19 CETERVM Sanctus Domini Rigobertus Do- minicis obtemperando præceptis, quibus ita Matth. 10. iubetur: Cum persecuti vos fuerint in ciuitate istâ, fu- 23. gite in aliam; secessit in Vasconiam regionem: ibique Rigober- exulando, dum multas sanctâ indefessus intentione me- tius secedit in Vasco- niam. in Vasco- niam.

basilikam simili modo causâ orationis. Et inter oran- dum campana pulabantur secundum morem Eccle- Campane siasticum ad fidelium concionem congregandam, ibi- ei furto que fuerunt geminæ quæ nullum dederunt sonitum sublate, eo pulsata. Tunc Sacerdos loci & alij qui circumstabant, prese- follicite ab eo sciscitabantur, quis esset, & vnde veni- forum set. Quid inquiens, vultis? Clericus sum, veluti videtis; edunt. & de Franciâ veni. Cui illi adiiciunt, dicentes: Cur no- stræ non hodie sonant nolæ tuo in aduentu, sicut cete- ris in diebus consueverant, priusquam tu, venires ad nos? Ad quod ipse, Ignoro, inquit. Verùm duas habui in meâ ecclesiâ, quæ mihi furtim ablata sunt, cum ad- huic essem in Franciâ; fortassis eæ sunt. Ostendite mihi eas, & ego dicam vobis si illæ sunt an alia. Quæ cùm si- bi fuissent ostensæ, affuerat ipsas esse. Tunc initio cum Sacerdote eiusdem loci consilio, protinus suæ re- stituunt eas turriculæ. Et dixerunt ad virum Dei: Tu magis accede, & illas pulsa, vt pro certo experiamur *Ab ipso* tuorum veritatem verborum. Quod cùm ille fecisset, *pulsata so-* *ficut* num edūs.

Ex mss. sicut autem solebant altisonè reboabant. Quod cernens omnis populus, Deum glorificauit. Ipse vero quis esset apparuit, quia lumen in tenebris latere non potuit. Eæ verò in præfatâ Gerniacâ-cурte, & S. Petri ecclesiâ, usque hodie permanent, in testimonium huius mirabilis faeti & in æuum mirandi.

Ipsa reduntur. 20 Hunc prædictus Milo Abbas, qui ante Karlum habebat Remense Episcopatum, reperit in eadem regione, functus apud eosdem Vascones legatione: cui & dixit: Quid hîc agis? Reuertere in Franciam, & si pro-
Redit in Franciam. prias res, quas ibi habes, mihi dederis, ego tuum faciam tibi à Principe restitui Episcopatum. Ad quod sanctus Pontifex Domini respondit ei: Quascumque res inibi videor possidere, tibi dabo, si feceris quod polliceris. Regressus est itaque in Franciam, & in memoriam Ger-
Recusat Miloni pro recupe- nia-cûrte, peculiari possessione suâ conuerſabatur: quem è vestigio adiit præfatus Milo; Trade, inquiens, mihi res, quas pollicitus fuisti, tibi quippe apud Proce-
rando Episcopatu- rem obtinui quod spopondi. Cui Beatus ait Rigobertus: Quotquot res habere visus fui, dedi Ecclesiæ Chri-
tradere bona ante- sti; non possum modò tollere ei, & dare alteri. Ad quem turibundus Milo: Quia me fecellisti, tuus nunc tibi non reddetur Episcopatus. Et idem mox illi dedit dignum donata. Episcopo responsum, Altare, aiens, mihi, quælo, obtineat S. neas S. Mariæ: de rebus Episcopij facito quod volue-
Maria Re- mis;

21 Habitauit ergo in Gerniacâ-cûrte tempore non pauco, vitam in parcitate, humilitate, vigiliis, oratione, eleemosynis, ceterorum quoque bonorum operum exhibitione agens: mortisque ei fuit saepissimè ciuitatem Remorum inuisit, & in arâ Beatissimæ Mariæ, ut præ omnibus optauerat, Missas celebrare, indequæ memoriæ petere S. Mauritij, deinde almâ adire Remigium, tum in Monte Or S. Theodoricum, deinde in villâ Culmisiaco B. Cyricum, ac demum reueabat ad S. Petrum in Gerniacâ-cûrte, vbi tunc habitatio sua erat.

22 Quod cum ex piâ consuetudine quadam ageret die, deuenit in Culmisiacum ad S. Cyricum pro se suâque Ecclesiâ, ut consueverat, exorandum: & factâ oratione locutus est cum Oeconomio Remensi, qui aderat, nomine Wiberto. Qui mox suppliciter accersiuit eum ad prandium, quod sibi fuerat præparatum. Quod ille renuens, dixit: Ad S. Petrum in basilicâ meâ habeo Missas facere, idcirco quod postulas non possum adimplere. Dumque colloquerentur, paupercula quædam vidua huic Vicedomino in eulogiis attulit anserem, respiciensque Vicedominus ad sanctum Episcopum, Quoniam, inquit, non dignamini nobiscum vesci, ve-
Donatur ei anser. stro præcipite puero saltem hunc recipere, & cum ve-neritis domum, parate ad opus vestrum. Quem puer viri Dei suscipiens ferebat, quoisque subito in viâ de manibus eius auolauit, & aliquo horis aliorum voluntans non comparuit. Super quo puer quasi perditus sati ægrè tristabatur & dolebat. Quem vehementer anxiatum & quasi flentem conspiciens, blandè est consolatus, sicut erat vir mitissimus, docens de tempora- lium amissione rerum nequaquam contristandum aut flendum; sed in Domino semper sperandum, qui dat omnibus affluenter. Ipse autem in silentio Davidicum, vt solebat, resumpsit canticum suum. In itinere enim semper de Deo aut aliiquid contulit, aut cantauit. Et factum est post trium ferè horarum spatium reuolans sponte suâ hæc ausis, ad terram coram S. Rigoberto de-

In itinere diuina medita- tur. Anser qui auolaret ad eum redit. Sepe eum in itinere comitatatur. scendit, eumque quasi prævia præcedebar nusquam à recto tramite exorbitans, quoisque ad Gerniacam curtem peruenit, quod ibant. Sic mansuecebat feritas ausis, in operatione virtutis. Fertur hæc multis vixi- se diebus, & ante eum cursitare quando ad ciuitatem ibat & redibat. Nō enim passus est eam hic vir magna simplicitatis & pietatis occidi, quamdui viuere potuit.

TRANSLATIO.

CAPVT I.

Miracula ad sepulchrum S. Rigoberti.

1 SANCTVS præterea Rigobertus a cibis Aposto-
licis egregius, annis pluribus in hoc loco almificâ in conuersatione degens, & iugiter innumeris virtuti-
bus pollens, consummatâ viriliter præsentis vitæ mili-
tia, migravit plenus dierum ad patriam æternæ heredi-
tatis. Hie discessit pridie Nonas Ianuarij *anno Do-
minica Incarnationis circiter septingentimo septua-
gesimo tertio, Indictione VIII. Ibiq[ue] cum debito ho-
nore à Sacerdotibus & ceteris Christi fidelibus fuit
humatus, in ecclesiâ scilicet S. Petri Apostoli, quam ipse fundauerat, positusque est secus altare ad dexte-
ram eius plagam.

2 Qui multis ibidem post sanctam depositionem suam refulgens miraculis, quanti sit apud Deum meriti, frequenter innotuit, quæ tamen miracula magnam ob incuriam non fuere descripta. Tres claudi ab inco-
lis eiusdem loci, memorantur inibi ab eo fuisse curati. Quorum certa præscæ debilitatis indicia, videlicet ba-
cilli & scabella, & in abiectione eorum indubia redhibi-
bitæ incolumentis signa, multis diebus in eadem sunt
vîla, vbi ipse requieuit, ecclesiâ; quoisque in mirificâ
eius euæctione, quæ post narrabitur, à quibusque fide-
libus sunt & fideliter & venerabiliter post illum con-
necta.

3 Præterea fertur & quædam mulier cæca, nomine *Caca visu* Ansildis, ipsius loci habitatrix, ibi pristinum huius me-
ritis patrocinantibus recepisse lumen oculorum suo-
rum. Cuius miraculi usque hodie quidam testes exi-
stunt, adhuc enim superstites sunt qui eam cognouerunt.

4 Quidam iuuenis scholaribus apud loci Presby-
terum deditus studiis, quadam die absente Ædituo,
super tumulum eius vt leuis leviter cœpit subsilire, nō
dans honorem Deo, neque Sancto ipsius in cælo & in *Ad eius* sepulchrâ terris mirificato: sed vt sepulti meritum panderetur & *ludens* eiusmodi præsumptio penitus ab omnibus cohære-
tur, confessim eum pes suus doluit, quasi queuis spina efficitur.
acerrimè pupugerit: vnde claudus mox effectus, pe-
dem illum perdidit, quia eo quicquam incedere post-
modum nequivit. Quod videtis tam Presbyter quam
indigenæ, cancellum ibi effecerunt, ne quis forte ne-
scens temerè accessisset, & simile quid pateretur.

5 In hac basilicâ nocturno tempore, voces tantæ *Voces An-* dulcedinis saepius sunt auditæ, vt non existimarentur *gelice au-* aliae nisi Angelicæ. Lux quoque cælitus tantæ claritatis *diuntur.* mediis in eadem noctibus emicuit, vt solis fulgorem *Lux insô-* vicisse videretur, quæ etiam immenso iubare suo *Sacer-* dotis, qui adhuc inibi supereft, ædiculam penetravit *re.* mœnibus ecclesiæ huius inharentem. Hæc per ostium casu patens vibrando coruscavit, per quod de illâ in hanc ecclesiam gradibus suppositis intratur. Quo viso tantus timor & tremor Presbyterum inuasit, vt ab illâ die maiorem huic loco reuerentiam exhibere visus sit, quæ antea solitus fuerit. Ad quem si quis aliquando *Febres &* ex frigoriticis, aut acerrimo dentium dolore vexatus *dolor den-* cum fide accessit, mox remedium sensit. Quapropter *tum isthic* usque hodie multi eorum illuc candelam in votis affe-*pelluntur.* runt: & febricitantes quidem abrasum puluerem se-
pulchri eius sumunt, quod tenacissimum fuit illum
cæmento, sicut fertur fuisse moris antiquorum in se-
pulchris eorum. Hunc autem aqua inditum sisticulo-*Puluis se-* lius bibunt, quo hausto sanitatem illicè adipiscuntur. *pulchri* Quorum quidam Gislemannus hanc trisericordiam *eius febres* Domini per eum moderno tempore mirabiliter fuit *sanat.* expertus. Qui cum incurabiliter febricitando, nihil cibi diebus aliquot gustare potuisset, & non diebus neque noctibus opratam quietem inuenire potuisset, acceptum

acceptum eradendo, vt alij, puluisculum sarcophagi istius portauit, & continuo sanus abcessit. Dentium vero doloribus cruciati hoc sepulchrum debitam cum devotione deosculantur, & simul exempli curari merentur.

C A P V T I I.

Translatio i. ad monasterium S.Theodorici.

*Corpus S.
Rigoberti
transfer-
tur 14.Iu-
nian.
864.*

*Ist hic quo-
que mira-
culis cla-
ret.*

** Flod.
Audinga.
Quadam
febricitans
S.Rigober-
tum sibi
legit patro-
num:*

*Ad eius se-
pulchrum
sanatur.*

*Alij febri-
bus & do-
lore dentium
liberantur.*

*Iterum
transfor-
matur Rhe-
mos eodem
die.*

*Caca vi-
fum reci-
pit.
* Flod.
Alaman-
norū-cor-
tis. vulgo
Aumen-
court.*

*Surdus
auditum
recipit.*

6 **D**V M hoc in loco hic inclitus Domini Confessor eatenus recubaret, & his aliisque virtutibus semper glorificatus reniteret, piae recordationis Dominus Hincmarus, qui ab eo quintus extitit Remensis Archiepiscopus, illum transtulit octauo decimo Kalendas Iulij, ad Monasterium B. Theodorici, & posuit eum in dexterâ parte ad tumbam ipsius pretiosi Confessoris Christi, anno vtrique Incarnationis Domini D C C C L X I V . Indictione xii.

7 Ibidem iste aliquot annis requieuit, ubi & plura per eumdem Dominus patrauit signa, ex quibus pauca breuitati studentes scripsimus, ne de eorum nimirum proximitate quodlibet tardum lecturis gigneremus. Quædam febricitans femina diebus illis ad hoc monasterium venit; huic vocabulum * Aurdiga, existens de eâ, quæ huic contigua est, villulâ cognomine Colmele etâ. Hæc apud se huiuscemodi facere domi voluit: antequam veniret, tres candelas vnius quantitatis effecit, quarum vnam nomine S. Theodorici, alteram S. Rigoberti, tertiam S. Theodulphi esse voluit. Quas simul accensas, ardore permisit, quo usque conspexit quæ earum amplius duraret: hoc experimento cognoscere cupiens, sicut vulgus solet, cui eorumdem Sanctorum facere debuisset votum suum potissimum. At illa, quæ Beati facta fuerat Rigoberti nomine candela, ceteris superfuit diutius ardendo. Quod animaduertes, aliam continuo fecit eius venerationi solius dicatam. Venitque illa & ante memoriam ipsius obdormiuit prostrata, & euigilans protinus omni sospitate gauisa est. Huic rei testes vsque hodie existunt qui affuerunt.

8 Similiter & alij in hoc incommodo sunt sapientissime liberati quotquot eum quæquierunt fide ardenti: insuper & in quibus dentes doluerunt, ac per hoc anxiati ad eum cucurrerunt, simili modo fuerunt statim medicati ab hoc medico cælesti. Et quoniam iij præ multitudine nesciri potuerunt, hic nomina eorum ponere supercedimus, quia hæc nos nescimus, qui non singulis adesse quiuimus; verum hæc penè omnis in gyro nō uit populus.

C A P V T I I I.

Translatio i. ad templum S.Dionysij.

9 **A**NNIS nouem elapsis, hinc rursus in prædicto mensie eisdemque redeuntibus Kalendis à prædicto Præsule Hincmaro ad urbem Remorum transfertur, & in basilicâ quæ fuerat S. Dionysij honore ab eodem consecrata, ponitur; vbi & Remensem sepulchrum fratrum tunc habebatur. Tunc mulier cæca, vocabulo Oda, venit de villâ secus fluuium Sopiam sitâ, quæ * Alamandorum-curtis nuncupatur: & vt ad memoriam eius accessit, statim recepit visum olim amissum. Hæc priusquam aduenisset, nocte domi dormiens audiuit vocem dicentem sibi: Quid hîc facis? Cur iaces? Craftinâ die Pontifex Hincmarus, & Canonici Remenses Sanctum transferent Rigobertum: vade ad eum, & ille te adiuuabit. At illa diluculò consurgens acceleravit, & candelam ei afferens, suo visu, vt prælocuti sumus, continuo reddita est.

10 Surdus quidam æquè translationis eius die aduenit. Qui postquam locellum eius quo gestabatur testigit, illico aperte sunt aures eius & audiuit. Quem & diuina gratia, antequam sanatus fuisset, sic ad deiferum hunc virum accersire dignata est. Nocte in diuersorio quiescentem ignota quædam persona in latere

suo leuiter percussit & excitauit, excitatumque vocavit: & ille actutum sensit se palpantem, & non audituit vt ferdus vocantem; homines tamen qui aderant audierunt vocem, ad B. Rigobertum ire quantocvus eum admonentem, licet viderint neminem. Abiit ergo ad eum, & mox eo quem prædiximus modo promeruit auditum. Hæc ita se habere ipse retulit, postquam auditui suo restitutus fuit.

C A P V T I V .

Translatio i. ad templum S. Maria.

11 **H**IVI V s sacratissimum corpus (haud dubium, Tertiâ quin Sancti Rigoberti) rursus a transtulit di- transfer- gnissimæ deuotionis Dominus Fulco Rhemorum Ar- tur corpus S. Rigoberti in ecclesiam felicissimæ Mariæ Dei genitricis & perpetuæ Virginis, anno scilicet Antistitij sui fiani S. primo, posuitque retro altare quod vocatur ad san- Maria. Etam Crucem, & almos decenter collocauit duos Christi Confessores Theodulfum & Basolum hinc & inde, medium autem, vt decuerat, B. Rigobertum.

12 Hunc tam ibi quædam alibi plures infirmi experientur diuinum esse medicum, in subitanâ suorum medelâ morborum. Equibus nuperrimè quidam monachus & Leuita cœnobij beatissimi Confessoris Christi Remigij, die quadam validissimâ correptus est febre, ita vt aduersa valetudo incessabiliter per horarum incrementa efficeret impotem mentis suæ. Qui ad noctem vsque perueniens, cum inualescente huius morbi efficaciam incœnatus dormitum pergerer, & ramen nullatenus quiescere sineretur, ipsum vndique arctatus in auxilium sui corde claimauit, & protinus per eumdem sanitati donatus est. Is * Sigoardus vocabatur. Et cum præceptore suo Archisacerdote Theobaldo, sicut eius ab infantia cliens huc vsque conuersatur, propter quod & illum, vt solitus erat, in itinere à Domno Archipræsule ei præcepto secum ducere solebat, & iste hōdēporicas incommodates vitando nolebat etiā cum adhuc sospes esset. Præceperat enim huic eius Magistro præfatus Archiepiscopus ceteris nolens in- cum fidelibus suis transferre condicione tempore San- teresse Domini Rigobertum ad illum locum, quod Regi- translatio- na Theodrada ei petitoria insinuatione suggererat corripitur: transferendum. In eiusmodi obsequio illum aslumere, quemadmodum adiutorem, optabat, quod ille omnino refutabat. Verumtamen prædictâ obitus ægritudine, confugit totâ mentis intentione ad eumdem miræ potentia virum sanctum, priusque se reum tacitus fatebatur, eò quod præsumperit recusare iter post subendum in eius excubitum & cultum; deinde annuentem Domino proposuit animo se vnum proculdubio ex eo inuocatum fore numero quicunque essent illuc ituri cum tosanatur.

a Flodoardus lib. 2. cap. 15. id accidisse ait, quoniam ecclesia prænotata necessitate muri ciuitatis, ob infestationem paganorum construendi, euerterebatur.

C A P V T V .

Reliquie in Veromanus deportate.

13 **A**NNO Incarnationis Dominicæ octingentesimo nonagesimo quartto, Præsulatus autem Domini Fulconis duodecimo, octauo decimo Kal. Febr. iussio eiudem Domini Fulconis delatum est sanctissimum corpus regij Pontificis vrbis Remorum Rigober-

Reliquie
S. Rigoberti
ti in Vero-
manduos
ad firman-
dum con-
tractum
Rigober-
ti,

Ex mss. ti, à Clero & plebe ipsius Remensis Ecclesiae in pagum Veromandensem, in villam scilicet *Nemmicum,
**Flod. Sir.* super fluuium Dalmioneerum; quam villam, videlicet Memnium.
Coluer. Fulco per præstariam apud Odalricum Comitem & filiam eius Hirminrudim eidem sue Ecclesiae acquisiuit, & adquisitam eiusdem Ecclesiae Canonicorum vi-
Nemincū. tui perpetualiter adauxit.

Vt & alia multa reliquia. 14 Delata est etiam hæc copia pretiosarum reliquiarum cum eo, positaque ad caput eius: De ligno Domini, de sepulchro Domini, de sancto Calvaria loco, de columnâ iuxta quam fuit flagellatus Dominus, de petrâ supra quam stetit ante Pilatû, de panno quem S. Maria manibus suis operata est. Reliquiæ SS. Apostolorum Ioannis Evangelistæ, Petri, Pauli, Andreæ, Marthæ, & de vestimentis duodecim Apostolorum, & de puluere eorum. Reliquiæ sanctorum Martyrum Ioannis Baptiste, Nicasij, Dionysij, Rustici & Eleutherij, Laurentij, Mauriti, Candidi, Exuperij, Georgij, Crispini & Crispiniani, Quintini, Valeriani, Cosmae & Damiani, Agapiti, Primi & Feliciani. Reliquiæ sanctorum Confessorum, Remigij, Hilarij, Martini, Gregorij, Amandi, Benedicti. Hæc omnia pignora Sanctorum delata sunt pariter in supradictum pagum, & collocata cum omni veneratione in basilicâ S. Martini, quartodecimo Kal. Februarij.

Hac translatio facta.

19. Ianuar.

**Flod. Sig. gninus.* 15 Non post multum verò temporis crebrescente eiusdem alii Confessoris Domini Rigoberti longè lateque famâ, accidit ut quidam Presbyter, nomine *Figuinus, qui ex monasterio eximij Martyris Christi Calixti, olim nimium crudelitate paganorum grassante illuc aduenerat, cui Odalricus quondam Comes ac vir illustris, eiusdem fisci possessor, misericordiâ motus super eum, concessit, ut in alterâ ipsius villâ ecclesiâ, quæ in honore S. Radegundis videtur esse constructa,

Sacerdotali fungeretur officio, quoadusque suæ congregationis Ecclesiæ pace redditâ, illuc absque offendiculo valeret reuerti. Qui magno admodum cruciabatur dætiu dolore; sed audiens illuc pretiosissimum. Præfulis pignus cum Canonicis Remorum aduenisse, non abnuit munuscum propriæ candelæ eidem Sancto Domini, quia per se non poterat ferre, peç alium mittere. Sed licet absens, tamen non distulit precibus quibus potuit, & lacrymis vberrimis, mirificum atque gloriosum Sanctum Domini exorare Rigobertum, Odalricus quatenus eius administrante misericordiâ sanitati merebatur pristinæ reddi. Verumtamen illico ut peruenit ad Sancti memoria, isdem se præbuit medicum cælestem impetrantib[us] toto mentis affectu medicinam satis superque sibi desiderabilem. Sed postquam conualuit, ad ecclesiam S. Martini, ubi nunc præfatus sanctissimus Domini Confessor corpore dignoscitur quiescere, omni cum festinatione profectus est, ac totum se in lacrymis coram gleba illius prosterrens innumerabiles ei condignasque laudes veluti tam euidenti medico retulit, annuntians fratribus, videlicet Canonicos eius obsequio illic à Domino Fulcone deputatis, quanta illi per merita gloriosissimi Confessoris sui Rigoberti fecerit Dominus.

Subiicit Flodoardus lib. 2. cap. 15. Nec longùm post hæc S. Rigoberti Remorum sacra membra reuocantur: & ecclesia *ti 4. translatio.* S. Dionysij extra murum ciuitatis Canonicorum Remensium studio sumptibusque restucta, ibidem cum B. Theodulfi pignoribus honorifice venerantur illata. *Hac est quartâ S. Rigoberti Translatio, sub Heriaco Archiepiscopo facta, qui, ut ait idem Flodoardus lib. 4. cap. 13.* Remis ecclesiam in honore S. Dionysij extra murum ciuitatis à Canonicos vrbis cōstructam consecravit. Vbi & membra Sanctorum B. Rigoberti Episcopi, & S. Theodulfi Abbatis seruanda depositi.

DE S. THEOCTISTO

ABBATE IN SICILIA.

IV. IAN. **D**E hoc sancto Abbate Octavius Caietanus noster in Ideâ operis de Sancto Sicilia: In Siciliâ in monasterio Cucumi S. Theoctisti Abbatis. Citat "Gracorum Menologium. Aliud id esse Menologium oportet ab eo quod Henricus Canifius vulgauit, in quo nullum Theoctistum Abbatem reperio. Ferrarius tradit vixisse circa annum Christi DCCC. Molanus in Addit. ad Vuardum: Die quartâ S. Theoctisti Ducis (forte monachorum, inquit, id est Abbatis)

in Cucumo. An idem sit Theoctistus, quem VIII. Januarij Alius Theodulus Meneus dabimus, addubitat noster Raderus. Mihi diuersus ab octistus 8. eo videtur. Nam hunc etiam V. Januarij eadem habent Menea: *Ianuar.* Commemoratio S. P. N. Theoctisti: alterum verò est si monachum fuisse ex adiuncto tetraslicho coniici fortassis queat; non tamen eodem modo refertur cum illâ honorificâ appellatione, S. P. N. Vtriusque mihi ignota sunt res gestæ.

DE LIBENTIO

ARCHIEPISCOPO BREMENSIO.

AN. CHR. **L**IBENTII Archiepiscopi nomen hoc die sacris fastis adscriptum. Nam Ferrarius in generali catalogo Sanctorum has habet: Bremæ in Saxoniâ S. Lubentij Episcopi. Kalendarium Benedictinum Maclouij editum: S. Lubentij Archiepiscopi, qui in clauistro, etiam Episcopus factus, sicut unus fratrum, vixit: & suâ prædicatione multos ad fidem conuertit. Refertur & ab Arnoldeo VVion & Hugone Menardo cum fusori eloquio, verbis Krantzij.

De eo varijs scripsere, dabimus hic qua M. Adamus Bremenensis in historiâ suâ Ecclesiastica cap. 71. sive lib. 2. cap. 29. tradidit.

VITA EX ADAMO BREM. CAPVT I.

B. Libentij egregia virtutes.

LIBENTIVS sedat annis xxv. pallium suscepit à Papâ XV. Ioanne, * virginem Episcopalem meruit ab

Ottone III. primus omnium consecratus est à Suffraganeis. Erat itaque vir litteratissimus, & omni morum probitate decoratus, ab Italiâ quondam Pontificem sécutus Adaldagum: cuius etiam vitam emulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti Patris dignus inuentus est, cui Hammaburgensis cura parochiæ cederetur.

2. Erat enim vir tantæ castitatis, ut raro se mulieribus videndum præbuerit; tantæ abstinentiæ, ut pallida Abstinen- ciuniens ora portauerit; tantæq; humilitatis ac caritatis, ut in clauistro sicut unus fratru vixerit. Multæ nimirum virtutes eius: quippe contentus acquisitus, raro curiam adiit pro acquirendis. Domi sedens quietus, Cura sui parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumque gregiu. studium ad lucra vertens animarum, districtissimâ re- Zelus ani- marum. gulâ omnes congregations suas custodiuit.

3. Archiepiscopus etiam per se curam egit hospitiale, *Hospitiale.* Egrorum lis, cura.

lis, fratribus & infirmis quotidiano ministrans obsequio: ipse quoque vice suâ xenodochium nepoti suo commendauit Libentio. Dum verò adhuc pax esset in *Krantz. *Slauaniâ, Transalbianos populos frequenter visita-Wandaliauit, & matrem Hammaburg paterno fuit amore: legationem suam ad gentes, vt prædecessores eius, stu-diosè execratus est, licet dierum obstatet malitia.

* An hoc probable sit, dicemus in vitâ S. Gregorij VII. xxv. Maij. Scriptit Adamus, cùm ea maximè agitaretur quæstio, Henrico IV. imperante: vt non mirum videri debeat, si aut fauerit Imperatoris partibus; aut alioquin hallucinatus sit, errantem turbam fecutus.

C A P V T I I.

Sueno tyrannus, & pirata puniti.

Sueno Rex. 4 **Q**uo tempore cùm magnam Christianorum per-Danie no-lense ac-quiesceret, supplicibus Archiepiscopos Legaris, crebrisque munibello vim-citatur. **a Krantz.** secutionem in Daniâ Suein Rex exercuisset, b bellis & b in Slauiam ductus, totiens à Danis ingenti captus & b auri pondere est redemptus. Nec tamen adhuc ad Julianum, Deum reuerti voluit, quem primò in morte c patris c B. Haral-offendit, & deinde in nece fidelium irritauit. Et iratus di de quo furore Dominus, tradidit eum in manus inimicorum agemus eius, ut disceret non blasphemare. *i. Noueb.*

A quo hac audior ha-buerit. 5 Tunc potentissimus Sueonum Rex Hericus, collecto innumerabilis, sicut arena maris, exercitu, Daniam inuadit, & occurrit ei Suein à Deo derelictus, frustra sperans in idolis suis. Sed cùm vtrimeque bello nauali pugna na- (sic enim gens illa configere solet) omnes copias ef- uales. sent Danorum obtritæ, Hericus Rex viator Daniam obtinuit. Suein ergo depulsus à regno dignam factis suis à Deo zelote recepit mercedem. Et hæc iunior nobis in auro suo Suein recitauit contigisse, iusto Dei iudicio, quoniam illum dereliquit, quem pater eius bonum defensorem habuit.

Dani & Sueci infe- 6 Ferunt eo tempore classem piratarum, quos nostri Ascomannos vocant, Saxonizæ appulsam omnia Fresiæ atque Hatulæ vastasse maritima. Cumque per riorem Sa-xoniam, Albiæ fluminis ostium ascendentis irrumperent pro- uinciam; congregati Saxonum magnates, cùm paruum vafstant: habuissent exercitum, egredientes à nauibus apud Stadium barbaros excepérunt, quod est opportunum Albæ portus præsidium. Magnum & memoriale, minusque felix erat illud præmium, in quo viriliter vtrisque certatibus, nostri tandem minores sunt reperti. Sueones ergo & Dani totam Saxonum obtriüere virtutem. Capti sunt ibi Sigafridus Marchio, Thiadeticus *Dirèseuius* Comes, & alij illustres viri, quos vincit post terga in captiuos. manibus, barbari traxerunt ad naues, pedesque eorum catenâ strinxerunt, totam exinde prouinciam impunè deprandantes. Sed cùm ex captiuis solus Marchio Si-gafridus cuiusdam auxilio pescatoris furtim noctu sub-latus euaderet; piratae mox in furorem versi, omnes quos in vinculis tenuerunt, meliores ludibrio haben-tes, manibus pedibusque truncauerunt, ac nare pre-cisa deformantes, ad terram semianimes proiecerunt. Ex quibus nobiles quidam viri erant, qui postea multo superuixerunt tempore, opprobrium Imperio, & miserabile spectaculum omni facti populo. Quam vide-licet plagam mox cum exercitu superuenientes Dux *Caduntur.* Benno & Sigafridus Marchio vindicarunt, in tantum vt piratae omnes, quos apud Stadium egressos fuisse diximus, ab ipsis auxiliante Domino fuerint contriti.

Alia eoru 7 Altera verò pars Ascomannorum, qui per Wirt-manus, in raham flumen egressi Hahele vsque ad Liestmonam palustria & deprædati sunt, cum maximâ captiuorum multitudi-captiuo perduta, ne peruererunt ad paludem, quæ dicitur Glindesmor, ceditur. vbi à nostris qui ponè sequebantur offensi, omnes ys-

que ad vnum obtruncati sunt; quorum numerus erat PER ADA. xx. millia. Quidam enim eques Saxonu ab eis caprus, BREMEN. dum eum ducem sui facerent itineris, in difficultiora eos paludis loca perduxit, in quâ diu fatigati leuiter à no-stris sunt superati. Qui Heri ward nomen habens, per-enni Saxonum laude celebratur.

8 Ex illo nimirum tempore piratarum hostilisque Brema me-crebra irruptio facta est in hanc regionem. Nam & tu pirata-omnes Saxonizæ ciuitates grandi meru percussæ fuerat. Tunc & Brema muro muniri coepit firmissimo. Sed & Libentius Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ omnia-que Ecclesiastica fecit ad Buccensem deportari Prepo-sitaram. Tantus itaque timor in finibus huius paro-B. Libentius chiæ omnibus erat. Nam & ipse Pontifex piratas, qui piratas ex-Episcopatum vastabant, anathemate damnavit. Quo-communi-rum *vnis in Norwegiâ deficiens per annos septua-*Krätzius ginta integro corpore permanit, vsque ad Domini ait Ducem Adalberti tempora Archiepiscopi, quando Alwardus eorum fu-Episcopus illuc veniens defunctum vinculo excom-issile. Vis Eccle-solutionis absoluimus, & mox cadaver in cinerem est siasfica Ex-communi-

9 Post vindictam ergo scelerum, quæ in Ecclesiæ cationi. Dei & Christianos commiserat; Suein Rex vietus, & à suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus & inops auxiliij venit ad Nordmannos, ubi Thrucco tunc filius Hacquini regnauit. Is licet paganus esset, fugus er-nullâ tamen super exulem motus est misericordia. Ita rat, à Nor-infelix ille, & à toto reiectus orbe, in Angliam transfre-mannu-tauit, frustrâ solatium quærens ab inimicis. Eo tem-Anglijs-pore Adelrad filius Eggaris Britannis imperauit. Is reiectus, à non immemor iniuriatum quas Dani ex antiquo An-Scotia exci-pitur. glis inflixerant, exulem repulit. Quem tandem, miser-tus infortunij, Rex Scotorum benignè suscepit, eumque per bis septem annos, quibus exulauit, secum deti-nuit, vsque ad mortem Herici. Hæc parricidæ aui pe-ricula, Suein Rex nobis attonitis, expoluit. Deinde ad Hericum viuctorem reflexit narrationem.

C A P V T I I I.

Libentius Episcopus multas ordinat, & ad gentium conuersiōnē mittit.

10 **H**ERICVS, inquit, duo regna obtinuit, Danorum *Poppo Sles-* Sueonumque, & ipse paganus, Christianis val-*Uvicensis* dè inimicus. Ad quæ inissus Legatus Cælaris ac Ham-*Eps. ferrii* maburgensis Archiepiscopi Poppo quidam, vir sanctus *candens* & sapiens, tunc in Sleswicense ordinatus Episco-*contrebat* illas: pum, de regno Danorum seu pace Christianorum Cæ-faris partes expostulauit. Quem etiam aiunt pro affer-tione Christianitatis, cùm Barbari suo more signum quærerent, nil moratum, sed statim ignitum *ferrum * Addit manu tulisse, & illæsum apparuisse. Dumque hoc faci-Krantzius le omnem gentilibus erroris ambiguitatem tollere vi-*ca figurâ* deretur, iterum Sanctus Dei pro submouendo gentis coform-illius paganismu, aliud æquè magnum ostendit mira-tum hoc culum: Tunicam scilicet indutus ceratam, cùm staret in ferrum fu-medio populi circo, in nomine Domini præcepit in-*iffic.* cendi. Ipse verò, oculis ac manibus in cælum tensis, li-Item ueste quætes flamas tam patienter sustinuit, vt ueste prot-terat & ex-fus ambustâ & in fauillam redacta, hilari & iocundo usq; manet vultu, nec fumum quidem incendijs sensisse testatus sit. illæsus. Cuius nouitate miraculi, & tunc multa millia per eum crediderunt, & vsque hodie per populos & Ecclesiæ Danorum celebre Popponis nomen effertur. Hæcali-qui apud Ripam gesta confirmant, alij apud Sliawig.

11 Claruit etiam tunc in Daniâ felicis memoriae *Odincar* Odinckar senior, de quo suprà diximus, qui in Finne, *Sueonum* Seland, Sconiâ, ac in Suediâ prædicâs, multos ad Chri-*Danoru* Apo-stolus. stianam fidem conuerit. Eius discipulus & nepos fuit alter Odinkar iunior, & ipse nobilis de regio semine Danorum, diues agri, adeò vt ex eius patrimonio Epi-scopatum Ripensem narrent fundatum. Quem dudum *Eius nepos* Brema scholis traditum Pontifex Adaldagus manibus fit Episco-pus baptizavit, suoque nomine Adaldagum vocavit. Is puer Ripensis. ergo

PER ADA. ergo à Libentio Archiepiscopo nunc ordinatus in gen-
BREMEN. tes, apud Ripam sedem accepit. Nam & illustri vitâ,
& sanctæ conuersationis, Deo & hominibus acceptus
erat, & Christianitatem in Daniâ fortissimè defendit.
Hos verò comperimus illo tempore claros in eâ regio-
ne, aliis, qui adhuc superuixerant à diebus Adaldagi,
non otiosis. Qui etiam in Norwegiam progreffi po-
pulum multum Iesu Christo colegerunt.

*In Rosafel-
dâ ecclesiâ
Præpositu-
re cœfcrat
B. Liben-
tius.*

12 Idem Adamus paullò inferiùs cap. 32. lib. 2. hac habet:
Eodem tempore venerabilis Comes Henricus in Ro-
safeldam fecit Præposituram annuente Libentio Ar-
chiepiscopo, & ecclesiam consecrante. Hæc facta
sunt ultimo tempore senioris Libentij, sub Duce Bernar-
do filio Hermanni, qui populum Slauorum graui-
ter afflixit. Quo etiam tempore contentio Bernarij
Ferdensis Episcopi de Ramsolâ coram Papâ Sergio est
terminata. Fusiis hac Krantzii, qui Libentio adiudicatum
eum locum scribit in memoriam S. Anscharij. Sedit verò Ser-
gius IV. Papa à xxxi. Augusti ann. M. X. usque ad xiii. Maij
ann. M. XII.

13 Anno igitur Archiepiscopi xxii. Benno Dux
Saxonum obiit, & Ludgerus frater eius, qui cum uxo-
re suâ venerabili Emmâ, Bremensi Ecclesie plurima
bona fecerunt. Apud Magdaburg verò Gisilario Ar-

chiepiscopo Daganus successit. Deinde Walthardus *libentius*
meruit cathedram. Interea Archiepiscopus noster de multis or-
legatione suâ in gentes sollicitus, plures ordinavit Epi-dinar, &
scopos, quorum nomina & Sedes incertæ sunt, quia ^{ad gentes} mitit Epis-
tempus persecutionis incubuit. Sicut enim patrum re-
latione cognouimus, Esico apud Slaifwigi Popponi
successit, Odinkar, qui apud Ripam insignis fuit, ut su-
prâ diximus. Et sermo est post obitum Adaldagi Ar-
chiepiscopi, totam regionē Iutland usque ad nostram
ætatem in duos Episcopatus bipartitam esse, tertio
apud Arhufam deficiente. In Slauaniam verò ordina-
uit Archiepiscopus Folcwardum, deinde Reginber-
tum: quorum prior à Slauaniâ pulsus in Sueoniam vel
Nordmanniam missus est ab Archiepiscopo, qui mul-
tos in Domino lucratus, cum gaudio remeauit.

14 Post hæc omnibus bene compositis, obiit bea- *Moritur*
tus Archimandrita Libentius, vnaque Ferdensis Epi- *Libentius.*
scopus anno Domini M. XIII. Indictione XI. & sepultus
est in medio chori, ante gradus sanctuarij pridie No-
nas Ianuarii.

15 Eadem ferè de Libentio scribit Albertus Krantzii in
Metropoli lib. 3. cap. 42. & 48. Et aucto*r* historia Episcopo-
rum Bremensium cum historia Adami edita ab Erpolo Linde-
brogio.

D E B. R O G E R I O

A B B A T E E L L A N T I I.

CIRCA
AN. M.C. **R**OGERIVM Abbatem Ellantij in diœcesi Remensi, re-
censet Hugo Menardus in catalogo Sanctorum & Bea-
torum ordinis Cisterciensis ex vetusto Missali à 100.
annis excuso. Kalendarium quoque Cisterciense Diuione editū,
hoc die, & Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterciensi,
qui & nobis vitam eius à monacho Ellantino scriptam commu-
nicauit. Est Ellantium (olim Slani vel Slantium) anno
M. C. XLVIII. construūt, ut ex hoc versu Chronographico
patet:

CLAM dat principium de Slam, sed deme bis vnū.

PROLOGVS AVCTORIS.

I PTIMVM semper fuit in Ecclesiâ Dei
Sanctorum describere vitas virorum,
ut sint in speculum & quoddam vel-
uti condimentum vitæ hominum su-
per terram. Per hoc enim quodam-
modo apud nos post mortem viuunt; multo s'que ex iis
qui viuentes mortui sunt, ad veram prouocant & reuo-
cant vitam. Quia verò in diebus istis tepeſcente cari-
tate ſuperabundat iniqüitas in cordibus nostris, signa
non videmus, iam non est Propheta, nostri que exigen-
tibus culpis defecit Sanctus, & diminutæ ſunt veritates
à filiis hominum; ad refocillandam flammam carita-
tis in nobis, & ad exemplum posteris porrigidum
sanctæ conuersationis, maximeque vobis huius mo-
naſterij monachis, videor mihi non ſuperuacuè ex his
qui empti ſunt de terrâ reuocare ad medium dilectum
Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione
est, sanctum & venerabilem Patrem nostrum Roge-
rium, primum huius cœnobij Abbatem; qui verè iuxta
testimonium antiquorum, in diebus suis placuit Deo
& inuentus est iustus. Obſecro autem eos quilecturi
ſunt hæc, ut fidem dictis adhibeant, & vos maximè
fratres, qui hunc Sanctum Dei penes vos habuistis, &
cum fide deuotionem adhibeatis; quatenus eius inter-
cedentibus meritis ad ſuperna polorum gaudia per-
uenire valeatis.

*Aucto-
monachus
Ellantius.*

C A P V T I.

Quomodo in suâ prouinciâ mundum con-
tempſit, & de profiſione eius apud Lo-
cum-Regis, & de aduentu eius apud Ellan-
tium.

2 **L** AVDABILIS igitur Pater Rogerius primus El- *B. Rogerius*
lantij Abbas, ex Angliâ progenitus, Angelicam *natiōne*
vitam duxit in terrâ, in quantum homini fragili licet & *Anglus*.
mortali. Qui bonæ indolis factus adolescens, cùm in-
telligeret quod secundum Ioannem, Omne quod est in *1. Ioan. 2.*
mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia ocu- *16. & 17.*
lorum, & superbia vitæ; & Mundus transit & concu-
piscentia eius; ipsum iam mundum huiusmodi confi-
lio ſalutari contemnere coepit. Vocem enim Prophetæ
dicentis attendens, Obluiscere populum tuum & do- *Pſal. 44. 11.*
mum patris tui, & concupisceret Rex decorem tuum, *Venit in*
quoniam ipse est Dominus Deus tuus; cum sancto Pa- *Galliam.*
triarchâ Abraham egressus est de terrâ suâ, & de cognatione
suâ, & de domo patris sui, & venit in terram
quam monstrauit ei Dominus, terram verò Gallica-
nam: in quâ quemadmodum gallina congregat pul-
los ſuos sub alas, ſic pius ille Pater filios in Dei ſeruitio
poſtmodum congregauit.

3 Cùm autem diligenter inquieret in quo loco
Creatori ſuo sanctius famulari valeret; Dei nutu appli-
cuit ad quemdam locum nouellæ plantationis Ordinis *Eit mona-*
Cisterciensis, qui dicitur *Locus-Regis. Relictâ igitur *chus in*
domo rebusque patriæ, ſoli Deo placere desiderans
inibi sanctæ conuersationis habitum ſucepit. Conuer-
ſationis autem ſuæ in eodem cœnobio duxerit, ſufficienter poſſe
puto neminem enarrare. Solius quippe donatoris de
accipiente eſt noſſe, quomodo ab ipſo mox conuerſa-
tionis ſuæ exordio prauenerit eum Dominus in bene-
ditionibus dulcedinis; quantâ resplenduerit gratiâ *sanc-*
electionis; quomodo inebrauerit eum ab vertate do- *uæ.*
mus ſuæ. Seuerus vultu, modestus habitu, circumſpe-
ctus fuit in verbis, in opere timoratus, in ſacrâ medita-
tione affiduus, in oratione deuotus; magnanimus in fi-
de,

de, longanimitate in spe, perfectus in caritate, iucundus inter opprobria, inter obsequia verecundus.

Confituitur Abbas Ellantij.

4 Cū autem placuit ei, qui eum segregauit à seculo & vocauit, ut ampliori gratiā reuelaret in eo gloriam suam, misit in eō Abbatis Loci-Regis, ut ad ædificandam domum istam mitteret de fratribus suis: super quibus licet multū renitentem constituit Abbatem & Praefectum. Aduenientes autem ad locum istum tunc desertum cum Abbat suo virti virtutum, simpli-citer aliquanto tempore Domino seruierunt in paupertate spiritus, in fame & siti, in frigore & nuditate, in vigiliis, in angustiis multis. Ibi in signis & miraculis pluribus gloriolis, vt experti sunt multi, fidelem suum famulum Deus glorificauit B. Rogerium Abbatem, sicut est mirabilis in Sanctis suis, & gloriosus in maiestate suā. Mansit autem habitu humilis, somno breuis, pane atro, & aquā breui; incondito & vix salso olere vescebatur; in mensā nihil penitus volebat deferri, nisi ea quę communiter conuentui parabantur. Quantū verò comitatē inter fratres dilexerit, per exemplum subsequens poterit declarari.

*Locus-Regis Abbatia est ordinis Cisterciensis in diocesi Biturice, filia Curiae-Dei, fundata an. 1129. 24. April.

Claret miraculus.

Aperie viuit.

CAPT. III.

Quomodo piscem in olus Conuentus mitriuissit.

Piscem sibi oblatum non vult solus comedere.

5 ACCIDIT ut die quadam piscis non modicus ei offerretur & præsentaretur de oratorio reuerenti: qui magnitudinem eius aliquantulum exhilaratus considerans, requisivit an ex eo singuli fratres portionem possent accipere ordinatam. Cū autem diceret, Nequaquam; Proiicite inquit, in olus; ne saltem à sapore illius nostrorum aliquis fratum efficiatur orbatus. O virum per omnia pietate, misericordiā, caritate ineffabilem, qui ne pulchrum aliquem contristareret, piscis carnibus etiam ordinatè noluit saturari! Renuit in hoc cibo consolari anima ipsius, ne fratum aliquis ab eius participatione fieret alienus.

CAPT. IIII.

Quomodo cum asino suo in fluum cecidit, & illas evasit.

Incidit in fluum.

Exit ab aquis, ne madefactis quidem vestibus.

6 VODAM autem tempore cū idem Pater sanctus pro negotiis domus suā foras exiret, & equitaret asinum, quem semper consueverat equitare; & per quemdam pontem transiret; factum est dum debile animal pedem incautè solo infigeret, de eodem ponte in amnum cecidit cum sessore. Cumq; Cōuersus eum sequens, absorptum ab aquis Abbatem non videret, cum duris & immensis singultibus cœpit acclamare: Heu! Heu Pater! quid accidit? & conuersus ad Dominum dixit cum lacrymis & immensis singultibus cordis: Domine, Domine, numquid perdes iustum cum impio? Numquid sine causa sanctum & innocentem condemnabis? Numquid motietur prudens pariter & indoctus? Eritque vtriusque æqualis conditio? Cumq; hæc & huiusmodi tundendo peccatum frequenter ingeminaret; ex aduersa parte oculos attolens, vidit Abbatem suum sedentem super asinum iuxta ripam. Quo properante velociterque currente prægaudio, inuenit eum ita siccum ac incolumem ac si fluminis vndas minimè tetigisset. Nouum profecto & inauditum in diebus illis in famulo suo miraculum Dominus declarauit: qui enim suā dexterā B. Petrum ambularem in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit; ipse etiam dexterā suā Abbatem nostrum de vndis sine vllâ sui lafione reduxit: & qui suā virtute, in deserto quadraginta annis filiorum Israël vestimenta, ne ab aquis madeficerent, custodiuīt; idem

Tom. I.

ipse non solū serui sui corpus, sed etiam vestimenta nec PER Mo-ab aquis madeficerent custodiuīt. Cū enim suus eum NACH, Conuersus vellet detergere, non habens alia vestimenta, quæ sibi posset offerre, ita siccum reperit ac si in amnum numquā cecidisset. Quod miraculum ne eo Iuber id sive sociū, viuente referret, eum per obedientiæ sanctæ vinculum alligauit.

ELLANT.

Iuber id sive sociū,

CAPT. IV.

De annulo à digito mulieris electo.

7 IN confinio autem huius cœnobij manebat quædam mulier, quæ à parentibus suis iuuenula fuerat maritata. Hæc verò quodam annulo pretioso dotata in tantum eum dilexit, quod numquā potuit sustinere, Cuidam ut vel ad horam à digito suo amoueretur. Vnde factum femina annulus cre-scente digiti carne operitur. Interā mulier suspirat, plorat, lamentatur, non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. A marito circumcircā medici requiruntur; veniunt, tangent, medicantur, dicunt nullam manui præualere medicinam, nisi digitus absindatur. Cū igitur supra hoc nullum remedium inuenire valeret, nullumque recipere posset solamen humanum, cum clamoribus immensis currit ad diuinum adiutorium: querit, rogat, petit singultibus & lamentationibus, Christi benignitatem prouocat miserantis: Miserere mei Domine, miserere mei. Inter ipsa autem lamentationis crebra suspitia, sibi à viciniis condolentibus suggestur, vt eat apud Ellantium, & ab Abbatे sancto loci illius, orationum suarum suffragia super hoc confidenter exposcat. Credimus, aiunt, quod per ipsum apud Dominum poteris obtinere salutem, quam nullorum medicorum arte acquisiisti. Consilio igitur tali recepto, accessit instanter & praeforibus monasterij accubans, suppliciter rogat, quatenus ei liceat colloqui cum Abbatē. Ad cuius petitionem portarius mox ingressus ad eumdem, ei humiliiter intimauit ad portam aduenisse quamdam mulierem, quę cum ingenti desiderio eius aspectum & colloquium expectabat. Pater autem pius & misericors accessit continuo, & auditā graui querimoniā mulieris, respondit: Extrahe manū tuā de sinu tuo, & demonstra digitum, vbi tantus dolor inualescit. Illā igitur A. Rogério, signo Crucis extrahitur manū detrahente, signo crucis eleuato Pater sanctus tur.

manū propriā annulum tergit, & de digito mulieris sine vlo dolore extraxit, sicque sanam ad propria cum exultatione remisit.

CAPT. V.

De aduentu Archiepiscopi Remensis apud Ellantium.

8 VM igitur huius viri sancti fama miraculis crescentibus diffunderetur circumcircā, multi pro salute tam animarum quā corporum ad eum fideliter confluēbant, & remeantes ab eo reportabant antidotum exopratum. Vnde factum est, vt Reuerendus Archiepiscopus Remensis, Dominus Henricus Magnus Francorum Regis frater germanus, auditā famā eius Remensis & fratrū suorum, ad eos visitandi gratiā satis deuo-gatus accessit. In cuius aduentu Pater sanctus eiusque religiosi exultantes, eum cum honore debito suscep-terunt, & humilitatis officia secundūm possibilitem domus exhibuerunt humiliter & deuotē. Ipse autem bonus Pastor diligenter viēcum eorum pariter & vestitum mirabatur, quomodo tam præclarī viti vitram tam asperam degissent. Panis enim non solū furfureus, sed & adeo erat amarus, vt vix inde pauperes frāgumenta recipere dignarentur. Propterēa tamen inter eos

Non

Qz

PER Mo- Non murmur resonat, non querimonia;
NACH. Sed corde tacito mens bene conscia
ELLANT. Conseruat patientiam.

Vnde magis eis compatitur venerabilis Archiepiscopus; ac inter cetera dixit Abbatii & fratribus subriendo: Ne cum aduenero ad vos de cetero mihi panis iste Propheticus apponatur, concedo vobis ex territorio meo iuxta Attigniacum, quantum per annum arate poterunt quinque iuga boum: tellus enim bona

Donat ei certas ter- rae. est, & magis frumentum quam bladum aliud ferre consuevit. Fratribus igitur cum sancto Patre gratias referentibus, eis valedicens recessit, & Abbatem ad distribuendum ei terrae situm deduxit. Aduenientes autem ad Attigniacum terras illicet partiri praecepit, & Abbatem in possessionem misit, ibique Abbas gran- giam instruxit & edificauit.

C A P V T VI.

Quomodo liber eius in fluuium cecidit.

Rogerij li- 9 **C**VM autem ad grangiam supradictam Pater sanctus aliquando visitandi causâ accederet, loci illius placuit circuire fines. Cumque pedes eundo prata grangiæ transiret, & veniret secus ripam fluminis, tamquam aliquantulum fessus resedit. Resurgente autem eo, tempus fuit ut horam canonica perfolueret, ad quam dicendam necessarium fuit ut librum de ber in flu- sacculo detraheret: quo extracto, cum minus cautè men cadit. ipsum teneret, subito ex eius manu est clapsus, atque in amnem ruit inibi decurrentem. Cum enim supernataret & vndis fluentibus per medium flumen velociter traheretur, aliquantulum ingemiscens super amissione libri, oravit Dominum ut sibi redderet, si placeret. Illicet adfuit pius Dominus, qui semper respicit in orationem humilium, & non spernit preces eorum: per Dei enim virtutem libellus ex vndis educitur, & per praecurrentem puerum in viri Dei manibus presentatur. Nimirum qui Prophetam Ionam in mari, & in ventre ceti sanum seruauit, ipse quoque dono sua misericordia librum Patris nostri ne contaminaretur ab aquis custodiuuit. Reuerà multum valet deprecatione iusti asfidua. In Patre namque nostro antiqua renouantur miracula. Precibus Eliæ ferrum de aquarum profundo reuertitur ad lignum: precibus Patris nostri liber ex aquis educitur lanus. Verè gloriosus Deus in Sanctis suis, mirabilis in maiestate suâ, qui miraculis gloriosus Patrem nostrum Rogerium in diebus suis glorificauit.

Ille sum eum reci- pit.

4. Reg. 6. miracula. Precibus Eliæ ferrum de aquarum profundo reuertitur ad lignum: precibus Patris nostri liber ex aquis educitur lanus. Verè gloriosus Deus in Sanctis suis, mirabilis in maiestate suâ, qui miraculis gloriosus Patrem nostrum Rogerium in diebus suis glorificauit.

C A P V T VII.

De pisce inuento in fonte, & de aquâ in vi- num mutatâ, & de infimo sanato, quem ipse visitauit.

10 **P**ER idem ferè tempus ad visitandum infirmum, longè tamen positum, est misericorditer citatus: qui licet solito tunc debilior esset, proficiisci tamen ob istiusmodi causam non repudiauit, sed festinanter ad eum perrexit: Cum autem pertransiret per quemdam locum desertum, locum horroris & vastæ solitudinis, hora transierat iam refectionis. Cum verò conquereretur Conuersus pariter & seruus, & ambularent tristes, labore itineris & famis patienter amplius non ferentes, dicunt Abbatii: Dum pergitis ad visitandos infirmos alienos, vos sanos & domesticos fame perire soletis? Pater autem sanctus non iratus, nos turbatus, sed compassus eorum angustiis respödit: Confidite, & confortatur. nolite turbari, quoniam citò visitabit nos pius & misericors Dominus. Vix autem verba compleuerat, cum ecce respicientes à latere dextro, vident domum non magnam, ibique eum declinare precantur, donec saltem pane reficiantur & aquâ. Ipse verò importunis eorum precibus acquiescens, cum ipsis pariter ad eamdem domum accessit. Requisiuit autem humiliiter à

magistro domus illius, si vel pecuniâ mediante esset ubi refectionem qualemcumque percipere valerent. Ad cuius vocem cum responderet magister, nihil esse paratum ad horam, nisi panem hordeaceum & aquam; Pater sanctus cibū Apostolicum gratauerit acceptans, Afferte, inquit, quæ habetis in nomine Domini nostri Repertur Iesu Christi. Currit igitur ad fontem famulus ipsius *ingens p-* Abbatis, vt ad prandium aquam recentem deportet: *scu in fon-* eo autem in fontem stulam immersante, in eam intrat *te.* piscis miræ magnitudinis, qui cum videret eum in situ- lâ palpitante, citius currit, & omnibus qui in do- mo erant cum ingenti gaudio demonstrauit. Mirari pariter & gaudere singuli super pisces, dicentes num- *Coquitur in cibum* quæ vidisse se pisces alios in fonte. Quid plura? exen- *cibus & so-* teratur, scinditur, coquitur, coctus diuiditur singulis, *ciorum.* pro ut cuique opus erat.

11 Interea dum exultant & epulantur, hospes cum gemitu conqueritur quia vinum non habet. Ante Ab- *Ipse aqua* batem defertur aqua, quæ ad benedictionem eius vini *in vinum conuertit.* meri conuertitur in saporem. Bibunt autem ex eo omnes, & cum magnâ exultatione acclamat: Benedictus Do- minus Deus Israël, qui facit mirabilia magna solus. Be- nedicetus Dominus, qui ad benedictionem serui sui, & glorificandum nomen suum inter nos hodie miracu- lum iterauit, quod fecisse legitur in initio seruorum suorum. Surgens igitur à mensâ infirmum suum visi- *Et ipse &* taurit, & eo per Dei gratiam sanitati restituto, ipse quo- *ager sanæ-* que ab ægritudine suâ melioratus, ad propria reme- *fert.* uit. O quam bonus Israël Deus his qui recto sunt cor- de! ita enim vir iste sanctus curam corporis sui totam *Numquæ* commiserat Deo, quod numquæ manticam panibus *panem se-* onustam baiulasse fertur. In omnibus angustiis & ne- *cum de-* cessitatibus suis illud Propteriticum semper in corde, *Psal. 54.* semper in ore versabat: laeta cogitatum tuum in Do- mino, & ipse te enutriet. Et illud Euangelij: Nolite *23.* folliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid *Matth. 6* bibemus, aut quo operiemur? Hoc attendebat: Pri- *Ibid. 33.* mum quærit regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiiciuntur vobis.

12 Nec solum in vietū, sed etiam in vestitu, adeò *Pauperes* paupertatem tenuit, ut cucullam aut tunicā numquæ *eius in ve-* mutauerit, quamdiu poruit corpus eius operire. Si in *stitu.* aliquo disiecta vel disrupta fuit, eam à quolibet faciebat resarciri. Sotulares nihilominus tamdiu frequenter portabat foratos, donec stramen per soleas exiret. Pedales aut raro aut numquæ dicitur habuisse. Cari- *Pietas &* tas enim illum accenderat usquequaque: nec pauper- *patientia* tatis amaritudinem sustinere permittebat amoris ma- gnitudo. Cum autem qualibet corporis molestiâ la- *in morbis.* borabat, dicebat illud Apostoli: Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia? an persecutio? Rom. 8. an famæ? an nuditas? an periculum? angarius? Hæc *35.* & huiusmodi sanctorum scripturarum medicamina, ita eum in sanitate seruabant; ut mente nec gaudio nec mœro concuteret: sed inter prospera & aduersa securus recto tramite viam semper regiam tenebat.

C A P V T VIII.

De reditu ipsius à Capitulo generali.

13 **E**ODEM autem Patre aliquando remeante à Ca- *Felix &* pitulo generali cum Conuerso suo, imbris & *madidus* ventorum procellis vnâ die grauiter est afflatus, qui *diuertit ad* cùm diætam suam non posset ad plenum implere, in *quendam* Prioratu nigrorum monachorum coactus *sum.* declinauit. Petit Conuersus pro Abbatे suo à Priore & Fratribus suppliciter hospitium. Dicitur in quodam tuguriolum magis idoneum porcis vel canibus, quam Abbat. Menſa tandem erigitur, in quâ panis quasi furfureus superimponitur, in craterem vinum infundi- *Madidus ex-* tur mixtum aquâ. Madidus interea Pater alinus, frigo- *cipitur, &* re rigescit, pallidus efficitur, frigus in viscera transit. *rideatur.* Conqueritur modicum ministro, & suppliciter dicit ei

ei quod eat, & querat ligna, quibus calefieri possit. Preces porrigit, preces ingeminat; sed in vanum. Conuerso autem discurrente per domum propter ligna, non est inuentus in eâ qui vel ad horam super egenum & pauperem intelligeret, qui super angustias Abbatiad modicum condoleret. Sed ironice respondebant monachi Conuerso: Non est in hac domo stipula: non sunt prunæ, non sunt ligna, vnde calefieri valeat vester Abbas; aliud potius hospitium requirere debet, in quo sibi ignis & cetera necessaria lautijs parentur. Humano ergo destitutus auxilio Pater sanctus, ad Dominum, ut solitus erat, recurrerit; Domini nostri Iesu Christi pœnas & penurias reuocans: sicque cor suum igne diuino succedit. Dicit itaque fratri suo: Non etsi istam ducamus per uigilem; Dominum collaudantes, in fame & siti, in frigore & nuditate, cum Apostolo gloriantes.

Cogitat de Christi passione:

Orat cum socio tota nocte.
27. *2.Cor.ii.*

Confagrat Prioratus:

Ideo gaudentem jocum grauerit in crepat vir Dei.

14. Nocte igitur sic transacta iter arripuit summo manè: cumque pergerent, & incidentes sermocinarentur super his quæ sibi acciderant illâ nocte, Conuersus casu respiciens vidit ex eadem domo flammæ egredi copiosas & ferri in sublime, auditque tumultum familiæ proclamantis: Subuenite, succurrite, nostri monachi ardentes. Tunc Cōuersus ad Abbatem: Eia Pater, inquit, heri nostri monachi non habebant vnde vel modicum ignem nobis accenderent; modò tantâ abundantia perfruuntur, sicut video simul & audio quoddarent. Talia eo ingeminante subridendo, Pater sanctus eum increpauit cum mero, affirmans eum grauiter deliquisse in hoc quod de calamitate inimicorum suorum aliquantulum exultasset: inde & penitentiam ei superinuinxit. Qui de cetero in viâ nihil simile patientes, sani & incolumes ad propria sunt reuersti. Multa quidem & alia signa per eum fecit Dominus in conspectu hominum & discipulorum suorum, quæ in praesenti opusculo non sunt annotata: hæc autem scripta sunt vt credatis quia ipse fuit verè amicus Dei; & vt credentes, eius intercedentibus meritis, per Dominum nostrum Iesum Christum, vitam possideatis æternam.

C A P V T IX.

De obitu eius.

15. *Q*VIA verò placita erat Deo anima illius, tempus aduenit vt transiret de hoc mundo ad Patrem, secundum quod scriptum est: Constituisti terminos eius, qui præteriti nō poterunt. Aliquantulum igitur in infirmitate detenus, iam iamque languore ingravescente, mortem præforibus sentiens immixere, Sacramentis salutaribus constipatus, suis fratribus cum lacrymis valedixit, & à suâ obedientiâ absolutus, inter manus eorum animam reddidit Salvatori Domino nostro Iesu Christo; cui est honor & gloria per omnia sæcula sæculorum.

Iob 14.15.

Munitus sacramen-
ti p̄iē mo-
riūr.

C A P V T X.

Quomodo apud Ellantium vitam duxit disciplinatam.

16. *F*ELIX reuerà cœnobium istud, quod tantum a talem pastorem in suo principio meruit possidere! Quis enim virtutes eius dignè poterit enarrare? Quis misericordiam eius multitudinem poterit indagare? Semper enim primus fuit ad compatiendum, & promptus ad subueniendum, ad ignoscendum facilis, ad irascendum difficultis, de illatis sibi iniuriis vleſci numquām acquiescens. O verè beatus, sic affectus, sic imbutus rore misericordiae, sic affluens visceribus pietatis! Sic enim omnia faciebat, sic factus est tamquam

B.Rogerij benignitas.

Tom. I.

vas perditum, vt ceteris semper occurrerit & succurrerit. Mortuus denique erat sibi, vt omnibus viueret, *NACH.* omnibus subueniret. Multam proinde aggrantiā *ELLANT.* sparserat vir ille sanctus, quem sic afficerat sollicitudo fratrnæ caritatis. Si enim fortè aliquem ex suis, quos *Erga infir-* generat in Euangeliō, deprehendisset fortis aliquâ ten-*mos com-* titatione concussum, & inde turbatum, tristem, pusilla-*passe.* nimemque factum, quomodo condolebat, quomodo plangebat, quomodo consolabatur, quot argumenta patientiæ mox reperiebat, vt erigeret desolatum! Si autem promptus, alacrem, bene proficentem cognosceret, exultabat, instruebat de quibus poterat vt persueraret, & vt in melius semper proficeret horribatur. Omnibus se conformabat, omnium in se transferebat affectum. Beatus siquidem iste, qui numquā reddidit malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed è contrario conuictantes & detrahentes benedicebat; cum his etiam qui oderunt pacem, pacificus esse studuit, sciens se esse etiam insipientibus debitorem. Quis autem vacuâ ab eo manu recessit? Si diues, consilium; si pauper, subsidium ab eo reportabat. Equidem indecessa manus, oculus simplex, pectus consilij, lingua loquens iudicium, sicut scriptum est: Os psal. 36. iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur 30. iudicium.

17. Quis illo rigidior in custodiâ disciplinæ? Quis *Custodia* illo in castigando corpus suum distictior? in contem-*disciplina.* plando suspensori in differendo sublimior? Cumque omnium iudicio omnibus esset sapientior, sibi tamen *Humili-* in oculis suis non sapiens videbatur. Vtinam multis, *tas.* et si minis sapientes, non plus tangeret illa maledictio: Væ, qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vo-*Isa.5.21.* bismetipsis prudentes. Quis vñquam ex eius ore sonum detractionis, verbum scurrilitatis, sermonem glo-riæ, verbum inuidiæ audiuit? Quis vel alios iudicantem, vel iudicanti consentientem aliquando deprehendit? Quis eum loquentem inania audire potuit? Imò *Granitas.* quis non ab eo vel si talia forte loqueretur timuit audiiri? Nimurum custodiebat sollicitè vias suas vt non delinqueret in lingua suâ, sciens quod qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir.

18. Porro quanti ferores fuerit in opere Dei diebus ac noctibus vsque ad diem mortis suæ, non est nostræ facultatis exoluere. A puerilibus annis locatus est in servitio Dei, & vsque ad exitum vixit in illius servitio, cui servire regnare est. A principio verò cœnobij huius non solùm conuersatus est cum fratribus suis si- ne querelâ, sed & cum gratiâ, cuius ex hoc memoria in benedictione est. Ad sacrum nempe tumulum illius in-*Miracula* firmi multi fideliter accedentes, eius intercedentibus ad eius se- meritis, restituti sunt sanitati. Plurimi quoque tenta-*pulcrum.* tionibus, & angustiis graibus depresso, eius interuen- tu, à Deo sunt misericorditer liberati. Quis eius confi-lio, quis auxilio destitutus, non continuo conualuit, si patrocinium eius fideliter imploravit? Experti sunt hoc multi, experieris & tu quicumque tribulatus, pu- fillaniris, vel turbatus es; si tamen, non vt tentator, sed cum fide non fieri ad eum accesseris, & suffragium eius deuoto & perfecto corde poposceris; qui etiam pro suis persecutoribus exorauit in terris, non erit dubium quin pro amicis, & sibi famulantibus p̄iē Deum exoret in cælis.

Huius cari & patroni nostri, huius amici Dei omnipotentis, deuotis precibus clementiam implore- mus; vt pro nobis semper suis meritis & precibus intercedat apud Dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor & gloria cum Patre, in unitate sancti Spi-ritus; per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Q 3

D E

D E B A N G E L A

D E F V L G I N I O.

AN. CHR. I MCCCIX. BEATAE ANGELAE de Fulginio admirabilis vita

I V. IAN. B oridem excusa est Parisiū & alibi : cuius auctor Arnaldus quidam Ordinis S. Francisci religiosus, cui illa confiteri peccata consueverat. Eadem paullò amplior, sed simpli-

Angela vita. cius multò ac nullo ferè ordine seruato scripta penes me est ex codice Cornelij Duynij cum aliis MSS. collata. Videtur Auctor ipse eam postmodum digessisse. Damus hīc eam ut excusa est, sed ex MS. subinde correctam aut illustratam. Capit a, sublatu suorum titulis, aliter distinximus, adscriptis tamen ad marginem priorum capitum numeris.

Memoria in sacris fatis. 2 Angelæ hoc die Natalem refert Ferrarius in Generali catalogo Sanctorum his verbis : Fulginij in Umbriâ B. Angelæ viduæ. Idem habet MS. Martyrologium cœnobij regularium sororum Lacus S. Maria iuxta Leidam. Florarium quoque : Depositio Angelæ de Fulgineo deuotissimæ vi-

duæ anno salutis MCCCCLX. imo MCCCIX. Alij IIII. Ianuarij eius natalem habent, vt ipse Ferrarius in Indice topographicō catalogi Sanctorum Italiae, Molanus in Addit. ad Vſuardum ; Martyrologium Germanicum, in quo tamen perperam virgo appellatur, vti & in editione Vſuardi Coloniensis an. 1521.

3 Martinus Delrio noster huius fundissima femina honorifice meminit Disquisit. Magic. to. 2. lib. 3. cap. 1. quæst. 4. sect. 5. vbi de moribꝫ à damone illatu agit; Adeosdem, inquit, effe-ctus permittente Deo productos, reculerim cruciatus corporeos B. Angelæ de Fulginio. Citat deinde quadam ex cap. 2. num. 35. qua in priori editione habentur cap. 19. & subdit: Hinc discis sanctam hanc viduam femineo, vt Iob virili, sexui, exemplum patientiæ propositam. Vitam B. Angelæ refert in antiquis Chronicis Minorum Marcus Vlyssipponensis parte 2. lib. 7. c. 6. & seqq. ac Ioannetus Niño parte 3. lib. 3. cap. 8. & seqq. Tranduntq; Marcus cap. 17. Niño 19. Fulginij in ecclesiâ Ordinis S. Francisci in peculiari facello honorificè sepultam; spectariq; etiamnum eius corpus capsæ eleganti inclusum.

V I T A
AVCTORE ARNALDO
ORDINIS S. FRANCISCI.
PROLOGVS AVCTORIS.

Cur Ange-la mulier, simplex, cō-tugata, à Deo electa sit.



E inflatura mundanæ sapientiæ, (aliter terrena & diabolica inflati spiritus eorum qui magna dicunt & minima faciunt) remaneret ab æternâ Dei sapientiâ inconfusa, suscitauit Deus mulierem sacerdotalis status, mundo obligatam, viro, filii, & diuinitiis irretitam, scientiâ simplicem, virtibus impotentem. Sed virtute sibi diuinitus infusa per crucem Dei-hominis Iesu Christi vincula mundi dirupit, apicem perfectionis Euangelicæ ascendit, & perfectam & sapientissimam stultitiam crucis Christi per se-ctorum sapientiam renouauit: & obliterata viam boni Iesu (quam excelsi gigantes tam verbo quam ope-re inconservabilem asterebant) non solùm ad obseruandum possibilem ostendit, sed & facilem, & summas delicias continentem. Os sapientia calica perfectionis Euangelicæ, quomodo cum æterno Deo stultam fecisti sapientiam huius mundi, & tu æterne Deus in ipsâ famulâ tuâ: dum contra viros feminam; contra inflatos, humilem; contra astutos, simplicem; contra literatos idiotam; contra religiosam hypocritam, propriæ conditionis despectum; contra linguatos otiosos & manus remissas, stupendum calorem operum, & verborum silentium; contra prudentiam carnis, pruden-

tiam spiritus, quæscientia est crucis Christi, opposuisti!

Vnde in muliere forti appetit aperte, quod in speculatoribus viris cæcis erat carnali expositione sepultum.

2 Procul ergo à sanctæ huius matri filiis pudor abscedat: & ab Angelâ magni consilij viam diuinitarum, sapientiam crucis Christi addiscite; quæ est paupertas, dolor, & despectus, & vera obedientia Dei, boni Dei-hominis Iesu Christi, & dulcissimæ suæ matris: eamque viros, & mulieres, & omnem creaturam lingua efficacium opem doceatis. Et vt gloriemini in vocatione tanti discipulatus; scitote carissimi, quod ipsa est do-trix disciplinæ Dei, & effectrix operum illius. Recor-demini carissimi, quod Christi primò passibilem vitam Apostoli prædicantes, à feminâ didicerunt eum post mortem suscitatum; sic carissimi filij sanctæ matri Angelæ, regulam in carnalibus mortuam, primò pos-sessam à nostris primis parentibus B. Franciso, & eius sociis, & prædicatam, nunc in obseruantia illius matri sanctæ vnâ mecum discite immortalē. Hoc est, contra ordinem diuinæ prouidentiæ, in opprobrium viro-rum carnalium doctrinæ facere mulierem, cuius no-titia non est similis super terram. Cùmetiam B. Hiero-1.2.contra-nymus dicat de Oldâ Prophetis, ad quam concurre-
bat populus, quia in opprobrium virorum, & docto-rum legis, qui erant transgressores mandati, est ad fe-mineum sexum prophetia translata.

SECUNDVS PROLOGVS.

3 IN nomine beatissimæ Trinitatis, & Domini nostri Dei & hominis Iesu Christi Salvatoris, & reuerendissimæ Matris Virginis eiusdem. Hæc est mani-festatio donorum Altissimi, facta super mentem Matris Angelæ de Fulginio. Secundum enim quod ait Saluator in Euangelio: Si quis diligit me, sermonem Ioh.14.

meum seruabit: & pater meus diligit eum, & ad eum 23.

veniemus, & mansionem apud eum faciemus. &, Qui

diligit me, manifestabo ei meipsum. Quam experien-

tiam, & experientiæ doctrinam ipse Dominus facit

probare plenissimè: & hoc etiam nuper per aliquo-

rūm suorum fidelium deuotionem aliqualiter mani-

festum, & singulariter in mente sanctæ huius Matri

Angelæ, cuius revelationes & visiones ego frater Ar-

naldis de Ordine Minorum, cum multis precibus, &

ex maximâ causâ vix potui obtinere, licet essem sibi

multâ familiaritate, & Christi caritate coniunctus.

Propter enim clausuram eius omnimodam, quam ha-

bebat in donis Dei (vnde & aliquotiens etiam dicebat:

Secretum meum mihi, secretum meum mihi) hæc non

habuissim, quantum possum aduertere, nisi præostensâ

multum magnâ displentiâ, quam patiebar, videns

nos tantis donis propter eius humilitatem frustrari.

Ipsâ igitur compassione commotâ, & quandoque ma-

nifestâ uilitate proximi, & vt plurimum voluntate, &

præcepto & coactione diuinâ, habui infra scripta.

4 Reddebar etiam difficultis & inuoluntaria, quia,

vt multotiens mihi dixit, nullo modo videbatur sibi

aliquid dicere, quando aliquid mihi reuelabat: imo

potius videbatur sibi blasphemare propter altitudi-

nen reuelationum, & propter impossibilitatem ex-

pressionis, quia humanis verbis nihil exprimi potest,

nisi solùm illa, quæ iuxta nos narrantur vel corporali-

ter vel imaginiter esse facta: diuina autem, & quæ

mens ex influentiâ diuinâ patitur, omnino sunt nobis

ineffabilia. Dum enim ista sancta mulier incepit mihi

manifestare secreta diuina, dicebat mihi mirabiliora

de mundo, & aliis verbis inconsuetis, magnis & effica-

*Paranesis
ad filios
eius spiri-
tuales.*

Pelag. c. 8.

cibus, & lumine plenis, & frequenter non poterat explicare, quamvis daret mihi intelligere aliquid per illa quæ dicebat: & conturbabatur, & tristabatur, quia non poterat mihi manifestare, quæ cognouerat. Vnde & ego in veritate ita parum capere poteram quandoque de his, quæ dicebat ad scribendum, quod cogitau, quod eram sicut ciborum vel faccia, quæ pretiosam substantiam effundit, & retinet magis grossam. Potest autem aliqualiter patere, quod ego non poteram capere de istis verbis diuinis nisi magis grossa; quia ali quando dum ego scribebam recte, sicut à suo ore capte poteram, relegenti mihi illa quæ scriperam, ut corrigeret, dixit mihi quandoque admirando, quod non cognoscebat illa: & alia vice dixit mihi, quod sine omni sapore loquebar: & mirabatur de hoc. Et alia vice dixit; Per ista, inquit, verba, recordor illorum, quæ dixi; sed est obscura scriptura, quia ista quæ legis mihi, non explicant illa quæ cognoui. Item alia vice dixit: Id quod deterius est & quod nihil est, scripsisti; sed de pretioso, quod anima sentit, nihil scripsisti.

5 Ethoc sine dubio quandoque erat propter defecum meum, non quod ego adderem aliquid de meo, sed quia in veritate non poteram capere quæ dicebat, propter insufficientiam meam, & quia neciebam scribere velociter, nec habebam opportunitatem, nec sufficiebat mihi tempus quandoque, nec habebam ad conferendum locum multis causis impedientibus. Unde & quandoque inordinatus in conscientiâ iui ad scribendum: & ita mihi & sibi torum detruncabatur, quod nihil poteram scribere ordinatum: & studui aliquando confessionem premittere peccatorum meorum, ut gratiâ Dei adiuuante ordinatè procederem. Vnde propter dictas causas inordinatè scripsi: & æstimo diuinum mandatum, si aliquid scripsi ordinatè. Dolor autem mihi & sollicitudo non modica remanebat, eò quod multa quæ intelligebam digna scribi, omittebam propter prædictas causas. Ego autem meritiseius in meipso, scribendo frequenter fui expertus gratiam spiritualem, & nouam, quam numquā expertus fueram: & ideo cum magnâ reuerentia, & cum timore magno scripsi; ita ut nihil de meo adderem, nec solam vnam tantummodò dictiōnem, nisi sicut ab ore ipsius proferentis capere poteram. Et frequenter faciebam mihi verbum, quod debebam scribere, ab eâ pluries iterari. Conabar autem ponere sua propria verba secundū vulgare suum, ne fortè mutando in alia vocabula Latina, à sua intentione declinarem. Quandoque etiam dixit mihi; Ego, inquit, haberem conscientiam dicendi ista, nisi esset vnum verbum quod dictum est mihi; dictum est enim mihi, quod tantò plus dixerō de istis, plus remanebit mihi. Et frequenter dixit mihi, sibi esse reuelatum, & sibi dicebatur, quod scribi faceret in fine verborum infra scriptorum istud scilicet: DE OMNIBVS ISTIS DICTIS REDDANTVR GRATIÆ DEO.

B. Angela 6 Fuit igitur hæc sancta mulier de quadam loco, qui vocatur Fulginium iuxta Assisium ad tres leucas; in principio suæ conuersationis habens virum, & problem multiplicem: & post conuersationem suam maximam peragebat pœnitentiam, quam corpus portare poterat, sicut & ego noui. Et ultra hoc plurimas pertulit tentationes & tormenta in corpore & animâ; sustinuit enim & in animâ & in corpore, à potestatisbus tenebrarum, & à spiritualibus nequitiis tormenta inuisibiliter, quæ alij visibiliter & in apparentiâ patiuntur; & tantò acerbius, quantò maligni spiritus homini patitur à humanâ creaturâ nocendi & affligendi diuersa modorum genera cognouerunt. Vnde cùm super hoc quidam fide dignus multū miraretur, & compateretur, audiendo ab ipsâ fideli Christi quomodo tam horribiliter torquebatur, vidit per reuelationem sibi à Deo factam, totum esse verum. Vnde & ipse sibi ex tunc mirâ compassionē compatiebatur, & summâ deuotione afficiebatur.

Multa inuisibiliter patitur à humanâ creaturâ nocendi & affligendi diuersa modorum genera cognouerunt.

7 Erat autem maximæ & feruentissimæ orationis, Avcto- & in confessione discretissima. Vnde in quadam vice RE AR- ipsa fidelis Christi fuit mihi confessâ, sicut consueuerat NALDO. cum tantâ perfectione cognitionis peccatorum, & rectitudi cum tantâ contritione, & lacrymis à principio confes- in confes- sionis usque ad finem; & cum tantâ virtute humilitate. quis quod ego lacrymabar in corde meo, credens certissimè, quod si totus mundus deciperetur, Deus non permitteret, quod illa tantæ rectitudinis & veritatis decipi posset.

8 Et cùm sequenti nocte infirmaretur, quasi usque ad mortem, cum magnâ pœnâ manè sequenti venit ad ecclesiam Fratrum: & tunc ego dixi Missam, & com- municaui eam: & scio quod numquā communicauit, quin aliquam gratiam magnam fecerit sibi Deus, & quasi nouam continuè. Tanta autem erat efficacia Confola- illustrationum & illuminationum & consolationum, una in quas recipiebat in animâ, quod in corpus euidenter corpus re- frequentissimè redundabant. Vnde & quandoque me- cum stando anima eius leuabatur: nec aliquid intelli- gere poterat de his, quæ ego sibi relegebam: & altera- bat in facie & in corpore, ex lætitia allocutionum diuinarum, & ex deuotione & delectatione consola- tionum, in tantum, quod aliquando oculi eius erant sic lucentes, ut candela, & facies ut rosa: & efficiebatur quandoque plena, & pinguis, & splendens, & angelica, Oblivio- & admirabilis in toto vultu ultra humanam condicio- quando nem, & obliuiccebatur comedere & bibere quasi si comedere. eius spiritus non existeret in corpore mortali.

9 Referebat enim socia sua, virgo deuotissima, Facies eius quod cùm quadam vice ambularent per viam, tota mutatur fuit efficta resplendens, læta, rubicunda, ut oculi eius & resplen- efficti sunt grossi, & in tantum resplendentes, quod nullo modo videbatur esse ipsa. Vnde & hæc videns socia sua, erat tristis, timens, ne aliqua persona obvia- ret, & respiceret eam: vnde & ipsa socia cooperiebat vultum suum, & dicebat: Quare non cooperis vultum tuum? oculi enim tui videntur resplendere sicut can- delæ. Et quia erat timida & simplex valde, & nescie- bat adhuc dona gratiarum, lamentabatur, & percutie- bat se cum pugnis, & percutiebat peccatum suum, dicens: Dicas mihi quare accedit tibi istud? de cetero stude subtrahere te ab hominibus, quia amodò non possu- mus ire per terram. Heu quid faciemus? Et ipsa re- spondens, confortabat eam, dicens: Ne timeas, quia si homines inuenierimus, Deus iuuabit nos. Hoc autem dixit accidisse ei totiens, quod nescit numerum.

10 Referebat prædicta socia de hac sanctâ Matre, quod dum quadam vice ipsa iaceret in excessu mentis in latere suo, ipsa vidit quasi stellam vnam iucundissi- Iuxta eam mam, & innumeræ varietatis, & colorum innumeræ- videtur resplendentium, & procedebant ex eâ radij stellæ. grossi & subtiles miræ pulchritudinis; & postquam processerant de corpore ipsius iacentis in latere, plica- bant se in latere ipsius; & postmodum ascendebant sursum versus cælum: & istud vigilando horâ quasi tertii: & stellæ erat, ut dicebat, non multum magna.

11 Quandoque etiam propter tormenta animæ, & vehementes tentationes, & vexationes, & infirmitates corporis, & languore amoris ad suum amatum efficie- Langue- batur tota languida, siccata, & pallida, quod erat com- ex amore. passio videre, & quasi semper corpore debilis & in- firma.

12 Et ego frater scriptor, postquam scriperam Vita hec omnia, quæ scripta sunt infra, quasi sui, & rogaui præ- nihil falsi dictam fideleni Christi, ut ipsa oraret Deum, & requi- continet. reret ab eo, quod si aliquid falsum vel superfluum scri- pissem, ipse Deus pro suâ misericordiâ reuelaret, & indicaret ei, ut ab ipso sciremus veritatem de ipsis. Et ipsa fidelis respondit mihi, ita dicens: Ego, inquit, antequam tu mihi dices istud pluries rogaui Deum, ut ipse faceret me scire, si in illis, quæ ego dixi, & quæ tu scripsisti, esset aliquid mendacium vel superfluum. Et

**Aucto-
re AR-
NALDO.** pluries certificata sum, & responsum est mihi, quod totum, quod ego dixi, & quod tu scripsisti, totum erat verum: nec erat ibi aliquid falluum vel superfluum; quamuis per hunc modum non ita perfectè sint expressa, sicut oporteret.

13 Iterum dictum erat sibi à Deo per hunc modum: Totum, quod scriptum est in isto libello, est secundum meam voluntatem, & à me processus, & ego signabo illud: & cum ipsa non intelligeret illud verbum, Ego signabo illud; tunc iterum ipse dixit, & ego firmabo illud. Ego autem scriptor verbis eius nihil addidi; multa tamen dimisi de illis bonis, quæ dicebat, quia ego non poteram capere in intellectu meo. Examinata autem sunt omnia hæc Deo disponente à duobus Fratribus Minoribus fide dignis, factâ diligenti examinatione cum eâ, & audierunt hæc omnia, quæ scripti ab ore eius, cum eâ de omnibus conferentes, ut certiores de his omnibus redherentur. Examinata etiam fuerunt omnia per Dominum Iacobum de Columnâ, & per octo Fratres Minores famosos, quorum quidam Lectores fuerunt in studiis generalibus, alij Inquisitores, alij Custodes, qui fuerunt fide digni, viri virtue modesti, & per diuinam gratiam multum spirituales, quorum ista dicta de falsitate nullus arguit; sed potius omnes venerantur humiliter, & carius amplectuntur. Non miretur autem, quicumque hunc libellum legere, de hoc, quod sibi verba dulcia, & amore plena frequentius dicebantur: quia & talis modus loquendi in sacrâ scripturâ, vt patet in Canticis Cantorum, reperitur: potissimum cum, vt patet legenti, gratia diuina ipsam conseruârit, ne in elatione modo aliquo labetur: quin imò ex talibus verbis humillima est effecta. Quoniam autem dicit, quod quandoque eleuabatur, & transformabatur in unum statum illuminationis, tertiæ, vel delectationis, quod non credebat perdere in æternum; ego sic intelligo hoc verbum, & similia: quod scilicet anima benedicta ex illustratione diuinâ formatur de nouo in quemdam statum continuum transformationis in Dei infinitissimum lumen, & in sentimento sibi hactenus inexpertum; qui licet sit continuus (& non interpolatus quasi per modū actus) vt habitus; tamen ille idem aësus, vt credo, recipit incrementum nouorum feriorum, gaudiorum, & dulcorum, & nouorum gustuum, remanente tamen eadem illuminatione & sentimento, quantum ad aëtum unum continuatum. Et propter hoc potest dici quoad tales modos, & intensiones feriorum maiorum, & dulcorum, & illustrationum, & representationum innouari.

C A P V T I.

xviii. Passus spirituales per quos ad sui cognitionem Angelus peruenit.

c.1. Passus 14 **E**go, inquit Angela de Fulginio, proficiendo ad **i. Cognitio peccati.** viam pœnitentiae, xviii. passus per graui spirituales, antequam cognoscerem imperfectionem vitæ meæ. Primò enim incepit considerare peccata mea, & adepta sum cognitionem peccatorum meorum: ex quâ cognitione anima mea valde timuit, ne damnaretur in inferno, & ex hoc planxi amare.

c.2. Passus 15 Secundò incepit erubescere de peccatis meis, & **ii. Verecundia confitentia.** erat tanta erubescens, quod præ verecundiâ non poteram plenè confiteri peccata mea. Vnde & multo tamen inconfessa communicaui, & cum peccatis corpus Domini recepi. Vnde die & nocte reprehendebar à conscientiâ meâ, propter quod rogaui B. Franciscum, vt concederet mihi inuenire Confessorem idoneum, qui bene cognosceret peccata mea, & cui bene possem confiteri. Ipsa igitur nocte apparuit mihi senex, dixitque mihi: Soror si citius me rogasses, citius fecissem, quod rogasti; quod tamen petisti, factum est. Manè igitur dum irem ad S. Franciscum, inueni vnum fratrem

prædicantem in S. Feliciano, qui erat capellanus Christi, & habebat eius potestatem, & statim facto sermone Januar. deliberauit ei confiteri. Confessa igitur sum plenariè de peccatis meis, & absoluta. In hac autem confessione non sensi amorem, sed amaritudinem, verecundiam & dolorem.

16 Terterò perseverabam consequenter in satisfac- **c.3. Passus** tione & pœnitentiâ mihi impositâ: & adhuc plena **iii. Satisfactione.**

17 Quartò incepit considerare, & recognoscere di- **c.4. Passus** uinam misericordiam, quæ mihi concessit gratiam pre- **iv. Consideratio misericordie.** dictam, & me extraxerat de inferno; & hic incepit illu- minari: & nunc plus plangebam & dolebam quam Dei prius, & affectabam facere pœnitentiam arctiorem, quam hinc non dico.

18 Quintò cum sic esset illuminata, & nihil in me **c.5. Passus** viderem nisi defectus, condemnabam meipsum, sciens **v. Cognitio sui.** & cognoscens certissimè, quod digna eram inferno: & hinc adhuc recipiebam amatum planctum. Et intelligatis quod in istis passibus prædictis erat mora temporis inter unum & alterum. Vnde magna pietas & magnum dolcordium est de animâ, quæ tam grauiter potest se mouere & cum dolore & magno pondere versus Deum vadit, & valde paruum passum facit. Et scio de me quod in quolibet passu morabar & plangebam, & non dabatur mihi plus simul: quamvis aliqualis consolatio mihi esset, quod poteram plangere in quolibet passu; sed erat una consolatio amara.

19 Sextò consequenter mihi sic continuanti da- **c.6. Passus** ta est quædam illuminatio gratia, quâ profundè mihi conferebatur cognitio omnium peccatorum meorum: & videbam, eo quod offendere creatorum meum, offendisse omnes creaturas pro me factas: & profundè peccata. reducebantur in meam memoriam omnia peccata, & in confessione, quam faciebam Deo meo, profundissime ipsa ponderabam. Et inuocabam omnes Sanctos, & B. Virginem, vt intercederent pro me, & rogarent misericordem Dominum, qui tanta mihi bona contulerat, vt misereretur mei: & quia cognoscebam me esse mortuam in peccatis, me faceret viuam, per suam gratiam viuificando. Et rogabam omnes creaturas, quas omnes me videbam offendisse, quia creatorem eorum offenderam, vt non accusarent me coram Deo. Et videbar mihi, quod omnes creaturæ habebant de me pietatem, & omnes Sancti similiter, & tunc dabatur mihi cum magno igne amoris orare Deum plus quam solebam.

20 Septimò dabatur mihi specialis gratia respiciendi in crucem, in quâ oculis cordis & corporis considerabam Christum mortuum pro nobis. Sed hæc visio & consideratio erat adhuc insipida: quamvis haberem ibi magnum dolorem.

21 Octauò in aspectu crucis data est mihi maior **c.8. Passus** cognitio, quomodo Christus mortuus fuerat pro pec- **viii. Apparatus Crucis.** catis nostris: & tunc recognoui omnia peccata mea cum dolore maximo, & sentiebam, quod ego crucifixi fixeram eum. Sed non cognoscebam adhuc, quod passio Christi esset tantum beneficium, aut quomodo me reduxerat de peccatis, & conuerterat ad pœnitentiam, & pro me mortuus fuerat, non sic profundè intellexi, sicut postea. Sed in istâ cognitione crucis dabatur mihi tantus ignis amoris & compunctionis, quod stando iuxta crucem, expoliavi me omnibus in proposito, & totam me obtulivi: & quamvis cum timore, tamen tunc promisi ei seruare perpetuam castitatem, & non offendere eum cum aliquo membrorum meorum, accusando de præteritis mea membra sigillatim. Et rogarbam eum, quod ipse me faceret istud prædictum obseruare, castitatem scilicet, & omnium sensuum meorum custodiā, quia ex vna parte timebam promittere prædicta, & ex aliâ parte ignis prædictus me cogebat, & non poteram aliud facere.

22 Postea dabatur mihi desiderium querendi, quæ **c.9. Passus** effet **ix.**

Via crucis cognitio.

efset via crucis, vt possem stare ad pedem crucis, & inuenire refugium, ad quam refugiunt omnes peccatores. Et fui illuminata & instructa, & demonstrata est mihi via crucis isto modo. Inspiratum est enim mihi, quod, si ego volebam ire ad crucem, ego spoliarem me, vt essem magis leuis & libera, & sic irem ad crucem: scilicet quod parcerem omnibus, qui me offendissent, & quod spoliarem me de omnibus terrenis, & de omnibus hominibus & feminis, & de omnibus amicis & parentibus, & aliis omnibus, & de possessione mea, & de me ipsa, & cor meum darem Christo, qui tanta bona prædicta mihi fecerat, & item per viam spinosam, viam scilicet tribulationis. Et tunc incepi dimittere pannos meliores, & vestes, & de cibatiis deliciis, & de pannis capitis similiter. Sed erat mihi adhuc satis verecundum & pœnorum, quia non sentiebam adhuc multum de amore Dei, & eram cum viro meo: unde amarum erat mihi, quando mihi dicebatur aliqua iniuria, vel quando fiebat mihi; tamen sustinebam patienter, sicut poteram. Factum est autem volente Deo, quod illo tempore mortua est mater mea, quæ erat mihi magnum impedimentum in

Abiicit commodio- ra.

Moriuntur viâ Dei: & similiter mortuus est vir meus, & omnes filii mei in breui tempore. Et quia incepseram viam prædictam, & rogaueram Deum, quod me de iis expidieret, magnam consolationem recepi de morte eorum, quamvis eis aliquatenus condolerem: cogitabam tamen, quod deinceps, postquam Deus fecerat mihi gratiam prædictam, quod cor meum semper esset in corde Dei, & in voluntate eius, & voluntas Dei, & cor eius in corde meo.

Angela filij.

c. 10. Pas-
sus x.
*Apparet ei
Christus
crucifixus.* 23 Decimò cùm quærerem à Deo, quid possem fa-
cere, per quod ei plus placerem, ipse pro suâ pietate ap-
paruit mihi pluries dormienti & vigilanti crucifixus in
cruce, & dicebat mihi, quòd ego relpicrem in plagas
suas, & mirabili modo ostendebat mihi, quomodò
omnia sustinuerat pro me; & hoc accidit pluries. Et
quando ostendebat mihi omnia singulariter & singu-
latim quæ sustinuerat pro me, dicebat mihi: Quid ergo
potes facere pro me, quod sufficiat? Similiter appa-
ravit mihi vigilanti multotiens, magis tamen placibili-
ter quam dormienti; quamuis semper appareret mihi
multum pœnatus, & dolorosus: & ostédebat mihi pœ-
nas capitis, & superciliorum, & barbae capillos sibi
auillos, & enumerabat omnes flagellationes, assignan-
do easdē in locis suis sicut sustinuerat, dicebatq; mihi:
Hæc omnia pro te sustinui. Et tunc reducebantur in
memoriam omnia peccata, & ostendebatur mihi,
quòd propter ipsa peccata mea ego iterum plagaue-
ram Christum Iesum, & quòd dolorem maximum de-
bebam habere, & tunc habebam maiorem dolorem de
peccatis meis, quam numquam habuerim. Similiter &
mihi ostendens passionem, dicebat: Quid potes facere
pro me, quod sufficiat? Et tunc plorabam multum, &
lacrymabar ita ardenter, quòd lacrymæ adurebant car-
nem meam, vnde oportebat me ponere aquam frigi-
dam ad refrigerandum.

e.ii.Paf- 24 Vndeclimò propter peccata moui me ad facien-
sus xi. dum pœnitentiam magis asperam , quam non oportet
Pœnitentia h̄c dicere , & imaginabari , & conabar ipsam facere : &
asperitas. fuga facili. cùm non videatur mihi , quòd possem cum rebus sæ-
culi facere sufficienter pœnitentiam , deliberaui omni-
no omnia relinquerem , vt possem facere pœnitentiam ,
& venire ad crucem , sicut mihi à Deo fuerat inspira-
tum: prædicta verò deliberatio fuit mihi à Deo dona-
ta per gratiam mirabiliter isto modo. Cùm enim ego
desiderarem vehementer fieri pauper , & cogitarem
frequenter cum multo zelo ne fortè moreretur , prius-
quam pauper fierem ; & è contrario impugnare multis
tentationibus , scilicet quia eram iuuenis , vnde men-
dicare mihi poterat esse periculum & verecundia. Ite-
rum suggerebat mihi cogitatio , quòd si hoc facerem
oportebat me mori fame , & frigore , & nuditate , &

quòd hoc etiam ab omnibus mihi dissuaderetur. AVCTO-
RE AK-
NALDO.
25 Tandem miserante Deo venit mihi quædam ^{re} *In eopropo
fisodivini* illuminatio in corde meo , cum quâ illuminatione venit mihi quædam firmitas, quam tunc non credidi, nec credo perdere in æternum: & disposui & deliberavi, quòd si oporteret me mori fame, & nuditate, ^{tus corro-} *boratur.* vel verecundiâ, ex quo Deo placebat, vel placere Deo poterat, nullo modo propter prædicta ista dimittem, etiam si certa essem, quòd omnia ista prædicta mala mihi acciderent. Quia, etiam si omnia prædicta mala mihi acciderent, libenter moriebar pro Deo, & tunc verè deliberaui, quod dictum est.

26 Duodecimò consequenter rogaui beatam Matrem Christi , & S. Ioannem Euangelistam, per dolorem quem ipsi sustinuerunt, quod ipsi acquirerent misericordiam certum signum , quo possem semper habere in memoriâ passionis Christi.

27 Tertiodecimò mihi perseveranti in istâ prædi- c. 13. Pas-
ctâ oratione & desiderio accedit mihi sompnum, in quo sus xiii.
ostensum fuit mihi cor Christi, & dictum est mihi: In
isto corde non est mendacium, sed omnia sunt ibi vera:
& hoc videbatur mihi quod acciderat, quia ego fece-
ram quasi truffas de quodam Prædicatore.

28 Quartodecimò consequenter quadam vice ^{c. 14. Pas-}
dum statem in oratione , Christus ostendit se mihi vi-^{sus xiv.}
gilanti magis clarè , & dedit mihi maiorem cognitio-^{Clarior}
nem de se ; & tunc vocauit me & dixit mihi quòd ego ^{cognitio}
ponerem os meum in plagam lateris sui , & videbatur
mihi quòd ego ponerem & biberem sanguinem eius
fluentem recenter ex latere suo : & dabatur mihi intelligere,
quòd in ipso mundaret me. Et híc incepi habere
consolationem magnam , quamuis ex consideratione
passionis haberem tristitiam , & rogauit Dominum ,
quòd faceret me totum sanguinem meum spargere &
effundere propter amorem suum , sicut ipse fecerat pro
me , & desiderabam propter suum amorem , quòd o-
mnia membra mea afflictionem & morte paterentur
viliorem & acerbiorum passione suâ. Et cogitabam &
desiderabam inuenire , qui me interficeret , dummodò
hoc paterer propter fidem suam , vel propter amorem
suum , quòd ego peterem eum , quòd faceret mihi istam
gratiā , scilicet quòd quia Christus crucifixus est in
ligno , me crucifigeret in vnâ rippâ , vel in aliquo viliissi-
mo loco , vel in vnâ vilissima re. Et quia non eram digna
mori , sicut fuerunt mortui sancti Martyres , sed deside-
rabam , quòd faceret me mori vilius & acerbiori mor-
te , & non poteram cogitare ita vilem mortem , sicut ego
desiderabam , & quòd omnino esset dissimilis morti
Sanctorum , reputabam enim me omnino indignam
morte iplorum .

29 Quintodecimò consequenter figebam deside- c. 15. Pas-
rium in S. Ioanne & in Matre Virgine Dei, in memo- sus xv.
riâ eostenendo, & cogitando, & rogando eos propter Sensus do-
dolorem, quem in passione Domini sustinuerunt, ut loris pas-
acquirerent mihi gratiam, vt semper sentirem dolorem sibi.
passionis Christi, vel saltem dolorem eorum. Et ipsi
acquisiuerunt & impetraverunt hanc gratiam, & tan-
tum dedit mihi semel S. Ioannes, quod fuit ille dolor
de maioribus, quam vñquam senserim. Et dabatur
mihi intelligere, quod S. Ioannes tantum dolorem sus-
tinuerat de passione & de morte Christi, & de dolore
Matri Christi, quod existimabam & existimo, eum
fuisse plus quam Martyrem. Vnde & tunc datum est
mihi desiderium expropriandi me cum totâ voluntates
& quamuis impugnaret multum à dæmonе, & sâpe
tentaret me, vt id non facerem, & prohiberetur mihi à
Fratribus Minoribus, & ab omnibus, à quibus me con-
ueniebat habere consilium; nullo tamen modo po-
tuissem abstinere pro omnibus malis vel bonis, quæ
potuissent mihi fieri, quin omnia mea pauperibus ero-
garem, & si hoc facere non potuisset, quod saltem
omnia omnino dimissem. Quæ non videbatur,
quod possem aliquid referuare sine magna offenditione
eius.

AVCTO- eius, qui me sic illuminauerat. Et tamen adhuc eram in
RE AR- amaritudine pro peccatis, & nesciebam, si ea quæ fa-
NALDO. ciebam, erant placita Deo; sed cum amaro planctu-
clamabam, dicens: Domine et si damnata sum, nihil
Illusfris minus tamen faciam pœnitentiam, & expropriabo me
reſolutio in de omnibus, & seruam tibi: & cum adhuc essem in
desolatione, amaritudine pro peccatis, & non sentirem adhuc ali-
quam dulcedinem diuinam, mutata fui de isto statu
isto modo.

c.16.Paf- 30 Sextodecimò consequenter semel veni ad ec-
sus xvi. clesiam, & rogabam Deum, quod faceret mihi aliquam
Confolatio gratiam: & dum orarem, & dicerem *Pater noster*, posuit
in legendo Deus ipsum *Pater noster* in corde meo cum tantâ clati-
Pater no- tate, & intellectu bonitatis diuinæ, & indignitatis
meæ, quod non possem exprimere. Singula autem
verba exponebantur mihi in corde, & dicebam id cum
magnâ morâ & contritione & compunctione, sic
quod, quamvis ex vnâ parte plorarem propter pec-
cata mea, & indignitatem meam, quam ibi cognosce-
bam; tamen habui consolationem magnam, & cœpi
aliquid gustare de dulcedine diuinâ, quia in dicto *Pater*
noster melius cognoscebam bonitatem diuinam, quam
in aliquâ alia re, & adhuc ibi inuenio melius. Verumta-
men quia in dicto *Pater noster* mihi indicata fuerunt
peccata mea, & indignitas mea, cœpi intantum esse ve-
recunda, quod non audebam leuare oculos meos ad
cælum, nec ad crucifixum, nec ad aliam rem. Sed re-
commendauit me Beata Virgo, ut ipsa impetraret mihi
gratiam & indulgentiam peccatorum: & adhuc
eram in amaritudine pro meis peccatis.

31 O peccatores, in quantâ grauedine proficiscitur
anima ad pœnitentiam: ita habet fortes compedes, &
ita habet malos adiutores, quin imò impedidores,
mundum, carnem, & dæmonem. Sciatis autem, quod
in quolibet supradictorum passuum fui morata per
bonum tempus, antequam me possem mouere ad
alium passum. Sed in quibusdam passibus morata sum
plus, in quibusdam minùs.

c.17.Pa- 32 Decimo septimò post ista demonstratum est
sus xvii. mihi, quod Beata Virgo acquisiuit mihi gratiam, per
Madr. fi- quam dedit mihi aliam fidem, quam humanam: quia
Asper D. videbatur mihi, quod usque ad idem tempus fuisset fi-
Virg. im- des mea quasi mortua in comparatione ad illam, quam
petrata. impetravit mihi, & videbatur mihi, quod lacrymæ
*** mss.par-** meæ, quas antè habueram, fuissent quasi * per vim, in
ux. comparatione ad illas, quas posteà habui. Postea enim
dolui de passione Christi, & de dolore Matri effaci-
cius, & tunc quidquid faciebam, quantumcumque es-
set magnum, videbatur mihi parum esse: & habebam
voluntatem faciendi maiorem pœnitentiam, & tunc
inclusi cor meum in passione Christi, & data est mihi
Spiritualis spes, quod in ipsâ poteram liberari. Et hinc incepit habe-
confolatio re consolationem per somnia, & habebam pulchra so-
in somniis. mnia, & dabatur mihi consolatio in eis, & cœpit mihi
dari dulcedo, & consolatio de Deo intus in corde, &
extra in corpore, continuè vigilanti & dormienti. Sed
quia adhuc non sentiebam certitudinem, adhuc erat
admixta amaritudo, nec quiescebat cor meum, sed de-
siderabam habere aliud à Deo.

33 *Addit ms.* Et de somniis & visionibus retulit vnam de
multis dicens: Quadam vice dum eram in carcere, in quo me
recluseram pro Quadragesimâ maiori, & diligenter, & medita-
ter in uno verbo Euangelij, quod verbum erat maximæ digni-
tationis, & excessiæ dilectionis; dum eram iuxta unum librum,
scilicet Missale, & sitirem videre illud verbum, saltem tantum
modò scriptum, & vix comprimens, & coercens me, & timore
superbia continuissim me ne dictum librum præ nimia siti &
amore meis manibus aperirem; quodam somno sopita in ipso
desiderio obdormiui: & statim ducta fui in visione, & dictum
est mihi, quod intellectus epistola est res tantum delectabilis,
quod si quis bene intelligeret, obliuisceretur omnium mundanorum.
Et dixit mihi ille qui ducebat me: Vis hoc probare? Et
cum assentirem, & sitirem probare illud; statim duxit me, & fe-
cit me illico probare. Et tunc intelligebam cum tantâ discretio-
ne bona diuina, quod statim fui oblitus omnium mundanorum.
Et dixit mihi ille, qui ducebat me, quod adhuc intellectus Eu-

angeli est res tantum delectabilissima, quod si quis illud intel-
ligeret, obliuisceretur non solum omnium mundanorum, sed
etiam obliuisceretur omnino sui ipsius. Et dixit mihi adhuc, &
fecit me illud probare: & statim intelligebam cum tantâ dele-
ctione bona diuina, quod petui ab illo qui ducebat me, quod
ab illo statu non discederem de cerero. Et respondit mihi, quia
istud, quod perebam, non poterat esse adhuc: & statim reduxit
me: & aperte oculos, & maximam latitiam sentiebam de iis,
qua videra�: sed valde dolebam quod illa perdideram. Et
adhuc multum me delectat, quando recordor. Et ex tunc tanta
certitudine remansit mihi, & tantum lumen & ardor amoris Dei,
quod affirmabam certissimum, quod nihil prædicatur de dile-
ctione Dei: & illi qui prædicant, non possunt illam prædicare,
& ea qua prædicant non intelligunt. Et ita dixerat ille qui du-
xit me in visione.

34 Octauodecimò consequenter incepi habere **c.18.Paf-**
sentimenta Dei, & habebam tantam delectationem sive **xviii.**
in oratione, quod non recordabar de comestio- **Ardor &**
ne; & desiderabam, quod non oporteret me come- **affiditas**
dere, vt possem stare in oratione: & intermiscebat
se hic quædam tentatio, quod non comedarem, & si
comedarem, quod in modicâ quantitate comedarem:
sed cognoui hoc esse deceptionem. Erat ignis amo-
ris in corde meo tantum, quod non fatigabar de genu-
flexionibus, nec de aliquâ alia pœnitentiâ. Postea verò
veni ad maiorem ignem & feruorem amoris caritatis
diuinæ. Si enim audiuissim loqui de Deo, stridebam in
tantum quod si aliquis stetisset cum securi super me,
ad me interficiendum, non potuissim me abstinere. Et
hoc accidit mihi primâ vice, quando vendideram a Ca- **a ita mss.**
salenum, vt darem pauperibus, erat enim melior terra **excusus,**
quam haberem. Et prius faciebam truffas de Petrucio, **caſale**
sed nullo modo posteà poteram illud facere. Frequent-
ter autem cum de Deo audiebam loqui, stridebam et-
iam in conspectu quarumcumque gentium. Et quan-
do aliquæ personæ dicebant mihi; quod eram b inor- **b ms.dæ-**
dinata pro eo, quæ accidebant milii, ego dicebam simi- **moniacâ.**
liter, quod eram infirma & c deordinata, & non po- **c ms.dæ-**
teram facere aliud, nec poteram maledicentibus mihi **moniacâ.**
propter hoc satisfacere, sed verecundabar valde. Et
quando videbam passionem Christi depictam, vix po- **Videns pi-**
teram me suſtinere, sed capiebat me febris & infirma- **tturam**
bar. Vnde socia mea abscondebat à me picturas passio- **passio-**
nis, quanrum poterat, ne ipsas viderem. In isto tem- **febi cor-**
pore stridendi habui plurimas illuminationes, senti- **ripit.**
menta, visiones, & consolationes quarum aliquæ hîc
infrâ scribuntur.

C A P V T I I .

Varia eius temptationes.

35 NE autem magnitudo & multitudo reuelatio- **c.19.**
num & visionum me extolleret, & ne earum **Tentatio-**
delectatio me super me efferret, datus est mihi multi- **nes à dæ-**
plex tentator, qui multiplici tentatione & afflictione **monibus**
me affligat. Affligo enim tam in corpore & animâ ab
eisdem. Corporis enim sunt tormenta innumera à
multis dæmonibus multipliciter excitata. Vix enim
credo quod scribi possent passiones & infirmitates **Infirmi-**
mei corporis: nam non remanet in me aliquid mem- **ties corpo-**
brum quin horribiliter patiatur. Numquam enim sum
sine dolore, sine languore, continuè sum debilis & fra-
gilis, plena dolore, sic quod continuè oportet me iace-
re: non est in me membrum, quod non sit percussum,
tortum, & penatum à dæmonibus, & semper sum in-
firma & semper tumefacta & plena doloribus in o-
mnibus membris meis, sic quod cum magnâ pœnâ
possum me mouere & sum fatigata iacere, nec etiam
comedere ad sufficientiam possum.

36 Tormenta verò & animæ passiones (quas sine **Affliccio-**
comparatione acerbiores & plures esse dico quam **nes animæ.**
corporis) patior quasi assidue ab ipsis dæmonibus.
Nec scio aliam assignare similitudinem, nisi de homine
suspenso per gulam, qui ligatis manibus post tergum
& velatis oculis suspensus cum fune remansisset in pa-
titulo, & viueret, cui nullum auxilium, nullum reme-
diū,

dium, vel fulcimentum remansisset. Et dico quod ad-
huc desperatius & crudelius a dæmonibus torqueor.
¶ Video enim quod dæmones ita animam meam sus-
pendunt, quod sicut suspensus non habet aliquid su-
stentamenti, ita animæ nullum videtur remanere su-
stentamentum, & omnes virtutes animæ subvertun-
tur, sciente & aspiciente animâ meâ. Et quando anima
mea viderit subverti omnes virtutes, & discedere, &
*Varij ani-
ma motus.* quod non potest se sibi opponere, est tantus dolor ani-
mae, quod vix aliquando possum plorare propter de-
speratum dolorem & iram; aliquando vero ploro ir-
remediabiliter. Aliquando etiam tanta ira venit in me,
quod vix possum me tenere, quin me totam dilaniem;
aliquando vero non possum me tenere, quin horribiliter
me percutiam, & percutiendo meipsum tumefeci
aliquando caput meum & alia membra. Et quando
anima viderit cadere & discedere omnes virtutes, fit
planctus animæ, & vociferor ad Deum meum, & quasi
fine intermissione: Deus meus, Deus meus, ne derelin-
quas me.

*Vitia pre-
terita à de-
monibus
resuscitan-
tur.*

37 Item aliud tormentum patior, quia omnia vitia
in me reuixerunt, & aliquando reuise sunt non quod
sint in vita durabili rationem meam subiecta, sed
præbent mihi & afferunt magnam pœnalitatem. Et
etiam vitia quæ numquam fuerunt in meo corpore, ve-
niunt in me, & incenduntur, & afferunt mihi magnam
pœnalitatem; sed non habent vitam continuam, &
quando remoriuntur, dant mihi magnam consolatio-
nem. Video enim, quod dæmonibus multis tradita-
sum, qui reuise faciunt vitia, quæ horreo, & quæ
fuerunt mortua, & addunt illa, quæ numquam fuerunt.
Etego recordans quod Deus hic fuit afflitus & de-
spectus & pauper, velle quando opôrteret quod omnia
mala mea duplicarentur.

*Generosè
vitius refi-
git.*

38 Et quandoque sum in tenebrâ horribilissimâ
dæmonum, ubi videtur omnino deesse omnis spes bo-
ni: & est illa tenebra horribilis; & suscitantur vitia in
corpore, quæ cognosco intus in animâ esse mortua.
Sed extra animam suscitantea dæmones, & etiam illa
vicia quæ non fuerunt, suscitantur. Et in corpore ad mi-
nus patior in tribus locis: nam in locis verecundis est
tantus ignis, quod consueui apponere ignem materia-
lem, ad extinguendum alium ignem concupiscentiæ,
donec Confessor meus mihi prohibuit. Tunc cum sum
in illâ tenebrâ, credo quod citius eligerem assari, quâm
prædicta tunc pati: imò tunc clamo, & aduoco mor-
tem, vt per quemcumque modum mihi eam Deus con-
cederet euenire: & tunc dico Deo: Domine, si me de-
bes mittere in infernum, ne differas, sed subito facias,
& ex quo me dereliquisti, comple & submerge me in
profundum. Et intelligo tunc, quod id est opus dæmo-
num, & quod illa vicia non vivunt in animâ, quia ani-
ma numquam consentit eis, sed corpus patitur violen-
tiam, & est tantus dolor, & tedium, quod si duraret,
corpus pati id non posset. Sed & anima viderit, quod est
ei ablata omnis potentia, quamvis non consentiat vi-
tiis; non tamen habet potestate omniuno resistendi
viciis, & videt quod est contra Deum; & sic cadit, &
torquetur in eis. Et est quoddam vitium permisum
à Deo venire in me, quod nūquâ fuit in me: sed aper-
tè & manifestè cognosco, quod permittitur à Deo ve-
nire in me: & prædictum vitium est tam magnum, quod
superat omnia alia vicia. Et est quedam virtus quæ da-
tur mihi manifestè à Deo contra prædictum vitium,
quâ virtuosè à Deo liberor. Et si non haberem ego fi-
dem de Deo certam, solum in isto, & non pro aliquo
alio remaneret mihi, & in isto remaneret mihi spes cer-
ta & secura, de quâ nō possum dubitare: & virtus præ-
ualer semper, & vitium deficit, & virtus tenet me, &
non permittit me cadere in vitium: & est virtus tantæ
fortitudinis, quod non solum tenet me, imò dar mihi
tantam fortitudinem virtutis, quod verè in isto co-
gnosco Deum, & illuminor, & confirmor in tantum,

quod omnes homines mundi, nec omnia dæmonia in-
Avctro-
fernî, nec alia aliqua res est, quæ posset me mouere ad RE AR-
minimum peccatum: & cum istâ virtute remanet mihi NALDO.
Fides de Deo. Vitium autem est tam magnum, quod
verecundor illud dicere: & est tam magnum istud vi-
tium, quod quando prædicta virtus est mihi abscondita,
& viderur mihi quod me dimiserit, non est res quæ
me posset tenere, nec pro verecundiâ, nec pro pœna
aliqâ, quin statim ruerem in peccatum. Tunc ramen
superuenit illa virtus, & virtuosè me liberat, ita quod
nec ego ipsa possem peccare pro omnibus bonis vel
malis istius mundi: & illos labores sustinui per duos
annos, & plus.

39 b Item in animâ meâ consueuit pugnare quædam
humilitas, & quædam superbia tædi grandissimi. Hu-
Exercet
militas est, quia video me cecidisse ab omni bono, & adiu hu-
video me esse extra omnem virtutem, & extra omnem militari.
gratiam, & video in me tantam multitudinem pecca-
torum & defectuum, quod non possum cogitare, quod
Deus de cetero velit mihi misereri; & video me do-
mum diaboli, & operaticem, & credulam dæmonio-
rum, & video me filiam eorum, & video me extra
omnem restringinem, & extra omnem veracitatem, &
dignam infimo & ultimo profundo inferni. Et ista hu-
militas prædicta non est illa humilitas quam aliquan-
do habeo, quæ facit animam meam esse contentam, &
facit animam venire in cogitationem bonitatis diui-
næ. Quia alia prædicta humilitas, non adducit nisi in-
numerabile malum. Vnde intus in animâ videret mi-
hi, quod sim tota circumdata dæmonibus, & video Affligitur
defectus in animâ & corpore, & est mihi clausus Deus, amaritu-
& absconditus in omni parte & gratia, ita quod nullo dñe ani-
modo possum recordari Dei, nec ipsius habeo memo-
riam, quia nec ipse permittit: & videndo me damna-
tam, non curio aliquo modo de damnatione meâ, quia
plus curio & plus doleo, quia offendit Creator meum,
quem nolle offendisse, nec offendere pro omnibus
bonis & malis quæ possent nominari. Vnde & viden-
do offensiones meas innumerabiles prædictas, pugno
cum omnibus membris meis, & contra dæmones, vt
possim vincere, & præualere contra prædicta vitia &
offensiones; & non possum per aliquæ modum omni-
no: & etiam non inuenio aliquem vadum, nec aliquam
fenestram, nec aliquod omnino remedium, per quod
possim euadere, vel me adiuuare, & perpendo quod
ego cecidi ita profundè.

40 Vnde & humilitate frequenter sum inabyssata, *Nimia* &
& facit me videre peccata mea, & superabundantiam *malâ hu-*
militiarum mearum, & iniuriam, ita quod non vi-
deo me posse manifestare, nec discooperire ea per ali-
quem modum, vt eas simulationes & iniurias meas
& peccata mea possem manifestare, & vellem ire nuda
per ciuitates, & plateas, & vellem appendere ad col-
lum meum carnes & pisces, dicens, Hæc est illa mulier
vilissima, plena malis & simulatione, & sentinatrix
omnium vitiorum & malorum. Faciebam enim bona
ad famam hominum, & faciebam dici omnibus qui
inuitabant nos, Non comedo pisces, nec carnes, & ego
eram plena gulâ, & comessatione, & ebrios, & osten-
debam quod nolebam recipere, nisi quantum sufficie-
bat mihi. & studebam esse pauper exteriùs, & vbi iace-
bam, proiiciebam multos pannos, & de manè faciebam
eos leuari, ne personæ venientes hoc perpendent. Videte animæ meæ diabolum & cordis mei malitiam:
audiatis quomodo sum hypocrita & filia superbiæ, &
quomodo sum deceptrix, & sum abominatione Dei. Et
ostendebam me esse filiam orationis, & ego eram filia
iræ, superbiæ, & filia diaboli. Et ostendebam me ha-
bere Deum in animâ, & consolationes diuinæ in cellâ, &
ego habebam diabolum in animâ & in cellâ. Et scia-
tis quod toto tempore vitæ meæ studui, quomodo
possem habere famam sanctitatis, & sciatis in veritate
quod propter malitias & simulationes, quæ absconsæ
sunt

*Confor-
tur à Deg.*

AVCTO-
REAR-
NALDO.

*Alij astus
illius hu-
militati.*

sunt in corde meo, multas gentes decepi, & sum homi-
cida multarum animarum & animæ meæ.

41 Et postea stando in istâ abyssô, voluebam me ad
istos fratres meos, qui dicti sunt filij, & dicebam eis:
Nolite mihi de cetero credere, nonne videtis vos quod
sum dæmoniaca? Vos qui dicti estis filij, rogate istam
iustitiam Dei, vt exeat dæmonia de animâ meâ, &
manifestent nequissima opera mea, vt non amplius vi-
tuperetur Deus per me. Et nonne videtis quod omnia,
quaæ vobis dixi, sunt falsa? Et nonne videtis, quod si non
esset malitia in toto mundo, ego replerem totum mun-
dum de abundantia malitiæ meæ? Nolite mihi plus
credere. Nolite plus adorare idolum istud: quia in isto
idolo latet diabolus, & omnia quaæ locuta sum vobis,
fuerût falsa verba, simulata, & diabolica. Rogate istam
iustitiam Dei, vt cadat hoc idolum, & frangatur, &
manifestentur opera diabolica eius, & mendacia, &
verba inorpellata & inaurata quaæ dicebam, quia deau-
rabam me verbis diuinis, vt essem honorata & adorata
pro Deo. Rogate, vt diaboli exeat de isto idolo, vt
non plus decipiatur mundus per istam feminam. Vnde
togo filium Dei, quem nominare non audeo, quod si
non manifestari me per semetipsum fecerit, quod faciat
me manifestari per terram, vt aperiatur & deglutiat
me, vt facta in exemplum, dicant homines & mulieres:
ô quomodo erat inorpellata & deaurata, & tota simu-
lata interius & exterius! Et velle mittere in collum
meum vinculum vel vnam redortam, & facerem me
trahi per ciuitates & plateas, & pueri ducerent me ac
dicerent: Hæc est illa vilissima mulier, quaæ toto tem-
pore vita sua ostendit falsum pro vero, & homines di-
cerent ac mulieres: Oecce miraculum quod fecit Deus,
quia fecit per semetipsum manifestari, & dici malitias
& iniquitates & peccata, quaæ toto tempore vita sua
fuerant absconsa.

*Vexatur
motibus
desperatio-
nis.*

42 Sed istud dicere, parum sufficiebat animæ: &
scias, quod sum posita in una desperatione, quod
numquam habui isto modo, quia omnino desperavi
de Deo, & de omnibus bonis eius, & feci chartam in-
ter me & ipsum. Et ide sum certa, quod non est aliqua
persona in mundo ita plena omni malitiâ, & damnna-
da, sicut ego sum: quia quidquid Deus mihi concessit
& dedit, ad maiorem meam desperationem & damna-
tionem permisit. Vnde rogo vos omnes, vt rogetis istam
iustitiam Dei, vt non plus tarder extrahere dæmoniū de
isto idolo, & manifestentur nequissima opera quaæ in-
tus sunt, quia caput meum dividitur, corpus deficit,
oculi mei caligauerunt propter multitudinem lacry-
marum, & omnia membra mea disiunguntur, quia non
possum manifestare malitias meas & mendacia animæ
inæ; sed gaudeo, quia iam incepit aliquid manifestari.
Et omnia ista sine humilitate vera esse in veritate vide-
bam. Et scias, quod tu, qui scripti, parum scriptisti in
comparatione omnium malorum, & iniquitatum &
abusionum mortalium, quia quando eram parvula, in-
cepi operari mala. Hæc & his similia cogor dicere præ-
dictâ humilitate inabyssata & depressa.

*Torquerur
spiritu su-
perbie.*

43 Postea incipit superbia, quia efficior tota ira,
tota superbia, tota tristitia, tota amarissima & inflata:
& aliam amaritudinem maximam recipio de bonis, quaæ
fecit mihi Deus, quia non recordor illorum ad aliquod
remedium, sed ad iniuriam & ad admirationem dolorosa-
m. Videlicet quomodo in me numquam poruerit
esse aliqua virtus, & dubito quod numquam in me fue-
rit verax, & etiam non video aliquam rationem, quare
Deus hoc permiserit. Et tunc in istâ tentatione omne
bonum est mihi clausum & absconditum, quia efficior
in tantum tota ira, tota superbia, tota tristitia, tota ama-
rissima & inflata, & poenata, & dolorosa, plusquam
possim dicere. Quia si omnes sapientes de mundo, &
omnes Sancti Paradisi loquerentur mihi omnes con-
solations ad consolandum me, & promitterent mihi
omnia bona quaæ dici possunt, & etiam ipse Deus daret

mihi, nisi ipse aliter me mutaret, vel nisi aliter operare-
tur in animâ, nullam consolationem mihi darent, nec
aliquid remedium mihi afferent, nec eis tunc crede-
rem; immo omnia essent mihi ad augmentum dolorum,
& malorum, & darent mihi maiorem iram & admira-
tionem & tristitiam & dolorem, plusquam possim
dicere.

44 Vnde pro commutatione prædictorum tor-
mentorum & temptationum, & vt Deus auferret à me
prædicta, ego libenter eligerem & vellem omnia mala,
& infirmitates omnes & omnes dolores, qui fiunt in *Quantum
ei tormentum fuerit
illa tentatio.*

ali-
quanto tempore ante pontificatum Papæ Cœlestini, *an. 1294.*
& duravit plusquam per duos annos; in quibus sèpè
sum tormentata, & adhuc non sum perfectè neque ple-
nè curata, quamvis parum modò sentiam aliquando
exteriori, non tamen interiori. Sed modò postquam fui *Tentatio
in isto statu, cognosco quod inter prædictam humili-
tem malam, & prædictam superbiam, est maxima pur-
gatio, & purificatio animæ.* In his enim, & per illam
humilitatem veram acquiro, sine quâ nullus homo
saluatur. Et quantò maior est humilitas, tantò maior
est purgatio animæ. Vnde cognosco, quod inter præ-
dictam humilitatem & superbiam, comburitur, &
martyrizatur anima mea. Et propter cognitionem of-
fensionum & defectuum, quam per prædictam humili-
tatem anima adipiscitur, anima purgatur à superbâ
& à dæmonibus: & propterea quantò anima magis
complanata & depauperata & humiliata est inferius,
tantò magis aptatur & purgatur & purificatur, vt ma-
gis eleuetur, quia nulla anima potest aliter nec plus ele-
uari, nisi quantum humiliatur, & profundius in humili-
tate complanatur & radicatur.

a *Addit. ms.* Et sicut ego scriptor audiui dici, & didici cum
quidam frater Minorum, & sicut credo fide dignus, admirareretur
multum & compareretur, audiendo ab ipsâ fideli Christi, quo-
modò & tam vehementissime torqueretur, prædictus frater fi-
de dignus videt per reuelationem sibi factam à Deo quomodo
totum erat verum, & plus quidquid illa fidelis Christi dicebat,
se pati de martyrio horribilium tormentorum. Vnde ille frater
multâ, & mirâ compassione, & devotione affiebatur ad eam
continuè. Et verba quaæ ego frater scriptor festinanter & breui-
ter potui pingere erant ista, dicebat illa fidelis Christi ita:

b *Addit. ms.* Et ego Frater scriptor vidi prædictam fidelem
Christi, eis in prædicto sexto passu, multò horribilis quam
possit scribi, sed duravit prædictus sextus passus parvo tempo-
re, scilicet ferè duobus annis & cucurrit simul cum septimo pas-
su qui incipit ante sextum passum aliquantulum temporis, &
qui sequitur omnibus mirabilior, & vidi quod prædictus sex-
tus passus, deficendo cessavit, in parvo tempore sed non omni-
no, & totaliter defecit; maxime quantum ad infirmitates cor-
poris multas, de quibus semper plena fuit. Et vidi quod prædicta
fidelis Christi remansit in septimo passu super quam dici potest,
semper in Deo crescens, & quamvis semper esset infirmissima
& valde parum comedere posset, tamen erat pinguissima &
rubicunda, sed tamen tumefacta & plena doloribus in omnibus
membris, & in omnibus artibus corporis, quod cum multâ
poenâ poterat se mouere, vel ad ambulandum, vel etiam ad se-
dendum; quamvis ipsa omnes penitentes corporis pro valde
modo reputaret.

Post omnia prædicta quaæ scripta sunt, quando ipsa erat in
septimo passu, & iam quasi ex toto sextum passum reliquerat di-
xit mihi loquens de sexto passu, ita dicens:

C A P V T III.

*Quinque consolationes Angelæ, in quibus sensit Deum intra se
vt omne bonum; viditq; eius pulchritudinem, potentiam,
sapientiam, iustitiam.*

45 BENEDICTVS Deus, & Pater Domini nostri Iesu
qui cōsolatur nos in omni tribulatione. In omni
enim tribulatione ine peccatricem consolari dignatus
est. Infra enim illud tempus stridendi, de quo supra in
decimo

decimo octauo passu meæ conuersionis facta est mentio, & post illam illuminationem, quam habui mirabiliter, dicendo *Pater noster*, sensi consolationem magnam de dulcedine Dei isto modo. Fuit enim mihi inspiratum, & fui tracta ad considerandum benedictam vniōnem deitatis & humanitatis Christi, & diuinitatē & humanitatē in Christo. In cuius contemplatione & delectatione sensi maximam consolationem, & fuit maior consolatio quām fuisse experita, ita quod per magnam partem illius diei steti in pedibus in cellā, vbi orabam stupefacta, clausa, & sola; & cor meum erat affectum in illā delectatione, intantum quod pōst iacui, & perdidi loquelam: & socia mea venit ad me, & cogitauit, & creditit quod morerer. Sed me tādebat, quia faciebat mihi impedimentum.

Consolatio ex consideratione vniōnis hypostaticæ.

46 Quadam autem vice dum in his persecuerarem, antequām complessim omnia pauperibus erogare, quamvis parum remansisset ad dandum, dum essem in oratione uno sero, non videbatur mihi, quod aliquid sentirem de Deo, & idē lamentabar, & rogabam Deum hoc modo dicens: Domine id quod facio, non facio nisi vniueniam te. Inueniam igitur, postquām perfecero hāc? & multa similia dicebam in oratione. Et responso facta est mihi ita dicens: Quid vis? & ego respondi: Nolo aurum, nec argentum, immo etiam si das mihi totum mundum, nolo aliud nisi te. Et tunc respondit dicens: Studeas diligenter, & propera te, quia statim, quando hoc quod facis, factū fuerit, tota Trinitas veniet in te. Multa etiam alia tunc promissa mihi fuerunt. Et extraxit me de omni tribulatione, & dimisit me cum multā suavitate diuinā, & tunc expectavi, quod ita fieret, sicut mihi dictum erat. Et ego hāc retuli sociæ meæ in quadam dubitatione, pro eo quod in visione magna mihi dicta & promissa fuerant, sed tamen dimiserat me cum multā suavitate diuinā.

It. Affi- sum.

47 Post hāc iui ad S. Franciscum apud Assisium, & tunc in viā adimpta mihi fuit dicta promissio: & tamen non compleueram omnia mea erogare pauperibus, quamvis parum remansisset, pro eo quod quidam sanctus vir, qui hoc facere debebat, interim mortuus fuit, & complere non potuit. Erat enim conuersus per gratiam Dei ad admonitionē meam, & dum ireret ad expriandū se, & ad erogandum suam possessionem pauperibus, in viā mortuus est. Deus tamen multa miracula per eum fecit, & sepultura eius habetur in reueuentiā. Dum igitur ibam ad S. Franciscum apud Assisium, ibam per viam orando, & inter alia rogabam B. Franciscum, quod ipse impetraret mihi à Deo, vt seruarem benē regulam B. Francisci, quam nouiter promiseram; & gratiam mihi acquireret, quod sentirem aliquid de Christo, & maximē quod ficeret me esse, & finire dies meos in paupertate. Pro hac etiam causā, vt suprā haberem libertatem paupertatis, iueram Romanum ad erogandum B. Petrum, vt ipse acquireret mihi gratiam veræ paupertatis. Vnde & meritis Beati Petri, & B. Francisci fuit mihi datum ex gratiā diuinā, vt certissimē sensi, donum vera paupertatis.

Regulam B. Francisci votū obseruare.

48 Dum igitur prædicta in itinere orando postularem, cūm peruenisse inter speluncam & viam arctam, quā ascendit sursum versus Assisium, & est ultra speluncam, in illo loco dictum est mihi ita: Tu rogasti seruum meum Franciscum, & ego volui mittere alium nuntium. Et ego sum Spiritus sanctus, qui veni ad te, vt darem tibi consolationem, quam aliās numquām gustasti. Et veniam tecum intus in te usque ad S. Franciscum, & modicum perpendit, qui tecum sunt aliqui. Et volo venire loquendo tecum per totam istam viam, & non dabo finem locutioni, nec tu poteris alteri rei intendere, nisi mihi: quia ego ligavi te & non discedam à te, usquequād secundā vice venies ad S. Franciscum; & tunc discedam à te secundūm istam cōsolationem. Séd aliās à te non discedam, si me diligas.

Tom. I.

49 Et incipit dicere verba quā sequuntur, ad pro- *Avctore* uocandum me ad sui amorem: Filia mea dulcis mihi, ARNAL- filia mea templum meum, filia mea delectamentum DO. meum, diligas me, quia tu es multū dilecta à me, multò plūs quām tu diligas me. Et s̄epissimē dicebat mihi: Filia & sponsa dulcis mihi: & subinferebat: Ego *Amor Dei* magnus dengo te plūs, quām aliquam, quā sit in valle Spoleto- ergapia, nā; ergo postquām ego collocaui, & pacifau me in te, animas. modō colloca te in me, & quiesce in me. Ego fui cum Apostolis, & videbant oculis corporis, & non sentiebant me, sicut tu sentis: postquām autem domum redieris, senties aliam dulcedinem, quam num quām experta fuisti: & non loquer tibi, sicut nunc solū, sed senties me. Tu rogasti seruum meum Franciscum spe- rans cum eo & per eum, quād desiderabas, impetrare: & quia seruus meus Franciscus multū me dilexit, ideō multum feci sibi. Et si esset hodie aliqua persona, quā me plus diligeret, adhuc sibi plus facere. Dicebat autem mihi, quod pauci sunt hodie boni, & quod erat pauca fides, & conquerebatur dicens: Tantis, inquietabat, est amor, quem habeo anima, quā diligit me sine malitiā, quod modō, si esset aliqua, quā perfecit me diligeret, maiorem gratiam facerem ei, quām alias fecerim Sanctis, de quibus in tempore præterito multa magna referuntur, quā Deus fecit eis. Et non est aliquis, qui possit se excusare de isto amore, quia omnis persona potest amare Deum: & ipse non requirit aliud, nisi vt anima requirat & diligit eum, quia ipse veraci- ter diligit eam, & ipse est amor anima: hāc autem verba profunda sunt.

50 Quod autem Deus sit amor anima, ostendebat mihi viā ratione per aduentum suum, & per crucem, quam sustinuit pro nobis, cūm ipse esset ita immensus & gloriosus; & explicabat passionem, & cetera quā pro nobis fecit: & subiungebat: Vide ergo, si in me est aliud, nisi amor. Et comprehendebat anima mea certissimē, quod ipse non erat nisi amor. Conquerebatur autem, quod isto tempore tam paucas personas *Pauci apti* inueniebat, in quibus posset ponere gratiam suam: & *ad uberem* dicebat quod modō multō maiorem gratiam faceret *Deigrati* illis, quos inueniret modō diligentes se, quām fecerit *tiam ac- cipendam*. adhuc aliis Sanctis, qui fuerunt haec tenus. Dicebat igitur mihi iterum: Filia mea dulcis mihi, ama me, quia tu es multō plūs amata, quām tu ames me. Amata mea, ama me: & dicebat: Immensus est amor, quem habeo anima, quā me diligit sine malitiā. Et videbatur mihi, quod volebat, quod anima haberet de illo amore, quem ipse erga animam habet secundūm anima potentiam & virtutem, & si hoc tantummodō desideraret, ipse complebat.

51 Iterum dicebat mihi: Amata mea, sponsa mea *Excessus* ama me, tota enim vita tua, comedere, & bibere, & amoris tuum dormire, & omne tuum viuere, totum placet *Dei erga B.* mihi, si diligas me. Iterum dixit mihi: Ego faciam in te *Angelam* res magnas in conspectu gentium, & in te cognoscari, & glorificabor & clarificabor, & laudabitur nomen meum in te à multis gentibus. Hāc & alia multa similia dixit mihi. Ego autem, dum audirem ista verba, assi- gnabam peccata, & considerabam defectus meos, & *B. Angela* humilior quod non eram digna illis magnis amotibus. Et incepit redditur in istis verbis multū dubitare; & dixit anima illi qui *ex inspira-* mihi loquebatur: Si tu es es Spiritus sanctus, tu non *tione Dei*. dices mihi ista, quia hāc non conuenient mihi, nec decent: & ego sum fragilis, & possum habere inde vanam gloriam. Et respondit mihi: Modō vide, & cogita, si tu de omnibus istis poteris habere vanam glo- riā, quā extollaris, vt ex eas de verbis istis alia cogi- tando, si potes. Et ego fui conata velle habere vanam gloriam, vt probarem, si erat verum hoc quod dixerat, & si erat Spiritus sanctus: & incepit respicere per vi- *Non potest* neas, vt exirem de illā locutione, & ybicumque respi- *alia cogi-* ciebam, dicebat: Nunc vide, contemplore, ista est crea- *tare*. tura mea, & sentiebam dulcedinem ineffabilem. Inter R. hāc

Aucto-
re Ar-
NALDO. hæc autem reducebantur ad memoriam meam omnia peccata mea, & ex parte mei nihil videbam in me, nisi peccata & defectus, & sentiebam in me huinilitatem, plùs quām numquām senserim.

Chriftus ei
indicas
quantas fit
paffus. 52 Plus hæc dixit mihi, quòd tantum eram dilecta, quòd filius Dei & Virginis Mariæ se inclinauit mihi, & venerat in me ad loquendū mihi. Dicebat autem mihi Christus. Si totus mundus veniret modò tecum, tu non posses loqui modò alteri: modò enim cùm ego tecum veniam, venit tecum totus mundus. Et ut daret mihi securitatem de dubio, dicebat mihi: Ego sum qui & para te ad recipiendum, quia ego sum multò plùs paratus ad dandum, quām tu ad recipiendum. Anima autem mea clamauit, dicens: Nolo petere, quia non sum digna: & reducebantur ad memoriam meam omnia peccata mea. Iterum anima mea dicebat: Si tu, qui ab initio mihi locutus es, es Spiritus sanctus, tu non dices mihi tam magna: & si tu es in me, debet esse tanta lætitia in me, quòd ego viuens non possem sustinere. Et respondit mihi: Numquid esse vel fieri potest, nisi sicut ego volo? Ideò non do tibi aliam lætitiam, neque plus, nisi sicut habes: & ego iam minus ista dedi alij, & ille cui dedi, iacuit non sentiens, nec videns. Et hoc signum iterum do tibi, quòd ego sum. Coneris enim nunc loqui cum sociis tuis, & cogita alia quæcumque vis, aut bonum aut malum, quia non poteris cogitare aliud, quām de Deo; ego enim sum solus, qui possum ligare mentem. Hæc autem omnia facio tibi non pro tuis meritis, sed pro bonitate meâ. Inter hæc reducebantur ad memoriam omnia mala mea, & videbam peccata mea, propter quæ eram digna inferno; & hoc clarè videbam, plùs quām numquām fecerim.

Signum
presentia
Domini in
animâ. 53 Dicebat etiam mihi: quòd si venissem cum aliis, nontalibus sicut erant illi cum quibus veneram, quòd hæc prædicta non fuissent mihi facta, neque dicta. Ipsi enim aliquo modo perpendebant de languore meo, pro eo quòd ego in omni verbo recipiebam dulcedinem magnam, & noluissem perenire ad terrenum, neque quòd via illa finiretur omni tempore mundi. Quanta autem esset lætitia & dulcedo Dei, quam ego sentiebam, nō possem intimare, maximè quando dixit: Ego sum Spiritus sanctus, qui intus intus in te. Et similiter quando dicebat omnia alia, recipiebam magnam dulcedinem. Venit igitur mecum usque ad S. Franciscū, sicut dixerat mihi, & non discessit à me, & continuauit mecum usque post comedionem, donec secundâ vice iui ad S. Franciscum. Igitur secundâ vice quando veni ad ecclesiam S. Francisci, statim quando ego genuflexi in introitu ostij ecclesiae, & vidi S. Franciscum pectus in sinu Christi, dixit mihi Christus: Ita te adstrictam renebo, & multò plus quām possit considerari cum oculis corporis, & modò est hora, quòd ego te, filia dulcis, templum meum, delectamentum meum, impleam & dimittam: dixi enim tibi quòd pro istâ consolatione dimitto te: sed non dimittam te si me diligas. Et quamvis esset verbum amarum, tunc tamen in ipso verbo tantam dulcedinem sensi, quòd fuit delectabilissimum. Et tunc respexi, vt viderem eum oculis corporis & mentis, & vidi. Et si quæras, quid vidi; Vidi veracem, plenam maiestate, immensam, quam nescio dicere, sed videbatur quòd esset bonus. Multa autem verba dulcedinis dixit mihi: & recedendo fecit discessum multum placabile, & cum immensâ dulcedine recessit, & recessit planè, & cum morâ, & non subito. Inter alia autē verba dixit mihi ista: Filia mea dulcis mihi, multò plùs quām ego tibi, templum dilectum meum, tu habes annulum mei amoris, & es arrhatà à me, & de cetero non discedes à me, & benedictionem Patris & Fi-

Videt Deū
Angela.

Quomodo
ab eâ re-
cesserit
Deus.

lij & Spiritus sancti habes tu & consocia tua. Et statim anima clamauit: O ex quo non recedes à me, non pecabo de cetero mortaliter? Et respondit: Hoc non dico tibi. Et cùm ego in recessu petiuissim gratiam pro sociâ meâ, respondit mihi: Sociæ tuæ dabo gratiam aliam.

54 Sic igitur recessit, & noluit, quòd recedendo ego iacerem, sed starem in pedibus meis. Post recessum suum tamen ego cecidi sedendo, & incepi stridere altâ voce, & vociferare, & clamare; & stridebam sine aliquâ verecundiâ clamando & dicendo istud verbum, *In discessu*
Dei collo-
scilicet: Amor adhuc non cognoui te, quare me di-
mittis sic. Sed non poteram dicere plùs, nisi quòd cla-
mando istud, volebam formare & dicere, & non pote-
ram formare, ita includebatur à voce, & à clamore, &
ideò non intelligebatur verbum ab audientibus. Hic autem stridor & clamor accidit mihi in introitu ostij ecclesiae S. Francisci, vbi post recessum Dei sedebam languens, & stridens, & clamans in præsentia totius populi, in tantum quòd qui mecum venerant, & noti mei è longinquò stabant erubescentes, credentes aliam esse causam. Reliquit igitur me cum certitudine & sine dubio, quòd ipse qui mihi locutus fuerat erat Deus. Ego autem p̄d dulcedine eius, & dolore recessus clamabam, volens moi: & dolor magnus erat mihi quia non moriebar, & quia remanebam post eum, & omnes compages meæ tunc disiungebantur.

55 Post ista redij de Assisio, & cum magnâ dulce- *Libenter*
loquitur de
Deo. dine veniebam per viam loquendo de Deo, & erat mihi maxima pœna tacere, sed conabat abstinere propter societatem. Dixit autem mihi Christus in viâ re- *Donum*
Dixit
intus An-
gnum erit tecum in æternum. Et ego statim illam cru-
gela datū.
vertendo de Assisio, Do, inquit, tibi signum, quòd ego sum Christus, qui loquor tibi, & sum tibi locutus, & amoris Dei do tibi crucem, & amorem Dei intus in te, & hoc si-
ceam & amorem Dei sentiebam intus in animâ meâ, & redundabat in corpus, & sentiebam illam crucem corporaliter, & sentiendo liquefiebat anima mea in amore Dei.

56 Postquām verò fui reuersa, & manebam in domo, sentiebam unam dulcedinem pacificam, quietam, *Pra nimia*
consolatio-
magnam, quòd ipsam nescio dicere, & erat mihi ne vita est
desiderium moriendi, & erat mihi tanta pœna viuere ei maxima
propter illam dulcedinem pacificam & quietam, & pœna.
tantum delectabilem, quòd ipsam nescio exprimere, vt suprà venitem ad illam dulcedinem, cuius aliquid sentiebam, & vt non perderem illam quam habebam, quòd ego desiderabam mori, & exire de mundo, & viuere erat mihi pœna super pœnam, & dolorem mortis matris meæ, & filiorum meorum, & super omnem dolorem quem possem cogitare: & iacebam domi languida propter predicta per octo dies, & clamabam: Domine habeas pietatem de me, & non permittas me plus remanere in hoc mundo.

57 Deinceps verò sèpe sensi odores indicibiles, & sentit sua- *Sentit sua-*
tanta fuerunt hæc & alia, quòd non possum ea dicere, uer odo-
& verba quidem pauca referre possum. Sed delectatio-
nem & dulcedinem, quam sensi, non possum referre.
Multotiens autem ista collocatio facta est mihi, sed non cum tantâ morâ, nec cum tantâ dulcedine, nec sic profundè. Postquām autem reuersa fui de Assisio, & iacebam, sicut dictum est; socia mea, quæ erat micabilis simplicitatis, & puritatis, & virginitatis, audiuit vocem unam tunc sibi dicentem: Spiritus sanctus est intus in cellâ: venit igitur ad me, & cœpit inquirere dicens: Di- *Socia secre-*
cas mihi istud, quod habes, quia mihi dictum est, quòd
ad te venire: & ego respondi, sicut tibi dictum est,
placet mihi, & ex tunc communicavi sociæ meæ plura de his secretis.

58 Quodam tempore eram in oratione, & eleuata *c. 21.*
in spiritu, loquebatur mihi Deus verba multum placi- *Videt Deū*
bia, & amore plena, & respiciens vidi Deum mihi lo- *pulchritu-*
quentem. Si autem quæras, quid vidi; dico quòd vidi *inem.*
ipsum,

ipsum, & aliud nescio dicere, nisi quod videbam vnam plenitudinem, vnam claritatem, de qua sentiebam in me tantum implementum, quod ego nescio dicere, nec scio dare aliquam omnino similitudinem, nec vidi aliquid corporale; sed erat, sicut est in celo, videlicet pulchritudo tanta, quod nescio aliquid aliud dicere, nisi quod vidi summam pulchritudinem continentem omne bonum: & omnes Sancti stabant ante illam pulcherrimam maiestatem ad laudandum eam: videtur autem mihi, quod in isto parum steti.

59 Dicit autem mihi Deus: Filia amantissima dulcis mihi, omnes Sancti paradisi habent ad te speciale amorem, & Mater mea similiter, & eris associata a me cum eis. Quamvis autem mihi omnia ista dicerentur, totum tamen istud valde parum videbatur mihi, supra quod dictum est de Matre sua, & de Sanctis. Sed tantum dele etabar in eo, & tanta erat dulcedo, quam sentiebam de eo, quod non curabam respicere nec Angelos, nec Sanctos: videbam enim, quod omne illud bonum, & omnis decor Sanctorum & Angelorum erat ab eo, & in eo, & ipse erat omne & summum bonum, & omnis pulchritudo, & tantum dele etabar in ipso decore suo, quod non curabam respicere aliquam creaturam. Dicebat autem mihi, Immensum amorem habeo ad te, sed non ostendo, immo abscondo tibi. Dicebat autem sibi anima: Quare habes tantum amorem & dele etamentum in me, quae sum ita turpis, & quae ita toto tempore vita mea offendit? Ipse vero respondebat: Tantis est amor, quem habeo in te repositum, quod de defectibus tuis quasi non recordor, quamvis oculi mei videant illos, & in te habeo repositum multum thesaurum. Tunc anima mea sentiebat ita certissime esse verum; ita quod in nullo dubitabat, & ita sentiebat & videbat quod oculi Dei respiciebat eam; in quibus oculis anima respiciebat, & habebat in hoc tantum dele etamentum, quod nullus homo, neque si descendenter aliquis de Sanctis, qui sunt in paradyso, posset hoc manifestare. Et cum dicebat mihi, quod multum amorem abscondebat mihi, quod non possem illum portare, anima respondebat: Si tu es Deus omnipotens, tu potes facere, quod ego possim portare. Et ipse respondit: Si hoc facerem, hic haberetis quidquid velles, & non haberetis famem de me, id est nolo tibi hoc facere; immo in hoc mundo volo, quod habeas famem de me, & desiderium, & quod languas de me.

60 Quadam vice fuit mihi facta locutio diuina dicens: Ego, qui loquor tibi, sum diuina potentia, quae apporto tibi gratiam diuinam: & gratia, quam appor-to tibi, est talis, quod volo, quod tu pro sis omnibus hominibus, qui videbunt te, & non solum illis, sed etiam moriam. B. Angela. quod iuves, & pro sis illis, qui cogitabunt de te, vel recordabuntur & audient te nominari: & illis, qui plus habebunt de me, plus proderis. Et tunc anima, quamvis senserit magnam latitiam, dicebat: Nolo hanc gratiam, quia timeo ne mihi noceat, & ne inde habeam vanam gloriam. Et respondit subito dicens: Tu non habes inde facere aliquid, quia hoc non est tuum, sed solum es inde guardiana; serua id bene, & redde illi, cuius est. Et tunc anima apprehendebat, quod isto modo non poterat mihi nocere. Dicit etiam mihi, Placet, inquit, mihi, quia habes istum timorem.

61 Post haec mihi existenti in ecclesiâ facta fuit locutio dulcissima, quae statim refecit totam mentem meam, dixitque mihi: Filia mea dulcis mihi; vel valde melius dixit, & subiungit: Nulla creatura potest tibi dare consolationem, nisi ego solus. Ego volo tibi ostendere de potentia meâ. Et statim fuerunt aperti oculi animæ meæ, & videbam vnam plenitudinem Dei, in qua comprehendebam totum mundum, scilicet ultra mare, & citra mare, & mare, & abyssum, & omnia, in quibus non videbam, nisi tantum potentiam diuinam modo omnino inenarrabili; & anima nimis admirans.

*Cognoscit
Dei poten-
tiam:
Tom. I.*

do exclamauit dicens: Est iste mundus plenus de Deo. AVCTORES Et comprehendebam totum mundum quasi quid parvum. Et videbam potentiam Dei excedere omnia, & DO. implere omnia. Et dixit mihi: Ostendi tibi aliquid de *MS. præpotentiâ meâ. Et ego comprehendebam taliter, quod poteram melius poste intelligere alia.

62 Et dixit mihi: Vidisti aliquid de potentia meâ; Humilitatem modò videoas humilitatē meâ. Et videbā tantā profunditatem Dei ad homines, & tantam humilitatē, quod β. comprehendens anima potentiam inenarrabilem, & vi-dens tam profundā humilitatē, mirabatur & reputabat se nihil omnino, & nihil videbat in se nisi superbiam. Et incepit mecum cogitare, & reputare me omnino indignam communione, ita quod nolebam communicare. Et dixit mihi postquam ostenderat suam potentiam, & humilitatem: Filia mea ad istud punctum videndi, ad quod tu venisti, nulla creatura potest venire, nisi per diuinam gratiam eleuetur specialissimam. Cum igitur Confirmasse in ecclesiâ prope elevationem corporis Christi, tur à Chri-dixit mihi: Ecce potentia modò est super altare, & sum ^{fr. vt au-} deat com-intus in te, & si tu me recipis, recipis me, quem iam re-cepisti: communica igitur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti; & ego, qui sum dignus, facio te dignam. Et tunc remansit in me dulcedo inenarrabilis & lœtitia magna, quâ non credo carere in totâ vitâ meâ.

63 Quadam vice rogata à quadam, vt rogarem c. 23. Deum pro quibusdam rebus, quas volebat scire; & dubitarem hoc facere, quia videbatur mihi superbiam & stultitia rogare Deum de talibus: dum stare in tali cogitatione, subito fuit mens mea eleuata, & fuit posita in primâ elevatione ad vnam mensam sine initio & sine fine, & non fui posita ad videndum ipsam mensam, sed quod erat super illam mensam, & videbam vnam plenitudinem inenarrabilem Dei, de qua nihil possum narrare, nec dicere nisi hoc, scilicet quod videbam plenitudinem sapientiae diuinæ, & omne bonum. Et videbam illam plenitudinem diuinæ sapientiae, in Non esse in-quâ videbam quod non erat licitum inquirere vel velle quirendum scire illud, quod vult facere diuina sapientia, quia est defuturus. procedere eam & inhonorate. Et id quando video personas id inquirentes, videotur mihi & intelligo, quod errant. Et ex tunc per id quod vidi super illam mensam, scilicet diuinam sapientiam, remansit mihi, quod possum intelligere & indicare omnes personas spirituales, aliaque spiritualia, quando audio de eis loqui, vel sapientiam ea narrari: & non iudico illo iudicio, quo solebam iudicando errare & peccare; sed alio vero iudicio, quo intelligo, vnde habeo vel habere possum conscientiam peccandi in isto iudicio, & nescio aliquid narrare de illo, quod vidi. Sed anima reportauit de visione ad vocabulum, scilicet mensam, & quod fui posita in primâ elevatione ad vnam mensam. Sed de illis, ad quae fui posita videndum super illam mensam, nihil possum narrare, nisi illa quæ dixi.

64 Vice quadam dum eram in oratione, quæsiu à Deo non dubitans de aliquo, sed volens plus scire de Deo, & dixi: Quare Domine fecisti creationem hominum, & postquam fecisti quare permisisti ut peccaremus? & quare permisisti tibi fieri tantam passionem, sicut fuit filij tui pro peccatis nostris, cum tu posses pati voluntate, optimè facere, quod sine omnibus istis fuisset tibi grati & placuissest tibi & habuissest tantumdem virtutis, sicut habemus: cum omnibus istis prædictis. Et comprehendebat anima, quod sine aliquo dubio istud quod dicebam, videlicet quod sine prædictis potuisset Deus facere nos virtutis & saluationis, verum erat. Et videbatur mihi, quod ego cogerer, & immitebar ad interrogandum & cogitandum de istis prædictis, quia cum essem in oratione, volebam in illis esse, & non discedere, sed immitebar à Deo in illis sicut videbatur mihi. Et istud prædictum querere sicut dictum est, feci multis diebus, non dubitas in aliquo, sicut dictum

R. 2 est.

AVCTORE
ARNAL-
DO.

est. Et dabatur mihi intelligere, quod Deus ideò fecerat, & permiserat, quia nobis per hoc melius manifestabatur bonitas sua, & nobis melius conueniebat. Hoc autem non sufficiebat mihi, quod plenè intelligerem; intelligebam tamen certissimè, & sciebam, quod Deus aliter facere potuisset, si ipse aliter voluisset saluare nos.

65 Vnâ tamen vice eleuata fuit anima, & videbat, quod istud quod ego querebam, non habebat initium nec finem, & ipsa anima, cum esset in ipsâ tenebrâ, volebat redire retrò ad se, & non poterat: volebat procedere, & non poterat. Subito igitur fuit amplius leuata & illuminata, & videbat Dei potentiam inenarrabilem, & videbat Dei voluntatem & iustitiam, & bonitatem, in quibus plenissimè intelligebam omnia, de quibus quæsieram. Et fuit anima extracta de omni illâ tenebrâ priori: in illâ enim tenebrâ ego iacebam in terrâ, sed in istâ maximâ illuminatione steti in pedibus in summitate digitorum grossorum pedum: & eram in tantâ agilitate corporis, & renouatione, quod numquā tantum habueram. Et eram in tantâ plenitudine

Cognoscit
potentiam,
iustitiam,
& bonitatē
Dei in pra-
destinatio-
ne hominū.

* Ms. diu-
næ clari-
tatis.

* caritatis, & cum tantâ lætitia intelligebam in illâ potentia & voluntate & iustitia Dei, quod non solum de illis quæsieram, intelligebam; immo etiam satisfaciebat mihi de omnibus creaturis saluandis, & saluatis, & de dæmonibus, & de damnatis, & de omnibus. Sed istud nō possum manifestare aliquibus omnino verbis; supra enim naturam omnino est.

In amore
Dei non in-
tepeficeret,
licet se da-
mnandam
prescriberet.

Cognoscit
ineffabili
modo ipsum
esse Dei.

Veneranda
sunt Dei
iudicia.

66 Et quamuis ego plenè intelligerem, quod Deus aliter potuisset nos saluare, si voluisset, non tamen poteram cognoscere, quod nobis melius posset fieri cognitâ eius potentia & bonitate, nec melius potuisset ponî in ore. Et extunc remaneo ita contenta & secura, quod si certissimè me scirem esse damnandum, nullâ ratione possem dolere, nec minus laborarem, nec minus studerem orare & honorare Deum; tantum intellectu iustitiam eius, & reætitudinem iudiciorum eius: & reliquit in animâ meâ vnam pacem, vnam quietem & soliditatem, cuius similem non recordor me habuisse ita plenè, & in hac maneo continuè. Postquam autem viderem potentiam Dei & voluntatem eius & iustitiam; fui eleuata adhuc plus, & tunc non videbam, nec potentiam, nec voluntatem Dei illo modo sicut prius. Sed videbam vnam rem stabilem, ita indicibilem mihi,

quod de eâ nihil possum dicere, nisi quod erat omnino bonum: & anima mea erat in lætitia omnino inenarrabili: & non videbam ibi amorem, sed illam rem omnino inenarrabilem: & exiueram de illo statu priori, & eram posita in isto maximo statu inenarrabili, & nescio si eram in corpore, vel extra corpus: & omnia retro habita non videbantur mihi, quod fuerint tam magni status. Et reliquit mihi mortificationem virtutum, & securitatem virtutum, quibus diligo bona & mala, beneficia & malefacta, quia videlicet non habeo inde displicantiam.

67 Relicta igitur sum in magnâ pace, & veneratio ne iudiciorum diuinorum, ita quod quando manè vel de serò in oratione meâ dico Deo: Per iudicia tua libera me Domine, vel per iudicium tuum libera me Domine; tantum delector, & ita confidetor dico, sicut quando dico. Per aduentum tuum libera me Domine; per natuitatem tuam libera me Domine; per tuam passionem libera me Domine. Non enim magis cognosco bonitatem Dei in viro beato, vel sancto viro, vel multis bonis & sanctis quam in uno damnato, vel multitidine damnatorum. Sed hoc profundum non fuit mihi demonstratum, nisi semel, & numquā obliuiscor illius memoriam, nec illius lætitiam. Et si omnia, quæ sunt fidei, per impossibile deficerent; hic tamen remanet mihi certitudo de Deo, & de suis iudiciis, & de iustitiâ suorum iudiciorum. Sed o quanta profunditas est hic totum tamen reddit in utilitaté bonorum. Anima enim, quæ istam cognitionem de diuinis iudiciis, & istis pro-

fundis habet, de omnibus habebit fructum ex istâ cognitione Dei. b

a Addit ms. Quadam vice post predicta, ego frater reuersus fui de Lombardia, & quasvis ab ipsâ fideli Christi, de vnâ quaestione, quam ego & socius meus tractaueramus, reuersione per viam: & dixeram tunc socio meo me requisitum ab câ de ipsâ quaestione, & ipsa fidelis Christi respondit mihi ita dicens:

b Subdit ms. Ista quaestio prædicta, quam Deus tam miraculosè reuelauit illi fideli Christi, erat quasi ipsa eadem quaestio, quam ego & socius meus habueramus & tractaueramus per viam in reuersione de Lombardiâ, ut dictum est.

C A P V T I V.

Aliæ consolationes Angelæ, & visiones.

68 Q V A D A M vice in quadraginta videbatur, c. 25.

quod esse multum sicca, & sine deuotione, & orabam Deum, quod ipse daret mihi de se, pro eo quod ego eram sicca de omni bono: & tunc fuerunt aperti oculi animæ, & videbam Amorem, qui veniebat versus *Amor Dei* me, & videbam principium, sed non videbam finem, *eostensus*. nisi solùm continuationem eius. Et nescio dicere aliquam similitudinem coloris. Et statim, quando peruenit Amor ad me, videbam oculis animæ aperitè hæc omnia, plus quam cum oculis corporis aliquid possit videri, & factus est amor versus me, sicut viuis falcis similitudo. Nec est intelligendum, quod fuerit aliqua similitudo quantitativa mensurabilis, sed erat sicut similitudo falcis, quia in principio, quando amor se præsentauit, post retraxit se, non conferens se, quantum se fecit intelligi. Et tunc statim repleta fui amore, & satietate inæstimabili, quæ quamvis me satiaret, tamen generabat in me maximam famem, tantum inæstimabilem, quod omnia membra tūc disiungebantur, ita quod anima languebat, & desiderabat peruenire ad resendum. Et nollebam, nec videre, nec audire, nec sentire aliquam creaturam, & ego non loquebar. Sed anima mea loquebatur intus clamans, quod amor non faceret eam tanto amore languere, quia vitam æstimabam mortem. Et ad hoc inuocabat B. Virginem primò, & post inuocabat, & obsecrabat omnes Apostolos, quod irent cum eâ, & genuflexerent, & nuntiarent Altissimo, quod non faceret seu nō permetteret eam amplius pati istam mortem, sed quod perueniret ad eum quem sentiebat: & similiter rogabat B. Franciscum, & Eangelistas obsecrabat, & clamabat ad eos similiter.

69 Et dum ex appropinquatione me totam crederem esse amorem, propter amorem quem sentiebam, dicebam: Multi sunt qui credunt stare in amore, & stant in odio, & multi è conuerso, qui credunt stare in odio, *Ex amore
Dei viso
langueat ad
mortem.* & sunt in amore. Anima autem mea quærebat hoc videre certissimè, & Deus dedit hoc mihi sentire manifestè sic quod ego remansi tunc tota contenta. Repleta autem sum illo amore sic, quod non credo, quod possum carere illo amore de cetero, & non possum credere alicui creaturæ aliud dicenti, & si Angelus aliud diceret mihi, ego non crederem, sed responderem: Tu es ille qui cecidisti de cælo.

70 Et videbam in me duas partes, sicut si facta fuisset *Verus Dei* in me vna strata, & ex vnâ parte videbam amorem, & *amor crea-
turæ træ-
formatus in
operando.* omne bonum, quod erat à Deo, & non à me, & in aliâ parte videbam me siccum, & quod à me non erat alij quod bonum, & per hoc videbam, quod non eram ego quæ amabam quantumcumque viderem me in amore; sed illud erat solum modò à Deo: & post istud se readuauit amor, & tunc maiorem contulit amorem, & magis ardenter, quam prius, & erat mihi desiderium eundi ad istum amorem. Et inter prædictum amorem qui est ita magnus, quod non potui tunc scire, quod maior amor possit esse, nisi tunc quando superuenit ille alias mortalis amor. Vnde inter putum amorem & alium mortalem & maximum ardorem, est quodam medium, de quo nihil possum narrare: quia est tantæ profunditatis & tantæ lætitiae tantique gaudij, quod narrari non potest. Et tunc nollem aliquid aliud audire

Amanti Deum nibil disiplinet.

audire de passione, nec etiam vellem, quod nominaretur mihi Deus: quia tunc, quando nominatur mihi, sentio eum cum tantâ delectatione, quod languore crucior p̄ amore: & omne aliud, quod minus est illo, est impedimentum mihi. Et nihil videtur mihi, quod dicitur de Euangelio, nec de vitâ Christi, nec de aliquâ locutione Dei, quia maiora & incomparabilia video in Deo: & postquam remaneo ab illo amore, remaneo tota contenta, tota Angelica, quod diligo bottas & bufores & etiam dæmones, & quidquid video fieri, etiam ipsum peccatum, quando video ab aliis fieri, nō dispiet mihi, credens, quod Deus iuste permittat fieri. Et quando sum in illo statu, si comedeter me canis, non curarem, & etiam non videretur mihi, quod patreret aliquem dolorem. Nectunc est, nec esse potest recordatio, nec memoria dolorosa de passione Christi, nec sunt in isto statu lacrymæ.

Amor Dei tuam videre, & ad eam peruenire, & est tūc cum lætitia maximâ amor sine dolore passionis. Vnâ tamen vice simul cum isto amore se adunauit recordatio inæstimabilis pretij, scilicet, pretiosi sanguinis, per quem data est indulgentia mundo, & mirata sum, quomodo simul potuerint stare, ibi tamen non erat dolor passionis. Passio autem est via & documentum, qualiter debam facere.

Cognoscit Deum in caligine tenebrarum.

71 Et iste status est maior quam stare ad pedem crucis per continuam recordationem, sicut stetit B. Franciscus, quamuis anima frequenter vnum & alium gradum videat, & desideret illam carnem pro nobis mori. *Consequitur per se anima quietem, & delectationem.* Amor Dei tuam videre, & ad eam peruenire, & est tūc cum lætitia maximâ amor sine dolore passionis. Vnâ tamen vice simul cum isto amore se adunauit recordatio inæstimabilis pretij, scilicet, pretiosi sanguinis, per quem data est indulgentia mundo, & mirata sum, quomodo simul potuerint stare, ibi tamen non erat dolor passionis. Passio autem est via & documentum, qualiter debam facere.

72 Quadam vice fuit eleuata anima mea & videbam Deum in tantâ claritate, quod numquam ipsum videram in tantâ, nec illo modo plenissimo, & non videbam ibi amorem, & ego perdidit illum amorem, quem prius portabam, & facta sum non amor. Et post istud vidi eum in vnâ tenebrâ, & ideo in tenebrâ, quia est maius bonum quod nec possit cogitari nec intelligi, & omne quod potest cogitari vel intelligi, non attingit ad illud. Et tunc data fuit animæ fides certissima, vna spes secura & firmissima, vna securitas de Deo continua, ita quod abstulit omnem timorem. Et in illo bono, quod videtur ita in tenebrâ, recollegi me totam, & effecta sum ita secura de Deo, quod numquam possum dubitare de eo, quin Deum habeam certissime: & in illo bono efficacissimo, quod videtur in tenebrâ, est modò spes mea tota recollecta & secura. Frequenter igitur video Deum illo modo, & in illo bono, quod narrari exterius non potest, nec etiam cogitari corde. In illo, inquam, bono certissimo & inclusio, quod intelligo cum tantâ tenebrâ habeo totâ spem meam, & in videndo, quidquid volo habere, totum habeo; quidquid volo scire, totum scio, & video ibi omne bonum. Nec anima in videndo potest cogitare de discessu illius boni, vel de discessu ab illo bono, nec quod debeat de cetero discedere, sed deleatur in effabiliter in illo omni bono, & nihil videt omnino anima, quod narrari possit ore, nec etiam concipi corde, & nihil vider, & vider omnino omnia: & quia illud bonum est cum tenebrâ, ideo magis certissimum, & magis superans omnia, quanto magis videtur in tenebrâ, & est secretissimum. Et postea video cum tenebrâ, quod superat omne bonum & omnia, & omne aliud est tenebra, & omne quod cogitari potest est minus illo bono.

73 Et etiam illud, quando anima videt diuinam potentiam, & quando videt diuinâ sapientiam, & etiam id quando videt diuinam voluntatem, quæ mirabiliter & inenarrabiliter aliâs vidi, est minus illo bono certissimo. Illud enim bonum, quod video est totum, illa verò omnia alia sunt pars, & quando videntur illa alia, quamvis sint inenarrabilia, apportant tamen magnam lætitiam redundantem in corpus. Sed isto modo quâdo videtur Deus in tenebrâ, nō apparet nisi in ore, nec feruore, nec devotione in corde, nec feruentem amorem: quia corpus non tremit, nec mouetur, nec sic alteratur, sicut

Tom. I.

consuevit fieri in aliis: corpus enim nihil videt, sed anima videt, & corpus quiescit, & dormit, & truncatur lingua, quia tunc nihil potest loqui.

74 Et omnes amicitias quas Deus ostendit mihi multas & inenarrabiles, & omnia verba dulcia ab eo mihi data, & omnia alia data & facta in tantum sunt minus illo bono, quod video cum tantâ tenebrâ, quod non pono spem meam in illis: imò si possibile esset, quod essent omnia non vera, nullo tamen modo minuerent spem meam, nec minueretur spes mea securissima, quæ est certa illo omni bono, quod video cum tantâ tenebrâ.

75 Ad istum autem prædictum modum altissimum & omnino ineffabilem videndi Deum cum tantâ tenebrâ & supermirabiliter gratiâ visionis, est mens mea tantum tribus vicibus elevata, quamvis multis & innumeris vicibus viderim istud omne bonum semper cum tenebrâ, sed non prædicto altissimo modo cum tantâ tenebrâ. Et quandoque ex vnâ parte infirmitatibus corpus meum dissipatur, & ex aliâ parte mundus cum suis spinis & amaritudinibus me expellit; & ex aliâ parte dæmones cum multâ molestiâ me affligunt, & quasi cum continuâ persecutione me infestant, habentes potestatem in me: eò quod Deus ad affligendum posuerit in manibus eorum animam meam & corpus, ita quod videtur mihi, quod videam eos quasi corporaliter contra me. Ex aliâ verò parte Deus trahit me ad se illo bono, quod video in tenebrâ, &

76 Video enim sanctam Trinitatem in tenebrâ, & in ipsâ Trinitate, quam video in tantâ tenebrâ, videtur *Trinitas*, mihi, quod ego stem, & maneam in eius medio: & *tu in caligine illâ* illud trahit me plus, quam alia res aliqua, quam haecenus habuerim, vel aliquod bonum, quod viderim; ita *Angela in corpore in firmatibus bus, & ten- rationibus demonum affligitur.* quod istius non est comparatio ad illa. Et quidquid dico de hoc videtur mihi, quod nihil dicam; imò videtur mihi, quod aliquid dicendo maledicam, & meum dicere videtur mihi blasphemare: tantum excedit illud bonum omnia verba mea. Cum etiam videam illud bonum, non recordor tunc, quando sum in illo, de Christi humanitate, nec de Deo homine, nec de aliâ quare, quæ formam habeat, & tamen omnia tunc video, & nihil video.

77 In separatione verò ab illo bono iam dicto video Deum hominem, & trahit animam cum tantâ *Ex facie mansuetudine, vt dicat aliquando: Tu es ego, & ego Christi sum tu.* Et video illos oculos, & illam faciem tuam placabilem, vt amplectetur & attrahat animam meam *emanat illud bonum,* cum immensâ arctitudine. Erillud, quod resultat de *quod in te illis oculis, & de illâ facie, est illud bonum, quod dixi, nebris vi-* quod ego video in illâ tenebrâ, quod emanat, & venit de intus, & illud est, quod tantum me delectat in tantum quod narrari non potest. Et in isto Deo homine stando anima est viua, & in isto Deo homine sto multum, plus quam in illo cum tenebrâ. Illud autem bonum de tenebrâ trahit animam multò plus quam illud de Deo homine sine comparatione. Sed in isto de Deo homine sto quasi continuè, & sic continuè quod quadam vice fuit mihi data securitas de Deo, quod nihil erat medium inter me & ipsum: & extunc non fuit dies, nec nox, in qua non habuerim continuè hanc laritatem de humanitate. Et habeo desiderium cantandi & laudandi Deum, & dico ista: *Laudo te Deum Lectum dilectum:* in tuâ cruce habeo lectum meum factum. *Et sternit B.* pro capitali vel pro plumario inueni paupertatem, & *Angela in* in aliâ parte leeti ad paupendum inueni dolorem cum *cruce Christi fui.* despectione: in prædicto enim lecto ipse fuit natus, conuersatus, & mortuus; & istum amorem istius societatis, scilicet, paupertatis, doloris, & despectus Deus Pater tantum annuit, quod Deus eam Filio suo dedit, & Filius in isto lecto continuè voluit iacere, & semper amavit & concordauit cum Patre. Et in isto lecto ego requieui & quiesco; est enim lectus meus, & in isto lecto spero mori, & per istum lectum credo salua-

R. 3

ri.

Auctore Arnal- ri. Et lætitia quam expesto de illis manibus & pedi-
bus, non potest narrari, quando enim ipsum video,
do.
Prefentia numquā vellem discedere, sed amplius accedere, idē
meum viuere est mori. Et quando de eo recordor, non
suauissima, possum loqui, truncatur enim lingua; & quando disce-
do ab isto, mundus & illa quæ inuenio, compellunt
prædicta desiderare magis. Et idē desiderium meum
propter languorem expectationis est mihi pœna mor-
talis. In his autem visionibus & consolationibus anima
mea sèpissimè leuatur & consolatur à Deo dulcissimo
cui est gloria & honor in sècula sèculorum, Amen.

6.17. 78 Consequenter postea eleuata sum in spiritu, &
inueni me totam intus in Deo, modo alio quād num-
quād confueuerim, & videbar ut mihi, quād eram
in medio Trinitatis, altiori & maiori modo quād
confueuerim, et quād recipiebam maiora bona so-
lito, & quia eram in ipsa bonis continuè, & plena læ-
titias & deliciis & delectamentis maximis & inenarra-
bilibus, quæ omnino sunt supra omnia, quæ vñquam
experta fui. Flebant autem in animâ operationes diu-
na tantum ineffabiles, quād nullus Sanctus nec Ange-
lus posset narrare vel explicare: & intelligo, quād illas
operationes diuinas, & illam profundissimam abyssum
nullus Angelus, nec alia creatura est ita capax, quād
possit eam comprehendere. Et videtur mihi quād il-
lud, quod dico sit maledicere vel blasphemare, & sum
extracta de omnibus, quæ prius habueram, in quibus
confueueram delectari, scilicet, de vitâ, de humanitate
Christi & de illâ consideratione illius profundissimæ
societatis, quam tantum Deus dilexit ab æterno, quam
dedit etiam Filio suo, in quibus etiam ego confueueram
delectari, videlicet in paupertate, in dolore, in despe-
ctu filij Dei viu consueuit esse repausatio mea & meus
lectus. Et sum extracta de omni illo modo videndi
Deum in tenebrâ, quæ me tantum consueuit delectare.
Et sum extracta de omni illo statu priori cum tantâ
vñctione & dormitione, quād nullo modo percipere
potui, nisi quād modò recordor, quād non habeo illa.

79 Et in illis bonis ineffabilibus, & in operationi-
bus diuinis predictis, quæ fiunt in animâ meâ, Deus se-
prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
Modi, qui- bus diuinis predictis, quæ fiunt in animâ meâ, Deus se-
prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
Primus ex bus diuinis predictis, quæ fiunt in animâ meâ, Deus se-
prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
intimâ prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
presentia prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
Dei cui- prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
creature. prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
Presentia prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
Dei quan- prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
tbona ad- prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.
ferat. prius præsentat in animâ faciens operationes diuinæ
ineffabiles; & postea consequenter se manifestat, ape-
riendo se animæ, & donando adhuc ei maiora dona
bitur.

Secundus ex illap- 80 Alio modo præsentatur magis specialiter, &
aliquo valdè diuerso modo à prædicto, & dat aliam lætitiam
ipsius Dei à prædictâ, & recolligit totam animam in se, & facit
in animâ multas operationes diuinæ cum valdè ma-
iori gratiâ, & cum inenarrabili abyssu delectatio-
num & illustrationum, ita quād solum illud præsenta-
re Dei sine aliis donis, est illud bonum, quod Sancti
habent in vitâ æternâ. De donis verò, quæ Sancti habent
in illâ vitâ æternâ, aliqui Sancti habent plura, aliqui pau-
ciora. Quæ dona quamvis non valeam dicere, imò

meum dicere plus est deuastare & blasphemare, quād
aliiquid dicere, dico tamen, quād in eis sunt dilatationes
animæ, quibus anima sit magis capax ad capiendum,
& habendum de Deo: & statim, cum Deus se præsen-
tat animæ, consequenter manifestat se, aperiendo se
animæ, & dilatat animam, & donat ei dona, & dulce-
dines, quas numquā fuit experta, cum valdè maiori
profunditate, quād prædictum sit. Et est extracta tunc **Hec Dei**
anima de omni tenebrâ, & sit animæ maior cognitio **cognitio**
Dei, quād intelligam possit fieri, & sit cum tantâ cla- **major, quād**
ritate & cum tantâ dulcedine, & certitudine, & cum **qua in te-**
tantâ abyssi, quād non est cor quod ad id possit attin- **nbro&ca-**
gere. Vnde nec cor meum potest post redire ad aliquid **lginedata.**
de illo intelligendum, nec etiam de illo aliquid cogi-
tandum, nisi solum modò, quod à Deo donatur animæ,
quād leuatur in id, quād numquā cor potest se de-
cetero extendere in aliquo ad illud. Et idē non potest
aliiquid dicere omnino de illo, nec aliquid verbum re-
petiri potest, quod illud dicat vel sonet, nec etiam co-
gitatio, nec intellectus aliquis potest se extendere ad
illa: tantum superant omnia, sic & taliter, quād Deus
per aliquid, quod dicitur, nec cogitur, commendari
non potest.

81 Scriptura tamen diuina est ita alta, quād non **sacra scri-**
est homo ita sapiens in toto mundo, etiam si habeat **ptura est**
sapientiam quantum potest in isto statu, quād possit **abyssus in-**
eam ita plenè intelligere, quin supereretur intellectus **scrutabilis.**
eius ab eâ, & tamen aliquid balbutit. Sed de illis ope-
rationibus diuinis ineffabilibus illius manifestare Dei,
quæ sunt, & fiunt in animâ, nihil omnino loqui vel bal-
butire homo potest. Et quia anima mea sèpe leuatur in
secreta diuina, idē intelligo illud, quo sancta & diuina
scriptura facilis est & difficilis, & id quo' videretur dicere
& contrâ dicere; & illud quo nullam vtilitatem habet
aliquis de eâ; quia non obseruantes damnantur ex eâ, &
adimplerunt in eis illud, quo alii obseruantes saluantur
in eâ. Et sto desuper hæc cognoscens, & idē rediens de
secretis Dei, securè loquor aliqua verbula, quæ sunt de
extra illas operationes diuinæ ineffabiles, nullo modo
appropinquantes, imò meum loqui de eis & meum
dicere, est deuastare, vnde & dico me blasphemare. Si
enim omnes consolationes diuinæ, & omnes lætitiae **Mirabilis**
spirituales, & omnia delectamenta diuina, quæ vñquâ **consolatio**
in hoc mundo fuerunt, & nonsolùm quæ fuerunt, sed **illius ma-**
etiam si omnes Sancti, qui fuerunt ab initio mundi vñ-
que modò, assidue habuissent explicare de Deo, & si
omnia delectamenta mundana, bona vel mala, quæ
vñquam fuerunt, conuerterentur in bona delectamen-
ta & spiritualia, & durarent mihi, vsquequid perfice-
rentur, & perducerent me ad illud inenarrabile bonū
illius manifestationis diuinæ; tamen pro omnibus præ-
dictis ego non darem, seu non cambiarem delectatio-
nem, quam ego habeo de illo inenarrabili manifestare
Dei, tantum quantum est leuare vel claudere oculo-
rum. Et hoc dico tibi, vt aliqualiter isto modo possim
ponere in corde tuo, quād adhuc illud inenarrabile
bonum, quod ego habeo, superat in infinitum omnia
prædicta. Et non habeo solùm per vnum aperire vel
claudere oculorum, imò habeo per bonum spatium
sæpe; & multotiens illo modo, sed multùm efficaciter.
Alio autem modo, sed non ita efficaciter, habeo quasi
continuè.

82 Et quamvis ego possim recipere tristitias & læ-
titias exteriori aliqualiter & parum, intus tamen in ani- **In animâ**
mâ meâ est camera, in quâ non ingreditur aliqua lætitia **suâ Deo**
cellulam, vel tristitia, nec delectatio alicuius omnino virtutis, **fruxit.**
vel alicuius rei quæ nominari possit; sed intrat in illam
illud omne bonum. Et in illo manifestare Dei (quam-
uis ego blasphemem, sic Christum nominando, quia
non possum ipsum aliquo verbo perfectè nominare)
est tota veritas: & in eo intelligo & habeo totam ve-
ritatem, quæ est in cælo & in terrâ, & in inferno, & in
omni creaturâ cum tantâ veritate & cum tantâ certi-
tudine,

Cognoscit tudine, quod nullo modo, si totus mundus diceret op-
eris possum, possem aliud credere, imo facerem truffas.
Dei. Video enim, qui est, esse; & quomodo est esse omnium
*MS.crea- * creatorum. Et video, quomodo fecit me capacem ad
toris. intelligendum praedicta meliori modo, quam fuerim
haec tenus, quando videbam in illa tenebra, quae me tan-
tum consueuit delectare. Et video me solam cum Deo
totam mundam, totam sanctificatam, totam veram,
totam rectam, totam certificatam, totam cælestem in
eo, & quando sum in isto statu, non recordor alicuius
alterius rei. Et aliquando, quando fui in isto statu, dixit
mihi Deus: Filia diuinæ sapientiæ, templum dilecti, de-
licium dilecti, & filia pacis, in te quiescit tota Trinitas,
tota veritas, ita quod tu tenes me, & ego teneo te. Vna
vero operationum animæ quam Deus tibi dat, est, quod
intelligo cum magnâ capacitatem & cum magno dele-
ctamento quomodo Deus venit in Sacramento altaris
cum illa magnâ & nobili societate. Quando vero re-
maneo, & sum extra illum maximum statum, video me
totam peccatum, & obedientem peccato, obliquam &
immundam, totam falsam & erroneam; sed remaneo
quiescentem in me vna vnitio diuina & conti-
nua, quae est summa omnium vnitio, quas vnu-
quam habuerim omnibus diebus.

Intelligit
mysterium
Eucharistiæ.

Eleuatur
anima in
Deum.

83 Ad prædictum verò statum non sum ego pro-
fecta, sed sum ducta à Deo & eleuata, ita quod ego ne-
sciui istum statum velle, nec desiderare, nec petere, &
sum nunc in isto statu continuè; & sapissimè leuatur
anima mea à Deo, & non requiritur meus consensus:
quia dum ego nec spero, nec cogito aliquid de eo, su-
bitò anima leuatur à Deo & Domino; & comprehen-
do totum mundum, & non videtur mihi quod sim in
terrâ, sed sum in celo in Deo. Et iste excellentissimus
status in quo modò sum, est super alios status quos
adhuc habui: quia est tantæ impletionis, & tantæ cla-
ritatis, & certitudinis & nobilitationis & dilatationis,
quod nullum alium statum sentio appropinquare ei.
Et istud manifestare Dei habui plus quam mille vici-
bus: semper nouiter alio modo, & diverso ab aliâ vice.

Millies
passa est
talem ele-
uationem
Angela.

Cognoscit
excellente
nobilita-
tem anime,
ornata gra-
tiâ diuinâ.

84 Et semel in festo Sanctæ Mariæ Candelariæ ha-
bui illud inenarrabile manifestare Dei: & dum fieret
in animâ meâ, tunc anima mea fuit facta repræsen-
tatio suimet, & vidi anima semetipsam tantæ nobilita-
tis & altitudinis, quantum numquam potueram cogi-
tare nec intelligere, nec aliâ possem credere, quod
anima mea, vel anima, quæ in Paradiso sunt, possent
esse tantæ nobilitatis: & anima mea non potuit tunc
comprehendere semetipsam. Vnde si anima, cum sit
creata & finita & circumscripta, non potest compre-
hendere semetipsam, quanto minus potest compre-
hendere Creatorem suum immensum & infinitum &
incircumspectum?

Offere se-
ipsum Deo
cum sum-
mâ resi-
gnatione.

85 Anima autem mea tunc præsentauit se Deo cum
maximâ securitate, ita quod nullum portabat secum
timorem, sed præsentauit se Deo cum maiori delecta-
tione, quam vnuquam fuerim experta: & cum maiori
& nouâ & excellentissimâ lætitia, & cum tanto nouo
miraculo & tam claro, quod numquam tale potui in-
telligere in animâ meâ. Et in hac obuiatione, quam
tunc habui cum Deo, quando simul intellexi & habui
prædictum inenarrabile manifestare Dei, fuerunt mihi
data verba de Deo altissima, quæ nolo quod scriban-
tur. Quando vero anima ad se reuertitur, hoc sibi re-
manet, & hoc inuenit in se, quod placet sibi omnem
pœnam, & omnem iniuriam sustinere pro Deo; &
quod pro nullâ re, quae fieri vel dici posset, non posset
de cetero ipsam separare à Deo, vnde clamauit anima
& dixit: O dulcis Dominus, quid est, quod possit me à
te separare? Et intellexi mihi dico, quod nihil est, quod
possit me de cetero à Deo separare, gratia eius me-
diante. Hæc autem omnia suprà dicta audiui mihi di-
ci à Deo mirabiliori locutione, quam possum ego ipsa
referre. Dicatum est etiam mihi, quod prædictum ine-

Optat in-
iurias pro
Christo
pati.

narrabile manifestare Dei, est illud bonum, quod San-
cti habet in vita æternâ: nec id bonum est aliud à pra-
dicto, sed est ibi alia experientia & tantum diuerfa ab
illo, quod prædictum est, quod minor Sanctus, qui mi-
nus habet in vita æternâ, habet plus, quam possit dari
alicui animæ existenti in hac vita ante mortem corpo-
ris: & dico quod anima mea in illo inenarrabili mani-
festate Dei, hoc intellexit.

Aucto-
RE AR-
NALDO.
Hat ma-
nifestatio
Dei simili
eß vñfomi
festate Dei, hoc intellexit.

C A P V T V.

Certò intelligit, se in his non decipi.

86 **V**ODAM tempore in festo B. Mariæ Virginis e. 28. aliquanto tempore post conuersionem meam, rogaui beatam Virginem, ut impetraret mihi gratiam à filio suo, quâ cognoscerem, quod non essem decepta in locutionibus quæ fiebant mihi. Facta est autem mihi locutio diuina promittens mihi, quod ita fieret. Subiunxitque dicens: Deus ostendit se tibi, locutus est tibi, dedit sentimentum suum de se tibi: tu igitur evites loqui, videre & audire omnia, nisi secundum eum. Et intelligebam omnia prædicta mihi dici cum multâ dis-
cretione, & magnâ maturitate: & in prædictis locu-
tionibus, quæ fiebant mihi, ego remansi in lætitia, & in
magnâ spe habendi hoc quod postulaueram. Dixit et-
iam mihi in prædictâ locutione, quod fieret mihi gra-
tia, quod quidquid facerem, facerem cum suâ licentia.
Cœpi igitur facere illa tria, quæ dicta fuerant mihi: &
cor meum fuit leuatum ab omnibus terrenis, & posi-
tum in Deo: & quidquid faciebam, siue comedarem,
siue loquerer, non impidebat, quin cor meum semper
esset in Deo, & nihil poteram cogitare, nec videre, nec
sentire, nisi Deum. Et quando steteram ad orationem,
& volebam ire ad comedendum, petebam licentiam,
& ipse dabant mihi dicens: Vade, comedere cum benedi-
ctione Patris & Filii & Spiritus sancti: & dabat mihi
licentiam aliquando citò, aliquando magistardè: &
hoc durauit tribus diebus & noctibus. Tandem facta **Videt Dei**
in spiritu, vidi Deum in quadam Missâ circa eleuatio-
ne corporis Christi. Post cuius visionem remansit in
me dulcedo inenarrabilis & lætitia magna, quâ non
credo carere in totâ vitâ meâ: & in prædictâ visione
certificata sum de prædicto quod petueram, nec re-
mansit in me aliquid dubium de hoc: & ibi fuit mihi
satisfactum & totaliter adimpletum, quod non eram
decepera in locutionibus prædictis.

87 Alio tempore, dum eram in oratione, subi dicitur
etia fuit mihi verba valde placibilia, & dixit ita: Filia
mea dulcis mihi multò plus, quam ego tibi, templum
meum, dilectum meum, cor Dei omnipotentis stat su-
per cor tuum. Et simul cum istis verbis venit mihi sen-
timentum delectabilissimum, quale numquam fuerim
experta; omnia enim membra corporis sentiebant il-
lud, & iacui in istis. Et dicebat iterum: Deus omnipro-
pria
tens suum amorem reposuit in te, plus quam in feminâ
ef in imi-
stius ciuitatis: ipse delectatur in te, & in consociâ tuâ. & in iudi-
cione corporis Christi. Post cuius visionem remansit in
me dulcedo inenarrabilis & lætitia magna, quâ non
credo carere in totâ vitâ meâ: & in prædictâ visione
certificata sum de prædicto quod petueram, nec re-
mansit in me aliquid dubium de hoc: & ibi fuit mihi
satisfactum & totaliter adimpletum, quod non eram
decepera in locutionibus prædictis.

88 Iterum subiungebat: Tantus est amor Dei omni-
potentis, quem posuit in vobis, quod continuè stat vo-
biscum, sed non cum istis sentimentis, & oculi sui sunt
modò in vobis. Et videbatur mihi, quod ego viderem
oculis mentis meæ diuinos oculos: & delectabant me
plus quam possum exprimere, & doleo quia ista dici-
mus modò pro truffis. Quamuis autem esset ista lætitia
magna, reducebantur tamen mihi ad memoriam pec-
cata mea; & nullum bouum videbatur esse in me, &
videbatur mihi, quod numquam aliquid fecisset,
quod Deo placere deberet. Dubitabam autem pro eo,

R 4 quod

**Aucto-
re AR-
NALDO.** quod ita magna mihi dicebantur, & cœpi dicere: Si tu, qui mihi loqueris, es filius Dei omnipotens, numquid anima mea reciperet maiore lœtitiam, quam recipiat? Illam enim lœtitiam numquam possem sustinere, sentiendo te in me esse, & quia ego sum ita indigna. Et respondit: Quia nolo, non est tibi modus maior lœtitia, est tamen tibi maior parata; & scies, quod totus mundus est plenus de me. Et tunc videbam, quod omnis creatura erat plena ipso, & dicebat mihi: Ego possum facere omnia, & quod me videoas, sicut quando conuersatus fui cum Apostolis, & non me sentias. Hæc autem non dicebat verbis corporalibus. Anima autem mea omnia comprehendebat, quod ita diceret, & multò maiora, & ita veraciter sentiebam esse.

89 Ad declarandum autem, utrum esset verum quod dicebat, anima mea clamanuit: Postquam ita est, quod tu es Deus omnipotens, & sunt vera ista, quæ dicas, quæ sunt ita magna, da mihi signum, quod sim secura, & extrahe me extra dubium. Et quærebam, quod ipse daret vel diceret aliquid signum corporale, quod possem videre, videlicet quod ponetur in manu meâ vnam candelam, aut lapidem pretiosum, aut aliam rem: aut daret mihi aliud quodcumque signum, quod ipse vellet, promittens quod ego non ostenderé illud signum, nisi cui ipse velleret. Et ipse respondit, Istud quod quæris, est signum, quod daret tibi solum lœtitiam, quando videres id, aut quando contrectares illud, sed non traheret te de dubio, & posses esse decepta in tali signo. Ego autem dabo tibi signum melius, quam illud quod

*Illuminari
in cognitio-
ne Dei, &
feruere in
eius amore
signū pra-
sentia Dei
in creatu-
rā suā.*

tu queris: quod signum erit tecum continuè intus in animâ tuâ, & quod semper senties. Signum autem erit istud: Tu semper eris feruens in amore, & de amore Dei, & illuminata cognitione Dei intus in te. Hoc autem signum sit tibi certissimum, quod ego sum, quia hoc signum non potest facere alius, nisi ego, & hoc est signum quod ego dimitto intus in animâ tuâ, quod tibi est melius alio, quod petisti. Dimitto in te vnum amorem de me, quo anima tua erite bria, feruens & calida assidue de me, ita quod tribulationes amore mei tolerabis. Et si quis tibi dixerit malum vel fecerit, tu habebis in gratiâ, & clamabis te indignam tali gratiâ.

*Effectus in-
flammari
desiderij et
desiderium
patiendi.*

Istum enim amorem habui ego ad vos, qui fuit tantus, quod pro vobis omnia sustinui patienter & cum humilitate. Tunc igitur cognosces, quod ego sum in te, si quando quis dixerit vel fecerit malum tibi, tu habeas non solum patientiam, sed hoc habeas in magno desiderio, & pro gratiâ: & hoc est certum signum gratiæ Dei. Et ecce ego modò vngote vno vnguento * syrocoso quo vñctus fuit vñus Sanctus, qui fuit vocatus S. *Cyricus & alij multi Sancti.

90 Sentiebam igitur subito vñctionem illam cum *Mysticè in-
tantâ dulcedine, quod ego desiderabam mori, & quod
uncta, optat mors mea esset cum omni tormento corporali, nec æ-
multa pati.* stimabam aliquid tormenta quæ sustinuerunt Sancti pro Christo, sed terribilia torments desiderabam mihi pro Christo inferri. Et desiderabam quod totus mundus diceret mihi verecundiam, & quod mors inferretur mihi cum omni tormento. Et erat mihi multum delebile, rogare Deum pro illis, qui mihi hæc omnia mala facerent, & non mirabar de illis Sanctis, qui rogaerunt Deum pro interfectoribus & persecutoribus suis: quia non solum debebant rogare Deum, imò etiam conari specialem gratiam pro eis impetrare. Paratissima igitur eram rogare Deum pro illis, qui mihi mala fecissent, & cum magno amore diligere eos, & eis compati. In illâ autem vñctione sensi tantam dulcedinem intus & extrâ, quod numquam tantam senseram, quam etiam non possum verbis manifestare in aliquo, nec parùm nec multum. Et erat hæc confitatio alia & alterius modi, quam aliae fuissent, quia in aliis delectationibus desiderabam statim exire de sæculo, sed in istâ erat desiderium, quod mors mea esset grauis, & longa cum omni tormento, & quod omnia

tormenta de mundo essent in quolibet membro, & tamen hæc omnia videbantur mihi pauca. Et comprehendebat anima mea, quod omne tormentum erat patrum respectu illorum bonorum, quæ promittuntur in vitâ æternâ, & anima mea comprehendebat certissime ita esse. Et si omnes sapientes mundi dicerent mihi aliud, non crederem. Et si iurarem, quod omnes, qui vadunt per istam viam supradictam, saluantur, non crederem mentiri. Et istud signum dimisit sic firmum intus in animâ meâ, & cum tanto lumine claram & illustratam, quod credo, quod sustinerem martyrium anteà quam possem aliter esse. Et hoc signum sentio continuè, quod est recta via salutis, scilicet diligere, & desiderare pati pro amore Dei.

91 Et audiui locutionem à Deo mihi factam dicentem: Facias scribi in fine istorum: Reddantur gratia Deo: & quicumque vult conseruare gratiam, non leuet oculos à Cruce, siue sit in lœtitia, siue in tristitia, quam ego dem sibi vel permittam. Ea autem, quæ super dicta sunt de prædicto signo, intelligebat anima mea magis plenè, quam possum dicere, & cum plenitude, quæ dabantur mihi intelligi multò plura, quam loquimur, & pleniùs & cum magnâ delectatione & affectione, de quâ omnino nihil dicimus, nec dicere possumus, & Deus velit, quod non sit mihi peccatum, quia ita male & cum defecctu refero.

*Gratia
Dei in
Cruce con-
seruatur.*

CAPUT VI.

Septem reuelationes circa Paſſionem Chriſti.

92 **Q**VADAM vice ego eram in meditando de Paſſione & de paupertate filij Dei incarnati; Chriſtus autem ostendit mihi, & videbam paupertatem eius tam magnam, quam clarè demonstrabat in corde meo: & volebat quod ego viderem, & benè confidere: & videbam illos, pro quibus se fecit pauperem: & tunc habui, & sensi maximum dolorem & reprehensionem, ita quod cor meum quasi deficiebat.

93 Post hæc autem amplius demonstrauit mihi de *Desolatus
suâ Paſſione: & tunc videbam eum pauperem de ami-
cis & parentibus: & videbam eum tam pauperem de
seipso quod non posset secundum humanitatem se adiuuare.* Et quamuis dicitur quod tunc diuina potentia erat abscondita propter humilitatem; ego dico, quod non erat abscondita: & de hoc recepi tunc documentum à Deo, quod non erat abscondita, & tunc habui & sensi maiorem dolorem quam anteà, quia in illo ego cognoscetam tantam superbiam meam, quod post illud adhuc non possum habere lœtitiam. Adhuc ego stabam & eram in meditando de passione istius filij Dei incarnati, & meditabam cum dolore. Et amplius placuit sibi ostendere mihi plura de suâ Paſſione, quam fuerant illa, quæ audieram referri: & intelligebam quomodo Chriſtus in Paſſione suâ videbat omnia corda obstinata illorum impiorum contra se, & videbat omnia membra cum grandi sollicitudine destruere nomen suum. Et videbat quomodo habebant *Furoři Iu-
daorum traditum.* magnam memoriam & studium ad eum destruendū, & videbat omnes subtilitates, astutias, & machinationes, quas impij faciebant cōtra eum. Et videbat omnia consilia, & multitudinem detractionum, & iras illas, & furores grandissimos eorum, & videbat omnes apparatus eorum, & omnes cogitationes, quas habebant & faciebant, quomodo possent eum crudelius affligere. Crudelitas enim passionis sua fuit multa, & videbat omnes pœnaltates & iniurias & verecundias. Et anima mea videbat plus de passione suâ, quam ego nolo dicere, imò volo tacere.

94 Et tunc anima cum clamore dicebat: Sancta Maria mater * afflicta, dñe mihi aliquid de istâ Paſſione benedicti filij Dei, quia tu vidisti plus de istâ Paſſione, quam alius Sanctus pro zelo, quem habuisti conti- **exc. affli-
cti.
Petit doce-
ri à B. Vir-
&*

Sanctis & cerbitatem passionis Christi. & cum oculis mentis, & intentissimè considerasti, pro eo quod summè eum dilexisti. Iterum clamabat anima mea dicens: Est alius Sanctus, qui sciat mihi dicere aliquid de istâ Passione, de quâ non audio fieri memoriam, nec aliquid loqui nec referri, sicut anima mea vidit, quoniam tanta est quod eam referre non possum?

Inexplorabilis dolor Passio-nis Christi. Passione enim Christi tantam vidi anima mea, quod, quantumcumque S. Maria viderit plus, quam alius Sanctus, multis modis tamen intelligo, quod nullo modo posset illam dicere, nec etiam alius Sanctus. Et si quis illam diceret, ego dicem: Tu es ille, qui sustinuisti eam. Visâ igitur sic passione filij Dei, ego fui in maiori dolore, quam vñquam fuerim. Si enim corpus meum hîc deficeret, non esset mirum. Adhuc enim non possum habere lætitiam, quando recordor, & perdidi illum vigorem animi quo solebam esse lata, nec potui latare de multo tempore.

c.31. 95 Alterâ vice fuit mihi denuntiatus ille dolor acutus, qui fuit in animâ Christi, qui dolor fuit tantus, quod cor non sufficit ad cogitandum, nec lingua ad dicendum. Et quia in filio Virginis vidi tantum dolorem, anima mea facta est afflictissima, & in tantum dolorem transformata, quod numquàm fui in tanto dolore, & ideò non poteram inuenire aliquam lætitiam.

Cause, cur dolor pa-sionis Christi fuerit acutissimus. Anima autem mea tunc intelligebat multiplicem causam & rationem, quare dolor ille fuit acutissimus. Anima enim illa erat sine omni peccato & sanctissima, & pro se nullam debebat recipere punitionem. Ité quia solum recipiebat eam pro nostro grandissimo amore, & pro nobis ingratissimis & indignissimis, qui etiam dum nos redimebat per passionem, ipsum deridebamus & subfannabamus. Item quia peccatum crucifigentium fuit maximum, quia anima illa, quae omne peccatum odibat, & sibi displacebat, multum doluit, plus quam de alio peccato. Item quia gentes erant multæ, quæ istud peccatum fecerunt. Gentiles enim, & Iudæi, & ferè omnis orbis contra eum in die festo fuerunt conuenientes, quantùm ad nationes, ideò dolor grandis. Item propter malitiam suorum aduersariorum, quorum tantum studium erat ad destruendum eum, & memoriam eius; & nomen eius, & electos discipulos eius. Item quia compatiebatur discipulis à fide cadentibus & persecutionem propter eum sustinentibus. Item cōpatiebatur matri dolorissimæ. Item quia fuit dimissus in pœnis sine adiutorio, sive consolatore. Item quia illa sanctissima & nobilissima anima recipiebat dolorem ab omni parte, & recipiebat tristitiam & angustiam, & dolorem de omnibus doloribus, & pœnabilitibus, quas recepit illud sanctissimum corpus delicatum virgineum, quæ omnia adunabantur in vnâ sanctissimâ solâ animâ eius, & multa alia quæ ostendebantur clare mihi, quæ ego nolo, nec possum dicere.

Transfor-mata in dolorem crucifixi Christi crucifixi, accepit pa-cem inter-nam, & voluntatis conformi-tatem. Vnde extra me facta præ dolore transformata fui in dolorem crucifixi. Diuina autem misericordia fecit mihi propter hæc gratiam: primò, quia voluntatem meam firmavit ita, quod ego non possum velle nisi sicut ipse vult. Secundò, quia ipse posuit animam meam in uno statu, in quo recipio modicas mutationes, & habeo Deum in tantâ plenitudine quod iam non sum in illo statu, in quo solebam, sed sum ducta in summa cordis, & carnis, & mentis pacem, & sum contenta de omnibus.

c.32. 96 Cogitabam alterâ vice de magno dolore, quem Christus sustinuit in cruce, & cogitabam de illis clavis, de quibus audiueram dici, quod clavi illi de manibus & pedibus carnem portauerunt intus in ligno, & desiderabam videre, vel saltem illud parum de carne Christi, quam clavi illi portauerunt intus in ligno. Et tunc habui tantum dolorem de illâ pœna Christi, quod non potui stare in pedibus. Sed inclinaui caput & sedi & vidi Christum inclinatorem caput super brachia mea, quæ proieceram in terrâ, & tunc ostendit mihi guttura suum & brachia: statim autem prior tristitia conuersa

est in tantam lætitiam, & sic diuersam ab aliis lætitiis, Avcto-
quod non videbam nec sentiebam nisi id: tanta autem RE AR-
erat pulchritudo illius gutturis, quod est ineffabile. Et ^{Summâ} NALDO.
tunc intelligebam illam pulchritudinem resultare ex cum lætitia
diuinitate eius: nihil autem ostendebatur mihi, nisi id ^{videt gut-}
gutturn pulcherrimum & suauissimum, nec scio com- tur & bra-
parare illam pulchritudinem alicui rei, nec colori de chia Christi,
mundo nisi tantummodò claritati corporis Christi, ^{st.}
quam aliquando video quando eleuatur.

97 Alterâ vice feriâ quartâ maioris hebdomadæ c.33, ego eram in meditando de morte filij Dei, & medita-
bar cum dolore, & conabar euacuare mērem de omni
aliâ impleturâ, vt possem animam habere magis recol-
letam in istâ Passione, & morte filij Dei; & eram tota
occupata in isto studio & desiderio, quomodo possem
euacuare mentem de omni aliâ impleturâ, vt possem
efficiacius de hoc cogitare. Et tunc fuit facta ista Jo-
quintio in animâ dicens: Ego nō te amauit per truffam.
Istud autem verbum fuit quedam percussio mortalis *Magnus a-*
doloris in animâ meâ, quia statim sunt aperti oculi *mor Christi*
animæ, & videbam clarè, quomodo erat verissimum *erga genus*
hoc quod dicebat. Videbam enim opera & effectum
illius dilectionis; & videbam omnia, quæ facit hic fi-
lius Dei pro isto amore. Et videbam quæ sustinuit in
vitâ & in morte iste Deus homo passionatus pro isto
indicibili & eiuscero amoore, & intelligebam prædi-
ctum verbum esse verissimum, quod scilicet me non
amauit per truffam, sed verissimo & perfectissimo &
eiuscero amoore me dilexit.

98 Et ego videbam totum contrarium in me, quo- *Hominum*
modò ego non amabam eum, nisi per truffam, & non *amor erga*
veraciter. Et hoc videre erat mihi pœna mortalís & *Christum*
dolor intolerabilis, ita quod credebam mori: & tunc
subito dicta fuerunt mihi alia verba, quæ augmenta-
uerunt dolorem meum, quæ fuerunt ista. Iterum, quod
prædictum est, subiungendo, Ego, inquit, te non dilexi
per truffam; ego non seruui tibi per simulationem;
ego te non sensi per elongationem: & tunc augmenta-
ta fuit prædicta mortalís pœna & dolor. Tunc autem
exclamauit anima & dixit: O magister, istud quod di-
cis non esse in te, est totum in me, quia numquàm te
amaui nisi per truffam, & cum mendacio, & simulatio-
ne; & numquàm volui approximare tibi in veritate, vt
sentire de laboribus, quos tu pro me sentire & tolere-
re voluisti: & numquàm seruui tibi veraciter, &
propter te, sed cum duplicitate & negligenter.

99 Videndo igitur hæc prædicta quomodo me ve-
raciter amauerat, & omnia ligna verissimi amoris esse
in eo, quomodo se totum & totaliter dederat ad ser-
viendum mihi, & quomodo se mihi appropinquaverat,
sic quod factus fuerat homo, vt dolores meos in se
veraciter portaret, & sentiret; & videndo totum con-
trarium in me, tantus dolor & pœna erat mihi, quod *Ob dolor*
ferè moriebar, & sentiebam, quod præ dolore maximo *ex amore*
costæ pectoris disiungebantur, & cor videbatur mihi *fro* *torpore*
quod vellet crepare. Et cum cogitarem specialiter in *conceptum*
illo verbo, Ego non te sensi per elongationem, ipse ad *costæ B.*
didit dicens, Ego sum, inquit, plus intimatus animæ *Angela*
tuæ, quam anima tua sibimet. Sed & ex hoc augmen-
tatus est dolor, quia quantò magis videbā mihi Deum
intimatum, tantò magis cognoscet me elongatum
ex parte meâ, & postea dixit aliqua verba manifestan-
tia, & eiuscera sui amoris, & dixit: Si quis vellet me
sentire in mente suâ, non auferet me sibi, & quicum-
que vellet me videre, cum magno placentio darem
sibi visionem meam, & quicumque vellet loqui me-
cum, cum maximo delectamento loquerer cum eo. Ista *Signa ele-*
autem verba excitaerunt in me vnum desiderium, sci-*tionis* di-
licet nolle sentire, nec videre, nec loqui, nec agere ali-*una*.
quid in quo esset offendio Dei. Et hoc est, quod specia-*1. cauere*
liter requirit Deus à filiis suis, & ab electis suis; vt quia *cati* *offen-*
vocati sunt & electi ad eum sentiendum, & videndum dera-
eum, & ad loquendum cum eo, vult quod omnino

Aucto- caueant à contrariis, sic autem ostensum est mihi & di-
RE AR- cūm. Illi qui sunt amatores, & sequaces illius pauper-
NALDO. tatis, doloris, & despectus mei, quæ ego semper habui,
2. **amare** illi sunt filii mei legitimi & electi, & quorum mens est
Christum, fixa in istâ passione, & morte: vbi est vera salus & viu-
& sequi, ac crucifere. ficiatio omnium, & non alibi, illi sunt filii mei legitimi,
& alij non sunt filii.

100 **Quadam** aliâ vice, dum essem in ecclesiâ B. Francisci, circa elevationem corporis Domini, organis cantantibus Angelicum hymnum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. & tunc fuit anima mea in ipsum lumen increatum assumpta, & eleuata, sic ab horpta & attracta quod est totum ineffabile. Et quidquid dicitur hîc, est omnino nihil: & nullo humano potest exprimi illa benedicta creatura illius increati Dei omnipotens. Post talē abyssalem absorptionem in Deum, remanente mihi priori attractu & influentiâ, apparuit *Vide: Chri-*
stum quia si mihi effigies illius benedicti Dei & hominis crucifixi, *primò mor-*
de parebat sic recens & rubicundus & per vulnera ef-
cruce depo-
fluens, ac si immediatè tunc de recentibus plagis &
vulneribus effunderetur. Tunc etiam apparuit in iun-
cturis illius benedicti corporis tanta dissolutio com-
pagnis & vnionis in iuncturis omnium membrorum ex dirâ & crudeli protensione, & traetura horribili
membrorum virgineorum, scilicet ab illis homicidis ma-
nibus peccatorum super patibulum crucis, quod nerui
corporis harmonia, nulla tamen apparebat in pelle
dissolutio-
continuitatis dissolutio. Ad huius igitur aspectum tan-
tâ compassione transfixa sunt omnia viscera mea, ita
quod verè in crucifixi dolores tota videbar corpore
& mente transformata.

101 Et maiori configebat telo in aspectu dictæ solutionis compagum & protensionis membrorum, ex quâ omnes nerui videbantur laxati, & dissipati & ossa dinumerata, quâm in aspectu vulnerum apertorum, quia in illis magis mihi intimabatur passionis secretum, & dira crudelitas torquentium ipsum. Eterat verè tantæ compassionis aspectus sic cruciati corporis boni & dilecti Iesu, quod omnia non solum interiora mea, sed & ossa, & iuncturæ nouum videbantur sentire dolorem, & nouum prouocare lamentum, & terribile doloris transfixi tam mentis quam corporis sentimentum.

102 Dum igitur sic tota starem absorpta ab illo dolore, & quasi in dolores crucifixi transformata, audiui *Sancte be-*
nedictiones crucifixum super deuotis ad suam passionem, & super *à Deo imi-*
tantibus, imitantibus ipsam, & super sibi compatientibus, dulcis-
compatiens benedictiones ingeminantem, & dicentem: Be-
batis Christi nediti vos à Patre meo, qui mihi compassi, & mecum donata. Similiter contribulati, & viam meam secuti, stolas vestras in meo sanguine lauare meruistis. Benedicti, qui mihi pro vobis crucifixo, & immensis doloribus afflito, vt ab immensis & æternis tormentis pro vobis satisfaccerem, & vos redimerem, mihi compati, & mecum paupertatem, dolorem, & despectum pro vobis ipsi compatiendo, digni inuenti estis. Benedicti qui meæ passionis, quæ est miraculum omnium sæculorum, salus & vita perditorum, solum refugium peccatorum, memores, & deuoti, & compatientes eritis, quoniam verè & regni, & gloria, & resurrectionis, quæ per ipsam acquisihi, eritis participes mecum, & coheredes in perpetua sæcula sæculorum. Benedicti vos à Patre meo, & Spiritu sancto, & verè benedicti benedictio ne, quam dabo in extremo iudicio, quia me in mea propria venientem, sicut mei persecutores, non repulisti, sed me desolatum in cordis hospitio per compassionem hospitem recipere voluistis, qui mihi in cruce nudo existenti, famescenti, stienti, infirmo, clavis affixo, & morienti compati, & consocij mei esse voluistis, in hoc verè opera misericordiae compleuistis. Ideò audietis in illâ terribili horâ: Venite benedicti Pa-

tris mei, percipite regnum quod, &c. Esuriui enim in cruce, & saltum per compassionem dedistis mihi manducare, & cetera omnia mirabiliter subiungebat. Dico autem, esse impossibile exprimere eius ceratum amorem, qui relucebat in asperu oculorum illius benedictæ faciei Dei hominis Iesu Christi super istos, unde & adhuc subiungebat: O vos verè beati, & omnino benedicti & hi in cruce pro meis crucifixoribus & tortoribus cum lacrymis & fletu rogaui Patrem meum, & excusat dicens: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt; quid pro vobis, qui mihi compassi, deuoti, & consocij fuistis, dicturus sum, cum non in cruce, sed in gloriâ felicissimus orbem iudicabo? Sic igitur remansi plus quam dici possit consolata, & ad passionem benedicti filii Dei plurimum affecta tantâ affectione, quod ipsam exprimere non possum. Verba enim alia plura, & aliter prouocativa, & summè inflammativa proferebat, quæ referre nescio, neque possum.

103 Aliâ vice, dum orarem, & in passione Iesu Christi meditarer cum cordis summo dolore & compas-

sione, cogitando & ponderando, quanta esset magnitudo iniquitatis in omni peccato meo, cum ad eius re- *Ex acerbi-*
conciliationem & remissionem, antequam Deus Pater *tate torme.*
placari posset, oportuit Dei filium, non solum orare, *torum &*
& cum lacrymis rogare, sed omnino oportuit in cruce *mortis*
mori pro eo. Ponderando etiam, quanta potest esse *Christi pō-*
damnatio, & quanta & quam infinita miseria, & innu- *deranda est*
merabilia tormenta, quæ me expectant pro omni pec- *nostra of-*
cato mortali meo, quod pro eius satisfactione oportet *magnitu-*
tuerit, non Angelum, neque Archangelum, sed Deum
*verum Dei filium Iesum Christum mortis miseri-*do.**
riam, & crucis tormentum pati & pro me tolerare.
Ponderando etiam meam ingratitudinem, quam pro
tanto beneficio non solum illi pro eo facio, immo ipsum
quotidie offendô, & nec de beneficio suæ resurrectio-
nis recordari volo, nec ad meam salvationem pœnitentiam agendo, cum eo cooperari curio: stupendo
me de istis, de Dei infinitâ bonitate & misericordia, &
de meâ summâ iniquitate, & stultitiae. Dum hæc cogi-
tarem, manifestatum est mihi, qualiter per Passionem
Christi liberati sumus ab omni genere peccatorum,
& tormentorum, & pœnarum, quæ pro eis meruimus. Et
ostensum fuit mihi ita clarè, quod vix potui me tenere,
quin coram omnibus id clamarem. Vicitum est igitur
mihi sic à Christo crucifixo mihi apparenti, ut in cruce
fuit pro nobis appensus: Nullus homo, nulla persona
poterit habere excusationem suæ salutis. Quia ad suam
salutem procurandam non oportet plus facere, nisi
sicut facit infirmus medico, qui volens salutem, ostendit ei infirmitatem, & disponit se ad faciendum quæ
medicus dixit. Ita nunc non oportet, quod aliquis plus
faciat, nec aliquid in medicinis expendat, nisi quod
ostendat se medico per peccati recognitionem &
confessionem, & disponat se ad illa, quæ sibi dicit me-
dicus, & caueat à contrariis.

104 Comprehendebat autem anima mea, quod *Anima*
medicina erat sanguis Christi, & ipse dat sine pretio *medicina*
hanc medicinam, & non constat plus infirmo pecca- *sanguis*
tori, nisi quod disponat se, & medicus Christus dat sibi *Christi.*
salutem, & sanat infirmitatem. Animæ autem meæ
ostendebatur omnia peccata, & videbat, quod omnia
membra habebant infirmitatem spiritualem. Et ideo
audiens, quod dictum est, statim anima mea conaba-
*tur ostendere omnia peccata, quæ cum diuersis mem-*Singulis*
*bris corporis & cum viribus & potentissimis animæ fece-*membris**
rat, & dicebat: O Domine magister & medice æternæ
salutis Deus meus, ex quo cum solâ flebili ostensione
*infirmitatum mearum & morborum me curare dis-*nostris Dei**
posuisti; Domine cum sim infirmissima, nec est aliquid
*in me quin totû sit corruptum & infectum, heu mis-*offendimusi.**
randa, tibi ostendo Domine omnes infirmitates meas
& omnia peccata mea omniū membrorum meorum
*& partium animæ & corporis. Tunc igitur incepit assi-*gnare***

gnare omnia peccata, & dicebam: Domine misericors medice, respice caput meum, quomodo ipsum cum signis superbia frequentier ornavi, capillos torquendo deformavi, & alia multa peccata feci. Respice Domine oculos miserabiles impudicitias plenos, inuidiam infectos, &c. Et similiter studebam assignare & ostendere omnia alia peccata omnium membrorum.

Singulorū membrorū peccatis respondent proprij cruciatus Christi.

105 Auditis igitur eum magnā patientiā omnibus istis Christus lātante, & cum iucunditate respondebat, quomodo per ordinē ista omnia sanabat, & mul-tū animæ compatiendo dicebat: Ne timeas, neque desperes filia, quoniam & si mille mortibus & morbis essemus infecta & mortua, cum medicinā, quam ministrabo, sanari poteris, si tamen animæ tuæ & corpori ipsam applicare per deuotionem volueris. Infirmitatibus enim capitī, quas dixisti, & multiplicitate ostendisti, properas Deo displices, & tu doles in te, quas incurristi lauando, peccinando, vngendo, colorando, ornando, crines torquendo, te effe-rendo, superbiendo, vanam gloriam querendo ut appareres hominibus contra Deum; propter quæ in inferno & in profundissimo lacu deiici & humiliari, & perpetuò tamquam vilissima reputari debebas, ego satisfeci, & pœnitentiam egī, & grauiissimam pœnam tolerauī. Nam pro loturā, peccinaturā, & vñcturā, quæ es abusa, caput meum sanctissimum fuit tractum, depilatum, spinis acutissimis punctum, arundine percussum, & totum sanguine cruentatum, & omni ludibrio & contemptui viliter subiectum, & vili coronā coronatum.

Peccata nobra & Christi tormenta faciei.

106 Infirmitatibus etiam faciei, quas incurristi lauando similiter, & vngendo, hominibus miseris ostendendo, & eorum gratiam querendo, ego medicinam confeci, & ordinavi. Nam pro peccatis huiusmodi satisfeci, nam spuriis sordidissimis vilissimorū tota facies mea fuit inquinata & deturpata, alapis grauiissimis fuit tumefacta & deformata, panno sordido fuit velata.

Oculorum. Pro oculis etiam tuis, quibus respexisti vana & nocua, & fuisti in ipso aspectu multiplicitate delecta contra Deum, ego satisfeci. Cum ipsis enim oculis meis lacrymas amarissimas effudi, & ipsos velatos habui, &

Aurium. fanguine manante à capite habui balnearios. Pro auribus tuis, quibus Deum offendisti, audiendo vana & nocua, & in talibus fuisti delecta; ego pœnitentiam maximam feci: nam auribus meis audiui multa, quæ multam & maximam tristitiam afferebant, scilicet falsas accusationes, detractiones, insultationes, maledictiones, derisiones, subfannationes, blasphemias, & ini quam contra me sententiam, & fletum piissimæ matris meæ, mihi dolorosissimè cōdolentis. Pro peccatis oris tui & gulæ tuæ, quo delecta fuisti in comedatione & ebrietate & ciborum suauitate; ego habui os fame, & ieunii, & siti tabefactū, & aceto, myrrâ & felle amaricatum. Pro peccatis lingue tuæ, quam ad detractiones, calumnias, irrisiones, maledictiones, blasphemias, mendacia, periuria, & alia peccata laxasti, ego habui os meum coram iudicibus & falsis testibus clausum, & non habui in ore meo excusationem, sed pro malefatoribus meis Deum toto corde rogaui, & semper veritatem prædicau. Pro peccatis odoratus tui, quo in floribus, & odoribus delecta es; ego fætores abominabiles spuorum, & sensi, & super faciem meam, oculos, & nates tolerauī.

Oris & gula. 107 Pro peccatis quæ fecisti cum collo tuo, ipsum irâ & superbiâ & lasciuâ agitando, & contra Deum extendendo; ego habui collum meum multiplicibus humerorū colaphis & alapis verberatum. Pro peccatis scapularum & humerorum tuorum, quibus offendisti Deum, diuersa contra Deum portando; ego pœnitentiam feci, crucem, in quâ suspensus fui, baiulando. Pro peccatis manuum tuarum & brachiorum tuorum, quibus multis malos amplexus, & tactus, & mala opera fecisti; ego habui manus grossis clavis transfixas, & in ligno affixas & pressas, totum meum corpus in patibulo

sustinendo, & sustentando. Pro peccatis cordis tui quo Avcto-peccasti, irâ, inuidiam, tristitiam & malo amore, & malis RE AR-concupiscentiis & cupiditatibus; ego habui cor meum NALDO. & latus meum lanceâ acutâ transfixum; ex quo medicina validissima ad curandum omnes cordis passiones & peccata sufficienter emanauit, aqua scilicet ad refrigerandum malas concupiscentias & amores, & sanguis ad remittendum iracundias, tristitias & rancores. Pro peccatis pedum tuorum, quibus peccasti, cho-Pedum. reando vanè, & lasciuè ambulando & euagando, ego habui pedes tortuosè non ligatos, sed transfixos & clavatos in ligno crucis; & pro sotularibus rostratis & fenestratis, ego habui pedes sanguinolentos sanguine eorum & totius corporis adeo desfluent.

108 Pro peccatis totius corporis, quo peccasti, Totius corp- ipsum deliciis, somno & quieti dando, & diuersimodè poris. delectando; ego fui in cruce affixus, terribiliter verberratus, in modum pellis tractus & in cruce extensus, sudeore sanguineo torus usque ad terram madidus, & du-rissimo ligno strictissime applicatus, & tandem atrocissimo tormento ibidem laborans, clamans, suspirans, flens, plorans & eulans, mortuus sum, à crudelissimis imperfectus. Pro peccatis tuorum ornamentorum Vestium & & vestium superfluarum, vanarum, & curiosarum, ego ornatus. in cruce nudatus sum, vilissimis rupam meam & vestes sibi diripientibus & ludentibus in oculis meis. Ego nudus, sicut de Virgine natus sum, frigori, vento, aëri, omnium hominum & feminarum aspectui, in alto, ut melius viderer, & magis itinerer, & verecundiā paterer, expositus sum & expansus. Pro peccatis Diuinitarū. tuarum diuinitarum, quæ fecisti malè acquirendo ipsas, expendendo & retinendo, ego pauper fui non habens palatum, neque domum, neque tugurium, ubi nasceretur, nec viuens ubi manere; neque mortiens sepulcrum habuisse, sed canibus & auibus suis dimisus, nisi quidam pietatis intuitu, & in ea miseriæ compatiens, me in suo sepulcro receperisset. Meum sanguinem, meam vitam hominibus peccatoribus sum largitus, & sic nihil mihi retinui, sed in vita & in morte semper pauper esse volui & permansi. Et quia anima per peccata singula fuerit interius delecta videt Christum in animâ suâ sanctissimâ dolores multimos diuersos & horribiles percutuisse; scilicet passionis corporeæ, quia anima indicibiliter cruciabatur; & passionis Matri sanctissimæ, & per peccatum subtractum diuinæ reuerentia; & etiam ex compassione nostræ miseriæ. Qui dolores in animâ illâ sanctissimâ simul adu-nati, ipsum horribilissimè & indicibiliter cruciabant.

109 Quid plura? nullum peccatum, nullum animæ morbum assignare poteris, quin ego remedium attulerim, & pro omnibus satisfecerim suffcienter, & pro infinitis tormentis & doloribus, quos misera anima tolerare in inferno debebat pro peccatis supradictis, ego totaliter dolui & tormentatus sum. Quod si in negligentiâ tuâ non remaneat, amplius dolere non oportebit: dum tamen hic mecum condoleat & mihi compatiatur, & pœnarum mearum, ignominiarum, & paupertatis, & despectuum socia, dum hic viuit, co-existat. Et quia Maria Magdalena, quæ erat infirma, hæc habuit, & desiderabar liberari, id est fuit ab omni suâ infirmitate liberata: & quicumque hæc haberet, posset inuenire sanitatem sicut ipsa. Item crucifixus Pœnitentia mihi dicebat: Isti filij mei qui recedunt de regno meo peccatorum per peccatum, & se faciunt filios diaboli, quando re-agentibus singulare ostendit eis supernam lætitiam, & confortur gratia.

*Aucto-
re AR-
NALDO.
Crux o-
mnis gra-
tiae fons.*

c.36.

tissimam bonitatem, & recognoscunt se dignos inferno: & propter duo iam prædicta, qui maior peccator extiterit, maiorem potest gratiam & misericordiam inuenire. Item dixit mihi: Quicumque vult inuenire gratiam, non leuet oculos à cruce, siue concedam, siue permittam eum in tristitia vellætitia esse vel viuere.

*Admit-
tur B. An-
gela in am-
plexū Chri-
sti cruci-
fixi.*

*Nostra ca-
ro fœcia
carnis
Christi.*

c.36.

110 Quadam vice ego respiciebam crucem cum crucifixo: & respicendo crucifixum oculis corporis, subito accesa fuit anima uno amore sic feruenti, quod ipsum etiam membra corporis sentiebant cum magnâ lætitia & delectamento. Videbam enim & sentiebam, quod Christus amplexabatur animam cum illo brachio, quo fuit crucifixus, & gaudebam summa lætitia, plus quam vñquam consueuerim. Et ex tunc remansit in me una lætitia & clara illustratio, quâ anima cognoscit & comprehendit, quomodo istam carnem nostram videmus vnam societatem esse factam cum Deo, & est istud verum delectamentum animæ inenarrabile, & est ista lætitia continua & illustratio clarior, quam alias suscepimus. Remanet enim in me tanta securitas & certificatio status mei, quod non remanet in me aliquod dubium, quin iste status certissime sit à Deo, & meæ locutiones, quas in me sentio, sint à Deo. Et miror, quomodo haec tenus dubitauerim in hoc: certificata enim sum perfectè de isto statu meo taliter, quod si omnes mundi dicent mihi oppositum, non credarem, quia de hoc nec dubitare possum, & delector ita videre illam manum, quam ostendebat cum illis signis clavorum, & quam ostendet quando dicet: Ecce illa, quæ sustinui pro vobis.

*Animæ B.
Angela in-
trat in la-
tus Christi.
c.37.*

111 Nunc etiam quando sum in istâ visione & amplexu, anima mea percipit tantam lætitiam, quod non possum habere aliquam tristitiam de Passione; quamvis videam esse illam manum crucifixi & ipsam plagam. Et tota lætitia mea est modò in illo homine Deo passionato: & aliquando videtur animæ ex strictissimo amplexu prædicto, quod anima intret intus in latutus Christi, & illa lætitia quam ibi recipit, & illustratio, narrari non potest. Est enim ita magna, quod aliquando stare in pedes non potui, sed iacebam, & perdidi loquelas. Vnde & quando repræsentata fuit passio Christi in plateâ S. Mariæ, videtur quod tunc fuisse plangendum, & mihi tunc è contrario, tanquam lætitia miraculosa tacta fui & delectata, quod perdidit loquelas, & iacui, postquam habui illud inenarrabile sentimentum Dei, & studui vel aliquantulum elongari à personis; & reputauit pro miraculoso gratiâ, quod potui aliquantulum delectari: & iacui, & perdidit loquelas, & membra; & videbatur mihi quod tunc anima intraret intus in latutus Christi; & non erat tristitia, imò tanta lætitia, quod narrati non potest.

C A P V T VII.

Septem consolationes ex sacrâ Eucharistiâ.

*Potentiam
Dei, que in
Euchari-
stia cerni-
tur, homo
non capie
in hac vi-
ta.*

c.37.

112 QVADAM aliâ vice, dum dicebatur Missa, cùm cogitatione conarer cogitare humilitatem Dei, & eius summam bonitatem, quod ad nos in Sacramento altaris vellet accedere, elevata sum in spiritu, & habui nouam & claram intelligentiam, quomodo Deus venit in Sacramento altaris. Et dictum est mihi primò, quod corpus Christi poterat esse in omni altari propter diuinam potentiam, quæ comprehendi non potest in hac vita. Et quamvis de illâ potentia multa loquitur Scriptura, tamen illi qui legunt, parum intelligunt: qui verò sentiunt aliquid de me, plus intelligunt: & nec isti nec illi intelligunt in hac vita, sed vident tempus, quando comprehendetis. Postea habui illuminationem, & intellexi, quomodo venit Deus in illo Sacramento, taliter quod numquam nec ante nec postea mihi ita clare demonstratum est. Et vidi quomodo Christus veniebat cum pulcherrimâ societate, & ego delectabar valde in videndo illam societatem. Mirata autem fui, quomodo poteram delectari in illâ

societate, quia non eram consueta delectari nisi in Christo, & quamvis delectarer in Christo, & in illâ suâ societate pulcherrimâ, tamen aliter intelligebam, & aliter delectabar in Christo, & aliter in illâ suâ societate. Miranti autem mihi de pulchritudine illius societatis, & desideranti scire qui essent, dictum est mihi, cum societate quod illa societas erant Throni. Et erat illa societas *Christum in Eucha-*

*rifiâ videt
cum societate
rate Thronorum.*

quod ego intelligo, quod Deus facit omnia cum mensurâ, ego credidisse, quod illa societas esset sine numero & mensurâ, & esset innumerabilis: non habebat autem aliquam mensuram in latitudine vel longitudine, sed erat ineffabilis.

113 In festo Angelorum de Septembri, dum eram *c.38.* in ecclesiâ de Fulginio, & volebam communicare, rogabam sanctos Angelos, & præcipue S. Michaëlem & *Gratiæ com-
municandi* Angelos Seraphim, dicens: O Angeli administratores, qui Dei habetis potestatem & officium, vt ipsum aliis *petit ab
ministris, ipsius notitiam & amorem conferendo, Angelia.* supplico, vt præsentem eum mihi talem, qualem pater misericordiarum dedit eum hominibus, & quale vult & voluit à nobis suscipi & reuereri; scilicet vnum pauperem, doloratum, despœatum, vulneratum, cruentatum, crucifixum, & in cruce mortuum. Ipsi autem Angeli dixerunt mihi cum indicibili placimento & dulcedine: O tu placibilis Deo, ecce administratus est tibi, & habes eum præsentem, & insuper datum est tibi, quod tu possis eum altis præsentare & administrare. Reuerà autem tunc habui eum præsentem, & videbam eum clarissimè oculis mentis in illo Sacramento, sicut *Videret Christum in Eucharistum in crucifixum.* petiveram, scilicet dolorosum, cruentatum, crucifixum, postea in cruce mortuum: & tunc habebam do-*biâ crucis affixum.* lorem acutissimum, ita quod videbatur mihi, quod cor meum veller crepare ex præsentia talis visionis dolorosæ, & ex aliâ parte erat mihi delectatio & lætitia ex præsenti Angelorum: quod numquam credidisse, nisi vidisse, quod Angeli tantum essent placibiles, & possent dare tantam lætitiam animo.

114 Dum autem dicebatur Missa quidam Sacerdos *Indignitas* celebrans erat prope Communionem, & dum sumeret *Sacerdotiū aliquorum.* corpus Christi, frangens hostiam, audiui vocem flebilem dicentem: Heu multi sunt, qui me rumpunt, & etiam trahunt mihi sanguinem de dorso! Tunc ego cogitavi, quod forsitan Sacerdos non esset in conuenienti statu sumendi corpus Christi, & oraui dicens: Fac quod frater ille non sit talis. Et statim vox respondit: Non erit in æternum.

115 Aliâ vice stabam in ecclesiâ Missam audiendo, *c.39.* & circa elevationem corporis Domini nostri Iesu Christi, quando personæ genua flebant ad elevationem corporis Christi, facta sum in spiritu, & apparuit in visione mihi beatissima Virgo Maria, & dixit mihi: Filia mea dulcis filio meo & mihi, iam filius meus ve- *B. Virgo* nit ad te, & receperisti suam benedictionem: & faciebat *docebat B.* me intelligere, quod filius suus Iesus Christus iam post *Angelam* consecrationem hostiæ erat in altari, quasi diceret mihi *presentiam Christi in nouâ lætitia.* Hæc autem verba tantam læti- *Euchari-* tiam & gaudium mihi dederunt, quod nescio, nec cre- *fiâ.* do quod sit aliquis qui possit dicere. Dicebat enim mihi beatissima Virgo Maria prædicta verba cum magnâ humilitate, & cum novo sentimento in animâ meâ, & cum maximâ dulcedine: vnde & mirata sum postea, quomodo poteram stare in pedibus, habendo tantam lætitiam. Et postea dicebat mihi: Postquam receperisti benedictionem dilecti filii mei, conueniens est, quod ego venire ad te, & darem tibi benedictionem meam. Benedixit igitur me, dicens: Sis benedicta à filio meo, *B. Virgo* & à me, & studeas diligenter & sollicitè ad amandum, *benedicit B. Angelæ.* quantum potes, quia tu es multum amata, & tu venies in rem infinitam: & tunc tantam lætitiam receperam anima mea, quantum vñquam receperam. In elevatione autem corporis Iesu Christi augmentata est mihi lætitia prædicta. Tunc autem non vidi aliquid in corpore Christi,

Christi, sicut confueueram, sed sensi Christum veraciter in animâ meâ.

Angela sentit Christum sibi presentem in sebar ignis.

116 Cognoui autem in hoc, quia nihil est, quod ita stringat animam cum igne ardenti, & cum delectatione amoris, sicut quando Christus est in animâ meâ: & tunc non erat sicut ignis, qui confueuit aliquando ardere in animâ meâ; sed erat ignis suavis amoris. Quando autem talis ignis est in animâ, tunc cognosco, quod veraciter Deus est in animâ: ab alio enim fieri non potest. Nam & omnia membra tunc sentiunt disjunctionem, & etiam sonant membra, quando disiunguntur. Et hanc disjunctionem magis sentio, dum eleuatur corpus sacratissimum Christi, & specialiter disiunguntur manus & aperiuntur.

c. 40.

117 Cum venirem aliâ vice ad communicandum, fuit mihi facta locutio diuina, & dicebatur mihi: Amata! omne bonum est in te, & vadis ad omne bonum recipiendum. Ego autem incepi cogitare: si omne bonum est in te, quare vadis ad recipiendum? Et statim facta est responsio dicens: Vnū non repellit aliud. Et quando appropinquabam ad communicandum, dictum est mihi ita: Modò est super altare filius Dei, & secundùm humanitatem & secundùm diuinitatem, & est associatus cum multitudine Angelorum. Et cum haberem magnum desiderium videndi eum cum Angelis, sicut mihi dictum erat, tunc ostensus est mihi Deus; ut videbam eum: non videbam autem eum secundùm aliquam formam, sed videbam vnam plenitudinem, vnam pulchritudinem, vbi videbam omne bonum, & dictum est mihi: O amata, ita stabis coram eo in vitâ æternâ. Quantam autem consolationem recepit tunc anima mea, explicari non potest.

Mirum facit porem in sacrâ hostiâ sentit.

118 A paruo autem tempore quando comunico, hostia extenditur in ore, & non habet saporem panis, nec carnis istius, quam comedimus, sed alium saporem carnis; sed saporis sapidissimi, quem nescio assimilare alicui rei de mundo: & non est dura hostia, sicut prius, nec descendit per frustula, sicut confueuit, sed integrè cum tantâ suauitate, quod nisi esset, ut audiri, quia citò debet hominibus glutire, libentissime tenerem eam in ore cum magnâ morâ: & sic descendit integrè cum illo sapore carnis incognito, nec oportet postea modo aliquo bibere, nisi esset consuetum, ut melius assumatur. Quando autem descendit, dat mihi vnum sentimentum magnum placabile: discernitur autem extrâ in corpore, ita quod facit me tremere vehementissime, ita quod cum magno labore possum recipere calicem.

Signans se truce, amo re dinino. excitatur.

119 Nunc autem quando facio mihi signum crucis, & pono mantum in capite, quando dico: In nomine Patris, nihil noui sentio: quando vero pono manum super cor, dicendo, Et filij, statim sentio ibi vnum amorem, vnam consolationem, quod videtur mihi, quod ipsum ibi inueniam. Hoc autem non dixi semper: nec scribi fecisse sicut nec alia, nisi fuisset monita.

t. 41.

120 In quâdam infirmitate dum desiderarem comunicare multum in festo Angelorum, nec esset qui mihi apparetaret sacratissimum corpus Christi, cœpi multum dolere: & ecce in ipso dolore & desiderio comunicandi cœpi cogitare de ipso festo Angelorum laudem ipsorum, qualiter Deum laudant assidue; & cœpi considerare in exercitio, quod habent Angelii laudando Deum, & sibi ministrando & assistendo. Et ecce subito fui eleuata, & statim affuit multitudo Angelorum maxima, & deduxerunt me ad vnum altare, & dixerunt mihi: Hoc est altare Angelorum. Et super altare ostenderunt ipsi animæ latidem Angelorum, illum scilicet qui est omnis laus, & dixerunt Angeli animæ: In isto, qui est super altare, est perfectio & complementum sacrificij, quod tu queris. Et ideo præpara te ad recipiendum illum, qui te despousavit annulo sui amoris, & coniugium iam factum est; & ideo de novo modò vult facere coniugimentum & copulam. Non possum autem exprimere, quantum lætitiam suscepit, quia

Tom. I.

totum hoc sentiebat anima in veritate, quia hoc totum Avtor erat defectio, multò pleniùs quā possit exprimi verbo. Per hoc autem significatum est mihi, quod citò migratura eram de hoc seculo: nam hoc fuit circa principium meæ infirmitatis vltimæ.

121 Aliâ vice vidi in hostiâ consecratâ Christum c. 42. sicut puerum. Videbatur autem esse puer magnus, & multum dominans, quasi teneret sceptrum & dominationem. Videbatur enim aliquid tenere in manibus hostiâ pne- quasi signum dominatiōnis, & sedere in sede. Sed ne-rum regis scio dicere, quid tenebat in manu, & hoc vidi oculis specie corporis. Et ego hoc videns, tunc non genuflexi, quando alij genuflexerunt. Habui autem maximam delestationem in videndo eum. Et habui magnam disiplentiam & magnum redium de eo, quod Sacerdos nimis citò repulit hostiam super altare: erat enim tantæ pulchritudinis & tanti ornatus, quod est ineffabile: & videbatur duodecim annorum. Et fuit tantæ lætitiae visio eius, quod eam non credo perdere in eternum: & fuit tantæ certitudinis, quod non dubito aliquo modo, quin fuerit in veritate. Tanta autem fuit delectatio in visione eius, quod non dixi quod adiuaret me; & nihil dixi, nec bonum, nec malum. Sed tantum delectata fui illam pulchritudinem videndo, quod nihil sciui quid dicerem.

122 Item aliâ vice, dum dicebatur Missa, eleuata c. 43. in spiritu, quæsiu à Domino dicens: Ecce Domine tu es in isto Sacramento altaris: dic mihi. Domine vbi sunt fideles tui? Et aperiens mihi intellectum, respondit & dixit: Vbi sum ego, sunt fideles mei mecum. Tunc ego vbi Christ ipsa videbam ita esse, & clarissime intuebar me, vbi cœlestib[us] ibi que ipse esset: sed illud esse, non est esse in Deo intus, sed est illud, quod est esse foris: & ipse est solus ille, qui est vbique comprehendens omnia. Vidi autem corpus Iesu Christi frequenter sub diuersis formis in isto benedicto Sacramento. In isto enim Sacramento vidi aliquando guttur Christi cum tanto splendore, & cum tantâ pulchritudine, quod splendor, qui emanabat, est plus, quam sit splendor solis, & ex illâ tantâ pulchritudine datur mihi intelligi certitudinaliter, quod ibi est ritatem Deus. Incomparabiliter enim est maior pulchritudo, quam sit pulchritudo solis, & multò maior. Quamvis domi in illâ gulâ vel gutture, adhuc maiorem pulchritudinem viderim, tantam quod de illâ visione gulæ, vel gutturis, non credo perdere lætitiam de cetero, & nescio eam manifestare nisi per similitudinem hostiæ corporis Christi. Sed magnam pœnam habeo, quod non possum manifestare. Vidi etiam aliquando in ho-

Alliâ duos hostiâ duos oculos splendissimos, ita grossos quod de oculis.

hostiâ non videbatur remanere, nisi solummodò ora. Videndo autem ista, reficior tantis lætitias, quod vnam alteri nescio comparare, sed quælibet est ita magna, quod non videtur mihi, quod possit perdere deinceps.

C A P V T VIII.

Consolations ex visione Matris Dei.

123 ELEVATA fui quâdam vice, & non eram in c. 44. oratione tunc, sed posueram me ad pausanum, quia erat post comedionem. Vnde nec de hoc cogitabam, sed subito eleuata est anima mea, & videbam Beatam Virginem in gloriâ, & intelligens vnam mulierem positam in tantâ nobilitate, & gloriâ, & dignitate, sicut stabat, delectabar miro modo; nam videre ipsam erat ineffabilis lætitia. Stabat enim beata Maria Virgo Maria rogans pro humano genere, & videbam orat pro eum tantâ aptitudine humanitatis & virtute, quod erat genere humanenarrabile, vnde & ego ineffabiliter delectabar. Et dum ego ita aspicerem ad prædicta, subito apparuit ibi Iesus Christus, sedens iuxta eam in humanitate glorificatâ. Et intelligens carnem illam, quomodo fuit Crucifixionata, & opprobriata & crucifixa, & intelligens vias sum omnès pœnas, iniurias, & despectus, & ignominias, mē dele-

S quas datur.

Aucto-
re Ar-
NALDO. quas pro nobis sustinuerat; quas etiam tunc mirabiliter intelligebam, tunc nullo modo dolebam de eis: immo erat mihi delectatio tanta, quod narrati non potest, & ego perdidiloquelam, & putabam mori. Et erat mihi pena supermaxima, quia non moriebar, & quia non perueniebam statim ad illud inenarrabile, quod videbam. Et durauit mihi ista visio per tres dies continuè, & non impeditiebar a comeditione, quæ erat multum pauca, continuè enim corpore languido iacebam, & nihil loquebar: non impeditiebar etiam ab aliquâ aliâ re: quando autem nominabatur mihi Deus, non poteram sustinere pro immensâ delectatione.

c. 45. 124 In Purificatione Beatæ Virginis, dum essem manè in ecclesiâ Fratrum Minorum de Fulginio, facta est mihi locutio dicens: Hæc est hora, in quâ Domina Virgo Maria venit cum filio in templum. Et hæc audiuit anima mea cum magno amore. Et tunc fuit anima mea eleuata, & vidi Dominam nostram intrantem in illâ horâ, & obuiauit sibi anima mea cum magnâ reverentia & amore. Et cùm aliquantulum vererer accedere ad eam, ipsa Domina nostra dedit animæ magnam securitatem, & extendit versus me filium suum Iesum, & dixit: O dilectrix filij mei accipe; tradiditque brachiis meis filium suum, & videbatur habere oculos clausos, quasi dormiret, & erat pannis inuolutus siue fasciatus.

Modestia
D. Virg. 125 Ipsa autem Domina nostra quasi ab itinere fatigata sedit, & faciebat tam pulchros & delectabiles gestus, & ita honestos, & gratos mores ostendebat, & erat ita dulce & delectabile videre ipsam, quod anima mea non solùm poterat respicere puerum Iesum, quem sic astrictum tenebam intet brachia, sed etiam cogebatur respicere ad Dominam nostram. Dum igitur sic starem subito puer remansit in brachiis totus nudus, & aperuit atque leuauit oculos, & respexit, & statim in asperu illorum oculorum lensi & habui tantum amorem, quod vicit me omnino. Exiuit enim de illis oculis tantus splendor, & ignis amoris & letitiae, quod est mihi indicibile. Et tunc subito apparuit vna immensa maiestas ineffabilis, & dixit mihi: Qui non viderit me parum, non videbit me magnum; & addidit: Ego veni ad te, & obtuli me tibi, ut tu te offeras mihi. Ertunc anima mea modo mirabilis & indicibili obtulit semetipsam ei: demum obtuli me totam, & filios meos sequentes per se & & totaliter obtuli, nihil mihi, nec de se, nec de suis reservando. Et intellexit anima mea, quod Deus illâ oblatione multum acceptabat, & cù magnâ alacritate recipiebat. De alacritate verò & letitiae ineffabili, & delectatione, & dulcedine indicibili, quam habui intendendo quod Deus cum tantâ benignitate meam oblationem recipiebat & acceptabat, nihil possum dicere quia est mihi impossibile manifestare. Alterâ vice vidi Beatam Virginem me ad cognitionem exhortantem, & benedicentem; & mihi dolorem suæ compassionis, quam habuit de filio suo, dicentem.

C A P V T I X.

De Angelâ filii spiritualibus.

c. 46. 126 **V**ADAM vice eleuata & attracta pariter & absorpta in lumen increatum, videbam, quæ non possum dicere. Remanente autem hac influentiâ, apparuit mihi effigies benedicti Dei hominis crucifixi, quasi tunc nouiter de cruce depositi. Cuius sanguis applicebat sic recens & rubicundus, & per vulnera effluens, ac situnc immediatè de recentibus vulneribus efflueret. Et apparuit in iuncturis eius tanta dissolutio nervorum ex dirâ protensione extensionis in cruce, quod iuncturæ ossium à debito loco videbantur omnino laxatae, ad cuius conspectum plus, quam possit dici, transfixa sunt viscera mea, & dolebam plùs, quam qui buscumque doloribus fuerim antea affecta.

127 Dum igitur sic starem tota absorpta ab illo

dolore, ecce subito circa crucifixum multitudo filiorum apparuit, qui deuoti erant ad prædicandum, & imitandum pauperitatem, despectum & dolorem crucifixi. Benedictus igitur Iesus eos aduocatos ad se, & tractos cum tanto amore singulos amplexans, ad vulnus lateris osculandum cum manibus suis eorum trahens & strigens capita applicabat: quod gaudium ex hoc in animâ meâ genitum de tam euiscerato amore super eos ostento, me fecit obliuisci dolorem supradictum. Erat autem gradus diuersorum in applicacione filiorum ad latus, quia quosdam etiam sapientius applicabat, quosdam plus quam minus infigebat, quosdam intus totaliter absorbebat: apparebatque in labiis rubricatio rubentis sanguinis, qui in aliquibus genas & totam faciem decorabat, & colorabat secundum gradus suprà expressos, singulisque largis benedictiones infundens dicebat: O benedicti filij discoperite viam Crucis, paupertatis scilicet meæ, & despectus & doloris mei, quo modo temporaliter cooperatores abundant: quia ego singulariter vos elegi, vt per vos discooperiatur & manifestetur veritas mea conculta & absconsa, vestro verbo & exemplo. Et intellexit anima mea, quod sicut applicatio ad latus secundum diuersos gradus apparebat, sic & verba diuersimodè de singulis filiis proponebantur. a Esset autem impossibile exprimere euisceratum amorem, qui relucebat in asperu oculorum illius benedictæ faciei Dei hominis Iesu Christi, super istos filios, & in applicatione ad sacram vulnus, & in omnibus signis, & verbis; & benedictionibus super eos factis & prolatis.

128 Aliâ vice dum essem in quadam processione, c. 47: sensi illum abyssalem attractum increati Dei, modo quo dictum est suprà, modo ineffabili. Vidiq[ue] be- *Videt Deū*
nedictum Deum trinum & unum in suâ maiestate, in- *in menti-*
habitare mentes filiorum, transformando istos filios *bus filiorū*
diuersimodè in se, secundum gradus suprà expressos, *habitare.*
quod videre erat veraciter magna Paradisus. Sic enim viscerosè videbatur effundi super eos, quod ego ipsa non poteram satiari respicere eos; tantaq[ue] erat benedictio, & tam dulcissimè & tam viscerosè prolatâ, quâ supet filios effundebat Deus increatus, quod totum est ineffabile. b Tuncque requirebat à filiis dicens: Estote ô filij mei dilecti sacrificium holocausti totaliter mente & corpore. Pensate fratres, quantum per affectus & opera debet amari ille, qui sic nobis viscerosè se donat, qui sic amorosè & possessiu totaliter nos requirit.

129 Cumq[ue] similiter mihi esset facta representatio Dei hominis crucifixi cum dissolutione corporis, sicut prædictu est, efferebatur ante oculos meos per aëtem in totâ processione nullius manus adiutorio delatus. Filii igitur congregatis & applicatis ad vulnus lateris sicut dictum est, ipse dicebat: Ego sum qui tollo peccata mundi, & peccata omnia vestra tuli, nec vobis imputabuntur in æternum. Hoc est lauacrum veræ mundationis. Hoc est pretium vestra redemptionis. Hæc est domus vestra habitacionis. Vnde non timeatis filij hanc veritatem vitæ & viæ meæ impugnatam à malis, verbis & operibus defensare & discooperire, quia ego continuè vobiscum sum adiutor, & defensor. Ostensâ etiam mihi fuit mundatio filiorum omnium *Gratias* in triplici gradu istâ vice & multotiens anteâ. Quædam *triplices* est aliquorum specialis, scilicet collatio magnæ gratiæ, *Dominus* & vigoris ad faciliter vitanda peccata. Alia est in col- *suis diuidit* latione gratiæ ad delectabiliter perficienda virtutum *amatori-* opera. Alia in omni perfectione animæ & transformatione crucifixi. Et licet multum decoris detur animæ in qualibet harum mutationum & gratiarum, tamen in secundâ maximus & delectabilissimus decor. Interitiâ verò est excessus tantus, quod omnino est mihi ineffabile: aliud enim dicere non possum. Sed ipsi videbantur transformati in Deum, sic quod quasi nihil aliud video quam Deum, nunc passionatum, nunc glo- *rifica-*

rificatum, ita quod istos videtur totaliter transsubstantiisse & inabyssasse.

¶ 48. **130** In eadem processione appropinquantibus nobis ad quamdam ecclesiam Beatae Virginis, ecce ipsa Regina misericordiae, & omnis gratia mater super istos filios & filias se inclinans, quae prius apparebat sursum leuata, nouo modo & gratiosissimo benedicere, dulcissimas ingeminabat super omnes benedictiones, & omnes osculabatur in pectore, quodam plus, quodam minus, quodam cum praedictis osculis amplexabatur brachiis tantæ charitatis, quod eos, sicut tota apparebat luminosa, ita & in quoddam infinitum lumen videbatur intra suum pectus absorbere. Non tamen est mihi visum, quod viderem brachia carnea, sed quoddam admirandum lumen, in quo absorbebat eos, intra suum pectus includens cum maximo super ipsos euiscerato amore.

¶ 49. **131** Item alia die, cum dicebatur Missa, inter alias multa, quæ vidi, apparuit mihi B. Franciscus totus gloriosus salutationem consuetam offerens, quæ est ista: Pax Almissimi tecum sit. Salutat autem semper voce piissimâ, humillimâ, gratosâ, & affectuosa. Tunc in quibusdam filiis ardenter zelo obseruandæ paupertatis regulæ laudauit multum propositum, sed rogauit quod cresceret per opus. Et dixit: Benedictio æterna, completa & abundans, quam ego habui ab æterno Deo, veniat super caput horum dilectissimorum filiorum tuorum & meorum; dic a eis, quod viuent, scilicet sequendo viam Christi, per opera manifestando, & per verba; & non timeant, quia ego cum eis sum, & æternus Deus adiutor est eorum. Et cum tanto affectu laudabat illos filios de bono proposito, & confortabat eos, quod securè procederent, & quod ipsum in suâ intentione adiuarent, & sic amorosè benedicebat eosdem, quod tortus videbatur euiscerati in amore super ipsos.

132 Multa alia vidi circa me, & circa filios, quæ non possum exprimere. Sed hoc dico, quod vidi, quod perspexi. Vidi enim certissimâ, quod ipse benedictus Deus viscerosè effunditur super nos, & ipsius Mater dulcissima; & volunt portare onus nostræ penitentiae: tantum petunt, ut vos filij sitis exempla luminosa virtus suæ luminosæ, dolorosæ, pauperimæ, & despe-ctæ, & volunt, & desiderant vos videre mortuos & viuos, & quod habitatio vestra esset in celo; & solus vius corporis esset in mundo. Ut sicut mortuus non alteratur, nec de honore; nec de dedecore; ita vos omnino essetis immutabiles ad esse extrinsecum mundi, & prædicaretis aliis mortificatione vitæ vestre magis, quam contentiosò sermone. Et semper intentio vestra in omnibus vestris actibus esset in celo; in isto benedicto Deo homine crucifixo. Ita quod operando, loquendo, comedendo exteriùs, semper interiùs intrinsecari essetis illi benedicto Deo, qui vult vos intra semipsum continuè circumferre, & in omnibus actibus vestris semper sibi assistere. Quod ipse dignetur in vobis implere, qui hæc misericorditer à vobis dignatur requiri per merita suæ sanctissimæ Matris, et Amæ.

a Subdit ms. Et licet viderit omnes singulariter in gradibus suis, noluit tamen de aliquo hic dicere specialiter: nec etiam congruum mihi videbatur requiri, nisi quod vanisque nitatur, quantum plus potest, isti benedicto crucifixo configi, & eius mandatum de sequendâ viâ despectus, paupertatis, & crucis totis conatus amplexari. Dixit autem: Eset impossibile exprimere, &c.

b Addit ms. Et ego, qui scribo, occulte aspexi, quod ipsa videbatur in facie tota alterata in angelicam, & in mirandam, & gloriosem letitiam; tanta quæ erat benedictio, & tam dulcissime & viscerosè prolata, quam super istos filios effundebat increatus Deus, quod modus per ineffabilitatem magis silentio honoratur.

c Addit ms. Per intercessionem dilectorum ancillarum suarum, cuius meritis nos ut ramusculos dignatus est inferere, ut per ipsum tamquam per scalam salutarium exemplorum, & radicalium meritorum, in summitatem suæ excellentissimæ virtutis, & transformationem sacratissimæ passionis suæ, ascendamus conti-

nue: donec vna cum benedicto Iesu intrōentes in paternum Avctōsim, requiescamus cum illo, qui est omnis requies in secula re Asecularum, Amen.

NALDO.

C A P V T X.

De tribulatione, & non proficiuntibus.

133 **V** A D A M vice quærebam à Deo, quod dare. *Qui sine* ret mihi de se aliquid. Et feci mihi signū Crucis. Et etiam rogabam eum, ut ostenderet mihi, qui filii Dei sunt filii sui. Et inter alia dictum est mihi istud exemplum: Ponatur quod vñus, qui haberet multos amicos, & inuitaret eos ad conuiuum cum magnâ diligentia preparatum, si multi remanerent de inuitatis, qui nolent venire, numquid doleret de non venientibus, ed quod abundanter parasset conuiuum, & cum magnis expensis? Venientes autem numquid reciperet cum magno gaudio? qui quamvis omnes cum latitudine suscipiat, tamen talis illos, quos plus diligit, ponit in mensa sua iuxta se speciali, & adhuc cum illis, quos familiarius diligit, comedit cum vñ scutellâ, & cum vñ cuppâ bibit. Ego autem quærebam cum multo animo placimento, dicens: O Domine, quando tu inuitas omnes? dicas mihi. Respondit autem dicens: Ego invitavi omnes ad vitam æternam, & qui volunt venire, veniant, quia nullus potest excusari, qui sit vocatus. Aliqui autem vocati veniunt, & ponuntur ad mensam, & dabat intelligere quod ipse erat mensa, & cibus, quem dabat.

134 Ego autem quærebam de istis vocatis, qui venerunt, quâ viâ illuc iuerunt. Ipse vero respondit, Per tribulationem, inquit, tribulationis, quales sunt virgines, casti, pauperes, infirmi, patientes; & nominabat multa alia genera tribulatorum saluandorum. Et ego in omni verbo intelligebam rationem, & expositionem, & delectabar valde. Communiter autem omnes isti vocabantur & nominabantur filii. Dicebatur autem mihi in illâ locutione, quomodo virginitas, & paupertas, & febris, & perditio filiorum, & perditio possessionis & rerum temporalium; & tribulatio dabatur prædictis filiis propter bonum eorum à Deo; ipsi autem non perpendebant, nec cognoscebant nunc: & quamvis in principio tribularentur, postea tamen veri filii ferebant cum patientia, & gratiarum actione, tales sunt communiter omnes, qui adipiscuntur vitam æternam, nec est aliqua alia via.

135 Illi vero, qui inuitantur ad mensam spiritualem, quos Dominus dicit secum ad comedendum in vñ scutellâ, & bibendum in vñ cuppâ sunt illi, qui volunt & student cognoscere, quis est iste bonus Pater Amatores & Dominus, qui inuitauit eos, & student ut possint ei placere per imitationem sue Crucis; & per voluntatem assumptionem paupertatis, despectus, & afflictionis. Isti enim filii permittit euenire Dei multas tribulationes; & hoc facit eis pro speciali gratiâ, ut comedant in vñ scutellâ secum. Quia ad istam mensam, dicebat Christus, ego sum vocationis ad bibendum calicem passionis, qui fuit mihi dulcis propter amorem yestrum, quamvis in se esset amarissimus. Isti igitur filii recognoscentes hanc gratiam, quamvis sentiant aliquando tribulationes amaras, tamen totum fit eis dulce propter amorem & gratiam & honorem & valorem, quæ sunt in eis; immo tribulantur, quando non affliguntur; & runc magis delectantur, & sentiunt de Deo, quæ magis sentiunt tribulationes. Dico igitur & affirmo, quod filii Dei sentiunt dulcedinem diuinam admixtam in persecutionibus, & tribulationibus, & penitentiâ. Et hoc est mihi dictum & ostensum mirabiliter in prædicatione supradictâ à Deo mihi factâ, unde & ego ipsa vicibus innumerabilibus hoc experta sum. Vnde quando fui tribulata à fratribus & à contemnentibus, non possem manifestare dulcedinem, quam tunc tribulatio-sensi, ne lacrymas letitie vngentes me, quas tunc sensi. ne.

AVER-
RE AR-
NALDO.
Christus
infirmam
solatur.

136 Iterum in magnâ quadam infirmitate iacenti mihi multùm debili & afflīcta apparuit Deus homo Iesus, multùm consolatorius, & videbatur mihi compati valde, & ait: Ego veni ad seruendum tibi: seruūtum autem, quod faciebat, erat, quod stebat ante lectum meum, & ostendebat se mihi tantum placabilem, quod omnino est ineffabile; & videbam eum oculis mentis longè clariū, quam aliquid videri possit, & erat mihi tanta iucunditas & delectatio, quod de hoc omnino nihil possum dicere, imò est totum ineffabile.

Querit
Christum
in hospita-
li.

137 Iterum in die Iouis sanctâ, dixi sociæ meæ, quod quæreremus Christum, & dixi: Eamus ad hospitale, & forsitan inueniemus Christum inter illos pauperes, pœnatos & afflictos. Tulusim autem omnes pannos capitum nostrorum, quos poteramus tollere; (aliud enim non habebamus aliud) & diximus Giliolæ famulæ hospitalis, quod venderet eos, & emeret aliquid quod comedenter pauperes de hospitali; & illa, quāvis multùm tenueret facere, & diceret, quod vituperabamus nos, tamen propter magnam instantiam, vendidit illos paruiculos paniculos, & emit inde pîces, & nos apporauimus panes, qui dati erant nobis amore Dei pro viatu nostro. Postquam igitur obtulimus ista eis, lauimus pedes feminarum ibi existentium pauperum, & manus hominum, & maximè cuiusdam leprosi, qui habebat manus valde foetidas & marcidas & præpeditas & corruptas, & bibimus de illâ loturâ. Tantam autem dulcedinem sensimus in illo potu, quod per totam viam venimus in magnâ suavitate, & videbatur mihi per omnia, quod ego gustasse mirabilem dulcedinem, quantum ad suavitatem quam ibi inueni. Et quia quædam * scamula illarum plagarum erat interposita in gutture meo, conata sum ad glutiendum eam, sicut si communicasset, donec deglutui eam.

Lanar pe-
des femi-
narum, manus
virus, &
leproso, &
aquam il-
lam bibi.

* ms. scar-
pula, forfè
squamula.
Magna cō-
folatio in
pœnitenti-
tiâ.

138 Quadam aliâ vice ego stebam tribulata spiritali tribulatione, & non videbatur mihi, quod aliquid sentire de Deo per vnum mensem, imò videbatur mihi, quod essem quasi derelicta à Deo: & non poteram confiteri peccata mea, & ex vnâ parte videbatur mihi, quod hoc accidisset mihi propter meam superbiam, & ex aliâ parte videbam tantum profundè peccata mea multa, quod non videbatur mihi, quod cum debitâ contritione possem confiteri ea, nec dicere solùm ore. Videbatur etiam mihi, quod non possem ea manifestare, & ideò non poteram laudare Deum, nec stare in oratione. Sed tantum videbatur mihi, quod remansisset de Deo, quod scilicet non tantum tribulabar, quantum debebam tribulari, propter hoc, quod noluissim à Deo peccando recedere, nec pro omnibus malis vel bonis de mundo Deum offendere, nec malo consentire proposuisse, & sic fui tribulata & afflita fortiter & horribiliter toto dicto tempore.

Vexatur
scrupulus
& anxi-
taribus cō-
scientia.

139 Et tandem miserante Deo, facta est mihi locutio talis: Filia mea amata à Deo omnipotenti, & ab omnibus Sanctis Paradisi, Deus amorem suum reposuit in te, & habet ad te amorem plùs quam ad feminam vallis Spoletanæ. Et anima mea respödit clamans, quomodo possum hoc credere, cum sim plena tribulatione, & videatur mihi, quod sim quasi à Deo derelicta. Et respondit, quando videtur tibi, quod sis magis derelicta, es magis à me amata, & propinquior Deo, & tunc subiunxit: Pater qui habet filium multùm carum, ministrat ei cibaria temperata, nec permittit ei bibere vinum putum, nec comedere nocua, ne ei noceant, sed temperat vinum cum aquâ, ut ei proficiat. Sic facit Deus: consolationibus enim miscet tentationes & tribulationes, & in tentationibus & tribulationibus tenet animam. Nisi enim eam teneret, impinge-

retur & deficeret: & quando videtur derelicta, tunc plùs amatur. Tunc igitur tribulatio mea fuit aliquali- Tribula-
ter temperata, non tam totaliter ablata: adhuc enim tiones non
non habueram voluntatem confitendi, sed cœpit mihi subito, sed
venire voluntas confitendi & communicandi, & in paulatim
breui tempore ablata est totaliter tribulatio. Et tunc
facta est mihi locutio dicens: Placer mihi quod tu
communices, quia si tu me recipis, iam me recepisti: &
etiam si non recipis me, tu iam me recepisti, & com-
municata cum benedictione Patris & Filij & Spiritus
sancti. Et facias ad reverentiam & honorem omnipot-
tentis Dei, & Sanctæ Mariæ Virginis, & ictius Sancti,
scilicet Sancti Antonij, cuius festum erat illâ die: fier
enim tibi gratia noua, quam non habuisti adhuc. Fuit
igitur mihi redditæ gratia confitendi, & voluntas com-
municandi; & confessi sum. Dum autem dicebatur
Missa, videbam me plenam totam peccatis & defectionis,
quod non poteram loqui; & cogitabam quod
communicatio, quam volebam facere, esset mihi ad
iudicium.

140 Post tamen ista facta est in me mirabilis dispo-
sitio, quâ me poteram totam mittere intus Iesum Chri- In cōmu-
stum: & tunc mittebam me intus eum cum tantâ fidu- nione ad-
ciâ & securitate, quod tantam numquâm fueram ex- missi in
pertata & mittebam me intus eum & merita eius, sicut intimum
mortua cum mirabili certitudine, quod faceret me vi- amore
uain. Igitur communicaui in suâ fiduciâ, & post com- Christs.
municationem habui mirabile sentimentum. Et dimi-
nit in me vnam pacem, quâ dabatur mihi intelligi, &
etiam sentire, quod omnis tribulatio, quæ acciderat
mihi, acciderat pro bono meo. Et hoc communicare,
quod feci, fecit animam meam venire ad istud videre
& desiderare, quod scilicet me totam darem Christo,
eo quod viderem Christum totum se dedisse nobis, &
modò nouiter delector in desiderio martyrij, & ipsum Flagras
desidero, & in pœnis, & in tribulationibus, quæ acci- desiderio
dunt delecto: & gaudeo plùs quam consueveram. martyrij.
Propter quæ dico, quod Deus tandem consolatur
omnem animam existentem in tribulatione.

141 Nam & aliâ vice cùm sic esse tribulata, quod
quasi videretur mihi quod essem derelicta, facta est
mihi talis locutio dicens: O amata, scias quod non es
derelicta; sed Deus omnipotens tibi est in tribulatio-
ne propinquior, & tu Deo. Anima autem clamauit: Si
est ita quod Deo sim in tribulazione propinquior, pla-
ceat sibi, quod auferat à me omne peccatum, & det
mihi absolutionem per merita Passionis suæ, & dei Chriſtus
mihi benedictionem, & sociæ meæ, & fratri scriptori peccata
horum diectorum. Et dictum est sic mihi: Peccata tua eius dimis-
tibi sunt ablata, & benedictionem facio vobis cum il-
lâ carne illius manus, quæ fuit clauata in cruce. Et tunc
vidi illam manum benedicentem super capita nostra,
& delectabar in asperu illius manus, quoniam veraci-
ter delectabilissimum erat videre illam. Et ipse dicebat Chriſtus
nobis tribus sic: Benedictionem Patris & Filij & Spi- imperitio-
ritus sancti habeatis æternaliter, & comprehendaris. benedictio-
Et dixit mihi: Dic illi Fratri tuo scriptori, quod studeat nem ei, so-
cie, & scri-
fe facere paruum, multùm enim est amatus à Deo ptori.
omnipotente: & ideò studeat ipsum amare. Sic igitur
multipliciter me consolari dignatus est, qui consolatur
omnes tribulatos; cui sit & est honor & gloria in sa-
cula sæculorum, Amen.

142 Quadam vice, dum orarem in cellâ meâ, dicta c. 51.
sunt mihi ista verba: Omnes, qui docentur à Deo, il- Non esse
luminantur, vt intelligent viam Dei; & in isto lumine responduendas
& documento, quod fit eis spiritualiter à Deo, clau- illumina-
diantur, ne audiant, & oculos ne videant, nec vo- tiones.
lunt attendere, nec volunt audire illud, quod loquitur
eis Christus in animâ, sed omnino ingrossantur, & se-
quuntur doctrinam aliam à documento, quod intelli-
gunt sibi factum à Deo; & volunt tenere viam com-
munem contra conscientiam, illi habent maledictionem à Deo omnipotente. Multotiens autem dictum
est

Desertores est mihi istud verbum, quod prædictum est. Ego autem horiebam illud audire, cùm videretur mihi valde graue, & timebam esse deceptionem, quod scilicet illicis, quibus Deus dat lumen & gratiam, potest a de ma-
præstina pietatis Deo abominabiles. ledictionem. Tunc ponebatur mihi unum exemplum: & præceptum est mihi frequenter, quod facerem scribit. Exemplum autem est de scholare, qui ponitur a patre ad scholas, & pater facit ei expensas sumptuosas, & honorat eum vestimentis & libris, & cùm informatus est sub inferiori magistro, procurat post ut transfeatur ad altiore magistrum. Si post hanc scholasticus prædictus negligenter agat, & non curet de scientia, quam didicit, sed redeat ad statum sacerularum, & ad vile officium, & ministerium magni laboricij, & de eo quod sic didicerat, nihil ei remaneret; talis, inquit, pater super huiusmodi filio magnam deberet habere turbationem & indignationem. Talis filius est ille, qui prius docetur per prædicationem, & per Scripturas, & postea spiritualiter illuminatur a Deo, & datur sibi intellectus spirituali lumine, & diuinâ inspiratione, quomodo sequatur viam Christi, propter quam addiscendam prius facit eum doceri per alios, & postea docet eum Deus suo spirituali lumine & doctrinâ, quæ non potest doceri nisi a Deo: & hoc facit, ut ipse se dirigeret, & etiam aliis lumen esset. Si talis negligenter agat, & ingrossetur & incrassetur, & despiciat lumen suum, & Dei doctrinam, & diuinam inspirationem, Deus aufert ei illud lumen & gratiam, & habet maledictionem. Et est mihi præceptum, ut hoc verbum scriberem, & vni fratri cui confitebar, ipsum dicarem, quia eum rangebat.

Grati Deo factores legis, non letores. 143 Iterum dictum est mihi in aliâ diuinâ locutione: Est quædam generatio, quæ cognoscit Deum solum ex multâ bonitate bonorum, quæ fecit eis: & isti parum cognoscunt: & est alia generatio hominum, qui, quamvis cognoscant Deum per prædicta bona eius, tamen multò melius cognoscunt eum per bonitatem Dei, quam experientur in se. Iterum in aliâ locutione accepti cognitionem, & audiui vocem clamantem & dicentem: O quam magni sunt, o quam magni sunt, sed non magni letores Scripturæ meæ, sed eius adimplentes & factores. Ite, dum dicebat, quod tota Scriptura diuina adimpletur in exemplo vita Christi. Quadam vice dum orando dicerem Deo: Scio Domine, quia tu es pater meus, quia tu es Deus meus, doce ergo me, quid vis quod ego faciam; & instrue me in his quæ tibi placent, quia tibi parata obedire. Cum ergo in his verbis stetissem a manè vix ad tertiam, & vidi & audiui, sed quod vidi & intellexi, nullo modo possum, nec scire dicere. Sed fuit vna abyssus omnino ineffabilis, & ostendit mihi quid est ipse, & qui vivunt in ipso, & qui non; & dicit mihi: In veritate dico tibi, quod non est alia via recta, nisi illa, quæ sequitur mea vestigia, quia in viâ istâ, quæ est mea, nulla est omnino deceptio. Verbum autem istud in veritate & in magnâ claritate sèpè & in multis locutionibus dictum est mihi.

Explicit multiplex eius consolatio.

C A P V T X I.

Instrucciónes B. Angelæ, de presentiâ Dei.

- c. 52. 144 **S**CIENDVM estigitur quod venit Deus in animam quandoque non vocatus, nec deprecatus, sentia Dei seu rogatus ab ipsâ, & ponit in animâ unum ignem, in animâ, unum amorem, unam suavitatem alias inconsuetam, in quâ multum delestat, & gaudet, & credit, quod hoc sit a Deo, ibi præsentialiter operanti: tamen hoc non est certum. Item cognoscit anima Deum esse in eâ, quia quamvis non videat ipsum esse in animâ, videt tamen gratiam suam esse in animâ, in quâ multum delestat: & tamē adhuc non est certum. Item cognoscit, quod Deus venit ad eam, quia Deus loquitur ei verba dulcissima: in quibus verbis anima multum delestat,

Tom. I.

& sentit eum sentimento valde delectabili: in quo sentimento anima valde delectatur. Sed adhuc remanet aliquod dubium, quamvis sit paruum; adhuc enim anima perfectè, nec ex toto est certa; si Deus est in animâ, quia tales locutiones etiam cum sentimentis possunt fieri ab alio spiritu. Remanet enim dubium sibi; & videtur mihi, quod hoc accidat, aut propter multam malitiam & defecatum eius, aut propter Dei voluntatem, quia Deus non vult eam facere magis certam nec securam.

145 Certificatur autem anima, quod Deus est in Signa præ-
sentis in eâ, quando sentit eum alteri, quam consuevit, & semper Dei, sentit eum notabiliter & duplicitate sentimento: & cum tam certa: anima & corporis, & loquitur, & cognoscit, & intelligit ea, quæ numquā audierit ab aliquo mortali, & in te & corpore ab ripa tacere illa; & si taceat, taceat propter zelum, ne dispiceat amori, & non scandalizet, & propter humilitatem, quia non vult dicere ita altissima, ne notetur. Sicut & mihi accidit aliquando: propter enim ardens desiderium salutis proximi aliqua dixi, & fui reprehensa, & dictum est mihi isto modo: soror, redi ad Scripturam diuinam, & te non intelligimus. Item in isto sentimento, quo anima certificatur, quod Deus omnipotens est in eâ, datur anima ita perfectè velle, quod concordat in hoc tota anima veraciter, & in omnibus & omnimodè, & concordant cum animâ omnia membra corporis, & sunt vnu cum animâ veraciter, nec repugnant voluntati eius, & vult perfectè ea, quæ Dei sunt, quæ tamen ante veraciter non ex toto volebat. Et istud velle datur per gratiam, in quo cognoscit anima Deum omnipotentem esse in se, & date ei securitatem: datur enim anima velle Deum, & quæ Dei sunt veraciter ad similitudinem amoris veracis, sicut Deus dilexit nos; & sentit anima, quod Deus immensus est mixtus secum, & fecit societatem cum eâ.

146 Item quando venit altissimus Deus ad animam rationalē, quandoque datur ei, ut eum videat, & videt sine formâ corporali in se, & videt eum clarius quam possit homo mortalis videre alium hominem mortalem: oculi enim animæ vident unam plenitudinem spiritualem, non corporalem, de quâ non possum aliquid portare. In illo autem videre, delectatur anima delectatione ineffabili, & tunc anima ad nihil aliud respicit, nisi ad illud: est enim id, quod replet animam inestimabilitatem. Et istud respicere & videre, quo sic videt Deum omnipotentem, nec aliud potest respicere, est ita profundū, quod doleo, quia nequeo aliquid manifestare; non enim est res tangibilis, nec imaginabilis, sed est inestimabilis.

147 Adhuc cognoscit anima quod Deus est in eâ fine dubio multis modis, de quibus dicamus duos. Vnus est vna vñctio, quæ ita subito renouat animam, & omnia corporis membra reddit mansuetam, & concordat cum animâ, quod non potest tangi, vel ledi ab subiecto Deo, aliquo, quo turbari possit anima in modo; & sentit, & audit, quod loquitur ei Deus. Et in istâ tantâ & omnino ineffabili vñctione intelligit anima certissimè, & sine dubio, quod Deus omnipotens est in eâ. Illud enim non posset facere aliquis Sanctus de paradyso, nec aliquis Angelus de paradyso; sed est hoc tam ineffabile, quod multum doleo, quia non possum aliquid dicere in comparatione, & Deus mihi parcat, quia hoc non facio libenter, quia ex toto corde libenter manifestarem aliquid de bonitate eius, si possem, & ei placeret. Alius modus, quo anima rationalis cognoscit Deum omnipotentem esse intus in se, est vna amplexatio, Admittit quam facit Deus animæ rationali, quia numquā patitur, nec mater filium, nec aliqua persona alia cum tanto Christi cum amore amplexari potest aliam personam, sicut Deus omnipotens amplexatur animam rationalem. Cum tanto enim amore Dominus noster Iesus Christus in-

S 3 dicibi-

AVCTO-
RE AR-
NALDO.

dicibiliter amplexatur, & stringit animam rationalem ad se, & cum tantâ dulcedine, & suavitate, quod non credo, quod aliquis homo de mundo possit dicere, nec exprimere, nec credere expertus, & quamuis possit forsitan aliquis credere aliquid, non tamen illo modo. Apportat enim Iesu Christus in animam amorem suauissimum, quo tota ardet in Christo: & apportat secum vnum lumen tam magnum, quo intelligit tantam plenitudinem bonitatis Dei omnipotentis, quam probat in se, quod multò plus intelligit, quam experitur in se: & tunc assecuratur & certificatur, quod Iesu Christus est in ea. Sed nihil dicimus de omnibus istis in comparatione ad ea, quæ sunt. Tunc autem anima non habet lacrymas, nec lætitiaz, nec doloris, nec aliquius alterius generis, nec alterius status; multò enim minor status est, quando anima habet lacrymas lætitez. Item apportat Deus secum in animâ tantam superplenitudinem lætitez, quod anima nescit plus petere, imò si duraret, hîc haberet vnam paradisum. Et hæc lætitia resultat, & redundant in omnibus membris corporis: & omnis iniuria, quæ infertur, vel dicitur, habetur pro nihilo, & efficitur dulcis: & propter talem alterationem factam in corpore, aliquando non potui latere sociam meam, neque alios, quia aliquando efficior, vt dixit mihi socia mea, resplendens & tota rubicunda, & oculi mei lucentes ad modum candelæ, aut pallida, quasi si fuisset mortua, secundum varietatem visionum & reuelationum. Lætitia autem predicta non finitur per multos dies, & aliquas lætitez habeo, quas numquam credo perdere in æternum; sed credo eas adimpleri & perfici, & modò non sum sine ipsis in vitâ meâ. Vnde & quando venit aliqua tristitia, statim recordans illarum lætitiarum, nullo modo conturbor. Tot autem alij modi sunt, quibus cognoscit anima quod Deus sit in eâ, quod nullo modo possem omnes dicere & enarrare.

*Facies B.
Angela
visâ re-
splendere.*

e. 53.
*Quomodo
anima
Deum ut
hosbitem
fuscipiat.*

*Intellectus
independe-
ter à sensi-
bus fer-
tur in Deu.*

*Qui perse-
tus Deum
intelligunt
minus de
eo loqui
possunt.*

148 In omnibus predictis modis cognoscit anima Deum in se venisse. Sed adhuc nihil diximus, quomodo hospitatur eum, & totum, quod diximus, est valde minus, quam sit illud, quando anima cognoscit, quod ipsa hospitata est peregrinum. Tunc enim, quando anima est hospitata peregrinu, venit in tantam cognitionem bonitatis Dei infinita, quod quandoque, quod fui reducta in me, cognoui certissime, quod illi, qui magis sentiunt de Deo, minùs presumunt loqui de Deo: quia eo ipso, quod sentiunt de ipso illo infinito & indicibili, loqui de Deo minùs presumunt, reputantes in comparatione, quidquid dicunt, nec dicere possunt, quasi nihil. Vnde si aliquis prædictor diuinorum intellegret, sicut & ego quandoque intellexi, nihil sciret dicere, neque præsumeret loqui de Deo aliquid, imò obmutesceret & raceret. In tantum enim superat intellectum, & omnia, quæ aliquo modo cogitari, vel dici, vel estimari possunt, quod perfectè eius bonitas explicari non potest. Hoc autem non accidit, quod anima perdidit aliquem sensum corporis, vel quod anima corpus dimiserit, sed percipit illa absque sensibus. Vnde ita homo videns per intellectum, illa efficaciter in tanto stupore vider in comparatione ad id, quod dici potest verbo corporali, quod, si aliquis prædictor esset in isto statu, & vellet loqui de Deo, diceret populo: Ite, quia nihil vobis scio loqui de Deo, quantumcumque esset sufficiens. Et ideo intelligo, & dico, quod omnia, quæ dicta sunt per scripturam, vel per omnes homines à principio mundi, non videtur mihi, quod dixerint aliquid de medullâ illius bonitatis diuinæ, nec vnum medium granum milij in comparatione totius mundi.

149 Quando autem anima assecuratur à Deo, & reficitur per eius præsentiam, similiter & corpus recipit saturitatem, & nobilitatem, & reficitur cum animâ, quamuis multum minus. Loquitur enim ratio, & anima corpori & sensualitati cùm sic reficitur dicens: Vi-

de modò qualia bona sunt ista, quæ experitis à Deo per me, in infinitum autem sunt maiora, quæ promittuntur, & fideliter exfoluentur, si mihi consentias: & *Dulcianum ac corporis confitit, & ego non consentiendo, sed contradicendo mihi: dulcedinem etius super vnde de cetero omnino oportet te, in illis, quæ Dei Dei.* sunt, omnino obedire. Et statim corpus subicitur animæ, & sensualitas rationi, sentiens participationem delectationis animæ, & respondet animæ dicens: Mea delectatione quandoque erant corporalia & vilia, quia corpus sum, sed tu, quæras tanta nobilitatis & delectationis diuinæ capax, non debebas mihi consentire, nec facere me & te perdere tanta bona: & lamentatur corpus contra animam, & sensualitas contra rationem longâ lamentatione, & dulcissimâ, sentiens dulcedinem, & delectationem animæ maiorem, quam potuerit suspicari; & fit sibi obediens.

C A P V T X I I.

Caussa & remedia illusionum.

150 *A* L Q Y I autem modi sunt, quibus potest esse *c. 54.* *deceptione in personis spiritualibus.* Vnus mo- *Hominum* *dus est & maior, quando amor in anima non est purus, spiritualium* *sed admiscetur, & est ibi de amore personali & pro- deceptio-* *prio, id est de suâ propriâ voluntate: habet enim ibi nes:* *tunc aliquid de amore mundi, & mundus inuitat & 1. Ex amo-* *cōmendat ipsam, & tamen omnis cōmendatio mun- re Dei non* *di, & inuitatio ad talem deuotionem est falsa. Et talis puro.*

persona in hoc, quod mundus videt eam & commen- dat eam, videtur feruere in deuotione, & crescent illæ lacrymæ, & illæ dulcedines, & tremor & stridor, qui fiunt in illo amore spirituali non puro: & quamuis in illo modo spirituali non puro habeat lacrymas & dulcedines, tamen talia non fiunt intus in animâ, sed extrâ in corpore, nec intrat ille amor intus in animam, & citò illa dulcedo deficit in personâ, & citò obliuiscitur, imò & quandoque adducit amaritudinem. Et hæc omnia probauit in me, & ego nescire ista predicta benè discernere; nisi quod anima mea venit in certam veritatem, quia quando amor est purus, omnino se reputat post talia sentientia mortuam, & videt se esse *Amor pu-* *nihil, & reddit se mortuam Deo & putridam, & inducit ad Dei reuerentiam, humilitatem; & non recordatur omnino alicuius laudis, nec alicuius boni proprij, in tantum videt se esse deficientem, & plenam malis, quod quandoque non credit ab aliquo Sancto se posse plenè liberari, nisi solùm ab ipso Deo. Quamuis aliquando citius roget Sanctos, vt eam adiuuent apud Deum, ed quod propter indignitatem suam, non audet Deum rogare; & ideo recurrit ad sanctam Virginem Mariam, ad alios Sanctos, vt adiuuent eam, & quando ab aliquo commendatur, omnino reputat illud truffam. Et iste amor rectus & purus à Deo, est intus in animâ, & facit eam videre defectus suos & bonitatem Dei. Et lacrymæ & dulcedines, quæ tunc fiunt, & habentur, numquam adducunt amaritudinem, sed certitudinem & dulcedinem: & talis amor predictus adducit intus Christum in animam, & intelligit anima nullam deceptionem ibi posse esse vel fieri. a*

151 Alius modus est, in quo Deus permitit dece- *2. Deceptionem fieri in personis spiritualibus, & est iste: quan-* *ex nimia* *do persona spiritualis & deuota sentit se multum anima- securitate* *in gratia à* *bona spiritualia, & loquitur de eis: tamen quia se nimis prius.* *Deo acce-* *assuratur, & transit modum; ideo Deus permittit fieri* *b Alius modus est, quando per-* *sona spiritualis multum sentit de Deo: & est in bono 3. Ex par-* *amore, puro, & optimo corde operatur bona opera,* *uâ cogni-* *& deliberauit nullo modo plus placere seculo, necha-* *Dei dantis* *bene famam sanctitatis, & deliberauit tota placere consolatio-* *Christo, & totam se ponit in Christo, & tunc est tota nes.* *intus*

intus in Christo cum magnâ & inenarrabili lætitia, & sentit se totam amplecti à Christo. Tamen oportet, vt anima sciat seruare id quod suum est, & reddere Deo id quod Dei; quod si non, tunc Deus permittit in eam aliquam decéptionem fieri, vt conseruet eam; & quia Deus zelat eam, ne transgrediat: & adhuc non sufficit anima id quod prædictum est, donec Deus ducat animam in plenam cognitionē sui ipsius, & in plenam cognitionē bonitatis Dei: & ibi tunc nulla potest fieri deceptio, imò ducitur anima in plenam cognitionem veritatis. Plena autem cognitio veritatis dicitur isto modo, quia videt anima, quod ita impletur, quod videretur anima, quod non plus possit impleti. Primo de cognitione sui ipsius, sic quod non possit videre aliquid aliud, nec recordari alicuius alterius rei, & tunc subito venit in cognitionem bonitatis diuinæ; & tunc videt utrumque simul, modo omnino inenarrabili, adhuc tamen non videtur prædictum sufficere, sed zelat eam Deus permittendo ei tribulationes.

e. 55.

*Paupertas
vera in
humilitate
fundatur.*

*Exemplo
Christi il-
lustratur.*

*Bonorum
omnium
fons & ca-
turgio est.*

*Deo soli cō-
fidendum
doceat.*

*Ab omni
deceptione
spirituali
liberat.*

*Paupertas
mater vir-
tutum.*

Sicut enim diuina sapientia docuit per incarnationem Avto^r nos mortales, ita & per spiritus paupertatem nos esse ^{RE AR-} beatos: sicut Diuina sapientia docuit incarnationem ^{NALDO.} Christi Beatam Virginem, quæ primò fecit eam cognoscere seipsum: & postquam agnouit se fuit sibi ablatum omne dubium de Deo; & statim confidit de bonitate Dei; & cognoscens fē, & de bonitate Dei, dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundū verbum tuum. Et similiter docet nos Diuina sapientia in humanitate Dei. Qui quāmis esset Deus, tamen illam humanitatem voluit esse ligatam ad obedientiam Patris in omni voluntate Patris. Et idē omnis sapientia de mundo nisi in istam veritatem introducatur, nihil est & ad damnationem conuertitur, & omnes sapientes de mundo, nisi in istam veritatem introducantur, nihil omnino sunt, & in damnationē vadunt: & quando istam veritatem anima intelligit, tunc operatur sine intentione alicuius vanæ gloriae, & sine respectu aliquius meriti.

a Addit ms. Et in prædicto amore non potest aliquo modo se admisere de amore mundi. Et dum ego scriptor dicere ei in istis verbis historiam de Moyse, quando percussit petram, antequā ego completem dicere, & ipsa fidelis Christi dixit:

b Addit ms. Et dicebat, quod prædicto modo intelligebat factum cum Moyse; quando scilicet compleui sibi dicere historiam illam.

C A P V T XIII.

De extasi, & cognitione sui at Dei.

154 **A** NIMA igitur nihil intelligit, nec apprehendit in comparatione ad raptum, quando non *Exstasis* ^{e. 56.} intelligit, nec apprehendit, nisi id ad quod intus potest *raptus inattigere*. Quando enim anima lenatur supra se per Dei præsentia illustrata, & ponitur in sinu Dei, & Deus in eā, tunc intelligit & delectatur, & quiescit in illis bonis diuinis, quæ nullo modo potest referre. Sunt enim supra intellectum, & supra omnem medium loquendi, & super omnia verba. Sed natat ibi anima in gaudio & cognitione, & inde illustrata intelligit rationes verborum obscurorum & difficilium, quæ Christus dixit. Intelligit etiam similiter, quare & qualiter in anima *In rapto* Christi fuit dolor sine temperamento. Anima enim *intelligit* mea, sicut dictum est, illustrata, & in Christi passione *summum* transformata, nullum temperamentum inuenit in eā: *Christi dolorem.* tanta fuit. Vnde & anima mea dolorem anima Christi recolendo, non potest tunc aliquam lætitiam inuenire: quod non accidit, quando recolit passionem corporis, quia tunc post tristitiam, reinuenit lætitiam, & istas rationes intelligit ex prædicta eleuatione. Intelligit etiam acutum dolorem fuisse in anima Christi, dum erat in utero matris, sicut postea habuit in cruce, præter illud, scilicet quod non habuit experientiam. Anima etiam inde intelligit iudicia Dei, & alia ineffabilia ex præsentia Dei ipsam ad se eleuantis. Et multotiens facit Deus mirabilia in anima, quæ intelligo, quod nulla creatura posset facere illa, nisi ipse solus. Subito enim aliquando anima leuat in Deo in tantâ lætitia, quod si duraret, credo, quod corpus tolerare non posset, imò perderet omnes sensus suos & membra sua. Et facit Deus sèpè istum ludum in anima, & cum anima, & statim recedit, quando anima cupit eum tenere; remanet tamen in anima magna lætitia & securitas, & remanet tanta lætitia, quod nullo modo dubitat, quin Deus sit præsens, & de illo videre vel sentire nescio dare aliquam similitudinem, nec etiam nominare. Et hæc *Visiones &* illustratio & eleuatio & delectatio sive lætitia aliter *reuelatio-* consuevit mihi accidere vñā vice, & aliter aliā, ita quod *nes non* quasi semper nouitas ibi contingit, & hoc totum est *semper uno modo fuit.* Reuelationes enim & visiones sunt alterius modi vñā vice, & alterius aliā. Similiter delectatio, gaudium & lætitia: nec aliquid aliud possum dicere, imò istud dicere, plus est maledicere, deuastare & defecuo se exprimere, & blasphemare, quād aliquid manifestare.

S 4

155 Ego

turatum; & videt quod altissimus Deus & homo Christus Iesus ditissimus factus est pauperissimus, vt hominem à paupertate contrariā reuearet; & ipse felicissimus & deliciosissimus factus est dolorosissimus, vt dolore suo quasi infinito hominem à doloribus sempiternis & infinitis redimeret, & pro eo satifacaret, & pro eo toleraret; item ipse Deus gloriofissimus & superlaudabilis factus est obediens, & humilis, & despici & vilificari & vituperari voluit, & despectissimus deputari & apparere, vt hominem despectum honorabilem & gloriosum faceret; cùm hæc anima benè considerat & videt; amplius afficitur & transformatur in dolore, & quantò plus videt & considerat, tantò maiori transformaturdolore.

160 Igitur quantò plus anima cognoscit Dei altitudinem & dignitatem, & misericordiam, & infinitam bonitatem, quam homini notam fecit, & per effectum ostendit, & quantò plus videt hominis miseriam & defectum & indignitatem & ingratitudinem, infidelitatem & vilitatem, tantò magis afficitur in amore Dei hominis, & in dolore passionis, & transformatur in similitudinem eius, quod est tota perfectio hominis. Sic igitur cognoscere Deum & se, est nobis summè necessarium & utile super omnia: & circa cognitionem huiusmodi est continuè diebus ac noctibus immorandum: & hæc quantò profundiùs homo potest contemplatur, tunc enim perfectius in Christi similitudinem transformatur, & in amore & in dolore sicuti dictum est. Igitur fili mi, cum totâ mente suppliciter tergo, quod tu non leues oculos animæ tuae de isto Deo homine passionato, quia habet hæc visio & consideratio animam illustrare & ignire in amore & deuotionis fero, si eos ibi teneas. Quod si disperguntur, conservis eos tenere & figere eos ibi. Adhuc exhortor & rogo totâ mente, quod si mens tua non est eleuata ad vindendum istum Deum hominem passionatum, quod reincipias, & rumina omnes vias passionis & crucis istius benedicti Dei hominis passionati. Quod si hoc non potes facere corde, saltem dicas ore ea, quæ pertinent ad passionem, sollicitè & frequenter; quia illud, quod cum ore frequenter dicitur, dat finaliter cordi calorem & fero. Quicumque enim perfectè viderit istum Deum hominem passionatum, sicut fuit, & ipsum pauperissimum & despiciens plenissimum infefabili & continuo dolore; & omnino exinanitum & anhilatum propter nos, sic sicut fuit, (quod videre est per gratiam) sum certa, quod si sequeretur Christum per paupertatem, & continuum dolorem, & per despectum & per vilitatem. De gratiâ autem diuinâ nullus potest se excusare, quin possit habere & inuenire eam, Deus enim cum sit liberalissimus, liberalissime eam omnibus elargitur, hoc est quærentibus & volentibus eam.

Mens in
Christum
crucifixū
semper di-
rigenda.

161 Desidero igitur fili mi, quod non impleas cor tuum nisi isto Deo in creato, & cognitione & amore eius, & quod in mente tua non sit alia impletura, nisi ista, scilicet increati Dei. Si autem istam habere non potes, teneas & habeas illam quam suprà dixi, scilicet Dei hominis passionati crucifixi: quod si vtraque tibi subtraheretur, non quiescas fili mi, donec rehabeas, & inuenias unam istatum impleturatum, quæ verè Dei cognitio duplex. replent & satiant cor & mentem omni bono. Igitur, fili mi, firmissimè tene, & mihi crede, quod, qui desiderat tenere viam Dei, & desiderat accedere ad Deum, & frui ipso in istâ vitâ & aliâ, primò oportet, quod cognoscat Deum in veritate, & non solum exterioriâ superficialiter, & quasi per colorem scripturarâ vel verborum aut similitudinis alicuius creature, qui modus cognoscendi secundum modum loquendi est quedam simplex cognitione de Deo; sed oportet eum cognoscere in veritate, intelligendo suum summum valorem, suam summam pulchritudinem, dulcedinem, altitudinem, virtutem, bonitatem, liberalitatem, misericordiam

& pietatem, & ipsum esse summum bonum, & in Avcto summo. Aliter enim persona sapientia cognoscit aliquam rem & aliter persona simplex: persona enim sapientia cognoscit rem in veritate, sed persona simplex cognoscit rem, vt appareret, in apparentiâ. Sicut gemmam inuentam, persona simplex appetit & querit propter fulgorem & pulchritudinem, & non propter aliud, ignorat enim veritatem eius; sed persona sapientia ipsam inuentam apperit, & desiderat summo fero, quia ultra fulgorem & pulchritudinem, cognoscit valorem & virtutem eius in veritate; ita anima sapientia non solum curat cognoscere Deum, quasi in apparentiâ superficiali quadam consideratione, sed conatur eum in veritate cognoscere & sapere summam bonitatem, & valorem eius: & ipsum est non solum bonum, sed summum bonum, & sic cognoscendo eum, omnino diligiteum propter suam bonitatem, & diligendo eum, desiderat eum habere, & tunc ipse summè bonus dat se sibi, & anima sentit eum, & gustat suam dulcedinem, & fruatur eo summo delectamento. Et tunc anima participans summum, cùm ipse sit summus amor, anima ipso afficitur summo amore, inamorata illius dilectissimi amore, & desiderat eum tenere, & amplexatur eum, & stringit eum ad se, & cōiungit se cum Deo & Deus trahit eam ad se cum summâ dulcedine amoris, & tunc virtus amoris transformat amantem in amatum & amatum in amantem: id est anima inflamata in amore diuino, transformat se per virtutem amoris in Deum dilectum suum, qui diligitur ab ipsâ animâ cum tantâ dulcedine. Sicut ferrum inflammatum accipit in se calorem, colorem, & virtutem & valorem & formam ignis, & quasi fit ignis, & dat se totum & non partem, & eripit se sibi, remanendo in se substantialiter inflamatum; sic anima unita cum Deo per gratiam perfectam amoris diuini, quasi tota diuina efficitur, & in Deum transformatur, non mutata propria substancialiâ, sed transformat se totam in suâ vitâ in Dei amore, & quasi tota fit diuina. Ecce quanta bona afferit nobis cognitione Dei. Oportet enim (sicut prædictum est) quod in via Dei, & in eo, qui Deum vult habere, eius cognitione præcedat, & postea sequatur amor, qui transformat amantem in amatum: hæc est anima, quæ cognoscit Deum in veritate & amat bonum cognitum cum fero.

162 Istam autem cognitionem non potest habere anima per se, nec per scripturam, nec per scientiam, nec per aliquam rem creatam, quamvis hæc iuuare, & disponere possint; sed solum per lumen diuinum, & per gratiam Dei. Credo autem quod anima non potest inuenire citius vel facilius, nec impetrare & habere ab ipso summo Deo summè bono & summo lumine, & summo amore hanc cognitionem, quam per deuotam, puram, & continuam, & humilem, & violentam orationem, non solum oris, sed mentis & cordis & omnium impetratorum animæ & sensuum corporis, postulando tur oratio- & appetendo cum summo desiderio. Consequenter neq; me anima quæ vult inuenire hunc lapidem, & veram Dei cognitionem, & prædictum lumen inuenire, oratio- fti. vita Christi cognitionem faciat studendo, cogitando, & legendo cōtinuè in libro, & super librum vitæ, qui liber vitæ est tota vita Christi, quamdiu vixit in istâ vitâ mortali. Deus enim Pater altissimus ostendit, & docet animæ formam & modum, & viam, qualiter possit habere cognitionem ipsius Dei, & qualiter possit venire ad Deum per amorem, & istud exemplum & magisterium ipse Deus Pater altissimus ostendit, & docet in amantissimo filio suo.

163 Igitur, filij amantissimi, si lumen diuinæ gratiæ concupiscitis, si cor à sollicitudinibus vultis elongare, si tentationes noxias vultis frenare, si in via Dei Christi est vultis perfecti fieri & esse, ad crucem Iesu Christi fugere, vera via re non pigritemini. Verè non est alia via Dei filii reseruata, quæ Deum inuenire yaleat, ac inuentum retinere,

AVERO-
RE AR-
NALDO.
Et Liber
vita.

tinere, nisi via & vita & mors istius Dei hominis passionati, quam consueui dieere & asserere Librum vitæ esse, cuius lectionem nisi per orationem continuam accedere nullus potest: nam oratio continuata animam illuminat, eleuat, & transformat. Anima enim illuminata lumine in oratione percepto, clare videt viam Christi præparatam & calcaratam pedibus crucifixi, per quam dilatato corde currédo, non solùm elongatur à mundi sollicitudine ponderosâ, verum etiam supra semetipsam ad diuinam degustandam dulcedinem eleuatur: eleuata igitur diuino incendio, & ignita in amore, in ipsum Deum, transformatur, & hoc totum in crucis aspectu per continuam orationem inuenitur.

164 Vnde (fili charissime) ad istam crucem fugiens, ab eo, qui in eâ pro te moritur, petas illuminari: ad ipsum vade, ad te plenariè cognoscendū, ut in cognitione tui proprij defectus profundatus, assurgere valreas ad diuinam dulcedinem degustandam, & in hoc tibi incōprehensibili apparebis, cùm sic te defectus sum redemerit, & ad suam filiationem te assumperit, & se tibi promiserit esse patrem: non sis ergo ei ingratus, sed rāanti & tam honorabilis & amabilis patris studias voluntatem in omnibus adimplere. Nam si in legitimi filiis Dei patris beneplacitum non impletur, quomodo adimpletur in adulterinis? Adulterhi filii appellantur, qui extra disciplinam patris per carnis concupiscentiam evagantur. Sed filii legitimi sunt illi, qui suo magistro & patri pro se passionato student in omnibus conformari, scilicet in paupertate, dolore, & despectu. Quæ tria, filii charissime, scias, & habeas fundatum & complementum omnis pérfectionis. Nam istis tribus anima illuminatur, perficitur, & ad diuinam transformationem apertissimè præparatur. Dilectissime fili scias, quod omnis perfectio hominis est in notitia Dei & sui: videre scilicet Dei immensitatem in omni perfectione & bono, & se nihil. Talis autem manifestatio, & cognitio scilicet Dei & sui, non est, nisi legitimorum filiorum Dei, habentium veram orationem & lectionem, & meditationem feruentem in libro vitæ. Ante enim istos veros filios Deus pater expandit & posuit librum vitæ, scilicet vitam Dei & hominis Iesu Christi. In quo nihil volent scire, bene considerent, quin ibi inueniant: ibi implebuntur scientiâ illâ benedictâ quæ non inflat, & omnem doctrinam pro seipso & pro aliis necessariam inuenient. Vnde si vis superilluminari & doceri, legas in isto libro vitæ: & si non curras, nec leuiter transeas in legendis, illuminaberis, & doceberis in omnibus necessariis pro teipso, & per te alij cuiuscumque sicut status: & si bene legas ibi & mediteris, non percurrendo, * informaberis & ignieris igne diuino, intantum quod omne tribulationem pro maximâ recipies consolatione, & facies te videre indignissimum tribulatione. Et etiam (quod plus est) si aliqua laus humana, aut prosperitas supetuenter tibi propter aliquam sufficientiam, quam Deus dedit tibi, non inflaberis, nec extolleris in altum: quia legendo in libro vitæ videbis in veritate & cognoscere, quod non est laus tua. Et hoc est vnum signorum, per quod homo potest cognoscere, quod homo est in gratia Dei, quando de nullo inflatur, nec extollitur, sed superhumiliatur. Ante omnia igitur, fili, conandum est ad veraciter Deum & se cognoscendum, quod non sit nec obtinetur, nisi per orationem assiduam & feruentem, & lectionem, quæ assidue exercetur in libro vitæ.

*Qui filii
sunt Dei
legitimi, &
qui adul-
terini.*

*Summa
perfectionis
in cogni-
tione Dei
& sui.*

* ms. in-
flamma-
beris.

*Signum
gratiae Dei,
in nullo
dono vane
extolliri.*

C A P V T X I V .

Christus liber vita. Eius paupertas.

t. 18.
*Christus
est liber
vita.*

165 SCIAS igitur, quod hic liber vita non est aliquid aliud, quam Christus Dei filius, qui est verbum & sapientia Patris, qui in hoc apparuit, ut per vitam suam & mortem & doctrinam nos instrueret. Videntur est, qualis fuerit sua vita & conuersatio, quam

egit & indesinenter tenuit in corpore mortali. Sua enim vita est exemplum & forma cuilibet volenti saluari.

Vita autem sua non fuit nisi amarissima pénitentia, Continua cum quâ fuit associatus continuè in vitâ præsentî: ita Christi pénitentia quod ab horâ, in quâ anima Christi fuit creata & infusa in suo sanctissimo corpore in utero Virginis purissimæ, usque ad illam horam ultimam, in quâ illa sanctissima anima recessit ab illo sanctissimo corpore per acerbissimam crucis mortem, numquam stetit sine illâ societate: quod non fecerunt Apostoli, nec beata Virgo, nec alij Sancti.

166 Societas autem quam Deus Pater altissimus Triplex secundum suam sapientissimam dispensationem voluit, societas ut filius suus dilectissimus haberet in isto mundo, hæc Christi in est: Primo, perfectissima, continua & summa paupertas. Secundo, perfectissimus, summus & continuus despctus. Tercio, perfectissimus, continuus & summus dolor. Ista fuit societas à quâ Christus fuit associatus in torâ suâ vitâ, ut exemplum nobis tribueret hanc super omnia eligendi & diligendi & tolerandi usque ad mortem: per hanc enim viam ipse secundum quod homo ascendit ad cælum, & per ipsam potest & debet ire anima ad Deum, net est alia via recta: oportet enim & decet, quod viam quam caput tenuit, teneant corporis membra: & quod ab illâ societate, à quâ fuit associatum caput, sint etiam associata membra.

167 Societas igitur prima Iesu Christi libri vitæ & c. 59. salutis nostræ fuit continua & summa & perfectissima Tres gra- paupertas, & ista fuit tribus modis, vna grandis, alia dus pau- maior coniuncta cum primâ, sed tercia coniuncta cum pertatis Christi. primâ & secundâ fuit perfectissima. Primus igitur gra- dus perfectissimæ paupertatis Christi, qui est liber & penuria via & magister animæ, fuit, quia voluit esse pauper rerum tem- omnium rerum temporalium istius mundi, ita quod poralium non habuit nec terram, nec vineam, nec horum, nec aliquam possessionem, nec aurum, nec argentum, nec pecuniam, nec ullam rem propriam, nec recepit, nec recipere voluit de rebus mundi huius, nisi ad subleuandum extremam indigentiam vitæ suæ corporalis, cum fame & siti & penuria, frigore & calore, cum multo labore & austeritate & duritiâ, nec de rebus delicatis & exquisitis necessitates corporis recipere voluit, sed de rebus grossis & communibus, quæ secundum loca & tempus inueniebatur in illâ prouinciâ, in quâ Christus sine domo & habitaculo mendicans stabat & vi- uebat. Secunda paupertas Christi fuit maior quam prima, quia voluit vivere & esse pauper amicorum & Repudia- consanguineorum, & omnis familiaritatis magnorum ria bene- & potentum, & omnis amicitiae temporalis; ita quod uolentia nec aliquem amicum habuit, nec habere voluit, nec ex magnitudine parte matris, nec ex parte Ioseph patris putatui, nec ex parte discipulorum, nec quorumcumque amicorum, rum quo- propter quem fuerit sibi dimissa vna alapa, nec unus que iustus martelli, nec flagelli, nec vnuum verbum iniurio- sum: & nasci voluit de matre pauperissimâ & humili- mâ, & educari sub patre putatuo carpentario paupe- re, & se expoliauit amore & familiaritate regum, po- tentum, & Pontificum, & scribarum, & amore ami- corum & consanguineorum, ita quod nec pro matre, nec consanguineo, nec pro quocumque dimittere vo- luit aliquid, quod placeret vel placere posset volunta- ti Patris sui altissimi. Tertia paupertas & summa fuit, quod expoliauit semetipsum seipso, cùm Christus Assumptio pauperem se ostendit in potentia. Et primo quod fecit miseria nobis, & inopem suæ potentiae propriæ: cùm coabitatio blendoris possibile, voluit apparere & vivere in isto mundo, sic- ut impotens, sicut infirmus & debilis homo. Ipse enim

præter miserias humanas, puerilem infantiam, & alias infinitas debilitates, quas propter nos assumpsit, præ- ter culpam & peccatum, debilis apparuit & vixit. Fuit enim fatigatus exitineribus, & prædicationibus, & cu- rationibus, ex visitationibus, ex opprobriis.

x68 Et

*Etiā irrationali-
bus in se potestatem
dedit Christus.*

168. Et quod plus est, non solum homines peccatores in eum potestatem acceperunt, imò omnia elemēta & corpora insensibilia sibi paſiōnē & afflitionē inferendi ab eo, qui ipsa creauerat, potestatem acceperunt, & ipse tamquam impotens non resistebat, sed omnia, vt homo impotens resistere, propter nos tolerabat. Dedit enim potestatem illis spinis intrandi & perforandi crudelissimè illud tremebundum & diuinissimum caput eius. Dedit potestatem illis vinculis & ligaturis stringendi & tenendi eum cum columnā, & vnam manum cum aliā, qui terram in suā morte concusſit. Lætificate me, ô filij Dei, vt isti fidelissimo vobis Deo sitis fideles, & super hanc prō vobis humiliatam fidelitatem & fidelissimam humilitatem, deuicerate vosipos totos. Ecce quia solum propter te ipse auctor omnis vitæ tantum seipsum deiecit, vt te exaltaret, quod ipsa insensibilia, ipsum auctorem per omnia percuterent & laniarent, & qui est omnino incircumscriptus loco fixus teneretur. Dedit velo, vt velaret eum, qui est vera lux & verum lumen illuminans omnia. Dedit flagellis, vt durissimè verberent eum. Dedit clavis potestatem perforandi & intrandi in suis manibus & pedibus, quibus cæcos illuminauerat & surdis auditū reddiderat. Dedit cruci, vt eum cruentatum, verberatum, & perforatum suspendendo sustentaret, & eum nudum omnibus exponeret, & tandem mortem crudelissimam ibidem toleraret. Dedit acetō & felli, vt os eius amaricarent. Dedit lanceā, vt intraret & aperiret & perforaret (quod stupendum est audire) illud diuinissimum latus & cor & viscera eius, vt sanguinem & aquam de visceribus eius & cordis penetralibus effunderet super terram. Debebant enim ipsæ creaturæ, & poterant, suo Domino, suo factori propriissimo obedire, & non creaturæ ipsis abutenti. Sed profundissima & fidelissima & inusitata humilitas illius altissimæ maiestatis deprimat, & confundat superbiam nostræ nihilitatis. Voluit enim esse subiectus, & annihilatus ipse auctor omnis vitæ, qui solus habet esse omnibus creaturis, ipsis etiam insensibilibus, vt tu, qui eras mortuus, & diuinorum insensibilis factus, per hanc eius humillimam deiectionem vitam haberet. Et tu homo qui nihil noras, tam fidelissimè & purissimè te dilexit iste, qui solus, solum ob tui amorem exinaniri voluit, vt tibi daret perfectissimum esse. Debebat enim ipsa lancea & poterat se plicare, & non obedere creaturæ ipsa abutenti, & non percutere, non perforare illud diuinissimum latus sui propriissimi Domini & factoris. Sic & alia insensibilia poterant, & debebant non obedere, contra suum Dominum & factorem, nisi quia potestatem acceperant super ipsum.

169. Dedit crucifixoribus militibus, Iudeis, Pilato & aliis nequissimis potestatem, vt ipsum iudicarent, accusarent, blasphemarent, sibi insultarent, verberarent, deriderent, & eum interficerent, qui solo verbo omnia impeditre poterat, aut solo ntu omnia subuertere & annihilare, aut vni Angelo minimo suo de infinitis millibus potestatum & virtutum suarum imperare, vt hæc omnia uno impetu proiceret in profundum maris. Nisi enim ipse potestatem dedisset, & se passibilem & infirmum exhibuisset, procul dubio nulla creatura potuisset, imò horruisset molestiam suo creatori irrogare. Quid plura? elementis, frigori, calori, famis, siti le subiec̄it & aliis creaturis insensibilibus, & potentiam suam occultauit, & se in apparentiā hominū spoliavit, vt nos miseros, mortales & passibiles de patientiā sub tribulationibus habendā informaret, vt hominem qui potestate se priuauerat, redimēret, & per gloriam resurrectionis impassibile efficeret & inuictū.

170. Et quod amplius est, dedit potestatem diabolo super se, vt eum tentaret, & circunduceret, & cum membris suis pessimis hominibus ipsum usque mortem persequeretur, vt hominem de eius potestate

*Christus
inurias
tulit ut in-
sisteres nos
ad patien-
tiam.*

liberaret. Passibilem igitur se exhibuit inuictus Do- Avct̄ minus & omnium primum agens, & impotētem crea- RE AR- tor omnium, & debilem Rex fortissimus se fecit: nec NATO. repulit, sed subiec̄it se diabolo, creaturis insensibilibus, & omnibus tribulationibus, & iniuriis, omnibus pœnis, omni dolori & afflictioni; in hoc confundens nos miserandos, qui sic delicati esse volumus, vt non solum tribulationes, neque pœnitentiam spontaneè non assumamus, verum etiam afflictiones & tribulationes ex ordinatione Dei nobis contingentes, quantum possumus repellimus, & contra Deum omnipotentem ne- quissem murmuramus.

171. Secundo modo se expoliauit seipso, & paupe- Spolianis tem fecit suā propriā sapientiā: voluit enim Dominus se quadam noster Iesus Christus apparere, vt simplex homo, & modū suā ignorans, & insipiens, & fatuus inter omnes homi- sapientiā. nes mundi, & non voluit etiam apparere, vt philoso- phus, vel doct̄or verbosus, aut disputerat ampulosus, vel scriba, vel famosus in scientiā, vel sapientiā glorio- sus, sed in veritate humili conuersando, & simplicitate & summā mansuetudine inter homines conuersabatur, in virtute vitæ virtutum & miraculorum viam ve- ritatis ostendendo. Cū enim ipse sit sapientia Dei Parris, & scientiarum Dominus, & prophetarum fa- citor & inspirator, potuit sciētiā & rationum subtilitatibus & ingenio vti, & se ostendere, & gloriosum facere, si voluisset, sed sic simpliciter veritatem protu- lit, vt quasi ab omnibus non solum simplex & idjota, sed insipiens & fatuus & blasphemus reputaretur. Viam Christi ex- veritatis nobis ostendens, quod non de scientiā seu sa- emplo de pientiā gloriari debemus, neque ipsā inflati velimus sapientiā coram hominibus nomen magisterij acquitare, seu va- non glo- riandum.

172. Tertiō se expoliauit seipso, & pauperem fecit Spolianis suā famā sanctitatis & bonitatis & innocentiae, quod se quasi fa- mirabilissimum est. Voluit enim sic tenere viam my- mā pro- sticē, vt quasi ab omnibus non solum non haberetur vt sanc- tūs, sed vt peccator, & peccatorum amicus, & sicut proditor & seductor, & patriæ cōspirator, & blasphe- mus reputari, & inter latrones & iniquos condemnari & numerari voluit, dum tamen salutem nostrā operari posset in medio terræ. Potuit enim sibi acquirere famam sanctitatis, vt ab omnibus vniuersaliter ipse sanc- tūs sanctorum tamquam sanctus haberetur, vt po- te qui tiuquā peccatum fecit, sed peccata omnia tulit, & quod Ioanni Baptiste, quantum ad famam sanctitatis suo seruo dederat, ipse Sanctorum summus & Exemplum rex virtutum sibi inter omnes homines retineret. Sed Christi hoc fecit & famā sanctitatis (saluā veritate doctrinæ, contra hy- vitæ & iustitiæ) se expoliare, & pauperem facere voluit, vt nostram hypocrisim refutaret; qui etiam de his bo- nis, quæ nec habemus nec facimus, gloriam coram ho- minibus quærimus, & famam sanctitatis & innocētiæ, nos de malis false excusando, & bona opera mendaci- ter arrogando per fas & nefas, quantum possumus ni- tumur vindicare.

173. Quartō expoliauit semetipsum seipso, suo vi- spolianis delictē imperio & principatu omnium rerum & do- se suo im- minationum, quas habebat. Cū enim esset Rex re- perio. gum & Dominus dominantium, & Rex eius regni non est finis, ipse inter omnes homines vivere & esse voluit, sicut seruus deiectus & venditus & emptitus. Nec cū eum vellent facere Regem, Rex esse voluit, sed Regibus impiissimis semper usque ad mortem sub- iectus & obediens in iis, quæ perte- bant, vētigalia sci- licet soluendo, esse voluit: curvis & iudiciis, & grau- minibus eorum parendo, & se subiiciendo. Et non so- lū regibus, imò etiam vītissimis seruis, & clientibus & miniistris eorum semper obediens fuit usque ad ver- bera & mortem crucis. Et ipse Rex regum, regnum suum de hoc mundo non esse, coram Pilato asseruit, quia de regno & dominatione huius mundi tempora- li inter homines non curabat, sed semper subiectus esse volebat,

Aucto-
RE AR-
NALDO. volebat, & non dominus, neque Rex, princeps, sed seruus humillimus semetipsum totaliter exinanivit. Subiectus etiam fuit suæ humillimæ & paupertimæ Matri & patri putatio, eis usque ad tricesimum annum humilius obsequiendo & seruiendo. Nec inter discipulos, quos paucos, & ignobiles, & pauperrimos elegit, nec ut Rex nec ut Dominus esse voluit, sed afferuit quod venerat ministrare, non ministrari, dohec daret animam suam pro ipsis & ceteris peccatoribus redimendis. Quin imò eis discipulis pauperrimis in miseriis caput & magister existens, primus esluriebat & sitiebat, & tribulabatur; non enim fuit magister eorum, quatenus primum inter eos quereret, sed ut primus inter eos afflictionem & deiectionem sustineret, & tantum inter eos humilius fuit cōueritus, quod eis in mensa ministravit, & pedes eorum & manus lauit. O immensa nostra dementia, qui post talem ac tantum Dominum & Regem regum, & ignominium inter homines, & contemptum, nos ad dignitates & prælationes continuè aspiramus, libertatem volentes, & sine iugo viuentes, nulli amore eius subiecti, nec obedientes esse volumus, sed supra alios, quantum possumus, volumus præside-re. Non sic, non sic tu Christe facere voluisti, sciens quod dutissimum iudicium fiet his qui præsunt, & potentes potenter tormenta patientur, & de vita & regimine, & de peccatis eorum subditorum strictissima ratio exigetur. Confundat igitur hic liber viuus, in se nobis exemplum præferens, superbiam nostram, & semper (sicut ipse) subiecti præsidentibus esse velimus, nostram voluntatem nullatenus retinentes, sed amore eius, qui omnibus propter nos subiectus fuit, & esse voluit, & propter nostram securitatem statum subiectionis non solum toleremus, sed prælationes fugientes, subiectionem & statum humilem ex corde cum magno desiderio requiramus.

Perfetti-
ma Christi;
paupertas
ad imitan-
dum propo-
sita. 174 Hæc est igitur summa & continua & perfec-tissima paupertas Dei hominis Iesu Christi omnium Saluatoris, qui quamvis diuinitatum Dominus existe-ret, pauperrimus inter nos esse voluit, vt nos ad amo-rem paupertatis prouocaret. Pauper enim fuit re, vo-luntate, & spiritu super omnem creaturæ æstimatio-nem, propter infinitissimum & dulcissimum amorem, quo nos dilexit: pauper, inquam, & inops mendicus. In rebus temporalibus pauper & in amicis, pauper in po-tentiâ, pauper in sapientia mundanâ, pauper in famâ sanctitatis, pauper in statu dignitatis, pauper in omni-bus existens, paupertate prædicauit, & pauperes bea-tos esse afferuit, & mundi iudices affuturos: diuites cōdemnauit, & diuitias, & abundantias prædictas esse contemnendas re, verbo, conuersatione, & exemplo totis viribus prædicauit. Sed heu, prohdolor! sed heu, prohpudor! hæc paupertas spiritus hodie est expulsa, & quasi ab omnibus est fugata, & (quod est detestabilis) ab illis qui in hoc libro vita legunt & intelligunt, & hanc paupertatem prædican & glorificant, hæc paupertas re, voluntate, studio, & facto totaliter expugnatur. Hanc enim paupertatem mundus odit, Christus autem diligit, & elegit pro se & pro suis, ipsamque beatissimam statuendo. Sed quis homo, quæ mulier, quæ creatura hodie dicere posset, quod si sociata tali societati, tam gloriolæ, sicut Christus voluit esse so-ciatus? Beatus est ille, qui in suâ pœnitentia, in mundo isto, exemplo Christi, ipsam elegit. Heu me! heu me! Scimus, audiuius, firmiter tenemus, qualiter filius Dei Creator noster & Redemptor, magister & illuminator, & exemplum nobis factus, quali cibo & potu satiatus, qualiter fuit indutus, qualibus vestibus ador-natus, qualibus cameris & palatiis hospitatus, quali fa-milia & amicis stipatus, qualibus studiis & scientiis mancipatus, & sic de aliis bonis huius mundi, & tamen Christianos esse nos dicimus, & nominari volumus, post Christum pauperes nullatenus de facto esse vo-lentes, neque sibi assimilari desiderantes; quamquam

Pauci a-
matores
vera pau-
petatis.

verbis dicamus, eius statum & paupertatem beatifi-cantes, re autem & facto Christi statum & perfectio-nem suæ paupertatis detestantes. Vx nobis qui post tantum exemplum, doctorem, & magistrum de facto tantam salutem repellimus, & ab eius statu & doctri-na, sumus post abundantias temporales errantes, & vacui finaliter remanentes. Et ideo nostra pœnitentia, & status Christianitatis non vadit per rectam viam Iesu Christi, imò turpiter deuiat ab eadem.

175 Beatus autem & verè beatus (vt ipse etiam af-fervit) est & exit qui paupertatem omnium rerum pre-pauperae.

Matthais.

dictarum diligit, qui de facto non solum verbo pauper esse vult in rebus temporalibus, & amicitiis, & familia-ritatibus, in delectatione, variâ scientiâ, & curiositatibus, & famâ sanctitatis, & omnis prælationis & digni-tatis: quod si non potest quis se totaliter à prædictis spoliare, saltē deponat affectiones rerum prædictarum, quantum potest: verè enim beatus talis pauper, quoniam ipsis est regnum cælorum. Et qui contrariū fecerit de facto, quidquid de verbo prædicauerit, & sermocinatus fuerit, infelix & maledictus, quoniam ipsis est extrema paupertas, & perpetua esuries domorum inferorum, vbi perpetua fames & sitis, vbi nec amicus, nec frater, nec pater redimere; nec iunare poterit, nec euadendi potentia aderit, nec sapientia mun-dana valebit, sed omnibus his priuabitur de facto, qui de facto hæc contra doctrinâ Christi obtinere voluit, & cruciabitur in perpetua facula sacerdorum.

C A P V T X V.

Christi voluntaria contemplatio.

176 **S**E C V N D A societas, à quâ continuè Iesus Dei c. 60. filius, quamdiu vixit, fuit associatus, fuit volun-tarius & perfectus contemptus, deiection & ignominia, Contemptus & verecundia, quæ voluit in hoc mundo continuè to-sci & ab-lerare. Vixit enim sicut seruus deiectus & venditus & negatio in Christo non redemptus, & non tantum sicut seruus, sed sicut summa: seruus qui malus reputatur & iniquus. Fuit enim exu-latus & opprobriatus, derisus, ligatus, verberatus, fu-In oppro-stitatus, flagellatus, & tandem sine ratione, sine defen-bris & in-fore, sicut vilis & miserabilis cum inquis & latronibus iuriis sole-deputatus, & cum eis condemnatus & mortuus morte randus: turpissimâ & deiecta. Et dum viueret, si quando ali-In honori-quis voluisset sibi inferre honorem temporalem, sem-bus fugie-per contradixit aut verbis, aut factis, & honorem mun-di semper fugit, & verecundias semper tolerauit, & li-benti animo acceptauit, non dando ex parte suâ occa-sionem nec causam. I ipsum enim dominatorem mundi sine ratione, sine causâ, sine offensâ, sine iniuriâ omnes quasi persecuti sunt & deriserunt, & sublannauerunt. Protinus enim à fasciis & à cunabulis ipsum persecuti In irrisio-sunt, & interram balearorum proiecunt. Qui cùm nibus & adultus esset, quidam eum Samaritanu & idololatram contume-vocabant, quidam verò dæmoniacum, & dæmoniacu-lu perfe-re & gulosum & seductorem & pseudoprophetam. Di-cebant enim: Ecce enim vorator, & potator vini, quo-niam non est propheta, nec iustus, nec miracula in vir-tute Dei facit, sed in principe daemoniorum eiicit dæ-monos. Quidam ipsum ducebant ad montes, præcipi-tia, ut ipsum præcipitarent: quidam lapides tollebant, ut ipsi lapidarent. Inter hæc erant diuersi contra eum clamores, diuersæ irrisiones & subsannationes, detra-ctiones & inqua consilia, dicentes: Quoniam blasphemat, multas illusiones, & deceptions in verbis & facts sibi præparantes, ipsum à locis suis repellentes, nec ipsum recipere volentes. Et tandem ipsum viliter ce-perunt diuersis iudicibus & iudicis & conciliis ipsum ligatum exponentes; & quidam in faciem eius expue- In morte-bant, alij alapas dabant; alij eum chlamyde circumde-ignominio-derunt; alij coronauerunt eum spinis, & procidebant, siffissimâ & crudi-elli-& genua flebant illudentes ei, caput eius virgâ per-cutientes & faciem eius velantes, omnem speciem irri-sionis

sionis superinducebant; alij ipsum flagellis verberabat; alij in eum, sicut canes sanguinis voratores, dentibus frenabant, ipsum condemnantes, reprobantes tamquam malefactorem. Et tandem ad passionem ducebatur nudus, & omnes discipuli eum reliquerunt. Et unus quidem negauit eum, alius verò tradidit, reliqui verò auferunt, & solus nudus stabat in medio illarū turbarum: erat enim dies festus qui tunc omnes congregabat. Et sicut malignum in medio malignorum denudatum in altum eleuantes suspenderunt, & viliter interfecerunt. Alius eum morientem, flentem & orantem subsannabat & irridebat; dicens: Vah qui destruis, &c. Alius eum contemnebat, dicens: Multos alias salvos fecit, seipsum non potest, &c. Alius uestem suam ludebat. Alius eum aceto & felle potabat, & offerebat morienti, & aquam ad bibendum humiliter postulanti. Et alius ipso mortuo latus lanceā transfigebat, & quando de cruce depositus, nudus in terrā iacebat, & absque sepulcro, donec quidam quæsiuit ut tolleret & sepeliret. Alij querelam aduersus eum diuulgauerunt dicentes: Recordati sumus, quoniā seductor ille dixit. Alij resurrectionem occultauerunt; alij negauerunt. Et sic in vita & in morte, & post mortem non fuit, nisi in continuo despechū, ignominia & vilitate; & hæc quæsiuit & tolerauit ut sic ad gloriam resurrectionis in quantum homo perueniret, & nos ad summam gloriam exaltaret.

Christi exemplo gloriosa mundi vita.

177 Igitur factus est nobis forma & exemplum & doctor & magister gloriosus Dei filius, ut gloriam temporalē conteneremus, & non solum modo ipsam non quæreremus, sed etiam præsentaram & exhibitam refutaremus. Ipse enim numquā gloriam propriam quæsiuit, sed gloriam sui Patris, imò potius repulit & contempsit, & humiliavit se de celo usque ad pedes discipulorum, & exinanivit se formam serui accipiens, & factus est obediens usque ad mortem, mortem autem non qualemcumque, sed turpissimam & despectissimam & acerbissimam, scilicet crucis. Sed heu! proh dolor! quæ persona inuenitur hodie, quæ diligat talem societatem ut scilicet fugiat honorem, & diligat verecundiam, quæ habetur propter paupertatem, humiliem statum, humile officium, & cetera humilia, & quæ velit esse annihilata, deiecta, & contempta, quin de bono, quod habet, vel agit, & facit, & loquitur, vel aestimat se habere, velit commendari & laudari, quin sequatur, vel applaudat adulatoribus? Veraciter unusquisque in viam suam declinavit, nec est usque ad unum, qui faciat bonum istud: & verè si quis est talis, hoc esse non potest, nisi sit cōiunctus cum capite Christo per amorem verum, ut viuum membrum eius. Videndo enim quod Christus Rex suus & magister & caput diligit, & vult talem societatem, & ipse vult similiter.

Cōtempnus & abnegatio sui qua-rendae.

178 Sed inueniuntur multi quorum quilibet dicit: Ego diligo & quero diligere Deum, & non curio, si mundus non faciat mihi honorē, sed nolo quod faciat mihi verecundiam, nec volo esse deiecta, nec vituperatus, nec confusionem in præsentia mundi recipere. Sed istud est signum manifestum paruæ fidei, & paruæ iustitiae, & parui amoris, & magnæ tepiditatis. Quia vel commisit illud, propter quod est dignus sustinere confusionem, & pœnam & verecundiam, de quo pauci se iuste possunt excusare; vel non commisit: si commisit, propter opera sua manifesta vel absconsa, debet sustinere, si verè sit pœnitens, neque iustus, cum patientia, imò etiam cum placentio animæ & corporis, & hoc duabus rationibus: primò quia illa verecundia & confusio & pœna quam sustinet cum patientia, satisfacit Deo, & proximo secundùm voluntatem diuinæ iustitiae. Si verò non commisit mala opera, nec per voluntatem, nec per opera, debet portare & tolerare omnem verecundiam & confusionem, si Deus permisit, & hoc in centuplum cum maiori patientia & gaudio, quam primo modo, quia illa pœna, & illa confu-

*Delet pec-
catorum
pœnam.*

Gratia &
gloria au-
gmentum
meretur.

Tom. I.

sio, & verecundia tota ponitur in augmentum gratiæ: Avetos crescente autem merito gratiæ, crescit donum & præ-RE AR-mium gloriæ: & sic proculdubio cum toleratione ve- NALDO. recundiæ & confusionis, quæ adueniunt absque culpâ hominis, crescunt & perficiuntur animæ sanctæ, & amici Dei, sicut & perficiuntur tolerantes propter Deum pauperratem & alias afflictiones. Ideo Christus dilexit verecundiam & fugit honorem, ut doceret amicos suos, quomodo possint crescere in merito & gratiâ. Ista igitur societas secunda fuit continuè cum vita Christi. Si enim volumus videre benè principium, medium & finem ultimum vitae Christi filij Dei, totum fuit humilitas, & in mundo isto viuere sine honore, & despctus, & reprobatus à mundo, & ab illis, qui diligunt mundum.

C A P V T X VI.

Christi summus & continuus dolor.

179 **T**ER TIA societas sua magis experimentalis & c. 61. continua, fuit summus dolor, à quo statim anima Christi, quando corpori sanctissimo fuit infusa, fuit etiam associata. In illo enim momento, quo fuit anima illa humano corpori & diuinitati unita, statim fuit repleta summam sapientiâ: & ideo Christus statim A primo tempore In carnatio-nis Christi fuit capi dolere. fuit viator & comprehendens: & statim in utero Virginis matris sue incepit sentire summum dolorem, scien-do, videndo, & considerando, & intelligendo vniuersaliter & singulariter omnes pœnas, & quamlibet per se, quas ipsa anima cum suâ carne experiri debebat, & pro nobis tolerare. Et sicut propinquus mortifacetus fuit in agoniam, & in tantâ tristitiâ, quod corpus sudorem sanguineum usque ad terram emisit, propter hoc, quod acerbitatem mortis præuidebat; ita anima Christi præuidendo ista tormenta sibi affutura, summo dolore dolebat, quamvis corpus non experiretur tantum, sicut quando passioni fuit Christus propinquus.

180 Anima illa sancta præuidebat cultellos illarum Omnes pessimatum linguarum, & verba aculeata cuiuslibet crucis: crucis lingua singularis: & sciebat, & continuè considerabat & tormen-ta mortis continuo debet affligi, interfici, deludi, & macrari, & videbat se cum dolore ad hoc natum, & ad hoc venisse in mundum. Vnde non poterat esse nisi in dolore, quando considerabat, qualiter debebat esse venditus, traditus, captius, negatus, derelictus, ligatus, colaphizatus, derisus, verberatus, accusatus, blasphematus, maledictus, flagellatus, iudicatus, reprobatus, condemnatus, & sicut latro ad crucem ductus, spoliatus, denudatus, crucifixus, mortuus, lancea percussus. Et sciebat omnes percussionses martelorum, & omnes iactus flagellarum, & foramina clavorum, & omnes guttas sanguinis, & lacrymatum gutras, quas fundere debebat, & omnia suspiria & fletus, & lamenta dolorosa sua & marris suæ; quæ omnia illa sancta anima Christi semper præuidebat, & considerabat, & quando sic se habebat, absque dubitatione non poterat esse sine tristitiâ, & summo cordis & mentis dolore. Et sic tota vita Christi fuit associata summo dolore, tristitiâ & afflictione.

181 Præter hoc, Christus Dominus verus liber vi-tæ innumerabiles tolerauit dolores. Statim enim na-tus non in balneo, nec in plumis positus, nec pellibus inuolutus, sed in fæno, in tabulo, & duro prælepio in-ter iumenta collocatus est, & sic infantulus tenerimus statim natus incepit secundum corpus tolerare corporis afflictiones. Consequenter peregrinationes cum In fugâ in matre suâ dulcissimâ & tenerimâ Virgine & Ioseph Ægyptum. sene usque in Ægyptum per desertum vastissimum per-egit; in cuius transitu filij Israël sine cibo humanitûs preparato quadraginta annis permanserunt. Confe- In peregrinatōne ad templum secundum legis statuta faciebat adhuc puerulus continuè pedibus suis templum Hierosolymitanum. ambulando, cum tamen locus suus Nazareth plusquam per duas dietas Hierusalem distaret.

T

182 Et

**Aucto-
re AR-
NALDO.
In ieju-
& tenta-
tionibus
demonum.**

*In Iudeorū
conuersio-
ne & con-
cionibus.*

*Dolor in
Christo ex
compas-
sione generis
humani
infinitus.*

*Ex cōpas-
sione pro-
priā preui-
dendo fin-
gula tor-
menta su-
finenā.*

*Ex cōpas-
sione Pa-
tris eterni
mortem
imperati.*

182 Et factus vir statim post baptismum desertum intravit, ibique quadraginta diebus iejunauit, & esu- riuit, in tantum quod diabolus credidit eum propter famam ad peccatum posse inclinare. Vnde & de hoc primo eum tentauit. Iuit igitur pedibus suis per castella, per loca, per ciuitates, famem, siti, pluuias, calores, caumata, frigora sustinendo, sudando, se fatigando multas molestias sustinendo, & tandem mortis supplicia tolerando. Et hos omnes labores sustinuit, ut viam veritatis praedicaret, & falsitates dæmonum & eorum dominium exterminaret, & vt hominibus penitentiam vilissimam demonstraret, & ipsos ad eam induceret, & vt ostenderet in dolorum & afflictionum toleratione stare felicitatem, & bonum hominum, & gloriam, & vt nobis exemplum daret quod predicta sunt toleranda.

183 De doloribus autem quos tempore passionis sustinuit, nulla lingua sufficit dicere, nec cor cogitare. Fuit enim in Christo dolor ineffabilis multiplex, fuit etiam in Christo dolor intentissimus & acutus, ex compassione, quam habuit humano generi, quod diligebat summo amore: & non solum in communis dolebat pro toto humano genere perditu, deiecto, & damnato; sed cōpatiebatur vnicuique persona humani generis cum summo dolore; & non solum pro peccatis vniuersiisque personæ in communis, imò etiam secundum mensuram quantitatis vniuersiisque delicti & pœnæ, quam eos incurrisse, & in futurum incurriere sciebat certissime. Quot igitur fuerunt, vel sunt homines, & quot peccata commisit, vel committet quilibet homo, & quot habet vel habebit peccata, tot Christus habuit dolores ex summâ misericordia & compassione provenientes. Cùm igitur homines & eorum peccata, & pœnas quas incurrerant, & incurrere debebant, essent infinitæ, manifestum est, summum dolorem & infinitum eum pro nostro amore sustinuisse. Christus enim quemlibet electorum suorum ineffabiliter diligebat; & hoc amore eiuscero in eos secundum mensuram cuiuslibet, sentiendo præsentialiter, & continuè eorum offensam commissam, & committendam, & pœnam, & pœnas quas propter tales offensas sustinere debebant, & dolebat & compatiebatur eisdem sustinendo eorum pœnas cum summo dolore. Tali scilicet, & tanto dolore, & compassionē fuit afflictus propter nos dulcissimus Iesus, ut ipsa compassio summa, quâ nobis condolebat, eum impulerit ad sustinendum tormentum crucis, & mortem horrēdam & dolores infinitos, ut pro nostris offendis satisfaceret, & nos redimeret, & à pœnis nos alleuiaearet.

184 Fuit etiam in Christo dolor compassionis propriæ, scilicet suimet ipsius. Summè enim compatiebatur sibi ipsi de doloris pœna & ineffabili, quam super se venire ineffabiliter videbat. Videns enim Christus, & considerans se ad hoc missum à Patre, ut omnium electorum suorum dolores & pœnas portaret in seipso, nec posse falli, quod tam excessiuū & ineffabilem non sustineret dolorem, & se ad hoc totaliter esse datum; compatiebatur sibi ipsi summo dolore. Si enim aliquis dolorem maximum & pœnam super se certissime & ineffabiliter venire cognosceret, & ipsum dolorem sine intermissione haberet præ oculis, absque dubio sibi ipsi compateretur, & tanto plus, quanto super se venire cognosceret maiorem dolorem: & adhuc quanto plus intelligeret & sentiret qualis & quantus esset talis dolor. Hæc omnia summè fuerunt in Christo, plus quam dicere possim. Sed hoc exemplum dico propter grossitudinem intellectus humani.

185 Fuit etiam in Christo dolor compassionis sui misericordissimi Patris. Infinitè enim Christus diligit, & dilexit Patrem suum Dominum misericordiarum & totius pietatis. Videns enim ipsum Deum Patrem, quem in infinitum diligebat, tantæ affici compassionē & misericordiâ super nos, ut se & suum filium dilectissimum

vellet dare, & morti tradere, qui erat sibi in infinitum res carissima, infinito super hoc compatiebatur dolore super tantâ compassione Dei Patris: propter quod vt voluntati Patris quodammodo remedium adhiberet, humiliauit semetipsum sibi factus obediens usque ad mortem crucis: & hunc modum doloris impossibile est explicare. Dico igitur quod dolor fuit in Christo *Ineffabilis* Christi dolor: qui quidem dolor ineffabilis fuit confessus, & in ipso permisus, & dispensatus ex ineffabili sapientiâ diuinitatis. Quæ dispensatio diuina ineffabilis & æterna cum Christo ineffabiliter & æternaliter *Chrifi dolor, ex dini- nâ dispensatione or- dinantis.* comitata & vnta dolorem pati summè in eo dispensabat, & quād dispensatio diuina est mirabilior, tanto dolor Christi fuit acutior & intensior ex diuinâ dispensatione resultans, ita quod nullus intellectus est ita capax, quod illum dolorem vñquam potuerit comprehendere. Ista enim diuina dispensatio fuit origo omnium dolorum, & in hac oriuntur & finiuntur. Et sicut est impossibile comprehendere aliquem intellectum infinitatem caritatis, quam ostendit in hoc, quod per mortem suam nos redimere vellet, sic est impossibile comprehendere infinitum dolorem in eo dispensatum, quo ipse doluit. Fuit enim iste dolor resultans ex ineffabili lumine Christo dato. Ipsa enim diuinitas lumen ineffabile ineffabiliter Christum illuminans, & cum istâ diuinâ dispensatione in ipsum viuens & in ipso diuino lumine in dolorem transformans, tantum sibi reddebat dolorem, quod ineffabile est totum. Videbant enim Christus quamdam ineffabilem miseriam sibi datam tam excessiui doloris, qui dolor suâ ineffabilitate, esset omni creaturæ occultus. Istius enim doloris, scilicet diuini luminis sibi dati, diuina dispensatio fuit fons & origo.

186 Fuit etiam in Christo dolor compassionis suæ *Ex cōpas-
sione Ma-
tris sua te-
nerrimè conolen-
tis.* dulcissimæ Matris, quia enim Christus suam Matrem plus quam aliam aliquam creaturam dilexit & diligebat, vt pote quia ex ipsâ solâ carnem virgineam traxit, & quia ipsa suo filio plus quam alia creatura condolebat propter capacitatem nobilissimam, & profundissimam, quam habebat excellentius, quam aliqua creatura; idò Christus ei condolebat & compatiebatur, quia eam corpore, corde, & animo summè dolere & lamentari videbat: dolebat enim ipsa Mater in summo, & ipse Christus illum suum dolorē in seipso portabat, & huius doloris fundamentum fuit in dispensatione diuinâ.

187 Fuit etiam in Christo dolor de offensione Patri, quem summè diligebat: videbat enim qualiter in summum Patrem suâ passione, quando homo suum Dominum & suum factorem crucifigebat, summè offendebatur Deus Pater: maius enim peccatum, quod vñquam fuerit, nec futurum sit, fuit interficere & crucifigere filium Dei, & cōsequenter plus offendebatur Deus, de quo Christus sine dubio in immensum doluit. Vnde & dolore & compassionē motus tam ex parte Patris, qui offendebatur, quam ex parte hominum, qui eum offendebant, fuit motus ad dicendum illud verbum: Pater dimite eis, quia nesciunt quid faciunt. Forsttan enim Deus Pater iterum totum humanum genus damnasset propter hoc, nisi Christus quasi oblitis omnibus aliis doloribus in morte suâ benignâ oratione factâ cum lacrymis & clamore Deum Patrem mitigasset.

188 Fuit etiam in Christo dolor cōpassionis Apostolorum & discipulorum ipsius: dolebant enim Apostoli, & discipuli, & mulieres quæ secutæ eum fuerant, apolos suorum maximo dolore. Cùm ergo eos Christus summo amore diligenter, dolorem discipulorum dispersorum & tribulitorum Christus in seipso portauit.

189 Præter hos dolores, Christus multiplicem dolorum sustinuit. Quadruplici enim genere gladiorum & sagitarum fuit vulneratus & crucifixus iste Deus Christi. homo Christus Iesus. Primum fuit obstinatorum cordum peruerbia crudelitas: erant enim eorum corda obstinata conti-

Dum crucifixus. continuè contra Christum vehementissimè obstinata, & in continuo studio & diligentia erant cogitantes, & machinantes, quomodo eum vituperabilius & crudelius exterminent de terrâ, & nomen eius, qui eos salvare venerat, & omni societatem eius. Secundum genus fuit malitia & nequità illarum iratum grandissimarum & odiorum; quas illi crucifixores contra crucifigenum ipsum continuè portabant: quod enim cōtra ipsum cogitationes, & peruersæ intentiones, & iniquæ voluntates fuerunt, tot fuerunt cultelli & sagittæ animâ Christi.

1. Odium crucifigenum. sti transuerberates. Tertium genus fuit malitia & domine accusantium. lositas linguarum vociferantium contra ipsum: quot enim fuerunt accusations, detractiones, iniqua consilia, subsannationes, derisiones, oblocutiones, blasphemiae, maledictiones, falsæ sententiae, falsa testimonia, tot sustinuit dolores animam suam affligerentes. Quartum genus fuit crudelissimum opus passionis, quod in eum dirissimè exercuerunt; & hoc patet deducendo per totam passionem: quod enim tractus capillorum, & barbae, & capit is, quot impulsus, quot ligamina, quot alapæ, quot colaphi, quot exspitiones, quot verberationes, tot sustinuit & habuit passiones, potissimum ex parte clauorum: quia accepérunt clavos grossissimos, æquales, scabrosos & quadratos quibus manus eius & pedes crudelissimè perforantes, & transfigétes & totaliter lacerantes & destruētes, ipsum crudelissimè affixerunt. Ex tali enim formâ clauorum pœna supermaxima resultauit. Supposito etiam, quod ligno manus eius & pedes non fuissent affixæ, adhuc utique passio durissima perstiteret; sed adhuc non contenti, manus & eius pedes trahentes, & totum corpus & ossa & neruos extendentes, & dislungenentes & dinumerantes, ligno durissimo affigentes strictissimè compresserunt. Et nec sic contenti, crucem in altum eleuantes, & nudum frigori, vento & aëri, & populo exhibentes; ponderositas totius corporis & grauitas in manibus pendebat, & in pedibus sustentabatur, vt duritia clavorum amplius entretur, & sanguinem sine intermissione clavis in plagiis existentibus emitteret, & sic in tormento maximo moreretur, & sic omnis eorum malitia completeretur.

Quibus de causis clausis clavis. 190 Et ut ipse Deus & homo de tam excessivo dolore nobis aliiquid manifestaret; & quod non pro se, sed pro nobis illum tolerârit patefaceret, & vt de ipso dolore nos semper dolere, & euisceris compati nos instrueret; istis tribus de causis illud verbum clamauit cum in isto dolore esset, dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Deus enim dereliqueret eum non poterat, cum ipse Deus esset. Sed seipsum hominem manifestauit; cum se derelictum in suis doloribus proclamauit: tunc enim clamando manifestauit superacutissimum dolorem & ineffabilem, quem pro nobis tolerabat: Deus enim dolorem Christi bene sentiebat similiter, quia ipsum portabat; ergo non nobis clamauit, vt summum dolorem, non pro se, sed pro nobis se pati indicaret: & sic ad dolendum & condolendum semper & assidue nos prouocaret; & moneret. Et ne quis existimet ipsum solū quando in cruce erat doluisse, ex quo formatio corporis, & eius organizatio, & animæ infusio, & verbi unio simul & semel fuerunt, ex quâ supermirabilis unione anima illa repleta fuit summâ sapientiâ & ineffabili, omnia sibi præsentia & futura repræsentauit. Et ideo superacutissimum dolorem & omnino ineffabilem sibi videbat aduenire, statim quando formatus est & conceptus: & ideo de hoc continuè dolens (diuinâ sapientiâ dispensante) istum dolorem tolerauit ab animæ infusione usque ad animæ separationem: & hoc verba sua testantur cum dicat frequenter se crucem baiulare, & cum dicat discipulis non pro se, sed pro illis, & pro nobis crucem tolerare, & se esse tristis: & ideo, Tristis est anima mea usque ad mortem, hoc dictum est, vt nos ad dolorum super suum dolorem efficacius prouocaret.

Tom. I.

Ab instâniationis Christi sumnum hunc doloris habuit. anima illa repleta fuit summâ sapientiâ & ineffabili, omnia sibi præsentia & futura repræsentauit. Et ideo superacutissimum dolorem & omnino ineffabilem sibi videbat aduenire, statim quando formatus est & conceptus: & ideo de hoc continuè dolens (diuinâ sapientiâ dispensante) istum dolorem tolerauit ab animæ infusione usque ad animæ separationem: & hoc verba sua testantur cum dicat frequenter se crucem baiulare, & cum dicat discipulis non pro se, sed pro illis, & pro nobis crucem tolerare, & se esse tristis: & ideo, Tristis est anima mea usque ad mortem, hoc dictum est, vt nos ad dolorum super suum dolorem efficacius prouocaret.

191 Et hic dolor cum omnibus supradictis fuit vero hemens & acutus propter nobilissimâ animam, quam ^{RE AR-} habebat: quod enim illa anima erat sanctior, & minor & nobilior, tantò acutior & intensior cruciatur dolore. Anima enim illa summè nobilissima ex ^{NALDO.} omnibus his iniuriis & afflictionibus summo cruciatur ^{Dolor intensior.} dolore: omnes iij dolores originem trahentes ex ratione illâ summâ & ineffabili dispensatione deitatis, taliter nobilitate animam Christi cruciauerunt, quod omnis per se dolor Christi. in Christi corpore redundauit, vehementissimè ipsum corporaliter affligen. Fuit etiam ille dolor intensior 2. Ob deli- propter nobilitatem & delicationem sui virginei cor- ^{catiorem.}

poris, quod fuit nobilis omni alio natu de muliere: & complexio- ideo magis sensituum, & magis affligebaratur ex prædi- nem corporis virgi- eto dolore. Fuit autem acutissimus dolor in Christo nei. ratione personæ, quia verus Deus erat. Vnde & omnis 3. Ratione afflictio & iniuria sibi illata infinitam offendit conti- nebat: nam non solù homini siebat, imò etiam Deo quia verus vero, propter quod rationem dolendi infinitam habe- Deus erat. bat: & ineffabiliter dolebat de omni contumeliâ & afflictione sibi illatâ.

192 Et in his omnibus Saluator ipse mundi Deus Ineffabilis homo Christus Iesus cùm pateretur, non cōminabatur, nec maledicebat, nec se defendebat, nec se vindicabat; nec cùm accusaretur, se excusabat; nec cùm in facie spueretur, ipse non eam abscondebat; nec cùm manus & brachia in cruce extenderentur, non ea retrahebat; nec cùm ad mortem quæreretur, non se abscondebat; sed totaliter, & omnimodè se tradidit voluntati eorum, vt per nequitiam eorum etiam ipsis no- lentibus & ingratis opus redēptionis ministraret. Imò (quod est ineffabile cogitare) in ipso pessimo ope- re passionis, quod in eum innocentem exercebant, ipse exemplum patientiæ præbebat, veritatē eos docebat, pro eis cum lacrymis & fletu, & clamore intentissimè Patrem orabat. Et pro ipso peccato eorum grādissimo (pro quo omnis mundus, & humana natura perire merito debebat) tunc ipse maiora beneficia præstabat, vt pote quia ipsomet dolore & passione (quam ipsi ministrabant) ipse pro omnibus nostris doloribus sat- tisfecit, & tunc nos redemit, & portas paradisi crucifixoribus, & omnibus aliis aperuit, & suo Patri recōciliavit: & gratiosos nos effecit, in tantum quod filij Dei simus, omnino sibi reconciliati in ipso opere, quo damabilis erat totus mundus, & omnis creatura, pro eo videlicet quod creatura inuenta fuerit in suum cre- atorem tantam iniuriam intulisse. O pietas! ô immensa misericordia! ô inexcogitabilis benignitas, quod vbi superabundauit infinita iniquitas, ibi superabundaret & gratia, talis ac tanta, quæ verè fine non habet!

193 Hoc mysterium totum fecit infinita illa beni- ^{Eius ex- ginitas, & misericordia, vt nobis esset exemplum pa-} plum se- quendum.

tientiæ in omni tribulatione, & aduersitate, & non solū inimicis mala non redderemus, imò etiâ eis amo- re Redemptoris bona conferemus. Si enim aliquis Patriarcha, aut sanctus Propheta, aut Angelus, aut alius sanctus exemplum tale dedisset, certè merito accep- dum fuisse: sed quod sapientia Dei infinita apparuerit inter nos incarnata, & veritas infallibilis (quæ decipi, nec decipere potest) nobis tale exemplum viuendi de- derit, cum negligentiâ nullatenus est transeundum: sed summâ diligentia perfectissimè adimplendum.

194 Scimus, audiuimus, totâ die dicimus & ser- mōcinamur Dei filium in doloribus, & talibus ac tan- tis doloribus, totam vitam peregrisse, nec solū casu fortuito tribulationes contingentes cum patientiâ to- lerauit, sed ipsas (qui peccatum non fecerat) elegit, spontaneè assumptis, ipsas quaesivit, inuentas dilexit, & se ipsis subiecit opere tolerando; & sermone ipsas, & eas tolerantes esse beatos prædicando: nec ipsas af- flictiones corporis & animæ proper Deum assumptas, ^{Regia via ad vitam,} aut cum patientiâ toleratas sermone otioso laudauit, ^{via doloris ac tribula-} & beatificauit: imò ipsas in corpore suo, & animâ af- ^{tionis.} sumpsit,

T 2

AUCTO-
RE AR-
NALDO.

sumpsit, quales nullus aliis sustinuit, & se dicit per eas & propter eas gloriam suam & suum regnum intrasse. Et omnino afferuit nullâ alia via, nullo alio modo quam per dolores & penas & tribulationes gloriam æternam ab aliquo esse possibile adipisci: nam & haec est verè via regia quam Deus assumpsit. Et stolidissimus est, qui dubitat vel negligit, postquam Dei filius creator noster per eam iuit, quis sequatur Dominum suum infallibilem doctorem, pariter & redemptorem:

*Inexcusa-
biles sunt,
qui tribu-
lationes fu-
giunt à Deo
immissis.*

195 Nouit enim ipse, & verè nouit, & sciebat, quid boni lateret in doloribus & tribulationibus, proprieat ipsas assumpsit, ipsas elegit, delectationes fugiendo, consolationes temporales detestando, & detestabiles prædicando. Et quidem priusquam ipse verus Deus, & homo ipsas in seipso elegisset & assumpsisset, (quamvis per sanctos suos Prophetas hoc idem dudum ostendisset) tamen aliqualiter excusari posse viderentur tribulationes fugientes, & voluptates insecantes. Sed ex quo Dei filius, & tales ac tantas elegit aduersitates, quis infelix & stultus erit talis, qui dubitare vel negligerre debeat post tantam veritatem tam claram ostensam, tam altè prædicaram, & manifesto opere à tanto Domino exemplatam, & exemplo mundo manifestatam? Verè nullus: nisi sit stolidissimus, & omni damnatione dignus. Quali igitur damnatione & confusione digni sumus nos miserandi, qui vilissimi peccatores existentes, non solum tribulationes ipsas in pénitentiâ non assumimus, nec recipere cutamus, imò illas, quas Deus ad retrahendum nos, & purgandum à malo, nobis ex suâ summâ misericordiâ, & sapientiâ immittit, aut venire permittit, illas cum impatiensiâ refugimus, repellimus, & murmurando conquerimur, & contra eas cum summo studio nos munimus, & consolationes querimus & remedias, quibus à tribulationibus subleuemur?

*Nimia fol-
sapientiâ ordinante & disponente modicum frigoris
licitudo
in malis
corporis &
iniuriis de-
pellendus.*

196 O infelices & verè miseri, qui non solum de afflictionibus, & penis temporalibus, quæ remedia sunt peccatorum, & curationes non curamus: imò à medico oblata sapientissimo refuramus! Si enim summâ Dei occurrat, statim ignis queritur, vestes superduplicantur: si æstu vel calor euenerit, refugium queritur: si caput vel stomachum dolemus, clamamus, plangimus, suspiramus, ad medicos currimus, remedia queruntur, lectus mollis disponitur, delicata adhibentur, & vt mitigentur, Deum & Sanctos infestamus, & intentissimè flagitamus, & ieiunia, peregrinations, orationes promittimus & vovemus: & tanta & talia facimus pro talibus doloribus & afflictionibus nobis utilibus, & à Deo ministratis amouendis, quæ pro remissione peccatorum, vel pro bono animæ non faceremus. Si etiam Deo disponente & permittente pro nostrâ utilitate, ab aliquo homine aduersitatem, aut iniuriam patiamur, statim turbamur, commouemur, irascimur, conquerimur, malitiosum iudicamus, maledicimus, detrahimus, & vt possimus, nos vindicamus, & omnem iniuriam repellimus, & molestiam refugimus, & evitamus; nec aliquid doloris vel afflictionis, vel aduersitatis, quod nobis ab æterno & cælesti medico administretur, cum patientiâ & complacentiâ volumus tolerare.

*Tribula-
tiones à
Deo im-
missa mā-
gis merito-
ria quæ
spontaneæ.*

197 O quot & quanta fiunt & facta sunt, expenduntur, & expensa sunt, vt dolores & afflictiones, & aduersitates, quæ Deus misericorditer, aut immittit, aut permittit, vitarentur! quæ tamen proculdubio fâlubria essent, & magis meritoria, si vt quasi spontaneæ assumptæ tolerarentur, quæ multæ aliae afflictiones, & penitentiae, quæ pro libito assumuntur: melius enim nouit cælestis medicus, quæ afflictiones & aduersitates ad animam purgandam, erudiendam & perficiendam requiruntur, quæ ipse infirmus & insipiens homo. Tales enim afflictiones & penitentiae pro libito voluntatis quæsitus & assumptæ, vanæ gloriae vacant

inultum quandoque. Contingentes autem ex dispositiōne diuinâ, & cum magnâ patientiâ & complacentiâ acceptatae, occultantur hominibus quasi ex necessitate & coactione voluntaris tolerentur. Dico igitur & consulo filii, vt frigora, rigores, calores, æstus, pulices, sudores, cauteria, capitis, stomachi & alias corporis dolores, saluâ eius consistentiâ toleremus; nec curiosi simus ad remedia querenda, nisi in summâ necessitate, quæ omnino bonum animæ impeditret. Idem dico, si Deo disponente, aut permittente, paupertates, amicorum mortes, oppressiones, persecutions, opprobria, verbena, rapinae veniant & contingant, non doleamus; imò non solum cum patetiâ toleremus, sed ipsas tamquam à medico lumino & nostro Salvatore nobis electas & administratas amore eius, & pro nostro summo bono cum magnâ cōplacentiâ acceptemus; tamquam si à nobis ipsis spontaneè & voluntariè essent quæsitus & acceptæ. Et tunc proculdubio tantum, imò magis erunt meritoria, quæ si (non alias contingentes) nos ipsi pro libito voluntatis ad peragendum penitentiam acciperemus. O miserabiles quid amplius dicemus? qui non solum dolores & afflictiones & aduersitates nobis à Deo sapientissime & misericorditer, sicut ipse sustinuit, administratas refugimus, imò ad contrarium nescimus: nam die ac nocte voluptates & dulcedines corporales insequimur, consolationes temporales summo studio ac diligentiâ querimus, & vanâ gaudia iugiter meditamur. Verè non est haec via Dei hominis Iesu Christi omnium Salvatoris. Quomodo enim vadit ad illum, qui est via doloris & exemplum, illa misera anima, quæ in mundo isto semper vult habere consolationem, in veritate anima, quæ sapiens est, & quæ sapienter vult vivere, non debet aliud in mundo isto querere quæ dolorem. Imò si attendat ad dilectum suum Iesum, & haberet scintillam amoris, non deberet querere aliud lucrum, nec alium statum in isto mundo, nisi illum quem ipse habuit, scilicet dolotis & angustiæ, & afflictionis: & hæc esset tota cōsolatio eius.

198 Et non solum dico in istis terrenis, & tempo- Non eſt
ritibus, & corporalibus rebus, imò etiam dico de spirituali-
titudinibus: non enim in seruitio Dei debemus multum
curare de consolationibus quæ ibi inueniuntur. Num- bus à Deo
quid enim Maria Mater Iesu dilectissima videns dile-
petenda cō-
solationis.
Quum suum filium in cruce plangente & torquentem,
petuit tunc ab ipso dulcedinem; aut consolationem.
Certe nequaquam; sed angustiam ab eo accepit; ama-
ritudinem, & dolorem. Ita debet esse in animâ nostrâ:
signum enim est pauci amoris, imò est magna præsumptionis, si anima desiderat à Christo in mundo isto
aliud sentire quæ dolorem. Plus enim placet Deo
seruitio pauperis, qui seruit sibi fideliter propter
amorem sine expensis & beneficio, quæ seruitio di-
uitis, qui quolibet die facit expetas magnas, & seruit
sibi sub spe recipendi spirituale beneficium. Ita anima
pinguis & diues ex magnâ dulcedine, quæ degustat
de Deo in seruitio suo, si cucurrit ad eum per amo-
rem & seruit sibi, non est tanti mériti; quanti est illa,
quæ currit ad Deum, & seruit sibi similiter, & cum si-
mili amore, sine tamen consolatione; sed cum dolore.
Igitur ita videtur mihi, quod doceat me lumen diui-
num quod venit de virtute Christi, quæ est via eundi per Per affli-
dolorem ad Deum, & in Deum, quod per viam, per Aetates cō-
summum iuit caput nostrum, scilicet Christus Iesus, per formantur
illam viam debeat ire manus, brachium, pes & cetera membra ca-
piti Christi.
Et sic inueniet anima finaliter per pauper. No.
temporalem diuitias æternales; per despectum
& verecundiam, summum honorem & magnitudinem
gloriarum; & per modicam penitentiam perfectam
cum penâ & dolore, possidebit summum bonum cum
summâ dulcedine, & consolatione; licet anima debeat
ipsi Deo seruire propter ipsum, quia est dignus in infi-
litum diligi, & quod sic cum summâ reverentia ser-
uiatur ei à qualibet creaturâ propter suam summam &
altissi-

altissimam bonitatem. Cui si honor & gloria, per infinita sæculorum sæcula, Amen.

Varii Dei benedictis Angelis. 199 Sit igitur gloria omnipotenti Deo, cui complacuit nos cùm nihil essemus, ad esse prouidere, & ad suam similitudinem nos creare. Sit honor, virtus & gloria sibi misericordissimo, quia nos cùm essemus miseri, captiui, & exules, & damnati, per passionem, dolorem, despctum, & paupertatem sui filij, voluit nos redimere, & exaltare. Sed sit gloria rursus Deo benignissimo & misericordissimo, cui in tantum misericordia & bonitas præualuit, vt nobis misericordia & indignis peccatoribus veller regnum suum quomodo cumque dare, ita quod qualitercumque à nobis posset ad ipsi.

Hac via crucis omnibus peruvia est; Sed adhuc sit gloria & laus Deo nostro dulcissimo, cui ex suâ pietate complacuit, vt veller nobis dare regnum suum, & sui societatem & fruitionem, mediante tribulatione, dolore, despctu solùm & paupertate. Si enim possemus habere suum regnum cum auro, argento, gemmis, & diuinitiis, fortitudine, sapientia, viribus, cùm non omnes tales sumus, vt ista habeamus, non omnium posset esse regni cælorum: nunc autem sibi complacuit, vt per res quæ ab hominibus & facilitet omni tempore haberi possunt, & quibus abundare possumus, regnum eius conqueremur. Nullus enim est, qui si velit, non possit esse pauper propter Christum; qui non possit laborare, aut pœnitentiam saltem corde, & despctum sustinere: nam & vitam istam nullus transire sine aliquo istorum potest, quæ saltem cùm contingunt, si propter Christum patienter & gratiosè tolerentur, regnum Dei præmerentur. Et adhuc amplius sit Deus benedictus, qui in multâ & longâ tolerantiâ istorum non posuit premium regni sui, sed in breuissimâ huius vitæ duratione, quæ verè vt momentum est æternitati sui regni comparata. Et certè si mille milibus annorum, aut longissimorū sæculorum nos prædicta amore Dei & tanti regni, tolerate hic asperita & durissima & pœnofissima dporteret; verè cum immenso gaudio & desiderio, & gratiarum actionibus utique acceptâdum iunctis manibus erat; quantò magis nunc vbi à Deo misericordissimo nobis est concessum & indulatum, vt solùm & tantum in tantâ breuitate vitæ nostræ; quæ nunc est, prædicta sustineremus. Vita enim hæc nostra verè nihil est, si æternitati & durationi sui regni, qui sitie sine est, compensetur. Sit adhuc gloriofus Deus noster benedictus, qui talem regni sui collocacionem & commutationem voluit nobis in suâ personâ apprendo visibiliter in mundo isto suo verbo promittere, & firmiter stabilire, & suo exemplo confirmare. De cetero enim nullatenus dubitandum est, quin per breves labores & afflictiones & pœnitentias huius breuis vitæ possumus, & oporteat nos regnum suum obtainere, ex quo ipse nobis immedietè hoc promisit, & quod est plus, suo exemplo confirmavit. Tribulationes enim ipse tolerare voluit, & non aliter quam per tolerantiam doloris summi, & paupertatis & despctus, regnum suum voluit possidere.

Et pauorum in hac virtute annostrum. 200 Venite igitur, venite ô filij Dei, currite ad Christi crucem, ad dolorem, despctum, & paupertatem: & transformemini cum totis viribus in istum Deum hominem passionatum, qui tantum nos dilexit (ô filij Dei!) quod propter nos tam ignominiosam, & omnino ineffabiliter dolorosam mortem amarissimè sustinuit Christus; & hoc solùm, vt nos redimeret, & exemplum nobis dura tolerandi amore eius præberet. Est enim perfectio, & signum verax filiorum, Deum amare, & proximum: & sicut iste Deus & homo passionatus fidelissimè & purissimè nos dilexit in nullo sui misertus; sed totum seipsum impendens doloribus propter amorem nostrum; ita iuxta possibilatem à Deo mōs filii legitimis omnino vult sibi quodammodo résponsori. Nunc ergo ô filij Dei scitote, quod iste Deus hæc crucis & homo passionatus continuè mihi dicit, vt vos morem & exhorter, vt ipsi fidelissimo sitis fideles, & cœlantes.

Hæc certa sunt ex promissione Christi.

Parenesis ad patientiam.

B. Angela.

Tom. I.

etiam sitis proximo amore fidelissimo vñiti & copulati. Omnis enim qui fidelis est Deo, fidelis est proximo: quomodo autem & quantum iste Deus & homo passionatus purissimè & fidelissimè nos dilexit, per suam conuersationem, & per suam doctrinam, & per suam mortem nobis apertissimè demonstrauit.

201 Sed quoniam infideles sumus, idèc eius præ nobis ortum pauperitum & despctissimum, nec eius morte dolorosissimum, nec eius conuersationem durissimam, nec eius doctrinam dulcissimam & verissimam, viue & continuè non videmus. Et quoniam hæc prædicta diuinissima & saluberrima cordialiter non cernimus, propterea eius mors, quamvis sit paupertima, humillima, despctissima; tamen non facit nos mortuos mundo, nec peccatis. Et quis est homo qui huic fidelitati fidelissimè & diuinissimè, quam nobis ostendit Dei filius; etiam parvissimâ fide viuâ & continuâ respondeat? Imò hoc quasi non factum, post tergum protecimus. Venite igitur filij mei benedicti, & respicite istam crucem, & Christum in eâ pro nostris iniquitatibus mortuū, mecum plangite: quia nos sumus, & sumus causa tanti doloris propter innumerabilia sceleria nostra. Vos verò qui non ita sicut ego, *Omnibus* quæ tota sum peccatum, Deum offenditis, non minus *de Christi* plangatis, nec doleatis, quia vosip̄i non restititis pec-
morte do-
lendum, catis, sed gratia Dei vos conseruauit & defendit meritis *peccatori-* crucis Christi; & ideò vobis sanctis & innocentibus *bus & in-* non minus dolendum est in illo statu, quam mīhi pec-
catri & mei similibus. Quantò enim maiorem gratiam receipistis, tantò magis debitores ei estis: & ideò, quia ei grati non fuistis, vt debuistis; aliqualiter vitam vestram maculauitis, & aliqualiter puritatem vestram amisistis, & ideò omnibus est dolendum; omnibus plangendum, & in istam crucem mentis oculos erigendum. In isto enim crucis aspectu, ad quem anima per continet non nisi per orationem continuam potest attendere, *huius crucis* (*vt dictum est*) recipitur plenè cognitio peccatorum, *aspectum* & dolor & contritio de eisdem, & lumen profundè *recipitur* *peccatorum* humiliatur. Anima enim videndo in isto crucis aspectu cognitio: omnia peccata sua & singula, & Christum pro omnibus & singulis peccatis ita passionatum & afflicatum, dolet similiter & ipsa, & contristatur, & ex tali dolore ad puniendum, & reformatum se, & singula membra, & spiritus prouocatur.

202 Respicite igitur filij Dei benedicti, & videte *Ad aspectum* exemplar virtutis in isto Deo homine passionato, & ex Crucis horo formam trahite diuinæ perfectionis. Respicite litatur Anbrum vitæ, scilicet vitam & mortem istius Dei & hogela. minis crucifixi, cuius passionis, & crucis aspectus dat animæ cognitionem peccatorum, & cordis contritionem, & profundam humilitatem. Videt etiam anima & cognoscit peccatorum multitudinem, & quomodo cum omnibus membris Deum offendit: videt etiam super se diuinę miserationis euiscerationē ineffabilem; scilicet quomodo iste Deus homo pro peccatis singulorum nostrorum membrorum pœnam sustinuit crudelissimam in membris singulis corporis sui benedicti. Considerat itaque anima in istâ cruci quantum & quomodo cum capite Deum offendit, scilicet latando, peccinando, vngendo, & cetera vana faciendo, vt hominibus placet contra Deum: & postea intuetur quomodo iste Deus & homo pro peccatis huiusmodi in suo capite pœnitentiam pro hoc fecerat, & pœnam gratiae sustinuit: nam pro loturâ, peccinaturâ, vñcturâ, torturâ, suum sanctissimum caput fuit capillis de pilatum, spineâ coronâ punctum & perforatum, arundine percussum, & totum suo pretioso sanguine cruentatum. Similiter videt de aliis membris, sicut diximus in quâdam visione; quod ipsemet Deus & homo in quâdam allocutione quasi contra nos murmurando & conquérendo deducit per omnia membra. Et non solùm vider peccatorum multitudinem, sed omnia membra, imò etiam eorum grauitatem. Infinita enim

T 3

grauitas

AVCTO-
RE AR-
NALDO.Christus
morte sua
satisfecit
iustitia di-
uina pro
peccatis
nostris.Sapientia
Dei in hac
satisfactio-
ne.Mansue-
tudo Dei
in cruce.
videtur,
& humili-
tas, &c.c. 62.
*Ad cogni-
tionem Dei
oratio ne-
cessaria.*

grauitas cuiuslibet peccati manifesta ostenditur; cum anima crucem aspicio attendit & cognoscit, quod aliter culpa illa deleri non potuerit, nec offensa remitti, nec pena, nisi Deus penitentiam talem & tantam pro hoc fecerit, quod est ineffabile cogitare.

203 Videt etiam anima in hoc libro clarius, quam in alio quocumque diuinam iustitiam; qualiter est impossibile quod peccatum remaneat impunitum. Et videt, quod Deus Pater ante voluit, quod filius suus mortis penam, & tormenta crucis sustineret, quam quod peccata generis humani remanerent impunita. Videt etiam infinitam bonitatem & pietatem Dei in isto libro, qualiter in tantum nobis compassus est, ut cum videret quod nos sufficienter satisfacere non poteramus pro peccatis nostris, nec alia creatura, ipsemet antequam remaneremus in damnatione & despectu, & dolore perpetuo, ipse voluit pro nobis satisfacere. Videt enim ibi infinitam voluntatem Dei, & infinitam diligentiam, & curam, quam habuit ad nos saluandum, & ad patriam nostram reducendum, ut nihil fuerit sibi graue facere usque ad talem mortem, dum tamen posset nos iuste ponere in aeternâ iucunditate, & suâ felicissimâ societate.

204 Videt etiam ibi infinitam sapientiam; ut scilicet per modum ineffabilem & incogitabilem omnium creaturarum, sic sciuit facere ut nos saluaret & exaltaret per suam misericordiam infinitam, nullam iniuriam suæ iustitiae faciendo. Sic sciuit nos exaltare, & saluare per mortem suam, ut in suâ naturâ diuinâ nihil minueret. Sic sciuit facere, ut sicut seductor & homicida nostri generis, per lignum vetitum nos damnavit, sic ipse verus Deus & homo in ligno conuiceret & nos falluaret. Sic sciuit facere ut dum mori, & deficere crederetur, ipse tunc omnia viuiscaret, & mortem omnium destrueret, & per tormenta, dolores & despectum, delicias, gaudia, & gloriam toti mundo pararet, & mereatur sempiternam gloriam. Sic sciuit facere, ut per tormentum crucis, quod hominibus videtur res stultissima, totam mundi sapientiam confunderet, & per talem stultitiam, diuinam sapientiam manifestaret. Omnia autem haec manifestantur in cruce subtiliter consideranti mediante gratia Dei; & alia infinita, quae sunt ineffabilia.

205 Item videt ibi anima in isto libro infinitam Dei mansuetudinem, qualiter cum interficeretur, non malredit, nec se vindicavit, sed per peccatum & iniuriam grandissimam in eum commissam, ipsis committentibus & crucifigentibus gloriam meruit sempiternam. Videt etiam anima in cruce infinitam humilitatem Dei, quae maior esse non potest, quam Regem gloriae mortem tam vilem tolerare. Videt qualiter tormentum crucis, simul fuit & ereptio, & redemptio de inferno, & Paradisi acquisitionis; Patris reconciliatio; similiter etiam fuit nostrum exemplum, & eruditio ad virtutem, firmamentum contra hostes, & premium gaudij semipetri, quo nos miseri possimus saluari, nec aliqua alia via est nobis possibilis vel modo. Infinita autem sunt quae in hoc benedicto libro legi possunt, quia verus est liber virtus & veritatis ineffabilis Dominus noster Iesus Christus Dei omnipotentis filius benedictus, cui honor sit & gloria in saeculorum secula, Amen.

C A P V T XVII.

De oratione monita B. Angelae.

206 **V**I A igitur cognitione Dei increati nec Dei hominis passionati, quae omnino necessaria est ad transformandum mentem in eius amorem, nullatenus haberi potest, nisi assidue legatur in praedicto libro vitae, in vita scilicet, & in morte Iesu Christi; talis autem lectio seu intelligentia nullo modo haberi possit sine deuotâ, purâ, humili, violentâ, & assidue oratione, quae oratio non solum sit oris, sed cor-

dis & mentis, & omnium potentiarum animæ; ideo post praedicta de libro vita, aliquid dicendum est de oratione.

207 Oratio est cum quâ & in quâ inuenitur Do- *Oratio eff.*
minus. Est autem triplex oratio, extra quam triplicem *triplex.*
non inuenitur Deus. Est enim oratio corporalis, mē. * m. s. vo-
talis, & supernaturalis. Corporalis est cōtinuè cū sono
verborum & exercitio corporali, ut genuflexionibus, *Corporalis*
velaliis inclinationibus. Et hanc ego numquā dimitto, quia enim quandoque volebam me exercere in men-
tali, & aliquando decipiebar & impetrabam à pigritia
& à somno, & sic perdebam ipsam, ideo exerceo me
in oratione corporali. Hæc autem corporalis mittit ad
mentalem. Quæ quidem fieri debet cum attentione,
ut cum dicas, Pater noster, consideres, quid dicas, nec
curras contendens completere numerum certum, sicut
mulierculæ, quæ aliqua opera faciunt ad pretiū. Men- *Mentalis*
talis autem oratio est, quando Dei meditatio ita oc- *oratio.*
cupat mentem, quod nihil aliud cogitat, quam Deum;
& si alia aliqua cogitatio intrat mentem, non voco hanc
orationem mentalem. Ista autem oratio prescindit lin-
guam, ita quod non potest loqui, taliter enim & tan-
tum mens est plena Deo, quod circa nihil aliud potest
occupari cogitando, nisi circa Deum, & ideo ex hac mē-
tali venitur ad supernaturalē. Supernaturalis vero est *Superna-*
illa, quod anima existâ Dei cogitatione, & repleione *turalis*
tantum eleuatur, quod supra suam naturam exten-
dit, & comprehendit de Deo plusquam per naturam
suam comprehendere possit, & comprehendendo co-
gnoscit, & illud, quod cognoscit, non potest explicare,
quia quasi totum, quod videt & sentit, est supra natu-
ram. In his ergo gradibus tribus orationum cognoscit
quis se & Deum, & ex quo cognoscit, amat Deum: & ex quo amat, desiderat eum habere, quem amat: & hoc
est signum veri amoris, quod qui amat, non sicut pat-
tem, sed torum se transformat in amatum.

208 Quia vero hæc transformatio non est conti-
nua, nec durat, capit anima omne studium inquirendi
omnes modos, quibus possit transformari in suum
amatum, & iterum redeat in illam unionem. Diuina *Ordo in*
autem sapientia est ordinatisima, & cunctis rebus suum *oratione*
impositus ordinem, & ordinavit sapientia ineffabilis,
ut nullus perueniat ad orationem mentalem, nisi prius
habeat orationem corporalem: & ordinavit nulli dare
supernaturalē, nisi habeat corporalē & mentalem. Et
vult ista sapientia ordinatisima orationes horarum ad
horâ illi orationi congruâ sibi reddi, nisi omnino fue-
rint tantâ orationis mentalis, vel supernaturalis super-
ueniente lœtitia impedit, quod lingua omnino absor-
beatur ab illâ, vel nisi ex tantâ infirmitate sint grauati,
quod omnino non possint; & etiam vult sibi reddi
iuxta possibilitatem & ut exsoluantur cum quiete mē-
tali (ut expedit) solitudine & sollicitudine corporali.

209 Cum oramus etiam vult ut integrè oremus, *Oratio fit*
& non diuisim: cor igitur nostrum in oratione integrum *integra nō*
habeamus, & non diuisim: quia si diuisum cor habe-
mus, fructum veræ orationis amittimus. In aliis vero
exercitiis, quae agimus, integri esse non debemus, eis
scilicet, in comedendo & bibendo, & alia talia negotia
faciendo, sed dum talia negotia interius operamur,
cor integrum in Deo habeamus, si fructum veræ ora-
tionis sentire desideramus, nam ideo in oratione ten-
tamur, quia cor integrum in Deo non habemus. Ora *Affidua*
igitur, & assidue ora: quantò enim plus orabis, tantò *oratio fit.*
magis illuminaberis, & tantò profundiùs, clariùs &
nobiliùs summum bonum & rem summè bonam vi-
debis: & quantò profundiùs & excellentiùs illud vi-
debis, tanto plus amabis; & quantò eam plus amabis,
tantò te plus delectabis, & tantò magis comprehen-
des illam, & tu capacior fies ad comprehendendum;
postea venies ad plenitudinem luminis: cognosces
enim quae ante cognoscere non poteras.

210 Huius autem gloriose orationis exemplum
habe-

Christus docet nos orare.

habemus & doctrinam, & formam, quod summè in eâ perseueremus, ab ipso Dei Filio, Deo homine Iesu Christo, qui nos orare docuit verbo & opere multipliciter: nam verbis suis admonuit nos orare, cùm discipulis suis dixit: Vigilate & orate, ne intretis in temptationem. Et in aliis multis locis in Euangeliō inuenies, quomodo de istâ venerabili oratione multipliciter nos instruit, & omnibus innuit illam sibi multum esse carissimam, cùm de eâ totiens nos admonuit: tamquam nos verè diligens, & magnum bonum nobis optans. Et ut nulla nobis excusatio remaneret si gratiâ suam non conferret, ex quo effectum exauditionis in nostrâ oratione posuit, dicens, Petite & accipietis; voluit & ipse orare, vt saltem suo exemplo moti & tracti, hanc præ omnibus amaremus. Ait enim Euangelista: Cùm prolixius oraret, factus est sudore eius, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Pone hoc speculum ante oculos tuos, & stude te cum toto te, de exemplo istius orationis habere, quia ipse non pro se, sed pro te orauit, & dixit: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste, verum tamen non mea voluntas, sed tua fiat. Vide ergo quod Christus orando suam voluntatem submisit voluntati patris, fac & tu secundum exemplar suum. Oravit etiam cùm ait: Pater in manus tuas commendò spiritum meum. Quid plura? tota vita sua oratio fuit, quia in continuâ Dei oratione, cognitione, & manifestatione sui permanit. Numquid & Christus frustrâ orauit? quare & tu negligis, cùm sine oratione nihil haberi possit? Ex quo igitur Christus orauit, homo & verus Deus non pro se, sed ut tu veræ orationis exemplum sumeres; si ab eo vis aliquid, de necessitate oportet quod ores, quia sine oratione obtinere non poteris. Si enim ipse verus Deus non nisi orando, & humiliter postulando, quæ placuerunt sibi, recipere voluit; tu misera creatura sine supplicatione & humiliacione recipere vis? Igitur ora.

Oratione impetrans lumen & virtutes divinas.

211 Nostri filii quod sine diuino lumine & gratiâ nullus homo saluat. Diuinum enim lumen facit hominem incipere, proficere, & ad apicem perfectionis adduci: & id est si vis incipere & habere istud diuinum lumen, ora: si proficere incepisti, & lumen prædictum vis in te augmentari, ora: si ad apicem perfectionis aduenisti, & superilluminari vis, vt possis in eâ permanere, ora: si vis fidem, ora: si vis spem, ora: si vis caritatem, ora: si vis amorē paupertatis, ora: si vis obedientiā, ora: si vis castitatem, ora: si vis aliquā virtutē, ora. Orabis autē isto modo, legendo scilicet in libro vita, id est, in vita Dei & hominis Iesu Christi, quæ fuit paupertas, dolor, despectus & obediētia vera. Et postquam intraueris istâ viam, & profeceris, tribulationes multæ & tentationes carnis, mundi, & dæmoni te affligerunt multipliciter, & molestabunt, & horribiliter persequentur, & si vis vincere, ora. Quando autem anima vult orare, oportet quod conetur habere munditiā mentalem cum munditiā corporali, & timet bona & mala, & querat intentionem bonorum, quæ fecit in ieiuniis, in orationibus, & lacrymis, & de omnibus aliis bonis, quæ fecit, considerando quomodo opus Dei egit negligenter & diminutè, & sine reverentiâ, & cum desuetu; mala autem cum magnâ diligentia & contemptu: & confiteatur peccatum suum & recognoscat diligenter, & pœnitentiat abundanter: & in istâ confessione & cordis contritione anima inueniet munditiā, & sic vadat ad orationem, sicut ille publicanus, & non sicut Pharisæus, & sic in oratione illuminaberis. Qui igitur volunt esse ordinati à Spiritu sancto, orent: descendit enim ipse super Apostolos in die Pentecostes, non nisi super eos orantes.

212 Ora igitur, & custodi te, ne des locum inimicis continuè te obseruantibus: tunc autem dabis locum inimicis, quando desines orare. Et quantò plus tentaberis, tantò magis in oratione perseuera. Ratione enim orationis quandoque accedit tentari, vt pote dæmoni-

bus orationem impedit conantibus: sed non cures nisi *Auctor RE AR-* quod ores, quia continuè mereris à temptationibus libe- *NALDO.* rari. Oratione enim illuminaris, oratione à tentationibus liberaris, oratione mundaris, oratione cum Deo vñoris. Oratio nihil aliud est, quam manifestatio Dei & sui. Et ista talis manifestatio scilicet Dei & sui est *Oratio hu-* perfecta & vera humiliatio: nam status humilitatis est, *militia gra-* quando anima videt Deum & se, sicut oportet; tunc *tiam Dei* enim est anima in profundâ humilitate, & ex istâ pro- *überiorem* fundâ humilitate magis diuina gratia infunditur in animâ & ibi crescit, quantò enim diuina gratia magis animam in humilitate profundat, tantò magis ex istâ profundatione humilitatis, ipsa diuina gratia crescit; & quantò diuina gratia crescit, tantò magis anima in verâ humilitate profundatur, & iacet per continuatio- nem verâ orationis, & sic augmentatur in animâ diuina num lumen, & gratia semper animam in verâ humili- *In gratie* minùs ores, non minùs vigiles, non minùs alia bona *subtractione* opera facias, quâdo subtracta erit tibi gratia & feruor *ne est ma-* deuotionis, quam alio tempore, quo feruoris gratiâ obti- *eu oran-* nebas. Multum enim acceptum est Deo, si cum feruore *dum.* gratiâ diuinæ ores, vigiles, & labores, & alia bona ope- *ra facias. Sed tūc, fili mi, est omnino gratissimum Deo &* acceptissimum sacrificium, quando in subtractione gratiâ & feruoris, oratione non dimittis, nec minùs ores, nec minùs vigiles, illa eadem operare sine gratiâ feruoris, & cum illius gratiâ. Vnde, fili mi, si diuinus feruor & calor te impellit & cogit aliquando ad vigilandum & orandum & laborandum, coneris & tu, dum ignem habes. Quando verò ipsi Deo placet subtrahere tibi feruorem & calorem sive propter tuum defectum (vt plurimum) sive vt gratiam suam in te magis amplier, & augmentet, non minùs orare, vel vigilare, vel bono operi insistere debes: & etiam si tentatio seu tribulatio, quam punire & purgare habet Dei filios, tibi adueniat, & tibi subtrahatur gratia feruoris, coneris tunc non minùs orare, non minùs vigilare, nec minùs bono operi insistere, nec minùs contra tentationes resistere & pugnare, vt possis vincere, vt saltem tuâ omnime & cõtinuâ oratione, tuis vigiliis, tuis lacrymis, tuâ omnime importunitate cogas te ipsum, vt Deus sic dignetur tibi reddere feruorem & calorem suæ gratiæ, facias tu quod tuum est fili mi; & quod suum est bene faciet Deus. Oratio enim forsata & coacta, & exacta, est multum Deo acceptissima. Sic igitur in orationibus perseuera, & non impleas te aliâ occupatione ex quo incipis sentire de Deo pleniùs solito, quia palatum tuum est magis dispositum ad savorandum de Deo, quam fuerat antè, & est sibi datum unum lumen altissimum videndi Deum & se ipsum. Et caue quod nulli des te ipsum, nisi priùs addiscas ab aliis separare te ipsum, & caue tibi à feruoribus tuis, id est, à spiritu, qui datur cum feruore, antequam sequaris ruinam: & vide quod primum, medium, & finis sequatur: & in quantum assimilatur libri vita, in tantum sequaris & non plus. Iterum caue tibi ab iis, qui habent dulcia verba & redidunt se placabiles specialiter in suis locutionibus, & ostendunt reuelationes, quæ sunt laquei malignitatis ad trahendos alios post se. Iterum caue tibi ab iis, qui habent speciem sanctitatis, & habent speciem bonorum operum, quod per istam viam te non trahant. Vnde vide & reuide, & proba, & quantum similatur via libri vita, intantum sequaris, & non plus.

214 Et caue tibi ab his qui se dicunt habere spiritum libertatis, qui sunt aperte contra vitam Christi, qui sub lege factus est, cùm esset conditor legis. Et qui erat canendum.

Avcto-
rs AR-
NALDO.

liber factus est seruus: & idem necesse est iis, qui volunt sequi Christum, quod conforment se vita Christi, non querendo libertatem in soluendo legem & præcepta diuina, sicut faciunt multi; sed subiiciendo se legi, & præceptis diuinis, & etiam consiliis. Et faciunt sibi unum circulum, qui circulus dat eis ordinem, scilicet Spiritus sanctus dat eis ordinem, qualiter debeant vivere, & ligat eos; & multa essent eis licita ad faciendum, quæ non sunt contra Deum, quæ Spiritus sanctus non sinit eos facere propter multam ordinationem, quam dat eis.

C A P V T X V I I I .

De virtute humilitatis monita.

2. 63:

Christus
exemplar
humilitatis.

SIN E humilitate vana est oratio, idem post orationem summa est homini necessaria. Respicite igitur filij Dei beatitudini humilitatis exemplar in Deo homine passionato, & ex hoc formam trahite omnis perfectionis. Videte vitam, attendite doctrinam, non verbalem, sed veris operibus demonstratam, & miris virtutibus roboratam. Toto igitur mentis affectu post ipsum currite, qui cum in formâ Dei esset, scipsum exinanuit, formam serui accipiens, & humiliauit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ipse namque se nobis posuit humilitatis exemplum cum mentis affectu: & hortatur nos sedulè respicerem in ipsum, ita dicens: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde:

Solum à se
humilitas
tem dicit
voluit.

O filij mei attendite & videte, & altâ & sapidâ consideratione inspicite profunditatem & utilitatem istius doctrinæ, sublimitatem & valorem istius instructionis, ubi radicata sit, ubi fundata sit. Discite, inquit, à me, non ab Angelis, non ab Apostolis, sed à me, inquit, cuius humilitas tantò maior, quanto maiestas mea sublimior. Discite, inquit, à me, non dixit, iejunare, quamvis ipse ad exemplum nostrum quadraginta diebus & noctibus iejunauerit; nec dixit, Discite mundū spernere, nec in paupertate vivere, quamvis ipse in maximâ paupertate vixerit, & in eâ vivere suos discipulos mandauerit; nec dixit, Discite à me quomodo cælum feci; nec dixit, Discite à me miracula facere, quamvis ipse ex propriâ potentia miracula faceret, & suos discipulos in nomine suo miracula facere voluisset; nec alia huiusmodi; sed solum hoc, Quia mitis sum, & humilis corde: quasi dicat, si non facto & opere vobis humilitatis exemplum monstrauerim, nolite credere mihi. Et mirum in modum, quod & iterum nobis de hac materiâ exemplum proposuit, & ad exemplum suæ humilitatis nos omnino facere & attendere prouocauit. Cùm enim pedes discipulorum manibus propriis lauisset, ait: Scitis quid fecerim? Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes; exemplum enim dedi vobis, ut quæ admodum ego feci, ita & vos faciatis. Amen dico vobis non est seruus maior domino. Si haec, inquit, scitis, beatiti eritis, si feceritis ea. Verè Saluator mundi humilitatem & cordis mansuetudinem pro fundamento & radice posuit omnium virtutum. Quia nec abstinentia, nec ieunij asperitas, nec paupertas, nec vilitas vestimenta, nec virtuosâ in apparentia habere opera, nec miracula facere, aliquid est sine cordis humilitate. Tunc autem benedicta & grata erit abstinentia, benedicta asperitas, & vilitas vestimenti, & viua erunt opera & stabilia, quando in hoc fundamento subsistent. Ista cordis humilitas mater est, & in quâ generantur & procedunt aliae virtutes, & ipsarum virtutum operationes, sicut stipitem & ramos procedere cernimus à radice. Quia igitur tam preiosâ est ista virtus, & tam firmum & stabile fundamentum, supra quod consurgit tota perfectio vita spiritualis, idem hanc præcipue voltuit Dominus ab eo discere nos debere. Et quia radix custosq; est omnium virtutum, ideoque quasi aliarum virtutum

Humilitas
fundamen-
tum omni-
virutum.

in suâ animâ, & etiam in suo corpore existentium oblitera fuerit Virgo Maria, de hac solâ se commendauit, *B. Virgo* & propter hanc præcipue de se Deum humanatum af. *Maria* seruit dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: *studiosissi- ma humi- litatis*. ecce enim, inquit, ex hoc, & non ex aliis, beatam me dicit omnes generationes.

217 In hac humilitate, vos ô filioli mei, fundare de- *Anime* Betis, & omnimodò stabilire, vt tamquam membra *pax humili- vnitate coniunctaque capiti connexione naturali & ve- litate com- râ, in ipso & per ipsum inuenire possitis vestris requie- paratur. animabûs. O filioli mei, in quo requiem sive pacem creatura aliqua poterit inuenire, nisi in eo qui est summa requies, summa pax, summa pacificatio, summa tranquillitas animalium? Ad quam nulla anima peruenire poterit, nisi fundata fuerit in istâ humilitate, sine quâ omnes virtutes quibus ad Deum currunt, sunt vere nihil. Ista enim cordis humilitas quam vobis habere & *Humilitas* dicere voluit Deus homo, est lumen quoddam mirificum, atque clarum, quo intellectus animæ aperitur *eflumen ad cogni- tionem Dei & sui.**

218 Maior enim & principalior omnium virtutum *Humilitas* est dilectio Dei & proximi, & ab hoc lumine hæc dilectionis trahit originem, sive ortum, quâ anima videndo *accendit in amorem Dei & proximi.* se nihil, & Deum pro tam vili nihilo inclinatum & vilificatum, & etiam suæ nihilitati tam viscerose vñitum, accenditur in amorem; & accensa ipso amore, transformatur in Deum; in quem transformata per amorem, & qua creatura est quam non diligit iuxta posse? Amore enim creatoris omnem creaturam ab eo creatam, vt sic transformata est, diligit sicut decet, quia in omni creaturâ Deum intelligit, & videt qualiter à Deo amat: & consequenter sic transformata amat omne id, quod Deus diligit. Et hinc est, quod de bonis proximi gaudet & lætatur, & in malis eius dolet & tristatur. Et quia benigna est videndo mala proximi, non inflatur ad ipsum iudicandum, & despiciendum, quia illuminata lumine prædicto videt se perfekte, & videndo se, intuetur & cognoscit se in similibus malis vel maioribus, quæ in proximo videt, cecidisse. Quid si non cecidit, cognoscit & intelligit se per se non potuisse resistere, sed auxilio gratiæ ipsam manu tenentis, & eam contra malum & tentationem confortantis, vel temptationem alléuantis: & idem nullum iudicat, sed ex hoc magis humiliatur, quia videndo defectus proximi ad se reuertitur, & sic videt, & considerat clarissimè mala, & defectus, in quos cecidit; vel si non cecidit, quod, nisi teneretur à Deo, facilius quam proximus cadere potuisset. Corporalia verò mala, si videt in proximo, per affectum amoris transformatum reputat esse sua, & dolet & compatitur, sicut Apostolus dicebat: *Quis infirmatur, &c.*

219 Et sicut dixi de istâ virtute dilectionis quod *Humilitas* originem à radice humilitatis trahit, sic potest dici de *fidei, spe, & de virtutibus singulis secundum proprietas ipsarum,* quod habent initium atque ortum ab hoc humilitatis fundamento, de quibus per singula longum est discutere. Videns enim se in intellectu nihil esse & deficere à diuinis, credit eis quæ traduntur secundum fidem nostram. Videns etiam per humilitatem se nihil posse, nec se potentem in aliquo, tunc omnino spem ponit in Deo omnipotenti, & sic de aliis, quæ melius per vos docente vñtione poteritis cogitare & videre, quam si scripto traderentur. Hoc igitur filioli vobis tantum dico, vt in hoc fundamento stetis, & in hoc fundemini, & in hoc crescere studeatis. Verè enim qui

*Humilius
alius gra-
tus,*

*Secum pa-
cificus,*

*Lites &
contentio-
nes evitare.*

*Bona ora-
re humili-
tate.*

*Vera hu-
militas ac-
quiritur
in oratione,
& medita-
tione vita
Christi.*

*Esse par-
uum sol-
lites.*

qui est in humilitate fundatus, habet conuersationem Angelicam, purissimam, benignissimam, & pacificam. Et quia hæc pretiosa virtus humilitatis benignum animum facit, ideo homo humili, omnibus appetiabilis efficitur, & omnibus amorus, & præcipue electis Dei, quibus cōuertendis ponitur in lumen & in exemplum, qui propter hanc mansuetudinem citius cōuertuntur.

Et quia pacificus est pacificatione internâ, nullâ aduersitate turbatur, & potest dicere veraciter cum Apostolo: Quis nos separabit à caritate Christi &c. O filij mei ab hac inquisitione non quiescatis, donec inueniatis hoc fundamentum, sine quo ruit omnis operatio, & sine quo in viâ Dei proficeret non valetis. Nam istam inquisitionem video vobis utilissimam, & maximè necessariam, quia sine istâ humilitate omnes virtutes video nihil esse. Complete filij mei desiderium Regis æterni Domini nostri Iesu Christi, qui vos ita obnoxie rogauit, ut hanc virtutem ab eo addisceretis. In hoc fundamento stetis, & in hac profunditate cognitionis vestræ vilitatis & nihilitatis profundemini. Complete desiderium æternæ veritatis & sapientiæ, quæ valorem humilitatis abscondit à saceruli sapientibus, & non reuelauit, imò prædicauit, & exemplo ostendit parvulus. Hoc est desiderium meum quo vehementer sitio & famesco, ut in profunditate vestræ nihilitatis & immensitate diuinæ bonitatis abyssemini. Si enim in immensitate diuinæ bonitatis, & vestræ cognitionis vos fitmetis, tunc necessarium est, quod pro fundamento solam humilitatem habebitis, quam prædixi: & tunc ad lites & contentiones non eritis ita proni, sed potius eritis cum isto Deo homine passionato, sicut surdi non audientes, & sicut muti qui aperte nequeunt ora sua, & ita eritis veracia membra Iesu Christi, quorum consuetudo est secundum Apostolum, non contentionibus, nec carnalibus æmulationibus deseruire.

220 O quanta bona facit ista humilitas! quæ se repletos facit pacificos & quietos, Deo gratos, & gratios plenos: nam tales ita sunt pacifici ex quietatione interiori exteriori, ut cum dura audiunt, vel contra ipsos, vel forte contra aliquam veritatem, ad se excusandos respondere nequeant, nisi breuiter, & submissè, & ad id quod falsè aliquando eis imponitur, vel dicitur, potius suam ignorantiam confitentur, & sunt parati cedere, magis quam contentiobibus deseruite. Hanc autem taciturnitatem non video ab aliâ radice procedere, quam ab hac duplici inabyssatione diuinæ scilicet immensitatibus, & suæ propriæ vilitatis, quam inabyssatione anima inuenit in lumine prædictæ humilitatis.

221 Sed vbi quæso ista humilitas? vbi ista utilitas? vbi id lumen? vbi hæc taciturnitas inuenitur? aut per quam viam ad hæc, qua prædixi, venit? Nempe in oratione fertenti, purâ & continuâ, & cordiali, hæc omnia inueniuntur: & ex affectu libri vitæ Iesu Christi, vitæ scilicet eius & mortis compassionem aspiciendo, animæ datur cognitio peccatorū, & videndo multitudinem peccatorum: quomodo cum membris suis omnibus Deum offendit, & ex hoc anima humiliatur, sicut supra ostensum est. O igitur carissimi animæ meæ, desidero de vobis, quod & de me, ut semper idem sapiatis, & non sint in vobis schismata, nec dissensiones. Illud autem, quod & omnes discordes facit in vitium consentire, desidero, quod scit anima vestra. Hoc autem est, Estè parvulum, & hoc esse parvulum non facit respicere ad aliquam sufficientiam scientiæ, nec sensus naturalis, sed solum inclinat animam ad videndum defectus suos, & miseras, & contra seipsum mouet quæstiones & inquisitiones, & disputationes, ut conueniat defectus suos, & eos emendare conetur. Hoc etiam esse parvulum, nulli præminente nec præesse suggerit, nec facit hominem onerosum, nec contentiosum in verbis, quæcumque vita sua omnes ferat, & faciat huic parvulitati contrarios, & hoc est quod desidero, (ð nati mei) quod vita vestra, etiam lingua tacente, in viâ istius par-

uilitatis, & zeli, & discretæ compassionis sit clarum *AVCTE-RE AR-NALDO.* speculum aduersariis veritatis. O carissimi si audirem, & animam vnam, tranquillaretur anima mea super vobis: sine enim unitate non video in veritate, quod possitis benè placere Deo. Parcite filij superbiæ mezæ, quod ad virtutem humilitatis vos aula fuerim prouocare, quia zelus & vestra caritas facit me loqui.

C A P V T X I X.

De virtute caritatis.

222 C A R I T A S & dilectio Dei est maxima omniū c. 64. virtutum, & nec sine hac valet oratio, imò sine eâ, vana est & Deo ingratia, & ceteræ virtutes sine omni fructu. Quod autem oratio sine eâ nullius sit momenti, audi librum vitæ Christum Iesum dicentem: Si offers munus tuum super altare, & recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, vade prius reconciliari fratri tuo. Nihil igitur valet orationis minus, nisi offeratur in vinculo caritatis. Item ait, cùm in oratione Dominicâ dimissio peccatorum & debitorum postulatur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. quasi dicat: Sic dimittentur vobis debita supplicationum in oratione, qualiter vos remiseritis fratribus vestris iniurias & offensas vobis factas indulgendo, & vos posueritis in statu unitissimæ caritatis.

223 Scitote autem filij, quod in amore sicut *Amor fili-cluditur omne bonum & meritum, ita etiam omne ma-rituali ho-minis debet hile est in hoc mundo, nec homo, nec diabolus, nec aliqua res, quam tantum habeam suspectam, quantum amorem; quia amor penetrat animam plus quam aliud, nec est aliquid, quod ita occupet mentem, & cor totum penetret, sicut amor: & nisi habeantur arma, quibus regatur, leviter præcipitatur anima in millia pericula, & patitur magnam ruinam. Et hoc non dico de malo amore, quia malus amor debet ab omnibus cauteri & refutari tamquam res diabolica & periculosa: sed dico de bono amore spirituali, qui est inter Deum & animam, & proximum & proximum. Quod autem amor, qui est inter Deum & animam, debeat esse suscep-tus omni animæ, apparet; quia amor, quem habet anima ad Deum, nisi sit armatus cum magna scientia & discretione, sed cum furore indiscreto sumatur, aut citè deficit, aut decipitur, aut in inconvenientem finem vadit: quæ enim inordinatè sumuntur, bene nec salubriter continuari non possunt. Multi enim sunt, qui credunt stare in amore Dei, & stant in odio Dei, & in amore carnis, mundi, & diaboli. Vnde quando aliquis amat Deum, ut custodiat eum ab infirmitatibus & tribulationibus corporalibus, & temporalibus periculis, *Amor Dei* & proximi. amat se & Deum inordinatè, Deum postponendo, qui ante omnia & amari debuit, & omnia propter ipsum, & quia de corpore suo, & de se fecit suum Deum, ex quo Deum non diligit nisi propter se. Item talis, qui sic se diligit, omnia alia diligit propter se; diligit enim res temporales propter utilitatem corporis sui, quod sibi Deum statuit. Amat enim consanguineos suos propter utilitatem suam, & honorem quem sibi afferunt. Amat etiam viros, & personas sanctas, & spirituales, ut faciat sibi mantellum de sanctitate ipsorum, cùm non vere diligat eos propter bonitatem ipsorum. Et quia talis amor non est purus, ideo fructus taliter amantium est carnis concupiscentia, & corpus cum vitiis & concupiscentiis. Amat etiam talis sufficientias corporales, & aptitudines, ut sciat benè legere, & cantare ad complacentiam aliorum. Amat etiam habere magnam scientiam, ut sciat alios conuincere rationabiliter & scientificè, & non catitatiuè, & quod possit alios corriger cum superbiâ, ut reputetur aliquid.*

224 Sunt etiam alij qui credunt amare Deum, & amant

Aver-
re A-
NALDO.
Alius a-
mor Dei

amanteum, sed amore infirmo & imperfecto. Amant enim Deum ut parcat peccatis, & liberet eos de inferno, & det eis gloriam paradisi, & non propter bonitatem suam. Amant Deum ut conseruet eos in bono & proximi statu, & non offendat plus, ut non perdant paradisum. *imperfe-*
ctio-
nis. Amant alij Deum, ut habeant consolaciones & dulcedines diuinæ, & sentimenti, & consolationes spirituale. Alij amant Deum ut amentur ab eo. Amant alij amicos & parentes spiritualiter, quia desiderant, ut sint spirituales & boni, ut inde non consequantur dedecus, sed habeant utilitatem & honorem. Amant etiam Deum, ut det eis sensum & scientiam, & intellectum scripturarum illi, qui sunt litterati; & illi, qui nesciunt litteras, desiderant ut sciant loqui spiritualiter, & non ad honorem Dei, nec aliorum utilitatem, sed ut magis amentur & honorentur. Amant esse spirituales, ut habeantur in numero spiritualium, & diligantur a spiritualibus, & haec pro sua speciali utilitate & honore. Amant habere paupertatem, & patientiam, & obedientiam, & exteriorem humilitatem, & virtutes, ut excedant in virtutibus aliis, & desiderant, ut nullus alius possit approximare perfectioni eorum: & quia nolunt habere parem, in hoc videntur assimilari Luciferi, qui noluit habere aliquam creaturam parem. Aliqui amant habere vniuersalem famam sanctitatis, ut commendentur a bonis & malis de sanctitate: ipsi etiam commendant omnes spirituales, & non spirituales, ut de temerario iudicio non iudicentur.

Amor do-
sota per-
sonæ, est pe-
riculus.

225 Amant etiam aliqui deuotum suum, vel deuotam suam amore spirituali & perfecto, quia amant ipsos totaliter secundum Deum. Sed iste amor quandoque nimis crescit, & efficitur malus, nisi regatur armis magnæ discretionis; & fit quandoque carnalis, vel inutilis & nocivus, nimis ad inuicem conuerfando, & tempus inutiliter perdendo, quia corda eorum sunt indiscretè colligata. Iste enim amor crescit, & crescendo habet hoc quod desiderat habere, scilicet præsentiam amati, quam vbi non habet infirmatur: &, si habeat, nimis crescit, & crescendo totaliter transformatur in amatum, ita quod omnia, quæ placent alteri, placent ei; & quæ dispergunt alteri, dispergunt sibi. Et quia anima non habet arma sufficientia ad regendum istius amoris seruotem, qui cōtinè crescit, & non habet perfectam ordinationem, nec discretionem, necesse est, ut convertatur finaliter in deordinationem. Et si amatus in tali deordinatione careat etiam prædictis armis, & simili gladio amoris sit vulneratus, tunc est valde plū timendum: quia tunc incipiunt sibi inuicem manifestare secrēta sui amoris, & inter alia manifestant sibi inuicem, quomodo se mutuo diligent dicentes ad alterum: Non est aliqua persona quam tantum diligā in mundo, nec tantum eam portem in corde. Talia enim dicunt, quia necesse est, ut tractent ea quæ sentiunt, & sic appetunt se etiam propter deuotionem mutuo diligere, & propter utilitatem spirituale, quam credunt esse in tali amore; occurribus tamen tentationibus de aliquo illico, quod sequi potest ex tali amore, ratio contradicit à principio, quia non est totaliter amore suffocata. Postea verò amore amplius crescente, ratio incipit obnubilari, & spiritus infirmari, & incipit latim suffocat rationem, & spirillum.

Amor sen-
tualis pau-
latim suf-
focat ra-
tionem, &
spiritum.

tur ad malum, non potest contradicere; & si non invitatur, ipse inuitat, sentiens hoc placere amato: & tunc retrahitur ab oratione, & abstinentiâ & a solitudine, & ab omnibus virtutibus, in quibus confueuerat se exercitare, & totum amorem diuinum mutat in hunc miserabilem amorem. Et crescit quandoque tantum talis amor, quod verba amat, nec eius præsentia non satisfaciunt, cui solebant verba & sola præsentia sati facere. Sed amplius amans desiderat scire, utrum amans sic feriatur sagittâ amoris, sicut amans: & si scire potest, tunc est periculum vtriusque; tunc enim unus confidens & securus de altero, postquam verba, nec præsentia non satisfaciunt, inclinantur amans & amatus ad omne opus otiosum, & prauum. Et ideo dico, quod amor mihi est suspectus super omnia, & in ipso concluditur omne malum: quare cauete à serpente.

226 Propter igitur malum amorem volo suspicere habere bonum amorem inter proximum & proximum: quia bonus amor fit malus per prædictum modum. Amor etiam Dei efficitur malus, nisi discre-
Armaquæ-
tione regatur, & armis suis protegatur. Arma autem, bus amor

quibus bonus amor Dei vel proximi in Deo regi debet, regatur, dantrum homini in animæ transformatione. Est autem triplex transformatio quâ transformatur anima in Deum. Aliquando enim anima transformatur in voluntatem Dei: aliquando cum Deo: aliquando intra Deum & Deus intra ipsum. Prima transformatio est, quando anima conatur imitari vitam istius hominis passionati: quia in hoc manifesta est voluntas ipsius Dei. Secunda transformatio est, quod anima ultra hoc vnitur Deo, & amat Deum non solum per voluntatem, sed cum hoc haber magna sentientia, & magnas de Deo delectationes, possunt tamen exprimi verbis & cogitari. Tertia transformatio est, quando anima sic est transformata intra Deum, & Deus intra ipsum, quod altissima de Deo sentit & gustat, in tantum quod ea, quæ sentit, nullo modo possent exprimi verbis, nec cogitari, nisi solum ab illo, qui sentit. Prima igitur transformatio quamvis multum regat amorem amatum, tamen non tantum quantum oportet, quia adhuc decipi posset. Secunda autem transformatio, si est benè via, sufficit ad regendum amorem. Tertia autem est summa in regimine amoris. Ista enim tertia & etiam secunda perfectè infunditur & confertur animæ à gratiâ: & hæc tertia, & secunda licet non sit perfecta, est quedam sapientia, quæ mediante anima scit regere amorem Dei & proximi. Nam sentientia Dei, & dulcedines, & seruores à gratiâ Dei in animâ prouenientes, anima per hanc sapientiam scit componere, & taliter quod durat amor, & in his, quæ incipit, potest perseverare, nec ostendit extra per risus, nec saltus corporis, nec alios gestus. Similiter & in amore proximi vel deuoti sic scit sapienter & maturè se habere, quod ostendit & dirigit quando, & quantum, & quomodo est condescendendum proximo, & quando non. In unione enim animæ ad Deum anima acquirit dictam sapientiam, & formatio quamdam maturitatem & grauitatem sapientie, & sa-
cifera ani-
pidam discretionem, & quoddam lumen; ita quod
ma mucu-
cum istis ita scit regere amorem Dei & proximi, quod
ritatem &
non potest decipi nec præcipitari: & qui non sentit se
nem.

Hæc trans-
formatio
quamdam discretionem, & quoddam lumen; ita quod
ma mucu-
cum istis ita scit regere amorem Dei & proximi, quod
ritatem &
non potest decipi nec præcipitari: & qui non sentit se
nem.

tali sapientia infusum, nūquam deberet se cum aliquo, vel cum aliquâ in tali amore singulari & visceroso se coniungere, etiam quantumcumque fieret propter Deum, & ex bonâ intentione, propter pericula iam prædicta, quæ eveniunt ex tali amore, nec aliquis alii cui se colligare debet per amorem, nisi vbi didicerit, & sciat, & possit à quoque faciliter cù voluerit, separari.

227 Qualiter autem per prædictam sapientiam re-
Proprieta-
gatur amor Dei, est sciendum, quod amor habet varias tes veri
proprietas: nam anima amando Deum, primò tene-
amoris ad
rescit; secundò infirmatur, tertiò fortificatur: cùm enim
Deum.
anima sentit seruorem amoris diuini, anima clamat, & rumor facit: ad instar lapidis, qui ponitur in fornace soluen-

*Amor in
incipienti-
bus conso-
latione
subtradit
tenerescit,
& conque-
ritur.*

soluendus in calcem, qui dum tangitur ab igne, crepitat, sed si fuerit coctus, non facit aliquem rumorem, nec crepitat. Sic anima in principio querit consolations diuinis, quæ, si subtrahantur, tenescit, & clamat contra ipsum Deum, & conqueritur dicendo: Tu Domine facis mihi hunc languorem: quare hoc facias, & similia dicit, & hæc audacia nascitur ex quadam securitate, quam anima sumit de Deo: in hoc autem statu est contenta consolationibus. Sciat enim quod Deus habens eius creatum amorem erga animam, dat ei blanditas, & quandoque consolationes mirabiles, & ineffabiles, quas anima non debet appetere cum importunitate. Si tamen à Deo dentur, non sunt spernendæ, quia faciunt ipsam post amatum currere, & sunt cibus eius, & tollit tedium ab eâ: & ex his anima ascendit, & trahitur ad amandum & transformandum se in suum amatum, & ad querendum ipsum. Ex carientia verò eius crescit amor, & incipit querere amatum, quem si non habet, infirmatur: nec contentatur tunc de consolationibus, quia solum querit amatum, & quanto plus habet de consolationibus & sentimentis, tanto plus crescit amor, & tanto magis infirmatur, & languet, nisi habeat præsentiam amati.

*Amor in
proficien-
tibus infir-
matur, se-
rid querit
Deum.*

228. Sed postquam anima vnitur, & ponitur in sede veritatis, quæ veritas est sedes animæ, non clamat, nec conqueritur de Deo, nec tenescit, nec infirmatur. Imò cognoscit se indignam omni bono, & omni dono Dei, & dignam maiori inferno, quam sit ille, qui factus est: & ponitur in eâ mira sapientia & maturitas, & fit stabilis & ordinata, adeò fortificata, quod propter amorem amati iret ad mortem, & habet in plenitudine quantum capere potest ex tali vniione. Et ipse Deus crescere facit animam, ut ipsa sit capax eius quod in eâ vult ponere, & videt illum qui est, & videt, quod omnia nihil sunt, nisi in quantum sunt ab illo qui est. Tunc autem anima omnia, quæ præcesserunt, habet pro nihilo cōparatiuè, & etiam omnia creata, nec curat de morte, nec de infirmitate, nec de honore vel de vituperio, & ita pacificatur & quietatur, quod nihil appetit, & perdit desideria, nec potest operari, quia tunc quando habet prædictam visionem est iuncta cum Deo. Et ita videt in illo lumine Dei, omnia Deū ordinatè facere & debitè, quod etiam de eius absentiâ non infirmatur. Et ita fit conformis voluntati eius, quod eum absentem non requirit, sed de omnibus, quæ facit, contentatur, & totum tamquam bene ordinatum ei remittit.

** M. S. cō-
mittit.*

Tunc autem ista vera sunt, scilicet quod anima fit ita fortificata, & quietata in isto amore, & perdit desiderium, nec potest operari quando habet prædictam visionem Dei in dictâ plenitudine. Quando verò auferatur visio talis animæ (nulli enim conceditur in vitâ istâ, quod in eâ perseveret) datur ei, & remanet ei vnum nouum desiderium ignitum operandi sine pœnitentia, fortius quam prius, est enim iste status sublimior aliis. Hic autem amor ignitus est perfectus, & facit imitari animam amâtem amatum suum Deum hominem passionatum, quod est perfectio omnis perfectionis: passio autem eius quamdiu in hac vitâ mortali vixit semper durauit, ibi cœpit & perseverauit, & finiuit: semper enim fuit in cruce paupertatis, doloris, despœctus, & obedientiæ, & aliarum operationum arduarum pœnitentia. Et quia qui perfecit diligit aliquem nitor ei transformari moribus, & facere illa quæ plus placent illi quem amat, id est, qui Iesum Deum hominem diligit, nitor & transformari in eum, & eius mores, & facere quæ sibi placent, & in modo viuendi sibi assimilari. Quantò igitur quis est perfectior & amat Deum, tanto magis conatur facere illa, quæ ille fecit, & vult, & præcipit, & consulit fieri, & vita re omnia quæ sibi possente esse displicentia: & debet continuare toto tempore vitæ suæ: quia iste Deus homo quamdiu vixit in hoc mundo, vixit in continuâ & amarissimâ cruce pœnitentia: & hæc debet esse longitudo

& tempus pœnitentia, quam ad formam eius debe- *Aucto-*
mus facere, scilicet quamdiu homo vivit. Magnitudo *RE AR-*
NALDO. verò eius est, quantum homo potest cum discretione. Hæc est autem transformatio in voluntatē eius, quam ostendit non solum verbis, sed viendo semper in operationibus crucis & pœnitentia, quas Deus homo semper habuit in seipso. Cum verò anima transformatur in Deo, & est intra Deum, & est in illâ perfectâ vniione & plenitudine visionis, quietatur, nec aliquid operatur. Sed quando reuertitur ad se, nititur transformari in voluntate eius quoisque redeat in illam visionem. Ipse autem ostendit voluntatem suam per dictas operationes crucis & pœnitentia, quam semper habuit in seipso.

229. Hac autem visione supradictâ tamquam armis dirigitur amor Dei & proximi. Ibi enim anima videt esse Dei, & quomodo omnis creatura habet suum esse ab illo, qui est summum esse. Et videt, quomodo nihil est quod habeat esse nisi ab hoc summo esse. In quam visionem anima ducta trahit per ipsam visionem miram sapientiam & ineffabilem scientiam, & matram grauitatem: & trahit ab illâ visione notitiam veram, quomodo quidquid est ab illo summo esse, est optimum, nec potest contradicere, quia in veritate videt, quod omnia, quæ sunt ab ipso, sunt optimè facta. Sed male est factum, quando nos destruimus ea, quæ facta sunt optimè ab illo summo esse. Hæc autem visio *Propter a-*
istius summi esse, excitat vnum amorem in animâ sibi morem di-
correspondentem, & istud sumnum esse incitat nos uini esse
amare omne quod habet esse ab ipso, qualia sunt omnia in seipso,
bona & benefacta, & docet nos atrahere omnem crea-creata
turam rationalem & irrationali amorem summi esse; amanda.
& docet nos amare & incitat omne, quod habet esse ab ipso, & quod ipse amat, & vult esse. Et docet nos amare maximè creaturas rationales, potissimum illas, quas videmus esse amatas & dilectas ab ipso summo esse. Sicut enim anima videt ipsum sumnum esse inclinatum per amorē in creaturis, sic ipsa in easdē inclinatur.

230. Signum autem manifestum illorum, qui sunt *signum il-*
*in amicitiâ istius summi esse, est, quod sunt veraces se-
lorum, qui
quaces vñigeniti istius summi esse, & sunt semper intè-
sum in a-
ti oculis mentis sue ad amandum & sequendum &
transformandū se totos, & totaliter in voluntate ama-
ti, scilicet vñigeniti istius summi esse. Amor autē crea-
tus & excitatus à visione istius summi esse, nouit & scit
amare istud sumnum esse, nouit, & scit amare creatu-
ras secundū earum conuenientias, & plus & minus
secundū inclinationem istius summi esse; & in hullo
potest transire terminum eius: & id est omnia quæ sunt
amoris, sunt omnino suscepcta, quoisque hic amor
fuerit animæ datus à Deo. Postquam enim anima ha-
bet visionem istius esse Dei, & amorem illi responden-
tem, & sufficientem isti esse, tunc remanet solidata, ita
quod quamvis veniat alia visiones & elevationes non
mutant eam. Et non solum, qui habent hanc ineffabilē *strictè pē-*
visionem Dei, sed qui habent strictum pensare istius sari debet
*esse Dei, potest sufficere, & est sufficiens ad expellen-
dam omnem malitiam omnis alterius amoris, & benē
potest resistere ad gladium omnis amoris illiciti. Non
solum autem in prædictâ visione datur amor creatus,
de quo dictum est, imò ipsa visio increatus esse dimittit
in animâ vnum amorem increatum, cui amori anima
nihil potest operari, quia anima est totaliter absorpta
ab ipsâ visione. Sed ipse amor inclitus operatur.**

231. Attendendum autem est, quod quando hæc visio data fuit animæ, anima operabatur, & tota se de-
siderabat, quomodo melius ipsi summo esse posset
vniri: postea autem ipse amor increatus operabatur
in animâ, & inspirabat sibi, quomodo recederet ab
omni creaturâ, ut anima posset sibi melius vniri: vnde
ipse amor increatus operationes amoris operatur. *Amor in-*
Principium autem huius amoris in operatione suâ, est *creatus*
illuminare, & nouum desiderium dare. Est enim amor in animâ
fortis nouus, ad quem amorem nouum anima nihil perfecit.
opera-

AVCTO-
RE AR-
NALDO.

operator: ipse enim amor increatus operatur omne bonum, quod per nos fit; & per nos, nos operamur omne malum; bonum autem non ex nobis, sed ab illo increato amore. Et ista est vera humilitas & annihilation, videre in veritate, quod nos non sumus operatores alicuius boni: & qui sic sentit, habet spiritum veritatis. Amor autem Dei numquā stat otiosus, nam viam crucis cogit sequi corporaliter.

*Signa ope-
rationis
amoris
Dei.*

232 Et istud est signum operationis veri amoris, surgere, & apportare animæ crucem, id est, longam pœnitentiam quantum viuit, & magnam & duram quantum commodè potest. Hic verus amor non apparet risum in ore, nec in comedere, nec in bibere inordinatur, nec afferat aliquam alacritatem vanam, nec dicit: Non teneor alicui legi; sed semper legi se subiicit, imò etiam ubi non est lex, ipse sibi facit legem. Et cùm amor operatus fuerit operationes crucis & pœnitentiae viua, & longa, & ardua quantum viuit, & quantum potest, tunc videbit in veritate se inutilem, & in veritate se non nisi malum operantem. Ipsum autem Deum cognoscet totum amorem, & se totum odium: & habitâ in veritate hac cognitione, de necessitate oportet quod faciat pœnitentiam corporalem. Siue autem pœnitentia sit hominile uis ad portandum, siue difficilis, totum operatur ipse increatus amor, diversimodè tamen propter utilitatem animæ. Non igitur grauet nos operatio de pœnitentiâ, quia Deus in nobis ipse operatur: & ad prouocandum voluntatem nostram, & consentiendum Deo in nobis eam operanti, verus magister venit pro nobis ad faciendum pœnitentiâ, & ad dandum exemplum eius nobis, toto enim tempore vita suæ in amarissimâ pœnitentiâ vixit. Et qui ad visionem increati, & ad visionem esse Dei eleuantur in cruce & in operibus virtuosis quietantur, & cum nouo amore infocato & ignito ad maius operandum prouocantur. Illi autem qui non sunt in hoc spiritu veritatis, faciunt sibi idola de operibus virtuosis, sibi gloriam attribuentes. Et primum idolum faciunt sibi de lumine, & scientiâ & discretione sibi datis, quod est flendum: nam totum bonum, quod est in nobis, operatur amor increatus, qui non extinguitur in se in eternū; cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

C A P V T X X .

Via, conditiones, signa Amoris.

c. 65.
*Via ad
amorem.*

233 V IA autem ad hunc amorem est per continuam, & assiduam, & deuotam, & ardenter orationem, & lectio[n]em libri vitæ, de quo satis dictum est supra, per quam datur & accipitur cognitio Dei, quæ est omnino necessaria ad habendum eius amorem, ut supra dictum fuit. O carissimi, hortor, ut diligamus Deum, & transformemur totaliter in ipsum. Iste enim Deus homo, Deus increatus, Deus incarnatus totus est amor, & nos totus diligit, & totaliter vult diligi. Vnde vult filios suos esse totos transformatos in se per amorem. Voco autem filios spirituales per amorem dilectionis, illos qui viuunt in gratiâ, & caritate in ipso Deo bono perfectio cum perfectione amoris transformati. Omnes enim sumus Dei filii per creationem, sed filii sui spirituales electi sunt, in quibus ipse Deus amor posuit suum amorem, & in quibus delectatur propter suam similitudinem, quam inuenit in ipsis, quam similitudinem in animam cuiuscumque filii Dei ponit, & facit, & format solum gratia Dei, & perfectus amor diuinus; perfectum dico, qui iam vitam & mores transformat in similitudinem vitæ Christi pauperis, despecti in hoc mundo, & dolorosi. Itaque Deus nobilis per naturam vult totum cor filii sui, & non partem: & vult ipsum sine medio, & sine societe & impedimento quocumque contrario. Sed ipse est ita curialis erga animam, quod si anima dat sibi totum cor, totum liberenter accipit; si partem, partem accipit, licet per-

*Quinam
filij Dei
sunt spiri-
tuales elec-
ti.*

etus amor naturaliter totū velit, & non solum partem. Scimus enim, quod sponsus diligens sponsam suam non potest in eâ sustinere, siue in secreto, siue in manifesto societatem aliquam; similiter noster Deus. Sed scio, quod si in Dei filio quilibet homo cognosceret & gustaret ipsum amorem diuinum, Deum humanatum, passionatum, qui est summum bonum, daret se totum sibi, & auferret se totum sibi, non solum ab aliis creaturis, & totus diligenter, & toto corde illū Deum amos, & transformat se ipsum totum in ipsum Deum humanatum summum amorem.

234 Si igitur anima vult venire ad istam perfectionem perfecti amoris, qui dat se totum & seruit Deo uendit non intuiru[m] præmij, quod hic expectet à Deo recipere, propter nec est in futuro; sed dat se Deo, & seruit Deo, propter seipsum, qui totus est essentialiter bonus, & totum propter se, & per se bonum dignum est diligere propter seipsum; debet anima intrare in viam rectam, & per ipsam ambulare pedibus amoris, puri, recti, feruentis, & ordinati. Primus autem gradus sine passus quem debet facere anima quæ intrat istam viam rectam, & quæ de- siderat accedere ad Deum est, quod cognoscat Deum in veritate, non solum exterioru[m] quasi per colorem scriptræ, sicut dictum est supra: quemadmodum enim cognoscimus, ita & amamus: si patrum obscurè, si superficialiter, si perfunctoriè ipsum cogitamus & consideramus & cognoscimus; & similiter & consequenter patrum amamus. De his autem qualiter & quomodo fieri debeat, iam satis dictum est.

235 Sunt autem tres proprietates amatiū necesse ad sciendum, & etiam aliqua signa amoris, ut qui- prietas liber cognoscere possit, si est verè amans. Prima pro- prietas est esse transformatum in voluntatem amati. Voluntas autem Christi amati videtur mihi, quod sit vita quam ostendit nobis per semetipsum, ostendit autem nobis paupertatem, dolorem, despiciēt & obedientiam veram, quæ omnia de facto ostendit: & cum anima est viriliter exercitata in istis, nullum vi- tium, nulla tentatio poterit in eam intrare. Secunda proprietas est, transformari ēsc[ilicet] in proprietates amati. Nolo vobis dicere nunc nisi tres. Prima est amor, tib[us] ex-diligere scilicet omnes creature secundum conuenien- tias earum. Secunda est, esse verè humilem & benignū. Tertia est, quam Deus dat legitimis filiis suis, scilicet, immutabilitas: nam quanto anima est propinquior Deo, minores & pauciores mutabilitates in se habet: & ideo nos verecundamur quando aliqua vilis res nos mouet, & in hoc cognoscimus nostram miseriam. Ter- tia proprietas est, esse transformatū totaliter in Deum: re in sp̄o & tunc est ex tua omnis tentatione, quia non in se, sed Deo. in illo est. Et ideo quando reuertimur ad nostram miseri- am, caueamus nos de omnibus creaturis, & à nobisip[s]is: & rogo vos ut sitis vestri, & nolite vos dare alicui creaturæ, nec præstare ex toto, sed date vos totos illi qui dicit: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex totâ mente, & ex totâ animâ, & ex omnibus viribus tuis.

236 Signa autem amoris sunt hæc. Primum signum veri amoris est, quod amans submittat voluntatem suam voluntati amati. Secundum est, quod facit relinquere omnem aliam amicitiam quæ huic posset esse contraria, etiam facit dimittere patrem & matrem, sororem, fratrem, & omnem aliam affectionem contraria voluntati amati. Tertium est, quod nihil occultum potest esse in uno quod alteri non reuelet: & hæc tertia operatio secundum iudicium meum est summa & complementum omnium aliorum signorum, & operationum amoris. Quartum est, quod amans studeat assimilari amato, ut si amatus est pauper, quod amans studeat depauperari; si vilificatus, quod studeat vilificari; si dolorosus, quod studeat de dolore habere participationem, ut sit similis utriusque conditio. Non enim videtur quod amor perfectus possit fundari inter diuitem

*Signa veri
amoris.*

i.

ii.

iii.

iv.

diuitem & pauperem, honorabilem & vilem, dolorosum & deliciosum: valde enim distant hæc conditiones, & inter tales non potest esse amor perfectionis, quia unus conditionem alterius non participat. Amor autem est virtus non solum assimilativa, sed unitiva, quæ fertur semper in suum simile non in disforme.

*Hac signa
amoris per-
fectissimæ
in Christo
eluent.*

237 Amor autem æternus Christus Iesus omnia ista signa habuit, quia submisit voluntatem suam homini, factus obediens usque ad mortem interficiens ipsum, cum tamen solo natus posset resistere si volueret. Item fecit ipsum relinquere omnem aliam amicitiam, parentum, matris, & aliorum, imò & sua carnis propter amorem hominum, morti se tradens, & eos in cruce derelinquens. Iterum secreta sua nobis reuelauit ut ipse dixit: Iam non dicam vos seruos, &c. Item similem homini se facere voluit: id est veram humanitatem eius assumpsit & mortalitatem, factus homini similis per omnia, præterquam in culpâ. Ergo & nos omnia hæc facere debemus propter ipsum: alias amor ex parte nostrâ claudicat, & tanto & tam visceroso amatori facimus iniuriam manifestam. Igitur faciamus nos ei per omnia similes, qui nostris miseriis per omnia similem se fecit, pœnitentiam scilicet faciendo in paupertate, despectu, & dolore, & cordis contritione, in quibus ipse semper vixit. Si enim unus solus ficeret pœnitentias omnes quas omnes homines de mundo faciunt, non esset sufficiens ad recompensandum minori gutræ sudoris, quem Christus pro nobis effudit, & non esset sufficiens ad promerendum minus gaudium Paradisi, quod nobis promittitur, nec ad satisfaciendum pro minori peccato à nobis perpetrato mortali, nec ad satisfaciendum Deo pro nostra creatione. Vnde quisque deberet conari ad faciendum pœnitentiam in occulto quantum plus potest, & desiderare quod non potest, & etiam facere in publico, dummodo in intentione nolit videri: quia dimittere bonum ut non videatur, est tepidas & pusillanimitas. Vnde nullo modo debemus propter hoc dimittere. In his habemus exemplum nostri magistri, qui multa fecit quæ numquam fuerunt scripta, nec scita, cum tamen amore nostri multa fecerit in publico; nec propter hoc quia videbatur ab aliis hoc dimisit. Quod & si nobis durum videatur pœnitentiam facere, tamen tribulaciones nobis à Deo immissas placet cum patientia & gaudio tolerare, & facere de necessitate virtutem. Qui enim sunt afflitti, & tribulati interius & exterius, non est dubium quod est certum signum, quod sunt dilecti ab amato.

*In publico
quomodo
ficiendum
sit bonum.*

*In sequen-
do Chri-
sto nulla
fraus, sed
maxima
salutis cer-
titudine.*

*Tres effe-
ctus tribu-
lationis.*

*I.
II.
III.
Bonis aduo-
cati, &
testes ad
Deum ve-
races pro
noscitâ sa-
lute sunt
tribulatio-
nes.*

238 Quod enim Deus Pater dilexit & elegit, & dedid suo carissimo unigenito, hoc unigenitus diligit, & infligit & dat carissimis filiis suis. Elegit autem Deus Pater suo filio paupertatem, despectum, dolores, persecutions, afflictiones exterius, interius vero tedium, pauorem, timorem, angustiam, agoniam, &c. quæ sustinuit Dei filius magister innumerabilia, & tot, & tanta, quod nulla lingua posset exprimere, nec cor cogitare. Studeamus igitur sustinere tribulaciones temporales cum patientia, imò & cum gaudio. In eis enim signum recipimus, quod sumus dilecti & electi ab amato, & recipimus arthem suæ hereditatis. Respice in doloribus vestris dolores istius Dei hominis desolati, & erit remedium omni vestro dolori. Tria enim facit ista tribulatio sanctissima quæ non cognoscimus. Primum est, quod facit nos conuerti ad Deum, & si conuersi sumus, facit nos magis copuerti & adhætere.

Secundum est, quod facit nos crescere: sicut enim bona terra benè præparata adueniente pluia germinat & fructificat, ita adueniente tribulacione anima crescit in virtutibus. Tertium est, quod purificat & conforat, quietat & tranquillat. Ista enim sanctissima tribulatio multum conuenit nobis, nec eam vitemus nec abhorreamus, quia securè, & toto corde dico, quod aduocati nobiles, & testes veraces, quibus magis

Tom. I.

creditur in conspectu Dei, sunt istæ tribulaciones sanctissimæ & pretiosissimæ; quarum valor est nobis igno- *RE AR-*
NALDO.
tus: eis enim emitur regnum celorum, paupertate enim & luctu, & dolore, & persecutionibus obtinentur gaudia sempiterna. Credo enim firmiter quod nihil aliud tantum facit ad benè viendum, sicut hæc tribulatio: vnde in omnibus tribulatis ego habeo unam sanctam inuidiam. Scio enim, filiali mei, quod nobilitas & va- *Tribula-*
tiones ut-
quia si esset cognitus, esset de eâ magna gracula & ra- *les.*
pina, & quilibet raperet ab alio de quo tribulari pos-
set. Lumen tribulatorum & solarium confortet nos sub onere tribulationum, cui sit gloria in sæcula sæcu-
lorum, Amen.

239 Tribulaciones autem quæ sunt in paupertate, despectu, & dolore, videntur mihi multum utiles no-
bis & cœnientes. Ratio huius est, quia oportet quod homo cognoscatur & Deum: cognitione autem Dei supponit cognitionem sui, hoc modo, ut videat homo & consideret & videat quem offendit, & consideret diligenter quem offendit. Et ex hac consideratione datur gratia super gratiam, lumen super lumen, visio super visionem, & ex his incipit venire ad cognitionem ampliorum Dei: & quanto amplius cognoscit, amplius diligit; & quanto plus diligit, tanto fortius operatur; & ista operatio est signum amoris, & mensura: quia in hoc cognoscitur, si amor est purus, verus, & rectus, si diligit & operatur efficaciter, & tolerat quod dilexit & operatus est ille, quem diligit. Christus autem, quem diligit, operatus est & tolerauit cum gudio tria praedicta quamdiu vixit: qui ergo ipsum diligit, debet illa diligere & operari. Quantu[m] igitur ipse sapientissimus sibi hæc elegit, tanto nobis etiam conuenientiora esse monstrauit.

240 Hæc sunt dulcissima Dei dona, quæ quietum- *c. 66.*
que obtinere poterit, sciat se perfectè compleatum, & *Dona &*
perfectum, & consummatum in Deo dulcissimo Iesu *in Dei a-*
Christo; & esse perfectum ipsum dulcissimum Iesum *morem*
Christum in eo per transformationem, & quanto ma- *transfor-*
gis in his perfectus erit, tanto magis esse transforma- *mata.*

1. Exuise
tatis, quo anima expoliatur ab amore omnis creature, amorem
ita quod nullius possessionem vult habere; nisi Domini omnis
nostrî Iesu Christi, nec sperat in adiutorio alicuius creature.

creatura in hac vita, & hoc non solum diligit corde,
sed ostendat per opus. Secundum est, quod desideret *2. Appeteret*
despici & vilipendi, & opprobriari ab omni creaturâ, *contemptu.*
& velit quod omnis creatura credat ipsam esse oppro-
brio dignam, ita quod nullus compatiatur sibi, nec ve-
lit vivere in corde alicuius creature, nisi solitus Dei,

nec ab aliquo alio aliquid reputari quocunque modo.
Tertium est, quod desideret dolorati, & puniri, & im- *3. Deside-*
pleri & superinfundi omnibus doloribus cordis & rare tor-
corpis dulcissimi Iesu Christi, & dulecissimæ Matri eius; & desideret, quod omnis creatura faciat sibi istos

dolores sine intermissione. Et si non potest ista tria vel-
le, sciat quod multum est longe à Christi benedictâ similitudine; quia ista tria associauerunt eum in omni loco, & in omni tempore & in omni suo actu, similitet & suam Matrem, scilicet paupertas, dolor, & despe-
ctus & ignominia in summo. Quartum est, quod quæ- *4. Se omni*

cumque persona cogitet se esse indignam tanto bono, dono celesti & nullo modo posse ista habere à se, & quanto plus de indignum istis habuerit, tanto sibi videatur quod minus habeat: *reputari.*

quia de re amatâ, qui multum se credit habere, perdit amatum. Vnde numquam sentiat se ad hoc peruenisse, sed semper videatur, quod incipiat de nouo, & quod adhuc nihil fecerit, & quod non habuerit aliquid de istis. Quintum est, quod continuè nitatur cogitare, *5. Predicâ*
quomodo ista fuerunt in Christo, & continuè saporâ, *in vita*
sâ oratione clamet ad Deum, quia ista sua vestimenta, *Chripi*
& istam societatem mittat in cor suum, nihil aliud pe-
tendo, & in perfectâ transformatione omniū istorum

Aucto-
re AR-
NALDO.

6. Impedi-
menta eui-
& ab aliis
libenter
iudicari.

7. Nemine
& fugiat sicut serpente.

et iudicare
de aliis
libenter
iudicari.

sit sibi omne gaudium in hac vitâ, & nitatur ascendere ad cogitandum, quomodò cor dulcissimi Iesu istis plenum fuit, & superplenum & infinitum, plus quam ipse ostenderit in corpore. Sextum est quod fugiat tamquam summam pestilétiā omne illud quod impedit eam ab istis, siue sit persona carnalis, siue sit spiritualis, & omne illud quod in rebus huius mundi sibi apparet dissimile vel contrarium istis, horreat, & despiciat, & fugiat sicut serpentem. Septimum est, quod super nullam creaturam ferat iudicium, nec impedit se de iudicando alios, sicut dicit Euangelium, imò reputet se viliorem omnibus quantumcumque malis, & indignissimis omni gratiâ Dei. Scias quod quicumque ista merentur habere in hac vitâ, & in præsenti pugnâ, Deū plenè habebunt in patriâ: imò anima per transformationem fit tota Deus, cui in hac vitâ Deus dat de suâ transformatione, quod videlicet fit transformata in suos despectus, penurias, & dolores, quia non debet anima appetere in istâ vitâ consolationes spirituales, nisi forte propter suam infirmitatem refocillandam, sed solùm appetere perfectam Christi crucifixionem dolorosam, pauperem, & despectam.

C A P V T XX I.

De sanctissimo Sacramento Eucharistie.

c. 67.
Efectus
Euchari-
*stia.**Diligenter*
considera-
dum hoc
Sacramen-
*tum.**Septem co-*
sideratio-
nes circa
*illud.**1. Nouum*
mirabile.

241 D E Sacramento autem amoris & gratiæ, propter quod & Eucharistia dicitur & vocatur, nunc aliquid plus præter dicta est dicendum. Ipsum enim habet efficere in nobis & orationem deuotam, & virtute eius imperatiua efficitur. Similiter dare humilitatem cordis profundam, & totius caritatis, & veri amoris promotum & collatum est. Non enim dubito, sed sum certa, quod, quæcumque anima videret & contemplaretur in isto sancto Sacramento, non posset esse ita licca de amore, quin de ipso non esset statim tota infusa, perpendendo quomodò in hoc Sacramento fuit amata. Videtur autem mihi quod veritas istius Sacramenti, & hoc sacrosanctum mysterium ab illis, qui istud sacrificiū volunt celebrare & recipere, cum magnâ diligentia est considerandum: & non debet anima in hac consideratione transire velociter, sed nec cursoriè, sed magnâ diligentia & pondere ibi ster & demoretur: quamvis autem inexplicabilia sint qua de hoc Sacramento sanctissimo dici possunt, videtur mihi quod ad septem considerations reduci possunt, quæ videnda sunt & consideranda signillatim.

242 Primò enim istud sacrosanctum mysterium est nouum & summè mirabile, & nostræ rationis excessuum. Istud enim mysterium quamvis antiquitus fuerit figuratum, ut appareat in sacrâ scripturâ, antiquum quidem est, quantum ad figuram, sed nouum quantum ad exhibitionem & veritatem ipsius Sacramenti, in quo creatura recipit magnam nouitatem: quia bene scimus, & per fidem tenemus sine aliquâ dubitatione, quod ille panis, & id vinum per diuinam potentiam infinitam ad illa sanctissima verba ordinata, quæ dixit Christus ordinator Deus humanatus, & quæ debet dicere & dicit Sacerdos eius minister, substantialiter fit Christus, ita quod illa substantia panis & vini transsubstantiatur, & fit corpus Christi, & Christus Deus & homo est in illo mysterio consecrato, remanente colore, & sapore, & virtute, & forma, & modo, & totâ qualitate ipsius panis & vini, non in ipso, sed per diuinam potentiam supra eorum propriam naturam in seipsis: hic enim colore est in seipso, & sapor in seipso, & forma in seipsâ, & qualitas in seipsâ. Vnde grandis est ista nouitas in veritate, quam facit diuina sapientia suâ summâ caritate, & infinitâ potestate, & summâ bonitate, quam facit creator in suâ creaturâ; præter alias multas, & spirituales nouitates, quas ipsum corpus & sanguis Christi facit in amicis & electis suis. Nullus autem miretur de his, nec de aliis quæ sunt in hoc Sa-

cramento, si pensemus potentiam facientis. Nec miratur quis, quomodò potest esse in tot altaribus, similiter & ultra mare, & citra mare, & ita ibi, sicut hâc & hâc, nam ipse dicit: Ego sum incomprehensibilis vobis, & ego Deus feci hoc sine vobis, & operor sine vobis, & non est mihi aliquid impossibile: & ego sum ille, qui feci vos tales, quod nunc propter bonum vestrum non possetis intelligere, quia si voluissim, potuissim vos facere potentes ad intelligendum, sed hoc feci, ut mereamini per fidem vestram, quæ meritum non habet, si hoc clare quomodò sit videretis; credite igitur nihil dubitantes.

243 Secundò istud Sacrementum est summè amabile, & ad amorem inflamatuum. Illud enim quod mouit ordinatorem istius Sacramenti sanctissimi, non fuit timor alicuius rei, nec utilitas, quam ex hoc ipse fortiretur; nec scio quod nomen imponâ ei, nisi amorem sine mensurâ: propter enim ineffabilem amorem, quem habebat nobis, istud Sacrementum instituit: quia enim erat totus eiusceraus amorem in nobis, ideo se totum ibi posuit, se totum dimisit, & pro semper scilicet usque ad consummationem sæculi. Non enim hoc Christus solùm fecit propter memoriam suæ mortis quæ est *ex amore id insti-tuit.*

profundū, oportet quod habeat bonos oculos. Sciens enim corporaliter in cœnam suâ se circâ esse separandum, euictus amore, qui semper amantem & amatum habet coniungere, istud Sacrementum instituit, ut semper posset corporaliter nobis esse iunctus. O amor inextinguibilis! amor ardentissimus veraciter est, & fuit iste, quem nobis habebat, quod quantumcumque præsen-tia mortis esset sibi præsens, & præsentiebat statim do-lores horribiles affuturos, eisdem peccatoribus se per sequentibus se dare voluit, ut saltem nobiscum in hoc Sacramento posset esse semper, cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum. Et quæ anima est ita crudelissima, quæ considerando istum amorem, si benè & profundè consideraret, non moueretur ad redamandum tan-tum amatorē, qui nec in vitâ, nec in morte nostri obliuisci voluit, scilicet se totum ac tantum dare voluit, ut per amorem nobis esset vnitus? Veraciter non est anima, si benè pensaret hunc amorē, quin se totam trans-formaret in amorem, se totam sibi conferendo.

244 Tertiò istud Sacrementum est summè com-passibile, & ad compassionem & dolorem summè pro-*compassi-*uocatum: dolorem enim mortalem & ineffabilem habuit cum istud sacratissimum ordinabat: erat enim in puncto separationis à suis carissimis discipulis, & à Virgine amantissimâ Matre; & sciebat & videbat in sui præsentia omnes qui eum derelinqueret debebant: videbat suum proditorem, & alium negatorem, quibus corpus suum, & seipsum tradebat: & de proximo im-minebant dolores acutissimi, in quibus debebat esse derelictus: præsentiebat mortem horrendam, verbera, cōtumelias, crux, clausos, & cetera sibi parati; ratio-ne quorum statim post cœnam in oratione sudauit usque ad guttas sanguinis non modici, scilicet decurrentis in terram. Et tamen non dimisit, quin illud institueret, & se nobis daret, quinimò istud Sacrementum nihil aliud videtur esse ita proprium, quam quadam memoriale illius acerbissimæ passionis & effusionis sui sanguinis pro nobis misericordia: ideo & Christus ait: Quotiescumque hoc facitis, facite hoc in meam com-memorationem, & quæ anima posset videre istos do-lores, quin transformaretur in dolorem? Certè nulla, nisi quæ cōmunionem non habet ex corde illius acerbissimæ passionis.

245 Quartò istud Sacrementum est summum, di-gnum & venerabile, & ad reverentiam summè humiliatuum. Ordinator enim istius sancti sacrificij est homo Deus, Deus summus & increatus. Anima enim considerando hoc Sacrementum, debet pensare non solum

solum ordinatorem, sed id quod in Sacramento continetur. Continetur enim ibi Deus increatus, inuisibilis, omnipotens, omnia sciens, iustus, summus, & misericors, creator cœli & terræ, visibilium & inuisibilium; & hoc est maius, quod occurrit ibi ad cogitandum. Postea occurrit alia res minor, quam in hoc Sacramento inuenit, coniuncta cum illâ re maior, quia inuenit ibi Deum humanatum, id est, diuinitatem & humanitatem in unâ personâ coniunctas & unitas: & quandoque in hac vitâ præsenti anima recipit maius delectamentum in isto minori, quam in illo maior; quia anima est magis capax, & magis cōformis isti minori, quod videt in isto Deo incarnato, quam sit aliud, quod videt in ipso Deo in creato; quia ipsa anima est creatura, quæ est vita carnis suæ; & omnium membrorum corporis sui, vnde delectatur in hac vitâ in creato Deo quem ibi videt humanatum, & Christum creatorem, & creaturam, & deitatem, & animam cum carne, & sanguine, & cum omnibus membris sui corporis sancti. Videt ibi anima unionem tantarum rerum ibi contentarum, & de minori, scilicet de humanitate, fertur ad diuinitatem, & è conuerso. Videt igitur anima, si benè considereret, primò diuinitatem ineffabilem, in quâ sunt omnes thelauri sapientia, & scientia, & diuinarum immarcescibilium. Videt ibi in illâ diuinitate delicias, quæ solè satiant mentem nostram, & alia multa ineffabilia. Videt ibi pretiosissimam animam cum omnibus virtutibus & dotibus Spiritus sancti, & sanctissimam oblationem immaculatam. Videt ibi corpus, premium pretiosissimum nostræ redēptionis. Videt ibi sanguinem, quo redempti & vivificati sumus, & alia ineffabilia. Quæ quidem omnia hæc summe debent prouocare nos ad reverentiam exhibendam: nam ibi veraciter est & continetur ille, quem adorant cunctæ cœli dominationes, timent omnes spiritus cœlestes, & tremunt omnes cœli fortissimæ potestates. O si videamus sicut ipsi, in quantâ reverentiâ & humilitate istud Sacramentum tractaremus & recipiemus? Quæ enim superba anima est, quæ, si hæc benè consideraret, & in conspectu huius sacramenti corde & corpore non humiliaretur?

5. Summè ultum. 246 Quintò est summè altum Sacramentum & spirituale, & ad cœlestia eleuatiuum. Hoc enim sacramentum ordinauit sancta Trinitas, vt scilicet restrinqueret ad se tem, quam diligit, vt scilicet traheret animam à se ad se Dœum, & extra omnes creature, & cōiungeret ipsam Deo in creato, & sic vitâ sibi daret spiritualem, & diuinam, & mortificaret à peccatis: & ordinauit ipsum sancta Trinitas & infinita bonitas, vt vniret, & incorporaret nos sibi, & se nobis: & vult, vt recipiamus ipsum, vt recipiamur ab eo; & vult, vt portemus ipsum, & ipse nos, nos fortificando & confortando. Quæ est ergo misera anima, si benè consideraret, quæ non trahi debeat post tantum Dominum, post tantam caritatem, quæ de cœlis venit, vt nos ad se trahat de terrenis?

6. Summè usile. 247 Sextò istud Sacramentum est summè usile, & omnium bonorum, & gratiarum animæ collatiuum. Non enim venit ad nos in isto sacramento Deus in creatu cum tantâ perfectione deitatis & humanitatis vacuus, sed pro certo dat animæ recipienti (dum tamen se probauerit, & non sit in voluntate peccandi) pœnaru remissionem, robur contra tentationes, impugnatores nostros restringit, & gratiam augmentat, & merita accumulat: vnde & frequenter cum magnâ reverentiâ est suscipiendum: verbum autem S. Augustini de Eucharistiâ suscipiendâ, quando dicit, Quotidie Eucharistiam sumere, nec laudo, nec vitupero; dico quid S. Augustinus fuit sanctus & sapiens; & videns bonos cum malis in Ecclesiâ Dei mixtos, vt non impediret bonos, non vituperavit; ad hoc autem vt non daret securitatem malis, non laudavit. Alia sunt innumerabilia dona & beneficia, quæ conferuntur nobis si di-

gnè ipsum suscipiamus: nec est diciibile, quantum grantiam recipit anima in unâ solâ dignâ susceptione, dum RE ARNALDO.

248 Septimò, istud Sacramentum est summè laudabile, & omnium gratiarum, & laudum præconiis *7. Summè laudabile.* summe dignum. Quidquid est boni, quidquid pulchritudinis, quidquid sanctitatis, totum est in hoc sacramento: est enim summum bonum ipsum in creatum, scilicet diuinitas, & summum bonum creatum, Christi humanitas: vnde laudare ipsum assidue debemus. Angelii enim assidue laudare non desinunt, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus; & non solum Angeli, sed & Sancti, & cuncti Beati vident & sentiunt illud, & stant intra hoc sacrificium in illo Deo bono infinito, qui facit illos esse beatos: ibi enim habent semper in præsentia Deum in creatum, summum bonum, & Deum humanatum, & in hoc sacramento admirabile possum. Et in isto mysterio recipiunt nouam dulcedinem, & gaudium; & faciunt houum tripudium, & præconiū; & credo, quod hoc sit propter conuenientiam, quam habent, quia communicant cum capite & membris, id est, cum Christo capite Deo, & suis fidelibus. Vident enim & sentiunt, cognoscunt, quod Christus in altissimo hoc mysterio multum delectatur, & ibi ostendit, & manifestat suam bonitatem, & ibi habet singularem complacentiam pro bono, & in bono suorum deotorum & amicorum, quos per hoc sacrificium sibi colunt: & ide delectantur omnes Angeli & Sancti in isto mysterio cum Christo: & faciunt nouum gaudium & tripudium & laudes, quia illud quod placet Christo, placet similiter & eis: placet enim Christo esse cum hominibus in isto sacramento, inquit eius delicia sunt esse cum filiis hominum. Gaudent item omnes Beati de Ecclesiâ triumphanti pro bono & utilitate, quod propter ipsum recipiunt sanctæ animæ in militante Ecclesiâ. Vnde & gaudere deberet tota Ecclesia, & laudare Deum de tanto beneficio, & gratis, gratias & honorem exhibendo Deo.

249 Quilibet igitur quando deberet accedere ad hoc *Considera-* sanctum Sacramentum debet considerare, ad quem da, dum ad *hoc Sacra-* vadit, qualis vadit, & quomodo vadit, & quare vadit. *mentū ac-* Quia vadit ad quoddam bonum quod est omne bo-*ceditur.*

Nec videremus ad quoddam bonum quod est omne bonum, & causa omnis boni. Vnde ipsum est bonum solum, sine quo non est aliquid bonum. Quod bonum sufficit, & implet omnia, & satiat omnes Sanctos & spiritus beatos, & omnes iustos per gratiam, & omnes animas, & corpora illorum Beatorum qui regnant in gloriâ. Vadit ad recipiendum illud bonum, Deum scilicet humanatum, quod satiat, superat & iocundat in omnibus creaturis, & extra omnes creature sine modo, & sine mensurâ: quod bonum creature non potest scire, nec habere, nisi in quaatum ipsum bonum vult; & tantum ipsum bonum vult, quantum creature secundum suum esse potest habere de illo; qui est & facit omne esse, & est super omne esse. Vadit ad illud bonum, extra quod, & præter quod, non est aliud bonum. O bonum incon sideratum, incognitum, non amatum, scilicet inveniendum ab illis, qui le totum te volunt. Si igitur homo considerat, & respicit mortuum, quod corporaliter debet comedere; quare anima non respicit, & non tecogitat, antequam recipiat tantum bonum, quod æternum est, & infinitum, & quod si indignè recipiatur, est mors animæ & corporis semper. Si vero dignè, mortem fugat, & vitam æternam & beatam adducit, & sine ipsis susceptione non est vita: Nisi enim, ait Christus, manducaueritis carnem, &c. Debet igitur accedere ad tantum & tale bonum, & ad talem mensam cum magnâ reverentiâ, timore, & tremore, & super omnia cum magno amore; & debet anima accedere tota lata, & ornata: quia vadit ad illum, qui est bonum totius pulchritudinis & gloriae, & qui est summa sanctitas, felicitas, & beatitudo, & altitudo, nobilitas, & verus amor, & dulcedo amoris

Aucto- amoris sine fine: & debet ire ad recipiendum, vt reci-
re Ar- piatur: debet ire mundus, vt mundetur; viuus, vt viui-
NALDO. fieretur; iustus, vt iustificetur; iunctus, vt incorporetur
cum ipso Deo in creato, & dulciter humanato, & sit
idem cum eo per infinita sœcula sœculorum.

C A P V T X X I I .

De Incarnatione Verbi, alijq. Dei beneficiis.

c. 68.

Preficit B. **H**oc est ultimum scriptum & ultima littera,
Angela quæ fecit sanctissima Angela de Fulginio Ma-
mortem ter nostra, antequam infirmaretur ad mortem, asse-
suam. rans tunc esse ultimam litterarū. Præscivit enim suum
felicem transitum longo tempore ante. Vnde & cum
magno affectu hæc verba locuta est, & quasi coegerit
scriptorem scribere, & dixit: O Deus meus, fac me di-
gnam, vt possim cognoscere altissimum mysterium
tuum, quod fecit ardenter caritas tua, id est, altis-
sum mysterium tuæ sanctissime Incarnationis, quam
fecisti pro nobis, quæ Incarnatio fuit principium salu-
tis nostræ. Ista autem ineffabilis Incarnatio facit nobis

Mysterium duo. Primum, quod implet nos amore. Secundum est,
Incarna- quod reddit nos certos de nostrâ salute. O quæm in-
tionis im- effabilis hæc caritas! supra istam verè non est maior,
plete nos quæm quod Deus meus omnium creator fiat caro, vt
amore Dei. me faceret Deum. O amor euiscerare! teipsum exinan-
isti, & defecisti, vt me faceres: formam vilissimi ferui
recepisti, vt mihi decorum regium & diuinum confer-
res. Quando tamen formam meam recepisti, non sic
fecisti vt aliquid à tuâ substantiâ minueres, nec à tuâ
deitate detraheres, sed abyssus tuæ humiliæ Incar-
nationis facit me dicere, & compellit verba hæc euiscerata:
O tu incomprehensibilis, propter me com-
prehensibilis! O increator, factus es creature! O inco-
gitabilis, factus es cogitabilis! O impalpabilis, factus
es potens palpari! O Domine fac me dignam videre
profundum huius altissimæ caritatis, quam nobis cō-
municasti in istâ Incarnatione sanctissimâ. O felix cul-
pa (non tamen ex te, sed ex Dei pietate) quæ meruisti
nobis ostendere occultissimum diuinæ caritatis pro-
fundum, quod nobis erat absconditum. O in veritate
maiorem caritatem ego cogitare non possum. O altissime,
fac me capacem ad intelligendum hanc altissi-
mam & ineffabilem caritatem.

Mysteria 5. **O** Domine, quinque sunt mysteria, quæ pro
pro nobis nobis fecisti, fac nos Domine capaces ad intelligendum
Christus ipsa. Primum est mysterium tuæ sanctissimæ Incar-
nationis. Secundum est ineffabile mysterium tuæ doctri-
næ, exempli, pœnitentiarum, & afflictionis. Tertium est
mors acerbissima tolerata pro nobis. Quartum glo-
ria tuæ Resurrectionis. Quintum sublimatio tuæ glo-
riosæ Ascensionis. Primum est amor ineffabilis Incar-
nationis. O amor summus & transformatus! O amor
ineffabilis! Benedictus sis Domine, quia facis me in-
telligere quod mihi natus es. O quæm gloriolum est
istud scire, & intelligere, quod ego videam & intelli-
gam, quod tu mihi natus es: istud intelligere in veri-
te plenum est omni delectamento, & suavitate. Vnde
certitudinem, quam habuimus ab incarnatione, eam-
dem habemus à natuitate; quia ad illud pro quo in-
carnatus est, ecce natus est. O admirabilis, quomodo
sunt mirabilia mysteria tua, quæ pro nobis fecisti? Se-
cundum quod pro nobis fecit, reddit nos certos de
modo viuendi: nam natus est & incarnatus, & vixit taliter,
quod haberemus præsentiam documentum à Iesu
Christo nato de paupertate, dolore, despectu, quia in
ipsis natus est, vixit, & finiuit.

1. Conuer- **252** Tertium mysterium est sicut mortis, quia etiam
satio cum ad hoc natus est, vt esset redemptio nostra & morere-
homini- tur pro nobis. Quinque autem sunt consideranda in
buss. istâ morte Christi. Primum declaratio & operatio no-
stræ salutis. Secundum est, nostra fortificatio, & vi-
ctoria contra inimicos nostros. Tertium est repletio, &

3. Redem-

ptio in cru-

ce.

Quinque

in eâ consi-

deranda.

superabundantia amoris diuinæ manifestati per ipsam
mortem. Quartum est, quod nos replevit vna altissi-
mæ, & euiscerat & profundâ veritate: possumus enim
per hoc cognoscere, videre, & intelligere, quomodo
Deus Pater nobis ostendit, & clarificauit, & declarauit
filium in istâ Incarnatione sanctissimâ. Quintum est,
quia per hoc possumus cognoscere, quomodo filius
Dei manifestauit nobis Patrem, per obedientiam,
quam seruauit in totâ vitâ suâ usque ad mortem crucis,
& per ipsam obediëtiā respondit Deo Patri pro toto
humano genere. Fac me dignam ô increate Deus co-
gnoscere profundum amoris tui, & abyssum ardentissi-
mæ tuæ caritatis. Fac me dignam intelligere ineffabi-
lem caritatem, quam communicasti nobis, quando
ostendisti nobis filium tuum Iesum Christum in istâ
Incarnatione, & quando iste filius tuus manifestauit te
esse patrem nobis. O admirabilis amor, & iucundus,
quia in te est omnis sapor omnis suavitatis, & omne
delectamentum: & ita est contemplatio, quæ eleuat
animam de mundo, & facit eam stare supra se, & esse
pacificatam, & tranquillatam.

253 Quartum mysterium est in resurrectione, in 4. Resur-
quâ duo sunt consideranda. Primum est, quod sua re-
surreccio dat nobis firmam spem de nostâ resurre- **Duo in eâ**
ctione. Secundum est, quod facit nos cognoscere re- **considerâ-**
surrectionem spiritualē, quam Deus facit per suam **dua.**
gratiam, quando de mortuo facit viuum, de infirmo
facit sanum. O altissimum & inenarrabile, & incogni-
tum, & ineffabile mysterium, in quo adimplesti per-
fectionem nostram! Fac me Domine dignam cogno-
scere istud altissimum mysterium. Quintum mysteriū **Adcen-**
est, Adscensionis. O Domine fac me dignam esse ca- **so.**
pacem cognoscere altissimum mysterium Adscensionis
tuæ, in quo repleta est tota salus nostra. O Iesu Christe
tunc posuisti nos in possessionem Pattis tui & nostri.
Ista quinque mysteria sunt schola illorum qui sunt veri
scholares, schola verax vbi discuntur ista quinque my-
steria, est schola cōtinuæ orationis. Fac igitur me Do-
mine intelligere, & cognoscere supernam caritatem,
cum quæ creasti me, & redemisti. O incomprehensibili-
lis, fac me capacem ad intelligendum tuam inestimabilem,
& ardenter caritatem, & illam euisceratam
dilectionem, quæ elegisti genus humanū ab æter-
no ad obtinendum visionem tuam, & tu altissime di-
gnatus es velle videre nostram. Fac nos Domine co-
gnoscere culpam nostram, vt effugiamus pœnas, quas
minatus es ingratis, & non recognoscens hæc in-
effabilia mysteria & beneficia tua.

254 Post ista locuta est de septem donis sicut bene- **c. 69.**
ficiis specialissimis nobis à diuinâ bonitate collatis, & **Septem do-**
dixit: O dulcissime Domine fac me capacem ad intel- **na à Deo**
ligendum ista septem dona, quæ nobis dedisti inter **homini da-**
multitudinem aliorum donorum tuorum. Primum **ra.**
donum est ineffabilis creatio. Secundum est, admira-
bilis electio, quæ dignatus es nos eligere ad gloriam
tuam. Tertium est, donum ineffabile, quod nobis feci-
sti, quando tuum filium misisti, vt nobis daret vitam.
Quartum est, donum altissimum tuæ bonitatis, quan-
do dignatus es me facere sensibilem, & rationalem, &
non bestiam nec irrationalē. Hæc admirabilis ratio,
quam in me posuisti, facit in me tria. Primum est, quia
per ipsam cognosco te admirabilem. Secundum est,
quia facit me cognoscere peccata mea. Tertium est,
quia per ipsam mediante gratiâ tuâ relisto sensualitatî
meæ ad peccata inclinanti. O incomprehensibilis, quia
nihil aliud est supra istud donum, quod nobis donasti.
Formasti nos Domine ad formam tuam, & fecisti nos
rationales, & induisti nos tuo lumine, & de tuâ ratio-
ne. Quintum donum est intellectus. Fac nos Domine
cognoscere id donum, quod dedisti nobis, scilicet, in-
tellectum, vt possimus te Deum meum intelligere.
Sextum donum est sapientia. O Domine fac me sapere
ardenter caritatem tuam, cum quæ donasti nobis
istud

*Pis efficax
amoris di-
suni in
anima.*

Istud donum, scilicet sapientiam. O in veritate istud donum omnium donorum est maximum, scilicet sapere te in veritate. Septimum donum est amor. O summum esse, fac me intelligere istud donum, quia omnes Angeli & Sancti non habent aliud videre, nisi videre te amatum, & amare te & contemplari. O donum quod est super omne donum, quia tu ipse es amor. O summum bonum dignatus es facere nos te amorem cognoscere, & facis nos amare talem amorem: & ideo illi, qui venient ante faciem tuam, erunt remunerati secundum amorem, quem habuerant, & nihil aliud est, quod ducat contemplatores ad contemplandum, nisi verus amor. O admirabile, mirabilia facis tu in filiis tuis! O supernum bonum! O incomprehensibilis bonitas, & caritas ardentissima! O diuina persona, quae dignasti nos substantificare in medio substantiarum! O istud est mirabile supra omne mirabile, quod facis in filiis tuis! O occultum admirabile! Non est intellectus humanus, qui ad istam substantiam non deficiat. Sed cum gratia & lumine diuino sentimus dioram substantiam: & ista est artha illorum, qui sunt veri solitarij: & omnes chori Angelorum sunt hinc occupati, & in ista occupatione occupent se omnes illi, qui sunt veri contemplatores, & postea erunt solitarij & à terrâ separati. Istorum conuersatio in cælis est. Deo gratias, Amen.

C A P V T XXIII.

Angela testamentum: mors.

s. 70.

*Filijs spiri-
tuales cure
B. Angeli
à Deo tra-
diti.*

255 TESTAMENTVM & vltima admonitio sancte Matris Angelæ, quam fecit filiis suis, dum esset morti propinqua; sic dicens: Filoli mei quæ dico vobis, non dico solum nisi propter amorem Dei, & ut promisi vobis, quod non libenter porto sub terram aliquid, quod vobis possit prodesse. Ecce Deus dicit animæ: Omnia mea tua sunt. O quis est, qui mereatur hoc, quod omnia bona Dei sunt sua! ò in veritate non est aliud quod mereatur hoc, nisi caritas. In hoc autem quod volo dicere nihil habeo facere ex me, sed totum est Dei. Nam placuit diuinæ bonitati dare mihi curam & sollicitudinem omnium filiorum suorum, & filiarum suarum, qui sunt in hoc mundo, & ultra & circa mare: ego autem custodiui eos, ut potui, & dolorauim eos, & plures fuerunt dolores pro eis quam vos credatis. O Deus meus amodò reassigno eos tibi, & rogo per ineffabilem tuam caritatem, ut custodiaseos ab omni malo, & conserues eos in omni bono in amore paupertatis, despetus, & doloris, & in transformatione, & in imitatione tuæ vitæ, & perfectionis, quam nobis verbo, & facto, & vitâ viuâ ostendere placuisti.

*Commenta-
dar suis
studium
abnegatio-
nis.*

256 O filoli mei amantissimi exhortor hac exhortatione vltimâ, vt studeatis esse parui, & verè humiles, & mansueti non solum opere exteriùs, imò & ex profundo corde, vt verè sitis scholares, & verè discipuli illius, qui dixit: Discite à me, quia mitis sum & humili corde. Non curetis de potentiâ, honoribus, nec prælationibus. O filoli mei studeatis esse parui, vt Christus exalte vos in perfectione meritorum & suæ gratiæ. Sitis ita humiles, quod tamquam nihil vos existere continèxstimetur. Maledictæ sunt istæ sufficientiæ quæ tollunt animam, scilicet potentia, honores in prælatione. Fugite ab illis, quoniam magna deceptio, & periculum est in ipsis, licet minor deceptio sit in ipsis, quam in sufficientiis spiritualibus, scilicet in scire loqui de Deo, intelligere scripturam, facere magnas plasmas, habere cor quasi occupatum iti rebus spiritualibus. Multo tamen enim isti tales in errorem cadunt, & difficilius corriguntur, quam qui habent temporales sufficientias: igitur astimeris vos esse nihil. O nihil incognitum! ò nihil incognitum! In veritate anima non potest habere meliorem visionem, nec scienciam, I.

tiam, quam videre suum nihil, & stare in suo carcere. *Auctor* RE AR-
257 O filoli mei, studeatis habere caritatem, sine *NALDO.* *Inculcat* caritatem *Dei &* proximi.
quâ non est salus nec meritum. Ecce Deus dicit: Omnia mea, tua sunt. O quis est qui mereatur hoc, quod omnia bona Dei sunt sua! In veritate non est aliud, quod mereatur nisi caritas. O filoli mei & patres & frâtres studeate vos diligere inuicem, & habere istam caritatem, & mutuam dilectionem, hac enim meretur anima hereditare bona diuina: & exhortor, vt non solum habere velitis istam caritatem inter vos, imò etiam ad omnes gentes. Dico enim vobis, quod plus recepit anima mea de Deo, quando plorau & dolorau peccata proximi, quam mea. Et mundus trufat de hoc quod dico, quod homo posset plorare peccata proximi, sicut sua, vel plus quam sua, quia videtur esse contra naturam. Sed caritas, quæ hoc facit, non est de hoc mundo. *Causa* *indictum* neminem iudicet: & si videritis hominem peccare mortaliter, non dico, quod non displiceat vobis peccatum, & quod non debeat abhorrire peccatum, sed dico, quod non iudicetis peccantes, nec contemnatis, quia nescitis iudicia Dei: nam multi apud homines videntur damnati, qui apud Deum sunt saluati, & multi apud homines videntur saluati, qui apud Deum sunt reprobati, & damnati. Et scirem vobis dicere, quod aliqui sunt, quos vos despexitis, de quibus habeo firmam spem, quod Deus reducit eos ad viam suam.

258 Ego non facio aliud testamentum nisi quod *Testamen-* recommendo vobis istam mutuam dilectionem, & *tum An-* profundam humilitatem. Et reliquo vobis totam *gla.* *hereditatem* meam, quæ etiam Christi Iesu est, scilicet paupertatem, dolorem, & despectum, vitam videlicet Christi. Illi qui habebunt istam hereditatem, scilicet vitæ Christi, erunt mihi filij, filii enim sunt Dei: & non est dubium, quod postea non habebunt hereditatem vitæ æternæ. His dictis imposuit manum suam supra *Imparti-* caput singulorum, & ait: Benedicti sitis à Domino, & *tur singulis* à me, filiolî mei vos, & omnes alij, qui hinc *benedictione* præsentes non sunt, & sicut significatum est mihi, & demonstratum à Domino, ita istam æternam benedictionem vobis concedo præsentibus & absentibus: idem Christus det eam vobis cum illâ manu, quæ fuit in cruce clauata.

259 Postmodum vero ipsa Angela vltimâ in infinitate quassata, ac mente ipsius abundantius solito in abysso diuinæ infinitatis absorptâ, interrupte & cum interpolatione loquebatur, & raro; verba tam illius, prout capere potera. Us qui præsentes eramus, breuiter recollegimus; quæ sunt hæc. Dixit quadam vice, circa festum nativitatis Domini, quo tempore ipsa transiit ad Christum, dixit: Verbum caro factum est, & post magnam moram quasi aliunde veniens, dixit: O omnis creatura deficit, & totus intellectus Angelicus non sufficit. & interrogata à nobis: Ad quid deficit omnis creatura, & intellectus Angelicus non sufficit? Respondit: Ad comprehendendum. Et postea dixit: O in veritate, ecce Deus meus, qui mihi reddidit promissum, quia Christus filius suus presentauit me Patri: Dixerat enim antea: Scitis vos quia Christus erat in navi, & tempestas erat ibi magna? In veritate ita est aliquando in anima, quando permittit tentationes venire, & ipse videtur dormire. Et iterum dixit: In veritate, donec Deus permittat personam totam pieçari vel conteri, & suppeditari, non finit aliquatido finire tentationes & tempestates: & hoc facit specialiter filii suis legitimis. Item alia vice dixit nobis: O filoli mei, libenter dicere vobis aliqua verba, si scirem quod Deus me non deciperet. Scilicet de promissione sui exitus, quia propter desiderium moriendi timebat multum, sicut ipsa dicebat, ne de illâ infirmitate labetur. Et dixit: Ista quæ volo dicere non dico, nisi vt vos sequamini illud, quod non sum secuta ego. Et postea subiunxit: Anima mea lauata est & mundata in sangu-

VITA B. ANGELÆ DE FVLGINIO.

234

AVER-
RE AR-
NALDO.

sanguine Christi, qui erat ita recens & calidus sicut si statim exiret de corpore crucifixi. Et dictum fuit animæ tunc: Hoc est illud, quod mundauit te. Et respondent anima: O Deus meus ero decepta! Et dictum fuit sibi: Non. Postea dixit: Christus filius Dei me modò præsentauit Patri, & dicta sunt mihi ista verba: O spōsa & speciosa! ô amata à me cum dilectione & in veritate, nolo quod venias ad me cum istis doloribus, sed

Vefus glo-
riosa mo-
rientes pra-
parata.

cum iubilo & lætitia innumerabili, sicut decet Regem ducere spōsam suam diu amatam cum regio vestimento; & demonstrauit mihi vestimentum, quemadmodum demonstrat sponsus sponsa suæ diu & multum amatæ; sed hoc non erat de purpurâ, nec scarleto: nec

* ms. ten-
de * fendalo, nec de samito; sed erat quoddam lumen
mirificum, quo vestitur anima. Et tunc ostendit mihi ipsum sponsum Verbum æternum, ita quod modò in-
telligo quid est Verbum: & quid est dicere Verbum,
scilicet, Verbum quod voluit Incarnari pro me, &
ipsum Verbum transiit fecit per me, & totam me
tetigit, & amplexatus est me, & dixit mihi: Veni dilec-
ta mea, sponsa amata, cum verâ dilectione; veni, quia
omnes Sancti expectant te cum lætitia. Dicit etiam
mihi: Ego non committam te Angelis, nec aliis San-
ctis ut te deducant, sed ego personaliter veniam pro-
te, & assumam te ad me; tu enim mihi facta es conue-
niens, & grata meæ maiestati.

In morte
occurrit
qua in vi-
ta agitat.

260 Dum igitur esset prope transitum, scilicet die præcedenti, dicebat frequenter: Pater in manus tuas commendo animam meam, & spiritum meum. Et se-
mel post illud verbum, dixit nobis præsentibus: Modò ad istud verbum responsio mihi facta est talis: Quid im-
pressum est cordi tuo in vita, impossibile est, quod non habeas in morte. Et tunc diximus: Ergo vis re-
cedere, & relinquere nos? Et illa respondit: Tantum celauit vobis, sed amodò non celo vobis plus, dico vo-
bis, quod omnino debeo recedere. Eodem die cessan-
tibus doloribus cunctis, quibus multis diebus ante per-

Antemor-
tem omni-
bus cru-
ciis liberatur.

singula membra interius & exteriorius tormentata horribiliter fuerat, & multipliciter afflita, in tantâ quiete corporis, & spiritus iucunditate iacebat, quod iam vi-
debatur de promissa sibi lætitia degustare. Tunc vero interrogauimus eam, si prædictus iubilus erat sibi ad-
huc datus, & ipsa respondit, quod iam incepserat iubi-
lus supradictus. Et in hac quiete corporis, & spiritus iucunditate usque post completorum die sabbati læ-
tissima iacens, multis fratribus circumstetibus eam, & mysteriorum officia exhibentibus, ipsa die, scilicet
in octaua Innocentium, ultima hora diei, quasi leuiter dormiens, requieuit in pace. Et anima illa sanctissima soluta à carne, in abyssum diem infinitatis absorpta, innocètia & immortalitatis gloriam à Christo suo spōso recepit, regnatura cum Christo; quod nos ipse per virtutem suæ crucis, & per merita suæ Virginis Matris, & per intercessionem huius sandissimæ Matris nostræ Angelæ deducat, Amen. Transiit autem venerabilis sponsa Christi Angelæ de Fulginio ex huius mundi nau-
fragio ad cœli gaudia longo libi ante tempore promis-
sa, Anno Dominicæ Incarnationis M. CCC. IX. pridie Nonas Ianuarij, tempore Domini Clementis Papæ V.

Quies-
moritur
quintâ
Ianuarij.

D E B. A N G E L A,

E I V S Q U E V I T A

Vbertini de Casali, & Maximil. Sandæ, iudicia.

AD DICENDA huc videntur quæ de B. Angelâ duo pre-
clarci scriptores tradidere. Prior est Vbertinus de Casali, magnâ pietate & eximio spiritu vir. Hic Prologo I. lib. I. Ar-
boris vita crucifixæ Iesu, ita scribit: Vigesimoquinto autem anno religionis meæ deformatæ (i.e. fuit, ut ex alio locis patet, Christi M. CCC. XCVIII.) mito modo, quem pre-
tereo, ad reverendæ Matris & sanctissimæ Angelæ de Fulgineo, verè Angelicæ vitæ in terris, misericorditer
me adduxit notitiam. Cui sic cordis mei despectus, & Vbertinus
sua secreta beneficia revelauit Iesus, ut dubitate non ^{ad virtu-}
possem ipsum esse, qui loquebarur in illâ: & sic omnia ^{tem, An-}
dona mea prima, per meam malitiam perdita, in im-
mensus multiplicata restituit; ut iam ex tunc non fue-
matu*rus, inflam-*
rim ille qui fui. Et in expertis priuis suis veritatis infla-
mantis splendoribus totam mentis meæ faciem immu-
tauit; & infirmitates & languores ab animâ & corpo-
re sic repulit, & priores distractiones renouauit; ut
nullus sanæ mentis, qui me priùs cognoverit, habeat
dubitare, quis spiritus Christi in me sit de novo geni-
tus. Ac per hoc velint nolint æmuli detrahentes fan-
ctitatem irreprehensibilis vitæ illius sanctissimæ animæ,
& mutationi diuinæ, quæ ad eius verbum & meritum
oritur in vitâ multorum, ipsa Angelæ est constituta à
Deo, respectu multorum filiorum spiritualium, Mater
pulcræ dilectionis & timoris & magnitudinis & fan-
ctæ spei: quia veniunt eis omnia bona pariter cum illâ,
& innumerabilis honestas per manus illius; etiâ multi-
tis, qui fuerant prioribus temporibus dissoluti. *Magnum*
sanc& à Deo illuminati scriptorū de Angelâ testimonium.

Alter est Maximilianus Sandæ, Societas nostra Theolo-
gus scriptus longè clarissimus. Is Theologia varia lib. I. commen-
tat. 19 cùm de Angelâ quadam, verbis serè Arnaldi, retulisset,
de eius statu, conditione, occupatione, sapientia, quæ ei diuinitus
donata, Euangelica perfectionis studio, secretorum diuinorum
notitia, &c. ista subdit: Ita præludit opusculo, quod nar-
rationes & monita continet Angelæ de Fulginito vir *Vita s.*
pius. Id opusculum qui legit (& vitam multi legerent!) *Angela*
dicere cogit: Non est personarum acceptor Deus:
sed in omni gente, sexu, conditione hominum destinat
alios, quibus secreta sua gratiosissime pandit, & sa-
cientiam sacram infundit. Talis fuit Angelæ, Theolo-
gorum Magistra, cuius doctrina, ut est in argumento
libri, tota fuit excerpta & extracta ex illo libro vitæ
intus & foris scripto, qui est Iesus Christus Dominus
noster, verus Deus & homo, Theologæ insulæ
donator.

Idem Commentat. 43. eiusdem libri 3. agens de Theologiâ
intuitu religiosorum diuinis visionibus clarorum, de Angelâ
sic scribit: In his quoque pieissimæ matronæ scri-
ptis adeo frequens est mentio visionum, & quidem
Dei ac sanctissimæ Trinitatis, ut suspicari quis posset,
si cui ex animabus Deo dilectis, in hac vitâ mortali
facta fuisset Theologæ intuituæ gratia, eam Angelæ *An vide-*
minimè defuisse. Præstat tamen & in hac, ut in multis *rit Deum*
aliis eximiis, quamdam eminentissimæ contemplatio-
nis speciem, infra claram Essentia Diuinæ visionem,
quam hoc Beatis proprium donum agnoscere. Quod
ipsa nonnumquam insinuat, tenebras visionibus suis
immixtas fuisse haud dissimulans. *Confirmat id pluribus*
ex eius vitâ allati loci.

V. I A N V A R I I.
S A N C T I Q V I N O N I S I A N V A R I I
C O L V N T V R.

VIGILIA EPIPHANIE.

S. T E L E S P H O R V S P A P A E T M A R T Y R .

S. Sais Martyr.

S. Felix

S. Secundus

S. Honorius

S. Lucianus

S. Candidus

S. Ianuaria

S. Cœlifloria

S. Iucundus

S. Acutus

S. Petrus

S. Marcus

S. Seuerus

S. Anastasia

S. Telephorus

S. Euprechia vidua

S. Theognia Virgo

Plurimi Sancti Martyres in Thebaide sub Diocletiano.

S. Theoidus Martyr.

Martyres in Africâ.

S. Domno Martyr Bergomi.

S. Theodorus Martyr Calaris in Sardinia.

S. Syncletica Virgo Alexandriæ.

S. Tatiana.

S. Rusticianus Episcopus Brixiensis.

S. Talida, siue Amata Virgo, Antinoi in Thebaide.

S. Apollinaris Syncletica, dicta Dorotheus, Virgo, in Ægypto.

S. Simeon Stylista iuxta Antiochiam in Syriâ.

S. Phostrius Abbas.

S. Æmiliana Virgo, amita S. Gregorij, Romæ.

S. Honobertus

S. Honulphus Episcopi Senonensis in Galliâ.

S. Flamidianus Martyr Cusani in Hispaniâ.

S. Victorinus Abbas.

S. Lucas Placentiae in Ita

S. Ambrosius monachi liâ.

S. Priuatus

S. Gregorius Acritensis monachus, in Græciâ.

S. Eduardus Angliae Rex, Confessor.

S. Gerlacus Eremita, in Belgio.

P R A E T E R M I S S I V E L I N A L I O S D I E S R E I E C T I .

S. Theopemptus Episcopus Martyres Menae, Molanus
S. Theonas Sin 2. & 3. edit. Nos de iis sup-

rà cum Martyrologio Romanò III. Ianuarij.

S. Priscillianus Martyr Carthagine in Hispaniâ. Ferrar. citans tabulas Ecclesie Carthaginensis, sed dubitat an idem sit qui Romæ passus

IV. Ianuarij.

S. Farallidis Virgo Gandaui. Bellinus edit. Parisien. ann. M.D.XXI. Pharallidis est, de quâ egimus

IV. Ianuarij.

Barnetus, siue Barnitus Confessor in Scotiâ. Ferrar. At Camerar. XIIII. Ianuarij. Ignotus est mibi: nisi si fortassis Barnitus ille aut Bariathus, de quo in vitâ Sancti Brendani

XVI. Maij.

S. Gaudentius Monachus Monasterij S. Alexij Rome, & discipulus S. Adelberti. ms. Kalendarium SS. Ord. S. Benedicti: in quo & xxiv. Augusti eius refertur Translatio. De eo agitur in vita S. Adelberti: fuit Archiepiscopus Gnesensis. Omitto, donec certius intelligam, an & quo die colatur.

S. Anastasius Abbas Monasterij Pontenatenensis. ms. Kalendar. SS. Ord. S. Benedicti. Non memini me alibi de eo legere: nisi ille sit qui deinde Strigoniensis Archiepiscopus fuit, de quo XII. Nouembr. agemus.

Cythardus primus Abbas Floridi campi, siue veteris Monasterij, iuxta Bolswardiæ Frisiae oppidum; Beatus hic memoratur à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cistercien. Sed non existimo eum coli: nec id indicat Autbertus Mireus v. c. l. qui in Chronico Cistercensi ad an. M. C. XCI. eius monasterij fundationem refert ex Andreâ Cornelio.

Alachrinus Episcopus Ord. Cistercienfis, Beatus appellatur à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cistercien. landatur & à Vincentio Bellouac. lib. 30. cap. 110. Sed neuter prodit an vt Sanctus vel Beatus usq; colatur.

Ægidius à Walcuriâ fundator & cœnobiarca primus Monasterij Ogniaceensis ad Sabim. Raynoldus in Auclaro ad Natales SS. Molani. Vitam eius scripsit Franciscus Moschus. Nondum comperi an Beatus vulgo appellatur, celebreturq;.

Ermenoldus Abbas. Mehard. Nos VI. Ianuarij.

S. Tillon, cognomento Paulus, Confessor. ms. Martyrol. S. Martini Treuir. Carthusiani Colon. in Addit. ad Vñard. De eo agemus VII. Ianuarij.

S. Ealdredus Abbas Rieuallenensis Ord. Cistercien. in Angliâ. Ferrarius & Ben. Dorganus. Nos de eo agemus XI. Ianuarij.

B. Odoricus, Ordinis S. Francisci. ms. Florar. De eo agemus XIV. Ianuarij.

S. Domna siue Dominina. Menae Grec. quâ de eâ iterum I. Martij.

S. Egbertus Abbas, Praeceptor S. Willebroordi. ms. Kalendar. SS. Ordinis S. Benedicti. De eo Martyrol. Roman. XXIV. April.

S. Michæas filius Iemla, Propheta & Martyr. Menolog. Græcor. Nos XIV. Auguſti.

S. Simeon Propheta, qui Christum in vlnis portauit. Beda vulgatus, Hraban. Notker. Martyrol. Germanicavariaq; ms. Nos de eo agemus cum Martyrologio Rom. VIII. Octob.

DE VIGILIA EPIPHANIAE.

V.IANVA-
RII. **D**E antiquissimo sanctissimoq; ritu Vigiliarum, ac huius
nominatim, agit fusè Baronius in Notis suis ad Martyrologium Romanum hoc die, & Galesinus. Hanc Vigiliam

pleraque cum Romano exprimunt Martyrologia, & liber Sa-
crament. S. Gregorij.

DE S. TELESPHORO PAPA ET MARTYRE.

CIRCI-
TER AN.
CHRIST.
CLIIII.
V.IANVA-
RII.



ANCTI TELESPHORI Papa & Mar-
tyris vitam scriptis Notisq; illustravit ZEGERVS
PAVLVS Ordinis Carmelitarum Theolo-
gue & Monasterij Colonensis Supprior. Colitur
à sacro illo Ordine v. Ianuarij; quamquam Hrabani, Notkeri
etque alia nonnulla MSS. Martyrologia 11. Ianuarij eius Na-
talem consignent. Liber quoque de Romanis Pontificibus, alter-
q; sub nomine Luitprandi Ticinensis editus, Abbo Floriacensis
IV. NON. Ianuarij martyrio coronatum scribunt. Restituit
hoc festū Clemens VIII. vel potius instituit cōmemora-
tionem, ut testatur Gauantus comment. in rubric. Breuia-
rij sest. 7. cap. 3.

VITA
AVCTORE
R. P. SEGERO PAVLLO
ORD. CARMEL. THEOLOGO.

S. I. Sub Antonino Imperatore florescente
Ecclesiæ statu, floret quoque vetustum
Prophetici, seu Eliani Ordinis Institutum
Monasticum.

* potius
138.

VM Anno Christi * quadragesimo
supra centesimum mortuo Adriano
Augusto, Antoninus ad Romani arcē
imperij euectus esset, Christiana per
orbem fides, quæ sub Adriano Cæsa-
re à persecutionis rabie respirare nonnihil cœperat,
sub hoc eodem Antonino ampliori pace frui visa est.
a Nam sicut Hadriani tempore B. a Quadratus Propheta,
Athenarum Episcopus, & b S. Aristides, philoso-
phus Christianus libellos pro Ecclesiâ Apologeticos
Imperatori exhibuerunt, ex quibus is compertâ fide-
lium innocentia, ratus est iis parcendum esse; sic quo-
que imperante Antonino c D. Justinus ex Philosopho
Theologus Christianus Romæ docens, Imperatorem
(exhibito ipsi & senatui Apologetico libro) deterruit
a Christianis cruciandis; tametsi non ipius mandato,
sed ex sententiâ potius Præsidum, & furore Gentili-
um nonnulli sub eodem Cæsare (veluti & ipse S. TE-
LESPHORVS Papa) martyrium passi legantur, ante-
nimirum à Iustino habitam Apologiam. Ipse namque
Antoninus cognomento Pius, bonitate, amore & au-
toritate Imperium, velut alter Salomon, perpetuâ
pace, nullo penitus bello gesto continuauit annis vi-
ginti duobus & ultra; subinde illud Scipionis dicitans:
Satius est unum ciuem conseruare, quam mille hostes
perdere: & principatum aiens non per seueritatem,
sed à clementia auspicandum esse.

vetus in-
stitutum
Eliæ Pro-
phecia, seu
Carmeli-
tarum.

2 Sub hoc itaque Imperatore pacifico, non tan-
tum Christi fideles feliciorē aspiciebant statum Ec-
clesiæ, sed & Prophetici seu Eliani Ordinis florebant
Institutum Monasticum; quod vetus Carmelitarum
Religio à tempore magni Eliæ Propheta vsque in
præsens, licet variè tēperatum, d Hereditariâ successio-
ne, ut plures loquuntur Romani Pontifices, continua-

tum seruat: quodque hoc etiam S. Telephori saeculo
non paucos vtriusque sexus in variis mundi partibus
sestatores habuit; usque adeò, ut ad ipsius quoque
Ethnici Cæsarini aures eiusdētē vertutæ Re-
ligionis fama nomenque peruenierit. Eo nāmque tem-
pore, quo virti doctrinā ac scriptis illustres apud Impera-
torem in pretio habebantur, (qui nihil inconsultis
grauibus viris negotiorum peregrisse memoratur) flo-
rebant Galenus medicorum Coryphaeus, Proclus Phi-
losophus, Aulus Gellius, Balbinus, ac plures alij.

N O T Æ
E I V S D E M
R. P. SEGERI PAVLLI
I N
VITAM S. TELESPHORI.

VITÆ huius Pontificis breuiter scripta reperitur in anti- *Qui de s.*
quo ms. Codice Carthusiæ Colonensis, item apud Pe- *Telephoro*
trum de Natalibus lib. 2. cap. 46. Cornelium Grasum Car- *scripsit.*
thusianum Tomo I. Petrum Ribadenciram Soc. Iesu: quibus
inter alios auctores in hac vitâ cōsribendâ vñ sumus. Memi-
nerunt porrò huius quoque Telephori, Martyrologia Ro-
manum, Bedæ, Vsuardi, Adonis, vetera manu-scripta ac re-
centiora omnia. Eiusdem insuper ex antiquis Scriptoribus
mentione faciunt Irenæus, Epiphanius, Eusebius, Optatus,
Tertullianus, Augustinus, Nicephorus, & alij apud Baronium
in Notis Martyrologij. Plures vide infra ad §. 3.

a Quod hoc loco S. Quadratum Episcopum (de quo Mar- *S. Qua-*
tyrol. Rom. 2. 6. Maij) Prophetam præaliis appellemus, docuit *dratus E-*
nos Miltiades scriptor antiquus (qui an. Christi 173. floruit) p̄f. Ath-
apud Eusebium Cæsariensem hist. Eccles. lib. 5. cap. 16. vbi ista *nien. Pro-*
leguntur: In eodem libro Prophetas noui Testamēti recitat, *pheta Car-*
quibus Ammianus quendam, & Quadratum annumerat. Et post *melita, ve*
paucā prædictus Miltiades eundem Quadratum Athenensem *plures alij.*
& Ammianus Philadelphiem cum SS. Agabo, Iuda, Sila, &
Philippi filiabus nouæ legis Prophetis, recenset: qui non id-
circō tantum specialiter Prophetæ appellantur, quod prophete-
tæ dono seu spiritu prædicti fuerint, nam & hoc multis aliis
Sanctis temporibus istis cōmune fuit; sed quā maximè quod
Prophetici Ordinē seftatores extiterint, cuius professores
olim Prophetarum filij, hoc est discipuli, & à D. Hieronymo
veteris legis Monachi appellati leguntur. Et idcirco iidem, qui
suprā, Agabus, Iudas, Silas, & alij quidam à Paleonydoro, &
Didaco de Coriā in Annalibus suis exp̄ses inter Eliani seu
Prophetici ordinis viros recensentur.

b De Sancto autem Aristide philosopho Christiano, agit
Romanum Martyrologium ad xxxi. diem Augusti.

c De S. Iustino XIII. Aprilis.

d Hereditariam successionem à tempore S. Eliæ, Carmeli- *Carmelita*
tanum Ordinem usque in præsens retinare, ut in hoc i. §. dici- *ab Eliâ*
tur, testantur præter alios recentiores Romanos Pontifices, *descendat.*
Sixtus I V. in Bullâ quæ incipit, Dum attentâ meditatione, &c.
datâ Roma, Anno Christi 1476. 4. Kal. Decembris. Iulius II.
anno 1504. & Gregorius XIII. anno 1577. Qui omnes uno ore
sic proloquuntur post alia: Et inter ceteros Regularium Ordi-
num professores in firmamento Catholicae fidei militantes,
tamquam Religionis speculum & exemplar speciali caritate
fulgentes, Sanctorūque Prophetarū Eliæ, & Elisei, & Enoch,
nec non & aliorū Sanctorū Patrum, qui Montem Sanctū Car-
meli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem heredi-
tariam tenentes, &c. Sic illi. Nouerint autem simpliciores, *S. Enoch de*
hęc lecturi, predictum S. Enoch non illum esse qui dudum ante *Anathim*
Eliæ tempora translatus est, Genef., sed alterum longè iunio- *7. Iulij.*
rem

* edit. an.
1583.

rem, Ioannis Baptista & Christi Discipulorum, qui postmodum ab Apostolis Episcopus Nicopolis creatus est, de quo Palæonys-
dorus lib. 2. cap. 2. Bibliotheca Tigurina * fol. 214. vbi Enochus
de Anachim vocatur, & nos alibi de eo latius, in eius vita ad 7.
diem Iulij.

Alios non paucos huius Instituti Religiosos, quos eodem S.
Telephori seculo floruisse, hoc s. primo diximus, nominatim
recensere, haec Notæ non patiuntur: de quibus in Annalibus no-
stris ad idem sacramentum, atque in vita quorundam Sanctorum
seorsum conscribendis, latius agemus: vt inter alios, de Sancto
S. Serapione, octavo Episcopo Antiocheno eruditio clarissi-
mo, qui ex Carmelitarum Ordine an. Christi 191. teste Eusebio
in Chronico ad fedem illam sublimatus est; cuius festivitatem
annuam Carmeliticus Ordo, auctoritate Sedis Apostolicae,
veluti eiusdem Ordinis Professoris, ad 30. diem Octobris (quo
etiam in Romano Martyrol. annuatius cernitur) sub duplo of-
ficio celebrat usque in praesens.

§. II. S. Telephorus Carmelitanæ Religio-
nis, hoc tempore Ethnicis quoque scripto-
ribus cognitæ, sectator existit.

a 3 Hic autem a Balbinus dum inter ceteros Impera-
tori familiaris esset, quâdam ei inscribēs epistola-
lam, in hunc modum huius, de quâ loquimur, vetusta.
Religionis Montis Carmeli nō eminit dicens: Mons est
nomine Carmelus, in quo vetus religio, & sanctitas
antiqua est: Elias illic sacrificia semper Deo offerebat:
apparuit etiā & nunc vestigia de arâ sacrificiorū Sicille.
Et quidem aīac Oracula huius Montis, consequen-
ter autem & cultus religiosi, etiam ante hæc tempora,
apud Ethnicos scriptores mentio habetur, vt apud
b Cornelium Tacitū Equitem Romanum anno Chri-
sti centesimo decimo; & Suetonium Tranquillū anno
centesimo vigesimo, dum uterque Vespasiani Impera-
toris res gestas conscribit. Cornelius siquidem in hunc
modum: Est Iudæam inter Syriamque Carmelus, ita
vocant Montem, Deumque. Nec simulacrum Deo aut
templum, (sic tradidere maiores) ara & reuerentia:
illuc sacrificanti Vespasiano, cùm spes occultas versaret
c animo, & Basilides Sacerdos, inspeccis identidem extis,
Quidquid est, inquit, Vespasiane quod paras, seu do-
num extruere, seu prolatare agros, sive ampliare ser-
uitia, darur tibi magna sedes, ingentes termini, multum
d hominū. Hæc ille inter alia. d Suetoniū veid in Vespa-
siano, cap. 5. vbi agit de præagiis & signis imperium
eiūs præcedentibus, sunt ista: Apud Iudæam Carmeli
Dei oraculum consulentem ita confidit: mātē fortes, vt
quidquid cogitaret volueretque animo, quantumlibet
magnum, id esse prouenturum pollicerentur. Ita Suetoniū.
Hoc verò Dei oraculum (inquit Basilius Au-
gustola, Theologus & orator Apostolicus) non fuisse
Gentilium, qui ibi non commorabantur, certum est,
neque à Iudeis, contra quos tamquam hostes procede-
bat, pertisit est manifestum: vnde reliquum est confir-
mari ibi religiosos Carmelitas commotatos esse. De
sortium verò confirmatione loquitur Suetoniū Gentilium
more. Sicille. Quod idem intellige de Corne-
lio Tacito, dum Basilidem eodem Gentilium ritu sa-
crificio intendisse falso astruit: qui vir Catholicus,
sanctimoniam præcipiuus, & Carmeli Religiosorum Re-
stor seu Abbaserat.

Effensi reli-
gioſi.

4 Porro istorum Carmeli montis Religiosorum
multo clariū, ac verius Suetonio, & Cornelio memi-
nit Iosephus Antiochenus, qui iphis proximè contem-
poraneus, & Catholicus scriptor floruit anno Christi
centesimo trigesimo, in libro suo, quem inscriptit,
De perficitâ militiâ primitiua Ecclesiæ, capite xi. de
quo mox infra. Omitto hic Philonem Iudæum, S. Pe-
tro Apostolo contemporaneum, doctis viris sat cogni-
tum; plura de huius instituti viris religiosis, sub Effeno-
rum nomine commemorantem. Similiter chronicon,
seu Historiam Romanorum antiquissimam, quæ luce
clariū præmissa confirmat; de quâ aliis. His propter
incredulos quosdam, & domesticæ ignaros historiæ,

præactis necessariò fundamentis, ad Sancti, de quo
agimus, Telephori Acta, tametsi brevia, sermonem
conuertamus.

a Balbinus huius, ad Antoninum Imperatorem Epistolæ, me-
minerunt: Philippus Riborus, lib. 3. de peculiaribus gestis Car-
melitarum cap. 5. qui claruit anno Christi 1395. Arnoldus Bo-
stius, in patronatu Mariano cap. 2. anno 1460. Iohannes Palæo-
nydorus, lib. 1. cap. 6. anno 1480. Didacus de Coria Dilucidarij
Carmel. lib. 1. cap. 26. an. 1570. & alij. Porro cum de hoc Balbi-
no, utique viro celebri, & nota dignitatis, quis fuerit inquirere,
occurred MS. Indiculus Romanorum Pontificum, Liberij Papæ
tempore scriptus, qui apud PP. Societatis Iesu Antuerpiæ extat;
ex quo sequentia descripta: Telephorus annis vndecim, &c.
Fuit temporibus Antonini Macrini a Consulatu Titiani & Gal-
licani, vñque Cæfare & Balbino. Hæc ibi. Potuit igitur hic Balbi-
nus, (alias P. Cælius Balbinus Vibullus Pius, Baronio autem ad
annū Christi cxxix: dumtaxat Vibullus Pius dictus) qui anno
xx. Hadriani Imperatoris Consulatum gestissimum fertur, postmo-
dum Antonino Imperatori (qui Hadriano in Imperio succedit)
prædictam scriptissime Epistolam. Sed hæc ex conjecturâ dicta
sunt, dum aliud certi de eo non habeo. Hoc tantum dico, Epis-
tolam illam potius videri scriptâ esse ad Antoninum Primum
eius nominis, quâ Secundum, Tertium aut Quartum; par-
tim quod ipse Antoninus Imperator ab omnibus Auctoribus
citatis temperabili absque cognomine ponatur; & hoc
modo cum, exempli causa, Gregorium Papam, aut Constan-
tinum Imperatorem ab solute nominamus, potius eius nominis
primum quam alium intelligimus; parvum etiam quod Balbini
istius tempus cum hoc Antonino magis cohærente videatur. Si
quis nihilominus aduersariorum urget, posse etiam intelligi
Secundum. Tertium aut Quartum eius nominis Antoninum;
est: nihilominus antiquitat Epistolæ huius nihil derogabitur;
cum omnes isti Antonini intra sexaginta dumtaxat annos
vixerint. Nam secundus eius nominis, cognomento Verus, Anto-
nio Primo (qui Pius cognominatus est) succedit anno Chri-
sti * CLXIIII. Tertius, cognomento Caracalla, Imperium init ^{* imò 161.}
anno a CCCIII, & Quartus, cognomento Heliogabalus, anno ^{6. Mart.}
b cxxxi. qui quadriennio tantum in Imperio spuriissimam vitam
egit. Vide Seostianum Verronium lib. 6. a cap. xvi. vñque ad
xxv. Baronium in Annalio. &c.

b Ad Cornelij Taciti auctoritatem quod attinet, illa dum-
taxat ex eo Auctore Ethnico hinc adduximus, quæ nostro con-
gruebant intento, alias eius verba pleniū discussi in Historiâ
Commemorationis solemnis B. V. M A R I A de Monte Carmeli,
ad 16. diem Iulij; dum probabimus primum in orbe terra-
rum templum a Carmelitis Deipara Virginis in monte Carmeli
erectum & cœsératum esse anno Christi 38. ipsa adhuc viuen-
te, non autem 83. vt perperam, & inuestio numero in Maiori
Ordinis speculo legitur, vnde liber D. Iohannis 44. Ierosolymo-
rum Episcopi desumptus est, & alij quidam errandi anfan ce-
perunt. Iterum de Cornelio Tacito mox infra.

c Agunt de B. Basilide Presbytero & Ordinis huius Recto-
re, seu Abbatे Montis Carmeli inter alios Didacus de Coria
lib. 7. cap. 3. per totum, & fuit Petrus Thomas de Saracenis in
Menol. par. 1. fol. 77. vñque 81. ex quibus & aliunde fatis patet
Basilidem hunc non Ethnicum & aduenam, sed Catholicum
Sacerdotem, Carmeli incolam, virtum sanctum extitisse; nec
Gentilium ritu, sed Christianorum more, per incutendum alta-
ris Sacrificium, non diis gentium, sed Deo cali viuenti, idque
in arâ ac templo Deipara Virginis sacro, præsente Vespasiano,
sacrificante, (quod contigit anno Christi 68. ipso exordio belli
Iudaici, ante urbis Hierosolymæ excidiū anno quinto. Vide
Verroniū in Nerone. licet Cornelius Tacitus Gétis, in odium
Christianorū, & fauorem gentis suæ, predicta alter accidisse
mentiat. Sanè Tertullianus vetustissimus & celeberrimæ fa-
mæ vir (qui haud longè post Cornelium, ann. Christi 197. flo-
rebat) hæc de eodē in Apologer. cap. 15. At enim idem Corne-
lius Tacitus, sanè ille mendaciorum loquacissimus, in eadem
historiâ refert. Hæc Tertullianus. Et quid mirum si nos illum
mendacij arguamus, dum negat templum in Carmelo, sed aram
tantum extitisse? reclamante exp̄s̄ Iosepho Antiocheno, de
quo infra. Plura de prædicto Basilide dicenda occurunt, cur
scilicet illum Abbatem appellemus, & qualiter historia illa, de
oraculo Carmeli tunc ad Vespasianū tacto, in antiquis monu-
mentis & picturis reperiatur, &c. que prolixitatis vitande cau-
sâ in aliud tempus & locum différimus.

d Ad citatum Suetoniū locum ita commentatur Lauinus Tor-
rentius: Carmelū vocat Tacitus & Suetoniū Deū qui sine no-
mine est, & regnat in eternū. Vnde ut quæ ipsum quoque existimat
sacra istibz Christiana paraclita. Tamen Paulus Orosius, lib. 7. cap. 9.
scribit quibusdam in Carmelo monte iudicatos fortibus, qua portende-
rent exortos à Iudeis duces rerum potius fore, pra. iudicatos ad se
trahentes in rebellionem exarisse. Nisi forte etiam Christianorum
vaticinia illi ad rem juam traxerunt.

§. III.

Aucto-
RE SAGE-
RO PAUL-
LO.
Balbinus
de Carme-
li religione
scribit.

D. Virginis
viuenti
templum
dicatum:

Tacitus
mendax.

AUCTO-
RE SECE-
RO PAVL-
LO.

§. III. Idem Telephorus Romanae Ecclesie
Pontifex creatur.

Carmelite
initio Ec-
clesia.

3 Itaque natione Græcus, ex Orientis partibus ortus, Anachoreta Eliani siue propheticī Carmelitarum instituti, ex eorum numero unus fuit, de quibus Iosephus Antiochenus verutissimus Auctor, eidem cōtemporaneus loco supra citato, scribit in hunc modum: Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadiutores surrexerunt, strenuissimi viri solitarij, contemplationi que dediti, Sanctorum Prophetarum Eliae & Elisae sequaces: qui de Monte Carmeli descendentes, per Galilæam, Samiam & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt; quique in Virginis Mariæ honore in Carmeli Montis declivio fabricantes Ora torium Saluatoris Matri specialissimè seruerunt. Hæc ille. Ab his, inquam, perfectis militibus Christi virisque Apostolicis, Telephorus famam sanctitatis inclitus, præclarisque in omnes meritis spectatus, delicitur. Et quidem ex Anachoretâ ipsum ad Pontificatum assumptum esse, Liber Pontificalis S. Damaso Papæ inscriptus, & iam olim ab Ecclesiâ receptus, aperte contestatur.

4 Cūm ergo eximiā vitæ sanctimoniam nedum Ordinem suum Propheticum exornaret, sed & clarissimis rīflex eligi virtutum ac scientiarum radiis Romanam illustraret Ecclesiam, post dura Eremi certamina, summus in terrâ Christi Vicarius est factus. Nam post Sixti eius nominis primi Pontificis sanctissimi martyrum, quo is anno Christi centesimo quadragesimo secundo coronatus est, cūm ceſſasset Episcopatus dies dūravat duos, S. Telephorus, qui ex Oriente religionis ergo iam ante Romanum aduenierat, vnamis omnium aplausibus atque suffragiis nonus in ordine ad sacra ſanctum illud summi ſacredotij ſolum Petri eius est ad octauum Aprilis diem. Fuere autem S. Telephori mores sanctorum antecessorum Pontificum persimiles, & omnino tales, quales factos sanctam decebant dignitatem.

5 Hæc Iosephi Antiocheni in praesenti §. adducta Auctoris, ab omnibus penē tam antiquis quam modernis citatur pro Carmelitanâ Antiquitate scriptoribus; nam præter auctores superiori §. memoratos Ribotum, Bostum, Palæonydorū, Didacum, profert eamdem Constitutiones Ord. Carmelitarum à Sede Apost. approbatæ part. i. cap. i. §. i. Ioannes de Molinis in ſpeculo historiali c. 4. qui claruit an. 1360. Bernardus Olearius, Generalis Ord. cui ad Urbanum VI. Pontificem Max. ann. 1378. Thomas Waldensis celeberrima fama doct̄or & insignis sanctimoniz vir, Doctrinalis fidei lib. 4. art. 2. cap. 27. an. 1420. Thomas Scropæus cognomento Bradley Episcopus Dromorensis, lib. ad Eugenium IV. Papam an. 1440. Baptista Mantuanus notissimus Doct̄or ac Poëta, in Apologetico ad Sigismundum Cardinalem, an. 1480. & plures alij etiam non domestici. Ipsi autem Iosephini Antiochenum claruisse anno Christi 130. videri poterit in Bibliothecâ Tigurinâ fol. 517. & apud Antonium Posseuinum Soc. Iefu, in Appar. Sacro.

6 Fuisse vero S. Telephorus Carmelitanæ Religionis Profesorem, partim antiqua iſtius Ordinis traditio, cum domesticis scriptoribus, prefertim Didaco de Coria Theologo, lib. 7. Di lucidarij sui cap. ii. testatur; partim etiam vetusta Ordinis eiusdem Breuiaria ac mss. Psalteria declarant; tum denique & exterius non minime fama viri huic noſtra assertione ſubſcribunt, vt inter alios Carolus Tapia, nono §. citatus, de quo Philippus Metius Straubingensis, Superioris Germanie Carmelita, lib. de vitiis illustriorum aliquor Ordin. Carmelitarum cap. 2. S. Telephorus Papa, natione Græcus, fuit monachus Instituti Carmelitani, vt testatur Carolus Tappia in ſuā Chronicâ: Hic post multa falibria in Ecclesiâ decreta, & vitam sanctissimè transactam, cum ſedislet annis vndeclim, menses tres, Romæ pro fide Christi martyrium ſubiit anno 154. ſepultus in Vaticano iuxta corpus S. Petri. Ex Archiuo Carmelitar. Hæc Philippus Metius qui ſuprā. Eiusdem etiam Caroli Tapia mentio nem facit Dominicus Grauina, Ordinis Prædicatorum in voce Turturis par. 2. cap. 15. dum ait. Cardineā verð, & Episcopali dignitate (in Carmelitarum Ordine) fulgentes multos recentet Carolus Tapia, Regens ſupremi Concilij, vir doctissimus & religiosissimus, lib. de Relig. & alij scriptores. Hæc Grauina Dominicanus. Accedit Ioannes Carthagena Minorita, eodem 9. ſue ultimo §. allegatus, qui ait: Sed & his non cōtentus, alios non minus insignes Sanctos nunc commemorabo. Hi ſunt

S. Telephorus, S. Dionysius Papæ; qui fuerunt primi, qui ex monachis afflūti sunt ad Pontificatum. S. Anastasius Perſa Martyr; S. Benedictus Papa & martyr. De quibus omnibus, tamquā de palmitibus vineæ Carmeli, Apostolicā auctoritate fit officium in Ordine Carmelitarum, & appofiti ſunt in Calendario & Breuiario ſub nomine Carmelitarum. Hæc Carthagena inter plura alia.

7 Sunt præterea in praesenti §. tertio notāda verba illa Pontificalis Romani: Telephorus natione Græcus, ex Anachoreta; rīficiatum factus ſcilicet Pontifex: Nam non ex patre Anachoretâ, vt Pla Anachoreta, & Onuphrius non recte explicant, quaſi pater ſeu genitor ta eius Anachoreta vocatū fuerit, ſed ex Anachoretâ, hoc eft, qui ante Pontificatum Anachoreticam ſeu Eremiticā vitam duxerit. Sanctus enim Damasus Papa, cui idem liber Pontificalis inſcritur, ſi tamen eft auctor eft, nec viam quidem parentis Telephori mentionem facit; cūm nihilominus in aliis Pontificibus, quorum progenies ipſi innouit, ſemper illam voculam, Ex patre, addere ſoleat, exempli cauſa: Linus natione Italus, patre Herculano: Cletus natione Romanus; patre Amiliiano: Clemens natione Romanus, ex patre Fausto; Anacletus natione Græcus, ex patre Antiocho. Hæc ibi: & ſic deinceps. Dum autem ſummorum Pontificum genealogiam, ſeu patris nomen inuenire nequit, ſtatutum ſeu conditionem eorum addere ſoleat, vt in Dionyſio: Dionysius ex monacho, cuius generationem inuenire non potuimus: In Hyginio, Telephori immediato ſuccelfore: Hyginius natione Græcus, ex Philofopho de Athenis, cuius gehealogiam non inueni. quod ſimiliter in Sexto, Dionysij prædeceſſore repetit dicens: Sextus natione Græcus, ex Philofopho de Athenis. Quod si iſta Platina & Onuphrij explicatio valeret, iam æquali ratione Hyginium & Sextum ex patre Philofopho, ac Dionyſium ex patre Monacho (hoc eft quorum parentes Philofophi, vel Monachi fuerint, vel appellati ſint) natos dixerim; quod & ridiculum videtur, & communis Patrum ac ſcriptorum interpretationi repugnat. Si quidem nec apud Baroniu vox illa (ex patre) addita reperitur, nec apud alios recentiores Auctores interpretatione iſta locum habet, ſed illa potius quam nos dedimus.

§. IV. Quadragesimam collapsam instaurat:
Clero ſeptem hebdomadarum abſtinētiam à carnibus præſcribit.

8 PORRÒ cūm propagandæ, ſtabiliende, ac ornatæ Ecclesiæ vigilantissimus intenderet ac præſideret Pastor, plura utilia in eā ſanciuit decretā. Congregato namque Epifcoporum concilio, ſtatuīt primò vt ſeptem plenis hebdomadibus ante Pascha Clerici omnes à carne & deliciis ieunent. Sic enim eiusuper hoc statuto ſonat decretalis Epiftolæ tenor: a Quapropter cognoscite (inquit) à nobis & à cunctis Epifco- 7. Hebdo-
pis in hac sanctâ & Apostolicâ Sede congregatis ſta-
madis iu-
tutum eſſe, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſan-
ctum Pascha omnes clerici in ſortem Domini vocati à
carne ieunent; quia ſicut discreta eſſe debet vita cle-
ricorum à laicorum conuersatione, ita & in ieunio
debet fieri discretio. & infrā: Et ſicut hi amplius ſunt
applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicun-
tūt Saluatoris, ita moribus & conuersatione atque
ſanctitate debent eſſe diuinci. Has ergo ſeptem he-
bdomadas omnes Clerici à carne & deliciis ieunent;
& hymnis & vigiliis atque orationibus Domino inha-
re diu noſtuſe ſtudeant.

9 Præterea quadragesimale ieunium tam clericis quadra-
quām laicis comīnūe, quod ab Apostolicâ quidem gefimale
institutione manauit, cūm fideles traditione dumtaxat ſeunium
ſeruant, atque de eius obſeruantia diuersa eſſet con-
ſuetudo Ecclesiarii; nec non ob perfecutionis acer-
bitatem multis in locis negligeretur; idem Sacer Pon-
tifex primus edita constitutione Apostolicâ, perpetuò
ſtabiliuit. Nam ipsam Quadragesimalis ieunij obſer-
uantiam, ante Telephori tempora S. Ignatius Epifco-
pus & Martyr Apostolorum temporibus, ſcribens ad
Philippenses ſuadet in hunc modum: Quadragesima-
le ieunium ne ſpernatis; continet enim exemplum
conuersationis Dominicæ. Sic ille. Vt interim omit-
tam Apostolicum Canonem ſexagesimum octauum
idiplum præſcribentem. Igitur hoc ieunium ſacrum
S. Telephorus tam exemplo quam doctriñā, ritu ſan-
ctissimo ita conſirmauit, & obſeruandum decreuit, ve
laicis

Iaicos omnibus quadraginta Ieiuniorum dies sufficent, clerici autem ob rationem dictam ad septem hebdomadas plenas idem Ieiunium extenderent.
¶ Referuntur hæc in decret. cap. statuimus. dist. 4.

§. V. Tres Missas in Natiuitate Domini celebrandas, & hymnum Angelicum, *Gloria in excelsis*, ac sacrum Euangelium in Missâ recitandum decernit.

3. Missa in Natiuitate. **T**INIS V P E R, quantum ad Missarum solemnia instituit Primò S. Telesphorus ut in sacrâ nocte Natiuitatis Domini tres celebrentur Missâ; Prima in pullorum seu galli cantu, iam nocte mediâ proximante, quâdo Christus in Bethlehem nasci dignatus est. Secunda, illucenti Aurora, quando in cunabulis à pastori bus adoratus est. Tertia in ipsâ horâ diei Tertiâ, quando illuxit nobis dies Redemptionis nostræ.

Vt Gloria in excelsis. **10** In his deinde, atque aliis Missarum solemnis, hymnum Angelicum, *Gloria in excelsis* Deo, decantari præcepit dicens: Nocte vero sanctâ Natiuitatis Domini Saluatoris Missas celebrent, & hymnum Angelicum in eis solemniter decantent. & infra: Ab Episcopis autem idem Angelicus hymnus pro tempore & loco in Missarum solemnis celebrandus est, atque solemniter recitandus. Ad hæc quoque statuit, vt sanctum Christi Euangelium in Missâ ante Canonem, veluti & prædictus Angelicus hymnus pronuntiaretur.

Missa solennes ante Tertiam non fiant. **11** Denique, vt extra noctem Natalis Domini, ante horam diei Tertiâ Missâ non celebretur, instituit, subsequenti tenore: Reliquis etiam temporibus Missarum celebrations ante horam diei Tertiâ minime sunt celebrandæ, quia & eadem horâ Christus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur. Hæc tamen notant quidam accipienda esse de his, quæ frequentiori vñ in Ecclesiâ seruarentur, cum alioquin multis constet exemplis, in sacris vigiliis noctu sacrificium offerri consueuisse. Attra men adhuc temporibus nostris sacrum soleme, quod conuentuale dicimus, apud Religiosos præsertim ordines, ante horam diei Tertiâ (quæ nobis Nona est) communiter, iuxta eamdem S. Telesphori constitutionem, non celebratur.

§. VI. Alia multa præscribit documenta.

12 Quantum verò ad reliqua vtilissima beati Pontificis documenta, quæ pro Christi fidelium instructione in p̄memoratâ Decretali scribit Epistola, quæque inde veluti è fonte vberius, qui volet, haurire poterit, hæc pauca in præsentî annotasse sufficiat.
Varia vtriciter à Telesphoro statuta. Statuit namque in primis Episcopos ac Dei Sacerdotes à nullo secularium arguendos, accusandos, seu qui buslibet machinationibus maculandos esse. Ad hæc alienum seruum, seu proximum nostrum non temere esse iudicandum. Adiungit deinde, qui & quales in iudicio accusatores admittendi sint. Multis præterea diuinæ scripturæ testimoniis malitiam insidiatorum seu accusatorum Dei seruorum demonstrat: Ac salubri tandem exhortatione omnes admonens, hanc inter alias, ad resistendum diaboli insidiis, congruam sub finem eiusdem Epistolæ suæ adducit sententiam dicens: Tales enim membra sunt diaboli, qui sursum atque deorsum peruersans, querit quos possit occidere, quos possit separare, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilandum est, & armis cælestibus sumus muniendi, ne in eius compedes incidamus, aut eius foueis illaqueemur.

§. VII. Sollicitam Ecclesiæ curam gerens AVCTO. RE SEGE. RO PAVL. LO.
Telephorus, per diuersas orbis partes diuini verbi præcones mittit.

13 VERVM T A M E N, vt nedum scripto & doctrinâ per semetipsum, sed & per idoneos ministros cōmissum sibi Ecclesiæ ouile fidelissimus Pastor quaquauersum per orbem terrarum studiosè curarer, & euangelica doctrina pabulo esurientes oves pasceret, errantes seu deuias Dominicis humeris reimponebat, trigesinta tres, iuxta annorum Christi numerum, ex omni felegit fidelium multitudo viros, vitâ ac doctrinâ spectatos; quos iuxta illud Magistri sui, Euntes in mundum vniuersum prædicare Euangeliū omni crea- *Varios or-*
turæ, ad simile Euangelici munera officium selegit. dinat &
Ex his autem in quatuor à se habitis ordinationibus ad prædi- Episcopos creavit tredecim, presbyteros duodecim, candum mitit.&
& Diaconos octo; prout in Pontificali Romano his verbis scriptū reperitur: Hic fecit Ordinationes quatuor per mensē Decembrem, Presbyteros **xii**. Diaconos **viii**. Episcopos per diuersa loca **xiiii**. Et hos quidem Episcopos in diuersas, vt diētum, misit orbis terræ prouincias, Presbyteros vero & Diaconos in Romanæ vrbis & vicinarum partium adhibuit ministerium. Recenseri etenim idcirco solent in singulis Romanis Pontificibus non solùm ordinaciones Clericorum, qui Ecclesiæ Romanæ vñsi essent, sed & Episcoporum, qui in diuersas, longeque dissitas prouincias mitterentur: vt vel ex his etiam perspicuum reddatur, fuisse munera Romanorum Pontificum, non solùm vrbis, sed & orbis totius Ecclesiæ consulere.

§. VIII. Valentino & Marcioni hæresiar chis, suis temporibus exortis, cum ceteris Apostolicis viris fortiter resistit.

14 CONSVLVT sanè Telesphorus Ecclesiæ, mo do iam dicto: & non hoc solùm, verùm etiam cùm aduerteret suo tempore impiam inter Christi Fideles dissimilari hæresin Valentinianam, quæ tam in Christum Dei filium, quam in Matrem eius benedictam blasphemava erat; Apostolico armatus zelo, eam debellare aggressus est, ipsamque anathematis fulmine damnauit. Hic quippe Valentinus hæresiarcha, *Valentini* Platonicus Sectator, Antonino imperâte ac B. Telesphoro quartum in Pontificatu annum agente, inter alia *Ep. Marcionis hæreses.* dogmata peruersa docere cœpit Christum Salvatorem nostrum, sic quidem de Virgine natum, vt ex eâ tamen nihil carnis acceperit, sed per ipsam velut per canalem seu fistulam transferit, carnemque de cælo secum deuixerit. Negabat & Resurrectionem eiusdem carnis, sed aliud esse ex alio corpus componendum, imò nec omnium esse resurrectionem. Addebat Deum creatorem temporis habuisse initium: & his similia. Prodit insuper eiusdem Pontificis Telesphori quinto, ex quo sedere cœpit, anno, teste Tertulliano, Marcionitidem hæresiarcha, Stoicoru scholæ Philosophus, Cerdonis discipulus, qui vti & magister suus, duos ponebat Deos sibi contrarios, quorum alter bonus, malus alter esset; unus veteris auctor legis, alius nouæ; à malo Deo mundum creatum esse, à bono restituim, ac redemptum. Respuiebat ipse verus testamentum tamquam à malo Deo prolatum, nouum verò pro libitu suo multilabat, aliaque absurdâ multa & damnata superaddebat dogmata; ipsum nimis diabolum Deum faciens: vt non immēritò S. Polycarpus, D. Ioannis Apostoli discipulus, ipsum (vt B. Irenæus attestatur) pri mogenitum satanæ nuncupauerit.

15 Per hos igitur Valentimum ac Marcionem hæresiarchas eorumque Discipulos, Catholica Ecclesia S. Telephorus, miris vexata pressuris, longeque molestiis ac periculis horum circumuenta dogmatibus quam gentilium

AUCTO-
RE SEGE-
RIO PAVL-
ZO.

lum persequentium exagitata cladibus, diruta ferme atque conuulta fuisset, nisi super firmam Petram fundata, atque in Petro (eiusque temporibus istis successore Telesphoro) Christi promissionibus stabilita, omnibus hostiis, & aduersantum potestatum i&titibus fortior atque solidior semper incōcussa mansisset. Hic nempe Pontifex facerimus, ceterique quos ea tulit ætas, Apostolici viri, pro veritate tuendâ, aduersus tantam impostorum colluuiem, egregiam nauarunt operam. Fa&etumque hinc est, ut magistrâ veritate, hæretica improbitas, ac probitas Catholica, singulætius distinctæ characteribus, agnoscerentur, & illa quidem condemnaretur, hæc autem commendaretur.

S. IX. Illustri coronatur martyrio Telesphorus, & annua eius in Ecclesiâ celebratur festivitas.

Martyrii
subit.

TANDEM vero honorū operum gloriâ clarissimus Pôrifex, cùm sedisset annos vndecim, mēses nouem, triduo minùs, felici crurore aspersus, ad cælestem patriam magno honorū omnium gemitu, cum palmâ migravit martyrij anno Christi centesimo quinquecento quarto, Nonis Ianuarij: sepultusque est in Vaticano, iuxta corpus B. Petri Principis Apostolorū. Eius porrò cùm illustris martyrij, tum pro Ecclesiâ impensi studij, Romanum Martyrologium ad quintum diem Ianuarij meminit in hunc modum: Romæ,

S. Telephori Papæ, qui sub Antonino Pio, post multos labores pro Christi confessione illustre martyrium duxit. Sed & D. Irenæus de eodem: Gloriosissimè(inquit) martyrium fecit. Tertullianus etiam, in poëmate contra Marcionem, à se, cùm esset iunior, scripto, de eodem his versibus:

Post explora sui qui lustrit tempora, tradit

TELESPHORO: excellens hic erat, Martyrque fidelis.

17 Memoria autē eius anniueraria non tātum in tabulis Ecclesiasticis Martyrologij Romani, vt iam vi-

dimus, notata reperitur, sed & Clemens Octauus Pon-

Colitur s.

te Maximus, hoc nostro sèculo, videlicet anno Chri-

sti millesimo sexcentesimo secundo, ipsum Romano

Breuiario, à se reformato inseruit: Tametsi etiam Car-

melitarum Ordo ante illa tempora ab antiquo eius

festivitatē annuam quinto die Ianuarij celebrauerit;

quo die ipsum in antiquis manuscriptis Psalteris Car-

melitarum annotatum vidimus. Quod proinde iure

optimo pro stabiliendâ Carmelitanâ antiquitate no-

tauit vir eruditus Ioannes de Carthagena Ordinis S.

Francisci in Homiliis suis supèr festo Commemora-

tionis solemnis B. Dei Genitricis M A R I Æ de Monte

Carmeli. Sed & ante ipsum Carolus Tapia supremi

Concilij Regens, vir religiosissimus, pariterque do-

cissimus lib. de Relig. eudem S. Telephorum Car-

melitanæ adscribit Religioni.

a Gracient colunt xxii. Febru. ut paret ex Menâis.

DE S. SAÏ MARTYRE.

VIANVA- M ENAEA hunc mari mersum disticho encomiastico cele- brant. Alibi alium de eo silentium.

RII. DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS
FELICE, SECUNDO, HONORIO,
LVCIANO, CANDIDO, IANVARIA, CÆLIFLORIA,
IVCVNDO, ACVTO, PETRO, MARCO,
SEVERO, ANASTASIA, TELESPHORO.

VIANVA-
RII.



I socij fortassis eorum fuere, de quibus vi. Ianuarij agemus, qui Seueri tempore incendio consumpti. Suntq; aliqui cognomines, aut certe iidem utroque die relati. Horum nomina extant in Martyrologio S. Hieronymi: In Africâ, Felicis, Secundi, Honorij, Luciani, Candidi, Ianuariæ, Cælifloria (an Cælij & Floriæ, vel Floræ) Locundi, Acuti, Petri, Marci, Seueri, Anastasi. ms. Rhinov. In Africâ Felicis, Secundi, Luciani, Locundi, Petri, Marci. Notkerus: In Africâ, Feli-

cis, Secundi, Honorij, Luciani, Candidi, Ianuarij, Telephori, Locundi, Anastasiæ. Idem vi. Ianuar. In Syriâ S. Anastasiæ. An eadem est qua hic refertur? nullam in Syriâ Anastasiam alibi lego. Nisi sit Anastasius de quo agemus ix. Ianuar. cum S. Juliano passus vi. Ianuar. Vuardi editio Colonensis anni 1521. In Africâ, Felicis, Secundi, Honoris, Luciani, Candidi, Ianuarij. ms. S. Martini Tornaci: Eodem die Sanctorum Honorij, Luciani, Locundi. ms. S. Maria Ultraedii: & Sanctorum Felicis & Amandi. ms. S. Martini Treuirii: Felicis & Amandi.

DE SS. EVPREXIA VIDVA

ET THEOGNIA VIRGINE.

CIRCI-
TER AN.
CHRIST.
VIANVA-
RII.

MENIS, siue Menei, (oppidum est Sicilia antiquissimum inter Ennam & Syracusas) Commemoratio-

nem hodie agi BB. Euprexie vidua, & Theognie

CCLXXX.

Virginis, matris & filia, ad quas S. Agrippina corpus Roma-

deportatum, Imperatoribus Valeriano & Gallieno, testatur Octavius Caetanus Nofer & Ferrarius in Generali catalogo Sanctorum. S. Agrippinæ meminit Martyrologium Roma-

num xxiv. Maij, & xxxii. Junij.

D E

DE SANCTIS MARTYRIBVS

IN THEBAIDE PASSIS

SVB DIOCLETIANO.

CIRCI-
TER AN.
CCCII.
V.IANVA-
RII.

Horum in
sacris fusi
memoria:



V m plurimi s̄int in Thebaide AEgypti
provinciā grauiſſima pro Christi nomi-
ne perpeſti, quorum non Acta modū,
ſed & nonina intercidere, omnium
ſimul memoriam consecrauit Eccleſia
hoc die, quo in Martyrologio iſta legun-
tur: In AEgypto commemoraſio

Varia tor-
menta.

plurimorum Sanctorum Martyrum, qui in Thebaide
sub perfecutione Diocletiani diuerso tormentorum
genere caſi ſunt. Horum certamina deſcribere dicitur Eu-
ſebius libro de Martyribus, ſi aliquid eſt opus ab Eccleſiaſticā hi-
ſtoriā. In hac lib. 8. cap. 8. eorum conglobatē cruciatus narrat,
atque ex eo Baronius tom. 2. an. 302. n. 75. & seq. Nicephorus
lib. 7. cap. 8. Ruffinus lib. 8. cap. 8. ita Eusebium interpretans:

Prefertim
in Thebaidae.

2 Apud AEgyptum innumerabiles alij non inferio-
ri gloriā tam vii quam feminæ, ſed & pueri ac ſenes,
pro fide Domini noſtri IESU CHRISTI p̄ſentem
vitam parui pendentes, futura gloriæ beatitudinem
quaſiuere. Quidam ex iſpīs poſt verbera, poſt vincula,
poſt vngulas, poſt flagella, alioſque diuersi generis
horribiles cruciatus, flammis traditi ſunt; alij in mare
præcipitati; nonnulli etiam capite caſi, ita ut ſponte
ceruices ſuas ſecuribus darent; nonnulli inediā con-
ſumpti; alij patibulis affixi, in quibus quidam mote
peruero capite deorsum preſſo, & pedibus in ſublime
ſublatis.

3 Apud Thebaida verò omnem narrationem ſu-
perat agitata crudelitas. Pro vngulis testas fiſtilium
vaſorum adhibebant tortores, quibus omne corpus
eō uſque lacerabant, dohec totam carniſ eraderent
cutem. Mulieres quoque nudas, ita ut ne pudenda qui-
dem contegerentur, arte quadam compoſitis machi-
niſ uno pede in excelsum ſuſpensas, & capite in terram
demerfas, indigniſſimo ſpe & aculo expositas, pende-
re per diem continuum ſinebant. Alias ſicubi vicinæ
ſibi due arbores inueniebant, vi quadam ab utraque
inflexis contra ſe intuicem ramis, eiſque ſingulis ſingu-
los pedes Martyris obligantes, ſubiō ramos, quos vi
inflexerant, relaxabant. Qui cum ad ſitum ſuum natu-

rali impetu referréntur, diſcretis* diſfecatiſque viſce- * Ita editio
ribus, ſuulsa ſecum membra rapiebant. Et hoc non Io. Schalli.
paucis aliquibus diebus, aut pātuo tempore, ſed per at Beati
annos aliquot, quotidie, quando minimū decem, ſpicatiſq;
interdum autem & centum in vnā die vii vel mulie-
res, ſed & paruuli ſupradictis pœnarum generibus
trucidabantur.

4 Verū & nos iſpi per idem tempus, cūm in Specianit
AEgypti partibus iter ageremus, oculis noſtriſ inſpexi- ifta Euse-
muſ, ut ſedenti pro tribunaliſ ſeuifſimo Præſidi,
offerréntur innumerii fideliū populi, quos ille ſingulos
per ordinem confeffos ſe Christianos, capite plecti iu-
bebat. Cum que hi certatim ſe & ſponte gladio ſubii-
cerent, confeſſione p̄amisā, ille inhumanus & cru-
delis, nec multitudinis contemplatione, nec virtutis
corum magnanimitate permotus, duci nihilominus
omnes & caſi capite iubet. Egrediuntur cuncti pari-
ter ad contiguū inenibus campum, non carnificum
nixibus traxi, ſed fidei vinculis cōligati. Nemo defuit, Mira alia
cūm nemo eos feruaret: ſponte omnes, imò & alteri traxi.
alteruim p̄uenientes, ceruices caſidentibus obiecta-
bant. Defecerunt carnificum manus, & ſuccedentes
ſibi inuicem fatigati ſunt: hebetata eſt acies gladij. Vi-
debam feſſos reſidere carnifices, vires reſumere, ani-
mos reparare, mutare gladios; diem quoque iſpum
non ſufficere ad poenam. Nullus tamen ex omnibus,
ne pāuulus quidem infans, deterteri p̄cutit à morte.
Sed hoc ſolum ſinguli paueſebant, ne forte, dum pro-
perum ſol vergens clauderet diem, ſeparatus à confor-
tio Martyrum remaneret. Sic confidentiā fidei con-
ſtanter & fortiter cum laetitia & exultatione mortem
p̄ſentem, velut aeterna vitæ principia, rapiebant.
Denique dum priores quique iugularentur, reliqui Preparatio
non defidiānt torpori animos indulgebant; ſed psal- ad marty-
lentes, & hymnos Deo canentes, locum quisque ſui rium.
Martyrij expeditabant, ut hæc agentes, etiam extreimos
ſpiritus in Dei laudibus exhalarent. O verè mirabilis,
& omni veneratione dignus grex ille beatorum, turma
virorum fortium, corona ſplendoris gloriæ Christi!

DE S. THEOIDO MARTYRE.

V.IANVA-
RII.

S. Theoidum à carnificibus protritum celebrant Graecorum

Menea. Nihil de eo alibi legi.

DE S. DOMNON E

M A R T Y R E B E R G O M I.

S V B MA-
XIMI-
NO.
V.IANVA-
RII.
S. Domno-
nus.
nepos S.
Domno-
nus.



ERGOMI XVI. Iulij S. Domnio
colitur. Eius nepos Domno ſuit, idem-
q; auita heres magnanimitatis & glo-
rie. frater S. Eufebia Virginis & Mar-
tyris, que XXIX. Octobris celebratur.

Hunc v. Ianuarij paſſum ita celebrait
Galeſinius: Bergomi S. Domnonis
Martyris, qui Maximino Imperatore pro Christi fide
cruciatibus affectus, demum constantiſſime palmam
Martyrij tulit. Citat Eccleſia Bergomenſis monumenta. Fer-
rarius in Generali catalogo Sanctorum: Bergomi in Galliā
Cisalpīna S. Domnonis Martyris ſub Maximiano.

Tom. I.

Idem in Catalogo Sanctorum Italiae vīta illius compendium re-
fert, trādīque ad eius autq; commune ſepulchrum Eccleſiam
nunc S. Andreastare. Domnonis certamen breuiter complexus
eſt Ioannes Antonius Guarnerius in libro de SS. Bergomenſibus,
ita ſcribens:

2 Domno Domneonis nepos auitos mores & Acta S.
disciplinam imitatus, compoſitis ſuis rebus, Eufe- Domnonis.
biāque forore herede inſtitutā, in conſpectu Præſidis,
quem Maximianus ad inſpiciendas res Bergomates
miferat, ſe Christianum eſſe, p̄ſenti animo professus
eſt: idecirco ſtatim in carcerem coniicitur. Paullò poſt Exprunis
cūm eductus eſſet, ardentibusque prunis in caput in- corona.
iectis X

Ex R V F- ie&tis torreteret, non modò non questus est, sed im-
F I N O. mortales Deo gratias egit, qui occasionem celestis
Confiliarii coronæ adipiscendæ obtulisset. Virtutis eius admira-
Præsidis tione Confiliarius, qui Præsidis erat intimus, ad Chri-
tonuerit. sti fidem conuersus est. Ipse cùm diutissimè acerbissi-

mis tormentis excruciatuſ esſer, & ludibrio habituſ,
tandem extra portam necatus esſer, & laurea triumphali
coronatus cælum ascendit: eius corpus in aui ſepulchro
repositum esſer Nonis Ianuarij, anno ccc. viii.

D E S. T H E O D O R O

M A R T Y R E C A L A R I T A N O.

V. IANVA-
RII.
Inscriptio
ſepulchri
S. Theodo-
ri.



R A D I T Seraphinus Squirruſ Sanctuarij
Calaritani parte i. lib. 3. cap. i. dum subter-
ranea basilica S. Restituta mundaretur, terra-
q; egeretur; repertam eſſe, inter alia iſtis
conditorum Sanctorum monumenta, tabulam
marmoream, magnitudine palmi ac ſemis; cui hæc inculta
erant verba:

¶ I K IAKET B. M. THE
ODORVS OPT. QVI
VIXIT AN. PLV
MN. XXXXV REQVI
EBIT IN PAKE. NO
NIS IANVARII IND. III. ¶

Obſeruat idem auctor, vt hic Theodoro titulus Optimi tri-
buſtur, ita alibi legi: S. Restitutus fidelis, Sanctus Aca-
ius qui vixit pius & iustus; Sanctus Guifitanus Pius.
Coniicit vero non ſolum gente Sardum fuſſe, & Calari paſ-
ſum, ſed videri eadem, quā S. Restitutam S. Eusebiū Vercel-
lensis matrem, tempeſtate martyrium ſubiſſe. Que vero ab Vulgo San-
tiquo S. Theodori nomine dedicata viſuntur in Sardinia Ec-
clieſie, qui vulgo Santu Teru appellatur, huic aie videri San-
to erētas. Talem extare Barumini oppido nobilissima Zapata-
rum domus, que Patribus Capucinū tradita eſt, adiſicato iuxta
eam à Leonorā Zapata & filiis Monasterio. Demum in eadem
S. Restituta cryptā fuſſe conditas S. Theodori reliquias, eti⁹ vbi ſepul-
necrum reperta ſint, extra queſionem ponit idem Seraphinus. tu.

De S. Restitutā agemus xv. lunij.

D E S. S Y N C L E T I C A

S A C R A R V M V I R G I N V M A N T I S T I T A.

SVB CON-
STANTI-
NO M.
V. IANVA-
RII.
S. Syncleti-
ca in Graecia
4. Ianuar.



YNCLETICÆ Virginis AEgyptia
celebris extat in Martyrologio Roma-
no memoria v. Ianuarij. Alexandriæ
S. Syncleticæ, cuius res præclarè
gestas S. Athanasius litterarum
monumentis commendauit. Hoc
quoque die eam refert Molanus in Ad-
dit. ad Vſuardum. At Graci iv. Ianuarij eam venerantur.
Menologium: Eodem die commemoratio S. Encleticæ
Virginis. Menea hoc vita eius compendium exhibent:

S Y N C L E T I C A A vita ſeruitutem deſerens.

Coniuuit elec̄tis Dei ſerua in polo.

Hæc illuſtri genere orta, claraque opibus, & in Deum
pietate, propter ſplendorem generis copiamque di-
uinarum à multis in ſponsam & vxorem petebatur: ſed
illa toto deſiderio in Deum ferebatur. Vnde demum
omnibus mundi curis abdicatis ſe totam ad religiosas
exercitationes ſtudiaque tranſtulit. Hostem autem
nacta aduersarium, priuſquam à corporis vinculis ſolu-
reter, animo iam tum peregrinabatur ad Deum.
Sub finem autem vita ab generis humani hoste exagi-
tata eſt. Nam quemadmodum magnus ille Iobus, cum
ingentibus corporis morbis conſlictata, & verberibus
& cicatricibus corpus depaſtum eſt. Deceffit cùm
annum ageret octogesimum; quo ipſo tempore nihil
vnquam de ſolitis exercitationibus præterita vita re-
mifit, ſed ex ipſo certamine laborum ad Dominum
emigrauit.

Vita à S. 2. S. Syncleticæ vitam ſcripsit Magnus Athanasius, teſte
Athanasio ſcripta. Nicephoro lib. 8. cap. 40. vt ſicut in hoc mulieres, ita in illo
scripto (vitâ Antonij) viri, quod ſequentur institutum,
tamquam in commentario expreſſum haberent. Eam
vitam perieſſe non ſine graui totius orbis Christiani iacturâ,
queritur Baronius. Verum tandem in Escoriali Regi Catholici
Bibliothecâ repta eſt, & Latinè redditā à Dauidē Coluillo
Coluillo. Scoto, atque ab eo ad Andream Scottum noſtrum tranſiſſa,

Latinè
reddita à
Dauidē
Coluillo.

in cuius ſchedi eam reperi: ſed, quod doleo, pueri manu incor-
recte variis locis transcriptam. Eum igitur h̄ic dabo: Ex quā in
vita PP. varia S. Syncleticæ Apophthegmata referuntur; que
ſuis locis adnotauimus. Iacobus Pontanus Noſter vñd cum ope-
ſculis Simeonis Iunioris Theologi, aliquot aliorum Authorum ca-
pitula aſcretica de diſciplinâ monachorum olim edidit, interq; ea
ex S. Syncletica vitâ decem, que ſuis locis indicabimus.

De altera Syncleticâ Virgine hoc ipſo die inferius agemus,
vbi & de tertia à Coelio Sedilio celebratâ.

V I T A
A V C T O R E
S. A T H A N A S I O
I N T E R P R E T E
D A V I D E C O L V I L L O.

Prefatio.

O MNES homines bonis decet ſtudiis incum-
bere, quibus ſi vitam excolerent, non utique
ita obnoxij eſſent dannis. Nam multa vtilia
ſæpè latent ſimplices, propter imperitiam rerum; quia
iam hebetatus eſt animus coruſ ſocordiâ: & ſæpè etiam
precioſae margaritæ incident in manus pauperum & Syncleticæ
tenuium, qui nullam vnquam notitiam habuerunt margarita
margaritarum, qui ſpernūtillas & abiiciunt tamquam multū in-
res nullius momenti: ſicut & nos cùm incidiimus in
margaritam hanc, velut qui ſimplici animo eramus &
inexperto, nihil magni concipiebamus de eâ; intenti
tanq; exteriori figuræ. Quām longè fateor abera-
mus a notitia & dignitate gemmæ: & cùm modicum
cæpimus poſtē instrui de eâ, amor quidam cælitus
accende-

accendere videbatur studium ad diligentius considerandum id quod oculis tantum usurpabamus; atque etiam ipsi progressus quos indies feliciter faciebamus incognitione eius, ad laborem nos animabant.

Eius pre-tiū inenarrabile.

Vnde hac accepit Athana-sius.

2 Quorsum autem traducam quempiam ex iis; quos viuere scimus? quin potius me ipse cōnumerem inter eos, qui nihil adhuc nouerā aut publicauerā de venerabili Syncleticā: cuius quidem vītā enarrandā, vix puto omnes humanā eloquentiā vīres sufficere posse; vt si quis sapientissimus licet dicendi & rerum cognitione versatissimus alioqui, munus istud aggredetur, quām longē, puto, à proposito fine deficeret. Nam quemadmodū ij, qui pertinaciū infistere conantur in radiis solis, eō magis semper offendunt vīsum; sic & qui intueri conantur vītam & actiones Syncleticā, non mirum si à magnitudine rerum, velut vertigine coopti, sentiant confusionem in animo.

3 Sed nos pro tentiū nostrā facultate quasi per vestigia quēdā rimātes, que strīctim accepimus à cogitaneis de primā ētate eius, & quae ex ipsis rebus haud simus, eo animo accessimus ad scribendum, vt epulas salutares nobis ipsis recondiremus. Nam res gestas illius prodignitate scribere, non solum nobis rāvā dādūrāvā, sed & cuius alteri perarduum erit.

C A P V T . I.

S. Syncletica genus, adolescentia.

Oriunda est è Ma-cedoniā.

4 SYNCLETICA (ac si Latinē senatoriam dicēmus, acceptā nomenclaturā à cælesti Senatu) Mācedoniā oriunda est. Nam maiores eius cū audissent famam religionis Alexandrinorum, reliquo patrio solo, Alexandriam petunt, quae olim ab Alexandro Mācedone condita est. Vbi paululum commorati essent Alexandriae, & reperserint omnia maiora famā, cōperirent eam cum studio incolere; non frequentiā populi, nec amēnitate vrbis capti, sed vñiformi fide, & sincere caritate, alteram patriam in incolatu posuerunt Alexandriae.

Genere no-bilis.

5 Genere quidem & sanguinis nobilitate illustris fuit, tum aliis vītā pietatis commodis & bonis ornata, hæc nostra Syncletica. Soror ei vñica & vñanimes fratres duo: quorum alter statim in limine pueritiae cessit naturā, alter verò sub annum vigesimum quintum destinatus thalamis à parentibus, & tabulis de more cōpositis, & aliis omnibus rebus ad nuptias præparatis, iam iam ducturus adolescentis vxorem, euolat è clathris, & sponsam terrestrem cum Sanctorum illibato cōmutauit.

A teneris pa-pia.

6 Syncletica verò cū hæceret adhuc in ylnis parentum, in tenerā ētate cōperat animum verā pietate imbuere: nec tantum impendebat curando corpori, quantū animo, vt quae omnes motus animi obseruaret.

A procis expe-siunt:

7 Forma autem pulcherrima erat, vt multi eam ambirent in thalamos sub primam ētatem, allecti quā opibus, quā parentum honestate, & quā denique pulchritudine puerelle. Et parentes etiam serio adhortabantur eam ad nuptias, vt in quā conseruationē generis sui collocassent: fed illa, nequaquam cedens consiliis parentum, animo firmo manebat: mundanas has nuptias aureterius admittrens, cælestes hymenæos cogitabat: Eos reicit. & contemptū procorum manu vñicum Iesum Christū in cælestem sponsum elegit,

Eos reicit.

8 In Syncleticā videre est genuinam discipulam * de quā ^{* B.} Theclæ, quae eisdem vestigis incederet. Vnus ambarum procus, Christus scilicet; vñus auspex & paranyphus, nimirum Paulus; idem communis thoros, Ecclesia nimirum. Epithalamium cecinit ipsem Propheta David, qui in cymbalis ritē sonantibus amat quām concinnē oblectare animas Deo consecratas, & cantica præstatißima modulari tympanis & decachordo. Maria Moysis testim duxit choreis, præcinens il-

Tom. I.

lud: Cantemus Domino, gloriōsè enim magnificatus ^{A v c t . S .} est. Fercula etiam posita in medio vescientibus: Eia gu- ^{A T H A-}
state, inquit, & videte quoniam suavis est Dominus. ^{N A S I O .}
Denique eadem textura & stamen flammeolorum vir- ^{Exod. 15. 1.}
ginalium vtrique. Nam quicumque in Christo bapti- ^{Psal. 33. 9.}
zati sunt, Christum induerunt. Vnde vñiformis erat ^{Gal. 3. 27.}
amor vtrique erga Christum; quia eisdem dotibus
donatae eisdem studiis incumbebant. Theclæ quidem
martyria nulli non nota, per ignes, per feras, & per
quæ non tornēta cruciatæ. Nec minus notos arbitror
laudabiles sudores & labores Syncleticæ. Nam cū
vnus & idem dilectus fuerit vtrique sponsus, nimirum
Christus Dominus, necesse est eumdem fuisse aduer-
sarium vtrique, diabolum scilicet. Sed in Theclâ qui-
dem moderationes existimo fuisse cruciatus; cū ma-
lignantas aduersarij in illâ grata videatur in corpore
tantum, & in rebus exterioribus: sed in Syncleticâ, in
animo & interioribus; ac proinde omnia acerbiora;
cū prælium excitauerit per pernicioſas cogitationes
animi.

9 Sed numquā pretium vestium fascinavit ocu- ^{Superas}
los Syncleticæ; numquā gemmarum splendor de- ^{omnes illa-}
mentauit animum illius; numquā listra præstrinxer- ^{cebras.}
runt aites; numquā Tyria tinctæ deliciæ frangere po-
tuerunt tenorem ahimi; non lacrymæ parētum emolle-
lere; non consanguineorum preces flectere potuerunt:
sed adamantino vigore animi auertebat exteriora spi-
ramenta sensuum ab his omnibus rebus, & præclude-
bat veluti fores, secretò tractans omnia cum interiori
nouo sponso, quem iam elegerat, & solemne carmen
illud accinebat ei: Dilectus meus mihi & ego illi. Et ^{Cat. 1. 16.}
cū pelliter colloquia aut conuerlationes aliquæ
malefanæ offerebantur; sedulò eas evitabat, sepiam
recolligens ad interiora adyta cordis: vbi verò aliquid
salutare agebatur, aut admonitiones spirituales tra-
bant, spē recolebat eas memoriâ, & animum ob-
lebat recordatione earum:

10 Quod verò ad corpus attinet, nō iñmemor erat ^{Abstinen-}
salutaris illius medicina, quæ in abstinentiâ consistit: ^{itia deditā}
nam valde familiarem sibi & ordinariam eam fecerat.
Appetebat semper æqualis esse reliquis: nam abstinen-
tiā reputabat esse custodiam & fundamētum omniū
aliarum virtutum. Et vigente aliquando necessitate
si aliquid sumendum erat extra consuetum tempus,
non solum non sumeret aliquid, sed penitus abstine-
ret, & inter eas materet, quae non comedebant. Vnde
facies pallebat, & attenuata erat moles corporis. Nam
flaccidente quod mouet, necessit̄ est vñā alterari quod
mouetur: quomodocumque enim principiū se habet,
reliqua quae inde dependent quasi omnino sequuntur;
& attestantur principiis. Quibus enim cibis ingeritur
cum gustu & copiosè, iis floridus est habitus corporis;
quibus verò è contraria subtrahitur, tenuis & subleitus
est. Infirmi enim fidem faciunt ei quod dico. Ideò B.
Syncletica operā dabat, vt corpore detereretur, & ani-
mo vigeret. Faciebat enim iuxta id quod ab Apostolo
dictum est: quod magis exterius homo infirmatur ed. ^{2. Cor. 4.}
magis interius renouatur. Et cū seipsum exercebat, ^{16.}
illud faciebat in secreto, vt lateret alias.

C A P V T . II.

Religioſa vita illuftria tirocinia.

S. Thecla cōparata.

11 CVM verò parentes illius iam supremum diem
obiissent; tunc magis inspirata Spīritu & diui-
no consilio, reliquit domum patris: & vñicam sororem
acepit secum, quae iam oculis capta erat; & in monu-
mentum quoddam affinis secessit paululum ab urbe
remotum, venditis omnibus facultatibus, quæ à paren-
tibus reliq̄tæ fuerunt, & statim distributis pauperibus:
ac denique accessito sene quodam prouecta ētatis,
curauit præcidi comam capitisi sui. Tunc enim primū
X 2 dicitur

A v c t . S. dicitur abieccisse omnem *κέρματα*, hoc est mundum & **A T H A -** compturam. Nam in vsuerat apud mulieres, vt comam **N A S I O .** vocaret *γέρμανον*, & cùm comam ponerent dicebantur posuisse mundum & compturam. Erat autem præscis-
C u r a s co- fio ista comæ, symbolum iam animum purum esse, & expurgatum ab omnibus superfluitatibus, & excre-
m a m f i b i mentis; & tunc primùm dignata est, vt solemni nomi-
p r a c i n d i . ne vocaretur Virgo.

D a t s u a
p a u p e r i -
b u s .

P s a l . 2 3 . 1 .

A n t e à s e
a d v i t a m
a s c e t i c a m
p a r a d i s o s .

S t a t i o n e s
p r o p r i e t a t e s .

O c c u l t a t
b o n a s u a
o p e r a .

M a t t h . 6 .
3 .

V i t a c o n -
f o r t i a v i -
r o r u m &
m u l i e r u m .

O b s e r u a t
e t i a m a n -
m i t o t u s
p r i m o s .

12 Cùm autem bona sua distribuerat pauperibus, referunt ad hunc modum prælocutam esse: Magno quidem nomine accepta sum: non suppetit quod retribuam pro merito ei, qui me isto nomine donauit. Nam si in vilissimis rebus mudi huius mortales omnes facultates suas impendunt, vt corruptibilem honorem confequantur; quād magis me decet & corpus vna cum putatis bonis ei confeccrare? Sed quid nomino bona aut corpus? cùm omnia sint illius, iuxta id quod scriptum est: Domini est terra, & plenitudo illius. Atque ita cum verbis iis humilitatem amplexa, vt cum Apostolo loquar, tranquillitatem vitæ solitariæ elegit.

13 Verumenimvero & dudum intra priuatos parientes parentum, iam satis superque præexcitata fuit laboribus; & nunc in stadium producta, admirabiles progressus in virtute edidit. Nam quicunque inconsulto & re non benè expensâ accedunt ad mysterium istud, deficiunt à proposito, non cōsiderantes antè ea, quæ rei particulariter insunt. Sicur igitur illi, qui iter facturi sunt, primū curam agunt viatici; ita & Syncletica seipsum præparans exercitus anteacte & vitæ, veluti viatico, intrepidè aggressa est iter ad supernoua. Nam antè reponens omnia quæ necessaria erant ad edificationem, extrixit arcem suam munitionem. Verū nisi spectetur ars ædificandi; domus extinatur ex materia & rebus exterioribus, sed illa contrarium facit: non enim emendauit materiam à rebus externis, qui potius seipsum nudauit interius. Nam bona sua distribuens pauperibus, & itam omnem deponens ac memoriam iniuriarū, abiiciensque iniuidiam & ambicionem, ædificauit domū super petram. Perillustris quædam hæc arx & domus est nullâ inquam tempestate labefactanda.

14 Sed quid opus est multis & prætergressa est initio vel eas quæ iam confirmatae erant in habitu vitæ solitariæ. Sicut pueri qui solerti in ingenio prædicti sunt, etiam cùm in elementis versantur apud magistros, contendunt cum prouectioribus in ludo, & us qui ætate & etiam tempore eos antecedunt; sic & B. Syncletica feruens spiritu prætergressa est alias omnes in asceticis.

15 In primis vero cauebat, ne bonæ suæ actiones diuulgarentur aut innotescerent aliis, quæ cum illa degabant: nec tantum dixerim curæ ei fuit eas fecisse, quantum vt fierent cum hac cautione, ne alii innotescerent. Neque vero hoc faciebat ex æmulatione & inuidia. Semper enim memoriâ tenebat dictum illud Domini: Si quid fecerit dextera tua, nesciat sinistra. Atque ita secreto faciebat omnia, quæ ad professio nem vitæ solitariæ pertinebant.

16 A primâ vero pueritiâ usque ad prouectiorem & statam ætatem, non solùm ab omni virorum confortio abstinebat, sed etiam vt plurimum mulieribus recusabat congressus: idque duabus in primis de causis, ne scilicet vel nimium libi cederet in gloriam exemplaris ille asceticæ vita rigor, aut ne quando distraheretur inde propter necessitates corporales.

17 Sic igitur obseruabat primores insultus animi, non permittens eis, vt distrahetentur à cupiditatibus corporeis. sicut in arboribus oportet præscindere, quæ fructum non ferunt, ramalia. Sic Syncletica semper operam dabant produce fructum animi per ieiunia & orationes, subiugans appetitum per varios labores.

18 Non solùm vero contenta erat naturâ panis & succulentâ pinguedine; sed etiam tenui aquæ paupertate, quæ nullis aut paucis artificiis culinæ indigeret. Quā-

documque igitur aduersarius classicū canebat ad bellum, ante omnia vocabat Dominum ad auxilium: nec solùm contenta tenui cibo, in quo parum artificij adhibendum erat, seipsum macerabat; sed etiam operam *Austeritas* dabat abstinere omnibus rebus, quæ voluptatem sape. *eius in vi-*
to. Pane furfuraceo vescebatur, & sèpè aquam bi-
stu & stra-
to. Cùm classicum canebarat ab aduersario, ipsis armis vtebatur, oratio- *Arma cō-*
nem induebat cassidem contextam ex fide, spe, & cari- tra demo-
tate. fides quidem familiam ducebat: aderat etiam nem.
eleemosyna si non effectu, saltem affectu: his armis pal-
mam referebat de aduersario.

19 Verumenimvero rigorem hunc exercitij tem- *Discretio.*
perabat, & seipsum subinde subleuabat, ne membra mortalis corporis confestim labaserent: quod quidem signum erat victoriae; deficientibus enim armis, quæ spes pugnæ esse potest etiam veterano militi: nam quicumque immoderatâ & indiscretâ inediâ seipsum absument, lethalem plagam inferunt sibi ipsis, & seipsum perdunt, ac si facerent id rogatu aduersarij. Verùm Syncletica non ita, sed omnia gerebat cum discretione & prudentiâ: nam inimicum animosè propulsabat orando, & exercitus spiritualibus animi: sed interim eam sollicitudinem corporis gerebat, quæ necessaria erat ad lecuritatem nauiculæ. Nam quemadmodum nautæ, p̄fente tempestate & agitatione maris, immores sunt ciborum, & solùm incumbunt periculo quod ante oculos est; & cum defuncti sunt periculo, & postlimino veluti incipiunt iterum viuere, tum indulgent necessitatibus naturæ, & curam faciunt nouæ vitæ, ne totum tempus laboriosè ita impendatur in insanam rabiem maris. Verùm quamuis videantur ex aliquâ tranquillitate maris vel minimâ laborum cessationem consecuti, numquā tamen transigunt sine aliquâ sollicitudine, neque somno profundo abducuntur, experientiam habentes præteriorum; & inde cōcientes futura. Nam quamuis tempestas una deferuit, non tamen definit esse mare: atque etiam quamuis & altera procella desit, tamen & tertia in procinctu est. Et quamuis id quod factum est, iam transit & remotum est, tamen manet id quod id fecit. Eodem modo se res habet in præsenti. Nam quamvis spiritus cupiditatis profligatus est, tamē non longè abest eius auctor: ideoque oportet nos indesinenter orare, vt procellosum hoc mare, & falsuginosam malitiam vitæ huius transeamus. Sancta igitur exacte callens præsentaneas tempestates vitæ, atque etiam supertinguentes ventorum turbines, cum sollicitudine ratem ducebat pietate & religione in Deum. Nam positâ anchorâ illâ tu-
tiſſimâ fidei in Dominum, inconcussam deduxit nauem absque tempestate in salutarem vitæ portum.

20 Cùm igitur Apostolica vita eius fide & paupertate præcincta esset, ac etiam caritate & humilitate reluceret, verè in se complebat dictum illud salutare: Ambulabis super aspidem & basiliscum, & super omnem *psal. 90.*
potentiam inimici, & specialiter attenderat, quod di- 1.
citur in Euangilio: Euge serue bone & fidelis, quia in *Matth. 25.*
paucis fuitis fidelis, super multa te constituam: quod ^{21.}
quidem dictum licet referatur ad dona, tamen h̄c ac-
commodebit in præsenti: Et quia vicisti, ac si dixisset: *De domo-*
Quia vicisti præmium materiale, faciam ut me protec-
tre erigas trophæum de inimico immateriali & spiri-
tuali, & vt noscant magnitudinem fidei principatus &
poteſtates, quæ à glorioſo seruo meo Paulo memora-
ta fūnt: vicisti enim contrarias potestates, conniteris
cum maioribus.

C A P V T III.

Præcepta Syncletice ad Virgines.

21 Adhuc igitur modum à vulgo secedens, bonas *Multa ad*
actiones edebat, & procedente tempore ac flo- *eam con-*
tentibus virtutibus, diffusa laudatissimorum laborum *fluunt in-*
ſtruenda. eius

Marth.10. eius fragrantia, & ad multos delata est: Nihil enim occultū, (vt dicitur) quod non manifestetur. Nam Deus nouit eos qui diligunt eum, & diuulgat famam eorum, ad correctionem & utilitatem eorum qui audiunt. Eo tempore igitur, ita dirigente supremo numine, cœperunt nonnullæ accedere ad eam, & colloquia agitare in propriam ipsarum ædificationem: nam colloquis eius præcepta vitæ sibi comparantes magis ac magis confluabant, cupientes inde proficere & lucrum haurire sibi. Pro consuetâ igitur conuersatione interrogarunt eam, quâ ratione anima possit saluari. Illa grauerter ingemiscēs & vberim lacrymas effundens, se ipsam colligebat, & videbatur responsum dedisse per lacrymas; iterumque conticuit: atamen illæ concurrentes, vi cogebant eam proferre magnalia Dei. Obftupuerat enim, vel solo spæctaculo perculsa, iterumque hortantur loqui. Illa igitur veluti coacta atque euicta, post cuſat. longum silentium submissâ voce illud Scripturæ protrulit: Non facias violentiam pauperi, quia pauper est. Illæ hilariter accipientes dictum, sed velut melle & fauo delibutæ, pergunt interrogando, & vicissim Matth.10. eam aggrediuntur faciæ Scripturæ dictis: Gratis, in- 8. quiunt, accepisti, gratis elargire. caue ne abscondas Match.25. talentum tuum, ne luas pœnam serui illius. Ad quæ illa: Quid tam magnificè sentitis de peccatrice, ac si vnquam fecissem aut dixissem aliquid ad rem? communem magistrum habemus omnes, nimirum Dominum Iesum Christum: ex iisdem fontibus haurimus spirituales latices: eodem laetè nutrimus vberum eorumdem, nimirum ex veteri & novo Testamento. Ad hæc illæ: Nouimus (inquiunt) nos, vnum eudemque paedagogum esse nobis, Scripturam; & eudem esse magistrum nobis: sed tu assiduâ curâ & studio antecellis virtute. Cùm autem vt quæ in habitu sunt & possessione bonarum virtutum, velut præstantiores instillent tenerioribus præcepta, id nobis præsta, hoc enim præcepit communis Magister noster. Cùm hæc audiret Beata, iterum in lacrymas profusa flebat, sicut infantes ad vbera solent. Sed illæ concurrentes continuatâ interrogatione adhortantur, vt sisteret fletum: cumq[ue] cessasset, iterum silentio factò cœperunt illam inuitare ad loquendum. Tandem illa commiseratione ducta, & sciens ea quæ dictura erat, non tam sibi laudem paritura esse, quâ illis vilitatem, incipit sic verba facere:

Dilectio Dei & proximi.

Timoth.1. 22 Audite cuncti & cunctæ. Nouimus quidem omnes quomodo possimus salvare, sed deficitus propriâ nostrâ incuria. Oportet enim nos primùm conservare præcepta ea Domini quæ per gratiam nobis revelata sunt, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde & proximum tuum sicut te ipsum: in his consistit principium legis, & in eisdem sita est perfectio & plenitudo gratiæ. Breuis quidem verborum periodus, sed virtus in eis magna atque adeò immenfa. Nam hinc pendent omnia quæ spectant ad salutem animæ. Quod & testatur Paulus cùm dicit, finem præcepti esse caritatem. Ac proinde quæcumque possunt homines dicere vtilia per gratiam spiritus, à caritate sunt, & in caritate desinunt. adeoque salus nostra, vt illa caritas, duplex est.

Semper oportet ulterius progredi.

Marth.13. 23 Sed addendum est prætereà hoc, quod à caritate etiam proficiuntur, vt intelligamus quid sit appetere maiora. Sed illæ dubitabant, & græ percipientes quid diceret: interrogat eam de integrō. Tū illa ad illas: Non est signata vobis parabola illa Euangelica semen facientis, de certesimo & de sexagesimo, & de tricesimo. Sumus virginitatem professæ inter centenarios; qui verò continentis sunt, numerantur inter sexagenarios; & temperantes inter tricenarios. Pulchrum est ac gloriosum transire à triginta ad sexaginta; sed à maioribus ad minora delabi non vacat periculo. Nam qui semel incipit vergere ad deterius, ne in minimis quidem poterit consistere, sed fertur in præceps, velut ad imum

interitus barathrum. Aliquæ igitur inter nos, quæ virginitatem profitemur, ex infirmitate iudicij ratione priuatae & vacillantes, querunt prætextum in peccatis. Nam ad se ipsas ita loquuntur, vel potius ad diabolum: Quid etsi vixerimus, inquiunt, σωφρόνως, ed magis ἀφρόνως viuemus, hoc est, si temperatè & continenter, eò stultius; quamvis dignatæ fuerimus ordine tricenarum? Nam omnes, inquiunt, maiores nostræ operam dederunt liberis. Scitote hanc esse suggestionem demonis. Nam qui labitur à maioribus ad minora, is ab aduersario detruditur: sicut enim iniles, emansor & fugitiuus iudicatur hoc ipso quod fugerit, nec venia dignus est quod ad inferiorem numerum & militiam transierit, sed supplicio traditur, quia fugerat. Oportet igitur nos simili modo, vt dixi, à minoribus progressi subinde ad vteriora: & hoc est quod Apostolus docet; posteriorum oblii vi ad vteriora contendamus. Oportet igitur eas quæ centum obtinuerunt, revoluere illa in gyrum in seipsis, nec vulum terminum admittere in numero: nam dictum est; & cùm hæc omnia feceritis, dicite, Serui inutiles sumus.

C A P V T . IV.

Alia præcepta pro custodiâ castitatis.

24. O P O R T E T nos, quæ professionem hanc virginitatis suscepimus, super omnia tenere b[ea]titudinem. quamvis enim σωφροσύνη temperantia videatur & apud sacerdotes in pretio esse, tamen semper coniuncta est cum illâ ἀφροσύνῃ, aliqua species impudentiæ, quia aliis omnibus sensibus etiamnum peccat: **Temperatia tenetur.** alicuius indecenter oculis, inordinatè rident. Nos verò in primis & illa abiicientes, incumbamus virtutibus, & ab oculis auellamus omnem vanâphantasiæ. Etenim sic dicit Scriptura, Oculi tui recta videant. Et reprimamus linguam ab eiusmodi peccatis. Iniquum enim est instrumentum hoc ad laudes Dei conditum proferre turpia verba; verba quæ non solùm non proferenda, sed neque audienda quidem.

25. d Possimus autem hæc seruare, si non adeò frequentem in publicum prodeamus: latrones enim subreditur & ingrediuntur etiam nobis inuitis per sensus. Quomodo enim domus non denigrabitur fumo extinsore, & foribus apertis? Necessariò igitur conuenit nos fugere frequentationem fori. Nam si graue est nobis & displicet, videre patres vel parentes nudos; quantò damnosius est intueri alienos in plateis indecenter denudari, atque etiam in honestaloqui? Ex his enim solent plerumque turpes & pestiferæ phantasie exortiri.

26. Quando verò & domi nos continemus; noti semper oportet tunc omni sollicitudine vacare, sed aduigilandum est. Scriptum est enim: Vigilate. Quò verò magis confirmabimus animum ad temperatiæ, ed acerbioribus cogitationibus constitutus. Nam qui addit scientiam, addit laborem. Athletæ quid magis proficiunt in palæstrâ, eò maioribus committuntur antagonistis. Vide quantum abes à metâ, & non te geres ignavè in præsens. Vicisti fornicationem materialē & quæ in opere consistit? aduersarius obiiciet tibi eam quæ est per sensus. Et cùm etiam hanc represseris, latet hostis in secretis animi, moritus tibi bellum occultum. Suggestit enim eis etiam, quæ vitam sequuntur tranquillâ, personas pulchras, facies decoras, & colloquia simplicia. Sed non oportet præbere assensum phantasie. Scriptum est enim: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te; locum tuum ne dimiseris, nam afferunt istis nihil est aliud, quâ præludere fornicationi corporali. Dictum est enim: Potentes potenter tormenta patientur. Magnum igitur certamen est contra fornicationem: hoc enim est principale caput aduersarij, quo virtutur inducendo suos ad perniciem. Et hoc ipsum

AV C. S. ipsum innuens B. Iob dixit de diabolo: quod virtus il-

A T H A - lus in umbilico ventris eius est.

N A S I O .

Iob. 40.11. 27 Multis igitur ac variis machinis vibrat aduersarius stimulum fornicationis contra fideles Christi serdiatur da- uos. Sæpè enim transmutat amorem fraternalum in pro- priam suam malitiam. Nam virgines, quæ renuntiauerunt nuptiis, & omni cogitationi mundi, supplantavit specie fraternali atque etiam monachos, qui omnia, atque adeò seipso fugiunt, lancingauit eos larvâ istâ fornicationis. Quin etiam decepit eos religiosis & timore plenis colloquis. Hæc enim sunt artes aduersarij, ut alienis se vestiat, & clanculum obtrudit sua. Ostendit granum frumenti, sed tegit sub illo laqueum. Et

Matth. 7. 15. puto Dominum de illo locutum esse cum dixit: Venient

ad vos in pelle ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces.

28 Dices: Quid igitur faciendum est nobis contra ista? e Simus prudētes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Callido enim consilio vtendum contra ma- chinamenta diaboli. Nam illud quod dicitur, ut simus Remedia serpentes, innuit non debere nos ignorare conatus il- cōtra eum: lius. Nam simile facilè agnoscit simile. Simplicitas de- simplicitas: inde columbae induat puritatem actionum. Omne igi- tur opus bonum confisteret in fugâ diaboli. Sed quomodo fugiemus quod ignoramus? Oportet igitur nos præcipientes animo vilitatem aduersarij, cauere à ma- 1. Pet. 5. 8. lis technis ac dolis illius: de quo dicitur: Circuit quæ Abac. 11. 16. rens quem deuoreret: & cibus eius electus. Oportet itaque assidue vigilare. Nam inimicus semper vigilat per res exteriores, & regnat per interiores cogitationes; atque adeò magis per interiora: nam die & nocte clam vt spiritus accurrat.

Item consi- nuum ex- ercitium. 29 Quid igitur, inquies, ad præsens hoc bellum est opus? laborioso scilicet exercitio vitæ spiritualis, & purâ oratione ad Deum. Sed hæc quidem ingerere, sunt temedia alexiteria contra quamcumque cogitationem perniciosa; sed opus est præterea singulari- Particula- bus quibusdâ præsidiis, ut præsentaneam hanc pestem ria reme- ex animo extirpemus, & libeunte cogitatione aliquâ dia: Pulchritu- turpi- dini turpi- tudinem opponere.

in regione mentis species formosi vultus alicuius, ratione sic est reprimenda: A vultu fac auferas oculos, à genis eximas pulpam, fac præscindatur labra, & deinde dic: Quid est id quod erat amabile vel expetendum? sic quidem refrenari poterit cogitatio vanæ illusionis. Nam formosum illud quod concupiscimus, nihil est aliud quam sanguis commixtus cum phlegmate, & velum quod vsum præbet animalibus tegumenti. Sic igitur pars est per eiusmodi rationes ut abigamus abominabilem nequitiam, & sicut clavis clavo truditur, sic conuenit explodere diabolum. Præterea etiam affingere oportet vlera graueolentia & verminosa occupa se corpus cupidinis, & ut uno verbo dicam, tan- tum non esse cadaver mortuum; aut potius te ipsam reputare mortuam oculis internis animi, qui tali specie captus sit. Sed quod est maximum omnium, oportet tenere imperium ventris, sic enim poterimus contine- re volupates abdominis.

Item gulæ refrenare. a Idem refertur lib. 5. de vita PP. interprete Pelagio, libel. 4. n. 41.

b Pelagius vertit, castitatem.

c Idem; sed adeo ei & stultitia, propter quam alias omnibus

fensibus, &c.

d Refertur ibidem libel. 11. num. 32.

e Idem refertur lib. 6. de vita PP. Ioanne interprete, libel. 1. n. 2.

C A P V T V.

Paupertatis voluntaria bona.

30 DIVINVM igitur erat conuiuum istud earum: nam poculis sapientiae exhilarabantur, & B. Syncletica pincerna diuinis latices effundebat, quæ & palato suo eligebat, quod volebat. a Sed una ex eis quæ b concurserant, interrogat nun b aetemosyne, hoc est spontanea paupertas, & plenaria possidendorum bo-

norum mundi huius renuntiatio, esset bonum perfec- tū. Bonum est insigniter perfectum, respondit, eis Paupertas qui eam possunt sustinere: nam sentiunt quidem in car- ne afflictionem, sed in spiritu habent tranquillitatem. bonum est. Sicut enim e ipsis & compactiora vestimenta con- cculata & frequentius conuoluta candescent, sic & indoles animæ generosa magis corroboratur per pau- pertatem spontaneam. Sed quæ debiliore sunt animo, patiuntur contraria: nam vel tantillum afflictionis vbi lenserint, satiscunt & in nihilum abeunt, velut scruta semilacera, cum non sint ferendo fullonicam virtutis & vitæ spiritualis: & quamuis eadem sitars fullonicæ in vitroque panno, & idem etiam artifex; tamen diuer- sus est exitus. Hi enim rumpunt & pereunt, illi verò nesciunt & renouantur. Dicit igitur aliquis verè pau- pertatem hanc spontaneam esse pretiosum cimelium animo generoso: nam est pæne frenum peccatorum.

31 Verum enim uerdò prælibanda sunt alia priora Ad eam ante illa, ieunia dico & humisteria, & alia particula- preparatio- ria, per quæ oportet hanc partem virtutis acquirere, quæ in spontaneâ renuntiatione bonorum consistit. Qui enim non ita faciūt, sed præproperè ad abiectio- nem bonorum præcipitant; ferè semper videamus eos in grauem hanc vocem incidere: Pœnitentia fecisse.

32 Vitæ enim deliciose incendiua diuitiæ: absconde Diuitia primò pulpa tuæ magisteria, picam dico gulæ & vitam incendiua deliciosa, tū poteris facile præscindere materiam sunt vita & occasionem diuitiarum. Maximum enim puto de- trimentum vitæ deliciosa, organis suis orbari: qui non antè abiicit primum à se, quomodo poterit secundum abiicere? Propterea & Christus Dominus in disserta- tionē illâ cum adolescentे diuite, non ex abrupto præ- ceperit abiectiōnem bonorum; sed prius interrogat, an fecisset omnia quæ præcepta essent in lege. Ecce vt Dominus genuini Magistri partes egerit. Interrogat an nosset elementa, an syllabus sciret coniungere, an voces nosset legere. Tunc inquit: Veniamus ad summū magisterium. Vade, inquit, & vende omnia bona tua: veni & sequere me. Et verè equidem opinor, si inter- rogatus non tam ingenuè professus fuisset se ea omnia fecisse, fortè non adeo facile hominē mouisset ad abi- ectionem bonorum. Quomodo enim is, qui syllabus nondum nouit, poterit derepente ad legendum pro- rumpere?

33 Paupertas igitur spontanea, bona est eis que iam Paupertas in habitu sunt & possessione aliarum virtutum. Nam rectâ ad qui abiicerunt omnia excrements & superflua rectâ Deum fer- ferunt ad Deum, purè canentes diuinum illud car- men Psalmista: Oculi omnium in te sperant, & tu da- Psal. 144. bis escam diligenteribus te, in tempore opportuno. 15.

34 Præterea maximum emolumētum lucrantur ex abiectiōne terrenorum bonorum. Nam cùm auer- dimensio diuino cō- tunt oculos à thesauris mundi, respiciunt ad regnum celorum, & verbum illud proferunt, quod à Psalmista decantatum ita sonat: Iumentum factus sum apud te. Psal. 72. Nam sicut dorsuaria (absit omnis dysphemia compa- rationi) quotidie opera sua obeuntia contenta sunt dimensis quæ in vitam numerantur; ita & qui amplexi sunt paupertatem spontaneam, nullius faciunt vsum argenti aut pecuniae, sed contenti sunt solo in diem vi- ctu, propter vsum & ministerium corporis. Hi tenent pinnaculum fidei: nam ad eos dictum est à Domino illud euangelicum: Ne solliciti estote de crastino: nam Matth. 6. volucres cæli neque serunt neque metunt, & Pater 25. cælestis pascit eas. Idcirco quæ his verbis confidunt (Deus enim ea protulit) cum confidentiâ & libertate proferunt: Credidi propter quod locutus sum. Psal. 115.

35 Plurimum autem detrimenti patitur aduersarius à pauperibus istis, qui mūdum reliquerunt. Non d enim habet in quo noceat eis: nam plurima seges ar- Flagellum tunarum. Quid potest aduersarius, quæso, faceret an & tentationū diaboli versatur in priuatione for- eß demoni. prædia incendiō delere: sed nulla sunt eis, iumentâne perime-

perire? sed nulla sunt eis carissima quæque proster-
nere? sed istis omnibus iam dixerunt longum vale.
Nonne igitur paupertas hæc spontanea maximum
flagellū aduersario simul & pretiosus thesaurus animæ?

36 Quæc verò paupertas illustrior admirabilior
quæ ad virtutem, eò amor pecuniae ad vitium vilius &

^{1 Timoth. 6.10.} nequior. Verè itaque Apostolus Paulus dixit, esse cau-
<sup>Philargy-
ria est fons
mutorum
malorum.</sup> fam & fontem omnium malorum. Hincenim sequitur
cupiditas deliciarum, periuria, rapinæ, cædes, inuidia,
odium fraternalum, bellum, idolatria, pleonexia; &
stolones istorum, hypocrisis, adulatio, & scurrilitas;

<sup>Ergo insa-
tiabilis
plaga.</sup> omnium istorum caussam in confessu est esse philar-
gyram, hoc est amorem pecuniae. Vnde & Apostolus
vocavit eam velut parentem omnium malorum. Sed
Deus non solum punit istos; sed etiam ipsi semetipso
intus destruunt, insatiabilem semper ferentes appeti-
tum: nullum terminum habent appetendi, quare insa-
tiabilis est plaga. Qui nihil habet, pauca desiderat; quæ
cum nauctus est, pluræ concupiscit. Centum aureos ha-
bent mox appetit mille: & cum istos acceperit, in infinitum progreditur interminabilis cupiditas. Atque ita
ij qui nequeunt ponere terminum, semper deplorant
paupertatem. Fert autem semper amor pecuniae secum
inuidiam. Inuidia verò primò necat dominum: sicut
enim viperæ recenter natæ primò necant proprias ma-
tres, quam alii noceant; ita & inuidia prius marcesce-
re facit possessorem, quam quempiam petat ex viciniâ.

37 Præclarum quidem esset si tot labores sufficeremus in quærendo vero & puro illo thesauro cæli,
quot insanibili studio implicant se venatores mundi
huius vanissimi: naufragia ferunt, noua experimenta
fatigant, in terrâ incident in manus latronum, tempe-
states maris sustinent & ventorum vehementissimorum;
^e & sapè cùm rem, faciunt, simulant se esse pauperes
propter inuidos. Nos verò ne tantillum quidem ipso-
rum laborum & periculorum subimus propter veras
diuitias: & si quid vel minimutum lucratæ fuerimus, eri-
gimus cristas & magni nos facimus, proponentes nos-
metipſas conspicendas hominibus, & sapè etiam ne-
que protinus nudi se res habet, proferimus factum in me-
dium sine fuso. Inde statim aduersarius, cùm videatur
afficulum virtutis iam assecutæ è manibus nobis præ-
ripit: cùm illi è contrâ, cùm vel teruncium lucratæ fue-
rint, plura appetunt, & præsentia tamquam parua ha-
bent, semper tendunt ad ea quæ nōdum sunt assecuti.

^a Refertur idem in vita PP. lib. 5, interpretore Pelagio libel. 6. n. 13.

^b Simplicius Pelagius: si perfectum bonum est nihil habere.

^c Pelagius: fortia vestimenta. Implia sunt, inquit Lauinus
Torrentius in MS. annotat. ad Plini lib. 19. cap. 2. vestis loco, qui-
bus ex lanâ coactis pedes inuoluimus. Adrianus Turnebus lib. 11.
aduersar. cap. 14. negat solis pedibus seruire. De iis agit Vlpianus L.
argumento sunt. 25. ff. de auro, argento, mundo.

^d Lib. 6. de vita PP. libel. 4. n. 23. idem refertur.

^e Lib. 5. de vita PP. libel. 10. n. 70. ubi idem habetur, aliquam
tamen breuius, hoc paullò aliter refertur: quando multa lucran-
tur, tuac plura desiderant, & quæ habent, velut nihilum repu-
tant; ad ea verò quæ needum habent, omnem intentionem ani-
mi tendunt. Repetitur idem lib. 6. libel. 4. n. 24.

C A P V T VI.

Vita monastica & secularis comparatio.

<sup>Virtutes
celanda.</sup> 38 O R T E T igitur nos omnem cutam ponere
vt quæstus noster & lucrum fiat clanculū. Quæ
enim diuulgant prosperè sua gesta & prædicant aliis;
procurent etiam & vna cum illis dicere secus facta sua
& imperfectiones suas. Quod si ista alias celant vt cul-
pam vitent & ignominiam apud audientes; quanto
magis & illa tacere oportuit, quæ aliena erant à Deo:
Nam qui vivunt secundum virtutem spiritualis vitæ,
contrarium faciunt: partus enim lapsus suos libere
promunt etiam cum additamento eorum quæ non fe-
cerunt quidem, retro reiuentes post se omnem æsti-
mationem apud homines; & quæ bona fecerunt, tacent;

ad maiorem securitatem & præsidium conscientia. ^{A v c t . 3 .}
^a Sicut enim thesaurus publicatus, dissipatur, ita virtus ^{A T H A -}
proclamata labascit: & sicut cera liquefit ab igne, ita ^{N A S I O .}
& animus soluitur à laudibus, & tonum illum vigo- ^a
ris amittit.

39 Igitur contrarium istorum contrario modo se ^{Non lat.}
habebit. Nam si calor soluit ceram, frigus contra illam ^{des querē.}
compingit; sic si laudationes priuant animam bono ^{da, sed op.}
suo, vituperia & contumeliae eam deducunt ad apicem ^{probia.}
virtutis. Gaudete, inquit, & exultate cùm omne men- ^{Matth. 5.}
daciū dixerint aduersum vos: & alio loco: In tribu- ^{11.}
latione dilatasti mihi: & alio: Improperium expecta- ^{Psal. 4.2.}
uit cor meum & misericordiam; & alia eiusmodi innumera ^{Psal. 68.}
bona videre est ex sacrâ Scripturâ, que veluti reditus ^{21.}
promissa sunt afflictis, qui opprobriis afficiuntur &
lungen.

40 c Sed est dolor quidam salutaris, & alius exitio- ^c
sus. Doloris quidem salutaris opera sunt dolere de pro- ^{Duo gen-}
priis peccatis, nec non de cæxitate proximi, à recto ^{ra doloria.}
proposito non excidere, & semper alpirare ut perfectè
boni stamus: haec enim sunt effecta & species genuinæ
tristitia. Sed est alia quædam tristitia, quæ ab inimico
suggeritur, & istis agglutinari & adhædere solet. Nam
initit diabolus tristitiam & dolorem quædam bru-
tum & ferinum, qui omnis rationis expers est, & d ab ^d
aliquibus nominatur aedia: sed oportet abigere spiri-
tū hunc tristitiae in primis psalmis, hymnis, & oratione.

41 Dumque bonis istis curis & studiis detinemur, ^{Nulla vita}
oporet nos cogitare & existimare, nullum in hac vita ^{expers cu-}
carere curis. dictum est enim in Scripturâ: Omne ca- ^{rarum.}
put ad laborem, & omne cor ad dolorem. Vnicâ hac ^{I Iai. 1. 5.}
sententiâ complexus est Spiritus sanctus vitam mona-
sticam & sæcularē. Nam per caput innuit statum mō-
naesticum. Caput enim est membrum ἡγεμονικὸν, hoc
est regimini destinatum, iuxta dictum illud: Oculi sa- ^{Eccle. 2.}
pientis in capite eius. Ac propterea vis contemplandi ^{14.}
opinor, residet in capite. Laborem autem dixit, quia
germen virtutis à laboribus perficitur. Per dolorem
verò in corde, indicat instabilem & ærumnosum sta- ^{Comparati-}
tum sæcularium. Nam dicunt quidam cor esse sedem ^{vita}
& officinam iræ & doloris. Si enim non honorantur ^{monastica}
pro voto, tristantur; alienis inhibentes, si non potiun- ^{& sæcula-}
tur, marcescent; in egestate cadunt animo; cùm afflu- ^{ris quad}
diuitiis, debacchantur: nesciunt quid agunt, nec som- ^{miseris.}
no frui possunt propter custodiā diuitiarum.

42 Ne igitur aberremus à rectâ sententiâ, dicen-
tes eas quæ in mundo degunt expertes esse curarum:
fortè enim, vt ad comparationem rem exigamus, mul-
titudi maioribus confistantur. Difficulter enim patiunt,
& cum periculo, obnoxiae sunt doloribus lacticinijs,
cum filiolis ægrotatiibus ægrotant, & cùm ista patiun-
tur, nullum terminum mundi vñquam affequuntur.
Nam vel recens nati filii febribus infestantur; vel male
educati vbi adoleuerint, nefando consilio ad parrici-
dium adiunguntur. Igitur cùm sciamus ista, ne decipa-
mur ab aduersario, ac si illa deliciose fruerentur vitæ
genere, & à curis animo libero: si patiunt, laboribus
enecatur; si non parlunt, meritis improperiis tabescunt,
vt steriles & sine prole conteinuntur.

43 Ista quidem dico, non alio fine, quam vt tutæ ^{Non omnia}
& securæ reddam ab aduersario. Non conueniunt ^{omnibus}
autem, fateor, ex se quæ dicta sunt quibuslibet, sed iis ^{quadrant.}
tantum quæ vitam solitariam amant. Sicut animalibus
non vnum est alimentum, ita nec hominibus eadem
oratio quadrat. Non enim oportet, vt dicitur, infun- ^{Matt. 9.}
dere vinum nouum in vites veteres. Nam aliter con- ^{17.}
tinuant ij qui contemplationi dediti sunt, ac aliter qui
vitam asceticam exercent; & denique aliter ij qui pro
vitibus iustitiam mundi sequuntur. Sicut enim anima- ^{Tres ordi-}
lium quædattu sunt terrestria, quædam aquatilia, & ^{nes homi-}
quædam denique volatilia; ita & hominū alij medium
vitam fecuti sunt, vt terrestria; alij alta petunt, vt vola- ^{num.}
tilia; alij aquis peccati immerguntur, vt pisces; de qui-
bus

Auct. S. bus insinuauit Propheta: Veni in altitudinem maris, & tempestas me demersit: & ita se habet natura anima-
ATHA- litum. Sed nos velut aquilæ, quibus alæ concessæ sunt,
MASIO. sublimia peramus, & conculcemos dracones & leones;
Psal. 68.3. & sub iugum mittamus aduersariū, qui nos olim sub-
iugatos tenebat: hoc autem faciemus, si totum ani-
mum consecramus Saluatori nostro Iesu Christo.

a Idem habetur in vita PP. lib. 5. libel. 8. n. 19.

b Clariss. loco cit. in vita PP. & amittit virtutum rigorem.
malim vigorem.

c Idem referatur in vita PP. lib. 5. libel. 10. n. 71.

d Melius Pelagius loco cit. in vita PP. veritatem: quam tedium
appella crunt.

C A P V T VII.

De cauendis demonum infidiliis.

Diabolus 44 **S**E QUOD magis nos in altum subleuamur, eo magis aduersarius impedit conatur volantes, obiectis tendiculis ante oculos. Verum quid miri est, ut aduersarios habeamus cum ad Deum tendimus, qui vilissima etiam nobis intident? Aegre enim permittunt hominibus eruere thesauros sub viscera terræ abditos. Vnde si aduersantur nobis in rebus quæ constant tantum exteriori terrestri specie, quantò magis id facient in regno cælorum?

a 45 a Igitur oportet nos omnino armari contra illores: nam extrinsecus circumeunt, nec minùs intrinsecus cùs nos aggrediuntur. Anima quidem nostra ad instar externa & nautis aliquando submergitur, à superinguentibus interna. b tricymis & fluctibus vndarum extrinsecus, quādōque verò c & sentinæ & faburræ intus pondere deprimitur. Perdimur enim aliquando ab extrinsecus peccatis actualibus, quandoque verò ab internis cogitationibus. Igitur oportet nos obseruare, cum externos insultus dæmonum, tum internam sentinam cogitationum expurgare. Oportet nos omnino vigilare contra cogitationes: semper enim nobis imminent. Sæpè in periculis maris etiam maximis, cum montes vndarum ingrauit, nautas seruari videmus, implorare à vicinis nauigiolis auxilio; sed sentina tranquillo sæpè mari, & nictantibus proteris periculosius discrimin ferre solet, ut incautos sæpè opprimat.

Varii im- 46 Oportet igitur nos impenitissime adhibere animum cogitationibus: nam aduersarius statuens con- pugnat nos damon. uellere animam ac domum, vel deicit eam funditus à fundamento, vel incipiens à recto demolitur eam integrè, vel ingressus per fenestras, patrem familiæ constringit, & inde cetera omnia in potestatem redigit. Fundamentum sunt bona opera, rectum fides, fenestræ sunt sensus: per hæc omnia præliatur aduersarius. Igitur oportet eum qui seipsum seruare cupit multos ocu- d. Non habemus hic in quo feriemur ab 1. Cor. 10. omni curâ: dictum est enim in Scripturâ: Qui stat vi- 12. deat ne cadat.

Psal. 103. 47 In ignoto mari vela facimus; & vita nostra vo- Comparsa- catur mare à Psalmistâ. In mari autem quædam sunt tio vita loca petrosa, syrres & aræ, quædam monstris & phocis monast. & plena, quædam denique tranquilla. Nos videamus in secul. tranquillis locis maris nauigare, sæculares in periculofioribus. Præterea die nauigamus sub ductu protæ, qui est Sol iustitiae; illi noctu feruntur, quod fors ventusque tulerint; non sciunt quod feruntur. Sed contin- git sæpè ut sæculares in tempestate & tenebris existentes ratem suam seruent & clamando & vigilando; nos verò in tranquillitate maris submergamur, reliquo clauo iustitiae.

Qui stat videatur ne cadas. 48 Videat igitur qui stat ne cadat. Nam qui cecidit, vñica modis cura superest, ut resurget; sed qui stat, det operam ne cadat. Casus enim varij: omnes qui ca- dunt, verè priuantur statione; sed aliqui vbi surrexerint parum notabilis damni accipiunt: qui verò stat non spernat casum alterius, sed caueat sibi ipsi & ti-

meat ne cadens pereat, & in profundissimum barathrum deturbetur. Probabile enim est, ut tanta sit profunditas barathri, ut cum vox inclamantis nequeat exaudiri, opem nec petere neque consequi valeat. Dicit enim iustus: Ne absorbeat me profundum, neque Psal. 68. vrgeat super me puteus os suum. Primus qui cecidit, 16. hæsit in luto: considera illum & vide ne cadas, & tu sias etiam præda feris. Qui cadit non firmavit gressum nec præclusit portam domus. Ne permittas oculis ne nictari quidem; sed semper in ote habe diuina illa Psalmistæ: Illumina oculos meos ne vñquā obdormiā in morte. Psal. 12. 4. t. Vigila continuò propter leonem illum rugientem. 1. Pet. 5. 8.

a Idem habetur in vita PP. lib. 5. libel. 11. n. 33.

b Tropula dicitur procella maxima, quod triplex fluctus in unius quasi coëat. Latini fluctum decumanum vocant, quia fluctus decimus esse maximum dicitur.

c Ibidem Pelagius, crescente sentinâ demergitur.

d Habetur hoc eodem libel. 11. n. 34.

e Additur recte loco cit. ad Deum.

C A P V T VIII.

De arrogantiâ & pusillanimitate curandis.

49 **V**ERBA quidem ista conferunt ad repellendam presumptionem, ut per pœnitentiam & contritionem salutem consequamur: vide & considera te ipsum; tu illa es quæ stat. Duplex tibi incumbit metus, ne aut conuertaris ad vomitum per socordiam suggerente tibi aduersario materiam, aut inter currendum rumpantur tibi crura, & supplanteris. Aduersarius ^{Præsuptio} cœnanda enim à tergo nos trahit ad se, cum videt nos torpesce- re aut segnescere: aut contrà cum videt nos sedulò ni- mis incumbere exercitiis spiritualibus, clam irepit & latenter insinuat se animis nostris per presumptionem, & ita perditū it generosissima quæque pectora & animos viriles mortalium. Presumptione enim telum extre- dum est, & præcipuum omnium malorum aduersarij; à quâ ipfem deturbatus fuit, & per quam po- tentissimos mortalium conatur diruere. Nam sicut peritissimi rei militaris magistri solēt, postquam minoria tela consumpta sunt pendente adhuc victoriâ & stâ- tibus etiamnum aduersariis, sumere fortissima arma, in quibus omnis spes victoria sita est; ita & diabolus postquam absumpit primores laqueos, in extremis ar- ripit acinacem arrogantiæ. Sed quænam sunt primæ tendiculae illius? Patet quod ea sunt gula, voluptates, lauditia, & luxuria: hæc enim maximè quadrant adolescentibus in tenerâ ætate: post ista verò sequentur amor habendi, pleonexia, & similia his. Vnde cum misera anima se expedierit istis laqueis, ventrem supe- rârit, & voluptates abdominis subiugauerit, & cum pecuniam contempserit; tunc ad incitas redactus male- semper animatus aduersarius, suggestus animo incom- positum motum: inflat eum, ut le indecenter efferat supra sorores. Graue hoc & deleterium venenum ad- uersarij: multos repente occæcatos eo solo perdidit. ^{Quomodo} Suggerit animo cogitationem spurcam & lethalem: ^{ea fugge-} ^{ratur à} facit ut videatur sibi comprehendere ea quæ ab aliis non ^{demone.} poterant intelligi, & quod antecellit alias ieuniis, & grauem segetem affingit bonorum operum præ aliis omnibus: memoriam verò peccatorum omnium ex- pungit, ut seipsum extollat supra alias quibuscum con- uersatur. Nam decumana errata è memoriâ labuntur. Non facit autem istud aduersarius ad utilitatem ani- mæ illius, sed ut misera non habeat unde proferat me- dicinalia illa & salutaria verba: Tibi soli peccavi, misere- Psal. 50. 6. rere mei. Sicut neque ista: Confitebor tibi Domine Psal. 9. 2. in toto corde meo. Sed quemadmodum ipse in super- biâ suâ dixit: Ascendam & ponam thronum meum; Isai. 14. 14. sic & miseram istam protrudit ex arrogantiâ ad princi- patus, primos confessus, atque adeò magisteria & professionem sanandi. Sed reverâ talis anima ad hunc modum delusa & insanabili quasi vulnere percussa perit.

50 Quid

50 Quid igitur faciendum, cùm eiusmodi cogitationes iam subierunt animum, & illum tenent? Incessanter oportet meditari eloquia illa diuina Prophetæ: Ego sum terra, & non homo, & alio loco: Psal. 21.7. Iaia 64. 6. Ego terra sum & puluis. Nec non & illa Iaia: Omnis iustitia hominis sicut pannus menstruata. Quòd si cogitationes istæ acciderint ei quæ seorsim agit solitariam vitam, ingrediatur cœnobium, hoc est communem cum aliis solitudinem, & cum aliis degat: & si acciderit propter nimium rigorem vitæ vi hoc modo capta sit, cogatur & bis quotidie comedere, & ab æqualibus ætate obiurgetur identidem & impropperetur, ac si parum præstisset: quodlibet ministerium obeat: proponatur iphi & recitentur Sanctorum præclariores vitæ, quæ sunt supra imitationem & omni prædicatione maiores: & virgines quæ cum illâ conversantur in hoc incumbant in primis, vt actio nes suas & exercitia virtutis ad aliquot dies intendant, vt illa cùm viderit præstantiam virtutum aliarū, discat Christiana vela submittere & se ipsam minùs estimare.

ss. exæpla. 51 Verumenimuerò ante venenum arrogantiæ præcedit aliud malum, nimirum inobedientia: sed per alexipharmacum obedientiæ præscindere possumus latè serpens virus, quod animam perrodit ad instar phagedæna viceris. Nam obedientia, vt dictum est in Eccle. 4. 17. sacris litteris, plusquam sacrificium.

52 Oportet igitur aliquando præcidere estimationem in tempore, aliquando vero in tempore laudare & ad admirationem usque extollere: laudare quidem cùm anima dedita desidiae torpescit veterno, in primis enim cùm mortua videtur ad omnem sensum & progressum virtutis, hanc oportet excitare laudando, & si cœperit vel tantillum boni facere, oportet prædicare admirando, & peccata illius, elephantina licet & inhumana, ducere tamquam minima & parui momenti. Nam diabolus cùm statuit omnia sive que de quæ agere, subtrahit quidem peccata è memoriâ bonis, & bene exercitatis; intendit enim tunc augere præsumptionem: sed in neophytes, quæ recens suscepereunt professionem solitudinis, & leuiter tantum imburæ sunt asceticâ disciplinâ, proponit ante oculos omnia peccata, quotquot fecerint nullo præterito, quia scilicet intendit inducere eas ad desperationem. Oggerit enim aliquando: Quæ spes tibi reliqua esse potest, quæ usuram corporis præbuisti viris? alij vero ita: Tanto desiderio flagras habendi, vt impossibile sit te salutem consequi posse. Sed eiusmodi animas fluctuantes oportet consolari, & hoc modo eis dicere: Raab quidem scortum fuit, sed tamen per fidem seruata est. Paulus persecutor erat, sed postea factus est vas electionis. Matthæus publicanus fuit, sed nemo ignorat gratiam quam accepit. Latro etiam furtis & homicidii infamis, sed tamen primus referavit fores paradisi: ac propterea vt ad istos intendens oculos ne desponteat animum, propter peccata.

Vt reprimenda suæ perbia. 53 Sed iis, quæ præsumptionis veneno tintæ sunt, accurasier medela à maioribus rebus petenda videatur: Oportet enim dicere eis: Quid ita inflatis? quia abstines carne? sed alij sunt qui etiam à piscibus: an quia vino? sed & alij etiam oleo: an quia profers ieiunia usque ad vesperam? sed & alij sine cibo agunt usque ad secundum & tertium diem: an quia non vteris balneo? sed & multi valetudinarij abstinent eo penitus, ob morbum aliquem corporis: an places tibi quia dormis humili in vluâ & cilicino stramento? sed quamvis & hoc faceres, non forer alioqui magnum; nam sunt alij qui substernunt scrupulos vt licitis alioqui naturæ priuentur, atque alij etiam se suspendunt in oscillis totâ nocte: & quamvis hæc omnia faceres, & ad extremum exercitij peruenires, ultra quod non posses vltérius progredi; non debes tamen inde cristas erigere: nam dæmones plura fecerunt & faciunt: nec enim comedunt, nec bibunt, & etiam in eremis agunt, cùm tu in

antro degens videris tibi magnum aliquid præstittiſſe. *Auct. S.* 54 His igitur & similibus rationibus sanare potest. *ATHANASIO.* Cōtra præsumptionē & desperationē. *Cōtra præsumptionē & desperationē.*

55 Quæ vero capta est periculo desperationis, procurandum est prædictis rationibus, vt cogamus eam & torpor quasi vi, si fieri possit, vt animum sursum erigat. *animi curandus.* Nimis enim tum animus serpit humili. Nam agricolæ periti, cùm vident plantâ aliquam sublestam & exiguum, largius irrigant, & magnam curam adhibent vt crescat: sed cùm vident surculum præcozem, amputant in tempore, & vt superfluu & luxuriantem abiliunt, nam solent eiusmodi citissimè siderari & arescere. Sic & medici aliquos ex infirmis alunt ampliore diætâ, & ad deambulandum & exercitia inuitant; alios vero quasi vincitos detinent in inediâ & tenuiore viætu.

56 Manifestum igitur est arrogantiam malorum pessimum esse: quod & contraria virtus ostendit, nimurum, humilitas. Sed haud facile est humilitatem assequi. Nisi enim quis reiecerit à se omnem opinionem estimationis, non poterit thesaurum hunc nancisci. Est enim humilitas virtus adeò sublimis, vt diabolus *Humilitas.* cùm videatur alioqui omnes alias virtutes specie aliquam sublimis. quâ imitari, sed humilitatem non tantum nequit imitari, sed nihil penitus nouit de illâ, quid omnino sit. Igitur Apostolus cùm probè sciret stabilitatem & firmatatem humilitatis, præcepit nobis ἐγκομβωσαι, hoc est in sinu illam & vlnis gestare eamque induere, qui i. Pet. 5.5. bonas actiones agunt, siue ieunant, siue opera misericordiæ exercent, siue docent. Si temperatus es & intelligentiæ præfulges, pone humilitatem tibi in murum aheneum, cingat humilitas omnes virtutes. Vides hymnum illum trium puerorū, vt aliarum virtutum tam raram mentionem fecerit, & humiles conuinixerit cum Dan. 3. 87. tribus collaudatoribus illis, nec numerauerit inter eos temperatos, nec eos qui paupertatem suscepereunt. b Sicut impossibile est nauem extrui sine clavis, ita saltutem consequi sine humilitate.

57 Quâ autem præcellens sit virtus & salutaris Docet eam humilitas, vel hinc discere licet, quod Christus Dominus cùm in terras descendit vt econiam incarnacionis impleret, humilitatem induerit. Discite, inquit, à me Matth. 11. quia mitis sum & humilis corde. Considera quis est ^{29.} qui dixit: Disce ad vnguem quod dico: sit humilitas alpha & omega omnium bonarum actionum tuarum. Humilitatem autem seu mentem humilem dicit, non specie tenus exteriori tantum, sed innuit interiori hominem. Verum quidem, quod exterior homo sequitur interiori. Nouit Dominus, quod omnia mādata fecisti, sed iniungit tibi de nouo, vt redeas ad carceres & sumas principium noua seruitutis: dicit enim, & cùm hæc omnia feceritis, dicite, serui inutilles sumus.

58 Humilitas igitur perficitur per impropria, cōperficitur tumelias, & plagas; vt audias amens, stultus, egenus, improprietatus, caducus, viles, inconsideratus in agendo, infans in loquendo, ignobilis, impotens & similia: hi enim sunt nerui Christianæ humilitatis. Nam Christus Dominus audivit & passus est ista. Vocarunt enim Samaritanum, & dixerunt quod dæmonium haberet: assumpſit

Ave T. S. assumpsit formam servi, colaphis cæsus, & contumelias grauissimis affecetus.

ATHA-
NASIO.
Opere offe-
dendo.

59 Oportet igitur nos imitari humilitatem Christi quæ opere ostensa est. Nam sunt quidam qui speciemētus sumunt lauaram humilitatis, & humiliant scipios; sed nihil aliud intendunt, quam ut captent gloriam: ex operibus vero cognoscuntur. Nam cum in compitis afficiunt conuicis, non possunt susterre; sed sicut aspides è vestigio euomunt virus iracundia.

^a *Kairos* æstus, ardens febris.
^b *Idem* habetur in vita PP. lib. 5. libel. 15. n. 48.

C A P V T I X.

Alia Syncletica monita, de irâ, detractione, odio vitandis.

60 **SERMONIBVS** istis omnes præ gaudio valde Sexultare, & constanter adhuc perseverare audiēdo, nec satietatem villam capere bonorum. Vnde sermonem continuans, Magnum, inquit, certamen accedentibus ad Deum, & labor ingens in principio qui-

^a *Iniciapie* a dem, sed exinde gaudium ineffabile. ^a Nam veluti qui visa dura. ignem accendere cupiunt, primò fumo corripiuntur & lacrymas fundunt, inde optato calore potiuntur; sic oportet & nos diuinum ignem accendere cum lacrymis & labore. Ipse enim Dominus protestatus est: Veni immitere ignem in terram. Nonnulli quidem 49. qui tolerant molestiam fumi per socordiam, non tam accendunt ignem nec calcifunt propter impatiētiam, quia recesserunt extra limites Christianæ longanimitatis, & quia gustus eorum valde languidus est.

De caritate & irâ. **61** Vnde caritas magnum fundamentum & cimentum est, de quo Apostolus solidè sic loquitur: Etsi 1. Cor. 13. omnem substantiam distribueris, & corpus tuum in seruitutem redegeris, caritatem verò non habueris, factus es velut æs sonans, & cymbalum tinniens. Vnde caritas in bonis præcipuum est, sicut & ira in malis grauissimum. Nam totam animam obtegit tenebris & in feritate trahit, ut rationis impotentest & brutos reddat. Proinde Christus singularem curam gerens salutis nostræ, nihil omnino reliquit vel minimum non munitum in nobis. Aduersarius accedit libidinem, Christus nos armavit temperantiâ; dæmon præsumptionem induxit, Christus posuit ad manum humilitatem; ille odium excitauit, Christus posuit in medio caritatem. quæcumque igitur anima mouet aduersarius contra nos, pluribus nos armavit contrâ armis Christus, quibus utramur ad salutem nostram & ruinam aduersarij.

Ira moderanda. **62** Iracundia igitur inter mala pessimum. Ira enim viri, ut scriptum est, iustitiâ Dei non operatur. Oportet igitur eam moderari freno prudentiæ, cum & in tempore vtilis sit. Conuenit enim animari & concitari contra dæmones, contra homines verò nequaquam, quamvis peccauerint: conuertere quidem oportet eos sedato animo, cum deserbit furor iracundia.

Perniciose memoria iniuriarum. **63** Atque ita irasci quasi inter mala minus videri posset; sed memoria iniuriarum est omnium grauissimum. Nam excandescens, velut fumus ad modicum tempus conturbans animum resolutus & euanscens; sed memoria iniuriarum, ut quæ animæ magis infixa est, effera & terribiliorum facit. Canis etenim rabies licet percitus offulæ lenocinio mitigatus furem ponit, & alia animalia similiter conuersatione curari solent; sed qui vitio isto, retinendarum iniuriarum memoriâ tenetur, non exhortationibus persuaderi, nec alimento mitigari potest; neque tempus, quod alioqui omnia mutat, illum sanare potest. Hi igitur impiissimi sunt omnium mortaliū & crudelissimi. Non enim Matth. 5. audiunt, nec parét Domino, cum dixit: Vade primùm, & reconciliare fratri tuo, & sic offer munus tuum. Et Eph. 4. 26. quod alio loco dicitur: Sol non occidat super iracundiam vestram.

64 Bonum igitur est non irasci. Sed si res ira rulerit, non concessit passioni vel spatiū vnius diei; dixit enim, Ne Sol occidat, cùm tu interim expectas dum March. 6. totum æuum transeat, non potes dicere: Sufficit diei 34. malitia sua. Quid odio habes hominem qui te afficit molestiâ? non est ipse quite afficit iniuriâ, sed diabolus. ^{Eius da-} Odio habe morbum, non misellum laborantem mor- ^{mua.} Quid gloriariis in malitiâ, qui potens es in iniqui- ^{psal. 51. 3.} tate? De te clamauit Psalmista, cùm dixit alio loco: Ini- quitate in locutus est toto die; hoc est, toto vitæ tem- pore prætergrederis preceptum legislatoris dicentis, Ne occidat Sol super iram tuam. Dicit autem quid in iustitiam cogitauit lingua tua: non enim imposuisti fi- nem obloquendi patri tuo. Ac proinde iustissima est castigatio illa Spiritus sancti in te ab eodem Psalmista pronuntiata: Propterea, inquit, destruet te Deus, in psal. 51. 7. finem euillet te & emigrabit te à tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentum. Hæc scilicet sunt præmia eis qui memoriam retinent iniurias.

65 Igitur oportet nos cauere ab hoc vitio, nam se- ^{Noxia effe-} quantur illud plurima mala grauia, inuidia, tristitia, & cœ. maledicentia: quorum malitia virulenta, licet patua videantur & nullius momenti ferè: (sunt enim velut arma ludicra aduersarij.) sed tamen enumerò vulnera inflicta à bipenni, & maiores in vslis referuantâ machæ- râ (qualia sunt fornicatio, homicidium, & pleonexia) sanantur per salutare pharmacum pœnitentiæ, cùm interim præsumptio, memoria iniuriarum, fugillatio, quæ leuite cadentia videntur tela & nullius consideratiōnis, clanculum nos perdunt & incautos, vbi principales partes animæ occupatint. Verum quidē quid non interim magnitudine vulneris, sed merā negligentiâ eorum qui vulnerantur. Contemnunt enim & nihil faciunt fugillationem, & alia ista vitia, sed paullatim ab illis perimuntur.

66 Graue igitur & ærumnosum malum est fugil- ^{Sugillatione.} latio. Estenim cibus & ludus & feratio nonnullis ho- minibus. Tu verò noli admittere auribus eiusmodi acroamata vana, neque patiaris tam bonum membrū receptaculum esse vitiorum fratris tui: animum redde purum ab eiusmodi inanibus rebus. Nam vbi reperit semel graueolentem illam impuritatem affecuum rationis expertum, inures non dubium animæ per cogitationes eiusmodi teterimas maculas. Gratis odisti quibuscum conuersaris, quia aures iam tinctæ fuerunt & occupatæ inhumano felle obrectatorum. Aspicis omnes illiberali oculo, quia & oculus, cùm à vehemētiōte aliquo colore imbutus est, nequit de aliis coloribus incorruptè iudicare.

67 Oportet igitur nos cautè conseruare linguam & aures, ne quidquam proferamus aut audiamus ex passione. Scriptum est enim: Stultam auditionem ne Eccli. 13. admiseris. Detrahentem secretò proximo suo hunc 16. persequebar. Et alio loco: Non loquatur os meum psal. 100. opera hominum. Nos verò ne loquamur ea quæ non 5. sunt facta ab illis. Oportet igitur nos nullo modo ad- psal. 16. 4. hibere fidem eiusmodi dictis, sed facere & loqui iuxta Lydium sacræ Scripturæ: Ego autem factus sum sicut psal. 37. surdus & mutus.

68 Neque lærandum est de aduersis proximi Non læsan- quantumvis malus sit & peccator. Sunt enim non- dum penit. nulli cùm vident miserum aliquem fustuário va- pulantem, aut abductum in carcерem, barbarè occi- nunt prouerbium illud populare & mundanum: Qui malè lectum strauit noctem laboriosam. Tu igitur, quæ præclarè strauisti tibi res tuas, confidis sci- licet te quietem habituram in vitâ. Quid autem facie- mas istis qui dicunt, eumdem esse interitum iusto & peccatori? verum quidem quid ipsum vivere quamdiu hic sumus, est commune omnibus; sed alia ratio viuendi est in hoc, alia in illo.

69 Neque oportet odio habere inimicos: ipse enim ^{Inimici nō} Dominus hoc præcepit nobis propriâ voce, dicens: ^{habendi} odio. ^{Diligite}

Matth. 5. Diligite non modò diligentes, quod peccatores & publicani faciunt, &c. Bonum enim & quod honestum est, non eget lenocinio ad amorem sui; seipso enim attrahit amantes; malum autem, indiget etiam doctrinâ Dei & labore magno ut euellatur & abstergatur. Regnum enim cælorum non est otiosorum & homi-

Match. 11. num sine curâ, sed violentorum qui vim faciant.

12. *Nec fugiendum confortium peccatorum.* Quemadmodum igitur non oportet nos odio habere inimicos, ita neque oportet nos fugere aut nato suspendere tepidiores & homines desides & pigros.

Psal. 17. Nam sunt quidam qui dictum illud Scr. pture accommodant sibi ipsis: Cum Sancto Sanctus eris, cum peruerso peruerteris; ac propterea, inquit, fugiamus peccatores, ne peruerteram ab eis. Ex ignorantiâ faciunt isti contrarium dicto. Nam præcepit Spiritus sanctus non conuersari, id est peruerteri vna cum peruersis, sed auertere eos à peruersâ viâ eorum: σωδιατριψ enim est idem eo loco ac σωελλονες quod trâssi endum fuit, cum peruerso conuerteris, hoc est peruersum conuertes, & trahes ad te à viâ sinistrâ ad dexteram.

Tres hominum Ordines: 71 Tres sunt hominum sententiæ de eligendo vitæ genere; quarum vna est extremæ malitiæ, altera in statu mediocri, ut quæ ad vtrumque extreum respicit,

1. Extremæ & participare videtur de vtroque; tertia denique in improbi. apice speculationis sita, non solùm seipsum stabilit, sed etiam alias duas inferiores conatur quasi manuducere

2. Medijs in virtute. ad bonum statum. Malis quidem peioribus mixti plus augent malitiam: medijs verò conantur fugere dissolutos & intemperantes, meruentes scilicet hoc ipsum quod modò diximus, ne attrahantur & peruerterantur ab illis; pueri enim sunt adhuc in negotio virtutum.

3. Perfecti. Sed tertij qui virili animo prædicti sunt, & iudicio confirmato vna degunt libere cum malis, & conuersantur cum eis; quia cupiunt seruare eos quamvis grauias patiantur ab eis. Nam dæmones insuper eos perditum eunt, vt quorum operâ orbantur incendiariis ministris suis. Atque etiam à dyscolis impropria sustinent, & ludibrii haberit ab iis, qui conspiquunt eos vna agere cum dissolutis: vituperantur enim vt similes iis qui buscum conuersantur. Sed illi audientes ista, quæ ab hominibus profecta sunt, velut encomia sua, intrepidè

Matth. 5. exequuntur opus Dei. Dicitum est enim: Gaudete & exultate, cùm omne mendacium aduersus vos dixerint homines. Verò igitur actiones istorum similes erant actionibus Domini: nam Dominus comedebat cum peccatoribus & publicanis. Magis autem studio si sunt fratum suorum, quam sui ipsorum: nam aspiciunt peccatores sicut ædes conflagrare; propria sua negligentes, aliena procurant seruare, & vñstulata recolligentes etiam ex mediis flammis acerrimarum contumeliarum ambusti emergunt. Qui verò medijs sunt cùm vident fratrem flagrantem incendio peccati, aufugunt, timentes ne & ipsos tangat incendium. Primi denique partes agunt malorum vicinorum insuper augentes incendium, in exitium proximi subministrât propriam malitiam, seu nouam materiam igni: ac si quis ardenti nauigio ex pice pro aquâ suggereret pissaphaltum aut cedriam. Boni verò contra faciunt: nam proprias facultates suas postponunt saluti proximi. Hæc enim sunt signa veri amoris, & hi sunt custodes sinceræ caritatis.

a Idem habet lib. 5. de vñtis PP. libel. 8. nn. 16.

C A P V T X.

De eleemosynâ spirituali & corporali vitaq; religiosa exercitatione.

Connexa inter se virtutia: item virtutes. 72 Sic c v t verò virtua dependent inter se mutuo vnu ab alio; nam cupiditatem habendi sequitur iniuria, dolus, periurium, ira, & memoria iniuriarum; sic & virtutes cohærent cum caritate; nimis manlue-

tudo, tolerantia, longanimitas, & perfectum illud bo. Av c r. S. num aetemosyne dicta, quæ est spontanea abiectione. **A THA- bonorum propter Christum.** Nec enim accidit virtu- tem hanc dilectionis attingere nisi ex abiectione bo- norum: neque iniunxit Deus caritatem erga vnum so- lum, sed erga omnes. Non oportet igitur diuites, qui- bus suppetit copia, despicer egenos: sic enim abradi- tur aliquid à caritate; quamvis non sit penes hominem sufficere omnibus, Dei enim hoc opus.

73 Quid igitur, inquit, de eleemosynâ angustaris? **Quomodo** & ipsa occasio est retinendarum diuitiarum. Secula- **eleemosynæ** **virtus con- triendorū pauperum gratiâ, quam ob caritatem: nam nachis.** Deus qui regit res diuitis, idem nutrit paupere. Su- perfluë igitur datum est præceptum eleemosynæ: absit, quin potius est initium caritatis idiotis & ignorâtibus: sicut enim corporalis præcilio præputij; delineatio eraç præputij cordis, sic & eleemosyna constituta vt esset pædagogus caritatis, ac proinde quibus caritas ex gra- tiâ data est, insuper erit eleemosyna.

74 Hæc verò non ita dicta sunt à me, vt traducam eleemosynam, sed vt ostendam puritatem paupertatis spontaneæ, & abdicationis vel renuntiationis bono- rum. Minus non sit impedimento maiori. In paruo re cœtè fecisti id quod est minus: omnia enim distibuisti ad assensum age respice suisum ad id quod est maius, ca- ritatem scilicet: sub cruce enim es: liberalē illam vo- cem emitte debes. Ecce nos reliquimus omnia, & Matth. 19. secutis sumus te. Dignus factus es imitari libertatem il- lam lingua Apostolorū: Dicit enim Petrus cum Ioanne: Aurum & argentum non est mihi: gemina quidem lingua, sed fides vniuersaliter ambobus.

75 In secularibus etiam non simpliciter agenda. **Eleemosynæ** eleemosynæ indiscretè pro re natâ. Dictum est enim: na dixerit Oleum peccatorū non impinguet caput meum. Opor- **Psal. 140.** tet igitur eum qui exercet eleemosynam habere iudi- ciū & animum Abrahami, qui factum iustum iuste exhibuit. Nam cùm conuiuio acciperet hospites, cum epulis & scitum factum edidit. Scriptum est enim: Ipse Gene. 18. stabat ministrans, non permittens vt vernæ participes essent tanti ministerij. Verè tales accipient mercedem eleemosynæ, & in secundo ordinē existunt. Dominus **Antithesis** enim qui mundum fabricatus est, duplē ordinem **vita calibis** posuit incolarum; aliis quidem qui rectè vitam agerent **coconiu- gatorum.** permisit matrimonium filiorum procreandorum cau- sâ, aliis verò propter puritatem vitæ assignauit castita- tem, æquales facientes Angelis. Illis quidem tradidit leges vindices & disciplinas, his vero dixit: Mihi vñ- Rom. 12. dieta, ego retribuam, inquit Dominus. Illis dixit: La- 19. borate terrâ; his verò: Nolite solliciti esse de crastino. Matth. 6. Illis legem dedit, his verò in propriâ personâ intimauit ex gratiâ mandata sua.

76 Crux est nobis trophyum victoriae. Nam pro- fessio nostra nihil aliud est quam renuntiatio vitæ, & meditatio mortis. Sicut enim mortui non operantur corpori, ita neque nos debemus operari: iam enim fecimus quæ facienda erant corpori, cùm eramus pueri. Dicit enim Apostolus: Mundus mihi crucifixus est & Gal. 6. 14. ego mundo. Vnuamus igitur animo, & animo ostendamus virtutes, exerceamus animo eleemosynam. Bea- 7. & 28. ti enim misericordes spiritu. Sicut enim ibi scriptum est, qui concupierit mulierem, sed sine consumma- **Eleemosynæ** tione operis, facit peccatum quidem, sed ἀμάρτυρον, na interna hoc est, cui nullus est qui testimoniū ferat, nisi vermis ēxterna. intus; ita se habet in negotio eleemosynæ. Nam ele- mosyna perficitur, cùm anima intus operationem compleat, quamvis non adsit pecunia, maiori honore afficiatur.

77 Quemadmodum in mundo patribus familias **Comparativa** sunt ministeriorum genera; nam alios rūs able- **vita calibis &** gant ad cōlenda prædia & lobolis procreandæ causâ, **coniugalis.** ex quibus qui nascuntur si viderint aliquos ex eis mo- destos & subliberali alioqui formâ, domum ducunt & nutrunt

Auct. S. nutriunt eos in propriis ædibus ad ministeria propriæ sibi personæ; sic & Dominus alios quidem posuit in prædiolo mundi huius, qui honestum matrimonium patrarent; alios verò melioris vrpote consilij viros in proprium vsum sibi reseruauit: & hi quidem sunt qui ab omnibus terrenis negotiis separantur. Nam iam herili mensa dignati sunt, nec sunt solliciti de vestitu; Christum enim induerunt.

Vrbiusque finis. 78 Amborum igitur unus Christus est. Nam sicut ex eodem frumento est palea & semen; sic ex eodem Deo sunt qui vitam recte traducunt in mundo, & qui vitam solitariam elegerunt. Vtrique autem suus vsum. Folium quidem ad vtilitatem & tutelam semenis, fructus verò & semen ad propagationem. Ideò necessaria inquisitio semenis: ex eo enim generatur omnia. Sic ut igitur non est tempore eodem herba cum semine, sic impossibile est, vt circumstante nos gloriâ mundi huius cælestem fructum producamus: sed decidentibus foliis, & arescente culmo, seges messoris falcem expectat; sic nos abieciis cogitationibus terrenis velut foliis, & exsiccati skeleto corporis velut aristâ, & erectâ mente in altum, poterimus fructum salutis producere.

Vite religiosa & praeparanda mens. 79 ^b Periculorum quidem opus, fateor, hominem in ista incumbere, qui non priùs in palæstrâ practicæ vitæ præexcitatus est. Sicut enim si quis sub caduca & ruinam minantia tecta alios domo exceperit, pauperiem facit cadente domo; ita & isti nisi priùs semper ipsos benè ædificauerint, vna perdunt accedentes cum seipsis. Verbis quidem exhortantur & inuitant ad salutem, sed malis moribus & exemplis athletas potius graui damno afficiunt. Nam nudi sermones eorum & monogrammi videntur similes picturis quæ scitis quidem, sed facile delebilis coloribus exaratae pereunt breuissimo tempore, & leuiuscum auræ flamine, vel aquæ guttula evanescunt. Sed doctrinâ practicâ quæ agédo cōparata est, non omne tépus delere potest: sermo enim ad viuum insidens solidâ penetratâ animæ æternum monumētum & exemplar præbet fidelibus.

Tota excollenda anima. 80 Oportet igitur nos habere curam animæ, non in superficie tantum, sed eam totam excolere quanta est, & in primis ad profunda illius descendere. Abscidimus quidem comam, abiiciamus etiam cum comâ & tinea in capite, quæ si diutius relinquentur, non exiguum dolorem excitabunt. Capillamentum erat mundus, vita huius honores, gloria, facultates, vestes splendidae, stola, balneæ, cupidae: hæc omnia iam dum decreuimus abiicienda: eia agite, quin potius abiiciamus lethales tinea animæ sed quænam sunt hæc tinea? fugillatio, iuramentum, & amor pecunia. Caput igitur nostrum est anima. Quousque quidem in aulis rerum mundanarum tegebantur animalcula ista, videbantur latere; nunc verò præscissâ comâ denudata omnibusque exposita sunt. propterea in virgine vel in monacho etiam leuissima peccata prostituta sunt, sicut in mundâ domo animalculâ vel galbano tenuius sit conspicuum: in secularibus verò sicut in tetricis lustris latent maxima venenarum monstra stabulantia, & sub densitate siluæ delitescentia. Oportet nos asiduis febris expurgare domum, & circumspicere ne aliquod ex veneno hoc genere animalium subeat penetratâ animæ, & diuino suffumigio orationis intimos recessus obire. Sicut enim acerisma pharmacorum fugant animalia venenosâ, sic & oratio cum ieiunio profligat cogitationes immundas.

^a Idem habetur lib. 5 de vitiis PP. libel. 8.n.20.

^b Hac etiam habet Pontianus nu.1.

C A P V T X I.

Vana Genethliacorum iudicia refluntur.

Fatū credere, grāde nefas est. 81 IN T E R lethalia animæ est & hoc, quod sinimus nobis persuaderi ab assertoribus fati, quam &

γένεσιν vocant. Grauissimus si quis alias est hic stimulus aduersarij: in bonis quidem vbi primùm pestiferam notionem menti exhibuerit, abscedit illicè; sed in incutis vel tyrannidem exercet. Nemo enim eorum qui cum virtute vitam transfigunt, crediderit aut admiserit tam lethalem & subuentaneam doctrinâ. Deum enim ponunt principium omnium bonorum quæ sunt & sunt, & secundarium ponunt propriam cuiusque voluntatem, penes quam sit arbitrium & imperium virtutis & vitij. Sed cum aliqui ex incuria patiuntur quæ alioqui non sperabant, statim configunt ad dæmonem hunc & sacram anchoram fati. Nam sicut filij dissoluti & nepotizantes, qui ægræ ferunt ferulam parentum, quamvis in salutem eorum adhibitam & vtilitatem, emansores tamen sunt, & fugiunt in deserta ista loca moriæ, & seipsoſ mancipat ferinis & barbaris opinonibus dæmoniorum. Nam cum verentur cōfiteri propriam voluntatem ipsorum causam esse eorum quæ ab ipsis facta sunt, culpam coniiciunt in nescio quæ, quæ dicunt sibi deesse; ac si illa causa esset mali, quia illis carent.

82 Atque adeò seipsoſ planè alienantes à numine ^{Genethliâ} Dei, dicunt omnia quæ libidinem sapiunt, prouenire à ^{corum im-} natuitate. Nam cum scortationibus, furtis, auaritiâ ^{pietas.} laborant, & sponte dolos elegerunt; ipsi actiones suas & vitam torsunt à rectâ viâ veritatis, & finis intentionis eorum est peremptoria desperatio. Necesse est etenim rationibus istis apud eos è medio tolli Deum, & præterea iudicia. Dicunt enim: Ita statutum est & ratum in tabulis fati, me scortatum, aut expilatorem futurum. Frustrâne sunt iudicia à iusta enim est pena eorum quæ sponte committuntur. Et actiones inuoluntariae, quæ ab aliquâ causâ sunt velut coactæ, redundunt auctores inculpabiles: ac proinde tollitur è medio iudicium.

83 Quomodo verò tollatur maiestas Dei apud ^{Dei mai-} eos etiam, audiendum est. Dicent enim Deum vel pri- ^{statum tol-} mas tenere vel secundas, vel tantum iuge coëxstisse aliis causis agentibus, secundum vanam futilitatem eo- rum. Si dicunt Deum primas tenere, necessariò sequitur omnia facta esse per eum: ipse enim in omnibus est; atque ita dominus est fati. Vnde si dixerint se expilatores esse, aut subfessores alieni thori, ex natuitate, necesse est Deum esse causam mali mediâ natuitate, quod est absurdum & impium dictu. Si verò dicunt Deum tantum secundas tenere, consentaneū est Deum esse ministrum, & sub aliquo alio: necesse est autem secundarium obsequi primario, & quodcumque primarium decreuit facere. Atque ita etiam Deus erit causa mali secundum eos. quod nefas est dictu. Si denique volunt Deum tantum coëxistere aliis causis, ac si nihil operaretur, tunc ea quæ naturas habent inter se repugnantes, continuum bellum agitabunt contra se mu- tuò. Vnde rationibus istis summarò conuellitur vana istiusmodi opinio, de quibus loquitur Scriptura: Dixit Psal. 13. t. insipiens in corde suo, non est Deus. &c., Iniquitatem in excelso locuti sunt.

84 Prætendunt autem isti prætextus in peccatis. ^{Vana eorū} Cœcūteries enim multilat Scripturas, ex quibus malè argumēta, sanam doctrinam suam comprobent. Primùm vene- ^{ex Scriptu-} num suum haurire & euonere conantur ex Euange- ^{rit.}lio, vbi dicitur: Generatio autem Christi sic erat. Præ- tereà id quod dicitur Verbum incarnatū esse, insinuat consequenter natuitatē. & si aliquid etiam mentiuntur de stellâ, discant demonstratum in eâ gloriosum aduentum illius. Unica stella illa lucidissima fuit nobis prece veritatis. Sed fatum hoc fatum multos induxit ad captandum natuitates humanas: vnde manifestum fit omnibus, quām omnino malitia sibi aduersetur. Deinde & Isaiam trahunt in confirmationem amentiæ suæ. Ferunt enim eum dixisse ista: Dominus faciens Isai. 45. 7. pacem, & creans mala. Apud omnes in confessio est pacem esse opus Dei, sed malitia apud eos regnat; ma- litia,

Ieremias 10.23. litia, inquam, quæ est in animâ, sed mala quæ à Deo infliguntur nobis, sunt vtilissima; sunt enim ad salutem animæ, & disciplinam corporis, famæ, pluviæ, morbus, paupertas, & aliae eiusmodi calamitates. Sælutaria enim medicamenta ista reputant illi mala animæ, & concipiunt ut verè mala. Infliguntur autem ad correctionem bonorum: quis enim filius est, quem non castigat pater? Denique & ista proferunt, Non sunt in homine viæ suæ, sed in propriam confusione eorum. Nam cùm viam non habeant, cupiunt rimari vias: pleonechia non habet viam, neque gula, nec fornicatio: sunt enim *avvostos alios* in seipsis, *mu'vur*, hoc est res quæ in se ipsis nullum fundamentum habent, nec verè sunt. hæc illi putabant esse vias; sed scriptura eo loco vocat vias illas, nimirum quæ sunt communes omnibus, vitam & mortem: verè enim hæc viæ sunt introitus in theatum istud mundi, & exitus inde.

*Eorum finis.**Eius opinionis auctor diabolus.**Stolidæ quorundam curiositas.**Psal. 8.3.**Luc. 18.16.**Matth. 18.3.*

85 Omnia igitur faciunt mali ut semetipso dimoueant à libero arbitrio: & omnem curam suam ponunt in hoc, ut libertatem cum seruitute commutent. Hoc enim est proprium opus malitiae, ut semper seipsum commisceat cum deteriori: ipsi sibi testes assidui sunt & locupletes, ut qui se ipsis manciparunt malitiae. Sed magisterium impostori stratagematis huius est diaboli: operam enim dat per maleanas eiusmodi prolepses deorsum inclinare inertia & seruilia ingenia, non permittens eis, ut caput erigant ad recognoscendam veritatem: sicut nauis sine gubernaculo in alto semper fluctibus agitur, sic istis undeque ingruunt pericula, nec portum salutis petere valent, quia nauarchum & proretatu dereliquerūt. Atque ita in errore detinet diabolus eos, qui ipsi mancipati & dediti sunt. Sæpè etiam bonis insidiatur, volens per ista cursum eorum laudabilem interrumpere. Suggesterit enim illis in mentem, omnem bonam fortunam & prosperitatem à motu astrorum prouenire: proponit autem rationē istam aduersarius iis, qui à philosophiâ seculari transmigrant ad professionem vita solitaria. Prudens quidem diabolus in malo, suggesterit congrua naturæ cuiusque, aliis quidem assiduè instat per desperationem, alias trahit per vanam gloriam, alias supplantat per cupiditatem: in summâ, sicut perfidus medicus propinat deleteria hominibus; hunc quidem iecinorosum perdit suggesterens venenosum pharmacum cupiditatis; aliud verò cardiacum, accendens animum ad iram; alias denique obtundit hegemonicas partes animæ, vel cæxitate obfuscans, vel vertigine curiositatis distorquens.

86 Quosdâ igitur peruerit per quæstiones ineptas: nam cùm insana libido mentem incesserit Deum & naturam Dei scrutari, impingunt, & naufragium patiuntur: aurigulæ quidem malè experti, qui nondum didicerunt lora vitæ practicæ regere, audent se committere alis speculationis; vnde pessum cadunt præcipites vertigine aeti mysteriorū. Nam id quod primum erat ordine cùm non sunt assécuti, aberrant etiam à secundo. Ut qui in primum elementum litterarum incident, primò aspiciunt figuram, inde nomen addiscunt, deinde numerum, ac denique tonum & rectam pronuntiationem. Si igitur opus est tanto impedio motæ & arris ad cognoscendum primum tantum elementum, quanto plus temporis & laboris præmittendum est ad contemplandum ineffabilem maiestatem creatoris mundi? Verum enim nemo gloriösè præsumat diuinam natum comprehendere per exoticas scientias gentilium: decipit enim seipsum hic quicumque ita cogitat illusus à diabolo. dicit enim Psalmista: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et ipse Dominus in Euâgeliô voce propriâ dixit: Sinite paruulos venire ad me: talum est enim regnum cœlorum. & alio loco dixit: Nisi efficiamini sicut paruuli isti. Eruditus es propter mundum; si stultus propter Christum: euellè vetera, ut plantæ nouæ: destrue fundamenta caduca, & ponas adamantinam basim Christi, & ædificeris

Tom. I.

sicut Apostolus super petram firmam.

87 Non oportet igitur nos contentiosos esse in ATHANASIO. Fugienda vana disputatione. *Genethlia.* *ca tota cōiecturalis & vana.* inanibus verborum dilceptionibus; ne nimium vacemus eis. Nam potest diabolus non parum detrimeni inferre per intempestiuam loquacitatem: multos laqueos habet, auceps peritus est, paruos laqueos ponit minoribus autibus, maiores & robustiores delinat maioribus. Grauis & perniciosus laqueus est, fidé posnere in nativitatibus. Fugiéda omnes ratiocinationes, que ed tendunt: Atqui nolenti fidem, inquis, extor- quebunt per opera & prognostica. Sed tota ratio con- iecturalis iudicium que incertum est: non enim quæ ab illis prædicuntur, necessariò succedunt. Nam sicut in idiotis & nauris est qualis qualis ratio prædicendi ventos & pluviis ex acquitâ experientia & proprietate nubium; ita in istis est putidiuscula quædam notitia prædicendi à dæmonibus profecta: nonnulla enim & ipsi coniectuâ consequuntur, sicut & ventiloqui pythones. Atque hoc in primis sufficiens est ad detegendum vanam opinionem eorum: nam si coniecturæ & mendacia eorum à dæmonibus profecta sunt, vana est omnis nativitatum calculandi professio.

88 Et si adhuc perseverauerit diabolus patrocina- *Causa & ri scientiæ diuinandi; poterimus & hinc eum falsi cōfortuna à uincere, ex eo quod alias bellum infert animæ per alias diabolo opiniones contrarias huic. Nam quod inconfitans, & suggestur. instabile est; & quod instabile est, proximum est inter- iuri. Non enim contentus est diabolus primâ illâ malitiam, sed etiam suggesterit animæ casum & fortunam, quæ sunt contraria fato; & mentem nostram statuit nihil aliud esse, quam germen quoddam naturæ, & dissolu- to corpore vna interire animum. Hæc suggesterit nobis, vt animam sopitâ detineat philtro socordiæ. Sed non debemus assentiri eiusmodi suggestionibus tamquam veris: ipsæ enim malitiam suam aliquando prodent, modò hoc modò illo modo obuerstant, & niçtu oculi euancidunt. Noui etenim seruum quendam Dei, qui ingressus vitam transfigebat in virtute: cùm sedebat in cellulâ, cogitatio- obseruabat insultus cognitionum, & in numerato te- num ex- minandus.*

89 Oportet nos eamdem regulam obseruare. nam Negotiatio qui mercaturis incumbunt, expendunt quotidie com- spirituali- modas occasiones negotiandi, lucrum semper & plus affidun. libetiter arripiunt, iacturas fugiunt. Multò magis istis oportet eos vigilare qui mercaturam profitentur vero- rum thesaurorum, & plura bona appetere, & grauiter ferre metu iudicij. si aduersarius vel pauxillū surripue- rit; non tamen despondere animum, & desperanter omnia proiicere propter delictum, quod ab inuito profectum est. sunt tibi nonaginta & nouem ouses, vale quæsumus prima esset & quæ secunda, & quantum quæque duraret; quo ordine succederent inter se, præcederentne an subsequenter collatae cum die præcedente: sic accuratè cognoscebat gratiam Dei, & proprias vires suas ac perseuerantiam, ac præterea de- molitionem aduersarij.

C A P V T X I I.

Profeclus spiritualis. ornatus sponsarum Christi.

90 QVÆCVMO fecerimus aut lucratí fuerit- Omnia mus in hoc mundo, reputemus parua, si coher- huus mū- rantur cum bonis futuræ vitæ. Ita enim sumus in terrâ, dinullus ac si iterum includeremur vtero materno. Quemad- momenti modum in claustris matris non est nobis eadem vita, Æu alte- atque hic; neque enim tunc alimur tam solido nutri- riens.

Y *mento*

A V C T . S. mento in illis partibus ac nunc, neque possumus auctio-
A T H A- nes ita edere atque hīc; nam sumus extra lucem Solis
N A S I O. & omnem splendorem cæli. Vnde sicut dum sumus in
 cellulis illis, destituimus multis quibus hīc abunda-
 mus; ita & in mundo isto copia, quā affluimus, debet
 esse propter regnum cælorum. Iam fecimus periculum
 alimentorum quā hīc sunt, appetamus cælestia. Iam
 vī sumus sole isto mundano: desideremus Solem iusti-
 tæ, superiorē Hierusalem reputemus in ciuitatem
 nobis & matrem, & Deum vocemus patrem. Tempe-
 ranter hīc viuamus, vt vitam æternam consequamur.

91 Quemadmodū pueri in matrice matris ado-
 lessunt, & cum paupere alimento ab angusto vitæ car-
 cere ad amplius theatrum transferuntur; sic & iusti à
 curriculo in hoc mundo transeunt ad vitam cælestem,
 Psal. 83. 8. iuxta id quod scripturn est: Ibunt de virtute ad virtu-
 tem. Peccatores verò sunt sicut emb̄ yones, qui in vtero
 matris moriuntur: transeunt à tenebris ad tenebras;
 nam dum sunt in mundo, reverā mortui sunt, & sa-
 burrā peccatorum obruti, defuncti que vitā, post mor-
 tem transferuntur ad loca tartarea & tenebrosa in in-
 ferno. Ter quidem nascimur in vitā; prius è sinu ma-
 viuimus. Tres vitas

*Virgines, sib̄a Chri-
 sti, debent
 virtutibus
 ornari.*

92 Oportet igitur nos ad genuinum sponsum ac-
 cedentes compiūs ornari. Sint nobis exemplo nuptiæ
 quas cernimus in mundo celebrari. Si puellæ tantum
 operæ & pretij insument in lauacris, vnguentis, succo,
 & id genus aliis, vt viro, qui alioqui facile captatur,
 mox copulanda compiūsculæ compareant in thala-
 mó; hac enim viā putant se amabiliores fore sponsis;
 si istæ tantum se vexant in nuptiis temporalibus, quæ
 in corpore transfiguntur; quād magis decet nos eas
 exceedere animo, quæ despontatæ sumus sponso cælesti;
 vt zeloso exercitio virtutis ablergamus fortes pec-
 catorum, & vestes corporales translinetemus cælesti-
 bus. Illæ ornant corpus terrenis nescio quibus floscu-
 lis, nos animum lucentem reddamus virtutibus loco
 lapidum pretiosorum: ponamus in capite triplicem
 illam coronam, fidei, spei, & caritatis. Loco monilium
 circumponamus nobile illud ornamentum humilitati-
 tem; pro zonâ cingamur temperantiâ; pro flammeo
 sit nobis ætemofyne & paupertas spontanea; conui-
 uio afferantur numquām peritura fercula, preces,

1. Cor. 14. psalmi. sed sicut Apostolus dicit, non soldū moue-
 linguam, sed etiam spiritum. Percipite quæ dixi: nam
 14.

*Padra nu-
 ptialis p̄f-
 farū Chri-
 sti.*

93 Quemadmodū non possumus duas fistulas in
 vno & eodem tollenone ambas simul plenas haurire; nam
 volente subinde rotā, vacuā in altero transennæ
 extremo subsidente, plena sursum trahitur: eodem
 modo se res habet nobiscum; cū omnem curam im-
 pendimus animæ, & eam implemus latice bonarum
 actionum & virtutum, ipsa se sursum eleuat studio re-
 rum sublimium affecta, & corpus tunc leue redditum
 exercitio virutis non deprimeret principes partes ani-
 mæ. Quod & Apostolus testatur cū dicit, Quantō
 magis qui foris est externus homo corruptitur, eo
 magis qui intus est renouatur.

2. Cor. 4.
 16.

C A P V T X I I I .

Paranesis ad religiosas.

94 *a* IN T R A claustra cœnobij agis, hoc est viuarij
 communis voluntarij? Noli mutare locum: *Locus non
 plurimum enim nocebit. Quemadmodū ausi, si qui-
 temerè
 mutandus.*

bus incubat oua deseruerit, subuentanea redder; sic &
 velata virgo vel monachus cūm ē loco in locum mi-
 grat, refrigerescit fides, arque adeò emoritur.

95 *b* Ne te moueant deliciæ, nec inescent opulen-
 torum in mundo lautitiae, ac si pondus aliquod in se *Delicia cō-
 haberent sub specie voluptatis. Colunt illi quidem &
 temnenda.*

in pretio habent peritiam obsonatricem, tu verò ieu-
 niis & vilibus esculentis supera omnem eorū copiam.

Scriptum est enim, quād anima saturata fauum calca-

Prou. 27. bit. *c* Ne te ingurgites cibo, nec concupiscas vinum. *7.*

96 Trias sunt precipua capita aduersarij, vnde omnis *Voluptas,*
 prauitas oritur, & vnum aliud sequitur, sicut annuli *trifitia,*
 in catenâ. Voluptatem quidem aliqualiter temperare *concupisces-*
 possumus, cōcupiscentiam verò impossibile: *voluptas tia.*
 enim corpore adimpletur, concupiscentia verò ab
 animo incipit, dolor ab utroque. Ne permittas igitur
 concupiscentiam in actum exire; & alia facilè profligabis. Si permiseris ut primum prouergat præponde-
 retque *d* vices daturum secundo, in orbem se mutuò
 agent tursum deorsum agitata, vt anima nullo suffla-
 mine se ipsam lūstere queat, iuxta id quod scriptum est: Eccli. 25.
 Ne des exitum aquæ tuae. *34.*

97 Non omnia omnibus quadrant. *e* Quæque sibi *e*
 perfuadeat proprio sensu, multis enim expedit in cœ-
 nobio viuere, hoc est, communi solitudine cum aliis, *Varia va-
 rias conve-
 niunt.*

multis etiam expedit seorsim recedere. Sicut enim plâ-
 tarum aliæ vberiùs crescent humidiore solo, aliæ fir-
 miùs in sicciori, ita & hominum alijs feliciùs degunt
 in subliminibus locis, alijs in humilibus: ita vt multi in
 ciuitatibus seruentur, qui cogitatione solūm attigerūt
 eremū, & multi contrā in montibus & eremis pereant.
 Fieri potest vt qui versatur in magnâ frequentiâ homi-
 num, sit solitarius animo, & contrā qui in solitudine
 dedit, turbas sentiat in animo.

98 Multa sunt tela diaboli cōtra nos. *f* Non potuit *f*
 flectere nos egestate: diuitias adducet in escam. Non
 potuit prævalere per conuicia & improperia: laudes
 obiicit & gloriam. Per sanitatem frustra adorrus est
 valerudinem tentabit. Nam cūm non poterat decipe- *Multatela*
 re nos voluptatibus, operam dat vt nos ipsæ nos sub- *diaboli cō-*
 uertamus propriis laboribus. Nam grauissimas infir- *trans.*
 mitates, velut poscentibus inferet dedita operâ, vt pro-
 pter illa segniores reddamur, & caritatem erga Deum
 conturbemus. Sed si corpus cruciatur, & ardentissimis *Consolatio*
 febribus inflammatur, atque etiam intolerabili siti *afflictionis.*
 vexatur, si ista quidem pateris peccator existens, recor-
 dare pœnarum alterius sæculi, & ignis æterni, & iudi-
 ciorum inferni; tunc non monstrabis negligentiam
 circa præsentia: latare, quia Dominus visitauit te, &
 semper in ore habe fausta illa verba Psalmistæ: Casti- *Psal. 117.*
 gans castigauit me Dominus, & morti peccati non tra- *18.*
 didit me. Ferrū enim es, & in igne expurgaris à ferrugi-
 ne. si verò laboras morbo iustus existes, tunc à magnis
 progrederis ad maiora: autum es, per ignē expurgationes. Datus *2. Cor. 12.*
 est angelus satanæ carni tuæ qui te colla-
 phizet. Exulta, videns cui factus es similis. Pauli enim *7.*
 honore dignatus es. *g* Per ardores probatis, per rigores &
 eruditis. Sed & scriptura dicit: Transiūmus per ignem *Psal. 65.*
 & aquam. Refrigerium paratum est. Iam habes pri- *12.*
 mum, præstolare secundum. Dum vita suppetit, sem-
 per in ore habe verba illa Prophetæ: Tamquām pau- *Psal. 68.*
 per & inops & dolens sum ego. Perfectus eris ternario; *30.*
 etenim & scriptum est: In tribulatione dilatasti mihi. *Psal. 4. 2.*
 In his palæstris exerceamus animas nostras: aduersa-
 rum præ oculis habemus.

99 *h* Ne

b 99 *b* Ne tristemur quod propter debilitatem & plagam corporis non sufficimus stando ad orandum, aut voce ad psallendum: omnia ista facta sunt ad extirpationem cupiditatis. Nam ieiunia & humisteria instituta sunt propter foedissimas voluptates carnis; quas si morbus praescidit, superuacui erunt labores spontanei. Sed quid superuacuos dico? deterrima quidem symptomata concupiscentiae obdormiscunt, fateor, morbo, ceu medicamento magno & robustiori nepenthe. Sed haec est magna ascens nobis, morbos patienter tolerare, hymnos effundere Deo optimo maximo, cum gratiarum actione. Oculis orbata sumus? ne feramus aegre: nam organa amissimus; insatiable cupiditatis; sed oculis internis animi inspiciamus tamquam in speculo gloriam Dei. Surda facta sumus? gratias agamus, quod tam vanum auditu penitus amissimus. Manibus mancae sumus? sed manus internas animae expeditas teneamus ad praelium cum interne cino aduersario diabolo. Infirmitas totum corpus occupauit a capite ad calcem? sed eod magis vigeat sanitas interioris hominis.

i 100 *i* Cum vivitur in cenobio, hoc est, communis Obedientia solitudine vitae, praferamus obedientiam ascensi: nam utilitatem.

m *m* De ascensi bona & virtutis. promittit: me est enim quædam ascensis intenta a diabolo, & quam discipuli eius sequuntur. Quomodo igitur distinguemus diuinam & regiam ascensem, a tyrannicâ & demoniacâ? ex moderatione scilicet. Tota vita tua quantaquanta est, vñā æquali & vñiformi rubricâ ieiunij protrahenda: non est ieiunandum ad quartum quintumve Solem, & inde farciendum nimia ingluuio corpus usque ad resolutionem vitium; sicut enim faciendo bene mereberis de aduersario. Arma nostra sunt corpus, & miles est anima: utriusque gere curam, in suis quodque usus. Iuuenis & sanus ieiuniis vaca: sene & nus cum debilitate præforibus sunt. Cum vires ferunt, reconde viaticum: vt cum vires non suppetunt, habeas quo utaris. Ieiuna cum ratione & diligentia: caue ne stellio velificationi se immisceat: hoc enimi puto Dominum insinuasse cum dixit: Estote nummulari experti, hoc est diligenter dignoscite regium numismata. sunt enim & alia numismata peregrina, in quibus licet natura auri sit eadem, differunt tamen charactere: aurum quidem sunt ieiunia, continentia, & eleemosyna. Sed & Graeci, hoc est Gentiles, etiam edidere imagines suas tyrannicas, atque etiæ hæretici cristas erigunt, & multum præsumunt sibi in istis. Oportet igitur diligenter intueri numismata istorum, & vitare cum illos tum numismata eorum peregrina. Vide ne cum incideris in eos sine experientia, damnum accipias, confidenter sumas in manibus crucem Domini cælatam virtutibus, nimirum fide rectâ cum bonis operibus.

e 101 *e* Voluntaria fiducia. Oportet nos cum prudentia gubernare res animæ. Cum in cenobio sumus & communi vitâ, non oportet sua querere, neque propriis sensibus vigere; sed morem gerere communis parenti quæ est secundum extra limites mundi, unde eis facta sumus, ne quæso redamus: ibi gloriam habebamus, hic ignominiam; ibi lauitas, hic famam. *p* In mundo si quis quæpiam cõmisiterit, nolens volens in carcerem conicitur; nos propter peccata nostra sponte contineamus nosmetiphas in custodiâ carceris, vt per id quod voluntariè facimus, euitemus supplicium futuræ vitæ.

q 102 *q* Personarum in bonis. Cœpisti ieiunare? Ne prætexas postea valitudinem: nam quæ non ieiunant, eisdem malis etiam conflictantur. Cœpisti bona facere? Noli reflectere pedem interrumpente te aduersario: nam perseuerantia tuâ ille eneruatur. Et qui incipiunt nauigare, in principio quidem cum vento secundo vtuntur, tum velis ministrant & aplastria pandunt: inguit deinde ventus contrarius, & omnia aduersa; sed nauæ non propter turbinem istum tum deserunt nauem, s' quiete se

gerunt, aut etiam certant cum vndis, & velificatio- *Auct. S.*
nem quæ datur persequuntur. Eodem modo & nos *ATRA-*
oportet facere ingruente spiritu diabolico: crucem *NASIO.*
pro velo pandentes intrepidè cursum prosequamur.

a Habetur & in vitis PP. lib. 5. libel. 7. nu. 15. & apud Pontan-

num nu. 2.

b Habetur lib. 5. de vitis PP. libel. 4. nu. 43.

c Pontanus nu. 3. Ne paneti usque ad saturitatem comedas.

d Iac. Pontanus nu. 4. ubi eadem habet, hoc ita reddit: cum se-

cundo confusum.

e Pontian. n. 5. Vnumquodque ab unoquoque circumspicia-

tur, ac certò quantum valcat cognoscatur.

f Ibid. libel. 7. n. 16.

g Clarius in viti. PP. Si febribus, si rigore frigoris castigaris.

h Habetur ibidem nu. 17.

i In vita PP. extollentia.

k In vita. PP. sed nostro interiori homini sanitas crescit.

l In vita. PP. lib. 5. libel. 14. nu. 9. ubi pro ascensi, continentia

dicitur præferenda obedientia.

m Idem habet Pontanus brevius. *Ait* aliter in vita PP. libel. 101

n. 72. Est enim ex immisso diaboli extensa dura abstinentia; nam & sequaces eius faciunt hoc. Quâdo ergo discernimus diuinam & regalem abstinentiam a tyrannicâ atque diabolicâ? Manifestum est, quia mediocri tempore conuersationis tuae regula ieiunij fit tibi. Non subito quatuor aut quinque dies continuos ieiunas, & iterum multitudine ciborum soluis virtutem hoc enim latificat diabolum. Semper enim quod sine mensurâ est, corruptibile est. Noli ergo subito arma tua expendere, ne nudus inuentus in bello facile capiaris; arma vero nostra corpus nostrum est, anima vero nostra miles est. Ut risque ergo diligenter præsta, vt paratus sis ad id quod necesse est.

n Viatur hoc sumptum ex eo loco, ubi Christus ait: cuius est

haec imago?

o Idem habet lib. 5. de vitis PP. libel. 4. n. 10.

p Ibidem libel. 7. n. 18. idem refertur & à Pontano n. 7.

q Minus aptè hac effiri à Pontano videtur: Ieiunas? ne morbum similes: nam qui non ieiunant, eadem solent fingere.

r Pontanus idem habet nu. 9.

s Clarius in vita PP. sed paullulum sustinentes aut pugnantes aduersus procellam, iterum rectum cursum inueniunt. Pontanus: sed ubi paullulum quieuerunt, aut etiam contra aduersantes procellam nientes, navigationem continuant.

C A P V T X I V.

Tribus annis & dimidio heclicâ laborat, suas interim instruit.

103 *H*æc erant grauissimæ & omni virtutum lau- *Synclericâ*
potius actions erant & exempla, quæ verba. Et mul- *præclarâ*
ta alia plurimæ & magna gesta sunt ab eâ, ex quibus *opera*
audientes & videntes vilitatem capiebant. Tot enim
bona ab eâ gesta sunt, & tanta multitudo bonorum ex
eâ pullulavit, vt humana lingua narrando sufficere
nequeat.

104 Sed malè animatus aduersarius & boni odio *Ægritudo.*
semper flagrans, aegre ferens tam numerosum prouen-
tum bonorum, contabescerat, & in se molitur nouas
strophae quibus ortum hunc bonorum interturbaret,
& tandem in pereemptoriū præliū depositū genero-
fissimam hanc virginē Synclericam; quam usque adeo
odiis exercuit, vt ab exteriori parte corporis noluerit
plagam ordiri; sed interiora petens, in profundo cor-
poris dolorem diffeminavit, vt ab humanâ curâ peni-
tus deplorat & salutis ab omnibus haberetur.

105 Primù quidem adoritur per necessarium vi- *Tabes in*
tæ membrum pulmonem, & paullatum plagam accen- *pulmone.*
dit lethali bus plagiis. Efficerat enim vt lente & preca-
riò quasi morbus vitam finiret; sed velut carnifex san-
guinolentus feritatem monstrabat multitidine plaga-
rum & morâ temporis. Consumpto enim paullatum
pulmone, & etiam per os excreatu cœcto, torum
quasi viscus amiserat. inde febris interrupta, heclicâ *Febris he-*
dicta. instar lîmæ corporis depascebatur.

106 Octogesimum annum ætatis agebat, cum dia- *Anno etia-*
bolus infixerat ei plagas istas, quales lob; nam & fla- *tus 80.*
gellis eisdem usus est, sed in Synclericâ abbreviavit tē-
pus, grauiores reddens dolores. *a* lob quidem trans-
egetat triginta & quinque annos in plaga; in Synclericâ *a*
verò

Auct. S. verò aduersarius delibatis decimis annorum Iob velut Atha- primitis ad plagas, quibus tam sanctum corpus vir-
nas. Compara- gloriose hoc martyrio & laboribus restitit aduersario.
tio Syncle- tice cum In Iob quidem cœpit ab exterioribus partibus, sed in
Iob. Syncleticâ ab interioribus, idè cum interna membra peteret, longè maiores dolores & molestiores excita-
uit, cuiusmodi vix puto generosissimos alioqui Mar-
cum Mar- tyres perfunctos ac venerabilem hanc virginem Syn-
tyribus. cleticam. Illis enim sanguinariis draco infilgebat per
exteriora: quamuis ensim, quamvis ignem & eiusmo-
di inferret, tamen mitiora iudico tentationibus, qui-
bus Syncleticam aggressus est. Viscera enim velut in
fornace adurebat, ignem accendens lente ab intrinse-
co, & longo tempore ad instar limæ decerpebat flo-
rem corporis, ut verè dixeris hoc quam quod maximè
graue fuisse & inhumatum. Nam cum iudices quibus
suppliciorum tribunalia commissa sunt, exquisitus
delinqüentibus tormenti genus exigitate desiderant,
lento igne eos absumunt; eodem modo & carnifex ad-
uersarius, ab intrinseco accenderat in Syncleticâ fe-
brem inextinguibilem, ut quæ carnem absumeret, &
tormenta die & nocte foueret.

Eius con-
stantia.

Admoni-
tiones ad
Religiofas.

Etiā parua
non negli-
genda.

107 Verù illa generosè plagam ferens, numquàm conciderat animo, sed semper fortiter se armaverat contra aduersarium. Nam illos qui ab illo vulnerati erant, sanabat bonis documentis, & tamquàm è fau-
cibus leonis illæsos extrahebat. Vulneratos enim cura-
bat salutari balsamo Christi: alios verò intactos præ-
seruabat à vulnere: nam dolosos laqueos aduersarij
detegens liberos conseruabat & immunes à peccatis.

108 b Sæpè admonebat admirabilis hæc virgo animas sime Deo cōsacratas numquàm debere feriari & vacare sollicitudine: nam tales aduersarius frequen-
tiū adoritur, quæ cum fruuntur tranquilitate solita-
riâ, immane rugit, & voto cadens angit; sed subdu-
cto pede paullulum & recolligens se, obseruat num ali-
quando vel minimum nictare cōperint, & ex impro-
viso eas aggreditur, & supplantare conatur per id ipsum, per quod putat eas assiduitatē illam meditandi, & nu- quām concessum iustitium sollicitudinis ha-
bituras. Quemadmodum autem impossibile est insi-
gniter sceleratos non micam aliquam boni habere; sic
d & contrā se res habet in bonis. d Sæpè enim qui est omni turpitudinis labo circumdatuſ, misericors tamen
e & compatiens est: sic & in bonis regnat sæpè tempe-
rantia, abstinentia, laboriosa ascensio; videbis tamē eos subpatcos, & alienæ prodigulos fama aliquando.

109 Non oportet igitur nos contempnere parua, ac si non possent nobis damnū inferre: gutta enim cauat lapidem tempore. f Maxima igitur bona in homini-
bus concessa sunt ex diuinâ gratiâ, sed quæ parua vi-
dentur mala, datum est proficere ea per semetipsos. unde qui resistit maioribus per gratiam, sed contem-
nit parua, insigniter lædetur. Nam Dominus velut ge-
nuinus pater, tendentibus modò filiolis ad ambulan-
dum manum porrigit, & omnino nos liberat à quo-
cumque periculo magno, sed ad parua permittit no-
bis à nobis metipis moueri, ac si pedibus monstrasset libertum arbitriū: nam qui facile capitur in paruis, quomodò poterit cauere magna?

a Neminem legi qui tam diuturnâ calamitate exercitum Iobum scribat. Quidam annuo spatio omnes eius plagas circumscrubunt, ve-
ridere est apud Iacobum Salianum nostrum anno mundi 2398. nu-
18. Et seqq. alij ad tres annos & dimidium extendunt; alij denique, ut ipse Salianus, ad septennium.

b Pontanus num. 10.

c Alter Pontanus: Ac per quæ securum se quispiam arbitra-
tur, per ea ipsa illum euerit ac prosternit.

d Additur in Pontano: Pugnantum quippe inter se bono-
rum & malorum pars quedam in partibus aduersariis est.

e Pontanus: & cum bonis habet commercium.

f Locus hic causè intelligendus inxi ea quæ nunc ab Ecclesiâ
determinata sunt de rebus gratia & liberi arbitrij.

C A P V T X V.

Vocis vsu priuatur. acerba patitur. piè moritur.

110 SED cum malignus aduersarius cerneret illam Tabes or-
bita animatam & corroboratam contra ipsum, gansum vo-
zgrè ferebat: & cum videret sublatam tyrannidem, ex-
cogitat alium modum malitie; vocalia membra ferit, * Id est ex-
* propheticam vocem virginis præcluderet: sic ternā, siue
enim videbatur, ut per hoc aliæ virgines, quæ ad illam corporis,
accedebant, diuinis sermonibus excluderetur. Verù quæ felicet
quamvis auditum priuauit fructu isto, cessit tamen lu-
crum ei maioti copiâ: nam cum visu intuerentur mar-
tyrium Virginis, magis confirmabantur animo. Vul-
nera enim in corpore illius vulneratas animas eārum
sanabant. Erat videlicet simul medicinam præseruatiuam
& curatiuam in eis quæ intuebantur magnanimitatem
& toleratiuam Syncletice.

111 Hanc autem occasionem dederat aduersarius Totius
malο: in principio molaris malè eam habere; inde morbi origo
gingiuæ subito putredinem contrahere, & os quidem & progres-
sus.

excideat, laies in totam maxillam serpere, ut lichen in
subiectas partes circumrepetat: & ipatio quadraginta
dierum os carie & eridine exoculatum, & bimeltri
penitus exsuum esset: tum omnia circum putredine
nigricantia, caro gangrenâ, ossa sphacelo paullatimi
per se ipsa labem contrahentia absumebantur: exinde
putredo: graueolentia totum corpus occupauerat, ut
ministrantes dixeris plus ipsa passas esse, ideoque cum
non possent tam horrendam mephitin tolerare, ut
plurimum recedebant, & appetente necessitate, ac- Ingens fa-
cilius prius in copiâ suffitibus fragrantibus, ingredie- tor.
bantur, & subinde egrediebantur, propter horribilem
& cadaverosum odorem. Beata tamen semper intue-
batur aduersarium exporrectâ fronte. Nec umquam
passa est viriles manus sibi admoueri, monstrans in hoc
genuinam fortitudinem animi, ut neque roganibus
licet quæ ed conuererant, ut ipsarum causâ id fieret,
umquam induci potuerit, ut parietes vnguentis faltem
vnguentur. Gloriosum enim ducebat externum ho-
minem vinci in societate tam gloriosi martyrij cum
illis. Verù cum virgines medicum quemdam accep-
tissent ut videret num spem aliquam salutis promittere
posset, nullo modo permittebat, sic dicens illis: Quid
me impeditis à palmâ tam boni certaminis? Quid
versaris putamina, & nucleum non cognoscitis? quid
satagit quod factum est, & non respicitis ad eum qui
id fecit? Tum medicus qui aderat, Non est, inquit, no-
bis in animo adhibere medicamentum ullum sanandi
pallandiū causâ; sed solū vt pro more partes iam
corruptæ & mortuæ sepeliantur, ne & ipsæ quæ hic
præsentes sunt tecum corrumpantur. Nam quod mor- Remedium
tuis applicant, hoc & nos nunc facimus, aloë ecce contrafa-
cum myrrâ & myrto in vino macerata applico. Tum torem.
illa potius mota commiseratione comitum, permisit
sibi applicari medicamentum, & paullulum mitigata
est vehementia graueolentiae.

112 Quis verò non perhorresceret qui immanita-
tem plagæ intueretur? Quis non perciperet vtilitatem
qui patientiam Beatæ videret? Quis non ædificaretur
qui casu aduersarij cerneret? Ibi inflixerat plagam
vbi erat salutaris & suauissimus fons eloquitorum, &
immanitas feritatis aduersarij, omnem spem mitigationis
excluserat. Nam sicut fera sanguinolenta abige-
re studebat omnia ministrantium & frequentantium
officia, ut oblatam prædam solus discerperet. Sed vul-
pes, quæ prædam captabat, ipsa facta est præda. Allelus
enim velut escâ ab infirmitate corporis, & videns se
agere cum muliere, parui faciebat eam. Non cognoue-
rat autem virilem animum virginis: considerabat fo-
lium morbida membra, cæcutiebat enim cum non po-
terat

Tres menses in hoc confidit. Tres terat intueri tam generosum animum virginis. Tres igitur menses in martyrio consumpsit, & diuinâ plane virtute totum corpus sustentabat: alimenta enim subtrahebantur quæ ad conseruationem faciebant: atrophia iam aderat: quomodo enim poterat alimento indulgere in tantâ putredine & fætore! somno etiam destituebatur ob dolores.

113 Et cum terminus vitæ, & palma victoriae in vicino micarent, vidit in visione custodiam Angelorum.

rum, & virgines invitantes ad ascensum, & splendorem Auct. S. lucis ineffabilis, & regionem Paradisi: & post visio- ATHA- nem quasi recoligens se ipsam in se, haec ultima quæ NASIO. aderant virginibus in mandatis elocuta, ut generose se gererent, nec in præsens umquam segnescerent: Post triduum, inquit, & ego exuam corpus istud. nec solum Mortis dæ hoc, sed & horam secessus etiam prædixerat: quâ qui- & horam dem appetente ad Dominum profecta, regnum cælo- prædicit. rum in præmium certaminum accipit.

DE S. TATIANA.

V.IANVARY. **M**ENÆA: S. Tatiana in pace quiescit. Aliam xxx. RII. *M*ianuary habet Tatianam martyrem. Huius id solum celebratur ab auctore decus, ieunius fuisse deditam.

DE S. RUSTICIANO
EPISCOPO BRIXIENS.

V.IANVARY.
RII.
S. Rustici-
ciani me-
moria in
martyrolo.



ALESINIVS v. Januarij: Brixiae S. Rusticiani Episcopi. Is B. Honorio eiusdem urbis Episcopo cum successerit, pietatis Christianæ officiis populum Brixensem religione instruxit: omniisque Episcopali virtute & sanctitate florentissimus, quieuit in Domino. Ferrarius in generali Sanctorū: Brixiae S. Rusticiani Episcopi. Fuis in Catalogo Sanctorum Italiae. Rusticianus Episcopus Brixiensis, vigesimo primo loco succedit S. Ecclesiam Brixensem administravit: post S. Honoriū ad munus Episcopale evocatus. Hic omni Episcopali virtute & sanctitate florens, populum Brixensem non tam verbo quam vita probitate & exemplo eruditus,

ac post aliquot annos sancto fine quieuit in Domino: illique S. Dominator suscepit. Corpus in ecclesiâ Corpus in S. Zenonis Parochiali conditum requiescit. Cætera ecclesiâ S. ignorantur, ita ut neque parria ipsius, neque tempus, Zenonis. quo Ecclesiæ Brixensi præfuerit, sciri potuerint. Hæc ibi: in generali Catalogo tradit sub Constantio Ariano pro fide exulasse.

Meminit quoque Rusticiani Ascanius Martinengus discurs. i. de Nobilitate Ecclesie Brixensis. Sed cum S. Philastrius & S. Gaudentius S. Ambrosij aetate vixerint, qui potuit Rusticianus longè iis iunior, à Constantio Augusto proscriptus. De S. Philastrius agemus xviii. Iulij, de S. Gaudentio xxv. Octobris, de S. Honorio xxiv. Aprilis, de S. Zenone XII. Aprilis.

DE S. TALIDA, SIVE AMATA,
ABBATISSA ANTINOÏ IN THEBAIDE.

S E C U L O I
V.
V. IANVARY.
S. Talida
nomen in
Martyro-
logio.



M M A Talida sive Amata Virginis nomen Vuardi Martyrologio adscriptum à Carthus. Colonienſ. Martyrologio quoque Germanico, Ms. Florario, Catalogo Ferrarij. De eâ hac referuntur cap. 48. Paradisi Heraclidi in Appendice ad Vitas Patrū: Sunt in Antinoëni ciuitate duodecim monasteria Virginum seminarum perfectâ conuersatione viuentium; in quibus Amatam quamdam nomine, ancillam Christi senem vidi, octoginta iam in monasterio suo annos habentem, sicuti vicinæ ipsius & ipsa referebant. Cum quâ sexaginta numero mulieres habitantes, atque in abstinentia puritate per eius doctrinam viuentes, in tantum eandem omnes diligebant, ut ne clauem quidem vestibulo monasterij ad similitudinem ceterarum necesse esset infigi. Sola enim illic omnes eas immensa dilectio anus ipsius doctrinaque retinebat, ad in cor-

ruptionis gloriæ corpora eatum mentesque conseruas.

2 Hæc ipsa, quam dixi, senex vsque adeò puræ men- Fiducia- tis & corporis erat à cogitatione & passione peccati, castitatis, vt cum ad ipsam ingressus fuisset, atque sedissem, iuxta misericordia, me indifferenter federet, manus etiam suas supra non temere humeros meos poneret, stupenda que illic erat in Chri- imitando, sto immensæ fiducia castitatis.

3 De eadem agit Palladius in Lausiacâ sive lib. 8. Vitarum PP. cap. 8. appellatq; Ammam Talidam. Amma appellatum est, ac matrē spiritualē significat: Talida eius proprium est nomen. Meminit eius & Vincentius in Speculo lib. 17. cap. 92. & sanctam Virginem Amatam vocat; vti & in suo San- etorū Indice ἀνενδότῳ, Raderus noster. Guilielmus Gazaeus in Kalendario Sanctorum, quod Cimeliarchio adiunxit, eam xi. Marij refert, ait q; austera vitam egisse, mortuam absq; vlo sensu doloris, itaq; se se composuisse vti sepeliri debebat. Quæ vnde accepit, haud scio.

DE S. APOLLINARE SYNCLETICA,
QVÆ DOROTHEVS DICTA.

INITIO SECVL V. **H**ANC quoque, ut superiore Syncliticam, Graci IV. Ianuar. Latini v. celebrant. Martyrologium Romanum: Eodem die S. Apollinaris Virginis. Molanus: Tom. I.

Item, ut notat Metaphrastes, B. Apollinaris virginis. S. Apollini Menæa vero IV. Ianuarij: Eodem die S. Apollinariae Syncleticae, seu Patriciae. Tum vitam eius pluribus narrant, quam, in Martyrologio, quidam

Y 3 quidam

A V C T O R E quod cum Metaphraſte reomnino conſentiat, exteſq; in Viridare & SYN-rio Matthei Raderi noſtri, hic omittimus. Sed ex eiusdem RADERI doctifimus obſeruationibus quædā hic adſcribere eſt viſum.
Vnde Syn-clerica di-
ca. 2 Syncletica, inquit, fortaffe ab Anthemij patris dignitate, Senatoria & Patricia dicta eſt. Quamquām hoc nomīne aliaſ ſacræ virgines legantur. Variant autem ſcriptorum ſententia de hoc Anthemio, quem Metaphraſtes Imperatorē Occidentis à Leone Magno creatum affirmat. Alij maiorem Anthemium Anthemij Imperatoris auum exiſtiant, qui tamen Consularis Praefectus virbi, & pro Imperatore fuit, cùm defuncto Arcadio, pro Theodosio iunore pupillo, magnâ cum fide & laude Imperium adminiſtrauit. Conſulatum gemitum cum Silicone 11. Coſ. anno Christi CD. V. cuius laudes & Acta recitat ex D. Chryſtoſto-
mo & Theodoreto Baronius ad an. 405. nu. 1. 2. 3. qui illum Anthemij Imperatoris auum nominat. Sidonius Apollinaris hunc Anthemium in Panegyrico Anthemij Imperatoris, ſocerum Procopij patris, hoc carmine laudat, v. 94.

Huic ſocer Anthemius Praefectus, Consul & idem, Iudiciis populos, atque annum nomine texit. Foitergo Philippi Prefecti Constantinopolitani illius, qui a S. Paulum Patriarcham Constantinopolitanum interfecit, nepos, Procopij ſocer, Anthemij Imperatoris auus maternus, vir inſigni pietate, æQUITATE, ino-
diftiā, dignus omnino tali filiā pater, & tali patre filia, indignus tam immanni auo, de quo Socrates Eccleſ. hiſt. lib. 7. cap. 1. Theodoreetus hiſtor. Patrum lib. 9. cap. 8. D. Chryſtoſtomus epift. Cuculo miſſis, ep. 147. Niceph. lib. 14. cap. 1. Tripart. hiſtoria lib. 11. cap. 1. Fuit & Praefectus Praetorio, vt ex Constitut. Arcadij, b 7. April. Honorij, Theodoreti coſtat. Extare eius cum b Aphraate sanctissimo Anachoretā, cùm ex Perſicā legatione rediret, colloquium.

Licuit A- 3 Dorothei nomen ſibi adſciuit Apollinaris, ſac-
pollinari Monachorum cultu latendi cauſā ſumpto. Quam-
virile ha- quām enim ſacræ litteræ, & litterarum ſacrarum inter-
bitum ſu- pretes, Tertullianus, Cyprianus, & alij hos fecuti, rem
mare. Deo inuifam & abominandam tradunt, ſi vir femi-
nam, aut femina virum ſimuler, exponunt tamen le-
gem ſacri & politici Scriptores, licere pio certoque
fine nonnumquām veſtem & nomina permuteare, cùm
id periculum innoxia vita vel pudoris, vel etiam ho-
nesta piaque cauſā permittunt, velexigunt. Quod vi-
que adeò certum eſt, vt multæ cùm virgines, tum ma-
tronæ mitis claię factis & operibus in Diuoū censum
venerint, quales memorantur, Eugenia, quaſe ſe Euge-
niū dixit, cuius laudes omnia Martyrologia cum
Alcimo Auiro, Fortunato, Altelmo, Metaphraſte pre-
dicta, v. 35. Decembrib; Euphrofyna Smagdus non
vano nomine appellata, xi. Februarij. Pelagia ſeu Pe-
lagius, viii. Octobris; Theodora Alexandrina, xxviii. Aprilis; Antonina, 11. Maij; Athanasia; Susanna, xv. Decembrib; Marina, xvi. Iunij; Anastasia Patricia, x. Martij; Anna matrona, xx. x. Octobris; Anonyma quoque illa à Sophronio in Prato spirituali laudata cap. 170. & Glaphyra virgo Constantiae Augustæ Cō-
stantini Magni ſororis, Licinij coniugis pedifequa, xxi. Iunij; Baron. Annal. 3. an. Christi 316. nu. 14. Iachelina virgo illuſtris, & ſoror Comitis Apulie. Speculum magnum Exemplorum, p. 326. Euphemiana, dicta Euphemianus, Menæa xxix. Octob. Haſtenus Raderus: ſed ſefellit eum memoria, dum Annam matronam & Euphemianam diuerſas censuit. Anna enim matrona Conſtantinopolitana, eunuchum ſe habitu ferens, inter monachos verſata eſt, dicta q; Euphemianus: Euphemiana nuſquam nomen lego. Quod de Iachelinā, ſue Iakelinā, aut Iachelinā refert, id in veteri Speculo Exempl. extat diſt. 5. Exempl. 6; in Speculo Ioannis Maioris noſtri verbo Virgo. Exempl. 4. ex Cantiprato lib. 2. cap. 29. §. 38.

Alia Syn- 4 Aliam Syncleticam virginem, huius ferè aqualem,
clericarum celebrauit Cœlius Sedulus Preſbyter in epiftola ad Macedonium,

que eſt Praefatio Paſchalis carminis, quam & ſummis extollit laudibus cum Perpetuā ſorore coniugatā. Quis non optet, inquit, & ambiat eximio Syncletices ſacræ virginis & & ministræ Chriſti placere iudicio, quaſe ſuperbi ſanguinis nobilitatem ſic humilitate prouexit ad gloriam, vt in cœleſtis patriæ Senatu fieri mereatur b Allela! b Verè dignum, in quo habitat Domini templum, ie- iuniis caſtigatum, orationibus refertum, puritate mu- diſſimum! Scripturas etiam Ecclesiastici dogmatiſ ita ſitiens eportauit, vt, niſi ſexus licentia defuſillet, & poſſet c & docere, d licet & in membris ſeminei corporis ani- mus ſit virilis. De quotidiane verò misericordia diſpe- ſatione reticeo, quam ſic exercet vt fileat; ſic largitur vt lateat. Indicat tamen eius pauper habitus, vbi census proficia diues. Et vt magnitudo tantæ prudentiæ e geminā reſplendens lampade, plus luceret, habet & germanam nomine meritoque Perperuam, annis im- Syncletica parem, factis aequali, & uo teneram, probitate gran- foror Per- daueram: quaſe dum nominiſ ſui dignitate paſcitur, ſic petua. viuit, vt nequeat amittere quod voceatur. Illuſtris ma- ritali potentia, illuſtrior religione diuinâ; proximam virginitati coniuer palmam in coniugij fœdere per- manens pudica. Cetera præter conſpicuos (vtpote nuptiæ conuenientes) ornatus, quaſe de forore diximus, in huius quoque morib; inuenimus. Haſtenus Sedulus. De noſtrâ autem Apollinare Syncleticâ miror in vītis PP. nul- lam fieri mentionem. Si Macarius, in cuius illa cœnobio habi- tauit, Alexandrinus ille eſt, cuius vitam 11. Ianuarij dedimus, (vti omnino probabile ſit) facilè coniuci potest, non diu poſt an- num Chriſti c. d. fuſſe ſuperſitem Apollinarem.

a ms. Blandin. Sincliticis: edita Syndeticis.

b Ita ms. & reſt. At Scottus noſter neſcio ex quo codice legebat

Athleta, mendos.

c Scott. potuiffet.

d Scott. & Roſeveyd. quaſe.

e A ms. meo ab eſt geminā lampade.

V I T A

S. A P O L L I N A R I S

S Y N C L E T I C A E

A V C T O R E S Y N C H R O N O

A P V D M E T A P H R A S T E N.

C A P V T I .

S. Apollinaris proficiſcitur Hieroſyam & Alexandriam pietatis cauſā.

I M P E R A N T E inprimis pio Imperatore Anthē- 4 mio, Imperatoris filio, qui habuit duas filias: ex S. Apoli- quibus vna habebat ſpiritum immūdum, altera autem naris re- ab ineunte ætate vacabat ecclesiis, martyriis, & oratio- cuſas mu- nibus. Erat verò eius nomen Apollinaris. Cūm ea au- tem eſſet ætatis legitimæ, quærebant eius parentes eam marito coniungere; ea verò nolebat. Dicit verò quo- dam die ſuis parentibus: Cupio ire in monaſterium. Ei autem dicunt parentes: Volumus te marito coniunge- re. Ea verò dicit eis: Nolo coniungi marito, ſed ſpero fore, vt quomodo Deus ſanctas ſuas virgines cuſtas impollutas, me quoque in ſuo timore cuſtas impollutas. Nouum autem & admirabile videbatur parentibus, quod, cūm eſſet id ætatis, talia diceret, Deum deſiderans. Rurſus eos rogarat, vt vnam adduceret mo- nacham, vt eam doceret psalterium & legere.

2 Imperator autem non paruā affeſtus eſt moleſtiā, Littera in- quod eam vellet iungere matrimonio. Cūm ea autem ſituitur, perſisteret, & arrhas nolle accipere, ei dicunt eius pa- rentes: Quid viſ filia? Ea verò dicit eis: Rogo vos, vt me ad Deum adducatis, vt mea virginitatis mercedem accipiat. Illi autem cūm vidiffent eius mentem eſſe adeò firmam & immobilem, & à Deo adeò fuſſe ama- tam,

C A P V T . II.

Habitu monachi fugit in solitudinem.

tam, dicuntem: Speramus, filia, fore ut fiat Dei voluntas. Paucis vero post diebus adduxerunt ad eam monachas, quae eam docuerunt psalterium, & legere Scripturas.

Adit loca
sancta.

b 3 Quodam autem die cum vterque considerent, ea dicit parentibus: Rogo vos, ut me dimittatis in loca sancta, ut orem & adorem sanctam resurrectionem, & crucem venerabilem. Illi vero non habebant propositum dimittendi eam, quoniam eam magis amabant, quam sororem eius, quae vexabatur. Cum autem intercedo aliquo spatio temporis ea eis esset molesta, iussit Imperator, ut ad eam deferrentur pueri & ancillae, & aurum & argentum, & ei dicunt: Accipe filia, & recede: imple votum tuum: Deus enim vult te suam esse seruam: eaque in nauem impositam, his pueris consequentibus, dixerunt ei: Filia, memento nostri in sanctis locis. Ea vero dicit: Quomodo mihi satisfecistis, vos quoque in die malo liberabit Dominus, & parentibus valere iussis, cœpit nauigare.

Orat pro
parentibus.

r 4 Cum autem paucis diebus peruenissent & Ascalonem, paucos dies illic manserunt propter maris stationem. Ipsa vero orans in omnibus ecclesiis & monasteriis, eis quoque exhibebat, quae erant necessaria. Aliquot autem post diebus, cum inuenisset comites, venimus in sanctam ciuitatem. Cumque in quendam locum diuertisset propter nostras sarcinas, puerosque & ancillas, qui vna erat, paullulum requieuiimus. Eis autem dixit B. Apollinaris: Agite, adoremus beatam resurrectionem, & venerandam crucem. Porro autem eis orantibus, ea orabat pro suis parentibus. Cœpitque benefacere iis, qui opus habebant. Ibant vero assidue ad monasteria virginum perennium, & ad eos qui vitam agebant monasticam, & suppeditabant eis quae erant necessaria.

Seruos ma-
numittit.

s 5 Quodam autem die dicit vii ex iis, qui cum ea versabantur: Volo vos, si Deus velit, liberare. Hoc autem auditio, affecti sunt molestia. Illa itaque dixit eis: Ne sitis animo anxi. Si Deus enim quid compungit meam humilitatem, præbebo ad vos alendos. Cumque iij accepissent eius benedictionem, ei ingentes gratias agebant. Cum vero recessissent, abiit cum iis, qui ei remanserant, ad Iordanem: & illuc rursus præbuit iis, qui opus habebant. Cumque illinc profecti essent, rursus veniunt in sanctam ciuitatem.

Alexan-
driabit.

d 6 Elapsis autem aliquot diebus, cum suam compleset orationem, dicit eis, qui vna cum ea erant: Fratres mei, volo vos quoque liberare. Sed nunc emus ad Alexandriam usque, & S. Menam adoremus. Illi vero dixerunt: Ut iubes Domina. Cum descendisset autem Ascalonem, distribuit in viâ iis, qui opus habebant: inuenioque nauigio, quod ibat Alexandriam, eò nauigantur. Audiuit autem is, qui erat Praeses eo tempore, & misit ad eam adorandum. Ea vero non passa est, sed noctu venit in Praetorium, & adorauit Praesidem & eius uxorem. Illi vero ad pedes eius procedunt, dicentes: Quæsumus, Domina, cur sic fecisti? Nos misimus qui venirent ad tuos pedes, & tu Domina nostra venisti ad nostros pedes? Ea vero dicit eis: Vultis mihi rem gratam facere? Dicuntem: Certè Domina. Ea vero dicit eis: Dimittite me, quoniam volo ire oratum ad S. Menam. Illi autem cum præclaris donis eam dimiserunt. Ea vero accipiens, omnia distribuit pauperibus.

Secularem
Præsidem
honora.

a Fuit hic Anthemius, ut iam ex Radero diximus, Anthemius Imperatoris avi, Theodosij junioris in pueritâ moderator.
b Id est, templum resurrectionis Dominicæ.
c Ascalon vbi maritima Palestina, celebris in sacra Scriptura, vicina Egypto.
d Hic est S. Monas sive Mennas, qui in Phrygiâ passus de eo & hoc eius templo xi. Nouemb.

7 CV autem in ciuitate mansisset paucos dies, ibat ubique in monasteria, & assidue eis suppeditabat. In eo autem loco, in quo habebat domum, inuenit vnam vetulam, cui præbuit modicam benedictionem, & dixit ei: Accipe soror, & abi in ecclesiam, & eme mihi vnum lebetonarium monasticum, & similiter humerale, & cucullam, accipe etiam cingulum. **a** Emit ves- Abiens vero vetula, ei huc in re inseruit. Cum ea au- ftes mona- tem attulisset, ei precata est, dicens: Deus te adiuuet, sticas.
b Mamma. Cumque accepisset, occultauit propter pueros. Quando autem voluit egredi ad S. Menam, iis omnibus manumissis, dedit eis id quod erat ad viatum necessarium, & eos dimisit. Illi vero ei bene precati, recesserunt.

8 Cum autem secum accepisset eunuchum vnum, & vnum senem, naui venit in Lemnam. Cumque peruenissent ad aedes Philoxeni, didicit is qui erat illic **c** Paragonarius, venitque cum magno apparatu, dicitque ei procidens: Domina mea, vbi iubes me manere donec ascenderis, & tuam feceris orationem? Ipsa vero **d** Recusans eum rogauit cum sacramento, ut nihil ad se afferretur. quidquam gratias acti- Dicit autem ei: Fac officium caritatis. Affer ad me qua- pere.
tuor animalia, ut ascendens adorem S. Menam. Ille autem die sequenti adduxit animalia. Ea vero dixit: Crede, Domine, eis non insidebo, nisi eorum mercede dederero. Cum dedisset plusquam dari consuefasset, valedixit Oeconomus. Ipse autem recessit, acceptâ ab eâ benedictione.

9 Cum ea autem ascendisset, fecit ut agaso etiam **e** Adorat se alterum animal ascenderet. Cumque peruenissent ad pulchrum S. Menam, eius venerabile monumentum adorauerunt. **f** S. Menam. Audit autem Oeconomus, & venit in clero ad eam adorandam. Illa vero ex eo affecta est molestia. Nolebat enim cognosci. Oeconomus autem eam rogabat, dicens: Domina, iube in domo meâ. Ea vero dicit ei: Ego volo vnum diem manere in ecclesia, donec me Deus dimiserit eô, quod sum abirura; misitque ad eam Sancti benedictionem. Distribuit autem iis, qui opus habebant. Post tres verò dies dicit Oeonomo: Fun gere officio caritatis. Præbe mihi vnam lecticam, ut abeam & adorem Patres & Scetis. Is autem accersito uno lecticario, dixit ei: In nomine Dei affer ad me lecticam. Ille vero dixit: Iussisti. Beata autem adducit ad se puerum, qui ei remanserat, & benedictione ei datâ, eum quoque dimisit, dicens: Ora pro me.

10 Cum sequenti autem die venisset lecticarius, misit donec fuit vespera. Cumque valedixisset Oeonomo & puer, ascendit in lecticulam, habens intus vestes monachicas, & fecit ut ponere ascendenter eunuchus, ante autem lecticarius. Cœpitque Beata orare, **Habitu** cum esset intus, & a Domino Deo petere auxilium. **monachi** Circa medium autem noctem peruenit ad paludem **degit in** prope fontem, qui usque in hodiernum diem dicitur Fons Apollinaris. Cumque lecticæ pelle aperuisset, Dei prouidentia inuenit ambos dormientes. Cumque se vestibus exuisset mundanis, induit se monasticis, dicens: Qui dedisti principium, ut hunc sanctum assequereret habitum, fac me dignam, ut eum ad finem producam congruentem tuæ voluntati, Domine. Cumque se signasset, deiecit se è lecticâ, & ingressa est paludem. Deus autem cum vidisset eius in ipsum caritatem, effecit ut quandiu vixit, ad nutrimentum ei palma sufficerit.

11 Cum autem lecticarius & eunuchus excitati essent, & cognouissent eam non esse in lecticâ, valde sunt admirati. Inuenierunt enim vestes, quas ferebat, in lecticâ. Redeunteque venerunt ad Sanctum, & Oeonomo de eâ retulerunt, eius quoque vestes ei ostendentes.

Aucto-dentes. Stupefactusque, in ciuitatem ingressus est cum
RE SYN-lecticario & eunuco, & exposuerunt Praesidi regi
CHRONO. vniuersam. Praes verò perterritus, scribit epistolam
ad patrem eius Imperatorem, significans ei omnia
consequenter, missis etiam eius vestibus. Acceptâ au-
tem eius epistolâ, & lectâ, fleuit amarè. Cùm verò
renuntia-
tur eius fu-
gaparen-
tibus. vidislet etiam vestes filiæ, magis suis caligauit visceri-
bus, & cœpit flere cum matre eius, & toto Senatu.
Postea autem quieuerunt, Deo agentes gratias. Dixit
verò Imperator: Deus qui eam elegisti, confirma eam
in tuo timore. Cùm omnes ergo rursus fleuissent, qui-
dam ex iis dixerunt Imperatori: Reuerà, Domine, ea
est filia p̄ij Imperatoris, ea est filia tuæ potentiae. Hinc
magis apparuerunt tua bona opera.. Cumq̄ea dixi-
sent, & his plura, omnes pro eâ orabant.

a Lebiton, lebeton, lebetonarium, lebetonarium, lebitio, genus
quoddam erat colubij linei, ut habeat Rosoveydis noster in Onoma-
stico ad Vitas P.P. at Suidas vestem ait monachicam fuisse è pilo com-
positam. Nota hic antiquorum monachorum vestes.

b Hac vox auxiam significat, usurpatum & promatre ac nutrice.
Hic honoris ergo adhibita à virgine.

c Non memini me alibi loci huius mentionem reperire.

d Templici aut monasterij minister aut Oeconomus hoc nomine
alibi appellatur.

e Regio Egypti à monachorum habitatione celebrata.

C A P V T III.

In solitudine, & S. Macarij cœnobio sanctè viuit.

Mira eius 12 **C**VM Beata autem multos annos mansisset in
abstinētia palude, & strenuè decertasset aduersus diabolum, eus sit eius corpus tamquam pellis testudinis. Exe-
sum enim fuerat à culicibus. Ipsa autem consumpta fuerat ab abstinentiâ, & à regulâ, quam seipsum docuerat. Quando verò Dominus Christus voluit eam facere dignam coronâ sanctorum Patrum, fecit ut ea egredieretur è palude. Ignorabatur autem ab omnibus, eam esse feminam, sed putabatur eunuchus. Apparuit verò ei in somnis, qui dicebat: Si quis te interrogauerit, quomodo voceris, dic, Dorotheus. Cùm esset autem manè, occurrit ei S. Macarius, & dicit ei: Benedic Pater. Illi autem, datâ sibi iniucem caritatem, ambu-
* labant in solitudine. Interrogauit verò Dorotheus, di-
cens: Pater, quises? ille autem dixit: Ego sum * Maca-
rius. Is verò dixit: Fungere officio caritatis: sine me
habitare cum fratribus. Præbuit autem ei quoque cel-
lam protinus. Totum ergo diem & noctem intense offerebat Deo supplications. Cœpit autem eam ten-
tare diabolus nocturnis visionibus. Beata verò illa ve-
hementer aduersus eum decertabat, ne declararet se
esse mulierem. Sc autem supra modum exercebat, ne-
que ecclesiam relinquebat, nec regulam, noctu diuque
Deum orans.

13 Quodam aurem die Abbas Macarius venit in
eius cellam, & dicit ei: Fungere officio caritatis, bone
frater: emitte nobis preces. Illa verò dicit: Pater, ego à
te volo benedici. Cumq̄ fecissent preces, federunt.
Eam autem rogauit Abbas Macarius, dicens: Dic mihi
frater, vndenam venis, & quod est tibi nomen? Illa ve-
rò dixit: Vocor Dorotheus, & cùm audiisse de san-
ctis, qui h̄c sunt, Patribus, volui vñā cum eis habitare,
si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex: Quodnam
opus facis? Ea verò dicit: Faciam, si quid me iubes. Is
autem ostendit ei, vt faceret catenam. Deus verò vo-
lens ostendere eius animi fortitudinem, non declara-
uit Abbatì Macario eam esse feminam, sed is tamquam
virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem cu-
rationes Deus per eam peregit.

* Macarius hic non fuit Egyptius, de quo xv. Ianuar. sed videtur
Alexandrinus fuisse, quem ii. Ianuarij diximus in Scete precipue
habitasse, atque ad seculi à Christi nativitate quinti initia per-
venisse.

Claret mi-
raculis.

C A P V T IV.

E sorore suâ demonem pellit.

14 **P**ROCESSV autem temporis dæmon, qui est *Dæmonem*
bonis infestus, aggreditur eius sororem, quæ prodere co-
vexabatur à dæmons: erat autem cum Imperatoribus: *natur.*

cœpitque eam dæmon lacerare, & dicere: Nisi me ac-
cepteritis, & tuleritis in solitudinem, ex eâ non egrediar.
Volebat verò dæmon eius sororem conuincere, quod
esset femina. Deus verò obstruxit dæmonem, ne eâ di-
ceret. Puellam autem valde vrgebat dæmon, vt iret in
solitudinem. Quidam verò ex proceribus consulunt
Imperatori, vt eam mittat. Tunc Imperator dimisit
eam cum magno comitatu ad Patres in solitudinem.
Cumq̄ ij venissent in Scetim; nouit S. Macarius,
propter quamnam causam adsint in illo loco, eisque
progressus obuiam, exceptis eos, & dixit: Quid huc ac-
ceditis, ô filij? Illi verò dixerunt: Noster in primis pius
Imperator Anthemius misit filiam suam, vt per Deum
curetur & preces vestras. Cùm eam autem accepisset
à cubiculario, deduxit eam ad Abbatem Dorotheum;
& dicit ei: Fungere officio caritatis: quoniam eis filia
Imperatoris, & opus haber Patrum precibus & ve-
stris. Ora pro eâ, vt curetur. Hæc est enim mercede tua.

15 Hæc autem cùm audiisset, cœpit flere, & dicere: *Soror eius*
Quisnam ego sum peccator, quod de me talem conce-
pistis opinionem? flexisque genibus dicebat: Conce-
de mihi, Pater, vt mea peccata defleā: nam multa sunt.
Ego enim sum imbecillus, planeque rudis & ignatus
ad hanc rem. Dicit ei Abbas Macarius: An non sunt
etiam alij Patres, qui per Deum signa faciunt? Sed ta-
men hæc remansit merces. Illa verò dicit: Fiat Dei vo-
luntas, & mota pœnitentiâ, eam accepit in cellam, &
nouit eam esse sororem, flensque conqueuit. Eam au-
tem amplexa, dixit: Benè venisti soror, Dei verò opere
fuit os obstratum dæmoni, ne argueret ancillam Dei,
quod esset femina. Cùm autem dæmon eam diu affli-
geret, per preces eum domuit.

C A P V T V.

Impudicitia accusata ad parentes ducitur.

16 **Q**UODAM autem die dæmon cœpit eam affli- *Dæmonem*
gere. Illa verò exurgens, manus suas extendit pellit.
in celum, & flens Deo supplicauit pro suâ sorore. Tunc
clamans dæmon, dixit magnâ voce: O! vi pulsus à te
egredior. Eâque prostrata est egressus. Cùm eam au-
tem accepisset, fert sanam in ecclesiam ad Patrum pe-
des, dicens: Ignoscite mihi, quod inter vos peccarim.
Illi autem datâ pace, vocauit homines Imperatoris,
& eis tradiderunt sanam Imperatoris filiam. Qui ado-
ratis omnibus Patribus, profecti sunt ad Imperatore.
Fuitque magnum gaudium in ciuitate propter filiam
Imperatoris, Deumque glorificauerunt, videntes ma-
gnam pueræ modestiam. Beatus autem Dorotheus se
magis humiliauit, supra modum exercens, fuitque
perfectus signifer.

17 Diabolus autem rursus subit filiam Imperato- *Dæmon*
ris, & facit vt prægnans appareat. Cœpitque Impera- *cam impa-*
tor affici magno dolore, & eam interrogavit, dicens: *dicitia ac-*
Ex quo es prægnans? Ea verò illic nihil aliud respon-
dit, nisi hoc solum: Neicio vndenam hoc mihi accide-
rit. Imperator verò eam magis examinabat. Tunc ei
satanas hanc suggest cogitationem, quod Monachus,
qui eam circumducebat, ipse eam prægnantem reddi-
derit. Tunc magnâ itâ repletus Imperator, misit ad
perdendum eum locum. Cùm autem Principes quam
celerrimè abiissent in Scetim, querunt intelligere ea,
quæ illic fiebant, dicentes: Date nobis Monachum, qui
prægnantem reddidit filiam Imperatoris. Dei verò
sanctus

C A P V T . VI.

A V C T O -
R E S Y N -
C H R O N O .

Sanctus Dorotheus, his verbis auditis, in medium processit, dicens: Ego sum. Afflicti sunt autem sancti Parentes: *Ducitur ad tres, & dixerunt: Nos quoque tecum ibimus. Ea verò parentes: dixit eis: Domini mei, solummodò orate pro me, spacioque in Deo, & in vestris precibus, fore ut citò vos adorem: & abeuntes in ecclesiam, venerunt cum toto conuentu Fratrum, factisque precibus simul egressi sunt, deducentes Abbatem Dorotheum. Sciebat enim Abbas Macarius in illo nil esse mali.*


18 Cumque iij peruenissent ad Imperatorem, procedit ad eius pedes Abbas Dorotheus, dicens: Rogatuam pietatem vt cum silentio audiat de tuā filiā. Eamus seorsum, & ego vobis narrabo omnia. Non est enim ei illatum vitium, nec habet quidquam mali: absit. Postquam autem iuerunt seorsum ipsa & parentes eius, dixit eis: Per Dominum promittite mihi, quod si cognoveritis veritatē, dimittetis me in locū meum. Quod cùm ei promisissent Imperator & eius vxor, dixit eis: Qui post Deum sanam fecit filiam vestram, est mea humilitas per Patrum preces. Illi verò his auditis obstupefacti, mansere muti, & attoniti. Eis autem dixit: Ego vos de hac re faciam certiores, & aperto collo sui colobij, ostendit suas mammillas, & dixit: Pater, ego sum tua filia Apollinaris. Quod cùm audissent eius parentes, obstuperunt, & multæ fusæ sunt in illo die lacrymæ. Adduxerunt autem suam sororem, & dixerunt ei: Nostine hunc? Illa verò respondens, dixit: Revera hic est ille eunuchus, qui post Deum me sanauit, & procidens ad eius pedes, rogauit eum de suo vtero. Qui cùm eam exxisset, & eius vtero manus imposuit, eam sanam reddidit. Cùm hoc autem vidissent, admirati sunt, & Deum glorificauerunt. Dixerunt itaque: Verè hæc est filia nostra Apollinaris. Fuit autem fletus cum gaudio in aula Imperatoris.

Fraudem
demonis
detegit.

D E S I M E O N E S T Y L I T A .

§. I. Simeonis Stylitæ senioris celebre nomen.

A N . C H R . I
C D L X .
V . I A N V A -
R I I .
T r e s S i -
m e o n e s
S t y l i t a .



RE S Simeones Stylitas fæsi Ecclesiastici exhibent. Senior, eiusq; instituti primus parens v. Ianuarij colitur à Latinis, à Gracij 1. Septembri. Fallitur enim Baronius dum scribit eius natale agi xxiv. Maij. Menologium Cardinalis Sirleti temere scutus, in quo cùm de iuniore Simeone eo die agatur, illud non rectè adiicitur, res ab eo gestas à Theodoreto Cyri Episcopo litteris traditas esse: constat enim Theodori etum multò antè vitâ functum esse, quam iunior Simeon nasceretur. Alter igitur Simeon Stylita in monte mirabili, in Martyrologio Romano relatus III. Septembri, colitur à Gracij xxiv. Maij, quo die de illo pluribus agemus. Tertius ab iisdem Gracij celebratur xxvi. Iulij, vocaturq; Presbyter & Archimandrita; idem fortassis, qui à Ioanne Moschou cap. 57. Pratispiritualis, sive libri 10. de Vitis PP. fulmine dictus memoratur.

Hic senior: 2 Seniorem ita celebrat Martyrologium Romanum v. Ianuarij: Antiochiæ S. Simeonis monachi, qui in columnâ stans multos annos vixit, vnde & Stylitæ nomen accepit: cuius vita & conuersatio extitit admirabilis. Eadem serè habent Beda, Hrabanus, Vuardus, Bellinus; & fusi Ado, Notkerus, alioq;. Menologium Græcorum 1. Septembri: Commemoratio S.P.N. Simeonis Stylitæ, qui fuit sub Imperatore Leone Magno, & Martyrio Antiochenæ urbis Pontifice, à prouinciâ Ciliciæ ex

castello Sesan: qui monasticam vitam ingressus in columnam ascendit; in quâ quadraginta septem annos stetit, & multis per eum editis miraculis in pace quietuit. Eadem habent eo die Menæ, & Græcorum Anthologion à Clemente VIII. approbatum. Christophorus Patricius & Proconsul Mitylenæ in epitome Menologij eodem die: Συμεὼν ἀνθρωπεῖος μοι, ἐπερ σύλλογον τὸ γνωστομα. Laudetur à me Simeon, cuius insigne columna.

3 Franciscus Maurolycus in Martyrologio ad v. Ianuarij Maurolyta de eo scribit: Apud Antiochiam S. Simeonis Stylitæ eus corredit admirabilis: nam in puto sicco pluribus annis, in columnâ per annos quadraginta stans super vnu pedem vixit. Defunctum etiam aues defluerunt. Sed fallitur Maurolycus, quod in puto sicco existimat pluribus annis vixisse, ubi pauculus tantum diebus fuit: neque quod innuit, afixu pede uno nixus in columnâ stetit, sed uno solùm anno. Petrus Galafinius: Antiochiæ S. Simeonis Stylitæ monachi, qui in columnam cauam annis quadraginta inclusus, in hebdomadâ cibum semel capiens pane herbarumque radibus & aquæ potu vivit. Quâ admirabili abstinen-
tiâ & sanctitate vitæ, multis etiam miraculis clarus migrauit ad Dominum. Verum unde didicit Galesinus causa columnæ inclusum fuisse? Contrarium patebit ex S. sequenti. Nec semel in hebdomadâ cibum capiebat, nisi in principio vita monastice; sed quadragesimo demum die, vt in Vitâ dicetur.

§. II,

Ex VAS-

RIIS.

§. II. Stylitæ vnde dicti. Quæ columnæ forma.

Origo no-

minus.

PE RÆ pretium est, dum de Stylitis agimus, quæ vocis notio, quæ columnæ forma fuerit, expondere. Prius ita breuiter exequitur Rosvveydus noster in Notatione ad S. Simeonem Stylitam: Dicitur à Grammaticis & σύλογοις & σύνης ab eadem origine ἵσημι, sto. Suidas: Στυλίτης, ὁ ἦπερ κλονῶντα στύλου, Stylita qui columnam infistit. Quis primus apud Romanos super columnam cellulam struxerit, docet nos Asconius in Ciceronis Orationem in Q. Caecilium, quæ Diuinatio in Verrem dicitur: Mænius cùm domum suam venderet Catoni & Flacco Censoribus ut ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, super quam rectum prolikeret ex prouolantibus tabulis, vnde & ipse & posteri eius spectare munus gladiatoriū possent, quod etiam tum in foro dabatur. vnde ab eodem Mænio dicta sunt Mæniana. Festus: Mæniana ædifica à Mænio sunt appellata: is enim primus vltra columnas extendit tignæ, quæ ampliarunt superiora. Glossa: Mænianum, εξωσης. Menianus, καθέτης. Hac Rosvveydus. Eadem ferè habet Raderus Viridarij parte 3. cap. 4. de Stylitis, qui addit: Στήλη erat, propriè cippus sepulchorū tumulis impositus, cum inscriptione. *Mōνgō subdit, σύλαιος ignominia causā nocentium facta inscribi solita, fuisse quodammodo tabulas seu columnas proscriptorum. Vnde λόγον σηλεύεινδικτος λόγος.* Et epistolam σηλεύεινδικτον proscripto famoso accipi, quo rei crimina publicè legenda proponuntur.

Στήλη.

Columnæ 5 De formâ ita differit idem Raderus: Columnarum, formæ. in eas domiciliū. quas ego omnibus Aegypti prodigiosis pyramidalibus elaboratis, & pictis obeliscis, colossis, columnisque Traiani, propter ipsa quæ supra illas fulgebant sidera antepono; forma ferè fuit, ut arbitror, rotunda, altitudo varia. Autòr enim Stylitarum Simeon primùm columellam ascendit non nisi senum cubitorum (sive nouē pedum) mox duodenūm, postea vicenūm duūm, postremò tricenūm senum, sive, ut Nicephorus & alij tradunt, quadragenūm. Modius seu cella sive domiciliū columnis impositum, in quo confitebant, in omnem partem binos cubitos seu tres pedes patebat, techo nullo, ut libere cœlum omne contemplarentur, & omnibus iniuriis cœli expositi maiorem haberent tolerantia segetem & messem. Ianuas habebant non nulli, nullas alij, quod tempestatis violentia parietis partem disiecisset. Scalæ admouebantur, cùm vel alij ad illos enitebantur, vel illi ad alios se demitterent, quod quidem vel numquām, vel ad summa Reipub. pericula deuocati factabant. Statione porrò æternâ se cruciabant: nec enim iacendi vel decumbendi spatiū erat: poterat tamē sedere; sedisse verò nusquam lego, numquām puto. Nam primis quadraginta diebus Simeon ad trabem se alligari curauit, alterisque quadraginta mox liber absque adminiculo cōsistebat, medio corpore superne velut Ecclesiastes in ambo extabat. Et si de omnibus non affirmarim, Hæc tenus Raderus. De domiciliū supra columnam exadūcisti mensurā, idem testatur Euagrius lib. I. cap. 13. vix duorum fuisse cubitorum, & Nicephorus lib. I. 4. cap. 51.

§. III. S. Simeonis Stylitæ ætas.

Baronij

sententia.

Annus

obitus.

DE S. Simeonis atate hac tradit Rosvveydus noster in Notatione ad eius vitam lib. I. de vitis PP. De tempore quo vixit, ex Theodoreto, inquit Baronius, eius primordia colligi possunt, dum ait columnam iam inclinuisse temporibus Meletij Episcopi Antiocheni, qui sub Valente Imp. vixit, desitque ab humaniseo anno, quo celebrata est magna Synodus Constantinopolitana, Siagrio & Euchario Coss. qui numeratur annus à Christo iuxta veriores Chronographos CCCXXXI. Superuixit autem Simeon, vixit Cedrenus, usque ad

iv. annum Leonis M. Imp. quod etiam colligitur ex Actis Danielis Stylitæ. Est annus is à Christo CCCXL. quâ ratione iam centenario maior obdormisse dignoscitur. Apud Nicephorum in margine* habetur vixisse * edit Pa-

rif. ann.

7 Euagrius summam Vitæ eius seueræ aetæ ita colligit lib. I. cap. XI. Διέτριψε ποίησιν ἐν σφράγει τόνδε τὸ Κλεονίου διαβλέψαντα ἐπὶ ἑταῖρον πεντήντα. Εν μὲν τῷ πεντάτῳ Φροντιστρίῳ, ἐνθα τὰ θεῖα κατηχήθη, ἐπὶ ἑντέσιον ἀντρῷ καλεσμένῃ Μανδρᾳ, ἐπὶ τῇ πεντακοντατῇ ἐν πολὺ μᾶλι σενωπῷ ἔπειτα δέκα τὸ ἀγάνα διανόσας· ἐν τῷ κιοῖ Βεργηλέροις ἐπὶ τῷ θεῖα πεντακοντατῇ, ἐπὶ τελεκοντατῇ: Iste Simeones hoc seuerum viuendi genus in carne traducēs, vitam ad LVI. annos propagauit. Nam in monasterio, in quo primū diuinæ viuendi præceptiones didicit, annos vixit ix. In Mandrā autem, sic enim vocatur, XLVIII. atque horum annorum, x. in loco admodum angusto confecit: in columnis breuioribus, VTI. denique in columnâ quadraginta cubitorum, XXX. Eadem habet Nicephorus libro XIV. cap. LX. in quo error in numerum irrepit. Nam pro vnderiginta, scribendum triginta. Quæ putatio si vera est, non potuit peruenisse ad centesimum annunti. Alioqui necesse esset assere reum, cùm XLIV. erat annorum, primū ingressum esse monasterium. quod non quadrat cum Vitâ hîc ab Antonio scriptâ, qui eum statim ab adolescentiâ ingressum esse monasterium scribit.

8 Ex quo hæc Vitæ summa colligitur: Cùm erat Rosvveydi, ex Laudina vita. tredecim annorum, pascebatur oves. Inde videtur in gressus monasterium, vbi vixit anno I. inde XII. annis in clausurâ: post IV. annis in columnâ cubitorum IV. iterum XII. annis in columnâ cubitorum XII. rursus XII. annis in columnâ cubitorum XX. post IV. annos in columnâ cubitorum XXX. demum XVI. annos in columnâ cubitorum XL. Atque ita exercitationis anni exsurgunt LII. haud multū differentes à numero Euagri.

9 Apud Theodoreto habetur, quod XI. annos Theodoreto mansit in primo monasterio: X. annis in monasterio II. Heliodori: XII. annos in vico Telanesso: XXVIII. annis in columnâ, in id tempus, quo Theodoreto eius Vitam scripsit. Hic tantum habentur anni XLIII. exercitationis. sed eo tempore adhuc viuebat.

10 Cedrenus in Compendio historiæ ait, an. XXV. Cedreni. Theodosij iunioris eum columnam ascendisse, & an.

IV. Leonis vitâ finitum. Ex quo interuallo iuxta computum Annalium Baronij conficiuntur tantum anni XXVIII.

11 Hæc tenus Rosvveydus. Singula expendenda sunt. De Melieto, qui cum S. Simeone egit, accepit Baronius ex Theodoreto cap. 26. Philothei, ita scribente: Postquam autem Meletius ille admirabilis, cui tunc mandata erat cura Episcopatus regionis Antiochenæ ciuitatis, vir cordatus & prudentiæ clarus, & ingenij solertiæ ornatus, &c. Ita verit Gentianus Heruetus. Ait Albericus Longus Salentinus: Cùm verò Meletius, qui tunc Antiochenæ regioni præfectus erat. Quibus ex verbis non liquido constat, Meletius illum Antiochenæ Sedis Patriarcham fuisse, licet id clare leij Episcopatus afferat Metaphrastes. Si iam inde à Magni Meletij (cuius vitam sc̄i, Si XI. Februarij dabimus) tempore, in columnâ stetisset Simeon, meonis quomodo non eius vñiam vel S. Ioanne Chrysostomus, vel illius aquales historici meminissent? Arbitror igitur hunc Meletium à Theodoreto laudatum, alterius fuisse Sedis Episcopum, in regione Antiochenâ. Nam præter Meletium illum Theodoreto collegam in Conciliabulo contra S. Cyrrillum, qui fortassis à minori aliquâ sede sub Antiocheno Patriarchâ ad Neocæsareensem fuit translatus; alijs sapè memoratur in Synodo Chalcedonensi Meletius Larissa Episcopus, qui in eâ Synodo vices obiit Metropolita sui Domini Apamea Syria II. Episcopi. Est autem Larissa v̄bs Cæsariensis, quâ in prouinciâ & Antiochia quoque est. Quamquā si hic Meletius fuit, non videtur tum Larissa adhuc Episcopus fuisse, cùm Concili Ephesini tempore, anno CDXXXI. Episcopus Larissa esset Julianus, qui eidem schismatizorum conciliabulo subscripsit. Fuit fortassis Choropiscopus Patriar-

Patriarcha Antiocheni: nam & quosdam legimus Concilio Chalcedonensi per Choropiscopos subscriptissime. Quod munus esset Choropiscoporum, exponit Concilium Antiochenum, anno Christi CCCXL. Marcellino & Probino Coss. ab Arianis Episcopis celebratum, can. 8. & 10. vbi eos vocat ταῦς εἰ ταῦς καλούμενοι, qui in vicis vel pagis constituti sunt Choropiscopi, ut habeat versio Dionysij Exigu.

Domnus Episc. Antioch. 12 Si Choropiscopus eiusmodi fuit ille Theodoreto laudatus Meletius, (vt omnino fuisse conicio) iam collaboravit calculi Baronianum fundamentum. Accedit quid Domnus Antiochenus, vt resert Nicephorus lib. 14. cap. 51. & Euagrius lib. 1. cap. 13. ad Simeonem venit, eoq; viso consternatus est pro admiratione: unde coniicitur, non multò antè capisse Simeonem in præaltâ illâ columnâ morari. At Domnus, vt habet Baronius, an. CDXXXII. ab eremo, inuitu S. Euthymio recessit, vt auunculum suum Ioannem Antiochenum Patriarcham Nestorio fauentem conuerteret: anno deinde CDXXXVI. ei in Episcopatu succedit. Quia verò ei fuissest tanti stuporis causa, si iam annis quinquaginta stationem illam tenuisset Simeon? Quid: quid ab eo tempore, quo rigidam illam abstinentiam rationem, sub Blasii aut Basii disciplinâ, iniit Simeon, usque dum Philotheum scriptis Theodoretus, anni fluxerunt solūm XXXVIII. Atqui annis minimis tribus ante illum cum Meletio congressum, eam assumperat inediā. Ergo si Magnus Meletius is fuit, iam ab anno CCCLXXVII. aut CCCLXXVIII. numerandi illi erunt annos Theodoreti ni; sicq; anno Christi CDV. vel CDVI. scriptissime Theodoretum Philotheus fateamur neceſſe est: quod ipſem refellit, dum in epistolâ ad Eusebium Ancyra Episcopum inter alia à se post Synodus Ephesinam scripta recenset librum de vitis Sanctorum.

Verior numerus annorum Simeonis. 13 Cum ergo hoc ita fint, & numerum annorum ab Euagrius traditum sequantur Menea, Menologium Sirleti, & Anthologion à Clemente VIII. probatū, non video cur ei refragetur: præsertim cum & Metaphrastes assentiri videatur, dum ait totos sex & quinquaginta annos vixisse, in vita nimirum religiosa exercitatione.

14 Quem verò Rosvreydus in numeros apud Nicophorūm irrep̄ſſe errorem notat, is nec in Frontonis Ducaī accuratâ editione correc̄tus est. In Graco tamen exp̄ſe dicitur ἐτη τελάρων, annos xxx. in quadraginta cubitorum columnâ transfigisse.

15 Quem deinde ex vitâ Latinâ à se editâ colligit annorum numerum Rosvreydus, is, vt infrā patebit, non omnino est certus, iam mss. codices, negligentiā librariorum vitiati, haud parum discrepant. Hic iuxta eam vitam nobis maximè probatur (nisi Theodoretus obflaret) calculus: In domo parentum vixit annos XIIII. in primo monasterio IV. in cellâ III. vel IV. in quatuor pedum columnâ IV. in duodecim cubitorum columnâ XII. in columnâ cubitorum XX. annos XII. in columnâ cubitorum XXX. annos IV. tandem in columnâ XL. cubitorum annos XVI. sicq; efficiuntur vita LXVIII. vel LXIX. monastica exercitationis LV. vel LVI. qui ad numerum Euagrii propius accedunt: atque is numerus exprimitur in Latinâ vitâ cap. 8. nu. 33. Pauciores longè annos numerat Antonius in vitâ primâ, quam à Gracis mss. dabimus: sed aliquod mendum irrep̄ſſe in comperto est.

S. IV. Vita S. Simeonis à quo scripta.

Antonius Simeonis discipulus eius-vitam script. Ea iam primū editur. 16 VITA M. S. Simeonis scriptit Antonius eius discipulus, quem Euagrius significat, cū lib. 1. cap. 13. ita scribit: Τέττα τὰς θεσμούς γέγενε φερεῖ, καὶ λογίως ἀπέθετο καὶ Θεοδόρητος ὁ τῶν Κυριεῖν θησαυρούσας. Huius res gestas, quæ omnino diuinæ virtutis signa erant, scriptit aliquis ex iis qui oculis conspexerant. Scriptit etiam, diserteque exposuit Theodoretus Cyrensis Episcopus. Duplicem vitam hic damus, cuius Antonius auctor citatur. Priorem Græcē scriptam è bibliothecā Serenissimi Bauaria Ducis accepimus, quam Latinè reddidit Guilielmus Gratius Brugensis Societatis nostra Sacerdos. Eam, quia breuior longè, crediderim potius ab Antonio esse scriptam. Ita namq; Metaphrastes: Μέγας τοινύ στως ἦν, καὶ πολὺς τὴν Φήμην γενομένος, πολῶν ἐτυχε-

ἔτων γεγένεων αὐτὸς δέπτω τῷ μέρῳ τῷ κατ' αὐτὸς Ex V. die ξηλθεν, ὅπως ἀπαντα καθηκεν ἑαυτῷ δὲ αὐτελέσσι, RIIS. δέπτως θεοῖς εἰχεν, ἔγειρεν. Magnus igitur adeò cùm esset, famaque celebratus, multos quidem nactus scriptores est. Verū nemo prorsus omnia quomodo ei euenerint singillatim exposuit; neque accuratè, vt singula sese haberint, scriptis. Quod scilicet facturum se Metaphrastes pollicetur. Verū altera pridem sub Antonij nomine vulgata vita haud multò pauciora habet Metaphraste.

17 Arbitramur igitur eam iam olim ex breuiore illâ Antonij relatione concinnatam, additū quæ vel famâ vel aliorum scriptis de eo ferebantur. Certe quem Theodoretus adeò celebrem tradit fuisse Romæ, totoq; in Occidente, eius non isthac quoque vulgatam fuisse vitam, credibile non est. Eam è verutissimō codice monasterij S. Laurentij Leodij exarato ante annum Christi MXXXIV. descripsérat Rosvreydus noster, quam nos cum aliis mss. Imperialis monasterij S. Maximini Treuiris, S. Mariae de Ripatorio, Ecclesie S. Audomari contulimus. In codice Ripatorij erat pasim contracta. Eamdem, sed phrasē plerumque aliquantulum discrepante, edidit lib. 1. de vita PP. idem Rosvreydus.

18 De hac vitâ seueram olim censuram tulit Ioannes Hes. Immeris filius à Louanio, adscriptus libro Parcensis monasterij, qui in- à Ioan. scribitur Passionale de Sanctis per annum, cum isthac Heseliorum Theologiam prælegeret. Eam vulgauit Ioannes Molanus Hesselius discipulus; quæ sic habet: Vita Simeonis qui in columnâ stetit, (quæ incipit, S. Simeon ex vtero matri suis à Domino electus est, & meditabatur à pusillo opera placentia Deo. Hic erat filius Isaci nomine) displiceret, non solū ob fabulosa; sed quia ipse dicitur docuisse homines: Ne præsumas iurare per Deum, quia peccatum est: sed magis per me humilem & peccatorem, & iura siue iustæ siue iniustæ. Hanc vitam non scriptit Theodoretus, sed fortassis Metaphrastes Simeon, qui eam post Theodoretū scriptit, teste Nicophoro lib. 14. cap. 51. Ita Hesselius. Sed bene habet, quid, vt idem Molanus testatur, hanc aliasq; id genus censuras dicebat se reuifere atque recudere velle, postquam eas historias denudò accuratiū relegisset. Fortassis neque fabulosa visa ei tunc fuissent, quæ admiranda in eâ vitâ narrantur: & per suum nomen iurandi facultatem factam barbaris illis hominibus censuissent eâ ratione, quâ dicitur minus malum suaderi posse ei, qui omnino alterutrum facturus sit siue ex obstinatâ voluntate siue ex malâ consuetudine. Vincentius Bellouac. cap. 53. lib. 20. idem refert. Baronius, cetera seuerus censor, cū Acta Simeonis citat in vita PP. edita, nihil addit quo ea sibi non probari indicet. Siebertus Gemblacensis in Chronico ad an. CDLXVIII. hoc ipsum ex Simeoni vitâ profert. Simeon, inquit, qui xl. annis inclusus in columnâ stetit, mirâ sanctitate Antiochiae claruit: qui inter cetera monebat, ne quis per Dei aut Sancti alicuius nomē, imò per nomen Simeonis iuraret, promittens impunitatem in se peieranti se à Deo postulaturum.

19 Demum S. Simeonis vitam optimè post Magnum Theodoretū, vt scribit Nicophorus lib. 14. c. 51., ei cognoscitur à minis Simeon Metaphrastes conscriptit; nouū quod- ste. Metaphrastam & admirandum in eâ ex omnis generis cibariis conuiuum omnibus proponens. Hanc Baronius in Not. ad Martyrol. Raderus parte 3. Viridarij SS. cap. 4. Molanus in Annot. ad Martyrol. Vuardi, Heribertus Rosvreydus in vita PP. Petrus Ribadineira in Flore SS. scribunt non extare. Nos primi eam proferimus ex ms. Graco Regis Gallia, Latinè versam ab eodem Guilielmo Gratio nostro. Priora omnia ferè ad verbum è Theodoreti Philotheo cap. 26. descripta sunt, vt conferenti patebit.

S. V. Qui alij scriptores eius meminere.

20 Q VAM secundo loco damus Simeonis vitam, ea ab De Simeo- Heriberto Rosvreydo nostro lib. 1. de vita PP. edita ex ne agunt alius est mss. sed phrasē paullulūm discrepante. Quam verò dus, primus omnium, cum in viuis adhuc esset Simeon, scripsit Theo- doretes Cyri Episcopus, ea tum in ipsis Theodoreti operibus, vulga-

- E X V A - R I I S.** *vulgata extat, tum à Laurentio Surio tom. 1. de vitiis SS. ex interpretatione Alberici Longi Salentini, ac deinde in eiusdem Rosvveydi nostri lib. 9. de vita PP. ex interpretatione Gentiani Herueit.*
- Vincētius.** *21. Vitam præterea eius scripsere alij complures: Vincentius Bellouacensis lib. 20. cap. 51. 52. 53. 54. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 45. Corrigendus tamē hic dum sit, Primū, in columnā concavā eum inclusum quadraginta annis fuisse: Secundū, in puto sicco pluribus annis miram pœnitentiam egisse: Tertiū, in columnā 12. cubitorum annū XL. permanisse; Quartū, draconem populi infestum, versus ciuitatem properantem, eus oratione, ligno in oculum impacto, in deserta illic abisse; Quintū, Ab Abbe Antonio, qui ad eum visendū venerat, mortuum repertum esse, ac sepultum. Quæ omnia falsa esse, quisvis vitâ perfectâ facile intelliget. Scripsit & Franciscus Hareus Ultraiectinus; Cornelius Grasius Carthusianus, qui quid translatas S. Simeonis Constantinopolim reliquias tradit, ex S. Danieli vitâ accepit, ut infra dicimus. Sed quid ait capillos tunc omnino int̄egros repertos, frontisq; cuticulam, non rectè ad Leonis tempora reuocat, cum non ita pridem mortuus Simeon esset; Mauritiū anno IV. id accidisse infra dicimus, Christi nimirum DLXXXVI.*
- Hareus.** *22. Alphonsius Villegas parte 1. Floris SS. in Sanctis Extra- uagantibus, vt vocat, Simeonis quoque gesta narrat, pricipue ex Theodore Philotheo & Euag. 10: sed prater alia que inse- riūs in Notis obseruabimur, corrigendum, Prin. d. quod tradit obiisse sub Theodosio iuniore, circa annum Christi CDXL. cùm constet post Concilium Chalcedonense vixisse, à Leone Imper. consultum, ad Basiliū Patriarcham Antiochenum scripsiſſe, &c. Secundū quid ait translatae eius reliquias Antiochiam Cilicia; cùm Antiochiam Syriæ, que ad Orontē, deportata sint.*
- Ribadi- neira.** *23. Petrus Ribadineira noster parte 2. Floris SS. sed non rectè ait celebrari eum à Gracis XXI V. Maij, vt §. 1. diximus. Vitam à Ribadineira Hispanice scriptam, vertit Latinè Iacobus Canifius, Belgicè Heribertus Rosvveydus, nostri ambo; Italicè Gratiamaria Gratij. Ita omnium gentiū linguis magni illius viri celebrata sunt laudes.*
- Theodorus Lector.** *24. Multa de eo scripsere Euagrius & Nicephorus sepe à nobis citādi. Eius meminit Theodorus Lector lib. 1. Collectaneorum; Michaël Glycas par. 4. Annal. qui tamen fallitur, dum Marciano regnante columnam ascendisse S. Simeonem tradit; Vita S. Danieli Stylite XI. Decēb. vita S. Theodosij Cœnobiarcha XI. Ianuar. Cyrillus monachus in vita S. Euthymij. XX. Ianuar. Vita S. Auxentij XI. V. Februar. Suidas verbo Symeon, qui testatur Marcianum Imperatorem ad eum plebeio habi- tur ventitare solitum; Georgius Cedrenus ad an. XXV. Theodo- sis, & IV. Leonis. S. Gregorius Turonensis de gloriâ Confessor. cap. 26. Baronius in Notis ad Martyrol. & in annalibus variis locis, pricipue ad an. CDLX. num. 17. & sequentibus; S. Eulo- gius Episcopus Alexandrinus orat. 9. apud Photium Cod. 230. Littera Theodosij Imperatoris ad S. Simeonem Stylitam data, vt pro Ecclesia pace atque Imperij incolumentate oraret, & Ioannem Antiochenum Patriarcham à Nestorij tuendis partibus reuocaret, recitantur in Concilio Ephesino par. 3. cap. 25. S. Si- meonis mentio fit in 2. Synodo Nicanorise 7. œcumenicâ, act. 4. Eiusdem meminit S. Ioannes Damascenus orat. 3. de imaginibus; Alfonius Ciacconius in Hilario; Iacobus Gualterius noster in Tabulâ Chronol. Seculo 5. Iacobus Gordonus noster ad an. CDLX. Henricus Spondanus & Abrahamus Bzouius in epitome Chro- nologi. Annal. Baronij, Siegebertus ad an. CDLVIII. Extat & Vin- Guinijus.*
- Vita S. Ge- noueſe.** *25. Denique S. Simeonis mentio fit per honorifica III. Ianuarij in S. Genouefapriore vita, cap. 6. n 26. in alterâ cap. 6. num. 22. qua loca citans Baronius ita scribit: In Galliis etiam notissima extitit eius fama, prædicante eius admirabilem sanctitatem S. Genouefâ, que licet longè absens, eum tamen velut præsentem diuinitus nouerat, vt constat ex eiusdem S. Genouefâ Actis. Ind potius ex Actis constas, Simeonem Genouefâ sanctitatem predicasse, eiq; salutem per negotiatores imperitum, & vt pro se oraret rogassem. In secundâ tamen vitâ innuitur, mutuam hanc fuisse ex diuinâ reuelatione notitiam.*
- Bellarmino- nus.** *26. Contra calumniatores Magdeburgenses eumdem egre-*
- giè defendit Illustriſſimus Cardinalis Bellarminus tom. 2. Con- trou. general. 2. lib. 2. De monachis cap. 39. & Alanus Copus Dial. 2. cap. 18.
- VITA S. SIMEONIS**
A V C T O R E
A N T O N I O E I V S D I S C I P V L O
I N T E R P R E T E
G V I L I E L M O G R A T I O S O C . I E S V .
- C A P V T I.
- S. Simeon tredecenniū fit monachus.
- N**Ov v m & mirabile nō nostris tēpotibus factum mysterium est. Vīsum proinde & mihi Antonio peccatori, discipulorū q; eius minimo, ea quæ sum assecuratus mādere litteris. Magnē enim mysteriū hocce ad animi cōpunctionē habet utilitatē. Quamobrē ad hor- toros, aduertere aures ad ea quæ narraturus sum vobis.
- 2** Sanctus & Beatisſimus Pater Noster Simeon erat S. Simeon etiā puer patris lui pecora pascebatur, quēadmodū *ores pacie*. David Propheta. Diebus verò Dominicis tantā Dei ecclesiā adibat, ac diuinā audiebat scripturas. Cumq; *Dominicis* adoleſſet, ac Dei timore cōpunctus quadam dī frequentat gressus esset ecclesiā, auditā lectione Apostoli, quæsivit *ecclasiā*. ex sene quodā: *Dic mihi pater, quid nā illud est quod le- Investigat* *lute*? *Respōdit senex: De continētiā animæ, fili. Scisci- viam sa- lutiā.*
- Respōdit senex: Quid me tentas, istā sciscitādō? Video enim te & iuuenē x̄tate, & magnā simul teneri ignorātiā. Ad hæc B. Simeon, Non hoc, inquit, Pater, ago vt te tentē, sed inuitat me cōtinentia mētio. Tum senex, Cō- tinentia, inquit, salus animæ est, dux lucis, introducēs in regnum cælorū. Dicit ei B. Simeon: Doce me, Pater, quæ dicas; rūdis enim sum. Respōdit senex: Fili, cōtinentia est, si quis ieuniat mūdo corde, & Deo orationes suas per- soluit cum omni timore & reverētiā: videlicet b primā horā orationē vnam, sextā quoque & nonā, similiter & nocturnas precatio-nes, aliaq; his similia & quæ conse- quūtur noctū faciēda. Hæc autē omnia ritē peragūtur in monasterio. Intellexisti fili, quæ audisti? Perpēde hæc omnia in corde tuo. Oportet enim te esurire & sitiare; *Qua patiē- nudum esse, & iniuriis affici, & colaphis cædi, & con- da mona- uiciis impeti, gemere & plorare, vigilare, & vix leuiter cho.*
- Somnum libare, nunc aduersā, nunc prosperā valetu- dine vtrū expetere & renuntiare, achumiari; persecu- tionē pati & flagris cædi; perquiri & deprehendi, mul- ta ab hominibus perpeti, & necdū ab Angelis Domini solatio leuari. Audisti nunc fili hæc omnia? Dominus glorię det tibi mētem bonā secundū voluntatē suam.
- 3** Hæc cùm audisset B. Simeō, exiit de ecclesiā, abiitq; *Orat Simeō* in locū desertū, & se pronū humi prostrauit dies septē *meon 7.* plorās, & Dēum orans, neque vt cibū sumeret aut potū *diebus.* surrexit. Post diem septimū surgens accurrit ad Monas- teriū, moxq; se ad pedes Archimandritæ abiecit, plorās & obtestās, Miserere, inquit, mei peccatoris, & ærūnosi, serua animā pereunte, & desiderantē seruite Deo. Dixit Archimandrites: Quis es? & cuias aut quod tibi est no- mē? & vnde nobis ades? Respōdit Beatus: Genera qui- *Fu mona- dē ingenuus suum, nomē mihi est Simeō; atqui parētes chus.*
- & vnde venerim querere noli Domine, sed redime uni- cam animā pereunte. Quod vt audiit Archimandrites, benignè eum à terrā alleuat. Et, Si, inquit, à Deo ades, Deus custodiet te, & defender ab omni malo, insidiis, periculis & tentationibus: & omnibus fratribus obse- quiū impendes, vt ab omnibus ameris. At parētes eius duos annos non destiterunt eum deflere & perquirere. Beatus autem Simeon commoratus est in Monasterio, famulans omnibus fratribus, facileque omnibus se ac- ceptum reddidit, implens omnē Monasterij regulam.
- a Hinc etiam probabilis fit, ab Antonio scripta esse hanc vitam.*
- b En quām variqua Ecclesiasticarum horarum confuetudo.*

C A P V T II.

Mirabilis pénitentia se macerat. electus è monasterio, cum honore reducitur.

4 INVENTI autem ad puteum, ex quo aqua hauriebatur, sicutam habentem a funera textum è seitatis; quo dissoluto fecedit tantisper, eoqué totum corporis circumcingit, ac lacernam suam cilicinam superinduit, ingressusque Monasterium, dixit fratribus: Exiūt aquam hauritem, & funem non inueni. Dicunt ei fratres: Tace, ne resciscat hoc Archimandrites. Et nemo sensit funem eius corpori esse circumvolatum.

b Perdurauit autem ita circiter **b** anno vno. At verò funis depastus est carnes eius, & penetravit usque ad ossa, & carne putrefacta tegi coepit. Præ graueolentiā autem nemo prope eum consistere poterat: nec cuiquam mysterium quod patrauerat in mentem veniebat. Sed & stratum eius vermis repletum est. Accipiebat quoque cibum qui quotidie præbebatur, & erogabat in pauperes.

5 Fortè igitur prodieris monachorum quispiam, offendit eum pauperibus panem ac leguminas, quæ accepterat, largientem: nam cùm omnes ieunarent ad vesperam, ille à Dominicā ad Dominicā usque in diem protrahebat. Monachus ille ingressus, apud Archimandritam eum calumniatus est, dicens: Hic homo euertere vult monasterium nostrum, & regulam quam nobis dedisti. Archimandrites, Quomodo, inquir, euertere vult regulam? Dicit ei frater: Nos ad vesperam ieunare receipimus, hic Dominicis solū diebus comedit; cibum verò, quem accepit, dat pauperibus. Neque hoc solū, sed & ab eius corpore procedit fœtor intolerabilis, vt nemo prope eum stare queat, tum & stratum eius vermis scatet: nec amplius perfette possumus. Quin si eum hīc diutius retineas, nos hinc discedimus. Eum igitur è unde aduenit dimittē. Hoc vt audiuit Archimandrites, admiratione perculsus ad stratum eius accessit, & inuenit vermis plenum, nec stare ibi præ fœtore poterat. Et ecce, inquit, alterū lobum, eumque accersitum ita increpuit: Quid hoc fecisti ò homo? vnde hic fœtor? quid fallis fratres? quid dissoluis regulam Monasterij? Equis vmbraitilis latua es? si enim reuerā homo esses, & humano connubio procreatus, indicasses nobis quo genere esses, & vnde huic appulisses.

6 Hæc audiens B. Simeon demissō vultu tacebat, & lacrymæ vberim ab eius oculis in terram cadebant. Tum Archimandrites quodam quasi furore percitus, Exuite, inquit, eum, vt videamus vnde hic fœtor oriat. Tentarunt ergo eum exuere, sed planè non valuerunt. ita erant eius indumenta putrefactæ carni agglutinata. Tres igitur dies iugiter eum tepidâ aquâ atque oleo macerarunt, & ægrè eum vel sic exuere potuerunt. Repererunt autem ita corpori funem implexū, vt iam propemodū cerni non posset. Vermium verò è plagiis scaturientiū copia etat infinita. Monachos sanè immedicabile id malum attonitos reddidit. Et deliberare inter se cœperunt, quo remedio funem excipere possent. Clamabat autem B. Simeon: Sinite me, fratres, sinite me sic mori, canem fœtidum; sinite sclera mea sic puniri, ego enim peccatorū pelagus sum. Archimandrites autem & fratres vberim flebant, insitaram eam plagam intuentes. Dixitque ei Archimandrites: Nondum duodevigiū annos natus es, & quæ tandem habes peccata? Respōdit B. Simeon: Propheta David inquit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et ego pariter.

7 Miratus est Archimandrites illius sapientiam, quod adolescentis rusticanus ita esset Dei timore compunctus; Medicisque aduocatis, magno labore & mo-

Tom. I.

lestiā fumiē à corpore eius auelli curauit, vt omnes Avct. eum iam pro mortuo haberent. Intra dies tandem Anto- quinquaginta magno studio & industriā eum ex parte curarunt; dicitque ei Archimandrites: Fili, ecce con- GRÆCIS. ualusti, quod liber discede. Quod vt audiit B. Simeon, Dimitti- monasterio egreditur. Erat verò in propinquō puteo turè mo- fine aquâ. Et magna vis spirituū impitorū eum inha- naſterio. bitabat; nec horum modò, sed & aspidum & viperarū ac serpentum. Quamobrem multi iuxta locum illum transire verebantur. At B. Simeon egressus è Monaste- Puteum rio, nemineidente in eum se puteum deiecit, & in re- fucum in- cessu eius septem diebus delituit.

8 Vedit porrò in somnis Archimandrites à magnâ vi- rorum multitudine circumdari Monasteriū, qui can- didis omnes vestibus induti, ac faces manibus gestan- tes inclamabant: Comburemus te, nisi seruum Dei Visioneter- Simeonem nobis tradas: cur ipsum eiecisti? quid com- ritus Ab- misisti an nescis eum te maiorem esse, maioremque in bas eum die iudicij inuentum iri? Et simul experrectus Archi- mandrites, totoque contremiscens corpore, fratribus ait: Quantum ego perspicio, fratres, homo ille verus Dei seruus est; multa enim nocte hac passus sum propter eum. Sed, amabò, discurrите & quaerite eum; nec vestrum quisquam eo non inuenito huc redeat. Egressi verò fratres vbique eum quaesiuerunt: cumq; eum inuenire non potuissent, id Archimandrita renun- tiantur: Nullum prætermisimus locū, vbi non eum qua- sierimus, præter solum puteum illum siccum; in eum verò nemo audet se demittere. Dixit Archimandrites: Faeto signo Christi, cum facibus descendite, & eum quaerite. At illi digressi, preces supra puteum fuderunt; & quinque monachi per demissum funem descende- runt. Reptilia vīs facibus in angulos refugerunt. At B. Simeon cohispicatus eos, exclamauit dicens: Obse- cro vos, finite me paullisper, dum reddam spiritum; doleo enim non mediocriter, quod cuius gratiā huc me conieci, nondum id impleui: sed monachi corre- dum eum, quasi mali aliquid perpetrassent, ad Archi- mandritam adduxerunt.

9 Qui vt B. Simeonem vidit, ad pedes eius proci- *Veniam ab* dens, Condona mihi, inquit, serue Dei, quod in te per eo petit. imprudentiam cōmisi. Et obsecro te, vt te ipsum præ- fectum mihi esse patiaris, & doceas quæ scis. Verū B. Simeon tunc destitutus plorare & orare: & tres annos in monasterio cōmoratus, clam omnibus exiit, & dis- cessit in locum desertum, prope quem vicus erat qui *c* Thalamis dicitur, ibique ex siccis lapidibus paruā casam construxit, in quā annos quatuor exegit; ieui- *in cellā 4.* niis sese, imbris, æstusque molestiā perforendā affli- annū ha- gens, multiq; ad eum aceedebant. Viētus autem eius *bitat Si- meon.* erat lens macerata, & aqua.

a Græcē εἴη, οὐδεὶς τρέψιν.

b Theodoreetus habet 10. dies.

c Gracē, ἔγκυτα δὲ αὐτῷ ἦν χορός ἐπιλεγόμενος Θάλαμψιν.

C A P V T III.

Vitam agit in columnā. matri mortua benè precatur.

10 DEHN c construxit sibi columnam cubitorum *In colum- nā viuit.* quatuor, & stetit super eam annos septem. Sancta verò eius fama quaquaversum dimanauit. Post hēc construxerūt ei turbæ duas mandras è siccis lapidibus, ostiumque intra mandram fecerunt, & columnam ipsi cubitorum quadraginta erexit: in hac stetit annos quindecim multas euraciones faciens, auētorem imi- tans Christum, cæcis visum restituēs, claudis gressum, leprosos mundans, mutis loquendi facultatē tribuens, paralyticis incæsum, iis quoque qui longā ægritudine confecti erant, opem afferens. Edixit adhæc & præce- *Vetat sibi* pit vnicuique: Si quis roget quis te sanauerit, dicit: *tribui mi-* Deus. Cœa dixeris, Simeon; si dixeris, prædico in ea- *racula.* dem denuò mala recides. Et hoc dico tibi ne vñquam *Z* mentias-

E X V A- mentiaris, iuréſve per Deum; ſin neceſſe ſit tibi, & iura
R I I S. per me humilem, ſive ſerio ſive falſo: magnum enim
peccatum & periculum eſt per Deum iurare.

In ſuo no- **11** Miraculum. Audi mirabile mysterium. Mater
mine iura- ipsius ſeptimo demum & vigefimo anno cùm reſciuiſ-
ri finit. ſet vbi terrarum degerer, accedens cupiebat eum vide-
re: & cùm vbertim fleret in veſtibulo mandræ eius, non eſt ei confeſſum vt illum cerneret; ſed ſcalis ap-
Matrem positiſ ad mandræ parietem in terram corruſ; ſigni-
non admis- conſpectus.
tit in ſuū ſificauitque ei B. Simeon: Da veniam mihi in præſentiā, moritur mater. ſi digni erimus, in illo ſeculo nos inuicem videbimus. Mater vt hoc audit, magis videndi eius
desiderio inflammata eſt. At ſignificauit iſi Sanctus dicens: Aſſide paullisper, & quiesce, moxque te videbo. Deſeditque in veſtibulo mandræ, & confeſſum ſpiri-
tum tradidit Domino. Lufſirque eam inferri: poſuerunt verò eam ante columnam: ille eam intuitus, ſic fari cœpit: Domine Deus virtutum, dux errantium, moderator Cherubinorum, qui deduxisti velut ouem Iofeph, qui inclytā auxisti virtute Propheta David, qui Lazarum quatriduanum reuictaſti, accipe in pa-
ce animam famulæ tuæ. Illo ita precatore inuictus corpus commotum eſt, ac vultu ſubritiſ: omneſque adſtant- id viderunt, & Deum laudarunt. Ceterum exequiſ eius factis, ſepelierunt eam ante columnam, iuſta ei ibidem perſoluentes.

Eius cor- **a** *Vide que in Praſ. §. 4. diſta ſunt.*

Moritur **12** Miraculum. Audi mirabile mysterium. Mater

mater. ipsius ſeptimo demum & vigefimo anno cùm reſciuiſ-
ri finit. ſet vbi terrarum degerer, accedens cupiebat eum vide-
re: & cùm vbertim fleret in veſtibulo mandræ eius, non eſt ei confeſſum vt illum cerneret; ſed ſcalis ap-
Matrem positiſ ad mandræ parietem in terram corruſ; ſigni-
non admis- conſpectus.
tit in ſuū ſificauitque ei B. Simeon: Da veniam mihi in præſentiā, moritur mater. ſi digni erimus, in illo ſeculo nos inuicem videbimus. Mater vt hoc audit, magis videndi eius
desiderio inflammata eſt. At ſignificauit iſi Sanctus dicens: Aſſide paullisper, & quiesce, moxque te videbo. Deſeditque in veſtibulo mandræ, & confeſſum ſpiri-
tum tradidit Domino. Lufſirque eam inferri: poſuerunt verò eam ante columnam: ille eam intuitus, ſic fari cœpit: Domine Deus virtutum, dux errantium, moderator Cherubinorum, qui deduxisti velut ouem Iofeph, qui inclytā auxisti virtute Propheta David, qui Lazarum quatriduanum reuictaſti, accipe in pa-
ce animam famulæ tuæ. Illo ita precatore inuictus corpus commotum eſt, ac vultu ſubritiſ: omneſque adſtant- id viderunt, & Deum laudarunt. Ceterum exequiſ eius factis, ſepelierunt eam ante columnam, iuſta ei ibidem perſoluentes.

Eius cor- **a** *Vide que in Praſ. §. 4. diſta ſunt.*

Moritur **13** Accidit etiam vt mulier quædam nocte ſiti cor-
repta, cum aquâ paruum anguem deglutiret. At ille nutritus magnum incrementum in ventre eius cepit. Multi verò Medici laborarunt vt eum educerent: at nequicquā. Deportant igitur eam ad Sanctum, eiique narrant vt reſſe habeat. Ille verò, Mittite, inquit, in os eius aliquantum aquæ & terra. Et vt ſenſit ſera, humili eam afflit, & egreditur longa quatuor cubitos, proceditque ante columnam, & virum, medio Angelorum inferentem caput, quaſi venerata expitat: omneſque qui adſtant Deum laudarunt.

Mulier à **14** Columnam deinceps altiore fecerunt; extulerūt quippe ad cubitos circiter quadraginta. Etiomē lateque fama eius ſparsa eſt, adeo vt & Saracenos ad illum exciret, qui & ad timorem Dei ab ipſo conuerſi ſunt. Hominum igitur oſor diabolus, vt illi mos eſt tentare ſeruos Dei, & eis insultare, in formam ſeſe Domini transmutauit, currui Cherubico inſidens; dixitque Sancto: Ades, & conſcende currum hunc, & accipe coronam tuam. Sanctus, non existimans inane eſſe ſpectrum, pedem ſuſtulit, curruique imposuit: vbi verò ſpiritu cognouit diaboli eſſe technas, ocyū ſpedem retraxit à deprehaſo iam phantaſiate, & in femore la laborat. placam à diabolo accepit, quæadmodūm B. Iob: vnde morbus **Pannucula** dicitur: & conuulſum eſt femur vno pede illius: & vno ſolūm pede deinceps niti cœpit, & in eo ſtetiſ longo tempore uſque ad mortem. Vermes verò innumerabiles in terram ab eius femore ceciderunt.

Simeon à **15** Accidit verò Dei nutu, vt ad eum veniret Rex **Antiochus**, que celebrauit latrociniā. Summiſa aliquando in **lato ad** eum eſt valida militum manus, complures item b Pa- **eius colü-** tricij eum vt perueſtigarent, & Antiochiam perdue- **fugit:** rent: ſed nequiuertuſ propter immane eius robur. Ex- **b** pedierunt ergo numerum qui ſufficeret, omnilique ci- uitas in eum commota eſt. Exierunt milites lecti, ar- mis inſtructi centū quinquaginta ſex, inueniuntq; eum in diuersorio vinum potantem. Ille re cognitā tragœ- diari cœpit. In propinquo autem flumen erat: equam autem habebat, cui velut homini imperabat: & ſur- gens in eam veſtimēta ſua iniecit, dixitq; ei: Abi, & ibi me oppere. Nec mora, exiit equa e diuersorio mor- dicans & ſaltabunda, ac digreſſa expectauit eum in flumine. Prodiit & latro ſtricto enſe, cœpitque vociferari dicens: Faceſſite cuncti ocyū, ne omnes contru- cideſt. Nec vilus ausus fuit manus ei iniicere: ſtati- que equam conſcendit, abiſque celeſtimē, & Sancti columnam amplexus magnā voce clamat: ſerua ati- **ma** pereunte, ſerue Dei. At S. Simeon, Quid tibi vis, inquit, homo? At ille: Ego ille ſum famulos princeps latronum, qui huc confugi, vt ſeruer. Ait Sanctus: Si poſſis dolorem excitare de peccatis. Respondit prin- ceps latronum: Eius gratiā huc veni. Eo adhuc loquē- te ſuperueniunt milites, eumque cum Sancto collo- quentem inueniunt, & dicunt Sancto: Non æquum eſt, ſancte Pater, vt maleficum hunc recipias; dimitre eum vt pœnas pendat. Respoſitipſis Sanctus Simeon: Ego, fili meu, eum huc non aduoauit; ſed ille qui ſit propositum eius & facta, faciet cum eo misericordiā. Ego enim perfequi eum non poſſum. Scitote verò pœnitentium eſſe regnum celorum. Etenim cum Domino nostro Iefu Christo crucifixi ſunt duo latrones; horum unus regno celorum portitus eſt, alter prout meritus erat accepit. Si quis autem queat reſiſtere ei qui eum huic miſit, veniat, eumque hinc abripiat. Quo quidem dicto diuifit eos.

diabolo **16** **a** His verò abeuntibus dixit ei latro: Mi Domine, ego quidem abeo. Dixit ei Sanctus: Iterūme ad ſe- **la** lera tua reuertteris? Respondit latro: Nequaquam Pa- **ter, ſed vocat me Dominus Christus. Et extensis in ca-** **Pœnitentia** lum manibus hoc ſolum locutus eſt: Domine Iefu ſigna edens moritur. Christe Fili Dei, luſcipe ſpiritum meum. Plorauitque horas

Quare ego minimus nil aliud habebam negotijs quam
vt eos colligerem, ſublatosque reponerem in locum
vnde ceciderant, dicente Sancto: Edite, vnde vobis
dedit Dominus.

17 Accidit verò Dei nutu, vt ad eum veniret Rex **Antiochus**, que celebrauit latrociniā. Summiſa aliquando in **lato ad** eum eſt valida militum manus, complures item b Pa- **eius colü-** tricij eum vt perueſtigarent, & Antiochiam perdue- **fugit:** rent: ſed nequiuertuſ propter immane eius robur. Ex- **b** pedierunt ergo numerum qui ſufficeret, omnilique ci- uitas in eum commota eſt. Exierunt milites lecti, ar- mis inſtructi centū quinquaginta ſex, inueniuntq; eum in diuersorio vinum potantem. Ille re cognitā tragœ- diari cœpit. In propinquo autem flumen erat: equam autem habebat, cui velut homini imperabat: & ſur- gens in eam veſtimēta ſua iniecit, dixitq; ei: Abi, & ibi me oppere. Nec mora, exiit equa e diuersorio mor- dicans & ſaltabunda, ac digreſſa expectauit eum in flumine. Prodiit & latro ſtricto enſe, cœpitque vociferari dicens: Faceſſite cuncti ocyū, ne omnes contru- cideſt. Nec vilus ausus fuit manus ei iniicere: ſtati- que equam conſcendit, abiſque celeſtimē, & Sancti columnam amplexus magnā voce clamat: ſerua ati- **ma** pereunte, ſerue Dei. At S. Simeon, Quid tibi vis, inquit, homo? At ille: Ego ille ſum famulos princeps latronum, qui huc confugi, vt ſeruer. Ait Sanctus: Si poſſis dolorem excitare de peccatis. Respondit prin- ceps latronum: Eius gratiā huc veni. Eo adhuc loquē- te ſuperueniunt milites, eumque cum Sancto collo- quentem inueniunt, & dicunt Sancto: Non æquum eſt, ſancte Pater, vt maleficum hunc recipias; dimitre eum vt pœnas pendat. Respoſitipſis Sanctus Simeon: Ego, fili meu, eum huc non aduoauit; ſed ille qui ſit propositum eius & facta, faciet cum eo misericordiā. Ego enim perfequi eum non poſſum. Scitote verò pœnitentium eſſe regnum celorum. Etenim cum Domino nostro Iefu Christo crucifixi ſunt duo latrones; horum unus regno celorum portitus eſt, alter prout meritus erat accepit. Si quis autem queat reſiſtere ei qui eum huic miſit, veniat, eumque hinc abripiat. Quo quidem dicto diuifit eos.

18 His verò abeuntibus dixit ei latro: Mi Domine, ego quidem abeo. Dixit ei Sanctus: Iterūme ad ſe- **la** lera tua reuertteris? Respondit latro: Nequaquam Pa- **ter, ſed vocat me Dominus Christus. Et extensis in ca-** **Pœnitentia** lum manibus hoc ſolum locutus eſt: Domine Iefu ſigna edens moritur. Christe Fili Dei, luſcipe ſpiritum meum. Plorauitque horas

horas duas, ita ut & Sanctum & adstantes ad lacrymas quoque prouocaret: & inclinato columnam versus capite spiritum Deo reddidit. Turbae composuerunt eum, & sepelierunt ante mandram. Nec multò post veniunt milites rapturi eum, cœperuntque Sancto dicere: Dimitte maleficum hominem, ut recipiat prout meritus est. Sanctus verò Fratres, inquit, is qui eum hoc misit, potētior est vobis & nobis, ille eo opus habuit ut viro sibi vtili. Misit ergo in ipsum duos milites terribiles armatos, qui vel totam valerent exscindere cum incolis urbem. Hi eum abripuerunt: ego vero abieci fuisse mortaliū, intuitus eorum terribilem speciem, exterritus contradicere eis non fui ausus, ne & me interficerent. Hi autem cognito quid de ipso factum fuisset, & quām præclarè animam tradidisset, laudarunt & ipsi Deum, & cum timore reuersi sunt Antiochiam.

Duo Angeli eum ex virtute suo canerunt.

a Isauria regio est Asia inter Lycaoniam & Ciliciam ad Taurum montem, eiusdem regionis urbs, qua Ptolemao Isaura, alias Claudiopolis.

b Græcè est ἀποκατέστησεν, quod melius fortassis Magistratus, vel Præfecti verteretur.

C A P V T VI.

Aqua accolis, sterili proles obtenta. benedictio absenti imperita, seruata nauis.

Simeon aquæ precibus impetrat.

18 **A**ccedit ut aqua illius regionis incolis decesset, adeò ut siti extingueretur. Sanctus Deum precatus diebus septem nemini locutus est, sed orationi intētus erat: & septimā die circa horam nonam repente ebulliit aqua copiosissima ad Orientalem partem mandrae: fodiendo autem inuenierunt specum immensæ aquarum scaturiginis. Struxerunt vero ibidem turbæ ora septem, omnesque Deum glorificarunt.

Regina Saracenorū obtinet precibus impetrat.

19 Regina quædam erat Saracenorum sterilis. Venit hæc rogans Sanctum, ut sibi precibus prolem à Deo impetraret. Et cum diu multumque precata esset, sancto viro preces suas iungente; significauit ei Sanctus, domum ut discederet; Dominum facturū quod è re eius esset. Illa domum digressa, paullò post concepit, peperitque filiolam. Hæc iam annos quinque nata, neque locuta est, neque ingressa pedibus. Mater cum viro suo & filiolâ accessit iterum, seque ante virutum sanctum humi venerabunda prostrauit. Quibus ille respōdit: Expetate, & Dominus opem feret. Cumque iam isthic mansissent diebus septem, nihil auxiliū lense, ac mœsti discelsere, dicentes: Noluit Dominus ei medeti. Illi ergo viam ingressi, conuersi sunt ut columnam Sancti adspicerent, & ecce, repente filia exclamauit dicens: Gloria tibi Deus S. Simeonis. Parentes eius viso miraculo laudauerunt Deum, qui mirabilia facit per Sanctos suos.

20 Die quadam militibus iter facientibus mulier quædam pridem Sancti Simeonis videndi cupida, secumque perpendens quā ratione voti fieri composvalerer, ut eos iam iter ingressos vidit, & ipsa militari ornatu se induit, cumque iis in viam se dedit. Cum ad locum columnæ peruenissent, dixit illa militibus: Si hic relinqueret tantisper equos vultis, intrare & sumite à Sancto benedictionem; cumque egressi fueritis, ingrediar & ego, ut & benedictionem ab eo percipere merear. Illis ergo ingressis, Sanctumque veneratis, dixit eis: Miles quidam relictus à vobis est fortis. Hi vero dixerunt: Ita est venerabilis Pater. Sanctus vero dixit eis: Exite & dicite ipsi: Bono animo esto. exaudita est enim oratio tua, & benedicēris à Domino. Milites rogarunt eam: Quod bonum opus fecisti? Præcepit enim nobis Sanctus: Egressi dicite militi, qui præforibus præstolatur, Bono animo esto, exaudita est oratio tua, & benedicēris à Domino. Respondit illa: Confiteor vobis fratres, quod mulier sum, multumque desiderai videre Sanctum. Peccatrix enim sum ego. Mi-

Mulier vi- rili habitu eum videns.

Simeon pondum ingressa beneficit.

Tem. I.

lites re auditā, stupefacti sunt, Deumque laudauerunt, Ave r. & claritatē Sancti, & in pace iter suum prosecuti sunt. ANTO-

21 Accesserat aliquando magna hominum multitudine, ut ab eo benediceretur. Ascendit ergo minister cum suffragio, qui magnā voce Sancto dicebat: Serue Dei, turba benedictionem tuam patiēter exspectat; iube ergo & dimittit eos. ecce enim iam dudum exspectant te. At ille nihil respondit ministro: neque enim spiritus eius penes illum erat. Dumque ita solus vociferaretur, nec responsum ramen acciperet, cœpit ad columnā eiulare, obiisse Sanctum existimans. Turba id conspicata cœpit lugubriter lamentari & planegere eiulatu magno, dolentes de peccatis suis. Aliquantò post reuersus est spiritus eius, respondensque dixit *Nauis in turbæ*: Fratres, magna nauis in mari hoc eodem tempore periclitabatur; vehebantur eā animæ trecentæ, & omnes clamabant auxiliū meum implorantes planū multo: ego rem præsentem contemplatus, inuocauilorganum semper in peccatis nostris Deum; & ad mare accedens manū iis præbui, eosque seruauit. Et audientes turbæ glorificauerūt Deum S. Simeonis. Ille cum benedictione eos dimisit in propria.

C A P V T VII.

Serpens curata. sedatus terramotus. coerciti improbi.

22 **L**ividum miraculum Sancti Patris Nostrī Simeonis cupio vobis narrare. Serpens femina vlcus ægra meningens contraxit, ut è dolore tremitus eius ac sibilus ad milliare audiretur. Masculus eius condolens cruciatui, cum eā ad Sanctum adiuit; cumque ad columnam peruenissent diuersi ire cœperunt, femina enim non audens in Sancti conspectum venire, secessit in eam partem quā mulieres solebant cōsidere. Mas vero cum multitudine virorū ingressus, columnā veneratus est, capite sursum deorsum moto, quasi Sancti viri opem implorans. Turbae conspicata molem serpentis exterritæ fugerunt. Quod ut vidit S. Simeon dixit turbæ: Ne metuite fratres, reverā accessit, ut orationis nostræ particeps sit, quia compar eius ægra ad locum mulierum concessit. Dixitque serpenti: Tolle aliquatum terræ, & defer eam ad comparem tuam, eiique imponens adspira, atque malo illius medeberis. Serpens sumptu luto abiit illam curaturus. Conspicatæ id turbæ secutæ sunt eum, videruntque feminam rectam stare, & habere ingentem abscessum. Tum masculus sumptum lutum ei imposuit, & adspitans inspectantibus omnibus eam sanauit, vnaque discesserunt. Turbae viso miraculo Deum laudauerunt.

23 Accidit cum magna quædam calamitas hominibus eius regionis impenderet, ut omnes ad eum cōfluerent, ad Deum placandum. Multa enim passim ruinæ edificiorum cernebātur, mortesque hominum, adeò ut & Sanctus cum columnā ut folium à vento concuteretur. Sanctus ergo cum ceteris collacrymans dixit: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vtque ad unum; non auditis me, sed avaritiam certatis. Fornicationes vestræ & iniustitiae superabundauerunt. Facilius mihi est loqui cum Domino meo, quām vobiscum infidelibus. Similque iussit cessare supplicationes. Cumque ipse orasset, iterum cum ventorum tempestate periculum increbuit. Iussitque eos exclamare: Kyrie eleison, id *In terræ motu & tempestate ad eum cōcurrunt.*

est, Domine miserere. Cumque aliquantisper expedita essent, data eis pace, preces fecit; quibus completis, dixit turbæ: Fratres, è vobis omnibus una exaudita est anima. Cuius rei ut vobis plenam fidem faciam, ecce statuam eum in medio vestrum. Insumque prodire, ita alloquitur: Crede mihi frater quod ex his omnibus tu solus exaudituses. Sed dic mihi, quid boni fecisti? Respondit ille Sancto: Da veniam Pater, homo ego sum peccator. Coactus tandem à Sancto, (nam & venies

Auct. veniebat cælitus vox dicens: Exaudita est tua precatio,
Anto- istiusque rustici qui in medio eorum stat) confessus est
nio, ex iis: Homo ego sum rusticus, soleo quæ mercedes diur-
mss. GRE- nas in tria partiri; primum largior pauperibus, secun-
Rustici cu- dum ad tributum Reipublicæ, tertium sumptibus quo-
iusdæ san- tidianis impendo. Hæc tenus eam vitæ regulam seruare
ctar vita. non destiti. Omnes ergo eum complexi, venerati sunt,
urgebantque ut virum talem possent videre.

a 24 Aliud audire. Homo erat quidam, Iulianus nomine, qui à Ardaburio seruiebat. Hic quadam cor-
Quidam reptus insaniā, assidue instare cœpit apud Ardaburiū, *Simeoni* dicens: Permitte mihi, ascendam & rapiam eum ex *iniurias* columnā, probrisque afficiam, & plectam ut volo. *punitur.* Impostor enim est, & decipit homines. Et cucurrerunt ad eum; scalâque admotâ columnam ascēdit Iulianus, se eum posse perturbare cōfidens. Cumque ad tertium ascendisset gradum, sublata est scala à columnâ, & sus-
b pensa est in aëre quatuor circiter à terrâ cubitis. Omnesque qui intuebātur stupebant, timueruntque. **b** Ardaburius irâ cōmotus arcum suum tetendit, Sanctum volens trāfigere; & confessim manus ipsius stuporem contraxit, nec sagittam valuit emittere; & non tantum manus stupore, sed & pedes podagrâ correpti fuere, ad vitæ v̄que finem.

a Duo fūrē Ardaburiū: prior Dux egregius sub Theodosio iu-
niore, Confel. an. CDXXVII. pater Asparis, ut refert Socrates lib. 7.
cap. 23. alter Asparis filius fuit, à Marciiano Dux Orientalium co-
piarum constitutus, ut habet Suidas. Atque is est qui corpus S. Si-
meonis Antiochiam deduxit, ut infra dicitur.

b Alij de ipso Iuliano id referunt.

C A P V T VIII.

Moritur S. Simeon. corpus defertur Antiochiam.

Mortuum 25 **S**TETIT Sanctus Simeon in diuersis columnis deprehendit. **a** annos quadraginta septem. Post hosce autē euocauitum Dominus. Eratque a dies Paræscues, & adiuvatus pro more ad benedictionem dandam iis qui flexerant genua, **b** ... & ut vidi minimus ego, secundâ die ascendi ad illum, & contemplor vultum eius. video esse clarum instar solis, talemque qualis esse solebat, cum vel occurseret mihi, vel loqueretur. At nihil respondit. Primum eum suspicatus sum quiescere. Mox verò certiora explorare cupiebam: sed me erga virum Dei reverentia ac metus retrahebat. Tandem sumptâ fiduciâ, dico: Pater quid est quod mihi non loquaris? Multi tuam exspectant benedictionem. Hodie enim tertius dies est cum salutatione eos priuas. Et cum expectassim horam vnam, iterum dico: Non loqueris mihi Pater? Et tunc extensâ manu cōtigi barbam eius, deprehendiique corpus eius languidum factum esse: tuncque cognoui planè quod ad Dominum emigrasset.

Corpus eius 26 Tum quoque, reductâ eius veste, pedes deosculatus sum: totumque eius corpus odorem velut vnguenti respirabat, adeò ut obstupuerim ad illam fragrantiam. Cumque paullisper constitissim, motum est totum eius corpus cum columnâ. Audiuique vocem quæ dicebat mihi: Amen, Amen. Ego præ timore ita locutus sum: Benedic mihi Pater, memento mei, sanctifica me in sanctâ tuâ requietione.

Antonius mortem nuntiat Episcopo. 27 Cumque abiisset, nemini rem aperui, ne forte tumultus oriretur, sed per hominem fidum significavi Episcopo Antiocheno, Præfectoque Ardaburio. Venit ergo Episcopus Antiochiae cum sex aliis Episcopis, & Præfectus Ardaburius cum sex virorum milibus, ne regionis istius incolæ eum tarent. Sicenim proposuerant. Cortinæ igitur argenteæ pendebant ad cancellos usque columnæ. Ascendunt verò Episcopores, demuntque ei vestes, dictisque Psalmis tribus, demittunt eum. Tuncque deum cognouit omnis turba quod diem obiisset. Factaque est confusio totius multitudinis, adeò ut mons non appareret præ turbâ,

Lugere eum innumeris, ipsa etiam aues.

suffitibus, & facibus. Vox verò planetus virorum & mulierum exorta, adeò ut mons eis vna conlugere videretur. Volucrum istius deserti congregatarum ad mandram non erat numerus.

28 Ut igitur eum deorsum demiserant, iamque fūrē **Deponitur** nus ei apparabant, cum iam dies esset ab eius excessu **de colunâ.** quarrus, ita ramen compositum erat ad decorum cōpus mortui, velut fuerat cum obdormit. Et videbatur facies eius quasi rosa floridissima, capillus barbaq; instar niuis purissi næ. Episcopus autem Antiochenus **Epicopò** ex barba eius pilos tollere parabat, & ocyus arefacta **tollenti Rē** est manus eius. Dixitque ei: Benedic te Dei, saluus es, **liquus** nihil tibi reliquum est malorum, neque vestimentoru^m **manus** arefacti: sa- per virtutem Dei. Tuncque manus ei ad sanitatem re- **natur.** diit. Et protinus misit eum in sandapilam.

29 **c** Égo autem, fratres, minimus, quinque ante eius **c** excessum diebus virtù amictum vidi, facies autem erat **Antonio** terribilis, non valeo cuiquam referre habitum eius. **obicta an-** Mens certè mihi rapta est, heque loqui præ horrore **rè vīsio.** porui, quoq; experrectus fuit sanctus Pater Noster. Qui ut accessit, contemplatus sum eum edentem, at quid nescio. Cecinit & Psalmum, qui iam mihi in memoriā non venit, nisi extreum, Amen. Ego quidem ad aspectum virtutis exhorri. Facies enim eius splendida erat ut sol.

30 **D**Imposuerunt verò eum in feretrum cum psalmis & hymnis, turbis plangentibus lessumque canentibus. Similiter fecerunt Antiochiae, cum infinitâ turbatum frequentiâ. Cumque iam peruenissent **d** in locum qui vocatur Mero, quinque circiter milliaribus ab Antiochiâ, constiterunt mulæ quæ Sanctum portabant, neque processerunt. Mirabile enim ibi mysteriū erat. Ad dextram enim via illius erat monumētum, in quo habitabat vir quidam. Perditè quippe amauerat matronam coniugatam viginti integros annos, neque eā valuerat potiri. Matrona tandem obiit, inque illo monumento sepulta est. At ille valvas monumenti aperuit, inque mortuo corpore libidinem explevit. Nec mora: ocyus quasi compedibus constrictus fuit, & detentus in monumento. Assidue igitur sedens in gradibus monumenti, à multis passim viatoribus visebatur. Et vnuquisque quorum indigebat ei afferebat pretio, alius indumenta, cibūn alius. Ordinatione autem Dei factum est, ut cum S. Simeon ad eum locum **Mutus &** delatus esset, peccator qui & voce & auditu priuatus **furdus eius** fuerat, repente stante rhedâ ex monumento cursim **meritis cu-** ascenderet, vociferans: Miserere mei S. Simeon; & prehensâ rhedâ statim inde sese mouerūt mulæ, omnesque Deum laudarunt, adeò quidem ut locus ille clamore concuteretur. At ille homo omnium maximè clamabat, dicens: Hodie per te seruatus sum serue Dei, **ratur.** exemplisti enim me ex pœnâ.

31 **E**t vniuersa ciuitas obuiam processit mirando **Furus ma-** spectaculo: omnesque albo amictu induiti erant, cum **gno plauso** facibus & hymnis, dicebantque: Venit Pastor noster, **excipitur** Antioschia. thesaurum apportans cælestem. Et exultantes omnes gloriam Deo tribuerunt: intuleruntque eum ecclesiæ Cassiani dicitæ. Verū post dies triginta iussit Dux Ardaburius eum deferriri in magnam ecclesiam. Et ibidem rursus revelatione Dei exstructum est ipsi oratorium, cōdignum glorioſis sanctisque ipsius Reliquiis. Atque ita multâ cum gloriâ & hymnodiâ deposuerunt eum in sarcinam eius, laudantes Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Multi verò homines Episcopo vr- **Multi Re-** bis magnam auti summam obtulerunt, vt se particeps **liquias eius** faceret sanctorum reliquiarum in benedictionem. At non ausus fuit dare quidquam, propter iusurandum quod dederat. At homo ille, de quo h̄c sermo, solitarius factus, ad suæ usque vitæ finē perseveravit, **e** gratiâ & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui omnis laus, honos, & veneratio, cum æterno Patre & sanctissimo & optimo & viuifico ipsius Spiritu, nunc & semper in sacula sæculorum, Amen.

Con-

- a Consentit de die Latina vita.
 b Videtur aliquid deesse.
 c Hac satis confusa, etiam in Greco.
 d E' rōm̄ ēn̄dēyōdē Mīp̄. vide vitam per Metaphr. cap. 14. num. 57.
 e Aliquid rursus videtur deesse.

ALIA VITA

S. SIMEONIS STYLITÆ

EX VETERIBVS MSS. LATINIS.

C A P V T I.

S. Simeon salutis studio fit monachus.

S. Simeon puer oues pascit.

^a S A N C T V S Simeon ex vtero matri sua à Dominō electus est, & meditabatur à pusillo opera placenta Deo. Is erat filius cuiusdam a Hesychij nomine: mater autem eius b Mathana dicta est. A quibus diligenter nutritus, cùm esset annorum c tredecim, ad similitudinem B. Dauid pascet oues patris sui.

^{Inquirit de via sa- luti.}

^d ^e Quadam verò die videns ecclesiam fidelium, relictis pecoribus currit ad eam. Ingressusque audiuit quemdam Apostolicam lectiōnem recitantem. Et interrogans quemdam Senem, ait: Domine Pater, quid est istud quod legitur? Cui Senior respondit: Fili, substantia animæ, & continentia, & contemptus sacerdoti istius, in lectiōne ista legitur. Et ille: Quid est substantia animæ? doce me Pater. Ait Senior: Timere Deum ex toto corde, extoto animo, & ex tota mente. Respondens autem beatissimus Simeon ait: Quid est timere Deum? Dicit illi Senior: Fili, quare me fatigas, & forsitan tentas me. Et ille: Non tento te Domine Pater, sed pleniū quod dixisti scire desidero. Et addidit ille: Quasi Deum te interrogo. Ista discere volo, quia idiotica sum, & ignorans de his quæ dicis Pater. Et Senior dixit illi: Fili, si quod verum est audire desideras, diligenter attende quæ dico: Si quis ieclunauerit iugiter, & obsecrationes Deo dignas reddiderit per momenta, & humiliauerit seipsum in cōspectu Dei & hominum; & non diligit aurum, neque argentum, neque vestimentum, neque possessiones; & honorat patrem & matrem, & Sacerdotem prosequitur; hic hereditabit Regnum cælorum. Si quis verò fuerit multiloquius aut iniuriosus, patrem aut matrem non honorificans, nec seniorum, nec proximum; iste hereditabit tenebras exteriōres, quas paravit Deus diabolo. Ista omnia bona quæ commemorant licet in Ecclesiâ à multis fideliter impleantur, facilius tamē cum Dei adiutorio in monasterio examinantur & d'exercentur.

^{Gratus er- ḡa Docto- rem.}

^f ^g 3 Audiens hæc beatissimus Simeon cecidit ad pedes illius Senis dicens: Tu es pater meus & mater mea, & doctor bonorum operum, & tu deductor ad regna cælorum. Tu enim acquisisti animam, quæ iam mergetabatur in perditionem. Dominus reddit tibi vicissitudinem pro animâ meâ. Ista enim sunt quæ ædificant, sicut & saluant. Ego autem, Domine, vadā, sicut docuisti me, in monasterium vbi Dominus voluerit, & fiat voluntas eius in me. Dicit ei ille Senior: Fili, priusquam ingrediatis monasterium, dicam tibi mysterium istud, id est regulam & disciplinam monasterij tibi aperiā. Tribulationes habiturus es. Necesse est tibi, feruire & vigilare in nuditate, & patienter sustinere malitia: iniuriæ enim tibi sunt irrogandæ, quia factus es vas pretiosum Domino.

^h ⁱ 4 Et statim valedicto illi seniori exiliens beatissimus Simeon ibat in monasterium S. g Timothei magnifici viri. Proiecitque se ante fores monasterij, per tres dies non manducans neque bibens. Die verò i quartâ egrediens Abbas Timotheus eleuauit eum, & dicit illi: Vnde es fili, aut de quibus paréibus? Quare sic macie affectus es? & quod est nomen tuum? Numquid malum.

Tom. I.

aliiquid gessisti? aut forsitan seruus es, & dominum Ex mss. tuum timens ad monasterij defensionem fugisti? At LATINIS. B. Simeon dixit cum lacrymis: Nequaquam Domine aliquod crimen admisi, nec alicui homini seruitum debeo; sed opto ut sim seruus Dei, si ipse voluerit. Si autem volueris seruare animam meam perditam, jube me introire monasterium, & fratribus omnibus seruite, & ne patiaris me h̄c k excruciali diutius.

^k 5 Tunc apprehendit manum eius, & inducens in monasterium dixit fratribus: Filioli mei, ecce trado hunc ieiuenem vobis: docete eum canones monasterij. Fecit autem in monasterio illo quasi l annos quatuor, seruiens Deo sine querela, & omnibus fratribus præstans obedientiam cum omni humilitate. In quibus psalterium velociter m & perfectè discendo percurrit. Et accipiens cibum suum n diurnū, occulte pauperibus erogabat, non sollicitus de crastino. Fratres ^{Tora hebdomadâ} enim, vt vsus erat, ieiunabant usque in vesperum; ille ^{ieiunas.} verò septimo tantum die cibum sumebat.

^a a Ms. Leod. Ifisci. S. Max. Yscij. Aud. Hilirici, & in margine Ifisci. Rofv. Suscionis. Rip. Yscij.

^b b Ms. Rip. Marabana. alijs Martha dicitur. Vide que infrā ds eius morte narrantur.

^c c Ms. Rip. viginti septem.

^d d Rofv. exaggerantur.

^e e In ms. S. Maximini hac fusius exponuntur, ferè ut in priori vitâ.

^f f Alij, indesinenter.

^g g Metaphras̄t̄s duorum monasteriorū meminit, in quorum altero x. annis vixerit. Qui h̄c Timotheus, apud Metaphras̄t̄ & Theodorenum Heliodorus dicitur. fortassis priore abdicato nomine, Timotheus dicitur: aut binominis fuerit. Colitur 1. Februar. à Græcis Timotheus quidam, quem hunc S. Simeonis magistrum esse conicit Raderus noſter.

^h h Alij, quinque.

ⁱ i Alij, quintâ.

^k k Alij, cremari. alijs, criminari.

^l l Ms. S. Max. & Rip. menses sex. alijs, menses quatuor.

^m m Ms. Audom. parauit.

ⁿ n Rofv. diuinum; addit̄, in margine: quotidie communiciat: quod non probatur; nec habetur in vlo alio ms.

C A P V T I I.

Ob nimium penitentia studium è monasterio cœlitus, cum honore reducitur.

^o 6 VN A autem die egressus ad pütēum, cùm vidisset ^Apero filiū stilum unde hauriebant aquam, funem habentem de palmâ alperrimâ, quæ a rufus dicitur; apprehendit illum, & corpori suo nudo arctissimè circumtorsit à renibus usque ad scapulas, & regressus dixit fratribus: Exiui haurire aquam, & funem non inteni in stilū. Illi autem dixerunt ei: Tace frater, ne forte cognoscat hoc Abbas, donec tempus prætereat. Putrefactum est autem in paruo tempore corpus eius de obligatione & asperitate funis, quia secabat eum, & usque ad ossa ingressus est, ita vt vix appareret. Quadā verò die exēentes aliqui ex fratribus, inuenierunt eum dantem cibum suum pauperibus, & ingredientes dixerunt Abbat: Vnde nobis adduxisti hominem istum? Non enim possimus abstinerre sicut ipse. De Dominicâ in alteram Dominicam ieiunium cōtinuat: & cibos quos accipit pauperibus erogat; sed & fœtor graviſſimus de corpore eius ascēdit, ita vt nullus iuxta eum mībus stare possit: etiam cùm ambulat vermes de corpore eius b cadūt. Etenim leechulus eius vermbus plenus est.

^b 7 Et egressus Abbas, inuenit sicut illi dixerunt. Tunc vocauit illum, & dixit: Fili, quid est quod dicunt fratres de te? Non tibi sufficit ieiunare sicut & nos? Aut non audisti Euangelium dicens de Doctoribus: Quia non est discipulus super magistrum: erit enim Matth. 10. perfectus si sit sicut Doctor eius? Dic mihi, fili, fœtor 24. iste talis unde procedit? & unde isti sunt vermes, qui bus plenus est leechus tuus? Stans itaque B. Simeon inclinato capite, nihil respondebat ei. Et iratus Abbas ait: Expoliate eum, & videte unde fœtor iste procedat. Et expoliantes eum, inuenierunt funem circa corpus eius

Z 3

eius

Ex mss. eius impactum, & rupta cùte immersum, ita ut nihil
LATINIS appareret ex eo nisi summa. Exclamans autem Ab-
bas voce magnâ ait: Vnde nobis aduenisti ô homo?
Destruere vis, vt video, regulam monasterij. Rogo
ergo te, recede hinc, & perge quod cupis. Et tamen cum
labore & dolore tulerunt à corpore eius funem, de
quo erat inuolutus, vñâ cum carne eius putridâ. Fa-
cientes autem illi studium & diligentiam per multos
dies, sanauerunt eum.

In siccum puteum in-
tratus.
A Abbas du-
plici vi-
sio-
ne territus
eum per-
quirit.
Reperitur
in puto.

8 Post hæc autem exit de monasterio nullo scien-
te, & ingressus est in desertum puteum non longè à
monasterio, in quo non erat aqua; sed immundi spiri-
tus habitabant ibi. Etspsâ nocte reuelatum est Abba-
ti, quod multitudine populorum circumdatent mona-
sterium suum cum fustibus & gladiis, dicentes: Da no-
bis Simeonem seruum Dei Timorhee. Sinautem, in-
cendemus te cum monasterio tuo, quoniam exaspera-
sti hominem iustum. Et euigilans, dixit ad fratres: Fi-
lioli mei, visionem vidi, & multum turbatus sum in illâ.
Et exposuit Abbas quod viderat. Et in nocte alia vidit
multitudinem virorum fortium adstâtum sibi, & di-
centium: Da nobis seruum Dei Simeonem: dilectus
est ab Angelis. Quare eum vexasti? Maior te est apud
Deum & merito & gratia. Omnes enim Angeli cōtri-
stati sunt propter illum. Istum autem proponere ha-
ber Deus mundo, ita ut multa signa faciat quænemo
fecit. Exurgens autem Abbas cum timore grandi, dixit
ad monachos: Fratres, requirite mihi hominem illum,
& adducite in hunc locum, ne forte propter illum
omnes moriamur. Verè sanctus Dei est. Mirabilia
enim magna vidi & audiui de illo. Vidi enim eum stâ-
tem in medio Angelorum, excubias super eum cele-
brantium.

9 Tunc omnes Monachi exierunt requirere eum,
& vbique perambulantes non inuenierunt eum. Et ve-
nientes nuntiauerunt Abbatì dicentes: Nullum locum
reliquimus, vbi non quæsivimus eum, nisi tantummo-
dò in deserto puteo. At ille dicit eis: Rogo vos, fratres,
vadam & ego vobiscum ad quærendum eum. Verè
sanctus Dei est. Et sumens secum quinque ex illis venit
ad puteum. Videntque illos B. Simeon, cœpit adiura-
re eos dicens: Rogo vos serui Dei, relinquite me vñâ
horâ ut reddam spiritum meum. Modicum adhuc defi-
ciens est. Valde autem fatigatur anima mea, quoniam
exasperauit Dominum. Dixitque ad illum Abbas: Veni
serue Dei, eamus ad monasterium. Nunc autem cog-
noui de te, quod verè seruus Dei es. Illo verò nolen-
te, adducunt eum vi ad monasterium: & omnes pro-
sternunt se ad pedes eius flentes & dicentes: Peccau-
mus in te serue Dei, indulge nobis. Beatus autem Si-
meon gemebat dicens: Quare me grauatis, fratres, ca-
nem putridum & humillimum, infelicem & peccato-
rem? Vos enim estis serui Dei & patres mei. Fecitque
ibi annum vnum.

a Ruscus vulgò silvestris myrtus dicitur, Belgia pungens pal-
ma. Virgilinusecl. 7. horridior rufco.

b Ms. S. Max. stillant.

c Ms. Rip. contrastasti. Leod. exasperasti.

d Ms. Leod. ingressus in puteum cum quinque monachis
adduxit eum vi.

C A P V T III.

In columnâ stat. multos conuertit. tentatur à demone.

10 **P**O s t hæc egressus occultè perrexit in montem
non longè à monasterio, ibique multum tem-
poris fecit: adificauitque sibi clausurâ de siccâ petrâ a
b & stetit sic annos b tres. & veniebant ad eum multi ad
orationem. Deinde fecit sibi columnam breuem qua-
tuor cubitorum, stetitque super eam annos c quatuor.
Stat in co-
lumnâ.

stetit in ipsâ annos d duodecim. Rursumque faciunt
columnam cubitorum viginti, stetitque in eâ annos
e duodecim.

11 Tunc congregati sunt omnes habitatores loci
illius, & adificauerunt iuxta columnam duas Basilicas,
& columnam cubitorum triginta. Et super ipsam stet-
tit annos quatuor. Et cœpit multis virtutes facere: sed
& multi languidi veniebant ad eum, & dæmonia ha-
bentes, & curabat eos. Cæci visum tecipiebant, surdi Clares mi-
auditum; debilium manus restituebâtur, leprosi mun- raculus.
dabantur. Hic autem fide suâ humiliauit gentes mul- Varias gē-
tas, & ad fidem Christianam adduxit, id est, Sarace- tes conuer-
nos, Persas, f Armenios & g Lazos & h Azabenos. tit.
Similiter i Allophyli audientes de eo & de virtutibus f
quas faciebat, veniebant & adorabant eum; & ita mi- g
tigabantur de suâ barbarie, ut prouincias loci illius h
omnino non laderent.

12 k Tunc autem permittere Deo iniuidâ diaboli k
vulnus adcreuit in femore eius, & putrefactum est, ita
ut multitudo vermium scatceret de eo, decurrebatq;
de pede eius in columnam, & de columnâ in terram.
Anno autem integro stetit in columnâ super pedem
vnum. Quidam autem iuuenis adsistens ei, Antonius Antonius
nomine, qui vidit & scripsit hæc, iuxta præceptum il- colligit
lius colligebat vermes, qui cadebant in terram, & por- vermes,
tigebat illi sursum. At ille ponebat illos sibi ad ipsa ei q; reddit.

a Addit ms. Leod. nullo bitumine vel camento ligata.

b M s. Leo d. quatuor.

c Mss. Rip. & S. Max. octo.

d M s. Rip. decem.

e Alij, viginti duos.

f Rof/vu. Armacenos, ab Armacâ, vel portus Armacâ urbe
Cappadocie apud Antoninum. sed legendum censet Armenios, uti
etiam habent omnes mss. codices, quibus sum vñs.

g Ita mss. aliquot. ac Rip. Lagos, alijs Lautos. Rof/vveydus
Laotos, in quam vocem istanotat: Gentem hanc nullibi inue-
nio. Auritum populum vox Græcè sonat. An iidem qui Panotij? Isidorus lib. 11. Orig. cap. 111. Panotios apud Scythiam esse
ferunt tam diffusa aurum magnitudine, ut omne corpus ex eis
contegant. wærenim Græco sermone omne, ðra aures dicun-
tur. Quas hæc Vita gentes haber, Saracenos, Persas, Armace-
nos, Laotos, & Allophylos, eorum loco apud Theodoretum
habes Imaellitas, Perlas, Armenios, Iberes, Homeritas. Idem
apud Cedrenum exceptis Homeritis; nisi quis suspicari velit,
apud eum ὄντες, quotidianos, ex Homeritis deprauatum;
vel contrâ apud Theodoretum, vel portus Cedrenus sua ex-
pressit ex posteriore loco Theodoreti, vbi Homeritas omittit,
licet priore loco eos alii adiungat. Hac Rof/vveydus. sed Lazos
legendum. Λαζοι, Lazi Scythie populi sunt Stephano, Ptolemao Tab.
3. Asia, Ad' ζαγ vel Ζάλαη, qui maritima Colchida tenet. Homerita-
z. Arabia populi sunt, de quibus pluribus agemus xxiv. & xxvii.
Octob. cūm de SS. Aretâ & Elesbaan.

h M s. S. Max. Azabinos. Arabia felicis populi à Ptolemao
numerantur Astageni vel Astapeni, alijs Asateni. an fortè Asaben-
ni vel Asapeni? an Arabeni? an nomen hoc in vitâ per Metaphrasen
occursit. Fuere in eadem Arabiâ Rhabanite, ut patet ex Ptolem.
Tab. Asia 6. vel Arabanitæ. an pro Adiabenis Assyria populis posi-
ti fortè Azabeni? an qui alijs Azabeni? an Asibeni, siue incole Antiochia Mesopotamie, qua & Mygdonia dicitur, ab indigenis A' o' le-
vante A' o' le'vante, inquit Stephanus?

i Haud memini alijs hac voce peculiarem gentem significari,
at solum generaliter alienigenas.

k Fuisus hac narrantur in editione Rof/vveydi, in hunc modum:
Tunc iniuidus diabolus transformatus se in speciem Angeli, ful-
gens in splendore cum equis igneis. & currus igneus apparuit
iuxta columnam, vbi stebat beatus Simeon, illuxitque cum
fulgore & splendore quasi specie Angeli fulgens. Et dixit dia-
bolum blandis sermonibus: Simeon, audi verba mea, quætibi
Dominus mädavit. Misit me Angelum suum cum currus igneo
& equis igneis, ut rapiam te, quomodo rapui Eliam. Tempus
tuum iam est. Et tu similiter ascende iam mecum in currum:
quia Dominus cali & terra transmisit hunc. ascendamus pari-
ter in cælos; vt videant te Angeli & Archangeli cum Mariâ
matre Domini, cum Apostolis & Martyribus, Confessoribus
& Prophetis: quia gaudent videre te, vt ores Dominum qui te
fecit ad imaginem tuam. Etiam locutus sum tibi, ne tardes ad-
scendere. Simeon compleat oratione, dixit: Domine, vis rape-
re me peccatorem in cælum? Et eleuans dexterum pedem vt
ascenderet in currum, leuauit dexteram manum, & fecit si-
gnaculum Christi. Cum signum crucis fecisset, continuo dia-
bolus

bolus nusquam comparuit, cum argumeto suo euanuit, sicut puluis ante faciem venti. Tunc intellexit Simeon artem esse diaboli.

Reuersus ergo in se, dixit pedi suo: Non reuertaris retrorsum hinc, sed stabis hic usque ad obitum meum, donec accersiat Dominus me peccatorem. Interea diabolus in frigore apposuit vulnus super femur eius, & purrefactum est ita ut multitudine vermium scatens de eo, descendere de corpore eius, decur- rebatque de pedibus eius in columnam, & de columnam in terram. Anno autem integro stetit in columnam super unum pedem. Quidam autem iuuenis adstitit ei, Antonius nomine, &c.

C A P V T I V.

Vermis in unionem mutatus, mati negatus affectus: eterna requies obtenta.

* 13 **A**VDIENS autem a Basilicu Rex Saracenorum famam eius, venit ad eum cum grandi humilitate & fide, ut eius benedictionem accipere mereretur. Et videns illum stantem sursum, & orantem, subito cecidit vermis de corpore eius ad terram; & currens apprehendit illum cum fide, & posuit super oculos suos. Beatus vero Simeon videns hoc ait: Quare hoc fecisti vir illustris? & quare me grauasti? quia grauissum sub peccato meo? Vermis est de corpore meo putrido, quem oculus tuis imposuisti. Cum haec Basilicus Rex audisset, aperuit manum suam, & inuenit pretiosissimam margaritam; & dixit ad B. Simeonem: Non est istud vermis putridus, sed est pretiosissima margarita. At ille dixit ei: Homo, hoc secundum fidem tuam non pro meritis meis datum est tibi. Et benedicetur in manibus tuis omnibus diebus vita tua. Quæsti benedictionem, a Domino dabit tibi. Et sic reuersus est homo plenus fide & gaudio.

14 Post multum verò temporis cognoscens mater sua de eo, veniens volebat videre eum: & prohibita est, quia mulier in illum locum non ingrediebatur. Et dicit illi: Sustine mater modicum tempus, & simul nos videbimus, si Deus voluerit. At illa haec audiens cœpit plangere & rogare ut videret eum; & solitus crinibus increpabat eum dicens: Fili, quare hoc fecisti? Pro vetero qui te portauit, satiasisti me lacu: pro lactatione; quâ te laetaui, dedisti mihi suspiria: & pro osculis quibus te osculata sum, reddidisti mihi amarissimas lacrymas: pro labore & dolore, quos pro te passa sum, posuisti mihi sequissimas plagas. Et tantum locuta est ut omnes adstantes facerent flere. Audiens ille voces ponit faciem suam in manus suas, & plorat amarissime, mandans illi & dicens: Quiesce modicum, mater, & videbimus nos in æternâ requie. At illa cœpit dicere: Per Christum qui te ædificat, si est possiblitas videnti te in tanto tempore alienum à me. Et, si non est, vel vocem tuam audiam, & statim moriar; quia pater tuus in tristitia propter te mortuus est. Et non me in istâ amaritudine perdas, fili. Et de tristitia & planctu in somnum conuersa est. Habet autem tres dies & tres noctes, non cessans deprecari eum.

15 Tunc B. Simeon, faciens orationem pro illâ ad Dominum, illa reddidit spiritum. Et colligentes corpus eius, adducunt in conspectu eius, & cœpit amarissime flere dicens: Dominus suscipiat te in gaudio, quoniam tribulata es, & laborasti propter me, & portasti me in vtero novem mensibus, & lactasti & nutriti me in labore. Et hæc eo dicente, matris vulnera sudauit, & corpus eius commotum est, & omnibus qui aderant insipientibus. Ille autem levauit oculos ad cælum, dicens: Domine Deus virtutum, qui sedes super Cherubim, & scrutaris fundamenta abyssi; qui cognouisti Adam antequam esset; qui promisisti regni caelestis diuitias diligenter nomen tuum; qui locutus es Moysi de rubo ignis; qui benedixisti Abram patrem nostrum; qui introduxisti in paradiso animas iustorum, & animas impiorum miseristi in perditionem; & qui duos geminos leones humiliasti, & fortia Chal-

illa ipso
orante ex-
spirat.

Orat pro
eius ani-
mâ.

dorum incendia mitigasti seruistus; qui Eliæ coruus Ex mss. deferentibus in monte escam misisti; suscipe animam eius in pace, & colloca eam in locum patrum; quia tibi est potestas in sæcula sæculorum, Amen.

a Ita mss. & Vincent. Bellouac. ab ms. S. Max. Basilicu.

b Ritus venerationis hic est.

c M. S. Rip. nos omnes gaudere incipientes.

d Addit ms. Leod. Nabuchodonosor & Holofernem.

C A P V T V.

Varia mortalibus collata beneficia.

16 **P**Ostros verò dies rursum fecerunt illi columbi nam habentem cubitos quadraginta, & stetit in ipsâ annos & sedecim usque ad obitum suum. Quo tempore draco grandis nimis habitabat iuxta eum, & stabat in parte aquilonis: unde necherba ibidem nasciebatur, cui etiam introiuit lignum in oculum b sinistrum, & obtenebrauit ei visum. Quadam autem die draconem ecce veniebat cæcus ille draco trahens se, & applicuit eum ad ostium monasterij iuxta columnam, nemini nocens, & posuit oculum suum dextrum in limine monasterij, per dies tres iacens nulli intrantium insidias faciens. Tunc iussit S. Simeon, ut de terra & aquâ perfundetur. Et statim exiliuit de oculo eius lignum, habens cibum unum. Videntes autem omnes glorificauerunt Deum: fugiebant tamen propter metum. Sed bestia ipsa inuoluit se, & mansit in loco immobilis, quamdiu omnis populus pertransiret. Et tandem surgens adorauit per duas ferè horas ad ostium monasterij, & sic reuersus est in cubili suo.

17 Mulier quædam sitiens nocte, venit ad hydriam Mulierem bibere aquam, in qua erat parvulus serpens: & bibens à serpente, transglutinuit serpentem illum, & remansit in ventre quem bibet; & fuit in eâ annis tribus. Sed & multi medici, & incantatores & magi adhibentes illi studium, nihil profecerunt. Post multos verò dies adducta est ad sanctum Simeonem. At ille iussit de terra & de aquâ in ore eius mitti. Et illa exclamauit fortiter. Statimq; exiuit de ore eius serpens, cuius longitudine erat cubitorum trium. Eadem horâ crepuit, & ad multorum testimonium suspensus est ibi septem diebus. Et sana facta est mulier ex illâ horâ.

18 Multæ autem & innumeræ sunt virtutes eius, Aquæm quas enumerare vix quis valeat. Tamen prout sunt vi- oratione, breui explicabo sermone. Factum est ut aqua in illo loco non inueniretur, & periclitabatur omnis populus, & omnia animalia præ aquæ penuria. Videntes autem S. Simeon contritionem eorum, stetit ad orationem. Circa horam verò diei decimam subito disrupta est terra, & factum est chaos magnum ab Orientali parte ipsius monasterij: & inuenta est quasi spelunca inæstimabilē habens aquam. Tunc iussit in eâ fieri introitum, id est septem aditus: & ex eo abundauit ibi aqua usque in hodiernum diem.

19 Quodam tempore venientes quidam de longe ad orationem eius, metidianâ diuerterunt paullulum ad umbram arboris properæstum ad repausandum. Cumque sederent, ecce prægnans cerua præteribat seclus illos. Et dixerunt ad eam: Per virutem & orationem S. Simeoniste adiuramus, modicum sta ut com- quendi fa- prehendamus te. Et eadem horâ stetit. Et apprehen- cultatem reftinuit. dentes eam occiderunt impiissimâ temeritate: & man- duauerunt partem aliquam ex eâ; statimq; obmu- tuerunt, & cœperunt balare sicut cerua. Currentes autem venerunt ad virum Dei portantes corium eius, & fecerunt ibi duos annos: & vix aliquando sanitatem recipere potuerunt. Iniquum est enim peccatum eorum. Corium autem ipsius ceruæ suspenderunt ibi ad testimonium multorum.

20 Pardus quoque immanis erat in locis illis, qui & homines & animalia interficiebat. Venerunt autem homines loci illius, & nuntiauerunt S. Simeoni, quod

Z 4 tanta

EX M.S. tanta mala pardus operaretur. At ille iussit de terrâ & **LATINIS.** aquâ monasterij aspergi loca illa. Et factum est. Et **Sparso pul-** cùm pardus ille ibi venisset, statim cecidit & expirauit.
vere & **aquâ mo-** Requirentes inuenierunt ipsum mortuum. Cuius pel-
nasterij lem tollentes suspenderunt iuxta illam quam ceruæ
pardus in- detraxerant. Videntes autem omnes glorificauerunt
terris. Deum Simeonis.

Curationis 21 Et quemcumque sanabat, præcipiebat illi di-
cens: Vade in domum tuam, & honorifica Deum qui
Deo tribui te curauit: & ne audeas dicere quod Simeon te cura-
uit, ne subito aliquid deterius tibi contingat. Et ne præ-
sumas iurate per nomen Domini, quia peccatum est:

Per se ir- sed magis per me humilem & peccatorem iura, siue
iurent per- iustè, siue iniustè. Et ob hanc rem omnes Orientales
mittit. & barbara gentes qua sunt in illis regionibus, per
ipsum iurant.

a M.s. Aud. tredecim. ms. S. Max. & Rip. quadraginta. ad-
dirig. ms. Rip. & factum est totum tempus viæ suæ anni i.c. sed
bius habet de columnâ xl. cubitorum; primò dicit in eâ x l. secundò
xvi. annis habitasse. Alterutro loco videretur ositasse librarius.

b Al. dextrum.

c M.s. Leod. Marci. De Psyllorum Marorumq. vi contra ser-
pentes agit. Ilinius lib. 2.8. cap. 3. & alibi. Italia populi sunt Marci.

d M.s. S. Max. solum habet, aquam Sancti orationibus benedi-
ctam, ei in potum oblatam.

c Non apparet in quo grauitas flagitiij huius consistat, nisi aut
alterius fuerit hac cerua, intraq. viuarium aut septum custodita; aut
forè cum blasphemis & iocis impis eam occiderint; aut denique id
factum sit die quo cœsci carnis fūs non erat.

C A P V T VI.

Prodita frās. auaritia castigata.

Fraudem 22 **P**Ost hæc duo quidam socij simillaborates &
cuiusdam detegit. simul colligentes per annos quinque diuiserunt
inter se quod visi fuerant acquisisse. Vnus autem ex ipsis
fraudem fecit socio suo, subtractis de communī labore
auri solidis centum: & abscondit in caligulis suis quin-
quagenos per singulas, ignorante socio suo. Et post
hæc quod reliquum fuit, diuiserunt æqualiter. Ergo
ille alius collega ignorabat fraudem socij sui, & dixit
ad eum: Frater laborauimus tot annis, & quod Dominus
donauit nobis, parti sumus æqualiter. Eamus
ergo ad S. Simeonem. Et abierunt pariter. Cumque ve-
niissent ad eum, rogauerunt ut pro ipsis oraret. Et in-
terrogauit eos S. Simeon: Vnde estis? Et dixerunt: Nos
socij fuimus, & simul laborauimus: & quod Dominus
donauit nobis per orationes tuas, diuisimus æqualiter. Nunc ergo venimus gratias agere Deo. Quibus S. Si-
meon dixit: Videte ne aliquam fraudem feceritis. At
illi dixerunt: Nullam fraudem fecimus Domine, sed
simpliciter omnia diuisimus. Tunc S. Simeon dixit
illi qui fraudem fecerat socio suo: Tolle caligulam de
crure tuo, & da socio tuo, & sic eritis æquales. Quod
cùm factum fuisset, dixit S. Simeon illi cui caligula
data fuerat: Aperi illam caligulam, & solidos quos in-
uenieris, quibus te socius fraudauerat, habeto tibi, vt
ad integrum sitis æquales, quia & in illâ aliâ caligulâ
socius tuus aliud tantum habet, & ad propria redite
cum pace.

Pecunia 23 Erat homo quidam diues valde, & hic erat de
non collata ad pia operæ reuens.

ciuitate Antiochiâ, cuius domus subito incendio com-
busta, & exinde homo ille nudus exiuit. Abiit ergo ad
S. Simeonem clamans & dicens ei: Domine, domus mea
incendio concremata est, & periit in eâ facultas mea.
Dixit ad eum S. Simeon: Quantos solidos ibidem ha-
bueristi? Et ille ait: Habui tria millia. Et B. Simeon dixit:
Ecce non vis dicere, Habui medium modium. Quare
non dicis veritatem? O homo, habuisti septem modios
solidorum, & numquâ aliquid boni fecisti, non fra-
tribus subuenisti, non nudos vestisti, non orphanos
continuisti, non viduas solatium præstasti, non in ec-
clesiâ aliquando oblationem obtulisti: & modò quid
quaris? At ille respondit: Illos solidos Domine quos

perdidisti. Dixit ei S. Simeon: Respice sursum. Et respe-
xit, vidiq. cælum. Et dixit S. Simeon: Quid vides?
At ille ait: Video cælum. Et dixit S. Simeon: b Quan-
tum altum est cælum, tantum in profundum terræ in-
troierunt illi solidi, pro eo quod exinde nihil boni
fecisti.

a Hoc caput deest in edit. Rosvreydi, & quibusdam mss. habe-
tur in Leod. & S. Max.

b Hoc est hyperbole. Nam certum est, maius esse inter cælum ac
terram spacio, quam sit totius terra diameter.

C A P V T VII.

Latronis egregia conuersio, mors.

24 **V**I D A M latro famosissimus nomine Antio-
chus, qui & cognominabatur Gonathas, mul-
ta mala faciens, cùm à multis persequeretur, & non Agonatus
posset se ab illis abscondere, quadam die, quasi leo à latro ad
facie multorum persequentium fugiens, subito ingressus confu-
sus est monasterium, & amplexatus columnam S. Si-
meonis, cœpit amarissimè flere. At ille dixit ei: Quis
es, aut unde venisti homo? aut cur huc introisti? Respo-
dit ille: Ego sum Gonathas latro, qui omnia mala feci,
& venio huc pœnitere. Ait illi S. Simeon: Talium est
enim regnum cælorum: sed ne velis tentare meam mi-
seram animam, & iterum inueniaris in ipsa scelera quæ
gesisti. Hæc illo dicente, ecce Officiales venerunt ab
Antiochiâ dicentes: Trade nobis inimicum & malefi-
cum Gonathan, ne subito cōmoueat in seditionem
ciuitas: bestiæ enim paratæ sunt ad deuorandum eum.
Respondit eis S. Simeon: Filioli mei, non ego huc il-
lum adduxi: quoniam qui adduxit eum, maior nobis
est, & istis talibus subuenit: etenim talium est regnum
cælorum. Sed si potestis, intrate & accipite eum hinc:
ego autem non possum, quia timeo eum qui illum misit
ad me.

25 Audientes hæc virti illi, regressi sunt cum timore
magno, & nuntiauerunt omnia in Antiochiâ. At verò
Gonathas per septem dies amplexans & tenens colum-
nam, dicit ad B. Simeonem: Domine si iubes, ambu-
lare volo. Respondit ille: Iterum ad ipsa mala festinas? Feliciter
Dixit Gonathas: Non Domine, sed tempus meum iam
moritur Agonatus. impletū est. Et cùm hæc loqueretur, reddidit spiritum.

26 Et cùm vellent eum sepelire iuxta monasterium,
ecce alii Officiales venerunt ab Antiochiâ, dicentes:
Da nobis inimicum Dei & nostrum. Omnis enim ci-
uitas turbata est propter illum. Respondit eis B. Si-
meon: Qui illum adduxit, venit cum multitudine cæ-
lestis militiae, qui potens est in tartarum mittere ciu-
itatem vestram cum habitantibus in eâ; qui etiam hunc
reconciliavit sibi. Et ego timui eum, ne subito & me
occideret: ideò benigiter ipsum cōfugientem ad me
recepī. Ne ergo amplius inquietetis & fatigetis me
humilem & pauperem. Et reuersi sunt cum timore,
nuntiantes omnia quæ audierant & viderant.

a Vincentius Belvac. editio Rosv. & m.s. Rip. Ionathas, m.s.
S. Max. Zonathas. Recilius in duabus aliis virti Agonatus.

C A P V T VIII.

Varia mortalibus, communiter & priuatim, impensa
beneficia.

27 **R**EGINA quædam cùm esset sterilis, misit ad
S. Simeonem, deprecans ut à Domino ob-
tineret partum dati ipsi Reginae: impropterum enim
ex eo non valebat sustinere. Cui sanctus vir ita man-
dauit: Reuertere in domum tuam, præstabitque Do-
minus petitionibus tuis effectum. Quæ reuersa, mox
partum concepit, peperitque filium, qui per annos
quinque nec ambulabat nec loquebatur. Tunc prope
fines viri sancti accedens Regina, misit ad eum virum
suum cum infantulo plorans. Qui cùm accessisset,
dixit

dixit eis B. Simeon: Manete h̄c, potens est Deus adiuuare puerum. Manentibus autem eis, puer sanatus est: & reuersi sunt cum pace.

28 Vnā die ambulantibus quibusdam militibus ad sanctum virum, mulier quædam erat cupiens videre eum. Sed quia non poterat, vt vidi milites plures eum, accipiens habitum militarem, comitabatur cum eis. Peruenientibus autem eis ad dispositum locū, dicit

Mulier vi-
rili habitu,
agnita ab eo & bene-
ditta.

mulier militibus: Relinquette me, si vultis, ad animalia vestra seruanda, quia non audeo vobiscum introire in habitaculum viri Dei. Vos ergo ingredimini ad benedictionem eius. Cumque fuissent ingressi, dicit eis S. Simeon: Vnus miles ex vobis foris remansit? Qui dixerunt: Etiam Domine; animalia nostra seruat. Dixit eis S. Simeon: Ite ad eum, & sic dicite ei: Noli vexari, neque ingrediaris contra propositum meum. Nam & Dominus videns fidem tuam misertus est tui. Qui egredientes precabantur eum, quæ adhuc opinabantur esse militem, non mulierem, vt veritatem illis diceret. Et mulier patefecit eis omnem veritatem. Et audientes milites benedixerunt Dominum, admirantes fidē eius.

Nauim pe-
riclitatem
liberat.

29 Quodam autem tempore veriente multitudine hominum, vt benedicerentur ab eo; ascendit minister eius secundūm consuetudinem cum thymatiario, clamans: Famule Dei, populus hic benedictionem tuam expectat, iube dimitti eos. Ecce enim multas horas sustinentes expectant te. Et nullam responsonem dedit. Et post paullulum ait ad populum inclinantem sibi: Fratres carissimi, rogo ne molesti sitis mihi de tarditate; quia magnæ naui periclitanti in mari cum hominibus fere trecentis sensi in spiritu præsidio me fuisse, vt pro illis orarem; & oraui pro ipsis ad Dominum Iesum Christum, qui eis suum præstítit auxilium. Et benedicens eos, dimisit in pace.

In terra-
moto ad
eum con-
fugiant
Antioche-
ni.

30 Tempore igitur illo erat ira diuinæ animaduer-sionis magna in regione eadem, & diffusi sunt adeūm omnes Antiocheni, deprecantes eum, vt oraret pro illis. Multæ enim ruinæ siebant domorū, & mortuorum innumerabilium, ita vt frequenter terræ motus etiam ipsis Simeonis columnam mouerent. Tunc B. Simeon lacrymans dixit eis: Fratres mei, non sine causâ hæc mala veniunt. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt in suis voluptatibus. Non sunt in tantâ multitudine qui faciant bonum. Et iuber eos omnes in oratione secum prostrerni. ipseque cum eis fecit orationem ad Dominum, omnibus clamantibus cum lacrymis: Domine miserere. Et cùm diei partem in vocibus cum gemitu consumpsisset, dixit eis S. Simeon: Ab hac omnium vestrū multitudine vnu mecum exauditus est. Nam vox in auribus meis audita est, quæ dixit mihi: Exauditus es tu, & agricola iste, innotescens eum mihi, vt sciretis quantum valet homo iustus apud Dominum. Tunc iussit agricolam illum venire coram omnibus; & mirante turbâ dixit ei: Frater, persistens esto in omnibus bonis operibus tuis. Cognitum mihi est quod tu solus ab hac turbâ exauditus es à Domino. Sed satisfac nobis, quid tibi boni operis sit, vt isti audientes te imitentur. Ille autem hoc confiteri reculabat: sed se indignissimum ac peccato-re protestabatur. Cui S. Simeon ait: Noli fili bonum opus Dei in te abscondere: nec enim pro iactantia iubemus vt dicas; sed vt Deo gratias agens opera tua ceteris pandas, quatenus ea imitari appetant. Tunc Ruffici il- cœpit dicere homo ille: Cū sim agricola, consuetu-lus sancta do mihi est vt diurno labore quæ operatus fuero in tres vita.

Ruffici il-
cœpit dicere homo ille: Cū sim agricola, consuetu-
lus sancta do mihi est vt diurno labore quæ operatus fuero in tres
vita.

partes diuidam; vnam in pauperes, alteram in fisco, tertiam in victu meo; cupiens, iuxta illud quod legitur in Euangeliō, proprio stipendio contentus reddere quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed & numquām insidiatus sum alicui, nec nocui proximo meo, cupiens ei sicut mihi. Hæc audientes Antiocheni honorabant eum, deosculantes benignitatem eius. Quos B. Simeon dimisit in pace:

Matth. 22.

21.

31 Quidam homo malignus, Julianus nomine, Ex mss. Ardaburium Magistrum militum rogauit, dicens: Iube mihi Domine, & ego ascendens, deponam Simeonem illum de columnâ, & afficiam contumelias. Seductor Cupiens eū est enim, & seducit populum. Et accepto permisso iniuriam abiit cum plurimis. Accedentes autem socij eius erexerunt scalam ad columnam vt ascenderet, & inde deponeret S. Simeoni. Et ascendeante eo usque ad tertium gradum, segregata est scala à columnâ, & suspensus est à terra quasi cubitis quatuor, & pendebat in aere, & omnes mirabantur. Pendens autem præangustiâ & dolore tetendit arcum suum, volens sagittare S. Simeonem; & statim arefacta est manus eius, nec potuit emittere sagittam: & non solum chiragrâ, sed etiam podagrâ detenus est, usque ad obitum suum, pro præsumptione & audaciâ. Stetit autem beatissimus Simeon in columnâ quadraginta & septem annis. a Hoc caput abest à Roffveydi editione, & quibusdam mss.

C A P V T I X.

Moritur S. Simeon. corpus Antiochiam defertur.

32 Postridem multos verd annos imminentie die obitus Moritur sui, factum est vnā die, hoc est a sextâ Sabbati, feriâ sextâ inclinavit se ad orationem, sicut consuetudo erat ei, & Simeon migravit ad Dominum. Et omnis populus expectabat ab eo benedictionem, sustinens tres dies a sextâ Sabbati usque ad Dominicam. Et Sanctus Dei per tres dies quemadmodum se inclinauerat ita permanxit. Tunc ego pauefactus ascendi ad ipsum, & non paruo horæ spatio steti in conspectu eius, usque ad eum: Surge Domine, & benedic nos; quoniam populus tres dies & tres noctes habet expectans benedictionem a te. Et cum nihil responderet mihi, ego iterum dixi ad eum: Quare me contristas; aut quid offendis? b Suplico Angelo tuo remitti mihi. Aut forsitan a nobis miserasisti, & quiescis in Dominicâ pace? & sentiens quod non loqueretur, cogitavi vt nulli dicerem, quia timebam illum tangere.

33 Et stans quasi horâ mediâ inclinauit me, & posui Mortuus aurem meam ad auscultandum, & non erat flatus, nisi corpus statum quasi odor multorum aromatum ascendebat uenit odore de corpore eius. Et sic intellexi quia requieuit in Dōmino. Et hebefactus nimis ploraui amarissime, & inclinans me & osculatus sum oculos eius, & barbam complexus, crinesque capitissimus eius, cum gemitu & rugitu increpatis dixi: Cui me Domine derelinquis & vel ubi requiram Angelicam tuam doctrinam? Quale responsum dabo de te? aut quis respiciat columnâ tuam sine te, & non lugeat? Quid respodebo infirmis, quando venient & querent te h̄c, & non inuenient? Quid dicam, aut quid loquar? Ego humili video te hodie; crastinâ vero considero ad dextram sive sinistram, non inuenio te. At quo amictu operiam columnam tuam? Heu me! quando venient aliqui de longe quaerentes te & non inuenient, quid respondebo, vel quid agam miserego?

34 Et hæc dicens præ multâ tristitia obdormiui; Appares statimque apparuit mihi dicens: Noli timere, non Antonio enim derelinquam columnam hanc, nec locum, nec discipulo montem hunc benedictum, in quo illuminatus sum, sed descende, satisfac populo, & annuntia de me secreto Antiochia, ne tumultus fiat in populo. Ego autem requieui, sicut Dominus voluit. Tu autem ne cesses ministrare in hunc locum, & Dominus feddet tibi mercédem in cælis. Exurgens autem a somno pauefactus dixi: Domine memento mei in requie sanctâ tuâ; & subleuans vestimenta eius, procidi ad pedes eius, & osculatus sum vestigia illius, & tenens manus eius posui super oculos meos dicens: Benedic obsecro me Domine. Et iterum fleui & dixi: Quales reliquias tollam a te in memoriam? Et hæc dicente me

Ex m.s. me motum est corpus illius: ego autem timui tan-
LATINIS. gere eum.

35 Et ut nemo sciret, descendit celeriter, & fratrem
fidelem misit Antiochiam ad Episcopum. Qui statim
veniēscum tribus Episcopis, & cum iis Ardaburius
Deducitur Magister militum cum suis. Et extenderunt cortinas
Antiochiae. circa columnam, defixerunt vestimenta eius; erant
enim f confixa propter auram. Et deponentes eum de
columnā, posuerunt ante altare iuxta columnam.
Colligentes autem se aues volabant super columnam
clamantes quasi lugentes, ita ut omnes viderent. Et
etiam aues.
b septem. Sed & montes & campi & arbores h contri-
stati sunt circa loca illa.

Ab Ange-
36 Vbiique autem nebula tenebrosa facta est per
circumuum. Ego autem considerabam Angelum venie-
tur Simeonem ad visitandum eum. Circa horā vero i decimam
i seniores septem loquebantur cum Angelo, cuius vul-
tus erat sicut fulgur, & vestimenta sicut nix. Et vocem
eius in timore & tremore tamdiu considerauit, quam-
diu respicere potui. Quod tamen fuerit mysterium
ignore. Nam & ille k discipulus qui eum defunctum
Episcopo nuntiavit, dixit se secretoribus hotis frequē-
ter Angelum vidisse cum illo loquente, cuius species
erat tamquam fulgur, & vestimenta eius sicut nix.

37 Cū autem iaceret S. Simeon in feretrum, vo-
lens Papa Antiochiae de barba illius pro benedictio-
ne aliquid contingere, ut extendit manum suam, sta-
tim arefacta est. Et multæ orationes & obsecrations
siebāt ad Deum pro eo: & sic restituta est manus eius.
Etelevantes corpus eius cum feretrum, deduxerunt An-
tiochiam. Omnis autem populus, qui erat per circum-
um regionis illius, plangebat, quia tales reliquias tolle-
bantur ab eis: & quia Episcopus Antiochiae adiurauit
ut nemo tangeret corpus eius.

38 Venientes vero in quinto millario ab Antiochiae
in vicino qui dicitur Meroe, nullus potuit mouere eum.
In quo loco erat antiqua memoria iuxta viam, & erat
ibi quidam homo surdus & mutus per annos l unde-
Surdus ac
mutus sa-
natur.
m apprehendit vitum de m burdonibus qui portabant
feretrum, statimque mouit se de loco isto: & ita sanus
factus est ex illâ horâ; & omnes dederunt gloriâ Deo.
Peccatum autem hominis illius tale erat: Hic amabat
alterius uxorem, & volens eam adulterare, non potuit;
& mortua est, & posita in monumento. At ille iuit &
violauit sepulchrum eius, statimque obmutuit & sur-
dus factus est, & obligatus est in loco illo.

39 Tunc exentes omnes de ciuitate Antiochiae,
suscepserunt corpus S. Simeonis super aurum & argen-
tum, cum psalmis & hymnis, canticis, & lampadibus,
& ramis palmarum, & portauerunt in Cassiani eccle-
siā maiorem; de quâ reuelatione Domini transtu-
lerunt in ecclesiam aliam quâ vocatur n Concordia
p̄c̄nit̄iā. Et ecce vir aurea virgam in manu tenens,
Apparet ad funus eiūs. Angeli
lineis indutus assuit: & tamdiu ibi stetit, quamdiu cum
omni diligentia clausum est sepulchrum. Et ultra non
apparuit in locis illis, nec aliquando visus est.

40 Multæ etiam virtutes fiunt ad sepulchrum eius,
magis quam in vitâ suâ. Et homo qui sanus factus est
Multi Re- ibi seruuit usque in diem mortis suæ. Multi autem
liquias eius obtulerunt thesauros Episcopo Antiochiae, pro fide,
expetiū. poscentes reliquias de corpore eius, sed propter iusiu-
o randum nemini o præstitit.

41 Ego humilis & peccator Antonius in quantum
p potui lectionem hanc breuiter p exposui. Beatus au-
tem qui habet illam scriptam, & legerit in Ecclesiâ &
in domo Domini, & commemorationem eius fece-
rit, mercedem ab Altissimo recipiet, cui est honor &
gloria in sæcula sæculorum, Amen.

a Neque quintus Ianuarij anno iv. Leonis incidit in feriam v.
sed in feriam iii. neque primus Septembri quo eum colunt Graci.

b M.s. S. Maximini: Te adiuro per Angelum tuum remit-

tas mihi.
c Rofvvedus: Ritus veneracionis, quâ præstantissima quæ-
que membra, & partes corporis osculo delibabant. S. Hierony-

mus in Vitâ S. Pauli primi eremitæ cap.xi. Osculatis eius oculis

manubique. Sic mox ex humilitate: Et osculatus sum vestigia

illius.

d M.s. Leod. vicissitudinem in cœlestibus.

e Addit m.s. Max. alio die.

f Rofv. conficta ab auro. qua lectio non placet, & abest ab

omnibus m.s. quibus v. i. sum.

g M.s. Rip. luper.

h Pluribus verbis id exponitur in ms. Leod. Cominus stantes, se

grauari obitu viri Dei quibusdâ indicii infecunditatis & sterili-

tatis significabant. Nam montes cum vallibus, nullâ viridita-

te verantes, hiemali ariditate horrebat. Arbores vero nullâ

florum feracitate pubescentes, vel fructuum prouentu pingue-

scientes, eâ maledictione credebant aruisse, quâ aruit fucus cui

Dominus elurientur legitur maledixisse.

i Rofv. septimam.

k Plures fuerunt S. Simeonis discipuli, & quibus Sergius memo-

ratur in vita S. Daniell Stylite xi. Decemb.

l Alij, quadraginta.

m Rofvvedus: Etsi burdo ambiguum sit vocabulum, cla-

rum hic intelligi de animali; quia in Græco μῆλον. Isidorus

lib.12. Orig. cap.1. Burdo, ex equo & asinâ. Glossarium: Burdo,

ἵππος & ἵππος οὐς θηλεῖας, sic mulus ἱππός & ἵππος θηλεῖας οὐς.

quod apud Varronem est ii. de RR. cap. viii. Ex equâ &

asino fit mulus; contra ex equo & asinâ hinnus. Burdonum

mentio fit in L. x i. x. D. De legat. lib. iii.

n M.s. Leod. Concordia & P̄c̄nit̄ia. ms. Aud. P̄c̄nit̄ia.

o Addit m.s. Leod. Iurauerat enim in angustiâ manus arefa-

ctæ, se compagem corporis eius numquam soluere, sed integ-

rum vni loco seruare; quem tamen, etli non corpore, vbi que

crederet meritum esse: & sic in huius iuramenti attestatione, ma-

nun siam mortuam ariditatē, digitis se subrigentibus ad sanita-

tatem surrexisse.

p Hinc patet, esse hanc antiquam vitam ab Antonio scriptam,

veram iam olim Latinè, sed amplificatam, vulgariamq; in Oc-

cidenti.

A LIA VITA

S. SIMEONIS STYLITÆ

A V C T O R E

S I M E O N E M E T A P H R A S T E

I N T E R P R E T E

G V I L I E L M O G R A T I O E S O C . I E S V .

C A P V T I .

S. Simeonis ortus, & vita religiosa rudimenta in duobus

monasteriis.

I SIMEONEM virum famâ celeberrimum, magnū-*Simeonis*
qué habitati orbis miraculum norunt omnes Ro-*celebritas.*
manorum imperio subditi: eius nomen usque ad Scy-*res gesta.*
thas & Nōmadas percolauit: Persæ, & Indi, Æthio-*pumque natio, & quicumque aliam orbis plagam in-*
colunt, alij oculis perspicientes, nonnulli auditu eius
res gestas cognoscentes, eum laudibus prædicarunt.
Magnus igitur adeò cùm esset ac celebris, multos qui-*dem scriptores consecutus est; qui tamen eius virtutes*
haec tenus singulatim scripto completeretur, extitit
nemo, neque ullus ad singulas accuratè percensendas
animum applicuit. Verùm qui superioribus tempori-*bus breui compendio de eius vita disseruerunt, quæ-*
dam quæ medianam eius ætatem continent cursim per-*strinxerunt, neque tam celebres eius actiones ad finem*
perduxerunt. Quapropter utilis maximè de hoc viro
nobis sermo futurus: remque à capite ordiemur, atque
ad finem prosequemur. Sed vereor ne posteris fabu-*larum similior, & nuda à veritate narratio videatur.*
Confueuerūt enim homines naturâ metiri res præter-*itas; ubi vero quippiam naturæ terminos excecerit,*
omnis

omnis de eo rerum diuinorum imperitis falsus esse sermo existimatur. Quoniam vero hic vir naturae legibus non cessit, ac ne humana quidem passus est, verum incorporeorum in mortali corpore ostendit constantiam; cum praesertim ijs qui ab eo diuina edociti sunt, terra omnis ac maria ipsa repleta sint; hinc igitur narrationem meam inchoabo.

a *Patria eius. Puerones pascit.*

2 Vicus quidam inter Syriam & Ciliciam situs est, incole a Sisam nominant: ex illo admirandus hic Simeon oriundus fuit. Ac primum quidem a parentibus oves pascere docetur, vt in eo magnarum quandam virtutum viris adnumeretur, Iacob, inquam, Patriarcha, Joseph continent, Moysi legislatori, Dauidi Regi & Prophetae, vt & Micheae, ceterisque deinceps santiissimi eius ordinis viris.

b *Conuertitur.*

3 Cum vero aliquando ob nimiam vim nivalium e celo labentem oves domi manere cogerentur, otium nactus ad sacram Ecclesiam cum parentibus cocessit: illuc cum vocem Euangelicam inaudisset, quae lugentes & flentes beatos predicit, infelices vero ridentes denuntiat, itemque imitatione dignos omnes qui mundo sunt corde, & quemcumque his similia adiuncta sunt; unum e presentibus interrogavit, ecquid quis faciendo horum singula consequeretur: tum alter, qui & virtutis, uti appetet, cultor erat, monasticam ei vitam suadet, eiusque sublimem philosophiam ostendit.

c *Visione extitit ad perfectionem.*

4 Simeon igitur acceptis diuini verbi seminibus, iisque tibi intimis animi recessibus absconsis, ad proximum sacrorum Martyrum templum confugit, illuc facie & genibus in terram defixis, Deum qui omnes homines saluare cupit precatur, vt ad rectam pietatis viam dirigat. Huic rei dum aliquamdiu intendit, paulatim in somnum delabitur, ac tale demum visum cognoscit. Fundamenta quedam sibi effodere visus est, deinde ab astante quodam audire, vt fossam adhuc a latus effodiat. Cum igitur iam, ut iussum fuerat, effosioni institisset, cepit ab opere quiescere. Cum ecce rursus, qui apparuerat, ulterius effodere iubet, neque ab opere cessare. Cum tertio ac quartu hoc fieri mandasset, ac tandem ob nimiam fossa profunditate amplius fodere non valeret, satis iam effossum esse declarat, ac edificium strui imperat, neque eo a labore iam cessante difficilem deinceps fore structuram monet. Huic vaticinio respondit eventus. Significabat enim visio, quodque deinceps ab eo gesta sunt naturae limites excederent. Monastica enim vita post eximos illos labores, quos in principio exercuit Simeon, illi ex animi sententi successit.

d *Fit monachus.*

5 Inde cum surrexisset, ad vicinum Monachorum certum diuertit: ubi biennio commoratus, perfectioris virtutis cupidus in Teledam pagum concessit; in quo admirabili viro Heliodoro monachorum cura erat coheredita, qui e quinque & sexaginta quibus vivebat annis, totidem tribus demptis, se in cella concluserat, tres enim in lacte & infantili institutione consumpsit; nam a tertio aetatis anno a patribus Deo est consecratus, & hunc admirabilem monachorum grem ingressus est. Vir hic exemplo magni illius Iacob simplex erat, ac eodem mansuetudinis ac pietatis peruererat, ut asceticas leges supergressus, homines omnes omni virtutum genere superaret, ac ipsis Deo demum propinquus fieret.

e *Id ingrediatur Simeon: teinat ratione hebdomada.*

6 Adhuc quinquerio noster perueniens, illi pie- tur Simeon: tatis certator decim in hoc spirituali certamine transfigit annos: qui cum octoginta commilitones haberet, omnes anteiuit; aliusque post biduum semper cibum sumentibus, ipse totam hebdomadam sine cibo ducebat: quod reliqua consodalium turbam aegre admotum ferebat, quippe qui Simeonem imitari nequistabant, eiusque spirituale exercitium confusionem ac temeritatem quamdam esse dicebant.

a Theodorus Sefan vocat. Gracchus est Sutor.
b Gracchus est, in τὸν πλατοὺς τὸν ἵππον μαρτύρων διατρίψει ναόν, ad

proximum sacrorum Martyrum excurrit templum.

c Fusè describitur Teledæ situs xxii. Januar. in vita S. Eusebii. In vita S. Danielis Stylixi xi. Decemb. Telada. Teledæ dicitur. PHRASE.

d Theodorus addit, non ingressum esse Simeonem monasterium S. Eusebii, sed aliud quod ex eo germinauit, adificatum ab Eusebione & Abitone, quibus vita functio successit Heliodorus. De hoc autem Heliodore agere videoz Sosomenus lib. 6. cap. 33. & 34. ubi celebres Calcefria monachos recenset. Theodorus cum eo egisse se, eiusque simplicitatem & animi puritatem admiratum scribit.

e Etiam ipso presides agriculam tulisse ait Theodorus.

AVCT.

META-

PHRASE.

meo lumbos

cingit.

C A P V T I I.

Poenitentia, & abstinentia mirabilis.

7 **V**ERVM non in iis rebus stetit, neque promptitudinem hanc frænauit, sed occultum occultorum omnium scrutatori Deo certamen obtulit. **a** **N**ostis omnes quam asperi, quamque vel leuiter manibus **F**uné pal- attacki molesti sint funes ex palmâ contexti. Tali fune **m**eo lumbos Simeon lumbos cingebat, non tantum exterius, sed & cuti quasi agnasi faciebat, ac ita vehementer stringebat, vt omnis illa corporis pars in sanctu vnde quaque diffliueret. Decem dies aut amplius ita transfererat, cum ecce, vlcere iam ingrauefcerte, sanies vnâ cum sanguine inde profluens latenter intus plagam denunciabat. Tum unus ex spectantibus, quæ tanti sanguinis cauilla esset, interrogavit. Dum Simeon nihil omnino doloris subesse dicit, neutquam persuasit, sanguine in omnium conspectu defluente, ac supra omnem viri clamorem & patientiam contradicente, & quasi de mysterio triumphante. Itaque cum quidam e commilitonibus manum violenter in latus intulisset, tandem cauilla didicit, remque omnem Praefecto nuntiavit: qui cum eum grauiter reprehenderet, ac iurgiis tantam rei crudelitatem argueret, vix tandem vinculo liberavit, quo se solui quideam patienter tulit; **b** verum & vt vlceri aliquid remedium adhiberetur pertinaciter obstat.

8 Quare cum ascetici sodales hæc & eiusmodi alia Simeonem perpetrandem viderent, & hinc quidem neque se cum minimis eius virtutibus concertare posse, inde superari se non ferentes, iusserunt vt a pago receiveret, ne fors, vt aiebant, imbecillioribus damni aliquius cauilla existeret. Simeon ad montis solitudinem **f**in lacus **i**n **s**olitudo pergens inuenit lacum quemdam sine aquâ, nec admodum profundum, in quem se demisit, consuetis precibus ac meditationibus insistens. Post quinque dies facti penitente coepit eos, & qui cauilla dimissionis fuerant: quapropter duos ex omni numero electos ad Simeonem quærendum miseruit, quibus mandatum, vt si vltquam eum inuenirent, ad commune cœnobium reducerent. Illi montem passim obrantes in pastores ouium incident, quos cum de illo, viri formam & habitum describentes, interrogassent, lacum eis proximum, in quem se coniecerat, dixi ostenderunt. Illi ad locum festinantes, Simeonem nomine suo euocatum, fune demissi e puto extraxerunt, non sine magno labore: solet enim descensu ascensus esse difficilior.

9 Inde rursum ad certum fratrum reduxerunt: vbi Simeon exiguo tempore moratus, ad **d** Telatisum pagum concessit, (is ad pedem montis situs est) vbi parvum repertâ casâ, in eam triennio se conclusit. Hic **T**res annos porrò numquam non virtutum diuitias sibi accumulauit, in parvâ re contendebat, cum Moysi & Eliâ præclarum certamen iniens, quadraginta ipsos dies sine cibo perducebatur.

10 **e** Blasius vero erat vir in Deum religiosus, & valde attendens ad fratrum approbationem & utilitatem; prætereà Sacerdotibus in viciis degentibus tum temporis Praefectus, circumquaque loci sibi concreta obibat, ad vitam spiritualem Monachos magis magisque roborabat, ad precum maiorem toleratiem ac iejuniorum incrementum adhortando. Conigit autem vt aliquando ex officio quoque Simeonem visitata-

Auct. visitaret; qui virum tantum tamquam instituti sui consultorem exceptit, cum eoque arcana mentis suæ comunicauit. Blasus dum usque adeò arduum ac violentum viuendi modum cognoscit, serìd Simeonem monet, suaderetque ne mortem violentam virtutis loco habeat; contrà verò huiusmodi virtutem extremam dementiam, ac à Deo separationem, animæ denique mortem præsentissimam esse existimet. Enim uero ad hæc Simeon: Decem panes iuxta me colloca, necnon aquæ potu transvasculum, ut cùm videro corpus alimento indigere, statim aliquid sumam, illudq; meritò refocilem. Probatur Simeonis sententia: panes cum aquâ iuxta ponuntur, clauduntur domunculae fôres, & seræ loco argilla circumlinuntur, vt locus cuius adeunti inaccessus maneat. Trâfactis tandem quadraginta diebus adstat pro foribus admirabilis ille Blasus, Simeonem denuò visitaturus accedens, qui claustro argillaceo sublato domum ingressus, panum numerum ne minimâ quidem parte minutum, utrem aquâ adhuc plenum inuenit; ad hæc pugilem suum humi prostratum vider, qui solo respirationis signo se mortuum non esse declarabat; neque enim mouere se, neque loqui vlo modo poterat, vitalibus spiritibus per longam inediâ ferè extinctis. Quapropter diuinus ille Blasus aquâ spongiâ ore Simeonis irrigato, simulque abluto, sacrorum mysteriorum symbola illi porrexit.

11. Quibus sumptis corroborari cœpit: tum è solo paullatim assurgens, leui alimento, laetucis nempe agrestibus ac intybo, corpus reficiebat. Itaque Blasus eam abfieri inediâ ferè consumptum vterius reprehendere nentiam desit, magis verò viri temperantiam admiratus, ad seruat. proprium gregem reuertitur, magnum illud miraculum fratribus suis (supra ducentos habebat f) narraturus. Simeon verò ex illo tempore & in omni vitâ eadem inediâ usus fuit, ac nouem omnino & trinti dies sine cibo vlo transigebat; quadragesima dies, præsentis abstinentiæ finis, initium dabat futurae, corpori que exhaustum, neque par perpetuæ stationi, sed iam iaccens velut manu subleuabat. Ieiunium cùm iam denuò inchoaret, consuetam stationem, cælestes hymnos cantando usurpabat, illosq; etius Deo dedicabat. Cùm ad medium quadragesimæ peruenisset, nimia defatigatio etiam nolentem sedere cogebat, corporis facultatibus praे inediâ paullatim consumptis. Euoluto deinde certo dierum circulo vitales actiones cessabat, tum & hunc quidem in solum prosternebat: ipse verò neque sic constitutus à sacris hymnis abstinebat; verùm laborum remissio, imd alimentum, denique & somnus illi erant diuina eloquia. Hæc Simeoni iam cælo digno, licet terram incolenti, vita ratio erat.

12. Posteaquam verò eum in sublime eleuatum columna tenuit, omnium que in rerum naturâ sunt oblitus esse videbatur, omnem sedem ac cubandi opportunitatem recusabat. Ad hæc trabem erectam super diebus fuit, columnam statuebat, cui se adeò fortiter alligabat, vt trabi alligatus. hac ratione illud quadraginta dierum ieiunij stadium Postea etiâ perficiebat. Postmodum verò vberiorē è cælo adeptus solitus per gratiam, neque hoc auxilio indigebat: verùm quadrapetuo stat. ginta totos dies vinculis solutus, line recto, erectus, non inclinatus, impastus, imd ferè sine carne, columna quædam viua & animata consistebat.

a Theodoretus hac se ab eo, qui cùm hac scriberet monasterio prærat, dicit acceperisse.

b Longe aliter narrantur hac in aliis duabus vitiis.

c Theodoretus dicit fuisse illius postea Prefectus.

d Theod. Telanellum, & addit. vicum illum subiectum cacumini montis, in quo postea sublimus fuit. Hareus: vocat Telanellum oppidum.

e Theod. Bassum: vocat.

f Exponit hic Theodoretus austeras eorum vita rationem.

g Ribadineira ait quorundam semel id Simeonem factitasse, postea verò propter corporis imbecillitatem coadum ei austeriori moderari. Citarum Theodoretum: verùm id Theodoretus non dicit; cuius haec verba sunt: Tēpus autē & assuefactio multū detraxit de labore.

C A P V T III.

Maximi ad eum populorum concursus.

13. **V**Ery ordinem rerum gestarum nostra prævertit oratio, que instar florum benè olentium omnia ad se trahunt. Nobis verò prioribus inhærens progrediatur narratio. In prædictâ domunculâ postquam triennio perdurasset, celebratum illum montis verticem ascendit, vbi circumcircâ muro cinctus catenam subdialem habuit, in quâ cum frigore & calore Catena luetabatur. Ad hæc catenam è ferro longitudine cu-petra allitorum viginti sibi comparat, cuius vnam extremitatem ingenti lasso annectit, alteram per annulum a proprio pedi adaptat, vt ne si vellet quidem limites statutos transire posset. Verùm intus perpetuò morabatur, vni cælo intendens; inque eius ita hærebatur defixus asperitu, quasi iam animo inhabitare videretur; maiori tamen ac feruentiori desiderio in cælestiū rerum conditorem ferebatur. Tunc b Meletius, vir in quo religio sedem fixerat, c qui Patriarchalis Antiochiae throni gubernacula tenebat, ad viri spectaculū excitus famâ iam longè lateque currēt, postquam illum sub dio habitare vidit, ad hæc catenam ferream alteri pedi alligaram; alia quidē admirationis loco habuit, ferream autem catenam minimè probauit, superfluam esse dicens, quandoquidem mens sufficeret ad apponendum vincula rationabilia corpori. His sine morâ admirandus ille Simeon obtemperat, ac fabro vocari iussō, pedem ferreo vinculo solui imperat; verùm solutus, neque sic catenæ tei minos excessit: quippe amor Christi illum omni vinculo ferreo magis stricatum tenebat.

14. Porro ei tibiæ parti, quæ ferro circumcingebatur, pellis erat ouina supposita, quæ idem cum ferro tibiæ spatiū occupabat, ne forte in nudam carnem impingens eam grauiter vulneraret. Postquam igitur ferrea catena soluta est, ac supposita pellis ablata, d cimices plures quam vñiginti in tibiæ eius latitantes, car-nemque depascentes apparueré. Neque me h̄c quis-ces in eius tibiæ quam iure reprehendat, qui ista narré, cùm alia magna & supernaturalia suppetant, quæ commemoarentur opera. Nam neque hæc tenuissima prætermittant, neque quod cimices exigua sint animalcula, idcirco & exiguo in humano corpore morsibus suis dolores creant, aut minùs indunt molestiæ. Norunt id qui experti sunt. Sufficiebat equidem catena ad maioris tolerantiæ specimen, verùm accidentibus insuper cimicibus, tanto tempore in hoc malo perdurare, præser-tim cùm facile esset & manu occidere, & sic à doloribus liberari, quos iam contrâ & nutritre pergebat, & propriâ carne saginare, quam non tandem quantumvis illustris tolerantiæ magnitudinem adæquat?

15. Simeonis igitur famâ iam nescio quas non orbis Magni ad plagas longè lateque per currente, ad eum confluxisse eum cœcur-nouimus non tantum vicinos, verùm etiâ multorum sus. dierū, imd mensum itinere distantes, quâ quisque torquebatur molestiâ, eius curationem flagitantes. Neque quales ad eum aduentabant, tales reuertebantur: sed cùm tristes & moestii venirent, læti & hilares rece-debant, suarum singuli ægritudinum repertâ curatio-ne; denique omni vexatione & calamitate depositâ, lætâ voce & lingua gratias Deo & Simeoni agentes. Omnis igitur via, quæ ad hunc medicum ferebat, fori speciem imitabatur; locus verò, in quem affluens mul-titudo congregabatur, ciuitatis formam exhibebat, his morbum miserabiliter deplorâtibus, aliis adeptam sanitatem celebrantibus. Neque hoc semel tantum, sed saepius accidit, vt qui populi turbam eminus cernebat, ciuitatem esse coniceret; cominùs autem accedenti non iam ciuitas, sed multarum urbium congregatio secundum multitudinem distinctarum esse videretur.

16. Quid modò attinet Syros aut Cilices, aut Phænicum

Ex omnibus orbis partibus.

nicum greges enumerare, aut quibuscumque Romanorum innotuit sceptrum? Etiam Ismaëlitarum nationis & Arabum, Persarum quoque, Armeniorum, & quicunque Iberiam populus incolit, eò confluerebat. Quin imò & Homeritæ, & his remotiores, huius multitudinis numerum implebant. Aduentabant ex Occidente non pauci, vt Britanni, Hispani, & Galli, & quicunque intermedias regiones inhabitabant.

Imago eius proposita ad presidium.

17 Vix verbis exprimere licet, quantum in Italiam huius viri virtus splenduerit: etenim Roma ipsa tantum hunc admirabilem virum obstupefactum, tantumque ei honoris & venerationis exhibuit, vt multis passim columnis, porticibus, thalamorū septis, denique quoque ferè loco eius effigiem insculperet, quasi infinitorum bonorum thesaurum inde consecutura.

Dissidētes solo aspectu reconciliat.

18 Ea in vultu Simeonis gratia & decor elucebat, oculos, omne illicè odium & inimicitiam ei ex animo eraderet vel vnum illius aspectus; atque amicitiae, confessionis ac benevolentiae vinculo animos inuicem adstringeret. Quod inde planum fit. Variæ ex iis gentibus, quæ ad ipsum confluabant, priùs mutuo sanguine gaudentes, postquam virtus in Sancti conspectum venissent, inimicitias primò quidè dissoluebant, fœdus dein inter se percutiebant; in præclaram deinceps contentionem antiqua cōuerentes dissidia, dum quisque alios anteuertere, ac viri benedictionem prior consequi summo studio emititur. Sancti quoque viri pedes labris aut manibus contingere magnum videbatur. Multi qui pellebant tantum, quâ vestiebatur (id enim ei solum indumentum erat) contingebant, omnem omnino se benedictionem adeptos fuisse existimabant. Verum manum eius contractare, aut ore osculari, id eorum erat quibus familiaritas ex virtute contracta vbi torem aliis libertatem concedebat.

Vestis eius attactus, ampla benedictio.

a Theodoret. dextro pedi.
b Quis hic fuerit Melchior, quæ suimus in Pref. S. 3. Hareus, Græcius, Metaphrastes, & alij Antiochenum Episcopum faciunt.
c Græc: τὸν ἀρχαρινὸν θόρον τὸν Αἰγαίον δίετον.
d Non recte veris Villegas mosquitos sine cyniphes, chinchæ volvitur scribere.

C A P V T I V.

Columnaris statio. probata à Patribus.

In columnā stare incipit.

19 CVM verò accedentes omnem numerum exceperent, primùm vñ honorem declinaret, deinde quid molestiam grauabatur; tum quia cælo, quæ poterat, non tantum mente & cogitatione, sed corpore quoque ipso, tantò esse vicinior percuperet, illam excogitauit in columnā stationem. Et primùm quidem columnā ad sex erecta cubitos est, deinde ad duodecim, post ad viginti duos extensa est, tandem tota altitudo triginta sex constitutæ cubitis.

20 Si quibusdam nouum hoc ac propè incredibile videatur, mirum non est: cùm enim multa ea quæ magna, quorum nullum priùs exemplar extabat, ab hoc pugile primùm suscepta sint; tum certè columnaris illa vita, non solum quia exemplo caret contemnenda non est, verum etiam quia sine vñ exemplo in exemplum priùs proposita ceteris est, laudanda. Præsertim quid non sine maturâ consideratione ad diuinum instinctu factum esse, quæ deinceps sequuntur, testatum facient. *a* Ismaëlitas enim, qui ad plures myriadas excreuerant, ac impietatis tenebris erant inuoluti, no*b* Ismaëlitas, ua hæc agendæ in columnā vitæ ratio inde eripuit, ac diuini verbi lumine eorum mentes illustrâs, filios lucis & diei, qui noctis priùs & tenebrarum filij erant, constituit. Denique susceptis à diuino illo ore legibus, Venneris orgia (*b* hic enim dæmon patria iis dea erat) promptè abdicarunt. Multi verò Iberorum, vti dictum est, Persarum, ac Armeniorum auitum errorem ludibrio habentes, Euagelicæ & ipsi doctrinæ adiuncti sunt.

Tom. I.

21 Igitur dum notam hanc Simeon in columnā *A v c r* viuendi rationem excogitasset, famâ eius quâm celet. METRUM quaqueversum vulgatâ (ipsa enim in rebus adeo PHRASE, nouis celerioribus quodammodo vñalis consuevit)

Patres qui spiritualibus exercitiis ac laboribus ex c eremo cælestem quamdam ciuitatem faciebant, hoc HUMILITAM inuistato ac peregrino obstupefacti vitæ instituto, obedientia quosdam ad sublimem hunc hominem mirrunt, iisque probat. præcipiunt, vt ob tam peregrinas inuentiones eum reprehendant, ac consuetam ac tritam omnibus Sanctis viam inire doceant, neque eam contemnere, quam tantus Beatorum chorus calcauit, quâque ad cælum peruenit, æternaque illa subiuit tabernacula. Veriti deinde ne hoc eius institutum reverè Deo placeret, hanc eius actionem periclitari cupientes, hoc illis quos ad ipsum mirabant mandarunt; vt si virum viderent propriâ relictâ voluntate è sublimi velle descendere, statim se opponerent, ac primo proposito inhærent iuberent, neque scopum negligere permitterent. Hac enim ratione id vitæ institutum non nisi à Deo procedere arbitrati, non amplius esse quod de futuris ambigerent: vbi enim bonum est initium, talem & exitum fore liquidd constat. Contrà verò si indignaretur, nec admonitionem vel in minimo admitteret, verum simpliciter & sine ratione propriæ voluntatis ductum sequeretur, clarum esse, longè eum ab humilitatis virtute abesse, atque adeo eiusmodi cogitationes non nisi à maligno ei suggestas iudicari oportere. Itaque mandant vt si ita res habeat, statim inde auellant, & vel in uitum descendere à columnâ cogant.

22 Mandatis hoc paclio conceptis, postquam le- *tuffus à* gati ad Simeonem omnis obedientia & humilitatis columnâ parentem peruererunt, hi vel ex solo aspectu com- descendere, obedit.

pellare eum præ reuerentiâ oblii fuerunt, neque in- tueri eum ausi sunt: tamen tum propter mittentium Patrum mandatum (hæc siquidem ministerij perfec- *tio*) ipsi omnia sibi à Patribus commissa exponunt. Ille verò mansuetu animo, verè mansuetus ipse & hu- milis corde, reprehensionem ferens, non contradixit, non indignatus est, non in conuicia prorupit, imò ne- que parum neque multum locutus est; verum vultu maximè hilari, oculisque demissis obiurgationem ac- ceptans, gratiis Deo primùm religiosè actis, atque ipsis deinde Patribus pro tantâ curâ & sollicitudine pluri- mū se debere professus, neutquam cunctatus è co- lumnâ descendere parat. Illi verò statim id vetuerunt, *In proposito* Patrum mentem aperientes, quorum auctoritate sta- confirma- bilitam perpetuò & approbatam in columnâ statio- nem esse declararunt. Denique optimum finem, ac firmam continuorum laborum quietem Simeoni pre- cantes, inde abierunt. Sed & eius humilitatis sublimi- tatem, & obedientia magnitudinem in aliis multis vi- derelicer.

a Fusis hec deduxit Theodoretus, & Cedrenus ad annum xxv. Theodori junioris.

b Idem conflat ex Euagrio lib. 6. cap. 21. ubi refert, auream Ve- neris statuam à Nādmane Saracenorum Duce, igne liquefactam; erogatam in pauperes.

c Deit hoc Theodoro. Refertur & ab Euagrio lib. 1. cap. 13. & Nicephoro lib. 14. cap. 51. Suidas verbo Simeon dicit, ab Egyptiis monachis hanc ad virum sanctum missam esse legationem,

C A P V T V.

Diuinis inherens, matri etiam sui conspectum negat: defunctæ parentat.

23 V E R Y ordinem, quem incidentis præcidit nat- ratio, tandem nostra resumens exponat oratio.

Cùm Ismaëlitæ in tribus distincti ad Simeonem salutis ducem accederent, atque auitam impietatem de- *Theodore-* restarentur, diuino denique Baptismate fruerentur, *rum rogat* vñ populos alij aliis sacrorum rationem tradentes; aderat aliquan- *bapizet*. do & Theodoretus Ecclesiæ & Cyri Antistes. Ei igitur a non exiguum populi multitudinem vir Dei offert, hor- taturque

A a

A V C T. taturque ut confueras super eos preces reciteret, eosque
M E T A. b baptizet. Dum eius mandatis obtemperare Antistes
P H R A S T E. aggreditur, illorum quisque primus criminum suorum
b fôrdes eluere, necnon impietatis illuuiem abstergere
 contendebat; quiuis prior gratiam consequi satagens, litem quamdam ex re sacra faciebat: ita inurbanè ad
 eum concurrebant, alij horum eum trahebant, alij
 vicissim retrahabant. Qui verò distabant, in alios in-
 currebant, & manus protendebant. Quidam eius bar-
 bam, nonnulli vestem apprehendebant: parum deni-
 que aberat quin virum dicerent, nisi admirandus
 Simeon ex alto vocem extulisset: ita enim inordinatos
 illorum impetus compescuit, vt omnes statim muta-
 rentur, atque ad percipiendam gratiam cum omni
 modestia accederent, ac diuino lauacro tingerentur.
 Ita eius lingua fax, & terrete quos vellet, & illumina-
 re poterat; utrumque enim fraternal salutis causâ p-
 stebat. De diuinis præceptis continuas meditationes
 instituebat. Verum neque in horum obseruantia eius
 quiescebat industria: nisi enim quid amplius his addi-
 disset, non vulgare damnum existimat: tam irremis-
 so vtebatur studio, & tam indefesso in his omnibus
 erat animo.

c 24 Et patrem quidem, vti prius relatum est, sed &
 matrem reliquit, illi soli quem amabat adhærens, eius-
 que amoris totus intendens, quod Dominici præcepti
 caput est. Sed & illud ad cetera ex seipso addidit.
c Septem & viginti iam lapsi erant anni, ex quo natu-
 ræ leges, quæque in mundo sunt, vir hic mundo excel-
 sior abdicauerat: cùm ecce mater, innatum filialis affe-
 cione & ignem intra viscera sua gerens, neque aliter valens
 flammam extingueret, ad filium suum abiit, adhuc in
 carne sine carne viuentem (ita me de eo loqui ratio
 cogit) cupiens filium intueri, & eius frui colloquo,
 quo tanto tempore caruerat. Ipse verò intellecto ma-
 tris aduentu, vide quomodo & matri honorem parti-
 tus sit, & præceptio satisfecerit. Eius congressum qui-
 dem non admisit, verum hæc ei iussit renuntiari: Si
 tibi, ô mater, ita visum fuerit, mutuum asperatum in
 aliud æsum referuimus; & si quidem grata fuerit
 Deo conuersatio nostra, postquam hinc emigraveri-
 mus, in Christo inuicem multò familiarius clariusque
 videbimus. Hæcad eam referri iussit. Sed cùm mater
 præ amoris flammam, animam intus exurente, quæ di-
 eta fuerant non intellexisset, sed adhuc filii videndi de-
 siderio flagraret; Ego quidem, denuò per nuntium air,
 ô mater, quod utique nostrum conueniens est mallem
 admittere te, neque ita mutuum congressum vrgere.
 Postquam verò cuncta, vt video, votis tuis posteriora
 ducis, anteā me quiescere oportet. Te verò breuī vi-
 debo: ita enim Deo visum est. Mater, summa cum vo-
 luptate ac desiderio promissione acceptatam, animum
 erexit, & spe rei futuræ tantum gauisa ac exhilarata
 fuit, vt filium propè iam præsentem videre, eumque
 amplecti ac osculari, denique iam eius vocem audire
 videretur. Res hunc exitum fortita est. Illa paullò post
 vitam finiuit, animamque Deo tradidit, quæ felix &
 beata in vitâ fuerat, multò sub finem felicior, quod talis filij mater audiuerit, tantisque virtutibus ornatum
 post se reliquerit.

**Illæ pia
moritur.** 25 Diuinus verò Simeon intra mandram (ita co-
 lumnæ ambitus vocabatur) eius corpus inferri iussit;
**Simeon pro
eâ orat.** erat enim circum columnam murus ædificatus, vt mu-
 lieribus ingredi fas non esset. Postquam igitur mater
 illata esset, viditeam filius, quemadmodum prius pol-
 licitus fuerat: cui postquam cōsueta impedit, preces
 que pro eâ fudit, iuxta columnam sepulturæ manda-
 uit. Ita matri debitum honorem impertitus est, &
 Dominicum præceptum non tantum custodiuit, sed
 & proprio profectu augere perexit.

a Cyrus recensetur ab Auberto Mireo inter metropoles autocep-
 phalas, Patriarche Antiocheno subiectas. Dicitur duorum dierum
 itinere ab Antiochia, ut ipse cap. 2. tradit Theodorus. Non est en-

que Ptolemao Cyropolis dicitur: nam Cyropolis in Media est ad
 mare Caspium; Cyrus verò in Syria, Kyprianus Stephano, unde Kyprianus,
 ut ait, & regio ipsa Kyprianus. Ptolemao quoque Kyprianus est. sed ve-
 reor ut recte. Nam Procopio lib. 2. de edificiis Justiniani, Kyprianus di-
 citur, & traditur à Iudeis adficiata, & de Cyri Regis nomine dicta.
 b Apud Theodoretum Baptismi nulla mentio, sed solius Sacer-
 dorialis benedictionis.

c Hac de matre historia deest Theodoro.

C A P V T VI.

Varia Ismaëlitæ collata beneficia.

26 **E**X INDE iterum quasi fax clarissima omni vir-
 turum eximiarum genere resplenduit: quibus &
 in densissimis noctis tenebris, quasique maris procel-
 lis, impietatis inquam, iacentes, ad verum religionis
 portum perducebat: multisque videre erat ope Si-
 meonis serenioris aura tranquillitate perfaci. a Erant
 aliquando simul duæ eius, quam paullò antea comme-
 morauit, gentis Ismaëlitarum tribus; utraque supplice ^{Ismaëlite}
 ex eius ore benedictionem postulabat, vt eam quasi ^{de benedi-}
 tionis eius ^{præ} donum amplissimum suo Phylarcho deferret: verum ^{accidentia}
 circa ipsum donum contentio repente ac seditio inter ^{pius}
 eos non leuis oborta est; una pars suo primū Tribuno ^{tendunt.}

b benedictione deferendam censebat, altera suum præ-
 ferebat Praefectum, ac præcipere benedictionem ni-
 tebatur. Itaque tribubus inter se dissidentibus, in bar-
 baricam crudelitatem res erupisset, nisi Simeon, vir
 pacis & concordiae amantissimus, graui comminatio-
 ne & tumultum sedasset, & æquali precatione & bene-
 dictione impertita in pace eos dimisisset. Tum demum
 vidiles, prius infideles, ac contra pietatem linguam
 quasi hastam vibrantes, nunc pro virti sancti benedi-
 ctione quævis facere & pati eligentes. Neque etiam in
 inuicem ita sequiissent, nisi diuini huius viri benedictio-
 nem maximam vim habere planè credidissent.

27 Nunc alias Praefectus in medium prodeat, Sa-
 racenorum & ipse Princeps. Is accedens sacrum illud
 obtestatur caput, vt ne grauetur opitulati viro in viâ
 membris corporis soluto: dicebat autem hunc iuxta
 Callinicum (hæc erat arx maxima) subiisse ægritudi-
 nem, eam verò in vigore & adhuc in exordio esse; &
 morbum ei esse grauissimum, tum quod decumbendi
 insuetus, tum quod vehementes illas laborum mole-
 stias superare optaret. Hæc ille rogabat; simulque iu-
 bet hominem membris fractum introduci, atque ad-
 mirando Simeoni dignum commiseratione spectacu-
 lum proponi, si quâ ratione ipso calamitatis aspectu
 cum ad misericordiam infleteret. Ille verò productus ^{Curat pa-}
 in medium, immisum in se malum deflebat, & sanctum ^{relyticum.}

virum ad commiserationem prouocabat, denique à
 malo suo liberari postulabat. Hic verò celer ad com-
 miserandum, ac multus ad compatiendum, de animæ
 curatione prius quam corporis sollicitus, ægrum pa-
 rentum suorum impietatem abiurate iubet: sciebat
 enim eum adhuc hac delectari. Vt verò libens obau-
 dit, & iussa adimpluit; tum Simeon, verè magnum
 orbis miraculum, iciscitur ex eo, Num credit in Pa-
 trem, cuiusque vnigenitum Filium, ac in Spiritum san-
 cillum. Dum verò alter se credere palam fatetur; In
 istas, inquit, personas credens, surge: statimque sermo
 (ô ineffabilem tuam Christe erga virum gratiam!)
 debili dolorum curatio effectus est. c Ille autem, Do-
 minum suum etiam hæc imitatus, eum proprium lectu-
 lum humeris deferre iussit, quod & prælentes ad ma-
 iorem gratiarum actionem adhortabatur.

28 Et hoc neutiquam prætereundum silentio est.
 Vir quidam inter Ismaëlitas, qui iam Christo dede-
 ranæ nomina, illustris, votum teste venerabili Simeone ^{Votū vio-}
 nuncupârat, se numquam ad mortem usque ex anima-
 li quod vitam habuisset gustaturum. Temporis succel-
 su nescio quâ ratione, siue voti oblitus, seu concipi-
 scitæ illicio inescatus, auem occidit; quam dum com-
 edere

edere parat (ò rem prodigiosam!) in lapidis euestigiò mutata est naturam; unde neque admodum volunti gnostare licuit, lapis enim apperitum repremebat. Barbarus homo hac re stupefactus, sine morâ pœnitentiae magistrum accedit, peccatum suum & culpam summâ cōtritione cordis aperit, rogat quâ fieri id possit, ut Numen sibi propitium reddat, cui datam fidem sefellerit: neque petitione suâ frustratus fuit. Nam quod circa quem contigit miraculum, licet non statim, post tamen temporis successu plurimorum oculos testes habuit: *d* peccatum enim, quod propriam figuram retinuit, à multis postea visum est ex osse constare & lapide, ut os primigeniam declararet naturam; superinducta vero lapidea substantia, carnis testaretur conversionem.

e 29 *e* Alius quidam tribus Saracenorum Praefectus fidelium gregi adscriptus, ad magnum & ipse venit Simeonem. Tandemque cōsecutus id cuius gratiâ venerat, columnæ assedit, suauissimos sacræ illius lingue flores carpens, eiusque sermone, dum licebat, perfruens. Interēa verum è sacro crure scaturientium (nam ex assiduâ illâ & irremissâ statione pede vlcus contrahente, tibia verum quoddam habitaculum erat effecta) vñus è columnâ deuolutus ante Praefecti pedes decedit, quem ipse euestigiò audis manibus collegit, & honorificè in sinum reposuit, oculisque, ori, auribus, ac membris ceteris, veluti omnium morborum leuamen admouebat: & (ò amoris excessum!) non vermem esse ligit *Sara-* id quod honorabat, verùm quidpiam diuinum, & oculis *cenorum* spectare & circumferre se credebat: superabat quippe *Praefectus*. fides aspectum, & desiderium formam occultabat. Cūm magnus Simeoni index superiore loco vidisset, ob honorem vermi delatum Praefectum increpuit, eumque & quod ex suo corpore decidisset, & quod tantum vermiculus esset cui honor exhibebat, clare edocuit; neque decens esse vt quod è corruptione ac putrefactione natum esset, vel manibus contrectetur, vel alia corporis parte attingatur. Praefectus manu explicatâ consideraturus cuiusmodi esset vermis, in gemmam (ò miraculum!) splendore & pulchritudine conspuam mutatum deprehendit, qui inde & fidei dono gaudens, & gemmæ miraculo ditatus recessit.

a *Theodoreus*, se præsentem fuisse ait, & conatum verbis tumultum sedare.

b Addit *Theodoreus*, illos canes ab eo vocatos.

c *Theodoreus* hac paulò aliter: Iussit vt tribus Praefectum suis ferret humeris vsque ad ipsum tabernaculum (habuit autem corpus maximum) & ille quidem eo accepto statim abiit.

d Aliter, & non recte, vt opinor, *Theodoreti* interpres ait, ait pars ex osse & lapide constantem vijsam in eius pectori.

e Deest hoc miraculum *Theodoreto*.

C A P V T VII.

Proles sterili impetrata: sanata.

a 30 *M*ULTER quædam haud ignobili genere nata, Saracenorum Principi iuncta, sterilis erat; hoc præterea suæ habens calamitatis augmentum, virum frequenter liberorum orbitatem exprobrantem. Quapropter liberorum cupida ad magnum Simeonem perrexit, vbi stans ad septi vestibulū (mulieribus enim aditus omnis erat præclusus) casum suum lugebat, morbum lamentabatur, viri opprobria in medium proferebat, orabat, non raro per eos etiam quibus ingredi licebat supplicabat, obsecrabat, sterilitatis solutionem postulabat: addebat, vt ex se problem videret, se vitam suam libenter profusuram. Diuinissimus Simeon hic nequaquam consuetæ oblitus est commiserationis; verùm mulieris calidas illas lacrymas miseratus, precibus suis partus ei priuationem sustulit, ac domum abire hortatus, addidit, Deum, qui ab initio naturam humana architectus est, eius sterilitatem cum prouentu in meliora commutaturum. Tum illa (neque enim

Tom. I.

vllatenus dubitare decebat his, quæ diuinum illud os *Avt.* quasi à Deo motum pronuntiauerat) plurimū ani- *M E T A-* mata, domum reuersa, sine morâ concepit, post filiolæ *PHRASES* mater effecta: cuius natalis dies magnâ pompâ à pa- *Filiorum* rentibus celebratus est. Verùm breui temporis spatio *natales ce-* terminata est felicitas, gaudiumque festiuum amara lebrat *Sa-* tristitia excepit, ac solutio calamitatis in grauiorem *raceni.*

conuersa est lucrum; adeò vt parentes calamitatis loco haberent, quod vñquam peperissent; multoq[ue] priorē orbitatem præoptarent, iam filiola tres annos na- ta erat, iam prima balbuties, & puerilis incensus, quæ res parentibus solent esse iucundissimæ, expestatana- tur: illa vero lectulo affixa, elinguis planè & immobi- lis manebat; nam & pedes quasi solutos, & linguam constrictam habebat: paréibusque monstrum quod- dam esse videbatur, talisque familiæ hæres non solum indigna maiorū splendore, sed & ipsorum gloria igno- miniam, omnibusque adeò propinquis extremum de- decus allatura. Cūm parétes dolori plus æquo indul- gentes nihil omnino proficerent, iterum ad terum im- medicabilium ingeniosum & industrium curatorem configui, & gratias ei quidem pro beneficiis repen- dunt, rogant autem & vehementer supplicant, ne pro- lem à se diuinitus impetratam, hoc in statu esse diutius permittat, vt donum magis probro & dedecori ipsius esse videatur, vnde & maiorem mœorem & tristi- tiam quā gaudium & lætitiam vita patiat; verū membrorum solutionem tollere, proleinque integrā & perfec- tā reddere dignetur. Hæc cum lacrymis di- cebant, & perseverabant misericordiam expectantes. Simeon, tamquām commiserationis thesaurus, verbis tantisper calamitatem leniebat, neque diu animo cru- ciari passus est: septima exinde agebatur dies, postquām eorum perseverantia irrita esse videretur; penitus de salute filiæ desperantes, animi mœrore pleni, vultu inançeno domum reuertuntur, filiam secum repor- tantes, sibi ob intempestiu consilia succentes, quod & parentes vocari ab initio voluerint. Postquām vero *S. Simeon* tantum itineris confecissent, vt columnam amplius *puelle mu-* videre non licet, puerilla ad eam plagam, in quâ stabat *ta & debili-* *vocem &* *vires ins-* columnna, conueritur, & improviso vinculo linguæ soluitur, & Laus tibi & gloria Sancte Simeon, exclamat. Mortuus deinde & robur pedum adepta, recta domum pergit, parentibus suauissime inter eundum assultans. Illi improviso miraculo stupefacti, vix suis ipsis oculis eredebant, sed præ desiderij magnitudine, ne non verè sanata filia esset, verebantur, sed oculorum fascinationem esse quamdam existimabant. Deinde re diligenter post accuratam inquisitionem cognitâ, cūm filiam omnino sanam deprehenderent, tum Deum ob- præstata beneficia laudare, Simeonem eius famulum deprædicare cōperunt: & natalitiorum filiæ lætitiam longè superauit, ob eius curationem instituta celebri- tas. Beatos se demum filiæ partu prædicabant: & eos quidem cum gaudio & festiuitate tota domus exulta- ratos exceptit.

a Deest hoc *Theodoreto*, qui alterum refert, quod e[st] hic paulò inferius, defilio *Regina Ismaelicarum* impetrato.

C A P V T VIII.

Mulier nondum mandram eius ingressa, agnita & benedicta.

*31 V*ERVM vnum me ferè Simeonis factum præ- *Mulier v-* teriisset. Mulierem sanctum virum coram oculi habitu *rili habitu* lis intuendi, eiusque gratiâ & benedictione fruendi, di- *ad vñ-* *uina inuaserat cupiditas: verūm huic desiderio obicem* *dum Si-* *ponebat septum oppositum, mulieribus aditum omnē* *meonem* *accedit.* præcludens. Pia matrona hoc amoris igne correpta, omnes secum vias & rationes animo agitabat. Mili- tes interea quidam vñfendi Simeonis gratiâ capessiue- runt iter: mulier simili suscepit habitu, ad omnem se illorum speciem conformauit: ad h[oc] omnia tuta vi- *A a 2* *dens,*

A V C T. dens, equo ascenso vna cum eis equitando viam celeriter confecit. Ad seprum vbi peruentum est, ex equis descendentes, eos milites mulieri tamquam vni comilitonum committunt, cum nondum mulierem esse manifestum esset. Illa depositum libens apud se asseruandum suscepit, parem gratiam ab illis consequi volens; ita enim cum iis pacisceretur, vt suum vicissim equum illorum fidei committeret, posteaquam à Simeonis aspectu reduces reuersi essent: ea illi vnicā erat cura, eo omnes cogitationes suas dirigebat, vt viri sancti conspectum obtineret, eiusque benedictione frueretur. Verū nequitiam ei contigit vt votis suis potiretur: posteaquam enim milites ad Simeonem peruenissent, & voti iam essent compotes, tum sic ad eos diuinus Simeon: Vnus quidem vestrum, ait, relictus est, ad quem cum peruereritis, nuntiate ei in hæc verba:

a Mensis tuæ oratio ad aures Domini peruenit; iam Dominus Deus, qui intima cordis desideria & cogitationes perscrutatur, benedictionem tibi suam impertitus est: eius consecutus benedictionem & summa votorum, nihil necesse erit huc venias. His ab admirabili Simeone dictis, milites septo egressi non minùs sancti viri alloquium obstupuerunt, quam fortis relikti commilitonis admirati sunt virtutem; (ad hoc enim milites nomine indigitabant, quam nondum mulierem esse subodorabantur:) tanto enim tamquam beato ore depraedatum non nisi eximiis virtutum ornamētis decoratum esse credebant. Foras igitur egressi, iussa continuo, quæ in mandatis habebant, nuntiarunt; tum variis interrogationibus beatam matronam fatigarunt, & quænam esset, & vnde tantis virtutum meritis ornata. Neque enim villo pacto, addebant, mellifluum illud & suave os, beata illa Simeonis lingua tam honosificam tui mentionem fecisset, nisi latens aliquis virtutum thesaurus in te esset reconditus. Tum illa, cognitum quod nihil rerum suarum virum sanctū lateret, animi sui arcana viris illis vel inuita detexit, dicens in hæc verba: Me quidem, fratres, pridem ingens sanctum virum coram aspiciendi, & quæ in eo insunt spiritus dona & gratias oculis cernendi occupauit desiderium; cum vero vallum oppositum mulieribus nequaquam ingredi liceret, eorum iudicauit sexum occultare (mulier enim sum) eiusque contuitum arte assequi: verū cum latere non possim eum qui etiam occultorum est cognitor, lubens hinc recedam, neque mandato huic refragabor, iam enim benedictionem obtinui; neque quia latui, sed quia deprehensa sum, gratiam quam volui impetravi. His dictis à probâ illâ muliere, multò magis admirati sunt virum milites, & in suam quique ditionem reuersi sunt.

a Diffarem euenum simili consilij, sed cum aliquib[us] (ut apparet) temeritate & procitate suscepisti, refert S. Gregorius Turon. de glor. Confess. cap. 26. ubi de S. Simeone agens ita scribit: Postquam vero columnæ editori se sanctitate seruens inuenit, non modò extranea mulieri, verū etiam nec propriæ matri se videndum permisit. Et nunc etiam locum ipsum ab huius sexus defensat accessu. Nam ferunt, quamdam mulierem induitam fuisse veste virili, & in basilicam ingredi voluisse columnæ. Tractauit secum misera, agere posse per indumentum, quod latere posset. Altissimum, ignorans illud Apostoli: Quia Deus non irridetur. & licet ibi veniens ad templum erexit pedem, vt sanctum ingredieretur limen, tamen protinus retrosum ruens cecidit, & mortua est: satisque fuit populis, ne hæc vlt̄a mulier vlla praesumeret, cum in istam cerneret vltionem pessimè irrogatam. *Ad quoque Viennenſis in Martyrologio, Notkerus, & quadam mss. sub Bede nomine, idem referunt.*

C A P V T I X.

Antiochi latronis conuersio, pia mors.

Antiochus Agonatus 32 **E**t hoc quidem miraculum tale. Quis autē prætereat quod deinceps narratū eo? Latro omnium prædonum longè crudelissimus, & maximè sanguinolentus, Antiochus nomine, cognomento & Agonatus, sciciorū cohorti præterat, & non magis consilio quam virium robore & animi audaciâ subditis imperitabat,

atque insigni in adeundis periculis temeritate. Tantum enim corporis robore, & pedum celeritate pollebat, itaque iis fidebat, vt populosissimos pagos, etiam ipsa Antiochia vrbis suburbia, inuaderet ac diripere non dubitaret. Si quando equo vehi necesse erat, equas ob maiorem celeritatem consendebat. Hunc postquam multorum fama vulgauit, nullo prohibente vitæ prædatorum operam dantem; multi illi insidias struxerunt, tum portissimum quibus flagitosos puniendi cura cōmissa est, Antiochum comprehendere totis vitibus adnisi sunt. Cum aliquando in hospitio morareretur, Perrumpit ibique potaret, militum cohors quinquaginta supra folius centum, hoc idoneum ad eum capiendum tempus horum.

Hic vero vt sensit insidias, neque ventris onere, neque vini veterno quidquam de prædatoriâ audaciâ remittens, iracundia & stuans exsurgit, indumentorum sarcinâ quantâ potuit festinatione equæ impositâ, manu gladium educit, eoque assidue in aere instar furiosi & dementis vibrato, nemini sibi appropinquandi fecit licentiam; totusque adeò formidabilis hospitio egreditur. Et equa non parum ad terrorem incutiendum ipsi profuit; illa enim & calcibus anterioribus infiliebat in occurrentes, & dentibus mordebat, planeque sufficiens erat accedentes percellere, & magnum iis terrorem iniicere. His omnibus cum militum multitudinem turbasset, habens prætereà famam rerum gestarum veluti viam sibi aperientem, multumque cooperantem, ac pluribus, qui eum necdum viderant, terrorem iniicientem, extremum periculum deuitat: & consenso iumento, tamquam alter latro ad Simeonem columnæ affixum *Ad Simeonem confugit: nouerat enim, cum illius qui pro humani nem confusus generis salute cruci affixus fuerat, esse discipulum. Ac git.*

turn quidem latro, totus dolore fractus, miserandum in modum eminens clamabat: Salua anima pereuntem, Sancte Dei; serua, inquam, hanc animam. E heu! quod *Magna cōmichi erit refugium: quæmna omnis mali depulsorem puncti animi signa inueniam: omnis abit salutis spes: neque mihi cura edit.*

mortibus ob malefactorum conscientiam dignus sum: neque eas reformido, licet sapientius mori liceret. Quid enim quæ ferro consciens mors formidabile habet? Quantulum hoc supplicij est, semel præsenti solū luce priuari, ei qui multis vitam ademir, leque quotidie contribulium sanguine polluit? Verū ignis ille inextinguibilis, & cruciatus perpetuus, mihi timorem inicit, adeoque perturbat, vt tantum non animi impotentiam inducat: eius meditatione totus cohresco, quæ intimum mihi cor lancinat, adhuc enim manus fraternali sanguinem distillant, recetes sociorum cedes adhuc animo obuersantur. Quænam igitur mihi consolationis spes: quæ salutis via? Adfer opem, serue Dei, consilij omnis inopi; porrige manum animæ in extremum interitus discrimen adductæ.

33 Hæc & similia dum coram sancto viro lamentatur, vehementer eum ad suarum commiserationem emexcitatum commouit; qui & antequam sermonem *tas Simeonem* ordiretur, intimi cordis pœnitudinem intuebatur. Condolens itaque latroni, magnâ verborum humanitate animum eius recreare cœpit, ac bene sperare iussit. Dum hæc ita agerentur, milites eum non amplius latronum, sed supplicum more manus in altum protendere consipientes, crudelissime eum ad supplicium deposcunt; usque adeò, vt apud sacrum caput incredibili ausu, non conuenire dicerent, neque esse humani iudicij, viro qui propriâ manu tot homines interfecisset, auxiliari. At tranquillum illud ac mansuetum os parui longas eorum nugas faciens, ita fatur: Qui peccatorum semper pœnitentiam cupid, idem & *Cōtra mites eum* hunc in perditionis iam barathrum ruentem, præter omnen spem, incolumem seruans huc perduxit, non *lites eum defendit.* ego. Quomodo igitur quispiam, quem ipse propriis manibus aduocauit, eumdem tortoru manibus tradat?

Militum

Militum illa manus his auditis recessit, viri enim virtutem & ipsi verebantur, licet toto impetu in Antiochum ferrentur. Ipse vero Antiochus primum se in terram iactat, calidas fundens lacrymas, & amarè suspirans. Magno denique affectu, instar latronis in cruce cum Christo acti, & pœnitudinem ostendens animi, noxas Deo aperiebat: sed facinorum multitudine omnem illi ad diuinæ clementiæ nutum præcludebat accessum. Verum dum sequestro bono vtitur, diuini Simeonis precibus, breui & ipse delictorum veniam obtinuit. Itaque vox calitus audita, sacri oris cœlesti eu-
suffragium confirmauit, acceptam nempe esse latro-
nisi pœnitentiam, simulque vitæ exitum ei imminere,

Latro voce *calesti eu-*
suffragium confirmauit, acceptam nempe esse latro-
nisi pœnitentiam, simulque vitæ exitum ei imminere,

*Più mori-
tur.* *b* *manus attollens in cælum hæc in verbal protumpit:* Domine Iesu Christe, inquit, Fili Patris principio ca-
rentis vnigenite, qui non iustorum gratia, sed pro pec-
catorum pœnitentiâ venisti, suscipe spiritum meum.
Et simul hunc in modum orantem euestigò vita defec-
cit, & manifesta viro admirabiliter venia indulgetur.
Quapropter ingens omnes tenuit admiratio, & noua
pœnitudo populi animos occupauit: theatrum ipsum
partim lacrymis, partim volupitate perfundebatur: hec
enim à delictorum remissione, illa verò à pœnitentiâ
proficiscicebatur, atque ob hæc omnia laudabatur Deus
ab omnibus, & b saluator illius famulus Simeon cele-
brabatur. Sicutem hæc superna administrabat pro-
videntia, quæ & magnum Simeonem magis extolle-
bat, omnibusque pœnitentiæ portam ad salutem sine
excusatione amplectendam aperiebat.

*Milites sibi oculis suis spectasset: itaque maiori quam anteā
temeritate & impudentiâ ad magnum Simeonem ac-
cedunt, & hominem grauissimorum facinorum pa-
tratorem, qui iniurias omni veniâ maiores intulisser, in
maximis sceleribus deprehensem, denique vrbis vni-
uersæ euersorem, magno clamore tradi sibi postula-
bant, ista vociferantes: Itane legibus omnibus ac de-
cretistuum iudicium præferendum censes? eorumque
cōtemptorem benigno ad commiserationem aspectu
intueris? meritis suppliciis eximere contendis? Ille ver-
ò nihil de solitâ lenitate remittens, hilari & mansue-
to vultu respondit: Quoniam non ego virum huc ac-
cessui, sed communis omnium Dominus huc eum
perduxit, quod primùm ego afferui, id ipsum nunc eius
tumulus indelebili veritatis testimonio confirmat: qui
ad pœnitentiam eum vocauit, idem & hinc transtulit,
& ad se ex humanis eripuit. His dictis, cùm funus illis
admirabilis Simeon coram ostenderet, omnium ani-
mos tremor incredibilis occupauit, ex quo ingentem
dolorem concepere, deinde erroris sui à beatâ illa ani-
mâ veniâ obtentâ, huius tanti miraculi promulgato-
res, ac minime fallaces præcones abierunt.*

*Re cognitâ compun-
guntur.* *a* A' yovar. sine genibus. Id fortè ei ex aliquo euentu cognomen
adhaesit, inquit Rosseydus.
b Ita Grac: Kaj i' rātov' v'p'v'ero Θεός, ηγ σωτήρ ὁ οὐρανού θεός
παντοχείρος.

C A P V T X.

Absentia & futura diuinitus cognoscit.

35 **N**O BIS in hoc miraculorum pelago nauis infi-
nita ferens proferatur, salutēque precum eius
interuentu, periclitib[us] in mari præbeat. Hanc enim
Tom. I.

aliquando in medio mari grauissima procella inuasit, Auct. & iam illis ad eam magnâ vi fluctibus propè mergens. M E T A-
da videbatur. Nauigantes omni arte, omniq[ue] rei PHRASE.
benè gerendæ spe depositâ, postrema sibi inuicem sa-
lutis verba inter amplexandum, periculum exspectan- Periclitæ.
tes, impertiebantur: tandem ultimam anchoram ia- tibus in
ciunt, & Simeonis ad communem Dominum memo- mari sub-
riam refricantes, simulque eum in columnâ habuerunt
pro suâ salute deprecantem, & simul ipsis rursus in nauis
apparentem: & mox mare sedatum perceperunt: nam
leni mox aurâ afflante, plenis velis per tranquillum pe-
lagus deducti, ad continentem peruenierunt.

36 Nec illud de eo prætereat. Virgam aliquando Famæ in-
è celo delapsam videre visus Simeon: Flagellum, in- minentem
quit, nobis Deus post duos annos immittet. Iam tem- prædictis:
pus ab eo præscriptum aderat, & terra nihil omnino
tulit, imbris carens; ingens siquidem siccitas eam
occuparat, & simul famas ac pestis, mala inde proue-
nientia, quaus pœnâ grauius eam affligebant, homi-
nesque amarè cruciabant. Tales igitur habebat ocu-
los mentis Simeon, ita omni terrenâ caligine perpur-
gatos, vt futura omnia quasi iam præsentia intueretur.
Deinde prædictis erucarum plagam. Verum non ita tum eru-
in Dei irâ prænuntiandâ celer & promptus erat, vt ad carum pla-
malum de pellendum negligens aut impotens esset; sed gam.
eam ob causam præmonebat, vt prævisa minus noce-
rent: Intra enim, inquietabat, minas adhuc decreta stat
pœna: solum quæ peccauimus corrigamus. Hoc verò
dicebat, propriorum laborum recte facta regens: hinc
& non tam suam erga Deum fiduciam, quam illorum
pœnitentiam testamat esse volebat; nouerat enim se
indigna passos non neglecturum, sed ita forte, vt pro-
priâ interpellatione iram diuini Numinis sedaret, im-
minensque flagellum sistere se posse confidebat. Non-
dum igitur triginta dies elapsi erant, cùm ecce ingens
erucarum circumfusa nubes, parum abfuit quin totam
terræ faciem occuparet. Homines neque quid boni de
futuro sperarent, habebant, neque verò, si quæ mali
solutio futura esset, cognoscere poterant; denique de
tanto reptili periculo evadendo penitus iam despe- Erucæ eius
rabant, neque aliud quam præsentissimum inde exitum precibus
expectabant, terræ fructibus partim nondum enascen- consumptæ.
tibus, partim ab erucis iam consumptis. Simeon verò
vix Deum erat deprecatus, cùm ecce omnis erucarum
copia, quæ iumentorum pabulum ferè labefactauerat,
extemplò consumpta est, terræ frugibus in hominum
vîsus accommodatis nullo penitus monumento illato.

37 Dignum quod his addatur & illud. Duæ ali- Immicens
quando virgæ huic inuisibiliumistarum rerum specta- à Persis &
tori è celo deferti visa fuerant, quarum una versus Scythis bel-
Orientem solem incumbebat, altera a versus Aquilo- lum preui-
nem. Eam visionem Persarum & Scytharum in Ro- det, & pre-
manos irruptionem indicare declaravit, & hanc visio- cibus auer-
nem præsentibus narravit. Ipse verò multâ lacryma-
rum profusione, & precibus Deo supplicabat: neque
priùs ab oratione destitit, quam Persæ in Romanos in-
citati, ciuii inter se dissensione obortâ, apparatum mi-
litarem dissoluerent. Scythæ verò, cognitâ Persarum
cunctatione, & ipsi quieuerunt, neque vulgo sensum
commotionis præbuerunt.

38 Talis erat admirabilis ille Simeon: ita commu-
nem omnium salutem curabat, vt nec singulorū etiam
negligeret. Sed & hīc prænuntius ac vates fuit. Nouit
id Theodore Episcopus, cuius iam anteā mentionem
fecimus. b Vehementer is à quadam oppugna-
batur, vnde & merorem contrahebat, & accusatio-
nem grauiter ferebat. Postquam verò omnibus, vt Theodore-
prouerbio decantatur, rudentibus contenderat, neque tum sola-
vum ex labore fructum se consequi videbat; tum ad tur & fu-
turâ præ-
caput, confudit, eiique negotium omne suum com-
mitrit. Ille merorem animum consolazione recreat,
calumnijs ferendas monet, etiam ex sacris paginis
A a 3 osten-

Aver. offendens, quantum ex temptationibus lucrum proueniat: deinde paullulum moratus, Te verò etiam Deo, inquit, gratias quām potes maximas agere oportet, carissime; post quindecim dies tuus morietur aduersarius: tum demum omnem hanc procellam à te repelles. **E**o igitur dierum numero absoluto, vitam ille cum morte commutauit; hic verò extra omnem tempestatem in tranquillo constituit, diuinum Numinis suffragio S. Simeonis verbis terminum statuente.

a *Aliter Theodoretus, in terram autem Orientalem eadebant & Occidentalem. Baronius hoc ad annum CDXX. referit, quando mortuo I. digerde successor Vararanes fadus rupit, malo suo. At non sum in exordio ipso sopitum est ob ciuiles dissensiones bellum, ut patet ex iis que narrat Socrates lib. 7. cap. 18. quod hic S. Simeonis precibus factum scribit Theodoretus & Metaphrastes. De Regibus Persarum I. digerdem & Vararanem secutus vide Agathiam lib. 4. & Petrum Teixeiram lib. 1. de Regib. Pers.*

b *Multa perpessus ab aduersariis Theodoretus, que recensentur à Baronio Tom. 5. & 6.*

C A P V T X I.

Theodosium & Danielem monachos ad sanctiora hortatur. barbaria variò opitulatur.

a **39** *T*HEODOSIVS quoque magnus sacræ huius Theodosi. linguae eloquio irroratus efflòruit, Theodosius, inquam, ille spiritualium exercitationū, nec non chiam ad pastoralis sapientiæ summa & caput. Ille nuper virtutis amorē in intimo mentis thalamo fouverat, nondum tamen in flammatum accensum habebat: communem salutis mystagogum accedit, atque ad columnam propius accedens, priusquam ex ore aliquam emitteret vocem, ita ab admitendo Simeone compellatur: Benè venisti vir Dei Theodosi. Tum proprij nominis præcognitione stupefactus, quod cùm nondum in viri notitiam venisset, quasi multo tempore cum illo habitatserit, ita proprio nomine appellaretur. Itaque capite terræ admoto, benedictionem sibi dari postulauit. Cuius petitioni non tantum satisfecit Simeon, sed & ad se sursum ascendere iussit, ad ascetica certamina ad se venientem excitauit; &c. Amice, inquit, Theodosi, cum gaudio iter arripe; à Domino gressus tui dirigentur. Neque verò huc usque itit sermonem, sed & futura illi prædictis, ut quod ad magnam virtutem pertineturus esset, multoque saeculari vanitate implicitos ad monasticam vitam inducturus; denique quod hominum gregi præficiendus; quod ad eximiam magnitudinem virtutisque excelsitudinem peruenturus; quod plures suorum laborum imitatores effeturus, & Deo oblaturus esset. Hac omnia admirabilis ille Simeon Theodosio prædictis, quæ num postea evenerint, qui illius Theodosij vitam legerit sciet.

b **40** Prodeat in medium **b** Daniel, qui idem cum Simeone suscepit certamen, eiusque propheticæ lingue in se charismata patefaciat. Adhuc enim sub magistro & pastore ascetica concerationis labores exercebat Daniel, & ingens eum desiderium inuasit ascendi columnam, & cum Simeone coram agendi. Aliquando igitur cum magistro suo ad Simeonem cùm peruenisset, ambos maximè rogauit, hunc quidem, ut sibi columnam ascensum permitteret; dein magistrum, ut sibi ascensum annueret. Utiusque fit compos voti, columnam enim liberè ascendit. Quem dum Simeon conuenienter venientem excipit, Confortare, ait; & virum te præbe fili Daniel: multi enim tibi ob communem Dominum labores preferendi sunt. Verùm gaude; eius enim gratiæ roboratus, communi hoste superato, fruēris tandem eā, quæ ita fortiter dimicantes manet, beatitudine. Similque manu capitii Danielis imposita, precibus à se iam dicta confignauit.

41 Hac ita dicta, opere deinde fidem fecerunt. Simeon enim Danielem à se gratiæ & benedictione repletum dimisit, & magis eum posthac in visceribus habuit, magnoque eius non tantum præsens adhuc

amore, sed post discessum etiam absentis desiderio exarsit. Cùm aliquando c. è Mesopotamiâ Hierosolymam, loca sancta adorandi gratiâ, Daniel proficisciatur, inde autē erenum petere cuperet; ecce tibi Si- Simeoni meon, assumptu viatoris habitu, præsens, ab eo itinere, in viâ ap- quod iam ferè iniuerat, detinuit, cùm ob multis ra- baret.

tiones, tum potissimum ne cum d Samaritanorum prauitate quidquām commune haberet: nam ingens tunc & ferox seditione inter eos excitata, viam Hierosolymorum malefactoribus infestam fecerat, qui passim transiuntibus deprædationem & cædem minitabantur. Contrà verò Danieli, ut Byzantium versus iter capessat, persuaderet, vbi nihil quod ad salutem animæ pertineat ei defuturum. Erat autem circa vesperam, cùm S. Simeon viatoris personâ assumptâ hæc Danieli præcepit. Qui cùm ad hospitium diuerteret, & itineris comitem ad quietem vnâ expectaret, is nusquam comparuit. Verùm Danieli sumptâ cœnâ somnum Iterum in capiēti, iterum Simeon apparuit, ac eadem, quæ prius, somnia. præcepit: hic verò animo vigili, somno ab oculis excusio, mandata executus est. Simeon multò pòst relicto Mortuus corpusculo & columnâ, ad immortalium ac beatarum eum mones mentum sedes translatus, Danieli rursus secundum ut in colu- quietem adstante viuis est, eumque ad columnarem vi- mā vi- uat.

42 *e* Persarum Rex haec tenus à nemine se vinci pos- sus, solius huius viri famâ auditâ superatus est: ita di- Regi & ligenter omnes, qui Simeonem frequentabant, de eo Regina persarum percunctatus est, & quænam viri vita, qualia miracula: eratque publicis curis non inferior Simeonis memoria; neque verò viri tantum gesta, sed & fama ipsa percellebat. Verùm & vxor eius admirandis Simeonis miraculis simul cum coniuge obstupefacta, oleum be- Benedictum ab illo sibi mitti postulauit, & libentissime accepit: quo non solum proprios morbos curauit, sed & multis è consanguineis, quocumque malo preme- diō mor- rentur, medelam adhibuit. Et verò Regis ipsius sub- bi puls. diti omnes famâ viri capti, accuratè rebus eius gestis cognitis, diuinum virum passim appellabant Si- meonem.

43 *Regina Ismaëlitatum sterilis cùm esset, ac libe- Regine Imaëlitum- roruim carentiam amaro animo ferret, nec ullam è re- bus creatis voluptatem hauriret; primò quidem viros rum filium quosdam illustres submisit, qui vt prolem concipere impetrat. & patere posset supplicabant; postquam verò compos voti facta, soluta omni mortali; & animæ tranquillitate, sicut & voluptate repleta, natum Regem accipiēs, ad S. Simeonem accurrit; & cùm septuaginta eius mulieribus inaccessum esset, missò ad ipsum filio, eius benedictione impetrari rogabat: Tuus, ait, ille est manipulus. ego enim cum lacrymis & precibus semen conieci, tu manipulum diuinæ gratiæ effeci, precibus desuper pluviā eliciens. Mulier itaque, quæ magno desiderio quæsiuerat consecuta, domum suam lata rediuit. Nos verò quousque pergemus res omni humano ingenio sublimiores oratione prosequi?*

a *x. Ianuarij S. Theodosij Cenobiarcha vitam dabimus, ubi hac ipſa narrantur, dicunturq; accidisse sub finem vite Marciani Imperatoris.*

b *Hac ipſa fuisse narrantur xi. Decemb. in S. Danielis Stylite viā, & alia, quæ inferius referemus, de S. Simeonus reliquis.*

c *Paulo aliter in viâ S. Danielis: dicitur enim, cùm è monasterio suo venisset ad mandram S. Simeonis, inde abiisse Hierosolymam versus.*

d *De Samarianorum flagitiis fuisse agendum in Simeonia Stylita junioris viâ xxiv. Maij Sed quod Baronius ad an. CDLII. nu. 27. ait prohibitum esse Danieli proficisci Hierosolymam ob tumultum ab Eutychianis monachis excitatum contra Iherusalem Episcopum Hierosolymitanum, id in Danielis viâ non dicitur, licet eam citet.*

e *Hac paulo aliter narrat Theodoretus, atque unde sibi cognita* fine

sint offendit, ita scribens: Eius quoque fuit magna fama apud regem Persarū: ut enim narrarunt Legati qui ad ipsum venerunt, diligenter sciscitabatur quænam esset eius vita, & quænam miracula. Dicunt autem eius quoque coniugem, & petuisse oleum dignatum eius benedictione, & tamquam donum maximum accepisse. Quin etiam omnes Regis affecti & à famâ commoti, & multas in eum à Magis adoratas accipientes columnas, diligenter rogabant; & cum intellexissent, virum diuinum nominabant. Cetera verò turba, & ad muliones accedentes & ad famulos & milites, & pecuniam offerebant, & rogabant ut essent participes olci benedictionis.

C A P V T XII.

Quotidiana eius exercitationes. Praecepta variis data.

a 44^a S T A B A T ille noctes & dies omnibus conspi- Noctu & din stat. Scucus; & ostio aperto, ac septi parte non minima dissoluta, omnibus propositus erat velut spectaculum omnem admirationem superans, nunc multo tempore stando, nunc frequenter corpus inflectendo, Deoque adorationem offerendo. Multi verò adorationes illas numerare conati sunt: semel autem quidam apud virtutis amantem Theodoretum se mille ducendas & quadragesinta quatuor adorationes enumerasse retulit. Flectendo frontem semper pedum digitis applicabat; b facilè enim venter ob alimenti defectum dorsum inflecti permittebat.

Vicus illi- in pede na- tum: 45 Porro ex illâ perpetuâ & supra naturam admirabilis statione effectum, vt in altero pede ingens vicus contraxerit, è quo plurima sanies defluebat. Verùm nihil horum eius philosophiam repressit; omnia enim genitosè pertulit, labores animi promptitudine vincens. Vicus verò istud cuidam aliquando ostendere coactus est. Erat enim vir quidam dignitate Diaconus, virtutis studiosus: is Simeonis famâ excitus, venit c Ra- uennâ, & collis illius vertice consenserit. Dic mihi, ait, per ipsam veritatem, Antu homo es, an verò alia quædam natura corporis expers, & humanam effigiem Id eidam ementita? Hanc interrogationem cum adstantes mo- offendit, lestè ferrent, diuinus Simeon tumultum sedavit, & ad non credere illum conuersus, Quid, inquit, me tu hoc rogas? Sub- minemus, ne sit alter: Quia, quoscumque de te audio leimonem facientes, nec cibum sumere, nec somnum capere te affi- mant; utrumque verò homini proprium: neque enim quispiam hanc habens naturam sine somno aut nutrimento viuit. Ad hæc Simeon scalas columnæ adhiberi iubet, & ad se vt ascendet monerit: quò cùm peruenit, primò quidem manus cognoscere præcepit, deinde intra vestem & pelliceam manum incire, ne que solùm pedes videre, sed & grauissimum illud vicus aspicere. Vix visâ veleris scaturientis magnitudine, è columnâ descendit, & ad Theodoretum, de quo prius sermo incidit, profectus, omnia accuratè narravit. Inde in patriam reuertitur præco disertissimus omnem naturam excedentium viri huius certaminum.

Varia eius die ac nocte exercita- tiones. 46 Aliis enim certatoribus dierum circumvolu- tiones gratâ quadam remissione labores excipiunt; huic verò continuâ illius pœnitentia quies, erat laborum mutatio. e Sol iam occubuerat, ille ad intelligibilem & inocciduum Solem manus tum extendens, noctes integras stabat, neque somno delinitus, neque ignauia- vietus, donec ille iterum ad Orientis horizontem reuertetur, & noctis tristitiam dici amœnitate termi- naret. His deinde certaminibus exercitia alia, aliae praxes, aliarum denique precum modi multò diffi- ciores succedebant.

Affabili- tas erga omnes. 47 Ita ille in tantis molestiis, tantâ rerum præcla- ræ gestarum mole, tantâ miraculorum multitudine, virtutis culmine ascenso, multis spatis omnes mortales longè supergressus, ita erat animi sensu moderatus, ita suavis & gratus, vt singulis accendentibus responsa daret, siue opifices essent, siue mendici, siue agrestes qui illum accederent. Quemadmodum verò ceteros omnes virtutis dignitate longè post se relinquebat, ita

præ aliis sermonum spiritualium venustas in eius labiis Auct. efflorescebat, & diuina quædam suadela, vt bis quoti- M E T A- conditas, plurimumque affidentes utilitatis: & vt in PHRASTE, Exhorta- cælum suspicerent, atque alis virtutum sursum euola- tions bina- rent cohortabatur; & terrâ relicta præparatum cæli quotidio. regnum contemplari iubebat: alias iteum gehennæ minas m. tuere, terrena contemnere, futura denique expectare.

48 Erat etiam ipsum videre iudicantem: nam mul- Lites com- ti, qui prius variis probris vitam suam infamauerant, ponit. post eius iudicium insignes iustitiae cultores effetti sunt: & quem eius calculus viatum declarabat, ille nihilo minus viatore latus recedebat. Sed hæc quidem & similia post horam nonam exercebat, nam noctem omnem & diurnum spatium usque in horam nonam Catechi- precando transigebat. Post nonam horam primò qui- sum ex- dem doctrinam sacram præsentibus explicabat; dein ponit. de singulorum postularis f medelam adhibebat, & f rectum iudicium ferebat, dubitantibus ac inter se dis- sidentibus controversias dissoluebat. Circa solis occa- sum iterum cum Deo colloquium inibat.

49 Atque in his cùm esset, atque ita in multa diu- Iudeos, gæ- sus, neque Ecclesiæ curam negligebat, nunc Gen tiles, hare- tilium impietatem oppugnando. nunc iudæorum dis- ticos ex- soluendo audaciam, alias denique hæreticorum socie- pugnat. tatem dissipando; tuni Regem de huiusmodi negotiis Imperato- per internuntios admonens, tuni Principum animos rem; & in Dei amorem excitando, & Ecclesiæ Pastoribus Episcopos maiorem gregum curam commendando. Dignum autem est de aliquo in particulâ meminisse.

50 g Theodosius iunior, ad quem Romana sceptræ Theodosius per successionem devoluta erant, (iuvensis enim impe- rauit, ac proinde ad aut discrimen iunior appellatus Imp. ob. syn- agogas est:) Pius igitur ille Theodosius quorumdam impro- Iudeis re- bitate, qui pecunias (eheu!) pietatem prodebat, in- struitas ab ductus, in urbe Antiochiae Iudeis, vt prius, suas syna- eo reprehè- gias concessit. Hoc cognito rerum diuinarum & pie- sus, ear au- fatis fermidus admodum zelator Simeon, rei impie. fert, & veniane commiserat, supplex rogauit. h

a Habet hoc Theodoretus.

b Panilâ aliter Theodoretus: Nam cùm venter semel in he- domadâ alimentum accipiat, idque exiguum, quantum est di- uinorum Sacramentorum participatio, doiso concedit vt faci- lè inflectatur. Vnde colligitur, eum singulis hebdomadis solitum Christi corpus percipere. Nam si de alio cibo ageret Theodoretus, se- cum ipse pugnaret, qui antè scripserit, eum quadragesimo solùm die cibo refici consueuisse. Harens corè sibi contradicit, dum primò non nisi quadragesimo die, postea semel in hebdomadâ cibum sumere solitum scribit. Idem habet Alphonse Villegas.

c Graecè est, δὲ Παῦλος. Theodoretus Herueta, ab Arabenâ, Longi, à Rhamene. Vide notata ad cap. 3. vita secunda lit. b.

d Villegas & Ribad. cilicinam.

e Theodoretus hac eum festis facilitare solitum scribit.

f Clarius Theodoretus, cum aliquas fecerit curationes.

g Idem narrant Euagrius lib. 1. cap. 13. Nicephorus lib. 14. cap. 51. Baronius Tom. 5. an. 432. num. 51. At num. 49. recitat (quod hoc quoque pertinet) eisdem Theodotis litteras, quibus Simeonem rogat, ut ad pacem Ecclesiæ sarcidam adlaboret, ac precipue ut Ioan- nem Antiochenum Patriarcham à Nestorij defendendo dogmate renocet.

h Huc referendum est quod Euagrius lib. 2. cap. 9. commemorat, nimirum dedisse Leonem Imperatorem litteras tum ad Episcopos, tum ad alios viros pios, ob monastrium vita genua commendatos, ac nominatum ad Simeonem Styliam, quibus eos consuluit de Concilio Chalcedonensi, & Timothei Eluri causâ, qui flagitiis omnibus cooperatus, cathedralm Alexandrinam inuaserat, S. Proterio (de quo

A V C T. *xxviii. Februar. agemus) trucidato. Et respondit quidem Leoni Si-*
M E T A- *meon, atque ad Basiliūm Antiochenū Patriarcham alias litteras*
P H R A S T E. *dedit, quas idem recitat Euagrius, & Nicēphorus lib. 15. cap. 19. ac*
Baroniūs an. 458. qui tamen falso videatur, dum legatum tunc à
Simeone ad Leonem Imp. putat Sergium monachum, ut xi. Decemb.
ad d. Daniellū Styliam vitam dicemus: nam mortem tunc nuntiauit
Simeone Daniels Sergius, & donum ad Imperatorem missum ei ob-
tulit. Ad eundem S. Simeonem Legatum misit Eudocia Auguſta,
sciscitatum quid de Concilio Chalcedonensi sentret, cùm ipſa Eutychiana
heresi obſtinato animo diu adhæſſeret. Scias, inquit S. Simeon,
quod malignus, videns opes tuarum virtutum, expetivit te vt
cribraret ſicut triticum, & per peſtiferum illum Theodosium
(qui electo S. Iusenak Epifopo, de quo nos 11. Iul. ſedem Hierosolymitanam inuaderat, eccl. Eutychianus, de quo Baroniūs ad an. 452.
num. 27.) tuam corrupit animam. Deinde ad S. Euthymium eam
remittit, ut pluribus narrat Cyrilus monachus in vitâ eiusdem Eu-
thymi xx. Lazarij, Nicēphorus lib. 15. cap. 13. Baroniūs ad an. 451.
num. 18. & seqq.

C A P V T XIII.

Mutis vox reddita. Publica calamitas depulsa.

In Simeonis nomine ceruum ſifterur.

Simeon mutu ratione reficiuntur.

a Terremotus horribilis.

b Lux populi reprehendit Simeon.

51 *E*T hæc quidem res talis fuit: illa autem quomodo non explicanda? Viatores nonnulli à viâ ſuâ deflectentes, in campo non multum remoto, ſed eo ferè ſpatio, ad quod oculus aspectu res diſtinguere potest, ingentem ceruum paſcentem contuerunt: illi feræ amore detenti, cùm ad manum non haberent quo ceruum ex tempore venari poſſent, nouo retis genere, nempe Simeonis nomine inuocato viſi, ſtatiu ferantur quas pedicis quibusdam viuetam capiunt, maſtant, & cænam parant, vtroque ſimul, & animalis venatione, & conuiuo recreati. Verum gaudium iſtud non multò poſt dolor ſuperueniens excipit, nam & ferro illis quas extincit, & viu ſubito, cuius ope ceruum ceperat, intercepta eſt. Itaque ſeſe vndequaque diſcuentes, cùm huius rei cauſam ne coniectura quidem alſequi poſſet, nuribus ſe inuicem interrogat, & quam ob cauſam vox illos deficeret, inquirebant. Tandem rationem ſubodorati ſunt, & ob malitiam ſuam ſe in hanc calamitatem incidiſſe cognouerūt: diuinus enim Simeon quâ erat clementiā, benignè illis ceruum elar-gitus eſt; illi verò crudeliter nimis dono viſi, & feram propriis manibus immifericorditer maſtare aggrefſi ſunt. Igitur ad Simeonem iterum magno cum dolore & planctu confugint, ceruinam pellem, quam tunc manu gelabunt, luæ inhumanitatis ac fertitatis argumentum proferunt, quorum penititudinem & confeſſionem miferatus, loquendi facultate restitutâ, gratos & quæ ob beneficium acceptū & gaudentes à ſe dimiſiſt.

52 *H*aud multò poſt terra motus ingens urbem Antiochenam & loca vicina concuſſerat: hunc ætus maris fecutus, hiatus quoque, qui viſque ad montes Orientis horribilem in modum protendebat. Itaque tempa omnia ac ædificia ſolo ſtravit, hæc quidem è ſummo deiiciens, alia à fundamentis euellens. Homines ad hæc cum diuersis animalium generibus, illi quidem eversis intus interclusi domibus, ſimil & ipſi vitam ad exitum perduxeré, illi verò terra ſciflurâ veluti ex tempore ſibi ſepulchro parato miſerandum in modum viui defodiebantur. In tam acerbo exitio, cùm flagellum tam intolerabile per omnem ſexum & ætatem promifeue ferretur, viuicium erat & commune omnibus ſolatium admirandus ille Simeon. Eo apud Deum reconciliatore vtuntur, & leuamine inuenio, à malo ſuo liberantur. Ipſe enim poſtquam b primū luxum & intemperiantiam eorum, aliaque ſcelera reprehendit, eolque ſufficienter increpuifſet, tum horratur ut vnanimi voce omnes cum lacrymis inclament: Kyrie eleſon, id eſt, Domine miſerere. Dein placare iis Deum, & ad compunctionem excitare eos cupiens, ad preces & ipſe conuertitur.

53 *C*ùm in longum cum lacrymis protenderetur deprecatio, annuit populo, manu ſilentium indicens, ipſeque vehementer voce & ſenu dolorem praefe-

rens in hæc verba prorupit: Viri fratres, inquit, quæ diſturus ſum vobis, primū cor mihi vehementer cruciant, intimumque animum quasī vulnere quodam confodunt: ſcio equidem quod ea ipsa vos etiam vehementer affiſſent, dicam tamen. Videte, obſecro, *Vnus ex quanto numero ſitis, quantum lacrymarum fuderitis, omni populo exaudiendum clamorem emiſſeritis; tamen vni ſolum ex omnibus Deus autem praebuit, eiusque ſoli deprecatio aures eius attigit. His diſtis virum quemdam nominatim compellat, ac omnibus audientibus ad ſe venire iubet: Tua, inquit, oratio iuſtam Dei iram ſtitit, ac proinde malum omne quantum quantum fuerit, cefſabit. Dic verò mihi nihil omittens, quâ re potiſſimum ita Deo placuſtis? Præcipit enim tibi Deus ut omnia exponas, vt virutem amulati, ad eadem praeftanda stimulentur. Hic verò multò magis metuebat, ac peccatorem ſe, omnię virtute nudum proclamabat, neque conſciū eſſe ſe in omni vitâ boni quippiā etiam inuitum praefitiſſe. Cūm verò diuinus Simeon admidum instaret, & ad dicendum cogeret; tum tandem*

*sic ait: Vitam opere manuum ſuſtentō, terræ colendæ *Eius vir-**

*addictus, & sub dio dormio, & primò meum mihi *tempo-**

agellum colo, alio autem tempore etiam cuius volen-

pulo propo-

ni Simœ,

ti paſtâ mercede ſeruo; colligens verò tum quæ ex

proprio prædiolo mihi proueniunt, tum quæ ex terræ

culturâ in mercedē accipio, in tres ea partes diſtribuo;

primam indigentibus elargior, alterâ annum veſtigal

ſoluo, tertiam partem in necessarios viſus expendo. In-

terim nūquā in vitâ me aliiquid boni egiffe agnoſco.

Hæc ab innumerâ hominum multitudine audita ſunt;

quæ cùm iram Dei placari, flagellisque ſuccellum ſiſti

vidit, obſtupefacta, vt decens eraſt, Deum cum lacry-

mis glorificauit; Simeoni omnes gratias egerunt, ruſticum illum fauſtis acclamationibus depreſdicarunt,

deduxerunt, ſalutarunt, amplexi ſunt, gratias egerunt,

virtutem amulati ſunt, ſeipſos negligentiæ in bonis

operibus accuſarunt: multis denique in viciniâ habi-

tantibus fuit id utile ad meliora animo capiſſenda

exemplum.

a Accidit hic terremotus anno 2. Leonis Imper. narrat eum

Euagrius lib. 2. cap. 12. Nicēphorus lib. 15. cap. 20. Baroniūs ad an.

CDLXVIII. num. 27. & seqq.

b Euagrius cauſam huius terremotus eamdem videtur affi-

re. Tuōr ἡρῷ τῷ καὶ ἀληθῇ θνήτῳ ποιεῖν πάντας, τοῦτο πᾶσαν

καθαριζόντων παντας, πάντος τε ἀποίδεις ἐπίκεια γενουμένων γνῶ-

μεν, ὅπερ δὲ αποίμενος τοὺς τούτους καρκίς τῷ πολεμούμενον. Quibusdā

è populo, omni debacchâtibus infaniz, atque omni belluinam

longè ſuperantibus indolem, & veluti initium præbirur eius-

modi malorum. Nicēphorus quoque illud ait fuſſe malorum iſto-

rūm principiū, quod ἡρῷ τῷ δεινῷ ποιεῖν εἰς τοὺς γενουμένους, θνήτο-

des, τοῦτο πάντας γνῶντες εἰς τὸν πολεμούμενον. quid à diuinis legibus alieni ciues, belluini omni ratione fieret, omni

furore debacchantes. ſicque uterque eadem videtur noſare, qua hic

Sandus perſtrigis ſcelera, jasōnū ē angacias, luxum & intempe-

rantiam, & que ſciliſſe conſequi ea ſolent, humani ſanguinis fun-

endi libidinem. Baroniūs loco citato, num. 2. 9. non aliunde mala

hæc manafe exiſtāt, quān ex impietate hæreticæ prauitatis,

qua ex Neforij diu iſthiſ cōmorati malo ſemine pullulans ſub Ioanne

Patriarchâ adoleuerit. Apollinariskas certe iſthiſ multos fuſſe,

offendit idem Baroniūs ad an. CDLXXI. num. 7.

C A P V T XIV.

Moritur S. Simeon. corpus Antiochiam defertur.

54 *S*IMEON multis iſſeque magnis benefactis or-

natus, poſtquam viuēſim b quinquaginta ſex

annos vixiſſet, ſoluto corporis vinculo, ad dilectum

Moritur Simeon.

ſuūm, puriū & propiū illo fruiturus, transiuit. Ma-

teriā fluente, homo tandem ab iſi qui tunc in terris de-

gebant, creditus eſt, quod anteā propter laborum,

qua naturam omnem ſuperabat, tolerantiam, & tan-

ta pæclarissimarum virtutum insignia nemo ſibi per-

ſuadere poterat. A corpore ſeparatus eſt, qui priuē ſe

corporeas omnes abnegauerat, & ſpiritu in cæleſtibus inter-

erat;

Corpus etiā erat; nūc autem ad priora sua vota reuertitur. Corpus exanimē iam animā vacuum erat, & sine spiritu relictum; ne- erētū stat. que tamē vel sic potuit à consuetis exercitationibus abstinere: nam vel ad modicam quietem captandam in terrā reclinari recusauit, verū in columnā erectum permanisit, sui pugilis figuram ad viuum exprimens.

Vbicūq; anteā ha- rā debitum persoluit, neque lurum eius cælestis opifex fuit mi- fiundit multis miraculis claruit: e quæ non tan-

c tūm circa sepulchrum patrata sunt, verū etiam in quibuscumque locis mirificus ille vir versatus egredia illa certamina subiuerat, ea omnia quasi specimen quoddam mutuæ miraculorum emulacionis præ se ferentia, vberius vndique diuinis donis efferebantur.

d 56 Non multo tempore pōst, cūm d Leo cognomento Magnus ad Imperij gubernacula sederet, quā tempestate & e Martyrius rerum sacratū erat administrator, splendido admodū apparatu sacri corporis funus ex mandrā in urbem Antiochenam deportatum est. Mæstum quodammodo & tristē solem efficiebat lumen ingens copia, comitantium æquè atque obuiantum; & vndeque omnis x̄tatis eō confluentium multitudine montem ipsum & campos angustos reddebat. Aderat Orientalium copiarum Dux Ardashurius, qui suos hastatos sacrī reliquis adhibens custodes, & illorum custodiam tamquam murum opponens, aduersus urbium vicinarum incursum muniebat: singulæ enim ciuitates sibi sacrum hunc thesaurum præripere atque apud se collocare studebant.

e 57 Cūm interea sacri corporis sarcina rhedā delata f ad eum locum, cui Meros nomen, qui Antiochiam venientibus ad dextrum latus situs est, peruenisset, currus subitō immobilis stetit, atque ab eo quod in urbem ferebat itinere penitus arcebatur. Hæc inopinata currus retentio omnibus admirationem non minūs quām terrorem iniecit. Vir quidam ē monumento, qualia non pauca iuxta locum illum erant condita, impetu egressus, magno cursu ad sacrum loculum ferebatur: & cūm variis animi tumultus vociferans testaretur, tum scelera ipse sua miserabiliter lamentabatur; adhæc vinculis & flagello solui postulabat: porrō flagellum, quo cruciabatur, erat dæmon malignus, qui olim in ipsum, mulieris cadaueri petulanter vim inferentem, insilierat, statimque manus illi insolubilibus vinculis constringens, & oculos fœdè contorquens, tremoremque incutiens, vincutum iam inde iuxta violatæ mulieris sepulchrum huc vsque detinuerat, & tam insignis contumelia pœnas perfoluentem assidue opprimens. Quibus vinculis mox vt ad loculum sacrum accurrit, statim liberatus est: quo facto, currus illico motus est, & splendidissimo apparatu in urbem illustratus, quæ desideratum thesaurū proprio gremio suscepit, ac in illustri Cassiani Ecclesiā collocauit. Paullō deinde pōst diuinā visione superueniente, aliud templum in vicino loco ædificatum fuit, in quo sacræ ipsa na collocauntur. Ille verò qui mali leuamē ab ipso consecutus fuerat, non exiguo ab illo tempore in virtute progressu facto, fuit huius templi ædituus, & vitæ in melius commutationem, iustum mercedem Sancto persoluit: nec villa gratiæ supplicis ipsius salute accidere ei poterat.

a Id quoque refertur in Theodoreti Philotheo, sed additum ab alio quo piam, cūm mortuus sit ante Simeonem Theodoreto. Et abest in edit. Surij, ex interpretatione Alberici Longi.

b In exercitatione scilicet monastica. Vide qua dicta sunt in Prefat. §. 3.

c In Theodoreto habetur: Non solum apud loculos sanctarum reliquiarum, sed etiam apud summæ eius virtutis & diuturnæ decerationis monumentum: magnam, inquam, illam & celebratam columnam huius iusti & laudibus celebrandi Simeonis.

d Cedrenus anno Leonis iv. Christi CDLX. mortuum S. Simeonem scribit.

e Hic Martyrius anno CDLIX. Sedem Antiochenam adeptus,

eam anno CDLXXI. dimisit ob seditiones Zenonis Comitis & Petri Avcr. Fullonis operā contra sexcitatas.

f Κατὰ τὸν Μερόν τὸ χρονίον. In Larinā vitā est Meroë. Nam PHRASTE. prater Merōn Ἀσθιοπία, ἵστηται Μερόν, inquit Stephanus, ὡς ἀνατολῆς τῆς αἰεὶ Διάφυν Αὐτοχεῖος. Est & Meroë ad Orientem Antiochias que ad Daphnen. ita ille, qui alibi Daphnen ait esse celeberrimum suburbium Antiochiae versus Orientem.

C A P V T X V.

Reliquie à Leone Imp. expedita. Templum in monte, in quo stetit.

58 CV m deinde sacra vrna omnem circā regionem Leo Imper. miraculorum famā complectetur, qui Romanum Imperium administrabat, de quo paullō antē p[ro] Confessio incidit, ad Antiochenos litteras scribit, quibus sacri corporis exuias ad regiam vrbē asportari mandat. Illi contrā supplicibus votis Imperatorem rogant, ne vrbem maximam & admirabilem, toties iam cæstem iram expertam, ac solotenus ferè euersam, & in Deprecantes redactam, tanto bono spoliat; ne eum inde tollatur Antiochiam, qui & Dei iram auertere, & sistere flagella cælitus cheni. inficta soleat, & quem pro mœnibus omnibus, & mu-

ro, & armis sibi posuit. Denique omnis spei caput ne auferat rogant: nam vt non eos denuo diuina vindicta

comprehendat, hostium tamen incurribus vrbem munitione carentem patere. b His dictis Imperator in-

ductus, Antiochenis communem thesaurum retinere

permisit: qui licet apud illos esset reconditus, tamen

miraculis suis latè omnia peragrabat loca, & proprius

cuique siebat thesaurus.

59 In c montis vertice, in quo tam præclara certamina diuinus Simeon perficit, templum exstructum Mirabile est, quod ab vtroque latere quatuor porticus completemplum stebatur, quas columnæ ē seculo lapide à summo tecto in monte, sustinebant: huic subdialis aula multo sole vndique ubi in columnā stetit. splendida interiacebat: in eā columnilla quadrageinta cubitorum visibatur, in quā Angelicam illam vitam transfigit. Porro in porticū summitate fenestræ erant, per quas inferiora loca diei lumen excipiebant. In illâ igitur parte, quā ad sinistram ingredientibus columnata erat, stella fulgebat, quæ cælestia sidera splendore non minūs quām magnitudine obscurabat: illa nunc In noctem occidebat, nunc iterum oriebatur; & ad omnem fene- plo porten- stræ partem lucidissimè emicabat; ab iis qui præsen- to/a stella. tes aderant ad terram accedere, eamque circumire videbatur, tamque ineffabili erat splendore & pulchritudine, vt nihil ad miraculi magnitudinem posset accedere, omnes spectatores ad diuinas verè diuinio Simeoni pangendas laudes prouocaret, inde coniectaram facientes splendoris quo ipse magno lumini adstante perpetuè fruitur, atque à Trinitate purius illustratus, vnumquæ ex vnicā diuinitate suscipiens radium, in Christo Iesu Domino nostro, cui omnis gloria, honor, & potestas in secula seculorum, Amen.

a Idem narrat Euagrius lib. x. cap. 13. & rationem hic allegamus clarius exponit: Διὸ τὸ μεταρρέγεντες τὸ πόδες (πέπλως γόνος ἐργῆ) ἱγάνουεν τὸ πατέριον τόπον, ὅπος ἦντιν γένηται τεῖχος τοῦ ὁκύρου. Quod ita verit[er] Christophorus: Quoniam ciuitas mœnibus caret (Imperatoris namque furor ea diruit) sanctissimum Simeonis corpus hoc apportauimus, vt nobis & muri & munimenti loco sit. Verū illud nōlone γόνος ἐργῆ, corrueunt enim in irā, non videtur mihi aperte versum, nec enim alibi eius rei mentio fit. Rectius ad terremotum id referatur, uti apud Nicephorum habetur: Πέπλως γόνος ἐργῆ σπουδὴ μεγάλα γεγενημένα. Corruvit (murus) magno terramoto impetu.

b Aliquas tamē eius reliquias deductas esse Constantinopolim, patet ex virtute Danielius Styli.

c Quæ sequuntur, ex Enagrio subiiciemus paullō plenius de- scripta.

Ex Euagrio

S. SIMEONIS RELIQVIIS
ET TEMPLO.

Ex Euagrio lib. 1. Hist. Eccles. cap. 13. & 14.

EVAGRIVS Scholasticus, qui sub Tiberio II. Quæst^r fuit, sub Mauricio, verò Tabularum seruandarum Praefectus, lib. 1. Historia Ecclesiastica cap. 13. & 14. cùm alia narrat de S. Simeone, quæ pàsim superius in Notationibus indica ta sunt, tum de corporis eius reliquiis & templo hac sanè miranda, que ipse coram spectauit.

Istius corporis cùm multæ aliae partes ad nostriā vsque ætatem fuere reseruate, tum caput ipse equidem conspicatus sum, a Gregorio viro magni nominis id

Caput temporis Episcopatū illius Ecclesiæ gerente, & b Philippico efflagitante, uti Sanctorum reliquie, e quod tu-

S. Simeonis vidit Euagrius 12. 6. annis post mortis. saretur, integræ manserūt. Frontis item cuticula, quam

quàm contracta fuit in rugas exaruit, tamen man- fit incorrupta: multi etiam ex dentibus, qui hominum fidelium manibus minimè fuissent euulsi; hique figu-

Catena ferrea cum corpore feruata. rati suā indicarunt, qualis diuinus ille Simeones fuerit, & quâ statuā. Ibi quoque catena ferrea, quam collo gestabat, reponebatur: quâcum (nam ne mortuum quidem carum illud ferrum Simeonem deseruit) cor-

pus omnium sermone celebratum, quod tam graues exantasset labores, diuinos honores consecutum est.

Cuius singulas res gestas cùm ad meam ipsius, tum ad legentium vilitatem narrando percenterem, nisi de eisdem à Theodorito, ut suprà dixi, uberiorius diffusisque disputatum esset.

Deinceps aliud, quod ipse oculis vidi, scriptis mandabo. Per magno tenebar desiderio templū istius

Antiochia Theopolis diuina. Sancti Simeonis apiciendi. Abest autem Theopolis, id est Antiochiā, stadii ad summum trecentis, positum in ipso montis iugo. Istud mandram vocant indigenæ: cui loco severa vita disciplina, arbitrari, quam sanctissimus Simeones in eo exercuit, istud nomen tribuit.

Montis autem acciuitas porrigitur ad viginti stadia. Templi ædificium extructum est in modum crucis, porticibus ex quatuor lateribus pulchre illustratum.

Porticibus verò columnæ; ex polito lapide concinnè fabricatae, adiunctæ sunt, quæ teatrum scitè admodum in sublime erigunt. Versus medium templum, atrium est sub dio, summo artificio elaboratum, in quo sita est columnæ illa quadraginta cubitorum, in quâ vitam cælestem iste terrestris corporeusq; Angelus transegit.

Atqui porticus, quas diximus, tamquam cancellos, quos fenestras vocant, in tecto habent, tum ad atrium tum ad ipsas porticas vergentes. Ad lœuari columnæ in uno cancellorum ipse equidem, cùm totâ agriculturæ circa columnam incidentium multitudine ibi in

Stella ad mirabilis ipsius festo die apparet. vnū coactâ, vidi stellam in usitatâ magnitudine discurrentem per totam firmam, iubarque fundentem: neque id quidem semel; bisve, aut ter, sed sepius, eamdemque crebro euanescentem, & ex improviso apparentem denuò: quæ solùm in istius sanctissimi virti die festo cernitur.

4 Sunt qui memorant (ac miraculo sanè tum propter fidem eorum qui idem ipsum narrant, tum propter alia quæ ipsi sumus cōspicati, credendum est) *Ipsius quod* que perso- veram personæ illius effigiem huc illucque volitantem se vidisse, barbâ demissâ, & capite, ut solebat, tiatâ operto. Viris, qui ad eum locum veniunt, liber & facilius patet introitus: hi que cum iumentis suis columnâ sèpè circumeunt. Fit autem custodia accuratissima, ne mulier (f quâ de causâ, haude quidem habeo dicere) aliquando in templum ingrediatur: sed si quæ accedunt, extra limen consistunt, miraculum admirata. Nam è regione stellæ fulgentis vna ex portis sita est. *Hac Euagrius, quæ & Nicophorus lib. 14. cap. 51.*

a Hic, S. Anastasio Sinaitâ à eieclô, (iniuīde quidem, sed tamen coacto ad id Episcoporum conuentu, quasi legitimâ iuri formâ seruatâ) Antiochenus Patriarcha creatus est anno DLXXII. vir preclarus, ut ex Euagrio pluribus locis ostendit Baronius. De eis iterum agetur XXI. April. in vita S. Anastasi Sinaite, & xxiv. Maij in vita Iunioris Simeonis Styliste.

b Dux hic fuit Orientalium copiarum sub Mauricio Imp. qui suam ei sororem Gordiam matrimonio inuixerat. Robus multis aduersus Persas & alios hostes præclarè gestis, Phocâ imperium inuadente, sacerdotio iniciatus, quietam vitam secessatus, pariterq; coniux Gordia. Multa de eo Baronius Tom. 7. & 8. ex Euagrio, Historiâ mijcellâ, & alijs.

c Huc quoque spectat quod in Historiâ mijcellâ lib. 17. cap. 10. refertur, Philipicum anno Mauriti 14. assumptâ Christi imaginem non manu factâ, insignem de Persis victoriâ retulisse.

d Theopolis, id est Dei cunctis. Maxima vrbis Orientis, inquit Stephanus Byzantius, quæ post terramotum sic appellata est à Iustiniano, cum prius Antiochia diceretur. Idem refert Euagrius lib. 4. cap. 6. & Baronius ad an. DXXVIII. Iustiniani II. nu. 21.

e Ex vitâ S. Danielis Stylite patet, eum cucullo regere caput coniueisse. Nam κεφαλὴ καλυμμα, cucullum capitâ tegmen, Leoni Imp. missum ab eo munus. Sergius monachus, cùm Imperator variis Reipublica negotiis occupatus, non satis aduertere animum ad ista posset, Danieli donavit. Cucullus propriè puerorum velabantur capita. Ita S. Dorotheus serm. 1. Δαρδανομέν δὲ καὶ κακάδου τέρπεται εἰς τιμόδολος τὸ πεπονισμένος τὸ νήπιον γῆ τοι μηχεῖ, τὰ ἄκρα, φορῶν κακάδα, ἀθεωπός δὲ τέλειος κακάδους φορεῖ. Ήμεῖς δὲ τέρπεται φορεῖμεν, ιαντηπάζουμεν τὴν κακάδα, οὐ λέγει ὁ Αποτολός. Assimilatus cucullam. Est ea symbolum humilitatis. Paruuli enim pueri, & innocentes, gerunt cucullas, vir autem perfectus cucullam non gerit. Nos igitur id est eam gerimus, vt malitia paruuli simus, vt sit Apostolus, Eccl. Caius quoque Instit. lib. 1. cap. 4. de monachis Ægyptiis loquens: Cucullis namque perparuis, vtque ad ceruicis humororumque demissis confinia, quibus tantum capita contegant, indesinenter diebus vntuntur ac noctibus; scilicet vt innocentiam ac simplicitatem paruolorum iugites custodire, etiam imitatione ipsius velaminis commoneantur. Quid vero cucullam Euagrius tiaram vocat, inde patet acuminatam fuisse & κανεῖδη, qualia multorum in Occidente ascetarum capitâ. Nicophorus lib. 9. cap. 14. utrumque confirmat, & acuminatos fuisse monachorum cuculos. Et au puerilim imitationem mitravarum assumptos à monachis. Τὸ δὲ τὸ κεφαλῆ καλυμμα, inquit, οὐ δένεται λόγον, αὐτὸς αὐτὸς είναι. Εμὲν ἀμύνεσθαι, κρασέσθαι δὲ καὶ ἀκρημαῖς βίαιοις τοῖς γάλακτις τρεφομένοις πτυσσοῖς φίλον γιωτασθεῖς θύεται τιάρας καλύπτεσθαι, εἰ τὸ ηγεμονικὸν σκέπτονται αὔτα καὶ στέβαλπνον. Capitis verò tegmen acumnatum, vt simplices sint, & iniurias non vindicent, pureque & innocenter vivant, lactentium puerorum instar, quorum capita ciuismodi lineis mitris operiri solent, quæ partem rationis principiatum imperiumque obtinentem tegunt atque fountent. Vox cuculla non ita monachalis est, ut putant quidam, quin antiqua sit & Latina; licet cucullus apud ethnicos scriptores vñstator sit. S. Hieronymus in vita S. Hilarionis: Omnes diuitias suas ei derelinquens, Euangelium scilicet, & tunicam laccineam, cucullam, & palliolum. Et paullopist inuestit se S. Hilarion sepeliri, sicut vñstitus erat, in tunica cælinâ, & cucullâ, & lago rustico. S. Paulinus carp. 13. ad Cytherium:

*Donumque tunice, quo sodalem ornauerat,
Geminat cuculla munere.*

f Non dubium, quin id propter factum sit, quia intra septum mandra sua vir sanctus, dum vñsteret, nullam feminam, ne propriam quidem matrem admisit, vt superius dictum est.

DE S. PHOSTERIO ABBATE.

V. IANV. 1. SANTVM Phosterium ceteris, quos quidem viderim, auctoribus ignotum, ita celebrant Menæ v. Ianuarij:

2. Hic S.P.N. Phosterius ex Oriente veluti sol qui-

dam effulgens, Occidentem splendore suo illustrauit. **S. Phosterius in ru-**
tâ ascédisset, purissimis Deum precibus coluit, cibiique pe austerè
abstinen-
vniuit.

Castitate excellit. abstinentia, insomniaque & chameuniis, ceterisque corporis afflictionibus se ipsum discruciendo, verè fidus videbatur, nomineque rebus conueniente, orbem omnem luminis fulgore impleuit.

Miraculis claret. 3 Corpus autem castimoniam illibatum, mentem sanctimoniam consecravit, Deique expressam animi similitudinem, vti erat capax, custodiendo, Spiritus sancti sacrarium effectit. Etiam miraculis à Deo auctus & exornatus, morbos omnes, omnisque generis aegritudines, à quacumque hominum sorte precando depulit; panesque diuinitus, vt olim Elias vates, accepit; sed ille per coitum, hic verò per cælitatis manum capiebat. Angelus igitur erat, qui huic quotdiebus, certo quodam loco, certa quadam dispelatione panem seposuit. Quod si vñus, altérve, aut tres pluie religiosi fratres peregrinè aduenissent, totidem panes eodem in loco per se reperiebantur.

Panem ab Angelo accipit. 4 Quis vñquam tam inusitatum miraculum vel oculis usurpauit, vel per auditionem accepit? Sed cùm absque Deo nihil possit nostra deprecatione, non vsque ad vitæ finem hoc Dei munus illi est concessum. Sed Prophetæ quidem ad aliquos dumtaxat dies, Beato verò huic ad annos non paucos, quoad nempe vitam solitariam & inopem est fæctus. Postquam verò cœnobium ope Numinis excitauit, plurimosque in eo monachos Deo dedicauit, non è cælo, vt ante, vietum

acepit, sed ex quotidiano manus opere omnibus ne- Ex Mæcessaria præbuit: non quod id Deus non posset; (apage N. 21. os impium! quomodo enim qui tot millia ingatorum Hebræorum in solitudine patuit, non possit fidissimos sibi que gratissimos cultores & alumnos pasceret? Patet res.) Neque rursum sancti viri preces Deus aspernatus est, absit: quin neque pro subtræctio pastu vñquam deprecatus est. Quærite enim, Inquit Christus, regnum Matth. 6. cælorum, & hæc omnia adiicientur vobis. Nec rursum placet Deo otium nostrum alere. Hinc præcepit Deus famulo suo Phoisterio, vti ne quid ab alio acciperet, sed manus operâ omnia hibi suisque compararet. Ni- Labore manum hil enim à quoquam accipiebat, atque ab eo tempore vñficitat.

non verbo tantum docuit suos alumnos, quo pacto faciendo opere esent occupandi, studioque precandi & legendi vacarent, sed re ipsâ & factis id ipsi ostendebat.

5 Cùm porrò cā tempestate hæresis in Ecclesiâ Dei Synodo in- grassaretur, multisque coactis Paribus & ipse euocatur, venire minimè recusauit, reque benè gestâ, sum- mā de se omnibus admirationem commouit, mul- tosque ex multis errorum sectis ad veritatem traduxit: pluresque suis adhortationibus ad vitæ monasticæ disciplinam attraxit: multaque miracula viuus mor- tuusque edidit. Obiit quintâ Ianuarij ad vesperam. Multos cō- nescit.

Monasterium exstruit.

DE S. ÆMILIANA VIRGINE AMITA S. GREGORII MAGNI.

SÆCULO I.
VI.
V. IANUARII.
III.
S. Æmilia no-
men in
Martyro-
logiis.



ARTYROLOGIVM Romanum
v. Ianuarij S. Æmilianæ Natalem
refertis verbis: Romæ S. Æmilianæ
virginis, amita S. Gregorij Papæ,
qua, vocatæ Tharsilla sorore qua
ad Deum præcesserat, hac ipsâ die
migravit ad Dominum. Memine-
runt quoque illius Galeſinius, Martyrologium Germanicum,
ms. Florarium, Carthusiani Colonienses in Addit. ad Vſuar-
dum, Hugo Menardus, Arnoldus VVion, Ferrarius in Catalogo
Sanctorum Italie, qui testatur, corpus eius ac Tharsilla sororis
in S. Gregorij ade conditum esse. Colitur S. Tharsilla xxiv.
Decembri.

2 De vitrag, hac scribit S. Gregorius Homiliâ 38. in Eu-
angel. Dominice 20. post Trinitatem: Tremendum est valde,
fratres carissimi, quod audiuiimus. Ecce nos omnes iam
vocati per fidem ad cælestis Regis nuptias venimus,
Incarnationis eius mysterium & credimus & confite-
mur, diuini verbi epulas sumimus: sed futuro die iu-
dicij Rex intraturus est. Quia vocati sumus, noui-
mus; si sumus electi, nescimus. Tantò ergo necesse est
vt vñusquisq; nostrum in humilitate se deprimit, quā-
tò si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt;
nonnulli verò in bonis, quæ incepérunt, minimè
persistunt. Alter plenè totam vitam ducere in prauitate
conspicit, sed iuxta finem vitæ à prauitate suâ per
distictæ penitentiæ lamente reuocatur. Alter electam
videtur vitam ducere, & tamen hunc contingit ad er-
roris nequitiam iuxta finem vitæ declinare. Alius bo-
num bene inchoat, melius consummat: aliis in malis
actibus à primævitâ estate se exercet, & in eisdem operi-
bus semper seipso deterior consummatur. Tantò ergo
sibi vñusquisque sollicitè metuat, quātò ignorat quod
restat: quia quod sèpè dicendum est, & sine obliuione
Matth. 20. retinendum, multi sunt vocati, pauci verò electi.

3 Sed quia nonnumquam mentes audientium plus
exempla fidelium, quam docentium verba cōuentunt,
volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda ve-
stra tantò formidolosius audiant, quanto eis hoc de-

propinquo sonat. Neque enim res longè antea gestas
dicimus, sed eas, de quibus teles existunt, eisque inter-
tuisse se referunt, memoramus. Tres pater meus
sorores habuit, quæ cunctæ tres sacræ virgines fue-
runt: quarum vna Tharsilla, alia Gordiana, alia Æmi-
lia dicebatur. Vno omnes ardore conuerse, vno amita
eodemque tempore sacratæ, sub districione regulari
degentes, in domo propriâ socialem vitam ducebant.
Cumque essent diutius in eadem conuersatione, co-
operunt quotidianis incrementis in amorem condito-
ris sui Tharsilla & Æmiliana succrescere, & cùm solo
hic essent corpore, quotidie animo ad æternam transire;
at contrâ Gordianæ animus cœpit à calore amoris in-
Gordiana
timi per quotidiana decremēta repescere, & paulisper sepidior.
ad huius sæculi amorem redire. Crebrò autem Thar-
silla dicere Æmilianæ sorori suæ cum magno gemitu
solebat: Video Gordianam sororem nostram de no-
strâ sorte non esse: perpendo enim quia foras defluit,
& cot ad quod proposuit non custodit. Quam cura-
Monetur &
bant blandâ quotidie redargutione corripere, atque à sororibus.
leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare.
Quæ quidem resumebat vultum subitò grauitatis in-
ter verba correptionis: sed cùm eiusdem correptionis
hora transisset, transibat protinus & superdueta graui-
tas honestatis, moxque ad leuia verba redibat. Puel-
larum gaudebat societate laicarū, eiique persona valde
onerata erat, quæcumque huic mundo dedita non erat.

4 Quadam verò nocte huic Tharsilla, quæ inter Tharsilla
sorores iwas virtute continuæ orationis, afflictionis à S. Felice
studiosæ, abstinentiæ singulatæ, grauitate vitæ venera-
bilis, in honore & culmine sanctitatis excréuerat, sicut
ipsa narravit, per visionem atavus meus Felix, huius
Romanæ Ecclesiæ Antistes apparuit, eiique mansionē
perpetuæ claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac
te lucis mansione sufficiò. Quæ subsequenti mox fe-
bre correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut
nobilibus feminis vitiisque morientibus multi conue-
niunt, qui eorum proximos consolentur, eadem horâ
eius exitus multi vitæ feminæ eius lestulum circum-
steterunt;

Ex S. GREGORIO. steterunt; inter quas mater mea quoque adfuit, cùm subito rursus illa respiciens, Iesum venientem vidit, & cum magnâ animaduersione cœpit circumstantibus clamare dicens: Recedite, recedite, Iesu venit. Cumque in eum intenderet quem videbar, sancta illa anima à carne soluta est: tantaque subito fragrantia miri odoris aperfa est, ut ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet, illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lauandum esset nudatum, longo orationis vsu in cubitis eius & genibus, camelorum more, inuenta est obdurata cutis excrueisse, & quid viuens eius spiritus semper egerit, caro mortua testabatur.

Apparet Aemilia. 5 Hæc autem gesta sunt ante Dominicis natalis diem. Quo transacto, mox Aemilianæ sorori sua per visionem nocturnam visionis apparuit, dicens: Veni, ut quia natalem Dominicum sine te feci, sanctam Theophaniam iam tecum faciam. Cui illa protinus, de sororis sua Gordianæ salutem sollicita, respôdit: Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui, sicut asserebat, tritius vultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam

visionem mox molestia corporis secuta est: atque ita, Moritur ut dictum fuerat, ante Dominicæ apparitionis diem, Aemilia eadem molestiâ ingraefcente, defuncta est.

6 Gordiana autem mox ut solam remansisse se re- Gordiana perit, eius prauitas excreuit, & quod prius latuit in nubis. desiderio cogitationis, hoc post effectu prauæ actionis exercuit. Nam oblitera Dominicis timoris, oblitera pudoris & reverentiaz, oblitera consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prius ardore conuersæ sunt, sed non in uno eodemque studio permanerunt: quia iuxta Dominicam vocem, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Hæc ergo dixi, ne quis in bono iam opere positus, sibi vires boni operis tribuat, ne quis de propriâ actione confidat: quia etsi iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit, nescit. Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat, quando adhuc in huius vitæ incertitudine qui finis sequatur ignorat.

7 Hac S. Gregorius; qui S. Tharsilla rursum meminie lib. 4. Dial. cap. 16. S. Felicem S. Gregory atavum ostendit Baroniis Tertium fuisse eius nominis, qui xxv. Februarij colitur; non Quartum, qui xxx. Ianuarij.

DE SS. EPISCOPIS SENONENSIBVS HONOBERTO ET HONVLPHO.

SACVLO
VIII.
V.IANVA-
RII.



ARTHVSIANI Colonenses in Ad- dit. ad Vuardum, sanctos hos Antisti- tes hoc die referunt his verbis: Senonis Honoberti & Honulphi Episcoporum & Confessorum. Claudius Ro- bertus in catalogo Archiepiscoporum Se- nonensium testatur, eorum festiuitatem agi v. Ianuarij. M.S. Florarium xix. Decemb. S. Honulphi natalem refert; at xxxi. Augusti translationem his verbis: In territorio Adarteni translatio S. Honulphi Senonensis filii S. Ho- Episcopi. Honobertum verò xxviii. Septembr. celebrat. nulphi. Fuit Honobertus (ut idem Robertus, Demochares, ac Ioannes

Chenu tradunt) Honulphi filius; nam pater filio in Episcopatum succedit. Obiisse autem filium volunt anno DCCLV. pa- trem sexennio post, nimirum DCCLXI. Vtriusque breuiter me- minit monachus Altissiodorensis in Chron. sic scribens: Seno- nensi Ecclesiæ post S. Ebbonem (de quo XXVI. Augu- sti agemus) S. Honobertus præfuit, vir omni honestate præcipuus: cui succedit Honulphus, & Honulpho Othbertus. Hic Othbertus idem est, qui alibi Arthbertus sive Hartbertus dicitur, ut ipse scribit Claudius Robertus. Sed cum Zacharias Pontifex in epistolâ ad S. Bonifacium anno Christi DCCXLIV. datâ meminerit Arthberti, necesse est fateri ante annum DCCXLIII. obiisse S. Honulphum.

COMMEMORATIO S. FLAMIDIANI MARTYRIS, CVSANI IN HISPANIA.

V.IANVA-
RII.
S. Flami-
diani Mar-
tyr. memo-
ria in sa-
crificio.



ANCTI Flamidianni. Natalem hoc die refert Ferrarius in Generali catalo- go Sanctorum. In territorio, inquit, Helenesi S. Flamidianni martyris.

Vrgella expa à Mauris & mox re- perata. Est Helena, vulgo Elna, urbs Cata- launie Episcopalis sub Archiepiscopo Tarragonensi, ad flumen Techum, haud procul à mari distans. De S. Flamidiiano hac scribit Antonius Vincentius Domenecus Ordinis Predicatorum in libro de Sanctis Catalonia:

a 2. Tradunt Ecclesiaz & Vrgellanae, quæ perlustrauit, monumenta, eam urbem annis dumtaxat duodecim & dimidiatu fuisse in Maurorum potestate. Cùm enim excessisset è viuis Dotila Episcopus, eam mox Barbari occuparunt, sed Christianis duodecim annis ac semestri post denuo cessit; creatuque ibidem Antistes Sifebutus eo nomine Primus. Quæ res insignem fidei in eâ vrbe eiisque pomero antiquitatem testatur.

b 3 Anno porrò DCCXLV. cùm Galliae, titulo qui- dem ac nomine b Hildericus, re ipsa c Pipinus Maior e domus præcesset; eiusque filius Carolus, cui deinde Magni gloriosum nomen adhæsit, tres vixdum natus

esset annos, die Septembri XIIII. Sacerdotes quidam, diuino afflati instinctu, ex Vrgellana dicæsis ad principium vallis & Confluétinæ, cui nomen Exalada, profecti, illuc iuxta fluuium & Tethin ex suis facultatibus monasterium construxere, quod Dei sanctique Apo- stoli Andreæ honori sacrum esse voluerunt, ac S. Bene- dicti regi instituto. Euersum est id deinde eiusdem flu- minis eluione, Abbatæ ac monachis plerisque suffo- catis. Quinque dumtaxat superstites fuere: hi ad Pro- fundatur Elusione subruuntur. taſium Vrgellananum Archidiaconum, cui sacra illa congregatio quadam erat spiritualium ac temporaria- rum rerum participatione deuincta, adiûre. Qui fune- stum illum casum miseratus, cum iis Caroli Magni Regis aulam petiit XXVI. Decemb. fanno DCCXCIV. ac monasterij tristis excidio commemorato, facultatem Readifica- postulauit aliud in Cusanâ valle reædificâdi. Libenter tur Cusa- quod rogabatur concessit religiosissimus Princeps, eos ni- iureiurando contestatus, ut B. g Germani Aurifido- g rensis id nomini dicarent. Atque eius loci, in quo hæc S. Germa- gerebantur, Episcopo præcepit, ut Protasio manum h S. Germani, dentemque b S. Amatoris largiretur. Pro- tasium deinde secum i Romam deduxit, egitque i cum

EX ANT.
VINC.
DOME-
NECCO.

N O T A T I O.

Eius Ab-
bates.

4 Multe ei loco post Protasium præfuerēt Abbates, Hembertus, Adasimundus, Amatus, Guntida, Blan- dericus, Adalardus, Aynardus, Raynardus, & Gonde- frenus: hic ab *l* Agapito II. exemptionis diploma suo monasterio impetravit. Huic Pontius succedit, qui monasterium vetustate nonnullabefactatum restaurauit, sanctique Archangeli Michaëlis patrocinio cō- misit, Guifredo Comite *m* Barcinonensi fauorem in eam rem suum sumptusque peramplos præstante, qui tunc ferē virorum Principum mos erat. Vniuersa hæc in choro, vt vocant, basilica S. Michaëlis Cusani assertantur, ex variis diplomatis, atque aliis certissimæ fidei monumentis à Vincentio Pisano collecta, quæ indu- bitatam cœnobij illius antiquitatem testantur. Nam et si sacerdos reparati sint parietes, nomenque mutatum, eadem tamen permanuit religiosorum hominum con- gregatio.

*Hic reli-
quia sunt
S. Flam-
idiani
Martyris.*

5 In hoc porrò nobilissimum cœnوبium, atque omnium quæ in Catalaunia à primâ institutione non interruptam retinuere religiosam disciplinam, anti- quissimum, S. Flamidiani Martyris sacræ sunt exuixi deportatae, præsens ad religiosi brauij prosecutionem incitamentum futuræ. Is martyrio coronatus memo- ratur *n* xxv. Decemb. ipso Christi natali die, quo eius in Missâ memoria agitur. At postridie Octauæ Innocentium festum eius ritu duplice celebratur, atque eius in officio & Missâ recitat nomen. At nihil extat prætereat. Nam quas usurpant antiquas Lectiones, ea nihil ad vitam pertinent, nudi Patrum sermones.

Hac Domenecus, atque ex eo Antonius Tepes Chronic. Ord.
S. Benedicti centur. 3. ad ann. 745. cap. 4.

a Vrgella, sive Vrgellum, urbs est Episcopalis in Catalaunia ad

Sicorim, vulgè Segre, amnem.

b Hic Hildericus III. fuit, qui deinde in monasterium retrusus.

c Pipinus Brevis, Rex deinde Gallorum.

d Confluentana sive Confluenta regio, Tethi fluvio irrigua, qui & Perpinianum oppidum alluit. In hac valle Prata oppidum vi- situr, atque ab eo haud procul S. Michaelis cœnobium Cusani sive

de Cuxano. Ordinis Benedictini, præclarâ, ut traditur, ecclesiâ

ornatum.

e Hic est, qui Pomponio Melæ lib. 2. cap. 5. Thelis dicitur. Inde

est ora Sardonum, inquit, & parua flumina Thelis & Thicis,

ybi accrevere, persæua. Ptolemæo tabul. 3. Europa Rhuscion, alius

Ruscion, hodie Tet dicitur.

f Eo anno celebravit Carolus Domini natalem Aquigrani, ut

pater ex Annabus Francorum ab Andreâ du Chesne editis; priori

nomo Heriboli. Sed manifestum, hic falli Domenecum in numero

annorum, cum post eum annum non sit profectus Romanus Carolus,

nisi anno DCCC ad restituendum Leonem Papam. Postius anno

DCCXXX. ad Carolum venisse Protasium crediderim, quo anno

Rex natalem Christi Ticini celebrauit, indeq; Romam profectus est.

g S. Germani vitam dabisimus xxxi. Iulij.

h S. Amatoris Autifidorensis Episcopi vitam dabisimus i. Maij.

Fortassis occurrit Protasius Cavolo prius quam in Italiam intraret;

& cum duorum Autifidorensum Antifiditum ab eo reliquias im-

petrasse dicatur, verisimile est, Autifidori ab Episcopo eius loci

illar accepisse.

i Iam diximus, videri id accidisse anno DCCXXXI. Adriani x.

quo Romanum voti soluendi gratia Carolus venit, ibid. Pascha ce-

lebrauit.

k Creatus est Pontifex Adrianus anno Christi DCCXXXII.

ix. Februario, obiit anno DCCXCV. die XXVI. Decembr.

l Agapetus II. iniit Pontificatum anno Christi DCCCCXLVI.

decessit anno DCCCLV. die XXVII. Decemb.

m Hieronymus Zurita tomo 1. Annal. Aragonia lib. 1. cap. 8.

tradit, VVifredum II. Barcinonensem Cothitem anno DCCXII.

obisse, at cap. 9. Seniofredum Miri filium, qui anno CMLXVII.

moriatus est, aut à quibusdam, licet perperam, Guifredum sive Vi-

fredum appellari. Is est fortassis qui Pontij Abbatis conatus promo-

utus hic commemoratur: nisi id praesiterit VVifredus Comes Rhuscino-

nes, qui anno DCCCLXXI. vivebat, ut ibidem scribit Zurita.

n Nullo tamen in Martyrologio eo die nomen illius reperimus.

T R A N S L A T I O

SS. VICTORINI ABBATIS, LVCAE,

AMBROSII, PRIVATI, MONACHORVM.

V. IANVA-
RII.

*F*ERRARIUS in generali Catalogo Sanctorum pri-
die Non. Ianuarij ita scribit: Placentia in Gallia to-
gatâ Beatorum Victorini Abbatis, Lucæ, Am-
brosij, & Priuati monachorum. Citat in Notis tabulas
& antiqua monumenta cœnobij S. Sabini, atq; extare lectione-

neum, eorum die festo recitari solitam, in quâ de illorum transla-
tione agitur; tempus vero quo vixerint ignorari: hanc esse
translationis diem. De S. Sabino, sive Sauino, Episcopo Pla-
centino, à quo huius cœnobij ductum nomen, agemus XVII. Ian-
uarij, & XI. Decemb.

V I T A

S. GREGORII ACRITENSIS.

Ex Menaie Græcorum.

CIRCA I
AN. CHR.
DCCXX.

V. IANVA-
RII.

S. Gregorij
patria &
parentes.
Pecora
pascat.

4



GNOTVS hic fasti Latinorum, ita
celebratur in Græcorū Menaie: Traxit
hic genus ex nobilissimâ Creten-
sium insulâ, religiosissimis paren-
tibus Theophane & Julianâ or-
tus. Cumque haud parum tem-
poris litterarum studiis impen-
disset, iussus est à parentibus pecus pascere: sed ille iam
olim cœlesti desiderio incensus, relictâ patriâ, Seleu-
Tom. I.

ciam se contulit, & inibi non exiguo tempore, modi- Patriam
co pane & aquâ vitam tolerauit. Sexto autem & vige- relinquit.
simo ætatis anno, (quâ tempestate b Leo Imperator
sacrarum imaginum holtis & eversor vitam abrupit,
& Catholica religio respirauit, suæque libertati est
Abit Hie-
reddita) Hierosolymam profectus, locaque sacra cum rolymā.
ingenti affectu veneratus, quam multa & grauia, cum
ab Saracenis, tum Iudeis, totis annis duodecim Multa pa-
percessus fit, litteris tradi non potest ab eo qui titur.
B b epito-

Ex M. **N** & **I**s **G** & **C** **R** **O** **V** **M**. **F**it **M**ona^{cus}. **A**usterissi-
epitomas dumtaxat & breuitatem sectatur.
Dein inde discedens se Constantinopolim con-
sulit: vbi sumpto & Angelico habitu, corpusculum
suum abstinentia & ieiunio domuit. Postquam autem
extincto a Stauratio e Michaël imperium tenuit, &

f S. Nicephorus Ecclesiæ gubernacula tractauit, mis-
sus est g Michaël Confessor, b Synadorum Episcopus
e Romam ad sanctissimum Pontificem. Hic Con-
stantinopolitum B. Gregorio collocutus, secum illum,
g cùm Româ rediisset, ad sanctissimum cenobium,
h quod est in k Acritâ, duxit, illicque religiosis viris ad-
i iunxit: vbi vnicâ contentus tunica, sine calceamentis,
k in storeâ ex iuncu contextâ somnum cepit, & post bi-
dum aut triduum aliquid panis & aquæ libauit, vel
mè viuin*gustauit* portiùs.

l 3 Tum in altissimam fossam descendit, ibique tur-
batum & miserabilem Ecclesiarum statum multis la-
crys longo tempore defleuit. Ex quâ rursus emersus,
Noctu in aquâ stan-
psalterium recitat. angustissimâ se cellâ conclusit, vnicâ pelle tectus, do-
lium, quod in horto stabat, aquâ repleuit; noctu ab-
iectâ tunicâ illud ingressus, ibi psalterium recitauit,
rursusque egressus est: atque hoc totâ vitâ suâ facitabat.
Cumque ita præclarè pro æternâ vitâ certaslet,
animam suam in manus Domini commendauit.

NOTATIO.

a Plures huius nominis ciuitates legere est apud Ortelium, Ptolemaum, & alios. Videtur hac esse vel Seleucia aspera dicta, urbs Metropolitanâ in Ciliciâ asperâ, sub Antiocheno Patriarchâ; vel Seleucia Pifdia in Pamphyliâ, & ipsa Metropolitanâ, sine ullo tamen suffraganeo; olim Antiocheno, deinde Constantinopolitanu Patriarchâ jubila. Seleuciam Pieriam arbitror tunc in Saracenorum, cum vicinâ Antiochiâ, suisse potestate.

b Mortuus est Leo IV. Copronymi filius anno Christi DCCCLXXX. suscepitq; imperium Constantinus filius cum Irene marre, piissimâ feminâ.

c Sic appellatur habitus religiosus. Ita Ioannes Moschus in Pra-
to spirituali cap. 94. An nefcis, Domine frater, quia habitum
Angelicum fers? Eius tradendis ritum ex Gracorum Euchologio ex-
pliit Rosvreydus noster in Onomastico ad vitas PP. verbo Schema.

d Stauratus à Nicephoro patre Imperij consor cordeatus anno
DCCCLIII. anno deinde DCCCXI. in prælio contra Bulgarios, in quo

Nicephorus interiit, multis affectus vulneribus, Imperio exsus à Proceribus est, subrogato Michaële Curopalate.

e Tenuit imperium Michaël à v. Octob. DCCCXI. usque ad mensem Iulium anni DCCCLIII. Catholicus & piissimus Imperator, S. Ignatij Patriarcha parens.

f S. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus gesta dabimus
XIIII. Martij.

g S. Michaëlus Confessor festum agitur XIIII. Maij. De hac legatione agit Baronius Tom. 9. Annal. ad annum DCCCLXI. nu. 18. & seqq. sed non recte Sinnaculorum Episcopum Michaëlem vocat, qui Synadorum sue Synnandon fuit. Misit per eum ad Leonem IIII. Papam S. Nicephorus Patriarcha litteras de sua electione, fidei jure professionem, & munera. Extant et apud Baronium loco citato littera, in quib[us] Michaëlem vocat Patriarcha sanctissimum Metropoliten Sinnaculorum (imò Synnandon) Christo amabilis ciuitatis. Tum de eo hac subdit: Erga vestram dilectionem valde ardenti & sincero amore afficitur, & in Ecclesiasticis rebus studiosum & alacrem se præbet; sicut & in sermone, & in conuersatione, ac virtute ceteris antecellit. Exiliis erummarumve fidē causâ toleratarum non meminit. Quare quod in Menais hic Confessor appellatur, id dici videtur propter ea que paulo p[ro]st. sub Leone Armeno perpetrata est. Nam quod in Menologio XXIII. Maij dicitur, quia Leonis Isaurici heresim redargueret, in exilium missus, intelligendum est de heresi à posteris propagata: vel Isaurici pro Armeni positum, est. Quod Baronio occasionem prabuit scribendi ad annum DCCCLXXII. num. 2. eo tempore pulsum in exilium est ab Isaurico Michaëlem; quod anno demum DCCCLIV. contigit, ut ad eum annum num. 32. scribit idem Baronius, licet restitutas pro Synnandon, Sinnaculorum. Sed cui nota est Sinnacula Metropolis? Eiusdem Michaëlis Synnandensis celebris est mentio in Nicana XI. Synodo, siue VII. Oecumenica, qua anno Christi DCCCLXXVII. habita est. Plura nos de eo suo loco.

h Synada sue Synnada urbs est Phrygia Salutaris Metropolitanâ, ut videtur est in Notitia Episcopatum Autberti Mirei. Synnas quibusdam Latinus dicitur.

i Erat u Leo III. qui anno DCCXCV. die xxvi. Decemb. creatus Pontifex, obiit XII. Junij, anno DCCCLVI.

k Est Acrias apud Ptolemaum Tab. 1. Asia, Bithynie promontorium, ad initium Propontidis. In eo arbitror fuisse monasterium, ad quod S. Gregorium deduxit in Phrygiam revertens Michaël Episcopum: idemq; arbitror esse, cuius Hegumenus sue Prepositus Sisinius repertus V II. Synodo Oecumenica, siue Nicena II. subscripsisse Act. 4. licet i[n] h[ab]itac[u]lo H[ab]y[er]u[m]. A'crua dicatur, quod in Latinâ Conciliorum editione vertitur, Praes Atetes.

l Sub Leone Armeno præcipue, ad cuius extrema tempora, aut Michaëlis Balbi initia (qui anno DCCCLX. ipso Christi natali Imperator est coronatus,) videatur Gregorius peruenisse.

DE S. EDVARDO CONFESSORE
ANGLIAE REGE.

§. I. S. Eduardi publica veneratio: res gestæ.

AN. CHR. I
MLXVI.
V. JANUARII.
RII.
S. Eduard-
di sancti-
tas.



ELEBRIS est S. Eduardi Anglia Regis & Confessor in Romano Martyrologio memoria Nonis Ianuarij, testaturq; Baronius in Notis, extare in Bibliotheca Vaticana lit-
teras Innocentij I v. Romani Pontificis de-
celebratione dies festi illius. Meminere & S. Eduardi Molanus
hoc die, & Carthusiani Colonenses in Addit. ad Vfuardum,
Galesnius, Martyrologium Anglicanum, & Germanicum, ac
MS. Florarium Sanctorum. In hoc tamen iterum xix. Ianua-
rij memoratur. Fortassis eo die è terrâ illius eleuatum est corpus
anno trigesimo sexto post mortem, vt in vita cap. II. dicitur.
Trælatio. Nam primaria Translatio, qua sub Henrico II. est facta, cele-
bratur XIIII. Octobris, vt infra dicemus.

2 Vitam S. Eduardi scriptis S. Aelredus siue Ealredus, (de
Vita à quo quo XII. Ianuarij agemus) libris duobus, cuius id est perhibetur
scripta. initium: Multis veterum studio fuisse. Scriptis & carmi-
ne eamdem vitam ad Laurentium VVestmonasterensem
Abbatem:

Cum tibi, Laurenti, cogar parere. —

Item de miraculis S. Eduardi: Rebus humanis exemptus.
Ita Molanus, Pitseus, & alij. Vita tamen olim à Ioanne Cap-
gratio, & post à Surio edita, quam & nos dabimus, vulgo
S. Aelredo adscribitur à Surio, Galesnio, Voſio, & alio, vti &

in ms. Rubea vallis. Vitam quoque S. Eduardi scriptis Osbertus Clarentius Prior VVestmonasteriensis, eius opere agrauissimâ febri quartanâ liberatus, vt Harpseldius testatur. Guilielmus Cambdenus, cùm VViltonensem Comitatum describit, hec ex S. Eduardi Confessoris vita citat: Dum S. Edvardus mo-
nasterium B. Petri VWestmonasterij molitur, Editha eius vxor Wiltoniae, vbi educata fuit, regio opere la-
pideum monasterium pro ligneâ ecclesiâ inchoavit, prosecuta affectum Regis affectu suo. Hac ex Osberto
sumpta sint, an alio auctore, haud scio.

3 S. Eduardi laudes predican & alij scriptores quamplu- Laudato-
rimi: Auctor coetaneus in Encomio Emma Regina, Guilielmus res alij.
Pictauensis in gestis Guillermi Ducis, Guillermus Gemmericensis
in Histor. Norman. Ordericus Vitalis in Ecclesiastica Historia,
Ingulphus Abbas Croylandensis, Eadmerus monachus, VVil-
helmus Malmesburiensis, Florentius VVigorniensis, Henricus
Huntindoniensis, Mattheus VVestmonasteriensis, Rogerius Ho-
uedenus, Ranulphus Cestrensis, Mattheus Paris, Nicolaus
Harpseldius, Polydorus Vergilius, ac ceteri quirerum Nor-
mannicarum atque Anglicarum cōmentarios edidere: vt mi-
rum sit, neminem unum omnes illius res gestas styllo prosecutum.
Nam Ealredus ferè solūm ea attigit, qua eius pietatem vitaq;
sanctimoniam testarentur; si quidem ea ab Ealredo scripta est
vita quæ extat.

§. II.

§. II. Eduardi mansuetudo: fortitudo.

PER & pretium est, paucula ex alius delibare ad S. Eduardic commendationem, quae sunt ab Auctore vi-
tae pretermissa.

Erat Eduardus, inquit Polydorus Vergilius Angl. hislor. lib. 8. mitis ingenij, minimèque sagaci, & apprimè bellorum ac cædis abhorrens, ita ut etiam exul diceret soleret, malle se vitam priuatam perpetuò degere, quam per hominum cædem regnum recipere.

Felicitas. **M**irabilis Malmesburiensis lib. 2. de gestis Regum Anglorum, S. Eduardi gesta fusa prosequitur, parum subinde in eum aquus, vxoremq; eius Editham. Is Eduardi ita mansuetudinem deprendat. Anno , inquit, Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo secundo, S. Edvardus, filius Ethelredi, suscepit regnum, mansitque in eo annis viginti quatuor non plenis; vir propter morum simplicitatem parum Imperio idoneus, sed Deo deuotus, ideoque ab eo directus. Denique eo regnante nullus tumultus domesticus, qui non citò comprimitur; nullum bellum fornicatus; omnia domi forisque quieta, omnia tranquilla: quod cō magis stupendum, quia ita se mansuetè ageret, vt nec viles homunculos verbo lādere nosset. Nam dum quadam vice venatum issit, & agrestis quidam stabulata illa, quibus in casas cerui virginatur, confusissit; ille suā nobili pertutis irā, Per Deum, inquit, & Matrem eius, tantumdem tibi nocebo si potero. Egregius animus, qui se Regem in talibus non meminisset, nec abiecit conditionis homini se posse nocere putaret. Erat interea eius apud domesticos reuerentia vehemens, apud exterios metus ingens. Fouebat profectō eius simplicitatem Deus, ut posset timeri, qui nesciret irasci.

Auctoritas. **D**iligentia in bellis. **I**nstantia. **S**ermones qualia. **L**iberaliitas.

6 De eius virtute bellicā idem Malmesburiensis, cūm de bello inter Eduardum ac Godvīnum filiosq; gesto loquitur, hac habet: Nec segnem sentit Regem illa necessitas, cūm & ipse in nauī pernoctaret, & latronum exitus specularetur, sedulo explens consilio, quod manu nequibat præ senio. Sanè gnauum fuisse & magnanimum, si qua bella ingruerent, Florentius Vigorniensis, Guilielmus Pictauensis, aliq; ostendunt.

§. III. Iustitia, ac Leges S. Eduardi.

Humilitas. **I**ustitia. **S**ermones qualia. **L**iberaliitas.

7 NICOLAVS Harpsfeldius sec. 11. cap. 3. de Eduardo inter alia hac tradit: Ab exilio in tantam rerum amplitudinem gloriamque prouestus, adeò nihil factus est elatiore animo, vt magis se postea ad omnem humilitatem, animique demissionem abiecerit. Et quantò magis omnium rerum splendor ad elationem prouocabat, ed ille se magis demittebat.

8 Accessit ad hanc aliarum omnium virtutum con-sociatio. Summā iustitiā & æquitate ius iudiciumque moderabatur, à quā neque pauperis, neque diuitis, aut potentis alicuius gratiā deflectebat: ab irā, gulā, ceterisque crassioribus id genus vitis longè remotissimus. Mirā in Deum diuinaque omnia pietate propendebat. Et vt domesticis æqualem se quodammodo, populoque gratum & plausibilem, ita Dei se Sacerdotibus humilem præbuit. Monasteria dilapsa temporum iniuriā, Danorumque incursionibus & grassationibus, vel restaurabat, vel alia de novo erigebat. Vultus certè & sermo illius, omnis pietatis index erat. Vultus quidem suavis & iucundus, sanctitatem quamdam spirabat. Sermo summā semper granitate, & cælestium rerum narratione conditus; alias salutari doctrinā instruens, alias miseros & afflitos iucundā cōsolatione reficiens, alias blanditiis leniens, alias pro renatā grauis & regiā maiestate terrens. Sed inter cetera, duo in eo enimebant, continuata videlicet & intenta pauperum, orphanorum, viduarum, & perpetuæ castitatis cura. Adeò sanè à coaceruandis per fas nefasque

Tom. I.

diuitiis (qui communis iam ferè Principum morbus Avc r. est) abfuit, vt pñè in alteram partem profusione & dissipatione potius peccarit.

9 Idem paulò pñt: Ed felicitatis Remp. perduxit Eduardus, vt illa quæ tot annis, quasi immanibus ventis iactata nauis, periculose dissipabatur, securè placideque, eo sedente ad Reipublicæ puppim, clauumque tenente, gubernaretur, planeque in eo quasi in quodam portu conque sceret: ita quidem, vt pius Rex antiquum illud Salomonis, id est, Pacifici nomen obtineret. Tum leges illæ salutares (quas S. Edouardi leges vulgò appellat) robur viresque suas Leges Eduardie, & in luminā pace tranquillitateque Remp. gari, cū blicam constituerat. Quæ non ab illo quidem pri- S. Eduardi mūm promulgatae sunt, sed ab aucto Edgaro. Quas ille, dñs, cū in summā illā Danicorum temporum alperitate sexaginta octo annos exoleuissent, ad Reipublicę vsum reuocavit, & ex illo tempore, ab illo suum nomen mutatae sunt: quas Guilielmus Primus postea ratas habuit, & confirmauit.

10 Quæ partim positæ sunt in rebus ciuilibus, partim in rebus Ecclesiasticis moderandis, eaque ferè cōtinent, quæ priorum Regum Inæ, Alurcdi, Ethelstani, & aliorum scita complectuntur: nisi quod præter quēdam alia, cautio illa contra eos, qui usurpas & fœnus exigunt, Edouardi nostri propria videtur: quā prout Propria sum est, vt huiusmodi homines omnibus facultatibus eius sanctio exciderent, & prætereà instar exulum haberentur. O contraria usū salubrem & sanctam cautionem atque prouisionem! rarios. sed nullis vim quam temporibus, atque nostris hodie, nostræque Angliae præfertim, vbi immoderatae usuræ omnia exedunt & exfolient, adeò necessariam.

11 Harum legum per insequentes Normannorum Reges antiquatio & abolitio, multas sēpè grauelque in Angliā turbas tumultusque ciebant: nullaque vim quam gravior fuit Regū vox populo Anglicano, quam illa illorum, qui, vt nonnullis accidit, vel inescandi deuinciendiisque sibi arctius populi, vel presentis periculi expediendi gratiā, se Leges illas in vim repositas pollicebantur.

§. I V. Emmam matrem rebus suis spoliat Eduardus, improborum consilio.

12 CVM fuisset Godvīnus. Cantia Comes, summā apud Godvīni Reges Canutum, Haraldum, atque Hardecanutum au- cōtra Em- cloritate, sed apud hunc Emmam matrem pari aut etiam ma- mammam-iori in gratiā cerneret extutisse; vt est ambitio semper confortū impatiens, deturbare illam de gradu dignitatis aggressus est: veritus etiam fortassis, ne plus apud Eduardum, pium ac religiosum Regem, matris sanctissime prudentissimæ consilia, quam sua valerent versutias, quippe quā & Canutum, ferocem ceterā ac bellū assuetum, ita delinierat, vt & coleres religionem pīe, & sacra loca ornaret locupletareq; munificē. Accedebat sceleris in Alfridum, Eduardi fratrem, admisi conscientia. Nam etsi placarāt vt cumque Hardecanutum, iuuenem adhuc, & simulatā fortassis credulitate vlt̄d falli cupientem, vt res interea suas firmaret; id ne Eduardo mater aliquando reuocaret in mentem, timendum ei meritū erat.

13 Sed ne Regi suspecta matris accusatio esset, adiutores fibi noui sceleris legit, quibus plurimum tribui à Rege nouerat, atque eos quoque nescio quā arte inducitos in fraudem, Leofricum, in-quam, Herefordensem, & Sivvardum Northumbrensum Comites. Cum his Regi susstis, vt matr omnia eriperet. Paruit iniqua fuggerentibus, vt simplicis erat animi, Eduardus. Ergo anno M XLIIII. Christi, regni sui 1. diebus xiv. ante festi- Emma uitatem S. Andrea Apostoli, inquit Florentius Vigor- matris omnias, festinatō Rex cum Comitibus Leofrico, God- aufert vvino, & Sivardo, de ciuitate Glavvornā (sue Gloce- Edwardus. stria) Wintoniam venit improvisè: &, vt illi consilium ei dederat, suā genitrici quidquid in auto, argento, gemmis, lapidibus, aliis rebus pretiosum ha- buerat, abstulit; vel quia priusquam Rex esset effectus, vel

B b 2

Auct. S. EAL- vel pōst, minus quām volebat illi dederat, & ei valdē
EDO. dura extiterat. Verumtamen sufficienter ei ministrari
necessaria praecepit, & illam ibidem quietam manere
iussit. *Idem refert* *VVillielmus Malmesburiensis*, qui ab amu-
lis obiecta Emma criminis ita commemorat:

Obiecta Angustos filij iam dudum riserat annos,
Emma cri- nihil vñquām de suo largita, hereditario scilicet odio
mnia; parentis in prolem. (*Fuere enim grauias inter Ethelredum*
Eduardi patrem & Emmam matrem disfida.) Nam magis
Cnutonem & amauerat viuum, & laudabat defun-
ctum. Præterea congestis vñdecimque talentis cru-
menas inferserat, pauperum oblita, quibus non patie-
batur dari nummum, ne diminueret numerum. Itaque
quod iniuste coaceruauerat, non iniuste ablatum, vt
egenorum proficeret compendio, & fisco sufficeret
regio. *Ita illi.* Sanctam tamen mulierem, *inquit Auctor,*
fuisse comporio, & thesauros suos in ornamenta Ec-
clesiæ Wintoniæ, & aliarum fortassis, expendisse.

eriam stu- **14 Non hic stetit Godvini furor.** Crimen ei violata pudici-
tia intentat: in partes trahit, à quibus opem præcipue vel spē-
rare Emma poterat, vel ipse ei vñtrō ferendam suspicari, Nor-
mannosipso, qui cum Eduardo aduenerant: qui vt erant plerique
integra viræ, seueri vñtores insurrexerē. Sed, vt mox dice-
mus, ei Deus opportunè subueniuit. Cuncta hæc præcipue machi-
natū fuisse Godvini, Polydorus Vergilius alius, tradidere.
Angli ferè crimen omne in Roberti Episcopi ambitionem refu-
runt, qui & Emma acerrimus hic aduersarius fuit, & deinceps
Godvini. Inde vñtrō criminis vel singendi vel suspicandi arrepta
occasio, quād frequens ad Alvvini m, (Polydoro Aduinum,
VVigorniensi Alfvvinum,) VVintoniensem Episcopum diuer-
teret, tum quād proximā cognatione illi esset cōiuncta,
vt ait Harpsfeldius, tun vt illius præsentia consilio que
viduitatis molestias facilius propelleret; rebus præseruit
suis, & quā apud filium Regem valere debebat auctoritate, per
summum nefas spoliata.

§. V. Emma ordalio crimen diluit.

15 NO n erit abs re, vt Harpsfeldij verbis vtar, ad vbe-
riorem saltem lectoris notitiam, aliqua de his
purgationum rationibus, quæ, præter duellum, his &
posterioribus temporibus passim tam in Angliâ quām
alibi vñsurpabantur, licet ab Ecclesiâ postea, & multis
antea sæculis, atque à primo nostro Apostolo Grego-
rio improbatis, præmittere. Ordalium hæc purgatio
Saxonice dicitur, quod duplex erat, aliud per ferrum
per ferrum cædens, aliud per aquam. Ferrum autē cædens reus
candens, aut manibus ad nouem pedes longum gestabat, aut
nudis pedibus in pavimento ecclesiæ stratum, ad nouem
pedes latum pertransibat. In aquam verò aut fer-
uentem aut bullientem manus, aut in frigidam totum
corpus rei immittebant, vehementi omnium persuasione
(quam rerum sèpè euentus confirmauit) noxios,
& culpæ consciens, insigni aliquā calamitate & clade
nobilitandos; immunes verò à crimine, à pœnæ quo-
quæ totius sensu immunes futuros; vt olim in aquâ
zelotipiæ apud Iudeos accidisse scimus.

Premitte- **16 Et** trium dierum prævio ieunio, in quo ab omni-
batur triū bus aliis esculentis & poculentis, præterquām pane,
dierum ie- sale, aquâ, & herbis, temperabatur, cui crimen impin-
iunium, &
Missæ. gebatur, se expiabat. Tum celebrabatur Missa, cui
reus intererat: & intertium ferrum accendebar: multis
que cæmoniis & orationibus vtebatur præterea
Sacerdos, quibus à Deo preocabatur, vt veritas rei regis-
tæ, quæ occulebatur, in lucem erumperet. Rei deinde,
præsentibus tam Reginis quām Episcopi ministris,
qui diligenter præsipererent vt omnia accurate ad præ-
scriptam statamque purgationis formulam obirentur,
ad locum purgationi designatum producebantur.

17 Sed præstat de Emma antiquorem audire Auctorem,
Ranulphum Cestrensem, qui lib. 6. cap. 23. ita scribit: Rex
quoque Godvini honorabat, filiam eius Edditham
desponsabat, matrem propriam nec plenè nec publicè

confundebat. De consilio tamen Godvini pretiosa
quæque de matre suâ cepit, vel quia ipsa nimis dura
ante suscepit regnum ei fuerat, vel quia id ei con-
ferri minùs curabat. De Neustriâ quoque quosdam,
qui priùs sibi benefecerant, remunerando aduocabat:
inter quos Robertum quemdam Géméricensem mo-
nachum, pōst Londonensem Episcopum, deinde Câ-
tuariensem Archiepiscopum fieri fecit. Cuius consilio
Rex ipse simplex, qui nusquam nisi alieno consilio du-
ctus perperam egit, in tantum adquienit, vt Godvvi.
Emma in
num sacerdotum suum cum filiis exlegaret, matrem pro-
priam, ob suscepitam cum Wintoniensi Præsule fami-
liaritatem, bonis omnibus priuatam in monasterio de
Wervelle detrueret, Alvvinum etiam Episcopum
incarceraret.

18 Emma siquidem laxius custodita scripsit Epi-
scopis Angliæ, in quibus confidebat, se plus de Ptæ-
ferri can-
sulis Wintoniensis dedecore, quām suā verecundiâ
torqueri: paratam se Dei purgare iudicio, ferrique
candidis examine, Episcopum fore iniuste diffama-
tum. Conuenientes verò Episcopi, Regem ad rogata
flexissent, pisi Robertus Cantuariensis obstitisset: Quo-
modò, inquit, fratres, feram illam, non feminam, au-
detis defendere, quæ filium suum Regem diffamavit,
quæ amasum lubricum Christum Domini nomina-
uit. Sed si ista femina vult purgare Pôtificem, sed quis
purgabit eam, quæ dicitur consensisse in necem Altri-
di filii sui, & procurasse venenum Edvardo? Sed
æstimo quād auctoritatem habebat supra sexus con-
ditionem. Si tamen pro se ipsâ nouem passus, & pro
Episcopo quinque passus continuos super nouē igni-
tes vomeres nudis pedibus & plenis vestigiis illæsa
transierit, ab impenitencia istâ euadat absoluta.

19 Præfigitur illicò examinis locus, quād Rex &
ceteri Proceres, excepto Roberto solo, conuenerunt.
Sed nocte præcedente mulier ad sepulchrum S. Svithi-
ni Wintoniensis perorans confortatur. Die sequē-
tis, velatis oculis, ignitos vomeres nil læsa pertransit. *Ignitos vo-*
meres illæsa-
Tunc Rex ingemictus, & veniam petens, disciplinas /a per-
ab vtroque, Præsule scilicet & matre, recepit, oblata *transit.*
quoque illis restituit. Regina verò dedit S. Svithino
nouem maneria, & alia Episcopus nouem maneria,
præter illos nouem vomeres, quos Emma pertransiuit.
Robertus verò fugit extra Angliam.

20 Eadem refert Polydorus Vergilius, eadem Nicolaus
Harpsfeldius; sed hic paulò aliter totius rei catastrophen ita ex-
ponit: Postridie statis cæmoniis peractis, à duobus *Quo habi-*
Episcopis flentibus, & hinc inde vtrumque eius latus *tugebūz*
claudentibus, plebeiâ veste contecta, pedibus & tibiis *id egeris.*
ad genu ipsum nudis, per nouem illos ardentes vom-
eres, in ecclesiâ Diui Svithini positos, populo aspe-
ctante dicitur: quos illa, erat in cælum semper oculis, neque deorsum in pavimentum vñquām deflexis,
orationique tota intenta, suamque Deo caussam, vt
olim Sulanna, commitens, illis ducentibus, post nouem
passus pertransit. Apud populum verò, interim
de rei euentu sollicitum, omnia fletu & lugubri eiula-
tione plena: vna omnium vox Dei & Svithini opem
anxiè implorantium. Iamque extra ecclesiam perge-
bant Episcopi, quibus illa, Quando, inquit, ad vomer-
es perueniemus? Illi verò lacrymis oppleti, eam vomeres illos omnes & calcasse & pertransisse, & egregie
sua conscientia, omniumque expectationi satisfecisse.
Respxit deinde illa; & tum primum vomeres illos
vidit, defunctamque se suâ purgatione intellexit. Am-
plissimas deinde Deo & Svithino gratias egit. Popu-
lus, cum quid aetum esset intellexisset, mira lætitia ge-
stire, miros præ admirationis & gaudij magnitudine
clamores edere.

21 Ipsa recta, in eo quo erat apparatu, ad Regem
filium proficiuntur, vt certa oculis illius innocentia
sue documenta subiiceret. Demisit se igitur ad matris
pedes Rex, veniam submissè precatus, quād ita inno-
centem

*Rex veniæ
petit. &
pœnæ subiicit.*

centem matrem vexari, tantæque infamia exponi passus es. Tum illa, Naturales, inquit, & materni stimuli facilè à me veniam extorquent: sed tu quomodo Aluino Episcopo satisfacias, iterum atque iterum cogitato. Accersitur deinde ille, à quo Rex veniam nimia fua facilitatis ac credulitatis accuratè postulat, & facile imperat: quam paucis & lenibus nudo corpori per Episcopos, & matrem flentem, impressis virgarum verberibus expiavit. Mox matri & Episcopo omnia, quibus spoliati fuerant, redduntur. Robertus interim in euentum rei intentus, & veritus ne, si Regina innocentia palam testata esset, ea res ingenti sibi dedecori & damno foret, subduxit se in Cantiam: & mox celebri illo euentu passim diuulgato, mare traicit, neque in Angliam vñquam, vt quibusdam placere video, posteà rediit. Hac ille.

21 Non videtur omnino Angliæ excessisse Robertus, aut certè postliminio deinde reuersus est: nam quinquennio pòst, anno nimirum M. L. vt VVestmonasteriensis, VVigorniensis, & alij tradunt, Cantuariensem Archiepiscopatum adeptus est. Porro nouem illi vromeres, vt Harpsfeldius tradit, in claustro monasterij VVintoniensis humo obiecti sunt. Vitam S. Suithini, sive Svythuni, dabitus **xi. Iulij.**

V I T A A V C T O R E S A N C T O E A L R E D O .

C A P V T I .

S. Eduardi parentes, ortus, regni & sanctitatis prognostica.

Act. 10.
34. & 35.
Etiām di-
uites san-
cti.



I LORIOSI ac Deo dilecti Regis Eduardi vitam litteris tradituri, ex verbis beatissimi Petri Apostolorum Principis sumamus exordium; qui Centurionis vocationem admirans, ait: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiæ, acceptus est illi. In omni enim gente, ordine, gradu & dignitate nouit Dominus qui sunt eius, & miseretur cui voluerit, & misericordiam praestat in quem sibi placuerit. Neque enim ex sui ipsius naturâ vel paupertas præstat, vel adimunt diuitiæ sanctitatem: nec perfectum obscuritas, nec reprobum claritas facit; nec claudit libertas, nec referat seruitus Paradisum. Primus Patriarcha Abraham & diues scribitur & perfectus, cui fides admirabilis & obedientia & imitabilis in rerum omnium copiâ prædicatur. Joseph dominus Ægypti constitutus à Rege, vniuerso orbi præbuit castitatis exemplum. Sanctus Iob qualis in diuitiis fuerit, earum probauit ademptio, quem morbus corporis, tæatio vxoris, amicorum exprobratio, spectabili patientiâ reddit clariorē. Rex David, quo nemo ditor, sed nemo & sanctior; quo nullus sublimior, sed humilior nullus; & inter thesauros innumerous sepelitur, & inter Dei amicos ceteris gravior computatur. Nemo proinde miretur, si noster Eduardus & Rex dicatur & sanctus, quem cernimus & in diuitiis egenum, & in deliciis sobrium, in purpurâ humilem, & sub corona aureâ mundi contemptorem.

b **2** Cùm enim Rex & Ethelredus ex filiâ Comitis Thoreti filium suscepisset & Edmundum, cognométo Ferreum-latus, ex Reginâ autē Emmâ f Alfredum: Beatus Eduardus intra viscera materna conclusus preferitur utrique, agente eo qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, qui dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit, dat illud. Fit enim eam Rege magnus Procerum & Episcoporum cōuentus, & quia iam futurę cladis indicia sœua processerant,

Tom. I.

Eduardi
parentes.

agitur inter eos de regni statu tractatus. Alij verò Ed. Auct. mundum, ob inuidissimum robur corporis, estimant S. E A L R E D O . præferendum; alijs, ob virtutem Northmannorum, Al- fredum promouendum tutius arbitrantur. Sed futu- rorum omnium præscius, prioris breuissimam vitam, alterius mortem immaturam prospiciens, in puerum neclum natum vniuersorum vota cōuertit. Vtero ad- huc clauditur, & in Regem puer eligitur: non natus, natus præfertur: & quem neclum terra suscepereat, ter- ræ dominus designatur; & lati Proceres sacramentum fidelitatis illi iurant, qui vtrum nasceretur ignorant.

3 Paullò itaque post nativitatem S. Eduardi ḡtrūe- **g** tibus in Angliam barbaris, & maximam insulæ portio- **Defertur** nem cæde incendioque vastantibus, Regina cum filiis in Nort- in Northmanniam transposita est. Viebat in h̄ autâmanniam. domo inter pueros puer, immunis tamen à vitiis qui- **h** bus ætas illa solet implicari. Castus erat corpore, ser- ibi sancte vinis. mone rarus, simplex actu, & purus affectu. Frequentare Ecclesiam dulce habuit, crebrius orationibus in- cumbere, sacris Missarum interessâ solemnis, visitan- dis monasterii operam dare, & quos sanctiores scie- bat, sibi monachos in amicitiam copulare.

4 Sæuebat interim gladius hostilis in Angliâ; cæ- **Dani An-** dibus & rapinis omnia replebatur: vbique luctus, cla- **glam vñ-** mor & desolatio. Incenduntur ecclesiæ, monasteria sciant. deuantur, Sacerdotes à suis sedibus fugati, in locis desertis communem miseriam deplorantes delitesce- **i** bant. Inter quos vir venerabilis i Brithvvaldus k Vuin- toniensis Episcopus l cœnobium Glastonense mœrēs **k** ac tristis ingressus, orationibus vacabat & psalmis. Qui **l** cùm aliquando pro regni plebisque liberatione preces s. Brit- lacrymasque profunderet, quasi in hæc verba prorū **vñvaldus** pens, ait: Et tu Domine vsquequod? Vsquequod aueris **orans, vi-** faciem tuam? obliuisceris in opere nostræ & tribulatio- **det Eduar-** nis nostræ? Sanctos tuos occiderunt, altaria destruxerunt, & non est qui redimat, neque qui saluum faciat. **tro.** **gi à S. Pe-** Scio Domine, scio, quia omnia quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: sed numquid in æternum proiiciet Deus, & non apponet ut cōplacitor sit adhuc: Erítne, Domine Deus meus, erítne finis horum mirabilium? aut in æternū tuus in nos mucro desuet, & percuties usque ad internectionem? Inter preces tandem & la- crymas fatigatum sopor suavis exceptit; videtque per somnum, B. Petrum in eminentiori loco constitutum, & ante eum præclarri vultus in formâ decenti, regalibus insigniis amictum Eduardum. Quem cùm propriis manibus Apostolus consecrasset & vñxisset in Regem, monita salutis adiecit: præcipueque cælibem vitam co- mendans, quot esset annis regnaturus, aperuit.

5 Obstupfactus Præsul tanti miraculi nouitate, petit sibi à Sancto huius visionis mysterium revelati. De statu insuper regni, & de instatís periculi fine Apo- stolicum exegit oraculum. Tunc placido vultu intui- tus intuentem se, Domini, inquit, o Præsul, est regnum, & ipse dominabitur in filiis hominum. Ipse transfert regna & mutat imperia, & propter peccata populi regnare facit hypocritam. Peccatum peccauit populus s. Petrus tuus Domino, & tradidit eos in manus gentium, & futura ei dominati sunt eorum qui oderunt eos. Sed non obli- **reuelat.** uiscetur misereri Deus, nec continebit in irâ suâ misericordias suas. Erit enim, cùm dormieris cum patribus tuis, visitabit Dominus populum suum, & faciet Dominus redemptionem plebis suæ. Eliget enim sibi virū secundum cor suum, qui faciat omnes voluntates suas, qui me opitulante regnum adeptus Anglorum, Danico furori finem imponet. Erit enim acceptus Deo, gra- tus hominibus, terribilis hostibus, amabilis ciuibus, utilis Ecclesiæ, laudabilemque vitam sancto fine con- cludet. Quæ omnia in B. Eduardo completa, rei exitus comprobauit. Cùm autem Episcopus de posteritate Eduardi quæreret, respondit S. Petrus: Regnum An- **Regnum** glorum, regnum Dei est. Post istum prouidebit Regem **Anglorum** regnum **Dei.**

a Surina.

B b 3

Auct. a Surius, inimitabilis.
S. EAL- b Alijs dicitur Etheldredus, Egelredus, Agelredus, Adelredus, filius Edgari & Elfrida: hec ei regnum parvuit cede principi sui S. Eduardi Martyris, ut xviii. Martij dicemus. Coronatus est Ethelredus ann. DCCCCCLXXVIII. Indit. vi. die Dominicā, XVIII. Kal. Maij; mortuus an. MXVI. Indit. XIV. IX. Kal. Maij feriā II.
c Duxit Ethelredus an. DCCCCCLXXXI. uxorem filium cuiusdam Ducis. VVestmonaster. At Malmesburiensis natum Edmundum scribit ex quadam, quam fama obscura recondit. Hanc quidam Ethelgiuam vocant.
d Vir hic fuit egregius & magnanimus, à robore animi & corporis Irene side appellatus, natus S. Margarita Regina Scotia, de quā x. Iunij agemus.
e Alijs Imma, Elfsgia etiam dicta, ut ait Houedenus. Nupta est Ethelredo an. M. XI. filia Richardi I. Duxis Normannie.
f Autor Encomij Emma ab Andreā Ducheñio editi, minorem natu Alfridum facit. Is scelere Godvini, ut post dicetur, trucidatus est.
g Anno MXIII. mense Augusto misit Ethelredus uxorem & liberos in Normanniam. VVestm. VVigorn. Huntind.
h Non sēcē hoc accipiendum, quāsi tunc adhuc natus vixerit, qui an. DCCCCXCVI. mortuus est, ut testatur VVilhelm. Gemmet. lib. 4. cap. 20.
i De S. Brithvaldo, siue Brithvoldo agemus XXII. Ianuar. ubi rursus & de hac visione.
k Ita Caprauius & Surius. At Malmesburiensis aliiq; hunc S. Brithvaldum VVintoniansem Episcopum fuisse scribunt, diversum à VVintoniensi. Quae VVintonia quāq; VVintonia sit, ibi dicemus.
l Erat Glasconia, alias Glastonia, vulgo Glastenbury, nobilissimum & antiquissimum in Comitatu Somersettensi monasterium, ad Brium flumen.

C A P V T II.

Eduardus fit Rex: virtutibus floret.

STABAT adhuc spiritus procellæ, & exaltatus sunt fluctus eius, externisque malis accessit civilis discordia, adeò ut quis cui mentis suæ secreta committeret, nesciretur. Plena erat proditoribus insula: nusquam tutæ fides, nusquam sine suspicione amor, sermo sine simulatione. Tandem eousque proditio ciuilis & astutia processit hostilis, ut defuncto Rege Ethelredo, magna pars insulæ, legitimis heredibus abdicatis, a Canuto, qui regnum inuaserat, manus darent: peremptaque inuictissimo Rege Edmundo, etiam filios eius, adhuc in cunis agentes, Barbaris mitterent occidentur. c Alfredus deinceps Eduardi frater in Angliam transiit, inaudita crudelitate ab hostibus ciuibusque perimitur.

Eduardus 7 Tunc Eduardus omni humano destitutus auxilioues vixi, exul patriæ, regni, & honoris viuebat: impiorum taturum se insidias timebat, & ne à suis proderetur, vel ab hostibus ad mortem emeretur, plurimùm formidabat. Inuenito autem consilio salutari, Deo prosternitur, talia prosequendo: Ecce, inquit, Domine, non est mihi auxilium in me, & necessarij mei recesserunt à me: amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Pater meus post multos labores rebus humanis excessit; fratres meos crudelitas proditorum absorbuit: nepotes in exilium acti sunt: d mater æmuli nostri nuptiis tradita est. Ita solus relictus sum, & querunt animam meam. Sed tibi Domine derelictus sum

f pauper, pupillo tuoris adiutor. Tu quondam & Edvnum, morti expositum, mirabili modo & vita referuasti & regno. Tu illud Angliæ decus, f S. Osvaldū ex exule Regem factum, per signum Crucis reddidisti cunctis hostibus fortiorum. Si sicut fueris tecum, & custodieris me, & reduxeris me in regnum patris mei, eris tu mihi semper in Deum, & B. Petrus Apostolus in patronum: cuius sacratissimas reliquias in vībe Româ, te annuente, te regente, te comitate, visitaturum me promitto. Ex hinc enim factus fide robustior, spe alacrior, expectans expectauit Dominum.

g 8 g Canuto autem Rege rebus humanis exempto, b filiiseius immaturâ morte præceptis, Angli Danico iugoliberati, Eduardum in Regem elegerunt, & cum maximo honore consecrati & inungi fecerunt. Tunc

Sacerdotes sapientiâ & sanctitate fulgebant, monastria omni religione pollebant, agebat Clerus in officio suo, populus stabat in gradu suo. Videbatur etiam terra secundior, aer salubrior, maris vnda pacatior. Reges enim & Principes pro tantâ rerum mutatione administratione perculsi, cum tanto Rege & fœdus inire, amicitias iungere, pacem compонere gauii sunt. Sola ta- k men l Dacia adhuc spirans & anhelans cædes, Anglo- dūs cum varii rum interitum minabatur. In his omnibus vir beatus Principi- in gloriam non est elatus humanam, sed hanc sibi vi- bus.

uendi formam proponens, suis se domesticis præbebat l

æqualem, Sacerdotibus humilem, plebi gratum, compatiens miseris, & largum egenis. Nulla apud eum personarum acceptio: fed iudicabat in iustitia pauperes, & arguebat in æquitate pro mansuetis terræ; erat que pater orphanorum, & iudex viduarum. Si quid- Omni vir- quam petebatur, præbebat; si accipiebat, tacebat. tute floret.

Nullus vñquā cum vidit aut inflatum superbiā, aut irā efferratum, aut gulâ dehonestatum. Supra huma- num enim modum pecuniarum contemptor, nec in earum amissione tristior, nec in adeptione videba- tur hilarior.

9 Recumbente aliquando gratiâ quiescendi Rege in lectulo, Camerarius accessit ad thecam, in quā æs re- gium seruabatur, & deposito intus quod volebat, & illam claudere oblitus, foras egressus est. Animaduer- Insignis tit hoc quidam, & accedens ad thecam, pecuniam non pecunia cōtempor. modicam in sinum recondit, & abscedit. Reuersus de- nuò, Rege inspestante, facinus iteravit. Quod cùm ter- tiò attentasset, cernens Rex in spiritu thefauorum adesse custodem, ait: Importunè agis, ô homo: si mihi credis, tolle quod habes, & fuge; quoniam si venerit Hugolinus, (hoc enim Cubicularij nomen erat) nec vñnum tibi nummum relinquet. Fugit ille, & vix pedem extulerat: & ecce minister Regis rediens, & thefaurum ablatum reperiens, timore & tremore concutitur: angustiam cordis & furorem mentis clamor & suspiria prodiderunt. Surrexit Rex, & quasi nesciens quid ac- cederit, perturbationis huius caussam inquirit: quam cùm didicisset, ait: Tace, fortè ille qui cepit, plus nobis indiguit. habeat sibi; nobis sufficit quod remansit.

a Canutus, siue Cnuto Danus, suani filius, Ethelredo mortuo, partis Anglie Rex fuit; ceteri Edmundo adhaeserunt: acre cum hoc belum, inde pax & amicitia. Edmundum nocte S. Andrea eodem anno Eadricus, siue Edricus, Dux Merciorum, proditoriè interimi cu- rauit: quam ob caussam ipse à Canuto, cuius gratiam parricidio auctoripabatur, trucidatus est.

b Eadvinus, (vel Eadriuum, VVigorniensis Eadmundum) & Eadvardum, vel Edwardum, Edmundi filios, ad Regem Sue- num Canutus perimendos misit. Hic scelus auer/atus, ad Salomonem Regem Hungariae nutriendos ablegauit. Prior istib[us] obiit: alter Aga- tham uxorem duxit, siue ipsi, liberos, de quibus alibi.

c Alfredus mortuo Canuto, cum magno Normannorum comita- tu in Angliam venit an. MXXVI. Sed Godvini perfidia pleri- que barbari euiscerati, aliterq; trucidati sunt: Alfredo oculeruti- tum in Elyensi cœnobium ignominiosus relegatus, ibi paulo p[ro]f[und]o obiit. Laudator Emma, cap. 1. citatus, tradit, eum miraculū à morte illu- stratum, & Martyrem appellat.

d Anno MXVIII. Canutus Emmam, Ethelredi viduam à Ri- chardo fratre petiit uxorem, & obtinuit. Ita scilicet Normannus no- potum suorum Eduardi & Elfredi patrocinium abdicavit, ut res suas nouâ hac affinitate firmaret.

e De S. Edvino, mirabiliter apud Redvallum Regem serua- to, agemus XII. Octob. in eius vita.

f S. Osvaldi vitam dabimus v. Augusti.

g Mortuus est Canutus XII. Novembr. an. MXXXV.

h Prior fuit Haraldus, ex Algiuâ concubinâ genitus, qui Em- mam thesauris suis spoliataam eiecit. Ea tunc in Flandriam venit. Haraldo an. MXL mortuo, Rex Anglia factus est Hardecanus, Canuti & Emma filius; mortuus vero VIII. Iunij an. MCLII.

i Eduardus an. MLI. die festo Pascha, III. Non. April. erigitur in Regæ, in qua Ranulphus Cefrensis, apud VVestmonasterium, seu VVintoniam secundum quosdam; (imò secundum pleriq[ue]) Eduardus igitur III. (subdit idem scriptor) in Regem electus chartam talem scriptis, quæ apud VVestmonasterium adhuc seruatur; quod quotiens ipse, aut quisquam successor, Regium diadema apud VVestmonasterium, VVintoniam seu VVigorniam portaret, eo die Praeceptor loci recipiat de fisco Regio 81. marcas, Conuentus 100. simcellos, & vnum mo- dium

dium vini. Semenellois arbitror panes similagineos esse.
k Inter hos fuit Haraldus Rex Norvegiae, de quo VVigorniensis
anno M XL VIII.

l Ita Daniam alij quoque appellant scriptores, quid à Dacis vel
Dahis Scythia populis ducere originem Danos existimant. Videndum
Ioannes Isacius Pontanus in Chorographicā Dania descriptione.

C A P V T III.

Virginitatem cum vxore seruat. hostis morte diuinitus cognoscit.

10 **P**RO C E R E S autem terrae de successione solliciti, Regem de vxore ducendam conueniunt. Stupet Rex, thesauro metuens suo, qui in fictili vase reconditus, facile poterat calore dissolui. Sed quid ageret? Si obstinatus resisteret, timebat ne propositi sui prodetur dulce secretum: si suadentibus præberet assensem, naufragium pudicitiae formidabat. Tandem importunè insistentibus cedere tutius ratus, huiusmodi verbis pudicitiam suam Domino commendabat: Iesu bone, tua quondam misericordia tres pueros inter flamas Chaldaicas illæsos seruauit. Per te Ioseph, relicto pallio in manibus meretricis, cum titulo castitatis eas sit. Admirabilis Susanna constantia tuâ virtute de impudicis presbyteris triumphauit. Sanctæ Judith castitas ab Holoferne nec ladi potuit, nec tentari. Ecce ego seruus & filius ancillæ tuæ, qualiscumque dilector tuus & vnicæ Matris tuæ: succurre mihi Domine, quatenus sic maritale suscipiam sacramentum, ut pudicitiae periculum non incurram. Rege igitur Procerum voluntati consensum præbente, a Godvini filiam duxit in vxorem. Erat autem Godvvinus vir magnarum opum, sed astutia singularis, Regum regniisque proditor: qui doctus fallere, & quælibet dissimilate consuetus, facile populum ad cuiuslibet factionis inclinabat assensem.

a **S**ed sicut b spina rosal, genuit Godvvinus Editham.

Editha
virtutes. Hanc dilecta suo præparauit Christus Eduardo, inspirans ei ab ipsâ infantia castitatis amorem, odium vitiorum, virtutis affectum. Legere, aut operari manus, otium fugiendo consuevit lasciuiam vitare, & colloquia iuuenium declinare. Conuenientibus igitur in vnum, Rex & Regina de castitate seruandâ paciscuntur, nec huic fidei alium, quam Deum testem aestimât adhibendum. Fit illa coniuncta mente, non carne; ille maritus mente, non opere. Perseuerat inter eos sine actu coniugali coniugalis affectus, & sine defloratione virginitatis, castæ dilectionis amplexus. Diligitur ille, sed non corruptitur; diligitur illa, nec tagitur: & quasi noua quadam Abisag Regem calefacit amore, sed non dissoluit libidine; mulcet obsequiis, sed desideriis non emollit.

**Cognoscit
diuinitus
mortem
hostis sui.** 11 Quadam namque die Pentecostes, cùm Rex diuinis interesset mysteriis, horâ eleuationis Corporis Christi subito Rex vultu hilarior, & erectior oculis, in risum modicum, seruatâ tamen regiâ grauitate, disfilitur. Mirari, qui aderant, cœperunt; nec sine causâ, cùm præter consuetudinem id ei accidisse sciebant. Peractis autem Missarum soleniis, causâ risus instanter adstâtes sibi exponi petunt. Ille, vt erat mirâ simplicitatis, simpliciter quærentibus simpliciter omnia confitetur, dicens: Conuenit Danis cum Rege suo antiquum facinus iterare, & quam nobis propitia diuinitas largita est, infestare quietem. In percussione quidem nostrâ, quâ castigans castigauit nos Dominus, ignorantes Dei iustitiam, & suam extollentes virtutem, dixerunt: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit haec omnia. Quia verò Deus patribus nostris iratus, Danorum nos tradidit potestati, suis id viribus tribuentes, facile hoc ipsum & nunc fieri posse arbitrabantur; nescientes quia qui percutit, ipse & sanat; & qui mortificat, ipse & vivificat; & qui ducit ad inferos, ipse & reducit. Igitur Rex Daciæ, coacto in vnum exercitu, hodiernâ die ventis pro voto plantibus naues parati præcepit. Iam naues velis, & vela ventis fuerant committenda: &

Rex iniquus ob nimiam superbiam quasi semetipsum **A v c t.**
non sustinens, dum de scaphâ in nauem condescendere **S. E A L-**
vellet, pede lapsò inter vtramque, in mare corruit, &
statim abyssus vallauit eum, & pelagus cooperuit caput eius: sicutque morte suâ vtrumque populum, Danorum scilicet & Anglorum, à peccato pariter & periculo liberavit. Et spero in Domino Deo meo, & in dulcissimâ Matre eius, quid temporibus meis nullum habebit conatus eorum effectum. Hæc sunt, quæ Christo reuelante cognoui, & vidi, & risi, & gauisus sum: risum enim mihi fecit Dominus, & quicunque audierit, coridebit mihi. Notantur tempus & hora: mittuntur nuntij in Daciam; & omnia, quæ beatissimo Regi cœlitus nuntiata fuerant, vera & eadem horâ accidisse reporta sunt.

a *Mattheus VVestmonast. anno M X L V. Rex Eadwardus in patrocinium regni sui, filiam Godvini potentissimi Consulis, nomine Editham, vxorem duxit. Idem scribit Hundintoniensis. Malmeburiensis ait, pactum fuisse Eduardum, priusquam Rex ficeret, Godvino amiciam, filiis honores, filiæ matrimonium.*

b *Idem Editha elegiū recitat Ingulphus Crovulandensis, qui eius pietatem, castitatem, pulchritudinem, modestiam, doctrinam, aliasq; virtutes predicans, tandem, in nullo, inquit, patris aut fratum barbaricam sapientem.*

c *Hac non memorant Danorum Annals. Constat Magnum Norvegia & Dania Regem voluisse Angliam inuadere, ut ad annum M X L V. habet VVestmonast. Sed Suano fibi bellum indicente, coatum desistere. Suano, ne instructâ classe Angliam inuaderet, tributum obrulisse S. Eduardum, scribit Adamus lib. 3. c. 12.*

C A P V T IV.

Votum eius de Romanâ peregrinatione relaxat Papa.

12 **S**V C C E D E N T I B Y S itaque prosperis, Rex voti Romam sui nequaquam oblitus, recognitans quanta sibi ferire cupit, cerit Dominus, qui ditauit egenum, sublimauit humili, ut votum lemm, inglorium coronauit, parat reddere vota sua, parat sumptus, parat donaria. Vocatis autem regni Proceribus, habuit cum eis de statu regni, vel de suâ peregrinatione sermonem, dicens: Non excidit nobis, quomodo irruentibus in hereditatem nostram Barbaris, facti sumus opprobrium vicinis nostris, sublannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt. Aliis namque interficitis, alitis fugatis, aliis iugo ignominioso seruitis oppressis, nihil ferè honoris, nihil gloria nostre generi reliquerunt. Tandem defuncto patre meo, peremptis fratribus, actis in exilium nepotibus, & cùm hostibus nostris in omnibus fortuna fueret, mihi profecto nihil spei superesse videbatur. Ego verò contra spem credens, & Domini mei misericordiæ me totum dedens, peregrinationem meam ad sanctorum Apostolorum limina vovi, & deinceps diuinæ me protectioni dispositioniique commisi. Ille autem respexit in oratione meam, & non spreuit precem meam, & abstulit opprobrium meum, & restituit me in regnum patris mei. Insuper cumulatum diuitiis auxit gloriam, donis cœlestibus illustravit. Ipse sine sanguine rebelles subegit, hostes subuertit, & omnia nostra amabili quadam pace composuit. Absit vt tot & tantis eius beneficiis inueniamur ingrati: quin potius de manu inimicorum nostrorum liberati, seruamus illi in iustitiâ & veritate, faciamusque quod ait Prophetæ: Vouete & reddite **Psal. 75. 12.** Domino Deo vestro. Decernite ergo mecum, quomodo me peregrinante regnum sublîstat Auglorum: quâ lege, quâ pace, quâ iustitiâ, quo iudice omnia disponantur: quis castra, vrbes, priuata & publica negotia procuret. Erit autem vnu omnium custos & protector Deus, & pacem quam dedit, ipse seruabit, nobiscum proficisciens, & nobiscum remanens: qui & vos custodiat, & me reducat.

13 Tunc omnes in communi vociferantes ad Regem, se non deserendos, se non exponendos gladiis, pa- **Obstinate**
triæ hostibus non prodendam, nec pro vno, ut putatur, bono tot admittenda pericula allegabant. Tunc **Proceres;**
consulit **Pontificem.**

B b 4 Rex

Auct.
S. E A L
R. E D Q.

Rex eorum vocibus & precibus vrget se sentiens, diu in animo fluctuabar: quia & voto super sedere, periculoseum; & tantorum precibus fletibusque non cedere, inhumanum arbitrabatur. Tandem peregrinationem differens, expectabat donec Apostolico fultus consilio, aut votum redimeret, aut impleret.

14. Deinum Pontifex summus, consideratis praemissis, & diligenter discussis, Regi epistolam subscripta continentem transmisit: Leo Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio suo Eduardo Anglorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam voluntatem tuam laudabilem & Deo gratam cognovimus, gratias agimus ei, per quem Reges regnant, & Principes iusta decernunt. Sed quia propè est Dominus in omnibus locis omnibus invocantibus eum in veritate, & sancti Apostoli cum suo capite coniuncti, unus spiritus sunt, & pias preces æqualiter audiunt; & quia constat periclitari Anglicani regionem ex tua dilectione, qui freno iustitiae seditionis eius motus cohibus; ex auctoritate Dei & sanctorum Apostolorum absolvimus te à peccato illius voti, pro quo Dei offendit, times, & ab omnibus negligentiis & iniquitatibus tuis,

Matth. 16. 19. eā potestate vīsi, quam Dominus in B. Petro concessit nobis, dicens: Quæcumque solueris super terram, soluta erunt & in cælis. Deinde præcipimus tibi sub nomine sanctæ obedientiæ & pœnitentiæ, ut expensas,

Hic in voto dispensat: nobium Monachorum in honore S. Petri Apostolorum principis aut nouum constitutas, aut vetustum emendes & ageas, & sufficientiam vi etualium Fratribus de tuisreditibus constitutas: quatenus dum illi assidue inibi Deum laudauerint, & Sanctis augeatur gloria, & tibi indulgentia. Cui loco quidquid contuleris, vel collatum est, vel conferetur, ut ratu sit, Apostolicā auctoritate præcipimus, & ut semper habitatio Monachorum sit, & nulli laicæ personæ nisi Regi subdatur: & quæcumque priuilegia ibi constituere volueris ad honorem Dei pertinentia, concedimus, & robustissimā auctoritate confirmamus, & in fine fractores eorum æternā maledictione damnamus.

Dispensatio confir-
matur à S. Petro, &
revelatur cuidam E-
remita.

15. Responsibus autem Regis & litteris Pontificis oraculum cæleste concurrit. Erat enim in Angliâ vir quidam Deo dilectus & hominibus, qui in specu subterraneo multis annis inclusus, suorum erat meritorum stipendiis iam vicinus. Huic Petrus Apostolus in visione noctis assistens, ait: Rex Eduardus pro voto, quo se, cum adhuc exulareret, adstrinxerat, pro regni etiam pace, pauperumque necessitate preceque tollitus, Romanam Ecclesiam de omnibus credidit consilendam. Nouerit ergo, se mea auctoritate ab hac obligatione solutum, & de cœnobio ad mei nominis honorem construendo à summo Pontifice suscepisse mandatum. Incunctanter itaque litteris Apostolicis fidem habeat, præceptis obediatur, consiliis acquiescat. A me enim egressus est sermo, quem sibi quondam patrum elegit, via comitem, gratia largitorem. Est autem mihi locus in Occidentali parte Londoniæ à me electus, mihi dilectus, quem quondam mihi propriis manibus consecravi, mea nobilitati præsentia, diuinis etiam miraculis illustrauit. Thorneia nomen est loci, qui quondam ob peccata populi, Barbarorum traditus potestati, pauperimus ex diuite, humili ex sublimi, ex nobili factus est contemptibilis. Hunc me Rex præcipiente in habitaculum Monachorum suscipiat reparandum, sublimandum ædificis, possessionibus ampliandum. Non erit ibi aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Ibi erigenda est scala, per quam descendentes & ascendentess Angeli, preces & vota hominum perferrant, & deferant gratiam. Inde ascendentibus referabo ianuas paradisi, ut ex officio, quod meus mihi Dominus ac Saluator iniunxit, & ligatos absoluam, & absolutos suscipiam; & quam eis delictum occluserat, iustificatis portam patriæ cælestis aperiā. Tu autem

omnia, quæ audisti à me & didicisti, litteris tradens Regi mitte, ut munere Dei duplicato, & deabsolutione securior, & præcepti executione deuotior, in mei autem dilectione & obsequio reperiatur propensior. His dictis, lux cum loquente disparuit. Scriptit itaque senex omnia audita, & Regi direxit. Eadem autem horâ lecto Papæ recessu, beati senis apices recitantur. Tunc Rex latus & alacris, pecuniam quam ad peregrinationem parauerat, pauperibus distribuit, & monasterium ædificauit.

a Hic est S. Leo IX. qui ab anno MCLIX. usque ad MLIV. sedis. Eius vitam dabimus xix. Aprilia.

b A spinis Thorney dictus is locus, ab occiduo stū & monasterio VVclmminster. Egregie locum describit Guil. Cambdenus in Trinobantibus.

C A P V T V.

V Vestmonasterium edificatur, à S. Petro dedicatur.

16. TEMPORI quo Rex a Ethelbertus, qui regnabit in b Cantia, prædicante c B. Augustino fidei sacramenta suscepit, nepos eius d Sebertus, qui Orientalibus Anglis præfuit, fidem eodem Episcopo euangelizante suscepit. Hic e Londoniis, quæ regni sui caput habebatur, intra muros ecclesiam f B. Pauli fabricauit, & Episcopali honore g Mellitum Episcopum instituens, honorauit. Extra muros vero in Occidentali parte, in honore B. Petri monasterium insigne fundauit, & multis possessionibus ditauit. Nocte autem dedicationem eiudem ecclesiæ præcedente, pescatori cūdām h Thameſis fluvij, qui idem monasterium præterfluit, vltiori ripa in habitu peregrino B. Petrus apparet, promissa mercede, transponi se ab eodem & petiit & promeruit. Egressus autem de nauicula, i eccliam, pescatore cernente, ingreditur. Et ecce subito lux cælestis emicuit, miroque splendore illustrans omnia, noctem conuertit in diem. Adfuit cum Apostolo multitudo ciuium supernorum ingredientium, melodiaque cælestis insonuit, indicibilis odoris fragrantia nares perfundebat.

17. Peractis autem omnibus, quæ ad ecclesiæ dedicationem spectant, solemissi, redit ad pescatorem *dedicatum*. pescium, pescator egregius hominum. Quem dum diuini luminis fulgore perrterritum, & alienatum pene sensibus reperiret, blandâ consolatione reddit hominem sibi, animum rationi. Ingredientes cymbalum simul vterque pescator, ait Petrus: Numquid pulmentarium non habes? Et ille, Inconsuetæ, inquit, lucis per fusione stupidus, & expectatione tui detentus, nihil *posterioris collata felicitatis: sed ne Dominicæ* ceipi, sed promissam à te mercedem securus expectauit. Ad hæc Apostolus ait: Laxa nunc retia in capturam. Paruit imperanti pescator, & mox impleuit rete pescuum maxima multitudo. Omnes erant eiudē generis pisces, tur. præter vnum miræ enormitatis k esocium. Quibus ad ripam extraitis, dixit Apostolus: Hunc qui præ ceteris pretio & magnitudine præcellit, Mellito ex mea parte defer pescem Episcopo. Pro nauticâ vero mercede, cetera tibi tolle. Huius generis copiâ abundabis in vita tuâ, & longo tempore post te progenies tua: tantum ne vlt̄a pescari audeatis in celebritate Dominicâ. Ego sum Petrus, qui loquor tecum, qui cum meis concubibus constructam in meo nomine Basilicam dedicaui, Episcopalemque benedictionem meæ sanctificationis auctoritate præueni. Dic ergo Pontifici, quæ vidisti & audisti, tuoque sermoni signa patietibus impressa testimonium perhibebunt. Supercedeat igitur dedicatio: supplet, quod omisimus, Dominicæ Corporis & Sanguinis sacra sancta mysteria: populumque sermonem erudiens, notificet omnibus hunc locum me crebro visitaturum, hic me fidelium votis & precibus affuturum; sobrie vero, piè, & iuste in hoc saeculo viuentibus cæli ianuam reseraturum. His dictis, cōfestim ab oculis eius dispartuit.

18 Ma-

18 Manè autem factò, Episcopo Mellito ad dedicandam ecclesiam procedenti, cum pisce piscator occurrat, & omnia quæ sibi mādata fuerant, pandit. Stuper Antistes, referatisque ecclesiæ valuis, videt paumentum vtriusque alphabeti inscriptione signatum, **Ceremonia** paritem bis senis in locis sanctificationis oleo linitū, totidem cereorum reliquias duodenis crucibus inhaerere, & quasi recenti respiratione adhuc cuncta madescere. Quod videns Episcopus, vñ cum populo Deum benedicebat, & illi gratias referebat. Dat fidem miraculo piscatoris illius tota successio, quæ sicut à patre accepérat, totius emolumētum, quod ars illa deinceps ei conferret, B. Petro ei quæ seruientibus decimas offerebat. Vnus tamen semel fraudem ausus inferre, mox **Decimas non soluens** tamdiu artis caruit beneficio, donec confessus reatum, & ablatum restitueret, & promitteret correctionem,

a S. Ethelberti vitam dabimus xxiv. Febrarij.

b Cantia, sive Cantium, aut Kantium, Anglia prouincia, Flan-dria proxima.

c Colitur S. Augustinus Anglorum Apostolus xxvi. Maij.

d Non Orientalium Anglorum, sed Orientalium Saxonum Rex fuit Sebertus, Sleda ex Riculâ S. Ethelberti sorore filius.

e Eſt Londinium Anglia metropolis, una è precipuis orbiterarum civitatibus.

f Desribit nobilissimum hoc templum Guil. Cambdenus in Trinobantibus.

g Colitur S. Mellitus xxiv. April.

h Tamis celeberrimus Anglia fluvius, 60. ab oris milliaribus Italicis maris est augeatus. Eum Isis, vulgo Ouse, Tamâ recepto efficit: unde & nomen ducitum.

i Huius consecrationis à S. Petro facta meminit Ordericus Vita-lis l.3. Eccles. historiae.

k Ita Surius, Capr. esicum. Beda quoque lib. 1. hist. Angl. cap. 1. Eu quidem præcipue iſſicio abundat & anguillâ. Eudem arbitror pīcem, qui Plinio lib. 9. cap. 15. eſt dicitur. Seruus quoque Subpitius Dial. 3. de vitâ S. Martini, nu. 13. Ad primū iactum reti permodicū immanē efocem Diaconus extraxit. Eum quidam salomonem, alij fortè rectius lucium interpretantur, vocemq; Latinam à Teutonicâ een shoeck formasse Plinium volunt.

C A P V T VI.

V V eſtmonasterio collata à Papâ priuilegia.

19 Hæc cùm Sanctus Eduardus relatione ac scriptis veterum didicisset, ad monasterium illud ædificiis, possessionibus, & dignitatibus altius extollendum exarsit animus eius, & pro priuilegiis illius loci, ceterisque causis nuntios Romam transmisit, talem epistolam Papæ deferentes: Summo vniuersalibus Ecclesiæ patri Nicolao Eduardus gratiâ Dei Anglorû Rex, debitam & subiectionem & obedientiam. Glorificamus Deum, quia curâ habet suæ electæ Ecclesiæ, quoniam in loco b. boni prædecessoris vos optimū successorem constituit. Quapropter iustum iudicamus, apud vos, velut ad solidam petrâ, acuere & probare omnes bonas actiones nostras, & vestram notitiam atque societatem in bono habere; quatenus eas donationes & priuilegia, quæ obtinuimus apud prædecessorem vestrum, renoueris & augeatis nobis, videlicet ut quod ille iniunxerat nobis sub nomine obedientiae & pœnitentiae, propter votum quod voveram ire Romam, & in remissionem omnium peccatorum meorum, construere cœnobium Monachorum in honore Apostoli Petri, ratum faciat, & priuilegia possessionum & dignitatum eiusdem loci confirmet, renouetis, & decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo & cōfirmo donationes & consuetudines pecuniarum, quas habet S. Petrus in Angliâ: & ipsas pecunias collectas cum regalibus donis mitto vobis, ut oretis pro me, & pro pace regni mei, & continuam ac solemnem memoriam instituatis totius gentis Angliæ coram corporibus sanctorum Apostolorum.

20 Rescripsit autem ei Papa in hunc modum: Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, glorioſissimo ac piissimo, omniq; honore dignissimo, speciali quoque filio nostro Eduardo Anglorum Regi, visitatio-

nem omnijmodam, salutem mellifluâ, & benedictio- **Ave Cr.**
Ave Apostolicam. Omnipotenti Deo referimus gra- **S. E. A.**
tes, qui vestram prudentissimâ excellentiam in omni-
bus ornauit & decorauit, erga B. Petrum Apostolorum
principem, & nobiscum habere dilectionem, & omni-
bus Apostolicis consentire censuris. Litteras igitur ve-
stras nobilitati transmittimus, & per eas societatem
sanctorum Apostolorum, & nostram vobis damus,
orantes misericordiâ illius, qui est Dominus omnium,
& Rex super omnia solus, ut ipse vos participem faciat
ex omnibus, si qua sunt coram Deo, bonis operibus
nostris, & fratres nos ac socios in suâ dilectione con-
stituat in omni tempore amplius, ac non minorem
partem obsequij nostri vobis in suo regno recōsignet,
quam nobismetipſis prouenire optamus. Erimus etiā
deinceps pro vobis sine dubio orantes assidue, ut ipse
Deus subiiciat hostes & inimicos, qui cōtra vos volue-
rint insurgere: & confirmet vos in paterno solio, &
propriâ hereditate, ac B. Petrus sit vobis custos & ad-
iutor in omni tribulatione. Renouamus ergo, & con-
firmamus, ac augemus vobis priuilegia vestra, scilicet
ut absolutus sit ab illo voto quod timebatis, & ab
omnibus aliis peccatis & iniquitatibus vestris auſtoritate illius, qui me, licet indignum, suæ sanctæ præfesse
voluit Ecclesiæ.

21 Præterea illi loco, quem sub nomine sanctæ **Priuilegia**
pœnitentiae construendum & meliorâdum suscepisti, **V V eſtmo-**
nasterij quoniam, ut fertur, primam antiquitus consecratio- **confirmat.**
nem à B. Petro accepit, cuius, licet indigni, Vicarij sumus, & quia Regia antiquitus sedes est, ex auctoritate Dei & sanctorum Apostolorum, atque huius Romanæ Sedis & nostrâ concedimus, permittimus, & solidissime confirmamus, ut amplius in perpetuâ Regiæ constitutionis locus sit atque repositorium Regalium insignium, & habitatio perpetua Monachorum, qui nulli omnino personæ nisi Regi subdantur, habeantque potestatem secundum regulam S. Benedicti per successiones eligere ex se idoneos Abbates, neque introducatur per violentiâ extranea persona, nisi quam concors congregatio esse prælegerit.

22 Absoluimus etiam eum locum ab omni seruitio **Illud ex-**
& dominatione Episcopali, ut nullus Episcopus illuc **mit à iuris-**
intrōeat ordinaturus aut præceptorū aliquid, nisi ex dictione E-
petitione & consensi Abbatis & Monachorum. **Epiſcopi.**
habeat idem locus liberum procinctum, id est, ambitum & cœmeterium mortuorum circa se, absque Episcopali vel cuiuslibet respectu vel exactione: & omnia, quæ ad libertatem & exaltationem illius loci ad honorem Dei pertinentia, per nostram auctoritatem accedere possunt, hilari & promissimâ voluntate concedimus. Possessiones autem, quas antiqui Reges, seu quicunque alij homines, vos quoque & vestri Barones adeūdem locum contulisti, & chartas, quæ ex eis factæ sunt, diuinâ & nostrâ auctoritate roboramus, & ratas ac stabiles esse decernimus; & infractores earum, vel inuasores, aut diminutores, aut dispersores, venditores etiam, æternâ maledictione cum Iudâ pro-ditore damnamus, ut in beatâ non habeant partem resurrectione, sed à B. Petro Apostolo se iudicandos sciant, quando sedebit cum suis coapostolis, iudicans duodecim tribus Israel. Vobis verò & posteris vestris **Regem fa-**
cit Advo-
Regibus committimus aduocationem & tuitionem **catum &**
eiusdem loci, & omnium totius Angliæ Ecclesiastum, **Tuorem**
vt vice nostrâ cum consilio Episcoporum & Abbatum **Ecclesiastū**
constituatis vbique quæ iusta sunt, scientes pro hoc **Anglia.**
vos recepturos dignam mercedē ab eo, cuius regnum & imperium non desinet nec minueretur in sacerulum.

a Nicolaus II. an. MLVIII. Pontifex electus, sed anno demum sequenti confecratus; obiit an. MLXI.

b Is fuit Stephanus x. alii x. dictus, qui anno MLVIII. Florentia

xxix. Martij obiit; quo die fusus de eo agemus.

c De hoc tributo Apostolica Sedi pendit solito agit plurimis locis

Baroniis in Annalibus. Malmesburiensis de gestis Regiæ Anglorum

lib. 1. cap. 2. de Ethelwulphi Regis Occidentalium Saxonum testa-

mento,

a
Eduardi
ad Nico-
laum II.
Papam lit-
teras.

b

c
Pecunia
Petri in
Anglia.

**Nicolai re-
ſponſum.**

A v c r.
S. E A L-
R E D O.

mento agens, semper ad finem saceruli, inquit, in omnis sua hæreditatis decimâ hidâ pauperem vestiri & cibari præcepit; omnique anno trecentas auti marcas Romanas mitri, quarum B. Petro centum, & centum B. Paulo ad luminaria, centum Apostolico ad donaria expenderentur. Ac paulò ante de eodem p̄issimo Rege ita scribit: Post triumphatos scilicet hostes ad Dei cultum conuersus, decimam omnium hidarum intra regnum suum Christi famulis concepsit, liberam ab omnibus functionibus, absolu tam ab omnibus inquietudinibus. Sed quanta est haec eius gloria? Romanum composite regno abiit, ibi que tributum, quod Anglia hodieque pensat, S. Petro obtulit coram I. V. Leone Papâ, qui etiam ante Alfredum filium eius ad se missum, honoriſcē ſucepit, & Regem inunxerat. Ibi ergo integro mortuus anno, ſcholam Anglorum, qua (vt fertur) ab Offa Rege Merciorum primitus instituta, proximo anno conflagraverat, reparauit egregie.

C A P V T VII.

Subditos leuat tributis Eduardus: variis miraculose curat.

*Eduardus
remittit
tributum
graue sub
dus.*

a 23 *S*ANCTVS autem Eduardus a tributum illud grauissimum, quod tempore patris sui classi Dancœpendebatur, & postmodum fisco Regio inferebatur, Regi liberalitate temisit, & ab hoc onere importabili in perpetuum Angliam absolvit. *b* Cùm enim collecta illa pecunia ante illum delata eſſet, diabolus super cumulum ſedentem & ludentem vidit, & ne amplius exigeretur, præcepit.

*Pauperem
egram ad
templum
humeros
defert, ſic
sanitati
reſtituit.*

*Gen.49.
14.*

c 24 Cùm in palatio iuxta eccleſiam B. Petri Rex aliquando moraretur, ſuperuenit quidam e vir miserabilis, Hibernicus genere, pedis utriusque priuatus officio: nerui enim in poplite contraicti ad posteriores corporis partes crura retorferant, tali natibus inhaerent, immeſi que carnibus pedum articuli, à lumbis eius & deorsum corpus oinne peruerterant. Porrectis ad terram manibus, & ſcamnis ſuppositis repebat, & factus ſibimetipſi grauis, trahebat ſe poſt ſe. Hic videns Regis cubicularium, ait ad eum: Hugoline, non me respicias, nec misereberis, nec mouebit te mea tanta calamitas? Et ille: Quid me vis facere? Cui pauper: Sexies, inquit, Apoſtolorum limina repens (ut cernis) viſitauit, & sanitatem neclum promerui. Quam tamen mihi Apoſtolorum Princeps non negauit, ſed diſtulit, ſocium in hoc miraculo habere volens Eduardum, quæ ſibi nouit in omnibus eſſe deuotum. Ab ipso enim Apoſtolo in mandatis accepi Regem adire, ut me ſuo ſacro ſubiectum dorſo ad eccleſiam eius, quæ palatio vicina eſt, perferat, recepturum, ſi id fecerit, membrorum meorum integrum sanitatem. Hæc vbi nuntiata ſunt Regi, gratias agit Deo; & citatus mox aeger acceſſit. Rex verò, ut spiritualis ille alius fortis, accubans in terminis, ſuppoſuit humeros ſuos ad portandum. Pendet de humero tanti Principis plenus ſordibus pauper, ſquallidis manibus, brachiis que ſquamofis Regium illud peccus collumque complectitur. Interēa ex afflētibus ridebant nonnulli, alij à paupere Regem delufum iocabantur, alij iusti ſimplicitatem, fatuitatem iudicabant. Cùm itaque Rex paullum proceſſiferet, ſubitō nerui extenduntur, rigantur ossa, carnes marcidæ recalcant, emergunt à carne articuli, pedes à natibus ſolauntur. Diffendit homo ciura, poplite iam flexibili, & ſanie cum ſanguine profluente veltis Regia ornatur potius, quam ſcedatur. Iam tunc ſatis eſſe clamant omnes, ſanatum languidum, onus ob ſordes ulcerum deponendum. Ille verò memor præcepti quod fuſcepferat, Sirenarum cantus obturauit aure pertransiit, ingressus que eccliam, ante ſanctum altare holocaustū, quod detulerat, Deo ac B. Petro reſignat, in columne que dimiſit. Sucepto autem à Rege itineris viatico, aucturus gratias Deo & S. Petro Romam profectus eſt.

*Christus
Regi bene-
dicit.*

d 25 In monaſterio autem B. Petriante altare ſanctæ Trinitatis, Miſſarum ſolemiis ſanctus Rex vice quadam cum d Comite Leofrico affiſtebat. Et ecce ſpe- ciosus ille formā praefiliis hominum Christus Iesu in

arā cōſiſtens, oculis utriusque viſibiliter corporalīſ apparuit, ſacrāque dexterā ſuper Regem extenſā, ſignum ſanctæ Crucis eum benedicendo depinxit. At Rex, demiffo capite, diuinæ maiestatis adorabat præſentiam. Comes verò quid in animo Regis ageretur ignorans, volensque Regem tantæ viſionis eſſe parti- cipem, cœpit velle ad ipſum utque procedere. Verūm Rex quid in mente Comitis valuebatur, intelligens, Sta, inquit, Leofrice, ſta; quod vides, video & ego. Poſt Miſſam verò dixit Rex ad Comitem: Per eius, quem vidimus, maiestatem, mi Leofrice, te obtestor, ne quoaduſque viixerimus ſermo iſte proferatur in pu- blicum, ne vel nos in perniciem noſtrā ob fauorem vulgi pulſer elatio, vel fidem deroget dictis infidelium æmulatio.

e 26 Sub fauibus autem quaſi glandes mulieri Eduardus agram ſucruerant, quæ totam faciem deformi tu- more ſedantes, putrefactis ſub cute humoribus ſan- mulierem guinem in ſaniem verterant: inde nati vermes odorem abluedo ſanat. teterimum exhalabant. Iubetur tādem in ſomniis adi- re palatium, & ex Regis manibus ſperare remedium: quibus ſi lora, ſi taeta, ſi ſignata foret, meritis eius re- ciperet ſanitatem. Cūm autem veniſſet ad Regem, & oraculum expoſtuſſet, ille nec ſordes canit, nec ſuero- rem exhorruit; ſed loca tumentia in manibus conteret, & aqua lauās, ſignum ſanctæ Crucis impressit. Et ſub- ito rupta cure, cum ſancte vermes ebulliunt, reſedit tumor, & dolor omnis abſeffit.

f 27 Cæcus quidam doceſt oraculo, lumen amisi- Varij ceci- sum ſancti Regis meritis ſe adeptum, ſi lymphā, quā aquā, quā manus la- Cubiculario, & ille Regi retulifſet, obſtupuit ille pli- uerat, vel arratiū ſtimū indignatus, illufum phantasmatisbus hominem, eius, viſum nihil tale de peccatore ſperandum; Apoſtolicæ id eſſe recipiunt. virtutis, nec fidem ſomniis adhibendam aſſeruit. Aquā manus lauit, & ad eccliam proceſſit. Cubicularius autem cæco receptam in pelui aquam illam tradit, cū quā oculos & faciem lauans, viſum confeſſum percipe- re meruit. Ciuiſ quidam Lincolniensis cæcitate per- cuſſus, ad palatium Regis veniens, aquā lotionis ma- nuum eius faciem & oculos lauans, mox tenebris diu- turnis optata lux ſuccedit. Quidam cæcus Regem adi- re, & viſum ab eo percipere monitus, Cubiculario, & ille rem Regi pandit. Cui rex, Veniat, inquit. g Quis ego ſum qui contriſter, & non potius exultem, ſi meis ma- nibus, licet indignis, promiſſum beneficium homini illi pietas diuina contulerit? Vocatus autem vir, & à Rege tactus & ſignatus, & inter manus eius ab oculis vrisque vberim ſanguis effluxit, pupillas ſerenauit, & tumorem palpebrarum depositit. Et dixit homo ille: Vide o te, Domine mi Rex, & facies tua tamquam fa- cies Angeli ſtantis ante me. Aliā autem vice duo cæci, cum uno monoculo, aquā lotionis manuum Sancti perfuſi, viſum percipere meruerunt.

a Erat id 3600 librarum, ut Houedenus tradit. **b** Id paulò aliter refert Houedenus his verbis: Quadam die cōtigit, quod cum prædictus Rex Anglorum Edwardus, Reginā & Comite Haroldo deducitibus, ærarium ſuum intravit, ut pecuniam viaderet magnam, quam Regina & Comes Haroldus, Rege ipſo neſciēt, collegerant ad opus Regis, (ſcilicet per ſingulos Comitatus totius Angliae de vnaquaque hidâ terra qua- tuor denarios,) ut Rex inde cōtra Natale Domini pannos emereat ad opus militum, & ſeruentium ſuorum. Cumq[ue] Rex in- traſtet ærarium ſuum, comitantibus Reginā & Comite Haroldo, vidit diabolum ſedentem ſuper denarios illos, & ait illi Rex: Quid h[ic] facis? Cui dæmon reſpondit: Custodio h[ic] pecuniam meam. Et dixit ei Rex: Coniuro te per Patrem, & Filium, & Spi- ritum ſanctum, ut indices mihi quam obrem pecunia ista tua eſt. Et respondens dixit ei dæmon: Quia iniuste adquisita eſt de ſublantia pauperum. Illi autem, qui illum comitabantur, ſtabant stupefacti, audientes quidem illos loquentes, neminem autem viidentes præter folium Regem. Et ait illis Rex: Reddite denarios iſtos illis à quibus capiti ſunt. Et fecerunt ſicut præcepit illis Rex. Ingulphus de eodem ſublatō tributo ad an. MLI, ſcribit: Cūm terra non daret ſolitā fertilitate fructus ſuos, ſed fame plurimos habitatores deuoraret, in tātum ut bladornum caren- ti,

tiā, & panis inopiā, multa hominum millia morerentur; misericordiā motus super populum piissimus Rex Edvardus, tributum grauissimum, quod Danigeld dicebatur, omni Angliae in perpetuum relaxauit. Ferunt quidam, Regem sanctissimum, cū dictum Danigeld Cubicularij sui collectum in Regis cameram intulissent, & ad videndum tanti thesauri cumulum ipsum adduxissent, ad primum aspectum exhortuisse, protestantem se dæmonem super aceruum pecuniae saltantem, & nimio gaudio exultantem prospexit. Vnde pristinis possessoribus iussit statim reddere, & de tam ferā exactione ne iota vnum voluit retinere: quin in perpetuum remisit, anno scilicet trigesimo octavo, ex quo tēpore Regis Ethelredi patrii sui Svanus Rex Danorum suo exercitu illud solui singulis annis imperauit.

c Hunc Nic. Harpfeldius Gillemichel vocat. Totum verò miraculum paullò alter commenorat Rogerius Houedenus his verbis: Quadam die solemni, cū prædictus Rex Anglorū Eadwardus Londoniæ esset coronatus, & regalibus induitus esset indumētis, & versus monasterium ab aula suā stipatus agmine Nobilium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Cleri & populi, progresseretur, sedis quidam leprosus viceribus plenus, in viā quā Rex transitus erat: & qui praizabant, increpabant cum vt taceret, volentes eum inde remouere. Quibus Rex ait: Sinite eum ibi sedere. Et cū Rex appropinquasset illi, dixit ei leprosus Coniuro te per Deum vitū, vt portes me in scapulis tuis usque in ecclesiam. Et statim Rex, demissio capite, præcepit leprosum illum in collo suo ponit. Et factum est ira. Cumque Rex procederet, precatus est Dominum, vt ipse sanitatem redderet leproso illi: & exaudita est oratio eius, & leprosus sanus factus est ex horā illā, laudans & benedicens Dominum.

d Morruus est Leofricus an. MLVII. Eius ac Godiuæ coniugis exhumum ad sacra loca ornanda studium & liberalitatem celebrant Angli scriptores.

e Hoc miraculum ita narrat VVilhelmus Malmesburiensis: Adolescentula iuxta parilitatem natalium virum habens, sed fructu coniugij carens, luxuriantibus circa collum humoribus, turpem valetudinem contraxerat, glandulis protuberantibus horrenda. Iussa somnio lauaturam Regis exquirere, Curiam ingreditur. Rex ipse per se opus pietatis adimplēs, digitis aquā intinctis collum pertractat mulieris: medicam dextram sanitatis festiuam prosequitur, lethalis crux dissoluitur, ita vt vermbus cum sanis profundebus, omnis ille noxius tumor recederet. Sed quia hiatus ulcerum fœdus & patulus erat, præcepit eam usque ad integrum sanitatem curialibus stipendiis sufficiari: veruntamen ante septimanam exactam ita obductis cicatricibus venusta cutis redit, vt nihil præteriti morbi discerneret: post annum quoque geminam prolem enixa, sanctitatis Edvardi miraculum auxit. Multotiens eum in Normanniā hanc pestem sedasse ferunt, qui interius eius vitam nouerunt. Vnde nō tempore quidam falsam insinuant operam, qui asseverant istius morbi curationem non ex sanctitate, sed ex Regalis profapiæ hereditate fluxisse. Harpfeldius tamen testatur, strumosos sanandis admirabilem dotem in posteris suos Angliae Reges transfusisse S. Edwardum.

f Lincolnia urbs est precipua Comitatus Lincolnie in Angliā. g Hoc ita narrat VVilhelmus Malmesburiensis: Et vt perfectam viri virtutem, in hac præfertim potentiam, cognoscas, subiectam quod mireris. VVulvvinus quidam, cognomento Spillicora, filius VVulmari de Nutegareshale, quodam die in Siluā Bruelle ligna caedens, dum diurno post laborem sopori indulxisse, sanguine, vt credo, circa oculos coagulato, visum decem & septē annis amisi: quibus euolutis, somnio edoctus, octoginta & septem ecclesiastis circumiuit, remedium cœcitatē à Sanctis efflagitans. Postrem ad Regis Curiam veniens, vestibulum camerae, aduersantibus Cubiculariis, frustra diu truit. Sed perstitit improbus pulsator, donec ægrè admodum, Rege ipso iubente, admissus est. Audiens quippe somnium, innocue respoderat: Per Dominam meam S. Mariam, multum grata feram, si Deus voluerit per me misero misereri. Itaque quamquam nihil de miraculis auderet, coactus à ministris, cum aquā cæco manum impoluit. Confestim sanguine ex oculis vberim stillante, clamorem alacrem fanatus produxit: Video te Rex, video te Rex. Ita videns Regali palatio multis temporibus apud VVinclesores (nam ibi curatus fuerat) præfuit, fanatoris annos longeuitate vita transcendens. Eī VVindfor, sive VVindleshora villaregia amoenissima in Bercheriā prouincia, à S. Edvardō donata Abbati VVeſtmonaſerienſi, sed à Guilielmo I. redempta. Describit eam Cambdenus in Attributi. Iſthī Ordo Garterij institutus.

C A P V T VIII.

Godvino ſocero, eiusq; filii euentura preuidet.

Futura predicit. 28 SED EBAT aliquando Rex ad mensam, & à latere eius a Comes Godvvinus. Huius duo filii adhuc pueri, b Haraldus & Tostius, ludentes coram

eis, cū vnus ex illis amariūs, quām expetebat ludi Auct. ſuauitas, insurrexisſet in alterum, ludum vertunt in ſ. EAL- pugnam. Et ecce Haraldus vehementius in fratrem irruens, capillis eius utramque manū inserit, prostratumque, niſi citius eriperetur, virtute superiori suffocasset. Tunc Rex versus ad Ducem, ait: Nihil aliud, & Godvvinus, niſi simplicem in his vel ludum puerorum vel pugnam contemplariſt. Et ille: Nihil aliud, Domine mi. Tunc Rex dixit: Longè aliud mea mihi mens loquitur, & his quid futurum sit pueris, per hoc mihi bellum reuelatur. Emenſis quippe puerilibus annis, cū in virum uterque profecerit, tandem aduersis inuicem liuor utrumque aduret. Et primū circumuentione inſidiisque priuatis quasi ludere videbuntur; ad ultimum fortior infirmorem proſcribet, rebellantem proſternet, & prioris mortem post modicum sequens alterius calamitas expiabit. Quæ omnia ſic completa, totā Angliā teste, probatur. Nam Tostius ab Haraldo fugatus, cū paullō pōst in regnum ſucceffit Eduardus Haraldus, vna cum d Rege Nœvvegiæ Tostius proſternitur, & totus ferē exercitus deletur. e Eodem anno Haraldus ipſe regno ſpoliatus Anglorum, aut mifere occubuit, aut, vt quidam putant, pœnitentiæ tantum ſeruatus, euafit.

29 f Godvvinus cū in mensā Regi affideret, vnuſ Godvvinus ministrorum in obicem aliquem vno pede immoderatus impingens, pēne lapſum incurrit. Quem tamen Comes ſuperbus, alius reēto gressu procedens, iterum in statum ſuum, proditor, nihil iniuriæ paſſum, erexit. De hoceuentu pluribus periurus, & inter ſeloquentibus, & quod pes pedi ſubuenirerit gra. Deo punitulatibus, Comes quaſi ludendo intulit: Sic eſt frater tui. fratrem adiuuans, & alter alteri in necessitate ſubueniens. Et ait Rex ad Ducem: Hoc meus mihi feciſſet, ſi Godvvinus hoc permisſerit. Ad hanc vocem Godvvinus expauit, & tristem præferens vultum, ait: Scio enim Rex, ſcio: adhuc de morte fratris tui tuus me accusat animus, nec eis æſtinias diſcredendum, qui me vel eius vel tuum vocant proditorem. Sed ſecretorum omnium conſcius Deus iudicet, & ſic buccellam hanc, quam manu teneo, guttur meum faciat pertransire, & me ſeruet illæſum, ſicut nec tuæ proditionis reus, nec de fratris tui nece mihi conſcius exiſto. Cumque vir beatus buccellam manu benedicens ſignaſſet, misericille eam ori inſerēs, uſque in medium gutturis pertraxit. Tentat interius trahere, nec valuit, tentat emittere, ſed firmiſſiſt. Mox meatus, quibus ducebat ſpiritus, ocluditur, vertuntur oculi, brachia rigescunt. Intuetur infeliciter morientem Rex, & vltionem in eum ſentiens processiſſe diuinam, adſtantēs alloquitur, dicens: Extrahite canem iſtum. Ei factum eſt ita. Hic Godvvinus ſimplicitate Regis abutens, multa in regno contra iuſtitiam & Deum faciebat. Cunctos ferē Regis cognatos & amicos, quos de Nortmanniā adduxerat, fraude ſuā, dolo & circumuentione de patriā ex turbabat, credens ſibi cuncta processura pro voto, ſi Rex amicis nudatus, ſuis tantum consiliis vteretur. At Rex cuncta diſſimulans, diuinis vacabat obſequiis, vñ. Prædiſit id ionemque Dei ſibi futuram multis prædiſit. Ali- Edwardus, quando etiam ipſi Godvino idipſum non tacuit.

a Sacer hic Eduardi fuit, Cantij Comes.

b Alii Haroldus.

c Huius immanissimam crudelitatem commenorat Henricus Huntindoniensis ad annum Eduardi XXIX. traditq; illum eo anno in aulā Regiā apud VVindleshores in Haraldi, vna Regi fundentis, capillos inuolasse. Caufam odij fuſſe, quod liceat Toſti ſenior eſſet. Haraldum p̄eo Rex diligenter. Tum verò perniciem eorum appropiquare, prædiſit Eduardus. Duxerat Toſti Iuditham Balduini Inſulenſis, Flandria Comitis, filiam.

d Haraldo Dtrio vel Malo, fratre S. Olaui.

e. xiv. Oſtob. an. MLXVI. viiſtus occiſus q; eſt Haraldus à Gui- lielmo Notho, Duce Normannia.

f Houeden ait an. MLIII. ſecundo die Paſcha, VVintonia ad mensam Regi affidentem, improviſo morbo percuſſum, mutum in ipsa ſede declinaſſe: à filiis Haraldo, Toſto, & Girth in Regis cameram deportatum, quintā ſeria pōſt, xvii. Kal. Maij obiuiſſe. Idem habet VVi- gorn.

A V C T . *Ingulphus Crovlandensis ait buccellâ suffocatum. Eadmerus malâ morte interiisse, vt pote hostem Ecclesie Cantuarieensis. Ambigud loquitur Malmesbur.*

C A P V T I X.

Videt SS. vii. Dormientes moueri: à S. Ioanne Euangelista de obitu monetur.

Vider in spiritu 30 **I**N die Dominicæ resurrectionis, cùm Rex ad mensam federet, arctius solito se colligit ad se: & ponens præ oculis Deum, omnia ista mundana arbitrabatur ut stercore. Et ecce subito vultus eius plus solito serenabatur, interiorque letitiae labia soluebat in risum; rufumque solitâ grauitate resumptâ, obscuriorum faciem præferebat. Mirabantur qui adstabant: nemo tamen audebat eum interrogare quid accidisset. Mensis tandem sublatis, secutus est ad thalamum Regem Dux Haraldus, cum uno Episcopo & Abbe uno: simulque Regem super hoc sermone conueniunt. Tunc ille ait: Quantum se quisque vanis substraxerit, tantum veris arctius adhæredit. Ecce enim ego inter secundos calices, & pingua ferula, ac radiantis metalli splendorem, recordatus sum Domini Dei mei, & effudi in me animam meam; dilatatoque mentis sinus oculus interior spirituali perfusus lumine, radios profecto usque ad illam Ephesiorum ciuitatem mirâ celeritate porrexit, & usque in montem a Celion progressus, Sanctorum quidein **b** Septem Dormientium, quiescentium in speluncâ, proprietatem vultuum, necnon membrorum quantitatem, ac qualitatem vestium expressione manifestissimâ contemplatus est. Hac dum, interiori risu significante latitiam, corde luminoso conspicerem, subito, me cernente, à latere dextro, super quod **c** multis quieuerant annis, in sinistro se latutus virtute diuinâ vertentes, dirum mortalibus omen hac laterum suorū mutatione signarunt. Ex hinc enim surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & erunt pestilentia, & famæ, & terræmotus magni per loca. His enim **d** septuaginta annis (tantum enim tempus in sinistro latere repausabunt) visitabit Dominus iniquitatem plebis suæ, tradenseos in manus gentium, ut dominantur eis qui oderunt illos. Inimici namque nominis Christi insurgent in Christianos, seti dominis rebellabunt, Reges insidiabuntur Regibus, & Principibus Principes, & in omnibus finibus terræ volt in iuriæ Christi mucro desauiet. Et exposuit eis Rex vitam illorum, & nomina, & passionem, & dormitionis modum. Quibus auditis, initio consilio, vt fidem posteris facerent, ad explorandam sermonis veritatem Dux militem, Clericum Pontifex, Abbas monachum cum litteris Regis ad Imperatorem Constantinopolitanum direxerunt. Qui omnia vera representantes, incolumes ad Regem regressi sunt.

Pius erga S. Ioannem Euangeliastam:

e 3. Sanctus Eduardus nulli pererti in nomine S. Ioannis Euangelistar aliquid denegabat: hunc enim post Apostolorum Principem arctius diligebat. Vnde contigit, quod quidam peregrinus, absente Camerario, in nomine S. Ioannis Euangelistæ importunè à Rege eleemosynam postularer. Cui Rex pretiosum annum, cùm nil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit **f** post hanc, duos Anglicos ad adorandum Salvatoris sepulchrum Hierololyman proficisci. Qui die quadam à publicâ strata declinantes, denia quæque secati sunt: & sole ruente nox obscura adducta est. Et cùm nescirent quid agerent, quod se verterent, apparuit eis senex quidam venerans, qui eos ad ciuitatem reduxit. Suscepit autem hospitio, mensa paratur: lauissimeq; refecti, dant membra quieti. Manè autem facto, egredens illis de ciuitate, ait senex: Viri fratres, cum summâ prosperitate vos repatriaturos non dubitetis; quoniam prosperum iter faciet vobis Deus, & ego, ob amorem Regis vestri, in omni viâ firmabo super vos oculos tuos.

meos. Ego enim sum Apostolus Christi Ioannes, qui Regem vestrum ob meritum castitatis summâ dilectione complector. Hunc ergo g annulum, quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit, reportate, denuntiantes ei obitus sui instare diem: quem infra sex menses visitans visitabo, ut tecum sequatur Agnum quotunque ierit. His dictis, disparuit: & illi ad patriam prosperè redeuntes, quæ viderant & audierant Regi seriatim retulerunt.

a Χείλαρος vocat Gracum ms. Malmesb. & Raderus noster Aule sancte cap. 13; Cælium.

b De his agemus xxvii. Iuli.

c Malmesb. ducentis. alij, ut haber Raderus, sexcentis; à tempore felicis Theodojii iunioris.

d Malmesb. septuaginta quatuor. enumeratq; breviter, qua iis annis admiranda euenerit.

e Manichetem vocat Malmesburiensis. Constantiū Monomachum fuisse cenjet Raderus, qui an. M. LIV. excessit è vita.

f Houeden ait eodem die apparuisse S. Ioannem peregrino; & hunc ipso die peruenisse in Angliam, ac Regi annulum reddidisse: miraculi veritatem ex comitibus eius longo pds tempore reuersis cognitam esse.

g Hunc annulum testatur Polydorus lib. 8. in templo VVestmonasterij multâ veneratione perdi seruari, quod salutaris esset membris stupentibus, valeretque aduersus comitalem morbum, cùm tangeretur ab illis qui eiusmodi rentarentur morbis. Hinc natum, ut Reges postea Angliae consuercerint in die Parœcues multâ cærenoniâ sacrare annulos, quos qui induunt, hifce in morbis omnino numquā sunt. Idem narrat Harpsfeldius sacul. II. cap. 4.

C A P V T X.

Impendentes regno calamitates præuidet ac predicit.

32 **C**VM autem Rex infirmitate graui detineretur, exanimis. Tandem quasi de graui somno euigilans aperuit oculos, & resedit, & assumptâ parabolâ ait: Cum adolescentes in Normaniâ exularem, grata mihi semper exitit bonorum amicitia: & quicumque sacræ Religionis meliores videbantur, hi mihi ceteris erant familiariores. Inter quos duos monachos speciali quadam mihi deuinixerant caritate conuersationis honestas, virtus sanctitas, suauitas morum, verborum affabilitas. Hos frequentius visitabam. Quam dulcia fauibus meis eloquia eorum! Hos ante plurimos annos translatos ad cælum, vidi mihi paulo antè in somnis assistere, quid genti meæ post obitum meum sit futatum, ex Dei mihi mandato referentes.

33. Impletam dicunt Anglorum nequitiam: & ini- ob peccata quitas consummata iram pronocat, accelerat vindictâ. prescritim Sacerdotes præuaricati sunt paclum Domini, polluto Sacerdotiū & manibus inquinatis sancta contrectant. Et **Principum.** hu non pastores, sed mercenarij, exponunt lupis oves, non protegunt: lac & lanam querunt, non oves, ut destrusos ad inferos mors & pastores depascat & oves. Sed & Principes terræ infideles, socij furum, prædones patriæ, quibus nec Deus timori est, nec lex honori: quibus veritas oneri, ius contemptu, crudelitas. deletioni. Itaque nec Prælati iustitiam, nec seruant subditu disciplinam. Et ecce Dominus gladium suum vibrabit, arcum suum terendit, & parauit illum. Ostender deinceps populo huic iram & indignationem, immissiones insuper per angelos malos, quibus traditi sunt anno uno & die uno, igne simul & gladio puniendo. Ego vero ob intentatam meæ genti calamitatem dolens atque suspirans dixi: O cælestium secretorum concij, si conuersi egerint pœnitentiam, numquid non ignoscet Deus, & relinquet post se benedictionem? Pœnitentia certè prolatam Dei ore in Niniuitas suspendit sententiam: quæ etiam imminentem impiissimo Achab debitam distulit ultionem. **Ion. 2. 10.** 3. Reg. 21. Suadebo igitur genti meæ, ut pœniteant de præteritis, & caueant de futuris: & fortè miserebitur Deus, ut non inducat super eos malum hoc grande; sed qui punire

punire præparauit auersos, recipiat in gratiam solitâ pietate conuersos.

Nec monitus eius emendandos subditos.

34 Nequaquam, inquiunt, hoc erit: quoniam induratum est cor populi huius, & excæcati oculi, & aures aggrauatae, vt nec audiant corripientem, nec intelligent commonentem, nec terreatur minis, nec beneficiis prouocentur. His eorum verbis dum mihi maior accresceret sollicitudo, dixi: Num ita in perpetuum irascetur Deus, & non apponet ut complacitior sit adhuc? Quando ergo tot tristibus lœta succedent, aut tot aduersa qualis consolatio temperabit? Quale sperandum est in his malis remedium, vt sicut illinc terret & contristat futura correptio, ita hinc aliquantulum mulcat diuinæ miserationis promissio? Ad hēc Sancti tale mihi problema proponunt. Arbor quelibet viridis à suo trunco decisa, ad trium iugera spatium à radice propriâ separatur. Quæ cùm nullâ hominis manu cogente, nullâ vrgente necessitate, ad suum reuersa truncum in antiquam radicem sele receperit, resumptoque succo rursum floruerit, & fructum fecerit, tunc sperandum est aliquod in hac tribulatione solarium, & de eâ, quam prædiximus, aduersitate remedium. Hæc cùm dixissent, ipsi cælo, vobis ego redditus sum. Allidebant narranti visionem Regina, Robertus sacri palati custos, Dux Haraldus, & Stigandus, qui ascendit cubile patris sui, & maculauit stratum eius, viuente adhuc Archiepiscopo Roberto cathedralm Cantuariensem inuadens: ob hoc à summo Pontifice suspensus, paullò post crepuit, & effusa sunt viscera eius. Hic ad vocem narrantis obduruit, nec terretur oraculo, nec fidem habuit prophetanti: sed potius Regem senio confectum delirare submurmurus, ridere maluit quā lugere. Ceteri verò, quibus mens sanior erat, flebant vbertim & suspirabant, qui nihil secūs quā ipse dixerat, aut à Sacerdotibus aut à Principibus fieri non ignorabant.

Explicatio signicamentis Edwardi in visione positi.

35 Quidam enim premissam similitudinem dicunt Regem pro impossibili statuisse, illi maximè, qui totam Anglorum nobilitatem sic deperisse lugebant, vt ex eâ gente nec Rex, nec Episcopus, nec Abbas, nec Princeps quilibet vix in Angliâ cerneretur. Mihi sanè alia mens est, consideranti, sanctissimum virum à Dunstanum & ipsam calamitatem prædixisse, & consolationem nihilominus promisisse. Potest proinde sic nō inconuenienter exponi: Arbor hæc regnum Anglorum significat, decorum gloriâ, deliciis diuinitisque secundum, excellentiâ Regiæ dignitatis sublime. Radix, ex quâ totus honor iste processit, Regium semen fuit, quod ab e Alfredo, qui primus Anglorum à summo Pontifice vñctus & consecratus fuerat in Regem, rectâ successionis lineâ usque ad S. Eduardum descendit. Abscissa est arbor de trunco, quando regnum à genere regali diuisum, ad aliud semen translatum est. Ad spatiū trium iugera hæc facta est separatio: quia in trium temporibus Regum, nulla fuit nouis cum antiquo semine regali communio. Haraldus enim successit Eduardo, Wilhelmu Haraldo, f' Wilhelmu iuniori priori Wilhelmo. Accesit ad radicem, quando Rex g Henricus, in quem totum regni decus transfusum est, nullâ necessitate cogente, nullâ spe lucri vrgente, sed ex infuso ei amoris affectu, abneptem Eduardi Mathildam duxit vxorem, semen regium Normannorum & Anglorum coniungens, & interueniente opere coniugali, de duobus vnum faciens. Floruit sanè arbor, quâdo de vtroque semine Imperatrix: Mathilda processit. k Tunc verò fructum fecit, quando de ipsâ k Henricus exoriens, quasilapis angularis vtumque populum copulauit. Habet nunc certè de genere Anglorum Anglia Regem, habet de eadem gente Episcopos & Abbatess, Principes & milites, ex vtiusque seminis coniunctione procreatos. Si autem alicui hæc disPLICuerit expositio, aut ipse aliter exponat, aut aliud tempus, quo hæc expleantur, expectet.

Tom. I.

a Hic Stigandus, homo kmbiorus Gravarus, Roberto Romam Avct profecto, Cantuariensem sedem inuasit: sed sub Guilelmo Rege vi. S. EAL tam VVintonia in vinculis finivit.

R E D O:

b Ex Abbate Gemmoticensi Londoniensis Episcopus factus est, ac deinde Cantuariensis, vt suprà dictum est, Archiepiscopus.

c Missus Alexander II. an. MLXX. Legatos in Angliam Hermenfredum Sedunensem Episcopum, & Ioannem ac Petrum Presbyteros Cardinales, qui Concilio VVintonia habito, Stigadum degradarunt, prīmò quid Archiepiscopatum Roberto viuente inuasisset: secundò, quid vna VVintoniensem Episcopatum retinuisset: tertiò, quid à Benedicō Pseudopapâ pallium accepisset. Honedenus & Baronius ad eundem annum num. II. & 12.

d S. Dunstani vitam dabbimus xix. Maij.

e Hic quinquennus à patre Ethelwylpho Romam an. DCCCLIV. vt scribit VVestm. (alij citius factum tradunt, Baronius anno sequente) datus est, vt à Leone IV. moribus & religione insciueretur: eftq; tandem volente patre à Pontifice Rex coronatus. Anno DCCCLXXI. fratri Ethelredo in regnum Occidentalium Saxonum successit, tandemq; anno DCCCLXXXVI. Anglia monarchiam adepius est, renuitq; usque ad annum CM.

f Obiit VVilhelmus I. an. M LXXXVII. IX. Septemb. VVilhelmus Rufus filius eius iunior XXVII. Septemb. die Dominicâ, apud VVestmonasterium Rex Anglia coronatus est à Lanfranco Archiepiscopo Cantuar. Anno vero MC. miserè mortuus est, homo sa- crilegus.

g Henricus I. VVilhelmi II. frater, coronatus est apud VVestmonasterium Rex Anglia v. Augusti MC. à Mauricio Londinenſi Epis- copo. Mortuus est an. M CXXXV. II. Decemb.

h Matildis filia fuit S. Margarite Regine Scotia, filia Eduardi Etelingi, filii Edmundi Ferrei-lateris, fratris S. Eduardi. De eâ agemus VII. Augusti.

i Matildis vel Matilda Henrici I. & Matildis filia Henrico IV. Imperatori quinquennis defonsata est an. MCVII. Eo mortuo an. MCXXV. ad patrem reverfa est, & an. MCXXVII. nupsit Galfredo Comiti Andegauensi, cui an. MCXXXII. peperit Henricum II.

k Henricus Galfredi & Matilda Imperatricis filius, anno MCLIV. xiv. Kal. Ianuar. Dominicâ ante natalem Domini, in Regem Anglia vñctus est VVestmonasterij. Obiit ann. MCLXXXIX. vi. Iulij.

C A P V T XI.

Mortuus illustratur miraculis. Regnat Haraldus.

36 **S**ICENS itaque Rex, quia appropinquauit hora Eduardus Seius ut transiret de hoc mundo, suum transitum iubet obitum mox in circuitu propalari iussit, ne mortis suæ cognoscatur. Suum fastatione dilatâ, orationum quoque suffragia differentur. Sicque senex, & plenus dierum ac bonorum operum, migravit ad Dominum. Obiit autem anno Domini Moritur. millesimo sexagesimo sexto, cum regnasset vigintitribus annis, mensibus sex, & diebus vigintiseptem, pridie Nonas Ianuarij: a cum quo tota pariter Anglorum felicitas ruit, perit libertas, vigor omnis interiit.

37 Contractus quidam ad sepulchrum eius veniens, Ad eius jemembrorum sanitatem deuotis lacrymis & precibus pulchrum postulabat. Et ecce vis quædam occulta subito neroꝝ contractus sanatur: extendit, in naturalem statum cura pedesque retrorquet, euilisque à carne articulis, sanguis profluit, paullatimque succo resumpto, arida priuâ ossa pristinum robur recipiunt.

38 Sex quoque cæci, vnum monoculum securi, ad item sex sepulchrum Regis properantes, cùm alter ab altero cæci. traheretur, & vñus præcedens oculus, viris septem ducatum præberet, Sancto cum lacrymis miseriam expounit, opem flagitant, contra diuturnæ caliginis tædium sanctissimi Regis depositum auxilium. Nec mora, Beati meritis & precibus vñsum oculorumque claritatem percipere meruerunt.

39 Interea Haraldus filius Godvini, regnum nec iure nec naturâ sibi debitum usurpans, malum: quod Haraldus occupat regnum. Anglis secundum sancti Regis oraculum Dominus præparauerat, transgressione b pæcti cum duce VVilhelmo & fidei laſione accelerauit. Vt autem attenuatis vitibus facilius ab his, quos iniuste prouocauerat, hostiis vñctibus vinceretur, suscitauit ei Deus à parte Aquilonis Norvegia inimicos, scilicet Haraldum Regem Norvegiae, & fratre im Tostium fratrem suum, quem de Angliâ expulerat ipse, quique tempore Regis Eduardi exulabat in Flan-

C c

Flan-

Auct. Flandriâ. Hi cum magnâ classe per eum Humbriam fad Eboracum propérantes, cùm exercitum Northumbrenium prælio exceperint, potiti victoriâ, magnam de obstantibus stragem dederunt. His Haraldo nuntiatis, exercitum copiosum ex omnibus finibus Angliae collegit.

Ope S. 40 Apparuit autem tunc S. Eduardus cùd Alexi, **Eduardi** Abbatii & Ramefieæ, viro religioso, dicens: Vade, & dic Haraldo, vt homines, qui contra ius & fas regni huius fines inuidunt, aggrediantur securè. Ego enim ero dux & protector exercitus, quoniam iustitia gentis hu- ius deesse non possum. Per me enim reportabit vice hac de hoste triumphum. Et ne verbis tuis fidem deroget, secretum ei sui cordis ostende, vt cùm ei, quæ nullo concio mente valuebat, edixeris, non hæc tuæ adiumenti, sed meæ promissioni adscribat. Nocte quidem præterit, cùm dolore femoris torqueretur, licet eum non parum vrgere immens molesta, siluit tamen, reputans apud se, si publicaret lágorem, quod suis esset contemptui, & hostibus irrisione. Verum quia ab illâ peste conualuit, de meo præsumens auxilio cōtra Barbaros iustum bellum suscipiat, & ab imminentि periculo suos eripiat. Quod cùm Abbas Haraldo re- serasset, ex cælesti promissione factus audacior, in va- lidâ manu progrediens, apud h̄ Stamfordbrig hostibus occurrit: confertoque prælio, dux uterque proster- nitur, scilicet Rex Norvegæ, & frater Haraldi Tostius, & pñne totus eorum exercitus deletus est.

Corpus S. 41 Anno trigesimo sexto post Sancti Eduardi obi- tum, cùm corpus eius de terrâ eleuatetur, integrum, incorruptum, & flexibile cum vestibus recentibus re- petrum est. Quod videns i Episcopus Roffensis, pilum vnum, deuotionis desiderio accensus, extrahere, sibi- que seruare conatur: sed ille firmius hærens, effectum mentis Episcopi & voluntatem defraudavit. Mulier quadam in festo S. Eduardi operibus vacans, paraly- sis morbo correpta, ad sepulchrum Sancti deducitur, & sanitatem pristinam se recepitse latetatur. Tres viri febre quartanâ vexati, visitato Sancti sarcophago, qua- si in momento curatis sunt.

a Feriâ v. Indict. IV.
b Id pactum cum VVilhelmo inierat Haraldus, & iure iurando ad Sanctorum reliquias firmarat, cùm ad eum in Normanniam venisset, ut fratrem suum VVlnothum, & Hacun fratrelem, qui isthie custodiebantur obfides dari à Godvino, quando Eduardo reconciliatus est, reduceret. Narrat id Eadmer. l. i. Nou. Guliel- mus Pittau, ait ab Eduardo designatum successorem VVilhelmmum, de Optimatum consensu, & huius rei cauſâ datos illos obfides; mis- sum deinde Haraldum, ut pallium firmaret sacramento. Idem referit Ingulphus.

c Hic S. Olaui, de quo xxix. Iuli; agemus, frater fuit, cognomeno Haarderaade.

d Ob immania scelera ex Angliâ pulsus, inffu ipsius S. Eduardi, ut referit VWestmon. ad an. MLXV. & Huntind.

e Vulgo Humber dicitur, Ptolemao Abus. Vocem utramque ab Aber desflexam putat Cambdenus, que Britanniæ fluminis ostiū significat. Est celebre in Eboracenſi prouincia astuarium, à quo que ad Boream vergit regio Nordan-humbria & Northubria dicitur.

f Vrbs secunda totius Angliae, Archiepiscopali nomine antiqui, quod ab Vro flumine, cui adiaret, ducit Cambdenus, quasi Ad Vrum.

g Ramsey, id est Arietis insula, celebris olim Abbatia in Comi- tatu Hunsindonensi.

h Ingulphus Staunfordbridge vocat, VVigorniensis Stanfor- debigge. Locus est in Eboracenſi ditione, qui & Battle bridge quasi Pons prælii dicitur, quod isthie ad Deruentonis fluminis pontem, hand procul ab antiqua Deruentonis urbis ruinis, hoc commissum inter duos Haraldos Reges prælium est, vii. Kal. Octob. feriâ II.

i Roffa, olim Durobriua vel Duroprouæ, vrb. in Cantia celebra ad Medvvegam flumium, qui gemino ofſio infra eam in Tamis etiam exonerat, vulgo Medvay.

DE TRANSLATIONE S A N C T I E D V A R D I .

§. I. Translationis eius solemnis memoria.

ELBRATVR S. Eduardi Translatio ANNO
xiii. Octob. in perpetuo Martyrologio MCLXIII.
M. S. Domus professa Societatis IESU
Antuerpie, quod Bedenomen prefert, Mar- Festum
tyrol. Germanico, Colonensi, Anglicano; MS. Transla-
tionis S. Florario SS. Additionibus ad Vsuardum Carthusianorum Co- Eduardi.
lon. Colitur hoc die à sacro Ordine Prædicatorum, nulla factâ
mentione Translationis. ita enim habet eorum Martyrologium:
In Angliâ S. Eduardi Regis, virtute castitatis & gratiâ
miraculorum insignis. Tres lectiones. Fran. Maurolyc: Londini in Angliâ Eduardi Anglorum Regis sanctissimi.
Pet. Galefini: In Angliâ S. Eduardi Regis, miracu-
lis & sanctitate clarissimi. In Missali quoque Rothomageni-
non exprimitur, annatali illius agatur eo die, an Translatio:
ast in Sarisburienſi Breuiario v. Ianuar. fit solùm S. Eduardi
commemoratio, xix. Octob. celebratur Translatio festo
Duplici.

2 In eodem Breuiario ha due recitantur de S. Eduardo Orationes
Precationes: Deus, qui beatum Regem Edvardum de Sando
Confessorem tuum æternitatis gloriâ coronasti; fac
nos, quæsumus, ita eum venerari in terris, vt cum eo
regnare possimus in cælis. Per, &c. Altera: Deus, qui
vnigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum
Christum, gloriofo Regi Eduardo in formâ visibili
demonstrasti; tribue, quæsumus, vt eius meritis &
precibus ad æternâ ipsius Domini nostri Iesu Christi
visionem pertingere mereamur. Qui tecum, &c.

3 Cùm innumera ederentur ad S. Eduardi sepulchrum mi- Canoniza-
racula, id Guilielmus I. Rex theca auro argentoq; fulgidâ ex-
tio procu-
ornauit. Corpus tandem anno à morte trigesimo sexto è terrâ rasa.
sublatum. Deinceps apud Romanum Pontificem agi capit, vt
solemnies ei honores decernerentur. Principiæ id Henrici II. Regis
Anglia precibus datum ab Alexandro III. Pontifice Maximo,
qui anno Christi MCLXI. sui Pontificatus II. VI. Idus Fe-
bruar. Anagnia edita Bullâ, habet eum deinceps in Sanctorum
Confessorum numero insit, ac coli. Recitat eam Baronius ad
cum annum, num. I.

4 Dilata tamen tantisper sacri corporis Translatio, dum Translatio.
Rex è Normanniâ in Angliam reueteretur, ut ipse quoque so-
lemnitati interest. Anno tandem MCLXIII. Rex Anglo-
rum Henricus inquit Matthæus Paris, finibus transmarini
pro voluntate dispositis, in Angliam rediit. Et pau-
ci interiecti: Eodem anno translatum est corpus sancti
Regis & Confessoris Edvardi apud VWestmonasteriu-
m, à B. Thomâ Cantuariensi Archiepiscopo, præ-
sente Rege Henrico, qui hæc procurauerat. Matthæus
VWestmonasteriensis an. MCLXIV. Dedicata est ecclesia de
Radingo, translatumque est corpus S. Eduardi de
terrâ in feretrum à B. Thomâ Cantuariensi Archiepi-
scopo. Edita est à Surio Translationis huius historia, sed
principio carent: nūquā integrum reperire potuimus, ideoq;
vt ab eovulgata est, hic damus.

§. II. Bulla canonizationis S. Eduardi.

SALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, Deutio-
nary
A venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episco-
pis, & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, aliique Ec- erga Sedē
clesiarum Prælatis, per Angliam constitutis, salutem &
Apostolicā benedictionem.

Illius deuotionis constantiam, & fidei firmitatem,
quam circa matrem vestram sacro sanctam Romanam
Ecclesiam exhibitis, diligentius attendentes, in id pro-
positum voluntatis adducimur, vt vos sicut carissimos
fratres

fratres, & speciales Ecclesiæ filios, sincerâ caritate in Domino diligamus, propensiùs honoremus, & postulationes vestras, quantum cum Deo possumus, libenti animo admittamus.

Canoniza- 6 Inde vtique fuit, quòd super petitione, quam de
tio SS. in Eduardo glorioso quondam Rege Anglorum cano-
Concilius nizando, & in Sanctorum catalogo adscribendo, tam
concedit fo- carissimus in Christo filius noster Henricus, illustris
lita. Anglorum Rex, quām vosip̄i nobis instantiūs por-
rexistis, sollicitam cum fratribus nostris deliberationem
habentes, libro miraculorum inspecto, quæ, dum in
carne mortali viueret, & postquām de præsenti sacer-
to est assump̄tus, omnipotens Dominus per suam mi-
sericordiam declarauit; vīsis etiam litteris antecessoris
nostrī, piæ recordationis ^a Innocentij Papæ, vestris
quoque testimonitis inde receptis; quamvis negotium
tam arduum & sublime non frequenter soleat nisi in
solemnibus Conciliis de more concedi;

7 De communi tamen fratrum nostrorum consilio,
iuxta votum & desiderium prædicti filii nostri Regis
ac vestrum, corpus ipsius Confessoris ita glorifican-
dum censuimus, & debitūs præconiis honorandum in
terris, sicut eumdem Confessorem Dominus persuas
gratiā glorificauit in cælis. Vnde videlicet inter san-
ctos Confessores de cetero numeretur, qui hoc ipsum
apud Deum signis meruit ac virtutibus obtinere.

8 Quia igitur decet honestatis vestræ prudentiam
eum piè colere, & toto studio venerari, quem au-
toritate Apostolicâ venerandum vestram postulauit deuo-
tio & colendum; vniuersitatē vestram per Aposto-
lica scripta monemus & exhortamur in Domino, qua-
tenus eum ita deinceps studeatis debitūs obsequiūs
honorare, ut ipsius intercessionib⁹ apud districtū
iudicem mereamini veniam obtinere, & gloriosum in
æternā beatitudine præmium inuenire. Datum ^b An-
agniæ, vii. Idus Februarij.

^a Innocentius II. sedi à xvii. Februar. MCXXX. usque ad
xxiv. Septemb. MCXLIII.

^b Urbe est Latij, caput Hernicorum, celebris florente Romanâ
Republ. & superioribus quoque faculis, sub Pontificibus Romanis;
iam semiruta, ut testatur Leander.

§. III. Corporis eius reuelatio.

^a **N**VNTIIS itaque ab Apostolicâ Sede regres-
sis, ^a sapientius Abbas, conuocatis venerabili-
bus personis, tam Episcopis quām Abbatibus, in ec-
clesiâ VVestmonasteriensi, primò coram omnibus re-
citari fecit litteras Apostolicæ auctoritatis de beati
Regis canonizatione; sicque vniuersis applaudētibus,
Missa de S. afflentibus, & Deum magnâ vōce laudantibus, de
Edwardo. gloriofo Domini Confessore Missa solēniter celebrata
est: quam tamen Dominus Papa primò in Ecclesiâ
Romanâ fecerat per vnum de Cardinalibus honorifi-
cē, sicut dignum fuerat, decantari. Sed quia caussis ex-
igentibus Rex adhuc in transmarinis partibus agebat,
iuxta mandatum ipsius & desiderium dilata est usque
in redditum suum, & eidem seruata sacri corporis ^b re-
uelatio.

10 Decursis verò ferè duorum annorum curricu-
lis, ^c Rege à Normanniâ in Angliam iam regres-
so, cupiens Abbas suscep̄tum negotium ad effectum
perducere, & illud sacram corpus, quod iam diu
in terrâ latuerat, in eminentiori & honestiori loco col-
locare, cum Rege secretum & diligentem de celebran-
dâ beati Regis translatione tractatum habuit, postu-
lans ut bono principio manum debitæ consummatio-
nis adhiberet, præsertim cum ex eius mandato accep-
rit, præsentian ipsius huic negotio esse expectandam.
Elevationi corporis Annuit Rex iusta poscenti, diemque certum, iuxta
corporis dies statua. quod vtrique videbatur opportunitum, indixit.

11 Interim verò accepto Abbas à prudentioribus
viris consilio, beati corporis glebam primò secretiūs
inspicere decreuit, ut sic expeditius ad solemnē transfire

Tom. I.

posset reuelationem. Sed quia opus hoc sanctum & Avcr.
dignum esse sciebat, suam formidans indignitatem, se ANONY-
mel & iterum accessit, & tentauit; sed toties conscientia si-
bi mens infirmitatis suæ, manum pià quadam hæsita-
tione trepidantem retraxit. At crescente timore, creuit Priuata
& deuotio: crescente deuotione, adfuit confidentia apertio
cum amore, qui sapè foras mittit timorem. Ex ipso ita-
que timore confidentior effectus & minùs timidus, ^c ad eam
tempus obseruauit, quo tam secretum negotium op-
portunè tractaret. Quadam itaque nocte fratribus
post matutinas vigilias ad strata reuersis, ianuis Eccle-
siæ clausis, seruientibusque laicis exclusis, remansit in
ecclesiâ solus Abbas cum Priore, & quibusdam de fra-
tribus ad hoc delectis, qui se ex mandato Abbatis ieui-
niis & orationibus ad tam sanctum opus tractandum
deuotiūs præparauerant.

12 Quibus omnibus albis indutis, & nudis pedi- Corpus &
bus, præmissaque oratione, & cum psalmis decantatâ ^{veſtes iam-}
Litaniâ ante altare, processit ad tumulum Abbas cum ^{pridem de-}
Priore, & duobus fratribus, ceteris ante altare in lacry-
mis & oratione persistentibus. Cumq̄ lapidem, qui ^{functi, in-}
sarcophago superpositus fuerat, sustulissent, admotis
propriis lucernis, conspexerunt virum iacentem in ve-
stitu deaurato, calceatum caligis purpureis & calcea-
mētis pretiosis, caput & faciem cooperata mitrā rotundā, auro satis operosè intexta: barbam etiam niveam &
prolixam, modicumque crispantem, super pectus de-
center ordine suo iacentem. Accitis itaque fratribus,
qui in oratione ante altare remanserant, & ad tam de-
siderabile spectaculum admisis, facta est letitia magna
cum gratiarum actione inter illos. Non tamen adhuc
stetit, nec sic quieuit vhemens ille spiritus devotionis,
& ardens desiderium inspiciendi, tractandi, & interius
perscrutandi thesaurum illum pretiosum, quem se
magnum iam ex parte vidisse gratulabantur. Apponentes
itaque manus debitā cum deuotione & reverentia, ve-
stes, capitū operimentum, tunicam & caligas pià qua-
dam inquisitione tractabant, tentantes, si quam fortè,
sicut dictabat ratio, expetebat natura, admisissent cor-
ruptionem. Et ecce omnia ea reperiunt integritatem
plutinam retinuisse: ex parte tamen obfuscatum ad-
vertunt colorem & decorum eorum, tum ex diuturnâ
lapidis contiguitate, tum ex puluere, & camento, quod
in sarcophagi apertione introrsum ceciderat: quod ta-
men linteo, sicut poterant, amouentes, materiam, opus
& colorem facilè deprehendere potuerunt. Suppositis
itaque manibus cum reverentia & timore, corpus il-
lud gloriosum alij ad caput, alij ad pedes, quidam ad
humeros, & per medium levantes, & super extensem
tapetum in panno serico pretioso inuoluentes, in cistâ
ligneâ ad hoc præparatâ incluserunt, omnia, quæ cum
eo inuenta fuerant, intus relinquentes, excepto annu-
lo aureo, quem in dito Regis inuentum, Abbas pro-
pter deuotionem retinuit, & ad huius memoriam sa-
tis prouidè reseruare decreuit.

^a Hinc patet, multam hanc esse narrationem, cùm defit principi-
pium, in quo mentio facta sit Abbatis huīus, VVestmonasteriensis,
ut opinor.

^b Fortè reuelatio, ut notat Surius.

^c Anno MCXIIII. ut §. I. diximus.

§. IV. Translatio xiii. Octobris.

13 **A**DVENTE itaque die, quem Rex cele- Transfer-
brandæ Translationi præfixerat, omnibus pa- runtur sa-
ratis quæ tantæ rei necessaria videbantur, veniens in cra reli-
ecclesiam cum magno Procerum & illustrium viro-
rum comitatu, primò cistam, in quâ pretiosus ille the-
saurus continebatur, recludi fecit; assistentibusque Ar-
chiepiscopo Cantuariensi, & Episcopis quampluri-
mis, Abbatibus quoque & aliis venerabilibus perso-
nis, præsentem illam Regiæ personæ maiestatem ocu-
lis vidit, manibusque, quantum timor & reverentia
Cc 2 permis-

A v c t. permisere, tractauit, omniaque ita sa habere gauius est, sicut ei ab Abbate primò fuerat intimatum. Facta igitur, sicut diei solemnitas expetebat, Processione, pretiosoque incorrupti virginis corpore per claustrum monasterij Regis humeris præcipuorumque totius regni Procerum manibus reuerentissime deportato, posita est super candelabrum præclara illa lucernar in domo Domini, ut qui ingrediuntur, lumen videant, & illuminentur ab ea. Sicque illud vas insigne castitatis, & vniuersa virtus domicilium in feretro pretioso, quod ei ex auro & argento construi fecerat illustris Rex & consobrinus eius, strenuus Anglorum debellator, V Vilhelmus, regis manibus honorifice collocatum est, laudantibus cunctis voce lætabundâ, & benedicentibus Deum, qui in Sanctis suis semper est gloriosus, & in omnibus suis operibus mirabilis.

Qui adfuerint Episcopi, &c.

a 14 Celebrata est autem Translatio ista anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo tertio, 111. Idus Octobris, die Dominicâ, ab excellentiissimo Anglorum Rege Henrico, assistantibus venerabilibus viris, **a** Thomâ Archiepiscopo Cantuariensi, **b** Gileberto Episcopo Londoniensi, **c** Henrico V Vintoniensi, **d** Nigello Heliensi, **e** Roberto Lincolniensi, **f** V Vilhelmo Norvicensi, **g** Iacelino Salesbriensi, **h** V Valtero Roffensi, **i** Hilario Cicestrensi, **k** Bartholomæo Exoniensi, **l** Richardo Cestrensi, **m** Godfrido Episcopo Sancti Asaph: & de Normanniâ Episcopis, **n** Lexouienti Ermulpho, Ebroicëli Rotroto, **p** Abtricensi Achardo; Abbatibus, Hugone & S. Edmudi, Roberto & S. Albani, Rogero Radengensi, Gregorio & Malmesberensi; Comitibus etiam, **o** Roberto Legercestræ, Hugone Comite de Nottsule, Galfrido Comite de Essexia, **y** V Vilhelmo Comite de Arundel, **z** Reginaldo Comite Cornubia, **aa** Partitio Comite de Salesbriâ, **bb** V Vilhelmo Comite de Albamarla, **cc** Richardo Comite de Penbroch; & Procerum, militum, ceterorumque diuersi ordinis & officij innumerâ multitudine: summi Pontificatus arcem regente sanctissimo Papâ Alexandro III. huius beneficij auctore pariter & largitore, anno eiusdem Papæ quartu, regnante piissimo & glorioso Anglorum Rege Henrico II. anno regni eius nono, præfente, & huic operi accuratissimè præsidente iam dicto eiusdem loci reuerendo Patre Laurentio.

a Hic est S. Thomas Martyr, cuius vitam dabimus xxxix. Decembr.

b Hic est Gilbertus Foliothus, qui pertinaciter Henricum Regem contra S. Thomam defendit.

c Henrici I. ex sorore nepos hic fuit, frater Stephani Regis.

d Nigellus, secundus Elyensis Episcopus fuit, creatus anno

mcxxxiii. v. Kal. Iunij, consecratus Kal. Octob. eodem anno: obiit an. MCLIX. IIII. Kal. Iunij, feria vi. magnis iactatus tragœdia, que in Chronico Eliensi ms. fuisse recensetur.

e Robertus de Chesneio quartus memoratur, postquam Lincolniam Sedes eis Dorcestriâ translata, illius Antistes, Stephani & Henrici II. Regum temporibus.

f Guilielmus Turbus vel Turbus, Normannus, tertius Norwicensis Episcopus, egregie se Henrici II. conatus opposuit. Sed ifferitur ab an. MCLII. ad MCLXXV.

g Alius Locelinus dicitur: obiit an. MCLXXXIV.

h Hic Theobaldi Archiepiscopi Cantuarien. frater fuisse dicitur, obiisse an. MCLXXVII. cum sedisset annos XXV.

i Et hic S. Thoma aduersarius fuit, ut videre est apud Barium ad an. MCLXIV. num. 21. & alibi.

k Episcopus creatus est an. MCLXI. obiit MCLXXXIV. insigni vir eruditio.

l Couentensem alij & Lichfeldensem Episcopum faciunt, quia olim tres ille unice sedes fuerunt. obiit an. MCLXXXI. cum sedisset annis XX.

m Hunc alij volvut Galfridum illum Monumetensem esse, qui & Arturius dictus. De Asaphensi urbe agemus ad vitam S. Alaphi t. Maij.

n Claudius Robertus in Gallia Christianâ Arnulphum vocat.

o Cl. Roberto Rotrocus, Rotrodus, Roricus. Eius meminit Robertus de Monte ad an. MCLVII.

p Meminit huius idem Cl. Robertus.

q S. Edmundi-burgus, vulgo Edmondsbury, & contrâ Burys, unum fuisse pulcherrimis monasteriis totius orbis in Suffolciâ. Describit id Cambdenus in Icenis, & nos xx. Nouemb. ad vitam S. Edmundi.

r De S. Albani monasterio, oppido, temploq; splendidissimo agit Cambdenus in Cattieuchlanis, & nos ad vitam S. Albani xxii. Iunij.

s Radingum, siue Readingum, aut Redingum, nobile monasterium ab Henrico I. construatum, amplijsq; redditibus dotatum; opidum nunc est elegans & locuples, Bercheria præcipuum, ad Cunctionem, vulgo Kenet, fluminum qui 500. inde passibus in Tamisim influit. Agit de eo Cambdenus in Attributi.

t Nobile in VViltoniâ monasterium à Maidulpho Scotoris dicatum. De eo pluribus agetur in vita S. Adelphi xxv. Maij.

u Hic est Robertus, cognomento Gibbosus, qui contra Henricum II. sumptis pro rebelli filio armis virtus captus est an. MCLXXIII. cum paullo ante Lecestria, siue Legcestria urbs illius Comitatus primaria misera è Regis effetti afflicta.

x Essexia regio ampla & opulenta, ab Orientalibus Saxonibus dicta.

y Hic est V Vilhelmus de Albineio, qui ducta Adelizâ Brabantâ, Henrici I. Regis viudâ, Mathildi Imperatrici constansime adhescit: aut certe eius filius, itidem V Vilhelmus dictus.

z Henrici I. notus fuit, ab Henrico II. Comitatu Cornubia siue Cornvallie, donatus.

aa Gualteri & Sibylla de Cadurcio filius hic fuit, primusq; Sarisburia Comes, an. MCLIX. interfecitus, cum Compostellâ rediret.

bb Stephanum Albæmarla in Normaniâ Dominum, suum ex veterina sorore nepotem, Albæmarla Comitem dixit Guilielmus I. eumq; titulum posteri in Angliâ retinuerunt. Surius habebat de Albamarâ, non recte.

cc Richardus Strongbov, & Claresi familiâ, Penbrochiaz Comes, Hibernia expugnator.

DE S. GERLACO EREMITA IN BELGIO.

S. I. S. Gerlaci celebre nomen, & publica veneratio.

CIRCI-
TER AN.
MCLXX.
V. IANU-
RII.
S. Geraci
nomen in
Martyro-
logiis.

G ERLACVS Falcoburgensis ditionis, totiusq; prouincia Ultra-mosana columen atque ornamentum, Nonius Ianuarij celebratur. Eius non recentem esse cultum, & vita quam dabimus, & Martyrologia testantur. Carthusiani Colonenses in Additionibus ad Vfuar-

habituauit, locus, quondam Leodieni, nunc Ruræmondensi subest Episcopo. ms. Florarium Sanctorum: Gerlaci militis & Confessoris. Molanus in Addit. ad Vfuardum: Apud Traiectum Gerlaci Eremitæ ex milite Confessoris. Ferrarius: Apud Falcoburgum in Belgio S. Gerlaci Eremitæ. Venerabilis D. Ioannes Chrysostomus vander Sterren, Abbas S. Machæli Antwerpia, in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratenſis, ad v. Ianuarij: In ditione Falcoburgensi Natalis S. Gerlaci Confessoris & Eremitæ, qui per austera pœnitentia rigorem, in candidissimo Præmonstratenſis Ordinis amictu, beatum ibidem vitæ finem sortitus, plurimis etiamnum miraculis gloriatus requiescit.

2 Duplicem eius vitam dabimus: priorem ex vetustis Gerlaciensis monasteri monumentis eruit, typisq; vulgauit Erasmus Goyanus eiusdem monasteri Præpositus, scriptam circiter annum.

num M C C X X V . ab Anonymo Ordinis Premonstratensis Sacerdote in S. Gerlaci monasterio commorante. Huius primum lumen idem Goyeus Gaſtoni Spinola , supremo Limburgiae Gubernatori, secundum Henrico Cuyckio Episcopo dedicauit. Alteram breviorem ab VVilhelmo Cripio iuniori, VVilhelmi Cripi Gelria Cancellarij filio, Henrici Cuyckij Episcopi Ruramensis iufu conscriptam.

Festum. 3 Agit de S. Gerlaco Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, vbi hac habet inter cetera: Commemoratio eius fit in vigiliâ Epiphaniæ Domini: sed quia non est canonizatus, Missa sacrificium peragitur de æternâ Sapientiâ: & dum Litanie canuntur, submissâ voce interferitur: Sancte Gerlace, ora pro nobis. Vnde ista hauserit Molanus, anno eius atate aut multò ante ista fuerint, haud scio. Nunc sanè alia viget Sancti veneratio; de quâ ita scribit Albertus Miraeus v. cl. in Faſtū Belgicū: Quiescit is in illustri sui nominis monialium cœnobio, in diœcesi Rurmundensi, secundo lapide à Traiecto Moſæ sito. Festus eius dies celebratur quotannis Feriâ secundâ ante diem Pentecostes ibidem, & ab Ecclesiâ cathedrali Rurmundensi in Geldriâ (& quidem Officio dupli:) & tres istæ Lectiones à Clero recitari solent. Ac deinde Lectionibus, quibus eius vita compendium continentur, recitatis: Festivitas eius propter Epiphaniæ celebritatem, in secundam Feriam, quæ sacratissimum Pentecostes diem antecedit, translata est. Quo tempore, qui hominum malitiâ ante obstructus latuerat, miraculosus puteus, anno nonagesimo nono supra millesimum quingen-tesimum, Henrico Cuyckio Rurmundensi Episcopo iubente, repertus est. Offa quoque sancti viri eleuata: & ipse puteus miraculis denuo cœpit clarescere.

Puteus re-pertus. Sic ferè legitur in Officiis propriis diœcessis Rurmundana, que idem Episcopus Cuyckius concinnauit, & Colonia an. MDCIV. typis edenda curauit.

4 Idem Miraeus Diplomatū Belgicorum Tom. 2. cap. 49. recitat Engelberti Episcopi Coloniensis & Martyris (de quo vii. Nouemb.) diploma, quo confirmat possessiones monasterij Heinsbergensis, facitq; S. Gerlaci mentionem. Testatur verò Miraeus istib; versus hos marmoreos S. Gerlaci tumulo incisos legi:

Epitaphium. Gerlacus miles quondam, post cultor eremi, Hoc mausoleo conditum arte suo. Contempsitque lares, aras, patriosque penates; Matra silex, ædes concava quercus erat. Vitæ lascios redimis Gerlace reatus, Cedens virginio rura paterna choro.

5 Meminit S. Gerlaci Arnoldus Rayfius in Hierogazophylacio Belgico. Item Ioannes le Paige Bibliotheca Premonstratensis lib. 2. vbi vitam à Cripio editam recitat, officiumq; è Breuiario Rurmundensi, in quo hac de S. Gerlaco legitur Oratio: Deus,

Oratio de S. Gerlaco. qui Beatum Gerlacum Eremitam tuum, per austera pœnitentiæ rigorem, meritorum amplitudine, & miraculorum gloriâ sublimasti; da nobis famulis tuis, vt eius meritum ac patrocinio tuae maiestati reconciliati, tuę quoque indignationis iusta supplicia in hoc & futuro sæculo misericorditer euadere valeamus. Per Dominum, &c.

§. II. Hymni de S. Gerlaco.

Ex Officio Rurmundensi.

6 **G**ERLACE, qui domum tibi, Spretis superbis oppidis, Et spreto amore saceruli, Quercum cauatam diligis: In quā, remotis arbitris, Tute supra te tolleres, Rerum leuatus pondere, Quæ ad imas mentes detrahunt. Hic pane aquâque viicitans, Rati parumque dormiens,

Tom. I.

Vitæ prioris crimina
Vi lacrymarum diluis.
Timor cupidoque exulant,
Et omne curarum genus:
Atque his repulsis, gaudia
Dat pura conscientia.
Hic nocte tendis & die
Cor & preces in æthera.
Sic cella, quamvis parvula,
Magni poli sit æmula.
Gerlace Falcoburgie,
Nunc huc, precamur, respice;
In nomen effusos tuum
Precatione nos iuuâ.

Iuabis, ingentes modò
Pij canamus gratias
Huic, qui tot inter maxima
Nobis dedit te munera.
Gloria tibi Domine,
Qui scandis, &c.

7 Is ad Vesperas vtræsq; & Laudes recitatur Hymnus; ad

Matutinum verò sequens:

Gerlacus ille, sanctitas
Cuius tot olim claruit,
Claretque adhuc miraculis,
Nunc effundens laudibus.
Testatur hoc, quæ Cælitæ
Huic vnda potum præbuit:
Illiustre haustum plurimis
Est restituta sanitas.

Ter imminentे tempore
In astra Divi transitus,
Hanc in merum vis maximi
Mutavit vndam Numinis.

Honore Falcoburgij
Hanc prosequantur maximo,
Quibus per illam contigit
Certare Canæ laudibus.

Aqua ista cum sit efficax,
Possitque morbos pellere,
Quod pota quondam sit tibi,
Te multa posse credimus.

Gerlace fac, te quæsumus,
Creator omnium Deus,
Tuo rogatu, supplicum
Ut vota nostra exaudiat.

Gloria tibi Domine,
Qui scandis super sidera, &c.

§. III. Fontis S. Gerlaci inuentio.

Ex Pref. Erasmi Goysi ad Henr. Cuyckium.

8 **P**RÆCLARVS admodum, salutifer, amoenus, fons S. Gerlaci diu & tertio in vinum commutatus fons extitit, ideò S. Gerlaci dictus, quia ex illo & ipse bibere, & Deus, Sancto intercedente, miracula edere solebat. Hic magnâ mole in ectorum lapidum obstruetus, diabolo instigante, & minus benè de Sanctorum patrociniis sentientibus quibusdam malignis hominibus. Atque ita factum est, quod intra quinquaginta & amplius annos nulla ex vilceribus terræ manaret aqua, quæ se vñi hominum & iumentorum præberet potabilem & salutiferam. Ore igitur putei obstructo, quasi pro pœnâ peccati in Deum & Sanctum commissi, cœperunt res monasterij retrò labi, & grauissima damna & incommoda subsequi, tam in monasterij ædificio flammis monasterij penitus exusto, quām in iumentis omnibus emortuis. Ipsæ etiam sacræ virgines, quæ adhuc supersunt, captiuae abductæ sunt: quater omnia monasterij bona prædictæ patuerunt: septuaginta equi interierunt: omnia denique aduersa quasi monasterij exitium minari videbantur.

C c 3

9 Vene-

Auct. 9 Venerabilis Domina monasterij MARIA
ANONYMO. T'ZEVEL, veridicâ narratione hæc tibi suo Episco-
po omnia ex ordine pandit, anxietatis & mœroris ple-
na. Tum sine morâ, Dignissime Præsul, quasi diuino
Numine afflatus, respondisti: Præmissis oratio nibus
à Deo quærite misericordiam & auxilium, & inquirite
fontem sancti Patroni vestri; ne si ille diuinus delite-
scat, & misericordiam Dei prohibeat à vobis, &
occasio sit quodd & viri beati memoria simul intereat.
Nam si fontis illius hausta aqua hominibus & iumentis
beneficia præstit sanitatis, si si iterum fluxerit, ea-
dem conferet beneficia; unde S. Gerlaci gloria per sin-
gulos dies hæc & in cælo feliciter capiet augmenta, &
vos ipsæ pristinae Patroni vestri optata beneficia. Salu-
bre certè & Episcopo dignum consilium.

Reperitur. 10 Erat tunc, & adhuc modò est, fidelissimus mo-
nasterij Oeconomus, V Vinandus Balthasar nomine,
qui audito hoc Episcopi oraculo, noctem Ascensionis
Dominicæ anno MDXCIX. ducebat insomnem, sur-
gensque horâ tertią ante solis ortum, excitauit alium
antiquissimum monasterij famulum Arnoldum Nalé,
natum in Holthem, virum centum quasi annorum, &
adhuc anno isto MDCC. superstitem. Duo isti, orantes,
cooperunt in amœni prati lato campo fodientes quæ-
re fontem, & diuino munere non sunt fraudati desiderio suo. Quod quæsuerunt, inuenierunt. Redeunt,
laeta certè nuntia vniuersis religiosis & inclitis virginibus reportant.

Adeum
venit cum
multis Epi-
scopis 11 Reperti fontis rumor ad piastas, Reuerendiss.
Antistes (qui tunc in arce Falconis eras) aures defer-
tur. Præ mentis gaudio exultat Episcopus, & die Lunæ
sequenti ad noua Dei reperta munera properans, assu-
mit secum Sacerdotes pietate graues & meritis, nem-
pe Pastorem Valckenburgensem venerabilem, & do-
ctissimum Dominum V Vilhelnum Amicum Pasto-
rem in Hulsterch, necnon & egregium Dominum
V Vinandum à Gelriâ sacra Theologiae Baccalaureum
eruditissimum Pastorem in Gruntveldt, deuotissi-
mum quoque virum Dominum V Vilhelnum He-
sium Pastorem in Venlo egregium concionatorem.
Istis se adiunxerunt nobiles aliquot Proceres terræ
Valckenburgensis, nempe inclitus vir V Valtherus
Hoen Anthypatus totius territorij Valckenburgensis,
Michaël Coeken, Petrus etiam vanden Hoeft Dyna-
sta insignis eiusdem territorij; Iacobus quoque Leick
generosus, Commissarius Regius. His se sociarunt ho-
nesti ciues Catholici Valckenburgenses numerò xxv.

Facto Sacro
institutum
ad fontem
Supplicatio. 12 Omnes isti congregati, venerunt ad laudandum
Dominum, quoniam bonus, quoniam in sæculum mi-
sericordia eius. Solemne officium Missæ de S. Gerlaco
ipse totus festivus peregit Episcopus. Tunc verò qui
summi Sacerdotis videbat vultum, mente vulnerabatur,
facies enim & color declarabant internam animi
pietatem. Sacerdotes autem ante altare iactauerunt se,
inuocabant & laudabant Deum, pia supplicatione ob-
secrant Omnipotentem, vt intercessione viri sancti,
omnes in fidei integritate conseruarentur. O quot tunc
sub sacrificio virginis oculis pia deuotionis lacrymæ
defluxerunt! quot pia suspiria audita! quot peccatorum
tunctiones! Peracto sacrificio instituitur processio ad
Sancti fontem. Præcedit sacer virgineus chorus, Do-
mina quoque, Sacerdotes & Præpositus. Sequitur
Præsul stipatus nobilibus & honestis viris. Te Deum in
amœno loco iuxta fontem cantatur, Episcopus bene-
dixit fontis aquam, & biberunt omnes ex eâ.

Benedic
eum Epi-
scopus,
omnesq;
exo bibit. 13 Et post aliquot dies graui admodum & mole-
stâ corporis valetudine infestatur nobilis & pia Ca-
tharina T'zeuel monasterij Suppriorissa, & allatam
fontis aquam, quam bibere desiderabat, cum bibisset,
statim ab infirmitate conualuit. A tempore autem re-
petti fontis quasi ex aperto diuinæ pietatis ostio, hæc
sanitatum subsecuta sunt munera. Veterus ex Hoelant
hausto calice frigidæ aquæ statim sanus surrexit. Multi

peregrini ex Margraten, Aldenvalckenborch, Heer, &
Cayr, aliisq; diuersis locis afferunt, se meritis S. Ger-
laci, & salutiferâ aquâ fontis, diuina beneficia consecu-
tos, gratiâ & benignitate Domini nostri Iesu Christi.
a Valckenburgum, Gallis Faucquemont, oppidum est ditionis
ultramontane, quod in antiquorum itinerariis tabulis Corioual-
lum, & Coriouallum, forte olim Corvalg.

VITA AVCTORE ANONYMO.

CAP. I. S. Gerlaci natales, ado-
lescentia.

I ER LACVS in territorio a Traie-
ctensis oppidi, quo b. Seruatij reliquie ^a S. Gerlacus
venerabiliter honorantur, patentibus ^b
secundum saeculi dignitatem incly-
tis extitit oriundus. Ipse in annis iuue-
nitibus militaribus disciplinis institutus, aliquamdiu ^c Militiam
secundum morem huius saeculi præclarè militavit, & sequitur.
per militiam celebre sibi nomen comparauit. Erat
enim magnus corpore & validus, magnanimus mente;
sed & animus acer nimis.

2 Et quia, testante veritatis eloquio, sensus & co-
gitatio humani cordis in malum prona sunt ab adoles-
centiâ suâ, factum est, vt Gerlacus primo suæ iuuentu-
tis tempore prosperis rebus & secûdis successibus elati-
tus, iuuenilis calore sanguinis inflammatus, commili-
tonum suorum moribus & amicitiis incitatus, corru-
ptæ vitæ tramite per latam & spatiostam huius saeculi
viam præcipiti actionum pede percurreret. Quod ni-
mirum non sine magno & occulto diuinæ permisso-
nis consilio factum esse credimus: vt videlicet tanti
nominis Confessor & fidelis Christi seruus futurus, ad
exemplum veræ pœnitentiac cunctis proponeretur: vt
nullus, quantumlibet magnis criminibus implicitus,
ad indulgentiam diuinæ misericordiæ per condignos
pœnitentiac fructus, se peruenire posse desperaret, dū
Gerlacum de tantâ voragine liberatum, & de imis vi-
sceribus serpétis antiqui parvulâ diuinæ misericordiæ
subtraetum, in tanto cerneret virtutum culmine collo-
catum, & tali prærogatiu sanctitatis ac nominis vi-
deret glorificatum. Adeò quippe primo sui tempore
tyrocinij, cunctorum mundi huius amatorum super-
gressus est studiorum leuitatem, vt in seständis terrenis
lucris, in pauperum exactionibus & angariis, inanis
huius mundi lenociniis, nulli pænè commilitonum,
quantumlibet in iis exercitato, reperiretur dissimilis.
Vocem quippe diuina admonitionis, quæ in Euan-
gelio ad vigilandum in primâ & secundâ vigiliâ fide-
les suos commonet, aure surdâ præteriuit: quia in pue-
ritiæ vel in adolescentiæ suæ tempore, quasi in primâ
& secundâ vigiliâ, circa sempiternam suæ animæ salu-
tem, intellectu non satis sobrie vigilauit. Verum gratia
nostrî Redemptoris pietasque immensâ famulum suum
Gerlacum, dum in robore perfecta constitutus esset
ætatis, quasi in tertâ vigiliâ, tanto tonitruo sui timoris
de somno lethali excitauit, tantoque disciplinæ spiri-
tualis vigore ad vigilandum in custodiâ diuinorum
mandatorum confortauit; vt plerosque, qui à primævâ
ætate religiosæ vitæ dediti videbantur, ignis virtutum
alis subiectus, sanctitatis gratiâ præueniret; & Patrum
præcedentium, quorum apud omnes orthodoxos Ec-
clesiæ filios non immerito prædicabilis est memoria,
meritum simul & præmium diuini munera largitate
contingeret: sicut sequentia pleniùs declarabunt.

^a Traiectum, nobilis ciuitas ad Mosam flumen, quatuor infra
Leodium leuis.

^b Vitam S. Seruatij Episcopi dabimus XIIII. Maij.

^c Ita legendum coniicto. Erat non.

CAP.

C A P. II. De primordiis conuersationis eius.

3 QVANDO complacuit supernæ gratiæ , vt famulum suum Gerlacum de seruitute Babyloniæ liberaret, & Hierusalem matris nostræ, quæ sursum est, militem eum strenuum & ciuem fidelissimum ordinaret; contigit, vt quodam tempore ad ludos militares , quos vulgo torneras vocant, Gerlacus cum suis commilitonibus more solito properaret. Erat enim in

a properat Iuliacum ad tornamenta.

b

Auditæ morte coniugis, aculo renuntiat.

2. Reg. 23. 16.

Afello ins- dens ad fuos redit.

quodā officio militari, quod lingua nostrâ *a ridtmeister*, hoc est, militum magister, dicitur; quod olim forte Tribunus militum dicebatur. Constitutâ verò die, sub quodam castro Iulij Cæsaris, quod ab eo *b* Iuliacum dicitur, ordinatis ad exercitium militare militum cuneis, Gerlacus armis instructus, cum militibus, quos sub se habebat, ad aream certaminis properauit.

4 Iam verò palæstræ illi lœse inferere tentabat, iam pectori clypeo obducto hastam vibrare parabat; cùm ecce grauis mœroris nuntio, de morte videlicet suæ coniugis, confernatus, altius ingemuit; moxque rore supernæ gratiæ inspiratus, apertis intellecτualibus oculis cordis, perituras diuitias & fugitiuos honores, nihil aliud quām vanitates quasdam, & insanias falsas esse cognouit. Confestim igitur coram omni, quæ conuerterat, militum multitudine, militia cingulo abrenuntiavit: equorum phaleras & subvectionem, armorum gloriæ & splendorem, sicut sanctus Rex & Propheta Dauid aquâ Bethleëmiticâ, Domino libauit; numquām deinceps isti se cor vel manus apponere, melioris vitæ contemplatione, confirmauit. Exemplo igitur Saluatoris ad passionem properantis, humiliis afelli terga insedit, sicque ad propria remeauit; & tantæ rei nouitate, omnibus hoc intuentibus non minimum admirationis dereliquit.

a Propriè est Equitum magister, à rijden, quod Belgicè equitare significat.

b Reditus, ut reor, Cluuerius à Iuliâ Agrippinâ Neronis matre nomen id ductum conicit. Caput est Iulie per ampli Ducatus, inter Rhenum ac Moesam.

C A P. III. De initio peregrinationis eius.

Peregrina- tur cilicio & loricâ induitus:

subetur seruire in hospitali; propan- tensia.

Pascit gre- ges.

5 POSIT hæcigitur, dispositâ domo, & ordinatis rebus, pede nudo, ad carnem cilicio induitus, & de super loricâ ferreâ coopertus, per diuersa loca Sanctorum peregrinando circuiens, tandem Romam deuenit. Visitatis itaque Apostolorum sacris liminibus, à Domino Apostolico & Cardinalibus, cōfessione peccatorum factâ, pœnitentia sibi viam demonstrari, & vulneribus sanandis congrua medicamenta satisfactio- nis sibi rogauit iniungi. Apostolicus verò septem annorum, alij dicunt quinque, illi pœnitentiam iniunxit peragendam, in ministerio pauperum in hospitali Hierosolymitano. Quam ille deuotè suscipiens, acceptâ benedictione Apostolicâ profectus est. Perueniēs igitur ad loca sancta, hospitale, quo pauperes & infirmi recipiuntur, expetiit.

6 Fratres verò hospitalis, cognitâ causâ pro quâ venerat, cōsiderantes honestam essi personam, officiis minus laboriosis eum depudare voluerunt. At contrâ vir Dei, se laborem petere, non fugere; despectionem, non honorem, pro Christo, qui pro nobis humilem se exhibuit, se in ministerio pauperum perpeti velle respondit. Quid plura? Ægreditatem, & vix aliquando obtinuit, vt cura pascendorum animalium sibi imponeretur. Suscepit igitur iumentorum sibi delegatâ custodiâ, per septem annos continuos, porcos & alia pecora fideliter procurauit, semper ieiuniis ac orationibus, diuinisque obsequiis intentus; &

inxorabilis castigator sui corporis perseuerans. *A v c t.*

7 Nec prætereundum, quod die quadam, dum in ANONY- pascendis gregibus moratur, casu pedem, sicut erat nudus, in quoddam genus spinarum, quod mordacissimæ naturæ est, impegit; & vi illius dumetri ingraue- scente, magnis doloribus cœpit coarctari. Recordatus *pedem la-* autem vir Dei, quod matrem propriam tempore sua *dit quo* pueritiae pede iratus pulsauit, gratias egit Conditori, *matrem* quod in eodem quo ipse in matrem excesserat corpo- *puer pulsâ* ris membro, paternè ab eo meruit castigari. Dum verò spatiū iniunctæ sibi pœnitentia, septem videlicet annorum curriculum, esset euolutum; itinere quo ve- nerat, iterum Romanam remeauit ad urbem.

C A P. IV Qualiter ab Adriano Papâ Româ remissus sit.

8 *E* A tēpestate præsidebat Apostolicę Sedi, *a* Adria- *b* nus Papa IV. & Romanum Imperium gubernabat *b* Fredericus Imperator, qui etiâ de manu præ- nominati Apostolici consecrationem vel vocationem Imperij suscepit. Iste Fredericus Imperator avus extitit huius *c* Frederici, qui post patris sui *d* Henrici Cæ- *e* saris obitum, disturbato nimium per contentionem *f* Philippi & Ottonis imperio, tandem legitimè succe- *g* dens, obtinet *f* hodie principatum. Igitur vir Dei Ger- *h* lacus, ad suprà memoratum Romanæ Sedis Antistitè *i* accedens, & iniunctam sibi septem annorum pœni- *j* tentiam se persoluisse demonstrans, formam & viam *k* religiosæ vitæ, quam deinceps imitaretur, ab eo sibi *l* demonstrari supplici prece postulauit.

9 Dominus verò Apostolicus diuersas Sanctorum rægulas tam Monasticæ quām Canonicae professionis ei proposuit. Ad hæc vir Dei quibusdâ votis indisso- *Austeritas* lubiliter se obligasse & constringisse respondit; videli- *vita mira,* cet equorum subvectionem, viniqüe & carnis eduliu- *voto fir- mata.* se afferuit deuouisse, & continuata tam æstate quām hyeme ieiunia se obseruaturum, cilicij quoque & aliorum laborum exercitium se iniuiolabiliiter subiturum gratiâ diuinæ remunerationis, quamdiu vitæ sibi spatium supereffet. Et hac de caulsâ Sanctis in communivitâ sub regulari professione degentibus, se minimè concordare posse affirmauit. Ad hæc vir Apostolicus, adhibito discretionis libramine, consideratâ rerum qualitate, virum Dei Apostolicis munitum litteris ad propria remisit; talia viuendi præcepta ei tradens, vt omnium quæcumque paternâ hereditate possidere videbatur, dispensatorem, non possessorem se sciret esse; & vietu vestituque contentus, cetera omnia in caussis pias ecclesiæ & pauperibus erogaret. Hac acceptâ vir *Redit in* Dei viuendi regulâ, ad natale solum remeauit, litteras patriam. *1. Septemb. an. MCLIX.* Apostolici secum deferens, & Bullam Adriani IV. no- men in se continentem, quæ nunc usque pro huius rei testimonio in ecclesiâ nostrâ conseruatur.

a Adrianus IV. an. MCLIV. III. Dec. Pontifex creatus: obiit

b Fridericus I. Anobartus, anno regni quarto Imperator coro- natus est Roma ab Adriano, XVIII. Junij, MCLV. mortuus an. MCXG.

c Fridericus II. an. MCCXI. Imperator electus, sed anno tantum MCCXII. coronatus Aquigrani, Roma an. MCCXIX. An. MCCXLV. excommunicatus & Imperio abdicatus est, eijs anno sequenti subrogatus est Henicus Landgravius, huic an. MCCXLVIII. VVilhelmus Hollandia Comes.

d Henricus VI. alius V. an. MCXCI. xv. April. Imperator Roma à Calefino III. coronatus, mortuus an. MCXCVII. XXVIII. Septemb.

e Mortuo Henrico VI. electus est Philippus eius frater, ab aliis Otho Dux Saxonia, an. MCXCVIII. Hinc bellum. Cessit Otho. Occisus est Philippus an. MCCVIII. XXIII. Junij. Ex pacto Otho succedit, an. MCCIX. Roma coronatus: an. MCCX. excommunicatus, obiit anno MCCXVI.

f Hinc patet quando hac scripta sit vita; circa annum nempe MCCXXV.

g Colligitur hinc, Auctorem in eodem S. Geraci canobio ha- bitasse.

AVCT.
ANONY-
MO.CAP. V. Qualiter in quercu conca-
uâ religiosam vitam sub arctissima
districtione duxit.*Habitat in
excauata
quercu.*

10 R E G R I S S V S autem ad agros proprios, sciens quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei, arduum nimis propositum, & austerae conuersationis districtiōē nostris inaudita tam temporibus, arripuit. In eodem enim atrij loco, quo nunc eius sanctissimum requiescit corpus, & resurrectionis simul & beatæ immutationis expectat gloriam, in proprio scilicet sui iuris fundo, quercum veternosam, magnâ grossitudine circa radices distentam, amplâ capacitate cauari, & in eâ congeriem magnam lapidum fecit comportati, desuper autem matram componi, & in hoc letisterio membra dedit spongi, ad carnem cilicio induit, & desuper lorica ferrea cooperit. Huius rei seniores qui hucusque supersunt, & in viciniâ nostrâ demorantur, testes existunt; qui asserunt, de atra factis radicibus prædictæ quercus, tantam copiam lapidum ad fundamenta ecclesiæ, quæ super beati viri membra ædificata est, se extulisse, quam tam plaustrum benè instrutum duabus vel tribus vicibus deuehere vix sufficeret: quin etiam reliquias matræ, super quam cubare vir Dei consueuerat, ibi se repetuisse profitentur.

*Abstinen-
tia eius,
videtur
austeritas.*

11 Iam verò de abstinentiâ illius parsimoniam, & de laboris quo in diuino desudavit obsequio, infatigabili perseuerantiâ quid dicam? Ceterè versiculo quodam poëticō, quo dicitur,

Nam miranda canunt, sed non credenda, poëtae, me quilibet inutere posset, quasi graui cauterio: nisi quod ij, qui tunc præsentes erant B. Geraci contemporanei, eius Angelicam in terrâ conuersationem ita oculis inspicerunt, & manibus contrectauerunt, quod non sunt occultata à filiis eorum in generatione alterâ, sed pater filio, filius nepoti narrat laudes eius & virtutes & mirabilia eius quæ per eum Deus effecit. Nam quidam prouectæ ætatis Ioannes nomine (qui nunc usque superest in vicino nobis cohabitans) affirmat se, dum puerulus esset, valde annosam quamdam neptem habuisse, quæ sibi referre solita erat, quod eo tempore, quando B. Gerlacus in quercus concauâ specu vitam solitariam duxit, in puellaribus annis posita, omne panis alimentum, quo vir Dei quotidie sustentabatur, à matre suâ, quæ beati viri confanguinea erat, coctum & præparatum, ad eius refractionem attulerit. Qui panis, vt prædicti Ioannis & aliorum multorum veſtidâ relatione didicimus, ex hordeo cineribus mixto cōfectus erat. Potus vero eius aqua erat de fonte, qui usque hodie Fons S. Gerlaci denominatur.

*Erga pau-
peres &
peregrinos
caritas.*

12 At contrâ, de fructibus terræ vel animalium annuatim sibi prouenientium, sagacissimo studio magnâ que industriâ, ciborum dulcia condimenta præparari fecit, & iis pauperes & peregrinos hospitio receptos humanissimè refecit, ipse in obseruantâ supradictæ parsimoniae longanimitate perseuerans.

CAP. VI. Qualiter singulis diebus S. Seruatium in Traiecto frequen-
tauit.

13 PRÆTEREA de itineris, vel potius peregrina-
tionis eius indefessâ consuetudine, quâ sanctum solitus erat frequentare Seruatium, celebris apud cunctos existit opinio, & grandis admirationis, sed difficultis, & vt mihi videtur, impossibilis imitationis. Huic enim laboriosi famam itineris, non solum omnes per circuitum nostrum commorantes; verum etiam

populi de diuersis mundi partibus ad eius sacra limina quotidie properantes, à progenitoribus suis ad se perlatam constanter assuerant: & generatio quæ præterit, generationi quæ aduenit, ita de iis consequenter enarrat, quod huius Sancti memoria quasi fixâ æternitate perseueret. Via enim, quæ à B. Gerlaci cellâ Traiectum ad B. Seruatium porrigitur, magni milliarij spatio dilataatur, ex parte montuosa & ascensu difficilis; pluiali noctibus verò tempore natura terræ illius adeò tenax est & pa- Traiectum
lustris, quod in equis valentibus vix aliqui sit transme- ad matu-
ritas pro-
prio.
Præterea, tempore hyemali glaciali frigore indura-
ta, ad modum spinatum ita redditur hispida, quod nonnumquam nudis pedibus in eâ ambulantium so-
lent cruentari vestigia. Sed vir beatus primo gallorum cantu de lechulo quietis suæ, quod lapidum congerie constratum erat, semper de nocte consurgens, fratres Ecclesie B. Seruatij, ad confitendum mediâ nocte Do-
mino surgentes, semper præuenit; ieuniorum inediâ desiccatus, loricæ pondere grauatus, cilicij asperitate decorticatus, viâ tenebrosâ & lubricâ nonnumquam pœnè suffocatus, glacialibus ierbis aliquando graui-
ter in plantis terebratus; & quod grauius est, dæmonū visibiliter ei apparentium, & cum eo itinerantium, oc-
cursu multipliciter tentatus.

14 Euenit namque aliquotiens, ut hyemis asperi- *Vestigia*
tate punctus, sanguine guttatum de pedibus profluen- *eius cruen-*
te, cruenta per totam viam eius vestigia notarentur. *ta.*
In eodem hyemis horrore quidam eum comitatus, nudis & ipse incedens plantis, dum grauiter pedes sibi al-
gente conquereretur, Observa, inquit homo Dei, vt ea- *Ea premis*
dem quæ ego terræ imprimo, tuis pedibus teras vesti- *frigus non*
gia. Paruit ille, moxq; tamen aeris intemperiem, qualis *finit.*
vernali tempore sensit rotantem, quam prius fuit ex-
pertus male vrentem.

15 Alio item tempore quidam Hermannus nomi- *Hermannus*
ne, à candore corporis Blankardus cognominatus, re-
ligiosè alio in loco, à beati viri cellâ non multum re-
moto, & ipse conuersatus, exemplo eius incitatus, ad *nus eius*
frequentanda B. Seruatij limina eum imitatus est. Hoc *comes.*
igitur inter eos conuenit, vt ad crucem quamdam, quæ *Eius figu-*
prope Traiectum in biuio posita itinerantibus viam *râdemone*
demonstrat, qui prior venisset, alium ibi exspectaret; vt *Gerlacum*
simil ad sacratissimi Confessoris Seruatij memoriam *tentat.*
venerandam properarent. Contigit ergo multo tamen, *Eius iter*
vt B. Gerlaco solitâ deuotione iter agente, malignus *conatur*
ei spiritus in specie prænominati Hermanni se de- *retardare.*
monstrareret, & cum eo viam carpens, sensim & quasi *b*
pedentem malitia sua venena ei propinaret. At vbi *c*
bearum virum serpentium suum virus, quod auribus & cordi eius instillabat, sobrio mentis intellectu vidit *granum*
respuere; de ponte Molæ fluminis, quæ Traiectum præ- *ad capellæ*
terfluit, saltu præcipiti, in honesta relinquens vestigia, *D. Virgi-*
in annem se deiecit; & indicia, diabolum se fuisse, in- *ni.*
dubia reliquit. Alio item tempore, itineris eius deuo- *a*
tionem retardare volens humani generis aduersarius, *b*
cupas & dolia & alia huiusmodi monstra coram eo *c*
volutare cœpit: sed nec sic equidem per fraudis suæ *scan-*
commenta quidquam efficit.

16 Talis obseruantæ rigore vir beatus se indeſi-
nenter exercebat: talis peregrinationis frequentatio- *Singulis*
ne Sanctum Domini Seruatium infatigabiliter requi-
rebat. Sabbati tamen die, in quo gloriola Dominiæ *Sabbati-*
nostræ memoriam Ecclesia consuetudinaliter sole- *nis Aquif-*
rem agit, & Aquisgrani, per millaria circiter tria, cum *perâ & baculo, peregrinationis sua insigniis, propera-*
pellâ, à b Carolo Magno fundatam, & à c Sancto Leo- *ad capellæ*
ne Papâ, cum numerosâ Episcoporum multitudine in *D. Virgi-*
honne Dei genitricis & virginis Mariæ, Domino con- *a*
secretam: vbi etiam eiusdem reuerendæ *b* *c*
memoria venerabiliter à cunctis terrarum populis hono- *Óeotóne*
ratur, & celeberrimè frequentatur. Sed tentationes & *scan-*
immisiones factas per angelos malos, qui iuxta iter

scandalum posuerunt beato viro, quis enumeret? Verum supra firmam petram veræ religionis perseverantia fundatus, nullatenus est ab aduersariis superatus.

a Aquisgranum, sive Aquægrani, Gallia Belgica urbs, non procul Traiecto, ut hinc patet, balneis calidis, S. Caroli Magni manus soleo, &c. nobilis.

b Vitam eius dabimus xxviii. Ianuar.

c Lec III. an. DCCXCV. XXVI. Decemb. creatus Pontifex, an. DCCCIV. in Gallias venit, & basilicæ S. Maria Aquisgranii dedicavit, obiit an. DCCCXVI. XII. Junij. Non est relatus in numerum Sanctorum, licet hic Sanctus appelletur.

CAP. VII. Quantam persecutionem pro Christo sustinuit.

Aduersis probatur.

17 VONIA M igitur omnes, qui piè volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur propter iustitiam, tamquam aurum in fornace probauit electum suum Dominus: & ut purgatum defæcatumque, & ab omni huius mundi aspergine pressè pureque detersum, quasi argentum igne examinatum eum purificaret, multifariam multisque modis per caminū tribulationum eum transduxit. Postquam enim præcessit, ut iam prælibauimus, malignorum spirituum occulta & clandestina tentatio, quasi draco sedens in insidiis in occulto; consequenter nihilo minus subsecuta est diuitum quorundam & potentum contra eum aperta persecutio, quasi leo rugiens in excelso.

a Vexatur à Monachis Merffensis bus. **18** Præpositus enim & Monachi, simul & Clerici cellæ a Merffensis, qui in vicino manebant, tantæ rei nouitate attoniti & permoti, pro eo quod vir Dei Patrum præcedentium, qui in speluncis & in cæternis terræ latabant, exemplo, in specu concavæ quercus, vitam duceret Angelicam; quia tamen Religiosorum modernorum consuetudini minimè ista concordare videbantur, eum ab hoc proposito reuocare modis omnibus nitebantur. Multo igitur studio & summo conamine operam dederunt, ut B. Gerlacus Præposito & Monachis Merffensisibus obedientiæ subderetur. Ad hæc vir Dei, metuens ne forte, si personis vita laxioris obedientiæ voto se constringeret, aliquando vel obedientiæ, vel propositi sui violator existeret, dum religioni vel professioni suæ contraria Præpositus sibi

b Merffensis quandoque imperaret. **b** Quapropter Monachi & Clerici monasterij Merffensis indignati, cum eum impleret, pro eo quod bona nationis & celebris extitit opinio, per se non præsumerent molestare;

c apud venerandæ memorie Dominum & Norbertum Leodiensem Episcopum, eum cœperunt multis modis insimulare. Dominus verò Episcopus, credens iis quæ dicebantur, festinatè ad locum ubi S. Gerlacus in queru latitabat, aduenit, & quia multam habuissé pecuniam, & eam sub congerie lapidum in queru repositorum occulasse, Domino Episcopo delatus fuerat; iratus Præsul querum succidi, & omnem locum diligenter fecit inuestigari. Cumque nihil aliud nisi districtissime vitæ, & austera conuersationis eius manifesta reperiisset indicia, de tali tantoque viro sibi subreptum fuisse vehementer indoluit, & quod tam innocentem & iustum contrastasset, ingemuit. Vnde ipse Dominus Norbertus Leodiensis Episcopus, spiritualis more Patriis

d eum ab adolescentiâ suscepit, & ei vice suâ a Rodensem Abbatem, & alios religiosos, quantum ad curam animæ spectat, præfecit.

19 Hunc autem Norbertum Leodiensem Episcopum quidam non bene putant esse S. & Norbertum, Præmonstratensis Ordinis initiatorem. Isti in æquuoco falluntur; quia B. Norbertus Madaburgensis Archiepiscopus, qui Religionem Præmonstratensem fundauit, tempore f Lotharij Imperatoris migravit ad

Norbertus Episc. Leodiensis, alias à Magdeburgensi. Dominum: Beatus verò Gerlacus, sicut Bulla quam à Româ detulit testatur, ab Adriano Papâ remissus est; qui scilicet Adrianus Papa, ut historiæ testantur, longo

tempore, & post Lotharij discessum interuallo, Frede-
ricum I. in Romanorum Imperatorem consecrauit. **A v c t .**
a Marfna, alias Mariana, vulgo Merfen, olim palatium Regium, **ANONYMO.**
leucā unâ à Traiecto distans, à Gerbergâ Reginâ an. DCCCCLXVIII.
donatum monachis canobij S. Remigij Remensis cum villâ & prediis
adiuunctis; qui illi ad nostra usque tempora tenuerunt: cesserunt
deinde Canonicus regularibus, permutations aliorum in Franciâ
bonorum.

b Videtur aliquid deesse; pendet enim sententia.

c Nullus inter Leodienses Episcopos Norbertus reperitur, nisi binominis fuerit; aut quod potius reor, Choropiscopus fuerit, aut Vicarius.

d Claustrum Rodense, vulgo Cloofteraet, cœnobium est in agro Limburgensi Canonicorum regularium, gestantium nigrum tunicam, & candidam fasciam lineam è collo pendentem, ut Gerrit-dani Louanij & Cauwenberghes Bruxellis. Eorum meminit Albertus Mireus lib. I. Donat. Belgic. cap. 67. Sitæ est ea Abbatia ad oppidum Duci-rodam, vulgo Shertoghenraet, Gallus Rolduc.

e Colitur S. Norbertus vi. Junij.

f Lotharius II. electus est an. MCXXV. post mortem Henrici V. coronatus Roma an. MCXXXIII. mortuus an. MCXXXVIII. III. Decembrio.

CAP. VIII. Quomodo S. Hildegardis prophetissa coronam, cum quâ Christo despôlata fuit, ei trâsmisit.

20 **G**ITVR sanctum Dei famulum, quem dæmonum infestatio velut latronū multitudo tam frequenter tentauit, & humani cordis vecordia tam crebris iniuriis molestauit (ne forte domus supra firmam petram fundata tanti turbinis acta violentiâ titubaret) Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, dilecti sui merita per Prophetarum oracula mirifice declarauit. Erat eo tempore in partibus a Maguntia virgo quædam sanctissima, b Hildegardis nomine, famolissima illa Prophetissa noui Testamenti, cum quâ familiariter locutus est Deus, & ostendit ei secreta cælestia. Hæc per manū sanctæ memorie Domini c Henrici Maguntinensis Archiepiscopi sacro velamine Domino consecrata, cum nullis litteris, nisi tantum Psalmis Davidicis esset erudita, per Spiritum sanctum edocita, de diuinis oraculis & sacramentis sibi reuelatis, grandia edidit volumina; quæ ab d Eugenio Papâ, mediante S. e Bernardo Claræullense Abbatे, f canonizata & inter sacras Scripturas sunt connumerata. Hæc **S. Hildegardis Propheta** per multa temporum curricula doctrinæ salutaris lampa-pade sanctam Ecclesiam illuminauit, epistolis ad di- scripta apuersas personas missis corroborauit, & claris miraculis probata. illustravit.

21 Hæc igitur Christi sponsa, dum Regem & Do. **Vider. sed** minum dominantium sedentem in throno more solito **in celo, pâ-** in verâ videret visione, & assidentium ei Sanctorum **rata m S. Gerlaco.** distinctos ordines & chotos lustrando circuiret, inter Confessorum splendidissimum chorum sedem conspexit lucidissimam, inestimabili decore circumdatam, & mirifice adornatam. Et videns, vehementer super hoc admirata, didicit diuino edocta oraculo, hanc gloriam & honorem Sancto preparata esse Gerlaco, qui S. Seruatum quotidiana peregrinatione frequentaret in Traiecto. Hac reuelatione virgo Domini de meritis B. Gerlaci certificata, tota in eius sacrum amorem succensa flagravit; & in signum perpetuæ, quam cum eo quandoque perceptura erat, societatis **Coronam,** & felicitatis, coronam, quæ in die consecrationis suæ **quâ Deo** ab Episcopo coronata est, ei transmisit; quæ huius rei **consecrata erat, et** testis, deuotè nunc usque in Ecclesiâ nostrâ cōseruatur. **erat, et** **donat.**

a Vrbs est celebris ad Rhenum, Mœni sive Mogoni ostio opposita, unde et nomen videtur accepisse.

b Vitam dabimus xvii. Septemb. in quâ que hic de eius scriptis, plenius referuntur.

c Sedit ab anno MCXLII. usque ad MCCLI.

d Eugenius III. (qui ab an. MCXLV. sedit usque ad MCCLI. VIII.

July, ubi nos de eo agimus) post Concilium Remense an. MCXLVIII.

Treuiris visiones S. Hildegardis diligenter examinatas probauit.

e Colitur S. Bernardus xx. Augusti.

f Id est, approbata.

CAP.

Auct.
ANONY-
MO.

CAP. IX. De eo, quod cuidam capillos capitum incidit, qui postea per x l. annos numquam excreuerint.

*Gerlacus
vitia re-
prehendit.*

22 Denique vir beatus non solum per bonam operationem, lucis exempla quibusque demonstrauit; verum etiam doctrinæ salutaris fontem plerisque fideliter administravit. Multis enim ad se venientibus, prout vnicuique expedire videbat, singulorum moribus occurrebat. Clericos enim & Pastores Ecclesiarum vehementer arguebat, pro eo quod, solutâ zonâ pudicitâ, minùs castè & sobriè in viâ Dei ambularent, sed facilè pedes eorum per vias non bonas lubricarent: milites de percussione & scissurâ vestium, de oppressione pauperum, de vanitate alearum, & vegetationum, & ludorum militarium, & de exactione vñtarum: matronas verò notabat de compositione vultus, & vestimentorum stricturâ & superfluitate; ad nihil aliud hæc vtilia esse dicens, nisi ad partus suffocandos, & oculos adulterorum post se trahendos.

*Comatos
arguit.*

*Comata
eo recisa
non recre-
sus.*

23 Maximâ verò inuestigatione adolescentes & iuuenies comatulos calamitratos corripiebat, qui in capillaturâ muliebri tunc temporis insolenter lasciuiebant; verbisque persuasibilibus plerosque in tantum inflecebat, quod comam capitum tondendam vltro viro Dei offerebant. Verum in hoc opere diuina potentia contra legem naturæ mirabile quid & insolitum dignata est operari. Est Presbyter quidam, nomine Clericus, de loco ab ecclesiâ S. Gerlaci non longè remoto natus, sed in ripâ fluminis Rheni à tempore suscepit sacerdotij conuersatus. Hic narrare solet, patri suo (dū in capite adolescentiæ constitutus esset) B. Gerlacum comam capitum incidiisse; sed postea eundem suum patrem commemorat longeum in sæculo filios & filias genuisse, multisque negotiis intendisse, sed capillos capitum eius ultra metam, quam vir Dei totonderat, postea numquam excreuisse.

CAP. X. Qualiter sapientia huius mundi, B. Gerlaci vitæ detrahere nitens, sit confutata.

*Ioannes
Sanctensis
Abbas S.
Trudonis.*

24 VERVM non abs re videtur narrationis ordinem paullisper postponere, & huic operi necessariò inferere, qualiter ea quæ de beati viri vitâ vel virtute p̄t̄missimus, à sapientibus huius mundi, sugillationis intentione & obrectandi studio curiosius inuestigata, inexpugnabilium luce rationum sub mirâ sapientiâ huius mundi confudere; & per contradictionem linguarum, quasi per caminum ignis ardenter illâsa transiere; quia non est in eis inuenta iniquitas. Est in partibus a Hasbania castellum, quod b. S. Trudonis denominatur, & in castello monasterium Monachorum ab eodem sancto Confessore fundatum, eiusque meritis & corporali requietione glorificatum. Abbas huic monasterio præsidet vir reuerendissimus, & magna in Christi Ecclesiâ gloria, Magister c. Iohannes Xantensis, fidelis verbi crucis dispensor, & modernæ expeditionis Hierosolymitanæ studiosus coadunator. Quidam iraque tempore, adueniente prædicti Confessoris B. Trudonis anniuersario depositionis die, qui in castello suprà memorato à populis de totâ viciniâ confluentibus debita venerationis cultu celebriter recolitur, peractis quæ ad cultum diuini obsequij pertinebant facris officiis, plures tam Ecclesiasticae quām etiam personæ sacerulares à prædicto venerabili Abbe ad cōuium sunt inuitati. Inter quos unus de castelli illius Proceribus, quos sermone patrio d' Scabinus vocant, Arnoldus nomine, qui sapientiâ sacerula-

*Scabinus
Trudonensis
S. Ger-
laco detra-
hit.*

ri multū pollere, & in negotiis sacerularibus plurimum efficax esse serebatur, à Fratre quodam de cellâ S. Gerlaci, qui tunc forè præsens aderat, de B. Gerlaci conuersione & vitâ & qualitate curiosius primùm inuestigare; deinde mordaciùs eis quæ dicebantur, conatus est derogare; postrem autem, iocosâ quadam vñbanitate cœpit ea subsannare. Fecit hoc, quia sapientia mundi huius, tantum iis rebus consueuit fidem adhibere, quæ vsu didicit, experientiâ nouit, & sensuum exteriorum, quos cum brutis communes habemus, officio comprehendit. Cæterum vbi flamma diuini amoris, electorum cordibus se insundens, supra humana infirmitatis possibilitatem triumphales viros de carne propriâ, de hoste antiquo, de mundo trophæa vñtoriæ reportare facit; hoc mentes carnalium terrenis solummodò incubantes, & sursum intellectualem respectum non habentes, pondere distortæ vitæ presæ, non animaduertunt. Eapropter prædictus Satrapa ille (litteras quippe nouerat) coram multis, qui festiuitatis gratiâ erant inuitati, dogmatizare cœpit, quod iis, quæ de B. Gerlaco referebantur, credere nulla ratio persuaderet; pro eo, quod contra consuetum naturæ cursum fragilia humani corporis membra, in tantis laboribus perdurare non valent.

25 At contrâ, prædictus Frater ille, Testimonia *Ab Auditio-* (inquit) ista B. Gerlaci merita præconantia, credibilia *re refuta-* facta sunt nimis; quia in omnem circumquaque regio- *tur.* nem exiuit sonus eorum, & in fines totius Germaniæ fama se diffudit eorum: & quod super hoc, patres natrani filiis suis, & filiis eorum generationi alteræ: quodque necesse sit quemlibet fidelium indubitatam fidem iis adhibere, aut populos totius Germaniæ, quin etiam multarum exterarum gentium regna, mendacij & falsitatis redargueret, qui ad B. Gerlaci Confessoris Christi sacra limina deuotè confluentes, laboriosissimæ conuersationis eius, quâ in diuino desudauit obsequio, à suis progenitoribus ad se perlata famam constanter asseuerant. Præterea & hæc indubia indicia fore, quod Sancti contra carnis iura, legemque naturæ, in stadio vitæ præsentis cucurrerunt; quia videlicet præter in cælis eis conseruatam beatitudinem, etiam in huc mundo talem gloriam à Domino percepérunt, quod adeorum corpora contra consuetum nihilominus naturæ ordinem, mortuis vita, cæsis via, surdis auditus, claudis gressus redditus, & debilis quisque spes regreditur: aperte & congruè Sanctis & electis Dei iuxta modum laboris, consequenter successisse mercedem remuneracionis: vt sermo Euangelicus impleuratur, quo dicitur: Eadem mensurâ quâ mensi fueri- *Marc. 4.* *24.*

26 Iis satrapa ille auditus, cùm sibi satisfactum esset in omnibus, in vñâ tamen hæsit quæstione, dicens, nec *An potue-* verum nec verisimile esse, B. Gerlacum iuxta Psalmistæ *ritus vesti-* vocem, cinerem sicut panem manducasse, & tantis la- *pane cine-* boribus attritum eius corpus hoc alimento subsistere *ribus mi-* potuisse. Humanæ carnis materiam magis per hoc dis- *xto.* lipari quām vegetari; complexionalis sanguinis, & vitium humorum riuulos in venarum clementia bona receptacula, per cinerum comedionem minimè posse transfundi. Ad hæc venerandus, de quo suprà mentionem fecimus, Ecclesiæ B. Trudonis Abbas, altercantibus nobis, partes suas interposuit, & item nostram decedit, auctoritate suâ sententiam nostram confirmauit, & propositæ quæstioni diffinitiuam conclusionis sententiam dedit. Afferuit namque, notam sibi religiose vitæ quādam personam prope castrum quoddam famosissimum, quod dicitur Clivæ, commorantem, quæ inter alia piæ conuersationis insignia, tam distictæ abstinentiæ regulam obseruavit, vt pane quotidiano, qui de simplâ farinâ & duplâ parte cinerum confectus erat, ad refectionem vtereatur.

27 Hæc per quendam excessum necessariò inse- *f* ruimus, vt cunctis legentibus luce clariùs innotescat, *B. Ger-*

B. Gerlac gesta sapientum huius mundi diligentis inquisitione læpius ventilata, numquam, palearum more, vento suis rapta falsitatis, sed temper stabili fundamento perstissime veritatis. Nunc ergo ad narrationis ordinem redeamus.

a Hasbania, sive Hasbanium, regio Belgij est cùs Mosa à Leo-dio Louanius versus. Eius mentio est in divisione regni Lotharii inter Carolum Calum & Ludouicum factâ an. DCCCLXX.

b S. Trudonis vitam dabimus XXII. Nouemb. ubi plura de hoc oppido.

c Ioannes Sanctensis ex Decano Aquisgranensi postulatus in Abbatem S. Trudonis, consecratur sub finem anni MCCXII. anno sequenti simul Abbas Tuitiensis à Legato Apostolico constituitur: moritur an. MCCXVIII. x. Kal. Februar. unde clarius patet, quo tempore hac vita scripta sit.

d Ita toto Belgio appellant urbium pagorumq; Senatores, qui ius dicunt, feri VII. vii aut XII. vii.

e Infrâ ostendit Auctor se è Fratrem illum fuisse.

f Oppidum est, à quo nomen nobilissimo Ducatu Clivensis factum, cuius partem Cjrhenanam Gugerni olim tenuere.

CAP. XI. Episcopi Leodiensis erga cum benevolentia.

28 VT superiori narratione nos retulisse memini-mus, cùm Dominus Norbertus Leodiensis Episcopus, ad suggestionem Cellæ Mercesis Monachorum, B. Gerlacum de cellâ suâ, quam sibi in queru concauâ fecerat, eiecisset, & querucum ipsam succidi, & omnem lapidum in queru repositorum congeriem demoliri fecisset; cùm nullam inibi, sicut Monachi detulerant, pecuniam, sed beati viri austerae conuersationis indicia solummodo reperisset; multum indignatus iis qui ei falsa de tali viro fuggesserant, ipsum Dei hominem super vulnera, quod ignoranter ei intulerat, paternè lenire curauit. Vnde ipse venerandus Antistes beatum virum Dei Gerlacum ad obedientiam & in spiritualem filium suscepit, & eum ab obedientiâ Mercensium Monachorum & Clericorum subduxit; indignum reputans, quod homo cælibem vitam dicens, & Angelicæ in terrâ conuersationis existens, personis mundo huic deditis obedientiâ subderetur. Renitentibus Monachis Clericisq; Mercensibus, & demem-brationem suæ parochiæ conquerentibus, Præsul re-spondit, affirmans sui iuris esse, vt religiosos eremitas, solitarios, inclusos, & in suo Episcopatu Domino seruientes, à iurisdictione minùs religiosorum Clericorum, in quorum parochiis manerent, emancipare sine alicuius contradictione valerer: & Monachos, aliosq; religiosos, eis doctores, confessores, & spiritu-alium administratores præficeret.

Eximitur
à Mersen-
sium iuri-
dictione.

4 Cella due
ei adi-
scantur.

Rhoden-
sii
Abbari
eius curâ
commodat.

29 Eapropter ipse Dominus Episcopus de mate-riâ quecuscumque, quæ, vt suprà retulimus, in offensam viri Dei succisa fuit, duas cellulas fieri præcepit; vnam, in quâ vir beatus Domino die nocteque supplicaret; alteram verò, in quâ vir beatus fatiscentes artus post laborem reclinaret. Quæ videlicet cella in tantum humiliis, in tatum terræ acclivis, adeoque (vt veridicâ re-latione didicimus) sepulchro magis quam domicilio similis erat; vt vir Dei in eâ supinus iacens, genibus, quod mirabile dictu est, summitatem eius attingeret.

30 Posthac Præsul virum Dei Abbati de Rhoide, cui nomen Burno erat, aliosq; Religiosis commen-dans, vita spiritualis institutores & præceptores, & de his quæ ad animæ curam pertinent, procuratores eos præfecit. Et idem præterea in Oratorio suo, quod ei de materiâ lignorum succisa queruscum, vi iam præmisimus, præparari iusserrat, Missarum solemnia, & talia diuinæ cultus obsequia ei solemniter exhiberi præcepit, & paternâ benedictione muniens valefecit eidem, im-precatus illi prospera eueniire. Sanctus verò Gerlacus vestimenta Sacerdotalia, vasa sacra, tabulam altaris vice consecratam, & alia utensilia ad diuinum myste-rium necessaria, diligenter conquisiuit, & Sacerdotes religiosos penes se detinebas, diuina sibi officia solemniter fecit ab eis administrari.

a Hinc patet, falli Andr. Sauffayum, dum in Martyrol. Gal. air, Avct. diocesim Ruremundensem fuisse Remensis portiunculam; hac enim ANONYMO pars Leodiensis Episcopo subfuit, cetera Coloniensi.

CAP. XII. Qualiter iteratò à malignis spiritibus & hominibus sit tentatus.

31 E Tece, rediuua tentatio malignorū spirituum & hominum, arietis more, crebris istib; viri cælestibus intentum pulsare, & vehementer contra eum muscipulas tendere deceptionum, & in capturam eius laqueos spargere, & retia cœpit laxare tentationū. A demono Nocturno enim tēpore, viro Dei post diurnum noctu laborem membra paullulum sopore reciente, malignus spiritus tantillum quietis eum habere dolens, ali quando voces & tumultus quasi irruentium hostium circa cellam, in quâ quiescebat, suscitauit; nonnumquam verò latronum furtiè intrare volentū, & aditus tentantium, irruptiones simulauit; aliosq; mille nocendi artibus Dei hominem inquietauit. Aliquando autem, viro Dei audiente, furem & latronem se esse, velut verè est, simulans, & cellam eius more latronis obambulans, quasi ad alium quemdam latrocinijs sodalem, in hæc verba protupit: Ambula, inquit, caute, & à strepitu pedum caue tibi; quoniam in hac cellâ iacet qui numquam dormitat. Ad hæc vit Dei cellam, in quâ iacebat, egrediens, cùm nullum adesse cerneret, spiritus maligni cognovit hæc esse machinamenta. Alio item tempore, ad B. Seruatiū solitā, deuotione iter eo agente, magni montis molem prætendens antiquus ei hostis occurrit. At contrâ, vit Dei crucem quamdam Diabolum patuulam, quam semper in pectore gerebat, quæ nunc cruce ob-tensâ pel-lit.

32 Rem nouam & miram dicturus sum, quam se-niores nuncusque superstites se cognouisse profiten-tur à suis progenitoribus, qui B. Gerlaco viderant in horrore hiemis asperrima nudis plantis in niuum dé-sitate itineranti, vaporem calidi fumi de pedibus con-scendere ad modum cacabi super prunas positi; quia nimurum mens eius, & membra corporis eius, cibus erant ignis illius, quem Dominus Iesus misit in terrâ, & voluit vehementer accendi. Fertur etiam à nonnullis, quod die quodam, cùm solito peregrinationis mo-re nocturno tempore ad ecclesiam B. Seruatiū adue-nissér, & fores essent clausæ, quia nondum erat tempus matutinatum, ante faciem eius valuæ ecclesiæ, nullo mortalium referante, sponte patefactæ sunt.

33 Super hæc omnia, Mersensis cellæ Monachi & Clerici, in quorum parochiâ vir Dei residebat, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ per seruum suum Dominus operabatur, indignantæ. Vnde & oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui: vnde & dicebant, vitum Dei communione priuandum, pro eo quod cum Episcopi licentiâ & auctoritate, præter parochiale ecclesiæ diuina mysteria faceret cele-brari. Hoc autem eos nullo moderamine rationis, sed tantummodo impulsu præsumpsisse iniustæ commo-tionis, ex hoc certissimum est; quia si aliquo iuris ad-miniculô, legum suffragio, & Canonum iuuamine, hæc contra virum Dei allegate potuissent, tot Legatis ab Apostolicâ Sede huc directis, in cellâ beati viri per censurâ Ecclesiasticâ interdicti diuina fecissent. Verum sicut in Dialogorum libro legitur, quod Sacerdos qui-dam & B. Benedictum in sua parochiâ monasterium construentem, grauissimâ persecuzione insestatur est; Aliqui di-ita nimurum & isti S. Gerlacum gratis impugnantes, uirius ad iracundiam concitauere. Et sicut Sacerdos prædi-etus pro iniuriâ, quam Beato intulit Benedicto, diuinam sensit vltionem; ita nihilominus nonnulli eorum, qui

Auct. qui ad detrahendum B. Gerlaco plus pertinaces, & ad
ANONYMO. obloquendum magis procaces, & ad irritandum eum
 amplius effrænes fuerunt, mercedem, quam oportuit,
 in semetipsis receperunt: sicut loco suo plenius enar-
 rabimus.

a Idxxi. Martij in S. Benedicti vita referetur.

CAP. XIII. Quomodo à quadam no- bili matronâ sit visitatus.

34 Post hæc, cùm fama virtutum beati viri longè
 lateque crebresceret, & multi ad videndum eum
 de remotis partibus properarent, contigit & matronâ
 quamdam nobilem, Odam nomine, de Castro & Hins-
 bergensi, Dominam fundi in quo vir sanctus reside-
 bat, ad eum inuisendum aduenire. Quæ mirabilem
 mutationem dexteræ Excelsi in eo admirata, & incre-
 mentis spiritualium eius profectuum exhilarata, terru-
 las quasdam & fundos scelle ipsius circumiacentes, per-
 petuali iure ipsi & omnibus heredibus eius in eodem
 loco Domino seruitur, tradidit possidendas.

a Hinsberga non ignobile ditionis Iuliacensis oppidum, tribus
 Ruramundâ milliaribus.

CAP. XIV. De eo qui loricam, quâ vtebatur, frequenter reparauit.

**Loricâ fer-
 rea indui-** **35** Sed & hoc inferendum, quod vir beatus loricam
 ferream, membra corporis castigans, & spiritui
 seruire cogens, assidue gestauit, quæ delicijs & volu-
 ptatibus vitæ huius insultauit; cuius munimine tectus,
 aduersus aëreas cateruas athleta fortissimus certamine
 forti dimicauit, & in nomine Iesu gloriösè triumpha-
 uit longo vsu circubus disruptis, & dilapsis scissuris.
 Hic autem frequenter reparauit; & nouis circulis scis-
 suras veteres connectens, adunauit.

**Senex a sel-
 lo insidens
 adit tem-
 plu S. Ser-
 uati.** **36** Prætereà, cùm longo ætatis senio fessus, &
 laboris exercitio viribys corporis exhaustus, solitæ per-
 egrinationis iter ad B. Seruatum pedes, sicuti con-
 suerat, confidere non posset; humilis aselli terga insi-
 dens, consortem suum quandoque in cælis futurum
 obsequiis affectuosis in terris deliniuit; & saluo leæto-
 nis Euangelicæ sacramento, tres panes amicus ab ami-
 co, tum deuotè cùm etiam nimis importunè requisi-
 uit; dum vel intelligentiam Trinitatis, vel fidei, spei,
 & caritatis augmentum, patrocinantibus eius meritis,
 & interuentu, a Domino conseqvi postulauit.

a Hic aliquid deest.

CAP. XV. De modo orationis eius.

**Orat in
 cryptâ S.
 Seruati.** **37** Sed & orationis eius modum inferere non super-
 fluum reor, ad utilitatè scilicet eorum, qui Psal-
 mos & longas orationes canere nesciunt: vt nouerint
 affectum potius, quam multa verba postulantum, in-
 tra sacrarium diuinæ exauditionis admitti. Sacerdos
 quidam Hinsbergensis Ecclesia, quæ in castro sita est,
 Norbertus nomine narrare solebat, quod eo tempore,
 dum vir Dei B. Seruatum frequentabat, puerulus in
 a stolis existens, multotiens ad B. Gerlacum in b cryptâ
 B. Seruati in oratione prostratum, auscultandi curio-
 sitate appropians, audiuit eum huius orationis verba
 sapientia replicantem: Kyrie eleison, Christe eleison, Pa-
 ter noster. Ave Maria.

a Forè Scholis.

b Venerabilem illam antiquissima Basilica cryptam nos quoque
 olim pueri frequentauimus.

**CAP. XVI. De his, quæ à quadam
 seniore adhuc superstite, de B. Ger-
 laco narrantur.**

38 Ecce, his scribendis adhuc intenti, relatione
 cuiusdam didicimus, citem quemdam Traie-
 ctensem, Theodoricum nomine, de vico qui Scinno
 vulgo appellatur, omnibus his in partibus commo-
 rantibus notissimum, adhuc superstitem esse; qui
 B. Gerlacum se vidisse memorabat in carne constitutum.
 Ad quem festinato itinere properantes, inuenimus ho-
 minem ævo iam grauem, & præ senectutis defec-
 tu vix gressum ad ambulandum mouentem. Hic nobis
 retulit, virum Dei Gerlacum se, dum pueritiae annos
 nondum exegisset, tempore quadam vidisse, à matre
 suâ, quæ ipsius secundum carnem erat propinqua, sus-
 ceptum hospitio: quem memorabat fuisse statura
 grandem, vultu decentem, cum barba longâ & circa
 peccus diffusâ, corpore amplio, & robusto. De habitu
 vero eius hoc asserebat, quod ad carnem cilicio, & de-
 super loricâ ferreâ, longo vsu multum discissâ, atque
 magnâ ex parte circa extremitates delapsâ, desuper au-
 tem vestibus latéis, id est tunicâ, scapulari, cappâ, &
 cingulo, secundum Præmonstratensis Ordinis profes-
 sionem, tam formâ quam colore per omnia copta-
 tis, vtebatur.

39 Quem etiam dicebat matri suæ retulisse vitæ
 suæ ordinem, & tentationes malignorum spirituum,
 qui in viâ, quæ Beatum frequentabat Seruatum, scan-
 dalum posuerunt ei, multiplicibus occurribus & phan-
 tasmatibus illusionibus itineris eius intendentis retardare denotionem. Deinde retulit, pedem unum beato
 viro graui vlcere fuisse vulneratum; qui, ut suprà retuli-
 mus, in quadam spineto, quod mordacis naturæ fer-
 tui esse, Iesus fuit, dum in pascendis gregibus in hospi-
 tali Hierosolymitano demoraretur. Ad ultimum, hoc
 de homine Dei B. Gerlaco subinuit, quia dum ei le-
 Etulus ad quiescendum plumarum mollitie decenter
 compitus tuisset, talem lectuli suavitatem penitus
 recusauit, & in palearum simplici & nudâ congerie
 fessa membra reclinauit. Postero verò die, cùm puella
 de domo, ante lucanum diei exortum operis quid-
 piam factura, focum de more succenderet, omnes qui
 in domo erant, viderunt beatum Dei famulum in nu-
 dâ humo prostratum in oratione iacentem. Hic atten-
 dere parumper liber, hic homo Dei quantæ fuit forti-
 tudinis, & quam inuictæ in eo enituit insigne virtutis;
 qui de sui rigore propositi relaxare quidquam, nec ipsâ
 hospitalitatis graciâ suadente, consensit.

40 Postremò, prænominatus (qui nunc usque su-
 pereft) de beato Christi seruo etiam hoc adiecit, di-
 cens, quod ab eo tempore, quo primum conuersionis
 gratiâ cilicium & loricam arma induit pœnitentia, ciliatum
 numquam postmodum ea depositus; sed usque in finem
 vitæ suæ, per annos circiter quatuordecim, donec fru-
 statim de corpore ipsius deciderent, ea gestauit; cum
 quibus nimis & post corporis resolutionem terræ
 commendatus fuit. Magnâ prætereà vir prædictus af-
 firmauit constantiâ, quod B. Gerlacus nullâ hyemis in-
 clementiâ, nullâ pluviarum inundantiâ, nullâ ventorū
 violentiâ vel retardatus vel remoratus fuerit ab itine-
 re, quod eum quotidie ad B. Seruatum præmisimus
 confecisse. Ad hæc, cùm seniorem prædictum de tem-
 pore, quo haec facta sunt, diligenter interrogassimus;
 respondit, quod eodem tempore facta sunt, quo Fre-
 dericus Imperator, coadunatis totius Imperij viribus,
 a Mediolanum Liguriæ metropolim obsidens expu-
 gnauit; vel cùm Dominus Hermannus antiquus de
 Mulniarchim, illustrissimus rati temporis heros, b Co-
 loniensis ciuitatis hostes potenter effugauit, ipsamque
 Coloniam mirâ industria intactam ab inimicis con-
 seruant.

seruauit. Hæc sicut à prædicto seniore accepimus, præsenti opusculo beati viri gesta inseruimus. Nunc ad sanctissimum eius transitum describendum veniamus.

a Id anno MCLXII. accidisse scribit Godefridus monachus ad S. Pantaleon. Colon. in Chronico.

b Anno MCLXIV. id estatim, ut idem auctor narrat. Erat tunc Coloniensis Archiepiscopus Reinoldus, qui in quodam diplomate, ut narrat v. CL. Egidius Gelenius notar. ad cap. II. lib. 2. vite S. Engelberti, an. MCLXI. dato, Hermannum de Molenarck (hunc ipsum, ut opinor) Comitem appellat. Castrum Molenarck in Ducatu Iuliacensi nunc à nobili familiâ Meternich tenetur; ut idem ait.

CAP. XVII. Qualiter B. Gerlaci meritis in vinum Dominus aquam mutauit.

41 E L E C T U M suum Dominus de laborioso munere di huius proponens educere certamine, diuitias bonitatis suæ aliquatenus ei prægustare deuouit, & meritorum eius prærogatiuam indicis euidentibus declarauit. Est in a castello Traiectensi senior quidam, beati viri ex sorore nepos, & ab eo Gerlacus & ipse denominatus, omnibus in castello prælibato mantenibus notissimus; vir ætate prouetus, moribus constans, sermone verax; cuius relatione ea, quæ in præsenti opere conscripsimus, non minimæ ex parte didicimus. Hic magnâ fide, terribilibusque sacramentis astruere solet, magnum diuinæ pietatis indicium, quod eodem anno, quo vir Dei de hoc mundo migratus erat, iuxta potentia suæ antiqua miracula, Dominus in seruo suo dignatus est operari. Afferit namque quod in quadam Dominicâ Passionis vir beatus Presbyterum quemdam, Rutgerum nomine, qui eo die diuina sibi in capellâ suâ celebrauerat, ad hauriendum aquam de fonte, qui usque hodie S. Gerlaci fons denominatur, direxit; & cum gustasset, aquam in vinum commutatam esse persenlit. Et nesciens rem gestâ, à Presbytero sibi esse illusum putavit; & aliquantulum commotus, exclamauit: Ego, inquit, per quatuordecim annorum curriculū vinum & siceram, & omne quod inebriare potest, non bibi; & tu mihi liquorem, quo tanto tempore abstinui, præsertim in tali die propinasti? Presbytero ad hæc artonito, & se aquam puram, non vinum propinasse affirmanti, vir Dei aquam vinum factam ad crepidinem altaris sui effudit, & Presbyterum rursus haurire aquam rogauit. Paruit ille, & ecce virtus aderat Domini, ut prius,

Quo iussa vinum fundere
Mutauit vnda originem.

Tertio idem Ad hæc vir Domini tertia vice per seipsum volens experiri, accessit ad fôtis marginem, & aquam hauriens, ad locum ubi prandere solebat, apporruit. Et iterum in modum vinei saporis eam factam persentiens, Dominum, qui verè mirabilis est in sanctis suis, & diues in omnes qui inuocant eum, cum multâ gratiarum actione collaudauit.

a Ita appellari olim solent loca munera, et si quandoque urbes effsent per amplexum. Quamquam Traiectum minus olim fuisse, confit ex veteribus manibus, quæ etiamnum visuntur.

CAP. XVIII. De eo, quod à B. Seruatio in extremis sit visitatus.

42 I AM verò ad ea, quæ de beato transitu ipsius fidelium ore narrantur, mens hæsitat, cogitatio fluctuat, manus describere formidat: quamquam multi honesti, siue constanter, siue pertinaciter hic affirment; sed & cantores, canendi arte hominibus placere studentes, in suis cantilenis, ea quæ dicturi sumus frequenter decantent. Ferunt enim, cùm Dominus triumphalem militis sui laborem immarcescibili gloriâ remunerauit, & ad æternum conuiuum San-

Tom. I.

ctum suum vocare decreuit, quod instantे horâ resolutio eius, Sacerdos, qui sacra mysteria ei administret solebat, forte tunc temporis defuit. Abbates, & ceteri Religiosi, quibus ab Episcopo fuerat commendatus, per nuntium fuerant euocati: sed opportunitas non erat eis ad transitum viri Dei citius occurrendi. Clerici de Metfene, qui in vicino manebant, dicebant eum sibi iuris non esse, animæ ipsius prouidentiam & curam eis non incumbere, quia viris religiosis ab Episcopo fuerat commendatus. Cùm hæc viro Dei ultimâ ægritudine decubenti narrantur, nihil metuens, sed spei anchoram fixam in Christo tenens, multis, qui causâ ipsius aduenierant, adstâtibus, dixit: Scio cui credidi, & certus sum, quia cui seruui, tanti laboris, quo pro eius amore defudavi, non obliuiscetur. Et ecce, A. S. Seruabilis quidam senex, niueo indurus habitu, præcedente se quodam iuuene, omnibus intuentibus intravit, ubi homo Dei æger decubuit; & salutatis omnibus, ad B. Gerlacum iam in huius arum nosæ viræ termino positum accedens, quasi amicum repatriantem multifariè consolatum, viatico salutari, & omnibus, quæ fidelibus ab hac vitâ migraturis exhiberi solent, muniuit Sacramentis: & peractis omnibus, valefaciens ei discessit; & vt ferrur, postea nulli comparuit. Vnde usque hodie dubia super hæc quorundam fertur sententia, quibusdam dicentibus, Abbatem hunc quemdam fuisse; aliis vero, S. Seruatum constanter veracissimeque affirmantibus aduenisse, & peregrinum suum salutaribus sacramentis communisse. Et quidem, sicut supra retulimus, multos usque hodie, quod à B. Seruatio corporaliter visitatus fuit, non solum narrantes, sed & vulgo cantantes audimus. Nos vero super hæc sententiam præcipitare non ausi, totum hoc diuinæ dispositioni commitimus: quisquis tamen ille fuerit, à Deo directum fuisse non ambigimus.

43 Post hæc vir Dei amicis & fidelibus suis, qui conuenerant, de sepulturâ suâ sollicitis mandauit, præcipiens, ut in capellâ suâ ligneâ, in quâ habitârat, cù eadem loricâ & cilicio corpusculum suum terræ com-mendarent. Atque inde valedicens omnibus, in pace & sepelit spiritum Domino, Nonis Ianuarij, Vigiliâ turcum scilicet Theophaniæ Domini. Fideles igitur qui aderant, & qui ad exequias eius de totâ prouinciâ conuerterant, in eadem capellâ quâ ipse sepeliti decreuerat, corpus ipsius deuotè cum loricâ & cilicio terræ commendauerunt, Catholicas illi exequias celebrantes.

L I B E R I I.

P R A E F A T I O.

OSTQVAM pretiosus B. Gerlaci terra fuit cõmendatus corporis thesaurus, artifex summus, & vniuersæ conditor creaturæ Deus, meritorum eius margaritis annulum fidei Ecclesiæ mirificè adornauit; quando eius sacratissima ossa, de imis terræ visceribus, & de abditis sepulchri receptaculis, absque aliquo humanæ industriaADMINICULO S. Gerlaci ad terræ superficiem euocauit; dum eius patrocinantibus meritis, mortuos ad vitam resuscitauit, cæcorum variis oculis illuminauit, claudis ad ambulandum bases & gentem mirabilis plantas consolidauit, & omnia morborū genera, tam in hominibus quam in iumentis curauit. Fidei etenim nostræ credentium, quædam iaciuntur fundamenta, spei consurgunt incrementa, caritatis coalescunt foimenta, deuotionis accrescantur incitamenta, & bonæ operationis per hæc multipliciter subministrantur nutrimenta; dum mirabilis Deus in sanctis suis, eorum suffragiis nonnumquam destruit in mortuis corporibus mortis imperium, contra quod humanum non

D d valet

Auct. valet ingenium: dum in ægris membris corporalibus, naturæ supplet defectus, in quo medicorum industriae succumbit effetus. Et quoniam nonnullos B. Gerlaci meritis obniti, & miraculis obstrepere nonnumquam cernimus, qui quod ipsi facere non possunt, factum ab alio erubescunt; & idcirco negare hæc, vel quæ negare non valent, finistrâ interpretatione depravare contèdunt. Idcirco ad hoc describendum nunc primū stilum vertamus, qualiter reliquiarum eius sanctissima pignora, solâ potentia diuinæ dexterâ, de sepulchro sunt insolito more eleuata: cuius rei tot sunt testes, quot in totâ nostrâ prouinciâ perfectæ ætatis sunt homines.

CAP. I. De translatione B. Gerlaci diuinitus factâ.

2 BENIGNVS Dominus, qui diues in misericordiâ, & largus est in præmiis, per S. Gerlaci Confessoris sui merita, fidelium suorum infirmitati consolere, & saluti disponens prospicere, reliquiarum eius sanctissima pignora non diu sepulchri claustris coërceri, nec terra congerie passus est occultari: sed ad multorum exhaurienda peccata, & merita cumulanda, mirabili satis atque stupendo modo, conspectibus hominum ea concessit propalati. Multorum siquidem concordi relatione refertur, quod S. Gerlacus, vbi beatum Deo reddidit spiritum, dum debitum sepeliendi officium more fidelium ipsi esset exhibendū, magnæ profunditatis eius sepulchri receptaculum præparatum est; & corpus eius ligneo clausum locello, non aliter nisi cum funium adminiculo in designatum sibi terræ hospitium potuit submitti. Verùm tempore modico euoluto, terra quæ in superficie sepulchri erat, miro modo cepit hiare: & quasi votiuâ quadam (si dici fas est) lætitia, egressuris margaritis viam videbatur præparare. Pauci fideles, qui tunc locum illum frequenterbant, hoc intuentes, omni quâ poterant industriâ hiatus atque scissuras sepulcri obducere atque complanare satagebant. Sed siue scienter siue nescienter, frustâ humanum ingenium contra diuinum quidquam attentat consilium. Quid plura? Contra sepultorum cadaverum conditionem, contra mortuorū cinerum & ossium aridorum consuetudinem, contra ipsius denique leges & decreta naturæ, B. Gerlaci ossa super aurum & argentum pretiosa, nullo mortalium subleuante, de rumbâ, in quâ sepulta fuerunt, emanauerunt, & hominum conspectibus se paullatim repræsentauerunt.

3 Crux etiam Dominica valde venerabilis, de æramento decenter formata, super ea loco pectoris inuenta est; & sub cruce particula quædam cilicij, cum quo vir beatus sepultus fuerat, à corruptione integrâ inuenta est; in eâ videlicet quantitate, quantum eadem crux in gyro videbatur obducere. Hæc cilicij particula in modum puluilli cum eadem cruce coaptata est; & in maximâ veneratione nunc vtraque à peregrinis deosculantur, multamque curationis opem infirmis impertinentur. Hanc autem crucem vir beatus ab Hierosolymis secum asportauerat, & eam semper in pectorate suo præferebat, & contra omnia phantastica hostis antiqui signeta, murum inexpugnabilem opponebat; & in extremis suis pectoris suo superponendam, sibiique mandavit consepeliendam. Ad tantam igitur famam conuenit tota prouincia: cōcurrunt turba languidorum, & consequitur gratiam beneficiorum. Longum est per singula, quæ super iis audiuius, vel quæ ipsi oculis prospexit, & manibus contrectauimus, enarrare: sed ad fastidium uitandum libet pauca de multis exempli gratiâ specialiter explicare.

*Crux eius
& pars ci-
licij asser-
uantur.*

CAP. II. De Adam milite languido, per B. Gerlacum curato.

4 **S**T miles quidam, Adam nomine, de villâ quæ dicitur Berge, cellæ B. Gerlaci satis contiguâ, vir magni nominis, & ob morum honestatem, clarissime militiæ actus, per multa loca diuulgatus. Hic narrare solet, magnum diuinæ potentia miraculū, B. Gerlaci patrocinantibus meritis, in se fuisse patratum. Afferit namque, tempore iuuentutis suæ, dum primū ad militiam fuit promotus, quoddam ulcerosi tumoris apostema sibi in faucibus excreuisse, viamque gutturis ei totam præclusam fuisse, edendi & bibendi, simul & somnum capiendo, penitus sibi possibilitate sublatâ. Parentes eius & amici tales in dolem in tanto iuene deperire videntes, tristes & anxii remediorum genera, quibus ei subuenire posse sperabant, attendant. Camque omnia medicinæ carnalis frustrâ impenduntur ingenia; parentes eius, vbi humanum eis deficere cœpit consilium, ad diuinum deuotè se conuertunt auxilium. Igitur vehiculo impositum adolescentem *Adolescens* Traiectum deducunt; & mirifici Confessoris B. Seruati liminibus eum repræsentant. Et non solum S. Seruatus, & aliorum, quorum multa inibi corpora sepulta sunt, Sanctorum pignoribus loca doloris singula pertulant; verūmetiam aquam reliquiis eisdem superflsam ori iuuenis infundunt. Verùm S. Seruatus, omniū licet debilium ad sé configentiū reuelator promptissimus, hac tamen vice distulit ægrum, suum patricium requirentem, liberare: quia consorti suo B. Gerlaco gratiam hanc sanitatis voluit reseruare.

5 Ergo vbi patentes iuuenis hospitatis munus ei minimè collatum viderunt; denuò vehiculo impositum, cum ingenti luctu & planctu, quasi funus quoddam prosecuti, domum eum perduxerunt; non vitam, sed mortem eius præstolantes. Iam septem dies effluxerant, & ille sine omni vitali aliumento perseverans, in solo tantum pectore anhelitum extreum trahere videbatur. Iam de vitâ eius desperabatur: iam de eius exsequiis tractabantur. Interea iuuenis ipse S. Gerlaci *Ope S. Ger-* *cordatus*, molestè ferre cœpit, quod vicini sibi pa- *laci subiuncti* troni tâ diu suffragia implorare distulisset. Misso igitur *sanatur*. celeriter nuntio, terræ portiunculam, quæ circa ossa B. Gerlaci iacebat, sibi præcepit affiri, & allatâ aquâ commisceri, & sibi in os rogauit infundi. Quo facto, statim vbi antidotum salutare locum doloris attigit, mox mirum in modum, vucus mortiferum intra fauces crepuit, & humoris lethiferi per os ægri magna copia defluxit. Itaque ab ipsis fauibus mortis miles S. Gerlaci meritis ereptus, continuò potum, & mollia ciborum genera sumens, cum parentibus & cognatis & amicis, qui quasi ad exequias eius conuenerant, cum omnietiam vtriusque sexus & conditionis, quæ in totâ viciniâ commanebat, plebe ad cellam B. Gerlaci descendit: & Dei magnalia, quæ per serum suum operari dignatus est, cum magnâ gratiarum actione collaudauit, & peractis votis, gaudens & in columis ad propria remeauit.

CAP. III. De mirabili duarum matronarum curatione.

6 PRÆ castrum regium, quod Duren vocatur, quod à Coloniâ non longo distat interallo, quidam miles manet, V Vilhelmus nomine, vico qui dicitur Binzvelt, omnibus illis in partibus commorantibus notissimus. Huius vxor, Hadevvigis nomine, venit ad Sancti limina Gerlaci, & tam ex deuotionis quantitate, quæ etiam ex oblationum pondere aduertere cœpi aliquam specialem gratiam ei à patrono nostro

Nostro collatam fuisse curationis. Super hoc igitur ad matronam, quæ satis proueret & videbatur ætatis, inquisitor curiosus accessit. At illa matrona rubore suffusa, cum nobili suâ verecundiâ aliquamdiu silentium tenuisset, tandem mihi respondit, causam esse talem, quam reuelare non nisi Sacerdoti valeret. At vbi me, licet indignum, nomen Sacerdotis portare intellexit; tragediam suæ miserandæ calamitatis, de quâ per B. Gerlacum liberata fuerat, mihi per ordinem enarravit. Et quoniam de occultis maternorum viscerum passionibus sermo nunc habendus est, nemo, quæso, qui hæc legit, mihi qui hæc scribo molestus sit: quoniam prædictæ mulieri in abditis naturæ torturis, Pater summus tam ineffabili per seruum suum Gerlacum succurrat ope curationis, ut hoc silentio præterite nulla penitus valeam ratione. Afferuit namque prædictæ matrona, plures se filios filiasque genuisse; sed toto tempore, quo quandoque primos liberos primum est enixa, torsiones viscerum tam enormes, tam miserabiles, tam diutinas, etiam ultra tempus purificationis se memorauit sustinuisse, ut vitam sibi grauiorem, mortem verò minimè reputaret damnosam. Tempore vero quo quintum liberorum suorum edidit, eadem languoris molestia usque ad animæ exitum fatigata, dum tempus legitimæ sua pæificationis expectaret, afflere vidit in somnis personam quamdam, & diligenter se commonere, ut si vellet ab infirmitate liberari, & opertæ sanitatis munere potiri, B. Gerlaci Confessoris patrocinia suppliciter imploret. Mox somno resoluta, tali visione exhilarata, B. Gerlaco peregrinationis suæ iter, & certam summam pecuniae singulis annis se exhibitram esse decouuit. Nec longa dehinc mora intercessit, & viscera mulieris enormiter è suis sedibus euagantia, sua mox receptacula reperiære, eisque conœderari cœpere, & in tantum sanitas matronæ redingratur, ut postea frequenter patienti, nihil sibi tale dicat accidisse.

7 Præterea memorata matrona neptem quādā se retulit habuisse, simili per omnia morbo laborantem, Item alia. quæ ipsius admonitione, B. Gerlaco se etiam ipsa decouens, simili nihilominus remedio meruit ab eo liberari.

a Marcodurum, sive Marcomagum, oppidum Iulia ad Ruram, vulgo Duren, à transitu Rura. Vbiunque enim nominibus locum apponitur Durus aut Durum, ea ad fluvios sita reperies: itidem cum Magus vel Magum. Et hoc videtur vadum significare, quod Germani fuit vocula nominibus additâ indicant.

CAP. IV. De claudâ erectâ.

8 **W**INANDVS quidâ frater ecclesiæ B. Gerlaci multis deuotè seruuit annis, cui primum cōversionis exitit caussa filia sua clauda, sed per B. Gerlacum pedum officio restituta. Quod qualiter factum sit, sicut ab ipsius ore didici, enarrabo. Filia, inquit, admodum dilecta gressum officio penitus destituta, ita ut de loco ad locum mouere se non valereret, nisi manibus alienis adiuta. Hanc vehiculo impositam, Traiectum ad B. Seruatum, & per multa Sanctorum loca deduxi: sed Sancti sospitatis ei munus minimè voluerunt conferre; quia B. Gerlaci merita, per eius erectorum mundo pleniū voluerunt declarare. Ad ultimum ad Sanctum istum eam, inquit, adduxi, & per ostium ecclesiæ, quod ad Aquilonem respicit, cum vehiculo eam introduxi: & iuxta corpus B. Gerlaci in sinistro latere collocaui. Ego verò in latere dextro stans, lacrimis libertim ab oculis fluentibus, sanctum Confessorem, ut meæ subueniret filia, suppliciter exoraui. Et ecce cunctis nobis cernentibus cuiusdam reuerendissimi persona viri ecclesiæ ingressa est, candidis induitæ vestibus, id est tunicâ & scapulari, secundum Præmonstrati Ordinis professionem per omnia coaptatis. Nos verò personam illam quæ aduenerat, religiosum

Tom. I.

quemlibet esse peregrinum putantes, ut pro ægrâ Do- ^{A v c t .} mino preces funderet rogamimus. Ille verò nihil respō- ^{ANONYMO.} dens, & euentore tantum versus nos humiliauit: & inter hæc ad languidam accedēs, de sepulcro pulueris quidpiam sustulit, & super eam posuit. Mox nerui contrarii cum magno fragoris strepitu resoluuntur: & puerus liber ad ambulandum gressus restituitur. Nec mora: Frater Fredericus custos ecclesiæ, & cæteri qui præsentes erant, & rem gestam viderant, signis fortiter insonantes, populum conuocant. Concurrit populus diuersi sexus atque ætatis. Benedictrur ab omnibus Deus: fit omnium generale tripudium. Interēdum filia Sion exultant in Rege suo, diuinus ille nuntius, per cuius ministerium miraculum hoc Dominus operatus est, dispatuit: eiusque absentia statim notata est. Dum ergo diligenter requiritur, & de ipso nullius indicij vestigium protulit inuenitur; Sanctus procul dubio Gerlacus visibiliter ad id peragendum, à Deo directus fuisse, ab omnibus non immerito estimatur. Vehiculum quoque, in quo puella prædicta debilis fuit aduenita, pro huius rei testimonio in ecclesiæ pariete affixum usque hodie conseruatur. Huic rei tanta testium multitudo suffragatur, tanta super hoc per omnes famam dilatatur, quod in his partibus à nullo penitus super huius facti fide dubitatur.

CAP. V. Qualiter Matthæus claudus sit erectus.

MATTHÆVS quoque (qui ab ipsis pænè cunabulis in ecclesiâ S. Gerlaci infans nutritus est, litteras sacras edocetus usque ad ordinem Sacerdotij promotus est, multusque inibi sub regulari professione serviuit annis) à parentibus primum illuc infans claudus allatus, cum S. Gerlaci meritis erectus fuisset, sic demum à parentibus B. Gerlaco, in eius ecclesiâ perpetuò Doiminino famulatus, oblatus est. Hoc quia cunctis quo gestum sit ordine luce clarius constat, idcirco sub breuitate præterimus.

CAP. VI. De quodam mortuo suscitato.

IUVXTA prædium quoddam a Lamberti Martyris, quod dicitur Niuel, villa est quæ Lise vocatur, inter Traiectum & Leodium pænè mediæ viæ spatio posita. In hac quidam iuuenis habitat, Franco nomine, genere non ignobili, de partibus illis oriundus. Hic in puerilibus annis in quoddam fossatum, ubi aquarum erat receptaculum, casu incidens, extinctus est, ibique tempore non modico iacuit aquis præfocatus. Tandem quæsus, & in fossato inuenitus, de illâ palustris aquarum collectione exanimis extractus est. Ad quod factum expalluit mater infantuli, familia conturbatur, tota denique domus in funebres planctus resoluitur. Adhæc mater infantis, B. Gerlaci, cuius tunc Mortuus insignis in gratiâ miraculorum extitit opinio, recordata, lacrymosis gemibus eius implorat auxilium; annum ei censem reprobantis, si eius interuentu meritorum, anima pueri intra viscera eius reuocata fuisset. Nec longa dehinc mora, cum ecce calefacta est caro pueri, & laxatis in vsum videndi cœpit palpitare luminibus. Mater pueri, quæ prius ibat & flebat fidei suæ semina mittens, nunc filium, qui mortuus fuerat & reuixit, lassis amplexibus demulcens, gratos fidei suæ manipulos cum exultatione domum deportat.

a Eius vitam dabimus xvii. Septembr.

Aver.
ANONY-
MO.

CAP. VII. De puellâ quadam à morte resuscitatâ.

a **11** In territorio a Tungrensi, in vico cui Bloer vocatum est, quædam vidua quæ Berta vocatur, filiam suam Imzam nomine, in flumine, quod b lecora dicitur, suffocatam, & à sextâ usque ad horam diei undecimam mortuam, S. Gerlaco cum annuo censu deuouit, & mox viuam & incolumem eam recepit. Item in villâ B. Seruatij, quæ Mechele dicitur, haud longè a Traiecto, separata in domo parochialis Sacerdotis hospitio recepti, tam prædictum Sacerdotem, quam eius domesticos audiuiimus contestantes, in eadem villâ puellam ætate satis iam adultam, S. Gerlaci meritis à Domino de morte corporali ad vitam dudum fuisse resuscitaram.

a Tungri oppidum ditionis Leodiensis, haud procul Traiecto, magna quondam & valide gentis retinet nomen: olim videtur Atutuca fuisse.

b lecora, vulgè Ieker, Traiecti in Mosam influit.

CAP. VIII. De puellâ quadam à dupliciti malo, cæcitatis scilicet ac orbitatis, seruata.

a **12** In vico qui a Golopia, vulgariter Oudt Gulpene, vocatur, præclarum gratiæ suæ indicium Deus circa puellam quædam, per Beatum quidem Gerlacum inchoauit; sed per Apostolum suum Iacobum consummavit. Matrona quædam vidua b Marnensis huic rei solet attestari, supradictam puellam suam cōmemorans fuisse consobrinam. Hanc autem puellam maritus suus à natali suo, scilicet à Golopia, in Saxoniam secum deduxit: ibi que in loco quædam sedem erigens habitationis, aliam pellicem superduxerat, puellam autem illam, quam secum illò adduxerat legitimam suam vxorem, abiecit. Illa repudiata tristis ad patriam remeauit, & ex continua lacrymarum effusione, oculorum cæcitatem incurrit, ita quod infra spatum undecim annorum, lumen caeli non vidit. Interea crebrescentibus B. Gerlaci miraculorum insigniis, illò se fecit adiungi, & cooperante sancti Confessoris patrocinio, eius oculi claro sunt à Domino lumine vestiti.

Adulter ingressu templi S. Iacobi acceditur. Redit ad uxorem anè reputatam.

a Fluvius est in ditione Limburgensi, & pagus: unde nobili Gulpeniorum familia nomen.

b Marsanensis legendum videtur.

CAP. IX. Vlcus secundo sanatum.

14 IN TEBM in quodam loco qui Luuenich dicitur, vxor cuiusdam Gerardi, qui Vrel cognominatur, vlcus seuissimum & enormiter tumidum in pectori vehementer molestum patiebatur. Hæc in somnis admonita, & de recuperandâ sanitati certificata, si nomen & meritum inuocaret S. Gerlaci; statim à somno expergesa, domum, & in quo quiescebat stratum exiuit, & in horti viriditatem introiuit: vt femineâ simplicitate, vel potius fidei deuotione, sine alicuius terreni corporis obiecto, quasi liberiores exinde ad Deum, & ad Sanctum eius Gerlacum, preces & vota sua transmitteret. Nec tamē eam, licet simplex, fidei suæ inten-
tio fefellit. Mox etenim vt vota suis labiis distinxit, & cum hostiis & munericibus sancti Confessoris limina se annuatim visitarum esse promisit, continuò dolore, quo torquebatur, penitus caruit. Verū tempore ali-
quo euoluto, mulier voti sui oblita, non seruauit pa-
tientem; quod scilicet voto se constinxerat, annis singu-
larum agro-
ligenitatem; & ligens iterum aegrotat:

CAP. X. Qualiter Cassardus sit curatus.

15 IN expeditione, quæ ante aliquot annos contra Albenses hereticos in Provinciâ mota fuit, qui-
dam cognomine Cassardus, de villâ Berge, cuius supra Eger S.
fecimus mentionem, grauiter infirmatus, Sanctum Gerlacum in clamans sanatur.

a Albiga, alias Albia, urbs Gallia Narbonensis, vulgè Alby:
hinc nuncupati Albigenes heretici, contra quos sacrum bellum In-
nocentij III. hortatu*ju*cepsum.

CAP. XI. De quadam muliere languida curatâ.

16 VIDAM Monachus Cistertiensis professio- Capilli in
nis, de quodam celebri monasterio quod anathema
a Beerba dicitur, venit ad locum S. Gerlaci, & curio- subveni.
sius miraculorum indicis, quæ in ecclesiæ parietibus
appensa sunt, intendens; causam nobis percunctanti-
bus, respondit matrem suam, Elarmam nomine, de Castro b Rodensi oriundam, à B. Gerlaco dolore capi-
tis, quo per sex annos grauiter torquebatur, libera-
tam, & ob hoc capillos capitum eius, pro indicio rece-
ptæ sanitatis, inter alia miraculorum testimonia, ibi-
dem memorabat fuisse appensa.

a Beerbach, aut postius Erbach legendum arbitror. Est Eber-
bach, sive Erbach per crasim, Ord. Cistertien. celebre monasterium in Rincauiâ, ferè è regione Ingelhemij, duobus à Moguntiâ milli-
ribus, in valle, circiter bore quadrante à Rheno distans. Torrens
exiguus in monasterium illabitur. Ab apro & torrente, sive eber &
bach nomen obtinuit. Insignia monasterij aprum preferunt. Hac me docuit Doctissimus Joannes Crisfus Noster. Eadem ferè tradit
Serarius Noster lib. 5. Rerum Moguntiac. in Adelberto seniore. Ab
apro & fonte ductum nomen contendit Gelenius Not. ad cap. 50.
lib. 3. vita S. Engelberti.

b Id vulgè Ducus roda dicitur, ut ad cap. 7. lib. 1. adnotauimus.

CAP.

C A P. XII. De alia à caduco
morbo sanatâ.

17 IN suburbio Rodensis castri , cuius iam fecimus mentionem, mulier quædam, Megtildis nomine, vxor cuiusdam Nicolai , caduco morbo miserabiliter laborans, misericorditer B. Gerlaco succurrente, perfectæ sanitati est restituta.

C A P. XIII. Item de eodem.

18 T E M à remotis etiam partibus peregrinus qui-dam, Vindemannus cognomine, de villâ quædicitur ^a Essende , vbi etiam monasterium puellarum eiusdem nominis habetur, ad sancti Confessoris Gerlaci limina venit, & ab eo se & suum quemdam conciumem, confessus est à caduco morbo, cui grauiter tenebantur obnoxij, sanatos : ob hoc etiam se memorabat certum quemdam abstinentiæ modum, in honore S. Gerlaci singulis hebdomadibus obseruare.

a Est Essendia nobilium Canonissarum collegium, in Marchiâ inter Ruram & Lippiam, ad Afniam fluvium, unde Asnede, & Afnidis, sive Afnidia dicitur. Condidit B. Alfridus Episcopus Hildesheimensis, de quo xv. Aug.

C A P. XIV. De quodam à dolore
dentium curato.

19 N vico, qui dicitur Nutte, à loco B. Gerlaci haud longè posito, Iordanus quidam nomine laborabat acti dolore dentium ; in tantum, ut nulla sibi vel alimenta percipiendi, vel somnum capiendi possibilis erat supereret. Venit igitur ad venerandi Confessoris locum sanctum : & mox ut ecclesiæ limen artig, ab incommodo, quo detinebatur, conualuit. Qui etiam Fratribus eiusdem loci concessatus est, aliis tribus vicibus, à diuersis languoribus se ad memoriam eiusdem Confessoris fuisse liberatum.

C A P. XV. De cruce quam ab Hierosolymis apportauit.

20 S E D & per crucem Dominicam , quæ super petrus ipsius, dum eius sacræ reliquiæ de tumulo emergent, inuenta fuit, multa præclara Dominus operatus est: ex quibus liber pauca commemorare. *Per Crucem S. Gerlaci cœca illuminatur.* Frater V Vinandus, de quo suprà tetulimus, quamdam cœcam mulierem manibus adductam alienis, cum eadem veneribili cruce super oculos tetigit: & statim de clavis palpebris mulieris largus sanguinis sudor eruptit, & vertiginem per genas eius defluxit, & ita lumen oculorum recepit, quod ultra viæ ductorem minimè quæsivit.

C A P. XVI. De muliere officio pe-
dum restitutâ.

21 P R O P E castrum quoddam famosissimum, quod dicitur ^a Seyne, vicus est haud grandis, qui vocatur V Visse , de quo mulier quædam venit ad limina sancti Confessoris, pedem unum ferè per triennium acriter dolens, quem eadem sanctâ cruce sibi contingi postulauit: & mox sanum & incolumem reportauit.

a Est id trans Rhenum, haud procul Confluentia sicutum, ad flu- um Seynam, Comitatus titulo insigne.

C A P. XVII. De quodam dysen-
teriâ liberato.

22 IN ciuitate Coloniâ quidam adolescentis, cognomine Vogill , longo tempore dysenteriâ labo-rans, B. Gerlaci patrocinio se veraciter ab eadem lan- liberatur. *Quidam dysenteriâ liberatur.*

C A P. XVIII. De eo, quod febrici-
tantes per puluerem sepulchri eius
sint sanati.

23 F E B R I C I T A N T I B V S multis terra, quæ cir- Puluis se- ca beati viri ossa in tumulo iacuit, in potum da- pulchri ta est, & tanta languorium multitudo per huius salu- eius febrifi- tiferi calicis haustum tam à febrium ardore, quam et- citantibus iam à diuerso morborum genere sanitatis gratiam re- cuperauit; vt facile hoc non sit alicui commemorare, vel scripturarum memoriam leue sit commendare. Au- diui quemdam ciuem Traiectensem admodum deuo- tum, Petrum nomine, veraciter contestantem, tantam febricitantium multitudinem, per terram hanc in potu ab eo datam, præsulnae sospitati restitutam; quod tales numerum eorum, qualem ille comprehendit, propter incredibilitatis metum hic annotare formido. Multi quippe fidelium deuotâ sacram puluerem fide postula- tes & accipientes, fidei suæ per hoc fructum multi- plicem percepunt. Quidam autem, puluerem hunc de beati viri pulchro furtiuè subripere tentatus, præsumptionis suæ pœnas, turpiter de honestati, luerunt.

C A P. XIX. Quomodo terra sepul-
chri eius, in speciem sanguinis sit
commutata.

24 Q U A D A M die solemnî, mulier quædam de Castro quodam vicino, quod Herle dicitur, de sepulchro S. Gerlaci puluerem furtiuè sustulit, & in Terra se- pepli sui extremitate ligauit: & ut opinabile est, in usus pulchri non bonos convertere, vel forte minùs reuerenter ha- eius in san- bere cogitauit. Et ecce, virtus Domini terram hanc guinem conuerta. multis videntibus in speciem sanguinis commutavit, ita quod per pepli simbrias crux sanguinis distillavit.

25 Quidam autem in vicino manens, Ecclesiæ B. Gerlaci admodum deuotus, Hermannus nomine, dentium dolore nimium fatigatus, terrâ in sanguinem Dolorem commutatâ sibi mentum & genas deliniuit, & confe- dentium stis sacrati liquoris vnoctio dolorē penitus exinanuit, pellit.

C A P. XX. Qualiter quidam B. Ger-
laco unum dentem mordicitus euel-
lens, sit castigatus.

26 A LI o item tempore, de remotis partibus adue- Dentem piens, & quasi ex deuotione caput B. Gerlaci s. Gerlaci deosculatus, caute dentem ei unum, impiè quidem, sed furatus non impunè mordicitus euulxit. Post annum vero re-punitur. uersus, dentem retulit, sibi autem pro tanto sacrilegio, dentes omnes diuinis euulso demonstrauit.

C A P. XXI. De locello eius.

27 P R A E T E R E A de frusto lignei locelli, cum quo Per loculâ vir beatus terræ fuit commendatus, mira Deus s. Gerlaci omnipotens fidelibus suis beneficia præstat: quæ si per singula scribere, & à fidelibus relata præsenti opusculo racula. annotare cuncta tentaremus, promissæ breuitatis me-

Auct. tas excederemus, & volumen hoc in nimis prolixam
ANONYMO. narrationem extenderemus.

CAP. XXI. Quòd contagiis pecorum B. Gerlacus medetur.

28 **E**T non solum hominum, verùm & pestilentiis quoque iumentorum, multiplici per seruum suum, pro fide postulantum, Dominus gratiā subuenire dignatur: quod oculis potius comprobari, vel manibus contreditari, quām aliquā scripturā valer exarari. Verūm ne nos aliquis inopiat̄ potius deficere, quām materiæ arbitretur copiā succumbere, pauca primū libet annēctere; deinde deuotos, & studioflos, vel etiam incredulos B. Geraci miraculorum inquisitores, ad testimoniū, quorum non vacillat testimonium, multitudinem copiosam destinare.

CAP. XXII. De quadam mirabili atque inauditâ pecorum conseruatione.

29 **M**ATRONA quædam, de partibus trans Rhenum positis, venit ad limina S. Gerlaci, & cum magnâ deuotione super ipsius venerabile monumētum obtulit pondus sex Colonensium solidorum. Ob quam cauſam statim notata, & diligenter à Fratribus super hoc inquisita, in hunc modum B. Geraci miraculorum potentiam, & apud Dominum meritum excellentiam enartauit: In partibus, inquit, nostris, generali quodam pestilentiae mortifero contagio, vastatæ sunt oves & boues, & vniuersa pecora & iumenta, peccatis exigentibus, vñque ad internectionem sunt delecta. Eapropter, B. Gerlaco de singulis capitibus peccatorum meorum, vnum quadrante me offerre deuouit: & omnibus per totam regionem iumentis plagā prædictâ morientibus, ego, inquit, omnia mea pecora, B. Gerlaco patrocinante, salua retinui. Et computato animalium numero, quadrante vniuersiisque capitū attributo, summam pecunia vñque ad quantitatē sex solidorum Colonensium excreuisse compauit: quos animo volenti, Sancto isti pecorum meorum conseruatori apportaui.

CAP. XXIII. Qualiter equi incolumes sunt conseruati.

Equos per- 30 **I**TEM peregrini quidam à S. Iacobi Apostoli legiorum minibus redeentes, dū equorum subsidia in viâ incolumes sibi defectura timerent, B. Gerlaco pro eorum conseruatione singuli suas oblationes deuouerunt. Vnus autem ex ipsis, meritis Sancti fidem minimè adhibens, & sociorum suorum deuotionis vota subsannans, ad sanctum Confessorem honorandum eos non estimatus: & idcirco, sociis suis cum incolumi equorum subeunctione in patriam remeantibus, ipse sui equi adminiculo remansit orbatus.

CAP. XXIV. Item de eodem.

a b Equum sanat: 31 **A**BBAS quidam Præmonstratensis Ordinis, de Friesia partibus ad capitulo b Præmonstratum properans, equum suum in cellâ B. Geraci moribundum & desperatum dimisit; sed tamen pro reintegranda ei sanitate deuotè B. Gerlaco supplicauit, & ei vota sponponit. Nec longa dehinc mora: idem Abbas equum incolumem recepit, & quantitatē aliquam pecunia pro eius redēptione Sancto direxit.

a Friesia nobilis in Germania nōstrā inferiore regio est.
b Caput est nobilitissimi Ordinis in diocesi Landenensi.

CAP. XXV. Item ut suprà.

32 **C**ANONICVS quidam de Ecclesiâ Varlatensi, item alii. Warnerus nomine, officio Provisoris exterio- rum in eadem Ecclesiâ functus, equo cui insidebat, quem etiam mutuò accepit, subito debilitato, satis consternatus, cum licentiâ sui Abbatis, S. Gerlaco pro reparandis equo viribus, oblationem se transmissurum promisit, & protinus sanum & incolumem eum esse persensit.

CAP. XXVI. Item de eodem.

33 **V**IDI A quædā, etatis præuetæ, in cellâ B. Geraci nunc vñque in habitu religioso, conuersata, referre solet, quia dum in sacerdotali habitu in domo maneret, propriam vaccam habuit enormiter tumidam, & mortuam proximam: sed cùm S. Gerlaco pro Vaccam & eā preces promisisset, statim ut funiculo ad candelam peste libefaciendam, eam circumcinxit, inter manus eius ab inflatione detumuit, & præter spem in ipso temporis momento à peste conualuit.

34 Denique per totam Germaniam in plerisque locis, apud multos vñque hodie hæc permanet consuetudo, ut pro conseruandis domesticis suis animalibus & aubis, argentum, vel alterius cuiuscumque votiuæ oblationis speciem in ecclesiâ beati Confessoris Colitur S. Gerlacus quique soleat apportare, & pro conseruatis, nec non & pro augmentatis facultatibus suis, eiusdem Deo dilecti merita cum multâ gratiarum actione collaudare. contra morbos animalium.

CAP. XXVI. De his qui per fontem S. Gerlaci sunt curati.

35 **P**ER aquā quoque fontis, qui nunc vñque S. Gerlaci fons denominatur, de quo vir beatus potare solebat, mira Dei clementia fidelium suorum piæ deuotionis affectu exorata nonnūquām gratiæ suæ dona, latifluo tore distillare consuevit. In territorio Aquilagranī, vir quidam cùm haberet filium infantulum cæcum à nativitate, in supradicti fontis aquā mitram, quam in capite gestare solebat, intinxit, & domum recessus filio super oculos posuit; qui confessim lumen, quod natura negauerat, recepit. Prætereà, multam gratiam curationum pro fide postulantum per supradicti fontis aquæ gustum, vel contactum, diuina potentia dignata est operari: pleraque nos, licet indignos corrigit experiri, qua tamē breuitatis studio nunc sub silentio præterimus.

CAP. XXVII. Qualiter Frater quidam ad benè operandum sit excitatus.

36 **V**NVM verò inserere non superfluum reor, qualiter Frater quidam desidiosus, & à bono operate torpens, correptus, & ad operandum excitatus sit. Fontem S. Gerlaci Quodam quadragesimali tempore, contigit fontein prædictum munimine sepi, quo vallari solet, destituti, purgare & à domesticis animalibus & volucribus aquam eius reniens ad laicū quendam Canonicum illius Ecclesiæ, qui & diuina

dinina ibi celebrauerat, rogauit, vt ad muniendum ab iniuriâ pecorum fontem se vellet adiuuare, afferens hoc tam humanis v̄sibus, quam etiam diuinis profuturum Sacramentis. Ille verò excusationes quasdam prætendens, Fratrem in opere bono adiuuare distulit, & illo ad operandum pergentem, ipse obfirmatis diligenter ostiis domus, paullulum dormitare cœpit. Et ecce necdum plenè dederat somnum oculis, & palpebris suis dormitionem; & factus est repente in domo sonus tamquam alicuius venientis, & quasi cum quodam zelo strepitum non paruum pede faciebat. Et quidem sonitum Frater ille, quo etiam à somno expergefactus est, corporeis auribus distinctè audiuit, perlornam verò non vidit: sed tamen quamdam venerationem, & cum zelo mansuetudinem, in personâ illâ quæ strepitum excitauerat, mentis viuacitate comprehenxit, vel potius gratitò sibi recordabatur infusam fuisse illapsu. Nullo tamen horrore concussus, fratrem qui ad purgandum & muniendum fontem præcesserat, confessum prosequitur, eique cooperatur. Et ecce quosdam vicinos seniores inibi collaborantes inuenit, qui mira satis & stupenda de fonte eodem referentes, hoc etiam adiecerunt, tantamei quandam ob crebram sanitatum gratiam ab omnibus impensam reuerentiâ, vt nullus ei immundus & illotus quolibet modo approximare auderet. Hæc audiens Frater ille, non superuacuum euentum illum, qui ei acciderat, fuisse cōprobauit. Hoc tamen referentes, nullam sanctitatem substantiam corporaliter inesse fonti, secundum originariam eius creationem vel naturam affirmamus. Verùm sicut Dominus loquitur per Prophetam, Et locum pedum meorum glorificabo, & quemadmodum per Sanctorum vilia vñsilia nonnumquam pretiosa gratia suæ dona pro fide pertinentium commendat Deus in nobis; ita nimirum & sancti Confessoris Gerlaci pignora, tamquam pretiosas gazas, & medelæ largas curationum suas fidelis populus veneratur: quam tamen gratiam sanitatum fides sola per dilectionem operatur.

a Hic aliquid ineſt mendum.

Isai. 60.
13.

CAP. XXVIII. Qualiter B. Gerlacus corporaliter se videndum demonstrauit.

S. Gerlaci
cultus non
nihil in-
termis-
sus,
ecclæ-
neglecta.

Cuidam
in habitu
Pramon-
stratenſe
apparet.

37 **N**E c̄ mirum, si beatus Confessor Fratrem prædictum inerti somno torpentin, ad exercitium proficuum strepitum, quo voluit, excitauit; qui se corporeis videndum oculis nonnumquam visibiliter demonstrauit. Quodam enim tempore, veneratio sepulchri, nec non & reliquiarum B. Gerlaci, sed & cultus & ornatus ecclæ ipsius, siue per inopiam siue per incuriam inhabitantium in eâ, in tantum neglecta fuere, vt, quod dictu est horrendum, in ecclæ segetes ponerentur, & ad caput ipsius Sancti triturerentur, mures etiam, qui in collectis frugibus copiosius solent pullulare, circa Beati ossa Gerlaci assidue versarentur. Prætereà fluuius præterfluens alueum suum egressus, usque in ecclesiam, & intra sepulchrum Sancti, nullo prohibente obstaculo, libero se difudit excursu, ita vt illa toti mundo venerabilia B. Gerlaci ossa (quod dictu nefas est) in illâ palustri aquarum collectione tantia, contaminarentur. Interēt dum sic domus orationis quasi quemdam induit vultum desolationis; dum locus reliquiarum factus est repositio vel trituratio palearum; dum ipsa denique beati Confessoris sacra pignora versantur in luto aquarum multarum; quædam religiosa persona, de cuius testimonio nec nos nec aliquis qui hanc nouit dubitare permittitur, quodam die circa horam diéi primam operis quipiam in domo factitans, videt virum valde venerabilem per eamdem domum, multis intrò ad focum sedentibus, trans-

euntem. De habitu eiusdem reuerendi viri hoc ab eius, Auct. qui vidit, ore refertur, quod vestibus laneis candidissi. ANONYMIS, id est, tunicâ & scapulari, & cingulo a nostro more aptatis vtebatur, & quod multum lugubri videbatur incedere vultu, nimirum domum Dei, cuius decorem semper dilexit, sicut umbraculum in vineâ, & sicut turgium in cucumerario positam dolens, & omnem eius ornatum sicut in vastitate hostili dissipatum ḡmens.

38 Exiit sermo ille inter Fratres Heynsbergenses, Nonna reli- & peruenit verbum illud ad vitum venerabilem Ecclæ quis tum- cleiæ Heynsbergensis Dominum Præpositum: Iohannem, qui accitis operariis tumbam admodum opero- sam opere arcuato ei fieri præcepit, scriniumque satis aptum ad recondendas eius sanctas reliquias præpara- rauit. Et conuocatâ Cleri & populi multitudine co- piosâ, B. Gerlaci sacra ossa leuantes à terrâ, diligenter cum vino abluerunt; & in scrinio ad hæc præparato ea componentes, sub opere arcuato, sicuti nunc cernitur, cum magnis Dei laudibus collocauerunt,

a Hinc patet, Autorem fuisse Ordinis Praemonstratenſis.

CAP. XXIX. De quadam matronâ ab infirmitate liberatâ.

39 **I**N a vico, qui dicitur VVijck, qui in directo trans Mosam fluuium castello Traiectensi est oppositus, vidua quædam Gerrudis nomine, B. Gerlaco admodum deuota, & aliquando etiam obsequiosa manet. Huius dum tempore quodam intrafæmus hospitium, multâ precum instantiâ nobis supplicavit, quin etiam premium se daturam promisit, vt gratiam sanitatis miraculosæ, per B. Gerlacum ei diuinitus super magnis corporis passionibus collatam, in ecclæ nostrâ agra san- scriptis ad æternam sancti Confessoris memoriam cōmendare vellemus. Sed cū ab eâ de specie morbi, quo à Deo per beatum Confessorem se assertuit libera- tam, curiosius inquireremus, ex responsionu eius am- bagibus & verborum diueticulis intelligere nos, sub quadam sermonum honestâ palliatione, per sanctum Confessorem se liberatam de quibusdam occultis fe- mineæ fragilitatis incommoditatibus & molestiis, qui- bus sexus ille, pro maledicti illius inuestigatione, quo dic- tum ei est, Multiplicabo arumnas tuas, crebro nunc Gen. 3.16. vsque laborare consuevit.

a Iam oppidum est munificissimum.

b Videtur deesse fecit, aut quid simile.

CAP. XXX. De Reynero clericô à portis mortis reducto.

40 **I**T B M in vico præfato, bonæ indolis iuuenis cle- tricus Reynerus commoratur, cuius pater Arnol- dus, & mater dicitur Ymma: qui de memorato filio suo referunt, quod in annis pueritiae, dum cuiusdam morbi violentiâ perductus fuisset ad extrema, & iam Moribun- penitus à quibusdam diceretur exspirasse; mater eius dux subiit B. Gerlaco cum lacrymis annum pro eo vovit obla- cōuale/cit. tionem, & mox anima pueri de corpore suo iam mi- gratura, quasi ab ipsis portis mortis, intra viscera eius est reuocata, & perfectæ sanitati corpori suo denuò est confederata.

CAP. XXXI. Item de eodem.

41 **P**RÆTEREA mater prædicti iuuenis hoc et- iam subinfert, filiam suam Aleidem nomine, at- febrici- dore febrium iam desperaram, & morti proximam, ad- tans san- tur. B. Gerlaci limina deportasse, & pro eâ Sancto preces & votalibasse, & statim post hoc eamdem suam natam perfectæ sospitati restitutam, domum se commemorat reportasse.

AVCT.

CAP. XXXII. De matronâ quadam curatâ.

a **42** IN hac, quæ nuper exacta est, indictione, matrona quadam de loco, qui vocatur Redinchheim, vxor videlicet militis cuiusdam qui dicitur Amilius, qui nomen satis celebre in partibus illis obtinet, venit ad S. Gerlacum, & ei ibi multâ cum deuotione magnas exoluit gratiarum actiones, pro eo, quod ipsa duodecim & eo amplius septimanis lecto decumbens, eius adiuuantibus meritis à dolore, quo torquebatur, pristinæ à Domino restituta sit sanitati.

Egrafia-
natur.

a Reckem municipium est cis Mosam, hanc procul Traiecto, Comitatus titulus insignis, de quo pluribus agit D. Christophorus Burkens, monasterij S. Saluatoris Ord. Cisterciens. Antwerpia Prior, in libro de Insignibus gentilium familiæ vander Linden. Est istud monasterium nobilium virginum Ord. Premonstratenſis, in cuius fundationis diplomate vocatur Redinchheim, Radinchheim, Radekem, Rackhem. nec dubium est, quin hic idem indicetur locus.

CAP. XXXIII. Aliæ curationes.

a **43** DE castello quadam à Ardennæ, quod dicitur b Vffalis, vir quidam venit ad Sanctum Confessorem Gerlacum, & pro collato sibi magno & diuturno labore & languore optato munere sanitatis, vota laudationis simul & oblationis deuotus exoluit.

b **c** Item de territorio & Leodiensi, quædam plebis eius retulit, sibi, dum in pascēdis gregibus die quodam decineretur, vlcus saeuissimum in pede casu inopinato excreuisse, & officio ambulandi, vel etiam standi statuō sanatur. tim ei penitus præpedito, mox vbi nomen & meritum Sancti inuocauit Gerlaci, dolore caruit, & expeditè ambulandi simul, & firmiter in pedibus consilenti faciliatatem recepit.

a Larissimè olim patuit silua Arduenna, à Mediomatricum finibus ad Vabalum, à Mosellā & Rheno ad Scaldim, atque ultrè fortassis. Nunc ex parte nomen retinet, vulgo l'Ardenne, ad utramque Moë ripam in Luxemburgensi ac Leodiensi ditione.

b Ad Vrta m flumen, in ditione Luxemburgensi.
c Celeberrima ciuitas est Leodium, aliud Leodicum & Leodiacum, ad Mosam in Belgio, quatuor supra Traiectum milliaribus.

ALIA VITA
S A N C T I G E R L A C I
A V C T O R E
V V I L H E L M O C R I P I O .

C A P V T I .

S. Gerlaci conuersio, pœnitentia.

S. Gerlaci **I** ER L A C V S in prouinciâ Falcoburgensis prope Traiectum ad Mosam, nobili genere natus, adolescentis se ad militiam applicuit: cumque animo & corpore esset pariter magno, barba promissa, & vultu liberali; & ita vitam institueret, vt solent qui castra plerumque fidei & pietatis vacua sequuntur, breui ad equestris turmæ præfectoram euectus est. Cumque eo munere fungetur, iudiceti ad Iuliacum sunt equestres ludi: in quibus cum iam ad certamen accinctus esset, de vxoris morte certior factus est: quo nuntio salutariter consternatus, filii illius, à quo vita resque humanæ pendent, tenuitatem breui meditatione peruidit. Quare equestri cingulo, & aliis suæ dignitatis insignibus cum non resumendi proposito abiectis, asino vectus domum rediit: tempus. ibi quæ rebus constitutis, ad loca religionis causâ adiri solita, cilicio & lorica supra nudum corpus induitus, nu-

Vitalib-
rior.



dis pedibus profectus est: atque inter alia Romam, vbi pœnitentia. à Summo Pontifice & Eugenio III. sincerâ criminum & confessione factâ, pœnitentiam iis delendis sibi iniun- Peregrina- gi postulauit. Cumque illi præscriptum esset, vt in xe- tio. nodochio Hierosolymitanô pauperibus septennio ministraret; idque ipse in se onus cupidè recepisset, ed Pauperum abiit: & summâ cum humilitate vilissima sibi quæque, ministe- vt porcorum & aliorum animalium custodiam, de- rium. mandari enixè cupiuit: & in eo ministerio asperè & tenuiter vixit.

2 Elapo autem statu ei pœnitentia septennio, Romam circa annum millesimum centesimum quin- quagesimum quintum rediit, sibi que ab Hadriano IV. qui tum Vrbis & orbis sacris præterat, instituendæ de- incepit vitæ modum præscribi postulauit. Cumque ipsi variæ cum monasticæ tum canonicae viuendi formæ præ oculis ponerentur; nulla earum, quod laxior vide- retur, placuit. Quare, cum quid Deo voulisset de con- voto abs- tinenia vini & carnium inusu, cilicij verd vnu & aliis la- boribus & exercitiis, Pontifici detexisset, ab eo diplo- ma accepit, quo libertas ei, vt vouerat, domi viuendi facta est.

3 Ad sua igitur reuersus, veternosam quamdam ra- Commora- ræ crastinidinis querum sibi circa radices excavari, & in canâ in eam magnam lapidum viam inferri iussit: & his im- quercu. ponit extum è stramine leatum seu stoream, & in eâ, ci- licio & lorica, sub candidâ Præmonstratensis Ordinis ueste, semper tectus, necessario somno corpus refecit: Cilicij ac nec illam minimè mollem vestem totis quatuordecim lorica affi- annis exuit, nisi vt reficeret: sed eam indurus, mortuus duo gesta- & sepultus est. Cibus ei suit panis ex hordeo cineribus mixto; portus, aqua frigida, ex vicino quodam fonte vidi- hausta, qui ab illo etiam nomen haberet; ad quæ pro- pterea, vt pôst dicetur, multa mira facta sunt. Pauperes Hospitali- verò S. Gerlacus & peregrinos ad se venientes, annuis suis soli & armentorum vestigalibus, liberaliter laute- que tractabat: ipse interim non nisi solito cibo & po- tu famem sitimque sedans.

4 Idem orationi multum temporis tribuebat: cui Preces. cùm incumberet, idem idcirco repetebat hæc verba, Kyrie eleison, Christe eleison. Pater noster, Ave Maria. Præterea licet habitatet magno milliari Belgico à dictâ ciuitate Traiectensi, in qua tum erant, & etiamnum Quotidia- sunt reliquiæ famigeratae sanctimoniaz viri Seruatij; na peregrinatio ad summo tamen manè, earum venerandarum causa dif- S. Serua- flicillimo itinere, quippe partim montoso, partim pa- tium;

lustri, nullo assumpto lumine, quotidie nudis pedibus, (eis altero pede ex vlcere, quod illi, dum iumenti Hierosolymitani curam gereret, natum erat, aliquantulum claudicaret;) & demum impotentior factus asino in- fidens, ad eam properabat; nullâ frigoris & pluiae, quantumvis vehementis, nullâ etiam spetrorum occurrentium ratione habita: exceptis tantum sabbati- nis diebus, quibus Deiparae virginis honorandæ cau- Sabbato- sâ, ad angustum eius facillum Aquigranense, quatuor Aquigrâ- à queru suâ milliarium spatio distans, peregrini habi- num.

a Sedit Eugenius III. à xxv. Febr. MCXLV. usque ad VIII. Jul. MCCLII.

C A P V T II .

Eiu innocentia variè impugnata.

5 CVM Q V E istam eius virtutem gloria necessa- triò sequeretur, inuidentes illi Præpositus & Monachi Merissenses, ipsum à suo ad ipsorum vitæ in- stitutum pertrahere conati sunt. Quod cùm non suc- cederet, Gerlacum falsorum aliquot vitiorum apud Leo- diensem Episcopum insimularunt: & nominatim qui- dem singularis avaritiaz, & ex eâ reconditi contra pau- Innocentia pertatis professionem in quercu suâ thesauri: quam explorata: cùm propere (calumniatoribus nimis credulus) E- piscopus diru iussisset, nihil pecuniaz inuenit: sed con- trâ

trâ aliqua quæ Diuo nostro singularis vîte sanctimoniæ testimoniū præberent. Quare doluit Episcopus, squalque in spirituali eius curâ Brunoni Abbatii & Monachis Rodensibus vices demandauit. Neque plures ei defuere cùm viuo tum mortuo obrectatores, sed quorū inuidia & calumniandi cacoëthes facile eluxit. Episcopus verò ex succisâ quercu duas Diuo Gerlaco cellas fieri curauit, in quarum vnâ precibus incumbebat, in alterâ verò somno corporis vires refocillaret; eratque hæc ita humilis, vt in eâ supinus iacens, genibus tectum contingret: illa verò eiusmodi, vt in eâ permisâ Episcopi res diuina commodè fieri possent; ad quam ipse ornandam, quæ necessaria videbantur, comparauit, & religiosos Sacerdotes eius facienda causâ apud se habuit. Nec tamen sopitum fuit Merssenium in Gerlacum propè nouercale odium: quod illos eosque excæbat, vt eo obtentu, quod extra parochiale ecclesiam vir sanctus sibi Missæ sacrificium fieri curaret, ei sacris interdiceretur frustâ laborarint.

Iterum ac sapientia opere pugnata.

Sedes in celo para-

ta.

Amicitia cum S. Hildegardis.

deinde degarde.

Monita omnibus ab eo data.

Aquater-
tiō in vinū
mutata.

CAP V.T III.

Mors, miracula.

Vaticum ei à S. Seruatio allatum.

Eius mors, paullò pôst, pridie Theophaniæ, castum Deo creatori spiritum reddidit: & vt voluit, in memorato suo ligneo facello inclusus theca lignæ, in profundissimam foueam fuñibus demissus est, plurimis præsentibus, qui vndiquaque ad tanti viri funus confluxerant.

corpus vultro è terra emergens,

Cruxeriat num superest.

Plurima miracula post mortem.

tantibus valetudo restituta est: ac inter alios quidem, Avct. Adamo cuidam militi, Hadvigi vxori nobilis viri VVILHEL. Wilhelmi Binsfeldij, & alteri matronæ, item duabus puellis & mulieri, claudis: feminæ etiam cæcæ & pariter infecundæ, vt & alteri morbo comitali vehe- menter afflictæ, cuidam etiam viro ex dentibus non le- uiter laboranti: vt & aliis dysenteriâ, & pluribus utriusque sexus hominibus morbidis: nec hominibus tan- tum, sed & pecoribus. Quin etiam cùm à feminâ qua- Terra se- dam aliquid terræ ex eius sepulchro furtim sublatum pulchri in eset, id subito in sanguinem conuersum est: & cuidam, *sanguinem verfa.* mortuo eius corpori dentem euellenti, omnes dentes excederunt.

C A P V T I V.

Fons S. Gerlaci, salutaris.

11 NEce talia tantum ad ossa & sepulchrum beatissimi viri contigerunt; verum etiam ad fontem, qui ei, dum viueret, potum suppeditauit. Qui fons, cùm instigâte diabolo, magnâ iniectiorum lapidû mole obstruetus esset, & annis amplius sexaginta, connuenientibus sacrâ virginibus, quæ in cœnobio, quod circa eū D. Gerlaco esse cœtu est, in Ordine Præmonstratenſi Deo seruunt, neglectus, & terrâ ac virgultis obiectus esset; res monasterij non retralabi tantum cœperunt, sed & ipsum exustum est, & virgines captæ, & incredibilibus dânis affectæ sunt. Quod cùm innotuisse celebri Catholicæ fidei in Belgio defensori D. Henrico Cuykio, *Iussu Henrici Cuykij* Ruræmundensis Ecclesiæ Episcopo, in cuius diœcesi di- *Episcopi quasim.* ònum cœnobium situm est, eum fonte, cuius neglectui omnia dicta damna imputabat, quæri iussit. Qui cùm eius iussu à Winando Balthasaro, fidelis dictarum virginum Oeconomo, & Arnaldo Nacleno sene centenario quereretur, nocte festi Dominicæ Ascensionis anno MDXCIX, inuentus est, dicto religiosissimo Episcopo in arce Valckenburgensi agente. Qui optato inuenti fontis nuntio accepto, pro summâ suâ erga Dia- uos (ad quorū aspirat consortiū) reuerentia plurimum gauisus est & sequenti Lunæ die, comitantibus insignibus aliquot sacri & profani ordinis viris, ad cœnobium concessit, nimirum Theodoro Molano Falcoburgensi, Wilhelmo Hesio Venloensi, & Wilhelmo Amico Hulsbergensi Pastoribus, Winando à Geldriâ Personâ (vt vocant) Gronsfeldensi; nec non Nobilibus, Gualtero Hoenio Aduocato seu Præfecto dicti Falcoburgi, Pe- *solemniter ab Episco po visitatu-* tro Vanderhoeft ibidem Satrapâ, & Jacobo Leickio prouincia Commissario; pariterque vigintiquinque tur: honestis & Catholicis ciuibus Falcoburgensis. Ibiique Sancto solemniter facto, dictus Antistes cum iisdem & sacrâ virginibus, aliisque vexillo viæ tricis crucis prece- dente, ad fontem venerabundus accessit: cumque ei, celebri illo hymno, *Te Deum laudamus*, religiosissime decantato benedixisset, omnes ex eo biberunt.

12 Paullò verò pôsteius potu Catharina Tzeuelia, *citus aqua* dicti monasterij Propræfeta, ad Medicorum despera- *multis fa- lutaris.* tionem ægrotans subito conualuit: vt & post eam non pauci alij, & inter eos senex quidam Hoelandensis fe- *ipsius Epi- scopo.* bricitans, & varij ex Margrateni, Aldifalcoburgensi, Heereni, Caiiereni, & aliis pagis; qui reuerenter spe- rati auxilij causâ dictum fonte adierunt. Quibus omnibus eximius ille Præsul motus (qui & ipse ex alsi per- tinacissimis obstructionibus mense Nouembri anni MDCVI. a Venloæ laborans, post frustâ adhibitas Medicorū operas, illius haustu aquæ, quam eapropter è memorato puto adferri iusserat, repente incolumi- tam recuperavit) hanc illius vitam publicari, & in hoc compendium contrahi iussit; vt laudetur Deus in hoc suo sancto Cofessore & Eremitâ, & hic imitatores inueniat, & ex dicto fôte ad plures beneficia proueniât.

a Venlo, *vistatis* Venlo, *vulgè Venloo*, oppidum est in Geldriæ Ducatu opulentum & elegans, ad Mosam flumen, *quatuor à Rure mundâ milliaribus.*

V I

VI. I A N V A R I I.

SANCTI QVI VIII. ID. IAN. COLVNTVR.

EPIPHANIA DOMINI.
 S. Melchior, Rex Magus, in Oriente.
 S. Telephorus,
 S. Florus,
 S. Iocundus,
 S. Petrus,
 S. Marcus,
 S. Acutius,
 S. Ianuaria,
 S. Honorius,
 S. Iulius,
 S. Antoninus,
 S. Pompeianus, Martyr, Calari in Sardiniâ.

Martyres in Africâ.

Martyres.

S. Anastasius, Martyr, Sirmij in Pannoniâ.
 S. Macra, Virgo & Martyr, in territorio Remensi.
 S. Nilammon, Reclusus, Geris in Ægypto.
 S. Melanius, Episcopus Rhedonenfis in Galilia.
 S. Petrus, Abbas Cantuariensis in Angliâ.
 S. Erminoldus, Abbas Prufeningensis, in Germania.
 B. Guarinus, Episcopus Sedunensis, in Helvetiâ.
 Gertrudis ab Oosten, Beghina, Delphis in Hollandiâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

- S. Gregorius Martyr apud Lingones, refertur à Carthusianis Colonens. in Addit. ad Vfuardum. Quis hic sit. me fugit; nisi fortassis S. Gregorius Episcopus & Confessor, Martyr hic perperam appelletur. Refertur certè hoc die in ms. Florario. De eo agemus iv. Ianuar.
- S. Æmiliana Virgo Romæ. ms. Kalend. SS. Ord. S. Benedicti. Nos v. Ianuar.
- S. Anastasia, in Syriâ. Notkerus. Nullam reperio Anataliam in Syriâ celebratam. Sufficor Anastasium Martyrem esse, de quo agemus ix. Ianuar.
vel Anastasiam, in Africâ passam, de quâ v. Ianuar.
- S. Arnual refertur hoc die à Davide Camerario Scoto, appellaturq; Episcopus Santonum. Sed nullus inter Santonenses Praesules Arnual recensetur apud Cl. Robertum, Ioannem Chenu, Ant. Democharem. Siebertus à Camerario citatus ad annum Christi D CXCIV. folium habet, Arnual Kiliani Virziburgensis discipulum in Galliâ floruisse, neque significat Episcopum fuisse. Trithemius Abbatem appellat.
- Viri venerabilis Ioannis, Presbyteri & Eremitæ in eremo Rossomanni in Siciliâ obitus hoc die confignatur ab Octauio Caetano Nostro. Non arbitror vlo publico cultu celebrem.
- Guilielmus Episcopus in Catnesiâ Scotiæ prouinciâ refertur à Ferrario ex nescio quo Martyrologio. Ne Camerario quidem ipsi notus in Catalogo Sanctorum Scottie.
- Adelbertus ex Comite Schoenbergensi monachi Breitenauensis natalem refert Hugo Menardus, eumq; Sancti titulo ornat. Trithemius in Chronico Hirsaugienfi ad an. MCXXXII. etiam miraculus diuinus illustratum scribit; sed Sanctum non appellat, et si alias haud parcus in hoc tribuendo honore hominibus vita innocentia claris. Fuit Breitenavv celebre monasterium in Hassiâ, ferè ad Werra ac Fulda fluviorum confluentes.
- Ioannes Birellus, xx. v. Generalis Ordinis Carthusiani, vita & miraculis conspicuus memoratur in editione Vfuardi anno MDXXI. per Carthusianos Colonenses adorata. Beatus appellatur à Claudio Roberto. Negant PP. Carthusiani ullam ei publicam impendi venerationem. Andreas Saussayus (qui XXII. Ordini Generalem facit) ait miraculù claram etiam post mortem extitisse.
- Iacobus monachus in valle S. Lamberti iuxta Leodium, refertur in Sacrariorum SS. patriæ Leodien. atque in Menologio Cisterciensi Chrysostomi Henriquez, & vrobi que Beatus appellatur.
- S. Kanutus Dux & Martyr. Ferrar. De eo agemus vii. Ianu.
- S. Raimundus III. Generalis Ordinis Prædicatorum. Molan. Martyrol. Germanicum, Ioan. Marietta, Ferrar. Galefinus in Notis. Propter festum Epiphanie, Clemens VIII. decreto restitutus in vii. Ianuar.
- S. Julianus Martyres. Martyrol. S. Hieronymi, multa sub Beda nomine MSS. & videntur hoc die
S. Batilissa x. Ianuar. sub Beda nomine MSS. & videntur hoc die pauci: coluntur
- S. Celsus Martyres. Martyrol. Germanicum, multa Beda MSS. Carthusiani Colonien. in Addit.
S. Julianus ad Vfuard. ms. S. Hieronymi, & addit: In Indiâ. Idem est Julianus, qui iam relatus. Devtrocce agemus ix. Ianuar.
- S. Marcionilla, Martyres. Multa sub Beda nomine MSS.
S. Antonius, Nos ix. Ianuar.
S. Anastasius, Nos
- S. Basilius Virgo & Martyr Parentij in Istriâ colitur hoc die titu duplici, vt testatur Ferrarius in Catalogo SS. Italiae. Sed an eadem sit qua ix. Ianuarii celebratur, an alia, negat sibi constare.
- S. Balthasar Rex. ms. Florar. Nos xi. Ianuar.
- S. Marcelli Papæ ac Martyris Exceptionem celebrari hoc die à Cluniacensibus, testatur Molanus in Natalib. SS. Belgij. De eâ agemus xvi. Ianuar.
- S. Petrus Thomas, Patriarcha Constantinopolitanus, Ordinis Carmelitarum. Molanus & Carthusiani Colon. in Addit. ad Vfuard. Octauiuus Caetanus Noster, Martyrol. Germanic & Gallic. ms. Florar. Galefinus in Notis, Ferrarius, aliq; Colunt cum Carmelite xxix. Ianuar.
- S. Andreas Cortinus, Episcopus Fefulanus. Martyrol. Romanu, & Germanic. Molanus & Carthusiani Colonien. in Addit. ad Vfuard. ms. Florar. Galefin. Carmelite cum colunt xxx. Ianuar.
- B. Didacus Episcopus Oxomensis refertur hoc die in Kalendar. Cistercien. Vita extat in Marietta, Vincentio Bellouac. Historia libigenium Petri monachi, &c. Reiciimus eum cum Menologio Cistercien. in vi. Februar.
- S. Artemius Episcopus Senonensis. ms. Florar. SS. Festum illius agitur, teste Claudio Roberto, xxii. April.
- S. Mauronti Abbatis fit hodie Duaci in Flandriâ commemoratio, obseruatam eius ope urbem contra hostiles insidias anno MDLVII. De eo pluribus agemus v. Maij.
- SS. Sulcanus & locij Martyres, memorantur à Carthusi Coloniens. in Addit. ad Vfuard. ms. Florar, & Maurolyco qui Sultanum vocat. Fortassis Solochanus est, de quo xvii. Maij.
- S. Guruallus Episcopus Maclouiensis, hoc die mortuus memoratur.

memoratur à Ioanne Chenu, claudio Roberto, Augustino
Pazio, Andréa Saussayo. Festum agitur Maulouio-
poli vi. Iunij.
S. Edilvaldus Presbyter in insulâ sacrâ, sive Lindisfar-
ne, hoc die refertur ab Hugone Menardo; à Martyrologio
Anglicano, & Ferrario xi. Iunij.
S. Germani Episcopi Autisiodorensis Translatio hoc

die adnotatur à Maurolyco, Galefinio, Ferrario, Martyrol. Ex v. A-
Gallicano & Germanico, ac plurimis MSS. De eâ agemus xiiis.
ad illius vitam xxxi. Iulij.
S. Donatiani Remensis Episcopi, ciuitatis Brugensis in
Flandriâ Patroni, secunda Translatio hoc die facta me-
moratur, adnotaturq; hic in MS. Florario, & Martyrolo-
gio Gallicano. Plenius de eâ agemus xiv. Octobr.

DE EPIPHANIA DOMINI.

AN. CHR. I
I. VI. IA-
NVARII.

Huius diei
antiqua
celebritas:

triplex

Corpora 3.
RegumCo-
loniam
translata.



ELEBERRIMA semper in Eccle-
siâ Catholicâ fuit Epiphania festiuitas,
vt que vocationis gentium primordia,
gratissimâ memorâ nobis perpetuò re-
colenda, proponit. Plurima extant ab
sanctis Patribus habita hoc die Horni-
lia, quas recusat Galefinus in suis ad
Martyrologiâ Notis. Multa de huius dies mysterio, atq; ipsi Magi-
gi, sacra Scriptura Interpretes commentatur, qua hic consulit
præterimus, alio fortassis Opere ea postmodùm prosecuturi. Nec
ipsa quidem Martyrologia proferre visum est opera pretium,
qua cuncta, etiam antiquissimum S. Hieronymi, Epiphaniam
Domini concelebrant. Disertiùs plerisque Molanus in Addit. ad
Vſuardum: Epiphania Domini, quâ manifestari cœpit
gentibus, cum eum Magi adorauerunt, Melchior, Bal-
misterium, talar & Gaspar. Simul hoc die Ecclesia gratam memo-
riam celebrat Baptismi eius sacri, & primi omnium
miraculorum Christi, ac sub illo ceterorum, quibus
celebriter manifestata fuit ipsius diuinitas. Pluribus
etiam B. Notkerus, Franciscus Maurolycus, Petrus Galefinus:
ac congerit hic in Notis multa de Magis totâque hac solemnitate,
illudq; inter cetera, Mediolani, ritu Ambrosiano, vt die
natali Domini, maximi populi conuentu officium matutinum
nocte celebrari, accensis more Graeco plurimis luminibus.

estate constare potest, hic mendum in Galefinij calculo esse; cum
ab Eustorgio seniore usque ad Fredericum I. Impera-
torem, cuius anno xii. Christi MCLXIII. ea Translatio
contigit, plures quam octingenti anni intercesserint. Sed Eu-
storgio secundo videtur tribuere, de quo vi. Iunij.

3 Graci moderni solum Christi Baptismum celebrant Natiuitas
hoc die Theophaniorum, vt vocant; at xxv. Decembris, vna alibi, hoc
cum Christi natiuitate, Adorationem Magorum. Aegyptij die
verò, vt hic in Notis ad Martyrologium habet Baronius, uno
eodemq; die Christi natalem & Baptismum agunt. Nam,
vt Collatione 10. cap. 2. scribit Caſianus, prouincia illius
Sacerdotes diem Epiphaniorū vel Dominicī baptismi,
vel secundum carnem natiuitatis esse definiunt; & id-
circo utriusque sacramenti solemnitatem non bifariè,
vt in Occiduis prouinciis, sed sub vna diei huius festi-
vitatem concelebrant. S. Epiphanius in Panario heresi 51. na-
tum scribit Christum hoc die viii. Id. Ianuarij, baptizatum
vi. Id. Nouembris. Vtrumque alij Patres atque Interpretes
refellunt.

4 Celeberrimam, inquit Baronius, semper fuisse Chri- Epiphania
stianis eiusmodi solemnitatem, declarat Cæsarū præ- solemnis
sentia; adeò vt ne impij quidem Principes ab eâ cele- veneratio.
britate abessent. Siquidem Iulianus Apostata, qui pal-
lio Christianæ simulatæ religionis latente impieta-
tem studebat contegere, cum esset in Galliis, voluit eâ
die cum ceteris Christianis sacris interesse mysteriis, vt
scribit Ammianus Marcellinus lib. 21. Id ipsum præstitit
Valens Imperator Arianus, vt de eo scribit S. Grego-
rius Nazianz. Orat. in laudem Basilij. Visus enim fuis-
set à Christianâ fide proflus extorris, qui tantis sole-
nibus non adesset. Theodosius Imperator sic huius
diei celebritatem coli iussit, vt septem diebus qui præ-
cedunt, ac totidem qui subsequuntur, iudicialem stre-
pitum conticescere iussit, vt L. 2. C. de Feriis.

DE S. MELCHIORE REGE.

VI. IA-
NVARII.

SINGULOS sanctos Reges Magos peculiari aliquâ rela-
tione variis diebus, in quibusdam Ecclesiis celebrari,
diximus 1. Ianuarij, cum de S. Gaspare. S. Melchior
VI. Ianuarij colitur, vt ex Martyrologio Colonensi & Ger-
manico patet; qua Episcopum fuisse, diuinog; sacrificio prius

celebrato, sancte in Domino obdormisse tradunt. Alij existi-
mant tres illos Heroas martyrio coronatos: & Dextri quidem
Chronicon passos habet an. Christi LXX. Sessania in Arabiâ se-
lice. MS. Florarium 1. Ianuarij obusse S. Melchiorem refert,
anno atatis CXVI. De eo rursus XXII. Iulij.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS TELESPHORO, FLORO, IOCUNDI, PETRO, MARCO, ACVTIO, IANVARIA.

VI. IA-
NVARII.

D E huc antiquissimum S. Hieronymi ms. Mar-
tyrologium vi. Ianuarij: In Africâ Teles-
phori, Flori, Iocundi, Petri, Marci, Acuti, Ia-
nvariae. Quidam his cognomines
v. Ianuarij habentur in eodem Martyrolo-
gio, & forte idem, vt suprà monuimus. MS. Rhinoviense per-

antiquum: In Africâ Telesphori, Acuti, Iantvariae. Not-
kerus: In Africâ Flori, Iocundi, Petri, Marci, Acuti, Ia-
nvariae. Carthusiani Colonenses in Addit. ad Vſuardum:
Item Petri & Marci.

2 Videntur ex eorum esse numero, de quibus Martyrolo-
gium Romanum hoc die: In Africâ commemoratio plurimorum

E X V A- morum Sanctorum Martyrum, qui in persecutione
R I I S. Seueri ad palum alligati, igne consumpti sunt. Hac occu-
lis spectasse, qui tum viuebat, Tertullianum putat Ludouicus
Lacerda Noster, ideoquod scribere in Apologetico cap. 50. Licet
nunc sarmenitios & semaxios appelleatis, quia ad stipi-
tem dimidi axis reuin*&*i sarmenitorum ambitu exuti-
muri. Ex quo a gentilibus in nos consorto agnomine patet fre-
quens illud fuisse supplicium.

DE SANCTIS MARTYRIBVS HONORIO, IVLIO, ANTONINO.

V I . I A- **N V A R I I .** Hos refert Martyrologium S. Hieronymi ms. Et alibi Honori, Iuli, Antonini.

DE S. P O M P E I A N O M A R T Y R E C A L A R I T A N O.

V I . I A-
N V A R I I .



ERAPHINVS Esquirrus Ordinis Ca-
pucinorum Theologus, lib. 1. Sanctuarij
Calaritani, sive historica narrationis in-
uentarum Calari Reliquiarum anno Chri-
sti MDCLXIV. & aliquot sequentibus, Ca-
lari excusa an. MDCXXIV. testatur, in basilicâ S. Saturnini
(de quo xxx. Octobrû agemus) iuxta urbem Calaritanam, re-
pertam ex albo marmore tabulam, tres palmos longam, duos
latam, intra parietem basilice inclusam; sub quâ arca erat lapi-
dea, qua sacras Martyris exuvias continebat; tabula verò hac
incisa legebatur epigrapha:

HIC IACET B. M. POMPEIANVS
QVI VIXIT ANNIS PLVS MINVS
XXVI. RFQVEVIT IN PACE

V I . I A N V A R I I .

Ex signo transfixi cordis colligit Auctor Martym fuisse, pro-
videt, pluribus in eodem libro exemplis.
2. Franciscus Esquivelius, Archiepiscopus Calaritanus,
in Relatione inuentarum sacrarum Reliquiarum, missâ ad
Paulum V. Pontificem Maximum, excusa Neapolis an-
no MDCLXVII. S. Pompeiani quoque meminit.

DE S. A N A S T A S I O M A R T Y R E S I R M I I .

V I . I A-
N V A R I I .

SIRMIVM inferiori Pannonia praelata quondam ci-
uitas fuit. Hic Anastasium vi. Ianuarij martyrio coro-
natum, coniicimus ex ms. S. Hieronymi Martyrologio, in

quo hec habentur: Apud Sirmiam Anastasi. Plures illius
nominis celebrantur in Romano Martyrologio Sancti; nullus,
qui Sirmij aut occisus sit, aut pricipue cultus.

DE S A N C T A M A C R A V I R G I N E M A R T Y R E I N T E R R I T O R I O R E M E N S I .

C I R C I-
T E R A N .
C H . C C C I I I .
V I . I A-
N V A R I I .
S . M a c r a
i n M a r t y-
r o l o g i u s n o-
m e n .



ACRAM Virginem hoc elogio ce-
lebrant Martyrologia, Romanum,
Bede, Vfuardi, Bellini, Germanicum,
ac ms. Florarium: In territorio
Remensi passio S. Macræ vir-
ginis, quæ addit Roman. Martyrol.
in persecuzione Diocletiani;)
iubente Ricciuaro Præside, cum in ignem esset præci-
pitata, & permanisset illæsa; dein mamillis abscissis, &
squallore carceris afflicta, super testas etiam acutissi-
mas & prunas volutata, orans migravit ad Dominum.
addit. ms. Florarium id anno CCCV. accidisse. In ms. Socie-
tatis IESV Antuerpia Maria appellatur. Meminit illius hoc
die Maurolycus, Galeſinius, & pleraque mss. atque Andreas
Sauffayus in Martyrologio Gallico, cum prolixo elogio.

2 III. Martij in ms. Adonis Martyrologio monasterij
S. Laurentij Leodij hac habentur: Eodem die S. Macræ
virginis, cuius passio annotata est VIII. Idus Ianuarij.

ms. Florarium: Eodem die Translatio S. Macræ vir-
ginis, de quâ VIII. Id. Ianuarij. Vandebertus denique: ^{anno} 10.

Quinas Macra pio Nonas defendit amore.

III. Maij in ms. Vedafino, quod olim monasterij S. Richarij
fuit: In territorio Remensi S. Macræ virginis, cum
aliis virginibus sacerdis. Quia ista alia sint, nondum comperti.

3 Acta S. Macræ edita sunt in Agonibus Martyrum, ex-
stantque apud Boninum Mombrition, & Vincentium lib. 12.
cap. 142. Eadem ferè habentur in Flodoardo lib. 4. Hisf. Eccle-
sie Remen. cap. 51. Agit de eâ Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 50.
Prolixiora Acta ex codice Branenſi descripterat Nicolaus Bel-
fortius in monasterio S. Ioannis de Vineis apud Sueſiones Ca-
nonicus regularis, que hic damus.

4 Loco martyrij S. Macræ habita Synodus anno DCCXXXI. Lotus
Ioannis VIII. Papa IX. extat Tomo 3. Conciliorum Gallie apud
Sirmondum, cuius hic est titulus: Synodus quæ fuit acta in
loco, qui dicitur Finibus Remensis parochiæ. Ad qua
hoc notat idem Sirmondus Noster: Hodie Fimas vocitant,
celebre

celebre oppidum martyrio & cultu S. Macræ Virginis. Olim Fines dicebant, quia in finibus pagi Remensis & Suesionici. Itinerariū vetus: AVGUSTA SVESSORVM. FINES. DVROCOOTORVM REMORVM. Eadem fere habet Autb. Miraeus in Chronico Belgico ad an. DCCXXXCI. Papirus Massonus in libro de Fluminibus Gallia: A Remorum vrbe Fimas usque, primum oppidum, portumque Vidulæ, sex leucæ terrestrī itinere computantur. Hincmarus Remensis Epis. ad Hludonicum III. Francorum Regem pro electione Episcopi Beluacensis, cap. 1. & 6. Fimas martyrium S. Macræ appellat; et si, vt tradit Massonus, ecclesia Fimarum D. Martino dicata est.

ACTA

Ex ms. D. Nic. Belfortij.



^a V m̄ saeuissima in Christianos persecutio pñne per totum orbem d. funderetur, scelestus quidam, nomine Ricciouarus, à Diocletiano & Maximiano Imperatoribus in Galiam mittitur, vt religionem Christianorum penitus aboleret. Qui cùm iussis Principum pareret, & ad prouinciam ciuitatis a Augustanæ venisset; ibi quamdam sacratissimam virginem, nomine Macram, inuenit lesum Christum Dominum nostrum sine intermissione incredulis prædicantem. Quam iussit comprehendendi, & ante suum tribunal exhibitam sic affatus est: Audio te, ô femina, quamdam nouæ legis superstitionem hominibus propalare; quod videlicet crucifixus quidam Deus posse esse & homo. Volo ergo te scire, à faciatissimis Imperatoribus legem esse prolatam, quâ sanctum & magnâ deliberatione præfixum est, vt omnis qui Iouis imaginem venerari, imò adorare renuerit, insuperabilibus tormentis addicatur. Quapropter consule tibi, ne inuentur tuæ florem amittas. Si verò meis consilii acquiescens, diis inuictissimis immolaueris, multos à me honores accipies, insuper & ab Imperatore præmiis multis ditaberis. Cui Macra respondit: Pecunia mea est Christus filius Dei, apud quem tu iam condemnatus haberis. Ignoras quid Simoni Mago contigerit, qui putauit donum Dei pecuniâ possideri, licet ille, quamquam frustâ, donum Dei quæsierit? Tu tamen eadem malitiâ fultus fidelem ancillæ Christi sensum auertere nequibis: sed sicut tunc Simonis pater, sic & nunc itidem pater tuus non inuictus abibit: ideoque pecunia tua tecum sit in perditione.

^b His Ricciouarus furore accensus, iussit eam b torqueri. Et cùm torqueretur, ait ad illam: Quo vocaris nomine? Cui ancilla Christi constanter dixit: Christiana sum, & verum Deum adoro, non falsas imagines. Præses verò, Sacrifica, inquit, diis magnis, ne te preficiatur. diuersa tormentorum genera consumant. B. Macra respondit: O crudelissime, cui diabolus est pater, putas te immutare posse sensum meum? Ait Præses: Prospice ad Capitolium, & sacrificia diis. Quæ respondit: Christus, cui me totâ deuotione commisi, Capitolium est meum, in quem semper respicio: à quo non, sicut à te, despœctui habebor; sed per passionem, quæ mihi per te inferrur, remissionem peccatorum meorum & coronam æternitatis me adepturam credo. Præses dixit: Prolixa ambages tuæ diu te viuere faciunt: sed citò his finem impone, & sacrificia. Illa verò, Cùm, inquit, latro in cruce suspensus parui duceret præter gloriam regni Dei quidquam à Domino meo Iesu Christo petere, audiuit: Hodie mecum eris in paradiso. Et ego, licet sim indigna, credo tamen bona Domini videre in terrâ viuentium. Ad hæc Præses: Noli me amplius variis obiectionibus tuis vexare, sed vttere consilio meo, valde tibi necessario, & sacrificia, sicut crebrâ admonitione iam audisti: finaliâ, capitalis tibi mox manebit sententia. B. Macra suspiciens in cælum, Et

Tom. I.

ego, ait, hoc deprecor Creatorem meum, vt pro confessione sancta Trinitatis palnam martyrii adipiscar. Ex ms.
Dixit Præses: Adhuc tu inculcando deliramenta prohibita aedes proferre? Nunc sacrificia. Quod si non feceris, si capitalis, vt dixi, non fuerit sententia, instabit tibi modò crematio ignis. Cui ancilla Christi respondit: Si ita sit vt loqueris, iustum quidem infers corpori meo vindictam: anima autem mea sacrificio tuo numquam sedabitur, sed mundam eam in conspectu Altissimi exhibeo.

^c 3 Tunc Præses à circūstantibus iudicium exposcit, Adiudi- quid super hoc feminæ consilio sit agendum, quæ se caru in- Christianam esse fateretur. Quorum hæc fuit senten- cendo. tia, vt quando renueret magnis diis immolare, ad Capitolum, quo libare negligebat, viua combureretur. Itaque comprehensa protinus à ministris in insulam, quæ vocatur Litia, vbi Arida fluiulus in fluuim in- fluit e Vidulam, ducta est: vbi eam milites exuerunt vestimentis suis, manusque eius ac pedes ligaminibus nexuerunt. Interim Beata illa hilarem vultum ad cælos eleuans, totâ animi intentione dixit: Domine Deus Pater Domini mei Iesu Christi, qui non venisti vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, cuius pro- missio vera atque manifesta est; qui etiam dixisti: Si conuerteris fucrit vir ab iniuriantibus suis, à me non recordabuntur amplius; tibi Domine confiteor omnes iniquitates meas quas egî, & condignum pœnitentia fructum à te expecto, & tuani deprecor largam & piam misericordiam, vt per confessionem nominis tui liberes me in passione, & in conspectu tuo suscipias. Quibus auditis Ricciouarus nimium exandefcens, Amputan- mille. iussit ei mamillas amputari: quod suo similes domino turei ma-

^d 4 Post mamillarum auulsionem, Præses iam magis aperte iratus, præcipit carcere mancipari, à quo lux Includitur penitus haberetur exclusa; omniisque panis & aquæ substançia priuari. Sed cùm circa noctis medium ven- Carcer tre- tum esset, lubitò lux magna repleuit totam domum in mit, & il- quâ Virgo beatissima cœtudiebatur: & domus carce- lumina- ris commota est, ita vt fugientes custodes ad Præsi- tur. dem, narrarent ei omnia quæ acciderant: ac etiam qui in eodem carcere vinclati cum ancillâ Christi seruabantur, fugere tentarent: quos interim beatissima Virgo blando sermone hortabatur, ne id facerent. Quando- quidem, dicebat, visitans visitasset eos oriens altissimus Christus Dei filius.

^e 5 Hæc dum ita se haberent, ecce præterea à vit ca- nitie asperius adstatabat, vnguentum deferens & miro odore respersum: qui commissum sibi à Domino me- medicinæ beneficium impendere non segniter optans, dixit ad illam: En missus sum ad te à Domino meo Ie- su Christo, & vnguentum istud ad hoc attuli vt ma- millæ tuæ redingregentur. Cui beata Virgo dixit: Ab- sit à me, vt per restitutionem mamillarum, coronam à Domino meo mihi præparatam amittere f negligam. Ad hoc subridens senex dixit: Ideò non sinis sanari te? Quæ respondit: Creator omnis carnis, & restitutor sanitatis, si vult me incolumitate geminâ in conspectu suo exhibere, exhibeat. Vtraque enim saluat, omnes sperantes in se saluos facere potens est. Vnde cupio ab eo dissolvi, & transferri in regnum filij claritatis eius. Denique ipse nouit, quia medicina carnalis à corpore meo aliena semper fuit. Et tunc illa orationi incumbens, terramque lacrymis madefaciens, dixit: Domine Pater & Deus vitæ meæ, qui omnia ex nihilo creasti, & cui patent omnia, tu scis quia nec medicamentum, nec aliquid simile, quod ab hominibus arte confectum, & vsui infirmantium aptum est, corpori meo umquam adhæsit. Vnde si tua est voluntas vt saner, scio potentiam magnitudinis tuæ, quia solo verbo tuo sanabor. Cùm ergo ita diu multumque orasset, restitutæ sunt, Sanatur eius ma- mille.

^f 6 Incastinum verò Præses sedens pro tribunali,

E c accer-

Ex mss. accersiti illam præcepit: & videns pristinæ sanitati redditam dixit: Macra, quis te incolumitati reddidit? Quæ respondit: Dominus Deus omnipotēs Iesu Christus, qui super omnia potens est, ipse me sanauit. Ait Præses: Adhuc insanis, & Christum nominare non times? **S**upraprunas & reftas volvuntur. Beatissima martyris dixit: Ego labitis & corde profiteor Christum semper esse filium Dei viui, cumque inuocare non cessos: neque enim timeo. Tunc iussit tyranus acutissimas testas expandi, & prunas immitti, ac Virginis corpus desuper volutari. Et cùm supra prunas volueretur, eius animi calor inuictus Domini memor semper factus est. Vnde etiam expansis manibus ad Dominum oravit dicens: Domine Iesu Christe, qui me in ergastulo positam ferrea vincula vincere fecisti, & ignem corpori meo illatum adinstar tortis suauem Orans modi reddidisti; te deprecor, vt animam meam nunc suscipias; quia iam tempus est vt dimittas spiritum meum g. in pace. Quibus dictis, anima cælum petuit g. vi. Nonas Martij, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula sæculorum Amen.

a Arbitror hic Augustam Suesionum intelligi, vulgo Soissons.
b Petrus de Natal, in equuleo suspensam.
c Vidula, sive Vela, oritur e fonte situ supra vicum Summatuelz; quod Fontem Vela veteri lingua Campaniensis significat, ut notat Massonius. Remos alluit Vidula, sum Fimas ac Brannacum, deinde Axona misceretur in regione Condeci vici.
d Angelum fuisse, significat Flodoardus.
e Vincent. miro modo confectum.
f Agones MM. eligam.
g Ita M. s. Belfortij. Nulla illius eo die meminere Martyrologia: quodam Translationem referunt v. Non. ut in Pref. num. 2. diximus. Vincent. Mombrit. Agones hic habent, viii. Id. Ianuarias.

DE SANCTÆ MACRÆ TRANSLATIONE

Ex eodem M. S.

PER idem verò tempus, cùm adhuc Christiana religio modica haberetur, ab incuriosis corpus eius non curiosè tractatum est. Tumulatum est

autem illud haud procul à loco, vbi martyri pal- Corpus
mam acceperat. Porrò multa post curricula anni eius reue-
rum cuidā bubulco, a Lendulpho nomine, locus, quo latur.
beatissima Virgo condita erat, iuxta quamdam eccle-
siam in honorem B. Martini construētam, per visio-
ne ostensus est: in quo etiam visu ille est admonitus,
vt corpus sacratissimæ Virginis intra præfatam eccle-
siam terræ honorificentius commendaret; & dicebat,
quatenus incolis eiusdem loci innotesceret. Quod Eleusatur,
postmodùm à prudentissimis & Deo amabilibus viris & clares
magno cum decore peractum est: & quamdiu in eâ miracul. b
venerabile corpus requieuit, insignia miracula per
sanctæ Virginis intercessiones patrata sunt; cæcis, clau-
dis, surdis plenam Domino largiente perfectionem
& sanitatem.

8 Denique cùm ab origine protoplasti non defuerint, qui vineam Domini solerti curâ excoherent, ita vt iam eminentes palmites longè lateque diffusi crebre-
scent; extitit vir quidam venerabilis, b Dangulfus
nomine, cui meritò laus ab hominibus & merces à Edifica-
Deo rependitur, cùm præsertim sacrarum ædium stre-
nuus cultor & conditor haberetur. Is ob amorem &
honorem factoris sui, domum ei miro splendore fun-
dauit: in qua sacratissimæ Virginis Macræ corpus, de in illud
ecclesiola, vbi primum fuerat collocatum, ab eodem transfer-
viro Dei gloriosè perlatum est c. 111. Kalendas Iunij, tur.
regnante excellentissimo Imperatore summo ortho-
doxo d. Carolo. Vbi non minima, vt superius relatum
est, patrantur miracula, ad laudem Domini nostri Iesu
Christi, qui viuit & regnat in sempiterna sæcula sæcu-
lotum, Amen. e

a Vincent. & Pet. de Natal. Leudulpho. Sauff. Landulpho.

b Coluenerius in Flodoardo legit Daugulfus.

c Agones MM. & Mombrit. iv. Kal. Neutro die meminerunt

S. Macræ Martyrologia.

d Flodoardus indicat sub Carolo Magno id accidisse.

e Addit Flodoard. Quam nuper ecclesiam, tempore scilicet persecutions Hungarica, iudicatae Barbæ succendere cupientes, aceruos quodam frugum magnos, qui parieti eiusdem adhæserant, incendunt: exustisque legetibus,flammâ licet ecclesiæ tecta lambente, eamdem tamen accendere nequivierunt.

DE S. NILAMMONE RECLVSO GERIS IN ÆGYPTO.

AN. CHR. I
CDIV.
VI. I A-
NVARII.
Gera urbs.



ERRVM vrbs est Aegypti, apud Ptolemaum Tab. 3. Africa, ultra Pelusium versus Palæstinam. Adipson vocari Plinius tradit lib. 6. cap. 29. Geras, Ḳeġas, appellant Sozomenus & Nicephorus, alijs Gera. In eius rui- ni Mafeli vicum ignobilem extare quidam coniiciunt. Vrbo solim Episcopatu fuit.

S. Nilammon Reclusus.
2 Hic S. Nilammon Reclusus vitam sanctissimam egit, si- biq; imponendum & populi suffragio & Patriarche Alexandrini auctoritate, Antistitij onus, morte diuinatus impetrata, declinavit. De quo Romanum Martyrologium vi. Ianuarij: Geris in Ægypto S. Nilammonis Reclusi, qui dum ad Episcopatum traheretur inuictus, in oratione spiritum Deo reddidit. Rem gestam ita commemorat Sozomenus li. 8. cap. 19.

3 Theophilus (Patriarcha Alexandrinus, acerrimus S. Ioannis Chrysostomi aduersarius, vt in eius vita xxvii. Ianuarij dicemus,) statim nihil cunctatus, quamquam iam hyems ingrueret, fugiens vna cum a Iсаacio monacho Alexandriam abnauigauit. Sed cùm tempestas maris vrgeret, appulit Geras, quæ ciuitas est pusilla, plus minus quinquaginta stadiis à b Pelusio distans. Huius vrbis Episcopo tum vitâ defuncto, ciues, vt accepi, elege-

rant Ecclesiæ suæ Antistitem Nilammonem, virum bo- Eligitur
num, & qui ad monasticæ vitæ fastigium concendi- Episcopus.
set. Is habitabat ante ciuitatem in domunculâ, in qua se ipse concluserat, ianuâ lapidibus obturata, eo pro-
posito vt Sacerdotium auersaretur.

4 Theophilus itaque veniens, hortabatur vt ordi-
nationem à se oblatam acciperet. Apud quem ille,
quamuis frequenter se excusans, nihil obtinuit. c Tandem instanti, Cras, inquit, ita facias, ô Pater, si placet,
vt ego hodie res meas anteà disponam. At cùm Theophilius postridie ex condito venisset, atque eum fôres
aperire iussisset; Age verò, inquit Nilammon, oremus Orans mo-
primum. Quo laudato, Theophilus quidem oravit, riur.
sed Nilammon inter orandum hanc vitam reliquit.
Hoc autem & Theophilo primum, & iis etiam qui
vnâ cum illo foris stabant, ignorant erat: verum cùm
paullatim tereretur dies, quia s'æpenumerò intentiùs
euocantes non audiret, deiectis, qui ad ianuam erant,
lapidibus, reperiunt hominem mortuum. Inuolutum
igitur quibus oportebat, publicâ sepulturâ dignati
lunt: ac templum etiam supra illius sepulchrum indi-
genæ construxerunt, & summâ cum solemnitate c ad-
huc diem mortis eius celebrant. Ac Nilammon quidè Colitur à
suis ciui-
ad hunc modum mortuus est: si tamen mortem dicere b
oporter,

oportet, quam ille subire maluit, quam Episcopatum suscipere, quo se indignum esse ob ingenij modestiam censuit. *Hec Sozomenus.*

Eadem habet Nicephorus lib. 13. cap. 17. atque ex Sozomeno Baronius Tomo 5. Annal. anno 403. num. 32.

a Isaac hic monachus, Presbyter fuit S. Ioannis Chrysostomi,

eiusq; aduersarius, ut ex Palladio docet Baronius tom. 5. Annal. Bx V An. 403. num. 14. ubi Actarecenset Pseudosynodis ad Quercum. RIS.
b Pelusium urbs Ægypti celebris fuit, unde Orientale Nili osfium Pelusiacum dicitur. Plura de hac urbe iv. Februarij ad vitam S. Isidori Pelusiota.
c In ñd Nicephorus ad suam vñque atatem diem eius festum peragi solitum tradit: quod magis miror abesse eius à Gracorum fastu nomen.

DE SANCTO MELANIO RHEDONENSI EPISCOPO.

POST AN. 1
CH. DXXX.
VI. IANV.



S. Melanij
natalis

*I*VITAS Rhedonum, Ptolemao Condatis dicta, vt viris eruditius placet, vulgo Rennes, vnaeſt è precipuis Britanniæ Gallicane, ad Vicenoniam flumen, Episcopatu iam olim insignis, vt ex Notitiâ prouinciarum Gallia constat. Hic An-

vi. Ianua. tifles initio sexti ſaculi S. Melanius fuit. Eius natalis vi. Ianuarij ita celebratur à Martyrologio Romano: Rhedonis in Galliâ S. Melanij Epitropi & Confessoris, qui post innumerabilium signa virtutum, iugiter cælo intentus, gloriosus migravit à ſeculo. Eadem ferè Vſuardus & Bellinus de Paduâ. Meminere eius Maurolycus, Galeſinius, ms. Florarium, Ghinius, Martyrol. Germanicum, & plurima mss. nominatum vetuſiſimum à Laurentio monacho Epternacensi deſcriptum, quod S. Hieronymi prefert nomen, & eāratione illud paſim citamus, licet auctum fit multis Hieronymo iuniorum Sanctorum adiectis nominibus, vt vel hinc patet. id verda habet: In ciuitate Redonensi natalis S. Melani Epitropi. B. Notkerus hoc die: Redonis nativitas, & ordinatione, ac transitus S. Melani Epitropi & Confessoris: cuius corpori ſuperpoſita, in mediis ignibus illæſa reperita eſt palla.

Festum vi. 2 Eſi verò vi. Ianuarij mortuus feratur; tamen non eo Nouemb. die, ſed vi. Nouemb. in Rhedonensi dioceſi colitur, ob factam eō die Translationem, vt volunt Franciscus Lanouius, Augustinus Paxius, & Claudius Robertus. Translationis tamen in officio dei nulla fit mentio. Et ſanè Appendix Adonis à Rosvveydo Noſtro edita viii. Id. Nouemb. iſka habet: In ciuitate Regidonas depositio S. Melanij Epitropi & Confessoris. Eadem mss. monasterij S. Laurentij Leodijs, Ecclesia S. Lambertii ibidem, monasterij S. Martini Tornaci, Letienſe, Ecclesia S. Gudila Bruxellis, Florarium, ſed pro Regidonas, ferè Redonas, aut Redonis, habent Bellinus de Paduâ. & Vuaradi Martyrologium Lubec editum, nullâ aut depositionis aut Translationis factâ mentione: Redonis S. Melanij Confessoris. Viola SS. Hageno & excusa: Item Redonis S. Malani Confessoris. ms. monasterij S. Martini Treuiris: In Galliâ Melani Epitropi Confessoris. Carthuſiani Colonienses in Addit. ad Vſuardum: Secundum aliquos h̄c Melani Epitropi Redonensis, quem Vſuardus habet ſuprà viii. Id. Ianuarij, Ado xi. Id. Nouembris. Eadem ferè monet Martyrologium Germanicum, & Ferrarius.

3 ms. Martyrologium antè citatum, quod S. Hieronymi vocamus, iterum vi. Nouembris: Redonis ciuitate Galliæ depositio Menelai Epitropi. Maurolycus quoque vtroque die eum refert, ſed videtur diuersum exiftimaeſe. Nam vi. Ianuarij, Redonis, inquit, S. Melanij Epitropi & Confessoris, tempore Clodouxi Regis, at vi. Nouembris: Apud Rutenos S. Melanij Cofessoris. Aſt alia eſt Rhedonum ciuitas in prouinciâ Lugdunensi iii. alia Rutenorum in Aquitanicâ i. Segodunum dicta Ptolemao, vulgo Rodes.

Alibi xii. 4 xi. Nouemb. S. Melanium refert Ado, fortassis quodd Nouemb. in Ecclesiâ Viennenſi eo die coleretur: Eodem die, inquit, S. Melanij Redonicæ (mss. Lobienſe, Petri Scriuerij, S. Laurentij Leodijs, Rodonicæ) ciuitatis Epitropi: qui post innumerabilium signa virtutum, iugiter intentus cælo, emigravit à ſeculo. Eadem habet ms. Florarium SS. Eadem ferè ms. monasterij S. Richarij, Beda preferens nomen. At Beda

Tom. I.

vulgatus, eo die: Item S. Melanij Rodonicæ ciuitatis Epitropi. Maurolycus iterum illum h̄c Aquitanus adſcribit. Rutenis, inquit, S. Melanij Præfuslis. Colitur eo die Coreſopiti in Britanniâ inferiore, vt ex illius Ecclesiæ Breuiario liquet.

5 xi. Octobris S. Melanij Epitropum Confessorem exhibet ms. Martyrologium Carthuſia Ultraieſina. Confessorem ſolū vocant Carthuſiani Colonien. in Addit. ad Vſuardum. At diſtincte ms. Florarium: Redonis ciuitate S. Melanij Confessoris. Aliqua fortassis eo die facta Reliquiarum eius translatio. Certè Argentreus Hift. Britan. lib. 4. cap. 16. tradit anno Christi M CXXXI. ab Archiepifcopo Turonensi ad Prulliacum caſtrum, vulgo Preully, diocesis Turonensis, S. Melanij corpus eſſe translatum. Eſt Prulliacum Baronie titulo inſigne oppidum, ad Clayam fluuium; vbi Ordinis Benedictini cœnobium S. Petro dicatum, vt teſtiſ eſt Claudius Robertus. Si haec celebratur translatio, non ſaltem vi. aut xi. Nouembriſ; nam qua citauimus Martyrologia, iū diebus conſignantia S. Melanij memoriam, ea hac translatione antiquiora ſunt.

6 Vitam S. Melanij à coetaneo auctore, vt Tom. I. Rerum Vita & Francic. Du. Cheſnius censet, conſcriptam, ex veteri ms. mihi miracula transmiſit eruditissimus atque humaniſimus Iacobus Sirmonius Noſtri: eiusdem aliud exemplar è Britanniâ nactus ſum operā Iacobi Bernardi Noſtri: vtrumque cum ms. codice S. Mariae de Ripatorio & Breuiario Ecclesiæ Coreſopitenſis, conſulti. Priores duo codices vita addita habeant ſequentia, que & nos hic damus; S. Gregorij Turonensis libri de Gloriâ Confiff. caput 55. Miracula in Cenomanis patrata, auctore Geruafio Archiepifcopo Remenſi: Miraculum apud Rhedonam factum, deſcriptum q; ab Anonymo monaſterij S. Melanij, vt appetat, monacho. Eiusdē ſancti Antifitii vitam Gallicè edidit Paſchalis Robinius, & pluriſerum ſacrarum Scriptoribus, Legendariorib; Conciliis, Annalibus Francicis, Britanicis, Andegauensib; ac Breuiario Ecclesiæ Rhedonenſis, collectam. Tradit verò inter alia, anno DCCCLIIII. cū Namnetas populati eſſent Normanni, Alia trāſlatio. S. Melanij corpus Bituricam ſuije deportatum. Franciscus Lanouius in Syntagmate historico de Sanctis Francia Cancellariis, primo loco S. Melanium recenſet, vitamq; eius à Cornelio Graſio Carthuſiano ſcripā, Notis illuſtrat. Agit de S. Melanio Vincentius Bellouac. Spec. hift. lib. 21. cap. 23. & 24. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 49. Antonius Demochares de diuino Miffa ſacrificio cap. 23. Augustinus Pazius in Catalogo Epitroporum Britannie, Claudius Robertus, Baronius Tom. 6. Annal. ad annum DVI. nu. 25. Ioannes Chenu, qui neſcio unde acceperit, quod ſcribit, Clodouſum ab eo Christianam religionem edocū, priuquam a S. Remigio baptizaretur. Idem poſt Chenu ſcripſit Andreas Sauffayus in Martyrologio Gallicano.

7 Aedificatum eſt in ſuburbio Rhedonenſi à Salomone II. Monafe Rego Britannia monaſterium, & S. Melanij nomini dicatum, rium San- vt reſtauratur Bertrandus Argentreus Hift. Britan. lib. 1. cap. 30. Eſt Mel- Id perperā in Placio fundo paterno S. Melanij ſitum ſcribit Cl. Robertus. Nam ex vitâ patet, Placium, aut Placio- nem, vbi aliud ipſe Melanius cœnobium ſui manibus con- ſtruixit, in Venetenſi eſſe diaceſi, proculq; diſtare ab urbe Rhe- dum. Reſtituſ coniicit Lanouius eo loco S. Melanij conſtru- etum eſſe cœnobium, vbi ipsius olim ſepulchrum inſigni ornatum fuerat baſilicâ, de cuius conflagratione inſra ex S. Gre- gorio Turonensi dicemus.

8 Melanum indigena appellant, vt ait Robinius, pro Melanio,

E c 2 lanio,

Ex mss. lantio, quomodo antiquitus semper scriptum; vulgo S. Melan. Monet Lanouius, à quibusdam confundi cum Melanio Rotomagensi, qui Malonus, Melonus, Mello audit, & fortè rectius Mellonus. De hoc xxxii. Octobris agemus. Non ille est tamen, ut putarunt Lanouius & Robinius, de quo S. Gregorius Turon. agit lib. 7. Hist. Francor. cap. 19. Nam Melanius Rotomagensis apud Gregorium, sive Melantius, ^c est, qui S. Prætextato (de quo xxiv. Februar.) in exilium acto intrusus est. Baronius in Not. ad Martyrologium, alium Melanium citat S. Melanij Rhedonensis aequalem, Veromandensem Episcopum, qui Concilio Aurelianensi I. cum eo interfuerit. Sed Concilio illi subscriptus Sofronius Episcopus Ecclesiæ Veromandensis; Melanius preter Rhedonensem nullus. At Concilio V. Aurelianensi per Cauitum Archidiaconum subscriptus Melanius Episcopus Albenensis.

Quando obierit S. Melanius.
9 De anno obitus S. Melanij nil certi possumus pronuntiare; nisi ultra DXXX. annum Christi produxisse vitam, ante DLIX. obiisse. Nam S. Albinus qui Concilio Aurelianensi IV. subscriptus anno DLIX. solùm xx. sedit annos, ac mensis sex; quem consuet Melanius adhuc viuente Episcopum fuisse. Argentarius scribit à Clotario Rege, cùm Chramno filio & Chonoberto vel Chronobro Comite debellatis reuertetur, in Franciam abductum esse S. Melanius. Verum cùm illa expeditio suscepit à Clothario, postremo regni sui anno, qui Christi DLXI. fuit; manifesti erroris illa Argentarii assertio conuincitur: Febediolus enim Rhedonensis Episcopus Concilio Aurelianensi V. anno Christi DLIX. subscriptissime reperitur.

VITA

Ex veteribus MSS.

CAPUT I.

S. Melanij ortus: promoto ad Episcopatum.

Narranda
gesta SS.
qualicumque sylo.



V M Sanctorum priscorum Patrum veneranda memoria in omnipotens Dei laude venerabiliter sit colenda, & eorum honorabilis vita ad exemplum fidelium fideliter proferenda; quisque in diuinis voluminibus reus ascribitur, qui non studierit dare gratis, quod ipse gratis accepit. Quidquid enim Ecclesiæ filiis proficit, & auditores suos imbuit, eosque ad exemplum prouocat bonum, non est silentium, sed potius prædicandum. Idcirco nos timentes de inutili, vel potius de noxiâ taciturnitate damnari, insignia sanctissimi Christi Praefulsi Melanij gesta, qualicumque decreuimus exprimere charætere: ne forte, quod absit, dum præstolatur qui ea luculentius describat, materies multipliciter pro futurâ veruitate depereat. Præstat siquidem, ut descriptâ tam salubri historiâ de syllabâ reprehendamus vel litteris, quam inerti somnolentia indulgentes; nec nobis excusationem de tantillo nobis commisso talâto, nec sapientioribus quandoque futuris in his amplificandis siue corrugandis locum præbuerimus exercitationis. Quapropter sequentes pro posse Psalmistam, qui ait, Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, misericordiâ tuam & veritatem à concilio multo; non ea abscondemus de isto Confessore Christi, quæ veridicâ relatione cōperimus, quâuis ea proferre ut decuerat, non possimus.

Psal. 39.
II.

2 Postquam ergo Dominus noster Iesus Christus mundum suâ passione redemit, & Apostolos suos successoresque eorum eligens ad prædicandum misit, qui ab æternâ Sole illuminati, diuinâ adiuuante gratiâ, cæcos ignorantia tenebris vero fulgore Christi illuminarent, & longam diuini verbi familiæ Redemptoris esuriem epulis æternâ vita satiarent, sanctus Dei Sacerdos Melanius Rhedonensis Episcopus, prædicare exorsus est. Fuit igitur prædictus Episcopus Melanius admiranda sanctitatis, de a parochiâ b Venetensi, ex

nobilissimis parentibus oriundus. Qui in fundo qui S. Melanij Placio vocatur nutritus, quamvis emineret nobilitate generis, supereminebat tamen nobilitate fidei: quâtoque dignitate saceruli inter suos & clarus, tanto diuinorum munera gratiâ erat præcipuus. Huius virtus infantia cùm per diuinam prouidentiam summis Sacerdotibus erudienda fuisset commissa, non solùm sacris litteris & apprimè & diuinis imbuta est disciplinis; sed etiam præclarissimorum miraculorum, Domino cooperatorante, eniuit signis.

3 Crescente vero in eo corporis ætate, diuinæ quoque prouidentiae in eo quotidie crescebat effectus. Denique virili tandem potitus ætate, contemptis spuriis mundi gaudia, ut liberius impleret summi Regis munia, & f religioso se se circuitedit habitu. Fuit autem formâ præcipuus, corpore castus, mente deuotus, affabilis colloquio, amabilis aspectu, prudentiâ egregius, temperantiâ clarus, zelo Dei & amore secundus, perpetuæque virginitatis haud erat admonitus custos.

4 Itaque dum expeditus athleta Christi Melanius diuinis excubiis liber indulgeret, derepentè ad eum Primates, omneque vulgus promiscui sexus Rhedonensis urbis conuolant, efflagitantes ut fungeretur eis officio Patris. Nam dum venerabilis Dei Antistes & Amandus, imminentे molestiâ corporis, acri vrgereetur dolore, beatissimum Dei famulum Melanium sibi adesse fecit. Quem blandis leniens sermonibus ita allocutus est: Fili carissime, quem sanctus Spiritus elegit templum sibi deletabile, curâ pastorali invigilare stude. supra Dominicum ouile, quod tibi est ab æterno Pastore committendum post meum deceßum: cunctoque gregi sibi accito edicit in propatulo, scilicet in proximo hominem exiturum. Beatissimumque Melanium relatu sancti Spiritus in patronum eos habituros. Qui, mœrentibus omnibus pro amissione vnius, atque gaudientibus pro adeptione alterius vitâ & meritis haud disparis, satiscientibus viribus corporis, exit è medio hominum, in cælesti Senatu à Domino stemmate pollenti coronandus. Cuius exequis ritè functis, corporeque visceribus terræ, hymnorum psalmodiarumque resultante Camenâ, tradito, cuius felix anima possidet cælum; mox popularis turba, tam Clericorum quam laicorum vtriusque sexus, pari voto parique assensu dirigit gressum ad B. Melanium: quem reniten- fit Episcopem atque contradicentem eius precibus rapit, sibi que p. in Pastorem elegit. Qui huiuscē sedis cathedralm sortitus dignitatis, qualia quantâve inibi gesserit, impossibile est lingua enarrari.

5 Adeptuque hunc apicem, multò maioribus vi- ^{S. Amadus} giliarum, iejuniorum, orationum continuarum, mē vivit. omniumque bonorum operum exhibitionibus, quam eatenūs, macerabat corpus. Reputabat quidem secum, onus pastoralis sarcinae sibi iniunctum, ut qui prius fuerat custos sui, postmodum foret speculator publicæ vtilitatis. Sicque repugnantibus sollicitudinem vi- cissitudinibus aetum est, ut qui paucorum fugerat cōuentum, implicaretur curis plurimorum: & dum sacerdili contemnit aspetum, irretitur nexibus mundialium sollicitudinum: & qui contraibat propriis voluptatis, aliquantis per obsecundarer colini moribus. In Doctrinâ Scripturis itaque sacrâ ita profecerat assiduitate le- polle.ctionis, ut vniuersis tam Doctoribus quam sodalibus superatis, cunctos præcelleret parochiæ, quam regendam suscepserat, habitatores. In tantum vero erat aptissimus seniorum & coæqualium ac subiectorum, ut eloquentiâ suâ placeret omnibus sibi colloquentibus, ut mœrentibus lætitiam redderet, scelerâ facientibus disciplinam.

a Parochia sapè pro diocesi usurpatur in vitiis SS. apud S. Hieronymum, & alibi.

b Veneti populi Britannia inferioris, quorum urbs primaria,

vulgo Vannes, Ptolemeo Dariorigon.

c Eum vicum nunc Ploelauf vel Ploescob dici scribit P. schialis

Robinius, aut potius, ut sit, Ploemeleu, aut Ploemelain, qui iuxta

Lomi-

Lominium oppidum situs. Significas ea vox, inquit, agros circulum vicum S. Melanij iacentes. Petrus de Natal. Plautionem vocat, alij Plautium; Breuiar. Rhedon. Placcionem; Lanouiu Placium.
 d. Andreas du Chesne Tom. I. Hist. Franc. elatus.
 e. Breuiar. Corefopit. à primæux ætatis sua tempore, & diuinis, &c.
 f. ms. P. Sirmondi habebat, uti & Breuiar. Corefopit. Sanctique sese Benedicti circumdedit habitu. Quod refellitur ex iis que in Prefat. diximus.
 g. Colitur S. Amandus Rhedenensis Episcopus XIV. Nouemb. Hinc patet falli Argentraum, dum inter S. Amandum & S. Melanum sedisse vult Athenium, quem ipse Arthemium, alij etiam Anthemium vocant, & S. Riotismum.

C A P V T II.

Melanij Episcopales functiones: miracula.

Clodouëu 6 His & huiuscmodi virtutibus pollens, a Clodouë Regi Francorum fit cognitus, & eius opera exci- b strenuus efficitur Consiliarius. Eius quippe consilio multas à fundamentis construxit ecclesiæ, & deserta- que restaurauit, & monasteria quædam decentissimè fabricauit. Pauperes quoque eius consilio abundantissimè sustentans, Dei seruos, cuiuscumque fuissent or- dinis, condignâ reuerentiâ honorabat. Iustitiam verò per populos ipsius monitis exercebat, cultumque diuinum pro posse amplificabat.

Intereß Concilio Aurel. I. 7 Denique reperitur, quod idem Rex in Aurelianensi ciuitate congregauit f Synodus triginta duorum Episcoporum, quorum omnium in refellendis hæreticorum obiectionibus, atque in constituendis Catholicae fidei sanissimis sententiis, sicut in præfatione eiusdem Concilij habet insertum, S. Melanius Rhedenensis Episcopus, velut quidam strenuus signifer, enituit. Quanta verò vel qualia capitula de statu Canonico ab ipso Sancto in eodem Concilio fuerint statuta, quam- que fuerint, Spiritu sancto profidente, ab omni falsita- tis errore eliquata, quicumque plenè scire voluerit, eiusdem Concilij descriptionem requirat; & inueniens singulas cum propriis auctoribus sententias, animad- vertet huius sanctissimi viri verba non solùm præsen- tes inimicorum Christi fallacias, sed etiam quandoque futuras, Spiritu prouidente, iugulasse versutias.

Obit dic- cesim, & multos conuertit. 8 Quantæ siquidem virtutis & gratiæ atque sapientiæ idem Sanctus fuerit, nemo, vt reor, dignè valebit explicare. Erat quippe in lege Domini iugiter sine lassitudine persistens: actus verò virtutis suæ omni horâ custodiebat oculum mentis suæ in Dominum semper fixum tenens, & omne consilium atque opus suum ad ipsum conuertens. Nam vt meritò potiretur Euangelicâ beatitudine, qui dicitur: Beati pedes euangelizantium pa- cem, euangelizantium bona; pastoralem gerens solli- citudinem, sèpè lustrabat Ecclesiæ, & municipia sibi commissa, prædicando pacem, & confirmingo cetera virtutum opera. Vnde per gratiam Dei præualentibus Euangeliorum assertoriis, aucta est, eo desudante, per cunctum diœcesis illius pagum fides Christianorum, & miserabilis error gentilium ab eodem radici- tis euulsius.

1. Reg. 2. 9 Sed Dominus, qui per Prophetam suum loqui- tis, dicens: Glorificantes me glorificabo, & qui me contemnunt, erunt ignobiles; huc se glorificantem ista virtutum frequentiâ sublimauit, vt lampas accensa non sub modio reconderetur, sed emicantibus crebris mi- raculorum scintillis vniuerso innotesceret climati Occiduo. Ex quibus miraculis quamuis plurima no- stræ subduxerit notitiae, magis h. vouens inungi veneno, b. quam mundanis laudibus; tamen ea quæ celare non potuit, h. referre dignum duximus.

Occurrunt ei- specie Me- dici. 10 Quadam nempe die dum B. Melanius de Rhenido pago ad oratorium suum, quod sibi construxerat in fundo qui vocatur Placio, quem ex parentum proprietate retinebat, pergeret; venienti in Martiacum castrum, quod in montis celsitudine situm est, super fluviolum qui vocatur Aua, fit antiquus hostiæ

Tom. I.

obuiam, ferens immania cornua tamquam cornua Ex mss. tauri. Cognovit ergo eum vir Dei. Quem cùm requiri- fisset, diceas: Quò vadis? ille respondit: En ad fratres vado, potionem eis dare volens. Et addidit se medi- cum esse. Itaque perueniens sanctus Confessor ad ora- torium suum, mox prosternitur in orationem, quâ cōpletâ protinus surrexit.

11 Malignus autem spiritus vnum seniorem de Diabolus monachis qui ibi morabantur, inueniens aquam hau- rientem, in eum mox ingressus est; terræque proster- nens, vehementissimè vexare cœpit. Quem cùm vir Dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conspi- ceret, ei solummodò alapam dedit, & malignum ab eo spiritum, fœda relinquentem vestigia, sequæ nimis in- cusantem querimoniam, ita expulit, vt ad eum vltius redire non auderet.

12 Apostolicam denique tenens in docendis ho- minibus normam, ostendebat contra singulorum pec- cantium vulnera ornatam regulam & rectam. Ipse ve- rò magis ac magis subiciebat se diuinis obsequiis, vi- giliis scilicet & orationibus, ieuniis & eleemosynis, ceterorumque bonorum operum exhibitionibus; ac pro his & huiuscmodi studiis coronam iustitiae fide- liter expectabat: non frustra fidem existimans Deum, qui piè vigilantibus coronam promisit gloria. Et quo- niam ante oculos mentis illius assidue dies ultima Saepè suffi- versabatur, oculos corporis saepius lacrymabiliter eri- cit in calid. gens ad calidum, animum non relaxabat ab oratione.

13 Enim uero quia virtutes illius, & miraculorum signa quæ gessit, pro enormitate sui singulatim à nobis enarrari nequeunt; tamen omnia illibata præterire, dulcedo illius sanctissimæ memorie non permittit. Ergo ex iis quædam breuiter commemoremus: nam innumerabilibus cæcis reddidit visum, claudis gref- plurima edit mira- sum, debilibus virium restorationē, infirmis sanitatē, cula. mutis loquelā. Porro tantæ virtutis erat, vt dæmon ante illum nullatenus occultare se valeret. Quapropter innumerabiles dæmonibus obsessos suis meritis ac precibus per Dei virtutem liberauit homines.

a. Hic est Clodouæ Magnus, qui Francis imperauit ab anno CDLXXXII. usque ad D XI.

b. Andr. du Chesne Tom. I. Hist. Franc. citans hanc S. Melanij vitam, habet precipuus.

c. Hinc quidam Clodouæ Cancellarium & Notarium credi- dère. Nicolaus Vignarius hinc concludit, subingatos à Clodouæ Bri- tones, nec alium proprium Regem habuisse. satis debile id est argu- mentum.

d. Du Chesne, dirutaque.
 e. Urbe est nobilissima ad Ligerim in inferiori Belsiâ, olim Ge- nabum dicta, vulgo nunc Orleans.
 f. Habita est ea synodus Felice v. c. Consule, an. Christi D XI. Symmachus Papæ XIII. Clodouæ XXX. est prima Synodorum Aurelianensem. Hanc Synodum, inquit Vincentius lib. 21. cap. 23. congregauit S. Melanius, qui Regi Clodouæ familiaris erat, fuitque auctor Canonum ibi promulgatorum, sicut in præfatione eiusdem Synodi legitur. Verum ea Praefatio nunc deside- ratur. Subdit Vincentius: Hæc & alia plura Ecclesiæ vtilia (vt dictum est) auëtore S. Melanio Rhedenensi decreta sunt. Syno- di huius meminit Breuarium Rhedenense, sed non rectè XXXII. Episcoporum facit, dicitq. sub Hormisdâ Papâ celebratam. Addit. S. Melanij consilio & monitis sancta & toti Ecclesiæ vtilia de- creta statuta fuisse.

g. Hinc patet, olim extitisse eius Concilij Acta. nunc solos Cano- nes habemus.

h. M. S. Sirm. volens.

i. Alterum M. S. humanis.
 k. Id monasterium fuisse, patet ex sequentibus. Claudius Rob. in catalogo Episcoporum Rheden. existimat hoc esse monasterium quod S. Melanij dicitur; quod tamen in catalogo Abbatiarum scribit à Salomone Britannie Rege conditum; secundo nimis eius nominis, qui circiter annum DCLX. obiit, vt restatur Argentraum. Est mona- sterium S. Melanij in suburbio Rhedenensi situm, Placio in agro Venetico. Robinus hoc monasterium vocatum ab eo Plautium, sive Ploemelen scribit, in memoriam loci natalis, eodem dicti nomine. At potius hic ipse locus videtur, in quonatus, vel certè nutritus fuerat Sanctus.

l. M. S. Rip. In specie tauri, habens cornua.

EX MSS.

C A P V T I I I.

Varia curationes per oleum sacrum, & aquam benedictam.

Morbum inuenientū 14 **Q**UADAM itaque die dum circumiret patro-
oleo *sacrum* & signo Crucis san-
nat. **V**chiam suam, visitando & confirmando popu-
lum Dei, nuntiatum est ei, quod quædam matrona no-
bilis genere in pago Cenomanico, iuxta pagum Rhe-
donensem, jaceret infirma, cui nomen erat Eua: iacue-
rat autem duodecim annis ægrotata, ita ut nusquam per-
gere, numquam vel de lectulo sine alterius adiutorio
potuisset exurgere. Huius parētes & amici accedentes
ad prædictum sanctum Confessorem Christi Melan-
ium, deprecabantur eum, ut ei sanitatem concederet:
quia si miter credebat, quod hoc suis meritis & in-
tercessionibus à Domino imperare posset. Verens au-
tem memoratus Pontifex Domini sententiam, quæ di-
Matth. 25. cit: Infirmus fui, & non visitasti me, & quæ sequun-
43. tur, cum iisdem nuntiis ad eam ire perrexit. Et ingressus domum illius, manu dexterâ lignum crucis super
eam fecit, & ex oleo sacro cum oratione Dominicâ
illam liniuit, atque ei pristinum sanitatis statum redin-
tegravit, suffragante virtute Altissimi. Quæ mox sur-
gens, & supra pedes proprios se erigens, omnipotenti
Deo egit gratias, qui eam per suum sanctum Pontifi-
cem Melanium reddiderat sanitati. Ipsa ergo, quæ diu-
tissimè iacens infirmitate, omnem substantiam suam
Medicis distribuerat, nihilque ei profuerat, sed semper
deterior habuerat, mox ut se sanaram deprehendit, sua
omnia beato Pontifici tradidit, & ei postmodum, Do-
mino seruitura, adhæsit.

Oleo & aqua benedictâ ex humilitate viri 15 His & huiuscemodi quamplurimis virtutum
prodigiis Domini annuente gratiâ, beatus Pontifex
Melanius effusit: sed horum maximam partem, ne
sibi hanc vanæ gloriæ ventus auferret, multo conamine
studuit occultare. Timebat enim ante oculos interni
Iudicis iactantia ctimen incurtere, si vñquam popu-
lari delectaretur fauore. Igitur dum infirmanti-
bus sanitates præstaret, sacra oleo vel aqua benedi-
ctâ eos fonebat: ut dum videret populi aliqua fomen-
ta ægris adhiberi, non virtutem putarent, sed medici-
nam. Quod ita fuisse, sequentia miracula paullatim
declarabunt.

Paralyticus sanat. 16 Adducitur itidem aliquando ad supradictum
S. Melanium quidam paralyticus, vniuersorum mem-
brorum damnatus officio, qui nullam recuperandæ
sanitatis fiduciam vltterius habebat in homine, sed ta-
men de Domini nondum penitus desperauerat iuu-
mine. Hic cùm fuisset sancto viro præsentatus, sup-
pliciter postulabat ab eo, ut illius sanctitas sibi sani-
tatem à Domino impetraret, quod facere nequiverat
plurimorū industria Medicorum. Cuius miseriae San-
ctus Dei condolens, ut solito sibi more sacrati olei
benedictione eam summotenus liniuit, mox morbus
excluditur, & salubris vigor illabitur. Qui sanitate per-
ceptâ, cum omnibus suis prædicti sancti viri Melanij
se tradidit obsequiis, atque eius seruitio inhævit, & ab
omnibus se seculi actibus separauit. Reliquit ergo
mundum cum satellitibus suis, & sociauit se, prout po-
tuit, Deo & Angelis illius.

Aegrum sanat. 17 Denique alio tempore erat quidam vir, Siagrius
nomine, nimirum ægritudinis incommoda sustinens,
quem nullus terreno medicamine valebat curare. Hic
cùm S. Melanij fuisset præsentatus obtutibus, suppli-
cantibus amicis ejusdem, pro eo ad Dominum oratio-
nem fudit, & sicut semper, cum sanctificati olei deli-
butione ab eo morbum expulit, & pristinam ei sani-
tatem, Domini opitulante gratiâ, restituit.

Contraria curas. 18 Item nō multo post tempore quidam homo pedi-
bus ambobus contraectus prolicitur ante eum. Cuius
misericordiam Sanctus Dei cum pietate respiciens, pro eo
precem fudit Domino. Deinde lauans infirmi pedes
aqua calida fomento, eum pristinæ restituit sanitati;

ita ut, Domino opem ferente, per se repedaret ad pro-
pria, qui aliorum aduectus humeris, sancti viri expe-
tiuerat præsentiam. Qui cùm se per merita sancti viri
intellexisset sanatum, cùm nihil melius penes se eidem
offerendum reperisset, semetipsum sanctissimi Ponti-
ficis tradidit obsequiis, eiusque cunctis diebus vitæ obsequio
suæ se commisit seruitio. Cuius etiam progenies vñ-
demonstrat que in hodiernum diem sanctum illius custodit sepul-
chrum, & cum luminaribus accensis ibidem vigiliis &
orationibus insistens, pro prædicti viri beneficiis Deo
laudes & gratias refert, & eius ecclesiæ excubiis iugis
ter inseruit.

19 Nec illud silendum reor, quod quædam puella Energua-
demonio plena, & idcirco catenis constricta, adduci-
tur à suis ad sanctum virum sapientius suprà nominatum.
Ante cuius conspectum cùm dæmon, qui eam crucia-
bat, se celare non posset, dicebat se pro scelere, quod
commiserat, in eam fuisse intrare permisum. Mox
verò ut signum sanctæ Crucis sanctus Dei Antistes
Melanius contra eam digitis expressit, ab eâ protinus
malignum spiritum expulit, & eam sanam Domino
cooperante reddidit.

20 Alio quoque tempore venit ad eum quidam Infirmum
vir, Medias nomine, cuius filius iacebat infirmus, mor-
bi iam proximus. Hic itaque accedens ad sanctum vi-
rum, deprecabatur eum, dicens: Homo Dei, restitu-
mihi filium meum. Et hæc dicens flebat. Erat autem
hoc in Placio, b iuxta fluvium Vicenoniam. Beatus ergo
Melanius pergers ad ægrotum, confortabat eum, &
caput & manus illius demulcens, dicebat: Conforta-
re tantum fili, & crede, & implebitur voluntas tua.
Et tandem apprehensâ manu eius, eleuauit eum; &
surrexit stans supra pedes suos in columis.

a Pagus Cenomanicus, vulgo le Maine, inter Normanniam,
Andegauos, Turones, ac Britones sita prouincia, cuius caput Ceno-
manorum ciuitas, vulgo le Mans, ad Sartram fluvium.

b Fluuiorum totius Britannia celeberrimus est Vicenonia, us
habet Papirus Massonus libro de fluminibus Gallia. Alij Vidianam
vocant. Vincent. Bellou. & Breuiar. Coreopit. Vicenam; passim
nunc Vigelania dicitur, vulgo la Villaine. Rhedonum urbem alluit.

C A P V T I V.

Marsi Episcopi pœna, curatio. Venetenium conuercio,

21 **E**odem ferè tempore conuenerunt simul viri
Dei Melanius, & electus Dei a Albinus, sanctus
qué b Victor, atque c Launus, & S. d Marsus, in e An-
degaui ciuitate intra fbasilicam sanctæ Dei genitricis
Mariae: ibique B. Melanius ex communis cœleste alio-
rum Missam celebravit in capite ieunij Quadragesimæ.
Post cuius celebrationem, antequam recessissent
ab inuicem, dedit eis beatus Pontifex g eulogias in
caritate, cum Dei gratiâ & suâ benedictione. Beatus
verò Marsus h præferens ieunium dœi caritati, & eu-
logiam, quæ communicare debuit, vilipendens, parti-
culam, quam accepserat à Sancto Melanio, in finu suo ne ieunium
cadere permisit. ^{S. Marsus} violet,
^{eulogiam} in finu
abscindit.

22 Acceptâ ergo vñusquisque ab altero licentia re-
deundi ad propriam Sedem, osculati sunt se inuicem, ^{Ea in ser-}
& cum Dei gratiâ iter suum cœperunt peragere. Nec
dum verò amplius quædam decem millaria ab vrbe dis-
cesserant, cùm sensit S. Marsus se ab eulogiâ in serpen-
tē versâ circumcingi. Ut ergo cognovit, pœna suâ co-
genti se pro inobedientiâ suâ, & pro caritate contem-
ptâ, horribili vindictâ multatum, prouolutus ad pedes
B. Melanij, quid ei & qualiter euénisset indicauit. Re-
cipiens autem sanctus Pontifex eius satisfactionem,
at illi: Perge frater velociter ad Dominum Albinum
fratrem nostrum, & confitere ei quod egisti, & quid
mali pro hoc ipso tibi accidit. Quid consurgens accele-
rato itinere venit ad S. Albinum, & enarrauit ei deli-
ctum suum. Sanctus verò Episcopus audiens negligenciam eius, dixit ei: Me quidem pro te deprecaturum
Domi-

Dominum scias; sed vade ad fratrem nostrum Victorem Episcopum, & enarrare ei omnia quae fecisti; & vt pro te misericordiam Domini deprecetur, exora. Qui iterum consurgens, sicut iussus vir Dei venit Cenomannis ad B. Victorem, & retulit ei omnia quae gesta fuerant ab eo. Recordans verò B. Victor, quod in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, dixit ei: Reuertere frater ad sanctissimum Antistitem fratrem nostrum Dominum Melanium: credo enim quod eius meritis & intercessionibus liberaberis. Arreptus itaque reuertendi licetia, venit semiuius ad B. Melanium: & inueniens eum in Placio in suâ basilicâ orantem, narrauit ei omnem laborem sui itineris, & quomodo S. Victor sibi dixerat, quod à nemine alio liberandus esset nisi ab eo, per cuius meritum ligatus fuerat, videlicet à S. Melanio. Quod audiens B. Melanius, per totam noctem illam se pro eo vigilando & orando afflxit. In

*Rursus ser-
pens in
eulogiam.*

*Demon
puerum
possessum
suffocat.*

*Eum re-
fuscat S.
Melanius.*

i

*Conuer-
tuntur Ve-
netenses.*

k

castinū verò absolutionem & benedictionem super eum fudit. Post cuius absolutionem, mox versus est serpens in pristinam eulogiam, quam assūmens B. Mar-sus, gaudens communicauit se de eâ, quod prius malo suo facere neglexerat.

23 Huic tam stupendo miraculo successit aliud nequaquam, vt reor, inferius. Senex quidam de Venetensi pago veniens ad S. Melanium, precabatur eum, vt filium suum sanaret à dæmonio, à quo malè vexabatur. Cui vir sanctus respondit, oraturum si quidem caritatem pro eo, de sanitate verò illius nihil aliud, quam quod Deo placeret, futurum. Dæmon autem intelligens se iam iamque per merita sancti virtutis ab illo pueri cœciendum, duxit illum in quadam cubiculo, & ibi suffocauit eum, vi extorquens animam illius. Denique pater pueri rediens domum, cùm inuenisset eum mortuum, flebat multum; & nullam exinde consolationem recipiens, ait amicis suis: Ferte cadaver eius ad B. Melanium: confido enim quod resuscitate possit filium meum, qui prædicat Deum vivum. Quo audito, amici eius deportauerunt eum, & posuerunt ante beatum Antistitem. Et accedens pater eius propius, narravit ei qualiter interfectus esset à dæmonio. Clamabat autem ad eum flens & eiulans, atque dicens: Credo, vir Dei, quod etiam à morte per te posit resurgere filius meus. Conuersus autem B. Melanius ad populum qui conuenerat, dixit: O Venetenses, quid prodesti vobis quod hæc & ceteras virtutes videatis fieri in nomine Domini nostri Iesu Christi, cùm tantoper reculeris fidei & credulitatem eiusdem Domini nostri recipere? Erant enim tunc temporis Venetenses pñne omnes gentiles. At illi respondentes dixerunt: Ne dubites vir Dei, quia si istum puerum resuscitaueris à mortuis, omnes credemus Dominum quem prædicas. Hæc illis dicentibus, ait B. Melanius ad Dominum: Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui fratrem meum Dominum Martinum & permisisti tres mortuos resuscitare; deprecor te, piissime Pater, vt me indignum famulum tuum exaudiias, vt populus, qui circumstat, cognoscat potentiam tuam, & in nullo de te diffidat, si tua fuerit voluntas, vt resuscites istum defunctum. Et hæc dicens, posuit Crucem super peccatum mortui, & statim reuixit. Stupefactus omnis populus in tali miraculo, clamabat dicens: Sufficit, nunc creditus cuncti Deo, quem prædicat B. Melanius. Ac deinde constituto à B. Melanio die & loco, vix aliquis remansit qui non, Baptismatis gratiæ recepta, fidei Catholicæ iungeretur.

a S. Albinus Episcopus Andegauensis colitur 1. Martij. Sed amnis xx. mensibus vi. subscripti Concilio Aurelianensi III. an. DXXXVIII. & per Sabaudum Abbatem Aurelianensem V. anno DXLIX. Vnde id refellas, quod scribit Paschalius Robinius, quæ hic narrantur contigisse cùm ab Aurelianensi Concilio reuertentur: nā S. Melanius non nisi primo Aurelianensi interfuit, minimum xix. annis antequam Episcopus esset S. Albinus.

b Hunc Cenomannensem Episcopum fuisse scribit Robinius, & satis colligitur ex iis que infra dicuntur. Deest à catalogo Episcoporum Cenoman. Claudius Rob. Nam quem ille referit Victorium, &

cum Concilio Turonensi I. Seuerino v. c. l. Consule, an. Christi Ex mss. CCCCLXI. interfuerit, huc non pertinet.

c Omititur hic à Robinio. suspicor S. Laudum, sive Lautum, aut Lautonem esse, qui Constantiensis Episcopus interfuit Concilio Aurelianensi, II. an. 533. III. 538. IV. 541. per Ecclupilonem Presbyterum; & tandem V. 549. Colitur xxi. Septemb. Vincentius exp̄s̄ Lautonium appellat. Lanouius Lautonium, sive Launulphum, Claudius Rob. Lanulphum, Breuiarium Coreopsis. Lautonium.

d Robinius, Lanouius, Argentraeus Nannetensem Episcopum faciunt. Extat apud Claudium Rober. Marcus quidam, vel Marcus, vel Marinus, (vt scribit) Nannetenensis Episcopus: sed ab hoc videtur diuersus, cùm inter primos eius Sedis Antistites recengetur ante Nunechium, qui Concilio Venetico circiter annum CCCCLXV. subscriptis. Fuit verò S. Albini temporibus Marcus Aurelianensis Episcopus, qui Concilio Aurelian. IV. subscriptis an. DXL. atque alius Marcus (sed cuius Sedis Episcopus, non exprimitur) Aurelianensi II. an. DXXXIII. Afferatur in Essendieniis illustrum Canonicarum apud VVestphalos ecclesiâ S. Marsi (huiusme, an alterius, nondum comperti) corpus, aures theca inclusum.

e M. s. Rip. Andegauiso. Eß Andegauum, sive Andegauus, aut, vt hic dicitur, Andegaua, vt sep̄ in vitiis SS. Andegauis, Andium vrbs præcipua, vulgo Angers, veteribus Iuliomagus, ad Meduanam fluminum, qui hanc inde proculin Ligerim se exonerat.

f Robinius scribit hac facta in sacello D. Virginis de Roncerio, quod erat in cryptâ ad oram Meduanæ edificatum. Eß iam Roncerium, vulgo Ronceray, monasterium feminarum Ord. S. Benedicti in urbe Andegauensi, longo post tempore fundatum XIV. Iulij an. MXXXVII. à Fulcone Nervâ Comite Andium, vt tradit Renatus Choppinus Politia sacra lib. 3. tit. 4. num. 13. Quarit Robinius, quod licet Melanio coram Albino in ipsius diœcesi celebrare: resondetq; aufuisse locum illum tunc in Britannia extra Albini iurisdictionem, aut certè detulisse id Albini seni hospiti.

g Sunt eulogia cibaria, qua benedictionis gratiâ transmitti so-lebant, aut post Missas dari, in signum communionis & caritatis. Robinius, Annales Andegauenses, vt ait, secutus, sacram Eucharistiam interpretavit. Verum id mihi non probatur: nec enim eam tam irreuerter vir sanctus tractasset, nec eius sumptione solui Ecclesiasticum tetramur existimat.

h Robinius ait, cùm occulta indignationis reum se Marsus agnosceret, nec voluisse, nec ausum fuisse sacram hostiam sumere. Probabilius est noluisse icinum infringere, & fortasse collegas, qui id facerent, iudicasse.

i Alterum M. s. nobis.

k De eo xi. Nouemb.

C A P V T V.

Eusebius Venetensem Rex, eiusq; filia, à S. Melanio curati.
alia huius miracula.

24 **L** I V D quoque inter præcipua miraculorum opera, quæ per S. Melanium Confessorem suum operatus est Dominus, ponendum puto, quod circa a Regem Venetensem Eusebium, & eius filiam Aspasiam nomine, factum fuisse, fideliter inuenitur. *V*e-
Eusebius
Enniens quippe prædictus Rex aliquando de b Venetensi crudelis ciuitate cum suo exercitu, peruenit ad parochiam Rex morbo corripitur. quæ vocatur Cambliciacus, ibique, nobis incertum cur, fortè iratus, multorum hominum oculos erui iufsit, & manus euelli. In ipsâ autem nocte quâ hæc operatus est, ægrotare cœpit, & intolerabilibus doloribus vrgeri. Metuens autem ibidem vitam finire, Medicos qui cum eo venerant, adsciuimus, & vt ei in aliquo adiutorium præberent admonuit. Sed ipsi omnem industriam suam in vanum expéndentes, in nullo poterant eum adiuuare.

25 Post triduum autem quo ipse ægrotare cœpit, *Eius filia arripiatur à da-*
lia arripiatur à da-
mone. arrepta est filia eius, Aspasia nomine, à dæmonio, & cœpit voluntari per terram spumans. Cumque geminato languore, proprio videlicet & suæ carissimæ filiæ, quo nihilominus cruciabatur acrius, anxiaretur, sagaci inquisitione scrutabatur, quod vel à quolibet hominum desideratum sperare posset remedium. Audiens autem famam B. Melanij, scilicet qualiter Dominum diligenter, qualiterque Dominus hunc diligentem se virtutibus mundo clarificabat; mittens ad eum suppliciter deprecabatur, vt ad se caritatis gratiâ venire dignaretur. Quo impetrato, eum summo honore ad se adduci fecit, & in eadem parochiâ, in quâ ipse iacebat, in loco

Rex ad se inuitat S. Melaniū.

E c 4 qui

- Ex ms.** qui vocatur Prima-villa, hospitium ei preparari iussit.
d Veniens autem B. Melanius de monasterio suo, quod propriis manibus fabricauerat in fundo qui vocatur **e** Placio, in honorem Dei, & cum paucis monachis ad lectorum iam dicti venit infirmi. Quem cum crudelissimus vir fuisse intutus, ex imo corde compunctus, confessus est dilecta sua, & qualiter ei haec infirmitas corporalis accidisset, & filia eius Aspasia, suppliciter enarravit. Addidit quoque, ut pro utrisque eis dignaretur orare. Quod vir Domini benignissime suscipiens, datu prius illi dignam penitentię pro commissis delictis, ait illi: Infirmitas, frater, haec non est tibi ad mortem, sed ut salueris per eam, & recognoscas Dominum qui te creauit. Deinde vnxiteum de oleo benedicto tribus vicibus, cum trinitate inuocatione diuinatatis, & statim surgens sanus, retulit gratias Deo, qui per famulum suum S. Melanium sanitatem illi concessit.
- S. Melanius cum sanas.**
- f** Filiam à demonio liberat.
- Eusebius Cambliacum ei donat.**
- Multa alia fecit miracula.**
- Eccli. 31. 12.** Imitanda sunt gesta Sanctorum.
- a** Erant S. Melanij estate, ut auctor est Argentaurus, duo in Britannia Armorica Reges, unus è Conani, aliter è Riualloni prospiciens, de quā re XIII. Decemb. ad vitam S. Iudoci, qui Iudicælis Regis è Riualloni familiâ frater fuit, plenius agemus. Venetensis hic Rex, in neutrius familie stemmate repertus. Sed nec Riochimus ille, qui Rex Britonum appellatur à Iornande de rebus Gericis cap. 45. ab Eurico Visigothorum Rege vicitus, dum Anthemij Imperat. rogatus, eius se cupit conatis obiicere. Ab eo forraffis hic Euse-
- bius Rex descendit. An alteri Regi tributa soluerit, an eius tantum nomine exercitum duxerit, improrū Rex dictus, alijs disputent.
- b** m.s. Rip. Venonica.
- c** Addie m.s. Rip. ubi castrum situm est, qui vocatus Marciacus.
- d** m.s. Rip. oratorio.
- e** Idem m.s. cum suis Clericis & quibusdam discipulis.
- f** Idem m.s. discipulos.
- C A P V T V I.
- S. Melanij morte: à morte miracula.*
- 30** **I**gitur sanctissimus Confessor Christi Melanius, Domino reuelante, obitum suum antea prædicto mōnoscens, discipulis suis diem obitus sui prænuntiauit. **tus sua.** Deinde tempore congruo absolutionē eis mōte Episcoporum faciens, & eos suā benedictione cōfirmans, verbisque diuinis instruens, qualiter se agere deberet in seruicio Domini, edocuit. Post hanc sele Dominici Communionis & sanguinis perceptione muniuit, atque vita nicas: suā fideliter peracto cursu, feliciter in quā die prædixerat migravit ad Christum, in loco qui vocatur Placio, **Moritur.** ubi ipse, sicut iam diximus, propriis manibus ecclesiā construxerat, & monachos ad seruitum Dei faciendum congregauerat.
- 31** Per visionem autem Angelicam conuenerunt Episcopi ad obsequium corporis illius faciendum sanctissimi eiusfunus Pontifices superius nominati, videlicet S. Albinus, & **ter Angeli.** S. Victor, S. Launus, nec non & S. Marslus, qui per eius **los conuocati.** virtutem à serpentis cingulo, sicut superius narratum est, fuerat liberatus. Hi sanctissimi Pontifices, & alii quamplurimi fideles viri, per Dei prouidētiā ad eius exequias conuenientes, primitus Ecclesiastico more animam eius commendauerunt Deo; deinde nocte sequenti in orationibus & vigiliis expensa, primo mandi Misericordia pariter audierunt.
- 32** Exin communi consilio, Deo, sicut postea patuit, ordinante, collocauerunt corpus sancti viti in nau, quæ fortè aderat in alueo fluminis. Vicenoniam. Qui fluius suscipiens sanctum corpus eius, cum Pontificibus & Clericis atque monachis litanias canentes, & cum populo qui eum sequebatur, Deo gratias **Aduerso fluvio natus ultro defertur.** pro eius gloriā, de quā certi erant, referendo, conuerto impetu, qui deorsum, sicut & ceteri, fluere ferriique solebat, sursum versus perduxit visque ad ciuitatem Rhedonam, donensem, quæ triginta vel eo amplius millibus ab eodem loco distat, quam ipse Sanctus feliciter gubernaverat. Cumque prope muros ciuitatis iam aduenisset, Clerici & omnis populus, qui in eadem vrbe consisterent, processerunt ei obuiam cum crucibus & cereis, & vexillis, canentes & laudantes Deum in sublimi, non idē quia defunctus erat eorum piissimus Pastor, sed quia meruerant saltim corpus defuncti patroni sui recipere.
- 33** Audientes autem voces psallentium duodecim **Canticis** latrones, qui tenebantur vinciti in una turri, quæ erat contra meridiem iuxta murum ciuitatis opposita, flexibilibus vocibus cœperunt eius misericordiam implorare. Cumque ut eis misereretur clamarent, & Dominum nostrum Iesum Christum, Sanctumque Melaniū deprecarentur; scissa est turris quæ erat ex lapidibus, à summo usque deorsum; & soluti sunt à vinculis & libertati, qui tenebantur in carcere. Diuulgatum est autem hoc miraculum per diuersas prouincias.
- 34** Erat quoque in proximo ultra fluum Vicenoniam, **Ceca illam.** quædam materfamilias, quæ per multos annos, amissio oculorum lumine, permanebat cæca. Hæc autem hoc miraculo, quod Dominus pro meritis sanctissimi Pontificis Melanij declarandis in præsentia eius examinis corporis operatus fuerat, cum parentibus & amicis suis festinanter venit ad sanctum corpus defuncti Pontificis. Et cum terræ prostrata pedes eius osculata fuisset, statim & ipsa desideratū recepit lumen.
- Quo

*Sane ei-
cas.*
*Sepelitur
S. Melan-
nii.*

Quo recepto, multo repleta gaudio, Domino egit gratias, & S. Melanio, terramque quam tenebat hereditario iure ultra fluuiū Vicenonīa, vbi & ipsa eānū habitauerat, tradidit eidem S. Melanio aeternali- ter habendam.

*Sepelitur
S. Melan-
nii.*

35 Beati autem Pontifices superius nominati accipientes propriis manibus sancti viri corpus, portaverunt illud usque ad locum à Deo sibi prouisum: in quo ab eisdem venerabiliter, sicut pro hoc ipso diuinus fuerant missi, collocatum est: vbi eius meritis & intercessionibus multa praestantur beneficia indigentibus, & cum fide postulantibus, usque in hodiernum diem. Colitur autem dies depositionis illius **vixi**. Idus Nouēbris, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est cum aeterno Patre & Spiritu sancto virrus, honor, & gloria, imperium, laus, potestas per infinita saecula saeculorum, Amen.

DE EODEM SANCTO MELANIO,

Ex S. Gregorio Turonen.

*Sepulchri
S. Melanij.*

MELANIVS Rhedonicæ urbis Episcopus, post innumerabilium signa virtutum, iugiter intentus cælo, emicuit seculo. Super cuius sepulchrum & mirabile templo ar- Christiani fabricam celitudine leuae- dente, ma- runt: sed instanci maligni, qui semper bonis aduersa- ner illas. tur operibus, quodam tempore ab igne comprehendenti- tur. Palla etenim erat clinea, quæ sanctum Confessori tegebat sepulchrum. Scilicet vbi tignorum conge- ries flammæ dominante truncatur, ruunt tegulae, cum ligacuris, & reliquo testi apparatu. Vna & tamen è trabibus flammato capite impetu ruinæ propulsa, su- per tumulum Sancti ruit; quæ non modò succendere pallam, verùm etiam conterere inter se & lapidem se- pulchri potuerat. Ruit insuper & immensa multitudo carbonum. Alia quoque vela, quæ parietibus vel ostiis dependebant, ad primum flammæ flatum exusta sunt. Hæc verò palla non solum non vista, verùm etiam nec summotenus ab igne dedecorata est. Igitur expleto incendio, ingrediuntur populi cum eiulatu magno, & usque ad sepulchrum Antistitis properant, inter flatus & lacrymas noua gaudia percepturi. Remouent desuper tumulum ligna cum flammis, apprehensumque tumuli velum, excussis prunis, mirantur omnes illas.

a *Vtrumque m.s. emituit.*

b *Vnum m.s. miram.*

c *Surius & varia S. Gregorij Turon. editiones, lignea. perperam.*

d *m.s. Sirm. tantum.*

ALIA MIRACULA

Auctore Geruasio Archiep. Rem.

*Geruasius
Archiepi-
scop. Re-
mens. dat
Abbatis
S. Melanij
filius Reli-
quias.*



IERUASIVS Deigratiæ Remorum Archiepiscopus Eueno S. Melanij veneado Abbatii, saluté in Christo. Petisti à me quondam, frater dilectissime, ut Reliquias insignis Confessoris Melanij, genitoris meo mihi que valde percaras, tibi tradidisse; quas, ne tanti Patroni pignore locus vester priuaretur, & b Haimonis genitoris, genitricisque meæ c Hildeburgis, necnon Domini mei d Henrici Regis, meaque apud vos aeterna seruaretur memoria, multis precibus impetrasti. Nunc autem, ut sanctum industriumque vitum oportet, de eiusdem prædicti Confessoris miraculis dilectionem tuam me sollicitare non piguit; quorum partem mihi visam, partem etiam non triuolâ quorumdam relatione cogni-

tam, ad ædificationem legentium caritati tuæ breuiter *Auct.*
Gervas.

2 Cùm quadam die felicis memorie Rorans auia mea, in Cenomanesi pago, in villâ quadam sui dotalitij, f Argentradâ nomine, moraretur, prædictæ pars villæ maximò fortè incendio conflagravit. Ignis verò val- Incendiū dus postquam ed productus est, ut horre sui iuxta ec- per eas re- mis; illa Reliquiarum, quas secum asportauerat, remi- niscens, mox sibi afferri præcepit: quibus eleuatis, & è regione contra ignem positis, quasi cælitus imbre de- misso, subito admiranterque noxius ille ignis extinctus est. Quas reliquias post obitum suum nepoti suo, quem de filio suscepit, nomine Haimoni, patri scilicet meo, cum dotalitio reliquit.

3 Ipse verò has ad castrum suum, nomine *Lith,* g transtulit: vbi multa pro meritis eiusdem sancti Pon- *alia ad* tificis patrata sunt miracula; sanitates ægrotantibus *enmirā- cula.* multis redditæ, tam de lumine priuato, quam de cere- tis debilitatibus: & si quis super eas falsè iurabat, con- festim falsitas comperebatur.

4 Me vidente quidam pugnaturus iurauit, qui sta- *periuri* tim cæsus factus, latrocinium boum confessus est. *puni.* Alter non impar similiter pugnaturus, falsè iurauit: & antequam inde se eleuaret, mingere coepit; quo casu illum esse reum, intuentibus notum fuit. Similiter de innumerabilibus sacramentis editis nostri, quæ vide- bant, referebant nobis signa.

5 Egomet verò vidi aliud insigne. Cùm prædictus *Arca* genitor meus, à quibusdam diuitibus suscepimus fide- *par. ab* litatem, has reliquias secum deferri iuberet, in cuiusdā igne im- forestarij sui domum se recepit. Quarum portitor, vt sibi visum fuit, non aptius locum inueniens, in quadam magnâ arcâ super frumentum noctu reposuit: infra quam similiter ex alterâ parte candelam accensam im- posuit. Quod diluculo veniens, partem arcæ inuenit concrematam, exceptâ parte illâ, quâ sanctæ reliquiæ conditæ erant. Pallium verò, quo inuolutæ erant, in- combustum repertum est, quamvis super illud plurimi incensi inuenientur carbones.

6 Quamplurimos audiuiimus super prædictas re- *periuri* liquias captionem iurasse, qui cùm fugere vellent, non *deteri.* potuerunt, & reuersi sunt. Adhæc quoque quâplurima prædicti Patris audiuiimus miracula; quæ si per aptum tempus colligi possent, satis in eis quid scriberet, scri- ptor haberet.

a Geruasius Barbet, alius de la Roche-guyon, ut testatur Claudio Robertus, an. **M.LVI.** factus Archiepiscopus Remensis, obiit an. **M.LXXII.** Antea fuerat Cenomanensis Episcopus. Deerant sequentia in m.s. Ripatori.

b Claudio Robert. in catalogo Archiepiscoporum Remen. ait Geruasium filium fuisse Hamelini Bellesmenis, domini de Castro-ledi. in catal. Ep. Cenoman. filium facit Guidonis II. Lauallij. Eß Lauallis, eu Vallis Guidonis, ut ait Papirius Maffonus, di- ues oppidum ad Meduanam in Cenomanus.

c Claudio Robert. in Cenoman. filiam Iuonis Bellesmij primi Comitis Alenconij, sororem Angradi Episcopi Cenoman. scribit fuisse. At mox Geruasij matrem vocat Bertrudem Dominam Ca- stri-ledi.

d Henricus I. Gallia Rex, anno **M.LX.** regni sui vigesimo octauo obiit.

e Alterum m.s. Rogans.

f Est hoc, opinor, municipium quod in geographicâ Cenomano- rum decriptione exhibet Matthæus Ogerius, ad Louenne fluiolum, haud procul Laualle, vulgo Argentrè.

g Castrum Ledi, (incola Lidi dicunt, teste Maffono) Chasteau du Loir, in Cenomania ad Ledum fluum, qui non procul Andegaviae Sarœa permiscetur, deinde Meduæ: hic verò iam plenior in Ligerim se effundit.

ALIVD

Ex mss.

ALIVD MIRACVLVM

Auctore Anonymo monacho.

a I. Balneorū apud vete- res Brito- nes vñsc.

MORIS est Christianorum, Domi- nicos dies, ob Dominicæ resurrec- tionis honorem, ubique veneran- tium, Sabbatuum diebus laborum sudores, corporumque fatigiones,

balneorum aqua lauando frequentius recreare, sordidas lotis vestibus mutare, ut terrenam cælestis Regis curiam, præsentem videlicet Ecclesiam, mundiores ut corde sic corpore valeant intrare. Quæ ex consuetudine oppidanus quidam Rhedonis ad meridiæ domum habens, super flumen Vicenoniam, die quadam Sab- batii, vigiliâ videlicet Dominicæ nativitatis, balneum antelucanus propter multum dieculæ impedimentum ingressus, filium, quem habebat vnicum, magis piè quam honestè iubet sibi, ut secum balnearet, assertis parenti iussi clientes, patri balneanti filium inter vlnas imponentes. Balnear itaque pater, de osculans & blandiens, condelectansque tam sibi quam filio. Tandem igitur pater ille, signo apud b' parochiale S. Petri ecclesiam sonante, balneo egrediens puerum dimittit in aquâ diutius hac illacque proladuentem.

b Puer in balneos sus- fociatur.

Sed dum mater cum familis patri aliquamdiu obsequerentur, puerum in aquâ remansisse solum obliuiscuntur. Qui dum ibidem pueriliter ageretur, humani generis inimico insidiante ipsis in aquis, delestationibus præparatis (pro dolor!) enecatur. Demum autem auditio in ecclesiâ diuino diei præsentis officio, iam decurso aliquot horarum spatio, pierate præmonita, querit mater de filio, quod exierit è balne. Quæritur horsum, queritur & illorsum; sed non iuuenitur aliquorsum, quia queritur non vbi est, sed aliorum. Totâ igitur die transactâ, sed & festiuâ no-ctis parte non modicâ, cum è cuppâ balneum eiicere- tur, puer sub aquâ iamdudum exanimis iuuenitur. Cō- clamat familia, lacrymatur, lamentatur, suspiriis ab imo agitatur: quibus mater subagnitis clamoribus, crine sparso, vulnus lacrymis & rubore suffuso, pectore pugnis tufo, fletu materno B. Melanij (nam in eius monasterio eâ horâ sonabatur ad nocturnos,) auxiliū inuocando, se miseram ingeminans, accurrit. Ut verò puerum, imò pueri corpus aquis eductum & exanimis comperit, voce compresâ in fauibus, stuporis ac doloris immanitate membris rigidibus, mortuæ similis, consternata collabitur. Quæ manibus præsentium ex-

Mater im- modicè luget.

cepta, spiritu tandem redeunte, quasi de graui somno experienta, ut quid egerit breuiter referatur, quod femina, quod mater vñci morte filij sic orbata, conquerens vociferatur. Cumque famuli cum viciniâ no-ctem circa defuncti corpus, ut moris est, vigilarent, illa doloris magnitudine superara, & quasi malignorum furii exagitata, furtim se à turbâ seduxit, prope- rans se immergit in vicino Vicenonie flumini, quasi que filio superelege non vellit exanimi.

3 Quo comperto, cum à prudentioribus domum esset reducta, & usque in crastinum à suis custodita, Deo, ut proximè patuit, disponente, classicum in mo- nasterio B. Melanij ad Missam audiuuit Dominicam. Tum illa ad se reuersa, & ad prædicti Sancti subsidium, S. Melanij & per eius ad diuinum conuersa, Redde mihi, inquit, *innocas.*

Ô sanctissime Melani, redde mihi filium meum san-ctissimus precibus tuis pro eius resuscitatione fusis ad Deum. Et ad suos, Permittite, ait, ô consolatores piissimi, permitte, quæso, ut defuncti corpus filij mei ad eccleiam Beati deferam Melanij: credo enim eius sanctis orationibus Deum meis subuenire doloribus. Illis autem quasi diuinitus commonitis, fideliter pe- tenti non obuiantibus, defundunt suum usque ad prædicti Confessoris monasterium, turbâ multâ comitan- te perlatum, ante sanctum altare, nullo sibi obstante, inò admiranter turbâ cam inspetante, Trifcado Ab- base, ut moris est, Missam celebrât, depositum. Vbi cum ipsa diuitus B. Melauij auxiliū vocibus lacrymosis deuotissimè super mortui precatetur reuocatione, de- uotissimè etiam cunctis adstantibus, cum ipsâ pro eo- dem rogantibus; (quis enim fideliū hoc intuens desi- steret à precibus?) preces eorum precibus Sancti ad aures pietatis diuinæ perlatis, & efficaciter susceptis, mortuus reuivisit, matrem vocans recognoscit, alla- Reuivisit tum sibi potum ac cibum sumit, matri redditur inco- Puer. lumis, cunctis qui aderant cernentibus, & pro eo in sublime Deum & Sancti merita apud Deum potentia laudantibus.

4 c Hæc per eos audiuiimus, qui rei gestæ præsen- ter affuerunt, qui d & ipsi tunc eiusdem monasterij existentes monachi puerum exanimem delatum per merita B. Melanij viuentem remeare viderunt.

a Hoc miraculum in solo Iac. Sirmondi m.s. extabat.

b Eanunc Cathedra s̄t, teste Claudio Rob.

c Hinc de Auctoriis huius etate ferri iudicium posset, si catalogum haberemus Abbatum S. Melanij, & quo tempore Trifcandus Ab- bas vixerit, nossemus.

d Hinc coniici potest, Auctorem quoque monachum in S. Melanij monasterio fuisse.

DE S A N C T O P E T R O

A B B A T E C A N T V A R I E N S I .

CIRCI-
TER AN.
CHRIST.
D G VI.
VI. IA-
NVARII.
S. Petri
natalis.



NTER primos Anglorum Aposto- los connumerari Petrus iure potest, S. Augustini adiutor, primusq; ab eo constitutus Abbas monasterij SS. Pe- tri & Pauli Cantuarie, quod deinde S. Augustini est appellatum. Eius natalem hoc die consignat Martyro- logium Anglicanum, & Ferrarius in generali Catalogo San- torum. At xxx. Decembri eum referunt Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino, Constantinus Ghinius in Natalibus SS. Canonicorum, Ioannes Molanus in Natalibus SS. Belgij, Ferrarius in citato Catalogo. Eius meminit & Vlioni in Appendix, ad librum 3. Ligni vita, sed nullum ei certum diem tribuit.

2 De eo hac scribit S. Beda lib. 1. Histor. Ecclesiastica genit. Engl. cap. 33. Augustinus, vbi in regiâ ciuitate Sedem Episcopalem accepit, recuperavit in eâ, Regio fultus ad-

miniculo, ecclesiam, quam ibi Romanorum antiquorum fideliū opere factam fuisse didicerat, & eam in nomine sancti Salvatoris Dei & Domini nostri Iesu Christi sacrauit; atque ibidem sibi habitationem stauit, & cunctis successoribus suis.

3 Fecit autem & Monasterium non longè ab ipsâ ciuitate ad Orientem, in quo, eius hortatu, Edelbert ecclesiam beatorū Apostolorum Petri & Pauli à fun- damentis construxit, ac diuersis donis ditauit, in quâ & ipsius Augustini, & omnium Episcoporum Doro- ueniensium, simul & Regum Cantij, poni corpora possent. Quam tamen ecclesiam non ipse Augustinus, sed successor eius Laurentius consecrauit.

4 Primus autem eiusdem Monasterij Abbas Pe- s. Petrus trus Presbyter fuit, qui Legatus Galliam missus, de- submersus. mersus est in sinu maris, qui vocatur Ampleat, & ab in- colis

Ecclesia
Chrissi
Cantuaria.

Alia ss.
Petri &
Pauli.

colis loci ignobilis traditur sepulturæ. Sed omnipotens Deus ut qualis meriti vir fuerit demonstraret, omni nocte supra sepulchrum eius lux cœlestis apparuit, donec animaduertentes vicini, qui videbant, sanctum fuisse virum qui ibi esset sepultus; & inuestigantes vnde transferuntur.

Cantuaria. *5 Hac Beda. Quam ille regiam ciuitatem appellat, Dobrobernia est, sive Durouernū, Ptolemao Daruernum, nunc Cantuaria, vulgo Canterbury; qua florente Heptarchia Saxonica, regni Cantri caput, & fides regia fuit, donec Ethelbertus Rex eam cum iure regali Augustino & Archiepiscopo gentis Anglorum consecrato elargitus esset; vi scribit Guilielmus Cambdenus in Cantio.*

Ecclesia Christi. *6 Ecclesia illa Christi, ab antiquis Romanis Christianis, ante Anglorum aduentum, edificata, à S. Augustino recuperata, & rursus Saluatoris nostri Christi cultui dedicata, à posteris instaurata ac mirificè exornata, in medio vrbis finu, insigni maiestate in celum assurgit, procul etiam adspectabilis. De eâ agit Cambdenus in Cantio. Est verò ea ecclesia Cathedralis, adiunctumq; habuit Benedictinorum cœnobium, quod Henricus VIII. dissipauit. De eo fuse agit vir venerabilis Clemens Renerus in Apostolatu Benedictino tract. I. sect. I. §. 17.*

S. Augustini monasterium. *7 SS. Petri & Pauli monasterium, quod deinde S. Augustini dictum, in Orientali Cantuaria suburbio fuit, Cathedrali illi amulum, maximis quondam opibus ab Ethelberto Regre locupletatum, concessâ Abbati officinâ monetariâ, cum iure pecuniam signandi, vt tradit Cambdenus. Pars*

eius maxima ruinâ inuoluta, reliqua in ades regias conuersa. Ex MSS. De eo cœnobio fusè in suo Apostolatu tr. I. sect. I. §. 13. agit Clemens Renerus. Eius rursus mentio fiet in vitâ S. Ethelberti xxiv. Februarij, S. Augustini xxvi. Maij, S. Laurentij II. Februarij, & alibi.

8 Bononia, vbi sanctus hic Abbas sepultus memoratur, Bononia vrbis est Belgicæ secundæ, Episcopatu iam à mille ac ducentiis Belgica annis ornata; qui postea cum Taruanensi Morinorum coniunctus fuit, at Taruanâ eversâ restitutus, vulgo Boulogne.

9 Sinus maris Ampleat, Capgrauius Amulet, eum reor Sinus Amesse, qui inter Bononiam ac monumentum Blacnestum occidit. currit; vnde & vicus propinquus in Tabula Mercatoris Ambleteul dicitur, vel à vico sinus ipse, ad ostium Marquisiani fluuioli.

10 Porro S. Petri Abbatis meminit Trithemius lib. 3. de S. Petrus Viris illustrib. Ord. S. Benedicti cap. 55. ait q; fuisse monachum Romanus. S. Gregorij Roma. Idem tradit Clemens Renerus loco citato. Fuit à S. Augustino cum S. Laurentio Romanam missus, vt S. Gregorio referrent que in Angliâ à se gestâ essent, & de quibusdam eum consulueret: de quâ legatione fusi in S. Augustini vitâ agemus. De Petro agit & Harpsfeldius seculo 7. cap. 19. qui gente Romanum fuisse scribit. vii & alij quidam.

11 Trithemius aut Petrum floruisse anno DCXX. Quod refellitur ex epistolâ Bonifacij IV. datâ IIII. Kal. Martij anno obviri Phoca Imp. V. XI. Christi nimirum DCX, quam recitat Clemens Renerus. Sed mendum irrepit in numerum Indictionum; erat enim tunc XII. non IV. vt habet. In eâ epistolâ mentione fit Ioannis Abbatis, qui Petro succedit: adeoq; hunc circiter annum DCVI. submersum coniunctus.

DE SANCTO ERMINOLDO ABBATE AC MARTYRE.

AN. CHR. I.
M C X X I.
VI. IANUARII.
S. Erminoldi no-
men in
Martyrol.



ANCTI Abbatis ac martyris Erminoldi nomen sacris Fastis adscriptum habet Ferrarius his verbis: VIII. Id. Ianuar. apud Ratisponam S. Ermenoldi Abbatis Brunifingensis & Martyris. Benedictus Dorganius in Benedictino: S. Ermenoldi Abbatis & Martyris, magnarum virtutum viri. At Hugo Menardus in suo Martyrologio v. Ianuarij: In Germaniâ S. Ermenoldi Abbatis & Martyris, Ordinis Cluniacensis.

2 De eo ita scribit Trithemius in Chronico Hirsaugienfi, viros illustres commemorans qui ex Hirsaugiâ prodierunt: Eueroldus monachus huius cœnobii Hirsaugiensis, ad monasterium Briuerungense in Abbatem constitutus est, vir scientiâ & conuersatione sanctissimus: qui multis in vita & post mortem fertur clarissime miraculis: cuius vita & conuersatio cum miraculis in duobus libellis conscripta latius in præfato cœnobio habetur. Eam vitam ab Auctore anonymo, monacho Prufeningensi, circa annum MCCCXC. scriptam, Tomo 2. Antiquarum lectionum vulgavit Henricus Canifius, extatq; in Auctario Surij.

3 Meminit S. Erminoldi Baronius Tom. II. an. 1121. n. 7. & 8. Raderus Tom. I. Bauaria sancta, vbi vita huius compendium refert.

VITA.

PRÆFATIO AVCTORIS.

Psal. III. I.
Vtile est
SS. vitas
scribere.



O VISSIME diebus istis, in quibus (proh dolor!) iuxta Psalmistæ querelam, defecit Sanctus, & diminuta sunt à filiis hominum veritates, bonorum antecedentium sanctitatem & scripto recolare, & memorie tradere posterorum, tam rationis instinctu monemur, quam ipsâ utilitate allicimur & profectu. Denique Sanctus Sanctorum, à quo sanctitas omnis tamquam à fonte primario, scaturigine

multiformi permanet in Sanctos, in riuolorum limpida puritate dum noscitur & laudatur, sui sitim in eis excitat salutarem, qui ab eo dulcedinem deriuatam in suorum mirificâ suavitate legendu presentiunt & prægustant. Accedit ad hoc, quod nos, qui futuram inquirimus ciuitatem, manentem in hoc sæculo non habentes, dum in huius vita ac viae procinctu eorum calles aspicimus, qui tam aduersantis mundi sinistram, quam blandientis dextram contempnendo, viam regiam incedentes seruauerunt; ipsi quoque rectorum testamento vestigia, non abducimur ad intorta compita deuiantium plurimorum, qui sequentes illaqueant, & illaqueatos immergunt doloribus sempiternis. Postrem illud quoque Sanctorum bona commemorando consequimur & scribendo, quod illorum eo ipso meremur auxiliis adiuvari, quo eorum virtutibus cōgaudemus & glorie. Dumque alios hæc legentes ad studium boni, honorum accendimus & monemus exemplis, ipsorum nos, quos prouocauimus, intercessio consequitur, & à Domino, in quo laboramus, certa remuneratio comparatur.

2 Ista considerando ad Beatissimi Erminoldi & Prüningensis Ecclesiæ primi Abbatis gesta magna describenda, cursum stylis dirigimus, qui gregis nostri tamquam aries quidam insignis & prædux & fidelissimum protopastor, ad caulas summi pastoris æthereas nos præcessit. Nec tam arduum opus aggredimur, in nostris, quæ nullæ sunt, viribus confidentes; sed in eo, sine quo nec incipi potest bonum aliquod nec cōpleri. Animat nos præterea, & id tentandi præstat audacia ipse inchoationis huiusinstitor præcipitus & iniunctior, venerabilis scilicet Pater Dominus b) Ulricus sextusdecimus Abbas Prufeningensis Ecclesiæ, qui antecessoris tanti virtutibus coëxultans, ac per hoc nequaquam carens ipse virtutibus, anno incarnationis Dominiæ M. c c l x x x i. primo anno sui regiminis, onus hoc Atlanticum nobis tamquam Pygmæis imposuit,

vno

b) Vlricus Ab-
bas iussu
scripta hac

A v c t. vno eodemque præcepto suo ac iussu, auctoritatis suæ scutum opponens lingua calumnianti, quæ nos præsumptionis forsitan argueret, & insufficiençia nostræ desperationis obicem auferens, & auctum conferens ad iniuncta. Scriptum autem scientes esse, Numquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos, optantes nos ad exprimenda vera sufficere, nihil circa rem gestam addere vel mutare conabimur, nihil de proprio confingemus, sed vt fidelis ad nos usque traduxit antiquitas: siue veritate seruatâ, stylum aliquantò tentabimus facere comptiorem, ne rei utilitas, tamquam Falerni nobilitas ac dulcedo ob ruditatem in cultioris eloquij, tamquam ob vasculi cariem contemnatur. Sæpius etenim crater tornatilis & elegans, potum bonum & bibilem meliorat; deformis vero catinus, infusi & nectaris minuit suauitatem.

a Prufening, alias Brufing & Prufeninge, monasterium Ord. S. Benedicti, supra Ratisponam, ad confluentes Danubij & Nabi, fundatum a S. Ottone Bambergensi Episcopo, an. M CIX. VVigil. Tom. 3.
b VVigilio Vdalricus, quem ait obiisse an. MCCCXIV.

L I B E R I.

C A P V T I.

S. Erminoldi ortus, religiose vita tyrocinia.

Multissimi sunt in Germania.



GI T V R cùm Apostolicæ prædicationis in omnem terrâ sonus existet, & in fines orbis terræ verba eorum, granorum more, dispersa per campos mundi latissimos & patentes, in fructus proficerent copiosos, & ex omni natione, quæ sub cælo est, cæli horrea messe fideliūm replebantur; a Alemaniæ quoque deserta in vberratè verla, virorum illustrium plures dignos agricolæ Christo manipulos protulerunt. Ex quibus b Angusta quidem rutilat c Vdalrico, d Chunrado & Constantia suffloreficit, alio f Vdalrico g Hirsaugia venustatur, gloriatur h Henrico & i Chunegundâ suâ k Babenberch & l Ottone, m Altach ac n Hildensheim o Godehardo illustratur. Alia quoque Germaniæ loca quam plurima pluribus aliis tantis & tot exultant, quod, vt de his taceatur, quos vel hominis signis ignauia, vel incuria successorum, seu etiam diutini temporis intercursus, memoria humanæ subtraxit, quos tamen indelebiliter continet vita liber, melius ac felicius semper in Dei præfentiâ, quam in nostrâ memoriâ breui ac momentaneâ constitutos; si licet, horum omnium vellemus mentionem facere nominatim, quorum nomina & virtutes viuacis scripturæ tenacitas, adhuc quasi cuiusdam indicis ostensione præsentat, numerositate solâ vocabulorum capacissimi certè codices tenderentur. Hæc idcirco diximus, vt in gaudio recordemur, quomodo terra nostra per infidelitatem quandam sterilis, peperit plurimos verè ac veraciter Samuels: qui licet in suo quisque loco diuisi, in uno tamen spiritu, prout vult, singulis diuidente, soli Domino laudabiliter, vt quandam ille Samuel, seruerunt in sanctitate & iustitia coram illo.

*Inter eos
S. Erminoldus.*

4 Inter quos Deus omnipotens similem illum fecit in gloriâ Sanctorum, de quo scripturi sumus, beatissimum scilicet Erminoldum Prufensem primum Abbatem, speculum sui temporis & exemplar, & posterorum lumen & iubar illustre. Et tu ergo Ecclesia Prufensis nequaquam minima es in præcipuis monasteriis Alemaniæ; ex te enim exiit, non quidem carnis exortu, sed spiritu transitu ex hoc mundo ad Patrem, venerabilis ille Dux, qui de vita sacerulari Ægypto eductus, vitâ pariter & virtute Mosâica, Pharaone, id est, principe mundi reliquo, ad terram verè promissionis, vt alter Iosue te præcessit; Seon Regé Amorhæorum & Og Regem Basan, & omnia regna Chanaan,

per quæ multiformis informitas intelligitur vitiorum, strenuo autem congressu triumphans. Ad cuius illustria tandem calamus se conuertat, quem Spiritus sanctus & temperare & irrigare dignetur, qui eius, quem descriptorus est, tamquam venerabilis templi sui consecrator pariter exitit & possessor.

5 Beatus igitur Erminoldus de gente p Sueorum progenitoribus quidem exortus est modo sacerulari satis claris. Qui concessu sibi pignore tali diuinitus, Dei Puer fit gratia non ingrati, filium suum in Hirsaugensi cœnobio diuinis curauerunt obsequiis mancipare: Autem illius utique spiritu non carentes, vt, sicut alter Samuel, à inuentu suâ & usque in senectam & seniorum coram Domino ministrare consuereret in eodem. In quo videlicet studio pietatis desiderium eorum attulit eis Dominus, nec sunt fraudati à desiderio suo, dum quod omnimodis optauerunt, completum sibi que concessum in filio lætabantur. Denique puer erat ingeniosus, & sortitus est animam bonam, & ingenij quidem capacitatem scientiam præpollentem, ac animæ bonitate virtutes eximias apprehendit; bonitatem, & disciplinam, & scientiam doctus à Spiritu, à quo profecto ductus est in desertum vite claustralit. Vbi licet à diabolo tentaretur, membrum tamen insigne capitl Christo cohærens, & capitl armaturâ triumphans exiuit vincens, vt vinceret, & victor coronam perciperet recompensam. Beati igitur regulam Benedicti, benedictus ipse à Domino, tamquam regni tramitem apprehendens, iter vita suæ secundum statutum illius ita direxit, vt Abbas ex Monacho, magister fieri ex discipulo mereretur.

6 Si quidem q B. Wilhelmi tunc Hirsaugensis Abbatis vita modum ac formam ita moribus suis imprefit, ita perfectionis illius studuit imitari vestigia, vt iam num qualis Pater, talis filius appareret, & magister in dilectionis membra videbatur; & nulla iam posset esse dubietas, super hunc Elisæum spiritum Eliæ requieuisse. Idem vero venerabilis VVilhelmus, apud ecclesiam sancti Martyni r Emmerani in urbe f Ratisponâ sub rst Ramuoldo, eiusdem monasterij tunc Abate, Prior extiterat, non famâ fallaci solummodo, sed veraci præconio meritorum longè lateque clarescens, ad Hirsaugensem est electus Ecclesiam, in quâ Beatus, vt dictum est, Erminoldus sub eodem spiritualis militiæ tyrocinia taliter exercebat, vt non longi temporis interfluxu, signifer ex athleta, ex satellite campiductor, & ex milite primicerius crearetur.

a Exploribus Gallie populis conflata gens, Rhenum transgressa, inter Moenum ac Danubium sedes fixit, Alemanni dicitur, vel Allemanni, aut Allamanni, quasi omnes viri, aut multitudo virorum vnde collecta; all enim omnem, man virum significat nostris aribus ac Germania. Protulere deinde fines Allemanni. Etiamq; Galli & Hispani Germanos omnes Allemannos vocant, Germaniam Allemanniam.

b Splendidissima Rhaetica prouincia colonia Augusta Vindelicorum, vulgo Augsburg.

c Martyrol. Roman. Vdalricum vocat. Colitur iv. Iulij.

d Colitur S. Conradus xxvi. Novemb.

e Constantia nobilis ciuitas ad lacum Brigantinum, sive Venetum, qui & Constantiensis dicitur, vulgo de Bodeneck.

f Hic Vdalricus videtur esse, quem Trithemius scribit ex monacho Hirsaugensi factum Abbatem Cella Pauline.

g Nobile olim Ordinis Benedictini canobium Hirsaugia, Luloci pī temporibus fundatum, situm in Ducatu VVirtenbergensi. Eius Chronicorum conscripsit Trithemius Abbas.

h Vitam dabimus xiv. Iulij.

i Colitur S. Cunegundis Imperatrici III. Martij.

k Vulgatissimam Bambergia dicitur. Sita fertur propè in mediterraneo Germania.

l De eo 11. Iulij.

m Altach inferior, amplissimum ac ditissimum monasterium Ordinis Benedictini in Bavaria inferiori ad Danubium; ubi Abbas fuit ante Episcopatum S. Godehardus. Est & aliud in eadem inferiori Bavariâ, non procul Straubingâ, Altach superius dicitur.

n Vulgo Hildesheim appellamus. Vrbs est Germania Episcopalis.

o Eius vitam dabimus iv. Maij.

p Suevia Germania prouincia, celebria cum primis, sed angustioribus conclusa quam olim limitibus.

q Do.

^a De hoc agemus v. Iuli.

^b Colitur S. Emmeramus xxii. Septembr.

^c Vrb Imperialis ad confluence Regi & Regini, & Danubij,
alias sive Reginoburgum, vulgo Regensburch appellatur.

^d B. Ramuoldi vitam dabitur xvi. Junij.

C A P V T I I.

Abbas Lorsacensis factus, eo se munere intra annum abdicat.

^a Creatur
Abbas
Lorsacen-
sis.

^b 7 D E N I Q U E sanctitatis illius tam sonora vox in Ramâ audita est circumquaque, ut lucernam sub modo seu vase subiectio viterius regi non sine ret vel abscondi, sed super candelabrum poni regimini persuaderet. Vnde factum est, ut tam fratrum elecione communi, quam a Henrici Imperatoris eiusdem nominis quinti consensu atque favore, ad b Lorsacensis Ecclesie regimen vocaretur, quae regalis est Abbatia, illisque diebus & in copia rerum temporalium abundabat, & in prærogatiis plurimis dignitatum.

^a Egregie.
^b præcitat.

^a Matth. 23.
^b 4.

8 Hic itaque fidelis seruus & prudens super familiam Domini constitutus, subiectis tamen non tam præesse studnit, quam prodesse; nihil subditis faciendum iniungens, quod ipse exempli causa non primus pertulisset. Etenim iugum ab adolescentiâ suâ portauerat, & ipse Maiorum ferendo mandata, imponenda minotibus prædicera teperare; Pharisæorum Scribarumque norâ proflus immunitis, qui alligant onera importabilia, & ea humeris hominû iuxta lententiam Saluatoris imponunt, ipsi ea digito non mouentes. Nô sic iste, sed instar boni pastoris forma factus gregis ex animo, creditas sibi verbo pauit ouiculas, pauit exemplo Sanctorum, pauit desiderio & subsidio temporali. Propter quod greci, qui datus est sibi pecus inclytum suum, nec imminutus est numero, sed adauit; nec defecerunt sub eius curâ subsidia temporalia subditis, sed creuerunt. Etenim dum in diebus sui regiminis, & numero subditis sui & merito pariter augerentur, nec de multitudine subiectorum, nec de temporalium affluentia, nec de culmine dignitatis intumuit; sed magis in sanctitate atque profectu discipulorum, quam in excellentiâ prælatura vel magisterij latabatur, quod perpendi faciliter poterit per subiecta.

^a Abdicat;
se officio,
ob munera
de fratre
data Ca-
sari.

9 Fratrem namque carnalem vir Dei habebat, præter titulum sanguinis generosi, satis superque & in diuitiis abundantem. Quodam verò die cum venissent viri Imperatoris, vt assisterent coram illo, affuit inter eos & ille viri sancti germanus. Cui subridens Augustus, animo forte iocandi, Causâ, inquit, tua dilectionis fratrem tuum regali præfecimus Abbatia, facientes sibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui celebrantur in terrâ, vt sedeat cum Principibus, & folium gloriae teneat inter illos. In quo igitur maiestatis nostræ munificientia respondebis. At ille, Vera, inquit, esse omnia recognosco, quae proponit Vestra Serenitas, arbitrorque dignissimum, vt vestra non ingratus inueniar pietati. Dictum duxit in actu, nec multo post decentibus satis Imperatorem muneribus honorauit, famulo Domini Erminoldo tam dicta Imperatoris, quam facta germani penitus ignorante. Ceterum mox vbi ad eum res gesta deuenit, licet horum omnium nec conscius exitisset, Lorsacensem resignauit Abbatiam, protinus tam curâ se subtrahens pastorali, quam vel nota leuissimæ Simoniacæ prauitatis. Aduentus est igitur, quam execrabile duxisset hic Sanctus per tale se virtum maculasse, vt & Prælaturam detestaretur, pro quâ nihil umquam datum vel præbitum esset adipiscendâ; sed pro iam adeptâ, & de postfacto frater suus Imperatori grates per munera retulisset.

^a Redit Hir-
saugiam
cum 40.
discipulis.

10 Relicto igitur regimine Lorsacensi, tamquam bona opinionis ac famæ diluio, ad arcum requieci suæ, id est, ad Hirsaugensem Ecclesiam, & ad suum Noë, Beatum videlicet V Vilhelnum, tamquam emissa columba reuertitur, non sine ramo tamen virentibus foliis venustato. Nam secuti sunt eum discipuli eius,

Tom. I.

non minus quam quadraginta, quos apud Lorsacum ^{A v c t .} sub spatio vnius anni, quo inibi præfuit, Deo college. ^{M O N A-} rat, vt quam fructuosus in verâ vite palmes hic esset, ^{C H O A-} ipsâ vberitate genimini monstraretur. Denique in ba- ^{N O N Y M O .} cculo suo, curæ videlicet pastoralis, solus transierat ad Lorsacense cœnobium, & nunc cum turmis discipulo- rum reuertebatur Hirsaugiam: quorum collecâo tam- quam ramusculus de hac sanctâ radice consurgens, pa- ternæ virtutis gratiâ virescet. Hi ergo ab eo separari non sustinentes, sicut ouiculae (dientes non quidem verbis, sed facto, Verba vita æternæ habes, ad quem ^{loan 6.} ibimus?) Pastorem suum usque Hirsaugiam seque- ^{69.} bantur. Vbi & tamquam Angelus Domini cum hono- re suscepimus, benignissime pertractatur; quippe cuius ibi sanctitatis præconia non latebant.

a Hic impio patri in regnum Germania succedit an. MCVI. Impera- tor coronatus an MCXI. mortuus XXIII. Maij. MCXXV.

b Additur ad marginem in postrem Surij editione, veluti ex- plicationis gratiâ, Laurishainensis. Fuit Laurisla, sive Laurishai- miuum, vulgo Lorsche vel Loris, celebre in agro Vormatiensi mo- nasterium Ordinis Benedictini; postea Premonstratenibus, dein Archiepiscopo Moguntino donatum. Eius Chronicone edidit Tom. I. Rer. Germanicar. Marquardus Freherus; in quo same nulla fit mentio Erminoldi. Sufficior portius Laurecum, sive Loracum, ut etiam hic in Anacephalo si vocatur, vulgo Lorch, intelligentem, nobile in VVirtembriâ cœnobium.

C A P V T I I I.

Prufenigense cœnobium fundatur.

^a 11 P O R R O propter nos homines & propter no- ^{Alius diui-} stram salutem, qui præsentem locum incoli- ^{nitus de-} mus, à Domino factum est illud, vt occasione qua- ^{finatus.} cumque oliua fructifera, & verè vitis abundans il- lic euelleretur, & transplantaretur in hac vineâ Do- mini sabaoth, quam dextra Domini per sanctum Ottone Babenbergensem Episcopum tunc fundauerat & compleuerat, vt hæc nouella recensque plantatio de mundi Ægypto translata, mitteret altius sub tam indu- strio vinitore radices; dum quod S. Otto plantauerat, hic rigaret, vtriuslibet meritis & obtentu Domino dâ- te desuper incrementum. Deo igitur nobis melius ali- quid prouidente, quam humana solertia præualeret, actum esse non ambigamus, quod columbinam hanc animam, & venalitatem, vt dictum est, Simoniacæ pu- tre contagium sic horrentem, atca Hirsaugia à primâ missione recepit, vt occasione hac secundariò mittere- tur, vnde non esset viterius reuersura.

12 Ipso siquidem tempore Deo dignus Antistes ^{nu cœnobij} Otto Episcopus Babenbergensis monasterium, sicut fundatio- ^{Prufenin-} diximus, Prufenigense fundauerat; cuius quidem pos- sessionem ac fundum, intercedente coemptione legitima, iustisque concambiis, nostro dominio compara- uit, cum anteâ iurius alterius exitisset. Ceterum non humanâ voluntate allata est eadem fundandi voluntas, verum reuelatione sibi factâ diuinitus euidenti, cuius, opportunâ occasione acceptâ, hic modum ac seriem inferemus. Hencius etenim quintus eiusdem nominis Imperator Rataponæ Curiam solemnam indixerat regni Principibus vniuersis, & misit scriptum suum ho- râ Curia memorata, conuocatis dicere vt venirent. Itaque cum turba plurima conueniret, & de ciuitati bus properarent ad Curiam Augstalem, affuit & ve- nerabilis Otto Babenbergensis Antistes, velut alter Dauid, fidelis in omnibus, egrediens & regrediens & pergens ad imperium dicti Regis. Verum Rataponæ non habens vbi caput suum reclinare valeret ad com- modum, quoniam Domino disponente ciuitas ipsa re- plena erat hominibus, quasi bricho, domibus omnibus occupatis: memorabilis Pontifex turbulentiam turbæ tumultuosa deuitans, vrbe reliktâ sibi ac suis elegit campi planiciem, quæ nunc muri loci huius includunt.

13 Hic igitur inter duas arbores nucum, quæ tunc ornauerunt faciem campi, eiusdem tentorium sancti Præsulis figebatur. De quibus nimirum arboribus, &

F F longe

Auct. longè antequām id quod nunc dicendum est, eueniret,
MONA- tinnitus & strepitus campanarum visus est multo tiens
CHO A- sonuisse, quem in viciniā demorantes non sine stupore
NON YMO. frequentius audierunt; qui, vt re ipsā iam declaratur,
Eo loco au- futuram quandoque ibi cultus diuinī frequentiam vti-
ditus an- que portendebat. **Quo** in loco, cūn dies abscesserat,
te à sonus noctemque sol reduxerat iam occumbens, recumbens
campana- ibi vir Dei somnum oculis suis dedit, dormitionem
rum. & palpebris temporis congruentem. Et ecce qui locu-
Viso isthic tus est in visione Sanctis suis antiquitus, vt iuuenes
S. Ottomis. quoque nostri visiones videre per illum, & senes nostri
sonnia somnijare demonstrarentur; nouo Iacob Patriarchæ suo, insigni videlicet Ottoni, vt meritò Israel
nomen acciperet, ad imaginem & similitudinem som-
nij prisci Iacob, conforme omnino somnium reuelauit. Videlicet etenim à lecto suo porrectam scalam, cælos-
qué summittare tangentem, in quā etiam Angeli ascen-
sus suos atque descensus amicis vicibus alternabant.
Quo profecto dabatur intelligi, non defuturos in hoc
loco quā plures, qui ad proximum subleuandum cū
Marthā pia compassione descenderent, & ascenderent
cum Mariā celistudinem Domini contemplando. Vir
itaque sanctus euigilans, & prudenter intelligens quæ
videre meruerat, nihil eorum omisit spiritualiter, in
fundatione, consummatione, ac consecratione comple-
re cœnobij, quæ prior ille Iacob in visionis suæ lo-
co peregit, domum hīc Dei veraciter & portam cœli
quam plurimis construendo.

C A P V T I V.

Preficitur Prufeningeni canonio S. Erminoldus.

Quaritur **14** **M**ONASTERIO igitur hīc fundato & con-
Abbas no- summatu secundūm Dei, quam intellexerat,
uo ceno- voluntatem, virum vir sanctus idoneum æstuanti ani-
bio. mo requirebat, qui Christi familiae colligendæ in do-
mo, quam sibi construxit, in tempore suo posset tritici
dare mensuram; quique, vt rei euentus visioni cōgrue-
ret, per scalam religionis hīc ascensuros, quindecim
graduum verbo & exemplo posset docere mysteria;
quoq; prævio ascensiones in corde suo disponēte disce-
rent pedentem in valle lacrymarum, loco quē posuit
ipse fundator, donec dante benedictionē summo legis-
latore, euntes de virtute ad virtutē, Deum deorum in
Sion videre perpetuò mererentur. Cūm igitur quæ-
retur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniretur,
non est inuentus similis illi, de quo nunc agitur, Beato
videlicet Erminoldo; quem Dominus lucernam Chri-
sto suo parauerat, vt ardens & lucens huius cœnobij
ruditatem nouitiam, & ob hoc cæcumentem adhuc in-
tellectu, & affectu torpente, & sanctitate conuersationis
accenderet & exempli, & eruditiois atque do-
ctrinae splendoribus illustraret. Huius itaque famam
B. Otto compieriens, missis ad eum & Abbate suum epi-
stolis ab utrilibet impetravit, vt recens incultumque
nouale colendum allumeret, & iam præexcitus agricola
manū ad aratum mitteret sulcaticem, Prugen-
ensis cœnobij terram patrio visitaret aduentu, & in-
ebriaret sacræ institutionis irriguo, locupletaretque
multipliciter meritorum.

Postulatur **15** Missus igitur de Hirsaugia primus Abbas, ad
Erminoldus. nutum Domini nostrum dictantis honorem, Ecclesiæ
nosc. & præficitur: benedixitque nobis Dominus ad in-
troitum eius, in cuius vtique nomine benedictus ad-
uenit, non sine discipulorum atque confratrum hono-
rabilis comitatu. Denique in suscepiti regiminis culmen
ascendens, speculatorum se domui Israël meminit con-
stitutum, ita pro animabus commissorum sibi perugi-
lans, tamquā redditurus pro eis Domino rationem,
Iob.38.36. & iuxta dictum B. Iob, verè gallus habens intelligen-
tiam, subditos excitaturus ad bona, semetipsum ala ex-
ercitij spiritualis primitus excitauit; cauens vtique re-
probis inueniri vel somnolentus, dum vigilandum aliis

prædicaret. Sanè familiarissimum semper habebat in-
stante vigiliis, orationibus & ieuniis insudare, verbum
Domini prædicare, frequentius regnum Dei & iusti-
tiam eius inquirere anhelanter, fugere gloriam tempo-
rale, quæterre sempiternam. Proinde fide dignissimi
seniores, qui vitam ipsius agnoverant, constantissime
testabantur, nullam sibi septiformis Spiritus gratiam
defuisse, quod à considerantibus conuersationem il-
lius auctusque magnificos faciliter poterat deprehendi.
Nam quantum sibi omnis gloria mundi viluerit, quan-
tumque sibi mundus fuerit crucifixus, & ipse mundo,
si nullo virtutum eius indicio alio monstraretur, eo
solo diligentius aduententi patesceret, quod ad mentis
eius constantiam declarandam, quam aduersus sæculi
tam blanditas quā terrores habebat, hoc loco duxi-
mus subscriptendum.

C A P V T V.

Imperator à Papâ excommunicatus, ingressu monasterij ab
eo prohibetur, nec offenditur.

16 **H**ENRICVS aliquando Imperator, ^acūm pro-
pter excessus suos Papatis excommunicationis **Hericus V.**
sententiam incidisset, & tamen à religiosis ac magnis **Imperator**
etiam Prælatis Ecclesiæ, Imperatoria dignitatis intui-
tu, honor sibi ac solita reuerentia deferretur; ob funda-
toris nostri p̄ememorati, quem non modicè dilige-
bat, honorem pariter & amorem, cum ipso fundatore
grandem sibi demonstratus affectum, ad nouellam
eius Ecclesiam visitandam cum nobilium & magnorū
pompâ multiplici, sicut mos est regius, aduentabat.
Iamque B. Erminoldus, Pater videlicet monasterij, tā
propter Imperatoria celistudinis claritatem, quām
propter concomitantis cum eo, & inuitantis reueren-
tiam fundatoris, cum compulsionibus campanarum,
Fratrumque processione canorā, & reliquiarum ac
vexillorum multiplici apparatu, longè insuper extra
septuæ cœnobij excepturus Cæsarem credebatur. Sed
seruus Dei talum se fauori dissimilem demonstrabat.
Non enim cogitationes suæ cogitationes eorum, ne-
que viæ suæ viæ illorum, qui consuunt puluillos sub **Ezech. 13.**
omni cubito manus, & pretij parietem liniunt adulan- **18.**
do, & propter hoc in Regum dominibus mollibus ve-
stiuntur. Ceterūm iste non vt arundo, nec terroris nec
fauoris vento quolibet agitata, sed vt columna immo-
bilis, nec metu impellebatur, nec inclinabatur gratiā
qualicumque, vt ei vel occursu solemani, vel blanditiā
salutationis applauderet, quem per sententiam Apo-
stolicam cōmunione nouit Ecclesiasticā tunc priuatū.

17 Proinde cū aduentum Imperatoris per præ-
nuntios compumperet, omnia monasterij ostia obserari
præcepit, ne vel Augusto, eiūsve comitibus villa intro-
eundi via pateret; firmiter prohibens & districte, ne erat **S. Er-**
quis egredieretur ad salutationem sive exceptionis ali- **minoldus.**
quam reuerentiam exhibendam. Ipse verò Imperato-
re adueniente ad eum ante claustræ septa procedens, ne
vel ex factu aliquo vel contemptu hoc agere credere-
tur eo in salutato: Libenter, inquit, & officio salutandi,
& exceptionis congruā reuerentia, honorem tibi im-
penderem regium, Imperator, si te communione pri-
uatum Apostolicæ Sedis auctoritate nescirem. At Im-
perator ratus, eum non iustitiæ zelo, sed ex cordis
odio vel rancore proferre, tamquā offensum pro eo,
quod quondam ab eius fratre munera receperet, pro-
pter quæ Lorsacensem resignauerat Abbatiam; Nimiris,
ait, inconsultè ac præcipitanter honore vos tanto pri-
uastis. Cui suspicioni Dei seruus occurrens, columbinâ
vt erat simplicitate respondit: Nouit Deus omnipotēs
corda scrutans & renes, non me huius, sūdici posset, in-
iuriaz memorem vel vtorem; sed me fecisse hæc &
dixisse, iustitiæ defendende intuitu, & pro Papalis ob-
seruatione mandati. At venerabilis Otto Episcopus
medium se utrilibet interponens, Nemine, ait, deuita-

te debemus & tenemur, de cuius nobis excommunicatione non constat. Quo contrâ vir Dei, fortitudinis, quo plenus erat, spiritu robatus, nec gratia fundatrix, nec Imperioriae deferens maiestati, quin veritatem liberè testaretur: Non possum, inquit, sententiam ignorare, quam ore meo memini promulgatam.

Talia perstabant memorans, fixusque manebat, à iustitia sua proposito non recedens. Quid quæso in

Aet. 5. 24. factò hoc Sanctus iste minus fecisse videtur ab his, qui magis obediendum Deo quam hominibus, Principibus Sacerdotum in causâ simili responderunt? Quid Apostolo Paulo, qui in casu ferme eodem, ipsi se Cepha restitisse in faciem gloriatur?

Gal. 2. 11. Quid postremo Ambrosio præsigni, qui Theodosio insigni Imperatori

similiter ecclesia interdixit ingressum, donec pro commissis sceleribus pœnitentiam ab eo susciperet & completeret? Sedenim si ad antiquiora recurrimus, numquid eum comparare non possumus Samueli, numquid non Nathan, numquid non Eliseo, Prophetisque quam plurimis, qui Regibus temporis sui videlicet peccata sua coram impropperantes, vel ad pœnitentiam eos salvarem pronocauerunt, vel diuinam eis interminatis sunt terribiliter vltionem? Nimirum & Imperator in spiritu & virtute Eliæ ista fecisse beatum virum considerans, reuerenter cum suis abscessit, non contempte

Ab isto pœnitentiator. maiestatis, vt suorum aliqui voluissent, vltus iniuriam,

c quod & in summo Pontifice ipsum iam fecisse videant, sed hominis Dei compertam deinceps semper amplius venerans sanctitatem, quam si canina adulatio

nis caudâ sibi cum ceteris allusisset, quod facilè per subscripta poterit perpendi.

Imperator 18 Denique cum non multò post idem Princeps suos cohibet ne monachus noceat.

transitum ficeret ante cœnobium cum multitudine militari, Frates ad opera manuum, iuxta morem, hortum fortè intrauerunt, quem vilis tunc sepes ambiuit. Milites igitur, qui præbant & qui sequebantur Imperatorem, cum Frates in horto videret, arbitrati Principe memorem sui contemptus, sibi placere volentes; Ecce, inquiunt, cucullati, qui Dominum nostrum temere despexerunt, nec Imperiale sibi dignati sunt exhibere reuerentiam, ipsum insuper suis fortibus præsumperunt excludere cum contemptu. Dent ergo pœnas opprobrij & proteruiæ, quas merentur: luant ausus enormes: non ferant impunè spreuisse Cæsareum diadema. Et milites quidem hæc dixerunt, & inualecebant voces eorum, odioque Pastoris, dentes lupinos in eius ouiculas acuebant. Iamque iamque insultum facturi in pusillum gregem Domini videbatur: sed euenit aliter, quam putabant. Nam exiit edictum à Cæsare non speratum, ne Frates videlicet illius omnino præsumerent molestare, vel verbo turbare, vel facto. Sanè non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis milites Imperator, contra quos incitatur exercitum credebatur. Hic significante Spiritu sancto & demonstrante, quod meritum B. Erminoldi absentes & filios defensaret, quomodo eti corpore absens, tamen spiritu præfens erat. Numquid igitur non Dominus magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placuit, cuius absentia etiam merita ipse Princeps intelligens, propria despectionis oblitus, ea coram militibus attollebat? Nolite, ait, range Frates istos, & in eis nolite vllatenus malignati: noui enim, cuius Abbas eorum dignitas sit coram Deo, noui cuius sit sanctitatis; qui eti mihi non detulit zelo iustitiae, plurimum tamen eius confido me sanctis orationibus adiuuandum. Nimirum prudens Augustus prudenter aduerterat, honorem Imperiale sibi non tumoris alicuius fastu à sancto viro fuisse negatum, sed magis in eo humilitatem obedientiae mirabatur, quam maluit Apostolico subditus inueniri præcepto, quam Cæsareum adulando venari fauorem.

a Excommunicatus est Henricus V. tum in variis anteâ Concilio, tum à Callisto II. in Conc. Rhemensian. MCXIX.

Tom. I.

b De Theodosij senioris pœnitentiâ angemus in vitâ S. Ambro. AVCT. fij VII. Decemb. MONA- c Paschalem II. an. MCXI. recusantem eum coronare, nisi renu- CHO A- tiaret inuestitur, captiuum ceperat Henricus. NONYMO.

C A P V T VI.

Erminoldi erga inimicos benignitas.

19 DENIQUE ut appetet, quoniam non ex typho Monachi superbia, sed ex zelo iustitiae Principem Ro- S. Emmerammi manorum monasterij septis exclusit, nunc quâ humilitate & benevolentia inferiores multò personas non fibus ad- solùm excepterit, sed insuper inuitauerit, sibi licet & uerfantur. suis aduersantes, duximus adnectendum; vt aduertatur, quod altissimum mundi caput, quod honorandi etiam monasterij venit intuitu, non despexit vt vultuosus aut contumax, qui Fratres mundo despectos, qui se suosque insuper molestare consueuerant, ad refectionis solatium inuitauit submissus & supplex, quod in his, quæ subiicimus, apparebit. Etenim a Fratres 4 S. Emmerammi nos aliquandiu in principio crebris inimiciis & insidiis fatigabant, impedimenta profectui nostro, quæ poterant, obtendentes. Cumque de die in diem eorum contra nos odium ingrauesceret, ad hoc usque deuenit, vt per operarios suos ante portas claustræ factò fossato, exitus nostros angustiores facere molitentur.

20 Et cum, nullo eis in talibus obstante, huic operi diligenter instarent, venerabilis Erminoldus, vt labores eorum videret, egrediebatur foras, instante iam horâ refectionis, pacificè illos atque benignè salutans: & cum lassos fatigatosque videret, tam internæ mentis eorum labori, quam corporis externo fudori compatiens, ad prandendum eos obnixiūs inuitauit, inductosque refecit hilariter & benignè, tantam illis impendens humanitatem, vt magis ex caritatis saginarentur affectu, quam in epulis quæ dabantur. Vnde factum est, vt dimissi secum mutuo loquerentur, tam Fratrum, qui eos miserat detestantes inuidiam & rancorem, quam viri Dei suorumque benignitatem & mansuetudinem admirantes. Quid, quæso, qui hæc lectori estis, quid vobis videtur de isto, cuius filius sit? Nonne illius, cuius Vnigenitus in substâtiâ nostrâ mortalitatis apparuit, fratresque quos dignatus est adoptare per gratiam, Spiritu eis adoptionis infuso, in quo clamarent, Abba Pater, instruxit, dicens: Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui vos odiunt? Et 44. & 45. quid ex hoc consequentur, adiungens: Vt sitis, inquit, filii Patris vestri cœlestis, qui solem suum facit ori suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nec inefficax fuit opus hæc caritatis aut sterile, sed in ipsis, quibus impendebatur, sicut semen cadens in terram bonam, fructum peperit salutarem. Nam consilio Matth. 5. concilianito, regerentes in locum suum terram quam egescerant, abierunt, nihil incommodi nobis vltérius ingenerentes. Sic igitur, sic secundum Pauli doctrinam vir Dei vinci volens à malo, vicit in bono malum, inimicum cibans & potans, & per hoc super caput eius carbones congerens caritatis. Certè videmus hæc virum Dei non imparem Eliseo, qui Syros ad se capiendum hostiliter venientes Samariam introductos, amicè ne necaretur eripiens, cibo insuper refectos ac potu, ipsis domino suo remisit. Idem finis secutus vtrōbique. Nam illi terram Israël vlt̄ra non addiderunt intrare, & isti molestare deinceps nos cessarunt: nisi quid Syros stupor timorque cohibuit; istos vero deuicit benignitas caritatis.

a Celebre est hoc. Emmerammi Ratispona monasterium; cui, cum hac accidere, Abbas præterat Richoldus, ut ex Vigile opates.

C A P V T VII.
Liberalitas in pauperes. Miracula.

21 DIXIMVS quam constantia & virtute mundi spreuerit dignitates oblatas, quam illatas iniurias

F f 2 patien-

A V C T. patientia tulerit aut deuicerit mansuetudine; superest,
M O N A - vt quā indigentibus proximis liberalitate collata sibi à
C H O Deo communicauerit, quamque in his contra defi-
A N O N Y - ciendi timorem in Domino cōfidentiam semper ha-
M O. buerit, ostendamus. Curam quidem sollicitam ac pro-
L i b e r a l i s . fusionem receptionemque peregrinorum ac paupe-
s i m ē p a u - rum, inter virtutes ceteras, quibus claruit homo Dei,
p e r i b u s quasi spiritus sui sponsam elegerat specialem: propter
S u b u e n i t . quod & in exercitio eius solebat amplexibus singulati-
1. Cor. 9. ter delectari, adeò quodd egeni & pauperes ipso iam
19. vsu in necessitatibus suis cum omni ad eum securitate,
tamquam ad debitorem quemdam accedere presumebant,
& quibus egebant, tamquam à quadam econ-
omo suo fiducialiter postulare. Nouerat etenim,
quodd exemplo Apostoli, cùm esset liber ex omnibus,
omnium seruum se fecerat indigorum.

Famis tē. 22 Deus igitur famulum suum tentare constituens,
imò miserationis inolita sibi virtutem omnibus de-
clare, vocavit famem super terram; omne firmamen-
tum panis contruiuit in totâ Bauariâ, ita vt plurimi pro-
pore omnia igitur ex more concurrunt, referantur cellaria, prom-
sua erogat:

eget ipse. ptuaria patescunt, distribuuntur pauperibus vniuersa.
Non enim prius Pater sanctus in erogando defecit,
quoad deficeret, vnde iam posset aliquid erogare. Ex-
haustis siquidem omnibus officinis, ipse cœpit egere,
qui super egenum & pauperem intellexerat. Venerunt
namque ministri, qui dixerunt omnia claustrum granaria
vacuata, nec iam frumenta ad vnicum & prandium
Fratribus superesse. Quid ergo vir Dei nunc faciat
anxiatus? Recurrat ad horrea? sed vacabant; emat in
foro? sed pretium empionis in cælestes thesauros ma-
nus pauperum deportauerant. Ad Deum ergo con-
uertitur, & tamquam factus in agoniâ prolixius ora-
ba ad eum, qui dat omnibus affluenter. Veri autem
adoratoris, adoratis Patrem in spiritu & veritate, ora-
tio erat huiusmodi: Domine per naturam, per gratiâ
verò Pater, saluifica me ex hac horâ. Sed propterea
veni in horam hanc tantæ necessitatis, vt Fratrum meo-
rum oculi omnia in te sperent, & tu des illis escam
illorum in tempore opportuno, quorum propter te
victualia sunt expensa: tu itaque redde quod debes,
debes siquidem dantibus, qui dixisti, Date & dabitur
vobis. Huiusmodi quidem ad Dominum. Porro ad

S. Georgiū 23. **4.** B. Georgium Patronum Ecclesiæ secundum simile
erat huic quod orabat: Beatissime Martyr, ecce præ-
ceptis salutaribus monitus, & diuinâ institutione for-
matus & iussu, dispersi, dedi pauperibus quæ habe-
bam: qui Deo tibi que in hoc loco deseruunt, nec cha-
bent iam quod manducent, & si dimisero eos ieiunos,
& non fuerint saturati, & murmurabunt aduersum me:
calices, & vestes, & libros, & alia ornamenta distrahe-
re pro viuctu compellor: tu ergo subueni, tu succurre,
tibi enim revelauit cauissam meam atque necessitatem.

in p e r a t o Huiusmodi famuli sui clamores Dominus exaudiuit,
i n n a t u r a t . B. Georgij, quem mediatorem elegerat, interuenit,
nec eum distulit consolari. Nam statim in crastino no-
bilis quidam & dives, cuius Dominus cor tetigerat,
superuenit, & honorans Dominum de suâ substantiâ,
Fratrū supplex in opiam copiosè, ita vt noui cuiusdâ
meritis Elisei, pristina fames in Prufingen tamquam in
portâ Samariæ pelleretur.

Clauso o- 23 Adhuc excellentiorem viam ostendendæ san-
stio templū titatis ipsius duximus demonstrandam, quibusdam
forisitan incredibilem, sed comportam crebrâ relatione
fide dignissimi senioris, qui tanti miraculi testis & cō-
scius fieri meruit & symmista. Die quâdam, cùm ante
ianuas staret ecclesiæ Pater sanctus, & fores essent clau-
sæ, custode monasterij stante cum illo, cuiusdam ne-
cessitatis euentu, ecclesiam ipsam scrinus Dei intrare
volebat. Cumque custos propero cursu circuiens, ape-
rire Abbatii ecclesiam properaret, inuenit eum (mita-
bile dictu!) quem foris reliquerat, introrsus ante altare

sanctæ Crucis intentè orantem, in ipso loco vbi nunc
cius venerabile est sepulchrum, ianuis tamen ecclesiæ
non apertis. Cumque custos insolitâ nouitate miracu-
li staret attonitus, & stupefactus tantæ rei euentum
apud se miraretur, surgens oratione completâ vir Dei,
custodi sub distictæ contestationis interminatione
præcepit, ne ante ipsius exitum de hac vitâ, aliqui ho-
minū id quod viderat, reuelaret. Quid ergo dicemus
ad hanc nisi quodd famulum hunc fidelem in Domino,
& Dominum in electo famulo suo laudare, benedice-
re, & prædicare non desinamus, qui quod in seipso post
resurrectionem suam discipulis suis ostendit, ostendit
in seruo similiter, antequam & à corporeis nexibus
solueretur. Nihilominus ista legentes aduertant, in quâ
solidæ humilitatis terrâ domum mentis suæ vir ille
fundauerat, qui omnem flatum fauoris humani, ven-
tumque popularis auræ, tantâ cautelâ & studio deu-
tauit.

a De S. Georgio agemus xxiii. April.

C A P V T VIII.

Quidam in eius necem conspirant.

24 Ecce iam præcursoris nostri, qui exultauit vt
gigas ad currardam viam cælestium mandato-
rum, passus industrios & velocios, pro tarditate nostrâ
pigris calami gressibus subsequendo prorepsumus,
quantumcumque in odore vnguentorum eius admoto-
dum delectati, & post eum latenter currere gestientes:
sed ecce, vbi è vestigio Eliam nostrum cum Eliseo con-
sequimur, tristes metas attingimus; iam Baal Pharisim,
quod sonat, Virorum diuissio, è vicino nos terret, inter
fratres diuidens & Abbatem, inter pastorem & agnos,
inter discipulum & magistrum. Restat verò transiitum
eius de hoc mundo ad Parrem, & eius occasiones tri-
stissimas exequamur; tristes, inquam, non sibi, sed no-
bis; non sibi, qui semper cupiebat dissolui & esse cum
Christo, sed nobis, quibus in carne utiliter permanis-
set: propter hoc salus hinc refugit, manus trepidat &
terretur, calamus ipse percellitur & formidat. Sedenim
velimus nolimus, eundum est: cincti & adstricti neces-
sitate narrandi, ducimur quod nollemus. Ergo quod su-
perest inuiti & prosequamur. Quia igitur omnes qui 2. Tim. 3.
volunt piè in Christo viuere, persecutionem, sedundum 12.
Apostolum, patiuntur, sanctus Pater iste, quia à viâ iu-
stitia flekti non potuit, nec potuit consequenter odio
non incidere ministrorum. Non enim potest diem
vespertilio non horrere, non potest nec fugere lucem
talpa, non potest Solis aspicere noctua claritatem. De-
Domesica
nique cùm sanctus hic Pater commissi regimini curâ
disciplina
constrictus, sollicitè super custodiâ suam staret, &
inuigilans
vigilias noctis huius sedulû super gregem suum fatig-
occidere
ret obseruare, vt nihil omnino relinqueret incorrectu, statuunt.

quod contra monasticæ religionis fieret instituta, licet
tamquam pater spiritualis, verè in spiritu lenitatis cor-
riperet delinquentes; filij tamen Belial, qui cum satan
inter Dei filios numquam desunt, videntes & inuiden-
tes à suis se voluptatibus coërceri, nec sibi licere quæ
licere volebant, crudelibus insestari cœperunt odiis se
âmantem. In tantumque diatin vesaniæ proumpe-
bant, quod & capabant in animam iusti, sanguinem
innocentem condemnantes effundere decreuerunt: &
iam malitiâ ingrauescente, cultris acutis armati, diem
mutuò statuentes, loci opportunitate captatâ, stabant
in insidiis, cum dæmonibus in occultis, vt interficerent
innocentem in loco, quem sibi condixerant, quia inibi
erat more solito transturus.

25 At quidam ista scientium Dei famulum præ- Mortem
muniuit, ne illò veniret, paratas sibi mortis infidias contemnit.
manifestans. Sed vir iustus tamquam leo confidens Proverb.
absque terrore permanit, & tamquam equus glo- 21. 31.
riæ Domini, qui eo testante exultat audacter, in occur-
sum pergit armatis, paratus cum Domino, imò pro
Domino.

Domino, & in carcerem & in mortem ire ; hæc dicenti sibi respondit : Absit ut paratam impediam tergiuerando coronam : vadam portuſ accepturus palmam, quam Dominus exhibet triumphalem. Quid, quælo, aliud erat hoc famulo dicere, quam quod Dominus ipſe Petro iam dixerat, Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum ? Erat hoc dicere cum Psalmistâ : Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, gratias scilicet referens propinanti. Ceterum quia parum est dixisse, nisi facere consequatur; quod dixit & fecit, procedens ad locum ubi mortem fuerat excepturus, si Domino placuisset ; eius exemplo, qui passurus turbæ processit obuiam se querenti.

**Ioan. 18.
11.
Psal. 115.
13.**

**Diuinitus
percelluntur
parviti-
cida.**

26 Verum sicut Dominum captiuarare volentes occurrente ipso conterriti abiuerunt retrorsum, & corrue- runt in terram, donec se ipse capi permisit ; sic seruum Domini cupientes occidere, cum constantiam viri Dei viderent, irruit super eos formido & pavor in magnitudine brachij Domini, suum tunc pugilem protegentis. Illa igitur vice nemo in eum misit manū, quia nondum venerat hora eius, quam ille, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, in subditorum bonorum adhuc solatium & salutem, & ad cumulationa famuli sui merita, usque tempus quod voluit, prorogabat.

C A P V T I X.

Vulneratur: obitus sui horam prædit: piè moritur.

Iob. 27. 6. 27 T A Q Y E cùm teneret iustus, vt ait Iob, viā suam, Pro. 4. 18. Iterum cō- spirant. Nec iustificationem suam, quam cœpit tenere, desereret; nam & semita vitæ suæ quasi lux splendens, iuxta Sapientis eloquii, procedendo ad perfectum diem iam creuerat ; tantæ lucis asperitus filios tenebrarum offendit, grauisque eis erat & ad videndum, qui magis quam lucem tenebras dilexerūt. Proinde cùm tempus adesser quo Dominus seruum suum decreuerat iam in pace dimittere, post pondus diei & æstus, mercedis æternæ denario præmiandum, iam filij pestilentes, ac tanto Patre prorsus indigni, lupaliter velut agni degeneres in Pastoris interitum conspirabant.

**Vede le-
thaliter
percutitur.** 28 Igitur unus talium campiductor infelix, nomine quidem Aaron, Absalon autem omne, patris persecutor, cùm non vt Aaron Pontifex, sed cùm esset carnifex anni illius, diabolico exagitatus instinctu, locum ad quem vir Dei venire necesse habebat, diligenter obseruabat, ligneum vectem utraque manu vibratum, viribus totis insurgens, capiti venientis illis, tanto annis percutiens sacrum caput, vt ad terram mox seruus Domini sternetur. Eo igitur instrumento mortis & genere, quo frater Domini est occisus, occiditur, ne gloria illius extraneus aestimetur aut exors, qui consors est passionis. Quamuis hic, vt ille, non statim obierit, vt in hac potissimum die gloriosius sua mortis Dominus sacrificium immolare, quo Magi videlicet eidem tria munera mystica obtulerunt. Denique si aduertas, eadem dona nostrum Erminoldum intelliges obtulisse, si per aurum, quod inter metalla malleo plus obedit, obedientiam; in myrrâ, quæ carnem à corruptione conseruat & vermisbus, castitatem; in thure, quod virtut & crematur vt fragret, caritatis ardorem, memineris designari, non sua propria, sed communia requirentis.

**Vides suo-
rum nomi-
na in libro.** 29 Igitur vt in illam diem, tunc se sacrificatus, Domino seruaretur, ita ut vestis accepto tabescens, viribus corporis cœpit repente destitui, iamque ante festum Epiphaniæ lecto decubuit, & in ipsius sacratissimi festi vigiliâ, fatiscentibus artibus aliquamdiu iacuit nihil loquens. Et post pusillum ad se reuersus, & eleuatis oculis in discipulos, qui adstabant, hilari eos aspexit intuitu, sed affatu hilariori omnes, qui aderant, iocundavit. Etenim requisitus, ad thronum Dei testatus est se raptum fuisse celestem, & verba bona & promissa se ibi consolatoria percepisse. Lætatus sum, inquit, in

Tom. I.

his, quæ dicta sunt mihi, numquam videlicet defutu- **A v c t.** rum diuinum obsequium in hoc loco. Addit & sibi **M O N A** librum vitæ ostensum, fratum nostrorum nomina **C H O** mortuorum præsentum & futurorum adscripta litteris **A N O N Y**- aureis continentem. Et hoc, ait, vobis signum, vt cer- **M O**. **O b i t u s h o** tum esse noueritis id quod loquor : **C r a s** inter maioris **r a m p r a** Missæ solemnia cantate choro, Gloria in excelsis Deo, **d i c i t**. egrediar ex hoc mundo. Erat autem vigilia, sicut diximus, Epiphaniæ. Cautet igitur, inquit, cùm signum mei transitus audieritis, ne quis error aut negligencia huius occasione in diuino contingat officio, sed paucis egrediéibus, à ceteris cum omni deuotione sacra Mis- **s a f u r u m** solemnia more solito peragantur.

30 Vt igitur testimonia sua credibilia fierent, & sci- remus quia verum est testimonium eius, sicut dixit, euenit. Nam in sancto Epiphaniarum die, horâ quâ dixerat, anima illa beata domum corpoream ac terrestrem, non manu factam in cælis acceptura, reliquit, introiens in potentias Domini sub hymno vi- delicit Angelorum, ut ibi perenniter inter Angelos ipsi sum Gloria in excelsis concinat & hymnizet. Transtulit autem anno Domini M CXXI. septimo verò postquam de Hirsaugiâ mense Augusto vocatus est, & ad Prufungensem electus Ecclesiâm; quarto verò postquam à venerabili a Vdalicio Episcopo, rogatu Reuerendi b Hartvici Ratisponensis Episcopi, ordinatus est solemniter in Abbatem. **Q u i s enim, quælo, non videat, ideò transitum eius ad eum diem fuisse translatum, quâ Dominus sacrificia Magorum accepit, & intercurrentibus annis aliquot, cælos super se baptizatum voluit aperiri, & in Canâ aquam conuertit in vinum ad nutrias; vt liquidò monstratur, quod die eodem Erminoldus noster domum cælestem introiuit in holocaustis; & cæli, qui Regi patuerant, militi & ipso die pate-re deberent; & quod molestiarū aquæ præsentium inter coniuas æthereos in vinum sibi essent æterni gaudi conuertendæ : Quis enim prætereà purpurata rosa Martiæ intuisse non credat; cùm & iustitia sua causa mortis extiterit, propter quam persecutionem passus est occisoris; & in morte seruauerit patientiam, nihil durum interminans imprecansque lictori; & cùm postremè tantæ conscientiae fuerit in eo sanctitas, vt moriturum se præsciens & prophetans de diuino curauerit magis officio, quæ de suis exequiis ordinare.**

**31 Erminolde ergo Abba Pater, memor esto cōgre-
gationis tuæ, quam possedisti ab initio isto sua funda-
tum, & in quam felicem cursum præsentis stadij cō-
sumasti, æternæ gloriæ præmium apprehendens.
Ideoque suppliciter exoramus, vt gregem tuum pastor
bone non deseras, sed apud beatos ciues tuos continuâ
protectione custodias tuas oves, quas primus opilio
pascendas à Domino suscepisti, cui est honor & gloria
in sæcula sæculorum. Amen.**

a Patavienensis Episcopus, cœratus ann. M CXXI. mortuus ann. M CXXXIV. vir pius.

**b Vigesimalis memoratur ab Hundio Ratisponensis Antistes,
cœratus an. MCV. mortuus III. Mart. M CXXVI.**

C A P V T X.

Gloria eius calitus offensa.

32 Duo tamen miracula annæctimus, quæ post eius obitum contigerunt. Vnum quidem, quod vni de nostris, alterum quod alterius cœnobij fratri cuidâ euenit; vt non solum à suis hic Pater, sed & ab eis qui foris sunt, testimonium habeat sanctitatis: & primum quidem de nostro duximus ordiendum. Erat apud nos **Videt eum** Monachus quidam, prouectæ quidem ætatis, sed miræ quidam in sanctitatis & simplicitatis in vita suâ. Hic cùm vocan- **gloriæ.** dus à Domino, lecto decumbens ad exitum propinquaret, à depurato sibi ministro, si adesset aliquis, inquisiuit : erat autem Sabbatum, hora quâ sonitu tabu- **lae ad** mandatum Fratres more solito conuocantur. **F f 3** **Audiens**

Aver. Audiens ergo nullum esse præsentem: Ecce, inquit, vi-
MONA- deo cælos apertos, & beatum Patrem nostrum, vene-
cho A- rabilem Erminoldum videlicet, assistentem in maxi-
NONYMO. mâ gloriâ coram Deo; quod ut verum esse non dubite-
tur, in testimonium veritatis, iam spiritum exhalabo.
Quo dicto, morte intercedente & sermonem confir-
mantem, quod dixerat, protinus comprobauit.

Item aliud. 33. Accedat & aliud testis, qui de remotis partibus
venit in testimonium, ut testimonium perhibetur de
lumine meritorum venerabilis Erminoldi. Frater qui-
dam ex nostris, quodam vindemiz tempore missus in
b Austria, claustrum, quod b Kotyvik dicitur, hospes
c intravit, hospite quodam alio de claustro dicto e Gar-
sten casualiter cointrante. Igitur horâ refectionis cùm
veniretur ad mensam, hospes hospiti ad vescendum pa-
riter est adiunctus. Et cœnâ factâ cùm fabularentur, &
secum quærerent de diuersis, ut fieri assolet, Garstensis
ille à fratre nostro diligenter inquisivit, si aliquando
habuissimus Abbatem, cui nomen fuerit Erminoldus;
& audito quod sic, & quod insuper apud nos fuerit
primus Abbas; ille sic orsus est: Quamuis, inquit, nul-
lam omnino notitiam vel vita vel nominis eius priùs
habuerim, nuper tamen in veritate compéri, quia non
est patui aut mediocris, sed maximus meriti coram Deo.
Nam ex fluxu sanguinis mirè vexatus, nimirum nuper in-
firmitate & ægritudine laboravi, adeò ut de vitâ etiam
desperarem. Cumque Sanctorum quâm plurim pro
euasione periculi postularem auxilia, ex nimirum mihi de-
bilitate somnus obrepserit. Et ecce rapi ad tribunal Christi
me video, & pro culpis & negligentiis meis durâ
satis animaduersione percelli: vbi dum animas pluri-
mas, pro diuersitate & exigentia meritorum vel con-
demnari à iudice video, vel saluari; oblatus est ei unus
Ordinis S. Benedicti frater, ut videbatur, damnatio-
nisque in eum iam iamque debebat ferri sententia; sed
retractata est, & remissa clementer, Sancti nescio cu-
ius magni, quem quidem videbam, sed non agnosce-
bam, obtenui, inter cetera pro damnando taliter alle-
gantis: Licet, ait, Domine, Frater hic vitam suam sa-
tis exegerit negligenter, irremuneratum tamen tua pie-
tas non relinquat, quod numquâm locum suæ profes-
sionis deseruit, nec transgressus est finaliter obedien-
tiæ sua votum. Sancto ista fiducialiter prosequen-
te, animam rei iudex absolui decreuit, orantis pro eâ
meritis complacatus. Quem cùm optarem scire quis
esseret, ecce unus adstantium iudicii, ipsius venerabilem
Erminoldum Prufenensem Abbatem esse, mihi
protinus intimauit. Hisque peractis euigilo, mecum-
que retrahens ea quæ videram, statim omnibus qui-
dem omissis, illius potissimum inuocare cœpi suffra-
gia, cuius indubitatem expertus fueram sanctitatem.
Quod cùm per officium Missæ facere decreuisse, sed
debilitas vocis obstaret, continuo mihi tantas vites
sensi collatas, quod sacris induitus, Missam, quæ de uno
Confessore dici consuevit, à fine usque ad finem per-
feci. Quâ completâ pristinæ sanitati sum integraliter
restitutus. Hac frater Austria rediens, dum nobis
sæpius rétulisset, superueniens ille Garstensis, cui res
ipia contigerat, sepulchro viri Dei deuotissimè visita-
to, Fratris nostri narrationem personaliter confirmauit;
qui & ipse in Garsten postmodum factus Abbas,
solebat superuenientibus hunc euentum frequentius
enarrare.

Monacho in iudicio patrocina- tur.

Cuiquam sanitatem restituit.

a Mandatum fieri dicitur, cùm fratribus ac hospiti pedes, Christi
exemplo, abluuntur, itaq; loquitur Missale Romanum in officio Cæ-
ne Domini. Vocatur autem mandatum, quia mandauit Christus
pedum lotionem, veluti officium eximia caritatis ac submissionis; &
quia Antiphona que tum canuntur, ab hac incipiunt, Mandatum
nouum. Ita Gauantus Comm. in Rubr. Missalis, part. 4. tit. 8. Fit
autem illa pedum lotion in Ordine S. Benedicti omni Sabbato, ut patet
ex regulâ 35. quæ est, De septimanaris coquina, quæ sic habet: Fra-
ters sibi inuicem seruant, & nullus excusat e coquinæ officio;
nisi aut ægritudine, aut in causâ grauius utilitatis quis occupa-
tus fuerit, quia exinde maior merces & caritas acquiritur. Et
infra: Egressurus de septimanâ, Sabbato munditias faciat; lin-

tea, cum quibus sibi fratres manus & pedes tergunt, lauet. Pedes
verò tam ipse qui egreditur, quām ille qui intraturus est, omni-
bus lauent. Id verò ita obseruat, teste Turrecrematâ, ut qui exit,
lauet; qui intrat, deterget. Cassianus lib. 4. Instit. cap. 19. de mona-
chis Palestina & Mesopotamia, exhibentibus inuicem hebdomada-
tim obsequia, idem tradit, eo solum discrimine, quod id faciunt ad
vesperam Dominica diei, tunc enim, qui hebdomadâ illâ ministra-
runt, conuenientibus in unum fratribus ad concinendos Pfal-
mos, quos quieti ex more decantant, omnibus in ordine pe-
des lauant.

b Hundius Gotvicum vocat, traditq; ab Vdalrico Patauiensi
Episcopo, de quo cap. 9. num. 30. Canonicois electis monachos Benedi-
citos isthuc introductos. Situm est ad Danubium ferè è regime
Cremulj.

c Eß Garsten, ut lib. 2. Metropol. scribit Hundius, monasterium
supra Anassum in Austria, non procul à Steyrâ urbe.

L I B E R I I.

Miracula post mortem.

C A P V T I.

S. Erminoldus à morte clarus miraculis.

1  N his duobus mandatis officio ca-
lami, quomodo in eis reuelationes **Prefatio**
& visiones Domini continentur, re-
ligiosis viris non diu post felicem
transitū sancti Patris ostense, ac per
hoc quadam iure propinquitatibus ad præcedentia per-
tinebant, scientes quia hora est iam nos terminare ser-
monem, huic libellulo finem dantes, iugo boves absolu-
imus laflatos. Porro unus est necessarium, ut vide-
mus. Quomodo enim ipsius libelli distinctio bipartita
est, primâ quidem eius particula, peregrinationem He-
brei nostri apud Ægyptios huius mundi seu Babylo-
nios continent, secundâ verò in exitu Israël de Ægypto
præsentis sæculi, & ingressu terræ veræ promissionis
explicita; consequenter succurrentum & consulendū
eorum opinioni existimamus, imò dubitationi eorum
& dissidentiæ potius occurrentum, quibus vitæ lau-
dabilis claritas, quibus pretiosa in conspectu Domini
mors Sanctorum eius ostensa non sufficit, sed nisi cum
Thomâ miracula tangant aut palpent, & nisi signa vi-
deant & prodiga, non credentes cum Regulo Iudai-
zant. Ut itaque tales habentes tantam nubem testium
interpositam, ad credendum vel ipsius operibus, in-
uitentur, vel potius compellâtur; ad virtutes & signa,
quibus mirificauit Dominus Sanctum suum, etiam
postquam de hac vitâ transiuit, hodieque mirificat,
transeamus, à fine libri prioris, sequentis initium fa-
cientes; de ipsius tractaturi miraculis in libro secundo,
de cuius in primo vitâ & transitu. In principio erat
Verbum. Igitur cùm iam Domino complaceret, ut tri-
stitia nostra verteretur in gaudium, ut scientes eum
cælo viuere læaremur, quem defunctum sæculo luge-
bamus, manifestauit se iterum Iesus ipsum Angelorum
fecisse confortem, quem ablatum humano dolebamus
esse consortio. Manifestauit autem sic.

2 Honestâ quædam mater familias, Christina voca-
bulo, cum matre suâ, Berthâ nomine, Deo valde de-
siderat, de ciuitate Ratisponâ Prufeningen fratrem suum **Suaus**
pulchro visitatura accessit. Cumque die iam inclinato vehiculo **odor è se-**
noldi.
domum reuerti patarent, mater quasi valefactura San-
ctis, præ foribus monasterij, quia clausum erat, orare
cœpit attentiū, & subito miri odoris perfusa est sua-
uite: quem cùm tacitè miraretur, ecclesiam aperi-
petit, & obtinuit, & intrauit, sensitque fragrantiam
illam de sancti viri spirare sepulchro. Diuinæ igitur
gratiæ non ingrata, regatians, votum vovit Deo Ia-
cob, quod famuli sui sepulchrum Erminoldi, de cuius
meritis certiorari meruerat, per circulum anni totius, **Initium**
nudis pedibus visitaret. Quod & impleuit, numquâm **peregrina-**
tionem ad hæc vel pro via profunditate, vel madoribus pluia- **rum,**
illud.

rum, niuiūmve rigoribus intermittens. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illâ, ipsius exemplo, quoniam erat ex honestioribus ciuitatis, cœpit viri Dei memoriam frequentare, & illius auxilium in quibuscumque necessitatibus efficaciter experiri. Hoc initium signorum fecit Iesus coram discipulis serui sui fidelibus, & manifestauit gloriam suam & dignitatem, quam iam accepit in cælis, qui terrena dignitatis gloriam non quæsiuit. Et congruè satis à suavi odore incipere debuit sua glorificatio, qui se ipsum Deo in odorem obtulit suavitatis, ut aptè fræcto alabastro sui sanctissimi corporis, meritorum ipsius & famæ dulcis effunderetur vnguentum, ex cuius odore domus Ecclesiæ redundantius impleretur.

*Pueris a-
gris subue-
nit.*

- b* 3 Illud autem, inter signa quām plurima, Dominus Sancto suo quasi priuilegium speciale concessit, quod pueri ægrotantes, ad eius, ut fieri solet, ponderati sepulchrum, vel continuò eius meritis conualescunt, aut ab ægritudinis diuturnitate mortis compendio proutus absoluuntur.

*Conrado
Episcopo
petita con-
cedit.*

- 4 Hoc etiam cùm piæ memorie Dominus Chunradus Moguntinus Archiepiscopus famæ præconio comperisset, cùm diutinâ laboraret infirmitate, quam ex aëre inconsueto in Terrâ sanctâ contraxerat, nec quidquam sibi conferret experientia Medicorum; ad sepulchrum viri cum marcâ argenti se ponderans, cum clamore valido & lacrymis, exauditus est pro suæ formâ petitionis. Postulauerat etenim, ut à diuturnitate languoris, vel citâ euafione, vel beneficio saltem mortis absoluueretur. Qui mox antequām Sedem suam attingeret, morte intercedente obtinuit quod petiuit Beati meritis Ermoldi.

*Cecum il-
luminat.*

- 5 Vir quidam re pauper, & luminis orbitate pauperior, deuotionis tamen & fidei copiis opulentus, Prufingen virti Dei beneficia periturus ingreditur, & à pluri bus, qui de villâ vicinâ venerant, & ante fores stabant ecclesiæ, ostendo sibi in ecclesiâ Sancti sepulchro, pueri se ducentis manu circa altare locarus est, ut petiuit: egresso quæ ductore, gressum baculo suo prætentans, ad sepulchrum deuotus accessit, & humi prostratus postulauit in fide nihil hæsitans, ut lumen recipere mereretur. Moxque se sentiens exauditum, visu recepto egressus, ductori suo videre se dixit, & omnibus qui astabant, qui eum cœcum viderant introisse, ac sibi sepulchrum ostenderant requirenti. Hos ergo uniuersos & testes suæ illuminationis habuit & præcones. Cumque illuminato congratulantum vox eminens audiatur, nam ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant, ille Deum ac famuli sui merita collaudauit.

a Aliquid hic deest.

b Est id in Belgio quoque nostro usitatum, ut egros pueros appendant, & pondus tritico aliâ ve re, quam offerre Deo aut Sanctis voluerint, exequent, addit à summa aliquâ auri argenteive.

c Conrâdus I. an. MCLXII. creatus est Moguntinus Episcopus. Biennio post à Frederico I. quod Pontifici Romano aueret, derubatus; anno MCLXXX. restitutus: MCXVII. cum aliis Principibus cœtra Saracenos missus in Terram sanctam, Leonem Armenie Regem coronauit. Postea in Hungariam profectus ut Reges fratres diffidentes reconciliaret; dum Moguntiam rediret, in territorio Patavieni obiit XXVII. Octob. MCC. aut, ut quidam volunt, paullò serius. Filius de his Serarius Noster Rer. Moguntiac. lib. 5.

C A P V T II.

Blasphemus quidam punitur.

a Blasphemus quidam sepulchru S. Ermoldi percutit.

6 FRATER quidam, ex his quos *a* Barbatos dicitur, superueniens maligno spiritu stimulatus, & Dei gloriam non ferens, illum qui Dei ac famuli sui beneficia prædicabat, cōtumeliosis cœpit obiurgationibus insectari, eum deceptorem ac mendacem appellans, & huiusmodi artificio venare eleemosynas largiores. Quod ille liberâ voce refellens abiit & recessit. At ille Barbatus inueteratusque diérum malorum, temerario ausu debacchans, facto flagello de virginis, tribus

ictibus tumbam Pattis sancti proteruè percutiens, ore *A v c r.* sacrilego, Quiescas, inquit, tu Erminolde, & nos in- *M O N A-* quietare desistas. Vix ista finierat, ecce Deus ultionum *C H O A-* Dominus, ultione condignâ coercuit blasphemantem. *N O N Y M O:* Nam facies eius tamquam aquâ feruenti perfusa cœpit incredibiliter austare. Qui festinus egrediens de ecclesiâ, ad suum cubiculum properabat, vt lecto decubens alleuacionem aliquam expectaret. Erat autem magister opilionum. Quem unus de famulis suis è vestigio sequebatur, qui quidem blasphemias suas audiebat, diuinæ tamen nesciis ultionis, blatiâ ipsum pro verbis suis admonitione corripuit, illo secundum similitudinem serpentis & surdæ aspidis, nil penitus respondentem, donec venerunt ad fontem iuxta, vbi iumenta monasterij adaquari solebant. De quo haustâ *Diuinitus* sibi aquâ per famulum, austuantem faciem spe refrigerij manibus infundebat, sed vim virtutis suæ oblitus est aquæ liquor, vicemque contrarij peragens elementi, vrebatur acris patientem. Itaque lecto decubuit, ac inter flagella Pharaonizans, licet à pluribus, vt relipisceret, moneretur, secundum duritiam suam & impunitens cor thesaurizauit sibi vindictam insuper amplioram. Nam de die in diem, cor eius erga Domini Confessorem in suâ duritiam persistebat. Et quoniam apposuit adhuc peccare ei, & in iram concitauit Excelsum, appoluit super eum Deus plaga horridiores. Nam percussus leprâ terribili, ab hominibus est amotus.

Et cùm adhuc suaderetur, ut pœniteret, declinauit cor suum in verba malitia ad excusandas excusationes videlicet in peccatis. Nam respondit, se adeò non pœccasse, quod mala talia meruissent. In huiusmodi igitur blasphemâ persecuerans, cùm prævaricator ad cor redire contemneret, factum est in vñâ dierum, vt per ministrum appositâ sibi mensâ, & desuper pane & potu, minister ad cibos pergeret offerendos, quibus allatis, quem miserè viuum in obstinatione reliquerat, *Impunitis* miserabilius in peccato suo mortuum reperit. Nam in arulam plenam carbonibus, quām gratiâ calefaciendi sibi habuit antepositam, facie pronâ ceciderat, & expirauerat præambustus. In quo patet appetit, quod qui cœco fidei fuerat odor vitæ in vitam, isti blasphematio factus est odor mortis in mortem, in resurrectionem positus & ruinâ, hinc inde, cùm diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum, illum fideli deuotione illuminans, illum percutiens pro reatu. Et sicut tumultus virti Dei ter virginis cœsus est per proteruum, sic tripli plaga percussus est inimicus, ardore videlicet faciei, dehinc lepræ contagio, nouissimè verò morte pœsimâ peccatorum. Ceterum descripto rigore iustitiae, ad solatia misericordiæ reuertamur.

a Explicat hanc vocem titulus capituli in edit. Canisi: De quodam Conuerso grauiter punito.

C A P V T III.

Infirmi curati. Inhibita miracula.

8 R A D O L D V s nomine puer in monasterio, tan- *Fluxus* tum de auribus singulis noctibus sanguinavit, aurium vt manè puluinar ipsius alicuius animalis perfusum *turatus.* fanguine videretur. Qui cùm esset ad tumbam virti Dei tertio ponderatus, illuc restitutus est integra sanitati.

9 Inter hæc augebatur quotidie credentium in Domino multitudo, patrocinium famuli sui requirens. *Contracta sanata.* Inter quos mulier quædam, Ieruta nomine, ad sepulchrum Sancti nummo se ponderauit, quem cùm in arcellam oblationum mittere debuisset, denario clavis retento ad altare illum voluit obtulisse, sed dolum illi cō vindicta consequebatur. Nam illi ita contracta est manus, vt ne eam extendere, nec nummum excutere prævaleret. Ad cor igitur reuersa flagello, redit ad arcam denarium immisura; statimque misericordia & veritas obviauerunt sibi, nam manum, quam dolus concluserat, veritas patefecit. Misso igitur *F f 4* *quod*

A V E T. quod mitti debebat, gaudens mulier alium obtulit ad **M O N A-** altare.

C H O A- 10 Cum itaque turba venerantium seruum Dei **N O N Y M O.** diatum accresceret, Monachus quidam, Wolframus **C e s s a n t** ad tempus mi- nomine, sepulchri custodiae deputatus, super illud ædi- racula. facere proposuit ædiculam cancelleratam, per quem- dam, Berchtoldum nomine, carpentarium, qui homi- cido perpetrato nondum Ecclesiaz reconciliari me- ruerat, dictum opus incipiens consummavit. Porro Dei famulus sacrilegum in ecclesiam illius ingressum, & opera manuum cruentarum aspernans, solita beneficia requirentes per annos aliquot destitit exaudire. Quod cum Fratres solertiùs perpendissent, ipsam ædi- culam prudenti consilio remouerunt. Sed non statim finis, ut Dei ac sui famuli designatio placaretur.

I t e r u m f i u n t . 11 Igitur quia non obliuiscitur misereri, cui propriū est misereri semper & parcere, cum rogatur; aliquanto tempore iam decurso, anno M C C X I V. Dominicæ Incarnationis, stetit Phinees, & placauit, B. Erminoldus videlicet, ut auerteret iram eius, quem opus offenderat homicidæ. Quidam ergo, Waltmannus nomine, cuius Ratisponensis, à quodam Ruberto, qui Fratrum vestibus præterat, sibi familiariter requisivit, cuius sepulchrum hoc esset, quod in medio monasterij cer- neretur. Et auditio, quod primi Abbatis esset istius loci, & quod idem fuisset vitæ sanctissimæ, quodque in carne adhuc & post mortem miraculis claruisset, & ab his destitisset ad horam, ex causâ, quâ nesciret; dictus Waltmannus illi Ruberto, Scito, inquit, quod in breui Dominus iterum eius merita declarabit. Vidi enim in visione me cum multis intrasse hanc basilicam ad orandum, & ecce à parte capititis tumuli, arbor, ut vide- batur, aurea tantæ magnitudinis succrescebat, ut lati- tudo ramorum ipsius cunctam repleret ecclesiam, & extra ianuam insuper se protendens. Quo profectò portendebatur, quia, quod olim dixit Dominus Do- mino meo vnigenito suo Christo passo in carne, hoc famulo suo similiter, et si non sicut vox huiusmodi lapla ad eum à magnificâ gloriâ, ipso tamen effectu esset in breui dicturus: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Clarificaui, videlicet degentem in carne vitâ insigni, transitu gloriose de mundo migrantem, virtutibus & miraculis iam defunctum; & iterum clarificabo in no- uissimâ tubâ, inter omnes electos, interim verò sequen- tibus signis, quæ pro negligentiâ & reatu quorundam pro tempore cessauerunt. Quod & rerum euentus in proximo declarauit.

C A P V T I V.

Varia egritudines eius ope depulsa.

S I Q U I D E M paucis diebus elapsis, vespere Sab- bati, cum post officium vespertinum Proces- sione ante altare sanctæ Crucis solito ageretur, quidam ad- erat inter multos, qui puerum cæcum in brachiis de- portabat. Cui cum ianua clauderetur egresso, Theodo- dericus quidam Monachus ei obuians, & videns pue- rum esse cæcum, redire consuluit, & Sancti suffragia postulare. Populo itaque, qui iam exierat, tedeunte cum puero. Deo ac famulo eius pro illuminatione pueruli à cunctis obnoxii supplicatur. Et continuò Deus omnium exauditor, cæcos oculos claro lumine minatur. reuestiuit, suum glorificans Confessorem. Rogatus ergo pueri gerulus apud nos aliquamdiu demorari ob tanti miraculi testimonium, recusauit, se quidem & puerum esse protestans patre & matre carentes, & de

Gallia Belgica oriundos, ex territorio a Treuerensi, se- quæ puerum compassionem fraternali ad diuersos Sæctos spe circumulisse salutis, cuius subventionem expertus nunc esset B. Erminoldi gloria referuamat. Ideo, inquit, iam propter quempiam non tacebo, & propter aliquem non quiescam, donec ad solum natale regres- sus, annuntiem huius Sancti præconia circumquaque.

13 Item mulier quædam iuuacula de civitate Ra- **P a r a l y t i c a** tisponensi à parentibus matrimonio copulata, ita post **c u r a t u r.** breue tempus est dissoluta paralysi, ut loquendi visum profrus amitteret, oculo altero priuaretur, dentes ha- beret ad inuicem ita compressos, ut horâ refectionis cultello vix soluerentur ad escam: manibus quoque contracta & pedibus, miserabile sui spectaculum pre- bebat. Quæ more solito ponderata iuxta sepulchrum virti Dei per suos, mox tam integraliter est sanata, ut quæ ab aliis deportari consueverat, pedibus sanis ac- cederet ad altare, & manibus anè contractis à sacri- ficium offerret, & muto priùs ore Missam à Sacerdo- te depositeret celebrari, oculoque recepto lætissimè re- mearit ad propria cum amicis.

14 Sed cum gratias etiam postmodum Domino **C o n t r a d i a** redditura, sepulchrum Sancti frequentius visitaret, **r e s t i t u t u r.** puella quædam allata est, cuius manus contracta erat omnino. Quam manum cum mulier antè dicta tumu- lo Confessoris imposuisset, adstantibus Fratribus & orantibus pro eadem puellâ, clamans, Oh, integrâ sa- nitate recipi, in momento in istu oculi manum antè contractam extendens, ouum quod casu in tumbâ ia- cebat, puerili more attraxit, iocunditatem & exulta- tionem risumque excutius vniuersis.

15 Alius quidam puer, carne fœdâ in inferiori pal- **F a c i e d e-** pebrâ succrescente, turpem faciem præferebat. Quam **f o r m a t u s** carnem cum medici & chirurgici dicerent resecandâ, **s a n a t u r .** amici maius periculum metuentes, consilio saniori, Deo & seruo eius deferendum puerum spoponderût: cumque manè iter aripere surrexisserint, misericordia præueniat iam fideles, carnemque abstractam peni- tūs inuenerunt; in patratæ rei sigum, sanguineâ tan- tū maculâ remanente. Qui beneficio Domini non ingrati, votum deuotè soluentes ad tumbam Sancti puerum adduxerunt, narrantes laudes Domini & vir- tutes eius fratribus vniuersis.

16 Puer quidam cum continuo vomitu fatigatus **V o m i t u s** effet, nil penitus alimonie retinebat. Qui ad tumbam **s i s t u r .** Sancti ponderatus à suis, sine morâ plenam adepte est sanitatem.

17 Quædam mulier horrendo ventris adeò fuit **T u m o r** inflata tumore, ut ab aliis, & à scipâ grauida credete- **v i e r i r e s i-** tur, patiens crebras, sicut solent habentes in vtero, **d i s .** punctiones: verùm solito prægnantium tempore de- uoluto, cum se non esse grauidam compriisset, ad san- ci viri Dei sepulchrum cum oblationibus & Dei lau- dibus se præsentans. **c**

18 Quædam Agnes in d S. Pauli monasterio Mo- **n a l i s** nialis incredibili tussi incommodo fatigata; ad inuo- **T u s s i b i-** cationem famuli Dei se sensit continuò liberatam, **d e p u l s a .** Quæ tempore alio morbo simili repetita, repetitâ ora- tione ad Dei seruū secundò mox curata est per eum d. c.

a Treueri vel Treuiri Gallia Belgica populi, quorum urbs pri- maria Augusta Treuerorum, vulgo Trier, Belgica prima metro- polis.

b Id est, donum aliquod, nam præter Missam nullum est Chri- stianis sacrificium propriè dictum.

c Deest aliquid, forè sanitati restituta est, aut quid simile.

d Est id Ratispone, edificatum à S. VVolfgango an. DCCCCXCIV, cui prima Abbasissa prefuit Brigida soror S. Henrici Imp.

C A P V T V.

Alia varia curationes.

19 I V V E N I S quidam, dictus Ulricus de Cevren, item dolor dolore grauissimo capitidis molestatus, ad sepul- **c a p i t i o n i s .** chrum Sancti deuotè se ponderans sine morâ est red- ditus sanitati.

20 Mulier quædam paupercula grauissimâ disso- **P a r a l y t i c a** luta paralysi per decem & octo hebdomadas, pro- **s a n a t u r .** quantacumque corporis sui necessitate vel se mouere de lecto vel surgere non valebat. Quæ de viri sancti virtutibus conceptâ fiduciâ, quodam diluculo vesti- bus suis induitur, in Pruslingen afferens se ituram; quam

quam cùm feminæ commanentes insanire præ infirmitate putarent, deduci ab eis ad ostium attente postulans impetravit. Hæc inter tenentium manus Sanctum obnixiùs obsecravit, vt si vocum eius sibi placaret atque deuotio, vires ad deambulandum sibi apud Dominum obtineret. Nec mora: tantâ celeritate, quas ductrices habuerat, antecessit, vt primæ nouissimæ & nouissima prima in itinere viderentur, & vix eam aliae consequi præualerent.

Item alia. 21 Alia mulier, dicta Alheidis, de villâ vicinâ cœnobio, sic est percussa paralysî, vt ore retorto deformiter ad maxillam, & uno oculo excæcato, horrendam faciem circumferret. Hæc in vigiliâ Epiphaniæ, quando in crastino anniversarius Sancti peragitur, ad sepulchrum eius accedens, eius suffragia intentissimè flagitauit. Itaque manè regressâ orauit eumdem sermonem, & statim ore ad statum pristinum reformato, & oculo restituto, similiter plenam est adepta sanitatem.

Item phreneticus. 22 Quidam Hartwicus de Chepen ex nimio morbi feroce raptus in phrenesim, de manibus se tenentium sese proripiens, currētque per silvam, more lymphantum ferebatur. Qui adductus ad tumbam serui Dei per amicos, S. Erminoldi obtentu post modicum integrè restitutus est sospitati.

Alius infirmus. 23 Alius quidam Leutvinus de villâ eadem à gravi nimis infirmitate iuxta idem sepulchrum, Sancti meritis continuò est sanatus.

Contrafacta. 24 Mulier quædam paupercula, gressu carens, de loco ad locum scabellis se manualibus promouebat. Hæc ad sepulchrum viri sancti deueniens, ipsius auxilium inuocauit, & protinus consolata sunt basæ eius & plantæ, ita vt baculi sustentaculo ad ambulandum sit contenta.

Infirmus aliis. 25 Cucus Fratum, Henricus nomine, cōguomine VVirth, cùm post febres acutas, tibiarum oculorumque dolore maximo laboraret, in die Natalis Domini summo diluculo, ad sancti viri sepulchrum deuotiùs orâs accessit, & statim sanitatem receptâ per illum, suscepit Domini misericordiam in medio templi sui, vbi famulus Domini requiescit.

Item aliis. 26 Percholdus quidam ciuis de Ratisponâ, cùm de Terrâ sanctâ reuerteretur, morbo cœpit grauissimo cruciari. Porrò in partes veniens Alimanæ, auditus B. Erminoldi virtutibus per diuersos, pro sanitate recipiendâ ipsum attentiùs inuocauit, in suâ exauditionis indicium, antequam domum suam intraret, postulans se curari. Quod fideliter periit, efficaciter consecutus, receptâ, in præceptâ potius, integrâ sospitate, domum reuersus est vt petuit.

Cancer depulsus. 27 Eiusdem Perchtoldi filia filiam habebat Agnetam, cuius pudenda motbus horrendus, qui cancer dicitur, occupauit. Anxia ergo mater pro filiâ, ipsam ad tumulum viri Dei perduxit, eiusque inuocato suffragio pro filiæ sospitate, censem quinque nummorum se sibi promisit annis singulis oblaturalam. Quo factâ filiâ plenè curatâ, materna deuotio citâ se gratulata est exauditam.

Item dysuria periculosa. 28 Altera quoque filia eiusdem Perchtoldi, filium paruum habebat difficultate urinandi grauiter laborantem. Cumque medicorum alij esse stranguriam, alij verò calculum iudicarent, eumque oportere incidere testarentur; amici eius ponentes in Deo spem suam, B. Erminoldi patrocinia requirentes, non sunt fraudati à desiderio suo. Nam puer adductus ad sancti viri sepulchrum, illuc integraliter est sanatus.

Item dolor oculorum. 29 Alius item ciuis Ratisponensis, Opertus nomine, filiam quamdam habebat Rapotonis vxorem, quæ oculorum dolore ferme cæcata, ducta ad virtu Dei sepulchrum, cùm decem nummos in censu eidem promitteret annuatim, insperatam oculorum recepit protinus claritatem.

Idem in alio. 30 Quidam de ipsâ etiam ciuitate Henricus, qui Vicedominus appellabatur, simili dolore laborans,

ductu amici sui cuiusdam etiam Henrici vocabulo, ad Av. c. sepulchrum Patris sancti deueniens, simili deuotionis affectu, effectu curationis simili est auditus.

31 Filius eiusdem Henrici, filium quemdam habebat, qui distortis pedibus difficulti gradiebatur incessu, Difformi pedes curati. & ipse Erminoldi meritis est curatus.

32 Alio autem tempore idem Henricus aded fluxu sanguinis infirmari, vt nullo medicamēto quid- quam proficere se sentiret. Ad nota ergo sibi iam secundò Patris sancti suffragia se reuertens, iterum curari meruit, per eumdem Dominum nostrum, famulo eius fideli manu contacto, cuius simbriam olim tangens hæmorrhœissa recipere meruit sanitatem. Hic iam tertio manifestauit se Iesus eidem Henrico, in sui gloriam Confessoris.

C A P V T VI.

Energumenacurata, aliq, egri.

32 IN Castro Napurch mulier quædam Leucardis, *Mulier.* cuius iuueni matrimonialiter copulata, cùm *viro im-* quadam die vitreis annulis more luderet puellari, *precante,* maritus offensus ed quod necessaria negligens vanis à dæmon. intenderet, maligni spiritus ei imprecans incautus in uasionem, coniugi non coniugaliter male dixit. Statimque vt vel vanitas huius, vel illius acerbitas nimia punitur, diabolus mulierem inuadens acerrimè cruciabat, & verba per eam blasphemæ & turpia proclamauit, accendentium culpas eis improperans & peccata. Cumque Sacerdotes super eam dicerent exorcismum, Vestra, inquit dæmon, verba non curo, nec attendo blateramenta: repellendus Erminoldo reseruor; ille accepit reiiciendi me potestatem. Et mirati sunt uniuersi qui aderant, & ipsi nil horum intellexerunt, ed quod nondum ad partes illas viri Dei præconia peruenissent. Et murmur multum erat de eo in populo, quæ dæmon diceret Erminoldum; & dicebant ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis dæmonium? nescimus quid loquatur. Cum itaque crederent se illudi, affuit de Ratisponâ Rupertus quidam, qui diceret se intelligere id quod diabolus loquatur. Et incipiens interpretabatur illis, qui aderant, verba quæ dixerat inimicus; B. Erminoldi vitam, & sanctitatem, & miracula plurima manifestans. Ille est, ait dæmon, ille est de quo loquor. Instructo ergo vehiculo mulier superposita, in Prufenigen adducta est per amicos. Cumque deuenit ad fore ecclesiæ, illa teniti manibus cœpit & pedibus, sed vi deducentium & labore non modico, sepulchro est superposita viri Dei. Vbi cùm fratres dicerent exorcismos, & preces effunderent pro vexatâ, vix illa ne effugeret, tenebatur. Cùm subito Deo suum famulum honorante, mulier altius ingemiscens, Achachque proclamans, quasi resoluta in somnum protinus conquieuit. Cumque ablata sepulchro in terrâ super plumarium reclinata fuisset, & an haberet melius, quereretur, optimè sibi esse ac se liberatam esse respödit, sed nil penitus virium habere. Iḡitur amici cùm illâ totâ nocte ad Sancti tumulum excubantes, manè viam arripiunt reuertedi; & cùm iter agerent, vocem huius. *Denuò ob-* modi dæmonis audierunt: Etsi ad te accedere non *ingratitu-* præsumo, à te tamen longius non recedam. *dinem oc-* Sana tamē *cupatur.* mulier est domum reuecta. Non multum temporis intercessit, & ecce amici feminæ liberatæ, Deo gratias non agentes, oblii sunt beneficiorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis in illâ. Ideo quæ quantæ culpæ ingratitudo sit apud Dominum, meruerunt prout experiri. Denique cùm Dei ac sui famuli beneficia magnificare inter suos, & laudibus dignis atrollere tenerentur; illi magis ea occultare ac tegere sargebant. Cùm ecce subito in patris sui confpectu, dæmon reuertens in domum suam vnde exiuit, nouissima hominis istius peioribus faciens, per os eius cœpit horribiliter exclamare: Quæ vos occultare nitimeti, ego faciam omnibus manifesta. Hoc dicto acriùs eam cœpit,

Auct. pit, quām anteā, cruciare. Igitur amici eius me-
Mona- tirā vltione confusi, vexatione dante, vt affolet, intel-
cho A- lectum, ad cor redeunt, suā ingratitudine pōnitentes.
nonymo. Itaque ad benefactoris sui refugientes auxilium, vt sui
Liberatur. misereretur & patientis, negligentiā ipsorum dignan-
ter oblitus, humillimē postulabant. Apud sepulchrum
igitur viri Dei denuō pernoctantes, Dominō sui familiū
merita declarante, manē sanam eam & incolūmē
recepērunt. Sicq̄e Dominum collaudantes, vt decuit, cum sanā & lātā lātantes ad propria
sunt reuersi.

Monocula 33 Mulier quādam per octo annos oculo uno
wijum in- prossus orbata, plenā fide ad sepulchrum Confessoris
tegrum re- accessit. Quācūm totā deuotione mentis oraret, corā
cipit; omnibus, qui ad Annuntiationis Dominicā festa con-
uenerant, lumen ad reuelationem insignium merito-
rum & gloriam Christi famuli declarandam lāta reci-
pit, turbam non modicam habens suā testem illumina-
tionis, & Dei & eius famuli laudatricem.

Distortus 34 In paraseue quādam de Ratisponā mulier pue-
gressum: rum fere septennem adduxit ad memoriam virti San-
cti, distortos imò prossus inuersos pedes habentem,
ac impotem ambulare. Pro quo dum mater totā die
vsque ad horam prandendi precibus institisset, inte-
grā puer est restitutus sanitati, qui & in miraculi per-
petrati memoriam de fratrū prandientium manibus
fāpē postmodū panem & cibos accipiens, domum
detulit matti suā.

Item alia. 35 Alia quādam mulier puellulam ferme quinqui-
genem similiter pedes habentem inuersos, & num-
quām valentē aliquid ambulare, ad Sancti sepulchrum
in vigiliā Pentecostes apportauit. Et ecce inter com-
pulsandum ad Vespertas, plurimā turbā præsente, plan-
tis eius ac pedibus ad reūtitudinem restitutis, vsum
gradiendi recepit, iuxtaq̄e sepulchrum primō qui-
dem pederentim obambulabat, deinde verō diatim
magis magisque proficiens, integraliter est eurata.

Epileptica 36 Heroldus quidam ciuis de Ratisponā filiam
fanatur. habuit, quāe morbo epilepsia adēd vexabatur, vt quo-
tidie bis vel ter elideretur ad terram. Pro quā dum pa-
rentes, per dies trīgīta continuos, ad sepulchrum fan-
cti viri eam ponderare voluissent, impleuissentque
quod vouerant, filia reddita est integrā sospitati, ob-
uiantibus sibi Dei misericordiā, & vountium & redi-
dēntium veritate. Qui & Sancti beneficio responden-
tes, curatam eamdem ad viri Dei sepulchrum, cum vnā
candelā per annos singulos obtulerunt.

Debili- v- 37 Mulier quādam Alhaidis dicta de Tutenvach,
fus mem- borum re- omnium deſtituta membrorum officiis, viro Dei ad
stituitur. censum nummi vnius annis singulis se deuouit. Nec
mora: quā omniū membrorum vñ caruerat, omnium
membrorum gauisa est se vñi restitutam.

Ex vulne- ribus diu- ager san- tur. 38 Duo quidam satellites simulerant ad prandē-
dum, & captā p̄dā quando diuidunt spolia tales, ce-
perūt mutū corrīxari, vno accusāte quād minus sexā-
ginta denariis recipiſſet, altero propter domini sui po-
tentiam quem habebat, verba locū contemnente, &
irrogante insuper illi contumelias & terrores. Ille iniu-
riæ accepræ non immemor, exinde quārebat oppor-
tunitatem vt eum traderet, cūm sibi fortunā &, qui
grauamē intulerat. Quadā itaque die Iesū & Iesor ob-
uiauerunt sibi, & iniuriatorē ſe agentē incautiū iniu-
riatus gladio petiit improuisō, vulneratumq̄e gra-
uissimē ad terram vsque prostrauit. Quo facente, ſuper
dolorem vulnerum eius addidit ampliora, & plagi
impositis abiit ſemiuino relicto. Delatus igitur ad ho-
ſpitiū lacero corpore, biennio lecto decubuit, ita
quād nullatenus valebat aſſurgere de eodem. Vxor
autem illius liebat quotidie, & lugebat, eō quād vnde
conduceret medicum non habebat. Tabescente ſic
illo, & illā mōrente, nocte quādam reuerenda
quādam matrona, flenti vxori non per ſomnum,
vt affolet, fed clarissimā viſione apparens; Quare mō-

tore consumeris, ait, absque profectu? Virum tuum
B. Erminoldo transmittē, & remittet eum incolumē.
At illa: Quomodo eum ſibi transmittam, cūm de le-
to nequeat ſe mouere? Respondit quācū apparuerat:
Tantummodo voleat ſe iturum, & vires augēbuntur.
Hoc dictō diſparuit. Vxor verō narrauit viro quā vi-
derat, qui factō voto, manē accepto baculo iter ag-
gressus, licet cum difficultate, ad tumbam Sancti dene-
nit, ſeque ponderans domum regreditur; plenam, vt
credimus, poſtmodūm capiens sanitatem.

a Aliquid viderur deſſe.

C A P V T VII.

Alia impensa mortalibus beneficia.

39 **A** V R I F E X quidam, Gotfridus nomine, gente **Oculus**
Sueuus, vit mirā ſimplicitatis, in artis illius *cuidam*
omni genere cunctis qui erant Ratisponē peritior, gra-
uiffimam oculorum patiebatur infirmitatē, adēd vt
vnus oculus excācareret, insuper verlus in cruentam
carnem & nigrā; non autem habens pretium medici-
cos conducendi, cūm vetularum ac mulierum experi-
menta quām plurima ſine profectu aliquo requiſiſſet,
audiuit mulierem peritissimam in huiusmodi eſſe apud
a Herbipolim; ad quam dum pergere decreuiſſet, ſed
carteret expenſis, conſultum eſt ab amicis, vt omiſſis
omnibus, ſuſfragia Beati requirat Erminoldi: quibus
ille conſentiens, oculo argenteo fabricato, ad ſepul-
chrum Sancti eo ſe ponderauit. Mira res! ſub ſpatio
noctis vnius oculum ſanum ac purum perſpicacio-
remque recepit, quām ante morbum ſe meminit ha-
buiffe.

40 Henricus quidam ciuiſ de Ratisponā, die qua-
dam venit in Prufening, Deo & Sancto ſuo ſupplica- *Alteri*
turus. Qui audiens inter multos à Sacerdote, qui cele-
brauit, Dei famulum commendari, habere ſe filiam
teſtabatur, quācūm octo annis numquām ad ambu-
landum terram ſuis pedibus tetigifſet, ipſe que addu-
ctam eam tribus ponderaſſet vicibus ad virti Dei ſepul-
chrum, adepta eſt integrā sanitatem, quācūm nunc
gressibus vñque in diem vtitur hodiernum.

41 Mater familias quādam de Ratisponā, cūm per *Mulier*
ſe venire non poſſet, nummum ad offerendum accē-
dendā ſque candelas, per mulierem manentem ſecum *fraudulen-*
ta corrigi-
in domo ad ſepulchrum viri Dei transmisit. Quācūm
aliis mulieribus veniens, candelas quidem accedit,
nummum obtulit ad ſepulchrum, ſed clanculō retrahens ipſum, & fraudulenter marsupio ſuo eum impo-
nere cogitabat & referuare. Sed mirum in modum
duo dīgi, quibus illum abſtraxerat & tenebat, ita
continuō ſibi ſunt coaſtriūti, vt eos nec ab inuicem
ſoluere, nec nummum excutere p̄aualeret. Abiit ergo
cum ſociabus tristis & mōrens. Quācūm veniſſet in
campum, cauſam ab illā fletuſ inquirunt. Illa ſuum
confessa teatū, manū protulit ſubtraetricem, dīgi-
tis adhuc tenaciter cohārentibus, & tenentibus quod
abitulerant in occulto. Quem cūm mulieres auellere
niterentur, nihilque proficerent, ſanori vñſe consilio,
cum reā regreſſe, manū cum furto ſuper tumulum
poſuerunt, pro absolutione furis, Deum eiusque piif-
ſimum Confessorē ſuppliciter inuocantes. Statim-
que dīgi, qui ad furandum auferendumque cohāfe-
rant, ad reſtruēdum laxati ſunt & ſoluti. Denario ita-
que miſſo in arcam, mulieres cum gaudio Deum lau-
dantes & famulum eius, ad propria redierunt. Accepit *reſtituſ-*
autem omnes timor, & magnificabant Deum, qui hoc
miraculum audierunt.

42 Altera quādam Leukardis tantam incurretat *Alia audi-*
ſurditatem, vt tinnitu aurium crebro nimium lēdere-
tur: quācūm tumbam viri Dei tertīo visitans, plenam ad-
epta eſt sanitatem.

43 Alia quādam mulier tantum dolorem patieba- *Alia ocu-*
tur in oculis, vt multo tempore clausis eisdem cæca eſſe *cre-tur.*

crederetur, quæ cùm ad auxilium viri Dei deuota venisset, statim in ipso ingressu ecclesiæ diu clausi sunt aperti. Apertione autem eorum tanta est lacrymarum effusio subsecuta, ut vestes mulieris usque ad pectus adeo madidarentur, ut perfusa fluvio viderentur. Accessit ad tumbam, Deo gratias agens, eiusque magnifico Confessori: domum inde rediens, plenâ post modicum gratulata est sospitate.

*Aliam mi-
racula
interci-
tunt.*

44 Multa quidem & alia signa fecit Iesus, famulū suum honorās, quæ non sunt scripta in libro hoc, quæ vel quorumdam simplicium Fratrum humilitas ulro suppressit, vel aliorum incuria obliuioni tradidit negligenter. Hæc autem, quæ auribus nostris audiuimus, Patres nostri annunciauerunt nobis, & seniores fide dignissimi, breui calamo perstringentes; futura, quorum Deus sibi noticiam reseruauit, adnectenda committimus diligentia posterorum. Nam fiduciam talem habemus in Domino, quod nisi requirentibus famuli sui dilecti suffragia deuotionis & fidei vasa defecerint, sui oleum non deficiet Elisei, ipso præstante, qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

a Vrbē Franconie primaria, vulgo VVitzburch, ad Mœnum flumin.

A N A C E P H A L Æ O S I S.

*Origo mo-
nasterij
Prufenin-
genfis.*

a 45. **C**V M fidelium pia deuotio amplius & perfectius circa nota quam incognita moueat, ut unius, qui præsentem sunt ingressuri basilicam, cœnobij huius Prufenensis originem ac profectum usque in hæc tempora non ignorent, pagellam hanc omibus accessuris, vice speculi duximus adhibendam. Scendum est igitur, quod anno post partum Virginis gloriose M.C.X. beatissimus Pater S. Otto Babenbergensis Episcopus, diuinâ reuelatione præmonitus evidenter, b ut in gestis eiusdem plenius continetur, locum hunc in Dei ac S. Georgij Martyris victoriosissimi fundauit honorem; eoque in dominibus, habitaculis, officinis, claustrō, conuenientibus, per ipsius studium & industriam laudabiliter consummato, ac communio liberaliter & abunde prædiis, siluis, ceterisque possessionibus, quas necessitas cœnobialis vitæ requirit, Fratres collegit & instituit in eodem, qui sub Beati regulâ Benedicti Deo ibi perenniter militarent.

*Abbas
Erminol-
dus, ante
Loræfis.*

b 46. Collecto ergo conuentu B. Erminoldum, cuius sepulchrum in medio basilicæ cernitur, huic Ecclesiæ primum Domino disponente præfecit Abbatem, euocatum tam multiplicibus, quam supplicibus litteris de Hirsaugensi cœnobio: in quo sub B. Wilhelmi regimine monastica vitæ iugum portauerat ab adolescentiâ suâ. Vnde iam pridem propter summam perfectiōnem vitæ laudabilis, cuius fama præconium longè latèque percreuerat, ad Loracensem Ecclesiam electus est Abbas, & ab Henrico Quinto nominis huius Imperatore, regalibus solemniter inuestitus. Cui Ecclesia cùm paullò plus quam anno gubernatione sanctissimâ præfuissest, ac sub tantillo spatio temporis, non minus quam quadraginta Domino sanctæ religioni filios aggregasset; & ibidem, propter quemdam conscientiæ leuem scrupulum, culpam timens vbi culpa omnino non erat, dignitatem Abbatæ illius resignans, cum fratribus Deo collectis ad Hirsaugense cœnobium remigravit: vbi cum suis iocundè receptus est & seruatus, & aliquanto tempore demoratus ibidem.

Demum anno Domini M C X I Y. à venerabili fundatōre nostro, huic loco, ut dictum est, gubernando præficitur primus Abbas, & rogatu venerabilis Domini C H O A Hartvici tunc Ratisponensis Episcopi & consensu, per sanctæ memorie Vdalricum Patauiensem Episcopum in Abbatem solemniter consecratur.

47 Cumque in curâ suscepiti regiminis boni pastoris instar, verbo pariter & exemplo subiectos à malo retraheret, prouocaret ad bona, nihilque negligere faciendum, sed inuigilaret diuinis operibus incessanter; diabolus sua damna & Dei lucra videns & inuidens quotidie crescere per eumdem, quodam malitia suæ satellites ad sancti Patris animavit interitum, & armavit. Ne igitur venerabilis Christi Confessor, qui regimine Patriarchas, Apostolos documentis & signis, virgines castitate cœcius habere meruerat, Martyrum quoque palma careret; post multas iniurias, contumelias, & terrores, ab uno, ministerio diaboli, ligneo per insidias vece percussus, aliquamdiu superiuens, tandem in sancto Epiphaniarum die sub Hymno videlicet Angelorum, ad Angelorum Regem & regionem glorioſo fine transiuit; sicut in ipsius festi vigilâ, Prophetico, quo plenus erat, spiritu ipse prædicterat; eo ipso nos, quod pro signo sui dedecat vaticinij, certiorans, quod numquā videlicet diuinum cessare deberet obsequium in hoc loco: quod & ex tunc usque in hæc tempora, sicut patet, eiusdem Parris, ut credimus, meritis & obtenu in suo statu permanet & vigore.

48 Spiritu igitur migrante ad cœlos, corpusculum illustratum sancti Patris in eo, quod in præsentiarum cernitur, se-miraculus pulchro, deuotè reconditum, innumeris mox cœpit virtute Christi miraculis coruscare, cæcis visu restituto, quam pluribus contractis & claudis gressu, resolutione turgentibus & inflatis, epilepticis, paralyticis, energumenis, dæmoniacis, surdis, hæmostroicis, lospiate potiâ, blasphemis vero punitis, igne tabifico, lepro & morte postremo, quæ merebatur punitis & correctis, accedentibus vel agentibus aliquid circa ipsius tumulum fraudulenter, sicut libro miraculorum ipsius plenius manifestatur.

49 Ceterum inter virtutes & signa, quæ diximus, non debet hoc minimum reputari, quod cùm aliquāto iam tempore memoria sancti Patris ab hominibus intermissa fuerat & neglecta, nunc tandem tam crebrâ visitatione accedentium iam continuo renouatur, ut hoc, quod de iusto per Sapientem scriptum est, Non Eccl. 39. recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem, ipso facto & evidentia in eo sit impletum. Propter quod profecto speramus, quod Deus omnipotens in suo famulo glorificari, & in se glorificare disponens etiudem, omnes qui per ipsum Domini beneficia postulauerunt, piè, fideliter & attente, misericorditer vel ad votum exauditus sit vel ad fructum. Cursim ista perstrinximus & summatim, quatenus omnes, qui Dei ac famuli sui patrocinia postulatuti aduenierint, ipsius aliqualiter merita cognoscentes, exauditionis suæ fiduciam eo ipso concipient ampliorem apud Deum, qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

a Seiunij sequentia à reliqua narratione, cum quâ nullâ ratione connexa sunt, sed eius quoddam potius compendium, quod fortassis in tabulâ quapiam propositum erat in ecclesiâ Prufenensi.

b Lib. 1. vita ab Henrico Canisio edita num. II.

D E B E A T O G V A R I N O

E P I S C O P O S E D V N E N S I.

S A C V L O

xii.

VI. I A-

N V A R I I.

S E D V N V M Valeianorum ciuitas est ad Rhodanum, vulgo Sitten, Galliæ Sion. Hic Guarinus Episcopus fuit, quem

Hugo Menardus, ex vetusto Missali ante centum annos excuso, Guarini recenset in catalogo Sanctorum & Beatorum Ordinis Cisterciensis.

Ex v.a.
riis.

cienfis. Eius natalem refert Chrysostomus Henriquez. in Mennologio Cisterciensi viii. Id. Ianuarij hic verba: In Alpibus B. Garinus Episcopus, qui prius in rupibus illis sanctissimè vixit, & humilitatem demissam amplectens, puritatem & simplicitatem cordis obtinuit. Contemplationi summe deditus, omnem externarum rerum tumultum fugiebat. Monachos laxè viventes reformati, & eos rigori Cisterciensi subiecit. Cumque virtutum eius fama se circumquaque diffunderet, Sedunensis Ecclesiaz Episcopus creatur, ibique Pastorem vigilantisimè se exhibens, variis sanctitatis titulis ornatus, in senectute bonâ piissimè obiit. At Kalendarium Cisterciense Diuione editum, vi. Februarij hac habet: Garinus Abbas Altæcumbæ, Episcopus Sedunensis. Est apud Cl. Robertum aliud ab Alpensi monasterium Altæcumbæ situm ad lacum Burgetum. An Beati ait Sancti titulus Guarino olim ab Apostolicâ Sede fuerit decretus, haud scio; probabile tamen fit, cum paßim & publicè Beatum haberet & appellari in Ordine suo afferant Cistercienses, quâ nulla de eo in propriis Officiis fiat Commemoratio. Andreas quoque Sausayus in Martyrol. Gallicano Beatum vocat, atque insigni ornat elogio.

Eccl. 18. 2 Qui vir fuerit Guarinus, colligi potest ex S. Bernardi Epistolâ 253. in quâ hac ad ipsum scribit Guarinum, eiusq; monachos: Reuerendo Patri & omni veneratione digno Domino Abbatu Alpensi Guarino, & vniuersis eiusdem loci Fratribus, Frater Bernardus vestræ sanctitatis seruus, de bono in melius semper proficere. Reuerrà nunc in te, Pater, exterior, quod in sacris litteris legisse me memini: Cùm consummatus fuerit homo, tuac incipit, iam seni requies, iam corona debebatur **6.** **Vigor in se-** emerito; & ecce tamquam nouus in Christo miles, **neclute:** noua iterum tibi excitas bella, prouocas aduersarium, & rem fortium præsumis fessus senex, dum ad iterandum certamen, antiquum hostem, & iam quodammodo inuitum compellis. Enimvero dum præter morem tuum, tuorumque prædecessorum traditiones, diuinatus inspiratus Ecclesiæ & Ecclesiastica beneficia relinquis, synagogas satanæ, id est, cellulas extra cœnibium, in quibus tres vel quatuor Fratres sine ordine, siue disciplinâ habitare solent, destruis, feminas à monasterio arces, ceterisque pietatis ac discipline bonis studiis inuigilas solito; quid aliud primus & maximus ille peccator nisi videbit & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet? Sed quâ cura? Econtra tu in eius cōfusione & tuâ consolatione cantabis Deo tuo: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verbo tuo supersperau. Nec timendum quod succumbat hosti, qui nec cedit ætati: vincit annos animus, & frigenti iam corpore feruet sanctum in corde desiderium; artubusque fatiscentibus, durat tamen in columis propositi vi-

Pia infi-**tuta:**

gor; nec sentit rugosè carnis infirma spiritus promptus. Nec mirum: ut quid enim metuat veterani domiciliu ruinas, qui fabricam spiritualem videt indies in sublimi confusione, proficere in æternitatem? Certus namque est, si terrestris domus ista dissoluitur, quod ædificationem habet ex Deo, domum non manu factam, æternam in cælis.

3 Fuit deinde probat S. Bernardus, monachum semper proficere debere, ac tandem subdit: Quod quidem sic adstruimus exemplis, ut probemus & oculis; dum in te, Pater, manifestum sit nobis quod dicitur: cuius quippe eti homo exterior corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Vnde enim tantus ardor innouandi Quotidia- Ordinis, nisi ex renouatione mentis? Sic bonus homo na innova- de bono thesauro cordis sui profert bona: sic arbor tio: bona fructus bonos facit. Primi & purissimi fructus tui. Sed quænam arbor hos protulit, nisi puritas cordis? Alioquin quando impurus animus tanto studio regulæ inquireret eligeretque puritatem? Nec de turbido fonte limpidus emanat riuis, nec de sordidâ mente mûda cogitatio. Incus est procul dubio, intus est quod delectat: & ex illâ plenitudine intrinsecâ erumpit rotum, quod foris exuberat; atque in mente fulget, quod sic placet in opere.

4 Sequimini filij Patrem: imitatores eius estote, sicut & ipse Christi. Dicite: In odore vnguentorum tuorum curremus. siquidem bonus odor Christi est in omni loco. Nam vt taceam de vobis, qui præsentes conminus percipitis fragrantiam, tanta ad nos usque, qui longè absamus, ex studiis eius bonis peruenit huius suauissimæ respirationis libertas, vt nobis certissime fiat odor virtutis ad vitam. Puto quod & in cælestibus id iam persenserint in odorem suavitatis, & quadam solito festiiori exultatione decantent: Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatisbus myrræ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Et illud: Emissiones tuæ paradisus malorum Panicorum cum pomorum fructibus. Quicumque inter vos hunc in cælis iubilum non audit, inuidet. Quisquis hunc non sentit odorem, vt omnium pace dixerim, putet. *Hec Bernardus, cùm adhuc Abbas esset Guarinus.*

5 Electus est deinde Sedunensis Ecclesie Antistes. Quam ele- Promotio-
ctionem mirificè probauit Bernardus, & marentes Monachos ad Episco-
Alpenses consolatus est Epistolâ 142. qua incipit: Bonus Pater parum.
vester atque noster, auctore Deo ad altiore gradum assumptus est, &c. Sub finem hortatur, vt eiusdem Guarini consilio, & Godefridi Prioris Claraullensis, maximè idoneum elegant sibi Abbatem. Alpensis cœnobij meminit idem Ber-
nardus Epist. 28. Guarini verò Bernardus Ab. Bonaual. vita,
S. Bernard. l.2.c.8.

DE VENERABILI VIRGINE GERTRVDE AB OOSTEN BEGHINA DELPHENSI IN BELGIO.

AN.CHR. I
MCCCL-
VIII.
VI. I-
NVARII.
Gertrudis
van Oosten
celebre no-
men.



VIVIS sancta virginis celebris est in nostratis Historiis memoria, sacra etiam fastis adscripta, et si nondum solemnis Ecclesiæ iudicio consecrata, quod quidem compererim. De eâ Carthaginiensi Colon. in Addit. ad Vuardum editis anno MDXV. & MDXXI. Item beatae memorie Gertrudis de Oesten Beginæ Delphensis, quæ stigmata Christi impressa habuit in corpore suo. Eadem habet Martyrologium Germanicum. Molanus in Addit. ad eundem Vuardum: Delphis in curia Beghinarum obitus Venerabilis Gertrudis de Oosten, cuius vita habetur. Martyrologium Gallobelgicum: S. Ger-

trudis de Oosten Beghina, nata Vorburgi, sepulta Delphis Hollandiæ oppido in æde S. Hippolyti. Ferrarius in Generali catalogo Sanctorum: Apud Delphos in Batauis S. Gerrtrudis virginis. Sed in nouâ Topographiâ Martirologij Romani fide hallucinatur idem Ferrarius, ad nomen Delphi ita scribens: xvii. Martij, Gerrtrudes virgo Ordinis Prædicatorum A.D. MCCXL. Sur. tom. 7. ex quâ vrbs Hollandica in Brabantia confinio S. Gertrudenberch nominata. Gertrudenberga dicta creditur à S. Gertrude filiâ Ducis Brabantia, qua colitur xvi. Martij, non Delphis, sed Nigellis, mortua anno DCLXIV. unde patet, non fuisse Ordinis Prædicatorum. Quia Delphus celebris habetur Gertrudis fuit Begina, mortua an. MCCCLVIII. vi. Ianuar.

2 Meminit

2 Meminit huius & Autbertus Miraeus in Fastis Belgicis, & fuis Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij his verbis: Delphis in curia Beghinarum memoria B. Gertrudis de Oosten, natæ in Voerburgh, quæ obiit an. MCCCCLVIII. in die Epiphaniarum Domini. Hæc virgo erga passionem Domini multum fuit deuota; vnde & Christi stigmatibus insigniri meruit. De eâ quædam leguntur in vulgaribus Hollandiæ Chronicis: sed multo plura Latino sermone extant manuscripta. Ponitur autem de stigmata quattuor crux illa, vnde stigmata accepit, in die obitū acceptis, & solemnē concursu inuisit. Sepulta est sub campanili ad D. Hippolytum. Et priuatæ ædes, quas inhabitauit, etiamnum notæ sunt. *Alia subdit de origine & sanctitate Beghinarum Belgij, de quibus plures his annis scripti sunt libri. Andreas Sausayus in Martyrologio Gallicano: Ipsi die denascitur Delphis in Brabantia (voluit in Hollandiæ scribere) venerabilis virgo Gertrudis Oistenis, quæ, ob singularem erga Christum passum pietatem, eius stigmatibus insigniri meruit.*

Vita Gertrudis. **3** Vitam Gertrudis edidit Surius, sed stylō suo: nos phrasim antiqui Auctori restituimus ex fideli ms. Ecclesia S. Martini Ultraiecti. Aliam breuitem exhibebat ms. codex Rubearvallis, à Ioanne Gilmanno aut Antonio Gentio conscriptam. Eius vita olim Louaniæ edita lingua Belgicâ anno MDLXXXIX. & nuper ab Heriberto Rosvveydo Nostro in libro de Sanctis Virginibus, quæ in seculo vitam duxeræ: utrobique Sancta appellatur. Italicæ eam vertit ex Surio Siluanus Razzius tom. i. de feminis sanctitate, illustribus, qui Beatam appellat. Ioannes Gerbrandus à Leyde Chronicus Belgici lib. 28. cap. 4. huius vita aliquot capita, iisdem ferè quibus eam hic damus verbis, refert, eamq; ita citat: Plura etiam prædictit, & miranda gesistit, quæ omnia breuitatis gratia pertransito. Nam plenius in eius Legendâ inueniuntur descripta. Mortuus est Ioannes Gerbrandus anno Christi MDIV. vt Valerius Andreas testatur. Agit de Gertrude fusè Iosephus Geldolphus à Ryckel Abbas S. Gertrudis Louaniæ in Appendice notarum ad vitam S. Begga §. 117.

Vnde ab Oosten dicta. **4** Dicta veræ est van Oosten, sive ab Oriente, ob vernaculum carmen iambicum dimetrum catalecticum, & numero pedum ac syllabarum certo constans rhythmo, quod illa frequens concinebat, cuius initium est, Het daghet in den Oosten, id est, Ab Oriente dies nascitur. Aliud Louaniæ excusum est itidem dimetrum vernaculum carmen, simplex ac pium, quod illa composuisse ac sep̄iū cecinisse memoratur.

V I T A

Ex ms. Ultraiectino.

C A P V T I.

Gertrudis patria: conuersationis occasio.

Gertrudis habuit Chrifti vulnera in corpore suo. **1** GHEERTRUDIS de Oosten, virgo venerabilis & Beghina deuota, sed solemniter, non sine summi Pontificis auctoritate, veneranda, stigmata Domini nostri Iesu Christi nocte Parasceues ann. MCCCXL. suscepit in corpore suo: de quibus sanguis effluxit per dies multos septies in die, stupente populo pro grandi miraculo. Quod idcirco præmititur, vt eiusdem Virginis vita gratius audiatur.

Eius patria ac parentes. Gal. 2. 6. Act. 10. 34. Delphis famulatus. **2** Gheertrudis ita de villâ quadam a Hollandiæ, quæ b Voerburgh dicitur, & est media inter c Hagam Comitis eiusdem patriæ, & ciuitatem delfi, fuit orta, villanis parentibus. Vnde patuit, sicut scribit in Epistolis Paulus, & dicitur in Actibus Apostolorum: Non est personarum acceptor Deus. Proinde puerilibus annis domi simpliciter transactis, cum Gertrudis, simplex ut columba, copisset non solùm coram Deo sed & coram hominibus apparere virgo prudentissima; venit in Delf prædictam, more ancillarum ministrare diuersis in locis, utpote temporalibus rebus tenuis.

3 Quamvis autem in illâ ciuitate non erant pro tūc monasteria sororum & fratum, sed solummodo duo Tom. I.

tempa, scilicet ecclesia parochialis, habens ad amplius Ex ms. tria altaria; & hospitale pauperum cum altari pro necessitate infirmorum, essentque domus multe absque *Piè vivit* habitatione dispositæ; tamen concurrentibus viuisque sexus populis diebus festiis, non ad prædicandū, sed ad chorizandum; attramen hæc ancilla Deo dilecta tam deuota fuit in hospitiis seruiendo, tamque interna, quod lèpè tantam diuinæ bonitatis sensit dulcedinem in medio turbatum, quantam postea frequenter experiebatur in cohabitatione Beghinarum. Sicque per gratiam Dei sensit & experta est inter Beghinas, quā veraciter scriptum est: Spiritus vbi vult sparat. Et iterum: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Hanc 2. Cor. 3. autem gratiam Virgini huic datam inter mundi turbines & populares nemo cognovit: sed postmodum Beghinis cohabitans, dum requirebatur à quadam honestâ persona, qualiter se gererat inter mundana seruitia, hoc reuelauit. Sic igitur cor virginis Gheertrudis erat in seculo procul à secularibus & temporalibus rebus recollectum in Deo: vt pia Virgo, mēte benigna, hilaris facie, humilis corde, cunctis placeret laudabili suâ conuersatione.

4 Nomen verò, imò cognomen sibi contraxit à De Oosten quodam carmine; vt propter Orientis nomen carmini *vnde dicitur* insertum vocaretur Gheertrudis de Oriente, vel vulgata. gariter magis de Oosten: sed cantando ferebatur spiritu, referendo carmen ad dilectum suum Iesum Christum. Eodem tempore duæ ancillæ, quarum una dicebatur Lielt, altera Dievver, frequenter veniebant ad præfatam Gheertrudim de Oosten, & frequentabant hoc cantum cum eadem in pontibus ciuitatis, vel aliis opportunitatis locis, benè canendo prædictum carmen. Sed & istæ ancillulæ postea, sicut & Gheertrudis, à vanâ seculi conuersatione ad Dominum sunt conuersæ; & Dievverdus Gheertrudi cohabitabat in Beghinagio: quod sic accedit prouidente Domino.

5 Intempore namque quo Gheertrudis fatigebat circa frequens ministerium, fideliter ministrando hominibus propter tale lucrum, gerebat animo seruire Domino Deo soli, & placere Iponso cœlesti; sed expriebatur prius esse fallacem amorem mudi, sufferendo despectum terreni sponsi. Nam despontata fuerat cœdam adolescenti, qui tamen eam despexit, & alteram ducere voluit: quam cum Gheertrudis monuisset ne sponsum sibi prætereret, illa de monitione nihil curauit, sed Gheertrudim cōtemnens, viro prædicto nupsit. Deinceps igitur Gheertrudis despecta, considerans fidem sibi non seruatam in terris, integratatem suam specta, Ab eo de domino fideliter seruare proposuit, qui & integrum Chritum fidem demonstrat & seruat, utpote Rex cœlestis. Cū sum. verò succedente tempore prædicti sic copulati coniugio, filios generarent, supra modum laborabat mater in partuendo, & partus tempore non potuit liberari vel à prole vel à dolore, nisi prius Gheertrudim virginem placaret, pro infidelitate sibi factâ veniam rogando: & sic mulier cruciabatur, donec Gheertrudis eidem succurreret, Dominum pro eâ flagitando.

a Hollaudia illustris totog; orbe celebrata Belgij prouincia.

b Vulgè Voorburgh.

c Oppidum Hollandia per amenum, sedes Comitum olim, nunc Gubernatorum.

d Delpha, alias Delphi, oppidum Hollandie elegans & opulentum.

C A P V T II.

Religiosa eius exercitia: tentationes.

6 INTEGRUM Gheertrudis sic experta infidelitatem adolescentis, exonerari volens à cunctis mundi sollicitudinibus, vt sine impedimento seruire cœlesti sposo Iesu Christo, qui haec tenus eam custodierat in Gertrudis castitate corporis, intrauit Beghinagium, cum omnifit Beghini humilitate petens & accipiens locum, secundum suum na. desiderium inflammatum. Cū igitur Virgo Deo accepta sic à Beghiniis per paucis esset acceptata, se totam Christo

G g

Ex ms. Christo fideliter obtulit cum magnâ deuotione , & omnimodâ diligentia, humilem se præbens in verbis, in actu, & habitu, ac omni conuerlatione; patiens in quacumque superueniente superuenturâque aduersitate, vt sic Deo foret amabilis , & omnibus hominibus amicabilis.

Diuinitus 7 Frequenter autem peccata sua coram Deo & coram Sacerdote confitens, deplorabat sic quid in principio conuerstationis sua xiv. diebus & totidem noctibus à lacrymis non cessabat. Quo tempore luctus & fletus remissionem peccatorum suorum promeruit, sicut per reuelationem sibi Deus manifestauit. Iterumque cunctis illis diebus, quibus lacrymæ sua frequentia sibi remissa sunt, hoc ipsum valde modicum fuit; nec sine fletu & planctu. Deinde haec Deo deuota filia simpliciter ambulans & confidenter in viâ immaculatâ, & in semitâ mandatorum Dei progrediendo, & preficiendo secundum suum nosse & posse, quæcumque beneplacita constabant illi; satagebat semper per amplius atque perfectius proficere in verâ humilitate, in voluntaria paupertate, in sanctâ Christi caritate, in contemptu sui ipsius, & omnium terrenorum, ceterisque virtutibus, quibus æstimatione suâ placere posset cælesti sponsῳ suo Iesu Christo , pro habendâ veniâ, gratiâ, & gloriâ.

Pre inopia mendicatur. 8 In principio conuerstationis sua, propter temporum inopiam, mendicabat, amore illius maxime spiritualiter affectata, qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est. Sin verò inuitabatur domum intrare ad manducandum, cum gratiarum actione sumebat panem suâ mendicitate procuratum. Frequenter ancillas & alios quoilibet homines admonebat emendare vitam: & cum ancillæ requirent unde viuerent, talem dedit responsonem breuissimam: Ancillis Deo seruire cupientibus sufficit fusum digitis apprehendere, adiunctâ bona voluntate.

Frequentes ecclases patitur. 9 Quadam vice Gheertrudis ista inuitata ut ederet in domo cuiusdam matronæ Alcydis Willemanni cognomine, per posticum ingressa mansi immobilis ibi sedendo super cespites: quam gratiâ Dei præuentam & subleuatam, qui dignoscebant eam, sedere permisérunt admirantes. Nam sèpè contigit illi per gratiam Dei sex hebdomadis aut amplius in suâ manere cæmerulâ; tuncque Deus ex suâ misericordiâ manifestauit ei sapientiæ suæ secreta. Deinde cum virgo Gheertrudis ab internis ad externa rediret, comedit quidquid manui prius occurrit, vrpote panem mucidum vel induratum, sumpsit pro potu lac coagulatum, velli quorem alium.

Vigiliâ se macerat. 10 Septennium peregit sine competenti naturæ suæ somno. Quo tempore frequenter vexabatur à diabolo, qui diueritas Virginis tentationes & molestias immittens, apprehendit eius brachia vel manicas fremens ac frendens, tamquam pelliceum Gheertrudis exuere cupiens. Cum vero sic vexaretur à dæmonie, sèpius eum nominauit nomine suo, dicens improperando: Fuge miser diabole; vel secundum idioma a Teutonicum improperabat ei casum quo ceciderat in infernum. Quod dum diabolus audire doloreret, sustulit eam sèpè de loco ad locum, & aliquando de terrâ in aëre subleuatâ depositit: nec tamen illi nocuit; nam Deus sponsus eius eamdein lœdi non permisit. Tentatione verò molestiâque transactis, Virgo gaudebat in Domino, sciens quoniam beatus ac felix qui suffert temptationem, & cum probatus fuerit ac cognitus fidelis, accipiet coronam vitæ, quam promisit Deus diligenteribus se: & quia nemo coronabitur, nisi qui certauerit legitimè.

Tentatur ab eo a specie pueri planctu. 11 Infantes dilexit & pueros haec virgo Gheertrudis. Quapropter diabolus sèpè se transfigurauit non in Angelum lucis, sed in formam pueri plangentis & lugentis, ut sic occuparet animum Virginis, vel auer-

teret à Deo, siue diuinis. Sed Christi virgo noscens & respuens dæmonem, dicebat: Discede à me spiritus maligne, quia non es tu dilectus anima mea.

a Duplici lingua Belga vivuntur, Romanâ, sed corruptâ, quam vulgo Gallicam dicimus; & Teutonicâ, siue veteri Gallicâ aut Germanicâ, sed molliori dialeto, quam superiores Germani: Et hanc Flandri, Galli & exerci Flandricam vocant; reliqui Belgæ Teutonicam, siue Tuiscam, inferiorem Tuiscam, aut etiam Belgicam appellant. Hac vivuntur Frisi, Gelri, Hollandi, Selandi, plerique Brabant, Flandri, Limburgi, aliqui Luxemburgi & Hannones. Romanâ siue Gallicâ Artesia, Namureum, pars Brabantia, Flandria, Limburgia, plerique Hannones ac Luxemburgi.

b Addit Iosephus Geldolphus à Ryckel: Quamvis (quod de S. Illidio quoque dicitur) onus imponeret dæmoni, leque deferriri vel referri potius imperaret, quam imponi sibi sineret. Quæ nescio unde hauferit. S. Illidij vitam viii. Iulij dabis, à S. Gregorio Turonensi scriptam, in quâ tamen nihil simile legitur.

C A P V T III.

Meditationes eius de Christi infantia.

12 E X C E B A T autem se haec deuota Christi fatimula quotidie meditatis in vitâ Iesu, & eius passionis. Verumtamen secundum cursum temporis in suis exercitiis se conformabat officiis Ecclesie sacro-sanctæ. Nam in Aduento Domini meditabatur recogitans antiquorum Patrum desideria sublimia, & mirabatur quid Altissimus Dominus dignatus est ad nos venire, & assumere natum humanum de Virgine humiliam Mariâ; & quid nihilominus adhuc ad nos dignatur venire, mantionemque in animabus nostris facere: si tamen sermones eius seruauerimus, & ei fideliter seruire velimus. Recogitabat insuper beneficia, quæ nouerat à Deo sponso suo gratuitâ clementiâ sibi praestita: qualiter eam præuenirat Deus eligens in sponsam & filiam mirabilis gratiâ. Inter haec & huiusmodi cogitando mirabiliter Deo regratibatur, & admirando lætabatur.

13 Deinde in festis Nativitatis Iesu Christi Domini nostri, magnâ deuotione suffulta, recogitabat anitatem. In Nativitate. Meditabatur cum summâ cordis dulcedine, quam dulciter illa Virgo purissima & gloriissima mater Maria dulcissimum filium suum Salvatorem & Dominum nostrum peperit, & quam piè virgineis vberibus dulcissimo lacte manantibus aluit. Meditando quoque mirabatur maximam Saluatoris nostri Iesu Christi humilitatem, qui dignatus est ex sinu Patris cælestis infans apparere parvulus in gremio Virginis Matris: insuper quid ex maximâ caritate propter nos homines & propter nostram salutem, sustinere voluit esuriem, sitiem, & extream paupertatem.

14 In prædictis autem meditationibus maximâ re- Eius vbe- plebatur mentis dulcedine, totis virium præcordiis rō 40. dies laudans & glorificans Deum, cum summâ gratiarum laetitia aetione. Contigit verò signum maximum virginæ nam. gratitudinis per dies quadraginta, quod Deus ostendere voluit, præter eam quælatebat intrinsecus, suavitatis gratiâ. Nam quadam vice, dum talibus meditationibus operam daret cum magnâ cordis deuotione & dulcedine, delestanto in Domino Iesu Christo parvulo nato, cœperunt ipsius Gheertrudis Virginis vbera tumefcere, laetique manare: sicque per singulos dies à festo Dominicæ nativitatis usque ad festum Purificationis non cessauit exitus virginis lactis ex vberibus Virginis: & satiabatur illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super salutem generis humani. Prædictum miraculum tantò mirabilius, quanto rarius: sed credent faciliter, qui legerint & crediderint, a S. Lambertum nutritum virginæ S. Lambertus lacte cuiusdam virginis cæcæ, sed per idem lac virgineum, sicut ab Angelo Virginis prædictum fuerat, illuminatæ. Nam secundum Hieronymum omnes veræ virtutis lacte nubines sunt Domini nostri Iesu matres, si tamen fecerint tritus. Marc. 3.

a Vitam S. Lamberti dabimus xvii. Septemb. Quod hic narratur, refert & Anselmus Canonicus Leodiensis in vita S. Lamberti, aitq; virginis illi nomen Linæ fuisse.

C A P V T I V.

Impressa illi Christi Vulnera.

MIRANDI plus miranda succedunt, quibus auditis & creditis, testimonia Dei de Virgine nimis credibilia fiunt. In tempore prædicto dum Gheertrudis exercebatur in Domini iustificationibus, & illius vita meditationibus, erat deuota quædam Beghina, de quâ præscriptum est, nomine Lielt, habitans in eodem Delfensi Beginagio, quæ repleta Spiritu sancto, sicut ostenditur facto, dixit mirabilem gravitatem virginis Gheertrudi supereretur. Prædixit enim ea Christi hæc virgo virgini plusquam per annum priusquam fieret, quod anno transacto manibus & pedibus ac in latere suo dulcissima stigmata Domini nostri Iesu Christi suscepit. Quo dicto, turbata humili ancilla Christi Gheertrudis, indignam se iudicans tantâ gratiâ, respondit verbis humilibus: Vnde hoc mihi ut fieret in me tanta gratia Dei? Cognosco me peccatricem magnam, nec in me virtutes possideo cogitatione, locutione, vel opere, nisi Deus dederit ex abundantiam diuinæ miserationis suæ: nec sibi possem respôdere reddens unum pro mille beneficiis mihi datis, nam minor sum cunctis donis illius. Igitur quia de beneficiis acceptis tencor, & illi debeo laudes & gratiarum actiones soluere; rogo, soror dilecta, ne verba talia meis ingeras auribus, nec os tuum repleatur tantis mirabilibus nuntiandis: quia quod scio refero, scilicet indignantem me tantâ gratiâ, quod stigmata passionis Dominicæ portarem in meo mortali corpore.

Gerrudis 16 Post hoc, anno transacto, nocte Parasceues instanti, hæc virgo Gheertrudis attentione magnâ prostrauit se coram crucifixo, prolixius orans in camerâ suâ, meditanque replicabat intento corde feruorem caritatis diuinæ, quæ Christum Dominum pro nobis miseris peccatoribus coegerit consummari morte tum durâ, morte crucis turpissimâ. Recogitabat eleuatâ mente, diligenter pertractans amaritudinem passionis & mortis amarissimam, totius animæ suæ virtibus Deum laudans, & exhibens se gratam. Cum vero mirificâ deuotione sic præuenta transformata foret in amorem, vel etiam compassionem dilecti sui Domini Iesu Christi, mirabilis Deus in Sanctis suis tanta fecit mirabilia Virginis mirabili gratiâ, sic ut quinque stigmata Domini nostri suscepit verè mirabiliter in quinque membris corporis sui virginie.

Ex iis 17 Suscepit igitur quinque stigmatibus, imò quinque vulneribus, ex contemplatione diuinâ veniens ad humana, clamauit ad cohabitantem sibi Beghinam voce magnâ: Die vterdi veni, & vide quantam gratiam Deus mihi pauperi cōcessit ancillæ suæ, non meis meritis, sed ex suâ superabundanti pietate. Quæ cum veniret, videns tantam gratiâ dono Dei virginis Gheertrudi concessam, obstupeuit, & Deum protantis mirabilibus largiter & patenter ostensis laudans benedixit. Nam non solum no[n]e Parasceues illâ, verùm etiam clarâ die, sed & deinceps diebus multis ex sacrosanctis die sanguis vulneribus profluxit sanguis pulcherrimus rubicundi coloris septies in die, per singulas scilicet horas canonicas: qui quidem crux de stigmatibus profluens, receptus est in peplis eiusdem Gheertrudis sollicitudine præparatis.

Molesta est 18 Nouitas ista cito cunctis innotuit, nec latere potuit: vnde non solum de ciuitate Delfensi, sed & circumquaque populus multus, audiens in Virgine Dei mirabilia prodigia, properabant videre quæ facta fuerant. Sed huiusmodi cōcursus Gheertrudi non placuit. Insuper saepius propter populi frequentiam cordis molestias experiebatur & tedium, visitantibus eam illi frequetia visitatio.

Tom. I.

nimiris impedientibus à spiritualibus exercitiis & meditationibus deuotis, quibus rapiebatur in Deum, vel in mentis excessum. Considerabat interea, quia timor Domini necessarius est omni homini, & nisi se continuerit in timore, citò subuertetur domus illius, scilicet conscientia, vel à dæmone, siue à mundo, vel à propriâ carne; timens ne fortè Deum posset aliquâ complacentiâ mente tenus offendere; & turbam visitantem cernens esse quiddam medium inter se & dilectum animæ suæ, proprieatè quadam vice nimis à visitantibus animo vexata, rogabat Dominum nostrum dicens Orat tollit voce cordis humillimâ: Dulcissime Domine Iesu, si à te vulnus fuit voluntas tua, tunc desidero quod hæc quinque nera vulnera pietatis tuae gratiâ mihi concessa rursum tollas, ne fortè contingat mihi à te separari per propriam complacentiam, vel quilibet alias diabolicae fraudis astutias.

19 Exaudiuit autem Dominus orationem virginis, *Sanguis & abstulit illi gratiam quinque vulnerum, sic quod ex deinceps eius sanguis non emanabat, sed stigmata tantum deinceptis viisque ad mortem conseruabat. Dehinc in circu- Priuatur ferentia cordis magnum dolorem sensit: nam consola- dulcedine tione præterita suavitatis, quam tempore profluentis diuinae rubicundi sanguinis ex vulneribus antehabuerat, eam consolati- carere deinceps oportuit. Post hoc tanto feroore fe- rebatur ad prædictam gratiam resumendam, vt desi- detio desideraret, & prorumperet in hanc vocem, vel simillimam: O si dulcissimus sponsus meus Iesus Christus rursum dignaretur mihi cōferre gratiâ quinque vulnerum suorum, quæ pro salute meâ prius ipse suscepit & pertulit in cruce! Si contigeret mihi sanguinea Christi vulnera portare visibiliter in corpore; non rogarem Deum quod iterum tolleret hæc à me. Potius enim desiderarem, sustineremque me ponere spectaculum cunctis hominibus in cupâ supra fori- campum, vt omnes homines cernere possent insignia diuinorum mirabilium, & cernentes laudarent ac glo- rificarent Deum.*

C A P V T V.

Varia eius vaticinia.

Hæc deuota virgo Gheertrudis de Oosten, aquæ nomine monosyllabo nuncupatur à me- dio huius nominis Gheertrudis sumpto, suscepit ante diem Parasceues in nocte quinque Vulnera Christi, de quibus, sicut præscriptum est, septies in die multis hebdomadis emanauit gratia sanguinis rubicundi, vel ad minus usque ad Ascensionem Domini anno eodem, & eiusdem b MCCCXL. Vixit autem postea Gheertrudis annis ferè XVIII. sed imbecilli grauique corpore: Mortua est propter quod ecclesiam visitando, bis autem in via so- lebat quiescendo paulare. Et quamvis grauis erat & Corpulen- ta erat, tamen in sumendo cibum & potum so- sed sobria. brietas vtebatur mensurâ.

21 Quadam vice magno desiderio concupiuit edere caseum cum pane; Dominusque Deus exaudiens Panis & eius implere desiderium, suscitauit quemdam rusticum ignoto, di- villanum, qui surgens accepit panem simul & caseum, uino in- nesciens ad quem deferreret, etiam cum esset in ciuitate finitu, de- Delf. Cum vero prædictus villanus ambulando veni- fertur, set circa Beghinagium, quo morabatur hæc virgo, cuius dominus adhærebatur communis plateæ muro, cognoscens hoc in spiritu Gheertrudis, & scens eum cum caseo & pane venire, quem tamen non nouit, aut nota fuit, vocans consororem suam Dievverdim, misit eam suscipere panem cum caseo qui ferebatur à villano. Quæ continuè progrediens, inuenit ante Beghinagij portas quemdam portantem panem & caseum, dixit- que ad illum: Amice, nunc implisti viam, quâ Deo volente venisti, vel etiam venire debuisti. Qui confe- stim caseum cum pane proferens eidem dedit, & sic post mutuam salutationem uterque viam suam repe- tendo

G g 2

Ex mss.

tendo domum propriam rediit. Gheertrudis igitur panem cum caseo suscipiens a villano consorci datum, manducauit gratias agens & benedicens Dominum.

*Donoproprietate, ab
femina &
futura
noscit.*

22 Hæc deuota Gheertrudis habuit gratiam prophetæ, sicut & per experientiam demonstratur. Nouit Dei præueniente gratiâ quid siebat præstentialiter in occulto, velut patuit in prædicto villano. Scivit insuper quæ longè siebant, & quæ futura erant. Quod enim siebant ea quæ siebant instanter & a longè, patuit & anno Domini MCCCCL.

*Prelium
inter
Houckios
& Cabili-
liauios an.
1351.*

dum fieret in Mosâ prælium, præliante matre Imperatrice Duciâ contra Ducem Wilhelnum filium suum, quo prælio periiit diuersimodè multitudo hominum. Quo quidem prælio durante, & Gheertrude cum Beghinis ceteris in ecclesiâ parochiali consistente, subito noscens in spiritu Gheertrudis periculum quod instituit, toto corpore procumbens in oratione, humiliter Beghinas admonuit, Dominum nostrum deutoris precibus placare; dixitque in hæc verba Beghinis: Sorores, nunc tempus est orandi, & magna necessitas, quia tali tempore præliatur in Mosâ super vndas. Dehinc modico transacto tempore, prælio consummato, noscens hoc in spiritu Gheertrudis, ait orantibus Beghinis: Sorores, laudate Dominum, quia a nostra pars obtinuit, & factum est prælium.

*Quædam
pænitentes
ceras
reddit de
salute.*

23 Accidit aliquando, quod Beghinæ nouiter conueræ plangerent in ecclesiâ cum magnâ contritione peccata commissa; & hoc sciebat in spiritu Gheertrudis ista. Quapropter Beghinas easdem domum reuertentes aduocabat, & consolando dicebat: Sorores, quamuis vitam vestram malè viuendo Dominum grauiter offendistis, delete peccata lacrymis, & angustiamini modicûm in vobis nunc. Dico vobis ex parte Dei, quia numquām damnabimini.

*Inunda-
tionis pe-
riculum
depreca-
tur.*

24 Dum quadam vice Gheertrudis federet in cellâ suâ, sciebat imminentem periculum communî patriæ, quia Rheno superflente, profluunt super terras aquæ: sed occurrit periculo huic hæc virgo, rogans sorores Beghinas orare propter hoc Dominum humiliater, & ipsâ similiter orante Deum prostrata corpore cruciformiter.

a *Nimirum Truyt. Familiare est Belgij propria nomina quæ blandiendo dimidiare, & deinde notam diminuiri肯 vel jen ad-
dere; ut hic ex Geertruyt fit Truyt, & inde Truyken vel Truytjen.*

b *Tamen Iohannes Gerbrandus à Leydis lib. 29. cap. 9. scribit eam an. MCCCXLVIII. suscepisse quinque vulnera à Christo in manibus, pedibus, & latere.*

c *Stolidissimum hoc bellum fuit. Quidam se Cabilliauios (sic Belgice vocant a sellum pīcēm) appellabant, quod uille pīces alios vorat, sic ipsi aduersarij domarent. Principi factionis Duce erant Arkelij & Egmondani. Alij se Houckios sive Hoeckios dicebant. Hoeck Hollandis, quod Brabantia Haec, hamum significat: quæ si se inactare Cabilliauius futuros, quod ephamus pīci. Factionem hanc principiue tuebantur Brederoedij & Vallenarij. Margareta, Ludouici Baari vidua, tunc Hollandiam Hethniam tenebat. Cabilliauij VVilhelnum Margareta filium euocat, eumq; Hollandia preficiunt; Houckius Imperastrici fernanib; fidem. Hac auxiliis Angliei fulta, filium nauali prælio vicit iuxta Veram VValachriæ oppidum; victa deinde circa ostia Moës fluuij, inter Brielam & Arenam-Comitis, sive 'Grauenzandam, iv. Iulij MCCCCLI. Pax paullò post inter filium ac matrem facta. Non cōquie-
tare tamen factiones, sed hanc post quinquennium mortuâ, filio an. MCCCCLVIII. phrenesi correpo, rurjus recrudiuer.*

d *Primi Delphenes, ut lib. 29. cap. 17. habet Ioh. à Leidu, VVilhelnum suscepereunt.*

C A P V T VI.

Alia eius predictiones.

*Cuidam
predicit
miserias
obuerturas.*

25 **V**O D A M tempore venit quædam persona saecularis ad Gheertrudim, quam sedulò consuevit visitare, curiosis induita vestibus, & in ceteris conuerlatione moribusque mundo conformis, Elizabeth nomine. Quæ dum quadam vice Gheertrudim requireret qualiter ad regnum celorum perueniret, responsum tale recepit à virginе: Ecce tempus adhuc veniet,

quod tu mundo crux eris, & mundus similiter tibi. Quod accidit tempore subsequenti. Nam paralysis in tantum vexauit eam, quod ibat claudicando, baculisque sustentando.

26 Sciebat etiam Gheertrudis occulta superuentura, sicut expertus est Confessor eius Dominus Nicolaus de Hondepilij, inter aduersa & prospera. Hic Cōfessor prænominalis Capellanus antiquæ Ecclesæ, Sa- ^{Eius Con-}
^{fessorius}
^{virpius.}

cerdos erat mirabilis deuotionis: quia dum venisset extra cognatos & notos, amore paupertatis mendicabat fragmenta panis per domos. Hic erat dignus virginis Consiliarius, & ductor eius in acquirendo virtutes. Igitur dum quidam Magister Theodricus de Renen reconciliatus fuisset cum suis inimicis, & de eodé loquerentur Dominus Nicolaus de Hondepilij & Gheertrudis; addidit ipsa in fine collocationis: Ecce Magister Theodricus occidetur ab inimicis suis. Cum que Dominus Nicolaus respondisset, quomodo id fieret, cum reconciliatus hostibus esset; virgo dixit: Veraciter tamen prædico, quia fiet, & subito. Factum est post modicum, quod idem Magister Theodricus extra portas ciuitatis Delfsis inter insidias veniret hostium, qui tam crudeliter occisus est ab eis, vt membra trucidati colligerentur & referrentur ad domum in sportulis. Dum hoc doleret Confessor accidisse sicut virgo prædixerat, magis attendebat deinceps quid ipsa dicebat.

27 Cū deinde Confessor prædictus in Delf emere domum prætendens, hoc virginis se facturum prædiceret, illa dissuadendo dicebat: Domine, domum nūc nonematis, quia breuiter in valde bono fato domos venales inuenietis. Et hoc accidit, b quod postea Delf ciuitas erat obsessa. Vnde patuit, quod præsciuit, quāuis post mortem virginis contigit quod virgo prædixit.

28 Quadam matrona nobilis Aleydis Willemanni supradicta, valde metuens extremum horrendum Christi iudicium, & æterna tormenta, sèpè visitabat Gheertrudim Beghinam, humiliter rogans, vt ipsa pro cā dignaret preces effundere, vt æternam damnationem posset euadere, & Dei graciæ misericorditer obtainere. Quæ dum quadam die cameram Gheertrudis intrasset, vbi Dominum pia virgo precibus placas erat contemplatione suspensta; tandem rediens ad se Gheertrudis, clamauit ad prædictam matronam voce magnâ: Aleydis Willemanni, dico tibi per Dei gratiam & misericordiam, quod tu numquām damnaberis post istam vitam. In quibus verbis matrona se sensit mirabiliter consolatam, & regratiabatur Deo propter tantam misericordiæ suæ gratiam. Postea matronæ prædilecta ac prædictæ maritus eamdem consolacionem sibi fieri petuit: sed idipsum posse se respondere non nisi Deus prius reuelaret, Gheertrudis dixit.

a *Iohannes à Leidu, Hodenpilij.*
b *An. MCCCCLIX. Delphenes, quod contra Albertum Bauarum rebellasse, Hagam expulserunt, castella quadam Houckiorum cœrissent, ab eo obesse sunt 10. hebdomadij & duobus diebus, constiq; ad deditiōem, magnâ pecunia summâ, & murorum, portarum, turriumq; demolitione multati sunt.*

C A P V T VII.

Gertrudis huius, & alterius pia mors.

29 **D**V multis annis sic virgo Gheertrudis inter Beghinas vixisset in magnâ feruoris & rigoris deuotione, venit tempus quo de hoc mundo temporaliter moriendo transiret, & cælesti sponso suo femiernaliter adhæreret: de quo suauiter solebat loqui, meditariq; deuotè, & sicut supra dictum est dulciter canere. Munita proinde sacrosanctis Christi mysteriis, in ultimâ dixit infirmitate: Sorores, ego ad dominum volo. Quod cū præsentes ex infirmitate putarent eam dixisse, respondissentque eam domi esse; dixit illa sanamente: Nequaquam domi sum ego, sed esse volo, vbi plateæ sternuntur auro mundo. Post hoc breuiter in manus

*Munitur
extremis
Sacramen-
tit:*

Moritur. manus Dei spiritum suum commisit , & in pace quiete dicitur eius uit: apparebantque in manibus eiusdem defunctæ dñeburnei giti sicut eburnei. Obiit autem hæc venerabilis Gheertrudis anno Domini M C C L V I I I . in Epiphaniæ Domini festo : & est sepultura tradita humiliter extra ianuam turris antiquæ ecclesiæ Delfensis , à parte meridionali , quia carebant Beghinæ tunc propriâ ecclesiâ & cœmeterio. Sic igitur eodem die quo tres Reges venerunt ab Oriente , & inuenierunt Dominum Iesum sponsum animarum sanctorum , inuenit eumdem & inuenta est ab eodem Gheertrudis de Oosten electa virginem in æternum.

Multe ibi- 30 Eodem tempore , & multis annis sequentibus dem sancta fuerunt in eodem Beghinio multæ personæ mirandæ deuotionis , quæ feliciter vitam suam consummauerunt in virtutibus variis. Erat autem in domo conuentuali quædam nomine Gheertrudis , quæ puritatis & humilitatis virtutibus instituit in vita , sicut Deus ostendit in morte suâ. Denique mox anima prædictæ virginis exuta humanis , in Flandriâ cuidam Cellitæ

Alia Ger- apparuit , concomitantibus eam duobus Angelis à dextris & sinistris. Quod cum Frater deuotioni deditus cerneret , requisiuit ab Angelis , dicens: Quò deducitis hanc monialem? Qui responderunt: Non est monialis , sed Beghina Delfensis. Frater igitur tempus & horam consideranter notans , venit ad ciuitatem Delf nominaram , sperans hanc fuisse sororem suam , quam habuit inter Beghinas deuotas deuotam. Cum vero sororem reperiisset viuam , didicit aliam fuisse , Gheer-

trudim nomine , quæ ducebatur ab Angelis , ex hoc Ex mss. immundo mundo , perenniter copulanda cælesti sponsso Domino nostro Iesu Christo. Quod exemplum hic est appositum prædictis , ut sciatur , alia fore ista quæ illa , sicut & frequenter eodem die concurrunt duo Sancti eiusdem nominis , velut in die b. Bonifacij , & Valentini , & Apollonitæ , & ealiis multis , ut patet inspi- ciente Legendas Sanctorum de singulis diebus: quibus Sanctis nos coniungat Deus in cælis , Amen.

a Flandria una est Belgicarum prouinciarum , facile omnium opulentissima , à quâ naciones quadam externa Belgas omnes Flan- dros appellant.

b c xiv. Maij colitur S. Bonifacius Martyr Tarvensis , & S. Bonifacius Episcopus Ferentinus. Sed fortassis idè id hic Author scribit , quod v. Iunij , quo colitur S. Bonifacius Episcopus Moguntinus & Martyr , plurima Martyrologia S. Bonifacium Martyrem Tar- jensem celebrent , ut suo loco dicemus.

d xix. Februarij colitur S. Valentinus Presbyter Romanus , Mar- tyr ; & S. Valentinus Episcopus Interamnensis , Martyr.

d ix. Februarij colitur S. Apollonia virgo Alexandrina , mar- tyr : atque in quibusdam Martyrologiis celebratur alia Apollonia virgo Romana sub Iuliano Apostata cum Apollonia patre martyrio coronata , cuius extant in quibusdam mss. & in Legendâ Antonij Liberi Susatensis. Acta , sed que nobis videntur haud mereri fidem , ut ad eum diem dicemus.

c Vel in superioribus id manifestum est: i. Ianuarij coluntur S. Clarus Abbas Viennensis , & S. Clarus monachus Saligensta- diensis. ii. S. Macarius Alexandrinus , S. Macarius Romanus , S. Macarius Martyr . v. S. Syncletica virgo , & alia S. Syncletica Apollinaris virgo; S. Telephorus Papa Martyr , & S. Telepho- rus Martyr in Africâ.



VII. I A N V A R I I.

SANCTI QVI VII. ID. IAN. COLVNTVR.

Relatio pueri I E s v ex Ægypto.
 S. Julianus Martyr.
 S. Spolicostus
 S. Palladas } Martyres, in Græciâ.
 S. Candida }
 S. Crispinus I. Episcopus Ticinensis, in Italiâ.
 S. Felix } Martyres, Heracleæ.
 S. Ianuarius }
 S. Polyanthus }
 S. Philo } Martyres.
 S. Candida }
 S. Julianus, Martyr, apud Andegauos in Galliâ.
 S. Senator, Episcopus Veronensis, in Italiâ.
 S. Lucianus, Presbyter Antiochenus, Martyr.
 S. Clerus, Diaconus Martyr, Antiochiæ.
 S. Theodorus, monachus in Ægypto.
 S. Nicetas, Episcopus in Daciâ.
 S. Valentinus, Episcopus Passauensis, in Germaniâ.
 S. Crispinus III. Episcopus Ticinensis, in Italiâ.

S. Valentinus II. Episcopus Interamnenensis, in Italiâ.
 S. Cedda, siue Ceddus, Episcopus Londonensis, in Angliâ.
 S. Tillo, siue Hillonius, cognomento Paulus, Solemniaci, in Galliâ.
 B. Wittekindus, Dux Saxonum, Angariæ, in Westphaliâ.
 S. Reinoldus, monachus Martyr, Tremoniæ, in Westphaliâ.
 S. Aldricus, Episcopus Cenomanensis, in Galliâ.
 S. Anastasius, Episcopus Senonensis, in Galliâ.
 B. Vitalis, Abbas Sauiniacensis, in Galliâ.
 S. Canutus, Dux Slesvicensis, in Daniâ.
 B. Albertus, Eremita in Etruriâ.
 S. Raimundus de Peñaforti III. Generalis Ord. Prædicator.
 S. Beniamini, Martyrum Inuentio, Brixia, in Italiâ.
 S. Maximi Venerabilis Ludouicus Blofius, Abbas Lætiensis, in Belgio.

PRÆTERMISSI VEL IN ALIOS DIES REIECTI.

Tres Reges Magi. Galefin. in Notis. De his nos i. vi.
 xii. Ianuarij.
 & de eorum translatione xxiiii. Iulij.
 S. Isidorus Episcopus. Maurolyc. MS. Florarium, Galefinius: hic Martyrem facit, & Nicomedia passum, veteris ms. fide. Idem est fortassis, qui Antiochia coli dicitur, de quo ii. Ianua. Martyres, in Africâ. Galefinius, ex perue-
 S. Timotheus Ceri Kalendario Ordinis monachorū Vallis.
 S. Lucianus S. Vmbroze. Celebratur in Martyrol. Romano xiiii. Junij. Lucianus in Africâ passus cum Fortunato, non Timotheo.
 Melania senior. Carthagini Colon. in Addit. ad Vuardum, & ms. Florar. At Ferrar. xxi. Ianuarij. Nobilissima & religiosissima hac matrona magnâ sue virtuti labè aspergit, dum in Origenis errore visa est decisiisse, Ruffino doctore, à quibus tamen sub extremos vita annos eam resiliisse existimamus. Sed an vt Sancta vspiciam colatur, haud compemus. Multa de eâ extant in vitiis Patrum.
 S. Victorinus Abbas, qui scriptis Calculum. Ita ms. Kalendarium Sanctorum Ordinis S. Benedicti. Verum Calculi auctorem puto eumdem esse Victorium, siue Victorinum, aut Victorem Aquitanum, cuius Cyclum Paschalem nuper vulgavit Aegidius Bucherius Noſter; qui neque Sanctus alibi appellatur, neque potuit esse Ordinis S. Benedicti, quippe multò S. Benedicto antiquior. Extat Calculus hic ms. in Bibliothecâ Lobieni.
 S. Kentigerna vidua, refertur à Davide Camerario, & Ferrario. Certius quid fortassis aliunde consequemur.
 S. Sabini Translatio. Maurolyc. Plures sunt SS. Sabini. Quis hoc die translatus sit, nusquam reperi.
 B. Martheaus Ord. S. Francisci Episcopus Agrigentinus in Siciliâ, commemoratur ab Octavio Caietano Noſtro in Ideâ Sanctorum Sicilia, & Philippo Ferrario in generali catal. SS. At Lucas VVadingus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1300. num. 13. eius obitum narrans, non indicat eum publico aliquo cultu celebrari. Ideo eum hic omitto.

Mariæ Raggiæ illustris vita extat typus vulgata Barcinone anno MDCLVI. auctore Michaële Llor à Riberâ Ord. Prædicator. aliaq, auctore Ioanne Petro à Cesaraugustâ eiusdem Ordinis, Latinè redditâ ab Arnoldo Raſfio Duacensi. Sed quid nesciam an sancta Sedis auctoritate colatur, multaq; in eâ commemoratione miracula, malui eam hîc omittere, quam nuperum S. P. N. Vrbani VIII. decretum videri vel leuiter transgressus.
 S. Julianus Diaconus refertur hoc die à Ferrario in Catalogo generali, & SS. Italia, ex tabula Ecclesia Nouariensis. Eius ac Iulij fratris vitam dabimus xxxi. Ianuar.
 S. Polyeuctus Melitine. Martyrol. ms. S. Hieronymi, & ms. Rhinovviense. Eumdem esse arbitror, de quo infra. xiiii. Februar.
 S. Valentinus Episcopus Tungensis. ms. Florar. in quo iterum ix. Iulij commemoratur. Nos de eo agemus viii. Junij.
 B. Elizabetha de Wans, virgo vidua, monialis Aquitensis in Belgio, refertur hoc die in Kalendario Cisterciensi Diuione an. MDCLVII. edito; ab Arnoldo Raſfio ix. Octobr. à Chrysostomo Henriquez, quem sequemur in Menologio Cisterciensi i. Iulij.
 S. Canutus Rex Danie & Martyr refertur hoc die in Martyrol. Romano; at colitur, quo & vitam eius dabimus x. Iulij.
 S. Hathebrandi Abbatis Antiqui-monasterij in ditione Groeningensi, hoc die trâslatæ sunt Antuerpiam reliquæ anno MDCLX. meminit Chrysostomus Henriquez in Menol. Cisterc. & Andreas Sauffayus in Martyrol. Gallicano. De eo agemus xxx. Iulij.
 S. Ioannis Baptista dextera hoc die à Iobo Diacono Antiochiae allata Constantinopolim, tempore Constantini & Romani Imperatorum: fitq; eiusdem sanctissimi Precursoris hac die commemoration, vt ex Græcorum Meneis patet, & Notatione Pet. Galefinij ad Martyrol. De eâ translatione agemus xxix. Augusti.
 S. Fausta Virgo & Martyr cum Euilaſio. Hraban. Noſter. ms.

ms. S. Maximini, Cartus. Colon. in Addit. ad Vfuard.
Nos cum Martyrol. Romano xx. Septemb.
Amadeusex Abbate Altæ-cumbæ Episcopus Lausa-

nensis, hoc die refertur & Beatus appellatur à Chrysostomo. Ex vamo Henr. in Menologio Cisterc. De eo agemus XXVII. Sept. RIIS.
S. Melania iunior. Martyrol. Germathic. Nos XXXI. Decemb.

RELATIO PVERIES V.

VII. IA-
NVARII.

ELEBRATVR in Martyrologiis, Romano,
Beda, Vfuardi, Adonis, VVandelberri, Notkeri,
Maurolyci, veteri Romano, Germanico, ms.
Florario, VII. Idus Ianuarij, Pueri les V re-
latio, sue educatio ex Ægypto. De quâ cō-
suli possunt sacra Scriptura Interpretes. Quo anno acciderit, ali-

bifortassis disputabimus. Alij XI. Ianuarij hanc relationem re-
ferunt. Quo die Notkerus : Eductio Domini de Ægypto,
qua secundum alios VII. Id. Ianuarij, secundum quos-
dam Nonis Ianuarij, propter multorum dierum pro-
fectionem, celebratur. Consentit Rabanus, & alij.

DE S. IVLIANO MARTYRE.

VII. IA-
NVARII.

ELEBRATVR VII. Ianuarij in variis
Martyrologiis, nominatim Romano, Belli-
ni, Maurolyci, Galefini, Molgni Addit. ad
Vfuard. &c. S. Julianus Martyr. Locus
tempusq; martyrij non proditur.

L. Magnus Julianus Toleti Martyr. 2 In Chronico quod sub fl. Dextri nomine editum est, ad an. xc. ista habentur num. 7. S. Julianus, cuius Toletanus, Toleti patitur VII. die Ianuarij. Fuit Episcopus. Ad que ita commentatur Franc. Biuarius : Ignorabatur hactenus quis ille Julianus fuisset, latuitque Baronium : sed nunc Dextri Chronico manifesta multa fiunt, quæ sine eo ignorabatur. Ad annū verò LXXXVI. nu. 6. idem Chronicon : S. Julianus discipulus S. Petri, Martialis carus, Vicum transfertur. Interpretatur hec Biuarius, eo anno, Domitianus Caesaris iussu, Romā relegatum in Hispaniam. Et fuisse quidem loca nonnulla apud Hispanos, quibus Vici nomen impositum. Addit Biuarius, ante S. Eugenium (de quo xv. Nouembris agemus) ciubus suis Toletani Euangelium prædicasse, fuisseq; Toleti & totius Carpetani & Episcopum vocatum. Ut probet Martialis carum fuisse, aliquot recitat epigrammata ad L. Iulium scripta ; quæ (vifatear quod sentio) leuis est coniectura. Sane Eugenius fuisse primum Toletanorum Apostolum, Franciscus Pisa in Toleti descriptione, aliiq; tradidere Auctores. Iterum de Juliano Dextri Chronicon ad ann. XCIV. num. 4. L. Magnus Julianus cuius Toletanus & Martyr, in pre-
tio habetur. Quod de habitu ei post mortem honoribus, patru-
tiq; miraculū Biuarius accipit. Sed hec Toletanus accuratius
disputienda relinquimus.

S. Julianus Martyr Calari. 3 Seraphinus Esquirrus Sanctuarij Calaritanipart. I. lib. 2. cap. 26. testatur an. MDCCXV. XXII. Iulij, repertas esse Calari in Sardinia S. Juliani Martyris reliquias ; ossa nimurum totius corporis, aptè composita singula suis locis, ac velut connexa, eaq; grandia, caput integrum, tribus saucium plagis, occipite adhuc sanguinolento : in eodem tumulo lapidem iuxta caput conditum, sanguine oblitum ; unde coniuci posset, lapidibus fuisse interer-
ptum. Gemina prius inuenta erat et epigraphe, quæ S. Juliani hac
esse pignora testaretur, prior litteris nonnullis vel humore cor-
ruptis, vel ipsa refosione conuulsis, ita habebat :

IC IACET B. M. IVLIANVS
VI BIXIT ANNIS
NVS XC. REQVIEVIT
VIRGINIS PARTV

Eam epigraphen ita Seraphinus exponit : Hic facit beatus
Martyr Julianus, qui vixit annis plus minus xc. requie-
vit in pace anno à Virginis partu.....

Altera inscriptio sic habet:

† B. M. IVLIANVS QVI VIXIT
ANNIS PLVS MINVS C. RE-
QVIEBIT IN PACE SVB D
X KAL MARX

Discrimen etatis ex omisjā litterā X ante C fortassis ortum.

4 Etsi verò xx. Februarij occisus dicatur, colit tamen VII. IA- Colitur
nuarj tradit Seraphinus, maximā celebritate, ingenti hominū VII. Ianuarij
ad eius ecclesiam tribus milliaribus Calari distantem concur-
su. Addit genere ac dignitate illustrem fuisse pingi, equestri for-
mā solere, & pasim a Sardi appellari SANCTV IVLIANV
CONTI, quasi Comes fuerit. Eddem spectat, quod in eius se-
pulchro repertus est medius annulus aureus, ac filamenta quoque
aurea.

5 Philippus Ferrarius II. Ianuarij hunc refert his verbis:
Carali in Sardinia S. Juliani Comitis & Martyris; tra-
ditq; in Notis, magnam in totâ insulâ venerationem habere,
eiuj; nomini complures dicatas esse ecclesiæ ; sed tempus mar-
tyris ignorari. Cur verò qui xx. Februarij martyrio coronatus
dicitur, colatur à Sardi VII. Ianuarij, nos latet. Franciscus de
Esquieruel Archiepiscopus Calaritanus in Relatione inuentarum
reliquiarum ad Paulum V. missā, eadem tradit de S. Juliani
veneratione, sacrissq; illi ecclesiæ ; aitq; in vicis circum Calarim
dum sub Missainitium Confiteor recitat, plerosque addere
solere, etiam ante hanc inuentionem, & S. Juliano Comiti.

6 Fateor hec aliquantò probabiliora videri iis, quæ in
Dextri Chronico dicuntur. Si tamen fuit ille Toleti Julianus,
nihil eius derogatum honori volumus. Quare iterum de S. Iuli-
ano Calaritano xx. Februarij agemus, præterim si interea
certiora consequamur monumenta.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
SPOLICOSTO, PALLADA, CANDIDA.

VII. IA- C ELEBRANTVR hi in peruetusto ms. Martyrologio
NVARII. S. Hieronymi his verbis: Et in Græciâ Spolicosti, Pal-

ladæ, Candidæ. Plures reperiuntur Candidæ, sed nulla hi-
uncta comitibus.

DE SANCTO CRISPINO I.

EPISCOPO TICINENSI.

CIRCI-

TER AN-

CHRIST.

CXLVIII.

VII. IA-

NVARII.

Tres SS.

Crispini

Episcopi

Ticini.

I. 7. Jan.

colitur.

Eius vita

ex Ferrario.

Diffiden-

tes recon-

ciliat.



F

Res refert Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae Crispinus Episcopus Ticinensis, atque eorum primum hoc die coli, secundum & tertium xxx. Octobr. Sed ut infra VII. Ian. dicemus, tertius S. Epiphanij successor hoc

vii. Ian. die colitur. Crispini Episcopi & Confessoris memine-

runt Bellinus, Maurolycus, Martyrol. Germanicum, neque ex-

primunt primus sit anterius. Molanus, Galesinus & Baro-

ninus in Notis, de tertio, id est, successor & magistro S. Epiphanij,

accipiunt, ut infra patebit. Martyrologium Gallobelgicum

xi. Ianuarij S. Crispinum Ticinensem Episcopum refert, abs-

que distinctione.

2. S. Crispini I. vitam sic breuiter complexus est Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae vii. Ianuarij: Crispinus ex nobili Nigrorum familiâ Papiae natus, ac in Canonorum numerum adscriptus, post S. Vrsicinum ad Episcopale munus assumitur. Qui cum prædicationis officio prohibitus fungi non posset, totum se ad exor-

nandam Ecclesiam & urbem, ac ad pacem inter dissiden-

tentes componendam contulit. Altercantibus enim

apud Summum pagum iuxta Padum de prædiorum

finibus rusticis, Diaconum suum ad eos conciliando

misiit. Duos item fratres prati vnius causâ dilictis

gladiis contendentes, oblatâ illis pecuniâ, composuit.

Pratum illud, quod Pacis appellabatur, ciuitati do-

nauit. Porram villam Canonicis attribuit. Urbem

cœnosam lapidibus sternendam, Ticiniique amnis ri-

pas ponte lapideo iungendas curauit. His, aliisque pre-

clarè gestis, populum & Clerum ad religionem pacem-

que seruandam hortatus, cum in Episcopatu annos

xxxiv. vixisset, migravit ad Dominum.

3. Hac Ferrarius. Papiae nomen, quod vulgo nunc Pavia

dicitur, vnde aut quando primùm Ticino adheserit, haud

reperi. Ticinum prius, & à quibusdam Ticinus appellata, à

fluvio Ticino, qui etiamnum Tescino vocatur, infraq; Pa-

piam in Padum influit. Qui hic Vrsicinus dicitur S. Crispini

decessor, n; à Martyrologio Romano, Galesinus, ipsq; Ferrar-

rio Vriscenus appellatur, coliturq; xxii. Iunij. De eius etate,

ut isthic dicemus, non constat: probabilius censet Ferrarius an-

ccxii. obiisse. Quod de Summo pago, (qui Suma, vt reor,

in tabulis Mercatoris & Ortelij dicitur, ad Padi lauam ripam,

è regione cuius Copis torrens Pado miscetur) quod de eo, in-

quam, agroq; Sümiate, & lite per Crispini Diaconum compo-

sitâ hic scribit Ferrarius, debet ad S. Crispinum III. referri, vt

pater ex via S. Epiphanij xxii. Ianuarij.

4. Idem fortassis dicendum videatur de miraculo quod idem refert Ferrarius ex Papiensibus historiis, id videlicet non à Crispino I. sed III. esse patratum, aut ab eo certè, cuius Ticini celebrior tunc esset memoria. Petrus, inquit, Diaconus Ti- Eius inuo- cienensis urbe trans Padum pro negotiis Ecclesiæ di- catione se- gressus, cum tonitruis, grandinibus, fulminibusque, data tem- pestas.

ad ventis ruentibus perfugium nullum haberet,

ad opem D. Crispini implorandum genuflexus con-

fugit, statimque cælum ex turbatissimo serenu effe-

ctum est.

5. Huius sancti Antistitis Crispini meminit & Bernardinus Sacrae Ticinensis historia lib. 6. cap. 8. & 9. Circa Seueri, inquit, imperium Crispus Niger Ticinensis Episcopus constitutus fuit: qui aperte concionari veteris, alio labore ac studio Ticinenses fouit. Nam rerum publicarum administrationem complexus, populum ad ciuitatis ornamentum excitauit, sua siquaque in primis op- portunitum fore vias ciuitatis lapide sternere, fluminis Curat ag- ripas infixis altius palis munire, ne facilis incremento gereretur, ac raptu euadere ab alveo efficitis ripis posset; docuit- ac pontem.

que iuxta fluminis latera in locis humilioribus aggre-

res formari, tellure in altum congestâ, ut intra aggères

conclusa prædia tutâ essent fluuiio inundante, ac pre-

iosiora fierent. Ponte insuper Ticinum omnino iun-

gendum esse ad ciuitatis decus & commodum, dixit;

eiusque dicto populus audiens fuit, & opus perfecit.

Crispo igitur Episcopo huius nominis primo hortante,

populus Ticinensis lapideum pontem in Ticino

fluvio ædificauit, circa annum ducentesimum à Nata-

li Domini. Distabant eo tempore muri ciuitatis à pon-

te & à fluminis ripâ ad iactum lapidis, extantque ipsius

antiqui muri monumenta in domo Salariâ, & apud

ædes Diu Theodori, & Diu Agathæ, distantiam,

quam scribo, attestantia. Plura deinde de eo ponte ibidem

differit Saccus. Sed quod circa annum cc. edificatum esse pon-

tem ait, qui Seueri octauus fuit, à Ferrarij chronologâ paulo

ante relata differt.

6. Confusa mihi videntur trium Crispinorum Acta, meritoq; ambigui posse an tres an duo solum statuendi sint, cum ipse Ferrarius in novo Catalogo SS. ad xxx. Octobr. duos solum recenseat; Galesinus quoque eo die illum coli existimet, qui aliis est tertius. Idem Galesinus v. Decemb. ista habet: Papiae S. Crispini Episcopi & Confessoris, cuius multis in te- bus spectata est doctrina & sanctitas. At de quo ea praci- puè accipi debeant, non statuo.

DE SANCTIS FELICE ET JANVARIO.

VII. IA-

NVARII.

MARTYROLOGIVM Romanum: In ciuitate Heracleâ, sanctorum Martyrum Felicis & Ianuarij. Consentit Vuardus, Bellinus, Maurolycus, Galesinus, ms. Florarium, Martyrol. German. ms. complura, & nominatim antiquissima duo S. Hieronymi. Nihil de his certi possum pronuntiare, nisi non assentiri me Biuario, qui commentariis in Dextri Chronicon ad annum ccxcvi. num. 4. hos esse censet, quos Gracis referunt xvi. Aprilis cum Fortunato & Septimio; passoq; vult Heracleâ ciuitate Hispania. Nam qui isthic celebrantur à Gracis, j; xxiv. Octo-

bris coluntur Venustia in Apuliâ, licet de martyris loco haud satis constet. Non tamen videntur Heracleæ ad fretum Gaditanum interfacti, nec est in Actis quidquam, vnde id conicisci possit. An Heracleæ, qua Lucania vrbs fuit, culti aliquando Felix Episcopus & Ianuarius Presbyter, ed foris translati, haud dixerim. Probabilius est, alios ab his esse, in aliâ quampli Heracleâ passos. De Hispanicâ Heracleâ assentiemur Biuario, cum certum attulerit argumentum. ms. Martyrolo- gium S. Hieronymi iterum (de iisdem, vt ego quidem arbitror) xiv. Februarij. In Heraclâ natalis Felicis, Ianuarii.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS
POLYANTHO, PHILONE, CANDIDA.

VII. IA- MARTYROLOGIUM S. Hieronymi VII. Januarij:
NVARII Er alio loco Polyanthi, Philonis, Candidae. Erit
' fortassis qui ex nominum affinitate eosdem hos esse coniiciat, de
quibus idem Martyrologium IIII. Februarij: Et alibi Po-

liarti, Philoronis, Candidi. At plures in Martyrologiis ce-
lebrantur, non solum similibus, sed omnino iisdem appellati
nominibus.

DE SANCTO IVLIANO
MARTYRE IN GALLIA.

VII. IA- EGIMVS supra de S. Julianu Martyre Sardo. Alium
NVARII hoc ipso die refert Andreas Saussayus in Martyrologio
Gallicano, his verbis: In tractu Andegauensi natalis S. Iu-
liani Martyris, cuius corpus in alceterio seu Prioratu

S. Ioannis ad Ligerim quiescit condigno cum honore.
Nihil alibi de eo reperi. Hic, an Sardus ille, à Martyrologio Ro-
mano celebretur, non divino: ab illo diuersum esse hunc constat,
cum utroque corpus extet.

DE SANCTO SENATORE
EPISCOPO VERONENSI.

VII. IA- SENATORIS Episcopi Veronensis natalem referunt
NVARII. hoc die Galefinus & Ferrarius, licet hic festum propter
S. Senato- Octauam Epiphania in xix. Ianuarii tunc testetur.
ria natalis. 2 De eo ita scribit idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum
Vita ex Italia: Senator inter Sanctos Proculum & Probus Ep-
Ferrario. episcopatum Veronensem, Diocletiano & Maximiano
Imperatoribus, administravit. Vir fuit sanctitate, do-
ctrinâ, ac grauitate, ceterisque virtutibus, quæ in optimo
Pontifice requiruntur, prædictus. Hic grauitati fa-
cilitatem adiunxit. Cumque Ecclesiam aliquot annos

summâ cum laude, & populi utilitate rexisset, tandem
vii. Idus Ianuarij ex hac vitâ migravit. Eius corpus in
basilicâ S. Stephani conditum in magno habetur ho-
nore. De corpore idem testatur Galefinus in Notis. Colitur
S. Proculus Episcopus Veronensis xxiiii. Martij, s. Probus
xiiii. Ianuarij. Sed quod hic habet Ferrarius, s. Senatorum
sub Diocletiano & Maximiano floruisse, id xxiiii. Martij in du-
biu[m] reuocat; contendens s. Proculum eius decessorem sub
Claudio Maximino, qui an. ccxxxv. inuasit Imperium floruisse.

DE SANCTO LVCIANO
PRESBYTERO MARTYRE.

S. I. Luciani sanctitas, doctrina Catholica.

ANNO I ELEBRAT VR gloriosus hic Martyr
ccxxii. ac Doctor VII. Ianuarij à Latinis, à Gracis
VII. IA- nunc xv. Octobris, vt ex Menologio & Me-
NVARII. natis patet, atq[ue] Anthologio à Clemete VIII.
S. Luciani approbato; olim verò eodem quo & obiit
natalia. die VII. Ianuarij, vt liquet ex S. Chrysostomi sermoni postri-
die Theophaniorum in illius laudem habito. De eo V guardus:
Eodem die B. Luciani, Antiochenæ Ecclesiæ Presby-
teri & Martyris, qui satis clarus doctrinâ & eloquentiâ,
passus est Nicomediæ ob Christi confessionem in
persecutione Maximini; sepultusque est Helenopoli
Bithyniæ. Eadem ferè de eo prædicant Bellinus de Padua, &
Martyrologium Romanum, nisi quid non sub Maximino sed
sub Maximino passum volunt. Sub Maximino passum ha-
bent Beda & Ado excusi.

In quatuor 2 Prolixius eius elogium ab Actis, qua infra dabimus, paul-
partes dif- lum discrepans, habet Notkerus, & MSS. Adonis Martyrologia,
fectum monasteriorū S. Laurentij Leodij, & Lobiensis: Et Natiuitas
quidam scribunt. S. Luciani Antiochenæ Ecclesiæ Presbyteri, & Marty-
ris, virtu etiissimi atque eloquentissimi, qui Nicome-
diæ ob confessionem Christi passus, & in quatuor par-
tes disseverus est: quibus in singulis lapidibus ligatis, &
in mare demersis, aliâ die Helenopoli Bithyniæ integrum
corpus cum ipsis lapidibus inuentum honorificè
sepultum est. Quam vibem, cum prius Drepana voca-
retur, in honorem eiusdem Martyris Constantinus Im-

perator instaurans, ex nomine matris suæ Helenopolim nuncupauit. Eadem ferè MSS. Letiensis, & S. Martini
Tornaci, ac Florarium. At MSS. S. Martini Treuirus, & S. Ma-
ria Ultraiecti: In Nicomediâ Luciani Presbyteri, qui in
quatuor partes fractus, in mare demersus, integer inuenitus est. Meminere quoque S. Luciani hoc die virtus Mar-
tyrologium Romanum, ms. S. Hieronymi, VVandelbertus,
Maurolycus, Galefinus, aliiq[ue].

3 S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 77. Eius elo-
ita S. Lucianum celebrat: Lucianus vir dilectissimus, An-
gium ex
tiochenæ Ecclesiæ Presbyter, tantum in Scripturarum
studio laboravit, vt vique nunc quedam exemplaria
Scripturarum, Lucianeau nuncupetur. Feruntur eius de
fide libelli, & breues ad nonnullos epistolæ. Passus est
Nicomediæ ob confessionem Christi, sub persecutio-
ne Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ. Eadem
ferè Honorius Augustodunensis cap. 77. sed fallitur dum Nico-
media Episcopum fuisse scribit.

4 Duo de S. Luciano reuocari in controvërsiam posunt:
primum, recte senserit de fide orthodoxâ; alterum, quo tem-
pore obierit. Quod ad primum attinet, quia id nostri non est in-
stituti, singulorum Sanctorum scripta expendere, dum constet
eos in Catholicâ fide esse mortuos, atque in calitum numero ab
Ecclesiâ censeri, id verbo solum hic attingemus; præsertim cum
id plenius actuarum esse cíamus Petrum Halloix Nostrum; cui
eruditissimo viro precor ut multos Deus addere annos velit.
Nam que edidit iam de Sanctorum scriptorum Ecclesia Ori-
entalis rebus gestis volumina, tum sancto illi Latensum Abbatem

Anto-

Ex v.a-

riis.

Antonio VVingio mirificè probata, tum ab aliis viris eruditissimis ita laudari scio, ut negent se alium scriptorem maiori legere animi voluptate; quidquid aliqui fecus sentiant. Sed ad S. Lucianum revertantur.

5 Cùm acerrimè Sabellianorum errores confutaret Lucianus, ardore disputationis ed est proiectus, ut paulò licentius in contraria partem inclinasse; & cùm illi personarum in Trinitate tollerent omne discrimen, ita ipse personas distinctione visus sit, ut ipsam quodammodo separaret substantiam. Quod idem S. Dionysio Alexandrino, (de quo XVII. Nouembri)

De heresi suspectus. aduersus ipsum agenti Sabellium, euenerat. Et sicut Dionysio ab Episcopis Libya exhibitum est negotium, adeò ut causam oportuerit ad Romanum Pontificem deferri, à quo omni heresifuscione est absoltus; ita Lucianus eadem causa exagitatus, atque à tribus sibi inuicem succedentibus Episcopis Antiochenis, ab Ecclesiā quoque electus est. Patet id ex epistolā S. Alexandri Episcopi Alexandrini, quam refert Theodoreetus Hist. Eccles. lib. I. cap. 4. vbi ista leguntur: Tum pestiferum studium Pauli Samosateni, Episcopi Antiochiae, qui concilio omnium ubique Episcoporum atque adeò iudicio Ecclesiā electus est: cuius peruersæ doctrinæ Lucianus successor factus, multorum annorum spatio, hoc est, tantisper dum tres Episcopi, alias post alium, Ecclesiam illam rexere, exclusus ab Ecclesiā mansit. Dum verò scriptis libellis fidei sua integratatem tueri conatur Lucianus, dolo Pancratij Sabelliani in manus venit persecutorum, & glorioso martyrio coronatus est.

Catholicus agnitus à SS. PP. Scripto se defendit. 6 Sed neque Hieronymus, neque aliis quisquam aliter de eo scripsit, quām ut de viro egregie Catholico. Ex discipulis tamē eius quidam, ac ferè ante idolatriā maculati, in Arij sectam declinarunt: & suos Arius Collucianistas appellabat. Et Nicephorus Callistus lib. 9. cap. 5. tradit fidei formalam quamdam Arianisimum redolentem, Luciano viro diuino, & in sacris litteris supra ceteros aptimè eruditō falsō à quibusdam adscriptam, ut amplitudine Martyris suo scripto celebritatē vendicarent. Idem refert Sozomenus lib. 3. cap. 5. Macedoniani quoque S. Luciano, ut sui erroris fauore, falsō gloriabantur; ut ostendit S. Athanasius Dialogo 3. de sancta Trinitate, qui tamen idē se credere, quod Lucianus, liber profitetur; & in Synopsi sacra Scriptura eum, ut à Catholicorum partibus stantem, hoc illustri laudat eloq. agens de editione sacrorum voluminum, qua Lucianus appellatur: Septima, inquit, & postrema S. Luciani magni asceta & Martyris est, qui & ipse cùm in predictas versiones, & Hebraicos libros incidisset, & diligenter quæ vel deerant vel ultra veritatem redundabant verba, inspexisset, ac suis quæque locis correxisset, versionem hanc Christianis fratribus edidit: quæ sanè post eius certamen & martyrium eiusdem S. Luciani, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro videbilet propriā ipsius manu conscripto comprehensa, Nicomedia sub Constantino Rege Magno, apud Iudeos in pariete armarij calce circumlitio, vbi custodiā gratiā posita fuerat, inuenta est. De hac eadem editione Hieronymus epist. 107. quæ est Prefatio in librum Paralipomenon ad Chromatium: Nam Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudatauctorem: Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat: media inter has prouincias Palæstinæ codices legunt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se trifatiā varietate compugnat. Pertractat hac pluribus Baronius tom. 3. Annal. ad an. CCCXI. num. 11. itemq; ad an. CCCXVIII. nu. 74. & seqq. & in Notis ad Martyrologium.

Versio Lu- men & martyrium eiusdem S. Luciani, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro videbilet propriā ipsius manu conscripto comprehensa, Nicomedia sub Constantino Rege Magno, apud Iudeos in pariete armarij calce circumlitio, vbi custodiā gratiā posita fuerat, inuenta est. De hac eadem editione Hieronymus epist. 107. quæ est Prefatio in librum Paralipomenon ad Chromatium: Nam Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudatauctorem: Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat: media inter has prouincias Palæstinæ codices legunt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se trifatiā varietate compugnat. Pertractat hac pluribus Baronius tom. 3. Annal. ad an. CCCXI. num. 11. itemq; ad an. CCCXVIII. nu. 74. & seqq. & in Notis ad Martyrologium.

§. II. S. Luciani Acta, tempus mortis.

Acta S. Luciani. 7 ACTA S. Luciani ab antiquo auctore descripta, inser- taq; collectioni Metaphraſta, & Latine edita à Lipomo- no ac Surio, germana & scriptorum perpetuā memo- riā commendata vocat Baronius ad an. CCCXI. num. 3. His ex Ruffini Historiā Ecclesiast. lib. 9. cap. 6. quadam subiun-

gemus. Nam qua ille, Eusebium interpretans & subinde amplificans, de persecutione post inducias sex mensum Christianis ex Galerij Maximiani Armentarij edito indultas rursum à Galerio Maximino concitatâ cap. 2. & sequentibus quatuor commemorat, ea in M.S. Ripatorij, & M.S. Maximini Treuiris, sub titulo Actorum S. Luciani extabant; quamquam in codice Treuirensi verbis paulum à Ruffini editione discrepantia. Nos ea solū transcribenus, qua proprie ad S. Lucianum spectant. Addemus qua in Græcorum Menais & Anthologio de eo recitantur: ac demum nonnulla ex Homiliâ S. Ioannis Chrysostomi in sanctum Martyrem Lucianum, qua est 46. tom. 3. Operum eius Græcolatinæ litorum à Frontone Duco Noſtro.

8 De tempore martyrij eius ista scribit Baronius in Notis Passus sub ad Martyrologium: Hunc sub Maximino passum, Eusebius tunc viuens, ac gesta Martyrum scribens, testatur no. lib. 9. cap. 5. Id ipsum S. Hieronymus de Scriptor. Eccles. in Luciano. Errore factum videtur, ut tam Metaphrastes quam Suidas eum sub Maximiano martyrio occubuisse dicant. Ait in Annalibus id visus est reuocasse Baronius, ad an. CCCXI. num. 3. scribens sub Galerio Maximiano, non autem Maximino, Maximiano VIII. & Lici- nio Coss. passum esse, priusquam edito late persecutionem idem Imperator prohiberet. Idem assertis Dionysius Petavius Noſter de Doctrina Temp. lib. 13. In eam sententiam inductus hic videtur, atq; ipse etiam Baronius, propterea quod Eusebius lib. 8. cap. 25. recensens celebriores Martyres qui Diocletiani & Maximiani persecutione martyrij palmam adepti sunt, nondum cōmemoratā eiusdem persecutionis inhibitione, Lucianum quoque inter eos recenset his verbis: Ex Martyribus verò Antiochenis, Lucianus eius parceçia Presbyter, piis vita in-stitutis præstantissimus, qui Nicomedie ipso præsente Imperatore, cælesti Christi regnum sermone primū per Apologiam, deinde rebus gestis palam prædicauit.

9 Ait ipius quoque Maximini persecutio non alia habita. Eadem est ab eis quam illi olim suscitarant, licet circa Maximiani Ar- persecutio mentarij obitum paululum intermissa: vt potuerit qui Maxi- ni iussu trucidatus est, Maximiani persecutioni adscribi. Quā ratione explicare ipsi quoque coguntur, quod ex S. Athanasio suprà num. 6. attulimus, qui occisum S. Lucianum scribit sub Diocletiano & Maximiano. Videtur ergo Lucianus postquam Antiochia recruduit persecutio sub finem anni CCCXI. comprehensus. Idq; facile probabitur ei qui initium libri 9. Eusebiana historia attentè perlegerit. Vbi cum cap. 1. simulatam persecutionis remissionem narrasset; cap. 2. Theotecnis fraudem; tertio noua edita à Maximino lata; quarto conficta Pilati Acta recenset; ac quinto tandem cades variis locis perpetratas, ac nominatim Siluani Episcopi Emeseni, Petri Alexandrini, ac Luciani commemorat. Ac de hoc quidem ista scribit Euse- bius: Lucianus item Ecclesiæ Antiochenæ Presbyter, vit cùm aliis rebus omnibus facilè primus, tum conti- nentiā eximius, & in sacris disciplinis diu multumque exercitus, ad ciuitatem Nicomedensem, in quā tum Imperator commorabatur, deduxit; cùm coram virbis Praefecto apologiam pro Christi doctrinā, cuius patrocinium suscepit, recitasset, in carcerem conie- cutus est, ibique trucidatus. Tot mala & tam grana breui temporis spatio à Maximino (certò liquet ex antecedentibus & consequentibus, de Galerio Maximino, non de Armentario esse sermonem) virtutis & honestatis aduer- fatio, contra nos comparata erant: adeò ut hæc po- sterior persecutio id répotis excitata, multò acerbior, quam prior, nobis videretur. Hac Eusebius. Qua Baronius cùm refutare non posset, ab Eusebio scripta negat, sed ab alio supposita.

10 De S. Petro Alexandrino agimus xxvi. Nouemb. vbi Acta Pilati Baronij argumenta expenduntur, qua ad eum precipue perti- nent. At de Luciano manifestè probatur, non nisi sub Maxi- mino con- currens cœte persecutione intersectum esse. Nam, vt etiam ras Lucia- Petauius & Baronius fatentur, Maximini iussu conficta sunt nus. probrosa illa Pilati Acta: atquiea refutavit, vt infra ex Ruffino dicemus, S. Lucianus; ergo non erat ante nouam illam obortam à Maximino persecutionem sublatus è medio. Id argumentum quæ conuelli posuit, non video; nisi forte cuiquam veniat in men- tem,

rem, hac à Ruffino esse conficta, eive supposita. Quā ratione quidlibet negari poterit. Nicephorus quoque Hist. Eccles. lib. 7. c. 27. diserte hac sub Maximino gesta tradit; licer cap. 16. Eusebium secutus, cùm illustres Martyres Diocletiani & Maximiani persecutione occisis recenseret, Lucianum quoque iis adnumeravit.

II. *At de his satis. Agunt de S. Luciano, prater citatos cito-
tandoq; in Notū, Vincentius Beluac.lib.13.cap.13. & 14. Pe-
trus de Natal. corrigendus tamen, dum sub Maximiano pas-
sum scribit tempore Antherij Papæ. S. Antherius sub Iulio
Maximino, anno CCXXXVI. occisus est, vt IIII. Ianuarij
diximus, S. Lucianus sub Galerio Maximino an. CCCXII.
cūm Roma sederet S. Melchiades, de quo x. Decembris. Memi-
nit Luciani Marianus Victorius scholius in Epist. 107. S. Hiero-
nymi, Cornelius Grafius tom. I. de virtù SS. Acta eius Belgicè
edidit Heribertus Rosvreydus Noster; Italicè aliquantò copio-
sius Gabriel Flamma; Gallicè Renatus Benedictus perquām
accuratè. Eius denique meminit Auctor Commentariorum in
Iob, quæ Origeni tribuuntur; licet velinde pateat illius non
esse, quippe qui diu ante Lucianum obierit: aut certè à librario
quopiam hac adiecta sunt, & quidem (vt videtur) Latino.
Hic porrò, quisquis demum sit, ita scribit lib. 2. in Iob circa me-
dium: Ita consummatus est beatus atque gloriosus
Lucianus, lucidus vitâ, lucidus & fide, lucidus etiam
tolerantiae consummatione. Ob hoc enim Lucianus
cognominatus est, tamquam lucidus, aut proprio lu-
mine sibi fulgens, aut aliis lucens. Hic namque Beatus
duodecim diebus supra testas pollinas extensus, tertiam
decimam die est consummatus. Quid sint testæ pollinæ,
melatet. Baronius habet testas multas, veluti ḥęęanę wōmę
scriptum esset ab auctore. Quid si testarum pollines interprete-
mur, siue testas pollinis instar comminutas?*

*Luciani
nominis
etymon.*

Reliquia
Arelatana
translate

12 S. Luciani in Galliam translatas esse reliquias, testatur in Martyrologio Gallicano Andreas Saussayus, ita scribens: Natalis S. Luciani Antiocheni Presbyteri & Martyris, octrinâ eloquentiâ, & sauctitate clarissimi, qui Nicopediæ sub Maximino Cæsare ob Christi confessione assus, & in quatuor partes dissestus est: quibus singulis lapidibus alligatis, & in mare demersis, postridie in Helenopoli Bithyniæ integrum corpus cum ipsis lapidibus inuentum est, fideliumque summâ cum venerazione sepultum. At decursis aliquot inde saeculis id ex oriente suscepit Carolus Magnus Arelatum detinens, ædificataque in eius honorem ecclesiâ illic honorificè recondidit per Turpinum Archiepiscopum Resensem: quâ ex te Arelati festiuia hodie tanti Martyris aucto more colitur memoria.

A C T A
AVCTORE ANONYMO

Ex Simeone Metaphrase.

C A P V T . I.

S. Luciani patria, virtutes, eruditio.

*S. Luciani
patria,in-
stitutio:*

AMOSATA est ciuitas Syriæ, quā præterfluit Euphrates. Ea ciuitas fuit patria Luciani, vbi fuit honesto loco natus, vt hæc docebit, quæ de eo tractabit, oratio. Parentes eius erant Christiani. Magnum autem studium fuit parentibus, et Lucianum ab ineunte ætate in religione & erga Deum pietate instituerent. Ambo vero è viuis excéentes, eum relinquunt puerum duodecim annos nam. Is autem, hac solâ veluti consolatione inuentâ, propter iacturam parentum configit ad diuinū quadam templum, omnibus suis diuiniis distributis pauperibus, & in primâ ætate cum Macario, qui habitabat Edessam, & sacros libros interpretabatur, congressus & versatus, quidquid erat in eis pulcherrimum, pau-
o tempore collegit.

8

regenerationis, per aquam & spiritum regeneratus, Ex m-
declinavit ad vitam monasticam: deinde cum ei visum
fuerit, à vino & obsoniorum usu omnino abstineat, sta-
tim tamquam ex carceribus depugnabat aduersus
omnes carnis voluptates. Seipsum autem formans ie-
mo. iunii. se ad hanc firmam & stabilem deduxit auctor.

lumis, et ad hanc rituam & itabilem deduxit consue- c
tudinem, ut nonā horā semel in die comedereret. Erant *absinten-*
autem ei etiam quidam certi dierum ambitus, in qui-
bus torā hebdomadā permanebat ieiunus. Plurimum
autem vitæ suæ tempus impendebat precibus & lacry-
mis. A scurrilitate & risu tantum aberat, quantum iu-
dicabat ea esse verè ridicula. Contrà autem eos qui lu-
gebant studebat imitari, & existimabat esse dignos
beatitudinibus. Silentium autem amplexus, & assidue *silentium*
deditus meditationi, videbatur semper cogitabundus
& tristitia plenus iis qui ad eum accedebant, etiamsi
spiritu in se perpetuò exultaret & lætaretur. Si quando
autem verbum ei ex ore visum esset emittere, diuinæ
Scripturæ erant id quo loquebatur. Tantus enim ea- Diuinorū
rum diuinus amor ipsum ceperat, ut vix somnum vel-
let capere propter continuam earum meditationem.
Si quando autem corpus volebat modicum requiesce-
re, non absque intensâ oratione, nec sine calidis lacry-
mis & genuum flexione somnum sumebat. Sed hæc
quidem, dum puerilem adhuc ageret ætatem, à Sancto
recte gesta sunt.

³ Postquam autem ab eâ iam excessit, & cœpit esse ^{castitatis} studium. adolescentis ; carnem quidem nullam cum spiritu agitantem seditionem reddidit per sancti Spiritus operationem ; quibusdam autem quæ sunt ad eum valde exilia , corpus reficiebat , adeò ut multos dies solo pane vesceretur , & ne pane quidem pluribus , sed iis quæ erant ad alendum magis exilia . Aqua autem erat ei potus suauissimus . Nonnumquam autem abstinebat etiam ab vsu ignis.

4 Cumque sic peruenisset ad omnem humanam
virtutem, fuit citò clarissimus omnium sui temporis.
Ipsum ergo tradit Ecclesiæ Antiochenæ: & cum pro-
cessisset ad Sacerdotium, constituit illic maximum
studium litteratum, iis, qui vbiique erant studiosissimi,
aliunde ad ipsum accedentibus. In celeriter autem scri-
pendo erat exercitatus, & quod ex eo acquirebat, si-
mul quidem & sibi ad alimentum, & pauperibus sup-
peditabat. Etenim nisi, priusquam ipse cibum sume-
ret, alij victus, quem manibus quarebat, essent partici-
pes, iniquum esse duebat. Is ergo cum vidisset sacros
libros esse valde adulteratos, cum & tempus multa in
is corrupisset, continuaque ab aliis in alia translatio,
& quidam homines sceleratissimi, qui gentilitati pre-
erant, conati essent peruertere eorum intelligentiam;
ipse omnes rursus sumpsit, & ex lingua renouauit He-
breos, quam ipsam quoque sciebat accuratissime, in veritate ex
is corrigendis plurimum laboris conferens. Porro
autem diuinorum quoque dogmatum puritatem quis
alio ex iis qui fuerunt illo tempore, melius quam ab
ipsis fuisse seruatum inuenierit?

a Samosata ad dextram ripam Euphratis, ubi hic pons lapideus tratus erat, in Comagene Syriae prouincia. Menologium habet ex Antiochiae Syriae ortum fuisse S. Lucianum.
b Edessa urbs Mesopotamie, hanc procul Samosatis.

c De Monachis, rituq; illos consecrandi antiquis illis temporibus, priuquam cnenia publicè constituerentur, consuli potest c. 6. Hierarchia Ecclesiastica S. Dionysij, & Balthasaris Cordery Nostris nullud Animaduersio; Notatio item Petri Halloix Nostris in cap. 7. ita eiusdem S. Dionysii à se editæ.

d Scholas olim, præsertim sacra catecheseos, à Christianis Docto-
ribus aperiri solitas, constat ex Eusebio, Baronio, Petro Halloix to. 1.
et vitis Scriptorum, in Pantæno, & hic num. 1. Macarij Edessent
emque.

C A P V T I I.

S. Lucianus comprehenditur. Puerorum constantias.

CV m autem Maximianus Imperator maximus quadam rabie esset peritus aduersus Christi ecclesiam, conareturque Christianum nomen delere.

83

Ex Mita- ex hominibus, eos qui erant summi inter omnes, lon-
phras, gissimè remouere studens, de illo quidem audit, vt de
Auctore quo magna fama perueraderet in omnes partes: magnū
Anony- verò eum incessit desiderium illum in suam redigendi
mo.

A Sabellianis pro- Ille verò cùm id recusasset, non se suā sponte coniecit
dicius, com- in periculum, sed diligenter cauebat, quantum in eo si-
prehenditur. Ecceliaz propter se magnam afferre tristitiam. Sibi ergo
cauebat pro viribus, ut pote quid hoc quoque Do-
minus fecisset, & dixisset, & eius discipuli humiliiter. E
civitate itaque excedens, in agro quodam latebat. Pan-
cratius autem quidam Antiochenus, qui Presbyteri
quidem erat honorem assecutus, idem verò sentiebat
quod a Sabellius, iam diu antē illius gloriaz inuidens,
ipsum prodit iis qui quærebant.

6 Et ille quidem Nicomediam ducebatur mori-
turus. Illic enim erat Maximianus, qui magnam &
omne genus cedem faciebat eorum, qui Christum nō
volebant negare. Nam & b Anthimum, qui erat Episcopuseiusdem Nicomediæ, interfecit igni tradidit,

c & c Petrum Antilem Alexandriæ, & multos alios præ-
Maximi- claros & fortes viros. Quineriam ad tantam processit
nus fuitia, etiam ad-
uerfus sœ uitiam, vt ne infantibus quidem parceret, sed ipsos
quoque interimeret; quoniam nec poterat quidem eis
persuadere, vt gustarent ea quæ sacrificabantur dæ-
monibus. Non enim persuadebat, sed resistebant pueri,
aperte corroborati à quodam, quod sub adspicuum
aperte non cadebat, auxilio, ad magis arguendam dæ-
monum, & eorum qui eis inserviunt, non solùm im-
probitatem, sed etiam imbecillitatem: siquidem aperte
erat imbecillitas, non posse firmam ac validam
suam reddere sententiam, maximè cùm omnia cupe-
rent, & omnia experirentur. Fuit autem maximum
auxilium iis, qui considerat & ex iudicio decertabant,
puerorum ad mortem vñque fortitudo & constantia,
vt qui erubescerent, si cernerentur pueris inferiores, re-
bus grauibus & asperis illatis, sicut illi, non resistentes.
Quicumque autem rufus frangerentur periculis, iis
puerorum perpessiones afferebant reprehensionem,
quod non tam propter malorum grauitatem, quæ
propter animi mollietatem, eos viatos fuisse appareret.
Sic nihil temere, nec absque optimâ ratione neque est,
neque fuit, neque vñquam fuerit eorum, quæ à Deo
conceduntur & eius prouidentiâ: quomodo tūc multa
quidem varia & multiplicia euenerunt in pueris. Ex
quibus omnibus vnum narrabo, quod est maximè
dignum vt mandetur memoria. Sic enim habet:

Duo pueri recuſante
veſci ido-
lothys. 7 Maximianus cùm duos quosdam pueros genere
fratres, illustri loco natos, curasset listendos; primò
quidem conabatur eos quibusdam promissis incitare,
quibus existimabat pueros maximè illiciendos: poste à
iussit eis afferti ex iis, quæ erant apud ipsum, sacrificiis,
& quæ videntibus pueris sacrificauerat, vt & gustaret,
& nullis malis afficerentur. Illis autem auersantibus, &
descentibus, & vt poterant, lingua eis balbutiente di-
centibus, quod non sic didicissent à parétribus, sed alius
esset modus, quo iij vtebantur; minatus est, ab irâ puni-
tatus, quin etiam variis eos affectit verberibus. Cùm
verò pueri fortiter resisterent, & nullo modo cederent,
eos vtique diuinâ roborante virtute; quidam è Sophi-
stis, qui illuc aderat simul cum Imperatore, & ad hæc
eum maximè incitabat & inducebat, pollicitus est se
statim effeturum vt ipsi comedenter. Ridiculum enim
esse dicebat, si à pueris adhuc balbutientibus videren-
tur superari Romanorum Imperatores. Tale quid ergo
machinatur: cùm sinapij quamdam acutissimam &
toleratu difficultatem excogitasset confectionem, eo-
rum quidem capita pilis nudauit; cùm aurem medica-
menti id, quod erat crassissimum, illuisset, vt ex maiore
materiâ, repentina & maior simul virtus profundū
penetraret, in igne accensum eos intulit balneum. Hoc
in loco pueri, cùm veluti quosdam fulmine ista essent

corum capita, hac ipsâ horâ fuerunt inclinati ad solum
vñque. Nec multò pôst cadens eorum ætate minor
prior est mortuus, cùm non poruisset resistere magni- *Piè mo-*
tudini flammæ accensa in caluariâ. Cùm autem alter *viuntur.*
vidisset fratrem cecidisse, quæ maximâ potuit voce
bona verba est effaros, fratri exultans victoriâ, eum-
que amplexus est & osculatus, & eum proclamauit vi-
ctorem, assidue exclamans: Frater mi vicisti: donec
hoc dictum eloquens, eumque complectens & oscu-
lans, ipse quoque expirauit & iacuit, fratrem iam vñis
tenes. Accidit autem illo tempore hæc perpeſſio maxi-
ma, & iis, qui videbant, maximè miserabilis, ipsa qui-
dem certè ætate attrahente plurimorum animos ad
misericordiam. Et eos quidem ij qui ad ipsos genere
attinebant, cùm sultulissent, sepelierunt cum aliis pue-
ris, propter causâ communitatem. Et hoc est marty-
rium circa Nicomediam, quod nominatur martyrium
infantium, vñque in hodiernam diem.

a Sabellius tollebat personarum in sanctissimâ Trinitate discri-
men, unde sequebatur. Patrem quoque incarnatum esse & passum:
adhac materiam ingenitam asserebat. Quæ fuisus tradit Baronius
tom.2.an.CCLX.num.61. & sequentib.

b De S. Anthimo Episcopo Nicomediensi & Martyre agemus
xxvii. April.

c S. Petri Alexandrini Episcopi vitam dabimus xxvi. Nouemb.
vbi de tempore cadis eius agemus.

C A P V T I I I.

Lucianus vñrios conuertit: coniicitur in carcerem.

8 C V M autem Lucianus, dum duceretur, venisset
in a Cappadociam, & conuenisset quosdam il-
lic milites, qui erant quidem Christiani, coacti autem
fuerant abnegare; eorum mentem reuocavit, osten- *S. Lucia-*
dens & exponens, quod sit omnium turpissimum, vi- *nus 40.*
lappos con-
ros eosque milites videri ignaos ac pusillanimes, & uerit in
ad mortis adeundum periculum timidiſſimos, quibus *Cappado-*
quædam iam feminæ, atque adeò pueri, fuere superio-
res. Quomodo autem vos, inquit, pro Rege caduco &
terreno pericula adibitis, qui cælestem tam citò pro-
dideritis? Quod autem erit vobis munimentum aut
præsidium salutis, si ille vos mox hinc accersierit? Non
cogitatis eum hoc vniuersum & regeret & administra-
re; illumque & vitæ esse dispensatorem, & mortis Do-
minum? Est ergo longè melius, præsentem vitam mi-
nus curantes, consequi, quæ apud illum numquām
desinit, beatitudinem, quæ vitam, quæ hīc est, ample-
ctentes, ab hac nihilo feciūs excidere, vt qui forte sitis
& hac priuandi ab hostibus, & illam non assecuturi, &
prætereà daturi pœnas puniendi immortales. Illi ergo
cùm hæc audiuissent, relipuerunt, & eos penituit se
negasse. Et cùm rufus ad le rediissent, & libere essent
locuti, b plurimi propter Christum mortem subierūt,
cùm essent non pauciores numero quædam quadraginta;
nonnulli autem cùm decerassent aduersus omnia
genera suppliciorum, vixerunt adhuc, cùm nihil turpe
& ignavum præ se tulissent in secundâ experientiâ; sed
prius quoque iudicium negationis, iniunctâ deinceps
pro pietate constantiâ delevissent.

9 Lucianus autem, cùm in transitu itineris hæc &
plura huiusmodi effecisset, delatus est Nicomediam. *Alios Ni-*
Huius autem viri fuere multi familiares, & ex iis non-
nulli cum eo aderant decertante Nicomediam. Ex qui-
bus aliqui cùm ad eos accessissent ij, qui cogebant
Christianos ritum sequi gentium, primū quidem ces-
serunt, vt qui non possent tormentis sufficere; at cùm
diuinus Lucianus (adhucenim viuebat) eos ad se ac-
cesserent, & omne genus sermonibus eorum animos
correxisset, & quantum sit transgressionis periculum
ostendisset, & quod nemo eorum, qui suam prodiderit
in Christum confessionem, effugiet flammarum gehen-
nae, quæ non potest extingui; ducti pœnitentiâ, ab eo
reducti sunt in Ecclesiam.

10 Ex iis autem, qui ad Lucianum venerant Nico-
median,

medium, erat etiam ^a Antoninus, discipulorum suorum dilectissimus: quo, postquam venit, vñus est ministro ad scribendas epistolás, vt ipse quoque ostendit Lucianus in vnā epistolā. Ex iis autem qui aberant, erant quidem plures viri, ex mulieribus autem Eustolia, & Dorothea, & Seuera. Aliunt autem ^d Pelagiam quoque fuisse ex eius discipulis, quæ Antiochia Syrie vixit: quæ etiam dicitur seipsum è techo altissimo deiecisse, cùm accessissent qui eam erant comprehensuri, timens ne abominandum quid per vim sustineret, (erat enim virgo) & eo modo esse mortuam: quam etiam in hodiernum usque diem honorant tamquam Martyrem, qui sunt amantes Martyrum.

^b **Vultus eius maiestatem timeret tyrannus.** **11** Porro autem cùm de Luciano à multis audiret Maximianus, tantam in eius facie insidere reuerentiam, vt si eum solum vidisset, veniret in periculum ne fieret Christianus; postquam iussit vt ille adduceretur, timens ne sibi tale quid accideret, velo interiecto separat sermonis congressionem, & verba procul ad eum emittebat, intermedio vñs sermonis ministro. Et primum quidem pollicebatur se innumerabilia ei esse largitum, & rerum gerendarum habitum eum esse consiliarium, & Patrem Imperioriae dignitatis, & socium sollicitudinis qua pro summa rerum suscipitur; & plura alia huiusmodi: pro quibus omnibus vnum solum dicebat se petere, nempe vt diis sacrificaret. Cùm autem ille audit̄ donorum magnitudine, quæ de eis dicebantur, nihil fecisset, & ne vniuersum quidem mundum esse cum pietate in Deum conferendum dixisset; tunc iam mutatus Imperator, minatus est se ad supplicium ei esse intentaturum, quidquid longum tēpus inuenisset, & si quid ipse posset inuenire nouum & inauditum. Illo autem aduersus hæc interritam opponente audaciam, & parato prodire in aciem, valde indignatus Imperator, eum quidem noluit quām primum tollere de medio; putabat enim se sic ei gratificatum, vt qui eum illico liberaret à malis; sed iussit in carcerem coniectum torqueri variis modis.

^c *Hinc patet, terrefacti itinere Antiochiae Nicomediam perduclum esse Lucianum.*

^b *Hi cum aliis fortasse in eadem Cappadociâ passis coluntur xxiiii. Maij.*

^c *Hic est, nō fallor, quem Nicoph. lib. 8. c. 31. & lib. 9. c. 17. Antonium vocat, aitq. Taris Cilicia Episcopum fuisse. Et postquam cum aliis Luciani discipulis, quos recenset, tormentis vietus ad Gentilites superstitiones deflexisset. Preceptore opem ad paenitentiam ferente, si dem renuntiasset, quamvis deinde in Arij declinauerit errores.*

^d *Colitur S. Peccagia ix. Iunij.*

C A P V T IV.

In tormentū moritur.

^a **Varid. 10. 12** **C**VM eum ergo accepis̄t̄ ij, quibus hoc erat im-
peratū, eum multis & variis affecte cruciati-
bus, quibus erat quidem grauem accepturus dolorem,
longo autem tempore in pœnī duraturus. Et nunc
quidem in cippum (est autem hoc tormenti genus ob-
longum) ambos eius pedes immitabant, ad quatuor
distrahentes foramina: quod quidem est in hoc sup-
plicio grauissimum, cùm utrimeque coxendices violen-
ter eis moueantur articulis: nunc autem in toto dor-
so graues testarum aculeos densos & continuos ma-
ligno animo substernebant: & vt ne liceret quidem vi-
ro iusto se vertere, & ne moueri quidem, dum talibus
fauciaretur aculeis; eius manibus extensis, eas vincie-
bant in quodam ligno, quod erat positum super eius
caput. Quinetiam aliis quoque multis eum afficiebāt
probris ac cōtumelias, & cum etiam arcebant ab omni
cibo, nisi vellet vesci iis quæ ab ipsis sacrificabantur; ea
enim affatim porrigebant. Ille autem maluisset subire
mortes vel innumerabiles, & lubentiū manens icu-
nus, paullatim à fame esset consumptus, quām vel illo-
rum solum passus esset conspectum. Sic igitur perman-
dit Christi seruus, qui à fame consumebatur, totos qua-

Tem. I.

tuordecim dies faciens consueta, & verbis doctrinæ ^{Ex meta-}
animum addens iis qui pro Christo erant inclusi in PHRASE,
carcere, & eos confirmans constantissimis & perpe- ^{Avctora}
tuis precibus. <sup>Anony-
mo.</sup>

¹³ Cùm autem aliquot iam dies transiſſent, ex quo *Predicite*
eo modo, quo diximus, affligebatur, & iam appropin- ^{diem mor-}
quarer quidem dies festus Theophaniorum; discipu- ^{lis.}
los autem (iam enim ei plures aderant ex Antiochiâ, &
ex aliis locis congregati) subiisset tristitia, reputantes
fore, vt eis statim reliquias beatæ quidem magister, non
valens resistere diuturnæ illi fami; ipsi autem nequa-
quam digni censeantur, qui Theophaniæ diem festum
cum eo celebrent; videbatur enim eis esse adhuc valde
remotus, & non posse magistri corpus usque ad eum
diem sufficere, vt pote quid inedia illud iam magnâ ex
parte consumpsisset; vir ille inclitus eos consolans, iu-
bebat esse bono animo: Ero enim, inquit, vobis scum, &
diem festum Theophaniorum vobis scum celebrabo:
recedam autem postridie. Ad effectum autem dedu-
ctum fuit id quod dixerat, aperte diuinâ in hoc ostensâ
virtute.

¹⁴ Cùm ergo aduenisset dies festus, qui expecta- ^{Missam co-}
batur, desiderabant quidem discipuli hanc ultimam à lebras, pe-
magistro consequi mysteriū diuini celebrationem. Vi- ^{diuini celebrationem. Vi-}
debutur autem esse dubium, quonam modo mensam ^{pro arâ}
quidem in carcerem inferrent, aut laterent impiorum ^{vñs.}
oculos, cùm multi quidem tunc partim illic adessent,
partim autem accederent; ille vero, Mensa quidem, in-
quit, erit vobis hoc meum pectus, non, vt arbitror,
Deo futura minus honesta cā quæ sit ex inanimâ ma-
teriâ. Templum autem sanctum vos mihi eritis, me
omni ex parte circumstantes. Et sic hæc facta quidem
sunt hoc modo. Iam enim, vt quid esset Sanctus in fine
vitæ, & remissi erant custodes, Deo, vt ego quidem ar-
bitror, qui Martyrem honorare volebat, & suorum di-
scipulorum non sustinebat inconsolabile videri des-
iderium, efficiente, vt citra impedimentum fierent ea,
quæ erant proposita. Nam cùm omnes eos Martyr fe-
cisset in orbem consistere, vt inter se inuicem alter pro-
pe alterum stantes, eum turò comprehendenter, iussit
suo pectori imponi signa diuini sacrificij. Postquā au-
tem hæc fecissent, & in cælum protinus subtilit obtu-
sum, cùm iam vix posset extollere, & preces peregit
consuetas. Deinde cùm diuina plurima esset effatus, &
facto ritu omnia peregit proposta, ipse & fuit par-
ticeps Sacramentorum, & transmisit ad eos qui ab-
erant, vt ipse quoque ostendit in ultimâ ad eos epistolâ.
Et hunc quidem diem cùm eis transegit, sicut erat pol-
licitus.

¹⁵ Postridie autem cùm venissent quidam ab Im- ^{Sanctâ}
peratore, vñs an adhuc viueret, (videbatur enim eis ^{moritur.})
valde mirandum, quid vitam hucusque produxisset)
postquam prope se stantes adspexit eos qui aduenie-
rant, cùm se, quantum poterat extendisset, & ter dixis-
set, Sum Christianus; simul cum ultimâ voce emisit
spiritum.

C A P V T V.

Eius sepultura. Helenopolis civitas.

¹⁶ **S**NIT autem qui dicant, cum adhuc spirantem
proiectum fuisse in profundum maris. Maximia-
nus enim admiratus eius perpetuam ad finem usque
constantiam, iussit iis qui in eiusmodi rebus inseruiunt,
ipsum in mare iacere, cùm magnum lapidem appen-
dissent brachio eius dextero, vt submersus nusquam
appareret, & corpus eius nullam assequeretur sepul-
turam, nec iusta ei fierent. Atque fuit quidem in pro- ^{Corpus in}
fundo quatuordecim dies, nempe totidem, quot in ^{mare abiit}
carcere decertarāt aduersus varias corporis perpeſſio-
nes. Quintodecimo autem delphinus in siccum eum
hoc modo extulit: cùm eius discipuli circa ripas & lit-
tora alius alibi versarentur, vt viderent, si quo modo
H h pol-

Ex meta- possent eum è mari electum inuenire, tempore autem
phrasē, hiberno id valde esset turbatum; diuturnum tempus
Auctor, effecit, ut planè desperarent se posse id inuenire.
Anony-

mo.

17 Interim verò adueniente quintodecimo die,
Martyr in somnis apparens cuidam Glycerio, germano suo discipulo, qui tunc versabatur in regione aduersa continentis Nicomedie, dicit ei: O tu, cùm primū manū surrexeris, abi in hunc locum (offendens locum littoris) te enim, inquit, conueniam, cùm illuc veniris. Ille autem, cùm primū, ex magnā evidentiā & admiratione eorum quæ ostenta fuerant, eum somnus dimisisset, & iam dies illucesceret, surgens, & quosdam alios ex pīs secum assumens, cum eis venit in locum,

Dolphinus qui fuerat ei significatus. In eo autem ingens delphinus id ad terrā ascendebat ē mari, iam ex eo emergens: qui cùm esset extensus super aquā superficiem, valde spirabat, & ad terram cōtendebat: eratque circa ipsum multa spuma, & murmur fluctuum, qui ab ipso scindebantur. Ferebat autem extensem mortuum, tamquam in lecto iacebantem. Eratque spectaculum admirabile, super corpus adeo lubricum & rotundum quietē manens mortuus, & nec à suo pondere, neque à vi fluctuum deuolutus ab eo, quod ipsum portabat, vehiculo. Cùm autem delphinus fuisset prope continentem, fluctu sublimè fuit sublatus, & terrā id appulit. Atque ille quidem statim expirauit.

18 Mortuus autem statim in atenam delatus, iacebat saluus & omni ex parte integer, nisi quid manus dextra, cui lapis fuerat appensus, non est corpus quoque reliquum consecuta. Et sunt quidam qui dicunt, **Dexterū** postea reu- que eam nec postea quidem fuisse ē mari emissam, sed mā- nississe in profundo, effectam id quod Deo vīsum fuit. Nonnulli autem dicunt, eam quoque non ita multo pōst fuisse redditam, cùm effluxisset ei vinculum; eam- que in terram delatam, cùm sustulissent iij qui aderant, restitutam fuisse rursus in eamdem compagem corporis. Hoc autem accidit manui, cùm Deus, ut arbitror, eam seorsum voluisse honorare, ut qui acceptum habuisset laborem, qui per eam fuit suscepitus in corri- gendis Scripturis. Nam in perpessionibus, quas pro Christo suscepserat, in maiori honore fuit ea quæ erat grauior.

19 Non autem existimabit quispiam, corpus mor- tuum à delphino casu fuisse allatum, neque id factum fuisse forte fortunā. Nam quid reuerā quidem delphinus eum eo modo, qui dicitur est, exportārit, vide- tur esse manifestissimum, cùm multi, qui fuerunt illo tempore, huius fecerint mentionem. Quin etiam ipse quoque scio ab ineunte aetate de illo cani solitum hoc, cuius est pars extrema:

In terram dorso portansque ex æquore delphin,
Expirauit.
Non hac casu facta, **sed certa** Dei prouidentia. Quid autem non factum sit casu, vel maximè quidem ostendit ipsa magnitudo miraculi quod factum est. Somnium quoque, quod propter id euenit. Quinetiā ea quoque quæ postea sunt ostensa. E mari enim ex portatum corpus, erat insigne miraculum iis qui contemplabantur, ut quod præter id quod in mari acciderat, illasum aliqui maneret, & nec mare tam multis diebus ei nocuisset, neque vlli pisces id tetigissent, neque vllus malus odor illinc emitteretur: adeo ut esset omni ex parte manifestum, fuisse diuinum id quod factum est. Neque verò prius aliquo contemptu, neque quid eum non posset defendere, sicut Deus tanta pericula adire Martyrem: neque nunc sine iustissimā causā sicut ei disiungi manū à reliquo corpore is qui in eo tam multa fecerat miracula. Sed & tunc vniuersam ornaturus eius virtutem, vocavit ipsum ad societatem passionis sui Filii, optimam & iustissimam ei præbens occasionem ad hoc vt ipsum quoque illius impertiret gloriā. Et hæc est mihi communis ratio in omnibus Martyribus, id est, testibus veritatis. Nunc autem volens confirmare, studium, quod contulit in

sacras Scripturas, esse opus plurimi faciendum, manū, quæ ei propriè in hac re interuiit, voluit etiam propriis honorare passionibus; quomodo etiam, ut arbitror, solent spectatores certis redimere brachia athletarum. Quod si quis etiam crediderit eam in mari manisse, ei licet & hæc considerare; & quod Deus miraculis sēpē etiam admisceret ea quæ procedunt à naturā, ut per illa quidem ostendatur virtus esse trix miraculorum, per hæc autem fides quoque habeatur naturæ. Sed hæc quidem, & propter quam causam vnumquodque cōtingit, purè demum sciat is qui hæc administrat. Quintam in singulis eorum, quæ ab ipso admirabiliter sunt & geruntur, didicerit quisque aliam quoque esse arcanam, & quæ sit supra nos rationem, optimamque, & quæ comprehendendi non potest, administrationem, neque temere aliquid fieri aut fortuit.

20 Tunc ergo sic à delphino exportatum corpus, **Sepelitur** delatum est in arenam. Concurrentes autem discipuli, **S. Lucia-** li, primū quidem, ut decebat, id salutabant, alias **nū.** aliunde venientes, & osculabantur, & amplectebantur, vnuquisque pro viribus, ob promptum & alacre animi studium. Deinde verò cùm id sumplisset, & propriis manibus extulissent, & ei iusta omnia de more facissent, in loco insigni deposituerunt. Et tunc quidem illi sepulchrum, quale potuerunt, prout tempus vrgebat, statuerunt. Postea autem, quæ nobis salutarem Domini restituit Crucem, & magnum inter claros Imperatores genuit Constantinum, venerandā Helenā quando reuertebarū Hierosolymis, locum honorans, & in eo a condidit ciuitatem, conuocatis habitatori bus ex iis, quæ circumcidē erant, regionibus, & effectis operis participibus, & validis eam cinxit mēnibus, & **He tempo-** Martyri templum ædificauit maximum: quod nunc **lis ad ciui-** **tumulum** quoque insigne & pulchritudinem cernit ab iis, **condita.** qui & terrā & mari ingrediuntur ac nauigant; ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, & eorum, qui propter ipsum decettauerunt: quoniam eum decet gloria in sæcula sæculorum, Amen.

a Chronicon Alexandrinum anno Constantini XXII. Constantio Cesare V. & Maximo Coss. qui erat Christi CCCXXVII. hac habet: Constantinus instauratā Drepani vrbe in Bithyniā ad cultum S. Luciani Martyris, illam à matre suā Helenopolim nuncupauit, donatā ciuitati in Martyris honorem, quoque patet ante vrbe prospectus, immunitate vestigialium ad hodiernum usque diem. Nota & Stephano Byzantio Drepane Bithynia ad sinum Ästacenum ciuitas. Socrates lib. 1. cap. 13. Helene nomine Drepane Helenopolis vocatur, olim vicus, iam ciuitas ab Imperatore facta. Nicephorus Callistus lib. 8. cap. 31. de S. Helenā agens, Perinde enim, inquit, atque pignus quoddam future secula habet, ad memoriam eius sempiternam, in Bithyniā vnam, & in Palestinā alteram vrbeam; quibus Imperator filius cōditus memoriā illi tribuit immortalem. Admodum verò B. Helenam regione & situ alterius delectatam esse ferunt, quæ antehac Drepanum nominata fuerat; cùm quid ibi orta esset, tum quid Lucianum Martyrem post martyrium obitum edē à delphine deportari contigerit. Baronius tom. 3. ad an. CCCVI. nū. 16. S. Helenam Britannam fuisse assertit, non Bithynam.

DE EQDEM SANCTO MARTYRE

Ex Ruffino, & MSS.

I LUCIANVS vir moribus, continentia, & erudi- **S. Lucia-**
tione præcipuus, Antiochenus Presbyter, cùm **nū coram**
ad tribunal Iudicis fuisset adductus; Cur, inquit ad **Iudice red-**
cum Præses, vir rationabilis & prudens, sequeris se & tā, **dit fidei**
cuius non potes reddere rationem? Aut si est aliqua, **nostræ ra-**
tionem. Audiamus. Tum ille, datā sibi facultate dicendi, huius-
cēmodi orationem de fide nostrā habuisse dicitur: In
occulto non est, quid nos Christiani quem colimus,
Deus vnu est, per Christum nobis annuntiatus, & per
Spiritum sanctum nostris cordibus inspiratus. Non
enim, sicut vos puratis, humanæ alicuius persuasio-
nis errore constringimur: nec indiscessa, ut alij, parentum traditione decipiuntur. Auctor nobis de Deo Deus
est. Neque enim posset sublimis illa maiestas sensibus
humanæ mentis illabi, nisi vel spiritus sui virtute dela-
ta;

ta, vel verbiac sapientia suæ interpretationibus indicata. Fateor, et errauimus etiam nos aliquando; & simulacra, quæ ipsi fiximus, deos cæli ac terræ putabamus auctores: sed arguebat eos fragilis substantia suæ à nobis præstita consecratio; in quibus tantum venerationis inerat, quantum decoris manus contulisset artificum. Verum omnipotens Deus ille, quem non nostris manibus factum, sed cuius nos decebat esse figmentum, errores miseratus humanos, Sapientiam suam misit in hunc mundum, carne vestitam; quæ nos doceret Deum, qui cælum fecisset & terram, non in manu factis, sed in æternis atque inuisibilibus requiriendum: vitæ etiam nobis leges ac disciplinæ præcepta constituit, seruare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, studere paci, puritatem cordis amplecti, patientiam custodire. Sed & omnia hæc, quæ nūc aduersum nos geritis, ventura nobis esse prædictis: educendos nos ad Reges, & ante tribunalia iudicium statuendos, ac velut victimam iugulandos.

b 2 Inde est denique, quod & ipse, qui erat immortalis, ut pote Verbum & Sapientia Dei, morti se præbuit, quod nobis in corpore positus patientia præberet exemplum. Sed nec nos suâ morte decepit: quibus post terrum diem resurrexit; non vesta, quæ nunc falso conscribuntur, continent Acta Pilati; sed innocens, immaculatus, & purus, ad hoc solùm mortem suscepit, ut eam vinceret refurgendo. Quæ autem dico, non sunt in obscurio gesta loco, nec testibus indigent. Pars pænè mundi iam maior huic veritati adstipulatur; vrbes integræ: aut si in his aliquid suspectum videretur, contestatur de his etiam agrestis manus, ignara figmenti. Si minùs adhuc creditur, adhibeo vobis etiam loci ipsius, in quo res gesta est, testimonium. Adstipulatur his ipse in Hierusalem locus, & Golgotha rupes sub patibuli onere disrupta; antrum quoque illud, quod atulisti inferni; januus corpus deriuè reddidit animatum, quod purius inde ferretur ad cælum. Aut si vobis adhuc minùs digna videntur hæc, quæ in terris substantiam gerunt, accipite etiam è cælo adstipulatorem fidem. Solem vobis ipsum horum produco testem, qui cum hæc fieri per impios videret in terris, lumen suum meridie abscondit in cælo. Requirite in Annalibus vestris, inuenieris temporibus Pilati, Christo paciente, fugato sole interruptum tenebris diem. Quod si terra, si cælo, si sanguini eorum, à quibus veritatem per tormenta perquiritis, fidem non accommodatis; quomodo meis verbis allegationibusque credetis?

d 3 Et cum pænè iam his verbis auditoribus suadere cœpiſſet, abripi iubetur in carcere; ibi que quasi absque tumultu populi necari. **a** Illicò ministri iniuriantis mandatum perficientes Præsidis, caput eius amputaverunt venerandum; & vietricem eius animam Angelum cum gaudio in cælis deportauerunt: corporisque eius Helenopoli Bithyniæ sepultum est, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, cuius regnum & imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum, Amen. Hæc quoque vrbs, in quâ beatus Dei Martyr Lucianus est sepultus, Drepana est nuncupata prius, sed Dei seruus Imperator Constantinus in honore eiusdem Christi Martyris eam restaurans in melius, Helenopolim nuncupauit, ex nomine matris eius.

b Non de se i.dicit, qui Christianis parentibus erat natus; sed de maioribus suis, qui & ipsi ante Christum natum Gentiles fuerint.

c Quæ illa fuissent Acta Pilati, idem Ruffinus cap. 5. antè expuerat, his verbis: Configutur Acta quædam, velut apud Pilatum de Saluatori nostro habita, in quibus aduersus Christum omnis blasphemia conscribitur. Quæ Acta per omnes regni sui provincias prælati edicto mitti præcipit, & per vrbes singulas, per vicos, per agros etiam proponi; Præceptoribus quoque puerorum tradi iubet, ut ipso his quæ ad meditandum vel ad edificandum dictare solent, hæc tradant pueris memoriae commendanda. **d** Idem cap. 7. Quando pueris scholaris meditatio de Pilato & Iesu habeti contumeliae nostra gratia iussa est, & confitit res ferta blasphemis per totum diem decantari. **e** Eorumdem Acta Tom. I.

rum meminit Eusebius lib. 9. cap. 4. & lib. 1. cap. 9. ubi ea au- Ex v. A. toritate Iosephi Iudei confutat, cum hic anno Tiberij XII. capisse Iu- RIIS. daam administrare Pilatum scribat, illa verò Christi mortem Ti- berio quartum Consule, siue Imperij eius anno septimo consignent.

d Sequentia deerant in Ruffino, extabant in MS. S. Maximini.

e Fame mortuum habet Metaphras̄, aut adhuc spirantem in mare abiectum: Notkerus & alii, ut in Ptaſat. nu. 2. diximus, dif- ſectum in partes scribunt. Fortassis semine cem gladio percusserunt imp. ii

D E E O D E M

Ex Anthologio Grecorum.

RE LIGIOSIS parentibus natus Lucianus, ab il- lorum obitu omnes opes suas in egentes effudit, sacrarumque litterarum meditationi se totum addixit. Quapropter **b** multos cum Indorum tum Græcorū **b** ad Christi fidem pertraxit. Deseritā dein domo pater- Multos nā, & Nicomediam profectus, ibi vacillantes metu suppliciorum Christianos ac deficientes à fide ad cœ- S. Lucia- tamen subeundum erexit & confirmauit. Cū autem tamen pereleganter scriberet, reliquit Nicomedieni Ecclesiæ volumen & tribus paginatum columnis distinctum, quo totum veteris & noui sacrarum litterarū instru- Invisibilius, menti testamentum complexus est. Tantò autem ho- in quibus velle, videretur; à quibus nollet, non cernetur. **c** mine fuit sublimior, vt cū urbem perambularet, à vult. Quā de re edocitus Maximianus, & veritus vul- tum illius coram inspicere, intra tapetem latens cum illo est collocutus. Cumque constantiam animi eius inuidam animaduerteret, ad diurnam ipsum famem Inedia damnauit. Multis ergo diebus cibo omni porqué de- enecatur. stitutus, in carcere expirauit. Cuius corpus iusliu Prætoris in mare est abiectum. Delphinus autem diuinā prouidentiā exceptum humeris in terram exposuit.

a Suidas ait genere nobilem suisse. Porro qua hic referuntur ex Anthologio Grecorum, caro ad verbum habentur in Menais.

b Eadem habentur in Menologio, ut & de profecione Nico- medieni.

c Græcē est, γεγαμένης οὐδοις ηγούσας.

D E E O D E M

Ex S. Ioan. Chrysostomo.

HESTERNO die Dominus quidem noster aquâ **f**estum baptizatus est, hodie vero seruus sanguine ba- S. Lucianus ptizatur: hesterno die cæli portæ sunt referatæ, hodie **b** postridie Inferorum portæ sunt conculcatæ. Neque miremini, **c** niorum. quod baptismum martyrum nuncupatim: nam & hic Spiritus cum multâ aduolat vberitate, ac peccato- rum abolitio & animæ fit purgatio quædam mirabilis ac stupenda: & quemadmodum ij, qui baptizantur aquis, ita qui martyrum patiuntur, proprio sanguine abluntur, quod vtique & in isto evenit.

2 Verum enim uero antequam de cæde, operæ pre- Omnia tium est ut de diaboli versutiâ verba faciamus. Nam tormenta cum omne suppliciorum ac pœnarum genus ab eo rideat S. derisum animaduerteret; ac se neque accensâ forna- Lucianus. ce, neque barathro effosso, neque rotâ parata, neque cum in equuleum sustulisset, neque cum in præcipitia proiecisset, neque cum dentibus ferarum obiecisset, Sancti philosophiam superare potuisse, aliud acerbius genus excogitauit: quærensque circumibat, ut suppli- cium inueniret, quod simul & acerbissimum esset & longissimum. Quoniam enim ea quidem pœna quæ sunt intolerabiles, hoc afferunt, ut iis ocyssimè libere- mur; quæ vero longiores sunt, aliquid subtrahunt de dolore; reperire pœnam studuit, in quâ utrumque si- mul esset, & diurnitas, & intolerabilis doloris ex- cessus; ut cum vehementia, tum longinquitas tempo- Fame tor- ris animum eius constantem de gradu deiceret. Quid queritur. ergo facit? Fami Sanctum hunc exponit. At tu cum de fame audis, ne quod dictum est, olcitânter prætereas: est enim illa mors omnium acerbissima, quod illi, qui sunt experti, testantur. Absit enim ut id nos experia- mur:

H h 2

E x S. mur: re&è namque sumus edocti, vt oremus, ne in tentationem intremus. Etenim tamquam visceribus intus insidens carnifex quispiam, omnia membra dilaniat, quouis igne feraque lœuius corpus omni ex parte corredit, & inexplicabilem dolorem inurit.

Thren. 4. 3 Atque vt quanta res sit fames intelligas, etiam liberos lœpenumero deuorarunt matres, cùm istius mali violentiam ferre non possent. Et hanc deplorans calamitatem Propheta dicebat: Manus mulierum misericordium coixerunt filios suos: quos pepererant, comedebant, & natorum infantium venter qui pepererat sepulchrum est factus, & naturam fames superauit: imò verò non naturam modò, sed etiam voluntatem. At huius Sancti genitilitatem minimè superauit.

Eam su- **perat.** Quis ergo, cùm hæc audierit, non obstupescat? tametsi quid potentius est natura? quid contrà voluntate mutabilius? Verùm vt nihil esse Dei timore validius scias, veheMENTIUS aliquid esse natura voluntatem apparuit; eaq; matres vicit, ac partus obliuisci coëgit; hunc verò Sanctum supplantare non potuit: neque philosophia supplicium vicit, neque fortitudinem pœna superauit: sed quouis adamante firmior permanebat, seque bona spe oblectabat: materiam agonum se naclum glorificabatur, & ex certaminum oblata occasione consolabatur, præsertim quotidie Paulum dicentem audiens:

2. Cor. II. In fame & siti, in frigore & nuditate, & rursus: Usque in hanchoram & elutimus, & sitiimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. Nouerat quippe, nouerat probè illud: Non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

4. **Idolothysa** 4 Vt autem illum improbus dæmon vidit tantâ rei necessitate non frangi, grauiorem cruciatum redidit: etenim sumptis idolothysis, eisque mensâ referat, ante conspectum eius collocari eam curauit; vt facultas videnti eius animi robur infringeret. Non enim aded irretiri solemus cùm res ex, quibus allicimur, non apparent, ac cùm oculis obuersantur; quandoquidem & mulierum cupiditatem facilius quis superauerit, dum mulierem formosam non videt, quam si oculos continuè in eam intendat. Verumtamen has quoque insidias Iustus vicit, quodque fortitudinem eius diabolus infracliturum putabat, hoc eum magis ad certamina corroborauit & instruxit. Non enim tandem nihil ab idolothyrorum asperitu lœdebat, sed ea magis idcirco auersabatur & oderat. Et quemadmodum erga inimicos afficiuntur, quos quia videamus, tandem eos odio maiori prosequimur & auersamur; sic & ille tunc erga impuram illam vietimam afficiebatur: eod magis detestabatur, ac refugiebat, quod videbat; & appositorum ciborum aspectus maius odium in eo atque auersationem excitabat: dumque intus magnâ illum voce sollicitaret fames, & apposita degustare iuberet, tum Dei timor eius manus reprimebat, & vt ipsius naturę obliuisceretur efficiebat: dumque pollutâ & execrandam mensam intueretur, alterius mensa tremenda, ac spiritu redundantis recordabatur, adeoque inflammabatur, vt quævis sustinere ac pati statueret potius, quam impuros illos cibos degustare.

Trium 5 Recordabatur & illius trium puerorum mensæ, **puerorum** qui iuuenes capti, omnique patrocinio destituti, in **exemplo** terrâ alienâ ac barbarâ regione tantam philosophiam ostenderunt, vt ad hunc usque diem ipsorum fortitudo celebretur. Ac Iudei quidem dum suam etiam regionem obtinerent, impij in Deum fuerunt, & dum in templo verflarentur, idola coluerunt; at illi iuuenes in barbaricâ terrâ translati, vbi idola omnisiq; impietas occasiones erant, paternos ritus perpetuò retinuerunt. Si ergo captiui, serui, ac iuuenes, ante legem gratia tantam philosophiam præse tulerunt, inquit, quâ tandem nos veniam digni erimus, si ne ad eamdem quidem cum illis virtutem peruenire valeamus? Hæc ita-

que secum reputans diaboli malitiam irridebat, calliditatem contemnebat, neque ad quidquam eorum, quæ cerneret, flectebatur.

6 Postquam autem se nihil proficere sceleratus **Ad omnia** ille vidit, ad tribunal eum rursus deducit, & tormentis adhibitis continuas interrogations adiungebat. **gñfus** **respondet.** Ille verò ad vnamquamque interrogationem tantum **Christia-**

nus sum. respondebat: Christianus sum, ac dicete tortore, Quan-

nam ex patriâ ortus es? Christianus sum, ait. Quam ac-

tem profitetis? Christianus sum. Quibus parentibus

natus es? Ille verò ad omnia dicebat, Christianus sum;

hoc vno ac simplici verbo diaboli caput percutiens,

& illi continua sibiique succendentia vulnera infligens.

Quamquam ille quidem externis imbutus fuerat di-

sciplinis: at probè nouerat in eiusmodi certaminibus

non esse opus eloquentiâ, sed fide; non dicendi facul-

tate, sed animâ Dei amore succensâ. Vnum, inquit,

verbum ad omnem diaboli turmam in fugam verten-

dam sufficit. Ac videtur quidem iis qui rem accuratè

non examinant, minus conueniens esse responsio: sed si

quis attentius eam consideret, ex hac quoque sapien-

tiam Martyris animaduertet. Qui enim, Christianus

sum, dixit, & partiam, & genus, & artis professionem,

& omnia declaravit. **Quo tandem paæto?** Ego dicam.

Christianus urbem in terrâ non habet, sed Hierusalem

quæ sursum est. Illa enim, inquit, quæ sursum est Hie-

rusalem, libera est: quæ est mater nostra. Christiano

terrena nulla artis professio, sed ad supernam conuer-

sationem vitæ pertinet. Nostra enim, inquit, conuer-

satio in cælis est. Christianus cognatos habet Sanctos

omnes ac ciues. Sumus enim, inquit, ciues Sanctorum, Eph. 2.19.

& domestici Dei. Itaque vno verbo, & quis esset, &

vnde, & ex quibus, & quid agere soleret, exactissime

docuit, & vitam cum hac voce finiuit, abiitque saluum

referens Christo depositum; ac posteris ex iis quæ pas-

fus est, cohortationem reliquit, vt insistant, nihilque

nisi peccatum & negationem tantum reformident.

7 Hæc itaque nos etiam cùm nouerimus, pacis

tempore bellicis in rebus nos exerceamus: vt cùm bel-

Quomodo li tempus aduenierit, illustre nos quoque tropæum eti-

cum imi-

tari posse-

mus.

gamus. Famem cõtempsit ille, delicias & nos contem-

namus, ac ventris tyrannidem euertamus: vt si tempus

adueniat quod tantam fortitudinem à nobis reposcat,

in minoribus anteà rebus exercitati, preclariti in a scam-

mate compareamus. Coram Principibus ille ac Regi-

bus audacter locutus est; hoc nos faciamus nunc quo-

que: ac si in opulentorum & illustrum Paganorum

conuentibus confideamus, fidem cum fiduciâ profi-

teamur: irrideamus illorum errores. Quod si res qui-

dem suas magnificè efferre, nostras autem deprimere

aggrediantur, ne taceamus, néve leuiter feramus: sed

ipolorum turpitudinem detegentes, multâ cum sapien-

tiâ fiduciaque res omnes Christianorum laudibus eue-

hamus: & quemadmodum Imperator in capite diade-

ma, sic & nos vbique confessionem fidei circumfera-

mus. Nō enim illum aded corona, vt nos fides eiusque

confessio solet exornare: non verbis tantum, sed etiam

rebus ipsi id agamus, & vitam confessione dignam in

omnibus exhibeamus: ne dogmata operum impro-

bitate dedecoremus, sed in omnibus Dominum no-

strum glorificantes, cùm huius sæculi tum illius hono-

re potiamur; quem nos omnes vtinam consequamur,

gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cum

quo Patri gloria, imperium, & honor, vna cum sancto

ac viuifico Spiritu, nunc & semper in sæcula sæculo-

rum, Amen.

a Σκάμψα, stadium est, siue locus certaminis. Ita S. Ambrosius

lib. 1. Offic. cap. 16. Adhuc populus spectat, adhuc athletæ in

scammate sunt, & tu iam orium petis? & S. Hieronym. ep. 61. ad

Pammachium contra Ioannem Hierosolym. cap. 5. De scammate &

loco certaminis egrediens.

VII. IANVARII.
DE SANCTO CLERO
DIACONO ET MARTYRE.

365

EX VARIIS.

VII. IANVARII. **M**ARTYROLOGIVM Romanum: Antiochiae S. Cleri Diaconi, qui pro confessionis gloriâ septies tortus, ac diu carcere maceratus, ad ultimum decollatus, martyrium consummauit. Eadem habent Vuardus, Ado, Notkerus, Petrus de Natalibus, Bellinus, Maurolycus, Martyrol. Germanic. & alii verbis Galienius. Meminit eius Beda, & vetus Martyrol. Romanum à Ros-

vveydo Nostro editum. ms. Societatis Iesu Antwerpia, Beda præferens nomen, Blicherium appellat; mss. Rhinovv. & S. Richarij, Licerium; plures mss. codices Lycerium; mss. S. Lamberti Leodij, & ms. S. Hieronymi Lucerium. Alium xiv. Ianuarij habet Clerum Diaconum, qui non plexus capite, sed in mare mersus dicitur. In ms. Martyrologio S. Hieronymi iterum xv. Ianuarij: Antiochiae Luciferij Diaconi.

DE SANCTO THEODORO
MONACHO IN AEGYPTO.

VII. IANVARII. **T**HEODORI monachi Aegyptij celebris est in Martyrologio Romano memoria vii. Id. Ianuar. In Aegypto B. Theodori Monachi, qui tempore Constantini Magni floruit sanctitate: cuius S. Athanasius meminit in vita S. Antonij, capite nimis 30. in edit. Rosvreydi, vbi comes fuisse S. Ammonis memoratur cum trans Lycum flumen, nolens corpus nudare, diuinâ virtute est deportatus; vt

xvii. Ianuarij referemus, & xv. Octob. in vita S. Ammonis. Eiusdem mentio fit in vita S. Pachomij xiv. Maij. Baronius in Notis ad Martyrol. ait S. Antonij fuisse discipulum: verum in citatis S. Antonij & S. Pachomij vita id non habetur: in Heraclidi vero Paradi cap. 2. & in Palladij Lausiacâ cap. 8. disertus S. Ammonis fuisse discipulus dicitur. Alius est ab eo Theodore qui xxviii. Decemb. colitur, & S. Pachomij discipulus fuit.

DE SANCTO NICETA
DACORVM EPISCOPO.

S. I. S. Niceta primus in Italiam aduentus.

POST AN. I
CDI.
VII. IANVARII.
S. Niceta
natalia.



POSTOLICVM hunc virum ita celebrat Fasti Romani vii. Id. Ianuar. In Daciâ S. Niceta Episcopi, qui feras & barbaras gentes Euangelij prædicatione mites reddidit ac misueras. De eo S. Paulinus sub finem Epistole 10. ad Seuerum: Quo in gente & venerabi Episcopo atque doctissimo Niceta, qui ex Daciâ Romanis meritò admirandus adueniat, & plurimis Dei Sanctis, in veritate non magis tui prædicator quâm mei iactans, reuelauit. Agit Paulinus de vita S. Martini, ipso adhuc superfluite scriptâ à Seuero, quam ab eo sibi communicatam Melania ac S. Niceta Episcopo legit. Dacia vetus partem Hungaria, Transiluaniam, & vicinas aliquot prouincias complectitur. In hac prædicasse Nicetatem patet inferius ex ratione itineris: ne quis Daniam suscipiet adiisse, quâd Dacia à mediâ eui scriptoribus appelletur. Fidem hac seruit suscepit.

Quando in Italiam
venerit:
quâcausa-
sia.

2. Contigit prior ille Niceta in Italiam aduentus anno CCCXCVII. cum quintum S. Felicis Natalitium ceciderit Paulinus: ut ostendit Baronius ad illum annum num. x. atque ex illo Rosvreydu Noster in Notis ad 10. Paulini epistolam.

3. At qui ex Daciâ veniens (inquit Baronius loco cit. num. 15.) Romanis, ut ait Paulinus, apparuit admirandus, & quæ innotuisse Romano Pontifici, atque Apostolorum limina visitasse, quis poterit dubitare? Si enim nullâ aliâ causâ quâm inuisendorum locorum sanctorum tam longam difficilemque peregrinationem obiisse, Paulini assertione dicitur; potest itne preteriisse venerandas Apostolorum Memorias vniuerso antiquitus celeberrimas orbe, & ad eas non accessisse, insalutataque reliquisse, qui Nolam se contulit ob S. Felicis sepulchrum? Certè quidem (si coniecurâ interdum verisimili ex similibus comparatâ exemplis agere concessum est) haud par est credere, qui tantam

Tom. I.

ad barbaras gentes agebat molem Apostolatus, sub tantæ rei pondere, veluti operibus omnibus feriarum, tot interiacentes, ut iterum in Italiam se conferret, peragrasse prouincias, nisi consulendi primariâ Apostolicam Sedem summa necessitas incubuisset.

S. II. Secundus aduentus an. CD I.

4. Q

UARTO rursus post anno in Italiam venit S. Nicetas, ut idem Paulinus testatur Natalitio carmine nono, in quo multa de Niceta suo canit. Et quia magnum censem debet laudari à tam laudato viro, non pigebit partem eius carminis aliquam adscribere, vnde existimari queat quanti Niceta eruditioem vitaq; sanctitatem fecerit, quantaq; eum benevolentia complexus sit Paulinus. Ita ergo scribit:

Salve cara dies, salve mihi, lux mea, salve
Semper festa mihi: sed in hoc mihi clarius anno
Orta refulisti, quia cum Felicis honore
Nicetam reuehis; Sanctorum yr amore duorum

Laudatur
a S. Paulino.

Binum habeam Natalem hodie, quo corpore sum-

pti
Martyris excessum celebrans, & corpore prompti
Ecce Sacerdos redditum satiatus adoro,
Suscipiens humili metantem in pectore Christum.
Exultet mea nunc anima, dicatque quod olim
Spousa canebat amans Domino vocalis amanti:
Imber abiit, discessit hiems, vox turturis altae
In nostrâ tellure sonat, dat vitis odorem,
Florida & in terris miramus lilia cœli.
Vnde repente, precor, versâ vice temporis æther
Ver agit, & gelidis flores visuntur in agris?
Vnus adest Domini, Christi comitatus amicis
Nicetes, hinc vernat hiems, hinc vndique nobis
Spirat odoratos vegetabilis aura vapores.
Hoc de corde venit benedicti spiritus agri.
Vita pudicitæ, & liquido mens candida vero,
Nicetam faciunt flores, & aromata verna.

Eius vir-
tutes.

Hh 3

5 AG

Ex S.
PAVLINO.

5. *Ac paucis interiectis:*
 Niceten rediisse mihi, visoque parente,
 Cuius præ cunctis amor in me regnat, & ipse
 Nicetes filius, benedicti nominis instar
 Mente gerens, quæ nunc voto viatore triumphat.
 Ergo conspiciens hunc longo tempore longè
 Natali venisse tuo, clarissime Felix,
 Nónne tuā ducente manu aduentasse fatebor?
 Nam quis tam claro poterit non cernere signo
 Hoc prece prouenisse tuā, vt quod sumere votis
 Vix poteram, aut ipso saltē mihi fingere somno,
 Nicetam rursus corā Felicis in ipso
 Natali, visu simul amplexuque tenerem,]
 Atque iterum sub eo canerem mea debita, Felix,
 Auditore tibi? Sed quid faciam? rogo. Pauper
 Diuitis assidue mensa, & miser audeo magnis
 Insertare manum dapibus; neque cogito, quod me
 Talia consimili vice, qualia sumo, parare
 Conueniat, dignumque isto dare iudice verbum.
 Quare inopida, Sancte, tuo, vt te digna Patrono
 Et pariter condigna tuo loquat vobis amico.

6. *Ac rursum post pauca:*

Sed quia vox diuina decet Felicis honorem,
 Et quia Nicetes, Domini puer atque Sacerdos,
 Longinquā tellure mihi iam missus, ad istum
 Ecce diem venit, vir tam bonus ore magistro,
 Quām sacer est viatore animo, vel corpore viator.
 O mihi fulmineā Cherubim si forcipe sumptum
 Carbonem ex ipsā Domini procul adferat arā,
 Et peccatoris male pinguis labra perurat,
 Ut defæcato concretis lardibus ore,
 Non vt ab ore meo, sed vt auditoris ab ore
 Ipsius hausta, meo de promam dignius ore;
 Nec peccatoris stolidi sermo asper & æger
 Et violet castas, & doctas vulneret aures!
 Sed quoniam lateri meus affidet ipse magister,
 Cominus ē regione situm, venerante frequenter
 Lumine conspiciam; forsitan sapientis ab ore,
 Ut quondam effeta pecudes pastoris Iacob,
 Concipiam sterili secundos peccatore sensus.
 Namque & Nicetes Dominus benedictus, ut ille,
 Mitis, ut Israhel obibus quoque pastor & hædis
 Ante lacum viuentis aquæ; sed & hic etiam trevis
 Corde pari trinā sibi legit ab arbore virgas,
 Quæ in aquā positæ pecus aduocat, & coenuntæ
 Ingravidat, virginesque tribus concepta colorat;
 Ut de interrasa variatis cortice virgis
 Insignita gregis sancti fetura probetur.
 At pecori Laban non est nota, sed nota vita.
 Nam nota mortis erit, Christo non esse nouatos.
 Sic animas steriles in nomine gratia trino
 Innouat, & verbi coitu vir Spiritus implet,
 Conceptisque Deo notat intus Ecclesia fetus
 Virgineo secunda vtero, materque salutis,
 Dum virginis intenta tribus babit vuida Verbi
 Semina, & internus signatur lumine vultus.
 Hinc sterilis peperit septem, & defecit abundans,
 Dilatante Deo tenues, tenuante superbos.
 Sic ego Nicetā viso, quasi founte reperio
 Sicut ouis sitiens ad viua fluenta cucurri
 Aridus, & sensi mea protinus vbera tendi,
 Attentusque diu palcentis in ora magistri,
 Inspexi docto varias in peccatore virgas,
 Conspicuumque bibi per lumina fixa colorem,
 Et me diuinis sparsit mens roscida guttis.

7. *Ac paullū inferius:*

Vnde mihi hos animos, quæ me leuat atra superbium?
 Non agnosco tumens mea peccata; maior agit mens.
 Sentio Nicetam, qui proximus affidet, & me
 Tangit, & adiuncto lateri vicinus anhelat.
 Acer anhelantis iuxta me spiritus intrat,
 Insolitumque potens meditantis suscitat ignem,

Frigenteis animans admoto fomite fibras.
 Sed reprimam tumidos flatus, nec magna super me
 Exiguus spirabo loqui, referarque reliquæ
 Parvus humus, & plano modici pede carminis ibo.
 Quamvis Felicis meritum sublime profari
 Non possum sine laude Dei, tu sancte paterno
 Suscipe me Niceta sinu: & dum peccatore docto
 Sustineor, caput in blando mihi corde reclinans,
 Sal tuus insulsum me condit, & sientes
 Dives vena riget riuo mihi perpetue sensus.
 Dicam iterum gaudens, & adhuc vix muneris huius
 Credulus, ingeminabo rogans: Dic, quæso, redisti?
 Teque ipsum teneo Niceta: in quo haec tenus æget
 Noctes atque dies animo tabente peperi?
 Venisti tandem quarto mihi redditus anno.
 Sed grates Christo, quia te vel serò reuexit.
 Quām metui ne te mediis regionibus hostis
 Declivum oppositā bellorum nube teneret?
 Sed desideriis superantibus obuia nobis
 Vincula rupisti: nec te mare, nec labor vllus,
 Nec Gothicī tenuere metus, nec frigora longis
 Dura viis. Verè in tantis, Niceta, fuisti
 Casibus affectu vietus, viatorique benigno,
 Fortis & infirmus pariter; fed virtusque potenter:
 Vietus amicitia, vietus Felicis amore,
 Vicisti duros tenera pierate labores.
 Nunc age, sancte parés, animū mihi dede manumque,
 Nodemus socias in vincula murua palmas,
 Inque vicem nexis alterno foedere dextris,
 Sermones varios gressu spatiante seramus.
 Enarrate liber simul & monstrare parenti
 Sollicito nostros toto quo defuit aetus
 Tempore. Nam cui iure magis mea gesta retexam,
 Felicisque manu nobis operata reuoluam,
 Quām cui cura sumus? gemino qui iure, magistri
 Et patris, ut bene gesta probet, sic improba damnet;
 Corrigat errata, & placidus disponat agenda;
 Imperfecta iuuet precibus, perfecta Sacerdos
 Dedicet; atque ita se Felicis in ædibus vtrō
 Arque citrō referat, tamquam ipsum peccatore totō
 Felicem gerat, & patria se iactet in aula.

Hactenus Paulinus, qui deinde Nicetā orat, vt pro se ad Deum
 preces fundat. Quod Gothicos metus refert Paulinus, Da-
 ciā à Gothis veluti genitalem terram possessam ex Au-
 relio Victore patet; adeoq; & Thraciam, in quam à Valente
 imprudenter admitti. An Getæ hi fuerint, vt multi veterum
 scripsere, an Gutæ ē Scandinaviā progressa gens, an Gothon-
 es, sive Gythones, Vistulæ fluminis accolæ, non disputo. Hoc
 constat ex Aurelio Victore, eos ac Hunnos à Theodosio Magno
 vatiis præliis victos: non ita tamen, quin sapius post grauiusq;
 Romanos infestarent. De S. Felice, quem hic roties compellat ce-
 lebratq; Paulinus, agenus xiv. Ianuarij; de ipso Paulino
 xxii. lunij.

Ei sacra
ad iusta
se constru-
cta ostendit.

§. III. Reditus Nicetæ in Daciam: gentes ab eo conuersa.

8. *X T A T eijsdem S. Paulini Propempticon ad Nicetam. Populi pér*
in Daciam reuertentem, è quo tria colligam; Niceta iter, quos redi-
gentes ab eo conuersa, virtutes. Ad iter hac spectant:
Ibis Arcteos procul usque Dacos,
Ibis Epiro geminā videndus,
Et per Ægeos penetrabis æstus
Theßalonicens.
Appulis sed nunc via prima terris
Te vehet, longo spatio plato,
Quā Canusino medicata flagrant
Vellera fuco.
Ast vbi paullū via proferetur,
Det, precor, mites tibi Christus æstus,
Et leuis spira sine nube siccis
Aura Calabris.
Te per Hydruntum Lupiasque yestum,
Innu-

Innubæ fratum simul & sororum
Ambient, vno Dominum canentes
Ore, cateruae.
Inde iam terris subeunte ponto,
Adriæ stratus sinus obsequetur,
Vnda procumbet, Zephyroque leni
Vela tumescit.
Sed freto emenso supereft viarum
Rufus in terrâ labor, vt veharis
Vsque felices, quibus es Sacerdos
Præstitus, oras.
Tu Philippæos Macetum per agros,
Per Tomitanam gradieris vrbem,
Ibis & Scupos patriæ propinquos
Dardanus hospes.

*Expli-
cius ofen-
sum iter.*

9 Ita Niceta iter ordinat Paulinus, vt deducat Nolâ Cas-
tius ofen-
nusium Apuliæ vrbem, Canusio Lupias Calabriæ, inde
sum iter. Hydruntum; tum per sinum Adriaticum in Epirum, per
Macedoniam, ac deinde sinum Thermaicum Ægei maris
Theffalonicam, inde Scupos, ac Tomos. Sed erit cui to-
tum iter relegere lubeat, apte q̄d disponere hospitia. Cum igitur
Nolâ excederit ac mox Campania finibus, Hirpinorum regio
parsq; Apennini erit superanda: tum decursis Apulia campis
Canusium deueniet, que nunc Canosa appellatur, sita q̄d est
ad dextram Aufidi fluminis, quod nunc Ofanto, sive Lo-
fanto. Omni peragratâ Apuliâ in Calabriam perueniet, ac
Lupiis sive Luppis præteritis, aut Statione Luppiâ (quam
quidam viri eruditæ Torre di S. Cataldo vocari nunc arbi-
trantur, alij vestigium vñum veteris oppidi negant supereffe)
Hydruntum pertinget, qua Gracis Hydrus, vulgo nunc
Otranto dicitur.

10 Hydrunto cùm soluerit, traiecto sinu Adriatico in
Epirum appelle, quam geminam dicit Paulinus, quia illa
ipso aeo in veterem ac nouam partita, vt ex Notitiâ Imperij
constat. Deinceps peragratâ Macedoniâ, transmisq; sinu
Ægei maris, quem Thermaicum, sive Thermazum, ac
Macedonicum vocant, Theffalonicam vrbem nobiliſi-
mam appelle. Inde Philippus ad extrelos Macedonia fines
in Edonide prouinciâ, celebrem tunc vrbem petet. Nisi per
Philippas Macedonum agros intelligere ipsam generaliter
Macedoniam, & non vni regnata Philippo arua, quia velit. De-
tum Thracia partem emensus Tomos, Myssia inferiori ad
Pontum Euxinum stam vrbem (de quâ xxv. Ianuarij in
S. Britannionis vitâ) pertinget. Mox sparsos per vtramque
Myssiam Gothos, & Daciam Ripensem ac Mediterraneam, ver-
bum salutis serendo, obibit: & Scupos interuiset, haud aliquo
tanto ab Italâ ſpatio diſitam vrbem, in Dardaniâ Myssia ſu-
periori prouinciâ.

11 Hoc iter Niceta. Gentes ab eo conuerſa aut inſuceptâ
antè religione conformatæ excultæ q̄d, deinceps recenſenda. Ex illis
ipſis ortum fuſſe regionibus, coniici è Paulino potest, iſta ſcri-
bente:

Niceta
patria.

Donec optato patriam vehatur
Lætus ad vrbem.
ac deinde:
Esto nobiscum, licet ad paternam
Veneris vrbem:
Non enim vnius populi magistrum,
Sed nec vnius dedit esse ciuem
Te Deus terræ: patria ecce noſtra
Te ſibi ſumit.
Nunc tuos æquâ pietate vtrisque
Divide affeſtus; & amore nobis,
Ciuibus vultu, geminâ morare
Ciuiſ in orâ.
Forsan & maior patria haec habenda,
Non manu faſtis vbi contineris
Pectorum teſtis, homineſque viuam
Incolis vrbem.
Et fuit eodem ferè tempore alter Nicetas Gothus marty-
rio coronatus sub Athanarico in eadem Daciâ, vt xv. Septem-
bris dicemus. Sed ad sanctos noſtri Niceta labores fructusq;
veniamus, audiamusq; de iis Paulinum.

12 O quibus iam tunc resonabit illa
Gaudiis tellus, vbi tu rigentes
Edoces Christo fera colla miti
Subdete gentes?
Quaque Riphæis Boreas in oris
Alligat dentis fluvios pruinis,
Hic gelu menteis rigidas ſuperno
Igne resoluſ.
Nam ſimul terris animisq; duri
Et ſuā Bessi niue durioties,
Nunc oues facti duce te gregantur
Pacis in aulam:
Quaſque ceruices dare ſeruiti,
Semper à bello indomiti, negantur,
Nunc iugo veri Domini ſubactas
Sternere gaudent:
Nunc magis diues prelio laboris
Bessus exultat: quod humi manuque
Ante quærebant, modò mente cælo
Colligit aurum.

13 O vices rerum! benè versa forma!
Inuij montes prius & cruenti,
Nunc tegunt versos monachis latrones
Pacis alumnos.
Sanguinis quondam, modò terra vita est,
Vertitur cælo pia vis latronum,
Et fauet Christus ſupera occupanti
Regna rapina.
Mos vbi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viger Angelorum:
Et later iustus quibus ipſe latro
Vixit in antris.
Euge Niceta, bone ſerue Christi,
Qui tibi donat lapides in aſtra
Vertere, & viuſ ſacra templa ſaxis
Ædificare.
Auioſ ſaltus, iuga vasta luſtras,
Dum viam queris, ſterilemque ſiluam
Mentis incultaſ ſuperans in agros
Vertis opimos.

14 Te patrem dicit plaga tota Boreæ,
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
Et ſui diſcurſa fera te magistro
Peſtora ponit.
Et Geræ currunt, & vterque Dacus;
Qui colit terræ medio, vel ille
Dauitis multo boue pelleatus
Accola ripæ.
De lupis hoc est vitulos creare,
Et boui iunctum palea leonem
Pascere, & tutis caua viperarum
Pandere paruis.
Namque mansueti pecori coite
Bestias pulsâ feritate ſuades,
Qui feras mentes hominum polito
Imbuſ ore.
Orbis in mutâ regione per te
Barbari diſcunt refotare Christum
Corde Romano, placidamque casti
Viuere pacem.
Sic tuo mitis lupus eft otilli,
Pascitur concors vitulus leoni,
Paruus extraſtâ trucibus oauernis
Aspide ludit.
Callidos auti legulos in aurunti
Vertis, & versos imitatis ipſe;
E quibus viuum fodiente verbo
Eruis aurum.

15 Hec aliaq; Paulinus, qui has principiæ gentes ab eo ex-
cultas recenſet: Dacos Ripenses, Dacos mediterraneos,
Scythas, Getas, Bessos, Riphæos. At hofsi adiit Niceta,
ne ille vt multum obiuit terrarum, cum hi in extremo Septem-
trione collocentur à Geographis, ita laboris ac moleſtia pluri-
mum.

Ex S.
PAVLINO.
Gentes ab
eo conuer-
ſa.

Monaſte-
ria inſitu-
ria.

Barbari
mansu-
tati.

Ex S. PAVLINO. *mum tulit. Neque verò leuiter calesti doctrinā hos populos aspergit: nec poterat sanè adē immites ac feros animos ita subiit penetrare, nisi ingenti studio preparatos. Ut verò hoc consequtetur, admirabili præditure fuisse vita sanctitate, ac plurima edidisse diuinā virtute miracula, indubitatum est. Quo deinde firmiores religio radices ageret, & monachorum corus insituit, ut iam vidimus, & ipse in eorum, quoad licebat, dedit consilium, testante Paulino:*

*His precor cùm te domus alma sancto
Ceperit fratrum numerosa cetera
In choris, & nos pietate cari
Pectoris abde.*

Monachi *Nulla ferè barbarorum nationes Christo addite, nisi aut monachorum operā, aut mox domiciliū monachorum per ipsos earum Apostolos creūt, ut essent veluti plantaria unde noui idem tidem salutaris doctrina magistri educerentur; ut vita integerrima exemplo ad pietatem intuentes pellicerent; ut denique sanctorum precium sacrificiorumq; præsidio nouellum gregem munitent, hōfisiā tartarei conatus eliderent.*

15 Quod ad virtutes attinet Niceta, pietatem pricipue celebrat Paulinus, qui vel inter nauigandum in mediā epibaturum turbā, & etiam accidente, sacros hymnos decantaturum ominetur.

**Niceta
pietas.** *Nauitæ lœti, inquit, solitum celeusma
Concinent, velis modulis in hymnos,
Et piis ducent comites in æquor
Vocibus auras.
Præciner cunctis, tuba ceu resultans,
Lingua Nicetæ modulata Christum:
Psalter alternis citharista toto
Æquore Dauid.
Audient Amen tremefacta cete,*

*Et Sacerdotem Domino canentem
Læta lasciuo procul admeabunt*

Monstra naratu.

*De eadem ceterisq; virtutibus paullò inferius:
Ducat hunc æquè famulum suum dux
Ille, qui quondam profugum minacis
Frattis à vuln̄ Deus in salutem*

Duxit Jacob.

*Namque Niceta fugitiuus æquè est:
Quod semel fecit Patriarcha, semper
Hic facit, mundo fugiens ad alti*

Mænia cæli:

*Et gradus illos, quibus ille vidit
Angelos versu vice commeantes,
Iste contentus superante nubes*

Scandere vitâ;

*Per Crucis scalas properans in astra,
Quâ Deus nitens ad humum coruscis
E thronis spectat varios labores*

Bellaque mentis.

*Tuque, Niceta, benè nominatus
Corporis vîctor, velut ille dictus
Israël, summum quia vedit alto*

Corde satorem.

*Vnde Nicetes meus approbatur
Israëlitæ sine fraude verus,
Qui Deum cernit solidæ fidei*

Lumine Christum.

*Hac aliaq; de Nicetâ suo Paulinus. Vtinam res ab eo preclaræ
gesta mandata litteris essent! Illustre procul dubio apostolici
præconis exemplar in iis haberemus expressum.*

*Similis
Jacob Pa-
triarcha.*

DE S A N C T O VALENTINO E P I S C O P O P A S S A V I E N S I.

CIRCI-
TER AN.
CDXL.

VII. IANUARII.

S. Valen-
ti trium-
phus.



On vno die S. Valentini memoriam celebrant Martyrologia. Nam Romæ num xxix. Octobrī ista habet: Eodem die sanctorum Episcoporū Maximiliani Martyris, & Valentini Confessoris. Molanus in Addit. ad Vuardum, codem die: In ciuitate Patauensi triumphus sanctorum Episcoporum Maximiliani Martyris, & Valentini Confessoris. Quis verò ille sit triumphus, non exprimit. Eadem habet Martyrologium Germanicum, additq; pricipios eius Ecclesia & diaœcis patronos esse. In vita S. Maximiliani xii. Octobrī. mentio fit seruata ciuitatis Patauensis anno MCCLXV. xxix. Octobrī eius ac S. Valentini patrocinio, de quo nos isthic. Corrigendum Gallobelicum Martyrologium, in quo Patauio Italia ambo adscribuntur.

2 In Dextri Chronico ad annum CDXXIV. num. 5. isthac habentur: Prope Tudem, in Galleciâ, in oppido Vianensi, sancti Pontifices Maximianus & Valentinus Confessores clarent. Non dubitat Biuarius quin hi sint Lusitanî. SS. Maximilianus & Valentinus, de quibus Martyrologiū Romanum xxix. Octobrī, & sidenter Molanus corrigit, qui locum Viennæ male cum Theodoro coniunxit. Ita legendum censet: Eodem die sanctorum Episcoporum Maximiliani Martyris & Valentini Confessoris, Viennæ. Item depositio B. Theodori Abbatis. Hunc verò Theodorum asserit S. Pachomij esse discipulum; neque enim ullum Viennæ in Galliâ notum esse Theodorum. Verum Theodarum non Theodorum scripsit Molanus; atque si colitur Viennæ illo die, vt ex Adonis Episcopi Viennensis Martyrologo constat, & Theodorus quoque ab aliis appellatur. Ast ille S. Pachomij discipulus Theodorus XXVIII. Decemb. colitur. Quamvis probares Biuarius Maximianum hunc & Valen-

tinum (quem ipse Valentianum vocat) coli vppiam, siue hoc siue alio die; at numquam eos pro Batauensibus nostris supponipatiemur, quos constat antiquâ religione celebres fuisse.

3 VII. Ianuarij ista de S. Valentino scribit Molanus: *Eius nata-
Patauij, Beatissimi Valentini Episcopi Rhætiarum.
Eodem die Ferrarius in generali Catalogo SS. Patauiae in
Norico S. Valentini Episcopi, & eiusdem urbis Patroni.
Eo die coli illum Passauij, testatur Mattheus Raderus Noster,
ms. Martyrologium Beda monasterij Richebergensis in Bau-
riâ, codem die: Valentini Episcopi.*

4 IV. Augusti eum alij celebrant; quo die Petrus Gale-
nius: Patauij in Noricis S. Valentini Episcopi & Con-
fessoris, qui noctu in vigiliis orationibusque frequens
interdiu sacrarum lectionum studiis ac pietatis officiis
magnoperè deditus, cælestium virtutum donis affluens,
migrat ad Dominum. Citar tabulas Passauenses. Carthu-
siani Colonenses in Addit. ad Vuard. Translatio S. Valen-
tini Episcopi Patauensis & Confessoris. Eadem Mar-
tyrologium Germanicum. Martyrologium Colon. solum ha-
bet: Ipsi die B. Valentini Episcopi & Confessoris. Fer-
rarius: Patauiae in Norico S. Valentini Episcopi & Cō-
fessoris. ms. Florarum: Item Translatio S. Valentini
Episcopi & Martyris. & paucis interiectis: Item B. Va-
lentini Episcopi & Confessoris. Agitur ergo VII. Ianuarij pa-
ter; IV. Augusti fortassis translatio & Inuentio secunda, XXIX.
Octobrī vel prima vel alia quæpiam translatio. Ceterum in
catalogo Episcoporum Passauensium non reperitur Valentini
nomen, quod merito miratur M. Velserus in Notiâ ad S. Se-
nerini vitam.

5 Eugippius in vita S. Seuerini VIII. Ianuarij, S. Valen-
tini ita meminit: Epiphaniorum die, cùm Sanctus se-
Lucillus Presbyter Abbatis sui S. Valentini, Rhæti-
rum

*Lucillus
ius Pre-
sbyter.*

rum quondam Episcopi, diem depositionis annuâ solemnitate in crastinum celebraturum sollicitus intimasset; idem famulus Dei ita respondit: Si B. Valentinus hæc tibi celebranda solemnia delegauit, ego quoque tibi in eodem die Vigiliarum mearum studia obseruanda, migraturus ē corpore, derelinquo. In his sermonibus tremefactus, cùm se magis, utpote homo decrepitus, enixiū cōmendaret, quasi primitus transiurus, &c.

6 Aribio Friesingensis Episcopus in Vitâ S. Corbiniani, quam v.ii. Septembribz dabimus, meminit sepulchri S. Valentini à Corbiniano religiosè frequentati, eiusq[ue] ecclesia in castro Magiensi; ac de corporis translatione hac habet: Interēa verò dum à Longobardorū gente corpus B. Valentini Confessoris Christi de eodem castro ablatum fuisset, & in Tridentinam urbem deportatū; ac pōste à venerando Thassilone Duce in Patauium ciuitatem, cum summo reuocatum honore, &c.

7 Andreas Braunerus Noſter Annal. Boicor. lib. 4. de S. Valentino ita scribit: Integritate in adeo philosophiae Christianæ nondum adultam temerauerat impia Arij lingua, vt serpente veneno, totus demum orbis terrarum (verba D. Hieronymi sunt) ingemiscens, se miratur Arianum. Certè Batauium, quod Passauium hodie est (Bataua olim castra dictum) eā peste hoc ipso tempore laborabat: verū, quæ Dei bonitas est, non defuit malo medicina, qui que illam doctissimè faceret, ab ipsis usque Oceani finibus accutus est. Is D. Valentinus fuit, qui ad hunc Vindeliciae angulum excordum cùm omne studium operamque contulisset, & tamen cum immittibus ingenii ægrè colluctaretur, semel iterumque Romā profectus, summo Reip. Christianæ Antistiti se stitit; à quo Episcopatus honore auctus, cùm ad spartam suam ornandam rediisset, & agendo patiendoque, quæcumque bonus animus potest, nihil proficeret; insanibili Arianorum furori cedere coactus, per reliquam Rhætiam, magno operæ pretio, contemptram in Batauis castris veritatem expli- cavit. Ad Alpes tandem Maias, Meraniæ (quæ Tiro- leos urbs est) imminentes profectus, etiam illa aspreta molliit, & ad virtutis elegantiam mäsiuefecit. Idem lib. 5. Magiense castrum, Maiense vocat, vulgo Matsch, inquit, non procul Meraniæ Tiroleos. Alij Magiam esse volunt Meienfeld Rhetorum oppidum inter Cluniacum, quam Velckirch putant, & Curiam. De S. Valentini translatione idem Braunerus eodem lib. 5. Eiusdem Thassilonis studio, Valentinus Passauicium, Corbinianus Friesingensium Episcopi, sedibus suis redditus, ingenti populi plausu, & pietatis incremento. Nam Valentini corpore Tridento, quod illud Longobardi Maiis exhumatum deportarant, Passauium relato, &c.

8 Hic dabimus de S. Valentino, que de eo tom. i. Bauaria sancta scriptit Mattheus Raderus Noſter; tum que ad iv. Auguſtii edidit Surius, à quingentis annis ab anonymo Auctore tradi- ta littera, sed quæ à ſe paullulum fatetur expolita.

VITA

Auctore Mattheo Raderio S. I.

a **D**iv s Valentinus ante Seuerinum vixit; ad Oceanum (b Germanicum, opinor) natus, ve- Valentinus nit Bataua Noricorum, vbi eā tempestate duæ pestes regabant in urbe, Paganorum, inquam, idolatria, & Arianorum perfidia: contra quos in aciem descendit Valentinus; nec multum profecit. Romam semel ac iterum inde profectus, ut summi Pontificis auctoritate Pontificatu auctus, acrior rediret, neendum pro animi sententiâ rem confiscere potuit. Imò artibus & improbitate Arianorum urbe pulsus, ad Alpes Maias haud procul c Meraniâ apud d Teriolos, se contulit: vbi felici admodum successu multis ad Christi sacra traduictis, ecclesiam condidit, in quâ post ingentes la-

bores conditus, post duo triâve ſecula à e S. Corbinia. Ex Rano Bataua eft transuerſus. Fit huius Diui mentio apud D. E. R. O. Eugippium in Historiâ S. Seuerini. f Plura Surius pri- die Nonas Augusti. Ponunt Batauienses hunc Diuum non immerito inter primos urbis ſuæ Pontifices, & tutelares. Agitur anniuersaria eius celebritas festâ cœ- rimoniâ v.ii. Idus Ianuarij. In Batauino Breuiario hæc de illo ad verbum exscripta lege:

2 Valentinus vita ſanctitate insignis, ab Ocea- no ad Bataua oppidum, nunc Passauium nuncupatum, venit. Vbi genti à vero Dei cultu aliena, verbum vitæ prædicatur, Romam petuit, ut ad præ- dicatur munus Apostolica interueniret auctoritas. Reuersus inde, & iuſſit Pontificis pium opus aggref- f ſus, animas, quarum ſalutem mirè ſitiebat, affiduā verbi diuini prædicatione Christo lucrari diu mul- tū conatus eft. Verū, cùm ſemen verbi ſaluti- feri velut in petrâ fruſtrâ ſe ſpargere videret, Romam rediit, petens ſe ad alium populum facientem fructum mitti. Sed Valentinus à Pontifice in Episcopum crea- tus, ac, ut Apoſtoli exemplo adhuc ibidem prædicando opportunè importunè instaret, remiſſus eft; facul- tate ei data, post irritos tandem labores, ad alias gen- tes commigrandi. Cùm igitur ſanctus Episcopus ſpi- ritu Dei feruens, muneri ſuo iterum ardenter inſil- ret, & Batauos ad viam veritatis traducere laboraret; illi, Arianorum aecidente perfidiâ, hanc prædicandi pellitur. instantiam non ferentes, eum è finibus ſuis excedere coegerunt. Quare vir Dei Rhætias peragrans, homi- num ſaluti, ubique prædicando, quā maximè ſtude- bar. Tandem in montana ſe contulit: vbi multis pro Prædi- Christo perfunctus laboribus, ingentiique animarum in Alpibus. fructu reportato, vitæ ſuā teimum præſciens, beato fine quieuit; in vitâ & post mortem miraculis clarus. Eius corpus in Maiensi caſtro in Alpibus ſepultum, ad Bataua tandem, vti propriam ſedem, vnde viuens ex- fulauerat, honorifice translatum eft.

a Is obiſſe dicitur anno CDLXXXII. De Valentino agit Braune- rius poſt an. CDI.

b Laudo coniecturam. Porro cum Germanicus Oceanus ſecun- dum Ptolemaeum & alios Geographos, à freto quod Britanniā à Gal- liā diuidit, protul in Septentrionem protendatur; hinc sequitur S. Valentiniū è Belgicā oriundum eſſe. Nam qui alijs eā atate accola Germanici Oceanī Chriſti fidem receperant? De Morinis, quorum pars Flandria nunc Comitatu cōtinetur, refutatur S. Paulinus ep. 2.8: à S. Viſtricio eſſe conuertos; quamquāq[ue] alijs quoque ante Viſtriciū intulere Belgicā prouincij lucem Euangely. Hinc igitur ille Rhætiorum Apoſtolum prodidit; vel eā fortassis occaſione inductus, ut Bataua pricipue pateret, quād Belgica originis urbs erat. Caſtra Bataua à Batauorū Belgarum nomine dicta. & vulgo ſolo cognomine Bataua, unde Germani Battavij, & propriā ipſorum dialecto, quā in no- ſtrum in ſi mutant, Paſlavij, nunc etiam Latini Passauium, nobis etiamnam ad Eni ac Danubij confluentes ciuitas.

c Ad dextram Athelis fluij (quem Germani Etsch, Itali Adige, & Adige, accola Adele vocant) riſam ſita eft Merania.

d Athelis in iſtræ ripæ (inquit Philipp. Cluuerins Italia anti- qua lib. 1. cap. 16.) medio ferme itinere inter fontem amnis & oppidum Bolzanum, adpoſita eft arx cum oppidulo, vulgari nunc nomine Tiroli Italij, Germanis Tiröl dicta; vnde nobilissimus totius Germania Comitatus Tirolensis cognomen- tum accepit. Ostendit deinde iam olim Teriolis loco nomen fuisse.

e De S. Corbiniano agemus VIII. Septembr. Sed fallitur hic Raderus: non S. Corbinianus, ſed poſt eius mortem Thassilo Dux S. Valentini tranſultus corpus.

f Ea hic fabiungamus.

VITA ET TRANSLATIO

Ex Laur. Surio IV. Aug.

CAPUT I.

S. Valentini inuentio, prima translatio.

1^a N O S T R O æuo temporibus b Calixti Pontificis a b Maximi, anno Dominice incarnationis c..... S. Valen- Patauij inuentum eft corpus sanctissimum venerandi ni corpus Confessoris Christi & Episcopi Valentini, idque ab eiufdem

Ex Syrio. eiusdem Sedis venerabili antistite à Dedalrico. Quod e quidem sacrum corpus olim ed translatum à Longobardorum gente è castro Magiensi , iussu venerandi Ducis Tassilonis, Dei benignitate propriæ Sedi restitutum est.

f 2 Prima verò translationis eiusmodi fuit occasio. Cùm beatæ memorie S. Corbinianus Episcopus Friesensis Romam aliquandò proficeretur , captus est à ministris Grimoaldi Longobardorum Principis, qui in Alpibus excubabant, perductusque est in Magiense castrum. Vbi cùm maneret sanctissimus vir, accessit ad monumentum S. Valentini, Patauenis quondam Episcopi , quod in eodem castro in Alpibus sito, idem beatus Antistes Valentinus extruxerat : in quo postquam gentibus prædicauerat, & multos ab ethniciño ad Christi religionem traduxerat, post obitum suum humatus, requeuit in pace. Vbi verò iussu Grimoaldi Principis Corbinianus Episcopus dimissus est à custodiâ, g Romanam ire perrexit, atque inde prospero cursu ad eundem locum reuersus est. Cumq[ue] non mediocriter doleret sancti Pontificis Valentini corpus b à propriâ ecclesiâ longius lemotum, rogauit h Tassilonem Ducem, patrem Grimoaldi Ducis, vt per ipsum propriae Sedi quandoque vel mortuus restitueretur. Eius verò precibus annuens Tassilo, præcepit, vt corpus B. Valentini à castro Magiensi Patauium , vnde quondam ab improbis hæreticis, Ariana perfidiâ infelix, expulsus fuerat, honorifice deportaretur. Itaque hunc in modum translatum est corpus sanctissimi virtu à Magiensi castro Patauium , positumq[ue] inter duos muros ante fores ecclesiæ B. Stephani protomartyris, vbi Episcopi sedes est.

Antiqua vita illius. 3 Ipso autem sanctissimi Valentini Pontificis in ueto corpore nostris temporibus in ecclesiâ Pataueni, iuxta illud reperta est tabula plumbea, in quâ continebantur scripta strixi, & vt vix possent intelligi, eius sanctissima gesta, tum etiam quis fuerit, quemadmodum Ecclesiæ Patauenis Episcopatum administrat; vt expulsi, in locis montanis vitam suam exegit; vt denique post mortem reductus sit. Quæ quidem scriptura tum vetustate, tum terræ putrefactione dissipata, & ab inuentoribus in unum collecta, rerum gestarum ordinem ægide hunc in modum manifestat. Venit ab Oceano vir humilis, Valentinus nomine, in Noricu[m] vrbem Patauium, idque animo apud illos prædicandi. Sed quia id hominum genus ferum ac bellum nimiris erat, exiguum apud illos animarum fructū capere potuit. Videns autem terræ eius opportunitatem, & quorundam hominum frugalitatem, regionemque iam albam ad messem, ita intra se cogitabat: Non debet concionandi munus quisquam sibi usurpare , nisi ex Apostolicæ auctoritatis iussione , sicut scriptum est: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Hæc dicens, adiit Pontificem Romanum. Qui eum honorifice & reverenter exceptit, libenterque eum audiuit, & Apostolicâ auctoritate eius studium prædicandi confirmavit. Reuersus ergo ille Patauium, tentauit illic prædicare verbum vitæ, sed nihil profecit, nondum enim tempus miserendi eius aduenierat. Rursus autem cogitauit adire Romanum Pontificem, vt ab eo vel in aliam prouinciam mitteretur, vbi animas Christo lucifaceret , & suæ quoque salutis acciperet incrementa. Venit ad Pontificem, interrogatur ab eo, quid ita citò reuerti voluerit. Responderet in hunc modum: Domine mihi, Pater carissime, obstante infelicitate meâ, non potui ullum fructum facere. Redi ergo ad te, orans ut ad aliam gentem me mittas, vbi fructum animarum, Christo iubente, colligam, nec minorem animæ meæ profectum percipiam. Respondit Pontifex: Insta frater opportunè, importunè, & beatus erit fructus laboris tui: si possis tantum vti constantiam, donec frangas feritatem diu reluctantis populi. Quod si verò iam tertio conando nihil effeceris, auctoritate Apo-

Rom. 10. 15.

stolicâ licebit tibi ad alias g̃tes prædicandi causâ cōmigrare. Atque ita imponens ei manum, ordinavit eum Episcopum , dataque benedictione, à se dimisit. Ille celeriter reuersus Patauium , prædicauit verbum salutis, & sanctæ Trinitatis. At homines illi videntes eius prædicandi instantiam, vna cum Arianis restiterunt ei, nec sine lesione eiecerunt eum è finibus suis. Ille verò , ut erat homo patiens, excuso puluere pedum in eos, egressus ab urbe, ad montana se contulit, vbi ex Dei prouidentiâ ingentem attulit animarum fructum, cum magno sua salutis augmento: & tandem Deo & hominibus carus, feliciter in Christo defunctus est.

a Hinc patet quâ estate hic Auctor vixerit.

b Callisti II. electus est an. M C X I X . obiit sub finem an. M C X I V .

c Duo MSS. ut habet Surius, annum M X C . exprimebant. Sed vel in Pontificis nomine, inquit, mendum est, vel in numero annorum, legendumque M C X . aut circiter.

d Vdalricus hic est, quem Hundius ab an. M C I I I . usque ad M C X I V . ait sedisse.

e Confundit vel Auctor, vel Surius, duas translationes: nam, ut diximus, è Magiensi castro Tridentum est à Longobardis translatum, Tridento Bataua Tassilonia iussu.

f Haec fuis narrantur in vita S. Corbiniani VIII. Septemb. ut antè diximus.

g Imò in vita S. Corbiniani dicitur id contigisse cùm Româ rediret.

h Grimoaldi pater Tassilo non fuit, sed Theodo V. isq[ue] ante Corbinianum, ut Grimoaldus ipse, vitâ excessit. Nec Tassilonem rogauit Corbinianus ut ad Sedem suam Valentinus referretur, sed Hugobertus Grimoaldi fratrem, totius tamen Boica Principem rogauit, ut se in Magiensi castro, vbi sepulchrum erat S. Valentini, sepeliri iuberet. Vtrumque deinde Bataua reportari curauit Tassilo, filius Vtilonis.

C A P V T I I .

Prædicatio fidei ac virtutum.

4 **F** VIT itaque B. Valentinus Episcopus in Alpi- **P** rædicat bus, in locis nemorosis & silvestribus, in quibus in Alpibus ethnici multi, & feri ac belluini homines morabantur, prædicans ac docens verbum Dei , & virtutes multas efficiens, ita ut ab obfessis corporibus dæmones pelle- Claret mi- raculi. sanaret infirmos, & multos malè habentes à diuer- sis languoribus curaret. Erat enim vir sanæ doctrinæ, & fidei Catholicæ regulâ perfectè imbucus ; non pal- pans virtutem hominum, sed pungens; aculeatis sermoni- bus vrens aduersus flagitosos, & tamquam clavis qui- buſdam in altum defixis ; abstinentis se ab omni fratre ambulante inordinate.

5 Versutias hæretorum toto studio declinabat, **H**æreticos ita ut nec audire eos , nec in cibo , potu , aut qualibet auersatur amicitia coniunctione cum eis communicare vellet. Quæ etiam ei partim causa fuit montana expetendi, ut nulla ipsi daretur alicuius cum eis cōmerci occasionis, aut communicandi necessitas offerretur. Ariana perfidia inter ceteras hæreses per totum orbem peruaferat, & instar serpentis suo veneno inficerat limites , quos olim doctrina Apostolica ad Christi fidem adduxerat. Ne ergo vir sanctus , & Catholicæ religionis firmitate roboratus, hæretorum, quibus præmultitudine re- sistere non poterat, tumultuosos clamores audiret, ad montana se contulit : vbi cùm sanæ doctrinæ & verita- tis prædicationi vigilanter incumberet, multum Do- mino populum lucratus est.

6 Audientes enim eum populi multi, qui non mo- **M** ultos ab- dò in montanis , sed etiam vicinis locis & circa Alpes uersit. contra Italiam & Insubres degebant, sacram ab eo ba- prisima percipiebāt. Quidam etiam ab erroribus, quos ab hæreticis hauserant, resilientes, B. Valentini ortho- doxâ prædicatione instituti, sanam fidem complecte- bantur, confitentesque peccata sua, & abstinentes se ab omni opere malo, glorificabant Deum Patrem omni- potentem, & Filium eius Dominum Iesum Christum, redemptorem & Salvatorem mundi, & Spiritum san- ctum paracletum, illuminatorem & cōsolatorem ani- marum, veram & sanctam Trinitatem, diuini nominis

& confessionis unitatem. Non est in hac Deitatis confessione diuisio, non est in personis inaequalitas: Pater & equalis & consubstantialis est Filio & Spiritui sancto: attamen alia persona Patris, alia Fili, alia Spiritus sancti; sed una Deitas & consempiterna maiestas, quæ cuncta creat, cuncta vegetat, cuncta gubernat. Eam sitem constantissime prædicabat B. Valentinus Episcopus, & in hac sanctæ Trinitatis confessione perdurabat. Hac fide multos ab errore diabolice prauitatis liberabat, multorumque animas à præcipio aeternæ damnationis eripiebat. Quos vero subtraxit diabolo, illos adduxit ad Christum: quosque conuertit ad fidem, saluti restituit animarum.

Salutaria eius motu-

*t. Cot. 9.
27.*

*Isa. 42.3.
Insignis moderatio.*

*1. Tim. r.
15. & 16.*

7 Docebat autem eos resistere vitiis, pugnare cum mundi huius prauis cupiditatibus, pristinos errores prouersus abducere, cunctis vanitatibus valefacere. Docebat populum Dei recte credere, & bene operari, spernere lenociniam blandientis saeculi, perficteque ambulare in via Domini, & quæ fide recta comprehendenter, ea bonis operibus completere. Cumque haec alias doceret, nequaque seipsum neglexit, sed dabant operam, ut posset ipse quoque dicere cum Apostolo: Castigo corpus meum, & in servitatem redigo, ne forte alius predicans, ipse reprobis efficiatur. Erat eius doctrina sale sapientiae condita, non declinans neque ad dextram, neque ad sinistram, id est, nec aspera nim. um, nec plus satis remissa. Sic exitiabat vita, ut virtutes pariter non euelleret, conuenienter illi sententiae de Domino Salvatore: Linum fumigans non extinguet, & arundinem quassatam non conteret. Linum fumigans extingueat, et peccatores quosque & sceleratos seu criminosos propter fumum factoris eorum despiceret, & ad reconciliationem diuinæ miserationis per benevolentiam prædicationis non reuocare. Non extingueat verid, est, ne deliperent, pei lenitatem ad fiduciam suam, aeternæ allicioendo temperate. A iudicium quassatam contere, est anxiæ, exacerbatas, & propter iniquitatis suæ instab. litatem afflictas mentes, ad constantiam & fiduciam spei, vita aeternæ promissionibus non erigeret, sed severitate maledictionis & desperationis conterere. Quod B. Valentinus predicatorum egregius non fecit: sed ita potius peccatoribus predicabat veniam, ut seipsum etiam peccatorem diceret, sumum illum verbi Dei præconem Paulum imitatus, qui dicit: Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum: sed dideò misericordiam consecutus sum, ut in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Ita nimisum S. Valentinus Episcopus dulcis erat eloquio, pro concione suavis, non multiplex nec profulus nimisum in verbis, non profundus sensibus, non vafer neque implicatus sententias: sed humilis voce, lenis exhortatione, conspicuus bonitate, vniuersa morum honestate præclarus.

a Sequentia moneta Surius ab eodem scripta esse auctore, à quo superiora huius historia; sed non in eadem plumbata tabula fuisse exarata.

C A P V T III.

Pietas, mors, translatio.

Precandi studium.

*Philip. 1.
23.*

8 ERAT apud illum in more positum, noctes & dies ruminare psalmos, tota animi attentione hymnos depremtere, preces multas fundere, tota compunctione ad Dominum suspirare, & cum Psalmista crebro ingemiscere & dicere: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! cum Apostolo cupere disfieri, & esse cum Christo; frequentissime in precibus suspirare ad Dominum, & cum lacrymis atque singulibus dicere: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei, ergo beatus vir, athleta fortissimus, cum permulto in fide Christi & Catholicæ religionis professione confirmasset, delegit vitam solitariam, ut tantò securius

quæcunque secretius Deo adhæreret, diuinis contemplatio- ExSVRIO: nibus vacas, & cælesti dulcedini animi intendens. Fece- Amor soli- rat sibi iam pridè oratoriolum seorsum ab hominu- tuidinis. tumultu, in quo crebro pernoctabat in orationibus, vigiliis & ieuniis insistebat, saepissimè lacrymarum imbrisbus perfusus, ardentissime ad Deum suspirabat. Diebus vero orationi, lectio, contemplationi vacabat, eleemosynis, ceterisque, quibus poterat, bonis operibus intentus erat, Deoque soli in secreto cordis sui pura conscientia indefessus militabat.

9 Post tot vitæ huius labores, post tot honorum operum sudores, post tantas corporis molestias & vi- gilias, hereticorumque vexationes & insidias, Deus fecit omnipotens, cui soli iam longo tempore inhæserat, volens ei reddere mercedem & amplissima premia, in spiritu ei reuelauit horam, quæ esset abiturus à vita. Tū verò ille præmuniuit se vigilis & precibus, ut posset latus audire à veniente iudice: Enge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.

10 Cumque labores laboribus, vigilas vigilis, ie- *Egrotat.* junia ieuniis, preces precibus cumulata et, aliisque piis operibus incumbendo, diem vocationis sue cum iugibus lacrymis expectaret, in grauem mortuum incidit, quo etiam extinctus est. Sed licet magnis affligeretur corporis molestiis, attamen scutum patientiae, & obedientiae virtutem tenens fortiter, non multum contristabatur, sed gaudebat ponens, credens à Domino se diligiri, quandoquidem tam acriter ab illo castigaretur. Non erat immemo: Scriptura dicit: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigaris dum ab eo argueris. Quem enim diligenter Dominus, castigat: Heb. 12.5. flagellat autem omnem filium, quem recipit, & post & 6. flagella in hæreditatē patris cælestis introducit. Eiusmodi sancti Spiritus consolationibus confirmatus vitæ Dei, non timebat mori, sciens se à Domino celeriter à mortis cruciati liberatum iri.

11 Vocatis igitur fratibus & commilitonibus suis, Extrema indicauit eis propè adesse suum è vitâ deceplum, cun- ad suos & tōsque his compellauit sermonibus: Fratres carissimi, monias. confratrate Ecclesiam in fide Christi, conseruate fidem, pacem, unitatem, spem, caritatem & religionem Catholicam: & Deus pacis & dilectionis eis vobiscum vique in finem. Deinde cum lacrymis ira precatus est: Domine Deus, Pater Domini mei Iesu Christi, qui per Spiritus sancti gratiam omnes gentes in unitate fidei congregasti, collige Ecclesiam tuam vinculo veritatis fidei & Christianæ religionis: libera eam à prauitate hereticæ peruersitatis; custodi eam à scissuræ diabolice falsiratis. Domine Iesu Christe, Fili Dei omnipotentis Patris, defende & erue oves tuas de ore luporum, pro quibus fudisti pretiosissimum sanguinem tuum.

12 Hac oratione finita, patræque exhortatione pœ mori- fidissimam, vir sanctus propriis manibus accepit corporo- tur. & sanguinis Domini Sacramentum, ita dicens: Domine Iesu Christe mundi conditor & redemptor, qui es dux & illuminator animarum nostrarum; obsecro te per mysterium sacratissimæ passionis & resurrectionis tuæ, ut suscias animam meam, & perducas eam in regnum tuum, quod preparasti diligentibus te. His dictis, tradidit spiritum in manus Angelorum, ad Christum in paradisum perferendum.

13 Corpus autem eius in Alpibus in ecclesiâ, quam ipse condiderat, humatum est. Post aliquantum verò temporis, consopita perfidiæ hereticorum, à fidelibus Corpus Christianis Patalium translatum est, & in ecclesiâ transfer- B. Stephani Protomartyris honorifice tumulatum. *transfor- tur Passio- nium:* Cumque multis reportibus claresceret locus ille signis & virtutibus, quas fecit per illum Deus, oblatæ sunt multæ visiones nostris temporibus viris religiosis de corpore eius ex diuinâ voluntate ad locum celebrati- rem transferendo. Inuentum est ergo corpus sanctissimi viri inter duos muros basilicae S. Stephani, & ele- uatum

Ex v. A. uatum cum magno tripudio & populorum conuentu
RIIS. àvene rabilibus viris & religiosis Episcopis, colloca-
b tumque in maiori ecclesiâ ad sedem Pontificis, vbi
Ierum etiamnum plurima fiunt miracula, quæ facit per illum
inuenitur. Deus & Dominus noster Iesus Christus, qui in Sanctis
suis est mirabilis & gloriolus in secula seculorum. Amé.
14. Celebratur autem festum eius in Ecclesiâ Pata-
uiensi cum primis solemniter & honorifice pridie No-

nas Augusti, & fit ibi conuentus multorum hominum,
quærentium auxilium & defensionem ab illo : percipiuntque multi, dignè postulantes, mentis & corporis
sospitatem per Christum Iesum Dominum nostrum.

a. In multis tribus facultatibus pdit.

b. Quæ haec maior ecclesia? Corre Cathedrale templum Passauij
est S. Stephani.

DE S. CRISPINO III. EPISCOPO TICINENSI.

AN.CHR. I
CDLXVI.
VII. I A-
NVAR II.
S.Crispi-
natus.



RISPINI Episcopi Ticinensis & Con-
fessori VII. Ianuarij sacris Ecclesia tabulis
inscriptum est nomen; refertur quoque à
Bellino, Maurolico, Galefinio, Molano,
Martyrologio Germanico; licer Ferrarius,
vt supra diximus, Crispinum primum hoc die coli velit,
bunc ad xxx. Octobris reiciat, quo & Crispini II. memoria
celebratur. Galefinius veroque die Crispinum memorat, &
in Notis utroque de Epiphanij successore loqui ostendit.

Vita ex Ferrario. 2 Huius vitam ita breuiter describit idem Ferrarius in Catalogo SS. Italia: Crispinus Episcopus, tertius huius nominis, post Thomam, qui S. Anastasio successerat, Ecclesiam Ticinensem administravit, Sixto III. Leone I. & Hilario Pontificibus. Vit fuit magna & spe-
ctata sanctitatis. Cuius S. Epiphanius eius successor, discipulus, & diaconus fuit. Quo sanctus Episcopus, cùm valde senex esset, vt scribit S. Ennodius, in Ecclesiæ regimine vtebatur, & brachiis illius incendens sustentabatur. Interfuit Concilio Mediolanensi sub S. Eusebio eius Sedis Episcopo iussu Leonis I. Papæ celebrato, vna cum S. Maximo Episcopo Taurinensi, & Abû-
dio Episcopo Comensi, & aliis. Cum autem Ecclesiæ suæ annos XXXIV. sanctissime præfuisse, senio confe-
ctus, Sede Epiphanio derelictâ, migravit è vitâ anno
salutis CDLXVI. quo tempore & S. Prosper Episco-
pus Regiensis diem clauserat extreamum, Hilario Pon-
tifice Maximo & Leone I. Imperatore.

3 Hec Ferrarius; qui XXVIII. Maij de S. Anastasio Epis-
copo Papensi agens, ait S. Crispini (secundi, vt arbitror, li-
cet non exprimat) successorem fuisse; id ipsum mox in dubium
revoacat. Celebratur is in Romano Martyrologio XXX. Maij. Se-
dere, qui hic nominantur Pontifices Romani, Sixtus III. &
XXVI. Aprilis CDXXXII. vsque ad XXVIII Martij CDXL. quo
die ab Ecclesiâ colitur. Leo I. à x. Maij eiusdem anni, vsque ad
XI. April. CDLXI. quo die eius dabimus vitam: successit Hila-
rus eodem anno, mense Novembri; obiit x. Septemb. CDLXVII.
quo die colitur. S. Epiphanij Episcopi Ticinensis vitam infra
xxi. Ianuarij dabimus à S. Ennodio conscriptam; de ipsi verò
Ennodio agemus XVII. Iulij. Concilio Mediolanensi, Sancti q.
Crispini meminit Baronius tom. 6. Annal. an. CDLI. num. 13.
& sequentibus. Qui hic memorantur ei interfuisse sancti Epis-
copi, Eusebius Mediolanensis XII. Augusti, Maximus
Taurinensis XXV. Iunij, Abundius Comensis XI. Aprilis,
coluntur. De S. Prospero, qui hic Regiensis Episcopus dicitur,
agemus XXV. Iunij.

4 Porro qua hic Ferrarius de obsequiis decrepito Antifiliis

ab Epiphanio exhibita narrat, ea inferius in ipsius vita Epipha-
nij fusiū referuntur; vti & quod de agri Summiatis contro-
versia perperam Crispino I. tribui supra monuimus; idq; inter
cetera de eo predicatur: At ille venerabilis Crispinus Epi-
scopus, favoris nescius, pertinaci tenens districione nūm in-
censuram, & quem numquam nisi bona conscientia
duxit ad gratiam, sic eum (Epiphanium) mulcebat sen-
ibus, vt morderet obtutu; & sub specie frontis rigidæ
clandestinum circa discipulum nutriebat affectum:
pascebatur alumni sui optabili conuersatione Pater,
& in omnibus eius actibus oculos amicabat. Paulū
deinde inferius: Postquam tamen inualida senectus, &
sempre de infirmitatibus querula, venerabilem virum
Crispinum Pontificem occupauit; istius sustentabatur
manibus, in huius nitens erigebatur amplexus; pesil-
lius erat, oculus, dextera; cuius ministerio, quidquid
optasset fieri, ante iussione in suam videbat impletum.

5 De morte tandem Crispini hac scribit: Circa finem Moritur.
tamen vitae, quem spiritu præuidebat sanctus Antistes,
Mediolanum vicinam expetiit ciuitatem, &c. Subdit
commendatam ciuitatem, & Ecclesiam suam, atque Epipha-
nium discipulum. Atque Ticinum, inquit, quasi ad se-
pulchrum festinans regressus est: qui aliquantis emen-
sis diebus morbo regio perfusus, lucem saeculi nostri
supernâ habitatione commutauit. Meminit obitus illius
Baronius tom. 6. ad an. CDLXVI. num. 16. De eo & S. Epi-
phanio illos Guilielmi L. x. Episcopi Papiensis versus recitat
Ferrarius:

Crispinus vir mirissimus,
Director Epiphanij,
Cui successit protinus
In gradibus officij.

6 De eodem ista quoque cecinit S. Ennodius Carm. lib. 1.
Carmine IX. sive Panegyrico in tricennalibus S. Epiphanij
habito:

Crispinum petit inde libens, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec si modò surget Averno
Qui potuit rigidas de rupibus Apennini,
Flumina cum starent, ad plectrum ducere silvas.
Helias fuit hic magè, nam quis Helisaeum
Linqueret in terris, duplicato munere palmæ
Nutriuit quem lacte pio, quod ab ubere Paulus
Pressit, Euangelicis plena est cui dextra papillis?
Salue sancte patens: semper saluete recepti
Crispini cineres: ad cuius iura redundat
Quidquid in hoc Christi miramur dogmate dignū.

Laudatur
à S. Enne-
gio.

DE S. VALENTINO II.

INTERAMNENSI EPISCOPO.

CIRCI-
TER AN.

CHRIST. I
DXXXIII.
VII. IA-
NVAR II.

VALENTINVM Interamnensem Episcopum &
Martyrem colit Ecclesia XIV. Februarij. Alium eo
multò iuniorem eiusdem Sedis Antistitem refert Fer-

varius in generali Catalogo Sanctorum VII. Januarij his verbis: S. Valen-
tini Interamnæ in Umbriâ S. Valentini Episcopi & Con-
fessoris. Et fusiū in Catalogo Sanctorum Italia ex quodam talia.

M. S.

M. s. Martyrologio Ecclesiæ Interamnenſis, in quo tamen, ut ait, nonnulla de eo dicuntur, qua ad S. Valentiniū Passauensem pertinent.

Vita ex Ferrario.
Multos conuerſe.
2 De hoc Interamnenſi ista scribit idem Ferrarius: Valentiniū II. huius nominis Interamnenſis Episcopus, Interamnē natus & educatus est. Hic in liberalibus disciplinis eruditus primū, deinde in Christianā religione ita profecit & litteris & morib⁹, ut à Gelasio I. Summo Pōtifice Romæ Ecclesiæ S. Eusebii p̄fœctus fuerit, ac paullò pōst ad Interamna Episcopatum promotus. Multos ex Arianis, qui in eā vrbe tunc temporis erant, ad Catholicam fidem doctrinā & vitā innocentis exemplo perduxit. Præfuit Ecclesiæ annis circiter xxxix. obiitque vii. Idus Ianuarij. Cuius cor-

pus in ecclesiā S. Zenonis Martyrī extra urbem conditum, multis miraculis claruit. Hec ille. Sed sit S. Gelasius à ix. Martij cōxcii. usque ad xxi. Nouemb. cōxcvi.

3. Huius Valentini meminit & Baronius in Notis ad Martyrologium Romanū xxv. Februar. cūm de Valentino I. *Multa p̄ agit, citatq; Petrum de Natalibus, qui lib. i. cap. 15. tradit, ab titut.* hoc S. Proculum sacerdotio initiatum, utrumque à Gothis gentilibus (Arianis fortasse scribere voluit) multa passum, imo & martyrio coronatum: quod tamen de Valentino Ferrarius non scribit. De S. Proculo agemus xiv. Aprilis. Est verū hec Interamna Umbria, Narine circumflua, unde & nomen nacta, vulgo nunc Terani, sine Terni dicitur. Nam alia est ad Lirim flumen, non procul Aquino; alia in Piceno.

DE S. CEDDA SIVE CEDDO EPISCOPO LONDINENSI.

ANNO CHRIST. DCLXIV. VII. JANUARII. S. Cedda Episcopi Londini. natalis.
LONDINI Britanniæ metropoli dudum ante Anglorum irruptionem Episcopi fuisse, aut etiam Archiepiscopi; que dignitas titulo tenuis à Britanniis in Valliam compulsa, ad secula aliquot retenta est, ut iv. Februarij ad S. Liphardi vitam dicemus. Anglis verū religionem Christianam complexis, primus Londini Antistes Mellitus fuit, cuius vitam xxiv. Aprilis dabitus; secundus S. Cedduſ, siue Cedda, qui tamen an Londini Sedem habuerit, non omnino constat, Episcopus certè Orientalium Saxonum fuit, quorum metropolis Londinum; & VVilhelmus Malmesburiensis exp̄sse Londinensium Episcopum vocat. Eius obitus diem nusquam se reperisse testatur Ioannes Capgrauius in Legendâ Sanctorum Anglia. Florenius VVigorniensis disertè scribit vii. Kalendas Nouembr. an DCLXIV. obiisse, sed cūm Martyrologium Anglicanum hoc die illum referat, id sequemur. Frater eius S. Ceddā fuit, Lichfeldensis Episcopus, de quo ii. Martij agemus: quāquam subindeis Cedda, Londinensis verū Ceeda & Ceda appellatur, sed sapius Cedduſ, Cedd, Ceaddus à Bedā & Capgrauiio. Res ab eo præclarè gestas commemorat Venerabilis Beda lib. 3. Histor. gent. Angl. cap. 21. 22. 23. & alij ex eo.

& eruditione & virtute videbantur idonei, multo cum gaudio reuersus est. Erant autem Presbyteri Ceeda, & h Adda, & i Betti, & k Diuna, quorum ultimus natione Scotus, ceteri fuere Angli. Adda autem erat frater Vitæ Presbyteri illustris, & Abbatis monasterij, quod vocatur ad Caprae caput. Venientes igitur in prouinciam memorati Sacerdotes cum Principe, prædicabant verbum, & libenter audit sunt: multiq; quotidie & nobilium & infimorum, abrenuntiatâ forde idololatriæ, fidei sint fonte abluti. Nec prohibuit Penda Rex, quin etiam in suâ, hoc est Merciorum, natione verbum, si qui vellent audire, prædicaretur. Quin potius odio habebat & despicebat eos, quos fidei Christi imbutos opera fidei non habere deprehendit, dicens contempnendos & miserios esse eos, qui Deo suo, in quem crederent, obedire contemnerent.

3 Cæpta sunt hæc t biennio ante mortem Penda Regis: ipso autē occiso, cūm Osvvi, Rex Christianissimus, regnum eius acciperet, factus est Diuna, unus

ex præfatis quatuor Sacerdotibus, Episcopus Mediter- *Primi isti-
raneorum Anglotum, simul & Merciorum, ordinatus pi-
hic Episco-
pato. Paucitas enim Sacerdotum cogebat vnum Antistitem duobus populis præfici. Qui cūm paucis sub tempore non paciam Domino plebem acquisisset, defunctus est apud Mediterraneos Anglos, in regione quæ vocatur in Feppingum. Suscepitque pro illo Episcopatum m Ceollach, & ipse de natione* *m*
*Scotorum, qui non multo pōst Episcopatu reliquo re-
uersus est ad insulam n Hy, vbi plurimorum caput &* *n*
*arcem Scotti habuere cœnobiorum: succedente illi in
Episcopatum Trumhere viro religioso, & monachicā
vitā instituto, natione quidem Anglo, sed à Scottis or-
dinato Episcopo, quod temporibus o Wlfsheri Regis
factum est.*

a *td est circa an. DCLIII. venum. 3. dictur.*

b *Alius Peada dicitur, Ranulpho Cestrenſi Weda, filius Pendæ, siue, ut hic vocatur, Pendan, crudelissimi Merciorum Regis. Pendæ occiso anno Christi DCLV. xv. Nouemb. Merciorum regno portus est Osvvius, & Peada genero suo regnum Australium Merciorum dedit. Sed hic an. DCLVII. proditione, ut traditur, uxoris sua, nefaria interficetus est ipso Paschalū festi tempore.*

c *Successit hic S. Osvvaldo fratri in regnum anno DCXLII. obiit Kalendis Martij an. DCLXX.*

d *Harpsfeldite Aluchefredam votat, Cestrenſi Elfedam. Sovor fuit S. Elfedæ, de qua viii. Februar.*

e *Hic Egfrido fratri anno DCLXXXV. xx. Maij, Sabbato, à Pi-
etis interfecto, successit; obiit an. DCCV. xiv. Decemb. Eius uxorem
Cestrenſis alijs Kyneburgam vocant, de qua xv. Septembris.*

f *De S. Finano Episcopo Lindisfarneñ agemus XVI. Februarij.*

g *Murus ingens è cœpitibus & palis ab Adriano primū, deinde
à Seuero (alijs alia contraria Caledonios prætenturas fecerit) velut
Romana prouincia limes, ductus est à mari Germanico ad Hiberni-
cum, siue à Tinæ fluminis astuario usque ad Itunæ sinum. Egre-
giè de tribuitur à Cambreno, qui Britannis dicitur Gual-sœuer,
Gal-sœuer, Mur-sœuer: Scotis Scottis vaith, Anglis & accols. The-
Piætes*

VITA Ex Bedā lib. 3. cap. 21. & seqq.

CAPVT I.

S. Cedda vnuſ è primis Mediterraneorum Anglorum Apostoli.

Penda, siue Penda, Rex conuerſetur.
a *Is temporibus Middleengli, id est, mediterranei, Angli, sub Principe b Pendæ, filio Pendæ, Rex perceperunt. Qui cūm esset iuuenis optimus, ac Regis nomine ac personā dignissimus, prælatus est à patre regno gentis illius: venitque ad Regem Nordhumbrotum c Osvvi, postulans filiam eius d Alchfledam sibi coniugem dari; neque aliter quod petebat impetrare potuit, nisi fidem Christi ac baptismum cum gente cui præterat, acciperet. At ille auditâ prædicacione veritatis & promissione regni cœlestis, sp̄eque resurrectionis ac futuræ immortalitatis, libenter se Christianum fieri velle confessus est, etiam si virginem non acciperet, persuasus maximè ad percipiendam fidem à filio Regis Osvvi, nomine e Alchfido, qui erat cognatus & amicus eius, habens sororem ipsius coniugem, vocabulo Cymburgam, filiam Pendan Regis.*

Baptizatus est ergo à f Finano Episcopo, cum omnibus qui secum venerat, Comitibus ac militibus, eorumque famulis viueris, in vico Regis illustri, qui vocatur g Ad murum. Et acceptis quatuor Presbyteris, qui ad docendam baptizandamque gentem illius

Tom. I.

Ex BEDA. Pictes vwall, siue Pehtvwall, id est, murū Picticū, The keepe vval, id est, custodie murum, & per excellētiam The vval; antiquis verò Vallum barbaricum, Prētenturam, Clusuram; Dioni diatēx̄ia; Herodiano x̄āmu; Antonino, Cassiodoro & alius val- lum, Beda murum. Huius valli crebra occurrit mentio. Villam hanc regiam Ad murum putat idem Cambdenus eam offere que nunc Waltovne dicitur, distatq; ab Oceano XII. millibus passuum.

h David Camerarius huius natalem consignat XVII. Ianuarij, ut ad eum diem dicemus. Sed cur inter Scotos eum referat non video, cum Beda disertè refetur Anglum fuisse.

i Idem Camerarius inter Sanctos Scotos hunc recenset XI. Februa- rij & Bettam vocat cum VVigorniensi, facetur qd ab aliis alio die coli; quo verbū, nobis incomptum est.

k Iure hunc, Bedā assidente, Scotti vendicat Camerarius, adscribitq; kalendis Auguſti, & tradit Diunam, Diunam, Dui- mnam, Diunam, Diurnam, vocari. Godvvinus Dvvinam appellat.

l Ergo anno DCLIII. cām, ut diximus, occīsus sit Penda an-

DCLV.
m Harpsfeldio dicitur Cellacus, Cellach Malmeburiensis, alias Coëllachus, Camerario præterea Colathus, Ceolachus, Cola- chus. Eum II. Junij coli, ait idem Camerarius, vti & M. s. quoddam Kalendarium SS. Ordinis S. Benedicti.

n In Hy, siue Hu, quā & Iona, insula Scotia exigua, sed propter sanctissimorum ascetarum Columba & sc̄tatorum eius palestima celeberrima, vulḡ Columbkil. De eā ad vitam S. Columbae IX. Junij & alibi.

o Hic Pend filius, Pead frater & successor, anno DCLIX. ad- versus Olvium rebellavit, sibiq; Mercuriorum regnum afferuit; obiit an. DCLXXV. pater fuit S. Werburg, de quā IIII. Februario agemus.

C A P V T II.

S. Cedda Apostolus & secundus Episcopus Orientalium Saxonum.

a **E**O tempore etiam * Orientales Saxones fidem, quam olim b expulso Mellito Antistite abiecerāt, instantiā Regis Olvii receperunt. Erat enim Rex eiusdem gentis Sigbert, qui post c Sigbertum, cognomen- dato Parū regnauit, amicus eiusdem Olvii Regis: d qui cūm frequenter ad eum in prouinciam Nordhumbro- rum veniret, solebat eum hortari ad intelligendum deos esse non posse, qui hominū manibus facti essent: Dei creandi materiam viuam lignum vel lapidem esse non posse, quorum recisurā vel igni absumerentur, vel in vasa quālibet humani usus formarentur; vel certe despetū habita, foras proicerentur, & pedibus cōculata, in terram vtereretur. Deum potius intelligendum maiestate incomprehensibilem, humanis oculis inuisibilem, omnipotentem, & æternum, qui cælum & terram, & humanum genus creasset, regeret & iudicaturus esset orbem in æquitate, cuius sedes æterna: méritoque intelligendum, quia omnes qui voluntate eius, à quo creati sunt, discerent & facerent, æterna ab illo præmia essent percepturi. Hæc & huiusmodi multa cūm Rex Olvii Regi Sigberto amicabili, & quasi fraterno consilio sæpè inculcaret, tandem iuante amicorum consensu credidit, & facto cum suis consilio, cum exhortatione fauētibus cunctis & annuentibus fidei, baptizatus est cum eis à Finano Episcopo in villā regiā, cuius suprà meminimus, quā cognominatur. Ad murum, est enim iuxta murum, quo olim Romani Britanniam insulam præcinxerēt, duodecim millibus passuum à mari Orientali secreta.

Mittitur ad eius po- pulum S. Cedda:
m Igitur Rex Sigbert æterni regni iam ciuis effe- cūtus, temporalis sui regni sedem repetiit, postulans ab Olvii Rege, vt aliquos sibi Doctores daret, qui gen- tem suam ad fidem Christi conuerterent, ac fonte saluati abluerent. At ille mittens ad prouinciam Medi- terraneorū Anglorum clamauit ad se virum Dei Cedd: & dato illi socio altero quodam Presbytero, misit præ- dicare verbum genti Orientalium Saxonum. Vbi cūm omnia perambulantes multam Domino Ecclesiam congregassent; contigit quodam tempore eumdem

e Cedd redire domum, ac peruenire ad Ecclesiam Lin- disfatiensem, propter colloquium Finani Episcopi: qui fit Episco- pus. vbi prosperatum ei opus Euangelij cōperit, fecit eum Episcopum in gente Orientalium Saxonum, vocatis

ad se in ministerium ordinationis aliis duobus Episco- pis. Qui accepto gradu Episcopatus, rediit ad pro- uinciam, & maiore auctoritate cōceptum opusexplens, fecit per loca ecclesiās, Presbyteros & Diaconos ordi- nauit, qui se in verbo fidei & ministerio baptizandi adjuvarent, maximè in ciuitate, quā lingua Saxonum f Ithanceſtir appellatur; sed & in illā quā g Tilaburg cognominatur: quorum prior locus est in ripā Pente amnis, secundus in ripā Tamesis: in quibus collecto ex-amine famulorum Christi, disciplinam vitæ regularis, ria. in quantum rudes adhuc capere poterant, erudiri docuit.

6 Cumq; tempore non pauco in præfatā prouincia, gaudente Rege, congaudente vniuerso populo, Boni cades vitæ caelestis institutio quotidianum sumeret augmen- tum; contigit ipsum Regem, instigante omnium bonorum inimico, propinquorum suorum manu interfici. Erant autem duo germani fratres qui hoc facinus patraruunt: qui cūm interrogarentur cur hoc facerent, nihil aliud respondere potuerunt, nisi ob hoc se iratos fuisse & inimicos Regi, quod ille nimium suis parcere soleret inimicis, & factas ab eis iniurias mox obsecrantibus placidā mente dimitteret. Talis erat culpa Regis, pro quā occideretur, quod Euangelica præcepta deuo- to corde seruaret. In quā tamen morte eius innoxia, iuxta prædictum viri Dei, vera est eius culpa punita. Habuerat enim unus ex his, qui eum occiderant, Comitibus illicitum coniugium, quod cūm Episcopus prohibere & corrigerre non posset, excommunicauit eum, atque omnibus qui se audire vellent præcepit, ne domum eius intrarent, neque de cibis illius acciperent. Contempsit hoc Rex præceptum, & rogatus à Comi- prædicta à te intravit epulatus domum eius. Qui cūm abiisset, obuiauit ei Antistes: at Rex intuens eum, mox tremefac- tus desiliuit de equo, ceciditque ante pedes eius, ve- niā reatus sui postulans. Nam & Episcopus pariter desiliuit, sederat enim & ipse in equo. Itatus autem, tetigit Regem iacentem virgā quam tenebat manu, & Pontificali auctoritate protestans, Dico tibi, inquit, quia nolusti te continere à domo perditi & damnati illius, tu in ipsā domo mori habes. Sed credendum est, quia talis mors viri religiosi non solum talem culpam diluerit, sed etiam meritum eius auxerit: quia nimur ob cauillam pietatis, quā propter obseruantiam man- datorum Christi contigit.

7 Successit autem Sigberto in regnum Suidhelinus Cedula Suidhel- filius Sexbaldi, qui baptizatus est ab ipso Cedde in num Regi baptizar. in vico regio qui dicitur b Rendlesham, id est, mansio Rendili; suscep- b i pture eum ascendentem de fonte sancto i Edelval- dus Rex ipsius gentis Orientalium Anglorum, frater k Annæ Regis eorumdem.

a Vnde septem Saxon- Anglorum in Britanniā dynastiis, Ori- tallum Saxonū fuit, cuius caput ad ipsos Canri limites Londinum.

b Mortuo Seberto Rege Christiano, tres eius filii, Sexredus, Sivardus, Sebertus, cultum idolorum restituerunt an. DCLVI. & Mellitum Episcopum expulerunt.

c Sigebertus cognomento Parus, Sivardi filius, patre acpa- truit à Kinegislo Rege Occidentalium Saxonum & Quichelino filio eius interfectus, regnum suscepit anno Christi DCLXIIII.

d Eadem paullo brevius narrat VVestmonasteriensis ad ann. DCLVII. VVigorniensis ad DCLIII.

e Lindisfarne insula, vulḡ Holy-iland, id est, insula sacra, Northumbria littori opposita, multorum olim Sanctorum sedes.

f VVestmonasteriensis vocat Ithanceſtir, ait, sicut in ripā Pentz fluminis. Cambdenus in Trinobantibus ait, hoc flumen Bla- kevater ab accolū dici, olim Pant. De Ithāceſtir sic scribit. Superius ad Boreale littus floruit vrbis præfæ memorie, quam Ithanceſtir maiores nostri dixerunt. Scribit enim ex Bedā Radulphus Niger: Ceda Episcopus baptizauit Orientales Saxonēs iuxta Maldoniam in ciuitate Ithanceſtir, quæ erat in ripā Pant fluminis, quod currit iuxta Maldoniam in Dengy prouincia, sed modò illa ciuitas submersa in flumine Pant. Locum digito signare non possum, flumen tamen Froshvell hodie dictum, prius Pante fuisse nominatum, minimè dubito, cūm alter ex eius fontibus Pantfvell auncupetur; & Monachi de Cogges- hall sic dixerunt. Sunt qui afferunt hanc Ithanceſtir in extremo Centu-

Centuriæ de Dengy, promontorio impositam fuisse, vbi hodie S. Peters vpon the vwall, id est, ad aggerem. Per hoc enim litus aggeribus contra Oceanum irruentem, vix agros tueruntur accolæ. Ceterum hanc Ithancester Othonam fuisse quodammodo credo, vbi numerus Fortensium cum suo Præposito, inclinante Romano Imperio, sub Comite littoris Saxonici contra piraticas Saxonum deprædationes stationem egit. Ab OTTHONA enim in THANA deflexio non est duriuscula, & situs ad finum, in quem plura flumina exonerantur, huic vslui erat permodus. *Hec ille perquam curiosè. Ioannes Sedus lib. i. Theatri Britannia cap. 16. hac omnia oculis exhibet, censetq; Ithancestriam fuisse, vbi nunc vicus ille est S. Petri ad aggerem.*

g. VVestmonasteriensis Tileburg vocat, modò Tilbury dicitur, constatq; ex paucis ad latum Tamis ripam casis. Cambdenus aut hic Ceadæ sedem fuisse, cum circa annum DXXX. Orientales Saxones per baptismum in Christi Ecclesiam infereret. Sed qui id factum dicimus circa annum DXXX. cum Osvaldus, cuius consilio fidem suscepit Sigebertus Bonus Sigebaldi filius, non nisi an. DCXLII. regnare ceperit?

h. Est hic locus in Suffolciâ ad lauam Debeni fluminis ripam. De eo agit Cambdenus in Icenis.

i. Hinc coniici potest, quo ferè tempore baptizatus fit Suidhelinus, aut, ut Harpfeldius scribit, Suithelmus, Svidhelmus Cambdenus: nam anno DCLV. occiso cum Pendâ Æthelero factus est Orientalium Anglorum Rex Edelr. valdus sive Æthelvaldus: obiit ann. DCLXIV. quo iam Suidhelini successor Sigerus Orientalibus Saxonibus imperabat.

k. Interfectus est Annas Rex piissimus à Pendâ an. DCLIV.

C A P V T III.

Alia Cedde opera, abstinentia, mors.

Offertur ei 8 *S O L E B A T* autem idem vir Domini, cùm apud alibi locus adificando cœnobio.

b. c. d. **S**axones Episcopatus officio fungetur, sèpius etiam suam, id est Nordhumbrorum provinciam exhortandi gratiâ reuise. Quem cùm a Edilvaldus filius b. Osvaldi Regis, qui in e Deirorum partibus regnum habebat, virum sanctum & sapientem probu[m]que moribus videret, postulauit eum possessionem terræ aliquam à se a, ad construendum monasterium, in quo ipse Rex & frequentius ad depredandum Dominum verbum que audiendum aduenire, & defunctos sepelire deberet. Nam & ipsum fideliter credidit, multum iuvari eorum orationibus quotidiani, qui illo in loco Domino seruirent. Habuerat autem idem Rex secum fratrem germanum eiusdem Episcopi vocabulo Celin, virum aquè Deo deuotum, qui & ipsi ac familia iphius verbum & Sacra menta fidei (erat enim Presbyter) ministrare solebat, per cuius notitiam maximè ad diligendum noscendumque Episcopum peruenit.

Id cœstruit loco de se- zo.

e. f. **I**sa. 35. 7. **9.** Fauens ergo votis Regis Antistes, elegit sibi locum monasterij construendi in montibus arduis ac remotissimis quibus latronum magis latibula, ac lustra ferrarum, quam habitacula fuisse videbantur hominum, vt, iuxta prophetā Isaiae, in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, e orerentur viro calami & iunci; id est, quod fructus bonorum operum ibi nascetur, vbi prius vel bestiæ commorari vel homines bestialiter viuere consueuerant. Studens autem vir Domini acceptum monasterij locum primò precibus ac ieuniis à pristinâ flagitorum sorde purgare, & sic in eo monasterij fundamenta iacere; postulauit à Rege,

Locū prius vt sibi per totum quadragesimæ tempus quod instabat, facultatem ac licentiam ibidem orationis causâ demorandi concederer; quibus diebus cunctis, exceptâ Dominicâ, ieunium ad vesperam iuxta morem protelangs, nec tunc nisi panis permodicum & vnum souum gallinaceum cum parno laete aquâ mixto percipiebat. Dicebat enim hanc esse consuetudinem eorum, à quibus normam disciplinæ regularis didicerat, vt accepta nuper loca ad faciendum monasterium vel ecclesiam, prius orationibus ac ieuniis Domino confearent. Cunque decem dies quadragesimæ restarent, venit qui clamaret eum ad Regem. At ille, ne opus religiosum negotiorum regalium causâ intermitteretur, petiit Presbyterum suum Cymbellum, qui etiam frater germanus erat iphius, pia cœpta completere. Cui cùm ille liben-

Tom. I.

ter acquiesceret, expleto studio ieuniorum & oratio- *Ex BEDA:*
nis, fecit sibi monasterium, quod nunc Lessingham vocatur, & religiosis moribus iuxta ritum Lindisfarnensem, vbi educatus erat, instituit.

*10. Qui cùm annis multis & in præfatâ prouincia Moritus Episcopatum administraret, & huius quoque monasterij statutis Præpositoris, curam gereret, casu contigit, vt ad ipsum monasterium g tempore mortalitatis adueniens, tactus ibidem infirmitate corporis obiret: qui primò quidem foris sepultus est, tempore autem procedente in monasterio ecclesia est in honorem beatæ Dei Genitricis de lapide facta, & in illâ corpus iphius ad dextram altaris reconditum. Dedit autem Episcopus regendum post se monasterium fratri suo Cadda, qui postea Episcopus factus est. Quatuor siquidem, *Eius fr-*
quos diximus, germani fratres, Cedd, & Cymbil, & tres.
*Ceulin, & Ceadda (quod raro inuenitur) omnes Sacerdotes Domini fuere præclarî, & duo ex eis etiam summi Sacerdotij gradu functi sunt.**

*11. Cùm ergo Episcopum defunctum ac sepultum in prouincia Nordhumbrorum audiretur, fratres qui in monasterio eius erant in prouincia Orientalium Saxorum, venerunt illò de suo monasterio homines *Monachi* citciter triginta, cupientes ad corpus sui Patrii aut vi- *29. ad eius*
*uere, (si sic Deo placeret) aut morientes ibi sepeliri: *sepulchrâ**
*qui libenter à suis fratribus & commilitonibus suscep- *moriuntur.**
ti, omnes ibidem superuenienti præfatae pestilentiae clade defuncti sunt; excepto uno puerulo, quem orationibus Patrii sui à morte constat esse seruatum. Nam *Vnus ser-*
*cum multo post hæ tempore viueret, & Scripturis le- *uatur eius**
*gendis operam daret, tâdem didicit se aquâ baptismatis non esse regeneratum, & mox fonte lauaci salutis ablatus, etiam postmodum ad ordinem Presbyterij promotus est, multisque in Ecclesiâ utilis fuit. De quo dubitandum non crediderim, quin intercessionibus (vt dixi) sui Patrii, ad cuius corpus dilectionis iphius gratiâ venerat, sit ab articulo mortis retentus, vt & ipse sic mortem euaderet æternam, & aliis quoque fratribus ministerium vita ac salutis docendo exhiberet.**

a. b. c. d. e. f. g. **E** Edelvaldus, *VVigorniensis* Æthelvaldus, *Oidvaldus* *VVestmonasteriensis*, an. DCL. S. Osvaldo (de quo xx. Augusti agamus) in regnum Deirorum succedit permittente Osvaldo patruo. *Eo mortuo regnum datum Alfrido Osvaldij filio.*

b. Colitur S. Osvaldus v. Augusti.

c. Erat Northumbria diuisa in Bernicos & Deiros; hi Au-

straliores.

d. Videntur desiderari, accipere, vel quid simile.

e. Isaia cap. 35. v. 7. ita haber: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orienti viror calami & iunci. arbitror q[ui] omnino Bedam scripsisse oreretur viror calami, &c.

f. Est quidem Quadragesima tempore interdictus ouorum & laicorum virorum, nisi ob penitentiam p[ro]ficuum alicubi eum indulgent Antistes. Sed verisimile est, aut Cedda ob stomachi imbecillitatem eo cibo fuisse opus, aut certè apud Scotos eam Ecclesiastice abstinentia legem aut consuetudinem necdum fuisse receptam. Et quamquam de eâ re pridem ad S. Augustini quastra recripserat S. Gregorius, id tamen Scotti, apud quos Cedda eruditus erat, non admiserat, nec forte audierant. De hac autem salutari abstinentiâ præclarè dicit Stephanus Fagundez. Noſter in opere de Præceptis Ecclesie, & præserit in apologetico de hac ipsâ questione libello.

*g. Beda lib. 3. cap. 27. testatur anno DCLXIV. subitam pestilentiam primâ Australis Britannie plagas depopulatam, deinde Nordhumbrorum quoque diotionem, & Hiberniam. Eâ igitur extinxerat est S. Ceda, ut tradit *VVigorniensis* ad eundem annum.*

C A P V T IV.

Alia Cedde opera, ac miracula.

*12. C*VM eo tempore Monachi Huenses, omnesq; Septem- *Ceda Sy-*
trionales Scotti in celebrando Paschâ altisq; nonnullis nodo Strean-
ritibus à Romanâ Ecclesiâ discrepant; habita est in Angliâ in neshealensi
monasterio S. Hilde (de quo ad eius vitam xvii. Nouembr.) su-
per eâ præcipue quæstione Synodus anno Christi DCLXIV. regni
Osvaldij Regis xxxii. vt refert Beda lib. 3. cap. 25. in quâ erat et-
iam venerabilis Episcopus Ceda, iam diu ordinatus
à Scottis, qui & interpres in eo Concilio vigilatissimus
vtriusque partis exitit. Confutatâ isthic Scottorum obser-
uatione,

I i 2

Auct. uatione, Cedd, ut idem ait Beda cap. 26. relictis Scottorum
MONA- vestigiis ad suam sedem rediit, ut pote agnita obserua-
CHO A- tione Catholici Paschæ. Sed de illâ totâ quæstione aliâ erit
NONIMO. dicendi locus. Consuli interea potest Aegidij Bucherij nostri com-
Ex mss. mentariu in Victorij Canonem Paschalem cap. 10. Huius
Concilij meminit VVigorniensis ad eundem annum.
Animam 13 Idem Beda lib. 4. cap. 3. refert cùm S. Cadda de
Cadda mundo transiret, visam à quodam viro sancto animam
fratrius ad Ceddi fratris ipsius cum agmine Angelorum descen-
celum deportata.

lestia regna redire. Retulit id S. Higbaldus Abbas, de quo age-
mus xxii. Septembri. Vitam S. Cedi ex hac contractam ha-
bet Ioannes Capgravius. De eodem agit Harpsfeldius sec. 7. c. 13.
22. &c. Florentius VVigorniensis in Chronico, precipue ad an-
num DCLIII. Ranulphus Cestrensis lib. 5. c. 15. & 16. Matthæus
VVestmonasteriensis ad an. DCXLIX. & alibi. VVilhelmus
Malmesburiensis lib. 1. de Regibus Anglor. cap. 6. & lib. 2. de
Pontificibus Anglor. Polydorus Vergilius lib. 4. Histor. Angl. &
alij innumeris.

DE S. TILLONE PAVLO MONACHO IN GALLIA.

CIRCI-
TER AN.
CHRIST.
DCC.
VII. IA-
NVARII.

S.Tilloni-
s. vita.

Inuocatur
contrafe-
res.

Apostolu-
s.Yseghemij.

Eius etas.

Consultur
a S.Bonito.

Eius etas.



ILLONIS, siue Tyllonis, aut Hillo-
nij, sanctissimi Monachi nomen in pluri-
bus commemoratur Martyrologiis hoc die;
nominiatim à Carthus. Colonien. & Mola-
no in Addit. ad VGuard. Martyrolog. Colo-
nien, Belgico, Germanico; Maurolyto, Galeſin. VVion. Ferr-
ario, Menardo, MS. Florario: licet in plerisque Stilo aut Stillo
non recte vocetur. At MS. Martyrol. monasterij S. Martini Tre-
uiris, & Carthus. Colon. in Addit. ad VGuard. iterum v. Ianu-
eum referunt.

2. Vitam eius ex Claromareſcane Cisterciensium in Arte-
ſia monasterij MS. codice damus, ab anonymo Monacho, vt ex
Prefat. patet, conscriptam. Habemus & ms. de eo Officium, in
quo hac recitatur Oratio: Deus, qui Beatum Tyllonem
Confessorem tuum, piumque doctorem atque mini-
strum, infra collegium Deo placentium praefecisti;
quique illum honorem mundanum fugere, ac etemū
petere monuisti: concede nobis, quæsumus, vt qui eius
festivitatem celebramus, eius apud te pro nobis sem-
per suffragia sentiamus. Per Dominum nostrum. Vitam
eius compendio narrant Hugo Menardus lib. 1. Obſervationum,
Guilielmus Gazeus in Historiâ Ecclesiastice Belgij, Andreas
Sauſayus in Martyrologio Gallicano; atque hic tradit offa eius
& cineres Sollemniaci affluari.

3. Molanus in Natalibus SS. Belgij, inter cetera ita scri-
bit: S. Hillonij festum postridie Epiphaniae Domini
in Ysleghem solempne est, quod etiam ab accolis
colitur pro sanatione febrium. Eodem die celebatur
festum eius in parochiâ Gids apud Rollariam, vbi ad
memoriam eius multa edita sunt miracula. Cur autem
in Ysleghem patronus colatur, cauſam allegant, quod
S. Eligius, cùm ad Flandros conuertendos è Franciâ
venit, eum seruum suum, comitem assumpti, & ad
Ysleghemenses, vt eos in fide Catholica instrueret, de-
stinârit. Cui etiam conuersionem suam, Dei gratiâ co-
operante, acceptam ferunt. Pingitur vt Abbas cum
pedo in sinistrâ manu, cum calice in dexterâ, ex quo eo
viuente infirmi sanitatem potabant. Haec tenus Molanus.
Rollaria, que & vulgo Rosselaria, est celebre Flandriæ mu-
nicipium. Ileghem inter Cortracum & Rosselariam pagus est,
Comitatus titulo ornatus.

4. XV. Ianuarij in vitâ S. Boniti ista habentur: Quâ de
Consultur re pergit ad quemdam opinatissimum Dei famulum
a S. Bonito. Tillonem, cognomento Paulum, utræ eo accepto cō-
filio, voto compleret quod mente conceperat. Quâ
cùm pergers Sollemniacense tenus peruenisset Sym-
mionem hoc monasterum, &c. Idem commemorat Iohan-
nus Sauaro in Originibus Claromontanis, qui S. Tillonem Ab-
batem Somonensem vocat. Cùm verò ex eadem S. Boni-
ti vitâ cōficeret, eiuselectionem à Theodorico II. probatam agen-
te Pipino Herſallo, hinc de S. Tillonis atate fieri conjectura
potest, cùm an. DCXCI. suscepisse primùm totius Neustriae ma-
gisterium Pipinustradatur. S. Audoinus in vitâ S. Eligij lib. 1.
cap. 10. Pollebat itaque magis & magis in vigiliis, in ie-
niuniis, atque in caritate: fabricabat in vsum Regis vī-
silia complurima ex auro & gemmis. Sedebat fabri-

cans indefessum; & contra eum Tyllo vernaculus eius
ex genere Saxonico, qui magistri vestigia sequens, &
ipse postmodum venerabilem vitam duxit. Agit de
S. Tillone Aubertus Miraeus in Fastis Belgicis, traditq; à non-
nullis Tilmannum appellari.

VITA

Ex mss. Claromareſcano.

PRÆFATIO AVCTORIS.

I GITVR cùm gentiles poëtae studeant sua figura-
Prolixis pompare stylis,
Sexua nefandarū renouent cōtagia teruim; ac
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis;
vt corum vana tantum discurrat gloria, quorum lau-
dem veterum ne cōtunt mendacia; cur nos Christiani Sancti, &
salutifera taceamus miracula Christi, cùm possimus in iis Chri-
sermone vel tenui, adificationis historiam pandere.
plebis præsertim & cū Ecclesiastice traditione, & Ap-
ostolicâ admoneamur auctoritate, de Sancto mi-
ris, seu virtutibus, nonnulla commemorare, vt scriptū
est: Memoria Sanctorum cum laudibus. Et illud: Lau-
demus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi, vt 7.
sit memoria eorum cum benedictione, & nomen illo-
rum permanet in æternum. Nos in Christi laudibus
recitare Sanctos debemus, quoniam revera Christi est
muneris, quidquid in Sanctis eius laudabile est.

2. Quia ergo omnium pænè miracula Confessorū, *vitas. Til-*
& multiplices victoriae Martyrum, litterarum monu-
mentis iam habentur inditæ; nos modò vel exiguum, *lonis cri-*
iuxta qualitatem ingenij, tentabimus librum, in quo de
ortu, & vitâ, glorioſoque obitu sancti ac beatissimi
Confessoris & monachi Tillonis, adiuuante supernâ
gratiâ, explicandum suscepimus. Id etiam ante nos iam
tentatum ab aliquibus ex nostris monachis, eruditissi-
mis viris, compertimus. Sed quamvis nos ad tantæ rei
narrationem minus sumus idonei, tamen fratum ca-
ritate frequenter exposcente, si Dei iuuerit fauor, quæ
optimè mihi comperta sunt, & quæ ad memoriam
Dominus reduxerit, quamquam imperito digeram
stylo, non leporem sermonis requirens, Sancti simpli-
cem vitam simplici sermone, ipsius animatus preci-
bus, enarrare tentabo: eius vita cursum sermone in-
culto, legenti tamen amoris obtentu ferre conabor in
publicum, vt cuius est vita cum Christo, memorie
gloria relatu celebretur in mundo, atque in hominum
ore dulci commemoratione viuat in terris, qui cum
Angelorum cœtibus viuit in cælis.

3. At ego cùm ultra vires meas præsumo nimium, *imperitia meæ timeo, cùm etiam doctissimi viri, quid-*
quid de eo dicere potuerunt, minus procul dubio sit
quam meretur: tamen ardore dilectionis, plus in illo
quid velim, quam in me quid possim, considerau. *Nam cùm sim debitor decem millium talentorum,*
velut

Styli excusatio. **a** velut exiguum meæ rusticitatis reddere debitum festino, culpam scilicet mercuens silentij incurtere, si agnita miracula, vt piger seruos, silentio abscondam. Vnde Lectorem obsecro, vt vilitatem nostri sermonis non usquequa deßpicat; quia etiæ utcumque eloquentia possit oratio promi, ita stylum placet corrigeret, vt nec simplicibus quibusque Grammaticorum displiceat, nec scholasticos etiam nimium contentus rusticitate offendat. Adeß plasmator ille, qui linguas infantium facit disertas, cuius gratia nobis adesse supplices optamus, vt ipso annuente, Confessoris sui palmam gradatim narrare possimus.

4 Quapropter Lectores obsecramus, & per gloriam apparitionis Christi precamur, vt ad nostram hæc simplicitatem oratio, per incolumem statum Catholicæ ferueretur Ecclesia. Sed præmium laboris nostri ultima, confido, pensabit dies. Sed ne prolixa præfatio prius fastidium generet, quæ Lector oculum historię inclinet, nobis quidem verecundiam, fratribus autem obedientiam impeditimus. Confido enim quod deuotionem non offendo, cum possim sermone vel tenui ad ædificationem, historiam pandere plebi. Ne in huius ætumnâ exilio, laqueo capti teneamur, tantò ad supernam gratiam tendere oportet, quanò huic mundo inhætere minùs iuuat: quia si consideremus, quæ & quanta nobis promittuntur in cælis, vilesunt omnia quæ cernuntur in terris.

a Ita ms. forrè contemps.

CAPUT I.

S. Tillonius genus, conuersio, sancta conuersatio.

5 **F**VIT vir vita venerabilis ex genere Saxonico, Tillo nomine, quem præ reuerentia sanctitatis, Pauli nomine vocare cœperunt. Natus ergo est ex parentibus & Arianis. Ergo cum haberet parentes idolis deditos, rosa, vt dicitur, de spinis floruit. Exinde iam diuinâ, vt credo, gubernante prouidentiâ, raptus à parentibus suis de patriâ suâ, Galliam quæ circa Rhenum est, more venali ductus est remigando.

Ab Eligio **b** Erat tunc B. Eligius captiuorum redemptor: habebat namque maximū in huiusmodi opere studium. Sanè. vbi cum que venumdandum intellexisset mancipium, magnâ cum festinatione & misericordiâ accurrens, mox dato pretio liberabat captiuum; nonnumquam verò agmen integrum, & vlique ad centum animas, cum de naui egredierentur, pariter redimebat, sed præcipue ex genere **b** Saxonum, qui abunde eo tempore veluti greges pecudum, à sedibus propriis euulsi, in diversa distrahebantur; inter quos etiam inuentus B. Tillo & redemptus est.

c **7** Cum autem vidisset eum S. Eligius iuuentute infantiae aspectu decoratum, & pulcherrimâ facie hilarem vultu, tradidit eum monachis Sollemniacensis monasterij, litteris imbuendum. Commendauit illum sancto viro **d** Rimailo Doctori, qui eo tempore Ecclesia Sollemniaci præcerat Pastor. Sic demum Catholicâ religione imbutus, salubrem vitam adeptus, studio erudiendi honoratur. In tantum diuinâ gratia illustratur, vt multi mirarentur eloquentiam eius in verbis: cuius sermo dulcis, ore mellifluo fragrabat cunctis. Cor senile gerens, semper obedientiæ erat intentus, in omni parte probatus, conuersabatur in aulâ deuotus: oderat quippe superbiam, diligebat virtutem; se etabatur itaque indeficientem caritatem, mansuetudinem, & humilitatem, erat quoque serenus aspectu, & tranquillus moribus, semper opera bona factis amplius quæ verbis ostendens: diligebat enim Dominum ex toto corde suo, & ex totâ animâ, & ex totâ mente suâ, nihilque Christi amori præponens, semper mense eius cælestia meditabatur.

8 Cum ergo videret Pater monasterij tantum filij ingenium, tradidit eum imbuendum domino suo, San-

Tom. I.

Monachus **377** *qui videlicet iam dicto Eligio, fabro auri probatissimo, Avr. 1. qui videlicet tunc temporis in palatio Dagoberti Regis Francorum, publicam in opere auti officinam gererat, à quo in breui huius officij vsum plenissimè edo- NYMO, & cœpit intra fines regionis in Domino laudabili- Ex mss. ter honorari. Fabricabat ipse B. Tillo in vsl Regis Inter oper- vtrensilia quæ plurima, ex auro, argento & gem- randum mis; qui & magistri vestigia in omnibus lequens, se- lectio- debat ad opus prædictū, & codicem sibi met præ ocu- lus habebat apertum, vt in opere laborans, diuinum etiam perciperet mandatum. Sic igitur duplum gerens officium, manus vslis hominum, mentem vsli man- cipabat diuino: gerebat enim iam tunc simplicitatem columbae, ne cuiquam machinaretur dolum; habebat & serpentis astutiam, ne aliorum supplantaretur insi- diis. Dignum quoque in cunctis gerens ingenium, fa- cilè loquebatur & purè.*

9 Ecclesiæ etiam conuenticulis frequenter in- Frequenterat, & quæcumque ibi ex diuinis Scripturis recita- in ecclesiâ. bantur, aurem libenter accommodans, audissimè hauriebat, atque ita omnia in cordis sui memoriâ re- tinebat, vt etiam cum absens esset, ea quæ didicerat, meditatione intentissimâ ruminaret. Vtebatur iam Dominico præcepto, quo dicitur: Quæcumque vultis Matth. 7. vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Et 12. illud: In quâ, inquit, mensurâ mensi fueritis, remetie- Marc. 4. tur vobis. Vnde & vice quadam, cum opera, quæ in vsl fabricæ patrârat, e..... Domino suo strenue ser- uebat, aut certè in ecclesiâ die noctuque cum eo erat. Ex hoc nempe ad altiora consurgens, factus est vir peritissimus, atque in omni arte fabricandi doctissi- mus; inuenitque gratiam in oculis S. Eligij & coram cunctis ministris eius.

10 Non post longum spatum cum B. Tillo iam Confessione iuuentur ageret ætatem, cupiens se vas Deo exhibe- animam, re sanctificatum, metuensque ne aliqua suum peccatum expiat. delicta fuiscerent, omnia adolescentiæ suæ coram Sa- cerdote confessus est aucta; sicque austera sibi imponens penitentiam, cœpit resistere carnis colluctationi, spiritus feruore castigans se in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in patientiâ multâ, atque in cari- tate non fletâ, secundum Apostolum. Proponebat n. 2. Cor. 6. que sibi aduersus ingentes præsentes carnis ardores, fu- Carnis vi- turi supplicij ignes; ac memoriâ ardoris gehennæ, ar- tia gehen- dorem excludebat luxuria. Orabat præterea iugiter ne meru- pro donis cælestibus, deprecabatur Dominum diebus refran- ac noctibus, illud ex libro Iob crebrius reueluēs: Ego, Iob 5. inquit, deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum, qui facit mirabilia magna absque numero: qui ponit humiles in sublime, & morientes in fospitate erigit.

11 Adimebat sibi saturitatem panis, vt cælestem posset præmereri panem: & os quidem ei ieiuniis pal- labat, corpus aridum marcescebat; sed mens durius semper æternæ patriæ amore astuabat; & vnde gra- uiora recordabatur, inde patientiùs leuiora porrabat: mortis & semper enim terminum vitæ præsentis intuēs, futuram. iudicij me- Dei sententiam & metuenda iudicia formidabat, sciens mor. scriptum: Beatus homo, qui semper est pauidus. Et il- lud Apostoli: Cum timore & tremore vestram salu- tem operamini, nec non & illud Iob dictum: Semper prou. 28. enim quæsi tumentes super me fluctus, timui Dominū. 14. Ad Domini pedes noctibus iacebat, manibus peccatum Iob. 31. 23. tundens, lacrymis genas rigans, amaroque suspirio oculis ad cælum leuads illum semper respiciebat, quem fortasse in minimis delinquendo offendere timebat, lacrymabili voce ingeminans: Tibi soli peccavi, misere- re mei secundum magnam misericordiam tuam.

a Id est, Gentilibus, ut patet ex sequentibus. Sic imperiti solent omne genus infidelium per notam sibi speciem exprimere; ita Geusios quidam vocant, alijs Lutheranos, omnes hereticos.

b Fuisus hoc in S. Eligij vita traditur. Idem eadem fidei atate mos Anglorum fuit, qui & ipsi Saxonica erant originis. Ceterum in Veromanduis venditum Tillonem ait Sanssøyus.

I i 3

c Cele-

Auct. c Celebre Ordinis Benedictini in agro Lemouicino monasterium,
MONA- de quo in vita S. Eligij 1. Decemb. S. Remaclii 111. Septemb. & alibi
CHOANO- mentio erit. Eius ad annum 637 meminit Sigebertus Gemblacensis.
N Y M O , d Claud. Robertus Kumasilum vocat, Molanus Rymailum,
Ex mss. Hugo Menardus Remaclum. Et sanguis S. Remaclus S. Eligij di-
scipulus, prefuitque post eum Solemniacensi canobio.
e Hic aliquid deest.

C A P V T I I .

Sacerdotium, prefettura, monita.

*Simonia
in Gallia
repressa.*

12 D E IN D S crudeliter in diebus illis Simoniaca hæresis pullulabat, & in vrbibus, & in cunctis finibus Francorum regni. Sollicitè tamen pro hoc in uigilabant sancti Episcopi, Eligius & Audoenus. Et in commune cum ceteris viris Catholicis habitu Concilio, suggesterunt Principibus & Optimatibus ut mortiferos viros citò delerent de corpore Christi, id est, vniuersali Ecclesiâ. Habuit itaque esse etum pia petitio eorum, & libenter obtinuerunt, quod deuotè rogaerunt. Tunc placuit omnibus simul cum Regis imperio, vt nullus pretio dario, ad Sacerdotale admitteretur officium, qui velut lupi rapaces munera dando, mercari purabant dona Spiritus sancti; sed potius viri vitæ irreprehensibilis ad officium Presbyterij eligerentur.

*Tillo fit
Abbas.*

13 Post hæc elegit S. Eligius S. Tillonem ad supradictum officium, & vt præflet monachis Solemniacensis Ecclesiæ. Ille namque in misericordia Christi confidens, considerabat, vt sicut quotidie peccamus, ita quotidie eleemosynæ essent, quibus piacula tergerentur; & ob hoc pecuniam suam cum Domino diuidens, gaudebat substantiam suam Christo sociare. Huius namque apud suos monita fuerunt nulla alia, quam diuina mysteria, & fundamenta ædificandæ spei, & firmamenta corroborandæ fidei.

*Eremus
perit.*

14 Itaque hic miles Christi egregius postquam audiuit obitum B. Eligij, vidēs se etiam in monasterio miris honoribus affici, perexit ad fines Aruernorum, & mutato nomine cœpit vocari Paulus. Sicque ad interiora montium transtulitus, quia numquā, ex quo monachus esse cœperat, in vrbibus mansit, egressus per viam solitudinis intrauit siluam, sicque ad mediterranea configit loca. Quæ cū diu lustrans repetisset cōgruum locum inter lecetros asperosque montes, quod vix reptando manibus & genibus potuit accedere; introgressus cōtemplatus est amœnum valde & remotum locum, arboribusque hinc inde circumdatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, sed & pomaria plurima. Mouebatur ipsius nemoris amœnitate, eremita habitacula olim fore. Cumque ad eum locum pretioso vestigiorum niteretur conamine, aspectu intuens cernere meruit quod optabat. Præbuit celitudo montis officium tendens ad Austrum; pendebitis enim scopolis, saxa immensa tenduntur ad Austrum. Nec procul habebatur fons aquæ viuz, qui perfundit lympham inter frondes nemoris. Vir Domini habitationi cōgaudens, habitatorem se loci illius Deo deuotus: putabat enim mens sancta eremi lucrū æternæ vitæ congruere. Multæ namque fuerunt rētationes eius, & die noctuque varia dæmonum insidiæ; quas si omnes velim enarrare, modum excedam voluminis.

*Eius in
victu au-
steritas.*

Herbarum succo, & paucis pomis vescebarunt semel in die, post Solis occasum. Post triduum vel quattuor sumebat panem & sal, potuque per pauco deficientem animam sustentabat orans frequenter & psalens, & rastro humum fodiens, vt ieiuniorum labore, labor operis duplicaret. Imitabatur monachorum Ægypti disciplinam, & Apostoli sententiam dicentis: Qui non operatur, non manducet. Sic attenuatus erat vir sanctus, & in tantum exhausto corpore, vt ossibus vix hæret.

2. Theft.

15 Quadam verò nocte tentator adsuit, eiique importunè insistere cœpit. Intellexit miles Christi dæmonum ludibria, & prouolutis genibus, Crucem Christi

signauit in fronte; talique armatus casside, & loricâ fidei circumdatu, iacens fortius deprecabatur. Super nudum humum semper cubitabat, vestem, quâ semel fuerat induitus, numquā lauans, & superfluum esse dicens munditijs in cilicio quædere. Nec mutauit al- *Habitu-*
*teram tunicam, nisi prior penitus scissa esset. Scripturas *seueritas.**
quoque sanctas memoriter tenens, post orationem psalmos quasi Deo præsente recitabat.

16 Exinde cū diu esset in eremo, notus factus est omnibus loci illius accolis, sicque nobilioribus indicatum est, & ipse cœpit vocari Paulus. Plurimis iam ad *Exhorta-*
tiones ad
populum. venientibus viris religiosis & mulieribus honestis, exhortabatur eos, dicens: Credite in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius, paterque in Spiritum sanctum, qui est trinus & unus Deus. Mentem à cogitationibus vanis, carnem ab immunditijs seruare puram; odite vanam gloriam; orate sœpissime.

17 Plures quoque per eum Dominus liberauit à *Miracula.* variis infirmitatibus. Numquā tamen pro incolumitate curatorum, est inflatus ad gloriam: non enim suam aut cuiusquam hominum, hancesse medicinam, sed Dei solius prædicabat. Sic hostem præterea inuisibilem orationibus & precibus repellere iugiter contendebat, pugnans ore, non gladio; orationibus, non telis; precibus, non ferro.

18 Sed cū notum factum esset omnibus Aruer- *Ingenia ad*
*norum vrbium habitatoribus, quod vir sanctus in soli-
tudine esset, efferebat ei testimonium ab omnibus,*
in tantum, vt multi videndi eum desiderio & studio re-
quierent, atque vt ante cellulam eius tumultus fieret
cum magno fauore. Deinde rogarus à religiosis viris,
vt exinde egredetur, & monasterij cellam, vbi com- *Monasto-*
modum prospiceret locum, ædificaret, reperit amœ- *rium con-*
sum locum, ibique cellulam facere cum magnâ indu- *ditum.*
striâ cœpit. Quod cœnobium vocavit à Bragge etc: ibi- *d*
que orationi intentus, hymnis & lectione vacabat.
Plures quoque ex diuersis prouinciis usque ad *e* trice-
num numerum monachos congregauit, & omnes eum
Paulum vocabant. Confluebant ad eum vndique ad-
ueniæ, vel monachi, & quidquid ei ab aliquo largieba-
tur, totum pauperibus distribuit. Obstupebant vniuer-
si oris gratiam, & corporis dignitatem, quod nec per
quietem intumuerat, nec ieiunij certamine faciem pal-
lor obsederat. Tam mita namque animi puritas in eo
fuit, vt nūquā hilaritate nimiâ resolutus esset in risu.

19 Quadam namque die congregati fratres roga-
bant, vt sibi salutifera largiretur præcepta; qui Prophe- *f*
ticâ fiduciâ exaltans vocem, aiebat, fad omnem man-
datorum Dei disciplinam, Scripturam posse sufficere. *Monachis*
Sed hoc optimum fore dicebat, si mutuis se ieiunicem *data ex-*
fratres consolarentur sermonibus. Et vos ergo, inquit, *horatio-*
vt Patri mihi referre quæ nos tis, & ego quæ per longam
æratem consecutus sum, sicut filii indicabo. Hoc sit
autem primum candis in commune mandatum, nul-
lum in accepti propositi vigore lassescere, sed quasi ini-
cipientem augere semper debere quod cœpit; præse-
tim cū humanæ vitæ spatia æternitati comparata
breuissima sint. Ita exorsus vir sanctus filuit, admirata
magnum Dei largitatem. Rufusque adiecit dicens: *Calum*
In præsenti hac vitâ æqualia sunt pro rerum commu- *paratu-*
tatione commercia, nec maiora recipit ab emente qui *nato.*
vendit; promissio autem vitæ sempiternæ vili pretio
comparatur. Ergo, filoli, non vos aut redium defati-
get, aut vana gloriæ delecatio ambiat: non sunt enim
condignæ passiones huius temporis, ad superuentu-
ram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ut enim con-
temnit aliquis vnam æream drachmam, ad centum
aureas comparandas; ita etiam qui totius orbis domi-
nium relinquit propter nomen Domini, centuplum in
sublimi sede percipiet. Illud summoperè perspicere
debemus, quod si nos velimus retinere diuitias, lege
mortis ab ipsis diuellemur inuiti. Cur ad lucranda
regna

regna cælestia non vltro relinqui mus, quod lucis istius fine perdendum est: nihil curæ sit monachis, quæ seculi auferre non possunt. Illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cælum, sapientiam scilicet, castitatem, iustitiam, virtutem, sensum peruigilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum iræ victorem, & hospitalitatem. Hæc sestantes in terrâ, mansio nem nobis secundum Euangeliu m præparemus in cælo. Ideoque deprecor ut ad finem propôsiti omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Loth imitetur vxorem, præsertim cum Dominus dicat, nul lum poneat manum super aratum, & respicientem retrorsum, dignum esse regno cælorum. Respicere autem retrorsum, nihil aliud est, quam in eo pœnitere quod cœperit, & mundanis rursus desideriis obligari. Animam nostram commendauit nobis Deus; seruimus propositum, quale accepimus. Nemo caussari posse extrinsecus situm, quod in se nascitur. Facturam suam qui fecit, agnoscit: opus suum inueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis ornat u, nec deturpes, homo, quod tibi largitio diuina concessit; quia opera Dei immutare velle, polluere est. Illud etiam sollicitè prouidere debemus, ut tyrannicam superemus iram, quia scriptum est: Ira viri iustitiam Dei non operatur.

Pro. 4.23. 20 Diuinæ præceptum vocis est, ut iugis custodiâ tueamur animum, quia exercitos ad supplantandum habemus inimicos, contra quos nobis, secundum Apostolicam contestationem, pugna sine fœdere est; ait enim B. Paulus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates huius mundi, aduersus spiritalia nequitia in cælestibus. Ingens eorum turba per istum volitat æterne, non procul à nobis hostium caterua discurrit. Et hoc primum mētibus nostris affigere debemus, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab eius constitutione, dæmonum cœpisse principium: peruersitas ista non naturæ, sed voluntatis est vitium: boni etenim, vt pote à Deo conditi, sed proprio mentis arbitrio ad terras tuere de cælis; & nunc nostri torquentur intidiâ, atque vniuersa commouere non cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus. Idecō necessarium est donum spirituum discernendorum à Domino petere, ut possimus tantas fraudes eorum Dominicæ Crucis euellere vexillo. Hoc munere quoque Paulus accepto dicebat:

2. Cor. 2.11. Non enim eius ignoramus astutias; hostile illis contra omnes Christianos odium est, maximè contra monachos: eorum semitis laqueos semper prætendunt, eorumque mētes impii atque obscenæ cogitationibus nituntur auertere. Denique & ipsum diabolū g. B. Antonius à se visum asseruit, quem & B. Iob Domino reuelante cognoverat: Oculi eius ac si species luciferi, & ex ore eius procedunt lampades incensæ: renes quoque eius incendium spargunt, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi de fornace æstuante: anima eius vt pruna, & flamma ex eius ore glomeratur. Sic ille inimicus funereas euomens voces, aliquos benè viuentium frequenter illaqueat. Sed nos, fratres, nec pollicitationibus eius credere, nec minas aut terrores formidare debemus: fallax enim semper, nihil veri promittit, & hamo Crucis, vt draco, aduncatus à Domino est, & capistro ligatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuum vincitus circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur. Contemnenda est, filioli, penitus cum inanibus verbis eius superbia atque iactantia: fulgor quo lucere se simulat, non verus splendor est; sed quibus arturus est indicat flammas. Nos verò Sæctorum vestigiis inharentes, eadem gradiamur viâ, quâ ille gradiebatur, qui memoratas fallacias prævidens canebat: Cùm confiseret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Solent ipsi dæmones nocte venientes, Angelos se fingere, laudare hominum studia, mirari perseverantium, futura præmia promittere. Quos cùm vi-

Eph. 6.12. Demoni follis in resistenti.

Iob 41.10.

PC. 38.2.

deritis, tam vos quâ domos vestras armate Crucis Av. c. signaculo, & confessim soluentur in nihilum.

21 Postquam B. Tyllo, quem illi Paulum asserebat, dicendi finem fecit, lantantes cuncti in variis virtutibus cupidè exardescabant. His ita trâstis, iugiter intentus manebat diuinis officiis erat enim eleemosynis largus, in vigiliis sedulus, in oratione deuotus, in caritate perfectus, in humilitate profusus, in sermone prelates.

cipius, in doctrinâ paratus, in locutione cautus, in cœversatione sanctissimus; in nullâ mundi compage catenatus, in obsequio seruorum Dei sticticetus, in prosperis & aduersis cælo semper intentus. Denique cùm frequenter ad eum confluenter monachi ac religiosi viri, non potuerunt saturari eloquio illius.

a De S. Audoeno agens xxiv. Augusti.

b Ab eo à catalogo Abbatum Solemniacensium apud Cl. Ro. bertiū.

c Contigit S. Eligij obitus an. DCLX. initio regni Lotharij. Saussayus n. Tillonem onus, inuito impositum, sponte excusasse.

d Molan. Bragette. Non meminit huius monasterij Cl. Robertus in Gallia Christianâ.

e Molanus & And. Saussayus tradunt eum ccc. monachis iſthic præfuisse.

f Hæc & sequentia monita ex vita S. Antonij xvii. Ianuarij sumpta sunt.

g Vita eius cap. 16. in editione Rofveydi id referunt.

C A P V T III.

Miracula ante & post mortem.

22 **V**ODAM verò tempore a venit in desiderio ei, a vi monachos Solleniacensis monasterij, quibus iam dudum præterat, visitaret. Deinde cùm quadam nocte omnes pauperes cœpissent frater, magnâ grauitate soimi sunt oppressi, ita ut ipse relieto monasterio cum duobus discipulis iter arriperet ad supradictum cœnobium. Vbi cùm peruenisset, cum gaudio à fratribus est receptus, quia numquā eum in hoc sæculo cernere cogitabant; & ita iugiter oblationem immolabunt augmentationis, ut propago beatitudinis in palmita, & palmes fructiferam salutem emanaret. Qui valet enarrare, quantâ alumnus Christi Tillo deuotio ne; quantaque humilitate in prædicto monasterio inter fratres incedebat? Erant igitur in eo loco tabernacula plena diuinis chloris psallentium, legentium, & orantium, tantumque ieiunandi, & vigilarunt ardorem cunctorum mentibus sermo eius affixerat, ut futuræ spei auditate, ad caritatem mituam, & misericordias indigentibus exhibendas ingi studio laborarent. Quis tantorum monachorum cuneos aspiciens, quis virile agmen concordiæ cernens non obstupescat?

disciplina. in quo nullus nocens, nulla detractionis susurratio; sed similitudo abstinentium, & certam officiorum. Nullus ibi quidquam propterum vendicabat, sed, vt in Act. 4. 32. bus legitur Apostolorum, erant omnino omnia omnibus communia. Qui locus tam fertilis tamque iucundus extitit; vt quisquis ibidem diuerteret inter pomorum hæc, & hortorum amoenitatem, in hæc ei libeat protinus prorumpere verba: Quā bona domus tua Iacob, & quā pulchra tabernacula tua Israël!

Num. 14. **23** Dum hæc ita agerentur, quibus indicis beatæ vitæ studium cœsiceret, deiecto B. Tillo in terram vul tu, depresso luminibus solo, caput humile inclinans, toto etiam subtiliter corpore cum magnâ gratitate inter fratres incedebat, singulisque se monachis pene terre prosternebat, atque ab omnibus petebat deuotissime, ut benedictionem acciperet; vilissimam panis tortam ab eis pro benedictione sibimet vendicabat. Præterat autem sub iisdem diebus venerabilis Abba

b Childomarus.

24 Quædam namque mulier gradi de vulnus habens, Mulierem occurrit ad portam monasterij, S. Tillonem videre ex latam eun orans: ille verò eam minimè videre voluit, sed hoc illi mandauit: Mulier, quid meum pœscis auxilium? & ego mortalism sum, tu que es socia fragilitatis. Si credis in

Auct. Christum, cui deserui, vade, & secundum fidem tuam
MONA- ora Deum, & sanaberis. Confestim illa credens abiit,
CHOANO- & inuocato Domino Iesu Christo, sine dilatione san-
NYMO. Ex m.s. ta domum reuertitur.

25 Posthac Sanctus sentiens se ad senectutem pro-
pinquare, petuit beatum Abbatem Gundebertum,
In cellâ se- qui tunc monasterio præterat, ut prope monasterium
paratâ extra murum, cellam in honore S. Eligij construeret,
sandissime vbi sequestratus à fratribus Dominô seruiret. Quam
petitionem pius Abbas adimplens, quinque stadiis, &
fermè amplius à monasterio, cellulam fieri fecit. vbi
vit Dei Tillo orationi intentus, numquā otū duxit,
quo non aut lectioni vacaret, aut opus Christi perfice-
ret, aut certè manibus aliquid operis perageret. Egre-
diens domum, orationis & Crucis muniebatur signo;
rediens verò oratio prius ei occurrebat, quam sessio:
taliter namque agebat cunctis diebus vitæ suæ, & in
his exercitiis ad æternam patriam iugiter anhelabat.
Completo vespere omni officio, simulabat se palam
quiescere strato; sed mox vt eius cubicularij obdor-
missent, ille surgens è lecto ingrediebatur ecclesiam,
totum se prosternens in paumento, ibique noctis spa-
tio Dominû cum lacrymis exorabat, illi cupiēs placere

Matth.6. qui dixit: Ora Patri tuum in abscondito, & Pater tuus,
6. qui videt in abscondito, reddet tibi. Sicq; semper faciebat.

d **26** Alio namque tempore cum Almanna vxor Lâ-
tarij Comitis, quæ primum maritum habuit nomine
Acronem, misserit ad sanctum virum, vt aduersus mor-
in vaculo. borum caussas, necessarium oleum benediceret, am-
pulla, quam miserat, vitrea nequaquam fuerat plena.
Quod Sancto benedicente ita crevit, vt dum ad ma-
tronam vasculum reportaretur, inter manus portan-
tis pueri sic exabundaret, vt omne illius vestimentum
liquoris vnda inficeret. Hoc videns matrona, ipsa quo-
que eum videre properauit, rebusque suis ecclesiam
ditauit, & Sancti orationibus se commendauit.

e **27** Quædam alia mulier propè iam mortua, vul-
nus gestabat in collo: occurrit ergo sancto viro, obse-
crans vt super hoc signum Crucis armaret, quia iam
mori timebat. Cumque super vulnus plenum vermi-
bus, Christi signum exprimeret, repente mortui sunt
vermes, & femina rediit incolmis.

f **Item para-** **28** Adiiciantur virtutes operum, quæ vera esse cre-
duntur. Quædam die cum ipse Sanctus portam mona-
sterij veller ingredi, inuenit vnum de vernaculis con-
tractis nervis, vestigio debilitatum, & claudicabat
pede: qui concitus deprecabatur vt sibi vir sanctus
succurreret. Mox pro eo fusâ oratione, cum benedi-
ctione rediit incolmis, quem tetigit sancta manus.

g **29** Erat etiam in iam dicto monasterio, in cellario
fratrum positum vas, quod vulgo tonna vocatur, ha-
bens modicum Falerni, vnde ipse consueuerat fratres
Vas vacuū caritatem rogare. Accidit ergo quadam die, vt parum
benedicens fratres Falerni pro benedictione perciperet de eodem
vino re- vase, deinde sanctus vir benedixit vasculum, atque à
monasterio discessit. Facto autem die altero, fortuitu
minister ingressus cellarium, inuenit tonnam, quæ pri-
die vacua remanserat, vsque ad os vino repletam. Sed

vir Domini primùm inde modicum gustauit, & fra-
tres qui aderant, largissimos ex eo hauserunt potus.

30 Multa enim luna virtutum opera, quæ per bea-
tum omnipotens Deus declarauit virum. Ergo quo-
modò ex hac vitâ ad Dominum migravit, cupio per-
stringere adiuuante Domino. Factum est autem, cùm
iam vir Domini senilem ageret ætatem, post multipli-
ces huius vitæ labores, post diuersa eremitica miferi-
cordia opera, post dulcia exēpla, cùm esset annorū am-
plius nonaginta, scis dissoluitionē sui corporis immi-
nere, dixit monachis Sollēniacensis monasterij: Scitote
Dominini mei, quia me Dominus de laqueo huius sæculi
in proximo liberate dignabitur. Cùm hoc audissent
fratres, responderunt: Non contingat tibi hoc, Sacer-
dos sancte, neque nobis videre, sed almitatem tuam
Christus mundo adhuc conseruet. Quibus prostratus
in paumento cum lacrymis dixit, cunctis oscula libās:
Nolite, quæso, fratres mei, tristari, sed magis gaudete,
quia hoc olim desiderabam. Sic dicens, siluit.

31 Deinde leuissimâ febre correptus, tædere cœpit. Episcopum
Polt. ipso Dominicæ apparitionis die, Ecclesiæ sua
omnia dispositus, & suum monumentum vbi fieret cō-
stituit, vocatoque puero dixit: Festina, fili, citò ad vr-
bem Lemouicum, & dic f Pastori Ecclesiæ, vt crastinâ f
die hoc veniat, corpusque meū sepulturæ tradat. Nun-
cius quippe iussa adimplens, præfatum Pastorem in
gravi languore iacentem inuenit, vi nec stare, nec se-
dere, nec leærigere, neque ad latu aliud declinare va-
leret. Sed g mox vt nuntij verba audisset, eundi causâ g
erigere se rogauit, atque ad vitum Dei, nullo manum
ei annuente, propriis pedibus ambulando peruenit,
ipsumque sacrosanctum corpus cum monachis, qui Ab eo sepe-
ibidem aderat, sepulchro mancipauit. De super etiam litur.
b scripturam ex auro argentoque, miro modo fabri-
cauit. Sicque omnis agitudo ab eo discessit, & ille
gaudet, & benedicens Deum, reuersus est ad Sedē suam.

32 Multæ ibi, iubente Domino, & S. Tillonis me-
ritis operantur virtutes. Inter quos etiam & i cincen-
tillus exabundante vbertim oleo perfunditur. Ex quo E sepulchro
sancto olei liquore, multi peruncti illic à diuersis sa-
niantur infirmitatibus, præstante Domino nostro Iesu
Christo, cui est omnis honor, gloria, & imperium, in
sæcula sæculorum, Amen.

a Menardus & Saussayus habent, ab Angelo admonitum ut re-
diret Sollemniacum.

b Cl. Robertus Childemerum vocat. Fallitur Saussayus, qui
cum rediit S. Tillo, prefuisse cenobio Gondobertum scribit.

c Cl. Roberto est Gundobertus.

d Molan. Lantaris.

e Addit Molanus: Munera porrð, gratitudinis ergo à Comi-
te missa, cum indignatione reiecit.

f Saussayus Ermenonem vocat.

g Saussayus ait, cum venire nequivisset, auditâ illius morte,
implorataque eius apud Dominum ope, repente conualuisse,
venisseque ad serui Dei exequias, & cum Monachis faci corporis sarcina humeros supposuisse, atque propriis manibus
exuias sanctas composuisse in tumulo.

h Menardus & Saussayus, forniciem.

i Lego cicindelis, quæ voce Gregorius Turon. & alij utuntur,
significatq; vires lucernam sive lampadem, aut vas in quo arde
oleum.

VITA BEATI WITTEKINDI MAGNI VVESTPHALIAE DVCIS.

CIRCI-
TER A.N.
CHRIST.

DCCCVII. I
VII. IA-
NUARI.

20.

CAPUT I.

Wittekindi sanctitas publicè celebrata.

Q VONIAM, vt Apostolus predicat, vbi super-
abundauit delictum, sèpè superabundat & gra-
tia; euénit quandoque, vt qui acerrimo bello Ecclesiam Dei

fuerant persecuti, ij deinde pro eius honore gloriose depu-
gnent, atque insigni florent sanctimonia laude. Quo in ge-
nere eximiè se VVittekindi Saxonum Ducis virtus extulit;
qui cùm annos plures bella cum Franciæ, non tam pro gentis sua
libertate, quam odio Christianæ religionis gesisset, tandem di-
uinâ gratiâ emolliit, ad exosa prius sacrâ complectenda ad-
iecit

ecit animatum; eo ardore, ut deinceps & pietatis haud vulgarem gloriam viuis, & Diuorum post mortem honores adeptus sit. Nam ita eius natalem VII. Id. Januarij celebrant Carthusiani Colonenses in Addit. ad Vfuardum, anno MDXV. & MDXXI. Vvittekin- editis: Item sanctae memoriaz Wedekindi Ducis Westphaliae in Angâ quiescentis. Eadem habet Martyrologium Germanicum a Petro Canisso Nostro recognitum. Ferrarius quoque in generali Catalogo SS. Angariæ in Westphaliâ S. Wedekindi Ducis. Est Angaria, sive Angria, vulgo Engheten, oppidum VWestphalia in Comitatu Rauensbergeſi.

Sanctitas à variis celebrata: 2. VVernerus Rolevinck Carthusianus, qui ante cxxx. annos floruit, libro 3. de VWestphalorum moribus, cap. 8. vbi sanctos & illustres viros recenset ac reliquias illius prouincia, ita scribit: Sequitur deinde S. Wedekindus, olim Dux vel Rex illius populi, quem Carolus de sacro fonte suscepit, & salutaribus monitis instruxit. Hic deinceps tanto studio pristinam corredit vitam, ut post vitæ excessum claret miraculis. Eius ossa in Engers quiescunt. id est, Angariæ proprie Heruordiam. Georgius quoque Fabricius (ut etiam ab Ecclesiæ inimicis testimonium petamus) Rer. memorabil. Saxon. lib. I. ad annum 807. VVitichindus testatur inter Diuos habitum, ut infra dicemus. Faſtumne tam id sit Ecclesia Romana publicâ auctoritate, haud compri-

regerat: 3. Res fortiter ante susceptam Christi religionem, aut piè deinceps ab eo gestas, plerique attigere Gallici scriptores; nemo vnuus dedita operâ integrè omnes prosecutus est, qui quidem extet. Ex variis igitur antiquis Auctoriis paucula excerpemus. Haud vulgare VVittekindi decus meritò censeri potest, quod ab eo ortam ferunt, ut auctor est Petrus Bertius rerum Germanicar. lib. 2. c. II. tot iam seculis in Gallia rerum potitam, illum Hugonis Capeti familiam.

C A P V T I I.

Antiqui Saxones. Eorum Dux VVittekindus:

4. *OMNIVM, que sunt à Carolo Magno gesta, bellorum nullum, inquit Eginhardus in vita Caroli, Saxonico neque prolixius neque atrocius, Francorumque populo laboriosius susceptum est: quia Saxones, sicut omnes ferè Germaniam incoentes nationes, & naturâ feroce, & cultui dæmonum dediti, nostræque religioni contrarij, neque diuina neque humana iura vel polluere vel transgreedi inhonestum arbitrabantur. Suberant & cauſæ quæ quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet Francorum & illorum, pñne vbiq[ue] in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel silvæ maiores, vel montium iuga interiecta, vtrorumque agros certo limite distinguit: in quibus cædes & rapinæ & incendia vicissim fieri non cefabant. Quibus adeò Franci sunt irritati, ut non iam vicissitudinem reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum iudicarent. Susceptum est ergo aduerlus eos bellum, quod magnâ vtrimeque animositate, tamen maiori Saxonum quam Francorum damno, per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia patetur. Difficile dictu est quoties superati, ac supplices Regi se dediderunt, imperato facturos polliciti sunt, obſides, qui imperabantur, absque dilatione dederunt, Legatos qui mittebantur suscepserunt; aliquoties ita domiti & emolliti, ut etiam cultum dæmonum dimittere, & Christiana religione se subdere velle promitterent. Sed sicut ad hæc facienda aliquoties p[ro]misi, sic ad eadem peruerenda semper fuere præcipites: ut sati non sit aestimare, ad vtrum horum faciliore[rum] verius dici possint. Quippe cum post inchoatum cum viis bellum vix annus vnuus exactus sit, quo non ab eis huiuscmodi facta sit permutatio.*

Incentor VVittekindus; sed nō perfidus. 5. Præcipius rebellionum incentor VVittekindus fuit vsque ad annum regni Caroli XVI. licet fidem ipse frerit fortasse numquam, quam numquam dederat; sed cum ceteri variis cladibus attriti Franci se subderent, vel in Daniam semper profugit, vel munitionem aliquam insedit. Ita Annales Francorum

ex codice Ioannis Tillij ab Andréâ Du-Cheſne editi, ad annum Ex v. A. DCCLXXXVIII. Tunc dominus Rex habuit placitum ad R. I. Patresbrunna primâ vice. Ibique venientes Franci & Saxones, excepto Witigingo, qui partibus Normaniæ confudit. Et alij Annales ex ms. Loifeli ad eundem annum: Tunc dominus Carolus Rex Synodus publicum habuit ad Paderbrunnen primâ vice; ibique conuenientes omnes Fratini, & ex omni parte Saxoniae vndeque Saxones conuenerunt: excepto quod VVitochindis rebellis extitit cum paucis aliis, & in partibus Normanniæ confugim facit vna cum sociis suis. Iterumq[ue] ad annum DCCLXXXII. Tunc dominus Carolus Rex iter peragens, Rhenum transiens ad Coloniæ Synodum tenuit vbi Lippia consurgit. Ibique omnes Saxones venientes, excepto rebellis VVindochindus.

6. Quia verò VVittekindum alij Regem, alij Duxem An in Re Saxonum vocant; opera pretium est, veteris Saxonica Reip. for- fuit. mam ac populos ex antiquis scriptoribus exhibere, vt quo Magistratus funditus fit VVittekindus intelligi clarius queat. Erat certè, vt ait Eginhardus, Saxonia Germaniæ pars non modica. Distinctius eius populos describit Poëta historicus, qui Arnulphi Imperatoris aeuo vixit. Hic ad annum DCCLXXIT. Indict. ix. ista habet:

*Paulo Romanæ defuncto Praesule Sedis;
Suscepit post hunc Adrianus Ponsificatum.
Et Rex VVormatiam Carolus collegit in urbem
Francorum Proceres ad Concilium generale.
Cum quibus ut bello Saxones aggredieretur
Decreuit: quoniam Saxonum proxima Francis
Adiacet ad Boream tellus: vix limite certo
Divisi gentis fines vtilisque cohærent:
Quæ tum vicinæ quod plus regione fuere;
Tanto seiunctas animis discordia fecit.
Finitimos sedenim per agros vtrimeque solebant
Affiduè fieri cædes, incendia, præda.
Saxonum natura ferox, & pectora dura,
Ferre iugum Christi needum dignata suave,
Dæmonico nimil fuerant errore subacta.
Christicolæ verò iam longo tempore Franci
Catholicam tenuere fidem, multisque per orbem
Iam dominabat sur populis, quibus vndique fulti,
Præipue virtute Dei quem ritè colebant,
Hanc vnam poterant nimilum vincere gentem;
Quæ nec Rege fuit saltem sociata sub uno,
Ut se militiæ pariter defendeter vnu.
Sed variis diuisa modis plebs omnis, habebat
Quot pagos tot p[ar]e Duces, velut vnius artus
Corporis in diuersa forent hinc inde reuulsi.
Sed generalis habet populos diuilio tenuos,
Insignita quibus Saxonum floruit olim:
Nomina nunc remanent, vittis antiqua recessit.
Denique VWestphalos vocant in parte manentes
Occiduā, quorum non longè terminus amne
A Rheno distat. Regionem solis ad ortum
Inhabitant Osterlingi, quos nomine quidam
Ost-valos alio vocant, confinia quorum
Infestant coniuncta suis gens perfida Sclavi.
Inter prædictos mediâ regione morantur
Angarij, populus Saxonum tertius. Horum
Patria Francorum terris sociatur ab Austro,
Oceanoque eadem coniungitur ex Aquilone.
Hac ille. Non tamen Paulo succedit immediate Hadrianus
Papa, sed Stephano.*

7. Consentit VVitichindus Corbeiensis Annal. lib. I. Vla que hodie, inquit, gens Saxonum triformali genere ac lege præter conditionem seruilem diuiditur. A tribus etiam Principibus totius geritis Ducatus administratur, certis terminis exercitus congregandi potesta- te contentis, quos suis locis ac vocabulis nostris signatos, in Orientales scilicet populos, Angarios, atque VWestvalos. Si autem vniuersale bellum ingrueret, forte eligitur cui omnes obediere oporteat, ad administrandum itinere bellum. Quo peracto, æquo iure

*Saxonum
veterum
indoles:*

*Tres popu-
li.*

Ex v. A. iure ac propriâ potestate vnuusquisque contentus viuebat. *Beda quoque VVitichindo multò antiquior lib. 5. Eccles. hist. gentis Anglor. cap. 11. cum de Sanctis duobus Ewaldis agit, qui in Vvestphaliâ Euangelium prædicarunt, ita scribit:* Qui venientes in prouinciam intrauerunt hospitium cuiusdam villici, perieruntque ab eo ut transmittenetur ad Satrapam qui super eos erat, ed quod haberent aliquid legationis & caussæ virilitatis, quod deberent ad illum perferre. Non enim habent Regem iidem antiqui Saxonæ, sed Satrapas plurimos suæ genti præpositos, qui ingruente belli articulo, mictunt æqualiter sortes, & quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur, & huic obtemperant. Peracto autem bello, rursus æqualis potentia omnes fiunt Satrapæ.

Is è pluribus Satrapis forte legitur.

Rex quandoque appellatus.

Tres ordinates inter Saxones.

Albertus Crantzus xxi. eiusmodi Satrapas constituit lib. 1. Metropol. cap. 1. Ferunt, inquit, gentem indomitam Regibus subesse non passam, duodecim primarios viros prefecisse, qui per omnem prouinciam publicæ virilitati inferuissent, cōsulentes in medium de rebus gerendis. Annuus erat inter illos per vices magistratus. Quod verò publicum deforis bellum illatum in magistratu deprehendisset, is durante bello Rex appellabatur, cuius imperio parerent vniuersi: bello autem pace mutato, regium nomen pariter deponebat. Sic Edelhardtus, unus ex duodecim Proceribus, paullò antè Wedekindum Rex inscriptus legitur: & ab urbe Osnaburgâ quingentis vix passuum spatiis, reliquias arcis esse hodie commonstant, quam arcem regiam vocant Wedekindi.

9 In tres præterea ordinates gentem vniuersam, & videlicet trium iam enumeratorum populorum singulos, distribuit Nithardus Hisfor. lib. 4. Saxones quidem, inquit, sicut vniuersis per Europâ degentibus patet, Carolus, Magnus Imperator ab vniuersis nationibus non immiterò vocatus, ab idolorum variâ culturâ multo ac diuerso labore ad veram Dei Christianamque religionem conuerit. Qui ab initio tam nobiles, quâ & ad bella promptissimi, multis indicis perspèclaruerunt. Quæ gens omnis in tribus ordinibus diuisa constitit. Sunt enim inter illos qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur; Latinâ verò lingua hoc sunt, Nobiles, Ingenuiles, atque Seruiles.

C A P V T III.

Bella VVittekindi adhuc gentilis.

Belli Saxonici incensor VVittekindi.

Quod V. & bellum gesserit ante conuersionem VVittekindus, haud sane multam attinet indagare, quando ea non tam laudem ei quam dedecus attulisset semper, nisi illum Dei benignitas ruenterem vltro in exitum forti dexterâ reuocasset. Quia tamen in iis magna eius & præclara eluet indoles, sed quam & gentis barbaries ac proprium quoddam odium aduersus Francos, dominantem latè populum, omnesq; ad eum Christianos nimium quantum efferrârunt; & vltro quoque diuina gratia multò redditur illustrior, cum ita altè implicitum sceleribus hominem expedit, statuitq; in libertatem filiorum Dei, aut etiam cum Principibus populi collocat, in Diuorum videlicet cœtu beato & immortali; nec ea quidem nos præterire omnino tacitos fas est. Existimarim sane quecumque à Saxonibus contra Carolum gesta sunt bella visque ad annū Christi DCLXXXV. ea præcipue VVittekindi ductu & auspicio esse gesta; fortassis etiam vltro quesitam bellum occasionem, Francorum limitum assidua infestatione.

Eo bello gesta per annos distincta.

11 Anno igitur Christi DCLXXXII. regni sui IV. Saxoniam cum infecto exercitu ingressus Carolus, Eresburgum castrum expugnauit, Irminsul idolum eiusq; fanum euertit, cum Saxonibus ad Vifurgum collocatus, XI. obsides accepit.

Anno DCLXXXIII. & DCLXXXIV. dum Rex Italicae expeditione disfinetur, ad vltionem acceptorum damnorum insurgunt Saxonæ, (vt Eginhardus ceteriq; Francorum Anna- lium scriptores narrant) stimulante, vt verisimile est, VVittekindo. Dum verò Frisia adificata olim à S. Bonifacio ba-

silicam igni perdere nequidquam nituntur, terrore diuinitus in- iecto aguntur in fugam. Carolus Inghelheimum, iuxta Mo- Saxonæ guntiam, reuerius, quadruplicem contra eos exercitum misit, diuinitus aut quatuor scaras, vt habeat Monachus Egolismensis; qua ter fugatis conseruere cum Saxonibus manus, prædamq; luculentam retu- lere. Inde habitu Duricæ (ideft, Marcoduri, vt reor) con- uentu, Rhenum ipsem Carolus anno DCLXXV. traxit, à Carolo Sieburgum castrum cepit, Eresburgum redicatum pre- Magno muniuit; Vifurgis transiit intercludere cupientes fudit; Hes- sonem Ostivarum Ducem, mox & Brunonem Angariorum in fidem recepit. Sed & aliquam ipse cladem accepit, non exigua manu Saxonum pavulatoribus permisit, atque in castra sub noctem cum iis ingressa, lateq; cades miscente.

12 Anno DCLXXVI. iterum profecto in Italiam Caro- rebellans, corripuit arma Saxonæ, Eresburgum deditio- nis cepit, & ac rursum subriœ, Segeburgum aggressi, non sine cælestibus portentis depulsi ac fugati sunt. Rex cum exercitu ad Lippia fontem (quod nunc oppidum ditionis Paderbornensis, vulgo Lipsspring) venit. Rursum se submisere Saxonæ, plurimiq; Christo dedere nomina, ac baptismo lustri sunt, quacumque demum fide; nam id in ambiguo ponunt Auctores. Communia Francico præsidio castella aliquot.

13 Anno DCLXXVII. Rex primâ veris adspirante temperie, inquit Eginhardus, Nouiomagum profectus est, & post celebratam ibidem Paschalis festi solemnitatem, propter fraudulentas Saxonum promissiones, quibus fidem habere nō poterat, ad locum qui Padra- brunna vocatur, generalem populi sui conuentum in eo habiturus, cum ingenti exercitu in Saxoniam pro- fectus est. Eò cum venisset, totum perfidæ gentis Se- vVittekindatum ac populum, quem ad se venire iusserat, mori- dux a. l. Da- gerum ac fallaciter sibi denoutum inuenit. Nam cuncti nos profu- git. ad eum venerunt, præter VVidikindum vnum è Pri- motibus VVestphalorum, qui multorum sibi facinorum conscius, & ob id Regem veritus, ad Sigefridum Danorum Regem profugerat. Ceteri qui venerant ita se Regis potestati submisere, vt eâ conditione tunc veniam accipere mererentur. Si vltoriis sua statuta violarent, & patriâ & libertate priuarentur. Baptiza- ræ est ex eis ibidem maxima multitudo, quæ se, quamvis falsò, Christianam fieri velle promiserat. Ita Egin- hardus, ceteriq; Annalium scriptores. Hinc verò coniuncti potest, morta toties rebellionis, cedisse etiam fortassis in castro perpe- trata, auctorem extitisse VVittekindum, de quo antè citatus Poëta:

Quod Carolus veniens, collectos repperit omnes
Pæne Duces, populumque simul, rotumque Senatum.
Saxonum, niti quod quidam VVidokindus abinde
Aufugit, Regem veritus. Nam conscius idem
Audacis sibimet facti, multiique reatus,
Sifridum petiit Danorum sceptra regenteim.
Porro Duces illic alij cum plebe gregatâ
Suppliciter cuncti veniam pacemque petentes,
Paruerant Regi tali sub conditione,
Vt cunctâ scelerum dimisâ mole priorum,
Si pôst auderent eius violare statuta,
Libertate simul prisâ patriâque carerent:
Quorum tum Christo se credere velle professa
Magna salutiferum suscepit turba lauacrum.
Sed simulata fides versuto prodit ore,
Quod notum multis fecere sequentia gesta.

14 Anno DCLXXVIII. cum in Hispaniam abiisset Caro- lus, Saxonæ persuasione VVitikingi, vt habet Annales Til- liani, iterum rebellauerunt. Interē Saxonæ, inquit Egin- hardus, velut occasionem naecti, sumptis armis ad Rhe- num vsque profecti sunt. Sed cum amnem traicere Eius confi- non possent, quidquid à Duicâ ciuitate vsque ad flue- lios rebellârunt. Saxonæ: ta Mosellæ vicorum villarumque fuit, ferro & igne depopulatis sunt. Parimodo sacra profanaque pessum- data. Nullum ætatis aut sexus discriminem ira hostis fece- rat: vt liquido appareret, eos non prædandi, sed vltio- nem exercendi gratiâ Francorum terminos introisse. Cuius rei nuntium cum Rex apud Autiiodorum ciui- tatem

tatem accepisset, ex templo Francos Orientales atque Alemannos ad propulsandum hostem festinare iussit. Ipse ceteris copiis dimissis, Haristallium villam, in qua huius maret, venit. At Franci atque Alemanni qui contra Saxones missi erant, magnis itineribus ad eos ire continebunt, si forte in finibus suis eos inuenire possent. Sed illi iam re peractâ reuertebatur ad sua. Quorum vestigia securi qui à Rege missi fuerunt, in pago Hafsiiorum super fluuium Adernam iter agentes reperebunt: eosque statim in ipso fluminis vado adorti, tantâ strage ceciderunt, ut ex ingenti multitudine ipsorum vix pauci domum fugiendo peruenisse dicantur.

15 Nec fracti sunt animis Saxones eâ acceptâ clade: sed delectu habitu, haud exigua rursus copias produxerent. De successe scribit Poëta:

At Rex intentè meditans inuadere terras
Saxonum, citius Rhenum traiecerat amnem.
Cui se spe vanâ gens ipsa resistere posse
Confidens, pariter sumptis occurserat armis,
In quodam collectâ loco, Bocholt vocato.
Sed cùm cœpissent acie configere, statim
Terga dedit, numero Francorum territa grandi.
Acceptit tunc VVestphalos in ditionem,
Progressusq; dehinc VVisuram peruenit ad amnem.
Atque dies aliquot mansit statione locata.
Angarios, sed & Ostphalos ad se venientes
Promissam firmare fidem, quâ semet eidem
Subiectos fore spondebant, animoque fideles,
Obsidibusque datis sacramentisq; coegerit.

16 Anno DCCLXXX. res Saxonicas compositurus Visurgim traicit cum valido exercitu Carolus. Multi baptizatum suscepere.

Alter annus quietus fuit.

Anno DCCLXXXII. habito apud Lippia fonte conuentu, in Galliam Rex abiit. Tum VVidikindus, inquit Eginhardus, qui ad Nordmannos profugerat, in patriam reuertens, vanis spibus animos Saxonum ad defensionem concitauit. Interea Regi allatû est, quid Sorabi Sclaui, qui campos inter Albim & Salam interiacentes incolunt, in fines Euringorum ac Saxonum, qui eis erant contermini, prædandi causâ fuissent ingressi, & directionibus atque incendiis quædam loca vastassent. Qui statim accitis ad se tribus ministris suis, Adalgiu Cuniculario, Geilone Comite stabuli, & Vorado Comite Palati, præcepit ut sumptis secum Orientalibus Francis atque Saxonibus, cōtumacium Sclauorum audaciam quâ celerrimè comprimerent. Qui cùm iussa facturi Saxonæ fines ingressi fuissent, comperebunt Saxonæ ex consilio VVidikindi ad bellum Francis inferendum esse paratos. Omissoque itinere quo ad Sclauos ituri erant, cum Orientalium Francorum copiis ad locum, in quo audierant Saxonæ congregatos, ire contendunt. Quibus in ipsâ Saxonâ obuiauit Thedericus Comes, propinquus Regis, cum iis copiis, quas auditâ Saxonum defensione raptim in Ripuaria congregare potuit. Is festinantibus Legatis consilium dedit, ut primò per exploratores, vbi Saxonæ essent, vel quid apud eos ageretur, quantâ possent celerritate cognoscerent: tum si loci qualitas pateretur, simul eos adorirentur. Cuius consilio collaudato, vna cum illo usque ad monte qui Sontal appellatur, in cuius septentrionali latere Saxonum castra erant posita, peruenierunt. In quo loco cùm Thedericus castra posuisset, ipsi sicut cum eo conuenerant, quid facilius montem circumire possent, transgressi VVisuram, in ipsâ fluminis ripâ castra posuerunt. Habitoque inter se colloquio, veriti sunt ne ad nomē Thederici victoria fama transferret, si eum in eodem prælio secum haberent. Ideoque sine eo cum Saxonibus congregati decernunt: sumptisque armis, non quasi ad hostem in acie stantem, sed quasi ad fugientem contendunt. Terga insequi, spoliaque diripere, prout quemque velocitas equi sui tulera, quâ Saxonæ in acie pro castris stabant, vnuquis

que eorum summâ festinatione adoriuntur. Quod cùm Ex va-
esser peruentum, malè etiam pugnatum est. Nam cō-
missio prælio circumuenti à Saxonibus, pñne omnes
interfecti sunt. Qui tamen euadere potuerunt, nō in sua
vnde profecti sunt, sed in Thederici castra, quæ trans
montem erant, fugiendo peruenierunt. Sed maior clade affi-
Francis quâ pro numero iactura fuit: quia Legato-
rum duo Adalgis & Geilo, Comitum quatuor, alio-
rumque clarorum atque nobilium usque ad xx. interfe-
cti, præter ceteros qui h̄os securi potius cum eis perire,
quâ post eos viuere maluerunt.

17 Cuius rei nuntium cùm Rex suscepisset, nihil Fugit
sibi cunctandum arbitratus, collecto festinanter exer-
citu in Saxoniam proficisciuit. Accitisque ad se cunctis
Saxonum Primoribus, de auctoribus factâ defectionis
inquisivit. Et cùm omnes VVidikindum huius sce-
leris auctorem proclamarent, ipsum tamen tradere
nequirent, cùd quid re perpetrata ad Nordmannos se
contulerat, ceterorum qui persuasioni eius morem ge-
rentes tantū facinus perpetrauerunt, usque ad MMMD.
traditi, & super Alaram flumen, in loco qui Ferdi vo-
catur, iussu Regis omnes vnâ die decollati sunt. Huius-
modi vindictâ perpetrata, Rex Theodonis-villam in
hiberna concessit: ibique & Natalé Domini & Pascha
more solito celebravit.

18 Anno DCCLXXXIII. superiore fortassis victoriâ elati
Saxones, ausi cum Carolo signis collatis dimicare, duplice prælio
vnus mensis spatio fusi sunt, priori in campo Thitemello Iterum ac
(hodie Detmolde dici sribit Ioannes Isacius Pontanus) alter-
ro circa Hasam flumen. Nec dubium est quin saltem alteri in-
terfuerit VVittekindus; quem ferunt deinceps ad Visurgim
in arce obsecsum, sed inde clâm fugâ elapsum. Vastata latè inter
Visurgim & Albim regio. Ruxiu anno DCCLXXXIV. & hiemo
sequenti variis cladibus attriti sunt Saxones, semel à Carolo
Caroli filio equestri prælio vici.

19 Hac obiter de VVittekindi bellis dicta sint; quæ tacit
omnino præteriſſimus, nisi qui vir fuerit antequam Christi iugo
submitteret cervices, ignorari noluiſſimus. Erit fortassis qui res
inlyra gentis VVesthalica aliquando illufret, & hec ipsa ple-
nius exequatur.

C A P V T IV.

VVittekindi conuersio.

20 CVM iam annus Christianæ salutis post septen-
gentos octogesimus quintus ageretur, inquit Crantzus Saxon. lib. 2. c. 23. & iā tēpus venisset ab alto
misericordi; VVedekindus visitatus à Domino ad lucem
respexit. Eginhardus in Annalibus ad eum annum, Transacta
tandem hieme, inquit, & aduectis ex Franciâ comme-
tibus, publicum populi sui conuentum, in loco qui Pad-
drabrunna vocatur, more solemnî habuit. Ac peractis
iis quæ ad illius conuentus rationem pertinebant, in
pagum nomine Bardengau proficisciuit: ibique au-
diens VVidikindum & Albionem esse in Transalbinâ
Saxonum regione, primò eis per Saxones, ut omis-
sione perfidiâ ad suam fidem venire non ambigerent, suade-
tatis cum re cœpit. Cumque ipsi facinorum suorum sibi conscijs, Albione
Regis fidei se committere dubitatent, tandem acceptâ baptiza-
tur ab eo, quam optabant, impunitatis sponsione, atque
imperatis, quos sibi dari precabantur, sua salutis obli-
dibus, quos eis Amalvvinus vnuus Aulicorum à Rege
missus adduxerat, cum eodē ad eius præsentiam in
Attinaco villâ venerunt: atque ibi baptizati sunt. Nam
Rex postquam ad eos accersendos memoratum Amal-
vvinum direxit, in Franciam reuersus est. Quieuitque
illa Saxonice perfidiæ peruicacitas per annos aliquot.
Poëta quoque Historicus ante aliquoties citatus, eadem narrat.

21 Han⁹ Duc⁹ VVittekindi conuersiōnem exactius ali-
quantid describit Crantzus in Metropolis lib. 1. c. 4. Cūm iam
VVidikindus, inquit, toties rebellans ad cor redire, VVittekin-
secum reputans, quid tanto labore mercaretur, quid-
do restitu-
ve tanti sanguinis impendio emittaret, cūm neque de sa:
bona
princi-

Rursus
profigan-
tur.

Iterum
Duce &
auctore
VVittekin-
dorebellat:
#f Turin-
gorum.

Ex vatis.

principatu certaret, neque de vitâ, sed de solâ religione, quam tot prouinciaz diu feliciter sequerentur; sumptu secum Albione viro nobili, & inter Saxones primario, qui ditionem ultra Albiam teneret (Holsatiam nunc vocant) contendit ad Carolum, præmisso ex auxiliis Regi, qui securitatem adeundi (& si videretur) redeundi, imperat. Erat tunc annus post septingenitos à Christo octogesimus quintus, cum à Rege Dux honorificè exceptus, redditâ utrumque factorum ratione, Dux se contulit in gratiam Regis. Ibi que factus catechumenus, instruitur in fide; & deinde cum Albione sacram suscepit baptismâ: iam pridem magno vietus prælio, ad flumum Hasam. Erant deinde res per omnem Saxoniam tranquilliores. Vnde factum est ut multiplicarentur ecclesiæ per prouinciam, cunctis iam sub suo Principe quiescentibus. Arces nonnullas firmiter præsidiiis Rex, sed alias Duci restituit: nec tamen satis discernunt Annales quas ab Rege receperit. Arcæ tenebat ad ripam Visurgis Dux, in quam à prælio vietus ad Hasam se contulit, eamque suo iure seruavit, quoad in eodem loco (quod dicemus) Episcopatum Rex constitueret. Tum facta communis Duci atque Pontifici mansio illa, quæ Minda dicitur.

22 Eadem deinde cap. 9. prosequitur: Mindensis Ecclesiæ eam referunt originem. VVedekindus Saxonum primarius Princeps (sive Regem illum dicere collibeat) magno prælio apud Hasam fluum vietus, se ex fugâ recepit in arcem, quæ illi fuit ad ripam Visurgi, sive VVilæræ fluminis. Eam Rex cinxit obsidione. Elapsus ipse, cum defensioni diffideret, peruenit in Daniam. Sed non diu post assumptio (quod diximus) Albione, concessit in gratiam Regis: qui ubi comperit elapsum VVedekindum, obsidionem posthabuit, præsertim quod in hiberna duendum esset. Rex castrum habuit ad Oram fluum, in loco VVolmerstede, in Orientali Saxonîa. Incessit cupido Principi VVedekindo lustrare Regis castra: quod etsi palam iam reconciliato liceret, libuit tamen ignoto habitu liberiū omnia scrutari. Vicina erat Paschal isolemnitas, & Rex cum vniuerso milite pro Christianâ pietate se tum sacris imminentibus apparabat, commemoratione Dominicæ Passionis, & expiacione criminum in purgatione conscientiæ. VVedekindus mendici habitu per flum in nauiculâ allabitur: & quod minus nosceretur, mendicus cum mendicis ad stipem sedebat. Ingens quippe pauperum regionis multitudo quotidio assecabatur. Rex illis largam stipem iussit erogari. VVedekindus, vbi ad eum peruenientum est, dextram & ipse protendit. Attendit, qui distribuit, incurvum in manu digitum, quem sciebat habere VVedekindum. Vultum eius diligenter intuetur: agnoscit artidens, qui largiebatur: quid ita mendicus inter mendicos sedet Princeps ditissimus, percontatur. Ille nihil ad hæc, sed ad Regem se iubet introduci.

Venit ad Carolum mendici habitu.

Videt sumentibus Eucharistiam, ingredi in os puerulum.

23 Erat tum sanctissimus Paschæ dies. Rex hilarius exceptit venientem, percontatus quid sibi vellet indignus Princeps habitus. Ille sub hæc, Volui, Serenissime Rex, hoc habitu incognitus (vt sperabam) lustrare secreta gestorum, quæ cognitus non tam fidenter adspicerem. Curiositas induxit, vt latibulum quæterem: qui inter tuos nunq in gratiam suscepimus, propalam poteram percontari quæ vellem. Quid igitur, inquit Rex, vidiisti, quod te vidisse dele etat? Ille (vt erat adhuc rerum Christianarum rufus) subintulit: Vidi, quod mirabar, ante biduum te vultu dimisso tristem, incertus quid contigisset, quod tantum Regem contrastaret. Commemoratio fuit Dominicæ Passionis, quæ die Parasceue regium vultum obscurasset. Rursum, inquit, vidi hodiernâ te die primum sollicitum, & ad rem attentissimum: poste aquam verò mensam adieras templo mediatis, ita hilari mihi conspectus vultu, vt repentinæ in te mutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati

Sacerdotis singuli pulchellum' puerum in os suscipiunt, quem quibusdam ludibandum artidere, vitro properare; aliis verò abhorrentem, auertisse vultum, & tamen in ora demissum, nec redeuntem adspexi. Hoc quid sit, necdum accipio. Tum Rex, Benè, inquit, profecisti: plus tibi aliquid quam cunctis Sacerdotibus & omnibus nobis ostensum est. Inde mutata veste, manu secum abstractum, docuit grande pietatis mysterium in altaris Sacramento. Quâ re cognitâ, ex Mindensi hilaratum Ducem orasse, vt proprium illi Sacerdotem Ecclesia origo. in conspectu perageret altaris sacratum ministerium. Rex etiam Pontificem illi daturum promittit, modò illi habitationem Episcopo dignam prouideret. Duceverò arcem suam ad VViseram utriusque capacem ostendisse. Deditque in eiusdem arcis non exiguo circu loquæ ædificandæ ecclesiæ. Ferunt perinde nomen ecclesiæ prouenisse, quod M B V M & T V V M, quasi communis duorum possesso, sonat in lingua Saxonum vernacula, M. N. D. N.

24 Georgius Fabricius portentum illud conspecti à VVittekindo pueri Eucharistiam sumentium oratione subeuntis, haud scio an bonâ fide, detorquet & obscurat: sed & alia quadam explicatiæ narrat, his verbis: VVitechindus, inquit, toties vietus nullum inuenit locum vbi turus esset: pro solitâ audaciâ, nauiculâ quadam habitu seruili pannosoque per Oram fluum VVolmerstetam defertur, ut exploraret Caroli consilia, & exercitum inspicaret. Cum autem inter medicos, lacris ibi tum peractis, interesset, viso quodam admonitus coepit de religione verâ melius tentire, cum infantem quemdam quasi inseri Ecclesiæ Christianæ votis hominum precantum & manus attollentium cerneret. Chronicum Maydeburgicû & Cranzius referunt, eum digitidistorti indicio in manu dextrâ tum agnatum, & ad Carolum ducatum: sed nullus præter hos eorum réporum scriptor, istius mētationem facit. VVitechindus ab eo tempore cum patruele suo Albrone, quem recentiores Albionem vocant, consultat de gratiâ & benevolentia Caroli comparanda, & de reliquis partie, tot præliis & cladibus exhaustæ, conseruandis. Id autem faciunt paucis consciis, ne aut à genilibus suis, aut à multitudine nominis Christiani hoste, tamquam proditores rituum maiorum atque patriæ opprimerentur, aut diris cruciatibus nearentur. Et paucis interiectis: VVitechindus Magnus & Albro, impetratâ tuti itineris licentiâ ad Carolum eunt Attrinacum, urbem prouinciaz Transilhenanæ, quibus, ne suum cōgressum vereantur, prius mittit Amalbinū, per quem obides adduci & tradi iubet. VVitechindus secum ducit vxorē Geuam, Danicā; Albro multos nobiles adolescentes, quia cælebs erat. Constituto die solemnni, quo vndis sacris tingerentur, ipse Carolus fideiubendo, VVitechindo adstat; Geuæ vxori eius ipsa Regina Fastrada; Albron & aliis nobilibus, Caroli Principes aliquot, item Praefecti & familiares. Baptismum administrat Lullus, datus olim D. Bonifacio socius, Antistes Moguntinus, qui & eo ipso anno, quo hæc acta sunt, obiit.

25 Crantzius rursum lib. 2. Saxonie cap. 23. de VVittekindi agit conuersione, ait q̄ tradi ab aliis in Bardevico conse- hac VVittekindi duse Regem, cùm adeum ille venit. Meminere eiusdem conuer- rekindi sionis VVittekindi & aliorum Magnatum Saxonie, Regino Prumensis lib. 2. Chronicæ, Sigebertus, Adamus Hislor. Ecclesiast. c. 8. Helmoldus in Chronicis Slavorum lib. 1. cap. 3. Sed hic non recte anno Caroli xxxvii, ait contigisse, cùm xvii. accidit. Fuit autem huius conuersionis tanta vbiique letitia, vt ipse Pontifex Romanus Hadrianus, cui eam Carolus per Andream Abbatem nuntiárat, eam illi per litteras sic gratulatus; triduanaq; Litanias, vt Carolus optabat, eo nomine indixerit. In quibus litteris hac inter cetera scribit Pontifex: Magis autem inibi, inquit, de vestris à Deo præsidatis regalibus triumphis competentes, qualiter sœus aduersusque gentes, scilicet Saxonum, ad Dei cultum, & sive sanctæ Catholi-

Catholicae & Apostolicae Ecclesiae re&titudinem fidei perduxeritis, atque Domino auxiliante, & Petri Paulique Apostolorum Principum interuentione suffragante, sub vestra eorum colla redacta sunt potestate ac ditione, eorumque Optimates subiugantes, diuinâ inspiratione, regali annis, vniuersam illam gentem Saxonum ad sacram deduxitis baptisimis fontem. Vnde nimis amplius diuinæ clementiæ retulimus laudes, quia nostris vestrisque temporibus gentes paganae in veram & magnam deduxerat religionem, atque perfectam fidem, vestris regalibus substernuntur ditionibus. In hoc quippe freta vestra à Deo fundata existat potentia, quia si, ut pollicita est, fautori suo Beato Petro Apolo, & nobis, puro corde atque libentissimo animo adimpleuerit, maximas ac robustiores illarum gentium suis præcipuis suffragiis vestris substernet pedibus, ut nemine eos persequente, vestris regalibus subiiciantur potentiss, & maximum fructum in die iudicij, ante tribunal Christi, de eorum animarum salute offerre mereamini dignissimum munus, & pro amore animarum lucra infinita mereamini adipisci in regno cælesti. Hinc porrà corrigit quad in Chronico Episcoporum Mindensium, studio Ioannis Pistorij edito, dicitur, VVittekindus & alios Saxones à Leone Papâ baptizatos, cùm non nisi decennio post Hadriano successerit Leo.

C A P V T V.

Qua Christianus egerit VVittekindus.

DEINCEPS VVittekindus pacatus in suâ sedi prouinciâ, inquit Crantzus Saxonia lib. 2. cap. 24. VVestphaliâ solam gubernans. Nam ultra Vifurgum prouincia & angustiis VVandalorum premebatur, & quod tenuerat ditionis Pontifices gubernabant. Armorum insignia, quæ militari bus (vt fit) signis præferebat, pullum equinum habebat atrum: sed placuit Regi, postquam de tenebris gentilium errorum peruenit in lucem veritatis, ut candidum acciperet. *Hec ille, qua cum nullius antiquioris confirmet scriptoris auctoritate, eius fide dicta sunt.* VVittekindus autem, subdit, cùm Rex illum Carolus baptizatum in suâ (ut diximus) prouinciâ gubernare permitteret, ædificato in Angliâ (nunc Angliam vocant) insigni templo, instituto collegio sine fine Deo seruientium (quod nunc in Heruordiam ferunt translatum, ibique Dominabus imperitibus seruit) plurimum ipse in Christo deuotus religione

Insignia
VVittekin-
di.

Pietas, sa-
cra & ope-
ra.

DE SANCTO REINOLDO
MONACHO ET MARTYRE.

REINOLDI monachi ac Martyris hodie natalem, aut translationem, varia referunt Martyrologia: quadam mss. sub nomine Vuardi, ita habent: Tremoniæ S. Reynoldi Martyris, viri eximiae virtutis, cuius gesta habentur. Martyrol. Colonense: Tremoniæ in diœcesi Agrippinensi, Translatio S. Reynoldi Monachi & Martyris. Qui clarissimus ortus natalibus, & in armis strenuus, Coloniæ S. Pantaleonis factus monachus, vitâ & miraculis clarus, à clementariis, quibus à suo Abbe præfectus fuerat, occisus, in lacum proieitus est. Vnde Dominio reuelante extractus, Tremoniensis datuš fuit. Eadem habet Martyrologium Germanicum, eadē ferè Galeſinius. addit. Molanus in Addit. ad Vuard. qui ab Archiepiscopo Colonensi sibi alicuius Sancti corpus dari deuotissime postulabat, quod terra eorum reverentior & ab hostibus securior esset. ms. Florarium: In Tremoniâ Translatio S. Reynoldi Martyris anno salutis cœxcv. At manifestum in hoc annorum numero mendum est. Meminit S. Rainoldi Hugo Menardus, (qui Rainoldum vocat) & Ferrarius in generali Catalogo SS.

Tom. I.

profecit. Sed erat illi ex magnis cauſis cum Geroldo Ex v. A. Sueuorum Duce atrox bellum, quod variâ diu fortunâ R. I. S. protrahebatur. Mirum quomodo tam longinquum, ex Sueviâ in Saxoniam. Sed erant Saxonibus prædia (quod suprà ostendimus) in Hercyniâ, & Suevi in Turingiâ: vnde facile potuit conflari de terminis bellum. Sed eo consumptus perit VVittekindus; Christiano ritu sepultus in ecclesiâ eius, quod fundauerat, collegij: ibique aliquamdiu quieuit, donec in Padburnam à filiis transferretur.

S 27. *Ludgerum Episcopum Monasteriem (et si non dum fortassis id tunc loco nomen) confiliis tibi semper intimum fecit, vt scribit Krantzus Metropol. lib. 1. cap. 5. Plures interea, ait Ioannes Isacius Pontanus Histor. Dunice lib. 4. ex Saxonum gente apud Danos Vandaloque latebant, qui VVittekindum acerbè oderat, & moris Maiorum ac libertatis præditorem nominabant, primùm quod Odia in suos fasces submisisset Francis, populo superbo & in eum reli- fido in eum. scibili; deinde quod abiurasset religione, & sacra quorum Maiorū conculcaſſet. Huius factionis Dux erat Thrasianum. sico, qui ferro & igne sèpenumero in fines Franco- rum lœuiebat. Nec dubium quin eâ cauſâ, cùm recrudit anno DCCXCV. bellum Saxonum, multa sit à suis gentili- bus perpeſſus VVittekindus; que ille partim suis Francorumq; amicorum armis depulit, partim Christianâ magnanimitate tolerauit.*

Georgius Fabricius Rer. Saxoniar. lib. 1. ad annum DCCCVI. ita scribit: VVittekindus Rex Saxonum ab eo tempore, quo fidem Christo & Carolo Magno dedit, Fides eius erga Caro- in re, aut consilio aut factis iuvit amplius Imperatoris aduersarios, neque in vlo poſte a fuit maleſicio depre- hensus. Tandem in extremâ lene etate, bello cum Nor- thardo (ſeu, ut alij, Getaldo) Duce Sueuorum con- grediens, eo in prælio fatigatus grauitate armorum, & contentione pugnae oppetit, in templo à ſe extructo in vrbe Mindensi lepultus, quod cùm Henricus I. Imp. Valleslebam, non procul à Bremâ, transferret, etiam Inter diuos cineres eius loco moti sunt, & Paderbornæ reponiti, vt habitus. Chthonicon Cellense habet, quâ in vrbe Diui honore cultus est. Diem, mensim, annum obitus & translationis, vetustas, locorumque illorum vallis obliuio- ne obruerunt. Ita ille. Diem, ſive obitus, ſive translationis, initio diximus à recentioribus hunc assignari: anno verò alij DCCCV. alij DCCVII. obiſſe scribunt. Quidam Martyrem vocant, eīg, vt Martyri, dicata olim templa tradunt.

Arnoldus VVion: Tremoniæ in diœcesi Agrippinensi, Passio & Translatio S. Reinaldi Monachi & Martyris: qui nobili genere ortus (fuit enim Haimonis viri & Equitis nobilissimi filius) militiâ ſeculari, in quâ ſibi ſumnum gradum acquisierat, reliquâ, Coloniæ S. Pantaleonis Monachus factus, vita sanctitate & Monachus miraculorum multitudine clarus, à nefariis lapicidis, fuit. quibus præfectus erat, occisus, in puteum proiectus est: vnde post Dei admonitu educatus, Tremoniensis ab Annone Archiepiscopo Colonensi alicuius Sancti corpus ſibi dati postulantibus, datus est, quod eorum terra reverentior eſſet, & ab hostibus ſecurior, cuius in honorem inſignem conſtruxerunt eccleſiam. Multa deinde de eo in Notis diſputat de atate, genere, rebus ge- ſtis, & vulgatis de eo eiusq; fratribus historiis.

Fueritne Haymo aliquis Caroli Magni affinis, qui qua- tuor habuerit filios, fabulosi pridem libris cantatiſſimos, non eff eo libri. laboris pretium hic diſputare; neque an ex eo numero noster hic Rainoldus extiterit. Vnum ſanè doleo vehementer, malè feria- torum hominum ineptiſſimis commentis nobilissimorum viro- rum

K k

INCERTO rum Caroli Magni, Oliuerij, Rolandi, Adelardi, Reinaldi
Avctore quoque (fortassis huius) res gestas facte obscuratas; mirorq;
Ex mss. toleratos hactenus eos libros, qui Madelgisi, Vuiiani, filiorumq;
Haymonis fictitia bella commemorant, ita ad oblationem
legentium ingeniosè, ut interim superstitiones varias, ac magie
studium animis instillent.

vita vnde 4. Hū ergo pratermis, que de Reinoldi cede ac transla-
descripta. tione in MSS. Rubea vallis, Ioannis Vlimerij Louani ad S. Martinum Canonici regulari viri doctissimi autographo, Antonij
Liberi Legenda reperi, hic dabo. Testatur Trithemius li. 3. de vi-
ris illustr. Ord. S. Benedicti cap. 249. Natalem eius in Tremo-
niā ciuitate maximā celebritate agi solitam. Est Tremonia
vrbis Imperialis in VVestphaliā, vulgo Dortmund. Eam de-
scribunt Georgius Brunus lib. 4. Theatri vrbium num. 20. &
Pet. Bertius Comment. rer. Germanic. lib. 3. vbi & S. Reinoldi,
cui pricipua vrbis dicata basilica est, meminerunt.

VITA

Ex MS. Rubea Vallis, & aliis.

V. M. M. A Dei prouidentia volens ge-
nus humanum, venenosū serpentis il-
lusione obligatum, fidei restituere,
Martyres, Confessores, Virgines ele-
git, qui oues aberrantes ad viam salu-
tis æternæ cognoscendam reducerent. Inter quos beatissimus Martyr Christi Reynoldus, tamquam stella
quæ ceteris clarius resulget, emicuit: qui quomodò
a Deus diligendus esset per se &issimè edocuit. **a** Hic si-
quidem quoniam de Karolidarum stirpe quodammodo primicerius extitit, eius vitam hinc inter eos inferre
libuit; quatenus ex ipsius additione clarius appareat; quia virtuosus filius magis nobilitat stirpem suam,
quam illa ipsum.

Reinoldus 2. Futurus igitur felicissimus Martyr Reynoldus,
genere il- clarissimi ortus natalibus, paternis prædiis diues, &
lusbris. vrbibus, & aliis multis, quæ lögum est enarrare, subli-
mis erat dominiis b. At verò patre eius Haymonè, viru-
in rebus militaribus strenuum, quis ignoret? Quatuor
hic filios genuit, quorum virtus per orbem maximè
celebratur; quia quinam extiterint, per vulgares cantilenas apertissimè demonstratur. Sicut autem stella ali-
qua in claritate superat alias, sic nobilitate morum non
solum vicit fratres, sed etiam eos, qui tune temporis
erant, homines. Hic enim à primis annis auctorem
vitæ cœpit amare, & quem interius dilexit, plenissimè
tandem cognoscere meruit.

Fit mona- 3. Sapientia itaque Dei illuminatus, reliquit tem-
thu. poralia ut consequeretur æterna, quæ intellexit permanentia. Coloniam igitur veniens monachi habitum
induit, atque se totum in eius amore, cui seruire re-
Claret mi- gnare est, transfudit. Ibi enim virtus diuina, quæ diu-
raculis. clausa latuit, per eum virtutes operari mirabiliter co-
epit: quia, quod maximum est, gratiam in conspectu
Principum inuenit. Quid mirum? tantæ siquidem sat-
titatis erat, ut amaretur ab omnibus; quem Dominus
e innumerabilibus coruscum fecit virtutibus. Denique
in clauſtro suo infirmitates curauit, claudis gessum,
surdis auditum reddidit, quibusdam etiam cæcis à na-
tinitate visum restituit. Dicitur quoque à multis homi-
nibus id se vidisse arrestantibus, quod Dominus mor-
tuum eius precibus suscitauerit, & matri multum flen-
ti, coram omnibus viuum assignauerit. Puerum etiam
quemdam per multis annos febribus laborantem ita
sanauit, ut eadem die melius haberet, & ad domum
suam glorificans Deum, cum gaudio temearet.

Pestis gra- 4. Contigit etiam ut populus circumiacentis pro-
fantom precibus sel. 4. uincia pestilentia infirmaretur, & subita morte mal-
lent damnari, quæmæxternaliter miserabili peste tor-
mentari. Audientes igitur beati viri famam, miserunt
ad eum viros timoratos sanitatem suis corporibus ex-
orare, vel dolorem saltem cum vita finire. Qui cùm ad

eum venissent, omnes sese illius prouoluerunt pedi-
bus, multis lacrymis rogantes, ut gentem eorum ab in-
firmitate pessimè liberare dignaretur. Quorum tandem
petitioni acquiescens, se in orationem continuo misit,
orans deuotissimè Dominum, ut misericordiam iis
præstaret, quibus iam sola mortis imago restaret. Do-
minus igitur iacentem sanctum virum clementer ex-
audiens, optatam populo languenti sanitatem contu-
lit: & viros memoratos cum gratiarum actione ad
propria remisit. Inde reuersi omnes ad patriam inani-
miter Deo gratias persoluunt; & quod per merita di-
lecti sui salutem corporum receperint; & pestes, qui-
bus nimis agrè laborauerant, euasiuerint. Virtutem et-
iam beatissimi Reynoldi vbiique diffamabant: & lau-
dem ad honorem ipsius postea singulis annis decan-
tabant.

5. Vir autem Dei Reynoldus postmodum ex præ-
cepto Abbatis sui lapicidarum magister factus est. Vbi
cùm plus ceteris laboraret, lapicidæ magnam conce-
perunt aduersus ipsum inuidiam, & qualiter eum mor-
ti traderent, dolosam inter se conspirauere sententiam.
Habuit autem seruus Dei in consuetudine, monasteria variis vi-
& singulis longè vel propè positas frequentare eccl-
esiæ, & eundo pauperibus, qui eum expectabant, lat-
giri eleemosynas. Quod vbi homines sceleratissimi in-
tellexerunt, incredibili exinde conceperunt gaudia;
quia sceleris iam se adeptos viderunt præmia. Positis
proinde pro tempore insidis, more latronū statuunt
illum deprehendere, & inopinatā morte perditum, ne
tantum scelus appareat, decernunt abscondere. Quo-
rum consilia famulus Dei cognoscens, quasi ad epulas
inuitatus cœpit ad pœnas currere, & latronibus tantum
quam amicis se offerens, ut mereretur cœlos Martyr
ascendere affectabat. Quem viri perditissimi inuaden-
tes, malleolis confraetō capite eerebrum excutiunt, & à lapici-
vestibus spoliatum in quaendam profunditatem aquæ
Rheno vicinam mittunt. Sicque egregius Martyr Rey-
noldus palmati martyrij inuenit: cuius animam cœ-
tus Angelicus cum hymnis & canticis ad cœlestia de-
portauit. Post cuius obitum Abbas cum monachis re-
liquis, fratris sui corpus vbiique quarti præcipiunt: sed
diu per orbem tetratum quæstum non inueniunt:

6. Dominus verò, cui dignè & laudabiliter serue-
rat, corpus fidelis famuli sui ulterius latere noluit. Ac-
cidit enim ut quædam mulier in lecto ægritudinis per
multos annos iaceret; cui nullus medicorum spem fa-
luti promitteret, nisi Pater cœlestis hanc potentia fuæ fertur.
virtutis erigeret. Hanc quadam nocte tantus dolor oc-
cupauit & opprimere cœpit, vt mortem oparet, &
vitam cum dolore finire continuo Deum precibus po-
stularet. Post noctis igitur medium, nimio dolore fa-
tigata, sopore deprimitur: & in eadē dormitione ta-
le somnum vidit. Venit ad eam vir quidam splendi-
dissimus, qui dixit ad illam: Vade ad aquam in quâ
B. Reynoldus à cœmentariis interfectus est, ibi melius
habebis; & locum eidem ostendit. Quæ euigilans hæc
se vidisse meminit, & in crastino quæ viderat amicis
enarravit: qui statim ad ostendum sibi locum ægra-
tantem illam præcepunt adferri, vt ibi ab infirmitate
suâ per meritagloriosissimi Martyris mereretur libe-
rari. Quæ cùm esset delata, corpus sacrum in superfi-
cie aquæ apparuit, & mulierem sanitati restituit. Quæ
à lecto ægritudinis illicè surgens, adminiculo fuit sa-
cratissimum corpus extrahentibus, & in gestorio,
quo deportata fuerat, cum portantibus ipsa portabat
illud ad monasterium, vbi vir beatus se fecerat mo-
nachum.

7. Inde vbi multum tempus transierat, contigit ut
e Trotmannensis vicina, id est, Tremonensis ciuitas, ad
f Archiepiscopum Colonensem venit, atque alicuius
Sancti corpus, quæ terra reverentior atque ab hosti-
bus securior esset, sibi dari deuotissimè postulauit.
Quibus ut satisfaceret, Clerum ciuitatis ad se vocati
modo ob-
præce-
singit.

præcepit; & ab eis, quem Trotmannis mittere posset Sanctum diligenter inuestigauit. Qui cùm diu dubitarent, Dominus ante ecclesiam in sarcophago beatum Martyrem Reynoldum exposuit, ostendens quia populo & nouiter conuerso eum præesse voluit. Adhuc cæca mens hominum dubitabat quid ageret, & quem Dominus satis aperè mittendum innuerat, in ecclesiam reportabant. Cùm autem hoc sèpius contingret, Dominus tandem oculos cordis eorum aperuit, vt apertissimè cognoscerent, quod iste ad saluandos populos mittendus esset. Conueniens ergo Clerus cù omni populo, honorificè felicissimum Martyrem Reynoldum capsulae decenter adornatae imposuerunt, atque ad Trotmanniæ partes deferendum, turbâ eum ab vrbe Coloniâ cum innumeris laudibus per tria milia prosequente, tradiderunt. In Trotmannorum igitur ecclesiam vii. Id. Ianuar, delatus, dignum ibidem inuenit habitaculum; in quo ad se accurrentem benignus patrocinator saluat populum. In quâ ecclesiâ multa per eum Dominus ostendere dignatus est mirabilia, per quæ fecit eum laudabilem, & omni homini in necessitate laboranti desiderabilem. Cæci sunt

*Tremonij
deporta-
tur.*

illlic illuminati, leprosi mundati, paralytica etiam INCERTO membra ad laudem Dei & honorem sancti Martyris AVCTORE consolidata.

a Absunt hæc à Ioan. Vlimerij ms. & Legenda Antonij Liberi. Credo à Ioanne Gilmanno vel Antonio Gentio, qui studiose, quos à Carolo Magno ortos putat, aut quoquo modo ei coniunctos, ad Bra- bantorum laudem commemorat esse addita.

b Ms. Vlimerij. & Ant. Liberi Legenda: honoribus.

c Ms. Rub. val. mirabilibus.

d Ms. Rub. val. infanabilis.

e Vitichindus Annalib. 2. Tremoniam Throtmanni vrbem vocat. Ad quem locum Henricus Meibomius diploma recitat Caroli Magni datum iv. Kal. Octob. Indict. xi. an. Christ. DCCCLXXXVIII.

regni Caroli xxi. in villa Trutmanni, quo eumdem Trutmannum Comitem in illis partibus instituit. Nequidquam igitur Georgius Brunus à Trotmannis Sueus eam appellationem accerfir. Notae Meibomius varie in diplomaticis & scriptoribus hoc nomine efferrit; dici enim ab Ottone III. Trotmaniam, à S. Henrico Druthmanniam,

à Continuator Reginonis vicum Droomanni, Dithmaro Trot- munni, Gobelino Trotmundæ, Chronico Thuringico Trudmunde.

f Is. Anno fuit, ut in Pref. dictum, qui an. MLV. III. Martij creatus Archiepiscopus Colonensis, obiit an. MLXXV. iv. Decembr.

g Necio quâ fide id dicatur, cùm constet aliquot sculis ante illam in eas opas Christi religionem.

DE S A N C T O A L D R I C O

E P I S C O P O C E N O M A N E N S I .

Circi- 1 ENOMANENSIS Ecclesia Präful xxii. memo-
TER AN. ratur Aldricus à Demochare, Ioanne Chenu, Clau-
CHRISTI dio Roberto; xxiiii. à Petro Viello infra: Eius vii. Id.
DCCCLVI.

VII. IA- Ianuar. Natalem refert Ferrarius in generali catalogo Sancto-
NVAR II. rum. Andreas quoque Saussayus in Martyrologio Gallico eo-
S. Aldrici dem die: Apud Cenomanos S. Aldrici Episcopi &
natale. Confessoris, qui post Franconem eam Ecclesiam re-
gens eximiâ cum pietatis, doctrinæ, & ceterarum do-
tium Episcopaliū gloriâ; æmulorum suæ celebritatis
machinatione impeditus, sedeque suâ deturbatus fuit.
At deinde compertâ eius innocentia, Sedis Apostoli-
cæ iudicio, Gregoriique I V. Papæ præcepto Cathe-
dræ restitutus est. Postquam autem annos xiv. Eccle-
siam suam magnâ cum laetitate & prudentiâ gubernas-
set, paralyti affectus, scriptâ ad Patres Concilij II.
Suezionensis epistolâ, sibi & viuo & defuncto oratio-
num Ecclesia subidia humiliiter petuit. Quo promisso
laetificatus, placido fine in Christo obdormiuit, & vel-
ut aurum in fornace probatum, vas gloriae factus, ad
aulam cælestem euectus est. Sed fallitur Saussayus in nu-
mero annorum. Nam cùm an. DCCCLIII. celebratum sit Con-
cilium Suezionense, necesse est saltē vñque ad an. DCCCLIV.
superiuxisse: cumq; Concilio Aquitanensi II. an. DCCCXXXVI.
VI. Februarij habito interfuerit; constat minimum xviii. so-
lidos annos sedisse; vt omittam quod in vitâ n. 6. an. DCCCXXXII.
dicitur Episcopu factus.

Pita. 2 Eius ex antiquis MSS. vitam edidisse fertur Ioannes Mo-
reau Canoricus Cenomanensis, quam Galliæ verit Petrus
Viellus. Ego, qui Latinam consequi haec tenus non potui, Galli-
cam Latinæ reddidi. Extat tom. 2. Concil. Galliae Gregorij IV.
Pontificis Maximi epistola, circiter an. DCCCXXXV. data, de
Aldrico Cenomanensi Episcopo non alibi quam apud Sedem
Apostolicam accusando. Fuit idem Aldricus cum Herchinrado
Episcopo Parisensi à Concilio Aquitanensi II. an. DCCCXXXVI.
habito, ad Pipinum Regem Aquitaniam missus. Concilio Par-
isensi anno DCCCXLVI. Caroli Calui VII. interfuit & subsci-
psit; & Turonensi IV. anno DCCXLIX. Caroli Calui X. De eo-
dem extat Concilij Suezionensis II. anno DCCCLIII. Kalendis
Maj. celebrati, Canon ix. qui ita habet: Præterea Ceno-
mannicæ vrbis Aldricus Episcopus paralyti dissolutus
epistolam dixit, causam suæ absentia insinuans, pe-
tensque, vt maximè sibi adhuc viventi, & quâ docum-
que defuncto, sacris precibus opitularentur. Quod ex-
uberantes caritate se facturos omnes promiserunt, &

Tom. I.

Metropolitano illius, Turonicæ vrbis venerabili Epi-
scopo Amaltilo, vt ad eamdem vrbem accederet, in-
iunxerunt; & quæcumque essent eidem Ecclesiæ pro-
ficia, vi strenue exequetur vñanimiter præceperunt.
An sit anno proximè in sequenti mortuu Aldricus, non constat.
Saltem anno DCCCLIX. Concilio apud Saponarias habito sub-
scriptis Robertus Cenomanensis Episcopus.

3 Prater ea qua passus est S. Aldricus Ludouici Pj tempore,
etiam Lothario regnante exagitatus videtur, coactusq; sua in
Fossateni canonio assuanda deponere; que impij quidam ho-
mines diripere volentes, calitus prohibiti sunt, vt infra dicitur
xv. Ianuar. in miraculo S. Mauri cap. 7. S. Liborij corpus Pa-
derbornensi Ecclesia, id per legatos petenti, donauit, anno
DCCCXXXVI. vt XXII. Iulij ex Autore coetaneo dicimus.

V I T A.

I LD RICVS XXII. Cenomanensium S. Aldric[†] Episcopus fuit: antiquâ ac nobili pro-
genitū familiâ, quam propriū quod-
dam Catholice tuendæ religionis, ex-
ercitandæque virtutis studium com-
mendabat. Pater Syonius in Galliâ ortus, Gerilda ma-
ter ex Germanis genus ducebat. A primâ ætate ad
omnem virtutem ac sapientiam efformatus disciplinâ
ac domestico coniunctu duorum Cenomanensium Prä-
fulum & Franconis I. ac II. quorum eximia probitatis
etudionisq; laus celebratur. Hinc ad b Caroli Magni
aulam à patre est deductus, virtutis omnis bonarum-
que artium palæstram, Ludouico deinde Pio, non im-
perij magis quam pietatis ac magnanimitatis paternæ
heredi adhæsit. Vtrique indolē probavit suam, vtrius-
que celeriter gratiam sibi benevolentiamque concilia-
uit; ceteris quoque aulicis carus.

2 Singulare prudentiâ, vita ipse suæ modum duce-
bat, stabili gradu in præcipiti humanae consistens feli-
citatis: quippe quem neque auitæ opes splendorque
generis, neque aulæ fauor ac dignitas, ab insitâ mode-
stia ac submissione reuocarent. Eo ad res diuinæ stu-
dio ferebatur, vt plurimorum animos tam præclarri cō-
secandi exempli cupiditate inflammaret. Ab ludis au-
licisq; deliciis alienus, tempore frugaliter sapienter-
que vtebatur; ex consortiis ceterorum suæ eliciens in-
citementa

K k 2

Ex Gal- ciramenta virtutis. Nullum ab Ecclesiâ præscriptum
licapet. ieiunium violauit, nullam fastarum feriarum neglexit
vielli.

Confiditum 3 Ab his initii ad summa sensim nitentem pecu-
mutanda gratae instinctus afflavit. Nâ cùm e Aqui-
grani, quo plerumque loco Pius Imperator degete
consueverat, in templo preces ad Deum insigni animi
ardore funderet, vrgeri le diuinitus sensit, vt humana
abdicaret studia, Dei que obsequiis totum sese conse-
ceraret. Obsecundat igitur diuino Spiritui, sed eâ mo-
deratione ac prudentia, vt nemo omnium esset, qui
mutationem hanc leuitati mentis, haud satis rerum
mundanarum gnaræ, imputaret. Prius enim quâm
quod cogitâr aggraderetur, Deum certiora precari
instituit diuina sua voluntatis indicia, ne quâ inimici
fraude circumueniret. Nec frustrâ conceptae preces.
Cælitus confirmata est illius in eo proposito mens.

**Fit Eccle-
sie Meten-
Canoni-
tus.**

4 Missionem à Rege postulat, atque ægrè tandem

imperat; opimumque in Metensi Ecclesiâ Sacerdo-
tium, atque alia singula geminis suis sodalibus. Planè

induxerat in animum viram isthic sanctam atque ab

omni humanæ conuersationis strepitu alienam duce-
re. Benignè eum honorifice que Gondulphus Meten-
sis Antistes exceptit; ac mox explorato eius proposito,

regiisque, quibus prolixè commendabatur, perle etis

litteris, Clericorum eum ordini adscripsit. Annū in

eo sacrarum functionum tirocinio posuit, ac deinceps

e sanctioribus sacris initiatum e Ecclesiæ S. Stephani

Diaconum dixit. Triennium in eo munere exegerat,

cùm mortuus est Gondulphus, cui f Drogo Caroli

Magni filius successit. Magno hic Aldricum amore

complexus est, & quem præstare ceteris modestiâ &

castimoniâ didicerat, Sacerdotem consecrauit, atque

Ecclesiæ sua Precentorem constituit. Post quibusdam

quasi virtutum gradibus, ad Primicerij dignitatem,

totius Cleri consensu & suffragiis, ascendit. Omnibus

suam in hoc gerendo munete industriam modestiam

que probavit. Nam cùm secundum ab Episcopo locu

dignitatis teneret, nihil tamen ille aut de morum remi-

fit benignitate, aut ad familiæ ornatum noui adscivit

splendoris. Virtus illi auctoritatem, modestia omnium

benevolentiam conciliabat. Etiam qui superbiâ, ho-

norumque cupiditate maximè ardebat, paullum eius

consuetidine vsi, ad summisionem animi fluxarumque

contemptum dignitatum sensim sese conforma-

tos deprehendebant. Ut quisque arduis negotiis li-

tiumque difficultatibus erat implicitus, ad eum studio-

fissimè concurrebat: nisi opportuno rebus suis consi-

lio instructus recedebat nemo.

Confessa-

rius Impe-

ratoris.

5 Iterum ad aulam eum Imperator accersit, suæ
que regendæ conscientiæ ei arbitrium credit: quam ad
rem non facile aptiorem poterat in Galliâ vniuersâ te-
perire. Tantum hic auctoritate apud omnes ordines
valuit, vt eum ceu Patrem omnes reuererentur. Neque
partis familiæ maior esse in suâ instituendâ, regendâ,
formandâ ad virtutem, idoneis emolumenis augendâ
familiâ sollicitudo ac industria potest, quam erat Ald-
rici in palati domesticis ac clientibus fouendis stu-
dium. Non adulabatur ille cuiquam, non quæ pecca-
rentur dissimulabat. Regem ac Magnates absque vllâ
personarum acceptione liberè admonebat. Ipsi ver-
bis gratia inerat, insigni condita grauitate, quæ Ponti-
ficem, quæ Dei Regum Regis ac Domini dominan-
tium Vicarium deceret.

6 Interea Franco iunior è viuis exedit. Successor
eiab Rege datur Aldricus, Proceribus Cleroque Ce-
nomanensi consultis. Ab Archipræsule Turonensi

g Landrano xi. Kalend. Ianuar. an. DCCCXXXI. Epis-
copus consecrat. Insigni nobilium virorum comi-
tatu ad suam urbem Ecclesiâmque deductus, tantâ po-
puli ac Cleri alacritate atque amore suscepimus est, ac si

mifus è cælis Angelus adesset. Ipse eum haud multò

pòst Ludouicus Pius Imperator incisit: ab eo atque
Optimatibus provinciæ Cenomanicæ summo ho-
nore acceptus, occiduo isthic substitut, atque interea
possessiones quasdam eius prædecessoribus ereptas re-
stituit, inter quas b Villæ nouæ Dominum censetur. b
Adeò illi grata Antistitis populi que in se studia ac pu-
blici plausus acciderant.

7 Animus mox ad basilicarum urbisque ornatum Præclaræ
adiecit Aldricus. Cùm ergo ciues videret aquæ penu-
riæ conflictari, quam foris in urbem importari, pretio-
que redimi oportebat; tantum industria magnificen-
tiâque promovit, vt subterraneis aquæductibus è lon-
ginquo in urbem aquæ deriuarentur, atque ante ipsam

stracram adhuc locus nomen retineret, vt Claustrum Ca-
nonicorum dicatur. Quid, quod communem eis con-
uictum aut præscriptis, aut persuasit? Edificatam olim

à S. Iuliani appellatur. Tum verò vt Canonici tantò i
ecclesiæ viciniores, nec vulgo permixti, habitarent,
ædificia satis, vt tum vsus habebat, opportuna con- Claustrum
struxit: adhuc locus nomen retineret, vt Claustrum Ca- & consi-
nonicorum dicatur. Quid, quod communem eis con- datus Cano-
norum.

8. Iuliani basilicam ætate nonnulli labefactata re- S. Iuliani
staurauit: sed quod angustiorem cerneret, quâm vt ecclesiæ &
tantam hominum multitudinem, quâ certis temporis translatio-
bus precum fundendarum, votorumque persoluendo-
rum gratiâ concurrerit, capere posset, nouum ipse tem-
plum magnis impensis ædificavit, quod nunc S. Iulia-
ni chorus nuncupatur, quia in illud transtulerit Aldri-
cus S. Iuliani Cœfessoris reliquias, ex k Prateni ceno-
bio, vbi antea fuerant sepultæ. Propter illustre hoc de-
positum, S. Iuliani nomine eam basilicam insigniuit,

quæ primùm Virginis Deipara fuerat honori conse- l
crata, deinde sanctotum Mattyum / Geruasij ac Pro-
tasij. Facta hæc est Translatio anno Christi DCCCXXXIV.

m viii. Kal. Augsti. Ad n Sartam deinde flumen vico Berullo, insigne condidit monasterium, atque ample censu dorauit, ad virorum religiosorum sustentatio-
men. o S. Vincentij cœnobium, bellorum iniuriâ Præ-
sidumque negligentiâ scđe collapsum restituit. Do- Monaste-
rion Pratenes monachos reuocauit, quos fugârat rata.

metus, Normannorum aduersus quos tum Cenoma- p
notum Comes bellum gerebat.

9 Non potuit tamē, quem coperat, cursum tran-
quillum ac pacatum tenere. Nam cùm improbi homi- q
nes q Ludouici Pij liberos aduersus patrem concitra-
sent, qui Pij partestuebatur, electus de Sede suâ est per Ponti-

Aldricus. Occupato Episcopatu, vñuersas eius facul- ficitates sacrilegi homines diripièrunt, nec à templis quidē fuitur.
ac monasteriis nefarias manus abstinentes. Nullum ex-
torri perifugium patebat, nisi ad sanctissimum Patrem,

supremumque omnium Antistitem, Papam Romanum. Ab hoc benignè acceptus, eius præcipue nixus præsi-
dio in Galliam tûtus redit, Ecclesiam patrimoniumque recuperavit: conductis fabris, quæ factiosi impii-
que homines conuellerant, reparauit.

10 Inter magnifica eius opera Iesu Christi cruci af- Crucifixi
fixi statua etinebat argentea, auro eleganter oblita, statua il-

quæ ad nostram vsque ætatem est asseruata, magna populorum religione, donec scelerati quidam homi- nes, vñereo semine eorum qui Aldricum olim impu- gnarant exorti, augustum hoc monumentum rapue-
runt, confregerunt, profanarunt, cum aliis sacrorum locorum reliquiis: illustrè documentum, non aliter eti- ga mundi Saluatorem esse animis affectos, quâm isti

ipsorum maiores extiterte, titiones tarrarei, qui nunc æternis inferni flammis exuruntur.

11 Aldrici ea dêmum pietas fuit, vt miraculis viuus Miraculus
sit à Deo coherestatis. Nam cùm ædem S. Iuliani de- claret Al-
dicus. discatutus sacram officium perageret, ægri complures, vesperinatum ptecationum tempore, integrum san-
itatem recuperarunt, interque eos claudus gradiendi facultate donatus. Postridie, matutinarum tempore, surdus auditum confecutus est: alius à primo suo ortu mutus.

mutus loqui ac collaudare Deum cœpit: energumenus ab infami hospite liberatus: cæcus, dum Missæ sacrificium Aldricus offerret, viñum recepit. Quæ non tam S. Iuliani meritis, quæ Aldrici precibus tribuenda sunt; testante Deo quæm sibi doctrina eius ac vita, tot piis sanctisque operibus cumulata, placerent. Tandem cùm quatuor & viginti annis dicesim suam sanctè ac feliciter administrasset, r̄ lentâ febri exhaustus obiit, sepultusque est vix. Januarij in D. Vincentij templo, ac vitam cœpit vivere cum Christo beatam ac immortalem, cui semperernus sit honor & gloria. Amen.

a Franconem I. sit Claudio Roberto sedisse annis xxii. mensibus iii. diebus iii. Franconem II. annū xvi. mens. v. dieb. xv. unde sequeretur, non potuisse à Francone II. institui Aldricum, ac deinde ad Caroli Magni aulam venire; nisi vel posse Franconis mortem diu vacasse Sedem dicamus, vel certe ab eo institutum viro etiamtum Francone I.

b De eo xxviii. Januar. obiit an. DCCCXIV.

c Celebris in Galliâ Belgicâ urbs, inter Coloniam & Traiectum Moza.

d Obiit Gondulphus anno DCCXXIX.

e Ea est Cathedralis.

f Drogo Caroli Magni filius naturalis, sub canonico habitu

nobilissimè viuens, vñanimi Cleri ac populi consensu electus est Episcopus, eodem anno.

R. 115.

g Alii etiam Lantrannus, & Landrannus dicitur. Numeratur inter Missos Dominicos Ludouici Pij, post Concilium Attinense ann. DCCXXXI. habitum. Iterum in Capitulari III. anno DCCXXVIII. capitulo i. nominatus reperitur, & in Conc. Parisiensi VI. an. DCCXXXIX. ac tandem in depositione Ebbonis ad Theodosie villam.

h Vicus est ad lauum Sarta fluvij latus, supra Cenomanorum urbem.

i S. Iuliani vitam dabimus xxvi. Januarij.

k Vulgo id cœnobium S. Iuliani de Prato dicitur: est monialium Ordinis S. Benedicti.

l Coluntur xix. Junij.

m Eo die adnotatur ea translatio in Martyrologio Germanico, & Vfuardi auctio à Carthus. Colon. itaq; in edito Parisiis an. MDXXXVI.

n Sarta Alençonium, post Cenomanorum urbem alluit; ac deinde de Mediana permisus in Ligerim se exonerat.

o Eſt id iuxta urbem; nunc congregationis Casalensis, ut testatur Cl. Robertus.

p Normanni circa S. Aldrici statem maritimas Gallie propositas infestarunt, ut videre eſt apud du Chene in Normannicis.

q Id anno DCCXXXIII. contigit.

r At ſuprà dictum eſt paralys confitum; niſi, quia ea fuſſe uidetur diuturnior, febris etiam acceſſerit.

DE SANCTO ANASTASIO SENONENSI ARCHIEPISCOPO.

CIRCA AN. MCXX. **I** SENONENSIS in Galliâ Archiepiscopus lx. metter. moratur à Claudio Roberto, Joanne Chenu, & Democatore, Anastasius. Hunc Andreas Sauffayus in Supplemento Martyrologij Gallicani inter Sanctos connumerat, his verbis: Apud Senonas S. Anastasij Episcopi & Confessoris, sanctitatis & abstinentiae exemplis ac meritis clariss. Anastasij natalis. **2** De eo hac tradit anonymous monachus S. Marianij in ſuâ chronologî: Archembaldo moreuo eligitur Anastasius Abstinentia, aliaq; virtutes. **Publica opera.**

De eo hec tradit anonymous monachus S. Marianij in ſuâ chronologî: Archembaldo moreuo eligitur Anastasius vir Deo dignus. Hic mira sanctitatis & abstinentiae fuit, vigiliarum amator continuus, & eleemosynarum distributor largissimus, Cleitorum nutritor, monachorum potissimum venerator. Hic ab illo die quo Sacerdotium sumpsit usque ad finem vite carnem non comedit, nec indutus est lino, sed ſemper vſus eſt cilio. Huic B. Sauinianus apparuit communans & conſtantans, vt ecclesiā S. Petri reſtrueret. Tunc ſanctus Præſul locum ſanctum reparare cœpit, monachos reuocare, terras prædiaque redimere. Ecclesiā quoque S. Stephani perfectè reparasset, niſi citius ex hoc mundo migrasset. Quā noſte autem obiit, cuidam germanæ ipius ſanctimoniali in monasterio S. Faræ Angelus Domini apparuit, dicens: Sciat is hac noſte S. Anastasium ad Dominum migrauiffe; ſurgite itaque &

hymnos Domino decantate. Quæ ſurgentēs & diem Mors ab notarunt & horam, & ita inuenierunt factum, ſicut ab Angelo alibi nuntiata. Post S. Anastasiū ſeuinus præfuit, vir Deo deuotus. Ita ille; ac paullō pđt: Hic iacturam monasterij S. Petri viui, quam Anastasius prædeceſſor ſuus releuare cœperat, in priſtinum restituit ſtatutum. Eſt monaſterium hoc lōge antiquissimum, vulgò S. Pierre le vif, & S. Pere. De eo xxvi. Auguſti in vita S. Ebonis, & alibi agemus.

3. S. Sauinianus ſue Sabinianus, ſenonum Apoſtolus, celebratur in Martyrologio Romano xxxi. Decembris; nos de eo agemus xix. Octobris. S. Stephani Metropolitanæ eccleſia, quam Anastasius reparare cupiebat, incensa & euerſa erat ſub Archembaldo, restaurata à Seuino. De S. Faræ nobilissimo monaſterio agemus in ipſius vita vii. Decembris.

4. S. Anastasiū ſediffe ait Cl. Robertus annos x. mensim i. dies XII. obiit anno DCCCLXXVIII. Sed vt ſibi conſtit, cum dicat decesſus Archembaldū an. DCCCLXVIII. intelligenda hac ſunt veteri more Gallico, quo annum à Paſchate auſpicabantur; atque ita ordinatus dicitur Anastasius anno DCCCLXVIII. die XXIV. vel XXV. Nouembris, obiit VII. Januarij an. DCCCLXXIX. qui tum usque ad Paſcha cenſebatur DCCCLXXVIII.

DE BEATO VITALE ABBATE SAVINIACENSI.

CIRCA AN. CHR. MCXX. **I**VITALIS Abbatis Sauiniacensis natalem bodie refert Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterciensi hū verbi: Sauigniaci in Galliâ B. Vitalis Abbas, qui virtutibus & miraculis celebris è vitâ dif- fessus. Andreas Sauffayus in Martyrol. Gallicano, eodem die: Vitalis Abbas Sauigniaci Ord. Cisterc. virtutibus & signis egregiè decoratus. Et quidem ſolū inter Pios, quibus nullus adhuc publicus decretus ſit cultus, connumerat Vitalē Sauffayus. At ſolemniter ab Episcopis eleuatum eius corpus, indubie ad aliquam venerationem, teſtatur Hugo Menardus, qui Kalendis Maij iſta habet in ſuo Martyrologio: In territorio Abrincensi eleuatio Sanctorū Sauiniacensium, nempe Tom. I.

Vitalis, Gaufridi, Guillelmi Abbatum, Petri & Hamonis monachorum. Libro deinde 2. Obſervationum iſta ſcribit: Horum beatorum Abbatum & monachorum Sauiniacensis cœnobij corpora honorificè eleuata ſunt, & reponita in quodam loco eiusdem cœnobij, ab Episcopis Cenomanensi, Abrincensi, & Redonensi: in cuius memoriam fit quotannis in eodem cœnobio ſolemnis processio Kalendis Maij. Subdit deinde de ſingulis plura. Andreas Sauffayus eodem die illius traſlationis meminit, ſed Vitalis nomen omittit. Eſt Sauiniacum, ſue, vt in- fra vocatur, Sauineum, vulgò Sauigny, in confinio Nor- mannia, Britannie, Cenomania, & Andium, ſitum, ut testatur Cl. Robertus. unde hac translatio à vicini Episcopis facta,

Kk 3 Rhe-

Ex vatis. Rhedonum, vulgo Rennes in Britannia, Cenomanorū, & Abrincatūm in Normannia, vulgo Auranches, cuius & diocesis continetur cenobium; conditum, ut ait Menardus, ann. MCXII. Radulpho Barone Fulgeriarum ad id facultates suas conferente.

Vita ex Orderico. 2 De hoc fortassis Vitale Abbate agit M s. Florarium XXIX. Ianuarij, his verbis: Ipso die B. Vitalis Abbas. & Carthus. Colon. in Addit. ad V Guardum, Vitalis Abbas. Eius vitam breuiter describit Ordericus Vitalis lib. 8. Ecclesiastica histor. Venerandus Vitalis, qui quondam fuerat Roberti Comitis Moritoli Capellanus, & apud Moritolum S. Ebrulfi Canonicus, secularium curarum ac diuitiarum depositis oneribus, leue iugum Christi per Apostolorum vestigia ferre decreuit, & in desertis locis aliquamdiu cum religiosis quibusdam habitavit. Ibi molitoris vite pristinas cōsuetudines edomuit, & rigidioris obseruantiae cultus edidicit. Denique Sauineum vicum, ubi antiquorum ingentes cōdificiorum ruina apparent, consideravit, sedemque sibi suisque ad habitandum elegit, & in contiguo saltu monasterium in honore sancte & indiuidae Trinitatis condere cœperit. Ritus Cluniacensium, vel aliorum qui monachilibus obseruantis iam dudum mancipati fuerant, imitatus non est; sed modernas institutiones neophytorum, prout sibi placuit, amplexatus est.

Prædicat magno fructu. 3 Hic eruditio litterarum erat apprimè imbutus, fortitudine ac facundiā prædictus, & ad proferendum quidquid volebat animosus: non parcens in populari sermone infimis nec potentibus, quasi tuba exaltabat vocem suam, iuxta Isaiæ vaticinium, annuntians populo Christiano scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum. Reges igitur Duceisque reuerabantur illum. Plures turbæ manicabant ut audirent verba eius: quæ postmodum auditis ab illo latenter olim actis facinoribus, lugubres & confusæ redibant à facie ipsius. Omnis ordo intrinsecus pungebat eius veridicis allegationibus. Omnis plebs contremiscebat coram illo ad correptiones eius, & veterque sexus rubore infectus verecudabatur ad impropria illius. Nuda quippe virtus manifestè premebat, & occultorum consciens probrosis redargutionibus stimulabat. Sic nimirum superbos athletas & indomitos vulgi cœtus plerumque comprimebat, atque locupletes heras Sceris veltibus, & Caninis pellibus delicate indutas trepidare cogebat, dum verbi Dei gladio in scelera sœuiret, & spurciis pollutas conscientias valde feriret, grandisonoque diuinæ animaduersiōnis tonitruo tereret. Solers itaque seminiuerbius multis profuit, multos secum aggregauit.

Più moritur. 4 In cenobio, quod construxerat, per annos VII. Deo militauit, & usque ad bonum finem bbnæ vitæ permanxit. In Oratorio post aliquantam ægritudinem, in quâ fideliter confessus fuerat, & sacrae Communio-nis viaticū deuotè perceperat, ad maturinos de sanctâ Virgine Mariâ Lectori poscenti benedictionem dedit, & a cunctis qui aderant dicto, Amen, mox spiritum exhalauit. Quo defuncto Baiocensis Goisfredus, ac Cerasiacensis monachus successit, qui & ipse immoderatis adiumentibus studuit, durumque iugum super ceterices discipulorum aggregauit. Hac Ordericus. Robertus ille Moretolij Comes frater vterinus fuit Guilielmi I. Anglia Regis, ut idem resert Ordericus lib. 7. & Ebrulphus, in cuius Ecclesiâ Canonicus fuit Vitalis, colitur XXIX. Decembri. Ordericus instituti Cisterciensis sectatores neophytes vocat; in quos, vii & plures alij monachi sub ipsa Ordinis initia, haud satis equus fuit. Goisfredus, sive Gaufridus, ut eum vocas Saussayus, aut Gaufridus ut Menardus, anteà monachus fuerat in monasterio S. Vigoris de Cerasyo, vulgo Cerisy, in diocesi Baiocensi.

Monasteriorum constructio. 5 Guillelmus Neubrigensis lib. 1. de rebus Anglic. cap. 15. de Bernardus de Tironio, & Robertus de Arbrusceto. Bernardus quoque ista scribit: In transmarinis partibus, sicut à maioribus accepi, tres memorables viri uno tempore fuere, scilicet Robertus cognominatus de Arbusculo, Bernardus, & Vitalis. Hi non ignobiliter eruditæ & spiritu feruentes circuibant per castella & vicos, seminantesque secundum Isaiam super omnes aquas, de I sa. 32. 20. conuersione multorum fructus vberes colligebat, pio inter se placito constituto, quod Robertus quidem feminatum communī labore ad meliora conuersarum sollicitudinem gereret, Bernardus vero & Vitalis maribus propensius providerent. Robertus itaque fama Monasteriū illud monasterium feminarū de Fonte Ebraudi ria singuli construxit, & regulatibus disciplinis informauit. Bernardus vero apud Tyrocinum, & Vitalis apud Sauiniacum Monachis regulariter institutis, suos quisque ab aliis per quasdam præceptorum proprietates distinxit. Cumque ex his tribus quasi radicibus seruorum atque ancillarum Dei per diuersas prouincias religiosa germina pullarent, quidam Sauiniacenses monachi Bellelandain nostram condiderunt. Paulò deinde inferius ait, Sauiniacenses per cuiusdam Abbatis religiam instantiam in ritus Claraullenses transisse. Imò Menardus Constitutiones à Vitale ad similitudinem Cisterciensium conditas testatur.

6 De Roberto de Arbrusceto, vel Abricellis, vel ut hic vocatur Arbusculo, agemus xxx. Augusti; vbi & de celeberrimo monasterio Fontis Ebrardi, aut ut hic dicitur, Ebraudi. De Bernardo, & monasterio Sanctæ Trinitatis de Tironio, xiv. Aprilis. Bellelanda monasterium fuit in diocesi Eboracensi, vulgo nunc Biland, unico milliari distans à Neuburgeni, in quo Guillelmus Neubrigensis à puero educatum scribit.

DE S. CANVTO LAWARDO

REGE OBOTRITORVM

DVCE SLESVICENSIS.

§. I. Canuti genus, sanctitas.

ANNO MCXXXIII. **D**uo fuere Canuti Reges, in Sanctorum numerum publicâ Ecclesie autoritate relati: prior tabulari Romani Martyrologij ad VII. Id. Ianuarii in NARCI. scriptus, colitur x. Iulij, quo die eius dabimus vitâ; alter hoc die S. Caputus scriptus, colitur x. Iulij, quo die eius dabimus vitâ; alter hoc die nepos alterius, rursumq. xxv. Iunij, ab Ecclesiâ Slesvicensi alijsq. concrius S. Canuti scriptus. Prioris hic nepos ex fratre, non filius fuit, ut existimauit nuti. Baronius, qui ad an. MCCLXIV. num. 50. scriptis Valdemari patrem hunc iuniorem, auum alterum seniorem. Canutum extitisse.

2. Genus Canuti viriusq. fuisus Danicarum rerum Scri-

ptores deducunt: nobis sat fuerit verbo indicasse; quod melius, qua **Eius gen-**
mo dicentur, queant intelligi. Canuti Magni (qui Angliam **nus.**
subiugauit, atque Ethelredi Regis viduam, S. Eduardi matrem,
Emmam vxorem duxit, ut v. Ianu. in Eduardi virâ narratum
est) illius, inquam, Canuti sorore Esthrytâ, sive Eltride, natus
est Sueno, cognomento Esthritius, post Magnum Noruagum
S. Olaui filium, Dania Rex. Nullam is è legitimo thoro prolem
suscepit, filios multos habuit naturales, è quibus omnino quinque
post eum Danie Reges fuerunt, Haraldus, S. Canutus
Martyr (B. Caroli Boni Flandria Comitis & Martyris, de quo
11. Martij parenz) Olauus, Ericus Bonus, Nicolaus. Erici Boni filius fuit S. Canutus. Nicolao Dania Rege, (cuius
filius

filius Magnus S. Canutum occiderat) à Iutu in vltionem illeius cadiis interfecto, regnum obtinuit Ericus Emund, Erici Boni filius notus, qui Magnum fratri sui S. Canuti interfectorē bello vicit peremūq; Erico successit Ericus Lam, Annae sororis filius; huc Sueno natus Erico Emundo, Eschylī interfector, qui à suis coactus regni consortes admittere Canutum Magni filium, Nicolai nepotem, & Waldemarum S. Canuti filium, Erici Boni nepotem; Canutum dolo peremūt; à V Valdemaro, cui insidias quoque struebat, pralio vietus occisusq; est. A V Valdemaro prognati, ad plura deinde scula Daniæ imperitarunt. De S. Canuti generis fatis: nunc de publicâ eius ad aras veneratione.

Nomen in
Martyro-
logia.

3. Molanus in Addit. ad V swardum, vii. Januarij: Ipso die S. Canuti Ducis Daciæ & Martyris, filij Erici Regis, qui passus est anno M CXXX. Martyrolog. Coloniense: Eodem die S. Kanuti Ducis & Martyris. Carthus. Colon. in Addit. ad V sward. Item Kanuti Ducis Slauiæ Martyris, filij Regis Daciæ. Martyrologium Germanicum: Sancti Martyris Canuti, Slauorum Ducis, filij Regis Daciæ, sub Alexandro III. canonizati. Passus est ann. M CXXXI. ms. Florarium: Kanuti Ducis & Martyris. Petrus Galeniū: Hoc item die S. Canuti Ducis Slauiæ Martyris, qui Alexandre III. Pontifice relatusest in Sanctorum numerum. Ferrarius pridie, id est vi. Januarij cum referat his verbis: Apud Roschildiam in Daniâ, S. Kanuti Ducis & Martyris. Monet deinde in Notis, S. Kanutum Regem huīspatrum alio die occisum, sed pro Duce videri mendosè relatum hoc die. De Translatione infra agemus.

Cur Mar-
tyr dicitur.

4. In Breuiario antiquo Ecclesie Slesvicensis, hec in festo S. Canuti recitat Oratio: Deus, in cuius fide gloriolus Dux Kanutus firmiter incendens, vitæ innocentii vio- lenter subtrahitur; præsta quæsumus, ut sicut ipse im- meritè morti addicetur, mortem quam me tuimus, eius meritis ac precibus euadere mereamur. Per Domi- num, &c. Alia in die Translationis, quam post dabimus, in eodem extat Breuiario. Miretur fortasse quispiam cur Martyr ducatur Canutus in citatu Martyrologio & aliis infra, cum nec fidei nec iustitia causâ, licet innocens, sit interfectus. Verum alij quoque haud pauci, qui ab improbiis hominibus nefariè erat occisi. Martyres habiti sunt, ut suis locis ostendamus. Et fuit, vir- tute exercitatio, fauorq; Numinis causa odiorum Magni aduersus Canutum, ut aduersus Abelem Caini.

§. II. S. Canuti regnum, Ducatus.

Qui Slaui
& Obotri-
ti.

OBOTRITI, Venedi, Slaui, Boreales Germanie provincias ad mare Balticum occuparunt, ab Oriente trans Viadrum Vistulamq; progreſsi; siue desertas, Suevis Vandaliq; in extera profecti; seu portu pulsis, subiungatve & in vnam secum gentem redacti incolis. Vniuersim Slaui omnes dicti; eratq; eadem omnibus lingua, quæ nunc Bohemi, Morobi, Rurheni, Poloni, Croata, atque alij, sed in varia dialectum deflexa vtuntur. Slauorum porrò horū ad Septemtrionem Germania, plures recensentur populi, siue ex iis antè gens coaluerat vniuersa, siue vna in plures diflecta est dynastia: Duces certè ac Reges is varijs imperarunt. Obo|it*ri*
 præcipue Mecklenburgicam ditionem, ac VVagriam quoque tenuerunt, à vestibus versicolorib; ut quidam scribunt, adepti nomen. Slauoruim proprio nomine, quod erat alioquin omnibus cōmune, se ferebant ij qui Pomeraniam Marchiamq; Brandenburgicam tolebat. Vandalis, qui vulgo VVendeni, unde orta nomina- tura, haud satius inter Auctores constat. De eā disputat Hadrianus Iuniu in ū Batavuā cap. 21. Ioannes Angelius VVenden- hagen in suis rerum Hansaticarum commentariis parte 3. c. 9. 10 22. 23. &c. varijs enumerat Vandaliæ ciuitates, qua hoc tempore ad Mecklenburgi, Pomeraniaq; Ducatus spectat. Hac carpit ex præcipua auctoritatib; Scriptoribus attulimus (quæ alij, qui de gentium migrationibus agunt, susus distinctiusq; exponunt) ut, quia S. Canutus Slauiæ Dux, Obo|it*ri*
 Rex ac Vandalorum dicitur, quibus præfuerit populis in- telligatur. Ab eo ceriè orti Dania Reges, ad hanc usque atatem se VVandalorum Reges scribūt, ut etiam superiore saculo anim- aduertit Krantzus lib. 3. Vandale cap. 30.

6. Slauorum Principatum, mortuo Henrico Gode Ex va- scalci & Sirita (qua Canuti amita erat) filio, ut viuens fi- pulatus erat Henricus, adiit Canutus, ac Regis Obo|it*ri*
 torum titulum accepit à Lothario II. qui post Henrici V. obitum an. M CXXV imperare cœpit. At Ducatum Slesvicensem anted à Nicolao patruo emerat Canutus, virtutis exercen- da materiam, dum ad fines Danie perennes agere excubias con- tra Slauos ac Saxoness hostes perpetuos cogeretur.

7. Est Slesvicensis Ducatus Itia meridionalis prouincia, Dux Sles- cuius caput Slesvicum ciuitas Episcopalis, que Haiteby vvicens est, aut Hedeby, ab Hethâ Regina dicta. Ita Ethelverdus Anglus lib. 1. Chronic. Porro Anglia vetus sita est inter Saxones & Giotos, habens oppidum capitale, quod sermone Saxonico Slesvicum nuncupatur, secundum verò Danos Haithaby. Slesvicum quoque dicta reperi- tur. Vrbs olim fuit opulenta ac populosa. A Sliam amne, aut sinu mari, nomen accepit. Nā Sinus maris, vt Ioannes Adolphus Cyprus vir optimus, mibiq; dum viueret, amicissimus scribit Historia Slesvica. cap. 2. seu partes litorum propter excu- fus maris incuruæ, à nautis Danis ein vvick nominan- tur. Et Saxo lib. 7. portum Hervvig, Latinè Exercitum vvick, sinum interpretatu his verbis: Hako in portum, qui Danicè Hervvig, Latinè Exercitum sinus dicitur, classe collatâ militem exponit. Plura eiūmodi locorum vo- cabula pasim occurunt, qua vvick syllabâ terminantur, vt Kentvvick vel Kentavicum emporium in Belgicâ ad ostium Quantiae, siue Canciae, fluminis, quod nomen non rectè qui- dam à vico Latinâ voce deflextunt, quasi yicus ad Quantiam dicatur, cum emporium fuerit ad sinum Quantiae.

Vt à patruo Nicolao Canutus, ita Holstia Duces quibus VVagria, & pars Obo|it*ri*
| |
 Saxonumq; Osterlingorum, siue Ostvalorum, ditioni paret) à Dania Regibus etiamnum in feudum accipiunt Slesvici Ducatum.

§. III. Qui Canuti gesta scripsere.

8. Res gestas S. Kanuti varijs descriperunt. Proximus Scripsere Rauum eius attigit Helmoldus, discipulus, ut ipse fa- de S. Ca- tetur, Geroldi primi Lubecensem Episcopi, qui creatus est nuto; anno M C L X I I I . Episcopatu Aldenburgenſi tum Lubecam dux. Helmoldus translato: is erat annus ab obitu S. Kanuti trigesimus, ut scri- bit Albertus Abbas Stadenſis canonib; B. Maria Virg. Ordinis Albertus. S. Benedicti, qui relictâ Abbatiâ Ordinem S. Francisci in- gressus est. Hic in Chronicô, ad annum M C X X I I I . & sequentem, eisdem verbis, quibus Helmoldus, describit vitam S. Kanuti, pauculis hinc inde om̄is. Breuius eadem referun- tur ex Helmoldo descripta in Chronicis Slauicis incerti aucto- Chronicis, studio Erpoli Lindebrogi editis, capitulo 17. Texitur hoc Slau. Chronicum ad annum M C C C L X X V I I I . quo auctor vixit: Fauent hi auctores Wandalis seu Slauis, & S. Kanuti apudeos gesta præcipue attingunt. Danica studiosus descripti Saxonius Grammaticus, Danus ipse ex Sialandia oriundus, Ro- maticus, schildensis Ecclesie Propofitus, qui floruit circiter annum M C C .

9. Nos duplē vitam damus, alteram ex Helmoldi Vita S. Chronicô, alteram ex historiâ Saxonis decerp tam. Helmoldus Canuti. presigimus lectiones Officij Ecclesiastici de S. Kanuto hoc vii. Ianuarij in diœcesi Slesvicensi olim recitari solitas, ex antiquo eiusdem diœcesis Breuiario descriptas: Saxonis verò subiectimus, qua ex variis de S. Kanuti in Diuos relatione, corporisq; ele- uatione & translatione collegimus, demum & lectiones alias xxv. Iuniū recitari solitas ex citato Breuiario.

10. Prater citatos scriptores, incertus auctor historia com- Alij scri- pendio Regum Dania ex MSS. studio Lindebrogi edita, de Ni- colao patruo S. Canuti agens, sic scribit: Nicolaus quintus Suenonis filius. Huic erat filius, nomine Magnus, ex vxore Margaretha filia Regis Sueciae, homo eruditissimus & impius, qui etiam interfecit S. Canutum Martyrem & Ducem, ipsius quoque fratrem Haraldum. Iste Nicolaus bello superatus ab Erico Emund, occiso Magno filio fugit ad Slesvicum, ubi à turis interfectus est in vltionem Canuti Ducis, qui erat Iutis carissimus, anno Domini M C X X V .

11. Eiusdem à Magno occisi meminerunt Annales ab anonymo

Ex v-

A-

RIIS.

mo circiter an. Christi. MCCLXXXVIII. conscripti, ab eodem Lindebrogiō editi. Liber item cantilenarum Danicarum, Chronicon Holstiae, & Chronologicum de rebus & origine Regum Daniae collectaneum auctore, vt volunt, Erico Pomerano Daniae Rege. hoc cirat Ioannes Isacius Pontanus lib. 5. historia Regum Daniae in Nicolao Rege LXXI. illa. Ioannes Adolphus Cypraeus in Annalibus Episcoporum Slesvicensium cap. 21. & 23. Quibus locis veteri, egregiā laudat S. Kanutum, eiusq; vitam & cedem describit. Huius etiam patruus Hieronymus Cypraeus hanc historiam illustrat in suis ad Helmoldum annotationibus, quas non nisi à nepote citatas legimus.

12 Ad antiquiores redeo. Fussimē acta S. Kanuti describit Albertus Krantzius Hamburgi olim SS. Theologie Professor & Collegij Canonorum Decanus, qui anno Christi MDXVII. ē viuis decepit. Hic lib. 3. VVandalia cap. 27. & sequentibus decem, & lib. 5. Dania cap. 1. 4. 7. & sex sequenti bus praeclarè S. Kanutum depingit, in Danicā historiā secutus Saxonem, in VVandalicā Helmoldum & Albertum Stadensem. Meminit eiusdem lib. 5. Saxonia cap. 28. & lib. 6. cap. 2. 3. & 4. Krantzio succedit Ioānes Magnus, Olai Magni frater, Archiepiscopus Vpsalensis in Sueciā, qui anno Christi MDXLIV. Roma diem extremum clausit. Hic in historiā Gothorum & Sueonum, (quibus Magnus, S. Kanuti interfector, Rex praefuit) lib. 18. cap. 14. & 16. obitum eius narrat, & canonizationem lib. 19. cap. 7. & lib. 2. de vita Archiepiscoporum Vpsalensium, in Stephano Archiepiscopo. Baronius eius mentionem facit in Notis ad VI. diem Ianuarij, & tom. 12. anno 1164. num. 50. eius canonizationem refert. Ioānes Angelius Werdenhagen eius bonitatē laudat parte 3. Rerum Hanseaticarum cap. 22. & alibi. Vitam denique S. Kanuti descripsit prolixè Ranuccius Picus, Odoardi Farnesij Parma & Placentia Ducis Secretarius, & in Speculo Principum Italico idiomate euulgauit anno MD CXXII.

S. Kanuti
atlas.

13 De aetate eius, & annis quibus vixit, & quando occisus sit, id statu potest. Parentes eius ab itinere Hierosolymitanō reduces in insulā Cypro circiter an. Christi MCV. obiisse cōmunior opinio est: quo tempore puerum cum fuisse octo vel decem annorum, & sub disciplinā Skyalmonis exstīmamus educatum. Krantzius lib. 3. VVandalia cap. 28. scribit, Henricum Obotritorum Principem obiisse anno MCXXII. & S. Kanutum pro huius filii administrationem subiisse. Sed quomodo tum Rex Obotritorū coronatus est à Lothario Imperatore (vt cum aliis refert ipse Krantzius) cūm ad Lotharium diu postea à morte Henrici V. qua contigit mense Iunio anni MCXXV. imperium translatum sit? Albertus Stadenis & Auctor incertus Chronicī Slavici hanc S. Kanuti in Regem Obotritorum coronationem ad annum MCXXXIII. referunt, quo eodem anno eius cedem describunt. Cypraeus ex libro cantilenarum Danicarum, Molanus in addit. ad Vfuardum, Ranuccius Picus in eius vita, volunt eum anno MCXXXI interemptum. Ioānes Magnus lib. 18. Hist. Gothorum cap. 15. scribit circa annum MCXXXIX. Regem Gothorum Ragualdum occisum esse, cuius Magnus S. Kanuti interfector succēdit, ante hanc cedem patratam, vt infrā ex Saxone patebit; sed cūm Lotharius eo anno aut precedenti obierit, necessariō hac citius contigerūt. Opinamur S. Kanutum circiter annum MCXXXI II. esse interfectum, aliquot ante annis in Regem à Lothario coronatum. Fauent preter citatos Historici Regum Daniae, qui Nicolaum anno MCXXXV. interfectum scribunt.

VITÆ COMPENDIUM

Ex Breuiario Slesvicensi.

S. Kanuti
virtutes.

BEATVS Kanutus, Regis Erici filius, Dei dispositio factus Dux Iutie, posuit super femur gladium suum. Invasores regni dissipat, perdit raptore, & fures suspendit, & in brevi, ab omni persecutione patriam suam liberavit. In omnibus prosperè egit, quia manus Domini erat cum eo. In diuinis deuotus extitit & curiosus, in secularibus strenuus &

curialis. A Deo & hominibus iure dilectus erat.

2 Vnde Magnus, Regis Nicolai filius, excæcatus inuidia, Dux dolo de terrā delere voluit. Contigit interim, vt Dux Regi tunc accusaretur. Tunc & Rex, falsis fauens suggestionibus, his causis, concilio a Ripensi ipsum aggressus est: Tu contra consuetudines Coram Re-
terre, noua quædam induxisti, & in Slaviā contra me ge accusa-
nomen Regis usurpasti. Super quibus Rex suis respon-
sus auditus (quia simplex erat, & citò moueri non po-
tuit) delatoribus derogauit, commendans opera Du-
cis, quia erant valde bona.

3 Cūm in illo tempore, imminēte die Natalis Do-
mini, Regis curia esset b Roskildia celebrāda, & Dux
Kanutus ad festum inuitatus ire festinarer; vxor eius,
rei euentum præcogitans, hortabatur illum iter omit-
tere. Sed cordis innocentia viro iusto eundi proposuit
securitatem. Transfretante, venit ad curiam Regis,
vbi cum honore receptus est.

4 Magnus sicut, cui Kanutus se tutiū committebat, meditabatur die ac nocte quod eum neci traderet. Huius perfidi c Hentricus Scatellerus fretus consilio, tres Proceres confederauit, in quibus præ ceteris ma-
lefaciendi habebat fiduciam. Deinde tamquam fami-
liarem suum Duxem confuluit, dicens: Frater fidelis
præ cunctis mortalibus, cūm te sine falsitate aliquā ex-
pertus sum, quædam negotia tuo consilio ordinate
disposui: volo, vt in secretiori loco mihi soli solus ob-
uies, vbi nemine impediēt, quæ deliberanda sunt
definire valeamus. Kanutus falsi fratris verbis fidem
dedit, & respondit: Locum & tempus assigna, paratus
enim sum in omnibus tibi patere.

5 Die autem altero Epiphaniæ Domini, summo Perterritū
diluculo, Magnus armatus cum suis sequacibus, ad in insidias
filiam veniens, in quā fratricidium perpetrare dispo-
suit, doli nuntium ad Duxem direxit, mandans ei vt
quod fideliter spoponderat, cum festinatione adim-
pleret. Igitur S. Kanutus ad locum properans, perfidi-
per saltum vagantem solum videbat: qui statim
occurrentis osculatur, amplexatur; pacis osculo Iudæ
traditoris officio se obligauit, dicens: Frater, sedeamus
illuc. Sedens cum eo, versipelle latenter sub togā
loticatum perpendens, dixit: Frater bone, vt quid arma
portas in tempore pacis? Traditor respondit: Inimico
meo iuxta opus suum vicem reddere teneor, & ad vin-
dictam ad præsens paratus sum. Iam scelus diutius ce-
lare non potuit, sed odiosè dixit: Kanute, cuius est
Dacia? Qui similiter respondit, dicens: Frater, cuius
est Dacia, nisi patris tui, & patrui mei, quamdiu Deo
placuerit? Cui Magnus: Non sic. omnes vadūt post te:
tu tollis à nobis locum & gentem; & inter nos hoc
modo melius diuidi potest. Circumspiciensque Dux
vidit armatos, & ait: Frater, scit qui omnia nouit, me
tibi aut quis verbo vel opere numquā obfuisse.
Et quare hoc fecisti? In hoc Sanctus surgere voluit, sed
per caput caputum traditor eum indignè retrahens,
gladio ab aure sinistrā, in dextrum oculum, caput sci-
dit, & cerebrum denudauit. Deinde ceteri lanceas in
latere eius fixerunt, & d Martorem Christi fecerunt.

a Ripa urbs meridionalis Iutie, sive Cimbrica Chersones, adiacet Niplæ fluvio, iſtis in Oceanum Germanicum illabenti. Sedes iſtis Episcopalis, una e quatuor quæ in Iutia junt, subiecta Lundensi Archiepiscopo.

b Roschildia urbs Episcopalis, in Seländia, sive Sialändia, insula Danicā, olim Regum sedes.

c Aliis Henricus Scatellerus; filius Suenonis qui S. Kanuti patruus erat.

d Martyr sapientis dicitur in Officio de Translatione. Anonymus in historiā compendiosa Regum Daniae studio Erpoldi Lindebrogij edita, etiam Martorem appellat.

VITA

VITA EX HELMOLDO:

C A P V T I.

Canuti educatione, dignitas, bella.

DESCRIBTA a Henrico Principi Obotrito-
rum morte, & filii viriisq; Zuentepolci & Kan-
nuti, nepotisq; Zuinike, post bella intestina, cede-
b. subiungit Helmoldus lib. I. Chronicorum cap. 50. b Post-
hac translatus est Principatus Slavorum ad nobilissi-
mum Principem Kanutum, filium Erici Regis Danorum.
Ericus enim potentissimus Rex, cum se deuouis-
set ad iter Hierosolymitanum, fratri suo Nicolao re-
gnum cum filio Kanuto commendauit, accepto iura-
mento, vt si non rediret, filio suo, postquam adoleuis-
set, regnum contraderet. Cum ergo Regem Hierosolymam
redeuntem fata sustulissent, Nicolaus, licet con-
cubina natus, Danorum regnum obtinuit, eò quod
Kanutus adhuc esset infantulus. Sed & Nicolao erat
filius nomine Magnus. Nutriebantur ergo regalius &
magnificentius haec duo genimina in futuras commo-
tiones bellorum, & multorum ruinam Danorum.

d Vbi autem Kanutus adolere coepit, timens se ini-
fidiis patrui sui facile posse obrui, transit ad d' Imperato-
rem Lotharium, & mansit apud eum multis die-
bus sive annis, habitus ut regiam magnificentiam de-
cuit cum plenâ honorificentia. Inde subiens in patriam
a patruo benignè receptus, & Ducatu totius Daniae
prædictus est. Coepitque vir pacificus regionem com-
pacare, auferens viros desertores de terrâ; præcipue
verò Slesvicensibus beneficis erat.

f g 3 Contraitem latrones forte comprehendendi in
f myricâ, quæ interiacet inter g Sliam & Egdoram,
& perduci in faciem Kanuti. Quos cum ille suspen-
dio addixisset, vnu ex eis vitæ consulere cupiens,
proclamauit se consanguineum eius esse, & regia
Danorum stirpe oriundum. Cui Kanutus, Turpe,
inquit, est consanguineum nostrum vulgarium morte
affici, decet nos impendere ei claritatem: & iussit ei in
nauticâ pinu soleme exhiberi suspendium.

h 4 Interē subiit animum eius, quod Principatus
regni Slavorum vacaret, mortuo scilicet Henrico, & fi-
liis eius adnullatis. b Adiit ergo Lotharū Imperatore,
emitque multâ pecuniâ regnum Obotitorum, omnē
scilicet potestatem, quâ prædictus fuerat Henricus. Et
posuit Imperator coronam in caput eius, ut esset Rex
Obotitorum, receperitque eum in hominum.

i k 5 Posthac transit Kanutus in terram k VVagiro-
rum, & occupauit montem, qui antiquitus l Alberg di-
citur, impositusque illuc mansiunculas, intendens ibi-
dem communire castellum. Et sociauit sibi in terra
Holzatiensium omnem virum fortē, fecitque cum
eis incursions in terram Slavorum, occidens & ster-
nens omnes sibi aduersantes. Sed & fratrelem Hen-
rici Pribizlaum & Maiorem terra Obotitorum Ni-
clotum duxit in captiuitatem, posuitque eos Slesvich

m in custodiā, adstringens eos manicis ferreis, quo-
unque pecuniâ & vadibus redempti, mea quæ subiecta
sunt, sentirent. Sæpius & in terram VVagitorum de-
uersans n Falderensi hospitio vñs est, præbuitque se fa-
miliarem o Vicelino, & omnibus illi commorantibus,
promittens eis bona, si Dominus res suas in Slauiâ di-
rexisset. Veniens etiam p Lubeke res suas in Slauiâ di-
rexisset. Veniens etiam p Lubeke res suas in Slauiâ di-

a De Henrico bellis cum Rege Nicolao, & S Kanuto, in sequenti
vitâ ex Saxone pleniâ agerunt.

b Alberus Stadenus hac ferè omnia hinc descripta refert, ad
annum Christi MCXXXIII.

c Hec ruina congit à morte S. Kanuti in vindictam barbarâ
crudelitatis Magni parricide.

d Hic Lotharius per quamdam anticipationem Imperator di-
citur, cum ante annum Christi MCXXV, quo ad eam dignitatem ene-

stus est, hac contigerint. Is ad an. Ch. MCVI. Inclitus & magnificus AVCT.
Dominus Luderus Dux Saxonie & Westphaliae citatur. lib. I. HELMOL-
DO. Chronic. Schaumburgensis Cyriaci Spangenbergi (excusis in Stad-
hagen anno Christi 1614.) cap. 5. contulisse Comitatum Holſa-
tia; VVagritæ, & Stormariæ, Domino Adolfō, Corthiti de Scha-
venburg. Vnde eius in hisce paribus præcipua auctoritas colligitur.

e Hic forte ritulus honoris datus ei fuit, qui exercitui Danico cum
imperio prefuit.

f Vulgo de Cropper-heye, ubi à Magno S. Quaui filio, (qui
post Canutum Durum; S. Eduardi uterum fratrem, Danie Rex
fuit,) memorabilis prædictus a plurima Slavorum milia; unde vul-
garē etiam propter eum præterea propter eum. Du bist Kroppe noch nicht vor by,
ideß, Coppenhemad nondum prætergressus es; in eos qui iachla-
bunde leute periculum efferrunt, vel re leui gesta triumphabundi
exultant, cum præcipua auctua mole incumbar. Ita Pontan.

g Hi fluvij Slia & Egdora Isthmum faciunt, & paninsulam
Iussia constituant, Geographus & Historicus Cheronesum Cimbri-
cam dictam. Slia, seu alia Slea, infra Slevy vicum in mare Balti-
cum influit. Egdora verò sine Eidorâ è regione se in Oceanum Ger-
manicum exonerat. Limitem Danorum regni, & Imperij Romano-
Germanici constitunt.

h De his plura in sequenti vita ex Saxone, cum bac conferenda.
Quare Lotharius S. Kanutum ad regiam dignitatem extulerit, do-
cer Kranziu lib. 3. VVandalia c. 30.

i Albertus Stad. in hominem.

k Wagiri, Wagriæ populi in Holſatia ad mare Balticum in-
ter Lubecam & Slevvicum, Obotritis tum subiecti, quibus ca-
put bubulum pro insigniis dicuntur retinuisse.

l Est Aldenburg ea, quæ Slauiâ lingua Starigard, hoc est
antiqua ciuitas dicitur, sita in terrâ VVagitorum, in occiduis
partibus Baltici maris, & est terminus Slauiâ, Helmoldo c. 12.
dicta deinde Sigeberga: adiacet Traueno fluvio; distat quinque mil-
liarib; Lubecâ, sex Hamburgo; sedes olim Episcopalis, in tres dein
diuisa, Raseburgensem, Mecklenburgensem, & ipsam Aldenbur-
ensem, quæ Lubecam demum translatæ est.

m Albert. Stad. subiectiōnem promitterent.

n Falderam scribit Chronic. Slavorum interiti auctoris, suo
tempore Nigemunster dictam. Oppidum est Holſatia ad fontes ferè
Stora fluvij, qui non procul à Luckstadio in Albin illabitur.

o De S. Vicelino agemus XII. Decemb.

p De Lubecâ nobilissimo emporio, & Hanseaticarum urbium
primâ, legendi Petrus Bertius lib. 3. Rerum Germanicarum, VVer-
denhagen part 3; rerum Hanseaticarum cap. 12. & seqq. & alij re-
rum Borealium scriptores.

C A P V T II.

Canuti cades eius ultio.

6 **V**I B V S D A M interiectu pergit cap. 51. Helmoldus:

Circa tempus dierum illorum accidit, ut Kanutus Rex Obotitorum veniret Slesvich, habitu-
tus cum patruo suo Nicolao curiale colloquium. Cùm
autem populus venisset in concionem, & Rex senior
sedisset in throno, induitus cultegregio; Kanutus assedit
ex opposito gestans & ipse coronam regni Obotitorum,
stipatusque satellitum agmine. Sed cùm Rex pa-
triuus videret nepotem suum in fastu regio, sibi que
nec assurgere, nec osculum ex more dare, dissimulatâ
iniuriâ transit ad eum oblaturus salutationem cum
osculo: cui ille occurrit ex medio, sese per omnia pa-
triuo & loco & dignitate adæquatuit. Quod factum
Kanuto lethale odium consciuit.

7 Nam Magnus filius Nicolai cum matre huic spe-
ctaculo assidens, incredibile dictu est, quantâ irâ exar-
serit, dicente ad eum matre suâ: a Nonne vides quia a
nepos tuus sumpto sceptro iam regnat? Arbitrate ergo Magnius in
eum hostem publicum, qui vidente adhuc patre tuo eum con-
nomen sibi regni usurpare non timuit. Quod si longius
dissimulaueris, & non occideris eum, scito te & vitâ &
regno ab eo priuandum. His itaque verbis instimula-
tus coepit insidias moliri, ut Kanutus occideret. Quod Conciliati-
fentis Nicolaus Rex, conuocat vniuersos Principes tur-
egni, deditque operam, ut iuuenes dissidentes confœ-
deraret. Dissensionibus ergo ad pacem inclinatis, iura-
ta sunt vtrimeque fœdera.

8 Sed pactiones istæ apud Kanutum firmæ, apud Occidit
Magnum dolis oblita sunt. Statim enim ut ficta solidi- eum Ma-
tate animum eius inuestigat, & omni suspicionis malo gnu-
vacuum considerat, roget Kanutum Magnus, ut oc-
currat sibi ad singulare colloquium. Dissuaderet Kanuto

A v e t . vxor exitum, timens insidias, simuletiam exasperata somnio, quod præteritâ nocte viderat. Nec tamen vir fidelis retineri potuit, sed sicut laudatum fuerat, occurrit ad locum placiti, comitatus quatuor tantum viris. Adest Magnus cum totidem viris, amplexumque deotculatur nepotem, considerantque tractatur negotia. Nec mora: surrexerunt insidiæ de latebris suis, percussumque Kanutum interfecerunt, diuisoque membratim corpore, crudelitatem etiam in mortuo exatratæ gestierunt.

b *Lotharii Imperat. placas Magnus.* **c** Auditio autem sinistro hoc nuntio Lotharius Imperator, cum coniuge suâ & Rikenzâ, non modicè contristati sunt, eò quod corruerit vir Imperio amicitia coniunctissimus. Venitque cum grandi exercitu prope ciuitatem Slesvich, ad vallum illud notissimum & Dinevverch, vlturus mortem funestam optimi viri Kanuti. Confederat è regione Magnus, cum immenso Danorum exercitu, defensurus terram suam. Sed territus virtute Teutonici militis, apud Cæsarem immenso auro, & hominio, impunitatem indemputus est.

d *Ericus Canuti frater vocationem parat.* **e** Videns ergo Ericus frater Kanuti, natus de cōcubinâ, quia refriguit Cæstatis ira, cœpit armari in vocationem fraternali sanguinis, currensque terrâ & mari congregauit multitudinem Danorum, execrantium impiam cædem Kanuti. Sumptuque regio nomine, cœpit frequentibus bellis incurare Magnum: sed superatus, sed fugatus est. Vnde etiam Ericus Hasenvoeth, id est, pes leporis, propter fugam continuam appellatus est. Daniâ tandem exturbatus, confugit in ciuitatem Slesvich. Illi autem memores bonorum, quæ impenetrat eis Kanutus, receperunt virum, parati pro eo ferre mortem & exterminium. Quamobrem Nicolaus & filius eius Magnus præcepérunt omni populo Danorum, ut descenderet ad pugnam Slesvich, crevitque obsidio in immensum, frustrato tamen labore: nā neque ciuitate neque hoste portus est. Laxata enim hieme pariter & obsidione, Ericus elapsus venit in maritimâ Sconia regione, conquerens vbiique innoxiam fratri cædem, & proprias calamitates. Audiens ergo Magnus quia comparuit Ericus, accedente æstate, dixit expeditionem in Sconiam cum innumerâ classe. At ille confederat è regione, stipatus accolaram licet breui numero. Soli enim Sconenses vniuersis Danis restiterant. Cùm ergo Magnus in sacro die Pentecostes aciem vrgeret ad congressum, dixerunt ad eum venerabiles Pontifices: Da gloriam Deo cæli, & habe reuerentiam diei tantæ, & quiesce hodie, pugnatus in crastinum. Qui monita contemnens, aggressus est prælium. Producitque Ericus exercitum suum, & occurrat ei in manu validâ. **f** Ceciditque Magnus in die illâ, percussaque sunt vniuersa Danorum agmina à viris Sconensis, & ad internecionem deleta.

g *Fit Rex Danie.* **h** Et factus Ericus eâ victoriâ insignis, & creatum est ei nomen nouum, vt Ericus Enun, hoc est, memorabilis appellaretur. Porro Nicolaus Rex senior nauicelus venit in Slesvich, percussuque est à viris ciuitatis in gratiam victoris. Virtusque est Dominus sanguinem Kanuti, quem interfecit Magnus, prævaricator iuriurandi quod iuravit. Et **i** regnauit Ericus in Daniâ, generauitque ex concubinâ Thunghâ filium, nomine Suein. Sed & Kanuto erat filius nobilis Valdemarus. Magnus quoque genuit Kanutum. Remanseruntque hæc regalia incrementa Danorum populis, in quibus exercentur, ne fortè amissio vñi pæliandi quandoque insoleferent. Solis enim ciuilibus bellis præpollent. Postquam ergo mortuus est Kanutus, cognomento Lavvardus, Rex Obotitorum, successerunt in locum eius Pribizlaus atque Niclotus, bipartito Principatu, vno scilicet Vagirensium atque **k** Polaborum, altero Obotitorum prouinciam gubernante.

a Ante mater in Ripensi colloquio conata fuit utriusq; & S. Kanuti nepotis, & Magni filii, animos exacerbatos pacare, ut infra ex Saxonem dicitur.

b *Alius Rixa & Richiza dicitur: filia fuit Henrici Pinguis Dacia Gottingensis, & Gerdrudis filia Egberti Marchionis Münster.*

c *Alius Danevirka & Dennevverck. Agger hic duellum est per transuersem Cherjoneum à Danis contra Saxones Nordalbingos. & Obotritos, quorum frequentes in hos agros erant incursiones. Aimo-nus lib. 4. hisc. c. 96. hoc opus refert ad Godefredum, sive Gorricum, Danorum Regem, Godefredus inquit, limitem regnus sui, qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit eo modo, ut ab Orientali maris sinu, (quem illi Ostarnalt appellant) vique ad occidentalem Oceanum totam Egidora fluminis Aquilonarem ripam munimentum valli prætexeret, vñā tantum portâ dimis-sâ, per quam carra & equites emitte & recipi possent. Diuiso itaque opere inter Duces copiarum domum reuersus est. Ad annum DCCCXIIII. hoc à Chronologis referuntur, quo Godefredus regnabat. Sparsum aggerum est octo aut novem milliarum. Hoc opus tum cæptum, circiter annum DCCCL. sub Rege Haraldo Blaau tandem reparatum & communatum luculentius: extructa in eo tressa, vel specula posita, per interualla ita disposita, ut ex iiii hostiis aduentans facile compici posset. Curauit sum opus illud Haraldi mater Thyra, cognominata Danebod, Gormonis seu Germundi Regis nuper vitâ fundi vidua. Demum quod effet terrefacta molli solidior strucitura, iussit Rex VVAldemarus S. Kanuti filia coeli laseria murum superici. Simili præsensurâ Scotiam ab Anglia disinctam esse, diximus siprâ in vita S. Cæda Episcopi.*

d *Alius Scania, Scandia, seu Scandinavia, quam antiqui insulam putarunt. Hac continens est vñā cum Suediâ & Norvegiâ. Divisit super reliquias Danie prouincias. Metropolis eius Londia est, seu Lundia.*

e *Albert. Stad. sequentia refert ad annum MCXXXIV.*

f *Albert. Stad. Ceciditque Magnus in die illâ, cum quatuor Episcopis & multis Clericis, deletique sunt à Sconensis vñque ad internecionem. Saxon descripta Danorum clade, ita in fine lib. 13. eam concludit: Crediderim hanc victoriam humanis pa-rum viribus partam; sed Deo piissimi viri interitum vñcidente concessam. Neque bellum aliud crebriorem Pontificum cruorem absumpsit. Quippe Petrus Roskildensis, & Henricus Sæ-ticarum partium Pontifer, omnesque Iutia præter vñum Antistites hoc pæliio oppresi traduntur.*

g *Albert. Stad. Emun. alius Emundt, seu Emundus.*

h *Regnauit Ericus quatuor annis. Occupauit à nobili Iustâ lanceâ transuerberatus anno MCXXIX.*

i *Sueco alius, successor Erico Lam an. MCXLVII. cum VVAlde-maro S. Kanuti filio, & Canuto V. Magni filio.*

k *Polaborum fædes primaria fuit Raceburgum, initio Comi-tatu, post etiam Episcopatu celebre. Polabos à regionis planicie no-men sibi indidisse sufficitur Reinerus Reineccius in Append. 1. ad Helmoldum.*

VITA EX SAXONE GRAMMATICO.

C A P V T I.

S. Canuti liberalis indoles. nuptia.

i *NARRATA sancti Regis Danie Kanuti cæde, suffe-
ctum illi in regnum Olauum fratrem commemorat Canus
Saxo Grammaticus: Ericum verò, qui Kanuto semper faverat, pater Eri-
canus, Regis fædes primaria fuit Raceburgum, initio Comi-
tatu, post etiam Episcopatu celebre. Polabos à regionis planicie no-
men sibi indidisse sufficitur Reinerus Reineccius in Append. 1. ad
Helmoldum.*

2 *Voti deinde exsoluendi gratiâ Hierosolymâ profecturus
Ericus Haraldum filium, quem præstantior ætas ho-
noti tempelium effecerat, Regis partibus perfun-
ctorie donat. **4** Skyalmoni verò Caudido, splendidis-
simæ atque integerimæ dignitatis viro, cui non solùm Skyalmon
totius b Sialandæ sed etiam Ruginæ, vñctigalis à se fa-
ctæ, procurationem detulerat, peragendæ circa Ka-
nurum educationis officium mandat. Ericum autem
obscurore loco natum, hebetiore quoque curâ com-
plexus, minotis potentiaz tutoribus applicauit.*

3 *Mortuo in Cypro insulâ cum coniuge Erico (vt lib. 13.
prosequitur Saxo) equestris ad regnum est Nicolaus eius fra-
ter, vñtro cedente, qui senior erat, vñbore fratre. Tum Margar-
reta d Ingonis Sueonum Regis filia, Nicolai Regis coniux, d e
filio Magno ampliorem propinquorum fauorem affi-
nitatum beneficio create cupiens, Kanuto f Ingiburg-
gam sororis filiam coniugio copulauit. **f***

4 *Interæ Hencicus Guthskalci Wandalorum Prin-
cipis ex Sirithâ Nicolai Regis sorore filius, maternis à Ni-
colao bonis indignè spoliatus, acrem eorum repetito-
rem*

*Canutus
in prælio à
milice ser-
uatus.*

rem agere cœpit. In quodam aduersus eum à Nicolao parum prospere commisso prælio, Kanutus per summam vulnerū acerbitatē pedium firmitate defecitus, promptissimam militis fidem expertus est. Qui ne Dominius ab hoste interciperetur, periculum eius suo discutere non dubitauit. Sociis namque de industria fugere iussis, ipse corporis simulatione cursum lentiū agens, imminēti sibi Sclalo manus obtulit vinciendas, eiusdemque propius obequitantis habenas corripiens, latā à sociis ope, equo barbarum spoliauit. Quo potitus, protinus eo summam Kanuti imbecillitatem adiuuit. Igitur ut callida, ita periculosa fortitudinis felix exitus fuit....

5 Èa tempestate missi à Kanuto qui pecuniam, quam educator eius depositi nomine conferuauerat, in Fioniam è Sialandia transferrent, cùm ab utroque littore æquè distante nauigio, procul piratas imminere consiperent, expensam fune crumenam vndis occultauere. Postremò cùm se parum potentes remigij animaduerterent, fugæ dissidentiâ implicati, reciso tenaculo, verutas Regum opes atenisi, quam hostibus relinquere maluerunt. Quam rem Nicolaus in Sialandiam ex Fionia traiiciens tametsi einius specularetur, periclitantibus præsidio forte nequiuit, quod exiguis & inhabilibus ad remigium nauigis vteretur. Postea cùm Kanutum iocundum præ se vultum ferentem cōspiceret, oris hilaritatem increpans ob recentem auti paternique æris iacturam, dolere ei admodum expedite dicebat. Ille nihil hac se moueri fortunâ dicebat, sed eius beneficio summam liberalitatis occasionem accepisse respondit: vt enim antè nihil ex paternatum opum cumulo decerpere ausum, ita deinceps accessuras abunde erogaturum. Maximum quippe auaritiae nutrimentum diuitias esse, quas quisquis aspetuare intenderit, humanitati vacare non possit. Quâ voce se pecunia, sed eam Regi imperare monstrabat. Cuius rei præcipuum extitit documentum quod sequitur.

a Aliis Scialmon Vidus, ex illustri Vidorti prosapiâ oriundus, nec minus facundiâ & pietate, quam natalibus & primâ apud Reges amicitia clarus. Ita Pontanus. Saxo Candidum vocat; quod Latinè redditum ex Teutonicâ voce vvt seu vvidt. Dæ eius officiis & præfectoriâ agit Saxon præcedentibus libris.

b Selandia alia, & Zealandia. Selandi insula, inquit Adamus Bremenis S. Canuto antiquior, est in interiori sinu maris Baltici sita, quantitate maxima: Hæc tam fortitudine virorū, quam opulentia frugum celeberrima, longitudinem habet bidui, cùm latitudine ferè sit æqualis. Ciuitas eius maxima Rochild, sedes regia Danorum. Hac Adamis. Sedes modernorum Regum est Hafnia, vulgè Coppenhauen, quasi Kopmanshauen, id est mercatorum portus. Est Hafnia urbi maxima non solum Selandia huius, sed totius Danie, diu à morte S. Canuti excepta extrui.

c Rugia insula maris Baltici, ab occidente & meridie obicitur Pomeranie, quâ parte Bardum est, Stralefundum, Gryphiv valdum, & VVolgastum: exigua olim fossa, nunc fretu sex millibus passuum lato à continenti dista. Incola Helmodo Kugiani, Rani, & Rimi, populi crudeles, habitantes in corde maris, idololatriæ supra modum dediti, primum præferentes in omni Slavorum natione, habentes Regem, &c. Horum insinatu Obotriti seu Slavi occidi, Godescalcū Principe suum in odium fidei rebelles subditi occiderunt vii. Iunij, (quo die de eo agemus) & Cruconem, sive Critonem, Regem Rugiorum sibi Principe elegerunt, exclusi filii Godescalci, quorum iunior Henricus fugit ad Danos, senior Buthus ad Saxonem, qui cum exercitu ditionem paternam ingressus perfidè Cruconi traditus est, & interemptus. Henricus Daniæ egreditus, collecto de Danis & Slavis nauium numero adeo attritus maritimam Slavorum prouinciam, ut Henrico concessa ad habitandum regio & Dano Rugia feret vestigalii.

d Ingo cxx. Rex Suecia piissimus describitur à Ioanne Magno lib. 18. bistor. Gorborum & Sueorum cap. 14.

e Horum fides, hodie ipsi met incolis & conterminis Danis Suerike, quasi Sueningar, sive Sueenrike, id est Sueorum regnum. Antiquis Germanis Sueon: unde Latinum Sueones Eginoardo, Tacerito Suiones. Germani meridionales dixerunt Suethan. unde Iornandi sub initium de rebus Gothicis Suethans. Nunc Germanus paſſim dicuntur die Sveden, & Latinè Suedi, Suehi, Sueci, Iornandi etiæ Sueidi. Helmodius Sueones suo tempore Nordmannos afferit appellari. Praelate describit eos Adamus Bremenis libello de situ Danie, & reliquarum, qua trans Daniam sunt, regionum.

f Ruthenafuit, filia Iarislai, qui alias Princeps Ruthenorum, alias Rex Russorum dicitur. Littus Australis maris Baltici, inquit Helmodius, Slavorum incolunt nationes, quoru' primi sunt

Ruzi, deinde Poloni, &c. Deinde: Russia, seu Ruzia, à Danis A v c t. Ostrogard dicitur, ed quod in Oriente posita omnibus abundet SAXONE bonis. Hæc etiam Chunigard dicitur, ed quod ibi sedes Hun- GRAM- norum primi fuerit.

MATICO.

g Insula est inter Iutiam & Selandiam media; Adamo Fini, quod vernacula loquenteribus pulchrum sonat. Metropolis eius Ottontonia urbs Episcopalis, templum habet S. Canuto (huius nimirum patruo, isthie occiso) sacram, elegantis structura: In eo conuentum fieri frequentissimum circa festum Epiphania, omnium propemodum indigenarum & nobilium, scribit Pontanus.

C A P V T I I .

Canuti Ducatus: bella: pax inita.

6 CV m ob creberimas acerrimasque finitimarum excursiones, nemine a Slesuicensis præfecturæ beneficium, etiam oblatum, recipere audete, Kanutus Slesuic- tam periculosem à patruo honorem, non opum cupi- ditate, sed fiduciâ virtutis expeteret, neque gratis cum emit. impertrare quiuisser, venditâ patrimonij parte, formidolosum aliis munus pretio assecurus est; eam demum quæstuosam esse militiam ratus, quâ gloria & claritas stipendium potuisse acquiri. Ita Rex extimescendum ignauæ decus virtuti b venale fecit: emptor verò plus lucri in militiæ quam opum agitatione reposuit.

7 Principio siquidem pceptæ potestatis Henrico per legatos mandat, libenter se cumeo de pace actum, si primum & damna Iutia emendatione pensata, & spolia ab ipso restituta fuissent. Quibus profectis, ipse interim, perinde ac responsi præscius, non solo offeret. lùm suorum, sed etiam eorum quos ex finitimiis amicos habebat, manu contractâ, legatorum redditum armis subsequi statuit. Henricus se neque cùm Danis amicitias gestarum, neque à materna hereditatis petitione cessatarum respondit. Quo accepto Kanutus rursum ad eum legatos mittit, omnem lequestræ pacis communionem publicè recisuros. Quorum Henricus irrisâ legatione, Kanutum impatienti sessoris eqto persimilem ait, se verò petulantiae ciuios frenos iniicere caturum.

8 His auditis Kanutus, vt magno impetu, ita tri- noctu ho- nimo tumultu noctu iter ingressus, ferri que & prædæ fitem mu- abstinens, quod minus aduentus eius prouideretur, di- nitionem inuadit. luculò ad Hericum munitionem peruenit. Ille tam sub- ita irruptionis incautus; nec arma capere, nec se præ- sidio tueri parat; sed protinus vicinum mœnibus flu- men equo attentans, vnico aquæ interstitio hostem fecellit; laetusque est quod salutem suam amni, quam oppido credere maluisset. Quem cùm Kanutus vltiore iam tipâ potitum asperceret, an maderet, per ludibrium percontatus est. A quo è contrario, quid ita incederet, interrogatus, venisse se, inquit, vt promissa ab eo lora recipiat. Ille minas sibi, quas nuper intenderat, responsi urbanitè exprobatus intelligens, ignominiam ioco prosecutus, Adeò mihi, inquit, calcium vitibus obniti videris, vt ne tangi quidem contineré queas. Tunc Kanutus prius castrum, deinde ceteræ regionis culta vastauit. Secundò quoque nouatis copiis omnem Sclauiam strage atque incendio implica- tuit: nec solùm patriam hoste, sed etiam hostem robore dirionem vacuefecit; adeò vt prius prouocare solitum, ne pro- vñstat prius quidem turela sufficientem relinqueret.

9 Postremò cùm totas Henrici vires prudentiâ suâ ac fortitudine debilitasset, languinis, quo illum proxime contingebat, statuâ actus, vt publicè hostem, ita priuatim amicum egit. Semel namque dimisso exercitu, viginti dumtaxat equitibus comitatus, ad locum in cibos hostem quo Henricum diversari didicerat, cursum direxit, adie, vt præmissis qui suæ salutationis mandata pferrent, eum recon- Henricus falsò hostem sibi blandiri inquiens, proti- ciliet Regi. nus vbinam esset perquirere institit. Quibus eum in portâ adesse referentibus, ipse nuntio attonitus, men- tam, ad quam fortè prandendi gratiâ discumbebat, vi manus discutere parat. Tunc Legati presentiam Ducis à pace

AUCTORE à pace profectam iurantes, conceptum falso metum affirmationum suarum perseverantia discusserūt. **GRAMMATICO.** Quibus ut Henricus fidem habuit, fuga meditacionem amoris indicio castigauit. Enim uero tabula innixus, suffuso lacrymis ore, infelicem Daniam futuram dum tali viro caruerit, aiebat; se verò amicitiam eius sincerā amodū fide culturum. Hunc nimirum consanguineus amor & suæ infelicitatis obliuisci, & hostis virtutem fateri coegerit, vtque propriæ fortunæ immemorem, ita alieni laudatorem effecit. Deinde præsentem amplexatus, haud parcii lacrymas quam epulum præbuit. Quippe præsentem eius mansuetudinem, quam præteritas noxas, attentiū intuens, frequētæ damnum vnius beneficij indulgentiam anteposuit.

Pax iniens magnâ Canuti prudentiâ. **10** Sed neque Kanutus profectum à pietate mætore ingratuus exceptit. **Quinetiam** plus in creandâ pace quam fruendâ dape voluptatis reponens, & quasi mediatoris partes agere exorsus, Henricum auunculi gratiam expetere iussit, ac demum consensum eius perseverantia admonitionis obtinuit. Siquidem Henricus rem maternam, cuius repetendæ causâ aduersa Danis arma tulerat, pretij pactione interpositâ, Kanuto in possessionem adscripsit, eamdemque Kanutus ad Regem conditionem, quam accepérat f' transtulit; ac deinde receptam ab eo pecuniam Henrico numerauit.

a Quam miserè, inquit *Cyprinus cap. 21.* hoc bello & irruptione Slavorum, post necem Godeschalci /actâ/, vrbs Slesvicensis direpta, expilata, & vastata sit, & dislocis dirutis & prostratis, rudera subterranea adhuc indicio sunt. Nam iacentibus noua fundamenta, aur paullò altius fodientibus solum, in quo vrbs sita est, vbique tres plateæ, & tria plurâve panimenta sele offrunt: item foci tres plurâve lateribus strati, alter alteri impositus & superinectus.

b *Ducatum quatuor de cauiss. S. Canuto à Rege venditum scribit Cyprinus cap. 20.* Primo, quod S. Canuto in compensam regni, quod à parente eius Erico occupâratur, ditionem aliquam dare cogebatur. Secundò, vt filium Magnum regni heredem relinqueret posset. Tertiò, quod Slavos reprimere non posset, nisi ope S. Canuti. Quartò lucri cupiditate, ut hic dicitur.

c Hieron. *Cyprinus in Annos. mss. ad Helmoldum cap. 24.* existimat castrum hoc esse, quod vulgo Iurgensburgum, in honorem D. Georgij propè Slesvicum ædificauerat Henricus. **Ad** *d* **Adolphus Cyprinus**, huius S. Georgij imaginem sigillo impressam, ob signandas litteras adhibuisse Duces Slesvicenses, quarum plurimas viderit.

d Sliam.

e *Crantz lib. 3. VVandalia cap. 27.* hac fusijs prosequitur, & Henricum ait fugatum in Lübecam veterem, quo in loco mansio illi fuit cum prefidio.

f *Crantz lib. 3. VVandalia cap. 27.* hoc fusijs prosequitur, & Henricus Henrico argentum dependens ac numerans, eius (vt in Daniâ) ab Rege suæ partis accipiat hereditariam possessionem.

C A P V T III.

Slaua delatus ei Principatus. Fratres reconciliati.

Heres à Princeps Slavorum institutur Canutus. **11** A quo etiam postmodum ad coniuandum ac serfitus excipitur, affirmante priori eius aduentui minus quam impense seruitum. A quo etiam Henricus nuper se vitâ atque incolumitate donatum indicans, Slauiam ei iuris iurandi firmitate legauit. Huic accessit, quod ad gerenda cum Teuroniciis bella, à quibus præcipue Slaua vexabatur, filiorum virtutibus diffidebat, maluitque maturum fortitudine heredem circumspicere arbitrij sui libertate cōsciscere, quam sub naturali, sed inualido, patrimonium exteris peruidendum relinquare. Hæc offerentem Kanutus impietatis sibi notam, immerentium liborum cōtemptu, paritum affirmat, seque tam iniustis eius promissis vieturum negat. Postremò perseverantissimus Henrici præcibus superatur, propositi rationem à natorum socordiâ mutuantis.

12 A quo etiam **b** Imperatoris gratiâ, quod Slaua in eius beneficio reponi videretur, admodum egere præmonitus, equum ei calces auro confixum munericlo transmisit, donumque per se habile inusitatissimum ornamenti accipienti venerabilius reddi-

dit. Crediderim tunc Imperatorem plus laudis in danc **Imperato-**
rit industriâ, quam dono reposuisse, cum primi pretij **rem sibi**
metallum quod contempibilius habuit, hoc glorio-
sius videret oblatum. Absumpto Henrico legatum sibi
provinciam & nullo refragante possedit.

13 Interea Haraldus cum nec domi clarus, nec fo- **Haraldus**
ris celeber haberetur, virtutis inopiam quæstuum co- **Kanusi**
piâ leuare cupiens, refertum nequitâ animû in imam **spurius**
turpitudinis voraginem egit. Ad rapinas & furta man- **frater la-**
capiis vtebatur. Seruorum labores latrociniis applica- **trosinatur.**
bat, Satellitum cultui viciniæ spolia, sumptui impen-
debantur armenta. Æstatem piraticâ pariter ciuibus
atque exteris insidiosus exegit. Ceterum quod Roskil-
diæ damnosius immineret, aduersam ei munitionem
erexit, quam & sordidissimæ clientelæ frequentiâ com-
pleuit. Itaque turis opima populatus, pari vernarum
maleficio civilia lacerabat. Qui clâm noctu meritoris
se tabernis subiicientes, complacitas animo merces
impunè tollebant. Aliis interim districtos hospitum
iugulis gladios applicantibus, interitumque minanti-
bus, ni iniuriæ patientiam præbeant. Eâ furti violentiâ
summam ciuitatis opulentiam ad ultimas rei familiaris
angustias rededit.

14 Talibus calumniæ stimulis laceffita provincia, **Variè ob-**
accensis indignatione animis, vtrices damnorum ma- **scelerâ ex-**
nus Haraldi bonis iniicere aggressa, spolia spoliis, rapta
rapta vlciscitur. Neque enim sibi aliena corripere, sed
propria resumere videbatur. Ipse tutò terras tenere
nequiens, consternatæ multitudinis imperum nauigio
vitavit. Quem Kanutus alieni rapacissimum, ac vitio-
fissimum vbique lucris incumbentem aspiciens, aut per-
similem aiebat, omnigenis alitum pennis nidum com-
paginant, subito ventorum turbine deiiciendum. Ita
Haraldum prædonem omnium effectum, omnibus
prædam ex se daturum, aliorumque spolia suorum
indubitanter periculo luiturum.

15 At Erico modestum erga populates ingenium **In surgit in**
erat. Qui cum debitam sibi paternâ rei portionem **erat Ericus**
experteret, ab Haraldo fratre repellitur, negante adul- **frater.**
terio ortum ad hereditatis communionem pertingere.
Eâ re, vt par erat, motus, acerrimum bonorum eius
peruasorem agere cœpit, fraternalisque spoliis iniurias
suas vlcisci, probitatis loco duxit. Ceterum Aruacum
rapta congregavit, sordido neglecto que loco splendidas
opæ cōplexus. Quem Haraldus noctu ibidem inopi-
natum adortus, postquam fugâ delapsum cognovit,
moræ copiâ non suppetente, circa prædam hætere me-
tuens, testo faces subiecit, refertamque suis opibus
adem flammis absūmere, quam raptori intactum di-
mittere maluit.

16 Quo comperto, Kanutus profectas à contem- **Canutus**
pruiles compescere cupiens, metuenisque ne degene- **eos recon-**
rat patris fulgor in filiis exolesceret, vtque Slesvicu- **ciliat.**
venire districtius mandat, si supercedeant, parte cor-
porum spoliando minatur. Præsentes deinde fraternè
coarguens, curiosâ animi inspectione æquissimam in-
ter eos patrimonij participationem peregit, Ericoque
ac Haraldo in paterna bona eundum iudicauit.

a Teutones, sive Teutonos, Dania fuisse populos vult Clue-
rius l. 1. Germania cap. 9. Canuti aeo Saxones eo nomine appellatos
pates ex Helmoldo, qui militem Lotharij Imperatoris Teutoni-
cum appellat. Sic lingua passim Germanica Teutonica dicitur.

b Crantz lib. 3. VVandal. cap. 29. refers Henricum apud Lo-
tharium procurasse, vt VVandalia, quæ iam dudum sub Otto-
nibus in ditionem concesserat Imperij, Kanuto permitteretur
administranda.

c Crantz, auro vndique circumfulgentem, nescio si & auro
calceatum, sed auro non sufferratum scio. Helmoldus & Alber-

d Helmoldus & Albertus Stadenis narrant, Henrico filios suc-
cessisse, & bellis intensis trægillitatem temporis perturbasse. Cranz-
zus cap. 31. putat eos regnum, S. Canuto alibi impedito, inuasisse;
illu deinde occisis Principatum à Lothario ad S. Canutum translata-
rum. Sed nec sic quidem pacifice obtinuit, quod eum Pribislaus Hen-
rici fratrellus, & Niclaus Maior terra Obotitorum bello sibi vin-
dica-

dicarint, quibus in prælio capti prouinciam nullo refragante possedit.

C A P V T I V.

Odiū in eum inuidiāq; initia.

a **16** **E**odem tempore **¶** Henrici Suenonis filij coniuncti, mariti coniunctum ingenti perosa factidio, alienā ueste sumptā, suis se penatibus intemperā nos-
In suspicio- tur. **Canuti** subduxit. Apud quam iuuenum quidam (vt fama est) plurimam obsequio familiaritatē adeptus, callide effecit, vt ad suam eam amorem perduceret. Deinde ne res amborum periculo proderetur, muliebriter allectam viriliter cultam furtivè deuexit. Quam vir eius fortuitis subsecutus indicis, apud Alaburgiam in cultu familiari deprehensam, amatore delapo, domū reduxit. Verū hanc ignominiam à clandestino Kanuti consilio profectam ratus, integerimi viri innocentiam tacitis suspicionis motibus insecurus, insontem notabat.

b **17** Interea Suecarum partium R̄ge b̄ absumpcio-
c Gothis summā, cuius omne penes Sueones arbitrium erat, Magno deferre ausi, alieni priuilegi detimento dignitatis sibi incrementa querebant. Quorum Sueones auctoritate contemptā, veterem gentis suę prærogatiuam in aliquantō obscurioris populi inuidiā depone passi non sunt. Igitur antiqua dignitatis speciem intuentes, titulum iniustā collatione præceptum, nouo d Regis eleētu cassarunt. Qui mox à Gothis trucidatus, morte Magno imperium cessit. At Magnus incidentem sibi nuptiarum cupidinem, Polonorum Præsidis **¶** Bo-
Magnus **Canuti** **patruelia** **Rex** **Gothie.** kisclau filiam postulando compleuit. Quā sibi per internumtios despōsā, mox Sclauia excitata paterno imperio classem admovit, Rex cuius **f** Vartisclauus diuitias cum Danis Poloniisque inimicitias gesserat. Hic Nicolaus vrbem **g** Ornam oppugnare adorsus, ob-
Ducis filiā **Ducis Po-** loniae. **h** sitionem pactione redimere coēgit. Inde **h** Iulinum nauigans, Bokisclauum magnā manu instructum obuīum habuit. Cuius copiis auētus, celerem oppidi expugnationem peregit: deinde relicto victoriæ socio allatam filio sponsam abducit.

i **18** Vartisclauus rem Slavicam intolerabili vastationis onere fessam conspiciens, pacem colloquio pettit. Quo parum prosperè habito, pari supplicatione apud Strelam discedentes aggreditur, vbi cū pacis pignoribus fretus, nauigium Regis ab ipso inuitatus intrasset, maligno satellitum instinctu captiuī more ha-

Efficit Canutus ut data hosti fides serueratur.

bitus regredi prohibitus est. Quam rem Kanutus in concione querelā prosecutus, magnoperè Regem monere ceperit, ne plus aliena perfidiā viribus, quām propriæ indulgeret temperantia, néve hostem fidem suam secutum captione implicans, vt eum libertate, ita seipsum perpetuo famē splendore priuaret. Fore enim, ni captiuū emiteret, vt priuatū crimen publicus patriæ rubor existeret. Itaque efficaci persuasione vīsus, & amicū oppresſione & Dominum infamia liberauit. Quā tam iusta Kanuti sententia totius concionis suffragis comprobata, magnum aliena inuidiā irritamentum præbebat.

j **19** Dimissā classe, nupcialia sacra apud vrbem Ri-

pamagi placuit. Illuc siquidem frequens nauigii portus, oppido splendidam mercium varietatem impor-

tat. Vbi cū Kanutus in ueste Saxonīcā ceteris cultior

progrederetur, Henricus obfusis inuidiā oculis alieni

cultus splendorem ferre nequiens, orā inter ipsos al-

tercatione, latus eius aduersum gladios ostro tutum

fōre negauit. **k** Quem Kanutus nullo magis ouillis se-

curum tergoribus respondit: lacestissūm vestis suę ful-

gorem urbano rusticitatis opprobrio speciosius quām

minis aut conuiciis vltus. Itaque exprobratam sibi ex-

terni cultus emulationem, domestici cauillatione pro-

sequi contentus exitit.

l **20** Idem postmodūm Orientis partes piraticā per-

uagatus, cū speciosa domum spolia retulisset, ideo-

Tom. I.

que se dignitatis incrementa accepturum speraret, pro **Auctore** gratiā accusationem expertus est, culpatus à Rēge, **SAXONIS** quod in re Suecīcā prædam egisset. Cuius operam va- **GRAMMATICO.** lenter editam confitili probatis genere æmulatus **Re bendē** Magnus, inter cetera tropæorum suorum insignia inu- **gesitā ar-** sitati ponderis malleos, quos Iouiales vocabant, apud **guitar.** insularum in quādam prisca vitorum religione cul- **l** tos, in patriam deportandos curauit. Cupiens enim **m** antiquitas sonitrorum causas vītā rerum similitu- **Magnus** dine comprehendere, malleos, quibus cæli fragores **Suecorum** idola & cieri credebat, ingenti ære complexa fuerat, aptissimè **fana** tantæ sonoritatis vim fabriliū specie n imitāndam **n** existimans. Magnus verò Christianæ disciplinæ studio **diripit.** paganam perolus, & fanum cultu, & Iouem insigni- bus spoliare, sanctitatis loco habuit. Et adhuc quidem eum Sueones perinde ac cælestium spoliorum rapto- rem sacrilegum autumant. Sed utinam initis eius exi- tūs respondisset!

a *S. Canuti patruelis.*

b Ingone, auro materno Magni. *Ita Ioan. Magnus lib. 18. his.*

Goth. cap. 15.

c *Adamus Bremenis ex ore, ut memoras, Suenonis Eſthritij, aui S. Kanuti:* Ex ipsis populis Suediæ, inquit, proximi ad nos habitant Gothis, qui Occidentales dicuntur, alijs sunt Orientales. Verum V Vestergothia consnis est proutinie Danorum, que Scania dicitur, à quā ferunt diebus septem perueniti vsque ad ciuitatem magnam Scarane. Deinde Ostrogothia protendi- tur iuxta mare, quod Balthicum dicitur, vīque ad Birkam. *Ioan. Magni de hac Magi in Regem à Gothis factâ electione agit cap. 16.*

d *Ierat Ragualdus, cxxi. Sueonum Rex, ab Ingonis paternis moribus (si eius filius fuerit) degener. de quo videndum Ioānes Olaus, qui eum maule à VVestrogothis occisum in vindictam mortis Ingonis eius cooperatione accelerata; alijs ob aduentum in Gothiam non præmonitus, vt iura exigebant, interemptum ferunt.*

e *Crantzio in VVandal. Bolislauus Polonus; in Daniā Boki-* **sclaus** **Polonorum Dux, Ioanni Magno Bogoflauni Præses. Is** **f** *fuit Boleslaus III. Criouostus. Dlugossius apud Cromerū lib. 5. rerū Polonicarum corrigendus, dum refert anno Domini MCXXVIII. Boleslaus filio suo filiam Regis Daniae cum ampliā dote vxorem accepisse, cum filiam suam filio Regis Daniae nuptiū tradidit. Nam quis hic eius alioquin filius fuerit, prudenter dubitat Cro-*

merus, quod Vladislauus natu maximus, è Sbislauā suscep- tis, haberet Christinam vxorem superstitem, Casimirus autem vi-

septimum tunc annum attingeret.

g *Crantzio VVarcislaus & VVartislaus, Princeps superio-*

ris VVandalia. Ab eo omnes Pomerania Duces fuisse prognatos ofen-

dit Petrus Bertius lib. 2. rerum Germanicarum cap. 21. De eo age-

mus II. Iulij in vitâ S. Othonis Episcopi Bambergensis, à quo cum

fratre Casimiro ac ingenti subditorum numero, an. Ch. MCXXIV.

feruntur baptizatus.

h *Crantzio Vsua & Cosua dicitur.*

i *Emporium Vandalarum, amplum olim & potens, in insula*

Iulinā situm ad lacum magnum, quem fluvij Panus, Zuinus, &

Diuinouus efficiunt. Vrbo līm Episcopalis, sed cūm perpetuis Danorū bellis attrita esset. Episcopatus est Caminum translatus. Le-

gendus de Iulino VVVerdenhagen par. 3. Hansar. cap. 23.

j *Strela, vel Strala, in insula & fretum quod Rugium à continen-*

te dirimit. Ab eo munitissimum oppidum Stralsunda denominatur,

quaes fauces Strala, vt Crantzius lib. 7. VVandalia cap. 5. refert, in-

dicans Sund, Danica lingua vocabulum, angustam maris faucom

significare.

k *Locus obscurus, quem sic refert Crantzius lib. 5. Dania cap. 9.*

Henricus inter acerba ioca Kanuri uestem irridens, Nihil, ait,

latus ostro, quām panno simplice, aduersus gladios esse muni-

tius. Ille refert: Sed ne ouillis quidem pellibus. iocum ioco re-

tundens.

l *Iouiales hos Sueonum malleos describit Ioan. Magnus lib. 1.*

his. Goth. cap. 13.

m *Pontianus Sueonibus vicinā (Crantzius Ioualem nominat).*

n *Ioan. Magnus ait eos existimasse religiosum admodum esse*

bellis Deorum suorum, quos tunc ab aliis oppugnari crede-

bant, sic adesse.

C A P V T V.

Affectati regni crimen confitum.

21 **V**ERVM plerisque Magnum sanguine vel ne- **Magnus** cessitudine contingentibus Kanuti inuisa fel- **aduersus** **Canutum** incitatur. **aduersus** **Canutum** impat virtus, excitat. Sed præcipue æmulum ei Hen- **incitatur.** **tem**

L 1

Auctor tem benignissima consanguineæ caritatis alitrix, consi-
Saxone lij sui tranquillitatem concitatis iauenum ingenii op-
Gram- ponebat, saluberrimaque disciplinæ moderatione in-
Matico. fidiosam petulantium rabiem temperabat. Quæ cùm
intercutis humoris vitio immodico tibiarum turgore
premeretur, neque lethiferam morbi rabiem medica-
mentis leuare quiuisset, ad ultimam pñem tabem reda-
cta, Kanutum egregiæ indolis fiduciâ aduocat, impen-
seque hortatur, patriæ pacem, propinquorumque
concordiam fidei suæ beneficio foueat, tutamento sta-
biliat, tantumque se in rebus domesticis gerat, quantu
egerat in externis. Adiecit quoque, existere qui regiæ
familiaæ caritatem odio disicere niterentur, se verò
plenissalubritatis monitis pestiferos talium instinctus
pessime. Ille Deum simplicitatis suæ testem affirmat,
seque omne vitæ tempus innocètiâ ac fide exacturum;
periculorum procellas excipere, quâm infligere malle
promittit, odiaque beneficiis repensurum testatur. Illa
promissionis beneficio delectata, tantæ fidei securam
æquo se animo obitaram afferuit. Quæ vt iuuenilis in-
uidiæ fluctus viua cohibuit, ita conlumpta laxauit. Nâ
ab eius fato iuuentutis impatientia primam propositi
sceleris licentiam mutuata est.

b c 23 Sed & Henricus præter communem simulta-
tem etiam priuatâ Kanutum indignatione perosus, in-
iectos malignitatî suæ frenos audaci impietate discus-
sit. **b** Vbonem quoque Præfectum, & **c** Haquinum fi-
lium, quod firmius dolum strueret, promptioremque
sceleri aditum conciliaret, insidiarum participes facit.
Hi tres eximium Kanuti fulgorem virtutis æmulatio-
ne pertuli, graue mendacijs incitamentum aduersum
excellentem eius claritudinem destrinxerunt. Itaque
splendidissimum patriæ lumen densissimi tenebris in-
voluere cupientes, nihil eum Regis vitæ temporibus
que deferre, sed ipsius exitum præpropera ambitione
præcurrere, iamque regiam sibi potentiam arrogare
dicebant.

Patrum
honorat
Canutus. 24 Mouit Regem tanti contemptus opinio, de-
nuntiataque concione, Kanutum iubet accersi. Qui
cùm prior præstitutum frequenter locum adisset, lu-
peruenienti patruo Teutonicæ comitatis more, pallio
vacuus obuiam accurrit, equoque descendantem con-
tinenda sellæ ministerio veneratus est. Tunc Nicolaus
fari in concione exorsus, docet Suenonis filios in regni
gestione ætatis præcipue respectum egisse, successionis
habitum ætatis ordine dispensasse, dominandi ius in
annorum prærogatiâ constituisse, neque minori ma-
iorem honore præcessere licuisse. Quam obrem sese
vt natu minimum, ita etiam regno postremum, frater-
næ moderationis exemplo nullam fortunæ violentiam
intulisse; expectatorem beneficij eius non raptorem
fuisse; neque ad intempestiuæ ætati culmæ manus præ-
propera porrexisse cupidine. Kanutu verò patru priori
exempla secutu, violato speciosissimæ cœsuetudinis
habitu, regni ius, cùm re needum queat, appellatione
præcerpere; singulare nominis insigne celerius quam
iustius occupare, iamque à suis fallo Regis titulo cen-
seri non erubescere: consultius acturum, si regnandi
fortunam non in suorum adulazione, sed in extantis
adhuc Regini occasu reponere, maturumque præstola-
ri decus, quâm intempestiuæ præripere maller. His
atque contentanei modis regiæ sibi nuncupationis
insigne eripi querebatur.

a Ut varius & mutabile semper femina dicitur, ita Marg-
aretam fauisse modo, modo inuidisse S. Canuto apparer. In primo cœ-
fessu Ripensi obortam simulatatem jubulit; in altero cœuentu Slevvici
habito (quem Saxo omittit, referunt Helmoldus & Stadensis) quid S. Canutus patruo Nicolao se per omnia & loco & digni-
tate æqualem gesisset, inuidiæ inflammata in odium & cedem
scribitur filium Magnum incitasse. Saxo ad morte usque eam vultu
cohibuisse furorem Magni, inuidiæ fortassis fomite, quem in conuen-
tu Slevvici conceperat, successu temporis sôpito. Helmoldum & Al-
bertum sequitur Crantzus in Vandalia, in Daniæ Saxonem.

b Nobilis Iutus is fuit.
c Hic sororius S. Canuti.

C A P V T VI.

Defensio innocentia. Nouæ inuidiæ faces.

25 **T**VC exurgens Kanutus diu vultum humi in-
tentum habuit, dicendiæ exordium aliquan-
tisper sudore & suspiriis præcucurrit. Tandem & ocu-
los & animum leuans, gladii que, vt mosest, capulo in-
nixus, Peccant, inquit, Pater, qui moderationem tuam
supra quod aut maiestati aut ætati debes, exasperant;
quiæ pacatissimæ mentis tuæ serenum, mendacio-
rum procellis incitant, obrectationum sibilis vexant.
Sed onustu mihi valde est, quod integerim animi tui
temperantiam, aliquid ab alienissimâ tibi iracundiâ
mutuatum, & quasi sinistro rationis ductu transuersam
ferri conspicio. Reuice, quælo, nugarum auctores men-
daciiter obstreptentes, falsæque huius criminationis fi-
gmentum respue. Neque enim iniurioso tibi nomine
censeri sustineo. **H**erum me mei, non Regem appel-
lant. Itaque cùm à Sclauis Dominus salutari consue-
rim, sinistri tantæ comitatis interpretes alienæ urbani-
tatis occasione insimulationis materiam aucupantur,
ipsique venerationis officia negligentes, etiam aliorū
iusta criminant obsequia. Ego verò non regnum (vt
aisti) vocabulo usurpo, sed temperatâ nominis digni-
tate fastuosum salutationis decus fugio, inuidendum
honoris fastigium spero. Ita absque omni maiestatis
tuæ præiudicio barbara circa me resultat humanitas.
Meam verò inter alienos venerationem indigne fer-
unt, qui & mihi lucem, & fidum lateri tuo militem
eripere gestiunt. Hos æquæ tui vsus ac mei capitis ho-
stes iudico.

26 Esto vocari me Regem: en filium tuum Magnu **r** Rex di-
nuper apud Gothiam regij cultus & nominis insigni-
cetur, nō
bus potitum comperimus. Mihi quoque, si par apud **e** contra
Sclauiam fortuna fauisset, certè binis Regum obse-
honor. **Nicolai**
quis vti iocundum ducere debueras, idemque tuæ
quod meæ fortunæ incrementum existimat. Proprio
namque parta negotio, tuo quâm alacritinè subie-
ctarem fastigio, foretque vt inde seruitiorum fructum
decerperes, vnde alioqui damnorum aduersa perfec-
res. Itaque plus amoris quâm odij in meâ fueras felici-
tate repositurus. Adde quod pro tuâ ac patriæ incolu-
mitate excubare, omni forte lætius, omni studio
speciosius duxi. Ipse an efficaciter militauerim, no-
sti. Littora Dani, si placet, excolite. **E**quoribus ædes **sua in pa-**
quantlibet propinquitate iungantur. Ipsi vndas caue-
te, à maritimis ego vos prædonibus præstabò securos. **Regem**
Et si veri confessorem agere non erubescis, ipse iam **merita cō-**
pridem Slevvici confitens, salutem tuam aduersum **b**
Saxonum excursatione iugibus excubiis vallare ne-
cessé habuisti. Eò si nunc diuertere libitum est, liberas
metu noæ exigere poteris. Prætereæ angustias regni
tui, solâ Daniæ possessione contentas, inutritas terminorum
augmentis explicui. Quos prius infensos ha-
bueras, nunc in tribu aeti, rùo per me famulantur
imperio. Itaque quartum ego rerum sementem ieci, tu
fructum absque negotio messuisti. Et quidem impen-
sam ad militem, emolumentum ad Regem redundare
par est. Et ne vterius priuatæ militiae facta prosequar,
etia in publicâ aduerso pro te vulnera corpore excepti.

27 Et tamen sic de te meritum suspitione & que-
ritoniam causabundus aggredieris, veterisque militis tui **Queritur**
promptissimam fidem & certissimam innocentiam **de sinistrâ**
notare, deforme non ducis? Hinc ergo operibus me-
rui, vt aduersum me æmulationem tuam in concione
destringeres. Hæcne ex labore præmia, ex militiæ sti-
pendia decerpam, vt cuius beneficentiam sperabam,
indignationem experiar. Alienæ à te sit ingrati hæc ani-
milabes, vt operum meorum beneficii, inuidiæ atque
obrectatione respondeas. Verum totam hanc insimu-
lationis vim ab inuidiæ profectam, non tuæ, sed tuo-
rum malignitati imputandam existimo. At in regni fa-
stigo

stigio collocatos, difficiles accusatoribus aures præbere conuenit. Diu paternum hoc imperium gere, felicitate & nominis & regni insignibus vtere. Heredem tibi quem natura dedit, fortuna conciliet. Ego verò in quocumque me fortunæ habitu continuo, numquam celitudinem tuam fide vel obsequio colere suæ perfadebo.

Placatus ei Rex, iterum ab amulis exafferatur.

28. *Permulsus oratione Rex, placidiorem oris habitum induens, offensam falso instinctu conceptam, in ipsa repente concione depositus, execratus eos qui simplicitatem eius scurriliter attentaissent, seque deinceps aduersum huiusmodi criminationum susurros aures obseraturum promittit.* Cumq; Henricus omnem obtre stationis suæ molem prudentissimè Kanuti responsione subuersam videret, familiaribus Regem misericordia frequentiā, Kanutoq; circa diuinum Natalis solemnē coniuandi gratiā Roskildiam vocato, sacræ sibi peregrinatiois amorem incessisse perhibuit. Præterea coniugis ipsum ac liberorum tutorem ordinat, eique plenissimam rei familiaris suæ custodiam mandat.

a. *Herus nostris & Germanis Domitium significat, illius vulgo der Herr, Heer nobis.*

b. *Saxones portius quam Obotritos, Vandalos, aut Slauos appellat, ut ab his, sibi subditus, inuidiam amoveat. Crantius lib. 3. Vandal. cap. 20. Hollati, ait, atque Stormari, ceteraque Saxones Vandalis contiguū iunctū Henrico Principi ex animo, cum illo & pro illo parati extrema subire priusquam diuellementur. Et cap. 27. agens de bello Henrici cum Nicolaio, Iutiam, inquit, crebrius incurvabat, cum foderatos haberet Nordalbingos, (hi sunt antè citati Saxones, Hollati, & Stormari) adeoque infestam fecit regionē, ut iam nemo pæne Praefecturam Slevvici desideraret, cunctis refugientibus crebras & violentas Henrici incursions.*

C A P V T VII.

Nefaria Canuti cades.

Magnus in etiis, accitos qui se superiùs Henrico scelestissimi consilij collegio sociauerant, iurare coegerit, fidum se commissi silentium aeturos. Adieetus est his Haquinus, cognomine & genere Iurus, neque voci eius villa ex parte diffisum est, quamquam Kanuti sororem in matrimonio habere nosceretur. Igitur coniurati diu secum tacite que lustrantes, quibus periculorum procellis, quoevere exitij pondere diuinum Kanuti caput obruerunt, pestiferi consilij laqueos humi decubando necabant, ut si rem easu detegi contigisset, numquam stando sedendō saluti ipsius insidiatos se esse turd iurare quirent, præsidioque situs innocentia sibi munimentum consilicerent, ignorantes verborum artificio iuramentum edentem, per iurio obnoxium fore. Quorum fucosa atque errabunda simplicitas, plus criminis in vocis quam aetatu impietate reposuit; non in manuum, sed labiorum temeritate religionis violationem constituens.

Cum autem Haquinus Iurus cæpti modestè sermonis exitum, Kanuti saluti insidiosum aduerteret, protinus collegio se pestiferæ conspirationis abruptit, conclave que excessit, ne latronis potius quam necessarij partes egisse videretur. Igitur à coniurationis auctore, ne iurisurandi vinculum perrumperet, monitus, neque factorem consilij, neque proditorem se futurum respondit; quamquam satius esset immarentis periculum indicio præcurrere, quam silentio tolerare.

Magnus simulat eum Kanuto amicitia.

Tom. I.

sultum duxit, vt cum eo, cuius ardenterissime cœorem Ex Satisbat, factam amicitia æqualitatem iurisurandi pax & xone. Etione consereret, perinde ac religionis pondere propinquitatris vinculum adstricturus. Et vt cunctam malignitatis notam sanctitatis simulatione præcutreret, nihilque perfidum aut obscurum voluerè putaretur, iniquissimam molitionem suam insidiosâ religionis adumbratione contextit. Quippe contractâ apud Sialandiam nobilium frequentiâ, Kanutoq; circa diuinum Natalis solemnē coniuandi gratiâ Roskildiam vocato, sacræ sibi peregrinatiois amorem incessisse perhibuit. Præterea coniugis ipsum ac liberorum tutorem ordinat, eique plenissimam rei familiaris suæ custodiam mandat.

31. *Et forte tunc Ingiburga consilij cognitionem Canutus conscientia indicis apprehenderat, statimque virum, de periculo ut preparatas capiti suo vitaret insidias, missis litteris ubi uxore: monendum curauit. Ille nuntiū non tam à deprehensionis certitudine, quam à multebri pauore profectum existimans, monitionem respuit; seque non minus fidei in Magni quam uxoris præcordiis reponete dixit. Quem si fortuna æquè ac coniunx consilio instruere voluisset, obiectos perfidiæ laqueos consultiūs vitasset, neque credulitatem suam alienæ malignitatis hamis implicandam præbuisset. Interea Magnatibus apud Roskildiam quatuor solemnium dies continuo feriatis, Kanutus ac Magnus, publico iam conuentu soluto, sacri temporis residuum diuiduo peregere contubernio.*

32. *Eodem forte tempore quidam Kanuto admundum sanguine coniunctus, in eius conspectu dissidentem secum militem fuisse percussum interemit, atque ob id curiâ abire iussus; Magnum petivit. Prouidens autem Magnus, ne per eum ullum consilij sui indicium ad Kanutū manaret, nocte quā ad detectabile carnificis ministerium peragendum contendit, ceteris se se Euocatus à Magno suspectum comitem recusavit. Consilij deinde participes iurevitando obstrictos fidem facere compulit, silentio se cuncta tecturos. Post hæc militem latebrâ claudit, insidiasque circumspetâ locorum obscuritate disponit. Mox Kanutum apud oppidum a Haralstadium, ab Erico & Falstriæ Praefecturae viro domi exceptum, per coniuratorum quemdam, genere Saxoniem, arte cantorem, sine arbitris sibi obuium venire iuber. Occursus locum apud citimum villæ nemus de-nuntiat.*

33. *Ille nihil in re dolii suspicatus, duobus tantum inermis; militaris ordinis viris, totidemque equis in co-nobil me- mitati assumptis, armis vacuis equum petiuit, neque tuens ad lateti suo ferti munimentum adsciscere cura habuit. Quem cùm ē famulis quidam gladio vacuum incedere vetisset, nequaquam se in latutis tutelam ferro opus habere respondit. Tantum enim fiducia & pacis in Magni societate reposuerat, vt in occulsione eius ne ene quidem vtendum putaret. Monitorè vero ne ferum omitteret insidente, agrè gladium sumpsit. Tunc cantor, quod Kanutum Saxonici & ritus & nominis amantisimum lessit, cautelâ sensim instruere cupiens, cùm iurisdicti religio, quod minùs id ageret, obstatre videretur, quia liquidò nefas ducebat, sub inuolucro prodere conabatur, integratam suam inter fidū arcani & pium innocentia seruatorem partitus. Igitur speciosissimi carminis contextu notissimam Grimildæ erga fratres perfidiā de industriâ memorare adot-sus, famosæ fraudis exemplo similiū ei metum inge-nierate tentabat. Sed nullis monitorum ambagiibus securitatis eius columen quassare potuit. Tantum quippe fidei in Magni propinquitatē repositum habebat, vt salutem suam periclitari, quam ipsius amicitiam no-tare maller. Quem cantor certioribus adhuc indicis aggredi perseverans, loricae quam sub veste gestabat summa detexit. Sed ne eo quidem suspicionis irrita-mento*

Ex SA- mento refectum fortitudine peccus, ignauia adstrin-
XONE gere valuit. Ita solidæ industriae satelles fidem suam &
GRAM- periuro vacuam & innocentiam plenam præstare voluit.
MATICO.

34 Iamque Kanutus primos silvæ aditus subibat, cùm à Magno, occiduum arboris truncum insidente, falsa oris hilaritate, & fictis osculorum blandimentis excipitur. Cuius ut adstrictum amplexibus peccus ferro testum agnouit, quid ita eo cultu esset perquirere institit. At ille dissimulandæ fraudis cupidine, munimenti rationem referre cupiens, esse vitum inquit vitæ rusticæ, cuius populari penates veller. Kanutus & rei atrocitatem, & temporis religionem sanctè æstimans, quippe Epiphaniæ sacra gerebantur, ne priuata ira publicum soleme macularet orabat. Quo neque se vltionem remissurum, neque proposito cessurum iurante, ipse satisfactionis iusta promittere, suamque pro eius correctione sponsonem offerre cœpit.

35 Obstrepenibus deinde qui insidiis addi cœti fuerant, oculos in partem circumferens, quid sibi militum hæc manus velit interrogat. Cui Magnus, iam de regni successione & rerum summâ agendum, respödit. Tunc Kanutus, ut patris eius Maiestas diu latus fortuna velis prosperum cursum teneat exoptat; tempestiuam verò talium mentione incidere negat. Hæc dicentis verticē exiliens Magnus obiurgantis more corripuit. Igitur Kanutus patente iam dolo manū capulo insertens, vaginā ferrum abstrahere conabatur: iamque gladium mediocrenus destrinxerat, cùm eum Magnus capitio media diffissum exanimat. Ceteri cōiuratorū prostratum crebris confodere cuspidibus. Sanguis eius terræ redditus salutarem fontis scatebram perpetuis vībus mortalium administrat.

a Harefadium aliud.

b Insula parva prope Selandiam & Lalandiam, oppida duo continent, Nicopiam & Stubbecopiam.

**Fons, ubi
suis fuisse
sanguis.**

**Tenui
pompâ se-
pelitur.**

**Miraculis
illustri-
sur.**

**Deplora-
tur ab
omnibus.**

**Exultat
Magnus.**

plexus, erubescendam facinoris fortunam tripudio prosequi deformè non duxit. Quin etiam sanctissimis Kanuti vulneribus, quibus plenas pœnitentias lacrymas debuerat, voluptate ex facinore concepta, per luctum insultare sustinuit.

38 Ne autem sanguis cælo terrâque egregiè meriti propagine vacuus interiret, heredem Deus extincto **Nascitur** subiecit. Nam octauâ post hæc luce, Ingiburga Kanuti **Canuto fi-** **lius posthu-** **conceptum ex eo marem enixa prodit, cui & mater-**mua.****

Sunniam ortum significauit, cumq; eo Petrus matre Botildâ natus, & filii Skialmonis, facinoris atrocitatē graui querelarum contextu prosecuti, indignam amici necem in popularium vbique conciliis deplorabant, **Concita-** aduersum iniquissimum percussoris actum vulgi iram **tur contra** erigere cupiendo. Quin etiam tunicam eius crebris fo- **interfectio-** raminibus absumptam omnium oculis in concione **res populee.** subiiciebant. Nec parum luctuosam eorum actionem laceræ vestis irritamentum adiuvit: quippe compluribus ingentem vltionis cupiditatem tam fœdæ lacerationis spectaculum ingenerauit. Sed & sanctitas Kanuti crebris signorum indicis prodita, ac diuinis vulnera miraculis, incredibili cladis eius conqueroribus admiringuicolo fuit.

39 Haecne Saxo Grammaticus, qui deinde excitatas ad- **Dania ca-** uersus Nicolauum Magnum, seditiones, ac diurnas Dania, **lamitates** lamitates prosequitur; ac tandem libro xiv. publicâ veneratione **ex eâ cœdo.**

coli captum Kanutum narrat, qua breuiter suprà perfrinxit **Helmodus.**

a Ringstadium hodie versusate propemodus suâ obsoleuit, Regū olim à cœdo S. Canuti manus nobilitata. Nam VVAldemarus S. Canutifilius, eiusq; coniux Sophia; horum filij, Canutus VI. & VVAldemarus II. ambo Reges, & jor Regia, Erici Regis Sueciæ coniux, isthic conditi. Ed demum S. Erici VI. Regis & Martyris (hic VVAlderamo II. patre, & S. Canuto proavo natus) Slesvico translatum, de quo agemus. ix. Augusti.

b De eo ita Saxo lib. ii. Sueno puellam Rutenorum Regi VVAldemaro, qui & ipse Larislauus a suis est appellatus, nuptiū dedit. A Polonus scriptoribus Laroslauus dicitur. Dux fuit Vladimi- riensem. De eo agunt Matthias de Michouia lib. 2. cap. 12. & Crommerus lib. 5. in Boleslao, à quo & Colomanno, S. Stephani Regis Hungarorum fratre, adiutus, Vladimiriam è quâ expulsus fuerat, recepit. Est autem Vladimiria, seu VVolodimuria, civitas indicia- lis, seu districtus regionis Volbinia, sita ad Lugum fluminum, qui non procul inde in Bugum illabitur.

DE SANCTI CANVTI TRANSLATIONE ET CANONIZATIONE.

TRANSLATIONI S. Canuti sacer est xxv. Junij. S. Canuti quo die Martyrolog. Colon. & Carthuf. Colon. in ad- **Transla-** dit. ad VGuard. In Daciâ Translatio S. Kanuti **tio.**
Ducis & Martyris. Florarium ms. In Daciâ S. Kanuti Regis & Martyris translatio. Martyrol. Germanicum: Itē in Daciâ Eleuatio sancti Ducis & Martyris Canuti. At Ferrarius xxiv. Junij: In Daniâ S. Kanuti iunioris Regis. In translatione hac recitatur Oratio in Breuiario Slesvicensi: Omnipotens sempiterne Deus, qui beatum Ducem Kanutum meritissimam inter Martyres mirificas, & inter mortales miraculis manifestas; præsta, quæsumus, vños, qui hodie eius Translationem celebramus, ipsius precibus de præsenti miseriâ ad perenne gaudium transire valeamus. Per Dominum, &c.

2 Pro lectionibus has rerum à morte gestarum recitatur descriptio: Deo dilectus Dux Canutus, terminum tangens, quem nemo præterite poterit, in fidei pignore meritu & nomen Martyris pretiosâ morte promeruit. Quamplures igitur tam felici morti dedito (& pro **Septentrio-** nobilitate germinis, quia Regis filius; & pro excellen- **Ringstadij.** tiâ dignitatis, quia Dux & Iudex iustus; & bonitate in- natâ, quia mente prouidus, lingua disertus, manu fortis, corpore venustus, facie decorus, fidelibus familia- ris, & factori suo fidelis apparuit) lacrymas madefactas exequiis impendebant. Prouocabat siquidem eos ratio multiplex, corpus gloriosum Roschilda deferre: ciui-

ciuitas enim erat, Sede Pontificiali auctorizata, dignitate ceteris excellentior, & Patroni patriæ pretioso dotata pignote, tam Principum quam Prælatorum adscripta sepulturæ; maioris dignitatis melioribus apparuit. Terror, inquam, Tyranni, eos à proposito desistere subito compellebat. Inde frustrati votio, dispositione diuinâ, Sancti Martyris reliquias Ringstadiam tulerunt. Membbris tandem tanti Martyris in basilicâ Mariae Matris & Virginis sepulchro commendatis, virtutem sepulti benignitas diuina inseparabile manifestauit.

Miracula, fructu ab impio obsecrata.

3 Tempore illo Ecclesiæ sanctæ duo præbendarij erant, & ambo nequam, qui quia vitiosi, virtutibus Martyris inuidentes, quem Dominus manifestum fecerat, sub modo malitiæ abscondere satagebant. Præualuit, inquam, potentior, falsitate cedente veritati: delatorum Martyrum inuestigationibus fictis nullus fidelium fidem adhibuit. Perseuerantes siquidem in malitia suâ, secundi interfeciores, peiores prioribus, sedent in insidiis, ut semel interfecit iterum interficiant innocentem. Vnde vates veterarum fauientes fruolis, sepulchrū Sancti, animalis immūdi decoctione adhibitâ, fœdere fructu festinabant: ut his maleficiis, miraculis cœstantibus, Martyris memorię meta poneretur. Sed licet filius iniquitatis nocere apposuit innocentem, nihil præualuit inimicus in eo, quia in Domino dormientis faciente sine fauilla lucem ardenter, nequitiae nebula offuscare non potuit.

4 Annis quidem xv. membra Martyris humata manebant, & fama felix de die in diem, accrescentibus miraculis, longè lateque incrementum accepit. Uniuersis igitur eius persecutoribus peremptis, perempto etiam Erico, qui leoninâ feritate in fratis vltione, nulli parcens cœdem exercuit, Ericus Spake regnum obtinuit. Tempore illo ætatis discretio, naturæ nobilitas, gratia virtutum, & timoris absentia, V Valdemarum, Ducis & Martyris filium, diu latenter in medium duxerunt.

V Valdemarus filius Rex creatur. ei Ericus tutor datur.

5 Duo h̄c memorantur Erici; prior Emundus dictus, qui Haraldū absq; respetu fratertutatis capitali supplicio affecit, eiusq; filios Ericum & Beronem contra promissum aquis submergi iussit, ut Saxonio initio lib. 14. Alter est Ericus Lam, h̄c Spake etiam Helmoldo dictus: at forie Skape legendum, quod ouem significat, ut Lam agnum: ei enim obpietatem nomen ouiculæ inditum obseruant Historici. Hic non tam Rex electus est, quam qui ad proiectam V Valdemari etatem tutorio regnum nomine procuraret; idq; solum b. S. Canuti gratam Danis memoriam contigisse testatur Saxon Grammaticus lib. 14. his verbis: Vacantem Daniæ possessionem nemo sanguinis virtutis fiduciâ aut petere aut rapere præsumebat. Quippe Sueno Erici, Kanutus Magni, & V Valdemarus Kanuti filius nondum regno tempestui fuere. Christiernus vero V Valdemarum paterno, cuius vltionem adiuvuerat, regno dignissimum prædicabat. Quem honorem mater multis & graibus periculis obsitum, avix quidem adultis gestabilem, perniciosem parvulo futurum aduertens, poscenti puerum Christierno tradere recusavit, maioribus id munus deberi prefata. Postremo pertinaciis insistentem iurevitando obstringit, in Regem cum eligi non posse passurum. Quo Christiernus ad populum & concionem usque perlato, patris eius beneficia memorat, ut domi leges & iura stabilierit, ut foris hostem represserit, ut furtis rapinisque patriam vacuefecerit, ut Daniam penè exhaustam & exsanguem Slauiae magistratam reddiderit, ut etiam vincuique per vim amissa ad integrum restituerit, utque cunctis his operibus sanguini suo regnum deferti meruerit. Verum cum filius eius nondum maturos imperio annos acceperit, neque Danis sub auspiciis puerilibus rem gerere militarem expediatur; virum debere circumspici, qui usque ad proiectam pupilli etatem tutorio regnum

Tom. I.

nomine procuraret. In quod munus aptius neminem, Ex Sa-quā Ericum superioris Erici ex filiâ nepotem, quod XONE audaciâ ac pietate præstaret, maternumque genus ex GRAM-Regibus duceret, adscisci posse, adulto rerum summâ MATICO. pupillo cessuram. Ita Erico & populi fauor, & pueri maiestas vires regias dedit.

6 Vbi autem à morte Erici Eam, & cede Suenonis ac Canuti, V Valdemarus pacificè regnum solus obtinuit, patris canoniza-

S. Canuti canonizationem promovit. De hac ita Saxo lib. 14. Per idem tempus Legati Regis, quos, ut sibi pa-

tratp.

ternae animæ sanctitatem sacris honoribus venerari li-Canuti
ceret, Romam transmiserat, consentaneas voto litteras retulerunt. Quibus cognitis Rex omni Danicâ nobilitate sub edicto Ryngstadium euocatâ circa solemne Ioannis, quod in æstu solstitio colitur, & parenti cœlestes honores, & filio (Canuto VI.) regios celebrare Canuti
constituit; maxima claritatis incrementa accepit. rupis in-
se ratus, si vnâ eademque luce ex iis alterum arâ, alterum coronâ donasset; ut & huius infantiam regnum Auguratio.
reciperet, & illius spiritum publica religio consecraret. Et paulò inferius, V Valdemarum, inquit, apud Ryng-
stadium magnâ cum Optimatum frequentiâ regio ap-
paratu feriantem reperiunt. Vbi Lundensis Pontificis ministerio, cuius id exequendi officium erat, & patris eius ossa aræ traduntur, & filius septem annos natus Kanutus Rex consecratur, regiâ in sellâ purpurâ venustatur. Quibus debitâ religione celebratis Helgo Pon- Pax Nor-
tifex Afloënsis (seu Anstoënsis in Norvegia) & Stephanus data.
Vpsalensis (in Sueciâ) ab Erlingo (Duce Noruagianorum)
missi, editiore loco occupato, pacem Noruagien-
bus benigno precabantur alloquo; quam à Rege eo
potissimum die concedendam esse monstrabant, quo
& filium diadematæ, & parentem altareo honoratum
vidisser. Hac Sako. Priora eius verba refert Baronius tom. 12.
an. Ch. MCLXIV. n. 50. additq;: Habes ex eodem auctore
duos Canudos Reges, auum alterum, alterum vero
patrem ipsius Waldemari Regis; in quo falli eum suprà
monimus.

7 Historia compendiosa Regum Daniae MS. à Lindebro-
gio edita, refert V Valdemarum, cum filiam suam Chri-
stianam dedisset Frederici Aenobarbi Imperatoris filio rata.
Henrico VI. vxorem, vidissetque sanctissimum patrem suum Diuorum catalogo adscriptum, filium suum regni diadematæ ornatum, tandem mortuum esse, &c.
Crantzus lib. 6. Dania cap. 29. Quo tempore, inquit, nuntius & oratores redire, quos Rex ad urbem Romam misit testificandi gratiâ de miraculis, quæ ad tumulum D. Canuti fierent, quo Rex patri posthumus filius natu-
re est. Erat autem annus post millesimum centesimus septuagesimus primus. Tum apud Ringstadium, vbi paternus erat tumulus, omnem conuentum omnium de regno conciuit Rex, litteris à Sede Apostolicâ pro-
ditis. Ibi D. Kanutus solemani preceptionum genere de-
tumulo leuatus, aræ consecratus imponitur. Quo etiam conuentu Rex filium nuper regio nomine insigni-
tum Kanutum, nunc & oleo sancto deliniri, coronâ-
que iubet insigniri, geminâ patris & filij medius ipse
solemnitate feriatus. Hac Crantzus, qui eiusdem canoniza-
tionem paucis iterum attingit lib. 3. VVandalia cap. 34.
lib. 5. Saxon. cap. 28. & lib. 6. cap. 2. Ioannes Magnus lib. 2. de
vitis Pontificum Vpsalensem in Stephano Archiepiscopo ita
scribit: Res Noruagianorum ob diurna bella, quæ
Duce Erlingo cum Danis gesserant, penè in extremam
ruinam deuenissent, ni huius Stephani prudentissima
legatio & excellens facundia pacem à Rege Valdemaro
ipfis impetrasset: in quod negotium multum labo-
ris & expensarum impendit, eodemque tempore vnâ
cum Eschillo Archiepiscopo Lundeni, D. Canutum
Ducem & Regem Obotitorum in Sanctorum cata-
logum iussu Alexandri Papæ III. inscripsit. Hac Magnus,
qui similia habet etiam lib. 19. Hist. Gothorum cap. 7. Cypranus
cap. 27. scribit ann. MCLXXI. cuncta hec esse gesta.

DE B. ALBERTO EREMITA

IN TERRITORIO SENENSI.

CIRCA-
TER A.N. **H**ugo Menardus in *Martyrologio Benedictino* viii.
MCLXXXI. **I.** **Januar.** In territorio Senensi B. Alberti Eremitæ
Montis Alceti, Ordinis Camaldulensis, mira-
culis clari, qui vigesimo septimo conuersionis suæ an-
no migrauit ad Dominum. At *Kalendarium Benedicti Dor-*
ganij excusum Maceouij an. 1622. B. Alberti Eremitæ mi-
raculis clari. *Vitam eius Italice scriptis D. Siluanus Razzi*
Abbas Camaldulenjus libro 2. de Sanctis Etruscis; quam nos
Latinam fecimus.

VITA

Ex Italica Siluani Razzi

C A P V T . I .

Sanctorius vita initia.

B. Alberti I.
ad huc pue-
ri abstinē-
tia.



AT V s e st B. Albertus honestis pa-
rentibus, in territorij Senensis castello,
cui Monti-alceto nomen. Mox
vero singularis Dei erga illum gratia
reluxit; quippe qui nisi statâ horâ, ritu
ieunantiam, sugere vbera adhuc infantulus noller.
Quod haustum diuinitus institutum, multò etiam il-
lustrius prodidit, cum adolescēs tres hebdomadæ dies
sibi esuriales esse voluit; cibo, qui præbebatur, propriis
manibus erogato in pauperes.

Peregrina-
tiones va-
ria. **2** Cùm iam excessisset ex ephesis, considerans vi-
tam hanc mortalem non nisi peregrinationem esse
quamdam, ac militiam super terram; enitendum pro-
inde vt tandem eā emensā felicem portum fas sit in-
gredi, ratione quam Christus verbo vitæque exemplis
commonstrauit; Romam discessit ad sanctorum Apo-
stolorum basilicas, inde in a Appuliam, S. Michaëlis

b in Gargano monte statam edem visitaturus, se contulit;
postrem b Venetias ad S. Marci reliquias. Hinc verò
in Palæstinam nauigat: Christi sacrosanctum sepul-
chrum, aliaque nostræ salutis celebrata monumentis
loca veneratur, eo animi sensu ac pietate, vt omnino
statueret, voto nuncupato, penitus se diuino cultui
consecrare. Cùm aliquod isthic spatum temporis ex-
egisset, nullum subterfugiens aut itineris labore, aut
incommodum corporis, duce, quo agebatur, Dei Spi-
ritu in c Gallæciā abit, ad S. Iacobi sepulchrum. Hic
cùm moraretur, sèpius conspecta est in dextrum eius

Eius hu-
merus in-
det colum-
ba. **c** humerum aduolare columba, rostrumque in aurem
eius inserere, & quasi ei quidpiam insulurrare: fortas-
sis argumento futura, quā vir Dei columbinā esset
animi prædictus simplicitate.

Exempla
B. Ansel-
mi, paenit-
tentia se
dedit. **d** Ex tot tamque longinquis ac molestis itineribus
domum tandem reuersus est, certus quæ Deo vouerat
quam primū exequi, vitamque eremitican comple-
ti. Cùm diuino instinctu ad eum B. Anselmus ex qua-
dam Ordinis d Camaldulensis eremo adit, inque eius

Tentatur
diabolo. **e** domum ingressus, Hoc, inquit, est domicilium, in quo
me habitare oportet; additque se eius merita vitæque
sanctitatem ex quadam sancto Patre didicisse. Conser-
crata igitur in religiosam habitationem B. Alberti do-
mus. Dies aliquot cum eo commoratus B. Anselmus,
præter ceteram carnis macerationem, singulis nocti-
bus corpus suum flagris acerrimè cædebat. Cuius ex-
emplo & in suum quoque sœuire corpus Albertus, id-
que in seruitutem redigere, & inediā affligere, magno
animo cœpit. Irritata diaboli hac eius alacritate inui-
dia est. Varia igitur moliri vt eum ab susceptra exer-
citatione reuocarer: & cùm alias illecebras complures,
tum varias mulierum species obiicere, Sed hos omnes

inimici insultus generosus Christi athleta assiduâ pre-
catione depulit.

f Haud multò pòst, diuino instinctu, in disciplinam
se tradit e S. Guilielmi, qui Pictauensi Comitatu ac
Ducatu Aquitanæ abdicato, monastice vitæ exemplis
florebæt, sub annum MCLIV. ac modò eximiâ venera-
tionis celebratur, præsertim f Castilione Piscalez, vbi auferè vi-
tius adseruatur corpus. Ut verò certius inimici impe-
tum retunderet, carnemque domaret, cilicio sese in-
duit, atque in nudâ humo cubare instituit; aut cùm
labore ac vigiliâ esset exhaustus, in angustâ tabulâ
paullulum quiescere. Cibus illi hordeaceus panis, vi-
num non nisi Dominicis diebus bibebat. Prætereà cùm
induisset in animum, Patrum Ægyptiorum more, la-
bore manuum vietare, cœpit operam in agri colen-
dis suam elocare.

g Hic die quadam cùm ardentiissimâ siti torquere-
tur, alterū quempiam laboris socium pauxillum aquæ
rogavit. Is vasculum ei aqua præbet. Quo aperto, ac *Aqua ei in*
liquore degustato, Quid mihi, inquit, illudis? Aquam *vinum*
te rogaui, non vinum. Hoc tu ipse ebibe, ego id nolo. *mutatur.*
Eâ re ad plures vulgatâ, ceteri qui in vicino operabantur,
conuenère, atque de vino hoc bibere, & latè cele-
brauerè miraculum. Plures hac excitati famâ ad virum
sanctuâdare, illumque vt pro se ad Deum precos fun-
deret rogare, ac beatos se credere si cum eo colloqui
familiariter potuissent. Auersari hanc frequentiam ve-
hementer vir Dei ac deuitare, quod ea nimirum sese à
sanctis suis exercitiis auocaret. Ex eo igitur loco pro-
fugit, ac montem desertum aut spelæum vestigat, vbi *locum der-*
*solutariâ vitam ageret, solusque cum Deo, cum Christo, *fortum.**

Iesu, cum Virgine Matre, cum Sanctis omnibus ageret.

a De S. Michaëlis apparitione & basilicâ in Gargano monte

Appulia, aëgustus VIII. Maij, & xxix. Septemb.

b De S. Marci Euangelista translato Venetias corpore xxxi. Ja-

nuarij, & xxv. Aprilie.

c xxv. Iulij de S. Iacobo Maiore dicemus, deq. fidelium ad eius

corpus, quod Compostella in Gallaciâ quiescit, frequenti peregrina-

natione.

d De sanctissimi Ordinis Camaldulensis ortu dicemus ad S. Ro-

mualdi vitam vii. Februarij.

e S. Gulielmi vitam dabimus x. Februarij, atque illud inquire-

mus, an qui hic memoratur Guilielmus, vitamque eremiticam egisse

tradidit ad Stabulum Rhodis in territorio Senensi, (qui locus nunc

Malauallis appellari dicitur) idem sit cum celebri illo Aquitania

Duce.

f Castilio Piscalez, oppidum, inquit Leander Albertus, fauci-

bus altæ ceno paludis, quam Apriliem lacum Antoninus vocat,

appositum. Inde lacus hic, qui aliis est Prillis, sive Prilis, Ciceroni

pro Milone Prelius, (alijs Pretius & Perelius legunt) vulgo Il lago

di Castiglione dicitur. In eum Salebro labitur, qui vulgo Brone,

Brune, Bruno; Leandro Brunus, & (ut scripsisse Plinius putat)

Prilis. Castilone autem Piscalez, vulgo Castiglione della

Pefcaia, à Monte Pifcalo dici tradit idem Leander. Est verò hic

lacus oppidumque in Senensi territorij orâ maritimâ.

C A P V T . II .

Eremum inhab.: et, miraculis clarus.

DE V E N I T V NACUM Grifolo nepote suo ad mon-
tem, cui nomen Tauricella, haec tenus à némine vim in
mortaliū cultum ob vim horrificam, quæ isthic sæ:perpetuum
viebar, ventorum. Hic illicò cellam extruit: eamque à sedat.

Deo gratiam est consecutus, vt fusis precibus, religiosâ

formulâ loco bñne apprecatus, omnem vim ventorum

effugârit, nec sit deinceps vehementior isthic flatus

auditus.

g Interea orta inter a Asciani & Montisalcreti in-

Nepotom captum li-

berat.

h

i

C A P V T III.

Varia curationes, aliaq; miracula.

Ex ITA-
LICASIL-
VANI
RAZZI.

illata. Ipse quoque B. Albertus cellam suam construi cœptam primo manè reuisenſ, in armatos incidit; qui tamen non ausi iniicere in eum manus; nepotem eius Grifolum in custodiam misere, nummorum aliquid expressuri. Turbari Grifoli patens, ac maledicta in B. Albertum iacere, qui huius sibi damni, filio periculi occasionem præbusset. Postridic ex hostium manibus elapsus, domum saluus & incolmis Grifolus reuertitur. Cumque patrem reperisset in Albertum iactantem conuitia, cummet ipse grauiter increpare cœpit, innocentem esse Albertū, gratias potius sagi oportere, cùm eius meritis sic hostium manus euaserit.

8 Prosequi deinde cœptam extreptionē institere. Cùm verò duodecim operariis, qui lapides effodiebat, potus decesset; vir sanctus exiguum eis vini vasculum dat, ipso die dono sibi missum. Illi verò, Quid: an hoc tot reficiendis hominibus sat erit? Sumite, inquit Sanctus, potest enim Deus eo vestram omnium vitam restinguere. Sumpto igitur vasculo omnes saepius biberunt, sicut sedarunt: cumque vasculum sancto viro ad vesperam redderent, animaduerterūt nondum vinum omne exhaustum; & gratias Deo egerunt.

9 Cùm cella quo cupuerat modo exædificata iam esset, eam inhabitare cœpit; ac viginti septem in ea annos orationibus, contemplationi, aliisque sanctis exercitiis assidue vacauit, eo fructu diuinique obsequi amplificatione, ut nemo sanctius ascetica tractare studia eā ætate crederetur: quam peruulgatam opinionem cerebra confirmabant miracula.

10 Cùm in agro die quodam operaretur, in leporinem incidit, qui non modò non profugit, sed capi se familiariter sicut. Cumque eum socij occidere vellent, Fratres, inquit, si nobis hic nihil nocuit, imò vltro se credidit nobis, cur ei nos noceamus? sicque eum liberum dimisit. Post paullò insestantes fugiens venatores, ad virtutem Dei denuò accurrit, qui mox eum intratunicæ suæ manicam abscondit, dum abiissent venatores, ac deinde dimisit. Hinc nempe depingi vulgo Beatus hic solet cum lepore manicæ inserto. Nonnumquam illapsa per fenestram auicula vltro ad manus eius aduolabat, ilisque insidebat.

11 In iis regionibus Comes quidam periculosâ febri correptus est: cumque nihil adhibita pharmaca efficerent, deportari se ad B. Albertum iussit; vtque pri-mùm eum vidit, nihil dum aliud effatus, quoniam ardentissimâ siti cruciabatur, aquam potandam flagitauit. Eam præbet vir sanctus: quâ epotâ, integrum sibi alter redditam esse sanitatem fensit. Idem cùm coniugem sterilem haberet, Alberti sese orationibus commendat, precaturque vt sibi prolem impetrat à Deo. Spem in Dei misericordia collocale Sanctus iubet, atque ad coniugem suam accedere. Ex quâ non multò post filium suscepit: quem aliquantulum ætate prouertum ad Albertum deducit, itaque eum affatur: En filius tuus, non tuo quidem semine procreatus, sed tuis meritis precibusque condonatus à Deo.

12 Comes Vbertinus, cognomento Spathalonga, ita febri quartanâ conflicatus, vt medici de eius salute desperarent, ad eum deportatus, eadem quoque ratione valetudinem pristinam recuperavit. In cuius rei testimonium discedens aureum annulum altari impositum isthic reliquit.

13 Comitissa eius in quo commorabatur loci, cùm filium haberet, quem fœdissimi tabes viceris consu-mebat, fessa diviturnæ adhibetæ frustrâ curationis, magna eum pietate non sine lacrymis Sancto commen-dat. Manum ille viceri imponit, idque momento curatum est.

a Meminit Asciani Leander in Thuscia descriptione: ad lauam Vmbronis flumij ripam situm est.

Vicustacu curas.

Febrim sanat.

Prolem sterili im-petrat.

Febrim sanat.

14 VIrgo quædam Hispana, ægritudine, quam elephantiacam vocant, ita miserè cruciabatur, riacam vt toto penè è corpore sanies difflueret, virmelique ex-crescerent. Multa nequidquam peclitata, in Siciliam spe consequenda sanitatis ostensâ proficiscitur; a Sacerdoti B. Alberti sanitatem, quæque eius meritis par-trarentur à Deo miracula, auditione percipit. Aduolat inde in Hetruriat: cum eadem Comitisâ & Sacer-dote cui Tuscano nomen, ad sanctum virum accedit, ei submississime sese commendat. Ille hac tantum: Dominus per suam misericordiam & intercessionem Sanctorum Apostolorum tui misereatur. Cumque qui aderat Sacerdos rogatus esset ut sacrificium Deo offerret, dum Eucharitiam ipse sumit, persentisit puella quasi igni quodam omnia membra peruadi, vt concremari ossa omnia viderentur. Nec multò post omnino sanata est, Deoque gratias egit; appensâ isthic in gratitudinis miraculique testimonium imagine: optabatque vitæ reliquum isthic exigere i sed nullâ ratione id vt pateretur induci vitæ sanctus potuit.

15 Marianus Sacerdos, multis spè impensis B. Alberto obsequiis, cùm acutissimâ febri esset correptus, Febrim delatus est ab amicis ad beatum virum, qui ita illum defatigat: Ecce, quem tantoperè diligis. Ipse eum deferrit in oratorium iubet, proque eo Deum precatur. Æger verò subito veluti à lomno experitè exsurgit, quæritque admirabundus quâ illuc ratione perueniret. Tanto verò plus ille Sacerdos B. Albertum amore prosequitur, ut post eius mortem ab eius sepulchro recedere noluerit, sed reliquum isthic vitæ exegerit.

16 Bubulcus quidam eius regionis, nomine Me-Aqua B. dulius, ardentissimâ febri ad extrema perductus, aquam Alberti B. Alberti identidem postulabat, ei que quo poterat moribundus sese commendabat. Mitiatur qui aquam adferat: dū sanat: interea eò redactus est æger, vt iam funebria ordinari inciperent. Allatâ aquâ, quidam ex adstantibus maiori quam ceteri fidè prædictus, vt extremâ ægritudine pres-fis perfundi identidem os solet, cœpit aquâ illâ instilla-tâ os illi aspergere. Vix guttæ pauculæ in os eius erant admisæ, cùm resumptis viribus, stupentibus cunctis, loqui cœpit, ac cibum poscere. Et continuò integrum sanitatem recepit, Deoque gratias agens, quæsivit quodnam id vinum fuisset, quod sibi potandum præbuisset, cuius ea vis extiterat, vt se à portis mortis re-uocaret ad vitam. Responderunt non vinum ei sed aquam propinatam, quam fractis vocibus balbutiens postulasset. Interim ex eodem vasculo prompsere pa-lam quam plurimis, deprehenderuntque in optimum vinum aquam esse cōuersam. Fixum ad perpetuam rei memoriam in sacrâ æde id vasculum, plures annos stetit. Simile prodigium haud multò post in simili aquâ patratum est.

17 Longum erit si omnia percensere voluerimus à Deo facta B. Alberti meritis precibusque miracula, quæ in Annalibus Cainaldulensis atque alibi descripta sunt. Breuiter ista perstringemus. Puellula cœcæ in b. Aretinâ ditione, manu capitii illius impositâ, visum; alteri mutæ, aquâ præbitâ, loquendi facultatem re-Cacam cœ-stituit.

18 Memoliandæ, mulieri cuidam aperto ore dor-mienti penetrauerat intra viscera serpens, eamque di-Eius meritis cruciabat. Ad B. Albertum semianitmis per-tus quadam serpentem ducitur. Preces ad Deum fundit, aquam deinde mu-lesa.

19 Montalceri quædam vnicum filiolum morti proximum vñis complexa è fenestrâ versus B. Alberti cellam spectante prospicit; itaque intimo affectu pre-Conuale-catur: O sancte vir Dei Alberte, si mihi filiolum hunc seit mori-temum incoludem reddideris, eum mecum perpetuo bündis.

L 1 4 Dei

**Ex ITA-
LICA SIL-
VANI
RAZZI.** Dei obsequio deuotio. Vix a protulerat mater, cùm subitò filio sanitas est restituta.

c d 20 Mercator quidam ex ^e Valdorciâ ^f Grosserum tendens, iumentum amiserat. B. Alberti opem implo- rat: illud pôst paullò inuenit inter duos lupos securum, seruatum. neque enim valebant audebântve propius ad illud accedere.

e 21 Quidam ex ^e S. Geminiani municipio ab Co- mite Montalcteti insons missus in vincula, visus sibi B. Albertum coram intueri, atque audire monentem, vti cum bono Deo abscederet liber iam à vinculis. **Captiuus** Consurgit ergo compedibus solutus: foribus carceris diuinâ virtute reseratis egreditur, murum pertransit miraculose. liberatur. veluti si in plano ambularet, per loca sibi anteâ incognita, nullo cuiusquam nisi diuinâ benignitatis admicululo. Beatiq[ue] Alberti meritis, ad eius tandem cel- lam peruenit, gratiasq[ue] egit pro collato beneficio.

conatu repudiauit. Nam cùm Gregorius Archiepiscopatum Tarragonensem ei deferre decreuisset, id ille Archiepiscopatum ad grauiter & moleste tulit, vt illic febri correptus aliquot dies ingenti corporis animi que dolore torqueretur. Itaque ab huius mundi gloriâ alienissimus omni ope contendit, vt eas à se dignitatem auerteret: **a** quod cùm per se non posset, exhibitis multorum precibus, & quorundam Cardinalium auctoritate, eiusdem Gregorij prædecessoris animum ita inflexit, vt illius Ecclesiæ onus in eum transtulerit, quem ei muni- **b** ri B. Raimundus aptissimum esse iudicauit.

19 Hac difficultate perfunctus exultabat in Dominio, ac veluti suo iuri redditus, gratiis Deo peractis, ad solitos labores sele contulit: quorum tandem magnitudine & diuturnitate confessus, in tam grauem morbum incidit, vt illi certam mortem medici denuntiarent, nisi patrium solum repeteret. Itaque dimisso **c** Confessarij eiusdem Gregorij prædecessoris munere, & obtentâ abeundi facultate, **d** Barcinonam rediit, atque ita rediit, vt eum animi candorem ab omni ambitionis labe intactum & illesum, quo imbutus ad Vrbem venerat, in partiam reportaret.

20 Vixab Vrbe recesserat, cùm statim ei diuinitus per spiritum data est gratia sanitatum, atque operatio **e** virtutum. Nam cùm ad eum Cataloniae portum, quē **f** **Gratiā** **sanitatum** **accipit.** **Barcinonae** **redit ob** **quemdam** cius loci incolam, Barcelo de Faro nuncupatum, (qui dum in messem incumbet, adē graui & repentinō correptus erat morbo, vt statim omnibus orbatus sensibus, nullos neque clamores, neque admotos corpori stimulos perciperet, sed humili iacens exanimis, mortuus esse crederetur) beatus vir miseratus, Deum, qui diues est in misericordia, ardentiissimè est deprecatus, vt ei vitam, quā satis esset ad confitendum peccata, produceret: tum magnā fide in Deum nixus, infirmum proprio compellans nomine rogauit, an vellet peccatorum fôrdes sacrâ confessione diluere. **g** Cōfestim ille velut è somno excitatus oculos sustulit, recepero quę vocis vñ; id velle se ac vehementer optare **Semimor- tui sensum** dixit; & confessione factâ, atque exoneratâ peccato- **refutuit** rum conscientiâ, perceptâque absolutione nihil am- **ad confi- plius elocutus, spiritum Deo reddidit. Id circumstan- tenda pec- tes admirati glorificauerunt Deum, quād talem ho- cata.**

21 Atque vbi Barcinonem appulit, confirmatis paullulū viribus, statim ad res diuinæ & cælestes contemplandas animum adiecit. Eius verò Barcinonē aduentus simularque per Hispaniam innocuit, ingens hominum concursus ad eum fieri cœptus est, partim **Consulitur** visendi gratiâ, partim consulendi; nam Pœnitentiarij **à multis,** potestatem, concessu eiusdem Gregorij, etiam ab Vrbe absens exercebat. Quos omnes consolabatur in Domino, & spiritualibus monitis mirificè recreabat. Eius enim scientia, quasi inundatio in omnibus abundabat, & consilium eius, sicut fons vita, salutem animæ plurimis afferebat. Hac autem Pœnitentiarij potestate, quod liberius Deo sibi vacaret, **h** sponte se abdicavit, quamquām eius etiam absens operâ idem Gregorius prædecessor, & ceterique Romani Pontifices qui eum fecuti sunt, prædecessores item nostri, vtebantur, vt ex ipsis litteris facilè constat, quibus ei grauissima negotia committebant. Conscriptis etiam **i** Summam Caluum conscientiæ, qui solent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctrinæ atque auctori- **k** **Summam** **scribit.** tatis, & tam confessarii quām confitentibus valde vti- lem & necessariam.

22 Dum sacris & suauibus hisce studiis, & iuuandi proximi occupationibus distinetur, anno humanæ sa- **Absens** **Generalis** **Ordinis** lutis M CXXXVII. Iordanus leiusdem Ordinis secu- **l** dus Generalis Magister, ex hac vitâ excelsit. Quare no- uo Generali Magistro deligendo Capitulum genera- le Bononiæ est congregatum: vbi cùm dissidentibus sententiis non satis Paribus inter se conueniret, ad S. Do-

S. Dominici corpus preces indicatae sunt, atque inde ad suffragia ventum; quibus omnibus, nullo penitus refragante, B. Raimundus absens Generalis Magister est declaratus. Cuius ille rei nuntio perculsus, atque animo perturbatus, primùm repugnare vehementer cœpit; sed proeuctioribus ætate ac sapientia Patribus Bononiæ Barcinonem aduentantibus, qui eam omniū & Dei voluntatem esse confirmarunt, ægide tandem acquieuit, ac magistratum initit. Itaque aliorum precibus & auctoritate victus, animum ad regendam eam familiam adiecit. Quam cum integro biennio i sanctissimè & magnâ cum laude administret, m facto, ipso postulante, superiore anno ex communi Patrum sententiâ decreto, ut liceret Magistro Generali officium Magisterij renuntiare, proximo in sequente n Capitulo Bononiae item habito affectam ætatem, infirmamque Eo se mu- valetudinem incusans, pristinæ nimirum quietis, vitæ nere abdi- que privatæ audiissimus, magistratu mætentibus omnibus ponte se abdicauit.

a Mortuo scilicet Aspergo, sive Asparago, Archiepiscopo circiter annum M CXXXIII. ut vult Diagus. Erat id tempore Tarracensis Archiepiscopus Primas regni Aragonie, cum ab eo Cælaraugusta quoque sacra petere consuefet; quam Ioannes XXII. in Metropolim erexit.

b Tres, ut ait Diagus, Domenec. Llot.

c Nominavit, teste Diago, Guilielmum Mongrinum, (Llo) vocat Gregorium de Monte Grino tunc Ædilem Ecclesie Gerundensis, virum egregium: quia tamen consecratus non est, sed aliquot post annis ultrò se quoque dignitate potest abdicauit. Ferunt deinde oblatum Raimundo Bracarensem in Lusitaniam Archiepiscopatum, pari ab eo constantiâ repudiatum. Plures ei ab aliis Pontificibus & Iacobo Rege delatas dignitates, at semper ab eo reieatas, scribit Llot cap. 5. Seraphinus Razzius in Historia virorum illustrium Ord. Praedicatorum dicitur dicere solitum, Magnam esse dignitatem, in Ordine Preicatorum laudabiliter persecutare. Volaterranus lib. 21. cap. 4. sive dictatissime ait, se salubrius ac securius subesse quam præesse.

d Id non ante Aprilē anni M CXXXV. contigit. Mensis Octobri anni sequentis comitii regni Aragonie Montione sive Monsonij interfuit, teste Zurita lib. 3. cap. 2. 6. quibus in comitio actum de Valentia urbe eripiendâ Mauris. Quorundam constitutis urbi Barcenonensi noxiis isthinc intercessit Raimundus. Domenec.

e Difit XII. leonis Barcinone, II. Elanda Ptolemei, qua nunc Blanes.

f Diagus ait eodem tempore, quo Raimundum, portum subiisse; rogatum Sanctum ad eum cum quatuor sociis adiisse.

g Cum primum ad eum venit, ait à voce eum compellanit Raimundus: nibil ille se mouit, donec facta cum sociis precatione, rursus eius nomen inclamauit Sandus. Ita Diag. Llot.

h Præterquam, inquit Diagus & Domenec. in iis rebus quæ Prædicatorum aut Minorum (ira Seraphicum Ordinem virjanus diligebat) propria essent. Multa tamen magni momenti negotia ad eum remittebantur à Curiâ Romanâ, ut confirmationes Episcoporum & Abbatum. grauium caussarum (eriam contra Antisistas quosdam, ut Vrgelitanum quendam) examen, absolutiones ab excommunicacione, dispensationes ab irregularitate, &c. Domenec. Disseritibus Ilerdensibus & Rothensibus Canonici circa numerum eorum qui Episcopum electi essent, Innocentius IV. Pontifex Petro Albalatio Archiepiscopo Tarracensis, S. Raimundo, & Michaëli de Fabri. Ord. Prædicatorum, idoneum eligendi poteſtatem fecit; ejusq; à tribus illis Guilielmus de Berberano Ord. Prædicatorum electus. Datum ab Urbano IV. cum Episcopo Barcinonensi, Index in causâ matrimoniali Aluari Cabreto Comitiis Vrgelitani, & Constantiâ Moncada, ut quod antè Oſcenſis Antisistas iudicaretur, curare ratum esse. Sed Raimundus, imbecillitate virium exceptuā, rem totam Antisisti reliquit. Domenec.

i Sedre post Gregorium, dum superies fuit Raimundus, Celeſtinus IV. Innocentius IV. Alexander IV. Urbanus IV. Clemens IV. Gregorius X.

k Summam rogetu & iuſſu Sugerij, primi Provincialis Hispania à S. Dominico anno M CXXI. creati, conscriptis S. Raimundus, antequam Romam à Gregorio IX. euocaretur, ut ex veteri ms. probat Diagus; qui afferit hoc primum opus in eo genere scribendi extitisse. Alij inchoatam Barcinonem volunt, Roma perfectam, ut Domeneccus. Marietta cap. 31. & Caſtillo tradunt Roma. scripta. Ex epistola certè variorum Conuentuum ad Bonifacium VIII. quam recitat Llot cap. 14. videtur deduci, post Decretales scriptam, aut saltē perpolitam esse. Edita est Roma elegantibus typis anno MDCLII. sive Glossis Ioannis de Friburgo. Composita prætereat S. Raimundus (ut tradunt Diagus lib. 2. cap. 13. Domeneccus, & Llot) quorundam Episcoporum rogetu, tractatum de ratione visitandæ diœcesis, & curandæ subditorum salutis. Mercatoribus quoque modum tradidit iustè negotiandi. Citur & scriptum eius de bello & duello, ut tradit Antonius Senensis, & Possenius noſter.

Tom. I.

1 Dicere solitus erat, cum qui in virtutis exercitatione parua Ex BULLA patui facit, magna quoque non magni esse facturum. Eratq; ipso CLEREN- minimorum studiosus obſervator. Constitutiones Ordinis in duas di- tis VIII. ſindaciones redigit. Provincias Ordinis ferè omnes, & ſemper pedes, viſitauit. Caſtillo, Diag. Domenec. Llot, Marietta.

m Id Diagus conatur refutare, quod Jacobus Dominicus & Ber- nardus Guido tradant, omnes Diffinitores qui abdicationem admis- serunt, ipſumq; Pontium Sperram, officio motu in Capitulo gene- rali an. M CXLII. Bononia habitu. Prins illud Capitulum, in quo Decreto Sanctus condidit, ut Generali liceret munere ſe abdica- re, Parisis celebratū ſcribit Llot cap. 8.

n Decretum eſt in eodem Capitulo, ut licet munus ſponde posuiſ- ſet, et tamen, ubi virtus ſunt, eadem precum suffragia impen- derentur, qua Generali in administratione Ordinis decedenti ſolent. verba decreti ſunt: Pro F. Raimundo quondam Magistro Ordiniſ ſiat post mortem, ſicut pro Magistro Ordiniſ.

C A P V T V.

Proſidei defenſione ac propagatione peccatorum q; extirpatione, labores.

23 Q V o veluti onere deposito, latus & alacer ad consuetas pietatis exercitations, & proximi ad virtutem incitandi ſtudium ſe quām diligentissimè retulit, ac nihil vñquām antiquius habuit, quām ut religionem Catholicam longè lateque propagaret, & pro viribus ab hærefum labo vindicare. Quamobrem Inquisicio cla. me. Iacobo Regi Aragoniæ eius nominis primo in ſuader. primis ſuauit, & ut ſacrum Inquisitionis officium ſuis in regnis institueret, ad hærefum videlicet, quæ tunc ex nefariâ b Valdensium ſectâ receter exorta erat, omnesque alias procul à finibus eius regni arcendas, atque hanc ob cauſam c Concilio Provinciali Tarracone aduersus eosdem lectorios habito, iuſſu ipſius Iacobi Regis interfuit.

24 Sub idem verò tempus Saraceni, qui nobilissi- mas Hispaniæ ciuitates, & finitimas insulas impiâ ſui generis ſtripe multò antè inficerant, armatâ manu ve- Euange- lium pra- dicetur. Item ut Saracenis etiam infelabant, quibus ut in ſuis regnis dicetur. Hunc etiam ad maiorem insulam d' ex Bala- lebitibus proficiscentem eius rogatu comitatus eſt, tum ut ei à ſacris confessionibus eſſet; tum etiam, ut verbo Dei prædicando, fideiique Catholicæ mysteriis expli- candis, Hebræos & Agarenos, qui ibidem magno nu- mero erant, ad Christianam religionem adduceret.

25 Vbi cū idem Jacobus Rex veleno amore cap- tus, e cuiudam feminæ cōſuetudine vteretur, B. Rai- mundus, quā erat dicendi libertate ac prudentiâ, illum blandè primū ſermone ab eā conatus eſt reuocare; verū vbi ſe nihil proficere animaduertit, tum orate, proque ſuā in Deum fide precibus omnibus coepit ob- testari, ne ob exiguum corporis voluptatem malè ſe ipsum perderet; ſed neque preces quidquam profuere. Hic tum B. Raimundus animi dubius & incertus quod ſe verteret, confuſo tandem precibus diuino numine, ſtatuit nihil grauius ſibi faciendum, quām vrex insulâ diſcederet, ne libidinem eiusdem Iacobi Regis, quam ferre amplius non poterat, probare ſuā p̄ſentia vide- retur. Itaque eum adiit, ſerioq; ac ſeuere admoni- tum ſuæ voluntatis certiore fecit. Jacobus verò Rex eius apud ſe retinendi cupidus, nautas omnes p̄mōneri iuſſit, atque capitali edicto prohibeti, ne v̄llus eum traiceret. Interim ignarus eiusce consilij B. Raimundus in portum perrexit, vbi ab omnibus nauiculatori- bus communī consensu reieciſt; cognitâ Iacobi Regis voluntate, in portum Sollar profectus eſt, itineris ſuī comiti hoc vnum firmissimè aſſuerans, ibi aeternum Regem ſibi non defuturum. At cū neque in eo portu a nautis admitteretur, id ſecum ipſe demiratus, hoc magnâ fide pronuntiauit, Regem quidem mortalem ita ſtatuisse, ſed Regem aeternum aliter prouiferum.

26 Itaque omnibus in littore ſalutatis, per quasq; rupes & prærupta ſaxa in mare porrecta aliquantulum progreſſus in mare descendit, ac ſocium allocutus, Vi- debis, inquit, quemadmodum Deus optimam nauem Pallio pro nauis uſus mare tra- iicit.

EX BULLA prouidebit. Quare fiduciæ plenus, expanso super aquis CLEMEN- pallio, f^reductaque eius orâ instar veli ad baculum, tis VIII. quo tamquam malo vteretur, Dei opem inuocans, ac

f signo crucis se muniens, relicto in insulâ suo modicæ fidei ac dubitante socio, mari se commisit, ac leni prosperoque inflante vento, perambulans semitas maris, ac benedicens Deum qui dominatur potestati eius, centum sexaginta miliaria sex horis cōfecit, omnibusque circum littora insolitus nauigandi genus admiringantibus, Barcinonem appulit: vbi resumpto pallio, quod non quidem aquâ perfusum erat, ad monasterium sui Ordinis sub meridiem se contulit, quodque non minus admirandum est, g ianuis clausis illud ingressus, populi acclamationes euitans, ad gratias Deo peragendas in templum secessit. Cuius rei fama totam urbem finesque illius brevi peruersit. Auxit etiam huius miraculi magnitudinem eiusdem h Iacobi Regis emendatio subsecuta. Extant autem usque in hunc diem vestigia turris, & i capella eo in loco, ex quo in mare descenderat, extructæ, atque ipsum etiam pallium, vt continuatâ apude eos populos traditione receptum est, cuius contactu multi à vitiis corporis infirmitatibus quotidie liberantur.

27 In procurandâ Hebræorum & Saracenorum salutem, k magno caritatis ardore semper incensus fuit, omnemque operam dedit ad eos fidei Christianæ documentis excolendos, ac pro viribus adiuuâdos: quod

l ut ei facilius esset, l Seminarium, in quo nonnulli sui Ordinis religiosi Hebraico & Arabico sermone eruditur, Castellæ & Aragoniæ Regum impensis instituit. Quod opus toti Hispaniæ ornamento, atque infidelibus adiumento fuissit, ex eo satis constat, quod illius ope atque auxilio m' ingens eorū multitudine Christianam religionem amplexa sit. Neophyti non minori caritate, doctrinæ Christianæ præceptionibus imbuiebat, atque tam assiduus erat in illis instruendis, vt eorum patens esse videretur: & ne alimenta eis ad vitam necessaria deessent, vndique eleemosynas corrrogabat.

a S. Raimundus Iacobum Regem summâ contentione rogauit, Initium Inquisitio- vi delegatos Inquisidores contra haereticos eius regna corrumptentes, & summo Pontifice mitti sibi curaret. Regis id Raimundo à Pontifice petendit cōmisit: qui tandem anno MCCCXXXIII. darà Bullâ Esparraco Barce Tarraconensi Archiepiscopo, cognato Regis, eiusq; suffraganeis, & quibusdam ex Ordine Predicatorum, Inquisitionem eiusmodi exercenda potestatem commisit. Confirmata ea est studio Guilielmi Mongrini qui Esparraco successerat: quod Pontifex Gregorius IX. litteris ultimo die Aprilis MCCXXXV. datis collaudauit, misit, instructionem ad id manus exequendum accommodatam, & S. Raimundo, tunc adhuc Rome agente, confecit. Vbi Archiepiscopatu se abdicauit Guilielmus, Petrus de Albalat eius successor, pura cum Raimundo de eâ re consultauit. Hac omnia, & que deinceps consecuta sunt, pluribus deducit Ludouicus Paramus De origine Inquisitionis lib. 2. tit. 2. cap. 8. qui ait prius in Catalonia Principatu regnog Aragoniæ, quām in illâ alia Hispania regione Inquisitionem viginisse.

b Waldenses, qui & Pauperes de Lugduno, Waldonem quendam Lugdunensem ciuem, nominis & heresi austorem habue- re. Eorum errores via apud Iacobum Gaultierum Nostrum in Tabula Chronologica ad seculum XI. Idem les Encabats dicti, ut scribit Paramus, sine Infabatati.

c Nicolaus Eymericus Directorij Inquisitorum 2. part. Seuerinus Binus tom. 3. Concil. par. 2. Abrahamus Brovius Annal. tom. 13. hu- ius Concilij Actorum partem aliquam recitant, quorum hoc est initium: Cū nos Petrus, miseratione diuinâ Archiepiscopus Tarraconensis, Inquisitionem inceptam per bona memoria Berengarium Barcinonensem Episcopum contra haereticam prauitatem in ciuitate Barcinonensi, vellemus effectu mancipare; inter Iurisperitos qui nobis tum aderant, dubitationes hinc inde variæ emeruerunt. Quare vt circa factum heresies, & Inquisitionis de cetero fiendæ in prouincia Tarraconensi, clarius procedatur, collationibus inde factis cum venerabili Fratre Raimundo de Pennaforti Penitentiario Domini Papæ, & aliis prudentibus, in processu sententiâ hareticorum, fautorum, suspectorum, relaporum, & penitentiis eorum, secundum discretionem nobis a Domino datam ita duximus procedendum, &c.

d Anno MCCCXXIX. occupauit maiorem Balearium insularum Iacobus, urbemq; Maioricam ultimo Decembri vi cepit, teste Marianâ lib. 12. cap. 15. Anno deinde MCCCXXXI. cūm nuntiatum esset,

Regem Tunetanum validam classem aduersus eas insulas compara- re, eò Iacobus transmisit; iterumq; MCCCXXXII. quo & minor Ba- learius capta. Sed verâbatur tunc in Curia Romana Raimundus; tamen Marietta, Llot, Castillo, hec contigisse scribunt in primâ illâ expeditione, cūm occupata est insula. Diagus & Domenec. anno MCCLXIX. hanc profectiōnē contigisse volūt, quo ex Marianâ alijsq; constat Regem ingenit adornatâ classe in Terram sanctam soluisse, sed cūm ad minorem Balearum peruenisset, vi tempestatis classem dissem- tam, Regem in portum quempiam Galia Narbonensis repulsum. Verum in eâ expeditione hoc contigisse miraculm non arbitror, sed cūm alias eam insulam Rex reuiceret, statim illius cōpositurus, Iu- daeosq; & Agarenos Raimundi operâ Christo adiunctur. Iacobus de S. Ioanne, qui anno MCDLVI. S. Raimundi vitam scriptis, ve cap. 17. testatur Diagus, ait noluisse Raimundum iter sc̄ipere, nisi prius stipularetur Rex se consilii eius in iis rebus qua ad eius populi q; salutem pertinerent, obtemperatur. Ut primum appulit, quem de- ferre ei Primores insulae cupiebant, honorem declinans, ad canobium Prædicatorum diuertit: rectâ ad templum contendit, peractâ pre- catione, Priorem ceterosq; religiosos complexus salutavit. Mox dicere ad infideles, multos Christi lucrari; dissidentes reconciliare; pauperes agrosq; visere, animosq; eorum & corpora curare. Diagus ex Iacobo citato, & Domenecus. Vnde pater, hec in primâ insula occupatio- ne contingere non potuisse, neque enim tum canobium in Balearibus habebant Prædicatores.

e Eam Berengarium suisse scribit Diagus, cuius amorphis irre- titum Regem, etiam prælium inire parantem, noluit alijs à peccatis abfoluere Arnaldus Segarra Prædicatorum Provincialis, quod nol- let se eam dimissurum spōdere.

f Marietta & Castillo aiunt scapulari pro velo usum, scipione pro gubernaculo. Haud satu id verisimile: nam quod ei gubernaculo opus Llot gubernaculi non meminit, sed descapulari velum facit, vii & Ferrandus.

g Ferrandus, Castillo, Llot scribunt ianuas ulro ei spētas.

h Qui mox cum aliquo religioso Ordinis Prædicatorum ad Sol- lerij portum adiit, ac prominentem in aqua risupem, è quâ Sanctus in mare descendens, lustrans. Diag. Dom. Addit Marietta, missam à Rege triremam que Sandum affectaretur, Llot, plures missas scribit.

i Dedicata S. Catharinæ Martyri, cuius in fundatione reperta erat imago, quam ad eum locum sepius appulit Mauri, indignis qui- dem modis tractarunt, numquā tamē auebore potuerunt; Sollerij oppidi incola aliò deportarunt, ne barbarorum rursus patres latroci- nio; sed vi diuinâ ad suam relata est adiculâ. Ita Iacobus de S. Ioanne, qui id se adolescentem de parente suo alijsq; estate prouectis, inq; ipso Sollerio oppido audisse profiteretur. Diag.

k Inflammata magis ea caritas cūm ei diuinitus renelatum esset, teste Diag lib. 2. cap. 16. & Llot cap. 6. Fratrum Prædicatorum ope- râ multis infidelium religiōnis Christianæ mysteria doctum iri.

l Scribit Diagus, Domenec. & Llot, viginti aut plures religiosos missos esse partim Tunetum, partim Murciam, vt lingua isthie Arabicam & Hebraicam condicerent.

m Mauri ad decem millia conuerst. Diag. Dom. Llot. Missi deinceps Fratres in Africam, qui Euangelium predicarent, de quibus ex- stat Alexandri IV. Bulla data Anagnie v. Kal. Iulij anno 11. eius Pontificatus, Christi MCCCXLVI. Ipse S. Raimundus quibusdā Maurorum Principiū, ipsiq; Tunetano Regi notus amicusq; erat, quâ ratione ianua amplior aperiebatur Euangelio. Ipsomet Sanctus in suis ad Generalem Ordinis Magistrum litteris varium fructum cōmemorat, qui Fratrum operâ in Hispaniâ & Africâ referebatur. Exstant ea littera in libro qui Vitas fratrum inseruntur. Diagus de eius zelo ex Petro Marsilio sequentia recitat: Conuersionem etiam infidelium ardenter desiderans rogauit eximium Doctorem sa- cræ paginae, Magistrum in Theologiâ, Fratrem Thomam de Aquino ciudem Ordinis, qui inter omnes huius mundi Clericos post F. Albertum Philosophum maximus habebatur, vt opus aliquod faceret contra infideliū errores, per quod & tenebra- rum tolleretur caligo, & veri Solis doctrina credere volentibus panderebatur. Fecit Magister ille quod tanti Patris humilis depre- catio requirebat, & Summam, quæ Contra gentiles intitulatur, condidit; quæ pro illâ materia non habuisse parentem creditur. Confutati quoque ab eo eiusq; sociis magno fructu Iudeorum errores, multiq; ex iis baptismo lustrati.

C A P V T VI.

Virtutes, mors, exequie.

28 D E rebus dubiis sēpē consultus, singulati pru- Consulen- dentiâ, ac diuinâ planè sapientiâ omnibus re- tibus gra- spondebat, & atque inter cetera beneficia quæ accepit, tiosus. hoc præcipuè donum à Deo est consecutus, vt eos, qui- buscum agerer, mitâ consuetudinis suæ dulcedine ac voluptate perfunderet.

29 Orandi contemplandiisque summam diurno vñ adeptus est facultatem: nam eti si variis grauibusque negotiis distineretur, tamen vbi se ad orationem com- posuerat, tantâ subito diuini spiritus suauitate rapie- batur,

- Orationis studiosus.* batur, vt omnium rerum mortalium curâ exutus esse videretur. Ac sâpè intempestâ nocte clâm obseruatus est in secretiori templi recessu, tam crebra altaquâ spiria inter orandum edere, vt audientes ad lacrymas commoueret. *b* In diuinis officiis erat assiduus, atque incredibilem psallendo capiebat voluptatem.
- c* 30 Sacrostantum Missâ sacrificium ferè quotidie celebrabat. *c* Quanta verò esset eius in sacrificâ animi puritas ac deuotionis feroit, vel ex eo facilè existimari potest, quod astantes ex eius solo aspectu ad orationem incitarentur, ac perita à Deo patre misericordiatum beneficia, eius precibus impetrarent.
- Eius meritum de pulsa tentatio.* 31 Nam frater Martinus eiusdem Ordinis Conversus, cùm, antequam suavi se Christi iugo subiiceret, voluptatibus carnis liberius indulsisseret, ac tunc earum rerum, quibus antè assueuerat, recordatione, sui quæ corporis illecebris quasi quibusdam stimulis agitatus, mirum in modum vexaretur, omnem huius tentationis propulsandæ spem in B. Raimundi meritis collocauit. Igitur eius sacrificii sâpè interesse, ac summis precibus à Deo flagitare cœpit, vt tanto suo malo remedium aliquod afferret. Quod dum perseveranter peteret, quodam die ex manibus B. Raimundi celebrantis, ac sacram Hostiam populo ostendens, Christus Dominus sub augustissimâ pueri specie clarissimâ luce radiantis spectandum ei se præbuit. Quo viso, tanto est repente gaudio delibutus, vt ex eo tempore ad extreum usque diem, diuinâ gratiâ & bonitate, ab omni concupiscentiæ carnis commotione fuerit preteratu.
- Angelo familiaris.* 32 Cum cælestis militiæ Angelo tanta inerat ei familiaritas & amicitia, quæ maximum est puritatis & sanctimoniarum argumentum, vt ab eo & frequenter ad orandum à somno excitatus inuitaretur.
- Eius absentiæ & lenitatis.* 33 *f* Cibi potuſque parcissimus fuit: totam enim hebdomadam, excepto die Dominicæ, ieūnabat. Nullum vñquâ in eo contumacia vel arrogantiæ vestigium animaduerti potuit, quinimò lenitate ac patientiâ fuit maximâ, & in Deum tantâ caritate, vt eius amore omnia arbitratus sit vt stercora: ex quâ etiam egredia illa in proximos caritas redundabat. *g*
- Moriturus an. 1275. 6. Ianuar.* 34 Omnibus demum virtutibus cumulatissimus, deuexâ iam ætate, in perpetuâ quadam erat animi vigilâ, expectans Dominum, vt ad cælestes nuptias ab eo vocaretur. Igitur *h* annos ferè centum natus cupiēs dissolui, & esse cum Christo, *i* in lethalem morbum incidit, atque Sacramentis omnibus ritè munitus, oratiis ad lectulum fratribus, deficiente sensim omni vita sensu, ipso die Epiphaniæ Barcinone obdormiuit in Domino, salutis humanæ anno MCLXXV.
- Eius exequies solemnissime.* 35 Vulgatâ eius morte, ingens hominum concursus ad monasterium videndi caufâ repente factus est: ac tanta fuit sanctitatis eius apud omnes opinio, vt multi Episcopi, complures Prælati ac nobiles viri, Clerus etiam & populus Barcinonensis vniuersus, funus eius summâ doloris significatione sint prosecuti. Communem verò illam eius sanctitatis famam auctoritate suâ magnopere auxerunt, *k* Alphonsus Castellæ, & Iacobus Aragoniæ Reges, qui ad eius exequias, suâ præsentia cohonestandas, comitantibus filiis ac domesticiis omnibus, summâ cum veneratione, & famâ sanctitatis beati huius viri conuenerunt, itaque corpus eius magno totius ciuitatis luctu, ac Principum virorum dolore, honorificè humatum est: quod paucis annis post in sepulchrum marmoreum translatum fuit.
- a* Sed, vt scribit Diag. & Llo, vix respondebat ex tempore si quid ex eo de Iure quereretur, cuius tamen erat scientissimus; sed prius Autatores consulebat.
- b* Post Matutinum & Completorium omnia altaria ecclesia obibat, eaq; corporis humili submissione venerabatur. Diag. Domenec.
- c* Semper ferè ante Missam expiabit animum confessione. Quod die impeditus sacrificium non oblitus est Deo, eo conjuet à animi alacritate & letitiae carere se afferebat. Diag. Domenec. Llo.
- d* Addit Domenecus ex Petro Marfili lib. 4. de vita Iacobi Regis, simul ac hostiam consecravit Raimundus, delapsum ex alto glo-
- bum sine circulum igneum, qui ei caput & humeros circumcinxit ExBYLLA
vñque ad eiusdem hostie sumptionem. CLAMEN-
e Quotidie, ut scribit Llo, ante medium noctem.
f Sub noctem flagia, & zonâ ferreâ in corpus suum acriter savie-
bas. Diag. Domenec.
- g In familiari cun aliis sermone comis ei quadam facundia ade-
rat, apraq; ad eorum instructionem exempla affuebant. Murmura-
tes, aut alii detrahebentes, quadam urbaneitate cobibebat. Diag. Do-
menec. subinde etiam acriter arguebat, vt Llo ait.
- h Diag. cap. 20. vult folium fuisse LXXXIX. annorum, quia exi-
stimat, cùm Bononiæ profectus est an. MCCC. vel MCCI. fuisse fo-
lum XXII. vel XXIV. annorum. Verum alij citius inisse Bononiæ
scribunt.
- i Petrus Marfilius apud Diag. l. 2. cap. 20. ita scribit: Sic iam
longo qualatus senio cœpit infirmari, & à Rege, ac Rege Ca-
stellæ sâpienti visitatus, in die Epiphaniæ Domini circa horam
sextam illum Psalmum incipiens, Exaudiat te Dominus in die Psal. 19.
tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob, presentibus fratri-
bus & orantibus, spiritum reddidit creatori. Addit Domenecus,
frates qui aderant proœctus esse Psalmum, & cùm ad illa verba,
Tribuat tibi secundum cortuum. & omne cōsilium tuum con-
firmet, perennerint, expirasse Sandum. Llo ait mortuum in illis ver-
bis Psalmi 30. In manus tuas Domine commendò spiritum meum.
- k Pet. Marfilius: Interfuerunt autem eius celebribus exequiis Rex Castellæ Ildefonsus, & germanus eius Ferrandus, & filius eius Sancius, & duo Infantes minores; Rex Iacobus, & Infans filius Iacobus; Episcopus Barcinonensis, Oscensis, Conchenensis, & plures alij Prælati, ac Principes, & Nobiles, & totus Clerus & populus Barcinonensis, & corpus illud tam venerabile se-
pulturæ dederunt. Meminit funeris huius à Iacobo Aragonio, &
Alphonso X. Cafella Rege, qui Sapiens diuinus est & Imperator,
cohonestati, Marianæ noster lib. 13. cap. 22. & Domenecus, qui Fer-
randum Alfonsi fratrem eum esse ait, qui à Zurita Emmanuel ap-
pellatur; adiutorie præterea funeri Violantem Alphonsum Regum uxorem,
duosq; alios Iacobi filios Ioannem & Petrum; officium sepul-
træ ab uno & tribus recentibus Episcopis peractum.
- l Id in peculiari facello, eius ac S. Iuliani nomini dicato, colloca-
tum. Sacellum adificatum curante Bonanati cuiusdam ciuius Bar-
cinonensis filia, cui pater è lege opimam hereditatem an. MCCCXVII.
reliquerat. Iacobus II. Rex ad illius facello adificationem haud
tenuum contulit stipem an. MCCCXIX. ut Domenecus tradit. Llo
scribit, ab initio in sepulchro marmoreo conditum, atque ad illud de-
latum ipsum Regum manibus; neque usque ad an. MDXCV. quo
scribatur, apertum fuisse. Ter deinceps apertum sepulchrum primum
anno MDXVI. IV. Aprilis, iussu Clementis VIII. presentibus At-
chiepiscopo Tarragonensi, Episcopis Barcinonensi, Vicensi, Helenensi,
Celsonensi, alijq; viris primariis: iterum anno MDXIX. VII. Iunij,
Philippi III. Regis Catholici rogatu, presentibus Rege cum Mar-
garetâ uxore, & scru, ac Belgica nostra Principibus Alberto &
Isabellâ Clariâ Eugeniâ. Tertio demum XXIV. Maij MDCL. ut cum
publicâ supplicatione gestaretur in solemnitate canonizationis.
Domenec.

C A P V T VII.

Miracula post mortem.

36 **B**ARCINONENSIS populus B. Raimundo vitâ Miraculis
functo, quasi totius patriæ lumine extinto, post morte
mærore afflictus grauiter angebarut, atque ob recen- clares.

tem virtutum eius ac beneficiorum memoriam co-
carere omnibus acerbissimum erat. Sed pater miseri-
cordiarum, & Deus totius consolationis, qui secun-
dum multitudinem dolorum, consolationibus suis ti-
mentum se cordalatificat, B. Raimundi meritis bene-
ficia in omnes conferendo plebem suam mirificè re-
creauit. Nam fidelissimi huius serui integritatem &
sanctimoniam multis quidem in vitâ miraculis cla-
ram, pluribus signis post obitum ingenti omnium læ-
titia comprobauit.

37 Atque vt omnes intelligerent, quâm Deo pla- Lepra eius
cita esset anima eius, eo ipso tempore, quo ex hac vitâ inuocatio-
migravit ad Dominum, insigni miraculo est declara- ne curata.
rum. Erat in eâ ciuitate a Guillelmus de Villaragut, qui
inueteratâ corporis leprâ grauiter laborabat, neque
eum fœditas morbi doloris que acerbitas in publicum
prodire, solitasque exercitationes & negotia obire pa-
tiebatur. Medici adhibitis frustrâ medicamentis
omnibus, deploratâ re animum desponderant: ipse
verò, Deo ita disponente, qui Sanctum suum clarifica-
tur userat, in ædes quasdam monasterio Ordinis Præ-
dicatorum vicinas, eâ ipsâ nocte, quâ B. Raimundus

Ex Bvlla excessit è vitâ diuerterat; vbi cùm grauissimo elephan-
CLEMENTIA dolore torqueretur, à pio quodam viro **b** Bernar-
tis VIII. do de Molendinis nuncupato, Canonico Barcinonensi
b admonitus est, vt B. Raimundi, qui eo tempore dor-
mierat in Domino, meritis se commendareret: quod ille
recuperandæ valetudinæ cupidissimus simul atque di-
ligenter præstiterit, confessim omnis lepra ex eius mem-
bris collapsa est, ac sanum corpus reliquit. In cuius rei
signum, & accepti beneficij memoriam, idem Guillel-
mus e monimento suspenso in templo, rem omnibus
testatam esse voluit, & posteritatis memoriae com-
mendauit.

**Mortua
suscitata.**

38 Illud verò maximum est eius sanctitatis argu-
mentum, quod mortuos etiam ad vitam reuocârit. Nā
quædam puella, Margarita nomine, Ioannis Physici
filia, quatuor aut circiter annos nata, diuturnâ febri,
continuisque alii fluxionibus exhausta, diem obierat
extremum; eamque verè morruam esse, pallor ipse
vultus, contractæ nares, oculi extincti, horridi dentes,
ceteraque indicia confirmabant: quin & idem Ioannes
pater medicæ artis expertissimus asseruit omnia
mortis, nulla vita vestigia in eius corpore extitisse. Ho-
nesta interim mulier Romea, eiusdem Margaritæ ma-
ter, quæ paullò ante ad B. Raimundi sepulchrum ac-
cesserat, & auxilium ab eo, filiæque valetudinem pre-
cabatur, vbi de morte filiæ certior à Ioanne eius mari-
to facta est, ab eodem saepius domum reuocata fuit:
quo illa nuntio percusa, tanto filiæ recuperandæ desi-
derio inflammatæ est, vt neque inde se abituram, neque
domum reuersuram affirmaret, nisi beati huius viri
meritis & intercessione Margarita eius filia vita resti-
tueretur. Itaque lacrymis ac lamentis omnia miscere,
& ardentiùs orationi instare, atque à Deo per beatı
viri merita summis precibus flagitare cœpit, vt filiam
vitæ sibi redideret. Cuius perseverantem firmissi-
mam fide orationem respexit Deus, nec spreuit depre-
cationes eius. Nam sub occasum solis Margarita filia,
paullò post meridiem defuncta, non modò vitæ, sed
etiam integræ valetudini est penitus restituta: quæ po-
stridie in templum pedes adiit ad gratias pro tanto be-
neficio agendas, & decem & quatuor annos super-
uixit.

d
**Parturientis
exempta
pericolo.**

39 d Altera item honestæ conditionis femina, Ro-
mea appellata, Michaëlis videlicet de Sala hominis pij
vxor, B. Raymundi opem experta est. Nam cùm ma-
turo iam fœtu acerbissimis pariendi doloribus pre-
meretur, ac infantis caput enixa, reliquo intus recluso
corpore, tribus integris diebus ac noctibus grauissi-
mo cruciatu torqueretur, nihil propius factum est,
quam vt ex hac vitâ decederet; nam ob languentis sto-
machii fastidium, cibos omnes haustusque respuebat,
atque à sensibus alienata, vocisque vsu priuata iacebat
exanimis. Quo tam præsenti vxoris sua periculo præ-
dictus Michaël vehementer animo conternatus, ad
templum illicet excurrit, B. Raimundi opem subsi-
diuumque implorans: qui simul ac domum rediit, Ro-
mea felicissimè partum edidit, atque omni dolore est
liberata.

**Alius
lapidem
subito sa-
patur.**

40 Præterea iuuenis quidam continuos viginti dies
acutissimam febri agitatus, viribusque exhaustus, insu-
periorē ædium partē à suis delatus fuerat, vt aurâ pu-
riore frueretur, animumque relaxaret: quo ex loco de-
orsum in lapides & saxa corruens, ita conuulsus fra-
ctusque membris fuit, vt immotus humili prostratus ab
omnibus mortuus esse putaretur. Ed, vt fit, cùm multi
videndi & iuuandi causâ accurrissent, adstantium
quidam pulueres ex B. Raimundi sepulchro desumptos,
quos religiosè ac piè secum gestabat, in iacentis ac
moribundis os iniecit, colloque appendit, atque æger
ille continuo valetudini est integræ restitutus. Et illa
quidem, aliaque quam plurima multo ante tempore
contigerunt, hæc verò recentiora sunt.

a Idem miraculum inferius aliquando fuisse ex Michaële Llot
narrabitur.

b Llot Bertrandum vocat.

c Cereâ nimirum imagine, ut Llot ait.

d Duo sequentia miracula rursum inferius à Michaële Llot
narrantur.

C A P V T VIII.

Recentiora miracula.

41 **A**NNO MDLXXXIX. cùm pestilentia Barcinone ^{Pestis de-}
graffaretur, atque ingenti hominum clade in-
ualeceret, a quidam probus vir, Michaël Amat appelle-
latus, peste mortiferâ corruptus, ac desperatâ valetudi-
ne à medicis destitutus, Sacramentorum atque Extre-
mæ vñctiois susceptione, ad mortem se comparabat;
sensim verò per omnia corporis membra serpente
morbo, in eas redactus erat angustias, vt præclusis fau-
cibus loqui amplius non posset. Quare intimo cordis
& animi affectu B. Raimundum est deprecatus, vt eam
à se infirmitatem depelli precibus suis impetraret. Quâ
in oratione B. Raimundum sibi videre visus est, atque
extensâ manu se contingere: quo ex facto ita omni re-
pentè morbo leuatus est, vt eodem ipso die conua-
luerit.

42 Hoc aliquantò recentius est. Nam an. MDXCVI. ^{Item pro-}
pia quædam mulier, Anna Beneta vocata, Barcinone ^{fluvium.}
honestis parentibus orta, ipso Epiphaniæ festo, copioso
sanguinis profluvio in summum vite periculum addu-
cta erat: neque adhibita medicorum remedia sanguine
vlo modo sistere poterant, neque ipsa in proximâ
diem viæura purabar. Quare eorumdem hortacu
cùm sanctissimæ Eucharistia, atque Extremæ vñctio-
nis Sacraamenta, piè & deuotè sumplisset, mortem ex-
spectabat. Interim in B. Raimundi præsidium toto
animo cōfugit, ac pulueres ex eius sepulchro ad se de-
ferrit, atque in cyathò miscerit sibi iussit, quibus epotis
meliùs se habere cœpit, & absque vlo prorsus alio
pharmacô vitæ discriminem euitavit.

43 Illud verò perpetui eiusdem miraculi vim ob-
tinet, quod ex primo eius ^{Puluere} sepulchro terra quædam ^{sepulchri}
tenuis, seu puluis saluberrimus enascitur, qui licet ^{morbis sa-}
magnâ in copiâ inde exportetur, numquam tamen de-
ficit, ac multæ magnæque corporis infirmitates eo cu-
rantur. ^b

44 Anno itidem MDXCVI. cùm Iudices instituti ^{Suaus}
ad explorandas beati huius viri reliquias, arcam, vbi ^{odor ex se-}
erant reconditæ, aperiuerunt, tantus illicet odor ex eius ^{pulchro.}
corpo, qui viuens in odorem suavitatis Deo se con-
secratar, exhalauit, vt multi, qui eò confluerant, nihil
eo percipi posse iucundius affirmarent: quinimq; egre-
gius vir Ludouicus de Claremont ex graui morbo
sensu odoratus à c sexdecim annis orbatus, cùm in eâ
hominum multitudine videndi desiderio incitatus
propius accessisset, eum etiam odorem suauissimum
sensit: quo repente ita recreatus est, vt lacrymas præ
gaudio continere, nec vllam vocem emittere vlo mo-
do posset: verùm tacitus apud se cogitans dubitabat,
num istius solummodo odoris olfactum recuperasset,
an etiam rerum aliarum; sed domum reuersus vbi se
varios odores percipere animaduertit, miraculū sub-
itè euulgauit. Neque verò hæc odoris fragrantia eo
solum tempore ex eius corpore emanauit, sed aperto
quodam eius sepulchri meatu, idem suavis odor quan-
doque afflatur, qui ab iis sentitur, quos diuina bonitas
eo munere dignatur.

a Domenec. Equitem vocat, & addit plures scribere Sancto ac-
ceptum, quod à contagione periculo liberati sint.

b Quod idèo aperum relatum, ut scribit Mariett. at Llot cap. 13.
ita scribit: Ex quodam paruissimo loco, iuxta sepulchrum huius
Sancti positio, in quo eius interiora fuerunt sepulta, miraculosè
quidam quædam minutiissima terra nigri coloris emanat; quæ
tenuissima cùm sit, & infirmis utilis validè & accommodata, &
ideo à die obitus Beati Patris in ingentem quantitatem fuerit
propter infirmos à Sacrâ extracta, numquam locus ille à ter-
ra

rā vacuus fuit vñquām repertus. Eadem ferè habet Ferrandus apud Trugillo, qui addit (quod & Ferdinandus del Castillo scribit) hunc puluerem sap̄ cibo aut potui infirmorum miseri. c Domeneccus solum habet, octo.

C A P V T I X.

Cœpta procurari eius canonizatio.

45 His pluribusque alii miraculis, quæ referre longum esset, corda Regum inclinata, plurimi que Ecclesiarum Antistites & Prælati, populique integri regni Aragoniæ diuinitus excitati, vnâ voce & consensu à multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris frequenter petierunt, vt B. Raimundus in Sanctorum numerū referretur. Et quidem quarto ab eius obitu anno, salutis videlicet humanæ MCCLXXXIX, Archiepiscopus Tarraconensis, ac decem Episcopi regni Aragoniæ, multi que Abbates in Concilio Provinciali Tarracone congregati, litteras ad fel. rec. Nicolaum Papam III. prædecessorem nostrum dederūt, quibus singularem eius in Deum caritatem vitæque innocentiam coram Deo & hominibus testificati, vt eum, præviâ virtutum ac miraculorum eius inspectione, Sanctorum numero adscribere vellent, humiliter supplicarunt.

46 Cùm autem ipse Nicolaus III. prædecessor è vitâ migrasset, Præfecti ciuitatum regni Aragoniæ, & Principatus Cataloniæ, totaque ciuitas Barcinonensis, quin & Priors, ceterique Fratres Ordinis Prædicatorum qui eas prouincias incolebant, idem à fel. rec. b Bonifacio VIII. etiam prædecessore nostro enixè flagitarunt. Verum ipso Bonifacio prædecessore ad humanis etiam propterea, & Cohcilium Prouinciale Tarracone denuò conuocatum, apud sanctæ mem. d Ioannem XXII. prædecessorem etiam nostrum, primam petitionem renouauit. Quo tempore Frater Arnaldus Burguetus Ordinis Prædicatorum Inquisitor, ac Procurator à Capitulo generali ad hanc causam prosequendam institutus, multos testes super miraculis, quæ de hoc beato viro vulgabantur, examinari curauit. Sed cùm per dicti Ioannis prædecessoris obitum res transfigi non potuisset, cl. mem. f Petrus Aragoniæ Rex, datis ad fel. record. g Clementem VI. similiter prædecessorem nostrum litteris, vehementer institit, vt beatus hic vir humanis laudibus extolleretur in terris, quem diuinæ prouidentię sublimitas, q̄tēmodū in eius litteris habebatur, honorare voluerat in excelsis.

47 Cùm verò huius tei tanta sit granitas & magnitudo, vt exiguo tempore perfici non potuerit, omnis huius causæ tractatio vsque ad tempora sancte mem. h Pauli III. similiter prædecessoris nostri fuit intermis- sa: qui tandem precibus bo. mem. i Fratris Ioannis à Tolero tituli S. Sixti Cardinalis Burgenis nuncupati inclinatus & concessit, vt in omnibus monasteriis & ecclesiis Ordinis Prædicatorum, in regno Aragoniæ existentibus, solemne officium de B. Raimundo celebrari posset.

a Huic Concilio prefuit Bernardus Tarraconensis Archiepiscopus; interfecti Arnaldus Barcinonensis, Berengarius (Bzouius) Bernardus vocat mendosè) Gerundenfis, Raimundus Vicensis, Guillelmus Gerundenfis, F. Guillelmus Illerdenfis, Berengarius Dertusensis, Petrus Tironensis, Episcopi, Abbates, & alij Prelati, quorum litteras recitat Llot cap. 12. In iis hac, inter alia plurima, de S. Raimundo predicanter: Neque enim sufficienter explicare sufficiens humilitatem eius in corde, dulcedinem in sermone; extenuitatem in opere, seruorem in caritate, in orationibus vigiliam, in consilio prudentiam, in motibus disciplinam. Sed nec omnino silere deuotio patitur, quantum & quomodo zelo fidei succensus ad generali linguaram, vt addiscerentur à fratribus sui Ordinis, studium impenderet & conatum. Diligentia quidem eius pià mediante sollicitudine diuulgatum & prædicatum est nomen Christi, fidesque eius ex multorum conuersione amplioribus dilatata profectibus, nuntiata est etiam vsque ad barbatas infidelium nationes. Et post paucā: Hinc est quod ad

multam deuotionem ad eum mentes fidelium benigna manus Ex Bvlla Omnipotens erexit; & ad ipsius inuocāda suffragia, dē diuersis partibus diuersarum concurrerit frequentia personarum. Propter quod & Patres huic dignum veneratione sepulchrum ab illis in multâ reverentiâ visitationis & honoris habetur, multiplicatis quoque luminaribus illustratur. Vbi & numerosâ multitudine cera diuersorum effigiarum dependentes imagines, quanta & qualia per eum sint facta miracula, eti⁹ homines taceant, clamare non cessant, & rerum evidētia protestantur. Fallitur Bzouius ad illū annum num. 8. scribens, nihil tunc in gratiam illorum concedere voluisse Nicolaum, quod Rex Petrus à Procydā seductus, iam turbas Italiae moliretur, neque censum Ecclesiae Romanæ pendere vellet. Nam fuit Ioannis Prochyti Petri Aragoniæ conatus Nicolaus, uti narrat Mariana nostra lib. 14. cap. 6. Potius id ad Martinum II. (qui IV. dicitur referendum, qui Nicolao III. anno MCCLXXX. XVI. Augusti, cum sedisset annos duos, menses octo, dies XXII. vitâ functo, fuisse an. MCCLXXXI. XXII. Februario. Ad hunc missus de Raimundi canonizatio legatus; de quo Mariana: Moritur interea Nicolaus Pontifex successore Martino IV. Turonensi eius, Caroli (Andegauensis, Sicilia Regis) partibus deditissimo: prorsus vt in eius gratiam Palæologum Cæsarem diris deuouerit, de impietate postulatum, quod Romanæ Ecclesie nollet obtemperare. Ab Aragonio Rego Hugo Metaplana, vir multarum rerum vñ eā ætate præstans, ad nouum Pontificem legatus est; vt eius animum consiliaque exploraret: tametsi legationis species erat Raimundi Pennafortij nomen vt consecraretur. Renuit Pontifex, negavitque aliquid se concessurum ei qui veſtigial Romana Ecclesia debitum pendere recusaret. Præterea decuma sacerdotiorum Iacobus patri à prioribus Pontificibus concessæ abrogata sunt. Ita ille. At Diagius lib. 2. cap. 27. citans Petr. Marsilius, scribit curasse Martinum Pontificem miracula. S. Raimundi (nam vita sanctitatis fatis probata videbatur) examinari à tribus Cardinalibus; ed cùms Siciliam invaseret Petrus, (post ferd. illas Vesperas an. MCCLXXXII) negotium canonizatiois intermissum esse. Constat id quoque ex epifolâ Conuentum Ord. Prædicatorum prouincia Aragonia ad Bonifacium VIII. quam recitat Llot cap. 14. Domeneccus scribit perisse rum Regem ut in numerum quoque Sanctorum referretur Ollegarius Episcopus.

b Bonifacius VIII. an. MCCLXIV. xxiv. Decemb. creatus, obiit XI. Octob. MCCLIII. Cum hoc Pontifice actum de canonizatiois effo an. MCCLXVII. & MCCLXVIII. quando Rex ipse Iacobus II. Romanum venit, scribunt Diagius, Domeneccus. Llot, licet hic in causa illius profectio Iacobi in Italiam ab aliis discrepet. Recitat verò ternas omnino litteras ad Bonifaciū de eo negotio datas, que omnes singulare Raimundi continet pre coniū. Prime sunt ciuitatis Barcinonensis, date IV. Id. Nouemb. MCCLXVI. quibus omnino similes scriptas tradit à Rectoribus regni Aragonia. Secunda sunt uniorum Conuentum prouincia Aragonia, antea citata. Tertia Bernardi de Buixedos Prioris & totius Conuentus Barcinonensis, data vi. Kal. Iulij MCCLXVIII.

c Celebratur est id Concilium an. MCCLXVII. & presuit Eximius Archiepiscopus Tarraconensis, interfuerere Martinus Ocenfis, Berengarius Vicensis, F. Raimundus Virgellensis, Guillelmus Gerundenfis, F. Guillelmus Illerdenfis, Berengarius Dertusensis, Petrus Tironensis, Episcopi, Abbates, & alij Prelati, quorum litteras recitat Llot cap. 16. datas die Cathedra S. Petri an. MCCLXVII.

d Creatus est ann. MCCLXVI. VII. Augusti. obiit IV. Decemb. MCCLXXIV. Curauit per Episcopum Barcinonensem formari Processum.

e De eo pluribus agit Diagius li. 1. c. 13. & obiissi ait an. MCCLXIV. eximio zelo virum. Hic VII. Kal. Aprilis MCCLXVIII. eoram Bernardo de Villalta, Vicario Pontij Episcopi Barcinonensis absentis, examinari testes curauit: miracula infra dabimus.

f Petrus IV. ann. MCCLXXXVI. Alphonso patri successit, obiit V. Ianuari. MCCLXXXVI. misit ad Pontificem pro hac canonizatiois an. MCCLXIX. ut tradit Domeneccus.

g Eleitus est VII. Maij MCCLXII. obiit XXVIII. Jun. MCCLII. Marietta & Castillo scribunt, tempore Clementis VII. nosum & amplum Processum institutum pro canonizatiois S. Raymundi.

h Creatus est Paulus III. an. MDXXXIV. XI. Octob.

i Hic Joannes Alvarez de Toledo, Alba Ducis filius, Ord. Prædicatorum, in Collegium Cardinalium adiutus à Paulo III. XIII. Kal. Ianuari. MDXXXIX. Ciaccon.

k Viue vocis oraculo, III. Iunij. MDXLII. sed in ex id indultum ipso die à se signatum, misit ad PP. Prædicatorum regni Aragonia. id recitat Llot cap. 17. meminit eius Diagius lib. 2. cap. 27.

C A P V T X.

Processus canonizatiois variè examinatus:

48 INTERECTO autem diuturni temporis interuallo, cùm Deus, qui est gloria virtutis Sanctorum, Raimundi meritis & intercessione plurima in dies beneficia toti Hispaniæ largiretur; b cl. etiam mem. Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus per

EX BULLA litteras, & per dilectum filium nobilem virum ^d ANTONIUM de Corduba & Cardona Sueſſæ DUCEM, suum
TIS VIII. apud nos & Sedem Apostolicam Oratorem, suppli-
cavit, vt huic cauſſæ sub tot Romanis Pontificibus in-
choata, ipsi vellemus ſinem imponere: quo ſanè pio
Regis studio vehementer ſumus recreati. Nam cùm
ab ipſo Pontificatus noſtri principio nihil magis, quā
Dei gloriam, & Catholicæ religionis exaltationem
ſpectauerimus; gaudebamus in Domino, cùm utram-
que hiſce Regis ſupplicationibus promoueri cernere-
mus. Itaque vt religioſo eius deſiderio ſatisfacremus,
venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus
Proceſſus canoniza-
tionis exa-
minatur.
Congregationis ſacrorum rituum iniunxi-
mus, vt acta
omnia, quæ priu-
iūs hac in re confeſta erant, diligenter
inficerent & examinarentur. Hi autem fuere ex triplici
ordine alſumpti, venerabiles Fratres Epifcopi Alpho-
ſus Ostiensis Geſualdus, Inicus Aualos Portuenſis de
Aragona, Gabriel Sabinensis Paleortus, & dilecti filii
noſtri Alexander S. Mariæ Trans Tiberim Medices,
Franciſcus S. Petri ad Vincula de Gioioſa, Auguſtinus
S. Marci Veronensis, Dominicus S. Chryſogoni Pi-
nellus, Franciſcus Maria S. Mariæ in Arā cāli de Mon-
te, Aſcanius S. Pudentiana titulorum Presbyteri Co-
lumna, Odoardus S. Eustachij Farnesiſus, Antonius
SS. Quatuor Coronatorum Facchinettus Diaconi
nuncupati S. R. E. Cardinales, coram quibus rite con-
gregatis cùm dilectus filius Michaēl Llot, ſacrè Theo-
logiæ Doctoř, frater eiusdem Ordinis Prædicato-
rum profellus, ac Procurator legitimè hac in cauſā
conſtitutus, pro ſuo munere, in quod per ſex an-
nos continuos diligenter incubuit, quasdam scriptu-
ras ad hanc ipſam cauſam ſpectantes protuliferet;
quia tamen multe probationes addi poterant, lit-
teræ ad Archiepifcopum Tarragonensem, atque ad
Barcinonensem & Vicensem Epifcopos cum oppor-
tunâ facultate miſſæ fuit, vt alias omnes ſcripturas &
probationes annis ſuperioribus hoc in negoſio factas
Barcinone extraherent, & ea denique agerent quæ ad
hanc cauſam requiri videbantur, omniaque ad nos
transmitterent. Quæ cùm eſſent omni iure confeſta,
ſummāque auſtoritate firmata, & debitā cum diligen-
tiā & fide transmiſſa; Noſ tribus viris doctrinā &
integritate prætantibus, ac vſu peritiſſimis, Seraphino
videlicet Oliuario Razzalio Decano, Petro Franciſco
Gipſio, & Franciſco Peniæ Caſſarum Palatiſ noſtri
Auditoribus commiſſimus, vt ea ſummo ſtudio, qua-
tāque poſſent diligentiā legerent, expenderent, ac to-
tius cauſæ merita exaſtiſimè ponderarent. Quo in
munere cùm ſedulō & accuratē verſarentur, Philip-
pus II. Hispaniarum Rex Catholicus, cuius memoria
in benedictione ſit, magno in primis noſtro & totoſ
orbis Christiani dolore ac detrimento viam vniuerſæ
terræ ingressus eſt. Quare cariſſimus in Christo filius
noſter Philippi III. Hispaniarum item Rex Catholicus
eius filius, non modò regnoruſ, verū etiam pa-
ternarum virtutum heres, ſtatim à primo regni ſui ex-
ordio, vt ſe ſuaque omnia in B. Raimundi præſidium
ac patrocinium conferret, litteris, & per eumdem Antonium Sueſſæ Ducem, Oratorem item ſuum nobis
ſupplicauit, vt in hac cauſā progredi vellemus. Idcirco
vehementer laetabamur, & benedicebamus Domino,
qui pios Reges perpetuò ſuicit, ad Sanctos ſuos ho-
noribus prolequendos, quos elegit in ædificationem
corporis Christi, quod eſt Ecclesia.

Omnia in
cauſā
acta &
Cardina-
libus &
Pontifice
diligenter
examina-
ta & pro-
bata.

49 Cùm igitur prædicti Auditores in diſcuendis
actis ac vniuerſo processu diuturnam & affiduam na-
uaffent operam, nihilque eorum, quæ ad hanc rem per-
agendam pertinent, prætermiſſent, omnem rei geſtæ
ſeriem, ſummaque iudicium ſcripto nobis tradiderunt.
Quorum integrum relationem noſ iſdem Cardina-
bus Congregationis ſacrorum rituum per eosdem Au-
ditores tradi iuſſimus, atque vt plurium iudicio tota
haec cauſa examinaretur, alios etiam Cardinales prio-

ribus adiunxi-
mus, nimirum dilectos filios noſtos
Federicum S. Mariæ Angelorum in Thermis Borro-
mæū, Antonium Mariam S. Agnetis in Agone Gallum,
Cæſarem SS. Nerei & Achillei Baronum, Siluium
S. Saluatoris in Lauro titulorum Presbyters Anto-
nianum, atque Andream S. Angeli in foro Piscium Pe-
trettum Diaconum, S. R. E. Cardinales: quos omnes
monuimus, vt acta omnia de B. Raimundi puritate fi-
dei, morum integritate, ac miraculorum euidentiā,
tanto ſtudio perpendent, quantum & rei grauitas
requirebat, & nos inerū expectabamus. Qui cùm pri-
uatim multiq[ue] Congregationibus inter ſe habi-
tis, dilecto filio Pompeio Molella Fisci noſtri Procurato-
re ſemper citato, & partes suas diligenter præſtante,
ſingula rerum capita & acta omnia ſedulō examinaſ-
ſent, ac processum, testes, instrumenta, & huius cauſæ
momenta, cum Auditorum ſententiis diligenter con-
tuliffent, eo que adducta eſſent omnia, vt ad Nos refer-
ri oportet; Nos Conſistorium ſecretum pro more
conuocari iuſſimus, in quo prafatus Alphonſus Car-
dinalis Geſualdus, ſuo & tocius Congregationis no-
mine, priu-
m retulit, ſcripturas, processum, omniaque
huius cauſæ acta leg: timè confeffa eſſe, ac maximæ
auſtoritatis, probatae que veritatis vim obtinere; deinde
de tota B. Raimundi vitâ, multisque miraculis enarra-
tis, ſe & ceteros dictę Congregationis Cardinales vnā
voce, vnaque mente in eam ſententiam veniſſe dixit,
B. Raimundum (ſita Nobis videretur) posſe catalogo
Sanctorum aggregari. In quorum ſententiam cùm re-
liqui Cardinales ſuo quicquid ſuffragio ex ordine iuſſi-
ſent, magnam animi voluptatem capiebamus, quid
beati huius viri ſanctitatem in dies magis lucere vide-
remus. Atque vt in hoc grauifimo negoſio nihil de
pristiñ noſtrā conſuetudine ac debitā diligentiā re-
mitteremus; Nos ipſi acta ſtudiosè & accurate perle-
gimus, atque eorumdem Rotæ Auditorum, & vene-
rabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium re-
lationem veriſſimam eſſe comperimus.

a Iterum ſub Pio V. de eadem re agi caput. Caſtillo, Diag. Do-
menec. Recitat Llot litteras Conſiliariorum Barcinonēſium I. April.
MDLXX. ad Pontificē datas. Conſtitutus ab Ordine ad eam rem agen-
dam Procurator Seraphinus Caualli Brixianus, ut ſcribunt Ma-
rietta & Caſtillo.

b Rudolphus quoque Imperator ad Pontificem ſcripsit, ut hoc
canonizationi negotium expediret.

c Litteras Philippi II. ad varios, aliorumq[ue] ad ipſum & Ponti-
fici recitat Llot cap. 19. 20. 21.

d Huius induſtria Proceſſus ſub antiquioribus Pontificibus olim
inſtituti, cùm deperdiſſe putarentur, inueniuntur in monaſterio
B. Mariæ ſupra Mineruam Rome.

C A P V T X I.

Decreta canonizatio.

QVARUM Pontificum prædecessorū noſtrorum petiſio ca-
inſtituto Conſistorium publicum indiximus, in quo noni-
zatio-
præter Cardinales, Patriarchæ, Archiepifcopi, Epifco-
pi, Prælati, noſtri que familiares nobis adſuerunt, ac in
eo dilectus filius Bernardinus Scottus Conſiliarialis
Aulae noſtræ Aduocatus, eximiā B. Raimundi carita-
te, vita innocentia, & miraculis copioſa oratione ex-
pli-
catis, cariſſimi in CHRISTO filij noſtri Rudulphi
Romanorum Regis Illuſtris in Imperatorem electi, &
eiusdem Philippi III. Regis Hispaniarum Catholici,
& Principatus Cataloniae, totiusque Ordinis Prædi-
catorum nomi-
ne, vt B. Raimundum Sanctis adiunge-
te vellemus, a nobis ſuppliciter flagitauit. Quæ cùm
audiremus, benedicebamus Domino, & gratias Deo
agentes laetabamur præcipue, Philippum III. Regem
Catholicum in ipſo regnandi principio hunc ſibi ad
felicem regnorum ſuorum administrationem patro-
num tanto ardore poſtulare.

51 Itaque respondimus, ſanctam eius petitionem Reponsum
nobis eſſe gratiſſimam, & eam ad Dei gloriam inpri-
mis,

mis, & communem totius Christianæ Reipublicæ vtilitatem pertinere, quod nimurum Deus, qui splendor & gloria Sanctorum est, in Sanctis suis magis laudatur, & Christi fideles eò facilius diuinæ gratiæ munera, auctis intercessoribus, obtinent, quod maior cultus & honor Sanctis adhibetur. Præterea singularem Regis pietatem commendantes, optare nos pio eius desiderio satisfacere diximus: huius tamen rei tantam esse grauitatem, vt maturius adhuc cum venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, & ceteris Episcopis deliberandum esse censeremus. Itaque omnes eos in Domino hortati sumus, vt omnia quæ ad B. Raimundi vitam & miracula spectarent, omni studio & diligentia examinarent: deinde orantes in spiritu, & in ipso vigilantes (quod nos facturi eramus) Deum preparentur, vt daret nobis spiritum sapientiae & revelationis, quod hæc arcana cælestia, quæ ratione humana comprehendendi non possunt, cognosceremus, & illuminaret oculos cordis nostri, vt quid in hac grauissimâ causâ statuendum esset, deliberare possemus.

52 His peractis, secretum aliud Confistorium indiximus, cui etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, qui tunc erant in Urbe, ac nostros & Sedis Apostolicæ Notarios, nec non Palatij nostri Auditores & Secretarios voluimus interesse; in quo nos ex gratiæ cælestis abundantia, quæ nostra tenuitas in hac supremâ Pastorali vigiliâ, domus Dei, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis, constituta est, ea diximus quæ ad hanc caussam spectare nobis visa sunt. Deinde ab iisdem Fratribus nostris petuimus, vt consideratis atque examinatis omnibus actis, id præcisè dicerent, quod Spiritus sanctus eis daret eloqui, & an B. Raimundus Sanctis adscribendus esse videretur. Itaque primùm S.R.E. Cardinales, deinde Patriarchæ, tum Archiepiscopi, & Episcopi ibidem præsentes, suo quisque loco dictis sententiis, omnes communī consensu ex iis, quæ in vniuerso Processu explorata erant, meritò à nobis B. Raimundum inter Sanctos referendum esse censerunt. Gratias igitur Deo agebamus, qui Fratres nostros omnes in unitate spiritus idem sentire facit, tribuens omnibus cor unum & animam unam, eosque monuimus, vt interim precibus, ieuniis, eleemosynis, Dei gratiam & auxilium nobiscum inuocarent.

*Confistorium
confitit ca-
nonizari
debet.*

*Dies ca-
nonizatio-
nis à Pon-
tifice indi-
ctus.*

53 Cumque omnia iam ad præscriptum & normam sacerorum Canonum confecta essent, quod supererat acturi, post aliquot menses diem canonizationis diximus III. Kalen. Maij, Dominicam videlicet in Albis, quæ Paschalis solemnitas terminatur, Neophytorum habitus candore animi permanente commutatur, & Euangeliū in Ecclesiâ legitur, quo Christus Dominus post resurrectionē ad discipulos ianuis clausis ingressus, insufflato eis Spiritu sancto, potestatem remittendi & retinendi peccata est elargitus: in quo magna nobis lætitia materia oblata est, quia videlicet memineramus B. Raimundum & Sacramenti pœnitentiarum ministrum extitisse, & post trajectiōnis miraculum ianuis clausis monasterium sui Ordinis Barcinone ingressum esse; deinde etiam quod eodem solemnitatibz & lætitia die nos ab hinc septem annis S. Hyacinthum Polonum eius Ordinis Fratrum Prædicatorum B. Raimundi coætanum in Sanctos retulimus. Ad quam quidem animi nostri voluntatem non mediocris accessio facta est, quod hoc ipso die S. Catharinæ Senensis, ac S. Petri Martyris festum in Ecclesiâ solemniter celebretur, qui sub eadem S. Dominici disciplinâ vietam sanctissimè traduxerunt. Quamobrem in tam accommodatâ totius Ecclesiæ, ac Sanctorum eiusdem Ordinis ad hanc celeberrimam actionem festiuitate, Nos B. Raimundo eum honorem decernere statuimus, qui sanctis Confessoribus adhibetur.

54 CVm igitur præscripta Dominica in Albis, ho- Proces-
dierna scilicet dies, aduenisset, Nos cum vene- & ritus
rabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Pa- canoniza-
triarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, qui in Capel- tionis.
lâ nostrâ Pontificiâ hanc ob caussam conuenerant, ve-
stibus sacrâ induti, hymnum, Aue maris stella, inchoau-
imus; reliquum Capellæ nostro choro prosequente,
ad B. M A R I A Virginis opem implorandam: atque
ita cantantes in viis Domini, Romanæ Curiæ Prælatis,
Officialibus, & familiaribus nostris, & sacerdali ac re-
ligioso Clero longo ordine præcedentibus, singulis
cereos accensos gestantibus, ex nostro Palatio Apo-
stolico ad augustissimam Principis Apostolorum ba-
silicam processimus, vario ornamentorum genere in-
structam, eamque ingressi ad sanctissimum Euchari-
stiæ Sacramentum genuflexi procubuimus, orantes ut
Deus hanc celeberrimam actionem ad laudem &
gloriam nominis sui dirigeret. Inde ad supremam ec-
clesiæ partem ascendimus alto & sublimi fornice ad-
mirandam, vbi amplum regioque sumptu suggestum
erectum erat coram altari S. Petri Principis Aposto-
lorum, in quo sacram Pontificalem Missam celebra-
turi eramus, omniaque facibus cereisque ardentibus
collucebant: ac plurimæ circùm imagines B. Raimun-
dum ereæ corpore egregiè pictum referebāt, dexte-
rà manu clauem in potestatis atque officij Pœnitentia-
rii memoriam, sinistrâ librum doctrinæ ac Decre-
talium monumentum gerentem: vbi statim nobis in
mentem venit, nos iisdem, quibus B. Raimundus, Ca-
pellani videlicet seu Caßarum Palatij Apostolici Au-
ditoris munere, antequâm in numerum Cardinalium
assumeremur, & in ipsâ Cardinalis dignitate summi
Pœnitentiarij officio, quamquam non exactè ac per-
fectè, functos fuisse, ac propterea Deum in spiritu hu-
militatis non sine lacrymis precabamur, vt si quid istis
in munibz ex nostrâ imbecillitate à nobis omissum
vel commissum fuisse, id eius bonitas atque clemen-
tia B. Raimundi meritis atque intercessione nobis cō-
donaret. Deinde in suggestum delati ante idem altare
Principis Apostolorum orauimus, vt suo nobis auxilio
præsidioque adesset. Mox in excelso è regione altaris
throno confidentes, eisdem Cardinales, Patriarchas,
Archiepiscopos, & Episcopos sacris indutis vestibus,
obedientiam nobis de more præstâtes exceperimus: tum
dilectus filius noster Odoardus S. Eustachij Cardina-
lis Farnesius nuncupatus, regni Aragonie Proætor,
Catholici Regis nomine, semel iterum, ac tertio sup-
pliciter à nobis flagitauit, vt B. Raimundum in San-
ctos referremus: cuius singulis petitionibus opportu-
nè respondimus, ac per interiecta totidem interualla,
Litanias, hymnos, preceisque adiunximus.

55 Denique absolutis perfectisque omnibus iis, Canoniza-
quæ à Romanis Pontificibus hoc in genere instituta tur-
funt, communibus precibus implorâ Spiritus sancti
ope, ad honorem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ad
exaltationem fidei Catholicae, & religionis Christia-
nae augmentum, auctoritate eiusdem sanctæ Trinitatis,
Patris, & Filii, & Spiritus sancti, beatorum Apo-
stolorum Petri & Pauli, ac nostrâ, de Venerabilium
Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, omnium-
que Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcopo-
rum in Romanâ Curiâ existentium consilio, commu-
niique consensi, B. Raimundum à Peniafort Ordinis
Fratrum Prædicatorum expressè professum, ac in ec-
clesiâ S. Catharinæ eiusdem Ordinis Barcinone sepul-
tum, de cuius innocentia vita & miraculis nobis planè
constat, Sanctum esse definimus, ac Sanctorum Cō-
fessorum numero & catalogo adscribendum esse de-
creuimus, prout per præsentes definimus, decernimus
&

*Ex Bvlla & adscribimus, statuentes, ut ab vniuersâ Ecclesiâ quo-
CLEMENTI libet anno die VIII. Ianuarij festum eius & officium,
sicut pro vno Confessore non Pontifice, ad normam
in Rubricis Breuiarij Romani præscriptam deuotè
celebretur. Insuper omnibus verè pœnitentibus, &
confessis, qui singulis annis eodem die prædictam ec-
clesiam S. Catharinae Barcinonensis, in quâ corpus eius
conditum est, piè & deuotè visitauerint, easdem In-
dulgentias & peccatorum remissiones concessimus &
elargiti sumus, quemadmodum concedimus & elargi-
muri, quæ eeteris diçti Ordinis monasteriis & ecclesiis
diebus festis Sanctorum eiusdem Ordinis concessæ
sunt.*

*56 Itaque omnibus, quæ ad B. Raimundi canoniza-
tionem spectabant, ritè peractis, atque hymno ad
Dei laudem & gratiarum actionem decantato, diui-
naque ope S. Raimundi meritis, peculiari in eius ho-
norem Oratione, quam nos ipsi fecimus, & clarâ voce
recitauiimus, inuocatâ, Nos in eodem loco & altari
Principis Apostolorum Missam solemnem de Octauâ
Dominicæ Resurrectionis, cum eiusdem B. Raimundi
commemoratione celebrauimus, omnibusque Christi
fidelibus, qui & canonizationi & Missæ interfuerunt,
ad Dei laudem, & Sancti sui gloriam, plenariam
omnium peccatorum suorum indulgentiam concessi-
mus. Quare Deum mirabilem in Sanctis suis benedi-
camus, & gratias immortales ei agamus; quia suscep-
imus misericordiam in medio templieius, nouum vi-
delicet in Ecclesiâ intercessorem, cuius meritis ac suf-
fragiis, in omnibus animæ corporisque periculis adiu-
uemur. Ac singulari planè diuinæ præsidentiæ munere
factum est, ut hisce difficillimis temporibus, quibus
Religio Catholica inimicorum telis assidue impugna-
tur, hunc patronum & aduocatum vniuersi Christi fi-
deles consecuti sint, ad Ecclesiæ pacem in primis &
tranquillitatem, ad optatam Principibus Christianis
concordiam, ac hæreticis in errorum tenebris à viâ
salutis errantibus lucem veritatis impetrando.*

*57 Ceterum, quia nimis difficile foret præsentes
nostras litteras ad singula quæque loca deferri, volu-
mus, ut earum translumptris etiam impreßis, manu pu-
blici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in
dignitate Ecclesiasticâ constituta muniris, eadem fides
vbique habeatur, quæ hisce præsentibus habetur, si
essent exhibitæ vel ostendæ. Nulli ergo omnino homi-
num liceat hanc paginam nostrorum definitionis, de-
creti, adscriptionis, statuti, concessionis, elargitionis,
& voluntatis infringere, vel ei auctu temerario contrai-
resi quis autem hoc attenteat præsumpletur, indignationem
omnipotentis Dei, ac sanctorum Petri & Pauli
Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Ro-
manæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ
MDCI. III. Kal. Maij. Pontificatus nostri anno x.*

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Protector noster affice Deus.

Ego Ptolomeus; Episcopus Portuensis, Card. Co-
menis.

Iulius Antonius Episcopus Prænestinus, Cardinalis
S. Seuerinæ.

Hieronymus Episcopus Sabinensis, Cardinalis Ru-
sticcius.

Alex. Episcopus Albanensis, Cardinalis de Florentiâ.

Ego Antonius Maria tt. S. Mariæ Trans Tiberim Pre-
sbyter Cardinalis Saluarius.

Ego Augustinus tt. S. Marci Presbyter Cardinalis Ve-
ronensis.

Ego Simeon tt. S. Laurentij in Lucinâ Presbyter Car-
dinialis de Terrâ nouâ.

Ego Dominicus tt. S. Chrylogoni Presbyter Cardina-
lis Pinellus.

Ego Fr. Hieronymus tt. S. Mariæ super Mineruam
Presbyter Cardinalis Asculanus.

Ego Antonius tt. S. Stephani in monte Cælio Presby-
ter Cardinalis Saulius.

Ego Fr. Gregorius tt. S. Augustini Cardinalis de Mont-
Elpero.

Ego Paulus tt. S. Cæcilia Presbyter Cardinalis Sfor-
dratus.

Ego Benedictus tt. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Iu-
stinianus.

Ego Franciscus Maria tt. S. Mariæ in Ara-cæli Presby-
ter Cardinalis à Monte.

Ego Octavius tt. S. Alexij Presbyter Cardinalis Para-
uicius.

Ego Hieronymus tt. S. Pancratij Presbyter Cardinalis
Marthæius.

Ego Octavius tt. S. Mariæ de Populo Presbyter Car-
dinialis de Aquauia.

Ego Flaminius tt. S. Mariæ de Pace Presbyter Cardi-
nalis Platus.

Ego Lucius tt. SS. Quirici & Iulitæ Presbyter Cardi-
nalis Saxus.

Ego Franciscus Maria tt. S. Bartholomæi in insulâ
Presbyter Cardinalis de Senis.

Ego Camillus tt. SS. Ioannis & Pauli Presbyter Car-
dinialis Burgesius.

Ego Cæsar tt. SS. Nerei & Achillei Presbyter Cardi-
nalis Baronius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bi-
bliothecarius.

Ego Laurentius tt. S. Laurentij in Pane & Pernâ Pre-
sbyter Cardinalis Blanchettus.

Ego Franciscus tt. Sanctæ Crucis in Hierusalem Pre-
sbyter Cardinalis Auila.

Ego Franciscus tt. S. Thomæ in Parione Presbyter
Cardinalis Mantica.

Ego Pompeius tt. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis
Arrigonus.

Ego Dominicus tt. S. Petri in Monte aureo Presbyter
Cardinalis Tuscus.

Ego Arnaldus tt. S. Eusebij Presbyter Cardinalis Of-
fatus.

Ego Paulus Æmilius Presbyter Cardinalis S. Marcelli.

Ego Siluius tt. S. Saluatoris in Lauro Presbyter Cardi-
nalis Antonianus.

Ego Robertus tt. S. Mariæ in Viâ Presbyter Cardi-
nalis Bellarminus.

Ego Bonifacius tt. S. Blasij de Annulo Presbyter Cardi-
nalis Bonifacius.

Ego F. Diac. Cardinalis Sforzia S. Mariæ in Viâ latâ.

Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Diaconus Cardina-
lis Aldobrandinus, S.R.E. Camerarius.

Ego Cinthius Diaconus Cardinalis S. Georgij.

Ego Bartholomæus S. Mariæ in Portico Diaconus
Cardinalis Cæsius.

Ego Ioannes Baptista S. Mariæ in Cosmedin Diaconus
Cardinalis Detus.

M. Veftrius Barbianus.

GESTA QVÆDAM ET MIRACVLÀ

Ex Michaële Llo. & alii.

PLVRIMA hactenus commemorata S. Raimundi de-
cora sunt: plura supereffent narranda, si non postremos
quinq[ue] & triginta vita annos, quos Ordinis sui Prafe-
cturâ liber priuatu exegit, ita cursim perfrinxissent scriptores;
sed aut per annos, qua gesta sunt ab eo, digessissent, aut in varia
virtutum officia tribuissent. Nam vt pietatem eius ceterasq[ue] re-
ligiosæ vita exercitationes pretermittam, erat prudentia eius ^{Prudentia}
apud Reges ac Pontifices opinio ingens. Id tribus testimoniis ^{S. Raimu-}
di opinio:
subiectemus.

2 Petrus Marsilius lib. 4. vita Iacobi Regis cap. 47. vt eum In Curia
citat Franciscus Diagis, quâ valeret in Curia Romana austro- Romana:
ritate, ita exponit: Currit post eum cordis affectione
Roma-

Romana Curia, & quem multipliciter præsentem probauerat, de eius sanctâ sincerâque circumspetione pleniorum gerens fiduciam, committebat sibi, exortis negotiis, nunc provisionem fiendam de Archiepiscopo, nunc Episcoporum & Abbatum confirmationem; nunc contra Prælatos aliquos examinationem, nunc examinatorium depositionem (vt cuiusdam præui Episcopi Vrgellensis) nunc absolutiones excommunicatorum, & dispensationem cum irregularibus. Sæpè mittebat sibi Romanus Antistes, sæpè quid certum fiendum determinans, sæpius sibi si ei videretur fiendum, committens.

in Aulâ Regiâ.

Illustre eius elogii. 3 Rex quoque Iacobus ceteriq; Principes magnificè de eius sapientiâ prudentiâque sentiebant. Id Bernardinus Gomesius Miedes de vitâ Iacobi Expugnatoris lib. 19. hoc B. Raimundi eloq; confirmat: Accedit facio Epiphania die, vt Raimundus Pennafortius, tertius à B. Dominico eius Ordinis Generalis Magister, ibidem è vitâ excesserit. Quo planè viro nullum summâ eruditio, religionis, ac veteris sanctitatis illustrius exemplum in Hispaniâ tempora illa tulere. Vt pote qui natione Catalanus, Theologiae Canonicique iuris peritissimus, tantam apud omnes sui temporis Pontifices auctoritatem habuit, vt à Gregorio IX. eius Confessor & Penitentiarius electus fuerit; eiique iniunctum onus, vt magnum illud Decretalium opus ex variis innumerabilibusque voluminibus collectum in unum conferret. Ac non modò Christianæ libertatis contra Iudeos acerrimum se vindicem præbuit; sed hæreticorum etiam per totam Hispaniam constantissimus insectator fuit. Cuius etiâ eius quâti Rex sæpè vsus, fassus est, in sequēdis illis tum nihil non optimè successisse sibi, tum se à malo sæpius quasi diuinatus liberatum fuisse, &c.

Confilium etus quâti Rex fecerit. 4 Oratorem idem Iacobus Rex ad Romanum Pontificem misit Raimundum, intercessurum vt Ecclesiastis exsecrationibus solueretur Manfredus Frederici expellere filius, Legatus Romam mittitur. Sicili regni inuasor, qui filiam suam Constantiâ cum amplâ dote & certâ spe Sicilia deinceps adeunda Petro Iacobi filio cōiugem offerebat. Missus ad Alexandrum (IV. eius nominis) Pontificem, inquit Mariana Noster lib. 13. cap. 13. Legatus Raimundus Pennafortius è Dominicanu Ordine vir prudens, eruditus, & sanctus: qui pro eâ auctoritate, quâ valebat maximè, Pontificem cum Manfredo in pace poneret. Alij non ad Alexandrum, sed ad Vrbanum IV. missum volunt.

Multa passus. 5 Aduersis quoque exercitus est vir sanctus. Quippe lex est à diuinâ prouidentiâ lata regni caelstis candidatu, vt omnes, 2. Tim. 3. qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiantur. Neque ei deesse occasio poterat, qui in Maurorum ac Iudeorum sollicitâ incumbens conversionem, earum sectarum antistites acris irritaret: qui Inquisitionis auctor & minister hereticos indefesso studio persequeretur; qui quo fuerint in eum odio, vel inde liquet, quid complures illius in hoc sancto bello adiutores immanissime trucidarunt; idem in eum ausuri, nisi virtus Numini nefarios eorum conatus comprefasset. Quid quid nōnullos quoque, pios alioqui homines, aduersarios habuit, zelo fortissimis inflammatos glorie Dei, sed non secundum scientiam arcanorum eius confiliorum? Offenderat eos præcipue, quid regenda totius familia à se munus abdicasset, haud sati vtili futuri temporibus. vt rebantur, exemplo, & ijsipso periculoso. Testatur id Michael Llot cap. 11. Cùm propter renuntiationem Generalatus officij, inquit, magna in toto Ordine perturbatio subsecuta fuisset, non defuerunt aliqui qui detractionibus & murmurationibus beatum virum, ab omni prorsus crimine immunem, persecuti sunt.

6 Idem Llot cap. 7. duo refert eiusdem Sancti meritis, cùm adhuc viueret, patrata Barcinone miracula, ex vitâ à Nicolao Aymerico scriptâ. Cùm Barcinonem, inquit (Româ redux, edito q; illo ad portum Tossanum miraculo) aduenisset, & Dominam Elysendam Aymericam eiusdem ciuitatis, longâ ac graui febrium infirmitate vexatam, consolacionis gratiâ, cum consobrino ipsius Dominæ F. Guille-

lermo Pontio sibi socio deputato, visitasset, & eam dul- PER MI-
cedine verbi sui primùm confortasset; ac ad patientiæ CHAELM
virtutē habendam fuisset adhortatus, tantâ lætitia & LLOT EX
consolatione adimpleuit Deus cor supradictè infirmæ, NIC. AY-
MERICO.
vt cum deuotione maximâ manu suâ apprehendens
pallium supradicti beati Patris, eum summis precibus,
humilitate quâ poruit, deprecaretur, vt pro eius infir-
mitate in suam preuentiâ ad Deum preces effunderet;
sperabat siquidem & confidebat, se meritis eiusdem
Sancti citò à tam vehementi febribus angustiâ fore
liberandam. Quod cùm beatus Pater humilitatis ama- Febres pre-
tor concedere recusaret, volens se ab eâ verbis mode- cibus sa-
cristis expedire, assequi non potuit. Apprehensis siqui-
dem fimbriis pallij eius, noluit eum dimittere quous-
que quod postulauerat impetrasset. Concessâ igitur
sibi à beato Patre petitione, ac oratione cōpletâ, quod
cum perseverantiâ maximâ petierat consecuta fuit.
Nam ab illâ horâ ab omni febribus angustiâ fuit omni-
no liberata, & salutem perfectam adepta.

7 Cuius quidem miraculi cùm notitiam maximam habuisset F. Bernardus Romeus eiusdem Ordinis cō-
uersus, qui duorum annorum spatio capit is dolore ve-
hementissimo vexatus, in tantam deuenerat cerebri
debilitatem, vt sonitum aut quemcumque tumultum
validū sine maximo grauamine sustinere minimè pos-
set, ad pedes B. P. Raimundi prouolutus humilitate
maximâ accessit, eumque obnoxie rogauit, vt manus tan-
tummodi suas super debilitatum caput suum impo-
neret. Per huiusmodi etenim manuum impositionem Dolorem
in Domino sperabat, à prædictâ capit is molestiâ gra- capitis ta-
uissimâ liberari. Quâ manuum impositione à B. Rai-
mundo peractâ, tantam non solum in capite, verùm
etiam in toto eius corpore consolationem persensit,
vt firmiter crederet virtutem aliquam à Beato Patre
exisse, & in capite ac corpore, eius meritis, receptam
fuisse. Quod & rei probauit euenter: nam nec prædi-
ctus capit is dolor, nec etiam debilitas aliqua eum vlti-
rius molestauit. Alia etiam quamplurima fuerunt ab
eodem Beato Patre in vitâ patrata miracula. Hac tenuis
Llot. Utrumque miraculum refert etiam Domenecus, qui in
priori Elysendam ait quartanâ laborasse, vt & Diagus cap. 19.
qui addit curatam esse precibus S. Raimundi circa festum Na-
tunitatis.

MIRACULA POST MORTEM,

Auctore Michaele Llot.

C A P V T I.

Variæ curationes. Ex processu canon.

His igitur omnibus diligentissimis, antiquissimis pro canonizationis Beati Patris Raymundi negotio obtinendo explicatis & propositis; quoniam ad canonizationem eamdem consequendam miracula necessaria sunt, opera pretium erit, quibus claruerit B. Raimundus miraculis, enarrare. Quæ etiâ innumerâ à die obitus sui sint & innumerabilia, tamen ea tantummodi, quæ in Processu authentico anno MCCCXVII. formato, contenta reperiuntur, adducemus. Quorum primum est:

2 Bartholomæus de Deo, ciuius ciuitatis Barcino-
ne, cùm graui infirmitate esset detentus, ad eum extre-
num deuenit, vt nec loqui posset, nec aliquid sentire,
nec compos esset sanæ mentis, ita vt, quamvis circa
eum fieret magnus tumultus cum valis æreis ad vires
eius excitandas, nihil prorsus sentiret. Quem cùm me-
dici intuerentur, remediaque per eos exhibita nihil
proficerent, dixerunt Bartholomæum de Deo nocte
illâ moriturum. Quibus consentiebant etiam omnes
ibidem circumstantes, cùm eumdem infirmum in ex-
tremis positum conspicerent, affirmantes, nocte illâ,
quæ

PER Mi-quærat B.Lucia, procul dubio fore moriturum. Ad-
CHAELIN erat tamen ibi præfens Bernardus de Vineolis, qui cùm
LLOT ex videret matrem & duas sorores dicit Bartholomaei
NIC. AY. MERICO. plurimùm flentes & dolentes mortem eius, à consor-
tio aliorum illas seiungens, dixit illis: Audiui à plurimis

Moribus dus S. Rai-
mundi in. idèò vos nolite flere, sed humili cordis contritione, ac
uocazione deuotâ oratione ipsum meritum supradicti B. Raimundi
cōualest. di commendate. Spero etenim, si hæc feceritis,
supradictum infirmum statim salutem consecuturum.
Quod quidem consilium statim absque aliquâ morâ
mater & sorores infirmi executioni mandauerunt, &
intrantes cubiculum quoddam secretum domus, genib⁹ flexis & nudis, deuotâ oratione eum B. Raimundi
vouerunt, rogantes vt à mortis periculo, in quo pos-
itus erat, infirmus suâ intercessione liberaretur. Quâ
oratione factâ, statim dictus Bartholomæus, qui spa-
tio temporis longo extra se positus fuerat, coram
omnibus circumstantibus locutus est, & dixit se meri-
tis B. Raimundi fuisse curatum, & in periculo mortis
existente in vidisse, quadam visione, dæmonium, qui
illum suffocare volebat & occidere, statimque illi ob-
uiâ venit B. Raimundus, vestibus albis indutus, vt

suffocando
à demone
apparet
S. Raimu-
dus.

senex veneratione dignissimus, cum magno comitatu
Fratrum Prædicatorum, cum cereis incensis in mani-
bus incidentibus omnibus: qui, ne à dæmonio inter-
ficeretur, impedituit, eidemque loquela ac sanitatem
subito restituit. Hoc autem cùm inteligerent mater &
sorores eius, admiratae vehementer de tam subita sa-
luti recuperatione, & de visione supradictâ, cognoverunt statim, meritum B. P. Raimundi procul dubio in-
firmum fuisse à mortis periculo liberatum, & integræ
saluti restitutum. Pro quo beneficio accepto, immenses
gratias Deo eggerunt, ac supradictum miraculum
meritis B. P. Raimundi fuisse operatum omnibus nüt-
tiauerunt. Quæ quidem miraculi veritas nouem testi-
moniis iuramento corroboratis fuit comprobata.

3 Iaumonus Basseri, filius Iacobi Basseti, cuius Bar-
Alius mo-
ribundus
ab eo ja-
natur.

cinonensis, febrim acutissimam quotidianam parieba-
tur: & cùm quadam die, vt sibi videbatur, è virâ disce-
deret, coram omnibus stantibus habitum Fratrum
Prædicatorum sibi asportari fecit. Quo dicto, statim
visum & loquela amisi. Quem cùm in extremis po-
situm auia sua, & Domina Margarita vxor Berengarij
Enya, & alij parentes & affines intuerentur, omnes cùm
B.P. Raimundo commendauerunt, rogantes eum ob-
nixè, vt à periculis mortis, suis sanctis intercessionibus
liberaretur. Quâ oratione factâ, statim dictus Iacobus
oculos aperuit, & locutus est, & totaliter à dictâ infir-
mitate fuit liberatus, ita vt febrim amplius non senti-
ret. Quod miraculum intelligens B. P. F. Raimundi de
Penaforti meritum fuisse operatum, statim ad ecclesi-
am Prædicatorum accessit, & cum cereo dicto B. P.
F. Raimundo oblato, gratias egit, vt ipsemet, medio
iuramento, coram iudice fuit testatus, & Margarita
eius soror, & alij duo testes.

4 Anno supradicto, vi. Kal. Aprilis, coram præfa-
to iudice, miraculum quoddam meritum B. P. Raimundi
operatum, iuramento medio retulit Paschala, vxor
Berengarij Gisberti, cuius Barcinone, quæ cùm, visita-
tionis parentum suorum gratiâ, cum Sibiliâ de Portâ
ad b castrum de Mayans diœcesis Vrgellenensis perue-
nisset, intellexit, Nouellam, consanguineam suam, fi-
liam Raimundi Michaëlis, in extremis postam esse:
quæ cùm grauissimam fuisset passa infirmitatem, in eo
statu tunc permanebat, ita vt non loqueretur, nec vi-
deret, nec aliquid sentiret; sed posita in agone mortis,
cruciabatur maximè. Quam cùm ipsa Paschala vide-
ret, & mater eius pro morte supradictæ infirmæ multis
lacrymis fleret, & alij parentes, qui illic conuenierat,
ipsa Paschala ad matrem accedens, vt eam consolare-

tur, inter alia dixit illi, vt deuotè accum maximâ cor-
dis intentione filiam suam Nouellam, in extremis la-
borantem, commendaret meritum B. Raimundi de Pe-
naforti, ciuitatis Barcinonæ, cuius meritum & interces-
sione Deus quotidie multa operabar miracula. Quæ
post enarrationem suam & consolationem discessit
ab eius conspectu & domo. Post cuius discessum ma-
ter infirmæ ac alij ex parentibus supradictam Nouel-
lam humili ac deuotâ oratione B. Raimundi meritum
commendauerunt. Hac autem oratione factâ, in mo-
mento temporis infirma à supradicto mortis periculo
fuit liberata, & sine aliquo intervallo, nec medicinæ
operâ, integræ saluti restituta. Cuius beneficij tam sin-
gularis non immemor dicta Nouella, post aliquod
temporis spatiū Barcinonem ad sepulchrum B. Rai-
mundi perii; & ibidem vna cum cereo eidem oblato
gratias egit. Cuius miraculi testimonium etiam per-
hibuit Domina Sibilia de Portâ, quæ in omnibus præ-
sens fuit, medio etiam iuramento.

5 Guillelmus de Vilario Acuto, miles Barcinonæ,
cùm Curiam Regis Iacobi insequeretur, in eam infir-
mitatem deuenit, vt leprosus ab omnibus iudicare-
tur. Quod etiam confirmarunt medici, qui eum visita-
uerant. Vnde, ingrauecente morbo lepræ, ad eum sta-
tum peruenit, vt nec posset equitare, nec negotia sua in
Curiâ Regis peragere. Erat enim ita horribilis aspectu,

*Alius à
lepræ subi-
tò sanatus.*

vt cum aliis militibus apparete nullo modo auderet.
Cùm nocte quadam, ob infirmitatem, miles supradictus
multum pateretur, & in febrim incidisset, Ber-
trandus de Molendinis, Canonicus Ecclesiæ Barci-
none, in cuius domo supradictus infirmus habitabat,
audiens sonum campanæ Cœuentus Ordinis Fratrum
Prædicatorum, mediâ nocte ad infirmum misericordiâ
motus accessit, eumque rogauit, vt se meritum B.
P. Raimundi in cruciatibus illis commendaret. Spera-
bat enim & confidebat, si hoc faceret, intercessione
eiusdem Sancti se prorsus conualituru. Et, cùm Ca-
nonicus abiisset, supradictus infirmus, qui nec dormi-
re nec quiescere poterat, angustiis & doloribus vnde-
que oppressus, maximâ cum deuotione & fide B. Rai-
mundum in remedium lepræ suæ inuocauit. Quâ factâ
oratione, cùm aliquantulum quiesceret, se statim lanu
atque incolument inuenit, & ab omni leprâ curatum,
ita vt de manâ è lecto surgens equitauerit, & ad nego-
tia per trajectanda sanus processerit; Deoque & B. Rai-
mundo gratias agens, in miraculi memoriam imagi-
nem ceræ sepulchro B. Raimudi apponi iussit. Quod
miraculum omnibus ciuitatis Barcinonæ notissimum,
medio iuramento, duo testes corroborauerunt.

6 c Berengaria de Bagis, ciuitatis Barcinonæ, fi-
lia Petri de Bagis, & Arsendi vxoris eius, multo tem-
poris spatio infirmitate februm oppressa, ad extre-
mum vitæ peruenit, ita vt, cùm medici de eius salute
prosperassent, nullum medicinæ remedium ei
subiit gi-
daretur. Quidam autem nocte amisit visum & lo-
nit ac va-
quelam, ita vt in extremis posita ab omnibus videre-
tur. Quam cùm vidisset mater sua, lacrymis plena, fi-
liam in agonâ mortis positam, & vt deponit Arnaldus
de Horto, iam mortuam decreuit eam ad mona-
sterium, coram sepulchro B. P. Raimundi adducere, &
pro eâ ibidem oratione se fundere, eo animo, vt filia
vitæ restitueretur. Quod, vt cogitauit, euenit. Nam
acepit Arnaldus de Horto brachiis suis supradictam
infirmitam, non loquentem, nec videntem, nec aliquid
sentiente, sed vt mortuam: quoniam testatur ipsemet
Arnaldus, plus habuisse tunc ponderis, quam num-
quam antea habuisset, ita vt eam tunc vix portare pos-
set, quam viuam, cùm debilis valde esset, maximâ cum
facilitate adferebat. Venerunt igitur ad ostium mona-
sterij, & cùm esset media nox, & inuenissent ostium
clausum, depositis dictam Berengariam Arnaldus in
liminaribus ostij ecclesiæ monasterij. Vbi mater cum
abundantibus lacrymis, & deuotione maximâ, ora-

tio-

tionem egit ad B. Raimundum, orans ut meritis ipsius ac intercessione filia sua à periculo illo, in quo posita erat, liberaretur, seu ad vitam reduceretur, si mortua erat. In quâ oratione cùm aliquantulum persistet dicta mater, & Arnaldus de Horto vellet iterum Berengariam brachiis suis assumere, inuenierunt eam oculos aperientem. Quæ statim locuta est eis, & ab omni morbo penitus curata. Quam cùm vidisset mater sua, gaudio & lætitia maximâ superabundans, ingentes gratias Deo & B. Raimundo egit. Quâ gratiarû actione peractâ, accepit Arnaldus de Horto supradictam Berengariam multò leuorem quam ante, & sanam ac incolumem ad domum suam perduxit. Quod equidem miraculum iuramento prius prestito, fuit per eumdem Arnaldum de Horto corroboratum, ac per eamdem met infirmam.

d 7 Subirana, filia Guillermi de Caneto, ciuitatis Barcinonensis, tantâ doloris vehementiâ opprimebatur in iuncturâ pedum, & in iuncturâ brachij sinistri, vt propterea esset contracta & inualida pedibus & brachio sinistro, & non posset aliquid facere vel operari brachio illo. Hic verò dolor spatio septem annorum in eadem muliere perdurauit. Cùm igitur ipsa esset destructa & inualida, & die quadam vexaretur plurimum ab huiusmodi dolore, Raimunda mater eius, cùm audisset Deum meritis B. Raimundi de Penaforti multa miracula operari, filiam suam vovit B. Raimundo: promisitque quod, si salutem consequeretur filia sua, ad sepulchrum supradicti Sancti imaginem cerâ ad staturam & formam personæ inualidae & contractæ adferret. Quod votum cùm emisisset, statim filia sua absque aliquo humano remedio fuit curata, & ab omni propterea malo liberata, ideoq; Deo & B. Raimundo gratias agens, votumque adimplens, miraculum iuramento medio cum alio teste denuntiauit.

e 8 Michaël de Salâ, ciuis ciuitatis Barcinonæ, iuramento per eum prius prestito, dixit, se per quindecim dies fuisse febri quotidianâ oppressum: & ad eum statum peruenit, vt nec videre, nec loqui, nec aliquid facere posset. Et cùm à medicis, qui in ciuitate Barcinone præstantiores erant, visitaretur, eum tamquam mortuum dimiserunt, ita vt lumen, quod in die obitus consuetum est accendi, ipsi quoque accenderetur. Quem cùm vidisset vxor sua, nomine Romia, tot & tantis angustiis vexatum, & tamquam mortuum ab omnibus amicis suis reputatum, cum lacrymarum abundantia & maximâ cum deuotione fad B. Raimundum de Penaforti preces effudit, vt eius meritis maritus suus ab illo periculo, in quo positus erat, liberaretur.

f Quam orationem cùm Deus meritis B. Raimundi exaudisset, statim in momento temporis fuit supradictus Michaël de Salâ ab extremitate mortis periculo liberatus: visum enim, loquela, ac integrum sanitatem recuperavit. De quibus omnibus Deo & B. Raimundo gratias egerunt. Quod quidem miraculum iuramento etiam præstito verissimum esse, affirmauit supradicta Romia vxor Michaëlis de Salâ. Quod etiam fecerunt quatuor alij testes veritatem eamdem comprobantes.

Mortuus suscitatur. 9 Dominus Ioannes Medicus Barcinone, iuramento prius prestito, afferuit, filiâ suam nomine Margaritam in febribus maximam incidisse, & huius infirmitatis discursu mortem incurrisse, ita vt propriis oculis eam expirasse & vitam cum morte commutasse videret, & signa mortis eidem Margaritæ fuerunt subsecuta, ita vt ab omnibus circumstantibus iudicaretur mortua. Quam cùm vidisset Romia eius vxor & mater supradictæ Margaritæ, cum festinatione & maximâ lacrymarum abundantia vociferando & clamando accessit, suâque oratione fide maximâ corroboratâ, eidem B. Raimundo necessitatem exponens postulabat, vt suis meritis Deus filiam sibi dilectam Margaritam restitueret, eamque à mortuis resurgere faceret.

Tom. I.

In quâ oratione cùm per spatum plurimum horarum PER M. mater doloribus plena perleuerasset, (ab horâ enim CHAELM nonâ vsque ad vesperam eiusdem diei remansit Margarita mortua) & à sepulchro B. Raimundi nollet recedere, horâ post Completorium meritis B. Raimundi filia eius Margarita est à mortuis resuscitata, videntibus omnibus illic præsentibus: quæ cùm oculos aperiret suos, & statim comedisset, ab omni morbo & febre fuit penitus liberata. Quod quidem testatur medicus supradictus, & quatuor mulieres quæ huic tanto miraculo meritis B. P. Raimundi operato interfuerunt. Quod equidem miraculum iuramento medio quinque testimoniis remanet comprobatum.

g 10 Bernardus Oliverius, ciuis Barcinonæ, in infirmitatem maximam lapsus, spatio viginti dierum febri quotidiana fuit vexatus, quâ ad eum statum deuenit, vt quâ primùm mortem ab eo subeūdam esse omnes amici eius & affines affirmarent, & medici de eius vitâ omnino desperatæ ei tamquam mortuo longum vale dixerunt, sequentiisque die circa horam tertiam eum moriturum esse annuntiauerunt. Cùm igitur in extremis esset positus, & mors ab omnibus Bernardi Oliverij præstolaretur, percunctatum est ab illo, quem Sanctorum in patronum & aduocatum haberet. Qui statim respondit, B. Raimundum à Penaforti, Ordinis Prædicatorum. Quo dicto, cùm morbus eum plurimum oppimeret, & vxor eius & qui ibi aderant, eum deuotâ oratione meritis sui aduocati B. Raimundi recommendantes expostulaverunt, vt ab illo periculo laboribusque, quibus vrgebatur, liberaretur. Quâ oratione factâ, statim in momento temporis, dictus Oliverius ab infirmitate curatus, omnem supradictam febrim quotidianam ablata ab eo esse cognovit, sicque se sanum ac incolumem esse omnibus illic stantibus præbuit. Cuius quidem rei miraculum esse, omnes illuc conuenientes animaduertentes, Deo & B. Raimundo gratias egerunt, & veritatem hanc suis propriis nominibus, & medio iuramento firmatam quatuor testes coram Iudice denuntiauerunt.

h 11 Dominicus Arnaldus, ciuis Barcinone, cùm spatio duorum annorum supercrescentiam carnis maximam, & vulgo dictam lupiam, in iuncturâ quæ est inter manum & brachium habuisset, propter quam in Quidam tempore hiemis impotens & inualidus existebat, multaque de medicorum consilio adhibuisset remedia quæ nihil ei contulerant; proindeque medici omnes decreuerunt aliter eum curari non posse nisi per abscessio-nem, quæ, cùm in iuncturâ lupia esset sita, non poterat fieri absque magno periculo. Quadam die cùm gratia audiendi verbum Dei ad monasterium Fratrum Prædicatorum accessisset, cum maximâ deuotione coram sepulchro B. Raimundi orationem fecit, à meritisque supradicti Sancti maximâ cum humilitate expostulauit suæ infirmitatis remedium, & votum vovit se quâdam eleemosynam daturum Fratribus eiusdem Conuentus. Quibus dictis, die Lunæ subsequenti inuenit se supradictus Dominicus immunem penitus, & ex omni parte curatum. De quo miraculo gratias agens ad sepulchrum accessit, & votum emissum adimpleuit, miraculumque duobus testibus firmatum deposituit.

i 12 Maria filia Guillermi de Solerio, ciuis Barcinone, paralytica, cōtracta, & inualida manibus & pedibus, ac ceteris membris corporis, ita vt per se ipsam non posset se conuertere, nec à lecto surgere, nec se ipsum pascere, nec aliquid aliud facere, cùm ita contracta ac impotens longo temporis spatio permaneret, Paschala quædam eam visitans, illi consilium optimum dedit, vt speciali deuotione B. Raimundum à Penaforti in remedium suæ infirmitatis inuocaret. Quod consilium æquo animo accipiens, B. Raimundo maximâ cum deuotione se ipsam recommendauit. In quâ oratione persistens statim obdormiuit, videbaturque sibi alloqui Confessorem suum Fratrem Guillermum de

N n

Villâ-

PER MINI- Villâ-maiori Ordinis Prædicatorum, dicentem sibi,
CHARLIM meritis B. Raimundi salutem statim consecuturam.
LOTEX Moxque vidit B. Raimundum cubiculum ingredien-
PROCES-
CANO. tem, vbi ipsa dormiebat, qui ad ipsam accedens tan-
NAZATO gebat h̄eam. A quo somno cùm ipsa Maria excitaretur,
nis.
b statim à lecto surrexit & comederit, aliaque opera
fecerit, ac si numquā paralytica fuisset. Et die sequé-
ti suis pēdibus incedendo, ad ecclesiam Prædicatorum
iuit, imaginemque ceream in miraculi memoriam se-
pulchro B. Raimundi apposuit: illudque iuramento
corroborauit.

MORTUUS Bononata vxor Iacobi de Roffex, cuius Barci-
sUFCITAnōz, cùm haberet filium Arnaldum de Roffex, æta-
tis sex vel octo mensium, infirmitate maximā deten-
tuim, quadam die eum mortuum vidit, ita vt nullum
prosuls in eo signum vitæ appareret. Cùm autem ipsa
vehementer fleret, & de morte filij mirum in modum
cruciaretur, venit ad eam quædam eius soror, filia
Guillermi de Solerio, nomine Maria, tunc vxor Ber-
nardī de Tosthec. Quæ cùm factum considerasset, fi-
liumque prædictum suis oculis conspiceret, de diuinā
confidens misericordiā, & in B. Raimundo fiduciam
habens, matrem supradicti infantuli admonuit, vt vna
cum puer mortuo ad sepulchrum B. Raimundi acce-
deret, & pro eo à mortuis suscitando preces ad Deum
& B. Raimundum effunderet. Quæ omnia cùm matri
placuisse, & nutrix quadam, nomine Bartholomæa,
puerum mortuum brachiis suis accepisset; ad conuen-
tum Fratrum Prædicatorum accesserunt, & coram fe-
pulchro B. P. Raimundi deuotam & lacrymis plenam
orationem fecerunt, rogantes vt meritis B. P. Raimundi
supradictum puerum mortuū ad vitam reuocaret.
Quæ cùm nihil hæsitando in fide esset facta, suum cō-
secuta est esse cūm. Nam dum in oratione perseuerarent,
puer ipse cœpit respirare, & oculos aperire, &
flere, & alias vitæ operationes exercere; ita vt in mo-
mento temporis curatus, nullam aliam febrim passus
fuerit. De quibus Deo & B. Raimundo gratias cùm
egissent, domum suam, gaudio magno & lætitia abun-
dantes, conuenerunt: & supradicto anno coram ludi-
ce, iuramento medio, veritatem hanc deposuerunt.

a xiiii. Decembr.**b** Diagus, Marietta, Castillo Castrum Laurum vocant.**c** Decennem hanc fuisse tradunt Diagus & Castillo; hic etiam extreñā Vnctione in hac egritudine munitum.**d** Castillo, Diag. Marietta scribunt, pedem illi sinistrum & bra-
chium ex lapsu confracta fuisse: deinde ipsum ammet se, sed matris con-
silio, S. Raimundo commendasse.**e** Id videtur intelligendum de sacro cero, quem moribundi, ritu
Catholico, manibus tenent, ut vel sic accensis lampadibus fidei &
bonorum operum occurrere & animarum suarum fōrso velle profi-
teantur. Diagus, Castillo, Marietta dicunt, ceroes ad sepulturam, &
lanteum inuolviendo corpori, appārata fuisse. Et ad Sancti monumen-
tum deinde suspensa.**f** Idem auctores scribunt, ad sepulchrum S. Raimundi iussisse,
ibidem orasse.**g** Idem carbunculum interpretantur, & hunc Dominicum

aurifabrum fuisse scribunt.

h Id est, manus & pedes affectos, ut idem tradunt. Eadem

Maria, ut Castillo refatatur, filiolum decimo statim menſe mortuum

Allud mi- ad S. Raimundi sepulchrum detulit, & viuum recept.

C A P V T I I.

Mortui suscitati. ex Nic. Aymerico.

34 VERVM TAMEN quoniam superiori capite trium
mortuorum resuscitatio (si rectè omnia confi-
derentur) suis testibus medio iuramento coram Iudi-
ce roboratis, comprobata est, non erit ab instituto no-
stro alienū, quosdā alios meritis B. Raimundi vitæ resti-
tutus proponere. Qui etsi in Processu superius; memo-
rato nō inueniantur cōrenti, nihilominus in scripturis
veruissimis & antiquissimis sunt reperti. Quæ cū ve-
ritate vndiq; plena sint, & à grauissimo auctore cōscri-

pta, Notariorumque instrumentis firmata, absque ali-
quo ambiguatis scrupulo sunt ab omnibus tamquam
verissima recipienda. Nam cùm Reuerendus admo-
dūm Pater Frater **a** Nicolaus Aymericus (quem ho-
noris causa nomino) sacræ Theologia Magister, ac **Nicolaus**
Aymericus in regnis Aragoniæ olim hæreticorum prauitatis In-
quisitor, anno mcccxl. viueret, inter alia memoratu **Raimundi**
sustam S. dignissima, quæ posteritati reliquit scripta, vsque in **scriptis**
hodiernum diem, in Conuentu Prædicatorum Geru-
dæ in Principatu Cataloniæ seruata, fuit B. P. Raimundi
à Penaforti vita, innumeris ferè miraculis condeco-
rata. Quæ quantam firmitatem ac robur & veritatem
in se contineant, nullus dubitabit, si supradicti Patris
Inquisitoris grauitatem, doctrinam admirabilem, cū
laudabili semper vitâ coniunctam fuerit contempla-
tus. Cùm enim temporibus **b** Vrbani V. & **c** Grego-
rij XI. floruerit, à Serenissimo Rege Aragonum **d** Pe-
tro maximo in honore & reuerentia semper est habi-
tus. Et cùm in diuinâ Theologiâ, ac Iure Canonico &
civili eruditissimus esset, post assumptionem Fratris
e Nicolai Rossel ad Cardinalatus dignitatem, Inquisi-
tor totius regni Aragoniæ cum omnium hominum
applausu fuit creatus. Quo in munere ita se laudabili-
ter gesit, vt omnibus Inquisitoribus formam tradide-
rit suo Directorio Inquisitorum, quo possint sanctis-
simum Inquisitoris officium maximâ cum re cōstatudine
administare. His itaque supradictus Pater Inquisi-
tor, cùm ferè temporibus illis post B. Raimundi obi-
tum viueret, quā plurima precibus B. Raimundi &
meritis operata miracula consideratione dignissima
scripta reliquit. Ex quibus ea eligentur quæ magis in-
stituto nostro videbuntur deseruire.

15 Aliud igitur à suprà commemoratis miraculum
miratu dignum evenit in ciuitate Minorisâ diœcesis
Vicensis. In quâ cùm Guillermus Andreas illius ciuitatis
ciuis, filium suum per annum totum in infirmitate **Mortuus**
maximâ positum, oppressum valde habuisset, quadam **meritis S.**
die, recreationis ac consolationis gratiâ, puerum ipsum **Raimundi**
brachiis suis paternis souebat obsequiis. Quem cùm **suscitatus.**
ipse pater intueretur, & in eum oculos cōieceret suos,
inter brachia sua eum spiritum suum exhalasse vidit.
Quam exhalationem statim in corpusculo extincto
subsecuta est euacuatio, facies denigrata, & labia in
tumorem duorum digitorum conuersa, & alia mortis
signa in eodem puerò apparuerunt. Cùm autem de
morte paruuli, matris ablentis in auribus tristis rumor
insonuerit, ad porticum domus suæ se transferens, ge-
nibus flexis flere admodum cœpit, ac filium suum me-
ritis B. P. Raimundi maximâ cum deuotione commen-
davit, precibus summis expostulans, vt filio suo vita
restitueretur. Quæ cùm aliquantulum in oratione
persisteret, oculos aperuit & locutus est, ac incolumi-
tati totaliter restitutus. Cuius quidem orationis pater
cùm certior factus esset, rem attente considerans, cō-
stanter afferuit coram omnibus circumstantibus, me-
ritis B. P. Raimundi filium suum vitam recepisse. Et vt
rei veritas constaret, coram Notario publico, iurame-
to per eum præstito, de mandato Domini Arnaldi Bar-
cinonensis Episcopi, roborari ac firmari pater supra-
dicti infantilì voluit, concurrentibus aliis qui huic
miraculo interfuerunt, qui omnes veritatem supradic-
tam iuramento medio deposuerunt.

16 Adeo etiam miles quidam, nomine Bernardus
de Baionâ, Barcinonensis ciuitatis ciuis, qui cùm do-
mi suæ iuuenem quendam haberet, febrium infirmi-
tate, spatio viginti dierum, vexatione morbi pæne con-
sumptum, recreationis gratiâ eum die quodam in pa-
uimento cubiculi posuerunt: in quo iuuenis statim **Mortuus**
corruens, nec loqui nec respirare potuit, nec sensi-
bus vtebatur. Vnde à circumstantibus totaliter mor-
bus vtebatur. **pulchri S.** **Raimundi** tuus fuit iudicatus. Ad tam verò inopinatum casum **ad morte**
cùm multi conuenient, & de terrâ, quæ à tumulo **suscitatur.**
B. Raimundi extrahitur, aliqui secum haberent, à quo-
dam

dam de illic stantibus terra B. Raimundi fuit in collo iuuenis alligata, & etiam supradictæ terræ tantillum in ore eius fuit appositum. Quā positâ statim iuuenis respirauit & loqui cœpit, & restitutus vita præterita ac saluti, ab infirmitate penitus incolumis eus sit. Quā veritatem iuramento medio coram D. Arnaldo Episcopo Barcinonensi firmauerunt supradictus Bernardus, & vxor eius, & alius miles nomine Spinol, & alij qui supradicto miraculo interfuerunt.

Dysenteria expunctua suscitatur. 17 In huius etiam rei confirmationem facit, quod legimus in filio Petri de Baga, ciuis ciuitatis Barcino-næ eueniisse. Nam filius eius, nomine Berengarius, cùm propter ventris fluxum, qui à medicis dysenteria dicitur, tribus septimanis afflictus, non posset medicinarū adminiculis iuuari, à parentibus & aliis circumstantibus quadam die mortuus visus fuit. Nam, cùm per capillos & nasum à matre & aliis traheretur, nullus in eo sensus aut motus aliquis apparebat, ita vt omnes qui eum videbant absque dubio affirmarent eum spiritum amisisse. Lacryma etiam ex eius oculo videbatur effluxisse, quæ mortis indicium est: calor deinde naturalis ab eius corpore, & præcipue ab extremitatibus, penitus recesserat. Vnde & mater eius, cùm de morte filij vehementer tristaretur, de B. Raimundi meritis confidens, decreuit eum ad ecclesiam Fratrum Prædicatorum ad sepulchrum B.P. Raimundi adducere, & eum sic mortuum B. Raimundo lacrymis & orationibus offerre. Quod cùm executioni mandasset, suisque brachiis filium suum mortuum asportaret, ostium supradictæ ecclesiæ Fratrum Prædicatorum adiuuenit clausum. Cùm autem ingredi non valeret, (erat enim hora post Completorium) denudatis genibus, ante ostium posita, cum maximis lacrymis & oratione ferventi B. Raymundum pro filio suo suscitando à mortuis, humiliiter inuocauit: vt, qui tot tantaq[ue] beneficia alii, & etiam animalibus, conferebat, sibi etiam illud vnum conferre dignaretur. Quo in loco, post paruum temporis interuallum filius suus reuixit. Cùm autem puer oculos aperiret, & videret ibi sororem suam vnam cum matre flentem & lacrymantem, eam interrogauit dicens: Cur ita fles soror mea? scias ne meritis B. Raimundi curatum, & eius auxilio à morte liberatum. Quod equidem miraculum mater supradicti pueri, & soror eius, medio præstito iuramento Domino Episcopo supradicto nuntiauerunt.

Enchiridio Documentorum, sub nomine Dacryani, nonnihil variatis verbis à primâ editione, cum uberrimis & deuotissimis Appendixibus: posterior præcipue versatur in præparatione ad felicem mortem. Huic editioni in fine addita fuit à Bloso hæc cōclusio opusculi: Qui pre-candi laudandi que Deum studio impensis delectatur, si ei ista minus sufficiunt, habet totum Psalterium Davidicum, habet & alias Orationes atque Doxologias eximias à Patribus conscriptas. His immorari poterit secundūm gratiam sibi cælitus concessam. Nos quoque nuper edidimus Cimeliarchion piarum precularum: in cuius calce posuimus prectionem vnam ad Iesum singulariter utilem his qui ad profectum virtutum contendunt, & huic subiectimus alteram continentem Commendationes quotidianas. Quam conclusionem quia in posterioribus editionibus Auctor sustulit, & in editione Froij ac sequentibus desideratur, nos in textu reponendam non iudicauimus.

9 Prodiit eodem anno 1549. Psychagogia ex sanctis Patribus collecta, excudente Bartholomæ Grauiou Louanij in 8. hanc pōst in 12. impressit vidua Martini Nutij anno 1560.

10 Collyrium hæreticorum paullò pōst euulgauit Blosius, & excudit Grauius anno 1549. in 8. in cuius **Collyrium hæreticorum** præfatiuncula aliquot à se editos libellos enumerat, his verbis: Edidimus autem ista: In adolescentiā vertimus è Græco libellū Diui Ioannis Chrysostomi, in quo Rex cum vero Monacho comparatur. Postea diuersis temporibus scripsimus Canonem vita spiritualis, Cimeliarchion precularum, Enchiridion paruolorum, Psychagogiam ex Augustino & Gregorio beatissimis Pōtificibus collectam, ac postrem d'istud Collyrium. Quę Opuscula nostra incompta & inuenusta vt in æternam gloriam Dei cedant, vehementer optamus: atque ea iudicio Ecclesiæ Apostolicæ, correctionique Parrum orthodoxorum libenter submitimus.

11 Adiuncta Collyrio tunc fuit Comparatio Regis & Monachi, quam ex Græco D. Chrysostomi Latinè reddiderat D. Blosius adolescens anno 1527. Nicolai Clenardi Græcae linguae peritissimi litteris eruditus. Dedicauit eam nobili adolescenti Ioanni Molembasio, quicun in studiorum curriculo adoleuerat. De hoc Collyrio (vt de aliis Controversiarum Fidei à Bloso feliciter ac fortiter pertractatarum argumentis) obseruationem nostram inuenier Lector ad Sectionem decimam, quę Defensio Fidei inscribitur.

12 Sacellum animæ fidelis circa annum Christi 1549. lucem asperit. Complectitur autem Tabellam spiritualem, Preculas pias, huc ex primâ Cimeliarchion editione (vt superius diximus) translatas, Endologias ad Iesum & Mariam, Dicta quorundam Patrium verè aurea, & Medullam Psalmodie. Hanc Medullam Psalmodie prius in Paradiso animæ euulgatam sub Græco titulo Myelodochij, pōst nonnihil à Bloso immuratam, & huic Sacello dedicaram, tandem ad veterem sedem Paradisi animæ fidelis reuocauimus.

13 Institutionem spiritualem conscriptam esse à Bloso anno 1551. constat ex Epistolâ præfixâ ad Florentium de Monte: quam obseruet Lector plenam esse zeli pietatis & doctrinæ Blosanæ contra depravatos mores hominum indeuotorum, & impudentem peruvicaciam hæreticorum. Coniuncta est Institutioni Appendix ex Ioanne Thaulero & aliis: item Exercitium piarum prectionum cum Endologiis: Apologia etiam pro Ioanne Thaulero contra Eckium, laudata à Cardinale Bellarmino libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, & ab Antonio Possevino in Apparatu, dum agūt de Ioanne Thaulero. Excusa fuerunt hæc omnia

iunctim Louanij ab Antonio Mariâ Bergagno in 8. an. Ex PRO-
no 1553. visa prius & admissa à Petro Curtio Pasto- LEGOM.
re S. Petri, pōst Brugensem Episcopo.

14 Brevis regula Tironis spiritualis impressa est **sivm.**
cum Institutione præcedenti anno 1553. & iterum 1553.
separatim in 16. ab eodem Bergagno anno 1555. Regula
additis Piis aliquot exercitiis, & xiiii. Præceptiunculis; Tironis.
approbante eodem Petro Curtio.

15 Consolatio pusillanimum, quę est vera panacea curandis omnibus animorum afflictorum & de-solatarum conscientiarum ægritudinibus, prodiit apud **Consolatio** Martinum Nutium anno 1555. in 12. addita est **Con-pusillani-mum.**
solutioni Paraclesis ex Scripturis desumpta: quam ex Paradiso huc Blosum ipse transtulit. Consolatio iterum excusa est anno 1559. eadem formā apud Martini Nutij viduam.

16 Margaritum spirituale in lucem exiit Louanij in 8. per Ioannem Wæm anno 1555. continet ve-rō Epitomen Vitæ Christi ex quatuor Euangeliis, longe copiosorem eā quam in Paradiso antè colloca-tum spiri-tuale. Explicationem Dominica Passionis ferè ex Thaulero collectam; Farraginem utrissimum institutionum; Articulos Vitæ Christi; Igniariolum diuini amoris; Exercitio quædam diuinorum precatio-num; sex Psalmos miræ suavitatis & virtutis.

17 Conclausa animæ fidelis (in quo reperiet Lector Speculum spirituale, Monile spirituale, Coronam spi-rituale, Scrinium spirituale) prodiit Antwerpæ **Conclausus** anno 1558. Rursum ibidem anno 1564. apud Viduam delio. Martini Nutij in 12.

18 Faculam illuminandis hæreticis & ab errore reuocandis prætulit, & extremo partu quadriennio ante mortem in lucem protulit Blosum anno 1562. **Facula.**

19 Ecce tibi, pie Lector, per annos xxiv. fecunditatem egregiam Ludouici Blosum Abbatis nostri: qui licet tum publicis Ecclesiæ & patriæ rebus, tum priuatis nostri monasterij in meliorem formam restituendi curis, tum aliis impedimentis distractus esset, tam varia nihilominus in animarum utilitatem Opuscula, seu ascetica, seu polemica, Deo inspirante & aspirante, euulgauit. Hæc Opuscula seorsim suis temporibus edita, veluti membra disiecta in vnum corpus collegit primus omnium Blosum Operum in uno volumine iunctorum euulgator Iacobus Froius, Confrater noster, Blosum operæ simul omnina edita. Blosum discipulus, qui semper à nobis cum gratia memo-riæ commendatione nominandus est, quiq' deinde Hashnoniensium Abbas fuit. Nec edidit tantum, sed & variis Capitum argumentis ac notulis aliisque ornamenti illustrauit, vt in sua Præfatione testatur. Impres-sit autem Louanij Joannes Bogardus anno 1568. in folio, biennio post pium Auctoris ab hac vitâ transitum, approbante Laurentio Metzio S. Theologiae Licentiatu, eo qui deinde Siluadicensis Episcopus fuit. Postea Coloniæ anno 1572. & 1589. apud heredes Materni Cholini iterum in folio eadem Blosum Opera pro-dierunt. Rursum in 4. ibidem apud Bernardum Gualterum anno 1606. 1615. 1618. & 1625. Denuò in 4. 1622. Parisiis apud Societatem minimam. Denique Augustæ Vindelicorum 1626. tomulis quinque in 12. apud Andream Apergerium, edente & recensente Romano Hay Ordinis nostri in Sueviâ monacho.

20 Habent & istam laudem hæc Opera, quod variis gentium linguis, Germanicâ, Belgicâ, Plurimis Hispanicâ, Italicâ, Gallicâ, Anglicâ, translata sint. Vnde facilè patet, quanto omnium gentium applausu ac fructu sint excepta. Quid? quod annis paucis sexies ac sèpius sermoni. Hispanico recusa sunt? Neque intra Europam aut feruor hic ea legendi stetit, aut fructus. In ipsis Indianarum Provincias nauigauit. Illuc enim, vt viri cuiusdam venerabilis, ex nostri Ordinis Hispaniensis Congregatione, grauissimo testimonio didicimus, frequentissima Blosum Operum exemplaria.

Sacellum animæ fidelis.

Institutione spirituale.


AVER. ria transmissa sunt: numquā tot tamen, vt at dentissi-
MONA- mam fidelium devotionem satient.
CHO BE-
NEDICTI.
NO.

VITA.

PRÆFATIO AVCTORIS.

Reuerendis in Christo Patribus ac Dominis religiosissimis, sub Regulâ S. P. Benedicti Deo famulantibus, eiusdem Regulæ professor perpetuam felicitatem.

Oceano
vita huius
scribenda.



IM ab exordio religiosæ conuersationis meæ, adeoque ab ipso tirocinio in Ordine S. P. N. Benedicti plurimum spiritualem alimenti haustissim ex scriptis Asceticis venerabilis Patris Ludouici Blofij, magno incensus fui desiderio eius vitam & res præclaræ gestas proprias ac penitus cognoscendi. Neque enim dubitabam, quin eximia totius vita eius actio, & quasi rediuua forma, actiores mihi ad virtutem stimulos adderet, cui vel muta præcepta, & adumbrata scriptis imago tantum amoris adhuc tironi instillasset. Initâ itaque cum Lætiensibus Monachis familiaritate, nihil habui antiquius, quam ut à religiosissimis illis Patribus de venerabilis Blofij moribus ac sanctâ conuersatione inquirerem: quæ postquam summâ cum animi mei voluptate cognoui, primum mitari cœpi, tam præclaras eximij huius Patris actiones, tamdiu nimirū propè filiorum modestiâ occultatas: tum verò enitendum mihi putau pro virtibus, ut abrupto inutili eorum silentio, tantum Ordinis nostri ac Belgij decus meritâ gestorum laude claresceret: non satis arbitratus eius dignam memoriam ab interitu & obliuione vindicari, siue scriptis libris, pietate ac diuino spiritu refertis, qui passim circumferuntur, ac piorum teruntur manibus; siue insigni illo elo- gio, quod, exhibito à Lætiensibus argumento, Aubertus Miræus adornavit; nisi etiam historicâ vite sanctioris narratio accederet, cùm publico bono, tum priuato emolumento eorum qui haustis à librorum eius lectio salutaribus documentis, plus animi & vigoris ad imitandum conciperent, inspeccis in Autore ipso virtutum exemplis. Tardiùs enim multò animos hominum haustæ auribus præceptiones solent permouere, quamquam quæ oculis ipsi conspecta sunt exempla.

In Elog.
Belgic.

Vnde hau-
serit Au-
tor que
scribit.

2 Quapropter constitui, quæ ex variis Lætiensis Monasterij scriptis, & fidâ relatione seniorum Patrum (quorum nonnulli ipsius Blofij fuere alumni) aliisque veracibus testimonis, ac monumentis certissimis dico, in vnum colligere, & publico dare: sperans non ingratum hunc meum laborem iis fore, qui piissimi hu- ius virti instructionibus, magno spiritualis profectus incremento, perfueruntur. Et quamvis indecorum vi- deri possit, ut infimus & imperfeccissimus Monachus summi & perfectissimi exemplar, non satis dignis coloribus adumbratum, palam omnibus spectandum ex- hibeat; spero tamen huic meæ contentioni ac studio facilè ignoscendum, tum ab iis censoribus qui puriore oculo alienas actiones iudicant; tum præfertim à Deo, qui non tam opus ipsum, quam sicerum, quo suscipitur, affectum solet intueri. Neque aspernabitur, uti confido, conatum hunc meum, sed pro sua benignitate efficiet potius, ut cupidis religiosæ perfectionis, & Blofianæ virtutis æmulis, non inutilis ingratulve red- datur.

3 Hanc autem opellam meam, venerandi Patres ac Domini, vobis potissimum inscripsi, quid maiorem in mentibus vestris orexim excitarem, ad gustanda, & idem eidem ruminanda pia venerabilis Blofij scripta; quæ in assequendo proprias Regulæ nostræ spiritu, ce- teris, quæ haec tenus prôdiere in eamdem Regulam, lu-

cubrationibus, peritissimorum eiusdem Interpretum iudicio, longè antecellunt. Vos vero etiam atque etiam rogo, ut quidquid affectus meus non tam lambendo perpolivit, quam parriendo effudit, id pari candore æqui bonique consulere, & apud Deum mei meino- res esse dignemini.

C A P V T I.

Blosij Ortus, Patria, Parentes.

4 **N**atus est Ludouicus Blofius ex antiquâ & illustri Blofiorum & Barbansiorum stirpe, tria, ge- Pontifice Maximo Julio II. Maximiliano I. Imperato- ^{Blosij pa-} re, anno Domini MDVI. inuenit Octobri, in eo Pro- ^{nus, pa-} uincie Leodiensi pago, qui non procul ab Hannoniæ oppido Bellomonte situs, Donum-Stephani, vernacu- lè Donstienne appellatur, castro maternæ ditionis. Blofianæ porro familia stema (quod vulgo de Blois) ab illustrissimis Majoribus, Blesensibus videlicet & Campaniæ Comitibus, Galliâ vniuersâ & vtraque Britanniâ nominatissimis, genus longo ordine deduci. Barbansonia autem domus, & excellentissimos Principes numerat, & inter principes domos in Belgicâ Nobilitate censemur. Ex hoc utrumque perillustri sanguine Ludouicus patrem habuit Adrianum Blo- fium, Gerardi Blofij lumignij Toparchæ ex Margari- tâ Hennin filium, lumignij quoque & Warelarum in- super Toparcham: qui Philippo Austriaco Regi His- spaniarum eius nominis primus, ac Belgicarum Pro- uinciarum Principi à Consiliis simul & Cubiculis fuit: matrem Catharinam Barbansionam Ioannis Barban- sonij filiam, & pagi Donstienne, Ludouici natalibus magis exinde nobilitati, heredem ac Dominam. His parentibus, non minùs virtutis gloriâ quam generis splendore claris, ortus Blofius, ad omnem domesticæ pietatis exercitationem à teneris vnguiculis educa- tus est.

5 Ex eodem leđissimorum coniugum parentum ^{Fratres ac} suorum thoro habuit Ludouicus fratres germanos ^{sorores.} quinque, Guilielmum, Carolum, Richardum, Adria- num, Gerardum: sorores quatuor, Margaritam, nempe & Antoniam & Andanenses ad Mosam, Franciscam ac Catharinam & Monasterienses ad Sabim in agro Na- murensi Canonicas. Fratres domestica nobilitatis gloriam, tum bellicâ armorum laude, tum fide erga Principes inconcessâ, tum officiis in Rep. præclaræ obitis, illustriorem reddiderunt. Guilielmus natu pri- mus Serenissimæ Hungatorum Reginæ Mariæ At- triacæ, Belgij pro fratre suo Carolo Cælare Gubernatrici, à Consiliis & domesticis officiis fuit, ac Regij stabuli Præfectus; Adrianus, & militares ordines duxit; & Auesnas primus, deinde etiam Carolomontem, Richardus Bellomontem, limitanea Gallis Belgij op- pida, insigni in Principem fide gubernarunt. Atque Adriani quidem proprium illud decus memoratur, cùm sœpè cum hostibus congressus sit, numquā eum pedem retulisse, sed semper eis territi fuisse; suis mi- litibus ita carum, ut passim Patrem appellarent. Caro- lus Leodij in celebri D. Lamberti Ecclesiâ Canonicas, & ad D. Martini Præpositus fuit. Richardus aulæ & mundanarum curarum pertulsius, abdicatis honoribus, priuatus Lætiis apud fratrem extreos vitæ annos religiosè exigit.

6 Ludouicus verò, quam à Maioribus generis clari- ratatem accepérat, eam calcato mundi fastu per humi- les & abiectas Christi consiliorum vias ambulando, vita innocentiâ, cœlestium rerum meditatione, Reli- giosorum statutorum obseruantia, asceticorum libro- sum pietatem atque eruditionem spirantium elucu- bratione, præclaro denique virtutum splendore, & filiorum sanctorum spirituali stemmate, ut in toto vi- ta decursu ostenditur, variè illustrauit. Fratribus etiam sororibusque ad unicam & veram virtutis nobilitatē sequen-

sequendam exemplo præiuit. Nam vt reliquos prætermittam, Francisca natu minima, sed virtutum emulatio maxima, vt sanguine ita & animo germana Ludouici soror, fratrem suum spiritualis vitæ ac viæ patræ ducemque secura, mundi pompis ac vanitatibus nuntium remisit, ac relicto etiam propter amorem Iesu Christi canonicatu, humilitatem ac solitudinem prætulit, æternèque se virginitati consecrauit. Vt verò fratri sui piis adhortationibus tantò opportuniùs liberiusque frui posset, quantò à turbâ semotior esset, facultatem petiit & impetravit, vt sibi liceret in cubiculo Lætiensis castri (id aquis cinctum, & à Religiosorum claustro sciunctum, non procul ab ecclesiâ, belli temporibus securitati, pacis excipiendis hospitibus seruit) seorsim viuere, ibique ad finem usque vitæ soli Deo, sub fratri sui directione, vacare. Quam solitudinem adeò tenerè & arctè complexa est, vt decem rotos annos, quibus fratri superuixit, alid pedem non extulerit, quam ad oratorium Lætiense, quotidianis precibus persoluendis, ubi cauendis oculorum ac mentis diuagationibus, pluteo vndeque concluso (quem frater eius rei gratiâ erigendum curauerat) se continebat, Deumque precabatur. Hanc qui videret ab ore fratri & magistri pendentem discipulam, quod de sororibus Sanctorum, Nazianzeni, Bernardi, Thomae Aquinatis fratre nà institutione ad pietatem formatis, accepimus, iucundâ memoriâ recoleret, & verè felicè tali fratre Franciscam diceret, eamque ut olim S. Benedicto Scholasticam, B. M. Guntardo primo Lætiensium Abbatif Hiltrudem; ita Ludouico spiritualem alumnam, & nobilissimarum virtutum heredem à Deo datam prædicaret.

^c ^d ^e ^f ^g ^h ⁱ ^j ^k ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv</sup}

AVCT.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.

C A P V T III.

Tirocinium vitæ cœnobicæ in monaste-
rio Lætiensi: eiusdemque monasterij de-
scriptio.

11 CV M hæc nouæ ac spiritualis vitæ confilia diui-
nitus immissa cepisset Blosius, non diu, quod
Fit Lætii monachus. potissimum cœnobium ingredere, deliberauit: nam
& parentum voluntate, & quod ob viciniam patriæ ei
notius esset, Lætiense illicè delegit, in quo se fœlou
pugil religiosis institutis spirituali tirocinio erudi-
dum traderet. Nec verò in primâ illâ adolescentiâ ad-
uertere potuit mores illius monasterij tunc minus re-
ligiosè compositos; tum quia non est illi ætati propria
illa prudentia, tum quia multa eiusmodi in meliorem
partem ab externis vertuntur.

12 Certe docuit optimus euentus, diuinâ Blosium
manu in hac electione ductum fuisse, ut paullò pôst do-
mesticis illius monasterij malis mederetur: quod de-
inde ab ipso Religiosæ vitæ exemplis, & conditis præ-
stantibus regularis disciplinæ Statutis, additis variis
*Id mona-
sterium pôit mira-
illustrauit.* tam domui quam Ecclesiæ ornamenti, scriptis toto
orbe euulgatis, ac postremè venerandi corporis illic
depositi exuuiis, mirificè est illustratum. Huius Mono-
sterij descriptionem, in gratiam multorum, qui forte
de solo nomine illud nouerunt, & quia ad vite Blosia-
næ nonnullam illustrationem faciet, hac occasione hîc
proponere, nec iniucundum Lectori nec inutile fore
putauit.

13 Lætia ergo, vel Lescia antiquo vocabulo (quo
etiam S. Bernardus Epist. 326. vñus est) vernacula Gal-
Eius situs: lorum voce Liessies, quod læticiam ferè obsoleta vel
corruptâ nonnihil voce sonare videtur, aut lætitia sed-
em, quasi Liessie-icy diceretur; locus est in finibus
Hannoniæ, agro Galliæ qui Theotascia dicitur, con-
terminus, Helpræ fluuiu impositus, siluis ferè in ambi-
tu & colliculis in modum corona cinctus. Nongenti
propè anni numerantur ab Heroicis illis Pipini Gal-
lorum Regis temporibus, quando vir illustris Wiber-
tus de Piëtaui Comes, Regi percarus, pertusus inui-
dia, vt Annales Lætienses loquuntur, quæ contra eum in
Aulâ Principis ardebat, Lætiensem illum locum,
tamquam honorarium donatiuum ab eodem Rege
postulauit, & impetravit; in quem veluti portum ab
aulicâ iactatione, tranquillitatâ priuatæ pietatique cō-
sulturus, cum dulcissimâ coniuge Adâ nobilissimi Gal-
lici stemmatis feminâ, & liberis familiâque, se subdu-
ceret. Eâ causâ inibi monasterium religiosis vitis
S.P. Benedicti Regulam professis extruxit, & S. Lam-
berti Tungrorum, seu Traiectensium Ep. copi, a non
ita pridem Martyrum coronâ donati nomine inscri-
psit & honoribus consecravit. Hoc cœnobium, Wi-
bertum cum illustrissimâ vxore Adâ cōditorem; B.M.
Guntardum Wiberti & Adx filium, Abbatem pri-
mum; S. Hiltrudem Guntardi sororem, dotatricem,
iucundissimâ memoriâ sanctitatis, cum benedictione
agnoscit, & cum gratiarum aetione veneratur. Hæc
est illa Hiltrudis Lætiensem Patrona, quæ repudiatis
Hugonis Burgundiæ Principis nuptiis, è parentum
domo ad tempus profugit, & relicta ibidem sorore
suâ vnicâ, Bertâ nomine, quæ Hugoni nuberet, suam
ipsa virginitatem illibata Christo Iponso, ab Episcopo
Cameracensi ritè velata, consecravit. Quia verò vir-
ginibus latere tutissimum didicerat, solitudinis amore
habitationi suæ delegit humilem cellulâ Oratorio Re-
ligiosorum contiguam; in quâ per annos septemdeci-
mum reclusa, diuinis officiis & sanctis contemplationi-
bus cælestem vitam in terrâ duxit, & feruentibus fra-
tris sui Guntardi sancti Abbatis adhortationibus desi-
deria bonorum æternorum in semet accendit, donec
vocante Sponso ad eum feliciter migrauit; Sancto-

rum catalogo Fastis Ecclesiasticis ad xxvii. Septemb.
adscripta.

14 Hoc fraternæ pietatis erga sororem exemplum,
sicut olim à S. P. N. Benedicto & S. Scholasticâ acce-
ptum, Guntardus in S. Hiltrude æmulatus est, ita nuper
in Franciscâ Ludouicus (quod mox diximus) innoua-
uit. Extant autem apud Lætienses non mortuaria sanctæ
familia & de cœnobio à se fundato tam præclarè me-
ritæ monumenta. Nam sanctissimi parentes, piâ & san-
ctâ donatione hereditariâ, omnē possessionem suam,
(Bertâ sine liberis defunctâ) filiæ Hiltrudis fidei com-
misérunt; eâ lege, vt post mortem ipsa ex testamento
paterno Lætiense monasterium ultimis tabulis here-
dem scriberet. Hoc testamentum illi ipsi parentes, Hil-
trudi superstites, in filiæ sepulchro, non procul à cellu-
lā iam dictâ, condi & asseruati voluerunt: quibus de-
inde vitâ funktis, pientissimus filius Guntardus Abbas
parentauit; seruatâ ad amissim ultimâ eorum volun-
tate, pietatem spirante, quâ iussierant in ecclesiæ limi-
ne, seu portici, sua corpora condi; tum quod se repu-
tarent indignos, qui interius humarentur, tum quod se
speraré eâ ratione se plus auxiliarium precum à trans-
euntibus & calcantibus fidelibus (monumento tacite
admonente) obtenturos. Demum ipse B. Guntardus,
sanctissimè vitâ functus, religiosissimorum Fratrum
manibus in medio Oratorij sepultus est. His incunabu-
lis, his fundatoribus in Domino gloriatur Lætia natâ
se & edicatam. Quæ deinde piâ posteritatis diligenc-
iâ sacro & inæstimabili Reliquiarum thesauro auctâ
atque ornata, non tam censum aut fundorum ampli-
tudine, vel dominiorum auctoritate, vel substructio-
num pompa, quam parsimoniae vestigalibus, discipli-
næ regularis, & religiosæ hospitalitatis laudibus, com-
modissimis denique ad vñsum vitæ monastica officinis
& habitationibus (quarum omnium præcipuum splé-
dorem ac decus venerabili Blosio debet acceptum re-
ferre) inter celebres Hannoniæ Abbatias cōputatur.

15 In hanc, Deo duce & auspice, ingressus Ludo-
vicius annos natus xv. & à R.D. Egidio Gippo (qui
tum Lætiensibus Abbas præterat) suscepitus, veterem *Blosius ab*
hominem exuens, ac nouum induens, assumpto sacro *Egid. Gip-*
Religionis habitu in tironem attonsus est Octobris die *po Abb. ad-*
xxv. anno salutis xx. supra sesquimillesimum; & exple-
to Nouiatus anno, solemne Religionis votum emisit.

16 Erat quidem tunc Monasterij Lætiensis disci-
plina non parum labefactata: sed nimis Gippus,
vir ætate grauis, moribus laudabilis, statim vt Ludoui-
cum vidit, & in eo pariter insignem illam cum bonâ
educatione indolem, atque emicantes quosdâ ex vultu
& verbis inhabitantis iam tum Spiritus sancti, & fer-
uentioris zeli igniculus obseruauit, velut Angelum à
Deo destinatum complexus est: animo quasi præla-
giens illum fore, qui aliquando labentem Monasterij
disciplinâ, quam ipse senio fratres restituere cùm vel-
let non posset, post se clauum tenet, erigeret & restau-
raret. Quâ spe fretus, surculum illum in paradiso Læ-
tiensi plantatum, & S.P.N. Benedicti habitu à se dona-
tum D. Ioâni Meurissio, qui tunc probatâ virtute Mo-
nachus tironum Magister erat, peculiaris culturæ curâ *Alo. Meu-*
rigandum educandumq; commendauit. Sub hoc Ma-
gistro ea vitæ religiosæ Ludouicus fundamenta iecit,
quæ deinceps in tantam, quantam describemus, vir-
tutum molem assurrexerunt.

a An. DCXCVI. XVII. Septemb.

C A P V T IV.

Post Tirocinium, studia litterarum in Aca-
demiâ Louaniensi.

17 CV M ab ipsis conuersionis exordiis toto animi
impetu Blosius, gratiâ Dei singulariter adiu-
uante, & seruum suum ad opus, ad quod eleetus erat, studiis
sensim

sensim præparante, in omne religiosæ perfectionis studium incubuisset, è tirocinio prodiit, perfectam religiosarum virtutum in se formam exprimens; vnde iuuenes in æmulationem, seniores in admirationem, æquales in venerationem, omnes in sui amorem rapiebat. Quid? quòd D. Meurissium, tirocinij sui Magistrum & Directorem, deinceps semper præconem habuit & laudatorem, cùm fateretur in perfectionis studio sese procul à Blosio anteverti. De quo Meurissio non est hic silentio prætereundum, libenter ipsum sese suo tironi ac discipulo subdidisse; illoque Abbate constituto, Oeconomi ac deinde Prioris officio funatum, in omnibus Abbatii suo usque ad annum M D L V. quo mortuus est, obtemperasse; atque adeò per xxv. totos annos discipulum sui tironis in scholâ spirituali, sicut de a. B. Romano & S. P. N. Benedicto olim factum legimus, extitisse.

18 In hoc etiam per triennium tirone tantam perfectionem considerans Abbas Ægidius, magna omnia & sibi de eo promittebat, & ab aliis, præsertim prouerbiis, narrari laetus audiebat. Interea nil de se sentiebat Blosius, nil de se statuebat, totum sese diuinæ prouidentiæ gubernandum committebat, ad omnia promptus & alacer seruiebat Lætis Domino in lætitia & sanctitate, totum se diuinis rebus impéndens. Sed aberat magnum pietatis ornamentum & præsidium virtutis, eruditio. Quamobrem Ægidius Abbas pro suâ prudentiâ iudicauit satius fore, si virtutem Blosius litterarum scientiâ ad multorum deinde utilitatē perpoliret ornaretque. Eum igitur regulari disciplinâ probè initiatum, bonarum deinde litterarum ornamenti perficiendum, ex Lætensi Monasterio ad Louaniensem Academiam alegauit. Mater bonarum artium, & diuinæ atque humanae sapientiæ Athenæum Louaniensis Academia inter plurimos & præstantissimos Theologiæ sacrae Magistros numerabat Ruardum Tapperum, & Ioannem Driedonem, & alios, quibus magno suo bono familiariter usus est Blosius. Habant etiam illis temporibus Louanium inter illustres Philologiæ ac humanæ litteraturæ Professores Nicolaum Clenardum, Hebrææ, Græcæ & Latinæ linguæ peritissimum: quo in primis Magistro Blosius liberalibus artibus sese impendens, non mediocrem Hebraicæ, Græcæ, ac Latinæ lingua scientiam assecutus est. Testatur hoc libelli varij, quibus titulos Græcos apposuit, vt videre est in Cimeliarchio, Endologiis, Doxologis, Psychagogiâ, & aliis. Idem ostendunt in Monasterio & in templo sparsim appensæ inscriptiones Græcâ lingua, ex cognitione rara Græcarum litterarum de prompta. Est etiam perpetuum monumentum progressus in Græcis litteris sub Clenardo Magistro, insig-nis illa translatio Opusculi aurei S. Ioannis Chrysostomi, quod inscribitur Comparatio Regis & Monachi: quam Louanij studiis litterarum incumbens, anno ætatis vigesimo primo ex Græcâ Latinam reddidit. Extat illa inter Blosij Opera, dedicata generoso Adolescenti, quo tunc familiariter vtebatur, Ioanni de Lanoy Molembasio: quem deinde Carolus V. Imperator (cui à Cubiculis fuit, sicut & postea Philippo eius filio) in Ordinem Equitum Aurei velleris, ob eximiam vitæ integritatem generisque antiquam dignitatem, adscriptis anno M D XL V.

19 Ne verò inter Academicas exercitationes & doctrinæ studia, pietatis studium, vt solet, intepesceret, aut aliquâ facultatis societatis contagione inficeretur; quidquid à litterarum gymnasio temporis supererat, id totum animi culturę consecratabat. Proinde quos sanctiore vitâ Deo coniunctos animaduertebat, cum illis arctam inibat familiaritatem, ab illorum ore pendebat, illis se tractandum regendumque commitebat, illam semper curam ducens antiquissimam, vt ex Academiâ ad Abbatiam sanctior potius quam doctior reuerteretur.

Tom. I.

Mittitur
Louanium
ad studia.

Græcæ &
Hebraica
lingua stu-
dos.

Virtuti
principia
studet.

20 Quid verò in omni illo Academicō elegantiorum litterarum cursu Blosij adolescentis quæsinerit MONA-labor & industria, & quid religiosis viris in Academiâ CHO BE-studiisque doctrinæ maximè spectandum sit, monita illa tanto pôst in Statutis data, de spiritu inter litterarias exercitationes conseruando, satis superque com-monstrant; in quibus illud præclarum exstat, quo ca-uendum præcipit, ne scientia infler, verbis istis memo-riâ dignis: Sic permittimus Fratres pro tempore vel ætate dare operam politioribus litteris, vt tamen per illarum studium labem superbiæ & vanæ gloriæ in se non traiciant, sed omnia ad honorem Dei pure refe-Humilitas-rant. Alioquin præstat Monachos idiotas esse quam in studiis elegantes: vtilis satis est simplicitas, per quam melius retinenda, conseruatur humilitas. Eodem spectat quod alibi præ-cipit: Si quis visus fuerit omnino ad vanitatem dare operam politioribus litteris, ac propter earum stu-dium curam pietatis deserere, impediatur arceaturque à vanâ & damnabili occupatione. Sicut & illud, quo Magistrum litterarum (si forte pro iunioribus aut ru-diotoribus earum scientiâ imbuendis morum Magistro addarur) his instruit verbis: Huiusmodi libros eis præ-legat, ex quibus cum litterarum peritiâ vel pietatem dicere, vel certe non dicere vanitatem aut iniquitatē possint. Reddens deinde Statuti caussam; Nisi, inquit, iuuentus, quæ exercetur in litterarum studiis, freno timoris diuini contineatur, facile atmore eloquentia correpta, illecta que dulcedine, curam pietatis dele-ret; & effecta veluti Ethnica, ac sine Deo, abibit in vi-tiorum præcipitum.

21 Quam autem perfectè, quod aliis præscripsi-ti & tam sedulū commendatum voluit, assecutus sit ipse Blosius, pia doctrina que eius Opuscula satis superque lo-Blosij stylus-quuntur. Et quidem, ex illo Christianæ submissionis teritus, as-spiritu profecta videtur illa styli moderatio, quam in modestus. Operibus eius aduertimus, in quibus eti puram ter-famque Latinitatem minimè refugiat, ab elegantibus tamen & mollibus illis verborum quasi lenociniis abhorret. Nihil in eius lucubrationibus aut tumidum aut insolens, nihil quod sæculi vanitatem redoleat; que paucorum Scriptorum est gloria: vt in Canonis sui spiritualis Præfatione de se præclarè non minus quam modestè dixerit, se aliquid dicere facundè nec posse si-vellit, nec velle si posset.

a De S. Romano agemus xxxi. Maij.

C A P V T V.

In Abbatis sui Ægidij Gippi Coadiuto-rem assumitur.

22 M V I T V M omnino debet Monasterium Læ-tiense Ægidio Gippo Abbatii suo, vèl eo no-mine, quòd Blosium in Coadiutorem, futurumque Blosius fit successorum suum, assumperit. Impares enim hume-ros sentiens tantæ moli sustinendæ iam pænè decrepi-tus, veritusque ne minus idoneus sibi deinde substi-tueretur, tempori de creando successore cogitauit. Ideoque diuino, vt res docuit, instinctu, re cuin Deo primum, deinde cum senioribus & melioribus Mo-nachis collatâ, salutis anno M D XXVII. Blosium in so-cium auxiliatoremque sollicitudinis æquè ac dignita-tis adoptauit. Quâ in adoptione nemo dubitabit Dei spiritum interuenisse, qui considerare voleat Blosium ætate insimum, vocatione ferè postremum, tec-dum Sacerdotij dignitate initiatum, nullis cœnobij munis perfunctum, rei ignarum & inuitum, ac studio-rum causâ absentem, non ex Abbatis dumtaxat voto, sed Monachorum etiam suffragio ac voluntate, electu-fuisse sui Abbatis Coadiutorem. Quantum verò iam tum à Prelaturâ omni Christianæ submissionis aman-tissimus Blosius abhorret, & quâ iustis momentis formidabilem illam animatum curam ponderaret, lit-teræ ipsæ, quas ad tirocinij sui Magistrum D. Meuris-horret.

O o 2

sium

Auct.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI
NO.

sium Louanio dedit, abundè testantur. Hic enim, discipulum olim suum, nuntiò hoc mètoris pleno deie-
ctum; etiam atque etiam suadendo hortandoque, ne pràpostero humilitatis amore hanc sarcinam, Dei vo-
luntate, tanto Lætiens cœnobij bono, cernici impon-
nendam abiiceret aut detrectaret, in spem bonam exerat. Sic verò in litteris suis Blosius loquitur, ut vi-
deas adolescentis animum senili prudentiâ, maturâ
virtute, spiritu diuino plenissimum.

23 Ludouicus humilis seruus Christi carissimo Confratri D. Ioanni Meurisse omne gaudium in cælo accipiendum. Benè fecisti, dilecte Dei, qui me filium tuum spiritualem, quem anxium esse cognoueras, quâ-
tum per literas fieri potuit, es consolatus. Ego, quod possum, tibi gratias ago: Deus autem gratiam reddere dignetur, nam hoc non possum. Carissime Frater, ego D. Abbat contradicere nec volo, nec possum, cui manum in professione dedi, in quem voluntatem meam omnem transtuli. Inutile Christi iumentum sum: quidquid oneris mihi imponetur, non remurmurabo: perferam, si possum; si non possum, succumbam sub one-
re. Melius erit cum obedientiâ sub pondere opprimi, quâ sine obedientiâ Deum inimicum habere. Sed utinam ministerium istud, ad quod destinor, nihil ha-
beret in se molestiæ, præter onera, labores, angustias ac miseras! non solum non refugem, sed etiam vehe-
menter desiderarem ipsum, cum per hæc cælum inueniri sciam. Ecce autem præter hæc periculis etiam est refertum; periculis, inquam, non corporis, sed animæ. Quid quoq[ue] profuit fugisse sæculum, dum ad sæculum iterum redire compellor? Iure iam cum David clama-
re debedo: Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt.

17. Augenti interim doloré pariter & metum, mores Mo-
nastry, quos à Regulâ P. N. Benedicti, & breuiter ab omni religione multùm alienos esse & audio, & ipse reipsâ didici, cùm isthic vivierem. Quis autem sum ego, ut illos corrigerem possum? Sæpè quidem lacrymor, sæpè oro ante conspectum Domini, vt ipse suam Congregationem ad meliorem vitam & pœnitentiam conuertere dignetur. Sed mea peccata impediunt, quod minùs exaudiiri merear. Tuum igitur est, carissime Cō-
frater, hac in parte diligentem te exhibere circa orationis studium, ne fortè Deus multitudine (quod ab-
sit) peccatorum offensus, à Congregatione istâ faciem suam penitus auerterat. Sed hæc haec tenus. Habes, dile-
ctissime Frater, quid timeam, habes & quare timeam. Non ministerium recuso, sed propter ministerij peri-
culum angor. Spero tamen quia Dominus meus Iesus Christus, qui cor contritum & humiliatum non despiciat, mihi in omnibus aderit, & maximè si tu pro nobis assiduè depreceris. Ipsi honor & gloria in secula sæcu-
lorum. Amen. Vale, & ora pro me Dominum. Louanij, pridie Kalendas Augusti, anno MDXXVII. Tuus humiliis Confrater F. Ludouicus Blosius.

C A P V T VI.

Reuocatur ex Academiâ. In Lætiensium
Abbatem eligitur.

24 **Q**uod piè prudenterque Blosius detrectauit, noluit pertinaciter excutere. Osenim Domini confluentis visum fuit, ad Dei gloriam, Lætiensium utilitatem, multarum animalium salutem fore, si collu-
iugo Domini submitteret, & oblatos non quæsitos ho-
nores, eosque magnis difficultatibus implexos, pro-
pter amorem Dei & obedientiæ obseruantiam, ad-
mitteret. Lætiensis igitur Coadjutor omnium consen-
su electus, anno sequenti, qui erat eius sæculi vigesimus octauus, legitimè approbatus est, etatis suæ an-
no xxii. professionis Monasticæ leptimo. Louanien-
sem nihilominus commoratione, eo titulo auctus, per
biennium tenuit; donec anno trigesimo postridic Ka-

lendarum Martiarum, Ægidius Gippus Abbas Læ-
tienfum **xxxi.** iam septuagenarius, cùm annis supra **Gippus**
triginta pràfuisse, in Domino mortuus est, Lætius in **Abbas**
Choro sepultus. Vbi quidem imago Gippi, piè ante **Lætienfus**
mortuus. B. Virginem in genua procumbentis, ad ingressum
Chori à Bloso collocata, memoriam illius in bene-
dictione renouat; sed nil aded, quâd quod talē Læ-
tienfibus designauit successorem. Cuius rei gratiâ po-
steritas omnis, quæ Bloso Abbatum libris, tum mo-
nitis, tum exemplis ad æternam salutem proficiet,
cum dulcissimâ recordatione æternum debet Gip-
po gratitudinis & venerationis monumentum.

25 Ex vmbra igitur in puluerem, Louanio Lætias **Bloso**
reuocatur Blosus: postque iusta funebria Gippo im- **Lætias re-**
pensa, in eius locum subrogatus, **xii.** Iulij eiusdem an- **dit.**
ni **MDXXX.** Prælaturæ possessionem, ex more & ritu, ac-
cepit. Tres deinde idem ille annus continuos dies ha-
buit & Blostianis honoribus illustres, & gratiarum di-
uinatum copiâ vberes, quos suavi recordatione Læ-
tienfes profeq[ue]runtur. Dies est Nouembris mensis vn-
decimus, quo Sacerdotio inauguratus est; duodeci-
mus, quo sacra hostia primitias Deo immolauit; de- **Fit Sacer-**
dinus coronâ ritè consecratus pedum Abbatis paſto- **dos, dein**
rale accepit, & in album Lætienfum Abbatum nume- **Abbas.**
ro **xxxiv.** (non quidem à primâ cœnobij fundatione,
sed ab illius post Normannorum cladem reædifica-
tione ac Monachorum reduktione) adscriptus est.

C A P V T VII.

Vt se primis Prælaturæ annis gesserit.

26 **B**losius, onore regendi monasterij suscep-
to, latus gnarus non ad otium & delicias, sed ad cu-
ras laboreisque vocatum se; primùm statuit sibi non
parcere, nihilque omittere, quod ad tantum munus ri-
tè diligenterque obeundum, aut eorum qui sibi com-
missi essent salutem promouendam, pertineret. Ve-
rum in re ancipi non satis ei erat expeditum decer-
nere, quod potissimum curas mentemque conuerteret;
perpendebat enim ex virorum sapientum consilio, in-
terdum temporis seruendum esse, & permagni inter-
esse, quid quis primum aggreditur: ne si quid agat
ordine pràpostero, in ipso statim meditati operis li-
mine impingat, & propositum scopum minimè asse-
quatur. Fluctuanti igitur & creberimis precibus in-
sistenti, diuinum Numen adfuit; & cui desiderium in-
staurandæ regularis disciplinæ iniecerat, rationes quo-
que ad id opportunas suggescit. Primùm itaque in hoc **Abusus**
sibi maximè incumbendum censuit, vt grauiores mo- **inolitos**
nasterij abusus, qui partim temporum calamitate, **tollerere co-**
partim Superiorum connuentiâ, partim humanæ fra-
gilitate naturæ, in mores Religiosorum irreplerant,
opportunè tolleret, & deformataam disciplinæ mona-
stica faciem sensim pristino nitoris restitueret. Arduum
fanè ac molestiæ plenum opus moliebatur, cui perfi-
ciendo parum ab æstate, recentissimè suscepta digni-
tate, nec ita longo religiosæ conuersationis spatio, ac-
cederet roboris arque auxiliij: cùm præsertim multo-
rum mores, longâiam annorum quasi præscriptione
corroboraui, obliterent. Quæ omnia, ceteraque eius-
modi, etiæ præsentiret animo, nihilominus persistit in
proposito, confusus, Deum, qui hanc ei piam mentem
dederat, auxilia efficacia subministraturum; prouisu-
rumque, ne iunior ætas (quæ plerumque minorem
habere confuevit auctoritatem) contemneretur, aut
quidquam ad rem præclarè cogitatum impedimenti
afferet: eaque de causâ vitam, quam haec tenus incul-
patam & innocentem traduxerat, nouis ac feruidiori-
bus virtutum actionibus studuit exornare; vt fieret
forma gregis, & præclarum religiosæ conuersationis
suis omnibus scipsum præberet exemplum: recte iudi-
cans, Abbatis apud subditos auctoritatem, non tam
ab

ab ætate, & annorum numero, quam ab exactâ insti-
tuti obseruatione pendere.

Obſtūne quādam. 27 His etī vſus bonis artibus ſollicitus ac prouidus Pastor, non potuit tamen ipſis ſtatiſ principiis ſuos ad ea quæ vellet inducere. Cū enim natura ipſa proclivius ſit in ſua commoda, non facile fluctuntur in meliorem partem afflueta licentia ingenia. Vnde non defuerunt qui ferrent iniquiūs, confeſſa ſibi à tot annis liberioris vitæ ſolatia iam subtracta: ab his enim quibus quis affueuerit, vix potest ſine magno ſenſu doloris auelli. Quare Bloſium rogarē ſinguli, vt ſe conſuetis haec tenus moribus deinceps quoque viuere ſinaret. Non parum hoc pij Patris mentem cruciabat; nec idē tamen ſalubris conſilij cogitationem abiecit, ſub mole gemere potiūs, quam cedere paratus; & diſſi- liores exordiorum morulas, felicioris in posterum ſuc- ceſſus argumenta interpretans. Tolerat ergo fortiter quidquid contrā obiicitur, moleſtias omnes exſor- ber, multa diſſimulat, tempuſque ſuis conſiliis in effe- ctum deducendis opportunum präſtolatur; periti naucleri imitatus induſtriam, qui ſi ventos minūs ſe- cundos naētus fuerit, non idē ad iners otium & tur- pem quietem defleſtit, neque etiam eō dirigit nauigij curſum, quod viſ illorum maior impellit, ſed vt tempe- ſtati obſecundet, vela obliquat, & quā licet, auras ca- ptat; fluſtus etiam quos non potest frangere, eludit, vt, quod tendit, tandem aliquando perueniat. Sic ſane Bloſius nonnihil in ſucepto reformationis negotio cunctandum ratus, dum ſe quorundam contumacia frangeret; interim ingenij vela in obliquum tendit, & (quod in eiusmodi dubiis facere conſueverat) diuinæ bonitati ſupplicat, ſinum mentis Deo pandit, ſupplicatque, vt quos ſuis tam iuſtis moniti habeat minūs obliqueſtentes, emollire velit, iſpirato melioris vitæ diſiderio. Quod vt facilius obtineat, ſecretas & ſoli Deo notas ab oculis lacrymas elicit, voti ſui teſtes. Ab hiſ ſolatiūm quærit & auxilium. Has cum S. Bernardo arma ſua, quibus repugnantes ſuorum animos expugnet, nuncupat. Hæ ſunt illæ lacrymæ, quibus ab ipſo conflatum eſt Speculum Monachorum: quod prudenti ſane conſilio iam tum meditabatur, & anno poſtquam in Abbatem inauguruſt eſt octauo in lu- cem edidit, & germanis S. P. N. Benedicti filiis, Læ- tiensibus maximè ſpectandum proposuit, ſuo diſſimula- to nomine, & Dacryani, quod Latinè Lacryma- rem ſonat, ad illa tempora peropportune аſſumpto.

*a Hunc librum, sub Dacryani Abbatia fiditio nomine editum
geniusum Blosij ferum esse probare Latenses solidis argumentis in
Prolegom. editionis nouae eius operum art. 6. uti & Epistolam xii.
Documentorum,*

C A P V T VIII.

Primordia disciplinę restaurandæ impediuntur. Blosius, per bellum Gallicum tumultus, cum suis Athum fugere cogitur.

*Aliqui
consen-
tius in
reforma-
tionem.*

28 **D**V m hunc in modum lacrymis & orationibus intentus, restauradæ regulari disciplinæ inuigilat Blosius, non alio ferè quam bonæ voluntatis & pij cœnatus fructu, dici vix potest, quam graues animi molestias & internos conflictus, his primis à suscepso regimine annis, subditorum imperfectionibus tolerandis pertulerit: neque tamen arreptam semel propo- fici constantiam depositit vñquā, aut in eo persequen- do factus segnior; quin potiū ex obiectis sibi difficultatibus, auctis generosæ mentis & diuinæ caritatis igni- culis, totâ animi contentione in hoc vnum operam in- dustriamque chûertit, vt media exquireret, quibus ad religiosioris disciplinæ puritatem amplectendam, re- luctantem suorum voluntatem magis magisque im- pelleret. Accendebat illum impositi officij considera- tio, & optimi Pastoris Christi voluntas, commendan-

tis oues suas, ne deuiantes à recto Religionis tramite Avct.
negliceret. Vicit tandem patientia; & Dei benignitas, MONAS
afflicti famuli sui sanctos conatas piasque lacrymas re- CHO BE-
spiciens, quoruīdam discipulorum animos ad sub- NADICTI
eundum sanctioris vitæ institutum inflexit. Incredibili
sanè voluptate Patris optimi mentem hæc diuinæ bo-
nitatis miseratio perfudit.

29 In spe*m* igitur successus melioris erectus, cùm
suis iam ipse votis quasi præsentibus blandiens melio-
ra sibi sponderet; ecce tumultus bellici sub annum Do-
mini millesimi quingentesimi trigesimum septimum *ter Fran-*
Bel inter Carolū V. Cæsarē & Franciscū I. Francorū Re-
gem exorti, incendij miserabilis fumos atque fauillas in ^{1537.}
Belgij fines populabundis excusionibus intulerunt,
& speratos iam reformationis progressus penitus ab-
ruperunt. Hæc ex antiquo sæpè deplorata Lætiensium
calamitas est, vt ad illos, in bellis Galici tumultibus,
primus semper ruitus timorque perueniat. Igitur tur-
bulentis bellii temporibus iam iam imminentibus, tan-
tus Lætenses, & inter eos Abbatem Blosium, qui suis
magis quam sibi timebat, metus inuasit, vt plerique
monasterio (aliquot ad eius custodiam remanentibus)
cedere, & quod cuique tutissimum visum esset, alij aliò
fugere & dilabi cogeretur. Blosij successor Gippus do-
mum vnam Montibus Hannoniæ, alteram Athi, ad
quas Lætenses bellorum periculis cœnobio pulsi per-
figerent, à fundamentis olim lexstruxerat. Ad hanc
Athensem domum Blosius, vt suæ suorumque saluti ac *Athum*
monasterij incolumentati per absentiam cōfultum iret, *secedit*
vnâ cum tribus aliis Lætensibus monachis (quos me-
lioris vitæ ardor accenderat) non quasi ad exilium, sed
velut ad bona spei promontorium configit. Sed quis
in hac tempore calamitate non cōtinuò irritos omnes
pij Patis conatus censuisse? Ast hoc nimirum diuinâ
proudetiâ gerebatur, vt & Blosij merita maius incre-
mentum acciperent, & opportunitas ineundæ resor-
mationis, ab omnibus Lætensibus vnanimiter ample-
tendæ, melior (vt sequentia declarabunt) pararetur.
Deo enim solemne est, tunc maximè suorum fauete
sanctis conatibus, quando res omnino deploraçæ vi-
dentur.

a Quippe à finibus Francorum vix pauculis leuis distantes.

C A P V T I X.

In domo Athenis rigidiorem disciplinam suis
præscribere meditatur.

30 **F**ORTVITIA Blosij ad Athensem domum fuga destinatum diuinæ gratiæ asylum aperuit. Hic enim opportunitatem iterum captare constituit eius, quam iam animo designarat, strictoris disciplinæ in monasterij motes introducendæ, vt, quod à plenâ Lætientium Congregatione extorqueat non potuerat, vt ^{Reformatio-} _{etionem inchoas cur- pautis.} per reformationem collum suavi iugo Domini perfec-
tius subderent, hoc cum tribus illis, quos secutum abdu-
xerat, & in suam traxerat sententiam vnius moris in
domo socios, velut nouæ obseruationis prælusores, in-
choaret. Sanctis hisce cogitationibus Numen diuinum
fauere videbatur, cum semina, quæ Dux & Magister
spiritualis sapientiæ Blosius iaciebat in trigeminis uno
animo discipulis, radices agere, & nouæ vitæ formam
præ veteri adolescere animaduerteret; redeuntibus
etiam aliis quidusdam Fratribus, quos huic illuc fuga
distraxerat, in eisdem vitæ contubertium.
et His felicibus annis illi, Ad. 1561. S. 2. 1. 2.

31 His felicibus principiis lætior factus Blosius, tranquillæ in Domino virtæ, & nullis deinceps belli tēpestatisbus perturbandæ gratiâ satius forte duxit, si reliquâ Lætiensi tam periculosâ & inquietâ per bella Gallica habitatione, & in Prioratum (qui paucorum sedes esset) cohuersâ, monachos Lætiis Athum transferret, & ibi securum de nouo monasteriū exædificaret. Non intempestituū ipsi videbatur , vr delectu habito, quos

Auct. suis nutibus minùs obsequentes cerneret, illos in Prioratu nouo Lætensi, aliiisque locis viuere suis moribus fineret: quos verò melioris vitæ amantes, & ad normam exactioris disciplinæ flexibles experiretur, eos intra Athenis monasterij noua septa sub suâ curâ & tutelâ reclusos, nouis etiam cælestis vita præceptis informaret. Sic nimurum quos semel sacro suo igne Spiritus sanctus efflauerit, numquàm ipsi sibi faciunt satis, donec ad ea peruerent quæ in eo vita genere, quod sibi proposuerint, putantur esse summa. Hoc spiritu animatus Blosius, & ardèissimo pectoris sui æstu aliorum vires metiens, apud animum suum statuit exactam S. Benedicti Regulam in toto rigore suo sibi suisque in hac domo Atheni ad amissim seruandam indicere, abiectis atque repudiatis omnibus omnino dispensationibus atque relaxationibus, quas in illū usque diem aduersus eius obseruantiam, vel subditorum consuetudo, vel blanda Superiorum indulgentia, inuixerat.

Hic cum suis, reliquo Lætis, ad nuda regulæ prescriptum vivere coigitat.
Et sicut cum tribus illis optimæ voluntatis Religiosis in Atheni domo, periculi faciendi gratiâ, arctissimam Regulæ obseruantiam auspicatus fuerat, ita cum reliquis ad nouum monasterium accessuris deinceps vivere decreuit. Quippe nihil ei ita arduum videbatur, quod non se perfidere posse, Deo auctore, speraret. Hæc prima & certissima fuerunt venerabilis Abbatis Blosij consilia, viuere nimurum ad nuda Regulæ prescriptum: quod iis, quos eadem, quæ ipsum, ardoris flamma accenderet, non difficile fore arbitrabatur. Quæ sine dubio etiam suis omnibus posteris obseruanda præscripsisset, nisi contrarium ab ipso Cæsare Carolo V. consilium, & alia, ut sequentia capita declarabunt, obstatula interuenissent.

C A P V T X.

Obsistit rigidiori disciplinæ monachorum quorumdam tergiuersatio, & æmulorum inuidia.

32 CONSTAT tamen veterum quam recentiorum historiarum monumentis, neminem fuisse ullam res præclaras ad Dei gloriam & animarum salutem aggressum, quin repente vel humanæ mentis cordia, vel peruersa æmulorum inuidia oblatrariit. Testis est S. P. N. Benedictus, quem in Occidentis oras cogitantem noua Religiose vita Statuta inueherserat, in ipsi principiis non sacerulares modò, verum etiam in Ecclesiastica dignitate constituti tum Sacerdotes tum monachi, inuidiosè dictis factisque, etiâ veneno propinato, persecuti sunt. Quare mirum videri non debet, si magnus S. Benedicti discipulus & imitator Blosius, eamdem cum illo repugnantæ & inuidiae aleam, sub ipsa statim stricta obseruantæ Benedictinæ in mores introducendæ exordia, subierit. Visus enim quibusdam suorum nimius vita rigor, & quam capesserer austritas, humanis viribus, maximè posterioribus hisce scæculis, parum accommodata; iis præfertim, qui laxioribus iam moribus assuevissent. Taceo aliorum quorundam, qui post tumultus bellicos Lætis se receperant, voces ex dolore natas: hi libertatem honestam in turpem feruitur verti, illi solitaria corporis à monasterio ablegari, quidam inueteratam per tempus immemorabile laxamentorum consuetudinem, per exactam Regulæ obseruantiam iam abrogari, alij alia dictabant, quæ facilius cogitantur quam scribuntur.

33 Inuidit etiam sanctis hisce primordiis cacodæmon, qui ut olim aduersus S. P. N. Benedicti fausta principia malignum quemdam Sacerdotem Florentium excitauerat; ita etiam contra Blosij pietatem, audaculum nescio quem Religiose cuiusdam familæ alumnum (Ordinis nomen de industria reticendum iudico) suscitauit, qui in publicis ad populum concionibus aduersus sanctam hanc vitæ rationem rabiem

Quidam alius publicè eum carpit.

suam bilemque effudit, Blosium ipsum Blosiique filios clarâ voce nouitatis aucupes, hypocritas, ambitiosos, rigidæ austerioris ostentatores, aliaque velut è plastro triviali conuicia, è suggestu sacro proiecit. Siluit quidem ad hæc dictoria, patienterque tulit hominis proteruam verus S. Benedicti æmulator Blosius: sed non tulerunt leuissimam concionatoris, vel conuicatoris potius, dementiam grauissimi & prudentissimi auditores quidam, qui ad Superiorum Ordinis detulerunt, ut famosam concionem reuocare, palinodiam cantare, & pœnam ob atrocissimæ iniuriaz noxam pendere eum iuberent. Ita factum: & punitus quidem ille fuit, sed non emendatus, neque ab inuidiâ discessit; quin ipsa pœna factus improbior, vindictam addere decreuit. Blosium enim & socios, quos palam laderet non Alia eis poterat, aut non audebat, persequi clanculum decreuit, & iniurias, quas nullas accepérat, vlciscendi furore inflammatus, nocte intempestâ tubos & canales Blosianæ domus perfringendos curauit: ut quos deinceps prohibebatur linguz petulantia lacessere, eos quoad posset rerum temporalium damna afficeret. Et hæc quidem pij Patris Blosij, qui similia machinamenta maligni dæmonis arte & instigatione fieri non ignorabat, animum à suscepso semel proposito, tantum absit ut deteruerint, ut potius ad speranda meliora existarint.

C A P V T XI.

Atho Lætias Imperatoris Caroli V. iussu revertitur, & de mitiori vita ratione suis præscribendâ cogitat.

34 EXULTABAT in spiritu Blosius, variis licet contradictionum procellis agitatus, quod aliquos saltem è suis haberet suæ voluntatis & consilij in hac viuendi rigidâ ratione, ex integræ Regulæ Benedictinæ præscripto, sectatores; & sperabat eorum numerum cum boni Dei auxilio paullatim auctum iri. Verum dum hæc in domo Atheni aguntur, & positis fundamentis eius disciplinæ, quam ibidem pius Abbas instituere cogitabat, iam in opus aliquousque progressus esset; Monachi qui in Lætensi monasterio remanerant, vel ed etiam tranquilliore tom Republicâ, & deferuente bellorum æstu, se suaque retulerant, veriti ne si diutius Athi Blosius subsisteret, suâ fortassis vecordiâ domus Lætensis in posterum fieret desertior, felicibus Abbatis sui auspiciis apertâ fronte obstiterunt. Positi namque inter duo extrema, hinc apud se Lætis disciplinæ solutæ laxam licentiam videbant, atque ex eo monasterij antiqui ruinam exitiumq; timebant; inde verò si Athi apud Abbatem suum tantum pondus strictioris vita, quantum ex illis principiis cōcicerat, in humeros attollerent; ob nimiam austerioritatem, perseuerandi desperationem præsigebant. Eam ob rem, medium consilium viamque quæsiuerunt, & inuenerunt. Persuppliç libellum à Cæsare impetraverunt, ut ad Lætensem habitationem ex Athesi perfugio Blosius cum suis postlimino redire iuberetur: promissione interim factâ, si de inchoata Athi disciplinæ rigore nonnihil remitteret, & ad moderatam aliquam viuendi normâ reducere velit, se in eius foce potestate; paratosque, ad legum suarum præscriptum in posteros usque durabile, vitam moreque componere.

35 Ad inexpectatum hoc Cæsarlis mandatum obstupescere Blosius, & nonnihil primùm commoueri, dolereque, si tam fausta melioris vita primordia tam citid in fumos & ventos abitent; paulisper deinde hære, nec satis secum ipse statuere, præstatimque angustum, quem iam cooperat, callem insistere; an verò, quod plures sibi ad eamdem vitæ societatem adiungeret, à seuiore instituto aliquantulum deflectere; neque enim

suorum iu-
betur à
Cæsare re-
dire La-
tias.

enim rationum argumenta & momenta deerant, quæ in utramque partem inclinarent. Re igitur & secum & cum Deo communicata, satius & è Dei honore magis fore tandem credidit, si & suorum qui Lætiis remanserant voto, & Imperatoris mandato (quod excutere difficulter poterat) morem gerens Atho Lætias cum suis reuertetur, facturus deinde quod optimum ad Dei gloriam & ad Fratrum suorum salutem iudicaret. Nihil autem alicuius momenti inchoare solebat, nihil mouere, nisi aduocata è cælo Dei Sapientiæ. Et quamvis id taceremus, pientissimæ tamen illæ & feruentissimæ orationes in hunc finem ab eo compositæ, quæ in libris Blosianis passim extant, abunde hoc testantur.

De reformatione mitiori Deum, & viros prudentes consilium.

Certò præterea sibi persuadebat verus humilitatis animator, humanam sapientiam pendere à diuinâ, & os Domini per os hominum loqui, & oracula pandere. Quocircane sua solius consilia secutus in hac vitæ mitioris introducendæ cogitatione id quod minus pium esset, eligeret, aut amissâ diuinæ prouidetâ Cynosurâ in brevia & syrtes abriperetur imprudens; diuinâ atque huinanâ prudentiâ, quasi duabus anchoris se se firmandum censuit, oratione, dico, & aliorum cōsilio; suoque Lætienses certos reddidit, quandoquidem eos, Deo auctore, laxiorem iam antiquæ licentia tramitem deserere paratos reperiret, se quoque procul dubio aliquid de inchoato illo severioris vitæ generi remissum, si viri graues, qui doctrinæ virtutisq; præstantiæ conspicui essent, & arcanorum Spiritus sancti mysteriorū periti, postquam ad eos de totâ re esset relatum, ita faciendum in Domino iudicarent. Hæc benigna pij Patris promissio Lætienses, anterioris illius vitæ rigore prius deterritos, vehementer recreauit.

C A P V T XII.

Sapientum virorum consilio, & aliarum Cōgregationum exemplo, moderatam viuendi rationem assumit.

Virorum sapientum consilio, Regula rigorem temperat.

36 **L**ætias ergo reuertitur Blosius: ac fusis primùm feruentissimis ad Deum precibus, cùm deinde super tanti ponderis negotio non paucos & doctrinâ & pietate insignes viros in consilium adhibuisset, atque ab eorum tandem suffragio retulisset, nullum violentum perpetuum esse, moderata plus in posterum firmitatis promittere, generosis animis non semper corporis vires respondere, adeoque videri maiorem suorum (quorum commodis & saluti maximè studere deberet) quam sui feruoris rationem habendam esse, aliaque ad moderationem persuadendam idoneam; hæc ita accepit vir in Dei placitum resignatus, atque si ab ipsomet Deo pronuntiata essent: & in eam tandem sententiam se deduci passus est, vt suum illud strictioris vitæ desiderium secundum exactum Regulæ Benedictinæ præscriptum, quo alioqui maximoperè tegebatur, carissimorum filiorum suorum in mediocria propenditum votis postponendum putaret. Neque enim timendum esse aliquod erroris periculum in disciplinæ mitioris proposito capeſſendo, quod sapientibus & piis viris approbantibus, imò & ipso Deo auctore suscepturn videretur.

Moderatus rigor durabilior.

37 Quo factum, vt præcipuum Regulæ S.P.N. Benedicti in corporis afflictione rigorem aliis relinques qui majori austoritati se pares crederent, moderatum ipse viuendi modum suis Lætiensibus præscriberet. Et verò non defuncta testimonia, quibus probemus non minorem hac in re apud homines laudé, quam meritum apud Deum, consecutum esse Blosium. Sunt enim qui meminerunt, eum à Reuerendissimis Episcopis aliquaque prudentibus viris collaudatum fuisse, quod alienæ prudentiæ magis quam suæ innitido, impetum spiritus sui, ad distictum disciplinæ rigorem impellentis, alieno consilio reuocari, & ad du-

rabilitatem temperatæ vitæ rationem reduci passus sit; Avct. remque eo consilio præstitissime cùm Deo ipsi magis MONA- honorificam, tum sibi suique magis salutarem, quod CHO BE- plus rationi quam feruori indulſiſſet. Porro non est nedicti no. necesse commemorare quam plurima exempla, tum eorum, qui cùm summum rigorem professi essent, moderationem aliquam adlibendam, communis Ordinis iudicio, ipsâ etiam approbante Sede Apostolicâ, censuerunt; tum eorum, qui ab ipso sui exordio moderatus vita institutum sibi, cum magnâ orbis Christiani approbatione, delegerunt. Sentiebant nimis præstare, vt aliquid potius imbecillitatì humanae concederetur, quam exiguo post tempore non sine suo dolore cernere plurimos, qui difficultate vieti labori succumberent: omnes enim rigida illa vita instituta suspicere & admirari, non multos suscipere; plures emulari, paucos imitari posse. Satius ergo esse eam viuendi normam proponere, cui nemo se subducere possit: cùm alioqui rigida & austera viuendi instituta, quando relaxari incipiunt, in dissolutionem non raro conuerrantur. Hæc Blosio mentem fuisse in suis Statutis condendis, nemo prudens dubitare poterit.

38 Ceterum Statuta hæc Blosiana, ac præclaram quæ ab iis existit in Lætiensi cœnobio disciplinam, tum alij dignitate & prudentiâ conspicui, tum præsertim Statuta Maximilianus à Bergis Illustrissimus Cameracensis Blosiana Archiepiscopus commendauit, Epistolâ hac triennio laudata ab ferè ab obitu Blosij scriptâ, post peractam eiusdem Archiep. Camera- censi.

Maximilianus à Bergis, Dei & Apostolicæ Se- dis gratiâ Archiepiscopus & Dux Cameracensis, Comes Cameracensis, Sacri Romani Imperij Prin- ceps, &c. Reuerendo in Christo Patri Dominó Abbatî, Priori, & reliquis Religiosis Lætiensis Mo- nasterij, nobis immediate subiecti, Ordinis S. Be- nedicti, Salutem in Domino. Quamquam compertū habeamus, disciplinam omnem monasticam iam dum apud vos in eum constitutam ordinem esse, la- bore, studio, & vigilantiâ felicis recordationis D. Lu- douici Blosij, ultimò defuncti Abbatis vestri cùm pri- mis religiosissimi atque deuotissimi, vt non immerito vestræ Congregationis bonus odor latè penetret, ac longè diffundatur, cùm propter prædicti Domini in- signem pietatem, tum verò etiam propter laudabilem eius imitationem, quam retinetis; vt isthinc etiam re- formandæ Religionis rationes sumplerint viri quam plurimi, iisque iudicio non vulgari; noluimus tamen, etiamsi nihil apud vos corrigendum arbitraremur, vi- sitationem facientes nostræ dicēcisis, vos prætergre- di; sed præsentem hacten opportunitatem, inter Abba- tiales Ecclesias hanc primum aggressi sumus, comple- tâ visitatione nostræ ciuitatis Cameracensis, vt ex illâ in alias aliquid reportemus melioris ordinis, institu- tionis, obseruationisque Monasticæ, vt benemeritis laudibus prosequamur virtutem vestram; vtque si non alia, saltem ea vobis tradamus obseruanda decreta, Pauli Apostoli exemplo, quæ in instituta atque ordinata sunt à Patribus. Deinde post pauca de Concilij Tri- dentini Decretis, quæ huc non pertinent, prosequitur: Monemus & obsecramus in Domino nostro Iesu Christo, vt quâ fieri potest diligenter aduigiletur ab omnibus, sed maximè à Superioribus, à quibus horum exigetur ratio, ne disciplina regularis ab illo suo lauda- bili gradu, vllâ ratione in vobis declinet aut deficiat; quæ vt hactenus seruata honori fuit & laudi. & cete- ra, quibus Lætienses ad Statutorum Blosianorum di- ligentem obseruantiam extimulat.

Auct.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI
NO.

C A P V T X I I I .

Præparandis suorum ad reformationem animis , à se conscriptum Speculum Monachorum sub Dacryani nomine legendum proponit.

39 *I*N eam igitur sententiam , piorum & eruditorum virorum consilio adductus Blosius , vt temperatum viuendi modum , telicō rigidiori , assumeret ; eam tandem , quam per nouem circiter primos Prælaturæ suæ annos regularis disciplinæ restorationem variè multumque apud se meditatus fuerat , totque lacrymis ac votis expetierat , aggressus est . Principiò vero illam viuendi rationem , quam animo iam conceperat , in aliquam formam & ordinem per Statuta scripto redigi oportere existimauit : tum vt res durabilior eset , tum vt maiori cum prudentia pondere ac iudicij maturitate conficeretur . In quod non minus præclarum quam laboriosum opus dum diligenter incumbit , prius tamen quam illa ipsa Statuta perficeret , aut suis Monachis obseruanda traderet ; salubri prorsus & sapienti consilio , Speculum Monachorum Dacryani , iam à se , Lætiensibus minime consciis , conscriptum , & eo ipso tempore opportune typis excusum , in loco , vt vocat , Capitulari quotidie prælegendum curauit . Quod quam prouidè ab eo excogitatum fuerit , rei exitus cōprobauit . In hoc enim suo Dacryano , neglectam tunc & penè collapsam in suo monasterio & alibi prisca ascenos disciplinam , multis deplorat pius Lacrymator . Illum certè quisquis diligenter euoluerit , clare velut in speculo Blosianæ mentis intuebitur , quam ardentibus vir ille desideriis astuaret regularis obseruantia , quā parte collapsa videri poterat , in pristinum vigorem restaurandæ .

40 *Q*uiam vero in isto Speculo , velut in reformationis præudio , præviā quodammodo languentiibus Fratrum suorum animis medicinam exhibebat ; scitè aque prudenter , vt facilius in eorum animos velut ignotus se ē insinuaret , sub alieno sed specioso Dacryani venerandæ quasi antiquitatis nomine , salutismonita propinauit . Hoc enim Religiosis viris non parum à prisca disciplinâ digressis propositum Opusculum , velut Speculum mentibus deturpati fuit , ex quo suos ipsas nāuos conspicerent , & conspectos mūdarent , & ægris velut antidotum , per quod restaurationis desiderio magis ac magis inardescerent , atque ad eam amplectendam efficaciū disponerentur . Hęc autem si suo nomine Lætiensibus legenda in regulari Capitulo præscripsisset , aut omnino ab illis neglecta fuissent , aut certe non ita profundè affectibus eorum insinuata adhæsissent . Ceterū si quis aureum illum libellum attētēt perlegerit , fateri cogetur , cælestibus omnino charismatibus affluere debuisse peccus illud , ex quo tanta deuotionis dulcedo profluebat . Siquidē quæ ibi de cuiusdam Fratris anonymi profectu humiliter , sed valde assueranter , mysticus iste Dacryanus narrat , de ipsomet Bloso accipienda esse , constans est Lætiensium assertio .

C A P V T X I V .

Confirmatum à Paulo III. temperatum viuendi modum quibus considerationibus induxit .

41 *S*ATIS superque iam Lætienses mentis suæ nāuos in illo Dacryani Speculo conspexerant , & ad eos mundanos apprimè ferebantur , cū Blosius in omnē mulga . suorum posteritatem conseruanda Statuta perpoluit , & diu cogitatæ atque in animo delineatæ restauratio- nis fundamenta iecit . Quæ deinde Religiosis suis vo-

lentibus ac clubētib⁹ (paucis admodūm , quibus ne- dum antiquæ consuetudines planè displicebant , ex- ceptis) anno Domini M DXXXIX . promulgavit , & ab il- lis per posteros in hanc usque diem (Dei gratiā iuuante , & Prælatorum vigilantiā) sanctissimè obseruanda curauit . Deinceps , cū per sex circiter annos magno spiritus gaudio ac fructu horum Statutorum obser- uantia apud Lætienses in mores inducta & recepta fuisset ; Paulus III. Pontifex Maximus nouum illum viuendi modum iuxta Regulam S. Benedicti per Sta- turā Blosiana temperatam , sexto Idus Aprilis , anno Confermā- quinto & quadragesimo post selsquimillesimum , per tur à Pau- Bullam ad hoc plenissimè datam & consignatam , A- lo III. apostolicæ Sedis auctoritate approbavit confirmatio- uitque .

42 Ceterū præter rationes iam antea allatas , qui- bus , vt Regulam S. Benedicti per Statuta sua tempe- raret , adductus fuit Blosius , considerationes ei aliæ nō defuēre . Animaduertebat enim vir diuinus , formam illam Statutorum ad maiorem Dei gloriam & vbe- riorem Lætiensium utilitatem fore , quæ , remisso non nihil externo Regulæ Benedictinæ rigore , illis olim temporibus & regionibus percommodo , ita tempe- ratebat in externis potissimum laboribus , vt cū non abhorret à communibus pietatis exercitiis , ob accommodam illam rigoris moderationem durabilior eset , nec dispensationibus quærendis obnoxia . Imò quid plus animo excolendo , quam corpori frangendo , operæ ponere ; ed etiam accuratam in celebrandis diuinis Officiis diligentiam , tantoperè à S.P.N.Benedi- cto commendatam , & ab ipso Bloso Lætiensibus præceptam (cū veluti anima Religionis sit) minùs aut impedit aut retardaret . Has autem pias considera- tiones pro temperatæ reformationis formâ & utili- tate habuisse Blosum , nulli poterit esse dubium , qui ipsummet pro se loquentem audire voluerit . Illas enim vtr à Spiritu sancto acceperat , ita & in schedam manu suā prudenter retulit . Audiat ergo eum benignus Le- tor , & pro se modestè , & pro suorum Statutorum in- troductione neuosè differentem in hunc modum :

43 *Q*uam facilis & à rigidâ austerritate alienus sit noster viuendi modus , patet ex Statutis nostris , & ex Bullâ Pauli Papæ III. qui eumdem viuendi modum ex Rationem sua miti- gatione reddit . certa scientiâ approbavit confirmauitque . Hęc autem viuendi ratio , & mitissima reformatio , idèc itis tem- poribus recepta atque introducta est , vt transgressio- nes melius vitentur , & Religionis integritas maiori cum promptitudine animi ab omnibus Fratribus ser- uetur , commodiisque perduret ; dum scilicet necesse non est aperire ianuam crebris relaxationibus , & de- clinare ab institutis suscep̄tis . Sanè qui à Deo trahuntur , & quibus Deus dat fortitudinem , possunt conve- nienter apud nos moderatam austerritatem amplecti , & abstinentiam sectari : velut si quis , dum Fratres bis in die reficiunt , parcè admodūm ad honorem Dei cœ- net ; aut alioqui à multis , quæ sensualitas inordinatè appetit , abstineat , & exercitia aliquantulū rigida propter Deum assumat . Qui inter nos inuenit se alacri- rem ad seruendum Deo , dum manducat , potest con- tinenter manducare , si ex Instituto manducare licet . Rursum qui inuenit se paratiorem ad spiritualia dum non manducat , potest non manducare . Siue illud , siue istud fiat , si purè ad honorem Dei fit , Deo gratum est . Igitur cœnobiticus noster viuendi modus non idcirco contemni debet , quid sit mitis ac facilis ; maximè cū vera sanctitas & perfectio non propriè consistat in Non in magnâ vita austerritate , sed in verâ mortificatione & austerritate , resignatione sui , in verâ humilitate & caritate , cordis- fatio . Alias beatissima Virgo Maria Mater Dei non fuisset perfecta , quæ nūquam legitur tenuisse exterius singularem vitam austerritatem , sicut S. Ioannes Baptista tenuit . Profectò , qui pia corda habent , & pro suā salute attenti diligenterque esse volunt , possunt et- iam

iam apud nos commodissimè proficere in sanctis virtutibus, & placere Deo : vbi scilicet innumeris malorum occasionibus præcis, deuotissimæ lectiones quotidianie recitantur. Nam qui gerunt corda sæcularia, dura, superba, ac peruersa, vbiique occasionibus benè vivendi abutuntur; & siue in miti, siue in severo sint Ordine, salutem suam miserè negligunt, &c.

Vetat quidquam in Statuto miscari.

44 Haec tenus pro se & pro suis Statutis Blosius. Vbi obseruandum est, alia ibidem additæ Blosio, quibus vetat, & quidem grauissimis verbis, ne quisquam successorum, per quamcumque speciem aut caussam, in istâ, quam tradidit, vîte ratione quidquam immuret, eò quod crederet nihil in eâ inueniri adeò difficile, quod vel delicatissimus quisque obire non posset. Producit deinde insignè religiosæ vitæ pædagogum Florentium Carthulianum (qui aureos libellos de Institutione vitæ Christianæ scripsit) ex quo pauca iam dictis suis considerationibus planè conformia desumit, quibus & eamdem schedam suam obsignat. Vnde (inquit in eâdem schedâ Blosius) in 28. Cap. 4. lib. Institutionis vitæ Christianæ legimus hæc verba:

Florentii Carthusiani indicium de moderatione rigore.

45 Pro certo habeas, statum tuum, in quacumque Religiosâ ac laudabili societate approbati Canonis positus sis (vbi tria Religiosis vota substantialia, pura Obedientia, Castitatis, & Paupertatis seruatur) æquæ à Deo institutum, Deoque gratum esse, vt quemlibet alium Ordinem monasticum, quantumvis ille seuerior ac perfectior habeatur; poterisque in eo non minùs placitam, aut fortasse gratiorem Deo vitam viuere, quam in alio multò asperiori: atque ita ex consequenti, poteris etiam maiorem (si tamen ipse voles) parare tibi cumulum meritorum vitæque perfectione, quam aliis in quamlibet rigido vîte instituto. Fieri planè potest, vti & fit, vt in remissiore aliquo vitæ monasticæ genere & Ordine homines interim sanctiores perficitoresq; inueniantur, quam in sublimi ac valde aspero.

Tutius ali quando videtur in miriori Or dine quam severo.

46 Et 24. capite eiusdem libri (prosequitur Blosius) verba ista habentur: Tibi persuadeas, cunctos Ordines monasticos non nisi vnum esse Ordinem, quod ad scopum, essentiam, & rem ipsam attinet; quandoquidem omnes ex Deo profecti sunt, atque ad exemplum Vitæ Christi & Discipolorum eius instituti accommodati. Dubium non est, quin ex Dei gratiâ, in mitiori vitæ monasticæ genere, non modò æquæ perfectæ & sanctæ obsequi & placere Deo queas, quam in alio aspero valde; verum etiam gratiorem (li velis) Deo impendere famulatum, & sanctior perfectiorque fieri, ac maiora tibi merita conflare possis. Et reuerâ (quam hisce temporibus humanae vt plurimam naturæ debilitas est) tutius fortasse fuerit, in mitiori viuere Ordine, quam plus satis severo ac intolerabili. Et concludit Blosius: Hæc ibi. Quæ quidem (inquit) verba, cùm à vîto illuminatissimo Deoque coniunctissimo scripta sint (vt prudenti Lectori clarissimè liquet) noti debent ab aliquo paruipendi.

Regula S. Pachomij valde moderata.

47 Habet igitur, benigne Lector, pias pij Blosij considerationes, in quibus non modò posterioris ævi viros asceticâ pietate illustres (ex quibus ille Florétius tam eleganter pro Blosianâ moderatione locutus est) auëtores fautoresque habuit, sed etiam priscorum exempla ac monita fecutus est. Namque a S. Pachomio

leuiora verò infirmioribus & abstinentibus imponas. *Avctoris* Cùm verò de numero duodenario diurnarū, vesper- *Mona-* *cho Be-* *NEDICTI-* *no.* tinarum, nocturnarumque orationum, tamquam per exiguo & facilí nimirū ac molli leuique onere Tabernaculis suis imposito, apud Angelum dictatorē suum, feruēs magnis ardoribus, queri videtur Pachomius; ita respondit Angelus, vt videatur pro Blosianis Statutis præfari: Has constitu i, inquit, quas possent infirmiores absque labore perficere. Ceterū qui perfecti sunt, hac lege non indigent. Apud se namque in propriis constituti cellulis orare non desinunt, qui puritate mentis & diuinâ contemplatione pascuntur. Quid conformius aut accommodatius cælestis ille genius ad Blosianæ mentis considerationes effari potuisse?

a De S. Pachomio, eiusq; regulâ, agemus xiv. Maij.

C A P V T X V.

Exemplo suis prælucet.

48 *V*o d Timotheo suo, ceterisque Præsidibus animarum ac Pastoribus inculcat Apostolus, vti inter oues suas non annorum multitudine, sed virtutum magnitudine commendari studeant, id à Blosio, canitie potius morum quam annorum venerando, obseruarum in istâ suâ vitæ monastica restauratione animaduertimus. Exemplum esto fidelium in verbo, in 1. Tim. 4. conuersatione, in caritate, in fide, in castitate. Proinde ^{12.} exemplum vitæ doctrinæ verbo addidit; breuissimum iter ad perfectionem discipulorum existimans, si præaret vita docens. Quoniam illa demum eloquentia consensum extorquet auditoribus, vbi manus Oratoris à lingua non discrepat. Nihil autem Blosius omnino dicendo docendoque monstrauit, cuius ipse in moribus suis ac vitâ non expresserit viuum exemplar. *Quod pre-scribit,* Ne-*Blosius.* que enim (quod de sanctissimo Patriarchâ nostro Benedicto Magnus affirmabat Gregorius) potuit aliter Li. 2. Dia-docere quâ vixit. Igitur in primis sicut aquila prouo-*log. c. 36.* cans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, ad cælum solemque ascendere, & alas ad volatum sublimiorem cōcitere exemplo suo docet; ita Blosius dum ad cælestem vitam filios suos subleuari vehementer exoptat, ad delicias diuinæ in spiritualibus exercitationibus captadas, & ad vires animi pro futurâ restauratione colligendas, prior ipse in sublime conspicuo virtutum omnium prouolauit exemplo. Nempe boni Pastoris instar, non pedo tantum oues suas & potestate virgebat, sed pedibus & exemplo præbat, quibus præserat. Statuta vniuersim sua rigidissimè ante alios *Ad omnes* ipse obseruabat: ad Officia diuina, ad communem re-communes fectionem, ad omnem denique solemnem Conuentus *actiones* primus. actionem, non tam accedebat quam præcedebat, quam per occupationes, ægritudines, hospitiumve illistrorum interpellationes, licebat. Eiusdem virtutis fuit, obitis maturâ iam ætate S. Ignatij Fundatoris Societatis Iesu spiritualibus exercitiis, suos ad terum diuinorum amorem, eademque pietatis munera frequentanda, exemplo prouocasse; vt latius Cap. xvii. commemorabitur.

49 Ea verò consuetudo Blosij Abbatis ad Statutum obseruationem præundi suis, ad posteros ab eo *Successores* ducta in hanc vsque diem manauit. Vt enim in Blosio, *eum imita-* mos intuluit in successoribus, exemplo subditos ad tati. Religiosæ vitæ studium animandi. Neque lucerna hæc Blosianæ reformationis super candelabrum posita, Lætiensibus tantum & domesticis, sed externis etiam ac remotioribus præluxit. Voluit enim gloriosæ memorie Carolus V. Cæsar Maximus iuxta ac Pientissimus, Blosij præ ceteris operâ vti in reformatiis non nullis per Belgium Ordinis nostri Monasteris; in quibus optimo successu, quam prudentiâ, quam morum suavitate, quam salutaribus monitis, Regularis disciplinæ obseruantiam restituit Blosius.

C A P V T

Auct.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.

C A P V T XVI.

Sacræ Lectionis frequentatio.

50 AD pietatem animis inferendam, nutriendam, augendam, duas res maximi momenti esse censebat Blosius, Lectionē videlicet spiritualium librorū, quā Deus nobis loquitur, & Orationē, quā nos Deo familiari sermone coniungimur. In lectione principē locum dabant Scripturis sacris, quod passim eius monumenta testantur, ut illud D. Hieronymi de Nepotiano elogium nō minus verē de Blosio usurpari possit, quod lectione assiduā & meditatione diuturnā peretus suum bibliothecam fecerat Christi. Scripturis succedebat assidua sanctorum Patrum lectio, Gregorij præsertim & Augustini. Neque minus ei familiares erant illi Theologia mysticæ coryphaei, Thaurens, Suso, Rusbrochius, ut qui quis vel leuissimè versatus in Blosio facile videt. Denique suauissimè sapientiae ei cælestes illæ deliciae, quibus sanctarum quarundam mulierum Opera perfusa sunt: Gertrudis in primis, & Catharinæ Senenlis, & Mechtildis & Birgittæ. In quibus euolendis tanta fuit eius & tam aida diligentia, ut de eo Tilmannus Bredenbachius S. Theologiæ Doct̄or in Epistolâ nuncupatoriâ ad Insinuationes diuinæ pietatis S. Gertrudis à se editas anno M D LXXXIX. ita scribat: Vnde & factum, quod doctissimus & piensissimus Abbas Ludouicus Blosius, mihi olim familiariter notus, duodecies in anno libros hosce æstuansfimo affectu euoluerit, sicut ex intimi cuiusdam eius relatione cognoui. Idem testatur vir religiosissimus Ioannes de Castañiza Ordinis nostri in Hispaniis Abbas in suo ad eisdem Reuelationes Prologo.

51 Quām verò Lectionem spiritualem ipse crebrò & iucundè usurpabat, Lætiensibus suis serid commendauit; & præter priuatam pro cuiusque pio affectu usurpari solitam, tribus maximè temporibus frequentandam publice, & suis præcepit, & ipse accuratè obseruanit. Primo, ut ad mensam toto tempore quo Religiōis corpus cibo reficiunt, spirituale Lectionis alimento animæ præbeatur. Quam publicam Lectionem tanti faciebat, ut illius gratiā, quantum per hospites licebat, refectorio communī maximè recrearetur. Quoties enim ea nō erat hospitum dignitas, aut cogitationis affinitas, ut ipse cum iis accumbere cogereatur; illos Oecono Religioso humaniter ac perbeniuolè tractandos commendabat, ipse verò ad desiderata Religiōis mens lectionem sese conferebat. Quamquam & ad hospitale Abbatis mensam, ex deuoto & ad captum hospitum utili nec iniucundo libello, per certum aliquod spatiū, legi iubebat. Sed illam videlicet Conuentualem (quam vocant) Lectionem, ut sibi magis propriam, audiūs appetebat. Secundò, ut priusquam à meridi in commune colloquium ad honestam animi relaxationem Religiōis prodeant; ad locum Capitularem conuocatis per semihotam deuoti & spiritualis Auctoris liber prælegatur, vnde hauriant quod mox in sanctis & religiosis inter se sermonibus effundere possint. Tertiò denique, ut per quartam horæ partem omnibus ad Oratorium convenientibus, antequam Completorium inchoetur, in fine diei pia ac deuota de vita & collationibus Sanctorum lectio præmittatur.

52 Pro quā spirituali lecturā ad vsum fructumque pietatis adsciscendā facit, quod Blosius mandauit, ne in communi aut priuatâ bibliothecâ fas sit librum vulum reperiri, à quo Fratrum sincera pietas possit ad noxiā aliquam aut fœcularem vanamque curiositatem detorqueri. Illud etiam cauit, ne in Lectione spirituali fucata verborum vanitas, sed solida animi pietas queratur; idque aureis hisce verbis commonefecit: Porro ipsos Fratres monemus, ne verborum ele-

gantiam in negotio spirituali intempestiuè requirant: non quod damnemus sermonis ornatū, sed quod improbemus monachorum quorundam peruersum iudicium, quibus nihil sapit, nihil arridet, nisi quod eleganter dictum est. Et mox cùm docuisset, per Scripturas verbis simplices, & doctrinas humiles, internæ vitæ profectum acquirendum; ista subdit: Ab eis tantò longius Spiritus sanctus recedit, quantò ipsi ab innocentia simplicitate veraque humilitate magis sunt alieni. Oportet verum monachum sic esse affectum, ut nihil scire desideret, nihil se scire existimet, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quod si alia scire desiderat & laborat, ad hoc tantum desiderare debet, ut in scientiâ Iesu Christi sanctâque pietate magis proficiat.

C A P V T X V I I .

Oratio, & ex eâ profecti Ascetici libelli.

53 Post sacram Lectionem, altera est pietatis nutritrix, deuota Oratio. Veramque Blosius ardenter oratione amauit, veramque dulcissimo affectu complexus est: quem vel idē beatum Abbatem nominare possumus, quæ atque ipse beatos Monachos appellat, quilemoni & orationi dediti sunt, suis illis Statutorum verbis: Beati sunt Monachi illi, qui in sacrâ lectionis & piarum precum exercitiis sanctas suas recreations & delicias constituant, eoquæ pacto suum solantur exilium, quoisque hinc euocati percipient ea quæ Deus illic præparauit diligentibus fe.

54 Beatissimus sane suo ipsius calculo renuntiatur illius fratris, qui in sacrâ lectione & piis precibus sanctas dimittit. suas recreations & delicias constituebat. Ad Iesum dilectum votorum suorum facilissime & libentissime longo pietatis vnu à quibusuis occupationibus subito se reuocabat, & cum eo in suauissimis complexibus deliciabatur. Hic ardebat, hic astuabat, hic se recreabat: hinc & suasiulatorias orationes, & libellos pios, internæ fornacis velut scintillas, emittebat. In oculis enim & manibus omnium sunt eulgati ab ipso libelli: quorum nonnullos appello, qui id luculentè testantur. Quid enim est aliud vox Graeca Psychagogia, quam Animæ recreatio? quæ meritis deliciis ex cælestis paradisi gaudiorum contemplatione animam perfundit. Ut verò perspicuè videamus, non alter Blosium iucundissima perpolienda pietatis ornamenta accepisse, quam puerilam vanitatis instrumenta; intrandum est in Conclave animæ fidelis, vbi & Speculum inuenies, & Monile, & Coronâ, & Scrinium, & Cimeliarchium, seu Ornamentorum arculum, ut nihil ad ornanda animæ apparatum desiderare possis.

55 In illâ classe deliciorum libellorum etiam ponendum est Sacellum animæ fidelis, in quo modi viae que omnes aperiuntur ad ineundam cum Deo amoris familiaritatē; cuius in titulo illud legitur elogium: Hiclibellus res pretiosas ingentemque thesaurum continet. Margaritum etiam spirituale, ne animæ sui yno- tates defint: quod ex piis considerationibus vitæ & mortis Domini nostri Iesu Christi velut gemmæ catenâ contextum est: in cuius Praefatione ita exclamat: Beata prorsus anima illa, quæ amabilem vitam & passionem dilecti Iesu Christi, tamquam pretiosum margaritum, in Scrinio memorie sue semper reconditam habet, & vbiq; secum circumferit. Dici non potest, quātum utilitatis adserat deuota & frequens meditatio, vel lectio vitæ Domini Iesu. Medulla denique Psalmiæ sacræ, quam Doxologii Davidicorum verborum propè ducentis producit, hoc præfixo titulo: Medulla Psalmiæ sacræ, cuius singula verba gemmis pretiosiora, & nectare suauiora, piam sanctamque animam mitificè exhilarabunt. Actum agerem, si ex libris piensissimis, ex quibus orbis terrarum Blosianam exsuxit pietatem, docere vellem, quo in pretio, quibus ipse in deli-

Libros va-
nos &
en-
rionos suis
prohibet.

delicis Asceticos prelatoriosque, pietati promouēdā feliciter accommodatos, libellos habuerit. Fuit omnino Blofius, vt in reliquā omni vitā, sic in excolandā pietate atque conscientiā curandā, & dulcissimā tranquillitatis & tranquillissimā dulcedinis amantissimus. Percurrat, qui id videre voler, Psychagogiam, & Consolationem pusillanimum. Hæc sunt duo velut vbera magnæ matris & nutricis omnium Misericordiæ Dei, quæ filiolos suos laetat dulcissimā spem remissorum in hac vitā peccatorum, tum possidendorum in alterā præmiorum. Ex quibus duobus veluti fontibus, anima pia Blofij cælestis gaudij copiā cum altissimā & suauissimā conscientiā pace redundabat.

56 Porrò quantā Blofius diligentia, quanto fructu in illis suis asceticis exercitamentis versatus sit, & quasi voluntatus, non est necesse aliunde discere: ipse de se nihil minus cogitans testimonium dicit, dum velut de alio Fratre sibi noto, reuerat autem de seipso (quæ antequa Lætiensium traditio est, & prudens Lector facile coniiciet) refert in Speculo Monachorum, benè notum sibi Fratrem, suauissimis adspirationibus & ejaculatoriis precibus, ad omnem rerum, temporum, negotiorumque opportunitatem, cum Christo Domino deliciantem; & mox subdit: Satis autē scio, quia idem ipse Frater ex continuatâ frequentiâ huiusmodi sanctæ ascœtos grandem consolationem & eximum laboris fructum consecutus est. Similia habet de noto sibi Fratre in conclusione Enchiridij primæ editionis, quæ deinde sequentibus editionibus sustulit; veritus nempe, ne nimium ipse se proderet. Affirmat eo loco, quod nouerit quemdam pietatis cultorem, qui duas precatiunculas, ibi præcedentes, & omnes ferè eas quæ in eodem Enchiridio collocatae sunt, quotidie (si non impediatur) ore proferendo, vel mente ruminando, studiosè complebat, ipsa que memoriter tenebat, vt temporis ac loci opportunitate habitâ posset diu suauiterque citra libri adminiculum rebus diuinis animum intendere.

57 Ex illâ purâ mente, conuersationem continuam in cælis habente, prorumpabant subinde per diem illæ voices, quas ibidem Blofius illi Fratri sibi noto adscribit: O Domine Deus meus! ô Creator & Redemptor meus! ô spes mea, & refugium meum! ô dulcedo cordis mei, & vita animæ meæ! ô salus mea & summum atque unicum bonum meum! quando immaculatus ero coram te? quando ardenter diligam te? miserere mei, &c. Denique ait Blofius de illo Fratre, id est, de seipso, ut meritò interpretarum: Etiam totam vitam suam iuxta præcepta Epistolæ editæ sub nomine D. Dacryani Abbatis in supradicto Enchiridio positæ diligenter instituere nitebatur. Ex quibus exercitiis se plurimùm in spiritu profecisse afferebat, immensas benignissimæ Dei liberalitatibz gratias agens.

58 Tam profundus Asceta non poterat esse etiam Deiparæ Virginis non eximius cultor: de quâ veritate si quis ambigat, consulat Endologias eius affectu in Virginem Matrem & amore plenissimas.

59 Neque in uno Blofio omnis hæc stetit pietas: voluit benignus Pater id bonum filii suis esse communne. Quos vt penitiū in cellam vinariam, id est, in Orationis secreta pelliceret, hoc insigni stratagemate pleno prudentia atque humilitatis vñus est. Eminebat per id tempus in hoc spiritualis exercitationis magisterio S. Ignatius Loyola Societas Iesu fundator, & post eum, ex eius disciplinâ Socij, & qui nuper in Belgio venerant; nec ita multò post, admittente cum aliis viris Principibus Blofio, Diplomate Regio admissi sunt. Apud hos humili Abbas, post exactos in Prælaturâ annos viginti, Louanij se abdidit, vt inter primos spiritualibus exercitationibus excoletur. Testantur id Annales Societas ad annum Domini MDLXXI. cum hac honorificâ Blofij mentione: Inter certos qui se Louanij ad Societas orandi commentandique disci-

plinam salutariter exercuerunt, primas tulit Ludouï. Avcr. cus Blofius Abbas Lætiensis, vir suis scriptis ac monu- M O N A-
mentis, nec minus virtutum memoriâ nobilis. Non C H O B E-
egebat tum quidem illo Blofius, licet efficacissimo ad N E D I C T I-
pietatem excitamento; tamen & sibi profuit, & verò NO.
suos (quod maximè volebat) exemplo traxit.

60 Ita Blofij factum interpretatus est R. P. Quintinus Charlart Belga, Romæ S. Theologiae Professor, vnu de primis Societas Iesu Patribus, qui in Belgium Laudata ex Italâ missi sunt. Is super hæc re ita Româ scribit ad eius hac in Abbatem Blofium XXII. Octob. MDLIII. Reuerende re humili-
tus in Christo Pater, audiueram quidem vestram Paternitatem Louanium venisse non ita dudum pro facien-
dis exercitiis nostræ Societatis: sed vbi ad nos perue-
nerunt D. Ioannes Boucquiau & Iacobus vester quoniam fidelis in Domino seruus, tē ita se habere ab ipsis
accipiens, non potui non cōgratulari in Domino V. P.
quæ tantum se demittere voluerit, vt Societatis nostræ
tirocinium subire & experiri non sit dignata; non
tam pro se, fat scio, quām vt alios tali suo exemplo ad
id aliceret & prouocaret. Quod sanè vittutis, carita-
tis inquam eximiae opus, quantis efferam laudibus ne-
scio. Proinde tacere, & illud sedulò mirari magis ex-
pedit, quām hisce chartis illud non ad viuū depingere.

61 Extat ipsius Blofij Epistola ad R. P. Adrianum Adriani Societas Iesu Lætiis anno MDL. scripta, eius & pietatis index certissima, & sacrarum meditationū Lætiensibus ab Vrsmaro Goiffono Bellomontano, eiusdem Societas Presbytero, traditarum testis. Ea sic habet: IESVS. Gratiam habeo, Domine mi, Ca- Exercitiat
ritati vestre, quod me dignata sit commendare preci- tradita
bus Institutoris & Superioris vestri. Hoc mihi opta- Latii in-
tissimum & ingens beneficium est. Spero enim, Do- nioribus.
minus Deum, propter illum, & vestras orationes,
mihi propitium futurum. Puto D. Vrsmarum vobis
per litteras indicasse, exercitia quædam tradita esse no-
stris iuuenibus. Vrnam hoc factum fuisset ante annos
xx! ita enim cum senioribus mulcè melius fortè age-
retur. Laudamus benignissimum Deum, qui per vos
istam rationem nos docuit. Ex eâ & ipsius Dei honor
& salus animarum, vti confido, confequeretur. D. Vrsmar
modò abest à monasterio, redditurus ante qua-
tuor dies. Benè valete in Domino Iesu. Lætiis, postridie
Animarum. Fuere verò his exercitiis ad ardentio-
rem pietatem exulti, præter ipsum Blofium, Monachi
omnino decem; vt ex schediasmatis, quæ etiamnum
Lætiis assuerantur, videre licet.

62 Neque ita priuatis precibus ac meditationibus deditus erat Blofius, vt noneodem animi ardore di- uinum Officium, quod à Communitate ex Regulæ Blofius
Benedictinæ præscripto publicè peragitur, assidue fre- semper in-
quentaret. Constat ex seniorum relatione, eum diuinis tererat
Officiis sacrificiisque publicè obeundis præsentem se officio di-
semper stitisse, & pensum sacram vnâ cum monachis
perfoluisse. Quod Parentis optimi apud successores
Abbes haecenus exemplum valuit, vt religioni sibi
ducant, si diuinis laudibus cum ceteris non interfue-
rint. Affirmabat, tametsi grauissimis Reipublicæ ne- Ideò inui-
cessariisque causis, vel Principum mandato à mona- tus aberat
sterio abiret, tamen ægerrimè ferre se, quod tantisper, à monaste-
rium abesser, dulcissimis illis deliciis, quibus in cōmu-
ni Fratrum psalmodiâ perfruebatur, priuari cogeretur.

63 Ceterum in precationum meditationumque exercitio minus amabat vehemētes impetus, aut erup-
tentem foras deuotionem: malebat (quantum id in Eius sua-
eiū situm erat potestate) suauiter & sine strepitu li- uis deno-
quefieri. Hinc, siue diuinum Missæ sacrificium cele-
braret ipse, siue Sacerdoti celebranti adeset, mode-
stia corporis ad venerationem compositi, dulci tran-
quillitate, clausis oculorum fenestris, quasi Deum in-
tus alloqueretur, sensim sine sensu mente eleuabatur.
Qui coram obseruarant seniores, Angelo quām ho-
mini similiorem prædicabant.

a Venire

*Affidū per
inculato-
rias cum
Christo de-
liciatur.*

*Omnes
preces En-
chiridijs
quotidie
recitas.*

*Pia eius
voces:*

*Vita iu-
xta Epi-
stolam 12.
documen-
torum.
Erga D.
Virginem
piejus.*

*Exercitio
S. Ignatij
ab eo obita.*

Auct. a Venere primū Religiosi Societatis Iesu in Belgicā an. MDXLIII.
MONA- quo tempore Martinus Roffemius Ansuerpiam Louaniūm̄ fruſtrā
CHO BE- obſedit; ut tantifex Bruxellis ſubfiftere coacti ſint, dum à Louaniō
NEDICTI- caſtra hoſtu mouiſſet.

NO.

C A P V T X V I I I .

Exhortationes Lætienſibus datæ.

64 **R A C V L V M** est Diui Pauli Timotheum alloquentis, quem ad procurandam gregis ſibi crediti ſalutem armabat & animabat: Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Hoc Blosius velut ſibi datum monitum audiē arripiuit. Totus enim lectioni, exhortationi, doctrinæque deditus, animos Lætienſium filiorum ad omneſ pietatem ſuauiter induxit, legendo, hortando, docendo. Optandum quidem eſter posteritati, vti Blosianis illis, vt amore ardentissimis, ita dulcedine fluentiſsimis, viuæ vocis exhortationibus, quibus ille ſuos ad complectendam arcteque stringendam religioſa disciplina obſeruantiam incitabat, frui perpetuo liceret: ſed quoniam id fas non eſt ſperare, nunc illud faltem agendum, vt in piam gratiamque memoriam reuocentur identidem, que calamo Blosiano expreſſa viuunt adhuc, & in animis Lætienſium filiorum magno fructu hortando docendoque paternā voce clamat. Nonnullæ ab eo traditæ ac litteris mandatae Exhortationes haſtenus in abdito Lætienſis monasterij receſſu latuerunt: nunc tres ex iis, que violentâ quadam Suadâ omnes omnino Religioſos pertrahere poſſent ad ardens perfeccio- nis ſtudium, in publicam lucem producentur. Publīcandi conſilium fuit, tum vt vita Blosij ſic euaderet illuſtrior, tum vt bono animarum publicè consulere- tur, tum denique vt ſtudioſus huius Aſceticæ à Blosio introductæ restaurationis obſeruator intelligeret, quāto adiumento fuerit in animis Lætienſium Spiritus ſancti in Blosio loquentis impulſus, ad arripiendam audiē & ſtrictè complectendam nouam viuendi ſub Blosianis Statutis formulam. Harum Exhortationum prima eit dulciſſimus ille Statutorum Prologus, in quo brachiis quibusdam inflammatæ caritatis venientes ad monaſtiken tirones ſuauiſſimus Pater amplexatur, dicens:

1. Exhortatio, Prologo Beati, quibus Iesu interiū loquitur, dicens: Venite ſorūm in deſertum locum. Beati, inquam, quos Dominus ex mari magno & ſpatioso, ex innu- meris periculis huius ſeculi, ad portum Monaſticæ cōuerſationis transfert: vbi vita verè quieta & ſecura agi- tur: vbi tranquillitas, pax, & gaudium ſpiritus abun- dat: vbi ſine curâ & occupatione rerum tranſeuntium homines ſancti die noſtūque Regi ſeculorum liberè famulantur. Quorum videlicet vniqa ſollicitudo eft, vt per inuiſtum obedientia propositum, per oratio- num iucundam affiditatem, per lectionis ſacræ mel- lifluia exercitia, per lacrymarum ſanctorum dulcia ba- ptismata, ipſi ſummo Deo placeant. In congregatiōne monachorum regulariter viuentium omnia plena pie- tate, omnia plena ſuauitate. Hic fragrantia omnigenarū virtutum gratiōe ſpirat: hic roſæ caritatis igneo rubore flammescunt: hic lilia caſtitatis niueo candore ſplendescunt: hic violæ humilitatis imis florentes locis, etiam cœlos ipſos iætificant. Nusquam hic tumultus, nuſquam confuſio locum habet: vociferationes & li- tigia procul hinc exulant, vbi que grata quies & amica ſolitudo. Hic fortissimi athleræ in arenâ ſpiritualis cō- flictus inuiſibiles hostes quotidie ſuperant, & ſeipſos vincunt. Ad quod nimirum beatum ſpectaculum An- geli promptiſſime aduolantes, Christi milites mirificè conforfant: fitque, vt ipſi Angelis in cælo habitantes, cum hominibus in terris, & homines in terrâ degentes, cum Angelis in cælis, mutuâ familiaritate verſentur. Beati itaque ſunt, qui tempeſtatibus mundi ſuperat, in tutum amœnumque portum ſancta Religionis ſe

Felicitas
religioſe
ſtatutus.

recipiunt, vt ibi reliquum vitæ ſuæ in ſeruicio Dei cum gaudio transigentes, inæstimabile præmium regni ca- leftis aliquando percipient, & ſine fine laetentur.

66 Post dulcem illum Prologum, Exhortationum **2. Exhor-**
altera Græco nomine & titulo inſignita ὁγογραφία, ratio ὁγο-
Latinè Præcognitio, ideò ſic dicta, quia tirones, qui in ὁγογραφίᾳ
cōſortium monaſterij Lætienſis inſcribendi inuesti-
diique accedunt, in ipſo aditu, priuſquam vel ad habitū
ipſum monaſticum admittantur, veluti in quodam
gymnaſij præludio ac rudimento, ſerid instrui, quaſi-
que præmoneri ſolent, ac plenā notitiā ebrum antē in-
formari, que in monaſticā deinceps exercitatione age-
re ac pati eos oportebit. Sic autem orditur: Quando
ad nos aliquis venit, vt in militiam Christi aſſumptus,
monaſticæ conuersionis habitum ſuiciat, etiamſi
ſenior, eruditus, nobilis, aut alioqui in aliquā dignitate
conſtitutus ſit, antequā inuestiatur, iſta ſcriptura
Prognoristica de verbo ad verbum ei tradatur:

67 Carifſime, ſi in ſocietatem noſtram aſſumi, &
nobis cum in monaſterio viuere, Chriſtoque Domino
ſeruire diſideras, oportet in primis, vt opere cōpleas,
quod dicit Saluator: Qui vult venire poſt me, abneget **Luc. 9.23**
ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & fequa-
tur me. Si igitur paratus eſt propter Deum omnia di-
mittere, & teipſum verè abnegare; ſi paratus eſt penitū **Incommo-**
da in Reli-
relinquere tuas voluntates, & frangere, quantum in te **gione, iuſti-**
est, tuas viuofias inclinationes ac paſſiones; ſi paratus **nenda.**

es viriliter abrenuntiare omnibus ſeculi pompis, vo-
luptatibus & illecebris; ſi paratus eſt cum Dei adiuto-
rio relinquare omnem ſuperbiæ fastum, & quælibet
humilia ſimpliciaque amplecti; ſi paratus eſt propter
amorem Christi ſuſtinere increpationes, iniurias, ten-
tationes, variāque corporis & cordis molestias atque
preſſuras; ſi, inquam, paratum te ſentis ad omnia hu-
iūmodi complenda & toleranda, ſecuras monaſti-
cam conuersionem aſſumere potes, confidens de be-
nigniſtimā Dei miſericordiā: alioquin, ſi non es para-
tus ad omnīmodam tui derelictionem, non expedit vt
Religionem irreligioſe ingrediaris. **a** In monaſterio,
non tuo ſed alieno arbitrio viuere, & in omnibus hu-
miliem obedientiam exhibere debebis. Quando ali-
quid tibi präcipietur ſecundūm Deum, & ſancta Re-
ligionis conuenientiam, oportebit vt illud ſine con-
tradicione aut murmuſ perficias. Quando optabis **Perſecta**
obedientia. **b** quieſcere, forte fatigaberis laboribus: quando ad sub-
limia te p̄parabis, forte deticeris ad infima: breui-
ter, quando hoc vel illud facere volueris, forte dicetur
tibi vt aliud facias; & in omnibus adniti debebis, vt
promptiſſime ſequaris voluntatem präcipientis. Ne-
que aliquid dicere poteris: In his paratus ſum ob-
temperare, ſed in illis obtemperare nolo. Oportebit vt
ſimpliciter obtemperes in omnibus que rationabiliter
præcipientur, & que non ſunt in ſe mala, vel ſancta
professioni contraria. Tu quidem diuerſas tribulatiō-
nes & difficultates frequenter ſenties in huiusmodi
conflictione voluntatum & inclinationum tuarum:
ſapè diabolus, ſapè caro, vel homines verum Dei ti-
morem non habentes, tibi ſuggerent, vt murmures &
contradicas: ſed neceſſe erit te patienter perseuerare
in ſancta proposito, & pelliſtas ſuggeſtiones repellere.
Non iam tibi licitum erit, ſuperfluia delicataque in-
tempeſtive requiri; non erit licitum, in honeſtis diſ-
ſolutionibus, vel ceteris remiſſioris vitæ ineptiis vaca-
re; ſed reliqua pro rorſus lubricitate & vanitate mundi,
reliqua latâ viâ ſecularium, debebis per arētam & la-
boriosam pœnitentiā viam ingredi omnibus diebus
vitæ tuæ. Debebis ſimpliciter, veletiam penuriam
rerum necessariarum fuſtinere, frequenter ieunare,
perpetuum caſtitatis integratatem ſeruare; orationi-
bus, meditationibus, ſacrifīe lectionibus inſiſtere,
taciturnitatis & silentij disciplinam obſeruare, vitam
a ſecularium conſortio abſtractam ducere, monaſte-
rium raro egredi, nullam omnino rem, quantumuis
modi

modicam, proprietati habere, puritati cordis iugiter studere, sola cælestia querere, die & nocte infatigabiliter officio ministerioque diuino assidere, siue sit æstus, siue frigus; denique omnibus, quæ sanctæ Religioni conuenient, fideliter adhærere; & omnia quæ eidem Religioni contraria sunt, prudenter reiicere. Quod si timore Dei relitto, aliquando (quod absit) incepitis negligenter viuere, vel etiam superbiā, inobedientiā, murmurationibus, atque contradictionibus, Superiorem ceteroque Fratres conturbare aut grauare; scire debes, quia distictè omnino punieris. Verumtamen non te absterreant supradicta difficultates; sed tu de te prorsus diffidens, in Domino Iesu omnem tuam fiduciam repone. Ipse enim confirmat

De gratia & Dei operâ. debiles, & iacentes erigit; ipse aspera reddit plena, & amara conuertit in dulcia. Ipse ea quæ hominibus importabilia videntur, non solum facillima, sed etiam iucundissima per suam gratiam efficit. Ipse est qui

Math. xi. 28. dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Aditus viae salutaris plerumque angustus, tristis & difficilis est; sed postea crescente amore diuino, cordeque per caritatem se dilatante, cum inenarrabili gaudio perficitur iter mandatorum Dei. Ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

3. Exhortatio Paternâ, sive Epilogus Statutorum. 68 Tertia ex Blosianis pro feruentiore disciplina regulari obseruatione sua foris illa est, quam filij Lætienses, ut verè est, ita Paternam exhortationem à venerabili Blosio Parente optimo sic dictam vocant & venerantur. Est autem Epilogus commonitorius, quem Statutis suis velut coronidem subtexuit his verbis: Filii carissimi, qui sanctæ conuersationis habitum suscepistis, qui suave iugū Domini subiustis; hortor, moneo, & oro vos in visceribus Iesu Christi, ut memores vocationis vestræ omnem iniquitatem fugiatis, vanitatemque contemnatis. Inspicite mundum vniuersum attentiùs, videte quomodo crescat & decrescat, quomodo nihil in se stable continet, sed sicut puluis qui à vento spargitur, sic euaneat ipse & concupiscentia illius. Perpendite quia vita præfens, vapor est ad modicum parens: considerate quia omnis caro fœnum, & gloria eius sicut flos fœni, qui mox decidit & mæcscit. Hæc cogitate, & mentes vestras sursum erigentes, relictis caducis rebus ad ea properate quæ finem non habent. Cognoscite filij, cognoscite felicitatem vestram. Ecce vos elegit Dominus in hereditatem sibi: vos è periculis & multiplicibus laqueis huius sæculi eduxit: vos è mari turbulentissimo assumptos, in portum tranquillissimum, in paradisum amoenissimum, in sanctæ Religionis monasterium transtulit: ut ibi diebus ac noctibus quasi agnicipuli sine macula stetis in cōspectu eius, parati videre desiderabilem faciem illius. Sanè, Non fecit taliter omni nationi, non omnibus tantam benevolentiam ostendit. Grati igitur estote tam amabili Domino: seruite corde perfecto tam dulci Sponso animarum vestrarum. Recordamini Sanctorum Sanctorumque Dei, qui ante multa tempora vos in monastico proposito præcesserunt: veniat vobis in mente, quomodo ipsi, despiciens prorsus vanitate mundi, sub regulari disciplinâ Deo pure & integrè militauerunt.

Coniunctio cum Iesu, monacho neceffaria. 69 Obscoeno, filioli, amici Dei, coheredes Christi, qui in nouitatem vitæ spiritualis regenerati estis, qui optimam partem elegisti, currite incessanter post vestigia Agni candidissimi, nolite tardare in amore Iesu Christi. Ipse sit dulcedo animarum vestrarum, ipse sit consolatio peregrinationis vestræ, ipse sit suave conditum omnium laborum vestrorum. Hunc mentibus illibatis adstringite: ad huc diebus ac noctibus suspirate: hunc sedulò querite in librīs, in oratorio, in clauistro, in refectorio, in horto, in cellulâ, in lectulo,

Tom. I.

& vbicumque versamini, donec inclinentur umbras & Avct. adspiret dies, donec misera hæc vita finē capiat, & initium sumat æterna. Cœnobium vobis veluti gratum quoddam sepulchrū facite, in quo paululum quiescas, quousque resurgentis appareatis cum Christo in gloriâ. Sit vobis crux vel modico tempore relinquere sanctilocū tranquillitatē, relinquere dulces complexus eius, cui animæ vestræ desponsatae sunt. In solitudine monasterij habetur Iesus, in turbis sæculi amittitur. Vitate igitur mundi strepitus: declinate superflua cum sæcularibus consortia: vt per omne vitæ tempus cum Iesu, & cum eius Genitricē Mariâ viventes atque colloquentes, ad æternam gloriam piis Iesu & Mariæ cultoribus præparatam aliquando transferri mereamini. In Dei seruitio, sacris lectionibus, orationibus, vel meditationibus, caras vestras delicias constituite. Gaudete & exultate in spiritu, quod ad famulandum Regi æterno estis segregati.

70 Estote diligentes in diuinis Officiis: ea non ex *Divina officia secundum observanda.* aridâ quadam consuetudine, sed ex sincerâ caritate studiosè peragite. Omnia ipsorum diuinorum Officiorum verba lacratissima, quæ Spiritus sanctus dictauit, integrè & cum reverentiâ, religiosis vocibus pronuntiate & canticate: certò credentes, nec minimam quidem syllabam, nec unius notulæ cantum, nec modicam inclinatiunculam ibi perire; si spiritus vester vigil, si intentio recta, & affectus purus fuerit. Qui possunt Deo liberius intimiūq; vacare, gratias agant ipsi Domino, & alios non despiciant: qui verò vel opportunitatem vel gratiam non habēt, vt multū insistant particularibus precibus aut contemplationibus; studeant saltē communibus Deilaudibus, atque orationibus vel lectionibus, libenter & deuotè intendere.

71 Spiritualem profectum diligite: & quidquid illum in vobis impedit sentitis, solerter vitate. Rursum admoneo vos, filii lucis, abstinetе à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animā: abstinetе à vino multo: abstinetе ab amaris voluptatibus huius sæculi. Ambulate in sacræ Religionis obseruantis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, & cognoscentes quæ sit voluntas Dei. Regulæ vestræ & Statutorum vestrorum (quæ facillima mitissimaque sunt) integritatem seruate illibaram, quantum in vobis est. Horrete proprietatis labem damnabilem: nolite dare in vobis locum diabolo. Vinculum pacis, vniōrem spiritus, dilectionis affectum semper inter vos seruate. Nam sine his, monasterium in quo viuitis, non poterit esse sanctorum Angelorum habitaculum: sed erit malorum spirituum domicilium. Ergo caritatem habetē: hanc, quasi modū geniti infantes, sine dolo se etiamini: nulla inter vos murmuratio, nullum odium, nulla detractio, nulla pertinax suspicio, nulla inuidia diu locū vñquam habeat: vt in domo Dei, non nisi quæ pacis sunt, apparetant. Cum omni mansuetudine & dilectionis affluentiâ alter alterum portet, alter alterius defecctus (quantum in se est) toleret, alter alterum iuuet, alter alteri compatiatur, alter alterum moneat. Iuniores reverentur & honorent seniores: similiter qui seniores sunt, ipsos iuvenes diligent; eosque ad puram sanctæ Religionis obseruantiam tam exemplo quam verbo animet. Voluntatem propriam vñusquisque frangere, & eam ad Superioris arbitrium cum spirituali gaudio flectere studeat: atque ea quæ iubentur, mox sine contradictione expletat. Fugite tumorem præsumptionis & arrogantiæ, Deo odibilem. Fugite vanæ gloriæ præcipitum: amate cognoscere solo Deo, nesciri à ceteris. Diligite subesse potius quam præesse; & discere magis quam docere: quia hæc est voluntas Dei, hæc est sanctificatio vestra. Sic sic vitam vestram instituite, sic mundum, sic diabolum, sic carnem, sic naturam ipsam vincite, vt super vos humiles, quietos, & trementes verba Domini, Spiritus sanctus requiescat.

72 Non autem perturbemini, neque sitis nimium pusili-

AUCTORI pusillanimes, si aliquādo grauamini in proposito monastico; si animi lassitudinem, & cordis ariditatem in servitio Dei sentitis; si tentationum molestias, & tribulationum pressuris affligimini: sed estote cōstantes,

& per breuem laborem, breveque tedium, ad æternæ beatitudinis gaudia festinate. Adhuc modicum, & celerandum in sabunt omnia tristia: adhuc modicum, & transfere-

mini in requiem gloriamque sempiternam. Tunc gau-

debitis pro diebus quibus vidistis mala; & ossa vestra sicut herba germinabunt. Tunc consolabitur vos Dominus sicut mater consolatur filios suos; & in Ierusalem consolabitur. Tunc mirabitur & lætabitur & dilatabitur cor vestrum, quando videbitis decorum illius sancte ciuitatis: quando facie ad faciem contemplabitur Deum deorum in Sion: quando posside-

bitis quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in

cor hominis ascendit: quæ bona nobis omnibus præ-

stare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui cum

Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in sæcula

sæculorum, Amen.

a Pariserè S. Simeoni Stylite tradita à Seniore monita, ut

v. Ianuar. in eius vita diximus.

C A P V T X I X.

Sartorum techorum monasterij conserua-

tio, ampliatio.

73 **D**O MVS religiosa Lætiensis ita à maioribus cōstituta fuit, vt in illâ nec pro officinis commo-
ditas, nec pro claustro securitas, nec pro habitatione amœnitas admodum desideraretur. Multa nihilominus adiecit Blosius: multa etiam cogitauit, quæ moriens vel affecta vel delineata reliquit. Non ingratum erit fortassis lectori, si quod nuper euenit, licet non magni admodum momenti, ad rem tamen, quâ de h̄c agimus, accommodatum, subiectam. Ichnographiâ, seu planam descriptionem, tum Templi in longum producendi, tum Dormitorij in commodiorem vsum refingendi, velut ideam præclarri operis, sibi Blosius curauerat. Mors, ne descriptionem in opus educereret, intercessit. Successores deinde Blosij cum Dormitorij formam ad solarium monachorum iam in melius immutasse, & de Templi fundo prolongando conclusissent, ecce tibi in illam ipsam forte fortunâ oblatam inciderunt delineaitionem Blosianam, magno gaudio, quid consentientibus cum Blosio consiliis, ignati quodammodo, ultimam boni Patris voluntatem illis veluti codicillis expressam eadem formâ ac descriptione compleuerint. Prudens omnino & pium fuit Blosij consilium, vt cùm Lætientes monachi strictâ admodum clausurâ detentî, in apertum publicumve raro prodeant, hoc iucundius illo suo voluntario carcere clauderentur, quò, præter illam interiùs iunctam cum Deo familiaritatem, exteriùs etiam domus, cellæ, porticus, horti, aliaque commodiori amœnitate exhibilararent.

74 Hoc consilio, præter Conuentus hortum cōmunem, amœnum fatis ac spatiolum, muris hinc & inde claufum, eaque parte quâ prata siluosque colles adspicit, Helprâ fluuiu alluente irriguum, priuatos hortulos in singula suorum capita adornati mandauit.

Hortuli & Horti tempus religiosæ laxationis, horis pomeridianis recreatio monachorum. illi depuratis, honestè traducunt, vel hortuli cultura alióve opere manuum, vel honestis colloquiis & in ambulationibus, vel harmonico musicæ cantu, vel piarum denique rerum lectione aut commentatione. Ne tamen ex priuatorum hortorum cultu, vsu, ac fructu aliquid Religiosa puritas paupertatis detimenti capere posset, prouidus Pater in Statutis suis ita cauendo prospexit: Quamuis non improbemus, vt Fratres pro honesto solatio & exercitio teneant hortulos, arbores, violaria, & similia: pon tamen talia aliquis habeat tamquam propria, sicut nec quidquam aliud.

75 Præter hos monachorum singulares hortulos, maiuscum fundum horto Conuentus contiguum, non procul à Prælatorum habitatione muro clausit, & hortum Abbatis relaxationi destinatum esse voluit.

Ad quod consilium fatebatur Blosius cā se mente ad- *Hortulus*
Abbas. ductum fuisse, vt si quis fortè ex Abbatibus venturis, non tam frequēti, quā ipse, factorum studiorum vo-
luptate caperetur, haberet saltem, vnde seorsim ab aliis, vtili illâ atque iucundâ animi corporisque quiete & relaxatione perfueretur. Deuotioni hic quoque *Pis in ho-*
vel fouendæ suæ, vel alienæ excitanda studuit. Nam *scripta sen-*
supra hortuli huius, atque exiguę quę isthic visitur por-
ticus, ostia ac fenestræ, scriptæ Blosij iussu visuntur
breues hæ pientissimæ que ab eo excogitatæ sententiae:

PVLCHRITVD FLORVM CETERARVM QVE CREA-
TVRARVM RAPIAT CQR IN ADMIRATIONEM ET
AMOREM DEI CONDITORIS. AMOENITAS HORTI
IN MEMORIAM REDVCAT DECOREM PARADISI.
NON VANITATI, SED PIETATI HIC LOCVS DICA-
TVS EST. FACESANT HINC QM DEO DISPLICENT.
QVÆRANTVR CÆLESTIA. DOMINE DEVs, QVAM
ADMIRABILIS ES! DELECTASTI ME IN FACTVR-
TV A; ET IN OPERIBVS MANVVM TVARVM EXVL-
TABO. LAVDANT VOLVRES CÆLI DEVm, VT HOMO
EVM EX ANIMO LAVDET.

76 Ex his appareret, Blosium in domesticâ rei pro-
curatione hoc spectasse, vt ex temporalibus æterna, &
ex corporalibus spiritualia lucra atque commoda re-
portaret. Qui etiam, ne in rei familiaris compendio
celestium rerū atque diuinarii iactura fieret, magnope-
rè se cauisse semper, tunc præclarè testatus est, quando
de litibus non facilè suscipiendis ita decreuit: Quan- *Lites leui-*
lum ad facultates & externa bona monasterij artinet, ter suscipi-
sollicitè prouideatur, ne lites propter illa nimis facilè vetat.
aduersus aliquem suscipiantur. Verumtamen ea ratio-
nabiliter custodiantur & defendantur. Sanè honestius
est concordiam per arbitrios vel oblatam amplecti, vel
etiam non oblatam querere, quā leuitate causas age-
re. Sed & præstat interdum sustinere modicam iactu-
ram rerum temporalium, prudenter silendo, & in Deo
esperando, quām magnum pati dispendium interna-
rum, pertinaciter pro externis litigando. Igitur exter-
nis interna, caducis æterna semper præferantur: maior-
que cura habeatur spiritualium quām temporalium.

77 Enimuerò in accumulandis opibus, & augen-
dis monasterij censibus, cùm plurimum eā in re polle-
ret, minimū laborauit. In re domesticâ magnum ve- *Lætienibus*
ctigal Parsimoniam dicebat. Hoc vestigal est, quo solo *magnum*
Blosius diuines post se reliquit Lætientes. Cetera qui-
dem ob paupertatis amorem parcus, & ad rem atten- *vestigal*
tus; sed vbi Dei gloria & animarum salus, ac bona mo- *parfimo-*
nasterij existimatio, honestæque Fratrum tum in mor- *liberali-*
bo tum in sanitate consolationes exigeabant, non par- *tas pro De*
cebat sumptibus. Profusiones vero omnes in comessa- *gloria.*
tionē, & donaria ob inuestitiones, professiones, encæ-
nia, sacrificiorum primitias, tum vt paupertati confu-
leret, tum ne illorum dierum sacram & spiritualem so-
lemnitatem violarent, abrogauit. Passim in aliis accu-
ratus cœconomia obseruator, nullâ tamen in re auarus
sordidusve fuit.

C A P V T X X.

Res sacra, & Dei Sanctorumque honores au-
eti. Reliquæ ornatae.

78 **V**I tam erat in sartis tectis religiosæ suæ fami-
liae conseruandis ornandiisque strenuus, non
poterat non ecclesiæ sacrarumque terum ornatum
singulari curâ complecti. Ac sanè tam præclara extat *Cura rerū*
eius in Dei Sanctorumque cultu amplificando moni- *sacrarum:*
menta, vt quisquis ea etiamnum in ecclesiâ Lætensi
spectauerit, fateri cogatur, Davidicam eum senten-
tiam,

tiam, quam sacris templi parietibus inscripsit, cordi
suo profundiū insculpsisse: Domine, dilexi decorum
domus tuę, & locum habitationis glorię tuę. Hic est
ille decor, hęc illa maiestas domus Dei, quę cernitur
Diuinorū officiorū: solemnibus cérémoniis deuotā grauitate & graui de-
uotione obeundis, in Gregoriano cantu clare, lente,
sonore, & per congrua interualla sine respirations,
distincte atque articulatè celebrādo, in omni denique
opere Dei, cum interno sapore & externā modestiā
ritè decenterque peragendo. Hanc piam maiestate m-
& Bloſius laudabiliter instituit, & posteri in hunc v-

que diem conseruant.
79 Post Officia diuina, sacra ædificia ad Dei San-
ctorumque gloriam illi cordi ac curę fuerunt. Hic ele-
gans, hic exactus, hic largus & exundans fuit. Hic pō-
pam cum venustate, materiam cum arte, maiestatem
cum pietate certare volebat, ad basilicam Dei Diuo-
rumque extruendam, exornandam, locupletandam.
Videmus inter cetera ædificia, à Bloſio monumentum,
augustam Chori molem: vbi præter alia ornamenta
stat, eodem curante, Chori ara princeps, in quā ex can-
dido marmore assurgit tabula, quę pereleganti Vitru-
ianae architectura symmetriā, per dispositos colu-
mnarum ordines, exhibet mysteria passionis & mortis
Saluatoris nostri, statuariā artē sculpta, quę nemo sine
venerabundā admiratione intuetur.

80 Porrò in Reliquiarum sanctorum honorem ita
Bloſius incubuit, ac si reliqua negligeret omnia. Erexit
in primis a facellum Sanctorum corporibus, sacrisque
ossibus ac Reliquis, cum veneratione, munditiā, fecu-
ritate recondendis. Quas autem Reliquias superiorū
annorum Abbates partim ab b Hérico Orientis Im-
peratore, partim à Theodoro Ierosolymorum Pa-
triarchā, aliisque Episcopis & Principibus viris testa-
tissimas acceperant, eas ipse pulcherrimā serie digessit,
lipsanothecis ex auro & argento inclusit, gemmis &
pretiosis lapidibus exornauit: titulos membranę suā
manu inscriptos singulis affixit. Ne iij tamen diuturni-
tate temporis interirent, aut ex sacris ossibus, quibus
affixi erant, decidentes, dubiam eorum fidem facerent;
successores lamellis eos argenteis incidendo curarunt.
Luculentum hunc sanctorum Reliquiarum thesaurū,
tū modernus Abbas, qui viginti iam & duos annos ei
monasterio præfuit, piā curā ac sollicitudine insigni-
ter amplificauit; tum ceteri Lætienses tanto studio
& veneratione, inde à Bloſianis temporibus propagato
feruore custodiunt, vt quidam magni nominis E-
piscopus aliquę singulat̄ virti affirmare non dubita-
uerint, Sanctorum Reliquias nullib⁹ libentiū quām
Lætiis commorari.

81 Transtulit quoque ad Lætiense Monasterium
Bloſius sacrum c S. Ettonis Episcopi & Confessoris
Hiberni corpus. Nam cùm sancta illæ exuuiæ eidem
monasterio d donata anno Domini MCLXXI, appro-
bante Nicolao Cameracensi Episcopo, in Oratorio
Prioratus iuris Lætiensis, in Doni-Petri pago siti, uni-
co ab oppido Auesnensi milliari, à multis retrò annis
conseruatæ fuissent, & frequenter ob Gallicos tumultus
eas Bloſius cogeretur ad securitatem Montes trā-
mittere; veritus, ne tandem aliquando in hostium
potestate deuenirent, prudenti consilio, à Paulo IV.
Pontifice Maximo facultatem impetravit, eas Lætias
transferendi: atque accepto Pontificio illius conceſſionis diplomate, dato Iulij xxii. MDLV. (perruptis
constantī animo variis graubusque difficultatibus,
quas Doni-Petri incolæ, & Auesnensis Dynasta, ne iiis
destituerentur, obiiciebant) re ipsa solemniter & trans-
luit anno MDLVI. Iulij xxv. cùm die præcedente, bo-
nā Reuerendissimi Episcopi Chalcedonensis Martini
Cuperi Suffraganei Cameracensis veniā, Montibus
(vbi tunc asseruabatur) in Oratorio domus Lætiensis
separari curasset caput à reliquo corpore, & distincta
theca concludi.

Tom. I.

82 Vniuersim porrò laborauit pię & utiliter Blo-
Avtoris in Sanctorū honoribus variè amplificādis, texuit MONA-
catalogos, fidem adstruxit, gloriam publicauit, vita CHO Br-
meritis & obsequiis coluit, & moribus æmulatus est. NO.
Sunt in schediā matis Bloſianis nonnulla, pię & doctę

annotata, quę stabilienda Reliquiarum sacrarum fi- Vario Sande-
dei & augendæ venerationi faciant. In quibus quæ- dorum ho-
rendis, eruendis, obseruandis multus erat Bloſius. Quā nori studet.

in re præclara est illa eius de sacris Reliquiis Constanti-
nopolis allatis annotatio, quam in scriptis à se chartas
retulit istis verbis: Mirari solent plerique, quomodo ex
Constantinopoli vrbe Græciæ Reliquias Prophetarū,
qui in Iudæa ferè omnes sepulti fuerunt, acceperi-
mus. Sed mirari desinent, si perpendent quid B. Ioan-
nes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus,
statim in initio cuiuldam homilię, quam de Eliā Pro-
phetā conscripsit, dicat; sicut enim ait: Olim quidem Iu- Reliquie
dorum populus gloriabatur quod Prophetas possi- Propheta-
debat: & erat sane Prophetatum peculiaris agricultu- rum:
ra. Nunc verò hęc ipsa gloriatio ab eis per Ecclesiam
ablate est. Ecce enim apud nos & ipsa Prophetarum
sunt corpora. Siquidem sterili populo haudquaquam
conuenit, vt Prophetas agricultoras adhuc habeat: neque
decer ut apud illos adhuc seruentur Prophetæ, qui
Deum, quem isti prædixerunt, crucifixere. f Rursum f
nonnulli vix credere possunt, nos veras B. Ioannis Ba- S. Ioannis
ptistæ habere Reliquias; afferentes, eas olim à Paganis Baptista:
penitus concremaras. Qui si historias exacte perlegif-
sent, facile agnoscerent, plurima ipsius B. Ioannis sa-
cratissima ossa, dum à Gentilibus concremarentur,
collecta & sublata per fideles Christianos fuisse. Sic Ruffin. 1.2.c.28.
enim capite 28. undecimi libri historiæ Ecclesiastica legimus: Iuliani temporibus, velut relaxatis strenis, ef-
ferbuit in omnem sequitiam feritas Paganorum. Ex
quo accedit, vt apud Sebaste Palæstinæ vrbe sepul-
chrum Ioannis Baptiste mente rabidā & funefis ma-
nibus inuaderent, ossa dispergerent, atque ea rursum
collecta igni cremarent, & sanctos cineres pulueri im-
mixtos per agros & rura dispergerent. Sed Dei prouiden-
tiā factum est, quodam de Ierosolymis ex mona-
sterio Philippi hominis Dei orationis illuc cauſā per
idem tempus venisse. Qui cùm tantum nefas humanis
quidem manibus, sed ferinā mente fieri viderent, mori
gratiū habentes quām huiuscmodi piaculo funestari,
inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti, dili-
gentiū, in quantum res patiebatur, ac religiosiū con-
gregantes, furtim se vel stupentibus vel insaniēntibus
subtraxere, & ad religiosum Parrem Philippum vene-
randas Reliquias pertulere.

a Longè augustius facellum ad eam rem erexit Antonius VVinghius Abbas, & præclarè exornauit.

b Anno MCCVI. Balduino, fratre à Bulgarorum Rege per sum-
mos cruciatus perempto, Imperium capeſſuit: mortuus an. MCCVI.
Ambo filij fratre Balduini Magnanimit Hannonia & Flandria Co-
mitia.

c Vitam S. Ettonis dabimus x. Iulij, agemusq; de hac translatio-
ne, de quā extat Roberti Croij Archiepiscopi Cameracensis diploma
datum XVII. Iulij an. MDLVI. in quo Pauli IV. Bullam, cuius hic
mentio fit, recitat.

d A Guilielmo de Dono-Petri, viro nobili, è cuius familiā
Guido Dampetraus aliiq; Flandria Comites prodierunt, vt ipse
Bloſius in quodam schediā mate annotauit. Aliud Donum-Petri,
sue Dampetram, aut Dominicum Petri, unde hoc Flandria Co-
mitibus cognomen adhaſerit, citat Mireus in Chronico Belgico ad
annum MCCC.

e Reliqui tamen, vt mandārat Pontifex, partem aliquam reli-
quiarum S. Ettonis in pago Dono-Petri, thecamq; vetustate iniu-
riaque temporum labefactatam reparauit atque ornauit. Sed hac
pleniū cùm de vita S. Ettonis.

f Hac pleniū referuntur XXIX. Auguſti, & XXIV. Februar.

C A P V T X X I.

Tranquillitas animi, Mansuetudo, Caritas.

83 V T liquoribus omnibus tranquillum & suave
innatæ oleum, ita Bloſij suauissimi virtutibus
omni-

Pp 2

Aver.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.
Singularis
in Bloso
fauauerat.

Ea in
ipsius scri-
psi elucet.

Eam alii
commen-
dat.

In suis cor-
ripiendis
benignissimus.

Turbatos
leniter
monet.

84 Hoc denique spiritu à lectore scriptorum suorum impetrat, vt per suauem introuersionem securè & suauiter cum pinguedine devotionis, diuinis pietatis officiis sacrificiisque orâdo, cattando, meditando assistat;

85 Nemo illum audiuit acerbè verbis errata corrigentem. Vnde passim familiares ei erant istæ increpâdi formulae ad illos monachos, qui aberrauerant à reâ viâ, quasi aliù alloqueretur: Dominus N. fecit quod non debuit, patietur quod non volet. vel, Dominus N. fecit quod voluit, patietur quod non volet. Eodem lenitatis spiritu etiam conuentuales famulos, aliosque domesticos suos corrumpere consuecerat; admonentis potius & exhortantis, quam reprehendentis aut obiurgantis vulcum ac verba assumens, hac ferè formulâ: An non possest paullò maiore modestiâ hoc vel illud facere? aut, Non posse rem tam facilem curare diligenter? Tranquillitas animi in modestiâ vultus & suauitate sermonis velut in speculo lucebat. Omni hora molles erant ad illum aditus. Nemo audiuit eum elato sermone motus animi prudentem: nemo in eo vultum amarum aut gestum vehementer adspexit. Nemo fuit cui non libenter & promptè sui contueniendi copiam faceret; nec ille vñquam aut sine mansuetæ consolatiōnis remedio mœstum à se Fratrem remisit, aut gestu nutrue vlo declarauit molestas sibi interuenire, solatia in afflictionibus ab optimo Patre poscentium, interpellationes.

86 Quod si aliquando ita vsiuueniret, vt in querelis apud eum exponendis perturbari animi non obscura signa aliquis ederet, non ipse magnoperè commouebat se, sed vultu ad serenitatem compósito humanè ac peramanter, Obscuro, aiebat, mi Frater, vt rantsper abeas à me dum redeas ad te: & cùm morus ille deferuerit, mox ad me redi. Nunc enim, donec non nihil animus conquiescat, nec tu quod ad pacem conciliandam faciat prudenter petere, nec ego quod in rem sit fructuosum consilium suggestere possum. Habitabat secum, & quietis deliciis apud animū suum perfruens, nullo tumultu euocabatur foras, aut à se exhibat, in diffimilis occasionibus semper sibi similis, & in mediis negotiorum turbis suæ solitudini præsens. Nihil erat quod non lenitate suâ velut tenuissimus ligni vermicu-

lus constanter perrumperet, atque perficeret; & (quæ laus nec exigua est, nec omnium in dignitate positiorū) Lenitatem mansuetâ suâ lenitate vtebatur, vt neque de auctoritate lenitas, neque de lenitate auctoritas quidquam detraheret.

87 Dicenda agenda que prius intra se prudenti mā- Nihil te-
suetudine ad trutinam reuocabat, quā diceret age- more agit
rétre: ne quod dictum factumve imprudentius elabe- dicit ve-
retur, quod vel aliis vel sibi dolorem animique pœni-
tudinem adferret. Præceps consilium paci ac mansue-
tudini inimicum & retractationi affine iudicabat: ma-
gnas res magnâ cunctatione perficiebat; eò felicius,
quod lentiùs. Magni momenti negotia, vel supplicatio-
nes in re graui seu à Fratribus seu ab aliis oblatis, non
in eodem vestigio expediebat; sed benignè accipiens,
moram apud se considerandi & consilia cogitandi po-
stulans, interea abire, & dum mature deliberasset, ad se
redire iubebat. Redeuntibus, quod diu meditatus erat,
palam edicebat; & quod optimum factu iudicasset,
constanter statuebat. Interdum etiam, quæ statuisset,
scripto tradebat, laudabili more: sic enim & se tran-
quilliùs imperare, & subditos securius parere, vñ ma-
gistro didicerat. Asceruant Lætientes nonnullas auto- Scripto
subinde
monebat.

C A P V T X X I I .

Hospitalitas.

88 C ARITATI, quam modò diximus, & mansuetu- Benignus
dini comes erat insignis illa Blosij comitas & in hospites
urbanitas in excipiendis Benedicendum in morem ho-
spitibus, quâ & domi excelluit, & foris bonum odorē
& amabilem famam pietatis ac caritatis longè late-
que diffudit. Optimum mensis condimentum piam
apponebat affabilitatem; & admirabili plane eutrap-
liâ modestè hilatis, religiosè vrbanus, lobriè liberalis
erat. Sermones etiam si qui præter decorum inferren- Prudēs &
urbanus
in sermo-
ne.
tur, vel suauiter præcidebat, vel ingeniosa pietate so-
lerte ad Dei laudem aut salutiferum documentum in-
flectebat: eâ gratiâ & dexteritate, vt illi ipsi, qui offendit
potuissent, aut non aduerterent, aut si aduerterent,
tamen taciti gaudereunt, quod tam suauiter manu Blo-
sij à sermonibus suribus ad viles abducti essent.

89 Quamuis pauperratis singulariter amans, sumptibus tamen hac in parte parci solebat; singulari semper iudicio circumspecti, quid eâ in re dignitatem hospitium, quid suam deceret. Neque credebat vñquam villum hospitium numerum oneri fore, sed eum grato animo inter Dei beneficia numerabat. Hinc aliquando nata est illa festiva eius querela. Aliquantulo tempore hospitibus domus eius & mensa caruerat: ibi tum Blosius versus ad vnum ex Conuictualibus (vt vocant) famulis, quicum ob probitatem & candorem pia aut familiaria subinde miscebat colloquia; Quid hoc in hospiti- bus Deum
se exciperet
obliniscitur Deus, an irascitur, qui nos iam tanto tem-
pore in hospitibus non inuisit? Vnde coniictere pronu-
est, quo vultu hospites exciperet, qui in hospitiis Do-
minum se credebat amplecti; vt minimè mirum sit Blo-
sianam humanitatem linguis hominum scriptisque ce-
lebratam. Testis sit Tilmannus Bredébachius S. Theo-
logiæ Doctor, Scriptorque non ignobilis. Is in Episto-
la ad Fratres suos, quam Fasciculo sacrarum precatio-
num ex Blosij Operibus concinnato præfixit, ita de eo-
dem loquitur: Erat, inquit, Reuerendus Pater D. Blo-
sius spiritu pñ Angelico, moribusque suauissimis,
admirabilique erga omnes benevolentiâ prædictus, sic
upi

ut tu, mi Frater Theodorice (qui vna mecum olim cum ipso Reuerendo Patre Blofio familiariter aliquot diebus conuersatus es) meminisse consueuiti, afferens te nec grauiorem vñquam virum vidisse venerando illo D. Petro Homphao, Decano quondam Embriensis, nec suauiores ac mansuetiores R. D. Blofio. Qui vñnam multos sibi haberet similes Cœnobiarachas, Clericorumque ac Religiosorum Antislites & Præfetos, qui veræ pietati ac religioni, suorum animis instillandæ, parem operam tam paterno moderatissimoque affectu impenderent: vtique magnâ & pænè potissimâ sui parte refloresceret Ecclesia Catholica. Hac enim vnicâ ratione & viâ sacratissimum diuini Spiritus vnguentum, quo præ participibus suis imbutus est Christus Dominus, à capite Christo flueret in barbam, in membra dignitate & auctoritate Christo proxima, ac deinde in oram totius vestimenti, in vniuersum gregem Dominicum: suoque voto potiretur Apostolus, vt pro decem millibus paedagogorum in Christo, haberemus multa millia Patrum. Benedicetus Deus, qui replens in bonis desideria suorum, multis adhuc in locis facit eminere suæque Ecclesiae prælucere sidera salutaria; quantumcumque rumpatur satan, ringantur hæretici, & conuertantur retrosum omnes qui oderunt Sion. Hæc ille de Blofio. Cuius grauissimi doctissimi que viri testimonium, eò majoris faciendum, quod non ad adulacionem (quippe annis quatuordecim post piam Blofij mortem) sed ad memoriam & admirationem virtutis, quam in Blofio oculatus testis notauerat, scriptum fuit.

1. Cor. 4.
15.

C A P V T XXIII.

Castitas & mundities.

Sex adiu-
menta ca-
stitatis:
1. Tempe-
ranta.

Æquales
haustus
edit.

2. Fuga
periculorū.

Immoder-
siam ve-
teris.

90 FLOREM illibatae castitatis, quem ex vtero matris nascens Blofius in mundum intulit, in aulicâ licentiâ viuens, seruauit; moriens deinde, integrum intactumque in terræ tumulum secum detulit. Tuenda vero castitatis sex illi potissima præsidia. Primum, Singularis in cibo potuque temperantia, sine quâ virtus nulla inter tot hostes tuta esse potest: in quâ eximum se omnino Blofius præstitit, & maximum castitatis præsidium collocauit. Nam etiam ad mensam de spiritu magis quam corpore saginando sollicitus, singulas cibi buccellas (vt ipse loquebatur) in Christi sanguine intingebat. Cum monitum illud S. Hieronymi de temperantia semper ante oculos haberet, Venter mero æstuans facilè despumat in libidinem; tum grauissimis verbis matrem luxuriae, laxam scilicet vini liberamque potationem, ac comedationes omnes, clancularias etiam, à suis relegavit: quâ de re distictissimè seruanda ita successores compellat: Hic, hic, ait, summoperè vigile Prælatus, si cupit vt Religio sancta honestè serueretur. Et in Paternâ exhortatione ad filios, Admone vos, inquit, filij lucis, abstinetæ à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, abstinetæ à vino multo, abstinetæ ab amaris voluptatibus huius sæculi. In vino hospitibus propinando liberalis, non prodigus. Æquales haustus, & violentas ingurgitandi se in uitationes execrabatur; illamque consuetudinem pestem pernicioſissimam appellabat, quam diabolus inuexiſſet in orbem terrarum. Scitum est, quod viro magno, inuitanti vt pari haustu bibendo responderet, & nisi faceret, se calicem vino plenum in sinum illius effusurum inimitanti, fortiter ac facete respondit; Malle sibi sinum fœdari quam conscientiam.

Tom. I.

tiones, vel parcè suis indulxit, vel ita temperauit, vt Avct. effusos cachinnos, cantilenas profanas, omnes denique lusus indecoros, in quibus aut cursu, aut iactu, aut alio in honesto gestu corpus vehementius agitandum, MONA- CHO BE- aut monastica indumenta vel exuenda vel inconcinnè componenda essent, interdixerit. Prætereà non solùm Excludit à segregat à monastico clauſtro mulierum consortia, clauſtro sed etiam virorum liberum & promiscuum impediuſit feminas. accessum. Vnde extra Regularis colloquij tempora in conuentualibus locis tranquilla appetat & veneratio- nis piæ plena, veluti eremi solitudo. Et quia de mulie- ribus sermo incidit, tantam in earum congregati, mini- mis etiam in rebus, circumspetionem adhibendam esse censuit; vt forsitan alicui rerum spiritualium minùs perito nimùm meticulosus & religiosus videri possit. Sic enim in Instructionibus & monitis ad Abbates suc- cessores (quæ codicillis quibusdam, vti ipse vocat, cō- nūcula iu- plexus est) agens de violariis, floribus, & similibus quæ mitti. monachi solent in hortulis suis excolere, hæc subdit: Neque enim conuenit, vt monachus nimis facile por- rigat & offerat manu tale quidpiam alicui feminæ. Prorsus verò detestabile est, vt talia à monacho mit- tantur ad mulieres, vel puellas, ex animi leuitate & sensuali amicitia. Hæc eadem fuga periculorum etiam Abolet causâ est, ob quam suos è Prioratibus, in quibus ma- gnis omnino periculis Religiosa puritas exposta erat, ad securum monasticæ custodiae perfugium reuocauit.

93 Tertium, Custodia oculorum, quæ velut clausa

capitis galea facile omnes excutit aduersarias castitati oppugnationes. Quâ in re Blofiana modestia tam singulariter emicuit, vt oculorum ac vultus compositio- ne, totoque corporis habitu, passim intuentes ad ca- stitatis amorem accenderet. Non ignorabat videlicet ab oculis malè custoditis lœdi castitatem. Hanc ob cauſam, cum ante oculos religiosorum viorum mu- lieres apparere periculorum iudicaret, studuit, quan- tum fas esset, earum conspectum à suis remouere. Ea propter cum ante in horto Cœntuali, in quem mo- nachis certis horis pomeridianis patet accessus, mulie- res fœno spargendo, cumulando, plaustris imponendo operam ponerent, cauit in antedictis codicillis ne de- incepit id fieret, his quæ sequuntur verbis: Herba hor- ti Conuentualis ex meâ ordinatione solet demeti, coram suis verti, exsiccati, atque in plaistro ponit per viros vel iu- uenes, non autem per mulieres aut puellas; maximè il- lis horis quibus Fratres spatiari possunt in horto, et- iampli pluris constet hoc facere per masculos quam per feminas. Præstat enim pati damnum aliquod in cru- mena, quam in animâ.

94 Quartum, Corporis castigatio. Floridam ani- mi castitatem in carnis maceratione, velut lilium in- ter spinas, efflorescere asserebat. Quâ in re duo Blofius obseruatu digna gessit: in primis quod in primâ suâ ri-gidæ obseruantia reformatione extremum, quod in S. P. Benedicti Religiosa familiâ esse potest, corporis macerandi exercitium se datus sit. Deinde cum consi- lio potius alieno quam proprio desiderio inductus à primo illo rigore recederet, non tamen illud singulare castitatis scutum, carnis macerationem, à se reiecit; sed variis corporis mortificationes subiuit ipse semper, & subeundas esse docuit: & ad hoc in primis laborando contendit, vt vna cum moderatis corporis mortifica- tionibus pravae animi cupiditates frangerentur, & velut dupli illo auxilio duplex castitati tuendæ acce- deret adiumentum.

95 Quintum, Pietas animi. Carnis enim volunta- tes aiebat amarescere & mori, vbi Spiritus deliciae dulcescere & viuere videntur. Nutricem etiam castita- tis appellabat pietatem: cuius ex vberibus quantum Blofius & turpitudinis odium & puritatis amorem exsuxerit, scriptra illius vniuersa abundè loquuntur. Per assiduam cum Deo familiaritatem, quam ipse in my- sticæ suæ asceseos libris Introuersionem, non incon-

4. Corporis

castigatio.

5. Pietas.

P p 3 gruo

*Auct. MONA-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.*

gruo vocabulo, nominat, aiebat omnia exteriora sen-
suum oblectamenta flaccescere. Hanc familiaritatem
cum Deo quād pluribus & ardentioribus adspira-
tionibus incendebat, tantō se magis in amore creatu-
rarum refrigerescere sentiebat.

*6. Mundis-
ties exte-
rra.*

96 **S**extū, Mundities extera. Nā castitatis internæ index, imd & tutela quādā est illa externa, & à sanctis castitatis amatoribus magnoperē semper adamata mundities: in quā Blosianæ castitatis mirificè nitor ac decor eluxit. Si quid in cellis Fratrum inuenisset, non dicam sordidum nimis, sed minūs decorē compositum, ostendebat id sibi displicere, cūm diceret, animi & corporis, internam & externam munditiam, dextras iungere, & pari passu ambulare, debere; & ad exemplum S. Bernardi, paupertatem amandam esse, non fordes. Erat Blosio maximē cordi in facie & manibus ingenua mundities, in veste decens paupertas; in cubiculo & omni supellecili priuatim, publicè in culinā, refectorio, hospitali mensā ac domo, in templo, in omnibus elegās ac nitida rerum facies, spirans vbiique castam munditatem & mundam castitatem. Hoc sibi, hoc aliis dictabat; hoc posteri auidē acceptum constanter tenuerunt. Vnde in sacratio, templi atque altaris supellecili, ac præfertim Reliquiarum custodiā, tam exquisiti tamq̄ illibati nitoris sollicitudo.

C A P V T X X I V.

Maganimitas. Aduersorum tolerantia.

*Monacho
affidū
pugnandū.*

97 **M**ILITIA Messe vitam hominis super terram, cap. 7.1. affirmabat S. Iob Propheta. Hæc militia constantes & magnanimos pugiles requirit aduersus eos hostes, qui nullas pacis conditiones, ac ne inducas quidem cum homine, quamdiu viuit, habere possunt. In hac militiā monasterium stadium seu campum vocabat Blosius, in quo magno animo, contra spiritualia nequitia in cælestibus, quotidie est in monachis in mortificationis bello capitaliter decertandum.

*Varia Frā-
corum in
agrum
Hammon-
iensem
excursio-
nes.*

98 Neque minori fortitudine ea mala toleranda sunt, quæ etiam Dei famulis quotidie à bellorum fortunæque casibus obueniunt. Spectaculum illustre Deo & Angelis exhibuit in calamitatibus, quibuscum luctatus est, sustinendis ac superandis, inuictam nimurum constantis animi magnitudinem. Quater intravnum & viginti annos, perturbatā bellis Republicā, infestos hostili populatione expertus est Francos; semel anno post se quimillesimum trigesimo septimo, quando sub tempis inchoata reformationis sui monasterij Athum profugere compulsa est: rursum post sexennium, quando hinc & inde media Lætia Malbodiensis urbis & Terlonientis arcis, vt alia taceam, fumos ac fauillas ab incédio Gallico in viciniā conspexit: iterū post nouennum, quando direptum dirutumque est Terlonium: denique post sexennium, quando effraetis portis Franci monasterium Lætiense diripiendō populandoque vastarunt. Inter has quidem Reipublicæ ac priuatae peracerbas calamitates ingens vbiique perturbatio, & fortunarum iactura fuit: ipse vero Blosius nullā te aduersā passus est animi sui constantiam frangi, serenitatem obscurari, tranquillitatem perturbari. In omni calamitate perfugium à tempestate tutum aiebat fiduciam in Deum, illud vistatum crebrè iterans: Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Dominus, Suscepтор meus es tu, & refugium meum. In hoc refugio tutissimè latebat: ad hoc, velut ad portum, nauem è fluctibus subducebat.

*Confessio
Blosii.*

99 Magnanimitas Blosio ex eo etiam constans & inuicta fuit, quod vera bona à falsis, à caducis æternā, externa fortunæ ab internis animi prudentissimè segregaret, & sua singulis momenta ita apponaret, vt vera damna ea sola existimaret, per quæ animorum fe-

licitas aut beatitudo perderetur. Cūm Franci in Hannoniā populandi ardore & bellicis furiis effusi agrū Lætiensem foedè vastassent, aduersus eos cum militibus aliis patriæ copiis suas duxit Adrianus Blosij frater, & incredibili virtutis ac fortitudinis gloriā Francum militem fudit fugauitque. Re præclarè gestâ, *Luget, etc.* cùm exultabundi narratores Blosio & Lætiensibus *iam in* seruatis gratularentur, atque Adriano ob illustrem *victoriā,* cladem & toriam virtute partam velut in triumpho applauderent; abstinuit vñus inter omnes ab omnibus laetitia signis edendis Blosius, sed alta ex imo ducens suspītia, Non est, ait, non est Christiani pectoris gaudere, vbi tantum Christiani sanguinis funditur; & leuem breuemque victoriam, tot animarum æternus fortè sequitur interitus. O diuina vox, & digna Christiano homine! qui cetera immotus, solis animarum damnis concurrit.

100 Eamdem animi magnitudinem in Richardi *Constatia* atque Adriani carissimorum libi fratrum morte aliâs *in fratribus* præfulit. Erat ille Ludouici rebus solatio, domesticus *feneribus* conuictor; hic etiam præsidio, vt fortem alioqui virum ea concutere iactura potuisset. At stetit animo valtuque immotus Blosius: neque quidquam questus, Dei potiū niti prouidentiā, quā humani auxiliū fiduciā perrexit. Possem istiusmodi alia nonnulla produce-re; sed nihil æquè Blosianos animos & inuictum robur testari potest, quām tot ab eo superatae & exhauste difficultates, dum primum regularis discipline refor-mationem inuexit. Nonnullos ē suis expertus est mi-nūs obsequentes, quosdam etiam proteruos ac repugnantes, vt suprà diximus: at omnes constantiā vicit, & aceritum quemque repugnantium inuictā patien-tiā tandem flexit.

C A P V T X X V.

Liberalitas in pauperes. Opum honorumque contemptus.

101 **M**AGNANIMITATIS pars est, pecuniarum pro Dei gloriā, aut proximi vilitate, cōtemptus: & vt parui animi est, amare pecuniam; ita animi prorsus magni est, pecunias detrimentū facere, vt Christum lucrificias. Mirè erga semetipsum arctus & parcus *Pater pa-
Blosius,* erga alios variè inopes liberaliter propensus; *perum di-
& lata viscera caritatis omnibus aperiens, nomen Pa-
tris pauperum suo merito inuenit. Semper ab elēmo-
synā pauperibus impensā hilarior redire solitus, alios etiam ad misericordiæ opera hortabatur. Exrat ab eo monitum aureum, successoribus relictum his verbis: Non regnet in viris Deo dicatis plura cōquirendi per-niciosa cupiditas, que in multis Congregationibus disciplinam Religionis səpiùs euertisse cognoscitur, *Liberali-
tatem suc-
cessoribus
inculcat.**

Non etiam regnet turpis illiberalisque tenacitas; sed eleēmosynæ iuxta monasterij facultates cum caritate fiant. Nam qua supersunt monasteriis, non tam ipsorum monasteriorū, quām pauperum bona sunt. Quod verbis scriptis, rebus fecit. Carolus V. Imperator cantharum Blosio metalli pretio & artis elegantia spectabilem donauerat. Hunc mox vt accepit, dono dedit Ecclesiæ Chimacensi, quæ magnam istis temporibus ex hostili vastatione iacturam fecerat, ratus magis sele Deo placitum liberaliter alienam calamitatem sub-leuando, quām munus à tanto Cæsare acceptum apud semet domi seruando.

102 In angustiis rei domesticæ magno animo di-latabat erga egenos caritatem. Pauperum omnium *Lætienſe
canobium
pauperum
asylum.* quidem, maximē verò eorum qui in viciniā propè do-mestici essent, primam geslit curam. Illos œconomis, vt abundantiū iis prospicerent, enixiū commendabat. Hoc in Statutis passim inculcat, hoc in mores in-duxit. Hoc, quantum permiserunt non adēd magna Lætiensium facultates, ita radices egit, & à Blosio in immen-

immensum excrevit, vt nunc passim, & meritò, Lætienſe Cœnobium, Pauperum asylum nuncupari videamus.

103 Paupertatem, quam in aliis miserando & affatim donando subleuabat, ipse ſibi gratifimam adſcifebat. Pauperem vitam, & procul ab opulentis honoribus remotam, amabat. Opes honoresque ſponte oblatos, ſtrenue auerſabatur, mundi fastum magnanimā demiſſione calcans atque pefumans. Imò quātum nonnulli ambunt dignitatum titulos prehendendo, tantum ipſe deprecando auerſabatur. Carolus Cæſar Bloſius aliquando è Lætienſi, minore illâ videlicet Prælaturâ, ad maiora & ſplendidiora honorum culmina euehere, ſed fruſtrâ, molitus eſt. Nam Archiepiscopatum Cameracensem ab Imperatore ſibi destitutum Bloſius magnanimiter demifſeque recuſauit: quod ipsum familiari ioco Maximilianus à Bergis, vir minimè ambitionis, poſtquām ceruices tanto oneri ſubdidifer, Bloſio exprobare ſolitus eſt, quaſi verò æquum eſſet, Bloſium, vt ſuā quieti ac priuatæ conſolationi conſuleret, tam formidabile onus in debiliores humeros tranſferre. Sic ille de ſe vt prudenter & ami- cè, ita ſubmiſe & candidè iudicabat.

104 Obtulit etiam Bloſio Cæſar Abbatiam opulentiorum, adhito inter, de- memor quod eſt à S. Ambroſio pronuntiatum, carere omni ambitione religiosam devotionem, tantoque futura maiora pericula, quanto celſior fuerit dignitas; eam ſibi numquām paſſus eſt obrudi. Hanc enim vt à ceruicibus ſuis excuteret, Bruxellam Cæſari ſupplicatum iuit, & impetravit. Cum autem nouo & inuilitato ambitus modo in palatio Cæſari ad amo- liendam à ſe S. Martini Prælaturam verſaretur, occurrit res non indigna narratu. Forte in Principem quemdam virum è Cæſareis Optimatibus nō vltimum incidit, qui cum Bloſianâ gratiâ obligatum ſe iudicaret, ratus fore occaſionem gratitudinis declaradæ, ſi Bloſio apud Cæſarem (cui gratiſius eſſet in primis) ope- ramque offerret, promptum ſe paratumque addi- xit, ſi quid ambiret, & ſuā apud Cæſarem commen- datione vti vellet. Tunc Bloſius, vt res erat, animi ægi- tudinem declarauit ob S. Martini Abbatiam ſi eam adire cogeretur; velle ſe magis forte modicā, quaſe inter filios Lætienſes obtigerat, & iam tranquillè arque hilari- ter in Domino poſſidebatur, conſenſere Lætii, quām nouos honores cum nouis oneribus ſuſcipere; proinde rogare ſe, vt ſi gratiam rependere vellet, fa- uorem in hac Abbatia repudiandâ apud Cæſarem in- terponeret. Hoc Cæſarem rogarum veniſſe, vt liceat iphius bonâ gratiâ liberari, & in ſuo nidulo Lætienſi mori. Attonitus alter rei nouitate, obſequia, quando ita Bloſius vellet, offert ſua: mox ad Imperatorem à Bloſio diſcedens, En, ait, Auguſte Cæſar, adfero nouam prorsus & inuilitatam libelli ſupplicis formulam: Lætienſium Abbas Bloſius, longè aliter atque alij ſubinde ſolent, orat per me, atque obteſtatur Maieſtatem tuam, vt S. Martini Prælaturâ abſolui, & in ſuā Lætienſi vi- uere ac mori poſſit. Ita ille, ita ego Maieſtatem tuam obſecro. Ad hæc admirabūdus Cæſar, Fiat, inquit, & apud ſuos, quando ita orat Bloſius, viuat & moriatur. Sic nempe Bloſius dignitatum & honorum cōtempnu clarior, quām ſint plerique honores amiendo ge- rendoque.

C A P V T XXVI.

Zelus contra naſcentes hærefes & vitia.

105 CALAMITOSIS Belgicæ Ecclesiæ temporibus, cùm ex Galliâ & Germaniâ vndique in Bel- gicas prouincias hæretica pestis irreperet, contra naſcentes atque adolescentes hærefes, earumque præco- nes, defensor ac propugnator inter alios à Deo datus

videtur Bloſius. Viſuntur inter Opuscula eius duo illa AVCT. aduersus Nouatores scripta, ex quibus luculentum zeli MONA- fui pro domo Dei testimonium Bloſius habet, Colly- CHO BE- riūm hæreticorum, duobus diſtinguitum libris, & Facu- NEDICTI- la illuminandis & ab errore auocandis hæreticis ac- NO. commoda. De primo pauculis ſed appofitis verbis Scripta prafat, & animi ſuī ſenſa erga Fidei hostes palam & eius contra ex fide declarat, dum ita orditur: Pià erga pereunteſ hæreticos: hæreticos commiſſeratione motus, hoc Collyrium ſcripsi. Et mox cauſam exponens cur vocet Collyriū; Collyrium hæreticoruſ (quod Græcā voce significat präſens in curandis oculorum affectionibus medicamentum) In quo, ait, pau- ca, quæ curandis ipsorum hæreticorum oculis apta eſſe videbantur, congeſſi. Abundè, quod cupimus, aſſequemur, ſi modicus ac ruditis hic labor noſter, aut aliquoſ, ex hiſ qui hærefi iam infecti ſunt, ſanare, aut aliquoſ, ex iis qui nondum ſunt infecti, ſeruare incolumes potuerit. Neque enim, in illis quæ haſtenus edidimus, laudes hominum, ſed ſalutem animarum venamur.

106 Faculae verò conſribenda confiſſum in Præ- facula; fatione declarat: quod erat eiusmodi, vt ex quadraginta tum Patrum antiquorum, tum ſacrosanctorum Conciliorum dictis atq[ue] decretis, totidem velut lucernas accenderet, & ſuper candelabrum poneret; non tam vt luceret omnibus qui in domo Ecclesiæ ſunt, quām vt illis qui nouitarum ventis in vada aut ſyrtes abripiuntur, Pharon quamdam accenderet, ad quam curſum dirigere & rectâ in portum certâque viâ inuehi poſſent. Eſt autem Facula, collectis in vnum ſententiis antiquorum Patrum, Opusculum ita numeris omnibus abſolutum, vt p[er]n[on]e nullam earum rerum, quæ nunc in fide controuertuntur, partem relinquit intactam. Et tamen pro ſuā modeſtiâ Bloſius, de eâ ita censet: Hæc Facula faciem primitiæ Ecclesiæ vt̄cum. Append. que oſtendens, collecta fuit anno Domini millesimo Facula in quingentesimo ſexagesimo primo mense Octobri: fine. quæ licet in modum farraginis confuſa eſſe videatur, prodeſſe tamen poterit hæreticis, ſi iſpi illam diligenter legere atque expendere voluerint.

107 Poſt Faculam ingeniosâ ſiſtione alloquitur Philocænopolitanos, quos a Reuerendissimus Linda- nus Episcopus, zelo Dei pro Ecclesiâ Catholicâ flagrâs, Appendix in aureo libello Dubitantios vocat. Appendix Bloſia- Facula ad n[on] titulus, poſt Faculam, eiusmodi p[re]figit: Expo- Philocano- ſtulatio Iefu Christi de ingratitudine Philocæno- politanor[um], leos, cuius gubernatores nouam prauamque doctri- nam amant, & hæreticis fauent. Eſt autem Philocæno- polis, ſi Latinè ad verbum reddimus, Amans nouo- rū ciuitas. Huius ciuitatis Praefides, qui cum ſe Catho- licos diceret, & sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ filios iactarent, tamen cum multorum hæreticorum noui- tates ſeminantium impunita ſcelera ferrent, pullulan- tes hærefes conuentiā ſuā roborauerunt, ita meritò expotulans Iefus Christus alloquitur apud Bloſium: O imprudentes ciuitatis gubernatores! quis vos ira- fascinavit, vt permitteretis illos veritatem impugnare, & liberè p[re]dictate aliam fidem, quām tradita fuſt olim à sanctissimis Patribus, atque à clarissimis veriſque Senatoribus, & à fideli populo ſeruata? & addit alia, quæ ſi attenē legantur, facile quiuis perſpiciet, iam tunc p[re]ſagiiffe Bloſium ea quæ pauculis poſt annis tulit fecitque Philocænopolis Belgica, ab illis nouæ doctriñæ vel auctoribus vel fautoribus lamentabili- ter afflita.

108 Præter hæc quæ publicâ luce donata ſunt, la- Epistola de- tuit in ſcribiis haſtenus Bloſij manuſcripta Epifola, fide ad quæ cognatam quamdam ſuam ex ouili Christi à lupis cognaram lapſam. illis ouinâ pelle teſtis ſeductam, & in Germaniæ fines, vt venenum hærefeos maiore licentiâ ac libertate co- biberet, è patriâ profugam, ad Eccleſiam plurimis for- tissimisque argumentis retrahere conatur. Quæ qui- dem Epifola, quia nunc lucem inter cetera eius opera aspicit, eam h[ic] deſcribere ſuperuacaneum duxi. Hæ fuerunt

Auct. fuerunt Blosij lucubrations, quibus pro Ecclesiâ san-
MONAT. dâ Dei aduersus hæreses fortissimè depugnauit. Bre-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.

Brenia sed tamen omnino solida, vimque omnem, & quasi suc-
neruosa cum ac medullam habent eorum quæ fusi solent
hac eius contra nostræ hostes religionis disputari. Estque id ad
scripta.

109 Nec verò scriptis Blosianis, pro seductorum ad Ecclesiæ gremium reductione, vel Catholicorum confirmatione, inferiora sunt facta illius. Multa enim

ia vitâ suâ egit pro reducendis ouibus ab ouili Ecclesiæ & à salute æternâ seductis, & pro Catholicis stabiliens.

b Regina Hungaria ei Nobiles conuentenos commendat.

Serenissima Hungaria Regina & Maria, Caroli Cæsaris soror Provincias Belgicas gubernabat. Ea cùm probè nosset Blosij insignes ardore, quibus inflammatobr ob zelum Ecclesiæ Dei; & à nonnullis deinde Episcopis didicisset, duabus illum manibus pollere, virtute videlicet & doctrinâ, ad retrahendum à perfidiâ nouatores; illius prudentiæ & pietati credit clares quosdam nobilitate viros, qui à maiorum fide turpiter desciuerant, vt domesticis Blosianæ vitæ exemplis, & quotidianis, dum in monasterio essent, disfertationibus impulsi, ad viam salutis, vnde per deuios errores abiuerant, reducerentur. Intet hos vnu ante

alios eminebat eximiâ nobilitate vir, cuius nomen consoltò sileo. Fuerat ei à Reginâ Mariâ Lætiense cœnobium, quasi honorificus carcer, assignatû: in quo etiam

salutem inuenit: nam hominem Blosius menses plusculos apud se benignè habitum, acibus feruidisque cōmonitionibus, & verò integerrimæ vita exemplis ita

flexit, vt non tantum hærelim eiuràt, sed intignem etiam Christianæ vita perfectionem affecetus sit; vt de eo Blosius ipse testatus est scriptâ ad Reginam epistolâ, quam hic Latinè redditam inserere operæ pretium nulli visum est. Sic ergo scribit: Domina, ingens

commiseratio, quæ erga Dominum N. in monasterium nostrum Lætiense relegatum feror, has me M. T. scribere compulit. Virum deprehendo sanè honestis moribus & indole, quæ sibi præscripta sunt serio obseruâtem. Quod ad Catholicam fidem attinet, magis in eâ

nunc est confirmatus, quâm si numquâm ab ea desciuisset; vt planè confidam, non facile deinceps, diuinâ secundante gratiâ, futurum illi noui lapsus periculum. Admodum ille priorem noxam detestatur, non verbis

luculentius, quâm virâ ac moribus: nam & quotidie Sacrificio reliquoque diuino Officio assistit, & sentit de Sacramentis, Constitutionibus, Cærimonii sanctæ Matris Ecclesiæ, omnino orthodoxè. Quare si eum

*Pro eius libe-
ratoe in-
tercedit.*

T. M. pro singulari suâ clementiâ pristinæ restitueret libertati, rem tanè faceret numquâm sibi, vt ego quidem existimo, pœnitendam. Fidentius de eo loquor, quod septem iam ipsos menses cum eo versatus, sicutrum atque ab omni fictione alienum reperi; et si aliquâ se olim, in suis tegendis occultandisq; erroribus, vnum simulatione fateatur. Grauiter ille quidem, nec difficitur, lapsus est, quorumdam malevolorum persuasione deceptus: sed graues iam quoque pœnas dedit, præter infamian carcerisque molestias, ad ipsas mortis angustias redactus. Numquâm me quidem, vel verbo, interpellauit, pro se quidquam vt agerem scriberem: vehementer tamen quandoque deici tristitia tædioque animaduerto. Est naturâ ad mœrem proclivior: quare vereor ne qua illi, nisi tempestuum solatum leuamenque calamitatis ei adferatur, desperatio surrepat. Id minimum ei vt T. M. indulget obtestor, vt ambitu monasterij egredi fas sit ad honestam animi relaxationem, vel eâ lege ne nocte abesse T. M. iniussu ei liceat. Id si misero erit concessum, perspicet saltē non id agi vt his immoriatur miseriis, tantoque

alacrius pia sua præposita urget, ac tuebitur. Ceterum Creatorem omnium precor, Domina, omnem T. M. felicitatem largiatur. Lætiis vii. Augusti MDL.

T. M.
humillimus atque obedientissimus Capellanus
Ludovicus Blosius.

Hac Blosius epistolâ felici suo captivo non libertatem tantum, sed & fortunas veteres atque honores impe- trauit. Qui suis deinde redditus, non piè tantum ex normâ Blosianâ vixit, sed & familiam vniuersam religioso ferè more composuit: cumque de Blosio sermo incideret, non dubitabat eum beatum ac cælestem vi-

*Blosius fo-
lis instar
vñue col-
lucere.*

rum appellare; sancte testatus, eum à se visum aliquan-

do orationi vacantem toto vultu, solis instar, cælitus

affuso lumine collucentem.

110 Affine crimen hæresi est magia. Diabolo in-
cantatore in præcips agitur, & qui hæresi sunt afflati,

& qui initiati magia. Ideò appendix erit, spectatæ no-
bilitatis vir (cuius etiam nomen, vt heredum illustrium

honori consulatur, sponte silentio premimus) qui edem
dementiæ abreptus fuerat, vt magno pretio incanta-

tum à præstigiatore annulum sibi comparareret, quo tamquam Gygis fortunam possidere se crederet. Hoc

annulo velut clandestino pacto alligatus dæmon, spe-
ctabili hominis formâ se in seruitutem dedebat, ad

omnia promptus & expeditus. Sic ille quidem, cùm

hero seruire videretur, heri animum mancipium sibi
sicerat, & seruilibus conscientiæ flagellis laceratum

durissimam cogebat seruite seruitutem. Iam, Deo agente, familiaris ille genius, ob conscientiæ stimulos, à familia-

minus minusque adlubescet: iam via ad abrupten- ritate de-
dum compedes quærebatur. Ecce verò consuetudo, monis effi-
quæ ei cum Blosio intercedebat, saluti viro fuit. Nam

vbi Blosius more suo de Dei erga peccatores miseri-

cordiæ mellifluos sermones miscentem audivit, toto corde commotus, omnes ei conscientiæ captiæ la-

queos, & pacem cum domestico dæmone fidem, plorans gemensque exposuit. Hic Blosius magnis viti- bus conniti, hic animum illi in spem certam erigere:

hic, si veller ipse conscientiam exomologeos & Eu-
charistiæ Sacramentis expiare, obuiam illi facilem-
que Dei misericordiam addicere. Quid multa? animū

expurgat, diaboli vincula abrupit, ad bonam frugem
experditâ vitâ, ad Sacramentorum frequentiam à ma-
li genij transit consuetudine. Et dæmon quidem ab illâ

arce eiecit, denuò eam recuperare frustrâ laborauit. Nam cùm in sul castri edito vallo nobilis ille, iam Dei

famulus & diaboli hostis, orationi intentus obambu-
laret, adfuit hostilis ille seruus, malus genius, nigerrimi imperum

hirci formâ, & vehementi impetu herum quondam precibus
sum in plenam aquatum fossam deturbare conatus, frangit.

est. Sed frustrâ. Nam inuocato per preces Deo (Blosij monitorum memor) vir iam solidè pius, spectrum à se

abegit, & deinceps ab omni mali genij infestatione li-
beram Deo que gratam vitam duxit.

111 Neque satis Blosio fuit, caritatis suæ zelo, à ve-
râ fide alienos, aut seductos à dæmone complecti; sed

codem etiam ardore, quamlibet pietatis promouen-
dæ & Christianæ Reipublicæ iuanda occasionem

arripiebat. Eam ob caussam vt in Belgium Societas *Societatem*
Iesu recuperetur, allaborauit: eidem fuit pro viribus, *1557 fuit*
& impeditam calumnias, pæneque oppressam eius in-

nocentiam tutatus est, graui scriptâ ad Vigilium Zui-
chemum Præsidem tunc Concilij secretioris epistolâ,
quam hic placuit è Gallico fideliter versam adscribere:

vt qui hæc legent Societatis Iesu Patres, meminetint
quid Blosio nostro debeant, quosque præcipue adiu-
tores olim habuerint: Nostrî verò eosdem pergent
Patres veluti strenuos contra hostes fidei commilito-
nes propugnare, souere, promouere Blosianâ, id est, fi-
deli & religiosâ, caritate: ceteri autem intelligent, quâ-
ta sit rectorum ac proborum ingeniorum semper
consensio, quando adhuc recentem pæneque infantem

hanc

hanc Sodalitatem tam facile Ordinum antiquissimus defendendam sibi ornandamque suscepit, solâ sibi virtute commendatam. Ita ergo se habet Epistola:

112 Domine, cùm nuperimè tecum pranderem in tuis ædibus, de hominibus Societatis Iesu mentio incidit, vt nosti, longo deinde ducta sermone. Cupiebam sanè tecum seorsim de iis loqui, clariusque quid sentire exponere; sed quia nullam id agendi idoneam opportunitatem naclsum, mihi nunc ad te de totâ eâ re scribendum esse iudicavi. Domine, magna mihi pri-
dem cum M. Adriano Scholasticorum Societatis Iesu Louanijs Præposito, aliisque ex eâdem Societate, familiaritas intercedit. Vnde euodem M. Adriani verum Dei famulum & amicum iudico. Illud verò li-
quid constat, eam Societatem, veluti postremum sa-
ctorum hominum Ordinem, ad multorum salutem in Ecclesiâ diuinitus his temporibus excitatam: licet ple-
tique, non è vulgo solùm, sed sacri quoque homines, atque adeò Religiosi, aut de eorum existimatione detrahanter, aut parum sanè eorum causâ velint. Magna quidem certè & illustria per eos in Hispaniâ, Lusita-
niâ, Italâ, Indiâ, atque alibi terrarum patrantur à Deo. Per honorificè de iis mecum egit Nuntius Apo-
stolicus, cùm Hallas eum salutatum venissim, magni-
que eos se facere ostendit, iisque ut familiariter vterer horatus est. Nec obscurus est fructus quem haec tenus Louanijs ediderunt. Quod pleniùs testificari potest Cancellarius Doctor Ruardus, summâ vir prudentiâ & religione & fide. Quidam tamen aut veri ignoran-
tiâ, aut animi malevolentia, quod ab illis rectè fit & salutariter, in diuersum interpretantur. Sed consue-
runt videlicet res istiusmodi esse principio ad multis inuidiosæ: quod & S. Francisci ac S. Dominici familiae legimus euenisse. Illud verò bonis ac prudentibus pro-
bari vnicè debet, quod non, vt ceteri, anno uno exacto, sed septimo demum aut octauo pôst, publicè profi-
tentur: quæ res, multa quæ timeri possent, auertit in-
commoda. Quod ad priuilegia attinet, quibus eos Pontifex ornauit, sunt illa omnino isti vocationi ne-
cessaria. Quamquam verò ea ampliora sint illis, quæ antiquis Pontificum legibus, ceteris Ordinibus collata sunt; non sunt tamen aut publicæ Ecclesiæ quieti, aut reæ disciplinae contraria: sed potius, si res suis mo-
mentis rectè expendatur, & virtuti, & animorum vi-
litati, & communî bono maximè consentanea. Bini iam Pontifices, sibi inuicem in summam illam Digni-
tatem succedentes, hanc Societatem maturâ habitâ deliberatione confirmarunt: Principes verò Christiani plerique benignissimum iam pridem in eos animum accepere. Quos sanè viros ut dignitate ac iudicio præ-
stantes, ita cuncta consilio gerentes, qui tantâ in re nihil vidisse existimet, næ eum ego à rectâ ratione lapsum iudicem. Vtinam vt in ceteris orbis Christiani Pro-
uinciis, ita in nostro quoque Belgio aliqua eorum Col-
legia insituantur! id verò & ad Dei cultum propa-
gandum, & ad animarum salutem fulciendam confi-
derem vim habiturum esse longè maximam. Sed ve-
reor vt ne hoc Dei immortalis munere neicum digni-
simus. Domine, si res ita feret, vt eorum apud Cæla-
rem, aut Reginam, aut certè in Concilio caussa agita-
retur, rem tu quidem, vti ego existimo, Deo gratam facies, si quam minimè eis aduersabere. Non debet, qui reæ animi conscientiam curat, aciùs sese huius-
modi conatibus opponere; ne pugnet cum Deo, pro
quo se pugnare arbitretur. Non sunt diuina consilia humanis rationibus metienda, quæ omnem excedunt rationem. Hæc te cupio, Domine, prono benignoqué animo accipere, quæ vnius veritatis, diuinique hono-
ris studio impulsus scripsi; precorque Deum Opt.
Max. diu te incoludem tueatur. Valé. Bruxellis.

Tuus

humilis seruus

Ludouicus Bloisius Abbas Lætiensis.

Blois ad
Zuichemū
pro eâ epi-
fola.

Societas
priuilegia
nemini
posita.

Optat
Collegia
Societas
in Belgio
instituit.

a Guilielmi Lindani, primi Ruramundensum, ac deinde Gan- Avct.
daensium Episcopi, elogium & scriptorum catalogum reperies in MONA-
Andrea Valerij Bibliotheca Belgica.

b Ludouici Hungaria Regis vñdus, ab anno MDXXX. ad MDLVI. NEDICTI-
Belgicas prouincias administravit.

CHO BE-

NO.

c Hanc epistolam inter monumenta Collegij nostri Louaniensis
repertam, Lætine olim verti, & Latensibus communicauit.

C A P V T X X V I I .

Agritudo postrema.

113 **C**V M iam omnia in misero nostro Belgio ad tumultus turbasque spectarent, quæ mox in magnam rei Catholicæ ac publici boni perniciem erupere; tempus aduentabat, quæ famulum suum fidelem, & in assiduâ mortis meditatione ac cælestibus desideriis viuentem, bonus Dominus mercede donare, & in gaudium suum introducere decreuerat. Quod Bloisium minimè latuisse, non leue argumentum præbuit ipse, cùm se suaque omnia ira comparauit, mortem quasi mox iter vniuersæ carnis ingressurus videretur. suam pra-
Fidâ relatione constat, paullò antequam è viuis exce- scisse aut deret, considerantem attentius ingentem animatum stragem, quas recens exorta hæresis pestiferâ lue infi-
ceret, ac in orcum deturbaret; & insurgentes vndique lupos falsæ doctrinæ magistros, Ecclesiæ ouili exci-
dium minitantes; altiore quadam mentis obtutu præ-
uidisse, longè grauiores Belgio à ferinâ hæreticorum rabie impendere calamitates: quâ cogitatione tam altè cordi suo doloris vulnus sensit infligi, tantoque affe-
ctu caritatis internæ ac commiserationis viscera commo-
ueri; vt tæderet eum iam vitæ longioris, & summis pre-
cibus à Deo exposceret animam suam tolli, & cum posset.
B. Paulo corpore dissolu & esse cum Christo. Cum Philip. i.
que eidem petitioni insisteret aciùs; & impesiore stu-
dio, ab æterni Numinis clementiâ hominum miserè pereuntium salutem efflagitaret; postulata obtinuit:
nempe vt quas acie mentis futuras præsenserat miseri-
tias, eas, vitæ functus, mortalibus oculis non conspi-
ceret. Itaque prorsus euenit: nam illo ipso ineunte anno millesimo quingentelimo sexagesimo sexto, qui Iconoclastarum furore infamis fuit, totque Belgij ca-
lamitatibus dedit initium, Bloisius è vitâ migravit; ne
pios illos oculos ardentes patriæ atque ecclesiarum crea-
matarum fumus inficeret.

114 **P**orro morbi, ex quo secuta beata mors, hæc fuit origo. Sub medium circiter anni superioris, ad Synodus Cameracensis Prouinciae euocatus ab Illu-
strissimo Domino Maximiliano à Bergis, vñ cum aliis Ecclesiæ Prælatis Bloisius adfuit. A Synodo ad mona-
sterium redux, non longo pôst tempore dum obambu-
tibâ, febriliter operarios lustrat, qui fabrilem machinam cui-
dam adiustio adornabant, forte in tignum quodpiam,
transuersim humi iacens, tibiam impulit, & leui satis vulnere fauiauit. Ex modico vulnera lenta febris ex-
arsit, quæ tres ipsos menses claram Bloisium depasta, cu-
biculo inclusit, lectoqué affixit. Mæstus ob Bloisij viri
amicissimi ægritudinem & æger animi D. Ioannes Lentailleur celebris ille Aquicinctinorum Abbas, fa-
miliarem sibi Medicum, ab experientiâ clarissimum,
submisit. Nec remedia medicinæ aspernabatur æger,
sed artem opemque omnem vis morbi maligna supe-
rauit. Interim in patientiâ & spe, in exultatione & tre-
more, venientem Dominum seruus vigilans præsto-
labatur.

C A P V T X X V I I I .

Mors ac Sepultura.

115 **Q**VARTVM iam mensem pertinax eum car-
pebat ægritudo, cùm Kalend. Ianuar. anni M.DLXVI. sentiens tempus resolutionis suæ instante, sa-
crâ, Vnctione ad ultimam lucratam ritè armari vtrò, ne-
mine

Auct.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.

mine admonente, postulauit, & filios omnes ad mori-
bundi Patris ultima verba cōuocari. Tum sancto oleo,
Christiano more, perunctus, simulque incredibili vo-
luptate animi delibutus, suis, qui ægri letulum (verè
corona eius & gaudium in Domino) cinxerant, mori-
turi Patris benedictionem humidis oculis tristiq; vul-
tu imploratibus, celebré illam ex Enchiridio paruulo-
rum à se edito morituri hominis protestationē, quam

Lib. 2.c.2. Recitat longo vsu memoriam mandauerat, clarè, deuotè, suauiterque pronuntiauit. Posthæc cygneā voce venerabili-
nem homi- Deum & amore erga filios à se educatos plenissimis
lis & amabilis Pater filiolos extremis, & fiduciā erga
nisi moritu- verbis ita allocutus est, vt hoc Patris filiorum amantis-
ri. simi testamentum, & ultimæ sanctissimæque voluntatis tabulas semper in manibus, semper in corde habere
debeant filij Lætienses. Hanc postremam eius oratio-
nem Latinè quidam Lætiensis Religiosus ex Gallico,
verbū verbo reddendo, candidè ita transtulit:

Eius po- 116. Carissimi Fratres mei & amici, tam iuniores
strema ad quām seniores, audiuitis Protestationē iamiam à me
suos oratio. pronuntiatam, quam iterū hīc coram Deo & vobis
tenou & confirmo. Dei voluntate factum est, sicut
nolis, vt diu satis vnā vitam duceremus; & probè
noui, vix pro huīanā fragilitate fieri potuisse, quin
finistri quidpiam subinde inter nos tanto rēporis spa-
tio interuenierit, quod aliquam mutuæ offenditionis de-
Perit à suis derit occasionem. Quare sicut iam antē vos obsecraui,
veniam. sic etiam nunc quanto possum affectu obsecro, vt ve-
litis mihi condonare, quidquid fortè vñquam dixi aut
fecī, quo vel iniuriam aliquam, vel molestiam, seu ma-
joribus seu minoribus vestrū intuli. Ego vicissim si
quis ex vobis quocumque modo in me peccauit, liben-
tissimè & ex sincero corde penitus condono. Et quam-
quām Dei sit potius quām meum peccata condonare;
nihilominis tamen, quantū in me est, simul cum Deo,
omnia vobis ex animo condono. Ceterū rectam vi-
uendi viam constanter, obsecro, tenete, & vocationis
vestræ memores estote. Puram Dei gloriam in omni-
bus vbiq; quārite, sancto Religionis zelo feruentis.
Non vos detineat voluptates huius sæculi. Videntis quo
iam loco constitutus sum: non est quād aliud vobis per-
suadeatis; huc omnibus aliquando veniendum est. Va-
lentissimi quicke vestrū ac robustissimi easdem suo
tempore angūtias, quas ego nunc patior, sustinere
decebunt. Quid tunc, quāso, prodesset vobis, si, vt sa-
Matth. 16. cra Scriptura in Euangeliō nos admonet, vniuersum
26. mundum lucratii fuisseris, animæ verò vestræ detrimē-
Marci. 36. tum fecisset? Contrà autem, si vitam ex virtute duxe-
ritis, si Deum quāsieritis, magnæ vobis erit consola-
tioni in extremo illo discrimine constitutis. Decretum
mortis est ineuvigabile. Seriū aut citiū, siue ad salutem,
siue, quod absit, ad damnationem nostram, moriendū
est: ex hoc mundo, qui citò transit & perit, nobis tan-
dem migrandum est. Seriò igitur perpendite, & curate,
vt quotidie vos ad mortem salutarem præpareatis, quæ
felicem vobis in vitam æternam introitum indubitan-
teraperiat. Ad me quod attinet, malo, si ita Deo vñsum
est, hacipsâ horâ hinc discedere, quām hīc diutius cō-
morari, vel eò maximè, quād mundus iam totus in
maligno positus sit, & peiora, quantum præuideo,
nobis minetur. Quando igitur me Deus hinc euoca-
uerit, estote, quælo, Fratres mei, quieti ac tractabiles,
non autem turbulenti & ceruicosi, non dissoluti, & di-
sciplinæ frenum excutientes. Ambulate suauiter in san-
ctâ humilitate & obedientiâ; viræ tenorem, prout cœ-
pistis, honestè prosequentes, & diuinum Officium re-
ligiosè peragentes. Si enim secūs faceretis, Deus of-
fenderetur, boni quique scandalizarentur, vobis etiam
inureretur infamia nota. Sint vobis in exemplum aliæ
congregationes Religiosæ. Quæ enim rectè sunt insti-
tutæ, probè ac prudenter post sui Prælati obitum se
gerunt, donec Deus de alio prouiderit. Scitis quām
bona haecenus semper fuerit vestri apud omnes no-

Desiderat
mori.

Eos ad reli-
giois vnu-
dum hor-
tatur.

Matth. 16. 26.
Marci. 36.

minis existimatio. Date operam, ne bonum hoc no-
men, post mortem meam, perdatis & deleatis. Non
quād huius tantum bonæ existimationis gratiâ vobis
in bono sit perseverâdum; sed quia dum bonus de vo-
bis odor spargitur, cedit hoc in honorem Dei & sancte
Religionis. Ante omnia date operam, vt in pacis & *Caritatem*
aliam
mutui amoris vinculo simul conuersemint, non mor-
dentes inuicem aut pungentes, sed omnem vitantes
rancorem, inuidiam & contentionem. Caritatem in-
ter vos putam habete, non fictam, aut fucatam, nec
duplicis animi: caritatem, inquam, quæ profundas in
corde egerit radices, non quæ ore solū promatur &
linguâ. Quando autem de alio vobis Prælato Deus
prouiderit, illi in omnibus, quæ rationi consentanea
sunt, obedientes estote. Denique satagit vitam vestram
sic instituere, vt orationes vestræ mihi auxilio esse pos-
Preces eo-
rum im-
spiritum, firmus & stabilis perseverem. Interēa spe *plorat*
bonâ confido, me vos omnes apud Deum in paradisi
gaudiis visurum. Ceterū vos omnes Deo commen-
do. Orate pro me, & ite in pace.

117. Hæc erant optimi Simeonis verba, quibus &
ipse nunc dimitti à Deo rogabat; & gloriam plebis
sua, id est, posterorum Lætiensium salutem, tam ipsi
quām ipsorum bono Deo ac Domino ex intimo corde
commendabat. Cumque ita viscera pietatis & miseri-
cordiæ ad solandum filios, ob mortem suauissimi Pa-
rentis, quem animam agere viderent, mœstissimos,
effudisset; illi, ipso volête, ad preces pro felici eius de-
cessu fundendas digressi sunt. Hinc optatissimam sibi
nactus Bloius solitudinem, quâ se ad benè beatę que
ex hac vitâ migrandum compararet, solus cum solo
Deo, ad quem toto corde anhelabat, magnâ animi vo-
luptate agere cœpit, & propinquis paradisi deliciis
veluti præludere. Tandemque post plurimos agones,
ardēs extuanq; celestis patriæ desiderii, cū omnibus
Ecclesiæ sacramentis ritè iam esset communitus, vt
per omnia religione & vitæ sanctimoniam singularis,
plenus bonorum operum, plenus humilis & magna-
nitæ in Deum fiducia, plenus multorum metitorum,
exactis in religiosa disciplinâ annis ferè **XLV.** in Præla-
turâ amplius **XXXV.** ex hoc exilio in diuinos amplexus *Moritus*
(vt sperare iubet constans sanctitatis opinio) euolauit *7. Ianuar.*
die septimâ Ianuarij, annos natus **LIX.** maximo sum-
mis æquè ac infimis lui relieto desiderio. Fuit ea sanè
luctuosa Lætiensibus filiis dies, quâ Parente optimo
orbati dulcissimum spiritus solarium & fortissimum
robur amisere. Viuit tamen & viuet apud posteros
suauissima memoria sanctissimæ restaurationis, quam
Bloius plantauit & rigauit: quæ, Deo incrementum
dante, ita ipso viuente excrevit vt vidimus, & nunc
apud posteros Statutorum Patris sui obseruatiissimos
ante oculos omnium vire per xc. & amplius annorum
obseruationem. Fuit Bloius, dum vixit, staturâ me- *Eius for-*
diocri, facie oblongâ, vtcumque macilenta, colore *ma.*
pallido subfusco, oculis grandiusculis, cælum ac Deum
spirantibus, naso aliquantulùm aquilino, barba ratio-
ne, & canis aspersâ, toto vultu ad pietatem mode-
stiamque composito.

118. Mortuo Bloio iustis funebribus parentatum
estea pietatis pompâ, quæ virum natalibus clarum, sed
virtutum nobilitate clariorem, & iam publicam san-
ctitatis famam adeptum decebat. Officium, exequia-
rum die, peregit Reuerendissimus D. Martinus Cupe- *Exequia.*
rus ex Abbate Crispiniensi Chalcedonensis Episcopus,
& Cameracensis Suffraganeus, qui, vt viuum Bloium
semper amantissimè coluit, ita lubentissimè supre-
num mortuo honorem impendit. Pignus sacratum *sepulta.*
Bloiani corporis exuiarum humi depositum tunc
fuit, ad Chori Lætiensis ingressum, ante portam quam
vocant Auream, sub exiguo marroneo laterculo, hac
breuissimâ Epigraphe ac formâ:

D. O. M.

AVCT.
MONA-
CHO BE-
NEDICTI-
NO.

R. D. LUDOVICO BLOSIO

*Nomina
muli epig-
raphae.*

HVIVS MONASTERII ABBATI XXXIV.

NOBILI BLESSENSIVM SANGVINE

RELIGIOSA VITA

ASCETICIS LIBRIS

MONASTICÆ DISCIPL. RESTAVRATIONE

DOMI FORISQ.

CLARISSIMO

CVM ANNIS A MORTE LXV.

SVB VICINO SEPVLCHRI SVI LAPILLO

IACVISSE T

ANTONIVS ABBAS XXXVII.

MONACHIQ. LATIENSES

DVLCISSIMO PATRI SVO

TRANSLATIS HVC

VENERANDIS EIVS OSSIBVS

AC

HONORIFICENTIVS RECONDITIS

PIÆ GRATITVDINIS

ET

VENERATIONIS

ERGO

ÆVITERNAE POSTERORVM MEMORIAE

HOC MONIMENTVM


ANNO SALVTIS M. DC. XXXI.

POSVERVNT.

REXIT ANNIS XXXV.

VIXIT LIX.

Epi-
phium.



Sed ne quis erret, dum legit annum millesimum quinquecentesimum sexagesimum quintum, aduertere debet, isthic anni numerum ex styli veteris suppuratione possum esse: nondum enim nouus ille erat in Belgium introductus: stylo autem veteri (qui annum à festo Paschatis inchoabat) Ianuarius mensis, cuius septimo die Blosius ex hac vita decepsit, ad annum MDLXV. pertinebat.

119 Sepulchro Blosij R. D. Petrus Philicinus Binchiensis Decanus Epitaphia, quæ sequuntur, adscriptis:
Siste gradum, qui quis transis hac, sisto viator;
Atque lege, quod legisse non parum iuuet.
Cui nec nostra tulit, prisci nec temporis ætas,
Futura similem nec videbunt sæcula;
Blosius hac Praeful sub mutâ clauditur vñâ,
Vir vñus omni superior præconio.
Nam nemo illius doctam memoret pietatem,
Piamque doctrinam, omne vincentem iubar;
Quæ nec nunc cessat totum fulgere per orbem,
Et porrò ad ultimum vsque fulgebit diem.
Abbatum decus, & Mystarum fulua corona
Viuens fuit, flos & choragus virginum:
Labe carens omni, speculum, rarusque lapillus,
Idea Religionis, in quâ splenduit:
Prolixus studiorum patronus & auctor,
Pronusque, tantum non profusus pauperum,
Perfugium miseris, portus, solamen, & idem
Est factus omnia omnibus cum Apostolo.
Quid, quod vulgatis etiam libris docet omnes,
Atque monumentis vel cedro dignissimis?
Proin Charites illum meritâ sacrâque Camœnæ
Deflent, & Orbis pars triplex mœsta ingemit.
Sed valeant lacrymæ, & planctus lamenta faceant:
Modus querelis adhibeat tristibus:
Orandum potius, cineri requiem ut Dominus det,
Et remigret in cælum, vnde venit spiritus;
Vsque Deo laudes æternas ut moduletur
Inter choros latus beatos Cælitum.

ALIVD.

Blosius, heu! cecidit, tumbaque reconditur istâ,
Blosius, augustus Religionis honos.

*Eius offa
ab Archie-
piscopo Ca-
meracen.
in tumu-
lum sollem-
niter tra-
lata.*

120 Humili illo, quem diximus, loco venerandum Blosij corpus, ad annum MDXXXI. quieuit. Tum verò Latiensenses eius filij medio choro elegans ei marmoratu è vario marmore sepulchrum erexere, quod ab Illustrissimo D. Francisco vander Burch Archiepiscopo Cameracensi è priori tumulo offa illius translata sunt decimaquinta Junij, quæ tunc erat Dominica sanctissima Trinitatis. Sepulchro hæc Epigraphe capitalibus (vt vocant) litteris inscripta legitur:

Eminet

*Duo me-
trica epi-
taphia.*

*1. Cor. 9.
2. 2.*

Aver. 121 Eminet nouum hoc sepulchrum (septem p-
MONA- des longum, latum quatuor) duobus à terrâ pedibus:
CHO BE- hæcque ad quatuor latera quatuor ex albo marmore
NEDICTI-

NO.
Descriptio
nouis e-
pulchi.
Eccli.47.
16.

I M P L E T V S E S T
Q V A S I F L V M E N
S A P I E N T I A.

DE OMNI C O R D E H A B E B I T L A V D E M
Eccli.47. S V O L A V D A V I T ET INTER BENEDICTOS Eccli.14.
10. D O M I N V M. B E N E D I C E T V R.

Eccl.50.1.

I N V I T A
S V A S V F F V L S I T
D O M V M.

122 Hoc erectum Bloſij honori ad posteritatem propagando monumentum. Eſi nullum ille ſui illiſtriſ reliquere monumentum potuit, quām piiflīmē elucubratis commentationes, optimamque restitu- tam cenobio disciplinam. Cuius conſeruandæ zelum, veluti ampliſſimam hereditatē, duobus diſcipulis ſuis, qui ſuccellue id monaſterium administrarunt, viſus est teliqifſe. Prior fuit Quirinus Douillet Atheniſis, 1. Quiri- qui eodem quo Bloſius mortuus eſt anno gubernacula nus Douil- ſuſcepit, xxviiii. Octobris, ſolemni ritu, S. Martini festo, inauguatus, ac deinde xxvi. Aprilis, anno Chriſti MDLXXVII. aetatis ſua LV. eſt viuſ excessit, magno ſuſi, Moni- fidei deſiderio. Vir erat namque mansuetus ac comis erga omnes; ſed qui columbinos mores inſigni let. prudentiā temperaret.

2. Nicolaus le Francq. 123 Excepit hunc Nicolaus le Francq. Montibus Hannoniæ natuſ, & ipſe eſt Bloſij iſtituſione ac diſciplinā; ad gerendum feliciter munuſ anno MDLXXVIII. S. Andreæ Feriis confeſcratus. Merito huius quoque vita ad Dei gloriā & posterorū exemplum tradi litteris poſſet, ſi Lætieniū id ſineret modetia: ita eximiis religioſe mortificationis ceterarumque virtutum exempliſ eluxit. Migravit eſt vīta xxii. Iunij MDX. annos natus duos & ſeptuaginta.

3. Antonius de Winghe. 124 Hos ſecutus, qui etiamnum ei Monaſterio præſt Antonius de Winghe; Louaniſ natus anno MDLXI. XVI. Iulij, & Lætieniū monaſtici profesſus vltimo Aprilis MDXC. Præfecturam capelliuit II. Se- ptembr. mense tertio a morte deceſſoris, eodem anno MDX. ^a

^a Obiit magnā ſanctitatis opinione anno MDXXXVII. XXXI. An-

ſcutulis incifa oſtentat, ex Ecclesiastico ſumpta Bloſij eloſia:

D E O M N I C O R D E H A B E B I T L A V D E M
Eccli.47. S V O L A V D A V I T ET INTER BENEDICTOS Eccli.14.
10. D O M I N V M. B E N E D I C E T V R.

gofſi, Montibus Hannonia, in templo Societas Iesu ſepultus. Cui 4. Thomas
menſe Decembri eiusdem anni ſubrogatus Thomas Luytens Abbas Luytens.
Latieniū XXXVIII.

E P I L O G V S.

125 HÆc habui, Reuerendi in Christo Patres ac Domini, pauca de multis Ludouici Bloſij virtutibus, quæ compendio & veluti delibanda perſcriberem. In paucis illis, quaſi Timantes in pictruræ tabellis, multo plura, quām ſcripsi, Bloſij gestorum æquè ac ſcriptorum amatoribus colligenda atque intelligenda reliqui. Pauca illa vt æqui bonique conſulatis, vos rogo; vt verò iisdem ad animarum veſtrarum æternum bonum vtamini ac fruamini, Deum Optimū Maximum ſupplex oro. Plura ſanè de Bloſij vitâ ac virtutibus, ex singulari meo erga ram illumine Ordinis nostri virum amore, ſcribi à me debuiffent; niſi partim iniuria temporum, partim maiorum incuria, partim, & vel maximè, Lætieniū modetia prohibuiffet. Nihilominus hac meā etiam tam breui ſcriptione id me affeſcuturum ſperauit, qui hæc ipsa pauca de tanti viri moribus & conuerſatione cognouerint, plura in dies ac maiora expiorum Bloſij Operum de nouo iuſtritorum lectione, frugum iuſtitia ſuę incrementa percipliant: ac religioſa in primis Lætieniū Congre-gatio, Bloſianæ pietatis heres, cui meum hunc qualem-cumque vitæ ſcribendæ laborem, gratum ſimul & utilem eſſe percupio. Valete, & pro me orate; ac Deum, in Bloſio ſuo laudate.

VIII. IANVARI.

S A N C T I Q V I V I . I D . I A N V A R .

C O L V N T V R .

S. Semeias, Propheta.	S. Eugenianus, Martyr, Augustoduni in Gallia.
S. Lucianus Episcopus,	S. Egemonius, Episcopus Augustodunensis, in Gallia.
S. Maximianus Presbyter,	S. Atticus, Episcopus Constantinopolitanus.
S. Julianus Diaconus,	S. Dominica, vel Domnica.
S. Patiens, Episcopus Metensis in Gallia.	S. Georgius Chozebites.
S. Anastasius,	S. Aemylianus Confessor.
S. Iucundus,	S. Seuerinus, Presbyter, Noricorum Apostolus, Neapoli.
S. Ratites,	S. Seuerinus, Episcopus Septempedanus in Italia.
S. Petrus,	S. Affinus Episcopus.
S. Florus,	S. Balduinus, Archidiaconus Laudunensis in Gallia.
S. Tilius,	S. Maurontus, Abbas S. Florentij veteris in Gallia.
S. Florianus,	S. Frodobertus, Abbas Cellensis, Trecis in Gallia.
S. Tatia,	S. Gudila, Virgo, Bruxellis in Belgio.
S. Claudius Praefectus militum.	S. Cyrus, Episcopus Constantinopolitanus.
S. Carbonanus,	S. Pega, Virgo in Anglia.
S. Tibudianus,	S. Erardus, Episcopi, Ratisbonæ in Germania.
S. Maximus I.	B. Albertus, Milites, in Italia.
S. Maximus II.	S. Garibaldus, vel Gaius, Episcopus Ratisponensis in Germania.
S. Patheus, Martyr.	S. Vulfinus, Episcopus Schireburnensis in Anglia.
S. Carterius, Presbyter Martyr in Cappadocia.	B. Torphimus, Episcopus Hamariensis in Norvegia, Brugis in Belgio.
S. Theophilus Diaconus	B. Laurentius Iustinianus, Patriarcha Venetus.
S. Helladius	Martyres Afri.
S. Timotheus,	
S. Euclitus, vel Polyeuctus,	
S. Rusticus,	
S. Pisseus, vel Cipiseus,	
S. Secundus,	
S. Lucius,	
S. Felix,	
S. Ianuarius,	
S. Palladius.	
	in Græcia.

P R A E T E R M I S S I V E L I N

A L I O S D I E S R E I E C T I .

S. Rigobertus Episcopus Remensis, refertur hoc die à Martyrolo Germanico, Carthus. Colon. in Addit. ad Vfuard. inq; eiusdem Vfuardi editione Parisien. an. 1536. Vitam dedimus	iv. Ianuar.	rini Picabionensis Episcopi & Martyris, de quo 2. Nouemb. agemus. Vide Prolegomena ad vitam S. Seuerini Septempedani; & Translationem S. Seuerini Presbyteri, presertim num. 7. & seqq.
S. Seuerinus Episcopus, Neapoli, frater S. Victorini, celebratur in Martyrologio Romano, & aliis. Colitur hoc die Neapoli S. Seuerinus Presbyter, Noricorum Apostolus; Septempeda S. Seuerinus S. Victorini Confessoris frater, ut infra dicemus. Tertius nobis adhuc ignotus. Nullus in vetustissima Ecclesia Neapolitana monumentis Seuerini Episcopus reperitur. Inde cum nuper S. D. N. V R B A N V S VIII. Clero Neapolitano concessisset, ut publicè & per omnes totius urbis Ecclesias officio duplice omnium Neapolitanorum Praesulum ageretur festū, quorum extaret in Romano Martyrologio nomen; de ceteris quidem illiò recitari officium caput, de uno hoc Seuerino nihil. Ita hic Neapoli scriptus Antonius Beattius nostra Societas Sacerdos longè doctissimus, & propagandi Sanctorum honoris studiosissimus. Si fuit Victorini Martyris frater Seuerinus Episcopus, is cuiuspiam fortassis alterius ciuitatis Neapoli vicina Ecclesiam rexerit. Nobis nil liquet. Petrus de Natal. lib. 2. c. 57. fratrem facit S. Victor.		Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis Neapolitanæ, S. Mariae de principio, agitur hoc die per totum diaconatum, officio duplice, ut pater ex Catalogo SS. edito iussu Decij S.R.E. Cardinalis Carafe, Archiepiscopi Neapolitani.
Tom. I.		S. Nathalanus, sive Nethalenus, aut Nethelminus Episcopus, ab Adamo Regio, Ferrario, Camerario referuntur hoc die: atque illustria quadam de eo memorat Camerarius. Pleniùs de eo agemus, vbi que citat, vetera consecuti erimus breuiaria, aliaq; monumenta. In Aberdonensi diaœsi, ad septemptrionalē Scotia plaga, præcipue floruisse traditur.
		S. Agatho. Menaa Gracorū. Alium dedimus iv. Ian.
		S. Theoctistus. Theoctistum in Siciliâ Abbatem, aliud colitur à Graciis IIII. Septembr. discipulus magni Euthymij, ut xx. Ianuarij in eius vita dicetur. Plures huius nominis viri prestantes memorantur, ut iv. Februarij ostendimus. Quis hic potissimum celebretur, aequi haud licuit. Agathonis quoque non vnius predicatur in sacra fastis

Q. q.

m̄a

memoria. Erit fortassis qui suspicetur hunc esse nominatissimum illum in vitis PP. Abbatem Agathonem : at si is esset, non omitterent Graci eius elogium. Virumque tantisper omittimus, dum certius quid eruamus.

S. Guithelinus, *sue Guethelinus, vel Guithelmus, Londoniensis in Britanniâ Archiepiscopus, celebratur hoc die in Martyrologio Anglicano, & Ferrarij Catalogo. Eum Mattheus VVestmonasteriensis ad an. 435. scientia & virtutibus insignem predicit, recenset, labores pro afflictâ patriâ ab eo suscepit, vti & Galfredus Monumen- tensis lib. 6. cap. 4. & 5. Radulphus Cestrensis lib. 4. cap. 33. Siebertus editus à Laurentio de la Barre, alioq. Sed quia res eius atatis Britannica, vt fœdus bellorum turbibus inuoluta, ita luce scriptorum ferè caruerunt; eius hic gesta prosequi minùs licuit; præserit quid Conſtantinum, quem ille inuixisse in Regem traditur, eum quidam esse volunt, qui inuadens Imperium, à Duciis Honorij an. Chr. 411. occiſus refertur.*

S. Maximus Presbyter (*non Episcopus, vt perperam quidam scriperunt*) Ecclesie Iuuauiensis, *sue Salisburgensis, vitâ spiritualis (vt infâ in S. Seuerini Noricorum Apostoli vitâ cap. 7. num. 32. dicitur)* ab Herulis eam urbem incursione nocturnâ vastantibus, suspensus, à Raderio Bauaria sancta tom. I. Martyris titulo ornatur. Quo die colatur, neandum comperimus.

SS. lv. Martyres Salisburgenses, socij S. Maximi cum eo trucidati, Salisburgi infra arcem in cryptâ subterraneâ seruantur & coluntur, *vt idem ibidem Raderius, Auentinus Annalium Boiorum l. 2. Hundius in Catal. Salisburgen. Episcopor. Braunerus lib. 4. Ann. Boiorum ex monumentis Ecclesia Salisburgensis. Sed, vt iam diximus, eorum nobis ignorus est natus, idem tantisper omittimus.*

Siluinus Presbyter Quintanensis castelli, vulgo Kunzen dicti, Beatus à Raderio tom. 2. Bauaria sancta appellatur, cùm ex magno, inquit, verusto, & nobili scriptore Eugippio paſſim viris doctis laudato, certò conſerit Cælestibis accensum. Auentinus lib. 2. tradit templum extare Quintanis, ubi humatus colitur D. Siluinus. Dies nos latet. Agit de eo Eugippius infâ in vitâ S. Seuerini cap. 5. num. 24.

Marcianus Presbyter monasterij S. Seuerini iuxta Fabiana in Norico, laudatur infâ pluribus in eiusdem S. Seuerini vitâ, *vt cap. 4. num. 19. c. 10. n. 45. c. 12. n. 57. Raderio Beatus dicitur, Diuus Auentino. An colatur, & quo die, neandum comperimus.*

Paullinus Tiburniae in Norico (*non Reginoburgi in Ratiâ 11.*) Episcopus, laudatur in eiusdem S. Seuerini vitâ cap. 7. n. 29. & 33. & à Raderio tom. 2. Bauaria sancta, qui & Beatum nuncupat; non tamen coli vspiam scribit.

Lucillus Presbyter, S. Seuerino perfamiliaris, *vt patet ex cap. 6. n. 27. & cap. 11. n. 50. ubi Sanctus appellatur ab Eugippio, à Raderio Beatus; S. Seuerini reliquias in Italiam auexit, vt cap. 12. n. 55. Bruschius Fabianensem deinceps Episcopum factum scribit: quâm temere, hinc coniici potest, quod an. Christi 511. scribens Eugippius, numquâni Presbyterum eum vocat, quem an. 480. vt ex nu. 50. colligitur, decrepitum penè fuisse significat. Ambrosius Stibanus memoriam lapsus est, cùm à Seuerino missum cum Maximo Salisburgum ad predicandum, ibi à Barbaria è montis fastigio precipitatum, ac deinde in crucem actum scribit: neque id habet Hundius, quem citat.*

Ioannes Eremita Siculus, qui animam Dagoberti Regis Gallia vidit à SS. Dionyſio, Mauritio, Martino contra vim dæmonum defendi, vt refert Aimoinus lib. 4. cap. 34. ab Octavio Caetano hic commemoratur, Necdum nobis constat eum vspiam coli.

Petrus Episcopus Roskildensis, cognatus Regis Danie, dum cruce signatus pergit ad sepulchrum Domini, in Thosano Cisterciensium Monasterio iuxta Brugas in Belgio, diem obiit, vt testatur Molanus in natalibus Sanctorum Belgij. Sanctus appellatur in Martyrologio Gallobelgico. Non tamen ei Brugis peculiaris vllus cultus habetur.

Bernardus Ordinis Cisterciensis, ad monasterium, quod clâm deseruerat, à Christo sibi apparente reuocatus, ac deinceps pœnitentiâ & miraculis clarus memoratur, & Beatus appellatur à Chrysostomo Henriquez in Menolog. Cistercien. Inter pios cum recenset Sauſaius.

S. Julianus,

S. Basiliſſa, *Martyres. Menea. Vide ix. Ianuar. & Socij*

S. Waningus Confessor. Hugo Menard. Vide ix. Ianuar.

S. Marcianus Presbyter Constantinopolitanus, celebatur hoc die in Anthologio Gracorum à Clemente VIII. approbato. Vitam dabimus x. Ianuar.

S. Leucius Brundusij. Martyrol. S. Hieronymi. deo agemus xi. Ianuar.

S. Fulgentius Astigitanus in Hispania Episcopus, frater SS. Leandri & Isidori, traditur in Thesauro concionum Thoma Trugilli hoc die obiisse. Non vno die ab Ecclesiis Hispania colitur. De eo agemus xiv. Ianuar.

S. Liberata Virgo & Martyr. ms. Florar. Segontina esse videtur, de qua xxix. Ianuar.

S. Xenophon cum sociis. Anthologion Gracorum, & Ferrarius. Vitam dabimus xxvi. Ianuar.

S. Claudius Apollinatis, Hieropolitanus in Asia Episcopus, celebratur hoc die in Martyrologio Romano. De eo agemus, quo die à plurimis Ecclesiis colitur, vii. Febru.

B. Petrus Igneus S. R. E. Cardinalis Episcopus Albaensis, discipulus S. Ioannis Gualberti, refertur hoc die à Ferrario, & Menardo. de eo agemus viii. Febru.

S. Paulus Episcopus Virdunensis. ms. Kalendar. SS. Ord. S. Benedicti. Nos vii. Febru.

Ermenfodus Episcopus Virdunensis. Ferrarius. VVion quoque Lib. 2. Ligni vita cap. 55. Sanctum appellat, vti & Andreas Sauſaius, sed hic, quem potius sequimur. ix. Febr.

SS. XL Martyres columbi à quibusdam Ecclesiis hoc die, vt patet ex Kalendario Mediolanensi an. 1560. excuso. De XL. iis, qui Sebastia in Armenia coronati sunt martyrio, agemus ix. Martij.

Gudalus Confessor. David Camerarius. Si hic est S. Gudalus Archiepiscopus, eius vitam dabimus vi. Junij.

S. Guilielmi Archiepiscopi Eboracenſis translatae hoc die reliquie an. M. cc. lxxxv. ideoq. hic eius adscriptum Martyrologio Anglicano, & Ferrarij catalogo non men. Colitur viii. Junij.

S. Felix Episcopus Namnetensis obiit hoc die: sed, vt patet ex Breuiario Namnetensi, colitur demum vii. Iulij.

S. Eucharius Episcopus. ms. S. Maria Ultraiecti. Colitur S. Eucharius Treuirensis Episcopus viii. Decemb.

CIRCI-
TER AN.
MVNDI
M M M.
LXXX.

VIII. I A-
N V A R II.

Semeias
removat
Roboamū
Tribus, easq; Roboamū numeroſo coacto 180. milliū exerci-
tā confliū. tu, armis removare cogitarer; à Deo missus obuiā est Regi at-

DE S. SEMEIA PROPHETA.

ANCTVM Prophetam Sameam Ela-
miten bodie celebrant Graci in Menais.
Is ipse est qui in vulgata editione Seme-
ias, ab aliis Semaias appellatur. Hic cùm
ab Roboami imperio decem deservissent
Roboamū Tribus, easq; Roboamū numeroſo coacto 180. milliū exerci-
tā confliū. tu, armis removare cogitarer; à Deo missus obuiā est Regi at-

que exercitui, iam Sichem oppido, vbi caſtra fixerat Ierobo-
amus rebellium Tribuum Dux, appropinquant, atque iſta iuſus
publicè edicere: Non ascendetis, neque bellabitis contra
fratres vestros filios Iſraël: reuertatur vir in domum
suam: à me enim factum est verbum hoc, permittente
ſcilicet defectionem illam populi in vltionem ſcelerum: Salo-
monis. Paruit ille intrepidus diuino mandato: viq; verbis il-
lius

lius addita diuinitus est : nam audierunt sermonem Domini, vt 3. Reg. 12. 24. & 2. Paralip. 11. 4. dicitur, & reuersti sunt de itinere sicut eis præcepérat Dominus, nec per texerunt contra Ierobam.

Obedientia Princium, & Regis.
2 Egregiè hec Iacobus Salianus noster expendit tom. 4. Annalium veteris testamenti, ad an. Mundi 3061. nu. 4. & 5. Eximium planè, inquit, & admirabile Regis, & Principum eius, & vniuersi exercitus obedientiae exemplū. Nam si rem ipsam intuemur, agebatur de re omnium maximā, de quā homines inter se contentiosissimè decertare solent, eamque rebus omnibus anteferre, rati regnandi causā, vt aiebat cum Etheocle Iulius Cæsar, ius omne violari posse, ceteris autem rebus pietatem colendam. Quantò hīc magis ad bellum inflambarunt animi, cùm ad commune illud Principum desiderium, vindictæ cupiditas & ignominia amissi regni accederet, quibus quasi gladiis ignis ille fodicaretur? Si gerendæ rei opportunitatē, collectus erat iam exercitus maximus atque validissimus, stabant in armis acies: si finem querimus; causam iustam defendebat, iniustam defectionem punituri, vt meritò victoriā sperare possent: si personam à bello reuocantem, unus homo prohibebat, qui se Dei iussu loqui profitebatur, qui nullam pro se rationem, nullam causam, nullum miraculum præferebat. Quem plerique vt delirum senem, cum contumeliam procul amandassent: imò & vt proditorem, & ab hostibus subornatum, male mulctatum in crucem egissent.

Regis patientia.
3 Quid ipse Rex Roboam, nonne admirabilem exhibet patientiam, animique demissionem? Qui ne verbo quidem uno contradicit Prophetæ: non opponit bellum æquitatem; agi non de iniuste acquirendo, sed iuste recuperando regno. Non queritur iniuria sibi factæ atrocitatē, ereptam maximi regni partem, interfecitum quæstorem regium; se ipsum conuiciis appetitum, & ad fugam compulsum. Non obiicit collectum iam magno labore, magnisque sumptibus exercitum; si dimittatur, hostes in armis quamprimum fore, aut etiam iam esse, qui reliquam regni partem eripiant.

Militum animi diuinitus permotus.
4 Oportuit vtique Deum totum exercitum à pugnae cupiditate diuinitus auertere, metum & terrorē & victoriae desperationem in corda eorum iniicere,

eisque certò persuadere se contra Deum ipsum, non Ex vā- contra hominem pugnam capescere. Et huc videtur al- R 115. ludere Abia qui Roboamo patri successit in regnum, cùm fatetur eum fuisse rudem, & corde pauido; ideo- 2. Paral. que neque Israëlitis resistere potuisse. Accedebat noī 13. 7. ignotum Roboamo & Principibus Ahia Silonitæ facinus & vaticinium. Nec fortè miraculum aliquod 3. Reg. 11. defuit: quamquam & hæc ipsa tam inopinata cessatio ab armis, non exiguum prodigium fuisse videatur. Audierunt, ergo, sermonem Domini & reuersti sunt de itinere, sicut præcepérat eis Dominus.

5 Cum deinde in omne flagitium præceps iret cum Proceribus suis Roboamus, triennio pōst, irato Numine, ascendit, inquit sacer scriptor 2. Paralip. cap. 12. Sefac Rex Ægypti in Ierusalem (quia peccauerant Domino) cùm mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet, & Troglodytæ, & Æthiopes. Cepitque ciuitates munitissimas in Iuda, & venit usque in Ierusalem. Semeias autem Propheta ingleſsus est ad Roboam & Principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem fugientes Sefac, dixitque ad eos: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sefac. Vixi sancti aspectu & oratione conterriti cum Rege Principes, Iustus est, inquit, Dominus. Flexit ea submissio confessioq[ue] crepat: benignissimum Numen, vt tantisper furorem Aegyptij Regis compesceret, ne crudelius sauiret in populum, sed tributo urbi imposito, temploq[ue] ac regi spoliatis, domum abiret. Idq[ue] ab eodem denuntiatum est Semeia, diuinorum interprete iudiciorum. Cumque vidisset Dominus, inquit Scriptura, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, da boque eis paullum auxilij, & nō stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sefac. Verumtamen seruent ei (pendendo nimirum tributo) vt sciant distantiam seruituris meæ & seruitutis regni terrarum, &c.

6 Cetera Semeia acta in obscurō sunt, nisi quid eum qua- Eius scri-
dam scripsisse constat, de quibus 2. Paralip. 12. 15. Opera ve- pta.
rò Roboam prima & nouissima, scripta sunt in libris Semeiae Prophetæ, & Addo Videntis, & diligenter ex-
posita. Verum bi quoquelibri, à Iacobo Bonfrerio nostro, Pra-
loquior. in Scriptur. cap. 6. sect. 2. sacris scriptis accensi, inter-
ciderunt.

DE SANCTIS MARTYRIBVS LVCIANO EPISCOPO, MAXIMIANO PRESBYTERO, IVLIANO DIACONO, BELLOVACI IN GALLIA BELGICA.

§. I. S. Luciani & sociorum celebris in
saceris fastis memoria.

VIII. IA- I
N V A R I I.

S. Lucia-
nus Bello-
uacorum
Apollonius.

BELLOVACI Gallia Belgica populi inter Somonam, Aesiam & Sequanam amnes, mareq[ue] Britannicum siti, Christiana religione à S. Luciano instituti sunt; quem quidam Presbyterum, ipsi Episcopum fuisse afferunt, itaq[ue] à maioribus traditum. Quia de eius estate aliqua est inter Auctores controvergia, vt §. 2. dicemus, visum hic est Martyrologiorum, que eum celebrant, verba dare, aliquam fortassis lucem allatura. Ex his illud patebit alterum eius sodalium Maximianum, Messianum, Massianum, Maxianum dici. Antonius Loiselius testatur Bellovaci, Messianum passim appellari, & in Martyrologio illius Ecclesia Messianum scribi.

2 Beda: Bellovaco sanctorum Martyrum Luciani Tom. I.

& Messiani. ms. Centulense, Beda præferens nomen, & ms. Ecclesia S. Maria Ultraiecti: Ciuitate Bellovaco sanctorum Martyrum Luciani, Maximiani, (Ultraic. Massiani) Eius & & Iuliani. ms. Ecclesia S. Lamberti Leodij, istidem sub Beda sociorum nomine: Beluaco Sanctorum Luciani Presbyteri, Maxi- nomina in miani, & Iuliani Martyrum. Vuardus: Beluacus San- sacris ta- torum Martyrum Luciani Presbyteri, Maximiani, & nuar. Iuliani: quorum Maximianus & Iulianus primi à persecutoribus gladio puniti sunt. Deinde B. Lucianus post nimiam cædem, cùm Christi nomine vitâ voce confiteri non meruisset, priorum sententiam & ipse accepit. Eadem habet Bellinus de Padua, & Martyrologium Romanum, nisi quid in hoc postilla, Deinde B. Lucianus, additur, qui cum S. Dionysio in Galliam venerat.

3 Ado: Beluaci Sanctorum Luciani & Messiani. Notkerus: Melloacia (legendum, Belloaci) S. Luciani, socij B. Dionysij. Item Messiani. Quadam recentiore

Q. q. 2 mss.

Ex v. A-

R. I. S.

MSS. nomine *Vsuardi insignita vocant S. Lucianum* B. Petri discipulum; alia Antiochiâ cum S. Petro Romam venisse aiunt, ut *Andreas Saussairius in Martyrologio Gallicano, ubi prolixum eius contexit elogium.* MSS. monasteriorum *Lettensis & S. Martini Tornaci*: Beluaco ciuitate natalis S. Luciani Episcopi & Martyris, qui ab urbe Româ egressus Galiarum ciuitatem Beluacensem perueniens, verbo prædicationis & miraculorum signis effulgens, multum ibi Domino populum acquisiuit. Quem appatitores Iuliani Imperatoris perquirentes, vinctis manibus cæsum decollauerunt. Cuius corpus exanime, ut fertur, se erigens, & manu propriâ caput sanctum abscissum apprehendens stabili gressu ad locum, quem vir sanctus funeri tradendum elegerat, deporruit. Addit ms. *Tornac.* Scriptum in gestis eius. *Franciscus Maurolycus*: Beluaci Sanctorum Luciani Presbyteri, ac B. Petri discipuli: necnon Maximiani, & Iuliani puerorum ab ipso conuersorum, & baptizatorum: ex quibus primus Episcopus, secundus Presbyter, tertius Diaconus: quorum primus constantiam secutus, post eos à persecutoribus cæsus est, tempore Clementis Papæ. *Galesinus*: Belluaci, sanctorum Martyrum, Luciani Episcopi, Maximiani Presbyteri, ac Iuliani: quos is religionis Christianæ præceptis instituit ac baptizauit. Fuit autem Lucianus Principis Apostolorum Petri discipulus, ab Clemente I. Pontifice in Galliam missus, urbisque Belluaci factus Episcopus, multa millia hominum ab idolorum cultu ad Christi Domini fidem auocauit: vir exitit patientiâ admirabili, summaque abstinentiâ, herbis solùm, & aquæ potu viicitabat: quadragesimæ tempore bis cibum in hebdomadâ capiebat, cœlestis panis vi sustentatus. Decreto Domitiani Imperatoris cum Præfetos Iulianus persecutionem tertiim in Christianos exerceret, istius iussu illi duo primū capite plenâtuntur; deinde hic, in maximâ tuendâ fidei constantiâ, excruciatu vehementer, eadem capitis pœnâ afficitur. Meminre quo horum sanctorum Martyrum Constantinus Ghinius, ms. *Florarium*, aliudq.

4. etiam,
ac 7. Ianu.

4. Petrus Louetus Antiquitatum Belluacensem lib. 2. cap. 3. scribit in quibusdam Martyrologiis, VII. Ianuarij (quod die martyrio coronatum tradit) eius extare memoriam. IV. Ianuarij Rabanus & ms. S. Maximini Treuirius isthac habent: Eodem die Passio Luciani Presbyteri & Martyris; qui missus à Româ prædicare verbum Dei in Galliam, martyrizauit sub Iuliano Cæsare, in iisdem partibus occisus gladio, per cuius prædicationem multi conuersi sunt ad fidem: ad cuius sepulchrum multa ostenduntur miracula, & sanitates sunt plurimæ. Eadem ferè habet ad illum diem Notkerus.

Item 15.
Sept. &
16. Octob.

5 xv. Septembri, & xvi. Octobr. aliqua facta S. Luciani ac sociorum translatio videtur, quæ & relata in Martyrologia. Nam priori die ms. monasterij S. Martini Tornaci isthac habet: Beluagiis translatio corporis S. Luciani. Posterior verò ms. *Martyrologium Centulense*: Ciuitate Beluaco SS. Luciani, Maximiani & Iuliani Martyrum. Idem habent complura, quæ penes nos sunt, mss. *Kalendaria. Vsuardi* quoque editio Parisiensis an. 1536. Eodem die Sanctorum Martyrum Luciani, Maximiani, & Iuliani. Passa est etiam Maxima virgo cum eis. Verum hoc de Maximâ videatur incuria typographi adiectum, cum ea in Africâ ab Geisero cum Saturiano & Martiniano plurimos cruciatus perpessa, in canobio Virginum tandem placido fine quieuerit, ut ad eum diem dicemus.

§. II. De S. Luciani ætate.

S. Dionysii 6 Socius fuit S. Dionysij Parisiorum Apostoli Lucianus. Illum Areopagitam fuisse, si non antiqui scriptoris certâ auctoritate stabilitum, saltem constanti Gallicanarum Ecclesiastiarum receptum est traditione. Hanc conuellere animus non est: quibus nitatur rationibus ix. Octobris expendemus. Non desunt certè yiri eruditii, qui omnino alium ab Areopagitâ af-

ferant Dionysium illum Parisorum Apostolum, S. Gregorium Turonensem secuti, quilib. i. hist. Francor. c. 28. ita scribit: Huius (Sixti Papa) tempore septem viri, Episcopi ordinati, ad prædicandum in Gallias missi sunt, sicut historia, passionis sancti Martyris Saturnini denarrat. Ait enim: Sub Decio & Grato Consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum ac suminum Tolosay ciuitas S. Saturninum habere cœperat Sacerdotem. Hierog missi sunt: Turonicis Gratianus Episcopus, Arelatenibus Trophimus Episcopus, Narbonæ Paulus Episcopus, Tholosæ Saturninus Episcopus, Parisiensis Dionysius Episcopus, Arvernus Stremonius Episcopus, Lemouicinis Martialis est destinatus Episcopus. Hanc S. Saturnini historiam dabimus xxxix. Noueb. in quâ verba illa, sicut fideli recordatione retinetur, ostendunt esse per antiquam.

7 Antonius Loiselius Commentar. Belluac. c. 3. num. 2. An is A-
buic Gregorij Turonensis sententia fauere ait veteres Gallicas reopagiis.
& Anglicas Legendas, & multa ipse quoque de hac questione
disputat, propenderetq; in eam partem qua negat Areopagitam
Parispradicasse. Ioannes Sauaro vir doctissimus, in Originibus
Claromontani proficitur idem se sentire, & insuis ad
Gregorium Notationibus id solidis rationibus confirmaturum
se fpondet: an ea Notationes prodierint, nos latet. Petrus Hal-
loix Nostr conatur Gregorij, ac Sulpitij Seueri idem ferè scri-
bentis auctoritatem infringere, ac multa congerit argumenta,
quibus probet Parisios ab Areopagitâ conuersos: sed non diffi-
cile esset fortassis eorum pleraque refutare. Nam quem recitat
Fortunati hymnum, suspicari forte quid posset post Ludouici Iij
atatem esse compostum, vii & S. Genouese vitam secundam,
quani III. Ianuarij deditus, cuius cap. 4. num. 14. dicitur
S. Dionysius à Clemente Papâ missus in Galliam. Nam qua
xviii. annis ab eius morte scripta fertur vita, ea an extet
haud constat, vt in nostrâ isthac Praefat. num. 2. diximus.

8 In vita S. Quintini Martyris, quam xxxi. Octobris da-
binus, isthac habentur: Hac itaque tempestate Beatif. socius
Quintinus, & Sanctissimus Lucianus Româ S. Quinti-
egressi, Domino ducente Gallias venerunt. Fertur et-
iam, sed & libelli de eorum certaminibus testantur,
cum eis Sanctos Crispinum & Crispinianum, Ruffinum,
Valerium, Marcellum, Eugenium, Victorianum, Fi-
scianum, Piatonem atque Regulum pariter aduenisse,
&c. In omnibus mss. iungitur Lucianus Quintino, hic ve-
rò sub Diocletiano & Maximiano passus dicitur. Baronius quando is
in Not. ad Martyrologium duos propterea facit Lucianos. in Galliam
Louetus Quintinum, Crispinum, Crispinianum, Pia-
tonem vult missos quoque à S. Clemente in Gallias: probat ex
vita SS. Sixti & Sinicij, qui S. Petri discipuli fuisse dicuntur,
primi Remorum Apostoli, apud quos cum parum se proficeret
cernerent, ad Suezionem se contulere, & benignè isthac ab iis
quos SS. Crispinus & Crispinianus mysteriis nostris reli-
gionis imbuerant, excepti sunt. At vita SS. Sixti & Sinicij,
quam I. Septembri dabimus ex duobus mss. habet eos tempo-
re Diocletiani, occisis iam Crispino & Crispiniano, esse Româ
in Galliam missos. Martyrologium Romanum discipulum qui-
dem S. Petri Sixtum facit, sed sub Nerone occisum: sicq; non
potuisset ad urbem Suezionum venire post cædem eorum, qui
dem Domitiano imperante isthuc aduenissent, vt vult Louetus.

9 Crispinum & Crispinianum sub Diocletiano &
Maximiano occisos esse non solum Martyrologium Roma-
num, sed eorum excusa & manu exarata. Ata clamant, in
quibus Luciani, sive Lucij, Quintini, Ruffini, Valerij,
Eugenij mentio fit, dicunturq; omnes Romæ claris orti
natalibus. Ea xxv. Octobris dabimus. De S. Piaton, vel Piatone,
constantior nostrum scriptorum sententia est, vt I. Octo-
bris dicemus, sub Maximiano subiisse martyrium; itaq; tra-
dunt Molanus, Buzelinus noster, Miranus in fastu Belgicis &
Chronico. S. Paschasius Ratbertus in vita SS. Valerij & Ruffi-
ni, scribit eos cum Quintino, Crispino, Crispiniano venisse ab
urbe Româ, sed non cum Dionysio. De ceteris singillatim suis
locis agemus. De Dionysio & Luciano illud unicum nunc
statuimus. Non liquere. Interē, quia sic expedit, dum certius
quid reperiamus, sequemur Ecclesiastarum Gallicanarum traditionem.

§. III.

§. III. S. Luciani vita. aliorum testimonia.

10 *A*ntonius Loiselius Commentar. Bellouac. cap. 3. scribit in S. Luciani cœnobio receptam opinionem esse, eius ac sociorum res gestas ab Odone 1. Episcopo Bellouacensi ciani ab eis conscriptas. Sedit Odō temporibus Caroli Calui, ex Abbatie Corbeiae assump̄tus, ut patet ex Epistola Nicolai Papae ad Transfum Abbatem Corbeiensem, & aliis tom. 3. Concil. Gallie. Triplicem S. Luciani historiam nacti sumus: primam nobis ex ms. monasterij S. Luciani iuxta Bellouacum, transmisit Petrus Louetus V. CL. Extabat eadem in ms. monasterij S. Maximini Treuiris, sed plerumque ampliata; cui similem aliam habuisse, cum suos rerum Bellouacensium Commentarios scriberet, eundem Louetum video. Priorem tamē dare maluimus, quod probabilius sit genuinam esse, atque ab Odone scriptam:

1. quia ex codice illius cœnobij, ubi ea vigeat traditio. 2. quia eadem que in hac habentur verba, citat Loiselius ex vitâ cuius Odonem auctorem putat. Alteram exhibuit nobis ms. monasterij S. Marie de Rictorio nobis à Petro Francisco Chiffletio nostro commodatus, cui congruit qua in Nicolai Belfortij schedis extat. Eam à Monacho quopiam, viro eruditō, scriptamputamus. Tertia brevior extat in Bonino Mombritio, Agonibus Martyrum, Vincentio Bellouac. lib. 10. c. 25. & 26. S. Antonino par. 1. tit. 6. cap 26. §. 1. Aliam quandam; & vt coniicio, luculentiore, citat Louetus lib. 2. cap. 1. ex ms. codice S. Michaëli Bellouac. ex eâque tradit, cum Iulius Vindex contra Romanos Neronis tempore rebellaret, extructam esse arcem Bellouacensem. Citat priorem vitam ex ms. monasterij S. Victoris iuxta Parisios. & ms. Belouacensi, Papirius Massonius. lib. de fluminibus Gallie. qui & aliam testatur Graciam extare.

11 Breuem S. Luciani vitam habet Petrus de Natal. lib. 2. Qui de eo agunt scrip̄tores. cap. 55. Gallicam fūsionem Renatus Benedictus. Meminit Luciani Metaphrastes in vitâ S. Dionysij his verbis: Quemdam ex iis qui cum eo versabantur, inclitum inquam Lucianum, qui etiam Presbyteri dignitate erat ornatus, (eum enim sequebantur multi ex iis qui virtutem amplectebantur: simile enim, vt dicitur, simili gaudet) misit ad ciuitatem insulae Belouacensis, prædicaturum pietatem. Scribere debuisset; Ad ciuitatem pagi Belouacensis. Methodius in eiusdem Dionysij vitâ: A quitania partibus missò S. Saturnino, ipse cum S. Luciano, & S. Rustico, & S. Eleutherio Lutetiam Parisiiorum venit. Sanctus autem Lucianus Presbyterij honore ornatus, ad Bellouacorum urbem missus est, quietiam infidelibus populis veritatis Euangelium prædicaret. Recenset S. Lucianum inter ceteros Galliarum Apostolos Petrus Venerabilis, tractatu contra Petrobrusianos.

12 Caput S. Luciani & alterum brachium, afferuantur in monasterio S. Luciani ad ipsa ferè urbis Bellouacensis suburbia; reliquum corpus in ade cathedrali, theca inclusum S. Eligij industriâ fabrefacta, ut in hunc vitâ testatur S. Audoinus lib. 1. cap. 32. Illud verò monasterium à Chilperico Rege adificatum, aut restauratum tradit Loiselius. Episcopi Belouacenses adituri Episcopatus possessionem, tenentur noctem in hoc cœnobio transfigere: quo deinde ritu à ciuib⁹ & Clero excipiuntur, exponit eodem cap. Loiselius.

13 Sanctorum quoque Maximiani & Iuliani reliquias eleganti theca & se confecta inclusit S. Eligius, ut eodem loco testatur S. Audoinus. Cum parum honesto tumulo in loco martyri sui condita essent S. Maximiani reliquie, apparuit S. Lucianus S. Eberulpho Abbatii S. Fusciani iuxta Ambianos, de quo xxv. Iulij, eumq; monuit ut sacras Martryris exuicias ipso cœdis loco peruestigaret, & cum suis reconderet. In preces se cum Fratribus dat Eberulphus, ac deinde montem Millum petit, terram fodit, Martyris inuenit sepulchrum, è quo diuina quadam suauitas odoris exhalavit, omnemq; latè locum compleuit. Sacras reliquias inde quod iussus erat translulit, cumq; S. Luciani pignoribus collocauit: quo tempore multorum varie curata cœlesti virtute ageritudines, aliaq; edita sunt prodigia. Hac Chilperici, qui tetrarchia sua sedem apud Sueções habuit ab anno DLXII. ad DLXXXIV. temporibus, gesta sunt, narrantur qd Loueto lib. 2. cap. 19. Extat S. Maximiani, sue Tom. I.

Messiani nomine Prioratus medio millari à S. Luciani Abbatia distans, eoq; putantur loco trucidati, Loiselio teste.

VITA

AVCTORE ODONE EPISC.

Ex veteribus MSS.

CAPVT I.

S. Lucianus mittitur in Gallias.

RE T I O S O R V M Martyrum victoriās & gestas, Fratres carissimi, enarrare, nihil aliud est, quam laudes Christi dicere, & triumphum virtutis eius in suis Martyribus ad gloriam sui nominis prædicare: quoniam in omnibus ipse victor existit, qui ait suis: Confidite, quia ego vici mundum. Ioan. 16.

Ergo in omnibus benignissimus ipse Iesvs vicit, 33. qui pro omnibus solus prior pugnauit. Et idē sancti Martyres tandem proximiores sunt Christo præ omnibus honorificati in gloriâ, quantò imitatores eius fuerunt in passione. a Ipsi siquidem suppleuerunt quæ deerant passionibus Christi: & idē iterum iure dicitur in his omnibus Christus passus, quia ipsi membra eius erant. Vnde & in ipsis rursus rectè victor prædictatur, quia toties per eos vicit, quotiescumque Martyr in passione pro Christo victor occubuit. b Oportet itaque nos laudare viros glorioſos, quorum doctrinis longè lateque per orbem glorioſa Christi refluget Ecclesia, & ipsi sub arâ Dei, amicti stolis candidis, cruce proprio purpurati, & in Christi sanguine dealbati, feliciter requiescant.

2 De quorum collegio exstitit Beatus Lucianus insignis & glorioſus Martyr: c quem ipso fontis lauacro, d diuina perfudit gratia, ita vt ex euentu rei daretur indicium, quod magnus futurus esset pro merito sanctitatis in populo. Lucius enim à progenitoribus secundūm carnem est vocatus, e à magno Consule Lucio trahens non solum carnis originem, verū S. Lucia etiam & vocabulum. Sed demum per gratiam sancti Spiritus, more sanctorum Patrum, in melius commutatum est nomen eius; vt qui erat parentibus dicitus Lucius, diceretur Deo poste à per gratiam aucto nominis Lucianus: quatenus ex hoc patesceret indicium, quia in nouâ luce progenitus ipse lux factus in Domino, tandem eandem lucem, quâ renatus erat in Christo, vñā cum ceteris sanctis viris prædicare primū deberet in gentibus. Claret igitur Romanum eum fuisse genere nobili ex prosapia: sed nobilior factus est in spiritu, quia per adoptionem gratiæ inuenitus est æterni Regis filius. Quod si queritur ab eo, cuius institutus sit doctrinâ, & eruditus magisterio; verè Pe- tri Apostoli discipulus fuit, & in eius fundatus fide, atque cœlestibus imbutus disciplinis: quod satis series gestorum, tempus, & ordo loquuntur. f Conuersatus est autem iam renatus in Christo perfectus tiro Christi Romæ positus, ac si in castris militaribus; vt quandoque egressurus ad gentes strenuus haberetur bellator, & propugnator in fide fortissimus.

3 Cū autem enutritur doctrinâ Dei in virum perfectum, factum est vt inlytrus Martyr Dionysius Christo duce Romam deueniret: g vbi post excessum Apostolorum iam B. Clementem Pontificem Apo- S. Diony- stolicæ Sedis apicem gubernantem inuenit. A quo s. Romæ idem S. Dionysius, qui & Macarius, officiosissime est susceptus, & digno honore satis venerabiliter habitus, tam pro sua sanctitatis merito, quam & propriæ vitæ longâ iam diu familiaritate in Christo. Vnde & apud eundem summum Pontificem non paruo temporis spatio

Qq 3

spatio

Auct. spatio conuersatus est, vt se mutuis recrearent aspectibus, & diuinis se refouerent colloquiis, atque suis se
ODON^E vicissim corroborarent virtutum exemplis. Cui inter
EPISC. quamplura scripturarum sanctarum colloquia B. Cle-
EX MSS. menses diuino afflatus spiritu ait: Vide sine, mi frater
S. Clemens in Galilias. carissime Dionysii, quanta est naessis in gentibus Do-
minicæ sationis, & quam pauci sunt operarij in verbo
mittitur à ei S. Lucia- diuinæ prædicationis? Quia ergo de omnibus Catho-
nus. licæ fidei sufficienter es eruditus doctrinæ, & omni
religione Christianæ imbutus, atque virtutibus cor-
boratus; perge, rogo, in nomine Domini Iesu Christi
ad occiduas partes, vt bonus miles, & præliare contra
hostes immanissimos prælia Domini Dei tui.

Adiungitur ei S. Lucia- **b** Quibus ita edictis, cum iam ad hoc Beatissimus
Dionysius assensum præbuisset proficisciendi; cœpit
S. Clemens socios ei querere & adiutores strenuos in
verbo, nec non in viâ & sanctitate idoneos, ministros
quoque diuini officij præcipios & quam plures: inter
quos etiam elegit idem Pontifex in sanctitate hunc
probatissimum virum Lucianum confortem, quem &
h ordinavit Episcopum, quia fuerat sub doctrinâ Pe-
tri Apostoli ad fidem penitus institutus, vt non defec-
tent singula Ecclesiasticae disciplinae officia inter tam
probatismos viros. Quem ideo, quia antiquior Chri-
sti & Petri fuerat discipulus, ita consociauit S. Diony-
sio vt eius esset interpres, & ceteris quasi Pater vene-
rabilis & egregius magister in doctrinâ & religione
sanctitatis. Quibus ita dispositis inter quam plurima
doctrinæ Christi instituta & monita pietatis ad ultimum
eos ita alloquitur, dicens: Ite catissimi, & fortissimi ac strenui bellatores Christi: & sicut fuit Dominus cum sanctis Patribus nostris Apostolis, & cum eorum cooperatoribus; ita sit vobis in omnibus operibus verbi diuini. Vos enim, inquit, maximam & innumerabilem plebem Domino acquisituri estis ex gentibus, & introducetur in terrâ re promissionis. Sicque post multa singulis contraditas & omnibus simul referatas fidei Sacra menta; dans pacem omnibus, ita eos absolvit, & iussit sanctam illam fraternitatem in pace abire.

a Ita nempe S. Paulus epistola ad Colossenses 1. 24. Adimpleo ea quæ defunct passionum Christi in carne meâ, pro corpore eius, quod est Ecclesia.

b M. S. Max. quendam hic interiicit de imitandis, qui landatur, Martyribus.

c Addit. m. S. Max. qui olim à pueritâ sacro baptisme à Domino est conferatus, & cælestibus disciplinis plenissime eruditus. Louetus lib. 2. cap. 2. ait à S. Petro Roma conuersum. Renatus Benedictus, ex Oriente cum S. Petro Romanam venisse.

d Addit. m. S. Max. sicut ipse suis declarat responis.

e Louetus dixerè filium Lucij Consulius vocat. Multi pranomine Lucij Consulius fùbre S. Petri Apostoli erat, ut etiam sequentibus facilius.

f Gracè & Latinè doctissimum fuisse scribit Louetus, & m. S. Max. in quo & de eius constantia zelog & alius virtutibus nonnulla subduntur. Sauffaius ait, post Petri mortem diuersa Italia loca perlustrare, ac latè verbi diuini semensem diffusisse.

g Louetus scribit Dionysium Romanum venisse, ut Petrum & Paulum capiuos viseret; sed cum appulit, reperiisse illis interficere Clementem iam Pontificem creatum: cum à Petri cede ad Clementis electionem plures fluxerint anni, Pontificatum gerentibus Lino & Clero, ut de hoc dicemus x x v. April. de illo xxiii. Septemb. at de Clemente agemus xxii. Novemb.

h Alij à S. Dionysio; Martyrologia Siluanætensis, teste Louero, & S. Regulo Episcopum consecratum tradunt.

C A P V T I I .

In Italiam predicit, venit Arelaten.

s Vi simul pergentes ac prædicantes primū per omnem Italianam verbū Dei, antequam Ticinū appropinquassent, & quodam in loco non multū longè à ciuitate, quæ dicitur Parma, in viâ visum est Beatissimo Luciano, vt Euangelizaret populo eodem in loco verbum Dei; & reuocaret eos à vanâ superstitione & culturâ idolorum, propter illud quod canitur

S. Lucia-nus iuxta Parmam prædicat:

in psalmo: Euntes ibant & flebant mittentes semina *Ps. 125. 6.* sua; & quæ acceperat ac si fidelis dispensator erogaret in populo. Sed homines loci illius cum essent adhuc gentiles, & nimium idolorum cultibus implicati, iniurias deorum suorum non ferentes, neque sibi verbum Euangelizari diuinum; mox apprehendunt sanctissimum Lucianum, & contumeliis affectum posuerunt *conicitur in carcere;*

eum in custodiâ publicâ, quæ adhuc hodie monstratur omnibus eo in loco transeuntibus. In quâ cum ingredieretur, magno psallebat cum gaudio, ita dicens:

Deduc me Domine in viâ tuâ, & ingrediar in veritate tuâ, atque illud: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt

non moueantur vestigia mea.

6 Sicque vir sanctus in hac se agebat custodiâ, quasi sub vmbra alarum Dei, & totus in spe protectionis Christi positus orabat Dominum, ita dicens: Educ Domine de custodiâ animam meam, ad confitendum nomini tuo; quoniam me expectant iusti: vt per me, Christe saluator mundi, ad te iustificantur ex gentibus, qui prædestinati sunt ad vitam. Cum talia & huiuscmodi beatus & sanctus corde Domino decantaret; mox petitio eius penetravit cælos, ne sine suis remuneret in viâ, qui cum eis optabat ire ad passionem, & peruenire ad quos missus fuerat. Non itaque præclarus athleta Christi refugiebat pro Christo vitæ dispendium percipere; sed rogabat deuotus, vt prius faceret fructum sibi à Domino re promissum, & tum demum cum multo scenore mensis perueniret vna cum sociis suis ad palmam martyrij, & ad vitæ præmium. Cui itaque mox adfuit diuina virtus in adiutoriū. *b* Erant *b* ibidem iam quidam Christiani, quos tetigit diuina *educitur à virtus: scientes quod factum fuerat in sancto viro, ve- Christia-* *nus.* nis. renunt no[n]cē ad eum in carcere, & arte quâ potuerunt pro Christi amore absolverunt eum de ergastulo, atque vna cum sanctis suis commilitonibus liberum abire fecerunt.

7 At verò illa sancta societas prosperis successibus hinc inde Ticinum veniunt *c* ad regiam Italiam ciuitatem. Ibi siquidem paullulum requiescentes, non *Apud In-* cessabant à laudibus diuini, neque deficiebant vbi *subrespla- dicat.*

prophetiam, quia speciosi pedes Euangelizantium Rom. 10. pacem, Euangelizantium bona. Huc illucque discurrens *15.* confidenter aegabant, confisi ex Dei auxilio. *Ifa. 52. 7.* Ibant igitur gaudentes memores eorum quæ in Actis leguntur Apostolorum, quoniam & ipsi iam participes erant facti passionum Christi, & digni habiti pro eius nomine contumelias pati. Qui simul pergentes, nullus est qui edicere queat quot millia hominū conuersi sint in tempore ad Christum: & prædicabant euangelizantes omnibus verbum salutis. Comitabantur autem eos virtus diuina, ita vt cernentes eos acsi cæli ciues, & agnos inter lupos, signis & virtutibus coruscare, portantes & illuminantes Dei electorum animas.

8 Sicque tandem exeunt ab Italiam, ingressi cursu prospéro mare flantibus ventis, nauigio peruenient, *Appellis Arelaten.* vbi eos Spiritus sanctus recte perduxit itinere, & portui appulerunt Arelatensem ciuitatis alacriter cum gaudio. Qui exeuntes de naui, hospitio recepti sunt ab incolis eiusdem ciuitatis, qui eis non modicam prestatabant humanitatem. Vbi cum essent pariter aggregati, more sanctorum Apostolorum cœperunt ibidem simul conquerere, singuli quas partes in prædicacionem eligerent, quivé pariter iuncti ire deberent. Sicque factum est vt *d* Marcellinum Sanctissimum cum paucis, vt fertur, ad Hispanias mitteret; *e* Saturninum *e* verò Tolosam dirigunt, *f* acsi ad Aquitaniam caput, vt *f* longè lateque æterni regni Euangeliū propagarent in gentibus, & plantarent Ecclesias Christi passim usque ad Oceanum Britannicum. *g*

a Fidentia Iuliz, ut mox patet, inter Parmam & Placentiam.

b ms.

b ms. S. Max. & Louetus ex alio ms. Erat enim ibidem iam Christi discipulus, Dominus nomine, qui perfectus adhuc hodie Confessor Christi in eodem loco, pro talibus huiuscmodi operibus requiescit in corpore glorioſus. Nam & ipſe locus eius nomine vocabulum ſumplit, &c. narrat ab eo educatum nocte Lucianum ē carcere, in quem ipſe idcirco poſtridie ab accolis coniectus fit. Eadem refert Sauſſaius, niſi quid Parma velut iſta contigifſe. Verum hac ſi ab Odone ſcripta fuere, non miror in aliis exemplaribus effe omiſſa. Nam fuit S. Clementis aetate, fuit Decij temporibus venit in Galliam Lucianus, non potuit eum S. Domininus capitio ſui pericu-
lo liberare, qui, ut ix. Octobris dicimus, annis poſt Decium quadra-
ginta, Maximiani Cubicularius erat, ibi pro Christi fide interfe-
itus, loco deinceps nomē fecit, qui iam Burgum S. Domini dicitur.

c Non nifi Gothorum temporibus regia urbs fuit Ticinum, fuit
Papia.

d Hunc omittit Louetus, nec ſatis mihi cōfitat quis fuerit, niſi fortè S. Eugenius Marcellus primus Toletanus Episcopus, qui S. Dionyſij
discipuluſ ſuiffe traditur, coliturq; xv. Novemb.

e Aſt Martyrologium Romanum, Ado, alioq; Decij temporibus Tolosa occiſum tradunt, & conſentient. Acta qua xxix. Novemb.
dabimus; refragante Eccleſia Tolosana traditione, ut patet ex Guilielmo Catellio lib. 5. Historie Occitane.

f Non eſt Aquitania ciuitas Tolosa, ſed Galliae Narbonensis.
Ideo autem vocat Auctor Aquitania caput, quia Aquitania Reges Arripertus Dagoberti frater, & Ludovicus Pius, fedem regiam Tol-
ſe fixere. Plura de his Catellius.

g Louetus plures enumerat eorum socios, variis populis datos Euangelij praecones, S. Regulū Arelatensisbus, xxx. Martij ſafis ſacris adſcriptū, Vſinum Biturigibus, qui Narbanaēlem fuiffe volunt, ix. Nouembribus, & xxix. Decembr. Clementem Metenſibus, xxiiii. No-
uembribus; Crescentem Viennensisbus xxvii. Iunij, quamquam tra-
dant hunc ante Clementis Pontificatum martyrio coronatum; Ando-
chium Æduis xxiv. Septembribus, quem tamen Martyrologium Ro-
manum & alij tradunt à S. Polycarpo miſſum in Galliam; Benignū Lingonibus i. Nouembribus, fed & hic Polycarpi diſcipulus dicitur fu-
ſe; Austremonium Aruernis i. Nouemb. repugnat Sauaro, & ipſe Aruernis, omninoq; contendit non niſi Decio & Grato Cof. uenire
iſthuc Austremonium; Frontonem Petragoricis xxv. Octobris,
vita habet à S. Petro miſſum in Gallias; Eutropium Santonibus
xxx. Aprilis; Mellonum Rotomagensibus xxii. Octobris, aſt hic à Stephano Papā tempore Aurelianii Episcopus creatus dicitur: (rectius cum aliis auſtoribus Nicasium ſcriberet Louetus, de quo xi. Octo-
bris;) Taurinum Ebroicensibus xi. Auguſti; Valerium Treuiri
xxix. Ianuarij, ſed hunc à S. Petro ad ſe miſſum Treuiri aiunt; Man-
ſuetum Lencis iii. Septembri, ſed hunc quoque à S. Petro miſſum Ado
Abbas in eius vita ſcribit; Carnisibus Caraunum xxviii. Maij.

C A P V T III.

Bellouaci predicat; SS. Maximianus & Iulianus
martyrio coronantur.

9 **V**IBVS ita dispositis B. Dionyſius, qui & alio nomine Macarius pro nimia sanctitatis religione eſt vocatus, qui & honorem Apostolatus tradente B. Clemente ſuſceperat, & priuilegium prædicandi in gentibus, ſecum adhuc ſacratiſſimum Lucianum re-
tinuifle noſcitur, donec Lutetiam & Parisiorum oppidum perueniret. Vnde paucis ſecum retentis S. Lucia-
num, quem ſibi nobilitas fidei ſociauerat, fideſque
Christi germanum fecerat, probitas verò mox & in-
ſtantia coniunxerat, cum **b** S. Maxiano Presbytero
& Iuliano Diacono, Euangelizandi gratiā Beluacus miſit: quō custodia Romanorum & militaris exercitus, ut legimus, reſidebat, quoniam gens Beluacensium ſemper bellicofa fuiffe narratur. Vnde ſolummodo, ſicut in historiis continentur publicis, ex eodem pago
c ſexaginta & eo amplius armatorū millia exiſſe legūtur obuiā ad prælium contra Iulium Cæſarem, & contra Romanorum exercitum vna cum reliquo Galliarum conciubis. Et ideo propter ſe custodiam ceterarum ciuitatum Romanus tunc temporis verſabatur exercitus.

10 Contra quam feritatem vtrarumque gentium fortissimus athleta Christi, ſolario ſretus diſcipulorū, non eſt perterritus venire Christi præcinctus armis,
ac diuinā gratiā corroboratus. Erat enim fide cōſtantissimus, ſermone facundiffimus, & virtutibus cunctis admirabilis. Cœpit igitur prædicare nomen Domini, potestates aërias de bellare, Christique Eccleſiam plan-
tare. Spiritus quoque sancti gratiā debriatus, non mi-
nus exemplis instruebat populum, quam verbiſ. Ac-
cepit.

cedebat namque virtus miraculorū, & omnes mor- **A v c t.**
bos per virtutem Domini depellebat. Tantam enim **O D O N S**
gratiam in effugandis acceperat dæmonibus, vt impe- **E P I S C .**
rio eius auditio, mox à corporibus decederent obſeffis. **s x m s s .**
Et diebus ac noctibus prædicando non ceſſans perſe-
uerabat adſtruere verum & vnum Dominum. Semper
enim erat occupatus in oratione & officio diuino, in
vigiлиis plurimis, & leiuiniti quotidiani, in abſtinentiā **E u s p i e-**
ciborum, & in omni afflictione carnis, quā ſe quotidie **t a s , &**
macerabat, quatenus iuxta Apoſtolum ſe conuictam vi- **m o r t i f i c a -**
uam, beneplacentem, Christo Domino exhiberet. **R o m . x 2 :**
de affiduo ei victus nullus aliud erat, niſi modicus pa- **x**
nis, eſuſque herbarum, & aqua frigida potus. Susten-
tabat autem eum virtus diuina, ac membra debilia
Christi gratia roborabat: ſic quippe anhelabat Beatus
peruenire ad palmam martyrij, vt iam mundo mor-
tuus crucem portaret quotidie poſt Christum Domi-
num: quia pro certo nouerat duo eſſe martyrij genera,
vnum ſiquidem in occulto, aliud verò in manifesto,
& idem primum iſtud ferebat in abscondito, (quam-
quam manifesta eſſet omnibus virtus abſtinentiæ) ve
ad illud perueniret poſtmodum à Domino corona-
dus. Erat enim mortificatione carnis confectus, pa-
tientiā decorus, mira humilitate fundatus, manuelu-
dine repletus. Vnde tanta circa eum extreuerat virtus
bonorum operum, ut in terris adhuc in corpore po-
ſitus, cum Angelis iam ſpiritu videretur conuersari in
cæli. Hinc erat quoddam ſemper vultu placidus videbatur,
& mente tranquillus, mira canitie decoratus, ut totus
moribus & corpore probaretur conspicuus atque præ-
clarus.

11 Sed cum eius fama longè, lateque percrebuſ-
ſet, veniebant ad eum plurimi ut ab eo baptizarentur
in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Deſtruebā- **S e c u n d a**
tur idola, à quibus fuerant fabricata. Vnde hostis an- **p e r f e c t i o**
tiquus videns ſibi deperire, quos Christus per ſuos ac- **ſ u b D o m i -**
quirebat famulos, tota artificij ſui machinamenta ad **s i a n o .**
impugnandam ſanctam Dei Eccleſiam conuerit: **g & h**
Domitianum, qui poſt Neronem perditionis filium
ſecundam persecutionem in Christianos exercuit, ita
inflammauit, & ad tantam rabiem indignationis com-
mouit; ut vbi cumque in vniuerso Orbe Romano Chri-
ſtiani inuenirentur, cogeret aut diis ſacrificare, aut di-
uersis cruciatibus affeſtos crudeliter interfici. Ex quo
per totum ſibi ſubiectum orbem in cunctis ciuitatibus,
oppidis, municipiis quoque & vicis publicum pepen-
dit edictum, ut omnes ministri Reipublicæ Chriſtia-
nos idola colere compellerent, & ſacrificare diis, aut
diuersis pœniſ perimerent.

12 Diriguntur proinde huc illucque persecutores
Christiani nominis; inter quos **b** Fescenninus Sifin- **b**
nius ad Gallias vna cum reliquis apparitoribus ocyūs **F e s c e n n i -**
venire iubetur, ad perquirendos Chriſti milites, maxi- **n u s S i f i n -**
mē eos qui Romā dudum exierant, quorum fama iam **n u s v e n i t**
extreuerat, quatenus nomen Christianorum à Galliis **i n G a l l i a s .**
pellerent. Tunc ſiquidem miſſi ſunt tres atrocissimi **S. L u c i a n u s**
viri, **i** Latinus ſcilicet, **k** Iarius, & **l** Antor, ſpecialiter **p e r q u i r i t .**
ad perquirendum ſanctum Dei famulum Lucianum
cum ſuis executoribus; ut vbi cumque eum reperiſſent,
aut Præſidiſ eum audientiæ p ræſentarent, aut gladio
mox feriretur, ſi nolle idolis immolare. Cumque ciui-
tates & loca p ræſati viri perlustraſſent, nequaquam
continuū repererunt. Interea peruenit ad eos fama viri
Dei, quod p rædicando aeterni regni Euangeliū Bel-
uacensium plebem occupaſſet. Quo audito, magis
magisque irā & indignatione succenſi, illuc curſu ce-
lerrimo properarunt.

13 Ad quam paullò antequam perueniſſent, ſen-
tienſ eos beatus Martyr, reuelante ſibi Spiritu ſanctō,
in proximo eſſe, perſtit in loco quo docebat popu-
lum verba vitæ, & cum eo multitudi maxima, quæ iam
erat per p rædicationem beatissimi viri Dei ad fidem
Chriſti conuertaſ. Exhortabatur autem eos tantō at-
tentius,

Ave. Odo. Episc. ex MSS. S. Lucia. tentius, quantò securior de gloriâ æternæ retributionis, dicens: Ecce, fratres & filii carissimi, iam mihi Dominus meus Iesu Christus laborum meorum fructus & præmia olim recompensa donare dignabitur. Vnde, dominus suos ad lectissimi, perseverant fortis in fide Christi: quoniam constantia ego iam nimia senectute lassatus, cum palma martyrij portatur. gaudens ad Christum ire festino. Vos autem in acceptâ gratiâ stabiles perdurate. Non vos terror Principum à fide Christi subuertat, non minæ deterrent, non suauis blandimentorum decipiat, non illa promissorum facultas reuocet; vt ibi vos æterna gaudia recipiant, vbi sunt ineffabilia vobis præmia præparata; ad quæ ite intrepidus festino, & idè sauitiam persecutorum non pertimesco. His ita dictis eleuatis oculis in cælum, gratias egit Deo coram omnibus, qui eum dignatus est computare cum sanctis Martyribus, & suis sanctis sociis non diuidere. Gratias, inquit, tibi ago Domine Iesu Christe, fili Dei viui, qui me cum B. Dionysio eiusque sociis in fine consociasti, & laboribus coæquasti. Vnde peto vt me digneris in eorum numero computare, & regni tui consortem fieri.

Matth. 10. 23. 14 Quibus ita per oratis egressus ab urbe Beluaco iuxta Domini præceptum paullulum secessit à ciuitate,

Scedit ad montem Millium. non timore supplicij, sed vt iuxta Domini præceptum exemplum præberet gregi. Sicque iter faciens cum beatis Martyribus, Maxiano scilicet & Iuliano, non cessabat à colloquiis diuinis & orationibus per omnem viam, donec perueniret ad montis cacumen, quod tenebat, m qui mons situs est secus amnum Tharae ab urbe ferme tribus distans milibus. Vbi cùm venisset, quasi ciuitas supra montem posita latere non poterat, quoniam & ipse mons pulchrum super fluuium populis præbet prospectum. Ibi itaque quasi in speculâ positus ipse vir beatissimus suam exspectare decreuit martyri coronam.

15 Interim milites præfati celeri volatu perueniunt ad ciuitatem Beluacum: vbi cum sanctum Dei Lucianum requiissent, non inuenientes, diligenter perscrutari cooperunt, quod abisset. Quibus dictum est, quod non longe ab urbe populum doceret. Illi vero cōtinuò reascentis equis subito pennigerò equitatu adierint montem, vbi vir Dei cum populo & suis morabatur discipulis. n Quod peruenientes ante vilam interrogationem iudicariæ potestatis comprehendenderunt Santos Dei, Maxianum scilicet atque Iulianum. Fortè vt eorum pœnis sanctum senem deterrent, & reuocarent ad culturam Deorum. Quibus comprehensis precipiunt cum auctoritate regiâ cum omni furore, idolis immolare: Alioquin, inquieti, nisi sacrificaueritis diis immortalibus, gladio vos mox puniri iubemus. Illi autem fortes in fide dixerunt, numquā se idolis, quia vana sunt, & opera manuum hominum, immolare: Quoniam nouimus, dicunt, vnum & verum Dominum Iesum Christum filium Dei viui, pro cuius fide paratus sumus mori. Quibus auditis continuò coram Beatissimi Luciani obtutibus iussuerunt eos gladio puniri. Quibus ita patratis promissas sibi à Domino immarcelcibiles percepérunt coronas, & in numero sanctorum Martyrum, cum pace sunt recepti. Pro quorum gloriâ B. Lucianus Dominum collaudans voce gratulabundâ coram omnibus dixit: Exulto & iucundor in te Deus meus, quia filios meos me prætare ad coronam intueor.

Comprehenduntur Maximini & Iulianus: plebuntur capite. a ms. S. Max. addit. iſ hic mansisse Dionysium, quod dibi amplius seruere immanitatem erroris cognovit. b ms. S. Max. & Louetus habet, eos à S. Luciano fuisse conuersos, eisq; adhæſſe. his gente Bellouacos facit. c Casar lib. 2. de bello Gallico scribit centum millia eos confidere posse, atque in Belgaram concilio contra Romanos 60000. pollicitos. d Addit ms. S. Max. & Louetus, propter insolentiam eorum, seu propter cultodias cæterarum, &c. e Hic plurima interiiciuntur in ms. S. Maximini, de eius virtutibus, miraculis, plurimisq; ab eo & Maximiano ac Iuliano conuersis, in urbe, vicis, ac villis; atque hac inter alia, qua ex quo ipsam alio ms. recitat quoque Louetus. In quibus profecto laboribus inter-

dum, et si fessus videbatur senio, vigore mentis, & virtute Spiritus sancti confortabatur; vt posset dicere cum Apostolo: Fortis sum & omnia possim in eo qui me confortat. Ad hoc quippe hi sancti viri tam contiguas atque affines in prædicatione Euangelij sibi elegérat partes, quod possent de proximo diuinis quam se p̄ consolari eloquii, mutuisque se repræsentare ad p̄spectibus. Ideo quibus erat cor vnum, & anima una, unaque caritas diuini amoris, quia simili esse non poterant propter commissa sibi prædicationis officia, lucraque animarum; neque longè diu forebant, vt se vicissim sacris recrearent alloquisi. Vnde adhuc hodie monumenta monstrantur B. Dionysij, publicâ, quæ eius ex nomine vocatur, viâ, per quam, vt fertur, venire consueverat summus Pontifex, vt has suâ præficiâ illustraret partes, sanctumque senem & beatissimum Lucianum suo refoueret asperitu, & pariter quantis per decertantes curabant verbo feritatem gentilium ad veri Dei dirigere seruitorem.

Visunt se inuicem Dionysius & Lucia-

f Constanti Bellouaci traditio est, ades, in quibus olim diuina officia celebrare consueverat, consecratas deinde in ecclesiam eius primum, deinceps S. Nicolai nomini sacram: inq; eius rei memoriam illius festo die Missa fit supra primum magni altaris fornicem.

g Cœptæ erat Domitiani persecutio prius quād in Gallias veniret Lucianus, si Clemente Pontifice venit: sed fortassis edicta nendum in omnes perlatæ erant provincias.

h Sub hoc martyriam subiisse S. Dionysius traditur. Louetus scribit Sisiniūm intellectu Domitianī morte in Urbem rediisse; Iulianum vero Præsidem quendam auere in Christianos perrexisse, atque ab huius satellitibus occisum esse S. Lucianum. Renatus Benedictus negat iurisdictioni eius subiectos fuisse Bellouacos, misse tamen eis milites ad hanc eadem perpetravam. De tempore cadiis S. Dionysij alibi: Baronius sub Traiano, alij sub Hadriano eam volunt contingit.

i Alij Iachinus, Vinc. Iacinus. Petr. de Natal. Latrinus.

k ms. S. Max. Ianuarius. Petr. Larius. l Vinc. & Petr. Antrus, Belfort. Andrus, Mombr. Antius. Louet. Anterus, ms. S. Max. Auctor.

m Papirius Massonus de fluminibus Gallia: In Bellouacis Picardie populis, qui latè parent, Tharam maiorem, & Therinam minorem amnes omittente non debeo. Vterque ab occasu proficit, uterque in orientem fertur; quod rarissimum est. Milliacum autem locus est Bellouacorum, Castellania hodie à Claromonte dependens, ad Regesque partinens, certâ tamen ex parte ad Hadrianum Bosferium egregiè nobilem, cuius domicilium indicamus esse in Bellouacis vico Cagnio. Hi duo fluuioli concurrunt atque confluent, & aquas suas permiscunt, abundantique troctis & cancris. Et post pauca: Prope Milliacum autem mons est nomine Millius, & pratum in eius summo visitur, in quo Lucianus Martyr capite plexus vitam amisit. Montem illum Gallicè Montmille vocant, teſte Loueto. Renatus Benedictus scribit huc venisse Lucianum, non ut persecutorum furor jubarceret, sed ut aduentantibus occurreret.

n In ms. S. Max. sequitur hic exhortatio S. Luciani ad suos.

C A P V T I V.

S. Lucianus variè tortus, occiditur.

16 **T**unc Latinus, Iarius, & Antor cum ira & indignatione, quasi ex uno ore atrociter eum allocuntur: Tunc es ille, inquieti, qui maleficiis tuis seducis populum, ne obedient iussis inuidissimi Augusti atque Senati Romano, vt immolent diis immortalibus grata libamina? Quibus S. Lucianus respondit: generosè Ego maleficus non sum; sed sum seruos Iesu Christi, carnifices eruditis diuinis doctrinis. Vnde Dei populo viam veritatis ostendo, & Dominum meum Iesum Christum, qui facturam suam venit in mundo redimere, & à culturâ dæmonum auertere, quomodo inoffenso pede sequi debeant, innotescere, vt ad lucem reuocati supernam, à suis tenebris eruti, saluentur, quia iustum est vt illi solidi cœrcem cordis inclinent, qui pro omnium salute crucifixus voluit mori.

17 At hæc illi: Quomodo, inquieti, tu Deum asseris quem non solùm mortuum pronuntias, verum etiam crucifixum? S. Lucianus respondit: Licet vestra Mysteria infidelitas clementissimi Regis non mereatur audire Incarnationis arcana; tamen propter multitudinem adstantem paucis edisseram: Deus Dei filius, qui semper fuit cum ponit. Patre ante secula, propter præuationem primi hominis, in fine temporum pro reparatione humani generis voluit fieri verus homo ex virgine, vt esset verus Deus & verus homo, essetque idem Deus & homo, vñus

vnum Christus, verus Dei & hominis filius; vt qui erat, impassibilis in diuinitate semper manens cum Patre, fieret non solum visibilis, verum etiam & passibilis pro nobis secundum humanitatem. Hinc factus est obediens Deo Patri pro redemptione nostrâ usque ad mortem, mortem autem Crucis. Alias autem nisi filius Dei, hominis etiam filius dignaretur fieri, nec humanum genus ad veniam, nec mortales redirent ad vitam. Haec & alia multa beatissimo prosequente Luciano, milites magis magisque furore sunt repleti; qui & dixerunt: Iam enim te senectutis inuitauerat tempus, ut ab infantibus vanitatibus resipisceres; sed quoniam vanitas nimia te decipit, & superflua inuitat loquacitas, ad mortem ire temeritate nimia confusus non formidas. Verumtamen nisi citè resipueris & recesseris ab hac audaciâ, & sacrificaueris diis immortalibus grata libamina, senectutem tuam multis afficiemus tormentis.

18 Tunc residentibus illis, adstare eum coram iusserunt. Aiant itaque ad eum voce minaci: Nomen si-

*De nomine
Et genere
interrogatur
tus respondet.*

quidem nobis tuum conditionemque declarata celerius. Quibus athleta Christi respondit: Siquidem à progenitoribus quidem meis verè Lucius sum vocatus; in regeneratione vero, quâ renatus sum ad æternam vitam in Christo, Lucianus vocor. Conditionis vero cuius sim, Romanum me esse genere, quod in omni orbe notissimum est nomen, profiteor: sed quod nobilis est mihi, seruum me esse Christi Iesu ostendo; quod lucide patet, quia mihi nihil aliud est vivere nisi Dominus meus Iesus Christus, & mori lucrum: ideò me eius esse seruum gaudeo & confiteor. Tunc milites, hoc est, inquiunt, quod locuti sumus; quia magus & seductor es eorum qui te audiunt: insuper cötumax compobaris, quando & procaciter quæque loqui non cessas, & tuæ nescis tandem aliquando fessæ succurrere senectati. Quod si Romanus es, cur à culturâ deorum insanissime recelsisti, quos Augustus Cæsar veneratur cum omni Senatu Romano, & colit vniuersus orbis?

*Christum
liberè con-
fiteretur.*

S. Lucianus respondit: Ex quo renatus sum in Christo, & veūm cognoui Dominum meum Iesum Christum, non solum diabolo atque idolis, verum etiam omnibus operibus eius fide abrenuntiaui. Sed quod ego loquor, & confiteor de Christo Domino, neque autibus percipitis, neque retineat mente valetis. Excoœauit enim vos infidelitas cordis, nec non & Cæsarem Augustum vna cum Senatu, à quibus talia detulisti decreta, ut nos homines rationabiles sacrificemus dæmonibus, & inclinemus ceruices nostras idolis manu hominum factis.

19 Latinus vero, Ianuarius, & Anton hæc audientes iniuriam Cæsaris impatienter ferunt: tuncque apprehendentes eum vincit manibus tradiderunt torturibus: qui & extendentes eum diris atrociter ceciderunt flagellis. Cumque ab eis nimium flagellatus fuisset, & vincitus admodum teneretur, diu cruciatis tortus athleta Dei, nec doloribus superatur nec minis deterretur; sed fortis in fide Christi penè iam decrepitæ senectutis membra puro vigore animi roborabat, ita ut semper inter verbena eodem vultu, eadem mente perdurans, Christi nomen viuâ voce non cessaret confiteri, dicens: Christum Dei filium & corde credo, & ore laudare numquā cessabo.

20 Tunc furore permoti, datâ sententiâ iusserunt eum gladio feriri. Sicque vnum ex militibus euaginato gladio, paratâ iam sanctâ ceruice, sanctum & pretiosum eius caput abscedit. Cumque sancti viri cadaver iaceret, adhuc & palpitaret exanime; videntibus cunctis, etiam ipsis mortis ministris, lux de cœlo ingens super corpus sanctum effulgit, & vox magna pariter cum luce venit, dicens: Euge bone famule Luciane, qui pro me sanguinem tuum fundere non dubitasti; veni, & suscipe coronam olim tibi promissam; quia cum Sanctis gloraberis in cœlo. Veni, & percipe mansionem gloriarum olim tibi paratam cum Angelis. Quæ nimurum vox no-

propter ipsum, qui semper hanc repromotionem in *Auct.* corde gestauerat per fidem, facta est; sed propter ad- *Odonis* stantes, vt fidem Domini nostri Iesu Christi à S. Lucia- *Episc.* no longè diu prædicatam, certiores de meritis sancti *Ex mss.* virti fidissimè retinerent. Hoc autem die Sabbathi ho- râ & terciâ factum est in monte quem supra memorauimus, tertio ab urbe miliario, *b* vi. Idus Ianuarij. Quod cernentes & audientes viri qui crediderant, vel qui non crediderant, omnes nimio timore perculsi, nra diuino aliqui fugerunt; aliqui vero stupefacti mirantes præ gaudio, quia videbant se liberatos à laqueis diaboli, ramen non ferentes claritatem lucis, paulisper recesserunt à loco.

a Addit Louetus, post meridiem.

b Louetus, vii.

C A P V T V.

Caput proprium defert, sepelitur.

21 *T*unc erigens se sancti viri corpus exanime, ap- *Precijsum* prehendit propriis manibus sanctum caput ab- *caput ma-* scissum stabili gressu Spiritus sancti gratiâ, cuius fuerat *nibus do-* membrum corporis & organa, vna cum ministerio Ange- *fert:* lico, ac si viuens in corpore, iter plantis firmissimis car- pere cœpit: portansque pretiosum caput, ductu Angelico, à monte quasi millibus tribus *a* transuadato flumi- nis alueo peruenit ad locum, quem vir sanctus sibi fu- neris tradendum elegerat, vno à prædictâ urbe distante ferme miliario, *vbi* in agello publico cum palmâ victoriæ Sanctus requieuit in pace.

22 *b* Vnde viri deuotissimi, qui eius fuerant prædi- *b* catione conuersi, occurrerunt cum aromatibus & san- *Sepelitur* ctum linteaminibus mundis obuoluentes corpus, se- *à Christia-* pelierunt cum magno honore & reverentiâ in monu- *nus.* mento, vt videbatur, tunc nouo. Verumtamen ne absque Angelorum officiis viderentur exequiae celebra- *Odor sua-* tæ; dum sanctissimum corpus reconditur, apertæ sunt *nus à cor-* nates eorum subito, senseruntque mira odoramenta *pore.* valde fragrantia omnes qui aderant, donec exequiae beatissimi viri celebrarentur, & corpus humo obtege- *re.* retur. Illi autem viri stupefacti admittentesq; præ gaudio dicebât ad inuicem: Quidnam est hoc? Gloria tibi Do- mine Iesu Christe: quia nostrâ nraes odore tam tantumque numquā senserunt. Gloria tibi Christe Saluator, quia sic sumus repleti, vt nihil nobis vltérius boni deesse credatur. Porro quanto amplius talia loqueban- tur, tanto amplius odor affluerebat diuinus, ita ut iam nullus dubitare posset, Angelorum ad has exequias à principio passionis eius interfuisse ministeria.

23 Quibus ritè expletis prostrauertunt se omnes in terram *sob. tons* cum nimio timore & magnâ cordis deuotio- ne clamantes & dicentes: Credimus te Iesu Christe verum Dei Filium cum Parre & Spiritu sancto regnante in cœlis; sicut à sancto Martye tuo Luciano audiui- mus aure, & didicimus mente. Cùm autem multitu- *ueruntur.* do populi qui quasi ad spectaculum de diversis parti- bus ex villulis conuenerant & vicis, talia vidissent, vel audissent à creditibus, eodem die, vt aestimatum est, corde compuncti crediderunt in Dominum Iesum Christum filium Dei viui ferme quingenti homines ex diuerso sexu. Iam enim conuerterunt per prædicatio- *30000. a* n. *S. Luciano* n. *in vita* n. *conuerti.* n. *triginta millia hominum, aut multò amplius diuersi ge-* *SS. Maxi-* *neris & ætatis; qui relictis idolis confitebantur Deum* *mianus &* *Patrem ingenitum, & Filium eius vnigenitum, vna cum* *Iulianus* *sancto Spiritu, in trinitate verum & unum Deum. Quâ* *transfe-* *fide per lauacrum regenerationis renati, & innouati,* *Basiliaca ad* *eiustunde-* *ipsius Martyris, basilicam.* *lum.*

24 Sanctorum autem Maxiani & Iuliani corpora in monte, vbi de collati fuerant, sunt sepulta. Sed crescente numero & deuotione Christianorū, à fidelibus indele- *uata*

Auct. uata beatissimi Luciani corpori sunt coniuncta. Vbi
Odore posteā in melius ædificatā & ornatā ecclesiā, Domino
E p i s c . Patre cooperante, plurima recte petentibus præstantur
ex mss. à Domino Iesu Christo per merita & intercessionem
sanctorum Martyrum beneficia. Quorum, quia vna
fuit fides, vnaque caritas, vna & in martyrio confessio;
idcirco iure credimus eorum quod vna sit in æternâ
beatitudine societas, vnumque cōsortium meritorum.
Et idē gratias agamus Creatori nostro, quoniam te-
stes Christi trino numero assumpti fidele consumma-
uerunt propter fidem Trinitatis in terrâ martyrium:
quod quia factum nouimus, venetamur fideliterque
recolimus & agnoscimus.

Epilogus 25 Ecce fratres, et si purpurata est vniuersa terra
ad Belua- sanguine Martyrum, purpurata est ciuitas nostra horū
censes. cruore, Christi respersa sanguine. Et si floret cœlum
coronis Martyrum, floret & nostra tellus istorum de-
corata virtutibus. Ornata sunt reliquæ ecclesiæ me-
moriis Martyrum, ornata est ista horum triumphis, &
consecrata reliquiis. Insignita sunt tempora natalitiis
Martyrum, insignita est & hodierna festivitas, quâ
celebratur eorum natalis de ascensione ipsorum ad
cœlos. Crebescunt vbiique sanitates meritis Martyrii,
crebescut & hîc ad eorum tumulum insignia virtutum
& exuberant beneficia sanitatum: ægroti veniunt &
sanantur, cœci illuminantur, claudi curantur, vexati
à dæmonibus liberantur: & quod maius est, fidelium
exaudiuntur preces, suscipiuntur vota, peccatorum
vincula resoluuntur, aperitus cœlum pulsantibus:
præmia asequuntur ecclesiæ. Felix nimirum & Deo
grata beatorum Martyrum societas, quorum ex con-
fertio Angelorum chori gratulantur in cœlis, meri-
tis verò eorum & precibus omnium fidelium digna
petitio præstatur in terris, præstante Domino nostro
Iesu Christo, qui cum coæterno Patre ac Spiritu sancto
vivit & regnat per immortalia secula seculorū, Amen.

a M.s. S. Max. Thare transposito vado. *Maffonus ex vita ms.*
Thare transfacto, vnde. Louetii ait *in vivo* Miauroy Tharam
transisse, cerni etiam in monte Millio semitam per quam ille ca-
pue gestans incassit, & Roseam appellari, sine Rosetum, la rosiere,
inq. è roso nasci mirifici ruboris, quale endem alio transplantata
roseta non ferunt: et si verò asper & præcepis ad latus unum si mons
Millius, numquam tamen ex curruum carrucarumve lapu cui-
quame equorum, vini, reiæ alterius iacturam contigisse: idq. eriam
hereticos, qui cultum auersantur Sanctorum, opemq. negant eos ferre
mortali bus, se penumbrâ se coram esse confessos, carrucas isthie suas
eversas, perq. decline denudatas esse, se tamen cum in ima descendis-
sent, & vinum omne saluum, & equos incolumes reperiisse.

b *Agones M. M.* Vix autem loci illius.

ALIA VITA AVCTORE MONACHO ANONYMO.

Ex m.s. S. MARIAE de Ripatorio.

CAPVT I.

S. Lucianus Bellouacis Christum predicat.

I N E T O R V M Martyrum sacra certa-
mina percurrentes, digno, dilectissimi,
obsequio veneremur, & piis obsequiis
exequamur. Dum enim illorum sacra
martyria piâ amplectimur caritate, no-
strorum necesse est vt fiat ablutio delictorum. Hîc
etenim eos temporalis poena ad tempus afflixit & ter-
rit: illuc eos æterna gloria remuneravit & fulsit. De
quorum collegio beatissimus Lucianus extitit Martyr,
cuius & sacri martyrij palmam & pro Christo certa-
minis gloriose cupio retexere gesta, non meo merito
nec proprio consilios ingenio; sed ipsius adiutorius suffra-
gio, qui mihi suæ dignatus est seriem passionis intimare. Vos itaque obsecro, fratres, sollicitè audire contendite: vt dum eius imitatores martyrij fueritis in terris,
ipsius gloriaz consortes esse yaleatis in astris.

*Sanctorum
gesta utili-
ter legun-
tur.*



2 Illis igitur temporibus cum Julianus impiissimus
a Cæsar decreta Principum accepisset, vt Christianos, ^a
qui diis & cæteris deorum officiis non immolarent, ^{Julianus}
capitalem iuberet subire sententiam; pet omnes pro-
uincias executores constituit & proditores, vt si quis ^{Prefectus,}
eorum Christianum quolibet aduenisse cognosceret, <sup>Christianis
nos perse-</sup>
eius præsentia omnimodis nuntiaret. Erat enim tunc
Sanctorum persecutio generalis; cum impius persecu-
tor ad extinguendū se Christianitatis nomen armaver-
at. Nullum tunc in ciuitatibus Sancti refugium habe-
bant, nulla in montibus & speluncis Martyribus remâ-
ferant congregata solatia.

3 Eodem itaque tempore beatissimus vir Sanctus
Lucianus sanctissimo Martyri consociatus Quintino, ^{s. Lucia-}
vrbe Româ, cum B. Dionysio pariter egressi Gallias ^{nus venie}
adierunt, Dominicæ memores iussione: Si vos perse- ^{in Galliâ.}
cuti fuerint in vnâ ciuitate, fugite in alteram; & vt no-
bis patientia suæ præberent exemplum, & effusio san- <sup>Matth. 10.
23.</sup>
guinum ipsorum nostrorum fieret documenta virtu-
tum. Vos verò, fratres carissimi, intentâ hæc aure per-
cipite, & credite nobiscum implete posse Dominum
in Sanctis suis quæ scripta sunt. Inter hæc etiam pensa-
re debemus, quanta sit gratia, Sanctorum sequi vesti-
gia, pro Christo dolores corporum tolerare, mortem
momentaneam non timere, mundum cum suis volu-
ptatibus spernere, nec timere vnâ horâ ferre dolores
corporum, qui optant in æternū gaudere cum Christo.

4 Beatissimus itaque Lucianus, vt supra diximus,
ab vrbe Româ egressus, à B. Dionysio b Presbyterij
sumpsit officium, & Beluacensem ad urbem cursu pro- ^b
perauit intrepido. Atque tunc S. Dionysius Parisius ^{Adit Bel-}
abiit, Sanctus denique Quintinus Ambianis ciuitatem ^{lonacos.}
elegit, vt vnuquisque eorum de propriis ciuitatibus
exemplis suis & traditionibus Christo Domino fru-
ctum boni operis consecrarent.

5 Sanctus igitur Lucianus mox vt Beluacensem
penetrauit fines, cœpit Christi Euangeliū prædicare, ^{Fide præ-}
quod eius peccatori sanctus Spiritus dignanter infude- ^{dicas.}
rat, vt verbo suæ prædicationis homines ad imaginem
Dei factos à dæmonum culturâ erueret, & vt vnum
Deum cœli tetrâque conditorem puris mentibus ado-
rarent, atque vt solum Patrem intuocarent ingentium,
Filiū à Patre solo confiterentur genitum, Spiritu
sanctum ab utroque procedentem crederent.
Talibus itaque beatissimus Lucianus populum moni-
tis instruebat. O carissimi filij, inquietissimi milites, &
diuini prælij bellatores, qui antiqui hostis tanto tem-
pore vinculis fuitis obnoxij, à misera seruitute laxati,
Christum Dei filium pro vestrâ redemptio venisse
per vterum sanctæ & intemeratæ virginis, iam pariter
vel sord cognoscite. Ni enim vos ab idolorum cultu-
râ sacri baptismatis vnda reddiderit emundatos, cœle-
stis regni nequibitis esse consortes. Sed cum & vos pu-
ra confessio & sancti lauaci vnda resperserit emun-
datos, à morte poteritis erui sempiternâ, quando vestri
cordis tenebras lux depulerit sempiterna, & supernæ
gloriæ baptismi gratia reddiderit candidatos. Cumq. ^{Multos co-}
sanctus vir die noctuque huiuscmodi verbis cunctum ^{ueris.}
populum admonet, & eius fama sanctitatis regiones
finitimas repleuisset, cœperunt tunc multi à dæmonum
culturis recedere, & Christum Dei filium pro rotius
mundi salute & redemptione per vterum sanctæ vir-
ginis ad terras venisse totis viribus credere, & puris pe-
ctoribus confiteri.

6 Sed prius nos quâm passionis eius gloriosum ag-
grediamur agonem, sanctissimi Martyris, & c perfecti
monachi laudabilem continentiam curabimus intima-
re. Cùm esset itaque Spiritu sancto repletus, Christia-
nam & Catholicam sapientiam diligebat, abstinentia se
ab omni opere malo, & fidem tenens perfectam, Chri-
sto sedulum exhibebat officium. De abstinentia igitur *Eius mira*
virtute, quâ se quotidie macerabat, vt Christo Domino abstinentia:
carnis suæ hostiam immolare, pauca dicenda sunt.

Alius

alia vir-
tutes.

Alius enim illicibus non erat assiduus, quām esus herbarum virentiū, & aquæ frigidæ calicem pro potu fesso corpori tribuebat. Quadragesimæ vero diebus bis in septimanam cibum corpori ministrabat. Sustentabat enim eum cœlestis alimoniam victus, & membra debilia diuina gratia roborabat. Eratque sanctus vir mira patientia, summa abstinentia, sanctæ humanitatis, & omnium gratiarum copia exornatus. Tempus me deficit, si omnium virtutum eius gratiam prosequi voluerō. Erat vultu placidus, & mente tranquillus, canis decoratus Angelicis. Tantaque circa eum excreuerat sanctitas & virtus operum, ut interris corpore positus, cum Angelis habitaret in spiritu.

a *Imò Praefectus, ut iam dictum est, & habet Petrus de Natali Sauffaius, & alij.*

b *In superiori vitâ dicitur à S. Clemente consecratus Episcopus.*

c *Tum ex variis compellationibus fratrum, tum hinc, conicimus à Monacho quopiam hanc scriptam esse vitam. Non est tamen certa omnino conjectura.*

C A P V T I I.

S. Lucianus comprehenditur, socij occiduntur.

Perquiri-
tur à satel-
litibus Iu-
lianii Pra-
fidiis.

7 CVM QVE, vt supra diximus, Julianus nequissimus Cæsar, crudelitatis furore succensus in Sanctos Dei sæuissimam persecutionis rabie ebulliſſet, nuntiatum est ei, quod sanctus vir Lucianus vrbe Româ egressus esset, ut aliis prouinciis Euangeliū veritatis inferret, & idolorum nomina penitus conterenda doceret. Quo auditio impius Cæsar nimio furore turbatus, præcepit tribus pueris suis fortissimis vicis, Latino, Iatio & Antro, ut Sanctum Dei ybicumque potuissent perquirerent Lucianum. Quod si eum reperissent, aut suæ eum audientia præsentarent, aut feriendus gladio traduceretur. Quam dum iussionem persecutores acciperent, egressi ab Vrbe cum ingenti fremitu, rabie furoris accensi, huc illucque per ciuitates & prouincias Sanctum Dei Lucianum inquirere nō cessabant. Cumque regiones & ciuitates finitimas perlustrasset, & beatissimum Lucianum inuenire penitus non valerent; peruenit ad eos, quod prædicando æterni regni euangelium, Galliarum populum occupasset. Quo auditio, magis magisque in irâ indignationis accensi, Gallias penetrarunt, cursu eum celerrimo persequentes. Cumque iam omnipotens Deus sanctum virum Lucianum à laboribus huius vitae vellet quiescere, & eius martyrium in exemplum hominibus demonstrare, peruenient persecutores nequissimi ad ciuitatem, cui Beluacus nomen est. Sexto itaque sabbato egressionis eorum qui eum persequebantur ab Vrbe, sanctum virum Lucianum vi. Idus Ianuarij populum docentem reperrunt. In quo loco populi caterua quâ plurima sancti viri iam erat admonitione conuersa, & idolorum superstitione calcatâ, ad Christianitatis se nomen eius monitis conuersâ gaudebat. Erat enim vox totius populi vna lantantium, dum se cognoscerent à mortis laqueo ad vitæ fugisse solatium.

Aduentia-
tibus lieto-
ribus, per-
git popu-
lum doce-
re.

8 Interēa dum sanctus vir doctrinis insisteret pie- tatis, & Christi populum ab errore conuerteret vanitatis, eleuatis paullulum oculis, persecutores suos minus venire conspergit. Quos vt vidit, à prædicationis tamē suæ verbo non destitit, sed salubribus populum monitiis hortatus est dicens: Ecce fratres & filij carissimi, iam mihi Dominus meus Iesus Christus laborum meorum retributor esse dignatus est; iam corpus nimirū senectute lassatum; cum fructu martyrij anima ad palam transierit sempiternam. Vos itaque carissimi filij in acceptâ prædicatione state firmissime, & nec terror Principum, nec mina Iudicium, aut mala suastio amoris, à vite vos valeat monitis reuocare; ut ibi sequantur merita gregis, vbi præcesserit fortitudo Pastoris. His ita dictis, eleuatis oculis in cœlum sanctissimus Lucianus, & puras manus inferens cœlo, totis cum viribus

dixit: Gratias ago tibi Domine Iesu Christe redemptor Avcr. mundi, qui me ad titulum dignitatis tuæ vocare dignatus es, & beatissimorum Martyrum tuorum Dionysij MONA- & Quintini confortem efficere. Dignate ergo Domine chō A- lesu Christe in eorum me numero computare; & regni Secedit in tui heredem facere sempiternum. His ita gestis, egred- sus à supradictâ vrbe Beluaco, cœpit iter suum intrepido montem.

dus agere, & in acceptâ se exerere fortitudine, vt in opere diuini ministerij martyrij sui cursum impleret. Cumque peruenisset ad montem qui vocatur Amnis, qui situs est super alueum Taræ, qui mons tribus ab vrbe milibus distat, pulchrum populis super riuum flu- minis spectaculum præbet.

9 Cumque S. Lucianus cum duobus pueris, his nominibus Maxiano & Juliano officijs sui omnipotenti Domino dicatum reddebat cursum; aduenierunt impij persecutores, qui à nequissimo Juliano fuerant directi. Tunc illicò apprehendentes Sanctos Dei Maxianum & Julianum, coram beatissimi Luciani obtutibus gladio eos puniri iusserunt. Quibus interfectis, Christo ex effusione suorum sanguinum digni Martyres consecrati sunt. Tunc sanctissimum Dei Lucianum cum irâ & indignatione taliter allocuti sunt dicentes: Tune es ille, qui maleficis tuis seducis populum, vt sacratissimis diis non immolent, & vt inuictissimorum Principum decreta contemnunt. S. Lucianus respondit: Ego maleficus non sum, sed beneficiis eruditus supernis, Christi populo viam veritatis ostendo, & Dominum meum s. Lucia- Iesum Christum, qui facturæ suæ pio semper dominâ- nus inre- tur affectu, quomodo inoffenso pede sequi debeant, pide perse- innotesco, vt ad lucem euocati supernam à suis tene- cursoribus respondet. bris eruantur; & cognoscentes Dei filium ad terras pro iporum redemptione venisse, superstitionis idolorum sectam spernentes, ipsi soli ceruicem cordis inclinent, qui pro omnium salute voluit crucifigi.

10 Ad hæc respondentis ministri dixerunt: Quomodo tu Deum pronuntias, quem afferis crucifixum? S. Lucianus respondit: Licet enim vestra infidelitas & aures idolorum surda & polluta superni & clementissimi Regis audire non mereantur arcanum; tamen propter adstantem multitudinem vulgi, breuiter dicam quomodo & Deus est ante secula, & verus homo voluit in fine temporis crucifigi. Deus Pater ingenitus, Deus Filius à solo Patre genitus, Deus Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio, tres personæ, sed una substantia, qui nec initium habuit, nec æui poterit fine concludi, cum omnia quæ videntur, & quæ non vi- dentur, ipsius sapientia constet esse fundata; humanis misertus excessibus, sanctam Virginem, de quâ in fine seculorum nasci dignatus est, elegit, vt inuisibilis per- manens in suis, visibilis fieri dignatur in nostris, fa- tus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis; & Deus impassibilis manens, homo, quem assumperat, crucis patibulum pro omnibus sustineret, vt ubi erat culpa grauior, ibi esset gratia maior. Nisi enim filius Dei, hominis etiam filius fieri dignaretur, nec peccatores ad veniam, nec miseri transirent ad Superos.

a *Imò Millius; de quo & Thara amne diximus ad priorem vitam.*

C A P V T I I I.

Occiditur, sepelitur, clarescit miraculis.

11 HÆc & multa alia Luciano beatissimo prof- quente, milites magis magisque furoris stimu- lis vrebantur, & respondentes dixerunt: iam enim te senectutis inuitauerat tempus, ut ab infantibus vani- tabus resipiscere debuisses. Sed quoniam & vanitas De nominis nimirū obsidet, & ad mortem superflua inuitat lo- & genere interro- quacitas, nomen nobis tuum conditionemque décla- rat. S. Lucianus respondit: A carnibus parentibus vo- det. catus sum Lucius, sed in regeneratione sacra vnde ba- ptismatis

Auct. MONACHO ANONYMO. *Phil. 1. 21.* p̄fismatis Lucianus sacro Sacerdotis vocatus ore cognoscit. Conditionis verò cuius sum lucide patet, cùm mihi nihil aliud sit, quām secundūm beatum Apostolum & Christo viuere, & pro ipso lucrum mori. Conspelitus enim sum illi in fonte baptis̄matis, & ipsius sequor vestigia, cuius sum sanguine reformatus. Tunc milites respondentes dixerunt: Hoc est quod locuti sumus, quia seductores, & deorum contumax compobaris: quando & vana quæque loqui non cessas; & tua nescis fessæ succurrere senectutis. S. Lucianus respondit: Quod ego loquor, neque auribus percipitis, neque retinere mente valetis. Excaecauit enim vos infidelitas vestra, & Principem vestrum Julianum saeuissimum, à quo directi etsi, æterna cæcitas & caligo possidet tenebrarum.

Flagellatur. *Osciditur.* 12 Milites itaque iniuriam Cæsaris impatienser ferentes, apprehendentes eum & vincit manibus cederunt. Cumq; ab eis nimiè flagellatus, & vincitus admodūm teneretur, sanctus vir nec terrore concutitur, nec dolore corporis sui superatur, sed confisus in Domino, imbecillia senectutis membra iuuenili vigore sustentans, eodem vultu, eademq; mente perdurans, Christi nomen viuaci voce confiteri non timuit dicens: Christum Dei filium & corde credo, & ore non cesso laudare. Tunc unus ex militibus euaginato gladio, paratā iam sanctā ceruice, pretiosum caput abcidit.

Luce & voce celesti honoratur. 13 Cumq; sancti viri cadaver jaceret exanime, videntibus militibus & vulgi multitudine, lux de cœlo super sanctum corpus emissâ est, & vox pariter cum luce venit, dicens: Euge bone famule Luciane, qui pro me tuum sanguinem fundere non dubitasti in terris, cum Sanctis gratulare in aistris: Veni ad præparatâ tibi in cælestibus mansionem. Veni cum palmâ Martyrij, accipe promissa quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor comprehendere valet humanum, & confratrum tuorum Martyrum consortio perfruere beatum. Hoc autem factum est diei horâ quasi tertiatâ in monte, quem suprà memorauimus, tertio ab urbe miliario.

Caput praefat ad 2. 14 Dei autem facto consilio qui Sanctos suos cum mensurâ probat, & sine mensurâ glorificat, recedenteribus à loco ministris nequam, erigens se sancti viri corporibus glorificans, apprehendensque manu propriâ sanctum caput abscessum, stabili gressu Domini misericordiâ suffragante, mirum in modum acsi viuens in corpore iter suum carpere plantis firmissimis cœpit. Portansque eum à monte quasi millibus tribus, Taræ transposito vado, peruenit ad locum quem vir sanctus funeri tradendum elegerat, uno à prædictâ urbe miliario distans,

in agello publico, ibi que cum palmâ victoriae Sanctus requieuit in pace.

15 Viri itaque loci illius qui Beatissimi fuerant admonitione conuersi, venerant deuotissimè cum aromatibus, & sanctum linteaminibus mundis obuolentes *Sepelitur à Christi-* *nâ.* cadaver, sepelierunt illud in monumento nouo, in quo nondum positus quisquam fuisse videbatur. In quo loco si deuotus petitor veniens, S. Lucianum pro peccatis suis purâ mente intercessorem precatus fuerit, sine dubio quidquid postulauerit obtinebit. Cumq; sanctum corpus viri misericordiæ reconderen, aperte *Sanctus odor in loco sepulture.* sunt nares eorum, senseruntque aromata Angelorum, qui à Domino ob sancti viri exequias fuerant destinati. Dixeruntque viri ad inuicem: Quidnam sibi vult hoc esse? Odorem tam nostræ numquā nares senserunt. Sicq; sumus repleti, vt nihil nobis ultra boni deesse credamus. Quantd autem amplius loquebantur, tantd eos amplius odor reficiebat diuinus. Tunc prostrati in terram, cum magno timore & cordis deuotione clamabant dicentes: Credimus te Christum Dei Filium *Conuictum* Paræ & Spiritu sancto regnare in cœlis, sicut à *tuntur* sancto Martyre tuo Luciano didicimus. Et conuersi *500. annis teà supra* sunt eadem horâ quasi quingenti viri, gratias agentes *30000.* Deo. Iam enim conuerterunt per S. Lucianum in Galliis amplius quam triginta millia virorum, exceptis paruulis & mulieribus.

16 Ædificauerunt autem in eodem loco templum nouum, vbi Domino cooperante misericordiam Dei *Illustratur* per S. Luciani merita consequitur omnis qui eius *miracula.* meritis se crediderit exaudiri. Ægri veniunt & sanantur, cæci illuminantur, claudi recuperantur, vexati à dæmonio liberantur, & fidelium exaudiuntur vota precantium. Dignè sibi tam Dominus Martyrem approbavit, qui pro eius nomine passionis non timuit subire martyrium. O beatum virum, castum, sanctum, pudicum, verecundum, cuius exemplo populi conuentuntur ad fidem, cuius de meritis Angeli gratulantur in cœlis, cuius tactu confortantur infirmi, cuius meritis delictorum sarcina leuiatur: quem cunctus populus festinâ deuotione concelebrat, quem terrarum Principes pronis adorant ceruicibus. Ille iam choris admixtus Angelicis niueo candore resplendet. Ille cum Apostolis palmam assumpsit martyrij. Ecce eius hodie solemnia celebramus, qui dum à nobis annuâ festiuitate veneratur in terris, à Domino magnificatur in cœlis. Sit tibi Deus Pater laus, sit tibi Deus Fili gloria, sit tibi Deus Spiritus summa potestas, qui sanctum Martyrem tuum Lucianum ita glorificare dignatus es, qui viuis, dominaris, & regnas, ex tunc & nunc & per infinita seculorum secula, Amen.

DE S. PATIENTE, VEL PATIENTIO,

E P I S C O P O M E T E N S I V .

Circa- TER. AN. VIII. JAN. *S. Patiens* **in sacris** *festis celebren-* **nom.** **I** ETIS Gallia Belgica urbs illustris, (olim Diuodurum, vel Diuiodurum, Mediomatricum) ab Apostolicis temporibus præcones Euangelij atque Episcopos nostra tra- ditor: quorum primus Clemens xxxii. Nouembris celebratur, secundus Cælestius xiv. Octobri, tertius Felix xxi. Februario. Hū S. Patiens succedit, longe Lugdunensi illo, de quo xi. Septembr. antiquior. Huius natalem celebrat viii. Januarij Martyrologium Romanum, Rabanus, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Molanus, viola SS. aliiq;. Et quidem Martyrol. Colonense, atque Carthusiani Colon. in Addit. ad Vſuardum, S. Ioannis Apostoli discipulum fuisse aiunt. Andreas Sauſsain in Martyrologio Gallico: Metis S. Patientis Episcopi: qui natione Græcus, S. Ioannis Euangelistæ discipulus, quartus ordine hanc Ecclesiam rexit, eamque adhuc tenellam spiritua-

lis sapientiæ lacte, & diuini verbi pabulo enuruit, ac sanctitatis suæ glorioſis illustravit insigniis. Huic ferunt S. Ioanné à ſe abſcedenti in pignus amoris vnum ex suis dentibus dedisse: quem Metis, vbi poſta subſtitit, in ædicula à ſe, sub amantissimi ſui ipſius Praeceptoris nuncupatione conſecrat reposuit, perpetuâ obſeruandum veneratione. Cumq; multa in Episcopatu mirabiliter ac diuinè gefiſſer, piis laboribus perfundus ad cælestem euolauit beatitudinem. Ferrarius xxviii. Decembr. eum referit.

2 S. Patientis, aliorumq; primorum Metensis Ecclesia Antifitum Acta intercidisse testatur Paulus VVarnefridus in Eius 23a, catalogo Episcoporum Metensium. Quam tamen hic damus de actis. eo narratiuncula, ex antiquo ms. codice Ecclesiæ Metensis eruit Andreas Dinetus Noster: cui conſimilis, sed aliquantd succin- tior, extabat in ms. S. Martini Ultraiecti. S. Patientis me- minerunt

minerunt *Claudius Robertus, Ioannes Chenu, Demochares de diuino sacrif. cap. 33. In ms. Florario dicitur obiisse anno. cl. II.*

VITA.

Ex veteri ms. Ecclesiae Merensis.

BENEFICIORVM Dei reminisci salus est mentis, sicut obliuisci torpor existibilis. Inde ad memoriam gratiarum Domini nostri Iesu Christi vitam B.

S. Patiens. S. Ioannis Euangelista discipulus.

Patientis, si Spiritus sanctus adiuuat, qui aspirat ad ordinem, quem nobis & doctorem & cœnobij nostri fundatorem olim direxit.

2 Sanctus igitur Patiens, sicut à prioribus vicariâ relatione cognovimus, ex inclytâ Græcorum prosapia exortus, sicut nobilitate mundanâ, sic & opum gloriâ in minoris Asiae regione clarus effulgit. Hanc Asiae regionem dilectus Domini Euangelista Ioannes in forte prædicationis diuinâ dispensatione suscepit, fideique iugo subiugavit: nam dum fulgore virtutum confirmaret suorum claritatem verborum, quamplures ad vitam destinati potentes & diuites ac mediocres compuncti gratiâ eius doctrinæ obediebant. Itaque inter alios insignes etiam B. Patiens obedientiæ fidei se subdidit, pompam mundi reliquit, sancto Apostolo intimè adhævit.

3 Intervenit, vt historiæ traditum, B. Ioannes Apostolus à Domitianô Cesare Romanum adducitur. Dominus enim consilium suum per tyrannum crudelē disponebat, vt sicut virtutibus atque signis idem Ioannes atque Petrus fuerant pares, sic in Urbe principali haberent sui memoriam triumphi, vt enim b. Via triumphalis insig-
*b*nitia est Cruce Petri, sic & Ioannis dolio. Latina porta memorialis habetur; d. in quo feruente oleo, præsen-
*c*te Senatu Romano, immisus, non ambustus, sed velut
*d*perunctus exiuit. Hinc mundani fremitus viator exilio apud e. Patmos insulam adiudicatus, & ad secunda marmora decori Romanorum apta palatiorum arcta-
*e*tatur. Sed quid agit humanus furor contra Christi fidem? versâ vice Ioannes ibidem diuinâ reuelatione consolatur, de statu iuvarum septem Ecclesiârûm certificatur, ruina malorum & gloria iustorum ei visione Angelicâ demonstرانtur. In breui Domitianus à f. Senatu de-
*f*renocatur, eius edita cassantur. Vnde Ioannes suis Ec-
clesiis redditur, in quibus dum sibi reuelata corrigeret, hæreticos deterget, concilia celebraret, puritatem fidei edoceret, potentiam miraculorum prædicationem confirmaret, in communi obsecratur, vt diuinitatem Christi ac humanitatē lucidiùs ceteris elucidaret Euâ-
gelistis. Quod cùm id agere se denegaret posse, nisi communi supplicatione totius Ecclesiæ, repente supergreditur super altitudinem omnis humani sensus, imò secretum Angelorum. Igitur tubâ mirabili coæternitatem Patris ac Filij omnibus insonuit, substantiam diuinitatis ac humanitatis Christi in unitate unius personæ declarauit, omnes amfractus hæreticæ fraudis obstruxit, dicens: In principio erat Verbum, & Verbum caro factum est.

scribit Euange- lium:

4 His peractis non immemor præcepti, quod in cap. 10. suâ percepserat Apocalypsi, Oportet te iterum prophete-
v. 11. vare gentibus, & populis, & linguis, & multis Regi-
Dilecitos ad varias gentes mis- tis;

g. g. Polycarpum Smyrnensibus præcepit: plures alias in Orientali regione per diueras urbes ordinauit Sacerdotes. Diuinâ etiam visione admonitus statuit suam prouisionem ac sollicitudinem Gallicanis imperi-
*h*ti prouinciis: quapropter b. Irenæus directus est Lug-
*i*dunensibus, i. Benignus, Thyrsus, & Andeolus Augu-
stodunensibus: Beatum vero Patientem, qui sibi familiarius in pluribus adhærebat, secretius aduocans, pan-
ditei quæ sibi reuelata erant de eo; qui & dixit: Caris-

Tom. I.

sime fili, ex quo verbum Dei pro nobis indebitam gu- Ex m. s. stauit mortem, homo redemptus, non est sui iuris, sed eius qui redemit, seruus. Quocirca quæ diuinitus nobis *S. Patien- tem Mera.*

imperantur, promptâ debemus exequi mente. Caris-

sime, in Spiritu reuelatum est mihi, quod Clemens

quondam patricius Viribus, atque sui successores, qui à

Coapostolo meo Petro ad k primam Galliarum Belgi-

cam in ciuitate Metensi sunt directi, duobus defunctis,

qui superest ex nostris sibi præstolatur successorem se-

condum reuelationem. Huc ergo, carissime, secundum

dispensationem Dei accelerata, curam suscipe pastoralem,

Dominicum adauge gregem. Ne itaque difficultatem

itineris pauas, non recules onus: quia qui te ab æterno

elegit, & huic officio destinavit, tibi cooperando, su-

perueniendo assistet. Audit B. Patiens dictis dilectissimi

Patris mœstus mente ac supplex voce respondit:

Saluâ dispositione Dominicâ, saluaque tuâ iussione pa-

ternâ, venerabilis docttor, disponebam animo donec

adiuuueres carne nequaquam me separati à te, quod &

in praesenti obficio mihi concedi. Ioannes, qui thesa-

rum scientiæ de Christi hauserat peccatore, ipsamq; Dei-

tae substantiam, quæ in exteris patefecerat, talia sub-

infert ore prophetali: Solus qui cuncta regit meam

emigrationem solus dispensat, tuam verò sine truculentâ

persecutoris in pace disponit. O sublimem præscientiam

Ioannem, cui & regionum loca, & vocabula spiritu

non ignota cuiusdam patebant supercælestia, qui Tri-

nitatis & Deitatis deificæ arcana substantiamq; fidei

cernebat, quid mirum si mundani angustias orbis in

dispositione regionum, in dueitate locorum, in vo-

cabulis nationum & urbium cognoscetebat videnti enim

Creatorem angusta est omnis creatura, & comprehen-

sibilis amplitudine mentis. Si enim Delphicus furo-

cogebat ignorata prius designare loca pugnarum vel

casuum, sancto Spiritu pleno nominalia locorum diuino

aptorum seruitio cur celarentur?

5 Licet verò B. Patiens diuinâ præordinationis accepisset responsum, tamen Dei natus aspiratus, qui Dentem est hoc quod sibi complacet fieri dignatus aspirare. S. Joanni, è suis vniuersitatis dixit: Ardor non minimus angit meam mentem super portionem reliquiarum corporis tui. Et beatus inquit Apostolus: Nihil Deo impossibile, sicut enim processu etatis quædam humani partes corporis cadunt, & alias partes succedunt, vt videntibus fieri probatur; & sicut in futurâ resurrectione corporum, quocumque locorum membra fuerint dispersa, ad priorem redire coniunctionem veraciter creduntur; sic tunc summa potestas desiderium valet implere, si omnium impetratrix fides firma Deo tribuente adsit. Oratione igitur Apostolicâ præmissâ, Apostolus præmissione compleuit virtute Dei. Euocat itaque carissimum discipulum, atque in ipsius præsentia apponit digitum ori, dentem absque doloris sensu abstrahit, porrigit, eiique dixit: Hunc tibi vnum tolle, & ubi tibi Dominus protuderit repone, ceteri mei artus corporis sub dispositione Creatoris erunt, qui me hactenus in omni tribulatione protexit. Suscepit igitur carissimus discipulus dentem dilecti Domini, sicut in munimen sui, sicut pignus p̄ij amoris, sicut propitionem multorum futuram.

6 Rursum subdens Apostolus admonitionem pu-
llanis perutilem, dixit: Carissime, cum omnia vebo Dei creata sint in tempore, & ab æterno disposita, sola hominis natura commune aliquid habet cum omni creaturâ. Perpende igitur carissime, quia sicut ipsa, cum quæ esse habet omnia, non gignit frumenta, neque maturat fructus, nisi exculta hominum labore, vento-
*h*rum exagitata turbine, aëris temperie, ac ignis decocta calore; sic ipsa semen iustitia anima non parturit, nisi patientia & impulsu tribulationum. Talis est enim ipsa rationalis natura, quod nisi tentationibus prematur, disciplinaque coercetur, aut libero arbitrio, inani gloriâ leuatur, aut securitate terrenis immergit. Ut ergo carissime, fructum requiei perpetue valeas percere,

R. x. pere,

- Ex mss.** pere, per tribulationum patientiam te oportet exercere, alioisque tua prædicatione ac exemplo Christo acquirere, cum quibus gaudeas in cœlesti requie. O laudabile doctoris & auditoris vinculum caritatis! Ioannes dum suis in nuptiis Christus aquam in vinum mutasset, secutus eum carnale cōnubium reliquit; Patiens audiens ab ipso Ioanne verbum Dei abrenuntiat obiectamentis mundi: Ioannes socialiter adhæsit Christo in resurrectione Archisynagogi filii in cubiculo; Patiens Ioanni præsens fuit dum resuscitat filium in fidelis viduæ: Ioannes træfigurationi factæ in monte Christo adfuit; Patiens Ioanni adstabat dum duos Proceres post conuersationem dimissarum pœnitentes diuinitarum ab æternâ damnatione per auri miram in frondibus reciprocationē reducebat: Ioannes Crucis astigit Christi; Patiens eidem Ioanni missio in oleo feruienti. Christus morte deuicta discipulis mellis sauo vera Deitatis, ac sua humanitatis vniōnem commendauit; Ioannes Patienti cum suis condiscipulis post libertatem exilij inseparabilem Patris ac Verbi substantiam scripto alucidauit.
- 7** Confortatur itaque tanto B. Patiens miraculo, & admonitione paternâ, Pastorale suscepit officium, multisque Sanctorum pignoribus ac ipsius Euangelij codice donatus benedictionem petit, accipit: ignotum iter cum suis per Illyrici & Adriatici sinus maria arripit: tandemque Christo duce difficultatem itineris multimodam euadit, Gallorum fines intravit. Mirare! Lingua Barbarorum, quam pridem ignorabat, intelligebat, & respondebat, necessariaque requirebat. Fuit hoc insigne miraculum in Ecclesiâ primitiorum, vt quos Apostoli chrismate præsignabant, vel ad prædicandum gentibus ordinabant, illicò manifestè scientiam linguarum accipiebant, sicut de Cornelio Actus Apostolorum narrant. Itaque certo indicio B. Patiens Metim ciuitatem deuenit: quo deueniente Ecclesiasticus orto cum fideli populo lœtatur, & tam ex habitu quam ex reuelatione pridem celebratâ, de successore S. Felicis, qui tertius post B. Clementem rexerat Vrbem, certificatur, consolatur.
- 8** Reuelatio autem, vt fertur, ex ipso B. Patiente talis erat: Dum Beatus Euangelista Ioannes sub Domitianni persecutione Romam perductus ibidem detinetur, beatus Princeps Apostolorum Petrus eidem in visione apprensus dixit: Carissime frater, iam dudum prima Galliarum Belgica fidem suscepit diuinâ fauente gratiâ; & nunc quia illi qui à me illuc sunt directi soluerunt vicissim debitum morti, recens adhuc fides illius populi doctore indiget fideli. Noveris itaque, carissime, quia sicut Dominus noster tuus sanctitati suam olim commendauit genitricem, sic & nunc tuus dispensationi Metensem commendat Ecclesiam. Ex tuis itaque auditoribus illuc dirige Patientem nomine, cui Dominicum ouile pascendum iniunge.
- a** Videtur deesse, describam, aut quid simile.
b Quo loco crucifixus, quo sepultus sit S. Petrus, dicimus xxix. Iu-
- nij. S. Hieronymus lib. de scriptorib. Ecclesiast. cap. i. ait S. Petrum sepultum in Vaticano iuxta viam triumphalem.**
c Latinam portam nonnulli eamdem fuisse putant, que Capena, à qua via Appia & Latina ducentur. Erat Capena ad Orientem proxima.
- d** De hac re plenius agemus vi. Maij.
- e** Alij quoque, ut ad illum diem dicemus, ad secunda marmora in Patmo (qua-una est è Sporadicis insulis) relegari esse S. Ioannem scribunt.
- f** Non Senatus, sed Stephanus Domitilla, Flavij Clementis vidua Procurator Domitianum interemit. Fortè hic locus ita legendus: In breui Domitianus detruncatur, à Senatu eius edicta cassantur. Certe eius morte, ut scribit Suetonius sub finem libri 8. Senatus ad eum latitus est, vt repletâ certatim curia non temperaret quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret: scalas etiam inferri, clypeosque & imagines eius coram detrahi, & ibidem solo affligi iuberet: nouissimum eradendos vbique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret. At Nerua Cocceius Domitianus successor, omnes qui impietas in deos rei fuerant absoluvi voluit, & exiles in patriam reduxit, inquit Dio. Imò editio vetuit, ne licet aut impietas aut Iudaicæ sectæ quempiam dehinc insimulari. Quæ de Christianis accipi debere dubium non est.
- g** De eo agemus xxvi. Ianuar.
- h** Colitur xxviii. Junij.
- i** De S. Benigno agemus i. Nouemb. de SS. Thyrso & Andochio, qui hic Andeolus dicitur, xxiv. Septemb.
- k** Extant to. i. scriptorum Francicor. Ducheñij diuisiones aliquot Gallia, in quibus primo loco Belgica reconsentur: celebrantur à Cœatre Gallorum fortissimi Belgæ. Verum idcirco potius Galliarum primam dici Belgicam crediderim, quod Praefectus Praetorio Galliarum, Treuirus, sedem habebat, ut docet Bravverus noster Annal. Treuir. lib. 4. sed hoc post Diocletiani etatem. Id fortassis solum nult hic scriptor. Metas Belgicæ primæ urbem esse.
- l** Baronius ad an. xxxi. num. 30. ait, quod Ioannis haec fuerint nuptiae, effo omnino commentitum ac nuper excogitatum, cùm nes sponsus penes antiquos Patres nulla prorsus de hoc mentio habeatur. Et fuerit in num. 31. ait ridiculam eam esse sententiam, potiusq; assentendum esse nuptias Nicophoro afferentem eas nuptias fuisse Simonis Cananæ. At Ruperus Cana. Tuitiensis sub finem commentariorum in cap. 2. Ioannis ita scribit: Hunc Ioannem Euangelistam reliktis nuptiis, (ipsius enim istas fuisse nuptias opinio ferè omnium est) ipsum Dominum sequi ceperisse arbitramur. Venerabilis Beda tom. 7. vel, ut alij volunt, Alcuinus, homiliâ in die S. Ioannis, Tradunt, inquit, historiq; quod eum de nuptiis volentem nubere vocauerit. Idem habet S. Thomas. 2. 2. q. 186. art. 4. ad 1. Legitur & in Prefatione in Euangelium S. Ioannis in Glostâ ordinariâ, quam prefationem esse S. Hieronymus tradit isthic Lirvanus, & vulgo supponunt. In eadem Glostâ extat Prologus in idem Ioannis Euangelium, qui tribuitur S. Augustino, in quo isthac leguntur. Iste siquidem est Ioannes, quem Dominus de fluctuagâ nuptiarum tempestate vocauit. Baronius hac ita interpretatur, quasi uxorem Ioannes non dulciam dimisserit, sed numquam duxerit. Ipse S. Ioannes Gertrudi sanctissima virgini isthac reuelauit, ut ipsa retulit lib. 4. Infinuat diuina piet. cap. 4. Ego per omne tempus vitæ meæ frequentius recolens quam suaui familiaritatis amicitia amantisissimus Magister meus & Dominus meus in me respexerit, imò remunerauerit illam cõtinentiam, quam coniugem relinquens ipsum de nuptiis sum fecucus, postea semper in omnibus verbis & factis meis hoc studium adhibui, vt diligenter cauerem, ne mihi ipsi vel alii aliquo modo darem occasionem, vnde illa Magistro meo grata virtus, scilicet castitas, aliquo modo macularetur. Denique (ut alios innumerous omittam) Jacobus Tirinus noster sub finem Chronicis sacri ait neminem veterum huic sententia refragari.
- m** Hac reformatur in vita S. Ioannis que Miletio, vel Melitonii Laodicensi Episcopo tribuitur, probaturq; Ioanni Heslio; defunct in apocryphâ illâ que Prochori nomine vulgata.
- n** Atticum & Eugenium, de quibus fusè idem Melito.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SIRMIENSIBVS ANASTASIO, IVCVNDO, RATITE, PETRO, FLORO, TILE, FLORIANO, TATIA.

VIII. JANVARI. **M**ARTYROLOGIVM S. Hieronymi: Et in Sirmis Anastasi, Iocundi, Ratitis, Petri, Flori, Tilis, Floriani, Tatiae. An idem sit Anastasius, quem vi. Ianuarij ex eodem Martyrologio dedimus, haud pronum est definire. Iucundum hoc die alia quoque habent Martyrologia: Notkeri: In

Græciâ Rustici, Timothei (de quibus infrà agemus) & Iocundi. Idem esse videtur, & locus fortasse in Nottero mutatus. ms. Florarium: In Græciâ S. Thimothei & Iocundi. Idem recentiore manu adiectum erat ad vetus. ms. Martyrologium Adonis monasterij S. Laurentij Leodij.

DE SS. MARTYRIBVS INTERAMNENSIBVS
C L A V D I O , C A R B O N A N O ,
T I B U D I A N O , P L A N I O .

A N N . **I** **F**ERRARIUS in generali catalogo Sanctorū VIII. Ia-
c c l x x . **VIII. I A-** nuar. Apud Interamnam Vmbriæ, sanctorum
N V A R I I . Martyrum Claudi, Carbonani, Tibudiani, &
 Planij, sub Claudio Imperatore. De iisdem in catalogo
Sanctorum Italiae ex monumentis & veteri ms. Martyrologio
Ecclesiae Interamnensis, ista tradit:
Sub Clau-
dio Imp. **2** Cùm Claudius Imperator impia in Christianos
 occisi. edicta promulgasset, iisque vbique ab eius Praefectis ad
 necem conquirerentur; Claudius militæ Interamnen-
 sis Princeps, vna cum Carbonano, Tibudiano, & Pla-
 nius.

nio militibus, impij Imperatoris iussa parvupendens,
 Christianos in carceribus detentos souebat, & crucia-
 tos ad tormenta pro Christo fortiter ferenda anima-
 bar. Quapropter & ipsi iussu Praefecti comprehensi, ac
 in Christi confessione constantes, martyrij palmam ac-
 cepere anno salutis cclxx. quorum corpora secundo
 ab urbe Interamnensi lapide, vbi nunc Sancti Zenonis
 Martyris extat ecclesia apud torrentem sepulta sunt.
Hac Ferrarius. De Interamnâ bac ad Narem egimus supra VII.
Ianuarij, cùm de S. Valentino II. eius Antistite.

DE SANCTIS EPISCOPIS TICINENSIBVS
M A X I M O I . E T M A X I M O I I .

Circa I **M**AXIMVM Ticinensem Episcopum Confessorem
A N N . **orat** **Martyrologium Romanum**, referunt hodie
c c l x x . Bellinus, Maurolycus, Galesinus, Molanus, Mar-
E T D X . tyrol. Germanic. Hunc Baroniu vult esse S. Epiphanius successo-
VIII. I A- rem, qui vi. Synodo Roma habite anno D IV. subscipit. Sed
 præter eum alius fuisse Maximus perhibetur, qui tamen quando
Duo SS. federit non omnino conuenire inter scriptores tradit Ferrarius,
 Maximi sed probabilius videri octauum eius Sedis Antistitem fuisse, inter
 Ticinenses. Crispinum I. & II. de quo hos versus recitat:

Hunc Maximus ex ordine,
 Sed amplior in meritis,
 Insequitur ex munere,
 Associatus Superis.

De S. Crispino I. & III. egimus VII. Ianuarij, de II. agemus
 xxx. Octobr.

2 Huius Maximi meminit Bernardus Saccus Patricius
 Papiensis de Italicarum rerum varietate lib. 6. cap. 10. sic scri-
 bens: Maior semper Christianorum fides atque con-
 stantia, quam clades, & perturbatio in unoquoque se-
 culo probata est: præcipue in hoc, de quo scribimus,
 tempore, quod à Seueri imperio ad Flavium Claudiū
 fluxit, quem constat Imperatore factum anno ab ortu
 Domini cclxxi. Maximo Episcopo viro innocentissi-
 mo & eximio Ticinensisbus praesidente. Ita ille. Aet anno
 Christi cclxviii. circiter x. Kal. April. imperare caput
 Claudiū.

3 Maximi (huidusne an secundi haud nobis liquet) & aliorū
 aliquot Ticinensium Episcoporum Acta à Paulo Diacono scri-
 pta testatur Galesinus: sed nusquam eum librum reperiit ait
 Ferrarius, qui eius vitam ita describit in catalogo Sanctorum
 Italiae: Maximus Episcopus post S. Crispinum, ut ple-
 tique scriptores Ticinenses tradunt, Cathedram Epis-
 copalem Ecclesiæ Papiensis tenuit, magnâque sanctitate & doctrinâ effulgit. Inter ea quæ scriptis fertur,
 multa de Regis officio memorantur. Solebat enim di-
 cere Regem in arce iustitia, quæ Regina virtutum est,
 constantem & rectum, sanctarumque legum cultorem,
 subditorum culpas punire debere, iustos autem & in-
 fontes tamquam membra Dei, iniurias ipsorum ulci-
 scientis, non attingere. Qui si iudicat in veritate, thronum suum in æternum firmat; sic enim principatus
 conseruantur; imperia vero violenta non durant. Cùm
 autem sanctus Episcopus populum aliquot annos ver-
 bo & exemplo gubernasset, non sine ciuium lacrymis
 in cælos abiens, corpore in ecclesiâ Cathedrali tumu-
 latus fuit. De quo illud mitum narrant, quod quidam
 ad illius aram accedens pallium furatus, ita aræ ad-
 hæsit, vt manus pedeſe inde rerrahere, donec manæ

Tom. I.

Purdiu-
nitus pu-
nitus.

Canonis ad ecclesiam conuenientibus crimen suum
 confessus, veniam à S. Maximo impetravit; non po-
 tuerit.

4 Hac Ferrarius, qui Iacobum Guallam, & Stephanum
 Breuentanum citat. Sed quid à Maximo multa de Regis offi-
De scriptis **S. Maxi-**cio scripta memorat Ferrarius, non facile adducor ut credam
mi. ad hunc pertinere. Nam qui tunc in Italâ Reges, quorū occa-
 sione ille de Regis officio commentaretur? Deinde ipsi imperato-
 res adhuc Ethnici erant, neque scilicet institutionem ex homi-
 nis Christiani lucubrationibus petituri. Quid ergo? an ius tem-
 poribus librum ediderit vir sanctus, cuius nulla priuatim aut
 publicè constare posset utilitas?

5 Maximo II. missa est à B. Ennodio Dictio ix. (que Sir-
 mondo nostro est III. sacra) in dedicatione templi SS. Ioan-
 nis, & Castiani, & Antonini. In dictione verò VIII. data Ste-
 phano Vicario, dicendâ ipsi Maximo ita scribit idem Ennodius:
Maxi- Ad te, venerabilis mihi Antistes Maxime, sermo est:
parentum tuorum diligentia prius te eligi voluit, quam **mus II.**
probari. Te olim secularibus inhærente titulis ca- **Affessor**
strensis sudor excoluit, & ad Ecclesiæ gubernacula **Comitis**
pars aduersa solidauit: sicut Deus loquitur per Pro- **sacerdarum**
phetam: Qui in modico fidelis, & in magno fidelis est. **Luc. 16.**
Te sacerdarum iudex & consilij comitem meruit, & labo- **scopatum:**
ris. Benè venerandis initiandus altaribus, & in laicâ **io.**
conuersatione quod sacrum esset elegisti. Tu pudicitiae **castus in**
in illâ ætate custos inuentus es, in quâ & lex obsequitur **inuenientur;**
desideriis. Satis enim est pueritiae ambitum, quem li-
centia fulcit, horreri. Christus milites suos, quos in
personam Dueis attollat, inter acies querit hostiles.
Adscitus Ecclesiæ, Pontificem actibus implesti ante
tempora dignitatis. Non fuit aduena benignitas, quæ
naturæ innixa radicibus de cano flore germen ostendit.
Temporale est omne quod singitur; perpetuum quod
cum ætate maturescit. Non tibi sacerdotium rem doni
credimus eueniisse, sed præmij. Alius vulgi aurâ, gratiâ
lenocinante commendatur: tibi rigida circa culpabi-
les districtio dedit affestum. Manet te singularis fa- **ceteris pœ-**
pientia; quæ licet generaliter optanda est, tamen exi- **turibus or-**
stit in Magistro necessaria. Frustrâ monitoris perso- **natus:**
nâ suscipit, qui impacti non præualeat æstimare pon-
dus officij. Vilissimis comparandus est, nisi præcellat
scientia, qui est honore præstantior. Dedit tibi api-
cem res iudicij, non fauoris. Dignus Pontifice amor
est, quem censuta conciliat. Deuenustar institutionis
genium, qui per solam gratiam vult placere. Tu his **Exempli,**
conditus & formatus celi beneficiis, plus agendo po- **ceteris pœ-**
pulum **lucet.**

R. 2

Ex v. A. pulum instituis quām loquendo. Illa monita discipulorum conscientiam eruderant, quā p̄bentur exemplo. Sine pudore inuitat ad innocentiam, qui illam non fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetratum quasi testem metuunt, qui peccare disponunt. Nascentibus culpis metus & reverentia tua negat effectum. Qui inter exordia occurrit virtiis, & occasione in lapus admittit, & concupiscentiā purgat auctorem. Hæc beatitudini tuae quasi strictim pro lingua mea dedicatione dedicaui. Si precibus tuis vita successus ariserit, gestorum tuorum plenā me relatione consecrabo, ut quæ vniuersitatis uota sunt, mansuris in posterum litteris, quatenus gaudeat ætas secutura, seruentur. *Hac in laudem Maximi abduc viuentis Ennodius eius successor, cuius Dictio sacra iv. eidem missa Maximo est, & ab eo dicta cum dedicatur basilica S. Ioannis Baptiste, quem nouo exemplo Apostolum nominat, vt hic Lucam Prophetam.*

DE S. PATHEO MARTYRE.

VIII.IA. MARTYROLOGIVM S.Hieronymi: Et alio loco Pathei. Martyrem remur cū nulla secus sentiendi causa, vt plenaria. Martumq; in eodem Martyrologio.

ACTA S. CATERII, PRESBYTERI ET MARTYRIS.

Ex Meneis Grecorum.

DIOCLETIANO imperante, & Vibano b. Cæsareæ Cappadociæ Præside, Carterius Presbyter & Doctor Christianorū, domū in téno. VIII.IA. plurum vertit, & coactā ingenti Christianorum multitudine instituit illos in verā fide, quā discerent Christum NVARII. solum verum Deum colere; & præter illum, nullum rius Presbyter, potest agnoscere. Delatus ad Præsidem se ipsum sbyter, post in latebras abdidit. Sed illi Dominus apparuit, mandatum deditque ut se in apertū daret, seque vltro ipsum quæren- tibus offerret: Ego, inquit, tecum ero. Multa enim ti- quæsus latet: salutem consequentur. Hic Carterius ingenti perfulsum deinde offert gaudio, Deo gratiis actis, se ipsum in lucem dedit. se querentibus.

c Ad primum quidem ergastulo conclusus, deinde ad Præsidem deducetus, iussus est. Serapidi litare: sed Serapidis idolum deiecit. Tum à sedecim litoribus fustibus atrociter contunditur, quatuor alii deieci- dirè tor- idolam carnificibus illi imminentibus. Deinde à furcā suspenso querur: ferreisq; vngues à manibus & pedibus exciduntur, sanator ab Qui conspectu dein Angeli recreatus omnibus tor- Angelo: mentis superior, arque illicid sanus exitit. rursum 3. Dein rursus Præsidis iussu detentus, talis ferro cruciatur: traiectis, supinus ignitum pectore vomerem gestauit.

Præterea coactus est in succensâ ferreâ sartagine resi- dere: tum ei ardentibus subulis perforati pedes: atque ita rursus in carcerem retrusus est. Sub noctem iterum se ei videndum Salvator obtulit, compedibus solutum omnileuavit molestiā, atque è custodiâ eductum libe- rum dimisit. Quare cōplures cū sanum spectassent, exiit à car- cerum adeentes ab illo sacro fonte abluti sunt, & ab om- nibus, quibus laborabant mortbis, curati.

4 Appensa deinde pedibus manibusq; saxa ingen- tia, quibus ita innexo distentoq; fustibus venter cō- iterū tor- uerberatur: aduruntur accensis facibus latera: resina- tus occidi- que plagis infunditur: liquatum in os plumbum in- stillatur, ignitaque galea capiti imponitur. Ac demum in rogum coniectus, dum laudes gratiarum Deo concinit, in igne illæsus permanxit. Hinc è circumstantibus Iudæus qui spiam in rabiem actus, hastam vibrans per latus Martyris transadigit, mortemq; infert, cū prius aquam è latere tam copiosam profudisset, vt etiam rogum extingueret; quam secutus sanguis est, cum quo & animam in Dei manus edidit.

a Ignotus hic Latinorum fasus. Nam diuersus est à Carterio qui
2. Nouembris colitur sub Licinio Sebaste passus.

b Hac Cappadociæ metropolis est, circa Mele fluminis fontes, magnam adepta à plurimiis Sanctis, quos tulit, ac presertim Basilio magno, celebritatem.

c Vnus hic è Ditis Ægyptiorum fuit.

DE SANCTIS MARTYRIBVS THEOPHILO, ET HELLAADIO.

VIII.IA. LIBYÀ SANCTORUM MARTYRUM THEOPHILI DIACONI & HELLADIJ, qui primò laniati ac testulis peracuris compuncti, demum in ignem coniecti animas Deo reddiderunt. Eadem ferè habet Menologium Gra- Horū SS. corum, addens sub Proconsule hac passos. Paulò susus Me- patria, & Eladius laicus passi sunt. Hi Libyes erant. Ob Christi verò confessionem comprehensi, & ad Proconsulem deducti, cū in fide perseverarent, atrociter verberati sunt. Vinctæ dein manus ac pedes, tergumq; que-

ferro atque igne adustum: tum acutis compuncti testis; cū identidem tormenta plura ingererentur, animas Deo tradiderunt. *Galeſnius*: In Græciâ, beatorum Martyrum Theophili diaconi, & Helladij. Hi, in Li- byâ natî, Christianæ fidei cultores, idolorum cultum cū passim exagitarent, Proconsulis iussu virginis acerbè cæsi, tum vngulis ferreis excarnificati, pōst in lum- bis semiustulati, deinde testularum aculeis confosso, ni- hil vñquam de constantiâ suâ remiserunt. Itaque de- dum horribilem in modum rapati, contractis totius corporis ossibus, animas Deo reddiderunt.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS

TIMOTHEO, EVCTO, SEV POLYEVCTO,
RVSTICO, PISSEO, VEL CIPISEO, SECVNDO,
LVCIO, FELICE, IANVARIO, PALLADIO.

VIII. IA-
NVARII. **D**E sanctis his Martyribus hac habet Martyrologium
S. Hieronymi: v. i. i. d. In Græciâ, Eucti, Ru-
stici, Pissei, Timothei, Secundi, Luci, Felicis,
Ianuari. In ms. quoque Rhinovriensi itidem perantiquo: In
Græciâ, Cipisei, Secundi, Timothei, Lucij, Rustici. Ti-
mothei plures alij meminere: Beda: Timothei in Græciâ.
Notkerus: In Græciâ Polyeucti, (vix dubito quin ille sit
Euctus iam relatus, voce aut hinc per prothesin, aut isthac per
aphoresin corruptâ) & Palladij (fortassis hic est Palladius,
qui vii. Ianuar. Palladas vocatur in S. Hieronymi Martyro-
logio.) Et quibusdam interiecti pergit Notkerus: In Græciâ
Rustici, Timothei, & Iucondi. Vuardi editio Lubecensis
annii 1475. & Parisiensis 1536. Bellini editio Parisiensis an-
ni 1521. & plurima ms. sub nomine Vuardi: In Græciâ
S. Timothei. Martyrologium Colonense: In Græciâ S. Ti-
mothei Confessoris. Carthusiani Colonien. in Addit. ad
Vuard. & Martyrol. Germanic. In Græciâ S. Timothei
Confessoris, qui translatus est Constantinopolim
ix. Maij. At ix. Maij ostendunt se de s. Timotheo Pauli di-
scipulo agere, de quo nos. xxiv. Ianuarij. At de hoc s. Timo-
theo & sociis nihil habemus compertum. Timotheus Con-
fessor in Græciâ, in eodem Martyrologio Germanico, Ma-
urolyo, Petro de Natalib. lib. ii. cap. 130. §. 30. refertur, sed
ix. Ianuarij.

DE S. EVGENIANO MARTYRE
AVGVSTODVNÎ IN GALLIA.

VIII. IA-
NVARII. **S**. EVGENIANVM hodie refert Martyrologium Ro-
manum, Vuardus, Bellinus, Maurolycus, Martyrol. Ger-
manic. m. s. Florarium, Galefinius, qui Augustoduni in
Gallia martyrium subiisse in Notationibus testatur, vti & Pe-
trus de Natalibus lib. ii. cap. vltimo, num. 29. sed hic v. i. d.
Ianuar. eius memorat Natalem. Antiquum m. s. Monasterij
S. Martini Treuiris: vi. i. d. In Augustoduno Eugenij
Episcopi & Martyris. Idem habet m. s. S. Maria Ultraiecti.
Nullum in catalogo Episcoporum Eugenianum vel Euge-

nium reperio, nisi forte inter Martyrium & S. Reticium sede-
rit, nam deesse aliquot Episcoporum nomina suspicatur Clau-
dius Robertus. VVandelbertus:

Iudum post sexto Eugeniano vota feruntur. Dubi-
tauimus an non fortassis idem esset qui Egemonius, de quo mox
agemus. Sed eruditissimus Andreas Saussaius ut diuersos cele-
brat; atque Eugenianum quidem hoc elogio: Augustoduni
Æduorum S. Eugeniani Martyris in strenua concerta-
tione pro fidei testimonio laureati:

DE S. EGEMONIO VEL IGOMONO,
EPISCOPO AVGVSTODVNENSI.

VIII. IA-
NVARII. **S**EPTIMVS Aeduensis, siue Augustodunensis, Episcopus,
memoratur à Claudio Roberto Igonorus, siue Igomo-
nus, aut Ægemonius, vel Egemonius: quem viii.
Ianuarij Sanctorum catalogo adscriptum exhibet Molanus in
Additionibus ad Vuardum, Bellini editio Parisiensis anni 1521.
Rabanus, Maurolycus, Galefinius, Martyrologium Colonien-
se, in quo perperam Egenio vocatur, vti in Lubecensi Vuardi
editione anni 1475. Eugenianus. At Carthusiani Colonien-
ses in Addit. ad Vuard. ita habent: Egmonij, alias Egenio-
nis Augustodunensis Episcopi & Confessoris, alias
Martyris. Ferrarius Egmonem vocat. mss. quidam Ege-
monem, & Engemonem. S. Egemonij meminuit & anti-

quijsimum ms. Martyrologium S. Hieronymi: Augustoduni Hieron.
depositio Egemoni Episcopi. Meminit eius & S. Grego-
rius Turon. De gloriâ Confessorum cap. 75. & 76. Et Andreas
Saussaius in Martyrologio Gallicano: Augustoduni Æduo-
rum depositio S. Egemonij Episcopi & Confessoris,
qui religione & doctrinâ florentissimus, S. Cassiano
hac in cathedrâ succedens, omni Episcopali virtute, &
Pastoralis officij exemplis, gregi tibi credito præfuit.
Demumque spectata in multis sanctimoniam clarus, di-
uinâ vt visione frueretur, quam vehementer ardebat,
migravit ad cœlum. De S. Cassiano eius decessore agemus
§. Augus.

DE SANCTO ATTICO
EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

S. I. Sanctitatis Attici memoria celebris: cultus
sacer. Rerum gestarum Scriptores.

A. N. C. H. VIII. IA-
CDXXV. NARII. **M**ULTI S. Ioannem Chrysostomum acri studio im-
pugnarunt, qui tamen errorem deinde suum agno-
uerunt, atque omni sanctitatis laude floruerunt. In
S. Atticus his S. Atticus Episcopus Constantinopolitanus fuit, qui zelo im-
moderato & nequaquam secundum scientiam abruptus, non ad-
uersatus uestis tantum est S. Chrysostomo, sed post Arsacium in eius,
stomo. etiam superstitio, Cathedram succedit. Quid crimen pa-
Tom. I.

nitentia deinde & recè fætis egregie expiavit, & scriptis litte-
râ auctor S. Cyrillo Alexandrino fuit, vt Chrysostomi nomen
diptychis inscriberet: quod hic postmodum, partim aſtudis
S. Isidori Pelusiota admonitionibus, partim diuinâ revelatione
& Virginis Dei Matris benignitate magis exstimulatus, pra-
ſtit. Erant autem Diptycha, de quibus crebrior hic & alibi
mentio fiet, Libri Ecclesiastici, gemini quidem, vnde &
διπτυχα dicebantur: alter adhuc viuentil, in quo à Presbitero
vel Diacono nomina illuminatorū & ſuceptorum ſcribebātur;
alter mortuorū, qui complectebatur nomina, ſtatim, ordinem,

R. 1. 3 obitum-

Ex v. obitumq; Hierarcharum. De his videndi Meursius in Glossario, & la Cerda in Aduersariis sacris cap. 42. n. 1. & c. 148. n. 6.
2. S. Attici in repurgandis hæresibus vigilantiā, in oratione thodoxā fide propugnandā sinceritatem, prædicant Patres à SS. PP. Epheſini Concilij. S. Cyrillus variis in epistolis ac tractatiōbus, tum potissimum libro religiosissimis Reginis inscripto, & Concilio prefijo. Theodoretus in Polymorpho. S. Prosper lib. de ingratis contra Pelagianos, & præcipue S. Cæleſtinus Papa in epistolis variis; à quo S. Atticus, sancta recordationis, reuerendissimæ memorie vir, & Antistes Catholicus appellatur. ita epistolā 12. mis̄a, Fl. Aetio, & Fl. Valerio vv. c.c. Coss. id est an. Ch. CDXXXII. ad Theodosium Imperatorem, de Maximiano electo Episcopo Constantinopolitano: Fert illi, inquit, ac si sui corporis parti Romana testimonium, quæ hunc semper inter suos habuit & numerauit. Ecclesia: ferunt suorum merita, quibus sancte adhaerent, deceſſorum. Ita enim reuerendissimæ memorie viro Attico, Catholicæ fidei propugnatori fortissimo, mente pariter & officio cohærebat, vt iam tunc fututi in eodem Episcopatus insignia præluceret. In epistolā 13. eodem anno inscriptā dicto Maximiano: Sequare priorum, inquit, à quibus eruditus es & nutritus, exempla Pontificum; Beatissimi Ioannis in prædicando scientiam, S. Attici in repurgandis hæresibus vigilantiā, deceſſoris tui Sisinnij, cuius te successorem credimus, simplicem puritatem, vt de illâ (vt solebamus) gratulemur Ecclesiā. Et epistolā 7. testatur ad se, gesta à Catholicis tunc Antistite Attico directa: quæcum aliis eius operibus, quorum hinc inde apud antiquos Scriptores reliqua supersunt, perierunt.

3. Alia S. Cælestini Papæ testimonia ad calcem vitæ referruntur: hac prælibanda duximus ne asperiore aliquorū in S. Atticum stylo eius fortassis in dubium sanctitas reuocetur, cui hunc VIII. Ianuarij diem sacram Graci in Menais sanxerunt, his verbis: Eodem die S. Atticus Patriarcha Constantinopolitanus in pace quieuit. Non est quidem hoc die vitæ funditus, sed fortassis aut eleuatum tunc eius corpus est, aut honores illi cælestes primū delati. Obiit enim x. Octobris, quo eum die celebrant Carthusiani Colon. in Addit. ad Vſuardum. Attici, inquit, Constantinopolitanus Episcopi, & Confessoris, cuius virtutes lib. xi. historiæ tripartitæ tanguntur. Martyrologium Germanicum eodem die: Sancti Constantinopolitanus Episcopi Attici, de quo legitur in historiâ tripartitâ. Ferrarius in Catal. SS. Constantinopoli S. Attici Episcopi. annotatq; eum à Cælestino Papâ valde commendari.

4. Res illius gestas, præter citatos Auctores, prosequuntur S. Innocentius Papa in variis epistolis, qui tamen octo ante eum annis obiit. Socrates lib. 6. & 7. hist. Eccles. Theodoretus lib. 5. hist. Eccl. c. 34. Sozomenus lib. 8. & 9. hist. Eccl. Synesius Episcopus Cyrenes epist. 66. ad Theophilum Episcop. Gestæ eius Alexandrinum. Palladius Episcopus Helenopolitanus in Dialogo de vitâ S. Chrysostomi, seu quisquis huius auctor est, de quo agemus XXVII. Ianuarij. Atque hi quidem omnes S. Attico synchroni extiterunt. Successerunt è Graci alij vita S. Chrysostomi Scriptores, Georgius Episcopus Alexandrinus, Leo Imperator, & Metaphrastes, de quibus istib; exactius agetur. Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorum. Auctor Chronici Alexandrinii. Nicephorus in catalogo Episcoporum. Photius in Bibliothecâ. Georgius Cedrenus in Histor. Compendio. Iannes Zonaras, & Michaëli Glycas in Annalibus, ab hoc tamen non tam S. Atticus describitur, quæcum eius gesta aliqua Proclo attribuuntur. Demum citatos secutus plurima prosequitur Nicephorus Callistus lib. 14. hist. Eccl. Ex Latinis præter citatos S. Innocentium, & S. Cælestium Pontifices, memorant eum Cassiodorus lib. 10. & 11. historia tripartita. Marcellinus Comes in Chronico. Paulus Diaconus lib. 14. hist. miscella. Iacobus Billius lib. 1. observationum sacrarum cap. 26. & paſsim recentiores Chronologi: è quibus pluribus de eo disputat Baronius tomus 5. Annal. E nosfriseum referunt Petavius lib. 13. de doctrinâ temporum, Iac. Gaultierius in Tabulâ Chronographicâ, Raderus in aulâ sanctâ Theodosij Imperatoris, & alij.

§. II. Vita priuata. Promotio ad Episcopatum. Translatio reliquiarum S. Samuelis.

5. **S**OZOMENVS lib. 8. cap. 27. Arsacius, inquit, cum exiguo tempore Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuerit, est mortuus. Huius successionem multis ambientibus, quarto post obitum illius mense ordinatur Atticus Constantinopolitanus Cleri Presbyter, unus ex insidiatoribus Ioannis. Hic quidem natione erat ex Sebastiâ Armenia: sed à puer ad religionem patriæ institutus per monachos hæresis Macedonianæ sectatores, qui tum temporis Sebastiæ in huius sapientiae studio clarebant ex scholâ Eustathij progressi, quem puerilis in Episcopum ac Præfulem ibi præstantissimorum monitum: nacherum fuisse iam * antè commemorauimus. Hic * lib. 3. autem cum ad virilem ætatem peruenisset, ad Catholicam Ecclesiam transiit. Et quoniam naturâ conuersus: magis quam doctrinâ prudens erat, rerum agendarum insidiator fuit; vt qui & ad struendas insidas, & ad easdem euitandas sufficeret, ingenio pellaci, ita ut multis gratus esset.

6. In concionibus ecclesiasticis mediocris, vt hæ neque scripto dignæ viderentur auditoribus, neque eruditioris prout expertes. Nam cum affectatus esset, si quando occasionem nactus erat, præcipuos quoque Græciæ scriptores lecitabat: & eo ipso, quod indoctus haberetur, dum de hisce differeret, etiam doctos sçenumerò latebat. Ferebatur autem erga suæ opinionis homines industrius, aduersus diuersa sentientes formidabilis; & facilè his ipsis quoties vellet incutere metum, & mox mutatus apparere mansuetus. Atque hunc quidem tales fuisse aiunt illi, qui hominem norant. Ex quibus Sozomenum id potuisse intelligere, etas vtriusq; probat, cum lib. 9. cap. 2. scribat se reliquiarum Sanctorum quadragesinta militum & Martyrum apud Sebastien Armenia (de quibus agemus ix. Martij) interfuisse translatio ni, qua contigit an. Christi. CDXXXVIII.

7. S. Atticum adhuc Presbyterum vnum ex insidiatoribus Ioannis fuisse constat ex Pseudo-synodo Chalcedone. In Pseudo- in suburbio Ruffini, in loco qui Δεῦς, sive ad Quercum, diceba- synodo te- tur, aduersus S. Chrysostomum à Theophilo Alexandrino ann. statutum contra S. Ch. CD XI. coactâ, in quâ Atticus contra eundem S. Chrysostomum testimonium dixit; vt habeat Photius in bibliothecâ, Tme- num. mate LIX. Mox terrum, quoque, inquit, accusationis à Ioanne diacono factæ caput examinatur (quod, vt antè dixit, pretiosatum rerum magnam vim diuendidisset.) In eo capite Arsacius Archipresbyter, qui ipsi Chrysostomo succedit, & Atticus Presbyter, nescio quo modo testes adhibiti, testimonium dixerunt, vt & Elpidius Presbyter. Idem & cum ipsis etiam Acacius Presbyter in quartum criminacionis caput testati sunt (quod marmorata S. Anastasia, quæ Nestorius illi ecclesiæ marmoribus ornandæ reliquerat, ipse vendidisset.) Postquam ita excussa fuere hæc, prædicti Presbyteri, ac præter eos Eudæmon & Onesimus sententiam accelerati postularūt. Itaque synodi Præfes Paulus Heraclæ Episcopus omnes sententiam dicere voluit, statutumque vt ipsis visum, beatum virum Sede pellendum, incipiente Gymnasio Episcopo, & finiente Theophilo Alexandrino numero omnes quinque & quadraginta. Hæc Photius. Hæresis Macedoniana, cuius sectator in primâ adolescentiâ fuit S. Atticus, procreata à Macedonio Episcopo Constantinopolitano, Diuinitatem Spiritus sancto eripebat; eam exponunt S. Augustinus h̄r. 52. S. Epiphanius 52. & damnarunt Patres in secundâ synodo generali, Constantinopolitanâ primâ.

8. Eadem, quæ ex Sozomeno protulimus, refert Nicephorus lib. 13. cap. 29. Et breuiter ita perstringit Socrates lib. 6. c. 18. Creatur Arsacius non diu illum gessit Episcopatum, nam sequenti anno, ad secundum consulatum Stiliconis, Anthemij autem primum, IIII. Idus Nouembrii mortem obiit. Cum autem de Episcopo diligendo à multis ve- hementer

hementer laboratum esset, & ob eam caussam multum temporis præteriret, proximo anno, Arcadio iam sextum Cos. & Probo primū; Atticus, vir pietate eximius, ex Sebastiā Armeniæ oriundus, monasticum vitæ genus ab ineunte adolescentiâ excolens, doctrinâ sanè mediocri, sed prudentiâ naturaliter insitâ magis valens, Episcopus Constantinopol. creatus est. Fuit autem Stilico II. Consul cum collegâ Anthemio an. Ch. CDV. quo xi. Nouemb. obiit Arsacius, à cuius obitu, cùm quarto mense Atticus creatus fit Episcopus, vt Sozomenus & Nicephorus reférunt. Martij die Dominicâ id forte contigerit an. Ch. CDVI. quo Arcadius Aug. VI. & Probus Consules erant.

Reliquia S. Samuelis transferuntur Constantinopolim. 9 Eisdem Consulibus Attico iam Episcopatum gerente, Cōstantinopolim ex Iudæâ, ex oppido Silo, vt vult Salianus nosfer tom. 3. Annal. Eccl. vet. testam. an. mundi 2977. nu. 7. & 17. translate sunt reliquia magni Sacerdotis & Prophetæ Samuelis, Regum omnium Patris, Magistri ac Iudicis. Theodorus Lector lib. 2. Collectan. Sub imperio, inquit, illius Arcadij, & Patriarchâ Attico Constantinopolim allatae sunt reliquiae S. Samuelis & in propheticō ipsius loco iuxta hebdromum XI. Calend. Iulij collocatae. Eadem habet Nicephorus lib. 14. c. 10. S. Hieronymus contra hereticum Vigilantium, sacra hæc lipsana magnificâ pompa translata testatur. Dolet, inquit, Martyrum reliquias pretiosas operiri velamine, & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proici in sterquilinium, vt solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando basilicas Apostolorum ingredimur. Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andree, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim; apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum se sentire præsentiam constinentur. Sacrilegus deinde dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa B. Samuelis longo post tempore de Iudæâ transtulit in Thraciam. Omnes Episcopi non solum sacrifici, sed etiam fatui iudicandi, qui rem vilissimam, & cines res dissolutos in serico & vase aureo portauerunt. Stulti omnium Ecclesiæ populi, qui occurserunt sanctis reliquiis, & tantâ lætitia, quasi præsentem viuentemque Prophetam cernerent, suscepérunt, vt de Palæstina usque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem unâ voce resonarent. Additur in Chronico alexandrino: Eodem anno, Arcadio Aug. VI. & Probo Cos. delatae sunt reliquiae S. Samuelis Constantinopolim per gradus scalasve Chalcedonenses mense Artemesio, XIV. Calendas Iunias, pompam ducentibus Arcadio Augusto & Anthemio Praefecto prætorio, Consulibus item, & Æmiliano Praefecto Vrbi, & vniuerso Senatu. Repositæ sunt ad tempus in sanctissimâ Ecclesiâ magnâ. Dum fortè ei templum adificaretur, in quod transferrentur, vt Baronius in notis ad Martyrol. Rom. ad xx. Augusti, quo die de S. Samuele agemus, & in annalibus hoc anno num. 56. & Salianus anno citato n. 18. extructum supponunt ex his verbis Procopij lib. 5. de adiunctis Iustiniani Imperat. Φέατα δὲ, ἢ δεξαμενὰ ωνοδούσιον οὐ τοις τῷ τῷ αὐτίς Σαμουὴλ, Φέαρ καὶ τεῖχος. Pureos autem, vel cisternas adificauit hoc modo. In S. Samuelis, puteum & murum, &c. An S. Attici consilio auxilio, ceptum extrui S. Samuelis templum, non coniucimus: proximo sane tempore extructum supponunt verba Theodoris Lectoris, & Nicephori, quibus in propheticum eius locum seu fanum iuxta Hebdomum referuntur illatae, nullâ factâ mentione repositionis ad tempus in sanctissimâ Ecclesiâ Magnâ, alia à S. Sophia templo, quod D. Chrysostomo eiusdem à biennio conflagrara & proximum annum reedificatum, & à S. Attico dedicatum est, vt suo loco dicemus.

S. III. Graues inimicitie inter Atticum & fautores S. Chrysostomi.

Atticus sibi communica noslentes variis affligit. 10 PALADIVS in dialogo de vita S. Chrysostomi circa medium, Substitutur, inquit, Arsacio Atticus Presbyter, totius contra Ioannem machinationis arti affligit.

chitectus. Qui cùm animaduerteret Occidentalium Ex vabi Episcoporum communicare neminem, neque ipsius ciuitatis populum, propter ea qua adeò iniuste ac nefariè admissa fuerant; agit diuinarum Scripturarum imperitus, vt qui non communicarent, Rescriptis conuenti cogerentur. Habebat autem Rescriptum aduersum Episcopos huiusc minas: Si quis Episcopo Theophilu, & Porphyrio, & Attico non communicat, Ecclesiâ pellatur, & a suis facultatibus prorsus proiciatur. Hinc iam alij plus æquo grauati pondere, inuiti quoque communicant. At verò pauperiores quique & in fide sanâ imbecilliores maneribus quibusdam ad communicandum attrahuntur. Qui verò genus & patriam, & corruptibilem gloriam, corporumque presuram contemplerunt, fugâ ingenuitatem animi seruauere; Euangelicum illud crebrâ memoriâ repetentes: Si vos in unâ ciuitate persecuti fuerint, fugite in aliâ. Et Pro- uerbiorū illud sibimet dicentes: Non proderunt salstantia in die iræ. Profecti autem sunt alij quidem Romam, alij ad montes, alij in monasteriis seruabantur. Continebat autem Rescriptū contra laicos, qui in dignitate erant constituti, vt magistratu & dignitate omni priuarentur, milites vt baltheum amitterent, populates & artifices reliqui, persoluto graui auri pondere, subiicerentur exilio. Verum dum ista geruntur, preces à fidelioribus quibusque sub dio magnâ cum afflictione suâ quotidie fiebant, Salvatoris studio & amore, qui dixit: Ego sum via & veritas. & rursus: Confidite ego vici mundum.

Io. 14. 6. Ioan. 15.

xi. Hac Palladius: Similia ab aliis in vita S. Chrysostomi 33. referuntur. Moritur, inquit Leo Imperator, Arsacius: Ei autem succedit Atticus. Quænam ab eo siebant? Accusationes, ordinationes, Metropolitani indigni qui mandentur memoriaz. Quidam viri boni non ferentes hæc Legati Pz. videre, eunt Romam, ex quibus cùm rescivisset Antitifici alii, singula refert Imperatori Honorio. At miseri à p. Episcop. S. Chrysostomo Romam legatis relatio illa anno precedenti vi. exagitans adhuc Arsacio contigit. Concilio tum Roma habito, miseri hoc tur. anno in Orientem Legati, qui in via, quod cum Attico communicare nollent, dira passi sunt, ad quos, inquit Georgius Alexandrinus destinarunt, siue qui ex Imperiali aulâ erant aut aseclæ Attici, offerentes ter mille nummos, postulantib[us] vt persuasi Attico communicarent, sententiamque in Ioannem latam silentio tegerent. Aliquam aliter Metaphrases: Incertum, ait, an ex iis qui erant Imperatricis, an ex iis qui erant Attici, quidam accedentes volebant eos, non gratis, nec paruo pretio, sed acceptis tribus millibus aureorum cum Attico quidem communicare, Ioannis verò causam negligere. Similia habet Nicephorus lib. 13. cap. 33. Alij quoque Episcopi, qui partim à S. Chrysostomo Romam miseri fuerant, partim eius innocentiam defenderant, omnes aut relegati aut carceri mancipati, aut aliis modis exagitati. Quibus enarratis in dialogo Palladij additur: Reliquæ de communione Ioannis partim quidem Attico comunicarunt necessitate compulsi, & ad alias Ecclesiæ Asiae translati, partim nescimus ubi sint.

xii. Similitatem hanc cum vita S. Chrysostomi magna ex parte sopitam scribit Synesius epist. 66. ad Theophilum. A morte enim eius (nam xiv. Nouemb. an. Ch. CDVII. Comanis ad Pontum Euxinum defunctus est.) Theophilus Alexandrinus libellum ad B. Atticum scripsit scitum & eruditum, quem se perlegisse testatur. Eo libello hic illum adducebat ad recipiendos homines, ob initam scilicet cum S. Chrysostomo communicationem diuersis sententiis damnatos atq. proprie scriptos, vel voluntario exilio extores; vt sic licentia iis ad proscripti prius redundi impetrata, diffensiones cum morte S. Chrysostomi paullatim deponerentur. Interea Pontifex Innocentius litteras ad Imperatorem acerrimas scripsit, quibus tum ipsum, tum Augustam, tum Theophilum excommunicat, & Arsacij mortui nomen declarat ex albo Episcoporum eradendum: Atticum ne vel nominat quidem, vt ex ipsi patet litteris, quas proferunt Georgius Alexandrinus in vita S. Chrysostomi, Gennadius Glycas, Baronius ex Codice Vaticano Græco, sed vbique translatione

Ex vocatione variis. Noste hic damus ut tom. I. Conciliorum ex
riis. Nicēphorō recitantur, & sic habent:

13 Vox sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, O Imperator, sicuti quondam Abel iusti contra particidam Cain: & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modū admisiſti, sed et iam pacis tempore persecutionem magnam aduersus Deum & S. Innocentem Ecclesiam eius concitasti. Eieciſtī ē throno suo, re non tij Pape ad iudicatā, magnum totius orbis Doctorem, & vñā cum Arcadiū eo Christum persecutus es. Neque de illo ita queror, Imperato- rem. (sortem enim, seu hereditatem cum sanctis Apostolis in Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi regno consecutus est) quamuis intolerabilis iactura ea sit; sed affligor propterea, quod primū de animarum vestiarum salute, deinde de eis quæ sapientissimā spirituali & diuinā doctrinā & institutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, sum sollicitus. Non enim Ecclesia tantum Constantinopolitana mellita illius lingua iacturam fecit, sed & orbis sub sole rotus ad orbitatem seductus est, viro tam diuino amissio, persuasione vnius mulieris, fabulam hanc & spectaculum exhibent. Verūm excipiet illa & præseptem hīc p̄enam, & futurum sempiternum supplicium non post multos hosce dies ei adueniens. Tamēt̄ enim B. Ioannes vitam reliquit, fide seruatā, & fluctuantibus confirmatis, in æterna tamen secula sempiternarum deliciarum & immortalis vita hæreditatem est consecutus. Noua autem Dalila Eudoxia, quæ paullatim te erroris, seu seductionis nouaculā totondit, execrationem ex multorum ore sibi ip̄si introduxit, graue & quod gestari nequeat peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens.

14 Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segreto & reicio te & illam à perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri. Episcopum etiam omnem, aut Clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui administratore aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ēa horā quā præsentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate suā excidisse, decerno. Quod si, vt homines potentes, quemquam ad id vi adegeritis, & canones vobis à Seruatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, scitote non paruum id vobis peccatum fore, in horrendā illā iudicij die; cum neminem huius vitæ honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Ioanne in thronū defundens: Episcopalem produxit, etiam post obitum exaustramus, vñā cum omnibus qui cum eo consultò communicarunt Episcopis: cuius etiam nomen sacro Episcoporum albo non inscribatur: indignus enim eo honore est, qui Episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plantatio, quæ à Patre nostro in cælis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophilii anathematismum addimus abrogationem & absolutam à Christianismo alienationem. Georgius Alexandrinus sic concludit: Ad Theophilii exauktionem, addimus censuram excommunicationis, anathematismum & à Christianismo omnimodam ac perfectam alienationem.

15 Nicēphorus lib. 13. cap. 33. ait hanc epistolam ad Arcadiū, Atticū, & Theophilum datam; quā illos excommunicationi & exauktioni subiecit. at c. 24. recitatā epistolā, in quā Attici non fit mentio, addit: Neque S. Atticus verdū etiam Atticū, qui post Arsacium thronum magni illius inuolauit, non accusauit. S. Innocentius Papa in epistolā XVII. tomo I. Concil. qua est ad Alexandrū Episcopum Antiochenum eum à se suspensum fuisse scribit; seu, vt ante de Theophilo dixit, exauktoratum: quam censuram vtrig, neendum citatā epistolā ad eos missā infictam arbitramur. Arcadius, inquit Georgius Alexandrinus, suscepit hisce litteris in mōre constitutus, & anxiō deliquio animi tabescet. Iubet is inquiri, num qui in ciuitate supersint

ex iis, qui aduersus B. Ioannem insidiosas molitiones instruxissent. Erant autem in ēa ciuitate (vt sit fortè) Menas, Theotecnus, & Eschērion consobrini Theophilii Alexandriæ Episcopi, & Acacius qui ab eius parte steterat; Seuerianus item Gabalorum Episcopus. Hos in ciuitate esse cū rescuiisset Imperator, iubet eos omni cum ignominia & dedecore adduci, & illatos includi carceribus tantisper, dū de eorum gestis consultō inquisiſſet. Tū sanē sedulō inquirit aduersos eos Episcopos qui scenam tragicam peregerant. Eadem script̄ Arcadius Innocentio, vt ex codice Vaticano refert Baronius: rejectā enim culpā depositionis S. Chrysostomi in Episcopos addit: Ex quibus & qui adhuc hīc extant Acacium, & Seuerianum, & eos, qui sceleratum Theophilum secuti sunt, vt quantā maximā celeritate comprehendendi iussimus & eos qui illic sunt, vt p̄cas dent ausibus suis debitas. In quibus altum de Attico silentium, forē quod à sacris decreto S. Innocentij suspensus, morem illicē gesiſſet, proscriptos exuleſq; Episcopos ad proprias Sedes reuocasset, & dum cauſa sua diſcuteretur, ſententia ferenda acquiſiceret.

16 Hac inſinuat Georgius Alexandrinus: Cū responsi Arcadij lectione, inquit, Innocentius Papa intellexiſſet Imperatoris p̄nitentiam, humilem ipsius modiſtiam demiratus est. Porro relatione eorum, qui pro potestate agebant, cū cognouifſet vltionem esse expetitam de his, qui in magnum Ioannem inclementer egerant, scribit Proclo pientissimo Cyzici Episcopo, vt ascenderet Constantinopolim, Imperatore que efficeret participes incontaminatorum mysteriorum, & eam paſceret Ecclesiæ tantisper, dum reuocaretur, cauſā Attici diſcūſā, numnam is dignus foret, cuius fidei concrederetur tantæ illius ciuitatis Episcopatus.

Proclus siquidem ſuscepit Papæ litteris moderandas Cyzicenorum Ecclesiæ ſubrogauit Clericos fide dignos ac sanctos, qui ſuam absentis vicē ſupplerent, & ascendit Constantinopolim. Expleto autem ſacrificio eis contradidit incontaminatā hostiam. Per dies aliquot moram nebras in ciuitate, populisque ſcripturā enarrans, parte aliquā eorum mōrem ſolabatur ac leuabat, &c.

17 Decifonem cauſā S. Attici, quam hic non attingit, feliciter peractam opinamur, ipſis S. Innocentij verbis inducti. Hic enim multis deinde annis elapsis, cū alia quæſtio ob S. Chrysostomi nomen ſacrum diptychia non inſcriptum eſſet oborta, ita ſcribit ad Alexandrum Antiochenum: Scripta autem Attici Episcopi, quoniam cum vestrī ſunt portentaria, ſuscepimus, ne per vestrā iniuriam ille qui olim à nobis ſuspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen ſatis abundē, quæ in actis ſtatim, ſicut dignanter telegere procurabis, quid in eius perſonā debeat custodiri, vt ſi per omnia vestrī consiliis actibusque tam sanctis ſe rogauerit eſſe communem, præteretur ſanē fauore veltro, noſtroque beneficio communionis atque litterarum à nobis gratia prorogata, ſubſcriperunt Episcopi xxiv.

18 Hac Innocentius. Suspensio verē illa olim inficta, dōtō Aliam ab rīcōvīwīnōlāc, ſeu à negatā communionis & litterarū hac ſuſpē- ſtōmī- gratiā, diſtinctā & tempore & p̄ca ſuauitate videtur. Su- nōrem ex- ſpensio enim hoc tempore quo S. Chrysostomus viuere defiit, commun- Aleſandro nondum ad Episcopatum promoto illata eſt, & ſub- lata: id enim præter citatam Innocentij epistolam, reliqua vita poſtea in- Attici oſtendit. Altera verē ἀγορώντα non niſi ab Alexandri obitu Theodoſio factō Antiochiae Episcopo ſublata, vt oſtendetur inſrā ex Attici ad S. Cyrillum epistolā. Quando autem inficta fuerit, non certō conſtat. Simili ἀγορώντα appellatur à Ioanne Morino lib. 2. Exercitationum Ecclesiasticarum c. 17. 18. & 19. minima excommunicationis, quam eo tempore plurimū vſitatam fuſſe oſtendit, & ferē intra aliqua ſequentium capitum conſtitit; vt cum Coepiscopis neque ciuititer, neq; religioſe communicaret: ab eo commendati Clerici non ſuſciperentur; ei non eſſet cum collegi ſormatarum commercium; auctoritate deniq; ſuffragiū, & confeſſu in Concilio abdicaretur. Interim tamen in Ecclesiā & diocesi propriā au- cloria-

ctoritatem & dignitatem, cum Clericis & plebe diaœsanâ communione integrum & illibatam retineret. Ita iusit S. Leo Episcopus nonnullos, qui in conciliabulo Ephesino hæreti Eutychiane consensum præbuerant, sua diaœses communione contentos, ceterorum caritate & amplexu multari. Eius verba hic attexere non erit superuacaneum, que ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum sic scribit: Illud quidem, inquit, quod presentibus & agentibus nostris constitutum est, approbamus, ut suarum interim Ecclesiarum essent communione contenti. Sed cum Legatis nostris, quos misimus, participatâ tecu sollicitudine volumus disponatur; quatenus hi qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, & accusare magis se eligunt quam queri, pacis & communionis nostræ vnitate lætentur, &c. Est epistola 40. data Idibus Aprilis Adelphio v. Cl. Cos. id est. an. Ch. CDLI.

§. IV. Laudabilis administratio Episcopatus. Miraculum Iudæi inter baptizandum sanati.

19 **S**O C R A T E s lib. 8. cap. 1. 2. 3. 4. Mortuo igitur Imperatore Arcadio Kalendis Maij Bassu & Philippo Consulibus (an. Ch. CDVIII.) Imperatore Theodosio octauum iam ætatis suæ annum agente, Atticus triennio Episcopatum Constantinopolitanum cum maximâ laude procurauerat: vir, ut suprâ demonstrauimus, doctrinâ mediocri, sed pietate & prudentiâ eximius: quamobrem Ecclesia eius temporibus magnoperè fuerunt amplificatae. Nam non modò suæ ipsius fidei fautores concordia deuinxit; verùm etiam hæreticos suâ obstupefecit prudentiâ: quibus certè nihil voluit exhibere molestiâ ille quidem, sed vbi eos perterrefecerat, rursus se erga illos mansuetum & facilem declarauit. Quin etiam neque doctrinæ studia neglexit: quippe in veterum scriptorum monumentis euoluendis multum operæ posuit, inq[ue] eisdem magnam noctis partem cōtrivit, & propterea neque philosophorū, neque sophistarum arguïis capi & obstupefieri potuit. His qui cum eo in colloquium veniebant urbanus & blandus; qui autem erant affecti mœsticiâ, cum illis condolescere vîsus est. Ne multis, omnia (vt est apud Apostolum) omnibus factus. Primum, cùm Presbyterij gradum obtinuisse, conciones quas summo studio confecerat, ad verbum ediscens, in Ecclesiâ recitauit. Postea crebro vñ & diligentiâ maiore audaciâ adeptus, ex tempore concionari cœpit, rationemque docendi magis popularē secutus est. Verùm eius conciones non eius generis fuere, vt meritò vel ab auditoribus studiosè perdisserentur, vel monumentis mandarentur literarum ad posteritatem. Sed de eius naturâ, moribus, doctrinâ denique, satis superque videtur differuisse. Iam verò ad res eius temporibus gestas, quæ sunt dignæ hominum memoriâ, explicandas veniamus.

20 Theodosius quidam Synadorum vrbis Phrygiae Pacatianæ Episcopus, hæreticos (in eâ namque vrbis complures erant ex sectâ Macedonianorum) graui ter persecutus est, eosque non modò è ciuitate, verùm etiam ex agris relegauit. Atque istud aggressus est, non de more Orthodoxæ Ecclesiæ, quæ homines persequi non solet; neque studio recte sinceræque fidei incitatus; sed turpis quaestus auiditatì inserviens, vt ex hæreticis pecuniam cogeret. Itaque nihil reliquum fecit, quod ad Macedonianos vexando pertineret: manusque Clericorum, qui de eius erani Ecclesiâ, contra eos armare, ac infinitis ferè machinis, quibus illos contrubaret, vti cœpit: in iudicio vinclitos sistere non desuit: maximè omnium Agaperum, illorum Episcopum, variis incommodis & molestiis affecit. At cùm primarij prouinciæ virti non satis habere virium & auctoritatis ei viderentur ad supplicium de Macedonianis sumendum, Constantinopolim celeriter contendit, mandatumque Præfecti prouinciæ postulat. Dum Theodo-

sius Episcopus his de rebus Constantinopoli moram Ex vñ facit, Agapetus, quem secta Macedonianæ præesse RIIIS. docui, ad rectam sanamque de fide opinionem tedit. *Hic eo ab-* Nam consilio cum vniuerso Clero inito & populo Ec- *fente con-* clesiæ suæ conuocato, persuaderet, ut fidem Consubstan- *ueritur,* tialis recipiant. Quo facto cum ingenti multitudine, & ut ve- *rum Episco-* imò verò cum populo vniuerso ad Ecclesiam ire ma- *pus, recipi-* turat. Ac precibus peractis, Sedem, in quâ Theodosius *tur.* considerere consuecerat, capessit. Simil atque populum concordia vinculis in vnum colligauerat, de reliquo fidem Consubstantialis docuit: vnde Ecclesiarum ad- ministratione ad vrbem Synada spectantiū potitus est.

21 His rebus ita constitutis, post paullò Theodosius Synada reuertitur, Præfecti mandato fretus, quod se- cum attulerat. Atque ignarus rerum, quæ ipso absente acciderant, exemplò ad ecclesiam pergit. Inde ab omnibus, qui ibi aderaht expulsus, Constantinopolim denuò proficisciatur. Qui simul atque eð aduentabat, Atticus grauiter suum statum coram Attico Episcopo deplo rare, se iniquè Episcopatu eiectum docere cœpit. Atticus autem, vt intellexerat rem feliciter ad Ecclesiæ commodum cecidisse, verbis Theodosium lenire, sua- dere vti genus vitæ quietum & vacuum à molestiis consecratur, communemque omnium utilitatem suis priuatis commodis anteferret. Scribit præterea Agaperum Agapeto, vt Episcopatum teneat nihilque molestiæ sibi confirmat. ex offensio Theodosij animo suspicetur euenturum.

22 Atque vt hæc vna res, quam temporibus Attici accidisse modò commemorauit, permultum profuit Ecclesiæ; sic eadem tempora & miraculis & donis sa- nationum nobilitata fuerunt. Nam Iudæus, qui à mul- tis iam annis paralyticus conflictatus, in lecto decubue- rat, cùm omnia curationum & medendi genera, omnesque Iudaicas preces ac vota expertus, nihil plane inueniret remedij, tandem ad baptisimum Christiano- rum confugit, pro certo persuasus, huius tamquam ve- tudentus pa- ri medici adiumento, se ad integrum valetudinem re- raliticum, stitutum iri. Quæ res erat quamprimum Attico signifi- ab Attico baptiza- cata. Ille igitur Iudæum fidei articulis instituens, & spc- tuis, subitò in Christum ei annuntians, iubet ad baptisterium in cōnia lecto apportari. Iudæus paralyticus oppressus, simul ac baptisimum sincerâ fidei receperat, & ex lauacro bapti- smatis erat elatus, confessim morbo liberatus est, & ad sanitatem restitutus. Hæc curatio diuinâ Christi virtute nostris temporibus hominibus declarata fuit. Quâ quidem ex gentilibus complures ad credendum induci, baptisimum receperunt. Iudæi autem quamvis signa & miracula quærerent, signis tamen ad creden- dum induci non poterant. Eadem narrat Nicephorus lib. 14. cap. 11. & 12.

23 Paulus Diaconus lib. 14. historie Miscelle cap. 1. & Ce- Contigit drenus ad annum Theodosij II. Christi CDIX. hoc de Iudeo sa- id anno nato referunt miraculum. Anno ab Urbe conditâ, inquit Paulus, MCLXV. Theodosius Iunior in Oriente impe- rat: cuius imperij anno secundo Atticus Episcopus Constantinopolitanus Iudeum quemdam paralyticum monens, suadens, atque baptizans, sanum ex lauacro reduxit: secundum enim Deum dicitur prouectus fuisse. Cedrenus etiam: Secundum, ait, Theodosio minore imperante annum, Atticus Constantinopolis Episcopus Iudeum quemdam luxatione membrorum af- fectum, cùm persuadendo ad Christianam religionem perduxisset, baptizatum à se sanum lauacro eduxit. Baronius idem ex Socrate narrat, sed anno Theodosij primo, seu Christi CD VIII.

§. V. Ob nomen S. Chrysostomi diptychis non in- scriptum dissensio. Varia Attici in Diuos & proximos pietas.

24 E T si eximia Attici virtus latè splendesceret, nebulâ ta- Nomen S. Chrysostomi di- men adhuc aliquâ obscurabatur, quod S. Chrysostomi ptychis in- nomen, falsâ persuasione adductus, diptychis seu tabulis sacris scilicet re- cufat. At non ticus.

EX V.A.
R. I. I. S.

non inscriberet; ideoq; ipse ab Innocentio Papâ aliisq; Occidentalibus Episcopis in communionem non reciperetur; frustrâ hac de causa Maximiano Episcopo apud Innocentium Papam instante, vt ad Atticum litteras communicatorias daret. Erat hic Maximianus unus ex iis Macedonia Episcopis, ad quos extat S. Chrysostomi, cùm exularet, epistola 163, cuius quoq; mentio fit in Epistolis Innocentij, vñad Episcopos itidem Macedonia sub Consulatu Constantij an. Ch. CDXIV. in Synodo provinciali congregatos, alterâ item data in causâ Bubalij & Tauriani, cùm ipse Maximianus Roma fungeretur legatione; hac vni illa XVI. refertur Innocentij epistola tom. I. Conciliorum parte I. Andreas Schottus noster in elogio suo de vita & scriptis S. Cyrilli hunc Maximianum appellat Patriarcham Constantinopolitanum, quasi idem sit, qui Nestorius successit. Verum Schotto nō assentimur, quod diu à morte S. Attici, cùm ante in monasticiâ vitâ vixisset, ab ordine Presbyterorum, non Sede aliqua Episcopali, in locum Nestorij ad Patriarchatum fuisse assumptum Maximianum scribat Nicephorus lib. 14. c. 37. Innocentij ad hunc Maximianum in causâ Attici data littera sic habent:

S. Innocentius Papa Episcopum Constantinopolitanum vrbis à nobis & persecutione propriâ, & dato libello, qui subter annexus municato est, postulare: à quo nec missas villas saltem epistolâ ad nos, vel ad vestram synodus vtique pertuliti. Idque non petenti tribuendum existimes, quod vides deprecantibus, discusâ ratione, concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, iam esse detergas, & profitenti conditio-nes pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos, (vt dixi,) Atticus missis aliquibus suorum, vel dicere voluit, vel demonstrare cōpletum: quēadmodūm Antiochenæ Ecclesiæ frater & Coëpiscopus noster Alexander dignâ legatione & persecutus est & probauit. Quibus omnibus vtique interesse dignatus, cognovisti quemadmodūm singulatim omnia scriptorum nostrorum antehac de causâ beatissimi Ioannis quandam Episcopi nostri discusserim, vt quæ illi in omnibus satis ostenderint, vniuersa quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, vtique fidem facimus, & magno tramine omnibus eamdem postulaturis ostendimus; si modò quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse, vel complesse, aliquando monstrauerint, cōmunionemque, vt isti, legatione solemniter destinatâ, sibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergo & professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diuersis temporibus prædiximus, & petitionem communionis: vt rectè & petenti & probati se eamdem mereri, reddamus, frater carissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum fratum synodus dudum litteras perceperisti. Baronius referat ad annum Christi CDVIII. verum non nisi post Synodum Macedoniae provincialem, ad quam Innocentium an. Christ. CDXIV. scripsisse diximus, ipsa Synodus in epistola citata datas indicat. Alexander Antiochenus Episcopus, quem primùm magni Ioannis nomen in tabulis Ecclesiæ inscribendum curasse notat Theodoretus lib. 5. hif. Eccl. c. 35. & cuius reconciliationem Innocentius epistola XV. ad eum data nominat primitias pacis, ille, inquam, Alexander ad ann. Ch. CDXX. aut ultrâ, Antiochenam Ecclesiam rexit, vt infra ostendetur.

S. Atticus studiosus apud Innocentium Atticopatrocinabatur, hic cum dedicat templum Sophie. quae S. Chrysostomo in exilium ablegato, cum vniuerso ornato in cineres redacta fuerat, restaurabat. Quod opus an. Chr. CDXV. perfectum scribit Marcellinus Comes Indict. XIV. Honorio x. & Theodosio VI. Coss. Ecclesia, inquit, Constantinopolitana dudum igni cremata, his Coss. restaurata dedicataque est, Attico Episcopo eandem regente Ecclesiam. & Auctor Chronicæ Alexandrinae: Eodem anno dedicata est Ecclesia magna Constantinopoli mense Gorpice,

vi. Idus Octob, die Dominicâ, translatæque sunt Cōstantinopolim per scalam Chalcedonensem reliquiae In eo reliquias. Iosephi filij Jacob, & Zachariæ patris S. Ioannis Patriarchæ mense Gorpice vi. Nonas Octob. die Sabbathi, Patriarchætibus pignora in duabus arculis Attico Patriarchæ, & châ Constantinopolitano & Mose Antaradeno Phœnicis Episcopo, sedentibus ipsis in Burichaliis, quæ in magnâ Ecclesiâ deposituerunt; pompam præcedente Urlo virbi præfecto cum vniuerso Senatu. Sunt autem Burichalia non nauigij aliquod genus, vt opinatur Raderus, sed infrastrata equorum, vt obseruit etiam Meursius in Glossario; & Eccl. à Gracij, & Buricus à Paulino epist. 10. quæ est ad Severum, pro equo accipitur.

*27 De S. Iosepho agunt Greccin Menais xix. Decemb. De S. Zachariâ patre S. Joan. Baptista Martyrol. Rom. v. Nouemb. Verum reliquias vetus Propheta Zacharia sub Theodosio iuniore inuenitas fuisse referunt Sozomenus lib. 9. cap. 16. & 17. eumq; secuti Nicephorus lib. 14. cap. 9. Baronius hoc cōxv. anno, & Raderus cap. 13. Aula sancta. eumq; omnes affirmant Zachariam, quem Ios Rex Iuda in atrio domus Domini interfecit, Paralip. 2. cap. 24. v. 21. Baronius in notis ad Martyrol. Rom. vi. Sept. ait fuisse corpus Zacharia Propheta & Hagiographi, qui cum altero Zachariâ eo die colitur; remittit Baronius lectorem ad citatos suos Annales, ad Sozomenum quoque & Nicephorum. Tirinus noster in Prefatione ad Zachariam assentitur Baronio. Cedrenus refert hanc translationem ad annum Theodosij undevisum his verbis: Anno vndevisimo reliquia Zacharia vatis, ac principis Martyrum Stephani, & Laurentij depositæ sunt. Tunc pri-
mum memoria Ioannis Chrysostomi solemniter celebra est. Sed haec post obitum S. Attici contigissent. In Chronico Alexandrino à Radero edito, alteroq; à Scaligero ad Eusebianum Chronicum adiecto, legitur haec translatio contigisse μνηστορίων περὶ τὸν Σεπτεμβρίων ἡμέραν σταθμώντα Gorpice vi. Nonas Septembbris, die Sabbathi. Mendum est in vi. Nonas Septembbris, & reponendū Octobris, cùm dies Sabbathi, & mensis Gorpieus consentiant; at September 14. tantum Nonas censeat.*

*28 Theodosius, animaduersâ sororis S. Pulcheria, di-
uinâ prudentiâ, pietate, castitoniâ, vt x. Septemb. in eius vitâ brum scri-
dicemus, multò certius se Imperium administraturum putauit, & virgi-
si in partem regiminis & consilium tantam sororis sapientiam nitare.
adhiberet. Ergo Indict. XII. Constantio V. C. & Constante Coss.
an. Ch. CDXIV. iv. Nonas Iulias, Augustam nominauit. Ita
Chronicon Marcellini Comitis, & Alexandrinum. Pulcheria
vt fratri Imperium firmaret, & ipsa à nuptiis abstinuit, &
ad idem votum trigeminis sorores induxit. Qua bisce in rebus
consilia suggesterit Atticus, scriptores silentio inuoluant: multa
& praelata cum peregrisse colligimus ex Chronicis Marcellini
Comitis, in quo Ind. x. v. Theodosio VII. & Palladio
Coss. hac leguntur: Atticus Constantinopolitanus Epis-
copus scripsit ad Reginas, Arcadij Imp. filias, de fide
& virginitate librum valde egregium, in quo præue-
niens Nestorianum dogma impugnat. Hac aliaq; indu-
stria, sapientia, pietatisq; eius monumenta tempus edax rerum
consumpsit. Quantu autem tum ponderu fuerint, ex Theodoro,
Cyrillo, & Patribus Concilij Ephesini discimus, qui ex eo vt
eruditio & orthodoxo Antistite, Nestorium alioq; hereticos op-
pugnant. Horum aliqua loca non abs re iudicamus hic pro-
ponere.*

*29 Theodoretus dialogo 2. Polymorphi hec ex Epistola eius Fragmæta
ad Eupsychium profert: Quid ergo oportuit facere sapien-
tissimum? Assumptæ carnis intercessione, & Dei Ver-
bi ex Mariâ genito homini vniione fit utrumque, vt qui
ex utrisque vnitus erat Christus, diuinitate quidem
disponens, in suâ imparabilis naturâ maneret auctoritate;
cum carne autem morte conuersans, simul qui-
dem & carni, cum quâ generis affinitate iunctus erat, se
mortem per mortem despiceret ostenderet; & simul
etiam noui testamenti iura morte confirmaret. S. Cyril-
lus in libro religiosissimi Reginis nuncupato, qui parte I. Concilij
Ephesini extat, haec ex S. Attici concione, vt appareat, die natali
Christi habitâ recitat: Hodie Christus Dominus pro suâ
be-*

benignitate homo natus est. Nam ex Deo iam pridem ante natus erat. Addit his rursus: Benignitas Verbum cum suapte natura exinanitionis capax non esset, exinanitur. Seruili enim formam suscepta, semetipsum exinanuit. Qui expers erat carnis, carne induitur. Verbum caro factum est. Qui ob naturam corporis expertem sub tactum non veniebat, palpabilis efficitur. Qui principium nesciebat, secundum corpus initium sortitur. Qui absolutè perfectus erat, incrementa sumit. Qui conuerit non potest, proficit. Qui diues est, in diuersorio gignitur. Qui cælum nubibus tegit, fasciis inuoluitur. Qui Rex erat, in præsepio deponitur. Eadem parte 2. *Cœc. Ephes. act. 1. à Patribus ad heres in Nestorij refutandam referuntur: Deinde ex eodem hac adduntur.* Si quem ambiguum facit Vnigeniti inhumanatio, & Virginis partus, & passionum communicatio & crux, & mors & resurrectio, discens agnoscat hæc mundo salutem parere: non tam indigna benignitate præstantioris existimari debet. Si enim turpe est Deo in Virgine habitare, turpius fuerit & eam condere. Quod si eam cōdens, nullam incurrit ignominiam, nec habitare in creaturâ dignum opprobrio iudicauit. Si verò pati malum est, liberati passionibus quantum est? Quare & mortuus est immortalis existens, ut mortem morti inferret, & resurrexit nostram constituens resurrectionē. Et hæc omnia suscepit, non natura Deitatis, sed assumptione carnis: illa quidem in asylis suæ habitans imparsibilitatis, hac autem omnia passus & tolerans, ut fieret optimi instituti dux & legislator. Num hæc ex egregio eius de fide & virginitate libro desumpta sint, dubitamus.

30 *Petauius lib. 13 de doctrinâ temporum refert ex Theophane Isdegerdem Persarum Regem Marutha Mesopotamia Episcopi sanctitate & miracula impulsu, pœnè Christianum esse factum: sed eo mortuo cum Abdaates Episcopus Persarum præpostero zelo templum Ignis incendiit, grauem an. Ch. CDXV. ortam in Christianos persecutione ad annos v. Certè Indict. IIII, Theodosio IX. & Constantio III. Coss. id. est an. Ch. CDXX. in Perside in Christianos persecutionem desæviisse scribit Marcellinus. In hac persecutione Christiani ex Perside ad Romanos configentibus à S. Attico misericordia viscera fuisse expansa scribit Socrates l. 7. cap. 18. Isdigerde, ait, Rege Persarum qui Christianos Persidem incoletes minimè fuerat persecutus, mortuo, Baratares eius filius susceptis regni gubernaculis à Magis ad eam rem impulsus, Christianos acerbè exigitare, cruciatus & tormenta varia Persarum more illis infligere. Itaque Christiani, qui inter Persas habitabat necessitate coacti ad Romanos configere: orate ne illos tam miserè opprimi patiantur. Atticus Episcopus illos supplices benignè excipere: omnem tuam curam & cogitationem ad opem illis ferendam conuertere: Imperatori Theodosio rem pa. àm facere.*

*Opitulatur
exilibus
C. glia-
nis.*

§. VI. Nomen S. Chrysostomi diptychis inscriptum.

31 *INTE R. preclara hac pietatis opera S. Atticum credimus ad Pontificem Romanum Innocentium subinde scriptisse: sed quod oborta controversia de inscribendo tabulis sacris nomine S. Chrysostomi, neendum sublatæ esset, communio litterarum negata cœgit Atticum sua scripta per Alexandrum Antiochenum communicare, ut ex epistola S. Innocentij ad Alexandrum §. 2. diximus. Moritur interim S. Innocentius Papa an. Ch. 417. à cuius morte scribit Georgius Alexandrinus abrogatas & interlitas esse litteras Episcopatus Attici. S. Innocentio subrogatus S. Zosimus Græcus: cui sub finem anni sequentis defuncto succedit S. Bonifacius. Ad hos potissimum opinamur eas ab Attico legationes destinatas, quarum meminit Theodoretus lib. 5. hist. Eccl. cap. 34. Quin etiam, inquit, isto excellenti totius terræ Doctore (Chrysostomo) mortuo, Episcopi Occidētis non priùs cum Episcopis Ægypti, & Orientis, & Bospori, & Thraciæ communicare voluerunt, quam nomen illius sanctissimi viri in tabulas, quibus*

*Legatos
Romam
mitit.*

nomina Episcoporum mortuorum continebantur, re- *E x vā-*
tulissent. Atque Arsacium eius successorem ne salutare *R. 115.*
quidem dignati sunt. Atticum autem qui succedebat
Arsacio, quiq; Legatos ad eos miserat, s̄pēq;
pacem postulauerat, postea tandem cū Ioannis no-
men in tabulis inscriptisset, receperunt.

32 *Hanc nominis S. Chrysostomi in diptycha relationem ita describit Socrates lib. 7. cap. 25. Atticus Episcopus mitrum quantum rebus Ecclesiæ dederit incrementi: quippe tum eas prudentiæ administrauit, tum populum doctrinâ ad virtutem studiosè cohonoratus est. Qui cum videret Ecclesiam propterea diuisam esse, quod loannitæ extra eam cōuentus agebant, præcepit, vt de Ioanne, sicut de aliis Episcopis solet, in precibus mentio *Nomen S.*
fieret. Name à ratione complures eorum ad Ecclesiam *Chrysostomus*
redituros sperauit. Id anno Theodosij Imperatoris *xiv.* *mitabulio*
(Chrisci is erat CDXXI) contigisse vult Cedrenus. Eodem an- *sacris in-*
scribit, *no, inquit, Atticus Episcopus Ioannis Chrysostomi no-*
men in sacras tabulas retulit. Cūm conslet ex ipsius S. Attici
epistolâ ad S. Cyriillum, quā ei persuadet vt nomen quoq; Chrysostomi
sacris tabulis inscribat, obitum Alexandri Antioche-
norum Episcopi, eiusq; successoris Theodoti consecrationem antē circiter ann.
contigisse, quam S. Atticus memoriam S. Chrysostomi sacris *421.*
precibus infereret, non nisi an. Ch. CDXXI. vt Cedrenus scribit,
aut sequenti CDXXII. id factum videtur. Baronius refert ad an.
Ch. CDXXI. & obitum Alexandri ad præcedentem; in quo eum
falli, prater citatum Cedreni locum, pluribus probari argumen-
*tis potest.**

33 *Theodoreti lib. 5. hist. Eccl. cap. 35. docet Alexandrum Antiochenam administrasse Ecclesiam, cūm S. Cyriillum Alexandria Theophilo succederet; quod factū mense Octobri an. CDXII. Non ergo obierat Alexander anno præcedenti. Verba Theodoreti sunt: Eodem tempore Cyriillus, filius sororis Theo- phili, Alexandriæ Episcopus fuit, auunculi in eo Præ- diu si per- fatus successor. Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopa- tum tunc gesit Ioannes, vir planè insignis, successit- que Cyriollo, de quo suprà facta est mentio. Ecclesiam verò Antiochenam administravit Alexander, cuius pia vita ratio pulchrè cum Episcopatu consentiebat. Constat deinde ex suprà relatâ epistolâ Innocentij Papa ad Episcopum Macedoniae Maximianum, post synodum istibz prouincialē habitam an. Ch. CDXIV. scripta, à S. Attico nec missas vllas ad eum, vel ad synodum fuisse litteras, adeoq; eidem communio- nem negatam: quod biennio post factum, quam putetur nomen S. Ioannis sacris tabulis inscriptum. Deinde Alexandrum Episcopum ad an. Ch. CDXX. superfluisse certissimè conuincitur ex Theodoreti Theophilo, seu lib. 9. de vita Patrum cap. 12. S. Zeno (quem eo capite descriptum, celebravimus Februarij) à morte Valentis (que contigit ipso Valente VI. & Valentianino XI. Coss. vt notat Idatius, in fastis Conf. id est an. Ch. CCCLXXVIII. v. Idus Augusti) vitam anachoreticam auspiciatus, quadraginta in eâ annis perseverarat; cūm senex quidem, sed fatis adhuc robustis viribus vrnam manu ferens cognitus est ab ipso Theodoreto, qui tum sacros libros legebat Dei populo Antiochiæ iuuenis ipse, paucam quandam lanuginem producens, ut de se testatur. Annum hunc Christi fuisse CDXVIII. satis perspicue colligitur. Aliquo deinde elapsò tempore, (dubium quanto) valetudine aduersa afflictus Zeno, quas habebat pecuniarias tradidit Alexandro Episcopo, in pauperes distribuendas, atq; altero cūm superuixisset anno, è vitâ decepsit, cui Alexander vt testamenti executor supponitur supersuisse. S. Zeno fortè x. Februarij an. Ch. CDXX. è viuū sublatus est, quem eodem labente anno fuit secutus Alexander, adeoq; Theodotus factus fuerit Antiochenus Episcopus anno sequenti; quo S. Atticus, inscripto tabulis sacris S. Chrysostomus nomine, ad S. Cyriillum potuit scrip- sis. Itaq; S. Cyriillus scribitur à Nicephoro lib. 14. cap. 28. præsumptæ contra S. Chrysostomum, quam dudum patruum suum Theophilum secutus conceperat, opiniioni inseruuisse. Quibus innuitur moram aliquam anno- rum fluxisse ab Episcopatu S. Cyriilli ad tempus, quo hac diffi- cultas fuerit submota.*

34 *Evidenter hoc ex epistola S. Attici ad S. Cyriillum pa- tebunt; vt mirum sit ob hanc obitum alexandri à Baronio cc. Quando
illi Theodo-
torum ju-
cesserit.
celerari*

E X V A-
R I I S. celerari, & erroris condemnari qui Alexandrum ad Bonifacij tempora superfluisse scribunt. Theodoreus certè lib. 5. hist. Eccl. cap. 37. & Nicephorus lib. 14. cap. 30. de virtutis, sedis, Romana & Antiochenæ successione, ita scribunt: Innocentio Episcopo Romano successor Bonifacius, Bonifacio Zosimus (inverso ordine, cum Zosimus Bonifacium præcesserit) Zosimo Cælestinus. Antiochiae vero D. Alexandro vi-tadefuncto Theodotus, continentia velut margarita, Ecclesiaz præsulatum obtinuit, &c. qui locus ob huius laudem prolatuS, videtur Pontificum Rom. catalogum texere ad Theodoti successionem indicādam. Nicephorus alter in catalogo Episcoporum Antiochenorum, Theodoto (vt ab eius in Episcopatu morā etiam ratio temporis petatur) quatuor solū annos attribuit. Baronius anno Ch. CDXXVII. obiisse decernit, quem tamen vult antē Synodo alicui, cum Sisinnio Episcopo Constantinopolitano, contra Messalianos interfuisse; locum ignorari asserit. Petavius lib. 13. de doctrinā temporum synodus Side in Pamphyli habitam scribit. Sed Photius, qui solus eius meminit Tmemate 52. Constantinopoli habitam clare indicat; quod Sisinnij consecrandi gratiā dicit euocatum cum reliquis Episcopis Theodotum. Facta est ea consecratio Theodosio XIII. & Valentiniiano XI. Coss. id est an. Ch. CDXXVI. pridie Kal. Mart. ita Marcellinus & Socrates. Ut ad eum annum vixerit, & solū annos quatuor Episcopus fuerit, non potuit nisi an. CDXXII. successe Alexandro: adeoq; hoc denum anno Atticus, inscripto diptychus S. Chrysostomi nomine, ad S. Cyrillum epistolam sequentem dederit; quam cum alterā de eodem argumenzo ad Petrum & Aedem Diaconos ex Nicephoro lib. 14. cap. 26. huc inferemus.

§. VII. Epistola ad S. Cyrillum de nomine
S. Chrysostomi diptychis inscribendo.

ATTICVS Cyrillo felicitatem. Incidimus ed quō non putaueramus, & acquiescimus necessitate in eo quod minūs ex sententiā nostri processit, vtilitatem & iustitiae præponentes. Et cogitationibus nostris ad populi cōcordiam inclinati, canonibus quidem Patrum detrimentum nullum afferimus, exacte autem verborum obseruationi vniuersi orbis pacem præferimus. Non ignoro equidem & b. Paulinum, cū Ecclesiasticas ederet constitutiones, sapienter occasionibus prouidā dispensatione vnum esse. Scio etiam, qui in Sanctorum numero censerit, Patrem tuum Apostolicum & Theophilum in confusione & turbā à Græcæ superstitionis studiosis excitatā, exactum ad breue tempus obseruationem paci posthabuisse. Maximæ enim quæque vrbes pelago fluctibus exigitato persimiles, ex tentatiā, ciuium non tam summā legum & constitutionum obseruatione, quā expeditissimis consilii atque iudiciis ad pacem & concordiam facientibus, regi atque administrari solent. Quā vero de causā litteras halce scribam, accipe.

Foris con-sentus agūt Chrysostomi fautores. Nouit sanctitas tua, ac potius illis ipsis oculis intuetur, quibus, qui in sanctis est, Pater noster Theophilus conspexit, qualis & quā ingens turba magnā hanc inuaserit urbem, atque vt in eā sanctior fides & pietas, ne funditus erueretur, periclitata sit: adeo etiam, vt populus maiore ex parte per factionem scissus, extra muros conuentus ergerit: & plerique Sacerdotes & collegæ nostri Episcopi à mutuā communione descidentes, bonam plantationem Domini Iesu Christi, parum abest quin euulserint, pacis commoditate scilicet aliquantulum distractā. Sedenim multo sanè labore, multo sudore, & periculis multis desperationis plenis, plurima & maxima quæque communium Patrum nostrorum, atque etiam pietatis tuæ precibus &

d Laborat ut nomen Alexander, & conspiracye sopita sunt mala, & turba quidem illa conqueuit, concordia vero & serena tranquillitas in orbis vniuersi Ecclesiis obtinet.

37 Cūm vero nonnulli nomen tantum Beati Ioannis mysticis tabulis inscribi vellent; beatus Episcopus Alexander, Antiochenum istum dico, Constanti-

nopolim venit, & multa ore confidenti verba fecit, vehementerque excitare populum voluit, vt vel nobis inuitis necessariò eius, quem diximus, nomen ita inscriberetur. Quam rem accuratè proslus pietati tue ministri Dei religiosissimi Diaconi, Petrus & Aedelius exposuerunt. Præterit longū tempus; & nos necessitate ea, quæ à populari rerum administratione prouenit, premi incipiebamus, neque tamen quidquam schismatis & dissidiij reliquias curabamus: cūm ad nos ex Oriente Dei amansissimus f. Acacius litteras dedit, religiosissimum Antistitem Antiochiae Theodotum à populo, vt nomen Ioannis in sacras tabulas referret, coactum esse, vt veniam rei ei, quam necessitate ille adductus fecisset, daremus, petens. Et tum bonus ille qui litteras ad nos pertulit Presbyter, caussam aduentus sui indicans, ren. hanc in vulgus magnæ vrbis propalauit, & sententiam datæ ad nos epistola populo vulgauit: adeo vt parum absuerit, quin tumultu plebis vniuersæ vrbis repleta sit. Ego vero hīc demum perturbatus, & de rebus maximis discrimen summum veritus, piissimum Imperatorem adiij, & cum eo de pace & tranquillo rerum statu egī. Atque ille, nihil esse periculi Consentit aut incommodi, respondit, si defuncti viri nomen, trāquillicitatis, pacis, & populi concordiæ gratiā inscriberetur.

38 Iraque ego eā re persuasus (quomodo enim necessitate præuentus id non facerem?) ne religionis nostræ res ex multitudinis arbitrio, exemplo vno permis- tamen id so, penderent, neque vrbem ipsam populari administrationi assuefaceremus; nomen id in album referri iussi.

Quare (vt equidem puto) neque in factos canones comisi, neque iudicio Patrum fraudem feci. Mentio namque eius fit cum defunctis non solū Episcopis, sed & Presbyteris, Diaconis, & laicis ipsis, mulieribusque, cum quibus omnibus nobis Sacerdotij communio, aut earum rerum, quæ in sacrâ mensâ mysticè percipiuntur, participatio non est. Magna enim est inter defunctos & superstites differentia: ita vt etiam libri propter differentem eorum, quorum memoria conservatur, statum, discreti sint. Nihil enim Dauidi obfuit honorifica Saulis sepultura, neque Apostolis Arii impetratis secessator g Endoxius sub eadam sanctiore sacrificij arâ positus; neque h Paulinus & Euagrius Ecclesiæ, qui schismatis & dissidiij duces in Ecclesiâ Antiochenâ fuere, quod post obitum i non paucis hinc ab annis propter populi pacem & concordiam mysticis tabulis sunt inscripti. Quamobrem ipse quoque Ägypti Ecclesiis, Ecclesiatarum orbis totius pacificandarum gratiā, vt mortui illius nomen inscribant, præcipe. Ita enim cū Patrum canones non transgrediere, tum Ecclesiatarum simul omnium concordiam plurimi facies. Te vero ea nobis, quæ conuenit, rescripturum esse ad communem consensum & fraternitatem respicientes, persuasum habeo. Fraternitatem quæ tecum est, omnē ego, quiq; mecum sunt, saluere iubemus.

39 Hac ad Cyrillum Atticus scriptis. Rem autem istam magis etiam vrgens, aliam quoque epistolam ad Petrum & Aedem diaconos eius, hisce verbis dedit: Ad Dei amansissimum Episcopum, fratrem nostrum Cyrillum, ita vt decuit, per epistolam scripsimus, ea quæ nomine Ioannis in Ecclesiasticas tabulas relato, a&a sunt. Nihil vero minūs & ad pietatem vestram scribimus, quæ melius quā alij res nostras nouit, ad pacem videlicet & tranquillitatem eas euallis, de sententiā præcipue piissimorum Principum, & omnium deinde Orientalium Episcoporum, ipsorumque adeo Occidentalium quoque; de Ioanne facris tabulis, non vt Episcopo, sed qui aliquando Episcopus fuerit, inserito, vt memoria eius, propter communem orbis vniuersi pacem coleretur. Scribimus aurem, ne concordiæ vbi que propemodū obtinente, solis nobis ei non astipulantibus, simul & piissimis Principibus aduersari videamur: & sumus necessariis rebus nostris, ventis aliquibus aduersis obortis,

tis, & Ecclesiae Christi noceamus. De his haec tenus. In magnum verò desiderium nos profectio vestra adduxit, quod non eandem ex eorum qui nunc nobiscum sunt, quam ex vestro coniunctu percipiamus iucunditatem, adē ut nouitate familiaritatis eorum, quæ à cōsuetudine vestra multū differt, ferè perturbemur. Quapropter rebus omnibus postpositis, operam date, vt deinceps ad nos recurratis, propter morum, quod experti sumus, discrimen, apud nos vehementiorem quam anteā reperturi caritatem. Litteris eiusmodi Cyrius receptis, addit Nicophorus, maximopere rem eam auersatus est, sicuti ex litteris eius satis liquet, quas c. 27. recitat, de quibus & nos in eius vita XXVIII. Iannarī. Earum partem recitat Facundus Hermianensis Episcopus lib. 4.

a. Caritas & utilitas publica de severitate constitutionum, (quas ardēti nimium zelo haec tenus sibi defendendas opinatus fuerat Atticus) semper aliquid remittendum suadet.

b. Paulus dicitur in editione Graecolatinâ ex recognitione Frontonis Ducai, in antiquioribus Paulinus.

c. De eius obitu ex Iohanne Diacono, S. Ioannes Damascenus lib. 3. de imaginibus circa fin. narrat eum quod S. Chrysostomus nomine passus non fuisse in Ecclesiâ recitari, non posuisse animā agere, donec ei allata fuit imago S. Chrysostomi: eam verò cū adorasset, spiritum emisisse. v. Martij referunt eum Petrus de Natalibus, lib. 3. c. 178. & Gabinus in Natali Sanctorum Canonorum.

d. S. Cyrius, pridem auctoritate nixus Episcopali, remedium hisce malis attulerat.

e. Videntur anni aliquot interiecti.

f. Acacius Berœensis Episcopus, de S. Chrysostomo pessimè meritus, sed eam deinde labem detergit cum ad eum hac de re Innocentius Papa epistolam scripsisset, que est in tom. 1. Concilior. par. 1. Sed infelix aborta postea heresi Nestorianâ, aduersus S. Cyriulum & alios orthodoxos obstinatè dimicans, labem abolitam fidei duplicauit.

g. Hic ille est Eudoxius Arianus, à Constantio Imperatore ad se- dem Constantinopolitanam promotus. De quo Sozomenus lib. 4. c. 25. Theodoretus lib. 2. c. 29. Baronius tom. 3. Ann. an. Ch. 360. num. 21. & seq. Gaulterius in Tabula Chronol. scule 4.

h. Hi fuere Episcopi Antiocheni, factionis Eustathianorum, Catholici. Paulinus electus est an. Ch. CCCLXII. cui Enagrius successit an. Ch. CCCLXXXIX. De iis agetur XII. Februar. in vita S. Meletij.

i. Eos ab Alexandro Episcopo Antiocheno acris tabulis inscriptis colligimus etiam ex epistola Innocentij 17. ad Alexandrum, & 19. ad Acacium, & Theodoreti lib. 5. cap. 35.

§. VIII. Conuersio Eudocie Imperatricis. Attici auctoritas Ecclesiastica. Eleemosyna.

40 IN DICT. III. inquit Marcellinus in Chronicô, Eustathio & Agricolâ Coss. id est ann. Christ. CDXXI. Theodosius Imperator Eudociam Achiam duxit vxorem. Consentit Chronicô. Alexandrinum his verbis: Hoc anno, iisdem Coss. & Indict. citatis, Theodosius Augustus acceptâ in coniugem Athenaide dictâ Eudociâ, celebravit nuptias mense Desio, VII. Idus Ianuas. Hanc Athenaidam, inquit Socrates lib. 7. ca. 21. cum Imperator vxorem duceret, Atticus Episcopus, qui eam Eudocia Christianâ efficiebat, inter baptizandū Eudociam appellauit. Cedrenus etiam, Eodem anno, inquit citatum referens, mortuus est Athenis Leontius Philosophus; is testamento suo omnes facultates filii legauit, Athenaidi filiæ tantum aureos centum, additâ hac causâ: Sua ei sufficiet fortuna. Hanc Athenaidam, Athenis Constantinopolim adductam, cùm videret Pulcheria & formâ corporis præstare, & ingenio esse egregio atque facundiâ ornatam, ad Episcopum urbis Atticum misam baptizauit, Eudociaque nomen tribuit, Imperatoriique fratri suo nuptum tradidit. Hac Cedrenus. Patris obitus, Athenaidis aduentus Constantinopolim, & ad fidem Christi conuersio, ad precedentem annum referuntur in Chronicô Alexandrino, quod sequitur Raderus nostre cap. 4. Aula sancte. Paulus Diaconus lib. 14. hist. miscell. narrat quā Theodosius Persis intulerat clade, addit cap. 7. Victoria liquide auxilio Dei de Persis collatâ, Romani pluri- mi pollentes eloquiis conscribebant laudes Imperatoris: cuius vxor heroico metro poënitata multa confecit, erat enim eloquens, filia Leontij Sophistæ Atheniensis, à patre omnibus lectionibus erudita; quam dum Imperator ducturus esset vxorem, Chri-

Egregie erudita.

Tom. I.

stianam Atticus fecit Episcopus, & in baptismate, cùm Ex. v. 12 prius vocaretur Athenais, Eudoxia nomen imposuit. R. 115.

41 Hoc eodem anno restripsit Theodosius, Constantinopolitanus Praesul iura ad Illyricum extendi, L. G. de Sacrosanct. Eccles. & L. 45. de Episc. & Cler. C. Theod. Legis hic est textus: Omni innovatione cessante, veteratatem & canones sedis Constantinopolitani Præsul iura ad Illyricum extendi, L. G. de Sacrosanct. Eccles. & L. 45. de Episc. & Cler. C. Theod. Legis hic est textus:

Omnis innovatione cessante, veteratatem & canones sedis Con-

stantinopolitani Præsul iura ad Illyricum extendi, L. G. de Sacrosanct.

Eccles. & L. 45. de Episc. & Cler. C. Theod. Legis hic est textus:

Si quid dubietatis emerget, id oporteat non post Roma-

ab aliis scientiâ viri reuerendissimi sacrostante legis nam.

Antistitis Ecclesiae Constantinopolitanæ, quæ Romæ

veteris prærogatiâ lataatur, conuentui Sacerdotali

sanctoq[ue] iudicio reseruari. Dat. Pridie Idus Iulij, Eu-

stathio & Agricolâ Coss. Hoc veteris Romæ præroga-

tiva, concessa aut certè arrogata fuit canone 3. Concilij 11.

Oecumenici Constantinopolitani habiti an. Ch. CCCLXXXI. his ver-

bu: Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum habere

oportet primatus honorem post Romanum Episco-

pum, propterea quod sit noua Roma. Quod decretum

et si ratum non habuit Romanus Antistes, videatur tamen aut

attico peculiariter eum potestatem delegasse, aut potius dissi-

mulaſe. Id Socrates innuit lib. 7. c. 28. Mortuo, inquit, Cy-

zicenorum Episcopo, Sisinius Proclum Cyzici Episco-

pum designat. Quem ad illam urbem prefecturum

antevenerunt Ciziceni, Dalmatiumque Monachum E-

piscopum ordinant. Hoc ab illis factum est, neglectâ

illâ lege, quæ iubet, ne quis Episcopus designetur ab-

sentientiâ & auctoritate Episcopi Constantinopo-

lis. Legem autem propterea neglexerunt, quod At-

tico soli, vt illi putabant, nominatum illam auerterita-

tem concederet.

42 Eius in eogenis liberalitatem ita describit idem Socrates

cap. 25. Porro ad dandum, inquit, adeò propensus fuit, vt

Attici liberalitas non modò pauperibus, qui in ipsius Ecclesiâ erant, in paupe-

diligerenter prospiceret; verum etiam vicinis ciuitatibus rei.

pecuniam mitteret, quâ egentium leuaretur inopia.

Nam Calliope Ecclesiae Nicaenæ Presbytero misit

trecentos aureos, simulque litteras dedit in hanc sen-

tentiam: Calliope Atticus in Domino salutem. Cer-

tior equidem factus sum, infinitos in vestra vrbe fame

oppriuni, priorumque egere eleemosynâ. Cùm infinitos

dico, intelligo multitudinem, cuius certum numerum

est dñe nequeo. Quoniam igitur numerum pecuniarum

ipse ab eo accepi, qui diuitias largè, & quasi plenâ ma-

nū, iis qui eas probè administrant, suppeditat, yliisque

venit, vt nonnulli egestate prematur, quod alij qui opes

habent, easque minimè istis largiuntur, penitus explo-

ratit sint; tu frater carissime, istos trecentos aureos à

me accipe, eosque in pauperes, vt volueris impende.

Velis autem in eos conferre, non qui ventris causâ præcipue

quasi mercaturam per totum vitæ tempus mendican-

do exercet, sed qui mendicare erubescut. Neque in hac curri-

officij parte villam se etâ aut religionis cuiusquam ra-

tionem ducas, neque porrâ respectum ad eos, qui à no-

bis in fidei sententiâ dissentunt, habeas: sed in illud

vnum incumbas, vt qui fame cruciantur, eos alimentis

subleues. Hoc modo ab illo gentibus, etiam qui longo

locorum interuallo ab eo distabant, sedulò prospe-

ctum fuit.

43 Et paulò inferius: Eodem accedit, inquit, quod Atti-

cus in nominibus rebus imponendis disertus fuit.

Nam stationem quæ in ostio Ponti Euxini sita est, vete-

re nomine Φαρμακέα, id est veneficam appellatam, ille quibusdæ

θεραπεία, id est medicinam vel curationem vocavit:

ne cùm ibi forte conuentus ageret, locum ad eam rem

fœdo nomine nuncupatum præsiceret. Quin etiam

suburbium quoddam Constantinopolis Argyropolim

nominavit, tali causa adductus: Chrysopolis est vetus

statio in ipso capite Bospori. Huius mentionem faciunt

complures veteres scriptores, vt Strabo, Nicolaus Da-

masenus, & admirabilis ille ac disertus Xenophon,

qui cum in libro sexto de Ascensi Cyri, tum in primo

de rebus gestis Græcorum de eo memorat, quod ab

S. s. Alci-

Ex v.a.
riis.

Alcibiade muro circumdata fuit, & *δεκατευτήριον*, id est, locus ad decimas exigendas in illâ constructum; nam qui à Ponto naue concensâ soluant, ibi decimas penitent. Itaque Atticus cùm intelligeret locum è regione situm tam splendido nomine donatum, hunc etiam Argyropolim nōminandum esse dixit. Quod simulatque protulerat, locus illicò illud nomen obtinuit.

§. I X. Ecclesia contra Hereticos propugnata.
Obitus S. Attici.

45 AVDATVR S. ATTICUS à plurimis sanctis Patribus quid insignis fuerit orthodoxye, & acer heresem expugnator. Egregium eius facinus in Pelagianorum legatione confutandâ atque reiiciendâ S. Prosper lib. de Ingratiis, contra Pelagianos, deprudat his verbis:

Quid loquar & curiam, magnâ quam gessit in urbe Constantinopoli, docto bonus ore sacerdos Atticus, antiquâ legatos hæreticorum Confutando fide; de quâ tunc impia corda, Quamuis se obducto tegerent velamine formæ, Iudicij & tacitæ tulerint tormenta repulsæ? Sed & Augustinus, inquit Baronius an. 425. num. 20. dum agens contra Julianum affirmat Pelagianam hæresim fuisse damnatâ Constantinopoli, Attici Episcopi præconia celebrauit. De eius contra Messalianos hæreticos zelo nos rescribita Photius in Bibliothecâ, ememate 52. Scriptis & Atticus Constantinopolitanus Episcopis in Pamphyliâ existentibus, vt vnde Messalianos veluti lacros ac detestandos exturbarent. Quin & idem ad Amphiliocium Sidæ præsidentem similiter scriptis. Fuit hic Amphiliocius Iconij Episcopus, qui cum aliis viginti quinque Episcopis Sidæ in Pamphyliâ contra Messalianos synodus habuit. Horum errores breuerit & dilucide enumerat Gaulterius in Tabula Chronographicâ seculo 4. cap. 21.

S. Mariam 46 S. Cyrillus Alexandrinus sacratissimam Virginem virginem, Mariam à S. Attico Deiparam fuisse nuncupatam testatur Deiparam appellat. epist. 2. ad Nestorium, ep. 7. ad Clericos Constantinopolitanos disiddiis idem laborantes, ep. 14. ad Acacium Beroæensem Episcopum, vbi ad hanc Nestorij blasphemam excommunicationem si quis Mariam Deiparam esse dicit, anathema sit. ita arguit: Quid igitur in Ecclesiis orthodoxorum cum sanctis Patribus anathemate percussi faciemus? Inuenio namque in commemorationis etiam celeberrimæ memoriarum Athanasium Episcopum s̄penuerit eam nominasse Deiparam. Nec hunc solum, sed & beatum Patrem nostrum Theophilum, & multos alios ex sanctis Patribus illorum temporum Episcopos, tam Basilium quoque quam Gregorium, & ipsum etiam beatum Atticum. Arbitror autem neminem fuisse orthodoxorum, qui Deiparam eam vocare sit veritus, &c.

Corpus Sabbatiij heretici clâm effodi subter, ne à suis colatur. 47 Socrates cap. 25. citato refert eum, ne Sabbatiani sua factionis auctorem colerent, efficerent, sublato clâm eius cadasere. Porro, inquit, cùm audiret aliquando, eos qui se à Nouatianis propter festi Paschatis obseruationem separauerant, corpus Sabbatiij ex insulâ Rhodo (in eâ namque exul mortem oppetiit) transportasse, sepulturâ cohonestauisse, & super tumulum ei preces adhibuisse; quosdam nocte misit, illisque dedit in mandatis, vt corpus Sabbatiij in alio sepulchro conderent. Qui autem illuc de more suo venerunt, cùm tumulum effossum reperirent, de reliquo sepulchrum Sabbatiij colere desisterunt.

48 De Socrate obseruauit Billius lib. 1. obseruationum sacrarum cap. 26. eum maluisse Nouati perfidiam, atque impium schismatis, quâm Ecclesia fidem & unitatem amplectit; ideoq; non modò oblatâ, sed etiam interdum quasdam occasione in Nouatianorum laudem multa commemorare; miracula eorum pietati & vite sanctitati attribuere atq; affingere, &c. quo ex genere ea s̄cē apophthegmata, quæ sequuntur, &c. ab Attico non tam pronuntiata. quam ei à Socrate affecta credunt Billius & Baronius. Hac antè præstringenda duximus, quam verba Socratis proferremus. Præterea, inquit loco citato, cùm quidam ei dicerent, Nouatianos non debere intra ciuitates cō-

uentus agere, respondit: Non nostis quanta sint incōmoda perpessi, dum nos, regnantiis Constantino & Valente, graui persecutionis procellâ iactaremur; & *Quedam* quod aliis quoque temporibus se testes fidei nostrâ *in favorem* præbuerint? Quinetiam iam olim ab Ecclesiâ separata, nihil de fide nouare aggressi sunt. Adde his, quod *norum* di- cūm Nicæus esset Episcopi ordinandi gratiâ, ibiq; Asclepiades Nouatianorum Episcopum ætate admodum *ab Attico,* ingrauescente cetereret, rogauit, quot annos fuisset Episcopus? Cui quinquaginta, respondent; Beatus, inquit, *sicut ei à Socrate* Nouatianus reuerà qui tanto temporis spatio tam præclarum munus administraveris. Ad eundem porrò Asclepiades dixit: Nouatum equidem laudo, Nouatianos autem neutiquâ probare possum. Hoc eius dictum tamquam insolens, & valde peregrinum admiratus Asclepiades: Quomodo, inquit, istud dicas Episcopo? Tum Atticus: Ego, inquit, illum laudo, quod cùm illis qui idolis sacrificant, cōmunicare recusauit; nam istud ipsum ipse equidem fecisset. At Nouatianos minimè probo, quod laicos, qui leuiter deliquerint, communi- *no afflictâ.* nione excludant. Ad hæc respondet Asclepiades: Præter idolis sacrificandi peccatum, sunt alia multa pecca- ta ad mortem, vi ex sacris litteris perspicuum est: ob quæ vos solum Clericos, nos laicos etiam cōmunione excludimus, potestate soli Deo illis ignoscendi permisâ.

49 Idemque Atticus suam ipsius mortem præsci- uit. Quippe Nicæa decedens, dixit Calliopio, illius *mortem* Ecclesiæ Presbytero: Matura Constantinopolim ante *predictum Atticus.* autumnum accedere, vt me viuum denuo cernas: quod si moram feceris, non me vitâ fruentem reperies. Neque cùm istud diceret aberrauit à vero: quippe vigesimo primo anno, quo Episcopatum gesserat, vi. Idus Octobris morte occubuit, ad vndecimum cōsulatum 10. Octob. Theodosij, & Cæsaris Valentinianni primum. Impera- anno 425.

tor Theodosius Thessalonicâ reuertens, ad funus eius efferendum non peruenit. Nam pridie quam Imperator Constantinopolim ingredetur, Atticus sepulchro conditus fuit. *Hæc tenus Socrates.* Eadem ferè Nicephorus lib. 14. cap. 24. quibus reliqui omnes in anno mortis & tempore dignitatis Episcopali administratae consentiunt. Deniq; S. Calestinus Pontifex epistola 7. quæ extat tomo 1. Concil. Ephesini cap. 17. scripta ad Nestorium Theodosio XIIII. & Valentiniano XIIII. A.A. Cœf. (is est annus Chr. CDXXX.) hoc eum elogio exor- nat: Sanctæ recordationis Atticus, Catholice Magister fidei, & verè B. Ioannis etiam ad ilta successor, eos (Pe- lagianos) ita persecutus est pro Rege communi, vt iis nec standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post eius exitum sollicitudo vel maxima, cùm successor ip- fatus, vtrum etiam in eius fide succederet, quæceremus, quia difficile est continuari, quæ bona sunt: nam sibi s̄pè alternis vicibus mala succedunt. Habuimus tamen posthunc, à quo eramus continuo deserendi, sanctum Sisinnium celebratum simplicitate & sanctitate colle- gām, eam fidem, quam inuenierat, prædicantem. Eum celebrant Graci in Menais XI. Octobris. Sisinnio successit Nestorius, quo ob impietatem in exilium acto, fuit Episcopus Maximianus, cuius ante meminimus. Hic successore habuit S. Proclum, qui (vt verba Socratis lib. 7. cap. 40. hoc transferam) cùm ad ætatem virilem pertuerit, multum cum Episcopo Attico versatus est, illiusque scriba fuit. Quem in litteris & virtute admodum proficienrem Atticus ad gradum diaconatus euexit. Ac cùm presbyterij honore dignus putaretur, à Sisinnio, vt suprà demonstrauit, ad Episcopatum Cyzici designatus est. Sed hæc iam antè factita erant. Id temporis verò sedem Episcopalem Ecclesiæ Constantinopolitanæ obtinuit. Vir erat morum probitate præter ceteros eximius. Quippe institutus ab Attico omnes eius virtutes sedulò imitatus est. Tolerantiam, quam etiam Atticus prædictus fuit, multò magis quam Atticus excoluit. Nam Atticus cùm tempus po- stularet, hæreticis terrorem incussum. Proclus omnibus se mansuetum & facilem præbuit, &c. De S. Proculo cum Martyrologio Romano fusiū agemus XXIV. Octob.

D E

DE S. DOMINICA, GEORGIO CHOZEBITE, ÆMILIANO CONFESSORE.

CIRCA I
AN. N.
CDLXXV.
VIII.IAN.

DOMINICAM, sive Dominicam, ceteris Latinorum falso ignotam, vti & Georgium Chozebiten, & Æmilianum, in Addit. ad Vfuardum retulit Molanus, hic verbi: Die octauâ sanctæ Mattis Dominicæ: & sanctorum Patrum Georgij Chozebiti, & Æmiliani Confessoris. De iis Gracorum Menea. S. P. N. Georgij Chozebitæ, & S.M.N. Dominicæ, & Æmiliani Confessoris.

Vita Dominicæ, ex
minicæ, ex
Menea.

2 De Dominicâ deinde ista commemorant eadem Menea: Vixit hæc Theodosij Magni imperio, prouxitque usque ad Leonem & Zenonem Augustos. Carthagine in Africâ nata, ex occasione quadam cum quatuor virginibus Constantinopolim venit. Nectarius ibi tum Archiepiscopus ex diuinâ reuelatione illas suscepit, & salutari baptismatis vndâ tinxit. Veneranda porrò Dominicâ solitariam vitam complexa, & virilibus exercitâ laboribus, ad summum virtutis culmen proue-

cta, à Deo multis admirandis operibus dignata & illustrata est, multiisque, quæ euentura erant, vaticiniis editis, ad Dominum migravit. Hancen Menea. Imperarunt qui hic nominantur Imperatores, Theodosius Magnus à 16. Ianuarij, 379. vsque ad 17. Ianuarij, 395. Leo Thrax à 7. Februarij, 457. vsque ad initium anni 474. Zeno à mense Februar. an. 474. vsque ad an. 491. Nectarius an. 381. creatus Constantinopolitanus Episcopus, sed ut vsque ad 27. Septemb. 397. colitur, à Gracis xi. Ottobr.

3 Dominicam celebrat quoque Menologium Christophori Proconsul Mitylenæ, & epitome Maximi Cytherei. Tres simul recentes Calendarium Gratorum à Genebrardo editum hic verbi: Domneca. Georgius Chozebites. Æmylianus Confessor. Eorumdem memint Gracorum Horologium: Sanctæ Matris nostræ Dominicæ, & SS. PP. NN. Georgij Chozebitæ, & Æmylianii Confessoris.

DE S. SEVERINO PRESBYTERO, NORICORVM APOSTOLO.

AN. CH. I
CDLXXXII.
VIII. IANUARII.
S. Seuerini
in sacris
fætis no-
men.

CELEBRATVR S. Seuerinus Presbyter hoc elogio à Martyrologio Romano vi. id Januarij: Eodem die apud Noricos S. Seuerini Abbatis, qui apud eam gentem Euangelium propagavit, & Noricorum dictus est Apostolus. Eius corpus ad Lucullanum prope Neapolim diuinitus delatum, inde postea ad monasterium S. Seuerini translatum est. De eodem Molanus in Addit. ad Vfuardum. In Norico depositio S. Seuerini Abbatis, qui spiritu prophetæ & miraculis latè claruit, & iuxta Neapolim translatus est in castrum Lucullanum. In recentiori editione idem Molanus que in Vfuardo dicuntur de S. Seuerino fratre S. Victorini (de quo paullò inferius hoc ipso die) ad hunc transfert, hic verbis: Neapoli Campania natale S. Seuerini: qui Seuerinus post multarum virtutum perpetrationem, plenus sanctitate quieuit. Planè hice videtur Seuerinus qui Neapoli colitur, ut dicemus cum de S. Seuerino Septempedano Episcopo erit sermo. Meminit quoq; S. Seuerini hoc die m. s. Martyrologium monasterij Richenbergensis in Bauaria, Beda preferens nomen: Item in Bavariâ prouinciâ, Parauino oppido, Seuerini Confessoris, virti sanctissimi, spiritu prophetæ præditi, cuius vita habetur. **Maurolycus:** In Pannoniâ prope Noricum paruumque oppidum Astarim, Seuerini Abbatis, virti propheticæ spiritu miraculique clari, tempore Attilæ. Sed multipliciter hallucinatur Maurolycus: Nam in Norico ipso, sive Austria mortuus est; non Astarim, seu potius Asturis, sed iuxta Fauianas, sive Viennam; nec Attila tempore, sed xxviii. annis post eius mortem, id est ferè sexennio ante victimum ab Odoacre Febanum, quod accidit Cos. Boëtio solo, anno Christi CDLXXXVII. **Galefius:** In Noricis S. Seuerini Abbatis, qui & spiritu prophetæ, & virtute disciplinâ singulari, & rebus multis mirabiliter gestis clarus, abiit ad Dominum. Eius corpus Gelafij Pontificis auctoritate, ab Victore Episcopo ad Lucullanum oppidum, quod est prope Neapolim, translatum est. **Carthusiani Colonenses** in Addit. ad Vfuardum: Seuerini Abbatis, qui defuncto Attilâ Hunnorum Rege, propheticæ spiritu, virtute & miraculis claruit. **Martyrologium Germanicum** prolixum eius elogium habet, sed in multis eget correctiane; ut cum in Hungariâ iuxta Astarim oppidum esse sepultum refert, atque in Hungariâ vixisse ipso tempore quo Attila latè prouincias vastabat, &c.

2 Vitam S. Seuerini scriptit Eugippius Presbyter eius Tom. I.

discipulus, quem alijs Eupipium, alijs Engypium, alijs Egip- Vita ab
pium, Crusenius Egippum, Lazius Eupippum, Sabellicus Engippis
Ennead. 8. lib. 2. Egippum perperam, ineptius Irenicus Exeg. scripta.
German. lib. 3. cap. 14. Cregiptum appellavit. Meminere
Eugippii S. Isidorus libro de viris illustrib. cap. 13. Honorius
Augustodunensis, & alijs. Diuersus est ab eo Eugippio quem
Sigebertus cap. 39. tradit ex operibus S. Augustini codicem ma-
gnæ utilitatis ad Probam virginem dedisse, si is, ut ipse quidem
scribit, temporibus Pelagij II. Papa, & Tiberij Imperatoris
vixit. Scripta nostra hic, ut ipsam in epistola ad Paschafium
Diaconum testatur, vitam S. Seuerini biennio post Consula-
tum Importuni, id est Cos. Felice & Secundino, anno
Christi XI. non igitur, ut vult Ferrarius in Catalogo SS.
Ital. S. Gelafij Papa iussu, qui an. 496. decepsit, ut xxi. No-
uembris dicimus. Hanc vitam primus vulgavit Laurentius Su-
rius, atque ex alio ms. codice Baronius tom. 6. Annalium; sed
perfectius, additus eruditus scholiis, Marcus Velserus. Quas edi-
tiones cum ms. D. Nicolai Belfortij contulimus, addidimusq; Eugippij ad Paschafium epistolam ex eodem ms. & tom. 6. An-
tiq. lect. Henrici Canifij.

3 Res à S. Seuerino præclare gestas, ex Eugippio haustas, descripsit Ioannes Cuffinianus in Austria, qui tamen Ottonem Frisingensem lib. 4. cap. 30. & Gotfridum Viterbiensem Chron. parte 16. temere securus, Archiepiscopum Rauennatem facit. Non fuit predicationis gratia in eas horas profectum. Fuit Archiepiscopus Episcopus Rauennas S. Seuerus, de quo 1. Februarij agemus, sed S. Seuerino multo antiquior. Hieronymus Rubeus Histor. Rauen. lib. 3. Ottonem Frisingensem citans, Seuerinum Noricorum Apostolum domo quidem Rauennatem fuisse non negat, sed alterius urbis Episcopum, aut ne Episcopum quidem. Velserus minus exacte Rubeum legit, neque enim hic Seuerum negat, ut ille citat, Antistitem fuisse, sed Seuerinum, quem disertè fa-
tetur in Noricum venisse. Acta quoque S. Seuerini recenset Joannes Auentinus Annal. Boior. lib. 2. sub finem, parum fideli- Auentinus
ter, ut conferentia patet, & nos subinde inferius indicabimus. noratus.
De eius patriâ ac fratre isthac temere confingit: Hic Africâ oriundus... post mortem Attilæ, haud licio an crudeli-
tatem Vandalorum deuitas, ad has Romanorum pro-
uincias cum fratre Victorino concessit. Meliori fide Se- Qui de S.
uerini gesta commemorant Andreas Braunerus noster lib. 4. Seuerino
Annal. Boior. Matthaeus Raderus noster tom. 1. Bauaria sancta, scripsit.
M. Velserus rev. Boic. lib. 3. Franciscus Hareus, Henricus Fabri-
cius Germanice, Heribertus Rosvveydus Belgice, Jacobus Tigeou
Gallis.

Ex v.a- Gallicè. Zacharias Lippelous tom. I. Petrus de Natalib. lib. 2.
R. 115. cap. 56. Philippus Ferrarius in Catal. SS. Ital. Agit quoque de eo
VViguleus Hundius tom. I. Metropol. in Episcopor. Laureac. catalogo. Christophorus Gevoldus ibidem in Annotat. Chronicon Richebergense ab eodem Gevoldo editum.

4 Meminit præterea S. Seuerini Paulus Diaconus lib. I. de geslis Longobardorum cap. 19. his verbis: In his Noricorum finibus Beati tunc erat Seuerini cœnobium, qui omni abstinentia & sanctitate præditus, multis iam erat virtutibus clarus: qui cum hisdem in locis, ad vitæ usque metas habitatset, nunc tamen eius corpus Neapolis retinet. Hic sœpius hunc, de quo diximus, Feletheum, eiusque coniugem, cuius vocabulum Gifa fuit, ut ab iniquitate quiescerent, verbis cœlestibus monuit. Quibus pia verba spernentibus, hoc quod eis postmodum contigit, longè ante futurum prædictum. Sigebertus in Chronico ad an. 479. Vincentius Bellouacensis lib. 20. cap. 99. Carolus Siganus lib. 15. de Occidentali Imperio ad an. 487. Beatus quoque Ennodius in vita S. Antonij Lirinensis, quam xxvi 11. Decemb. dabimus, ita scribit: Qui ne sancti instituta propositi per parentum blandimenta frangeret, annorum ferme octo genitoris tutela nudatus est. Mox tamen ad illustrissimum virum Seuerinum ignara fuciæ euolauit: qui dum eum mulceret osculis, futura in puer bona quasi transacta relegebat. Fuit enim cuius meritis nihil esset absconditum. Ille hunc sibi futurum participem, piâ ubique voce prædicabat: credo, vt incipientis tricinia spes annuntiata solidaret. Refert deinde quomodo Seuerino mortuo, ad Constantium Laureacensem Antiflitem patrum suum abierit; hoc quoque defuncto in Italiam à famulis sit deductus, tum nimurum cum S. Seuerini reliqua è Norico asportata sunt.

Perperam de Seueri. Neapoli sacrâ, sed quedam tradit qua cum Eugippij historiâ no scripta. non consentiunt, ideoq; fidem non merentur, vt cum natum ait in Norico sive Hungariâ, sed Austriam & Hungariam vastante Attilâ, Romanum profectum, ibi monachico habitu induitum; tum Mediolano in patriam rediisse: fundasse duo monasteria in vrbe Germania Bettuliâ, &c. Ea videtur ex Ambroso Staibano accepisse, qui eadem scribit, nisi quid non Roma, sed in Tuscâ, à discipulis S. Augustini habitum eius ordinis tradat accepisse; reuersum vero in patriam vt Christianis sub Attila tyrannide gementibus animos adderet, ac leproso Mediolani redidisse sanitatem.

An ordinis S. Augustini fuisse instituta, cum nihil in alterutram partem, antiqui prodiderint: sed qui id afferunt recentiores, proferre oportet, vt fidem reperiant, veterum certa testimonia. Certè qua Nicolaus Crusenius Monachismi Augustiniani part. 2. cap. 1. de eo scribit, haud solida sunt, præfertim cum Auentini conjecturam de Africâ patriâ eiusq; relinqua causa probat, atque ita refert vt ex Eugippio hausta videatur. Tum vero qua subiicit ridicula sunt: Hic Seuerinus, vt auctor est Ambrosius Stabanus, monachus Augustinianus fuit sub disciplinâ quondam Seueri Mileuitani Episcopi, de quo sœpius agit S. Augustinus. Huius dum virtutes imitari studebat, & iam ad illas proximè accederet, ab omnibus Seuerinus, quasi parvulus Seuerus, est appellatus. Superuenientibus interim Wandalis, cum fratre Victoriño & aliis migrat ad Fauianorum vrbum & prouincias Vindelicias Romanis adhuc subditas, vbi ingentia commoda incolis & vicinis contulit. **Meminit** quidè S. Augustinus ep. 34. in fine, Seueri Mileuitani Episcopi condiscipuli sui. Sed unde condisciplinarum monachismi constat intelligi debere? Vbi eius discipulum fuisse Seuerinum, deq; ipsius nomine diminutiæ sic appellatum tradit Staibanus. Et vt traderet, at quâ auctoritate?

Translatio 7 Agitur Neapoli S. Seuerini Translationis celebritas. Octob. x. Octobrû, vt infra dicemus, cum post vitam de Translatione agemus.

8 Christophorus Phreulebius, (haud scimus quem secutus auctorem, nullum certè citat) tradit S. Seuerinum Diocletiani tempore Episcopum fuisse Neapolitanum: dein-

de ad partes Noricas venisse, & iuxta Oenum fluuium monasteriolum construxisse, ibique cum paucis monachis iuxta Evangelicam Apostolicam doctrinam, omni pietate & castitate præditum, in oratione & ieiunio vitam duxisse. Incertum, de S. Seuerino agat Apostolo Noricorum, à quo illud constructum monasteriolum, an de eo quem alij Episcopum fuisse Neapolitanum tradunt. Videtur sanctè temere utrumque confudisse, & de Episcopi etate sententiam Petri de Natalibus securus.

VITA

AVCTORE EVGIPPIO PRESBYTERO.

Epiſtola Auctoris ad Paschafium Diaconum.

I OMINO sancto ac merito venerabilis Paschafio, Eugippius in Domino salutem. Ante hoc ferme bienum, Consulatu scilicet. Importuni, epistola cuiusdam laici nobilis ad Basilicus quemdam directa Presbyterum nobis oblata est ad legendum, continens vitâ b' Basilici monachi; qui quoniam in monasterio montis, cui vocabulum est Titas, super Ariminum commoratus, post in Lucanâ regione defunctus est, vir & multis & mihi notissimus. Quam epistolam, cum à quibusdam describi cognoscere, cœpi mecum ipse tractare, nec nō & viris religiosis edicere, tanta per B. Seuerinum diuinis effectibus celebrata, non oportere celare miracula.

2 Quæ cum auctor Epistolæ præfatæ rescisset, animo promptiore mandauit, vt aliqua sibi per me eiusdem S. Seuerini mitterentur indicia, quibus instructus libellum vitæ eius scriberet, posteriorum memoriae ut vitam profuturum. Hac ergo protinus oblatione compulsus, Commemoratorium nonnullis refertum indicis ex notissimâ nobis & quotidianâ Maiorum relatione composui, non sine magno mætore animi, iniustum scilicet reputans, vt te superstite laicus à nobis hoc opus efficere rogaretur: cui & modus & color operis non sine præsumptione quadam possit iniungi, ne forsitan seculari tantum litteraturâ politus, tali vitam sermone conscriberet, in quo multorum plurimùm laboraret inscrita; & res mirabiles, quæ diu quadam silenti nocte latuerant, quantum ad nos attinet, ignaris liberalium litterarum obscurâ dissertitudine non lucerent. Sed non vtrâ lucernæ illius igniculum, te velut Sole splendente, perquiram, tantum ne mihi peritiæ tuæ radios nube quadam excusationis obducas, imperitiam videlicet accusando. Noli, obsecro, tam duris me verbare sermonibus, dum dicas: Quid tibi aquas expectare de silice? Iam vitæ non exspecto de silice plateæ secularis, sed à te, qui spiritualibus spiritualia comparans, nos de firmissimâ petrâ illo quo profluis orationis melle recreabis; de quo iam nectareum suauissimæ promissionis gustum dirigens præcipis, vt Commemoratorium vel indicia vitæ sœpè dicti Seuerini transmitterem, quæ donec in tua constructionis libellum transire mereantur, nequaquam animum recensentis offendant. Quisquis enim ad construendam domum architectum requirit, necessariam sollicitè materialē præparat: quid si moles ad instar parietum impolitis componatur, artifice tardante, lapidibus, numquā ædificasse dicēdus est, vbi nulla magistri structura prorsus intrauerit, nulla rite subiiciuntur fundamenti munima: sic ego quoq; pretiosam materiam ingenio vestro, vilissimâ compositione vix præparans non putari debo conscripsi quod cupio, vbi nulla disciplina liberalis constructio, nullus Grammatici culminis decor existit. Habet planè certum fundamentum (olius fidei, quo sanctum virum mirandis constat clarius) virtutibus, quod per manus linguae tuæ nunc offero collocandum, de cui operis fastigio laudes Christo debitas redditurus.

Miracula *S. Seuerini in Luculano.*

3 Illa quoque precor virtutum beneficia sanitumque remedia, quæ vel in itinere, vel h̄c apud eiusdem beatissimi Patris memoriam diuinā sunt peracta virtute, digneris adnectere; quæ quoniam fidelis portitor filius vester Deogratias optimè nouit, verbo commendamus intimanda, sperantes nos baiuli nomen etiam de tui operis perfectione iugiter esse dicturos; vt Dei fidelissimus famulus tantis virtutibus opulentus, sicut ad Sanctorum gloriam suis per Christi gratiam meritis euehitur, sic ad humanam memoriam cuius litteris consecretur. Sanè patria, de quā fuit oriundus, fortasse necessariò à nobis requiritur, vt inde, sicut moris est, texendæ vitæ sumatur exordium. De quā licet me fatear nullum euidentes habere documentum, tamen quid hinc habendum, & à te cognouerim, non tacebo.

Patriam suam diffundit.

4 Cū multi igitur Sacerdotes & spirituales vi-
tri, nec non & laici nobiles atque religiosi, vel indigenæ, vel de longinquis ad eum regionibus confluentes sæ-
pius hæsitarent inter se quærentes, cuius nationis esset vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus, nec illus
penitus ab eo auderet inquirere; tandem *a* Pirmenius
quidam Presbyter Italiæ, nobilis & totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat tempore quo Patricius
e Orestes iniquè peremptus est, interfecitores eius me-
tuens, eò quod interfecit velut pater fuisse diceretur; post multos itaque familiaritatis adeptæ dies, erupit
quasi pro omnibus, & ita sciscitatus est dicens: Domine
sancte, de quā prouincia Deus his regionibus tale lu-
men donare dignatus est? Cui vir Dei facerat primùm
hilaritate respondit: Si fugitiuum putas, para tibi pre-
mium, quod pro me possis, cū fuero requisitus, offer-
te. His talia fseriò subiiciens mox: Quod prodest, in-
quit, seruo Dei significatio loci, vel generis sui, cū
possit id tacendo sanctius vitare iactantiam, utpote si-
nistram, quā nesciente cupio opus bonum Christo do-
nante perficere, quò merear dexteræ socius fieri &
superne patriæ ciuis ascribi? Quam si me indignum vera-
citer desiderare cognoscis, quid te necesse est terrenam
cognoscere, quam requiris? Verumtamen scito, quia
Deus, qui te Sacerdotem fieri præstisit, ipse me quoque
periclitantibus his hominibus interesse præcepit. Et tali
memoratus Presbyter responsione conticuit, nec quis-
quam antè vel posteà beatum virum super hac parte
percontari prælumpfit. Loquela tamen ipsius *g* testa-
batur hominem omnino Latinum: quem constat ad
quandam Orientis solitudinē feroore perfectioris vi-
tae fuisse profectū; atque inde post ad *b* Norici Ripen-
sis oppida, Pannoniæ superiori vicina, quæ barbarorum
crebris premebantur incursibus, diuinā compul-
sum reuelatione venisse; sicut ipse *i* causâ secretiore,
tamquam de alio loqueretur, ferre solitus erat, non
nullas Orientis vrbes nominans, & itineris immensi pe-
ricalula se mirabiliter transisse significans. Hæc igitur
sola, quæ retuli, quotiens de B. Seuerini patriæ sermo
ortus est, etiam ipso superstite, semper audiui. Indicia
verò mirabilis vitæ eius huic epistolæ coniuncta præ-
latis capitulis cōmemoratorio recentita, fient, vt roga-
ui, libri vestri magisterio clariora. Superest vt eius ora-
tionibus tuas sociare non desinas, & indulgentiam mihi
poscere non desistas.

a Aliis Opportunus vocatur, Consul fuit folius an. Christ. DIX.
qui erat Anaftasi Imperatoris xviii.

b Belfort. Bassi. De monte verd Titane, sive Tietano, ubi nunc vi-
cus S. Marinii nuncupatus, agemus IIII. Septemb ad vitam S. Marinii.

c Celebris ad mare Adriaticum urbi, cui à cognomini fluvio
nomen.

d Belf. Pygmenius. Brauner. Primenius.

e Hic Dux militum à Julio Nepote Imperatore creatus, aduersus
eum rebellauit, filiumq; suum Momillum, qui *g* Augustulus, pri-
die katend. Nonenb. 475. Imperatorem constituit. Odoacer ab Ore-
fis emulje aduocatus in Italiam, eum fratremq; eius Paulum occi-
dit. Augustulum relegavit in Campaniam, an. 476. Basiliaco II. *g*
Armato Coss.

f Baronius Senior legit.

g Editio Hen. Canisij hic interiicit Africanum, quæ vox aberat
Tom. I.

*à ms. Belfortij & Baronij, nec videtur necessaria. Braunerus Roma- Ave. t.
num sufficiatur: fuit Baronius. Africā oriundum scribit Aventi- Evgip-
pianus, ut diximus.*

h Noricum Ripense est, quidquid ab Oeno, Ratiarum &
Vindelicæ termino, ad Pannones usque in Danubij ripâ iacet.
Velsfer. ad c. I.

i Baron. clauso sermone.

EPISTOLA PASCHASII DIACONI

ad Eugippium Presbyterum.

D OMINO sancto semperque carissimo Eu-
gippio Presbytero Palchafius Diaconus. Fra-
ter in CHRISTO carissime, dum nos pe-
nitiae tuae facundiâ & otij felicitate perpendens, ama-
ritudines occupationesque multiplices peccatorum re-
traetare contenitis, pudoris iacturam dilectionis cō-
templatione sustine. Dixeristi Commemoratorium,
cui nihil possit adiicere facundia peritorum; & opus
quod Ecclesiæ viiuersitas possit recensere, breui refe-
rasti compendio, dum B. Seuerini finitimas Panno-
niorum prouincias incolentis, vitam moreisque verius
explicasti, & quæ per illum diuina virtus est operata
miracula, diuturnis mansura temporibus tradidisti
memoriae posterorum. Nesciunt facta piorum præ-
terire cum sæculo: vt omnes præsentem habeant,
& secum quodammodo sentiant commorari, quibus
eum relatio peruerxit lectionis. Et idè quia tu hæc,
quæ à me narranda poscebas, elocutus es simplicius,
explicasti facilius; nihil adiiciendum labori vestro stu-
dio nostro credidimus *b*. Siquidem aliter audita nar-
ramus, aliter experta deponimus. Facilius virtutes
magistrorum à discipulis exponuntur, quæ suggerun-
tur crebrius conuerstatione docentium.

a Paschasius
vitam S.
Seuerini
ab Engip-
prio scripta
laudat.

6 Diuinis charismatibus inspiratus, scis honorum
mentibus excolendis quantum gesta Sanctorum utili-
tatis impertiant, quantum ferooris attribuant, quan-
tum puritatis infundant, de quā re Apostolicæ vocis
auctoritas latius innotescens, Forma, inquit, estote *i. Petr. 3.3.*
gregi: & B. Paulus Timotheo præcepit: Forma esto *i. Tim. 4.12.*
fidelibus. Vnde idem Apostolus iustorum catalogum *Hebr. 11.*
summâ breuitate contexens, ab Abel incipiens insi-
gnium virorum pergit narrare virtutes. Sic & ille si-
delissimus Mathathias, morti gloriissimæ iam pro-
pinquans, filiis suis hereditario iure Sanctorum ex-
empla distribuit, quorum certaminibus admirandis
e celerius excitati, animas suas pro legibus sempiter-
nis sanctitatis feroore contemnerent. Nec paterna li-
beros fecellit instrucción: tantum enim profuerunt me-
moratis facta maiorum, vt apertissimâ fide armaren-
tur, Principes deterrent, castra sacrilega supera-
rent, cultus arasque dæmoniacas longè lateque dirue-
rent, ciuicamque coronam, ferris decoratam peren-
nibus, splendentí patriæ prouiderent. Vnde & nos or-
namentis sponsæ Christi quiddam fraterno ministe-
rio prouidere gaudeamus, non quod vllis, vt credo,
temporibus defuerit clarior vita maiorum, sed quod
domum magni Regis plurimorum vexilla trophy-
rum habete conueniat. Non enim vera virtus exclu-
dit numerositate virtutum, sed optatis successibus
eatenus ampliatur.

a Hanc epistolam contulerat olim Rosurveydus noster cum ms.
Baltheris Moreti, cum quo ferè consenserat Belfortij codex.

b Hinc liquet falli Viguleum, qui Metropolis tom I. in Ratispo-
nen. Epifcopor. catal. Paschatum vitæ S. Seuerini auctorem facit.

c MSS. Belf. & Mor. celebius.

Auct.
Evag.
prio.

VITA
S. SEVERINI
CAPVT I.

S. Seuerinus in Norico varia predicit: laborantibus subuenit.

a TEMPORE quo Attila Rex Hunnorum de-
functus est, utraque Pannonia, ceteraque con-
finia Danubij rebus turbabantur ambiguis: ac pri-
mum inter filios eius de obtinendo regno magna
sunt exorta certamina, qui morbo iniquae domina-
tionis inflati, materiam sui sceleris accepere patris
interitum. Tunc itaque sanctissimus Dei famulus Se-
uerinus de partibus Orientis adueniens, in vicinis
Norici Ripensis & Pannoniorum partibus, quod
s. Seuerini venit in Austria.
Pradicat aduentum hostium.
Alio migrat: letat istib[us] prædicit.
Miraculo fugi barbari.
e Asturis dicitur, oppido morabatur, viuens iuxta
Euangelicam Apostolicamq[ue] doctrinam, omni pie-
tate & castitate praeditus, in confessione Catholicae
fidei venerabile propositum sanctis operibus adim-
plicebat. Dum ergo talibus exercitiis roboratus pal-
manni superne vocationis innocue s[ic] queretur, quadam
die ad Ecclesiam processit ex more: tunc Presbyte-
ro, clero, & ciuib[us] requisitis, cœpit totâ mentis
humilitate prædicere, vt hostium infidias imminentes
orationibus ac ieuniis, & misericordia fructibus
inh[ab]erent. Sed animi contumaces ac desideriis car-
nali bus inclinati, prædicentis oracula infidelitatis
fusæ discrimine probauerunt. Famulus autem Dei re-
uersus ad hospitium quo ab ecclesia fuerat custode
susceptus, diem & horam imminentis excidijs pro-
d[ic]ens; De contumaci, ait, oppido & citius perituro
festinus abscedo. Inde ad proximum quod a Com-
magenis appellabatur oppidum declinavit. Hoc bar-
barorum int[er] insecus consistentium, qui cum Roma-
nis foedus inierant, custodiâ seruabatur arctissimâ,
nullique ingrediendi aut egrediendi facilis licentia
præstabatur. A quibus tamen Dei famulus, cùm esset
ignotus, nec interrogatus est, nec repulsus. Itaque
mox ingressus ecclesiam, cunctos de salute propriâ
desperantes, iejunio & orationibus atque eleemosynis
hortatur armari, proponens antiquæ salutis ex-
empla, quibus diuinâ protectio populum suum contra
opinionem omnium mirabiliter liberasset. Cum
que salutem omnium in ipso discriminis articulo
promittenti credere dubitarent, senex qui dudum in
Astur santi hospitis susceptor extiterat, venit, at-
que à portarum custodibus sollicitâ interrogatione
discussus, interitum sui oppidi habitu verboque mon-
strauit, adiiciens eadem die quâ quidam homo Dei
prædixerat, barbarorum valtatione fuisse deletum.
Quo audito solliciti respôderunt: Putasne ipse est, qui
desperatis rebus, Dei nobis subsidia pollicetur? Mox
igitur in ecclesia recognito Dei famulo, senex eius
pedibus prostratus aiebat, ipsius se meritis liberatum,
ne cùm cæteris oppidanis subiret excidium.

8 His auditis habitatores oppidi memorati in-
credulitati veniam postulantes, monitis viri Dei san-
ctis operibus paruerunt, ieuniisque dediti in ecclesia
per triduum congregati, errata præterita castigabât
gemitibus & lamentis. Dic autem tertio cùm lacri-
ficij vespertini solemnitas impleretur, facto subito
terre motu, ita sunt barbari intrinsecus habitantes
exterriti, vt portas sibi Romanos cogerent aperire
velociter. Exeentes igitur cuncti diffugerunt,
æstimantes se quâ vicinorum hostium oblidione
vallatos, aut que terrore diuinitus, & noctis erro-
re confusi, mutuus se gladiis conciderant. Tali ergo
aduersariis internecione consumptis, diuino plebs
seruata præsidio, per sanctum virum armis didicit
pugnare coelestibus.

9 Eodem tempore ciuitatem nomine f Fauianis f
sæua famæ oppreserat: huius habitatores vnicum si-
bi remedium affore crediderunt, si ex supradicto op-
pido Comagenis hominem Dei religiosis precibus
inuitarent. Quos ille ad se ventum ire prænoscens,
cùm hæsitaret utrum pergeret, cum eis necne, à Do-
mino, vt cum eis pergeret commonetur. Quod cùm ve-
nisset, cœpit ciuib[us] suadere dicens: Poteris pœ-
nitentia fructibus à tantâ famis pernicie liberari.
Qui cùm talibus proficerent institutis, beatissimus
Seuerinus diuinâ revelatione cognovit, quandam vi-
duam nomine Proculam fruges plurimas occultasse,
quam productam in medium arguit vehementer.
Cur, inquit, nobilissimis orta natalibus, cupiditatis
te præbes ancillam, & extas avaritiae mancipium, Ephes. 5.5.
quæ est, docente Apostolo, seruitus idolorum? Ecce
Dominus famulis suis misericorditer consulente, tu ta fama
quid de malè partis facias non habebis, nisi forte tempore
frumenta diu denegata in Danubij fluenta proiciens,
humanitatē p[ro]scibus exhibeas, quam hominibus
denegasti. Quamobrem subueni tibi potius quâ pauperibus,
ex his quæ adhuc te æstimas Christo
esuriente seruare. Quibus auditis magno mulier pa-
uore perterrita, cœpit seruata libenter erogare pau-
peribus. Igitur non multò p[ro]st rates plurimæ de par-
tibus Rhætiarum, mercibus onustæ quâ plurimæ,
insperatè videntur in littore Danubij, quæ multis
diebus crassæ g[ran]u[m] Eni flaminis glacie fuerant b[ea]t[er] congela-
tæ: quæ Dei imperio mox solute, ciborum copias
fame laborantibus deliverat. Tunc cœperunt omnes
Deum insperati remedij largitorem continuatâ de-
votione laudare, qui malo diuina famis interire
crediderant, fatentes rates extra legitimum tempus
à glacie resolutas frigore serui Dei precibus ad-
uenisse.

*Reconden-
te frumen-
ta fama
arguit.*

*In p[ro]beratō
ad eft an-
nona.*

a Anno 454.

b Quorum, ut Iornandes de rebus Geticis cap. 50. scribit, per
licentiam libidinis p[ro]n[e] populus fuit. Major natu Ellac diceba-
tur, Chabas alius: hic cum Aladarico fratre prelio memorabili con-
greffus, quo Hunnorū omnino fracta vires. Velfer. lib. 2. ver. Boic.
c Sur. Baron. Har. Casturus. Lazius Casturus, & Casturus, id
est, ut ait, Castris Augustis, audaci coniecturâ, ut Velferus conjet.
Petr. de Nat. & Ferrar. Astartis. In notitiâ Imperij sub Duce Panno-
nia 1. & Norici Ripensis extas Austuris: Ortelius Astura vocat. A-
sentinus lib. 2. Annal. Alturum oppidum in confinio Norici Ri-
pensis & Pannonia perii, his scilicet Seuerini temporibus. Cuspi-
nianus in Austria de script. in vitâ S. Columanni vult Stokeravv,
esse Guidus Pancirolius Comment. in Notit. Imp. c. 83. Mystra oppidum
facit Stephano Asutas dictum, ut ait. Eam vocem in Stephano non
reperimus, sed Arvpa, & Arvpa ciuitatem Mystra Asiatica versus
Troandem.

d Petrus de Nat. Commagonis. Velfer. Comagenis, puts ca-
stris. Comagenas habet Antoninus in Itinerario. Cuspinianus
Kaumberg dicit ait, Lazius Holenburg. Hoc oppidum Ferrarius
tunc hostili obſidione cinctum fuisse scribit perperam, ut hinc pates.

e ms. Belf. concit. Braunerus putat hos barbaros reliquias fuis-
se exercitus Attila, alij Boios.

f Cuspin. Flauabis Gothicō vocabulo dictam scribit, ut Bata-
bis quæ nunc Bataua. Velferus Castra Fabiana, à cohorte fortassis
Fabia aut Fabianâ. A Fabianis, truncatis extremis vorimque syllabi-
bus, & A in E mutata deflexum VVien, quæ alias Vindobona,
Austria nunc metropolis. Georgius Brunus in theatro urbium id non
probat, sed nil certius profert.

g Quidam Eni melius Oeni. Rætos à Noricis distinguit,
& ad Bataua miscetur Danubio. Velf. ms. Belf. Rheni, mendosè.

h Al. colligate.

CAPVT II.

Victoriā, aliāq[ue] prædicit, aut impetrat.

10 PER idē tēpus inopinatâ surreptione prædones
barbari quæcumque extra muros hominū pecu-
diique repererant duxere captiuā. Sicq[ue]; plures de ci-
uib[us] ad virum Dei cum lacrymis confluentes illatę
calamitatis extium retulerunt, simul ostendentes in-
dicia recentium rapinarum. Ille verò Mamertinum
per-

b percunctatus est, tunc *a* Tribunum, *b* qui post ordinatus est Episcopus, *vtrum* aliquos secum haberet armatos, cum quibus latrunculos quereretur instantius. Qui respondit: Milites quidem habeo paucissimos, & ideo non audeo cum tantâ hostium multitudine confilgere. Quod si tua veneratio præcipit, quâuis auxilium nobis desit armorum, credimus tuâ nos fieri oratione vîtores. Et Dei famulus ait: Etiam si inermes sunt tui milites, nunc ex hostibus armabuntur: nec enim numerus aut fortitudo humana requiritur, vbi propugnator Deus per omnia comprobatur: tantum in nomine Dei perge velociter, perge fidenter; nam Domino misericorditer præeunte, debilis quisque fortissimus apparebit: Dominus pro vobis pugnabit, & vos tacebitis. Vade ergo festinus, hoc vnum ante omnia seruatur, vt ad me quos ex barbaris ceperis perducas incolumes. Exeentes igitur in secundo millario super riuum qui vocatur *c* Dicuntia prædictos latrones inueniunt, quibus in fugam repente conuersis, arma omnium sustulerunt: ceteros verò vincitos ad Dei famulum, vt præceperat, adduxerunt captiuos. Quos absolutos vinculis, cibo potuque refectos, paucis alloquitur: Ite, & vestris denuntiate complicibus, ne auditate prædanii ultrâ huc andant propinquare; nam statim celestis vindictæ iudicio punientur, Deo pro suis famulis dimicante, quos ita confuevit diuinâ virtute protegere, vt tela hostium non eis inferant vulnera, sed arma potius subministrerent. Dimissis itaque barbaris, ipse de Christi miraculis gratulatur, de cuius miserationibus promittit, numquâ illud oppidum hostium prædas vterius experturum, si ciues tantum ab opere Dei nec prospera nec aduersa retraherent.

d Deinde B. Seuerinus in locum remoto rem secedens qui *d* ad Vineas vocabatur, cellulâ paruâ contentus, ad prædictum oppidum remeare diuinâ reuelatione compellitur, ita vt quâuis eum quies cellulâ delestant, Dei tamen iussis obtemperans, monasterium haud procul à ciuitate construeret, vbi plurimos sancto coepit informare proposito, factis magis quâm verbis animas instruens auditorum. Ipse verò ad secretum habitaculum, quod *e* Purgum oppidum appellatur ab accolis, quinque à Fauianis distans miliariis, sèpiùs secedebat, vt hominum declinatâ frequentiâ, quæ ad eum venire consueverat, oratione continuâ Deo protinus inhæreret. Sed quantò solitudinem incolere cupiebat, tantò crebriùs reuelationibus monebatur, ne præsentiam suam populis deneraret afflictis. Proficiebat itaque per singulos dies eius meritum, crescebat quæ fama virtutum, quæ longè latèque discurrens, celestis gratiae in eo signa pendebat. Nesciunt enim latere quæ bona sunt, cum iuxta sententiam Saluatoris, nec lucerna sub modo contegi, nec in monte posita ciuitas possit abscondi. Inter cetera enim magnalia quæ illi Saluator indulserat, præcipuum abstinentiæ munus accipiens, carnem suam plurimi subiugabat inediis, docens corporis, quod cibis abundantioribus enutritur, animæ interitum protinus allaturum. Calceamento nullo penitus indutus, ita mediâ hyeme, quæ in illis regionibus fœniore gelu torpescit, nudis pedibus semper ambulare contentus, singulare patientiæ dabant indicium. Ad cuius immanitatem frigoris comprobandum, testem constat esse Danubium, ita sèpè glaciali nimietate concretum, vt etiam plaustris solidum transiit subministreret. Qui tamen talibus per Dei gratiam virtutibus sublimatus, intimam humilitatem fatebatur dicens: Ne putetis mei meriti esse quod cernitis, vestra est: potius salutis exemplum. Cesset iam humana temeritas, elationis supercilium comprimatur, vt aliquid boni possimus, eligimur, dicente Apostolo: Qui elegit nos ante constitutionem mundi, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius.

Victoriā pollicetur.

Captiuos ciborefendos dimisit.

Amat solitudinem.

Extruit monasterium.

Nudis pedibus, etiā byome, indedit.

Eius humilitas.

Orate imò pro me, vt non ad condemnationis cumu*A vcr.* lum, sed ad iustificationis augmentum *Evgip.* Saluatoris *rio.* mihi dona proficiant. Hæc & his similia sòlebat proferre cum fletibus, miro erudiens homines humilitatis exemplo, cuius virtutis fundamento munitus, tantâ diuini munieris claritate fulgebat, vt ip̄si quoque hostes hæretici, reverentissimis eum officiis honorearent.

f R̄ugorum siquidēm Rex, nomine *g* Flacciteus, in ipsis regni sui cœpit nutare primordiis habens *h* Gothos ex inferiore Pannoniâ vehementer infensos, quorum innumerâ multitudine terrebatur. Is ergo beatissimum Seuerinum in suis periculis tamquam cœlestis consulebat oraculum. Ad quem, dum vehementissime turbaretur, adueniens, deflebat se à Gothorum Principibus ad Italiam transitum postulasse, à quibus se non dubitabat, quia hoc ei dene-gatum fuerat, occidendum. Tunc ergo à viro Dei hoc responsum prædictus accepit: Si nos vna Catholica fides annegeteret, magis me de vita perpetuate Regem *Rugiorum* *ja-* debuisti consulere; sed quia de præsenti tantum sa-lute sollicitus, quæ nobis est communis, interrogas, *inquiris.* instruendus auctorita. Gothorum nec copiâ, nec adueritate turbaberis, quia citò securus, eis disceden-tibus, tu desideratâ prosperitate regnabis: tantum ne humilitatis meæ monita prætermittas. Non te ita que pigeat pacem appetere etiam minimorum, & numquâ propriis virtutibus innitaris. Maledictus, inquit scriptura, qui confidit in homine, & ponit car-nem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. *Ierem. 17.* Disce igitur insidias cauere, non ponere; in lectulo quippe tuo pacifico fine transibis. Qui cùm tali ad-monitus oraculo latus abscederet, perlato sibi quod turba latrocinantium & barbari aliquos capti*ta*ssent ex R̄ugis, ad virum Dei misit protinus consulendū. Qui sanctis eum mandatis, ne prædones sequeretur, Domino sibi reuelante, præmonuit, dicens: *Detectit ad* Secutus fueris, occidēris; caue ne amnem *parvus* transreas, *infidias.* & insidiis, quæ tibi tribus locis paratae sunt, impro-uidâ mente succumbas: nam citò nuntius fidelis adueniet, qui te de his omnibus efficiet certiorem. Tunc captiuorum duo ab ipsis hostium sedibus fugientes, ea per ordinem retulerunt, quæ à beatissimo viro, Christo sibi reuelante, erant prædicta. Igitur frustratis insidiis aduersantur, Flacciteus incrementis au-tus prosperioribus, vitam rebus tranquillissimis termi-nauit.

i Posthæc autem quidam R̄ugus genere, per *Curat in-* annos duodecim incredibili ossium dolore contritus, *firmū qui* omni caruerat incolumente membrorum, cuius cru-ciatus intolerabilis, circumquaque vicinis factus erat ipsâ diuturnitate notissimus. Itaque nihil profi-ciente diuersitate remedij, tandem vidua mater ad sanctum virum vehiculo filium deduxit impositum, & ante ianuam monasterij proiiciens desperatum, continuatis fletibus reddi sibi unicum filium preca-batur incolumem. Sed vir Dei sentiens à se magna depositi, fletu commotus aiebat: Quid opprimor opinione fallaci? Cur æstimor posse quod nequeo? Non est virtutis meæ præstare tam grandia: consilium ta-men do, tamquam misericordiam consecutus à Do-mino. Tunc mandat mulieri, vt pauperibus aliquid pro suis viribus largiretur. Illa nihil morata, vestem quâ induta erat se velociter exuens, egenis diuidere properabat. Quo audito vir Dei, fero rem eius admirans, iterum mandat vt suis operaretur amicibus, dicens: Cùm tuus filius tecum Domino sanante per-rexerit, opere vota supplebis. Igitur indicto pauco-rum dicrum de more ieunio, fuis ad Deum preci-bus, illicò sanavit infirmum, atque incolumem suis gressibus ambulante remisit ad propria. Qui cùm poste nundinis frequentibus interesset, stupendum miraculum cunctis videntibus exhibebat: nonnulli

Aver. enim dicebant, Ecce ille qui fuerat corporis putredine fractus: aliis autem, quod ipse esset, omnino negantibus, grata contentio nascebatur. Ex illo enim tempore quo est redditia sanitas desperato, vniuersa Rugorum gens ad Dei famulum frequentanscepit gratulatio- nis obsequium reddere, & opem suis postulante lan- guoribus. De aliis etiam gentibus ad quas tanti mira- culi fama peruerenerat, multi Christi militem videte cu- piebant.

i **Odoaceri regnum Italie prae- dicit.** 14 Quâ deuotione etiam ante hoc factum quidam barbaricûm ad Italianam pergerent, promerendâ bene- dictio- nis ad eum intuitu diuerterunt: inter quos & i Odouachar, qui poste regnauit Italia, vilissimo tunc habitu, iuuenis statutâ procerus aduenerat. Qui dum se, ne humile teatum cellulæ suo vertice contingeret, inclinasset, à viro Dei gloriosum se fore cognouit. Cui etiam valedicenti, Vade, inquit, ad Italianam, vade, vilif- simis nunc pellibus coopertus, sed multis citò plurima largiturus.

a Præsidem facit Auentinus: improbat merito Velserus.

b Aberant hac à codice Surii, Velserus glofema suspicatur, quod eodem fide tempore Mamertus Vienna Gallia Episcopus vixerit, de quo xi. Maij agemus. Mamertinum Vienna Austria primum Episcopum eruit Lazius, veterisq; chronicis fide confirmat; parvum soli- dè, Velsero iudice.

c Sur. Taguntia. Belf. Gyguntia. Rader. Iaguntia, seu Di- cuntia. Staib. Tiguntius.

d Belf. Ad Iuncas. Cella rudera in pago Siferingâ extare testa- tur Lazius, & pago nomen esse à S. Seuerino. Cuspinianus isthie villam, ubi cella Seuerini vestigia, ob eius memoriam emissi se te- statur. Distat magno miliari à Viennâ. At monasterium maius fui- se ait Lazius in loco qui Helygista dicitur, id est, locus sanctus, à Sanctorum isthie habitatione. Inde saxa abstulit S. Leopoldus ad Neoburgi claustralium edificationem, ut xv. Nouemb. in eius via dicens. Ferrarius hoc monasterium S. Seuerino à Rugorum Rege construendum scribit.

e Burckendorf interpretatur Cuspinianus: sed quid Flacci- theus Rugorum Regem isthie ait habuisse, non probat. Staibanus & Engenius hic in solitudinē abiisse, an dū scribunt Burgum dictū.

f Sur. Rugorum, quod magis arrides Velsero. Ij regionem coluisse videtur, qua Viaduo ac Viperâ fluminibus continetur in Pomerania Ducatu: unde profecta quadam eorum copia prop. Danubium con- federant. Paulus Diacon. lib. i. de gesta Longobard. ditionem quam Feletheus Rugorum Rex incolebat, quam, inquit, à Norici finibus Danubius separat, vocat Rugiland, qua Latino eloquio Rugo- rum patria dicitur. Raderus putat à Gotis infestatum, ab Oceano profugum, aas oras insedisse: cùm contrâ in iis ipsiis oris, bello ex- cepatis, à Gotis vicinis premereetur. Staibanus ait eum vistoriam de Gotis resulisse, à Seuerino predidam.

g Alius Flaccitheus, Flaciteus, Flacitheus, Irenico Flactiterus.

h Ij post Attila mortem à Romanis sedes in Pannoniâ accepere. Iornandas de reb. Getic. cap. 50.

i Belf. Odouacar. Iornand. Odouacer. alibi Odobagar, & Otachas; Auentino Odagrius, & Odacer, vulgo Odoacer, qui an. 476. Rex Italia factus.

C A P V T III.

Contemptus vindicatur: reliquias conquirit: honores refugit.

15 a E L E C T E V S quoque Rex, qui & Faua, me- morati filius Flacitei, paternam secutus indu- striam, sanctum virum coepit pro regni sui frequenta- re primordiis. Hunc coniux feralis & noxia, nomine Gila, semper à clementiae remedii retrahebat. Hæc ergo inter cetera iniuriantis suæ contagia, etiam re- baptizare quosdam est conata Catholicos, sed ob Sâ- cti reuerentiam Seuerini, non consentiente viro, à sa- crilegâ quantocvys intentione defecit. Romanos tamen duris conditionibus aggrauabat, quosdam etiam Danubio iubebat abduci. Nam cùm quadam die in proximo à Fauianis vico veniens, aliquos ad se trans- ferri Danubio præcepisset, vilissimi scilicet ministerij seruitute damnandos, dirigens ad eam vir Dei, vt eos dimitteret postulabat. Verum illa facibus feminei fu- toris exæstuans, mandata reportari iufsit asperrima, Ora, inquit, tibi serue Dei in tuâ cellulâ delitescens, li- ceat nobis de seruis nostris ordinare quod volumus. Hæc igitur audiens homo Dei, Confido, inquit, in Do-

Regina crudelis S. Seueri- num con- temnit.

mino Iesu Christo, quia necessitate compelletur expli- re, quod prauâ voluntate despexit. Velo itaque secura correptio, animum prostravit arrogantis: quosdam enim aurifices & barbaros, pro fabricandis regalibus ornamentis clauserat arcta custodiâ. Ad hos filius me- morati Regis admodum patruulus, nomine Fridericus, eodem die quo Regina seruum Dei cõtempserat, pue- rili motu concitus introiuit. Tunc aurifices infantis pe- ãtori gladium imposuere dicentes, quod si quis ad eos

absque iuramento & præfixo ingredi conaretur, patru- lum regium primitus transfigerent, & semetipso post- *In filij pe- riculo, eius opem im- plorat, ex-*

Regina crudelis & impia, vestibus dolore consciisis, perit;

*talia clamabat: O serue Dei Seuerine, sic à Deo tuo *gratias* illatae vindicantur iniuria; Hanc mei contemptus vi- agit.*

tionem effusis precibus postulasti, vt in mea viscera vindicares? Itaque multiplici contritione ac misera- bili lamentatione discurrens, fatebatur se pro scelere contemptus, quod in seruum Dei commiserat, plagæ præsentis vltione percilli, confessim que directis equi- tibus veniam petitura, & Romanos quose à die tule- rat, pro quibus rogantem contempserat transmisit; & aurifices protinus accipientes sacramentum, ac dimit- tentes infantulum, pariter & ipsi dimissi sunt. His au- ditis reuerentissimus Christi seruus gratias Creatori referebat immensas, qui ob hoc interdum differt vota potentium, vt fide, spe & caritate crescente, dum mino- ra petuntur, maiora concedat. Id namque egit virtus omnipotentis ac Saluatoris, vt dum liberos sua mu- lier subiecit seruituti, seruentes cogereretur reddere li- bertati. Quibus mirabiliter impetratis, Regina statim ad seruum Dei properans cum marito, monstrat filium quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum, promittens se eius nequaquam vltra ius- tionibus obuiare.

16 Magna quoque Dei famulo, prophetæ gratiâ *s. Seueri-* prædicto, in redimendis erat captiuis industria. Studio- *nus capti-* sius enim insistebat barbarorum ditione vexatos ge- *nus redi-* nuinæ restituere libertati. Interè a cuidam cum coniuge *mit:* liberisque redepto, præcepit transuadere Danubium, *d* vt hominem ignotum in dñundinis quæreret barba- *rorum, quem in tantum diuinâ reuelatione didicerat, prophetæ* vt etiam signa statuaræ, capillorumque colorem, vultus *clarerit.* eius ac vestis habitus indicaret, & ih quâ parte nundi- natum reperturus eum foret ostenderet, addens, vt quidquid tepera ei diceret persona, reuersus sibi ma- turius intimaret. Profectus itaque cuncta, sicut vit Dei prædixerat, miratus inuenit. Is ergo ab eodem homine, quem reperiisse se mirabatur, interrogatus audiuit di- cente: Putâne possum inuenire hominem qui me ad vitum Dei, cuius vbiique fama diffunditur, quâ volue- rit mercede perducat? Dñi est enim quod iplos sanctos Martyres, quorum reliquias fero, suppliciter interpel- lo, vt tali ministerio tandem aliquando soluat indignus, quod huc vsque non temerari præsumptione, sed re- ligiosâ necessitate sustinui. Tunc nuntius hominis Dei, eius illum aspectibus præsentauit, qui debito & San- *e* *ctorum Geruasij & Protasij Martyrum reliquias ho- ss. reli-* *nore suscipiens, in basilicâ, quam in monasterio con- quias collig- struxerat, collocauit officio Sacerdotum. Quo in loco *git.**

Martyrum congregauit sanctuaria plurimorum, quæ tamen præente semper reuelatione promeruit, sciens aduersarium sèpè subrepere sub nomine sanctitatis.

17 Episcopatus quoque honorem vt suscipere po- *Recusat* stulatus, fpræfinitâ responsione conclusit, sufficere sibi *Episcopat-* dicens quod solitudine desideratâ priuatus, ad illam *um.* diuinitus venisset prouinciam, vt turbis tribulantium *f* frequentibus intercesset. Darurus nihilominus mona- chis formam, sollicitior admonebat beatorum Patrum vestigiis inhærente, quibus sanctæ conuersationis adqui- retur instrucción, adhibendamque operam ne is qui *Monache* parentes reliquit & seculum, pompæ secularis ille- *instruere* bras.

bras retrosum respiciendo cuperet quas vitauerat, & ob hoc vxoris Loth exemplum terribile proponebat. Memorabat etiam timore Dei mortificanda esse incentiu libidinum, nec aliter superanda corporalis delectationis afferuit incendia, nisi fuissent per Dei gratiam lacrymarum fonte restincta.

a Alibi Feletheus dicitur, à Paulo Diacon lib. i.c. 19. Feletheus, & Feua, (Velser & Laziū l.12. Reip. Rom. Fethia legū) alias Febanus, Filitheus, Fauias, Fauianus, Feiteus; Belf. Seua. Brauner etiam Faba. Rad. Feletheus. Pet. de Nat. Feuba. Staib. Feletrus & Seletus; & hic uxorem eius Lisam vocat.

b Auentinus solitè temeritate, aurifices & Phrygiones Romanos vocat; pro his intercessisse Seuerinum ait, morbo tentatum Gis filium, sanatum precibus Seuerini.

c Belf. & Baron. praefidio.

d Monet Velserus hic non publici mercatus locum, sed vicum paganum intelligi; utrumque eadem Germanicā voce Marckt efferrit.

e Coluntur xix. Itin.

f Staiban. & Engenius ab Odoacre ei oblatum Episcopatum scribunt. Quis id tradit?

C A P V T I V.

Captiuos, & afflitos iuuat: sacrilegos emendat.

18 **V**IDEAM verò, nomine Maurus, basilicæ monasterij fuit ædituus, quem B. Seuerinus redemperat de manibus barbarorum. Huic quadam die precepit vir Dei dicens: Cae ne hodie transgrediaris alii cubi; alioquin imminenti periculo non carebis. Hic ergo contra præceptum tanti Patri, secularis cuiusdam hominis persuasus, meridie ad colligenda poma in secundo à Fauianis milliariorum egressus, mox à barbaris Danubio transfactus est cum suo persuasore captiuus. In illâ horâ vir Dei dum in cellulâ legeret, clauso repente codice, Maurum, ait; eitd requirite: quo nusquam reperto, ipse quantocv̄s Istri fluenta prætermeans, latrones properanter inseguitur, quos vulgus & Scamorcas appellabat. Cuius venerandam præsentiam non fententes, supplices quos ceperant reddidere captiuos.

19 **C**um adhuc Norici Ripensis oppida superiora constarent, & penè nullum castellum barbarorum & viataret incursus, tam celeberrima S. Seuerini flagrabat opinio; vt certatim eum ad se castella singula pro suis munitionibus inuitarent, credentes quod eius præsentia nihil eis aduersi eueniret. Quod non sine gratia diuini munieris agebatur, vt omnes eius monitis, quasi cœlestibus terrentur oraculis, exemploque illius bonis operibus erudirentur. In castellum quoque, cui erat

20 **C**ucullis vocabulum, devotionibus accolarum vir sanctus venerat aduocatus, vbi factum grande miraculum nequeo reticeret: quod tamen d. Marciani post presbyteri nostri, cuius eiusdem loci stupenda miracula, relatione cognouimus. Pars igitur plebis in quadam loco nefandis sacrificiis inhærebar. Quo sacrificio comperto vir Dei, multis plebem sermonibus allocutus, ieunium triduanum per Presbyterum loci suavitatem indici, ac per singulas domos cereos afferre præcepit, quos propriâ manu vnuquisque parietibus affixit ecclesiæ. Tunc psalterio ex more decurso, ad horam sacrificij Presbyterum & Diaconum vir Dei adhortatus est, totâ cordis alacritate secum communè Dominum deprecari, quatenus ad sacrificios discernendos lumen suæ cognitionis ostenderet. Itaque cum multis largissimis fletibus, cumque fixis genibus precaretur, pars maxima cereorum, quos fideles attulerant, subito est accensu diuinitus, reliqua v. d. eorum qui prædicti sacrificiis in fidei fuerant, volentesque latere negauerant, inaccensa permanxit. Tunc ergo qui eos posuerant diuino declarati examine, protinus exclamantes secreta pectoris satisfactionibus prodiderunt, & suorum testimonio cereorum manifestâ confessione cuncti propria sacrificia testabantur. O clemens potentia Creatoris! cereos animosque inflammans, accensus ignis in cereis refusit & in sensibus. Visibilis lux liquabat ceras in

flamas, at invisibilis corda fatentium soluebat in lacrymas. Quis credat amplius eos, quos sacrilegus error inuoluerat, postea claruisse bonis operibus, quam eos quorum cerei fuerant accensi diuinatus?

20 Alio rursus tempore in finibus eiusdem castelli, locustæ frugum consumptrices copiosè infederant, noxiis mortibus cuncta vastantes. Tali ergo peste Locustas percussi mox Presbyteri ceterique mansores, S. Seueri precibus num summis precibus adierunt, dicentes: Ut tantæ plaga auferatur atrocitas, orationum tuarum experta suffragia postulamus, quæ magno dudum miraculo in accessis cerei multum apud Dominum valere conspexit. Quos ille religiosius allocutus, Non legitis, ait, quid auctoritas diuina peccanti populo præceperit per Prophetam dicens: Conuertimini ad me in toto corde Ioch. 2.12. vestro, in ieunio & fletu & post pauca: Sanctifica-te, inquit, ieunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, & cetera quæ sequuntur. Hæc explete, vt dignis operibus malitiam præsentis temporis facilè euadatis: nullus à me ad agrum exeat, quasi humanâ sollicitudine locustas vertitur, ne diuina amplius indignatio prouocetur. Nec morsa, ergo omnibus in ecclesiam congregatis, vnuquisque in ordine suo psallebat ex more. Omnis ætas & sexus, quæ etiam voce non poterat, precem Deo fletibus offerebat, eleemosynæ fieri non cessabant, quidquid bonorum operum præsens necessitas exigebat, sicut Dei famulus præceperat implebatur. Omnibus ergo huiuscmodi studiis occupatis, quidam pauperrimus opus Dei cœptum deserens, ad agrum propriæ segetis iniuridæ causâ, quæ per partua inter aliorum sata iacebat, egreditus est, totâque anxius die locustatum nubem impudentem quâ potuit exturbavit industriâ, moxque eccliam communicaturus intrauit, sed segetem eius exiguum, multis vicinorum circumdatam frugibus, locustarum densitas deuorauit. Quibus eâ nocte ab illis finibus & exterritis imperio diuino, probatum est quantum valeat fidelis oratio. Manè quippe sancti operis temeratot atque contemptor, rursus ad agrum suum male securus egrediens, eum locustarum pernicie funditus inuenit abrasum, & omnium circumquaque satiationes integras vehementer admirans, ad castellum lamentosâ vociferatione reuertitur, cumque id quod accidere indicasset, ad huiuscmodi videndum cuncti exiere miraculum, vbi quasi ad lineam regularē contumacis hominis segetem locustarum mortis ostenderant. Tunc omnium vestigiis prouolutus, intercessiōnibus eorum delicti sui veniat fusâ lamentatione poscebat. Ob quam rem monendi occasionem hoīno Dei reperiens, docebat vnuuersos vt omnipotenti Deo discerent obedire, cuius imperiis obtemperant & locustæ. Pauper vero prædictus fideliter allegabat, posse se mandatis obedire de cetero, sivlla spes quâ viueret sibi remansisset. Tunc ergo vir Dei ceteros allocutus, Iustum est, inquit, vt qui proprio supplicio humilitatis vobis & obedientiæ dedit exemplum, liberalitate vestrâ anni præsentis alimenta percipiatur. Collatione itaque fidelium correptus homo pauperrimus & ditatus, didicit quantum dispendij incredulitas inferat, quantumq; beneficij suis cultoribus diuina cōferat largitio.

a Belf. Scameras. Velserus non gentis sed latrocinij nomen effe sribit.

b Sur. intraret. nec omnino damnat Velserus.

c Sur. Cocullis. Pet. de Nat. Cocullo, Laz. Catullus, qui Tulnā hodie dici arbitratur. Staiban. & Engenius hoc Fabianis gestum scribunt.

d Al. Maiorani, & Maiorani. Merito reprobavit Lazium Velserus, quod hinc afferat, Marcianum ex monacho cœnobij S. Seuerini Fabianensem Episcopum proximè post Mamertinum constitutum.

e M. s. Belf. exterminatis.

A v c t.
E v c i p-
r o.

Cuiusdam
punica in-
obedientia.

Ave.
Evcr-
pio.

C A P V T V.

Varia alia edit miracula.

a 21 TEM iuxta oppidum quod a Iuba appellatur, cum quadam die intrantes basilicam, & statis tempore, solemnitatem vespere reddituri, ad accedenda lumenaria ignem minimè reperissent, flammam concus- sis ex more lapidibus elicere nequivuerunt, in tantum alterutram ferri ac petrae collisione tardantes, ut tempus vespertinæ solemnitatis efflueret. At vir Dei genibus Cereus S. Seuerini humi fixis orabat attentiùs. Mox igitur in conspectu miraculosè trium spiritualium, qui aderant tunc, virorum, ceterus acceditur. quem idem Seuerinus sanctus manu tenebat accensus est. Quo lucente, sacrificio vespertini temporis ex more suppleto, gratia Deo referuntur in omnibus. Quod factum, licet vir memoratus hos qui huic interfuite miraculo celare voluerit, sicut & multa magnalia, quæ per illum diuinis sunt effectibus celebrata; claritas tamen tantæ virtutis occultari non potuit, sed ad magnâ ceteros fidem excellenter accedit.

Quandam iam depo- sitam sa- nitati re- stituit. **22** Accidit etiam eiusdem loci quandam mulierem diutino languore vexatam iacere seminecem, exequiis iam paratis; cuius proximi mœsto silentio voces funereas quodam fidei clamore presserunt, & ante ostium cellulae sancti viri corpus iam penè exanime deposuerunt. Videns ergo homo Dei clausum aditum oppositione leculi, ait ad eos: Quidnam est quod facere voluntis? Responderunt: Ut oratione tuâ vitæ reddatur exanimis. Tunc ipse lacrymabundus exclamans ait: Quid à paruo magna depositis? Cognosco me protinus indignum, utinam merear veniam pro meis inuenire peccatis. Et illi, Credimus, inquiunt, quod si oraueris reuiuisce. Tunc S. Seuerinus fusis illicet lacrymis, in oratione prostratus est, & muliere protinus resurgentem, allocutus est eos: Nolite quidquam horum meis operibus applicare, hanc enim gratiam fidei vestræ feruor emeruit; & hoc sit in multis locis & gentibus, ut cognoscatur quod ynis sit Deus, faciens in cœlo & in terrâ prodigiæ, excitans perditos in salutem, & mortuos vitæ restituens. Mulier verò sanitatem perceptam, opus b agrale die tertio iuxta morem prouinciarum propriis coepit manibus exercere.

b 23 Quintanis appellabatur & secundarum municipium Rætiarum super ripam Danubij situm, huic ex aliâ parte parvus fluuius, Businca nomine, propinquabat. Is crebrâ inundatione Danubij superfluentis excrescens, nonnulla castelli spatia, quia in plano fundatum erat, occupabat. Ecclesiæ etiam loci eius mansores extra muros ex lignis habuere construckam, quæ pendulâ extensiōne portæta, defixis in altum stipiti bus sustentabatur & furculis, cui ad vicem soli tabularum erat laevigata coniunctio; quam quoties ripples ex cessisset, aqua superfluens occupabat. Quintanensem itaque fide S. Seuerinus illuc fuerat initatus, ubi cum tempore siccitatis venisset, interrogabat cur tabulata nudatis obstaculorum tegminibus apparerent? Accolæ responderunt: quod frequeti fluminis alluvione quidquid fuisset superstratum continuò labereretur. At ipse: Sternatur, inquit, super tabulata in Christi nomine nunc paumentum, nam videbitis amoddū fluuium cœlesti iussione prohibitum. Paumentum itaque perfecto, ipse vir Dei acceptâ securi subter descendens, postea factâ oratione percussit, atque ad aquam fluminis, venerandæ crucis expresso signaculo dixit: Non te sinat Dominus meus Iesus Christus hoc signum crucis excedere. Ex illo itaque tempore cum ex more fluuius creuisset in cumulos, ambuletque viciniam quam solebat, ita spatiis ecclesiæ erat inferior, ut numquām sancti patibili signaculum, quod impresserat homo Dei, prorsus excederet.

c 24 Signo Crucis fluuij elusionem reprimit. Accidit autem ut castelli f Presbyter memorati

admodum venerabilis, Siluinus nomine, moreretur: & cum in ecclesiâ feretro posito noctem psallentes duxissent ex more per vigilem, iam crescente diluculo, rogauit vir Dei fessos Presbyteros & Diaconos vniuersos parumper abscedere, ut post laborem vigiliarū somno se aliquantulum recrearent. Quibus egressis, homo Dei ostium, Maternum nomine, interrogat, vtrum omnes, ut dixerat, abscessissent. At illo respondente cunctos abiisse: Nequaquam, ait, sed latet hic quidam. Tunc ianitor ecclesiæ septa secundò perlustrans, nul- lum intra eam mansisse testatur. Verum Christi miles tere. Domino sibi revelante, Nescio quis, ait, hic delitescit. Tertiò itaque diligenter perscrutans, quandam inuenit virginem consecratam, locis se occultioribus abdissæ, quam ergo memoratus sic increpauit aditus: Cur istic famulo Dei posito tuam credidisti potuisse latere præsentiam? At illa: Pieratis, inquit, me amor talia facere persuasit; videns enim cunctos foras expelli, putavi mecum quod seruus Christi inuocatâ diuinâ maiestate præsentem mortuum suscitaret. Exeunte igitur memoratâ virgine, homo Dei cum Presbytero & Diacono ianitoribusque duobus, in oratione curuatus postulauit fletu largissimo, ut opus solitæ maiestatis diuina virtus ostenderet. Tunc oratione compleratà à Presbytero, ita cadaver vir beatus alloquitur: In nomine Domini nostri Iesu Christi, sancte Presbyter Siluine, loquere cum fratribus tuis. Et subito oculos defunctus aperuit. Vix verò præsentibus homo Dei tace- re præ gaudio persuasit; & denuò ad eum: Vis, inquit, interrogat, rogamus Dominum ut te adhuc seruis suis in hac vita illerеспondet. condonate dignetur? At ille ait: Per Dominum te coniuro ne diutius hic teneat, & frauder quiete perpetua, in quâ me esse iam cernebam. Statimque redditâ oratione quietuit exanimis. Hoc autem factum S. Seuerini adiuratione ita celatum est, ut ante mortem eius non potuisset agnosciri; ego tamē hæc quæ retuli Marci Subdiaconi & Materni ianitoris relatione cognoui. Nam Presbyter & Diaconus tanti testes miraculi, ante sanctum virum, cui iurauerant nulli se quod viderant prodituros, obiisse noscuntur.

a M. s. Belf. Iuuao. Laziu. Iuuauo; & Iuuauiam interpretatur, imprebanie Velsero. Pet. de Nas. & Staib. Iouaco.

b Ita Belf. alij sacrale.

c Noritia Imperij, sub Duce Rætitæ I. & II. habet Præfectum Alæ prima Flauiaæ Retorum Quintanis. Antoninus Quintianas vocat, Kuntzen nomen dicit tradidum, Cufpinianus Cuntzing. Vicus est ad dextram Danubij ripam, supra Batava.

d De Rætiarum finibus agit Velserus lib. 1. rer. Auguſtanarum, & Clauerius Germanie antiqua lib. 5. Secundam Rætiam volvunt lucu Brigantino & Oeno flumine conclusam fuisse.

e Ita M. s. Belfortij. M. s. Velseri Quintana, preferez men ipso Surij legiōnem Quintanica.

f Laziu modò Siluinum, modò Siluuium vocas, & Episcopum facit, à Seuerino consecratum, qui ipse non nisi Presbyter fuit. Meriderrum Ecclesiasticarum in eo auctore imperitiam reprehendit Velserus, & malam fidem, quippe qui hac veluti ex Eugippio hausta profeciat. Auensinus extare Quintanis, sine Klinsen vico, templum scribit, ubi D. Siluinus Mylla Vindelicorum, familiaris Seuerino, humatus colitur. Raderus eum tom. 2. Bassarie sanctæ, ut Beatum, predicit; sed falsus memoria est, cum tom. 1. scripsit isti miraculo adfuisse solos Presbyterum & Diaconum.

C A P V T V I.

Captiuos, pauperes, affictos iuuas.

25 ALIBVS igitur B. Seuerinus per Christi gratiam opulentus muneribus, captiuorum etiam egenorumque tantam curam ingenitâ sibi pietate suscepit, ut pœnè omnes per vniuersa oppida vel castella pauperes, ipsius industriâ pascerentur: quibus tam lœtâ follicitudine ministrabat, ut tunc se crederet tantummodo saturari, vel abundare bonis omnibus, quando videbatur egentium corpora sustentari. Et cum ipse hebdomadarum cōtinuatis ieuniis minimè frangetur, tamen elutie miserorum se credebat afflictum.

Cuius

Captiuos,
& paupe-
ribus sub-
venit.

Alios ad idem excitat.

Cuius largitionem tam piam in pauperes plurimi contemplantes, quamvis ex duro barbarorum imperio famis angustias sustinerent, deuotissime tamen frugum suarum decimas pauperibus impendebant. Quod nā datum licet cunctis ex lege notissimum sit, tamen quasi ex ore Angeli praesentis audirent, gratā deuotione seruabant. Frigus quoque vir dei tantum in nuditate pauperum sentiebat: siquidem specialiter à Deo perceperat, vt in frigidissimā regione, mirabili abstinentiā castigatus, fortis & alacer permaneret. Pro decimis autem, vt diximus, dandis, quibus pauperes alerentur,

*a b
Tarditus
in pio ope-
re punta.*

c a Norici quoque à Presbyteros missis exhortabatur epistolis. Ex quā consuetudine cūm nonnullam ad eum erogandarum vestium copiam direxissent, interrogauit eos qui venerant, si ex ciuitate quoque à Tiburniā similis collatio mitteretur? Respondentibus etiam inde protinus affuturos; vir Dei nequaquam eos venire signauit, sed dilatam eorum oblationem prædixit barbaris offerendam. Itaque non multò post ciues Tiburniæ, vario cum obidentibus Gothis certamine dimicantes, vix initā fœderis pactione, inter cetera etiam largitionem iam in unum collatam, quam mittere famulo Dei distulerant, hostibus, vt prædixerat, obtulerunt.

d 26 Ciues quoque ex oppido à Lauriaco, crebrā quondam S. Seue rini exhortatione commoniti, frugum decimas pauperibus offerte distulerant. Quibus fame constrictis, iam maturitate messium flauescente, vicina subsidia monstrabantur. At vbi rubiginis improuisa corruptio frigibus nocitura comparuit, mox ad ipsum conuenēte prostrati, pœnas suā contumaciae confitentes. Miles verò Christi, fessos verbis spiritualibus alleuabat dicens: Si decimas obtulissestis pauperibus, non solum æternā mercede frueremini, verùm etiam commodis possetis abundare præsentibus. Sed quia culpam confessione propriā castigatis, de Domini pietate polliceor, quod rubigo prælens tam validè penitus non nocebit; tantum fides vestra vlt̄riū non vacillet. Verùm ciues ad persoluendas ex illā die decimas hæc promissio reddidit promptiores. Tunc, vt solebat, hortatus est indici iejunium: quo expleto, placidus imber desperata messis amputauit incommoda.

*ieiunioru-
bigo auer-
sa.*

e 27 e Patauis appellatur oppidum, inter utraque flumina, Oenum videlicet atque Danubium constitutum, vbi B. Seuerinus cellulam paucis solito more fundauerat; eò quod ipse illuc saepius rogatus à ciuibus adueniret, maximè propter f. Alainorum incursus assiduos, quorum Rex Gibuldus suimā eum reuerentiā diligebat. Qui etiam quodam tempore ad eum videndum h. desideranter occurrit, cui Sanctus obuiā, ne aduentu suo eam ciuitatem prægrauaret, egressus est, tantāque constantiā Regem allocutus est, vt tremere coram eo vehemētiū cœperit; sed & postea suis exercitibus indicauit, numquā se nec re bellīcā nec aliquā formidine, tanto tremore fuisse concussum. Cumq̄ Dei famulo daret optionm imperandi quā vellet; rogauit doct̄or piissimus, vt sibi potius præstatutus, gentem suam à Romanā vastatione cohiberet, & captiuos quos sui tenuerant, gratauerit absoluueret. Tunc Rex constituerat vt ex suis aliquem dirigeret, ad id opus maturius exequendum, statimq; missus Amantius Diaconus, è vestigio Regem subsequitur, eiusque pro foribus excubans, multis diebus nō potuit nuntiari. Cui re, pro quā directus fuerat, non peractā, tristissimo reuerentiā apparuit quidam effigiem Sancti præferens Seuerini, qui eum minaci appellatione perterritum sequi se iussit. Cumq̄ pauens atque concitū sequeretur, peruenit ad ianuam Regis, statimq̄ dux ille prænūs ex oculis m̄trantis evanuit. Verūm Regis internuntius Diaconum, vnde esset, & quid speraret interrogat. Ille rem breuiter insinuans, oblatis Regi, receptisque remeauit epistolis. Dimissus igitur, teuexit ferè septuaginta captiuos, insuper pro-

*Captiuorū
liberatio-
nem impe-
rat.*

*Diacono
cuidam
apparet.*

missionem Regis gratam deferens, quā spopondit se, *A v c r.* cūm diligenter prouinciam peragrauerit, temissurum *E v g i p t* quantos in eadē repertūs fuisset numeros captiuorum. *P o.* Pro quā re postmodū S. Lucillus Presbyter destinatus, magnam miserorum copiam ex captiuitate reuocauit.

a Noricum mediterraneum *interpretatur Velscrus*, quoties non additur Ripeſe.

b M. Belfortij, populos.

c Sur. Tigurina, Lazio Tiberina, & Tiberia. Quidam Ratisponam, sine Reginoburgum interpretantur; parum probabilit̄, cūm Eugippij etate Tiburnia Norici metropolis esset, Reginoburgum Ratis secundē ciuitas. Auentinus S. Viti in Carinthia oppidum facit, atq; isthīc Tiburniæ vestigia extare. Apud Prolemum ciuitas Norici est resp̄ia. Fortassis resp̄ia pro Teburnia vel Tiburnia scriptum fuit Villach oppidum ad Dranum esse censem Cluenerius. Velscrus vocem Tiburnia suspetam habet: extabat ea in m. s. Belfortij, & retinetur à Braunero. Teurnia inter oppida Norici recentetur & à Plinio lib. 3.c. 24.

d Alij Laurecum scribunt. Vicus nunc esse exiguum dicitur sub manib⁹ Enſi oppidi, vetuſo etiamnum nomine Lorch. Lauriaci meminit Antoninus in Itinerario, & Notitia Imperij, que Praefectum legionis secundæ isthīc collocat, ac deinde & Praefectum classis Lauriacensis nominat. M. Aurelij, aut potius Aurelianii opus censem Velscr. 3. Boicar.

e Deo egimus VII. Ianuarij ad S. Valentini vitam, rectius Bataua. Notitia Imperij. sub Duce Ratis: Tribunus cohortis nouæ Batauorum, Batauis.

f Eorum tunc valida res in Germaniā magnā, è quā in Ratiā quoque progressi, imd̄ à Belgicam, ubi memorabili prælio paullo pōt domiti à Clodonao Francorum Rege ad Tolpiacum oppidum ann. Christi 496.

g Radero Gibaldus.

h Hinc colligas Auentini malam fidem, qui simulasse solū, se Seuerini viſendi causā venire, Gibaldum scribit.

i M. s. Belfortij Lucellus. Lazio Episcopum facit Batauensem, inde Fabianensem, sine auctore. Auentinus D. Lucilium Episcopum vocat.

C A P V T VII.

Varia diuino spiritu prædit.

28 PER id tempus quo Romanum constabat imp̄tum, multorum milites oppidorū pro custodiā limitis publicis stipendiis alebantur. Quā consuetudine desinente, simul militares turmæ sunt delectæ; cum limite Batauino vt cumque numero perdurante, ex eo pertexerunt quidam ad Italiam, a extremum sti- pendium commilitonibus allaturi, quos in itinere per- Cadem militum emptos à barbaris nullus agnouerat. Quadam ergo die ab sens co- dum in suā cellulā legeret S. Seuerinus, subito clauso gnoſit.

29 b Paulinus quidam Presbyter ad S. Seuerinum famā eius latiū percurrente peruenerat: hic in consor- Paulino Episcopat. tio beati viri diebus aliquot remoratus, cūm redire tum prædi- veller, audiuit ab eo: Venerabilis Presbyter festina, cit. quia citrō dilectionem tuam, populorum desideris, vt credimus, oblitantem dignitas Episcopatus ornabit. Mox remeante ad patriam, sermo in eo prædicentis impletus est. Nam ciues Tiburniæ, quā est metropoli- Cladem Passauio. lis Norici, coegerunt prædictum virum summi sacerdotij suscipere principatum.

30 Basilicæ extra muros oppidi Batauini, in loco nomine e Boitro trans Oenum fluuium constitutæ, vbi cellulam paucis monachis ipse construxerat, Marty- Cladem Passauio reliquiæ querebantur. Ingerentibus ergo se Pre- inferendæ sbyteris vt mitterentur ad sanctuaria deferenda, hæc prænūiat. B. Seuerinus monita proferebat: Quamuis cūcta mortalium opere constructa pereant, hæc tamen ædificia præ ceteris celerrimè relinquenda sunt; & ideò pro reliquiis Sanctorum nullum labore debere suscipere, quia vlt̄ro S. Ioannis eis benedictio deferetur. Interēat beatum virum ciues oppidi memorati suppliciter adierunt,

- A v e r .** ierunt, vt pergeret ad *d* Fauianam Rugorum Principē, mercandi eis licentiam postularet. **E v g i p -** Quibus ipse: Tempus, inquit, huius oppidi appropinquauit, vt desertum, **P i o .** sicut cetera priora castella cultore destituta, remaneat. Quid ergo necesse est locis mercimonia prouidere, vbi ultra non poterit apparere mercator? Respondentibus illis, non se debere contemni, sed consueto subleuari regimine; quidam Presbyter haec diabolico spiritu repletus adiecit: Perge, quæso, Sancte, perge velociter, vt tuo discessu parumper à ieuniis & vigiliis quietescamus. Quo dicto, viri Dei lacrymis vrgebatur ingentibus, quod in ridiculam vanitatem cum suis audientibus Sacerdos eruperat. Aperta namque scurrilitas latentum est testificatio delictorū. Sanctus itaque, vir curita fieret interrogatus à fratribus; Video, inquit, plagam grauissimam nobis absentibus huic loco protinus euenturam; & Christi sacraria (quod non sine gemitu cogor exprimere,) humano sanguine redundabunt, in tantum, vt etiam locus iste violandus sit, nam in baptisterio loquebantur. Ad antiquum itaque & omnibus maius monasterium suum, iuxta muros oppidi Fauianis, quod e centum & ultra millibus aberat, Danubij navigationibus descendebat. Mox igitur eo discedente *f* Chunicmundus paucis barbaris comitatus, oppidum, vt Sanctus prædixerat, Batauis inuasit; ac penè cunctis mansoribus in messe detentis, quadraginta viros oppidi, qui ad custodiā remanerant, interemit. *g* Presbyterum quoque illum, qui tam sacrilegè contra famulum Christi in baptisterio fuerat elocutus, ad eundem locum cōfugientem, insequentes barbari peremerunt. Frustrè enim illuc offenso Deo veritatis inimicus accessit, vbi tam impudenter excesserat.
- S. Ioannis reliquias mirabiliter nanciscitur.*
- 31* Igitur sanctissimus Seuerinus dum in monasterio Fauianis Euangelium legeret, oratione completa consurgens, scapham sibi illicè iubet præparare, & mitterebat his qui aderant, ait: Sit nomen Domini benedictum, reliquiis beatotum Martyrum oportet nos occurrere. Nec mora: transmeant Danubium, inueniunt hominem confidentem in ripa ultraiore fluminis, ac multis eos precibus postulantem, ut ad seruum Dei, ad quem famâ vulgante olim venire cuperer, duceretur. Mox itaque ei Christi seruo demonstrato, suppliciter S. Ioannis Baptista reliquias obtulit, multis apud se seruatas temporibus. Quas Dei seruus debita veneratione suscipiens, basilicam S. Ioannis, sicut prædixerat, ultra benedictione collata, sacrauit officio Sacerdotum.
- b* *32* Ad habitatores præterea oppidi quod *b* Lopia vocabatur, septuaginta & amplius à Batauis milibus disparatum, solitè viri Dei reuelatione communis, Moderatum nomine, cantorem Ecclesie destinavit, præcipiens ut habitationem loci illius omnes sine cunctatione reliquerent, mox enim perituros fore si contemnerent imperata. Aliis ergo de tanto præsagio dubitantibus, aliis non creditibus prorsus, iterum misit *k* Quintasium quemdam, cui lacrymans ait: Perge velocius, denuntians eis, si in hac nocte remanerint, sine dilatione capientur. Sanctū quoque Maximum spiritualis vita Presbyterum instantiū imperat admoneri, ut saltem ipse contemptoribus derelictis, properaret à cœlesti misericordiā liberari; de quo sibi Dei famulus magnam dicebat inesse mortitiam, ne forte salutiferum differendo mandatum, imminentि subiaceret exitio. Predicatus itaque pergens imperata suppleuit, & reliquis incredulitate nutantibus, nuntius viri Dei Presbytero retinente, atque hospitalitatem præbere cupienti, nullatenus acquieuit. Quâ nocte Heruli insperatè protinus irruentes, oppidumque vastantes, plurimos duxerunt captivos, Presbyterum vero memoratum patibulo suspenderunt *n*. Quo auditore seruus Dei grauiter doluit præmonitos non curasse.
- m* *n* *o* *33* Deinde quidam de Norico, Maximinus nomine, seruum Dei frequentare solitus erat. Et cum pro
- familiaritate, quam meruerat, in monasterio sancti viri *Hofium* diebus aliquot moraretur, eius informatur oraculis *incursum* patriam suam graue repente exitium subituram. Qui *ieiunio* acceptis litteris ad S. Paulinum Episcopum designatis, *propulsati*, remeauit instantiū. Igitur memoratus Antistes literarum tenore perstructus, vniuersas diœceses sive castella, scriptis propriis vehementer admonuit, ut tri-duano ieunio, quod literæ viri Dei signauerant, exitio venturæ clavis occurrent. Quibus iussa complentibus, terminato ieunio ecce Alamannorum copiosissima multitudo feraliter cuncta vastauit. Castella vero nullum sensere periculum, quæ lorica fidelis ieunij, & laudanda cordis humilitas aduersus hostium ferociam fidenter armauerat.
- a* *S. Augustinus lib. 18 de ciuitate Dei, c. 18.* caballum se scilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus, quæ dicitur retia, quoniam ad retia deportatur. *Vines:* Retia & reticulum genus est sacculi, quo viatores panem, carnes, & poma gestare consueuerant. *At Velsorus legit:* quæ dicitur Rætia, quoniam ad Rætias deportatur; putatq; stipendium eadem operâ delatum. *Et sanè de Italia isthac Augustino est sermo.*
- b* *Ab hoc Paulino Episcoporum fuorum catalogum ausspicantur Reginoburgenses. Primus id scripsisse fertur Conradus de monte puerorum. Refutat id Velsorus, assentiente Radero nostro. Pater ex iis que ad cap. 6. dicta sunt.*
- c* *Laz.* Boiotro. *Is locus esse videtur, quem Ptolemaeus Boiodurum vocat* tab. 5. *Europa, cap. 14.* *& Vindelicia adscribit, cum inter Bataus & Boiodurum Oenus fluat Norici & Vindelicie limes.* Antoninus & Norit. *Imp. Boiodorum, Tabula Peutingeriana Boiodorum.* Instat *h: di* vocatur, quasi Oeni ciuitatem dicas. *Est isthic fluvius Boiter, sive Boitra, qui veterum nomen retinet: visitur isthic eccllesia S. Seuerino sacra, que cella, cuius hic mentio fit, memoriam seruat.*
- d* *Fauam videatur legendum.*
- e* *Confertur inter Passauum & Viennam circiter 40. milliaris Germanica.*
- f* *Iornandi Hunimundus, Belfortio Humibundus. Sueorum Rex erat.*
- g* *Auentinus Episcopum facit, eiusq; iocum ante in Sandum conieclum ita exponit, aut depravat potius: Abi sanè quod vis gentium, inquit, nam si diutius hic manteris, inediā omnibus nobis, quemadmodum minitaris, pereundem est.*
- h* *Auentinus, Hundius aliiq; Iuuavia legunt, qua nunc Salzburgum. M. S. Belf. Lubianum. Rad. Topia.*
- i* *M. S. Belf. viginti.*
- k* *Belf. Quintarium.*
- l* *Belf. Maximianum. Lazius & Auentinus, sine tabulis & stibibus, Episcopum faciunt. Raderus tom. 1. Bauaria sancta Sanctum & Martyrem vocat.*
- m* *Lazius hanc irruptionem tribuit Alemannis; Auentinus Herulus, Alemannis, aliiq; Germanorū nationibus. Meminit Paulus Diac. lib. 1. cap. 20. Rodulfi Herulorum Regis. & cap. 9. interpolatus Odoacri parentes recenset Herulos. Braunerus hanc Iuuavia direptionem ipsi Odoacri adscribit.*
- n* *Addit Auentinus: Amplius quinquaginta quinque cum ipso symmistas contruidant, èrupiumque cauernis, quod fugerant, sicut adhuc monstratur, præcipites agunt. Humati esse referuntur in æde D. Amandi, que nunc est D. Margaritz. Agit de hi quoque Bruschius in Parauia, nisq; cauernas illas etiamnum Salzburgi apud S. Petrum ostendi. Confertit Braunerus, ut supra diximus.*
- o* *Idem infra Maximus appellatur.*

C A P V T VIII.

Periclitantibus, agris, egenis subuenit.

- 34* Post hæc leprosus quidam Mediolanensis territorij, ad S. Seuerinum, famâ eius inuitante, perrexerat: hunc sanitatum remedia implorantem suppliciter, monachis suis indicito ieunio commendauit, qui continuò Dei gratiâ mundatus est. Cumque receptâ sanitate redire suaderetur ad patriam suam, posttrauit se pedibus sancti viri, petens ne ultraius ad sua redire cogeretur, cupiens scilicet ut lepram quoque peccatorū, sicut carnis, effugeret, vitamq; in eodem loco fine laudabili terminaret. Cuius animū religiosum vir Dei vehementer admirans, paucis monachis paternâ iussione præcepit, frequentatis cum eo ieuniis in oratione continuâ permanere, ut Dominus ei quæ essent opportuna

tuna concederet. Tantis itaque remediis praemunitus, intra duorum mensium spatum vita mortal is est compeditus absolutus.

*Romanis
victoriam
obtinet.*

35 Eodem tempore mansores oppidi Quintanensis, creberrimis Alamannorum incursionibus defessi, sedes proprias relinquentes, in Batauis oppidum migrauerunt. Sed non latuit eosdem barbaros confugium praeviditorum: quâ causa plus inflammati sunt, credentes duorum populos oppidorum uno impetu praedarentur. Sed B. Seuerinus orationi fortius incubans, Romanos exemplis salutaribus multipliciterhortabatur, prænuntians hostes quidem praefentis Dei auxilio superandos, sed post victoriam eos qui contemnerent eius monita perituros. Igitur Romani omnes sancti viri prædictione firmati, spe promissa victoria aduersus Alamannos instruxerunt aciem, non tam materialibus armis, quam sancti viri orationibus praemuniti. Quâ congressione vietiis ac fugientibus Alamannis, vir Dei ita viciores alloquitur: Filij, ne vestris viribus palam praefentis certaminis imputetis, scientes vos Dei, nunc praesidio liberatos, vt hinc paruo interuallo temporis, quasi quibusdam concessis induciis, discedatis. Mecum itaque ad oppidum Lauriacum congregati descendite. Hęc homo Dei plenus pietate commonuit. Sed Batauinis genitale solum relinqueret dubitantibus, sic adiecit: Quamvis & illud oppidum, quod pergimus, ingruente barbarie sit quantocys relinquentum, hinc tamen nunc pariter discedamus. Talia commonentem secuti sunt plurimi, quidam reperti sunt contumaces, nec defuit contemptoribus gladius inimici. Quicunque enim ibidem contra hominis Dei interdictum manerunt. Thuringis irruentibus in eadem hebdomade alij quidem trucidati, alij in captiuitate deduci, pœnas dedere contempsit.

*Iterū clas-
dem Paf-
sauij pra-
dicis.*

36 Igitur post excidium oppidorum in superiori parte Danubij, omnem populum in Lauriacum oppidum transmigrantem, qui S. Seuerini monitis paruerant, assiduis hortationibus præstruebat, ne in tuâ virtute considerent, sed orationibus & ieiuniis atque elemosynis insistentes, armis potius spiritualibus munirentur. Præterea vir Dei quadam die cunctos pauperes in vnâ basilicâ statuit congregari, oleum prout possebat ratio largiturus; quam speciem in illis locis difficillimam negotiatorum tantum deferebat advectione. Igitur tamquam benedictionis accipiendæ gratia major egenorum turba confluxit, pretiosum quippe ibidem huius liquoris alimentum auxit turbam numerumque poscentium. Tunc Beatus oratione completâ, signoque crucis expresso, solitum sibi scripturæ sanctæ sermonem cunctis audientibus exprimens ait: Sit nomen Domini benedictum. Tunc cœpit oleum propriâ manu ministris implere portantibus, imitatus seruus fidelis Dominum suum, qui non ministrari venerat, sed potius ministrare, sequensque vestigia Saluatoris, gaudebat augeri materiam, quam officio dexteræ sinistrâ nesciente fundebat. Completis itaque vasculis pauperum, nihil minuebatur in manibus ministranti. Tantum igitur Dei beneficium dum circumstantes tacite mirarentur, unus eorum cui nomen erat b. Biennius magno timore perterritus exclamauit dicens: Domine mihi, crescit hic cacabus olei, & in modum fontis exundat. Sic liquor ille gratissimus, proditâ virtute, subratus est. Cui statim Christi famulus exclamâs ait: Quid fecisti frater? Obstruxisti commoda plurimorum: ignoras tibi Dominus Iesus Christus. Sic aliquando mulier vidua debitibus onerata, Helisæ Propheta iussis instruitur, ex olei stillâ quam habebat vase replere quamplurima. Quod cum fecisset, & adhuc vase à filiis deponceret, vbi audiuit numerum defecisse vasorum, mox stetit oleum.

*Oleum
pauperibus
dargitur.*

*Id non de-
ficit, nisi
prodit omni-
raculo.*

b mirarentur, unus eorum cui nomen erat b. Biennius magno timore perterritus exclamauit dicens: Domine mihi, crescit hic cacabus olei, & in modum fontis exundat. Sic liquor ille gratissimus, proditâ virtute, subratus est. Cui statim Christi famulus exclamâs ait: Quid fecisti frater? Obstruxisti commoda plurimorum: ignoras tibi Dominus Iesus Christus. Sic aliquando mulier vidua debitibus onerata, Helisæ Propheta iussis instruitur, ex olei stillâ quam habebat vase replere quamplurima. Quod cum fecisset, & adhuc vase à filiis deponceret, vbi audiuit numerum defecisse vasorum, mox stetit oleum.

37 Per idem tempus Maximus Noricensis, cuius fecimus superius mentionem, fidei calore succensus, mediâ hyeme, quâ regionis illius itinera gelu torpente

Tom. I.

clauduntur, ad B. Seuerinum audaci temeritate, vel Avc. magis, vt postea claruit, intrepidâ devotione venire contendit; conductis plurimis comitibus, qui collo suo vestes captiuis & pauperibus profuturas, quas Noricorum religiosa collatio congregauerat, baularent; itaque prouecti ad summa Alpiū cacumina petuenerunt, vbi per totam noctem nix tanta confluxit, vt eos magna arboris protectione vallatos, velut ingens fouea demersos includeret. Et cum de vitâ suâ penitus desperarent, vidit duktor comitum per soporem in effigie virum Dei stantem ac dicentem sibi: Nolite timere, pergit quod cœpistis. Hac vero reuelatione protinus ^{In viâ pe-} mati, cum cœpissent etiam fide magis quam gressibus richianti proficisci, subito diuino nutu ingentis fortis vsrus est ^{bus appa-} latere veniens viam monstraturus apparuit, qui se tem- ^{ret:} ^d

Itaque progrediens bestia per cremi vastitatem, viros ^{Ita viri} qui egenis deferebant solatia non reliquit, sed usque ad ^{viam offe-} habitacula hominum quâ poruit humanitate perduxit, ^{dit.}

& mox in unam partem officio diuertit expleto; ostendens tanto ducatus officio, quid homines hominibus

præstare debeant, quantumque caritatis impendere,

cum desperantibus iter bestia sua monstrauerit. Igitur cum seruo Dei nuntiarentur qui venerant, ait: Sit

nomen Domini benedictum. Ingrediantur quibus viam

quâ venirent vsrus aperuit. Quo auditu illi stupore re-

pulti; mirabantur enim virum Dei referre id quod in

absentiâ prouenerat.

a Velsorus, Turcilingis manus, qui haud inde procul colebant, Odoacri parentes.

b M. Belf. sapientissimus.

c Hinc sanc pater Paulinum, huius Maximi, siue Maximini;

vnnum. 33. dicitur, Episcopum, non fuisse Reginoburgensem; nec

Tiburniam esse Reginoburgum.

d Belf. recenti.

C A P V T IX.

Multus contra hostes presidio est; barbaris venerabilis.

38 C IVIS item oppidi Lauriaci, & superiorū trans fugæ castellorum, ad suspecta loca exploratoribus destinatis, hostes quantum poterant humanâ sollicitudine præcauebant. Quos seruos Dei diuinitatis Hostium instinctu commonitus, prælagâ mente præstruxit, vt aduentum omnem paupertatis suæ sufficientiam intra muros cō cluderent, quatenuis inimicorum fetalis incursio, nihil prænuntiat, vrgere ad vigiliandū.

T t centre

Aver.
Ev. I P-
p. 10.

cente contumax sua turari contempserat, & recesserunt. Illis autem abeuntibus ciues portis egressi, haud procul à muris scalas iacentes inueniunt, quas ad urbem excidium præparatas barbari vigilantium clamore turbati in nocte iactauerant. Quapropter memorati ciues veniam à Christi famulo precabantur humiliter, contentes corda sua lapidibus esse duriora, qui rebus presentibus agnouerunt in sancto viro gratiam viguisse propheticam; atque in uno impetuisset plebs inobediens vniuersa captiuia, nisi eam liberam viri Dei consueta conseruasset oratio. Iacobo Apostolo protestante, Multum, inquit, valet deprecatio iusti afflita.

Iac. 5. 16.

b *Feletheo persuaderet ne Romanos in sua oppida abducatur.* Feletheus Rugorum Rex, qui & Faua, audiens cunctorum reliquias oppidorum, quæ barbaricos evaserant gladios, Lauriacum se per Dei famulum contulisse, a summum veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere, & in oppidis sibi tributariis atque vicinis, (ex quibus unum erat & Fauianis) quæ à Rugis tantummodo dirimebantur Danubio, collocare. Quam obrem grauiter vniuersi turbati, S. Seuerinum adiēte suppliciter, ut in occursum Regis egrediens, eius animum mitigaret. Cui tota nocte festinans, in vicepsimo ab urbe milliario matutinus occurrit. Rex ergo aduentum eius protinus expauescens, testabatur illius se fatigazione plurimum prægrauatum, caussam repentinæ cursonis inquirit. Cui seruus Dei, Pax tibi, inquit, Rex optime: Christi legatus aduenio, subditis veniam precaturus. Recole gratiam, diuina beneficia recordare, quibus pater tuus se frequenter sensit adiutum. Nam cunctis regni sui temporibus nihil me inconfuso gtere præsumebat. Qui monitis non resistens salutaribus, crebris prosperitatibus recognovit, quanti valeret obedientis animus, quācumque triumphatoribus proficit, suis non tumerē victoribus. Et Rex inquit: Hunc populum pro quo beniuolus precator accedit, non patiat Alamannorum aut & Thuringorum iniquorum fœnū deprædatione vastari, vel gladio trucidari, aut in seruitium redigi, cùm sint nobis oppida & castella in quibus debeant ordinari. Cui seruus Christi constanter ita respondit: Numquid arcu tuo & gladio homines isti à prædonum vastatione creberrimè sunt erepti, & non potius Dei munere, ut tibi paullisper obsequi valeant, reseruati? Nunc ergo, Rex optime, consilium meum ne respicias, fidei meæ hos committe subiectos, ne tanti exercitus compulsione vastentur potius quam migrantur. Confido enim in Domino meo, quod ipse qui me fecit horum calamitatibus interesse, in ducentiseis idoneum faciet promissorum. His auditis Rex modestis allegationibus mitigatus, cum suo remeauit exercitu. Igitur Romani quos in suâ S. Seuerinus fide suscepserat, discedentes de Lauriaco pacificis dispositionibus, beniuolâ cum Rugis societate vixerunt. Ipse verò Fauianis degens in antiquo suo monasterio, nec admonere populos, nec prædicere futura cessabat, asserens vniuersos in Romani soli prouinciam absque vlo libertatis migraturos incommodo.

Futura multis praedicit. *Ab Odobagre litteras accipit.* 40 Isidem temporibus Odobagar Rex S. Seuerino familiares litteras dirigens, si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem, memor illius præfigij quo eum expresserat quondam regnaturum. Tantis itaque Sanctus alloquiis inuitatus, Ambrosium quendam exulanter rogat absolui. Cuius Odobagar gratulabundus paruit imperatis. Quodam etiam tempore dum memoratum Regem multi nobiles coram sancto viro humanâ, vt fieri solet, adulacione laudarent, interrogat quem Regem tantis præconiis prætulissent? Respondentibus Odobagorum Regem. Odobagar, inquit, integer inter tredecim & quatuordecim annos, videlicet integrus regnabit; finem verò regni eius significans; & his dictis adiecit, citius illos quod ipse prædixerat probaturos.

d *Prædictis quot annis sit regnaturus.*

a Ms. Belf. quatriuum.

b Non iam hinc sequitur, quod scripsit Lazius, regiam isthinc

fuisse Rugorum, qui adhuc trans Danubium habitabant, sed Norici oppida aliqua vel habebant tributaria, vel ea pacto stipendio tuebantur contra alios barbaros.

c Velferus manu Turcilingorum.

d Hic aliquid deesse suspicatur Velferus.

C A P V T X.

Aegritudines curat: pericula prædit & depellit.

41 **A** B oppidaneis Comagenensisibus, apud quos pri- mū quondam innotuerat B. Seuerinus, sup- pliciter rogatus aduenit. Cuius compertâ præsentia, *Pend de-* vnus ex optimatibus Felethei Regis filium suum ado- *positum sa-* lescentem diuturno languore vexatum, cui iam para- *nat.* bat exequias, transiesto Danubio pedibus eius proie- cit, & lacrymans: Credo, inquit, homo Dei, te filio meo velocem impetrare diuinitus posse sanitatem. Tunc datâ oratione, qui semiuius allatus fuerat, statim pa- tre mirante surrexit, & perfectâ protinus reuertitur sanitatem.

42 Elephantius quidam, a Telo nomine, de longinquis regionibus S. Seuerini inuitatus virtutibus ve- *a* Leprosum nit, rogans eius orationibus mundari. Accepto itaque mundat. ex more præcepto, iubetur Deum totius gratiæ largi- torem sine cessatione lacrymabiliter exorare. Quid plura? precibus beati viri idem leprosus diuinâ opitu- latione mundatus, dum commutat mores in melius, mutare meruit & colorem, Regis æterni magnalia tam suis quam plurimorum vocibus longè lateque de- nuntians.

43 **b** Bonos quoque monachus B. Seuerini, bar- *b* barus genere, qui responsis eius inhærebat, oculorū im- *Quibus- becillitate plurimum prægrauatus, medelam sibi præ- dam fani- stari eius oratione poscebat, ægrè ferens aduentios & externos salutatis gratiæ sentire præsidia, sibi que perni- ciosæ est.* nullam remedium opem aliquatenus exhiberi. Cui seruus Dei: Non tibi, inquit, expedit fili corporeis lu- minibus aciem habere perspicuam, & exterioris oculi clarum præferre conspectum: ora magis ut obtutus vegetetur interior. Talibus ergo monitis informatus, dedit operam corde magis videre quam corpore, me- ruitque absque vlo fastidio mirabiliter in orationis perfici iugitate continuus, & per quadraginta ferè annos in monasterij excubiis perseverans, eodem quo conuersus est fidei calore transiuit ad Dominum.

44 In loco c Boitro superiùs memorato, quosdam *c* tres monachos sui monasterij docto humilis super- *Tres super- biæ fœditate respertos, dum pro suis singulos excessi- bi monachi bus increpatos, durare in pernicie comprobasset, ora- corripun- uit ut eos Dominus in adoptionem recipiens filiorū, à demone, ipso orante:* paterno dignaretur flagello corripere. Priùs ergo quam orationem effusis lacrymis terminaret, vno momento iidem monachi dæmone corripiente vexati, contuma- ciam suam peccorisque fastum, ac superbiam cordis, miserabilibus vocibus fatebantur. Absit ut cuiquam hoc crudele videatur aut noxiū, quia traditi sunt hu- iusmodi Satanæ in interitum carnis, sicut beatus docet *1. Cor. 5. 5.* Apostolus, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi; d cùm B. Ambrosius Mediolanensis Epi- *d* scopus seruum Stiliconis, auctorem falsarum epistola- rum deprehensem, dixerit oportere tradi Satanæ, ne talia imposterum auderet admittere; quem eodem momento, cùm adhuc sermo esset in ore Sacerdotis, spiritus immundus arreptum cœpit discerpere. *e* Seue- *e* rius quoque Sulpitius refert ex relatione Posthumiani, virum quendam magnis virtutibus signisque mirabilem, ad expellendam de corde suo iactantia vanitatè quam incurrerat, exorasse ut permisssâ in se mensibus quinque diaboli potestate, similis his fieret quos ipse curauerat. Idem post pauca: Itaque correptus à dæ- mone, tentus in vinculis, omnia quæ energumeni ferre solent percessus; quinto demum mense curatus est, nō tātum à dæmone, sed quod illi erat utilius atque opta- tius

Eos liberat.
tius, ab elationis vanitate. Prædictos itaque monachos vir Dei delegatos fratribus per dies quadraginta atduis abstinentia remediis mancipauit. Quibus explatis, datâ super eos oratione, à potestate dæmonis eruit, nec solùm corporis sanitatem, sed & mentis impertit. Quo factò sancto viro reverentia terror accreuit, & ceteros maior disciplinæ metus obtinuit.

Suorum periculum diuinitus cognoscit, & proponit.
45 Marcianum monachum, qui postea Presbyter ante nos monasterio præfuit, ad Noricum cum Renato fratre direxerat. Et cùm dies tertius labetur, ait fratribus: Orate carissimi, quia grauis hac horâ Marcianum tribulatio comprimit & Renatum, de quâ tamen citius Christi liberabuntur auxilio. Tunc monachi, quæ ab eo dicta sunt protinus annotantes, illis post menses plurimos redeuntibus, diem horamque periculi quâ barbaros euaserant indicantibus, sicut signuerant approbauerunt.

Prædictis morbos suorum, & sanas.
46 Item beatissimus Seuerinus monacho, Vrs nomine, repente præcepit quadraginta dierum distriictio ieunio, venturæ calamitati, abstinentiâ ciboru & lamentis occurtere, dicens: Imminet tibi corpore periculum, quod Dei præsidio parui panis & aquæ remediis expiabis. Quadragesimæ itaque die mortifera papula in brachio ieunantis apparuit, quam mox ad ipsum ingressus suppliciter demonstravit. Cui sanctus Dei famulus: Noli metuere prænuntiatum tibi ante dies quadraginta discrimen, statimque propriâ manu signo crucis obduco, mirantibus qui aderant papula lethalis euanuit. Hoc vnum de domesticis sanitatis narrasse sufficiat, prolixo operis fastidium declinando. Nam sèpius suorum ægritudines monachorum Christo sibi reuelante prænuntians, iisdem quibus præuidebat muneribus & sanabat.

Oratio eius:
47 A discipulorum suorum quoque cellulâ spiritualis doctor non longius habitabat, in orationibus & abstinentiâ iugiter perseverans, cum quibus tam matutinas orationes, & propriam noctis principio psalmodiam solemniter adimplebat; reliqua verò orationum tempora, in parvo complebat oratorio, quo manebat. In quibus sèpè celestibus informabatur oraculis, multa futura per Dei gratiam prædicabat, multorum etiam occulta cognoscens, vt opus erat proferebat in medium, & singulis remedias, prout poscebat modus ægritudinis, prouidebat. Stratus eius vnum erat in oratorijs paumento cilicium, omni tempore ipso quo vestebarit amictu, etiâ dum quiesceret, vtebatur. Numquā ante solis occasum nisi certâ soluit festiuitate ieunium. Quadragesimæ vero temporibus vnâ per hebdomadam refectio contentus, æquali vultus hilaritate fulgebat. Aliena quasi propria errata deflens, quibus poterat præsidiis temperabat.

a Sur. Thegio.

b Sur. Bonos. Pet. de Natal. Bonus.

c Sur. Barotro. Belf. Bolotlo. mendos.

d Referr id Paulinus in vita S. Ambrosij, vii. Decemb.

e Dialogo I. cap. 5. referrurq; lib. 4. de vita PP. cap. 5.

C A P V T X I.

Mortem suam prædit, suos ac Reges monitis instruit, obit.

Rugorum Regem & Reginam moneretur mortuorum.
48 D E INDE post multos agones & diurna certamina, cùm se B. Seuerinus de hoc seculo transiit Domino reuelante sensisset, memoratum Rugorum Regem Fauam cum vxore eius crudelissimâ, nomine Gisâ, ad se venire commonuit. Quem cùm salutaribus exhortatus esset affatibus, vt ita cum sibi subiectis ageret, quo se iugiter cogitaret pro statu regni sui rationem Domino redditurum, aliisque verbis intrepide monuisse, a protetâ manu Regis peccatum ostendens, Reginam interrogationibus arguebat his; Hanc, inquit, animam, Gisâ, an aurum argentumque plus diligis? Cumque illa maritum se diceret cuncte s

Tom. I.

opibus anteferre. Vir Dei sapienter: Ergo, inquit, desi- A v c r. ne innocentes opprimere, ne illorum afflictio vestram E v g i p . magis dissipet potestatem: etenim tu sèpè mansuetu- r i o . dinem Regis conuallis. At illa: Cur, inquit nos sic acci- pis ferue Dei? Qui ipse: Contestor, ait, vos ego humili- lis, iam profecturus ad Dominum, vt ab inquis acti- bus temperantes, piis mores honestatis operibus. Huc usque regnum vestrum auctore Dominino prosperatum est, iam ex hoc vos videritis. His monitis Rex cum coniu- ge sufficienter instructi, valedicentes ei profecti sunt.

49 Tunc Sanctus non desinebat de sua migratio- nis viciniâ suos alloqui dulcedine caritatis, quod qui- Preedit dem facere nec antecesserat. Scitote, inquit, fratres, Norici vâ- sicut filios Israël constat ereptos esse de terrâ Ægypti, situtem: ita cunctum populum terræ huius; oportet ab iniustâ barbariorum dominatione liberari. Etenim omnes cù iubet cor- suis facultatibus de his oppidis emigrantes, ad Roma- in Italiam deportari. Sed mementote præcepti S. Joseph Patriarchæ; cuius ego vos indignus & infimus attestatio con- Gen. 50. uenio: Visitatione visitabit vos Dominus, & tolleris 24. ossa mea hinc vobiscum, quod non mihi, sed vobis est profuturum. Hæc quippe loca nunc frequentata cultoribus, in tam vastissimam solitudinem redigentur, vt hostes æstimantes auri se copiam reperturos, etiam mortuorum sepulturas effodiant. Cuius vaticinij ve- ritatem eventus rerum præsentium comprobauit. Le- uari ergo suum corpusculum Pater sanctissimæ probi- tatis prouidis argumentis præcepit, vt dum generalis populi transmigratio prouenisset, indiuisa fratrum, quos adquisierat, congregatio proficisciens, obtenuit memoria eius in uno sanctæ societatis vinculo per- maneret.

50 Diem etiam quo transiit esset idem B. Seuerinus è corpore ante duos & amplius annos hac significatione mōstrauit. Epiphanius die, cùm sanctus se Lucillus Presbyter Abbatis sui b. S. Valentini, Rætiarū b quondam Episcopi, diem depositionis annuâ solemnitate in crastinum celebraturum sollicitus intimasset, sua biénio idem famulus Dei ita respondit: Si b. Valentine hæc dicit, tibi celebranda solemnia delegavit, ego quoque tibi in eodem die vigilarij mearū studia obleruanda, migratus è corpore, derelinquo. In his sermonibus tremefactus, cùm se magis, vt pote homo decrepitus enixiūs commendaret, quasi primitus transiit, adiecit. Hoc erit, sancte Presbyter, quod audisti, nec enim Domini constitutum humanâ voluntate præteriet.

51 Præteor cùm e Fridericus à fratre suo Hugo- rum Rege Faua ex paucis quæ super ripam Danubij Frederico permanenter oppidis vnum acciperet Fauianis, iuxta Règi iusfi- quod S. Seuerinus, vt retuli, commanebat, & ad eum mandat. idem Fridericus ex more salutarius accederet; cœpit ei miles Christi iter suum enixiūs indicare, sub conte- statione hæc proloquens: Noueris me, inquit, quanto- cyus ad Dominum profecturum, & idcirco commoni- tus præcauero, ne me discedente aliquid horum quæ mihi commissa sunt attaminare pertentes, & substantiam pauperum captiuorumque contingas, indignationem Dei, quod absit, tali temeritate sensurus. Sed Fridericus insperatâ commonitione percussus: Cur, in- quid, hac contestatione confundimur, cùm non optemus tantis orbari præsidiis, & sanctæ largitioni tuæ, quæ omnibus nota est, conferre aliquid nos deceat, non auferre, quatenus solitâ, sicut & pater noster Flacci- theus, tuâ merear oratione muniri, qui ex experimento didicit sanctitatis tuæ meritum se fuisse semper adiutum. Et ille: Qualiber, inquit, occasione meam cellulam volueris ladedere, & hîc statim probabis, & in futuro solues, quam non opto, vindictam. Tunc Fridericus pro- mittens se Christi famili monita seruaturum, remeauit ad propria. Doctor vero dulcissimus non cessabat suos alloqui per momenta discipulos, dicens: Confido de gratiâ Christi mei Iesu, quia vobis in opere suo du- T t 2 ranti-

Auct. Evgip-
pio.
rantibus, & meæ memorie pacatâ societate coniunctis, æternæ vitæ bona tribuet, nec solatia præsentium denegabit.

Monita discipulis data.

52 Nonis itaque Ianuariis cœpit tenuiter lateris dolore pulsari, quo durante per triduum, medio noctis tempore fratres adesse præcepit, quos de corpore suo commonens, & paternâ informatione corroborans, instanter ac mirabiliter talia prosecutus, aiebat: Filij in Christo carissimi, scitis quod B. Iacob conditione mortis instantे, filios suos adesse præcipiens, propheticae benedictionis affatibus singulos quoque remunerans, mysteriorum arcana prodidit futurorum. Nos verò infimi ac tepidi, tantæque impares pietati, hanc prærogatiuam nostris usurpare viribus non audemus; vnum tamen quod humilitati congruit non tacebo, mittens vos ad exempla maiorum, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Abraham namque vocatus à Domino, fide obediuit ut exiret in locum quem accepturus erat in possessionem, & exiit nesciens quod vetus esset. Huius igitur beati Patriarchæ imitamini fidem, imitamini sanctitatem: terrenam despicate patriam, cœlestem semper inquit. Confido aurem in Domino, quod mihi de vobis æterna lucra prouenient. Video enim vos gaudium meum feruore spiritus ampliasse, amare iustitiam, fraternæ caritatis vincula diligere, castitati operam dare, humilitatis regulam custodire: hæc, quantum ad hominis spæctat intuitum, laudo confidenter & approbo. Sed orate ut quæ humanis aspectibus digna sunt, æternæ discretio- nis examine firmentur, quia non sicut videt homo videt Deus. Ille siquidem, sicut diuinus sermo denuntiat, omnia corda scrutatur, & omnium mentium cogitationes antevenit. Assiduis ergo precibus hoc orate, ut oculos cordis vestri Dominus illuminer, eosque, sicut

4. Reg. 6. orauit B. Heliseus, aperiatur, quod possitis agnoscere quâ-

Rom. 8.
27. ta nos circumstent adiumenta Sanctorum, quanta fidelibus auxilia præparentur; Deus enim noster supplicibus appropinquat. Non desit militibus iugis oratio: non pigeat agere pœnitentiam, quos non puduit facinus perpetrare: non pigeat lugere peccantes, si quo modo offensa diuini iudicij lacrymarum vestiarum inundatione placetur; quia spiritum contribulatum, suum est dignatus vocare sacrificium. Simus igitur corde humiles, mente tranquilli, delicta omnia præcauenentes, ac diuinorum semper memores mandatorū, scientes non prodefere nobis cum humilitate vestis nomen monachi, vocabulum religionis, speciem pietatis, si circa mandatorum obseruantiam degeneres inueniamur & reprobi. Mores igitur, filii carissimi, proposito suscepimus consentiant: grande nefas est peccata sectari hominem secularem, quantò magis monachos, qui blandimenta sæculi quasi atrocem bestiam fugientes, Christum cunctis affectibus prætulerunt; quorum incessus & habitus virtutis creditur esse documentū? Sed quid vos vtrā demoror, filij carissimi, lōgi sermonis affatu? Superest ut beati Apostoli vltimâ oratione vos perfec- quar, ita dicentis: Et nunc cōmēdo vos Deo, & verbo gratiæ eius, qui potens est conseruare vos, & dare hereditatem in sanctificationibus. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Act. 20.
32. 53 Post huiusmodi igitur ædificationis alloquium, cunctos per ordinem ad osculum suum iussit accedere, & Sacramento communionis accepto fieri se penitus prohibet, totumque corpus signo crucis extentâ manu consignans, ut psallerent imperauit. Quibus mætoris effusione cunctibus, ipse psalmum protulit ad canendum: Laudate Dominum in Sanctis eius, omnis spiritus laudet Dominum. Sextis itaque Ianuarij Idibus, nobis vix præ fletu respondentibus, in hoc versiculo quieuit in Domino. Quo sepulto, credentes omnino seniores nostri quæ de transmigratione prædixerat, sicut & multa alia, infecta præterire non posse, locellum ligneum parauerunt, ut cùm prænuntita

*Communi-
catis, &
cruce se
signat.*

Piè mori-
tur.

54 Nonis itaque Ianuariis cœpit tenuiter lateris dolore pulsari, quo durante per triduum, medio noctis tempore fratres adesse præcepit, quos de corpore suo commonens, & paternâ informatione corroborans, instanter ac mirabiliter talia prosecutus, aiebat: Filij in Christo carissimi, scitis quod B. Iacob conditione mortis instantē, filios suos adesse præcipiens, propheticae benedictionis affatibus singulos quoque remunerans, mysteriorum arcana prodidit futurorum. Nos verò infimi ac tepidi, tantæque impares pietati, hanc prærogatiuam nostris usurpare viribus non audemus; vnum tamen quod humilitati congruit non tacebo, mittens vos ad exempla maiorum, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Abraham namque vocatus à Domino, fide obediuit ut exiret in locum quem accepturus erat in possessionem, & exiit nesciens quod vetus esset. Huius igitur beati Patriarchæ imitamini fidem, imitamini sanctitatem: terrenam despicate patriam, cœlestem semper inquit. Confido aurem in Domino, quod mihi de vobis æterna lucra prouenient. Video enim vos gaudium meum feruore spiritus ampliasse, amare iustitiam, fraternæ caritatis vincula diligere, castitati operam dare, humilitatis regulam custodire: hæc, quantum ad hominis spæctat intuitum, laudo confidenter & approbo. Sed orate ut quæ humanis aspectibus digna sunt, æternæ discretio- nis examine firmentur, quia non sicut videt homo videt Deus. Ille siquidem, sicut diuinus sermo denuntiat, omnia corda scrutatur, & omnium mentium cogitationes antevenit. Assiduis ergo precibus hoc orate, ut oculos cordis vestri Dominus illuminer, eosque, sicut

populi transmigratio prouenisset, prædictoris impe- rata completerent.

a Strabonius scribit enim Regine manum prehendisse, perperam, ut pater.

b De eo regimus VII. Ianuarij.

c Ms. Beif. Ferdericus. Vols. Friderichus.

C A P V T XII.

In Italiam S. Seuerini corpus transfertur.

54 F R I D E R I C U S vèrò B. Seuerini morte com- perta, pauper & impius, barbarâ cupiditate sacra diri- semper immanior, vestes pauperibus deputatas, & alia piens à da- nonnulla credidit auferenda. Cui sceleri sacrilegium mone cor- copulans, calicem argenteum, ceretaque altaris mini- ripieur: fi- monachus. steria præcepit auferenda. Quæ cùm imposita essent facris altaribus, nec auderet directus villicus ad tale facinus suas manus extendere, quemdam militē, ^a Aui- cianum nomine, compulit diripere memorata. Qui quamvis iniuitus præcepta perficiens, mox tamen in- cessabiliter vexatus omnium membrorum tremore, dæmonio quoque corrigitur. Is ergo velociter consilio meliore correxit errata. Suscepit namque profes- sionis sanctæ proposito, in insulæ solitudine armis cœ- lestibus mancipatus, militiae commutauit officium. Fridericus autem immemor contestationis & præfigij sancti viri, abrasis omnibus monasterij rebus, parietes tantum, quos Danubio non potuit transferre, dimisit. Sed mox in eum vltio denuntiata peruenit; nam intra Rex sacri- mensis spatium à Friderico fratri filio interfactus, leges puniti- prædam pariter amisit & vitam. Quapropter Rex tur. Otachar ^b & Rugis intulit bellū, quibus etiam deuictis, & Friderico fugato, patre quoque Fauâ capto, eum ad Italiam cum noxiâ coniuge suprà memoratâ, videlicet Gisâ, transmigravit.

55 Pòst audiens idem Odachar Fridericum ad pro- pria reuertisse, statim fratrem suum misit cum multis exercitibus ^c Aonulphum, ante quem dentù fugiens Fridericus, ad ^d Theodoricum Regem, qui tunc apud Nouam ciuitatem prouinciæ Mæsiæ morabatur, pro- fectus est. Aonulfus vèrò præcepto fratris admonitus, vniuersos iussit ad Italianam migrate Romanos. Tunc omnes incolæ tamquam de domo seruitutis Ægyptiæ, ita de quotidianâ barbarie frequentissimâ depræda- tionis educti, S. Seuerini oracula cognoverunt. Cuius præcepti non immemor venerabilis noster Presbyter Lucillus, dum vniuersi per Comitem ^e Pierium com- pellerent exire, præmissâ cum monachis vesperæ psalmodiâ, sepulturæ locum imperat aperiri. Quo pa- tefacto, tantæ nos suavitatis fragrantia omnes circum- stantes accepit, ut præ nimio gaudio & admiratione prosterneremur in terram: deinde humaniter æstimâtes ossa funeris inuenire disfuncta, (nam annus sexus depositionis eius effluxerat,) integrum corporis com- pagem reperimus. Quo miraculo, immensas gratias ^f S. Seuerini retulimus omnium conditor, quia cadaver Sancti, in ^g corpus post illas annos nullum aromata fuerant, nulla manus accesserat con- dientis, cum barba pariter & capillis usque ad illud tempus permanisset illas. Linteaminibus igitur immutatis, in loculo multo iam tempore antè præparato funus includitur, carpentum trahentibus equis mox uechitur, cunctis nobiscum prouincialibus idem iter agentibus, qui oppidis super ripam Danubij reli- citis, per diuersas Italæ regiones varias suæ permigra- tionis sortiti sunt sedes. Sancti itaque corpusculum ad castellum nomine ^b Montem Feletem multis emensis ^b regionibus apportatum est.

56 Per idem tempus multi variis occupati languo- ribus, & nonnulli à spiritibus immundis oppressi, me- Claret mi- delam diuinæ gratiæ sine ullâ morâ fenserunt. Tunc & raculus. mutus quidam ad id castellum suorum miseratione perductus est, qui dum in oratorium, quo sancti viri corpusculum super carrum positum adhuc permane- bat,

Mutus eius meritis loqui sur.

bat, atcer peruenisset, ac sub eo clauso oris sui ostio in cordis cubiculo supplicaret, illicò lingua eius in orationem resoluta, laudem dixit Altissimo. Cumque reuersus ad hospitium, quo suscipi consueverat, interrogatus fuisset ex more, natu signoqué pulsatus, & orasse se, & laudem Deo obtulisse clarâ voce respondit. Quo loquente pauefacti qui eum nouerant, ad oratorium cum clamore currentes, sancto Lucillo Presbytero, simulque nobis qui cum illo eramus, ignorantibus quid euenerat indicarunt. Tunc omnes exultantes in gaudio, diuinæ clementiæ gratiarum retulimus actiones.

Corpus S. Seuerini in Castello magnifice conditum.

57 Igitur illustris fœmina i^o Barbaria B. Seuerinum, quem famâ vel litteris cum suo quondam iugali optimè nouerat, religiosâ deuotione venerata est. Que Lucullano cùm post obitum eius audiens corpusculum Sancti in Italianam multo labore perductum, & usque ad illud tempus terræ nullatenus commendatum, venerabilem

k Presbyterum nostrum k Marcianum, sed & cunctam congregationem litteris frequentibus inuitauit. Tunc S. Gelalij Sedis Romanæ Pontificis auctoritate, & Neapolitano populo exequiis reuerendis occurrente,

l in castello i^o Lucullano per manus S. Victoris Episcopi, Mausoleo, quod prædicta fœmina condidit, ex parte collocatum est.

Multi istib[us] hic janati.

58 Quâ celebritate multi languoribus diuersis affecti, quos recensere longum est, receperunt protinus sanitatem. Inter quos quædam venerabilis ancilla Dei, Processa nomine, cuius Neapolitana, cùm grauissimum ægritudinis pateretur incommodum, sancti funeris prouocata virtutibus, in itinere properanter occurrit, ingressa sub vehiculum, quo corpus venerabile portabatur, statim caruit omnium languore membrorum.

n 59 Tunc & n^o Laodicius quidam cæcus, inopinato psallentis populi clamore percussum, sollicitè suos quid esset, interrogat. Respondentibus quod cuiusdam sancti Seuerini corpus transiret; compunctus ad fenestrâ domus, in quâ manebat, se duci rogat, de quâ poterat à sanis eminēs multitudo psallentium atque vehiculum sancti corporis contemplari. Cumque fenestrâ enixa incumbet atque oraret, protinus prospicit sigillatim demonstrans omnes notos atque vicinos. Quo facto, cuncti qui audierant, gratias Deo lacrymantibus gaudiis retulerunt.

o p 60 o Marinus quoque Primicerius p^o sanctæ Ecclesiæ Neapolitanæ, cùm sanitatem post immanissimum capitum dolorem recipere non posset, caput vehiculo liberatus.

credens apposuit, & mox à dolore liberum subleuauit; *Avt.* memorque illius beneficij, semper in die depositionis *Ego* eius occurrens, deuotum sacrificium Deo cum gratiarum actione reddebat. Verum multis plura scientibus, sufficiente ista de innumeris, quæ ingressu eius gesta sunt beneficiorum virtutumque retulisse miracula. Monasterium igitur eodem loco construendum, ad memoriam beati viri hactenus perseverat, cuius meritis multi obsecuti à dæmonibus curati sunt, & diuersis obstructi languoribus receperunt ac recipiunt, operante nomine Dei gratiæ, sanitatem, cui est honor & gloria per infinita lœacula sæculorum, Amen.

Monasterium S. Seuerini construitur.

a Sur. Auicianum.

b Id factum an. 487. Boëtio Consule. Ex iis pōrō q̄a hic narrantur refellitur Irenicus qui lib. 3. Exeg. Germ. c. 14. Felesheim ait sine liberis defundit, Gjā regnum reliquiss; hanc Subæ nuptam Hunulphum peperisse & Odoacrem Italæ Regem;

c Sur. Brauner. Sigon. Onulfum. Auentin. Anulfum, Staib. Mulfum.

d Hic paulò post, anno nimirum 489. Italianam invasis, atque Odoacrem aliquot pralitis vicit.

e Al. Nouas. Staib. Nonas, mendosæ. Notitia Imperij plures Nouas vel ad Nouas habet. Hac ad Danubium sita in Moesia inferiore. Credita erat Theodorico tum Moesia inferioris & Dacia Rensis pars.

f Sur. & Staib. Pigerium. Militaris hic fuisse Comes videretur, non ut vuln. Auentinus, Vindelicie & Norici Praes.

g Migratio has sonorigit post captum an. 487. Felesheim ante motum an. 489. à Theodorico bellum, ergo 487. vel potius 488. Vnde colliguntur S. Seuerinum an. 482. sexennio nimirum antē esse mortuum; non 494. ut scripsit Hundius. Tum quoque S. Antonium, de quo xxviii. Decemb. agetur, ex Norico in Italianam migrasse, existimat Bratenurus.

h Hand fasit liquet, quod id castellum fuerit. Est in Venetorum Carnorumq; finibus Feltria ad Plauim flumen urbi Episcopalis, antiqui nominis. Ab hoc S. Seuerini corpus deportatum est an potius in Umbriam, cuius pars Monte Feltre dicitur inter Conchâ & Marchiam flumina, ubi oppidum in edito colle vulgo S. Leo, olim Mons Feratrus, forte Ferertrus, Gracis pōlūs Phœnix. Staibanus ad Montem Seletum, Engenius ad Silerum, amictus Sancti exuinas scribunt.

i Baron. Barbara.

k Engen. Martinum.

l Situm fuit hoc oppidum, siue castellum, inter Neapolim & Puteos. Non est verò, ut suspicatur Velserius, oppidum Picentinorū, proximè Nuceriam, S. Seuerini dictum Lucullanum nunc dici Castellum del Ovo scribit Cesar Engenius.

m Hac duo verba, ex parte, aberant à m s. Belfortij.

n Alij Laodicius.

o Sur. Marianus.

p Addunt Sur. & Belf. cantorum.

DE TRANSLATIONE S. SEVERINI.

X. Oct. 1 A. N. Ch. cmx.

Tres S. Seuerini translatores:

1 **T**ER reliqua sunt S. Seuerini translate: primùm anno 488. sexennio ab eius obitu, ex monasterio quod iuxta Fabiana construxerat, in Italianam ad montem Feletem; siue i^o Feltria nunc est; siue oppidū S. Leonis, olim Mons Feretratus, aut Feretrus dictum, in Umbriam inter Ariminum & Crustumini, vulgo Marechiam & Concam, annes; siue Filetus vicus Marrucinorum, quem Leander Falletum vocat; seu quis alius locus. Eam translationem describit, qui interfuit Eugippius suprà cap. 12. num. 55. vii & secundam, qua post annum Christi 492. ante tamen finem anni 496. contigit, cùm S. Gelafij Pontificis auctoritate ad castrum siue oppidum Lucullanum, quod ad Luculli celeberrimam villam, inter Neapolim ac Puteolos, extructum erat, sacra deportata sunt pignora, ac magnifico condita Mausoleo.

2 Isthic conditum deinceps conobium est, cuius meminit S. Gregorius lib. 2. ep. 40. his verbis: Mancipa autem si qua de cetero in monasterio S. Seuerini, vel in aliâ ecclesiâ eiusdem castelli de ciuitate refugerint, &c. Et lib. 7. ep. 18. ad Anthemium Subdiaconum, oratori S. Seuerini minnit. Postquam is, inquit, qui ad Episcopatum Surentinæ ciuitatis electus fuerat, aptus nobis visus non est, Amandum Presbyterum oratori S. Seuerini, quod in castro Lucullano situm est, elegerunt. Dereliquit S. Seuerini agit lib. 2. ep. 58. ad Petrum subdiaconum Campaniæ: Quia igitur ecclesiam positam iuxta domum Merulanam regione terrâ, quam supersticio diu Ariana detinuit, in honorem S. Seuerini cupimus consecrare; Experiencia tua reliquias B. Seuerini summo per debitum cum veneratione transmittat. Rursumq; lib. 7. ep. 85. Indicit. 2. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum: Ianuaria religiosa fœmina sanctuaria beatorum Seuerini Confessoris, & Iulianæ Martyris oblatâ petitione sibi postulat debere concedi; quatenus in eorum nomine oratorium propriis sumptibus constructum possit solemniter consecrati, &c. Quæ loca de S. Seuerino Abbate accipi debere satetur Baronius. At si alius erat Neapoliti Seuerinus publicè veneratione celebris, debuisset sane S. Gregorius utrius mitti sibi, aut Ianuaria dari, reliquias vellet, exprimere.

3 Tandem è Lucullano translata Neapolim sunt anno 111 Leonis Sapienti Imperatoris 24. Christi 910. vt tradunt Ambrosius Staibanus, & Cesar Engenius Caracciolum. Nam cum r. Translacione littera varii Saraceni infestarent, veritus Neapolitanus Dux Ioannes, vt sustinere eorum impetum Lucullanum posset, id subruit, atque oppidanos Neapolim translulit. Tum quoque S. Seuerini Neapolim reliquie deuictæ. Historiam illius translationis scriptis qui aderat, Ioannes Diaconus citatus

Ex vA-

RIIS.

Luculla-

num euer-

sum.

S. Seuerini

corpus in-

tegrum in-

uentum:

tralium.

Neapolim.

Templum

Seuerino

adificati.

Ferrarius

correctus.

S. Seuerini

corporis

in-

uentum:

S. Seuerini

corporis

in-

Hic duo sancta simul diuinaque corpora Patres

Sosius utianimes & Seuerinus habent.

Plur a sribit Engenius de tēpli ac monasterij magnifico ornatu.

10 Contigit illa postrema S. Seuerini translatio x. Octobris,

quo die ritu duplo colitur S. Seuerinus in totā diaecēsi Nea-

politanā, vt pater ex Catalogo Sanctorum, quos Decius Carafa

Festum S. Seuerini Neapolitanus, officio de communī celebrari deinceps iūsit

11. Septembri MDCXIX. Tradit verū idem Antistes in eo ca-

talogō duas olim Neapoli ecclesias nomine S. Seuerini Abbatis

adificatas; primam in Lucullano castro extra urbem à Barba- Ex v A-
riā matronā, (quam Barbaram vocat) Eugippio memora- R I I S.
tam; alteram intra urbem, que sola nunc extet a religiosis mo-
nachis Cassinenibus culta ; inque eam, inquit, hac die
(x. Octobr.) translatum fuit sacrum corpus S. Seuerini,
Stephano III. Episcopo Neapolitano concedente. En
quā apposite vir ille maximus conjectura nostra subscribit,
non Episcopo, sed Presbytero Seuerino adificatam illam fuisse
ecclesiam, in quam deinceps est eius corpus translatum.

DE S. SEVERINO EPISCOPO

SEPTEMPEDÆ IN PICENO.

SEC. VI.

VIII. IA-

N V A R I I .

S. Seueri-

nus Sepre-

Episcopu-

SEPTEMPEDA Piceni, siue, vt nunc loquimur, Mar-
chia Anconitana urbs fuit, Ptolemaeo in 6. tabula Euro-
pa, Antonino in Itinerario, alijsq; veteribus memorata.
Eam Longobardi, vt scribit Leander, solo æquaerere. Ex
pedanus eius ruinis nobile oppidum Sanseuerinum ædificatum.
Nomen inditum à S. Seuerino Septempedano olim Antistite.
Hunc VIII. Junij refert Martyrologium Roman. hū verbis: In
Piceno S. Seuerini Episcopi Septempedani. Quo die
nullum Baronij estate antiquius Martyrologium, quod quidem
hactenus viderimus, illius meminit. Ferrarius in Catalogo SS.
Ital. vi. Id. Junij migrasse in celum scribit: aſt in nouo Catalogo
SS. testatur à Septempedani vi. Id. Ianuarij col. sufficiatur q;
hunc ipsum esse qui eo die in Romano Martyrologio S. Victorini
frater dicitur, sed perperam Neapoli, pro Septempedæ
scriptum esse. Ecclesia verū eius nomine dicata consecrationem
VIII. Junij recolunt Septempedani, vt testatur idem Ferrarius.

2 Victorinus Martyr, cuius frater fuisse Seuerinus Nea-
politanus traditur, celebratur in omnibus Martyrologiis x v. A-
pril. ad aquas Cutylas martyrio coronatus, quid cùm SS. Ma-
rone & Eutychete S. Flauiam Domitillam confirmare in pro-
posito tuenda virginitatis crederetur. Atque hunc Amiternini
Antistitem suum fuisse putant. Rursum v. Septembri idem me-
moratur in Martyrologio Romano & alii, sed veluti diuersus,
tamen ad Aquas Cutylas intersectus, cùm esset Amiterni Epis-
copus. Ad eo die Seuerini fratrem vocat, sed manifeste ei qua
Victorini Confessoris sunt tribuit; licet deinde Amiterninū Antis-
titem creatum velit. Sufficiamur v. Sept. olim S. Victorini Cō-
fessore, Amiterninū Episcopū, celebratū, qui cùm Martyr obuſſe,
& Seuerinū fratrem habuisse diceretur, hinc prabita occasio exi-
stimandi alium esse à Victorino SS. Nerei, Achillei, Maroni,
Eutycheti socio, & à Victorino Cōfessore. Victorini Confessoris
nomē Martyrologio Romano adscriptum VIII. Junij hū verbis:
Camerini S. Victorini Cōfessoris. Quid in antiquioribus
Baronio martyrologiis non reperimus. S. Seuerinum Victorini
Martyris fratrem, alium ab eo quem Victorini Confessoris
germanum aſtruimus, ante Vſuardum qui tradiderit, non legi-
mus. Unde libenter Ferrarij coniecturam amplectimur, ita scri-
bentia: Dum essem Neapoli, ac in tabulis Ecclesiae Nea-
politanæ Seuerini Episcopi nomen minimè defcriptū
cernerem, diligenter sciscitari à Canonicis aliiſque in
huiusmodi lebus versatis cœpi, librosque qui de San-
ctis Ecclesiae Neapolitanæ tractant perlegi: tandem
me ad Ecclesiam S. Seuerini contuli, nec quidquam de
S. Seuerino Episcopo, qui Neapolitanus fuerit, scire
potui. Seuerinus enim, qui à Neapolitanis colitar, cui-
que basilica, in quā corpus eius afferuatur, dicata est,
non Episcopus, sed Abbas fuit. Ex quo suspicio mentē
meam subiit, nomen Seuerini Episcopi Neapolitani in
Martyrologium alicuius incuria irreptissime, & vt apud
Adonem Acta S. Victorini Martyris cū Actis S. Victorini
Confessoris confunduntur; sic Seuerinum Septē-
pedanum Episcopū, qui, S. Victorini Confessoris ger-
manus fuit, per errorem Neapoli attributum fuisse.

An aliquis
Seuerinus
Neapoli
Episcopu-

3 Fatesur quoque Baronius in Notis ad Martyrologium
VIII. Jun. ambiguam & subobscuram de S. Seuerino nar-
rationem esse, propter omniudem cum S. Seuerino Neapo-

litano similitudinem. De Victorino Martyre, & Victorino Cō-
fessore alibi agemus, & fortassis interea nancisi certiora lice-
bit. Hic solū Martyrologia preferemus. Ado sic scribit v. Id.
Ianuarij: Apud Neapolim Campaniæ, S. Seuerini Cō-
fessoris, fratri beatissimi Victorini clarissimi viri in
miraculis. Qui & ipse fratri imitator, post multarum
virtutum perpetrationē, sanctitate plenus quieuit se-
pultus in loco, vbi primum abstinentissimus, quād ad
Episcopatum vocaretur, conuersatus fuerat. Eadem ha-
bet Notkerus; eadem Beda vulgatus. mss. Ecclesia S. Lambertii
Leadij, & Societatis Iesu Antwerpia, vtrumque Beda nomine
insignitum: Neapoli Campaniæ S. Seuerini Confessoris,
fratri beatissimi Victorini clarissimi viri in miraculis. Addit ms. Ecclesia S. Maria Ultraiecti: Qui & ipse fra-
tris imitator existens post multarum virtutum insignia,
sanctitate plenus in pace quieuit. Quæ loci dumtaxat mu-
tato nomine, (quod facile ob S. Seuerinum Noricorum Apo-
ſtolum irreperere potuit) S. Seuerino Septempedano vnicè qua-
drant; vii & qua in veteri Romano habentur: Neapoli Se-
uerini Confessoris Victorini fratri.

4 Vſuardus: Neapoli Campaniæ Natalis S. Seuerini
Episcopi & Confessoris, fratri beatissimi Victorini
Martyris: qui Seuerinus post multarum virtutum per-
petrationem, plenus sanctitate quieuit. Eadem habet Quid v.
Bellinus de Paduā. Molanus in duabus posterioribus editionibus Vſuardus,
ista in Vſuardo expunxit: Episcopi & Confessoris, fratri
beatissimi Victorini Martyris. Hunc enim, inquit in No-
tis, Ado habet Nonis Septembri. At non Seuerinum
habet Ado Nonis Septembri, Sed Victorinum eius fratrem. Ad-
dit Molanus: Vſuardo addita putarim quæ expunxi, aut
ipsum errando duos Seuerinos confudiſſe; Noricorum
ſcilicet Apoſtolum, & Victorini fratrem. Cum Vſuardo conue-
nit Martyrologium Romanum. ms. Centulense, Beda preferens
nomen: Neapoli Campaniæ S. Seuerini Episcopi &
Confessoris, fratri B. Victorini Martyris. Subſcribunt
Romano Martyrologio Maurolycus & Galeſnius. Fallitur toto
calo auctōr Martyrologij Germanici, dum ita ſcribit: Neapoli
in Campaniæ Natalis S. Seuerini Episcopi & Confef-
foris, qui frater fuit S. Victorini Martyris, & Neapolitanus Episcopus. Venit deinde in Bauarium, ex ædi-
catoque monasterio cum paucis monachis illuc iuxta
doctrinam Euangelicam vixit, in omni continentia &
castitate, in ieuniis & orationibus, obdormiuit tan-
dem in Domino.

5 De SS. Seuerini & Victorini Acta ita ſcribit Baro-
nius in Notis ad Martyrologium VIII. Junij: Horum fratrum
Seuerini & Victorini Acta legitimus accepta ab ipſo-
rum Ecclesiā, ex quibus nouimus hos fratres fuisse vte-
rinos, eremiticamque vitam excoluſſe: quorum Vi-
ctorinus cùm aliquando lapsus fuſſet, arctioribus ſe
disciplinæ vinculis mancipauit, ac sancto fine quieuit:
Seuerinus autem ad regimen Episcopatus assumptus
sanctitate clarus migravit ē vitā, cuius venerandū cor-
pus ante quadriennium repertum, honorificentiū re-
conditum est. Floruerunt ambo temporibus Iustiniani
Imp. cùm Vigilius Romanæ Ecclesiæ (vt ipſorum Acta
T t 4 teſtan-

Quid de eo
antiqua
Martyro-
logia.

Ætas. S. Philamena virginis corpus ne a Corpis inuenitum abser-
tur, in ecclesiâ cathedrali conditum à S. Seuerino fuisse: quo-
cum Iustiniani estate consentit. Inde resellas quo Casar de En-
Inuentio genio Caracciolum scribit, eodem quo Victorinum Martyrem
S. Seuerini. tempore vixisse alterum in Umbriâ Victorinum cum Seuerino
fratre. Idem Ferrarius inuentarum S. Seuerini reliquiarum
meminit, (quod ex citato Baronij testimonio colligitur accidis-
se circa an. 1581) traditq; vitam eius tribus libris à L. Fran-
co scriptam.

V I T A

SS. SEVERINI ET VICTORINI.

Auctore Anonymo, ex veterib. MSS.

I V c v s q y e nos Patriis Hieronymi
dicta referentes per interpretem lo-
cutor Lector aduertat: reliqu opus,
vt sermo noster est, vestra caritas li-
benter audiat. Quæ enim singulis de
Sanctis fideli auctore comperimus, in
historiam misimus, ne laterent homines quorū Deum
non latuerunt virtutes. Primumque à Victorino in-
choantes, quem Seuerini legimus fuisse germanum, vt
velut ab optimo fundamento opus nostrum inchoans,
ad perfecti ædificij solida recta consurgat.

*SS. Vito-
rinus &
Seuerinus
simul vir-
tutis fidei:* 2. Hi post vtriusque parentis obitum, se inuicem
pædagogætes, pari custodiâ & mutuo obsequio æmu-
lantes, etiam bonis operibus germanitatis vinculo pro-
babiles Deo hostias obtulerunt; Picentinæ accolæ pro-
niciæ quæ vadofus b Flusor preterfluit Septempedam.

Cum legentes Euangelia venissent ad locum, in quo

Matth. 19. tentator locuples repercutus est audiens à Deo, Si vis
 esse perfectus vende omnia, quæ habes & da pauperi-
 bus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me;
 ne, vt e contristati redeentes, Domini sequenti senten-
 cie, Ibid. v.24. tiā feritentur, faciliū camelum transire per foramen
 acus, quam diuitem ingredi in regna cælorum, absolu-
 uentes se à nexus seculi, omnibus distractis facultatibus,
 bona sua
 dans pau-
 peribus. pauperibusque diuisis, quorum sciebant esse regna cæ-
 lorum, nihil sibi præter se inuicem relinquentes, expe-
 diti post Dominum cucurserunt, vt meritò dicerent:
 Sicut etiam tu, domine, erimus cursum.

Cant. i. 3. Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus.
Matth. 19. possentque cum Petro dicere: Ecce nos reliquimus
27. omnia, & securi sumus te. Alter itaque seruiens alteri in
mutua vice, & ex mulâ caritate, seruabat imperium li-
bertas: nihil deerat, cum nihil haberent.

Victorinus sibi parebat imperfectum computans, nec satis sibi in etremum factum, si alteri liceret in altero; sic germanum allocutus est: Mi frater care, magis iam ex confamulatu Dei quām ex germanitatis vinculo, si idē vendidimus omnia, vt expediti sequamur Dominum, cur mutuā caritate separamur à Deo? Nam cūm mihi in te idem, quod tibi in me iuris sit, nec mihi deest seruitium, nec tibi. Paret alter alteri, dum facio, quod iubes; & quod iubeo, facis; non facimus quod iussit Deus. Sumo indumentum tuum, tu meum: sic geminæ sunt singulae vestes, cūm vtrisque suæ communes sint. Eremum peto, quæ perfectos habet. Eumque dictis faciens vale, se de tugurio eliminat, silvas petit vicini montis, quem dicunt *a Prolacem*. Nec defuit habitaculum, quod na-

tura præstiterat: sed it in specu excelsæ rupis, quod subter fluentis aquæ geminum sinuârat abruptum, vni tantum hospitium viro, ut sedens somnum caperet; vel si recipere alterum, stans oraret. Texit ostiolum vimine, ut ex antro faceret domum. Hic annum perpetim legens, oransque pernoctat, otiosum agens negotium: & cui nullus intercederet, soli se exhibebat Deo.

4 Cum haec antiquus hostis bonorum, solito inuidens modo, simulans puerilam, sequitur ad antrum viri velut oberraret, applicuit, & sic humili voce obsidens, ut ex-pugnaret, verba cum gemitu dedit: Heu me miseram, quoniam per diversa trahor siluarum errore & tene-
*Demonem
puellera
bunda spe
cie in specie
admitte.*

quoniam per diueria trans illuarum errore & tenu-
bris vaga! Nec locus agnoscitur, & iter queritur, &
auis impeditur. Quisquis es istius dominus loci pro-
culdubio paratis, cui cælum vndeque & vndeque siluz,
fac me virtutum tuarum opus. Eripe frēdentibus apis,
redditurus statim, vt eluxerit. Nec longum posco ha-
bitaculum; ynius noctis hospes ero: satis superque sus-
ficeret operiri limine tuo, ni me fragilis sexus vrgeret,
& transeuntium rictus terrent vrsorum. Ecce saeuen-
tes vlulant lupi, fer opem, dum potens sit: quod vi-
atura sum, tuum erit; si moriar, tuum. Sæue artifex,
quid non expugnas dolis? Referat Victorinus cellulam,
& hostem secum, dum miseretur, includit. Iubet, in-
gressa vt resideat in angulo, quia & ipse in alio sedit, vt
caperet vtrumque.

5 Vix horæ spatiū intercesserat, dum inter nolimina & assiduum corporis motum protenso pede tegit hominem Dei, & velut cōpungens f vulnere noxio calore succendit. Addit igniculum dulcedo sermonis, & malefana iam viscera decus formæ sauiat. Exquisitos cerneret oculos malè radiantes, vultumque fera-liter nitidum: quasi per intexta vimina lunares radij fulgebant: vrget facinus solitudo: quæ sit acturus, vt-pote sine teste, mentitur ignorari, cùm constet magis id omnibus sciti, quidquid Deo tantum teste peccatur. Sed postquam ad opus sceleris est perductus; resupinus in iuuenem prædo consurgit, & qui expugnator fuerat pudoris, censor exitit castitatis. Quid agis, in-quit, vir perfectissime, cui etiam frater grauis fuit? Tunc adiungeris alteri, qui recessisti à tuo? nonne tibi ger-damone: mani tunica grauis erat, adeò vt censum integrum cō-putares; qui vices duorum, ducebas officium seruulorum; qui nouum filuis dogma constituens, suadebas scopulis castitatem; adeò imminemor noctri despecto-que roboris, vt vetustum sperneres bellatorem? Disce quanti impugnentur insidiis: iace saucius, qui præsum-pseras g & coronam. Statim, vt hæc locutus est ex ocu-lis decepti velut fumus euanuit. Iacuit, qui ceciderat, diu: & tāquam cadauer exangue, nocte perpetim sine aspiratione durauit.

alpiratione duravit.
6 Sed postquam luce clarescente fidera delitescunt,
fugiens testem criminis cellulam, nocentes deserit fil- redit ad
fratrem
uas: redit ad germanum: atque in currentes lapsus pe-
des, diu vocem pudore compressit, prodens tamen la-
crys mis se dolere, quod erubesceret dicere. Sed post-
quam caussam vietus exposuit, & à consolantis affectu,
b poenam sibi ipsi censor imposuit: findens namque ar-
borem, manusque inserens, & præduraram cuneis pef- grauem
fulans cicatricem, agit, ut in supplicium pedes pédeant, paenam
qui ante Deum stare noluerunt: vnà sub obtestatione subis.
colligat fratrem, ne quis se priùs solueret, quam, cui
deliquerat, ignouisset.

7 Sed mox Seuerinus sancto Episcopo nuntiauit de
fratris facto, & paenitentia, quam ipse sibi ingess-
erat. Deducit : suum Pontificem ad locum: qui allocutus pro
ingenio, cum satisfactum diceret, volens soluere, pro-
hibetur a reuinendo. Id ipsum gratè obuiat differens,
orat, benedicit, redit. Cumque id ipsum sepe fecisset, *Integra*
interim vincitus post imperatū *ieiunium vespere Do-*
minicā modicum panē, nec plus aut minus aqua coa-
*dā ieuniat, uti & Se-
nino pro fratre macerabat.*

8 I am

8 Iam ferme totum transferat triennium, absumentisque inediâ visceribus, vixque inhærente cute sola in vinculis ossa pendeant. Laxior pœna nondum retentura suspēsum, si voluisset reuinctus vitare supplicium. Igitur cùm hoc per omnes fama iactaret, in alieno casu sui quisque misericors, coëunt omnes ad Episcopum, qui huiusmodi ambiret inuidiam. Clamat esse solendum, quem etiam pœna ingereret absolutum. Venit cum omnibus ad monasterium: nec, vt solebat, lenis, sed plurimâ auctoritate succinctus: ac sic erecto supercilio alloquitur reuinctum: Satis exhaustum est pœnatum. Crede Victorine mihi, si credis Deum, tecum hoc iam meo agi sacerdotio, quod Petro Christus contulit, cuius nos heredes sumus: in cælo soluit, quod in terrâ soluit, quia & quod ligatur in terrâ, ligatur in cælo. Cùm videam tibi etiam ipsa vincula iam parcere, quæ cernimus laxiora; soluo in terrâ, quem solutum confido apud Regem cælorū. Sed postquam hæc Episcopus est locutus, statim ad referandum arborem, artificum manus & multitudo colligitur, & dum Victorinus nequirit resistere, nec sic optarer absolui, petit hebdomadæ ieunium, vt cum cunctis se oratione & iennio iuvantibus solueretur. Imperato statim, quia non longè distulerat, & ne minus crederetur dolor alienus, impletâ hebdomadâ tedit cum populo Episcopus. Omnis ætas, vtque sexus accurrit, magnis ac minimis terra densatur, scanditur teatrum monasterij, vicinæ arbores onerantur, clamot idem omnium: Beatissime Papa, absolute quem absoluit Deus. Tunc Episcopus exerrâ manu factio silentio, sic locutus est: Expletum est, Victorine, ieunium, quod petisti: redde, quod promiseras; stet sermo, quem dixeras; ne iterum mentiendo pecces, & iam non est alia pœnitentia. Tunc S. Victorinus ubi se verbis constrictum vidit, eleuans ad cælum vultum post triennium, quia eleuare vincula non permittebant manus, oblatoque prius à Sacerdote sacrificio, altum congemiens sic locutus est: Deus Pater vñigeniti tui filii Domini Iesu Christi, cum quo per Spiritum sanctum vñiversa fundasti; per quem hic mundus in diuersis est species diuisus; qui es omnium creaturarum reparator & conditor; per quem & factus homo & refectus est; per quem & concessa immortalitas & vita mors, inducta per diabolum, sed subacta per Christum; per quem renati secundâ natuitate sumus, si tamen peccare desinamus, quia primam peccando violauimus; per quem huius lucis vñsum cum fratre commerui, meque vitâ sine fratre priuauit, à quo mundi censum cum luce suscepimus, ob quem mundi censum pro immortalitate distractimus, vt pura tibi seruitia exhiberemus; si te purâ mente secutus sum, vt essem perfectior, & à fratre discessi; si te omnibus præpositi affectibus; si te in nocētibus filiis solum quæsiui; si te in illo meæ carnis ergastulo semper oraui; si & quod sum deceptus à diabolo, misericors fui; si quod persuasus sum admisisse, tamen tibi sine teste peccauit; si ad te statim lapsus cucurri; si tibi me reum cum fratre obtuli, cui sine fratre deliqui; si ut satisfacerem delicto, huic volui subiacere suppicio; si me reum feci ante iudicium, si ad te cum meâ pœnâ festino; si satisfeci pœnâ; conuerte sententiam: sit absoluï testis hic populus, qui est testis addicti. Si iam mereor veniam, solue vincula mea; si adhuc pœna superest, detur dilatio soluentis.

Iubetur ab Episcopo solui, post triennium.

Dicit orat.

9 Vix hæc Victorinus ediderat, cælumque ex serenâ parte contonuit, vinclaque arboris purior ignis absolvit. Ruit in faciem turba circumstant, & qui ceciderat solus erectus est. Itaque omnibus collaudantibus Deum, deductus est ad ecclesiam, in quâ degens sine crimine raptus breui ad vrbis m Amiterninae Sacerdotium. Cumque esset omnibus virtutibus pollens, vt Angelicus haberetur, choros meruit introire Sanctorum; regnante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Vincula eius igne cælesti soluntur.

Fit Episco- pus Ami- terninus.

10 Porro Seuerinus, quem suprà memorati dixi. *Auct.* mus fuisse germanum, dum magno studio edomat car- *ANONYMO.* nem suam, ut illius fraudem, qui fratrem deceperat, pos- *Ex MSS.* set vincere, & omnes eius impetus euitare, cumq; ger- *Seuerinus* mani culpam velut suum delictum in se ipse damnal- *fit Episco-* set, vt implereret, quod dictum est: Frater fratrem adiu- *pus Sepet.* uans exaltabitur, *Septempedanæ* meruit Ecclesiæ Sa- *Prou. 18.* peda. cerdotium: n quem locum vt meritò se probaret inde- *ptum, breui omnibus æquiparans non potuit superari.* *"* Sed quia hæc breue est omne quod magnum est, ad cæ- *lestia citò meruit regna migrare o vi. Kalendas Maias;* *"* in eodē sepultus loco, in quo habuerat monasterium, *Moritur* & quod dilexit in corpore non deseruit sanctitate: plu- *clarus mi-* res enim nunc in spiritu, quâm tunc præsens, exhibit *raculus.* medicinas.

11 Sed tacendum non puto, quod de eius compa- *rimus sanctitate. Nam cùm Idibus Maiis eius deposi-* *tion celebretur, licet & Kalendis Maiis, quibus est in-* *deptus Sacerdotium, turba conueniat; tamen ad supra-* *dictum diem velut ex omni orbe deuota conuenit* *multitudo: accurrunt plurimi Sacerdotes, vt & deuo-* *tionem deferant & benedictionem deportent: sed pri-* *die quidam Innocentius vir sui nominis, p auctor ad-* *huc & vnicus, vicum q Fauerianū petens, vidit noctis* *strepitus existenter, ingrediens quemdam locum cre-* *dens iter Rectorem Provinciæ noctu ingredi, paullu-* *lum se ex aggere & elaterat patens, vt è vicino cauillam* *disceret. Nec longum post spatiū, vidit quatuor cum* *funalibus præcedere, quorum illud lumen erat: duos* *post eos stolatos ire cum virgulis, post vnum residen-* *tem in equo, cuius & vestium candor & capitis niuem* *SS. Apofo-* *antecedet. Post quem calvus aliis equo vehebatur:* *li alijsq* *quos magna sequebatur peditum multitudo, è quibus* *SS. ad fe-* *vnum, qui claudicans remâserat, curiosus inquirit, qui* *sum S. Se-* *uerini con-* *essent; & ait, quatuor lampadarios quatuor esse Epis-* *copos: Xyltum, Marcum, Marcellum, & Iulium; duos* *cum virgis, Stephanum & Laurentium: duos sedentes,* *Duos Apostolos Petrum & Paulum; reliquo que se-* *quentes, Martyres & Episcopos: Sed & v Zipherinum* *ire cum mutatoris Petri, qui rogatus à Seuerino sem-* *per hac die interdit, vt benedicat populum & visitet.* *Quis de meritis ambigat Seuerini, cui tantum videt A-* *postolos deferre? Vel quis & hunc immerentem æsti-* *met, cui est videre permisum?*

12 Sed si quis etiam vitam vult scire Innocentij, paucis audiat verbis: Cùm hæc vidisset, statim ad eccl. *Innocentij* *properauit, factusque catechumenus, interpo-* *lato tempore etiam baptizatus est. Nec vñquam dese-* *uerio, in-* *renit ecclesiam factus Clericus, etiam Presbyterij me-* *ruit benedictionem, vt semper innocens atque in suâ* *innocentiâ permaneret, vt de eo dictum putemus: Ec-* *ce vir Israëlia, in quo dolus non est. Hic aliquando* *cùm ad S. Seuerini monasterium properaret, in quo* *erat ordinatus, sequitur eum ouicula, in quâ totus ei* *census erat, & cùm nequirit transire Flosorem, quem* *imber incitauerat; forte per xigellum, quod ripis su-* *perposuerant pastores, transit, oue in aliâ relictâ ripâ;* *qua erumpens in vocem hoc ait: Cui me hæc reliqui-* *sti? Tunc vir plenus Deo inquit: Transi, quia ego ipse* *Oui mi-* *transi in nomine Domini Iesu Christi. Tunc animal* *rabiliter* *innocens sumptâ per Deum fiduciâ sequitur Innocen-* *tium. Per meritum pastoris, est data vox pecori, & cō-* *fidentia per Dominum nostrum Iesum Christum, qui* *viuit & regnat in unitate Spiritus sancti per omnia se-* *cula seculorum. Amen.*

Explicit vita S. Victorini & Seuerini, duorum ger-
manorum ex Picentia prouincia, qui prius solitariam simul ducentes vitam, posteà Episcopalem sortiti sunt nobiliter eminentiam.

Hoc exordium aberat ab aliquot MSS. Ex eo colligitur, hanc narrationem partem esse maioris operis.

b Pro.

- BX MSS.** b Propter Septempedam qui nunc fluis amnis, Potentia dicitur. Cluverius Flusorem nunc Chientum diciputat, qui Tolentini alluit. Potius veteri scriptori habenda fides.
- c Mombr. exscriptati.
- d Lacus est in Apennini valle, quem Potentia flumen exhaurit, cui oppidum hodie apud confluentem appositum est, vulgari vocabulo Pioraco. Id antiquis fuisse dictum à situ ante lacum PROLAQUEVM, ut in Equis ad Antenam ripam oppidum sub lacu erat SYBLAQVEVM, ex Antonini disco Itinerario, ubi iter est eiusmodi: Nuceria, Dubios, Prolaque, Septempeda, Tre, Auximum. Ita Cluverius Ital. illustr. lib. 2. cap. 6. Verisimile est monsem hisc oppido vicinum intelligi, vel iugum aliquod Apennini.
- e Alij filiis, errore, &c. uti & Ado.
- f Al. vulnera noxiō, calorem.
- g Al. de coronā.
- h Hic foras aliiquid deest.
- i Camerensem, ut sit Ferrarius. Et Camerium inter Chientum & Potentiam annes situm, hanc procul à Prolaqueo. k Al. innocentibus.
- l Al. cālique.
- m Amitemnum Sabinorum urbi celebris fuit: et a eversa, magnorum operum, theatri, templorumq; supersunt vestigia, ut Leander testatur; superest ecclesia D. Victorino sacra, (scilicet Ferrario) Martiri, ut remur, qui ad Curilius aquas interficiunt tamen iuxta Amitemnum sepultus est. & Episcopus Amitemnus fuisse illorum populi.
- n ms. Mer. v. Id. Ianuar. fortē vi. Id. Ianuar. scriptum fuit. Ceterū xxvi. April. xv. & i. Maij, qui dies hic exprimuntur, nullum ē nostris Martyrologiis eius meminit.
- o Absens quaevis ha vocula à quibusdam MSS. In nonnullis est Actor, id est curator fortassis ac dispensator eiusdem, aut viri potestis, aut Reip. Sufficietur aliquis legendum, Actor adhuc & minus.
- q Fabrianum interpretamur, nobile hac tempestate oppidum inter Santinum, Camerium, & Matelicam; in cuius agro Attigio vicus, in Attidi oppidi ruinis.
- r Al. trepidus.
- s Mombr. eximit.
- t Coluntur sancti Pontifices, Sixtus I. 6. April. 11. 6. Aug. 11. 28. Martij. Marcus 7. Octob. Marcellus 16. Ianu. Iulius 12. April.
- v ms. Ful. Ziferinum. as Scuerinum, siue ad oppidum S. Seuerinum. Est alioqui in eadem Umbriā Tifernum Tiberinum, apud Tiberis ripam, quod nunc Citta di Castello dicitur; alterumq; Tifernum Metaurensis, nunc S. Angelo in vado, ad Metaurum flumen in Ducatu Urbini. Neutrū tamen Septempeda admodum vicinum.
- x Ita MSS. protigillo. Mombr particellum.

DE S. AFFLINO EPISCOPO CONE.

VIII. IA- **A**FFLINVS Episcopus & Confessor refertur hoc
NVARII. die in Martyrologio Coloniensi excuso an. Ch. MCDLXXX.
in Addit. Carthus. Coloniensis, ad Vfuardū, Editū an. Ch. MDXV.

& MDXVI. itemque in Molani i. edit. Martyrol. Germanico,
ac Ferrario, qui Afflinum vocat. Aliud nihil de eo comperi-
mus.

DE B. BALDWINO MARTYRE,

ARCHIDIACONO LAVDVNENSI.

SECVL

VII.

VIII. IA-

NVARII. I

Balduini

notoriū in
martyrolo-
giis.

Agitur B. Balduini, siue Baldvini, aut Baldoēni natali VIII. Ianuarij; quo die ista habet MS. Florarium Sanctorum: Ipso die S. Balduini Leuitæ & Martyris. Ferrarius in generali catalogo Sanctorum, & Martyrologium Germanicum: Lauduni in Galliā S. Balduini Diaconi & Martyris. Andreas Sausaius in supplemento Martyrologij Gallicani: Apud Laudunum Clauatum, natalis S. Balduini Diaconi & Martyris, qui filius Alduini Comitis & S. Salaberga post obitum viri Abbatissæ, ad Christi famulatum ab ineunte ætate se conuertit, sacrificisque Ordinibus initiatus, apud eam urbem Leuitico ministerio cum sanctissimè fungetur, pro pietate & iustitia, cuius perpetuo zelo flagravit, ab impiis interemptus occubuit.

2 Molanus in Addit. ad Vfuardū: Apud Laudunum Galliæ, B. Balduini Archidiaconi & Martyris: cuius actus in vitâ Salabergæ matris eius cōtinentur xxix. Septembribus. S. Salabergæ vitam habemus ex codice Longpontico à Nicolao Belfortio descriptam, & vt suspicamur, paullum expolitam: sed in eâ licet mentio fiat S. Balduini, non tamen narrantur res ab eo praeclarè gesta; vt suspicemur Molanum luculentiore aliquam S. Salabergæ vitâ vidisse. At B. Balduini separatim historiam qualemcumque exhibuit nobis MS. codex Corsendoncani Canonorum regularium monasterij. Breuior aliquantò extabat in MS. Sanctilogio Guilielmistarum Brugensium, è quâ Belgicam, quam edidit, efformauit Heribertus Rosveydus noster.

3 In hac vitâ atas non exprimitur B. Balduini, solum dicitur mater eius Salaberga, regnante Dagoberto, (qui anno Christi D CXLIV. obiit, regni Neustriae XVI. cum antea Austrasias aliquot annos imperitasset) nupissime Basoni. Aliquantò distinctius colligi atas illius potest. Nam S. Eustadius in vitâ S. Salabergæ dicatur, cùm curam fratum Luxouienium tribus circiter egisset lustris, vitâ functus, eiq; S. VV albertus suffectus, cùm necdum Basoni iuncta matrimonio esset Salaberga. Siue ab electione S. Columbani, siue à Theodorici cedet illa ordienda sint lustra; (q uod XXIX. Martij in Eustasijs

vitâ disquiremus) non potest illud matrimonium ante D CXXV. foris nec D CXXVIII. Christi annum contigisse. Quinque dein liberos suscepit Salaberga, & quibus tercia fuit S. Austrudis Virgo, quintus Baldoēnus, quem & ipsum iuxta priores omnipotentem Deo sacravit. Erat porr̄ Austrudis, cùm eis mortua est mater, annorum viginti; Balduinus aliquantò adolescentior: qui cùm deinceps vir prudens, in rebus gerendis industrius, sorori monasterio vtilis, ei & quibus ipsa praeerat sacerdotialibus familiaris fuisse prædicatur, debet fuisse tum etate prouectior; neque enim iuuenem adhuc, quovis consanguinitatis aut pietatis praetextu, decuisset virginum aut res familiariter curare, aut alioquin amicitias colere. Mortua igitur videtur S. Salaberga circa annum DCL. aut paullo post. Vt enim Mori S. Sa- ex eius vitâ colligitur, S. Ansericus dudum ante eam decepit, laberge. qui tamen minimum usque ad v. Septembribus anni D CXLVI. superstes fuit, cùm tradatur SS. Crispini & Crispiniani (de quibus xxv. Octob.) reliquias inuenisse, presente S. Eligio iam Epi- scopo, qui eo anno mense Maio consecratus est.

4 Accedit quod Archidiaconus fuisse Laudunensis Ecclesie B. Balduinus scribitur. Ita enim habet Claudius Robertus Archidiaconus in catalogo Laudunensis Antistitum: x. Serulfs, cuius conus Lau- dunensis: Archidiaconus B. Balduinus S. Austrudis frater. An- dreas Sausaius in supplemento Martyrologij ad xvii. Octob. Cælestem aulam hodie ingressa est S. Austrudis virgo: cuius frater B. Balduinus S. Seculphi Laudunensis Epi- scopi Archidiaconus, lector etiati & socius in gloria æternâ, sanctâ ex conuersatione & fideli dispensatione esse cœtus est. Huius Seculphi, siue Serulphi non reperimus adhuc in martyrologiis nomen. Ceterum hoc Archidiaconi munus non nisi atate & scientiâ maturo commissum verisimile est. Videri igitur potest Ebroini temporibus esse imperfectus; sub quo quando ex eadem vrbe Laudunensi Martinus Dux dolose euocatus, occisus trucidatus quoque est.

5 Quidam Martyrem B. Balduinum appellant; eum titulum suprad vii. Ianuarij, in Prefat. ad vitam S. Canuti §. i. an Mar- tyr. num. 4. diximus in quoque tribui, qui vita innocentia spe- stabiles nefariè ab improbiis occisi sunt: quamquam vide- tur

tur infitiae tuenda studio odia in se sceleratorum hominum prouocasse Balduinus.

d In ms. Corfendorcano plerumque Austrudis dicitur, Rosvveydo Ex ms. s. Austrudis. Colitur xvii. Octobr.

VITA

Ex ms. Corfendorcano.

C A P. I. B. Balduni parentes, sancta soror.

B. Balduni parentes, **a** EMPORIBVS Dagoberti Regis Francorum fuit in hoc mundo quidā vir, nomine **Baso**: qui nobilibus ortus parentibus secundūm naturam, nobilior factus moribus per gratiam, consilio Francorum Procerum duxit vxorem Salabergam, **b** generosi & religiosi virtūtis Gutvini religiosa filia. Hæc post sterilitatē peperit spōso suo inter electā & turbā natorum filiam vnam, quæ **Austrudis** appellata est.

C **d** **soror Au-** Nutritur à progenitoribus suis hæc cum magno studio totius diligentia, tradita religioni Christianæ, discens etiam literas in diebus teneræ infantiae. Excedit itaque annos puerates, ambulans de virtute in virtutem, virgo nouiter nata; & dum cessat vagire in cunabulis, laudes dicit cantare filio virginis. Fit etiam per diuinam clementiam capax memorie audiendo & legendo, exercens se etiam in magisterio doctrinae: insignis apparet carnali generatione, insignior mentis sanctitate; pretiosa vultus specie, pretiosior corde: manifestatur mundo plena esse eloquentia, sed plus multò sapientia; dilecta Deo & hominibus anchoram voluntatis sua copulauit virtutibus. Insuper tantè repleta est gratia, ut morum marititas monstraretur in eius ætate primâ.

recessat **monia-** **3** Præterea cùm esset in anno duodecimo requiri- tur à quadam Landrano nobili genere progenito, qui delatas multas secum opes auri & gemmarum ac vestium, tradidit manibus parētum, ut possit Austrudem virginem accipere sibi coniugem. Sed probatur frustra pro Dei sponsa sua dedisse, & frustra ampliora promisisse. Recusat namque Virgo respuens opes transi- turas, & perituras nuptias. Dumque incipit militare Deo filia nobilium, lætantur ordines Ecclesiasticorum, offerentibus Clericis illuminatos cereos & cruces in manibus portantibus, ac Deum laudantibus protantâ virtute, quam cognoverunt esse in virgine Austrude: sicque prosequuntur cantantes usque ad monasterium cui præfuit S. Salaberga mater huius sacræ pueræ, piè regendo cateruanam sanctimonialium.

creatur **Abbatissa.** **4** Post aliquot autem dies venerabilis Abbatissa Salaberga sentiens resolutionem sui corporis imminere, committit pastoralem sollicitudinem filia suæ Austrudi, post fugam nuptiarum suarum olim Deo sacra- tæ, commonens eam habere curam ouilis Christi, in quo erant ferè trecentæ pueræ ibidem Deo seruientes. Cum consilio Laudunensis Ecclesiæ Pötificis & Francorū Procerū qui præerat huic Provinciæ, atq; af- sensu ac elektione & acclamatione sororū tunc in loco illo degentium, sub regali licentiâ, benedictione Episcopali sacratur in Abbatissam: eratque viginti annorum quando gregem Christi sub suo suscepit regimine. Tota in Deo erat eius intentio: & quia non diebus aut noctibus à colloquiis & mandatis diuinis recessit, in tantum Deo adhærebat; ut eius habitus, sermo, vul- tus, incessus doctrina virtutum esse videretur.

a Blandinus, cognomento Baso, ex Sicambrorum prosapia spe- stabili ortus, dicitur in vita S. Salabergæ xxii. Septemb. Rosvvey- dus perperam Kalonem vocat.

b Rosvveydus, aut potius sorors librarius, Cutionium fecit. In vita S. Salabergæ Gundoinus, & Gunduinus dicitur.

c Imò peperit S. Salaberga primum tres filias, Sarerudam, Ebaben, Austrudim: tum filios duos, Eustafium, qui post decessit, & Baldoënum. Vita S. Salabergæ. Vnde corrigas quod Rosvveydus no- sfer scribit; Austrudim ynicam filiam Salabergæ natam post plu- res filios.

C A P. II. B. Balduni cedes.

S ITA QVE dum beata virgo Austrudis conaretur exercere omnes dies vitæ lūe in Dei laudibus, sagittas doloris occulte fabricat humani generis inimicus. Erat namque ei frater carissimus nomine Balduinus vir probus & prudens, magni nominis, & in Ecclesiasticis gradibus apicem assecutus a Leuitici ordinis. Aduersus hunc dilectum Deo ac hominibus, stimulante diabolo, concipiunt & meditantur dolos qui videbantur esse amici & fideles huic virginis & eius fratri. Diligebatur autem à sorore nimio affectu Balde- vinus, non ipse minùs diligens sororem: quoniā non solum carnis affinitas, sed vnitatis animorum, & morum sanctitudo, germanæ caritatis mutuo conciliabat amorem. Contra hunc itaque, ut prædictum est, artifex doli & omnis malitia inuentor diabolus, quorum dam concitauit mentes, ut virum iustum & sanctum odirent gratis, & machinarentur contra eum cōsilium malignitatis: & ô dolendum facinus, & suspecta semper dies perditorum! Eorum denique contra Virginem & fratrem eius armavit animos, qui primos se veteri volebant in amicitia amborum. Sed numquid in hoc seculo deest perfidia prauorum quæ prober patientiam bonorum? Semper enim pars malorum infestat partem piorum, ex quo Cain fregit & sarculo guttatur fraternum. Nam rara fides est hominum de quibus Iob. 36: scriptū est: Simulatores & callidi prouocant iram Dei.

6 Denique tenerrimè dilectus à sorore S. Balduni, in simplicitate cordis sui dolosè cùm peste inuidiæ præstrœsis & præordinatis omnibus quæ ad explicationem doli necessaria videbantur, explorato tempore pariter & loco, inuitatur ad quamdam villam vir iustus in pago Laudunensi, cui Gohardi Insula **homen dolosè** est, quasi ad placitum, ut ibi præcipitarent eum in in- **euocatum** teritum laquei, quod factio pacis colore ex amore simu- lato absconderant ei. At ille columbinâ simplicitate nihil mali suspicatus, assumptis secum duobus tantum equitibus, tertius confestim iuit causâ placiti ad locum, qui insidiarum & doli machinationibus præparatus erat per hostes omnium hominum quos terra sustinet sceleratissimos. Sicque apparuerunt impij sub pacis colore in occisionem iusti, qui videbantur esse amici; quorum nomina & stirpem dicere iniuriam esse putamus. Nec mora, consiliis detectis latens odium prodit in homicidium, virumque innocentem & nihil mali merentem talibus præuentum insidiis occidunt confidentes gladiis.

a Rosvveydus solum sit. Ecclesiasticum quoddam munus gesse. **b** Pictores mandibulæ, alijs furcæ ligneæ ferre & vice occidere volunt. **c** Rosvveyd. in't dorp Laudunen, id est vico Lauduno. Pagus hic ditionem sive territorium significant urbis Lauduni, que Laon Gallicè dicitur.

C A P. III. Luctus Austrudis sororis.

7 N VNTATVR occisio fratris auribus sororis, ac illa inter amaras lacrymas Dominum benedixit, sicut simplex & rectus Iob de filiorum amissione. Occisio nempe ranti viri diu celari non potuit, exit sermo, serpit murmur in ciuitate per ora populi: atque ita tandem peruenit ad aures sororis facinus tam execrandi piaculi. Auditâ igitur germani morte fortè **Austrudis** pectus virginis in nullo concurrit, nec cedit dolori: **id magno** sed confortata per inhabitantis Spiritus sancti in se ro- **animos fert:** bustam manum, tam grande infortunium virili animo perferebat: scienque statum humanæ conditionis esse fragilem, iis deflere querimonias curauit dilectissimum sibi germanum: Quamuis sim hodie desolata & frustrata proprio fratre, reddo tibi Deus multipli- ces gratias & refero laudem & honorem Majestati tue. Oblectro proinde, Domine piissime Iesu Christe, ne sen-

Ex mss. sentiam iram iudicij tui, neque auferas faciem misericordia tuę à lacrymis oculorum meorum: sed concede mihi virtutem, ut patienter possim ferre & flere in tempestiua amaritudinem cordis cōmoti, quæ subi-
tò mihi accidit pro damno occisi frattis mei p̄dile-
cti. O Domine Iesu m̄c̄rentium misericordissime cō-
solator quid conquerar prius, quid potius defleam? oc-
casionem frattis, an desolationem meam? Etenim ma-
nus tua Domine tetigit me: & accidit duplex incom-
modum, duplex calamitas; cùm alterum eorum vim
doloris satis exaggeraret, & excederet modum mea
pusillitatis. Nam eti mihi superesset frattum & filio-
rum multiplex turba, & vndeque suppetent suffragia
solatij; nonne solus Balduinus vtilior mihi erat quam
centum fratres? nonne melior quam decē filii? Etiamne
tunc inter mille subsidia superst̄itum meritum tanti virti
aliqua deleret obliuio, aut consolatio aliqua prouenire
posset sorori, cùm sibi viuere post ipsum nihil aliud
esset quam assidue mori? At nunc mihi geminatur dol-
or, duplicatur calamitas; quod is mihi ademptus est,
qui mihi vnicus erat; quem vnicē diligebam,
quem solum anchoram spei, portum consilij, conscientia
secreti, arbitrum animi, & animæ meæ alterum dimi-
diū esse sciebam. O multiplicia vulnera vnius peccato-
ris! Quis quæso, vel irata truculentior tigride, vel
incantata furdior aspide, obturare posset aditum cordis
ad tantos dolores vulnerum, quod minus penetrarent
vñque ad ipsas medullas viscerum? Sed quoniam mag-
nitudo vires excedit humanas, ad te Domine Iesu
confugio, qui iratus misereris, qui vulneras & mede-
ris, qui percritis & sanas: Da sic posse pati duri incom-
moda fati, ne dolor mentem superet; sed si vulnus agis
pro fratribus fac & medicamina plagi, ut dolori mens imperet.
animā orat. Sim licet afflita quod sim sola relata, benedico te.
Tu, cordi m̄esto qui rite mederis, adesto moerēti Deus
animæ. Da requiem fratri, nec exhortear antra bata-
tri viri fidelis anima. Fac ut Sanctorum consors sit &
partis eorum quibus tu es pars optima. Laudo & glo-
rifico ac benedico nomen gloriae tuæ, quod est sanctū,
quod quem mihi dedisti, recipisti. Heu me, iterum di-
cens, frater innocens, ut quid te dimisi in consiliis cru-
delissimorum hominum? Nunquam fuisse causa, pro
quæ ire disposui te dirè interficere: qui eras bacu-
lus infirmitatis meæ. Et quia fraternus amor nescit mo-
dum, iterum adiecit: Nunc qui carnales fratres ha-
bent, memores sint misericordiae, compatiendo lacry-
mis dolore plenis. Scriptum est enim: Si patitur vnum
membrum, compatiuntur omnia membra.

1. Cor. 12.

26.

*Dolorem
diffin-
lans, sua
solatur.*

*Inbet pro
fratre
orari.*

8 Inter has & huiusmodi querelas, inter dolorum amaritudines & æstus; moestus licet animus virili
vultu tegebatur: & amaritudo tanti doloris Spicetus
sancti dulcedine admodum temperabatur. Sancti quo-
que virginum chori turbatione mattis audita & infor-
tunio tali condolebant & compatiebant plurimum,
& occisioni tanti viri, quem valde in Christo dilexe-
rant, & suæ potissimum Matri spirituali. Cùm verò
prostrata solo adhærenteque oratori pavimento
pectoribus, intentissimisque precibus commendabant
Deo animam defuncti, & nimietatem doloris lenire
curabant in sorore ipsius medicamenta orationis. Ma-
ter verò earum, plus ipsarum compassa dolori, accessit
ad eas sustentata manibus ancillarum, quia iam aliter
incedere non poterat fatigata nimiis laboribus & effu-
sionibus lacrymarum. Stans autem iuxta altare, eleuatis
manibus vir compescere potuit flatus earum, & suspi-
ria cordis acerba, tandemque factò silentio sic satur ad
eas crebris singultibus interruptibus verba: ô dul-
cissimæ sorores, parcite dolori, & iam compescite
planctum istum, potius inuocantes Spiritum ut &
mihi desolata fiat refugium, & animæ fratris mei salus ac
refrigerium. Recordentur omnes ac recolant singula
vestrum quam pio vos omnes frater meus dilexerit
affectu, & circa cōmunem utilitatē quam sagaci, quam

solerti semper institerit effectu. Vnde nunc requiritur
ut eius beneficio vicem rependatis, & quia non est ho-
mo qui viuat & non pecet, eius excessibus orationum
vestrarum clypeos obtendatis, quo apud iudicem
omnium misericordiam inuenire mereatur non iudi-
cium.

9 His dictis cum suis sororibus inde progrediens, *occurrit*
obuiam procedit fraterno funeri: stansque in excelsō *funeri*.

loco montis Lauduni in has iterum voces prorupit
vbi primū potuit funus videri: Siccine redit ad fo-
rō, Balduine, ultimum ei vale dicitur, siccine oscu-
la iungis, stringis amplexus, misces colloquia, secreta
committis, extrellum à sorore diuortium accepturus?
hæcne mihi munera relinquis monumento germani
amoris, ut nullius amodò memor lātitiae memorie fu-
neris tui tota inhæreat & obnoxia sit deinceps vita so-
roris. O triste diuortium vbi talia munera relinquuntur,
catorum scilicet funera & vulnera animorum, vbi
non obsequiis, sed exequiis, concerat affectus & pie-
tas amicorum! Cui, frater amantisime, cui reliquisti
vices tuas, curam scilicet desolatae sororis, cui tu eras
gloria in prosperis, in aduersis praesidium, clypeus fo-
ris, domi consilium? Quis nostri amoris dulcem fru-
ctum tam felici procedentem principio, tam flebiliter
minandum credidisset exitu; ut vita duorum ex uno
pendens, atque eadem morum & animorum æquali-
tate vigens, uno decidet interitus? Vno sanè momen-
to duos deperisse dixerim, quia cùm tu viscera meo-
rum pars esses altera, viscera quæ vno mouebantur vi-
tali flatu, quidni moriantur subtrahita sibi potiore
parte, & vita suæ tam miserabiliter dimidiato status?
Inde est, frater, quod me magis superstitem quam te
defunctum queror; quoniam post mortem tuam non
mihi reliaquit nisi iugis afflictio, dolor continuus,
& perpetuus mœror. Hæc dicens & inter manus so-
rorum iterum iterumque recidens super feretrum, deo-
sculabatur illud vberimis lacrymis fluens; & talia pri-
mis adiecit:

O si fortè mori detur cum fratre sorori,
Mortem non timeam, dum simul esse queam.
Affectusque tuos nisi mors mutaret, amares.
Felix morte forem si mors sociaret amorem;
Vincentique fidem nunc quoque sumus idem.
Nam necis illa tua dum mœsta recurrit imago,
Quid nisi continua tempora mortis ago?
Viuo quidem, viuo, sed vulnere sub rediuiuo.
Mors est non vita viuere semper ita.

a *Quomodo oras pro fratre, quem Martyrem diximus appellari?*
Nesciuit illa fortassis causam.

CAP. IV. B. Balduini virtutes, miracula.

10 **S**ED nemo tam sagacis ingenij, qui querimonias *Balduini*
virginis explicare posset sermone; nemo tam *virtutes*
saxei cordis, qui eas audire posset sine doloris compa-
fione. Nec solum soror aut propinquai Virginis hunc
vitum lamentabantur: sed tota simul ciuitas, & omnis
regio, & cuncti viri usque sexus atque ætatis iniustam
viri necem querebantur, recordantes defuncti mode-
stiam, & morum sanctitatem, & quam circa omnes
semper exhibuerat cordis pietatem. Non igitur mirum
est si occiditur tantus vir à diaboli membris, cùm con-
stet hunc Martyrem esse illius qui zelo Pharizæorum
pro salute mundi fuit crucifixus. Semper enim ab anti-
quis temporibus virtutes inuidia persequitur. Igitur
non sine causa Paulus Apostolus prohibet contristari *1. Thess.*
pro morientibus, relinquens tristitiam tantum illis qui *4. 12.*
spem resurgendi non habent. Ex hoc colligitur quia fi-
deliter moritur qui pro Christo victurus occiditur. Se-
curus iam cum Christo vir iste regnat, quia raptus est,
ne malitia mutaret mentem eius; placita enim erat
Deo anima eius: & in breui spatio consummatus mul-
ta compleuit tempora. Ideo in pace factus est in æter-
num

Sap. 4.7. num locus eius, & habitatio eius in Sion. Quapropter quos dormire in sepulchris nouimus, in nouissimâ tubâ sub breui momento temporis suscitarî à Deo credamus. Scriptum namque est: Iustus quâ morte p̄z occupatus fuerit, in refrigerio erit.

Eius sepulchrum. **i** Monstratur autem locus in ecclesiâ B. Mariae Virginis, quæ dicitur Profunda, in quâ sanctissimum corpus illud sepultum multis annis requieuit: donec inde translatum, **a** & vna cum ossibus B. Salabergae matris suæ reconditû est in **b** superiori ecclesiâ B. Ioannis Baptistæ. Quas videlicet ecclesias & ante obitum & post multis decorauit virtutibus: quartum quædam exciderunt à memorî, quædam verò, ne Lectori fastidium faciamus, **c** præterimus ex industria. Porrò hæc pauca quæ narravimus, ad honorem sui nominis &

Ex MSS. laudem Martyris, Deus exemplum voluit fierilegen- tium. Sed & quotidie, si postulantum exigat fides, recentibus miraculis locus ille insignitur, quæ dinumera- re longum est, sed & piè petentibus optata largitur Dominus Noster Iesus Christus, qui viuit in secula se- cularorum. Amen.

a Rosvaydus scribit, vna eius ac matris Salaberga translata reliquias; cum videantur filii reliquie ad maternas allatae.

b Rosvaydus hanc ecclesiam S. Ioannis vocat de hoofkercke, id est capitem, sive primariam, ecclesiam. At cathedralis ecclesia Lauduni Deipara Virginis sacra est. Est verò S. Ioannis nomine canonium ordinis Benedictini: an iſthic condita Sanctorum pignora fuen- rint, nescimus comprehendimus.

c At nostri ob hoc, bone scriptor, gratiam non habemus. Maluimus tradidisses quacumque certa erant & testata: potuissent Le- dores que fastidio essent transilire.

DE S. MAVRONTO, SIVE MAVRONTIO, ABBATE S. FLORENTII VETERIS.

S V B F I - I
N E M S E C . **G**L ANNA, sive Gloma, in m.s. vitâ S. Florentij Glomna, Argentreo in Britannicis Glouua, vulgo S. Florentij veteris, antiquum in Andegauis ad N V A R II. Namnetum fines cœnobium est. Quo à Britonibus euerso aliud Monasterium S. Florentij, antiquum in eadem Andegauensi ditione non rium. procul à Ludoueni territorio, ad Thoedi sive Thoëdæ am- nis, vulgo Thoë, in Ligerim confluentis ostia, S. Florentij nomine edificatum est; cuius iſtū translatum corpus. Prior iſtud scribit Argentraus lib. 2. Historia Britann. cap. 14. à Carolo Magno constructum, dotatum à Ludouico Pio, quæ cum reparari. S Mauronti, ut mox dicemus, etate non consentiunt; nisi de quapiam restauratione agatur que Caroli aut Ludouici studio & sumptu fuerit facta. Antiquus scriptor vita Ludouici iſta ha- beret. Et quidem multa ab eo sunt in eius ditione repara- ta, imò à fundamentis ædificata monasteria, sed præci- puè hæc: Monasterium S. Mariæ & S. Petri de Ferrariis, &c. Monasterium S. Florentij, &c. & cetera plurima, quibus veluti lychnis totum decoratur Aquitania regnum. Addit verò Argentraus, cum Neomenius Britonum Rex illud Caroli Calui tempore vastasset, vulnus in femore accepisse, haud dubio argumento S. Florentij eo scelere offensi, cuius sub tutelâ erat locus; quare id reparandum ere suo cura- se. De S. Florentio agemus XXII. Septembri.

Eius Ab- batis. **2** Antiqui illius cœnobij Abbas fuisse S. Maurontus tradi- tur, ac Childeberti Regis floruisse temporibus, non primi, (vt in veteribus illius loci monumentis scribi testatur lib. 2. Obser- vationum Hugo Menardus, qui compserisse se ait fæde esse vi- tata;) sed illius qui anno D C X C I V. Clodouæ III. fratri Mauron- tis, successit, & D C C X I. obiit. Vnde conficias non anno D C X C I V. (quod scribit idem Menardus & Claudio Robertus) è vitâ ex- do vixerit. cessisse Maurontum, cum necdum regnaret Childebertus.

In S. Hermelandi vitâ xxv. Martij dicitur S. Pascharius Episco- pus Namnetensis (de quo x. Iuli) curasse Antrense S. Herme- landi cœnobium, & quascumque res ei donârat, Childeberti Regis auctoritate confirmari; ac deinceps de S. Mauronti mor- te agitur. Obtinuerat Hermelandum Pascharius à S. Lanberto tum adhuc Fontanellensi Abbate, qui deinde Theodorici III. Regis, & Pipini Herstalli studio ad Lugdunensem electus Archie- piscopatum, successorem habuit S. Ansbertum, paullò p̄st S. Au- doeno in Cathedrâ Rothomageni suffectum. Ex quibus de etate S. Mauronti certius potest constare.

3 De obitu eius hac traduntur in vitâ S. Hermelandi apud Surium: Nocte quadam vir sanctus (Hermelandus) pro Eius obi- suâ consuetudine in basilicâ S. Petri Apostoli diuinæ tau: contemplationi intentus, Abbatis Maurenti (ms. Rubea vallis Mauronti) viri valde venerabilis animam è mo- nasterio S. Florentij, quod Glannam vocant, ab An- trensi cœnobio ad triginta distante millaria, ducibus Angelis reliquo corpore migrare vidit ad cælos, &c. Claudius Robertus tradit annis ab obitu S. Florentij C E L X X V. exceſſe Maurontum.

4 Eius natalem in Martyrologio Benedictino ita cele- brat Hugo Menardus VI. Id. Ianuarij: In cœnobio Glan- annuer- tensi S. Maurontij Abbatis. Et in Martyrol. Gallico An- sarius na- dreas Sauffaius: Apud Salmurum S. Maurontij Abbatis talis. & Confessoris, qui tempore Childeberti Regis, S. Flo- rentij cœnobio præfectus, mirâ humilitate & inno- centiâ claruit: cuius animam eo ipso die, quo ad Do- minum abiit, vedit S. Hermelandus in cælum ab An- gelis ferri. Maurontum quoque eum appellat Cl. Robertus. De alio S. Mauronto Abbe, filio SS. Adalbaldi & Rictrudi, agemus v. Maj.

DE S. FRODOBERTO ABBATE, TRECIS IN GALLIA.

S V B F I - I
N E M V I I .
S A C V I I . **C** ELEBRE est Cellense cœnobium ordinis S. Bene- dicti, quod & S. Petri Insulæ Germanicæ, sive S. Petri de Cellâ, & Cella S. Bobini appellatur, vulgo Monstier la Celle; situm in suburbio vrbis Tricassina, Cella cœ- sive Auguste Trecarum, in Campaniâ Gallie prouinciâ. Aedi- nobium ficatum id est à mille propè annis, Clodouei II. & Clotarij III. exstructum à S. Frodober- temporibus, à S. Frodober- terto, cuius iſthic sacra exuvia reli- giosè asservantur.

Eius nata- lis. **2** Obiit S. Frodobertus sub finem septimi seculi, kalendis Januarij; sed præcipua eius celebritas agitur VI. Idus eiusdem mensis, quo die eius sanctissimi corporis an. D C C CLXXII. sa- cta est translatio. Et kalendis quidem ista de eo leguntur in ms. translatio: kalendario Cellensi, quod in Antiquitatibus diœcesis Tricassina- citat Nicolaus Camuzæus: Ipso die transitus S. Frodober- Tom. I.

ti. Aet VIII. Ianuarij, Carthusiani Colonien. & Molanus in Addit. ad Vſuardum, ac Martyrologium Germanicum: Tre- cas S. Frodoberti Abbatis. Eius quoque meminerunt Hugo Menardus, VVion, Ferrarius, m.s. Florarium. Plenius iam ci- tatum Cellense kalendarium: In territorio Tricassino, in Insulâ Germanicâ, festiuitas glorioſi Confessoris Christi Frodoberti, qui inter plurimas præcipuasque virtutes tantâ gratiâ simplicitatis enituit, vt ad infantilis innocentiae puritatem beatissima eius anima peruenire meruerit. Andreas Sauffaius in Martyrol. Gallico: Trecis eleuatio corporis B. Frodoberti Abbatis & Confesso- ris, cuius natalis claret anniuersatio cultu kalendis Ianuarij.

3 Idem Sauffaius iterum prolixo & eleganti eum elogio

V v celebras

S V B F I-
N E M V I I .
S E C V L I .

*Alia trās-
latio.*

*Transpos-
tio reli-
quiarū in
nouam
thecam.*

*Vita à quo
scripta,*
quando.

*Alia scri-
pta à Lu-
pello &
alii.*

Primus Frodoberti vitæ & conuersationis insignia,

vt ipsius scripto declaratum est, licet iusto breuius litteris allegavit, Lupellus eius discipulus, vt cap. 5. num. 11. dicitur. Videretur tamen post eum aliud quispam, saltem miracula tradidisse litteris. Nam cap. 7. num. 26. de S. Prudentio Episcopo dicitur: Quippe qui vitam illius, fide & miraculis plenam, nec lectione perceperat, nec vspiam haberi coeperat. & deinde: Cum in urbem reuersus, miracula per sanctissimum Confessorem patrata, ex revolutione gestorum eius curiosiis cognouisset, &c. Vitam quoque Sancti ornem citato elogio complexus est Sau- fatus. Eamdem Gallicè breuiter perstrinxit Jacobus Tigeou.

ipso prætulerit, explicari non potest. Denique amore cœlestis patriæ impensè flagrans, quidquid in diuinis S. Frodolectionibus intellectu capere poterat, mox ad effectum bervus stu-
fæcitat que
discit.

transferebat. Itaque inde-
fesso studio, purissima scripturarum fluenta frequen-
tans, interioris hominis faciem, quasi adhibito quodā splendidissimo speculo componebat, scelusque repu-
tabat per maximum, si vel parum quiddam legeret,
quod non è vestigio efficaciter adimpleret: illud secum & frequentius & familiarius replicans, non auditores tantum legis apud Deum, sed factores potius iustifica- Rom. 2.

ri. Tum verò cerneret sibi Patrum exemplum. *Vita à quo* *scripta,* *quando.* *Alia scri-
pta à Lu-
pello &
alii.* *Primus Frodoberti vitæ & conuersationis insignia,* *vt ipsius scripto declaratum est, licet iusto breuius litteris allegavit, Lupellus eius discipulus, vt cap. 5. num. 11. dicitur. Videretur tamen post eum aliud quispam, saltem miracula tradidisse litteris. Nam cap. 7. num. 26. de S. Prudentio Episcopo dicitur: Quippe qui vitam illius, fide & miraculis plenam, nec lectione perceperat, nec vspiam haberi coeperat. & deinde: Cum in urbem reuersus, miracula per sanctissimum Confessorem patrata, ex revolutione gestorum eius curiosiis cognouisset, &c. Vitam quoque Sancti ornem citato elogio complexus est Sau- fatus. Eamdem Gallicè breuiter perstrinxit Jacobus Tigeou.*

Camuzeus. Auctor ostendit se ibidem monachum aut Abbatem fuisse, cum cap. 3. num. 11. scribit: Quod (privilegium) in archivis cœnobij nostri. Videtur autem Caroli Calvi temporibus vixisse, aut paulò post, sub exitum seculi 9. Nam de statuā Sancti loquens cap. 6. nu. 23. Ut illi quoque perhibet, inquit, qui eius sacratissimi corporis ossa se aspexisse fatur. Deinde nihil commemorat gestum post translationem anno DCCCLXXII. vel DCCCLXXIII. factam. Citat hanc vitam Andreas du Chesne tom. 1. Francicorum scriptorum.

*Orationi
& ieunio
deditus.* *1. Thess. 5.* *Matth.
17. 20.*

*3. Interea his tam sanctis tamque optimis studiis, non defuere liuida hostis callidi tentamenta: futuræ enim in eo sanctitatis excellentiam, humanæ salutis aduersarius iam in annis puerilibus inuidet. Vnde, Demonem
signo Cru-
cis posselli.*

non defuere liuida hostis callidi tentamenta: futuræ enim in eo sanctitatis excellentiam, humanæ salutis aduersarius iam in annis puerilibus inuidet. Vnde, Demonem
signo Cru-
cis posselli.

4. Iamque tempus aderat, vt lucerna, quæ sub modij latibulis eatenus fuerat occultata, sidereæ claritatis in populo iubar infunderet. Namq; vt cuius esset apud Deum meriti longè lateque claresceret, sibi placitam puerilis innocentia puritatem, superna dispositio dignata est miraculo declarare. Contigit itaque matrem Marii vi- eius oculorum suffragio destitutam luminis dispensum incuruisse: cumque longam in cæcitate noctem Crucis retrahens, vitam mortore consumeret; die quadam filium inter amplexus demulcent obsecrat, vt manu suâ Crucis signum super oculos eius exprimeret. Quod cum ille abnueret, mater verò importuniùs perurgeteret, tandem maternâ permotus instantiâ, inuocato Domino, salutiferum signum super oculos genitricis expressit: illiced cedentibus tenebris, lux amica reuertitur; & paruuli merito filij magnum matti beneficium cumulatur. Hoc cōfertim miraculum per cuncta vulgatum, vniuersos quidem stupore perculit, quosdam verò etiam ad sanctæ vitæ imitationem ardentiùs incitauit.

a Clodouæ II. Dagoberto patri successit ann. Chriſt. 644. obiit 660.

b Patri in regno Neustria successit Clotarius III. anno 660. obiit 664.

c Camuzeus testatur arcum lapideam, in qua conditus est, et iamnum extare. De S. Sabinâ agemus 2.9. Ianuarij.

d Recensentur hi à Camuzeo & Cl. Roberto, Ragnegisilius, Leuconius, siue Leoconius, Bertoaldus, VVammirus, siue Vammirus, Abbo Felix. Hunc Abbonem cum Leudegiselo Archiepiscopo Remensi quendam commutasse scribit Flodoardus lib. 2. cap. 6. Vnde refellus catalogum Antistitum Remensem à Coluenorio editum, in quo Leudegiselo obiisse dicitur an. 647. cum Ragnegisilius minimum usque ad regnum Clodouæ II. peruenieret, à quo quintus Abbo fuit, sub quo S. Frodobertus obiit. Rectius Camuzeus Abbonem circa an. 700. sedisse ait.

C A-

*S. Frodo-
berti pa-
tria.*

*sancta in-
fansia,*

etas.

*Ragnegi-
silus Tre-
censis
Episco-
pus.*

c

d

c

d</

C A P V T I I .

Religiosa vita Luxouij & Trecis.

*Fit clericus.**Mittitur Luxouii.**Virtute flore.**Tendolennus Froloberti vir tuem ex plorat.**Pf. 72. 23.**Mira eius patientia & simplicitas.**Mediam molam fert pro circino.*

5 **E**XIN prænominatus Pontifex egregiam in adolescentiæ animi puritatem, & præcellam virtutis efficaciam contemplatus, diuinis eum ministeriis, imposito Clericatus officio, mancipauit. Post hæc caritas sollicitudine, & diuini lucri studio animatus, ad Luxouium cœnobium, spiritualis profectus gratiâ, dirigete instituit, vt religiosorum imitatione allectus, & ipse in virtutibus cresceret, & regioni suæ postmodùm sanctitatem ac perfectionis exempla lucidissima reportaret. Præerat tunc ei cœnobio **b** Walbertus Abbas, vitæ & religione inclitus & sanctitatis opinione famulos. Quod cum ex præcepto Pontificis peruenisset, à sanctis illius loci Patribus, gratiâ exultatione suscipitur, atque in congregationis contubernium deputatur. Cuius animi candor & præclata simplicitas breui cunctis innotuit. Mirabantur omnes in iuuenie humilitatem eximiam, abstinentiam incomparabilem, patientiam singularem, quodque cœlestibus semper intentus desideriis vitam Angelicam inter homines proferebat. Erat eo tempore prænominatum Luxouiense cœnobium in Gallicis regionibus pœnè singulare, tam in religiosis apice, quam etiam in perfectione doctrinæ. Quâ ex causâ plurimi, quibus in utramuis partem proficiendi feroe inerat, ad eundem locum certantibus studiis vnde confluabant.

6 **Q**uo ergo tempore B. Frolobertus inibi morabatur, vir Apostolicus **c** Bertoaldus Lingonicæ vrbis Episcopus, quemdam ex cœnobio **d** S. Sequani Abbatem, & Teudolenum nomine, eruditionis gratiâ illuc destinare curauit. Ad cuius diuersorium B. Frolobertus frequentius accedebat, vt assolet ætas iuuenula coœvorum sibi familiaritates ardentiū applicare. Ille autem tantâ in viro Dei animi puritate competrâ, curiosâ leuitate impulsus, sedulò explorare cœpit, utrum ea simplicitas ex fonte manaret intimæ puritatis, an sicut nonnullis familiare est, subdolam mentem simulata innocentia palliat. Ob hanc rem tam ab ipso, quam à quibusdam loci fratribus, ludibriis crebro fatigabar inceptis: cum tamen ille nulli contradiceret, neminem laderet, sed neclausus vicem referret. Ita enim vitam instituerat suam, ut illatas iniurias patientiâ vin-

ceret, illud Davidicum frequetiū replicans: Ut iumentum factus sum apud te. Itaque simplicitatem infucatum mundanæ semper astutiæ præferebat, eligens ludibriis stultus effici seculo, ut posset sapiens esse in Deo. **7** **V**nâ igitur dierum, cum se ad præfati Teudoleni hospitium contulisset, ille ludibrii simul & experimenti gratiâ rogauit eum, ut ad cuiusdam fratri in monasterio cellulam pergens, circinum ad se deportaret, asserens vsum illius sibi esse necessarium in scribendo. Ille dicto citius gressum rapuit, atque ad designatum fratrem rapido cursu peruenit: qui & simplicitatis eius conscius, & ludibrii ob quod directus fuerat non ignarus, medium molæ collo eius imposuit, vtque id ad diuersoriū Teudoleni quam citissimè ferret, obnixiū imperavit. Nihil ille cunctatus, exceptum onus ferebat æquanimiter, quamquam ita lapidis pondere grauaretur, ut vix alternis passibus promoueret incessum. Inter hæc reverendissimum virum Walbertum Abbatem obuium habuit, cui hoc ipsum à nonnullis fratribus iam fuerat nuntiatum. Cernens igitur venerabilis Abbas ouem Christi mansuetissimam iniusto fasce grauari, altius ingemuit, & huius afflictioni, & illorum condolens leuitati. Moxque vehementius increpatum, impositum onus humeris deicere imperat, cauamque perquirit diligenter, quâ se tantoper è fatigaret. At vir summae innocentia, scribendi vobis afferit esse necessarium, quem ferebat circinum, dicens quod ex præcepto Teudoleni, ad cuiusdam fratri cellulam deportaret. Cùm

Tom. I.

enim esset omnimodæ astutia expers, quid esset circinus penitus ignorabat, hoc tantum esse existimans, MONA- quod impositum collo ferebat. Tandem Abbas sim- CHOCEL- plicissimum viri animum conspicatus, pietatis intuito LENSIS, eruipit in lacrymas, accitisque eis qui sanctum virum EX NIC. CAMV- tantâ crudelitate fatigare præsumperant, actius solito ZEO: increpat, ac pro facili temeritate, debita satisfactionis pœnitudinem indicit. Hisque ita correptis, ceteri deinceps fratris iniuriis temperarunt. O virum Angelicæ puritatis participem, & Saluatoris nostri imitatione felicem, qui sicut ouis ad victimam ductus est, & cùm malè tractaretur non aperuit os suum! Fidenter dixerim, inquam, præceptis Euangelicis singularitet parés, Matth. j. persecutentem se non reperceret; atque mille passus 41. à quolibet angariatus, duo millia ultra properaret. Vtque amplius inferam si quis eum ad supplicium protraheret, pœnalem ei crux imposuisset, sponte suscepseret, manuetsque ferens in humeris, Christum Domum sequeretur.

8 Annis post hæc pluribus interiectis, ad urbem Trecassum pro Episcopi sui desiderio, & parentum visitatione, cum quibusdam fratribus remeauit. Aliquot sanè diebus apud præfatum suæ vrbis Antistitem **Trecis tē-** commoratus, redeundi vnde venerat licentiam postu- **tinetur ab Episcopo.** labat. At Pontifex seniori vobis consilio, tantum ac tales virum à se dimittere non sibi fore integrum arbitratus, violenta hunc auctoritate retinuit. Sancto igitur Quadragesimæ tempore accedente in secreteiore se cellulâ condens, cum orationis & vigilarum instantiâ, aceruisse cœpit ieunis coactare. Cùm enim semper in- **Eius ab-** comparabili abstinentia virtute polueret, his tamen **stinentia:** diebus austriorem sibi carnismacerationem corporis sui hostis indixerat, adeò ut plures continuosque dies absque vilius cibi adminiculo consummaret. Denique annorum curriculo recurrente, dum se duabus vel tribus Quadragesimis huiusmodi crudelitate conficeret, hæc vitæ illius institutio, ad notitiam deferrut Pontificis; nec defuere malevoli, qui sanctitatem eius inuidio dente carpentes, dicerent eum, aut latenter edere, aut corpus suum inediâ velle perire. Proximâ igitur imminentre Quadragesimâ, Pontifex talium curiosus, intra porticum ecclesiæ cellulam ei constituit, in quâ solitè devotionis officio, abstinentiæ tempora consummaret. Sæpius namq; cellam ex improviso penetrabat ab Episcopo, certius cupiens experiri quanto ferueret **po explorā.**

Studio sanctitatis, quantamque in virtute abstinentiæ superna pietas illi gratiam ministraret. Moxque criminorum fallacia patuit, & sanctæ conuersationis eius sinceritas, Episcopali curiositate probata refusit. Quodque anteà simulationi deputabatur, ad diuinæ laudis transit incrementum.

9 Exeo tempore fama beatitudinis eius longè lateque personuit, adeò ut ex remotioribus quoque locis, infirmantium ad eum ceteruæ confluenter, sanctitatis eius merito, sospitatis beneficia reposcentes. At vir Deo dignus in humilitatis arce persistere cupiens, nil de se præsumere, nil vñquam passus est suis viribus assignare. Oleum tantummodò benedicens, super **a** Oleo bento- grotos Christi nomen obnixiū inuocabat: quo **dido mor-** perundi, receptis viribus votorum compotes ad pro- **bos sanat.** pria remeabant. Iam verò in effugandis demonibus, cùm virtutis præstantiâ præpollebat, ut cuicunque ener- gumeno in fronte vel pectori signum Crucis impri- **Crucis si-** meret, mox eius compellente imperio malignus spiritus **gno demo-** effugatus abiret. Iure enim tanta ei potestas in expul- **nespellit.** sione dæmonum applaudebat, ut eis fiducialiter impe- raret, qui totum se diuinotum submiserat obedientiæ præceptorum.

10 Erat mos viro sanctissimo, vt si quando cum **Suns vir-** discipulis colloquium familiare inferebat, que à le **tutes ad** clâm gesta fuerant, ædificationis vel exempli gratiâ eis **adifica-** narraret, bona scilicet opera sua nō arroganter ostentans, sed sapienter & humiliter manifestas, ut & diuina

V V 2

laus

Auct.
MONA-
CHOC-
LENSI,
APVD

NIC. CA-
MVZAVM.

laus per ipsum, imo in ipso cresceret, & audientium animos ad sanctæ imitationis studium informaret. Quantum enim fauoris vel iactantia refugus fuerit, cultus vita solitaria declarauit.

a De nobilissimo hoc cœnobio agemus in vita S. Columbani xxi. Nouembris. S. Eustasij xxix. Marij, & alibi. Viellius ait Lucione monachum factum; sed Luxouij, non Lucione, Abbas fuit S. V Valbertus.

b Vitam S. V Valberti, sive V Valdeberti, dabitur 2. Maij.

c Interfuit Bertoaldus concilio Cabilonensi circa an. 650. celebrato: decesserat eius Modoaldus Remensis sub Sonnatio Archiepiscopi circa an. 630.

d De S. Sequano Abate, eiusq; monasterio, quod in diebus Lingonensis hanc longè à fonte Sequana statum, agemus xix. Septemb.

e Tendolinum vocat Cl. Robertus.

C A P V T I I I .

Cœnobium Treciū edificatum.

IENIQY humanæ conuersationis ardens vi-
tate collegia, sollicita secum frequentius men-
te valuebat, quonam loco suæ professioni ac proposi-
to opportunum habitaculū collocaret. Et quamquam
plutimi nobilium regionis, sanctitati eius familiarissi-
mè cohæteret, ineptum tamē duxit à quoquam eorum
partem agri vel prædij postulare, non sibi solū, sed
etiam posteris consulens, ne religiosa fraternitas, quam
ipse in sacro habitu aggregare cupiebat, à quolibet sa-
cularium pro loco suæ habitationis, quid inquietudini-
vel molestiæ patetur. Quocirca diuino aspirante

Clodoueus II. ei locum extruendo monasterio

douæ illustris quondam Regis Francorum, locum
quendam palustrem in suburbio Trecassinae vrbis ob-
tinuit, qui antiquo ritu Insula Germanica vocabatur.

Confir-
mar Clota-
rius III.

a Clotarium & secundo anno regni eius expertens, annuē-
te venerabilis Batilde Reginâ, eiusdem Clotarij ma-
tre, super præfato loco priuilegium regiæ auctoritatis
b denuo meruit adipisci: quod quia in archiuis cœnobij
c d nostri usque hodie & continetur, hic quidem inferere
superfluum duximus, quoniam legere cuique volenti
in promptu adesse fatemur.

12 Erat autem locus idem partium quidem fisci, tamen, vt dictum est, paludibus refluens ac crebrâ la-
cunarum eruptione scaturiens, arbustisque refertus ful-
uestribus, bestiarum potius ac serpentum, quam homi-
num frequentia competebat. His itaque Regum au-
toritatibus instructus, quodque est maximum super-
no auxilio roboratus, horribiles loci squalores expe-
tiit, datâque principali operâ, virgultis erutis, lacubus-
que siccatis, lpatum habitationi congruum præpara-
uit. Ibi cellulâ oratorioque Frodobertus constructo,
cum paucis primò quidem fratribus solitarius vixit, di-
uinæ contéplationi deditus, & Angelicis semper actio-
nibus occupatus.

13 Inclitus ergo Frodobertus iam tunc cœpit amplificare sibi usque concessum habitationis locum, patrimonij sui quæcumque fuerunt prædia possessio-
nesque ex integro in commune inibi contradens, &
quæstum copiosum, seruorum, ancillarum, agrorum
præterea & vinearum, sub testamentis, quæ hactenus
habentur, dato pretio instantissime acquirens. Sed &
mox patentes illius viri beati, largissimas ei rerum ga-
zaramque suarum condonauerunt portiones, instru-
mentis ex lege ritè perfectis. Procesu vero temporis,
locus idem religiosorum frequentia in robur incre-
menti conualuit, nobiliumque è confluentium largi-
tate ditatus, terum ac possessionum terminos dilatauit.
Sed & congregatiōnis monasticæ numerus in dies co-
piosè succescens, nobile ac famosum reddidit usque-
quaque cœnobium. Nec illud prætereundum, quod ex
eiusdem loci cœnobitis B. Frodoberti vitam institu-
nemque sequentibus, quamplures postmodùm in vrbē

Monaste-
rium va-
riodat.

Viri egre-
gij ibi eru-
diti.

e Trecassium extitente Pontifices, inter quos & Aldober-

tus vir summi ingenij & præcipua sanctitatis; itemque f Bobinus natione Aquitanus: quorum uterque ipsi lo-
co ingentia commoda contulere, intra extraque qui-
bus possibile fuit amplificando modis, sicque in ple-
nitudine bonorum operum diem ultimum consum-
mantes, intra septa basilicæ eiusdem monasterij nobis-
lem sortiti sunt sepulturam. Quibus ita digestis rerum
gestarum ordinem repetamus.

a Ergo Chriſti DCLXI. vel DCLXII.

b Vitam S. Batildis dabitur XXVI. Ianuarij.

c Hinc patet auctorem monachum fuisse in eadem Insulâ Ger-
manicâ, sine Cellâ S. Frodobertr.

d Recitat id Camuzeus: sed quid verba illa privilegijs bono crea-
decem, sic legendaputat bonas acras decem, quid Normanni etiā-
num iugerum terra acram vocent, non satisfacit. Nam cur bonas
acras voraret in palustri adeo solo & serpentum portius, ut hic dicti-
tur, quād hominum habitationi accommodatas? Haud dubito quin
bonaria decem legendum sit.

e Aldobertus, sive Aldebertus, XXIV. Tricassina Ecclesia An-
tistes memoratur à Camuzeo, & Cl. Roberto.

f Fuit XXIX. Episcopus. Celebratus eius Translationis dies (nam
natalis ignoratur) XXI. Aprilie. Ab eo Cellese canobium Cella
Bobini dicitur. Camuzeus.

C A P V T I V .

S. Frodobertr virtutes, reuelationes, miracula.

14 F L O R E B A T in sancto viro spiritualium profe- s. Frodo-
ctuum indeficiens gratia, non exemplis solum berus cla-
& moribus, sed etiam miraculorum splendore solemini ret mira-
commendata. In quo quanta fuerit largitas, quanta-
que affluentia caritatis, vnâ ipsâque simplici relatione

constabit. Contigit eum quodam tempore a in puel-
latur cœnobio, quod B. Quintini Martyris nomini
consecratum, intraque vrbem situm est, duo vini va-
scula & triginta fermè modiorū capacia commendata-
se, quod locus idem ei esset familiarissimus, ac speciali

caritatis glutino copulatus, eiusque eruditioni ac regi-
mini peculiariter mancipatus. Nam cum pro suâ san-
ctitatis merito ab omnibus principali reverentiâ cole-
retur, id sibi quisque summum deputabat bonum, si

eius familiaritatì vel mediocriter coniungi meruisset,
vtque in omnibus & apud omnes se se affectuosiùs age-
ret, deque omnibus incunctanter præsumeret, cunctis

gratissimum & peroptabile erat. Cumque illuc sâpè Vinum
caritatis officio, ad sumendum poculum plurimos cō-
siderat; die quadam apothecariam solito cellam in-
gressus, pavimenti faciem vini exuberantia reperit su-
perfusam, veritusque ne forte vasculi incontinentia li-

quoris dispendium prouenisset, fratrem qui secum for-
tè venerat superioris meatus inspicere precepit: quo
facto (mirum dictu quod est) vinum supernè redundans aspicitur. Satisque aperte constitit, quod quantò

hauriebat propensiùs caritas, tanto benigna Creatoris
largitas hausta profusiùs reformabat. Eius nimurum
hoc factum creditur pietate, qui cum nos misericordes
esse iubeat & dare indigentibus, vt nobis quoque plu-
rima dentur, in quâ tamen mensurâ tribuimus, in eadē

nobis remetiendum nihilominus repromittit. Est enim
manus diuina non larga solum, verum etiam diues &
proflua. Nec metuendum ne forte largitatem sequar-
tur inopia, quoniam, vt ait Apostolus, Qui seminar in 2. Cor. 9.

benedictionibus, &c. quique administrat semen semi-
nanti, & panem ad manducandum præstabit, & multi-
plicabit incrementa frugum iusticiæ nostræ.

15 Familiare fuit præterea viro Dei supernâ patriâ in-
fatigabiliter sitiensi, sacra loca deuotiùs circuire, san-
ctorumq; Martyrū vel Confessorū festiuitates, si quâdo
reuoluto anni circulo recurrissent, debitâ cū veneratio- Sandorū
ne suscipere. Nam illud sibi specialiter indexerat, vt sa- loca adi-
crorum dierum ferias peculiari quadam obseruatione festiuitates
tractaret, vt putares cum ipsis iam Martyribus com- religiore
colit, nec iam terrenæ molis vobis detineri.

16 Ita quondam adueniente splendidissimâ solen-
nitate

c nitate e^t B. Quintini Martyris pretiosi, à monasterij ipsius Abbatissâ, Rocolâ nomine, ceterisq; sanctimonialibus religionis gratiâ initatus est, vt officiis diuinæ celebritatis vi sanctissimus interestet, tantæque festivitatis gaudia, sanctitatis ac meritorum sublimium lampade illustraret. Nam exceptâ deuotione erga Sanctos incomparabili, etiam illud eum sacra loca festis diebus frequentare cogebat, quod eis spirituale regnum adhibebat. Nec distulit quin veniret, deuotarum Deo sanctimonialium desideria reputans non debere frustrari. Expleto igitur sacrarum vigiliarum officio vespertino, vulgiq; multitudine ad nota diuersoria redeunte, vir sanctus in ecclesiâ perstitit, seque ipsum secretis orationibus mancipans, spirituales excubias exercebat. At præfata Abbatisa, quid sanctus vir gereret non nimium curiosa, cum quibusdam sanctimonialibus in basilicâ se occultans, egregiam orationis instantiam, compunctionisq; illius largissimâ vberatem sedulò cum sororibus mirabatur. Mox saluti humanæ contrarius, feliciumq; operum quam maximum amulus affuit inimicus, qui mundissimum Dei holocaustum eti non penitus tollere potuit, veneno tamen suspectæ fraudis foedare tentauit. Nam candelabrum, cui cereus impositus erat, subuertit, extinxit, que lumine, quod noctis & tenebrarum esset amator euidenter ostendit. Vir tamē Domini in orationis studio perstitit: nec mundanis tenebris fuscari potuit, cui Christus auctor & fons luminis præsentissimus fuit; cuius exterior oculus eti nocturnis tenebris caligauit, mens tamen intima, semperque ad contemplandum Deum purissima veræ lucis lampade coruscauit.

d 17 Interē paucorum dierum interlabente curriculo, ad basilicam d^r B. Auëtini Confessoris, eius gratiâ ex more Christi famulus accedebat: cumque iam fores ecclesiæ perirerat, contigit quendaū energumenum dæmone exigitate vexari; qui rabidâ peste captiuus cùm miserum in amentia verba laxasset, inter cetera famina peccoris furiosi, B. Frodoberti s^rpius nomen ingeminans, sancto viro verbis procacibus insultabat, quod eo sacras exercente vigilias, solarium luninis detraxisset. At miles Christi strenuissimus, diabolicae fraudis conscius, nullâ hostis arte concurti, nullâ potuit minarum intentione terri, cui Christus erat præsidium & contra hostiles machinas inexpugnabile firmamentum. Quin potius, quanto aduersum se certamina dæmonum acriora cognouerat, tanto se robustius ad spirituale pugnam contra inuisibiles nequitias præparabat.

e 18 Operæ pretium est illud quoque fidelium auribus tradere, quod ei s^rpè benigno annuente Domino, secreta cœlestis curiæ pandebantur: & quoniam semper mente in cœlestibus habitabat, haustum supernæ iucunditatis diuina ei pietas frequenter propinabat, vt tanto ad hanc ardentius curreret, quanto suavitatis eius dulcedinem appetentiū degustasset. Die enim quadam venerabilis Theudecarius eiusdem Abbas suburbij, visitationis pariter & instructionis sua gratiâ, ad eum venerat, vt mos erat cunctis per circuitum religiosis hunc ipsum sanctum virum frequenter expetere, quatenus eius & exhortatione instrui & benedictione possent sanctissimâ roborari. Cùm itaque circa horam ferè tertiam, Frodobertus Spiritu sancto plenus, cū præfato viro christianissimo Theudecario Abbe, fructuosum ac spirituale colloquium sereret, audiuit Angelorum chorus harmonicâ suauitate, ineffabiliq; concentu, cœlestes hymnos ad sanctæ & indiuidua Trinitatis gloriam concinentes. Cuius canorem dulcedinis postquam aliquamdiu attonitis auribus hausit, prefatum Theudecarium huic miraculo testem adhibuit. Quo etiam postmodum referente, ad notitiam plurimorum res tam mirifica decurrit. O beati viri meritum singulare! qui quamuis adhuc mundi incolatum ageret, voces tamen agnoscere

Tom. I.

Nocte in ecclesiâ orat.

Demon candelabru euer- tit.

Id illi in energume- no expro- brat.

Divina ei reuelan- tur.

Audit cœ- tum An- gelorum.

bat in cœlis Angelicas, Redemptore nostro hoc illi Aver^r, diuinitus largiente, qui discipulis suis horâ tertią Spⁱritu^m sanctum misit de cœlo.

19 Quædam eiusdem regionis mulier, Bertha à LENSⁱ, parentibus nuncupata, sensu rectitudine perditâ, mi- A P V D Nic. CAseræ dementiæ alienationem incurrerat, quæ humanæ MVLAEVM. cohabitationis contubernium fugitans, vaga semper FURIOFAM & instabilis incertis sedibus ferebatur. Hanc parentes mentire- anxi ad beati viri præsentiam perduxerunt. At ille vi- scribus pietatis commotus infelicitis sortem indoluit; seque mox in orationem corruebat, profusis lacrymis alienæ lucraturus commercia sanitatis. Nec diu dilata sunt supernæ clemetiæ munera copiosa: namque ut ab oratione consurgens viuificæ Crucis signum capiebat, mox miserabil cedente dementiâ, plenitudinem sensus sospitatis integritate recepit, longoque viuens postea tempore ad sanctitatis eius testimoniū, suæ lecum circumulit gaudia sospitatis. His & huiusmodi virtutibus, gratissimum sibi militem diuina excellentia prouehebat: quemque in superni regni apice eminentissimum collocare decreuerat, in huius quoque seculi excursu, insignem ac celebrem reddere per frequentia miracula non cessabat.

a Ecclesia S. Quintini Trecensis, inquit Camuzeus, olim fuit puellarum cœnobium; nunc vero est Prioratus à Molisensi ordinis Benedictini dependens, & per monachum eiusdem ordinis haberi & deseruiri solitus.

b Ideo sextariorum 480. amphorarum Romanarum, siue me- tretariorum.

c xxxi. Odo. r.

d Eius vitam dabimus IV. Februar.

C A P V T V.

Aegritudo, obitus.

20 **A**m enim tempus è proximo ferebatur, quo athlene tam suum Christus à periculo mudi huius agone subtraheret, atque in statione castrorum cœlestium, victorem quietissimum solidaret. Iam, inquam, tempus aderat, vt pro multorum sudore certaminum, pro singulari abstinentia cruciatibus, pro vniuersis denique operibus pietatis, fessum iam corpore bellatorem ad se recipere; atque in paternis mansionibus collocatum, gloriæ & honoris stemmate decoraret, æternitatiq; & immortalitatis amictu circumdatum Angelis insenseret, Apostolis sociaret. Itaque facili corporis aegritudine corripitur: qui tamen animo indeficiente robustus, brauium æternæ remuneracionis proseguere nitebatur. Iam dudum enim vt Christo coëfset, corpore molis præoptabat carcere solui; quamquam propter instructionem fidelium, in carne esse necessarium probaretur: cui ad summæ securitatis solatum hoc etiam munera diuina Maiestas adiecit, vt eidem facri sui transitus diem è saeculo reuelaret. Quâ tandem reuelatione percepta, totum se mox ad diuinitatem contulit, nec mori metuens, nec corpore depositionis dispendium reformidans: verum id secum s^rpenumero voluens, quoniam si terrena huius nostræ habitacionis structura dissoluitur, multo melior in cœlestibus reparatur. Quin etiam illi anteactæ vita conscientia terroris minimum, fiduciæque plurimum conferebat, quod non præsenti saeculo sed Deo vixerat; quod suæ voluntati diuinam semper prætulerat; quod præmiis cœlestibus indefessè suspirans, Deum sibi præ oculis posuerat esse præsentem. Igitur aegritudine inualescente, discipulos conuocat, eisque quam ex diuinâ reuelatione perceperat, sui diem transitus declarat. Cumque grex mitissimus de vigilantissimi Pastoris decessu, simul & absentiâ tristaretur; altius exhortationis sermone concepto, omnes compescit à fletibus; congratulandum potius sibi quam dolendum affirmans, quod qui hactenus exul vixerat, nunc patriæ redditus adsu^s regis coniuicium vocaretur. Illud vel maximè s^rpe contestans, vt normam sanctæ institutionis, quam ipso &

V V 3

Morbo cor- ripitur.

Obitus sui diem pre- dicit.

Suos foli- tur.

Auct.
MONA-
CHO CRL-
LENSI
APVD
NIC. CA-
MVZAVM
Petit festo
natiuitatis
conferrari
ecclesiam.

Recusante
Episcopo,
prorogatur
ei ad 8. dies
vita.

Coram eo
euangelium
legens ca-
pitis dolore
liberatur.

Moritur
Frodober-
tus.

& docente didicerant, & operante conspexerant, in uiolabili tenore vsque ad vitæ terminum conseruarēt. 21 Interē dies Dominicæ natiuitatis cælo terraque festiūssimus, ac toto orbe colendus illuxerat. Accitis itaque duobus nominatim discipulis, Leone scilicet viro sanctissimo, qui tum in eodem suburbio Abbas mitissimus existebat, itemque Lupello, qui vitæ & conversationis eius insignia, vt ipsius scripto declaratum est, licet iusto breuius litteris allegavit; ad Abonem virum reuerentissimum eiusdem tunc vrbis Antistitem summa eos celeritate dixit, obnixiū supplicans, vt oratorium quod ipse honori Apostolorum Principis in superius descriptâ palude construxerat, die ortus Dominicæ consecraret. Creuerat siquidem opitulante Deo monachorum congregatio, & maiorem quam p̄tima fuerat alterām construxit ecclesiam. Quā Pontifex supplicatione perceptā, atque apud se rationabiliter expenso negotio, prudenti moderatione excusauit factum, afferens illud, die quā petebatur minimè posse compleri; quod eum cum Clero suo, & festiūtatis officio sitas cumulatiū occuparet, & consuetudo Ecclesiastica eo die id fieri nullo modo consentiret. Discipuli festinantiū remeantes sancto Patti responsa Pontificis detulerunt: quod ille pertractans diligentius & rationabile esse perpendens, eleuatis manibus in cælum, & lacrymis ora perfusus, Parcat, inquit, mihi Dominus, vosque filij indulgete, quod minus circumspetē negotiorum cogitans, fraternitatē vestram in eundo & redeundo casio labore compulerim. Ne tamē sancta mens suis vsquequaque desideriis frustraretur, diuinā est pietate consultum. Siquidem sacri obitus dilatione perceptā, in octauum Dominicæ natiuitatis diem spatiū vitæ produxit, ita Domino vota eius sanctissima prosequente vt vnā eademque die, per manus iam di & Pontificis, & basilica consecrationem, & gleba sacri eius corporis acciperet sepulturam.

22 Itaque cū iuxta morem Christianæ obseruantia kalendis Ianuariis Dominicæ Circumcisionis celebritas immineret, ad felicem translatum virgente ægritudine sancta anima citabatur. Nec sic tamen à sanctis monitis lingue officium continebat, afflentes sibi discipulos indefessus exhortans, quatenus inter se insolubile caritatis vinculum custodirent, atque in exhibitione salutatis obedientiæ persistentes, timorem Dei semper sibi ante oculos reuocarent. Iamque sole ad telluris infima declinante, præfatum Lupellum, qui ei familiaritiū obsequi consueverat, maturiū præcepit euocari. Eo corā adducto vt sacram Euangeliū ante se legeret imperauit. Ille autem dolore capitū acriū torquebatur. Cumque, vt ipse postmodū retulit, ad parentum sanctis imperiis quamuis ægrè animum appulisset, in ipso mox legendi exordio, ita vniuersus dolor abscessit, vt nil doloris, pristinæ nil molestiæ resideret. Interē per totius noctis excursionem, Deo semper intentus, cū inter spiritualia colloquia hora succederet, expletā solemniter à fratribus in ecclesiā psalmodiæ & orationum quantitate, vniuersos denuō iubet adesse discipulos, dumque ante eum texus Passionis legeretur Dominicæ, sub oculis omnium sancta anima carnis exuta velamine, felici decessu cælestia penetravit.

C A P V T V I.

Sepultura, miracula.

23 E T illo quidem ita ex humanis assumpto collectiis, exempli reuerentissimus nepos eius Waldeinus, qui postmodū loco auunculi in eodem ipsius monasterio Abbas successit, gressu cōcito in cœnobio S. Quintini ad memorabile Gibrudē Abbatissā pertiens, sancti viri obitum nuntiavit. Illicd omnium pectora nouus quidam & pēnē intolerabilis dolor irrupit, parsque salutis absumpta putabatur, tantā patris

absentiā succedēte. Vniuerso itaque sanctimonialium cœtu in fletum & lacrymas erumpente, venerabilis Abbatissā viscerali commota pietate, rapto cursu ad sancti viti exequias quam celerrimè properauit. Cumque inter eos de funeris diligentiā tractaretur, illa perquirente an loculus tumulando præparatus corpori ad esset, responsum est, emptum quidem esse à quodam illustri viro, Walberto nomine, lapideum mo-

Fuit proce-
numentū, verū proceritati corporis eius nullo mo-
ra statuta.

do conuenire. Fuit enim ibi sacratissimus vir non solū animo splendidus, sed etiam venusto & procero corpore speciosus, vt illi quoque peribent, qui eius sacratissimi corporis ossa se a alpissē fatentur. Missis itaque raptim ministris ad id devehendum, mox mirū Miraculo-
in modum miraculo claruit quod summi esset meriti, se capax ei sarcophagi cui funebres exequiaz parabantur. Nam cū idem sarcophagus cura. Walbertus quosdam ē domesticis direxisset, qui em-
ptum sarcophagum iis qui illud deferre venerant as-
signarent, supernā dispensante clementiā tanta eos alienatio mentis elusit, vt pro vasculo breniore quod emptum fuerat, aliud spatiōsius & capacius, quod sibi idem Walbertus præparauerat, designarent. Quod illi vehiculo imponentes ad locum, quo vir sanctus se tumulandū decreuerat, quam citissimè perduxerunt. Ita omnipotē Deus, cui cura est de omnibus, nec ipsis quidem cineribus electi sui famuli quidpiam deesse passus est opportunum.

24 Vniuersis igitur ad usus sepulturæ pertinentibus elegantissimè præparatis, supradictus reuerentissimus Pontifex Abbatum suburbanorum, cleri que ac populi agmine circumseptus, ad B. Frodoberti exequias prooperat, cū adhuc sacrum eius corpus in cellā Christiano more compositum iaceret. Qui primū, vt ratio expetebat, ad præfatæ basilicæ dedicationem accingitur peragendam: quam cū solemini officio expleuisset, lacrum corpus cum reuerentia eleuans in ecclesiam intulit, ac die eiusdem dedicationis, Kalendis sci-
licet Ianuariis, cum hymnis & laudibus & vniuerso Ecclesiastici officij apparatu pretiosè in eadem basili-
cā, quam ipse construxerat, tradidit sepulturæ. Ita vir Domini terra visceribus officiissimè commēdatus, septimam sabbati cū Christo in animā celebrat, octauam verò nostræ omnium resurrectioni generali-
ter re promissam interritus, imò de gloriā securus ex-
spectat, et si corpore mortuus, meritis tamen viuacibus in perpetuum gloriosus.

25 Requieuit itaque in eadem basilicā per quan-
plura annorum volumina, multo confluentum vndi-
que populorum agmine frequentatus, & pēnē assi-
duis miraculorum successibus sedulò declaratus. Quis enim ad sanctam eius memoriam fideliter oratus accessit, quem non continuo affectus deuotæ oratio-
nis adiuuerit? Varia denique ibi tam animarum quam corporum remedia præstabantur, dum & debilibus opata lositas, scelerum immanitate depressis felix in-
dulgentia proueniret. Sed & si quis capitali qualibet afflictione detenus, ad Sancti se præsidium contulit,
eius consolatus beneficio, celere mox leuamen iuuenit. Ita benignus conditor per eleūissimum sui nominis Confessorem multa & mirifica peragebat: quemque viuentem copiosis bonorum operum stipendiis cumu-
lauerat, mortuum quoque indefessis miraculorum ti-
tulis sublimabat. Quocircà vniuersorū pectora mirus Multa de-
erga Sanctum feruor accenderat, ita vt plurimi conti-
natur mo-
numenta Nobilium, sed & sanctimonialium feminarū, nosterio.

VIII. IANVARI.

a Probabile est id factum esse in translatione, tempore Caroli Cal-
ni, cuius etate hanc scriptam videri vitam, supra diximus.

C A P V T VII.

Cultus negligitus, refutatus.

Negligen-
tiis col-
latur: cessant
miracula.

26 INTEREA currentium temporum labente de-
fluxu, cùm & iniqüitas abundaret, & multorum
cœpisset refrigerescere caritas, vniuersus ille erga Sancti
officium feroꝝ intepuit, cultuque religionis cessante,
illâ olim frequentiâ rarefcente, ad tempus tepuere mi-
racula. Huius autem temporis vel torporis perniciosa
incuria, hoc ordine incurrit. Fabrica eius ecclesiæ, quâ
ipse, ut superius constituit, ædificauerat, & in quâ sacram
eius corpus debitum obsequiis diutius fuerat frequen-
tatum & conseruatum, antiquitate operis paullatim
collapsa succubuit, ac nemine fulciente, ruinæ funditus
dispendium traxit. In cuius loco altera cùm extruere-
tur ecclesia, venerabile beati Confessoris corpus in
cryptâ prioris basilicæ immotum intactumque per-
mansit. Erat per idem tempus præfata sedis Antistes,

Nous ec-
clesia de-
dicatur,
remoto
Sancti cor-
pore.

a Prudentius nomine, natione Hispanus, Pontificalis
vitæ institutione clarissimus, in diuinis rebus vnde cum que
non mediocriter eruditus. Is ad prædictæ basilicæ
consecrationem à fratribus euocatus diligentius per-
cunctatur, vt rûm inter sacrados parietes, sepulta ali-
quorum cadavera tegarentur. Cumque comperisset
ineſte quâ plurima, vniuersa prius de templo elimi-
nanda præcipit, contestans se non aliter consecrationis
officium suscepturnum: ignorabat enim adhuc præno-
minatus Pontifex B. Frodoberti meritorum eximiam
claritatem, temporum negligentiâ obſcuratam; quippe
qui vitam illius, fide & miraculis plenam, nec le-
ctione perceperat, nec vspiam eatenus haberi compe-
rera.

Iuberetur
corpus re-
portari.

27 Explicitâ sanè templi dedicatione, cùm in urbem
reuerſus miracula per sanctissimum Confessorem pa-
trata, ex revolutione gestorum eius curiosius cognouisset; primò quidem semetipsum præteritæ ignoran-
tiæ vehementius arguit, quodque tanti Patris cauſam
minùs honeste traſtauerat, mordaciter reprehendit, ac
deinceps suæ sedis Archidiaconum cum vniuerso Cle-
ricorum dirigit apparatu, obnixè præcipiēs, vt corpus
viri præcellentissimi in ecclesiam cum ingenti reue-
rentiâ referretur. Simulque terminum diemque præ-
fixit, vt ipse veniens, condignâ illud honorificentiâ col-
locaret, ac sacra Translationis eius festiuitatem, publi-
câ officiositate percelebrans, perpetuo ritu posteris
frequentandam indicet. Verùm huius sancti prouen-
tum desiderij, superuenientis ægritudinis pondus elu-
fit. Nam vicinâ è vestigio morte præuentus, quod piè
disposuerat, explore non valuit.

Varia ad
eius sepul-
chrum
portenta;

28 Itaque usque ad annum incarnationi Verbi DCCC.
LXXII. qui est annus Karoli Imperatoris & Regis
Franciæ b xxxi. negotium restitit imperfectum. Otul-
pho religiosissimo ac venerabili Episcopo, qui post ip-
sum & tertius floruit, Trecassina iam Ecclesiæ guber-
nacula disponente, solummodo intra basilicæ ambitu
collocatus, à loci fratribus cauta venerabatur diligen-
tiâ; nullis populorum conuentibus frequentatus, nullâ
solemni præminentia celebratus. Non tamen superna
benignitas, sedis illud perspicuum, caliginosis late-
bris diutius passa est occultari, quin & ipsius merita
mundo patescerent, & efficax intercessio populis sub-
ueniret. Et itaque tempestate cœpit se erga locum di-
uinæ præsentia magnitudo quâ plurimis fratrum
ostendere, ac frequentium visionum portentis seruo-
rum Dei peccora perurgere. Nonnulli enim secretioribus
per noctem vigiliis in ecclesiâ occupati, voces mel-
lifluas super sepulchrum eius quasi Clericorum conci-
nentium audiebant, alij per gyrum sepulchri, disposita
quasi quædam splendidissima luminaria cernebant: vt
aperte constaret, quod cui humana obsequia minùs

cantus,

luminaria,

aderant, diuina ei & Angelica officia supperebant. Pre-
tereà columba candoris laetiæ de cœlis visa est descen-
dise, ac postquam aliquamdiu circumvolitauerat, se-
pulchri abdita penetrasse. Per soporis nihilominus APVD
quietem, pluribus videbatur, tamquam idem Pater Nic. CA-
sanctissimus, sacro emergens à tumulo ante aram Apo- MVZÆVM
stolorum Principis sese ageret, atque ad orationis stu- candida
dium daret. Per hæc & huiusmodi portenta mirifica, SANCTI ap-
luce clariùs eminebat, quod Conſessor Domini pretio- paratio,
ſus, inerme culturam indignè ferens, & sepulturam
ſibi condignius præparati, & obsequij reverentiam
impensis institui decernebat. Illud quoque ad hanc SENSUS PIDA
rem auctoritatis non minimum afferebat, quod qui- tatis ad
busque ad sacrum sepulchrum procumbentibus, affe- eius tu-
ctus orationis, & vberitas compunctionis largior af- mulum.
fluebat: atque vt quod de eo visiones evidentissimæ
ſuggerebant Cleri consummarentur affectu, omnium
inexplorabiliter animus æstuabat, occultâ nimurum inspi-
ratione Dei singulorum peccora inflammante, atque
ad tanti effectum negotij sancti desiderij ſtimulis per-
urgentē.

a Colitur S. Prudentius Episcopus Trecensis VI. Aprilis. Recen-
ſetur XXXVII. Trecensis Episcopus. Interfuit Concilio Parisensi, an-
no 846. Turonensis IV. an. 849. Sueſionensi II. an. 853.

b Videtur hic scriptor annos Caroli numerare à diuincione regni ſaſtâ inter fratres, alioquin à morte Ludouici Pij erat XXXII.
vel XXXIII.

c Nam post S. Prudentium ſedit Fulcricus, qui concilio Sueſio-
nenſi, an. 866. interfuit. Huic Otolphus ſuie Ottulfus ſuccedit, qui
Pontigonensi concilio an. 876. ſubſcribit.

C A P V T VIII.

[Inuentio corporis, miracula.]

29 TALIBVS tamque conspicuis prodigiis anima-
ti, venerabilem Otfulfum Pontificem adeuntes,
tantique Patriſ præmanibus gesta ferentes, vt ipſe di-
uinæ voluntatis erga Sanctum & cooperatoꝝ & matru-
ratore existeret, infantissime supplicabant. Utque cer-
neres diuinitatem votis famulorum fidelium usque-
quaque fauentem, i confestim Episcopus intimæ inspi-
rationis ignibus animatus, eo ardore negotium ſufci-
pit; vt Abbatem & fratres à quibus fuerat supplicatus,
ipſe postmodum ad accelerandam cœpti operis effi-
caciā, monitis frequentibus perurgeret, indefeffis latio.
precibus persistentum exhortas, vt diuina pietas quos
ſuæ voluntatis conſciens fecerat, votorum quoque vi-
lium compotes effe donaret.

30 Itaque ad tanti inchoationem operis primam
diem Quadragesimalis abstinentia delegerunt, in quâ
ineffabilis diuinæ dignatio pietatis, hoc primum hu-
manæ evidentia miraculum declarauit. Accedente Lapis tu-
Abbate cum fratribus ad panimenti lapides reuolu-
to, nemine impellente ita in partem lubricus ruit, vt
ceteris immobiliter persistentibus hunc summo im-
pellentium niſu coactum violentiū ceſſiſe putates. In-
tellectum est ab omnibus ſacri virtute corporis eum
fuſſe repulſum, quod piè quærentibus vltro ſe videba-
tur ingere. Pertinaciū itaque operi inſistentes, ad Auri grā-
reuerendi tandem thecam corporis peruererunt, cu- na in offe-
bus, ad angumentum miraculi in quodam offe corporis
ſanctissimi Conſefforis gutta auri purissimi ſplendue-
runt, credo illud evidentissime monſtrantes theſaurum
eſte locupletissimum, qui diuini largitate muneriſ pa-
tēfactus, piè fidelium diligentiâ tractabatur. Et eā qui-
dem nocte Sanctum pignus eo perficit modo, conti-
nuis laudibus ac vigiliis ſincerius honoratum. Crastino ſubeunte, Pontifex maturius adſe curauit, ſole-
niique oratione præmissâ, ad ſacrum tumulum reue-
renter accelſit cum fratribus psalmodiæ & litaniis at-
tentè inſistentibus. Ipſe cum Abbatे & Sacerdotibus
ſancta offa reuerenter eleuans, linteſque pretiosis ob-
ducens,

AVCT. MONA- ducens, in loco mundissimo ritè composuit, quem Pó-
CHO CEL- tificali annulo diligenter signans, sacris de more ex-
LENSE pletis ad propria remeauit.

APVDCA- 31 Exinde peruigili instantiâ facri compositio or-
MVZÆVM natuſque sepulchri accusatius parabatur, in cuius di-
lationetem poris, quid miraculi per præcipuum Con-
fessorem superna dispensatio dignata fuerit declarare,
nullâ ratione credimus omittendum. Rathetus qui-
dam nomine, pagi Ledunensis indigena, aduersus ma-
trem suam pro diuidendis fortè alimentis in sege-
tum punitur: iurgabatur: cumque suæ parti maiores fecernens ma-
nipulos, minores quoque marii relinquenter, illa frau-
dis impatiens, filium, ne talia faciendo Deum in se pro-
uocaret, sedulò commonebat. Tum miser furiali pe-
ctore inflammatus effertur in matrem, crinibusque
eius sinistro brachio circumplexis, ante pedes suos
miseram impudenter elisit. Quem mox diuina vltio
comes exceptit: nam sequenti nocte sinistri oculi cæci-
tate mulctatus, eiusdem quoque brachij tali afficitur
detrimento, vt retro & antè semper illud motu agitans
inquieto, conscientiam sceleris, exterioris quoque
membrorum impatientiâ testareretur. Quin etiam in augmē-
tum vindictæ sensu subducto, amentiâ plectitur infeli-
ci. At mater huiusmodi acerbitate confecta tertia die
miserabili morte finiuit. Pro hoc nefandissimo scele-
re, à Sacerdote loci, ad ^a Vigilem Senonicæ vrbis Ar-
chiepiscopum perductus est: cuius præcepto carceri
mancipatus squalores ergastuli triennio pertulit: fame
deinceps inualecente dimittitur, ne inopiâ deficiens
moreretur.

b 32 Hinc ad S. Michaelis ecclesiam properat, eo lo-
ci qui ^b ad duas rumbas ex antiquo vocatur: vnde di-
gressus Romanum expedit, quod tunc ^c Adrianus Papa
Sedem Apostolicam gubernabat. Qui cùm eum per-
gentem ad ecclesiam S. Ioannis, quæ Lateranensis di-
citur, inspexisset, mirabilis portento, quod miser ob sce-
lus circumferebat, attonitus, ad se eum præcepit euo-
cari, caufisque eius sollicitius perquisitâ, benigne eum
ad pœnitentiam exhorruit, denuò eum ad B. Michaë-
lis ecclesiam pergere, itemque ad se imperat remeare.
A quo dimissus, cùm in pagum Trecassini fortuitu-
deuenisset, vñâ noctium somnio commonetur, vt ad
basilicam sanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ si-
tam in villâ, cui ^d Falcarias vocabulum est, candelam
suæ longitudinis deportaret: ad quam quia labore pa-
riter & ægritudine fessus iste non poterat, per internu-
tiā personam ditigere curauit. Hinc ad S. Petri cœ-
nobium, quo B. Frodoberti pretiosa pignora venerantur,
fortè deuenit: cumque die Dominicâ, quæ Domini
Ascensionem secuta est, Sacerdos ex more publicis
sacris operam darer, illeq; ad ostium ecclesiæ orationi
incumberet; vidit, vt ipse postmodum retulit, Clericū
quemda iuuenili decorum habitidine ad se accedere,
lumbisq; eius acerrimè coarctatis toto se corpore vali-
dissimè cōcussisse. Quo impulsu in terrâ elisus, diu im-
mobilis iacuit, vt pañè exanimis putaretur, cuius spa-
tio interalli, & quietè brachij, & sensus capitisq; in-
tegritatem recepit: indeq; consurgens haustu aquæ
percepto, præ ingenti lassitudine cum iterum obdor-
misset, eundem Clericum, quem suprà, conspexit hæc
sibi verba familiarius inculcamen, Hoc, inquit, indu-
mentum quo amictus es, suspende ad limina Frodo-
berti: erat autem pœnitentium more cilicio tantum
indutus. Cumq; de hoc sermone sollicitus, & domum
Frodoberti se nescire fateretur, & nō habere indumé-
tum aliud causaretur, inter hæc ab uno de custodibus
excitur. Tunc ille anxius enarrans quid viderat, Fro-
doberti domus quanam in parte esset, sedulus exqui-
rebat. Cumque ipsam ecclesiam comperisset, ante cu-
ius procumbens fores fospitati fuerat reformatus, in-
explicabili alacritate profusus, templum insiluit, ma-
gnificans eum, gratesque persolvens, cuius beneficio &
salutem receperat, & grauissimi leuamen sceleris se ad-

eptum esse gaudebat: depositoq; illic cilicio ad san-
cti Archangeli Michaëlis Ecclesiam ex præcepto Apo-
stolico properauit. Res verè mirabilis & ad diuinæ
pietatis præconium solito referenda, quod eius inter-
uentu saluatus est, cuius ne nomen quidem antè perce-
perat, cuius vocabulum mox vt diuinitus didicit, ani-
ma corporisque salutem eius merito se recuperasse
persensit. Multa præterea per eosdem dies, quibus sacri
corporis dispositio parabatur, eius merito beneficia
prouenire languentibus, hisque maximè qui diuersâ
febrium valetudine profligati, ad B. Frodoberti opem
se submissiū contulerunt.

^a Camuzeus legendum putat Egilem. Nam sedebat eo tempore
Egil (Cl. Roberto S. Egilus) ad quem extas Nicolai Papa epistola
tom. 3, Concil. Gallie

^b Alijs De periculo maris, in diæcesi Abbrincensi: ut dicemus xvi.

Odo.

^c His est Adrianus II. qui ab an. 867 usque ad 1. Nouemb. 872.

sedit.

^d Forte Foucheris, inquit Camuzeus.

C A P V T I X.

Translatio, anniuersaria festiuitas.

33 **I**NTEREA temporis serie defluente Kalendarum
Januariarum dies illuxit, quo illum diximus mun-
danis exemptum laboribus, ad supernæ ciuitatis cul-
mina subuolasse. Sed quoniam illa dies Circumcisioni
Dominicæ specialiter mancipata, celebratæ alterius ^{8. Januar.}
non patitur obsolescere superuentu, B. Frodoberti ^{Translatio}
dignitas isidem suscepta Kalendis, minùs celebris, mi-
nùs videbatur esse solemnis; quod populus Dominicæ
festiuitatis cæremoniis occupatus non haberet liberū
ad beati Confessoris gaudia ex voto confluere. Vene-
rabilis itaque & memoratus Trecassiniæ vrbis Ponti-
flex, cum Abbate & fratribus participato consilio, ra-
tioni congruum iudicarūt, vt in oœtaum ab hinc diem
prænominata celebritas differretur, quatenus & festi-
uitatis dignitati prospicerent, & populorum deside-
rio, qui erga B. Frodoberti gloriam iam tunc inexpli-
biliter ardebat, consultius prouiderent. Igitur die
sexto Iduum Januariarum accidente, nocturnalis of-
ficij functione completâ, sacram corpus deuotis le-
uantes in humeris, in vicinam B. Michaëlis ecclesiam
detulerunt. Quod idē eis decernere libuit, vt & po-
puli frequentia copiosior accederet, & effectus trans-
lationis die succedente celebrior redderetur. Ibi ita-
que matutinalibus hymnis augustius celebratis, Missis
ab Abbe fratribus Pontifex inuitatur, qui eo quo di-
ctum est feruore succensus, rapto agmine Cleri & po-
puli maturius adesse curauit.

34 Quid sanè miraculi tum quoque contigerit,
succinctâ relatione constabit. Erat tempus implacidū,
&, vt se habet hiberna, profusis paludibus inquietum.
Noctis itaque præterita superuentu, cùm ea quæ ad
futura translationis obsequium pertinebant, Abbas ^{Gelu &}
cum fratribus præpararet; consideratæ aquosâ tempo-
ris qualitate, anxiè secum de populi superuenturi in-
quietudine pertractabant. Et vtinam, inquit Abbas ^{nix calitus}
fratribus, superna pietas per huius beati Patris meri-
tum paludis mollitiem gelu constringeret, & niuium ^{obtena ad}
superuentu difficultatem itineris temperaret. Mox de-
uota desideria clementia creatoris excepit, noctem
que totam glacialis rigor validissimè coarctauit. Cir-
ca gallicinum verò tanta niuium congerie terra ob-
ducitur, vt vniuersis liquido claresceret B. Frodoberti
patrocinio, ad suæ translationis occursum, facultatem
opportuni itineris populo præparatam.

35 Itaque omnibus ritè prouisis, quæ tantæ diei
officiositas exposcebat, pretiosi gleba corporis de B.
Michaëlis basilicâ à Pontifice eleuata, hymnotum con-
centibus in sublime sublatis, in Apostolorum Princi-
pis

pis ecclesiam introfertur, tantà gaudiorum pom-
pà, tanto tripudio populorum, vt sole clarissi-
patesceret, præcellentissimi hunc apud Deum esse
meriti, cuius apud homines tanta tamq; ingens
gloria resplendebat. In loco igitur præparato incom-
parabilis ille sanctissimi corporis thesaurus depo-
nitur, cunctisque sepulchri ornamenti opportunè cō-
positis, à parte capitulari honoris Innocentium Mar-
tyrum consecratur, sacrorum quoque cultus solemnibus
officiis expeditur, & festivitatis eius priuilegium,
cunctis postea seculis immutabiliter obseruandum
Pontificali auctoritate sancitur. Dies tota omnibus
lætitias afflata peragitur, quantoq; studio à posteris
frequentari debeat, iis primis officiis designatur.

36 Tantis itaque per B. Frodobi merita benefi-

ciis cumulati, grates & beneficia & gratias inexplibiles Ex. v. 4.
omnipotenti Deo & agimus & habemus: qui nobis R. 11. 1.
sibi famulantibus, nostræ gentis, nostri ordinis peculia-
rem dignatus est præparare patronum, qui loci istius
& à fundamento propagator existeret, & suâ illum ha-
bitatione proueheret, exemplis beatissimis illustraret,
obitu sanctissimo consecraret, quiq; viuens signorum
dote resplendet, mortuus imò feliciter immortalis lo-
cum suum & præsentia læticaret, & patrocinio pro-
tegeret, & miraculis indeficientibus perornaret: horū
omnium auctore, auspice & cooperante immortalis
Deo, cui perp; gloria, infinita victoria, maiestas &
dignitas sempiterna, ex tunc & nunc & in omnia secu-
la seculorum. Amen.

DE S. GVDILA VIRGINE, BRVXELLIS IN BELGIO

CIRCI- I

TER AN.

DCCXII.

VIII. IA-

S. Gudila

natali.

BRUXELLIS (qua Brabantia Ducatus urbs est, Bel-
gij Principum sedes) solenni celebritate colitur vi. id.
Januarij S. Gudila, sive Gudula, aut Guodila, Bel-
gium S. Goede, sive Goule, Virgo. De quâ proprium illius Ecclesia
Martyrologium: Depositio S. Gudilæ Virginis patronæ
nostræ: cuius sacri corporis reliquiæ h̄c venerantur. Addit
Molanus in Addit. ad Vſuard. Ad cuius tumulum apud
Ham Brabantæ tempore hiberno populus, sine manus
putantium mox excrevit, & virens vt nemus frondi-
uit. Quorum vtrumque fecit Deus, officio quo no-
uit & voluit; & potestate quâ valuit, in testimonium
eiusdem Virginis, in domo Domini vt palma florentis.
Breuius Vſuardi Martyrologium auctum editumq; Parisiis an-
1536. & plurima MSS. sub nomine Vſuardi, & Carthusiani
Colonenses in Addit. ad Vſuard. Apud Bruxellam natale
S. Gudilæ Virginis. Eandem hoc die referunt Ferrarius,
Ghinius in natalib. SS. Canonorum, Andreas Saussaius in
Martyrologio Gallicano, Martyrolog. Gallobelgicum, Flora-
rium, alijs. Miror in Henrici Adriani Belgico Martyrologio eius
minime nomen extare.

Reliquia.

Vita.

2 Petrus Galeſinius: Bruxellis S. Gudilæ Virginis. Hæc
illustri genere nata, à B. Gertrude in monasterio insti-
tuta, vt ætate, sic Christianis moribus progrediens,
perpetuè se religiosè exercuit in vigiliis, oratione, ie-
uniis, & omni pietatis officio. Eiusdem reliquiæ ibi-
dem asseruantur magnâ cum veneratione. Eadem ferè
habet VVion, & Hugo Menardus, qui cur eam, vti & Dorga-
nius, Benedictinis accenseant, non video. Eadem de reliquiis
tradit Martyrologium Germanicum. Et fuerunt ea quidem se-
ferme seculi isthuc religiosè custoditæ; sed, vt scribit in Hiero-
gazophylacio Belgico Arnoldus Rayssius, ultimâ Belgica-
rum dissensionum tempestate, à fanaticâ Geusiorum
rabie dispersa fuerunt; aut si à più hominibus eorum sub-
tractæ sunt furori, & in aliquas abdita latebras, ignota certè
ad huc permansere.

3 Vitam S. Gudilæ gemi nam damus: priorem ex MS. co-
dice Collegij Societatis Iesu Brugis, auctore Huberto quodam,
qui quantum ex fine colligere est, post annum XLVII. vixit,
cum translationis eo anno à Lamberto Baldrico Comite Loua-
niensi facta meminerit. Alteram ex hac, phrasij eriā subinde
retentā, plerumque temperatā, ab anonymo quopiam concin-
natum edidit Surius, quam tomo I. Historia Francorum citat
Andreas du Chesne. Franciscus Hareus tom. I. Annal. Brabant.
in Carolo, Clericos Bruxellenses facit huius vita auctores. Su-
rios qui eam se ex peruerusto codice descripsisse tradit, phrasim
quoque fatetur passim emendasse, sed modicè, vt nos quoque cum
Breuiario Bruxellensi diu ante Surium excuso eam conferentes
obseruauimus. Extat alia brevior aliquantò in MS. Rubea val-
lis & Corsendoncano, qua ex harum alterutrā videtur ab An-
tonio Gentio aut Ioanne Gillemanno contracta. Aliam antiquior-
rem, sed rudem atque incultam, citat initio Prologi Hubertus,

quam hactenus nusquam reperimus. Eam citat Baldericus Epis-
copus Ternacensis in Chronico Cameracensi lib. I. cap. 16. quod
caput. xv. Januarij, integrum dabimus cùm de S. Ableberto,
sive Emeberto, erit sermo.

4 Sed lapsus memoriam ibidem Baldericus videtur, cùm post Etat:
Bertoaldum, ante S. Autbertum sedisse S. Emebertum
scribit, quem fatetur sorori Gudila fuisse superflitem. Gudila
à S. Gertrude de sacro fonte suscepta, apud eam Niella pietate
& litteris imbuta; eā denique mortuā ad paternam domum
reverit. At mortua est S. Gertrudis, vt suo loco offendemus,
anno etatis XXXIII. XVI. kal. april. die Dominicæ. an. DCLXIV.
Vixit deinde Gudila priuata ad annum, vt vuln. Mirau in
Chronico Belgico, DCCXII. adeo ut Caroli Magni temporibus
ad huc in viuis esset quidam qui eam adolescentis nouerat. Vnde
vt alibi pluribus deducemus, non Bertoaldo, sed S. Vindi-
ciano successisse Emebertus dicendus est. Scripserunt prætereat
S. Gudila vitam Franciscus Haranus, Zacharias Lippelous; Hispani-
cæ Pet. Ribadeneira; Germanicæ Henricus Fabricius; Belgicæ
Henricus Adriani, & Heribertus Rosveydus; Gallicæ Clemens
Marchantius, Iacobus Doubletius, Guilielmus Gazaeus; Italicæ
Siluanus Razzi.

5 Translationes reliquiarum S. Gudilæ factæ complures.
Nam ex Ham pago Morzellam Caroli Magni temporibus de-
portata sunt: inde Capramontem, vestitam à Normannis Mor-
zellæ: hic possumini reuecta; Bruxellam à Carolo Duce
Ludouici Translatini Francorum Regis filio, Brabantæ
Principe, translate sunt, atque in S. Gangerici ade collocate:
ac tandem anno M XLVII. à Lamberto Baldrico Duce in
S. Michaëlis ecclesiâ, qua nunc S. Gudilæ dicitur, honorifi-
cè reconditæ sunt. Prima Translatio celebrari consuevit ab Ec-
clesiâ Bruxellensi vi. Iulij, (non Junij, vt in notis ad Martyrol. Transla-
scriptis Galeſinius) officio duplici, vt ex Breuiario illius Ecclesiæ tio prima,
patet. Quo die isthac habentur in Martyrologio Bruxellensi:
Translatio S. Gudilæ Virginis nostræ patronæ. Consen-
tient Carthusiani Colon. in Addit. ad Vſuard. Martyrol.
Germanic. & Colon. Radulphus de Riuo, ac Ferrarius. At MS.
Florarium: Apud Morsellam S. Gudilæ Virginis trans-
latio. Illuc quippe primò fuit trāsportata de villâ Ham,
vbi primitus sepulta fuerat, comitantibus miraculis:
nam arbor, quam populum ferunt, quæ eadem nocte
ad sepulchrum eius viruerat, huc quoque se transtulit;
& in ipso itinere surdus auditum recepit. Postremò
vero translata est de Morsellâ in Bruxellâ, vbi nunc secunda:
quiescit, anno salutis XLVII. Sed fallitur Auctoꝝ Flora-
rij: non eo anno, sed circiter CMLXXVIII. translata est Bruxel-
lam, vt infra dicemus. Referunt illam quoque Translationem
Arnoldus VVion, Benedictus Dorganus, Hugo Menardus,
quasi, quod in Niellensi parthenone sub S. Gertrudis discipli-
nâ erudita sit ad pietatem, Benedictinum institutum cense-
tur complexa; quam rectius Rosveydus noster iis adnumerat
Virginibus, qua in seculo sanctam vitam egere. Remur autem eo
die

E X V A- die non tam primam illam Translationem recoli quā Morsel-
R I I S . lam, quām posteriore, quā Morzellā Bruxellam sunt, non sine
illustri pompa, deportata eius reliqua.
Tertia. 6 Deinceps verò ad S. Michaeli ecclesiam translate sunt à
Gerardo I. Cameracensi Episcopo, (in cuius diocesi tunc erat
Bruxella, quā nunc Mechlinensi subest Archiepiscopo) procu-
rante Baldrico Duce, qui in diplomate suo (apud Miraeum in
Fassis Belgici & libris donationum Belgicarum) dato anno
M XLVII. Indict. xv. ita loquitur: Quapropter ego Bal-
dricus parochiam ecclesiam Bruxellam consecrati fe-
ci, & in eā corpus sanctissimæ Virginis Christi Gudilæ,
quantā potui honorificentia transtulī, quod in ecclē-
siolâ S. Gaugerici negligenter posicū inveni. Eius
Translationis memoria in Bruxellensi Martyrologio ad xiv.
Septemb. consignata est hū verbi: Eodem die dedicatio
huius ecclēsiae, ac ad illam translatio corporis B. Gu-
dilæ Virginis. Consentunt Molanus in Addit. ad Vfuardum,
VVion, Menardus, Dorganus, Ferrarius, Martyrolog. Ger-
manicum, & Gallicanum Saussaj. An eo die translatio con-
tigerit, an vt in vīta dicitur xvi. Nouembris, haud nobis constat.
Eo anno XII. Septemb. Dominica fuit, fuit & xv. Nouem-
bris. Solent autem eiusmodi solemnitates ferè Dominicū peragi,
vt maiori populi vniuersi tum feriantis frequentia honorentur.
Ecclesia Ecclesia tamen die, sed Dominicā post festum S. Dionisij mense
dedicatio. Octobri celebrata deinceps dedicationis solemnitas est, vt patet ex
veteri Breuiario illius Ecclesia.

effulserit, stylus noster declarabit. Bonā verò veniā fla-
gito à lectoribus, vt fidem adhibeant dictis, neque au- Non nis
tument quicquam me scripsisse, nisi compertum & probata
probatum. Alioquin mihi sanctius esset tacere, quām
falsa dicere. Nec attēdant nostræ rusticatis verba, sed
facta, meminerintque non ab oratoribus, sed à písca-
toribus inchoasse sanctæ Ecclesiæ rudimenta. Nunc
adlit virtus Spiritus sancti, quā moueat organum oris
nostrī infantissimi. Hæc gloria haudquaquam illi est
noua: ipsum enim mutum subiugale Balaam humanas Num. 22.
fecit effundere loquelas: primitus etiam credentibus 28.
diuersas diuidebat linguis. Meum quoque palatum suo S. Gudila
re dignet irrigare, vt sit sufficiens ad enarrandas patrini
virtutes domus suæ, scilicet virginis inuolatæ: per cuius
intercessionem ego scripror, tu autem monitor, pari-
terque vniuersi qui tecum sunt fratres, à nexibus pec-
catorum expediamur omnes, atque, ab infernali incen-
dio extores, mereamur fieri diuinæ gloriæ participes.

a Hic est fortassis Albertus, sive Olbertus, monachus Lobensis,
sc deinde Abba Gemblacensis, qui miracula & translationem S. Ve-
roni descripsit: cuius equalis fuit Humbertus Presbyter Lembeca-
nus, vir, ut ipse Olbertus refatur, secundum modernorum hori-
num vitam non spernendus. Non inde tamen certò possumus sta-
tuere, hunc esse vija S. Gudilæ auctorem: solum id pressumus: fe-
liciori cuiuspiam conjectura.

b Quaternonem, sive libellum quatuor foliorum.

c Aliquid hic deest.

VITA AVCTORE HVBERTO,

Ex Ms. Societatis Iesu Brugis.

PROLOGVS.

DILECTISSIMO fratri & Alberto, Hu-
bertus seruus seruorum Dei; & h̄c se-
cundis successibus Christo obsequi, &
in futuro cum tripudio astant eius
conspicuit.

a Attulisti ad nos nuperim b quaternium, Frater
amantisssime, in quo pauca continebantur de virtuti-
bus almæ virginis Gudilæ. Ipsarum quidem rerum cō-
tinentia auro obtizo topazioque præferenda; sed lectionis
compositio barbarismis ac solœcismis pro modulo
sui adeò referta, vt probaretur esse plus quām rustica.
Quod scriptorisne obtigerit negligentiā, an dictato-
ris inscientia, à nostrā omnino remotum est conscientia.
Ergo nostram paruitatem appellasti humiliter, vt
ipsorum sensus gestorum excipiens fideliter, meis ver-
bis differerē scholariter, atque ordinare competenter.
Ego autem ad primum horramen Caritatis tuæ, id
ipsum differre, quām malui facere; duas ob caußas
maximè deterritus ab attentando hoc opere; tum quia
non habet genus attigissim huiusmodi formam materiei,
Auctor te- excusat. tum quoniam super vires meas videtur esse hoc nego-
tium, in quo meis c . . . ac per hoc prudentioribus
omni conamine esset laborandum: ne dum ego iuuen-
culus &, vt verè fateor, salis nullius, prælumerem
aptare me ad illud subeundum.

Sap. 10. 21. 2 Sed iterum & tertio super hac re à tuā familiari-
tate monitus, adiudicauit me tuis assensurum petitionibus.
Cùm enim voluerem in animo multa meæ timi-
ditatis tardacula, occurrit mihi illa sapientissimi viri
sententia; quia sapientia aperuit mutorum ora, & lin-
guas infantium fecit differas; illudque Davidicū sub
Psal. 80. sponsione Dei prolatum: Dilata os tuum, & implebo
11. illud. Tandem corroboratus horum fulcimento testi-
1. Cor. 13. moniorum, ipsiusque caritatis instinctu pulsatus ad-
modum, quā omnia sustinet, vt testatur Doctor Gen-
tium, arripui onus iniunctum. Itaque quo genere hæc
sanctissima virgo decurrerit, cuius sanctitatis vitam
transfegerit, quantisve yiuens ac post obitum miraculis

CAPVT I.

S. Gudila ortus, religiosa institutio.

3 BEATA igitur Gudila virgo dignissimum habuit
ortum in a Brabantensi pago: germine nobilis,
sed nobilior indeole mentis: parentibus secundum se-
cundi dignitatē excellenti insignitis prosapiā, & in admis-
trationem Reipubl. adeptis honorum fastigia. Pa-
ter siquidem eius exitit b Witgerus; quem in fascibus b
Comitatus egisse accepimus: genitrix verò eius gene- parents,
rosissima c Amulberga constat nuncupata. Ipsa autem c
virgo regali celsitudine progenita tam religiosissimam,
quam etiam nobilissimam duxit genealogiam: Copu-
labatur enim sanguine d S. Gertrudæ, quæ filia Pippini d
connubia viriliter contempnit in terris, vt esset apta cæ- cognata,
lestibus thalamis. Efferebatur quoque sanctarum e Al-
legundis ac f Waldestrudis cognatione; quarum prior, f
Deo dicatā suā virginitate, se sub regulari cohibuit di-
strictione, atque in eodem cælibatu curriculum per-
agens vitæ, nunc immaculati sponsi comitur diadema-
te; altera verò sub annis pubertatis nupta g cuidam g
Duci post suscepta ex pudico matrimonio b sancta pi-
gnora, depositis sericis auro gemmisque rariantibus
induviis, similiterque supellecilibus reliquis in usus
pauperum prorogatis, ex huius mundi naufragio eu-
sat nuda, diu desiderata capiens velamina sacri Ordini-
nis. Denique, vt fieret in propatulo quām longè esset
ab illâ domo, cuius indigena erat nostra virgo, impro- forores,
bitas, & quam domestica inhabitaret probitas; habuit frater.
forores sanctitate famolas, videlicet, Reinildem, atque
Pharaeldem, germanumque fratrem S. Emebertum i.
Episcopum Cameracensem. Sed nimiā verboſitatis vñi
multitudine, dum nobis est intentio seriem eius gene-
rationis adnotare, iam dirigamus ad sequentia cursum
orationis nostræ.

4 Cùm præfata genitrix eius ex ipsâ foret grauida;
vt moris est parturientium, anxietatis fluctuabat pro-
cellâ, multò magis futuro partui sollicita, bonâ pol-
leret moribus, an obscenis inserviret delectaminibus.
Sed quis angulus k verbis valeret relinqui tristitia, vbi
terum sapientia templum sibi visibiter quodammodo
noscebatur fabricare, totumque occupauerant virtu-
tum cetera, ac ardor compleuerat cœlestis gloriæ.
Nec decebat angore affici diutino, quam tantæ baiu-
lam gemmæ Diuina proposuerat prædestinatio. Igur
is de

2. Ma-
chab. 7.6. is de quo Prophetica oracula testantur: Et in seruis suis
Angelus sanditatis consolabitur, huiusmodi refocillatione famulam suam
etius pre- recreare dignatur. Nox erat, & terris mortales somnus
nuntiat. habebat; cum eadem materfamilias sopori dedita An-
gelum adspicit adesse ab astris, qui videbatur eius ti-
morem his demere dictis: Solue metum corde, curas-
que mordaces seclude, vtpote pretioso secundata ger-
mine. Ipse nempe regnator omnium regnorum me tibi
claro demittit olympo, qui cælum & terras numine
torquet, ipse tibi hæc solamina me ferre iubet: Concep-
pisti fideliter, paries feliciter, venerabilis filia mater.
Hæc tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet,
ab ipso puellari ævo adhæredit cæremoniis, in quibus
perfuerans vsque ad metas vita brevis, palmam vita
capiet perennis. Tali lo cuta ore visio Angelica eam cō-
plete sermone reliquit, auramq; ue in tenuem euanuit.
At illa talibus exhilarata visis, corpus è stratis corripit,
& ad cælum supinas manus cum voce tendit, & parans
cœlitus delatis credula corda responsis, largitor omniū
bonorum gratias reddidit. Hic præsca renouantur præ-
conia, que referre libet à fidis voluminibus prodita. Sic
denique Esau & Jacob antequam in lucem profunde-
rentur, matri duo ex eius vtero diuidendi præfiguran-
tur populi: sic præsagus Symmysta Dei & abstemius
præco Agni Ioannes generandus de sterili corpore Eli-
sabeth, heu malè ambiguo prætitulatur patri.

5 Edita autem virguncula Dei Gudila, & vitali re-
generationis lauacro immersa, ex ipso fonte suscipitur à
S. Ger-
trude de sacro fonte susci-
pitur, eru-
ditur.

Lanritis negavit:

dedita pie-
tati.

Floret vir-
tutibus.

Gen. 25.
23.

Luc. 1.

Ex ipsa fonte suscipitur, eru-
ditur.

Non sūis, vt solet illa ætas, pro
variis & delicatis cibis vñquām tædio fuit, non sectans
esca mollioris blandimenta: his solūm quæ dabantur
contenta fuit. Ad ecclesiam sèpè cum sanctorialibus
conueniens, non infantium lascivias, nec puellarum
negligentiam sectabatur; sed tantū ea magnipendens,
quæ legebantur, utilitatem præceptorum vita institu-
tionem exequebatur.

6 Sanè docibilis adolescentula, cum transmissio
communiter stylo surgentis infantia, ad biuum Py-
thagoricæ peruenisset litteræ, incunctanter sinistrum
ramum cum sæculi desiderio totis viribus anhelare: non,
vt huic inolitum est ætate, proclivis ad ima, aspera
erat monitoribus; quinetiam senilibus intenta operi-
bus, non in propriis ambulabat voluntatibus, sed in
Dominicis dispositionibus. Crescente enim uero de die
in diem ætate, crescebat morum probitate, veluti con-
decens erat Dei famula. Erat enim corpore casta, men-
te incorrupta, amabilis cunctis, affabilis vniuersis,
prudentia callens, fortitudine vigens, frænis tem-
perantia serena, iustitia vigore severa, longanimitate in-
fatigabilis, patientia & humilitate laudabilis, mansuetu-
dine & pietate præstabilis, feruens caritate bis tincta,
stabilis fide robusta, longanimis spe inconcussa. Ha-
rum omnium virtutum commercia exaggerabat eius
in animo cuncta disponens sapientia.

a Magna pars eius regionis, que Brabantum, Brachbantum, Brabantum, Brachantum, à scriptoribus appellatur, in Flandren-
sium Hainoensiumq; Comitem ius concessit. Nomen retinueré Louani Comites, fuaq; ditione late deinceps ad Batavie fines ac Moam amplificata commune fecerunt, vt à pluribus iam seculis Belgicarum prouinciarum princeps habita Brabantia sit; de cuius antiquis popu-
lis arque etymo pluribus agemus in vitâ B. Pipini xxi Februarij.

b Is deinceps Lobius monachus fuit, vt x. Iulij dicemus.

c Vulgatius Amalberga, & Amelberga. Ea Malbodij in S. Al- A V C T .
degundis canobio fandissimè vitam conclusit, coliturq; x. Iulij in HVBER-
Binchiensi oppido apud Hamones ubi corpus quiete cit, Lobius, & TO,
alibi. Ex MSS.

d S. Gertrudis, sine Gertrudæ Virginis vitam dabimus xvii.

Marij.

e xxx. Ianuarij.

f ix. Aprilis.

g S. Vincentio Modelgario, de quo xiv. Iulij.

h S. Landericum, sine Landricum Episcopum Meldensem, qui XVII April colitur: SS. Aldertrudem & Madelbertam Virginis, ambas Malbodij Abbarissas; de Aldertrude agemus xxv. Februar. de Madelberta vii. Septembri: & S. Dentlinum, qui Refa in Clivik colitur, vt xiv. Iulij dicemus.

i De S. Pharailde Virgine egimus iv. Ianuarij. Sed si illa foror
fuit S. Gudila, necesse est S. Amelbergam bis nuptiam fuisse, liceat ini-
nitam primum Theodorico Duci, qui antea ex alia uxore duos filios
suscepserat, quorum mentio fit in vita Pharaildis, atque ipsam Pha-
raildem; denique VVitgero Comiti.

k Legendum videtur ibi.

C A P V T II.

Sancta eius vita. Daemonis infidio.

7 IN T E R E A repedat ad limina & parentum, pe-
terst. Etus sitibundum referens haustu sapientia refer- Domum
tum. Vtrinque redundabat iucundatio: isti applande- redit.
bant prolis super famâ boni odoris, ac eius virtuti-
bus almis; illa exultabat de affectibus illorum erga se
benevolis.

8 Erat autem in confinio villa, b Morzella vocabu-
lo, distans ab eorum mansione duorum milliarium in- Adit ora-
terstatio: in quâ ædificatum fuerat oratorium in hono- toriū Mor-
re Sancti Saluatoris dedicatum. Hunc locum diligens,
beata Dei virgo expedit, remota à suis, vitans eis esse
molestia in omnibus saltem modicis negotiis, atque
appetens vacare solius contemplationi diuinitatis. Ve-
rū quanto exercitio se ibi aptauerit obtutibus maie-
statis supernæ, non est humana opis explicare; etiam si
cuncta corporis membra verterentur in linguas, & fin-
guli artus voce resonarent humanâ. Orationibus pro- Sandissi-
telatis deputabat dies, continuabat & noctes, pernoctabat in pauperi-
in vigiliis, strenua in psalmodiis, exercita in ieuniis,
macabat se holocaustum Christi conspectibus, cui se
totam deuota tradiderat ab annis pueribus. Et cum
solo hinc esset corpore, quotidie animo ad æternam trans-
ire festinabat: & quām acceptabilem se scrutatori re-
num cordiumque exhibebat, etiam per exteriora ope-
ra clarescebat. Nam eleemosynarum clementia dedita, Liberalis
numquām sufferebat vacuam proximi reliquissime mise-
riam: ad quæ supplenda suppeditabat ei cura parentum res.
affluentia; quandoquidem reipsa probabant, quod
super eâ Angelicum præconium prætexerat. Sermo
quoque illius, iuxta Apostolum, sale erat conditus:
sæpiissimum genuum flexionibus accômoda, cum lacry-
mis & compunctione cordis Dominum obsecrabat, vt
quæcumque meditaretur vel ageret, in conspectu eius
accepta forent. Ipse vero pias illius exaudire dignatus
est preces misericorditer, qui eas inspirauerat poterit.

9 Cum igitur hoc pacto se institueret, vnde dilectio-
nis omnium flammarum in se accenderat, inimicus no-
minis Christiani diabolus impatienter ferens, tantis
eam succrescere virtutum processibus, veterani liuoris
aduersus eam anhelabat æstibus; ac eò magis acriori
stimulabatur cruciatu, quod vicebat à sibi familia-
rissimo sexu, qui prima causa perditionis humanæ fue-
rat suo suggestu. Et primò quidem enitens, si quo modo Variè à
valeret eam ab abrepto abstrahere proposito, immi-
tebat corporis fragilitatem eius animo, atatis spatia, tentatur,
prolixa, prorsus maxima cogitationum eius suscitabat
nubila. Sed primò cassatus elidebatur conatus, quod
fortiter infixa erat in mandatorum Dei meditatu. At-
tamen nec sic resipiscens, quamuis primâ congressione
delusus, variis assultibus eam arguebat irritus; velut
ille, qui celsam urbem oppugnat molibus, aut circum
montana castella sedens, sub variis armorum apparati-
bus

A v c r. bus nunc hos , nunc illos pérerrat arte aditus. Sed illa
Hvber- eius machinamenta orationum repellens instantiâ, sta-
to, bat quasi immobilis columna , eius cassis iectibus per-
Ex m.s.s. cussa. Nam ille cogitationes inferebat sordidas : hæc
Generosè assiduitate orationum submouebat eas. Ille titillabat
refusis. sensus naturali carnis ardore: hæc fide ac ieuniis cor-
 pus vallabat omne. Ille muliebrem naturam facilem
 ad ruinam proponebat : hæc æterna futuri iudicij tor-
 menta considerans, illæsam animi puritatem per ten-
 tamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusioneum
 diaboli fiebant: adiuuabat enim ancillam suam Domini-
 nus; qui nostris gratiâ carne velutus victoriæ corpori
 contra diabolum est largitus : ut singulis ita certanti-
1. Cor. 15. bus liceat A postoli proferte sermonis consultus: Non
10. autem ego, sed gratia Dei quæ mecum est.

Singulis 10 Ad postremum cùm nec hoc argumento posset
noctibus eam destruere , cunctis fecit manifestum clariùs luce,
ecclesiæ quanto dentum in eam fremere stridore. Erat siqui-
adit. dem huic Sanctæ consuetudo laudabilis, vt à galli can-
 tu relieto stratu adiret præfata limina basilicæ nocti-
 bus cunctis , præeunte eius & abâ cum laternâ præuij
 luminis, vt inibi in excubias Deo complacitas reliquū
 expenderet noctis , thurificans seipsum Deo in gemi-
 tuum, orationumque frequentiis. Nōcte igitur quadâ,
 cùm visitato more pro hac, quam prælibauimus, causâ
 eandem peteret ecclesiam, ipse auctor totius maligni-
 tatis non immemor suæ artis, indicium suæ præsentia declarauit ; quoniam adueniens subito candelam extinxit. O quâm sibi congruam satelles noctis patefecit
Isa. 14.12. technam! Ipse denique qui Lucifer nuncupatur Esaïæ testimonio , vt quemadmodum hic minor stellarum splendore circumspicit chrysocomo ; sic ante ruinâ ille cœlestium ordinum veluti gemmarum ornabatur decore præfulgido , nunc ab ipso vocatus princeps te- nebratum , gaudet cœno scelerum, latebras cæcarum fouet mentium. Sed ancilla Christi, præualecente dolo inimici, amissò lumine, nullo adnisi poterat gres- sus rectâ semitâ diriger. Tâtu plus solitò horrot fulgi- gineus noctis illius ingruerat. Nam neque ignes astro- rum erant , nec lucidus polus in fiducia æthrâ, sed in obscuro aëre nubila, & lunam in nimbo occulebat nox intempesta : &, quod facile constat, ipse hostis amicâ libi caligine obfuscationem augmentauerat. Pe- dissequa quoque eius & peruria & deuia negat se dis- cernere, nec d' pro si tramitis meminisse. Scias dæmo- nico instinctu tanti hubi obuolui erroris. Quid face- ret? Deo deuoti pectoris sanctitas astuabat, quia abi- pi à bono incepto nolebat. Tandem in semer reuersa, à Deo impetrâda nouit sublida, memorans illud Da- uidicum: Tu es Domine refugium meum à tribulatio- ne quæ circumdedit me : exultatio mea, erue me à cir- cumdantibus me. Genu flexo procumbens atenit pro- uoluit, sordido puluere crinis aspergitur, totisque animæ medullis Dominum deprecatur, Miserere, in- reaccendit. quiens, o Deus mei laboris : miserere mei, quamquâm obstantibus reatibus meis digna ferentis, tamen de tuâ proteâtione præsumentis : laqueos insidiatoris disisce, obscuritatis ceriferæ repagula remoue ; istam- quæ candelam reacciendi iube, ne gaudeat inimicus de me. Tu enim seruientis plasmatis emancipator , nos sub lasso horrifaci anguis iugo captos, tuq; mortis pretio reddidisti liberq;. Obscurio igitur, Redemptor fortis, nix nos patiaris rursus subiacere raptul prædonis audi. Quid multis morer? Annuit his votis Deus dexter, & secundo vultu prosperat, ac suo nutu reaccensâ lucer- nâ fidelem suam corroborat. Plus solitò micati vibrat lychnus radio : adeò vt cerneret illum vicum illustrari sole nouo. Ad aspectum tam mira claritatis virgo ni- tentes suffusa lacrymis oculos se subtrigit , faciem ad astra sustollit, magnificientiæ Altithroni laudes persol- uit, qui suos in finistris non deserit. Tibi, ait, clementissime Deus, laus & gloriatio, tibi gratiatu adictio. Quæ- nam pro his donis tibi poterit seruitus rependi: Nulla

vota laudantium compensant tuæ largitatis pretium: vincitur semper etenim minor cura obsequientium. Tu lux vera oculis, tu lux quoque sensibus imis. Tibi igitur Creatori creatura benedicat tua , cuius maiestas & pietas regnum triplici numine continuat in sæculorum sæcula. Cum his & talibus hymnologiis domum Dei, quod tendebat, penetrat : ibi quodcumque temporis restat , eosque dum meta noctis clauditur , precibus desudans excubat, psalmorum melodiâ ad solitum ad- auetâ pensum, cumulo aggerato orationum.

a *I*li iam religiosam vitam erant complexi. Num S. Amalberga tradidit à S. Autberto sacrum velamen accepisse, qui mortuus pura- tur circa annum DCLIX; cùm Gerrardus non nisi an. DCLXIV. decu- serit, post cuius obitum ad paternam domum rediit Gudila. Hac de- inde undâ cum Reinilde soror Lobis abit , Deo isthic omnes suas possessiones oblatura. Sed cùm pulsantibus fore aperire monachi re- nuissent, negantes iſhuc ingredi feminis fas esse, Gudila domum, sine indignata , sive ingenio acquisitam nihilq; ultra tentandum rata, reuertit. Reinildi verò nudis genibus effusa in preces, tertiâ nocte, di- uina virtute, patefacta templi sunt valua : ac Sanctas vicum, cum willis quinque, ei canobio donauit.

b *Vicus* of Morsella, (vel, vt hic dicitur, Morzella, Surio Morsella, in Bressiaro Bruxellensi Mortcella, Mirao in Chron. Morsella) ad ipsi Brabantie ac ditionis Aloftana limites. At quo præcipue loco parentum eius domicilium fuerit, haud comprimus; nisi fortassis Martinis, qui locus, vt in Emeberco xv. Ianuarij indicabi- mus, Mercheten nunc dici videtur.

c *E*st fabra, (Græcis ἔβρα & ἔβρα) ut scribit Suidas, ὅτι ἀπλός έβρα, ὅτι ἐνορθεὶς έβραντα, ἀλλ' ἵδρεις γυναικὸς κόπη τῆς ἔβρας, εἴτε ἕργων εἴτε μη. Neque simpliciter ancilla, neque formosa ancilla, sed domestica coniugis puella & honorata, sive dominata sit sive non. *Judith*. 8.32. Et ego exeam cum abrâ inea, & alibi. Vide *Serrarium nostrum* in *Judith* c.10. quæ siunc. i.

d *I*d est recti.

C A P V T III.

Mortificationis studium miraculo illustratum.

11 **I**NTERIM spargente Phœbo conuexa poli, & am- plissima terrarum spatia coruscis flatibus , adeò *Nudis pe-*
Sacerdos loci ipsius, consueta diuinæ seruitutis myste- *dum plan-*
Ria celebraturus. Cùm ergo matutinalibus instans of- *tis inedita*
 ficiis, sacrarium extrueret, aram eulibaturus compo-
 neret, huc illuc ob ambulans, & hac illac lumina ver-
 fans , casu faciem conuertit , vbi Virgo Dei solo pro-
 strata congregebat humili prece vota, sive iuxta Docto-
 ris gentium edictum exhibens hostiam viuam, sanctâ, Rom.12.3.
 Deo placentem. Qui diligentissimo intuitu eam con-
 templans, nec non prolixitatem orationum eius admirans, vidit plantas eius nudas, cùm solummodo summa
 pedum tegerent opercula crepidarum. Ac primo ob-
 stupuit tanta rei nouitate, tum deinde, quia prosperè
 educata & delicate sub tam diro se maceraret rigore.
 Verè modulatur voce, chordâ, & tympano Rex egre-
 gius: Intellectus bonus omnibus facientibus eum, lau- *psal. 110.*
 datio eius manet in sæculum sæculi. Tu vero ô summa 10.
 sapientia, vt excellentissimus orator differit eleganter,
 omnia disponis suauiter. Hæc enim tua famula intelle-
 ctum adhibens tuis mandatis, compleuit quæ iussisti:
 Videte ne faciatis iustitiam vestram coram homini- *Matth. 6.*
 bus, vt videamini ab iis: tu autem quæ spospondisti red-
 didisti: Nemo accedit lucernam & in abscondito po-
 nit, neque sub modo, sed super candelabrum , vt qui *Luc. 21.33.*
 ingrediuntur lumen videant. Hæc humani vitatrix fa-
 voris, ne ventus afflaret iactantiaz, lato pudore tege-
 bat, quidquid ad cultum tuum exhibebat: cernis quip-
 pe occultum & latentem munere donas ; tu autem,
 quo indicio placuit tibi, eam nobis ad imitandum ma-
 nifestasti. Prædictus itaque Minister altaris Dei , hor-
 rore tanti facti percusus , eiusque algori compassus, *chirothecas*
 diutissimè præstolans , postquam illa ab oratione sur- *eius pedi-*
 rexerit , continuò chirothecas à manibus suis extraxit, *bus sub-*
 eiusque vestigiis supponere abiit, vt tam illustris meriti sternit;
 puellam religioso officio honoraret. At illa fortissimi
 vincla propositi nec Sacerdotis quidem sedulitate *ipsa eas*
 laxauit: sed male blandientem perhorrescens insuetam *reicit:*
 molli-

molliciem, quasi acceptâ permoueretur iniuriâ manibus illas arripuit, ac super pavimentum proiecit.

12 Res mira & vehementer laude digna, quippe quam rarissimam comparerunt secula tenacibus libellis erudita. Eloquar an sileam? Sed sicut de suis meritis debet nemo se iactare, sic non debet quisquam solius opera Dei, quæ per suos Sanctos sunt silentiari, sed prædicare: quoniam legitur Angelus Tobiam ita admonuisse: Sacramentum Regis abscondere bonum est; opera autem Dei reuelare & cōfiteri honorificum est. Chirothecæ terram non attigerunt, sed in aëre ac si hærentes pependerunt. Et hoc satis iustè. Cur enim eas puluerulenta pollueret fœditas, quæ ab illis manibus delapsæ fuerant, quæ simplices inquinamentis vitorū erant. Videres super hoc magnum inane eas attolli, cùm nec in superioribus eas detinerent mobiles funiculi ad laquearia suffixi, nec ab inferioribus eas fulciret cuiuspiam adminiculum sustentaculi. Tua sunt hæc igitur Christi opera, tua miracula, qui, affirmante Davidicâ lyrâ, mirabilis es in Sanctis tuis, quos multis modis glorificare dignaris. Nos verò considerantes exitum rei tantæ, animaduertimus non ex perturbatione fellis illam repulsa scaturire, sed ex mundâ intentione. Huic in Euāgelio veritas dicit: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: quia cùm pura est intentio quæ præcedit, bonum est omne opus quod sequitur, etiam si reprehensibile esse videatur. O gloriosus feruor Virginis, quæ nec puncto quidē temporis à familiarissimo rigore passa est se remitti. O Sacerdotem illum beatum, qui hoc non ad cōtumeliam suam duxit, sed magnificans illius cum exultatione virtutem, quod vidit circumquaque diffamauit!

C A P V T I V.

Alia eius in vitâ miracula.

13 E XPLETIS tandem à Sacerdote Missarum solemnis, in quibus sancta virgo, iuxta Psalmistæ vocem, spiritum suum contribulatum sacrificium Deo immolauerat, (cor namque contritum & humiliatum Dominus non aspernandum iudicat) ad proprij limina domatis remeat. Iam ferd medium iter remensum fuerat; & ecce cuidam mulieri obuiat, quam longus mœror & diutina calamitas torquebant. Gestabat sibi quidem in humeris filium suum, qui cum languore nativo ab alio ipsius malefœcere parentis deciderat in hac lucem; iamque sol aureus per duo dena mundum regens astra nonum annum circumvoluebat, ex quo eundem puerum trinâ passione debilitati viderat. Etenim erat contractus, incurvus, caducis vultibus, & solam despectans terram cernuus: spiracula etiam vocis erant obstructa, obmutuerat lingua, plectrum articulatos motus non formabat. Quin etiam insuper dita chiragra contuderat manuum articulos, intantum ut ori non ingereret cibos, nisi adiutorio alienæ manus appositos. Igitur tantillum corpusculum tantis pestibus Sancta Dei spectans obseßum, peccus concutitur visceribus misericordia indutum. Tunc totâ mente sanctum cōcipiens Spiritum, inter complexus suorum brachiorū suscepit puerum, & cōuerterit cum precibus ad Deum; Benignissime, inquiens, Iesu, aures tuas vocibus tuæ famulæ aduerte, & opem tuæ indulgentiæ super hunc effunde: quem tua validissima creauit dignatio, tua dulcissima confirmet misericordio. Non de meritis meis, quippe quæ nulla sunt confido, sed spero in tuæ largitatis fonte uberrimo. Tu enim dixisti: Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: ne ergo peccata mea Domine respicias, sed miserias horum duorum miserans, vni sollicitate redditâ, nos in commune alacres reddas. Quid plura penetralia cœli oratio scandit: ad supernos auditus peruenit: quæ postulauerat, se impetrare sentit. Nam confessim pueru patefactum est

Tom. I.

iter vocalæ, solutoque ligamine diu mutæ fauces nunc Aver. flunt loquaces. Attemperantur organa reuocata suis HVBERTI, ac erectis exultat membris. Et quem fructum TO, messuisset Sanctæ oratio, ipse puer declarauit subito, Puer subi- aduocans genitricem suam sic clamando: Mater veni, id sanatur: mater veni. Sancta autem virgo admirans, quoddam repente in verba protupisset, qui ab ipso vitæ exordio cum coœu taciturnitate coauisset, & quod mirabilis erat, ad plenæ vocem formasset, eum ad terram depositum, quia virtus diuinæ aduentum sensit. Ille verò haec non suus, sed nunc demum suæ libertati deditus, discurrebat huc atque illuc gratulabundus. Mater verò vbi ad inopinata adspicit, animo obstupest, versisque modis præ gaudio plangit, ad Sanctæ gressus procedit, quos osculando lambit.

14 Tunc utræque ineffabili clementia Omnipotens, qui, testimonio Scripturæ, erigit elisos, dirigit 14. iustos, confitentur gratarer, laudes rependunt ynam- GUDILA id miter. Ex hinc beata Virgo mulieri iubet ne quousque celari cu- ipsa in corpore viueret, hoc cuilibet indicaret; peri- mescens videlicet ne in virtute miraculi ore humano pulsata inde intus inanesceret, vnde fortis hominibus magna appareret: exemplum etiam Christi sequens, Marc. 7: qui cuidam voce reliktâ, auditu vacuo, medelam im- 36. pendens, interminatus est instantibus, ne vilas b pro- derent virtutes. Sed quid ibi sequitur? Quantò eis precipiebat, tanto magis plus prædicabant. Sic & hic. Nam vicini, qui nudius tertius nouerant puerum horribili membrorum nodositate irreritum, post paullum speculantes decorâ ac rectâ compagine solidatum, sciscitabantur caussam & ordinem huius facti à matre. Quâ reuelante, sanctitas eius innotescerat ubique. Gaudebat nempe femina eadem, quoddam nancisceretur materiam & occasionem propalandi & magnificandi suæ salutis auctricem. Sic ergo illa sancta Dei virgo in Mater magnis, qua faciebat, latere quidem habebat in volu- pueri itate sincerâ, sed, vt prodeſſent, aliis manifestabantur: diuulgat.

15 Itaque opinio fidei ac virutum eius longè late- que diuulgabatur: ex vicis oppidisque vndeque ad eam à promiscuo sexu & omni ætate concurrebatur. Multi ad Gre- eam con- gatim confluentes populi eius recreabantur aspergendo. mulcebantur affatu; aliquanti sospitatis egentes ope, redibant ouantes receptâ salubritate. Quid verbis opus est pñvniuersi eam ac si matrem venerabatur; dile- etiam Deo Patri, sponsam Filij, templum Pneumatis al- mi, verè fatebantur. Inter illam igitur plebem inuali- Leprosam dam accessit ad eam mulier leprola, getens maculosa sanat. portenta, quam Eremfredam nuncupari mandauit posteritati antiquitas prouida. Tam graues autem & tam terribiles erant vicerum eruptiones, vt etiam à collo eius ebullientes effluenter vermes. Quo viso sancta Dei virgo mentem copioso pietatis rore infusam ne- quiuit cohibere à solito compassionis spiculo. Protinus siquidem eam miti affatu vltionea compellans, pri- mū singula lepræ contagia visu perlustrans, conatur amicales eam leniendo proferre loquelas, profectò in illo, cuius nominis inuocatio numquā miseratione vacat, sperans: Equo animo esto, inquit, Eremfreda: hæc tibi ad salutem, non ad interitum, dedit dispositio diuina. Vnde magis est prouidendum, vt sanitas tua nullum conferat periculum. Ipse igitur qui in opportunitatibus in tribulatione est adiutor, sit tibi proprius consolator, & tuorum morborum curator. Post hoc recurrens ad arma, quæ in istiusmodi rebus illi erat familiarissima, cœpit obnixè orationibus cum gemitu & contritione cordis insistere pro eâ: Ne, inquit, clementissime Deus, irascaris, quoddam tuum sanctissimum nomen præsumo inuocare ego peccatrix: non enim in iustificationibus meis proterno preces ante faciem tuæ Maiestatis, sed in miserationibus tuis multis. Re-

X x mi-

Auct.
HVB
TO.
Ex. MSS.
4. Reg. 5.

miniscere miserationum & misericordiarum tuatum, quæ sunt à seculo ; qui per Elisæum vatem mundasti à leprâ Naaman Syrum in Iordanis fluente : & nostrâ figurâ circumiectus per te extersisti quam plurimos ab huiusmodi horro fœdissimo. Tu certè omnia dispensanter agis & prudenter , & leuamen tua indulgentiae tribuis largiter. Siue ergo voluisti hanc mulierem immundissimam arteri leprâ propter eius peccata , ut pœnituissest correcta, eius delendo crimina, eam mirabiliter munda; siue idcirco ut eius curationis omne tua claresceret magnificentia, eam mirabiliter sana, ut à tua magnificeris facturâ. Concitè ad hęc precamina ad solium Tonantis directa, peregrinam figuram mutarunt mulieris membra, pristino decori restituta , ac si numquam eam turpasse obsecens figuris discolor pœna. Tunc ambæ non ingratæ liberatori omnium non cœfiant magnificas laudes rependere : sed & ab ore cunctorum hoc videntium & audientium cœcinitur Deitati sublimissimæ.

16 Hæc & alia innumerabilia per famulam suam operata est diuina excellentia , quæ ad describendum sunt nimium prolixa. Sed & ex his paucis etiam eius cetera cognoscuntur opera: illa tamen precepit, in quibus sibi tantum conscientia animadueretur esse; quia gratiæ ab hominibus non requiriens , quantum in ipsâ fuit, voluisset latere omnes suas virtutes. Quod si illius exteriores actus explicari verbis vt cumque potuerūt, interiorem vitam illius & quotidianam conuersationem, & animum cœlo semper intatum, nulla vñquam, (verè profiteor) explicat oratio. Illam scilicet perseverantiam, & temperamentum in abstinentiâ & ieiuniis, potentiam in orationibus & vigilis, noctesque a dies ab ea perinde actas; nullumque vacuum ab opere Dei tempus , quo vel otio indulterit vel negotio ; sed nec cibo aut somno quidem , nisi inquantum naturæ necessitas cogebat. Non si ipse Mantuanus Poëta ab inferis emerget , profectò exponere posset. Adeò omnia maiora in hac sanctâ virgine constant, quam ut verbis concipi queant. O verè Beata multis præconiis digna, in quâ dolus non fuit, neminem iudicans, neminem condemnans, nulli malum pro malo reddens, sed coram Domino & hominibus sancte & iuste viuens.

a Ms. obstrusa.

b Ms. perderent.

C A P V T V.

Obitus, sepultura, miracula.

Varia Gu-
dila vir-
tutes.

17 IN hâc itaque constantiâ perdurans animi, nec dicam per singulos dies, verumetiam per singula horarum momenta feruebat flagrantia interni desiderij videre Deum Deorum in Sion cœlesti. O quantis hoc designabat suspitorum tractibus, tamquam videretur dicere se intuentibus: Cupio dissoluī & esse cum Christo. Sicut enim desiderat ad fontes aquarum ceruus, ita anima eius sitiendo appetebat supernos obtutus. Tamen eius tam laudabilem effectum Christus definiuit perducere ad effectum , ipsiusque laboribus compensare æternæ retributionis denarium. Denique modico pulsata incommodo corruptibilis carnis , attigit metam mortis : & sic artibus relictis , cœlum capessit anima fidelis ; cui recta celso tramite via referatur ad Patrem. Angelorum candidi chori hinc inde stipant euntem : quorum euclœ ministerio , cœlesti introferunt Paradiso, ubi cum obuio virginum choro suscipitur à Sanctâ Mariâ Dei genitrici, sine fine fruens Patriarcharum fide, Prophetarum spe, Apostolorum cœfessu, Martyrum collegio, Confessorum contubernio, cunctorumque cœlicolarum perenniter oblectatur tripudio.

Piè mori-
tur.

Lugens
pauperes.

18 Eius autem migratio sicut intulit superno conuentui gaudium, sic his, qui eius consortio fruiti eatenus fuerant, grauem & ferè intolerabilem luctum.

Erat enim videte pauperum ora fletibus rigata, quoru illi Sancte maxima fuerat cura; cum Euangeliō attingante , nosset talium sustentatione se in æterna recipi tabernacula. Hic indumentum , quo se obtexerat illa, manibus prætendebat, ille suam inediā eius refocillatione recreatam omnibus plangendo prædicabat. Profrus cuncti vna lamentando sua pectora tundebant, tantæ nutricis solatio se destitui ciulabant. Corpus vero eius, ut oportuit, religioso officio, ac more Ecclesiastico compoluerunt sacri ordinis ministri ceterique fidèles , super illud Davidicis cantionibus congruissimæ orationibus operam dantes. Deinde diuina peragentes mysteria odoramentis & accensis & faris prælati, prout postulabat res funebris, condiderunt in sepulchro cum honestate decentissimam , quod extruxerant ante fores oratorij in villâ, b Ham vocatâ. Huius depositio celebratur die octauo ab introitu anni , quod est VI. Idv Januarij.

^a Sepelitur
^b in Ham
^c vico.

19 Nunc vale sanctissima virgo amplexibus tui sponsi diutissimè concupitis iam inhærens absque diffidiō. Tu enim in numero computaris centum quadriginta quatuor millium, qui quoquæ ierit, iuxta Apoc. 14. calypsim, sequuntur Agnum; quia labem niuei pudoris nescisti, ex primitiis empta hominum. Adesto nunc & percipe supplices voces precantium , efficax oratrix ^{Auctor} ^{eam inno-} pro nostris reatibus apud Deum. Nostrî miserere, vt cat. Christus placatus suis inclinet prosperas aures, nec noxas imputet omnes. Si rite veneramur ore & pectore diem tibi festiuum, si sub tuorum gaudio sternimur vestigiorum , paullisper huc illabere deferens tuis favorem unitatis in Trinitate, & Trinitatis in unitate, cui honor & potestas & imperium per infinita sæcula sæculorum, Amen.

20 Post expletum glorioſissimi agonis omnibus sæculis laudabilem triumphum, quo depositis carnalibus exuuis S. Gudila immarcescibilis gloria adepta est brauium; ad comprobandum quanti meriti, quantæq; sanctitatis fuerit, noluit pius Dominus apud nos manere occultum, quod non latebat apud illum; sed fieret quoque clarum & accolis & externis, quantâ pompâ ambiatur hæc Sancta in cœlis, cui tanta miracula & prodigia præstat agere in terris. Eo ipso etenim die, ^{Ad sepul-} ^{ebrum} quo gremio mandata est terræ, ad pedes ipsius busti ^{eius ipso} viva est arbucula & pullulare, quæ paullatim voluenter ^{die arbor} bus dierum gyris protensa in auras excrescens proceri- ^{pullulat.}

tate, non paruum occupauit ætis spatium ramorum cruce atque comarum densitate. Nonne dignoscitur diuinitus id administrari, & ad tutamen & umbraculum, vt corpus quoad vixit sui arbitrij deliberatione inuiolatum, nunc cœlicâ cautelâ custodiatur illæsum à cauitate & fragore imbrum. Siue ergo causâ huiusmodi, seu ad laudem sui nominis, & ob decus castimonia virginalis hoc procurauerit virtus sublimis; tu tamen, ô Lector, si certatim sequentia prosequaris, per spicies super hoc ligno & diuinæ evidentiam potentia, & admirabilem doxam virginis tam egregiæ.

a Faces tedaſq; ad funeris pompam adhiberi, solitus intellige. Ex

Beda lib. de ratione tempor. cap. 24. patet pharos dici ignium vala,

siue lucernas, quales in templis è laquearibus pendere solent ad

honorandos Martyrum natales. Ad quem locum Ioannes Notio-

magus: Pharos vocat coronides illas, in quibus lucernarum am-

bitus ab imo usque ad fastigium sic sunt dispositi, vt continuo

superiores angustiores inferioribus pyramidis, seu turris, for-

mant ostendunt, quales suspenduntur ex laquearibus sacrarum,

ædium, seu quales succendentur in facris funeribus.

b Molanus in Indiculo SS. Belgij putat hunc esse Flandria vicum

haut procul Teneramundâ: verum quid id decem milliaribus dici po-

test à Morcellâ distare? Neque isthic villa est S. Gudila memoria, vt

mihi eius Ecclesia Pastor retulit. Rectius Aut. Miraus vicum Bra-

bantia esse asserti primo à Viluordiâ millari. Plures enim villa hoc

nomine in Belgicâ Teutonicâ appellaneur, quod veteri Saxonice lin-

guâ domum, siue habitationem, aut predium, significat.

c In alterâ vitâ, quam mox ex Surio abdimus, non pullulasse

sum arbor, sed præter temporis hiberni conditionem subito fronduisse

dicitur.

d Id est, gloriam.

C A-

C A P V T VI.

Sepulchrum eius violans punitus.

21 **V**A P R O P T E R hæc sufficiat tantum prælasse. Iam verò interim videamus quanta pœna immineat sepulchorum violatoribus. Factum est, dum humaretur sanctissimum corpus tumoli sinibus, ut præsens esset quidam peruersitati crudelissima deditus, nocturnis furtis assuetus, doctus exhaustire apothecas diuitiæ clandestinis suffosionibus, suasque crumenas farcire lucris turpibus: qui hoc illuc circumvolvunt orbes oculorum, tacitusque luminibus pertrans corpus totum, vidit illud sepeliri cum insignibus ornamenti, ut decebat personam cluentissimæ propaginis. Iste ergo illic tamdiu astirrit, quamdiu cum omni diligentia clausum fuit. Iamque ille dies, aliusque procerferant, & tertiam auroram Phæthonis equi vehebat, cum sub memoriâ retractat ea quæ viderat. Tunc socialis cupiditatis pruritus cœperunt eius præcordia tillari, soliti que consentaneus vitij inhibebat visorum monilium deprædationi: verumtamen formidans per diem suo & prolubio satisfacere, videlicet quoniam metuebat deprehensioni suæ; optimum factu rebatur noctem, quæ instabat, opperiri, auctoritate notatus Dominici hominis, idest, Christi: Qui, inquit, facit peccatum odit lucem, ut non arguantur opera eius à luce. Tadēm astrigeras Hesperi inducente umbras, nox atra bigis subuecta offuscabat terras. Tum verò execranda auiditatis facinus toto combibens pectore, ardet, quæ infanda suggerebat meditatio, celeriter explete. Sacra fames auri, quid non mortalia peccata cogis-
ta erat, di-

*Ioan. 3.
20.
Quidam
monilia,
aliaq; or-
namenta,
cum qui-
bus sepul-
ta erat, di-
ripit.*

b **S**iquidem fessa corpora carpebant placidum soporem sub nocte silenti: at verò non soluitur in somnos iste, ah demens ac infelix animi, sed immemor sanctæ religionis, oblitusque sui, fas omne abrumpit, sepulcrum sanctæ silentio adit; quo effuso, quidquid pretiosissimi ornatus inuenit, diripit, id est, murænulas à collo, lunulas à pectori, inaures ab auribus, annulos à manibus, armillas à brachiis, & hæc omnia aurea & argentea: præterea vestes purpureas subtegmine picturatas auri, b maforam candoris niuei, cingula fulgentia bullis. Sic sanctissimo cinere expoliato, tursimque glebis ingesti pulueris obducto, recedit latro ad sua continuo.

Detergitur *seclusus.*

22 Post non multos autem interpositos dies, pueræ in plateâ choreas ducebant, ac tripudiando & concinendo manus conserebant. Inter quas colludens confodilibus coætaneis aderat filia eiusdem latronis, armillas S. Gudilæ abrasas ab eius tumulo, sui de prædâ genitoris gestas in brachiis. Quas perspicacissime contemplans quædam virgo, quæ contubernialis S. Gudilæ fuerat, dum adhuc degeret in hoc mundo, post probatissima recognitionis signa exclamauit in publico, se vidisse illas recondi cum corpore sanctæ virginis tumulato. Hæc approbare cœpit, illa negare. Tunc perscrutantibus vniuersis, vt reum tam ferocem proderet sceleris, nec terroribus potuit compelli, nec blandimentis promissionib; induci, vt velle hæc, vt erant, confiteri, commentans falsa pro veris. Ita ergo sublatu auctore veritas patefacta est rei gestæ.

S. Ember- **23** Iam autem hac fama vbi vbi perulante, cele-
& consciens *Cameracensi Cathedræ, fratri, vt in primis diximus, excommuni- S. Gudilæ. Hic itaque pro atrocissimi immanitate sa- crilegij, tactus dolore cordis intrinsecus, in quodam festo, quo parientes templi Christianus impluerat populus, sicut adstabat mediis altaribus offici habitu cōpositus, quandoquidem ille locus, in quo furtum fa-ctum fuerat, & suæ dicesi erat atticulatus, & factores & consciens huius infandissimi flagitij à totius sanctæ vniuersalis Ecclesiæ corpore segregauit, eosque sub interpositione terribilis anathematis tam generaliter*

Tom. I.

quam perpetualiter condemnauit. Cui excommunicatio-
tioni hoc quoque subintulit: Huius deterrii sacile-
gij & auctores, & consentanei & complices, omnesque Ex iess. descendenti ex eorum germine plectatur næuo istitismo-
di pœnæ, ut vterque lexus lapsante poplite iugiter clau- Horrenda
dicet, super hæc verò scemineum & gutteria obscenæ: na pena
Ita igitur viri & feminæ illius generationis manserunt, & permanent hodieque multati, ut fixit censura sancti
viri. Cui saltem patrum scolio non liqueat hoc fieri ad
aggerandam gloriam huius Sanctæ, ut hominibus esset
in terrishonori & reverentia, cui in cœlis Cœlestes ap-
plaudunt & deferunt sicuti compati suæ?

*a Id est, cupiditati.**b Alij μαφέσι, mafortem, & mauortem vocant. Integumen-
tum capitis videtur, aut certè velum fuens, quo caput humero, &
amicaret Virgo. De variis huius vocabulis notionibus consule erudi-
tissimi R. Verneyi nostri Onomasticon in vidas Patrum.**c Nunc in diocesi est Mechliniensis, superiore seculo instituta.
d Alibi gutturalitas vocatur; in Brexiar. Brux. gutturia. est
collis virtus, ut patet ex vita S. Vrsmari XVIII. April. auctore Ra-
therio Veronensi: Habet, inquit, sanctus Pontifex neptem in
iam dicto monasterio Malbodiensi, quam ipse paruulam com-
mendauerat S. Aldegondi. Quæ postquam fuisse adulta, orta
est quadam in eius collo sua nimis infirmitas quæ guttaria di-
citur sermone Gallico. Quæ, ut legenti patet, non de S. Aldegundis
dicuntur, (quod ad cap. 16. lib. 1. Chronic. Camerac. script. Coluene-
rii) sed de eius alumna.*

C A P V T VII.

Reliquie Morzelam translate, non sine miraculis.

24 **P**O S T H A C cœperunt reliquiæ sanctæ virginis virtutibus pollere, locusque eius sepulcræ crebris miraculis enitere: Quamobrem post elapsos à corporis transitu eius quamplures annos, quique fideles ad alterum ea quæ virtutem viderant conferentes, quæstiu tradituras opus esse dicebant, quod sibi in talibus consilium, quidue esset agendum. Et diu, quaqua versum potuere, trutinantes sententiam, ad huius tandem consilij ventum est censuram, quoniam oportet illam inde transferriri; quandoquidem non esset cœpetens tantæ thesaurum margaritæ occuli angulo humillimi viculi, sed reponi loco celebri, quo congregata phalanx Christiani populi suas preces depositeret per eam Christo dirigi.

25 Id cùti placeret omnibus, assensu Pontificis pa-rochiæ ipsius, ad sepulchrum Sanctæ conuenit sacri-
colarum cætus, iunctis sibi aliquotum Ecclesiasticorum graduum stemmatibus, itemque plebis ac Procerum Palatinorum agminibus. Tunc apponentes vias manus, reuerenter exemptas à sede tumuli sanctas reliquias imponunt feretro honorabiliter. Tune destinant ferri versus a Niuigellam: sed nullo conamine quieterunt eleuare à libitinam. Ergo ibi ut erant frequetes Pontifices sancti, Archidiaci, Decani, sanctæ perfectionis Niuigellam, Clerici, atque religiosi Laici, agitata quæstione, dum Montes, discutiunt vbinam recédendum veheretur hoc corpus Malbodiæ sanctissimum; fit optio omnium adiudicantium, aut tur, moue-
c Castris-locum aut Malbodiense cœnobium esse me-ri non pos-
tandum. Sancta enim Waldestrudis & Aldegundis test. vtriusque monasterij fundatrices ac gubernatrices fue-
rant S. Gudilæ, vt in principio dictum est, consanguinitate affines. Igitur baiuli toto adnisu corporis adla-
borantes erigere feretrum, vires consumebant in cas-
sum: adeò manebat immotum ac si radicitus solo esset infixum. Hoc autem reputando imbecillitati huma-
næ, aliq; atque aliq; se ingerunt subinde; sed ita feretrum est aggrauatum, vt nullo modo quocumque ingenio vel à quantiscumque viris posset moueri.

26 Hæc verò videres gelidum manare omnibus sudorem, prænimo stupore. Quid potissimum inten-
derent, vel quid se verterent, hoc restabat solum, aut ab incepto cessandum, aut à Deo obnixè poscendum, vt super hoc negotio possent nosse eius iudicium. Aderat
autem

X x 2

AVCT.
HYBER-
TO,
EX MSS.

autem ibi quidam canitio crines respersus, marcente senio confectus, cui sancta virgo Gudila fuerat satis nota, & eâ tempestare, quâ hæc excesserat à corruptibili vitâ, ille vernabat adolescentiâ. Hic itaque veterum dierum monumeta reueluens, Audite, ait, ô fideles, & vestras addicite preces. Huic Sanctæ viuenti in carne mos inoleuerat vltorneus, nullâ necessitate interrupsus, basilicam Sancti Salvatoris in Morzelæ deuotissimis semper frequentare cursibus, ibique iugibus instare orationibus: credite mihi, hisce oculis vidi. Examinemus ergo velutne requiescere in eodem oratorio. Tandem hoc audito omnes coacti petierunt, vt declararet virtus Domini, an vellet in eadem ecclesiâ illud sanctissimum corpus reponi. Et ecce tantâ motum est fereturum facilitate, vt portantes clamarent nullū se onus sentire. Ac p̄imū fontem misericordiæ voce collaudant consonâ; deinde ferentes in manibus sanctæ Crucis vexilla & candelabra, sed & varia odoramento-rum genera, dirigunt munus copiosum cum psallentium ceterâ eò, quâ delegauerat præmonstratio Diuina. Sanè per unne iter quantam putas concionem coaceruari studiis certantibus! ex cunctis agris atque vicis concurrunt, ex proximis etiam oppidis aduentatur: curuus arator in medio opere defixa reliquit aratra, subulcus & bubulcus, necnon & opilio intermissâ suâ custodiâ, gaudent sanctas comitari exequias.

Transfer-
tur Mor-
zelam.

27 Interim largiflua æterni benefactoris benignitas nil cuiquam petenti denegans, nec munera retardans, cunctis revelauit patenter, quantâ honorificentiâ in æthereis sinibus hæc Virgo sublimaretur vehe- menter, quæ sibi in terris famulata fuerat humiliiter. Inter illa etenim constipati millia vulgi venerat homo corpore quidem inualidus, sed pectoro robustus. Denique eius aurium meatus olim nimietas languoris obturauerat: iamque longinquitas temporis intercesserat, ex quo magnas opes tenuauerat, vt ei multimodis medicaminum limamentis, vel aliquantis per depilare- tur, vel funditus demeretur ipsa surditas, domoque ex- haustâ, nec proficiente medelâ, proprium censum cum auditu amiserat. Ast vbi effebuit diues fides in eius fano corde, creditis sibi posse succurri à Deo per in- teruentione famulæ suæ; mediis immersus cuneis cœpit abire sub piæ illius vectione sarcinæ. Vbi spe pró- pâ, audaci perfix fiduciâ, lacrymosæ devotionis flebilis effundit precamina: O, inquiens, singularis post Deum clementiæ, subueni mihi misero. Ad tu confu- gio subsidij portum, ne repellas me salutis indigum. Monstra te maternæ caritatis habere vbera, sumatque per te mearum precum donaria, cui ante omne æuum præelecta, modo sine fine copulatis sponsa. Reuulsis hac trans- piissima Domina vœtibus densissimæ surditatis, diri- latione au- ge callem vocibus percipiendis. Quid igitur? non dis- ditum re- siperit.

Surdus in
trans-
latione au-
re-
siperit.

Quamobrem in conferrissimas proslit turbas, quæ & quanta sibi contigissent annun- tiants. Protinus eleuata in excelsa voce, iubilos Deo & eius sanctissimæ Virginis p̄fisoluit, ac laudes gratuitas; atque deinceps sequitur fereturum admodum ouans. Tunc omnis ille conuentus extollit sublimiter ora in Christi laudibus, qui concessit illis videre magnalia eius. Cantica ingeminantur: attonitis cordibus iterum supplicia vota excitantur. Quo comperto habitantes circumquaque magis atque magis congregantur, re- ligionis amore gestientes rapidum iter post sanctas reliquias carpere, Deoque & eius Sanctæ student con- corditer iubilare. Sic sancti feruore desiderij coadunatis visitatio non defuit digna, quæ laborem illorum vacuum esse non est passa. Ipse etenim Christus hæc in Matth. 18. Euangeli suis spondet fidelibus, ita Apostolicis intonans auribus: Vbi duo vel tres congregati fuerint in

nomine meo, ibi sum in eorum medio. Quod si in me- dio duorum vel trium, quantò magis est in medio tot populorum in suo nomine congregatorum.

28 Tandem ventum est ad villam Morzelensem milliariis decem à vico Ham distantem. Ergo in basi- licam Sancti Salvatoris sancta ossa introduxere, & cum magna laetitia atque honore, necnon & hymnorum de- cantatione, sed & cereorum lumine, aromatumque suauissimo odore cum suo loculo post sacrum altare constituere. Quæ vbi ad voluntatem Antistitis com- posita sunt, S. Gudilæ nomen in serie aliorum Sancto- rum iuste adscribunt. Aduoluuntur humi, & quod ti- meat, quodue petunt, murmurant sanctissimæ virginis. Audit illa preces, ac reddit ratas, quas videt probabi- les. Cumque solemnia celebrassent Missarum, perfecto laeti honore redeunt domum, prædicantes S. Gudilæ virginis nomen famosissimum, ac in Sanctis suis mirabilem magnificantes Deum, cui est honor, & impe- riū in sæcula sæculorum.

29 Hoc verò die, quo translatum est corpus beatissimæ virginis in basilicam Morzelensem, virtus Altithroni ad nominis sui laudem, & virginis suæ amplian- dum honorem, patefecit suæ potentia ostentationem: quam vtique propalauit super ipsam arborem, cuius superius fecimus mentionem, quæ videlicet in vico Ham cœperat crescere ad vestigia sanctissimæ virginis die depositionis eiusdem. Namque submissum solem iam undecima rotatabat hora, ac in deuexo axe supere- rat lucis portio duodecima; cùm ecce lapfu celeri ad- uolauit avis una secans pennis æra, confuditque in ar- bore illâ clangoribus strepens, ac remigium quatients alarum, adeò vt in admirationem sui cieret collegium illius loci incolarum. Inter hæc vertitur cœlum, alte- rumque Titan permeat hemisphaerium: cumque fulge- ret lutea Aurora in roseis bigis, adducens crepusculum diei succendentis, Morzelenses ditati priuilegio optimi pignoris, oxyüs surgunt cubilibus spretis, assuescentes inuocare suffragia sanctæ virginis, diesque festos agi- tare in eius honore publicis priuatisque conuenticulis.

Mira dicturus sum. Ut appropinquant ædicula, cui creditum erat tam pretiosæ depositum margaritæ, con- spiciunt eandem arborem ardui cacuminis ante fores stare cum prænotatâ aue desuper incubante: ac primi- tius procul absentes diriguerè metu ipso, deinde pa- uore submoto coagulantur erga lignum in uno globo. Res venit in dubium, vtrum sub silenti nocte ipsa quæ pullulauerat apud Ham vicum fuisset subactis scrobi- bus illuc mutata cultu hominum, an alia eiusdem simi- litudinis & quantitatis exisset sub momento felicibus ramis ad cœlum: sed cùm fama crebresceret illam apud Ham radicitus eratam esse, & nusquam in ipsâ viciniâ transplantatam fore; apud Morzelam verè nulla signa comparerent, mortalium labore id actum fuisse; cùm insuper non versâ terrâ tam fixa in tartarum tenderet radice; ipsaqâ media ingentem sustineret umbram ex- tendendo fortes ramos latè immota, solida robore, ac si ibi generatim ex crescendo videretur multa virorum sœcula vicisse; tunc demum palam fit omnibus, sanctam virginem voluisse per hoc demonstrare signa suæ præ- sentiæ: hæc enim arbor olim apposita fidissima custos sanctarum equuarum, non defecit à suo obsequio, nec in translatione earum. Quod ad iussum omnipotens Dei Angelico ministerio actum intellexit, qui diuinâ prouidentiâ disponi omnia credit. Ista arbor verò vocatur populus vulḡ. Cur igitur humana in hoc auerter titubatio, en habemus recentia miracula ex ve- teribus exemplis, vt video. Certè enim scripturæ te- stimonio nouimus, quod propheta Abacuc prandium Dan. 14. cùm ferret messoribus, eius cæsarie apprehensâ Ange- licis manibus, sicut erat plenis canistris onustus, aludeâ subleuatus, repente est in Chaldæam depositus; quo prandio & Daniele inclusum in lacu leonum refecit, seque repente iterum in Iudæam inuenit. Arguens quo- que

Gudila, ut
Sancta, co-
litur.

^a que Psalmographus insanas falsitates hominum, Filij, inquit, hominum usquequid graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Et scitote quoniam mirificauit Dominus Sanctum suum. Mirabilem quippe exhibebat Dominus ancillam suam in terris, quam meritis gloriosam Angelis coequauerat in celis.

^b De Niugella, qua & Niujala, vulgo Niuela, celebri Babantia oppido, agemus xvii. Martij ad vitam S. Gertrudis.

^c Feretrum, aut capsam cui sacrum corpus inclusum Sarcophagus enim, aut leichanus in quo mortui effrebantur, libitina dicebatur; à Libitinâ Deâ funerum preside, in cuius adeo que ad funebrem pompam spectabant, vnde debantur. Tertullianus lib. de coronâ militis: Ceterum à seculo coronantur & lukanaria, & latrinæ, & pistifrina, & carcer, & ludus, & ipsa amphitheatra, & ipsa spoliaria, ipsæque libitinae. Sidonius lib. 2. epist. 8. Sed cum libitinam flentes omnes, externi quoque prensitarent, remorarentur, exoscularentur.

^d Is locus caenobio seu collegio virginum à S. VV alde trude fundato celebris, intra urbem Montes, Hannonia primariam, conclusus. Visitur pars magna etiamnum castræ veteris, ut pleni ad S. VV alde trudi vitam ix. April.

^e De Malbodieni parthenone, & oppido xxx. Ianuarij ad vitam S. Aldegondis.

C A P V T VIII.

Carolus Magnus S. Gudila sepulchrum veneratur.

^a **30** Eodem autem die huiuscmodi rei rumor circuusque decurrit, & per cunctorum ora volitans ad palatium usque peruenit. In tempore illo sceptrum monarchiarum Imperialis tenebat Carolus viatorissimus piissimusque Augustus, qui ex tropis frequentibus, triumphatisque nationibus cognominatus est Magnus, qui regni Francorum spatia longè lateque dilatauit, & Christi gloriam in suis finibus ampliauit. Itaque famam perulgante voluci, certatim studebant illuc aduentare tam longinqui, quam & proximi; & miraculum, quod Christus ad gloriam suæ Virginis monstrauerat, ardebant intueri. Ducebant longis ordinibus acies virorum ac mulierum: exultabant variarum fremitus hinc inde viarum, qui venientes & contemplantes quod desiderabant, sicutibus prægaudio ora rigabant, & ingredientes oscula lipsanis Sanctæ imprimabant, egredientesque vernantium florum serris arborem ornabant. Ut autem in tanto miraculo potentia Domini potissimum magnificaretur, & virtus nota redderetur, pars per maxima extitit Princeps clarissimus præfatus Carolus: qui talibus auditis regali folio exiliuit, & vna cum primoribus aula sua ad inspicendum hoc miraculum, & ad corpus Sanctæ accessit; & admirans potentiam Domini, virtutem eius magnificauit, misericordiam collaudauit, & quia in diebus suis talia ostendere dignatus sit, gloriosum nomen eius benedixit: nimioque gaudio permotus, inter pias gratiarum actiones, lætitia eliciente lacrymas fudit: sed & itidem fecit aduenientium quisque.

^b **31** Rex interea memorabilis ibidem maxima sanctificavit, atque attribuit munera, vasa scilicet aurea & argentea, palliaque peregrino opere elaborata. Ipsum quoque fundum Morzelam ei tradidit cum vniuersâ inhabitante familiâ, hoc Sanctæ placere intra se reputans, quoniam specialiter præ omnibus hanc sedem delegerat suis ossibus. Quæ singula testamento mandauit, & subscriptis testibus assignauit, & Ecclesiæ, in quâ Sancta iacebat, in perpetuam hæreditatem delegauit. Super hæc aggregauit illic sanctimonialium gregem, quæ inibi Christo, & eius Virgini simularentur spiritualiter, & consueta officia persoluerent die noctuq; incessanter: quæ vt nullius rei inopes, indigentiae manus darent, atque à proposito Sancto deficerent, strenue egit, vt quæ vitæ necessaria forent nulla deessent. Hic videmus Saluatoris verba completi dicentis: Omnis qui reliquerit domum & patrem & matrem, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam pos-

^c **32** Tom. I.
^d Multæ isthic larygitur.
^e Monasterium virginum fundat.

Match. 19.29.

siderit: quia enim hæc Sancta quoisque vitali aurâ pa-
sta est, spem non iacentem horum habens promisorū, HYBER-
abrenunciavit terrulentis, modò & centuplicata fru-
ctum mercis consequitur in terris, & perpeti vitâ frui-
tur in celis.

^f Posthac memoratus Rex Carolus exercitio ve-
nationis ^b regio more deditus, per circumadiacentem ^b
forestē extrahabat rabidas feras à suis saltibus: qua-
dam autem die, cùm inuia lustra cingeret studiosissimâ ^c In Brac-
indagine, & ad retia & plagas cogeret clamore silue-^b banto ve-
stres feras diuerso distinctas & genere & colore; ecce
inter multigena pecora vis canum odorisequa emouit
à suis latibulis vsrum immanissimi corporis, & violen-
tissimæ ferocitatis, quem palantem statim Rex inse-
quitur cum equitatu & vociferatione virorum, sono li-
tuorum, latratu acerrimorum canum: militum alij ob-
sident compita distictis gladiis; alij discursant in spu-
mantibus equis, cum arcubus curuatis & apparatis spi-
culis; quidam cum vastâ cuspide admittunt arboreis
truncis, vt si quæ fors illum præcipitem obtulisset eis,
impeterent euin lati ferri venabulis: sed hæc omnia
nequidquæ. Tuebatur quippe protectione tuâ, ô Vir-
go benignissima. Quid opus est ambagibus verbo-
rum? Quique prout poterant captioni illius se accin-
gebant. At ille per loca sentibus sita & vepribus diffu-
git: arbusta diffingit, saxa obvia voluit, ferrut cæco
terrore, quæ sonus atque tremor, quæ exagitat furor:
feritas eum incendit, impetus rapit, prona & fragosa
petit, ardua transilit: postrem clapsus nemorum im-
pedimentis, dumisque exempli præfutis, apertis se fu-
ribundus ingerit aruis; vbi in vicino erat vicus Morze-
lensis. Tunc videres venatores arrestis animis exulta-
re, ac si iam caprum illum tenerent liberè. Insequuntur
alæ equitum; contorquent validis lacertis nimbos te-
lorum, quæ omnia cedunt in cassum. Inter hæc iam
multo spatio vietus, cùm nullum esset effugium vndi-
que campis latè patentibus, ac mortem imminentem
iam iamque capiendus crebris differret flexibus, (cre-
do diuinitus illi hoc aspirare ingenium:) properè cur-
su recto tendit ad Morzellam, Sancti Salvatoris irrum-
pere ecclesiam, seque sub sanctæ Virginis occulit libiti-
nam. Ibi subito feritatis sua oblitus, deflexâ ceruice, ^{ad} Vr̄sus ad
summissaque humiliter capite, sanctimonialium adue-^g Virginis
nientium cœpit vestigia lambere, ac more lascivientiā aram fu-
catulorum omnibus aggudere. Vnde patenter dabat ^{naturum} intelligi se fuisse defensatum patrocinio famulæ Dei, manus
eiusq; amodò paratum esse deseruire obsequiis. Quod ^{enadit: fit}
vbi nuntiatum est Regi, perpendens animo qualitatem cicur.
rei, animaduertit continuo hoc meritis sanctæ Virginis
à Domino fieri. Quæ de re abstinet protinus ab inse-
quendo, statuitque nihilominus edicto, vt nullus esset
infestus eidem vrso; sed permitteretur in eius ministe-
rio, quæ eius patrona erat in discrimine tanto: quod
etiam est factum: manente illo blandè veluti agniculo
in congregatione Sororum usque ad diem vitæ suæ
extremum. In totâ ergo illâ regione tunc statim quid
in ecclesiâ factum fuisset innutrit: cucurrere viri &
feminae pariter nobiles ignobilesque, videbant vsrum
depositâ belluinâ rabie morari inter Nonnas vltro
citroque quasi animal domesticum tranquillè: Deoque,
& eius Virgini concinebant vna voce. Quis non ob-
stupecat talia signa mortuorum, quæ fiunt pro excita-
tione viuentium? Intueamur tuam, Christe, etiam in
hac parte virtutem, cui omne quod brutum est sapit;
cui mite est omne quod sauit: tua est hæc virtus, tui
nominis plenus est ille titulus. Quotiescumque enim
antiquitus nouellâ Ecclesiam tremefecisset turbo per-
secutionis, ac destinassent tyranni tuos cultores truci-
bus belluis lancinandos voratibus cruentis, mansue-
scerent subito ferarum ferocitas, procidentesque lam-
bebant tuorum testium plantas.

^a Si verè Imperator erat Carolus, quæ dignitate an. DCC.C. à
Leone III. ornatus est, debuerit is qui adolescentiā vernabat, ut an-

X 2 3 18

A v c t . *tè dicitur, cù tempestate quâ S. Gudila excessit à corruptibili vi-*
H Y B E R - *tâ, minimum centenarius fuisse. At fortassis Huberius hic monar-*
chiam Imperiale posuit pro regno Francorum, quod Carolus ab
E x m s s . a n . D C C L X V I I I . tenuit.

b *Francorum Reges ienerationis studio delectatos, alibi obserua-*
uimus.

c *Vox forestis, aut foresta, vel forestū, que silvā aut saltū signifi-*
cat, à Teutonico idiomate, ut Tillius ac Nicotius faciuntur, in Gallicum
aliaq[ue] migravit: dicitur q[uod] de aquis, ut iude docent; q[uod] desertus Ba-
zelinus noster Gallo-Blandria lib. 3, cap. 2. ex variis Regiū diplomatis.

d *Multa de hac voce reperies in Rosseveydi Onomastico.*

C A · P V T I X .

Regia virgo sanata: parens cum regno conuersus.

a **33** *N*os verò repetentes nostræ Virginis a fastos in manibus sitos, videmus non esse prætermitendum silentio, quanto nomine eandem famulam suam clarificauerit opifex rerum per fines transmarinos.

b *Ibi siquidem b Rex quidam regebat populos sub placidâ pace, qui suscepserat quandam natam ex legitimi-*

nâ coniuge. Huic autem filiæ prima nativitatis dies dedit initium vitæ cum membrorum labo. Nam super

totius corporis partes regnabat debilitas, sed maximè

super manus inualidas, quas nodosa & arthritis ligaue-

rat. Quid dicam quia stare non poterat, quæ nec in le-

cto surgere suo, vel ad sedendum, valebat, neque in la-

tus alterū per se reclinare poterat; manus quoque non

solum nequibat ad os ducere, verum etiam nec paul-

lulum erigeret? Ita igitur à primeuâ ætate in florem

peruenit iuuentæ coœuo languore, neç spes villa resta-

bat adipiscendæ salutis; quia omnis illa prouincia de-

dita idolorum culturis, fordebat titibus fanaticis. O

Quedam regia virgo agra di-

uinitus monetur, ut S. Gu-

dilæ tumu-

rum visat.

Quedam celans mœstis principiis læta confinia venit ad vota!

Quedam denique nocte, gratissimo somno serpente

monetur, per ipsius puellæ artus, visa est sibi per somnum astare

muliæ venuto vultu, sereno aspectu, mulcens eam le-

ni affatu: Longis, inquit, ô puella affecta es calamita-

tibus, sed tui miserendum est amplius: ideo confidens

esto, quia instat temporis reuolutio, quo tibi meden-

dum est à Christianorum Deo, cui mancipare te oportet

ab hac die, relicto paganorum errore. Verum tamen

haud aliter sanitatem consequeris, nisi sepulchrum

Gudilæ virginis adieris. Hæc locuta, rediit ad supera-

At illa expergefacta à somno, patti & matri quæ au-

dierat & viderat indicat exemplò. Rex vt audiuit,

primò expauit: deinde hæc ore non pressit, sed in hæc

verba prorupit: Regio nostra his miraculis numquam

fuit alleuata: heu, vt quid veneramur muta, quæ nihil

prosunt laxa: hic magnus & verus solus est Deus, cui

cedit ægritudo & salus. Sed quis ô meorum inuenie-

tur fidelium, cui sit notum tantæ virginis Gudilæ bu-

stum? Iam circumuolitans hæc fama regalia comple-

uerat atria: adiunt omnes suo Domino cōgratulantes:

hoc tantum oberat, quod nullius notitia callebat, que

hæc S. Gudila fuisset, vel vbi recondita foret. Rex in-

tereat per totum illum diem magno æstu curarum flu-

etuat, mente nunc huc, nunc illuc diuisam per omnia

versat, videlicet cogitans quem finem visioni filiæ suæ

petat.

34 Post hoc nox ruit, puella in stratu suo obdor-

mit; denudò præfata venerandi habitus mulier ei in visu

assistit, eamque his admonitionibus instruit: Forti, filia

mi, vigetas animo: à Christi non exorbiteris obsequio,

vt tibi dignetur adesse diuina visitatio. Quâ visione

sublatâ, puella euigilar, & huic exhortationi obtempe-

rans, idolorum culturam abdicat, se Christo constanter

dedicat. In hoc solummodè erat tristis, quod ignotus

erat ei tumulus Gudilæ gloriose virginis. Hac de cau-

sâ portionem quæ supererat noctis expendit in obser-

vationibus & vigiliis, totumq[ue] sequentem diem iun-

git precibus assiduis, postulans à Deo, vt fructuōsum

prouentum visionibus his adduceret, sibiq[ue] patenter

reuelaret, quoniam in loco sua famula, Sancta scilicet

Gudila, humata quiesceret. Nec eam fefellit hæc spes, quam confirmabat præcordialis fides. Sic enim ait Dominus in Euangelio: Si haberetis fidem sicut granum Matth. 17.

finapis, diceretis huic monti, Transi hinc, & transiret. ^{19.}

Namque mero sole cùm ingrueret chaos noctis vmbrosæ, ipsaq[ue] filia Regis membra laxaret quiete; ecce

in somnis sacerdotia mulier adest ei iam tertia vice, so-

lidatq[ue] eam hac certitudine: Cur tanto gemitu con-

sumeris, ô puella? Quæ his doloribus depangetur me- ^{Edocetur}

ta? Certè si te fatigat tam inexuperabilis cupido, vt tibi ^{vbi sepul-}

indicetur S. Gudilæ virginis repositio, accipe ergo, & ^{ta fit Gu-}

hæc mea dicta tuo infige animo: Hæc Gudila nobilissimæ celstudinis virgo, trans Pontum oriunda fuit de

Brabantio: quæ donec vixit, omnem pompam sacerdoti

abiecit, solique Domino in virginitate ac cæteris vir-

tutibus adhæsit: post excessum autem vitæ primò sepul-

ta est in villâ, Ham vocatâ; posteà verò in alium vicū,

nomine Morzelam, est translata: vbi nunc meritis eius

creberima sunt miracula, ibidemq[ue] ei ancillatur san-

ctimonialium congregatio deuotissima. Expergiscere;

age, & genitorem tuum certum redde. Sic ait, & ab

oculis somniantis disparuit.

35 At illa excutitur somnis, parætibus enarrat quæ-

que, vt digesserat visionis ordo. His Rex auditis red-

ditur alacer nimis. Sine morâ igitur nauim apparari

iubet; quam sumptibus & militibus onerat, filiamque

suam eis commendatam honorifice transmitit, quod

desiderabat, vt regalem munificentiam decebat. Ast

illi prouehunt portu statione, currant immensum

æquor cœuâ trabe; spirant optatæ auræ, leniuntur tu-

mentes fluctus eo, quâ longum est, nauigio, vt nau-

is constaret liquido, eos regi S. Gudilæ gubernaculo.

Tandem appulsi optato littori, explorant Morzelam,

quam subeunt ab accolis indicatam: sanctimonialibus

aperiunt sui itineris caussam: illæ verò puellam susci-

piunt, & ad S. Gudilæ memoriam ducunt, ibique pro ^{Morzelam}

recuperandâ sospitate illius iugi triduo orationibus ducta, ter-

incipunt. Res mira: tertio etenim die perseueranti- ^{temporibus die}

bus illis in prece, potes medicina exiliit repente; omnes

nerui puellæ attemperantur in concordiam suæ harmo-

niæ, manus pedesq[ue] suum officium exercent liberè;

prorsus omnia membra cœualescunt interius exterius-

que. Puella ergo palmas cum facie ad cœlum sustollit,

Christo eiusq[ue] Virgini benedicit. Similiter facit, qui-

cumque hoc cernit, & audit.

36 Itaque militibus fuit consilij non ibi diutiū im-

morari, sed continuò cum Dominâ suâ, filiâ scilicet

Regis, nauim condescendunt, & remenso pelago Do-

minum suum repetunt; ei quæque, vt gesta fuerant, re-

ferunt. Stat facti manifesta fides, eius nata fôspes.

Quanta tunc Regi oborta est, eiusq[ue] magistratibus, &

regno omni lætitia! per omnes vrbes exultatio! per

plateas tripudiatio! Rex quoque, vt sapiens, magnitu-

dinem portenti pensans, in hoc cōsultum statim prori-

pit ita prudenter disruptans: O miserrima nostræ gen-

tilitatis dementia, colentis simulacra, quæ nec auribus

voces trahunt, nec ore reddunt, &, vt insensibilia, ni-

hil sentiunt. Hic sunt Dij de rupibus abscessi, metal-

lis fabrili opere fusi, quos timent artifices sui: ei quantas

in his fabricandis impensas perdidimus stolidi, &,

quod valde timendum est, rei; quia & dæmonum sunt

effigies, & nos secum trahunt ad tenebras infernales.

Vnde nunc nunc, ô optimi satellites, pristinos errores

respuamus, soli Deo plasmatori omnium militemus.

O fortissima deuotio huius Regis, qui prædictor fa-

etus est suæ gentis! Assensus fit omnium, approbat

Regis consultum. Ipse ergo Rex in primis aliorum ^{Morzelam}

exemplat multo vallatus exercitu transmeat ad Mor-

zelensem vicum: ibi S. Gudilæ offert pretiosorum co-

piam ornamento. Posthæc fecit & se & vxorem

suam ac filiam nuper curatam purificari vndâ sacri ba-

ptismatis: & post mysterium sancti lauaci dedit S. Gu-

baptizæ vas argenteum & maximum & pretiosissimum, in sur-

quo</p

quo deinceps offerebat suas oblationes collegium sanctorialium. Deinde in regnum suum cum aliquot verbi Dei ministris remeans, in gremium sanctae matris Ecclesiae induxit gentes sui imperij colonas, sacro fonte regeneratas; simulachra comminuendo in puluerem redigit; templo sanctitatis aquis expiata in memoriam sanctae Crucis & Sanctorum dedicari fecit, officia Clericorum constituit. Postremum nullum permisit regno militare suo, qui per paganisum rebellasset Christi regno. Sic igitur per salutem corporis vnius multis prouenit animarum salus. Horum autem omnium causa tua sunt merita, ô Sancta Gudila, virgo dignissima, verè, ut ita dixerim, transmarinorum Apostola, magnis praeconiis digna. Sed nostra iam succubit fragilitas deficiens ad enarrandas omnes virtutes tuas. Quis enim stylus ad scribendū sufficiat, quāta infirmis præbueris beneficia? Quicquid sub tuæ misericordie cōfugerūt alas, aut d' pleuresi dirā pulsati, aut paralyti dissipati, siue arto febris felle exesi, seu mille morbis obstiti, receptā hospitatem cuncti ad sua redierunt lāti.

a An chronicon cœnobij Morzellenfis, an S. Gudila res gestas & miracula secundum annorum seriem digesta, intelligat, hanc liquet: quidquid id est, videtur intercidisse.

b An Pictorum fortassis in Britanniâ, an uspiam in Septemtrione hic Rex fuerit, non facile est conidere.

c Ms. habebat, artetisis, mendos.

d Pleuride, opinor, scribere voluit, id est lateris dolore, siue τη περὶ τας πλευρας νόος.

C A P V T X.

Morzelâ vastatâ, translatum Bruxellam S. Gudila corpus.

37 POST multa, & magna miracula ostensa in vico Morzelâ dispensatione Domini, collocatâ sanctorialium congregatione inibi, in honore dilectæ Deo Gudilæ virginis, multiplicatâ populorum malitiâ, lāta & prospera turbauit diaboli versutia. Ipse quippe aduersarius noster, qui bonis inuidet, & malis semper aggaudet, dum tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, si qua adhuc virtutum vestigia remanerant in terris, nititur abolere omni molimine impietatis; vt iacula atrocitatis suæ per corpora exterius transmitteret liberiūs, (heu dolor & facinus!) primò venena sua in animâ diffundit interiùs, tantò grauiùs, quantò abundantius. Sic, vt diximus, ascidente ad Dominum clamore nequitia Christianorum, vt similem moribus inuenirent pœnam, fines Lotharingiæ gens inuadit a paganoruim. Fiebant crebræ incursionses, rapinæ frequentes, impiertates multiplices & mirabiles, sanctuaria vertebantur in derisum, in prædam substantiæ incolatum. Ita pace turbarâ res cœnobij Morzellenfis paullatim diripit aduersariorum insatiabilis cupiditas. Sed b' Otto senior tunc temporis Imperator grauius curis, & multimodis regni occupatus negotiis, dum aduersantes non cohibet censurâ regiæ seueritatis, maiorem & grauiorem licentiam iniustias facienti tribuit etiam domesticis: & dum regno nequit propellere alienigenas, Ecclesia Dei inimicos indigenas sentiunt.

*Barbari
Belgium
populatur.*

a gens inuadit a paganoruim. Fiebant crebræ incursionses, rapinæ frequentes, impiertates multiplices & mirabiles, sanctuaria vertebantur in derisum, in prædam substantiæ incolatum. Ita pace turbarâ res cœnobij Morzellenfis paullatim diripit aduersariorum insatiabilis cupiditas. Sed b' Otto senior tunc temporis Imperator grauius curis, & multimodis regni occupatus negotiis, dum aduersantes non cohibet censurâ regiæ seueritatis, maiorem & grauiorem licentiam iniustias facienti tribuit etiam domesticis: & dum regno nequit propellere alienigenas, Ecclesia Dei inimicos indigenas sentiunt.

*c
VVenemar
rus bona
Ecclesia
Morzelæ
sis diripi:
Moniales
vexat.*

38 Igitur post talia & tanta regni flagitia recedenibus paganis, c' V Venemarus quidam in ecclesiam S. Gudilæ consurgit, omni crudelior belluâ, & specie Christianus, non opere, paganos ipsos nimia vincit crudelitate; bona Ecclesiastica in vīsus suos, & suorum stipendia satis audaciter prælumpsi vendicare, & ancillas Christi iniuriis & eg. state coactas compulit fugere, & vt oues sine pastore circumquaque vagantes errare. Si quam prætereat de numero Deo seruientium mors occupabit, locum eius auaritia Wenemati supplere nolebat: sed non mirum erat, qui & viuentibus sua denegabat. Hoc tandem iusto iudicio Dei tam animæ, quācoris damnato morte, dolet Ecclesia ipsum filios reliquiſſe, quorum vius Ermefridus res Ecclesiæ supradictæ inuasas iniuste non timuit mortuo

patre suscipere, & per aliquot annos tenuit, sine aliquo. *Ave r.
Ius contradicione, vel defensione; hoc enim tempore,
vt clamat veritas scripturæ, neque Rex, neque Dux in
Israël erat, sed vñusquisque in via cordis sui ambulabat. Iud. 17. 6*

Tanta denique aliorum malorum pericula, tanta aduersitatum vndique creuerunt incommoda, tanta in super Principum erat negligētia, vel defensorum impotētia, vt res Ecclesiastarum minui, vel diripi in his finibus ab aliquo iam eis esset pro minimo.

39 Posthac d' Ottone secundo tenente Imperium,

Carolus filius Lotharij Regis Francorum, in regno

Lothario f' adeptus est Ducatum. Qui statim imperij

dolens perturbari multipliciter, ad melioranda nego-

tia multorum animaduertit sollerter. Vnde inter cete-

ra res sublatas Ecclesiæ Morzellenfis inuasorum parti-

bus nisus est subtrahere, & S. Gudilæ famulantibus re-

stituere. Sed quiuis scire potest facilè, quād difficile

corrigantr, quā in consuetudinem venerint diutina

dilatatione. Sua loco sancto reddere volebat industria

Caroli Dicis; sed obstabat auiditas perusoris, nec

Deum timentis, nec hominem reverentis. Insurgunt

testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Ermefridum

omnes suæ partis clamant esse patris successorem, &

paterni boni heredem. Dicis autem præualente po-

tentiâ Ermefridus, suique complices amantes terrena,

paruipendentes cœlestia, initio consilio inuasas ter-

ras retinent sibi, & pretiosam margaritam omnibus

datis comparandam, corpus scilicet S. Gudilæ dant bo-

no negotiatori, Carolo videlicet glorioso Duci. O mi-

seros & miserandos omni modo! qui instar brutorum

animalium terram respicientes peccatore prono, ac vene-

tri obedientes non Deo, ipsi se indignos tanto iudican-

dono: & sicut paternam capacitatem eis hæreditate

cessisse gauisli sunt, & quasi æternō mucrone perfoſſi,

paternæ necis exitum sibi contigisse testati sunt. Nam

vniuersos eiusdem possessionis cohæredes inaudita

miserabilique nece notum est finiri ad extrema ve-

nientes.

40 Carolus verò Dux pro nihilo ducens damna

terrarum, felici commercio gaudet se cœlestem suscep-

pisse thesaurum. Bruxellam venit, g' corpusque tuum;

virgo clarissima, cum honore debito in ecclesiam

b S. Gaugerici intulit, & quid sibi cessisset boni ge-

stiens probare oculis, temerè quamvis, deuotè voluit

Bruxellæ aperire thecam Virginis. Mox ecclesiam totam nebula

circumfundit, oculos præsentium caligo retundit, at-

que sic prouidentia Dei omnes ab incepti temeritate

retrahit. Dux bono flagrans desiderio, clemētiam Do-

mini triduano placare studuit ieunio. Tandem conse-

cutus quod voluit, thecam aperuit, corpus sanctum vi-

dit: rursus clausit, clausam sigillo signavit. Partem et-

iam villæ quandam, quæ vocatur Molemebecca, sanctæ

Virgini tradidit, & sex familias addidit, & alia com-

plura altaris vestimenta donavit. Illuc non sine magnâ

veneratione quieuit usque ad tempora Comitis Lam-

berti, nepotis, de quo prælocuti sumus, Dicis Caroli k.

a Ms. Rub. val. Danorum.

*b Otto I. qui & Magnus, an. CMXXXVII. unius est Rex Ger-
mania Aquisgrani, an. CMLXII. Imperator, Roma. Obiit anno
CMLXXIII. VII. Maij. Ceterum hic aliquid videtur omissum. Nam
Suriana vita multa de Belgicarum prouinciarum vastatione refert.*

c Hic esse videtur V Venemarus Aduocatus, qui diplomati Arnulphi Magni Comitis Flandria, quo in varia prædia monasterio Blandiniensi restituit an. CMXXXVII. subscript.

*d Otto II. an. 961. Rex Germania coronatus, 967. Imperator,
Rome, pari tandem in Imperij administratione succedit an. 973.
obit 983.*

*e Imò frater Lotharij fuit, filius Ludouici IV. Trænarini dicti,
Gallia Regis, & Gerberga foris Ottonis Magni; qui mortuo an. 986.
Lothario, atque anno sequenti Ludouico V. eius filio, paternum aus-
tumq; regnum, ab Hugone Capeto occupatum, armis repetens, an. 990.
ab eo captus, sequenti anno Aurelia in carcere moritur.*

*f Datur Lotharingie Ducatus: Carolo ab Ottone II. an. 977. vt
& ipse ab insolentis desistat, & fratris sui Lotharij motibus ob-
sistat. Sigebert.*

X x 4

g Circa

A V C T. g Circum anno 978. eam translationem factam scribunt Mi-
ANONY- raus in Chronicō Belgico. Hareus tom. I. Annal. Brabant. Baronius
MO, APVD tom. 10. Annal. ad eundem annum nū. 4. hic tamen fallitur dum ait
SYRIVM. Carolum pugnantem aduersus Hermenfredum, accepisse ab eo cor-
pus S. Gudila. Refutui uoluit Carolus Ecclesie Morcellenſi ablata,
sed id consequi non potuit, vel ini quis impiorum testimonis elisā
iustitiā, ut hic innuitur, vel Flandria. & Caſtri Gandenſis Comitū,
Hermenfrido fauientium potestia impeditu ne vim adhiberet.

h Existat etiamnum Bruxelle S. Gangerici (Episcopi Cameracensis, qui XI. Auguſti colitur) ecclēſa, una ē quinque parochialibus;
non ea, in quam corpus S. Gudila inuenit Carolus, sed alia auguſtior,
adſicata à Lamberto II. Louaniensi Comite, Caroli genero, ut tradit
Mirrus in Chronicō Belg. ad an. 948. Haud procul ab eā ecclēſiā
palatium ſuum habuit Carolus in Senne fluminis iſulā.

i Gerberga Caroli filia, Lamberto II. Comiti Louaniensi, Ragineri II. Hamoniae Comitis filio, nupta, peperit Henricum, Baldricum,
Raginerum, Marthildem. Henricus I. Louani occidit eft an. 1038. Ei
ſuccedit Otto filius, huius in iuuenili etate mortuo Baldricus patruus.
qui & Lambertus Barbatus, qui collegium ſeptem Canoniconum Louani occidit, templum S. Michaëlis Bruxella adſicauit, atque in
illud S. Gudila corpus tranſulit.

k Hic aliquid videtur deſeffe. Neque enim veriſimile eſt auctorem
in ceteris tam verboſum, ita abrupte terminaffe hanc historiam.

ALIA VITA A V C T O R E A N O N Y M O.

Ex Laurentio Surio.

C A P V T I.

S. Gudila ortus, religioſa iuuentuſio.

a b i a **G**ITVR b Sigiberti Regis tempora-
S. Gudila
parents, ribus, qui ſuit Dagoberti Regis filius, exitit quidam Comes Wit-
gerus nomine, in pago e Braban-
tensi, probabilis moribus; cuius
thalamis inhærebat coniunx dignissima, cuius fuerat
nomen d' Amelberga, Maioris Domus inclyta e Pipini
ſorore progenita: qui vterque diuinis parili modo ob-
temperabant monitis. Quibus in ſeculo piè degentibus, ſanctum & iustum contulit Dominus germe. Eodem namque germe Sanctus extitit Emelbertus, Cameracensium Præſul glorioſus, vita admirabilis, & meritis insignis: cuius etiam exitere ſorores simili ſanctitate probabiles, Reinildis ſcilicet sanctissima, & Phaſaldis moribus egregia,

d e f frater, ſorores. **2** Horum ergo genitricem tam felici tocunditate
prolis pollentem, omnipotens Dominus adhuc futu-
rā ſecondauit prole dignissimā: & iam more partu-
rientium anxietatis fluctuantem procellā, qui in ſeruis
ſuis conſolatur, huiusmodi eam refocillatione recreare
dignatur. Nox erat & terris mortales ſomnus habebat, cum eadem materfamilias ſopori dedita, Angelum
aspicit, hæc ſibi proferentem verba: Solue metum corde, vtpote preiolo ſecondata germe. Ipsi enim Rex
celi ferre me iubet hæc ſolamina tibi. Concepisti ſi-
deliter, paries feliciter, venerabilis filia clarissima ma-
ter: qua ab ipso puellari æuo diuinis adhæredit cæ-
moniis: in quibus perſuerans vſque ad metas aui bre-
uis, palmam capiet vita perennis. Tali ore locuta viſio
Angelica, eam completo ſermone reliquit auramque
in tenuo euauit. At illa talibus exhilarata viſis, cor-
pus è ſtratis corripit, & ad cælum manus cum voce
tendit, & parans cælitus delatis credula corda reſpon-
ſis, largitori omnium bonorum gratias reddidit.

**S. Ger-
trude de
ſacrefonte
ſucepta.** **3** Orta eſt ſanè hæc virgo Brabantium finibus, vt prædictum eſt à parentibus tam religioſis, quam nobilibus, eo tempore, quo B. Gertrudis vixit celeberrima in Dei rebus. Cū ergo prædicti parentes virginis filiam ſuam ſacredo fonte regenerare decernerent, præſentiam ſupradictæ virginis expertunt, & vt regenerationis eius testis fieret, in omnes preces deſcendent. Beata autē Gertrudis tam piæ preci affenſum præbuit, virginisque g Gudilæ regenerationi nō ſolum interfuit, ſed etiam manuum ſuarum munditiā eam ſanctificauit,

& de ſacredo fonte leuauit. Vnde factum eſt, vt virgo virginis mater per ſpiritum fieret, atque ulterius tub vberibus doctrinarū ſuarum educandam ſuenderet.

4 Huius etiam ſanctæ virginis neptes exitere ſan-
ctæ ſorores Aldegundis atque Waldeſtrudis, vberim
bonorum operum flore fulgentes. Ergo cum iam bea-
ta virgo Gudila intra monaſterij clauſtra ſacré scriptu-
ræ lacete aletetur, & à ſuā ſanctā consanguineā, nec non
ſpirituali matre paſceretur; Euangelicis ſententiis non
abſurdè auditis, mentem ad cœleſtis patriæ deſideria
cœpit erigere, & ad beatam atque æternam vitam vber-
tim exardecere. Beata ſiquidem Christi virgo Gertru-
dis eius animum incessanter pulsabat, vt ſacré virginita-
tis inuolatam palmam ſeruaret, vt veniente ſponſo
pulsans, non cum ſtultis ad oſtium remaneret, ſed cum
prudentibus cœleſtem gloriam feliciter poſſideret.

5 His namque atque aliis huiuscmodi quamplu-
rimis beata virgo accensa monitis, huius ſeculi pom-
pam abnegans, moribus ætatem peragrans, & ſanctam
mentem luſpendens ad aſtra, totam ſe mirum in mo-
dum in Dei redigebat famulatum, à quo perenne fla-
gitabat premium. Vnde contigit, vt ſemper in dies
melior fe fieret, ætatalamque ſenſu preceleret: quia ſecundū illud Sapientis doctrinam, & non pecuniam,
disciplinamque magis elegit, quam aurum. Crescente Prou. 8.
eniuero de die in diem ætate, crefcebat morum pro-
bitate, veluti condecens erat Dei famulæ. Erat ſan-
corpore incorrupta, mente caſta, amabilis cunctis, af-
fabilis vniuersis, prudentia callens, fortitudine ingens,
frænis temperantia ſerena, iuſtitia vigore ſeuera, pa-
tientia laudabilis, mansuetudine preſtabilis, pietate
ineffabilis, ſeruens caritate bis tincta, ſtabilis fide ro-
busta, longanimis ſpe inconcuſſa. Harum namque
omnium virtutum cōmercia exaggeratedat in eiusani-
mo cuncta diſponens ſapientia.

a Hinc conſiderare licet adiunctam fuſſe preſationem, quahic
omissa.

b Austrasia imperitauit ab an. 639. usque ad 654.

c Surius in 2. edit. Brabantensi, in 3. Brachantensi.

d In 3. Surij edit. Amulberga.

e Pipini Landenſis vitam dabimus XXI. Februar.

f Breuiar. Bruxell. fluctuante.

g In 3. Surij edit. perpetuò vocatur Gudula. In 2. & in Breuiar.

Bruz. & vſitariū vulgo Gudila.

C A P V T II.

Priuata vita. Damonis infidie.

6 Propter quod ergo ſpiritualis eius genitrix, ſan-
ctissima videlicet Gertrudis, de huius mundi pe-
regrinatione transiuit ad patriam, & ab eiulatu & con-
uelle lacrymatum ad coeli regiam, vbi desiderati ſponsi
facie perfruit; almiflua Christi virgo Gudila tantæ
cognata ſolamine deſtituta, repedat ad parentum li-
mina, referens peccatum ſitibundum, haſtu ſapientia re-
fertum; & parentibus deinceps ſubiecta, iuxta Aposto-
li preceptum. Erat autem in confinio villa, Morzella
vocabulo, diſtant ab eorum mansione duorum milia-
rium interſtitio, in quo ædificatum fuerat oratorium
in honore Sancti Salvatoris dedicatum. Hunc locum
diligens Dei virgo, crebro expetit, remota à ſuis, vitans
eis elle moleſtia in omnibus ſaltē modicis negotiis,
atque appetens vacare contemplationi ſoliu diuinitatis.
Orationibus protelatis deputabat dies, continua-
bat & noctes, pernoxi in vigiliis, ſtrenua in psalmodiis, ſanctissi-
mum exercitata in ieiuniis, maſtabat ſe holocaustum Christi mam vitæ
conſpectibus, cui ſe totam deuota tradiderat ab annis agit.
puerilibus, & cum ſolo hic eſſet corpore, quotidie ani-
mo ad æternā transiuit. Sermo quoque illius erat, iux-
ta Apostolum, ſale coquitus: ſepiſſimè genuum flexio-
nibus accommodata, cum lacrymis & compunctioni-
bus cordis Dominum obſecrabat, vt quæcumque me-
ditaretur vel ageret, conſpectui eius accepta forent.

7 Quan-

ad ſuam
virginita-
tis animas.

Domum
redit.

Ephes. 6.

Colof. 3.

Colof. 20.

Morzella

Colof. 4.

Colof. 6.

*Variè à
demonie
vexatur.*

7 Quantos autem prò huiusmodi facto aduersus virginem Dei fraudum suarum diabolus laqueos tenderit, explicare quis poterit? Sed virgo Dei tot tegebatur diuinis adminiculis, quot contra se omnium hostis vñs est tendiculis tantoq; ei obnixiùs resistebat, quantò ad insidiandum instare ipsum videbat. Quadam igitur nocte dum ad idem oratorium Sancti Salvatoris, quod præscripsimus, declinaret, vt in contritione spiritus sui ad cœlestia suspirando illuc pernoctaret, ecce hostis, qui primæ parentis Euæ calcaneo insidiabatur, huic virgini fraude, quā potuit, insidiari conabantur. Nam quia nox lumen negabat, secum virgo Dei lucernam habebat, quam pedissequa eius tunc fortè ferebat. Hanc non sine detimento sui inimicus extinxit, si fortè virginem Dei suâ fraude præoccuparet, eandemq; à cœpto itinere reuocaret. Sed elusit fraudem inimici in virgine virtus Christi. Nam virgo Dei, vt diabolicæ fraudis perturbaret laqueos, orationum assūmit clypeos: vtque lucerna per diabolum extincta reaccendatur, b minor genibus Deum deprecatur. Exaudiuit Deus preces virginis, quas pro receptione fudit luminis: & tenebras, quas ingessit præcepit tenebrarum, disrupta luce misericordiarum sua- rum. c Videns itaque lucernam sine manibus accendit, & in obsequium suum, velut in iactu oculi, lumen extinctum restaurari. Deo gratias egit.

*Lucernam
extinctam
precibus
reaccendit.*

8 Cœptum ergo iter lata peregerat, & ad oratorium, quod tendebat, peruenierat, reliquumq; noctis obsecrationibus & vigiliis transfegerat. Cumq; aurora in matutinam lucem prorumperet, rebusque vultu suo colorem redderet, preces vigiliaq; quibus hæc virgo totam noctem pernoctabat, longis suspitiis iam in diem continuabat. Nam pro carnis spiritusq; contritione, & pro declinando populari fauore, sola, propriâ comite famulâ, pedibus nudis Sanctorum loca sub nocturnis horis frequentare erat solita. Diebus vero, vt humanum vitaret fauorem, talibus, & vt ita dicam, dimidiis vtebatur subtalaribus, vt superior pars pedum videretur recta: sicutq; Dei feruens amore incedebat, inferiore nudâ relata.

*Nudis pe-
dibus no-
ctu facra
locu inuis-
fit.*

9 Sed dum id, quod piè egit, homines latere voluit, fit res palam, quam innotescere noluit. Nam solo prostrata, & spe atque animo in cœlos erecta; plantas, quas nudas videri noluit, prætereunrium visibus non sine obliuione videndas reliquit. Sacerdos etiam hoc viderat, qui celebratus Missam aduenerat, & quid in hac re causæ ageretur, satis superq; mirabatur. Ipse vero horrore tantæ facti percussus, eiusq; algori compassus, diutissimè prestolans, postquam illa ab oratione surexit, continuò chirothecas de manibus suis extraxit, eiusq; vestigiis supponere volens abiit, vt tam illustris meriti puellam religiosè honoraret. Quas humiliter in manibus virgo recipiens, & recedente Sacerdote in alteram partem se diuertens, longè se proiecere exoptauit: sed diuinâ operante clementiâ, ferè vnius horæ spatio restitete in aëre. Quo stupendo rurus animata miraculo, immensas retulit gratias omnipotenti Deo; non suo imputans merito, sed illi, qui suis semper adest fidelibus.

*Chirothe-
ca in aëre
pendula.*

a Imò, si, quod in eius vitâ traditur, S. Amalberga à S. Auber-
to velum accepit, iam parentes seculo renuntiavant.

b Sur. iunior. Et in margine forte iunctis.

c In Suriō mutata hic est sententia. Videres itaque, inquit.

d Ita Breuar. Brux. at Surius calceis, Garneuelius subtulari-
bus restituit. Fortè Subtalaribus, quæ vox alibi pro calceis posita.

C A P V T I I I.

Gudile, dum viueret, miracula.

10 E XPLETIS tandem à Sacerdote Missarum solen-
tis, in quibus sancta virgo suum spiritum contributum Deo sacrificium immolauerat, ad proprij limina domatis remeat. Iam ferè medium iter emen-

sum fuerat, & ecce cuidam mulieri obuiat; quam longus mœror & diutina calamitas torquebat. Gestabat ANONYMO, APVD natu ab aliо ipsius malefactæ parentis deciderat in hanc lucem: iamque sol nonum circumvoluebat an- Puerum num, ex quo eundem puerum trinâ passione debilita- variis tum viderat. Etenim erat contractus, incuruus, caducis morbis vultibus, & solam terram despectans certius. Spiracula etiam vocis habens & obstructa, insuper obmutuerat linguâ. Quinetiam dira chiragra contuderat manuum articulos, intantum vt ori non ingereret cibos, nisi adiutorio alienæ manus appositos. Pro cuius in- commodo, compassione & pietate Dei virgo b pusilla- nimis facta, & ex visceribus misericordiarum in lacry- mas est suscitata, ac si in lacrymarum indicio eum genuisse puraretur, & per omnia mater ipsius credere- tur. Accedit ergo, & in humeros suos eum accepit, atque pro sospitate eius coram Domino aliquantulum fleuit. Cuius preces mox in aures Domini Sabaot per- uenerunt, effectumque sui celerem inuenierunt. Iam enim puer vocis membrorumque retinacula laxabâ- tur, & ad officium suum penitus excitabantur, membra in vsum mouendi roborabantur, atque lingua ad offi- cium distinguebatur loquendi, primumq; sermonem hunc habuit, quo matrem lætus sic inclamauit: Mater veni, mater veni. Mirabatur B. Gudila virtutem Dei ostensam per se: gaudebat etiam mater pueri, miseri- cordiam Dei per beatam virginem factam inse.

11 Ambæ gaudebant, ambæ stupebant, Domini- Diuulgat- que misericordiam semper superexaltare iudicium per- tur mira- pendebant. Sed hoc factum humili virgo nube silen- culum.

tij appetens obumbrari, interdixit mulieri, ne id per se aliquando contingere diuulgari. At illa longè aliter actitabat, quā virgo Dei supplicabat: quia pro inop- natâ salutē filij sui, pietatem nequibat tacere filij Dei; non vt verborum virginis Dei alpennatrix, sed vt deuo- ta beneficiorum Domini veneratrix. Perlatum est au- tē huiuscemodi miraculum ad populum circumqua- que manentem, & celebre factum usque in præsentem diem.

12 Est adhuc, quod in virgine Dei miremur, quod per eam de excelso cœlorum habitaculo patratum si- de fatemur. Nam, vt sibi moris erat, quadam die in cellâ suâ orationis pensum peragebat, & in cœlesti contemplatione spiritum suum suspendebat: cum ecce quædam mulier leprosa accedit, quæ non sine fide so- spitis suæ mox futuræ illò aduenit: cuius carnem ex diutinâ infirmitate putredo penè in vermes consum- pserat, & ad morte usque perduxerat, nisi iam ex pietate diuinâ pretiosa per virginem succurseret medicina. Præ- terea pro deformitate sui, à præsentia & visib; homi- nū intantum (vt ita dixerim) exulauerat, vt vix vlla cum aliquibus consorti vestigia inueniret. Sed B. Gudila spiritu contrito & humiliato intrinsecus perfusa, com- passione super illam, & sermone cum illâ satis est vla, Janat. atque ex nomine sic inclamauit, & pro sospitate sui, ne diffideret, admonere curauit: O Herenfrida, inquit, mens tua fidei suæ anchoram in eum figat, quis an- contritos corde, & alligat contritiones eorum. Preces proinde ingeminat solitas, suspitorum atque gemi- tum administratione præstiras; vt qui decem lepro- sis mundatis, vnius tantum alienigenæ fidem inuenit, & pro gratiarum actione reuertentem laudauit, huius etiam mulieris fidem inspiceret, & eidem misericordiarum suarum antidoto consuleret. Cuius preces Do- minus exaudiuit, omnemq; lepram miserationis suæ manu detergit, vt nec cicatricum signa in eâ relinque- rentur, quibus lepræ indicia notarentur. Quantis vero pro subitâ incolumente sui gaudiis indulserit, facile ex similibus quisque colligere poterit.

a Breuar. Brux. obstruſa.

b Id est mota ad commiserationem. Teutonicus idiots/mus. Weemodich, quæs Ween-moedich, id est ægidæque, ad lacry- mas pronus, ac pusillanimis.

C A-

AVCT.
ANONY-
MO, APVD
SYRIVM.

C A P V T I V.

Obitus, sepultura, miracula.

13 Hæc & alia innumerabilia, & plura certè quām possit humana colligere scientia, per famulam suam operata est virtus diuina; quæ idē notitiam mortalium fugerunt, quia ex iudicio diuino publica non fuerunt. Ea tamen, quæ scire contigit relatu antiquorum, suisque ex scriptis fides præstiterat maiorum, fidelitatem sufficiat, atque pro sanctitate Virginis illi satisfiant. Hanc ergo Domino miraculis corroborare placuit, quam in vitâ suâ iustè & irreprehensibiliter viuere concessit. Igitur in eius præsenti & initimabili virâ, qualis esset meriti, crebrò diuina declarabant miracula: quæ ad scribendum nimirum sunt prolixa, sed ex his paucis etiam eius cetera cognoscuntur opera. Soluta ergo ab ergastulo corporis, multa prioribus ampliora & admiranda subsequuntur miracula: quia etsi non vivit corporaliter, vivit cum illo spiritualiter, qui est gloriatus in Sanctis suis, & magnificus in omnibus operibus suis. O verè Beata, multis præconiis digna, in quâ dolus non fuit: neminem iudicans, neminem condemnans, nulli malum pro malo reddens, sed coram Deo & hominibus iustè & sanctè viuens. In hâc itaque constantiâ perdurans animi, ne dicam per singulos dies, verum etiam per singula horarum momenta feruebat flagrantia interni desiderij videndi Deum deorum in Sion cœlesti: quârum vicissitudine non est inhibita, à petitione, quam poposcit, vt in domo Domini habitatet omnibus diebus vitæ suæ, non est fraudata. Nam felici & ultimo eius præsentis vitæ termino mediante, Dominicæ Sacramenti sese viatico circumquaque vallans, iturum ad cœlos spiritum roborans, b Pipino seniore monarchiâ tunc regni regente, vi. Idus Ianuarias, flentibus fidelium ceteruis, supernorum ciuium gaudentibus turmis, illa sancta anima Sanctorū cœtibus socianda, de mundi ludibrio migravit ad Christum, ab ipso perceptura æternæ felicitatis palnam, cui est honor, virtus, gloria in sæcula sæculorum.

Piemor-
tur.

b Sepelitur.

14 Administrata autem sunt honorificè corporis ipsius funebria, & vt tantæ nobilitatis puellam decuit, ex concusso plebis non modicè facta sunt celebria: vbi virtutes ipsius, quibus plurimùm visa est quoad vixit, etiam ab inuitis lacrymas extorquebant, & ab ipsis vix quemquam abstinere permittebant. Lugebant certè hanc nobiles quique, qui affuere, quibus humilitas & summa eius subiectio exemplo viuendi fuere. Lugebant etiam orphani & pauperes, ostendentes tunicas & vestes, quibus illos hæc altera Dorcas vestiebat, & quotidianis alimoniarum stipendiis souebat. Sepulta est autem in villâ Ham, quam hodie eo ipso vocabulo constat nominatam. Neque ad tumulum eius diuinæ glorificationis defuere magnalia, quæ viuenti ipsi fuere semper præsentia. Nam uno eodemque die ipsius sepulturæ, sole in Capricorni sidere posito, (nunc quippe eius tumulum mirabiliter viuet.)

Act. 9.39.

Arbor ad
eiūs tumu-
lum mira-
culose vi-
ret.

Administra autem sunt honorificè corporis ipsius funebria, & vt tantæ nobilitatis puellam decuit, ex concusso plebis non modicè facta sunt celebria: vbi virtutes ipsius, quibus plurimùm visa est quoad vixit, etiam ab inuitis lacrymas extorquebant, & ab ipsis vix quemquam abstinere permittebant. Lugebant certè hanc nobiles quique, qui affuere, quibus humilitas & summa eius subiectio exemplo viuendi fuere. Lugebant etiam orphani & pauperes, ostendentes tunicas & vestes, quibus illos hæc altera Dorcas vestiebat, & quotidianis alimoniarum stipendiis souebat. Sepulta est autem in villâ Ham, quam hodie eo ipso vocabulo constat nominatam. Neque ad tumulum eius diuinæ glorificationis defuere magnalia, quæ viuenti ipsi fuere semper præsentia. Nam uno eodemque die ipsius sepulturæ, sole in Capricorni sidere posito, (nunc quippe eius tumulum mirabiliter viuet.)

rentem, semenque iuxta genus suum facientem. Deinde pro miraculi huius admiratione plebs vnde cumque accurrit cum exultatione, Deumque in tam præclarâ virginie supplicat, & miraculum, quod viderat, vbique gentium explicat.

a Breu, Brux. immutabili.

b Non est hic B. Pipinus Landensis. Neque enim hic monarchiam regni rexit, et si Maior-domus in regno Austriae, vir domi militiaq; maximus, fuerit Verum eius generi Ansgis filius Pipinus Herstalus, in Austria primus, deinde & in Neustria Maior-domus, & regno & Regibus ipsi imperatabat. Senior dicitur respectu nepotis Pipini Brevis, primi ex juâ familiâ Regit.

C A P V T V.

Sepulchri eius violator punitus.

15 F A C T U M est autem dum humaretur corpus sanctissimum, latronem quandam exequiis eius interfuisse, & ornamenta quædam, cum quibus sepultæ tradebatur, contemplatum fuisse. Tertiâ vero nocte, nefas quod corde conceperat malitiosè, mortifero debriatus veneno avaritiae, opere festinabat adimplere. Proh nefas! Ad sepulchrum accessit, gloriosam margaritam detexit, & vt lupus ad prædam, ita impudens & furcifer gloriosum irruit deprædari sepulchrum. Nobilis ergo sancta vt fuerat virgo, atque inclytâ propria, & præpotentibus ac ditissimis parentibus, vt prætulimus, exorta; non suâ spontanæ præmeditatio, sed fidelium potius amicorum apparatu, eius sacro-sanctum corpusculum auro & argento, vesteque pretiosâ honorificè fuerat redimitum. Qui talia omnia secum pulchrum asportans, diripuit, solo relicto sarcophago cum sacræ ascripitur. virginis glebâ. Quo facto illius nuru, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, statim vltio subsequitur diuina. Nam eiusdem scelesti latronis filia cum non multo post seminarum se ehoreis interponens, atque cum ceteris per plateas decantando, & hoc illuc saltando discutereret, quædam illic adsuit mulier, sanctissimæ virginis familiaris & amica; quæ prædicta latronis filiam nimis diligenter intuens, easdem armillas, quas in brachis sacræ virginis, dum sepeliretur, reliquerat, in eius la-certi fore certissimè recognouit. Tantâ itaque administratione commota, hoc illic adstantibus denudauit certius.

16 Quibus admirantibus, illicè talia sanctissimæ virginis fratri, Emeberto scilicet iam superiùs prælibato delata fuerant quantocvus. Hic namque pro atrocissimi immanitate sacrilegij dolore tactus cordis intrinsecus, quandoquidem ille locus, in quo furtum factum fuerat suæ diœcesi erat ad titulatus, totus ex autoritate canonica in reos furti insurgens, maledictio-nis iaculum in eos vibrauit, & à sancta Dei Ecclesiæ gremio atque fidelium consortio sequestrans, damnauit. Quibus ergo tam meritò multatus, veluti arbor quædam si à proprio fuerit incisa stipite, continuo eius vniuersi rami à priori arescent atque deficiunt viriditate, ita omnis illa progenies, tam detestabili profluens stirpe, graui & variâ postmodum vexatur infirmitate. Nulla enim huius generationis persona excedit, quin clauda vel aliquâ pedum debilitate detenta, vel etiam dirâ affecta gutturi, præteritum luat facinus. Sic namque à primordio usque in præsens huiusmodi in talibus talis perseverat infirmitas. Vnde datur intelligi, sacræ virginis intercedente, illis temporaliter pœnitere à Deo concessum fore, ne illos igni inextinguibili (quod multo constat deterius) perpetualiter nimis infelix exureret culpa.

C A P V T VI.

Reliquia translate: miracula.

17 C V M autem ex signis ad tumbam eius quotidie cresentibus, odorem virtutum eius fama adspicitur.

adspiraret omnibus, ex consilio & dispositione Altissimi, placuit fidelibus de loco sepulchri eam levare, & in locum honori ipsius magis congruum transferre. Factum est, ut ex consensu pariter & conuentu probabilium viuisque sexus personarum, certus præfiniretur dies transferendarum Beatæ Gudilæ reliquiarum, quas ad Niuiensem transferre cœnobium ex consilio eorum, qui conuenerant, est propositum: quandoquidem non esset competens, thesaurum tantæ margaritæ occuli Niuellam, angulo humillimi viculi, sed loco celebri reponi. Sed moueri nō conulum humanum, diuino roboratum, in ipso suo conatu est frustratum. Nam dum fereretur, receptui membrorum paratum, moueri tentaretur, vt eð, quod prædictum est, transportaretur, tanto fit pondere ibidem fixum, ac si catenis insolubilibus teneretur adstrictum. Quid verò agere debeant, stupore & sollicitudine utrobius hæsitant: quia ibi quid agere nesciebant, vñ de occulto Dei iudicio quicquam presumere non habebant. Venit proinde in mentem quibusdam religiosis consanguineis B. Gudilæ, Aldegundis atque Waldestrudis^a virginum Christi: si fortè hæc virgo illuc membra sua transferri velleret, quod quælibet virginum præscriptarum sedem sua quietis haberet. Erant namque loca, tunc reliquiarum earumdem virginum Christi seruatoria, Beatæ videlicet Aldegundis Malbodium, Sanctæque Waldestrudis Castrilocus. Destinabant ergo animo nunchuc, nunc illuc transferre: similiterque in mouendo vires perdidere. Nam huius rei adiumentio per omnia redigitur in nihilum. Fatigati poterant, sed sanctam glebam mouere non poterant.

18 Singulis verò huic ponderi frustrâ succedentibus, & in ipso conatu deficientibus, pietas diuina diutius suspensos tenere noluit, quos ad id operis inspiratione suâ excitare voluit. Nam reuerendæ huic eleuationi quidam prouectæ, imò decrepitæ etatis intererat, qui vñque ad id temporis longum senium duxerat, solusque à diebus S. Gudilæ superest, ceterisque natu & industriâ prouectior fuerat. Huius spiritum diuina inspiratio mox excitauit, & quod virgo Dei transferri debuit, inspirauit. Namque in hæc verba prorumpens: Videtur, inquit, mihi eam quietis sua sedem in oratorio Sancti Salvatoris iam elegisse, in quo eam, quoad vixit, assiduis spiriis spiritum suum claruit Deo vniuerso. Tunc ad nutum senis intuitus omnium pendebat, eiusque sententiaz omnium qui aderant consensu respondebat, Et accedentes feretro, tantâ mox facilitate vñ sunt in ferendo, quantâ priùs difficultate frustrâ laborauerant in mouendo. Deportandum est ergo ad præscriptum locum Mortzelle illud venerabile corpus, populis promiscui sexus cum laude & tripudio comitantibus, miraculi que ex glorificatione diuinâ prosequenterib. E quibus ea quæ fidelium relatu didicimus, vt posteris notitiaz sint, narrabimus.

19 Cumque à plebe sanctum corpus cum hymnis prosequente, dimidium itineris emensum fuisset, & iam ecclesiæ, ad quam festinabat, cantantium populus propinquasset, ecce surdus quidam, cui longa infimitas aurium meatus clauserat, pro incommoditatis suæ remedio corpori sacro propius accesserat, & vt fidibus ad deportanda Sanctorum corpora moris est, prope b lipiana sacræ Virginis ire religiosum duxerat. Cuius fidem è vestigio sanitas exequitur repentina, quam meritorum B. Gudilæ præststit medicina.

b Hauserat aure sonum, chorus inde stupet populoru. Idem verò pro recepta sanitatis commodo gratias Deo sanctæque Virginis egit, atque sacrosanctum ipsius corpus sequendo, reliquum itineris peregit, & cum populis prouinitate rei voces in altum dantibus, ad definitum sancti corporis locum usque peruenit. Ergo in basilicam Sancti Salvatoris sancta ossa introduxere, & cum magnâ lætitia post sacrum altare constitueré, & nomen sanctum eius adscribunt iustè in aliorū Sanctorum serie. Cumque solemnia celebrassent Missa-

rum, perfecto honore, læti redeunt domum, prædi- A v c r. cantes sancte Virginis nomen famosissimum, ac in San- ANONYMO, APVD ETIS suis mirabilem magnificantes Deum.

20 Hoc verò die, quo translatum est corpus Virgi- nis in basilicam Mortzellensem, virtus e Altithoni ad nomini sui laudem, & sanctæ Virginis ampliandum honorem, patefecit omnipotenti sua ostentationem, quam vñque propalauit super arborem, cuius superius fecimus mentionem; quæ videlicet in vico Ham cœperat crescere ad vestigia sanctæ Virginis, depositionis eiusdem die. Hæc enim arbor olim apposita custos diuinitus sanctorum exequiarum, non defecit à suo obsequio, nec in translatione earum. Nam alterā die eiusdem translationis, in villam Morzelle, eadem arbor sacræ Virginis membra fuerat subsecuta, ac in eodem loco tam mirificè & radicata, & conuenienter transplantata coram prædicti oratorijs foribus, quasi ibidè à primordio germinare cœpisset ac crescere, cùm vtrique villa à se inuicem decem milliaria distarent. Neque parum erat spectaculi, arborem ex eo loco, quo olim sine manibus creuerat plantantium, etiam sine manibus subito transisse eradicantium. Quod ad iussum Dei omnipotentis Angelico ministerio actum intelligit, qui diuinâ prouidentiâ disponi omnia fideliter credit.

a S. V Valdestrudis eisplurium liberorum parens, Virgo dicitur (vt alibi alia) quia sacrarum virginum antistita.

b Ita Breu. Brux. at Sur. Liplanas.

c Sur. Altitoni.

d Sur. eradicata.

e Sur. putantium.

C A P V T VII.

Sepulchrum à Carolo Magno honoratum.

21 **H** IVIS rei rumor circumquaque decurrit, & per cunctorum ora volitans ad palatum usque peruenit. In tempore illo sceptrum monarchiæ Imperialis tenebat Karolus, qui ex trophæis frequentibus cognominatus est Magnus. Itaque famâ peruulgante volucri, certatim studebant illuc aduentare tam longinqui quam & proximi, & miraculum, quod Christus pulchrum, ad gloriam sua virginis monstrauerat, ardebant intueri. Rex autem Carolus tam mirificis auditis miraculis, hic donat. illuc deuotus aduenit, vbi ex miraculo prædictæ arboris res noua spectaculum ipsi iniecit, & ex spectaculo compunctionis gratiam adiecit. Qui vt Ecclesiastum Dei amator semper exitit, defensorque strenuus, in cunctis deuotissimus, eandem villam Mortzellensem sacræ Virginis testamentis condonauit legalibus, & prædictum prædiolum Ham, vnde arbor aduenerauit, sub pluribus idoneis tradidit testibus: vt ibi tota villa deinceps subiecta maneret, vbi primùm arbor processerat diuinitus. Adiecit insuper præfatus Rex Karolus eo in loco sanctimonialium aggregare cateruam, decretisque regalibus facultatem illis famulandi Deo ascripsit satis opportunam. Quæ singula testamento mandauit, & subscriptis testibus assignauit, & ecclesiæ, in quâ Sancta iacebat, in perpetuam hereditatem delegauit. Quæ scilicet traditio usque ad Wenemaram rata permanit: cuius usurpatione iniustâ, ad posteros suos eadem villa non sine offensâ diuinâ pertransit.

22 Post hæc memoratus Rex Karolus exercitio venationis a more deditus, per circumadiacentem forestam turbabat rapidas feras à suis saltibus: inter quas miræ magnitudinis usque ad sequitur, qui iam multo spatio vietus, cùm nullum esset effugium, vndique usque ad campis latè patentibus, ac mortem imminentem am- Sancta se- iamque capiendus crebris differret flexibus, proprio pulchrum cursu retendit ad Mortzellam, & Sancti Salvatoris ir- cœfugies, rumpit ecclesiam. Tunc rem contigit euensi, qnam mœuscit. facilis erat stupuisse, quæ dixisse. Nam Deus, qui, vt Psal. 35.7. scriptum est, homines saluat & iumenta bestiale quo-

Corpus
S. Gudile
ve trans-
feratur

Net ut
Montes
aut Mal-
bodium.

Senis con-
silio, trans-
feratur

Morzella.

Surdus re-
cipit audi-
tum.

Auct. quodammodo vrsi sensum permisit, rationemque
ANONYMO, APVD SVR. quandam intelligendi in eo formauit. Erat namque cernere prope lipsana sacræ Virginis se admisisse, & sub tantâ protecâtrice, à strepitu insequentiū iam securum, procubuisse. Ibi subito oblitus feritatis suæ, deflexâ ceruice, submissaque humiliter capite, Sanctimonialium aduenientium cœpit vestigia lambere, ac more lasciuientium catulorum omnibus aggaudere. Vnde patenter dabat intelligi, se fuisse defensatum patrocinio famulæ Dei, eiusque amodò paratum esse deseruire obsequiis. Quod vbi nuntiatum est Regi, cum suis rem, quæ in bestiâ diuinitus agebatur, intellexit: Deique magnalia in virgine amplectens, recessit, sine eiusdem vrsi quidem lassione, sed non sine rei, quam videbat in vrsso, admiratione. Idem verò vrsus desistens esse siluaticus, cœpit esse domesticus, & in reliquum apud eiusdem loci sanctimoniales non aliter vixit, quam lenitatem omnium ibi manentium ipsi indixit.

a. Videretur deesse regio.

C A P V T VIII.

Rex transmarinus, filia ope S. Gudila sanata, cum suis conuertitur.

Regia virgo tertio silentio, qualiter eandem famulam suam clari-
go tertiâ dicauerit opifex rerum per fines trâmatinos. Ibi siquidiuinitorum Rex quidam regebat populos sub placidâ pace, ut S. Gu- qui suscepserat filiam ex legitimâ coniuge. Huic autem dilatrum- prima natuitatis dies dedit initium vite cum membro- lum vijarum labo, quam languor coævus debilitate contraxerat. Cui in visu persona mulieris, vultu & statu spe- etabilis, apparuit, eamque sospitatis suæ indicia ad tumulum Virginis Gudilæ iam citâ futuræ edocuit. Expergefacta autem, patri & matri qua viderat retulit, stuporemque ipsis exinde intulit: quibus pro visione gaudium quidem crevit, sed quia locum ignorabant, sollicitudo tristitiam dedit. Tunc nocte inlequente eadem visio puellæ apparuit, vtque bonis operibus esset intenta, admonuit. Quæ à somno excitata, noctem illam diemque sequente lamentationibus transegit, donec tertia se nocte eadem, quæ ante apparuit, mulier præstò dedit, & consolationis viam primùm ingressa edocuit, quo B. Gudila pago orta, vbi post mortem sepulta, & ad quem locum postea esset translata: adiiciens etiam sanctimonialium cateruam, quietis ipsius loco congregatam, atque ad obsequium eius fidei suggeno subarrhatam.

Isthis sanatur. 24. Manè ergo iis, quæ viderat, publicè enarratis, patreque & matre pro his in gaudium excitatis, nauim cum militum manu imponitur; emenso mari ad locum, vbi virgo Dei sedem suæ quietis elegerat, prouehitur. Vbi à sanctimonialibus suscepta, ac prope lipsana sacræ Virginis posita, orationis instantia ab eisdem per triduum fouetur; tandemque sospitac, quam oraculo accepturam se didicit, meretur. Sicque membrorum officio roborata, atque incredibilibus super hoc gaudiis excitata, licet adhuc paganis detenta ritibus haberetur, Deum in tantâ Virgine miraculis coruscantem profitetur, ad patriam repeatat, Deum Christianorum publicè prædicat. Cuius incolumitas stuporem, gaudium, & fidem Regi suisque dedit; stuporem, rei nouitate; gaudium, in filiæ recuperatione; fidem, in vniuersitatem Dei confessione. Tandem & ipse ad cœnobium sacræ Virginis, satis terrarum marisque emensus, vnâ cum plurimis regni sui vitis est adductus, baptis- sumq; quibusdam suarum rerum copiis ibidem oblati, est adeprus. Post cuius perceptionem eidem beatæ Virginis vas argenteum condonauit, quod in deferrendis ad ecclesiam oblatis longo pôst tempore ibidem manentium ætas conseruauit. Interea regressus patriam cum suis reuisit, vt omnes sui regni homines

baptismi fonte abluerentur, decretum dedit: quod latè diuulgatum, in vnu credere Deum fecit. Postremum, nullum permisit regno militare suo, qui per paganismum rebellasset Christi regno. Sic per salutem vnius, multis prouenit animarum salus. Sed nec dubitate debet, quantâ inter circummanentes signorum gloriâ fulserit, quæ etiam longè remotos populos illustravit miraculis. Magna verè in cœlis & in terris eius gloria, magna & que ipsi apud Deum inueniendi, quæ postulat, efficacia; cuius meritis obtainentibus, veri notitia Dei transmarinis data est gentibus: non illis, quos vocant Anglos; iam enim illi docente ^a Augustino in Christum crediderant, quem admirabili vita, ^b Gregorio auctore docentem meruerant: sed longè nimirum remotioribus, in infidelitatis cœno tunc temporis sordecentibus.

a. Deo xxvi. Maij.
b. Colitur xii. Martij.

C A P V T IX.

Belgica vastata: delata Capramontem S. Gudila reliquia.

25 R ATUM quidem erat sanctimonialium inibi floruisse religionem, & usque ad ^a Hunnorum irruptionem. Qualiter autem cum eis sanctimonialibus ^{Barbari} aëtum sit, & in Mortzelliensi villâ religio supradicta ^{Belgium} inundunt. defuerit, sequens sermo declarabit. Post multa & magna miracula ostensa in vico Mortzelle dispensatione Domini, collocatâ sanctimonialium congregatione inibi in honore dilectæ Deo Gudilæ Virginis, multiplicatâ populorum malitiâ, læta & prospera turbauit diaconi versutia. Ipse quippe aduersarius noster, qui bonis inuidet, & malis aggaudet, tum tamquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret, si qua adhuc virtutum vestigia remanserant in terris, nititur omni impietatis abolere molimine. Ut iacula atrocitatis suæ per corpora exteriùs transmitteret liberiùs, (heu dolor & facinus!) primò venena sua in animâ diffudit interiùs, tantò grauius, quantò abundantius. Sic, ut diximus, ascende ad Dominum clamore nequitia Christianorum, ut similem inuenirent pœnam, fines Lotharingiæ gens inuidit ^b Danorum. Sanctuaria vertebantur in derisum, in prædam substantiæ incolarum. Ita pace turbatâ, res cœnobij Mortzelenensis paullatim diripit aduersariorum insatiabilis cupiditas.

26 Quâ tempestate, metu paganorum agente, sanctissime virginis Gudilæ corpus à supradicto cœnobia, in locum, qui dicitur ^c Capræmons, deportatur. Inter- ^{S. Gudila} eâ pagani impietatis suæ funiculos latiùs protendentes, ^{reliquie} atque rapinæ vastationisque fornitem magis magisque ^{Capræmons} tem depor- fiantes, quæcumque poterant cōsumptionis fine per- ^{tata.} didere, nec etiam à cœnobia Mortzeleni manum abstinuere. Nam igni ab eis crematum, & irremediabili malo temerè est inuasum: ita ut nullum nostro nunc tē- ^{Luc. xi. 17} pori reliquerint indicium: sicut nobis Dominicâ voce testatur Euangelium: Omne regnum in se diuisum, de- solabitur ^d Lodoivicus Rex Austrasiorum, fines Fran- corum iniuste inuasit contra fratres suos. Factâ itaque ^e pactione inter eos, datisque sacramentis cùm reuerte- retur, Nortmannis, qui erant progressi usque f Car- bonariam, in loco, qui dicitur Timmim, obuiauit supradictus Rex, qui Austrasii imperauerat: cum quibus absque morâ conflixir, & Deo propitiante, ex eis maxi- mam partem gladio struit. Reliqui in fugam dilapsi, in fisco regio se communiant, deinde noctu diffugiunt, & ad cladem gressum dirigunt.

27 Postea ^g Walam fluvium ingressi, in Niumago ad regium palarium applicuerunt, ibi que castra posue- ^{Varia à} runt. Quod factum cùm ad notitiam Lodoisci perla- ^{Norman-} tum esset, absque dilatione cum exercitu venit, & munitionem obsidione clausit. Conseruo cum eis nonnullis diebus certamine, non adeò præualuit: quia pala- ^{nades.} trium

tium ingentis magnitudinis mirisque operis, hostibus tutissimum præbebat receptaculum. Postremo Rex acceptâ pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Northmanni continuo de regno eius discederent, cum omnibus copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium vnde cum munitione exentes flammis, nauibus ascensis, b) maiori numero congregato, cum inæstimabili multitudine peditum & equitum considerunt in loco, qui dicitur i Haslon, iuxta Mosam. Et primo imperiū infinitima loca depopulantes, Leodium ciuitatem, Traiectum castrum, Tungensem urbem incendio cremant. Secundā incursione k Ribuariorum finibus effusi, cædibus, rapinis ac incendiis cuncta deuant, Coloniam Agrippinam, Bonnā, ciuitates cum adiacentibus castellis, l Tulpiacum, m Vulpiacum & n Nussam igne comburunt. Post hanc Aquis palatum, o Inde, p Malmundarias & Stabulaus monasteria in fauillam redigunt. Arduennam percurrentes, Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ Domini, interfectis omnibus, quos ibi inuenierunt, monasterium igne consumunt, & onerati prædâ, ad castra redeunt.

28 Dum hæc aguntur, Ludouicus Rex apud Francos fortior moritur. Northmanni auditâ morte Regis, nimio exultabant tripudio & iam non de confictu, sed de prædâ cogitabant. Igitur cum omni festinatione exeunt, & Treuirorum ciuitatem nobilissimam die sacratissimo Cœnæ Domini, r) occupant: in quâ usque ad sanctum diem Paschæ fessa ab itinere corpora recreantes, omne territorium urbis circumquaque usque ad solum demoliti sunt. Deinde ciuitatem flammis exurentes, Mediomaticum dirigunt aciem. Quod cùm reperisset eiusdem urbis Antistes, t) adiunctis sibi aliis Episcopis vel Comitibus, vltro illis obviâ ad pugnam procedit. Initio certamine, Northmanni viatores exterrunt, & Episcopo interfecto, ceteri fugerunt. Pagani iter, quod cœperant, deserentes, cum ingenti prædâ, summa celeritate ad classem reuertuntur. Isdem verò temporibus Carolus, huius nominis & dignitatiterius, licet graubus & multimodis regni negotiis occupatus, tamen aduersantes Normannos, Deo auxiliu ferente, regno depulit.

29 Postea verò gens Hungarorū finibus suis egredia, regnum Bauiariorum ac Lotharingiæ occupat, cædibus, rapinis ac incendiis omnia vastat, & usque ad Carboniarum siluam igne & prædâ est demolita. Sed Otto senior tunc temporis Imperator, multimodis regni & suorum Procerum impeditus incommodatis, dum aduersantes non cohibet hostes censurâ regiæ seueritatis, maiorem & grauorem licentiam iniustitiam faciendo tribuit etiam domesticis. Bellum tamē contra Hungarios suscepit, Deo misericorditer dispensante & pro suis pugnante, satis feliciter peractum est. z) Rex ipse Hungarii cum suis Principibus captus est: ceteri verò interfici & funditus sunt extinti.

a) Sapiens in viris SS. mention fit irruptionis Hunnorū, (nam & S. Reinoldus Guidile soror ab iis interficita memoratur) vel quia omnes exteriores gentiles vulgus Hunnos vocabat, vel quis à variis Duciibus eorum turme aliqua in Belgicas provincias, euocata sunt; exosa Deo, perniciose subditis auxilia. Sed & Hunnos appellatos esse quodam Aquilonares populos Norvevægia incolas patet ex Gestis Normannorum ab Andrea du Cheyne editis.

b) Coepunt sub Ludouico Pio maritima Galliarum Dani infestare, quas sub eius filii fædius deinceps populati sunt. Quando ex Morsella Capremontem deportate sint reliquia S. Guidile coniici potest ex Gestis Normannorum ab anonymo auctore scriptis, qui ad annum 847. refere, vastat à Normanniis Friesiæ, direptisq; ecclesiis, Flandrenses vicinarumq; urbium Pontifices & Abbes cum Sanctorum reliquiis ad S. Adomarum configisse, quia muro valido & turribus atrium eius diuinâ prouidentiâ munitum erat. Deinde an. 850. Northmanni, inquit, Fresiam & Batauus populantr, & in oppido Gandaue venientes, S. Bazonis monasterium incenderunt. Ad quem annum ista habet veterus codex ms. Rorich nepos Herioldi, qui nuper à Lothario defecerat, assumpitis Nordmannorum exercitibus cum multitudine nauium, Fresiam & Batauum insulam aliaque vicina loca per Rhenum & Vahalem deuastat. Quem Lotharius cùm comprimere nequie-

Tom. I.

ret, in fidem recipit, eiique Dorustadum & alios Comitatus largit. Ceterorum verò pars Menapios, Tartufois, aliof que manutinentur deprædantur, &c.

AVCT.

MO, APVD

SVRIVM.

c) Oppidum fuit diœcesis Leodiensis egregiè munitum, vulgo Sylva. Chieuremont, & in diplomate Ottonis I. apud Miraeum in Notitia Ecclesiar. Belgij cap. 55. Keuermunt. Id Norgerus Episcopus an. 980. quod nubes effet rebellium, insigni stratagemate cepit, ac funditus excedit.

d) Ludouici Germanici F. Ludouici Pj N. Germania & Lotharingia Rex, ad an. 882. Hic Carolum Calum patrum suum iniussit fines suos inuadentem pralio vicit apud Andernacum 8. Qd. an. 876. Sed mortuo Ludouico Balbo, Calui F. regnum eius invasis, coegerit filios eius Ludouicum III. & Carolomanum portionem eius aliquam sibi cedere.

e) imo patruelis filios.

f) Silua Carbonaria principiè et tractu erat qui nunc Hannonia Comitatu constituitur. Cladem hanc Normannorum refert Regino ad an. 879. & breuiter Siebertus & Bucherius ad 880. Qui locus fit Timinius haudum comperimus.

g) Alio nomine Vahalis, sive Vahalis dicitur. Ad Schenckianam munitionem in duos se fluuios Rhenus dividit, facitq; Batavorum insulam; alter nomen aliquamdiu retinet, alter Vahalis dicitur: in huius leuâ ripâ Neomagus; sive Nouiomagus, urbs præclarista est. Porro qua hic narrantur, ea ad verbum ferè, pauculie omisssis, ex Reginone transcripsi.

h) Abiisse scribit Regino, ac detinere reuersos mensa Nouembri.

i) Ita Siebertus, Harau, alii. Regino à Pistorio editus, Haslou. ms. quo usus fuit Rosvreyus noster Achslon. Annales Pithocanis; Ascloha (Harens Aschola legit) secus littus Mosæ, 14. miliaribus de Rheno. Chronicon de Northmannorum gestis ab Andreâ de Chesne editum, Haslac. Recentiores quidam dum hanc commemorant Normannorum irruptionem, hunc locum consuliò omittunt. Arbitramur castrum fuisse ad dextrâ Mosæ ripam quod etiamnum Ello, dicitur; & pro Aschlio, vel Allo, forè Aschola vel Ascloha scriptum.

k) Ripuaria dicta olim regio inter Rhenum & Mosam, ut hinc pater, populq; Ripuarij & Ribuarij.

l) Vulgo Zullich sive Zulpich, oppidum diœcesis Coloniensis, ad quod Clodoveus an. 496. viatoriam de Alemannis retulit, cùm prius se Christianum fore voulisset.

m) Regino editus Viliplacum. ms. Vilpiacum. Sufficamus Julia cum scriptum fuisse, librarium verò legisse Viliacum. & p letteram adieciisse, quod Tulpia terminatio responderet. Itaq; legit Aquigr. cap. 9. Petrus Beko, in margine. Est Iuliacum antiquum ac munitionem oppidum, à quo per amplio Ducatui nomen. Alij VVulpenich vicem malunt intelligi.

n) ms. Nusam. Regino edit. Nus. Vulgo Nouesium appellant.

o) Sar. inde. Regino edit. idem. Celebre est monasterium & oppidum inter Aquigranum & Limburgum, vulgo S. Cornelij monasterium. Annales Fuldenes de hac clade ad an. 881. At illi instaurato exercitu, & amplificato numero equitum plurima loca in regione Regis nostri vastauerunt, hoc est Caenatâcum, Traiectum, & pagum Hasbanicum, totamq; Ripuariam; præcipua etiam in eis monasteria; id est Prutiam, Indam, Stabulaus, Malmudarium, & Aquense palatum, ubi in capellâ Regis equis suis stabulâ fecerunt. Præterea Agrippinam Coloniam, & Bonnae ciuitates cum ecclesiis & ædificiis incenderunt. Qui autem inde eudare potuerunt, sive Canonici sive Sanctimoniales, Mogunciacum fugerunt, thefauros Ecclesiarum & Sanctorum corpora secum portantes.

p) De Malmudario & Stabuleto, pluribus agemis xxv. Ianu.

ad vitam S. Popponis, & 111. Sept. in vita & miraculis S. Remaclus.

q) xxi. Kal. Decemb. Annal. Fuld. aut Septemb. ut Regino.

r) Nonis April. ut habeat Regino, Annales Fuldenes, & alii, in quas an. 882. incidit Cœna Domini. Unde patet non hec gesta esse postquam morte Ludouici audiuere barbari: sed cum ante Treuiros & Metas vastassent, redissentq; Elsiam ad classem suam, intellexerunt obiisse Ludouicum Regem, eiusq; exercitum contrâ se missum insecuri, omnia Confluentiam ivque vastarunt; ut idem April. Fuld.

s) VValo, vel VValah, Cl. Roberto Valla.

t) Regino Bertulfum Episcopum, & Andalhardum (ms. Adamardum) Comitem nominat.

v) Carolus Crassus Ludouici Germanici F. Pj N. an. 880. Imperator Roma coronatus, Normannos post Ludouici fratris mortem Elsiam frustra obcessos, certis paciâ in regno dimisit. Qui rursus tamen id postmodum invaserunt. Obiit Carolus an. 888. 13. Ianuar.

x) Siebertus an. 938. Vngari per Aufrasiam & Alemanniâ multis ciuitatibus igne & gladio consumptis, VVormatæ Rheino transito, usque ad Oceanum Gallias vastant. Idem an. 955. Conradus Dux Lothariensis, Dei & Imperatoris transfigit, ad Vngaros se conferens, eos in Lotharingiam usque ad Carbonariam siluam perduxit, & virtute Dei apud Lobias contra eos ostensâ vltre prodire prohibiti, impune redeunt. Conjurâ de his Miraeum in Chronicis, an. 955. & Fulcuini Chronicum Lobiense.

y) Initium est pralium ad Lycum flumen, an. 955. Vide Miraeum in Chronicis, & Siebertum anno sequenti.

z) Siebertus ait tres regulos eorum captos, suspensio perisse.

Y

C A

Auct.
ANONY-
MO, APVD
SYRIVM.

C A P V T X.

Relate Morzelam, inde Bruxellam reliquia.

30 **I**GITVR post tanta & talia regni flagitia rece-
dientibus paganis, B. Gudilæ corpus ad præscri-
ptum cœnobium, ab Danis iam in nihilum redactum,
rediit. Quod quamquam hostium irruptione suique
destructione vilesceret, beatæ tamen Virginis corpus
ibidem seruabatur, eaque reuerentia, quâ loci eiusdem
*Morzelam
bona in
cœnobio
infè occu-
pata.*

Judic. 17.
6.

*Corpus S.
Gudile
Carolo
Duci tra-
ditum.*

*Vtio in
sacrilegos.*

31 Post hæc Ottone II. tenente Imperium, Caro-
lus frater Lotharij Regis Francorum in regno Lotha-
riensi adeptus est Ducatum. Qui statum Imperij do-
lens perturbari multipliciter, ad melioranda negotia
multorum, animum aduerterit solerter. Vnde inter cetera
res ablatas Ecclesiæ Mortzeleni inuasorum parti-
bus nifus est subtrahere, & S. Gudilæ famulantibus re-
stituere. Sed quiuis scire potest facilè, quâm difficile
corrigitur, quæ in consuetudinem venerunt diuinâ
dilatione. Sua loco sancto volebat reddere industria
Caroli Ducis, sed obstat audacia perusoris, nec
Deum timentis, nec hominem reuerentis. Insurgunt
testes iniqui, & mentita est iniqüitas sibi: Hermenfridum
omnes sua partis clamant esse patris successorem,
& paterni boni heredem. Ducus autem prævalente po-
tentia, Hermenfridus suique complices amantes ter-
rena, paruipendentes cœlestia, inito consilio inuasas
terræ retinenterunt sibi, & pretiosam margaritam, omnibus
datis comparandam, corpus scilicet S. Gudilæ dant
bono negotiatori, Carolo videlicet glorioso Duci. O
miseros & miserandos omni modo, qui instar bruto-
rum animalium terram respicientes pectore prono, ac
ventri obedientes, non Deo, ipsi se indignos iudicant
tanto dono! Et sicut paternam rapacitatem eis heredi-
tate cessisse gauisi sunt, sic quasi æterno mucrone per-
fossi, paternæ necis exitum sibi contigisse tristati sunt.
Nam vniuersos eiusdem possessionis cohæredes, inau-
ditâ mirabilique nece notum est finiri ad extrema ve-
nientes.

32 Carolus verò Dux pro nihilo dicens damna ter-
rarum, felici commercio gaudet se cœlestem suscepisse
thesaurum. Quem cum debito honore in ecclesiam *Corpus S.*
S. Gaugerici Bruxellæ intulit, & quid sibi cessisset boni *Gudila*
gestiens probare oculis, temerè, quamvis deuotè, ape- *translatū*
ruit thecam Virginis: sed mirum dictu, ecclesiam to- *Bruxellæ:*
tam dæpendent nebula circumfundit, omnemque diur-
ni luminis adspicuum in nocturnas tenebras permu-
tans, oculos præsentium caligo retundit, atque sic pro-
videntia Dei omnes ab incepâ temeritate retraxit. Sa- *à Duce in-*
niori interim præscriptus Dux innitens consilio, se vñā *ffestum,*
cum aliquantâ fidelium plebe in contritione carnis ac
spiritus coarctauit triduo, vt quod faciendum incauta
persuasit temeritas, summa, quæ omnia vincit, impe-
traret humilitas. Et iam tertia dies illuxit, memoratus
que Princeps ad loculum beatæ Virginis cum Sac-
dotibus ac thymiamate accessit, aperuit, & quod desi-
derabat vidit, inuocatâque Dei maiestate reclusit, ac
sigillo signauit. Postea verò partem quandam villæ,
quæ vocatur Molenbecca, S. Gudilæ tradidit, & sex fa-
milias addidit, & alia complura altaris vestimenta
donauit. Illic non sine magnâ veneratione quieuit
vsque ad tempora Comitis Baldrici, nepotis Caroli
Ducis.

33 Millesimo quadragesimo septimo anno incar-
nationis Dominicæ, X V. indictione, *a* Damaso Apo-
stolicæ Sedi præsidēte Summo Pontifice, *b* Henrico II.
regnante, dedicatum est in monte Bruxellæ templum
c X VI. Calend. Decembri ad laudem nostri redem-
ptoris, in honore sancti Archangeli Michaëlis *d* Ge-
rardo Cameracensi Episcopo. Lambertus verò, qui &
Baldricus Comes, *e* Henrico fratri succedens, cuius
præsentiâ tunc cuncta extiterunt illi decenter ordina-
ta, eodem die illud corpus sanctissimum de ecclesiâ
S. Gaugerici cum Episcopo ceterisque sacris ordinibus *ad S. Mi-*
leauit, atque cum summo honore in ecclesiâ S. Mi-
chaëlis reposuit. *f* Et annuente in omnibus vxore suâ *laetum.*
Odâ, quæ fuit *f* Gozoloni Ducis filia, ad seruendum
Deo Sanctæque Gudilæ virgini, ibi Clericos consti-
tuit, & ad usus eorum ipsam ecclesiam cum decimis,
& alia plura legaliter contulit. Ibi nunc quoque ad
ostendenda gloriose Virginis merita, multa & magna
fiunt miracula. Hæc de Virgine pauca tantum è multis
in notitiam nostram venerunt, omisis proculdubio
plurimis, quæ nos præterierunt. Sed hæc nostra de Vir-
gine claudatur oratio, eiusdemque nobis aperiatur in-
tercessio, quæ me scribentem, & te, Christiane, respi-
ciat legentem, Amen.

a Baronius aliis putant non nisi sequente anno sedere capisse Damasum. In diplomate certè Lamberti Baldrici Comitti apud Mi-
lennum in Notitiâ Ecclesiæ Belgij manifestum esse mendum videtur,
dum dicitur, Aetum publicè Bruxellæ anno Dominicæ Incarna-
tionis **MLVII.** Indictione **xv.** Leone **ix.** in Apostolicâ Sede
præsidente Pontifice Summo, *c* Nam consecratu in Pontificem
est Leo Dominicâ primâ Quadragesima, **xxii. Februario** **MLIX.**

b Secundus erat eius nominis Imperator, Rex tertius. Quare in
cittato Baldrici diplomate habetur: regnante Henrico Imperato-
re tertio.

c Forte **xvii.** que fuit Dominicæ.

d Primo eius nominis, laudatissimo viro, qui **xiv. Martij** **MLIX.**

obit.

e Imò immediatè Ottoni, Henrici filio, qui annum in principatu

integrum non exegit.

f Alius Gozilo, & Gothilo dicitur, cognomento Magnus, Le-

sharingia superioris Dux.

DE

DE S. CYRO PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

CIRCA I
AN. CHR.
DCCXIV.
VIII. IA-
NUARI.

S.Cyrus
Episcopus
Constan-
tinopolita-
nus.

Inflinino
Rhino-
meto re-
cuperatio-
ne imperij
pradicis.

Erit Episco-
pus Con-
stantino-
politanus.

Vbi prius
habitavit.

CYRVM orthodoxum Constantinopolitanae Sedis Antifitem, ac religionis causam extorrem, publica reverentia celebrant hodie Graeci; in quorum Menseis hec deo VIII. Ianuarij leguntur: Eadem die, memoria S.P.N. Cyri, Archiepiscopi Constantinopoleos. Agitur eius synaxis, (sive commemoration) in venerando monasterio Choras, (id ubi situm sit infra n. 9. dicemus) & in magnâ ecclesiâ, die Dominicâ.

Tuam concinens carnem, Christe mi, Cyrus,
Carne solutus, tuo adstat throno.

2 Monachus hic ante in quadam iuxta Amastridem insulâ fuerat, aut etiam monachus prefectus. Eo verò tempore Iustinianus secundus, Constantini Pogonati pisiimi Imperatoris filius, quod puerili levitate & impotentiâ rempubl. pessimadaret, populari seditione electo ad imperium Leontio, huius iussu natus est mutilatus, ac Chersonam Taurica Chersonesij urbem relegatus anno Christi DCCXCV. Hinc ad Chaganum Regem Avarum profugit, eiusq; sororem aut certe filiam Theodoram duxit uxorem, & Phanagoria ad Bosporum Cimmerium sitâ vrbe, illo permittente, domicilium fixit. Sed cum Tiberius Abs-

marus (qui an. DCCXVIII. Leontio naribus truncauit & in monasterium intrusa, imperium occuparat) Chaganum ad tollendum de medio Iustinianum sollicitaret, neque abnueret barbarus; is ab uxore admonitus se pericolo tempestue subduxit, & ad Terbellum, sive Trebellum Bulgarorum Regem profectus, eius auxilio imperium anno DCCV. recuperauit: quod ita evenitum ei Cyrus prædixerat, exulem in Ponto aluerat.

3 Huius memor beneficij Augustus, cum in ceteros suos aduersarios cruentè sauiret, tum Callinicum Patriarcham, hereticum hominem, oculis prius eritis, Romanum relegauit, vt qui superbè anteā, quemadmodum Baronius tom. 8. ad an. 703. n. 2. animaduertit, in Romanum Pontificem caput extulerat, (quod in S. Sergij Papâ vîa ix. Septembr. plenius exponetur) ab eodem vita stipem humiliatus acciperet. Eius verò in locum, vt S. Nicephorus Constantinopolitanus scribit, Cyrum substituit, qui Amastride inclusus vivebat, ac de imperio recuperando, cum isthic adesset, prædixerat. Ioannes Zonaras tom. 3. Annal. Cyruum monachū quandam inclusum, qui ei regni recuperationem prædixerat, Patriarcham designauit. Georgius Cedrenus: Constantiopolis verò Cyrum, qui in insulâ Amastride inclusus fuerat, vt qui imperij tecuperationem prædictisset, Patriarcham constituit. At his omnibus antiquior Beda lib. de sex mundi statibus atque ex eo Marianus Scotus: Et dedit Episcopatum Cyro, qui erat Abbas in Ponto, eumque alebat exulem. Paulus Diaconus Rerum Româniar. lib. 18. Cyruumque Abbatem, qui eum in Ponto exulem aluerat, Episcopum in loco Gallinici constituit. Quo in editione Gruteri ita efferuntur lib. 20. Hist. Myscella, cap. 9. Et pro eo Cyrum, qui in insulâ fuerat inclusus Amastridis, tamquam eum qui prænuntiauerat sibi prioris restitucionem imperij, subrogatum prouexit.

4 Videtur ergo in quâpiam iuxta Amastridem insulâ monachis præfuisse. Est Amastris ad Pontum Euxinum ultra Parthenium flumen, vrbis Mariandenorum in Ponto, vt scribit Ptolemeus Tabulâ 1. Asia cap. 1. Plinius lib. 6. cap. 2. Paphlagonia tribuit, aitq; olim Selamum dictam. Que verò ea sit insula, in quâ sancti viri cœnobium fuit, non produnt auctores citati. Insulas, que Erythini, sive Erythini, aut Erythrii scopuli dicuntur, quidam iuxta Heracleam, alijs iuxta Amastridem locant: an in harum alterâ ei sedes fuit? an ea Trogessos dicta? Nicephori Chronicon hac habet: LXIX. Cyrus Presbyter & monachus, ex Trogeslo Amastridos, annis 6. expulsus à Philippico. Quo tempore ad Cyrum reuerit Iustinianus non constat. Fortassis ed delatus est cum Chersonam deportaretur, aut cum Chersonâ profugit, priusquam Chagano se crederet.

Tom. L

5 Que in Episcopatu Cyrus gefit, non sunt prodita litteris. Verisimile est strenuè Monotheistarum heresim oppugnasse, & que ad quintam & sextam Synodus impij Callinici fraude fuerant assuta; confutasse, atque eius rei gratia auctorem dein de fuisse Iustinianus vt Constantinum Papam accerseret Constantiopolim, cultu auctoritate omnis coram sopiratur de fide inuitatur controuersia. Iturus ergo ad Imperatorem sanctissimum Pontificem, Româ discessit v. Octobris, Indict. ix. sive an. Christi DCX. in Constantinopolim: Dum vero Hydranti moras faceret, inquit Anastasius Bibliothecarius in Constantino, eod quod hiems erat, illuc suscepit sigillum Imperiale per Theophanum regionarium, cōtinens ita, vt vbi denominatus contingret Pontifex, omnes Iudices ita eum honorifice suscipiant, quasi ipsum præsentialiter Imperatorem viderent. Vnde egressi, partes Græciæ contingentes in insulâ quæ dicitur Cea (Ptolemao Cia, alius Ceos, in Aegeo mari, ab Eubœa quondam auulsa, teste Plinio lib. 4. cap. 12.) occurrit; Theophilus Patricius & Strategus Carauilianorum, honorifice cum summô honore eum suscepit, & amplectens, vt suscipitur iussio continebat, iter absoluit peragere cœptum. A Tiberio, quo loco navigantes venerunt à 7. milliariorum Constantinopolim. Vbi egressus Tiberius Imperator filius Iustini Augusti cum Patriciis & omnibus Inclitis (Baronius legit, & omni Synteto, sive Senatu) & Cyrus Patriarcha cum Clero & populi multitudine, omnes lætantes & diem festum agentes, &c.

6 Deinceps verò de Iustiniani quoque nocturus subdit: Dominus autē Iustinianus Imperator audiens eius aduentum, magno repletus gaudio, à Nicæa Birthynæ misit Sacram gratiarum actione plenam; & vt debuisset Pō- precipue à tifex occurreret Nicomediam, & ipse ventire à Nicæa: Iustiniano quod & factum est. In die autem quâ se vicissim videāt, Augustus Christianissimus cum regno in capite se prostravit, pedes osculans Pontificis. Deinde in amplexum mutuam cotuerunt: & facta est lætitia magna in populo, omnibus aspicientibus tantam humilitatem boni Principis. Die verò Dominico Missas Imperatori fecit: & communicans Principe ab eius manibus, proque suis delictis vt deprecaretur Pontificem postulans, omnia priuilegia Ecclesiæ renouauit, atque Sanctissimum Papam ad propria reuertit absoluuit. Hac eadem Beda breuiter, & Paulus Diaconus. Redit verò Cyrus coniicit Raderus, omnia hac pisiimi Patriarche gesta esse consilio, cui Imperator præsentim in sacris plurimum tribueret.

7 Que præterea isthic gesta sint, colligi potest ex iis qua idem Anastasius in Gregorio II. Constantini successore scribit: Deinde ad Diaconatus ordinem prouectus est: & cum Quid iste vito sancto Constantino Pōtifice ad regiam profectus hinc gerit Papa. est urbem, atque à Iustiniano Principe inquisitus de quibusdam Capitulis, optimâ respōsione viam quamque soluit quæstionem, &c. Præcipue ad additum Callinici operâ ad 5. & 6. Synodum capitulâ actum fuisse apparet, vt in Sergio ix. Septembr. & in Gregorio II. xiiii. Februa. dicemus. Cum verò immanem de Chersonesib⁹ capisset exigere vindictam Imperator, nouoq; mīso exercitu delere funditus Chersonem, civeq; sine discrimine perdere statuisset; conatus est Constantinus Pontifex eum à cruenter istiusmodi & periculis consiliis reuocare. Ita Paulus Diaconus antea citatus: Qui cum exercitum in Ponto mitteret ad comprehendendum Philippicum, quem ibi telegauerat; multum eum idem venerabilis Papa prohibuit, ne hoc facere deberet: sed tamen inhibere non potuit. Idem refert Beda de sex atdibus.

8 Egressus igitur à Nicomedia ciuitate, inquit Anastasius, crebris valetudinibus Pontifex attritus, tandem Redit Redit mam. hospitatem Deo tribuente incolmis ad portum Caietæ peruenit, vbi Sacerdotes & maximam populi Ro-

Y y 2 mani

Ex v- mani reperit multitudinem, ac xxiv. die mensis Octobr.
R. I. S. Indicte. x. (anno nimurum Christi DCCXI.) Romanum in-
 gressus est: & omnis populus exultauit atque laetus
 est. Post menses autem tres lugubre nuntium personuit,
 quod Iustinianus Christianissimus & orthodoxus Im-
 perator trucidatus, & Philippicus haereticus in Impe-
 riali promotus est arce. Hac Anastasius. Ut se hac habuerint,
 pluribus narrant antea citati Nicephorus, Zonaras, Cedrenus,
 &c. Qui ad excendam Chersonem missus erat Maurus Pa-
 tricius, cum eam Chazarorum praesidio munitam reperisset, &
 neque obfisionem urgere posset, nec redire ad Imperatorem au-
 deret, cum Chersoniti confirens, Bardanum exuleni Impera-
 torem proclamat, quem mutato nomine Philippicum appellat.
 Hic deinde Iustinianum Imperatorem, orthodoxum quidem, sed
 nimium severum atque immitem, obruncat, filiumque eius Ti-
 berium. Gestae sunt sub exitum anni DCCXI. vel initium
 DCCXII.

Pellitur
Cyrus. **9.** Quid Cyro Patriarcha tunc factum sit, citati tradunt
 auctores. Zonaras: Cyrum Patriarcham Ecclesiam, quam
 per sex annos tenuerat, exegit, & Ioannem alessorem
 suum in ea collocavit. Consentit Cedrenus. Miscella lib. 20.
 cap. 20. Reperit autem Philippicus sui sensus Ioannem,
 quem Episcopum Constantinopolitano fecit, deposito
 Cyro Praesule, quem & exilio relegauit in monasterio
 Choras. Petavius in Notis ad Nicephorum, in Theophane ha-

beritradit, ev. τοῦ τῆς Αὐτοῦ πονησηῖω, sed restituendam
 χρόνας. Hoc ipsum est monasterium, quod in Menais σεβασμίᾳ
 μεριν τῆς χώρας appellatur. Vbi id situm fuerit exponit, qui
 tum viuebat, Venerabilis Beda: Hic eiecit Cyrum de Pon-
 tificatu, eumque, ad gubernandum Abbatis inre
 monasterium suum, Pontum redire præcepit. Idem ha-
 bet Marianus Scotus, & Paulus Diaconus. Hinc porro coniuci
 potest, qua crudeliter à Iustiniano acta fuerant, ea Cyro fuisse
 semper improbata: facile alioquin aliqua ei hinc constata fuis-
 set inuidia; nec temperasset ab eo manus cruentus Bardaves.

10. Quamdiu superstes fuerit Cyrus, non constat. Coniuci
 potest haudquaquam ad annum DCCXV. supervixisse: eo enim Quando
 anno Artemius Anastasius orthodoxus Imperator, Ioanne bare-
 tico electo, S. Germanum Episcopum Cyzico Constantinopo-
 lim transtulit; quem eodem quo Cyrum tempore, eademq; ob
 caussam Sede suā deturbatum, ex Theophane tradit. Petavius
 in notis ad Nicephorum. At si vixisset Cyrus, neque Artemius
 eius Cathedram alteri tradidisset, neque admisisset sanctissimus
 vir Germanus, qui eius sine viuere mortuus debebat in dipytha
 nomen referre. De Germano agemus XI. Maij.

11. Temere omnino Antonius Demochares de diuino Missa Correctus
 sacrificio cap. 10. Cyrum haereticum vocat, qui, ut vidimus, Demochar-
 ab heretico Imperatore redactus in ordinem est, ut heretico sub-
 rogato orthodoxa religio posse labefactari.

DE S. PEGA, SIVE PEGIA, VIRGINE IN ANGLIA.

POST AN. I **S**ANCTISSIMI Eremita Guthlaci (de quo
 DCCXVII. XI. April.) soror fuit S. Pega, qua hodie migrauit in
 VIII. IA- calum, de quā Hugo Menardus in Martyrologio Bene-
 N V A R I I. dicēt: Romæ depositio S. Pegæ Virginis, sororis
 S. Pega so- S. Guthlaci. Hanc Guthlacus, qui eo loco anachoriticam vi-
 rū
 G u t h l a c i : tam degebat, ubi post eius mortem celebrissimum constructum
 Monasterium est Croylandense, sive Crawlandense, in
 eius corpus suum venire conjectum non patiebatur: voluit tamen, ubi vi-
 insoluuit, tā functus esset, corpus suum ab eā inuoluī syndone ac sepeliri.

2. Translaatis autem, inquit Felix Croylandensis in Guth-
 laci vitâ, sepulturæ eius bis senis mensum orbibus, im-
 misit in animum sororis ipsius, ut fraternum corpus
 alio sepulchro reconderet. Aggregatis ergo fratribus,
 Presbyterisque, nec non & aliis Ecclesiasticis gradibus,
 die exitus ipsius aperientes sepulchrum inuenie-
 runt totum corpus integrum, quasi adhuc viueret, &
 lentis artuum flexibus multò potius dormienti quam
 iterum mortuo similius videbatur. Sed & vestimenta omnia,
 post annū, adhuc incorrupta, inuolutum erat, intemerata, verū etiam anti-
 quā novitate & pristino candore splendebant. Quod
 cùm qui intererant prospexerunt, statim stupefacti tre-
 mentes steterunt, adeò ut vix fari potuissent, vix mira-
 culum intueri auderent, & vix ipsi quid agerent nos-
 sent. Quod cùm Christi famula Pega perspexit, spiri-
 tuali gaudio repleta, sacram corpus cum diuinarum
 laudum venerantiâ in syndone, quam eo viuente
 Ecgbrecht anachoreta in officium mittebat, reuoluit.
 Sed & sarcophagum non solum humum terræ condi-
 dit, imd etiam memoriale quoddam posuit, &c. Order-
 icus lib. 4. sarcophagum super terram quasi quoddam
 memoriale posuit.

**vbi vi-
 verit.** **3.** Ipsane quoque eremiticam vitam Pega egerit, haud com-
 peri. Cambdenus in Coritanis, de Wellando flumine agens,
 ita scribit: Post pauca hinc millaria Wellandus de-
 fluens per Maxey castrum quondam Baronum de
 VVake, & Peag-kirke, ubi in primituâ Anglorum Ec-
 clesiâ Pega femina sancta, quæ nomen loco reliquit,
 S. Guthlaci soror, cum sacris Virginibus pietatis & ca-
 ritatis documenta vitâ & exemplo præbuit, paludes
 quas sèpè dixi, accedit. Situm est Peag-kirke, sive Pea-
 kirck, aut Pekirck, id est Pegæ Ecclesia, in Northamptonia

Comitatu. Abbatia quondam virorum fuit, Pegelandia di- Pegelandie
 et. Sed Hardcanuti Regis tempore, fundum eius ac monaste- monaste-
 rium sibi Petroburgenis Abbas, corruptè pecunia judicibus, vin- rium.
 dicauit: mox varij nobilis plurima, que maiores sui eidem loco
 donarant, bona inuaserūt, Vulgato Abbate & monachis cru-
 deliter exturbati, quos Croylandiam deinde S. Eduardus Con-
 fessor transtulit, ut pluribus in Croylandensi historiâ deducit
 Ingulphus, ubi sèpè S. Pegæ meminist. Vidimus MS. Diploma
 VVulferi Regis, datum an. DCLXIV. in quo cùm alia plurima
 loca largitur monasterio Petroburgeni, sum Peikirke quoque.
 Vnde suspicari licet; aut versus loci nomen à librario omissum,
 dum diploma transscrifit, expressumq; recentius; aut quedam
 adiecta diplomati, non bona fide: nam ante S. Pegam natam
 obierat VVulferus.

4. Videatur aliquamdiu in Croylandensi insulâ post
 S. Guthlaci obitum habitasse S. Pega, ut patet ex iis qua ex
 Felice Ordericus refert, de quodam caco, qui tādem cum fide
 Crolandiam perductus, colloquium Virginis Christi In Croyla-
 Pegæ appetiit: cuius permisso intra oratorium ad cor- deni insi-
 tur S. Pe-
 pus sanctum recubuit. Illa vèr partem glutinam salis
 à sancto viro antè consecratam in aquam rasit, & inde ga:
 aquam inter palpebras cæci guttatim stillauit. Ad ta-
 cēm primæ guttæ oculis lumen redditum est, &c.

5. De eius morte ita scribit idem Ordericus Vitalis lib. 4.
 Tunc temporis (sub S. Eduardo Confessore) Pegelandæ
 cœnobium erat, cui nobilis vir Wlfgeatus Abbas præ-
 erat. Illic enim S. Pega soror S. Guthlaci diu Domino
 militauerat. Quæ postquam venerandus frater defun-
 ctus est, austeriori labore vitam suam pro amore Chri-
 sti examinare satis conata est. Vnde Romam adiit, san-
 ctorum Apostolorum limina supplex pro se suisque re-
 quisivit, ibique vt. Idus Ianuarij gloriouse vitam fini-
 uit. In ecclesiâ, quæ ibidem in honore eius à fidelibus
 condita est, tumulata quiescit, multisq; virtutibus
 his, qui fideliter eam deposcent, piè succurrente vene-
 randa nitescit. Ecclesiam illam S. Pegæ arbitror aut vetu-
 state aut quo alio casu collapsam, nec omnino memoriam modi
 Roma extare; alioquin esset eius nomen in Romani Martyro-
 gij tabulas relatum.

6. Plura de eâ Ingulphus in historiâ Croylandensi sub ini-
 tium: Sancta vèr Pega, inquit, soror præfati sancti Pa-
 tris

<sup>à morte
 claret mi-
 raculis.</sup>

tris Nostri Guthlaci citè pòst primi anni revolutione, ab obitu eiusdem, relicto priùs ibidem in manibus Kēnulphi Abbatis flagello S. Bartholomaei, & psalterio fratris sui, cum nonnullis aliis reliquiis, ad cellam suam nauigio remeauit, ab oratorio prænominati fratris sui per quatuor leucas in Occidentalì plagā distatē. Vbi completo biennio, & tribus mensibus in lugubri lamentatione, ad Apostolorum Petri & Pauli limina, in frigore & abstinentiā multā peregrè profecta est. Cumque ciuitatem Romanam ingredereetur, omnium signorum classicum repentinum personans, per spatium vnius horæ sanctitatis eius meritum vniuersis ciuibus indicauit, vbi diuino seruitio mancipata, in timore Domini dies suos demum compleuit; ac eius sacro corpore terfæ illic inter multa alia Romana statuaria

et Romam intrante, campana sponte sonante. Moritur & sepelitur Rōma.

commendato, spiritus eius de præsentis vitæ labore ad Ex vā: eternam requiem ascendit. RIIS.

7 Obiit S. Guthlacus an. DCCXIV. (non DCCXV. vt scribit Ordericus) Indict. XII: III. ID. April. feriæ IV. post Pascha, quod eo anno in VIII. Aprilis incidit. Pega an. DCCXVII. exeuente Romam abiit: quam diu isthic superstes fuerit non constat. Eius meminit Nicolaus Harpsfeldius sac. 8. cap. 19. & Florentius V Vigornien. ad an. DCCXIV. Alia ab hac videtur S. Bega, quæ vulgo S. Bees appellatur, à quæ Cumbrie promontorium S. Bees-head dicitur. Bega enim, inquit Cam. S. Bega bdenus, virgo Hibernica pia & religiosa vitam illuc so-virgo 6: litariam egit, cuius sanctitati miracula ascribuntur de Sept. taurō curato, & copiosissimā niue, quæ solstitiali die, illà precente, valles & montium summitates altè intexerat. De eā agemus VI. Septemb.

DE SANCTIS EPISCOPIS ERARDO ET ALBERTO.

S E C U L O I
VIII. **A** GITVR S. Erhardi natalis VI. Idus Ianuarij, eiusq[ue] plura Martyrologia meminerunt, Coloniense, & Viola SS. Eodem die S. Erhardi Episcopi & Confessoris Ratisponensis. *Martyrologium S. Mariae Vlnatalis.* ante 500. annos exaratum: Ratisbonæ S. Erhardi Episcopi. Consentient Ferrarius, Hugo Menardus in *Martyrologio Benedictino*, & Molanus in Addit. ad Vuardum, qui quodd eum in primâ editione Episcopum Ratisbonensem appellarat, visus est postea retractasse. At Carthusiani Colon. in Addit. ad Vuardum, Episcopum queque Ratisbonensem faciunt; vii & *Martyrologium Germanicum*, in quo hac leguntur: Item S. Erhardi Episcopi Ratisbonensis, qui gene-re Scotus, ac Treuirensis Antistes, inde in Bavariam venit, ibique Euangelium prædicauit: Octiliam à nativitate cœcam baptizauit, visumque ei impetravit; ac tandem, vt diu exoptārat, ad Dominum migravit, & miraculis coruscat. Eius meminere alia complura recentiora *Martyrologia*. Galeſnius: In Germaniâ S. Erharti: is à puer litteris deditus, in doctrinâ admirabiliter progressus, vitæ etiam innocentia præluxit. Euangelij propagandi studio flagrans, in Germaniam prouinciam venit; vbi homines, qui Rheni ripam incolút, ad Christi fidem perduxit: deinde in Baueriam profectus, & prædicatione & virtutum exemplo, Christianam etiam religionem disseminauit. Quibus meritis, & aliarum admirandarum rerum laude cumulatus, obdormiuit in Domino.

2 ix. Ianuarij S. Erardi natalem refert ms. Florarium his verbis: Ratisponæ in Bauariâ Erardi, alias Nerardi, Episcopi & Confessoris. Hic natione Scotus, & Presbyter effectus, prouinciam Bauariæ prædicandi gratiâ ascendit, & Episcopus Ratisponensis effectus est. Tunc ex iussu diuinæ vocis S. Odiliam cœcam à nativitate baptizauit, qua statim visum recepit. *Daniel Camerarius* ix. Februarij, & XIV. Aprilis eum habet, & hic Eberhardtum, vel Erchardum, monasterio præpositum, appellat. *Ast*

VIII. Octobris agitur eius translationis memoria. *Martyrol. Coloniense*: Item translatio S. Erhardi Episcopi & Confessoris. Eius eodem die meminere Carthusiani Colonenses in Addit. ad Vuardum, *Martyrolog. Germanicum*, ms. Flora-rium. Modò Erardus, alias Erhardus, Erchardus, Erehardus, Nerardus, Errardus, Arionardus appellatur.

3 Vitam S. Erardi triplicem damus. Prioras duas nobis-cum communicauit Ioannes Gamanus Societas nostra Sa-cerdos, eruditus cum primis & sacrarum antiquitatum curio-sus indagator. Prima è duobus vetustis codicibus descripta erat, altera ex alio antiquiore. Illa titulum hunc preferebat: Vita S. Erhardi Ratisponensis Episcopi, auctore quodam Paulo, viro religioso, eius ferrè contemporaneo. Sed cum non solum S. Wolfgangi, sed & S. Leonis IX. Pape Tom. I.

meminerit, certum est circiter 300. aut etiam 400. annis. S. Erardo iuniorem esse. Indicat ipse etatem suam auctor, cum & Heilikæ monasterij inferioris Ratisbonæ Antistita rogatu se eam vitam scriptisse testatur, & quadam ab iis se didicisse scribit, qui S. V Wolfgangum, & Kunegundem Virginem no-uerant; vnde consicitur, cum sub finem undecimi seculi floruisse. Suspicetur quispiam Paulum esse Bernriedensem illum, qui B. Gregorij VII. & B. Herluce vitas scripsit, à Gretsego nostro pridem editas: certè neque etate malium, neque stylo discrepant. Altera ferè ex hac contracta, auctore anonymo.

4 Tertiam scriptit Conradus à Monte puellarum, ex Recto-re studij Viennensis Canonicus Ecclesia Cathedralis Ratisbonen-sis, qui floruit non circa annum MCCCXC. vt in postremâ Bi-bliotheca Gefneri editione, & in Possevini Apparatu habetur; sed circa an. MCCCXI. cum, vt iidem Gefnerus & Possevinus scribunt, Oeconomicam, grande & nobile opus, dicârunt Lupoldo, siue Leopoldo, Bambergensi Episcopo, qui traditur ob-iisse an. MCCCXL. Hanc vitam ex veteri codice canonib[us] S. Mag-ni Canoniconum regularium ordinis S. Augustini ad pedem Pontu Ratisponæ, descripsit & ad Heribertum Rosviedum ante Celebris annos complures misit Stephanus Vitus noster, & lectiones ve-moria teris ac noui Breuiarij Ecclesiæ Augustana, quas subiectemus; testatus, in omnibus ferme Ecclesiæ Germaniæ, quotannis in of-ficio diuino agi huius Diui memoriam.

5 Erhardo Albertum, siue Adelbertum, fratrem aut certè peregrinationis comitem iungimus; quod esti eius ignore-B. Alberti mus natalem, Sanctum tamen habitum cultumq[ue] non dubite-sanditas, mus, vel ipso id calitus præcipiente Erhardo, vt tradit Conradus cap. 3. num. 13. & Sanctum appellat V Viguleus Hun-dius, Beatum Raderus & Braunerius; atque hic de vtroque fratre hoc scribit: Per hæc ipsa tempora (circa an. DCCLIV.) Erardus & Albertus magnis Boicam virtutibus irra-diarunt. Fratres fuisse, & in Hiberniâ natos accepimus, etiæ de vtroque aliis aliter visum. Id constat, illum Episcopatus Ardahadensis, hunc Cassellensis honore & onore sponte posito, peregrinari institisse. Roma pri-mùm religionis nostræ arx adita: Treuiros inde di-gressi apud Hyldolphum fratrem suum, eiusdem urbis Episcopum tamdiu hæsere, donec eo fatis functo, vel monasticen amplexo (ytrūque enim traditur) omnium animos oculosque in se conuersos animaduerterunt. Ergo iterum ad suas artes & prima consilia versi, immi-nentes capitii suo mitras, & exoslos honores fugâ decli-narunt; & Erardus quidem Reginoburgi substatit, Al-bertus longius abruptus, loca nascentis Dei lacrymis, & morientis sanguine sparsa venerabūdus obiit, septē sociis comitatus, ex quibus Guillipatricium in Palæti-nâ sepeliuit: Salisburgum reuerso mors Ioannæ etiam abiulit; Reginoburgi denique etiam de Erardi fatu cognoscit: quo nuntio vehementer commotus, inun-dare tumulum lacrymis non desit, donec, pro magno

Y y 3 mune-

Transla-tio.

Nomen variè ex-pressum.

Vita tri-plex:

I

E X V A -
R I S . munere, è vitâ missionem impetravit, exiguo ab Erardo intercallo conditus. Erardi fama tum admirandis rebus plurimis, tum maximè Otiliæ, quam cœcam natam tolli educarique pater veterat, lucis aspiciendæ facultate impetratâ, inclaruit. Hec ille, quibus consentanea scribit Hundius.

**Cuius
verque
fuerit.**

6 Tria de iis controversa sunt, quod orti gente, quas rexerint Ecclesiæ, quâ vixerint etate. Traditur eorum frater fuisse Hildulphus, sive Hildulphus, Treuirorum Episcopus, de quo xi. Iulij. Hunc Braverus lib. 7. Annal. fide vita m.s. claro Noricorum genere ortum scribit. Nos quoque eiusdem vita geminum nati sumu exemplar; in altero, quod est Monasterij S. Maximini Treuiris, dicitur Nerviorum claro ortus gente dicuntur; in altero, quod est collegij Paderbornensis Societatis 1. E.S.V., Nierniorum, fortè legendum, Luerniorum, sive Iberniorum. Hundius quoque ex Iberniâ Scotos agnoscit. Raderus explicatus, tom. 1. Bauaria sancta: Ferunt alij S. Erhardum & Hildulphum Albertumque ex nobili Boiorum creatos sanguine, alij Nervios, alij Noricos qui cum Boii iidem sunt, alij domo Scotos fuisse tradunt, quod M. Velsero placet. Et legi in m.s. codice Montis, S. Erhardum Scotum appellari. ac post paucâ: S. Hildulphum non ponio, quod dubia fide scribatur Bonis, eti Auentinus Boium affirmatè tradat. De Alberto verd: Et hic è Scotiæ tenebris in Germaniæ lucem prodiit. In Animaduersionib[us] ad volumen 1. post volumen 3. editi, rursum afferit Erardo patriam fuisse Iberniæ; Hildulphum verd eius germanum fratrem natu minimum, mendosè à nonnullis Boium appellari. Postea tamen subdit, prodidisse nuper in Galliâ vitam S. Hildulphi, vbi disertè in Bauariâ natus affirmatur; sed id certum non esse. Christopherus quoque Phreislebius S. Erhardum natione Scotum fuisse scribit. Ex his liquet, probabilius videri, sanctos hos Antistites ex Hiberniâ, sive Scottiæ veteri oriundos; id tamen non esse omnino indubitatum. Sed quid sibi illud vult, quod in priore vitâ, & veteri Breuiario Ecclesiæ Augustana, dicitur Erardus Narbonensis gentilitate, Nervius ciuitate, genere Scotticus? An in Galliâ Narbonensi Hibernis parentibus natu! an parente vel ytroque, vel altero saltē, è Galliâ oriundo genius in Hiberniâ. Initia enim è atate Gallos inter atque Hibernos, seu Scotos, sapius communia fuere, vt ix. April. de S. VV. Valdestrude, eiusq[ue] coniuge S. Vincentio Madelgario xv. Iulij dicemus. Quod ciuitate Nervius appellatur, videtur apud Nervios Gallia Belgica populos vel litteris insitutus, vel in Clerum fortassis ascitus; unde Hildulphus Nervius habitus sit. Secunda vita ab anonymo scripta, non Scottum, sed Gotum è Galliâ Narbonensi afferit. Recte Hundius: Propter antiquitatem temporum, ac scriptorum penuriam, illorumque discordantiam vix aliquid certi tradi potest.

7 Erardum atque Albertum Reginoburgenses Episcopos fidenter afferit Auentinus. De Erardo suffragantur aliquot anteâ citata Martyrologia, atque auctor libri qui Panis quotidianus inscribitur. Negant Hundius, Raderus, alij. Longius abesse à vero videtur quod Auctor 2. vite, Martyrologium Germanicum, Phreislebius tradunt, Treuirensim quoque Antistitem fuisse. Hundius, Raderus, Brauerus, Ardakademsem, sive Ardahadensem Episcopum fuisse Erardum, Albertum Cassensem exsistunt. Est Ardaka, sive Ardaha, vel Ardraha, vulgo Ardaghi vrbis Hibernia Episcopalis, sub Archiepiscopo Armacano, in Comitatu Longfordensi, hanc procul à Lacu Regio, sive Rigio, quem Sinus fluvius efficit, ad Septemtrionem occidentalem Media. Casselia verd, sive Cassilia, vrbis est Momonia, in Comitatu Tipperariensi hanc procul à laua Svvirii, sive Sevveri, nobilis fluvij ripâ, nunc Archiepiscopali. An vere earum Sedium hi sancti viri fuerint Antistites, an solùm consecrati, vt exterius populus, ad quos conuertendos profecti erant, præsentius auxilium afferent; haud habemus prouinciare. Hoc enim aut moribus illud S. Hildulphi eorum germani facto consentaneum. Si antequam S. Bonifacius in Baieriam veniret, hi vixerent, non esset abs re sufficiari, Erardum multa Episcopalia Reginoburgi exercuisse, veluti aduentitium, non proprium eius Sedis Episcopum.

8 Difficilior de eorum etate questio est, quamq[ue] decidere nos hic nequaquam posse fatemur. Breuiter discrepantes aliquot chronologicos characteres proponemus, eos accuratius in Hildulpho, si lux interea certior affulserit, discussuri. Ac primùm Conradi à Monte puellarum (qui ne- Quando gligentius chronologiam, vt inf. à patebit, expendit,) haud vixerint.

magni facimus auctoritatem. Quamq[ue] vtraque prior vita, & ut diximus, Braunerus quoque sub Pipino Rege floruisse scribat, vti & Brauerus, qui Hildulphum circa an. DCCCLXXIX. mortuum ait. Phreislebius vult Constantini VI. tempore Erhardum litteris institutum. Illud ab omnibus traditur, S. Otiliam à S. Erardo baptizatam & illuminatam; & S. Hildulphum eius fuisse vel fratrem, vel saltem aequalē. Ex utriusque etate statui de Erardo potest. S. Otilia filia fuit Adalrici Eticoniæ, sive Attonis, qui filius dicitur fuisse Leudefisi filij Erchenaldoi. Obiit Erchenaldo circiter an. DCLX. filius eius Leudefus, qui & Leuthericus, anno DCLXVII. post mortem Childerici Regis fit Major domus, ac paullo post ab Ebroino perfidè trucidatur. Athicus, sive Adalricus, eius filius, regnante Childerico uxorem duxerat Bersvindam, filiam sororis S. Leodegaris, sororem Regina. Ob Odilia pa-

hanc causam consanguinitatis, vt dicitur in fragmento rentes. historico auctoris incerti, prefijo Alberti Argentinensis chronico, relatio ab Andrea du Chesne tom. 1. scriptorum historia Francæ, à præfato Rege Ducatum Germania adcepitus est, habuitque sedem in villâ regiâ Ehenheim, & in castro quid Hohemburg nominatur: genuitque filiam à nativitate cœcam, nomine Odiliam, quæ à S. Herhar-do Ratisponensi Episcopo, & Hildolfo Treuerensi baptizata, in sacro fonte visum recepit. Hinc patet ad Pippini Regis & Caroli Magni tempora non posse hanc baptizata Odilia histriam referri. Vitam eius dabimus XIIII. Decembri.

9 In duobus MSS. codicibus Treuirensi & Paderbornensi, antè citatis, dicitur S. Hildulphus Episcopus Treuirensis factus, Quando vixerit S. Ansigiso filio S. Arnulphi publicis uilitatibus inuigilante; mortuus verd an. DCCVII. v. Id. Iulij, tempore Iustiniani Hildulphus. iunioris. Quæ verd de eius in administratione Mediani monasterij successibus, eius vita scriptor resert, eamdem planè etatē confirmant. In vitâ quoque S. Deodati Episcopi Niuenensis apud Surium xix. Iunij, dicitur S. Hildulphus ei per familiaris fuisse, eti superauixisse annis XXVIII. obiisse verd Deodatus an. DCLXXX. xiii. Kal. Iulij, die Dominicâ, Indict. 7. In vitâ S. Florentij Episcopi Argentinensis VII. Nouembr. apud Surium (et consentit Guillmannus in bistoriâ Episcoporum Argentinensium) dicuntur Arbogastus, Florentius, Hildulphus, tempore Dagoberti Regis è Scottiâ venisse.

10 In contrarium partem facit, quod in eadem m.s. vita dicitur VVeomodus S. Hildulpho in eremum abeundi successisse. At constat, teste VVandelberto in vitâ S. Goaris apud Surium vi. Iulij, VVeomadum sedijs tempore Caroli Magni, quando ei cum Assuero Prumiensi Abbe controvenerat fuit de Cellâ S. Goaris. At si ab anno D.C. XXIX. aut circiter sedisse volamus, ergo expleuerit annos minimum xc. in Episcopatu. Deinde testatur S. Ludgerus in epistola ad Rixfridum Ultraicensem Episcopum, quam I. Martij dabimus, Stephanum II. (sive III. vt infrâ dicemus,) cum in Galliam venisset an. 754. commisisse vices suas ad experiendum actus, virtutes, & gesta ac miracula S. Sviberti ad canonizandum vice ipsius Sanctum præfatum Svibertum, venerabilibus Patribus & Pontificibus, Sancto scilicet Hildolpho Treuirorum, Bonifacio Maguntinorum Archiepiscopis, Fulchario Leodiensi Episcopo, & præcipue Hildegero Coloniensi Archiepiscopo, &c. Erit fortassis qui duos suspicetur fuisse Hildulphos, priorem qui in Vosago seculo Christiano septimo, alterum qui Treuiria seculo octavo Archiepiscopus vixerit, & fortassis etiam reliquo Episcopatu anchoreticam sit deinde vitam complexus.

VITA
AVCTORE PAVLLO, VEL PAVLVLO.
è veteri M S. eruta à Ioan. Gamansio Soc. IESV.
PROLOGVS.

INTEBR lilia virtutum pascenti choris Virginum Dominae ac Matris Heilikæ, prærogatiæ famosæ, tum virginis castitatis, tum titulo nobilitatis, Paulus, vel potius Paululus, seruorum Christi seruulus, quod Matri & Dominae seruus & filius.

2 Attentare iubes, ô Mater beatissima, & Virgo virginis exemplar decoris, ut de B. Erhardi Patris existimis virtutibus, quasi aliquod poculum propinem desideranter sicutientibus, tem prorsus veneratione dignissimam, sed ausu duram. Obcaecatus enim vitiis, de lumenosâ virtute scribere necscit, nec satis studeti possibile, nec discenti credibile. At dum imperantis personâ considero, nec negare quod iniungis audeo, nec vtile censeo; maximè cùm & honesta res sit quæ postulatur, & pia voluntas, quæ cohortatur. Et quis pia volenti nō obtemperet? Nam pia volenti nō præbere consensem, meâ sententiâ, dissentire est à virtute. At qui dissentit à virtutibus, necessariò consentit vitiis. Quapropter, ne aut piæ voluntati non obtemperans, aut non deuotus, vel maximè contrarius iudicer, postposito pudore ignorantia, quamquam vires ultra meas, pensum tamē reddere conor obedientiæ, adhortantibus me tuis etiam virtutibus, quibus carne domitâ, valentior abundant in te spiritus.

3 Omissis enim, quæ cōmunia possides cum omnibus melioribus b̄stilis, ieiuniis, vigiliis, & orationibus, quis in profectu tantæ tamquæ dignæ tuæ ætatis non admiretur, & amet, & veneretur seruatum in te sigillum virginis castitatis? Quod quantæ sit dignitatis ac meriti, fatis pro exemplo nobis est diuina Virginis Matris sublimitas; quæ spretis illecebris carnalibus, castitatis virtutibus ascensum merebatur superiorem Angelicis spiritibus. Et meritò: nam, ut ait quidam non minimæ auctoritatis, Angelum castum esse, naturæ est; Angelicam promereri castitatem, virtutis. At ne parua videatur tuæ castitatis auctoritas, quot digna Deo habitacula tuæ commonitionis adhortatione præparasti? quæ fundamenta humilitatem ponentia, augmentum castitatis, summum virtutis, summam non suppleuere caritatem. Et si dicendum est verius, quot capitum sunt, tot præter communes singularum etiam sunt virtutum. Quæ enim tantam vitam numerosâ congregatio sancti virginis chori non Argeis oculis rimatur plenitudinem scientiæ? quæ non domito corporis ergastulo perfectionem iam luctatur continentia? quæ non mundialibus mortuæ desideriis, odiosæ carnalibus illecebris, iure naturæ domito, tuas virtutes iure possiderent hereditario, quas rore lactationis tuæ maternæ imbiberunt, & per quas è visceribus eruditio tuæ creuerunt? Sed quicquid illud est pro laude tuâ, verumtamen non parùm argumenti improbabilis res est, tantus à Deo dignatus tuæ maternitatis fructus, meruisse te benedictionem, quæ promissa est his, qui non aliquando desinent facere fructum. Nam quis tuæ inhabitacioni gradus deesset, quasi verò parua sit auctoritatis mundum abnegasse. Sunt apud te, quæ viua mortuæ, vitam etiam abnegauerunt, vt non tamen abundes cœnobitis, sed auctoriosius fructifices eremitis, quæ in animâ meruerunt promissum. Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. Iubes ut scribam de talibus? Scribo. At si hæc displicent, displiceā & illa, quæ iubes, ut scribam. Verūm ut deuotione det

fendar contra ignorantiam, quæ imperas, censeo, am- Avcr. plector, diligo, te opponens, vt latus inuidiaz, cùm vel PAVLO³. EX MSS.

a In catalogo Abbatissarum inferioris monasterij, edito à Gervaldo in Addit. ad Hundij Metropolim t. 2. Haikka memoratur, Comitis Palatini à Vittelsbach filia; quam eamdem cum Heilika arbitramur: & etas congruis, nam qua ei succedit Bertha, ibidem obiisse traditur an. 1120.
b Ita MSS. forte Antistitis legendum.

LIBER I.

CAPVT I.

S. Erardi studia, virtutes, sacerdotium.

4 ERHARDVS, qui à gloriâ fortis interpretari potest, Narbonensis gentilitate, Neruius ciuitate, genere Scoticus fuit. Hic ad prælagium nominis, ^{s. Erardi} patria: normam extendens morum, superædificandis virtutibus in fundo etatis Christum fundamentum supposuit, ne domus inhabitatione furura cœlestis, villâ tentationis vndâ quateretur, vel turbine perturbationis permutteretur. Meditabatur etas iam infirma de fortitudine virtutum, iocorum sterilitatem, studiorum vberitatem, laboris fructum, fructus gaudium, quodque bonæ indolis indicium est non minimum, absenteum vt præsentem metuere magistrum. Intererat legentibus, diligentibus, scribentibus, & si quem vacationi deditum in studiis fedulò viderat, mirabatur puerulus. Inhiabat interrogacionibus sedulis, subtilissimus adnotator in singulis, ac tenacissimus memoria commendabat cauenitul. Attamen posthabitus mundani sophismatis cauillationibus, totum se diuinarum scientiarum utilitatibus dedidit, manuum munditiâ cor tergens inhabitationi sancti spiritus.

5 Beatus ergo puerulus Erhardus cū primos virtutis flores emitteret, studij radices in petrâ fixit spirituali, & ne cum liberi iudeo ad plenū arbitrij, liberaliter eo vesus est. Ab infantia enim plenus Spiritus sancti grauitati, in eo loco ubi doctrinæ Christi suscepit semina, morum multis consodalium per deuia morum exorbitantibus, gressus desiderij virtutis adnormauit regulâ, perfectaque opinionis lucratus est mercimonia. Nam cùm alij canum volucrumque delestantur lusibus, hi præceptorum Euangelicorum imbuī stiebat roribus, ac sancti Spiritus aspirante gratiâ, in cordis eius plantatio vita fructificabant germina. Ut enim in aures audientis est dictum, qui replet in bonis desiderium suum, pro bono desiderio pietatis effectum consecutus est. Voluit quod valuit, & velle conualuit, & secundum voluntatis mensuram probata, probatissimum ingenium tenebrâ lucratus est in ætate. Illud verò maledictum, Puer Isa. 65.10. centum annorum, &c. non solum euafit, sed & hoc cōsecutus est: Cani sunt sensus hominis, & etas senectutis immaculata. Nam intellectus spiritualis conualescens robore, sensus perfecti confenuit canitie, & callis viuifaci semitam pede calcans immaculato, priuilegij promeruit gaudium propheticæ, quoniam initium sapientiæ timor Domini.

6 Cœruit beatus adolescens Ethardus, cœruit decus adolescentiæ, cœruit spes iuuentutis, gaudium senectutis, ordinis regula, clericatus gloria, diuitiatum admonitio, diuitiatum despectio, pauperum consolatio, paupertatis dilectio, visus cœcorum, auris surdorum, claudorum pes, pater pupillorum, viduarum adiutorium, fortunæ blandientis obstaculum, aduersantis prouocator, carnis refrenator, spiritus affector, ac præquerentes virutates biorum penuria, totius virtutis armarium, ac sancti alias Spiritus electum vasculum. Cœruit ipse in robur corporis, cœruit in ipso robur virutis. Didicit iam iraci vitiis, tentationibus occurtere, pugnare cum desideriis, ieiunia non horrere, despicer nuditatem, contemptu habere vestium: iugulare superbiam, humiliare gloriam,

Yy 4

Eius laudes,

& sandi-
monialium,
quibus
praerat.1. Cor. 6.
17.

A V C T.
PAULO
E X M S S.

riam, gulam castrare, dare mutuum amicis, ignoscere inimicis, non acquiescere detrahentibus, afflatis compati, pro miseriis viscerari, congaudere gaudientibus, flere cum flentibus, diuinis laudibus adesse, bonorum cœribus interesse, de omnibus querere, nihil negligere. Talibus igitur insistens vestigiis æternæ vita femoram ingressus est, nec retardabat eum tantum ætas infirmior, quantum incitabat voluntas promptior.

Mortifi-
catio sui:

7 Cum verò lustrum exageneale primitus egressus est, beatus vir Erhardus, euacuans omnia quæ erant paruuli, virilis animi robur atripuit, diligendo timens Dominum, timendo diligens proximum, mundialibus abstrahere, diuinae venerari, pernoctare in orationibus, intendere psalmodiis, compunctione lauari, tædere iam carnalia, suspendi ad æternalia; & quo plures vtuntur ad volupratem corporis, vsus est ad necessitatem. Non eum lenocinantis fauoris aura mouerat, non blandientis fortunæ sapor illexerat, non tulit ab eo victoriæ acedia, non obcœcabat eum vñquam auaritia, non oblocauit eum desperatio, non inquietauit illum murmuratio: corpus subiugabat spiritui, spiritum pietati, pietatem ascripsit cœlesti. Odiuit iam membra carnalia, inexorabile que inimicitias carnis & spiritus, quas continuata rebellio renouat: donec iam fatiscente corpore ieuniorum, vigilarum, totiusque fatigationis continuatione spiritus in eo dominium adeptus est.

Sacerdo-
tium.

Rom.12.
2.

8 Postquam verò Presbyteratus ascendit gradum, summum etiam cœlestis scalæ gradum ascendit; iam ex continuo vsu non sentiens labore, sed ex vsu laboris resumens consuetudinem. Ad altaris enim consecratus ministerium seipsum viuam hostiam in arâ Crucis immolauit, iam secundum Apostolum non conformatus est huic sæculo, sed renouatus spiritu mentis, probans semper quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta.

a Teutonicè Er, vel Belgicâ diphthongo Ber, honorem; hard, sine herd, forte aut robustum, significat. De hac nominis notatione vide cap. 1. vita 3. per Conradum infra.

C A P V T II.

Profectio ad S. Hildulphum.

S. Hildul-
phum in
eremo vi-
sit.

9 INTEREA B. Hildolphus, & ipse pat Ecclesiæ luminare, Treuirenensis Episcopatus cathedram possedit, vir non minoris scientiæ quam & meritorum: quorum quid in eo non maximum fuerit nequid satis compertum est. Nam ambos & præcellere nobilitate, ac nobiles scientiæ, scibileque meritorum fore obli-
vionis comedine non latet memoriam. Qui venerandus vir cum non paucis diebus sanctam sancte rexisset Ecclesiam, æstuans non minimo solitudinis desiderio, vbi sine populari tumultu soli vacaret Domino, quam inuitus accepit, sponte depositit curam regiminis, securioris amore diuini seruiminis, cuius iam adulta fama cum longè lateque opinionis sua odorem sparsisset, beatus vir Erhardus, ipse quoque pati Episcopatus infulâ decoratus, visendi fratrem aduenit gratiâ, quem cum in partibus a Vosagi offendisset pro Christi amore iam eremizantem, post communis oblationem orationis, & cœlestis pignoris caritatem, scilicet libationem osculi, Ecce, inquit, frater & carnalis & spiritualis ministerij communis ordine, diu quælitum & optatum obtinet locum; utere nunc in bono desiderio, & alere fame in diuino seruicio. Non tibi quasi verus lassumve diuini amoris obdormiscat studium: sed expurgescere, euigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Cum huiusmodi non pauca in aures audientis effunderet, mansit ibidem diebus sae multis, Christique fanente pietate, sicut Romanæ testatur historia bibliothecæ, b auctore quidem sancto Papâ Leone, qui nonus sui nominis sanctam Romanam texit Ecclesiam, quatuordecim ibidem monasteria construxerunt, ille septem, & septem ille.

b
Monasteria ex-
struunt.

Nam cum essent genere nobiliores omniq[ue] funditus abnegassent patrimonio, in terrâ peregrinationis & vita merito & labore proprio perquisita, diuino cuncta mancipauere seruitio.

10 Inde beatus vir Erhardus proprio consulens Redit in ouili, valedicens fratri, sanctisque affatus adhortatio- Bauariam Erardus: nibus Baioariam prædicandi gratiâ ingressus est. Tempore illo regno Francorum præfuit Pipinus, pater Magni Caroli, sub quibus viris cœlestis exercitus non minima pars Domino militabat. Nam diuersi flores virtutum sub his Regibus per tota regni Francorum loca floruerunt, magnaque famam opinionis longè lateque sparserunt. Eo verò tempore inter famulos beatus Pater Erhardus famosissimus effectus est. Nam hic cum & genere præcellerer ac scientiâ, merito tamen longè præstantissimus habitus est. Mundo enim mortuus, quamquam adhuc spirabile gerens corpusculum, omni san- ditate flo- castitate virgo, Sacerdos ordine, paupertate mona- ret.

chus, professione Confessor, laboribus Martyr, legatione Apostolus, muniditâ carnis Angelus, nullus gradus detrimentum paſſus est, seipsum negligens, aliis prouidens: quæ sua sunt non quæsivit, sed quæ alterius.

Non enim æmulacionis exarsit flammâ, non per-

peram quidquâ operatus est. Irritari nesciebat: proxi-

mo malu non cogitabat. Non ad metâ præsentis tēpo-

ris super iniquitate gauisus est, sed semper congaude-

bat veritati, omnia lusserebat, omnia credebat, omnia sperabat, omnia sustinebat. Conualuit in eo scriptura

dicens: Si quis diligit me sermonem meum seruabit,

& pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & mā- Ioan. 14.

sionem apud eum faciemus. Quia ergo Dominum di-

ligebar, non tantum verbo & lingua, sed opere & veri-

tate c... cauernulas in æthereos meatus liberare spiri-

tus optat, doluit carcerem, regnum querit, & quasi

graui diutinoque fessus onere, depositâ sarcinâ respi-

rate, suspirat ad æternam partiam.

a Sapientia in vita SS. mention fit saltus Vosagi, Vosaci, Vosegi,

Voseci, Vosaci, qui partem Lotharingia complectitur, ut distinctius

alibi dicetur.

b Hoc scriptum S. Leonis ix. non vidimus. Bulla fortassis qua-

pam fuit, De SS. V. Wolfgangi & Erardi elevatione & translatione.

c Videtur aliquid deesse.

C A P V T III.

S. Odilia cœca baptismus, illuminatio.

11 VERVM ne muta proorsus tot sancti Patris ob-
mutescerent merita, quantæ fuerit estimationis apud se, foris prodeuntibus ostendit miraculis. Nam co-
tempore Duci Etichoni filia cœca nascebatur: quo comperto pater erubescens, execrabilem in filiam de-
dit sententiam, scilicet ut capite plexa relinqueret vi-
tam. At cum materna super filiâ quaterentur viscera, patris crudelitatem matri frustrabatur pietas: datam-
que nutrici filiam in monasterio Palma secreto eam
nutriti præcepit. At memor Dominus operum suorū,
saluanda scilicet filia & matris consolanda; demon-
stratus, quod nec ipsa puella peccauit, neque paren-
tes eius, sed pro gloriâ Dei tantum, ut manifestaren-
tur opera Dei in illâ illuminandâ dilecta, dilectum il-
luminatorem præordinavit. In partibus ergo Bauariæ
cœlestibus intento B. Erhardo reuelatû est, ut ad Rhei-
ni fluminis partem repedaret, puellam baptizaret, ac
cœcam illuminaret. Qui iubentis vocem obedientiæ
pede securus ad destinata peruenit loca. Quæstam er-
go & oblatam cum vidisset puellam, genas rigatus la-
crys, cum graui suspicio manus oculoque leuauit ad
Deum, cumque diu multumque tacitâ prece cordis
diuinam laudaret, magnificaret, ac benediceret cle-
mentiam, tandem in verba vocem subministrans, Lux,
inquit, vera Iesu Christe, qui illuminas omnem ho-
mînem venientem in hunc mundum, pietatis tuae ro-
tem instilla famulæ tuae, corde corporeque illam illu-
minans

S. Othiliæ
baptizat,
eig cœca
vijsum im-
petrat.

minans. Deinde post fidei sacrae rudimenta dato nomine, pro gestu rerum, Othilia, quod interpretatur a Deus sol, cum sacra fontis eam immersisset vnde, & post cetera dixisset, ipse te illuminet in animâ & corpore; (O virtus admiranda, sanctique Patris merita!) secundum vocem ac voluntatem in terrâ potentis, virtus agebat in cœlo præsidentis. Nam hactenus ignota fenestrâ frontis lucis irrupit iucunditas, & Deo vero sole illuminante per impositionem manus S. Erhardi plenam natuitatis perfectionem tandem puella sortita est. Fit gaudium ingens circumquaque mitaculum cognoscentium: pater ad cœlum laudibus tollitur, puella beatificatur, mater consolatur, virtus diuina prædicatur.

b 12 b Sed quia in B. Hildolphi vita scriptum est, ipsum eam baptizasse, istumque sanctum virum eam de fonte leuassisse, negligenter hunc locum relinquere visum non est, sed admonere, quid horum verius sit, de Sancta Othilia vita quærendum. Ita enim de sanctorum meritis virorum scribendum videtur meæ paruitati, ut laus Dei ex eorum prædicetur meritis, & non ex nobis, non, inquam, ex mendacio scribentis, sed ex virtute promerentis. Sed reuertamur ad cetera.

13 Suscepta de lauacro sanctâ Virgine, sanctus vir Dei omnipotens adorat clementiam, laudeque debitam pro tanto redditum miraculo, (quippe cum testante sacrâ Euangelij historiâ à seculo non sit auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati, nisi Christus filius Dei) consolatus sanctam virginem, sanctoque testam ve lamine osculatus est, iam reuersurus ad propria. Cum verò duram patris cognosset sententiam, quam super interficiendâ dederat filiâ, Pater spirituialis contremuit, & magnitudinem expauescens tanti facinoris, & comiserando puellæ miseriis, missio legato pro reconciliando patre cum filiâ, monuit ne tales diabolo daret se acculandi occasionses; adiungens, si propter cœcitatatem, quam culpa non meruit, prius exosam habuerit; iam propter sanitatem, quam vera salus Christus reddiderit, diligat; intimans etiam si salubris consilij spreuerit monita, dignas præuaricatorum penas incursum.

14 Interè beatus Pater Erhardus iam exosus membra mortalia, cupiens dissolui & esse cum Christo, totum de præsentibus animum ad futura transferebat, de temporalibus ad æterna, de visibilibus ad inuisibilia, de non manentibus ad permanentia. Quoties & quali geritu decantabat versum istum, Quando veniam & apparebo ante faciem Domini? In tempore quippe nouissimo iam positus ætatis, omnem æstimauit diem pro rædio. Sæpè secum loquebaratur dicens: Quando me de corruptionis huius liberabis angustiâ? quando corpori carceris educes miseriâ? quâdo satiabis spem meam? quando mihi manifestabis gloriâ tuam? quando sciam placearne tibi laboris mei deuotio? quando videbo, quo me examinabis iudicior? Quod est premiu, de quo dixit Apostolus, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit

Phil. 3.13. Deus diligentibus se? Ita quidem secundum Apostolum præteriorum obliuiscens, & in futurum se extensus in Christo Iesus v mundo se crucifixit, vitiis & concupiscentiis. Videres hominem, iam velut in agone positum, totius vitæ sua cursum rememorantem; iam quasi ad tribunal iudicantis astantem, scuro spei contra omnem desperationem se protegentem; iam scire volentem, quid sit astare diuinis obtutibus, non grauari terrenis cogitationibus, intercessu Angelicis cœribus, quæ sit viuendi sine pastu possibilis, quæ spiritus sine corpore qualitas, quæ continuatio diuinæ laudis sine labore, sine fastidio; vel quæ sicuti speranda mansio. At quod videbat vel audiiebat vilium, sola spe futurorum viguit, soloque motu corporis adhuc viuidus, de cetero erat mortuus. Clausis quidem oculis cordis mundum ingressus est, auctore scilicet Spiritu sancto, iam pedem ponens in cœlesti introitu. Appropinquabar

*Patrem
Othilia
redarguit.*

Psal. 41.3.

*Anhelus
ad mor tem.*

1. Cor. 2. 9.

Phil. 3.13.

interim hora felix felicitatis transitus, cum beatus Pater Av. c. Ethardus aliquot diebus infirmitate gravi præuentus, PAVLO; ex ipsa valetudinis inæqualitate spei maioris & certioris viguit abundantia, cupiens iam dissolui & esse cum Christo. Tum tandem se peregrinum cognovit, & exultem cœlestis patriæ, feruens desiderio, cum videret membra terræ debita se relieturum, & corruptibile corpus egressurum. O quoties & quam ex intimitis trahens suspiria vietorem mortis sibi vocavit in adiutorium? quoties manus à mundialibus alienas cupiditatibus ad cœlestis plagæ regionem extendit? quoties oculos mundo clausos ad æternæ disciplinæ reuerentiam aperuit? in corde spem, in lingua Christum, in oculis reuerentiam, in manibus supplicationes frequentabat.

a *De hac vocis Othilia significazione agemus ad cap. i. visita ter tia per Conradum, lit. A a.*

b *Vide ad vita tertie cap. 2. lit. B b.*

EPILOGVS LIBRI I.

15 PRÆCPTIS tuis patui, beatissima Christi Virgo & mater orphanorum & pupillorum ac vi duarum, totius nobilitatis decus, ordinis exemplar, virtutis scala; itaque animum induxi quoadvsque supereft calidus in me & spiritus Dei in naribus meis, non saltem quod imperas tu, tecumque manentes agni cœlestis sequaces, non vel pro posse persequi; sed ipse quæret, niti, cupere, si quid tantæ pietati studentibus pos sim placitum ostendere. Paruitatem ergo seruitij de uotionis ardens flamma meum maiorabit apud vos studium & voluntatem; quibus nec placet quod ordi ne caret, nec quicquam ordinatum displicer. Ad voluntatem igitur & iussionem tui, tuarumque filiarum, quas sanctæ conuersationis lactas institutione, beati Parris Erhardi vitam corporis vsque ad depositionem per currimus, minus quidem congruenter, sed quam de uotissime potuimus. Libellum ergo secundum cuden tes, orationum vestrarum auram per Austrum Para disi flantem contra sudorem inuidiæ detractionis que depositimus, contra quæ scilicet aliquid audere hortatur animus. Virus inuidiæ corde felloso hamum detractionis labio gestat mortifero, pacem verbo, corde vibrat gladium. Nam qui aliis detrahit apud te, malum idem loquitur ipse aliis de te. Sed quid faciemus? Clamemus cum Psalmistâ: Præcipita Domine, diuide lin guas eorum, quoniam vidi iniuriam & contradic tionem in ciuitate. & iterum: Descendat in infernum ibid. 26. viventes, quoniam nequitæ in habitaculis eorum. Sed necego ad te, ad tuasque filias, in quibus solis nunc temporis virtus posuit habitaculum, ac ceteris despectis, dico amicis, inuidiæ dignam, in fudo laude. a

a *Hic aliquod inest mendum.*

LIBER II. DE MIRACVLIS.

CAPVT I.

S. Erardi varia apparitiones.

1 SECVNDVM de signis quæ ad tumulum eius facta sunt librum exaramus, a testes habentes, aut qui ipsi viderunt, aut quibus videntes detulerunt, nec à Prefatis vetusto collectos tempore, sed adhuc viuentes in corpore. Adeste, fauete precibus, vt si quid fortè superbia garriat, humilitatis vestræ virtus defendat.

2 Beatus Pater Erhardus postquam cœlo spiritum, terræ verò quod suum erat reddidit, dignæ memoriæ æstimationis miraculorum evidentiâ consecutus est, sed nos antiquitate repudiata, ea tantum quæ celebria terminatiq; adhuc diffamat nouitas, promere co nemur.

3 b B.

Auct. ^a ^b B. Wolfgangi Episcopi temporibus erat quæ-
P A V L O , dam sanctimonialis , Beati verò c Vdaltri Episcopi
Ex mss. sororis filia , Kunigundis nomine ; quæ custodis præ-
^b erat Ecclesiastice , totius quidem & ipsa probitatis &
Crescit pérsefctionis consecuta culmen . Cuius in temporibus
lineum d , quo beati Patris corpus intuolum erat , cre-
sepulchro scere cœpit de tumulo , quasi iā d in clamorā protesta-
S. Erardi. retur voce , indignā tam paruuli sepulchri latebrā con-
tegi , quem sibi consocium gaudet militia cœli . At
custodes Ecclesiæ/nobis idem retulerunt , qui vrosque
nouerunt dum ecclesiæ paupertatum terendo verre-
rent , quoties ad sepulchrum sancti peruerterunt virti,
lineamen de terrâ videntes extare , liniūm aliquod
vetustate corruptum credebant , & negligenter abrum-
pebant . Quod cùm non semel , sed saepius fieret , crux
lignea quædam , quæ adhuc in eādem seruatur ecclesiâ ,
quam & nos vidimus , cùm adhuc iuxta Beati Patris se-
pulchrum itaret , fleuisse dicitur . Quid enim impossibili-
le tibi Deus omnipotens , qui & nostrâ memorâ caput
crucifixi prope sepulchrum astantis , de dexterâ decli-
nabas in sinistram ? Et dixit ad prædictam Virginem :
Interminare custodibus , inquit , ne ita negligenter ab-
rumpant lineamen , quod de sepulchro hoc extare vi-
dent : sub hoc enim iacet tumulo , qui nō minimâ æsti-
mationis creditur coram Domino ; quod illi quidem
tam negligenter abrumpunt , virtutis eius indicium est ,
non calus . Hic si querat aliquis , quidnam caussæ fuerit
fletus iste , quia cetera nobis abscondita sunt , magnitu-
dinem peccati custodum æstimamus designasse , qui &
negligenter peccauerunt , & vitam grandi delicto ob-
stringentes peccasse se nescierunt . Sed beata virgo quæ
diuini testimonij meruit audire sententiam , in stupore
conuersa , postquam ad se rursus recollegit spiritum , di-
uini testimonij consolata robore , securè quod audiuit
prædicavit vbique Euangelicum secura præceptum ,
quod dicit : Quæ in aure auditis prædicante super tecla .
Marth. 10. Post quæ verba concurrit multitudine fidelium , & at-
27. testatum diuinus sepulchrum , quantum prodeſſe possit
adiutorio , æstimantes diuino testimonio . Et verè qui-
dem pœlandum est , singularis eam fuisse meriti , cui i. c
Angelicum venit in testimonium oraculum , nec alic-
ius dubium visionis somnium , sed verâ voce per diuinâ
imaginem præsentis ad præsentem colloquium . Quare
Beate Pater æternâ gratulare lætitia , cùm in medio di-
centis & audiens , iaces ipse tacens , & diuini collo-
quij testimonium habes . Et benè quidem per Crucem
habes testimonium , qui mundum abnegans crucem
tuleras ad sequendum Dominum : pro nostris igitur
subuenito reatibus qui brutilitate cordati sumus , cùm
diuinis merueris per lignum aridū testificari vocibus .
4. Eo tempore B. Wolfgangus sancti virti tumu-
lum frequentare cœpit secretiori ſemper accedēs tem-
pore , ſuperuicturus congaudendo gloriæ . Sed cùm
nocte quadam ſecretius poſt matutinarum ſolemnia
multis lacrymis ac precibus ſanctum virum iuxta se-
pulchrum eius orans alloqueretur ; Beatus illi aſtit
S. Erardus ^{apparet} **S. VVolf-** Erhardus , & ait : Frater , ſecretum doloris mei tibi de-
^b nuncio , quod te frater aduertere iubeo . Tua quidem
betq; mo- opera Deo placita ſunt , teque correctorem Pastorem
naſterium que verus Pastor Iesvs Christus huic loco gregi que
infor- præposuit , ideoque ſi prudenter officium tuum , ut cœ-
reformari. pifti , peregeris , æternum laboris tui recipies præmium ;
ſcito autem , frater , quod monasterium hoc , quod Deus
omnipotens me æ requieci præstitit , multis contaminat
ſceleribus , & inhabitantium monialium peccatum
multipliciter reclamat meis precibus , quas pro earum
negligentiis multis modis effundo ſæpius . Dudum iam
ipsarum lacrymis commotus , fudi preces ad Dominū ,
ſed quia carnalibus patent fœditatibus , non ad iudi-
cium delati ſunt earum gemitus . Et ego , frater , nō mi-
nimâ conficio hâc pro re tristitâ , quia vietus ſum tot
ſcelerum reclamatione , ne poſſim eis prodeſſe ſuppli-
catione . Quoties ergo tremendi iudicis procumboge-

nibus ! quoties emendatiorem vitam promitto pro
peccantibus ! quoties duram vindicis distuli ſenten-
tiam ! quoties confratres meos adduxi in preces ! Ten-
tata ſunt omnia , omnia facta ſunt . Et quid ego priſeræ
congregationi faciam amplius ? aut quibus precibus
agam ante tremendum omnipotentis iudicis vultum
pro tot luxuriantium fœditatibus ſed , quæ ſo te , vt præ-
ſitâ tibi diuinitus prudentiâ vtatis ; omnemque hanc
deſtruas congregationem , & monachicam ibi inſi-
tuas profiſionem : quam ſi harum aliqua , quæ nunc
ineſt , velit proſiteri , recipiatur ; ſin autem , omnino q̄d
nunc ſunt deſtruę , nec vltra contamini locum iſtum
patere . Tunc temporis quippe Canonicarum erat in
eodem loco profiſio , ac carnalis petulantia non mi-
nima ſiebat confuſio , adeò vt , cùm ad arctiorem vitam
coſerentur , aliquæ ipſarum monaſterium reliquerint ,
& fornicatoribus prioribus adhæſerint . Sed atten-
di mihi talia Beati Patris occurrit clementia ac valen-
tia ; clementia , quâ ſemper & indefatigabiliter orauit
pro peccantibus ; valentia , quâ exauditus eſt ante Do-
minum , vt ſi vox poſſet prohibere , vinceret vitium
virtute , pro eā ſtabiliens monaſterium . Poſt haec verba
B. VVolfgangus cœleſti obediens voluntati , ea quæ
iuſſus eſt , implere cogitauit , & modis omnibus , quibus
poṭuit , eſtinauit . Peractis autem à B. VVolfgango ,
quæ Dōminus diſpoſuerat , & vir ſanctus rogaueſat , ^{Fuſt de-}
poſtquam professionis diſtriſio locum priuſe conta- ^{inceps ibi}
minatum emaculauit , totius virtutis cœpit germe flo- ^{miracula.}
reſcere . Paterque ſanctus extintis viuīs , ſignis radiolis
cœpit eluſcere , ac ſi ſe auretenus diceret ſibi ſeruienti-
bus : Quoniam vos mecum , & ego vobifcum .

^a Hinc de Auctoris estate fieri coniectura poſteſt .

^b Eius vitam dabimus 31. Octob.

^c De S. Vdalrico 4. Iulij.

^d P. Ioan. Gamanſius legendum confebat : inclamosa , ideſſa

taſtia .

^e In ms. erat aureteuenus .

CAPVT II. Varia in eius ecclesiâ facta miracula.

s HIs diēbus fuit quædam martrona de mudi nau-
fragio ad Dominum conuerta , quæ continuando
vigiliis & lacrymis , infirmitate præuenta , quam
medici albiginem oculorum vocant , apertis oculis ni-
hil videbat . Inde iam ad preces frequentior ac ſollici-
tior prædicti Patris frequentabat ſepulchrum , in in-
firmitate graui poſtulans ſuffragium . Eia , inquit , Pater
fancte , quid misera mihi futurum eſt , quæ viuo vultu ,
viſu mortua lucis diuinæ patior diſpendia ſi mundum
inhabitarem , eſſet quod pro recuperandâ ſalute dona-
rem medicis , vel ſaltem qui manum daret permanenti-
bus in me tenebris ; nunc ad te confugiens , & hiſ quæ
in mundo reliqui , careo , & ſola membra , quibus tibi
ſeruire debui , perdiſi : clamanti ergo ſæpius & impor-
tunis agenti precibus , tandem aliquando Beatus Pater
Erhardus aſtitit , ei que dixit : Moleſta mihi eſt , ð mulier ,
quæ à me peris ſalutem , cùm nemo ante ſe maiorem
ſuum aut faciat quid , aut debeat . ſed ſi viſ illuminari ,
ſeptem pedum ſpatio à meo ſepulcro procumbe ; ibi
inuenies qui te illuminabit . Verba quidem obſcura
ſunt , ſed terum fides maniſta : vbi enī iuſſa eſt , venit ,
procubuit , & vidit .

6. Eſſet quidem in dubio , quod dixit ad eam San-
ctus Pater , ſi certiori maniſtatione fidem non erige-
ret credulitas . Nam per idem tempus dæmoniacus
quidam ductus in eandem eccleſiam , vt pedibus paui-
mentum attrit gaptus impetu in ſublime , ſuſpenſus eſt
in aere , teſtatus propter eorum ſanctitatem , qui in ec-
clesiâ præfata iacerent , ſe requiescere non poſſe . Iuſſus
verò corpori culum quod inhabitabat egredi , ad oſten-
dēdam cogentis eum b vjñ fecit corpori . Nos verò eti
qualicumque famâ veracium atteſtante cognouimus ,
ſilentium tamen in pluribus ætimantes cautiſ illi , quæ
nobis Deus ibidem patrocinari oſtendit , totum aſcri-
bimus .

<sup>Energia-
menſuſ li-
beratur.</sup>

bimus. Et quis scire poterit, utrum tantæ sanctitatis dignitas obumbratoriè de sancto viro prædicetur; an sint etiam aliqui commandantes ibi, magni apud Deum meriti, ut & veterum asserit memoria? Res quoque manifesta: Iuditha Ductrix, quæ idem & auxit monasterium, dum iret ad sepulchrum Domini Hierosolymam, ut Reges solent, plura vel aperte vel absconditè vel offa vel corpora conquisiuit, quæ vbi terrarum, vel vbi in præfata conderet ecclesiæ, nec ipsa sciri voluit, nec quisquam nos docere potuit. Ipsa vero quia humata est in ipsa ecclesiæ, euidenter edocet in illum locum solùm maximè studuisse, vbi notum fecit humari se voluisse. Hæc nos de eam strictem, quamquam plura digna vel memoratu vel memoriam dicere potuerimus; nam quæ Deus celare voluit, & nos celare voluimus; sed nec ad hanc dicenda stylum acutius: tanta namque, taliaque propter beatum Patrem fieri credimus, quem Deo disponente corporaliter eodem loco requiescere cognouimus. At si quæ fiant occulti, diuinam clemētiā in beato Patre cur fiant, quando sibi placuerit, ostendi nobis perimus. Et verè si condigni insudabimus operibus, sicut quandam de eo absconsa non habemus in propatulo, sic etiam potens est Deus adhuc maiori eum extollere titulo, sed reuertamus ad cetera.

Manus arida facta natura.

7 Manu erat arida quædam mulier, quæ ad sepulchrum eius in die natalitiæ proprius deuenit, salutem petiit, exaudita est, reuixit manu. Sed cum sanabatur, tanto cum fragore manus resiliuit, ut omnes in quaquaque parte vel angulo starent ecclesiæ, resilientem manum audirent & miraculum factum cognoscerent. Non aliis hæc omnia testibus cognouimus, quam qui ipsi viderunt vel audierunt. Quid ego varias virtutes referam? Quam præsens sit omnibus in adiutorium sibi seruentibus, placet documentum aliquod propnere, ad solidandam spem eorum, qui sancti Patis toto corde querunt suffragium.

8 Fons est iuxta prædictam ecclesiam, quem ipse dilectus Pater fodit suis manibus, sicut erat ei moris omnibus locis, vbi per tempus aliquod mansitabat. Fonsiste non minus quinquaginta pedes habet in profunditate, vele amplius, quod & nos visu probauimus. Et cum tantæ sit profunditatis, cadentem tamen ministrum sanctarum Virginum ibidem manentium sinu suscepit placido. At querentibus eundem, non solum viuum, sed nullum signum casus ratiæ monstrantem repræsentauit. Accurrunt ergo qui videre cadentem: quis enim vel fragmentatim non potius collisum, quam totum inuentum se crederet, cum in tantâ pueri angustiâ lapis eum lapidi redderet? Sed extractus cum rediret ad supererna, primò & ipse ratus periculi magnitudinem, postquam mente recepta, omni se vidit alienum periculo, quam attentissimas grates omnipotenti Deo & sanctissimo Patri Erhardo agens, multum secum euentum rei miratus abiit. Nos quoque signi tantum pauentes effectum, tantæ facultatis dicimus mortuū suscitare, quam viuū ne moriatur seruare. Sed & idem secundò, tertio, in eodem fonte effectum est: secundò in muliere grauidâ, quæ eodem cadens, sana inuenta, & extracta est, in laudem & gloriam omnipotentis Dei & sanctissimi Patis: tertio in pueri, de quo scribere volumus pleniū. Et ut mireris amplius, totes in tantam profunditatem ceciderunt, & sani redierunt: merito vtique. Quis enim in illo fonte mortem inueniret, quem ad viuorum salutem amicus præparauit?

9 Mulier erat quædam (quæ etiam adhuc viuit) utraque manu, brachio, & cruce contorto, monstro similius quam homini. Pars dimidia eius in Bohemiâ ad d. S. Venceslaum curata est, dimidia ad sanctum Patrem Erhardum humanæ formæ restituta. Hanc nos mulierem vidimus, ipsam interrogauimus: confessæ est cum magnâ veneratione, partem etiam curatam ostendit.

Contora brachia & pedes curata.

10 Quidam etiam diabolica instictus persuasio- Ave t.
ne, equum furatus, cum latere non posset quod fecerat, Pavlo,
ad sancti viri venit sepulchrum, & oblato denario ce- BX MSS.
lari rogauit delicti excessum. Oratione fusâ, cum ad ecclesiæ rediret ianuam, denarium, quem obtulerat, furis re- Donum
secum portauit: rediit, reportat, reponit; egreditur, se- fuit San-
cum portat: regreditur, orat, exit, denarium tortis ob- dui.
latum secum portat, miratus & timens: statim ut eccle-
siam egreditur, occurrit qui reum tenerent. Ut possit
aperte intelligi, virum sanctum respuisse oblationem,
eo quod culpa eius non haberet celationem.

11 Quoties visus sit in sanctâ ecclesiâ, in quâ requie- Sepius ap-
scit corporaliter, si velim dicere, fastidiosus ero lectori. paret.
Quoties lumenaria de cœlo ardenta in eandem eccle-
siam descendant, si quem cœlestium tenet reverentia,
custodes percunctetur eiusdem ecclesiæ, qui & sub
grandi attestatione affirmant sapientem vidisse ad alta-
re, quod ipsius sepulchro contiguum est,stantem, &
Episcopali cantantem apparatu: quorum unus, qui
ceteris dormientibus vigilabat, & seruiebat frequen-
tius, cum gausape verreret die quadam altare, cetera-
que iuxta, de pede Crucifixi, quod supra idem magnâ
positum est altitudine, denarius ante verrentem deci-
dit, ab eo quidem loco, vbi, nisi per scalas nemio vel
ascendere potest. Pro tantis itaque virtutibus & signis
quæ fecit Deus per serum suum Beatissimum Erhardum Episcopum, glorificemus Deum omnipotentem,
qui est mirabilis in Sanctis suis, cui est honor & gloria
in secula, Amen.

a Conradus & alij B. Albertum intelligunt.

b Aliquid hic deest.

c Imò ita videtur adiencia curasse inaurari, ut nouum omnino monasterium censi posset. Ita namq; in diplomate S. Henrici Imper. dato anno 1002. Indic. 1. dicitur: Ut monasterium sanctimonialium quod diuinæ memorie aia nostra Iuditha olim in honore sanctæ genitricis Dei Mariae à fundamētis in abbatiā exerit, & donis prædiorum inter alia pro loco dedita. *Ecc. Extas illud diploma. to. 2. Metropolis VVigilei Hundij; vbi & alius Ottone, (non Primi, ut ibi scribit Hundius, sed Secundi, ut patet, quia an. Chriſi 974. regni Ottonis 13. Imperij 6. datum) in quo proficitur se varia præmia, ob interuentum dulcissimæ genitricis sua Adelhaidæ, nec non venerabilis Domina Iuditha salubrem petitio- nem, donare sanctimonialibus ad inferius monasterium sanctæ Dei genitricis Mariae, Christique Confessoris B. Erhardi vene- rationi constructum. De eadem donatione Braunerus tom. 1. Rer. Boic. lib. 8. Iudithæ religionem nobile insuper coenobium Ratibona pro sacris Virginibus extructum testatur, inferius vulgo dictum; vbi ipsa condi voluit, incertum quo anno: septuagesimo quarto superstitem fuisse ex Othonis II. litteris intelligi potest, quibus eidem monasterio aliquot locorum possessionem transcribit, Iudithæ precibus inductus. Fuit vero Iuditha mater Henrici Rixof, qui & Pius dicitur, Bauariae Ducus; uxor Henrici, fratri Ottonis Magni.*

d S. Venceslai vitam dabimus 28. Septemb.

ALIA VITA

Auctore anonymo,

Ex vetusto MS. à Ioan. Gamanio Soc. IESV eratas

CAP. I. Res gestæ à S. Erardo in vita.

RHARDVS genere Gothus, paren- S. Erardi
tibus licet gentilibus, tamen nobilissi- patria,
mis natalibus ortus, ciuitate Natbo-
nenhi. Hic Spiritu sancto præuentus à
pueritâ Christi timens, multis virtutib
& honestorum morum claruit insigniis. Nam, quod
bonæ indolis est indicium, Pædagogum suum absen-
tem non minus, quam præsentem semper metuebat: institutio,
distantibus & legentibus atque scribentibus semper
intererat: & si quem otio & dissolutioni deditum vi-
dit, ipse quamvis parvulus non modicum mirabatur.
Competenter itaque habilis mundanis & sophistis
cauillationibus, ad diuinarum scripturarum totum
animi applicauit studium, radicesque studij in petrâ
spicere.

Ex mss. spirituali infixit, plenus Spiritus sancti gratia & honestate, vita exemplum aliis praebebat. Nam cum alij negotiis alearum, ac leuitatis, quae puerilis etas amplectitur, lusibus delectarentur, ille Euangelicorum praceptorum toribus imbui sitiebat. In qua etiam etate multis virtutum insigniis emicuit. Sicut enim corpore, sic & virtutum crescebat decoro. Erat enim regula ordinis, diuinarum contemptor, pauperum consolator, paupertatis amator, oculus cœcorum, auris surdorum, pes claudorum, pater pupillorum, adiutor viduarum, carnis infrenator, spiritus insectator; &c, ut breuiter dicam, omnium virtutum armarium, & Spiritus sancti vasculum.

Alia virtutes. 2 Creuit enim corpore & virtute: vitiis & temptationibus occurrebat, cum desideriis pugnabat, ieiunia frequentabat, contemptum vestium non horrebat, humilitatem habebat, gulam refrenabat, detrahentibus numquam acquieuit, afflictis & miseriis ex corde semper compariebatur, cura gaudientibus gaudebat, cum flentibus flebat, diuinis laudibus semper adfuit, bonorum & sanctorum coeribus sedulò interfuit, in orationibus saepè pernoctabat, in deuotione cum lacrymis vberimis abundabat. Talibus igitur & aliis virtutibus insistens, ad sacerdotalem gradum ascendit. Ex tunc crebrorum ieiuniorum castigatione scipsum viuam hostiam quotidie immolabat Deo.

Vita S. Hildulphum. 3 Interea Hildolphus vir magnæ sanctitatis & laudabilis meriti, Treuiriensis Ecclesiae Episcopatum regebat: qui cum multis temporibus eandem Ecclesiam, quam etiam inuitus suscepit, sancte & prouide guber- nasset, ipsam regimini resignauit, & diu desideratam eremum est ingressus, sine populari tumultu, soli ibi Domino cupiens famulari. Beatus vero Erhardus in Episcopatus solio sibi successit. Cum autem succeden- te tempore laudabilis fama Hildolphi longè lateque odorem suum spargeret; B. Erhardus gratia visendi fratre aduenit, & cum ipsum in partibus Rosarum Ere- mizantem inuenisset, ruerunt in amplexus mutuò, & præ gaudio lacrymis se alterutrum perfundunt. Orationibus itaque & aliis Deo gratias seruitis vacantes, aliquantis diebus simul manserunt. Et sicut Romana testatur historia, Leone Papa nono, qui tunc Romanam rexit Ecclesiam, auctore, quatuordecim monasteria ibidem construxerūt, videlicet Hildolphus septem, & Erhardus septem. Nam cum essent nobiles, & omni penitus abnegassent patrimonio, omnia quæ in terrâ peregrinationis vita merito & proprio labore perquisierunt, diuino seruitio mancipauerunt.

b 4 Tandem B. Erhardus ouili suo confulens, fratri que valedicens & Baycatoriā gratia prædicationis est ingressus. Eo autem tempore Pipinus pater Magni Caroli, Francorum præfuit regno. Sub istis igitur Regibus diversi virtutum flores per omnia loca Regni Fran- corum floruerunt. Inter quos omnes Beatus Pater Erhardus famosissimus est effectus. Nam licet genere & scientia cunctos præcelleret, merito tamen vita pre- cellentissimus habebatur. Nam mudo mortuus, castitate virgo, ordine Sacerdos, paupertate monachus, professione Confessor, laboribus Martyr, legatione Apostolus, munditiā Angelus &..... existebat.

c 5 Eo itaque tempore Duci Ethiconi filia cœca na- sciebatur: quo comperto parre erubescente, præcepit infantem capite truncari. Quod cum matri innotes- ret, misera soboli fuit; ipsam nutriti in monasterio de- dit quod Palma dicitur, ibidem occulte nutriti faciens. In partibus igitur Bauaria B. Erhardo cœlestibus intento reuelatum est, ut ad partes Rheni fluminis rediret, & ibi quamdam puellam baptizaret, & eandem illuminaret. Qui obediens ad loca designata peruenit. Quædam ergo & oblatam puellam cum vidisset, lacrymado graui suspicio oculos & manus ad cœlum leuavit, tandem voce dixit: Lux vera Iesu Christe, pie- tatis rorem instilla famulæ tuæ, ac corde & corpore

illam illumina. Post itaque sacræ fidei rudimenta, dato nomine Otilia, cum facti fontis vndâ illam immersis- set, aperiens oculos visum recepit. Gaudent ergo cun- diti & mirantur vniuersi: patet exultat, mater consola- tur, diuina virtus ab omnibus laudatur. In vita tamen Hildolphi legitur, quod ipse eam baptizârit, Beatum vero Erhardum eam de sacro fonte leuasse.

s. Odiliam baptizat & illuminat. 6 Tandem B. Erhardus ad propria est reuersus: vbi in maximo rigore vita degens Domino deuotissime seruiebat. Semper enim apud se cogitabat cum gemitu dicens: O Domine quando me liberabis à corruptionibus huius miseræ & quando videbo te & hæc & huiusmodi sanctus Pater semper apud se reuoluebat. Tandem febre correptus grauiter, mortuus est. Cum autem corpus hoc corruptibile se egrum sentiret, leua- tis manibus in cœlum auxilium inuocabat, ac suspiria trahendo feliciter in Domino obdormiuit.

a *Turpissimus contra Chronologiam error, quem merito Contra- dus infra reprehendit.*
b *Legendum Baioarium.*
c *In us. aliquid addebat, sed licet siue ita corruptum, ut legi non posset.*

C A P. II. Miracula post mortem.

7 Post mortem autem eius multa gloria mira- cula Dominus per eum fecit. Quædam enim sanctimonialis, nomine Kunigundis, filia sororis B. Martini, magnæ probitatis & perfectionis virgo, custodiæ monasterij præfuit: quæ cum quadam vice monasterium purgari iuberet, venientes ad locum, vbi Pater beatus erat sepultus, viderunt pannum lineum de Linteum à terrâ super paumentum erigi, putantes autem hoc sepulcro vetus linimentum, & pedibus calcantium paumento impressum, ipsum abrumpebant: & statim recreuit. Cum autem purgatores sollicitè agere volentes, nec intelligentes quid b domina intenderet, ipsum linimentum decerpunt; ecce crucifixus de ligno dolatus, qui iuxta sepulchrum Beati Patris locatus fuit, c capite de dexterâ in sinistram declinans, flere cœpit, & prædi- cavit virginis dixit: Prohibe custodes, vt linteum, quod ex sepulchro extare videtur, vterius abrumpe non præsumant: nam in hoc iacet tumulo vir magnæ æsti- mationis coram Domino. Linteum enim est, quo illud beatum corpus Erhardi est inuolutum. Illa interim hinc mira- stupefacta, & ad se tandem reuerfa, cunctis quæ au- dierat & viderat enarravit: multiq[ue] fidelium ad se- pulchrum concurrentes à diuersis infirmitatibus sunt sanati.

8 B. Wolfgangus sepulchrum beati viri secreto saepè solebat frequentare. Quadam itaque nocte post matutinarum solemnia, secretè ad tumulum accedens, multis lacrymis ac precibus sancti Patris patrocinium implorabat. Cui assistens B. Erhardus dixit: Frater, secretum doloris tibi annuntio, quod diligenter auer- s. Erhardus tere debes. Tua opera coram Deo sunt placita, teque appareat rectorem & pastorem verus Pastor Christus huic loco s. V. Wolfgangus congragationi constituit, & idcirco si diligenter gango & tuum officium peregeris, sicuti cœpisti, æternum præ- iubet monasterium reformari. Rogo ergo monaste- rium, quod Deus meæ requiei præstitit, multis sceleri- bus contaminatum; & peccata monialium, quæ hinc conservantur, meas preces, quas pro eorum negligentiis saepè coram Domino effundo, reclamando impe- diunt, quia, (heu!) carnalibus inuolutæ. Pro te ergo frater non multum contristor, viðus enim sum tot scelerum reclamatione, quod non possim eis prodefere mea prece. Tremendi iudicis procumbo genibus multo- ties, emendationem promitto pro peccantibus multo- ties, duramque vindictam iudicis distuli multories, fratres meos conduxi in preces, omnia tentata sunt, omnia facta sunt: & quid huic congregationali aliud faciam? aut quibus precibus apud tremendum iudicem pro toto luxuriantium fœditatibus agam? Rogo vt data- tibi

tibi à Deo prudentiā utaris, & omnem hanc monialium congregationem destruens, monachicam hīc instituas professionem, quam si aliqua ipsarum velit profiteri, recipiatur; sin autem, omnino conuentū carum destrue, nec amplius locum istum contaminari permittas. Tunc enim temporis erat ibi cœnobitarum monialium professio, quæ perulantæ carnis & aliis vanitatibus nimis erant deditæ. Igitur venerandus vir Wolfgangus iussa implens, professionem monialium murauit, & ibi conuentum & monacharum arcta regulâ degenitum instituit, & sic locum mundauit. Aliquæ tamen monialium fuerunt tam obstinatae, vt dum ad arctiorem vitam compellerentur, monasterium reliquerint, & fornicatoribus suis prioribus adhaeserint.

10 Quædam matrona relicto sèculo ad Dominum est conuersa, quæ vigiliis & lacrymis frequentibus insitans, infirmitatem, quam medici albuginem vocant, Cœnas istib[us] vixim re-cepit. incurrit, vt scilicet apertis oculis nihil videret. Hæc ad sepulchrum B. Erhardi veniens, suffragium eius postulabat, dicens: Eia Pater sancte, quomodo mihi miseræ sic factum est, quæ licet corpore viuam, visu mortua sum & si igitur in mundo adhuc manerem, haberem quod pro salario medico darem, vel saltem qui me manu duceret, sed ecce ad te conuersa, his, quæ in mundo reliqui, careo, & insuper sola membra, scilicet oculos, quibus tibi seruire debui, iam amisi. Clamanti itaque & importunitis precibus instanti tandem B. Erhardus astigit, dicens: Molesta es mihi mulier, quæ à me salutem petis. Nescis quod ante maiorem nemo facere debet. Si ergo vis illuminari, septem pedum spatio à meo sepulchro procumbes & ita inuenies, qui te illuminabit. Quæ veniens vbi iussa fuerat procubuit, & statim lumen recepit.

11 Per idem tempus quidam dæmoniacus in eandem ecclesiam ductus, statim vt pavimentum pedibus tetigit, raptus imperu in sublime, suspensus est in aëre, & dira vox clamans dixit, quod propter sanctitatem eorum qui in ipsa ecclesia iacerent, non posset habere requiem. Iussus verò corpusculum quod inhabitabat egredi, est egressus. Ex hoc igitur & antecedente miraculo colligimus, quod in predicto monasterio non solum venerabilis Patris Erhardi, sed & aliorum Sanctorum corpora sint recôdita. Nam quædam Ductrix fundatrix eiusdem monasterij, quæ etiam ibidem est sepulta, dum iret ad sepulchrū Domini Hierosolymā, vbi cumque potuit occulte vel manifeste Sanctorum corpora vel ossa conquisiuit, quorum nec nomina sciuit, aut scire potuit, & in prædictâ ecclesiâ sepeliuit.

12 Quædam etiam mulier manum habens aridam, dum ad sepulchrum B. Erhardi in die eius natalitio veniret, & salutem cum lacrymis peteret, statim curata est. Tanto autem fragore manus eius resiliuit ut omnes in quacumque parte vel angulo ecclesiæ starent, ex ipso fragore resilientis manus terrentur.

13 Quidam diabolico deductus instinetu equum furatus, cum latere non posset quod fecerat, ad Sancti reieci. viri venit sepulchrum, & oblato ibi denario rogauit, vt delictum suum celaretur. Oratione igitur completâ cum exire volens ad ianuam ecclesiæ peruenisset, denarium quem obtulerat in manu suâ inuenit. Stupefactus ergo & admiratus, ad sepulchrum rediit, & denarium reposuit: & cùm iterum exire vellit, denarium apud se, sicut prius, inuenit. Tertiò igitur rediit & orans denarium secum reportauit, & cùm timens miraretur, ecce statim vt ecclesiæ egreditur, occurruunt illi quibus equum abstulerat, & eum tenuerunt. Ex hoc manifestè potes intelligere, quod Beatus eius oblationem respuit, ed quod culpa eius non habuit celationem.

a Lege Vdalrici:

b Postius Dominus legendum videtur.

c Hoc paulò aliter in superiori vita narratur; ut & sequens apparito.

d In ms. erat monachorum mendos.

Tom. I.

ALIA VITA

A V C T O R E

CONRADO DE MONTE PELLARVM;

Ex veteri codice Ratiponensi

descripta à Stephano Vito Soc. IESV.

C A P. I. S. Erhardi vita usque ad Episcopatum.

1  R H A R D U S Christi Confessor reg-
gius; & Præfus eximitus, & nomen sua Erardinus
laudis à conformitate sanctitatis ac minis ety-
cepit: quatenus gloriolus Deus & mi-
rabilis in Sanctis suis, nomine ipsius
ostenderet qualem ipsum ad æternam gloriam præde-
stinaret. Erhardus etenim iuxta sacra paginæ vocabu-
la, vigil vita eligens Dominum interpretatur. Nam
& Erech, vigil vita; & rara, eligens Dominum, ac Do-
mino vigilans dicitur. Et sic nomen hoc ex duobus cor-
ruptis componitur nominibus, ad connotandum tam
originalem maculam quam etiam actualē mendam
in Christo penitus corruptendam, priusquam gloria
cælestis patriam ingredieretur. Cælum etenim scele-
stum nequaquam poterit sufferre. Igitur in fonte bas-
ptismatis, digito Dei demonstrante, Pater ipse beatissimus
in statu floris infantilis Erhardus, quasi Erecha-
ratus, quod est, vigil vita eligens Dominum, nomina-
tus est. In lingua verò Teutonicâ, non, vt i quidam
dicunt, gloria fortis, sed & honoris potius thesaurus
exponitur.

2 Benè vtique honoris thesaurus, quem Dominus tam venerabilem arcam sanctitatis fecit & elegit. Benè insuper vigil vita, benè eligens Dominum nominatus est: quoniam ipsius si quis tractando totam munditiam suæ vitæ mortalis transeat periodum, luculenter ei apparet, quomodo hic homo Dei teneris sub annis quasi flos vernantis odoris egressus est hominum in aspectus, vt pote virtutibus facies, & moribus sacerdos, quantum teneritas puerilis supportare potuit; aroma-
Pia Adol-
tizans, meditationibus puris respirans, magisteric scho-
lastico reuerenter obediens, audiendo, interrogando,
memoria deputata & audita responsa feliciter com-
mendando, aliosque rudis capacitatibus sibi coetaneos
caritatis ex visceribus informando. Inter vanos igitur patria;
scholares, qui ludis fatuis inhiant & alios sceleribus
instant, hic quasi rosa purpurea, in Scotiâ sibi patriâ
longè disperferat humanæ felicitatis odorem: & quantu corporis crevit viribus, tanto profus crevit ani-
mæ virtutibus.

3 Floruit in tempestate huius mundi saeculantis illius felix adolescentia, tamquam vitis nouella in diebus vernis expandens palmites suos, frondentes auncenis frondibus, & florentes floribus laudabilibus suis: & sic virilem æratem dulcissimis attigit & continuavit fru-
virtutis.
ctibus, tam studiis saeris diuinatum scientiarum, quam opibus caritatis inuigilans totus; alliciendo popu-
lum in Ecclesiam Dei odore quadam mirabili, & suau-
castra vitæ suæ & sobriae conuersationis: vt ad litteram Apostolico dicto connumerari mereretur, Apôstolo dicente, Nós Christi bonus odor sumus. Erat tamen 2. Cor. 2.
hic beatissimus Dei Confessor paucis populatibus fa-
15.
miliaris, cuius verò benignus, & fidelis ad omnes, adeò
vt digno Angelorum & hominum iudicio, Præfulari militiae adscribi valeret in Ecclesiâ Christi militante.
Suis igitur meritis poscentibus ad Sacerdotij gradum primò, & hinc ad Præsularem apicem ascendit, Deo
volente, & hominum feruido desiderio postulante. Et Sacerdo-
in eodem refulserat statu, tamquam lucifer matutinus tium, Ep-
in medio nebulæ, & sicut arbor rosaria in spineto, qua-
si fluuius dulcis se deriuans in deserto, & tamquam scopatus,
& calandrus dulcifonans in myricâ, sicut philomela no-
4
cturna.

Auct. CONRAD. sturna silentia decorans & torpentes somnos excitans
in vigiles delectationes. Hic dulcissimam suam doctrinam,
verbo & opere, tamquam harmonia symphoniz dul-
cis inter coniuas, in creditum populum feliciter de-
fluxerat, & sicut fons refrigerans in aestu torrido sitim
peregrinantem. Felix ille Praeful p̄enitentibus se pec-
catoribus dispensauit: & qui secundum carnis propa-
giniem nobilis erat genere, nobiliorem se exhibuit vir-
tutum opere; nihil praetermittens eorum, quae ad Ti-
motheum Apostolus scribit; sobrius, ornatus, prudens,
pudicus, hospitalis, doct̄or, non vinolentus, non per-
cussor, non litigiosus, non cupidus, & domus suę prae-
positus, habens de his testimonium bonum à cuncto
vicinio suo, & præcipue in cælis à sanctæ Trinitatis
ineffabili trinilio, Patre & Filio & Spiritu sancto, si-
cūt miraculis diuinis declarabitur infra.

^{2.} Superuacanea & penè ridicula huius scriptoris opera, in ianda-
gando & ab Hebraicis fontibus accessendo Erardi nominis etymo.

^b Paulus auctor prima vita.

^c Violenta iterum deriuatio à Schat, quod thesaurum significat.
Resilius interpretetur Appetentem honoris indelem, aut factam ad
honestatem ac decūm; ab Es, vel Eer, & art. sue aer., vel auct. ad
indelem, sive ingenium, significat. De huius & aliorum plurimorum
Teutonicorum nominum etymologiā consuli potest curiorissima Arn-
oldi Boecop nostri disceptatio de nomine S. Huberti in Historia Hu-
bertinæ Ioannis Roberti nostri.

^d Curculo vulgo calandra dicitur, Teutonibus Kalander. An
Auctor forrassis cicadam aut gryllum hic intelligit?

CAP. II. Peregrinatio & labores Apostolici.

⁴ **E**t ipse fratrem carnalem habuit ex eisdem pa-
rentibus, nomine Hydolphum, sibi parem in
S. Hidolphus Epi- moribus bonis & sancta deuotione: qui exulans ad
scopus inferiores partes Germaniæ venerat, & suā cognitus
sanctitate ad Cathedram Praefularem in Ecclesiâ Tre-
Treniren. uerensi per Principum & populorum desideria sublimi-
matus est. Eodem quoque tempore vniuersalis Ecclesie
Praeful & Leo Papa sui nominis Tertius Romanam
sanctam Sedem rexerat. Pius Pater Erhardus gratiâ
Hunc soll. visitandi fratrem suum prædictum exierat, quem non
taria vita in loco Treuirense, sed in partibus Vosagi pro Christi
vacantem amore inuenierat eremitanem. Et aliquanto secum
reprehens- stans tempore, ipsum ad vigilandum circa gregem Do-
dit. minicum testimonio b admonuit scripturarum, quia
cæteris paribus plus multò merentur Sapientes prædi-
cando, & populum docendo, quam eremitando; unde
& Hieronymus ait: sancta quippe rusticitas solùm sibi
prodest; & quantum adificat ex vita merito Eccle-
siam Christi, tantum nocet si destruentibus non resi-
Ps. 118. 54. star. Et iterum Psalmista ait: Cantabiles mihi erant
iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et Do-
ctor gentium; prædicator veritatis ad Titum scribit,
huius rei, inquit, gratia reliqui te Cretæ, ut ea qua de-
sunt corrigas, & constituas per ciuitates Presbyteros,
sicut & ego disposui tibi. Et inter cætera ibidem dicit:
Oportet Episcopum sine crimine esse, & sicut Dei di-
spensatorem. Et paucis interpositis adiungit, ample-
tentem eum sequi secundum doctrinam & fidem
sermonem; ut potens sit exhortari in doctrinâ sanâ, &
eos qui contradicunt arguere. Hæc Apostolus. Licet
autem hæc per excellentiam congruant Episcopo, sub
remissiore tamen hiatu cuiilibet Sacerdoti conve-
niunt; quem Dominus præ ceteris speciali lumine
scientiarum insigniuit. Etergo quamvis Beatus Pater
Hydolphus iam Treuirensem, quam inuitus accep-
rat, Sedem voluntarius resignasset; admonendus nihilo
luminis fuerat & excitandus fraternâ dulcedine, ut
prædicta, quantum licebat, exerceret per operam fi-
delem.

Viterque
septem mo-
nasteria
adficata.

^c Acquieuit itaque hic illi; & Christo Domino no-

stro donante, & supradicto vice Christi Leone au-
torizante, quatuordecim annos in prædicto loco Vosagi

circumfluo monasteria hic septem, & septem ille ad

laudem Dei & venerabilis eius genitricis virginis Ma-
riæ, omniumque cælestium ciuium honorem, prædi-
cti duo fratres & in Christo felicissimi Patres laudabili-
ter ædificarunt. Sed vnde ipsis opulentia hæc? Iam enim
paterno hereditatio penitus renunciarunt. Dicit histo-
riographus, quod in librâ peregrinationis, fidelium
largitionibus ex vita suę meritis perfecerant ista.

^d Illis temporibus regnabant Serenissimi Princi- Quando
pes & Deo deuoti Reges Pipinus videlicet & duo fi-
lij eius Carolomannus, & Carolus, qui post dictus est
Magnus: quos in Reges Francorum uxerat Stephanus

Papa dyltimo anno sui Pontificatus sub anno Do-
mini eleptingentesimo quinquagesimo tertio, & elegit
eos ac successores eorum ad Ecclesiam Romanam de-

fendendam. Et Adrianus Papa primus successor im-
mediatus Domini Stephani prædicti, supradictū Car-

tolum cum sanctâ Synodo quæ Romæ tunc celebrata
fuerat, g Patrium Romanorum h circa annū Domini
DCCCLXXIII. Sed B. Leo Papa III. qui i successerat im-

mediatè Adriano I. k; postquam Romani sibi in
quadam processione oculos eruissent, & linguam
amputassent; sibi que Deus gloriösus, qui in Sanctis suis
facit mirabilia, visum & loquela diuinitus restituif-
feret; & B. Carolus tunc Romam pergeret pro tam atro-
ci B. Leonis iniuriâ vindicandâ; ipsum Dominum Ca-

rolum in sancto die natali Domini in Romanorum
Imperatorem coronauit in ecclesiâ B. Petri, dum sur-
get ab oratione, sub anno Domini octingentesimo
primo.

^m Claudiat igitur m legenda, quæ communiter Corrigitur
habetur de S. Erhardo dicens, quod viuente S. Leone, 2. vita
qui Nonus sui nominis sanctam rexerat Ecclesiam Ro-

manam, & tempore illo quo regno Francorum præ-
fuit Pipinus pater Caroli Magni, hi duo viri sancti Pa-

tres floruerunt, Beatus scilicet Erhardus & frater eius
Hydolphus: nondum enim erat Leo IX. in terum na-

turâ, imò Leo IX. post Imperatorem Henricum II. in
Papam fuerat promotus; & fuerat Teutonicus natio-

ne, & ab huius vita laboribus exemptus est n anno Do-

mini millesimo quinquagesimo quinto, Apostolatus
sui anno sexto, vir sanctissime vita. Hic etiam Leo IX.

o transtulit corpus B. Erhardi temporibus felicissimi
Imperatoris Henrici III. p fundatoris Ecclesie Bam-

bergensis sub anno Domini millesimo quinquagesimo
secundo; qui Henricus successerat in imperio Otto-

ni III. Augusto q Romæ defuncto.

^q 8 Illustribus igitur supradictis regnibus Fran-

corum Regibus, & præcipue Serenissimo Romanoru

Augusto Carolo Magno, qui propter vitæ suæ merita

catalogo Sanctorum ab Ecclesiâ meruit connume-

tati, floruerunt in areâ tempestis fluidæ, & procello-

sæ vitæ viri sancti in Hiberniâ, quæ maior Scotia dice-

batur, & se disperserant in numero multo per omnia

Franciæ & Germaniæ loca, & hinc ad alia terreni ot-

bis climata, vt lumine fidei illuminarent populum te-

nebrarum, & cœcitatibus erroribus extirpatis ad solem iu-

stitia conuerterent oculos lippientes. Itaque felicissi-

mus Praeful B. Erhardus tunc temporis coassumpto si-

bi Adalberto sancto Presule, cum de proprio gregis

Domini dispositus esset ouili, vale dixit fratri, & terram

olim Noricam: ab occidentali eius parte sic dictam;

generaliter autem Bauariam, à lingua crassitie, & lo-

quelæ ruditate, quasi Barbariam nominatam ingressus S. Erhardus

est Dei famulus, gratiâ prædicandi fidem Catholicam cum Adal-

& orthodoxam: & in ciuitatem veniens Ratisbonam, bertero venit

quæ olim v. ciuitas quadrata dicta est, à fundationis suę

figurâ, vulgariter autem x Imbriopolis ab Imbre fluvio

y nominata; y Ratisbona autem quasi Ratispolita, fir-

miter fundata, propter fortitudinem & elegantiam

struetarum.

^y 9 In eâ ibidem vir Dei vixerat tamquam Angelus

in humano corpore hospitatus, caritate feruens, casti-

tate & modestia pollens, miraculis clatus; adeò vt er-

totes

rores infidelium & hæreses in fide claudicantium ab ouili Domini feliciter eliminaret. Quibus autem clauerit miraculis, paucis hæc verbis perstringere studeamus. Nam cùm ipse Christi fidelissimus præco, & citharista dulciorius Reginæ cælorum tantis floret virtutibus, reuelatum est ei diuinus, ut de Bauariâ ad Rheni fluminis partes, videlicet in Alsatiâ se transferret, filiamque Ducis & Ericonis cœcam natam baptizaret, & diuinâ iuuante gratiâ tam corporaliter quam spiritualiter illuminaret. Qui diuinâ annuens voluntati, se ad locum prædictum receperat, & puellam quam quæserat inueniens, fide Catholicâ tempore ad hoc congruo instruxerat, & informatam veritate fidèi baptizauerat, imponens ei hoc nomen Ottilia, Aa quod interpretatur, Deus Sol. Bb Cumque ipsam sacri fontis vndis immersisset, feliciter inter cetera in hæc deuotionis incidit verba: Domine Iesu Christe, inquit, qui es lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum; huic famulæ tuæ rorem tuæ dulcedinis instilla, corde ac corpore illuminando eandem. Mox autem puella lumina clara oculorum ad preces beatissimi Patris adepta est, diuinâ clementiâ operante. Defluxerat hinc miraculum hoc famâ multifluâ in populos Noricos, qui per hoc in Christianâ professione solidati sunt. Et Ottilia beatissima Dei virgo creuit moribus synceras & virtutibus sacris, adeò ut virginis cœtibus connumerata sit in æternis gaudiis paradisi.

Habitat iuxta monasterium Virginum.

10 Hinc vitæ Dei reuersus est in Bauariam, & in ciuitatem Ratisbonam, vbi specialiter ad inferius monasterium in honore venerabilis Dei genitricis fabricatum conuersatus est, sanctitate purissimâ, & deuotio ne mundissimâ delectatus, tunc temporis in virginâ diligentiâ, quâ Deo & Virgini gloriose diu no[n]tum que seruierunt & seruiente studuerunt inibi famulæ Deo dicatae canonicæ cælibis vitæ. Tantum autem eumdem locum dilexerat pius Pater, vt propriis manibus suis ibidem iuxta monasterium puteum aquæ dulcis foderauit, qui nunc curiâ Abbatissæ circumdatu[m] est: in quem puteum, licet altum satis, successivæ inciderunt tres homines olim, videlicet famulus quidam, mulier in prægnatu, & infans quidam: & quilibet eorum illæsus penitus evasit. Quæ miraculis beati viri non incongrue ascribuntur.

a Sedere cœpit Leo III. sub initium an. 795. ad quem annum superstitiæ fuisse S. Hildulphum nec Braverus quidem aferit.

b Alter paulo hoc in S. Hildulphis vitâ refertur: Famâ intercœa præconij eius circumpositas terras transfuolâs, remotiores quoque penetraverat. Cùmque è diuersis partibus multi ad virum Dei venirent, Erhardus vitâ æquæ sanctissimum, carne quidem B. Hildulphus germanus, ordine vero Coëpiscopus, nomine huius acceditus occurrit. Diu itaque quæsitum cum inuenisset, labori eius congratulans, inquit: Ecce, frater, desiderium cordis tui tribuit tibi Deus, & voluntate tuâ nō te fraudauit. Quem enim diu concupisti locum tuæ conueriatione habilem inuenisti. Tu ergo sta viriliter in fide, & confortare in Domino & in potentia virtutis eius, certus quia qui perseveraderit usque in finem hic saluus erit. Per annos igitur aliquot continuos secum manentes, æterna vita vicissim monitis resonabant, & tabernacula congregatis utrūque vita necessaria prouidebant, & tabernacula erigebant. *Consentit vita à Paulo scripta.*

c Hoc est fortè quod iam dictum est, ex vitâ S. Hildulphi. Tabernacula erigebant. Quamquam hac quoque alio loco in eiusdem Hildulphi vitâ habentur: Inde B. Erhardus constructâ ecclesiâ ex nomine sancti Confessoris Christi Apri, non procul à monasterio, ad lœvam feliciter iam dicti fluminis, &c. De S. Aprio xv. Septemb.

d Non ultimus hic Stephani III. annus fuit, qui à 27. Martij, an. 752. sed ut usque ad 26. April. 757.

e Imò an. 754. v. Kal. Augusti Pipitum & filios unxit Stephanus, ut ex antiquis ostendit Baronius tom. 9 ad an. 754. n. 5.

f Stephano III. non Adrianus, sed Paulus succedit. Post hunc creatus Stephanus IV. an. 768. cui an. 771. succedit Adrianus. Sed hinc Auctori errandi occasio, quod Stephanus IV. sapè III. appellatur, III. vero II. quia Stephanus II. post triduo vixit in Pontificatu, quem immediatè ante Stephanum III. gesit.

g Magni estimatum fuisse illum Patriciatus titulum pater ex epistola eiusdem Caroli ad Leonem III. datâ vii. Kal. Ianuâ. an. 795. & Adriani ep. II. & 12. ad Carolum.

S. Ottilia monitu diuino baptizat, & visum ei impetrat.

Aa **B b** 26. Det. 795.

h Projectus eo anno in Italiam est Carolus contra Desiderium Longobardorum Regem, evocante Pontifice.

i 26. Det. 795.

k Contigit hoc an. 799.

l Si annos numeremus à nativitate Christi, coronatus est Carbo-

lui an. 801. sin à Kalendis Ianuarij, 800.

m Hinc pates Conradum non v[er]um esse priore vitâ à Paulo scri-

p[er]turbat, in quâ id non habetur, sed secundâ.

n Imò an. 1054. 19. April.

o Meminit huius translationis Hundius in Gerardo III. Ratiobenf. Epis. copo. Raderus vero: Erhardus Leo IX. P[re]t[er]f[ac]tus Maximus præfens Ratiponæ, cum D. VVolfango colesti honore colendum sanxit. De eadem re Braunerus to. 2. lib. 10. Pereandem occasionem. VVolfangi & Erhardi memoria æternitat[em] consecrata; artis ipsi templisque iure quo qui optimo recepti, & Diu appellati. At multo ante Erardo dicata fuisse templum pates ex Diplomatæ S. Henrici Imperatoris suprà citato. Venerai in Germaniam S. Leo IX. Pontifex an. 1052. ut Henricum II. qui Germanis, quem admodum v[er]el binc patet, Tertius est) Imperatorem, cum Rege Hungariæ reconciliare.

p Fadè hit hallucinatur Conradus. Non Henricus III. sed II. Octoni III. succedit; & Bambergensem Ecclesiam fundauit, vt in eius vitâ xxi. July dicemus. Is vero iam ante an. 1024. obierat.

q Idem alii scribunt; alii vero cum ab Urbe discessisset in itinere obiisse tradunt. Accidit id sub finem Ianuarij, 1002.

r De eo 28. Ianuarij.

s Haud sat is liquet, quid sibi Author hic velit. An Bauaria occidentalem partem Noricam dictam? Falsum est: Norico occidua est Bauaria, nisi posterioris aut scriptoribus Norici quoque nomine appellata, quod Boii Noricum olim aut certè eius partem tenere. An Norici ab Occidente notationem petat: Portus à Septemtrione dicta videtur, quem Teutones Nort vocant. Vnde Nortgoiæ (Borealem terram significat, quam Naricio olim tenuere) perpetuam habent, ut Braunerus ait, Norici appellatio à semidoctis imposita est.

t Nec in Bauaria etymo eruendo felicior Conradi conjectura. Braunerus lib. 4. Ea omnis illa regio est, qua partem Rætia, Vindelicia, Noriciq[ue] complexa, prioribus nominibus ferè expunctis, diu Noricum, tandemque tractâ à Dominis (Bois) appellatione Boiaria dicta est: quod ipsum nomen per monstrissimas inflexiones, qua delicatas hodie aures vulnerent, in Bauaria vistatis vocabulum detorunt est. Nam vt modestiores corrupelas fileam, quas sibi Paulus Diaconus, Megellus antiquissimus inter Boios poëta, & Venantius Fortunatus permisere; quis ferat illos qui propemodum faxa locuti VVaiyariam, Wavariam, Baugariâ, Bavariâ, indolato ore rugierunt Ita ille. Quia Boici nominis notatio sit, statuerit Velserus lib. 1. ver. Bole, se ignorare, & variorū futilis cōiecturas repudiat; addit tamē Boiaros aut Boieros, quæ Germanis puta Boiorum appellatio, illâ etiamnū ætate apud Moschos claritudinis & nobilitatis adhuc habent vocabulum, quippe quod amplissimo gentis ordini tribuantur.

v Torno 1. Theatri urbium Georgij Bruni idem refertur, quod ad quadratam figuram, & quadratis lapidibus magnis muro circumdata fuerit, ut in reliquis veterum murorum retro S. Paulum cerni potest. Auentinus Quartanorum urbem à quartâ legione dictam putat. Ast in Notitiâ Imperij habetur: Praefectus legionis tertiae Italicae pars superioris Castra Regina, nunc Valato.

x Rider hanc appellationem, eiusq[ue] formationem Auentinus, & merito Reginus fluvius, qui Germanis Regen dicitur, quæ vox etiam pluviā significat, isthic in Danubium influit. Vnde Regina castra, & Germanicâ vox Regensburg. Nam quid à Regino-purgâ Theodosius 1. vixore nomen urbi inditum scribit Auentinus, id merito inter ineptas fabularum laciniias, quas his toria sua illam passim assidue notat Braunerus, censeri debet. Autore media etatis; ut in S. Emmerâni vitâ xxii. Septembr. videbimus, Hyetopolim, Hiatsopolim appellarunt, ridiculâ elegante affectatione; non, ut est apud Brunum, ob ruditatem populi agrestis, ore hiantie verba hiantia proferentis; sed ab eodem fumine Regen, quem vt Conradus hic Imbre, ita illi Græco vocabulo v[er]o, quod imbre significat, appellarunt.

y Ignora nobis huius nominis derivatio; sed hac Conradi non placet, nec illa apud Brunum, à ratiibus mercimonij causâ conflentibus.

z Imò Etichonis, sive Atichonis, aut Atici.

aa Haud facile est hanc significationem eruere; nisi Author vel litteram G proponat, quasi sit Got, quod Germanis Deum significat;

Gr̄dios id est Sol, vel ab h[ab]eo, & ia, id est Deus Hebraice. Verum ut quid difficile habere nugas?

b In vitâ S. Hildulphi narratur id accidisse eo tempore quo apud Hildulphum in saltu V[er]ago erat Erardus; diciturq[ue] eam Hildulphus baptizasse, de facro fonte suscepisse Erardus. In vitâ S. Odilia, ut hic dicitur diuino monitu è Bauariâ in Alsatiâ venisse Erardus; eamq[ue] baptizasse.

Avcr.

CONRA-

DO.

Ex mss.

Moritur.

C A P. III. Post mortem miracula.

I Vm itaque vir diuinitus iugum Domini continuaisset in hac valle lacrymarū, vt diuina gratia ipsum iuberet carnis tunicam exuere, & ciues patriæ cœlestis Spiritu sancto feliciter adire; infra basilicam supradieti monasterij ad latus septemtrionale tumulatus est: & ibidem post obitum suum crebris claruit & hodie claret miraculis.

a Nā eo tempore quo ^a S. Wolfgangus ex promotione Imperatoris Ottonis II. Cathedram Episcopalem Ratisbonæ fideliter rexerat, ipse B. Erhardi tumulum frequentare solebat tempore quo poterat secretiori. Et cum quadam vice post tempus matutinum Spiritum sanctum alloqueretur lacrymosā deuotione, B. Erhardus soporati dixit B. V. Wolfgango: Tædet me h̄c esse inter istas meretrices: tu igitur reforma in melius oues tibi creditas in ouili Christi. Sic enim dilapsa fuit post obitum beatissimi viri Erhardi claustralium inferioris monasterij deuotio, vt potius ibi, quantum ad quasdam earum, prostibulum, quam monasterium dici mereretur. Nec sanctimoniales, sed canonicae nominari volebant, adinstar secularium canonorum, incidentes sericis & variis induuiis. Eiusdem etiam conditionis esse volebant canonicae & superioris monasterij. Beatus igitur V. Wolfgangus ex Ducum Bauariæ subisdio e monasterium S. Pauli Ratisbonæ fundaverat, in quo sanctimoniales sub regulâ S. Benedicti, & sub habitu quem hodie gerunt, instituerat: & tunc secura est illas in moribus & in vita tam inferioris monasterij quam superioris maior multitudo. Quædam autem ex eis hinc inde infeliciter apostarunt, & priscæ turpitudini adhæserunt. Non igitur ad detractionem reputent moderna felicius ita euntes veterum turpitudines; sed compatiantur eis potius in Domino nostro Iesu Christo.

b Eodem etiam tempore S. V. Wolfgangi, quædam Sanctimonialis, Gunegundis nomine, filia sororis S. Vdalrici, quæ tunc custos erat ecclesiæ monasterij inferioris, imaginē crucifixi Domini nostri Iesu Christi ligneam, stantem tunc iuxta B. Erhardi tumulum, nocturno tempore lacrymantem vidit, & sibi dicente: Inhibe custodibus ecclesiæ huius servis, ne linteamen quo corpus B. Erhardi inuolutum est tam negligenter abrumpt: non est enim parua reputationis coram Domino, qui in hoc dormit tumulo. Crescebat enim, & ad aspectus hominū se foras protédebat huiusmodi linteamen, quasi Dominus per hoc innueret, quod tantæ beatitudinis sacramentum non esset populis in terra latebris occultandum. Sed ministri Ecclesiæ putabant hoc casu accidere, & quamlibet particulam linteaminis apparentem abscederunt: quoque ad prædictam inhibitionem mulier quædam albuginem patiens oculorum apertis oculis nihil videbat, quæ sepulchrum sancti Patris Erhardi frequetabat, vt ipsius precibus sanitatem à Domino recipere mereretur. Cui

c B. Erhardus tandem astitit, & ait in visione: Si vis illuminari, septem pedum spatio à sepulchro meo procumbe; ibi enim inuenies qui te illuminabit. Innuebat honorari. autem per hoc merita sanctitatis B. Adelberti Episcopi,

qui comes sua fuerat peregrinationis, & qui ad caput sepulchri sui tumulus est. vult enim illum habere,

Deo volente, socium miraculorum, quem in vita temporali habuit socium laborum & meritorum.

d *Contraria sanata.*

14 Mulier alia omnibus membris corporis sui arefacta & contracta, partim sospitatem recepit à S. V. Ven-

ceslao in Pragâ, partim à B. Erhardo in Ratisbonâ.

15 Fur quidam furatus equum, ad altare accessit

B. Erhardi ad inferius monasterium Ratisbonæ dena-

rium offerens super illud, deprecans sanctum Präfus-

lem, vt furtum suum palliare dignaretur. Sed quia fi-

ctam egit pœnitentiam, ter recedens ad altare semper

denarium reperit in manu suâ, & tertia vice monasterium egrediens à seruientibus Iudicis detensus est & suspenitus.

e Nec sub silentio præterire debeo illud miraculum, quod beatissimus Dei Präfus Erhardus mecum operari dignatus est, quamvis indigno, quamvis sordido Christi peccatore. Cùm iam enim ante annos ^{Auctor} decim & ultra studium regerem Viennense in Austria, ^{Reditor flu-} ^{dij Vienn-} ^{nensis.} accidit mihi diuinâ correctione, vt post grauem colicam, membrorum, pedum videlicet & manuum incurrerem grauem paralyisin, adeò vt nec de loco ad locum progredi valerem, nec manibus meis ori meo buccellam panis porrigerem possem. Et visum est mihi per somnia qualiter Ratisbonæ apud inferius monasterium genicularem coram sepulchro B. Erhardi, respicendo sursum viderem in quadam schedulâ, cancellis ferreis circumdantibus tumulum eius affixâ, hos duos versus:

Erhardus mores augmentat, res, & honores,

Huc omni genti pro laude suâ venienti. ^{ope S. Er-}
Feceram me ergo deferri in Ratisbonam per nauicu- ^{hardi à}
lam in Danubio flumine: & cùm quadam die Missam ^{paralyse}
solemne super altare B. Erhardi apud inferius mona- ^{fanatur.}
sterium sociorum & amicorum subisdio comparasse,
prostratus in modum crucis coram eodem altari, dum
cantaretur, Alleluia; O gemma pastoralis lucida; & se-
quentia, Salve splendor firmamenti; quas laudes Deo
donante ad honorem Präfusis infirmus feceram; mox
totum meum corpus cum omnibus membris meis in
melius est alteratum, & conualui ex toto. Igitur nunc
ad honorem Dei, & huius Sancti gloriam, hanc histo-
riam tradidi, ac legendam ipsius in hoc compendium
transformavi.

^a Hundius Episcopum factum scribit an. 968. Ottonis Magni 33. Ottonis II. primo.

^b Et hoc quoque, post reformationem à S. V. Wolfgango factam, nous ad ipsius ornatum est. ut patet ex diplomate S. Henrici Imper. dato an. Mx. apud Hundium to 3. ubi hec inter alia habentur: Mo-
nasterio Ratiponensi, quod ibi vocatur Obermunster, in ho-
nore sanctæ Dei genitricis semper Virginis Mariae dedicato,
ipso die quo illud per nos à fundamenta perfectum, in præsentia
nostræ, xv. Kal. Maij consecrari fecimus, &c. Alia extant apud
Hundium de eius antiquitate.

^c Hundius primam Abbatissam hic constitutam scribit Brigida-
dam S. Henrici Imp. sororem; hunc verò versiculum ab ipso S. V. Wol-
fgango scriptum iſbie fuisse:

Struxerat aediculam mandrita Lupambulus istam.
Vita S. V. Wolfgangi scriptor testatur eum suum nomen sic fuisse inter-
pretatum, ut se Lupambulum scriberet. De huius cancri constructione, priorum restaurata disciplinâ, ac Brigitta sanctitate, breuiter
lib. 8. Braunerus.

^d At Raderus eodem cum fratre tumulo compositum scribit.

DE EODEM S. ERARDO

ex veteri Breuiario excuso ante annos 130. quo
Ecclesia Augustana usq; est per plurima
retro secula.

f *S. Erardus.* R H A R D V S, qui Gloria fortis interpretari ^{s. Erardis} potest, Narbonensis gentilitate, Neruius ciui- ^{patria.}
litate, genere Scoticus fuit. Hic ad præslagium nominis normam extendens morum, superædifican-
dis virtutibus in fundo ætatis Christum fundamentum
supposuit, ne domus inhabitacioni futura cœlesti vllâ
tentationis quateretur vndâ, vel turbine perturbatio-
nis verteretur. Meditabatur iam atas infirma de forti-
tudine virtutum, iocorum sterilitatem, studiorū vber-
aliamq; vir-
bonæ indolis est indicium, non minus absentem, vt
præsentem metuere magistrum. Intererat legentibus,
scribentibus, dictantibus, & si quem vacationi dedi-
tum sedulò viderat, mirabatur puerulus. Inhiabat inter-
rogatibus sedulè; subtilissimus adnotator in singulis, ac
tenacissimis memoriæ cōmendabat audita cœurnulis.

^{Diligentia}
^{in studiis,}
^{aliaq; vir-}
^{tutes.}
2 Atta-

2. Attamen posthabitis mundani sophismatis cauillationibus, totum se diuinorum scientiarum dedit utilitatibus, manum munditiā cor regens sancti Spiritus inhabitatione. Beatus ergo puerulus Erhardus, cū primos virtutum flores emitteret, studij radices in pecta fixit spirituali, & neccum liberi iudex ad plenum arbitrij, liberaliter eo vsus est. Ab infantia enim plenus sancti Spiritus gratiā, in eo loco vbi doctrinæ Christi suscepit semina, multis consodalium per deuia morum exorbitantibus, gressus desiderij virtutum adornauit regulā, perfecteque opinionis lucratus est mercimonia. Nam cū alij canum volucrumque lusibus delectantur, hic præceptorum Euangelicorum imbuī sitiebat roribus; ac Sp̄ritus sancti aspirante gratiā, in cordis eius plantatio vitæ fructificabat germina. Ut enim in aures audientis est dictum: Qui replet in bonis desiderium tuum, p̄ te bono desiderio, pietatis effectum consecutus est. Voluit quod valuit, & velle conualuit, & secundū voluntatem probatē probatissimum ingenium tenerā lucratus est ætate. Illud verò, Puer maledictus centum annorum, non solum euasit; sed hoc est consecutus: Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Nam intellectus spiritualis coualefcens robore sensus perfecti consenuit canitatem, & eallis viuifici semiram pede calcans immaculato, priuilegij promeruit gaudium Propheticī, quoniam Initium sapientiæ timor est Domini.

3. Cœruit beatus adolescentes Erhardus, cœruit decus adolescentiæ, cœruit sp̄suuentutis, gaudium senectutis, ordinis regula, clericatus gloria, diuitum admonitio, diuitiarum despicio, paupertatis dilectio, visus cœcorum, auris surdorum, claudorum pes, pater pupillorum, viduarum adiutorium, fortunæ blandientis obstatum, aduersantis prouocator, carnis refrenator, spiritus affectator, ac per verborum penuriam totius virtutis armarium, ac sancti Sp̄iritus electum vasculum. Cœruit ipse in robur corporis, cœruit in ipso robur virtutis. Didicit iam irasci vitiis, temptationibus occurtere, pugnare cum desideriis, ieunia non horreare, despiciere nuditatem per contemptum vestium, iugulare superbiam, humiliare gloriam, gulam castrare, dare mutuum amicum, ignorare inimico, non acquiescere detrahentibus, afflictis compati, pro miseris viscerari, congaudere gaudentibus, flere cum flentibus, diuinis laudibus adesse, bonorum cœribus interesse, de omnibus querere, nihil negligere. Talibus igitur insistens vestigis, æternæ vitæ semitam ingressus est. Nec retardabat eum tantum ætas infirmior, quantum incitabat voluntas promptior.

4. Cum verò lustrum sexagenale primitus egressus est beatus vit Erhardus, evacuans omnia, quæ erant paruuli, virilis animi robur arripuit, diligendo timens Dominum, timendo diligens proximum, mundilibus abstinerè, diuina venetari, pernoctare in orationibus, intendere psalmodiis, compunctione lauari, tæderè carnalia, suspensi ad æternalia, & quo plutes vruntur ad voluptatem, corpore vīs est ad necessitatem. Non enim lenocinantur furoris etum ira moterat: non blandientis fortunæ sapor illeterat: non tulit ab eo victoriā acedia: non obcaecauit eum vñquam auaritia: non oblitus eum desperatio: non inquietauit eum murmuratio. Corpus subiugauit spiritui, spiritum pietati, pietatem adscriptis vitæ cœlesti. Odiuit iam membra carnalia: inexorabileisque inimicitias carnis ac spiritus continuata rebellio renouat: donec fatigente corpore iejuniorum vigilarumque & totius fatigationis continuatione, spiritus in eo Dominum adeptus est. Postquam verò Presbyteratus ascendit gradus, summum etiam cœlestis scalæ ascendit gradum, iam ex continuo non sentiens laborem, sed ex vsu laboris resumens confuerdinem. Ad altaris enim consecratus ministerium seipsum viuam hostiam in arâ cordis immolauit. Nam secundū Apostolum, non conformatus est huic sæcu-

lo, sed reformatus spiritu mentis, probans semper quæ Ex vñ
sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta. RII.

Ex Breuiario eiusdem Ecclesie Augustanae, approbato a Pio V. Pontif. Max.

1. **E**RHARDVS natione Scotus, Deum timere & maioribus suis obedientiā prestare à teneris consuevit. Is cū primis p̄ius, bonis studiis, honestisq; disciplinis, ac laudabilibus moribus deditus fuit: vitiis verò irasci, & otio sublatō pugnare cū desideriis solitus, tantum profecit, vt refrenata libidine, & temptationibus occurrere, & ieuniis ac vigiliis ceterisq; piis actionibus operā dare didicerit. Demum etiam humilitatis habitum ac vsum secutus, carnalia omnia respuit, & diuinis tantum occupatus & intenuit, plenus Spiritu sancto factus est. Qui cū esset monachus & Presbyter, Hindulphum singulare sanctoritatis virum, quondam Episcopum Trenastica, uerensem, vitam solitariam in eremo VValegi vel a VValege wde agentem fecutus, aliquamdi cuī eo diuinarum rerum contemplandarū causā mortatus est.

2. Deinde Bauariam ad prædicandum Euangelium ingressus, diuinā reuelatione iussus est ire ad Rhenum & puellam ecclam natam illuminare. Profectus igitur, cū cogitouisset Adeltrici Etichonis Ducis filiam oculis captam in lucem prodigiis, quam ob id pater iam dudum è medio auferre mandauerat, mater verò creatura misera, occulte nūtriedam dederat. Hanc Erhardus ipse accedit, eiusque oculos vi ac potentiam non minis Christi aperit, sensumque videndi immittit. Ipsa Odilia vi- verò peramanda lucis desiderio, & admiratione nec- sus obtinens, vitam solitariam in eremo lucis appetit & amat. Erhardus igitur eam fide instruit & baptizat, ac Ottiliam nominat.

3. Rettersus in Bauariam obiit. Causis sepulchrum Ratisbonæ in inferiori monasterio monialium cū pro more B. VVolfgangus visitaret, S. Erhardus improbus & inopinatus ei apparuit, ac inter alia conquestus est, quod ædem sui sepulchri luxuriā & libidine moniales contaminent. Ego quidem, inquit, Deum pro eis hucusque multis precibus interpellavi; sèpè etiam cælicolas fratres meos promoni, vt vna se mecum ante tremendum Iudicem prosternerent, eoq; modo du- Dissolute moniales, corrigi tū bensur. ra eius sententia in eum usque rogata diem, quod minus iam lata sit, nostrā causā, spe emendatoriis vta factū est. At verò ista in foeda luxuria pergunt: & mihi tamē, vt pro ipsis ore, semper instant. Quid agam amplius? aut quibus precibus ante tremendi Iudicis sententiā & vultum assistat? tu igitur pro tuā pietate & officio, congregationem hanc destrue, & auctiorem institue, omnemque & libidinis exercenda, & loci contaminandi occasionem aufer. His dictis rursus dispergit. VVolfgangus igitur quod iniunctum erat pruden- Miracula ad S. Erhardi se- ter & grauter executus est: & quæ ex monialib; se iugo arctiori submittere noluerunt, eiecit exquisitique pulcrum. penitus. Atque ita factum est, vt breui apud sepulchrum Erhardi cœci visum recipierent, claudi sanarentur, alia que plura miracula ficerent.

a Testatur Cluverius regionem ad utrumque Vosag latus, ad oppidum usque Zvveipruck, vulgo Lotharingie dici le pais de Vosques, Germaniæ das Wafgavv. Et iuxta Tabernas Alzaticæ; arcem esse, Baroniam titulo insignem, que Geroltzeck in Waffigavv dicitur. Quæ nominā à Vosago, siue Vafago, aut Wasago deducit; dubium non sit.

Ex moderno Breuiario a Augustano.

1. **E**RHARDVS Episcopus, natione Scotus, à primâ ætate timori Dei ac obediētiæ assuetus, prīsque ac honestis studiis ac moribus apprimè ornatus, virtus ac inordinata desideria & otii temper declinare studuit. Quo in exercitorum genere tantum profecit, vt sum- S. Erhardus mæ humilitatis monachum tandem professus; Hindul- fit mona- phum, qui relicto Treverensi Episcopatu solitariam chus:

EX V.A. vitam assumperat, securus, cum eo diuinarum rerum contemplationi vacarit.

2 Profectus deinde in Bauariam, Euangeliū Christi prædicauit: indeque Dei monitu digressus ad Rhenum, cognovit Adelrici Ottichonis Ducis filiam oculis captam in lucem prodiisse, quam patris, qui eam ē medio tollere nitebatur, insidiis subtrahit, atque **S. Ottilia** in fide instructam & lauacrum regenerationis flagitabat. tantem baptizavit, & virtute nominis Christi sanavit, Ottiliæ nomen ei imponens.

3 Posthac reuersus in Bauariam Erhardus, mira-

culis illustris, quem diu ardenti desiderio expectauerat, extremum clausit diem. Eius corpus Ratisbonæ in inferiori monialium monasterio conditum est: cuius se- **P**ost mor- pulchrum multis quoque claruit miraculis, quod cùm ^{rem claris} B. **V**Wolfgangus pro more visitaret, apparuit ei quo- ^{miraculæ} **D**am tempore **S. Erhardus**, locum & ædem sui sepul- chri vite dissolutione dehonestari à monialibus con- **S. V**Wolfs- questus: quâ re motus **S. V**Wolfgangus arctiore vi- **G**ango ap- uendi rationem ibidem restituit.

a *Eadem fide habentur in Breuiario Heribolensi, in quo fit hoc die de S. Erardo commemoratione cum nonā Lætatione.*

DE S. GARIBALDO, VEL GAVBALDO EPISCOPO RATISBONENSI.

CIRCA I **R**EGINOBVRGVM illustre Germania ciuitas, vul-
go nunc Ratisbona, olim Reginum, & Reginæ
ANN. castra, ad Danubium contra Regini annis con-
DCCLII. fluentem sita; an proprios olim Antisites habuerit, quo tempo-
VIII.IA- re Romanis Ratisbona ac Noricum parebant, non constat. Nam qui
NVARII. alius memoratur Paulinus, in Tiburnia Norici mediterranei
S. Garibal- vrbe Episcopus fuit. Postquam ad Christi religionem Boij, sue
vrbis primus Baioarij, qui nunc Bauari dicuntur, conuersi sunt, prouin-
Ratisbona ciam, inquit Othlonus Fuldensis lib. 1. vita S. Bonifacij, quam
Episcopus. v. Junij dabisimus. Otilone Duce consentiente, in quatuor
diuisit S. Bonifacius parochias, tresque magnatum virtutum viros eis præfecit, quos ordinatione facta in Episcopalem gradum sublimauit. Quorum primus nomine Ioannes, in oppido quod dicitur Saltzburg, Cathedram Episcopalem suscepit. Secundus Erinbertus, in Frisingensi Ecclesiæ regimen Pontificale subiit. Tertius Govvibolt, in Ratisponensi ciuitate, quæ metropolis Bagoriarum est, Pontifex constituitur. Viualus quoque (alius Vinilus, & Viuilo) à Præsule Apostolico iam ordinatus, Patauiensi Ecclesiæ prælatus est: sed eius paro-
chia, quæ quarta erat, à S. Bonifacio, sicut ceteræ, diui-
debatur.

2 Primus igitur in serie Ratibonensem Episcorum Ga-
Varie eius ribaldus censetur, qui & Gaubaldus, Gæbaldus, Gaia-
scriptum baldus, Gatriobaldus, Herbaldus, Garioualdus; Othlo-
nomen. no, vt diximus, Gowibolt, **S. V**illibaldo in eiusdem Bonifa-
cij vitâ Gaibald, & in alio ms. Goibalch, in alio Gaibalt.
Nam, vt recte tom. 2. Bauaria sancta Raderus, in nullâ re ita
libratorum manus vacillare solent, atque in exprimen-
dis nominibus, præserit raris, antiquis, & defisis, quæ
sæpè aliter populus, aliter scholæ, aliter scriptores edebant.
Hunc autem idem Raderus & Hundius in Metropolè
Sanctum quidem appellant, sed natalem eius non produnt. At
Martyrologium Germanicum VIII. Ianuarij ista habet: Item
S. Herbaldi Episcopi Ratibonensis & Confessoris. Et
Carthusiani Colonenses in Addit. ad V Guardum: Eodem die
SS. Erhardi & Herbaldi Pontificum Ratisponensem
& Confessorum.

3 Confiturus est Ratibona Episcopus Garibaldus anno
Quando Christi D CXXXIX, vt patet ex epistola S. Gregorij III. Papa
Episcopus ad Bonifacium, quâ Baoarianum in quatuor Episco-
pus creatus. patrus diuiserit. Ea verò data est 1 v. Kal. Nouembris. Leoniu Isau-
rī an. XXII. Constantini eius filij XX. Indic. VIII. iam in-
choatâ. Vnde corrigas quod lib. 1. Miraculorum S. Emmeram-
mi cap. 1. scribit Arnulfus, id post Caroli Martelli mortem ac-
cidisse, cùm is denum an. DCCCXL I. decesserit. Quâ de re iterum
agamus in S. Bonifacij vitâ, & in S. Gregorij III. die XXVIII. No-
vembri. Sedem Episcopalem habuit ecclesiam S. Em-
merani, vt Hundius tradit; sicut plerique, inquit, Episco-
patus primò in monasteriis cœperunt. Deinceps Cathe-
dralis alia constructa basilica est, qua S. Petro dicata.

4 S. Emmerammi reliquias refodit ornatusq; recondidit
Garibaldus, quod ita Arnulfus loco citato commemorat: Gau-
baldus dum sibi credita foueret, necnon adaugeret
ouilia, inter cetera quæ benè dispositus & ordinavit,

consilium init cum Clero, quo sepulchrum aperiret
B. Emmerammo. Quod crebris miraculis fieri debere **T**ransfusis
clamitantibus, communis omnium cōprobauit assen- **c**orpus S.
sus. Quid plura? Die statuto translationis & eleuatio- **E**mme-
nis cunctorum vota concurrunt: ad laudes Martyris **r**ammi.
tanto tempore inter mortales sub negligentiâ quie-
scents, innumera sexus viriisque turma confluxerat.
Ade a, quæ sæpè audierant, Martyris beneficia clariùs
videnda, festinant cuncti; nouis interesse gaudiis pro-
perant vniuersi. Demum electi Sacerdotes cum Dia-
conibus, ac aliis ad aperiendum sepulchrum necessa-
riis, populum extra ecclesiam eiecerant, & ostia intrò-
seris munierunt. Cumque tremebundâ religione à se-
pulcro humum resoluissent, nec non etiam lapidem
superpositum à parte dextrâ in laevam submoisset,
mensurâ tantum quasi palmi & semis; timor super
omnes irruit, ita vt præ pauore nimio laborantium
manus à lapide labentur. Ex quo terrore percutti, vi-
ribusque dissipati in terram ceciderunt. Vnus autem ex
illis qui à dextris astabat, peccus lapidi supponens tam
diu solus hunc, cùm esset ingens, haud suâ valitudine,
sustentabat, quousq; ceteri posse resumerent, & succur-
rendo manus ad incepta consererent. Tunc tantâ ce-
leritate & securitate amouerunt, ac si in se grauitatis
pondus minimè haberet. Quid verò hoc tristis miraculo insinuat? nisi quod prophetic ore prædicatur.
Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israël ipse dabit
virtutem & fortitudinem. Ob reuerentiam enim sui
Martyris virtus Altissimi hos terribiliter struit, sed ad
eius laudes in pristinas vires mirabiliter restaurauit.
Tertiò vni sacris cineribus famulanti concessit fortitu-
dinis munus ad gloriam nominis sui, qui est trinus &
vnus. Pro quo triplicato signo Sacerdotes venerandi
gratias agentes alma Trinitati, cum magno Cleri po-
pulique tripliudio incomparabilem purpurati corporis
thesaurum tumulo, quo eatenus reconditus erat, aufe-
rentes, in monumentum nouum venerabilimè tran-
stulerunt; quod ad id satis accuratè iam parauerunt. In
quo Principes aurilaminas & argenti, apparatu pul-
cherrimo fecerunt affigi, easque gemmarum ordine
vario distingui. **H**ec ibi. **D**e hac translatione pleniū xxii. Se-
ptembri, quo die S. Emmeramus colitur.

5 Praefuit Garibaldus annis XI. inquis Hundius,
sed secundum Chronica S. Haymerani XXII. At Tri- **Quandiu**
themius supra XL. annos ei tribuit. Ita enim scribit lib. 4. de vi- **federis.**
rit illustribus ord. S. Benedicti cap. 220. Gaibaldus mona-
chus & discipulus S. Bonifacij Martyris Moguntini, &
Ratisponensis primus Episcopus, Doctor & præda-
tor insignis, tam honestate morum, quam scientiâ scri-
pturarum præclarus, ad Christum multos suâ prædi-
catione conuerit. Claruit anno Domini 780.

6 Meminerunt Garibaldi preter citatos, Velserus rer.
Boic. lib. 5. Raderus to. 2. Bauaria sancta, qui Hundium secutus Qui de eo
bijsse ait an. DCCLII. & ad D. Emmerammi humatum, scripsit.
Nicolaus Serarius in Moguntiacis Notat. 28. ad vitam S. Bo-
nifacij.

nifacij. Ioannes Auentinus lib. 3. Annal. Boior. Philippus Ferrarius in Topographia Martynol. Romani. Gervoldus in Addit. ad Hundium. Andreas Braunerus tom. 1. Annal. Boior. lib. 5. Arnolphus ante citatus, in vita S. VVolfangi, ubi istud habet: In primis praeceps Dominus Gaubaldus, vir sanctus & religiosus, sub quo corpus B. Emmerammi vere Martiris & Episcopi translatum est, &c.

Ex v. A.
RIIS.

DE S. VVVL SINO, SIVE VVLSIO EPISCOPO SCHIREBVRNENSI.

A.N. C.H. I
CMXXX
XIIII.

VIII. IA-

NVA RII.

PIscopuS, VI.

Id. Ianuar.

in celum migrauit;

quo Hugo Menardus

S. VVulfini in

Martyrologio Benedictino :

Schirburniae in Anglia

natalis.

S. VVulfini

Episcopi &

Confessoris.

Martyrologium An-

glicanum XXVI.

Septembr.

eum refert,

& solùm

Abbatem no-

minat, vti & Ferrarius.

2

Est nunc Schireburnia,

(quod Fontem clarum so-

Schirebur-

nat,) alias Sherbona,

oppidum frequens,

& lanificio celebre

in Comitatu Dorcestrensi;

at VVillielmi Malmesburiensis etate,

vt ipse scribit lib. 2.

de gestis Pontificum Anglor.

viculus

erat nec habitantium

frequentia,

nec positionis gratia

sua vis;

in quo mirandum & pñd pudendum

Sedem

Episcopalem

per tot durasse secula.

Primus iñ his sedet

S. Aldelmus,

cuius vitam dabimus XXV.

Maij.

Translata de-

inde Sariburia Cathedra eft,

V Vilhelmi Normanni teponibus.

3

Breuem S. VVulfini vitam dabimus ex Ioanne Capgra-

vio, tum quadam ex Malmesburiensis lib. 2. de gestis Pontif.

Anglorum subiungemus.

Agunt de eo Mattheus VVestmonaste-

riensis, Nicolaus Harpfeldius seculo 10. cap. 9. & sec. 11. c. 16.

Arnoldus VVlon Append. ad lib. 3.

Ligni vita.

Godvvinus,

qui egredi

hallucinatur dum ann.

958.

migrasse scribit è vita,

an. 940. ad Episcopatum ueuctum:

cum an. 958. à S. Dunstan-

no Episcopo tum Londonensi,

& Rege Edgardo,

Abbas VVestmo-

nasteriensis constitutus sit;

Episcopus vero non nisi tempore Ethel-

redi Regis, qui an.

978. coronatus est.

Videtur series Episcopo-

rum Schireburnensem perturbata,

dum post S. VVulfinum

collocatur Alfvoldus,

qui præcessisse videtur,

cum Florentius

VVigorniensis scribat eum an. 978. defunctum,

eodem nimurum

quo regnum auspiciatus est Ethelredus.

Non dubium quin multa

in Episcopatu acerba perpessus sit VVulfinus,

cum sub initia

regni Ethelredi,

Portlandia & maritima Dorsetensium pro-

vincia, à Danis piratis sapienter rastata sint: nec potuerit optimum

pastorem non grauiter affigere sui gregis calamitas.

VITA EX IOAN. CAPGRAVIO.

a 1
S. VVulfini
genus, in-
stitutio.b
Sacerdo-
tum.aximia
virientes.

c d

Ead. Abba-

s.

Quantum

enim

VVulfinum

claris natalibus

Londoniis natum,

& à parentibus diligenter

educatum, in puerilem florem prouectum Do-

mino IESV Christo parentes statuunt offerendum.

Lucet enim sub ipsius urbis monibus & S. Petri cen-

obium, nunc VVestmonasterium dictum, in quo eum

monachum factum perpetuò tradunt Domino famu-

landum. Excusa autem pueritiam gradum Sacerdo-

talem suscepimus maturo aeo & moribus clarum san-

ctitatis speculum effulgit. Contra humani generis ini-

micum vigiliis decertabat & orationibus, corpus ieui-

niis castigans: cupiditates seculi cælestibus desiderans

contempnit: & omnes animi motus & corporis, omni

vigilantia & cura seruavit. Humilitate deiectus, fra-

ternâ seruitute deuotus, caritate repletus, lectionibus

non solùm insisteret, sed etiam lecta confratribus expo-

nere, piâque exhortatione ad omnem virtutem eos ac-

cendere, & Christo lucrifacere consuevit.

2

Faure tandem & S. Dunstani Episcopi & Rex

Edgarus VVulfinum prefecit eidem monasterio. Quan-

tum enim pro salute multorum inuigilauerit, & contra

Dominici gregis aduersarium insurrexerit, quale ex-

emplum doctrinæ suæ & vitæ omnibus exhibuerit,

quis dignè explicare sufficerit?

primis præfuit Dominus Gaubaldus, vir sanctus & religiosus, sub quo corpus B. Emmerammi vere Martyris & Episcopi translatum est, &c.

Ex v. A.
RIIS.

3 Rex tandem & Ethelredus, Edgari filius, Ecclesiaz e Scireburnensi, fauore populi & electione Cleri, eum Creatus EpiscopuS præfici fecit in Pastorem. Erat enim refugium pauperum, oculus cæcorum, pes debilium, baculus infirmorum, cibus esurientium, vestis nudorum, & redemptio omnes liberae. reorum. Quadragesimali tempore inclusus cœnobiali ralitas.

claustro, & mundi tumultu exuto, simpliciter cum monachis mansit, ieiuniis, contemplationi & lacrymis vacans. In cœnâ verò Domini de cubiculo egressus gefimale. christina confecit, docens & benedicens populum. Per acto Paschali sacramento dicesim suam Euangelizandō visitauit. Sollicitus verò illud antiquitus nobile Ecclesie.

triumphum Schireburnia, non solùm emendare, augmentare, prouehere studuit, verum etiam perpetuâ pace stabilire. Aeterni namque anathematis inuicrone percussit omnem lupum ipsius domus inimicum ouile Christi lacerante, vexantem, aut dispergentem.

4 Quinto verò Episcopatus sui anno, exacto boni dispensatoris ministerio, decidit in languorem, & cum eo miles quidam suus nomine f Egelvius sibi semper fidissimus. Is audita Domini sui infirmitate, dolore in- trinsecus taetus, nuntium mittit, qui querat si nam spes tuam & esset validitudinis suæ. Episcopus enim ad nuntium dixit: Nobilis Refer celerius, inquit, domino tuo, ut dispositis rebus mortem.

omni curâ præpare se: quia cras mecum proficisetur ad æterni Regis curiam, ubi fidelis seruitij à communis Domino recipiat mercedem suam. Illo autem abeunte, Episcopus præsentes fratres tali voce affati cœpit:

Hoc carissimi mei, paternâ caritate, rogo, seruate; juberet enim hunc fidelem nostrum, ad Deum mecum migraturum, secundum secum funus prestolando, mecum ad Schireburniam petiri.

defteri & sepeliri faciat; ut qui mihi deuotus in praesenti vita semper fuit, in morte etiam & in pace assit perpetuâ.

5 Lugebat plurimum inter ceteros Sacerdos qui- dam sancto Præsuli merito sanctitatis familiaris, ac secretorum suorum conscius, nomine VVlricus. Cui sanctus Episcopus compatiens, & quasi iam solutus, & in celo positus, fiducialiter loquens dixit: Noli flere, inquit, frater carissime, quia vado ad gaudiū Domini mei vocantis me. Confide portius & cede quia huic à duodecimo trânsitus mei anno ac deinceps, recordatus

Dominus bonitatis suæ, misericordias suas mecum prædictit & miracula pôst facturum.

meo dolore affecti estis, ita tunc superno respectu gaudetis. His dictis eleuatis in cœlum oculis, in admirabile B. Stephani erupit præconium dicens: Ecce video cœlos apertos, & Iesum statim à dextris Deli. Et in hac voce vi. Idus Ianuarij in manu Domini effluit spiritum suum.

a Hinc colligi videatur Authoris Praefationem fuisse prefixam, quam omiserit Capgravius.

b De hoc cœnobio, magnificientius à S. Eduardō Confessore restaurato, egimus in eius vita v. Ianuarij cap. 4. 5. 6.

c Id anno 958. accidisse Malmesburiensis testatur. S. Dunstan vitam dabimus xix. Maij.

d Anno denum 959. totius Anglia imperium nactu; est Eadgarus Eadmundi filius. Sed pars regni, qua trans Thamsum ad Septentriones vergit, ei delata erat à populo, Eadwuy fratri libidine & soliditate offensa, biennio ante.

e Coronatus est Rex Anglia Ethelredus an. 978. 14. April. die Dominicā, ut ad cap. 1. vita S. Eduardi diximus v. Ianuarij. Unde pater S. VVulfinum, ut fuerit anno 1. Ethelredi Episcopus creatus, ante annum

Ex CAP-
annum 983. non esse defunditum, cùm Episcopatus sui anno quinto de-
GRAVIO. cesserit.
f Harpf. Egelinus.

DE EODEM, EX VVILL. MALMESBVRIENSI.

^a **H**VN c Dunstanus Archiepiscopus, cùm es-
s. VVulfi-
nus fit Ab-
bas, set Episcopus Londoniae, Abbatem apud
VVestmonasterium fecerat, instructo ad XII.
monachos cœnobio lo, in loco vbi quondam Mellitus
dein Epis- ecclesiam S. Petro fecerat. Ita communissimum officium
copus. sancte & prudenter administranti, honos Episcopalis
apud Schireburniam impactus. Qui confessum in Se-
de Episcopali monachos, Clericis eiusdem instituit; ne
^b in tantâ b contemporaneorum Episcoporum sedulita-
Monachos te dormitare videretur. Cœnobitis nihil ad vietum ne-
inducit cessitatem ex Episcopatu largitus, sed ex alieno metca-
pro Cano- tus, Abbatem quoque instituere cogitauit. Illis recla-
nicis. mantibus, quod eius dulci dominatione, dum adiuue-
ret, carere nequirent, cœsir inuitus, palamque pronun-
tians magnarum id calamitatum initium successoribus
eorum fore.

2 Cuius sanctitatis documentum cùm in vita sacer-
tum in morte præcipue manifestatum est. Namque
cùm iam proximè mortis ianuas vigeret, apertis men-
tis oculis exclamauit in cantum: Ecce video cœlos
apertos, & Iesum stantem à dextris Dei. Quo cantu si-
ne titubantibz expresso, inter cantandum defungitur:
Cantans & Christi
videns
sancta & venerabilis anima, quæ dictum primi & bea-
tissimi Martyris mutuari potuit! beata quæ cœlū aper-
tum vidit & introrsum meruit! Seruatur ibi adhuc bacu-
lus eius & quædam alia Pontificis insignia, mediocri-
tatis & humilitatis eius, viuum (ut ita dicam) simula-
chrum præferentia.

a Matthæus VVestmonaster. Anno gratia 598. defuncto Bri-
thelmo Londoniensi Episcopo, Rex Eadgarus in loco eius
Beatum substituit Dunstanum. Qui proutius apud VVestmo-
nasterium constructo ad duodecim monachos cœnobio, in lo-
co vbi quondam Mellitus Episcopus B. Petro ecclesiam fabri-
cauerat, S. VVltum ibidem constituit Abbatem. De S. Mellito
agemus XXIV. April.

b Idem S. Ethelvoldus VVintoniensis Episcopus fecit, ut ad
an. 962. testatur VVestmonasteriensis. Et nos in eius vita dicemus
1. Augusti; & alij endem aetate plures sancti Episcopi.

D E B. T O R P H I M O

EPISCOPO HAMARIENSI IN NORVVEGIA,

Brugis in Flandria.

AN. CHR. I **T**HOSANVM, sive Ductianum, celebre olim
MCC. territorij Brugenſis in Flandria, instituti Cistercien-
LXXXIV. sis monasterium fuit, quod Hacketus, ex Decano
VIII. IA. S. Donatiani monachus Dunensis, primus Abbas administravit.
NVAR II. Ad hoc se Torphimus Hamariensis Episcopus è patria puluis
Thofanum monaste- contulit, ibi, sanctissime diem obiit. De eo ista scribit Molanus
rium. in Natalibus Sanctorum Belgij.

Hic B. **T**orphi-
mrus exul-
obiit. **A**pus
dicitur: vbi hoc habet epitaphium, et si simplici
stylo, in elevato sarcophago: Hiciacet Dominus Tor-
phimus, ex regno Norvegia, ciuitatis Hamaria Epis-
copus, qui pro iure Ecclesie de terrâ suâ exultatus, & in
mari naufragatus, hinc tandem veniens pauper & at-
tenuatus, per triginta septimanas infirmatus, hospitans,
& amore Christi misericorditer sustentatus, sancto fine
quieuit, anno Domini MCC. XXXIV. VI. Idus Ianuarij.
Anima eius, &c. Eius nulla sit in diuino officio men-
tio. Ante annos tamen circiter septuaginta cùm sepul-
chrum reliqua planicie Abbas æquari vellet, ex atta-
cto loculo, suauissimus odor dicitur templum reple-
uisse. Quo facto ab incepto desistebatur. Eadem ferè ha-
bet Guilielmus Gazeus in Historia Ecclesiastica Belgij, qui
Sanctum indiget.

Vita eius **3** Chrysostomus Henriquez in fasciculo Sanctorum ordinis
ex Chrysostomo lib. 2. dist. 10. cap. 5. paulò fusiù de eo scribit: In
territorio Brugenli, B. Torphimus Episcopus. Hic na-
tione Danus, magnâ sanctitatis opinione ab ipsa iuuë-
ture eluxit, & in sacro Cisterciensium ordine Altissi-
mo militans, mirabili virtutum splendore radiavit. Cu-
ijs cùm boni exempli odor se circumquaque diffun-
deret, ne sub modio clausura regularis tanta lucerna
lateret, ad Episcopatum assumptus est, & Hamaria Ecclesie
Præf. & Pastor præfectus. Cumque iura Ecclesiastica, zelo Domini inflamatus, nullam Principiū
formidans potentiam, contra infractores & contem-
ptores sacræ & Ecclesiastice libertatis defenderet, mul-
tas hanc de causâ tribulationes perpessus est. Quibus
exagitatus, immobilis tamen perseverat. Cùm tamen
aduersariorum præuleret impietas, & sanctus vir tot
laboribus quasi opprimeretur, propter Christum pro-
priam Sedem & cognationem deferens, in Flandriam

appulit, & in monasterio Ductano ordinis Cistercien-
sis, non procul à ciuitate Brugenſi olim constructo, iam
vero penitus everso, humaniter suscepitus, ibiden ali-
quamdiu sanctissime conuersatus est. Cùm magnâ
tandem virtutis opinione ex hac vita discessit, anno
Domini MCC. XXXIV. Decursu vero temporis quidam
eiusdem loci Abbas, tanti viri sanctitate commotus,
eius venerandas reliquias aperire decreuit. Cùm autem
sarcophogum dimouere inciperent, diuinus fuit ipsi
prohibitum. Ex tumulo autem sanctissimi Praefulsi di-
uinæ suauitatis odor emanauit, qui se per torum tem-
plum spargens, omnes in admirationem convertit, ibi
autem iam à centum annis corpus venerandi Patris re-
quieuerat. Subiicit deinde epitaphium quod iam ex Molane
restitutus.

4 Eius meminit idem Chrysostomus cum insigni eloquio in
Menologio Cisterciensi ad VIII. Ianuarij, additq. in Notis illam
sepulchri aperitionem cuius & ipse in fasciculo & Molanus in
Natalibus meminit, factam anno MCCXLV. at tum nondum
100. annis eius isthic reliquia iacuerant. Molani nobis multo
probabilior videtur narratio. Ferrarius in generali catalogo
Sanctorum: In Noruegia S. Torphimi Episcopi Hame-
riensis. Fuit autem Hamaria, ciuitas olim Episcopalis in Nor-
uegia sub Archiepiscopo Nidrosensi. Dicitur nunc Aßoenſis E-
piscopi cura subesse. Torphimus meminit & Martyrologium Gallo-
belicum, ac Sanctum appellat; Hugo Manardus Beatus:
sed in hoc corrigendum est mendum typographicum, dum in
territorio Brugenli quiescere dicitur. Andreas Sauſaius in
Martyrol. Gallico: Eodem die perrexit ad Christum,
beatæ memorie Torphimus Episcopus Hamaria in
Noruegia regno, qui quod violatores Ecclesiastice li-
bertatis zelo Sacerdotali oppugnaret, Sede suâ ei-
clusus, Brugas in Flandriam venit ad monasterium Du-
ctanum Cisterciensis ordinis, cuius à pueritâ alumnus
erat: vbi cum 30. hebdomadas hospes resedisset, mor-
bo pulsatus ad requiem, felici fine quieuit. Ex cuius tu-
mulo centum post obitum annis aperto, diuinæ suauitatis
odor manauit, cuius fragrantia torum templum
perfusum est. Antonius Sanderus in Hagiologio Flandria
Torphimum vocat.

D E

DE B. LAURENTIO IVSTINIANO

PRIMO PATRIARCHA VENETO.

§. I. Origo Congregationis S. Georgij in Algâ.

A. C. H. I
MCDLV.
VIII. IA-
NVARII.

FLORET in plurimis, iisq; illustribus, Italia ac Lusitania ciuitatibus, Canonicorum secularium Religio, S. Georgij in Algâ Italâ, Lusitanâ S. Ioannis Evangelista dicta; innumeris priuilegiis à Summis ornata Pontificibus; à B. Laurentio Iustiniano ita amplificata, vt eius parens auctorq; haberi queat. Clemens VIII. an. Chr. MDCII. in constitutione suâ, que incipit: Quæ ad Religiosorum, vt tolleretur abusus inductus circa habitum antiquo instituto contrarium, precipit Religiosos debere vbiique & in omni tempore deferre togam cœrulei coloris, Pallandam nuncupatam, iuxta constitutiones eiusdem congregationis, & ad instar illius quam deferebat B. Laurentius Iustinianus, eiusdem Congregationis Institutor. Fundator quoque eius Congregationis appellatur ab eodë Clemente VIII. & Paulo V. quorum Brevia citat Daniel Rosa libro qui inscribitur: Summorum sanctissimorumq; Pontificum, illustrium virorum, piorumque Patrum, de B. Laurentij Iustiniani Venetiarum Patriarchæ vitâ, sanctitate, ac miraculis, testimoniorum centuria. Venetiis 1614. De hac fundatione cum nihil in eius vitâ tradatur, h̄c pauca prelibanda.

2 Alga, aliis Alega, insula est bis mille passus Venetiis distans occasum versus haud procul à continente Italia. Huc B. Laurentius an. Chr. MCD. atatis xix. vt infrâ in vitâ nu. 9.

ad Marinum anunculum se contulit in religionem Canoniconum collegiorum, qui S. Georgij in Algâ nuncupantur; quo tempore ecclesia S. Georgij adhuc erat monasterium instituti Augustiniani, quod Bonifacij IX. auctoritate anno Chr. MCDIV. Ludouicus Barbo Prior, & duo fratres conuersi, Honoratus Venetus & Ludouicus Florentinus, qui soli, & tacitè quidem profesi, iſhic tum Religiosi degabant, resignarunt in manus Angeli Episcopi Kissamensis, cui id Bonifacius IX. commiserat. Hic, re mature discussâ, consentiente monasterij Priore, in eo collegiatam instituit Ecclesiam Canoniconum & Clericorum secularium in communione viuentium, qui tunc eiusdem Prioris hospitio vtebantur. Illius verò discipline dux iis & auctor exstitit Antonius Corarius, quem ante clericum regularem ordinis Iesuitorum fuisse scribit Paulus Morigia lib. I. Historia Religionum cap. 43. ex codice peruetusto monasterij Iesuitorum Venetiis, & ex eo alij. Adiutor ei & praelari consilij administris Gabriel Condulmerius. Scribit congregationem hanc Silvester Maurolycus lib. 5. Oceani historialis Religionum, primùm in editibus Antonij Corarij inchoatam; in palatio deinde auctam Episcopali Angeli Corarij Venerorum Antisitius: è quo cum in monasterium S. Nicolai in Littore demigrare statuerint, à Ludouico Priore invitati in canobium S. Georgij in Algâ concesserunt. Aderant tunc, adsciti iam ante in eiusdem vita societatem, Stephanus Maurocenus, Franciscus Barbo Venetus, Mathaus de Strada Papienfis, Romanus de Roduillo Mediolanensis, Lucas Philippi Eſſenfis, Sacerdotes; Marinus Quirino anunculus B. Laurentij, Michaël Condulmerius, B. Laurentius Iustinianus, Ioannes de Pizzinardis, Simon de Persicis Cremonensis, Hieronymus de Muſis Papienfis, Diaconi; Augustinus de Gaſtaldis Papienfis, Angelus Serdonati Culcitranus, Marcus Condulmerius, Dominicus Maurocenus Venetus, Subdiaconi. In hos omnia dictæ Ecclesia iura translata, posſeſſio eius temporalis concessa, forma eligendi Rectorem Generalem aliaq; constitutio-nes præscripta. Quæ cuncta deinde à Gregorio XII. ann. Chr. MCDVII. confirmata constit. Illis quæ pro diuini. in quâ constitutiones Bonifacij IX. & Angeli Episcopi plenè referuntur. Accedit mox aliud monasterium collegiatum, nimurum Prioratus S. Augustini, cui Prioratus SS. Firma & Rustici de Leonico, ordinis S. Benedicti, Vicentia diœcesis, canonice fuit vñitus. Hæc congregationis exordia.

Initium
congrega-
tionis.

Primi
eius alum-
ni.

3 Initiatus sacerdotio est B. Laurentius ubi per etatem li- cuit, & Ioannes appellari coepit ob humilitatem, vi minus in- B. Lau- note sceret mundo, quem animo regi penitus abdicavit, vt inter- rentius, pretatur Daniel Rosa. Haud multo post, cedente Gabriele Con- Ioannes dulmerio, Prior morosterij S. Augustini renuntiatus, an. Chr. dictus MCDVI. vt patet ex litteris Apostolicis Gregorij X. I. ad Epi- scopum Veronensem, quas idem recitat Rosa. Gregorius deinde fit Prior. Pontifex, Antonij Corarij patruus, & Gabrieles Condulmerij auunculus, ambos huīus congregationis parentes, cūm alter ab altero agrè diuelleretur, ad se euocat; atque Antonium Camera- rium suum, Gabrielem verò Camera clericum & Thefa- rium dicit: mox illum Bononiensi, hunc Senensi Ecclesiis preficit. Obſtitere aliquamdiu Pontificis decreto Senensi, quod ne- garent exterum hominem summâ apud se sacerorum praefectu- râ fungi fas esse: sed coacti tandem acquiebant. Anno dein MDCVIII. XI. Junij vtrumq; Pontifex in Cardinalium nu- merum legit; Antonium (qui & Patriarcha Constantinopolita- nus erat) S. Chrysogoni, Gabrielem S. Clementis titulo. Fuit ille deinceps Episcopus Portuensis, Ostiensis, & Veliernus; hic denum Eugenius Papa IV. cui cūm anteà Thesaurarij munus administranti Gregorius ex prouentibus Prioratus monasterij S. Augustini trecentos aureos annuè pendit, ad sustentandam fa- miliam, iuſſet; hos, cūm Cardinalis est creatus, B. Laurentio eiusq; successoribus in perpetuum transcripsit an. Chr. MCDVIII. xv. Decembr.

§. II. B. Laurentij Generalatus. Ordinis cœnobia.

4 A NNO MCDXIII. electus est B. Laurentius Prior generalis Congregationis S. Georgij in Algâ, iterumq; Bis Gene- anno MCDXXI. Vtriusq; electionis decretum refert Rosa. Eum rales ordi- magistratum ita gesu, creditamq; sibi congregationem inno- centiâ vite, doctrina excellentiâ, ac praelaris sanctionibus ita exornauit, vt primus eius fundator haberit, licet Antonio Corario & Gabrieli Condulmerio initium debeatur. Non ali- ter, inquit Paulus Morigia, atque Cisterciensis ordinis Patriarcha colitur S. Bernardus, qui tamen ante eum sub B. Roberto incepserat. Addit Morigia constitutiones à B. Laurentio præscriptas, summo totius ordinis consensu suscep- Leges scri- ptas, atque ab Eugenio IV. alijsq; deinceps Pontificibus appro- bitas: ex earum mox obseruatione congregationem famâ latè vulgatâ, nouis fuisse monasterii collegiatis auctam, & non paucis summo genere natis, doctrinâ, pietate, dignitate, omniq; virtute conspicuis Canonicis repletam.

5 Scribit Daniel Rosa, se anno MDXCIII. in suâ Congre- gatione (cui tunc ipse Rector Generalis præterat) monasteria Cœnobia collegiata tredecim censuisse, qua professionem iuxta Pij V. an. MDLIX. præscriptum, sub regulâ S. Augustini emitterent. Horum tria sunt in ditione Pontificiâ: Roma sancti Saluatoris de Lauro; Arimini S. Iuliani; Bononia S. Gregorij. Reliqua decem in ditione Venetâ: S. Georgij in Algâ extra Venetas, à quo reliquorum initium ac nomen; S. Maria ab Horto in vrbe Venetâ; Patauij S. Mariæ in Vantio, S. Iacobi in mōte Silicis eiusdem diœcesis; Vicentia S. Rochi, & S. Augustini extra vrbel, SS. Firma & Rustici in Leonico eiusdem diœ- cesis; Verona S. Georgij in Braida, & S. Angeli in monte; Brixia S. Petri. Alia eiusdem instituti congregatio in Lusitanâ S. Ioannis Euangelista à Rectori Generali peculiari admini- stratur, qui anno MDXCIII. erat Michaël Spiritus sancti, sub quo hec octo illius Congregationis monasteria: S. Ioannis Euangelista extra muros vrbis Vlyſippone, iuxta Tagi ri- pam; S. Saluatoris de Villar de Sxades, in diœcesi Bracha- rense; S. Eligij Vlyſippone in arce regiâ, eminentiori vrbis loco; S. Mariæ de Consolatione in ciuitate Portuensi; S. Ioannis Euangelista Ebora; S. Mariæ de Assumptione in villâ de Arraiales diœcesis Eborense; S. Georgij de Raciano extra muros

Ex v.a.
riis.

muros ciuitatis Lamacensis, & (quod tum extrahatur) in villa de Feirâ diecesis Portuensis. Collegium unum Theologorum Conimbrica. Hospitium iisdem duo, Conimbrica alterum, alterum in villa Balneorum Regina. Silvester Maurolycus in Oceano historiali Religionum, ait in Lusitanâ monasteria huius ordinis esse quatuordecim, in Siciliâ permulta, eorumq[ue] principiū S. Iacobi della Mezzara Panormi. Alia sunt quedam eiusdem ordinis domicilia apud Ligures, & Insulæ. At consilid cauient qui cōgregationi presunt ne nimium numerus excrescat, rati in magnâ domiciliorum hominumq[ue] multitudine facilius posse euenire, vt sensim aliquid de pristina disciplina rigore remittatur.

§. III. Patriarchatus Venetus.

Patriar-
cha Aqui-
leiensis:

CELEBRATVR B. Laurentius illustri Protopatriarchæ Venetiæ appellatione. Nā preter quatuor antiquos illos ac primarios Patriarchas, Alexandrinum, Antiochenum, Constantinopolitanum, & Hierosolymitanum, alijs sunt minoris, qui vel Romani Pontificis indulgentiâ aut institutione, vel auctiâ usurpatione Patriarcharum hodie retinent nomen. Eo ex numero est Patriarcha Aquileiensis, Istria quondam & Venetia Metropolita. Paulus Diaconus meminit Pauli Patriarchæ Aquileiensis lib. 2. cap. 10. & Mirens lib. 1. Notitia Episcopat. cap. 14. Nam ante Longobardorum in Italiam aduentum, more Gracorum & Orientalium, Patriarcham sùis appellatum docet Augustinus Barbosa lib. 1. Iuris Ecclesiastici vniuersi, cap. 6. nu. 41. & parte 1. de officio & dignitate Episcopi tit. 3. cap. 8. num. 3. Cum Attila Hunnorum, aut certè Alboinus Longobardorum Rex toto p[er] seculo & quod excurrit, Aquileiam expugnasset, profugit in Gradum insulam Antistites Aquileiensis, sed q[ui] ex una post gemina facta est. Necdum quidem Attila etate Patriarchale sibi vendicauerant nomen: cœpere paulò ante Longobardorum aduentum, in Gradum vel tum primum, vel majorum exemplo, profugit Paulus, siue Paulinus, fatoq[ue] ibi ceſit. Gradensis. Dicta dein Gradus, noua Aquileia, vt ex aliis testatur Leander Albertus in Foroili. Post restitu[er]t Aquileia Sede, vtriusq[ue] Ecclesia Praesul Patriarcha dici coepit. Verum & bellorum tumultibus, & eorum qui hac moliebantur schismate propter celebria illa Tria capitula, vt alibi ostendemus, factum vt minus legitimè fortassis ab eo, Apostolica Sedis auctoritate cuncta principio gerentur; qua deinceps tamen pacis causa prudentissimi Pontifices rata esse, aut certe non conuellenda statuerunt. Nam & Gradum, nouam Aquileiam, quæ totius Venetiae & Istriæ metropolis perpetuo haberetur; & Gradensem Antistitem nouæ Aquileiae Patriarcham vocavit, licet quinto post seculo, Leo IX. Pont. Max. Epist. 2. Onuphrius in Chronico Ecclesiastico primum Gradensem Patriarcham memorat an. D C X I. Candidianum.

Episcopus
Venetus.

7 Eo tempore Venetii proprius necdum erat Episcopus: quibus circa an. Ch. DCCLXXVII. primus ab Adriano Papâ datus, de quo ita Bernardus Iustinianus lib. 12. Veneta historia: Coaetâ igitur Synodo totius Cleri populi, assistentibus Duce & Patriarchâ, (Gradensi) primus creatus est Episcopus Obelius (aliis Obelaltus Marinus) Eneagri Tribuni Matheumaceni filius. Constituitur autem Episcopalis Sedes in insula Castellanâ, quæ Oliuolus appellabatur, vnde & Episcopo Castellanus semper nomen mansit. Ursus Particiacus (seu Participatius) qui eum Episcopatum tertio loco, ecclesiam erexit, quæ nunc extat, dignam ciuitate & Episcopo; eam Beatissimo Petro Apostolo dicauit. Hic Leandro & aliis Ursus Badoarius dicitur, & iv. Episcopus numeratur, creatus an. DCCXL. Tandem LIV. in hac Sede Episcopus Castellanus, seu Oliuolensis, constitutus B. Laurentius v. Sept. an. MCDXXXIII. Quem defuncto Dominico Michaële ultimo Gra-

B. Lauræ- denſi Patriarchâ, Nicolaus V. Pontifex Max. translata Gra- tius primus denſi Ecclesia dignitate in Venetiarum urbem, Patriarchali Patriarcha titulo auxit: suppressoq[ue] vitroque titulo & Gradensi & Castel- Venetii.

lano, primum Venetiarum Patriarcham creauit, anno MCDLI.

VIII. Id. Octob. Omnes trium harum Sedium, Aquileiensis,

Gradensis, & Veneta Antistites refert Claudio Robertus in 2.

par. Append. ad Galliam Christianam. In Constitutionibus Ca-

nonicorum S. Georgij in Algâ apud Dan. Rosam citatu, dicitur in Patriarchatu tantâ religione, doctrinâ, & sanctitate excelluisse, vt ex odore sanctissimi viri mos fuerit Venetis per multis annos ex eodem sodalito sibi Pontifices diligere.

§. IV. B. Laurentij vita scriptores.

BEAUTO Laurentio an. Ch. MCDLV. VIII. Ianuarij Vitæ functo, successit ex eadem S. Georgij in Algâ con- Vite simi à gregatione Mathewus Contarenus; sub quo, aut certè proximus quo scri- scellosoribus, patruis B. Laurentij vitam descriptis Bernar-

dus Iustinianus, qui Reip. Veltetan. MCDLXXI. ad Sextum IV.

Pontificem Legatus fuit. Scriptis idem vitam S. Marci Euange- lista, & de corpore eius Venetias translatu; tum de origine Ve-

netiarum historiam, quam antè citauimus, idq[ue], vt Louis in Elo- gius doctorum virorum iudicium est, eleganter. De eo videri

possunt Philippus Iac. Bergomas in suppl. Chron. an. 1471.

Trichemius in Catalogo scriptorum; Vofius lib. 3. de historicie Latinis; Daniel Rosa in centuriâ citatâ; Antonius Stella Cleri-

cus Venetus, qui eius vitam conscripsit, citatam ab eodem Rosa.

9 Vita bac B. Laurentij, cum Sextus IV. an. MCDLXXIV.

iussisset fieri processum eius Canonizationis, excusa est Venetis,

v. Idus Maij an. MCDLXXV. & paulò p[er] Italicu auctore

Nicolao Manerbio Camaldulensi: quæ editiones non vidimus. sapius edi-

vidimus verò utramque editam à Dan. Rosâ in centuriâ testi- ta:

moniorum; prefixam etiam illam operibus B. Laurentij simul

in fol. editis Basilea in officinâ Frobenianâ an. Ch. MDLX. Vene-

tius à Bartholomeo de Alberti an. MD CVI. Colonia typis Quæ-

telij an. MDCXVI. ac demum Lugduni à Cheualierio an-

no MDCXVIII. insertam quoque viii Sanctorum tom. 1. hoc

die à Laur. Surio, & ab Abrahamo Bzouio relatam in to. 17.

Annalium Ecclesiasticorum: è quibus accuratè collatis eam hic

damus. Vitam eandem, sed contractam, edidere Franciscus Ha-

raus, Zacharias Lippelous, Petrus Ribadineira in Flore Sancto-

rum, ex Hispanico in omnes penè Europa linguas translatu; Ita- succinctius

licè, præter citatos Manerbius, Paulum Morigiam, & Silue-

strum Maurolycum, Ioannes Petrus Maffaus Societatis Jesu, in

libro vitarum decem & septem illustrium Christi Confessorum;

Gabriel Flamma libro primo de vitiis Sanctorum à senotis illu-

stratis. Minoru, sed non inelegantiâ, vita compendia referuntur

in Catalogo Sancti Italiae. Philippi Ferrarij, in Fafis Marianis

Duci Bavaria dicatis, & in officio eiusdem B. Laurentij, quod

ex indultu Clementis VIII. in dictis congregationibus S. Geor-

gij in Algâ per Italianum, & S. Ioannis Euangelista per Luf-

tiniam, hoc VII. Ianuarij & sequentibus diebus recitatur; in

quo bac de eo legitur Collecta: Præsta, quæsumus, omnipo-

tens Deus, vt B. Laurentij Confessoris tui atque Ponti-

fici, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis

atque doctrinis, per Dominum. Quid officium Paulus V.

concessus trium annorum indulgentiis, permisit ab eis omni seriat-

quintâ, alio festo non impeditâ, recitari.

10 Eiusdem B. Laurentij memoriam celebrant plurimi

passim scriptores, qui ab eo tempore seu historiam sacram, Ita-

liorium, Remp. Venetam illustrarunt, seu asceticu tractatibus ede-

de eo testi-

dū præclaram eius doctrinam infarserunt, & arcanum quen-

dam ex eo spiritum hauserunt. Centenos numerat Daniel Ro-

sa. Quibus omisitis, solum recentiora aliquot miracula, ab eodem

in calce operis descripta, dabimus, & Bullam Clementis VII.

quâdum in Beatorum numerum retulit an. MDXXIV. à quo

tempore omnibus panè martyrologiis adscriptum eius est no-

men. Molanus in Addit. ad Vfuard. Eodem die B. Laurentij

Iustiniani. Eadem prope Galefinus, Ferrarius, martyrologium

Germanicum. M. Antonius Coccius Sabellicus, qui B. Laurentij

tempora vidit, iam olim scriptis enneade 9. Chronicis vniuersalib.

9. eum in Beatorum numero à posteritate haberi. Beatus

& enneade 10. lib. 2. eum ob vitæ sanctitatem, & mira-

cula quædam, quæ circa illum in morte edita sunt, Bea-

torum numero adscribi. Raphaël Volaterranus Anthropo-

logia lib. 21. refert Canonorum Regularium S. Geor-

gij in Algâ Venetis ritum aliquot viros probos sub

Gregorio XII. esse aggressos, quorum princeps Lau-

rentius Iustinianus, vir Patricius fuit, inter Beatos an-

numeratus, qui se suumque omne patrimonium ei lo-

co dicauit. Eodem modo, et si nequum publica Ecclesia solen-
& Sæctus. nitate in Sanctorum album relatus sit, Sancti tamen titulus à
plurimi ei grauiissimis scriptoribus tribuitur, Gilberto Gene-
brardo, Ioanne Gareto, Petro Caniso, Petro Busso, Ludouico
de Ponte, Zacharia Lippeloo, Philippo Ferrario, alijsq; ac potis-
simū à Clemente VIII. in Breui Apostolico, quo concedit in-
dulgentiam plenariam Christi fidelibus, confessis &
sacrâ communione refectis, qui quascumque dictæ
Congregationis ecclesias in Sancti (vt eum appellat)
Laurætij Iustiniani festo visitauerint, &c. Videndus Rosa.

§. V. Honores sacri ei habiti.

11 *A*RAM ei primam dicatam in ade D. Mariae in Horto,
Statua & extuctam à Federico Renerio Senatore Clarissimo,
alvaria ei referunt Petrus Iustinianus lib. 7. historia Veneta, & Gale-
posita. nius in Notis ad Martyrolog. Deinde in ecclesiâ Patriarchali, in quâ sacre eius reliqua, miraculis celebres, summo cum honore hactenus asseruate, dedicatum ei sacellum, erectum altare supra sepulchrum; statua marmorea collacata, cù hac inscriptio-
ne: B. Laurentius Iustinianus primus Venetiarum Patriarcha die **VII.** Ian. M^DCLV. Ita Franciscus Sansouinus in descriptione Venetiarum apud Rosam. Nouum ei in eadem cathedrali ecclesiâ S. Petri di Castello, sacellum, longè magnificissimum, construicæptum: in illud eius deinde transferetur corpus, quod cæsper in Patriarchali palatio custoditur. In Congregatione facrorum Rituum decretum fuit **I.** Februar. M^DXCVII. vt Patriarcha Venetus Laurentius Priolus S. E. R. Cardinalu, pro suâ prudentiâ & pietate, vt expedire iudicaret, sacratissima B. Laurentij ossa eleuaret, & transferret; quod morte interceptus efficere non potuit, vt ad Breue illud obseruat Rosa. Ceterum vix villa Venetia basilica est, in quâ ei non altare aliquod erectum; vix domus, qua illius effigie careat: ea populi erga illum religio est.

12 Cùm Panormi in Siciliâ an. M^DCXXV. dira lues gra-
Protector saretur, B. Laurentij publicè imploratum patrocinium, votò
Panormitanus ad- à Magistratibus nuncupato, tutelarem deinceps eum sua vrbis
optatus ob- habituros, quotannis **VIII.** Ianuarij adituros religiosè aram, illi in S. Iacobi de Mazara, congregationis S. Georgij Algani, locatam, piumq; oblaturos munus. Impetravere dein à sacrâ Rituum congregatione quod sequitur decretum: Decretum sacræ Congregationis Rituum, de facultate concessâ Panormitanæ ciuitati celebrandi officium B. Laurentij Iustiniani, Congregationis secularium Canoniconum S. Georgij in Alegâ, in regno Siciliae, Canoniconum secularium S. Iacobi la Mazara, eiusdem Panormitanæ ciuitatis Protectoris, die festo dicti Beati **VIII.** Ianuarij. Cùm ciuitas Panormitana graui lue anni præteritis premiceretur, ad auertendam iram Dei elegit in Protectorem B. Laurentium Iustinianum, olim Patriarcham Venetiarum: cuius hodie electionis instrumento in sacrâ Rituum Congregatione exhibito, Senatus Panormitanus institit confirmari & concedi officium de dicto Beato; & Sacra Rituum Congregatio concessit pro ciuitate Panormitanâ, iuxta Rubricas, die **26.** Februarij M^DCXXVIII.

Ioannes Baptista Card. Detus.

13 Eadem ciuitas sub B. Laurentij effigie hanc epigraphen
statuit:

BEATVM LAURENTIVM IVSTINIANVM,
CLARISSIMVM
COELESTINÆ CANONICORVM FAMILIÆ
FVNDAТОREM,
MAGNVM ORBIS COLVMEN,
PANORMITANA PIETAS,
TANTI PRÆSVLIS ADDICATA
MERITIS,
RECENSITVM INTER VREIS
PATRONOS.
LIBENTER ANNIT
IN COLVMEN RECENSIRI,
EIVS NOMINE SIBI RATA
FELICITATEM.*

* Videtur verbum desiderari.

VITA

AVCTORE BERNARDO IVSTINIANO.

PRÆFATIO

AD CARTHYSIANOS.

I TALIA. T s i non dubito; venerandi Patres, quin Patriarcha Laurentius sicuti vi- uens solebat; ita etiam vitâ functiones ex- cipietur à vobis omni pietatis officio; iucundiorum tamen eius aduentum fore existimau, si rationem; quâ suauissimus gratissi- musq; hospes ad vos veniat, cognovetis. Nam quum eum à teneris annis dilexissem, plus etiam quam parentem, atque illius discessu mcerens, desiderarem aliquid solatij, optabam (vt amantium mos est) aliquam illius imaginem, non Lyssippi quidem manibus aut Apellis, sed quæ potius exprimeret & mores illius & actiones & verba; quæ nisi litterarum viuâ (vt ita dixerim) pi- ceturā fideliter atque perfectè representari non possent. Illud igitur viuam cupiebam, illud optabam, singu- lares illius cælestesque virtutes, & cuius Pontificum veterum merito non impares, præstantis aliquius ingenij litteris illustrari. Quod cum ipse mecum saepius agerem, saepè etiam cum his venerabilibus Patribus vestris, qui apud nos sunt, & præsertim cum Angelici spiritus viro Francisco Taruiano, Præfecto vestri cœ- nobij; accidit inter nos officij quædam & pietatis ple- naria contentio: quum orarem ego illum, & ille contra trebat vi- me, vt aliquid de vitâ nostri Pontificis scriberem: dice- bant esse illi auctoritatem, esse doctrinam: consueuisse per multos annos cum Laurentio, multa vidisse, mul- ta cognouisse: singulari caritate ac reuerentia ei fuisse deuinatum. Vereti me præterea dicebam, ne si ego scriberem, sanguinis propinquitas obesset fortasse Laurentij caussæ, & (velut in foro solet) testimonium ne- potis in causâ patrui suspectius haberetur.

2 At ille eisdem contra me rationibus vrgebat eni- xiūs, & facultatis & consuetudinis & amoris: atque (vt est præstanti doctrinâ & vsu rerum) intueri iubebat D. Ambrosium, qui Satyri fratri laudes duobus libris complexus est: adspicere D. Bernardum, qui Gerardo fratri, inter ceteras nobilissimas super Cantica homi- Ser. 26. id. lias, locum præcipuum eius laudibus inseruit. Neque Cant. Latinos solum memorabat, sed Græcos etiam. Nam & S. Chrysostomus parentis, & Basilius sororis vitas & laudes, quemadmodum Sanctus noster Aurelius D. Monicæ matris, prosecuti sunt. An (præterea dice- Persuadet bat) si quotidie vides alienos & externi generis homi- id illi Fratres concurrere ad illius sepulchrum, qui aut statuas, Taruianus. aut flores, cereosve in testimonium venerationis ap- portent; quid tandem tibi necessitudine nepoti, pietate filio, tantis illius beneficis obstricto agendum est? Te certè audiui, quum diceres illum tibi saepè magnis in laboribus præsenti adfuisse numine, quemadmodum promisit ipse tibi, dum migraret è vitâ. Nonne igitur ad illius honorem & gloriam, (nisi ingratissimus esse vis & haberi) quicquid in te est aut facultatis & inge- nij, aut denique studij & diligentie, conferendum? Hec igitur ille quum diceret, non minùs prudenter quam amicè, certè in memoriam redigebat, id ipsum vsu accidisse ferè per omnes ætates. Omitto enim prius illos gentiles, vt Catonem, vt Cæarem, vt Thucydidem, & Xenophontem: quorum hi Græcis, illi Latinis litteris, res illustrauere suas: adeò non de amicis aut pro- pinquis, sed de se ipsis scribere non dubitarunt. Dicam de nostris. Certè hi sancti viri Athanasius Antonij, Martini Seuerus, Bernardus Malachiae, Gregorius Bafiliij, Gregorij Chrysostomus scripsere vitas, aut disci- pulionmes, aut amicissimi.

Itaque

Ave r. 3 Itaque refragari iamiam poteram summæ aucto-
BERNAR- ritatis exemplis; sed illâ præcipue ratione non poteram,
DO IVSTI- quam de illius erga me memorauerat beneficiis. Abiit
NIANO. enim optimus Pater cā maximè tempestate, cūm me
familiamque meam turbulentissimi fluctus & procel-
læ variis modis impeteret, vt mergi penitus necesse
fuerit, (tu scis bone Deus) nisi invocatus semper à me
benignissimus Pater, in tantis malis atque periculis
opem tuam impetravisset. Ut exaret igitur aliquod
grati animi officium, quod profecto ab nepote erga
patrium sine scelere omitti non potuit, appuli animū
ad scribendum. Quæ autem narrabimus, verè possu-
mus dicere cum Apostolo, quia non solùm à fidissimis
testibus audiuitus, sed pleraque ipsi vidimus oculis
nostris, & manus nostra contrectauerunt: præsertim
cūm ab initio Pontificatus ad ultimū usque vitæ diem,
ab illius, (vt aiunt) latere numquām ferè discesserimus.
Carthu-
sianis eam
dedicat.

cidij illius familiæ caussa fuisset, que toti ciuitati fue-
rat carissima, incidit in populi odium. Et vt quoquo
modo posset reconciliare, statuit non solùm restituere
illam in lucem, sed copulare etiam sibi sanguine. Im-
petrat ab Alexandro III. Pontifice Maximo, vt liceat
adolescenti monacho soluere vinculum religionis, ad
reparandam sobolem suæ gentis: eique unicam filiam
despondet, Annam nomine. Faustæ fuere nuptiæ. Do-
nauit illos Dominus maribus sex, & tribus femellis.

Lætus tam prospera sobole Nicolaus, & Deo gratias ^{subceptis} liberis re-
agens, voti veteris, religioniq; non immemor, ad mo-
nasterium reuersus est: ædificato prius apud Amianum ^{dit ad mo-} nasterium:
cœnobio virginum sub nomine S. Adriani: in quo vxor
ipsa Anna quoque monasticam cœpit vitam. Multis ^{santæ vi-}
miraculis ambo claruerunt, atque eorum imagines ^{uit, uxoris}
apud ædem S. Nicolai, in testimonium sanctitatis ad
nostram usque ætatem perstiterent. Quod, ne cui fortè
mirum videatur, iisdem temporibus idem Alexander
Pontifex Constantiam, Gulielmi Siciliæ Regis filiam
& monacham & plus quam quadragenariam, Hen-
rico Imperatori, Frederici Barbarossa filio, nuptui con-
cessit, ad sobolem Guilielmi patris, qui Siculis fuerat
carissimus, suscitandam.

6 Ex hac igitur sanctitatis ^k propagine Laurentius ^{B Laurentij}
ortus. Bernardus pater iuuenili ætate in medio magni-
orum honorum eutus surripitur. Quirina mater, & ipsa ^{parentes.}
clarissimo genere, anno ætatis quartæ supra vigesimum, ^{Quirina}
amisso viro, & quinque suscepit libertis, reliquam æta-
tem cælibem duxit, domum suam regens, vt Apostoli 1. Tim. 5.
verbis utar, & filios in timore Dei & mandatis insti- ^{9.}
tuens, instans orationibus die & nocte: & ne in deliciis
viuens mortua esset, cilicium & catenam æream, quo-
ad vixit, circa lumbos gestauit, ieuniis & vigiliis florē- ^{mater vi-}
tem ætatem castigas: præcipue autem in pauperes mi- ^{dua sancte}
sericors & benefica, & quæ ad elemosynas filios sem- ^{viuit.}
per & verbo instrueret, & exemplo. Accessit ad exi-
mum Laurentij ornamentum, germanorum fratum
par memorabile, ^l Marcus & ^m Leonardus: quorum ^{l m}
necessaria mentio me diu tenuit anticipitem, scriberem-
ne hic aliquid de illorum vitâ moribusque: sed quum
magni res operis videretur, malui nunc soli Laurentio
dare operam. Vnum tamen illud non silebo, cum bo-
nâ veniâ legentium, tres eiusmodi fratres tantâ virtute,
sanctimoniam, & omnium bonarum artium scientiam
præditos (quod quidem scriptorum monumentis ex-
ster) vix villa unquam secula tulisse. Nec falli me amore,
neque fallere proflus scio.

7 Natus est Laurentius sub finem ⁿ belli Genuensis illius maximi & periculissimi; & natus, quo die pro insigni apud Clodium victoriâ, vniuersa ciuitas ^{o p} super applicationibus & omni lætitiae genere redundabat. Di- ^{Quando} cere solebat Quirina mater, dum in eâ lætitia pareret, ^{natus} Laurentius quodam animi perfusa, Deo primùm gratias ^{tua, quo} egisse, quod eum partum, quem tantis in laboribus pe- ^{matri vo-}
riculisque gestasse, in lucem ederet cum tantâ ciuitatis ^{to.}
lætitia; deinde Deum suppliciter orasse, vt hostibus aliquando formidini esset, & saluti ciuibus: quod cer-
tè vidimus euenis bello Mediolanensi, sicuti suo loco
dicemus. Statim autem primuâ ætate declarauit morum elegantiam singularem. Nihil illo venustius, aut
amabilius: cum maioribus natu libenter esse, cum ^{Pueri ini-}
qualibus facilis, minores amplecti. Ceterum excellenti ^{dole,}
videbatur animi magnitudine, & ad summas res sem-
per intentâ. Nihil illum ludicri delebat, vt solet ce-
teros iuuenes: sed ad magnas res diuina sapientia ra-
piebat; vt aliquando Quirina mater metuens, ne aliquot
sum erumperet ille ardor animi, & mundi honores
amplectetur plusquam par esset, Quin tu, inquit,
hanc mi fili insaniam mittis? Infernum sapit ista super-
bia. Cui subridens Laurentius veluti per iocum, Noli ^{de seipso} prefigili.
timere, ait, mater: magnum me Dei seruum adhuc vi-
debis. Hoc de seipso puerile præsigum haud multò
post Dominus impleuit.

8 An-

Iustiniani
omnes præ-
ter unus
simul ex-
stincti.

Nicolaus
monachus
Papâ an-
nuente
uxorem
ducit:

a 4 NATVS est igitur Laurentius Venetiis, ^a Bernar-
do Iustiniano patre, matre verò Quirinâ. De
genus no-
bitate:

b 5 multis in bellis, tum in eo maximè claruit, quod
c 6 Vitali Michaële Duce Veneto aduersus ^a Emma-
nuellem Imperatorem Constantinopolitanum, fe-
licitiori initio quam eventu, gestum est. Classem nobilissimam centum triremum, & viginti nauium Dux
Venetus centum diebus confecit; & in altum deduxit:
quæ quum omnem oram Illyrici maris, portus deinde
Epiri atque Achaia, & deinde maris Ægæi insulas pe-
nè omnes receperisset, captâque denique ac spoliata
f Chio, ad insulam, quæ nunc dicitur S^f Panagiæ, diuer-
tislet, & descendislet aquatum, (seu pestis illa fuit, cor-
rupto coeli tractu; seu, quod magis creditum est, infe-
cta ab hostibus veneno aquæ) sanè incredibili gue-
vastata est. Iustiniani quicumque per ætatem potuerat
capere arma, classem eam concenderant, quasi patrias
sedes bello repentes: sed tantu conatum infelix ex-
tus exceptit. Nam ad vnum omnes, sic volente Deo, aut
ferro, aut morbo extinti sunt. Domi, præter aliquot
senes sufficiendæ soboli frigidiores, fortè uenit, vt
vnu tantum supereffet adolescens, Nicolaus nomine,
b apud monachos S. Nicolai.

g 5 Vitalis Dux laceram, & tam milite quam remige
vacuam classem trahens, in patriam reuersus; & cum
præter alia publica incommoda, tum etiam quasi ex-

8 Annum erat natus vnde vigesimum, eius scilicet ætatis, in quâ carnis illecebræ ancipitem facere solent humanæ vitæ viam: q Dominus autem Iesus manum illi adhibens volens, apparuit illi, sicut ipse in eo libello, qui Fasciculus amoris inscribitur, meminit. Ipsius verba subiiciemus: Eram vestri similis, quærēs æstuantididerio pacem in rebus extrinsecis, nec inueniebā. Tandem quædam virgo sole splendidior mihi apparuit, cuius nomen ignorabam. Hæc proprius accedens, venusto vultu, placidoque affatu, O iuuenis, inquit, dilecte, cur effundis cor tuum, & pacem seftando, per multa variarū? Quod quæps, penes me est: quod concupisti, tibi polliceor, si tamen in sponsam me habere volueris. Quum vero nomen ipsius, & genus, & dignitatem scire peroptarem, se ait Sapientiam Dei esse, quæ propter hominum reformationem humanā formam suscepit. Assensi igitur, & dato pacis osculo lata discessit.

9 Hac igitur visione perculsus, rem detulit ad Marinum, Quirinæ matris confobrinum, qui fuit tam vitâ quam doctrinâ sanctissimus. Is quamquam magnum aliquid portenderet, & ardente iuuenem ad omnem altissimam vitæ rationem intelligeret, perspicere tamen penitus illius animum, & corporis infirmitatem experiri maluit: de vestitu nihil mutauit, ne cultus sordidior proderet animi propositum, sed matri nimium amanti secretum esse non potuit: quæ cum præter suspicções alias, ligna quædam rudia super lectum sterne-re, superquæ his lignis cubitare filium deprehendisset (vt est matrum natura mollior) metuens ne filius non satis difficultates religionis intelligeret, induxit in animum tentare illius propositum, & nuptias apparare. Et quidem virgo offerebatur, formâ, nobilitate & amplis diuitiis præstans, quam ego senem cognoui. Id cùm animaduertisset filius, & fratres cum matre coniurasse perspiceret, fugam maturauit, atque ad Marinum auunculum se conculit in religionem Canonorum collegiorum, qui S. Georgij in Algâ nuncupantur.

Dicebat autem initio conuerionis proposuisse animo, hinc omnia bona fortunæ, nobilitatem, magistratus, honores, vxorem, liberos, pecuniam, & omnis præterea generis voluptates; illinc inediæ, vigilias, æstu, algore, seruiturem: sedisse deinde quasi iudicem inter ista & ab se se ita exigisse: Considera nunc etiam atque etiam Laurenti, quid agas: Putasne hæc perferte poteris, aut illa contemnere? Tum se se ad Domini crucem conuertisse: Tues Domine spes mea: ibi posuisti certissimum refugium tuum. Sic confirmatus animo, reliqua matre fratribusque, calcaris præterea opibus, & honoribus, & florentis ætatis illecebris, ad cælestem militiam profectus est.

a Veriusque parentis laudes desribit Iohannes Bapt. Egnatius lib. 4. tit. de Amore coniugali. & lib. 5. cap. 4.

b Daniel Rosa citat concessionem in laude S. Magni Veneris 1605. excusam, in quâ ex hac Iustinianâ familiâ, prater hunc B. Laurentium, dicuntur prodiiſe B. Nicolaus, & B. Paulus.

c Bellum hoc fufius desribitur à M. Antonio Coccio Sabellico decad. 1. Rerum Venetiarum l. 7. Petro Marcello in vita Ducum Venetorum, & alii.

d Vitalis Michael, eius nominis II. Dux xxxviii. succedit Dominico Mauroceno an. Ch. 1156. in seditione contra eum obortâ cœsus est anno principatus sui 17.

e Emanuel seu Manuel, Comnenus, Ioannis Comneni, qui & Calioannes dictus est, filius, imperauit ab an. Ch. 1143. ad an. 1180.

f Insula parua inter Chium insulam & continentem Asia. Eam vna cum Chio representat Thomas Porcacchius lib. 2. Insularum, eamq; Panaiçæ appellat. Panagiam epithetum Deipara Virginis fuisse Græciæ, doctè ostendit Gretserus in observationibus ad lib. 3. Codini Curoplatæ cap. 3. An ei hac insula sacra?

g Al. Labe,

h Sabellicus: Sacris initiatus, ad Georgij fanum, quod est contra forum, vt alij verò tradunt, in littore ad Nicolai ædem, facris operabatur.

i Creatus Pontifex 7. Sept. 1159. defunctus 27. Aug. 1180.

k Genealogiam ab hoc Nicolao hanc texit Daniel Rosa:

Tom. I.

Nicolaus — Anna Michaëlia.
Marinus.
Pancratius.
Iustinianus.
Leonardus.
Bernardus, Procurator S. Marci.
Petrus, Procurator S. Marci.
Bernardus. — Quirina.
Leonardus. Marcus. B. Laurentius.
Bernardus, auctor vita B. Laurentij.

AVCT.
BERNAK-
DO IV-
STINIA+
NO.

l Marcus Bergomensis prætoram gessit, de quo Philippus (Mediolanensis) Dux dicere solitus erat, plus negotij sibi ex latè Marcii Iustiniani veste exhiberi, quæ ex ducetis cataphractis equitibus Venetus capere quotidie soleret. Ita Egnatius.

m De eo pluribus vi. Decemb. ad vitam S. Nicolai Episcopi, quam paraphracte ex scriptoribus Gracie consarcinavit. Legepadi de eo Franc. Philephus, qui eum in coniuiorum libris non semel laudat, Philippus Iacobus Bergomas lib. 13. Supplementi Chron. ad ap. 1427. Raphael Volaterranus lib. 21. Anthropologia. Alter eiusdem nominis etiam Orator insignis ab iisdem describitur, quem huius patrem Bergomas, auctum facit Volaterranus; sed perperam ut ex schemate dato constat.

n Bellum hoc accuratè describit Sabellicus decade 2. regum Venet. lib. 5. 6. 7. & Petrus Iustinianus lib. 5. historia Veneta.

o Clodia fossa Plinio, vulgè nunc Chioggia, vel Chioza dicitur, X millibus passuum ab urbe Venetâ distâ, in littore maris Adriatici versus meridiem. Plura suggerent Petrus Iustinianus, Sabellicus initio lib. 6. citati, & Leander in fine descriptionis Italia.

p Contigisse hunc triumphum Kalendas Iulie refert Egnatius lib. 4. tit. de Amore coniugali. Sabellicus tradit Andream Contarenum Venetiarum Ducem VII. Kal. Iuli; Clodium recepisse, ibidemq; rebus constituta Venetas redisse, ubi ingenti letitiae & plausu ab omnibus ordinibus ciuitatis exceptus est. Annus is erat Christi 1381.

q Hanc apparitionem refert Petrus Thyraeus noſter tractatu de apparitionibus Christi impersonalibus, cap. 3. ubi varias eiusmodi enumerat. r Al. Martinum.

C A P V T II.

Desiti, fame, vigiliis, & omni corporis attritione: de dolorum tolerantiâ per omnem ætatem declaratâ.

10 PRIMVM igitur sibi certamen instituit cum corporeis illecebris: cuius viam breuissimam iudicauit, si nihil illis molle concederet, sed bellum gereretur quasi cum hoste capitali. Nihil dicam de cibi partite, quem numquam saturitate, sed vix ultimâ necessitate definire: nihil de sitis tolerantiâ, quâ numquam sic torri viuis est, vt vel per ieunium, vel maximum operationem, vel peregrinationem, vel valetudinem adduci potuerit, vt potum depositeret: quin si inuitareretur à fratribus, dicebat: Quo igitur pacto fermentus Purgatorij calores, si paruam hanc sitim ferre non possimus? Vigilias à Patribus institutas, non solùm ita seruauit, vt ad matutinum primus veniret, ultimus discederet; sed quum multorum monachorum mos sit, post matutinum ad somnum redire, donec sol illucescat, Laurentius per omnem vitam numquam de ecclesiâ discessit, donec ad Primam fratres conuehirent. Rigente hyeme, accedere ad ignem nunquam visus est: tolerantia quod fuit admirabilius propter corporis imbecillitatem. Accidit autem, vt Pater quidam ad ignem inuitaret: recusante illo, palpauit Pater illius manu, quumque obrigentem frigore sensisset, admirans, inquit: O fili, magnus calor est, quo intrus ardes, si frigora ista non sentis, quibus obrigueris. Quid illud, vt ne in horum quidem remittendi animi causâ vñquam acceſſe. Statio eius in templo.

11 Stabat gradu nixus, dum diuina canerentur officia; non dextâ, non lauâ sedilibus hærens: quem statum semper in psallendo seruauit. Videntur hæc fortasse minus admirabilia his, qui numquam experiuntur. Vos autem nobiles Christi athletæ, qui quotidie facitis harum rerum periculum, scio, facti diffiliora quâ dictu iudicatis. Huius propositi atque constantiæ perseverauit vsque ad ultimam seneçutem, vt in ipsis ægritudinibus vix vllâ corpus remissori ratione

A a a

AVCT.
BERNAR-
DO IV-
STINIA-
NO.

Recensae
ager in
quadrage-
simæ vesti
carnibus.

Iubetur
modera-
tius se af-
figere.

Scrophulus
laborat.

Dan. 3.
Sectionem
vstitutionemq;
generoë
paritur.

a Al. solarium.

C A P V T . I I I .

De humilitate & mansuetudine , de contemptu ignominiaæ , de pauper- tatis amore , de dono orationis & constantiaæ .

HÆc de corporis attritione , & quidem pauca de multis. Sed veniamus ad animum , vbi plus negotij videtur. Incipiems autem ab humilitate , quam ipse ceteratum virtutum reginam appellabat. Si rector erat monasterij , velut id sibi muneris contemptui potius esset , quam honori , infima quoque ministeria diligere , quoque relatu etiam sint indigna : nihil nisi de peccatis suis loqui , sua detestari , contemni ac despici cupere , semper de humilitate Domini Iesu , aut Beatisimæ Virginis loqui. Sed omissis quotidianis istis , videte Patriis , quomodò contumelias tulit. Quum de monasterij negotiis aliquando in Capitulo ageretur , Frater quidam simplicioris ingenij , accusauit nescio quid à Laurentio factum. Laurentius autem quamuis intelli-

tione foueret. Nam quum medicus eum laborantem iam ferme septuagenarium ad edendas carnes inuitaret Quadragesima tempore , & quod facilius suaderet , afferret exemplum Sancti cuiusdam ex his recentioribus , qui ob ægritudinem haud maiorem die Dominicæ passionis pulpam phasiani comedisset ; petiuit primù Laurentius , an abstinentia posset sine vita periculo , quum ille non negasset. Vnusquisque , inquit , abundet in sensu suo : sed ut verum fatear , valde me delectant veterum exempla Sanctorum. Video autem Confessores per carnis macerationem , Martyres autem per sanguinis effusionem ad cælestem patriam contendisse.

Itaque , vt ad priores annos redeam , quum factus esset ætate vergente debilior , cogebant eum Patres ex capituli decreto , vt cibo , & somno , & ueste moderatius uteretur. Quod ille ægrè ferens , quasi ad delicias compelleretur , Iubete , dicebat , vt lubet , parebo iussus : scire tamen vos velim , ei qui pro Christo pati decreuerit , patiendi viam non defutram. Quærebam ab eo Patre , qui hæc narrabat , quid his verbis significare voluisset. Disciplinas credebat , id est , verbera & plagas , quibus solebat affligi vehementius. Notas quippe & sanguinis maculas sæpiissimè apparuisse. Non solum autem euicit has communes naturæ necessitates , sed dolorum patientiam admirabilem vbique præsttit. Incidit initio religionis in mortbum fistularum , quas medici appellare scrophulas solent. His omne collum repletum est. Desperabant medici de iuuenis salute. Vnum remedium dabant , si setis equinis per transuersum collum sæpe deducatis , corrupti humores educuntur ; adurentur deinde ferro candenti. Verum timabant , ne dolorem ferre non posset. At Laurentius vultu , quo semper erat , æquali , Quid dubitatis , ait , Fratres ? secet & vrat medicus , vt libertan non poterit Dominus mihi dare fortitudinem , qui tribus pueris dedit in fornace candenti ? Traiecitus itaque , & sectus , & adustus est. Vbi illud admiratione dignum , quod præter vnam vocem Iesu semel emissam , ne minimum quidem gemitum edere deinceps auditus est. Ceterum hoc nobis incredibile fuisset , nisi oculis nostris vidissimus , in ultimâ ætate , quum Pontifex esset , eandem animi firmitatem , & quum guttur intumuisset maiorem in modum , ac resolutio tardior appareret , eademque difficultis , angeretur autem animi piissimus Pater , domi atque in cubiculo inclusum vacare non posse ouibus suis , ad iustum ferri sterile penitus immobilem , quum timenti medico diceret : Incide audacter , neque enim laminas Martyrum nouacula tua superabit.

geret hominis ingenium , & purgare facile posset quod obiecerat , substitit primum , quasi non audiret ; tandem leni gradu in medium procedens genibus flexis , Ignoscite , inquit , Patres : peccavi in cælum & coram vobis , ecce pœnitentiam , quam dederitis , agam. Tatus pœnitentiæ Frater ille , ad Laurentium accurrit , & veniam petens , eius pedibus aduolurus est. Iterum autem quum simile quippam falsò obiiceretur , compres- sâ Laurentius mordicus linguâ , nihil respotidit ; scilicet ne aut mendax confessio malum exemplum proderet , aut negatio contentionem gigneret ; loquendi & tacendi tempora prudentissime discriminans.

14 Mundi vero fastus atque superbiam , quam ma- Contem-
gnificè perdomuit ! Non dico , vt opes reliquerit , & ho- ptus fastus
mores : neque enim tantæ virtutis est , honores conte- mundani.
minere , quam contemptum appetere. Plus est enim , vt male affici negligas , quam vt bene affici non cupias. Ceterum illud summæ perfectionis , vt male affici desi- deres. Itaque non silebo , quod Maphæus Patriarcha , qui illi successit , & fuerat eius discipulus , mihi narrauit : Nam quum de more existent ad petendum panem , forte accidit , vt frequentiora urbis loca penetrarentur. Sensit eum Laurentius motum loci celebritate , & de- clinare homines cupientem. Maphæus , inquit , quid mo- ueris ? Vadamus constanti gradu. Nihil enim profici- mus , si reliquimus verbo mundum , nisi etiam opere declaremus. Eamus cum saccis istis quasi crucibus , & gloriosum hodie de seculo triumphum referamus.

15 De paupertatis autem amore quid dicam ? Acci- Amor
dit fortè , vt teckum monasterij igni conflagaret , vbi paupertatis.
Frates omne penu in spem anni reposuerant. Aberat tamen
eo die Laurentius. Aduenienti vero mœsti fratres triste-
nuntium cum attulissent , hilati vultu Laurentius. Eia
filij , quid mali actum est nobis ? Nonne paupertatem Damno
vouimus ? Benedictus Deus , qui nos voti compotes temporali
facit. ipse qui dat semen serenti , panem etiam ad man- non moue-
ducandum præstabat : tantum ne amitteramus confiden- tur.
tiam nostram , filij , quæ , vt inquit Apostolus , magnam Heb. 10.
habet remunerationem.

16 Sicut igitur omnes & carnis & mundi illecebra- Eius con-
viluerant , ita una illi voluptas erat , ex ecclesiâ aut cellâ templatio-
non discedere. Et orationis quidem & contemplatio- & extasis ,
nis gratia eum nemo superauit. Qualis enim veneratio subibat animum , cum illum ad altare conspiceres ! quæ corporis immobilitas , quæ vultus intentio , quæ lacry-
mæ ! Ex fratre quadam audiui , illius imprimis familiari , dum celebraret Missam nocte Dominicæ nativitatis , post consecrationem Eucharistie solutum in mem-
tis excessum : cumque diutius perseveraret , accedit Diaconus semel atque iterum. Ille persistit immobilis. Tandem casulâ tractus à fratre , velut à somno euigilans , Ecce prosequor , inquit , Frater. Sed quid de infantulo isto tam pulchro faciemus ? Quomodo solum & nudum in tanto frigore relinquemus ?

17 Constantiæ autem fuit admirabili. Postquam Constan-
Deum secutus est , maternam aut fraternam domum sis.
ingressus non est. Memini puer adhuc cum essem , vi-
dere eum ad domus nostrâ ianuam pulsantem , panes
petere , domum tamen aut ianuæ limen non ingredi , sed
foris stantem panes opperiri. Mater autem filium ægrè
ferens tanto onere grauem diutius per urbem vagari ,
iubebat ministris , vt saccum illi panibus implerent. Re-
cusare semper Laurentius , & panibus duobus conten-
tus discedebat , vt operam nauarer humilis mendicatio-
nis , & non domestici quæstus. Matris dormitioni in- Adept ma-
teresse , pietatis esse putauit : ibique noctem egit , vt tripli-
materni amoris præceptum adimpleret. Dignum illud sis.
memoriâ , quod matrem , quam vnicè dilexit , morien-
tem videre potuit sine lacrymis : & plorantibus aliis ,
ipse siccis oculis ultimum persoluit officium. Idem
vbique erat : numquam eum quisquam aut lætitia ex-
hilaratum , aut ira commotorem , aut soluionem
remissione animi videre potuit. Non ullum deni- que

que vestigium metus, cupiditatis, doloris, voluntatis.

C A P V T I V.

De dono & efficaciâ verbi. quo pacto

Fratrum temptationibus subueniret.

De spiritu prophetiae: & de vocatio
ne illius ad Pontificatum.

Eius sermo 18 **E**RAT autem illius constantia (quod raro solet qualis.

Esaie 53. ii. accidere) mirâ simul humanitate & veneratione condita. Sermone fuit suavi, brevi, & pondere pleno: & (vt scriptum est) verbum quod ex illius ore egrediebatur, vacuum non redibat. Fuit illi præcipius in adolescentiâ socius, tam genere quam diuinitatis clarus. Is forte aberat, & in Oriente negotia gerebat, quando Laurentius Dominum Iesum fecutus est. Hoc cum accepisset & iuuenis & ignarus quid esset animus diuino spiritu afflatus, pergit ad monasterium cum cantoribus & citharœdis, & cum aliquibus armatis, planè nō dubitans socium ad redditum pellicere; & si Fratres forte negarent, tum vi & armis vsursum. Accersit Laurentium; quem cum vidisset non tam habitu vestis mutatum, quam oris & gestus & incessus, obstupuit. Laurentius benignè salutatum, incipit illius animum blando prius sermone tractare; tum paullatim à mundi rebus ad caelestia deducere. Quid multa? Impulit iuuenem, & qui laqueum ad amicum capiendum terenderat, in rete improuisus incidit. Respondens autem Laurentio, inquit: Frater verba æternæ vitæ habes: & quoniam frustrata mea spes est, teque ex hoc loco educere non possum, tu sanè ex hoc seculo me ad te deducere poteris: statutum est tecum viuere, tecumque mori.

Ortam diaboli ar- te tempe- statem dif- fusat. 19 Prædicationis facultas ad populum ei defuit: quia nec spiritu, nec lateribus esset benè firmis: sed nihil fuit suauius, quam sedentem inter fratres audire. Cuius quidem rei vos in primis, venerandi Patres, optimi testes estis, à quibus vocati sœpè solebat. Vbi aliquando audiui à fratribus vestris, cum sedissent ad umbram patulæ fagi, & dicere aliquid pararet, exemplo nimbis & tonitruis incredibili cum fragore miseri cælum visum esse. Cum verò fratres hinc pluuiam grandinemque metuerent, hinc agrè ferrent concipiata prædicatione fraudari; subridere coepit Laurentius, & manu monere; Quiescite, inquiens, Fratres; hæc sunt satanas ludibria, qui mendax fuit ab initio, & in veritate non sterit. Numquid verbum Dei alligare poterit? Vix igitur sermonem instituit, & ecce cælum visum est aperiri, diesque lætissimus pio fratum desiderio obsequientissimum præbuit officium.

Confirmat nutantem in voca- tione. 20 Non minoti præterea curâ fratribus aderat: mœstos consolari, curare infirmos, laborantibus subuenire, cogitationes & diabolicas infidias exquirere. Vexabatur frater (vt mihi narravit) spiritu ad sæculum redeundi; & aliquoties à Laurentio confirmatum, non cessabat diabolus instigare. Ferre ille amplius tentationem non poterat. Ad Laurentium autem se conferens, Succumbo, Pater, ait, fer opem. Ecce nisi adiuueris, ad seculum redeo. Tum Laurentius: Sine modò, mi frater, & tantum hodie ne abeas. Cras, vt libuerit, deliberato. Nox vna in orationibus ac lacrymis absumpta, sic dia-bolum fugauit, vt numquam deinceps eum sit ausus impugnare. Sed quod sequitur, admirabilius: quod quidem narrare dubitarem, nisi accepisset à Patre vernerandæ fidei & auctoritatis. Quum frater quidam simili instigatione premeretur, & ad certissimam Laurentij opem recurrisset, accepit Laurentius lauri ramuscum, qui decoctus aquâ, relictus erat in vasculo. Ad fratrem autem conuerlus, Accipe, inquit, frater, & in horto planta: & si quidem reuiuiscer, securus esto de perseuerantiâ tuâ. Abiit ille & plantauit, & reuiuit: &

Tom. I.

de miraculo gaudens, memoriam virgæ Aaron, & pal-
mæ Macarij reuocauit.

BERNARDO IV-
STINIA-
NO.

21 Ceterum prophetiæ spiritu vberrimâ quadam mensurâ Dominus eum donauit: & hoc ita celebre & diuulgatum fuit, vt non aliter ad eum, quam ad orationem cōcurreretur. Innumera bila dicere possum, & aliqua dicemus sparsim, ybi res postulabit. Interā vñ eligemus è multis, vel homine in quo accidit, vel multiplici varietate, vel certitudine rei præstantissimum.

Fantinum Dandulum, scio, cognovisti, genere, dignitate, vîa & doctrinâ clarissimum; qui fuit nuper a Episcopu[m] Patauinu[m]. Hic dum secularis esset adhuc, & primarium in nostrâ Republicâ locum teneret, primo die Quadragesimæ ad suscipiendum de more cinerem

accedit: suscepito cinere & benedictione, Laurentius ait: Memento Frater, quia futuro anno tu aliis horum

cinerum officium impendes. Quod vt audiuit homo secularis, & plus quam quinquagenarius, surrexit admittans: néque aliud tamen ibi percontatus est propter loci maiestatem, sed in claustro prætereuntem expe-ctat. Factus autem ad illum propior, rogat quid illis

verbis significare voluerit. Laurētus substitit aliquantulum cogitabundo similis, deinde subiecit: Dico tibi frater, quod cinerem quidem non impones, sed certè populo distribues ramos oliuarum. Fantinus quamvis

maiori adhuc admiratione teneretur, quoniam modo hoc posset accidere, tamen aliud sub his verbis latere dubitans, discessit. Ecce autem haud multò pôst q[uod] Martinus defuncto, Eugenius Venetus Pontifex eligitur. Ad

eum Fantinus Legatus ab Senatu nostro destinatur. Suscipit eum Eugenius maximo cum honore, & inter sacros ordines initiat. Denique ante vertentem ahnum Legatum Apostolicum Bononiæ mittit: quod cum

vénisset; & primo die Quadragesimæ imponere cincitem populo necesse esset, inuitatur Legatus ad id muneris. Ille recusat, quod ab alio, quam Sacerdote, fieri non licet. Instant enīxi illi, dicentes id muneris à

Legatis semper exerceri consueisse. Fantinus in proposito permanet, atque id officij non paruo tandem labore déprecatur, nihil adhuc de Laurentij verbis aduertens. Die verò Palmarum, cum similis contentio oritur, & Canonici peterent, vt oliuæ ramos populo distribueret, ille autem ex humilitate eadem Sacerdotij excusatione vteretur; tandem Canonici summis precibus postulant, vt si in cineribus Legatum sese gerere noluit, saltē non recuset oliuarū officium. Quid

multa a Viatoris Fantinus, illud officium, vt prædixerat Laurentius, propriis manibus absoluit.

22 Has autem sancti viri virtutes Eugenius Ponti-

fox cum audiret, animum induxit Venetus Episcopum Designare. Quo animo accepit, iudicat, si potestis. Bis fu-

giendi cepit impetum, & in abdita aliqua loca sece-
scendi: bis restitit, & stare demum in Patrum sicutorum

sententii deliberauit. Erant autem ex iis qui suaderet, non esse summo Pontifici obiectandum, sed paren-

dum Christi vicario. Nonnulli verò, vt nullo modo suscipieret, suadebant, mundi fastus, onera insueta, & cor-

poris imbellicitatem memorantes. Fuere etiam, qui

suaderent vt fugeret: & afferebant singuli exempla Sanctorum, qui vel suscepissent, vel renuissent, vel

incogniti profugissent. Indicto tamen iejunio & oratione solemini, decreuerat Patres contari apud Eugenium & litteris & nuntiis, ne sibi Patrem

ducemque suum auferret, sine quo societas illa plane periclitaretur. Bis misere, bis rescripsit Eugenius; &

extant duæ illius epistolæ, quibus dulcissimis verbis *Munus* Patres illos consolatur. Rationibus præterea grauissi-
mis, & Sanctorum Patrum exemplis admonet, ne di-
vinæ voluntati aduersentur. Non parere igitur non po-
tuit Pontifici ter iubenti.

a Episcopus Patauinu[m] ordiné 95. creatus ann. Chr. 1448. presul
vndecim circiter annis. Meminit eius Angelus Portenarius lib. 9. de
felicitate Patauinâ, cap. 10. & 37. Blondus Forolinensis in Italia lib.

Aaa 2

Iustitia

AVCT. lastrata, sub titulo Regionis Venetæ; ubi de utroque adhuc superstitio
BERNAR- sic scribit: Sunt ex Venetis Laurentius Castellanus, Fantinus Pa-
DO Iv- duanus, Episcopi, viri doctrinæ & grauitate ac sapientiâ vene-
STINIA- randi.

b Martino V. succedit Eugenius I V. (ante Gabriel Condulme-
 ri, de quo in prolegomenis) 3. Martij an. 1431.

c Extant bina Eugenij littera ad B. Laurentium, una eius ad
 Eugenium apud Dan. Rosam. Sunt etiam prefixa operibus. In priori
 eum Eugenius preficiens Ecclesiæ Castellaniens hortatur, ut velut à
 Deo vocatus tamquam Aaron, huic ordinatio acquirescere velit,
 ac pro honore Dei, atque animarum salutem. Et anima sua merito hoc
 onus assumere non enim se ignorare, quantum verbo, auctoritate, &
 exemplo illi ciuitati profuturus sit, & præsertim sancta Congregationi
 sua. Respondet Eugenio B. Laurentius, applicib[us] rationibus depre-
 cans hanc curam imparibus suis humeris non imponi. Verum Ponti-
 fex hortatur atque iniungit ne perstinaciter recusat, neu velut ex hu-
 militate bonum humilitatis & obedientia perdere, &c.

d Una harum refertur à Dan. Rosâ, prefixaq[ue] est eius operibus.

C A P V T V.

De assumptione Pontificatus, familiâ,
 veste, victu, & pecuniæ contemptu.

a 23 **A** Nno ætatis quinquagesimo primo a iniit Episcopatum, & quidem nullâ pompa aut comitatu, vt fratres etiam germanos adesse noluerit, & aduenisse prius nouum Præfule omnis vicinia cognosceret, quam penè intelligeret aduenturum. Eam nocte duxit insomnem, Deum precatus orationibus & lacrymis, vt si id muneris ad ipsius honorem suscepisset, no-lens alioquin & inuitus, ne se desereret: scire se quantu[m] negoti susciperet, nosse populi multitudinem, ordinum varietatem, amplitudinem principatus secularis: quales & quam crebras discordias habuissent cum superioribus Episcopis: contrâ vero, vires sibi tenues & imbecilles, quippe nusquam nisi in monasticis cellulis exercitatas. Quum haec & pleraque alia cum lacrymis effunderet, dicebat se tantâ animi luce repletum, vt nō aliter deinceps illius Episcopatus, quam alicuius monasterij, munera obierit.

Familia eius qualis fuerit. Familiam sic instituit: Elegit duos de suo cœtu fratres; quorum altero vtebatur ad officia diuina, cum altero partiebatur curas maiores. Quinque præterea ministros habuit per tres & viginti annos, quibus fuit in eo Pontificatu: quamquam per liberalem iocum dicere solebat, familiam sibi grandem esse, cuius curâ premeretur; pauperes Christi significans. Veste vsus est colore, quem dicunt, b[ea]tæ cælestino, iusta longitudine. Tapetas & aulæa, & cetera ornamenta ædium omnino spreuit. Mensa non sordida, sed summa munditia, ad quam de more monastico legebatur: nihil omnino argenti. Vescebat in vitreis & fictilibus: cibo vulgari semper vsus, amauit oua, quod & stomacho amica essent, & voluptatem non irritarent. Nihil appetere aut damnare: quidquid apponeres, sumere. Accidit semel vt pincerna deceptus colore, acetum pro vino apponneret. Cùm Laurentius admouisset ori, vt acetum esse sensisset, nihil vtrâ questus, prandium exigebat sine potu. Pincerna vt aduerit, veniam supplex errori deprecatur. Cui Laurentius placido vultu, Eia, inquit, curato diligenter deinceps officium tuum. Cubile habuit vix sex pedes protensum, romento paleati, & opertorio, quod veteres centonem, nostri clauinam vocant: exclusi semper de thalamo omnibus, vt liberius vacaret jacrymis & orationi.

Ecclesiam cathedra- lē instau- rat, & alias. 25 Statim autem operam dedit, vt Pontificalis ecclesia, superiorum Episcoporum aut incuria aut auaritiâ neglecta, pro dignitate Sedis exoleretur. Canonorum ordinem, ad nihilum redactum, restituit, addidit Sacerdotes, cantores instituit. Eandem adhibuit curam circa alias ecclesiæ, vt plurimæ, in quibus vix Missa dicebatur, nunc videantur esse Pontificales. Mores deinde Cleri castigare adortus, deque iis edidit pulcherrimas constitutiones. Sed nihil erat, quod non fa-

cile impetraret liberalitate & bonitate naturæ. Erat enim alioquin non grauis. Frui Clerum suis fructibus patiebatur, vt nihil illi oneris imposuerit vnguam. Patri curâ prosequebatur monasteria, præcipue sacrarum virginum ob sexus infirmitatem, quibus nihil deesse pateretur, vel ad corporis necessitates, vel ad regulares etiam disciplinas. Collapsa restituit, noua construxit. Pulchrum huius rei testimonium, quod cum initio vi-ginti aut circiter obseruantia suscepisset, moriens reliquit quinque supra triginta. Non minori studio aliarū etiam ouium curam gerebat. Non fuit credibile, quantus quotidie concursus fieret mestorum & laborantium, qui consolati cuperent, qui iuuari ope, oratione, consilio. Ad eum omnes confluere. Plebanos quidem sedulò monere, reddituros aliquando proprij officij rationem.

26 Ceterum pecuniam contempnit, vt n̄eminem vñquam magis contempnisse crediderim. Domus erat aperta omnibus, omne penu pauperibus patebat. Si procurator rationes afferret, nihil accepti vel expensi videbat amplius, quam quid decesset aut superesset: indignum omnino ratus, vt qui animarum questui præfectus esset, sederet ad calculos. Primum illi de pecuniâ institutum fuit, vt nullum penitus sibi cum fratribus esset commercium: quia nihil existimauit ad amorem suæ plebis conciliandum, fidemque comparâdam efficaciū, quam si tolleret prorsus omnem ex animis omnium de hac re suspicionem. A quâ vt longius abesset, cùm Leonardus frater aliquando pauperem eleemosynam petentem Laurentio commendasset; Vade, Nihil inquit ille, & responde Leonardo mois verbis, vt tibi amicis do-ipse subueniat, postquam à Domino habet, vt de suo nat. dare possit. Illud in amoris fraterni signum retinuit, vt in Paschate, & in Nativitate Domini, & in festo Apostolorum Petri & pauli, eos donaret duobus panibus, ex farinæ flore confectis. Post mortem autem fratum, idem tributum mihi semper peperit: quin potius & à fratribus adiutus ipse est pecuniâ grandi in bullis Apostolicis Episcopatus, & à me deinceps non minori, præsertim cum ad Patriarchatum eucæstus est.

27 In cognoscendis autem penutiis hominum ad- hibet solebat viduas aliquot spectatæ virtutis & fidei, mitosis i[n] quirit. quod & ille sexus esset ad huiusmodi misericordiae opera feruentior, aptior etiam ad indagandas paupertates occultas, eorum præcipue, qui ex opibus inopiam decidissent, quorum generi hominum maximè miserebatur. Malebat autem aliquando decipi, quam nimius esse in examinando, vt si in alterutro esset offendendū, mallet cui non oporteret dare, quam non date cui oporteret. Libentius dabat res humano vslui necessarias, quam pecuniam: & plures libentius summas, eleemosynas, quam maiores, vt esset communior in tanto populo nas dares. beneficentia. Oravit aliquando Laurentium consanguineus eius non ita pauper, vt pecuniâ eum iuuaret in filiæ dotem. Respondit Laurentius: Considera quæso, frater, si parum dedero, non est quo opus habes; si multum, defraudabo multos, vt vni satifaciam: & prætereà quicquid illud est, quod est, ad cibos potius pauperum, quam ad intortos crines aut margaritas, ab Ecclesiâ traditum est. Igitur ignosce, si dare non possum.

28 Sed nihil fuit ciuitati gratius, quam lignorum naues onustæ, quas sæuiente hyeme distribuebat pau- hyeme dif- peribus. Pecunia ad eum quotidiè confluebat, vnde tribuit, ad non crederes. Vidi aliquando, cùm ab eo eleemosyna peteretur, quod pecuniâ non posset, promissione satisfacere; s[ecundu]m, cùm domi nihil reliquisset, as alienum contrahere. Et quum procurator rogaret eum, quâ spe faceret; Domini mei, dicebat, qui pro me dissoluere debita c[on]s[erv]at. Nec spes illum fallebat. Nam continuò submittebat illi Dominus pecuniam insperatò multis eleemosynis delocis. His moribus & disciplinâ incredibile est, quam benevolentia & auctoritatis apud omnes ordines comparauerit.

a An-

a Annus is fuit, non 1442. ut muliti perperam citant, sed sequens
1443. Eugenij pontificatus 3. Successit 5. Sept. Franciso Malipiero,
s^{an}cto Malipetra, non defuncto, ut in Chronico Venero apud Dan.
Rosam legitur, sed in s^{an}ctu Eugenij Papa a Castellanensi ad Vicentianam Ecclesiam translato, ut patet ex epist. i. ipsius Eugenij ad B. Laurentium.

b De eo in prolegomenis num. 1. actum.

C A P V T V I.

De gratiâ verbi, consilio, sapientiâ, prudentiâ, iustitiâ, conscientiâ, & infusa scientiâ; tum scriptis eius.

Carus omnibus.

29 HABVIT autem hoc donum diuinitus collatum, ut omnes, cum quibus esset, latoe semper placidosque dimitteret, omnibus satisficeret. Boni iuxta malique, modesti, facinorosi sine ullo penè discrimine illum colebant. Sic verba, & oculi, & motus, & omnia quecumque aut diceret, aut faceret, (tanta erat virtutis & gratiae vis) rapiebant animos omnium in amore.

Compescit mulierum ornatum.

30 Initio quidem Pontificatus, quum de mulierū ornatū decretum edidisset, vxoriis quibusdam maritis ingratum, Dux noster illorum querelis deceptus, quasi libertati seculari metuens, accersiri eum iubet. Queritur eā de re verbis acrioribus, vt fuit naturā vehementior. Tuū Laurentius Pater mansuetē simul grauiterque respondens, sic illius animum demollivit, vt Dux conuersus ad adstantes, neque lacrymas continens, Angelus, inquit, nō homo, locutus est. Vade Pater, & fungere officio tuo. Illum deinceps velut Apostolum veneratus est, vt aliquando per iocum dicere soleret, præter Laurentium neminem esse mortalium, cum quo animam comitaret.

Etiā humanas res egregie ralleter.

31 Consulebatur autem dubiis in rebus, & quattuorā irent quasi ad hominem diuino potius quam humano spiritu respondentem, res tamen humanas, tam publicas, quam priuatas, quas nondum illi experi- ri contigerat, (siquidem ante vigesimum annum confugit ad solitudinem, primo & quinquagesimo rediit) sic callere videbatur, perinde ac semper tractauisset: vt dicere non verear, nihilo mihi minus prudentiorem esse visum, quam meliorem; si tamen prudentia, bonitatis pars non sit. Nam verò in iure dicendo sapientiam illi dicant qui viderunt, & præsertim curia Romana, quæ nihil unquam ab eo iudicatum rescindi passa est. Sententiae illius inappellabiles habebantur: & quamquam in irrogandis pœnis clementior est habitus, iustitia tamen fuit, quæ neque precibus, neque lacrymis frangi posset. Nulli illius coenaculum vel cubile non patuit. Non cauſarum multitudine potuit, nō proteruitate litigantium defatigari. Stabat veluti rupes immobilis ad turbines cauſarum, quibus nulla ferè, vt opinor, in orbe Ecclesia magis agitatur, propter amplitudinem ciuitatis & Cleri. Gratissima in primis fuit breuitas respondendi, quæ & paucis absoluebat, & ceteris adeuntibus satisfaciebat facilius.

Equitas eius in iure redicendo.

32 Sed quā iustitiae luce aſlatus ad iudicandum veniret, præsertim maioriſbus in cauſis, erit ſatis apertum testimonium, quod referemus. Matrimonij lis orta Padua est inter haud vulgares familias. Ad Fantinum Episcopum, de quo dixi, defertur. Ille cauſā cognitā, cū leges fauere mulieri.... quæ virgo afferebat, pro muliere pronuntiat. Iuuenis, qui ſponſionem factam pernegas, innocentia conſcius, aduentus tāta auctoritatis iudicem, Laurentium pro ſecundo impetrat. Laurentius autem quum videret à ſapientiſſimo & optimo alioquin iudice ſecundūm mulierē iudicatum, tamen lacrymis iuuenis permotus, opem implorantis

Oratio illi pro optimo confiliario.

cauſam non ſufcipere non potest. Ad orationem autem ſe confert, quam grauioribus cauſis habebat pro confiliario fideliflmo confiliario. Hac diligenterū factā, iudicat ſe- cundum virum. Propinqui mulieris nihilo ſegniū ter-

Tom. I.

tium iudicem petunt, & impetrant Episcopum a Tar- Av. C. uisanum. Is quoque pro muliere pronuntiat. In discri- BERNARDO IV. mine videbatur Laurentij ſententia duabus aduersis, STINIA- & expeſtabant omnes attentiū tantè contentioſis NO. cū iudex æquiflmo Deus ipſe ſe pro quarto a gerere voluit, & litē ſum dirimere in lucem pro- Sententia dicit incestum mulieris, quæ ex consobrino & eodem eius diu- Clerico grauida, quum partum amplius differre non nitus con- poſet, amiflo pudore & patefacto flagitio, diuinam firmatur. fuſſe, non humanā, Laurentij ſententia in confessa eſt.

33 Conſcientiā autem fuit explicatā, purā, integrā, quæ omnia dirigeret æquitate. Scientia vero potius diuinitus infusa, quam humanitas acquifita, videri poſſet. Vix enim elementa prima didicit à p̄ceptore, & Scientia ei rāmen nihil eſt in ſacrā Scripturā diſputatum, de quo diuinitus infusa.

non poſſet grauiflmo respondere. Dicam, quod acci- diſſe memini. Venit ad eum Theologus, qui audierat de illius doctriṇā, & præſertim quod didiciffet ſine do- TENTATUR. Ætore. Audire voluit & periculum facere. Mouet illi à Theolo- quationem de diuinitis relationibus. Respondet Lau- go. rentius. Ille reſponſum laudans, repetit adhuc, velut cum circulatorē ſophiſtā ſibi res eſſet. Tum Lauren- tit. 3.9. tius: Scriptum eſt, Frater: Contentiones & pugnas le- gis deuita; ſunt enim inutiles & vanæ. Dixi quid ſenten- rem, ſi ſatisfeci, placet: ſin minūs, quare qui tibi reſpondeat ſapienſis. Complinctus ille & gratiā agens, pe- titā benedictiōne diſceſſit.

34 Scripſis autem volumina b quindici, & ſet- mones c quadraginta. Crebra illius ſcripturarum viſu- patio, deuota traditio, ſtylus redundant & copiosus: Scripta qui ſi gentilium litteris dediſſet operam, potuit inter scriptores elegantes annumerari. Voluminum tituli, hi ſunt: Lignum vita. De disciplinā monaſtīcā d profef- ſionis. De ſpirituali & caſto connubio verbi & anime. De humilitate. De ſpirituali interitu anime. De triumphali agone mediatoris Christi. De interiōri conſlīctu. e De complanctu Ecclesiæ. De corpore Christi & f ſanguine. De vitâ ſolitariâ. De contemptu mundi. g De ſermone Domini in cœnâ. De h officio pastorali. h De obedientiâ. De gradibus perfectionis. Sermonum autem titulos apponere, operæ preſtrum non iudicauit.

a Tariſium nobilis Euganeorum urbs, ſili amne diuina, Marchiorum Longobardorum olim ſedes, unde vicina regioni adhuc no- men Marchia Tariſinæ.

b Sedecim extant in ultimâ editione Colonensi & Lugdunensi, & titulus nonnihil variatus.

c Unus in citatis editionibus deefit. Horum elogium p̄eclariflmu proferit Thomas de Trugillo parte 1. Theſauri Concionatorum, cap. 3. quod Liuius à Lege in prefatione operum eius ad Lectorem repetit, ideoq; hic omitto.

d In operibus, conuerſationis, eitſque perfectione. Artuſius in prefatione operibus prefixa: De disciplinā & ſpirituali perfectione.

e In operibus: de compunctione & complanctu Christianæ perfectionis. Artuſius: de complanctu cordis.

f Hic videtur ſermo de Euchariftiā, quietiam ſermoni deuotiflmu ſimilis de corpore Christi inſcribitur, & alia xl. annumeratur.

g Deefit in operibus, & dedicatione Artuſi. Loco horum ſunt: de ſpirituali interitu anime. De eiusdem reſurrectione ſpirituali, & de incendio diuini amoris.

h In operibus: De officio & regimine Praelatorum. Citantur h̄c eius etiam opuscula à Dan. Rosā: Liberi exemplorum, ſermoni editus; & Hortus deliciarum inſcriptus. Expofitiones in Psalmos nondum excusa. Et vernaculo ſermone, Giardino di Oratione. Monte di Oratione. Trattato delle tre vie Gaudio, Dolore, & Gloria, excusa Venetiis an. 1494.

C A P V T V I I.

De mansuetudine & dono lacryma- rum, & corporis figurâ.

35 QUITO autem magis auctoritate & gloriā crescebat, ed indies liebat humilior. Audite Eius exi- mansuetudinem. Nam quum Praelatus magna, plus ob minen- pecuniam quam vitam, auctoritatis, ductus inuidiā, va- ras.

Aaa 3 rii

AVCT.
BERNAR-
DO IV-
STINIA-
NO.

riis eum quotidie ealumniis laceraret; vt expleret animi malitiam, indicit conuentum plurimorum præstantium & doctritâ & dignitate virorum, quasi de Theologicâ aliquâ quæstione disputaturus. At conclusiones quasdam proponit, decretis illis contrarias, quæ Laurentius ediderat de sumptu & ornatu mulierum. Ridere partim qui aderant, partim mirari, quam ad rem essent conuocati. Qui verò grauius sentiebant, indignè admodum pati, quod illud spectaculum non honor Dei, sed maledicendi cupiditas coegeret. Tandem bonus Pastor manu silentio indicet, longam pro mulieribus orationem habet: cuius epilogo quum misericordiam & lacrymas mouere vellet, pluribus simul locis excitatus risus est. Gratia iis, qui venerant, actæ. Disputatores ad cœnam vocati, atque ita discessum. Affuit quidam Patris nostri dilectus in spiritu filius, qui huiusmodi re mirifice commotus, quod homo pertulans sanctissimum virum huiusmodi contumeliis incessanter, accurrit ad Laurentium. Aderam tum ego forte quum hic & irâ & viâ fessus. Et quid, inquit, Pater? Patietisne honorem tuum ab iis improbis lacera-ri? Tum Laurentius: Quid est fili? ille rem omnem, ut se habet narrat, non verbis solùm, sed & ore & oculis & manibus sic indignabitibus, vt non eum solùm in quem essent illa iactata, sed quemvis alium immunem ab iniuriâ, facile commoueret. Quid tum Laurentius? Putatisne aliquod irati animi signum protulisse? Testor Dominum Iesum, quum intentos in eum ad id vnum coniecisse oculos, nihil mutationis in eo vultu perspicere potuisse. Nihil indoluit aut questus est: imò noluit scire, quis affuit, quis dixit: non fronte aut vultu signum aliquando vel minimum edidit animi commotioris. Ut autem inerente filium solaretur, placido vultu, Noli, inquit, te afflictare fili: Dominus Iesus, cuius negotium est, ipse aderit honori suo. Neque sancte in eo falsus est. Nam paucis post mensibus dux ipse cum satellitibus suis partim exilio, partim vinculis, morte nonnulli affecti sunt.

36 Quamquam autem nihil videtur addi posse ad hanc mansuetudinem, nescio tamen an id quod accedit iterum in simili genere, sit admirabilius. Nam cùm solenni pompâ Eucharistiae sacramentum festo corporis Christi circumferretur, comitatu, vt solet, totius populi frequentissimo, helluo quidam, qui clerici scelera ab Episcopo damnata impudentius defenderat, ante ostium propriæ domus consistens, dum inde Laurentius transit, Decum nihil veritus, qui ante oculos eius incedebat, En, inquit, qui pro Sancto colitur. O insani, qui tam hominem adoratis. Audit Laurentius. Sed quid arbitramini? Gradu quo vadet, perseverat: non vultum, non oculos desflectit ab Sacramento: & quum aliquot pij homines commoti rei indignitate, cum facibus ad illius domum vellent concurrere, vix ame, qui tunc aderam, repressi sunt. Quod tamen facinus vindicauit paullò post Senatus, maiori Laurentij gloriâ, illâ præter ceteras infligâ pœnâ, vt perditus ille frequentiori populo in ecclesiâ Pontificali super pulpito publicè mendacium fateretur. Certavit autem Dominus cum Senatu nostro in pœna supplicioque miseri. Nam paullò post pulsus urbe est, profugusque nunc errat procul à domo liberisque inops atque mendicus. Sed penè infinita sunt talis mansuetudinis testimonia.

Alius ma-
ledicuspun-
nitus.

Dictorum
ratio.

37 Erat autem verborum actionumq; tanta mensura, vt si inferiora hæc cælestibus conferri fas est, (cæsis mode-
lestis enim certè animus esset) vix ego motus cælorum & revolutiones & gyros agi maiori ordine atque mensurâ crediderim. Ipse quidem discipulo reuelauit, sibi à Deo datum fuisse, vt quouis loco aut tempore se colligere vellet, & in cælum mentem erigere, semper posset. Quod si forrè aliquibus, vt solet, imaginibus turbaretur, non aliter abigere se diceret phantasias illas, quam si muscas oberrantes pelleret ab oculis. Erat in illis caustatum actionumq; turbinibus semper quie-

tus & immobilis. Nihil audire diceres: quasi in cælo esset animus, corpus in terris. Rursus autem, si stylo aut orationi sese dedisset, & interpellaretur, vt sèpè fit, ab aliquo eum adeunte, videres sine ullâ molestiâ, cœpto opere intermisso, quasi otiosum iucundo vultu venientem excipere, quoad vellet, audire; tantâ profectâ animi pace, vt Angelica interdum videretur potius, quam humana. Hanc tam admirabilem constantiam sola diuinæ bonitatis meditatio poterat emollire.

38 Dixi superius, quum de matris dormitione loquerer, in illius funere lacrymam non emisisse. Videte Patres, vbi lacrymæ profluenter. Donum enim habuit *Donum lacrymarum*, vt nemo ferè alius. Quum post prædiūm *lacrymarum* aliquando federet, & de diuinis, vt solebat, sermonem *rum*. haberet familiarem, cœuersus ad eos qui aderant, ferventiori quodam mentis affectu. Quid, inquit, agam fratres, quid agam, cum ad iudicem deducar? Quid egî miser, in quo sperare possim? Nihil habeo, nisi quod ad illius sanctissimi ligni radicem prouoluat & plangam. Haec quum dixisset, totus solitus in lacrymas est: quas cum profusis emisisset, & erectus vidisset nos, qui aderamus, compungi, & illas lacrymas admirari, veritus ne quid ex his laudis humanæ surreperet. Videlisne, *Extremas* inquit, has lacrymas? Affectus cuiusdam sensualitatis *lacrymas* fuerunt, non veræ deuotionis, à quâ absunt longissime. *verbus*.

39 At quam pulchre diuina bonitas conuenientem illi animo fedem tradiderat! Omitite virtutes aut sanctitatis nomen: facite vos tunc primum eum videre: Angelum, non hominem, credideritis. Fuit proceritate corporis altiore quam iusta, gracilioribus membris, colore candido, statu erectus & celsus, omni facie admodum decorâ. Oculis verò vniuersum corpus ita moderantibus, vt venerationem & sanctitatem vnde spirare viderentur.

C A P V T VIII.

De amore fraterno. de prophetiâ. de electione dæmoniorum. de misericordiâ. de moniali, cui per spiritum Eucharistiam communicauit.

40 Sed quia de Marco & Leonardo fratribus nihil haec tenus dixi, nolim aliquis existimet, villos unquam sese maiori caritate dilexisse. Visebatur ab his quotidiæ ad eum publica omnia & priuata deferebâ: sed omnes ferè illorum sermones erant de æternâ vitâ. Ceterum quam diuino spiritu omnibus in actionibus suis ageretur, vltimis illorum horis apparuit. Laborauerat Marcus valetudine diuturnâ, domo per annum non exierat: cupiebat fratrem videre, quo nihil in terris carius haberet. Recusabat Laurentius venire. Domo enim fraternali, sicuti maternâ, vt anteâ diximus, semper abstinuit. At ille orare enixiùs, & obsecrare per fraternali iura pietatis, vt mori eum non veller sine suâ benedictione. Solabatur eû, & promitterebat venire Laurentius, sed tamen differebat. Ibat ad eum Leonardus pater, ibam ego, orantes vt veniret, si quidem vivum reperi-
re vellet. Dicebat, bono animo essemus: venturum Fratrem
sese, quum tempus exigeret: & certè aliquoties videba-
tur melius habere. Quum autem apparuit hora, quam frustra
expectauit, fallere carissimum fratrem noluit. Ecce ve- amē rogā-
nit ad eam, quum minimè expectaremus. Iam propin-
quus erat emissioni spiritus. Ingressus, & super lectulum
fratris incumbens, salutat eum dulcissimis verbis, quasi
promissum persolutum venisset. Marcus hilatori vul-
tu conuersus, significato gaudio de illius aduentu, inter
eius amplexus lætus & voti compos, in Domino re-
quieuit.

41 Ne tamen aut forrè aut casu hoc accidisse aliquis existimet: idem penitus nono post anno in Leo- Item alterum, cuius
nardo fecit. Quintum ferè mensem domo exire, & mori s'è-
pus praesci-
Lau-
xit.

Eius salutis indicat filio.

Laurentium videre non potuit. Ibam autem mittebam, qui diceret fratrem extremum spiritum agere. At ille reddebat, horam adhuc non esse. Sic per multis dies rem duximus, ego eundo aut mittendo, ille differendo. Horum etiam quā promiserat, venit: quumque summā cum lātitia eum pater excepisset, vespere eius diei inter illius brachia spiritum feliciter emisit. Addam illud etiam adeius gloriam & solatium meum. Oravit pro fratre illis diebus precibus ardentissimis: & quum post aliquot dies ad eum venissem, afflatus mōrō adhuc recenti, post prima verba salutationis, Gaude, inquit, Bernarde fili: Leonardus pater tuus saluus est. Hocego quum ingenti gaudio exceperat. Et quomodo, inquit, scis Pater? Saluus, inquit, est: & aliud ne cures. O lacrymas dulces, plenas lātitiae & pietatis, quas ibi fudi ante pedes illius, quum tantā lātitiae nuntium nuntiū tam fidelis attulisset!

Varia eius predicationis.

42 Quid autem alia innumerabilia conseceret de spiritu prophetiae? Vitam sanctissimam Abbatissam à medicis derelictam, dilatam à Domino dixit: & paucis diebus liberata est. In eodem monasterio sororem miram sanctitatis comploratam, & iam penē examinem, lugentibus aliis bono animo esse iussit: & illo triduo omnino libera easit. Prōpinquum suum, qui tritemē conduxerat ad conuehendas ex Ponto merces, cauere iussit, ne tritemem in Ponto dimitteret. Ille vero non solum tritemem dimisit, sed maximo etiam fortunatū naufragiū est affectus. Ceterū & filiorum orbitates, & lucra, & damna, & honores, repulsaque, ægritudines & incolumentes, aliaque tum prospera, tum aduersa, quae quotidie accident, innumerabilia antē dicebat. Filium meum desperatum à medicis, extremum spiritum agere ad eum detuli, ut consulerem de loco sepulturæ. Ille suspenso aliquantulum & vultu & sermone, responder tempus adhuc non esse talis consilij. Ego, quia ex peste familia extra ciuitatem aberat, admiratus huiusmodi responsum; Quoniam, inquam, modo poterō, Pater, tempestiuē deliberare, quem iam expirasse existimō? Rursus ille: Redi bono animo, tempus adhuc non est. Reuersus igitur domum reperi puerum præter omnem spem melius habere. Neque tempus illud benignitate Dei ad hunc usque diem apparuit, & spero filium potius de meā, quā me de filii sepultū cogitaturū. Sanè ipse suum obitum prædixit Virginibus sanctæ Crucis per dies aliquot ante quām accideret.

Energumenam libenterat.

43 Neque minor in eo fuit dæmoniorum pellendorum, & discernendorum gratia spirituum. Qui affuit & vidit, mihi narravit mulierem ad eum deductam, spumantem ore & dentibus freudentem. Quod ille videntis, Attulisti ne, inquit, mihi hunc dæmonem, tamquam ad Apostolum? Ite Fratres, & quærите qui sit me sanctior: sum enim homo peccator. Enimvero illi magis orabant, genibus prouoluti. Age, inquit, valeat fides vestra, quae Chananae profuit & centurioni. Imposita arreptitio capiti manu, Quid, inquit, male dæmon venisti pauperculam hanc vexare? Vbi nunc superbia tua, quum de cœlo decidisti? Non te pudet depugnare cum muliercula? Age, dimitte illam: Dominus Iesus te præcipitem agit. Signaculo suo insignita est. Videres inter hæc verba illam contumaciam, atque oris distorsi prauitatem explanari, illum tremorem palloreque in naturalem verti faciem. Admirantibus omnibus, & omnipotenti Deo gloriam redditibus, liberata est.

Arcana animorum nouit.

44 Spirituum vero cogitationumque discretio vbinam maior apparuit: Decreuerat monasterium monialium reformare: quod ut facilius assequetur, assignare volebat illis in Confessorem virum fedelem & sanctum. Is autem, ut erat bonus & simplex, recusabat, timens cum mulieribus implicari. Postquam negavit, tactus penitentia est, deliberat redire. Hunc autem cum Laurentius procul venientem conspexisset,

priusquam verbum Presbyter ille ficeret, aut diceret *Avct.* ad quid venire, dextrâ cingulum tenens, Benè facis, *BERNARDO IVSTI-* inquit; Frater: noui ad quid venias. Velim autem scias, *NIANO.* veluti cingulum istud, (manu siquidē cingulum suum tenebat) sic à Deo te mihi esse permisum. Admirans ille, & magis corde compunctus: Accipe pro seruulo me, inquit: numquā mandata tua relinquam.

45 De Plebanō non tacebo, adulterio, simoniā, *Hominem* furto, & omnibus probris infami: qui ad ultimam in-*desperatū* opiam redactus, ut omnino neque se, neque filios pos-*consolans* set alete, quos occultos alebat; impias sibi ipsi manus *ad meliora* afferre statuerat. Hoc quum cognovisset in spiritu Laurentius, accersit illum, dicit quid cognoverit: solatu-*consuerit.* eum verbis caritate plenis. Tum declarat, accidisse hoc, permittente Domino, propter eius flagitia: & nisi resipiscat, maiora ministrat: misericordiā tamen illius in-*opiaz.* Dat illi deinde aliquot aureos. Cū eximiam caritatem miser ille vidisset; quippe qui vitā male actæ conscius, poenas potius alias, quam eleemosynam expectaret; procidit ad pedes illius, & totus liquefa-*cit* in lacrymas, non poterat diuelli, promittens & iuri-*reit* uerando contestans vitam reformare, & comproba-*re* quidem opere, quod promisit. Vixit autem postea aliquot annos, timens Dominum, & in mandatis illius incedens, magnā cum admiratione hominum, qui eum antē cognoverant.

46 Statueram, optimi Patres, deliberare potius miracula, quam narrare. Mores etenim, & Angelicam in terris conuersationem describendam præcipue suscepseram, sed veluti incurtens in hæc, silere non potui. Postea vero quām necesse fuit, non omittā hoc, quod est genere præclarum, & magnitudine rarum, & famā notissimum. Sacra quādam virgo erat magnæ sancti-*tatis.* Hæc per multos annos abstinentiā, vigiliis, ora-*tionibus* steterat ante Dominum. Accidit autem, ut *Moniali* solennitate corporis Christi, neque sorores aliae, neque *cuīdam absenti* ipsa communicare diuinis mysteriis possent: & cū *Eucharistie* ferrent, & illa in primis sanctissima mulier, oratū *siam int Laurenium* mittunt, qui propè esset monasterium, ut *persit.*

si gratiam communicandi eo die habere non possent, ipse saltē dignatur, dum celebraret, pro ancillis suis orare. Promittit Laurentius. Cū autem celebraret ad populum, post eleutatum sacramētū & factus extra se-*ipsum* est: detulitque eum spiritus ad illam mulierem in cellā clausam, & contemplationi vacantem: quæ forte tunc miro quodam desiderio communicandi te-*neretur*, & sacra illi mysteria communicauit: siue in corpore, siue extra corpus, Deus scit. Ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad seipsum reuersus ab illo pietatis officio, reliquum Missæ peregit. Cū autem virgo illa quod acciderat, Sacerdoti nuntiasset, Sacerdos Patriarchæ, iussit ille, ut gratias Deo omnipotenti agerent, non sibi: & ut numquā, donec viue-*ret*, manifestarent.

47 Hæc ego, Patres, & huiusmodi alia multa à Laurentio fieri optimum Deum crediderim voluisse, siue ut suam bonitatem atque potentiam nec temporum edacitate consumi, nec immutari malignitate morum, nec fidei nostræ tepiditate imminui crederemus; siue ut ea etiam, quæ sacræ litterarum monumentis edita sunt, & alioquin videri solent impossibilia, facilius crederentur à nobis: quippe cū legerimus b. D. Ambrosium, cū esset Mediolani, D. Martini exequiis interfuisse apud ultimas Gallias: D. Seuerum item Ra-uennam Episcopum, ad S. Geminiani exequias Mu-*tinā* in spiritu concepsisse. Increbescere tanti viri fama quotidie; & latius atque latius diffundi cœpit. Habere eum sœpè apud se Eugenius Pôtifex voluit: semper ex-*Eugenium* cœsauit, metuens ne quid ei noceret Curia Romana. Papam Cū autē Eugenius urbe pulsus, & Bononiā venisset, *adit, sœpè vocatus.* efflagitatus ab eo, refragari non potuit, quod amplius *Excipitur* neque Alpes neque itineris longitudinem, sicut ante à Pontifice *honoriſcē*. fecerat, causari posset. Exceptus est à summo Pontifice,

Auct. frequentibus Cardinalibus, his verbis: Salve decus & gloria Præsulum: ab uniuersâ aueem curiâ, maximâ veneratione habitus. Voluit eum Eugenius apud se retinere, sed imbecillitatem corporis excusans, paucos ibi moratus dies, rediit inde lætior, quam ierat. Reliquit ibi maximum odorem sanctitatis.

d *Nicolaus V. fecit eū Patriarcham.* 48 Par amore seu maiore etiam a Nicolaus V. Pontifex nobilissimus eum dilexit, vt in illo ornando certauerit cum Eugenio. Nam sicut ille Episcopum, cùm primum potuit, fecit; ita hic Patriarchâ, cùm primum oblata occasio est, creauit. Gradiens siquidem Patriarchâ mortuo, Patriarchatum à Grado, nobili quandam vrbe, transtulit Venetias; idque nec cognitâ, nec postulatâ Senatus nostri voluntate: quippe qui non minus hominem, quam ciuitatem, eo facto exornare cuperet. Allara res haud satis placuit Senatu, verenti ne spiritualis & Ecclesiastica dignitas, aucta opibus & auctoritate, veteres, quas cum superioribus Episcopis discordias habuerant, renouaret: beatissimi tamen Patis mansuetudo diremit facile dubitationem. Adiit enim continuo Ducem & collegium, sese dixit abhinc duodecim annos inuitum Episcopum factum, & à quiete suâ in hos turbines seculares iniecitum; desiderare nunc quiete, & minui magis pondus Præsulatus quam augeri, sibi esse in animo, hoc oneris quibuscumque posset modis deprecari, nisi ipse Dux, ad quem ciuitatis suæ dignitas pertineret, forte sentiret aliud: pro cuius honore, quoniam ita de se merita ciuitas esset, nullum laborem recusare deberet. Excitauit omnium lacrymas sanctissimi Patris misericordia humilitas. Dux qui id Senatu rem hanc ægerrimè antea rulera, & ab Eugenio tentabat semper impugnauerat, statim ex suâ totiusque collegij sententia enixe eum regare cœperit, vt libenti animo id muneris susciperet. Sic quod inuidiosum fuerat in dignitate, ex mansuetissimis sancti viri moribus gravissimum factum est.

Facit Lau- a Miraculum hoc describit in epistolis suis Pancratius Iustinianus Eques & Comes, qui extrema B. Laurentij tempora attigit, uti citatur à Dan. Rosâ.

b Hoc suis locis ad singulorum vias expendentur. Colitur S. Securus Kalendas Februario, pridie Geminianus.

c Id ann. Chr. 1438. contigisse scribit Ciacconius: Quo quidem anno, inquit, Florentiâ Bononiam est profectus, & arcem ædificat ad eam portam, quam Ferrariam itur, & ædes in suo positis, vbi Legatus nunc refidet muro præalto & lato, à tergo potissimum, & turribus firmat.

d Creatus Pontifex 6. Martij ann. 1447. defunctus 24. Martij ann. 1455.

C A P V T I X.

De dictis ab eo memoratu dignis, & summâ nominis eius celebritate.

Eius sen- 49 Sed quia mores & actiones illius haecenus pro- fecti sumus, subiiciemus etiam de dictis aliqua memoratu digna, quantum meminisse ex domesticâ consuetudine potuimus. Dicebat, serui Dei non esse, à magnis peccatis cauere; id enim esse secularis hominis: sed parua vitare, ne caritas refrigesceret. Non simul ac corpus extenuatum fuerit, de abstinentiâ remittendum: propterea enim abstinentum. Tribus monacho opus esse, desiderio, moderatione, & gratiâ: nam vbi horum aliquid desit, ibi perseverantiam esse non posse. Humilitatem esse torrenti similem, qui estate tenuior, quasi serperet; hyeme vero atque vere inundaret: sic humilitas in prosperis quidem exigua, in aduersis magnanima esse debet. Minime sibi placebant in monasteriis ampla ædificia: & cùm videret latiora cœnacula, celatae ampliores, caput quassans, dicebat: Non sic patres nostri, non sic. Dormitorium ipse fecit apud Leonicum ex sepe & cretâ, cùm tamen lateritium facere facile posset propter monasterij facultates. Dicebat enim nullam rem monachum adspicere debere in hoc secu-

lo, quæ desiderium illius teneret. Maximè penitandâ esse eorum proposita, qui se conferrent ad religionem, ne, dum ineptus suscipitur, ab eo apropo corruptatur. Dicebatque, cùm augeretur nimium numerus, rigiditatem vita atque monasticum vigorem diutius non posse consistere. Raram siquidem esse perfectionem. Memini adolescentem nobilem ad monasterium confusisse: quem cùm intellexisset fratrum nimis suasionibus pellecetum, patri flagitanti reddidit, dicens: Accipe filium tuum, religionis propositum à sancto Spiritu est, non ab humanâ suadelâ: & est longè deterius, ab religionis vita deficere, quam eam nūquam suscepisse.

50 Ex quo die factus est Sacerdos, quotidie Missam celebravit, nisi valetudine impediretur. Dicebatque, cùm possit Domino suo frui, non frueretur, facile se declarare, Domini sui curam non habere. Pudicitâ cum carnalibus blandimentis, nihil aliud esse, quam ignem extinguere velle, & ligna superinicere. Paupertatis donum quantum esset, neminem nosse, nisi qui secreto cubiculo & contemplatione delectaretur. Consultò Deum gratiam religionis hominibus occultasse: nam si cognosceretur illius felicitas, omnes ad eam cōcurrent. Neminem benè scire, quid esset humilitas; nisi qui à Deo accepisset ut esset humilis. In nullo enim tam falli homines, quam in verâ humilitate cognoscendâ. Veram scientiam esse, scire hæc duo: Deum esse omnia, & se nihil. Sæpè monebat, numquā amittendam de Deo fiduciam. Illam esse, in quâ animæ vita considereret. Diuitem dicebat non posse saluari, nisi per eleemosynam. Tantò facilius esse munus Imperatoris aut Ducis quam Episcopi, quanto difficultius esset, quæ non videoas regere, quam quæ videoas. Inter labores publicos bellorum, quæ eius ætate plurima fuere, dicebat Senatoribus nostris: Si vultis Dominum vestri misereri, nihil vos ex vobis aut esse aut posse iudicetis. Bonum Principem assimilabat capiti: quia sicut caput & lingua implorat auxilium pro reliquo corpore se non mouente, ita Principis oratio potest placare Dominum, quamvis populus alii intendat. Vitan da monebat, quæ multis obstaculis impedirentur: quia opera Spiritus sancti facilia essent & æquabilia, diaboli alpera & plena sentibus. Et cùm de rectoribus ciuitatum secularibus loqueretur, quasi illorum laboribus condolens, non sine clementiâ Dei fieri putabat, vt virtutis comes esset gloria, & quasi laborum curarumque delinimentum aliquod: tantisper autem gloriæ cupiditati ignoscendum, dum virtutem velut ancilla sequeretur, non autem quasi domina præcederet. Innumerabilia alia sapienter & dixit & sensit, quæ quidem referre infinitum est.

51 Ceterum iam plenus erat dierum, nomenque ilius & fama latius quotidiè fundebatur. Nemo veniebat ad hanc urbem, qui non vel in primis spectaculis *sæcundi vivi* appeteret hunc Patrem videre. Taceo vulgus & turbam sine nomine, qui, quacumque incedere, ad eum vifendum, veluti ad Angelum de cælo demissum, per vias & compita concurrebant: Cardinales omnes, Dukes & Principes domi eum inuisere, vitam inuestigare, thalamum, cubile, cœnaculum, omnia lustrare oculis, & venetari. b Franciscus Sforza Mediolani Dux, & Blanca vxor, c Galeatium maiorem natu, & magna spei filium adhuc impubem Venetias cùm misissent, illud imprimis mandauere, vt puerum ad sanctum virum deducerent, vt imponeret illi manum, & eius orationibus commendarent. d Bartholomæus Collionus, clarissimus hac ætate Dux magnam ad eum vim auti detulit, quam in pauperes dispergit. Quod fuit & in militari viro propter deuotionem, & in Patre nostro propter opinionem rarum & singulare. Iam aduenæ & peregrini omnis ordinis & generis, Pannones, Germani, Galli, Hispani, vel qui Romam ad limina Apostolorum, vel qui in Orientem ad Dominicum sepulchrum pergerent, tum felices auras sperabant, si benedi-

nedictione huius Patris acceptâ discederent.

52 In maximis verò patriæ periculis Dux hostet atque Senatus non aliter ad illius orationem confugere, quād ad oraculum quoddam. Quātum autem illius oratio proficeret, vnum aliquid, prius quād partem hanc claudam, in testimonium referemus. Est prope e Corcyram locus asper & incultus, vbi vir habita uerat eremita trīginta & ampliū annos, vitæ abstinentiæ & orationibus, & quod primum ferebatur, prophetiæ spiritu insignis. Gerebat fortè Corcyra negotiū vir quidam de nostris, tam genere quād moribus præstans, qui cū arderet bellum, quod cum f Philippo Mediolani Duce geregamus, & afflictiores vide rentur esse res nostræ, adiit virum Dei: rogar eum, numquid Veneta Respubl. vt ferebatur, deplorata es set. Ad quem eremita: Commotus est furor Domini, inquit, contra vos, quia verbum Domini proiecisti: & nisi Pontificis vestri lacrymæ interpellarent pro vobis, iam dudum quasi Sodoma periisset. Tale de Laurentio testimonium retulit eremita in mediis Corcyra turibus & speluncis. Cui non solum Laurentius, sed omnes ferè mortales incogniti erant & inauditi.

*Periisse
Venetia
nisi pro iis
orasset.*

*Orat affi-
duē pro
iis.*

53 Porrò caritas illa, quā suas oves prosequebatur, vix animo concipi posset, nedium verbis explicari. Totus illi Pontificatus inter grauissimorum temporum, maximorumq; bellorum turbinēs consumptus est. Non erat contentus propriā oratione: animabat hor tando, monendo, obsecrando, iubendo, vt profectō tantæ caritatis & ardoris vel minima pars vim cælo inferre potuerit. Et hoc, si mihi liceat, procul dubio dixerim fuisse Quirinæ matris suæ præsagium, quod filio nascenti precata est: iis præcipue temporibus, quibus ter quaterue in præcipiti fuit Venetum imperium.

a Oppidum est diaceſis Vicentina, 13. milliarib; Italicas distans Vicentia, ad dextram amnis Noui, quod Leander cū opibus & multitudine colonorum ac nobilitate, tum amplitudine, multis Italia ciuitatibus par exſtimat. Vulgo Lonigo dicitur.

b IV. Dux coronatus die Annuntiata Virginis sacro ann. 1450. fuit gener Philippi Mariae III. Dux, ducl; uxore Blancâ Mariâ eius filiâ, & adoptione filius: imperauit annis 16. obiitq; anno 1466. Huius bellicam virtutem deſcribit Iouius lib. 3. Elogiorum.

c Galeatus Maria Sforcia V. Dux parenti succedit, occisus ann.

1477. Eius vitam & necem perstringit Iouius lib. 3. Elog.

d Praetara huius bello paceq; facinora lege lib. 3. Elogiorum Iouij.

e Insula maris Ioni; hodie Corfu, vix milliare vnum ab Albaniâ continebita discreta, ditionis etiamnum Veneta. Vrbem habet eiusdem nominis Archiepiscopalem, qua olim fuit Metropolis sub Patriarchâ Constantinopolitano.

f Philippus Maria Vice-Comes, Iannus Galeatij I. Dux suis, ficer duci Francisci Sforcia, à cedo Iannus Maria fratri sui Dux III. creatus est an. 1412. imperauit annis 35. obiitq; anno 1447. Horum trium primorum Duxum res gestas deſcribit Iouius lib. 2. Elogiorum. Bellum hoc fuisse deſcribit Sabellicus decade 2. rerum Venetarum lib. 9. & 10. & decade 3. sex prioribus libris, & Petrus Iustinianus lib. 6. hifloria Veneta.

C A P V T X.

De vltimâ ipsius valetudine, & quæ in ipsâ dixit aut fecit.

54 A GEBAT annum quartum supra septuagesimum, corpore quidem imbecillo & tenui, sensibus autem integris, & sine vlo vitio valetudinis: nisi quād ingrauescens artas, additis inediæ, vigilæ, algorisque ab ipsâ adolescentiâ suscepis incommodis, totum corpus pariter attruerat. Nos autem de eius vita plusquam de nostrâ solliciti, hortabamur, vt audiendi onera deponeret. Quibus ille: Vultusne locum, qui mihi commissus est, deferam? Nam quād ad ieiunia, vigiliæ, & castigatione carnis attineret, senescere corpus, spiritus iuuenescere videbatur: & aut D. Paulum referrebat, qui nonagenarius vescebatur palmulis; aut D. Hilarionem, qui a octogenarius farinulâ, aut alium de Patribus antiquis. Ut autem nihil ad cumulatam gloriam deesset, perseverauit scribere usque ad eam scribit.

*Vſque ad
finem vita
scribit.*

diem. Forte tunc librum de gradibus perfectionis absoluuit.

Avt

BERNAR-

DOIVSTRI-

NANO.

55 Dum autem post cibum mecum de more ambularet: Quād liberter abirem, inquit, si Domino Optat mo placheret! Neque enim melior sum; quād Patres mei: ri sed tu bone Iesu obsequi non debes voluntati meæ, sed utilitati populi tui. Voluit autem Dominus preces eius audire. **b** Febrī post paucos dies acerrimâ corripitur. Lectum paramus: ille commotior, & indignanti similis: Mihine plumam paratis? Qui mollibus sternuntur, in dominis Regum sunt. Non in plumâ Do minus meus, sed in durissimo ligno cubitauit. An non meministis, quid B. Martinus in re, simili responderit, non decere Christianum hominem mori, nisi in cinere & cilicio? Nihil igitur tūc profecimus, viætique ad eius martiâ detulimus inter brachia. Cū autē neque medicis neque pecuniaæ parceretur, & ministrarium circa se studium videret, cōpungebatur animo: En quanta, dicebat, ob huius facci vilis sanitatem parantur? quanta perduntur? cū interea pauperes Christi non panem, non stratum, non ignem habeant, vbi calefiant. Intellexit autē vir sanctus migrationis diem aduenisse. Haec nūs, inquit, filij per iocum testa est, serio nūc agitur. Propè est sponsus: eundum ei obitum. Et sublatis in cælum oculis, Venio, inquit, ad te bone Iesu. *Fiducia &* *humilitas* *instante* *morte.* Observatum est autem ab iis, qui ministrabant ei, quād aliquando plenus animi, ardore quodam spiritus in cælum ferri gestiebat: interdum verò in profundum sese humiliatis abiiciens, pētrimescere videbatur diuinum iudicium. Nam dum ego ad eum non sine lacrymis dicerem: Quād læto animo migrare debes, ô Pater, cui palma cælorum parata est. Decetni, inquit, fili fortibus solet hæc palma, non ignavis meique similibus. Hæc humiliatis. Illa verò quād plena fiducię! Nam cū nos lacrymari videret, Abite, ait, hinc cum vestris lacrymis: tempus lætitiae est, non lacrymarum. Sic in fiduciâ Macarium, in timore Arsenium referens: inter utrumque incedens, vt cum fiduciâ metueret, nec sine timore considereret.

56 In campum igitur cum morte descensurus, armari se Sacramentis Ecclesiæ, & ad facillum inter manus deferri postulauit. Et cū è strato subleuatus, innixus humero meo, labantia membra regere non posset, paululum resedit. Effundebat totus in lacrymas. Quod ille aduertens, Quid plotas, inquit, Bernarde fili: Da mihi dexteram. Quam quum ambabus suis tenuisset, Cōfide, inquit, & bono animo esto: numquād enim te deserat. O vocem dulcem pariter & acerbam, *Promittit se nepoti semper ad futurum.* Nescio quomodo non elanguit eorū meū: nisi quād sepe adiungit. Legatum, quod à dulcissimo patre mihi relictum est, omni fide & spe veluti brachis amplexabor, quasi obsignatum ab Angelis, subscriptum à beatis spiritibus: quorum gloriolas & innumerabilem multitudinem ad suscipiendam fidelis conserui anima cubiculum illud compleuisse non dubito.

57 Quam verò supellectilem creditis fuisse compertam in his ædibus. Putarisne aurum aliquod aut argentum? Illud admirabilius, quād nullum omnino librum possederit. Cū quotidie legeret aut scriberet, nullum librum tamen ullum possidere noluit. Testamentum omne, quod fecit, efferti se iussit nullâ pompâ ad monasterium suum, quod abest duo millia passuum extra ciuitatem, ibique in sepulchris fratrum reponi. Neque semel p̄cepisse contentus, quasi diuinaret, quid contentus de illius sepulcri à esset futurum, vocari nos iterum iuber; Scitis, inquit, quæ de sepulturâ mandaui? Facite quod iubeo: nolite pompam parare. Neque enim is sum, quem forte existimatis: Diuos Antonium imitatus & Hilarionem, qui in locis obscuris sepeliti voluerunt, ne colerentur à vicinis.

a In huius vita editionibus, operibus prefixis, centenarius, mendax.

Auct. dōe. Consule ipsius Hilarionis. vitam à S. Hieronymo conscriptam,
BERNAR. cap. 39. & annotationem 88. ad eam Rosseveydi nostri lib. 1. de vita
do IVSTI- Patrium.

NIANO. b Martinus Sanudo parte quintâ Chronicæ Veneti, ait eum in
Natuitate celebrazione sacrum in Pontificalibus in ade summâ, & ob
acerrimum noctis illius frigus in febrim incidisse, quâ viii. Ianuarij
extinctus sit.

C A P V T XI.

De oratione, quam habuit antequam
migraret è vitâ: & de duobus mi-
raculis.

58 **S**V S C E P T A verò paullò ante diem sacri olei
vnctione, sermonem habuit de mortis vtilitate,
ac de cœlesti vitâ, miro quodam sensu ac grauitate ver-
borum. Nam vt erat supinus, aliquamdiu tenuit in cœ-
lum oculos. Tum denudò semiclausis, in hanc senten-
tiam fari cœpit: (verba etiam, quantum potuimus te-
nere, subiiciuntur.) Videris, b filij, horam meam ad-
uenisse: benedictus Deus, qui eam tandem venire voluit, cùm nulla sit alia via, quæ ducat in cœlum. Ille enim
venit nobis via, veritas & vita, vt eius de paradiſo
misericordia exulibus, viam signaret in patriam redeundi. Si
enim in hac vitâ tantum sperantes sumus, miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Sed absit à nobis tam
stulta cogitatio. Quid enim vita hæc, nisi lanugo quæ-
dam, (vt ille inquit) & veluti memoria hospitis vnus
dies prætereuntur? Christus pro nobis mortuus est pri-
mitiæ dormientium. Pudeat nos mortem timere, cùm
Dominus noster propter nos mori voluerit. Hunc diē
Semper
sua mortis
memor.

temperante ante oculos habui; tu scis Domine: quamquæ
dum vitam meam considero, confusio sit mihi potius
appellanda, quam vita. Sed in spiritu humilitatis susci-
pe me, bone Iesu, vita & salus animæ meæ. Neque enim
in iustificationibus meis prosterno preces meas ante
faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Illa ego
ouis amissa, ad te pastorem redeo. Vocem tuam noui,
non alienorum; pero Domine, vt ad ouile me reducas.
Potesne spernere vocem clamantis & confugientis ad
te? Nonne tu ille, qui dixisti, Clamabit ad me, & ego audi-
am eum: cum ipso sum in tribulatione? Ecce clamo
plus corde, quam ore, Domine: ecce tribulatio proxima
est, & non est qui eripiat, nisi tu bone Iesu. Sed ne-
que felicium spirituum sedes affectare ausim, qui spe-
ciem intuentur sanctissimæ Trinitatis. Portio tamen
aliqua creaturæ tuæ, postulat micas suauissimæ mensæ
tuæ. Nimium mihi fuerit, & heu quam nimium, si
subtus calceos infimi electi rui loculum aliquem huic
pusillo tuo seruulo non negaueris.

59 **C**onuersus deinde paullulū ad astantes, ait:
Vos interea fratres, seruete Domini præcepta. Omnis
enim caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos
fœni. Contemplamini me, ecce aruit fœnum, & flos
eius cecidit. Horam hanc quis poterit euadere? Sed
mihi credite, filij, nihil est præstantius, quam seruire
Domino. Hæc cum dixisset, sublato paullis per brachio,
quod denudatum tenebat, caligantibus oculis, vt Isaac
illum antiquum videre te dices, adstantibus crucis
signo, Benedicat, inquit, vobis Dominus Iesus, fratres
& viscera mea, & benedicat filii mei qui absunt, quos
in Domino parturij. Det vobis cor, vt colatis eum:
aperiat animum in lege suâ, neque vos deserat in tem-
pore malo. Benedicat Principi nostro, & vniuerso Se-
natui, vt sortem commissi sibi principatus, ad hono-
rem Dei, & commune omnium ordinum bonum, sibi
traditam recordetur. Benedicat denique populo meo,
cuius amorem, pacem, concordiam Dominus in dies
magis atque magis conseruare & augere dignetur.

60 Dilucescere ceperat, & iam ante percrebue-
rat viuere diutuseum non posse. Mota igitur vniuer-
sa ciuitas est. Canonici quidem primo diluculo sunt
ingressi: quos dulcissimè recognoscens, ab his veniam

Gen. 27.
**Bene- pre-
catur mo-
riturus
omnibus
suis.**

petebat, si muneri suo non satisfecisset. Diuinum ho-
norem commendabat & Ecclesiæ cultum: tum vt mu-
tuam inter se caritatem seruarent. Postremò rogabat,
vt in diuinis officiis sui meminissent. Quid ibi rursus
lacrymarum, bone Deus, quid clamorum edebatur?
Illum patrem, illum dominum, præceptorem, ducem.
Paullò pôst Procuratores S. Marci ingressi sunt, & alij
Principes ciuitatis, Sacerdotes & religiosi viri. Nullus

denique ciuitatis ordo arceri foribus potuit. Loque-
batur vnicuique aliquid ad salutem. Procuratoribus & ^{ad ipsum} Principibus pauperes & iustitiam, sacerdotibus ho-
norem Dei, negotiatoribus caritatem, aduocatis pau-
perum causas, singulis denique officiorū suorum mu-
nera commendat: vt admirabile fuerit artus illos penè
exanimis, intento semper spiritu labore loquendi,
benedicendi que per totum biduum (tantum enim su-
petuixit) perficeret potuisse. Nusquam magis enituit illa
puritas & altitudo animi. Neminem respuit, omnes
pari fronte suscepit: vt neque pauperis, neque diuitis,
neque secularis vlla apud eum videretur esse distinc-
cio.

61 Plura interea tum prædictit, tum fecit digna me-
moratu: quorum duo tantum subiiciens, vt appareat,
omnem huius sanctissimæ vitæ partem, signis atque por-
tentis, sicut ceteris claruisse virtutibus. Erat ei carissi-
mus in Christo filius, Marcellus nomine, clarus genere, obitum
sed vitâ clarior, vit bonus & iustus. Laurentium au-
tem sic diligebat, vt palam diceret, si quid de eo accide-
ret, se nullo modo superuicturum. Cum audisset igi-
tur de illius valetudine, continuò accurrit, introducit
ad eum: cui ad eius osculum inclinato Laurentius sub-
missâ voce, Marcelle, inquit, quid de discessu meo cra-
ciaris? Ego quidem præcedo, sed tu me propediem se-
queris. Sic Domino placitum est, vt hoc Paschate nos
iterū mutuò amplexemur. Latior ille huiusmodi ver-
bo, quam tristior, initio Quadragesimæ acri valetudi-
ne corripitur, & in Paschate, vt prædicterat, ad sepultu-
ram elatus est. Dilectissimo autem filio Hieronymo,
grauiter laboranti, salutem & prædictis & reddidit. Nam
cum destitutus à medicis, pro mortuo haberetur, ma-
ter autem & sorores nihil iam spei, nisi in Patris huius
orationibus, haberent, misit ad eas sanctus hic Pater,
qui dicent, bono animo essent: neque enim illâ ægri-
tudine moriturum. Quod sicut dixit, ita factum est.
Paullò enim pôst reliquit eum febris, & pristinæ vale-
tudini restituitur.

C A P V T XII.

Deuota spiritus emissio, & inhumati
corporis diuturna permansio.

62 **S**E dñiam dissoluebantur sanctissima illa vincula
carnis & spiritus, & quæ indissolubili pace per
tot annos atque concordiâ vixerant; iubente Deo, illa
terræ, spiritus cœlo reddendus erat. Claudere paulla-
tim cœpit oculos facie quadam hilariori, & membra
omnia explicare, quasi de labore ad requiem transi-
turus. Quas ibi cateruas Angelorum aduenisse vidisse-
mus, si corporeis oculis potuisset videri illa societas!
Tali igitur comitatu inter eoru cœlestes voces & can-
tus felicissimus ille spiritus, velut igniculus in cœlum
emicuit. Hic finis sanctissimi Patris, verè felix, verè
beatus. O si mihi nunc licet laxare habenas lacry-
mis, & libertius lamentari! Vim facio mihi, Patres. Erû-
punt lacrymæ, nec cohibere me possum: sed non est
huius loci: secretum cubiculum aptius est: ibi promis-
sa tua, optime Pater, quum necesse fuerit, reperam: ibi
dexteram tuam testabor, præsertim cum sœpè aliâs in
maximis periculis inuocatus, me miris modis ad-
iuueris.

63 Ortâ alterâ luce, effusa incredibili concursu
tota ciuitas est: vi penè fores effractæ, vt in ecclesiam
subitò deferri necesse fuerit ad oculos populi depa-
scendos.

Moritur.

*alteri agro
sanitatem.*

*Reliquia eius.**Opinio sanctitatis eius.**Angelorum cantus audiitus.**Contentio de eius sacro corpore.**Corpus 67. dies incorruptum manet, & suauem odorem exspirat.*

scendos. Tanta autem continuo circumstetit feretur multitudine, ut a gradibus chori, vbi positus fuerat, raptrus deinde sit, non hominum manibus, sed solâ secomprimentium atque impellentium turbâ, usque ad valvas ecclesiae. Diffissa vestes, sublati calcei, omnia ad venerationem direpta. Ceterum ut primis aliquas sanctificationis, & publicum iam apparete testimoniū inciperet, scholæ illæ quatuor celeberrimæ (sic enim eas appellamus) non quasi ad mortuum, sed ad viuentem & sanctum, & viris frequentissimæ, & ornatae ac pompa, non quidem lugubri aut funebri, vt solent in mortuorum elationibus, sed ut in processionibus ac supplicationibus, quum gratiae publicæ Deo redduntur, sic nullo publicè aut priuatim iubente suadenteve, sed ipse per se sic instructæ auratis cereis, & omni honoris ac letitiae significatione accurrere. Quale illud etiam testimoniū, quod bini ex vestris fratribus, quum ad illud officium, ut ceteri, adiissent, audire sibi visi sunt suauissimos quoqdam cantus, & inauditas modulationes! Redeuntibus autem ad monasterium, & illis non cessantibus, tum alter ad alterum: Audisne frater has melodias? Quidni audiam, inquit alter: Angelicus planè mihi videtur iste concentus, non humanus. Idem affirmare alius cepit. Vtrisque igitur admirantibus, numquam illi cantus, quoqdashusque ad monasterium peruererunt, conticuere.

64 Expletis officiis, quum efferendi tempus aduenisset, ecce quo pacto, præcipuo quodam Dei iudicio, tunc quidem occulto, sed paullò post aperiendo omnibus, lis oriri coepit inter Patriarchales Canonicos, & Fratres S. Georgij. Hi quum ex præcepto Patris nostri repererent, quod mandauerat de loco sepulturae; illi sacros canones afferrent, ut Prælati in propriis ecclesiis sepelirentur: neque semper defunctorum ordinatioibus patendum, ex Marcellini Pontificis exemplo; qui quamquam corpus suum inhumatum sub anathemate permanere iussisset, visum esset tamen sanctis Patribus, non tam hominis, quam Pontificis habere rationem. Interim autem sacrum illud corpus in ecclesiæ sacrario reponitur, quasi litis euentum expectaturum.

65 Accidit autem res omnibus retro seculis inaudita, pace dixerim Sanctorum aliorum omnium, quod quidem extet ex eorum monumentis. Nam ibi corpus illud dum reponitur, altero ac tertio die, nec corruptionis aliquid, nec fœtoris appetat. Itemque & quinto & sexto nihilominus integrum perseverat. Tantæ rei miraculo excitata accurrit viuens ciuitas: vident & exquirunt diligenter, numquid sit delibutum vnguentis: omnia membra contractant. Nihil pigmenti aut artis, nihil rigoris in membris, fœtoris longè minus: quin potius odorem suauissimum membra illa spirare videbantur. Additum miraculum miraculo. Nam post biduum rubescere genæ, & viuus per membra sanguis conspici coepit. Et iam capere non poterat sacrarium illud concurrentem turbam, & seco inuicem comprimentem: ut octauo tandem die necesse fuerit in ecclesiæ publicè deferrari, ad oculos populi exstinctos. Tum verò & admiratio, & stupor, & clamores. Igitur qui litigant, & hi instantiū postulant, & hi custodiunt diligenter. Reponitur iterum in sacrarium, vbi per dies quadraginta perseveravit incorruptus & integer. Omnibus illis diebus numquam non visitatus est: numquam sacrarium illud non apertum omnibus fuit, & videre & venerari volentibus, donec septimo supra sexagesimum die, quum aliqui satis commodè seruari posse non videretur, sepulturae traditus est officiis & honoribus, non quibus ceteri solent, de quorum virtute & meritis ambigatur; sed quasi Sancti cuiusdam reliquiae, sic cum omni honore collocatae, decimo sexto videlicet Calendas Apriles, quum sexto Idus Ianuarias migrasset ad Dominum.

66 Multi non solum ex Italiâ, sed Illyrico etiam atque Epiro, ad id ostentum domo profecti. Medici

omnes, & præsentim Gérardus Veronensis, medicus Avct. ætate nostrâ omniū nobilissimus, qui eum in hac agri- BERNAR- tudine visitauit, naturæ nullâ vi fieri posse testati sunt, DO IV- præsertim cùm putridâ febri laborasset. Diffusus enim STINIA- pet venas putridus & corruptus humor, corruperit Sepelitur necesse fuit reliquum corpus: ut impossibile penitus 17. MAR- extiterit, absente calore naturali, vel parvum aliquid r̄ij.

temporis integrum incorruptum quæ manere. Quantum igitur, quamque admirabile spectaculum fuerit, aliorum sit iudicium. Nam si Beatissimo Bernardo honori datum est, ut dandum erat, quod corpus eius triduo inhumatum substiterit; quid Laurentio nostro triuendum, qui tot dies & penè menses integer & incorruptus euasit? Mota ciuitas tantæ rei miraculo, dare operari voluit, ne eiusmodi ornamento, vel primi scilicet, vel sanctissimi, Patriarchæ reliquis Patriarchalis ecclesia spoliaretur. Hoc facto relatum in memoriam illud Beatissimi Martini Turonensis Episcopi, qui quum apud Condatensem Pictauorum urbem diem obiisset, & Pictauum apud quos obiisset, retinere velle; Turonetenses autem repeterent proprium Antistitem, tamdiu in contentione res illa versata est, donec à Turonibus furto sublatus, propria Ecclesiæ restituereetur. Quæ autem miracula deinceps acciderint, quæque Miracula creberi- accident quotidie, ad sepulchrum illud diuinam opem ma ad eius poscentibus, ea non aggredi satius existimauit: quippe sepulchrū.

BVLLA CLEMENTIS VII. PAPÆ
quâ B. LAVRENTIVM IVSTINIANVM
Beatorum numero adscriptis,
data anno MDXXI.

VENERABILI fratri & Antonio Patriarchæ Venetiæ, Clemens Papa VII. Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam benedictionē. Illius, qui semper in Sanctis suis mirabilis est, vi- ces licet immeriti gerentes in terris, piis fideliū, præser- tim Ducū & Nobilium, votis, quæ ad Dei laudē & glo- riā, ac venerationē Sanctorū cedere dignoscuntur, libe- ter annuimus, eaq; fauoribus libenter, prosequimur op- portunitis. Exposuit nobis dilectus filius Marcus Foscarius Dominij Venetorū Orator ad nos destinatus, pro parte dilecti filij nobilis viri b Andreæ Gritti Ducis, & Dominij Venetorū huiusmodi; quod licet ex processu super canonizatione B. Laurentij Iustiniani, de mādato fel. rec. Sixti Papæ IV, prædecessoris nostri, ad tunc Ducis & Dominij Venetorum instantissimas preces habi- to, & ad R. Romanam Curiam transmissio, verisimiliter credi posset, omnia quæ ad ipsius B. Laurentij canonizationem necessaria erant, tunc plenè ac sufficienter probata fuisse; tamen cùm processus ipse casu quodam igne crematus fuisse, pia mem. Leo Papa X, etiā prædecessor noster ad tunc Ducis & Dominij Venetorum huiusmodi supplicationem eius tunc Nuntio, & bon. mem. Episcopo Cremonenensi tunc in humanis agenti in ciuitate Venetiæ commorantibus, de Venerabilium Fratrum suorum, de quorum numero tunc era- mus, consilio, per suas in formâ brevi & litteras commi- sit, ut ad inquisitionem negotij canonizationis huiusmodi procederent. Qui cùm ad inquisitionem huiusmodi procedere cœpissent, ac prædictus Leo præde-cessor, sicut Domino placuit, fuisse vitâ funestus, recd- lenda mem. Adrianus VI. similiter prædecessor noster ad supplicationem Oratorum prædicti Dominij Venetorum, qui ad Sedem Apostolicam pro præstandâ sibi obedientiâ destinati fuerat, tibi, Frater Patriarcha, & Venerabilibus Fratribus Thomæ Feltrensi Nuntio Apo-

Ex v.a-

riis.

d Apóstolico, & Paulo Nemosiensi Episcopo, per suas in

formā Breuis d litteras mādauit, vt processum canoni-

zationis alias inchoatum prosequi deberetis, ac si dicti

Leonis Papæ litteræ sup. directæ fuissent.

2 Cūm autem p̄fatus Adrianus p̄decessor no-

ster dicto processu minimè absoluто, fuerit vitâ fun-

ctus, & processus huiusmodi non ita de facili valeat ex-

pediri, ac idem Marcus orator pro parte Ducas & Do-

minij p̄dicatorum nobis humiliiter supplicauerit, vt

pro æterni Regis laude & gloriâ, ac ipsius B. Laurentij

Episcopi Confessoris reuerentiâ, nec non Ecclesiæ de-

core, ac Catholicæ fidei splendore, & populorum dicti

Dominij deuotione liceat singulis annis in die, quâ di-

ctus B. Laurentius migravit ad Dominum, festum, &

officium de uno Patriarchâ Confessore, cum oratione

vnius Episcopi Confessoris, sub nomine eiusdem B. Lau-

rentij Patriarchæ in tuâ & aliis Ecclesiis dicti Dominij

Venerorū ab omnibus celebrati. Nos qui fideles quo-

cumque ad Sanctorum Dei venerationem, ac iugem

de eo sacrû erga eos deuotionem, prout possumus, libenter excita-

mus cùm ad p̄sali aliis grauibus p̄spediamur impe-

dimentis & negotiis, canonizationisq; huiusmodi ne-

gotio intendere non valeamus, ipsorum Ducas & Do-

minij deuotio supplicationibus inclinati, vt tam in tuâ

Patriarchali, cuius ipse B. Laurentius Patriarcha fuit,

quâm in quibusvis aliis cathedralibus, etiam Metropolitanis, ac collegiatis, ac parochialibus, quorumcumque

locorum, etiam Religiosorum, ecclesiis totius Dominij

Venetorum, officium in memoriam eiusdem B. Lau-

rentij Patriarchæ de uno Episcopo Confessore, sub no-

mine eiusdem B. Laurentij annis singulis, die quâ migra-

vit ad Dominum, celebrari, ac in eorum Missis ac Ma-

tutinis, ac vesperis commemoratio sub nomine B. Lau-

rentij Patriarchæ recitari possit ab omnibus, qui illud

celebrare ac recitare voluerint, & eius imago in ecclesiis, siue Christi fidelium personarum domibus, depin-

gi, siue tamen diademate, & non tamquâm canoniza-

ti, sed tamquâm Beati, liberè & licetè valeat; auctoritate Apostolicâ, tenore p̄sentium, licentiam & facultatem concedimus; non obstantibus constitutionibus &

ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis, qui-

buscumque. Volumus autem, quod propter p̄missa,

dictus B. Laurentius catalogo Sanctorum ascriptus

minimè censeatur. Datum Romæ, apud S. Petrum sub

e annulo Piscatoris. Die xviii. e....M.D.XXIV. Ponti-

ficatus Nostræ, Anno Primo.

a Hic est Antonius Contarenus, ex congregazione Scopetinorum electus, qui B. Laurentium aliosq; Antifites Venetos, suis p̄d-

ceſores, in aula Patriarchali curauit depingi. Ei succedit Hieronymus Quirinus ex ordine Prædicatorum, non anno Ch. MDXX. ut Claudio

Robertus, cùm superfluerit ille anno Ch. MDXXIV. quo hec ad eum

Bulla missa est. Verum anno sequenti. Iusit Quirinus in Venetâ ci-

uitate, quoniam B. Laurentij corpus recorditum est in ecclesiâ

Patriarchali, festum ipsum cum maiori solemnitate fieri & cele-

brari, populumque Venetum per concionatores admoneri ad

venerationem & festinationem dicti festi, omni anno dictâ

octauâ die fiendi. Integræ constitutionem vide apud Dan. Rosam.

b Hunc describit Paulus Ionius lib. 6. Elogiorum de viris bellicis

virtute illustribus.

c Has refert Dan. Ros., datas II. Apr. an. 1519.

d Has desiderari notas idem Ros.

e Mensis in omnibus exemplaribus desideratur.

RECENTIORA MIRACVL A

Ex Dan. Rosâ, & litteris Venerabilis D. Octauij Gualdi eiusdem ordinis Roma Canonici.

B. Laur-

tij meritis

curata

debilitas,

*Q*VÆDAM annos complures fulcris nixa in-

cedebat, vel neruis contractis, vel quoipiam

noxio humore debilitatis membris. Vt cele-

brati publicâ famâ B. Laurentij sanctimoniam intel-

lexit, eius implorat patrocinium, vobetque procura-

turam se, vt ad illius honorem in æde S. Mariæ de Hor-

to Venetiis sacrificium offeratur Deo. Adfuit ipsa sa-

cificio, subitamque eo peracto sanitatem retulit, sus-

pensis ad aram, quæ etiamnum visuntur, fulcris.

2 Franciscus Michaëlius Canonicus & Pœnitentia-

rius Patriarchalis Ecclesiæ Venetiis, cùm sanctimonias morbus lethali,

libus cœnobij S. Annæ à sacris esset confessionibus, an. MDCVII. lethali morbo correptus est, nec multò

pòst depositus à medicis. Verula quædam Anna ibidem Religiosa, singulari erga B. Laurentium pietate, votum ei pro Confessarij in columitate nuncupat; quæ plena ei restituta est, quâ etiamnum an. MDCXIII. fruebatur.

3 Ioannem Conuersam an. MDCXI. enatus sub axil-

lâ carbunculus in præsens adduxerat vitæ discrimen; lus,

quod B. Laurentij ope imploratâ subito discussum.

4 Eadem fluxu sanguinis propè examinata, voto fluxus

nuncupato, eandem B. Laurentij experta est opem. sanguinu-

5 Romæ an. MDCXIII. prodierat in lucem puer fri-

gidus ac teter, vt penitus carere vitâ crederetur. Facta Mortuus

B. Laurentio pro eo vota sunt: Reuixit valuitque. Te-

starus id Dorotheus Baronius congregationis S. Geor-

gij de Alega Visitator.

6 Ioannes Petrus Sennenzius, primarius chirurgiæ

Bononiae professor, multos menes febri quotidiana Depulsa

conflictatus, tandem beato Patriarchæ votum obtu- febris,

lit, subitoque omni incommode caruit.

7 Laurentius Bernardus Bononiensis, Bondanelli agitudo

in diœcesi Bononiensi Rector Ecclesiæ S. Bartholomæ inuetera-

diuturnâ ægritudine exhaustus, deductusque ad extre-

ma, cùm iam spem nullam medici facerent, an. MDCV.

xvii. Ianuarij, votum B. Laurentio nuncupauit, &

conualuit.

8 Idem an. MDCVII. simili voto, grauissimo morbo

scitum alias, subito est liberatus.

9 Idem mense Maio an. MDCXI. Vigiliis vrbe regni naufragij

Neapolitan soluerat, Rauennam petitus. Terrâ dein periculum,

iaçatus tempestate circa eam Apulia oram, quâ Gar-

ganus mons iacet, voto se cum ceteris vectibus

B. Laurentio obstrinxit. Bononiam reuersus aram

B. Laurentio dicatam in nouâ S. Gregorij basilicâ, ma-

gnificè exornandam suo sumptu curauit; annuo etiam

censu attributo. Chirographo dein Cardinali S. Euse-

bij Congregationis S. Georgij Prostori, Romæ obla-

to isthac cuncta testatus est.

10 Blasius Marangon ischiade laborabat ita graui-

ter, vt fulcris regere gressum cogeretur. Quodam die

magno animi sensu ante altare B. Laurentij, in ecclesiâ

iachia, in quâ eius religiosè asseruatur corpus, humili stratus

preces fudit: surrexit in columis, fulcrum appendit, nihil-

que deinceps molestia persepsus est.

11 Marinæ Gritti clarissimæ feminæ, annos natæ

70. mense Decembr. an. MDCXII. atrum foedumque in

pectore vlcus exortum, ingentisoui magnitudine: me-

dici gangrenam censabant; eorumque iam artem ma-

gangeras, li visuperabat. Extremis mysteriis, exomologesi, Eu-

charistia, sacrâ vñctione communia, mortem opperie-

batur: quinque ipsos dies nec loqui valuit, nec alimen-

ti quidquam sumpsit, nisi quid modicum vini plumulâ

instillabatur ori. Cùm iam moritura crederetur, spe-

ctandum se illi B. Laurentius obtulit, gangrenam ex-

cusit, integrumque contulit sanitatem.

12 Anno MDCXII. XIII. Nouemb. cùm mare horri-

bilis tempestas agiraret, sublatus est subito (inquit, &

iure iurando confirmat Autor) clamor eiulatusque puer-

rum: proripi me ad cellæ fenestram, & conspexi quen-

dam, Sanctum nomine, famulum Domus Contarenz,

in lembo pericitantem. S. P. N. Laurētij opem impla-

raui, recitatâ Dominicâ precatione & salutatione An-

gelicâ: subitoque repulitus procellâ in terram est lem-

bis, Sanctiusque in columis easit.

13 Graui cruciabat erysipelâ, quæ genu dextrum in-

festabat, vt quietem nullam die ac nocte integrâ heb-

domadâ caperem. Quodam die sub crepusculum ma-

tutinum, B. P. N. religiosè precatus, mox somno corri-

pior, quo paullò pòst solitus, simul dolorem teledisse

omnem animaduerto, adeò vt postridie Deo Missæ

sacrificium in gratiarum actionem obtulerit.

2 Aliam miracula iam probata feruntur.

IX. IA-

I X. I A N V A R I I.

S A N C T I Q V I V. I D. I A N V A R.

C O L V N T V R.

S.Paschasia, Virgo Martyr, Diuione in Bur-	S.Marciana , Virgo & Martyr, in Mauri-
gundiâ.	taniâ.
S.Epi&tetus,	S.Iulianus,
S.Quin&tus,	S.Basilissa,
S.Secundus,	S.Celsus;
S.Iucundus,	S.Marcionilla,
S.Saturninus,	S.Antonius Presbyter;
S.Vitalis,	S.Anastasius,
S.Quin&tus,	S&cti vii. pueri, cognati Carini Imperato-
S.Vincentius,	riss,
S.Felicitas,	Sancti xx. Milites,
S.Quin&tus,	S.N. amicus Praesidis
S.Felix,	Marciani,
S.Artaxes,	& alij plurimi Episcopi, Clerici, Monachi, Virgines;
S.Fortunatus,	S.Petrus, Episcopus Sebastenus in Armenia.
S.Rusticus,	S.Marcellinus, Episcopus Anconitanus in Italiâ.
S.Sillus,	S.VVaningus, Fiscani in Normanniâ.
S.Quietus,	S.Filanus, Abbas in Scotiâ.
S.Pi&tus,	S.Adrianus, Abbas in Angliâ.
& alij v.	S.Brithvvaldus, Archiepiscopus Cantuariensis in Angliâ.
S.Vitalis,	S.Eustratius Thaumaturgus in Bythyniâ.
S.Reuocatus,	
S.Fortunatus,	
S.Firmus, vel Firminus,	
S.Possessor,	
S.Ianuarius,	
S.Saturninus,	

P R A E T E R M I S S I V E L I N A L I O S D I E S R E I E C T I.

S.Timotheus Confessor. Maurolyc. Martyrol. Germanic.	
Videtur is esse, de quo egimus.	viii. Ianuar.
S.Eugenianus, Martyr Augustodunensis. Petrus de Natalibus lib. ii. cap. vltimo, nu. 29. De eo egimus.	viii. Ian.
S.Gudila Virginis natalis consignatur hoc die in Kalendario Radulphi de Rivo. Egimus de ea	viii. Ianuar.
S.Erardus, Episcopus Ratisponensis. ms. Florar. de eo supra	viii. Ianuar.
XL.Martyres Cæsaraugustani. Ferrar. citans tabulas Cæsaraugustanas. Quinam hi sint, nondum comperimus.	
S.Martialis. Martyrol. ms. S.Hieronymi. At Kalendaria aliquot. S.Martialis Virgo. Forte eadem qua S.Marciana.	
S.Iacobus Presbyter Calari hoc die martyrio coronatus, memoratur à Seraphino Squirro lib. 4. Sacrarij Calaritani cap. 21. ex inscriptione tumulieius 3. Octob. 1621. inuenti. Sed quia vicinque nobis obscura videtur illa inscriptio, certiora monumenta expectabimus.	
S.Egilfredus Abbas in Africâ. Ferrar. Menard. Dorganius, Galefin. ex veteri ms. nihil præterea profertur.	
Ermengarius, Episcopus Augustodunensis ms. Florarium. Huius apud Claudium Robertum non extat; nisi sit Ermentarius qui tamen nec in Martyrologio Saussaïj refertur; nec à Ioanne Chenu, nec à Claudio Roberto Sanctus appellatur.	
Felicianus Abbas. ms. Florar. Ignotus hic nobis.	
Salomon paenitens, in Claustro, sive Hemmenrode. Chrysostomus Henriquez in Menol. Cisterc. ex Casario lib. xi. cap. 31. sed non videtur vt Beatus coli.	
Philippus Berruerius, ex Episcopo Amelianensi Bitu-	
Tom. I.	
	ticensis Archiepiscopus, à Demochare & Ioanne Chenu Sanctus appellatur, Beatus à Claudio Roberto & Carolo Saussaïo, qui lib. 11. Annal Eccles. Aurelian. eius vitam describit. Sed quid Andreas Saussaïus, qui nuper Martyrologium Gallicanum edidit, solum Pius illum adnumeret, eum hic omittimus.
	Petrus, monachus cœnobij S. Mariæ de Caduno, in diœcesi Sarlatensi, in Kalendario Cisterc. & in Menologio Chrysostomi Henriquez refertur hoc die, & Beatus appellatur. Recensetur & ab Hugone Menardo, in altera appendice ad Martyrol. Benedictinum, ex antiquo Missali ante 100. annos edito, inter Sanctos & Beatos ordinis Cisterciensis. Andreas Saussaïus solum Pius illum accenset.
	Vraca fundatrix monasterij de Auia, Ord. Cisterc. in Hispaniâ. Idem Henriquez in Menol. Cisterc. Neque hac an colatur comperimus.
	S.Egwinus, Episcopus Wigorniensis. Ferrar. de eo agimus
	xii. Ianuar.
	S.Agretius Confessor. Maurolyc. Martyrol. Germanic. ms. Florar. Martyrol. Colon. antiquum, & Carrh. Colon. in Addit. ad Fuard. sed in quibusdæ Agetius dicitur. Ignotus alibi, nisi sit S. Agetius Treuirensis, de quo xiii. Ianuar.
	Festum sanctissimi nominis Iesu, ab Ecclesiâ Bruxellense celebrari officio duplice consueuit Dominica intra octavas S.Gudila, vt patet ex veteri illius Ecclesiæ Breuiario: à pluribus Ecclesiis agitur, vt infra dicimus,
	xv Ianuar.
	S.Antonij magni reliquiarum translatio facta hoc die Arelate, è cœnobia Montis majoris ad ecclesiam S. Iuliiani Martiris: vt tradit Saussaïus in Martyrol. Gal. Nos infra xviii. Ian.
	B b b
	s. Speus

S. Speusippus,
S. Eleusippus,
S. Meleusippus,
S. Leonilla auia,
S. Iunilla,
S. Neon, exceptor,
S. Turbo, codicilli Actorū custos,
S. Polyeuctus, Martyr, Melitinae in Armeniā. Menolog.
Meneas; Surius. Nos
S. Concordia Martyr Tuscanæ in Tuscianâ, vbi sacræ eius reliquiae afferuantur. Ferrarii in generali Catalogo Sanctorum. Iterum xxii. Februarij refertur à Bedâ, Rabano, Notkero, & alio S. Concordia, Rome in via Tiburtinâ trucidata; quam eandem arbitratur Galefinus, que in Año S. Laurentij nutrita S. Hippolyti dicitur. An & quomodo ha tres Concordiae differant non compemus. Fortè quid certius posse nanciscemur & dicemus, vel xxii. Februarij, vel xiii. Augufti.
S. Eulogij Presbyteri,
S. Leocritia Virginis, Martyrum, Translatio hoc die facta, atque à nonnullis Hispanicis

Martyres. Sauffains
in supplemento Martyrologij Gallicani.
Acta eorum dabimus
xvii. Ianuar.

Ecclesiis celebrari, traditur. Eam referemus, cum de eorum agenuis martyrio; Eulogij quidem
Leocritia verò
S. Siméonis Treuirenensis Confessoris translatio, hoc die consignatur in Martyrologio, Germanico, & Colonienſe, ms. Florario, & Carthusian. Additionibus ad Vſuardum. Contigit anno 1400. De eâ agenus ad ipsius Sancti vitam
i. Junij.
S. Henricus, Episcopus Wintoniensis in Angliâ. Galafin. Ferrar. Martyrol. Germanic. At Martyrol. Anglicanum, alioq; auctores eum tradunt obiisse, quo de eo agemus,
vi. Augusti.
S. Foillanus, Abbas & Martyr. ms. Kalendar. ord. S. Benedicti. De eo nos
xxxii. Octob.
S. Eucharius, Episcopus Treuirenensis. ms. S. Martini Treuiri. Nos
viii. Decemb.
S. Iudoci Translatio. Martyrol. Anglic. Refertur & in quibusdam Belgicis mss. Kalendaris. De eâ agenus in vita eius
xiiii. Decembr.

VITA S. PASCHASIÆ VIRG. MART.

DIVISIONE IN BVRGVNDIA.

Ex antiquis recens collecta à Petro Francisco Chiffletio, Societatis IESV Presbytero.

SVB M.
AVRELIO.
IX. IANUARII.

PARTICVLARUM CHRONICI S. BENIGNI DIVIENSIS, qui se & patriâ Salinensem, & in Benigniano monasterio monachū fuisse significat, suumque opus conclusit in anno à Christi Incarnatione secundo & quinquagesimo supra millesimum (quo anno Halynardum ex Abbatte S. Benigni Lugdunensem Archiepiscopum Romæ extinctum refert) de S. Paschasiæ in Willemo Abbatte sic pronuntiat: Hæc à S. Benigno edocta, & baptizata, post eius martyrium saevitiâ paganorum rapta est ad supplicium: cumque immobilis in fide Christi persisteret, primò carceris afflcta squalore, postea pro confessione Deitatis, sententiâ fuit multata capitali; vt quædam vitrea antiquitatis facta, & usque ad nostra perdurans tempora, eleganti demonstrabat picturâ. Passa est igitur eodem, quo & Benignus, Aurelio imperante. Supplicij genus, & sepulturæ locum declarat idem auctor, haud longè ab initio sui Chronici, cùm ait: In huius sepulturæ ultimis finibus, ad Occidentem, corpus S. Benigni post martyrium positum fuit à B. Leonillâ, ædificatâ super eum humili opere cryptâ, prout permisit temporis angustia. Iuxta illam cryptâ iacuit S. Paschasia, & ipsa per ignem martyrio consummata. Cuius ergo animus illo igne Spiritus sancti arserat, quem venit Dominus Iesus mittere in terram, & voluit vehementer accendi, eius quoque corpus (ne quid ad holocaustum decesset) elementaribus flammis absumptum est.

Apparens extruentibus templis S. Benigni. 2 Cùm autem B. Gregorius Lingonensis Episcopus, sexto post Christum labente sæculo, super S. Benigni corpus, sibi diuinitus reuelatum, sacram ædem excitaret, visa est Paschasia opus vrgere, ac structoribus ad proficiendum animos addere; vt grata Virgo illius se cœlum in terris curare ostenderet, à quo se in Christo genitam, adeoque in cœlum deductam meminerat. Rem gestam narrat S. Gregorius Turonensis, lib. de gloriâ Confessorum, cap. 43. Est haud procul & alia basilica, inquit, in quâ Paschasia sancta quiescit. Hæc fertur apparuisse structoribus basilicæ S. Benigni Martyris, qui secundus habetur, hortans ut opus cœprum insisterent, scirentque, se Martyris adiutorio adiuvari: quæ in basilicam suam regressa, nusquam comparuit. Et pluribus libro de gloriâ Martyrum cap. 51. In proximi-

mo autem est & alia basilica, in quâ Paschasia quædam religiosa veneratur. Nam visum est eo tempore structoribus, quædam anum egressam fuisse ab ipsâ basilicâ, nigra veste, cygneo capite, vultuque decoro, quæ sic affata est structores: Eia, dilectissimi, perficite opus bonum: eleuentur machinæ, quibus erigitur hæc structura. Et merito acceleratur, quæ tales habet executores: nam si permitteretur, vt vestrorum oculorum acies contemplaretur, nempe videretis vobis operantibus Sanctum præire Benignum. Hæc effata, basilicâ, de quâ egressa fuerat, ingrediens, nulli ultra comparuit. Autemabat enim eius temporis homines, Beata ibi apparuisse Paschasiæ.

3 Quo deinceps loco fuerit Paschasia, quoque in honore apud Divionenses, docet scriptor Benigniani Chronici suprà laudatus; cùm enim anno Verbi Incarnationis primo & millesimo, Indictione xiv. Willemus Altare ei Abbas S. Benigni, & generis splendore, & morum integritye conspicuus, S. Benigno Martyri, nouo opere basilicam, columnis marmoreis insignem extruxisset, è quinque in eâ fundatis altaribus tertium B. Paschasia nomine dedicatum est. Quinque sanè, inquit, in eâ continentur altaria; primum in honore ipsius S. Benigni est consecratum: secundum in memorâ S. Nicolai, & omnium Confessorum: tertium in veneratione S. Paschasiæ Virginis, quæ ibidem quiescit, & omnium Virginum: quartum in S. Irenæi, & omnium Martyrum: quintum sub nominibus sanctorum Confessorum & Abbatum, Ioannis, & Sequani, atque Sancti Eustadii Presbyteri ibidem quiescentis. Hæc erant inferioris tantum cryptæ altaria; alia enim quamplurima reliqua templi partes capiebant.

4 Id ædificium vetustas denique abolevit, sed non Paschasiæ generosæ Virginis memoriam: nam quæ hodie stat Diui Benigni ædes, anno Christi m. ccclxxvii. ab Hugone, cognomento de Arcu, eiusdem monasterij Abbatæ exædificata est: vigerque etiamnum in eâ S. Paschasiæ cultus, adscriptus in antiquis S. Benigni Kalendaris ad nonam diem Ianuarij. Et Diuionensem Nomen in religionem aliæ quoque Ecclesiæ imitata sunt. In Martirologio manuscripto Franciscanorum Salinensem crucis habetur. v. Id. Ianuarij, S. Paschasiæ Virginis, cuius venerabile corpus quiescit Diuione, in ecclesiâ S. Benigni. Id ipsum notatur postridie, nempe iv. Id. Ianuarij,

rij, in Martyrologio monasterij Goliani Canonico-rum regularium S. Augustini prope Salinas. Sed in du-bio, standum potius reor à domesticis Benigniano-rum commentariis.

S. Hac Chiffletius Noster. Meminerunt S. Paschalia ix. Ianuarij prater citatos auctores, Petrus Galeſinius, Philippus Fer-rarius, Martyrol. German. Molanus in Addit. ad Vſuardum, hu verbu: Diuione S. Paschaliae Virginis. Fufius Saufiāus: Diuione, inquit, Natalis S. Paschaliae Virginis & Mart-yris: quæ à S. Benigno Burgundiæ Apostolo Euange-licâ veritate illustrata, post eius glorioſum agonem, ibidem Christi fidem, eximia ſuā sanctitate & zelo pie-

Elogium
ex Saufiāus.

tatis intensissimo, plurimū propagauit. Quamob-Ex v. A.
rem ab impiis dire exagitata, atque squalore carceris R. 115:
inediāque diu afflita, demum cùm nullis minis ac ter-
roribus à puro huminis cultu abduci posset, quin po-
tiū multos ſuā admirandæ patientiæ & fortitudinis
inspectores à spurcissimâ idolorum religione reuocar-
et, capitis damnata, atque in rogam vehementer con-
iecta, inter furentes flammaram globos, Christi re-
demptoris venerabile nomen, maiori quām igneo ar-
dore prædicans ac collaudans, purissimam animam
efflauit. De S. Benigno agemus 1. Nouembri. B. VVillelmi
Abbatis vitam dedimus 1. Ianuarij.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

EPICTETO, QVINCTO, SECVNDO,
IVCVNDO, SATVRNINO, VITALE, QVINCTO,
VINCENTIO, FELICITATE, item QVINCTO,
FELICE, ARTAXE, FORTVNATO, RVSTICO,
SILLO, QVIETO, PICTO, & aliis quinque.

IX. IA-
NVARII.

HORVM Sanctorum Martyrum Acta interciderunt, nomina in martyrologiis extant. Vetusſimum ms. S. Hieronymi: In Africâ Epicteti, Quincti, Secundi, Iocundi, Saturnini, Vitalis, Quincti, Vincen-tij, & Felicitatis, item Quincti, Felicis, Artaxis, Fortu-nati, Rustici, Silli, Quieti, & aliorum sex. Vnum ex his ſex eſſe exiſtimamus S. Pictum, qui in peruerteri Kalendario ms. monasterij S. Maximini Treuiris, in refertur: Et S. Piicti. Et S. Saturnini, in Africâ. ms. Rhinovv: In Africâ Epicteti, Iocundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Fortunati. Rabanus & ms. S. Maximini Treuiris: Natale Epicteti, Iocundi, Secundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Rustici, Quincti, & Artaxes, (Rabanus uno verbo Etaxates) Fortunati. Martyrol. ms. Latiens: In Africâ natale Sanctorum Iocundi, Quincti, Firmi, Saturnini. At Firminus Sanctus Smyrnensis adiungitur ab aliis, vt titulo ſequenti dicemus. ms. Martyrol. Adonis monasterij S. Laurentij Leodij: In Africâ Epicteti, Iocundi. Item & S. Saturnini. ms. Florarium: In

Africâ Epicteti & Iocundi. Item S. Saturnini. ms. S. Martini Tornaci: In Africâ natalis Epicteti, Iocundi, Quincti. Carthus. Colon. in Addit. ad Vſuard. In Africâ, Iocundi, Quincti, Saturi (forrè Saturnini) Martyrum. Galeſinius: In Africâ Sanctorum Martyrum Epitheti (in Notis Epite-
tum vocat) & Saturnij. citat ms. codicem. Quidam ex his commemorantur quoque in antiquissimo Hibernico martyrolo-gio conuentus Dungalensis.

2 Martyrologium Romanum: In Africâ Sanctorum Martyrum Epicteti, Iucundi, Secundi, Vitalis, Felicis & aliorum septem. Fuit, inquit Baronius in Notis ad Mar-tyrologium Romanum, Epictetus Episcopus Assuritanus in Africâ, ad quem extat S. Cypriani epift. 64. Passus est cum sociis sub Decio Imperatore. Ita ille. Eum ad quem scribit Cyprianus, Episcopum Assuritanum fuisse coniicuit Pamelius; Cyprianus tantum fratrem appellat. Nec eft argumen-tum, quo probemus Epicteturum illum eſſe, qui hoc die colitur.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SMYRNENSIBVS
VITALE, REVOCATO, FORTVNATO,
FIRMO, SIVE FIRMINO, POSSESSORE,
IANVARIO, SATVRNINO.

IX. IA-
NVARII.

HORVM tres Vitalis, Reuocatus, Fortunatus, plerisq; Martyrum tabulis adscripti. Vſuardi editio Parisen. an 1536. Carthusiani Colon. Molanus: Apud Smyrnam SS. Vitalis, Reuocati & Fortunati. Consentient Bellinus, Maurolycus, ms. S. Lamberti Leodij, & alia mss. in quibus & Martyres appellantur, vt & in Martyrol. Romano: Smyrnæ Sanctorum Martyrum Vitalis, Reuocati, & Fortunati. ms. S. Richarij: In Afîa apud Smyrnam SS. Vitalis, Reuocati, & Fortunati. Hostes Martyrol. Germanicum Leuitas appellat, Ghinius Diaconos: quod ſoli Fortunato tribuunt mss. complura Vſuardi Martyrologia, ad viſum variarū Belgicarū Ecclefiarū autē, vti & editio Lubeccensis an. 1475. ms. Florar. Sanct. Apud Smyrnam Natale SS. Vitalis, Reuocati, & Fortunati Diaconi. additur Martyrum in veteri Martyrol. Colonensi.

Tom. I.

Galeſinius priorem Episcopum, alios Diaconos dit fuisse, ms. Martyrologium ſecutus: In Smyrnâ Sanctorū Martyrū Vitalis Episcopi, Reuocati & Fortunati Diaconorū. De hū quoque VVandelbertus:

Quinto Vitali, Fortunato, & Reuocato.

2 De aliis dubium, Smyrnæ an in Africâ obierint; niſi fortassis error eſt in Vſuardo ita ſcribente: In Africâ Sanctorum Martyrum Reuoluti & Firmini, cum aliis tribus. S. Firminus Martyribus Africanis ſuprà relatis adiungitur in Martyrologio ms. Latiens: vbi Reuocatus dicitur, qui Vſuardo Reuolutus. Reliqui in antiquissimo ms. S. Hieronymi ex-primuntur, & Smyrnæ quidem cum alia: In Smyrnâ Reuocati, Firmi, Possessoris, Ianuarij, Saturnini. ms. S. Martini Tornaci: In Smyrnâ Reuocati, Firmini, Saturnini. Vnicum retinemus Reuocatum, qui in prioribus Vitali & Fortu-

B b b 2

E X V A- Fortunato; in posterioribus Firmo, seu Firmino, Possessori, Ianuario, & Saturnino adiungitur. Cetera nos latenter, cum nusquam acta reperiamus.

3 Querit tamen fortasse potest, an non Vitalis & Fortunatus uidem sint, quos titulo precedenti Martyribus Africanis annumerant Martyrologia MSS. S. Hieronymi, Rhinov. S. Maximini, & Rabanus, ideoq; in MS. S. Hieronymi hic omittantur. Martyrol. Rom. duos agnoscit Vitales Africanum, & Smyrnensem. Duo quoque Fortunati, & Saturnini statuntur

in Martyrol. ms. S. Hieronymi. In Kalendario Mediolanensi colluntur SS. Vitalis & Saturninus Martyres. Sed Smyrnae sunt; an Africani, an alij, non liquet. Renocatus, Firmus, Possessor eum duobus sociis, in martyrologio S. Hieronymi iterum x. Ianuarij referuntur; idemne an ab his diuersi, quis est solis nominibus iudicabatur? MS. Rhinov. eodem x. die: In Sirmis Reuocati. In Africâ Firmi. Quid illud Sirmis & an Smyrna, an Sirmij?

DE S. MARCIANA, VIRGINE MARTYRE, CÆSAREÆ IN MAVRITANIA.

SVB DIO-
CLETIA-
NO.
IX. IAN.



CT A S. Marcianæ vulgata sunt hactenus à Bonino Mombritione tom. 2. Zacharia Lippelio tom. 1. de vita Sanctorum, Autore Agonum Martyrum edit. Parisis, Vincenzo Bellouacensi lib. 13. Speculi historialis cap. 36. & 37. Petro de Natalibus lib. 2. c. 58. & Italicè à Silvano Razzi tom. 1. de vita illustrium feminarum, sed in compendium contracta. Eadem ex veteri MS. submisit nobis Parisius vir humanissimus Andreas Duchesnius, qua huc edimus, collata cum MS. S. Maria de Ripatorio, & citatis ante auctioribus. Exstant eadem MSS. in codice membraneo ac peruetuosto bibliotheca monasterij S. Bernardi extra muros Toletanos, è quibus partem huius historia allegat Franciscus Biuarius in suis ad L. Dextri Chronicon commentariis ad an. Chr. c. v. Addimis Actis hymnu sacrum, quem ex Breuiario Gothicæ Ecclesie Toletana resert idem Biuarium, qui per omnia ipsi acti concordat. Citantur etiam à Baronio in Notis ad xii. Iulij, prater hunc hymnum, ex eodem Breuiario capitula quibus etiam martyrium egregie describatur, qua non vidimus.

2 Que circa hec S. Marcianæ Acta controverti queunt, isthac ferè sunt: E quâ regione fuerit oriunda, quo loco ac tempore martyrum subvierit. Razzi è Sueviâ nescio quâ oriundam scribit, non probat. Rusuegitana appellatur à Petro de Natalibus, & Vincentio Bellouacensi. Suegitana, à Mombritione. Rusuegitana in MS. Duchesnijs, qua coincidunt; & forte Rusuegitana legendum. Est enim Rusuegitanus Episcopatus in Mauritania Cæsariensi, ex quo ad Collationem Carthaginensem anno Christi cdx. conuenerunt Fortunatus Episcopus Catholicus, & Optatus Donatista, de quibus agitur cognitione 1. cap. 135. & 176. Et ab Hunnerico Rege Vandalarum electus in exilium Mercur Episcopus Catholicus Rusuegitanus anno CDLXXXIV. vt indicat Notitia Provinciarum Africae à Iacobo Sirmondo edita.

Martyriū 3 Hac è vicino martyrij loco probabiliora fuent. Legitur enim in Actis Cæsaream venisse, ibidem vixisse, & obiisse. Est autem Cæsarea hec totius Mauritania Cæsariensis metropolis, cuius meminerunt Plinius, Ptolemaeus, Mela, nummi Claudij apud Ortelium, Posidonius in vita S. Augustini. Eius Episcopus Catholicus Doutrius sicut in collatione Carthaginensi, & refertur cognit. 1. cap. 142. Memoratur infra huius Cæsareæ porta Typasitana; quo loco Tipasitana forte est legendum, ab aliquo vicino oppido, cum Tipasitanus Episcopus Reparatus ab Hunnerico in exilium missus, è provinçia Mauritania Cæsariensi fuerit, in citatâ Notitiâ.

Nomen in 4 De hac Cæsareâ Mauritania agunt omnia passim Martyrologia, in quibus hoc ix. Ianuarij referuntur S. Marciana. Vetus Martyrol. Romanum, Beda, omnia quæ vidimus Vuardis excusa & MSS. exemplaria prater duo maximè authentica monasterij S. Germani de Pratis) Ado, Bellinus: ix. Ianuarij: In Mauritania Cæsariensi Marcianæ (vetus Rom. Martyrol. Macra, Vuardi editio Paris. anni 1536. Martinianæ) Virginis & Martyris. Norkerus: In Mauritania, ciuitate Cæsariensi, passio S. Martiane Virginis & Martyris. Maurolicus: In Mauritania Cæsariensi S. Martiane Virginis & Martyris, feris exposita, & à leopardo discerpta. Martyrologium Romanum: In Mauritania Cæsariensi S. Marcianæ Virginis, quæ bestiis tradita martyrium

consummavit. In nonnullis Kalendariis habetur Marialis Virgo. Legitur & Marialis in Martyrol. ms. S. Hieronymi. Num Marciana ea sit, nolumus conicere.

5 De tempore martyrij silent Acta. Ad decimam sub Diocletiano & Maximiano motam persecutionem referre videtur Vinc. Bellouacensis. Et consensit Galepinus: In Mauritania Quando Cæsariensi, inquit, S. Marciana Virginis & Martyris, obierit. quæ Diocletiano Imperatore bestiis exposita, demum à leopardo dilacerata, in summâ fidei constantiâ ad martyrij & virginitatis præmium abiit in cælum. & in Notationibus: Coronatur anno Domini ccc. Diocletiano vii. & Maximiano vii. Coss. Eadem leguntur in Martyrologio Germanico. Sed anno precedentem, id est, ccxcix. Coniules fuerunt Diocletianus vii. Maximianus vi. In Flavio ms. sub Licinio Imperatore passa dicitur, sub Iudice Baudario an. Ch. cccvii. quod erat & ms. Adonis Martyrologio monasterij S. Laurentij Leodij ad marginem adscriptum, antiquâ tamen manu. Hic Baudarius in Actis Budarius appellatur, & potius Iudicus assessor fuit quam Iudex.

6 xi. Iulij referunt eamdem duo vetustissima exemplaria MSS. Vuardi, monasterij S. Germani de Pratis: In Mauritania Cæsariensi S. Marcianæ Virginis & Martyris. Eadem aliis II. Inhabent Martyrologia MSS. S. Maria Ultraiecti, S. Gudila Bruxellis, & Bavaricum Beda nomen preferens. Nonnullis Maria dicitur. Ita eodem die Martyrol. ms. S. Donatiani Brugii. In Mauritania Cæsariensi S. Maria Virginis & Martyris. Carthusiani Colonien. in Addit. ad Vuard. Apud Cæsaream Mauritania passio S. Mariae virginis, quæ sub Budari passa est. Martyrol. MSS. S. Maximini, Adonis S. Laurentij Leodij, & Florarium clarissimam eamdem Marcianam sub Mariæ nomine exprimitur, his verbis: Eodem die in Cæsareâ Mauritania, passio S. Mariae Virginis, quæ leonem ferociissimum vicit, & ad stipitem ligata, à tauro feroci percussa in mammillâ cuore perfusa est: ad ultimum à leopardo uno mortuâ euulfa anima de corpore exiuit. Martyrol. ms. S. Hieronymi: In Mauritania ciuitate Cæsareâ Marciani, quo loco Marcianæ nomen censemus rependum. Et quidem v. Idus Iulias occubuisse Marcianam habet ms. Duchesnijs, alia verò v. Id. Ianuar.

7 xi. Iulij in Martyrologio Romano ista leguntur: Toleti 12. Iulij. S. Marcianæ Virginis & Martyris, quæ pro fide Christi bestiis obiecta, atque à tauro discerpta, martyrio coronatur. Eius in nullo alio Martyrologio mentionem eodie reperimus. Citat in Notis Breuiarium Toletanum, putatq; die uno Natalem, altero translationem illius agi. Franciscus Biuarius in commentariis ad Dextri Chronicon, putat duas diuersas esse Marcianas; & hanc quidem, quæ XII. Iulij celebretur, esse Catellij filiam, S. Quizerie sororem, citatq; illa verba Iuliani in Chronico: Marciana passa est Toleti anno clv. An ab hac aliquando post sorores XII. Iulij. & infra. Mencio fit alterius Marcianæ in Martyrologiis, & licet obierit à tauro dilacerata, tamen hæc altera longè vetustior est. Dextri Chronicon anno Christi clv. ista habet: Toleti patitur S. Marciana filia Catellij Reguli Lusitaniz, sororque octo aliarum Virginum, Aelio & Laterano Coss. Hunc restituit Biuarius cum in exemplari editionis Cæsaraugana legeretur. Licentius Col. & annus Christi 255. Quæ-

Queritur idem in commentario, huius Acta, Africane Marciānā attributa. Verū quo Hispaniensis portiū quād Mauritanā ea conuenire conuincat, nihil profert, & qua in Actu expressa sunt loca, ad Africam pertinere ostendunt. Sed Biuarus in Actu ex ms. cōenobij S. Bernardi prope Tolaram, qua suo instituto repugnabant, omisit.

8 Ludouicus de Anjos in vita Sanctorum & illustrium Lusitanarum, beneficio Fla. Dextri reperti Marcianam Lusitanū vindicat, cuius nomen testatur mulieribus iſthic creb̄ imponi solere. Verū quod afferat ix. eam Ianuarij celebrari, hac eadem videtur, qua in Mauritaniā passa est. Marietta quoquilib. 4. de Sanctis Hispania, cap. 60. Marcianam Virginem & Martyrem hoc ix. Ianuarij colere refert, eamq; ex Hispaniā oriundam. Ita se legere, apud Cardinalem Baronum in Notis ad Martyrol. Romanum; reliqua ignorari, tempus nimurum, locum, genuisq; martyrij. Sed quād parum haec considerate scripta sint, loca Baroniū satis indicant. De fōrō S. Quiteria, alibi agemus.

ACTA

Ex ms. Andreae du Cheyne:

*a 1 R A T beata Martyn Marciana ciuiis a Rusue-
s. Marcia-
na pie vi-
niū. E* guritani municipij, virgo pulcherrima, Deo dicata, nobilis genere; quæ contemptis diuitiis ad Cælaream veniens, accola in cellulâ suâ castitatem custodiens habitabat, & mundanæ conuersationis ambitiones & b delicias fugiebat. Quadam die visiti- dæ ciuitatis gratiâ processit ad publicum, populares incipiens videre cōuentus, & ignorantiam se turbis ambulantibus aggregauit. Ante c arcus sedenti vocabantur, & sunt proximi portæ d Typasitanæ. In ipsâ plateâ Diana in marmoreâ stabat statuâ, sub cuius pedibus aqua per lapides decurrebat in patenâ marmoreâ. Quod profanum simulachrum B. Marciana videns, stare non passa est. Nam truncato capite totam confre- fregit et statuam.

*b 2 Quod vbi nefarij f municipes aspererunt, statim furore vesano eam cæde macerauerunt, & totum cor-
pus delicata pueræ liuoribus inficerunt. Sed vbi ad martyrium robusta membra conspiciunt, cum magnis clamoribus vsque ad ipsa atria prætorij congreginatis cædibus deuotam Deo virginem prostraverunt. Statim pro tribunali inter carnifices sistitur, & ad spectacu-
lum sacrilegæ quæstionis aptatur. Ante interrogatio-
nē Iudicis Deum confessæ est, & inania figmenta dñana-
uit; Nolite, inquit, Deos colere, quos faber artifex fece ita ligno, aut marmore, aut auro, aut argento, vel ex quolibet metallo. Dij vestri manu hominum facti sunt, & ab ipsis hominibus venerantur. Conuertimini ad Deum viuum, qui est creator omnium rerum. Vana simulactra contemnite; scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies.*

*c 3 Iratus Iudex talibus dictis, Virginem Deo dica-
tam, quæstioniorum manibus alapis casam, in ludo gladiatorio iussit includi: Tradatur, inquit, vni, & ser- uiat pluribus: vt illuc & corpus & pertinax animus pu- niatur. Gaudens beata virgo Marciana ad custodiam venit. Non territa est sola inter tot viros furentes, quia pudicitiam suam Deo custode seruabat. Erat vnu intergladiatores nomine Flammeus; huic tradita est, vt captiuitatem pudoris nocturno tempore sustineret. Eadem nocte dormientibus cunctis omnibus horis orationem faciens vigilabat. Sed gladiator ille, nomine Flammeus, dum per tenebras ad cubile virginis venire contendit, subito paries angularis lapideâ mole con- structus est; & gladiator ille suo deceptus errore vsque ad matutinam lucem Deo interdicente Virginem non permisus est inuenire. Manè autem facto gladiator cum lacrymis rōgare cœpit, vt ei veniam daret, & pro eo à Domino veniam peteret, vt de ludo gladiatorio vnu euaderet. Cui sancta Martyr Marciana respondit: Deus meus, qui ancillæ suæ castitatem tueri digna-*

Tom. I.

tus est, te eo die quo martyrium sumpsero liberabit. Ex ms. Aliâ die illud parietis interpositi miraculū omnes populi loquebantur. Qui ferme usque ad aures Iudicis venit. Confestim furore succensus, mutari iubet alterum. Traditur alij, & ipsum similiter paries natus à sancto corpore separauit. Tertiâ die traditur impudi- co cuidam, natione bárbaro, colore nigro, membris valido, gladiatori crudelissimo, veluti in carcere Christi sponsa ruptura. Simile more dum per nocturnas tenebras hostis ille eam conatur opprimere, soliti parietis murus se interposuit, & audaciam feralis gladiatori repulit & exclusit. Aliâ die mirabilia Dei & omnis populus & ipse Iudex euidenter expauit, & se ab illo ludibrio deprædandæ virginitatis abstinuit.

*d 4 Cœpit iam secura virgo de Deo, totam se depu-
tare martyrio. Quadam die in illo ludo inter gladiato-
res lanista proponitur, & lethalis iactus vulneris edoce-
tur. Subito de g Budarij Archisynagogi domo, quæ in
vicino fuerat, ab eius filiâ vel filiis, vel aliquantorum Irridetus
Iudæorum vocibus grauissimâ exacerbatur iniuriâ, vt à Iudeis.
Prophetice voce cogeretur precari diuinis insultantibus flamithas: Hæc domus, inquit, cælesti incendiō ardeat, vt in perpetuum reparari non possit; & lapis ipsius ruinæ omnibus ædificis, vbi fuerit, sempiter-
nam præster ruinati.*

*e 5 Tandem aliquando h v. Idus Ianuarij, exoptata passionis dies venit. Primo manè dum gladiatores de more ornati de: ludo descenderēt in arenam, vt dicta Martyris completerentur, gladiator ille, Flammeus nomine, ex spectantiū populorum vocibus fidelem de more accipiens libertatem. Sed multitudo, quæ ad spe-
ctaculum confluxerat, clamare cœpit vt Marciana Martyr obiiceretur ad feras. Ligatur ad stipitem deuo-
ta Christi virgo; & dimissus est leo ferocissimus, qui cum magno impetu veniens erectas manus in pueræ pectus imposuit; sanctum corpus Martyris odoratus, eam ultra non contigit. Omnis penè populus mirari cœpit, & Christianam pueram dicere dimittendam. Sed Budarius cum filiis suis & aliquantis Iudeis, quos ad studium clamoris collegerat, in seditionem vociferantur, vt taurum Iudex produci præciperet. Quo fa-
cto, iniectis cornibus percussit eam grauiter in papil-
vulneram. Statim de beato corpore crux exclusus est; & tur:
semanimis cecidit in terram. Recepta est intta porta-
rum claustra, & ad aliam cordonæ pugnam siccato san-
guine teuocatur. Tertiâ vice ad stipitem ligatur. Quæ exclamationis, ait: Christe, te video, te sequor, suscipe animam famulæ tuæ: tu mecum fuisti in carcere; tu meam seruare dignatus es castitatem. Iudex autem am-
plius irascebatur. Tunc feram homicidam produci iu-
bet. Producitur leopardus ingentissimus & crudelis. A leopardo
occiditur. Qui exiliens vno morsu evulsâ penè omnium mem-
brorum cute, animam Martyris coegerit exire, quæ con-
tinuò meruit ad celos ascendere.*

*f 6 At vbi deuotæ Virgitis exiuit spiritus à corpore,
eo temporis puncto Budarij & blasphemæ domus, cum
omnibus qui ibidem fuerant, diuino ardore incendio. Domus tu-
carū tentata est, & semper recidit in ruinâ. Multi etiam cōburitur,
qui ad structuram faxa collegerant, portare magis sibi
visi sunt ad sepulturam. Manet usque hodie de illâ do-
mo æterna Martyris beatæ sententia, & in æuum man-
sura perdurat. Beata Martyr Marciana contempsit di-
uitiarum potentia de mundo transiuit ad martyrium,
de ludo gladiatorio ascendit ad celum, & consortium
meruit Angelorum, cum quibus beata viuit in pérpe-
tuum seculum. Amen.*

*a Rufuccuritani fortè legendum, ut suprà dictum n. 2. Mombr.
in Mauritania Suegitano. Vincent. & Pet. de Natal. Infue-
gritani.*

*b Ms. Du Cheyne diuicias.**c Idem ms. arches neutrum sat assequimur.**d Fortè Tipasitanæ.**Bbb 3**e Ps.*

E X V A- c Patres Concilij Elberitani an. Ch. cccv. statuerunt can. 60.
R I I S. Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, in numerum eum
Martyrum non recipi. Verum, ut bene obseruat Baronius ad ix. A-
prilis, hanc laudem meretur quis, cum Deus id iubet, & priuato quo-
dam insinatu ad illud faciendum impellit: uti multos alios fecisse con-
stat, quod hac ante illud Concilium in Africâ fecit.

f ms. Du Cheyne mancipes.
g Razzi Bindarium appellar. Florar. ms. & Ado ms. S. Lauren-
tij Leodij Baudarium.
h Mombrit. Idibus Ianuarij. Du Cheyne v. Idus Iulias.
i Alij symphasio.
k Al blaphemam domus.
l ms. canonibz S. Bernardi prope Toletum: à Iudeis, Budarij
parentibus.

VETVS HYMNVS DE S. MARCIANA.

Ex Breuario Eccl. Toletane.

SAcrae triumphantum Martyris
Celebret vox Ecclesiæ:
Camœna sit cunctis vna,
Marcianæ in laudem Virginis.
Eius gesta. Quæ passionis præmium,
Dum tendit, adipiscitur:
Vtro ad palæstram gloriæ
Audet prompta concurrere.
Hæc namque astantem dæmonis
Cernens, adlîst effigiem;
Sub cuius larga perpetim
Fluebat vnde gressibus.

Mox flagris cæsa, trahitur

Celsa ad Prætoris atria:

Atque ludis & illicitis

Prosternit membra Virginis.

Quam prædo pudicitia

Dum inter umbras sequitur,

Oblatæ extemplo cœlitus

Secluditur macerâ.

Virtùta deinde stipite,

Profanâ voce includitur:

Sed pœnas fert b blasphemia,

Ruinas, & incendia.

Emissa namque bestiis,

Leo percurrit percitus,

Adoraturus veniens,

Non comesturus Virginem.

Taurus dehinc profiliens,

Formâ & mugitu horribili,

Sulcabat eius teneras

Papillas iœtu vulnerans.

At fera pernix corpore,

Et maculoso tegmine,

Lethali dente ad ultimum

Membra puella laniat.

Post hos triumphos anima

Vinclis elapsa corporis,

Plaudens petit ad libera

Summi polifastigia.

a Al. & di-
libus, in-
quit Biu-
rinus.b Budatij
nimirum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS,
IVLIANO, BASILISSA, CELSO,
MARCIONILLA, ANTONIO PRESBYTERO,
ANASTASIO, VII. PVERIS FRATRIBVS,
XX. MILITIBVS, QVODAM AMICO PRÆSIDIS,
QVAMPLVRIMIS EPISCOPIS, SACERDOTIBVS,
MINISTRIS ECCLESIÆ, MONACHIS, VIRGINIBVS.

§. I. De S. Iuliani Actis.

SVB DIO-**I** V m cerneret Dei Filius graue Apostolis imminere,
CLET. ex sue mortis infamia, periculum scandali; ita eorum
IX. IA- in vltimâ cœnâ confirmauit animos, vt iuberet mira-
N VARII. colorum suorum meminisse, & vel propter opera ipsa cre-
Ioan. 14. dere; cerò quoque confidere, fore vt quorquot constanti sibi si-
12. de adhaerent, eadem, adeoq; & maiora, essent edituri. Que cum
omni etate, ac presertim Heroicis illis, aduersus Tartareum ser-
AgaMar- pentem depugnantis in ipsis ferè cunis suis, Ecclesia temporibus,
tyrum mi-
impleta sunt; tum præcipue Diocletiani & Maximiani atroci
raculis
ac cruentâ persecutio tot sunt ac tanta patrata à sanctis Mar-
tyribus portenta, vt non heretici modò, sed & Catholici non
pauci, acriter iudicio viri, existimant propè supra fidem esse
qua de multis narrantur. Sic demon nimirum confundi prodi-
giorum inianum iactator, sic expugnari aut certè conuinci ho-
minum contumacia, sic Christi afferi gloria debuit. Illustria
cumprimis S. Iuliani & sociorum miracula ac certamina fu-
re; vt merito miram eorum passionem dixerit V'sardus.

2 Acta antiquissima extant, & ab iis, qui interfuerent
scripta, vt hoc in prefationenam. 1. indicant: Nos quæ vidi-
mus oculis nostris, Sanctorum gesta scriptimus. Vnde
nobis aliquam portiunculam beatitudinis credimus
esse futuram. Superfuit scriptor, dum pace Ecclesia restituta,
conscripta, sub Magno Constantino, varia Martyribus hisce extruerentur
templa, vt in fine nu. 63. dicitur, nisi ea ab aliquo deinceps adie-

cta. Acta porrò illa, quacumque primùm lingua conscripta sint,
proximis saeculis Græcè Latinèq; pafsim vulgata sunt, extantq;
in plerisq; antiquis mss. E quibus olim à Mombritione edita, sed
diuulsa, sub Iuliani ac Basilissa tom. 2. Et sub S. Celsi Romani
nomine tom. 1. Nos ea damus, ex peruetusto codice ms. quem
cum alio itidem per antiquo à M. Velseo ad Rosvveydum nostrum
misso, sed plurimis in locis mutilo, contulimus, itemq; cum mss.
S. Maximini, S. Audomari, S. Bertini, S. Maria de Ripatorio, &
Latieni, in quorum aliquibus phrasis subinde diuersa, quadam
contractius expressa, non sine ingenti quandoque hiatu. Meta-
phrases eadem Græcè suis tractatibus de virtù Sanctorum in-
seruit, quorū solum partem tribus prioribus capitibus comprehen-
sam Aloysius Lipomanus Latine versam edidit tomo 7. vita-
rum Sanctorum, nam reliqua in eius Græco exemplari deerant.
Ex Lipomano eam partem edidit Surius, adiecitq; reliqua ex
codicibus mss. in quibus tamen stylum mutauit. Nos primogenio Vnde hic
Stilo integra ex mss. citatis damus; à quibus vix sententia dif- edantur.
crepat Metaphrases. Eadem in veteri ms. se habuisse notat Ba-
ronius ad Martyrol. Roman. & Galefinus, duos testatur per-
antiquos codices mss. in Ecclesiâ Mediolanensi repe-
riri, quibus tota horum Martyrum vita accuratè nar-
ratur.

3 Cum his Actis omnia pafsum concordant martyrologia, Descripta
antiqua Breueraria, & Gracorum Menæa, quo §§. sequentibus fu- eriam à S.
fius citamus, quod fides historie tam mirabili certior constet. Ad Aldelmo,
iunximus in eundem finem, qua de eisdem S. Aldelmus Episcopus
Schireburnensis in Anglia (cuius vitam dabimus xxv. Maij) ante
mille

mille sere annos conscripsit solutâ oratione lib. 1. de Virginitate cap. 42. omisiss quæ ab eodem lib. 1. de laude Virginum, c. 26. carmine Heroico enarrantur. Extat hic de Virginitate liber in monumentu Sanctorum Patrum orthodoxographia Basilea an. 1569. excusis, tomo 5 Latinorum, sed vitirosus admodum. Accusator tom. 4. bibliotheca SS. Patrum in primâ editione Parisiensi & to. 3. edit. 2. & 3. Paris. & seculo 8. edit. Coloniensis cum correctionibus Ioannis Meursii in margine notatus. Nos praterea vñsumus exemplariis Anglicano seu Anglo-Saxonico, ut ex vocibus quæ subinde interpretationis loco adhibentur, conicimus, quod flammis iconomachorum eruptum, fuit olim Abrahami Ortelij, nunc Domus professa Societatis IESV Antuerpia.

*Et variis
auctori-
bus.*

4 Horum gesta Martyrum enarrata quoque sunt, à Vincentio Bellouacensi lib. 12. cap. 106. & seqq. S. Antonino p̄r. 1. bish. tit. 8. c. 1. §. 20. Petro de Natalibus lib. 2. c. 52. Zacharia Lippeloo, & Francisco Harao; Gallicè à Iacobu Tigeou, Guelielmo Gazeo, Iacobu Doubletio; Belgicè à Mathia Lamberti, Henrico Adriani, Heriberto Rosvreyde; Italice à Gabriele Flam-mâ, Paulo Morigia lib. 2. bish. Religionum cap. 15. Siluestro Maurolyco in Oceano historia religionum lib. 1. Hispanice ab Alphonso Villegas & Petro Ribadeneira nostro. Villegas vsū se scribit antiquo Toletano S. Isidori Breuiario, in quo S. Juliani vita & martyrium eleganti admodum stylo, fusiū quam aliorum Sanctorum res gestæ percensentur. Indicat verò Baronius extare in eodem illo Breuiario sacrum hymnum, quo horum Martyrum Acta egregie describuntur. Addit Villegas iam olim in Hispaniâ celebrem fuisse eorum memoriam, ac varia eiusdem dicata templo, quorum vnum erat non procul à mœnibus urbis Toletana in monasterio Agalieni ordinis S. Benedicti, ut ex Concilio Toletano XI. an. Christi. DCLXXV. habito patet, vbi isthac habentur: Auila Ecclesiæ monasterij S. Juliani Aglienensis Abbas, hæc gesta synodica à nobis definita consentiens subscripsi. In eo monasterio S. Hildefonsum Archiepiscopum Toletanum, antè fuisse Abbatem dicemus infra die XXII. Ianuarij ad eius vitam, descriptam à Juliano Archiepiscopo quoque Toletano, quem alioq; complures ab hoc sancto Martire sortitos nomen existimamus.

*Civita à
S. Eulogio,*

5 Eulogius Martyr qui circa an. Ch. DCCCCL floruit lib. 1. Memorialis Sanctorum, in quartâ aduersus Martyres obiectione, horum Acta citat: Calumniantur, inquit, etiam inimici vtroneum ad mortem eorum progressum, quos paſſim liberalitas Regum suum incoli iuſſerat Christianismum. Sed præcessit hoc, reor, exemplū in illis septem fratribus, quos gesta B. Juliani commemorat: qui, idè quod Augustalibus præpollebant natalibus, ex decreto Principum liberè exercabant religionis Catholicae cultum; sed tamen in agone sudantem B. Julianum certentes, illicē ad bellum proſiliunt, & amore martyrij voluntarium obitum expetunt. Hac S. Eulogius. Adnotat Ambrosius Morales, horum Acta extare in Sanctoralibus vetustissimis; & in matutinis omnium Ecclesiarum, sed breuitatis auditate præcisa. Meminit S. Basilissa Venantius Fortunatus Episcopus Pictauensis, qui circa an. Ch. DLXX, floruit lib. 8. de virginitate, carm. 4. quod & Ven. Beda lib. de arte metri- cā citauit:

Hic Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant,
Et quascumque facer vexit ad astra pudor.
Felices, quarum Christi contingit amore

Viuete perpetuo nomina fixa libro.
Agitur de gaudiis & spe vitæ æternæ; quo modo hoc carmen citat Baronius in notis ad Martyrol. qui addit Basilissam re- censitam inter Martyres, licet martyrium non obierit, quia multa grauiaq; passa est, & dux Martyrum extitit.

§. II. De variis SS. Julianis. Huius & sociorum tempus & locus martyrij.

*Quo loco
passus sit
S. Julianus.*

6 **S**ANTI, hoc nomine Juliani appellati, in solo Martyrologio Romano triginta sex reperiuntur, quibus alios plurimos, ac solo quidem Ianuario septem Julianis Romani Martyrologij totidem aut plures addemus. In tantâ eiusdem nominis multitudine aliqua facilè saboritur confusio, ne quo

quid loco & tempore obierit distinctè ordinetur. Atque hic, de Ex v. A. quo agimus, Julianus ab aliis Antiochiae, siue ea in Syriâ, R. I. S. siue in Ægypto, siue alibi statuatur; ab aliis Alexandriae Ægypti; ab aliis denique Antinoi in Ægypto, seu Thebaide, scribitur obliſſe: ideoq; nonnulla aut ei attribuuntur, quæ alio SS. Julianis conuenient, aut ipsi propria ad alios trans- feruntur.

7 **M**artyrologia pleraque Latina Antiochiae paſſum scri- bunt, sed vbi illa sita sit, non exprimunt; quamobrem d'oro- μασικῶς Antiochiam Syriæ paſſim interpretantur recentiores. Addit in Notis ad Martyrol. Roman. Baronius fuisse apud Antiochiam celeberrimam ecclesiam nomine Juliani, de quâ Procopius lib. 2. de bello Persico, adiunctumq; eidem mo- naſterium, cuius Presbyter fuit impius Nestorius. Quo loco & Baronius & Procopius magnam & celebrem Syriæ Antiochiam intelligunt, quam Cosroës Rex Persarum tempore Iusli- niani Imperatoris diripuit & incendit. Extra verò mœnia, addit Procopius, etiam barbari cuncta incenderunt, præterquam S. Juliani templum, ac domos ei proximas, vbi Legatos diuertere contigit. Græcè clariſſimum cœnobium Alterius infinuitur. Εν πεντακόντετη τὸν εὐλόγους ὁ βαρθολομαῖος ισθικοὶ Ιου- ποι, τὰν δὲ επειδὴ Ιελιανῷ ανεῖται ἀγίων, καὶ τῶν δικαιῶν πλη- αὶ δὴ αὐτοὶ τὸ επόντα τοῦ γχάνεστον οὖσα τέσσαρα πεζοῦς εὐτελέστα καταλῦσα συνέποσε. Ed SS. Andronicus & Atha- nasia (quorum vitam ex Metaphrase dedit Surius xxvii. Febr. nos verò daturi sumus ix. Odbbr.) leguntur in diebus Theo- ſij magni Imperatoris exulans pueros mortuos, & de- posuſile in martyrio S. Juliani: vbi pernoctanti S. Athana- ſia apparet in habitu monachi, siue Antifitis illius monasterij, S. Julianus, confortans eam, ob aeternam pueris salutem conces- ſam. Verum hunc locum alteri Juliano consecratum fuisse co- unicitur ex homilia S. Chrysostomi, que extat XLVII. tomo 3. editione: Græco-Latine à Frontone Duca nostro concinnata. In- scribitur ea in codice M.S. Regio Henrici II. & Bauarico. Eis τὸν ἀγίον μεγαλομάρτυρα λογιάνων; & in codice M.S. Medi- cae preficuum habet xxi. diem Iunij, quando Græci potissimum celebrant S. Julianum Cilicem, qui in Martyrol. Romano XVI. Martij etiam dicitur in Ciliciâ, post diutissimos cruciatus, in sacco cum serpentibus inclusus, in mare demersus esse; qua eadem in illâ homiliâ referuntur, vt iſtis ostendemus: in quâ etiam mentio fit templi huic Sancto extra urbem Antiochenam dicati, & eiusdem reliquijs locupletati. De quo in Menais & Antholo- gio Græcorum xxi. citato Iunij additur τετρακοσίῳ δέκατῳ μέρεας Χρυσόμοντος ἐγκαμπούσιος ἐτίμουσεν, An & quo modo ab hoc diuertiſſe sint S. Julianus Flaviade in mare submersus, cuius corpus ab vndis ad insulam Propontidum Proconnesum delatum, atque inde Ariminum translatum est; & S. Julianus Flavia- brige in oceanum Hispanicum, apud Fl. Dextrum projectus, ibidem dicemus. Huic nostro instituto sufficit ostendisse homiliam S. Chrysostomi, templum & monasterium suburbanum Antiochia, ad hunc Julianum non pertinere. Secus opinandi inde fortia ſu orta occasio, quid inscriptio homilia vtrique & Juliano & Martyri conueniat, quodq; idem huic & Cilici illi adscriptus Praes Marcius in Menai & martyrologiis, cu- ius tamen non meminit S. Chrysostomus.

8 Præterea eodem XXI. Iunij, qto ille Cilix Julianus ἔοι- tur in Menai & Anthologio, hic S. Basilissa sponsus celebratur sūt S. Chrysostomi in Menologio, & perperam additur eum illâ homiliâ S. Chrysostomi celebratum. Verba Menologij sunt: Certamen Juliani in Ægypto. Hic fuit sub Diocletiano Imperatore & Marciano Praeside in vrbe Ægypti Antinopoli, qui monasterio illo magno decem millium monachorum congregato, detentus à Praeside & Christum confessus, fustibus cæſus; eiusque ouile, & monachi, vna cum Episcopis & Sacerdotibus fugientibus aufugerunt. Sanctus verò Julianus non verberibus, non carcere, non vñis tormentis, non ipsâ denique morte detinerti potuit, quod minus pro Christi confessione sanguinem effunderet. Hunc & magnus Doctot Chrysostomus encomiorum honore celebrauit. Hac in Menologio verba ultima, quibus passus in Aegypto Julianus, à Chrysostomo lau- datus dicitur, ab illo S. Juliano Cilice ad hunc non reclè trans- lata è Menais, quorum verba Græcè paulid superius citauimus;

E X V A-
R I I S. ut etiam in annotationibus suis ad hanc S. Chrysostomi homiliam obseruauit Fronto Duxem. Alter de verbis Menologij citari sentit Baroniu in Notis ad xvi Februarij quo die refertur à Bedè, Vjuardo, Adone, Bellino, alijsq; Martyrologiis mss. & Romano, S. Julianus Martyr in Aegypto cum aliis quinque milibus interfectus, quem Maurolycus, Galesinus, Ferrarius, Martyrol. German. Episcopum scribunt, & socium martyrii habuisse Diaconum Ioannem, de quibus istic pluribus. Verba Baronij in Notis sunt haec: Graci in Menologio de ipso (S. Juliano) agunt die xxi. Iunij, vbi & breui compendio certamen eius describunt, passimque esse in persecutione Diocletiani sub Marciano Præside, cumque à S. Ioanne Chrysostomo celebri oratione laudatum ibidem testantur. Verum in Menologio de hoc S. Juliano sponso S. Basiliſſa agi verius est, quem eo die solemnī officio celebrat Ecclesia Mediolanensis, vt §. 5. dicetur. Deinde constat eum monasterium decem millium monachorum congregasse; sub Diocletiano Imperatore & Marciano Præside, fūsibus casum, v̄beribus, carcere, alijsq; tormentū vexatum pro Christo sanguinem fudisse. Eundem Graci in Meneis, vt infrā patebit, tradunt in Aegypti vrbe Antino vixisse, monasterium extruxisse, in quod Episcopi ac Clerici illius provinciā confugerunt, atque eo iussu Marciani incenso, omnes per ignem martyrii palmam adepti sunt.

Tertia S. Julianus Martyr Antiochia Syria. Alius xxii. Iunij Julianus Martyr Antiochia celebratur in Martyrologiis variis mss. & apud Notkerum, à quo socius scribitur Agathalica, Graphi & DCCCXIV. In Martyrol. m.s. S. Hieronymi: In Antioch. Syriæ Gangali, Juliani, & aliorum DCCCLXXVIII. De iis xxii. Iunij. Tantum obseruandum, ibidem in Martyrol. S. Hieronymi exprimi Antiochiam Syriæ; v. I. Ianuarij, quo horum memoriam celebrat, sic legi: In Antioch. passio Sanctorum Juliani & Basiliſſæ, quanto Antinous quam Antiochia posset intelligi. Nolumus de ceteris Julianis plura congerere, ne tenebras potius quam lucem lectori offundamus. Ex iam dictis facile quinque intelligit, neendum solidum adferri argumentum, quo hi in Syriæ passi ostendantur: proferri solummodo, id suspicandi occasionem, quod alij istic Juliani aut pro Christo Martyres occubuerint, aut alibi occisi ed translati, meruerint templo suo nomini erigi. Mirum autem est, si Antiochia in Syriæ sunt passi, S. Chrysostomum in suis sermonibus tam illustrium Martyrum non meminisse, aut ab eo S. Julianum Cilicem in citat à homiliā cum hoc non conferri. Silet præterea de eisdem Eusebius Pamphilus, non procul inde Episcopus Cesarea Palestinae.

Plures urbes Antiochia apollata. Prater hanc celeberrimam Syriæ Antiochiam plures eiusdem nominis vrbes fuere, quarum tredecim enumerat Stephanus, quatuordecim Eustathius; solum Seleucum Antiochi filium in suis ditionibus sexdecim condidisse auctor est Appianus in Syriac. Plures autem se ex clasicis auctoribus colligere probet Ortelius. Nec mirum foret vni Antiochia attribui Sanctos, qui in aliapro Christo occubuerint. Duarum ferè mentionem tantum reperimus in tabulis Martyrum Ecclesiasticis, Antiochiae Syria. Sedis Patriarchali, & Antiochia Pisidiæ vrbus Metropolitana sub Patriarchatu Constantinopolitano; et si plures Sede Episcopali fuerint celebres, vti Antiochia Mæandri in Cariâ sub Stauropolitano Metropolitâ, & Antiochia parua sub Seleuciensi. Sed iu omnis hanc nostram Antiochiam inquiramus. Martyrol. m.s. monasterij S. Maximini propè Treuropis peruetustum, & Rabanus Maurus, qui ante annos DCCC. floruit, in suo Martyrol. XIII. Ianuarij de hisce Sanctis, vt infra dicetur §. 5. n. 19. nominant Antiochiam Aegypti. Conseruent ei dem Acta in plerisque & precipiis mss. Nec puto Aegypto defuisse vrbes hoc nomine appellatas, cum apud Ptolemaeum lib. 4. cap. 7. tab. 4. Africa reperiatur Αὐτιόχεια Σωλήν, Antiochi Solen, locu Aethiopia sub Aegypto ad sinum Arabicum. Verum ab auctoribus in varias itum est sententias, quod nulla ab aliis auctoribus Aegypto tribuatur Antiochia. In quibusdam mss. hic nominatur Antiochia Syriæ, à Metaphraſte apud Lipomanum & Surium regio Orientis, à S. Alhelmo Ale- Egypto S. Julianus. An passus Antino in

nus natam reiici, & substitui Avtiōχεια. Fuit hec Antinoia, seu Antinopolis, vrbs prima Thebaidos, vt ex Chronico Victoris Tununensis, post Cos. Basilij xiv. liquer, atque Episcopalis vt annotauit Mireus lib. 1. Notitia Episcopatum, cap. II. De vribus Thebaidos celebrioribus ita Annianus lib. 22. Thebais multas inter v̄bes, clariiores alii Hermopolim habet & Copton, & Antinoon, quam Adrianus in honorem Antinoi ephebi condidit sui. De quo legendi Spartanus in Adriano, & Dio lib. 69. Eusebius in Chron. & Baronius in Notis die 22. Sept. cum de S. Iraide Virg. & Mar. & tom. 2. Annal. an. Ch. 132. num. 8. Ab Adriano dicta eadem Adrianopolis sita in dextrâ Nili ripâ, nomen Antinoite, media ferè inter Babylonem, qua Cairu dicitur, & Copton, vrbes nostrâ quoque tempestate celebres. Hac de loco.

11 Tempus martyrii clarius exprimitur: sub persecutione Diocletiani & Maximiani, in quâ fideliam terra Copta Dira sub martyrio coronati sunt centum quadraginta quatuor millia; Diocletianus septingentia autem in exilium acta: vt Ignatius Patriarcha no perse- Antiochenus à Scaligero consultus respondit in quadam epistola gypso. Arabica, quam revertit etiam Athanasius Kircherus nosfer in Prodromo Copto, sive Agyptiaco, cap. 2. vbi multis ostendit Coptos Aegyptios, & Aethiopes Abissinos, ab hac persecutio- nos numerasse, quos gratiae & misericordiae, & à transitu Martyrum elapsos appellant. Scribit idem cap. 8. inter codi- ces Arabicos collegij Maronitici Societatis IESV Roma extare Martyrologium Copticum, in quo Sanctorum Orientalium Ecclesie vita iuxta dies xii. mensum Coptorum descripta spectantur, quas Latine Ecclesia huc usque ignorat, publico aliquando do- nandas speramus, è quibus huic nostra fortassis disputationi lux assulgeret. Eodem etiam tempore ad mare rubrum in Aegypto & Arabia exiitisse monasteria cœnobitarum infra dicemus XIV. Ianuarij in actis SS. monachorum Martyrum in Sinâ monte, & in Raithu ad mare rubrum. Antonius quoque iam sum monasticam vitam agebat.

§. III. Memoria in fastis, VI. VII. & VIII. Ianu.

12 **S**EXTO Ianuarij, quo S. Julianus & socij coronam reportarunt martyrii, eorum memoriam celebrat Martyrol. S. Hieronymi: In Antioch. passio SS. Juliani & Basiliſſæ, in Indiâ Celsi, Juliani: vbi non dubium à librarij officiis celebria in Martyno- tantiā mendum. Martyrol. peruetustum Dom. Prof. Soc. IESV logii me- Antuerpia, & Martyrol. m.s. S. Donatiani Brugis: In ciuitate moria: Antiochiae natale SS. Juliani Martyris, Basiliſſæ, & 6. Ianua- rii. Celsi pueri, & Marianillæ matris eiusdem, & Anto- nij (alterum ms. Antonini) Presbyteri, & Anastasi, sub Marciano Præside. additur in priori: tempore Diocletiani & Maximiani. Martyrol. m.s. S. Richarij: Antiochiae passio SS. Juliani, & Basiliſſæ, & Celsi pueri, & Marcia- nilla matris eiusdem, & Antonij Presbyteri, & Anastasi, tempore Diocletiani. ms. S. Martini Tornaci, & ms. Letiense: In Antiochiae passio S. Juliani, & S. Basiliſſæ sponſæ eius, quam Deus in pace orantem suscepit, & Celsi pueri, sub Martiano Præside, tempore Diocletiani & Maximiani. Additur solū in ms. S. Martini: Qui Julianus post flagella & catenarum nexus, variasque tor- tiones, præfatum puerum, nomine Celsum, filium Præ- fidis conuertit: eorumque postmodum custodes, & matrem pueri, vxorem ipsius Præfidis. Postea vero missi in carcerem, ceteris trucidatis, videlicet viginti militibus, & septem germanis, Julianus ad audientiam, & cum filio mater, & Antonius Presbyter, & ille quem S. Julianus de morte suscitauerat, reseruati sunt. Postea iussit Præses S. Juliano & Celso pueru cutem capitis auferri; Sancto vero Antonio Presbytero, & Anastasio qui suscitatus fuerat, oculos erui. Sanctam autem Marianillam matrem pueri Dominus defendit; ne tangi posset. Sed post talia tormenta cum sani essent inuenti, gladio fuerunt addicti. Florar. ms. Passio S. Celsi pueri, filij Præfidis Antiocheni. Hic matrem suam Marianillam conuertit, & cum eam à martyrium sustinuit. Ferrarius in catal. Sanct. Italiæ ex tabulis Ecclesie Parentina (est au- tem Parentium ciuitas Istria) tradit ibidem colli hoc die Basi- lissam

lissam Virginem & Martyrem ritu dupli. Sed an hoc sit,
quacum sponso suo S. Julianu virginitatem seruauit,cum Fer-
ratio dubitamus,cum officium proprium non viderimus. Porro
sexta die Ianuarij ob solemnitatem Epiphaniae impedito , variis
subsequentibus diebus horum memoria celebratur.

7. Ianuar. **13** **vii.** Ianuarij referunt S. Julianum Martyrem Bel-
linus & ex eo Maurolycus , Galefinius, Molanus, & Martyrol.
Romanum,cui in Notis addit Baronius: Sicut in veteri Rom.
Martyrol. (quod Bellini est) ita & in manuscript. idem
reperitur, quando autem vel ubi passus sit latet, ut etiam
vii. Ianuarij diximus , quo loco duos Julianos alios , alterum
L. Magnum Julianum Toleti Martyrem ex Fl. Dexteri
Chronico, alterum ex Seraphino Esquirro S. Julianum Cala-
ri in Sardinia Martyrem adduximus. Verum quem priores
auctores citarunt, potius hunc nostrum esse Julianum suspicia-
musr, quæ etiam eundem putamus, qui hoc die in diaœsi Conim-
bricensi in Lusitaniam , officio nouem lectionum celebratur , &
nonnullis Kalendariis Germanicis inscriptus legitur , & cum
SS. Basiliſſa, Martianillâ, Celso, Antonio, & xx. militi-
bus referunt à Christophoro Phresibio in memorie Sanctorum.
Siluanus Razzi hoc etiam vii. Ianuarij refert vitam
S. Basiliſſa tomo i. de sanctis mulieribus.

8. Ianuar. **14** **viii.** Ianuarij celebratum S. Julianum Diaconū
Bellouaci in Gallia cum S. Luciano Episcopo & S. Maximiano
Presbytero martyrio coronatum. Quo die Grati SS. Julianū,

*Epitome
Actorum è
Menae.* Basiliſſam, & socios celebrant, de quibus ita Menae: Sanctus
hic Julianus, temporibus Diocletiani & Præsidis Mar-
ciani, Autinoi Ægypti vrbe vixit : qui legitimo sibi toro
iunctam coniugem Basiliſſam induxit , vt in matri-
monio virginitatem retineret ; quam in sacro matro-
narum cœnobio collocatam attonderi curauit, ipſeque
vicissim ad virorum religiosorum contubernium se
contulit , ibiique cœnobarcha duodecim admodum
millium monachorum curam suscepit. Comprehensus
autem non modò Christum non negauit , sed idola et-
iam sufflavit & explosit. Vnde in rabiem propè actus
Prætor, monasterium, in quod omnes Episcopi, Cleri-
ci que illius prouinciae confugerant , repente incendit;
cum quo omnes conflagrarent, & martyrij lauream ac-
ceperunt. Julianus autem humili prostrato & extenso,
atrociterque cælo , vinculisque ferreis consticto, ossa
communita sunt. Quo tempore vni ex apparitoribus
excussus oculus, qui per S. Julianum curatus, & Christum
professus, capite plexus est. Quin & Celsius Præ-
sidis filius , & viginti satellites, Christi fidem receper-
unt, cum per Juliani preces mortuum in vitam vidif-
fent reuocatum. Hinc Præsidis imperio primùm in cu-
stodiā dati sunt, & in ardentes ollas vna cum septem
Principiis filiis, iam in Christum credentibus, & Anto-
nio Presbytero , & Anastasio in vitam reuocato, con-
iecti. Hic cùm illæsi per Christi gratiam ex lebetibus ex-
issent, multi, & inter hos mater Celsij, Christum agno-
uerunt. Ceterum stantibus apud Iudicem Sanctis, ex-
templo per eorum preces simulacula idolorum in fano
concederunt , & contrita sunt , & fanum ipsum aquis
haustum est. Ducti dein Sancti , fasciis papyri oleo tint-
æ ad extrema manuum pedumque alligatis incensi
sunt. Sed flammæ sanctis Martyribus parcente , nec læ-
dere ausa, Julianus & Præsidis filio cutis à capite detra-
cta est, Antonio oculi vncinis effossi, mater Celsij sus-
pensa. Tum Sanctos feris obiecere , à quibus intacti
conseruati sunt, ac demum capite diminuti : quorum
dies festus in sanctissimo illorum templo , quod foro
proximum est , (Constantinopolis, scilicet) celebratur. Ha-
ctenus Menae. Porro ut hic, ita & in aliquot mss. Latinus pro
Celsio Celsius habetur.

§. IV. Memoria in fastis IX. Ianuarij.

9. Ianuar. **15** **C**ELEBERRIMA est hoc ix. Ianuarij horum Sanctorum in martyrologiis memoria. Vetus Romanum : Et S. Juliani, & Basiliſſæ vxoris eius, & Celsi, & Martionilæ, ac xx. militum. Beda vulgaris : Eodem die apud An-

tiochiam S. Juliani Martyris, & Basiliſſæ coniugis eius. Ex v. A-
Hi itaque sanctissimo voto casti coniuges, aliquot an-
nus pariter vixerunt , carnem suam virginem Christo ^{A. 7a eorū} ex Beda,
seruantes, & monasteria de rebus suis instituerunt, vt
ad decem millia monachorum Pater B. Julianus fieret;
Basiliſſa vero multarum Virginum Mater: quarum multitudinem cùm iam viētricem præmisisset ad Domi-
num, ipsa conuersatione vitæ probatissima, inter verba
orationis migravit ad Dominum. Julianus vero postmo-
dum à Marciano Præside per innumerabilia tormenta
& cruciatus, ad ultimum feriti iussus est, cum Antonio
Presbytero, & Marcionellâ , & Celso puer filio eius.
Eadem habet Molanus & ms. S. Maria Ultraiecti. Breuius ms.
S. Lamberti Leodij : Eodem die apud Antiochiam Iulia-
ni Martyris, & Basiliſſæ coniugis eius, & Celsi pueri, &
Martianilæ matris eiusdem , & Antonini Presbyteri,
& Anastasi. Vuardus: Apud Antiochiam, sub Diocle-
tiano & Maximiano, natalis SS. Juliani & Basiliſſæ Vir-
ginis, quorum miræ passiones leguntur: ex quorum et-
iam collegio venerabilis multitudo Sacerdotum &
ministrorum Ecclesiæ Christi, igne cremata est, quæ ad
eos confugerat propter immanitatem persecutionis.
Post quos Antonius Presbyter, Anastasius, & Celus
habet Bellinus, & ms Florar.

16 **N**otkerus hoc eos elogio prosequitur: Eodem die apud
Antiochiam, S. Juliani Martyris , & Basiliſſæ virginis: Notkerus,
qui locupletissimorum curâ parentum , pro eo quod
erant vni, renentes & inuiti speciemens in coniu-
gio copulati , sed sanctissimo votō per aliquot annos
pariter in virginitate manentes , monasteria de rebus
suis in Antiochiae municipiis instituerunt, ita multa &
frequentia , vt Julianus ad decem millia monachorum
Pater, Basiliſſa vero multarum virginum Mater exis-
teret. Quas ante se ad regnum cœlorum præmittens , &
ipsa subsequitur. Julianus vero postmodum à Martiano
Præside perquisitur. Quo tempore rabies crudelissi-
ma, ad persequendum Sanctos Dei sub Diocletiano &
Maximiano exardescens , multititudinem Sacerdotum
& ministrorum Ecclesiæ Christi propter immanitatem
persecutionis ad eum confugere coegerit. Comprehen-
sus itaque cum hac ingenti multitudine , ipse Præsidis
audientia est referatus; ceteri serui Dei, iussu crudelissi-
mi Ducis, accenso igne, eisque apposito, in quo con-
sistebant loco , consumpti sunt. Vbi ad commendandā
pretiosam mortem Sanctorum, terriā, sextā, nonā, sed
& vespertinā horā , psallentium Deo chorū feruntur
audiit. Beatus autem Julianus primū auditus, rigidissimi
fultibus casus est. Cumque cederetur, unus mini-
strorum Præsidi necessarius oculū amisi: quem B. Ju-
lianorū orante illico recepit, & Christo credens, statim ab
insano Iudice decollatur. Inde B. Julianus ducto ad fa-
num dæmonum, ad quingenta simulachra comminuta,
atque in puluerem sunt redacta. Qui cùm pro hoc in
profundissimi & obscurissimum carcerem cum Cel-
so puer Præsidis filio, clauderetur, sed odore suauissi-
mo & lumine mirifico donaretur; septem fratres, & vi-
ginti milites, qui ad eos visitandi gratiā venerunt; prior-
es igni traditi, posteriores sunt gladio trucidati. Porro
Julianus cum Celso puer, & Antonio Presbytero, at-
que Anastasio, duersis pœnis afflicti, & ipsi cum Mar-
cionellâ matronâ à militibus sunt interempti. Hæc Not-
kerus. Sed non probamus, quod ait, renentes & inuitos spe-
cietenus in coniugio copulatos. Nam Basiliſſa non inui-
ta , nec proposito seruanda virginitati matrimonium videtur
inuisse, sed ad hoc à Juliano post inducta. Eorum meminere quo-
que hoc die Martyrologium Germanicum, Galefinius, Mauroly-
cus qui pro Basiliſſa Basillam, pro Marcionellâ, cum pluri-
bus aliis Marcianniam scribit. Martyrol. Roman. Antiochiae Martynol.
sub Diocletiano & Maximiano natalis SS. Juliani Mar-
tyris, & Basiliſſæ vxoris eius, quæ cum viro suo virgi-
nitate seruatæ, in pace vitæ finiuit. Julianus vero (post
quam multitudine Sacerdotum & ministrorum Eccle-
siae)

Ex v. A.
r. i. s.

siæ Christi, quæ propter immanitatem persecutionis ad eos confugerat, igne cremata est) Marciani Præsidis iussu plurimis tormentis cruciatus, capitalem sententiam accepit: cum quo etiam Antonius Presbyter, & Anastasius, quem ipse Iulianus à morte suscitatum, gratiæ Christi participem fecerat; & Celsus puer vna cum matre sua Marcionillâ, ac septem fratribus, aliique plurimi passi sunt.

17 *Fusèorum acta prosequitur Ado:* Eodem die apud Antiochiam, natale S. Iuliani Martyris & Basilissæ coniugis eius. Hi itaque sanctissimo voto casti coniuges, aliquot annos pariter vixerunt, carnem suam Christo virginem seruantes, monasteria de rebus suis, quia erât parentibus & genere clarissimi, instituerunt, vt ad decem millia monachorum Pater B. Iulianus fieret, Basilissa verò multarum Mater virginum. Quarum multitudinem cùm iam viætricem præmisisset ad Dominum, ipsa conuersatione vita, & doctrinæ studiis probatissima, inter verba orationis dulcissimis suspiris plena reddens Domino spiritum, Angelorum confortio in celo coniunxit. Iulianus verò postmodùm à Marciano Præside requiritur, quo tempore rabies crudelitatis ad persequendum Sanctos Dei sub Diocletiano & Maximiano exarserat, ad quem multitudo Sacerdotum & Ecclesiæ Christi ministrorum configerat propter immanitatem persecutionis. Comprehensus itaque cum hanc ingenti multitudine ipse Præsidis audientia referatur; ceteri serui Dei, iussu crudelis Iudicis, ingenti accenso igne, eisque apposto, in quo consistebant loco consumpti sunt. Vbi ad commendandam pretiosam mortem Sanctorum, tertią, sextâ, nonâ psallentium chorū feruntur audiri. Sed & vespertinos, & matutinos hymnos Deo cecinere. Beatus verò Iulianus primū auditus, rigidissimis fustibus cæsus est. Cumq[ue] cædereatur, unus ministrorum Præsidij necessarius oculum amissit. Quem B. Iuliano orante illicocepit, & Christo credens statim ab insano Iudice decollatur. Inde B. Iulianus ductus ad fanum dæmonum: simulacra crystallina & electrina, atque diuersi generis metallo acquisita, ita comminuta atque in puluerem redacta sunt, vt quid fuerint omnino non pareret. Deinde sanctus Martyr vinculis ferreis arctatus, per ciuitatem sub voce preconis circumducitur. Cumq[ue] peruenisset ad locum, vbi filius Præsidis in scholis erudiebatur, puer idem, Celsus nomine, vidit multitudinem albatorum circa sanctum Martyrem, & coronam pretiosissimis lapidibus renitentem super caput eius. Quæ visa cùm suis condiscipulis narraret, subito diuinitus inspiratus proiecit volumina magistrorum, & vestimenta quibus erat induitus, & celeri cursu peruenit ad pedes sancti Martyris. Ad quod factum stupens tota pœnè ciuitas accurrit: cum reliquis Præsles & mater pueri eiulantes adueniunt. Sed cùm puer à societate beatâ separate non possent, cum B. Iuliano imo carceris mancipatur. Vbi diuino lumine consolati, & odore mirifico sunt respersi, ita vt milites, qui eos seruabant, circiter viginti, commoti & stupore perculti, Christo Domino crederent. Ad hos itaque visitandos in carcerem fratres septem vna cum Antonino Presbytero venerunt: officioque S. Antonini Presbyteri, tam puer, quam viginti milites baptizati sunt. Quod audiens Præses, septem fratres diu custodiâ maceratos, ad ultimum tradi igni præcepit: porro milites gladio trucidari. Sicque martyrium victores consummauerunt. Sanctum verò Iulianum atque Celsum puerum, Sanctumque Antoninum Presbyterum sibi præsentatos, necnon & Anastasium, quem B. Iulianus à morte suscitatum participem gratiæ Christi fecerat, in cuppas pice & adipem seruentes iniecit, sub quibus lignorum & sarcinorum copiam aggregari iussit. Sed Beati nihil læsi sub igne, in confessione iniuncti persistunt. Dicte ergo iterum santi in custodiam. Cum puer autem mater ipsius Martionilla, vt eum mutare posset, volens inclusa est. Sed dum cupid filium prædam

fieri diabolo, ipsa prædata Christo, eiusque ancilla fideliſ facta, baptismi gratiam recepit. Quo auditio, impius coniux piam Christi famulam in ima carceris trusam Martyribus sociavit. Quos iterum suis conspectibus præsentari fecit, & ad fanum dæmonum, sacerdotibus fani intrò expectantibus, vt sacrificati mituntur. Sed mox Sanctis orantibus templo ad solum deiecta, sacerdotum ad mille cum paganorum multitudine occisi sunt. Sed iterum ab irato impio Præside Sancti retruduntur. Qui diuinâ cōsolatione nocte sunt mirabiliter confortati. Sequenti verò luce producti sunt de custodiâ: oleoque infuso liciniis, manus & pedes eorum ligantur, ignisque ita supponitur. Sed cùm iniuncti perdurarent, Iuliano & Celso cutem capitum auferri iubet, Antonino & Anastasio lumina effodi, Martionillæ equuleum parari. Hæc cùm illi fortissime peruercent, feris intromissi in amphitheatrum ad deuorandum eos obiecerunt. Sed feræ pedes Sanctorum lingebant. Cumq[ue] omnia peruercent, militibus eos ferire iussit. Atque tali certamine palnam adepti, regna mansura perceperunt. Hæc usque Ado. Hoc eodem die celebratur in Kalendariis plurimis MSS. Belgicis, & excusis Ecclesiârum Ultraiectina, Eborense in Lusitanâ & aliarum.

§. V. Memoria in fastis XI. & XIII. Ianuarij;
XIII. Febr. XX. XXI. & XXII. Iunij.

18 M ARTYROLOGIA MSS. Letiense & S. Martini II. Ianuar.

Tornaci retulerunt hos vi. huius, vt ex §. III. constat, & S. Iulianum XI. repetunt, quo forte de eo officium Ecclesiasticum recitatum. Verba eorum hec sunt: Passio S. Iuliani Martyris, qui sub Marciano Præside in carcere peremptus est. additur in MSS. S. Martini: in Achaiâ, pro quo in Antiochiâ legendum censemus.

19 XIIII. Ianuarij de iis agit Rabanus & MSS. Martyrol. 13. Ianuar.

S. Maximini his verbis: In Antiochiâ Ægypti, passio Sanctum Iuliani, & Basilissæ coniugis suæ; qui Iulianus temporiibus Diocletiani, & Maximini nobili prosapiâ orundus fuit, philosophorumque disciplinis imbutus, Catholicæ fidei religiosus amatör fuit: quem cùm parentes sui ad connubij iura persuationibus validis attraxissent, respondisse fertur: Nec voluntatis est, nec ætatis vt faciam quæ hortamini. Item cùm perseuerarent pertinaciter in precibus: Nec permittendi mihi est facultas, nec negandi potestas, quod hortamini. Dei me potestati committo & relinquo. Vnius tamen hebdomadis inducias à parentibus poposcit, vt nutum supernæ maiestatis argumentis evidentibus experiretur, quæ peractæ intercedepine, somno sopitus, & sompore depresso, vidit Christum in * horomate dixisse: Exurge, ne timeas, nec susciones verborum, nec voluntatem parentum horrescas. Accipies enim conjugem, quæ te non polluendo à me separat, sed per te virgo perseueret. & infra: Multi iuuenes & virgines per vestram doctrinam, vel vitam cœlestis exercitus probabuntur. *Huc usque* MSS. S. Maximini. *Pergit Rabanus:* Sicque factum est, vt opitulante Christo, in Antiochiæ municipio monasteria plura construerent, ita vt sub Iuliani regimine decem millia monachorum conuersarent, sub Basilissæ verò mille virgines Dei seruitio mancipatae fierent. Postea autem idem Iulianus cum co-militiis suis sub Marciâno Principe pro Christi nomine martyrizauit, primū fustibus cæsus, qui percuttoris sui oculum euulsum restituit. Insuper & plusquam quingentas simulachrorum imagines ad solum diruit. Posthac in carcerem tenebrosum trulus cum Præsidis filio Hircicallio iuuene nuper ad fidem conuerso, vbi damnatorum corpora putrefiebant: sed mirâ gratiâ Christi, fœtidus odor in ambrosiæ dulcedinem versus, cum luce limpida, sanctos Martyres letificabat. Dehinc rogante Præside defuncti cadauer nondum humati à morte suscitauit. Sed tortoris non cessante yesaniâ, Imperatorum decreto in Circi spectacu-

Staculo sancti Martires terdenis cuparum gremiis includuntur, quæ intrinsecus atræ picis massa, & bituminis somite, sulphurisque fætore faciuntur, farmentis cum igne suppositis, in tantum ut flamma xxx. cubitis in altum se portigeret: sed inde illæsi egredientes, rursum digitis manuum, & pedum licinus ardens, olei liquore perfusus aptatur. Sed hoc conamine delusus, ex in bestiis ad deuorandum proponuntur: quibus sacra membra lacerare non audentibus ad extremum gladiis trucidantur: ad quorum tumulum mox decem leprosi curantur, probantes qualis sit Martyrum gloria.

20 Idibus Februarij colitur S. Iulianus Martyr, cuius

13. Febru. tamen & certaminis locis ac tempus, & vita genus ac conditio, in ambiguo sunt, ut ibi ostendemus. VV andelbertus vius est hunc nostrum S. Basiliæ virginis ipsorum intellectus; ita enim scribit:

Idibus æthereum Iulianus scandit honorem,

Sponsa beata animum caelo cui iunxit ouantem.

xx. Junij festivitatem horum agi scribit Paulus Morigia, quo tam die nulla eis martyrologia aut Kalendaria referunt. xxi.

20. 21. & 22. Iunij. Junij celebrant Greci S. Iulianum in Menologio: Certamen Iuliani in Ægypto. Hic fuit sub Diocletiano Imperatore & Marciano Præside in vrbe Ægypti Antinopoli, &c. ut ante §. 2. nu. 8. relatum est. Galefinius in Notis ad ix.

Ianuarij tradit horum Martyrum memoriam in Ecclesiâ Mediolanensi celebrari mense Junio, cuius certam atque exploratam rationem non repererit. xxii. Junij hac in sacrificio Missæ de S. Iuliano Leuita & Martyre, referuntur in Missali Mediolanensi, excuso an. Ch. 1560. Oratio super populum.

Collecta & Prefatio ex Missali Mediolanensi. Concede, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui triumphum laudabilem beati Leuitæ & Martyris tui Iuliani recolimus, digna ipsius secundo vestigia, gaudiorum eius effici mereamur participes. Per Dominum. Eadem oratio extat in veteribus Belgicis Breuiariis, ut Audomarense & alii. Exstant porro in Mediolanensi etiam ista: Oratio super syndonem. Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt sicut Beatum Iulianum, coniugali toto sociatum, virginitatis cultu decibiliter decorasti; ita & nos famulos tuos, per eius intercessionis auxilium, a sorribus periculorum abluas, & corda nostra claritate tua gratia irradiare digneris. Per Dominum, &c.

21 Omitto orationes super oblata & post cœmunionem. Hac Prefatione è vitâ inserita: Per Christum Dominum nostrum. Qui tyrannicâ potestate depresso, ita suos milites extulit, ut Angelicis in terris fruerentur confortiis, & diuinis vbiique munirentur auxiliis. Cuius stadium nobilis Iulianus lætus accurrens, signifer efficitur fidei dignissimus, Domini prælator elegit cum coniuge membra seruare virginea, & fortior ad luæmina properauit: sociauit sibi Sanctorum choros, quos flammeo globo consumptos præmisit coronatos ad Christum. Dehinc contemptis sacrilegis carnificium iussis, acerbissima pœnarum tormenta non metuens, Dei filium voce liberâ protestatur. Ofelix & dignissimus miles Christi, qui non solum cōtempst tyrannum, sed & filium eius abstulit, fecitque Christicolam, & ad suscipiendam martyrij palmarum secum pariter incitauit. Cæditur, ac ferreis vinculis oneratur: horribili fætore perfusus custodiæ traditur: flammeis ardoribus vrendus immergitur: ex capite cutis adimitur: senuis in theatro bestiis traditur. Sed in his omnibus Angelicâ protectione defensus, dignam ad ultimum effusione sanguinis meruit victoriæ palmam. Per eundem, &c. In Breuiario Ambrosiano S. Caroli Borromai iussu edito, & postrem ann. Ch. 1625. recognito Orationes antea citata ferè eadem referuntur, cum hac lectione xxx. ad Matutinum, xxi. Junij: Iulianus Antiochianus nobili genere natus, parentes Christianæ religionis cultores cum ad imitandum sibi proposuisset, Christi fidem amplexus est. Annum agens decimum octauum, patris impulsu Basiliastu in matrimonium duxit. Sed uterque mutuo consensu, se in virginali castitate continuit perpetuò. Patre autem mortuo, hereditatem, quam satis amplam habebat, pauperibus distribuit, duobus etiam a se ædificatis mo-

Lectione ex novo Breuiario. Mediol.

nasteriis, quorum unius curationi ipse præfuit; in altero Baſiliæ multarum Virginum curam suscepit. Edictum autem à Marciano Syriae Præside præposto, quo sanctum erat Diis immolati, fidei Christianæ accusatus; illius iussu multis cruciamentis affectus, in fide constantissimus, demum martyrio cum aliis multis coronaatur; qui eius exemplo dusti, Christum Dominum confessi, se in alle necem obire affirmarunt, quam idolis sacrificare. Tu autem Domine, &c.

A C T A

Ex aliquot veteribus MSS.

P RÆFATI O.

BEATI Martyres sæculum vel tormenta superantes hoc nobis a muneri reliquerūt, quod gesta passionis suarum secū ferre non possunt, sed luctantibus firmum Martyrum luctantibus reliquerunt exemplum: effecti quibus exemplis sunterrantibus via, cœcis lumen, pluia, titubantibus credulitas. Omnes prorsus virtutum suarum signa declarata gremio sanctitatis includunt. De hac arcâ iustitiae nullus errare potest, nisi qui incredulus permanet. Vos autem, qui hæc auditis & legitis, credite nobiscum, omnia enim possibilia esse credentibus, ideoque sine vllâ hæsitatione hereditarium nobis bonum, quod imitemur, Martyres reliquerūt. Obscuro itaque vos omnes, qui hæc lecturi & audituri estis, vt intento corde credatis, quanta sit gloria sæculum relinquere, vt per angustam viam eorumdem Sanctorum valeamus b sequipes esse; vt legentes gesta eorum, vestra esse dicatis. Quæ sicut in Euangeliô Dominus protestatur, cum dicit: Beati qui viderunt & crediderunt, beatores autem qui non viderunt, & sic crediderunt. Nos quæ vidimus oculis nostris, Sanctorum gesta scriptissimus, vnde nobis aliquâ portionculam beatitudinis credimus esse futuram. Vos autem melior exspectat gloria, qui audientes creditis posse implere quæ videbatur in Sanctis suis, quæ hic scripta sunt. Beati igitur Martys Iuliani passionem scripturus, qualiter se ab infantia suâ Deo carum exhibuerit prius intimate dispositi; vt qui cupid gloriam acquirere passionis, primò sequatur innocentiam vitæ. Hæc nunc audientes credite dictis nostris, vt credendo discatis qualsit merces credulitatis.

a ms. Velf. exagilarum minus titulo reliquerunt.

b ms. Rip. sequi vestigia. Metaph. quod per angustam Sanctorum hominum viam contendentes, illorum institutionem asseri possimus.

C A P V T . I.

SS. Iuliani & Basiliæ ortus, educatio, coniugium.

HIC Beatissimus Iulianus ex nobili familiâ ortus, s. Iulianus illustris erat in seculo: quem parentes vnicum instituitur pignus viscerum suorum dulcem suscepérat sobolem; in doctrinâ & sapientiâ imbuerunt, (vt non dialecticum, non rhetoricum fugeret ingenium) omniumque auctorum mundi sapientiâ. Hæc sibi bonus athleta Christi in thesauro cordis sui captiuâ tenebat. Legerat enim magistrum omnium Christianorum Paulum dicentem: Præterit enim figura huius mundi. Et ne cum ipso mundo immundus præteriret, 1. Cor. 7. sic se Deo carum exhibebat, vt sapientiam mundi stultitiam reputaret. Optabat enim semper, prætereunte mundo, sine sollicitudine esse cum Christo. Erat amator catholicæ fidei: Ecclesiæ sanctæ quotidie liminibus adhærebat: audiens Sanctorum gesta lætabatur: & his quæ de sacris lectionibus legebantur, intentus auditor & operator erat: diemque nullum intermittebat, quo non ad videndos Sanctos properaret: quasi bonus ne-

Ex ms.

negotiator thesauros reponebat in corde, omnium electorum imitans actus, studens singulorum virtutes & gratiam sanctitatis imitari. Florebat infusa visceribus eius perfecta caritas, quæ foras mittit timorem. Ita se ab omnibus vitiis & concupiscentiis carnis mundo castrauerat, ut recte Deo clamaret: *Quamdiu sum in hoc mundo, peregrinor à Domino. Et quia hominibus latere volebar, quod Christo placere studebat, celabat propositum, celabat & sanctum desiderium.*

Compelli-
tur ap-
rentibus
ad marri-
1. Tim. 5.
14.

Hunc parentes cùm viderent tantâ animi intentione Christianæ religionis cultoribus adhærentē, cōuocantes ad sé venerabilem iuuenem his verbis hortabantur: Dulcissimum nobis & venerabile pignus, au-
digi genitorum tuorum salubre consilium, quod in ve-
nérabili lege Christianæ religionis per beatum Aposto-
lum Paulum, magistrum omnium Christianorum do-
ctrinis spiritualibus edocemur, qui dicit: Volo iuuenes nubere, filios procreare, patresfamilias esse, nullam dantes occasionem maligno. Pro quâ re non solum ut nobis consentias hortamur, quantum ut legi Dominicae obediens esse cognoscaris. Ad hæc B. Julianus respondit parentibus: Nec voluntatis est, nec æstatis tempus, ut faciam quæ hortamini. Ad hæc parentes responderunt: Annorum es circiter decem & octo, quomodo te excusare poteris ne coniugio socieris? Nolumus ut de tempore causferis. Volumus enim te vnius mulieris esse virum, ut procreatione concessâ cùm pater fueris, ex uno consensu vaceris Deo, cessantibus vel digestis incitamentis carnis; & vna cum voluntate, cùm tibi fuerit sociata, salutaribus monitis adhæreatis. Hæc agebant parentes, qualiter eorum semen suscitaretur, quod iam finem habere credebant, nisi ipsius procreatione suscitaretur. Cumque parentum molestias non sustineret, & amicorum & omnium affinium suasiones perhortesceret, tunc B. Julianus suadentibus sibi hoc responsum dedit: Nec promittendi mihi facultas est, nec negandi potestas. Hoc quod hortamini in potestate Domini mei committo. Pro quâ re dierum septem inducias peto, & secundum quod ipse dignatus fuerit aspirare, à me responsum accipietis. Hæc audientes parentes eius nimio tædio afflitti, cogitationibus tabescerat, quoisque dies statutus veniret, quo responsum filii reciperent.

Petit 7.
dierum
inducias.

4 Venerabilis ergo puer spatiū dierum exegit die noctuque in oratione pervigilans, postulans à Domino, ne virginitatem promissam pro qualibet occasione violaret. a Septimo autem die, adueniente nocte, cùm corpus emaceratum ieuniis sopori dedisset, adebat b Dominus & consolatur fidelem seruum, probaramque mentem sibi corroborat; & ista præcepta ut faciat iubet, talique commonitione eum alloquitur, dicens: Exurgens Iuliane ne timeas; nec suasionem verborum, nec voluntatem parentum perhorrescas. Accipe coningem, quæ te non polluendo à me separaret, sed per te virgo perleuerans, & te & ipsam in celis virgines recipiam. Multa enim mihi per vos castitas dedicabitur. Multi iuuenes & virgines per vestram doctrinam in vitam celestis exercitus probabuntur. Adero tibi habitans in te, ut omnes in te carnis voluptates conteras; atque ipsam tibi coniunctam, conuertam in meum desiderium & amore, tuamque pedissequam faciam. Ibiique me in cubiculo vobis præparato videbitis, cum Angelicis choris & innumerabili multitudine Virginum virtusque lexus, & quos natura faciebat dispares, vna fides in me fecit æquales, quorum tu imitator esse cognosceris. Cùm hæc dixisset Dominus, tetigit eum dicens: Viriliter age, & confortetur cor tuum. His d virtutibus corroboratus venerabilis puer, exurgens gratias referebat Domino dicens: Gratias tibi ago, Domine, qui es scrutator cordis & rerum; qui à me species & delectiones mundi longè fecisti; ut credulo corde, castitate adiuuante & in me regnante, ad id quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen-

Celesti
monitu
subetur
coniugem
accipere,
cum quâ
wirginis-
temseruet.

dit, quæ præparasti diligentibus te, perueniam; qui me dignatus es esse viam & iter verum his qui castitatem diligunt, & integratatem mentis ac corporis amplectuntur. Tu nosti Domine, quia ex die quâ in te renatus sum, usque in horam quâ me accersire dignatus es, nihil præpolui amoris tuo. Hoc enim desidero, ut quod ex ore meo procedit, tu confirmes; quia me tunc credo incipere quando finio.

5 Et completa oratione egreditur de cubiculo læ-

tus, vultus sui lætitia parentum tristitias auferens, ait ad eos: Ecce sicut desiderasti, quia diuino præcepto cognoui coniugium mihi non esse peccati sed gratiae, faciam quæ hortamini. Exhilarantur genitores, sperantes procreationem filiorum futuram. Quid multa? Inquiritur dulcissima puella, quæ illi similis esse possit, in facultatibus ampla, præcipua in genere, & moribus sancta. Itaque procurante misericordia Domini Iesu Christi, qui hoc suo munere sacrum voluit ordinare coniugium, talis inuenitur puella, quæ facultatibus locuples esset, nobilitate & genere coæqualis, nomine Basilissa, quæ & ipsa unica noscebatur parentibus filia. Fit sermo, pro consuetudine nuptiali. Suscipiunt parentes puellæ læti sermonem; & vt se habet nobilitas, ordinatur nuptiarum tempus: firmantur omnia quæ tabulis solent contineri: matronarū constituitur dies, constituitur dies cœunctionis. Beatus vero Julianus ita diem nuptiarum expectabat, ac si bonus athleta deuicta libidine Regi calorum placere studebat. Quid multa venit dies statutus, in quo vicinæ ciuitates invitantur. Quæ pompa expetit secularis, vnaquæque ciuitas adduxerat secum, diuersa oblectamenta mundi, quæ possunt teneras ætates excitare ad libidinis fluxum. Sonat plateæ organorum fremitu: diuersæ voces musicorum resultant: multitudo virginum aureis ornamenti critabunt crines; ad quarum cantilenas & suauissimas voces resultant omnia, ita ut si homo ferreus esset, resuleretur delectamento luxuriaz. Sed inter tantas faciales acies desudabat athleta Christi B. Julianus Christi bellator, nemini occulta cordis manifestabat, nisi Domino soli, à quo spem victoriae promissam tenebat.

Nuptiæ
S. Basilissa.

a ms. S. Max. Octauo. b ms. Rip. Angelus Domini.
c ms. S. Max. Sequipedem. d Idem ms. virtutum visionibus.
e Metaph. quo genitus sum.
f Metaph. barbaricas nationes. alijs barbaras mentes.

C A P V T I I .

Votum virginitatis. Approbatio diuina. Vita cenobitica.

6 PRO DVCITVR interea onerata auro & gemmis sponsa de thalamo, suscepit lætus, cum quâ lætaretur in Domino: & vultu se læto ostendens, in corde suo Domino psallebat dicens: Domine vre tenes meos & cor meum, ne in me antiquissimus serpens libidinis & excitet bellum. Appropinquat hora, quâ ad thorum coniugij properaret. Traditâque sibi virgine, venerabilis Julianus certus de Domino cubiculum ingreditur: in quo cubiculo oratione factâ, talis odor liliorum & rosarum apparuit, ut videretur virginis in tali loco esse positam in quo solent lilia & rosæ verno tempore tenentibus se suauem odorem gratiae propinare. Datur suauum silentium noctu, & ait virgo ad sibi coniunctum iuuenem: Miram rem sentio, quam si & tu sentis, quæ solet luti florū, incenditius ad amorē castitatis.

Statuunt simul virginitatem jenitare.

gritatem corporis custodiētibus vitam prōmittit æternam. Nam si huius monita mecum velis suscipere, vt eum totā intentione diligamus, & virginitatem concessam inuicem custodiamus; efficiemur in hoc seculo vasa eius munda, in quibus habitet, & in futuro cum ipso regnabimus, nec ab inuicem separabimur. Ad hæc B. Basilissa respondit: Et quæ melior salus est, nisi vt virginitatem custodiēdo, vitam adipiscamur æternam? Quia credo esse vt protestaris, opto tibi consentiens esse; volo vt possideam sponsum æternum Dominum Iesum. Hæc eā dicente, B. Iulianus procidens ad orationem, paumento adhærebat, clamans & dicens: Confirmā hoc Deus quod operatus es in nobis. Hæc videns virgo similiter fecit.

Apparet eius Christus, D. Virgo, & plurima virgines, utriusque sexus.

7 Et ecce subito cum illis fundamenta cubiculi illius commota sunt: & lux inenarrabilis emicuit, ita vt lumina, quæ præterant cubiculo, illius lucis magnitudine velarentur. Et sicut scriptum est, impletur quod dictum est: Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Fit ergo in cubiculo spectaculum magnum & spirituale. Ex vnâ parte sedebat Rex æternus Dominus Christus, cum multitudine innumerabilium candidatorum; & ex aliâ parte innumera multitudo Virginum, quarum principatum Virgo gloriissima Maria tenebat. Tunc à parte Regis clamabatur: Vicisti Iuliane, vicisti; à parte Reginæ clamabatur: Beata es Basilissa, quæ sic consenseristi salutaribus monitis, & falsa mundi blandimenta respues, ad æternam gloriam properasti. Iterum à parte Regis clamabatur: Milites mei, qui vicerunt antiqui serpentis libidinem, de paumento leuentur, & intento corde in thoro qui eis præparatus dignoscitur, libro vita æternæ superposito eis legatur; & voce silente ab utraque parte responderunt, Amen. Et aduenientes duo albis induiti, circa pectora habentes aureas zonas, & singulas coronas in manibus, eleuauerunt eos, dicentes: Surgite quia vicistis, & in numero nostro computati estis, aspice quod videtis in thoro, qui vobis est præparatus; legite & cognoscite, quia fidelis est Dominus in verbis suis; & b tendentes eis manus applicuerunt eos. Et ecce superpositus erat liber splendidior septies argento, aureis scriptus litteris, & in circuīthorū quatuor seniores, habentes in manib⁹ suis phialas aureas plenas aromatib⁹, diuersum odorem reddentes. Et respondens unus ex his dixit: Ecce in his quatuor phialis continetur perfœctio vestra. Ex his enim quotidie in conspectu Dei suauitatis odor ascendiit. Pro quâ re beati estis, quia seculi falsa blandimenta vicistis, properantes ad illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in eorū hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Nunc Iuliane lege, inter sanctas Virginis, quod diuina Trinitas iubet. Et accedens sic cœpit legere: e Iulianus, qui pro amore meo mundum cōtempnit, deputetur in eorum numero, qui cum mulieribus non sunt coinqinati. Basilissa vero, quæ ei integro corde sociata dignoscitur, deputetur in numero virginum, in quibus vera virgo mater Domini Maria principatum tenet. Et hæc dicens clausit librum: & iterum dixerunt millia millium, Amen, vnâ voce exultantes. Et iterum dixit ad eos: In hoc libro, quem videtis, hic scripti sunt casti & sobrij, veraces & misericordes, humiles & mansueti, caritatem habentes non fictam, aduersa tolerantes, in tribulatione patientes, & qui super amorem Domini Iesu Christi nihil prætulerunt, non patrem, non matrem, non vxorem, non filios, non agros, non facultates, vel cetera quæ in hoc seculo impedimenta sunt animæ. Qui nec ipsas animas suas dubitauerū tradere usque ad mortem pro nomine eius, in quorum numero & vos esse meruitis.

Totâ nocte orant.

8 Statim visio, quam videbant, ab oculis eorum ablata est. Tunc exultantes in Domino beati virgines, atque in ædificationem suam reliquum spatium noctis perugiles in hymnis & canticis peregerunt. Quid multa illuxit dies, quo vulgus qui conuenerat, bacchata

Tom. I.

lætitiae ferebatur. Expectabant videre quasi quos in seculo d iunxerat, nescientes neque intelligentes sanctum fuisse celebratum coniugium. Quid multa cœperunt esse spiritu, non carne, fructificantes: & mysterium diuinæ gratiæ in se collatum occultabant, vt à solo Domino Christo & sanctis Angelis sciretur, quod agebat.

9 Et quia Dominus non priuat bonis ambulantes in innocentia; ita diuinæ gratiæ dono procuratur, vt in utriusque pauci temporis spatium, utriusque genitores de hac vitâ migrarent; relinquentes idoneos superstites, per quos cœlorum regna non fraudaretur: erant enim & ipsi fidelissimi Christiani. Tunc beati Virgines temporis spatia sibi concessa lati suscipiunt, sibi possessuri licentia palmam, quæ possent per patrimonium tertium transmigrare in superna cœlorum. Et quia multum laboris est ordine prosequi eorum venerabilem vitam, de tantis operibus pauca prosequendo non taceamus.

10 Fit consensus communis, quo non solum pro sua salute solliciti essent, sed multarum animalium curam suscipiunt. Diuiduntur domicilia, & duæ lucernæ super candelabrum excelsum fundantur; quibus æternus Rex oleum lætitiae subministrans, per eos sanctam doctrinam ignaris incendebat; igniferi verbi calore tribulos & spinas peccatorum exureti. Et vindictive vox illa suavis Domini per os Sanctorum Iuliani & Basilis. Matt. 11. sicut inuitabat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerari estis, & ego vos reficiam. Instituunt sancta monasteria, in quibus messes animalium de seculi spiritus actribulorum suffocatione rapiebant. Nec erat qui 1000. posset audire de ore S. Iuliani verbum, vt aliquâ morâ Monachos. retineretur conuerti ad Dominum. Relinquebant viri S. Basilissæ uxores, filij parentes, sponsi sponsas; patrimonia quoque terrena propter vitam æternam pro stercore computabant. Delicias affluentes respuebant, opes suas pauperibus erogabant, viam angustam arripiebant, nec quisquam eorum post arato manum superpositam respiciebat retrò. Eratque S. Iulianus sanctæ congregatio circiter i decem millium monachorum Pater. k Et sicut scriptum est: Generatio vadit & generatio venit; quanti migrabant ad cœlum, tanti conuertebantur ad Dominum. Nec quisquam dinumerare poterat animalium multitudines quæ per S. Iulianum per seculum migraverunt ad cœlum. Similiter & B. Basilissa, agmina virginum & mulierum, de squalloribus seculi liberas castissimas animas præmittebat ad cœlum. Erantque cum B. Iuliano virorum sancta commercia; & per S. Basilissam fulgebat in virginibus & mulieribus castitatis excelsior victoria palma. Et quia tunc omnibus innotuit eorum venerabilis vita & conuersatio, quæ Domino adiuuante per nos declarata est; nunc ad illud tempus veniam quo martyrium adepti sunt: prosequamur & declaremus eorum gloriofissimas palmas,

a ms. Velf. exerceat. alij, suscitetur. Metaph. ne verus ille draconis contra me bellum exuscitetur.

b Altenentes.

c Metaph. quilibet mei desiderio detentus, mundum hunc contempserit. Gr.

d Alvinxerant.

e ms. Rip regno. Metaph. regno non priuarentur.

f Allientia suâ postflui victoria palmarum.

g Metaph. super duo candelabra duæ lucernæ altæ effulgebant.

h Al ex aratro manu superposita.

i Menda: Ipse in alio monasterio degebat, & præterat duodecim circiter millibus virorum.

k His omisis, ita Metaph. Nam quicumque ad cœlestem vitam animos suos conuertebant, apud Iulianum ipsum, ad Deum se transferebant; adeò vt nemo posset enumetare, &c.

CAPUT III.

Persecutio Diocletiani. Obitus S. Basiliæ, & milie circiter Virginum.

11 **T**EMPORIBVS Diocletiani & Maximiani furore persecutionis incumbebat. Hæc opinio peragravit omnem prouinciam & Ægypti. Quâ opinione compertâ sancti virgines se inuicem alloquuntur, & talem precem in conspectu Domini fandunt, ieuniis & fletibus studentes: Domine Deus, qui es occultorum cognitor, & mentium testis, scrutator cordis & rerum; te deprecamur ut læsum super nos illumines vultum, & pium & exaudibilem prætes auditum. Non enim dormis neque dormitas, qui custodis vtriusque sexus castitatis agonem, in quo tu ipse Christe lætari cognosceris. Ne patiaris gregis tui integritatem vitiaris ne habeat potestatem insatiabilis lupus, gregi sancto semper infestus; in nullum licentiam habeat ad dissipationem murum & rigoris tui; ut sigillum fidei, quod inter seruos & ancillas tuas pet nos sequipedes contulisti permaneat. Cura sit tibi Christe de nobis & de illis, quia plus valet dextera tua ad erigendum, quam fortitudo persecutoris ad deiiciendum. Considera & seruare singulorum & singularum vires, & secundum præscientiam tuæ donum omnes perduc ad illam regionem viuorum, vbi nulla est sollicitudo moriendi, sed regnat vera beatitudo viuendi. Et in die illâ, quâ venturus es magnus & manifestus, præsta Domine omnes famulos & famulas tuas, quos per nos tibi fecisti militare, integrorum immaculatosque in conspectu tuo iaueniri; ut rectè exultantes dicamus: Ecce nos, & pueri quos dedisti nobis, & nemo perire ex eis.

12 Et cum finem orationis implessent, redierunt ad propria domicilia. Eâ die tempus quietis aduenit, & B. Basiliâ ita per visum alloquitur Dominus dicens: Basiliâ, & nominis tui digna, quæ orasti, hæc me implere delectat; ut omnia vasa, quæ mihi per te mundaui, dum adhuc hîc es in hac vitâ, tu ea præmittas ad cælestia regna. Habebis autem dimidij temporis spatium, quo possis ex omni loco, quo seminasti, triticum colligere, & reconditâ messe laboris tui tu ipsa me sequaris, claves acceptura horrei pleni pinguedine animarum; ex quo quotidie suavitatis odor ascendit in conspectu sanctorum Angelorum. Iulianus autem ut bonus athleta præliabitur, & vincet: nec enim aliquando vinci potest, in quo castitas regnat. Erit enim per eum multitudo acquirenda animarum. Multa cum oportet pati pro nomine meo: multalq; virtutes & signa ostendam in conspectu inimicorum eius: & priulquam inuocer me, dicam: Ecce adsum.

13 Hæc audiens B. Basiliâ euigilans & lætabatur in Domino, vultu splendido ut sol radians in ortu suo: & per ordinem omnia enarravit B. Iuliano. Conuocansque sanctam multitudinem virginum, hac eas alloquitur voce: O vos omnes, gaudium meum, & corona capitum mei, sanctæ Virgines, Domino nostro vota reddamus, & sacrificium laudis de corde contrito & humiliato, hostiâ iubilationis ei immolemus, quia dignatus est nobis reuelare abscondita mysteria: viam & tempus accepimus terminauit, quo & caſtificatas animas illi confignemus, dilatione concessâ, ut vnaquaque nostrum considerans cœlaria cordis sui, si est abundatio bonorum operum erucentium ex hoc in illud; hoc est, si in hoc seculo peregrinantes, rectè de hac vitâ migreremus ad æternam vitam, ut in nullo in nobis habeant vel cognoscant opera sua illæ potestates, quæ animas pergentes ad cælum retinent & scrutantur; ut nihil in nobis suum inuenientes reuereantur & timeant, videntes nobiscum sanctum adiutorium pergens, & Spiritum castitatis congaudentem. Considerate & scrutamini arcana pectoris vestri, ut cum tempus habemus, liceat animam ab omni vitio culparum defæcatam,

*Pro suis
orant.*

*Diuinis
desuâ &
virginum
fuerum
morte edo-
cetur Basi-
liâ.*

*Suas mo-
net, vepe-
rent se ad
mortem.*

e

f splendidi liquoris actu cōprobata restituere Creatori. Hanc enim obtinuimus à Christo petitionem, vt omnes vos ante persecutionem vel vastationem inimicii immaculatas præmittamus ad cælestia regna, vbi est sponsus castitatis Dominus Iesus Christus. Pro quâ re vos horrort, sanctæ sorores, ne aliquod malitiæ fermentum in corde remaneat, sed omnes donantes vobis inuicem, si qua habet aduersus aliam aliquid, ut perfectam coronam integratatis animæ & corporis vestri recipiatis; meque matrem integrâ numero salutis vestræ viætricem reddatis: hoc scientes, quia nihil valet virginitas carnis, vbi habitat iracundia cordis.

14 Hæc prosequenteS. Basiliâ, locus in quo erant congregatae, commotus est, & columna g lucis in conspectu earum apparuit, super se titulum aureum habens *Divinitus* scriptum, & vox ex columnâ processit, cum splendore *dissunt se* & odore suavitatis; signum quoque Crucis emicuit *in statu gratia effe.*

dicens: Basiliâ nominis tui auctor, quod scriptum videt, lege. Tituli autem scriptura sic continebat: Hæc dicit primus & nouissimus: Omnes hę Virgines, quibus tu ducatum præbes, vasa munda & accepta sunt oculis meis, nec quicquam in eis reprobum inueni, quas limâ iustitiae, & igne probationis, ut aurū purissimum, exhibuisti. Venite ad præmia vobis parata. Et hæc legentes, visio ab oculis eorum sublata est. Tunc omnes gratias referebant Domino, qui testimonio suæ maiestatis animas sanctas declarasset. Beata verò Basilissa exaltans in Domino, dixit: Gratias tibi Domine Iesu Christe, qui pugnas carnales ita b deuicisti in nobis. Et adiecit: Insulto tibi diabole, quia insidiarum tuarum fructum perdidisti. Insulto tibi serpens i libidinis, quia vasa Deo dicata nullis artibus abdicasti. Insulto tibi diabole magister mendacij, quia ex grege mihi credito nullus est qui tecum pereat. Insulto tibi ebrietas, quia sobriam mentem vincere non potuisti. Insulto tibi amor mundi, quia aratro intentas mentes, ad tuum amorem reuocare non valuisti. Insulto tibi diabole, quia perfectionem querentes, nullis artibus, nullis machinis, nullis laqueis & retinere valuisti. Tu solus tuâ cōfusione vtere; tu solus in tuâ pœna luge. Vides enim prædam de tuis manibus ereptam, ad cælorum regna adscendere, vnde tu cecidisti. Gaudete mecum sanctæ sorores, quia regnant in vobis signa virtutum. Contemptus mundi regnum cælorum accepit. Renuntiatio parentum confortia sumpsit Angelorum. Parui temporis tribulatio æternam meruit requiem. Humilitas, sicut cedrus in Libano exaltata est, & sicut cupressus in montibus Hermon. Deuictâ libidine castitas foecundatur. Nulla est ex inimicis nostris audacia, ut pergentes animas ad suum Creatorem retineant. Omnes enim erubescunt, quia nihil in nobis proprium agnoscunt.

15 Hæc cum gaudio dicens, cœpit vineam Domini rore iustitiae maturatam recondere. Et ita diuina prouidentia adimpleuit, ut intra tempus promissum migrarent omnes ad Dominum. Beata verò Basilissa *m* secura de deposito fructu, horâ diei sextâ in oratione *Moritur omnes* constituta s̄parauit, & vedit omnem chorum sanctarum Virginum numero circiter mille, nunc cycladibus *Apparent* indutas, regalibus zonis præcinctas, crucem Domini *Basilissa.* cam in manibus gestantes, vñâ voce B. Basiliâ dicentes: Hoc responsum accepimus, ut tecum Regem Dominum adoremus. Ecce expectamus te, ut tu nos offeras Christo, cui nos acquisiuisti. Et euigilans B. Basiliâ de partus sui gloriâ lætabatur, & hoc cum lætitia S. Iulianuſ referebat. Vnde simul in Domino lætabantur. Domini verò operante misericordiâ ita compleatum est, ut constitutis illis in oratione S. Basiliâ migraret ad Dominum. Quam B. Iulianus tradidit sepulturæ dignissimè, & die noctuque memorie eius excubias spirituales adimplens.

16 Ipse verò cum choro Sanctorum florebat gratiâ Dei concessâ, ut nullus esset inferior qui non alterum præcederet in virtutibus. Multa enim signa sanitatum

*Iulianus
rum suis
fancitatem
& miracu-
lum clau-
ret.*

tatum per eum, vel per eius discipulos, Dominus operabatur. Nullum ibi inuenit sol irascentem, nec reliquit. Si quis, ut fieri afferat, alicui in verbo contumeliam irrogasset, non capiebat cibum, humiliati & fletibus studens, quousque caritatem reneceret. Ethoc studio laborabant, ut per orationum fructus Deo sacrificium laudis offerrent. Lætatur Pater in hoc studio filiorum. Tunc unusquisque eorum se dicebat incipere quando finiebat. In hac sanctâ congregatione numquam diabolus potuit aliquem irretire, nullus à caritate discessit, optabant singuli magis aduersa quam prospera, omnes illud expectantes præmium, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.

a quidam Syriæ. *Metaph.* Orientis. *ut dictum in prolegomenis num. 10.*

b ms. S. Max. vigoris. ms. Rip. gregis. *Metaph.* fidei tua signum, ac murum.

c Reginam enim significat Barisiora, & Barisias.

d *Metaph.* gaudebat valde, quod Domini nostri Iesu Christi vultum & characterem splendidum & instar solis exorientis effulgenter, vidisset.

e *Metaph.* animas nostras purgatas habentes, illius signo imprimamur.

f *Idem:* purgamus pura illa aqua, & actionibus insistentes, Deo ipsæ tales nos offeramus (hoc autem si cum fide petierimus à Domino imperabimus) ut peccatorum maculis purgatae, ad cœlestia illa regna peruenire possimus, ubi est Spontus noster Dominus Iesus Christus. Quamobrem vos hortor, &c.

g *Metaph.* ignea. h *Al.* superare iussisti.

i *Al.* libido. al libidinose. *Metaph.* serpentis voluptas.

k ms. S. Max. cruciare. al. luere.

l *Alij cum Metaphraſte,* latare. m *Al.* iustitia.

n *Al.* superbus fuisset. o ms. S. Aud. eum caritati adneceteret.

C A P V T I V.

S. Iuliani captiuitas. Sociorum combitorum martyrium.

*Marcianus Praeses
iubet com-
prehendi
S. Iulianum
cum suis.*

17 *H*æc agebantur in ciuitate Antiochiâ, quæ est metropolis Ægypti. Quid multa? In tempore illo vis persecutionis inualuit. Adueniente autem Præside Marciano in eamdem ciuitatem, ita furor sacrilegus exarsit, ut non villa, non vicus remaneret, ubi non idolum erigeretur, ut si quis emere vel videret voluisse, primùm idolis immolaret. Vrgetur ciuitas iussu Præsidis, ut unusquisque in domo imaginem eIouis erigeret. Ipse autem Marcianus cum uxore & vnico filio erat dux perditionis. Audit Præses B. Iuliani fidem, & quia multis fecūdū secundū de cœli etiam omnibus suis secundū decreta inuicissimorum Principum diis immolarent, ne diuersas luerent poenas. Assessor vero cum corniculario, & Principe, & primatibus ciuitatis perrexit ad locum ubi S. Iulianus Deo vacabat, quod multitudo Sacerdotum & Leuitarum vel omnium ministrorum Ecclesiæ confugerant, rabiem persecutionis declinantes. Tunc nuntiatur S. Iuliano Assessorem & Principem cum primatibus ciuitatis pro foribus esse: ipse vero dixit ad eos qui erant congregati: Nunc, fratres, confortemus nos in Domino, quia appropinquauerunt persequentes nos, qui querunt velut aqua absorbere nos. f Armate frontem vexillo sancte crucis, & scuto fidei firmate peitora. Iuber itaque eos ingredi, & quia erat g Prioris ciuitatis filius dignè honorabat eum ordo ciuitatis.

18 Dicit ei Assessor: Puto non latere te, Iuliane, sacrisimorum Principum decreta, quibus mundo subueniunt, ut vna apud omnes homines sit cultura deorum. Nam dominus noster Præses Marcianus audiens te nobili genere ortum, hoc pro sua sapientia decrevit, ut secundum moderationem legum, cum gratia conueniaris: quam legem Dominorum Principum habeo præ manibus tibi recensem, ex cuius salutiferis di-

Tom. I.

Etis veritate compertâ, reddas te generi tuo, vt propriis Ex mss. bonis fruaris, & opes & Principum amicitias conse. *Iulianus* coram Af- quaris. Julianus respondit: Sapientiam tuam credo nō *sefore ge-* latere, quia serpens non mouetur ex propriâ sede, nisi *nerose fid* ex ore incantantis & verborum cognoverit carmina proficiuntur. Nam sicut non proficit, nec valet mouere serpentem, b qui carmina nescit; ita nec decreta Principum, nec philosophia Iudicis, qui in temporalibus temporalis i agnoscit, valere poterit Christianas mentes ad dæmonum inclinare culturam. Assessor dixit: Ergo contemptis audire Principum iussa, Julianus respondit: Audiant Principum iussa, qui ipsi militant; nos autem, qui Regem habemus in cælo, terrenum Principem non audimus. Assessor dixit: Et hoc potes gestis & ediceret k Julianus respondit: Ipsi gestis aliquid prosequantur, qui in hac vitâ spem habent; nobis autem, quibus crucifixus est mundus, quid cum foro? Assessor dixit: Ut video, de te desperasti, ne viuas; vel istius multitudinis, quam tibi aggregasti, miserere. Julianus respondit: Istius multitudinis vota simul mecum pendent in Dei arbitrio: qualem audis me loquētem, tales sunt omnes isti tacentes. Vnus est Dominus, quem confitemur, qui est Christus filius Dei viui. Assessor dixit: Hæc quæ prosequeris, renuntio domino meo Præsidi. Julianus respondit: Quod verius cognouisti, occultare non debes. Nos vero parati sumus temporalem magis sustinere mortem, ut in æternum viuamus. quam pro vitâ temporali æternæ morti mancipemur. Assessor dixit: Audio etiam Episcopos & omnem Clerum tecum aggregatos; numquid & ipsi discipuli tui effecti sunt? Julianus respondit: Hi discipuli non sunt, sed Patres; pet ipsos enim veram natuitatem suscepimus: pro quâ redignum est, ut filij cum Patribus, & Patres cum filiis pergent ad regna cœlorum.

19 Rediens ad Præsidem Marcianum Assessor, omnia quæ gesta fuerant intimauit. Tunc Marcianus Præses consilio diaboli armatus, hanc dedit auctoritatem, ut Julianum solum suos obtutibus, suæque audiencie reserarent; multitudinem verò Sanctorum eodem loco, in quo degebant, & laudibus Dei vacabant, iussit *socij pro incendio concremari.* Impletur iussio Præsidis, & *fide com-* omnes Sancti ibidem in igne consumpti sunt. In quo *burunrus* loco talis diuina gratia collata est, ut usque in hodie *miraculis illustrans* diem omnes prætereuntes tempore psallendi *tur.* tertiam, sextam, nonam, vespertino, nocturnos, matutinos hymnos, ita audiant multitudinem psallentium, sicut in corpore manentium: & si quis his temporibus æger aduerit, quantumcumque fuerit ægritudine oppressus, abscedit in nomine Domini nostri Iesu Christi sanus.

a Sequentia de / sunt in *Metaph.* apud Lipomanum suppleta, à Sur. ex mss. Latinis.

b Quodam mss. & Sur. Syriæ.

c Alius Marcianus, Paulo Morigie Martialis dicitur.

d Breuiarium vetus Audomarense, ab Antiochâ.

e Momb. Cœsarii.

f *Al.* videamus quod responsum daturi sunt nobis. Tunc

g Sur. primarij viri.

h *Al.* vera. i *Al.* tempore. k *Al.* dicere, docere, ediscere.

l Perispicere hic licet antiquam consuetudinem horarum canonarum, Tertia, Sexta, Nonæ, &c.

C A P V T V.

S. Iuliani in blanditiis Præsidis constans.

20 POSTE A QVAM sancti Martyres, velut aurum petignem probati, migrassent ad regna cœlorum, nuntiatur Marciano Præsidi impleta esse omnia quæ *Iulianus* præceperat, & Julianum sub custodiâ detineri. Tunc *sibi* exarsit inimicus & sequenti die tribunal sibi præparari *Præsidii*, iubet in foro. Illico Præsidis præcepta complentur: concutrit vndique omnis ætas, omnisque sexus aduenit, ut B. Julianum pro nomine Iesu Christi, & in cuius amore pendebat, viderent cum diabolo dimicare. Tunc *Præ-*

ces

Ccc 2

Ex mss. **f** sessub voce b præconariâ iussit eum intromitti. Quem cùm vidisset Præses dixit: Tu es Julianus, præceptis Principum rebellis, & diuinorum numinum contumax? tu es qui innocentium multitudines magicis artibus aggregas, & omnium mentes immitas. Ad hęc B. Julianus studebat silentio. Ad quem iterum Præses dixit: Vt video, reatu tuo oppressus, nihil ad ea, quę te interrogo, respondes. Julianus sanctus dixit: Ego rebellis & sacrilegus numquām fui, sed legi diuinæ, in quā regula vita continetur, semper parui. Quid autem silentio me studentem miraris, tecum loqui confundor, quem video mendaci fallaciā sic inuolutum. Nam Imperatorum tuorum lex quomodo esse sacra poterit quæ sacrilegium operatur? Marcius dixit: Doleo super te, quia te sic video magicis artibus occupatus, vt nō intelligas, quantam vim habeant Principum iussa, per quæ obediens consequitur laudem, & Imperatorum meretur amicitias; inobediens autem, sicut tu dignoscis, pœnæ subiacet & tormentis, & mortis hæres efficitur. Nam audio te tam nobili familiâ ortum, vt adhuc natalibus tuis parcere dignoscas: pro quā te horror te fū filium meum, vt ad laudem generis tui diis thura offerre lætus properes.

21 Hæc audiens B. Julianus respondit: Malitiâ tuā cœcatus es, idē non re&te ordinem prosequeris, vt intelligas quæ sit laus generis mei. Tu falsè mihi blancreta Ca- diendo suades, vt dīs quos colitis thura offeram, vt gloriam & amicitiam Principum merear adipisci. Vos noscimini multorum deorum dearumque esse cultores, nos verò Trinitatis unicae veri sumus cultores. Dij vestri aut ærei sunt, auctapidei; si ærei sūt, satis meliores sunt illis g. cucumæ, quæ ad vīs hominū ex ipso metallo sunt; si lapidei, respuendi sunt, quia ex ipsis lapidibus placeæ stiuntur ad euacandum lutum. Et cùm fuerint homines, quos colitis, ex quolibet metallo aut conflati aut sculpti, dicitis eos sacrificiis cœlestibus placari, vt per hæc sint propitijs his qui eos colunt. Nos autem, qui vnum Deum, qui est in celis, colimus, dicitis magicis artibus esse occupatos, pro quā te torqueri nos iubetis veri Dei cultores. Vnde debes scire quæ neficias, quia sicut non est societas luci & tenebris, nec firma habitatio agni cum lupo; ita non potest fides nostra subiugari imperio vestro vel dæmoniis vestris. Præses dixit: Mihi non verbis iussum est agere tecum; sed audi quid iubeant inquietissimi Principes, vt ex eorum lege cognoscas, quid te agere oporteat.

22 Julianus sanctus dixit: Quid iubeant audiui, quid autem me oporteat facere salutari consilio definiui. Turpe est enim grege præmisso pastorem minimè sequi. Præses dixit: Illi, quos memoras, pro errore suo dignam consecuti sunt mortem: tu autem, vt euadas tormenta, quæ contemptoribus debentur, & generi tuo & natalibus tuis restituatis, hoc elabora. Julianus respondit: Labora pro te vel pro tuis, quos ita sibi diabolus fecit hæredes: pro me autem sollicitus est Dominus meus Iesus Christus, qui me ex limo terræ formauit. Præses dixit: Sic tecum debeo agere, quasi cum infirmo cardiaco medicus, quoadusque sanitatem recipias. Quod si te sanum reddidero, & diuinorum numinum cultorem perfecero; magnum mihi apud Principes amorem collocabo. Nam & ipsi Domini rerum multū tuæ vespasiæ condolent. S. Julianus respondit: Numquām auditum est, vt cœcus illuminet videntem, & morbidus curet sanum, & errans corrigit recte gradientem. Præses dixit: Ergo vt dicas, cœcus sum, & morbidus, & errans, qui saluti tuae cupio esse consultum; & tu solus plenam obtines sanitatem? Julianus sanctus dixit: Hæc omnia in te dominationem habent. Quod si velles te cognoscere ex toto corde, & requirere salutem tuam, non te horreret medicus noster, per quem omnes Christiani verissimâ obtinent sanitatem. Quos autem colitis, dæmones esse manifestum est, qui ubi credentes perdere possunt, liberare non valent.

*Blanditias
Præsidis
reiicit.*

a Al. in cuius amore penderant, viderent, &c.
b Al. terribili. c Ms. R. p. sacris legibus.
d Al. regalia virtutē mandata. e Sur. Imperator velit.
f Al. cum filio meo.
g E. cœcum vas areum, in quo aqua calefit, aut aliquid māceratur; aliquando tugurium significat.

C A P V T V I.

S. Juliani cruciatus. Miracula idolorum destructorum, excusi & restituti oculi. Martyrium sanati amici Præsidii.

23 **T** V N C P ræses iratus exclamat tortoribus: Extēdarur ad verbera, vt vel sic stultitia eius omnibus manifestetur. Julianus respondit: Non est stultitia, Deum nosse, sed gloria. Tu autem secularibus oppressus illecebris, quid sit congruum non agnoscis. Præses dixit: Extendite eum, & fustes rigidos nodosolqne af-

Caditur
fusibus:
percussorē
eruitur
oculus.

ferte, & omnia membra eius dissipate. Et cùm ita factū esset, vñus de a cœdētibus iētu percussus oculum eruitur oculus. amisit, & hic erat de necessariis Præsidis, & Imperatoribus notissimus. Hoc videns Præses, infremuit, dicens:

Tantum valent magica tua vt nihil lentias pœnarum,

& alias oculos euellas?

Iulianus respondit: Marciane, vides quia hoc est, quod superius dixi, cœcus, morbi-

dus, & errans es. Tandem amotā sauitiā tuā, quā in me

baccharis, audi quæ loquor. Præses dixit: Si pro salute

tuā est, audiam libentissime. Julianus respondit: Con-

uoca omnes quos habes deorum dearumque proba-

tissimos sacerdotes, & inuocent nomina deorum suo-

rum & dearum super oculum euulsum, vt restituant

cultori suo vīsum. Cū ergo non valuerint, ego nomē

Domini mei Iesu Christi inuocabo, & non solum ocu-

lum euulsum, sed & cordis oculos illuminabo.

24 Tunc Marcius tam verâ ratione confusus, iu-

bet omnes Pontifices adesse, & dicit eis: Ite & immor-

tales deos sacrificiis opimis honorate, vt huic rebelli

suo Juliano ostendant virtutem suam, & homini mihi

necessario oculum reformantes, & ipsum suæ culturæ

inclinant. Ingregiuntur autem lapides ad lapides, lapi-

Demonum
vires eli-

dis iussa compleentes. Qui cùm ritu illo nequissimo dæ-

monia appellarent, huiusmodi accipiunt responsum in dit.

tempis: Discedite à nobis, quia nos igni æterno man-

cipati sumus. Tantum enim valet Juliani deprecatio

ad Deum, vt à die quā b à vobis tentus est, nobis pœna

centuplicata sit, & cùm in tenebris clausi retineamur,

quomodo vīsum reddemus, quem non habemus? Tunc

egrediuntur sacerdotes falsa promittentes. Sanctus au-

tem Julianus, quem nihil latebat, oratione factâ dicit

ad Præsidem: Marciane, festina celeriter ingredi, in

templum, vocant te dij tui. Tunc Marcius, licet non

voluntariè, sed inuitus, venit ad templum, vedit quo-

Eueris
que omnia simulacra crystallina, & electrina, vel aurea, idola.

aque argentea, vel ex omni metallo, quæ amplius

quam c. quinquaginta dignoscabantur, ita cōminuta

& in puluerem redacta, vt qui fuerint omnino non ap-

pareret. Præses ista videns cœcatus à diabolo clama-

bat: O maleficia! sic præalent apodixes carminum, vt

vires deorum superent, & pretiosa numina in pulue-

rem redigant? Sed hæc deorum patientia laudabilis:

adhuc iniurias sibi irrogatas sustinent, vt rebelles suos

patientiâ sibi subiungent. Hunc autem videamus si pol-

litionis suæ implet effectū, vt oculum extinxerit,

solâ inuocatione nominis Dei sui valeat reformatre.

25 Et dixit ad Julianum: Patientissimos deos su-

perasse te gloriaris, quorum pietatem erga te minimè

cognoscis: nunc sopito multiloquio promissum imple,

vt in nomine Christi quem colis, oculum extinxerit,

restituas. Sed ne hoc magicis artibus exerceas, lotio te

perfundi iubeo, per quod omnia maleficia fugari co-

gnoscuntur. Julianus respondit: Hoc quod facturus es,

non ad iniuriam mean, sed ad laudem Domini mei balsami.

proficiet, vt & oculum pristinæ sanitati restituat, &

putens lotum in odore in conuertat nectareum. Cum-

que eum persunderent, ita completum est, vt dixerat,

ut non lotio, sed balsamò eum putarent perfusum. Ad quod miraculum, licet incredulus, Marcianus tabescerat.

26 Tunc S. Julianus super oculum extinctum, crux Salvatoris nostri faciens, & nomen Domini intonans, statim ita restitutus est oculus, quasi nihil fuisset passus. Sed haec omnia non Dei virtute, sed magicis artibus facta esse credebat impiissimus Marciap. Ille verò recepto oculo clamabat: Verè Deus est Christus, ipse solus colendus est, solus adorandus. Dij autem stum confititum verè dæmonia esse manifestantur. Quem talia proseruentem iussit Marcianus gladio interfici. Quem nullus dubitet, sanguinis sui vndā perfusum, Dominum Iesum Christum sibi Martyrem consecrassé, ad laudem & gloriam nominis sui, Amen.

a Quadam mss. sedentibus.

b Al. ad hanc patibula comprehensus est. al. ad hoc patibulum raptus est. c Al. quingenta.

C A P V T VII.

Conuersio Celsi filij Præsidis.

Celsus videt S. Julianum ab Angelis coronari,

27 S A N C T U M verò Julianum iussit impiissimus Marcianus diuersis pœnis afflictum, & vinculis fetris per omnes artus oneratum, sub voce præconiâ circuire ciuitatem, dicens: Hæc merentur rebellis deorum, & Principum contemptores. Cumque venirent ad locum, vbi filius Præsidis studebat litteris, tunc puer ad condiscipulos suos dixit: Miram rem video. Qui dixerunt: Quid vides? Et ait: Ecce video reum istum Christianum, quem milites ducunt ore frænatū, multitudinem albatorum cum eo loquentem, & coronam de lapidibus pretiosis & auro super caput eius ponentes, cuius splendor aëris huius lumen obtundit; & alios tres viros, albescientibus comis, aureoque a vultu, in similitudinem aquilarum, super eum excubias celebrantes. Et hoc mihi videtur, quia dignum est huic tali Deo credere, qui sic suos cultores tuetur, & illos tali decore circumdat. Nam credite mihi Fratres, quia in eius confessione delector, & talia pati desidero, si veller: Deus eius esse Deus meus.

conuertitur ad Christum,

28 Hæc audientes condiscipuli eius vel magister, turbati sunt valde: quem blando sermone corripientes, ab intentione reuocare volebant. Timebant enim, quia vnicus erat patri. Dixitque puer: verè magnus est Deus Christianorum, in quem credere consilio salutari decreui. Ipse est verus Deus, qui credentes in se non deterit. Quæ est enim gloria vitæ huius? Sicut uter vento distentus plenus apparet, & intus est vacuus; ita & gloria seculi huius, in quâ nos temporalem habemus b lætitiam, & æternam Dei potentiam non agnoscimus. Volumus dominationem exercere, & dominatorem e verum, qui est in cælis, corde incredulo voluntariè non cognoscimus. Quantò meliora sunt nobis pecora, iumenta, vel canes, qui voces vel iussum dominorum suorum audiunt, & iniurias ipsorum mortisibus vel calcibus viridicant? Nos verò rationabiles facti Creatorem nostrum, lapides & ligna colentes, non agnoscimus. Sufficiat mihi hucusque errasse, iam non errabo. Quod mihi defuit, ostensum est: tempus acceptum inueni: quare non elaborem ut acquiram tempus sine tempore, fruar luce sine fine, & contemnendo diuitias labentes, æternas acquiram? Nam impedimenta huius mundi separant à Deo. Potestas verò temporalis, vel quælibet dignitas successione finitur, & vita ipsa morte excluditur. Illi debeo credere Deo vero & sancto; in cuius regno si militauero, nullus veniet mihi successor: cuius æternitati si sociatus fuero, casibus æternis non subiacebo, nec mortem pertimesco. Hæc est gloria & nobilitas generis, pro tali Deo pati: pro quo dum torqueor, numquam deficio; quem cum cōfiteor, numquam derelinquo.

Tom. I.

29 Hæc dicens filius Præsidis proiecit volumina ex his, doctorum, & ipsas vestes, quibus induitus erat; à se iactauit, dicens: Polluta vestimenta ad Dei hominem liberos eis properantem prolicere necesse est: nudum me mater-nus vterus huic seculo fudit: quod in mundi est, mundo vestes proicit, adiungitq; relinquit. Et per plateas ciuitatis cursum atripuit, se S. Julianus quoisque ad locum vbi S. Julianus torquebatur, veni- no. Ita enim iusserat iniquissimus Marcianus, ut per omnes plateas & vicos ciuitatis diuersis pœnis affligeretur. Tunc puer prostratus pedibus S. Juliani clama-bat: Te d'agnosco patrem secundâ natuitatis, quem d mihi Dominus Iesus Christus, sic clarificatum ostendit: Marcianum verò genitorem meum, iniamicum ve ritatis, Dei seruorum persecutorem, abngeo & despicio. Tibi adhærens opto pro Christo & Saluatore meo, quem usque in hanc diem ignorauit, similia pati. Hæc videntes ministri pœnarum, vel milites, stupore perterriti contremuerunt, & eterno eorum defecit. Doctores verò studio rum fugere quærebant. Tota quoque ciuitas utriusque sexus ad spectaculum tantæ rei concurrebat: omnesque hæc audientes & viden tes tremor inuasit, cognoscentes filium Præsidis S. Julianus sic adhærentem, sic vulnera eius osculantem, talia proclamantem, obstupecebant. Tunc venerabilis puer dixit: O vniuersi populi agnoscite me, quia ego sum Præsidis filius, qui cum impiu patre Sanctorum veneranda corpora, licentia paternæ potestatis elatus dissipabam. Sed hæc, quæ miramini, immutatio dexteræ Ex celsi laudabilis est. Hæc feci ignorans Deum: ast ubi cognoui Deum, immo cognitus sum ab eo, diis abrenuntio, patrem & matrem abngeo, diuinitas superfluas respo, Christum confiteor, B. Juliani me f vel sequipedem protestor. Quid tardatis ministri vel milites? Ite, nuntiate parentibus meis, me Deum verum cognouisse, & huic adhætere, quem veri Dei cultorem esse cognoui.

30 Innotuit factum omni ciuitati, totamque pro uinciam peragrauit; nuntiantur hæc patri eius & ma tri. At illi audientes, vt cera igni tabuerunt. Et quia confluxerat innumera multitudo populi, Præses iubet filium suum, à S. Juliano segregatum, sibi restitui. Domini verò misericordia ita affuit precibus S. Juliani, ut si quis vellet manum extendere, vt eum apprehenderet, & separaret à complexu S. Juliani, statim brachia & manus eius contraherentur.

31 Reperit factum pater, & iubet eos simul ad se perduci. Cumque eius aspectibus fisterentur, ait ad B. Julianum: Tu es qui spei meæ fructum magicis artibus auferre contendis? qui tenerum peccatum illicitis carminibus alienasti, & genitorum affectionem negare compellis? Hæc patre pueri dicente, mater aduenit cū omni familiâ suâ utriusque sexus, circiter quinque milibus, crine soluto, vberibus nudatis, lacerato pectore, & voces dabat ad cælum. Tunc Præses hæc videns, scissis vestibus & laceratâ facie clamabat ad B. Julianum: Iuliane crudelis aspice dolorem pannis & matris. Aspice tantæ familia planctum, & magicis artibus sole innocentiam, vt & nobis vnicum reddas filium, & huic tantæ familiæ restituas dominum, & pro te Imperatoribus suggeram, vt culpâ vacante abscedas. Julianus respondit: Suffragis tuis opus non habeo, nec ab Imperatoribus tuis dimitti desidero. Sed hoc oro Domi nū Iesum Christum, vt vna cum isto agno de luporum visceribus nato, vel omnibus qui credituri sunt, martyrio completo suscipias in eorum numero, quos tu in innocentia viuentes, crudeli incendio concremasti. Nā ecce adest, qui ex te natus fuit, & modò mecum credendo renatus; ætatem habet, ipse tibi responsum dedit, ipse genitricis aspiciat lacrymas, ipse vberibus, quibus nutritus est, doleat mortisibus & cæde consumptis.

32 Ad hæc venerabilis puer dixit: Contingere solet, Generosus vt de spinis rosa nascantur; nec amittit odorem sua vestes, respondet Celsus pœnsum rosa nata de spinis; nec frutex, qui genuit rosam, rentibus.

CCC 3 sp̄

Ex mss. spinarū amittit aculeos : vt consueuistis parentes pungite, & me odorem suauitatis creditibus permitte propinare. Vobis obedient, qui perire parati sunt; me imitentur, qui de tenebris ad lumen transire contendunt. Hoc scire debetis, quia ego pro Christo Domino meo vos parentes abngeo ; & vos propter deorum vestrorum culturam, filium tormentis affligite. Credo enim per ista tormenta, & per temporalem mortem, vitam æternam acquirere. Nec possum in vos pius esse, & in me crudelis existere : nec amore vestrum g Dei amori præponere. Quid moramini ? Accede tu Marciiane quasi incredulus & crudelis pater, non quasi verus Abraham, apprehende gladium & Christo filium victimam offer. Sed si te viscerum pietas mouet, dirige me ad summi Principem tuum, vt ego pro Domino meo Iesu Christo, ornamenta martyrij plenius adimpleam. Nam vani & inanis sunt singultus vestri, & falsæ lacrymæ. Ceterum ab hac confessione pietatis nullus me valebit disungere. In hac parte omnis definitio Philosophorum cessat. Abscedite à me. Paternum nomen & maternum Christi nomini non præpono.

a Al. volatu. b Al. licentiam. c Sur. rerum.
d ms. desidero. e Al. sensus.
f Al. pedisquam. al. lequipedam.
g Al. æternæ lætitiaz.

C A P V T VIII.

Conuersio xx. militum. Aduentus vxi fratrum Christianorum, & Antonij presbyteri in carcerem.

33 **H**æc audiens Præses, exclamauit: Custodiâ pri-
uatâ recludantur, & quæ necessariæ sunt opes subministrantur eis. Audiens beatus puer, & B. Julianus, dicunt Præsidi: Opes, quas patari iubes, tibi con-
sentientibus impendi præcipie; nobis vita Christus est. Hæc audiens Præses, tremuit vt leo; & existimans eos poenâ terri, quos blandimentis non valuit obtinere, iussit eos in carceris ima recludi, vbi de damnatorum membris diuturno tempore consumptis horribilium vermium examina bulliebat, & odor omni fætore ne-
*Carcer il-
lustratur,
& Iunii
odore re-
pletur.* quior. Introducuntur beati Martyres: quos præcedens gratia Domini locum horrendum delectabilem reddidit, tenebras conuertit in lucem, exhibens cereorum officia, noctareum odorem reddens: ebulliens verò poena euauit.

**Milites
20. con-
uertuntur.** **34** Hæc videntes milites numero viginti, qui eos custodiæ mancipandos adduxerant, conuersi ad inui-
cem, dicunt: Pudoris est vt ferreum pectus possideamus. Numquid iustum est vt ab hac luce ad tenebras redeamus, de vitâ ad mortem, & de odore nectareo ad horrendas effusiones sanguinum, & à tali patre monéte ad Iudicem irascentem; à veritate ad mendacium, à sobrietate ad ebrietatem, à castitate ad libidinem? Turpe est reuerti & esse quod suimus, & negligere salutem, quam inuenimus. Hæc dicentes, ad pedes voluntur S. Juliani, laudantes & confitentes Christi nomen. Tunc B. Julianus cum venerabili puero gratias Deo referebant. Audiens hæc itaque Marcianus, præponit cu-
*Pueri 7.
Christiani
cum Pre-
sbytero di-
carcerem
inducuntur.* stodiæ crudelissimos custodes, quoadusque muneribus præparatis, omnibus poenâs inferret. Sanctus verò Julianus sollicitus pro salute eorum, quos Christo acquisi-
fiera, orabat Dominum vt procuraret qualiter bapti-
smi gratiâ firmarentur. Nec hoc silebo.

35 Aliud magnum donum in eadem ciuitate con-
cessum est. Ante tempus persecutionis, Imperatores Diocletianus & Maximianus quemdam Ptiorem ciu-
*Pueri 7.
Christiani
cum Pre-
sbytero di-
carcerem
inducuntur.* tatis vnicè diligebant, quia de genere & Carini Impera-
toris descendebat. Hic defunctus Christianus cù uxore suâ, septem filios Christianos superstites reliquit: quos presbytero di- Imperatores retinentes amore patris eorum, iusserunt iunitus in eos sine aliquâ persecutione Christianas religioni de- seruire. Hi habuerunt secum Presbyterum, qui eis my- sterioria sancta celebrabat. Hi visitantur à Domino, & iu-

bentur vna cum Presbytero carceré petere, vt baptismi gratiam venerabilis puer Celsus & milites conse-
quentur. Statim sancto præcepto obaudient, & dum ad carcerem veniunt nocte, vident Angelum Domini ante se præuentem: qui mox vt tetigit ianuas, omnia clau-
stra aperta sunt. Ingressi verò & orantes simul cum B. Juliano, Deo vota persoluerunt. Tunc illi septem fratres cum Presbytero Antonio, videntes tantum splendorem gratiæ clamauerunt, dicentes: Ecce adsu-
mus: Dominus nos huc direxit cum Sacerdote suo, vt omnes baptismi gratiam consequantur, & nos tirones per te Pater Julianus, in agone martyrij Christo verissi-
mè militemus. Hæc audies B. Julianus, dixit: Gratias ti-
bi ago Domine Iesu Christe, qui ita dignatus esimple-
re desiderium meum, vt, quos per me acquisisti, per baptismi gratiam vera fidei membra confirmetur: &
hi, quos b pietas impia Imperatorum, quasi agnos inter-
tanta agmina luporum, reliquerat, ad tui sancti nomi-
nis confessionem mereantur peruenire.

36 Nuntiatur hoc factum impio Marciano, septem germanos sine aliquâ persecutione remissos, S. Juliano sociatos, oprantes mori pro Christo. Audiens hæc Præ-
ses contremuit, & iubet duci de custodiâ, & eos sic al-
loquitur: Quid vobis contigit infantuli, quos ita Prin-
cipes tuentur & diligunt, vt arbitrij vestri essetis & re-
ligionis vestrae cultores? Quid patimini sine aliquâ per-
secutione optare mori, quibus concessum est viuere?
Si ego maleficiis filium amisi, & militum mentes ne-
scio quibus carminibus mutatae sunt; quare vos, qui in
vestro arbitrio constituti estis, vltro properatis ad mor-
tem? Audite me, & estote securi, vt fuistis. Ad hæc ve-
nerabilis fratum senior respondit: Præses audi, quæ à Præsidi ra-
me dicuntur. Præses dixit: Dic ergo, vt audiam. Puer ^{tionem sui} in carceris aduentus.
dixit: Massa auri naturâ suâ obtinet claritatem, sed nisi per manus artificis, igne, & limis, & malleo in partes dissecetur, diadema regni in capite Regis non perfici-
tur: ex ipso metallo auti, industriâ artificis, & per ignem
& malleum, diuersarum ornamentis margaritarum, &
lapidibus pretiosis, componitur diadema, vt omnes
qui vident mirantur. Sicut auro naturâ suâ splendido
diuersarum margaritarum & lapillorum natura adha-
rens; ita sumus & nos nati de Christianis: sed nisi ipsa
natiuitas in publico fuerit omnibus manifestata, in oc-
culto non coronatur: & nisi Juliani vestigia immacu-
lato e calle secuti fuerimus, in diademate æterni Regis
Domini Christi esse non possumus. Satis horrenda est
arbor, quæ foliis vernali, & cultori suo poma non ex-
hibet. Hæc audiens Præses iubet eos in custodiâ redu-
ci, in quâ pro eis S. Julianus & omnes Sancti Deum de-
precabantur, ne serpentis falsa blandimenta innocua
peccata declinarent ad verba maligna. Ita suscipiunt
lætos, de quibus erant suspecti.

a Carinus an. Ch. 282. creatus Imperator est cum fratre Nume-
riano à patre M. Aurelio Caro, & occisus est apud Margum Mæsi
oppidum an. Ch. 285. b Sur. impietas Imperatorum.
c Al. corde. d Sur. Creatori.

C A P V T IX.

Mortui suscitatio, & ad Christum conuersio.

37 **T**unc iniquus Marcianus suggestionem fecit Imperatoribus, dicens: Piissimi Principes sub-
uenite legibus vestris, & diuinis numinibus, quæ re-
manerunt, præbete munimen: & magum Julianum
vestris obtutibus præsentate, qui magicis artibus amplius quâm quinquaginta deorum simulacra, per quos
mundus florebat, comminuit; filium à me vnicum se-
parauit, & militum mentes nescio quâr arte immutauit: *Ex rescri-
pro Imper-
nam & septem germanos, quos clementia vestra legis ratorum
suâ iussit esse cultores, magicâ arte subuertit, beneficis comburi-
vestris fecit esse ingratis. Pro quâr re quid velitis, iussu
vestro decernite. Tunc Imperatores hanc dederunt au-
toritatem Marciano, vt si Julianus cum sociis suis in
hac*

hac confessione permaneret, ad exemplum aliorum conuocatā vniuersā prouinciā, singulis singulas iubaret p̄parati cupas & intus picem, sulphur, & bitumen immitti, & singulos in easdem recludi, & igne suppōto concremari. Quod si aduersus hēc carmen magicae artis p̄ualerer, haberet licentiam, quibus vellet p̄enitē eos affligere.

*Intrepidi
sistuntur
Præsidī.*

38 Acceptā hac auctoritate Præses iubet sibi in foro sedē parari. Aliā verō die cūm sedisset, iubet S. Julianum cūm sociis suis aspetibus sisti, quibus Marcianus: Nihil pro vestrā salute tanti temporis spatio cogitasti? Julianus respondit: Cogitatio nostra, quæ est ab initio, in quo cœpit in hoc & finiet. Tu si aliquid ex cogitasti p̄enarum, exerce. Præses dixit: Quod cogitavi, ego adimplebo. Et adiecit: Audistis quid de vobis determinauerunt iniustissimi Principes? Cui venerabilis puer Celsus dixit: Audisti & tu, nec nominande, nec dicende, nec audiende pater, p̄enam quam præparauit Deus patri tuo diabolo & vobis qui effecti estis ministri eius. Et subsecutus S. Julianus dixit: quod iusserunt Principes, imple: nam nos audire non delegamus.

39 Cūm ista dicuntur, & illa audiuntur, per platem corpus exanime ferebatur sepulturæ mancipandum. Tunc Præses corde cœcatus, iussit reuocari corpus, & in medio foro deponi. Omnes verō, qui hēc videbant, stupore nimio tenebantur. Tunc Marcianus ait ad S. Julianum: Magister vester Christus dicitur, quod antequām crucifigeretur mortuos suscitabat; hēc apparet, si verè Deus est, si vos istum mortuum, sicut magister vester fecit, suscitaueritis. S. Julianus dixit: Quid prodest cœco, quando sol exoritur? Præses dixit: Hic nunc parce fabulis, & si quid p̄ualest tu, aut Deus tuus, istum mortuum suscita. B. Julianus respondit: Licet infidelitas vestra hoc non mereatur à Domino, tamen quia nunc tempus est, ut virtus Domini manifestetur, & ne hoc impossibile putetis; fidele habeo promissum, Domini mei, credens quia quidquid eum peto, non me fraudabit. Statim autem Julianus oculos in cælum defigēs ferme horæ vnius spatio, facies eius mutata est & facta est vt nix, & his verbis coram omnibus fudit orationem ad Dominum dicens: Domine Iesu Christe, qui es verus filius Dei viui, qui in principio natus est de Patre sine tempore, & in nouissimo mundi carnem de virgine assumpsti sine semine, aspice de summitate cælorum tuorum, & ad confusionem inimicorum tuorum, & ad corroborandam fidem in te credentium hēc quæ operatus es positus in terris, exaudi trunc de cælis, & suscita hunc mortuū, vt viui non moriantur, sed mortui reuiiscant. Et completā oratione ait ad corpus: Tibi dico, terra arida, in ipsius nomine qui Lazarum quadriduanum suscitauit, ipse tibi imperat, surge. Et cūm hoc dixisset, surrexit qui erat mortuus, & voce magnâ clamabat: O acceptabilis oratio! O immaculata virginitas quāta meretur! Quod ducebar, & vnde reductus sum?

40 Cœcatus verō Marcianus irridens dicebat ad eum: Quod ducebaris & vnde redisti? Tunc ille, qui fuerat defunctus, dixit ad Præsidem: Permitte me ordinem prosequi. Præses iterum irridens, dixit: Prosequere. At ille: Ducebar nescio à quibus Aethiopibus, quorum statura erat vt gigantum, & aspectus horridus, oculi vt fornaces ignis, dentes vt leonum, brachia vt trabes, vngues vt aquilarum, in quibus nulla misericordia erat. Hi melætantes ducebant in infernum: & cūm iam prope os putei abyssi essent, adhuc expectabatur, vt caro mea redderetur terræ, ex quā sumpta est. At vbi tu Præses corpus meum fecisti reuocari, & vbi B. Julianus pro me orationem fudit ad Dominum cælorum, infernus omnis conturbatus est, & vox de throno Dei audita est, dicens: Propter dilectum meum Julianum reducatur huius anima, quia in nullo eum volo contristari, in quo sic ego & Pater meus & Spiritus sanctus

*S. Julianus
mortuum
resuscitat.*

*Rei scita-
tus narrat
scatum al-
terius vi-
ta.*

lætamur. Et venerunt duo albis induti¹, & tulerunt me *Ex mss.* de dominatu eorum, & huic luci reddiderunt. Nunc ergo obsecro te, per eum qui me suscitauit, vt agnosca verum Deum post mortem, quem viuus negabam. Hec *Fit Chri-* audiens Præses & videns, turbatus est; & ne diffensio *fianus.* fieret inter tantas multitudines, iubet eum cum Sanctis in custodiā recludi, & claustra annulo suo signari. Quem Julianus fecit baptismi gratiam cōsequi: & cum ipsis in martyrio cœpit agonizare.

a *Ad matrem.*

C A P V T X.

Martyres xxxi. ab igne illæsi.

41 **I**M R I V S autem Marcianus iubet p̄enari, quarti Imperatores iusserant, præparari. Quæ cūm para- rata fuisset, illuxit dies, & populi vtriusque sexus corre- barit quasi ad spectaculum Circi; & qui nolebant ve- nire, à ministris compellebantur. Ordinantur cupæ in *Implentib* ordine triginta & vna. Terror intolerabilis augebatur: *cupæ pīce* mediantur cupæ pīce, bitumine, & sulphure: *& sulphur* adiuncta etiam copia lignorum & fatmentorum.

42 Iubet impius Præses Sanctos produci de custo- diâ. Sanctus verò Julianus & puer uno vinculo tene- bantur: ceteri verò onerati vinculis catenarum trahe- bantur ad spectaculum, hymnum Deo vnâ voce canen- tes: Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustifi- *Producti-* cationes tuas. In quorum aspectu omnis ætas nouam *tur Mar-* pulchritudinem mirabatur, quorum mentes ad fletum *ties.* conuersas pietas inclinabat. Clamabatur ab omni æta- te inconfusè. Viri clamabant: O iniustitia! & nos filios habemus. Mulieres solutis crinibus clamabant: O *b*ge- mitus amarior felle! vt quid talis iuuentus igne & cre- matur? O potestas cæca, quæ nec viuis parcit, nec mor- tuos audit! Tunc S. Julianus silentium petens ait ad populum: Ne prohibeatis fieri permisum Dei. Sinite nos splendidiores fieri auro per ignem; hoc scientes, quia videbitis nos creduli & increduli igne consumpti, sicut videtis nunc ante ignem, illæsos.

43 Iubet eos impius Præses in conspectu suo sta- *Obiurgati-* tui, quibus sic dixit: O desperata voluntas, per quam *tur à Præ-* decus iuuentutis ad interitum & properat, nescio quo *sider.* carmine mentes alienatae sunt. Conuertimini, & sic *d* tandem pro vestrā salute diis immortalibus, qui labo- *e* rant pro vobis, cervices flectite. Quod si volueritis, ego obtinebo ab Imperatoribus, sine aliquâ persecu- *f* tione religionis vestræ esse cultores; tantum ne vnicum mihi filium dulcem, cum talibus ac tantis, in ipso flore vernantem videam cremari igne. O insanabilis dolor pectori meo! Quem primū plangam, cūm omnium decora sunt corpora? Filii mei dulcissimi vultum desi- dero pulchriorem. O Julianæ omnium malorum ma- gister, quām multa bona tecum trahis, vt filius negan- do patrem, per te & matrem non agnoscat. Et ad filium conuersus dixit: Vel antequām pereas, fili dulcis- *g*ime, verba audiam tūa: ecce venit & mater, quæ par- tus sui dolores istos quos non sperabat intuerit, ecce & numerosa familia, quæ te sibi futurum dominum con- gaudebat, funeris tuo valedictura aduenit.

44 Venerabilis puer Celsus dixit: Lugeant se & te; nos autem, quos conspicuunt ad regna cælorum tende- *Egregium* re, lugere non debent. Nam nos omnes transibimus *Celsi re-* per ignem, & illæsi tibi apparebimus, & huic tanto po- *sponsum.* pulo qui agōnem nostrum expectant. Dæmonia verò quæ colitis, & illas pestes quas Imperatores dicitis, ac si purgamenta f despicimus. Præses dixit: Ipsa est contu- *f* max audacia vestra, quæ vos viuere non permittit. B. Celsus dixit: Per ipsam vanitatem quam colis, te obtestor, vt intrepido corde petitioni meæ tribuas ef- fectum. Præses dixit: Quidquid volueris pete. Celsus dixit: Cūm me videris illæsum post ignem, permitte ad me venire matrem meam, vt habeam consilium cum eā triduo, dilatione concessâ. Si mihi ynam rem quam *volueris*

Ccc 4

Ex mss. voluero concesserit , nec me , nec illam amittes . Hoc audiens mater vrgebat fieri . Tunc impius Marcius cœcatus à diabolo , dixit : Si ex igne illæsus exieris , quod fieri non credo , faciam quod desideras .

45 Tunc Præses incendium filij videre non tolerās , Assessorum reliquit , qui iussa Principum compleret ; ipse verò scissis vestibus cum vxore domum reverterit . Tunc exurgit luctus immanis , plangentibus cunctis . Lugebant parētes filium , serui dominum , nec erat qui consolaretur . Quid multa ? Assessor munus sibi iniunctum adimpleret . Iuber singulos Sanctos in singulas deponi cupas . Sanctus verò Celsus , qui humquām à late re S. Iuliani discesserat , dat ei pacis osculum , & ad præpararum supplicium properat intrepidus . Cumq[ue] singuli à ministris comprehendenterentur , & deponerentur in cupas , sicut superius dictum est , pice , sulphure , & bitumine semiplenas , aggregata copia lignorum & farmentorum , & stuppā ; iubet Assessor ignem supponi . Quod cùm factum fuisset , eructuabat flamma excelsior ab eo loco , & cubitis amplius quam triginta eleuabatur . De medio autem igne , ita multitudo psallentium resonabat , quasi vox aquarum multarum . Consumptis verò omnibus igni suppositis , apparent Sancti sicut aurum vel argentum rutilans , & ista modulatio hymnum Deo canebant : Transiimus per ignem Psa. 65.12. & aquam , & induxisti nos in refrigerium . Ignis verò ardens atque coruscans vim virtutis suæ oblitus est Dominō iubente , ne Sanctos Dei læderet .

46 Nuntiantur hæc Præsidi , Sanctos Dei omnibus apparere illæsos . Statim Præses cum vxore suâ & familiâ ad spectaculum properat , exitum rei cognoscere . Tunc in hanc vocem prorupit : Iuliane , obtulit te per S. Julianus Deum tuum , vt mihi dicas , vnde tantam virtutem maleficiorum didicisti ? Julianus respondit : Quia per Deū modum meum me obtestatus es , qui est horum mirabilium consequens auctor , referam quomodo possit mereri , qui desiderat di virtutē talia discere maleficia , vt sit sicut ego huius earminis miraculo- sanctificator & auctor . Si quis elaborauerit vt se ab omnibus actionibus seculi faciat alienum , vt solam vocem Domini audiat , imperantis & dicentis : Si quis L. c. 9.23. vult post me venire , abneget semetipsum , & tollat crucem suam , & sequatur me ; nihil amori Dei præponat ; nihil aliud desideret , nisi quod ipse Dominus promittit ; non consideret nec patrem , nec matrem , non filios , & cætera , quæ nouerunt intelligentes impedirent animæ ; ante omnia qui pauperū curā solicite egerint , qui contenti sunt eslurire , vt alios refocillent ; satis Deo acceptum est munus , quo indigens saturatur , quo nudus vestitur , quo ira non perficitur , quo malum pro malo non redditur , quo iracundia tempus non reseruatur , quo impatientia per patientiam superatur .

g Qui non vult dici sanctus , antequam sit , g hic placet Deo : multi enim dicuntur quod non sunt , & solâ ipsâ spe securi , quæ dicuntur quod non sunt , segnes efficiuntur ; elaborent vt verè sint quod sicut dicuntur : & multi sunt sancti , & de his non dicitur quod sunt , sed humilitate & gratia pleni ab omnibus se sciri nolunt , vt ab illo recipiant mercedem qui nouit quod sunt . Huius tales hanc artem , quam ego noui , discere possunt . Nam non solum hoc in corpore constituti hanc gratiam merentur , sed æternas cum Deo collocabunt amicitias , qui primùm edocti à Christo aliis subministrant donum per gratiam Dei in se collatum , se primùm lucrantes , deinde proximos ; facientes quæ dicunt , qui illatam sibi iniuriam pro laude deputant ; qui sibi iniuria temporis non reseruant ; qui reconciliantes se proximo & proximum sibi , sic offerunt Deo munera ; qui humilitatem obtinent , quod est culmen omnium bonorum . Marcius dixit : Et quis tam insipiens est , qui huius vitæ lætitiam fugiat , & ad tantam iniuriam semetipsum inclinet ? S. Julianus respondit : Hoc Deus omnipotens omnibus paratus est dare , sed pauci dignos se exhibent munera eius accipere . Præses dixit : Iam ad te , Iuliane ,

sermo meus finem accipiet . Julianus respondit : Hoc semper optauit .

a Additur apud Surium : Sedit autem pro tribunali Præses , & vniuersitas concurrit . b Ms. R. p. genitor .
c M. s. Aud. incidit . d Sur. quasi ad epulas properat .
e Sur. licet tardè . f Ms. R. p. ducimus .
g Additur apud Sur. Sed elaborat ut sit .

C A P V T XI.

Marcionilla conuersio . Cades xxvii . Martyrum .

47 **T**unc Præses dixit ad filium : Ecce mater tua , ^{Conceditur S. Celsus} sicut postulasti ; triduo cum eâ habebis industrias . Hæc ad omnia tibi parata est consentire , ne te ^{mater ad triduum} unicum multorum dolorum suorum amittat dulcissimum filium . S. Celsus dixit : Isto triduo matre mihi concessâ , nulli licebit tuorum interesse . Præses dixit : Ut vis ita concedo , & adiecit : Excludantur in custodiâ priuatâ . Statim impletur iussio Præsidis . Tunc sancti Martyres recluduntur ciuili custodiâ , vñâ cum matre pueri . Ingressi verò Sancti , hanc orationem fuderunt ad Dominum . Deus qui præscius es futurorum , qui transacta velut præsentia conspicis ; qui mentes probas , non ætatem ; tu Domine oculos cordis huius aperire dignare , & acceptabilem terram tibi fac , ex quâ suscepisti fructum , vnde lætari dignosceris .

48 Et statim commotus est locus , in quo Sancti ^{Splendore , odore , &} erant orantes , & fulgor argento septies splendidior emicuit , nec odor consuetus Sanctis defuit , & vox ^{musicâ celesti in-} psallentium in aëre sonabat : Verè pius Deus , qui iusti- ^{nitatur ad fidem .} ficat animas peccatrices sine operibus . Hæc mulier au- diens & videns , clamabat : Numquām in diebus vitæ mea tam suauissimum odore sensi , nam sicut in aœnissimis hortis , liliorum & rosarî & balsami neâtar , & nardi redundat olfactus . His donis ita sum refecta , vt a dolorum omnium meorum obliuionem patiar ; nec aliud cordi meo remanere cognoscam , nisi ipsum esse verum Deum , pro quo filius meus agonizatur .

49 Hæc audiens B. Julianus cum omnibus Sanctis , ^{Catechizatur à S. Juliano & filio Celsio .} talem fertur mulieri propinasse doctrinam : Beata tu credentibus arbor esse dignosceris , quæ sic fructus tui merito & animæ & corporis medicinam celeriter cōsequeris : nam talis medicus est , qui tuam suscipit b infirmitatem , vt non secando curet vulnera tua , sed semel probando fidem tuam . Venerabilis puer subsecutus dixit : Verè nunc te veram matrem profiteor , veram te genitricem meam agnosco : nec tu amites filium , nec ego matrem , sed vñâ tecum ad illud contendas donum , pro quo Sancti hæc tanta sustinent . Venerabilis mulier , cuius intima pectoris iam gratia diuina illustrauerat , responderet filio suo : Cognosce fili , quia nil amoris eius præpono , quem tu sic diligis . Pro quâ re quidquid saluti meæ necessarium esse cognoscis , exerce . Respondit puer : Corde creditur ad iustitiam , & quia ore confessio fit in salutem , hoc deest , vt purificationis baptismum accipias , per quod possis effici habitaculum Spiritus sancti . Mulier respondit : Ecce nos claustra retainent , & custodia militum circumuallant , nec introitus est , nec exitus permititur , & quomodo inueniemus tales hominem , quem mihi promittis ? S. Julianus respondit : Hic habemus sanctum & verum Christi Sacerdotem , qui te purifiet ; tantum vt tu ex corde abneges deos tuos , & vnum Dominum credas qui regnat in celis , qui est vñus in trinitate , & trinus in unitate , sub cuius imperio Reges imperant terræ , cuius gratia confirmantur Duces , cuius tremore contremiscunt gentes , cuius sapientia sanctificantur sapientes , cuius imperio cæli operiuntur nubibus , cuius voluntate datur terræ pluvia , cuius dono terra fecundatur , cuius voluntate quæ necessaria sunt gignit , cuius dono inundant fontes . Ipse est Christus Deus æternus ; Pater in Filio est , & Spiritus sanctus , per cuius splendorem iluminan-

luminantur cœli, & tenebræ incredulitatis fugantur, ipsius nutu gubernantur omnia, quia ipsius voluntate creata sunt cuncta. Respondit mulier: Qui hæc ita esse non credit, ferreum possider pectus, nec hominum gerit sensum, sed pecudum. Tum omnes Sancti gratias referunt Deo, qui dignatus est de lupo rūm faucibus ouem perditam liberare. Cui iterum B. Julianus ait: Ita credis, vt audisti, vnum & verum Deum esse in cœlis, qui est trina maiestas & una Deitas? Mulier respondit: Ipsum verum esse credo Deum, quem per tuam prædicationem cognoui, creatorem omnium, qui certis limitibus fixit mare, qui ei posuit terminum quem non transgredietur, qui cœlum suspendit, & diuersarum stellarum splendoribus adornavit, qui id perpetuo solis ardore fundavit, & lunæ initium & finem instituit. Ipse est Dominus Iesus Christus, in quem reliqua vanitate credo, cupiens hac vitâ temporali carere, vt ad illam vobiscum æternam merear pertingere.

Baptizatur filio eam suscipiente.

50 Cumque hæc dixisset mulier, locus in quo erant contremuit, & auditæ est vox in aëre dicens: Credidi propter quod locutus sum. Responderunt omnes Sancti, Amen. Tunc B. Antonius Presbyter baptizauit eam, cui venerabilis Celsus filius eius Pater in baptismo factus est. Cumque baptizata fuisset, & omnes de eius salute gaudent, vox Domini audita est dicens: Confortetur cor vestrum in Domino, & viriliter agite. Hæc audiens B. Julianus dixit: Vox, quæ insonuit auribus nostris, prouocat nobis futuras passiones, & diuersa genera tormentorum, quæ aduersum nos cogitat inimicus. Pro quâ re fidei nostræ cursum Domino commendemus, qui potens est fidem nostram seruare, & cursum consummare, vt repositam iustitiam coronam mereamur percipere.

Sistuntur omnes Praefati.

51 Quid multæ Cognovit impius Marcianus uxorem suam Martyrum effectam sociam, Christi amore esse firmatam. Iubet Præses Marcianus intra domum suam priuatim Martyres exhiberi. Cumque eius aspectibus repræsentarentur, ait ad venerabilem puerum: Matrem tuam sub hac ratione postulasti, vt tibi consentiret: modò quid actum sit cognoscere cupio. Venerabilis puer respondit: Gratias ago Deo meo, qui voluntatis meæ fructum ita perfecit, vt in eternum possideam matrem, & ipsa me filium: vt ex hac die cognoscas pro amore Christi in istâ vitâ nos spem penitus non habere. Pro quâ re nec ego te noui patrem, nec ipsa maritum. Tunc Præses irâ repletus iubet mulierem comprehendendi & domi retineri. Ad quam cum appropinquarent ministri, volentes eam contingere cœci facti sunt. Hæc audiens Marcianus, cœciatus à diabolo iubet omnes in imo carceris recludi.

Marcionillam cōprehensuri, exceperantur.

Milites 20. gladio, 7. fratres igne interimuntur.

52 Aliâ verò die sedens pro tribunali, iubet viginti milites, qui in agone certabant, pro Christi nomine decollari: septem verò germanos igni tradi præcepit. Quod cum factum fuisset, martyrium suum cum gaudio & exultatione consummaverunt in pace, pergentes ad Dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen. Sanctum verò Julianum cum Antonio Presbytero, matrem & filium, & illum quem infernus reddiderat, suo iudicio reseruari præcepit.

a Al. idolorum. b Al. sanitatem.

C A P V T XII.

Subuersio templi Iouis.

Antonius Presbyter Praefidi responderet de fide.

53 CVM QVE sedisset pro tribunali in foro, iubet B. Julianum & reliquos Sanctos exhiberi. Ex officio dictum est: Adstant. Tunc Marcianus sic erupit: Tecum Iuliane loqui penitus dignum non habeo. Et adiecit: Tu es Antonius, quem Papam suum isti testantur? Constat ergo te huius magicæ artis esse auctorem. B. Antonius Presbyter respondit: Gratias ago Domino Iesu Christo, qui huius gratiæ suæ me indi-

gnum fecit esse ministrum. Præses dixit: Vel tu mihi dic Ex Mss: Antoni, quæ est magica virtus vestra, vt sic separatis filios à parentibus, & coniugia disiungatis, & bonâ ipsa vita, vel opes, quæ fata concedunt, negare & horrere persuadeatis, & dij immortales per vos blasphementur? Quæ est ergo hæc audacia vestra? dico mihi: ex ore tuo audiam & cognoscam, qualiter vobis & magicis artibus vestris finem imponam. Tantum enim per ualuitis ad decipiendum populum, vt & gloriemini vos mortuum suscitasse, per quod innocua peccora iteratis. Antonius Presbyter dixit: Optaueram quidem, vt ducem huius agonis nostri Julianum prouocares tibi, & ab eo responsum acciperes: sed quia unus est Deus Iesus Christus, qui tangit organa cordis nostri; percunctatus es, quæ voluisti, audi nunc à me quæ inquiris. Magister & auctor huius magicæ artis, quam dicas nos exercere, hoc nobis dedit præceptum, ne margaritæ pretiosæ à nobis ante porcos mittantur; qui dixit: Non veni mittere pacem super terram, sed gladium: veni enim separare filium à patre, filiam à matre. Et alio loco consequenter dicit: Qui amat patrem, aut matrem, aut filios, plusquam me, non est me dignus. Hanc vocem audiens filius tuus, non plorans amauit te carnalem genitorem, quam Christum Creatorem suum. Similimodo & quam dicas vxorem, hac voce Domini compertâ contemptis temporalem thorum, vt Christum immortalem Regem sequens requiem æternam consequatur. Et adiecit: Nihil verius, nihil lucidius cognoscere possis. Hæc audiens Præses iubet in custodiâ recludi, dicens. Excogitabo pœnas quibus isti intereantur.

54 Aliâ die conuocans ad se sacerdotes dixit: Ordinate venerandum templum Iouis, cuius est consuetudo semel in anno patefieri, vbi dignoscuntur veneranda numina Iouis, Iunonis, & Mineruæ, ex a electro puro imagines constructæ, quibus suauissimus Cupido delectamenta ministrat; libationes & incensa præparate. Sacerdotes itaque consuetas præparant hostias. Quid multa! Illuxit dies: patefacto templo vniuersa multitudo conuenit admirantes templum patefactum, quod vix semel in anno, Principum natali, patefiebat. Tale enim erat opus fabricæ, vt non marmore, sed tabulis argenteis paries & pavimentum stratum splendent, auro purissimo & margaritis vel lapidibus cruentates camerae.

55 Cumque omnia pararentur, ingressus templum Marcianus iubet Sanctos Dei adduci. Quibus præsens dicit: Ecce nunc Iuliane, & tu Antoni, tempus aduenit in quo vos & consortes vestri salutem consequamini. Hoc enim cœgi pro vestra salute, vt in isto terribili templo thura diis immortalibus incendatis. Quod si adhuc in ipsâ contumaciam vestram persistiteris, abnegantes istos, pro quibus huc usque pepercisti, diuersis tormentis in vos debachabor. Pro quâ te, Iuliane, quia te constat esse auctorem huius sceleris, accede & repropitia tibi deos immortales, per quorum diuinatem generi tuo restituaris. S. Julianus respondit: Tu iam dixeras, quia tecum sermonem iani non haberes; sed quia cognosco verum tempus, vt & nos salutem consequamur, & numina à vobis honoretur, fac omnes sacerdotes deorum intus adesse, vt cognoscant quale illis sacrificium offeramus. d Et adiecit B. Julianus: Benè valeas optime Præses, qui tam acceptabile tempus nobis laudem & gloriâ accepturis persuades, & omnibus in uno commandantibus diis vestris præcipis immolari, quod non piget. Nam ideò distulimus, vt in isto templo mirabili, quod habetis, magnum sacrificium omnibus immolaremus. e

56 Tunc Præses non intelligens quo ordine prosequeretur, dixit: Gaudeo vos, etiâ tardè respiciuntis, melifluam hanc lucem cum omnibus bonis redundantem, rat S. Iu- diis immolantes non amittere. Tunc Iudex omnium lixum vincula auferri iubet, dicens: Turpe est vinculis retine- ri,

Ex mss. si, quibus dij cœperunt esse propitijs. Et cùm exonerarentur vinculis quibus erant consticti, dicit ad venerandum puerum, & matrem eius: Accedite & repropriate vobis deos, quibus nunc usque seruistis. Cui venerabilis mulier solum hoc dedit responsum: Non mihi faciat verus Deus, quem cognoui, ut ultra tecum colloquium habeam. Per ignorantiam feci, quæ dicas. Iam cognoui veritatem à quâ numquām recedo. Tunc Præses conuersus ad B. Julianum, dixit: Ecce omnia parata sunt, implete quod spopondistis. S. Julianus respondit: Iam est hora in quâ glorificemur, ut omnibus videntibus glorijs appareamus. Marcianus dixit: Est, si vultus salutem consequi. S. Julianus ad socios suos ait: Appropiemus ut salutem consequamur, & sit in notitia seculi futuri sacrificium quod facturi sumus hodie. Tunc Præses iubet & alios Sanctos à priuatâ custodiâ venire, existimans esse verum, quod volebat. Ingressi verò Sancti templum, vexillo sanctæ crucis armant frontem. Tunc ait B. Julianus ad Præsidem: Quid præcipis Præses? Omnibus diis offeremus sacrificium? Præses dixit: Omnes, quos conspicis, immortales sunt, patres sunt virtute, æquales & glorijs: nec incident sibi in cultoribus suis, præcipue in vobis, qui eos tardè cognovist.

Psalm. 95. 5. Hæc dicente Præside, fixis genibus S. Antonius Presbyter, & B. Julianus cum sociis suis, dixit: Deus qui es sine initio, sine fine, sine tempore, quia aeternum possides nomen, qui non in manuæ delectaris, quem non capit mundus, sed requiescis in corde mundo; qui per Prophetam dixisti: Omnes dij gentium dæmonia.

Tu autem solus es Deus Abraham, Iaac, & Jacob; qui in sapientiâ tuâ fecisti cælos, fundasti terram, congregasti maria, terminum ponens quem non transgreduntur; quem fluctus eius murnurosâ voce collaudant, quem diuinarum volatilium garrulæ voices suauiter laudantes agnoscunt lauum Creatorë, qui in Christi arbitrio creati vniuersa, aspice nunc in subuersiōnē fani huius, & ad tantas dæmonum thecas, & tantorum eorumdem cultorum frange audaciam, & ad nihilum redigantur hæc omnia, in quibus gloriantur; vt te solum Deum agnoscant, & glorientur in te, qui credunt nomini tuo, & Iesu Christo filio tuo, quem cognoscimus tibi coæqualem & coæternum in vnitate Spiritus sancti in secula seculorum. Et cùm dixissent omnes

Templum Christiani, Amen; omnia sculptilia ad nihilum redacta sunt, templi vero ita submersum est, vt quid fuerit non & paganis, pareret. Nam & multitudo confusa sacerdotum circipibus ter mille cum templo perierunt, & alia multa pars **Sanctorum** subvertitur. **Sanctorum** simul interiit. Ignis vero eructuans est in eodem loco usque in hodiernum diem. Tunc B. Julianus dicit Præsidi: Vbi sunt manufactæ imagines dæmonum, in quibus gloriabar? vbi electrum? vbi aurum? vbi est templi pulchritudo? vbi partites & paumentum argenteum? vbi metalla pretiosa? Inuocato Christi nomine, hæc omnia in terram eversa sunt, vnde asumpta sunt, vnde & erant. Sicut enim omnia illa vterus terra suscepit, ita & vos & Imperatores vestros, & omnes cultores dæmoniorū perpetuus accipiet infernus, vbi ignis edax non extinguetur, & vermis deuorans non moritur, vbi corpus semper renouatur ad pœnâ, vbi misericordia queritur & non inuenitur. Hic vostalis locus, auctor vestro diabolo præparatus, expectat. Hæc audiens Præses dixit: O virtus magica! ò carmen inauditum, sic præualetis, vt etiam terra sinus aperiat, & cuncta bona ab oculis piè perfruentium auferat? Iam non miserebor: iam non parcam: antequam gladio eos feriri iubeam, de eorum pœnâ me satiabo. Tunc iubet Sanctos Dei in ima carceris recludi.

a Ms. R. p. auro. b Sur. aureis. c Al. elegi. al. eligite.

d Sur. Præses ait: Bene sit tibi; optimè locutus es. S. Julianus dixit: Quandoquidem multam nos laudem reportaturos dicis & gloriam, hortarisque vt in, &c.

e Additur apud Sur. Tunc enim lætatur qui conuiuum pa-

rat, si omnes adfuerint invitati, vt nullum prætereat epulum quod paratur, ne postea sit qui succenseat.

C A P V T X I I I .

Martyrium S. Juliani, & Sociorum.

58 **E** A nocte cùm in Dei laudibus epularentur Iu- **s. Bafissa** lianus sanctus & socij eius, in ipso mediæ no- **eum Vir-** etis silentio adest multitudo Sanctorum cum Sacerdo- **tinibus &** Martiri-
bus, qui iam martyrij palmam adepti fuerant, omnes bus appa-
stolis albis induiti; inter quos & viginti milites & se- **res S. Iu-**
pterem germani glorificati aduenerunt: adest & B. Ba- **liano &**
filissa cum omni virginum choro: in quâ multitudine **socii.**
sola vox, Alleluia, resonabat. Tunc B. Bafissa alloqui-
tur S. Julianum dicens: Regna cælorum patefacta sunt
vobis. Venite, & hoc præceptum accepimus à Rege
æternō Christo, vt in die Apparitionis sua cum co-
mitibus tuis ad se recipiat; & omnis Patriarcharum,
& Apostolorum glorijs occurrat numerus, & vos in
numero Sanctorum Dominus Christus cum perpetuâ
lætitia sociabit. Et iterum audita est, Alleluia, tertio, &
visio ab oculis eorum ablata est.

59 Aliâ die iubet Marcianus in medio sibi fore tri- **bunal præparari, & adduci præcepit Sanctos.** Excogitat iniquissimus serpens noua & inaudita genera tortmentorum. Iubet ministris, vt Sanctorum manuum ac pedum digitos & liciniis oleo madentibus colligarent, & ignem lupponi præcepit. Cumque hoc factum fuisset, liciniis consumptis, incontaminata permanebat **Variè cru-** caro Sanctorum. Tunc impius Marcianus iubet S. Iu- **ciantur,**
lian, & venerabili puero cutem capitis auferri; Sancto **illeſ.**
verò Antonio Presbytero, & Anastasio qui suscitatus fuerat, clamantibus & dicentibus: Gloria tibi Christe, iussit oculos eorum vncinis effodi. Sanctam verò & Marcionillam matrem pueri, quam Deus præscierat pœnas tolerare non posse, cùm iubaret eam equuleo applicari, si qui ex ministris eam voluissent attingere, cœci efficiebantur. **d** Sanctos autem suos ita Dominus curauit & illuminauit, vt in omnibus apparerent quasi nihil fuissent passi.

60 Tunc exclamauit Marcianus: Heu me! vinci- **Obiecti fe-**
mur. Quid aliud faciam? Superest unum. Iubet amphitheatrum præparari, in quod ingressus cùm tribunal ascenderet, iubet Sanctos Dei exhiberi, & omnium ferarum dimiti multitudines. Et cùm dimissæ essent feræ, singulæ veniebant ad Sanctos, & pedes illis lingo- **rūs non la-**
duntur.

61 Hæc videns Marcianus, conuocat Magistratus ciuitatis, & iubet omnes custodias perscrutari, & personas iam morte dignas in amphitheatrum intromitti, & Sanctos Dei milicer, & inter sacilegas personas decollari. Tunc S. Julianus cùm sanctis commartyribus suis dixit: Gloria tibi Christe, qui nos usque ad hanc horam salutis perduxisti. Tunc venerabilis puer cum sanctâ matre ad Præsidem dixerunt: Nota tibi facies nostras, quas in hoc seculo gratiâ Christi sic vides immutatas. Tuâ enim perfidiâ fœditatem nobis conabaris imponere, gratia verò & pietas Christi induer nos magnâ gloriâ, & decorè, vt in illâ die agnoscas nos in gloriâ cum tu fueris in inferno. Tunc Marcianus iubet eos inter noxios commisceri, & intromisso spiculatore **Gladio** iubet Dei Martyres gladio consummari. **obtruncâ-**
tur.

62 Et cùm factum fuisset, statim terræ motus factus est, vt prope tertia pars ciuitatis à fundamentis subuerteretur. Nec qualicumque permisum est stare, in quo idolum esse dinoscibatur. Fulgura & tonitrua, & grandio intolerabilis facta est, quæ maximam partem incre- **Præfescum**
dulam consumpsit. Ipse autem Præses semiuersus eu- **suis puni-**
fit. Qui non post multis dies vermis ebulliens ex- **tur.**
piravit.

63 Eâ nocte venerunt populi Christiani & Sacer- **Corpora à**
dotes, & præ multitudine cadaverum reliquias San- **SS. offensiva**
ctorum non agnoscentes, positis genibus orauerunt; & tur. **sepelium-**
ora-

oratione completâ, appatuérunt eis in specie virginum animæ Sanctorum, vnaquæque super corpoream thecām suam residens. Sic sanctæ reliquiæ collecta sunt. Domini gratia ita ordinauit, vt Sanctorum sanguis, sicut panis lacteus circa vnumquemque eorum congeletur, vt nec terra auderet os suum aperire ad sancti crouorem recipiendum, quæ sceleratorum sanguine fuerat satiata. Passi autem sunt glorioſi Martyres Iulianus & omnes socij eius, sub die octauo i d. Ianuarij, quorum sancta corpora auferentes Sacerdotes sepelierunt in sanctâ matre ecclesiâ sub sancto velamine altaris.

f 64 Vnde Domini pietas indeficientem fonte prodiere iussit, cuius vndis sacrosanctum baptisterium feceratur. In quo loco tanta diuina beneficia affluenter credentibus tribuuntur, vt si quis adueniat fide & credulitate plenus, statim consequatur medicinam, quamcumque fuerit infirmitate possesus. Nec hoc silebo miraculum, quod ibi Dominus ad fidelium fidem corroborandam operari dignatus est. g vt vsque in hodiernum diem nullus ambigat. Decem leprosi, iam decoctæ & putridæ carnis, allati sunt, vt die passionis eorum, hoc est Epiphaniorum, baptismi gratiam consequerentur. Completoq[ue] in eis sacramento, cùm eos habebant baiularent, quia manibus tangi non poterant; ita vt unusquisque ex illis intinctus est, talem consecutus est sanitatem, vt in hominum genus numquām talis pulchritudo videretur. Vox autem audita est dicens: Iuliani dilecti mei fides hæc omnia meruit, & maiora merebitur. In eodem denique loco sancto cœci illuminantur, dæmones effugantur: & non solum ibi, sed vbi cumque per nomen Domini Iesu Christi, & Sancti eius Iuliani, basilicæ fabricantur. Gloria Christo, qui est fidelis in verbis suis, & tantam gloriam præstat Sanctis suis, cuius honor & imperium in secula seculorum, Amen.

a ms. Rip. epiphaniæ.

b Al. lignis, non rectè melius licet.

c Al. Marionillam. Al. Marciannam.

d Additur apud Sur. Nerui adeò contrahebantur, vt manus suas ad se reducere non posset.

e ms. Rip. V. Idus.

f Idem ms. mundatur.

g Sur. nec quisquam debet ambigere, quin idem hodieque efficiat.

h Ideo linteaminibus. Victor Uticens. lib. 3. claram furto, nescientibus cunctis, illa quibus cum suscipiens de fonte dudum texerat, labana baiulabat. Et mox: Hæc sunt linteamina, Elpidophorus minister erroris, quæ te accusabunt.

E O R V M D E M S S. M A R T Y R V M

VITA

A V C T. S. ALTHELMO EPISC.

lib. i. cap. XLII.

i O R A R ð virginalem Iuliani Martyris gloriam, sub clandestino taciturnitate latibulo delitescere non patiat: qui temporibus Diocletiani & Maximiani, nobili prosapia oriūdus fuit. Quæ cùm parentes in primævo pueritia rudimento florentem, tam dialecticæ artis compotem quām rhetoricae artis participem fecissent; pedagogis quoque & didascalis traditum, multimodis philosophorum disciplinis imbuissent; & iam in tenero pubertatis rudimento adultum parentes animaduerteret, eumq[ue] amatorem Catholicæ fidei, sacrissimæ Ecclesiæ liminibus adhærentem, necnon ergastula Confessorum crebro frequenter comperissent; pertimescebant magnoperè, ne si vnicum pignus ob religionis prærogatiuum, & sanctæ conuerstationis habitum, ab illorum stirpe priuaretur, ipsi, vt Patriarcha, lacrymabilem depromerent querimoniam, canos suos cum dolore ducentes ad in-

S. Iulianus sollicitatur aparentibus ad nubes.

Gen. 42. 38.

feros: quin & optatæ generationis heredibus & futuri nepotum nepotibus funditus fraudarentur. Idcirco ALTHELMO. & puerum subnixis precibus & inauditis blandimento- rum hortamentis inflectere nitebantur, vt ad b' tedas & copulae consortium ferreos affectus, imò adamante du- riores inclinaret: ad argumentum etiam hortandæ sua- fissionis, Apostolicis vtuntur oraculis, quibus ait: Volo i. Timot. iuuenes nubere, filios procreare, nullam dantes occa- sionem maligno. Quibus ita respondisse scribitur: Nec voluntatis, nec ætatis est tempus, vt faciam quæ hor- tamini. Item cùm perseverarent pertinaciter in preci- bus, ait: Nec permittendi mihi est facultas, nec negandi potestas, quod hortamini Dei mei potestati com- mitto.

2 Vnius tamen hebdomadis inducias à parentibus poposcit, vt nutum supernæ maiestatis argumentis evidentiis expireretur. Quâ peractâ intercapidine, Chrifft somno sopitus vidit Christum in oramate dixisse: Exurge, ne timeas, nec suasiones verborum vel volun- tatem parentum horrefcas. Accipies enim coniugem, quæ te & non à me separeret, sed per te virgo persevereret. & infrâ: Multi iuuenes & virgines per vestram doctrinam vel vitam a cœlesti exercitui probabuntur. Susci- pitur igitur in thalamo beata virgo, vocabuli præfigio Basilissa, hoc est, regina; formosa frontis effigie, sed formosior cordis castitate: venusta, inquam, lineamen- tis corporalibus, sed plus, venusta & suavitatem cycladibus compta spiritualibus.

3 O quanta caterua credentium in utroque sexu, fœtidas facinorum cloacas calcitrans, & putida vitio- rum volatbra abominans, illorum magisterio ad fi- dem Catholicam conuersa, cum martyrij tropæ triū- monaste- phans agonizauit! Siquidem plura monachorum er- ria. gasteria in celeberrimo municipio f. Alexandri, quæ est metropolis Ægypti, opitulante Christo construxere. In quibus militum Christi circiter x. millia, sub distri- cto Iuliani regimine conuersantia, & nequaquam à sanctæ religionis tramite, per obliquos anfractus dex- trâ lœnaque declinantia, regulariter vixerunt. Basilissa verò Deo dicata, bis quingentenos sanctæ messis ma- nipulos, Euangelicæ prædicationis falce metens, in areâ tortoris triturandos, & horreis cœlestibus condendos inuexit.

4 Postremò cùm effera persecutorum rabies in sacrosanctos Ecclesiæ tirones feralibus edicis, & feroci- bus tormentorum cruciatis truciter ingruens gra- faretur; & Catholicæ fidei propugnaculum sacerularis argumenti ballistâ quassatum, atrocisque machinæ arietibus subrûptum funditus euertere moliretur; g quis stylî textu effari valeat, quanta Iulianus cum ceteris commandipularibus, & eiusdem propositi sodalibus, martyrizando perpessus sit? Marciano Præside in alto tribunalis culmine, vel theatri pulpito concionante, nodosis fustibus, & cruentis mastigiis, sine respectu pietatis flagellatus, à culturâ Christi flecti nequivuit: Julianus: oculū eru- quin imò pupillam percussoris euulfam, qui sibi cru- deliter flagrorum vibices irrogabat, (quamvis vt magis tuus: idola ac magis prudenti lotio humectaretur, instaret) inco- lumen restituit. Insuper nefandas simulacrum effi- gies plusquam quingentas, quibus Pontifices delubro- rum libamina litantes bacchantum ritu thurificabant, ad solutum diruit, quassauit, euertit.

5 Item Iulianus cum iuenculo filio Præsidis, h Ef- fembo Hircitallo, qui neophytus & nuper ad fidem conuersus fuerat, in fundum ergastuli profundum re- trulus, vbi fœtida damnatorum cadauera diurno temporis intervallo, horrida vermium examina ebulliebant, squaloris nauseam perpessus est. Sed versâ vice pietas diuina, quæ suorum semper reminiscitur militum, profectenti sterquilino, olfactum ambrosiæ & neçtaris fragrantiam, carceris illuuiem tolerantibus, cum luce limpida clementer contulit. Hæc tanta pro- digia milites ad excubias Confessorum depurati, cer- nentes,

AVCT. S. ALTHEL. nentes, spretā fanaticæ superstitionis culturâ, orthodo-
xorum phalangibus adglomerantur. Interea defuncti
cadaver prolixis fasciarum ambagibus cōnexum, non-
dum in sarcophago terrâ humatum, flagitante Præ-
side, fusis ad polum precibus suscitauit. Qui omnem
isthinc eundi tragediam, & illinc redeundi elemen-
tiam attonitis spectatoribus, resurgens de tartari pro-
fundo, patefecit.

Martyres^d Igitur virgente muneratorum decreto, sancti Mart-
yres in Circi spēctacula terdenis cuparum gremiis in-
cluduntur, quæ intrinsecus attricis mās & bitumi-
nis somite, sulphurisque fœtore replentur, farciuntur,
& extrinsecus suppositis crepitantis rogi torribus, &
famentorum fasciculis conflagrantibus, succendun-
tur, instantū, vt flammatis pyra cacumina obelisci
proceritatem, sed tamen & rotundum sphæræ apicem
triginta cubitis in conum præcellerent. Sed tantum de-
torrente incendio supernâ potestate compresso, triun-
phales vii, velut obvīzū rutilans, spēctante Circi ca-
teruā in publicum processere. Exin reciprocā tortoris
nefandi ferocitas, quæ semper insontum pēnis pascia-
tur, & fuso sanguine saginatur, athletis & agonothetis
Christi magna martyrij inerita cumulauit. Dum liciis
olei liquore delubuis digitorum articulos, & palma-
rum pollices obvulnerent, simulque pedum & alloces
truciter adneferent: sed liciorum filis flammā combu-
stis, athletas Dei, in scammate mundi, ritu palæstrico
agonizantes, à fumigabundis flammarum globis im-
munes diuina tutela protexit.

Verūnā hac Confessorum Christi victoriā confu-
tatus, in amphitheatrum Sanctos ferreis collaribus cō-
nexos cruentus carnifex imperat duci, quatenus patefa-
ctis cœaurum lūsticis & apertis clatrorum obſtaculis,

vſorū geminis carperentur & leonum rictibus ro-
derentur. Sic stolida Præsidis præcordia Deoq[ue] in-
uisa, spes pascebatur inanis, dum furibunda ferarum ra-
bies, & gulosa belluarum ingluies cælesti nutu com-
pressa, & contra oblatam prædam luctari non audens, ^e
inultos faucium gurgiliones oppilauit, vt Poëta de
Prophetā,

Et didicere truces prædam seruare leones.

8 Ad vltimum B. Julianus cum ceteris commilito-
nibus stridit machetā crudeliter percussus, & rubicun-
do cruoris riuo perfusus feliciter occubuit. Ad horum ^f capite.
venerabiles sarcophagos cū decem leprosi, quos dira
curis callositas elephantinā tabe deturpans, non parti-
culatim, sed membratim maculauerat, illiciō ad secundæ
natiuitatis gratiā in baptisterio regenerati, qui in faba-
nis, & syndonibus baiulabantur ægroti, Sanctorum
meritis sospites, & voti cōpotes salubriter abscedunt.

a Melius puberem.

b Ad thalamī tedas, & copulæ confortium.

c al. Non polluendo à me separer.

d Al. cælestem adscensurū sunt exercitum.

e Aliter fortissiu[m] aucto[r] script[is], aut peculiarem huius verbi no-
tionem ip[s]i formauit. Est alsoquin suatum instar sui. Sunt enim
ad simulanter dicta hæc, canatim, suatum, bōuatim, quæ ab anima-
libus defumuntur.

f Adscriptum in quodam exemplari ad marginem, Antiochiae.
Sed hac non est metropolis Ægypti. Legendus §. 2. in prolegomeno.

g Al. Quis vbertim angusto stylī textu.

h Melius, Ephebo Hircitallo, seu Hycitallo, quod eius fortis-
sis ante nominat, in baptismate in Celsi, seu Celi, muratum.

i Al. sarcophagi theca.

k Meus fratellus. Adscriptum in ms. alloces esse digitos in

pedibus crassiores.

l Al. crucifiliis.

m Al. oblatam prædam luctari non audens, omisso contra.

DE S A N C T O P E T R O

EPISCOPO SEBASTENO IN ARMENIA.

SECVL. IV. I. S E B A S T E, qua & Sebaltia, vrbis antiqua & præclara
IX. I A-
N V A R I I. Armenia minoris fuit: cuius muros, cūm ruinam eu-
labefactati minarentur, à Iustiniano rediscatos scri-
bit lib. 3. Procopius. Eius sapè alibi mentio erit. Episcopali ca-
thedrali am olim celebri fuit: quam quarto seculo Christiano
exeunte, S. Petrus rexit, frater SS. Basiliij Magni, Gregorij Nysseni,
& Macrina Virginis, quos celebrabimus xiv. Iunij
ix. Martij, & xxx. Iulij. S. Petri natale hoc ix. Ianuarij ita
refert Martyrologium Romanum: Sebaltæ in Armeniâ,
S. Petri Episcopi, fratris S. Basiliij. Subnotat Baronius, eo-
dem die à Graciu col. Sed in nullo eorum menologio illius reperi-
rimus nomen.

2 Extat in vitâ S. Macrinae, & S. Gregorio Nysseno scriptâ,
Puer à Macrina
forore, san-
ctissimè in-
finuitur.
hoc Petri elogium: Ad hunc perfectionis tam præclarum
scopum assequendum magno S. Macrinae erat adiu-
mento frater quidam, eodem ex vetero editus, qui Pe-
trus appellabatur, in quo pariendi dolores finierat ma-
ter. Hic enim vltimus à parentibus suscepitus est filius,
qui simul & natus, & orbis fuit. Quo enim tempore
ipse in lucem edebatur, pater è vitâ deceſſit. Hunc, quæ
inter liberos erat natu maxima, quâ de instituta hæc est
oratio, paullò post eius ortum ab vberē nutricis subla-
tum, ipsa statim enurrit, excellentiisque disciplinâ edu-
cauit, sacris institutis à puero ipsum erudiens adeo, vt
nihil otij concesserit, quo posset studiis inanibus vaca-
re. Nam illi se & patrem, & magistrum, & custodem, &
matrem, & ad optimâ quæque consulticem, præbuit:
talemque reddidit, vt antequâ excederet pueritâ, in
tenero illo ætatis flore ad excelsum philosophiaz gradū
ascenderit. Ea quidem erat ingenij bonitate, vt ad
omnia artium genera, etiam quæ manibus exercentur,
perdiscenda natus esse videretur. Quare nullo duce
perfectam eorum est assecutus, quæ ceteri

multo tempore & labore discunt à præceptoribus. Is ^{Eam imi-}
ergo studiorum extenorū occupationes aspernatus, ^{tabat,}
& ingenium ad omnes bonas disciplinas perciendas
aptum habens, semperque respiciens ad sororem, quam
sibi tamquam totius boni scopum proposuerat, eos ad
virtutem progressius fecit, vt in reliquâ vitâ Magno Ba-
silio virtutis præstantiâ nihilo inferior fore iudicare-
tur. Tunc autem sorori & matri erat instar omnium,
& vna cum illis ad Angelicâ illam vitam contendebat.

3 Cùm autem quodam tempore graui laboraretur
inopâ & fame, multiisque famâ beneficentiae excitati, ^{Pauperes}
vndique confluenter ad eum recessum, quem incole-
bant, tantum industriâ suâ cibariorum pauperibus sub-
ministravit, vt aduentantium frequentiâ locus ille non
solitudo videretur esse, sed ciuitas. Interim senex admo-
dum mater, in vtriusque filij manibus moriens, migra-
uit ad Deum. Cuius quæ benedictionis vox fuerit il-
lius, quâ erga liberos vfa est, commemorare non erit
alienum. Nam cùm de absentibus singulatim amantes
mentionem fecit, vt nullus esset expers benedictionis;
tum præcipue præsentes ipsa precibus suis obtulit Deo.
Etenim cùm ei ex vtraque parte lectuli aduersi asside-
rent, alterâ manu vtrumque tangens, hisce verbis po-
stremis Deum allocuta est: Tibi, Domine, & primi-
tias & decumam dico fructuum vteri mei. Primitiatu[m]
enim locum hæc mihi obtineret primogenita: decumæ ^{dâ benedi-}
verd, extremus hic decimus filius. Tibi autem vtra-
que debentur, & tua sunt munera. In hanc igitur pri-
mogenitam meam, & hunc decimum veniat sanctimo-
nia: oratione perspicuâ designans filiam & filium. Ita
benedictioni simul & vita finem statuit, cùm prius
mandasset filii, vt se in sepulcrum paternum inferrent.
Id illi, vt iussi fuerant, cùm præstitissent, in reliquum
^{A matre}
^{moribun-}
^{dâ benedi-}
^{citur cura}
^{sorore.}
tempus

tempus ad sapientiæ fastigium , semper cum antea&tā
vita pugnantes , & præterita benefacta posterioribus
superare studentes, contendebant.

Fit Sacerdos.

4 Intercà insignis inter Sanctos Basilius , magnæ
Cæsarea declaratus est Antistes , & mysticis sacrificiis
suis fratrem consecrans, ad sacram presbyterij dignita-
tem prouexit. Atque hic rursus eis vitæ cursus ad gra-
uiora sanctioraque dirigebatur, cùm sacerdotij digni-
tas, sapientiæ studio coniuncta, cumularetur. Pòst autē
annis octo transactis, & nono inchoato, per totum or-
bem celeberrimus Basilius ab hominibus ad Deum
concessit, communem patriæ & Ecclesiæ lucitus occa-
sionem præbens.

*Mors S.
Basilij
379.*

5 Post Basilij obitum, vt additur ibidem, nono mense
aut paulò amplius Episcoporum concilium indictum
est Antiochia. Quod celebratum fuisse postquam Theodosius
Imperator est renuntiatus, scribit Socrates lib. 5. cap. 4. Porro
Theodosius, vt idem refert cap. 2. creatus est Augustus xvii. Kal-
lend. Februar. Aufonio & Olybrio Coss. id est an. Ch. ccclxxix.
quo eodem anno ineunte, Kalendis Ianuarii decepit S. Basilius,
nono Episcopatus anno, quippe Christi ccclxx. Iulij xiv. or-
dinatus : circa cuius Episcopatus initia S. Petrus consecratus
est Sacerdos. Baronius hac omnia anno uno citius scribit conti-
gisse. A Synodo Antiochenâ antequam annus præteriret, cupidi-
tas incidit S. Gregorio, vt de semetipso testatur, sororem S. Ma-
crinam inuisendi. Cumq; iam domus appropinquaret, familia-
rium quemdam interrogauit, primum de fratre suo Petro, an
adesseret. Quo respondente, illum quarto iam die inde abscessisse;
cognovit eum fibi alia via obuiam prodicisse. Tum de S. Macrinâ
sorore per concitatus est; quam egram intellexit, adiit, & posterâ
die morientis oculos clausit. Annus hic erat Christi ccclxxx.
& dies Iulij xix. quo eius natalem celebrari diximus. Hinc ma-
nifestum est S. Petrum non migrare è vita temporibus Valen-
tius Imperatoris, quod in Notis ad Martyrologiū Romanū afferi-
tur, cùm Valens ad Hadrianopolim dimicans sagittâ confessus,
& cum rugurio, quod s'cepererat, viuus à Barbaris exsustus sit,
v. Idus Aug. an. Ch. ccclxxviii. vt testū est Idaetus in Fastis
Consularibus. S. Petrum non nisi post mortem S. Macrina ad
Episcopalem dignitatem promotum fuisse, multò probabilius est.
Imò nec fortè anno ccclxxxi. quo synodus habita est œcumene-
ica Constantinopoli, Episcopus fuerit, quod illi subscriptisse non
reperiatur.

*Vita S. Pe-
tri ante
Episcopatu-
m.*

6 Quod autem eius ante Episcopatum viuendi genus fuerit,
ab eodem S. Gregorio in fine vita S. Macrina describitur: Vit
quidam illustris in re militari, qui in ciuitate Ponti, cui
nomen Augustæ, Dux exercitus erat, auditâ calamitate,
atque ægræ ferens, cum subditis humaniter obuiam
processit. Erat enim mihi & sanguinis & amicitiæ ne-
cessitudine coniunctus. Hic mihi de ipsâ (S. Macrina) *miraculum* narravit, quod vnum adiungens historiae,
faciam scribendi finem. Etenim cùm lacrymis modum
adhibentes, colloqui cœpissimus, ille ad me, Audi, in-
quit, quale quantumque bonum migravit è vita: atque
ita sermonem exorsus est: Magna mihi, vxoriique meæ
quondam cupiditas incidit, videndi virtutis gymna-
sium. Sicenim, inquit, locum illum, in quo beatus ille
animus degebat, appellandum arbitror. Nobiscum au-
tem erat filiola, cuius oculum ex pestilenti morbo cala-
mitas occupârat, adèd vt obductâ tunica circa pupillam,
contraquæque albore, fœdum esset miserandum
que spectaculum. Diuinam igitur illam domum ingrel-
si, ita separati sumus in eo sapientiæ vacantium loco, vt
ego quidem diuerterem, vbi habitabant viti, quibus
præterat Petrus frater tuus; illa autem intus, vbi erant
virgines, cum S. Macrina versaretur. Hic cùm aliquan-
tulum essemus commorati, tempus esse duximus, vt
discederemus. Iamque discelsum adornabamus, cùm
vtrimeque nobis humana quædam vis illata est. Nam &
frater tuus mihi iubebat, vt manerem, & studiosorum
mensæ particeps fierem: & beata illa non dimitebat
vxorem meam, sed filiolam in sinu gerens, non priùs
illam se reddituram aiebat, quæ mensam apparasset,
& nos philosophiæ dñitatis accepisset. Puellulâ autem

Tom. I.

exosculata , & admouens os oculis eius, vbi pupillam Ex vA-
ffectam vidit; Si hoc mihi, inquit, cōcesseritis, vt apud RIIS.
nos esse velitis, gratiam vobis tali honore non indigna Hosptiali-
referam. Ecquam? inquit puellæ mater. Est mihi, re-
spondit Magna , medicamentum, ad curandum hunc
oculum, appositum. Quæ quidem promissio cùm mihi
a quodam ex virginum conclavi nuntiata esset, liben-
ter mansimus, posthabitâ, quæ nos vrgebat, profici-
scendi necessitate. Cùm igitur cōuiuum, quod Petrus
humanitate & gratiâ sua conduerat, haberet finem,
vxorque nobis à S. Macrinâ omni conuenienti iucun-
dirate recreata remissa esset, latitâ & gaudio pleni, nos
in viam dedimus. Et quæ vtrique nostrum contigerat,
inter eundum narrabamus: ego quidem quæcumque
in virorum conclavi vel videram, vel audieram, re-
censem. Et illa vicissim tamquam ex historiâ singula
repetens, nihil omnino, quantumvis paruum, omitten-
dum existimabat, &c. Hucusque ex virâ S. Macrinæ, quam
suo tempore integrum dabimus, extatq; apud Lipomanum
tom. 2. de vita Sanctorum, & xix. Iulij apud Surium, & Gra-
colatinè in auctario operum S. Gregorij Nysseni, à Iacobo
Gretsero Nostro edito.

7 Meminerunt huius à S. Petro acta solitaria vita alij
scriptores: Socrates lib. 5. cap. 21. Basilius duos fratres ha-
buit Petrum & Gregorium; Petrus solitarium vitæ ge-
nus Basilij securus est. Gregorius autem docendi ra-
tionem, Theodoretus lib. 4. cap. 28. In eiusdem cum illis Studium
(Nazianzeno & Nysseno) laudis societatem venit Pe-
trus, qui Basilij & Gregorij frater germanus fuit: qui-
que tametsi humaniore litteraturâ non perinde vt illi
instructus erat, pio tamen viuendi genere admodum
excelluit. Eadem ferè Nicephorus lib. 11. cap. 44. Petrus
eisdem, quibus Basilius parentibus prognatus, profanis
quidem litteris non tantoperè imbutus, virtutis autem
splendore non illis inferior. & cap. 19. Habuit autem
Basilius fratres, quorum vnu Gregorius fuit Ecclesiæ
Nyssenæ lux & ornamentum, &c. Secundus Basilij fra-
ter Petrus fuit, qui vnâ cum illo vitam monasticam
primum consecratus, deinde urbem Sebastiam sacroru-
Antistes gubernauit. Tertius Naucratius, qui iuuenis in
ascetico instituto defunctus est. Verum ex Macrinæ iam
citâ vita constat Petrum reliquis tam fratribus quam sorori-
bus iuniorem fuisse. Fortè recenseret Nicephorus fratres S. Basilij
non ordine nascentis, sed celebritate nominis.

8 Philostorgius Theodoreto synchronos apud Suidam in
Basilio, meminitius Episcopatus: Magnus, inquit, Basilius
quatuor habuit fratres, Gregorium Nyssenæ vrbis E-
piscopum, Petru item & ipsum Episcopum, duos pro-
inde alios monasticen professos. Et Poſteuius noster in
Apparatu sacro, de Basilio: Fratres, inquit, duos Episcopos
habuit, & hos insignes Gregorium Nyssæ, Petrum Se-
bastæ; dualque sorores, qua sœculo valedixerunt, alias
item fratres. S. Petro rogante, confecit frater eius S. Grego-
rius librum in Hexaemeron, quem affirmat Socrates suprâ ci-
tatis, à S. Basilio morte preuentio imperfectum esse relictum. Ex-
stat etiam inter opera S. Nysseni Epistola eiusdem ad S. Petrum
fratrem Episcopum Sebastenum de suscipienda refutatione Eu-
nomij, & responso S. Petri ad fratrem cum hac inscriptione:
τὸν ἀγίον πατρὸς ὑμῶν Πέτρου Επισκόπου Σεβαστίας,
τῷ τὸν ἀγίον Γεργύριον Νύσσης τὸν δυτικὸν αδελφὸν.
Epistolam, et si vnicum operum eius superstes monumentum, hic
integrati dare opera pretium non est, quod Graco-Latinè extet
cum operibus S. Nysseni. Reliqua à S. Petro in Episcopatu pra-
clare gesta, tradita litteris non sunt, aut certè etiamnum latent.

9 Eum ante Gregorium fratrem è vita discessisse supponit
Baronius in Notis ad Martyrol. quid putet de anniueraria die
natalis eius meminisse eumdem Gregorium in epist. ad Flavia-
num Episcopum. Verba huius sunt: Tandem cùm memo-
riam beatissimi Petri, qua tū primùm celebrari cœpta
est, apud Sebastenos peregitsem, uidemque Sanctorum
Martyrum, qui, vt eodem cum Petro vixerunt tempo-
re, ita celebrari vnâ cum ipso consueverunt; conuerso
itinere ad meam me Ecclesiam recipiebam. Hac Gre-
gorius;

D d d

Ex v.a. goriū; è quibus difficulter probatur de hoc S. Petro, & non
riis. de aliquo seniore agi. Nam qui illi sunt Martyres Sebasteni, qui
eodem cum illo vixerunt tenore? Obiit quidem S. Gregorius

DE SANCTO MARCELLINO, EPISCOPO ANCONITANO.

IX. I A-
NVARII.

SANCTI Marcellini Episcopi Anconitanus IX. Ianuarii. S. Marcellini memoratur in Martyrologio Romano: Anconae S. Marcellini Episcopi, qui urbem illam, ut S. Gregorius scribit, diuinā virtute ab incendio liberavit. Refertur & à Galesino, Ghinio, & Carthusianis Colonensis. in Addit. ad V. Suardum. Hac de eo scribit S. Gregorius lib. I. dialog. cap. 6.

S. Marcellini vita ex S. Gregorio podagrā labora.

Eiudicem quoque Anconitanæ Antistes Ecclesiæ, vir vitæ venerabilis Marcellinus fuit: cuius gressum dolore nimio podagra contraxerat: eumque familiares sui, sibi necesse erat, in manibus ferebant. Quodam verò die per culpam incuriæ eadem ciuitas Anconitana succensa est. Cumque vehementer arderet, cùcurrenunt omnes, ut ignem extinguerent. Sed illis aquâ cerratim proiicientibus, ita crescebat flamma, ut iam totius urbis interitum minari videretur. Cumque propinquiora sibi loca quæque ignis inuaderet; iamque urbis partem non modicam consumpsisset, & consutere nullus valeret, deductus in manibus venit Episcopus: & tantâ periculi necessitate compulsus, familiis suis se portantibus præcepit, dicens: Contra ignem me ponite. Quod ita factum est: atque in eo loco est positus, ubi tota vis flammæ videbatur incumbere. Cœpit autem miro modo in semetipsum incendium retrorueri, ac si reflexionis suæ impetus exclamaret, se Episcopum transire non posse. Sicque factum est, ut flamma incendiij illo termino refrenata in semetipsum refrigericeret: & contingere ulterius quicquam ædificij non auderet. Eadem ex S. Gregorio recitat Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 59.

Vita eius
ex Ferrario.

3. Alia si eius Acta ac miracula ab Ecclesiâ Anconitanâ acceptissime Baronius testatur in Notis ad Martyrologium Romanum, & Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae eorum hoc exhibet compendium: Marcellinus ob eius virtutes ad sacerdotium & Episcopatum euectus, non superbiâ elatus, sed ieuniis, vigiliis, & orationibus peruigil, carnam suam vitiis, & concupiscentiis macerans crucifigebat. Plenius erat caritate, mansuetudine, & lenitate: castitatem perpetuò coluit: multaque in eo erat apud Dominum fiducia: cum enim ciuitas Anconitana incendio miserè conflagraret, quod eò magis crescebat, quod illud aquâ

magis restinguere conabantur, Anconitani ad sanctum Episcopum, quem Deo carum, mirabiliaque fecisse sciebant, confugunt, orantque ut urbi incendiæ subueniat: qui, ut S. Gregorius Papa in Dialogis scribit, contra incendium, ubi magis vigebat, deferri se postulat; neque enim præ senio, & membrorum imbecillitate incedere poterat. Ductus eò, signoque crucis munitus, vix finem fecit orandi, cùm (mirandum!) flamma ignis, quasi sancti viri conspectum fugiens, retrocedere cœpit, & extingui. Liber adhuc, in quo vir sanctus orare solebat, ostenditur, in quo incendijs manent vestigia. Cùm enim dæmon in sanctum Episcopum maximam ignis vim retrorsisset, illeque illeçus permanisset, in libro tamen, quem præ manibus habebat, signa combustionis remansere: ad cuius contactum in hanc usque sanantur. diem plures ægroti sanari dicuntur.

4. Cùm autem ex hac vitâ S. Marcellinus excessisset, corpusque illius apud S. Cyriacum urbis patronum conditum esset, multis claruit miraculis: ex quibus pauca narrare non piger. Quidam nobilis Anconitanus occulorum lumine destitutus, ad tumulum S. Marcellini in eius die festo, comitantibus consanguineis deductus, opem illius implorat: cui sanctus Episcopus vespere, noctis dormitantibus, sacris vestibus induitus appetat, & tactis oculis visum restituit.

5. Aliud eadem die sequenti anno mirum huiusmodi contigisse, memoria produnt: quodd cùm cuiusquidam prædiues, gesta & miracula S. Marcellini, quæ auferret, id dæmon non ferens filium illius in ignem iniecit; qui licet capite & toro peccatore in illo aliquam ladiens. diu volutatus, extractus tamen illæsus prostrus remansit. Illud quoque non prætereundum, quodd, cùm sub Thoma Episcopo Vicus Troianus incendio vastaretur, ut primùm eò liber S. Marcellini memoratus delatus est, statim cessauit incendium, quod nullâ vi humana incendium jedit. S. Marcellinus vixit, sibi haud posse. S. Cyriacus, in cuius ade sepultus, iussa Iuliani apostata Hierosolymis occisus est: cuius corpus postea Anconam translatum sicut operâ Galla Placidia Augustæ. de eo agemus IV. Maij.

DE S. WANINGO CONFESSORE, FISCANI IN GALLIA.

CIRCI-
TER AN.
CH. DC.
LXXXIII.
IX. I A-
NVARII.
S. VVA-
ningina-
tus.

NO MEN S. Waningei sacris Fastis adscriptum habet Molanus v. Id. Ianuarij: In Nortmanniâ, inquit, depositio B. Waningei Confessoris. Hic nobile monasterium Fiscanense fundauit, & Leodegarius exulm fouit. Est Fisanum, seu Fiscampnum, vulgo Fescam, oppidum cum monasterio, situm in prospectu maris inter Diepan & Portum Gratia, quadraginta fere miliajibz à Rotomagensi urbe, ut scribit Glaber lib. 4. historia c. 4. cuius verba dedimus 1. Ianu. ad vitâ S. Guilielmi Abbatis Diuinefis, qui alter huius monasterij circa an. Chr. millefimū, rogatu Richardi II. Ducis Normannorum, fundator fuit, introductus monachis Benedictinis. Cofule isthinc n. 1. in prolegomenis, & c. 6. & 16. vita. Cum Molano consentit VVion, qui Sanctu appellat; sed fallitur dñi scribit floruisse circa ann. 730. Potius obiisse videtur circa an. 683. cū 20. an. vixerit post extasim illâ,

de qua in vitâ, quam habuit regnante adhuc Lothario III. Nec probatur quod Ferrarius in gen. catal. eum Fiscannensem monachum vocat. Dorganus in Kalendario Benedictino: S. Waningei Confessoris. Eadem habet Hugo Menardus, sed pridie, id est, vi. Id. Ianuar. Plenius Saussius: Eodem die in Normanniâ, monasterio Fiscanensi, depositio S. Waningei Confessoris. Qui stirpe & virtute illustris, opibusque præpotens, plurima prædia votivo munere ad usum seruorum Christi contulit: proprioque & vnico filio, spirituali militiae, sub felici S. Wandregisili moderatione, mancipato, facultates suas omnes in pietatis opera erogavit. Cœnobia etiam multa construxit. Fiscanense autem, admonitione S. Eulaliae Virginis & Martyris sibi diuinatus apparentis, in prædio quo comorabatur ædificans, ipsius memoriz consecrauit: vbi exulm

exulem suscipere & fouere promeruit S. Leodegarium Augustodunensem Episcopum, postea Martyrem. Tandemque eiusmodi & aliorum operum bonorum manipulis ditatus; quin etiam diuinis visionibus ac reuelationibus honoratus, ad æternum commigravit gaudiū.

vita. **2** Vitam S. Waninge, sed mutilam, ex Fiscanensis monasterij schedis descriptam, Rotomago mihi transmisit R.P. Federicus Flouretus noſter, quam breuius exprefit lib. **1**. Observationum Hugo Menardus: qui præterea tradit, S. VVaninguum post extasim illam, de qua in vita, precibus Sanctorum Audoëni & Vandregisilli morbo esse leuatum. Sanctam verò Hildemarcham, diuinā reuelatione admonitam, sponte Rotomagum venisse, sanctumq; Vandregisillum conuenisse, à quo cœnobio Fiscanensi prefecta est; qua ex virtute S. Audoëni, & S. Vandregisilli accepit.

FRAGMENTVM VITÆ

Ex veteri MS. monasterij Fiscanensis.

S. VVanin-

VIT vir quidam in territorio Rotomagensi, nomine VVaninguus, exillustri Francorum prosapiâ ortus, armis strenuus, diuitiis locuples, prædiorumque amplitudine pollens. Hic itaque inter primos Palati, temporibus a Lotharij iunioris fuit, cum consilio cuius Rex Lotharius regnum Francorum fortiter gubernabat.

*Monaſte-
ria con-
ſtruiri.*

2 Nam hic vir sanctus oratoria Sanctorum frequenter visitabat, suffragiaq; eoru sedulis precibus postulabat: monasteria plurima in & de suis possessionibus ædificabat. Piis officiis Illustris VVaninguus insignis adiutor B. b Vandregisillo in constructione locorum sanctorum extitit, & eidem plurima prædia felici munere ad usum seruorum Christi deuotissime contulit; atque eidem viro sancto filium suum & heredem Desideratum monasticis disciplinis, sub formâ & institutione S. P. Benediti tradidit imbuendum. Hoc ideo fecit ne idem Desideratus prædia Deo oblata fastu sacrilego subtraheret, propriæque ditioni, vt mos est diuitum, iniuste vendicaret. Cogitabat hic vir Deo deuotus seipsum tradere ordinî monachico, & terrena defere cum seculo. Sed haec aliter diuina prouidentia Dei disposuerat fieri: diuersis etenim ad Deum tenditur studiis. Erat igitur illi studium in restaurazione ecclesiarum, in ædificatione cœnobiorum: plurima enim in propriis hereditatibus construxit. Venerabatur Virgines sanctas, que de hoc mundo transierant; maximeque sanctam Virginem & Christi Martyrem Eulaliam. Itaque in eius nomine plurima loca Deo sacrauerat.

S. Eulali-

3 Igitur quia de ædificatione sanctorum locorum, quæ siebat per S. VVaninguum Dei famulum, sermo cœpit haberi; miraculum, quod in eodem seruo suo Dominus dignatus est operari, non debet silentio præteriti. Notauimus superius prædictum VVaninguum mundi facultatibus ditissimum fuisse, multaque cœnobiorum habitacula in propriis possessionibus ædificasse; quorum est benè memoriam dignum & monasticâ religione perlucidum, quod ita fuit disponente supernâ gratiâ ædificatum. Est in Rotomagensi Archiepiscopio super mare pagus, qui vocatur ^a Calcegius, quo in loco habebat vir memoratus possessiones non modicas; quarum vna dicitur Fiscampnus, vbi monasterium statuit in nomine sanctæ Trinitatis, congregacionemque virginum monacharum aggregauit, atque illis totum suum studium conuertit. Nam beatam Christi Virginem & Martyrem Eulaliam, cuius superius mentionem fecimus, toto corde diligebat, venerabatur, & excolebat, eiisque se orationibus attentiū commendabat. Nam ad Christum immortalem sponsum perrexerat, & victoriæ immarcescibile coronam receperat: dilectorem suum VVaninguum diligebat, eiisque

Tom. I.

salutis curam in celis cum Domino regnans gerebat. Ex mss. Quadam igitur nocte ei Virgo apparens, dixit: **V**Vatinge, facilius est camelum per foramen acus transire, *Apparet ei* quam diuitem in regnum celorum intrare. Tu in hoc *S. Eulalia,* mundo possides diuitias, quarum partem obtulisti, *& monac* parte inquit *Fiscant* retinuisti. Monasteria, quæ in tuis posses- *monaſte-* rium *f* Andoëni & Vandregisilli Deo obtulisti, grata *ginum* habentur in oculis summi Pontificis. Nunc igitur ad *adfecit.* cumulum bonorum operum tuorum, in prædio tuo *f* Fiscampno construe monasterium in nomine sanctæ Trinitatis. Collegetaque congregatione sanctimonialium Virginum, mittes legationem ad Burdegalem, *g* quo factio contingit tibi per quod cœlesti hereditati restitueris. Quibus dictis euanuit visio Virginis.

4 Tunc vir sanctus à somno excitatus, cœpit meditari qualiter compleret quæ virgo sancta iussisset. Festinatò igitur, Beatos Audoënum & Vandregisillum adiit, eiisque ordinem visionis exposuit. Tunc viri sancti Spiritu sancto reuelante, dixerunt: Visionem quam vidisti, si quātocyūs impleueris, aditum cœli tibi referabis. Festina itaque, Regisque præsentia te exhibe; eiisque nisi perficere stude, quæ tibi iussa sunt à *Veniam à* beatâ Virgine. Tunc sancti Sacerdotes, B. VVaningu humillimis precibus, Regis præsentiam adierunt, & ut hoc opus fieret, eius licentiam impetrarunt. Quibus Rex reuerenter assurgens, reuerentiusque oscula amicabilia præbens, latabatur in eorum aduentu cum suo regio comitatu. Tunc beatus Rotomagensis Archipræfus omnium *h*..... cœpit euangelizare de *h pœ-* nis gehennæ infernalibus, de beatitudine gloria cœlestis, de corporum corruptione, & de tremendo die iudicij in resurrectione. Posthæc à Rege Lothario iuniore, qui cum matre sua sanctâ *i* Baltide Franciam regebat, petierunt secretum, ut proderent, pro quo venerant, consilium. **Quod Rex annuit, corque eis accommo-** *h* *dans, quod postulant dat, & quæ non poscunt largitur regia dona.*

5 Hinc Beatus VVaninguus ad propria latus rediit, licentiâ prius à Rege habitâ, & in Fiscampno monasterium celeriter ædificauit. Quo in loco febre validâ corrigitur, ac in extasi mentis rapitur, pauore simul ac frigore fit mortuo simillimus. Corpus mortuum vestibus funeris ornatur, feretrum indicitur, ad ecclesiam cum luctu portatur; & exequæ, ut mos est, celebrantur: tuncque vidit pœnas damnatorum, & præmia electorum viginti annis superuicturum, & hoc *Eger vi-* *det pœnas* B. Eulaliam, cuius precibus se commendauerat, impé- *inferorum,* trasse. Tunc à visione tam acerbâ & à Superis reuerso *Ge.* B. VVaningo incolumentatique reddito, sancti Confessores Audoënum & Vandregisillus, Rex Lotharius, eiisque cuncti proceres, cum totâ populi multitudine cernentes factum miraculum, gratias Deo egerunt, quod benignâ pietate illustrem virum VVaninguum à morte reduxerat, vitæque reddiderat. Tunc demum per B. VVaninguum consummato Fiscampni monaſte- *Comale-* *regni* necnon ab Episcopis Galliarum consecrato; con- *scit inter-*gregatis trecentis sexaginta sek virginibus, B. VVanin- *effione S.* gus monasterium commisit viris sanctis prænominatis *Eulalia.* Audoëno & Vandregisillo, ut seduliùs sanctas Virginies regularibus disciplinis informarent. *cetera defunt.*

a Clotharius III. ab ann. Christ. 660. ad ann. 664. in Neustria regnauit.

b In vita B. Vandregisilli 22. Iulij, ab auctore ferè coetaneo con- *scripta & eadem referuntur his verbis: Adiutoi præterea huius ope-* *ris (in extruendo cœnobio Fontanellensi) & cooperato insignis* VVaninguus vir illustris extitit, qui viro Dei plurima prædia felici munere ad usum seruorum Christi (qui trecenti erant) deuotè contulit, filiumque suum, Desideratum nomine, sub regimine prædicti Patris in eodem loco monasticæ disciplinæ & Christi militiæ tradidit vacaturum. Erat is VVaninguus ditissimus, & multimoda cœnobiorum habitacula in possessionibus propriis construxerat. Ex quibus vnum est: quod vocatur Fiscampnum, Ge.

Ddd 2

c Ddu

- Ex mss.*
- c *Duo celebres sunt Eulalia virgines & Martires, quarum una Barcinone, 12. Februario, altera Emerita occisa, 10. Decemb.*
 - d *Pagus his Calcegius, in sequenti relatione dicitur prouincia Calciacensis, vulgo le pais de Caulx. Incolas olim Calctes appellatoz censent Diuatu, Ferrarius, Massonius, alijs.*
 - e *Gleber in vita S. Guillielmi Abb. Diuatuensis num. 20. supra 1. Ianna. vocat Ecclesiam sancte & indiuiduae Trinitatis nomini & honori dicatam, in loco Fiscannensi cognomento, antiquitus constructam.*
 - f *S. Audoeni Episcopi Rotomagensis vitam dabimus 24. Augusti.*
 - g *Deest aliquid, de evocandâ, ut suspicamur, Burdegala Abbatissâ S. Childemarchâ, que ex alterâ relations supplenda.*
 - h *In vita S. VVandingi dicitur, eius S. Audoeni, & S. Thiberti, dum conuenirent, non aliam fuisse orationem, quam de regno Christi, de paradi deliciae & gehennæ suppliciis. &c.*
 - i *S. Bathildis vitam damus 26. Ianuarij. In vita S. VVandingi dicitur Blitildis, hic Baltidis, alibi Baldechildis.*

ALIVD FRAGMENTVM

Ex alio MS. eiusdem monasterij.

MULTORVM igitur profluxerunt temporum dies, & dignus inueniebatur nullus, qui aut significatum oraculum ædificaret; aut cui summa clementia ineffabilis Trinitas ædificare significacionem declararet. Expectabat enim diuinæ prouidentiæ celstido virum, quem carnalis desiderij carne liberum sancto spiritu consecraret & custodiret templum delectabile. Oportebat quippe hominem, spirituale templum Domini, ædificare Domino corporale templum, qui sui interioris considerata imagine, conciperet qualiter exterius rerum vniuersarum Creatori templum ordinare & ædificare deberet. Quocirca tandem tantæ deliberationis ædificando oraculo sanctus & gloriatus Cœfessor VVanningus eligitur, electus promouetur. Cuius nobilium actuum excellentiam Galli Proceres admirabantur, & cœlestium motum gratiæ cœlestis curia cōgratulabatur. Possidebat enim, quod non multi, verum diuites pauci, possidere solent, & æternorum desiderium, & affluentiam temporalium bonorum: quorum clementi expensâ nullorum recipiebat aut fauorem aut retributionem mortaliū.

2 Taliū igitur meritorum gratiâ & Domino amicus, & mundo clarus, & Regi Lotario habebatur familiaris & secretarius. Lotarius enim Rex B. VVanningo regni sui partem maximam commendauerat. Nihilominus etiam in totius summâ ordinandâ vel administrandâ beati viri prudens consilium sequebatur & audiebat. Commendauerat, inquam, B. VVanningo ciacensem Rex Lotarius prouinciam Calciacensem, quam ob antiquum siluarum abundantiam, & ferarum diuersarum venationem iucundam valde diligebat, nullique nisi familiaris & fideli committere rationabiliter iudicabat.

3 Commissas igitur silvas fideliter custodiens B. VVanningus frequenter visitabat, visitando prolustrabat, non tantum capiendarum ludo, aut captarum ferarum lucro gaudens, quantum carnali tumultum refrigerationem vmbra siluarum solitudinis quærens. Tali itaque studio commodiores Fiscannenses saltus iudicabat, iudicando frequentabat, ignorans Ducis a Ansegisi revelationem; revelatione præteritâ sancti loci manifestationem, & futuri oraculi reuerentiam obseruandam. Loco enim sancto S. VVanningus reueuentiam nullam exhibebat. Verum ibi frequenter aut canes copulabat, aut retia tendebat, vel agitabat fugientes feras, vel suis priuabat exuviis captas. Quam prævaricationem, imò viri ignorantiam, corrigendam diuina sublimitas miserata, sanctum corripuit virum. Et complendi oraculi manifestum dedit indicium. Ingenuum quippe febrium virum sanctum repentinus ardor inuasit; qui totius corporis compaginem labefactans, cunctisque viribus membra omnia inclementer priuâs, auferre vitam, & morte minabatur inducere præsentem.

*Egrotat.**Sepè in silvis ver- satur.*

4 Ingrauescente ergo molestiâ, penitus vigor vita- lis concluditur, conclusus extinguitur, atque cōsumpto exteriori suus homo interior in cuiusdam extasis trans- latione maximâ extenditur & deducitur. Deducitur, *In extasi videt istorum præmia, & penas ma-*

lora loca, & ad hominum miserorum crudelia tormenta; *in extasi videt istorum coronas, & reproborum co-*

gnovit poenas, reuersus narravit, suorumque actuum evidentiâ patenter exposuit. Visus gaudio beatitudinis, & miseriæ perpetuis domibus, Iudici cuidam S. VVanningus præsentatur, atque excelsô suæ maiestatis throno deponitur & collocatur. Verum cùm & sedis incircumscripturn fulgorem, & sedentis asperatum terribilem circumstantiumque innumeram multitudinem contemplaretur, & contemplans terretur, corrut, & toto corpore prostratus coram iudicantis præsentia, velut exanimis & conturbatus iacuit. Tūc Iudex, Quomodo, inquit, VVanninge Fiscanensem vallem, nomini meo consecrandam ignoras, & ignorando exonoras? Quâ ratione consecrationis meæ locum nequaquam attendens contaminare non exhorrescis? Non veroris incurrire iram meam, cuius fideliter cognoscis omnipotentem voluntatem? Dixerat & circumstantium seniorum chorus sui Imperatoris sententiam gratitatis seuero vultu confirmabat. Sanctus autem VVanningus valde perterritus nullatenus ora soluebat, aut eaput solo erigere præsumebat. Sed sui animi puritate & fate- *s. Eulalia*

batus culpam, & postulabat veniam, & prætendebat ei impetrat ignorantiae excusationē solā. Silentibus gloriolis cun- adhuc 20. annos vi- cīs astantibus, suoq; silentio & inferendam disciplinā & exhibendam indulgentiam contestantibus, sola san- tæ virgo Eulalia surrexit, & iacentis causam suscipiens, clementis Iudicis severitatem deliniuit, indulgetiamque ignorantia exorauit; suique familiaris & amicis S. VVanningi præsente vitam xx. annorum protelatione, intereuolu suo prolongauit. Virgo itaque sancta Eulalia exauditur, eiique exaudita Sanctus commen- datur VVanningus, quatenus eum perfectè instruat, qualiter sanctum oraculum constitutat, constitutum ne quibus personis committere debeat. Cui virgo, b. Cō- ualesces, inquit, VVanninge, & viues, tuisque possessio- nibus restitueris. Adi Filcannensem vallem: & in Fis- cannensi valle Duci Ansegilo manifestatum locum ab incolis diligenter exquirere, & inuentum festinus excole. Ibi summae & indiuiduae Trinitatis congruū templum fideliter construe. Completum autem templum sanctis virginibus commendabis, quibus Childomarcham Burdegalem virginem, ibique multarum virginum matrem inclytam Abbatissam præponere curabis.

5 Finitis demum tantæ reuelationis sermonibus, cum vitâ sospitatem, & cum sospitate vitam S. VVanningus suscepit: æqualiterq; suis cunctis conualescentibus membris, Regem Lotarium expertit, suæque reuelationis seriem totam explicituit. Quibus Rex Lotarius compunctus & perterritus, Festinus, inquit, fili VVanninge regredere, & sanctum locum iuxta relationis tuæ veritatem diligenter inquire: rebulque meis & tuis sumnum Imperatoris palatum, quam matu- rius gloriolius valuerit, confrue. Quando læto au- Annente diens animo B. VVanningus ad Calciacensem prouin- Lothario ciam continuò remeauit: ingressusq; Fiscannensem fil- illud ex- strum: struit. Adhibitis glorioso operi operariis, annosque quercus cæduntur & prosteruntur, viminaque & vepres extirpantur & comburuntur: & antiquæ soli- tudinis dumis ac sentibus locus cœlestis habitaculi per- purgatur & liberatur. Ponuntur fundamenta & inef- fabili celeritate consurgunt parietes sacri, & velut diuinæ virtutis omnipotenti operatione collocantur tecta, complectunturque ædificia præmissæ reuelationis.

6 Consummato igitur completoque ædificio, Gal- *Vifstæ id liarum Rex e Lotarius inuitatur: multarum vrbium Lotharius.* sancti Patres conuocantur & congregantur: & rerum omnium

omnium Creatoris & administratoris titulo, factumque oraculum insignitur & consecratum, consecratumque Regalibus gazis & praeditis liberaliter dotatur, & diuitiarum cunctarum abundantissimam datur & ampliatur. Imperat Rex Lotarius sanctas virgines congregari, & congregatis virginibus iuxta B. Eulaliæ viationem Childebrandum summam sanctitatis virginem preponi, totiusque Ecclesiæ summam & administrationem sanctas & beatissimis Confessoribus Audoëno & Wandregisilo committit & iniungit deuotè. Virginis sacre conueniunt, promissa virginitatis cœlesti sponso chirographa immobilia conscribunt, suaque conuersationis aromaticis cunctis odoribus circumiacentes prouincias cunctipotenti famulari Domino admonet & accidunt. Congratulatur beata Trinitas, incommutabilis Deus, & completo templo; & conuentientium virginum famulatu casto: quarum trecentarum sexaginta sex diurnas nocturnasque & continuas contemplans laudes, & mortis liberatione & in mansueta ciuitate promittit & præparat beatæ retributionis immaclcescibilem coronam.

e
Mittitur
eò S. Leode-
garius
exul:

7 Illo tempore beatus & gloriolus Martyr, Leodegarius Fiscanum deducitur; quem effugeret & nefandus apostata Ebroinus Episcopus sui sede iniuste expulerat, retum affluentiæ multarum expoliauerat, & lingua inclementer abscissâ totius officio sermonis priuauerat. Verum cum gloriolus Martyr & Episcopus summi & omnipotentis sacras ingredieretur ædes, & pfallentium virginum audiret angelicas voces, ablatae

lingua ab-
scissa usum
recipie.
s. vVannin-
gus mona-
sterio ser-
nit.

officium linguae reperit: & per annorum vertiginem duorum cum sanctis virginibus cohversatus, humilitatis & pacifica formam exhibuit. Et audientium corda voce cœlestis doctrinæ irrigauit & fecundauit. Cernens glorioli B. VVanningus inopinatam templi gloriam sanctaque congregationis religionem, & multititudinem cœlestem, cunctas suæ proprietatis diuitias recensuit, sanctarumque in vls virginum delegauit. Et toto vitæ cursu, totius famulatus humilitatem & obedientiam in eadem Ecclesiæ ratione & consuetudine seruientium exhibuit. Defuncto autem Beato VVanningo cetera defun.

a Ansegfus S. Arnulfii filius, maritus S. Begga, pater Pipini Herballi.

b Alibi sanitas ei restituta dicitur, precibus S. VVandregisili & S. Audoëni, in quorum vita scilicet hac referuntur gesta: Quo in loco (Fiscanno) dum moraretur, excessum mentis subito passus est, ostensaque sunt ei pœna damnatorum, & felicitates iustorum, audiuitque diuinus viginti annorum spatio ipsum victurum, idque impetrasset a Domino sanctam Christi Martyrem Eulaliæ, cui precibus se sedulè commendare solitus erat. Sed & ipsa Christi Martyr ei appatens comonuit, vt in prædicto prædio, quo morabatur, monasterium construeret, & de sua stirpe nulli regendum committeret. Quâ reuersa ad Superos, virum Dei Wandregisilum accersuit, & ordiniem ei visionis exposuit, simulque à febre, quâ premebatur, eius precibus curatus, optata recipit sospitatem, prædictumque cœnobium, vt monitus erat, illuc conseruare coepit. Hæc in vita S. VVandregisili. Quibus conformatia referuntur in vita S. Audoëni his verbis: Inter cetera autem virtutum miracula, quæ idem egregius Præsul effecit, illud omnino prætereundum non est, quod illustrem virum VVanningum suâ oratione optatae sanitati restituerit. Fuit ille VVanningus sane prædices & potens, sed thorbo coruptus acerbè, in ecclasiæ multa impiorum supplicia vidit. Cumque eodem morbo adhuc premeretur, B. Audoënu Antistes, cum prius orasset, benedictionem ei impetravit, & redditus illi est prælitina incolumentis. Hortabatur autem eum Audoënu, vt locum illum Deo dicaret. Admonitus enim ille fuerat à B. Eulaliæ, vt in prædio suo Fiscano, vbi iam diu discubuerat, ad sancti Præsulis Audoëni iussionem cœnobium extruderet: simulque indicatum erat ei: viginti annis illum in corpore vivitrum. Itaque vitæ redditus & ad se reuersus, clarissimum Pontificem Audoënum orat, vt ad se venire velit vna cum Sacerdote Christi Wandregisilo.

c In vita S. Audoëni Rex Clotharius dicitur Fiscanum profectus: Adfuit vero etiam Rex iuvenis Clotharius, Clodouai junioris Regis filius, insigne illud, quod in VVanningo perpetratum erat, miraculum magno desiderio cernere cupiens. Non solum autem Rex, sed & cuncti Proceres, & omnis populi multitudo, qui eum illo aderant viderunt, & omnipotentis Dei clementiam

Tom. I.

collaudarunt, Beatumque Audoënum colere & venerari cooperunt.

d Colitur S. Hildemarcha 25. Octob. eius vita citatur in actis S. VVandregisili vbi, ut & in vita S. Audoëni, endem citantur, que hic.

e Vitam S. Leodegaris dabitus 2. Octob. quum edidit Andreas Du Ghezne tomo i. Scriptorum Historie Francorum, in qua hæc de SS. Leodegaris & VVanningo: S. Leodegarium tradidérunt viro nomine VVanningo, vt sub eius graui domino emitteret crucifixum spiritum. Cui alt Ebroinus: Accipe, inquit, Leodegarium, quæ aliquando vidisti virum superbum; & constitue sub terra custodia. Erit enim citè tempus sua vocationis, recipiens quod induxit est ab inimicio suis. Cum enim longè eius esset, hoc pietatum sanctum Dei Martyrem imposuerunt in vilium iumento. Ecce. Et pauci inferius: Hermenarius Episcopus VVanningum postulat, adiutum ad Dei Martyrem accedendi. Cumque etiam sibi merito ei fuisset concessum, (omnes enim vt leonem iratum metuebat seum tyrannum) vulnera eius studuit diligenter curare; & arte quæ valuit, porti ciboque reficere, vestemque quam habuit me liorem induere. Non enim iam vt terreno homini, sed vt translató Martiri, retinerent imperiū honorem. Quâ de re non solum indulgentiam de præteritis, verum etiam beheadictionem ab eo promeruit de futuris. Postquam enim VVanningus eum perduxit ad propria, Dei comitante gratia, cœperunt velocius eius contra naturam recrescere labia, vna cum lingua, nec non & verba vla solitum ab eius ore indefinitè effluere. Cum hoc miraculum cognouisset VVanningus, non obdurat animum ei impendere malum, vt à tyranno fuerat iussum: sed versa vice iam Dei Martyrem cognoscens, eum acceptum ad suum perduxit cœnobium, quod vocatur Fiscanum, vbi erat congregatio sanctimonialium ac virginum, quibus præcessit Childebrandus famula Christi.

III. Ex alio MS. eiusdem monasterij.

a b
1. INTEREA contigit Fiscannenses b Canonicos alio-
rum Canonicon mōres imitari, latae perditio-
Fiscanum
nis vias ingredi, & rerum temporalium luxus & des- sub aduen-
dias voluptuosæ sectari. Quam Canonicon mōserat
tum Nor-
vitam, & viuentē miseriā, Dux prudentissimus t R. manorū
Richardus audiens, & audiendo cognoscens, valde do- tenent Ca-
luit, hominumque pravorum mōres & conuersatio- nonici.
c
n exhorrens, legatos festinanter Cluniacum direxit, Richardus
& d S. Maiolum magnæ humilitatis precibus Fiscanum
accersuit, atque secundum S. Benedicti regu- 1. pro iis
lam & institutionem disponi & ordinari nouam. Ec- monachos
clesiam exorauit. Cui S. Maiolus, Huius, inquit, laboris introduct
magnitudinem talis tationis conditione, carissime fili à filio iu-
d
Richarde, suscipiam, si per totum Ducatum tuum cō- bet.
suetudinem, quæ vulgariter pasnagium dicitur, Domi- Richardus
nō donaueris, nullumque tuæ potestatis Principem
aliquam amplius exigere decreueris. Vbi Richardus
Dux, non morbo avaritiæ, verum occultâ diuinitâ pro- Richardus
pudentiâ disponente, & S. VVillelmo Abbatì gloriari
ordinandi sanctam Ecclesiam transferente, suorum
hominum consilio adquieuit, & S. Maioli sanctam in- Richardus
terpellationem non exaudiuit: unde contigit vt S. Ma- Richardus
iolus Cluniacum reuertetur, & Canonicon cor- Richardus
rectio vel expulsio per aliquot tempora protelaretur.
Idem Dux Richardus, vt ibidem habetur, morti proximus filio
suo Richardo II. præcepit vt Canonicis inde eis monachos sub- Richardus
stitueret.

a Subiitimus hac, vt varia illius cœnobij successio Ordinum in-
notescat. Viderur ab eodem hoc auctore scriptum, quo præcedens fra-
gmentum. Sunt fortassis amphiorum Chronicorum partes.

b Glaber in vita S. Guilielmi Diuinenſis, num. 20. Erat enim illuc more viuenus carnali, iugo soluto regulari Clericorum leuis concilia, quando Canonici monialibus successerint non reperimus.
c Richardus I. Dux III. Normannia, successit puer patri Guilielmo an. Chr. 943. defuncto, decepsit ipse apud Fiscanum an. Chr. 996. Gui. Gemeticensis lib. 3. cap. 12. & lib. 4. cap. 20. In Fragmento His- torie Aquitanice apud Du Chene rom. 1. script. hisp. Francorum, dici- tur: adificasse monasterium Fiscanum in honorem summi Tri- nitatis: vbi sepultus est ipse, & monachos constituit. Ordericus Vitalis lib. 4. Ecl. hist. script. hisp. Francense cœnobium à Richardo primo Duce Normannorum nobiliter fundatum, à secundo multis honoribus & diuitiis largiter ampliatum. Melius Glaber antè citatus scribit ab eo Ecclesiam in Fiscanensi loco honorificentius reformatam.

d S. Maioli vitam dabitus xi. Maij.

e Viderur deesse numinis.

D d d 3

I V. Es

Ex MS.

IV. Ex alio ms. eiusdem loci.

¶ 1 **V**IR Nobilis Normannia Ricardus, primi Ricardi filius, à monasterio Fiscannensi Canonicos regulares expulit: qui legatos apud S. Benignum Divionem humiliter destinavit, Guilielmo eiusdem loci præcipuo pastori, magnis precibus compellit; S. VVillielm monasterij Fiscannensis sub regulâ B. Benedicti committit gubernandum, anno ab Incarnatione Domini millesimo primo.

2 Illo tempore, beata memorie VVillelmus Abbas, suæ religionis affluentia totius partes Romani Imperij illustrabat, Abbatumque multorum tepidos animos sui feritoris imagine reformabat & accendebat: apprimè enim liberalibus artibus eruditum atque disciplinis Ecclesiasticis cunctisque spiritualibus officiis, nihilominus etiam ferè virtutum omnium gratia imburum, & illuminatum, Diuonensium Ecclesiæ B. M. iolus præposuerat & constituerat Abbatem & Magistrum.

3 In eodem ms. Codice catalogus extat Abbatum Fiscannensium: Guillelmus primus Abbas Fiscannensis, de Burundiā natus, fuit nobili genere procreatus. In quadam libro memoriali de p̄fato sanctissimo Patre p̄ se recordationis & memorie discimus, quod suæ religionis affluentia totius partes magni Imperij illustrabat. Et quoniam nouit, quod nisi qui legitimè certauerit, contabatur, opus bonum, quod incepérat cœnobio Fis-

caneas, studuit perseveranter exercere, qui monasteria per viginti nouem annos glorioſimè regens & diem clausit extremum, & vt credimus, feliciter in Christo coronatur. e Vixit xxix. annis.

Ioannes.... Italus, profectus Ierosolymam: sedis annis 22.

Guilielmus Virgo, vulgo la pucelle, magnus eleemosynarius, diœcesis Baiocensis, 29. annis.

Rogerius, diœcesis Baiocensis, 31. annis. huius meminit Ordericus Vitalis lib. 12.

Henricus, 49. annis: sub hoc pretiosus sanguis reperitus. Deinde electione agit Ordericus l. 13.

Radulphus, Raoul, 30. annis.

Richardus, 3. annis.

Richardus Morinus, 5. annis.

Guilielmus Napaille, 31. an.

Richardus de Triege, 16. annis.

Guilielmus de Putot, 12. annis.

Thomas à S. Benedicto, 20. annis.

Robertus du Putot.

Petrus Rogerius, factus summus Pontifex Clemens VI.

a Richardus II. Dux IV. Normannie, successor patri an. Ch. 996. d viuus excessit an. Ch. 1026.

b Obiisse S. Guilielmu Fiscani an. Ch. 1031. ostendimus suprà eius vitâ.

c In régimine, nimirum.

d Ordericus Vitalis lib. 4. Eccl. hist. ann. 5. eius regimini tribuit.

e De hoc Guilielmo, quem de Roz appellat, pluribus Ordericus lib. 3. 4. 8. & 11.

DE S. FILANO, SIVE FELANO, ABBATE IN SCOTIA.

vii. Se-
c. v.
IX. IA-
NVARII.
S. Filani
natalia.

1 **S**ANCTVS Filanus, Abbas vetusti in Fifa monaſte-
rii, cui Pettinwimeum nomē, fuisse scribitur, refertur, hoc die à Davide Camerario in Menologio Sanctorum Scotorum. Fillanus quoque, Felanus, & Philanus appellatur. Carthagini Colonienſis in Additionibus ad Vſuard. excusis an. Ch. 1515. & 1521. Ipso die Felani Abbas Confessoris. Adamus Regius in Kalend. Scotie: In Scotoriâ S. Filanus Abbas. Eiusdem meminit Ferrarius in catal. generali SS. aditq; ex Dempſtero, ad huius reliquias venerandas magnum hominum concursum fieri consueuisse. Est verò Pettinwimeum in Fifâ, vt dictum est, prouincia haud procul à S. Andrea metropoli.

Infans à
mortre fer-
natus.

2 Ex Chronicis Paslatenſis, & Breuiario Aberdonenſis (que non vidimus) refert Camerarius hanc vita S. Filani epitomen: S. Filanus, ex patre Feriath viro nobili & Kentigernâ matre sanctissimâ traxit originem. Natum iam Filanum pater in vicinum lacū præcipitati iussit, quod in lucem emissus ad instar monstri lapidem in ore videretur gestare. Verùm (vt tradit ad hunc diem Aberdonense Breuiarium) Angelorum ministerio ab aquis liber, ad ripam lacus ab iisdem conseruatus est, donec ab Ibaro Episcopo viro sancto, Filanus inter Angelos inuentus, baptizatus est, & matri Kentigernæ (qua lacrymis à Deo affiduè postulabat, vt Filanus filius, quem sciebat à patre in lacum præcipitatum, vitæ restituueretur, & baptismi sacramento donaretur,) reditus est.

Sanditate
& mira-
culis cla-
rexit.

3 Porro grandior factus Filanus ab Ibaro Episcopo traditur Mundo Abbatii educandus; apud quem omnes numeros solidæ virtutis explere, eiusque fama sanctitatis longè lateque manare cœpit. Sæpè visus est Filanus, dum noctes integras in oratione transigeret cœlesti circumfundī lumine, quod sole clarissim cellam illustraret totam. Quandoque cum esset in tenebris, sinistra manus instar facis lucidissimæ, dexteræ manu dum scriberet aut legeret, lumen præbere à ceteris monachis videbatur.

4 Abbate Mundo ex hac vitâ sublato, Filanus confessu monachorum in Abbatem eligitur: quo in officio omnium virtutum ceteris præluit exemplo. Sed breui pōst, diem sua migrationis ex hac vitâ adesse sentiens, relicto successore ad solitudinem Sirach non procul à Glenderchy se contulit; quo in loco se rotum cœlestium rerum contemplationi tradidit, variisque à corporis & animæ infirmitatibus, diuinâ ope, liberauit. Addit Camerarius sub annum Christi DCIL. è vitâ migrasse.

5 Ope S. Filani Eduardum Anglorum Regem à Roberto victoria Bruseo Scotorum Rege profligatum, scribit Hector Boëtius Scotorum. lib. 14. historia Scotorum: Numerum omnium, inquit, quos ope S. Filium peditum equitumque Anglus contraxerat hunc ^{ni.} ferunt, videlicet centum quinquaginta peditum millia, & totidem ferè equitum Ex aduersâ parte Robertus omnia prudenter ac exploratè agere, cum triginta millibus peditum equitumque, veteranis plerique militibus obuiam hosti procedens, castra loco plana ponit, seu viribus suorum confidens, seu contemptum sui hostibus audaci consilio adimens..... Interē vnumquemque arma expedire iubet, ac se se Deo preparare, confitendo Sacerdotibus delicta, ac Deum veniam orando, vt in posterum diem re sacrâ auditâ, ac sumpto Christi corpore, idonei prælium conferere, ac victoriâ potiri possint. In castris hestium amplissima sibi quisque sperabat, vnius die labore exiguo diutias ingentes ac agros (qua ante ne per somnium quidem sperauerant) amplissimos habituros: nihil vero facilius effecturos se arbitrabantur, quam primo impetu hostes proterere.

6 Nocte autem quum Robertus de rebus suis sollicitus, quietem nullam propè corpori daret, precibus vacans, aut omnia animo voluens, intento eo cum qui- S. Filani busdam in preces conuerso, (orabat autem Deum ac miraculæ delasum S. Philanum, cuius brachium inclusum argento in exercitu se habere credebat, vt viatoriam propitijs dare ad osfra brachium. vellent)

vellent) visum est brachium argenteum, cui inclusum verum fuerat, repente apertum, ac rursum in noctu oculi clausum, nullo accidente nec se mouente quopiam. Quod quum mirandum videretur, Sacerdos ad altare accessit quid actum esset inspecturus: vbi vidit verum inesse brachium, exclamans, verè numen adesse diuinum, confessus est factum suum Regi, quod roganti brachium S. Philani, capsulam tantum argenteam, veritus ne in tumultu perderetur, exempto vero brachio, vacuam dederit. Plenus igitur Rex spe reliquum noctis in precibus ac gratiis agendis perseuerabat.

*Scotorum
pietas:*

7 Postero die præparatis omnibus ad rem sacram, milites conuocat, iubetque omnes Christi corpus, quod robustiores spiritu essent, sumere. Erat in exercitu Abbas insulæ Missarum, nomine Mauricius, qui ex editi sculo loco tum rem diuinam faciebat: is Regi Eucharistiam ac nobilibus administrabat: deinde à reliquis Sacerdotibus idem factum ceteris militibus Mauricius arreptâ duabus manibus cruce in quâ Christus crucifixus pendebat, ostentansque eam militibus, ut eius nomine bono animo patriam defenderent, in ecce solo confiderent, ad pugnam eduxit. Ac vbi aliquantum adhuc acies vrimque abessent, Deo fese

cunctos in terram prostratos commendare mandat. Ex Bida: Quod vbi hostes videre, ditionem eos supplices facete clamant vniuersi. Sed mox vbi consurgentes maximo imperio in fœse omnes incurtere vident, contioso metu sibi quisque timere caput. Primo igitur imperio plurimi cecidere Cecidere eo Victoria: prælio ab Anglis millia quinquaginta; Equites autem aurati ducenti, cum Duce Gouernia: duo tantum Scotorum Equitum auratorum desiderati sunt, V Vilhelmus à Vetere ponte, & V Valterius Rossensis: vulgi verò perierte hand amplius quatuor millia: Camerariu quoque victoriam hanc, anno Chr. 1314. vt ait, relatam proprio numini, à S. Filano suis gentilibus conciliato, tribuit. Commissum est prælium ad torrentem Bannock, vt Ioannes Maior lib. 5. His. Scotice cap. 4. & Cambdenus testatur, haud procul Sterlingo oppido. Ioannes Leslie de rebus gestis Scotorum lib. 7. hoc prælium describit atque ad illud piam Roberti Regis & Scotorum preparationem, Mauricij Abbatis exhortationem, & crucis Christi prolationem; non tamē meminit S. Filani, vt nec Maior, nedum Buchananus, qui antiquam Scotorum pietatem erga Ven. Eucharistiam, Crucem Christi, & Sanctos commemorare, nefas duxisset.

DE S. ADRIANO ABBATE, IN ANGLIA.

CIRCI- I ADRIANVM Abbatem, non minori Christiana hu-
TER AN. milutatis quam Apostolici zeli laude illustrem, vene-
CHRIST. rantur IX. Ianuarij Ecclesia Anglicana: de quo preter
DCIX. IX. IA- Martyrologium Anglicanum, Galefinus, Molanus & Caribu-
NVARII. siani Colon. in Addit. ad Vſuardum: In Cantiâ Adriani Ab-
S. Adriani batis & Confessoris. Eiusdem meminit Ferrarius in genera-
nata, li catalogo Sanctorum, Martyrolog. Germanicum, Ghinius,
VVion, Menardus, Tritthemiū lib. 3. de viris illust. cap. 115. Fu-
sius Harpsfeldius sec. 7. cap. 9. qui anno 708. mortuum scribit,
VVion anno 707.
Vita. 2 Illius geminam h̄c vitam damus, alteram ex Bedā lib. 4.
h̄st. Anglic. cap. 1. & 2, ex Ioanne Capgraveo alteram, cuius
pars prior ex Bedā est adumbrata.

VITA EX VEN. BEDA lib. 4.

a i NNODCLXVI. Deus dedit sextus Ecclesiæ Dorouernensis Episcopus
b obiit pridie Iduum Iuliarum. Sed &
c Erconbert Rex Cantuariorum eo-
to filio ledem regni reliquit, quam ille suscepit per
nouem annos tenuit. Tunc cessante non paucō tempore
Episcopatu, missus est Romam ab ipso simul & à
Rege Nordamhumbrorum Osvvi & VVighart Pre-
sbyter, vir in Ecclesiasticis disciplinis doctissimus, de
genere Anglorum, perentibus, Ecclesiæ Anglorum E-
piscopum ordinari; missis pariter Apostolico Papæ do-
nariis, & aureis atque argenteis valvis non paucis. Qui
vbi Romam peruenit, (cui Sedi Apostolica tempore
illo Vitalianus præterat,) postquam itineris sui causam
præfato Papæ Apostolico patefecit, nō multò post
& ipse, & omnes penè qui cum eo aduenerant socij,
pestilentia superueniente deliti sunt.
d e VVighart ordinatus Episcopus, pestis mori-
tus.

f Adrianus E-
Abbas Episcopatum derelat.

2 At Apostolicus Papa habito de his consilio, qua-
siuit sedulus quem Ecclesiæ Anglorum Archiepiscopū
mitteret. Erat autem in monasterio Niridano, quod est
non longè à Neapolii Campaniæ, Abbas Adrianus, vir
natione Afer, sacris litteris diligenter imbutus, mona-
sterialibus simul & Ecclesiasticis disciplinis institutus,
Græcæ pariter & Latinæ linguae peritissimus. Hunc ad
se accitum Papa iussit, Episcopatu accepto, in Britan-
niam venire. Qui indignum se tanto gradu respondēs,

ostendere posse se dixit alium, cuius magis ad susci-
piendum Episcopatum & eruditio conueniret & ætas.
Cumque monachum quedam de vicino Virginum Alium of-
monasterio, nomine Andream, Pontifici offerret, hic fere Ponti-
ab omnibus, qui eum nouere, dignus Episcopatu iudi-
catus est. Verum pondus corporeæ infirmitatis, ne E-
piscopus fieri posset, oblitus.

3 Et rursum Adrianus ad suscipiendum Episcopa-
tum actus est: qui petiti inducias, si forte alium, qui E-
piscopus ordinaretur, ex tempore posset inuenire. Erat
ipso tempore Roma monachus Adriano notus, no-
mine g Theodorus, natus ex Tharsio Cilicie, vir & se-
culari & diuinâ litteraturâ, Græcæ & Latinæ instructus,
probus moribus, & ætate venerandus, id est, annos ha-
bens ætatis 66. Hunc offerens Adrianus Pontifici, vt
Episcopus ordinaretur, obtinuit; his tamen cōditioni-
bus interpositis, vt ipse eum perduceret in Britanniam, Mittitur
eo quod iam bis partes Galliarum diuersis ex caffis cum eo
adiisset; & ob id maiorem huius itineris peragendi in Angliâ,
notitiam haberet, sufficiens que esse in possessione ho-
minum propriorum: & vt ei doctrinæ cooperatore exi-
stens diligenter attenderet, ne quid ille contrarium
veritati fidei, Græcorum more, in Ecclesiam, cui p̄-
cesset, introduceret. Qui Subdiaconus ordinatus qua-
tuor expectauit menses, donec illi coma cresceret, quo
in coronam tonderi posset: habuerat enim tonsuram
more Orientalium b S. Pauli Apostoli. Qui ordinatus h
est à Vitaliano Papâ anno Dominicæ incarnationis
CLXVIII. sub die VII. Kal. Aprilium, i Dominicâ. i

4 Et ita vna cum Adriano vi. Kalendas Iunias in
Britanniam missus est. Qui cum pariter per mare ad
Massiliam, & deinde per terram Arelaten peruenissent, Veniunt in
& tradidissent k Ioanni Archiepiscopo ciuitatis illius k
scripta commendatitia Vitaliani Pontificis; retenti sunt
ab eo, quoque l Ebroinus Maior domus regiæ co-
piam pergendi quoquid vellent tribuit eis. Quâ acceptâ
Theodorus profectus est ad m Agilbertum Parisiorum m
Episcopum, & ab eo benignè susceptus, & multo tem-
pore habitus est. Adrianus verò perrexit primù ad
Emme Senonum, & postea ad o Faronem Meldorum me subi-
Episcopos, & benè cum eis diutius fuit. Coegerat enim n
eos imminens hyems, vt vbi cumque potuissent, quieti
mancerent.

D d d 4

Quod

Ex BEDA. *s* Quod cùm nuntij certi narrassent Regi Ecgberto, adesse scilicet Episcopum, quem petierant à Romano Antistite, in regno Francorum; misit illò continuò Theodorus, Redfridum Praefatum suum ad adducendum eum. Quò cùm peruenisset, assumpit Theodorus cù Ebrouni licentiā, & perduxit eum ad portum, cui nomen est

p Quentawic, vbi fatigatus infirmitate aliquantis per moratus est, & cùm conualescere cœpisset, nauigauit Adrianus in Britanniam. Adrianum autem Ebrouinus retinuit, ab Ebrouino quoniam suspicabatur eum habere aliquam legationē aliquam Imperatoris ad Britannia Reges aduersus regnū, cuius tunc ipse maximam curam gerebat. Sed cùm tale nihil illum habere vel habuisse veraciter compreserit, absoluīt eum, & post Theodorum ire permisit. Qui statim,

q vt ad illum peruenit, dedit ei q monasterium B. Petri Apostoli, vbi Archiepiscopi Cantiz sepliti solent. Præceperat enim Theodoro abeunti Dominus Papa S. Petri in locum, in quo cum suis aptè degere potuisset.

r Peruenit autem Theodorus ad Ecclesiam suam secundo postquam consecratus est anno, sub die r sexto Kalendarum Iuniarum, Dominicā, & fecit in eā annos viginti & unum, menses tres, dies viginti sex. Mox que peragrata insulā totā, quaquaerens Anglorum gentes morabantur, (nam & libentissimè ab omnibus suscipiebatur atque audiebatur) rectum viuendi ordinem, ritum celebrandi Pascha canonicum, per omnia comitante & cooperante Adriano disseminabat. Ilque primus erat Archiepiscopus, cui omnis Anglorum Ecclesia manus dare consentiret. Et quia litteris sacris simul & secularibus, vt diximus, abundantiter ambo erant instructi, congregatā discipulorum ceteruā, scietia salutaris quotidie flumina in rigandis eorum corribus emanabant: ita vt etiam metricæ artis, astronomicæ, & arithmeticæ Ecclesiasticae disciplinam inter factorum apicum volumina suis auditotibus contralefasticū. Indicio est, quod vñque hodie supersunt de eorum discipulis, qui Latinam, Græcamque linguā æquè vt propriam, in quā natī sunt, norunt. Neque vñquam prorsus, ex quo Britanniam petierunt Angli, feliciora fuere tempora, dū & fortissimos Christianosq; habentes Reges cunctis barbaris nationibus essent terrori, & omnī vota ad nuper audita cælestis regni gaudia penderent: & quicunque lectionibus sacris cuperent eruditri, haberent in promptu magistros qui docerent.

s *f* *7* Idem lib. 5. cap. 21. Anno post obitum præfati Patris proximo, idest quinto r Ostedi Regis, teuerendissimus Pater Adrianus Abbas, cooperator in verbo Dei Theodori beatæ memoria Episcopi, defunctus est, & in monasterio suo in Ecclesiā beatæ Dei genitricis sepultus: qui est annus quadragesimus primus, ex quo à Vitaliano Papā directus est cum Thedoro; ex quo autē in Britanniam venit, tricesimus nonus. Cuius doctrinæ, simul & Theodori, inter alia testimonium perhibet, quod Albinus discipulus eius, qui monasterio ipsius in regimine successit, intantum studiis scripturarum institutus est, vt Græcam quidem linguam non paruā ex parte, Latinam vero non minùs quam Anglorum, quā sibi naturalis est, nouerit.

x *A* *lbinus eius successor.* *a* S. Deudedit, qui hic pridie Iduum Iuliarum obiisse dicitur, ip̄is Idibus seu xv. Iulij porissimum colitur. Martyrol. Anglicanum & Ferrarius eum referunt pridie Kal. Iuliarum, quo ali⁹ volunt obiisse.

b Cantuariam olim Doroberniam, seu Durouernum fuisse appellatam diximus vi. Ianuarij, cū de S. Petro Abate Cantuariensi egimus num. 5. ubi plura de Cantuaria.

c Successit Egbaldo patri an. Ch. 640. regnum magnā cum laude 24. annis administravit, bares regni & virtutum aui sui S. Ethelberti per quem Cantia Christo est consecrata: cuius vitam dabimus xxiv. Febr. Fuit & frater S. Enswyda, (de quā xii. Septemb.) maritus S. Sexburgae, (quā vi. Iulij colitur) ex quā preter Egerium & Lotharium Reges, fūscipit SS. Ermenildam & Erkongaram, quarum hec VII. Iulij, illa XIII. Februario colitur.

d Successit hic fratri S. Oſvvaldo (eui v. Augusti sacer) in regnū anno DCX LII. obiit Kalendis Martij an. DCLXX. De eius filia S. Elfelda agemus VIII. Februar.

e De eo, eiusq; Roman legatione & morte, plurū idem Beda lib. 3. cap. 29.

f S. Vitaliani vitam dabimus XXVII. Ianuarij. Eius ad Osuvium Regem litteras de morte VVīghardii recitat Beda.

g De S. Thedoro Episcopo Cantuariensi agemus xix. Septemb.

h Varios fuisse coronæ Clericulæ ritus, ex Beda constat lib. 5. c. 22.

i Baroniom. i. an. 8. num. 130.

j Erates Dominicā Passionis ei anno.

k Abest à catalogo Archiepiscoporum Arrelatenisim, apud Cl. Robertum, in forendus inter Theodorum, seu Theodoricum, (ad quem extas epistola Concilij Cabilonis scripta circa an. Chrī. DCL.) & Felicem, qui interfuit Concilio Romano sub Agathone circa an. Chr. DCLXXX. Iustus Chenu tres exhibet Catalogos Archiepiscoporum Arrelatenisim, in quorum secundo, de prompto ex Historiā Provinciali auctore Casare Nostrodamo, Ioannes hic Theodosio subiungitur.

l Truculentus huīus tyrannimento fit in omnium ferē huīus anē occidentalium Sanctorum vitis.

m Hic Pontifex diu in Hibernia sacram Scripturam prælegaverat, dein rogatis Regi Cenwalch Saxonibus Occidentibus Sacerdotali iure multus anni prefuerat, tandem accepto Episcopatu Parisiensi ibidem senex & plenus dierum obiit. à quo an. Ch. DCLIX. consecratus est S. VVulfredi Episcopus Eboracenſis. Ita Beda lib. 3. cap. 7. & lib. 5. cap. 20.

n Alius Emmo, Anno, Aimo & Haymo appellatur, XXVII. eiusdem Archiepiscopus, quam tenuit ab anno circiter DCLX. ad ann. DCLXXV. subscriptis prīmīlegi libertatis monasterio Corbeiensi concessō a Bertrrido Episcopo Ambianensi ann. DCLIV. successit ei S. Amatus, qui XII. Sept. colitur.

o S. Faronis, seu Pharonis, vitam dabimus 28. Octobris.

p Nobile tunc temporis emporium, ad osferd Quantiz, sine Cantecflusii, qui per fines Atrebatum labitur, sed isthīc in Oceanum Britannicum effundit.

q De eo egimus VI. Ianuarij. Ad vitam S. Petri Abbatis eiusdem monasterij hum. 7.

r Anno DCLIX. VI. Kal. Jun. incidit in Dominicam. Non ergo post biennium à consecratione in Britanniam venit, ut scribit VVestmonasteriensis.

s S. VVulfredi, de quo egreditur, Natalis incidit in XII. Octob.

t O'readas successit patris Alfrido in regno Nordhumbrorum an. Christ. pccv.

v Eam in dicto monasterio construxerat Eabaldus Rex Cantorium, pater Ercomberti, ut notauimus.

x Huius consilio & auxilio facetus Beda in prefatione ad Regem Ceolwulphum, ē historiam Anglicanam scripsit: Auctor, inquit, ante omnes, atque adiutor opusculi huius Albinus Abbas reuerendissimus, vir per omnia doctissimus, exitit. Qui in Ecclesiā Cantuariorum à beata memoria Theodōro Archiepiscopo, & Adriano Abbe, viris venerabilibus atque eruditissimis institutus, diligenter omnia que in ipsā Cantuariorum prouinciā, vel etiam in contiguous eiusdem regionibus, à discipulis beati Papæ Gregorij gesta fuēre, vel monumentis literarum, vel seniorum traditione cognoverat, ea mihi de his que memoriam digna videbantur per religiosum Londonienſis Ecclesia Presbyterum Nothelnum sue littetis mandata, siue ipsius Nothelmi viua voce referenda transmisit. S. Adriani discipulum fuisse S. Aldelnum scribit Harpsfeldius seculo 8. cap. II. de quo ad eius vitam 25. Maj.

ALIA VITA

Ex legendâ SS. Ioan. Capgrauij.

A **DRIANVS**, natione Africanus, comes & cooperator Euangelicus Apostoli licorum virorum post Primatem Au- **S. Adria-** gustinum, magnum lumen refulit An- **nus Episco-** patum ex glorum. Quod autem S. Augustinus **humilitate** in Angliā plantauit, S. Adrianus cum B. Theodoro **bi detra-** vberitatem rigauit. Nam cùm Papaā Vitalianus B. Adriano bis electo imponeret Apostolatū Angliae, B. Theodorus inuenit pro se, quem sibi debitis insigniis induit, suisque titulis sublimauit. O beatum Adriani, dignum gradu Apostolico, & sanctitatis merito, & doctrinæ studio, & caritatis officio! Qui & Græcā & Latinā eruditione emicuit, qui etiam electus à Romano Pon- tifice in Apostolatum Britanniæ, refugit honorem! in- uasit tamē labore, de Prælato subiectus, de magistro minister factus Euangeli: malens genti instruendæ prodeſſe, quā præſeſſe, ministrare, quā ministrari. Primò Andream quemdam virum probi testimonijs pro se obtulit: sed hunc infirmitas corporis inhibuit. Rursus raptus Adrianus ad Pontificium, obiecto, ve- **dixi.**

*Mittitur
cum S.
Theodoro
in Angliā.* diximus; Theodoro se redemit. Prius tamen à Papā hæc interiecta est conditio, ut ipse Pontifici non solum dux, comes, adiutor, & cooperator Dominicæ legationis in Britanniâ; verum etiam custos & obseruator Apostolicæ fidei in omnibus existet: ne Græca institutio gentem Apostolicè docendam in aliquo laderet.

*Retinetur
in Galliâ
ab Ebroi-
no.*

*Preficitur
monasterio
S. Augu-
stini.* Beatum verò Adrianum Abbatem a Viridiani monasterij, quod erat non longè à Neapoli Campaniæ, Afrum natione, monastrialibus & Ecclesiasticis disciplinis sanctè informatum, cælesti ac mundiali philosophiâ, Latinâ quoque & Græcâ linguâ eruditum, aded Roma nouerat, vt nullum magis Angliæ institutorem optaret; aut tandem pro illo non alium quam quem ipse approbareret, & suo comitatu & suffragio confirmaret.

*Cantum
Ecclesiasti-
cum,
aliam
doceat.* 2 Ibat ergo athleta Dei Adrianus cum B. Theodoro sanctisq; sociis, laboriosâ peregrinatione, ad omnem patientiæ palmam paratus. Illustrissimus autem Adrianus, quia frequenti legatione per Gallias famosus erat, ad cumulum præmiorum detentus est à Duce Francorum Ebroino, quasi legatus Imperatoris ad Reges Britanniarum contra regnum, quod ipse maximè procurabat.

Moritur. Sed tandem innocens repertus, & ad Angliam liberè dimissus, regimen monasterij S. Augustini Cantuariæ suscepit. Congregatâ autem discipulorum cateruâ metrika artis, astronomiæ, & arithmeticæ Ecclesiasticæ disciplinam, inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus tradidit; vt quidam eorum discipuli Latinam Græcamque linguam æquè vt propriam, in quâ nati sunt, nouerint. Sed & sonos cantandi in Ecclesiâ, quos eatenus in Cantâ tantum nouerant, ab hoc tempore per omnes Anglorum Ecclesiæ discere cœperunt.

*Claves mi-
raculis:
ab hostibus
liberat.* 3 Anno autem Domini septingentesimo octauo sanctus Pater Adrianus bonis operibus & exemplis plenus, migravit ad Dominum, v. Idus Ianuarij, & in monasterio suo sepultus est quadragesimo primo scilicet anno, ex quo in Angliam missus fuit. Reliquit autem sanctum & doctissimum Albinum discipulū suum, sibi successorem.

*Mortuum
resuscitat.* 4 Post mortem verò multis effulgens miraculis, nautas Anglorum quodam ad Frisonum littora appulso, ab inuasione hostili citius liberauit. Nam cùm esent ab irruente turbâ opprimendi; inuocato Sancti suffragio, celeri turbine in alta pelagi propellente, ad optatum illæsi portum peruererunt.

*Alium à
mortuus
bito eripit.* 5 Mortuum resuscitauit: & inter paganos cùm quidam Christianus peregrinus sub eleuato iam percursoris gladio, Sancte Adriane adiuua me, exclamando proferret; percussor eadem horâ trucidatur, & cælio liberatur.

*Iubet ec-
clesiam D.
Virginis
restaurari.* 6 Conflagratâ, in quâ requiescit, ecclesiâ, in visu cuidam viro apparuit, dicens: Vade & dic Episcopo b Dunstano: Hæc tibi mandat famulus Christi Adrianus: Tu in domibus diligenter coopertis requiescis; & mater Domini nostri, atque nos domestici sui, omni cæli iacturæ patemus. Quo audito Dunstanus ecclesiâ S. Mariæ reparat: quam æternâ dulcedine raptus

singulis & noctibus frequentare solebat. Nocte autem quadam idem Episcopus ecclesiam ingressus manifestè vidit S. Adrianum inter choros cælestium cum ipsâ mundi Dominâ collaudantem Dominum.

*Apparet
S. Dunsta-
no.* 7 Cùm puer quidam doctoris sui verbera timens, *Puerum à
plagis libe-
ras.* Adriani tumba fugiendo adhæceret, & inuocans San-

ctum istib[us] afficeretur, dum tertio altius dexteram Doctor eleuaret; stetit eleuatum in alta brachium, plu- *Item alii* singulib[us] tenens irreflexum. Dein ab ipso, *Item alii* quem affixerat, paruulo veniam suppliciter petlit: & ipso interueniente solutum & sanum brachium de-

mum recepit.

8 Offendens puer alius doctorem suum, dum ad

tumbam S. Adriani, eius auxilium implorando, con-

fugeret; rapitur à magistro suo, qui ait: Nec ipso, in-

quit, Christo adueniente impunitum dimitterem te.

Et ecce illicò columbam candidissimâ in vertice tum-

ba S. Adriani conspexit: quæ clementer submisso ca-

pite, & expansis alis, veniam pro paruulo implorare

videbatur. Perterritus ergo doctor puerο pepercit, co-

ram Sancto se proiecit, & veniam suæ obstinatæ hu-

militer imploravit. Columba verò ad summa ecclesiæ

tecta euolans, ab oculis eius disparuit.

9 Vir quidam S. Adriano valde deuotus, pro suis

Desideriis commissis ipsum apud Deum intercessorem fore iugi- periclitan-

ter flagitabat. Cumque repentinâ morte præuentus

fuisset, quidam ei familiarior continuis precibus pro

animâ eius Dominum exorare non cessabat. Cui de-

sum soporato defunctus lineis indutus apparuit, dixit:

Scito, inquit, quod peccatis meis exigentibus cùm dæ-

monum traditus essem potestati; tamquam stella ma-

tutina radians, subito aduenit B. Adrianus, aduocatus

meus, cum splendidâ facie, & columbinâ specie, qui

cunctis excussis aduersariis eripuit me: & ante tribunal

æterni iudicis tremendum constituit. Vidi enim vultum

Domini erga me terribilem valde, qui S. Adriano con-

uersus ait: O Adriane, inquit, hunc prædicatorem &

meis præceptis non obtemperantem quare huc addu-

xisti? Cui ille, ô Domine clementissime, & misericors

æterne pro tui nominis honore mei memoriam sem-

per habuit: & apud te intercessorem & protectorem

me constituit. Hac placatus Dominus satisfactione,

sensi faciem Domini erga me fore serenissimam, & à

dæmpuis meis absolitus in custodiâ aduocati mei Adria-

ni me tradidit Dominus, sub cuius protectione viuo

feliciter & æternaliter conregnabo.

a Beda & alij Niridani, aliqui Neridani. Trithemius Heri-

dancensis.

b S. Dunstanus rexit Ecclesiam Cantuariensem annis xxix. ab

anno CMLIX. ad an. CMLXXXVIII. Eius vitam dabimus xix. Maij.

c Dicitur in eius vitâ ad monasterium beatissimorum Apo-

stolorum Petri & Pauli quadam vice ex more circa media no-

ctis silentium perrexisse, ibique Deo se diutiùs in oratione pro-

strauisse. Egressus verò, ad oratorium beatae Dei genitricis &

perpetuae Virginis Mariæ, quod in orientali ipsius monasterij

parte situm est, eadem facturus diuertisse, &c. adduntur varia

Sanctorum, & ipsius Deipara Virginis apparitiones.

d Hac sane intelligenda, quod in extremis contritionem ei impe-

traverit S. Adrianus.

DE S. BRITHVVALDO, SIVE BERTHVVALDO

ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI.

A. C. H. I. *S*ANCTI Berthvvaldi, vel Brithvvaldi, aut Berthvvaldi natalem ix. Ianuarij celebrant Carthaginiensi Coloniensi. in Addit. ad Vſuard. Berthvvaldi Archiepiscopi Cantuariensis Confessoris, Galeſinius: Cantuariæ item S. Berthvvaldi Episcopi & Confessoris. VVion: Item Cantuariæ S. Berthvvaldi Episcopi & Confessoris, qui ex monasterij, quod Racuulfum nuncupatur, probatione diuturnâ, ob vitæ meritum ad Ecclesiæ illius regimen assumpitus, plenus bonis operibus quieuit in pace. Similia habent Martyrologia Germanicum

& Anglicanum, Menardus, Dorganius, Ghinius, Ferrarius, & alij. In Florario Sanct. ms. refertur xiii. Ianuarij: In Angliâ apud Cantuariam depositio S. Bartvvaldi Episcopi & Confessoris anno salutis v. c. cxxx. In Kalendario ms. ord. S. Benedicti xv. Ianuar. S. Berthvvaldi Archiepisc. Cantuariensis in Angliâ, primò Abbatis Monasterij Raculfe.

2 De eo hac scribit Beda lib. 5. histoy. Eccles. gentis Anglor. Fit ex Ab- cap. 9. Succedit Theodoro in Episcopatu Berechtvval- bate Epis- dus, qui erat Abbas in monasterio quodam iuxta scopus. ostium Aquilonare fluminis Genlade positum, quod Racuulf

E x v A- Racuulf nuncupatur; vir & ipse scientia scripturarum imbutus, & Ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus, tametsi predecessor suo minimè comparandus. Qui electus est quidem in Episcopatum anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo nonagesimo secundo, die primo mensis Iulij, regnibus in Cantâ VVichtredo & Suebardo; ordinatus autem anno sequente, tertio die Kalendarum Iuliarum Dominicâ, à Godvino Metropolitano Episcopo Galliarum, & sedit in Sede suâ pridie Kalendarum Septembrium Dominicâ: qui inter multos quos ordinavit Antistites etiam Gebmundo Rhofensis Ecclesiæ Præsule defuncto, Tobiam pro illo consecravit, virum Latinâ & Græcâ & Saxonâ lingua, atque eruditione multiplici instructum.

3 De eius morte agit idem Beda lib. 5. c. 24. Anno Dominicæ Incarnationis d. c. xxxi. Moritur Bertvvaldus Archiep. 9. Ianuar. Scopus, longâ cōsumptus ætate, defunctus est die quinto Iduum Ianuariarum, qui sedit annos 37. menses 6. dies 14. In Epitome quoque historie: Anno d. c. xxxi. Bertvvaldus Archiep. copus obiit. Eiusdem meminit VVilielmus Malmesburiensis lib. 1. de gestis Pontificum Anglorum, Rogerius de Houeden priori parte Annalium, qui citans Bedam ait

732. obiisse Brechtvvaldum. Mattheus VVestmonasteriensis. anno gratia 731. at de eius electione agit anno 692. Trithemius lib. 4. de viris illustribus Ord. S. Benedicti cap. 65. qui Berchualdum vocat.

4 De Bertvvaldo ita scribit Harpsfeldius secul. 8. cap. 2. Theodorum exceptit Brithvvaldus, Cantianam regionem gubernante VVithredo. Permansit in Ecclesiastica administratione triginta septem annos, menses sex, dies quatuordecim, obiitque anno septingentesimo trigesimo primo, quarto Iduum Ianuarij. Vir, inquit Beda, scientia scripturarum imbutus, & Ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus. Quidam tradunt eum fuisse Glasconium, & in celebri Putatur eâ societate educatum, tandemque post VVorgresium, quartum illius loci Abbatem. Synodus habuit Londoni, in quâ imaginum adorandarum caussa tractata est, de quâ apertius, cum ad Occidentales Episcopos ventum erit, differetur. Ordinatus vero est à Goodvino Galliarum Archiepiscopo, ad annum sexcentesimum nonagesimum tertium. Scripsit vero Brithvvaldus de origine cenobij Eveshamensis, vitamque Eguini Egvini. VViætorum Episcopi. Hac ille. De S. Egyvino agemus xi. Ianuarij.

VITA S. EVSTRATII THAVMATVRGI,

Ex Menaïs Gracorum.

S. ECCL. IX. IX. IA. 1^a **E**VSTRATIUS è b Tarsâ, (sic indigitata regio NVARII a b) Optimatum ordinis subiecta, vico Bitziano, religiosis admodum parentibus & copiose. Eustrati sis Georgio & Megethone oriundus; ab illis honestè patria, parentes, institutio. eductus & institutus, cum annum ætatis vigesimum exegisset, cælesti incensus ardore, profugus parentes reliquit, & ad e Olympi oras, d Augari cœnobium adit, in quo e Gregorius & f Basilius eius auunculi omni virtutum genere & exercitatione elucebant. Ab his receptus, & comam tonsus laboriosum illud monachi vite genus amplexatus est.

c d **2** Votis compos, omnibus domesticis, summâ cum animi alacritate & mentis demissione, nullâ prorsus curâ vita præfentis habita, abiecis omnibus ministravit; nisi quod cilicinum cucullum & melotam retinet, in quâ somnū (vbi vbi nox illum oppressit) modico tempore caperet: nullum enim certum ad quiescendum locum legebat. Fertur numquā supinus iacuisse postquam rebus humanis nuntium remisit, neque toris leptuaginta quinque annis, quibus cursum vitæ, certamenque exercitationum peregit, dormitus in sinistrum latus corpus deposuisse.

e f **3** Sanctis vero illis, qui monasterio præfuerunt, vitâ functis, eximio huic cura monasterij demandata est, ipsorum impulsu fratum, ut præfecturam susciperet, inducto. Postquam vero immanis ille vereque cognominatus g Leo, à Bulgarico reuersus bello, imperium h Michaëlis religiosissimi Principis inuasit; Michaëlem quidem, qui illum humanissime excepserat, & coniuge & i liberis spoliatum in vinculis habuit, attonsumque in monachum, in obiectam è regione k insulam exulatum eiecit, ac sopitam antè Iconomachorū sectam renuocare conatus est; hic omnibus sua (monasteriorum & solitudinum) domicilia relinquentibus, & ipse, magni illius l Ioannicij hortatu, m in patriam venit.

g h **4** Restituto dein Ecclesiæ sacrarum imaginum cultu & veneratione, sancti quoque Patres signis ac miraculis clari suas quisque ædicularis repetiuntur; quando & diuinus iste Eustratus postliminio ad suum se cœnobium contulit: vbi per totos dies fratum labores labore suo adiuvit; noctes vero peruigili statione ge-

nibus insidens exegit. Atque nihilominus dum diuina sanctitatis psalmorum ex more odaria cantarentur, ipse assidue intra sacrarium, Kyrie eleison, fœtus clamitabat.

i k **»** Mirada porrò opera quæ designauit, ob ingentem eorum copiam tradi litteris per compendium non possunt, quæ quidem quantoperè Deo studia sua probâ- **m** miracula, rit, certo fuere argumento.

l m **5** Tandem hinc emigratus, coactos qui sub eius præfecturâ vixerant, in hac verba compellavit: Fra- **ultima** tres ego in confinio mortis versor; vos etiam atque **monita,** etiam horrore rogo, ut depositum, quod accepistis, fideliter custodiatis, haud ignari, præsentia omnia fluxa, futura vero esse sempiterna. Enitimi ergo ut in cœnum Beatorum referamini. Hæc effatus, bene- **moris.** que omnibus precatus, cruce illos signauit, & sublati in cœnum oculis. In manus, inquit, tuas Domine commando spiritum meum: & grato quietis somno consopitus obdormiuit in Domino, o cum annos vixisset quinque supra nonaginta. Deus nobis eius deprecatus misericordiam impetratur, Amen.

a Eustrius appellatur à Baronio tomo 9. An. Eccl. an. Ch. 821. num. 49. vbi bene obseruat, ab hoc diuersum illum Eustrius monachorum Prepositum, in heresi occulè lapsum, atq. à S. Theodore Studiâ, (cuius ad eum epistolam recitat ibid. num. 47.) correctum. Eustrius hic in gestu S. Ioannicij, à Baronio citatis, dicitur apud Lipomanum, & Surium; & iurisperitos in MS. Greco bibliotheca Medicea Regis Francorum.

b Non est, inquit Raderus, hæc Cilicia, nec vicus Bitzianus in Ciliciâ, sed vrbis Calabriae Antonino Caprasio, vt Gabr. Barrius docet. Hæc à Leandro Alberto ita describitur: Tarsia senis à Bisiniano milliaribus, inter mōtes antiqui, vt incolæ perhibent, oppidum opulentumque, ac frequens, agro quoque rerum ad vitam utilium fertili. Crathis ad laeum præterhuit. Hanc Tar-
siam obseruat Cluverius lib. 4. Italia antiqua, ex itineris ductu, millioni interallo, ac vocabuli quadam similitudine, esse Tabula Caprasiam, seu Antonini plurali numero Caprasias. Ve-
ram de tertia Tarsâ regione Bithynia hic agi nobis indubitatum est, quod S. Ioannicius etiam ex Bithyniâ sit oriundus, & reliqua de monte Olympo, monasterio Agaurorum, &c. concordent. Tarsum etiam, sive tagoreas, aut rauras constituit Stephanus Bithynia urbem & regionem. Tarsia Asia minoris circa Bithyniam regioni Porphyrigeneta, & Nicomedia vicina vrbis Nicete apud Orelium.

c Ex montibus duodecim, Olympi vocabulo insignitus, hic ille est quem Ptolomeus lib. 5. Geographia cap. 1. Mylia Olympum montem appellat. Ita enim de S. Ioannicío auctor eius vita. Cum vidisset mon-

monrem, qui supereminet à dexterâ Bithynia, qui apud nos vocationem Olympus, concepit animo vitam quietam & amantem solitudinis. *Hac ex sequentibus magis confirmabuntur.*

d Græcæ accidit rū Avyap. In vita S. Ioannicij: In transitu verò à monte Olympo cum accessisset ad Agaurorum monasterium, transposita littera u. In MS. Medico Graco: rū rū ογαρισμον τοις βεβληκοσ.

e Huic eidem P. Gregorio monasterij Prefecto, Graci Pessori, S. Ioannicius animum suum aperuit de uitâ solitaria amplectendâ: cui Gregorius rude excitauit habitaculum ut esset ei paruum tegumentum ab imbris & nimbus, in quo jemeret inclusus Ioannicus.

f Basilius cum Gregorio ob veritatis confessionem in carcere coniecta narratur in epistola S. Theodori Studite ad Athanasium fratrem, apud Baronium an. Ch. 809, num. 31, ubi inter alia: Cur Naucratius & Arsenius fratres arcta custodiâ hucusque detinentur, parique modo Basilius & Gregorius? Cur Stephanus ille virtutis amans Præpositus cum discipulis quinquaginta sex exactus monasterio, cùm vnâ cum centum & decem, & cum eo, qui Episcopus antè fuerat, Mæcholynodum tamquam Euangelij infidelicem anathemate damnasset? *G* in frâ: Cur Æmilianus Frater à Nico mediens in Thyniam (id est Bithyniam) vincetus ductus est, verberibusque & ludibriis affectus, direpto abiit, qui irruperant, monasterio? *C*onveniunt tempus, locus, professo uerius q. Frustra ergo Raderus suspicatur in his Eustachij Actu mendum esse, quasi SS. Basilius Magnus Cesarea & Gregorius Nyssa Episcopi dicantur eius fusile auunculi. An hi à Gracia colantur, & quo die, nobis incomptum est. *E*quale eorum fuit S. Gregorius Aristenus, quem v. Januarij deducimus. An forè alter eorum est S. Basilius ad profundas aquas, qui Kalend. Iulij celebratur?

g Leo Armenus imperium capessuit anno 813. Iulio mense. Imperavit annos 7. menses 5. ipso Christi Natale anno 820. crucidatus.

h Michaël Cropolates tenuit imperium à 5. Octob. 811. usque ad Iulium anni 813, quo à Bulgaria uictus est, optimus Princeps.

i Hisfuere Theophylactus natu maior, & S. Ignatius, postmodum Constantinopolitanus Patriarcha, (de quo xxiii. Octob.) quos castrari iussit.

k Insula Prota, seu Princeps, dicitur Cedreno & Baronio ann. Chr. 813, num. II.

l iv. Nouemb. S. Ioannicij vitam dabimus, quam ab auctore eiusdem temporis fidelissime conscriptam docet Baronius an. 813. num. 22. & an. 825. num. 64. & ann. 846. num. 28. Eius virtutum studiosus imitator desribitur S. Eustachius hic verbis: Quidam enim, Eustachius nomine, qui candem vitam quam Beatus exercebat, magno in eum erat zelo affectus, & incitabatur ad eius imitationem, & maximi faciebat videre ea quæ siebant à Sancto. Eum ergo aliquando securus cùm esset, preces consuetas Domino redditurus, cùm se, ut potuit, abscondisset, ne ab illo videretur, & ibi permanisset toto tempore precationis, stupuit

quidem quod aded ardenter, & vehementer esset intentus orationi: stupuit autem etiam quod res diuina in eum ostenderetur: & eo cerneretur, & assurgens à rebus terrestribus. Hoc ergo cùm cognovisset ille Beatus, tantum abiit, ut eum propterea audauerit, ut eum etiam curiosum aliquid fecisse sit suspicatur, & grauiter increpauerit dicens: Non habitabit iuxta te ualigus. *H*uius interim precibus miracula sua impetrabat. Negue enim qui in eum incidebant, ipsum videbant, nisi iste voluerit. Et ut sequenti Eustachio esset exemplar humilitatis, si non videretur a iis qui incidebant, ad ipsum conuersus dicebat: Precibus tuis, & frater Eustachio, ne ab iis quidem sum conspectus.

m In vita S. Ioannicij dicitur à praefectu à excessisse Eustachius, ut qui viam declinaret implorat: cùm iam quidam Antonius, qui se hereticus adiunxerat, praefect monasterio Agaurorum, & S. Ioannicij deinde conuersus Eustachius autem, inquit auctor, ex monasterio Agaurorum, eius amore captus, cùm non posset manere in regione, (eum enim cogebat amor ille diuinus, & quod valde eum inflammatstudium sanctarum imaginum) cùm ad eum accessisset, & nihil amplius expectasset, quam confuetam preicationem statim est sciscitus, atq. diu duraturum esset imperium Leonis. Ille autem videns eum magnâ animi affectione comotum, quod pro diuinis imaginibus maximum caperet dolorem, (in eas enim erat impius Leo, vt si quis alias) & idēd properasse ad interrogacionem, non substituit, neque responsionem est meditatus; sed, vt qui spiritus profunda scrutaretur, & haud ita ab hinc futura in præsignauit eius euersionem, & predixit futura. Nam non multo pōst eo de medio sublatos, Michaeli atripiuit imperium: qui non auxit quide in persecutionem aduersus Christianos, sicut autem Ecclesiam esse sub hereticis, ut qui neque Iconomachorum heresi omnino accesserit, sed in eius zelum effectus sit mollior, vt etiam multis videretur benignus: neque illius orthodoxum dogma prior incepit: aded ut continget neque ipsum à virtute abstinere, neque salutem defendere: sed malitiosè potius heresim quidem huius crescere, fidem autem orthodoxam minui & diffusere. Et hoc quidem ita se habebat. Postquam autem Leo fuit interfectus, venit rursus cùm quodam alio Eustachius, diuino huic viro renuntians eucentum eorum, quæ ipse prædixerat. Contritum est autem ab eis aliquantum temporis in sermone. Quidam vero, Elias nomine, qui exercebatur non procul à Sancto, ipsum magnum Ioannicium exceptit conuiuio, & eos qui venerant simul cum Eustachio.

n Hec ei Thaumaturgi nomen pepererunt, que an alibi à blaris arrodantur, nobis incomptum. Sane de scripta fusile opinamur.

o Quo anno obierit incertum. S. Ioannicius obiit anno v. Michaëli III. Christi DCCXLVI. etatis sue anno CXV. natus anno XXV. Leonis I. saeculi, Christi anno DCCXXXI.



X. I A N V A R I I.

SANCTI QVI IV. ID. IANVARII COLVNTVR.

- | | |
|--|---|
| S. Nicanor, Martyr in Cypro, vnuſ è primis
vii. Diaconis. | S. Marcianus Presbyter, Oeconomus Eccle-
ſiax Constantinopolitanæ. |
| S. Thecla virgo } Leontinis in Siciliâ. | S. Florida, virgo, Diuione in Burgundiâ. |
| S. Iustina,
S. Saturus,
S. Vitalianus, | S. Valericus, ſiue Walericus, Belga, eremita
in Galliâ. |
| S. Felicitas,
S. Quintus,
S. Artates, | S. Domitianus, Episcopus Melitenæus in Ar-
meniâ. |
| S. Reuocatus,
S. Firmus,
S. Iucundus,
& socij | S. Ioannes Camillus Bonus, Episcopus Me-
diolanensis in Italiâ. |
| S. Possessor &
duo socij | S. Agatho Thaumaturgus, Papa, Romæ. |
| Martyres. | S. Sethrida, virgo Anglica, in Galliâ. |
| Martyres. | S. Aldus, eremita, Papiæ in Italiâ. |
| Martyres. | B. Benincasa, Abbas Cauensis in Italiâ. |
| S. Paulus Thebæus, primus eremita, in The-
baide. | S. Guilielmus, Archiepiscopus Bituricensis in
Galliâ. |
| | B. Gonsaluuſ Amaranthus, in Lusitaniâ. |
| | B. Christiana, ſiue Oringa, virgo, in Italiâ. |

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

- S. Genouefæ reliquiarum reuelatio, sive apertio capse factæ an. MCLXI. vel potius MCLXII. hoc die annuā memoriā recolitur, ut diximus. III. Ianuarij.

S. Paschalia Virgo Martyr à quibusdam hoc die colitur, ut diximus. IX. Ianuar.

Seneca, decimus Hierosolymorum Episcopus, vti testantur Nicæphorus in chronologiâ, S. Epiphanius heresi 65. Nicæphorus Callistus lib. 4. cap. 5. in ms. Florario Sanctus accentetur hoc die.

S. Ammonius in pace quieuit, inquiunt Menæa. Plures eius nominis füre viri sancti, vt alibi sepi dicetur: quis hic sit, nos latet; nisi fortassis sit Scithiates ille, cuius ac sodalium singularem abstinentiam cum cordatissimâ hospitalitate coniunctam predicit apud Ioannem Moschum lib. 10. de virtutib. PP. cap. 5. 4. Theodorus Abbas.

Georgius Episcopus. ms. Florarium. Quis hic sit, nequimus diuinare.

Siluanus Episcopus Dumblanensis. David Camerarius. Sed quod S. Rumoldi successorem afferit, sibi ipsi contradicit, cùm alibi sedem Dumblanensem à Davide Rege fundatam scribat, quem anno 1153. ait obiisse, aliquot seculis post S. Rumoldum.

Gregorius X. Papa, omnibus virtutib. longè clarissimus, hoc die anno 1276. obiit Aretij in Thuscianâ, vbi eius corpus adhuc integrum conspicî tradit Andreas Victorellus in Addit. ad Ciaconum, diemq. obitum eius, à 200. ferè annis, ex ciuium Aretinorum decreto, quasi festum celebrari, accensis ad tumulum facibus. Molanus, Hareus, Martyrologium Germanicum & Gallobelgicum Sanctum appellant; Ferrarius Beatum; Saussaius beatæ memorie. Bzouiu ex monumentis Bibliotheca Vaticana haud pauca ab eo edita miracula recenset. Agitur nunc vt Apostolica Sedis auctoritate in Beatorum aut Sanctorum album referatur.

Oliuerius de Sombreffe, Nobilis Belga, Conuersus in Villariensi cœnobio ordinis Cisterciensis in Brabantâ, refertur à Chrysostomo Henriquez in Menolog. Cisterc. Sed non existimamus eum coli. Saussaius eum p̄iis accenset.

S. Hyginus Papa. Beda, Ado, Notker. Martyrol. Germanicum, & varia mss. Nos xi. Ianuar.

S. Theodosius Cœnobiarca. Galesinius, & Martyrol. Germanicum. Nos xi. Ianuar.

S. Polyeuctus Martyr. Carthus. Colon. in Addit. ad Vfa-

dum, ms. Florarium, Martyrologium Gallo-Belgicum. Ac nos xiii. Februar.

S. Paulus Simplex eremita, post S. Paulum Thebaum veluti eodem die refertur à Petro de Natalib. lib. 2. cap. 61. Colitur VII. Martij.

S. Gregorius Nyssenus. Gracorum Menologium, Menea, Ferrarius. At Romanum Martyrologium IX. Martij.

S. Eulogij Translatio. Ferrarius. Cùm eorum martyrum referetur, vñā Translatio narrabitur, xi. Martij.

S. Leocritia Translatio. Eulogij quidem xi. Martij.
Leocritia vero xv. Martij.

S. Ithamarus Episcopus Roffensis. Menard. Nos cum Martyrolog. Anglicano & aliis x. Junij.

SS. Potentini & sociorum Translatio. ms. Florar. De eius agemus xviii. Junij.

S. Hermetis Martyris hoc die ad S. Cornelij monasterium, sive Indam, curante Lorbario Imperatore, Ludouici Pij filio, allata sunt reliquia: quod in Adonis excuso Martyrologio, alijsq. mss. annotatum. De eo pleniū agemus xxviii. Aug.

S. Firmini Confessoris, Episcopi Ambianorum tertij Träglatio celebratur hoc die, vt ex Saussaio, Galesino, ms. Florario, alijsq. Martyrologiis constat. Mentio eius fit in vitâ S. Saluji xi. Ianuarij. De Firmino pleniū agemus i. Septemb.

S. Firmini, primi Ambianorum Episcopi & Martyris Translationem, que, vt dicemus, ab aliis xiiii. Ianuar. refertur, hoc die factam narrat Phil. Ferrarius. Sed Martyrem pro Confessore videtur accepisse. De Martyre agemus xxv. Septembr.

S. VVasnulphi Confessoris celebrari x. Ianuar. Translationem Condati in Hannoniâ scribunt Molanus in Natalib. ad i. Oct. Ferrarius, & Martyrol. Germanicum hic. De eo agemus i. Octobr.

S. Guenaltus Confessor. David Camerarius. Alij iii. Nouemb.

S. Melchiades Papa. Raban. Notker. VVandelbert. ms. S. Hieronymi, & mss. complura, Vfaudi editio Lubecensis, Martyrolog. Germanicum. In ms. nostro de obitu Romanorum Pontificum xi. Ianuarij dicitur obiisse. Colitur x. Decemb.

D E

DE S. NICANORE MARTYRE

VNO DE SEPTEM PRIMIS DIACONIS.

APUD Cyprus, natalis agitur x. Januarij, B. Nicanooris Diaconi de septem primis, qui gratia fidei & virtute admirandus, gloriofissime coronatus est. Ita VGuardus, Bellinus, Martyrol. Roman. Mau-

S. Nicano-
rit natalis.
*AN. CHR. lxxvi.
X. IA-
NVARII.
S. Nicano-
rit natalis.*

rolcus, aliq. Addunt Ado, Notkerus, & quidam mss. ibi venerabiliter sepultum. Galepinus: In Cypro S. Nicanooris: qui vnuus è septem illis primis Diaconis, cùm Euangelium in eâ insulâ prædicasse, ob Iesu Christi fidem multis cruciamentis variè affectus, Vespasiano Imperatore, coronam martyrij accepit. ms. Florarium ait martyrij palmam tulisse anno Christi LXXVI. quieras Vespasiani vii. Eius hoc die meminere Beda, vetus Romanum Martyrologium, Germanicum, aliaq., ac Petrus de Natal. lib. 2. c. 62.

Ancum S. Stephano discipulis, S. Dorotheo perperam adscriptus: Nicano, & ipse occisus. 2 Paradoxum est quod de eo scribit Aucto libelli de 72. vnuus ex septem eodem die cum syndaco suo & protomartyre Stephano, & 2000. aliis in Christum sperantibus, mortuus est. Sed huius Auctoris dubia in alib quoque est fides: nec verisimile est, S. Lucam in Actis Apostolorum id præteritum fuisse: qui tamen cap. 8. testatur magnâ in Ecclesiâ persecutionem factam; quâ haud dubiè multi martyrio coronati sunt.

3 Graci xxvii. Italij, sanctos Apostolos Prochorū, 28. Iul. & Nicanorem, Timonem, Parmenam vñā solemnitate ve-

*28. Dec.
colitur à
Gracis.*

Menologium à Canisio editum: Natalis BB. Prochori, Nicanooris, Timonis, & Parmenæ. Hi cùm essent ex numero Sanctorum Apostolorum, in diuersis locis, propter Christianæ fidei prædicationem, ab impiis persecutionem passi, ed quòd Christum Dominum filium Dei & perfectum hominem esse confiterentur, martyrij coronam assecuti sunt. Eadem ferè habet Anthologion à Clemente VIII. approbatum, & Menea Breuius Grætorum Horologium & Kalendarium, à Genebrardo editum: Sanctorum Apostolorum & Diaconorum Prochori, Nicanooris, Timonis, & Parmenæ. Latini S. Parmenam

XXIII. Januarij celebrant Philippis occisum; Prochorum

Antiochiae, IX. Aprilis; Timonem Corinthi, XIX. eiusdem.

4 Eadem Menea XXIII. Decembri ista habent: Eodem die S. Nicano Apostolus in pace decepit. Quia ne cum iis qua ante dicta, pugnare videantur, dicendum in pace decedere idem hic est ac piè sancteque obire, quocumque demum mortis genere. Nisi forte de alio quopiam Nicano, nobis ignoto, sit sermo.

DE SS. THECLA VIRGINE, ET IVSTINA,

LEONTINIS IN SICILIA.

LEONTINIS, vetustâ ac celebri vrbe Sicilia, ferè me-

SS. Thecla Virgo, & S. Iustina; vt testatur Octavius Caietanus noster & Insula in Ideâ operis de SS. Sicilia, & Philippus Ferrarius in generali catalogo SS. Earum mentio sit in Actu SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, x. Maij, in vitâ SS. Isidoræ & Neophytæ 17. April. & S. Neophyti Episcopi 1. Septemb.

Lectiones de iis & officiis. 2 Breuem earum vitam damus ex Catalogo SS. Italiae Philippi Ferrarij, qui eam accepit ex Lectionibus, qua in propriis officiis Ecclesia Leontina, à sacrâ Rituum congregatione sub Pau- lo V. Papâ approbatis, de iis recitantur. In iis autem Lectionibus, vt idem testatur, titulus sanctorum Virginum illis præponitur, sola tamen Thecla Virgo, Iustina mulier appellatur.

VITA EX PHIL. FERRARIO.

THECLA virgo Leontina nobilis, S. Isidoræ filia, tab eâ Christianæ fidei præceptis instituta, plurimos ex fidelibus tyrannorum persecutionem declinantes, in suis prædiis fouebat, Martyrumque cōportata pretio redempta sepeliebat.

Sanatur à paralyse. 2 Cùm autem hæc agens paralysim sex annos in letto iacens passa esset, seque Sanctis Alphio, Philadelpho, & Cyrino, qui ad eam visitandam venerant, commendasset, pristinæ sanitati restituitur. Quo ex tempore ipsos sanctos Martyres visitare, necessariaque ministrare non destitit, ac eorumdem corpora è puto extracta sepeliuit.

Citatur à Tertullo Preside. 3 Quod vbi Tertullus Præses resciuisset, in iudicium illam vocat. Ad quam defendendam, cùm ad quingentos ex eius seruis conuenissent, quos tamen, soli Deo confisa, dimisit; a moritur Præses: ipsaque B.

b Agathonem Episcopum Liparitanum, in suo prædio latentem cum Neophyto Presbytero d Leontium ad publicè Christi fidem prædicandam accersit. Quibus

Romam profectis illa operam suam in fidelium turbâ Laborat augendâ, nauiter impedit: ac opes ingentes in ex- pro infide- struendis templis insumpsi; ac primum sanctis fratri- lium con- bus, alterum virginis sanctis militibus, ac SS. & Neophy- tæ, & Isidoræ adificauit: fanumque vetus idolis ex- purgatum, Delparæ Virginis adificat. Episcopatum Templo quoque magnificentissime extruxit, dotemque ampli- simam attribuit.

4 Tandem in huiusmodi pietatis operibus versata, Praeficit orationique & eleemosynis intenta, de obitu à sanctis obitum fratribus, per visuante mensem admonetur. Cuius cor- pus, cùm iv. Idus Ianuar. ex hac vitâ migrasset, à Neophyto Episcopo in templo eorumdem Sanctorum fra- trum tumulatum est. Iustina vero & ipsa nobilis gene- re, ac Christianâ religione nobilior, Theclæ cognata in Leontinorum conversione socia fuit. Cùm autem alterum oculum, quo erat priuata, S. f. Alphij precibus recuperasset; feruentius caritate flagrans, vniuersam Iustinæ substantiam in construendis Ecclesiis distribuit; ac ad oculum cælestem patriam sèpè à sanctis pueris sibi prænuntia- recuperat: tam euolauit.

a De eius morte Octavius Caietanus ad 14. Iulij: Leontinis Sanctorum Martyrum Alphij, Philadelphi, & Cyrini, mira vi- ctoria, contra impium Tertullum Siciliæ Præfitem; cùm is, vli- cescente Deo effusum sanguinem tot innocentium, cælitus à sanctis Fratribus percussus, miserè perit.

b De eo agemus 27. Iunij. *c* Est Lipara, siue Liparæ, precipua in insularum Aeolianum, vel Vulcaniarum, in quâ vrbis eiusdem nominis, etiamnum Sede Episco- palis clara, sub Archiepiscopo Messanensi.

d Ita Ptolemaeus quoque urbis nomen extulit. Vulgo Leontini, & oppidum ipsum, Oppidanum ab antiquis scriptoribus Gracis ac Latinis appellantur, ut videre est apud Cluverium Sicilia antiqua lib. 1. cap. 10.

e Amita nimirum, ac matri.

f In Lectionibus de SS. Alphio & Fratribus, omnibus id tribui- tur. S. Iustinam altero captam oculo sanarunt.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS
SATVRO, VITALIANO, FELICITATE,
QVINTO, ARTATE.

X. IA- **S**ATVR in Africâ complures coronati martyrio, ut albi-
N VARII. **s**epè dicemus. Cum Vitaliano & Felicitate, &c. iun-
ctum alium adhuc non reperimus. Hos exhibet ms. Mart-
yrologium S. Hieronymi, hū verbis: In Africâ Saturi, Vita-

liani, Felicitatis, Quinti, Artatis. Quatuor priores in per-
petuo Hibernico Martyrologio conuentus Dungalensis referur.
tur, omisso Artate, qui an Artaxes sūt ix. Ianuarij relatus,
non definimus. Quintus in ms. Florario refertur.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
REVOCATO, FIRMO, IVCVNDO,
ET SOCII S.

X. IA- **R**EVCATVM ac Firmum, sive Firmimum, marty-
N VARII. **r**tyrio Smyrna coronatos dedimus ix. Ianuarij. Rursus
x. Ianuar. ms. Martyrol. S. Hieronymi, quod eos ix. re-
tulerat, isthac habet: iv. Id. In Africâ Revocati, Firmi.
At ms. Rhinovv, vi isthuc indicaimus: In Sirmis Revoca-
ti. In Africâ Firmi. Vetus Martyrologium Hibernicum con-

uenient Dungalensis, eosdem refert nullo adscripto loco, & Io-
cundum addit, ac alios, quorum quid vetustate ac situ corru-
ptus codex esset, distinctè esse quia nomina non potuimus: viden-
tur esse Misigabis, Clistus, Arrius, Petrus. In Florario
quoque lucundus memoratur.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
POSSESSORE ET II. SOCII S.

X. IA- **S**. Hieronymi vetustissimum ms. Martyrologium: In Irtâ
N VARII. Possefforis, & aliorum duorum ms. Hibernicum ante-
citatum: Possefforis & aliorum duorum. Diuersi viden-
tur ab iis quos ix. Ianuarij retulimus, cùm illi Smyrnæ, bi-
in Irtâ, aut potius Cirtæ, vrbe Numidia, paxi memo-
rentur.

DE S. PAVLO THEBÆO
PRIMO EREMITA, IN ÆGYPTO.

AN. CH. I **T**IN Thebaide natalis (x. Ianuarij) B. Pauli primi
CCCXL. eremitæ: cuius animam inter Apostolorum &
X. IANYA. Prophetarum choros ad cælum ferri ab Angelis
S. Antonius vidit. Ita Vuardus, & Bellinus in 1. editione.
S. Pauli nomen in **Martyrolo-** Ad: Apud Thebaidem natalis S. Pauli primi eremitæ,
qui à sextodecimo ætatis suæ anno usque ad centesimi-
gii, 8. Ian. mum, & tertiumdecimum solus in eremo permanxit.
Cuius animam inter Apostolorum & Prophetarum
choros ad cælum ferri ab Angelis S. Antonius vidit.
Eadem habet Notkerus, & plura mss. ac Romanum Martyro-
logium, in quo hac adduntur: Eius autem dies festus XVIII.
kal. Februarij celebratur. Meminerunt eis hoc die vetus
Rom. Martyrol. Germanicum, Colonense, Beda, Rabani,
Maurolyci, ceteraq; excusa & MSS.

15. & 29. **I**n xv. Ianuarij, in quem Latini eius celebritatem transfe-
runt propter octauam Epiphanie, venerantur eum Graci, vt pa-
tet ex Anthologio, Menai, ac minori Menologio. Molanus quo-
que in posterioribus Vuardi editionibus in eum diem illum rei-
git. Alij denique XXIX. Ianuarij eum colunt, vt videre est in
Martyrologio Prædicatorum, Breuiario Eborense, & Romano
Pauli III. auctoritate edito, &c.

Vita à S. 3. Vitam S. Pauli scriptit S. Hieronymus, vt in libro de
Hierony- illustrib. Eccles. scriptoribus cap. 135. ipfem testatur, & in
mo scripta, Chronico ad ann. 19. Constantij, & Paulinus in Prologo vita
S. Ambroſij. De eadem idem Hieronymus ep. 21. ad Paulum
Concordensem: Misimus interim te tibi, id est, Paulo
seni Paulum seniorem; in quo propter simpliciores
quosque, multum in deiicioendo sermone laborauimus.
Sed nescio quomodo, etiam si aqua plena sit, tamen
eundem odorem lagena seruat, quo, dum rudit esset,

imbuta est. De eâ alijsq; vitis Gelasius cap. Sancta Roma-
na Ecclesia. dift. 15. Vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hi-
lorationis, & omnium eremitarum, quas tamen vir bea-
tus scriptit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

4. Hanc vitam, tot seculorum iudicio probatam, ausi sunt Stolidè
nouitij quidam Aristarchi, Erasmus, Magdeburgenses centur. 4. impugnata
cap. 10. aliq; ludicrum commentum dicere, exercendi ingenij a nouato-
causa, non serio pertractatum ab Hieronymo. Sed cùm alijs ho-
rum censorum proteruam licentiam castigant, tum egregie Ba-
roniustom. 3. an. Christi 343. Rosvveydus lib. 1. de vita PP. in
Prolegomenis ad vitam Pauli, Alanus Copus dial. 2. cap. 14.

Et sanè verbis iam citatis, non Rhetorū more stylum se exerce-
re Hieronymus ostendit, sed ex industria potius eum, in simpli-
ciorum gratiam, deicere. Et, praterquam quid suapte naturā
ab omni fabularum commento maxime abhorrebat, an non
demonis effet iudicandus, si, cùm tot aduersarios haberet vndeque
occasione captantes eius scripta carpendi, non omnino explo-
ratissima, presertim de rebus sui seculi, scriberet? non hebes
Gelasius, qui hanc vitam, ioco, non serio scriptam, cum omni ho-
nore suscepit? non stolida Ecclesia vniuersa, Graca ac Latina,
qua hanc historiam sit amplexa, ac Paulum semper venerata?

5. Nam quod Erasmus ait tantam in exemplaribus suis Refutatus
varietatem, vt appareat D. Hieronymum sapius idem argumen- Erasmus.
tum alijs tractasse verbis, aut alium exercenda copia causā hoc
fecisse; id falsum esse, & antea notauit Rosvveydus, collatis dili-
genter quam plurimi impressis ac manuscriptis exemplaribus,
& nos ex septem octōve aliorum veterū codicū fide afferimus.

6. Existimat Rosvveydus Hieronymum hæc sua de
Paulo ex Amatha & Macario Antonij discipulis didi-
cissem, quorum in Prologo meminit; eumq; primum Pauli gesta
postera-

posteriorum memoriae prodidisse; ac proinde qua in Bauaricâ bibliothecâ extat de Paulo & Antonio Graca narratio, eam ex Latino Hieronymi textu translatam. Verum Rosveydo hic asserunt non possumus; cum Graca illius vita scriptor, ab Antonio accepisse se qua de Paulo scribit testetur. Ita enim habet: *eu car vita ἐπέρω δὲ ἐρήμω ὁ Αντώνιος διέτελεν ἐνθυμηθεὶς γνῶν, ὃς antiquior: αὐλός μοι διηγήσαλο, μηδὲν ἐπέρω εἰς τὰ ἐνδότελα τῆς ἐρήμου, &c.* In aliâ verò solitudine sese Antonius exercebat. Cùm igitur eius animo incidisset, vt ipsemem mihi narravit, neminem alium in interiori solitudine commorari, &c. Amathas fortassis, aut Macarius, aliisve Antonij discipulus hanc scripsit. Incidebat quidem primò suū spicari, à S. Athanasio, qui Pauli in Antonij vitâ non meminit, separatim hanc scriptam esse narrationem: verum stylus plurimū ab Athanasijs stilo discrepat. Eam igitur h̄c quoque dabimus vitam. Verum codex ille Boicus, vnde eam accepimus, perquam virtuosus erat, plurimis p̄fisiā abrasis delectans litteris, aliisq; scatens mendis.

Qui de 7 Meminunt Pauli alibi quoque Hieronymus, epist. 22. &
Paulo scri- 27. ad Eusechium, 13. ad Paulinum; prefat. vite S. Hilarionis,
pserunt. &c. Sidonius carmine 16. eucharistico ad Faustum. Caſianus collat. 18. cap. 5. & 6. S. Aldelmus de laud. virgin. lib. 1. cap. 31.
& lib. 1. carmin. num. 16. Isidorus lib. 2. de officiis, cap. 15. Vincentius spec. hist. lib. 11. cap. 86. & duobus sequentib. S. Antoninus chronicpar. 2. tit. 15. cap. 3. Petrus de Natal. lib. 2. c. 60.
Ribadineira, Surius, Villegas, Silvester Maurolycus in Oceano Religionum, Paulus Morigia in hist. Religion. aliis recentiores. Fallitur verò Galeſinius qui in Notationibus hoc die ait, huins Pauli meminisse Caſiodorum lib. 1. cap. II. Tripartite, & Heraclidem multis locis. Nam Caſiodorus ex Sozomeno de Paolo Simplice agit, Heraclides de eodem Simplice & aliis Paulis, at non de hoc primo eremitâ.

8 De Pauli aetate disputat Rosveydus in Praludiis ad eius vitam, & strictius ac melius Petavius Rationarij temporum par. 1. lib. 6. cap. 4. Breuer ita colligi illius aetate potest: Natus est S. Antonius, vt tradit Eusebius in Chronico, anno 1. Decij, Christi 250. obiit verò, vt S. Hieronymus in Chron. Constantian. 19. Christi 356. ineunte annos natus 105. Cùm verò nonagenarius esset Antonius, anno nimis Christi 340. vel 341. Paulus 113. annorum deceſit. Vnde sequitur hunc anno Christi 228. aut circiter esse natum. Perplexo loquitur S. Hieronymus, dum videtur innuere eum anno aetatu decimo sexto in eremini abiſſe, seuiete in Christianos Decio, quod in pleraque martyrologia relatum. At sic non nisi an. 347. obiit Paulus annos 113. natus, Antonius verò, qui 15. annis ei superstes fuit, anno 362. qui non Constantij 19. fuit, sed Iuliani I. Dicendum potius cùm annorum esset 15. aut 16. vtroque orbatum parente, cohabitasse deinde fororio vsque ad annum 22. vel 23. Christi 250. aut 249. quo concitata est à Decio persecutio. Suffragari videtur Graca vita, dum vita in solitudine aetate annos 13. & deinde 76. recenset. Idem de aetate Pauli sentiunt Baronius & Rosveydus, licet aliter annos Christi computent.

9 Mirus est, inquit, Rosveydus, Florarij Sanctorum mss. calculus, quod Pauli obitum ad Christi annum CCCLV. refert: mirabilior verò Theodorici Loher à Stratis, qui Colonensem editionem Vitarum Patrum curauit. Ille enim ad finem vitæ Pauli annotauit, obiisse eum circa annum Domini 287. qui errorenum eum calculum à Petro in Catalogo SS. lib. 2. cap. 60. accepit. Idem habet Viola SS. Notkerus: qui à XVI. aetatis sue anno, vsque ad XCIII. solus in eremo permanit. Sed legendum CXIII. Quidam mss. habent vsque ad CCC.

V I T A

EX GRÆCO MS. BAVARICO.

Historia S. Pauli Thebæi, & S. Antonij Aegyptij, in interiori eremo commorantium:

¶ VI X I T Beatus Paulus Decij & Valeriani persecutorum temporibus; ortus in Aegypto ex inferiore Thebaide, & eâ tempestate, quâ Romæ martyrium Tom. I.

subiit Cornelius, & in urbe Cypri. Excitatâ verò à praedictis tyrannis persecutione, multas tentationes Christiani sustinueré, omnesque pro Christi nomine vltro cœrueces offerebant. Cohabitarat autem Paulus forori iam viro collocatae. Mottuis ergo parte eius ac matre, in amplissimâ hereditate relictus est, decimum sextū annum agens ætatis, ac litteris Græcis & Aegyptiis accurate eruditus. Erat verò miti in primis indole.

2 Igitur fororis eius maritus & eius inhiare hereditati cœpit. Sed non latuere adolescentem infidiae. Ob fororis infidias Profugit ergo in desertum montem d. persecutionum necessitatem. Et sensim progrediens lapidatum montem reperit, in quo erat spelunca in breuissimo saxo circū inclinato. Hic, vt in adytis quibusdam, conqueuit. Sed mox, pro ingenitâ hominibus curiositate, insaturabilitate interiora perscrutatur. Ecce verò conspicatur intus fontem purissimum. Igitur desiderans hunc locum quasi à Deo sibi ad habitationem oblatum, omnem isthac ætatem exigit, palmarum arboreis alimentum ei ac vestes suppeditantibus. Ceterum impleuit in eo annos e tredecim, cælestem in terris vitam agens.

3 Cùm vixisset isthac annos fseptuaginta sex, in aliâ eremo sese Antonius exercebat. Cùm igitur eius animo subiisset, & vt ipsemem mihi narravit, neminem alium in interiori solitudine commorari; nocte illâ per somnium reuelatum ei est, esse in remotissimis monachum iplo meliorem. Statim igitur baculo nixus iter atripuit. Cùm autem viam ignoraret, dixit: Credo Deo meo, quod seruum suum, quem mihi indicauit ostenderet.

4 Cùm iter faceret sub meridiem, vidit horrinem mixtum, quem poëta h Hippocentaurum vocant, cui dixit Antonius: In quo monte seruus Dei habitat? Respondit ipsi barbarâ vocè, & dextrâ manu protensa desideratam viam ostendit. Ulterius verò procedens Antonius videt in saxos ac paruâ conuale homuncinem, in fronte cornua gestante, cui & postrema corporis in capra pedes desinebant: quem cùm interrogasset senex, vnde esset; respondit: Ego mortalis sum, & vnu habitantium solitudinem, Satyrus vocor: præsentiam Christi & diaboli expulsionem f. Hæc audiens senex vehementer gausus est de Christi gloriâ, ac diaboli subuersione, atque illacrymans miseram defleuit Alexandriam, ciuitatem metetricem appellans.

5 Cogitans igitur apud seipsum Antonius, nequam à Christo sese derelictum iri, & deinceps perfidens constanter, horâ orationis videt hyænam ascendentem; quam secutus, & propior spelunca factus, viderit interius lumen, atque intragrediens, in lapidem quempiam impedit. Sonitu auditu B. Paulus illico patentem ante aditum occudit. Tunc Antonius ad ianuam prouolutus iacuit vsque ad sextam, aut plures etiam horas. Dixit ei Paulus: Vnde es, & quare venisti huic? Respondens Antonius dixit: Scio, inquit, me indignum tuo conspectu. Quid igitur bestias suscipiunt, hominem excludis? Quæshui, & inueni. Hic moriar ad fores tuas, vt vel corpus meum sepelias. Nemo, inquit Paulus, ita quærit ut minetur. Et mox atplexantes inuicem salutarunt, & post salutationem considerunt.

6 Dixit Antonio Paulus: Quare tanto labore volesti videre cariosum iam & putrescentem seinem, quem breui videbis puluerem factum. Interrogavitque eum: Quomodo se habet humanum genus, & quomodo mundus gubernatur? Et post hos sermones vident coruorum aduolantem, qui ad ipsos venit, integrum panem deportans, quem coram ipsis depositum. Post cuius abscessum dicit B. Paulus: Dominus noster præparauit nobis prandium: verè misericors est & liberalis. k Septuaginta quatuor anni sunt, quibus medium panem accipio: sed ob tuam præsentiam duplicauit annonam militibus suis Christus. Et gratias agentes, ac iuxta fontem sedentes, comedenter & biberunt.

7 Deinde dicit Paulus Antonio: Quandoquidem dormi-

co ms.

b

Quando

vixerit.

c

Ob fororis

infidias

abit in de-

sertum.

d

4

4

e

f

g

Adit eum

Antonius.

h

Reperi-

Hippocen-

taurum &

Satyrum.

i

j

k

l

m

Admitit-

tur à Paul-

to in spe-

luncam.

n

o

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

Ex GRÆCO MS. dormitionis mæ tempus aduenit, à Deo meo missus es ut corpus meum terrâ condas. Hoc Antonius auditio, lacrymans & gemens, rogauit ne se relinqueret. Et ille ait: Non debes quærere quæ tua sunt. Sed reuertere in monasterium tuum, vestemque ad inuolendum corpus meū adser, quam tibi Athanasius Episcopus donauit. Magis ergo stupefactus Antonius, quod audierat de Athanasio & veste eius, vt ipsum Christum intuens, oculos & manus eius osculatus, ad monasterium dicens.

Anima eius in celum euangelia. 8 Aduentanti duo de discipulis suis occurrentes quærunt: Vbi tamdiu fuisti Pater? Ipse verò, Væ mihi, inquit, peccatori! fæcum monachi nomen tuli. Vidi Eliam, vidi Ioannem in solitudine, & verè Paulum vidui in Paradiso. Et acceptâ veste statim exiuit è monasterio. Alterâ igitur die, ad horam tertiam cernit in viâ, inter Angelorum cateruas & Propheterû atque Apostolorum chores confluëtes, Paulum summo splendore collucentem cælum intrare. Et statim in faciem procidens, arenam in caput suum superiacens, flens & eiulans dicebat: Cur me Paule reliquisti? Cur extremum vale omisiisti? Ingressus deinde monasterium quod erat in speluncâ, videt Beatum, flexis genibus, sursum erectâ ceruice, manibusque eleuatis, videbaturque adhuc vivere. Tandem vbi intellexit eum obdormiuuisse, inuolvens eum, ac corpus efferens, psalmis & hymnis prosequitur. Contristabatur interim quod effodere terram non valeret, videtque duos leones, qui Sancti corpus terrâ contexerunt, acceptâq; à S. Antonio oratione rursus in solitudinem abierte. Sanctus autem Antonius accipiens tunicam, quam sibi Paulus ex foliis palmarum contexuerat, ad monasterium reuersus est: atque in festiuitatibus eam induebat. Per preces igitur Sanctorum Domine salua animas nostras.

Corpus eius à morte adhuc erectum. a *Vt in vita à S. Hieronymo scriptâ, eo tempore quo Sancti hi martyrio coronati sunt, profugisse in eremum dicuntur, quia eadem persecutio; fugit enim anno 1. Decij, Cornelius sub Gallo & Volusiano occisus, Cyprianus Valerianus ann. 5.) ita hic natus eo tempore dicitur, id est circa illud tempus, septimo circiter Alexandri. De Cornelio & Cypriano agemus 14. Septembr.*

b *Handatis asequimur, quid hoc sibi velint. Græc est cōtraria nōtæ. An de Cypriani morte scriptor auctor, sed vitianus librarius? An potius in Cypro urbe inferioris Thebaïdis natus est Paulus? Certè Notitia Imperij sub dispositione Comitis rei militaris per Ægyptum, habet oppidum Cefro.*

c *Aliquid hic deest. d Iterum.*

d *Forè centum tredecim legendum, quod isthinc vixerit usque ad annum aetatis 113.*

e *Hic aliquod mendum latet: agebat enim Paulus tum nonagesimum annum in eremo: nisi, ut anè diximus, bi 76. anni cum illis 13. iungi debeant.*

f *Hinc pareat hanc vitam ante Hieronymiam esse scriptam. Ex hac illud hanc Hieronymus: vt ipse afferere solebat.*

h *Ms. habet: vñorivrapor. An verè reperiantur Hippocentauri, disputat Joannes Eusebius Nierembergius noster Historie naturæ lib. 5. cap. 8. At cap. 9. de Satyris agit. Consule dicenda ad secundam vitam ex Rofveydo.*

i *Deest, confiteor, aut quid simile.*

k *Alij paucioribus annis impensum viro sancto ab aliis famulatum memorant. S. Aldelmus: Nonne propter florentis pudicitia castimoniam fine tenus inextricabilis repagulo conseruatam, bis senis temporum lustris, id est, vices ternâ annorum intercapidine, bucellam crustula semiplenam, quam penniger præpes indefessis famularibus, & reciprocis volatibus hilculo aduexit rostro, usque ad decrepitam vitæ senectam, inexhaustam gratulabundus accepto ferre promeruit?*

ALIA VITA AVCTORE S. HIERONYMO. PROLOGVS.

Monachorum origo. **Ab Eliâ & Ioanne.** I NTER multos sèpè dubitatum est, à quo potissimum monachorum a eremushabitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes, à b. Eliâ & Ioanne, sumpsere principium. Quod & Ioanne, rum & Elias plus nobis Propheta videtur fuisse, quām



monachus; & Ioannes antè prophetare cœpisse, quām natus est. Alij autem (in quam etiam opinionem vulgus omne consentit) afferunt Antonium huius propo- Ab Antoniti caput: quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quām ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas verò, & Macarius, discipuli Antonij, quorum & superior corpus magistri sepeliuit, etiam nūc affirmant, Paulum quemdam Thebæum, principem istius rei fuisse. Quod, non tam nomine quām opinione, nos quoque comprobamus. Nonnulli & hæc & ^a Paulo alia, prout voluntas tulit, iactant: subterraneo specu scrinium calcaneo tenus hominem; & multa, quæ perseguī otiosum est, incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur.

2 Igitur quia de Antonio, tam Græco quām Romano stylo, diligenter memoriarum traditum est, pauca de Pauli principio & fine scribere disposui: magis, quia ^a diaetas res omisa fuit, quām fretus ingenio. Quomodo autem ignota. in mediâ ætate vixerit, aut quas satanæ pertulerit insidias, nulli hominum compertum habetur.

a *In epistola Rodolphi Hospiniani cauillationem, quâ Piamonem Abbatem, afferentem apud Cassianum collat. 18. c. 4. è cœnobitis prodire solitos anachoretas, perstringit, quid Paulus & Antonius non fuerint prius in cœnobis instituti; hanc, inquam, heretici hominis viris sanctis obrechandi libidinem egregiè refelli Rofveydus: nam licet hi è paternâ domo, peculiari ratione, in deserta prouolarentur; fuerunt tamen deinceps monasteria veluti anachoretarū seminaria.*

b *Plura congerit Rofveydus Patrum & Historiorum testimonia, qui Eliam & Ioannem eremii primos cultores statuant.*

c *Tres memorantur ab Hieronymo in Chronico, S. Antonij celebres discipuli, Sarmata, Amathas, & Macarius. Colitur Sarmata xi. Octob. Macarius ii. Ianuarij; nam hic Alexandrinus, fuisse videotur, ut censes Rofveydus, & nos 2. Ianu. diximus.*

d *Intelligi videret Amathas. Tamen in S. Posthumij vita dicitur Macarius, corpus sepelisse magistrum. An fortè superior ideo hic dicitur, quia aetate prior, aut gradu Sacerdotij?*

e *In hunc locum ista annotavit Rofveydus: Hic codices mirant. Quidam habent: principem istius rei fuisse, quod non tam opinione, quām nomine. alijs: principem istius rei, non tantum nominis fuisse, quām opinionem. nonnulli: principem istius rei fuisse, sed non nominis. quām opinionem. qua varietas haud dubiè nata ex sensu difficultate. Receptior lectio est, quam in textu expressi.*

f *De cuius etiam sensu diffensio est. Matthæus Galenus VVest-capellius cap. iv. Orig. monastic. existimat D. Hieronymum dicere, Paulum Thebæum eremiticæ vita principem fuisse, quod non tam nomine (puta Amathæ & Macarij discipulorum S. Antonij, qui id affirmabant) quām opinione, nos quoque probamus. Mihi videtur genuinus D. Hieronymi sensus esse, quod opinione & sententiâ suâ Paulus princeps eremiticæ vita fuerit, non tantum nomine; id est, quod verè eremiticæ vite princeps fuerit Paulus, non tantum ita vulgo (seu verè seu falso) nominetur. Hec Rofveydus. Nobis non omnino illa displicer letio, quam in quibusdam MSS. reperiuntur: principem istius rei fuisse, non nominis. quām opinionem. ut sensus sit, primum quidem fuisse quæ eremiticam vitam duxerit, non tamen ab eo caput vulgatum quæ eremitarum nomen; sed ab aliis, qui, cum ille omnibus mortalibus adhuc esset ignotus, eodem ipsi ducti spiritu, solitudines quoque colere instituerunt.*

f *Non S. Onuphrium intelligit Hieronymus, licet simile quid in eius vita referatur xi. Iunij; nam probata ea est vita: nec Macarium Romanum, de quo 2. Octob. quia hic posterior fuit.*

C A P V T I.

Quâ occasione in eremum secesserit Paulus.

3 **S**VB a Decio & Valeriano persecutoribus, quo a tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruento damnati sunt, multis apud Ægyptū Decij, & b Thebaïdam Ecclesiæ tempestas sœua populata est. b Votum tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verùm hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora. Et, vt ipse (qui ab eo passus est) Cyprianus ait, vo- Cyp. ep. 53 lētibus mori, non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat, duo memoria causâ exempla subiecimus.

4 *Perseuerantem itaque c quendam in fide Martorem,*

*Martyrū
Egyptio-
rum cer-
tamina.*

tyrem, & inter eculeos laminas que vietorem, iussit melle perungi, & sub ardentiissimo sole, religatis post tergum manibus, resupinari: scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas farragines ante superasset.

*Inexpu-
gnabilis
castitas.*

a Alium iuuenili aetate florentem, in amoenissimos hortulos præcepit abduci: ibique inter carentia lilia & rubentes rosas, cum leni murmure aquarum iuxta serperet riuus, & molli sibilo arborum folia ventus præstringeret, super extructum plumis lectum resupinari iustit; & ne le inde posset excutere, bladis a sertoru nixibus irrestitu relinqui. Quo cum, recentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus: & quod dictu quoque scelus est, manibus attrectare virilia; ut corpore in libidinē concitato, se viatrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi, & quo se conferret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, & superabat abominata voluptas.

e

f Tandem cælitus inspiratus, præcisam fonsu lingua, in osculantis se faciem expuit: ac sic libidinis sensum,

g

succedens doloris magnitudo & superauit.

*Pauli eru-
ditio.*

b Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur, apud inferiorem Thebaïdam, cum sorore iam yiro traditâ, post mortem amborum parentum, in hereditate locupleti Paulus relictus est, annorum circiter h[ab] quindecim, litteris tam Græcis quam Ægyptiacis apprimè eruditus, mansueti animi, Deum valde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & secretiorem secessit. Verum —

Aen. 3.

— quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fama?

*Periclitat-
ur à foro-
rio.*

fororis maritus cœpit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum vxoris lacrymæ, non cōmuniō sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus ab scelere reuocabat. *i* Ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quod ubi prudentissimus adolescentis intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolaretur, necessitatem in voluntatem verit: ac paullatim progrediens, rursusque tantumdem, atque hoc idem læpius faciens, tandem reperit saxeum montem, ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto, vt est cupiditas hominum occulta cognoscere, audiū explorans, animaduertit intus grande vestibulum, quod aperto defuper cælo, patulis diffusa ramis vetus palma cōtexerat, fontem lucidissimum ostendens; cuius riuum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine eadem, quæ genuerat, aquas terra sorbebat. Erant præterea per excessum montem non pauca habitacula, in quibus scabré iam incudes & mallei, quibus pecunia olim signatae, visabantur. Hunc locum Ægyptiorum litteræ ferunt furtiæ moneta officinam fuisse, è tempestate, quâ Cleopatrae iunctus Antonius est.

Diuinitus

j 7 Igitur adamato (quasi quod à Deo sibi offerretur) habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solioblatum ei tudine duxit aetatem: cibum & vestimentum ei palma habitacu- delectus.

k

*Abstinētia
& ciborū
delectus.*

Abstinētia & ciborū delectus. *l* Alter in cister- na veteri (quam gentili sermone Syri i cubam vocant) quinque caricis per singulos dies m sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse videbantur his, qui non credunt, quia omnia possibilia sunt creditibus.

Mar. 9.22.

m a Decius ad bellum Persicum iturus, Valerianum Roma cum summâ potestate reliquit. Inde factum ut qua motatum aduersus Christianos est persecutio, Decio & Valeriano attribuatur, quasi eodem tempore imperarint; cum tamen Valerianus non nisi an. 254. Imperator sit dictus. Hinc multi sub Decio passi Martires, sub Valeriano martyrium exegisse traduntur, & contraria. Edicta quoque, varijsque nomine promulgata leguntur, in quibus eterque simul Augustus appellatur: quod propterea euenterit, quia cum Decij Imperatoris, & Valeriani Censoris vel Vicarij, ista primum nomine es-

Tom. I.

sent, Valeriano post Imperium adepto, Augusti in illo adscriptum Avct. Si nomen est, vel certè ea deinceps Valerianus Decij suo nomine renomauit.

HIERO-

NYMO.

b Legi Eusebium lib 6 cap. 3, & 34. Baronium ad an. 253. & que superioris dicta, utr v. Ianuarii.

c Celebrantur hi duo Martyres 28. Iulij in Martyrologiis.

d Rofvv. serico.

e Rofvv. superaret voluptas?

f Alij mss. mordicus. al. morsibus.

g Al. occupauit. al. præripuit.

h Alij, sexdecim. non ait S. Hieronymus profugisse Paulum simul ac parentibus orbatus est, sed cum poſte à moto perſecutio eſt, post Philipporum Imperatorum cedem.

i Multi mss. à Rofvreydo & Graui citati, & à nobis quoque usurpati: Aderat, instabat, crudelitate quasi pietate vtebarur. Sic Florus lib. 3. cap. 5. Aderat, instabat, leuità quasi virtute vtebarur.

k Additum varij codicis: & videre.

l Ms. S. Maximini: cumbam. *Grauius*, gubam. Sic Hieronymus in cap. 6. Ieremia: Hoc autem Larinus lector intelligat, vt semel dixisse sufficiat, lacum, non flagnum sonare iuxta Græcos, sed cisternam: quæ sermone Syro & Hebraico gebe appellatur.

m Al. sustentatur.

C A P V T II.

S. Antonius S. Paulum inuicit.

8 SED ut ad id redeam, vnde digressus sum, cum iam centum tredecim annos B. Paulus vitam cælestem in terris ageret, & nonagenarius in aliâ solitudine moraretur Antonius (vt ipse afferre solebat) hæc in mente eius cogitatio incidit, nullum ultra le perfectum monachum in eremo confidisse. At illi per noctem quiescenti reuelatum est, esse alium interius, multò se meliorem, ad quem visendum deberet properare. Illicid *Antonius* erumpente luce, venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire velle, quod nesciebat. *ad Paulum properat.* Et iam media dies, coquente desuper sole, feruebat: nec tamen à cœpto itinere abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quod seruum suum, quem mihi prouisit, ostendet. Nec plura his: interea conspicatur hominem equo mixtum, cui opinio poëtarum Hippocentrauro vocabulum indidit. Quo viso, salutaris impressione signi armat frontem. Et, Heustru, inquit, quâ *tauro, crinam in parte h[ab]c seruus Dei habitat?* At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius verba quam proloquens, inter horrentia ora fetis blandum quæsiuit eloquium, & dextræ manus protensione cupitum indicat iter: & sic patentes campos volucrī transmitens fugā, ex oculis mirantis euanuit. *a* Verum hæc vtrum diabolus ad terendum eum simulauerit; an, vt solet, extremis monstrorum ferax animalium, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus.

b 9 Stupens itaque Antonius, & de eo, quod viderat, secum voluens, vltérius progreditur. Nec mora: inter faxosam cōuallem haud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibusasperat: cuius extrema pars corporis, in capraram pedes definebat. Infraetusque & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei, & loricam sp̄ei bonus prælator arripuit. Nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obfides, offerebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius: & quisnam esset interrogans, hoc ab eo resonum accepit: *b* Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas, Faunos Satyrosque & Incubos vocans, colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur, vt pro nobis cōmunem Deum deprecemus, quem pro salute mundi venisse cognouimus, & in vniuersatim terram exit sonus eius. Talia eo loquente, longævus viator vberitatem faciem lacrymis rigabat, quas magnitudo lætitiae indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de Christi gloriâ, & de interitu satanæ: simulque admirans, quod eius posset intelligere sermonem, & baculo humum percutiens, aiebat: Væ tibi, Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris: væ tibi, ciuitas meretrice, in quam totius orbis dæmonia confluxere. Quid nunc dictura es?

*Item Sa-
tyro.*

b

Ecc 3

Bestia

Auct. S. Bestiae Christum loquuntur, & tu pro Deo portenta
Hieronymo.

Satyrus vijsus tem-
pore Con-
stantini.

1. Ioan. 4. tamen eiūmodi eamdem interdum perperisse monstra, quis ne-
getnam sic Plinius : Claudio Cesar scribit, Hippocentaurum
in Thessaliā natum, cōdem di interis : & nos principatu eius Plin. li. 7.
allatum illi ex Aegypto in melle vidimus: in melle, inquam; cap. 3.
quod eius virtus sit, ut computrefere corpora non finat. Et sic Alex. ab
in melle marinum hominem, ab ultimā Mauritaniā ad Hispaniā Alex. li. 3.
nias allatum testatur Alex. ab Alexandro, solidæ fidei auctor. cap. 8.

10 Sed ut propositum persequar, Antonius cœptam regionem pergebat, ferarum tantum vestigia in-
tuens, & eremi latam vastitatem: quid ageret, quod ver-
teret gradum, nesciebat. Iam altera effluxerat dies: re-
stabat vnum, vt deserī se à Christo non posse confide-
ret. Pernox secundas in oratione exigit tenebras, &
dubia adhuc luce procul intuetur lupam sitis ardoribus
anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam secu-
tus oculis, & iuxta speluncam, cum fera abiisset, acce-
dens, cœpit intrò aspicere, nihil curiositate proficiente,

18. tenebris arcentibus visum. Verum, vt Scriptura ait,
perfecta dilectio foras mittit timorem, suspenso gra-
du, & anhelitu temperato, callidus explorator ingre-
sus: ac paulatim progrediens, sèpiusque sublîstens, so-
num aure captabat. Tandem per cœca noctis horrere
procul lumen intuitus, dum audiuīs properat, offeso
pede in lapidem, strepitum concitabat. Post cuius so-
nitum B. Paulus ostium, quod patebat, occudens serā
obfirmavit. Tunc verò Antonius præ foribus cor-
ruens, usque ad sextam & eo amplius horam aditum
precabatur, dicens: Qui sim, vnde, cur venerim, nosti.
Scio me non mereri conspectum tuum: tamen, nisi vi-
dero, non recedam. Qui bestias recipis, hominem cur
repellis? Quæsiui, & inueni: pulso, vt aperiatur mihi.
Quod si non impetro, hīc moriar ante postes tuos.
Certè sepelies vel cadauer meum.

2. Aeneid. **11** Talia per stabant memorans, fixusque manebat.
6. Aeneid. Ad quem responsum paucis ita reddidit Heros:

Sanctum se salutari-
tum oscu-
lum.

Nemo sic petit, vt minetur; nemo cum lacrymis iniuriā facit: & miraris si non recipiam, cum moriturus adueneris? Sic arridens Paulus patefecit ingressum. Quo aperto, dum in mutuos miscentur amplexus, proprii se salutare nominibus: gratia Domino in com-
mune referuntur. Et post sanctum osculum, residens
Paulus cum Antonio, ita exorsus est: En, quem tanto
labore quæsisti, putridis seneccute membris operit in-
cultæ canities. En, vides hominem, puluerem mox fu-
turum. Verum quia caritas omnia sustinet, narra mihi
quæso, quomodo se habeat hominum genus, an in anti-
quis vibibus noua testa consurgant, quo mundus reg-
atur imperio, an supersint aliqui, qui dæmonum erro-
re rapiantur.

Cornus panem ad-
fert Paulo.

Certamen humili-
tus.

12 Inter has sermocinationes, suspiciunt alitem
corvum in ramo arboris confidisse. Qui inde leniter
subuolans, integrum panem ante mirantium ora de-
positus. Post cuius abscessum; Eia, inquit Paulus, Domi-
nus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors.
Sexaginta iam anni sunt, quod accipio dimidij semper
panis fragmentum: verum ad aduentum tuum, militi-
bus suis Christus duplicauit annonam. Igitur Domino
gratiarum actione celebratâ, super vitrei fontis marginem
vterque consedit. Hīc verò, quis frangeret panem,
oborta contentio pñè diem duxit in vesperum. Paulus
more cogebat hospitijs, Antonius iure refellebat as-
tatis. Tandem consilij fuit, vt apprehenso è regione
pane, dum ad se quisque nititur, pars cuique sua rema-
neret in manibus. Dehinc paullulum aqua in fonte
prono ore libarunt: & immolantes Deo sacrificium
laudis, noëtem transiegere vigiliis.

Aug. de a Nec insula, inquit Rofveydus, nec inanis Hieronymi dubi-
tatio, an Aegyptus, monstrorum ferax, eiusmodi quoque ex
ciuit. Dei, duabus speciebus mixtum animal genuissit potuerit. Quamvis
lib. 18. enim, quod de Ixione atque Centauris poëtae cecinerunt, fi-
gmentum esse, non est qui dubitet; & secundum Cellum, de ex-

hibendo Centauro vanasponsio habeatur, cum inquit: Si ita sti- L. 97. ff. de
pulatus fuero, te siste; & ni steteris, Hippocentaurum dari; nec verb. ob-
fit, qui exigat à naturâ Centauros, tamquam speciem animalis; lig-
tamen eiūmodi eamdem interdum perperisse monstra, quis ne-
getnam sic Plinius: Claudio Cesar scribit, Hippocentaurum
in Thessaliā natum, cōdem di interis: & nos principatu eius Plin. li. 7.
allatum illi ex Aegypto in melle vidimus: in melle, inquam; cap. 3.
quod eius virtus sit, ut computrefere corpora non finat. Et sic Alex. ab
in melle marinum hominem, ab ultimā Mauritaniā ad Hispaniā Alex. li. 3.
nias allatum testatur Alex. ab Alexandro, solidæ fidei auctor. cap. 8.

b Bestias esse Satyros ac Faunos loco antè citato Nicrembergius
probat. Baronius idem sentit, & quod hic locutus dicitur, miraculo
factum putat, suffragante Rofveydo.

C A P V T III.

Moritur Paulus: sepelitur ab Antonio.

13 **C**VM QVÆ iam esset tetricus redditus dies, B. Paulus ad Antonium sic locutus est: Olim te, frater, suam Paulus in istis regionibus habitare ciebam, olim te cōseruum lus predi-
meum mihi promiserat Dominus. Sed quia iam dor-
mitionis tempus aduenit, & (quod semper cupiebam,
dissoluī & esse cum Christo) peracto cursu, superest mihi
corona iustitia; tu missus es à Domino, qui humo
corpusculum tegas, imò terram terræ reddas. His An-
tonius auditus, flens & gemens, ne se desereret, atque ut
comitem talis itineris acciperet, precabatur. At ille, Nō
debes, inquit, querere quæ tua sunt, sed quæ aliena. Ex-
pediit quidem tibi, sarcinâ carnis abiectâ, Agnum se-
qui: sed & ceteris expedit fratribus, ut tuo adhuc insti-
tuantur exemplo. Quamobrem perge, quæso, nō mo-
lestum est: & pallium, quod tibi Athanasius Episco-
pus dedit, ad obuoluendū corpusculum meum defer.
Hoc autem B. Paulus togauit, non quod magnoperè
curaret, utrum te cōstum putresceret cadauer, an nudum:
quippe qui tanto temporis spatio contextis palmarum
foliis vestiebatur: sed ut à se recedenti mōtor suæ
mortis leuaretur.

14 Stupefactus ergo Antonius, quod de Athana-
sio & de pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo
videns, & in pectore eius Deum venerans, vtrrà respō-
dere nihil ausus est: sed cum silentio lacrymans, oculi
eius oculis manibusque, ad monasterium, b quod
postea à Saracenis occupatum est, regrediebatur. Ne-
que verò gressus sequebantur animum: sed quamvis
corpus, inane ieconiis, seniles etiam anni fregerant, ta-
men animo vincebat ætatem. Tandem fatigatus & an-
helus, ad habitaculum suum, confecto itinere, perue-
nit. Cui cùm duo discipuli, qui ei longo iam tempore
corpus de-
ministrare consuecerant, occurrisserint, dicentes: Vbi fert An-
tonium diu moratus, Pater respondit: Væ mihi pecca-
tori, qui falsum monachi nomen fero. Vidi Eliam,
vidi Ioannem in deserto, & verè in paradiſo
Paulum vidi. Et sic ore compresso, manu verberans pe-
ctus, ex cellulâ pallium protulit. Rogantibusque disci-
pulis, vt pleniū quidnam rei esset exponeret, ait: Tem-
pus loquendi, & tempus tacendi. Tunc egressus foras,
& ne modicum quidem cibi sumens, per viam, quâ ve-
nerat, regressus est: illum sitiens, illum videre deside-
rans, illum oculis ac mente contemplans. Timebat
enim, quod euenit, ne se absente, Christo debitum spi-
ritum redderet.

15 Cumq[ue] iam dies illuxisset alia, & trium hora-
rum spatio viam remeauisset, vidi inter Angelorum animam
cateruas, & inter Prophetarum & Apostolorum cho-
ros in calum
candore Paulum fulgentem in sublime con-
scendere. Et statim in faciem procidens, fabulum capiti
superiaciebat, plorans atque ciuilans aiebat: Cur me
Paule dimittis? cur abis insalutatus? tam tardè notus,
tam

Corpus a morte ad huc erexitur. tam citò recedis? Referebat postea B. Antonius, tantà se velocitate, quod reliquum erat viæ, cucurisse, vt instar avis peruolasset. Nec immeritò. Nam introgessus speluncam vidi genibus complicatis, erectâ ceruice, extensisque manibus in altum, corpus exanimè: ac primùm & ipse, viuere cum credens, pariter orabat. Postquam verò nulla, vt solebat, suspitia precantis audiuit, in flebile oculum ruens, intellexit quid etiam cädauer sancti viri, Deum, cui omnia viuant, officioso gestu precaretur.

Sepultura Pauli miraculo curata, per leones. ^c 16 Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoq; & psalmos ex Christianâ traditione decantans; contristabatur Antonius, quid sarculum, quo terram foderet, non haberet, fluctuansque vario mentis æstu, & secum multa reputans, dicebat: Si ad monasterium reuertar & tridui iter est: si hic maneam, nihil vlrâ proficiam. Moriar ergo, vt dignum est; & iuxta bellatorem tuum ruens, extremum, Christe, halitum fundam. Talia eo animo voluente, ecce leones duo ex interioris eremî parte currentes, volitantibus per colla iubis, ferebantur. Quibus adspectis, primò exhorruit: rursusque ad Deum mentem referens, quasi columbas videret, mansit intrepidus. Et illi quidem dico cursu ad cädauer beati senis substiterunt, adulantibusque caudis, circa eius pedes accubuêre, fremitu ingenti rugientes; prorsus, vt intelligeret eos plangere, quomodo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere, atenamque cerratim egerentes, vnius hominis capacem locum effodere: & statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium, ceruice deiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesque lingentes. At ille animaduerit benedictionem eos à se precari. Nec mora, in laudationem Christi effusus, quid muta quoque animalia Deum esse sentirent, ait: Domine, sine cuius nutu nec folium arboris defluit, nec vnum passerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis. Et manu annuens, vt abirent, imperauit. Cumque illi recepissent, sancti corporis onere seniles curuauit humeros: & deposito eo in fossum, desuper humum congregans, tumulum ex more compoluit. Postquam autem dies illuxit alia, ne quid prius heres ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi vendicauit, quam in sportarum modum de palmæ foliis sibi ipse contexuerat. Ac sic ad monasterium reuertus, discipulis ex ordine cuncta replicauit: diebusque solemnibus Paschæ & Pentecostes semper tunicâ vestitus est.

Antonius muta animalia benedicit. ^d 17 Libet in fine opusculi interrogare eos, qui patrimonia sua ignorant, qui domos marmoribus vesiunt, qui vno & filo villarum insuunt pretia, huic seni nudo quid umquam defuerit. Vos gemmâ bibitis, ille naturæ concuis manibus satisfecit: vos in tunicis aurum texitis, ille ne vilissimum quidem habuit indumentum mancipij vestri. Sed è contrario, illi quidem pauperculo paradiseus patet; vos auratos gehenna suscipiet: ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruauit; vos vestiti Sericis, indumentum Christi perdidit. Paulus vilissimo puluere coopertus, iacet resurrecturus in gloriam; vos operosa sepulcra premunt cum vestris opibus asfuros. Parcite, quæso, vobis; parcite saltem diuitiis, quas amatis. Cū & mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lacrymasque non cessat? An cädauerâ diuitum nisi in Serico putrescere nesciunt?

Diebus solennibus tunica Pauli vestiebatur. ^e 18 Obscro, quicumque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris: cui si Dominus optionem daret, multè magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam Regum purpuram cum regnis suis.

Monistio ad diuites luxui de ditio. ^f a Aliam causam addit ex Baronio Rosvreydus, ut Athanasio, cuius labores aquæ ac datam Antonio vestem diuinatus didicerat, communicare se ostenderet.

b Id ipso anno accidit quo mortuus est S. Antonius, Constantij 19. siue 20. inchoato, ut tradit S. Hieronymus in Chronico, id est, Chrysostomi 356.

^c Alij quatridui. ^d Quidam lino. Sic Tertullian. lib. de habitu muliebri cap. 9. HIERONIMO lino decies festertiū inscritur; saltus & insulas tenera cert. NYMO. ^e Addunt quidam saxis. ^f Aliqui codices cum pœnis suis.

DE S. PAVLI TRANSLATIONE.

T RANSLATAS in Galliam S. Pauli reliquias testatur Andreas Saussaius in supplemento Martyrologij Gallicani, his verbis: In Thebaide natalis S. Pauli primi eremita, cuius diuinam vitæ rationem S. Hieronimo luculento encomio descripsit. Corpus verò ex quia trans-Egypto in Galliam translatum, apud Cluniacum a late in chimonasterium repositum, ibidem religiosè seruatur. Sed & apud Iotrum, insigne monasterium puellare in Meldorum agro, antiquissima visitur capella, cum cryptâ huius sancti Confessoris venerationi sacratâ, in qua pleraque Sanctorum corpora dudum sepulta, demum reperta diuino fauore, inde ad cultum educta debitum, sacrario maioris ecclesiæ Abbatialis, cælitum pignoribus ornatisimo, omni cum honorificentia illata sunt. Hæc ille. Aliqua ad vitrumque monasterium reliquia S. Pauli, aut Constantinopoli fortassis, aut Venetiis, aut ex Hungaria allata.

² Constat enim Ioannis Archidiaconi de Kikullev, in Ecclesiâ Transiluanâ Vicarii Strigoniensis in spiritualibus generalis, antea Regi Ludouico Notarij à secretis, testimonio; Venetiis in Hungariam eiusdem Ludouici I. Hungariae Caroli F. Regis Hungarie tempore deportatum S. Pauli corpus. Ita namque scribit lib. de vita Ludouici cap. 41. Denique ordo fratrum eremitarum B. Pauli primi eremita in regno Hungariæ florere incepit & multiplicari. Item corpus eiusdem B. Pauli, Patris dicti ordinis, de Venetiis ad Hungariam est translatum; & in claustro eremitarum apud B. Laurentium prope Budam in vertice montis solemniter depositum: in quo loco & beati huius Patris venerantur merita, & populorum laudantium Deum concurrit frequentia. Primò enim Rex Karolus beatæ memorie, pater ipsius Regis, fratres ordinis prædicti introduxit; & paucos habebant conuentus & loca, vtputa S. Laurentium, sanctam Crucem, & sanctu Spiritum, & S. Ladislauum in siluâ de Peliso; & in aliis locis manebant laici sub nomine eremitarum vagabundi.

³ Petrus quoque Ranzanus in Epitome rerum Hungaricarum Indice 19. Electus & coronatus fuit Ludouicus Poloniae Rex: tantum valuit eius apud externos auctoritas. Sub Ludo eo B. Pauli primi eremita corpus è Venetiis in uico Rego, Hungariam translatum est. Constituit autem complura cœnobia, in quibus viuerent eremita, qui ipsius B. Pauli religionem profiteri se dicunt. Antonius Bonfinius uidetur vt ordinem eremitarum introductum, ita & corpus ipsius Sancti è sub Carolo Ludouici patre translatum existimat. Ita enim scribit Rer. Hungar. decade 2. lib. 10. Cū eremitarum ordo D. Pauli principis in Hungariam venisset, corpusque eius, Venetiis auctum, in Laurentij ædem, quæ ad terrum lapidem Budæ proxima monte prominet, translatum esset, Carolus pater, primus eremitarum collegia introduxit, qui Laurentij, sanctæ Crucis, Spiritus sancti, & D. Ladislai sacras ædes vsurparunt. Lodouicus autem in Nozthre cœnobium his excellentissimum dicauit.

⁴ Eius verò congregationis, qua S. Pauli anachoreticam vita rationem imitata, eum quoque sibi patronum adoptauit, vel auctor vel præcipius propagator Eusebius quidam Strigoniensis fuit, vt lib. 1. Oceanus Religionum scribit Silvester Maurolycus. Huic sociisq; tradita quadam fertur pœviendi norma à Bartholomeo Quinqueclesiensi Episcopo; eo, vt remur, cuius consilio & fortitudine reliquias aliquas profligati à Tartari exercitus Bela IV. anno 1241. seruatæ scribit Bonfinius dec. 2. lib. 8. Rogatus deinceps Urbanus IV. Pontifex Maximus, qui à principio Septembri an. 1261. ad initium Octobris 1264. sedet, vt hanc congregationem suâ sanctiret auctoritate, iuberet.

Ex mss. S. Augustini regulam obseruare, abnuit. Ergo Paulus Vesperinensis in Hungaria Antistes quasdam eis leges scriptis anno 1263. Tum primam à S. Paulo primo eremita nomen ordini impostum. Anno demum 1300. primus toti congregatiōne propositus est Prior generalis F. Laurentius Strigonensis. Missus à Clemente V. in Hungariam Legatus Gentilis de Monte Floris, Picenus, ex ordine Minorum Cardinalis titulo S. Martini in montibus, anno 1308. singulari eum ordinem benevolentia prosecutus, regulam S. Augustini amplectendis, scribendi constitutions, generales cogendi cōuenientis, poteſtatem fecit 6. Decembr. 1308. Ioannes XXII. ad Pontificatum an. 1316. euectus eundem confirmauit ordinem, multisq; auxit priuilegiis; qui deinde & cœnobiorum multitudine, & sanctitatis famā, creuit mirum in modum. Hac ferè Maurolycus: qui in publico ordinis sigillo effigiem S. Pauli expressam ait, cum hoc lemmate: Ecce elongauit fugiens, & mansi in solitudine. subiicitq; hanc rhythmicam ad eundem Sanctum orationem:

Oratio ad S. Paulum.

Sancte Paule eremita,
Infirmorum spes & vita;
Fac me dignē te laudare,
Venerari, & amare,
Perpeti memoriam.
In aduersis sis protector,
Mediator, dux, & vector;
Ne cum praus condemnemur;
Imō tecum gloriemur
In cœlesti patriâ. Amen.

Transla-
tionis hi-
storia.

Hac de ordine. Translatum in Hungariam Veneriū S. Pauli corpus idem testatur Maurolycus. Translationis historiam è fide digno codice manu exarato nobis exhibuit Ioannes Gamansius noster, quam hic damus.

HISTORIA TRANSLATIONIS,

Ex fide digno codice descripta

à Ioanne Gamansio Societ. Iesu.

Prefatio.

PLENVS dulcedine & semper ineffabili afflens pietate, Patris gressi Filius Dominus Iesus Christus, qui circa Ecclesiam sanctam Catholicam ita suę continuat benignitatis affetum, sic suę roborat roborationis auxilium, vt quam sui commercio sanguinis acquisiuit, incessanter custodiat non solum per Angelos cœli ciues super muros ipsius, qui non die nec nocte tacent, constitutos: quin etiam per homines luteas domus habitantes; vt huiusmodi auxilio sic vallati in discrimine, accumulatis diuinæ prouidentiae beneficiis, supernæ militiæ fulciantur præsidio, & in viâ existentes meritis Beatorū adiuuentur. Nam licet post egressum magnifici Redemptoris ad Patris gloriam à quâ venerat, animam beati Confessoris Pauli primi Eremitæ spirituali certamine attritam & afflitam; & grato consummato triumpho post labores ad præmium, vt dignis digna repandat, euocauit, exanimare tamē corpus, quod prius per spatium sexaginta annorum, vt dudum Eliam Prophetam, cori ministerio in deserti solitudine cœlesti pabulo educavit, ob vitæ suæ ingens meritum humanæ laudis præconio minime voluit defraudare. Quinimō per Beatum Hieronymum Doctorem egregium dicti Patris vitam solerter percunctione præhabitā, perpetuā successorū memoriā, ab omnibus dignissimè venerandam pulchro stylo exarauit: quodque ipsum magnus Pater Antonius, pro eodem perficiendo negotio diuino spiritu illuc adductus, terribilium leonum suffultus auxilio, inter saxosam conuallem ritu fidelium terræ gremio commendauit. Et vt in eodem sepulturæ loco profundiū tanti Patris merita venerarentur, idem sanctus senex Antonius & aliquos ex Fratribus suis sub disciplinā monasticā viure paratos, inibi diuino obsequio mancipauit.

Monachi in solitu-
dine S. Pauli.

2 Tandem reuoluto plurimorum annorum curri-

cuto, efficiente virtute dexteræ excelsi Dei, qui iustos prosequitur benedictione; Dominus Emanuel Constantiopolitanus Imperator tanti luminis aspersione Thebaide gauisus, cupiens huiusmodi sancti senis, qui doloris & Conflan- amaritudinis tempora reliquit, & in solitudine, in quam sinopolim. volauit, requieuit, clara miracula in publicam ducere notitiam, corpusculum incorruptum de loco memoria- rato, vbi ipsum S. Antonius in foueam bestiarum ope- re paratam subterrauerat, in regiam urbem, videlicet Constantinopolim, b fecit transportari, & in ecclesiâ S. Mariae & Peruilepsi, id est circumseptâ, quam ipse Im- perator fundauerat, pro fidelium loco venerationi aptissimo repausari. Cuius caput, quod diu abduxere deserti abdita, tandem gratâ devotionis gratitudine, non absque Dei nutu, sed potius ut solitudo fieret pa- tula, Romam est delatum, à Christi fidelibus salubrius venerandum.

3 Deinde instantे Dominicæ incarnationis d'anno millesimo ducentesimo quadragesimo, quidam Iaco- bus Lanzerlo Veneriarum ciuis, audiens quod felicem Paulum prospera mudi prosperitas non seduxit, e cuius deserti felicia auspicia, & ex intimis contemplatus, à Fratre Petro Abbatte & monachis dicti monasterij sub cautione litterarum, instrumentorum, insertione te- stium roboratorum, decoro stylo, mirâ sententiâ, affa- tu facundo, deuotione non vacuâ, votiuis nimiis desi- deriis, & operosa sollicitudinis studio, ipsas sacras B. Pauli reliquias sibi dari impetravit: quas secum ala- cri gaudio. Venetas deferens, in ecclesiâ sub titulo S. Iuliani consecratâ, honorifice collocauit; vbi eidem à populo Venetiarum debitus honor est delatus.

4 f Incerta currunt suâ volubilitate tempora, de se- cretis Patrum in publicum huiuscmodi Sanctus ca- nonizatione Ecclesiæ egressus, religiosorum Fratrum Ordo S. sub eius vocabulo sincera conscientia famatur, vitæ in- nocentia ac Religionis decor prædicatur: quot potest spiritus procellarum ad portum ducit gloria & salutis: augetur numerus præcipue in Vngariâ: Crescit popu- li deuotio, & construuntur monasteria in solitudine copiosa. Deinde (cui dubium, quin ex cœlestis altitu- dine consilij, altâ & ineffabili prouidentiâ vniuersa di- sponetis, quæ retum vicissitudines non sine dispensa- tione certæ rationis alterat, nunc egentes faciens abun- dare, nunc abundantes egere; vt humana conditio per alterationem iuri status, huius sæculi instabilitatē agno- scat) auctum est, vt ex efficacibus, rationabilibus, & iu- stis causis, inuictus Princeps, Vngarorum Rex g Lo- ludonicus, in potentia strenuus, in strenuitate præcla- rex Hun- rus, in claritate benignus, in benignitate sapiens, in sa- garia bellū pientia prouidus, in prouidentiâ verbo & opere Chri- contra Ve- kianus, cui sollicitudo regni non defuit, vt cornua cō- netos gerit.

5 Porro ipse pius Rex, cui non fuit abbreviata ma- nus Domini, vt non posset sublimitatem incuruato- rum Venetorum, & altitudinem humiliare virorum, cui felicium semper successuum splendor illuxit, mo- bilitatis legem imitans, quoniam excelsa eius mentem minimè eleuauerunt, & infima non deiecerunt, post plurima bella, rerum grauia discrimina, & sœua peri- cula, interueniente aliquorum Christianorum Princi- pium pacem zelantium largiēte Domino, compositio- ne,

ne, tamquam pacis amicus, & caritatis patronus, ipsos Venetos ad certam annuam solutionem perpetuo subiugauit. Sic nimur inter partes pace firmata, sedaris vndeque dissensionum vepribus, praefatus Christianissimus Rex volens emissi sui voti prosecutioni insistere, & fautori suo sponte oblata exoluere, solemnes Ambasatores, videlicet venerabiles in Christo Patres & Dominos, Valentimum & Quinquecclisiae, & Paulum Zagabriensem Ecclesiarum Episcopos, viros Vngaros, natione claros, Canonum scientia illustratos, de cursu temporalium non ignaros, cum quibusdam regni sui optimatibus, pro ipso sacro obtinendo thesauro ad ciuitatem Venetorum destinauit. Qui cum celeritate festinarunt ad obsequium tantae Maiestatis, pleno desiderio aspirantes, modos & vias, quas praedicto norant conuenire, operosa sollicitudinis studio excogitantes, diu desideratum donum obtinuerunt votiu.

*Obtinet
ab iis reli-
quias S.
Pauli.*

*Ea in Hü-
gariam
transfe-
suntur.*

*Buda in
Capella
Regiae de-
ponuntur.*

*Transfe-
runtur ad
monaste-
rium S.
Laurentij.*

6 Sed cum huiusmodi reliquiae care fuere, communi ne impetu furentis turbæ populatis, rei desiderata & obtentæ aliquantis per turbare exitus, consultâ deliberatione, ciuium vñ consilio, in secreto lucifugæ noctis silentio, lucecente die quarto mensis Octobris, anno Verbi incarnati 1381. exanime corpus non indeuoti, sed magna deuotionis affectu de ecclesiâ S. Iuliani memoratâ suscipiunt, & in capsâ lignea artificiose fabricata fortunâ celebri, cui arrisit diuina clementia, cum duabus aliis corporibus Sanctorum Innocentum, qui ab Herode in Euangelio leguntur occisi, quæ & ipsi Veneti gratâ sinceritate ipfi domino Regi vsque

k Wudam insignem & amoenissimum Regni Vngariae locum & præcipuum, sub felicibus auspiciis, imperante Deo cœli vento & mari, omni cessante tempestate, felici cursu, in tranquillitate pacis & optatæ quietis, diuinâ dexterâ eorum assistente processibus, felicius perduxerunt. Vbi eadem sanctissimæ reliquiae cum maximâ deuotione & reuerentia à Clero & populo, diuerso apparatu ad cultum diuinum ad ornato, incensis luminaribus, venerabiliter sunt susceptæ, & in capellâ regiæ sub custodiâ Fratrum eiusdem ordinis S. Pauli interim depuratæ. Gaudet inclitus Regis animus in voto iudicio Dei commisso se attigisse, quod voulit. Gaudet & lætatur Vngaria, sibi tanti Sancti effloruisse solatum, deuotione & religione mirabiliter prius in regno plantatum.

l 7 Volant interim huius Sancti miracula diffusiùs, fitque ad eius reliquias vndeque deuotus concursus; & factus est Confessor regniconis carus, qui reputabatur, antequam corpus aduenerat, fide prædilectus. Crescit amor Regis validus, & quo locaretur, vix reperitur situs. Firmatur Regis & regni maiorum consilium, quod Reuerendissimus in Christo Pater ac Dominus. D. Demetrius, tituli Sanctorum quatuor coronatorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, sanctæ Otergouensis Ecclesiæ gubernator perpetuus, aulæque regiæ supremus Cancellarius, Apostolicæ Sedis in regnis Vngariae & Poloniae legatus, probatus pius, pietate deuotus; moribus mansuetus, & mansuetudine fidus, fidei & sinceritatis alumnus, quæ Rex experta scientia & cognitâ ad plures honores successuè affectuosè promovit, supradictas sanctas reli-

quias de capellâ regiæ in ecclesiam pretiosi Martyris Ex mss. Christi Laurentij, quæ distat vno milliari à Wudâ versus occidetem, & in claro monte Wudensi est situata; vbi est egregia turba monachorum, qui sub titulo dicti Patris degunt, & sanctâ obseruatione militant, quique diuinis insistunt laudibus, vacant orationibus, atque ibi tamquam suo capiti, filij Patri, Magistro discipuli Duci milites, Deo & ipsi S. Paulo iubilant, & sedulum ac debitum impendunt famulatum, collo caret. Qui ascitis sibi Episcoporum, Religiosorum, secularium, & aliorum multitudine copiosâ, tollens corpus S. Pauli de Capellâ regiæ xvi. Kalendas Decemb. In ipsâ ecclesiâ venerandum cum supremâ reuerentia depositus; & ipsum diem festum Translationis eiusdem deinceps celebrari, vigore & auctoritate sua legationis instituit & mandauit. Et ut Christi fideles ad frequentationem reliquiarum diligentius illo die animaret, omnibus verè pœnitentibus, contritis & confessis, qui in ipso die translationis memoratas S. Pauli reliquias humiliter & deuotè visitarent, de omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisus, vnum annum de iniunctis sibi pœnitentis misericorditer relaxauit. In quo loco suffragium B. Pauli humiliter implorantibus innumera beneficia præstantur à benedicto Domino nostro Iesu Christo, qui facit mirabilia magna solus, cuius sunt haec dona, cuius sunt huius deferti sacrificia, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

a Planè id credibile est, licet in S. Antonij vita non tradatur.

b Imperavit Emmanuel, siue Manuel, Commenus, Caloiannis F. Alexij N. ab Aprili an. 1143. ad Septembrem an. 1180. Quando S. Pauli corpus sit adeptus non traditur. Fortassis tempore Egypticae expeditionis an. 1169. quam lib. 5. narrat Nicetas, est id ad Manuels Duces allatum; vel ante ad ipsum Manuelem, simulq. iniecta petenda bello Egypti cupido Nam, ut ait Nicetas, auditâ Egypti fertilitate, & frugiferis Nili exundationibus, classe eam terram petere, & quæ auribus acceperat, oculis intueri & contrectare manibus instituit.

c Ita ms. Omnino videtur legendum Perilepsi. Est enim integrâ comprenensio. Huius templi non meminit Nicetas cum Manuels edificia recenset lib. 7.

d Erat us duodecimus annus Balduini II. Imperatoris. Quo tempore Imperium Constantinopolitanum Latini tenuerunt, innumeræ sunt in Occidente transportatae Sanctorum reliquie; quas illi variis aut Principibus ac Rebus publicis, quorum egebant auxilio, aut Ecclesiæ & monasteriis, præseri in Belgicis, (utpote Flandria & Hannonia Comites, aut eorum agnati) ad perpetuum sui nominis monumentum, donabant. Iis nimurum praesidiis spoliari eam urbem cupiebat Deus, quam altero vertente seculo sub barbarorum passus erat uenire seruitutem.

e Videatur deesse cernens.

f Videatur legendum Interæ.

g Successit Carolopatri in regnum Hungaria an. 1342. obiit an. 1382. 11. Septembri. De eius aduersus Venetos bellis agunt Hungaricarum, Venetarum, Italicarum rerum scriptores.

h Quinquecclisia, cincta Episcopalis Hungaria, à quinque basilicis nomen accepit, teste Bonfinio dec. 1. lib. 1.

i Ita ms. & Bonfinius, nisi sit typographi error: vulgo Zagravia. Vrbis est Sclavonia Episcopalis.

k Vulgo Buda dicitur, olim Regum Hungaria sedes: vel à Budâ Atrile fratrem, ut vulgo Nicolaus Olahus Attila cap. 12. vel à Budinis, ut Bonfinius dec. 1. lib. 1. appellata; Germanu Offen.

l Hunc anno 1379. ab Vrbano vi. Cardinalem creatum scribit Ciacconius, fuisse Archiepiscopum Strigonensem.

DE S. MARCIANO PRESBYTERO, OECONOMO ECCLESIAE CONSTANTINOP.

POST AN.
CDLXXII. X.
I. A-
NVARII.
S. Marci-
ani nomen
in Fastis
Latinis;

COLITVR x. Ianuarij à Gracis pariter ac Latinis
S. Marcianus Presbyter, & magnæ Ecclesiæ
Constantinopolitanae, siue sanctæ Sophiæ,
magnus Oeconomus; quamquam in Anthologio Graecorū à
Clemente VIII. approbato, non x. sed viii. Ianuarij celebratur.
De eo Martyrol. Romanum: Constantinopoli S. Marciani

Presbyteri. Molanus: Et S. Marciani Presbyteri & Oecono-
mni magnæ Ecclesiæ. Consentiant Belgica Martyrologia.
Galefinius: Constantinopoli S. Marciani Presbyteri; qui
vigiliis & orationi deditus, in Christi pauperes libera-
lis admodum, ita ut, quâ solâ tunica indutus erat, eam
dederit egenti; multis miraculis clatus, obdormiuit in

Dœ-

Ex v. a. *Domino. Martyrol. Germanicum*: Item Constantinopoli sancti Presbyteri Marciani, in vigiliis & orationibus eximij, erga pauperes omnino munifici, multis miraculis clari.

G. Gracis. 2 *Horologium Græcorum x. Ianuar.* Et S. Marciani Presbyteri & Oeconomi magnæ Ecclesiæ. Plenius eodem die Mena: Vixit hic Marciano & Pulcheria imperatibus, parentibus è veteri Româ oriundis natus. Templum S. Irenæ iuxta mare construxit, ei que oratorium S. Iridori coiunxit. Ædificauit & S. Anastasiæ adem in Rotris Domini, quam & ab immani incendio, cùm omnia circùm ignis latè depasceretur, ipse in templi stans saltigio sublatisque ad cælum manibus precatus, intactam feruavit. Eius verò tum miracula, tum in tantâ pecuniarum copiâ inopiam, & indefessum religiosæ exercitationis studium, copiosius qua de eo scripta est historia recenser. Agitur elius Synaxis (sive ad festum celebrandum conuentus) in sacello sancti Prophetæ & Baptiste Ioannis, iuxta cisternam Mucianam, in Danielis. Agitur verò ea Synaxis propter ingentem terræmotū, qui eo die sub initium imperij Basili contigit: quando & templum supersancte Deiparæ in loco qui Sigma dicitur, & multæ aliæ ecclesiæ & priuata ædificia collapsa sunt. *Eadem ad verbum habentur in Anthologio viii. Ianuarij.*

3 *Quæ de templis ab eo edificati hic dicuntur, & distinctionis infra referuntur in vitâ, vii & quæ de eius sepulture. Eadem binc tamen etiam illustrantur, ideoq; visum Graecæ adscribere: Τελεῖται δὲ ἡ αἰτία σύναξις ἐν τῷ θεοφυτεῖῳ οὐγίᾳ φεγγήτε νέων Βαπτίσματος Ιωάννου, πλην τοῦ κατακρητικοῦ μεγάλου θεοφυτεῖου οὐγίου τοῦ Δανιήλ.* Quæ ita verit Raderus: Synaxis porro illus, seu dies festus, in sacrario S. Ioannis Baptista Prophetæ, haud procul cisternâ Mocelis in Danielis peragitur. *Ast in vitâ cap. 5. n. 20. dicuntur eius reliquia condita in monasterio S. Ioannis Baptista, quod etiam dicitur Danielis; quod sicut est prope diuinum templum præclaris Martyris Mocij. De S. Mocio, quem Graci p̄m̄s appellant, eiusq; ade agemus xiii. Maij.*

Terramotus sub Basilio. 4 *De templo autem Deiparæ virginis in Sigmate, cuius euerſi meminere Mena & Anthologion, ista scribit in Basilio Macedone Cedrenus: Aliud Deiparæ templum, cui Sigma nomen, terræ motu prostratum, ex fundamentis refecit, stabileque & priore pulcrius extruxit. Operæ pretium fuerit quæ de Sigmate, hocq; terræmotu commentatur Petrus Giulius in Topographiâ Constantinopol. lib. 2. cap. 15. adscribere:*

Scriptores, inquit, recentes patriæ Constantinopolitanæ tradunt, tempore Basili Imperatoris terræ motu magnum fuisse, quo Diui Polycleti (voluit Polyeucti scribere, vt infra patet) cecidit templum, & oppressit omnes, qui intus essent, ex eoq; tempore appellatum fuisse Sigma. Ego potius ita appellatum fuisse existimare à portico, quam ante hunc terræmotum multis seculis Sigma à similitudine litteræ appellatam antiqua descriptio ponit in regione Hippodromi. Georgius Cedrinus meminit loci, quem appellat Sigma. Michaëlem, inquit, Imperatorem monachi vestitu induitum ex monasterio appellato Studio correptu per forum pedibus traxerunt, & supra monasterium Periblepton nuncupatum ipsum ducentes, in loco appellato Sigma, excœcarunt. Idem Cedrinus ait Basilium Macedonium adem Virginis Mariæ restituisse à fundamentis, nominatam Sigma. Eunuchus Chrysaphius Zomas excitauit statuam Theodosij minoris in loco nominato Sigma. Adem Diui Stephani positam prope locum nuncupatum Sigma Constantinū Magnum excitasse scribunt nonnulli. Itaque hoc Sigma alio loco fuisse in vrbe, quam illud, quod dixi in tertiatâ regione fuisse, & scribendum esse p̄re litteram, Segma, ex eo quod dicunt ideo sic appellatum fuisse, quod adis Polyeucti in eo sita, terræmotu concussa oppresserit omnes qui in eo essent. Hac ille. At non assequimur unde Segma educat, nisi Semæ velit, sive σῆμα, id est sepulchrum.

Vita S. 5 *Vitam S. Marciani, sive à Simeone Metaphraſte, seu quo Marciani antiquiore scriptam, Latinam fecit Gentianus Heruetus, edidit*

Aloysius Lipomanus, atque ex eo Surius. Marciani plures alij autores meminere, quorum quidam in Annotationibus citantur. Theodorus Lector lib. 1. Collectaneorum de eo ista scribit: Designauit autem Gennadius Marcianum Oeconomum, ad Ecclesiam relicta Catharorum se & translatum. Qui mox atque Oeconomus esset factus, quæ in An ali singulis ecclesiis offerebantur iussit per Clericos colligi, donec magna Ecclesia cuncta acciperet. Mirum est fuerit No scriptorem vita S. Marciani non commemorare cum aliquando secta Catharorum, sive Nouatianorum, adhesisse. Fuit eodem tempore Nouatianorum Episcopus Marcianus quidam, cuius meminit Socrates lib. 7. cap. 45. & Nicephorus Callistus lib. 14. cap. 41. Socrates & Sozomenus, qui viderunt S. Anastasia erexit à S. Marciano templum, vt infrā patet in Nata. ad cap. 2. an siluissent si in ipsorum aliquando factioni fauifser, qui tam studioso quid in eorum gratiam dicerit S. Atticus aliiq; tradiderunt: At non minor laus est S. Marciano, si errauit aliquando, tandem resipuisse omniq; deinceps virtute floruisse, quam alia in stabili perpetuissima orthodoxa gradu religionis. Agit quoque de S. Marciano Baronius tom. 6. variis locis.

6 *Porrò magni Oeconomi principia post Patriarcham Officium in Ecclesiâ Constantinopolitanâ dignitas erat, vt ex Georgio magni Codinu patet, qui illius officium ita describit: ὁ μέγας Οἰνοβόμος, καὶ τὸν τοῦ μεγάλου τοῦ κτημάτου τῆς ἐκκλησίας, & τὸν τὸν ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν ἦν ὁ οἰνορόμενος ἀρχιερεῖς & τὴν ἐκκλησίαν. Magnus Oeconomus, qui suâ in potestate onus Ecclesiæ facultates, omnesque in illis redditus tenet: & tan Patriarchæ quam Ecclesiæ hac in re dispensator est D. sp̄t. Iacobus Gretsero nostro lib. 1. Commentar. in Codinu, illud μέγας, natumq; putat ex recentium Græcorum ambitione, qui officiis & dignitatibus titulum μεγάλus admodum liberaliter præponebant; & s̄pē duo officia, ceteroquin paria, aliter non distinguebāt, quam vocis Ἀμεγάλος appositione. Et iam quoque, inquit, ex ingenito fastu, μεγάλος titulo mirifice se circumspiciunt: ὁ μέγας ρήτωρ, ὁ μέγας σακεδάνεος, ὁ μέγας οἰνορόμος, cùm sint omnium propè mortalium longè miserrimi propter iugum Turcum.*

7 *Conferebat hoc officium Oeconomi Episcopus, vt ex Theodoro Lectori iam citato liquet: ὁ μέγας Αλέξανδρος δὲ, inquit, Τερρανὸς Μαρκαρίου οἰνορόμον. Accedebat tamen Cleri consensus aut consilium, vt ex vitâ cap. 1. num. 2. colligitur: fit Oeconomus maxima Ecclesiæ communi suffragio. & deinde: eos honorans, qui eum præulerant. Idem in aliis Episcopo: quoque Ecclesiæ mos erat, vt ex historiâ Theophilii Vicedomini 4. Februario constat de Adenensi Ecclesiâ in Ciliciâ, vbi hac inter alia: Porrò ordinato Episcopo, cùm ad propriam remeasset ciuitatem, quidam de Clero instigauerunt, vt amoto illo alium Ecclesiæ ordinaret Vicedominum. ac deinde: Priorem constituit Vicedominum, præbuitque ei coram omni Clero & populo auctoritatem dispensationis sancte Ecclesiæ, atque possessionum ei pertinentium, cunctæque plebis; ac duplo tantum quam ante fuerat præpositus, denuò est honore sublimatus: ita vt peccasse se clamaret Episcopus, quod tam idoneam & perfectam personam, aliorum regiminibus subiecisset, & illum inutilem & minus idoneum promouisset. Vnde & illud manifestum fit, idem, aut certe non admodum diuersum fuisse, Vicedomini & Oeconomi munus; tum ex iis que subduntur: Recordatus priorem eius conuersationem, & in quibus sanctæ Dei ministraverit Ecclesiæ, quod viduis, & orphanis, & egenis optimè ministraverat, &c.*

8 *Postea tamen, vt sensim sibi profani Magistratus auctoritatem in res sacras arrogare consueuerunt, id munus Constantinopoli conferri ab Imperatoribus caput, vt ex Zonara constat, qui tom. 3. in Isaacio Commeno ita scribit: Præterea in Patriarchæ gratiam, etiam Ecclesiasticarum rerum administrationem Ecclesiæ tradidit. Nam cùm ad ilud tempus magius Oeconomus, vt & vasorum custos, designari ab Imperatore solerent; utrumque id munus Patriarchæ potestati subiecit, utroque Remp. priuans. Idem in Romano Argyropolo: Fuerat enim aliquando*

quando ecclesiae, quae à Verbi Dei sapientia nomen habet, magnus Oeconomus: επει τῷ βασιλέᾳ ἀνοίτο περθεν δικαιόπους τὸ ἐκκλησίας ταῦτον περιχειρίζειν. Nam Imperatori permisum fuerat antea Oeconomos eius Ecclesiæ designare. Vide Glossarium Meursij, qui tamen videtur existimare id ante Isaacum semper fuisse factatum.

V I T A

Ex Simeone Metaphraste,

interprete Gentiano Herueto.

C A P V T I.

S. Marcianus fit Presbyter, deinde Oeconomus.

1  VNT quidem multa quoque alia, quae hanc regiam exornat ciuitatem, Imperatorum sedes, & opes, & omne genus pulchritudo, situsque & magnitudo, & aemnia, quæ sunt hostili manu potentia: nihil autem ei adfert æquè magnum decus & ornamentum, atque vita viorum bonorum & virtutis amantium. Ij enim maiorem quidem adferunt delectationem, & maiorem etiam admirationem; quinetiam maiorem pariunt utilitatem. Propterea maior est gloria ciuitatis, ornari potius viris piis & religiosis, quam murorum propugnaculis. Atque ea quidem multos viros tulit præclaros, qui eam decorant variis virtutis ornamentis: ex quibus si quis primos accuratè elegerit, & iis vitam Marciani conferre, vel etiam præferre voluerit, is mihi non videatur à recto excidere iudicio. Quod autem non sit mala de eo nostra, sed recta sententia, ipse, vt aiunt, ostendet, eritque procedens fide digna oratio.

b  Hic ergo Marcianus floruit quidem tempore eius cui fuit idem nomen, nempe **b** Marciani, qui tunc erat dominus Romani Imperij. Patriam autem suam veterem Romam ab alto repetens à parentibus, (illi enim ex ea profecti, in hanc Constantini ciuitatem, quæ erat recentior, migrarunt) consequenter erat & illustri natu genere, insignique opibus & dignitate, & quod nobilitatem referebat ad splendorem Imperatorum. Tātā autem gloriā insignes natus parentes, pietate autem & religione longè insigniores, ipse quoque educatur liberaliter, & eruditio nem pulchre docetur, nostram, inquam, & externam. Deinde sicut Moses quoque ad Ægyptios, ita etiam Marcianus optimè ventit ad Byzantinos, & ad maiorem & perfectiorē sapientiam, eam, inquam, quæ est ex spiritu, convertitur. Quā quidem ex re & vita splendor, & sermonis gratia illi accedens, nomen ei peperit, & insignem fecit inter omnes laicos: paullò post autem etiam cooptat in Clerum Ecclesiæ: & cùm sacris esset dignus, deducit ad gradū Sacerdotum. Qui autem ei ad hoc vim attulit, fuit huius ciuitatis Patriarcha. Nam illum quoque cepit Siren illius virtutis, & plenæ erant autes iis, qui de illo spargebantur, sermonibus & laudibus. Cùm ergo gradus, qui inter Sacerdotium intercederet, nihil esset quod prohiberet, sed multò magis, vt ad maiora procederet, invitaret; cùm omnes breui tempore perauisset, vocante tempore, referunt etiam in numerum Sacerdotum. Deinde etiam fit Oeconomus maximæ Ecclesiæ communis suffragio, non vim afferens, sed inuitus, & non tam honoratus, quam eos honorans, qui eum præulerant. Sed hæc quidem postea.

c Modò autem cùm ei admodum iuueni creditum esset Sacerdotium, & eius parentes è vita iam excessissimæ sent, & vtriusque facultates, quæ erant luculentæ, acceptæ, largitas in pisset; eum iuuētutem quidem moderatè, Sacerdotium pasperes: autem honestè, opes verò più se gere & administrare fuit cognitum: vt qui egenos suæ hereditatis assumeret

coheredes, & eis maiori parte cederet: vel, vt hoc potius dicam, cum eis quæstuosam exerceret negotiatio-
Ex M-
TAPHRAS-
STA.
nem, & in paruis suppeditandis maxima vicissim ac-
quireret. Atque alias quidem voluptates magno quo-
dam & excelso animo apparuit eum despicer, & eis
minimè vti; ab uno autem solo vietus fuit amore, à
verbis, inquam, diuinæ scripturæ: & ad illa oculos per-
studium
Scriptura:
petuò conuertebat, & eis perpetuò assidebat: quo sie-
bat, vt nihil esset in eis adeò occultum & inueni diffi-
cile, quod non manifestum & notum euasisset laborio-
sa eius diligentia. Ventri autem & oculis fortiter im-
perabat; vt qui sciret florem & robur iuuentutis per pietas:
ea facilem impelli ad lapsum. Sunt autem casus, qui ex iis zelus:
oriuntur, multi & difficiles. Precibus autem & vigiliis
se dedebat plurimum, & valde pueros edocebat, quod
ad virtutis rationem attinet, non solum eos, qui erant
relati in numerum Sacerdotum, sed, vt temel dicam,
quotquot in canicie erant pij & religiosi, & curam ge-
rebant philosophia.

a De muris urbis Constantinopolitanae multa habet Petrus Gyl-
lius lib.1. Topograph. cap.19.

b Imperavit Marcianus à 29. Iulij an. 450. usque ad finem Ianuarij 457.

c Fueritne hic Anatolius, qui an. 458 obiisse traditur, coliturq;
à Gracis 3. Iulij, an Gennadius eius successor, de quo 25. Augusti 17.
Nouembris agemus, haud constat. A Gennadio certè constitutus
est Oeconomus magna Ecclesiæ, ut ex Theodoro Letore diximus.

C A P V T I I.

Templum S. Anastasiae adificat.

4 **I**LLO autem suo præclaro boni & honesti amore, **Templo**
valde quoque amabat sacras ædes Christi Marty-
rum, & ex eis alias quidem, quæ laborabant, & ruinam **instaurat**
minabantur, reficiebat; alias autem, quæ nō dum factæ
fuerant, excitabat. Quod autem ardenter amabat,
& sui desiderij finem existimabat, hoc erat, vt præclaræ
& insigni inter Martyres & Anastasiæ præclarum tem-
plum extrueret. Laborabat autem in loco inueniendo,
in quo opportunitatem sacram ei ædem extrueret. Cùm **Emit locū**
de eo autem esset sollicitus, mulier quadam, quæ ge-
nus ducebat ex **b** Syrorum Antiochiæ, Nico nomine, **templo S.**
cùm paullò ante coniugem amisisset, insignem do-
mum, quæ ei hereditate obuenierat, posita autem erat
in medio Constantinopolis foro, volebat vendere, vt
cùm eius pretium accepisset, ad sua reueteretur. Hæc
cùm resciuisset hic ardens amatör Martyris, & locum
vidisset, conuenientem, & situm esse aptum suo pro-
posito, pro lucro rem esse ducit: & ad mulierem veniens,
loquitur de pretio, & numeratis bis mille aureis, per-
suadet ei domum vendere.

5 Cùm sic fecisset, planum erat eum iam velle opus
agredi. Sed qui bonis omnibus aduersatur, ne hīc qui-
dem ostendit se suæ artis oblitum, neque omnino cessare,
aut cessatur esse malfacere; sed se mulieri astute
insinuans, & ei grauem immittens penitentiam, eius
mentem validè oppugnabit; tamquam alias machinas
ei pudorem admouens, quod scilicet à vulgo haberetur
ludibrio; quæ sic pulcherimas consumet posses-
siones, erat enim domus antiqua & magnifica, & cui lon-
go ante tempore, magni scilicet Constantini, contigis-
set ædificari: locari autem mercedibus & annuis pos-
sessionibus, satis magnum commodum afferebat. His
mulier, vt mulier, labefactata, contractum soluere co-
nabatur. Marcianus autem, qui nulli volebat esse mo-
lestus, nec cogere vt aliquid faceret quod nollet, suo iu-
re cessit, & possessionem dimisit mulieri; quæ ès actio-
nis sacrum esse fundamentum, & nihil volens offere
laetæ Martiri, quod non prompto & alaci daretur
animo, aut quod esset coactum.

6 Ex hoc ergo videbatur malignus victoriæ potitus:
sed fuit illud principium, quo factum est, vt maximè
vinceretur. Nam Deus, qui seit omnia traducere ad id
quod

Ex M- quod est condacibile, is prouidet, vt huius rei exitus sit
T A P H R A longè melior & præclarior. Hic enim Marcianus cùm
s t a. hoc amore teneretur, & aliquando versaretur in legen-
 dis orationibus eius, qui & sermone, & moribus, &
 Theologiâ præclarissimè refulgit, sapiëtis, inquam, Gre-
 gorij; & de huius Martyris templo cognouisset, & vt ille
c dicit, quodd possum quidem esset in iis, quæ ad Domini-
 nū Rostra vocabantur; (erat autem tunc veluti quæ-
Vaticinii S. Gregorij Theologi de hoc tem-
d **S. Gregorij** sedes Orthodoxis aduersus Arianos:) cùm ergo
 cognouisset, quæ ille de eo templo prædixerat, suum
 gregem incitans, & ei addens animum: **e** Hanc Anastasi-
 am, hanc, inquam, quæ cognomen accepit ex resurrec-
 tione, videbis, scio, ampliorem & maiorem. Cum
 que didicisset, non sine Dei numine nec temere prædi-
 cavit fuisse à magno illo viro; et si non magis prædictū
 fuisset de templo, quā de populo; &, ut pote quod is,
 qui per illum hæc prædictisset, posset quoque verba in
 opus deducere, neque reputans impensarum multitu-
 dinem, neque quod maior esset conatus, quā que eius
 virtibus conueniret, ei quæ omnia potest fidei rem cre-
 dens, opus cœpit vrgere.

f 7 Et illud quidem minus & vetus templum relin-
 quit in priori figurâ; vt sic omnibus ad spectandum
 S. Marcia- propositum, apertiū quā lingua prædicaret The-
 magnificū logi prophetiam; alterum autem ei excitat maximum
 S. Anasta- & pulcherrimum, in orbem quidem vatis porticibus
 fia extrus. atriusque & vestibulis, quæ vel ante templum elegan-
 tem præ se ferunt speciem, comprehendens; id autem
 veluti quandam magnam stellam, vel lunam à multis
 iis que pulchris stellis circumdatam, in medio erigens.
 Qualis enim id complexa sit pulchritudo, columnarū
 splendores, & colores, & magnitudo, lapidumque ful-
 gor, & claritas materiae, aurum teatum suprà illustrans,
 vt vbique picturæ, quæ artis quidem perfectione men-
 tes obstupefaciunt, oculos autem demulcent varietate
 materiae. Iam verò f domum venerandæ illuminatio-
 nis, aut eam quæ est constituta ad reponenda sacra va-
 sa & donaria, quomodo quis dicens, non minus dixe-
 rit, quā postulet operum dignitas? Ipsorum autem
 vasorum multitudinem, aut materiam, aut artem, qui
 volet oratione persequi, sciet omnino, se ea solùm mi-
 rari posse, non linguæ exprimere. Adeò sunt omnia
 quæ excellentia, vt etiam nemo prædixerit, vel ex hoc
 possit esse manifestum videntibus, quod ea mente di-
 uinâ processerunt, & manu diuinâ opem ferente è
 Superis.

a Acta S. Anastasie dabimus 25. Decembri. Eius reliquia an. 1.
 Leonis, Christi 457. Constantinopolim allata, occasionem fortè sancti
 huius confilii Marciano præbuerunt. De his Cedrenus: Illo anno al-
 laræ sunt Sirmio reliquæ sanctæ Martyris Anastasie; in quæ eius
 templo deposita, quod est apud Rostra Domini.

b Quæ sola fine addito Antiochia dici solet, de quâ alibi sep. d.

c Gracum huius vita exemplar nondum natum sumus. Hic men-
 dum suspicamus, propter ea que subiiciemus.

d Lipomanus & Surus edidere Rostra Domini. De eâ ade Ce-
 drenus in Valentianiano: Tunc & Theologus Gregorius maior
 cum libertate verbum veritatis Constantinopoli docebat, in
 oratorio S. Anastasie, quod adhuc erat exiguum, decennium
 ibi & paullò amplius (id ad eius vitam 9. Maij expendetur) mora-
 tus. Ibi quoque inaudita eduntur miracula ex apparitione im-
 maculatae Dominae nostræ Dicipara. Dupli enim nomine ap-
 pellarunt templum S. Anastasie: nam Anastasis dicitur, id est Re-
 surrecio, quod ibi resurrexit veræ religionis doctrina; & Ana-
 stasia, à miraculo quod isthic contigit. Fertur enim mulier quæ-
 dam ex edito loco collapsa expirare: facta deinde communi à
 Catholicis precatione, resuocata ad vitam. Id oratorium cum
 tunc esset exiguum, postea à S. Marciano reædificatum est, vt
 nunc cernitur. Ita ille, qua ex cap. 4. fient clariora. Xylander hic
 verterat, pius Imperator Marcianus ad eam molem extruxit,
 & perperam. Gracè est ita r̄r̄ osis p̄angivis ἀνοιδομηθῆναι. Sozo-
 menuis lib. 7. c. 5. de eodem Gregorij Theologi domicilio sic scribit: Gre-
 gorius autem Nazianzenus præsidebat iis qui Trinitatem con-
 substantialem profitebantur. Is in exigua quadam cellulâ cœtu
 suum colligebat, quæ per quosdam suæ fidei homines, cum ipsi,
 cum iis qui consimilem religionem amplectebantur, in domū
 precatoriæ constructa erat. Sed eadem postea templum urbis
 effecta fuit præ ceteris illustre: estque non solum strukturæ ele-

gantiæ & maiestate, sed & evidenti quoque diuinæ apparitionis
 vtilitate conspicuum. Etenim diuina vis manifestè hic apparens,
 tum per se, tum per somnum sè multis, qui & morbis & variis
 rerum casibus affligebatur, opem tulit. Creditum autem est, hæc
 esse sacram virginem Mariam, Christi matrem. In huius enim
 honore templum extructum conspicitur. Porro hanc ecclæ-
 siam Anastasiam appellant, (quod nomen resurrectionem significat)
 ob id, vt ego quidem puto, quod Nicæni Concilij dogma Con-
 stantinopoli per diuersa docentiam potentiam collapsum iam,
 atque (vt ita dicam) intermortuum, per Gregorij prædicationem
 hic refutatum sit, ac reuixerit: seu potius (vt à quibusdam au-
 diui, qui se rem veram referre assueuerant) quod congregato ad
 concionem populo, grauida mulier è sublimi portico delapsa
 hic expiravit: eademque factis super ipsâ communibus omnium
 precibus reuixerit, & vñâ cum fore saluata sit: ideoque ex mira-
 culo diuinitus edito deinceps istam appellationem locus ille
 fortitus fuerit. **Eadem scribit Nicephorus Callistus lib. 12. cap. 7.**
 Breuius **Socrates lib. 5. cap. 7.** Eodem tempore Gregorius ab urbe
 Nazianzo translatus, intra urbem in parvo oratorio conuentus
 faciebat. Cui oratorio Imperatores postmodum maximū tem-
 plum adiuxerunt, vocaueruntque Anastasiam. **Agit de eadem**
domo Baronius, ad an. 378. nu. 56. & seqq.

e Ex Graco textu, si us est ad manum, elici fortassis clarior sensus
 posset. Anastasiaz meminit Nazianzenus orat. 32. ad 150. Episcopos:
 Vale Anastasia, nomen à pietate habens. Tu enim nobis fidei
 doctrinam, quæ adhuc contemptui erat, excitasti. Vale, inquam,
 communis victoriae sedes, noua Silo, in quâ primùm arcam fixi-
 mus, quadraginta annis in deserto circumactam, incertisque sed-
 dibus vagante. Tuque è magnum hoc templum & nobile,
 noua hæreditas, quod magnitudinem, quam nunc habes, ab or-
 thodoxâ doctrina suscepisti: quodque nos, cùm prius Iebus es-
 ses, Hierusalem effecimus. Volsque etiam alia ædes sacræ, &c.
Multa in eandem sententiam habet idem Gregorius in Insomnio de
Anastasia templo. At in carmine de vita sua, hæc inter alia canit:

Anastasia, templorum honorissimum,
 Quæ fidem suscitasti in terrâ iacentem:
 Arca Noë, que diluuium sola
 Mundi effugisti, & fers secundum
 Catholicum mundum in semente, &c.
f Ide baptisterium, ut infra num. 17. exponitur.

C A P V T III.

Veste pauperi datâ, ipse splendidâ indutus cernitur.

8 OMNIS autem conuenientibus, noui quidem **Dedicatur**
 templi, vt par est, encænia celerabantur; & **templum.**
a dies quoque, quo ipsa Martyr certamen consumma-
 uit, ipso, inquam, Decembrie. Vocabant autem encæ-
 nia & fideles b Imperatores & sacrum Senatum, & b
 vniuersam, vt semel dicani, ciuitatem. Oportebat au-
 tem, qui latebat, Marcianum eo die videri, qualis esset
 moribus, qualis virtute & quantûm se ultra mandata
 extendebat. Nam cùm tota concurreret ciuitas, &
 egentes vñâ cum eâ quodam pacto attraherentur, pau-
 per quidam accedens ad hunc virum egregium, (iujenimi
 exquirunt ac discunt benignas & clementes animas,
 non secus atque ij qui laborat, medicos) accedens ergo,
 respexit ad eius dexteram, & petiit vt acciperet aliquod **S. Marcia-**
 medicamentum famis. Ille autem (tunc enim nihil ge-
 nus pro-
 stabat in finu, sed reverâ habebat intra animæ finum priam ve-
 benignitatem multam & clementiam, cùm remotus stem dat
 fuisse ab omnibus, & locum adspexisset valde laten-
 tem, nullo autem alio, nisi vñâ tegeretur tunica, quod
 quidem fuit ei totâ vitâ familiare, vt duabus non vtere-
 tur tunicis; cùm sic se haberet vir diuinus, et si facile erat
 excusando egestatem, repellere supplicationem; nam
 quod nil portabat, testes habebat omnia intuentes
 oculos. Ille, perinde ac si non daret, fieri non posset,
 vt non Deo afferret molestiam, cùm se eâ ipsâ, quâ solâ
 induitus erat, veste exuisset, dat egenti prompto & ala-
 cri animo: & de cetero habebat solam vestem Sacerdo-
 talem, & penulam, quæ corpus cōtegebat, quam etiam
 vndequeaque contrahens, cupiebat quantum fieri pote-
 rat, latere, & id quod factum fuerat, omnia celare
 oculos.

9 Postquam autem fuerunt intra ædem sacram, ei **ridetur**
 autem diuinum celebrare sacrificium iussit primus Sa- **splendidif-**
 cerdotum; ille quidem penulam similiter contrahebat finâ veste
 & complicabat, cupiens, vt diximus rem latere. **Qui au-**
tem

tem aderant, & vnā cum eis Pontifex, cùm oculos in eum defixissent, vident quoddam nouum & arcanum miraculum, & propemodū iis solū credibile, qui adspexerunt; vident eum intus indutum eximiā quādā veste regiā, & auro nitenti intertextā, quā tunc etiam magis apparebat in manibus, quando eos qui accedebant, diuino corpore impertiebat. Hæc videntes, alij quidem apud se mirabantur; alij autem aliis quoque enuntiabant; nonnulli quidem vt admirantes, nonnulli verò, vt est verisimile, etiam inuidentes. Qui eriam ad ipsum Pontificem & Gennadium accedentes, tamquā existimantes eum nescire, quāe eum scire maximē volebant, ei renuntiant. Deinde ei etiam conabantur detrahere, & mouebant calumnias aduersus beatam illam animam. Et ille seipsum quoque dicebat vidisse, modum autem ignorare, & se reuerā de eo dubitare.

Miraculū explorat Patriarcha.

10 Postquam autem à Marciano fuit impositus finis sacrificio, eum accersit Patriarcha: & eum seorsum conueniens, de veste reprehendit, dicens eam magis Imperatoribus conuenire, quām Sacerdotibus. Ille autem magis animi dubius, quām is qui dubitabat, procedit ad pedes illius, & in eos multas fundens lacrymas, negabat omnino id quod dictum fuerat, & dicebat deceptos fuisse eius oculos. Tale quid enim vel solū cogitasse, aperta est insania. Ad hæc Patriarcha (stultum enim existimabat & à ratione aperte alienū, propriis non credere oculis) manu propriā statim tangens, relaxat ipse penulam simul cum veste Sacerdotali, & de cetero miraculum videbatur & dicebatur. Nam illa quidem aurea, quāe paullò ante videbatur, tunica, nusquam erat; nudus autem Sanctus videbatur sicut erat, exceptis his indumentis Sacerdotalibus; nudus, inquam, qui verè aureis virtutis tunicis, quāe sub aspectum non cadunt, tegebatur. Hoc Pontificem quidem adducit in admirationē; in admirationē autē adducit etiam Imperatores, cùm iam fama ad eos peruenisset: clarum autē erigit trophæum simul & aduersus malignā & sceleratam Arij insaniam, quē, proh dolor, vñque ad id tempus defendebatur ab aliquibus. Fidelium enim multitudo, cùm miraculo ei esset veluti additus animus, & in re&ā esset confirmata sententiā, Arij quidem dogmata respuebat tamquām nugas; ipsi autem perinde ac quādam annū fluenta, prompto & alacri animo ad templum confluebant, partim quidem contemplaturi eius pulchritudinem, partim autem re&atos quoque audituri sermones. Tanta autem & tam innumerabilis confluebat multitudo, vt vñ solū accessisse prope ambitus, esset præmium multorum sudorum, & à multis existimaretur dignum, de quo acriter contendenter.

a Colitur S. Anastasia à Latinis 25. Decemb. à Gracis 22. eiusdem, quo verisimile est hanc dedicationē contigisse. An fortem an. 464. quo ea dies Dominica fuit? Nam quid Baronius ann. 459. contigisse eam dedicationem tradit, id nullius veteris scriptoris confirmat auctoritate: nec verisimile est tam cīrca eam ecclesiam absoluī posuisse.

b Leonem & Verinam, qua aliū Berina dicitur.

c Sedit Gennadius ab an. 458. ad 471.

C A P V T I V.

S. Anastasie templum ab incendio seruatum, miraculū illustratum.

a **C**ONVENIEBANT ergo, diem vnum festum frequenti deinceps tempore celebrantes. Nam ab eo quoque frequentia siebant miracula. Ex quibus, ne in multis dicendis immoter, aliquod vnum accipiens narrabo, quod satis est & ad ostendendā magni Marcianni gratiam, & quod hoc sacrum templum Dei voluntate factum sit. *a* Incendium, quod non multa habuit similia, exitio dabat Rostra Domini. Nam cùm ignis apprehendisset loca, quāe sunt ad mare Boreale, totam urbem cingebat, & sic serpens ferociter usque ad mare quod est in meridie, depascebatur omnia, quāe intercedebant. Consequēter ergo hanc quoque sacram

Tom. I.

ædem ignis comprehendebat impetus. Vtusquisque Ex Mergo propriis neglectis calamitatibus, ad templū acriter procedebat, igni, qui non cernebatur, eorti inflammati animis. Homo autem Dei nihil perterritus, &, ne si quidem eum in orbem circumcidet ignis, nihili faciens, sed fidei in Deum credens omnia cedere, sacrū acceptis Euangeliis, in sumū testū ascendit, & stans in medio flammarū, & se conuertens ad preces, Christē Deus, dicebat, Deus parrum nostrorum, qui Gen 22: Abrahæ sacrificium suscepisti, & quem ei ex promissione præter spem præbuisti filium, præter spem à cæde liberasti; quietiam in fornace Babylonicā tres pueros Dan. 3: captiuos eo effecisti potentiores; ipse nunc quoque Domine, hanc tuā domum conserua, ne lædatur ab igne: & ne concedas, vt opus tuum quod nos multo labore & tanto perfecimus desiderio, ignis destruat: ne adhuc perget inimicus in nos insolenter gloriari; nec ora Arianoū, qui sunt nobis propinquū, nos probris appetant: sed nunc quoque ostende aliquid dignum tuā benignitate & maiestate, ad gloriam tui nominis, & ad nostram, qui veritati credimus, gloriationem & exultationem. Hæc cùm ille diceret, vnā cum verbis effluerant lacrymæ, & ostendebant eum intus extabescere. Deinde cùm subiunxit, Amen, videbāt omnes ferè qui aderant, primū quidem ignem sibilantem circa totam ædēm, & in illam veluti facientem impetum; deinde verò recedentem, & veluti repressum à quadam inexpugnabili & fortissimā virtute. Certè hæc quoque sacra ædes, quomodò diuinorum puerorum aliquando corpora, tota illæsa, tota intacta, in tanto, ô Christe Seruator, igne est conseruata.

b Nec hoc solū, vt iam antē diximus, sed plura quoque alia admirabilia in hoc templo ostenduntur: multa quidem & tunc per Marcianum, multa autem post illius quoque mortem, partim quidem magnā inter Martyres Anastasiā, partim autem ipsā quoque communī omnium Reginā, intemeratā, inquam, Deiparā operante. Quæ quidem euidentissimè apparet iis, qui in eo sunt paullò meliores, cum figurā & formā consuetā, non solū in somnis, sed re verā, caussa est vt fugentur dæmones, morbi & ægritudines: beneficiisq; & aliis malis medicamentum verò est inexpugnable. Sed hæc quidem dicere certamen est non facile, & enumerare perinde est ac mare metiri cyatho.

c Quod autem non solū viui, vt recte viuerent, sed etiam iam mortui, vt viuerent, in hoc templo acceptur, iam volens declarare oratio, inueniat eorum, qui adiūtūt, aures paratas ad accipendum miraculum. Mulier quædam ex superiori porticu dexterā partis despiciens, & plusquam tutum esset, se in altū extollēs, simul & cadit ex alto, & sibi quidem mortem affert; affert autem, proh dolor, mortem quoque fratui, qui in eo habitabat. Quod quidem cùm vidissent diuinus Marcianus & populus, id ferre non poterant: sed in medio festo erat lamentatio & lacrymarum occasio id quod acciderat. Verumenimverò is qui est naturā bonus, non sinit diu dominari illam affectionem: sed antequām ē templo exirent qui cōgregati fuerant, (operebat enim simul & Dei clementiæ, & in eos qui ipsum amabant, gloriæ opus conspicī) cùm in altum manus sustulisset Marcianus, & communiter oraret cum populo; & mulier surrexit præter opinionem, & intus motus est infans admirabiliter. Sed de miraculis quidem satis sit in præsentia.

a Contigisse hoc incendium scribit Marcellinus Comes Basilico Incendium & Hermenerico Coss. Indiā 3. anno nimirum Christi 465. Consensit Chronicon Alexandrinum, & addit contigisse feriā 4. 2. Septemb. premb. cūm celebraretur memoria S. Mamantis. Quæ dīvīsata sunt: nam iū Coss. Indiā 3. littera Dominicalia erat C. & 2. Septemb. incidebat in diem Iouii. In virtuē S. Daniellū Styliū II. Decemb. dicitur capiſſe incendium vesperi, quando à piis hominibus quæ ad festum pertinent inchoantur, & vigilia aguntur. Capit ergo 1. Sept. ad vesperam die Mercurij, pridiū S. Mamantis, quem Grac 2. Septembri, Latini 17. Aug colunt. Cedrenus refers hoc incendium

F F

anno

*Incendium
S. Marcia-
ni precibus
restingu-
tur.*

Ex meta-phras-te anno 5. Leonis, qui erat Christi 461. De eo Theodorus Lettor lib. I.

PHRASE. Magnum ortum est eo tempore incendium altera Septembri.....
Marcianus vero Oeconomus ad regulas ecclesiae S. Anastasie
ascendit, & Euangelii manu prehensis, lacrymis & precibus
domum illam seruauit. *Cedrenus recenset quae incendio absumpta
sunt publica edificia; ac de S. Marciano hac scribit: Marcianus autem
Oeconomus magna Ecclesiae, qui templum construxerat sancta Resurrectionis, illud adhuc recenter edificatum ab hoc incen-*
*dio seruauit, cum in rectum ascendisset cum Euangelio &
thymiamatis, Deumque lacrymis placasset. De eodem incendio
agitatur in vita S. Marcelli Archimandrita 29. Decembri. Hinc por-
ro refellas Gyllium, qui lib. 3. cap. 6. ita scribit: Ex his Sozomini ver-
bis (*superius a nobis relatu*) patet errare recentes, hanc aedem Di-
uam Anastasi Romanam attribuentes. Descriptio regionum vr-
bis dumtaxat appellat ecclesiam Anastasiam: quam ego arbitror
vnam fuisse ex his duabus, quas maximas & ornatas omni gene-
re lapidum Cedrenus scribit incendio excitato regnante Leone
confagratis. Mirum est illud a deo S. Anastasi per Marcianum
seruata non animaduersum ab hoc auctore in eodem Cedreni loco.*

superiores porticus. Deinde cum totam aedem omni ex parte comprehendisset *διπλόis*, ita rectum impo-
nit, maximis id complexus trabibus. Quid autem dixerit quispiam, quam sint validi parietes, quam sit amce-
num pavimentum, quam sint alia omnia ornata, accu-
rata, & elegantia? Nam vbi cumque quispiam oculum defixerit, existimans se immorari in eo, quod est
pulcherrimum, deinde rursus aliud attenderit; eum pœnitentib[us] moræ, quam in priore traxerit: & sic omnia
peruadens inuenier, cum semper id, quod præcessit, vi-
deatur viaci ab eo quod adest.

16 Cuiusmodi autem inuasit quoque dæmon, hoc
præclarum opus impedire aggrediens? Nam cum duæ
magnæ columnæ, quæ statuæ erant ante aram vene-
randam, iam essent erigendæ, altera ex iis manibus ho-
diers, cruce
minum diu parere noluit, vixque contineri poterat, & *pelliuit.*

à statu concinno diuertebat, & instrumenta continen-
ter dirumpabantur: iisque, qui ad hoc administrabant,
defatigata iam erat industria. Tandem cum fieri posse
veluti desperasset, ad Sanctum vno consensu accedit,
& id, quod factum fuerat, renuntiant. Is autem non sta-
tuit se dedere otio & socordiæ. Neque vero afferendi
remedij spem abiecit, respiciens imbecillitatem cogi-
tationum & manuum humanarum: sed spei in Deum
vniuersum permittens, venit ad locum. Et cum primus
manus extendisset, & se totum contulisset ad precatio-
nem, & figuram crucis signasset, increpauit dæmonē,
qui erat causa impedimenti, Inimice, dicens, & hostis
omnis boni, cessa inuidere & ea impedire, quæ sunt ad
Dei gloriam. Deinde ipse quoque cum aliis manibus
iam lenio affectis, opus vna attingens, magnum atrulit
momentum, ex spiritu potius, vt ita dicam, quam ex
corpo: & protinus moueri cœpit columnæ status, &
cessit manibus. Apparet autem in hodiernum usque
diem in columnâ miraculū per hoc quod à recto pau-
lulū declinauerit. Hanc autem dicimus columnam,
quæ posita est à sinistris aræ sacræ iis, qui adspiciunt ad
Orientem.

17 Sed quomodo pulcherrimi quoque ab eo con-
structi illuminatorij, quod quidein solemus vocare
baptisterium, paucis explicare quis possit pulchritudi-
nem, quod videntibus cum admiratione magnam pro-
fundit voluptatem? Comprehensum enim est à quin-
que porticibus, sicut Probaticam quoque aiunt pisci-
nam quæ est in Hierusalem. Sed hic quoque maiora,
quam illic, videntur fieri miracula. Nam in illâ qui-
dem erat qui accedebat Angelus, & uno die unus asse-
quebatur curationem. Hic autem non est seruus qui
ministrat, sed aduenit quidem Dominus. Curatio au-
tem non uno fit die, sed assidue: & non solùm corporū,
sed etiam aperte animarum. Ostendit autem diuinus
Marcianus hoc quoque figurâ baptisterij, se vniuersum
fecisse ad formam huius, quæ sermone celebratur, pisci-
nam. Cùm enim rectum tholis diuisisset, & aureis lapillis
quæcumque erant illius ornasset, & ægrotorum figuræ
descripsit ad vnguem, & ipsum etiam Christum ægro-
tos curantem; vt non solùm eos qui laborant, sed me-
dicum quoque videre liceat. Optimum autem fuerit,
non ita valde indigendo præsenti oratione, ea quæ di-
cta sunt, ipsis oculis apprehendere. Nam quæ illic sunt,
maiora esse existimo, quam vt ea possimus oratione
consequi, & quæ possit solus visus comprehendere.
Quamobrem ea quidem statuo prætermittere. Quæ
autem sunt his germana, & simul propinquo tempore
perfetta fuere, ea dicam utique; & quod iam mihi fuit
in memorâ, diuini Iudori templum, adhuc magis litte-
ris memoriæ mandabo.

18 Cùm diuinorum oratoriorum edificationis *Templum*
quodam vehementissimo teneretur amore bonus re-
s. *Iudori*
vera Marcianus; nec magnum quoque neglexit e *Isti*
dorum: sed vt eius sacras afferret reliquias, & magnifi-
centissimam ei aedem extrueret, magno sibi duxit stu-
dio contendendum. Nec cessabat omnem locum con-
siderare

C A P V T V.

Templum S. Ireneos, aliaq[ue] edificat Marcianus.

14 **O**PORTET autem omnino alia quoque templo
complecti oratione, quæ ille pie ac religiosè
aedificavit: *a Ireneos*, inquam, quæ est inter Martyres
et Theodo- admirabilis, quod est ad mare positum: & eius, quod
Marcia- est illi continens, diuini scilicet Theodori. Hoc enim
cælesti templum Martyris Ireneos, erat quidem in principio, ne-
vifione que propter magnitudinem, nec pulchritudinem, nec
animatus. villum alium ornatum aut magnificentiam, dignum quod
spectaretur: sed Deo omnino curæ fuit id excitare in
eam, quæ nunc eernitur, magnitudinem & pulchritu-
dinem. Quamobrem Gennadio quoque Patriarchæ
diuina quædam appetit visio. Dicebat autem visio:
b Solue hoc templū: tempore enim tui & successoris sum
id rursus excitaturus. Atque ille quidem simul iussum
implevit, & vitam finit. Marcianus autem ille admira-
bilis, cum ad eius aures peruenisset hec visio, atque ei
etiam fuisse tradita magnæ Ecclesiæ dispensatio, ex-
stimans somnum id ad se deferre, varias apud se versa-
bat cogitationes, quonam modo fieri posset, vt ei suc-
cedere hoc opus exsistentiæ. Insipientibus itaque ferè
omnibus, cum paucis aliquot illuc venit. Deinde etiam
cum ipsis iussiſſeret recedere, (iam enim erat nox) solus
& genu & animâ Deo inclinatâ, vbi nunc sacra ara est
polita, orabat dicens: Deus, qui exercitanda templo
simulachrorum tuo nutu & salutari voluntate eueristi,
ab eorum autem deceptione opus tuarum manuum li-
berasti; aedes autem sacras & templo sancta excitari
iussisti, in quibus tu quoque semper diuina multa signa
peragis; ipse nunc quoque conuenienter tuo diuino
promisso, ad hunc locum respice, & eum sanctifica tuâ
ineffabili gratiâ & virtute; per nos Domine excitans
iam tibi præcognitam domum ad tuam gloriam, ad no-
stram exultationem, ad multarum animarum salutem,
quæ tuū nomen inuocant. Certe Deus & Rex omnium,
cuius voluntati cedunt somnia, & cuius verè est opus
cogitatio. Cùm sic orasset, eius oculus somnum immi-
tit Deus, & statim ei ostendit in somnis, & templi situm,
& magnitudinem, & aliam omnem edificationem.
Deinde etiam diuinam tamquam in somnis audiuit
vocab: O Marciane, fieri possunt omnia credenti.

15 Cùm itaque surrexisset, metu & gaudio plenus,
accedit ad Archiepiscopum, & exponit visionem. Illius
autem gratum assensum aſsecutus, ad opus aggreditur,
& vt, prout ei ostensum fuerat, aedem faceret magnifi-
cam, cum proximū mare, quod tunc templi fores pro-
pemodùm alluebat, labore & magnis sumptibus effo-
disset, templi sic iacit fundamētum: adeò vt huic quo-
que templo cōueniat, quod dictum est: Ipse super ma-
Templo. *S. Irenes mi-*
Psal. 23.2. ria fundauit eam, omnium scilicet opifex. Iactis autem
fundamentis, reliqua quoque pergit edificare. Magni-
ficas enim columnas per seriem vtrimeque statuens, de-
inde alias iis supernè imponens, effecit inferiores &

siderare ac contemplari. Et idē adhuc quidem differebatur aedificatio; cūm autē eius collegisset reliquias, & in loculo deposuisset, eas statuit in præsentia seruare in hoc templo Martyris. Vbi autē breui aliquo pōst tempore aggressus est eas transferre, accidit ibi aliquid admirabile & arcum. Neque enim ipse, nec alia multa manus hominum potuit thecam amplius mouere.

*Multa ista
hic sunt
miracula.*

Diuinam ergo aliquam rem esse arbitratus, & f cūm alioqui ei in somnis ipse significasset Martyr, se loco delectari, neque velle hinc suas transfigri reliquias, deinceps parens visioni, construxit hanc ædem, quæ sita est prop̄ templum Martyris Irenes. Quid hæc ædes autem sit grata Martyri, per multa hoc signa significat, euidenter apparens, & magna miracula assidue efficiens, & à dæmonibus quidem liberans eos qui ab eis detinentur; naufragi sautem fluctus sedans, & yotorum lauitiam increpans; eos qui molestiā afficiuntur consolans, & tristitia caussas eis adimens; & alioqui ægrotantibus aut egentibus ea quæ sunt grauia, cessare faciens; & quæ bona sunt, præbens.

*Moritur S.
Marcianus.*

19 Hæc cūm magnus perfecisset Marcianus, & his veluti aliis muris aureis, ornatus gratiā & securitatis, ciuitatem decorasset, dissoluit vitam in profundā senectute, priusquam maximo templo Irenes celebraret encænia; hoc veluti excedendi appositum quidpiam elocutus: Hæc ambo in manus tuas cōmodo Domine, nempe animam quam ipse creasti, & templū, quod ego tuā voluntate construxi. Quæ cūm dixisset, deceſſit decimo mensis Ianuarij.

*Magnificeſ
ſepelitur.*

20 Concurrit autem vniuersa ciuitas, deductura reliquias, ipſeque qui tunc erat Pontifex, & quicunque erant fortis Ecclesiasticæ, & multitudo monachorum, & cœtus honestarum mulierum, & ex Magistratibus, quotquot erant pij ac religiosi. Atque sacras quidem eius reliquias Ioannis Baptista monasteriū, quod etiam dicitur Danielis, suscipit: quod situm est prope diuinum templum præclarati Martyris Mocij: quod ipsum quoque fuit opus illius manus, vel, vt verius dicam, propositi. Quo quidem in loco in hodiernum usque diem præclarè & pie eius memoria celebratur.

*g Encænia
templi S.
Irenes.*

21 Aedis autem magnæ Irenes, quam ipse fuerat fabricatus, & maximè pia Verina (ea autē erat vxor Magni Leonis) curam suscepit. Quæ quidem, quæ ei ad ornamentum deerant, implet diligentissimè, auroque retum ornat magnificè. Hæc autem declarat, quæ illic est inscriptio. Templi verò encænia quotannis peraguntur b vicesimo Ianuarij. Quo tempore magnus quoque est concrusus multitudinis, & frequens in ore omnium decantatur Marcianus, tamquam illius filias hæc duo tempa vidente multitudine, & eius memoriam per ea renouante: adeò vt nonnulli inter se lepidè dicant cum voluptate: Ecce hæc quoque est alia filia magni Marciani, pulchritudine & magnificentiā soror magnæ Anastasiæ. Quod certè ille quidem ipse solummodo de diuinâ dixit Anastasiâ, quemadmodum censuerit quispiam esse prætermittendum? Nam cūn quidam ex eius familiaribus magnam miraretur impēfam: Si defonsurus essem, inquit ille, meam filiam, non quæ ad eius decorum pertinerent, & ornatum, statuere mihi esse præbenda quam possem magnificenter? Nunc autem cūn impensas statuerimus facere in templum sponsa Christi, & sponsa adeò pulchræ, & quæ pro ipso sanguinem non parsit fundere; non longè amplius & alacrius sumus sumptus factuti, nullumque ornamentum speciemque & elegantiam prætermisſi? Tam splendidus & magnificus erat Marcianus in iis, quæ Deo grata erant, operibus, neque vallis parcerat sumptibus. Etenim non harum solùm fuit conditor, sed multarum quoque aliarum ædium non tantum se præstít opificem, verū etiam refectionem atque reparatorem. Ut i magni quoque Martyris Theodoroi, qui fuit in Tænaro, & k Stratonici Martyris, qui l fuit i Rheygi.

Tom. I.

a Baronius in Notis ad Martyrologium, ad 18. Septembr. facetus se ignorare an qua Constantinopoli erat S. Irenes ecclæſia, ei sacra fuerit qua illo die cum Sophiâ forore colitur, an ei quæ 5. Aprilis. Aliocelebratur à Grecis 5. Maii Irene, de quâ nihil in Martyrologio, multa in Menæis & Anthologio, ac prop̄ incredibilia memorantur.

Templum S. Irenes inter condita aut reparata à Iustiniano memo- Templum rat Procopius lib. 1. de aedificiis: aliquod fortassis templo, cetera elegan- S. Irenes:

tissimo, additum ab eo ornatum est, quod ita rhetor ille solitā adulatio- nē celebravit, quasi integrum excitasset templum. Nicetas Choniatæ in Annalib. Manuelis Commeni lib. 7. ita scribit: ἐπιβαλόμενος δὲ τὸν τοῦ θαλάσσης ἀγίας Εἰρήνης ὑποδομῆς νεαρός, ὃν γένεται μετέπειτα, καὶ καλεῖ καθάλων, πάλαι Μαρκιανός, πάνω ἀνύψος, τὸν λόφον τὴν νεοδμήσιον καλεῖ. Aggressus templum S. Irenes iuxta mare aedificare, quod longè maximum & pulcherrimum magnus olim Marcianus excitarat, ignis vero absumperat, cūm partes aliquas a fundamentis extraxisset, destituit. Hinc quoque indu- bus Baronius ut scriberet in Notis ad Martyrol. 5. Aprilis: In honorē S. Irenes Martyris Iustinianus Imperator excitauit nobilem ecclæſiam, vt tradit Procopius lib. 1. de aedificiis I. Iustiniani Imp. Ante ipsum Marcianus Imperator (vt scribit Nicet. Choniat. lib. 7. Annal.) id ipsum præstitit. Ita ille. At nec simpliciter citari debuit Choniatæ lib. 7. Annal. nisi adderetur Manuelis; cuius res gestas septem libris, aliorum uno, duobus, tribus prosecutus est. Nec tribui Marcianus Imperatori basilica S. Irenes potest, quasi sub eo conſtru- ēta, cūn ne incepta quidem sit viuente Marciano Imper. sed ut hic dicitur post mortem Gennadij Patriarchæ, que an. 471 contigit. Testatur Gyllius nullum nunc ueſtigium supereſſet templorum S. Anastasia & S. Irenes.

b Isfuit Acacius, qui ab an. 471. sedit usque ad 488. homo ſuperbus & versipellis.

c Non tunc primū tradita est, sed ut ex Theodoſo Lectore dixi- mus, ſub Germadio, adeoq̄ principio eius Episcopatus.

d Ide aſteſis ſubdialibus, tum ne contigua aedificia luminibus officeret, tum ut ecclæſia longius abeſſet ab incendijs periculo: cūm alioquin etiam in primis aedificiis, Zenonis Auguſti conſtitutione ſanctum eodem ferè tempore fuerit, duodecim pedes oportere relinqui ab eo qui aedificaturus est, inter propriam & vicini domum; ut habetur L. Ex ipso pace. 12. C. de aedificiis priuatis.

e Hic eſt s. Ifidorus Martyr, quem Graci 14. Maij colunt, Latinis 5. Febru. quo die eius Acta dabimus, qua & in Surio extant.

f In Actis S. Ifidori hac habentur: Sed diuinæ quoque memoriæ Marcianus, qui fuit sanctus & beatus Oeconomus & Presbyter, qui venerandum templum S. Irenes, & S. Anastasiæ, in hac regiā ciuitate diuinè excitauit, cūm in posterioribus tem- poribus in ſomnis reponſum accepit a sancto Martyre (ab eo enim viſus fuit sanctus Martyr), præcipiens ei ut excitaret templum in ſuo nomine & a ſomno excitatus S. Marcianus, diuinâ Templo fuit captus cogitatione: & extrixit venerandam ædem, in no- mine & ad glorianam sancti & glorioſi Martyris Christi Ifidori, ſub propo S. Irenen, quæ ſpectat ad mare, quam etiam ſimil dedit ipſi adi S. Irenes. Deposuit enim sanctus & magnus vir Marcianus, in venerandâ & sanctâ eius capsâ, partem quandam ſanctarum eius reliquiarum, cum aromatibus & vnguento ſanctificato. Quamobrem ab eo tempore per multa miracula ostendit propriam virtutem & in eo loco præſentiam, dans vnicuique diuinâ gratiâ ea quæ ſunt ei conducibilia.

g De Verinâ (que in quibusdam Graci mss. Magba dicitur) pietate agitur in viâ S. Matronæ 9. Nouembri, ubi & mentio fit templi iuxta mare ſit, quod, ut ibi dicitur, nomine Pacis Dei ap- pellatur. Exiftimaut nimirum Auctoř, ut sancta Sophia templum à diuinâ Sapientiâ nuncupabatur, ita & S. Irenes (que vox Pacem significat) à diuinâ Pace vocari.

h Nihil de iis extract illo die in Græcorum Menæis.

i Plures celebrantur Theodori Martyres: quis hic sit, haud po- ſumus ſtatuere. Procopius lib. 1. de aedificiis refert aedificatum vel re- ſtructum à Iustiniano templum S. Theodori, ante urbem ſitum cōxw̄q̄ ſequitur p̄nōtia, in loco qui dicitur Rhession.

k Eius, ut remur, qui 13. Ianuar. colitur.

l Anforæ in Rhessio, ut iam diximus.

C A P V T VI.

Mortuos ſepelit Marcianus: meretrices conuerit.

22 E T quod est magis admirabile, cūm in ſacris aedi- bus eius effet manus tam liberalis, ea erat multo magis profusa in curâ gerendâ pauperum. Quid quidem nunc vult curſim persequi oratio, adeò ut non ſolum manifesta fieret illius in egenos benignitas, ſed hæc ipſa quoque beneficentia, qualibus donis dignaretur

F f f 2 illius

Ex M- illius amatores. Noctu vir ille admirabilis obiens pl-
TAPHRATEas & ciuitatis angiportus, huius quoque curam gere-
STE. Noctu bat. Sicubi inuenisset mortuum præ nimiâ paupertate
mortuos abie&tum, & cuius nemo curam gereret, & quem tales
querit & vidisset, tamquam magnum aliquod lucrum affecutus,
seperit: qui eum lubenter videbat: cumque eum diligenter lauisset
eum ut & induisset, & alia iusta pro more ei fecisset, deinde etiâ
vivi am- mortuum tamquam viuum alloquebatur, Agedum, di-
plectuntur. cens, sis quoque nobiscum particeps eius, quæ est in

Christo, caritatis. Quæ cùm sic diceret, habebat eum

qui iacebat, audientem. Surgebat enim, (ò miraculum,

quod verbis non potest explicari) & bonum ample-

ccebat Marcianum, curam quæ eius gerebatur, non

illum, sed Christum portius ostendens fulcire. Deinde

sic mortuus, rursus erat mortuus: & talis videbatur ab

iis, qui erant superstites. Hoc autem fuit aliæ quoque

cognitum: sed ex hoc euasit manifestiūs.

23 Mediâ nocte, quando maximè putabat fore vt

à nemine videretur, ventitabat ad quemdam argenta-

rium sibi familiarem, vt aurum permutaret: & accipiēs

multum minutæ monetae æneæ, vt haberet quod posset

distribuere pauperibus, statim reuertebatur. Argenta-

rius autem accipiens noctem intempestiuam ad lucri

occasionem, iniquâ trutinâ ponderabat aureos. Ille au-

tem nihil contradicens, nec omnino accurate conside-

rans, aperte ostendebat se omnia permettere conscienc-

iae eius qui ponderabat. Cùm autem hoc sèpè fieret,

& Marcianus simulans se non intelligere, nequaquam

in pauperes insimularet argétarium, eum magna subiit admiratio:

caritate & simul tempus considerans, nempe medium noctis,

conuerit.) ad meliorem venit considerationem: cœpitque suspi-

cari id, quod erat veritati propius, & Marciani vitæ cō-

uenientius. Vnum certè ex suis pueris iussit eum sequi

egredientem, vt sciret, quidnam ab eo illâ minutâ fie-

ret pecuniâ. Neque enim ab argentario cognoscetur

Marcianus, vt qui aptè vultum celaret, quando ad

ipsum ingrediebatur, vt illam minutam acciperet pe-

cuniam. Atque puer quidem sequebatur. Postquam

autem incidit vir diuinus in quenam pauperem mor-

tuum in lecto iacentem, & acceptum ex quadam cau-

ponis domunculâ, lauit & induit, & cùm surrexisset, est

amplexus; & eo deinde reclinato, rursus abiit. Puerum,

cùm hæc vidisset, horror inuasit, & conuersus, quam ci-

tissimè fieri potuit, omnia declarat ei qui illum misera-

Illum autem subiit pœnitentia eorum, quæ fecerat:

& quod se iniquissimè in Sanctum gesserat, deflebat, &

pœnas sumebat de suâ conscientiâ. Certè cùm is rur-

sus venisset, vt faceret similia, procidit ei ad pedes, &

confessus est ei, quæ malè fecerat: & quicquid per frau-

dem lucratus fuerat, enumeravit. Ita bona tacens actio

plura potest facere, quam verborum multitudo: & qui-

bis nihil prosunt reprehensiones & suasiones, iis opus

laudabile procedens silentio, & latenter transmissum

ad eorum conscientiam, meliores reddidit, & effecit

vt bonum suâ sponte disserent. Diuinus autem Mar-

cianus cùm dixisset se fuisse nullâ affectum iniuriâ, ab

eo quod dabatur, & qui dabat se deinceps abstinuit;

non tamquam improbum aliquem auersans: illi enim

non solùm ignouit, sed etiam professus est se eum ha-

bere amicissimum; sed toto pede fugiebat cramben

ex vanâ gloriâ proferpentem, & non volens sua alicui

homini fieri manifesta, sed ea apud Deum solum reposi-

nens. Licet ergo ei qui velit, considerare, quidnam

priùs possit admirari, insigné miraculum, an benefi-

centia studium, an in vniuersâ machinatione eius ani-

mi libertatem. Verum enim uero de illius beneficentia

oratio aliud quoque bonum mihi reuocat in memoriam,

Meretrices pecunia & monitis conuerit: 24 Hæc virtus ei tantæ erat curæ, vt propter eam

ne in meretricū quidem domos venire designaretur,

neque eam rem esse turpem existimaret: sed ad illum

ipsum, quem diligebat, Christum adspiciens tamquam

ad exemplar, qui cum publicanis & peccatoribus pro-

pter eorum salutem sèpè habuit consuetudinem, &

Fugit va-nam glo-riam.

malis suaderet mulieribus, quæ erant salutaria: quibus nōnumquam inopia erat causa sui interitus, dum vellet (pro dolor) suo corpore qualcum facere. In eas ergo magis erat profusus, & dextrâ magis promptus optimus Marcianus: & maximè si contigisset festum agi die sequenti. Tunc enim erat paratus plura eis præbere, quam illæ erant accepturæ ex abominandâ nequitia: persuadebatque eis & vti lauacro, & se in sequentem diem seruare impollutas, & ad ecclesiam deinde accedere, & recordantes eorum quæ præcesserâ, horribilis gehennæ metum sibi incutere, & Deum placare lacrymis. Quod quidem cùm sèpè factum esset, ex iis quoniam nullas boni vicebat consuetudo; diuinuique eis dam deingruens metus efficiebat, vt non solùm stupris, sed o- & miraculo etiam ornatamento valedicentes, ad monasteria & lucubra. asceteria, id est, loca in quibus se exercerent, prompto & alacri venirent animo. Multæ quoque ex iis statuerunt ire Hierolymam, cùm ab illo accepissent sumptus, qui sufficerent ad viaticum. Quæ cùm vitam maxi- pum & priori ex diametro oppositam ostendissent, ne boni quidem spiritus donorum fuere expertes: sed aliæ quidem ex ipsis morbos soluerunt oratione, aliæ autem dæmones quoque, quos priùs diligenter coluerant, facile eiecerunt ex hominibus.

C A P V T VII.

Marciani paupertas, existimatio, miracula.

25 Hæc ille, non, vt faceret aliquis ex iis, qui magnis affluunt opibus, id quod redundat exinanientis, sed propter magnum quod egentibus afferebat auxiliu, ne ipsis quidem parcens necessarius. Sed non numquam cùm omnia ei, extulisset & erogasset, quæ habebat in manibus, sibi solam spem bonam, & ad Dei solùm manus adspicere, relinquebat: adeò vt cum aliis quæ habebat bonis, etiam quod ad nihil possidentem attinet, primas partes nulli cederet. Huius autem quod dico, tignum est. Dicitur enim, quod à festo Sanctorum reuertens aliquando, (nam nec iis, nec Domini, quæ fit in medio multorum, laudationi deerat, diuini cultus & religionis gratia.) reuertens ergo, quoniam pluviā erumpere contigerat, madefactus & domum ingressus, cùm se inclusisset & vestem exuisisset, paucis exsiccabat carbonibus. Accidit autem, vt Dei amantis Pontifex tunc eum accaseret. Qui autem miseri fuerant, cùm domum inuenissent clausam, pulsabant ostium, & iubebant egredi. Illum vero pudor, ne nudus videretur, cogebat intus manere, quoniam ne alia Marcianus quidem ei vestis aderat, vt posset indutus progredi. Et ^{habebat} ideò renuntiauit quidem se venturum, sed tamen adhuc ^{vestem.} differebat, donec unus ex iis qui aderant, se gerens paulo curiosius, cùm vni foramini oculum admouisset, & contemplatus esset id quod siebat, & ipse repletus fuit admiratione, & effecit vt aliis vteretur huius rei testibus, dum suis cernerent oculis. Postquam itaq; id quod visum fuerat, omnes obstupefecerunt, reuersi sunt, & Patriarchæ cum admiratione omnia aperuere. Illi autem non modò venit in mentem admirari, sed potius eos increpare, quod ex adeò paruis statuerint magnū iudicare Marcianum, cùm liceret ex multis aliis, & quæ nullus posset alius facilè efficere, illum existimare admirandum & beatum.

26 Quanta autem fuerit ex æquo omnium in hunc magnun. reuerentia, populi, inquam, & Senatus, & ipsius Imperatoris, testatur quidem fama: testantur autem etiam, qui tunc fuere potentissimi, ^a Aspar & Ar- ^{Omnibus} ^{est vene-} ^{daburius. Qui etsi essent malæ opinione prædicti, & iis qui rectè sentiebant, inimicissimi, diuinum tamen rationi.} Marcianum ne facilè quidem intueri poterant, insigneum eius virtutem reuerentes: & ideo illi magnū honorem tribuebant, & templum magnæ Anastasiæ, quod ab illo fuerat conditum, pretiosis valvis ex auro & argento factis decorauerunt. Ille autem donum remu-

^{nerans,}

nerans, decreuit ut diebus solemnibus, patriâ eorum lingua (Gotthi enim erant) diuinus inspiratae scriptura in eo templo legerentur. Sed Byzantinis quidem erat Marcianus adeo venerandus. Vocabat autem fama eas quoque, quæ procul sitæ erant, ciuitates; & vndique confluabant, alij quidem percepturi peccatorum curationem, alij verò morborum: & nec deerant quidem, qui à Româ veteri veniebant. Inter quos aliquo quoque, quod factum est dignum memoratu, non par esse arbitror fraudare vestras aures.

Infirmam sanar.

27 Quædam enim mulier laborans diurno fluxu sanguinis adeo grauiter, vt omnis medicina, quod ad eam attinebat, vanum existimaretur studium & superuacaneum, ea Româ relicta, (eam enim vocabant diuina signa Marciani, quæ canebantur ab omnibus) peruenit Constantinopolim. Neque verò eam tantum iter confecisse pœnituit, vt quæ tantâ vexatione nihil dignum cōsecuta sit; sed simul vt ad iustum accessit Mar-

cianum, & morbum significauit, curata est mulier. Ta- Ex Me- lis enim fuit hic vir diuinus, vt nec tactu quidem s̄pē, TAPHRAS- sed solâ precatione & nudo aspectu liberaret eos qui accedebant, & ei exhibebant negotium. Tantus qui- dem fuit Marcianus miraculis: talis autem lis quoque, quæ recte & ex virtute gesta sunt, conuenienter diuinæ promissio, quæ dicit: Eos qui me glorificant, glori- 1. Reg. 4. ficabo. Cuius intercessionibus nobis concedatur, illius 30: esse bonorum participes, in Christo Iesu Domino no- stro, cui gloria & potentia nunc & in seculo- rum, Amen.

a Aspar senioris Ardaburij filius, iunioris, cuius h̄c mentio est, pater. Ambo Ariani, spadonum ensibus interiecte, ut tradit Marcellinus Comes, Indict. 9. Leone Aug. iv. & Probianus Coss. anno Christi 471. Chronicon Alexandrinum Indict. 5. Pusat & Ioannes Coss. an. Christi 467. hoc ait contigifl. magnumq; in urbe tumultu exstisit, cum haberent copiam magnam Gothorum, & Comi- tes, & alios famulos fibi adhærentes.

DE S. FLORIDA VIRGINE.

X. IA-
NVARII.

DIVIONE in Burgundia S. Floridæ Virginis agi hodie natalem tradunt Ferrarius, Molanus in Appendix, Maryolog. Germanicum. De eâ S. Gregorius Turonensis de gloria Confessorum cap. 44. In hac basilikâ, inquit, (castrum Diuionensis, in quâ S. Pachasias Virgo sepulta est, vt ix. Ianuar. diximus, & SS. Hilarius & Quieta, parentes

S. Ioannis Abbatis Reomenis, de quo xxviii. Ianuar.) in haec ergo basilikâ & S. Florida quiescit, quæ, vt ferunt incola, veste mutata religiosa valde fuit. Meminit S. Floridae And. Saussains in Appendix Martyrologij, sed nullo ei assignato natali; & Cl. Robertus in Diuione.

DE S. VALERICO, SIVE VVALERICO, EREMITA IN GALLIA.

SECULO I
VI.

X. IA-

NVARII.

S. VVAle-
rici na-
tla,

recessus,

patria,

obitus,

etatis.

miracula,

Tom. I.

VALERICVM, aut Walericum, eremitam, (alium à Walerico Luxouensi monacho, de quo x. Aprilii) refert hoc die Philippus Ferrarius his verbis: Apud Lemouices S. Valericij Abbas. In Notis ait, ex cive opulento, cùm relictis omnibus ad sepulchrum S. Martialis effet profe-ctus, factum esse multorum monachorum Patrem. Martyrologium Gallobelgicum: Eodem dic decessit in territorio Lemouicensi S. Valerius eremita, in Belgio nobili genere natus, sed multò virtutum præstantiâ nobilior.

2. Deo ex Lectionibus Ecclesiæ Lemouicis hac scribit Ioannes Molanus in Natalibus SS. Belgij: In territorio Lemouicensi S. V. Valerici eremita & Confessoris. Qui dilectus Deo & hominibus, in prouinciâ Galliæ quæ Germania dicitur inferior, illustrium virotum sanguine, Christianis parentibus est natus. Postmodum Christo duce Aquitaniam ingressus, & locum secretum expetens, à Clericis Ecclesiæ S. Martialis Lemouicensis, qui eum summâ reverentiâ prosequabantur, locum solitudinis accepit, in quo ei construxerunt cellulam, & ecclesiam in honorem Martyris Iuliani. Multi autem eod configuebatur ob disciplinam. Clarescebat etiam, prouidente Deo, per miraculatum exhibitionem. Omnibus interea virtutibus ornatus, cùm senio grauaretur, sanctitate iuuenesceret, sumpto Dominici corporis viatico, inter verba orationis animam Deo lætus reddidit, quintâ Epiphaniæ die. De S. Martiale Lemouicum Apolo-
stolo, cuius h̄c mentio fit agemus xxx. Iunij.

3. Quâ etate floruerit S. VValericus, docet hoc paullò prolixiori elogio Andreæ Saussains in Martyrologio Gallicano: In agro Lemouicensi S. Valetici Confessoris & eremitiæ, qui in secundâ Belgicâ sub Rege Clodoueo magno, ingenuis natalibus ortus, cùm ab insitâ naturæ præstantiâ, ad omnem virtutis habitum mirabiliter formatus esset, à primis annis religioni deditus, sacro scripturarum diuinarum eloquio incubuit: quarum studio, cælestis vita affectibus incensus, virtutum omnium at maximè humilitatis cultum affectibus suis exhibuit. Adeo

tus esset; quorum fulgore emicanti sanctitatis eius fama percrebrescebat, vt humanæ laudis auras vitaret, secessum à solo natali remotum, ubi soli Deo notus de- peregrinat geret, cogitârit. In Aquitaniam igitur profectus, auditâ miraculorum celebritate, quæ ad tumulum S. Martialis magis in dies coruscabant, Lemouicas venit beatissimi opitulatoris apud Deum præsidium vigiliis & orationibus efflagitans, quod sibi solitariam vitam mēditanti consilium felicis successus affulgeret. Diuino *solutaria* igitur lumine irradiatu in montem axis aspernum, *vita*, frondibusque umbrosum, propè id oppidum (cui postea sancti aduenæ memoria nomen indidit) se recepit, sibi à Clericis Ecclesiæ B. Martialis designatum: illicque cellulati construxit, in quâ cælestem militiam exorsus, puri famulatus Deo obsequia reddere instituit, vigilis, ieuniis & orationibus assiduus. Nec suâ ex statione vnquam pedem dimovit, nisi festis solemnioribus quibus B. Iuliani Martyris propè sitam ecclesiam, vel etiam aliquando S. Martialis sepulchrum, magno cum religionis affectu visitabat.

4. At latere cupientem, diuinæ virtutis magnificen-
tia, quæ eum circumfulsit, inuitum propalauit. Ex hu-
ijs enim miræ conuersationis affectibus, cùm è solitudi-
ne splendor accolis circùm degentibus resulisset, con- plurima cursus ad eum fieti cœpit infirmorum opem enixè eius miracula depositum, quos ille precibus fusis, impressoq; cru-
cis signaculo recreabat. Energumenos siquidem à de-
moni agitatione liberabat, lunaticis mentè tranquillâ, cæcis vilum, claudis incessum, restituebat. Cumq; diu tam signis, quâ virtutibus clarisset vir sanctus, cœfe-
ctus senio, suscepitis cum incredibili pietatis sensu sacris mysteriis, terreni carceris mole depositâ, ad æterna ta-
bernacula cōmigravit. Inq; S. Iuliani Martyris, quem sepultus, ex cælitibus propensius coluerat, æde sepultus, clario-
ra præstitit mortuus quam viuis suorum metitorum insignia, quæ æternæ venerationi nomē eius ac pigno- cultus.
ra apud posteros consecrarunt. Plura de eo non com- perimus.

F f f 3

DE

DE SANCTO DOMITIANO

EPISCOPO MELITENÆ IN ARMENIA.

CIRCI-
TER AN.
DC.
X. IA-
NUARII.
Melitene
vrbs.



MELITENE, sive Melitine (Melitennæ enim vulgo, & Melitennæ à Nephoro Callisto lib. 18. cap. 20. & alius appellatur) vrbis est Armenia minoris, caput cognominis regio- nis: statio primum Romani praesidijs fuit, in de Traiani Imperatoru nutu vrbis facta, exigua quidem, sed va- lida: nam hic Praefecture legionis Fulmineæ Tibunus mo- rabatur, vt habetur in Notitia Imperij Orientali. Sub disposi- tione viri (peccatis Ducis Armeniæ. Sensim mirificè amplificata. templis, foro, porticibus, balneis, theatris, & ceteris que ad magna vrbis ornatum faciunt, extra muros in vicino campo constructis; membrum est tandem à Iustiniano circum- data, qui efficit, quemadmodum lib. 3. de edific. scribit Proco- pius, ut Melitene magnum esset Armeniis munimentum simili & ornamentum). Sita erat haud procul à dextrâ ripâ Euphratis, atque Armeniæ tertia, ab eodem Iustiniano consti- tute, (cum prius secunda & minor diceretur) principatum tenebat. Vbi vero Armenia prima & quarta ab eo instituta, vel auillæ sunt ab Imperio Romano. vel ruris cùm aliis oculis, et duæ solimæ sunt, fuit Melitene, ut anteâ secundæ metropoli: eius vero Episcopus, ut est apud Georgium Codinum Cu- ropalatum, censetur inter Hypertimos, eratq; Armeniae secundæ Exarchus.

Eius Epis- copus S. Domitianus: 2. Hic sub finem sexti seculi Episcopus fuit S. Domitianus qui x. Ianuarij colitur, vt ex Gracorum Menœ & Horologio patet. De eo Molanus quoque in Addit. ad Vuardum: die decimâ S. Domitiani Episcopi Melitene. **Ferrarius:** Meli- tinæ in Armeniâ minore S. Domitianus Episcopi. Breuem eius vitam ex Meneis dabimus; paulò longiore ex Theophyla- sti Simocattæ historiâ Mauriciana. Eius memini Euagrius, qui eodem tempore viuebat, lib. 6. Historia Ecclesiast. cap. 17. vbi à scriptorib; Mauricij Imperatoris cognatum vocat, virum prudentiam & ingenio præstantem, verbisque & factis eximium, & bratus. & ad maxima quæque gerenda negotia longè aptissi- mum. Eadem de eo predicit Nephorus Callistus lib. 18 c. 20. Agit de eo quoque auctor Miscell. lib. 17. cap. 22 Baronius An- nal. tom. 8. an. 592. num. 27. & 28. Spondanus ad ann. 591. num. 2. & alij.

Laudatus à S. Grego- rio. 3. Extat S. Gregorij Pape epistola (quæ est 62. Indict. 11.) ad Domitianum Metropolitanum hunc videlicet nostrum, quæ eius eruditionem, prudentiam, zelum egregiè commendat: Scripta, inquit, dulcissimæ & suauissima beatitudinis vestræ suscipiens, valde gauisus sum; quia multa mihi de sacrâ Scripturâ loquebantur. Et quia dilectas in eis epulas reperi, eas audiè comedi. In quibus quædam quoque de caussis exterioribus & necessariis sunt per- mixta. Et quasi menti conuiuium preparantes egistis, vt oblatæ epulæ ex diuersitate mehūs placent. Etsi quidem extreiores caussæ, velut inferiores & abieci ci- bi, minus sapiunt, ita tamen à vobis prudenter dictæ sunt, vt libenter sumantur: quia & cibi contempti ple- rumque dulces ex condimento benè coquentis sunt. Et quibusdam interiectu: Ea vero, quæ ex eodem loco à vestrâ suavitate in meam consolationem dicta sunt, libenter accipio.

Conatus Cofroen conuertere. 4. Et post pauca: Valde autem gaudeo quod dulcissima beatitudo vestra, etiam caussis secularibus occupata, ad intellectum sancti eloquij vigilanter ingenium reducit. Sic quippe necesse est, vt si illa omnino caueri non possint, ista non omnimodo postponantur. Sed, per omnipotentem Dominum rogo, mihi in tantis tribula- tionum fluctibus laborati, tende orationis manum, vt ex vestrâ intercessione ad summam releuer, qui culparum mearum pondere ad profundum premot. Imperatorc; vero Persarum etsi non fuisse conuersum doleo, vos tamen ei Christianam fidem prædicasse omnimodo exulto: quia etsi ille ad lucem venire non meruit, vestra

tamen sanctitas prædicationis præmium habebit. Nam & Æthiops in balneum niger intrat, & niger egreditur; sed tamen balneariorum nummos accipit. De Mauricio autem benè dicitis, vt in actione eius ab umbrâ sta- tuam cognoscam, id est, in minimis maiora perpenda. In hoc tamen ei credimus, quia eius vobis animam sa- cramenta & obsides ligant.

5. Ex hac epistola conicit Baronius, eo potissimum consilio à Mauricio ad excipiendum deducendumq; profugum Cosroen missos Domitianum & Gregorium Antiochenum, vt per eos Christianam fidem perciperet. Et sane sparsum fuit eum Chris- tiana sacra esse complexum. Ita enim scribit Ioannes Abbas Bi- clarense, qui cum viuebat ad an. 8. Mauricij: Imperator Per- sarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio Imperatore firmavit. At potius Domitianus contrarium ad Gregorium Papam scribenti fides habenda. & Eusebio Scho- lastico. Illud quoque quod de Rege Persarum ac Reginâ cum multis Persarum milibus baptizatis, circa tempora Constan- tus, Heraclij nepotis, scribit Paulus Diaconus lib. 4. cap. 52. fal- sum omnino esse censet Spondanus an. 591. num. 2. Haustum id forte ex illâ per Occidentem vulgata de Cosrois conuersione fa- ma. Habuit tamen Cosroës vxorem Syram, genere Romam, religione Christianam, quam & Reginam publicè appellauit.

VITA

Ex Menœ Gracorum.

1. **V**IXIT hic à Iustino minore Imperium admi- nistrante, natus Theodoro & Eudociâ, op- ^a ^{S. Domi-} bus & pietate illustribus: litteris politioribus & sacris egregiè instructus; matrimonio quoque se illi- ^{natores,} ^{cōjugium;} gauit; sed ad breue tempus, vxore mox è vitâ subtraactâ: secundum cuius mortem statim se totum cælesti phi- losophiæ consecravit. Mox & Melitene Ecclesia Epis- ^b ^{Episcopos.} copus creatus, cum annum iam trigesimum esset in- gressus, politicam disciplinam cum religiosâ & asceti- ^c ^d ^e ^f cā coniunct; ita vt non solum subiectis suis, sed omnibus gentibus salutem procuraret.

2. Sæpè accersitus ab Imperatore, Cosroë regnū ^b ^{publica} Perſarū c restituit, cùm Baramus aduersus eum rebel- ^{negotia,} lasset, imperioq; exiisset: quin & Romanis tributariū ^c ^d illū fecit. Amicus porrò Imperatori Romanorū Mau- ^e ^{liberalitas} ricio factus, ipsiusque vxori, multoque ab iis auro do- natus, quidquid pretij accepit, totum in sanctatum ^f in ecclesiis ædium instauracionem, & pauperum in hospitalibus & paupe- retum conculit.

3. Cum deinde Constantinopolim regiam Im- ^b ^{mors,} peratorum sedem venisset, ad Dominum emigrauit: vbi patre natu, imperauit à 14. Nouemb. an. 565. usque ad 4. Octob. 578. ^{translatio.} b Mauricio nimirum, qui imperare cœpit ann. 582. 14. August. Indict. 15.

c Gracè est ovynatus natus constituit. Alij exercitum duxerunt, ipse consilio iuuit. De eo Mícella: Mauricius itaque filium si- bi Chosroë Regem Persarum faciens, Domitianum Episcopū Militinensem ad eum direxit, cognatum suum, vñ cum Narce, cui ducatum belli commisit: qui peruenientes ad Chosroë, omnes Romanicos potentatus in Persidem introducunt. Con- tigere hac anno Christi 589. & initio 590 quo Mauricij compleba- tur jepimus, inchoabatur octauus. Chronicum Alexandriae (sion est mendum librarij) anno Mauricij 9 Indict. 9. id refert. Cedrenus an 7. addit. 7. viti Episcopat. sequenti Paschate Theodosium Mauri- ricij

ricij filium à Ianne Patriarchâ coronatum; quod tamen idem Chronicon Indicij 8. anno Mauricij 8. ait conrigisse. Simocatta quoque lib. 3. cap. 6. scribit anno Mauricij 8. viudum à Romano in Colchide viuo adhuc Hormisidâ, Varamum. Sed fortassis annum octauum à Ianuario anni 589. numerat: vix enim tam multa ab Idibus Augusti ad Pascha anni sequentis videntur geri portuisse, quam multa ille alioq[ue] commemorant.

d Aduersus Hormisidam crudelissimum Regem rebellauit Varamus: at cùm à Bindoe ac ceteris Proceribus exceccatum Hormisidam Cosroës filius occidisset, complices ad Varamum defecerunt, tantam crudelitatem auerteri. Fugit ergo tum ad Romanos Cosroës. Varamus regium sibi decus ac nomen ultra vendicauit.

e Id alii scriptores non tradunt: nisi id velit auctor Menaorum, 1000. Romanus militibus, quos ad corporis sui custodiā petenti Cosroës Mauricius concessit, per soluta ab eo stipendia: quemadmodum ipsi quoque Perse. (ut lib. 3. cap. 9. refert Simocatta) pecuniam, quam inter Insianum atque ipsos istos sedere, ad alenda communia præficia, compescende finitimarum licentia necessaria, erogabant Romanis, tributum superbi appellabant. Alioquin expreſſe restatur idem Simocatta, Cosroën nihil dignum pro auxilio Romanis remenſum.

ALIA VITA

Ex Theophylacto Simocatta.

CAPVT I.

S. Domitianus Martyropolim à Persis recipit.

COMMEMORATA, Historia Mauriciana lib. 4. Cosroës Persarum Regis, post patrem Hormisidam fustuari⁹ mactatum, fugâ, regnum inuadente Varamo Duce, tandem cap. 14. de cœta à Mauricio & Senatu Cosroës auxilia narratur, vt q[ui] remisi sint ad eum Perse qui anteā capti à Romanis fuerant. Tum de Domitiano Episcopo ista subduntur:

Domitiani landes. 2 Paullò p[ro]st & Melitenes Præſul Domitianus, genere Mauricium attingens, & cùm honore sanctus, tum vita instituto sanctior, sermone suavis, actione sollers, consilio prudentissimus, auctoritate imperatoria ad Chosroën contendit, quem Gregorius Antiochenus Antistes comitatur: nam & hoc Imperatori

a placuerat, & voluntati eius re ſatisfiebat. Hi a Constantina ingressi, alloquio & b donis Chosroën confolantur, affl[ig]tūtumque ad benē ſperandum exſuſtant.

b 3 Fraudem deinde eiusdem barbari Regis ſuā prudentiā c diſculpit Domitianus. Nam cùm c Martyropolim, præſidio Perſico, Varami partes necdum ſequente, munitam, obſiderent Romanī; qui eam tuebantur, vt idem cap. 15. Auctor refert,

Eius fraudem eludit. clandestinis Chosroës mandatis morem gerentes, ac deditiōnem minimē facientes, viriliter admodum vim propulsabant. Proinde vbi aſtute agere Chosroës deprehensus est, Domitianus ſollerter excogitatum & labefactu difficile conſilium nequitia Perſicæ oppoſens, teat[er]a fraudem bullæ inſtar exſuſflando diſſoluit.

Acerbitis enim ad ſe præcipuis de præſidio, quosdam verbiſ inducit, quosdam donis pellicit, eos & Romanorum vbi capienda inſistentium, & Chosroës Imperatoris ſubſidio indigentis, & ambiguae incertæq[ue], forturnæ Varami, commonefaciens. Ac tantum valuit Domitiani oratio, vt ſententiis diſcordarent præſidia- rij, ἔκωντ' ἀένερι γε θυμοῦ, volentes noleſteſque; (liceat enim nunc mihi eorum ſenſum Homericis verbiſ de- pingere.) Quocirca eunuchum, ſatellitum ſegrorum principem, (quem Romanis Præpoſitum vocare moſt) Martyropolim mittit Chosroës, hortaturque Perſas, vt vrbem tradtant, & Nisibin concedant. Perſe, Chosroë immutato, paetā cōuentum cum obſidentibus ineunteſ, oppido excedunt.

4 Ducibus ipſis Constantinam intrantibus, inter eos etiam d Sittas, qui Hormisidæ Martyropolim dolo prodiderat, apparuit. Domitianus Chosroë denuntiat, illum aduersus Romanos de ſe benē meritos iniſtum videri, cùm proditorem, deque Romanis ita meritum vt qui pefſimè toleret; admonens, eum Varamo quoque amicum fuiffe; & hominem pestilentif- ſum perfidissimumque, benefac̄tis ſuis malē gratiam relaturum; ne forte coēntes Romani ipſum & vna-

Sittam è medio tollant, bellumque cum Varamo ter. Ex SIMO- minetur. Ob hanc cauſam prudens Chosroës, & op- CATTÀ. portunitatem temporis præſentem obſequio emen- Proditorē trans- dam censens, Comentiolo Sittam addicit: quem ille fugas dedit posterā luce in omnium cōſpectu flagris cæſum e rogo iubet, ad tradit, & flammis delictorum pœnas ab eo repolcit. suppliciū. Domitianus igitur, vt Sacerdotem decebat, & quan- tum maximē poterat, pro vrbe recipiendā laborabat. At Romanos, qui ad vrbem occupandam cum barba- ris male conspirauerant, Duci contradidit, quibus pro ſceleratē contra patriam perpetratis commerito ſup- plicio multatis, Episcopus festum diem partæ ſalutis ciuitati instaurans, Martyribusque præclaris victori- bus panegyrin, ſive celebritatem inſtituens, ē ſublimi eccl[esi]a ſuggeſtu, ad gratulandam Christo victoriam canticum nouum cantans, ad populum congregatum ita diſſeruit:

a Hac prius Nicephorium dicta, Ptolemae tab. 4. Asia, & alii, deinceps Constantina eſt appellata, ut Stephanus & Suidas tradunt; à Constantino Magno. Eius mentio fit in Notitiâ Imperij, ſub Duce Meſopotamia.

b Non ſolus Mauricius Cosroë, ſed Augusta quoque eius uxori & liberis dona misit, ut ſcribit Nicephorus lib. 18. c. 20. ex Euagri lib. 6. cap. 16.

c Hanc urbem deſcribit Procopius lib. 3. de edificiis: In Armeniā verò qua Sophanine (Ptolemae & alia Sophene) appellatur, vrbis eſt quædam, cui Martyropolis nomen eſt inditum, iuxta flu- uum Nymphiū ſita. Flumen autem illud nunc diuidit Romanam ac Perſicam regionem, &c. Numeratur Martyropolis inter Metropoles autocephalas ſub Patriarchâ Antiocheno apud Miraum Notitia Episcop. l. 2 ex Sirleti ms.

d Decurio is erat Martyropoli, quam quodd ei cum quodam mil- tum Praefecto non recte coenierbat, Perſis prodiuit, eorum cohorte cum Romanis insignibus in urbem admissum abſerit præſidium, ut re- fert Euagri lib. 6. cap. 13. Nicephorus militarem fuiffe decurionem ſcribit lib. 18. cap. 17. & Perſas noctu introduxisse. At Simocatta lib. 3. cap. 5. audirem fuiffe Perſi ſcribit, ut 400. ex iis defectionem ad Ro- manos ſimularent, ciuib[us] ut trans fugas velut ſocios admitterent.

e Euagri lib. 6. cap. 18. ait à ciuib[us] obrutum lapiatibus, poſta in crucem aſtū.

CAPVT II.

Populum ad letitiam & gratias Deo agendas hortatur.

NON in bellis tantummodū, atque in præliis, & cap. 16. congreſibus, ſed etiam in insigni die ſolemnita- tis, David Deo altissimo rubâ canit. Condecet enim Ps. 80. 4. bellicis quoque instrumentis collaudate Deum, qui Deus Dux primarius in pugnâ Dux, fortisque & potens in prælio nobis in colitur: & vnde natum eſt decus, inde quoque laudem bellis. procedere planè oportet. Agitedum nos quoque tu- bis, quæ intelligentiā percipiuntur, clangamus; animis, inquam, non corneſtibus, quemadmodum lex Iudeis Ps. 97. 6. præſcripta requirebat. Nec enim nos, vt illi, propter mentium hebetudinem animantium brutarum mem- bris venerari Deum iuſſi ſumus. Constituamus itaque diem ſolemnum, non vſque ad cornua altaris dum- taxat; ſed vſque ad cælestem hierarchiam pertinentem, cuius ἀρχη[er]e[us]: Pontifex in aeternum, ſecundum ordi- nem Melchisdech, ſedens ad dextram maiestatis Dei, & eſt & nominatur. Profeſtò potentiam fecit in bra- chio ſuo: montium fastum humiliavit: & depositis de ſede potentibus, rursum magnalia ſpiritus ſuper Baby- lone omnibus prodiuit. Subiguntur enim leones, & dracones eliduntur, & Bel, arque a Mithras captiui ab- ducentur. Flaccescit Ignis, & quamquā naphrā ac pice largiter imbutus, nec vester quidem Martyrum adutere potest. Iterum dextera Domini fecit virtutem, compreſſitque ſpiritus Chaldaicos, non in pariete, ſed in cælo prædictionem ſcribens: & diuiduntur ſceptræ Babylonica, & thronus inſolens deiicitur; & regnum temulentum contrahitur: & quod humiliatum erat, denuo honoratur, & quod vietum erat, corroboratur. Rurſus ſterilem vrbem propter bellum, vt matrem ob filiorum multitudinem latantem aſpicimus.

Ex Simo- 6 Nemo vestem hoc panegyrico festo indecoram
CATTA. induat: omnes vitæ morumque candore ac puritate
Lætandum candidum gestemus habitū; ne si animam, siccus quām
in viōs- regale conuiuum deceat, conuestiuemus, qui ad id
riā. admittamur, indigni iudicemur; & his damnemur quæ
ab eodem eie&tos consequuntur. Renouare, renouare
vrb̄ sexulationis: venit enim lumē tuum & gloria Do-
mini super te orta est. Hæc enim mihi dicit Spiritus
sanctus, & promissa amplector; & quæ nunc est gloria
priorum claritatem superat. Haud enim populos Mart-
tyrum superiori memoriâ possidebas, omnem semitā
& compita tuorum viscerum inundantes. Plus tibi ad
gloriam proficit ita liberatam, quām ita captam esse.
Quam enim dolus subiugavit, nunc metus restituit: &
quam Regis barbari calliditas improbè pro spolio ab-
stulit, nunc illustrissima receptio p̄prob̄ repedit. Hanc
famulus vester missus, vobis reconciliauit, o Martyres,
socios sibi conatus adiungere, quos Dei aduersarius
anteā non rogabat, ex infelici successu pietatem do-
ctus; quoniam & Pharao quondam flagellatus, sive
admonitus, Deum coli passus est. Hanc vobis conse-
crat Babylonius tyrannus & aduena, è suo ipsius re-
gno profugus, qui pro hoste nunc Romanis est subdi-
tus. Talia quippe vos contra inimicos effecisti. Ty-
rannus super his obstupuit, terra timuit, & cōtremuit.
Increpauit enim gentes qui est ab initio: & dexteræ
eius mutatio hæc est. A summo cælo egressio eius, &
occursus eius usque ad fines terræ. Et vidimus gloriam
eius, plenam gratiæ, & potentiar. Vicina flumina se-
Psal. 97.8 cundūm Prophetā plaudant manibus. Nunc Euphra-
tes & nomini suo congrueret lēgetur super magnalibus
& conditoris. Tigris dicitatem in humanitatem mutet:
iam enim cæsorum cadaueribus se amplius non ingur-
gitabit. Cantemus Domino canticum salutis. Cante-
mus ei cum Martyribus hymnū de partâ victoriâ. An-
nuntiemus super flumina Babylonis gloriam eius, in
spiritu exilientes. Non enim Iudaicis fletibus damnati
sumus: nec à p̄datoribus captiuitatis dedecus nobis
exprobratur. Duceā lætitiaz nostræ Dominum p̄z-
ponamus, ne supernæ Hierusalem obliuiscamur, & lin-
gua nostra adhæreat faucibus; vt pote quæ malè Dei ad-
mirabilia non magnificet.

Psal. 136. 7 Nunc filia Babylonis, sicut scriptum legimus, ve-
8. rē misera est, superborum sceptræ ascendens, laudatur
Cōmenda- que Imperatoris pietas, perniciem illi non temetiens,
Mau- nec retribuens retributionem, quam retribuit nobis.
rīci; Alterum siquidem testamentum obseruatur, Israëli in-
clementia, telleculi præcipiens ne malum pro malo reddat. Et
exemplo hodie Rex hostem miserans non reprobatur: nec Sa-
Christi. muel omnipotenti Domino zelans, propter hoc alter-
cabitur. Dominus enim Iesus Christus antiquus die-
rum, & omni ævo antiquior, misericordiam sacrificio
religiosorem ducit; & paternum regnum misericor-
dibus impertit; & humanitate vietus, etiam serui for-
mam accipit; & cum hominibus conuersatur; & præ-
sepe noscit; & fasciis inuoluitur; & tyrranicum gladium
fugit; & in Ægyptum emigrat; deinde Nazareth habi-
ta; & Galilæus proclamat; & sapientiæ proficit; &
ex inuidiâ vituperatur; & à Sadducæis tétarunt; & cum
peccatoribus commoratur; & tormentis deditur, &
crucem suscipit; & cum iniquis reputatur, & sepulchrū
non refugit; & ad resurrectionem transit; & omnia li-
bens patitur, vnum hunc fructum ex nobis percipiens,
quod saluamur. Cantemus Domino, non egestus cä-
ticum; est enim laus panegyris, & vrb̄ & tem-
plum renouantur; & lex patria instauratur; & fides
sincera confirmatur, cernoque Christum in medio Ec-
*clesiæ trophæorū symbola humeris sustinentē. Trium-
phus autem crux, per quam barbari, & peregrini, & ex-
teri abiguntur; Romani contrâ, vt domestici, intro-
ducuntur.*

8 Cantemus Domino etiam hymnum εξόδιον, id est,
egressionis. Nam perinde vt sus è siluâ glandiferâ, ex

vrbe natio Persica expellitur; quæ sancta pedibus con-
œulcare audebat, & margaritas fidei vngulis furiosè
conterebat. Imitemur eos qui Babylone glorificarunt *Perfis ho-*
Deum, illorumque choreæ sodales fiamus. Nam & *stibus in-*
hodie Chaldæorum ignis Martyrum vrbem exurendi *ultatur.*
vim nullam habet. Lætentur cæli, & exultet terra, &
campi gaudent. Prostratae sunt gentes belli cupidæ.
Cognoverunt, iuxta Prophetam, quoniam homines Psal. 9.21.
sunt, & naturam coagmentationis lux nunc senserunt:
quæque rebus secundis vrentes discere nequierunt,
aduersis eruditæ, iam possunt intueri. Hæc p̄gaudio
ad vos ex tempore prolocuti sumus, & hymnum vo-
bis imparati proposuimus, mensam Angelorum, con-
uiuum simplex, & varietatis expers. Amat enim diui-
nitas etiam non compositis donari, & admittere cultus
quamvis non magnificos; ex renouatione cordis, non
ex pondere & amplitudine doni, gratiarum actionem
estimans. Nunc Patrem glorificare ne cessemus; Fi-
lium adorate, vt naturâ Deum ne desinamus, Spiritu,
vt vnam de tribus hypostabis, venerari ne desista-
mus. Deus enim hæc tria sunt, cui & ante omnia secu-
la, & post omnia secula, gloria infinita.

9 Postquam Episcopus hæc sapienter differuit, au-
dientium multitudō disputationem magnificam miris *Applaudit*
plausibus prosecuta est, magnamque lacrymarum vim *discenti po-*
gaudio permistam, p̄z contumaciam ex eius verbis *pulsus.*
enatæ, effudit, eratque panegyris omnino lacrymosa,
cum dolendi causa nulla subficeret. Sic enim tempus ad
collacrymandum hortabatur; quamvis, quod ob mo-
lestiam doloremque ad id eos commoueret, nihil esset.
Antistes igitur pane & vino solemniter consecratis,
mysteriis Dei hominifque conuentum per communio-
nem sanctificabat. Et hunc in modum ciuitas dies *Misericordia* *septem cum oblatione in ferias consumpsit.*

a Mithram, sive solem, Persa colunt; vti & ignem.

b Alludit ad his toriam trium puerorum, Danielis 3.

c Europa, ex enim lætari significat.

d Videretur à tigride ferre & fluij; nomen deducere. Sed & fluij; &
fera dicuntur à celeritate, quasi ea equare videantur sagittam, quæ
Tigrim Medi vocant.

C A P V T I I I .

Cosroe fastum egregiè castigat.

10 PRIMO vero nouus Dux Narses, (hunc Commen-
tiolo Mauricius substituerat, rogante Cosroe Ducū illi Lib. 5. c. 3.)
munus abrogari, quod se illi esse ludibrio sentiret, ab eoq; cun-
& differendo auxili opportunityes corrumpi, vt refert
hic Auctor lib. 5. cap. 2.) nouus igitur Dux cum Cosroe, Multi ad
sequente Domitianus, per id tempus Melites Episco- *Cosroen*
po, vt antè diximus, Mardes accedit, quod castellum ab *redeuntur*
vrbe Darâ tribus parasangis abest. Qui igitur cum in
Arabiâ prope Nilibim, tum alibi opibus plurimum
pollebant, ad vnum omnes, simulque ordinum duces
Chosroen Regem consulunt, ac pro Repub. con-
sanguineos obsidum loco opposentes, eidem ad re-
giam recipiendam antè viam muniunt. Obsides Rex
custodiri à Romanis iussit.

11 Inde Narses ad oppidum Daram exercitum ad-
ducit. Chosroes Romanas copias viribus florentes, &
armis conspicuas, cum apparatu stupendō cernens, in
spes nouas ingreditur; nec tamen prioris infortunij
memoriam deponit. Vrbem itaque Rex barbarus
iniens, in templum magnificum, in quo Romani reli-
gionis mysteria obibant, admodum ferociter & con-
tumeliosè, adhuc necessitatibus subiectus, & rebus eius à
fluctibus fortunæ iactatis, armatus se infert. Daretur fa-
ctū indignari: p̄sertim cum Chosroës senior & capto
oppido b' nihil ad iniuriam diuini cultus molitus esset.
Quamobrem Domitianus barbaram insolentiam non
sustinet, acceptis copiis Constantinam secedi-
tur. Chosroës respectum se videns, muta-
tionemque istam parum gratam habens, ad Domitia-
num

A Domi-
tiano è se-
plo eiici-
tur.

num, quosdam de nobilissimis suis mittit, qui nominis suo illi satisfacerent. Episcopus barbaro quantum de- cuit ignominiam multato, Daram reuertitur, ipsumque è templo eiicit.

12 Die sexto Imperator baltheum insertis gemmis, tiaram regiam, leculos & mensas aureas Daram illi transmittit, comitatutumque regium ei conficit: & de suis doryphoris nonnullos honoris causam adiungit, ne regio destitutus satellitio, Romanis iuxta Persique vilesce. ret. Stipabant igitur eum vnde regij satelli-

Muneri-
bus & re-
gio comi-
tatu or-
natu à
Mauricio.

Daram
Romanis
reddis.

tes, qui pacto Romanis Imperatorem suum honorare mos erat. Intuentes Perse, quam potentem Imperator Chosroen reddidisset, à tyranno ad eius partes commutatis voluntatibus accedunt, & Varami exercitu quotidiasi defectionibus imminuto, Chosroë adau- ñis copiis, res ex sententiâ procedebat. Mox quantam posset aduersus Mauricium benevolentiam sibi declarandam statuens, in membranâ regiâ Daram ei gratis transcriptis, & Dolabzanum Satrapam, virum illustrem, Byzantium cum clavis oppidi, instrumentoque donationis mitit. Legatus in vibem imperantem profectus, Romanis oppidum addicit: cum Imperatore collocutus, ab eo pro Imperatoriâ magnificientia munerebus cohene statut. Pectorum præterea fidem Imperator denuò confirmat, & Chosroen filium appellat.

a Cosroës senior. Daram urbem munitissimam, post 6. mensium oppugnationem cepit; ut narrat idem Simocatta lib. 3. cap. 11. tempo- re Insini innioris, qui eius clade nuntio in phrenes incedit.

b Humanior fuit Rex ille barbarus nostratus Caluinistis, qui omnem cultum diuinum in captiis urbis subvertunt.

C A P V T I V.

Milites egregiâ oratione animat ad rem fortiter gerendam.

Cap. 4.

Intrans
Perfidem
opias.

13 C H O S R O E S Singarum (Mediæ, seu Persidis, vrbs est) mulieres ac liberos suos securitatis causam transfert. Est enim munitissima, & quia simul contouersa, custodiâ numquam vacat, minimè hostibus expugnabilis, ac propter paludes informes obfessoribus inaccessa. Posthac Mebodi dat negotium, ut sumbris duobus armatorum millibus per Singarum in regiam factâ impetu, custodes Varami trucidet. Tyrannus ut Mebodem cum Romanis cohortibus aduentare comperit, coacto milite sui defendendi prodit. Mebodes mandati, quod ab Rege accepérat, respectu, rem aggreditur. Æstate autem ineunte, & pratis etiamnum herbescientibus, reliquâ Darâ Chosroës cum auxiliis ultra progrederit.

14 Postquam Ammodium, stadiis quatuordecim Darâ diffidit, aduenérunt, Domitianus consenso colle, ad Duces & milites huiuscmodi verba habuit: Tépus, milites, mirificam vobis occasionem conciliat. Mores vestri idoneam pugnandi materiam, locus peri- pugnandū; culi despiciētiam requirit: causa pietatem denuntiat, exitio famque tyrannidem respuit. Dignos igitur certamine vos præbetore. Nam in hostili regione versa- min, in quâ vincere sanè quam gloriosum; vinci autem, etiam dictu graue & odiosum est. Habet ergo hic conflitus eximum quiddam & illustre incipiendo decus propositum. Vniuersa siquidem per orbem terrarum gentes, quæ vos agitis, mentibus inscribunt. Exauditum est quod facitis; bellum est æstimabile; certamina immortalia; trophya nullâ obliuione sepelientur. Quare non cedere malis, sed contra audientiorem ire; aut cum nominis sui gloriâ propiore corpus expedīt. Hunc strenuè dimicantes finem laborum nanciscemini. Hac viâ pax procedit. Nolite plagas subterfugere, ne simul salutem fugiatis. Aduerso pectori iaculorum ictus amplectimini, ut triumphos quoque amplectamini. Nullus vestrum sibi tergum concidi patiatur: ignota enim dorso est victoria. Consociamini animis magis, quam corporibus coniungimini; & laborum, non timiditatis,

tenete consortium. Qui non summo fere discrimini obiectauerit, exauctoratus esto. Victoriam moriendo concupiscite. Ictibus & vulneribus trophya compara- rantur. Haud quidquam laude dignum desidia parit.

Nihil dulcius quam in acie mortem oppetere. Si enim & ad mo- senectute premi, & morborum tabe consumi est inuti. tem con- le, viris fortibus vobis adhuc ærate viuidâ in certamine temnenda occubere, & post funera celebrari, omnino magis est consentaneum. Nec enim fugitoribus immortalitatem dare natura potest, quæ animis nudari corpora metuit. Non est in hac vitâ locus, quem mors æquo pede non pulser. Nihil rerum humanarum mœstia & dolore vacat, quibus permista sunt omnia. Vita nostra magna & crudeli necessitate regitur. Ne diem ultimum ali- quantum proferri, & amplas inde rerum gerendarum occasiones offerri magnoperè desiderate; cum & otio, inertiæque, & vagis voluptatibus perfruendis inde fa- cultas pateat. Viriles præstate animos, & mutationem istam rerum admiramini. Confugit enim ad vos Rex Babylonius, cum potentia sua Persicâ in seruitutem re- dactus; & cum corpore suo tantum non etiam regnum suum arbitrio potestatiique vestræ commisit, in pietate sacrorum que profitemur, spe maximâ sibi constitutâ videlicet. Auersantur tyrannidem Persæ. Infido Varanus præsidio nititur, stirpe regiâ minimè procreatus. Quapropter ab insolentia & iniurię legibus imperium auspicatus, brevi seditionibus exagitabitur. Nam vbi violentia, ibi res in tranquillo possideri non solet. Hæc in mentum vestrarum penetralibus, litteris in aspergita- bilibus inscripta recondite: & quæ opportunè à me di- cta sunt, ea in ventos diffundi ac dissipari ne permitti- te, ne dedecus & ignominiam ipsâ frustratione tristio- rem reporteris. Vnigenitus Dei filius, ante secula Deus, princeps copiarū Domini Imperator, vos ad prælium deducat, exitumq; spe ipsâ faustiore vobis largiatur.

15 Posteaquam hæc milites Romani auribus hau- serunt, divino pleni afflatu, alacritateque & animi ro- bore inuesti communiti, de cetero ad opus ipsum per- agendum furebant, & sobriâ quadam insaniâ quasi cæstro perciti, arma ferebant. Potest enim contemptu huius lucis ingenerare etiam virilis & robusta oratio. Ergo discedentes ultra pergunt. Chosroë, indigena- rum fidem suspectam habenti, custodes de corpore **Cap. 5.** Animatis Romanorum constituuntur. Domitianus Narce Duce militibus confirmato, in Romanam ditionem regreditur. Exer- domum re- ditus prope Mygdonum fluuium castra metatur.

C A P V T V.

Constituitur filiorum Imperatoris tutor.

16 N O omittemus etiam illa huic historiæ adscri- bēre, quæ de eius (Mauricij) testamento dicu- tur. Imperium ineunte Heracio, tabellæ inuolutæ & obsignatae inuentæ sunt, in quibus cōscripta patebant, quæ post suum ex hac luce discessum fieri vellet. Nam cūm imperij sui anno a quinto decimo in morbum dif- ficilem esset lapsus, de imperio constituit, & in litteras constituta redigit. Theodosium filiorum natu maxi- **Lib. 8. c. 11.** Testamē- mum Constantinopolis Dominū fecit, cum administra- tū Mauricij. cōfessione Orientis. Tiberio Romam veterem cum Italiam & insulis in mari Tyrrheno, decretuit. Ceteras Roma- næ ditionis prouincias inter reliquos filios distribuit, iisque ætate adhuc immaturis Domitianum cognatum suum, nobilis Ecclesia Melitenensis Antistitem, virum **Eius exe- rebus agendis dexterum, consilio dexteriorem, tuto- mitianus.** tū Mauricij. designauit. Quamobrem Imperator maioris mo- menti negotia ei expedienda, ob eximiam prudentiam committebat. Sed de virtute huius viri nihil nunc qui- dem attinet agere pluribus.

a Christi 596. vel 597. Vnde constat ad eum usque annum vixi- se Domitianum. Mortuus tamen videtur ante 603. non effugisse alioquin immansimè sauentis Phoca manus, cūm & tantâ polleret auctoritate, & Mauricij tam propinquo gradu cōsanguinitatis cōtin- geret, nec funus tam honorificè elatū fuisset, ut ex Menais dictum est.

D E

AVCT.
JOSEPHO
RIPA-
MONTIO.

DE S. IOANNE CAMILLO BONO

EPISCOPO MEDOLANENSI.

CIRCI- **M**ARTYROLOGIVM Romanum, ac Petrus Gallesius, S. Ioannis Boni Mediolanensis Episcopi nomen sacris Fastis inscriptū habent iv. Id. Ianuarias. Vitam, ut reliquorum Mediolanensium Presulum, scriptissime fertur Ioannes Franciscus Befutius, quam necdum vidimus. Compendium illius habet Ferrarius in Catalogo SS. Italiae. Eius quoque post ceteros gesta succinctè & eleganter recensuit Josephus Ripamontius, lib. 8. cuius hīc narrationem dabimus.

2. Meminist S. Ioannis Sigonius lib. 2. de regno Italiae ad annum 659. & 669. & Claudio Robertus in appendice ad Galliam Christianam. Ioannes Antonius Guarnerius in vita S. Ioannis Bergomensis, ita scribit: Nonnumquam quoque coniunctā suorum manu cum Ioannis Boni Antistitis Mediolanensis copiis, implorantibus Catholicis auxilium tulit, contra nimirum latrociniis gravantes Arianos. Actorum Ecclesiae Mediolan. parte 2. hec de S. Ioanne Bono memorantur: S. Ioannes Bonus Camillus, Genuensis, Ioannis Bergomensis Episcopi sancti simi consuetudine coniunctus, Archiepiscopus creatus, immanni Barbarorum dominatu non deteritus, ab urbe Genua, ubi aliqui Archiepiscopi diu manserant, Mediolanum ad stationem sedemque Archiepiscopalem rediit: quam summā cum laude tenuit annos decem. Romam ad synodum Martino I. Pontif. venit: Arianos Bergomo depulit: in oppido Decio ecclesiam S. Materni confecravit. Miraculorum laude clarus, obiit in Domino iv. Idus Ianuarij. Reperitur Ioannes post synodum Romanam consentiens subscriptissime. Ea verò cum habita sit Constanti, siue Constantini, Heraclij nepotis, anno 9. Indict. 8. Christi nimis 649. consequē est Ioannem non anno 650. vt scribit Ferrarius, nedum 659. vt Sigonius lib. 2. de regno Italiae, Episcopum esse factum. Sed fateatur Ferrarius chronologia hīc videri perturbatam: sc̄ rationem.

3. Cum S. Michaelis, in quā S. Ioannis Boni conditum olim fuerat corpus, aeuo iauu satisceret basilica; S. Carolus Borromeus eam penitus demoliendam censuit, presertim quod aequo proprio sa: bedrali ecclesia esset. Prius igitur visum est faciēdum, vt Diuorum inde sacrā pignora, quā par est religione, transferrentur. Ergo prudie Ascensionis Christi, anno 1582. cantatis isthie solemniter vesperis, sancti Antistitis corpus suis ipse manibus in affabre concinnatam thecam staniam compositum: caput inde exemit, argenteo capiti includendum. Peractis deinde solito more vigiliis, postridie, festo nimirum Dominica Ascensionis, xxiv. Maij, celebri institutā supplicatione, cui Cardinalis Palearottus cum Clero populoq; vniuerso intersuit, sacras illas exuvias ad Metropolitanam adem transstulit, (ed quoque animarum qua S. Michaelis parœciā censerentur, curā reuocati.) inq; arā recens ad dextram templi partem, ubi alteram ianuam occulserat, edificatā, Sancti q; Ioannis Boni nomine dicatā, collocauit. Ita in vita S. Caroli, Carolus à basilicā Petri lib. 6. cap. 3. & Ioannes Petrus Giuffidius lib. 6. cap. 15.

VITA EX HIST. MEDOLAN. JOSEPHI RIPAMONTII.

a **I**OANNES a inde Camillus sedet, homo Ligur, cognomento Bonus, siue maternā gentis hāc appellatio fuerit, siue præmium eximiā bonitatis animi, & virtuti honos ex communi famā. Is priuatis rebus diu versatus in aulā Romanā, & b Gregorio Pontifici Maximo ante omnes acceptus, eius missu legatus olim ad

b c Theodolindam venerat Mediolanum. Inde gratiosus apud Principes, & expectatione summā. Nam & videbant ab Reginā in caritate habitum ac honore; & satis constabat, huius potissimum operā & auctoritate viri,

restituta damna, quā d prima Longobardorum irruptionio rebus Ecclesiasticis intulisset. Accedebat ed, quod non aliis è tempestate prudentior omnis humani diuinique iuris habebatur: eāque famā & prædicatione per ora hominum ibat.

2. Itaque cū ad solemnia Pontificatus expessenda venisset, noua bonis omnibus affulsiſſe loc. est visa. Monothelani verò, & f quisquis rem Catholicam, In Episcopatusque capite ac præside mallet esse, vel certe tale caput magistrum auctoritatem auferantur, inhorruere. Terrorem super omnia fecit perdito mortalium genesias. quod interitus atque inconcussus ipse, nullo turbaram respetu, nullāque trepidatione, statim vt est Archiepiscopus renuntiatus, ad suum pastorale munus venit; veluti sepe periculis obiectans, & ultro lacescens ea, quā suspensi, ac vitabundi ceteri, partim secessione Ligusticā, partim domesticis latebris de clinassent.

3. g Ioannes erat alter Borgomenū Antistes, altitudine animi, & studio religionis incorruptæ, recte cum Ioannis Boni moribus, & sanctitate compositus; acer idem, ac vehemens ingenio, & quamcumque in partem incubuisse, ad finem usque destinatis inlistens. Cum hoc Ioanne, quia præclaris illius adiumentis ad rem gerendam animosque persanandos indigebat, amicitiam familiaritatemque corraxit Ioannes Bonus. Neque ille partem laboris abnuit: præbuitque sepe comitem ad confutanda Monothelitanorum dogmata, quā quotidie magis inualescebat.

4. Eius negotijs causā, dum Bergomo Mediolanum Huius commeat, rursusque Mediolano domum reuertit, flu- miraculū. men h Abduam calcasse pedibus dicitur; & in multorum sūpè conspectu veluti per solidum illac incesisse. Sunt i qui miraculi gloriam huius in Mediolanensem trahant, cū hic vicissim ad illum excurreret officij, vel auxilijs causā. Etiam ego malim de nostro ve- rum esse, sed plures ad illum alterum inclinauerē.

5. Bonus quā suis, quā socij viribus, & auctoritate, Ioannes cū hæselim labefactasset Monothelitanā, ad ea quā Decij tem- proxima erant animum conuerit, condiditque tum plu- struit. alibi, tum Decij presertim insigne templum, addito Sa- cerdotorum collegio, qui statim horis psallerent, atque reliqua ibi tum ad Dei cultum, tum ad salutem animarum obirent munera. Decium oppidum decimo ab urbe lapide, vel opportunitate loci, quā multos haud ignobiles pagos, amēnā circumfusā planicie, complectitur, vel amplitudine suā, quā plurimas numerat familias; Episcopi præcipue curam aduertit, vt illud ad hunc modum esse nobilitandum putaret. Ædes dictata est k Materno, census attributus, descriptæ Canonicis leges; n: que res vila omissa, quā ad constituendam illic discipinam pertineret.

6. Exarsit inde bellum atrox, quo l Pertaritus, & Gundipertus, soliti inter fratres odiis in mutuam per-Turba ini- niciem armati, leque & Rem publicam perdidere. ter Longo- m Neque viator viriusque Grimoaldus meliore vīsus bardos. est fortunā: & Ecclesiæ res inter hasce Regum calamitates misericorditer fluctuatæ. Refouiteas & confirmavit parua dictu res; sed quā tantum Catholice religio- ni conciliauit auctoritatis, vt violandi eam & contemnendi verecundia apud omnes oriretur. n Erat in Tar- rentino agro squalidus habitu, vultuque, & magnā famā seueritatis anachoreta; de quo erat opinio multarum rerum firmata successu, tamquam ea, quā futura prædicaret, constarent ineuitabili necessitate, & illius omnia vaticinia certissimi exitus consequentur. Siue aduersa, siue prospera Regibus populisve denuntiaret, viriusque

Clades.
*Grecus ab
eremita
prædicta,*
vtriusque fortunæ, vel tristitia, vel gaudium, non securus atque præsenti damno, vel utilitate animos occupabat. Hunc hominē Constantopolitanus Imperator infestus Longobardo nomini, per hæc fortè tempora cùm in Italiam exercitum traieceret, adiit cupidine sciscitadi, quem bello finem caneret; & an ex acie victor effet redditurus. Cùm ille tristia cœpta, & irritos conatus affirmare non dubitasset, propterea quòd scilicet Baptista gentem tueretur, quem sibi Patronum adoptasset; pergit tamen imperator fortunam experiri, vaticinâque denuntiatione nihil permotus, impigre bellū, ut destinārat, molitur. Committitur prælium vrimque summâ, vi, tantâ videlicet, quantam esse oportuit in eo certamine, cuius finis, victori decus Italiz recuperata, vieto turpem fugam, finem opum, malorum extrema laturus effet. Ac primò quidem, neutrò inclinatâ spe, diu manibus æquis, & incertâ victoriâ pugnabatur. Mox Amelongus ab Longobardâ parte facinus edidit, quo percusus Imperatorius exercitus, cùm attonito simili aliquamdi fluctuasset, extemplo dedit terga, vltroq[ue] hosti victoriam concessit. Hastile regium is fortè Amelongus tenebat, & inter ardorem pugnæ, cùm ex vtrâque parte plurimi caderent, aut vulnerarentur, conspicatus inferentem sese ferocius Græcum militem, vibrat repente hastam, hominemque transuerberatum tollit sublimem, & vt erat immani corporis robore, quatiebat ludentis more distentum per aëra corpus. Id spectaculum obiectum Imperatoriis, fuge ip[s]is initium fuit, Longobarbo victoriam dedit. Nec dubitauere, quin cædes humanâ vi maior, Baptista tutelaris auxilio & præsentia, effet patrata. Ita res Ecclesiastica nacta robur, & anq[ue]ritatem: reuixitque Mediolanensis Pontificatus, quem memorati paullò anteatumultus oppresserant.

*S. Ioannis
Boni obi-
tus.*
7 Accessit ei confirmado & stabiliendo graue quoque aliud momentum. Namque Rex Grimoaldus, operâ Bergomensis Episcopi, quem Bono fuisse comitem & adiutorem memoriaui, penitus Arium atque peruersam eius doctrinam abdicavit. Eius rei monumentum in Abduanâ glareâ ædes D. Alexandri Catholico ritu est dicata, quam anteâ sacris Arianis sectæ illius antistites profanarant.

*S. Ioannis
Boni obi-
tus.*
8 Nec multò deinde postea Ioannes Camillus Boni Archiepiscopus extinguitur. Corpus eius vsque in p[ro]p[ter]a Hereberti tempora latuit in tenebris, nullo cultu, qui cælestis animæ reliquiis deberetur. Heribertus diuinus repertum, in D. Michaëlis arâ, non sine pompâ solemnibusque ceremoniis collocavit.

a Post Phortium, sive Fortem. Scribit Ferrarius, diu eam dignitatem deprecatum esse.

*Corporis
insueta.*

DE S. AGATHONE THAVMATVRGO ROMANO PONTIFICE.

*CIRCI-
TER AN.
CHR. DC.
LXXXII.
X. IA-
NVARII.
S. Aga-
thonis na-
talu:*
1 **S**ANTISSIMI Pontificis Agathonis natalem Mar-
tyrology Romani tabula IV. Id. Ianuarii consignant,
his verbis: Romæ S. Agathonis Papæ, qui sancti-
tate & doctrinâ conspicuus quieuit in pace. Fufius Gale-
nius: Romæ S. Agathonis Papæ. Hic patre Romano
natus, ex monacho factus Pontifex, multæ mansuetu-
dinis ac tantæ sanctitatis, vt leprosum obuiâ sibi fa-
ctum, osculo à morbo liberârit. Contra Monothelitas
hæreticos Constantinopolis Concilium habuit. Sedit an-
nos duos, menses tres. Sepelitur ad S. Petrum. Adhuc
prolixiori elogio celebratur à Franc. Maurolico, & Martyrolo-
gio Germanico. Meminerunt eius hoc die Carthusiani Col-
onienses in Addit. ad Vfuard. Hugo Menardus, VVion, Dorga-
nius, Octavius Caietanus noster in Ideâ operis de SS. Siculis,
mss. & alij.

2 xxii. Februarij ista habet Galesinius: In Græciâ S. A-

b Obiit S. Gregorius anno 604. Ioannem oportet, cùm decepsit, Avcr. admodum grandarium fuisse, s[ed] ab eo ad legationes addibitus est. Fer. Iosephus scribit eius potissimum consilio basilicam S. Ioanni Baptista à RIPAB. Theodolindâ excitatam Modoetia, sive Modicæ, oppido 12. milli- MONTIO. bus distante Mediolano; quod olim Moguntiacum, nunc Monza dici aiunt, ad Lambrum flum. De qua basilicâ, Paulus Diac. lib. 4. cap. 22. Sigonius lib. 1. ad ann. 601. Braunerus tom. 1. lib. 4.

c Garibaldi Boiorum Ducis filia fuit Theodolinda, Authart Longobardorum Regi nupta an. 585. eo mortuo, Agilphum, mari- tum sibi, & genit Regem, sed volenti, adscivit; atque eum cum populo universo ad Catholicam fidem traduxit, circiter annum 592. Post huius quoque excessum, cum Adalualdo filio regnum annis aliquos prudentissima mulier administravit.

d Conigit ea anno Christi 568.

e Vulgarius & rectius Monothelitæ dicuntur, quod unicam in Christo afferent voluntatem, ut sic uniuersitatem tollerent naturam. Eorum principi duces fuere Athanasius Antiochenus, Pyrrhus Constantinopolitanus, Cyrus Alexandrinus, sub finem imperij Heraclij.

f Acephali dicti qui sine certo capite barefim fouebant. Et primò quidem sic appellati sunt, qui post Concilium Ephesinum adhuc Nestori errores tuebantur. & nec S. Cyrillicus, nec Ioannis Antiocheni partes sequebantur, sed eorū abque capite synaxes agebant. Ita Baronius ad an. 433. num. 21. ex Liberato Diacono. Ab uitatiis, qui Chaledonense Concilium damnantes, neque Zenonis, quod vocabant vnituum, sive iuslinum, diploma suscipientes, à Petro Mogo Pseudoepiscopo Alexandrino illud amplexo secessione fecerunt. Acephali, siue capite carentes dicti, quod Patriarcha suo relatio, eorū similitudinem communicarent. Ut pluribus Baronius ad an. 482. n. 42. His se postea ducem præbuit Severus, patronum Anastasius Imperator. Ex his nati Monothelitæ, qui licet Chaledonensem synodum amplecti se simularer, duas tamen in Christo voluntates & operationes negabant. Quare ij quoque Acephali dicti. De Monothelitæ plura mox cùm de S. Agathone. Ripamontius nomen Acephalorum vijes est hic voluisse interpretari, sed nimium generice.

g S. Ioannis Episcopi Bergomensis & Martyris vitam dabimus xi. Julij.

h Addua, quibusdam Abdua, Polybio Adœus, Straboni Adœus, vulgo nunc Adda, è Reticarum Alpium iugo, per vallem Tellinam, lacumq[ue] Larium, sive Comensem fuit, tandemq[ue] Pado supra Cremonam misetur.

i Inter eos est Ferrarius.

k S. Maternus IX. Mediolanensis Episcopus colitur XVIII. Julij.

l His Aripertus pater an. 661. vt Sigonius lib. 2. tradit. moriens regnum Longobardorum ita diuise, vt prior Mediolani, alter Papia regnaret.

m Cur id hic auctor scribat, haud scimus. Anno regni sui 10. obiit Grimoaldus, Christi 672. vt vult Sigonius; à S. Ioanne Bergomensis conversus ad fidem, viatoris aliquot illistris. Confuse Sigonium loco citato, Parulum Diaconum, &c.

n Sequentem prophetiam. & cladem Græcorum refert Paulus Diaconus lib. 5. Sigonius, alij.

o Leander Albertus Addua glaream appellari scribit regionem Addua Serioq[ue] annibus conclusam usque ad Bergomatum montes; à Merula Insulam Fulcheriam dicit; uberm cumprius & vicis colonis frequenter esse.

p Huius meminit Sigonius lib. 8. de regno Ital. ad annum 1047. In Adua Ecclesie Mediolan. dicitur à Benedicto VIII. qui ab anno 1013. ad 1024. fudit, ordinatus, sedisse annos 27.

gathonis Pontificis. Is parentum curâ omnibus sacræ Scripturæ litteris studiosè admodum eruditus, eum pietatis fructum tulit, vt illis mortuis, statim congregatas vnum in locum facultates die uno pauperibus distribuerit. Deinde monachalis vitæ disciplinam amplexus, Thaumaturum diuino cultui se dedit: dies nocteque cùm in turgis oratione & precibus esset, Dei munere & gratiâ id factum est, vt miracula multa ederet, vnde Thaumaturgi nomen accepit. Postea Summus Pontifex creatus, te Ecclesiasticâ publicâ optimè administratâ, singulare castissimæ religionis, sanctimoniaz, & admirandæ sollicitudinis exemplum reliquit. Eodem die VVion: In Græciâ S. Agathonis Papæ, cuius festivitas à Latinis IV. Id. Ianuarii celebratur & Ferrarius: Romæ S. Agathonis Papæ.

3 Eadem ferè qua Galesinius memorant Graci in Menais

xx. Fe-

Auct. xx. Februario: Hic S. P. N. & miraculorum patrator **Anasta-** Agatho ex Italiâ oriundus fuit, Christianis piiis religio-
sio Bi- s filique parentibus natus: à quibus, ipso allaborante, fa-
bliothec- cario.
Vita ex Menais: compunctus est, vt mortuis parentibus omnes illorum
opes & thefauros in pauperes, quos euocârat, vnâ si-
mul die expenderit & disperserit, ipseque cœnobium
intrarit, & vestem religiosam induerit, Deoqué dies &
noctes deseruiret, ac pro toto mundo preces assiduas
funderet. In vita porrò monasticâ tantoperè profecit,
eoqué in virtutibus progressus est, vt gratiam sanitatum acciperet. Tandem inclarescentibus eius virtutibus, Romanus Pontifex est creatus; in quo munere
cùm se pro dignitate officij præclarè gessisset, ad Do-
minum emigravit.

Ex Galesinio & Menais coniicere licet, vitam eius apud Gracos fusiū descriptam legi. Perbrevis extat in libro de Romanis Pontificibus auctore Anastasio Bibliothecario, quā continetur compendium quoddam Actorum sexta synodi Oecumenica, sive tertia Constantinopolitana, qua fusiū tomo 3, Concilior. par. 1. digeruntur, etiā à Gracis corrupta; retensem ea quoque Baronius tom. 8. ad an. 679. 680. 681. De Agathone agunt quotquot vitas Summorum Pontificum scripsierunt, historiamve miracula: Ecclesiasticam prosecuti sunt. Accuratio Andreas du Chesne to. I. Historia Pontificum. Platina inter cetera illud narrat miraculum de leproso, quem Agatho osculo sanauit, quod est in Galesinij ceteraq; recentiorum martyrologia relatū. Alia plurima edita ab eo miracula fuisse necesse est, vt Thaumaturgi, sive miraculorum patratoris nomen mereretur.

tempus Sedis. **Haud satis constat quo die, aut etiam mense, Pontifica- tum inerit Agatho, vt in Notis dicimus. Epistola Constantini Pogonati ad Donum Agathonis decefforem data pri- die Id. Augusti Indict. 6. Agathoni redditia est. Vnde saltē habemus anno Christi 678. exente sedisse. De anno, mense, die mortis minus etiam constat. Extat in Actis sexta synodi Oecu- menica sacrum rescriptum piissimi & Christum diligenter Imperatoris Constantini ad Leonem sanctissimum & beatissimum Papam senioris Romæ, missum per eos qui illuc directi erant à superstite Agathone sanctæ memoriae, datum 13. Decemb. Indict. 10. inchoatā scilicet, anno 681. vt patet ex epistolâ, qua ibidem extat, S. Leonis II. ad Constantium Augustum datâ Nonis Maij, Indict. 10. anno nimis 682. Vnde confici videtur Agathonem ante Decembrem anni 681. vitâ functum, subrogatumq; Leonem. Nisi, vt Acta synodi huius depravata à Gracis, ita & perturbata chronologia ratio est. Baronius scribit Leonem, qui mensis solū 10. dies 8. sedisse traditur, adhuc superstitem fuisse cum habitum est concilium Toletanum 14. anno Christi 684. Verum id solū isthic dicitur cap. 3. mandatum Leonis perlatum esse in Hispaniam cum tellus omnis hyemali stricta gelu, glaciali niuum immensitate duruisse, & iam rediissent Patres à Concilio, Toletano scilicet 13. celebratos sub finem anni 683. Ex epistolâ quoque Benedicti Papa ad Petrum regio- narium, isthuc à Leone missum, videtur colligi, antequam Con- cilium istud 14. haberetur, mortuum fuisse Leonem, cum eum hortetur ad commissum sibi ab illo ministerium peragendum. At de hac rursus ad vitam Leonis 28. Iunij. In Bibliotheca Floriacensi editâ Ioannis à Bosco Calestini opera, extat Aga- thonis ad S. Edictum Viennensem Episcopum epistola, pridie kal. Martij data; quā significat se post redditum Legato- rum à synodo Oecumenica, Roma Cœciliū celebrasse 100. cir- citer Episcoporum, cui Donatus, Edicti Diaconus, inter- fuerit. Vnde concludit Henricus Spondanus Agathonem diu ultra x. Ianuarij superstitem fuisse. Sed quid si pro Leonis no- mine, Agathonis perpetuam à librario substitutum est?**

VITA

AVCTORE ANASTASIO BIBLIOTHEC.

AGA THO natione a Siculus ex monachis, sedit annos 2 duos, menses sex, dies tres. Tantum be- nignu & mansuetus fuit, vt etiam omnibus hilaris, &

iocundus comprobaretur. Huius temporibus & Theo- dorus Archiepiscopus Rauenæ semetipsum Sedi Apo- **s. Agatho-** stolica post multorū annorum curricula præsentauit. **nubeni-** **gatuit.**

2 Hic suscepit & Diualem iussionem piissimorum **d** Principum & Constantini, Heraclij, & Tiberij Augu- **e** storum per Epiphanium gloriosum à secretis, missam **Legati** Præcessori suo Dono Papæ, inuitantem atque adhortan- **f** Dei Ecclesiarum. Quod & ordinare non distulit. Et **g** dixit Abundantium & Paternensem, Ioannem b Rhe- **h** gitanum, & Ioannem Portuensem Episcopos; & Theodo- **i** dorum, & Georgium Presbyteros, Ioannem Diaconi- num, & Constantinum Subdiaconum, Theodorum Presbyterum Rauennatem, atque religiosos seruos Dei monachos.

3 Clerum videlicet diversis ordinibus, & super quod **Euer ac** competebat, eos honoribus ampliavit. Hic ultra cō- **Arcaius.** suetudinem & Arcarius Ecclesiaz Romanaz efficitur, & **k** per semetipsum caussam arcarię dispoluit, emitens vi- delicet de suscep̄ta per nomenclatorem manu suâ obū- bratas: qui infirmitate detentus Arcarium iuxta con- suetudinem instituit.

4 Huius temporibus, Indict. 8. Luna eclipsim per- **l m** tulit mense Junio, die 1. 28. Similiter & mortalitas **Post eius** tempore. maior atque grauissima subsecuta est, mense suprascri- pto, Iulio, Augusto, & Septembri in vrbe Româ, qua- lis nec temporibus aliorum Pontificum fuisse memo- ratur, vt etiam parentes cum filiis, acque fratres seu so- rores bisatim per lectos ad sepulchra deducerentur. Postmodum verò foras circumquaque suburbana, & castra eadem mortalitas deuastare non cessauit.

5 Qui suprascripti Missi Sedis Apostolicæ, qui di- **n** recti fuerant, in regiam urbem ingredientes & die 10. mensis Nouembris, nonā Indict. Domino solante, at- que Principe Apostolorum comitante, suscepiti sunt à Principe in oraculo B. Petri Apostoli intra palatium, portigentes ei scripta Pontificis. Quæ dum suscepisset, **Legati ap-** commonuit eos atque adhortatus est, vt non per schi- **polim.** sma aut furorem, sed pacificâ dispositione remittentes philosophicas assertiones, puram sanctorum Scriptu- **pellare** **Honorificè** **tradicatur.** **r** **Scriptarum Patrumque, & probatam fidem per Synodalia decreta satisfacerent. Et dans inducias ad retractanda scripta, tribuit eis omnia, quæ ad sustentationem suf- ficiebant in eorum expensas, in domo quæ appellatur Placidia. Die 18. mensis suprascripti die Dominico, ad- uocati sunt in processione ad sanctam Dei genitricem in Blachernas, in tantâ honorificentiâ, vt etiam de pa- latio caballos stratos dirigeret cum obsequio pietas Imperialis, & sic eos suscipiteret; et ipsa commonens, vt pacificâ assertione testimonia venerabilium Patrum proponerent.**

6 Die oī vigesimā secundā mensis Nouēbris p in ba- **o p** silicâ, quæ Trullus appellatur, intra palatium, sub **Sexta sy-** regali cultu, residente cum Constantino Aug. Geor- **nodus** **Oecumeni- ca.** Hypati, omnelque Incliti introierunt. Et habitâ in- quisitione ab eius pietate, cuius partis deberet ostendio approbari, Legati Sedis Apostolicæ dixerunt: Op- portuna veritas, & ratio exigit, vt à parte eorum, qui vnam voluntatem, & operationem in Domino Iesu Christo asserunt, Apostolicæ Sedis auctoritas exponatur. Qui audientes leti effecti, paratos se esse dixerunt. Et acceptâ licentia, eâ horâ suos intromiserunt libros & tomos diuersos, & synodos, quas falsauerant. Nam non per veritatem se superare existimabant, sed per **Fraus ha-** mendacia & diuersa commenta, quæ in libris suis ipsi **reticorum** **in libris** addiderant. Et relegentes per singula, reperti sunt **corrum-** **pendae**, vnam operationem & voluntatem in Do- **mino**

mino Iesu Christo esse dicentes. Et in quinta synodo epistolam / Vigilij Papæ ad Mennam Patriarcham, atque libellum eiusdem Mennæ in quaternionibus nouiter additis, falsauerunt, vnam voluntatem & operationem dicentes. Quod coram Principe, & synodo claruit. Aliâ die Catholicæ fidei defensor pius Princeps in secretario residens, inquisitione de ipsis codicibus factâ, ita reperit falsa nouiter addita fuisse.

7 Die 12. mensis Decembris residente synodo cum eius pietate, suscepit sunt Missi Sedis Apostolicae, & præcepit eos in synodo residere, præsentantes locum sanctissimi ac beatissimi Agathonis Papæ. Quibus dictum est, vt omnes libros, quos scirent ad caussam fidei pertinere, coram synodo adducerent: quod & factum est. Et vocato Georgio Diacono & Chartophylace Ecclesiæ Constantinopolitanæ, præceptum est ei, vt iuxta eorum notitiam codices ex bibliothecâ Ecclesiæ ad medium deduceret, & dum adducti essent, & relegerentur, utique similes reperti sunt, duas naturas, dualque voluntates & operationes in Domino Iesu Christo habentes. Et confusus Macarius coram synodo inuentus est mendax. Tunc interdixit pietas Augustalis Georgio Patriarchæ, vt minimè in Ecclesiâ suâ suscipiter Macarium, vel eius homines, interdicens ei processum. Hæc prima eius ruina fuit.

8 Die xiiii. mensis Februarij auxiliante B. Petro Apostolo, vt veritatis lumen appareret, intromissa sunt coram synodo venerabilium Patrum dicta, & Ioannis Constantinopolitanus, Cyrilli, Athanasij, Basiliij, Gregorij, Dionysij, Hilarij, Ambrosij, Augustini, & Leonis, duas naturales voluntates & operationes in Christo dicentium, ad satisfactionem Princepis, vel synodi. **x** Sub sequenti die in eodem secretario residente synodo vna cum Principe, Synodica sanctissimi Agathonis Papæ electa est, & ad singula comprobata Patrum dicta inserta: in qua Synodica Episcopi Occidentalis partis subscripterunt numero centum viginti quinque.

9 Cumque posthac adhortatus est, nec dicendus Macarius à sanctâ synodo, vel à pio Princeps, omnique Senatu, vt profiteretur vnam aut duas confiteri voluntates vel operationes: qui nullatenus audiuit, sed potius neque vnam, neque duas in Salvatore dicere voluit. Deinde protulit piissimus & serenissimus Princeps tomum ad relegendum, in quem vanum haereticum dogma Macarij erat conscriptum, & eius manu subscriptum, apertissime vnam voluntatem in Domino affirmans. Sub ipsius scriptione, & Theodori Expatiarchæ, utique iuxta eum tenorem, ibi subscriptio erat. Et interrogatus Georgius Patriarcha, si eam fidem, quam docet Sedes Apostolica, amplectitur, iuxta scripturam venerandi Agathonis Papæ, seu sanctorum, ac venerabilium Patrum. Qui respondit, quid acceptâ licentia, in scripto quæ opportuna erant responderet. **A a** Et in his recentes, die A^o xvii. mensis Februarij, die Dominico intra oraculum S. Petri intra palatum astante B^o Syncleto, simulque & Patriarchâ, Legatos Sedis Apostolicae suscepit, relegens suggestionem aliam pro eorum commendatione a sanctissimo Papâ directam. Qui Georgius sanctissimus Patriarcha professus est eo die in scriptis duas naturas, duasque voluntates & operationes in Domino Iesu Christo se credere & praedicare, sicut Sedes Apostolica credit; anathematizans eos, qui vnam naturam, voluntatem, & operationem in Domino Iesu Christo dicunt.

10 Die vigesimâ quintâ mensis Februarij residente synodo, vna cum pio Princeps, simulque & Legatis Sedis Apostolicae, Macarium adesse iusserunt. Et datâ à Princeps licentia, vt se partes quis in quas veller diuideret; Georgius Patriarcha regia civitatis cum suis in parte Orthodoxorum stetit: Macarius vero cum suis in parte aliâ haereticorum. Et deducentes ad medium professionem Georgij Patriarchæ, quam fecerat, portrecta est Princepi, & electa est. Et commonitus supra-

Tom. I.

scriptus Macarius, quid sentiret, vel crederet. Respondit se in ea perfidiâ, quam ante proposuerat, perdurare, & nullatenus orthodoxa fidei acquiescere. Eâ horâ sancta synodus vna cum Principe eius C^o orarium auferri iusserunt à collo eius. Et exiliens D^o Basilius Episcopus Cretensis Ecclesiæ, eius orarium abstulit. Et anathematizantes proiecerunt eum fortis synodus, simulque & thronum eius. E^o Stephanum auctem discipulum eius cœrnicibus à sanctâ synodo Clerici Romani eiuentes expulerunt.

11 Eâ horâ tantæ tela aranearum nigerimæ in me- Symbolum dio populi cœciderunt, vt omnes mirarentur, ac dice- hæresos. rent, quid sordes hæresum expulsæ sunt. Et Deo afixi- liante, vniæ sunt sanctæ Dei Ecclesiæ. In loco vero Ma- catij ordinatus est Ff Stephanus Abbas monasterij, Ff quod appellatur Gg Baias insulae Siciliensis, Patriarcha Gg Ecclesiæ Antiochenæ. Macarius vero cum suis amato- tribus, id est, H^b Stephano, Anastasio presbyteris; & damnati Leontio ex diacono, Polychronio, Epiphanius pre- alij. sbyteris, & inclusis, in exilio in Iⁱ Romanam dicitur H^b sunt ciuitatem. Deinde abstulerunt de K^k diptychis Ec- Iⁱ clesiarum nomina Patriarcharum, vel de picturis Ec- K^k clesiarum figuræ eorum, aut in foribus, vbi vbi esse poterat auferentes, id est, L^l Cyri, Sergij, Pauli, Pyrrhi, Petri, per L^l quos error orthodoxæ fidei usque nunc pullulauit.

12 Tanta autem gratia diuina omnipotens con- Legati Pa- cessa est Missis Sedis Apostolicae, vt ad latitudinem popu- pe Gracia li vel sancti Concilij, qui in regia urbe erant, M^m Ioan- gratijs. nnes Episcopus Portuensis Dominicorum die octauarū M^m Paschæ in ecclesiâ beatæ Sophie Missas publicas Latinè celebraret corâ Princeps & Patriarchâ, vt omnes vanni- miter in laudes, & victorias piissimorum Imperatorum, eo die Latinis vocibus acclamarent.

13 Hic suscepit Diualem iussionem secundum suam postulationem, vt suggestit, per quam releuata est quætitas, quæ solita erat dari Nⁿ pro ordinatione Pontifi- Nⁿ cis facienda. Sic tamen, vt si contigerit post eius transi- tū electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus Alie S. A- fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in re- gationis. gathonis res gesta. giam urbem secundum antiquam consuetudinem, & cum eorum conscientia & iussione debeat ordinatio prouenire. Hic dimisit omni Clero rogam vnam, & ad luminaria Apostolorum, & S. Mariæ ad præsepe solidos duo mille centum & quadraginta. Fecit autem ordinationem vnam, Presbyteros decem, Diaconos tres, Episcopos per diuersa loca numero decem & octo. Qui etiam sepultus est ad B. Petrum Apostolum sub die iv. Idus Ianuarij: & cessauit Episcopatus annum vnum, menses septem, dies quinque.

a Pantonio patre, inquit Ferrarius: quem Galloinus & Platina Romanum fuisse tradunt. At Ciaconius Pannonij Ammonis filium facit, Aquilani castro vallis Sicilianæ in præuincia ulterioris Apri- priatu natum.

b Codex Baronij habebat, annos tres, menses 8. dies 15. Liber Luit- prandi nomine editus, an. 2. menses 5. dies 4. MSS. quadam & Cartusiani Colon. in Addit. ad Vetus ad. an. 5. mens. 6. Martyrologium Colon. an. 5. men. 6. dies 15. Binius tribus annis menses circiter quinque addit. Obiit Baronius mendum videri apud Anastasium ir- repisse, dum dicitur Donus Papa obiisse IIII. Id. April quid Diuala epistola Constantini Imper. ad eum data sit pridie Id. Augusti, In- dict. 6. nec videatur potius mors Pontificis quadrimestri integro non perfiri Constantinopolim. Octauius Caietanus noster IO. Iuli ista haber: Romæ, ordinatio S. Agathonis Panormitanæ in Summum Pontificem. Menardus: Roma ordinatio S. Agathonis Papæ.

c Agit hoc de re Hieronymus Rubeus lib. 4. Histor. Rauennat. Reparatus eius decessor idem fertur meditatus Domini tempore, sed morte præuentus non perfecisse.

d Extat ea ante sextam synodum.

e Constantinus Pogonus an. 668. Constanti patri successit, & fratres Heraclium & Tiberium in collegas adjicuit, quos tamen deinde submoxit. Obiit an. 685. relatio Iustiniano filio hærede, qui dein Rhinotmetus fuit.

f Primum vicia habite in Italâ, Galliâ, Britanniâ, contra Mo- notheistas synodi, Agathonis auctoritate. Extat Synodica Mansueti Episcopi Mediolanensis, & Concilij, cui ipse presuerat, nomine. De An- glicano sub S. Theodore Dorouernenbi (qui 19. Septemb. colitur) agit Beda lib. 4 cap. 18. Celebratum illud est ann. 679. mense Septem- bri.

G g g

Georgij
Constanti-
nopolitanus
professo
fides.

Macarius
pertinet
et iicitur
e synodo.

AVCT. bri. Rome quoque an. 680. habita est synodus 125. Episcoporum. Abbo ANASTA-solum meminisse 120. Cisconius 105.

SXI. Bi-g. Hi tres Episcopi Legati fuere ipsius Concilij nomine missi. Vide-

BIBLIOTHE-tur Paternum, cuius Episcopus Abundantius, fuisse circa Traenta

CARIO. annem, qui in finum Tarentinum influit.

Rhegianus hic in Bruttii fuisse Antistes videtur: et Reginus Lepidi, qui synodo subscripti, Mauritius. Fuit Ioannes hic postea Pontifex, sepe Anastasio.

In 4. peculiariter ipius Agathonis Legati fuere, ut patet ex litteris Constantini Imper. ad Georgium Patriarcham, & Actione 1. Theodori verò Theodori Episcops Rauennatis Legitus.

K De Arcario, siue arca preposito; anno, tributorum, vestium, &c. curatore, consule eruditam observationem Ioannis Sauaronis ad illud Sidonij Apollinaris lib. 5. ep. 7. arcarii pondera inuident.

Im 18. (ut etiam habet Abbo Floriacensis) more scilicet Itali- co inchoata ab occiduo Sole. Capit enim ea eclipsi 17. Iunij, horā 8. vespertina, minut. 40. desit horā fere primā post medium noctem sequentis diei, anno 680. Indist. 8.

M De hac peste intercessione S. Sebastiani sedata, agit Paulus Diaconus lib. 6. cap. 5. & Baronius an. 680. num. 50. & nos iterum 20. Ianu. ad vitam S. Sebastiani. Non assentimur Ioanni Stella. qui hac peste extinxit Agathonem scribit, ideoq; tam diu Sedem va-

casse.

Im sub fine Augusti, Indist. 8. vel initio Septembri; ut refert Baronius an. 680. num. 26. & patet ex epistola Imperatoris ad Pa-

triarcham Georgium.

O Fuit quidam 18. Novemb. Dominica: sed videtur haec processio consigilie ante inchoatam synodum, qua tamen, ut edita est, excepta de-

citur 7. Nouemb. sed neque numerus actionum, neque singularium

dies cum Anastasio consentirent.

P In Actis synodi dicitur, in secretario sacri palatij, quod co-

gnominatur Trullus, quia nimirus, ut obseruat Baronius ad

an. 680. n. 4. trullus, fuit trullus, id est, testudine sursum erecta, &

in rostrum concamerata (quam vulgus cupulam vocat) fastigia-

tum erat.

Q Alij 289 habent, alij 170. alij 171. alij 150. subscripti in ulti-

mā actione reperiuntur 166. Lege Baronium nu. 40.

R In Actis δοκιμάσαντες, ex consules, nominantur, Nicetas,

Theodorus, Sergius, Paulus, Julianus, &c.

S Hac in actione 3. habita 13. Nouembrie, ut est in editis.

T Eo die sexta Actio habita, ut est in editis.

V Hac loca Patrum Actio 7. qua hoc die habita dicitur, non re-

feruntur.

X Tota hat Actio deest in editis.

Y 128. nomina subscripta leguntur illi synodica Agathonis epi-

stola. Quidam potest fortassis subscriptare, & tamen aliqua incuria

librariorū videntur excidisse nomina, ut Abundantij & Ioannis

Rhegiani Legatorum.

Z Hic Patriarcha Constantinopolitanus creatus anno 666. ut

istibz num. 1. habet Baronius; ann. 678. quidam hereticus esse, à Con-

stantino Augusto electus est, substituto Georgio. Sed cū postea se

Catholicum insulasset, Georgio an. 682. mortuo, in Sedem restitu-

tus est. Atq; sexte Synodi depraevans.

A A Hoc quoque in editis deest Actio. Littera Dominicalis eo an-

no 681. fuit F, que decimo septimo Februario respondet.

Bb Id est Senatu. Alij Syncello legunt.

Cc In Actione 8. qua habita dicitur 7. Martij, isthac in Maca-

rium pronuntiantur: Merito Episcopatu alienetur: nudetur cir-

cumposito ei pallio, & denudato eo atque in medio astante vna

cum Stephano, &c. Est orarium hic vestu linea Episcopalis, quam

vulḡe roquettam vocant. Sic Iana in vita S. Fulgentij cap. 18.

n. 38. Oratio quidem, sicut omnes Episcopi, nullatenus vtebatur:

tur: pelliceo cingulo sicut monachus vtebatur. S. Gregorius li. 6.

ep. 191. videatur pro communī linea ueste usurpare: duas autem ca-

misiās: & 4. oraria vobis transmisi; erant enim viris conjugatis do-

nanda. Vulgatius linteum quod ori admouetur, significas. S. Hierony-

mus ep. 2. ad Nepotianum paulo post medium: Alioquin ridiculum & plenum dedecoris est, referre marsupio quod lūdarium ota- riūmque non habeas gloriati. S. Ambrosius de fide resurrectionis: Et facies eius (Lazarū) oratio colligata erat.

D d Basilius Episcopus Gortynæ insulae Cretæ, Act. 1. post Patriarcharum, & Occidentalium Legatos primus nominatur.

E e Hoc in Act. 9. habitu 8. Martij referatur.

Ff In Actis Concilij Theophanes appellatur, apud Abbonem Floriacensem Theophanius. Venerab; cum Legatis Apostolici, ut scribit Baronius an. 680. n. 7.

Gg Abbo Floriac Bagias.

Hh Eras Stephanus Abbas & Presbyter; Polychronius mo-

nachus & Presbyter. de huius superbâ soliditate vide Concilij Adio-

nem 15.

Ii Ibi à S. Leone II. S. Agathonis successore, Macarius, Poly-

chronius, Stephanus, alij peruvaces, in monasterium retrorsum sunt;

Anastasius Presbyter, & Leontius Diaconus Ecclesie Constantinopoli-

tanæ, fidem orthodoxam professi, absoluti. Adeo obfiratus fuit

Macarius, ut ne quidem mortuo Stephano, aut Thcophane, Pa-

triarcha, cùm ei sua Cashedra denuò offerretur à S. Benedicto

II. Pap. a se errore pristinos damnaret, parere voluerit. ut ex 2. Nicene

synodo referat Baronius an. 685. n. 8.

Kk De diptrychis egimus 8. Iana in vita S. Attici 5. & 6.

Ll Hi antesignani sunt Monothelitarum: Cyrus Lazorum in Phaside Ep., copus, intrusus ab Heraclio in thronum Alexandrinum an. 630. mortuus an. 640. Sergius Episcopus Constantinopolitanus creatus an. 638. mortuus 639. Successit Pyrrhus, qui an. 642. cùm in suspicionem venisset conspirationis contra Imperatorem, sponte feces- si, sufficit ei Paulus; quo an. 652. mortuo, restitutus est Pyrrhus: huic post paulo mortuo, subrogatur Petrus an. 653. mortuus an. 656. Atque hi nunc in synodo 6. damnari omnes.

Mm Non erat hic precipitus Legatorum, (nam ut ex 1. Actione

pater, Theodorus & Georgius Presbyteri, & Ioannes Diaconus

Synodo praerant, vicem agentes Agathonis sanctissimi & beatissimi

Archiepiscopi antiquæ Romæ, sed quia ordine Episcopuserat

Ioannes, id est Missam celebravit.

Nn Impij primū Gothorum Reges summatam pecunia pendebit à Romane Pontificibus recens creatis iussunt: quam & deinceps

Imperatores Orientales exegerunt, usque ad piiissimum Constanti-

nū IV. Paganatum. Luitprandus à Constantino, Heraclio, Ti-

berio hanc Diualem iunctionem obtinuisse Agathonem scribit.

EPITAPHIVM S. AGATHONIS.

Eiuis olim sepulchro incisum, diu perditum, tandem inter ceteras veteres inscriptiones repertum, atque à Baronio post 12. tomum Annalium publicatum.

Pontificalis apex virtutum pondere fultus,

vt iubaris radiat, personat vt tonitus.

Quæ modò hoc peragit doctrinæ fomes & auctor,

Format enim gestis quos docet eloquiis.

Dum simul * æquiperat virtus & culmen honoris,

Officium decorat moribus, arte gerit.

* aquipa-

Præditus his meritis Antistes summus AGATHO

Sedis Apostolice & fædera firma tenet.

En pietas, en prisca fides: insignia Patrum

Intemerata manent nisibus alme tuis.

Quis verò * dinumeret morum documenta tuorum, * nume-

ret, vel enumera-

re.

DE S. SETHRIDA VIRGINE,

ABBATISSA BRIGENSI IN GALLIA.

SECULO I. **C** ELEBRE cùm primis S. Pharæ monasterium VII. IA- salutum, vnde & Brige appellatum, vulgo Fare- NVARII. monstier, in Briâ Gallie prouincia, diœcesi Meldensi, de quo plenius vel VIII. Decembri, ad S. Phara, siue Burgundofara, S. Sethrida natalem, vel ad eius translationem IIII. Aprilis. Hic eximiā vita sanctitate floruit Sethrida regij sanguinis virgo, cuius na- natalis, **S**ethrida Virginis, Abbatissa Brigensis. Sauffas in supplemento Martyrologij Gallicani: In territorio Meldensi, Brigensi, seu Phara monasterio, S. Sethrida

virginis, quæ Angla natione, hanc ad parthenonam stu- dio religionis profecta, ibidemque professa, votique compos, post Angelicæ vitæ in terris decursum ad sanctissimarum Virginum cælestis consortium migravit. Eius laudes descripsit Beda venerabilis.

Beda lib. 3. historia Ecclesie Anglorum, cap. 8. isthac de eâ tradit: Eo tempore necdum multis in regione An- glorum monasteriis cōstructis, multi de Britanniâ mo- nasticæ conuersationis gratiâ, Francorum, vel Gallia- rum monasteria adire solebant, & filias suas eidem genere, erudiendas ac sponso cælesti copulandas mittebant, maxime

maximè in Brige & in Cale, & in Andilegum monasterio: inter quas erat Sedredo, filia vxoris Annae Regis Orientalium Anglorum, cuius supra meminimus, & filia naturalis eiusdem Regis Edelburg. Vtraque cùm esset peregrina, præ merito virtutum eiusdem monasterij Brigensis est Abbatissa constituta. Hac ille. Ab ipso Anna sanctissimo Rege in Galliam erat missa cum sorore Sethrida, ut ex Henrico Huntindoniensi colligitur, ita lib. 3. historiar. scribente: Minorem verò filiam suam Edelburgh, & filiam vxoris sua Setrid miserat Rex Anna ad monasterium Bruges ad seruendum Domino. Quæ vtraque cùm esset peregrina, merito virtutum Bregensis Abbatissa effecta est. Tunc siquidem mittebant Nobiles Angliae filias suas erudiendas in Bruge, & in Kala, & in Andilegum monasterio. Misit & Ercembert Bruges filiam suam Erchengotam Christi virginem sanctam & præclaram. Cuius opera virtutum, cuius signa miraculorum ab incolis loci illius usque hodie narrantur.

vita religiosa.

3 Meminit quoque Sethridæ Nicolaus Harpsfeldius sec. 7. cap. 17. & Sedridonem vocat: sed quod eius matrem, Ethelburga nouercam facit, haud nobis probatur. Fuit enim S. He-

refwida, soror S. Hildæ, S. Edwini Regis & Martyris neptis, primùm alteri viro nupta, eiq; Sethridam peperit. Eo mater, mortua, Anna Regi Orientalium Anglorum iungitur, cui sorores fratres. S. Sexburgam, S. Etheldredam, S. Ethelburgam, S. Witburgam, Adulphum Regem, & S. Iurminum genuit. Anna verò à Pendâ Merciorum crudelissimo Rege, anno Christi DCLV. imperfecto, in Galliam abiit, inq; Calensi cœnobio vita reliquum sanctissime exegit, coliturq; xxiiii. Septemb. S. Hilda xvii. Nouembr. S. Sexburga vi. Iulij. S. Etheldreda xxiiii. Iunij. S. Ethelburga viii. Iulij. S. V Vitburga xviii. Martij. S. Edvvinus xii. Octob.

4 Cùm verò ab ipso Anna Rege; qui an 654. occubuit, missa sit in Galliam Sethrida, hinc de eius erate fieri conjectura potest. An ipsa prior cœnobio præfuerit, an Ethelburga, qua inferior erat, non constat. Martyrologium Anglicanum innuit sorori successisse Sethridam: sed fallitur dum hanc quoque Anna præfuerit. Regis filiam vocat. Claudius Robertus in Gallia Christiana S. Edelburgam ait S. Phara in monasterij regimine successisse, nullà Sethridæ factâ mentione: at non recte Regis Orientalium Saxonum illam fuisse filiam tradit. Orientalium Anglorum voluit scribere. Vtraque sub S. Phara disciplinareligiosâ vita tirocinia posuit.

DE S. ALDO EREMITA,

PAPIÆ IN ITALIA.

X. IANVARI.

FERRARIUS in catalogo generali Sanctorum iste hac scribit, iv. Id. Ianu. Papia S. Aldi eremita. Ait in catalogo Sanctorum Italie: S. Aldus quando & ubi vixerit, adhuc scire minimè potui: eius corpus Papia primum in sarcophago S. Columbani conditum fuit, inde in basilicam S. Michaëlis translatum est, ibique natalis eius celebrari solet. Meminere illius Iacobus Gualla

lib. 6. cap. 8. Sanctuarij, Stephanus Breuentanus lib. 3. histor. Ticinensis; qui tamè corpus in cathedrali ecclesiâ quiescere scribunt; & Arnoldus VVion lib. 3. ligni vitæ in additionibus: ex quo loco, S. Aldum monachum Bobensem vitam eremiticam in finitimiis locis egisse, coniici potest. Hac Ferrarius. De Bobio illustri monasterio agemus xxi. Nouemb. ad vitam S. Columbani.

DE B. BENINCASE A,

ABBATE VIII. CAVENS.

X. IANVARI.

CAVA ciuitas est in Campania agrigentia, Picentini confinibus, à situ loci vocata, ut Leander in Campania Cauense descriptione, media ferè inter Salernum ac Nuceriam. cœnobium. Iuxta Cauam antiquissimum amplissimumque & opulentissimum prædiis cœnobium est, Cau nominatum. De huius fundatione agemus in vitâ S. Alferij. Coluntur quatuor sancti tuor primi Abbates officia propriis & Misâ, S. Alferius xxi. Abbates. April. S. Leo xii. Iulij. S. Petrus iv. Martij. S. Constabilis xvii. Februarij. In aliorū multorum solemnitatibus fit sacramentum sanctissimâ Trinitate, nimurum B. Simeonis quinti Abbatis xvi. Nouembr. B. Falconis sexti v. Iunij. B. Marini septimi xv. Decembri. B. Benincase octauo hoc die, B. Petri II. noni xiv. Maij. B. Balsami decimi xxiv. Nouembr. B. Leonardi undecimi xviii. Augus. &c.

B. Benincase natale Menardus, Benedictus Dorganus, Arnoldus VVion in Martyrologio monastico, his verbis: In monasterio sanctæ Trinitatis Cauæ, depositio B. Benincase Abbatis. addunt VVion & Dorganus: miraculorum gloriâ insignis. Electus est illius monasterij Abbas Kalendas Februarij 1171. præfuitque usque ad iv. Id. Ianuarij 1194. quo vitâ excessit, & in sacrâ cryptâ cum ceteris sanctis Pateribus cōditus est.

3 Hic vir beatus ex Cauensi monasterio centum monachos sub Theobaldo Patre in Siciliam destinavit regalis in Siciliâ ad famosissimum Montis regalis cœnobium, quod anno Domini 1174. Rex Guilhelmus II. cognomento Bonum, mirifico sumptu constructum atque dotatum, eidem iuxta Cauensis cōgregationis normam institendum, ac diuino cultui regulariique obseruantiae mancipandum commiserat. Fuitque Theobaldus ipse eiusdem monasterij primus Abbas, eiusq; successor Guilhelmus Abbas & Archiepiscopus, aliquæ post ipsos aliquot Cauenses monachi eiusdem dignitatis & regimini successores. Hec ad nos Neapoli ex Cauensi monasterij monumentis Antonius Beattius noster. Quibus consentanea refert VVion in Notis. De eodem Montis regali cœnobio Fazellus rever. sicut in decade 1. lib. 8 illud inter cetera scribit, omnibus fanis non solum Italiam, sed toto etiam terrarum orbe excitatis, eo genere structuræ præferendum, &c. Agit de eodem decade 2. lib. 7. vbi tradit Guilhelmum secundum eius Abbatem, auctoritate Lucij III. (qui ab an. 1181. ad 25. Nouembr. 1185. sedit) Archiepiscopum esse factum. Citat ibidem Fazellus diploma variarum donationum ei monasterio factarum an. 1176.

DE S. GUILIELMO EREMITA,

ARCHIEPISCOPO BITVRICENSIS.

X. IANVARI.

NON omnium, qui in album relati sunt Sanctorum, inscripta Martyrologio Romano nomina sunt. Guilielmus Tom. I.

mi certe Bituricensis Archiepiscopi ab Honorio III. anno Christi 1118. consecrata canonice memoria est, necdum tamen in publicis

E X Y A- blicia Romana Ecclesiæ tabulis consignata, licet id afferat Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterciensi, ubi eum insigni ornat elogio. De eo Martyrologium excusum Lubet an. 1475. Bituricas depositio B. Valhelmi Episcopi & Confessoris. *Vsuardi* Martyrologium auctius editum Parisiis an. 1536. Bituricas natalis S. Guillermi eiusdem urbis Archiepiscopi, vita & miraculis glorioſi. Eadem ferè habent Martyrologium Colonense, Molanus in Addit. ad *Vsuardum*, variq; MSS. Belgicarum Ecclesiæ Martirologia, in quorum plerisque VVilhelmus, in quibusdam Guilielmus & Guillermus appellatur. *Carthusiani Colonienſes* in Addit. ad *Vsuar.* Eodem die S. Guillermi, quem nos Germani VVilhelmum dicimus, Bituricensis Archiepiscopi, ordinis Cisterciensis, vita & miraculis clari. Erat iste Sanctus ferè semper hilarius & iucundus, quod quibusdam displicebat austerioris. Eiusdem meminere Martirologia, Germanicum, Gallobelgicum, Gallicanum Sauffaij, Ferrarius, m.s. Flora- rium, Dorganius. Martyrologium Lemosiense citatum à Claudio Roberto: Depositio S. Guillermi, eximij Prælulis, & egregij Confessoris; cuius vita claret in terris plena fide, & mors in conspectu populi miraculis pretiosa fulget. *Galeſinius*: Bituricis S. Guillermi Episcopi: quem vita sanctitate & miraculorum gloriæ insignem, Honorius III. Pontifex Sanctorum numero adscriptit. Eadem habent VVion & Menardus.

canoniza- 2 *Maurolycus* xi. Ianuarij eum refert, cum tamen constet ex 2. vita obiisse Sabbatho, quod an. 1209. incidebat in x. Ianuarij. Kalendarium Cisterciense Diuione editum, x. Ianu. Guillermus Archiep. Viruticensis. xiiii. eiusdem: S. Guillermus Viruticensis traditur sepulturæ. viii. Maij isthec habet Chrysostomus Henriquez: In Galliâ eleuatio corporis Guillermi Archiepiscopi Bituricensis. Falsa illa an. 1217. à Girardo, sive Giraldo, successore, ut scribit Ioannes Chenu in Chronologiâ Archiep. Bituric.

elevatio, 3 *Vitam* S. Guillermi à Petro Abate Caroli-loci scriptam tradit Henriquez in Menologio Cisterciensi. Eam esse ait VVion vita à quo qua edita est à Surio. Fuit quidem illius vita scriptor S. Guillermi, & sielmi aequalis, sed non Abbas Caroli-loci: tum saltem cum eam quando, scriptis; at potius Bituricensis quispiam. Indicat id cap. ii. num. 39. Multi & nostræ urbis homines, & locis finitimi degentes. Aetatem verò suam ostendit cap. i. num. 1. de Henrico Archiepisco Guillermi decessore loquens: Qui inter nos degens, erga Clerum & populum summâ temperiâ vsus est mansuetudine, &c. Et cap. 3. num. 11. Ex iis sanè (quos S. Guillermus manus impositione sanauerat) quosdam nos vidimus bonæ existimationis viros, qui hæc nobis ita, ut diximus, gesta testarentur. Et cap. 8. num. 29. Quas (Guillermi moribundi voces) nos coram positi ægide possemus intelligere. Cum verò canonizationis non meminerit, sufficiat antequam ea fieret scriptam esse hanc vitam. Est porro hac vita à Surio, ut ipse facetur, in compendium contraria; neque vnum reperire ms. codicem potuimus, unde primigeniam phrasim restitueremus: eam igitur è Surio damus.

contraria 4 Aliam nocti sumus è veteri ms. Domus professe Societas Iesu Antuerpia, à Coetaneo quoque scriptam, sed post canonizationem. An is Abbas fuerit Caroli-loci non possumus prounisiare. Verisimile id fortassis videatur ex iis que cap. 2. num. 9. narrat, cum ait: Cuius rei exemplum si velim in medium ego deducere, qui opusculi huius materiam sum aggreſſus, ex iniuriarum molestiâ, propter quam nec immerito contra me debuerat grauius indignari, gratiam eius ultra quam crediderim, me profiteor & gaudeo habuisse. Pars huius vita extabat in ms. Nicolai Belfortij.

alio, 5 Alterius vita, (ab utraque priore diuerte, ut ex stylo licet coniucere) fragmentum ex ms. Legendario Ecclesiæ S. Audomari tertia ann. subiungemus. Auctor se Biturica fuisse ostendit, cum sepultus est tique fratres. Sanctus; ita enim ait num. 4. Quamplures ex ipsis (infantum) tibus, qui satiari adspectu sacri eius corporis non poterant) renitentes pro viribus, & eiulantibus præ dolore recessus, vidimus violenter asportari. Quod iisdem verbis habetur in veteri Breuiario Corisopitenſi, de quo inferius.

6 Vitam S. Guillermi describit Chrysostomus lib. i. Fas-

cicul. SS. ord. Cistercien. dist. 20. ferè ex Surio. Franciscus Ha- raus, qui tamen fide hallucinatur dum mortuum tradit circiter annum 1136. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 63. Petrus Viel- lius Gallicè ex Surio, & accuratius Andreas Du Vallius; Iaco- Qui deo bus Doubletius, & Guilielmus Gazeus. Agunt quoque de eo scripserūt. Barnabas de Montalbo lib. 5. historia Cisterc. cap. 6. & sequen- tibus, ubi cùm se profiteatur, que scribit, ex Surio & Vincentio hanfisse, in multù tamen eorū sensum non est assecutus. Agit pra- terea Claudius Robertus in Galliâ Christianâ. Ioannes Chenu in Chronologiâ Archiepiscoporū Bituric. Chronicô monachi Auti- fiodorij, Guido Coquillius in his. Niuerneſi, Carolus Sauffaius in Annal. Aurelian. citâdi in frâ. Vincentius Bellouac. lib. 29. cap. 62. Casarii lib. 2. cap. 29. Bzouius tom. 13. Annal. ad an. 1218. num. 7. Demochares de diuino Missæ sacrificio cap. 24. S. Antoninus par. 2. tit. 17. c. 9. §. 30. Ciaconius in Honorio III. Iacobus Breulius lib. 4. Antiquitat. Parisinarum, ubi testatur eum auctorem fuisse Congregationi ad S. Antonium Parisiis, ut se ordinis Cisterciensi subiceret, & Confessarum Visitatorem q; ab eius ordinis Praesidiis constituendum admitteret.

7 Testatur Ioannes Chenu SS. Stephanum, Vrſinum, Guilielmum ejus tutelles Biturigum Praesides: Guiliel- Sacri ho- mi præterea in Ecclesiæ Mimiatisi celebrari hoc die commemo- nores ei rationem Claudio Robertus scribit in academî Parisiensi Pa- tronum haberi nationis Francicæ: colit in Ecclesiæ Ling- nenſi officio dupliſi, ſemidupliſi Parisiis & Rotomagi. Aſi in ve- teri Missali Rotomagensi fit ſolam eius memoria, ut ibi dicitur. In veteri Breuiario Ecclesiæ Corisopitenſi in Britanniâ Armo- rica recitat̄ nouem de S. Guillermo lectiones, inq; in illicet: Quadam die quidam Nobilis febricitans dixit ei: Do- Febris eius mine date licentiam huic febri, quod recedat. Cuius meritis affectionem pius Pater respiciens, dixit ei: Adhuc vnam puls. accessionem habebis, & poste à liberaberis. Quod ita contigit ut prædixit.

8 In Missali Rotomagensi hac de eo recitat̄ sequentia: *Vetus de eo sequentia.* Ecce dies ſpecialis Confessorum gloriæ, Quâ præfulget triumphalis Guillermi victoria, Quâ æterna Chiſto dince migrauit ad gaudia, Sempernâ gaudens luce eius in præſentiâ; Cui mente ſpiritali hærebat per omnia Vitâ fruens temporali, aspirans cæleſtia: Morum clero præſtantis forma, ut iubar Ecclesiæ, Plebi vita fulſi norma, ut fomes iuſtitia, Lapsi vita dans ſolamen, ſpem reformans venia, Oppreſſorum releuamen de valle miseria. Huius ergo prece piâ cæleſti militia, Nos ascribat vita viâ, Rex æternæ gloriæ. Amen.

V I T A

Auctore coetaneo anonymo,

à Laur. Surio, ſtyle mutato, contraria.

C A P V T I.

S. Guillermi ad Episcopatum promotio.

I V M ex hac luce migrasset felicis me- moria a Henrico Bituricensis Archi- episcopus b qui inter nos degens erga Clerum & populum summâ ſemper Episcopo vſus est mansuetudine & humanitate; Parisiensi electio Epis- copi Bitu- idoneum ſuccesorem conuenire. Sed cum primum ſeretur. inter ſe non concordarent, tandem ex instinctu Spir- itus ſancti in eam pariter iere ſententiam, ut Ecclesiæ Parisiensis, c Antistitem, qui ex illorum collegio ad id erat dignitatis alſumptus, accerſirent, eius in Episcopo eligendo confilio & prudentiâ vſuri. Erat enim vir ma- gnus, & cunctis venerabilis, confiſis prouidus, iustus ac timens Deum: cumque erga alias Galliarum Eccle- ſias multâteretur ſollicitudine, ſequum eſſe existima- bat, ut matris ſuæ, id est, Ecclesiæ deſolatæ, in quâ te- neris

neris annis fuisse enutritus, tam necessario tempore minimè decesset. Ille verò nullas nectens moras, tamquam deuotus filius afflictæ matri, omnibus quibus posset modis consulturus, vocatus mox aduenit. Itaque vbi ad præfixum diem conuentum est iterum ab eius Ecclesiæ Clericis, post multam deliberationem, id tandem omnibus vnanimiter placuit, ut ex ordine Cisterciensi, cuius tum erat in Ecclesiâ Dei eximia sanctitas, Abbas aliquis in Pontificem deligeretur. Ibitum inter ceteros, quos morum sanctitas commendabat, crebò nominatus est Guillelmus, id temporis & Caroli-loci religiosissimus Abbas: qui, postquam arduum illud amplexus fuerat institutum, indies ad perfectiora contendebat, & sicut generis nobilitate, ita virtus sanctimoniam ceteris antecellere videbatur. Tandem ex compromisso & hunc & alios ab ipsis nominatos, ad Parisiensem Episcopum detulerunt, ex eius arbitrio proculdubio suum Antistitem habituri quem ipse esset indicatus: quippe qui illorum omnium mores probè cognitos haberet.

Is diuinum lumen implorat.

Sorite Guillelmi nomine è multis educit.

2. Sed quia iam hora tardior erat, vir ille prudentissimus noluit in re tanti ponderis præcipitare sententiam; sed negotium omne in diem alterum distulit. Etsi autem inuitus admodum eam in se prouinciam recepit, nullà ratione recepturus, nisi schismatis certa discrimina impendere vidisset; at cessit tamen, decrevitque èa nocte solitis vigiliis & precibus incubere, & diuinū implorare auxilium, ut Dominus destitutus Ecclesia Pastorem idoneum daret. Sequenti inde die in beatissimæ Mariæ Virginis templo manè sacrificium Missæ cum ingenti deuotione obtulit. Aderant verò illi duo eximiae sanctitatis & prudentiæ viri, quorum unus postea Turonensi, alter Meldensi Ecclesiæ præfectus est. Sub horum conspectu schedulas, quibus cerâ obsignatis Abbatum nominatorum erant inscripta nomina, sub altaris pallâ reposuit, penitus ignorans, quæ cuius non menaberet. Absoluto autem sacrificio, cum lacrymis & multo gemitu humi prostratus, orat Dominum Iesum & eius sanctissimam genitricem, ut qui solus corda nosset omnium, ostendere dignaretur, quem vellet eius Ecclesiæ Pastorem constitui. Expletâ oratione, nihil iam hæsitans de misericordiâ Dei, surrexit, & ex omnibus schedulis vnam solam apprehendens, nomen inuenit Domini Guillelmi Caroli-loci Abbatis: moxque rem duobus illis sociis suis indicavit: atque vna cum illis properat ad Clericos congregatos, & ipsius aduentum præstolantes. Interim rem apud se & duos illos tacitam habet, dilatus eius propalationem, donec certius aliquod diuinitus indicium appareret. Et ecce non minima pars eorum, qui conuenerant, obuiam illi procedit: vna voce clamitat omnes, Guillelmum Abbatem, & pote virum religiosum, iustum, sanctis mortibus conspicuum, sacris instructu litteris, illustri ortum profapiâ, reliquis omnibus debere anteferriri. Ita Dominus Iesus, quem ipse iam designasset Pontificem, illorum quoque animis inspirauit. His verò auditis, & laetitia & admiratio cepit Episcopum, ita ut lacrymas tenebre non posset, videntes rem diuinitus geri, exclamauit:

Psal. 117. 23.

Id è Cenonice vltro peritur.

3. At illum quidem res tota latebat. Postquam verò Reluctans, illi innotuit, non est superbiâ elatus: imò verò dolere cogitare ele- cœpit & mestus esse, quod à sublimi diuinorum rerum contemplatione animus ad tractanda secularia & temporalia deinceps auocandus esset. Hinc ergo gemitus, hinc ex imo peccatore ducta suspiria. Sed quanto ille à tanti honoris dignitate magis abhorrebat, tanto honor

Tom. I.

ipse eum arctius cōplexus est, vt possit de illo quoque Ex 57 duci, quod de S. Paulâ D. Hieronymus ait: Fugiendo ²¹⁰ gloriam merebatur, quæ virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Interea positus in deliberatione, quid potissimum se qui deberet, acciperé tam molestum in se onus, an fugere potius, vidit solemnes ad se venire nuntios Ecclesiæ Bituricensis, obnoxie rogates, ut vocationi diuinæ obsecundet, & electioni de ipso factæ assensum præbeat. Et hi quidem, licet cum veneratione multâ suscepisti, passi fuissent haud dubiè repulsam, nisi maior auctoritas obstatisset. Accessit igitur ad has preces Cisterciensis Abbatis mandatum, cui iam relata, nisi suæ professionis veller esse transgressor, non poterat. Et ne posset illâ ratione effugere, addidit grauius præceptum etiam Apostolicæ Sedis Legatus, qui id temporis in Galliis erat. Scriperat autem uterque epistolam ad illum, plenam ponderis, admonentem illum, ne se diuinæ voluntati præberet refractarium; cogitaret verò quandoque reueretur Dominum, & talenta collata repetitum cum usuris.

4. Ita igitur ille compulsus, licet valde initio reniteretur, seque indignum clamitaret, velle tandem cogitur, quod nolebat, sciens meliorem esse obedientiam tur: quâ victimam. Valedicens verò fratribus, quibus Reg. 15. præfuerat, nec sine multis lacrymis multoque cordis gemitu, singulorum se precibus commendans, fecessit ab illis corpore tantum, non animo. Porro festinus iter habuit Bituriges. Quod cum peruenisset, à populo & Clero illi procedente obuiam, in primis reuerenter acceptus est; deinde ab Episcopis ritu solenni consecratus, curam commissi sibi gregis, non ut mercenarius, sed ut verus pastor suscepit.

a Henricus de Soliaco, obiit III Id. Septembr. 1200. ut habet Claudio Robertus, & Ioannes Chenu.

b Hinc patet audorem & coeum fuisse, & Biturica vixisse.

c Isulfus Odo de Soliaco, frater Henrici Bituricensis.

d Carolilocus, vel Carilocus, ut habet Cl. Robertus, vulgo Challis, vel Charlis, Chailly, Charlie, abbatis ordinis Cisterciensis in diœcesi Silvanectensi, filia Pontiniaci.

e 23. Novembr.

C A P V T II.

Vita in Episcopatu sancte acta:

5. E T ne sibi decesset, siueque ipsius curam neglexisse videretur, omnes animi motus ita studuit ratio- nis continere imperio, adeoque omnia quæ sunt mundi *Exempla suis preit.* huius contempnere, ut nihil in ipso reprehensione dignum animaduerti posset à subditis, quibus seipsum virtutis & sanctitatis atque bonorum operum exemplar præbere volebat: non ignorans, quod

— semper componitur orbis

Regis ad exemplum: nec sic inflectere mentes

Humanas edita valent, quam vita regentis.

Domabat carnem, ut & anteā consueuerat: & qui cunctis animi perturbationibus & affectibus à puero bellū indixerat, nunc acriùs indicit, ut posset ex sententiâ dicere cum Apostolo: Castigo corpus meum & in servitatem redigo: ne forte, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. In opibus & copiis, in honore & dignitate eximiâ, quæ solent permultos euertere, pauper esse spiritu studebat: inter lautas epulas & in ciborum apparatu nouerat esurire: inter vestitos mollibus asperitimo cilicio terebat corpus, monastico retento habitu, ut non tam Pontifex quam monachus videri posset. Vestes habebat, quæ corpus tegerent, non quæ luxum & pompam præse ferrent: neque his quicquam austeriorum. aut aspera hyeme adiici, aut feruente aestate detrahi sicut: pondere illarum pressus potius, quam adiutus. Ab eo tempore, quo, relieto seculo, monasticum vitæ genus amplexus est, numquam carnibus vesci voluit; licet ob gratiam hospitū, tam ex aucupio, quam venatione

Habitus

austeritas.

Abstinencia car-

nibus.

appara-

Ex sv- apparata fercula iuberet mensa sua inferri, cum id ratio postularet. Inter mundanos strepitus & aulae tumultus, inter litigantium rixas & controvrsias, pacem pectoris ita coluit, ut etiam cum his qui oderant pacem, foris pacis studiosum se exhiberet.

Studium puritatis animi. **6** Cùm sciret autem non posse eum incendere alios, qui ipse non ardeat, igne sancti Spiritus inflammatus, subditos quoque suos accendebat sanctæ conuersationis exemplis; non modò nulla admittens illicita, sed à multis etiam licitis vitro abstinens. Si qua autem ab aliis essent mala perpetrata, ea hand secus atque propria lugebat: vt è diuerso bonis alienis non aliter quā suis delectari videbatur. Interioris hominis sui maculas, si quas inuenisset, lacrymis compunctionis diluebat: ita vt deinde facilius non modò festucas, sed etiam ingentes vitiorum trabes, ab aliorum oculis verbo sanctæ prædicationis & irreprehensibilis conuersationis exemplis amoueret. Cauebat enim, ne si propterea scateret morbis, audiret illud sibi obiici: Medice, cura te ipsum. Qui enim apud Deum pro aliis intercessor est, non debet suis offendere culpis, quem pro alienis deprecatur. Verum enim uero cùm sanctus Pontifex nihil sibi male esset conscius, attamen seruum se putabat inutilem, semperque sibi ipsi suspectus & patidus, ibi etiam culpam agnoscebat, vbi non erat, clamans cum propheta: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Humilitas. **7** Porro non ignorans virtutum omnium custodē fidissimam esse humilitatem; tum quoque virginitum æterni patris filium, cùm Dominus esset omnium, non tamen venisse, vt ipsi ministraretur, sed vt ministraret; **Cura sub-ditorum.** ad illius se componens exemplum, omnibus humilem & benignum se exhibuit: quantoque maior erat ex dignitate Pontificia, tanto se gerebat summissius humiliabatque in omnibus, memor illius Apostolicæ sententiæ. Non dominantes in Clero, sed forma facti gregis. Valde autem dabat operam, vt nec integrum vitam peruersa doctrina, nec sanam doctrinam vita improba decurparet. Agebaturque diligenter apud subiectos, vt ex animis eorum tribulos & spiritus vitiorum extirparet, & virtutum semina inficeret; sciens non ad orium, sed ad immensum negotium à Domino se esse vocatum, cui quandoque administratæ tam amplæ prouinciazationem esset exactissimam redditurus.

Erga lapso **8** Etsi autem ob patientiæ & humilitatis studium, quas in virtutum strukturâ fundamenti loco posuerat, quibusdam videretur iustitiæ censuram non nihil negligere, ab illisque propterea temere remissus & tepidus diceretur; at Cleri tamen & Ecclesiæ iura atque libertatem, in nullo passus est violari. Visus quidem fuit indulgentior erga delinquentes; sed pius Pastor suâ patientiæ illos prouocabat ad penitentiam: quos si vidisset eâ humanitate fieri obstinationes, iam zelo accensus iustitiæ, ad castiganda & vindicanda flagitia commissæ potestatis gladium exerebat; nihil eâ in re nec minis Principum, nec tyrannorum saeuitâ absterritus, nec amicorum blandis precibus fractus aut delinitus.

Reg. 2. **9** Non se sinebat instar Heli sacerdotis falsa superlati pietate, qui quod in corrigendis filiis esset remissior, cum illis pariter extinctus est. Attamen contemplans humanæ conditionis fragilitatem, & ex naturâ vitiis depravatâ semper in deteriora proclives hominum animos, in alienis culpis propriam attendebat infirmitatem: sicque seipsum considerans, libenter veniam dabat peccata sua lugentibus ex verâ cordis contritione: ita maternis eos fouens complexibus, vt tamen, vbi res posceret, etiam paternæ virgæ adhiberet disciplinam: seuerus in vita hominum, benignus erga naturam. Iraque nec in misericordiâ remissus, nec in humanitate mollis & effeminatus; nec in rigore iustitiæ saeuus & crudelis, nec in pietate plus æquo indulgens fuit; sanandis peccatorum vulneribus & vinum & oleum prudenter infundens; vt yini acrimoniâ vul-

nerum saniem abstergeret, & olei lenitas dolorem temperaret.

10 Quam autem circa misericordiæ & benignitatis opera sedulus & intentus fuerit, non est silentio te- **Benignitas** gendum. Misericordia & egenis præstabilitate eleemo- **in pauperes** lynam, sciens scriptum esse, quod hilare datorem di- **res.** ligit Deus: quosque abiectiores nouerat, eos suâ liber- **1. Cor. 9.** clados reficeret, maximè à quibus nullam expectaret **7.** beneficij compensationem: hospites & peregrinos non modò recipere, sed compellere etiam ut intraret. Eos verò dum taxat admittebat ad familiaritatem, **Familiaritas** quos sanitatis opinio commendabat: à quibus ut ma- **tus cum** gis magisque disceret esurire & sitire iustitiam, crebris **viris san-** **His.** eorum collocutionibus frui volebat: illis planè à familiariitate exclusis, quos vel sciret notatos infamia, vel quibus ipsa familiaritas causâ esset eius contemnenda dignitatis & functionis.

C A P V T III.

Varia eius meritis facta miracula.

11 NEQVIA tamen quemquam non attabat in Christo: imò verò prodesse cupiebat omnibus. Nudos pro cuiusque conditione, paucis admodum consicis, vestiebat; non ab hominibus gloriam opera. quærens, sed mercedem expectans à Domino. **Egressi** & carceribus inclusos & visitare & consolari studuit; aduersus desperationem & impatientiam, Scripturæ diuinæ sententias & exemplis eos confirmans. Erant in illis tertianâ & quartanâ febre vexati, qui concepta in Deum fiduciâ, quod per sancti viri preces & **Egressi** **Anjana.** merita curari possent, rogabant eum, vt manu ipsiis impositâ, febrem discedere iuberet. At ille molestissimè ferens se sanctum vel appellari vel existimari, eos silere iussit, & ad diuinam pofcendam opem se conferre. Illis autem cum ingenti gemitu in suâ grece persistentibus, vt erat mitis & humilis corde, manus illis imponebat: & alij quidem quamprimum, alij paullo post integrum receperunt sanitatem. Ex iis sanè quosdam nos vidimus bona existimationis viros, qui haec nobis ita, vt diximus, gesta testarentur. Et quia virtus sanctitas studiosè occultata, per miracula se solet prodere, liber huc quædam sancti viri miracula commemorare, quæ pereum Dominus efficere dignatus est, dum adhuc in carne degeret.

12 Cùm more solito vir sanctus dicebat suam circumiret, & gregem sibi creditum paternâ sollicitudine **Egrum** visitaret, suumque munus fideliter exequeretur con- **manu im-** cionando, sacros ordines conferendo, templa & aras **positione** curando, discordes conciliando, baptizatos sacro **curat.** chrismate confirmando; puer quidam continuo capit is tremore iam menses tres & amplius agitatus, apud Montem Falconis illi à parentibus offertur: quem cùm vidisset vir pius, manus illi imposuit, & intra triduum ille se sensit in columem.

13 Capellanus S. Germani de Podio, cuius ecclesia duobus à nostrâ vrbe milliaribus abest, dimidio ferè anno finitram manus officio priuatus, Missas celebrare **Manum** **aridam sa-** non potuit. Eâ re non mediocriter ille afflicctus & con- **nat, impe-** fusus, à medicis periit tanti mali medicinam; sed fru- **rata pec-** stra. Tandem ad virum Dei venit, manum illi propè **confessione.** aridam ostendit. Suscepimus ab illo benignè, hoc respōsi accepimus, vt humiliiter peccata sua confiteretur. Abiit ille, accepit prius sancti Patris benedictione, & paulo post redditâ sanitatem, die tertio Missæ sacrificium obtulit.

14 Consecrauerat quodam die vir sanctus ecclesia quandâ, & tâto defatigatus labore, cum Clericis & aliis **Feminam** inde reuertens, in prato confedit, paullum ibi cibi sum- **apericulo** pturus. Illi prato coniuncta domus erat, ex quâ egressa **abortus** **borat.** mulier, Huberta nomine, iam partui vicina, sanctum virum

virum alloquitur, ei que cum multis suspiriis infelicitatis suae pertexit historiam, quod iam quartum aut quintum peperisset quidem, sed non nisi fœtum mortuum: se vero eo nomine accusans, suam culpam id fieri aiebat. Cernens pius Pastor calamitatem ouiculæ suæ, blandis eam verbis consolatur, simulque iubet Sacerdoti sua peccata confiteri, ac deinde bono esse animo. Denique extensa manu benedixit illi, & de cibo ac potu suo præbuit. Vbi illa cibo sumpto confortata est, abiit, & adueniente partus tempore, prolem saluam & incolumem enixa est, nec vñquam postea abortum fecit, licet crebro deinde pepererit.

C A P V T I V.

Pietas, opera misericordia, temptationes represso.

Defendit liberatorem Ecclesiastum.

15 *S*i quis vir sanctus comperisset in Ecclesiastici iuris & libertatis iniuriam carceri mancipatos, tam diu ante fortes carceris sub dio persistebat, donec ei essent redditii illæsi. Exemplo autem Tobiae prouocatus, non tantum mortuos sepulturæ mandabat, sed etiam sine personarum acceptione fratum funera prosequebatur, pauperū & peregrinorum humandis corporibus libens necessaria præbebat. Intererat autem huiusmodi tristibus spectaculis, vt inde in memoriam rediret conditionis humanæ, extremorumque suorum, & hac cogitatione aduersus peccata se muniret.

Curat & prosequitur pauperum funera.

16 Eadem autem misericordia opera etiam spiritualiter suis impendebat. Esurientes pane verbi Dei pascebat, sitiens aqua sapientia salutaris & doctrinæ cœlestis reficiebat, nudos secundum animam, ac bonorum operum indumentis destitutos, verbis & exemplis optimis communiebat, ad caritatis studium eos provocans, quæ est vestis nuptialis. Christum Dominum ad sui cordis hospitium invitabat, cœlestibus cogitationibus intentus, ne quid intra ipsum, tantum hospitem offendere. Infirmos & in carcere detentos visitabat; vitiorum æstu tamquam quibusdam febris exagitatos, salubriterim admonitionum medicamentis fouens & curans, & peccatorum nexibus constrictos & vincitos absoluens. Mortuos sepeliebat, peccata mortifera oris confessione docens explicanda. Cum enim sponte hæc nostra in confessione peccata detegimus, id efficiamus, vt in suo iudicio Christus eas tegeat.

Pietati de- ditus.

17 Crebras ad Deum fundebat preces, idque & se-

1. Thes 5. creto & prolixè, sciens dictum ab Apostolo, Sine intermissione orate. Sub ipsis autem precibus & Missæ sa-

Genes. 15. S. Abrahamo eas abigebat; nostræ redemp-

11. tione orationis non sine maximâ spiritus dele-

17. scificio mirabiliter afficiebatur gratia compunctionis. Vi-

disses ex oculis, tamquam ex fonte quodam indefici-

ti, viderim manare lacrymas, piæ quadam dulcedine &

sanctæ deuotionis ardore conditas. Si quæ se animo

illius voluissent peregrina cogitationes ingerere, cum

obliuisceretur. Ab illis sublimibus animi exercitiis, ab

illâ cœlestium sublimi contemplatione dimittebat se ad

consulendum subditis suis, ad defendendos pupilos &

viduas, ad subueniendum oppressis, ad tractanda mul-

tifaria negotia crediti sibi gregis. Itaque & diuinis sic

inhærebat studiis, vt curam populi sui non negligereret:

sicque vacabat suorum procurandæ saluti, vt à cœlesti-

bus appetendis & consecrandis non auelleretur.

18 Videns autem serpens toruosis, antiquus nostra

salutis aduersarius, virum sanctum multiplici gratia &

variis virtutum vernate floribus, multas, easdemque

occultas, contra eum instruit machinas; modò generis Ex S. v. nobilitatem, modò functionis excellentiam, modò ordinis Cisterciensis præstantiam, modò viram in eodem Tentatio- ordine ab adolescentiâ innocenter trâsa etam, ob ocu- nibus suos illi statuens; vt tam multis vanæ gloriæ incitamen- perbie bre- taretur que præ se alios contemnere, nec otinno sui ferre contemptum, subditis imperare seueriter, immo- rigeros punire atrociter, cuncta sibi licita arbitrati, plus omnibus sibi sapere videri. At vero hostis versu- ti fraudes intelligens vir sanctus, doctus ad prælia spiri- tus, inexpugnabili humilitatis scuro se munit, & super- bi hostis callida machinamenta in illius caput retor- quet: sicque fraus in se conuersa eliditur. Nam quæ ille ad commouendam superbiam adhibuerat, vir sanctus Scripturæ dictiæ & sententiæ & exemplis facilè pro- fligauit. Simul autem ad fortissimum sanctarum precum præsidium configiens, ita Dominum orabat: Domine Iesu Christe, qui ad te clamantes, à tuâ misericordiâ non repellis, quique dixisti, Ego sum lux mun- Ioan. 8. 12. di: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed ha- bebit lumen vita: Illumina oculos meos, ne vñquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, Praevalui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordiâ tuâ speravi. Non veniat mihi pes superbie, & manus peccatoris non moueat me.

C A P V T V.

Aliena perniciacia quibus armis domita.

19 *P*ostquam autem vitulentus serpens suis se artibus nihil in sancto Episcopo profecisse vidit, pecuniam et si turpiter pudefactu se doluit, at nec sic tamen à no- ab excom- cendi studio cessavit. Suggerebat animo illius, ut quos municatio ob illorum scelerum communione priuasset, illis ex motione totius Ecclesiæ Gallicana mulctam pecuniariam ir- rogaret, præter illam satisfactionem, quam pro qualitatè criminum imposuerat: vt vel sic à similibus admittendis coeterentur. Nec hic deerant viri magni no- minis, qui dicerent eiusmodi pecuniam posse eum in suos usus conuertere, aut certè, si id mallet, pauperibus erogare. Sed hac in re vir sanctus admirabili usus est moderatione & discrezione, vt nec Deum offenderet, eui soli placere cupiebat; nec proximis scandali mate- riālē offerret, quos videbat non ita subito ab hac con- suetudine posse reuocari, nec æquo laturos animo, si eā pecuniā priuarentur: imò potius hac occasione maioris quaestus rationes & vias meditatueros in suæ salutis perniciem. Itaque mediâ quadam incedens viâ, mo- rem patriæ nec damnare planè voluit, nec approbare: sed accepta cautione de soluendâ mulctâ pecuniariâ, congrua satisfactione, pro criminum ratione, impositâ, excōmunicatos clementer absoluit, gratias agens Deo, quod rebelles filij ad sinum matris Ecclesiæ recepi- sent: pecuniā vero postea nullam ab eis accepit, licet ob inquietendum salubrem timorem, sepius se acceptu- rum minaretur. Omnes enim mundi huius opes haud secus atque stercora aspernabatur, thesauros suos in cœlis collocans, vbi tota animi eius intentio versa- batur.

20 Eudem in modum cum illi persuaderetur, vt in malitiâ obstinatos & incorrigibiles collecto exercitu. Obstinatos tu debellaret, quod illis profligatis, tranquillitate & pa- non armis ce Ecclesia frueretur, & liberius diuinis officiis vaca- domat, sed ret; quam ad rem confirmandam itidem adducebantur sermones efficaci. Patrum exempla, mos regionis à Patribus institutus, à posteris obseruatus; ne quid præpopere vir sanctus ageret, ad deliberandum, Deumque obsecrandum temporis spatia accepit. Valde enim ab effundendo abhorrebat sanguine, nec libebat militaribus accingi armis, hostilesque vastare terras, & prædas agere. Ne

G g 4 tamen

E x S v- tamen vel ritum patriæ temerè damnare, vel Maiorum
R I O. instituta explodere videretur, promisit quidem se fa-
cturū, quæ illi suauissent: sed hostes non ferro aut igni,
sed spiritualiter oppugnandos suscepit. Obduratos igi-
tur & peruvicaces seorsum ad se euocat, acriter obiur-
gat, gladio spiritus, quod est verbum Dei, prostrernit:
adhibet comminationes æstuantes gehennæ, illam for-
nacem pice & sulphure semper arturam ob oculos po-
nit: & ne parum efficax sit ferro, assiduis & quotidiana-
nis se macerat ieuniis, orationibus, & vigiliis, vt Deus
illorum duritiam emolliat. Nec est spe frustratus suâ:
non sine stupore & admiratione multorum, subito ex
lupis agni, ex persecutoribus amici, ex alienis amici &
familiares fiunt: & quibus anteà contemptibilis & vilis
habeatur, iam non modò Archiepiscopum, sed san-
ctum vocant Archiepiscopum: parent subditi suo pa-
stori, ad votum celeriter iussa capeant. Si qui autem
necedum obtemperare volunt, ab aliis non alio quam
ethnicorum & publicanorum loco habentur. Felices
putantur, quibus imperare dignatur, quibus vel fimbriam ve-
stimenti eius contigerit attigisse. Sancta conuersatio
eius omnium animos conciliabat, præsertim quod ex
signis haud obscuris animaduerterent eum esse apud
seipsum humilem, quod meritò deberent imitari; nec
deesse illi auctoritatem, quam non immeritò formi-
darent.

*Hæmita-
te omnes
sibi conci-
liares.*

C A P V T VI.

Infestationes patientiâ superata.

Persecu-
tiones pati-
tate omnes
sibi conci-
liares.
¶ 21 In ipsis sanè Pontificatus sui initii multis perfe-
cutiones & infestationes pertulit: quibus etiæ for-
tasse cōcuti potuit, dejici tamen, aut eueri nequaquam
potuit. a Regem Francorum, alioqui Christianissimum,
ob causas quasdam, quæ in Ecclesiastici iuris detrimē-
tum cederent, diu iratum patienter sustinuit. Non de-
erant æmuli, qui Regis ex ignorantia peccantis iram,
admotis facibus magis magisque inflammarent. Vide-
re tum licuit multos ex iis, qui sereno tempore amici
putabantur, inimicorum induisse animos, & quidem
regni optimates. Erant & satrapæ Regis, plus homini,
quam Deo placere appetentes, qui improbis sermoni-
bus hortarentur eum, vt Regem iniuste, vt mentieban-
tur, offensum sibi reconciliaret: quod si cunctaretur, se
illius facultates minarentur in fiscum regium redactu-
ros, & illum tamquam læsa maiestatis reū, proscriptu-
ros. Sed Ecclesiæ columna nec blanditiis eneruatur,
nec terroribus concutitur, sciens, Deo magis oportere,
quam hominibus, obedite.

Vexatur a
Clericis.
¶ 22 Exiterunt autem, sua zizania seminante omnis
dissensionis fatore diabolo, etiam discordiæ grauissi-
ma inter ipsum & Clericos Metropolitanæ Ecclesiæ,
adè vt quidam ex illis non leuibus eum contumeliis
& probris afficerent: quorum sanè ille furori cedere
maluit, quam maledictum reddere maledictis & liti
atque contentioni inferire. Verum omnipotens Deus,
quorundam bonorum virorum operâ & intercessione,
& Regem Pontifici, & filios Patri conciliavit, omni
illâ tempestate sedatâ. Sanctus autem Pontifex ex vtra-
que hac infestatione crevit existimatione & gloriâ, vbi
robustæ mentis eius cōstantia & præclara apud Deum
merita, quæ prius homines latuerant, se declarare cœ-
perunt. Rex enim auditis sanctitatis eius testimoniis,
suo illum fauore complexus est: & Clerici puncti pœ-
nitentiâ, Patrem suum & amare ardentius, & maiori
prosequi reuerentiâ studet. Ille è diuerso rebelles prius
filios amplius & veneratur & diligit, & aliis, qui num-
quam eum offenderant, etiam præfert & anteponit.
Nulla postmodùm in illâ Ecclesiâ extitit rebellio:
omnia pro suo arbitratu statuit: cuius rei nos testes fu-
mus oculati. Tam enim certis indicis plenum eum esse
Spiritu sancto crebro comperimus, vt aliquid illi sta-

*Reconciliatur Regi
& suis.*

tueret volenti si quiseo absente resistere deliberaasset, il-
lo præsente non posset: imò verò, quod plus habet stu-
potis & admirationis, votis omnium non sine mira-
culo in id consentientibus, vt ius conferendi Sacerdo-
cia, quæ vulgo Præbendas vocant, in illam, & eius gra-
tia in successores illius transferrent, quod anteà semper *Ius omnes
Præbendas
confiderat* ad totum illorum collegium pertinuerat; ille hoc præ-
sentiens ad Ecclesiæ damnum quandoque cessurum,
sponte & liberaliter hanc oblatam donationem nullo
pacto admittere voluit.

23 Interim verò ne deesset sancto viro satan suus,
qui eius patientiam exerceret, erat quidam vir dolosus, *Defendit*
qui sicut eius antecessores, ita & illum pertinaci odio *Ecclesia*
infestabat. Cernens enim sanctum Episcopum man-
suetum, modestum, simplicem, confidentiùs iura Ec-
clesiæ violare tentauit, & toto malignitatis spiritu de-
bacchari in hominem Dei. At ille hominis versuti frau-
des non ignorans, columba simplicitatem serpentis
prudentiâ temperat, minimeque patitur ab impio Ec-
clesiam ipsi creditam opprimi: sed opponens se murum
pro domo Istraël, quantum exigere iustitia videbatur,
eousque humiliter restituit illi persecutori, donec ex hac
luce migraret.

a. I: fuit Philippus Augustus, qui mortuo an. 1180. 18. Septemb.
feriâ 5. Ludouico VII. p̄stre, filius capi regnare, annum agens etatis
16. obiit 14. Iulij. 1223.

C A P V T VII.

Expeditione cruciata contra Albigenses.

24 E X T I T T autem alia quædam longè grauior
persecutionum procella, & pugnandi magna *Albigensium*
necessitas, vt victori sua gloria & præmia cumularen-
dæ. *dogmata*
tur. Eo namque tempore in Aquitanâ, in extremi Re-
gis finibus, a heretici Ecclesiæ Dei adè exagitauit, *quæda. &*
vt penè mergi videretur. Soluebatur ab illis Cacho-
licæ fidei unitas, & iam in eam euaserant multitudinem,
vt instar locustarum operarent terræ superficiem, non
occultantes, sed palam prædicantes perfidiam suam.
Cumque Scriptura diuinæ sententias prævè interpre-
tarentur, vinum sibi vertebar in venenum, & exlumi-
ne sibi faciebant materiam cœcitatit. Iactabant miseri-
licere ipsi omnia; se & statutoribus suis impunitatem pro-
mittebant flagitorum, cœci duces cœcorum. Eâ autem
propositâ impunitate, facile homines, alioqui nimis
in vita proclives, sibi alliciebât plurimos. Utque apud
vulgus imperitum scientiæ sibi existimationem para-
rent, summoperè in eam curam incumbebat, vt ab aliis
recte intellecta corrumperent, & prauas suas opinio-
nes falsis assertionibus communirent. Iam cultus diui-
nus illis locis maximâ ex parte erat abolitus, & templa
haud secus atque iumentorum stabula vilescebat, dum
nemo paries ruinam minitantes instauraret, & brutis
animantibus in ea pateret aditus, quæ locum baptiste-
rij & altaria tua Domine contaminabant: atque etiam
fordes & immundiciæ in conspectu introœuntum ho-
minum ante fores iactarentur, vt polluerent sanctua-
rium Dei.

25 Ad horum indoctiæ doctrinam confutandam,
sanandamque insaniam, missi sunt à sanctissimo Ponti-
fice & Innocentio & viri religiosi Cisterciensis Ordinis, *b. c.*
multâ sanctitate conspicui: qui cùm eò venissent cum *Frustra*
magnum humiliare verbum Dei seminarunt, inuenierunt *moniti,*
terræ prorsus sterilem & inutilem: planeq; derisi sunt *bello sacro*
& contempti ab illis superbis hereticis, nec fructum *appesuratur.*
apud illos facere potuerunt. Eâ re compertâ, & animo
& corpore à deploratis hominibus recesserunt, excusso
in illos puluere pedum suorum. Verum ne modicum
fermentum totam massam paullatim corrumperet, vi-
sum est Summo Pontifici, vt funestæ arbores, non nisi
acerbos & exitiosos ferentes fructus, ne latius suos pro-
pagarent ramos, radicibus succiderentur. Mittit igitur
litteras ad prouincias omnes, vt arma capeant ad
edoman-

edemandam hæreticorum peruiaciam, abolendum
que eorum nomen in terris, quorum iam nomina de
libro vitæ deleta erant. Dignum enim erat, ut qui à
capite Christo se separauerant contumaciter & obsti-
naciter, nec vallis admonitionibus ab errore poterant re-
uocari, meritas pœnas luerent.

26 Pontificis acceptis litteris, omnium animi ac-
censi sunt ad capiendas & profligandas vulpeculas, vi-
neam D o m i n i Sabaoth demolientes. In iis autem
facile primus fuit beatissimus Primas noster Guillel-
mus, qui non sine lacrymis multis magnoque animi
mœrore, leatis publicè sanctissimi Pontificis litteris, in-
star Phinees zelo inflammatus est, crucemque vesti af-
suens, eam voluit virtutum suarum quasi coronidem
vel consummationem relinquere, vt Ecclesiasticae vni-
tatis perturbatoribus eliminatis, pacem Ecclesiæ resti-
tueret. Etsi autem esset imbecillis corpore, non tamen
illi deerat animi constantia & fortitudo: nec tam erat
senio fractus, quam ieunio assiduisque vigiliis confe-
ctus. Igitur conuocatis subditis suis, exponit illis Christi
Saluatoris beneficia humano generi collata; crucis
mysteria explicat, in eâ solâ eos gloriari docet; & vt se
gratos declarant, hortatur vt cruce se signari finant cō-
tra crucis irrisores: profert illam Christi sententiam: Si
quis vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem
suam, & sequatur me. His aliisq; eius sermonibus
egregiè animati, pollicetur se quocumque intendere
velit iter, illum alacriter secuturos. Et illi quidem pro-
missis stetere suis. At sanctus Episcopus & prius è viuis
excessit, quam posset voto suo satisfacere. At nec sic
tamen putandus est sacræ militie non interfuisse. Cùm
enim in Domini exercitu Abbas Cisterciensis Dux &
præceptor esset constitutus, sub cuius ille magisterio in
habitudo monastico diu Christo militauerat, quoniam
paecto in re tanti momenti illum deserere potuit: Etsi
igitur corpore absens, sed præsens erat spiritu. Nam visi-
sunt multis militie cœlestis exercitus, præcedente cru-
cis signo, quo etiam illi signati erant. Hinc illa insignis
victoria Christianorū Catholicorum, qui illos impios
mirabiliter debellarunt, neque ætati parcentes, neque
sexui. Capta est velut momento temporis populosa
vrbs, quam Biteres vocant, quæ iam non exigua sce-
lera meditabatur, sed in id usque amentia prorupit, vt
magnam sibi videretur afflupsisse religionem, quod
nullam respulisset falsitatē. Inter vbera matrum paruuli
quoque casi sunt, & neque ecclesiæ, neque monasteria
tueri eos poterant, qui Ecclesiæ sciderant unitatem. Inde
itum est Carcassonem munitissimam vrbum, exâque
persidi omnes & electi sunt. Tandem etiam terræ Prin-
ceps comprehensus est, genere quidem spectabilis, sed
moribus, ac religione degener, qui illam hominum fa-
cem suscepserat fouendam atque tuendam. Detenus
autem est in vinculis, donec miserandum in modum
spiritum exhalauit. Contritis igitur & exterminatis
impiis, expiantur altaria, extruuntur templa, ecclesiæ
diruta instaurantur: in iisque constituantur Sacerdo-
tes, Diaconi, & Clerici, qui diuina celebrant officia,
cultumque diuinum reparent.

a. *Ii Albigenses dicti ab Albigâ Cadurcorum oppido, decebant
tempa dirui, crucis deiici oportere, in Eucharistiâ verum Christi
corpus non esse, preces ad Deum pro mortuis frustâ fieri, &c. Belli
aduersus eos suscepti historiâ descripsit Petrus monachus Vallis-Sar-
rensis, ordinis Cisterciensis, qui tum vivebat. De iis agunt Papirius
Massonus in Philippo Augusto, Naucrerus tom. 2. ad an. 1212. Mat-
theus Paris in Ioanne Rege, Caferius, aliisq;*

b. *Is sedit ab initio an. 1198. usque ad 16. Iulij 1216.*

c. *Primi fuere Petrus de Castronovo, de quo 14. Martij, &
Radulphus, monachi Cistercienses: dein alii.*

d. *Hinc refellas quod Chrysostomus Henriquez lib. 1. Fasciculi
SS. ord. Cister. de S. Guillelmo Crubis; qui primus cōtra Albigen-
ses hæreticos decrtauit. De hac Guillelmi expeditione monachus
Autifodorense in Chronico: Anno Domini 1209. Guillelmus Bi-
turicensis Archiepiscopus, cum se cruce signasset, ob hoc praci-
pue quia prouincia sua multas Ecclesiæ & alias vrbes hæ-
reticas pestilens occupasset, dum propositum iter aggreditur, egri-*

tudine tangitur, & intra quinque dies sancto fine decedit, vir Ex S. religiosus & simplex & humilis, cuius vita quam accepta Deo & r. o. extiterit, signorum frequentia innotescit. Quot in Breuário Ci-
sterc. dicitur anno 1209. obiisse, id antiquo more Gallorum annum à
Paschate auspantium, accipendum.
e Capti juxta Biterre festo S. Magdalena an. 1209. Petrus Sar-
nensis cap. 16. Chronicon Altisidor.
f Oppugnationem & deditiōnem Carcassone describit Petrus
cap. 17. & breuius Chronicon Altisidor.
g In lineis tantum vestibus. Chr. Altisidor.
h Raimundus Rogerius Vicecomes Biterrensis, captiuus obse-
rve detenus, excedentibus ciuibus, postea dysenteriâ extintus. Biterre
& Carcassona ceſere Simoni Montfortis huius expeditionis Du-
ci fortissimo & religiosissimo. Consule Guillelmum Catellum lib. 4.
historia Occitana.

C A P V T VIII.

Præparatio ad mortem.

27 SED, vt ad narrationis ordinem reuerramur, cùm
B. Guillelmus audiuisset, migrasse ex hoc seculo
venerabiles Antistites, a Turonensem & Parisensem,
valde quidem contristatus est, & planxit planctu ma-
gno. Erant enim illi quasi dua ollua speciosæ & fru-
ctiferæ in domo Dei, & velut lucernæ superno arden-
tes lumine, quas verus Oriens miserat ad Occidentis
regiones illuſtrandas. Exspectabant autem mox ipsos
secuturum Bituricensem Pontificem, vt qui in vitâ se
eximiè dilexerant, in morte quoque non separarentur.
Fuerat enim inter illos sincera quedam familiaritas, & *Præsit diez*
cùm se animi causâ inuicem inuiserent, de his quæ ad *obitus sui*.
animarum & Ecclesiârûm ipsis commissatum curâm,
administrationem, & salutem pertinerent, inter se se-
cretò conferebant, suaque inter se arcana sibi mutuè
communicabant. Illis igitur vitâ functis, paucis mensi-
bus noster Episcopus superuixit. Cupiebat enim dis-
solui, & esse cum Christo, & licet obitus sui diem ex
diuinâ reuelatione præsciret, tamen longa illi omnis
mora videbatur. Interēa sic vixit in carne, vt quasi carnis
sarcinam exuisse videtur: aded iam consumptis car-
nibus, pellis ossibus adhærebatur, & artus admodum cō-
fecti atque extenuati visabantur; nec tamen cessabat
exigere à carne, vt spiritui seruiter. Porro cùm non pa-
rum vereretur, ne post ipsius obitum gregem suum lu-
pus rapax, ceu pastore orbatum, dissiparet & disper-
ret, valde cœpit animi esse dubius, quid potissimum
eligeret. Nam nec à beatâ illâ supernorum ciuium iu-
cundissimâ societate diutius esse, nec gregem volebat
desolatum relinquere: sed inter hæc totum se diuinæ
permisit prouidentiæ & voluntati.

28 Iam Saluatoris natalem diem, Circumcisionem
quoque sanctus Præfus cum fidelì populo solemniter *Festo Epi-
celebrauerat: porro pridie Epiphaniæ Domini sentiēs phania cō-
adesse tēpus migrationis suæ ab hoc exilio ad patriam cōnatūr,*
*febris labo-
diu concupitam, populi multitudine cōgregatâ in ec-
clesiâ Protomartyris Stephani, cœpit ad illos concio-
nari, vt si p̄sius consueuerat; nec ab hoc officio, neque
à laudibus Dei se retrahi passus est febre acutissimâ,
quâ tunc laborabat. Nam etiā vi morbi corporis vires
tabescerent; at spiritu roborabatur, vt posset dicere
cum Apostolo: Cūm infirmor, tunc potens sum. Inte-
rioris enim hominis vires ipsa firmat corporis infir-
mitas. Sumpserat autem sibi thematis loco illud Apo-
stolicum, Hora est iam nos de somno surgere, &c. Ni-
mirum pastor bonus iam propediem discellurus ab
ouibus suis, exhortabatur ad vigilandum, ne intrarent
in tentationem: & ne improvisa illis subrepereret mors,
admonebat vt semper essent parati, & id genus alia
multa, tamquam ultimum vale illis dicēs, proponebat.
Sermone absoluto, & datâ populo benedictione, ex
imbecillo imbecillior factus abscessit. Sæuiebat tum
solito acrius hyemis frigus, & ille nihilominus caput
habebat nudum, membris febribili languore fatigati-
bus. Locus enim ille, in quo sermonem habuit ad po-
pulum, omni ex parte vento erat expositus, quod sic
affecto*

Ex Sv.
rio.

affecto corporis non potuit non esse incommodissimum. Et tamē perinde ac si opus non haberet, nullius poscebat auxilium, & sine adiutorio domum reuertebatur.

29 Creuit indies febris, & sanctum Pontificem egredi exercuit. Deinde v. Idus Ianuarij, cum iam omnibus ritè peractis, etiam testamentum, multis assistentibus religiosis & prudentibus viris, cōdidiſſerat, fratribus conuocatis, extremæ Vnctionis sacramentum humili-

b Extremā vñctionem accipit. ter ac deuotè percepit: eo percepto, & etiam sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigi instantissimè postulauit, vt tanto itineris duce munitus, posset securus hostium cuneos penetrare. Ut autem Dominum Creatorem sunum ad se venisse cognouit, illuc resumptis virtibus, de stratu proſiliens, tamquam febris omnis abscessisset, non sine stupore circumstantium, maximè quod iam ferè in supremo spiritu positus videretur, & vix aliquid liquoris posset in os admittere, concito gradu procedit obuiām suo Saluatori, vires certè subministrat: ante caritate, flexisque genibus, totus lacrymis difluens, illum adorat: vtque ſepiuſ genua poſſiri flectere, crebri prostratus erigitur, illique ſuum agonem totā deuotione commendat, orans vt quicquid purgandum ſupererit, ipſe purgare dignetur, ne quid funeritum in ipſo poſſit inuenire inimicus. Fuerat autem biduo ferè maximā ex parte loquendi priuatus facultate, ita vt extremas vocum partes tātummodò exprimeret, quas nos corām poſiti xgrē poſſemus intelligere: ſed interim tamē nutibus & signis euidētibus declarabat, integrum ipſi ſemper permanere memoriam. Potrō coram Domino ſic prostratus, prolixè orauit; ſed eius verba ad plenum intelligi non poterant, lingua, vt diximus, impedimento obſtant. Deinde expallit in crucis formam manibus, & oculis in cælum ſublati, carnē Salvatoris non ſine lacrymis, corde contrito & humili, manducauit. Hoc factō, lætior effetus, confortatur in Domino, ſciens ſe fortiffimum in illo supremo certamine habere adiutoriem, ducem itineris, p̄mij laigitorem.

a Odonis Ep̄copi Parisiensis mortem an. 1208. refert Chronicen Autijod. cum eximia illius commendatione. Turonensis vero, ab eodem Odone ad cathedram illam promotus erat Gofredus, ſive Gaufridus, in eodem Chronicō laudatus.

b Ex hoc alijsq; exemplis offendit Bellarminus lib. 2. de arte benemorandi cap. 7. olim agros inungi ſolere antequām viatico munisuntur; cū nunc priuus hoc illius praebeatur, ſum vñctio adhibetur.

C A P V T I X.

Testamentum. ultima pietas. Obitus.

Vult Ca-
roli loci
ſepeliri.

30 Mox ad ſtratum rediens, ſubleuantum illum manibus adiutus, cū paullulūm respiraffet, cœpit nutibus indicare, velle ſe ut corpus ipſius defuncti apud Caroli-locum humaretur. Illi enim monaſterio diu præfuerat, nec immeritò locum illum præ certis amare viſus eſt. Aderant autem etiam illi morienti aliquot eius monaſterij fratres, nec deerant, qui putarent, illis perentibus hoc illum ita conſtituſile. Verū initio ab omnibus ibi corām poſitis reclamatum eſt, ita dicentibus: Abſit à nobis, Pater sancte, ut corpus tuum noſtræ Ecclesie ſubtrahi patiamur. Corporis tui præſentiā carere nolumus, quæ nobis boni Paſtoris memoriam iugiter reſtricabit. Obnixè oramus, vt ſicut haec tenus plebem tuam ab imminentibus malis protexisti viuus, ita tuearis & vitâ ſanctus: quosque in vitâ variis malorum caſib⁹ ſep̄e eripuisti, etiam ſepultus apud nos, tuis meritis & precibus eripere digneris. Ille vero nullā ratione ſe paſſus eſt à ſententiā deduci, ſed cum lacrymis obſecrabat, vt quod cuius Catholio licet, liceret etiam ipſi, nempe ſepulturæ locum ſibi diligere. Cedunt igitur qui aderant, & ne Patrem affligerent, cogūtūr velle quod nolunt. Sacrilegium enim putabant, eā præſertim horā, eius ſupremæ rerefere voluntati.

31 Eāre ab inuitis impetratā, omnes osculatus eſt, nutibus orans, vt pro ipso Dominū deprecarentur, & ſuſectō ceu filij pacis pacem inter ſe amarent & coletent. Illi mendacis; verò omnes ſe eius precibus commendabant, & cū pacem in- culcas.

viciſſim petiſſent omnium, ſi quæ interceſſiſſent, offenſionum veniam, veriti ne multorum præſentia illi eſſet onerosa, accepta ab eo benedictione & licentiā diſcedendi, non ſine lacrymis domum abierunt. Manſerunt autem apud illum pauci familiaris & domestici, ſecretorumque eius conciſi. At ille nihil à morbo impeditus, vt erat ſemper orationi intentus, totus in Dei ope- re verſabatur. Labia diuinis aſſueta laudibus, ſine in- termiſſione moueri ad preces videbantur: & vt ſanctus orat. conſuuetat, temporibus & horis congruis diuina co- ram ſe officia celebraſi voluit, & quos ore promere non poterat psalmos, patulis auſcultate auribus, & animo altius affigere ſtudebat. Ita omni tempore aut va- cabat precibus, aut raptus in ſpiritu cæleſtia contem- plabatur: nec iam de præmio hæſitabat, qui ſe Angelorum ſpirituū viſionibus ſentiebat confirmari.

32 Nocte veſtō ſubſequente (ſoleat autem nox ex- aggerate vim morbi) vir ſanctus actoribus cœpit vr- geti doloribus: & iam præſentieſ ſe rem ferè ad- eſſe horam, iuſſit ſub adipeſtum ſuim è ſciniis pro- diſponit. veſtes in ſeptulturā ferri veſtes Pontificales. Ex iis quafdam minoris pretij ad ſe adduci voluit, quibus etiam tunc vſuſ fuerat, quādo eſt confeſcratus. Anteſtis: quas immutabili animi proposito ad ſuam ſeptulturam diligenter curārat aſſe- uari. Eas verò omnes cuidam è ſuis familiaribus, cuius fidem habebat exploratam, ad breue tempus ſeorsum ſeuandas tradiſit.

33 Solitus erat vir ſanctus circa noctis medium ſurge ad preces nocturnas, hymnos, psalmos, & alia à ſanctis Patribus instituta, cum omni deuotione, & quā par erat ſolennitate decātare, illud obſeruans Prophe- ticum: Mediā nocte ſuī gebam ad conſitendum tibi. Iis psal. 118. verò omnibus rite peractis, inuictum ab oratione ſpi- titum non relaxans, numquām dabat membra ſopori, nunquām defatigata fineſtem capere: led tam- diu manebat in oratione proſtratus, donec illuceſceret dies. Sed nunc morbo magis magisque inuaſeſcente, nocturnas cū ſtaturum tempus expectare non poſſet, quo, vt preces iam diximus, ad peſuendas noctis preces ſurgere ſolebat; moriturus ne illis nondiu ſolitū ſepturis hinc foriſſis abſcederet, ho- ram ſolitam voluit anteuertere, ne mors ipſiſ antea- uerteret. Signo itaque dato iis, qui ipſi aderant, Fratri- bus, vt lauds Domini inchoarent, ipſe prior labiis & pectori ſuo ligno crucis imprefſo, hæc duo verba, Do- minelabia utcumque pronuntians, reliqua formare, non poſuit.

34 Illi autem mente, eius perſpectā, finem illius im- pendere, ex precum anticipatione veriſimilibus conie- cūtis diſiſerunt. Itaque vnuſ ex iis Sacerdos religio- fuis, admodū illi familiaris, à memoratis verbis pre- ces auſpicatus eſt, & cetera omnia, quæ ſequuntur, aliis adiuuantibus debito ordine ad finem vſque perduxit, viro ſancto mente eaſdem preces perſoluens. Quibus in cinere completiſ, voce & in manu ſignificauit, ſe velle in terram & cilicio deponi. Parent illi iuſſis eius: & quia non deceat Chri- ſtianum niſi in cinere & cilicio mori, in ſparſos humi- cinereſeum deponunt, cilicio ſemper indurum licet pauci admodū eius rei eſſent conciſi: quod etiam numquām ſibi paſſus eſt ab aliquo detrahi. Cumque paulo ſpatio temporis ſic iacuſſet, benedicens Fratri- bus, ſpiritu ſuo reddidit conditori.

C A P V T X.

Concurſus ad funus. Sepultura.

35 AVDITO autem piifſimi Patris obitu, vniuersa ciuitas commota eſt: paſſim omnis ætas & vte- que ſexus cum cereis & luminariis propeſtant ad ec- cleſiam

Ad funus eius innu- meri con- currunt; etiam suis neglegit, sed inde- mnes.

clesiam beati Protomartyris Stephani, quod corpus exanime cum hymnis & canticis psallentium deferebatur. Vide illic multos licebat, qui nullam viu reverentiam praestare volerant, & eam nunc defuncto exhibent, seque hominem sanctum aliquando contemptisse, aut dictis vel factis afflixisse, ducti pénitentiā, palam lugere non erubescunt, & ad sanctum corpus prostrati, adorare non desinunt. Denique tota illa nox ab aliis in psalmis & iubilo, ab aliis in planctu & moerore exacta est. Illucescente altera die, sparso iam circu quoque rumore de morte sancti viri, ex locis viciniis multitudine populi haud aliter atque ad festum confluxit diem, domus & tuguria custode vacua relinquuntur. Videlles ibi feminas, dum se verentur ad pīj patris exequias tardiūs venturas, relinquere in cunis vagientes parvulos, & non obseratis domorum foribus, properare ad funus. At eadem, cum quid egissent, & quo in periculo parvulos reliquissent, secum postea perpendent, cōsternatae animis, quod metuerent ne infantes à feris belluis deuorarentur, cum multo ciuilatu accedentes ad corpus sancti Pontificis, illi suas proles commendabant: quas deinde, domum reuertæ, non sine magnâ admiratione saluas repererunt: sicut etiam illi, qui ostiis apertis, præ sancti Patris amore, discesserant properè ad exequias, postquam domum redierunt, nullum penitū alicuius detrimentum se passos admirati sunt. Diem autem illum omnes habuerent festiuum & solemnem, nec villo admonente, omnes ab omnisiervili opere sponte abstinebant. Erat sanè & iucundum & admiratione dignum spectaculum, videre omnigenitis & ætatis homines ad sanctum corpus vnde confluere, vt vultum intueantur Angelicum, & manus ac pedes deosculentur: quos tamen semel exosculari non fuit satis, sed crebrò reuertebantur, vt oscula denuo infigerent.

Globus igneus su- pratemplum, in quo iace- bat.

Cives non finūt eum ad Caroli- locum de- ferri.

36 Eodem autem die circa horam vespertinam, cum vniuersus Clerus & populus ad celebrandas Passio- nis sui exequias conuenisset, & quasi globus igneus in aere suspensus, supra sancti Protomartyris Stephani ecclesiam instar stellæ coruscantis apparuit: quem non solùm illi qui aderant, sed etiam nonnulli aliunde ad nostram urbem properantes, dimidiæ fere horæ spatio se vidisse, cunctis admirantibus, nuntiabant. Interim parabatur cum multâ festinatione feretrum, quo sacrum corpus ad Carolilocus, quemadmodum sanctus vir decreuerat, deportaretur, populo hanc eius voluntatem adhuc penitus ignorante. At postquam rei veritas innotuit, subito commoti sunt vniuersi: & sole iam ad occasum inclinante, omnes vnanimiter statuerunt, vt omni studio, admiratis custodibus, valvas & omnes aditus templi etiam armata manu obseruarent, ne quis sacrum corpus per vim posset auferre: neque illorum pars minima intra ecclesiæ parietes totâ illâ nocte egere excubias. Manè autem alterius, id est, Dominicæ diei, iuxta altare sancti Martyris humo altius effossâ, & omnibus ad sepulturam necessariis celeriter preparatis, ne quod posset impedimentum incidere, sanctum corpus etiam ante sacra Missarum solennia sepulturæ mandare constituerant.

Caroli-lo- censes co- acti diffi- mulant.

37 Verum ille moderator & rerum & temporum, qui serui sui gloriam nullâ ex parte minui, sed augeri potius voluit, nihil absque ratione & ordine fieri permisit. Celebrato igitur prius Missâ solenni sacrificio, stabant seorsum fratres Caroliloci, animi dubij quid agerent: & neque proprius audent accedere, neque vt supremæ sancti Patris voluntati fiat satis, postulare. Iam enim turbæ conspirauerant, vt si alienæ manus auferrendo sancto corpori admouerentur, aut si qui aduenæ vel ignoti illud apprehendere conarentur, repente trucidarentur. Et quidem ex senioribus & maioribus Ecclesiæ nonnulli, ne fidem datam sancto Episcopo interfingerent, liberam illis Fratribus tollendi corporis ferre potestatem: sed idè & libentiū & liberius, quod

satis scirent ne seipso quidem, etiam si vellent, ceteris Ex 34: Fratribus Ecclesiæ illius non consentientibus, & turbis ^{Ex 34:10.} tenitentibus, sacrum corpus inde posse amouere. Ita ergo fratres Caroliloci videntes se nihil posse proficere, Cleri & populi mirantur deuotionem: ceduntque turbis, spe & expectatione suâ frustrati, præsertim cum ipsis presentibus cum honore debito sacrum corpus beatissimi viri sepulcræ tradetur.

a *Ave Maria Dorganus:* in cuius transitu visa est stella supra domum, quæ à Solis radiis non obscurabatur.

C A P V T X I.

Miracula ad eius sepulchrum.

38 **N**ec defuerunt miracula, que illius sanctitati illustre redderent testimonium. Nam eo ipso die *Puer curvus* per merita illius, nequum humato eius corpore, inter ^{utroq; de-} cetera insigne quoddam contigit miraculum, quod no- ^{bilis ad} luimus silentio præterire. Puer quidam non omnino ^{corpus eius} ^{funatur.}

decem annorum, toto curvatus corpore, cælum intueti non potuit, sed prono semper vultu terram spectabat. Iam triennio id incommodi pertulerat, manuum ac pedum officio penitus destitutus. Cibus alienâ manu eius ori inferebatur, & ad naturæ necessaria à matre portabatur; quæ sic languente filio suo ipsa pariter languebat, eiusque afflictione acrius affligebatur. Ut autem percepit hic puer sanctum Episcopum è corpore excessisse, multâ instantiâ obsecrat matrem, vt ipsum perficeret non grauatur ad ecclesiam, quod possit sancti Patris corpus exosculari. Acquiescit tandem matet eius crebrò repetitis precibus, eumque suis complexa vlnis, difficulter in templum inferre potuit præ turbâ. Ut autem proprius accessit, constanti animo prostrauit se cum parvulo suo coram sacro corpore, & ambo osculati sunt eius manus & pedes. Eâ ipsâ horâ audit mater quasi fragorem quandam & commotionem ossium filii sui, quæ (vt ipsa testabatur) potuisse etiam audiri à multis, si non obstatisset circumstantis populi strepitus & tumultus. Redit mater cum illâ suâ sibi multum carâ sarcinulâ, & cum iam procul à turbâ recessisset, exclamat filius, & dicit: Sine me, mater, meis ingredi pedibus: ecce enim per merita sancti Episcopi sentio me redditum sanitati. Quibus auditis, mater illum deposita, & consolidatae sunt bases eius & planta, & sine villo adminiculo, cunctis admirantibus, iter capessit. Stupet mater, stupent vicini omnes, qui nouerant puerum triennio tam malè affectum fuisse. Timens autem mater puer ob recentem adhuc curationem, nisi ad ecclesiam reuersa, gratias ageret omnipotenti Deo, & eius glorioſissimo Confessori Guilhelmo, illuc redire statuit post turbæ discessum. Sed dum illa expectat, &

Alia sunt miracula.
miracula.
volens clarificare sanctum suum, ad eius tumulum confluantibus populis, antiqua potentia suæ innuat miracula, signis aliis alia succedunt. Igitur nolens expectare diutius, apprehensâ manu pueri, non obstante populi concursu, ad ecclesiam properat, & cum aliis sanitati restitutis, atque eâ causâ gratias agentibus, ipsa quoque pro filii sui salute gratias agit totius gratiæ largitor.

39 Eodem Dominico die, cum turbæ recessissent, multi & nostræ urbis homines, & locis finitimis degenerantes, variis afflictis in orbis, qui præ populi frequentia in firmi cu- gredi anted non poterant, humiliiter ac deuotè ad Sancti tumulum accesserunt, sperantes in eo qui sanat contritos corde, vt per eiusdem beati Patris merita, optatâ potirentur hospitate. Sed quia nimis longum est, imò impossibile, non ea modò, quæ ad sancti viri sepulchrum, sed etiam in diversis regionibus ad eius inuocationem quotidie eduntur miracula, singulatim commemorare, dicemus in summâ dumtaxat: nempe, vide cæcos, claudos ingredi, hydroponicos curari, surdos audire,

*Ex S. v.
rio.* audire, loqui mutos, dæmoniacos liberari, aperiri carceres, vincula solui, sanari lethaliter saucios, mortuos ad vitam reuocari: atque adeò etiam bruta animantia, non uno morbo liberarit multos iam penè desperatione obrutus, ad sancti Patris recordationem mirificè relevati: denique quacunque vel ægritudine correptos, vel periculo expositos, à malis omnibus eius intercessionibus erectos, sentire præsentem virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ALIA VITA

Auctore anonymo coætaneo.

*Ex m.s. Domus professæ Societ. Iesu
Antuerpiæ.*

CAPVT I.

S. Guilielmi vita ante Episcopatum.

BEATVS Willelmus Bituricensis Archiepiscopus, quia veritatem dilexit intantum, ut simplex etiā mendacium abhorret, in præsenti opusculo dignus est obtinere, ut secundum iuratam veritatem à testibus, sicut in sequentibus audire poteritis, vitam ipsius & merita, necnon & miracula, prout possumus veritate simplici disseramus: quibusdam tamen saluâ veritate appositis, quæ oportuit ex necessitate apponi, ut legendæ series texeretur.

2 Hic itaque vir beatus dum in minori constitutus ætate, traditus ad erudiendum & educandum suo auunculo Archidiacono Sueffionis Ecclesiæ, qui Eremita cognomine vocabatur, quia mores in simplicitate à coniunctu formauit, meruit Willelmus Eremita vocari. Quem licet nobilitas generis in fastum potuisse extollere mundalem, morum tamen nobilitas præminens hunc in humilitate seruauit, ut castitas mentis & corporis integritas, quam Sacerdotum, quibus suam conscientiam reuelauit, asseueratio iurata probauit, in futuro Pontifice firmum cōstituerent fundamentum.

*Guiliel-
mus Suef-
fione edu-
catus.*

3 A pueritâ quidem in Parisiensi & Sueffionensi canoniciatus Ecclesiæ, dum in robur virile maturior excreuisset, molestias seculi ferre non valens, quæ sanctu eius propositum videbantur impedire, ruptis huiusmodi molestiarum compedibus, ad b Grandimontensem inde monachus Grandimontensis, eremum conuolauit. Vbi in quantâ sinceritate mentis vixerit & conscientiae puritate, quidam Prior Grandimontensis vir religiosus, astantibus Archiepiscopis, Episcopis, & pluribus aliis in solemnî confistorio coram reuerenda memoria Innocentio Papâ tertio, quieos ad Concilium euocârat, sollemni & affirmatiâ in ordine suo protestatione monstrauit: eiusdem Domini Papæ nihilominus testimonio cōcurrente, quo ipsum, dum quadam vice olim Archiepiscopus confiteretur eidem, asseruit peccata quæ diceret mendicare.

4 Quidam vero die in eodem ordine Grandimontensi turbatione subortâ, B. Willelmus, qui suæ mentis tranquillitati timebat, ad Cisterciensem ordinem in monasterio d Pontiniacensi se transferendum pia studio deliberationis elegit. Conuersatus ibi diutius, factus verus ordinis in humilitate professor, quantò amplius in virtutum acquisitione profecit, tantò apud Deum & homines meruit exaltari. In eodem namque monasterio factus Prior, postmodum in Abbatâ Fontis Iohannis, & inde translatus ad Karolilocense monasterium, ibidem per electionem officium suscepit Abbatis.

*Fuit monas-
tibus Ci-
sterciensib;
Mox Prior,
Abbas.*

5 Sed si velimus inspicere in quantâ mansuetudine vbique subditos pertractauit, & quot ubique virtutum

propagauit exempla, nimiâ prolixitate onerabimus auditores. Ex iis tamen aliqua perstringentes, sub testi- *Castitate* monio veritatis possumus protestari cum illis qui hoc *eximius*. ex confessione ipsius dato protestati sunt iuramento *Semper* veraciter accepisse, quod carnem suam nullo tempo- *abstinet* à re maculauit. In abstinentiâ rigidus: ex quo seculum *carnibus*. dereliquit, numquam carnes aliquâ infirmitatis neces- sitate, seu alicuius victus persuasione, comedit.

6 Hoc etiâ speciale virtutis exemplar ex alis duxi- mus exprimendum, quod licet tantis videtur pollere virtutibus, in hoc se mirabilem imitatore exhibebat, quod appetitum inanis gloriæ, qua virtuosis viris se *Inanem* multipliciter ingerit importunam, sub quadam simpli- *gloriam* citate cautelæ & modo mirabilis elidebat; ab aliis non *vicit*. minùs exemplo quâ verbo doctrinæ, hoc pestiferum & generale vitium repellendo, intentum ut aliquid, quod simplicitati possit potius imputari, mallet in ope- re publico demonstrare, quâ ad ostentationem ina- nem aliquid facere virtuosum.

a In 3 vitâ agetur breuiter de S. Guilielmi nobilitate. Vixit 100. annis antè celebris ille Petrus Eremita, de quo pluribus agemus. b Iuli. Is sacra expeditionis in terram sanctam auctor fuit; unde re- nerfus canobium condidit ad mœnia oppidi Irenensis, vulgo Nouum monasterium dictum, ubi sancte obiit. Liberos ex legitimâ coniuge suscepit, unde Eremita in Galliâ Belgioq; nobilis profagata est familia, ut Petrus d' Oulremannus noster in libello de vitâ eiusdem Petri Eremitæ eruditè ostendit. Et ortum domo esse hunc quoque Pe- trum Eremitam Archidiaconom Sueffionensem, non improbabili- le est.

b De hac eremo agemus in vitâ S. Stephani fundatoris illius or- dinis, qui ab aliis 8. ab aliis 13. Februario colitur.

c Hac fuit, opinamur, dissensio inter Clericos & laicos illius ordi- nis, de quâ Iacobus de Vitriaco historia Occident. c. 19.

d Illustris ordinis Cisterciensis cenobium, in diocesi Autiſtodi- renſi, ad Séniam, sive Senaciam annem, qui in Icaunam, sive Yo- nam influit.

e Vulgo Fontaine-Iehan, diocesis Senonensis.

CAPVT II.

Vita in Episcopatu. miracula.

7 CONTIGIT autem ut Bituricensis Ecclesia suo viduata Pastore sub electionis dubio fluctuat. Cumque mentio facta fuisset de tribus Abbatibus Diuino in Cisterciensis ordinis, de isto videlicet beato viro, & de finitu eli- duobus aliis, ut aliquis istorum eidem præficeretur Ec- gitur Ar- chiepisco- impediuit. In hoc tamen vota omnium conuenerunt, *prius Bitu-* ricensis. ut cuidam viro religioso, videlicet Odoni Parisiensi Episcopo, quondam Cantoti Bituricensis Ecclesiæ, optio conferretur, ut quemcumque veller ex iis tribus Archiepiscopum nominaret. Qui in ecclesiâ B. Mariæ de Salis vnam noctem cum quibusdam viris religiosis, quos secum habebat, in oratione & vigilarum obser- uatione deducens, cum Missarum officio, nō sine mul- tâ lacrymarum effusione ac deuotione peracto, ex re- uelatione diuinâ eligendum Abbatem Karoli-loci cui- dentius compresisset, & ad nominandum eum prope- rans ad Capitulum, præfata ecclesiam fuisset in- gressus; quosdam à Capitulo missos inuenit, qui eundem Abbatem sibi per concordia vnitatem nominari Archiepiscopum instantissime postulabant. Quod fa- ctum esse potius creditur ex vocatione diuinâ, quâ electione humana.

8 Pontificali igitur insulâ decoratus, licet inuitus, cum multorum persuasionibus religiosorum, qui eius nouerant sanctitatem, vicitus fuerit, & vix tractus obla- ta sibi dignitatis b oneri succubuit, non honori. Susce- pti prius ordinis obseruantia non mutat: pristina re- Episcopus tinetur humilitas, conseruata intantum, ut Pontificalis *pristinam* fastigium dignitatis mentem eius nullâ elationis ostensio corrumpere videretur, nec exteriorem habitum militatatem, immutare. Abstinentiâ consuetudo prioris, licet Ar- tianam, pie- chiepiscopales delicias inueniret, vnum sobrietatis an- satem, & cursu

Variae virtutes. sancta mors.

cursu olim noctes cum somni breuissimâ degustatione deducens, non amittitur in mutatione officij, sed mutatur. Negotiorum enim occupatio, quam officij necessitas ingerebat, horam consuetam orandi præpediens, conluetudinem orandi non studium alternauit: quia datum sibi tempus in otio non consumpsit, sancta meditationi, quam prædicationi consultius referuabat, vel orationi vacando, quam pro se ac pro commisso sibi populo fundere necesse habebat. Misericordia exuberans, quam erga pauperes & afflictos semper habuerat, in assumpto Pontificali officio non defecit, sed collatarum simul cum officio abundantiam facultatum, vsu largiori mentem simul & intentionem & secura est largitoris. De animatum commissâ sibi curâ sollicitus, aut recipiendis confessionibus eorum, quos in multâ recipiens lenitate spiritus confouebat, ut lucrificaret Christo, aut prædicationi per se vel per alias sedulus intendebat.

Erga ini-
micos bene-
wolus.

9 Superabundantem gratiam caritatis, quâ præminens in sublimitatem virtutum, multorum ad se coruda conuertit, sicut multi nouerunt, qui hoc per experientiam didicere, non possumus satis abundanter exprimere: quia quoslibet inimicos sibi que in iuriante dilexit instantium, vt gratis obsequiis quorumlibet amicorum, graues etiam iurias visus fuit prætulisse. Cuius rei exemplum si velim in medium ego deducere, qui opusculi huius materiam sum aggressus, ex iniuriatum molestiâ, propter quam nec immerito contra me debuerat grauius indignari, gratia eius ultra quam erediderim, me protestor & gaudeo habuisse, & iam si dici possit, aut debeat, meruisse.

Claret mi-
raculus ad-
huc vinës.

10 Cumque his atque aliis plurimis virtutibus præmineret, addidit Dominus seruo suo illâ gratiam meritorum, ut viuens etiam miraculus coruscaret. Accidit

Languidâ
manum
fanat, con-
fessione im-
perata.

d namque quod quidam Presbyter, *a* Guiraudus nomine, Capellanus S. Germani de Podio iuxta Bituricas, vsum manus sinistra ita omnino amiserat, ut celebrare non posset. Qui cum ferè per dimidium annum huius infirmitatis incommodo laborasset, ad eumdem beatum virum accessit. Idem autem palpans manum ipsius languidam, dixit ei ut confiteretur peccata sua, & me lius se haberet. Post tertium verò diem ita conualuit, quod ipse dicit tertia celebrauit.

trem tre-
morem ca-
piti.

11 Inter miranda etiam ipsius Sancti opera, quibus sanctitas eius latere non potuit, illud etiam mirabile duximus exprimentem; quod cum quidam puer, Odo nomine, filius *a* Artaudi Pinaudi, manentis prope castrum de Monte Falconis, tremorem capitis incurrit, & ex illius concussione tremoris, cerebro perturbato & oculis vehementius angeretur; contigit ut B. VVillelmus in quadam ecclesiâ eiusdem castri solemnne dedicationis officium celebraret; ad beatum virum deductus est puer ille à parentibus, de dolore pueri dolentibus vehementer. Qui cum ei fuisset oblatus, vir sanctus dolori eorum solita pietate compatiens, puer manum imposuit, captus eius blandâ contrectatione palpando. At verò palpantis pura deuotio, suâ non est intētione fraudata: quoniam & capititis tremor omnino cessavit, & in lætitiam parentum mœrore conuerso, virtus miraculi declarata, in laudem & gloriam Saluatoris erupit. Et quid amplius? Si vitam eius subtiliter velimus inspicere, non minus vita ipsius, quam habere pro viuâ lectio potuimus, quam & hæc & alia miracula refulerunt, quibus vitæ sanctitas potius attestatur, quam miracula sanctitati.

a Ms. Belfort. egressus.

b Idem ms. non oneri succumbit, sed honori.

c Hac duo verba secuta est adiecimus ex Breuiario Cisterc. de-
trans in ms. Jefus tamen ea videbarur exigere.

d Breuiarium antiquum Corisopitense: Girandus.

e Ms. Belf. Archaudi.

12 *Q*VAMVIS autem in huius operis narratione proposuerimus breuiter & succinctè procedere, ne per multiloquij euagationem veritas laderetur; duo tamen huic narrationi delecat in serere pro utilitate, ut creditur, auditorum. Quippe vir iste beatus, Semper iù- cundus, cum ferè semper hilaris & iucundus, quod quibusdam displicebat austoris, se socialem & amabilem exhibebat; vitium detractionis, quod in locutionis cursu subrepere consuevit viris etiam sibi studiosè cauentibus, Detrac- summâ intentione vitabat, ita quod cum occasio de- nem odit. tractionis incideret, aut verba detractoria incidebat, mutando materiam, aut si verba persisterent detrahentis, penitus abscedebar nolens pollui audiendo, quæ vix aut numquam ipsum polluere consueverant in loquendo. Verum cum vitam & polluos mores alicuius, quem Peccata aliena be- earnis lubricum infamabat, aliquis tamquam impro- nigrè ex- perans & insultans deducebat in medium, ipse hoc vi- censat. tum patienti benignè compatiens excusabat, hoc modo dicens: Frater dicit ei qui cum membrorum tremore febricitat, quod à tremore huiusmodi se compescat; & probare sic poteris si propter hoc tremere vel febricitare desistat. Nolens facit forsitan id quod facit, & vellet cessare si posset. Subueniendum est talibus orando pro ipsis: & compati patientibus potius quam in- fultare improperando debemus.

13 Postpositis his & aliis, quæ narratio nimis lotiga portenderet in immensum, ad describendum modum exitus, quo ex hac luce migravit, stylum vertimus breviorem. Cruce quidem assumptâ volens ad fines Albigensium contra hæreticos proficiendi, cum itineri necessaria præpararet, quadam infirmitate corripitur, Morbo cov- quæ licet dolorem ingereret infirmanti, numquam ta- ripitur. men sensum eius vel rationis vigorem pristinum im- mutavit. Sed cum quadam scilicet die Mercurij post Epiphaniam ad visitandum ipsum sui Clerici more so- lito conuenissent, & videntes eum grauatum, de acci- piendâ communione Sacramenti, ac de rerum suarum dispositione monerent; tamquam certus de termino vita suæ dixit se instanti die Veneris id facturum. Quâ Euchari- die adueniente per quendam religiosum Abbatem tremâ un- Missam faciens celebrari, & eucharistiam cum debitâ vno- veneratione deferri; Sacramento accepto reverenter, nitur. extremâ quoque vocationis sacramentum & subsequenter a acceptit, petitâ veniâ prius à singulis, & recepto post- modum pacis osculo ab eisdem. In sequenti nocte Ve- neris, omnibus rite dispositis, & eo etiam ordinante seorsum positis Pontificalibus vestimentis, quæ sepul- turæ Pontificalis necessitas postulabat; abscedentibus vniuersis, exceptis familiaribus monachis & conuer- sis, cum iam nox profunda somnum mortalibus indu- xisset, eo nutu quo potuit matutinas decantari præce- pit, quartū psalmos ipse non oris voce, sed cordis, prout consueuerat, decantauit. Completo matutinali officio, in terra se proprio nisu deponens in terram, & manu, prout po- fuis bene- tuit, eleuatâ, benedictionis signaculum in altantis con- dicens mo- suero more depingens, spiritum benedictum cum ipsâ ritut. gratiâ benedictionis emisit. In transitu verò ipsius v. Idus Ianuarij terminus est signatus.

a Ordo contrarius in sup. vitâ expressus, nu. 29.

14 *S*ED prætermis eis quæ circa sepulturam eius acta sunt, monachis Karoli-loci ad suum mona- sterium corpus eius transferre volentibus; & miraculis etiam prætermis, quæ ipso sepulco in Bituricensi Ec- clesiâ statim coruscare cœperunt, cum in subsequenti volumine pleniùs sint descripta; illud speciale miracu- lum, quod in Canonizatione ipsius Dominus eviden- ter

AVCT. ter ostendit, ut de sanctitate ac meritis ipsius omnis pernitus dubietas auferretur, specialiter duximus exarandum. Miraculorum gratia simul & gloria crebrescente, vniuersos Archiepiscopos, & Episcopos, qui tunc erant præsentes, ad tractatum huius negotij præcepereat euocari. Quibus præsentibus, dum in principio tractatus illius VVillelmi miracula legerentur, Pragensis Episcopus recordatus visionis illius, quæ ipsi à Decano fuerat reuelata, & intelligens non esse tacendum, surrexit in medio, & personâ Decani commendatâ decenter, sicut de vitâ eius & moribus sibi notis fuerat commendanda, ea quæ ab ipso audierat, coram omnibus satis compendiosè narravit. Sed ut ex ore ipius Decani veritas gratiæ audiretur, vocatus est ipse Decanus, & in medium introductus, adiuratus à Domino Papâ, vt ple-
 ANONYMO, EX Claret mi- Sedis Apostolicæ a Honorio Papâ IIII. super inquisi- tio-
 b Fit inqui- tione de vitâ eius, meritis, ac miraculis faciendâ; vene- rabilis vir b VVillelmus Autiſiodorensis Episcopus, & duo religiosi Abbates Cisterciensis ordinis, qui hoc suscepere mandatuni, plures viros religiosos & alias per- sonas Ecclesiasticas & seculares iuratias examinant diligenter, & ad eandem Sedem testimonia diligenti & solemnni examinatione probata, sub sigillorum luorum cautâ inclusione transiunt.
 c 15 Præsentibus eigo ibi bona memoria & Giraldo Archiepiscopo, Cantore, & pluribus aliis Canonicis Bituricensibus, & pro canonizatione viri sancti vehe- menter instantibus, cum usque adeo fuisset in negotio illo processum, vt sententia proferri deberet infra diem præfixam, ad hoc iudicium humanum quod aliquando titubat, in diuinis huiusmodi virtus declarata miraculi confirmauit. Eo tempore præsens erat ibidem venerabilis vir Decanus de Boemâ, vir honestus & timens Deum, qui de remotis valde partibus veniens, pro quadam arduo Ecclesiæ suæ negotio, sub grandi eiusdem negotij discrimine laborabat. Quodam sero post diurnum laborem oratione completâ in ecclesâ B. Petri Apostolorum Principis, cui sui curam negotij commendârat, rediens ad hospitium obdormiuit. Et ecce vir facie resplendens, & veste nitidus, in somnis illi apparuit, eum suo nomine vocans ita: Decane quid turbaris, de tuo negotio? Acquiesce consilio meo, & expeditur in brevi. Dic sapienti & sapienti Psalmum illum:
 Appare- Iudica Domine nocentes me, &c. usque in finem psal-
 cui- m, & in memoriam B. VVillelmi Bituricensis Archi-
 epi- episcopi subiunge orationem illam: Exaudi Domine preces nostras, quas in Sancti VVillelmi, &c. Cui taliter visus est respondere: Domine nescio quis sit ille VVillelmus, nec nomen illius ciuitatis agnoui. At ille eadem exhortans ut diceret, id adiecit, scilicet quod ille erat Sanctus, qui per Apostolicum infra breve tempus canonizari debebat. Expergefactus Decanus & aliquantulum de visione turbatus Archidiaconum Ecclesiæ suæ, qui sui negotij particeps & socius venerat, dormientem secum in eodem thalamo excitauit, admonens ut ad matutinas consurgerent decantandas. Sed aduertes Archidiaconus, quod interdum tempe-
 Itinerum ei- stria hora venerat ad surgendum, & intelligens eum ex aliquo accidenti esse turbatum; caussam somni præter solitum interrupti sciscitatur ab eo. At ille semiplenè respondens, Visum est, inquit, mihi quod quidam mihi appartenens in candido habitu loquebatur, sed quæ mihi dixerit vereor enarrare. Cui Archidiaconus: Dor-
 demite Domine mihi, & requiescite. Nec enim de talibus visionibus est curandum. Cumque Decanus iterum obdormisset, ecce præfatus vir, sicut in primo visu, apparuit, & omnia quæ prius dixerat replicans, horratus est diligenter, ut omnia retineret & diceret, si suum vellet negotium expediri. Et etiam minas adiecit ad ultimum quod ei male accideret, si circa haec ageret negligenter. Surgens ergo quam cito, & horis matutinalibus decantatis, adiit quendam virum honestum pariter & maturum, Pragensem Episcopum, qui & ei notus erat, & secretæ vinculo familiaritatis adstrictus.
 Decanus Cui vocato seorsum quæ viderat secretius reuelauit, ea id Episcopo yolens sub confessionis clave clausa seruari, donec ea Pragensi narrat.
 16 Deliberauerat interim præfatus Papa cum Fratribus de negotio B. VVillelmi, & de Fratribus consilio

Auct. 17 Iulij 1216. electus, coronatus 24. Iulij die Dominicâ; obiit 13. Martij 1227.
 b Qui deinde Parisiensis Episcopus fuit, obiitq. an. 1223. vir religiosus ac prudens, ut est in Chronico Autiſiſ. & in hostis Ecclesiæ rigidus executor iustitiae. Scriptus summam Theologia qua extat.
 c Successit hic S. Guilielmo; Claudio Roberto Geroldus, Geraldus, Girardus, obiit Nonis Iulij 1218. cum sedisset an. 9. men. 4. dies 12. dicitur in Chronico Leniouensi citato à Cl. Roberto, fide, sanctitate, doctrinâ, & miraculis clarus. Sanctorum appellatur à Ghinio, & Chenu. Sed fallitur Ghinio, dum eum scribit mortuum ann. 1210. Guilielmum vero Episcopum factum an. 1189.
 d Ms. nostrum, diurnum.
 e Videtur legendum, neccum tempestiuia. ms. Belfortii habe-
 bat, quod intempestiuia esset hora ad surgendum.
 f Ciaconius scribit vi. Non. Iulij 1218. id esse factum.

Id refert
 Episcopus in Consistorio Pon-
 tificio.
 Aduoca-
 tur Deca-
 nus.
 Canoniz-
 atur S.
 Guiliel-
 mus.
 Cur ad se-
 pulbra
 Sanctorum
 fiant à Deo
 miracula.
 tate,

PRÆFATIO IN LIB. MIRACVLORVM.

I VONIAM superabundante malitiâ, multorum caritas refrigerescit quotidie, necesse est ut Deus omnipotens ordinator rerum aetemporum, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, Sanctos suos quos hereditatis æternâ voluit esse participes, quosque iam glorificatos coronauit in celis, ad laudem & gloriam nominis sui clarificare dignetur in terris, populis ad eorum tumulos vndique confluentibus, quorum corpora in pace sepulta sunt, & viuunt nomina eorum in æternum, signa & prodigia sua sapientius manifestans. Nonnumquam enim fiunt miracula diuinâ operante clementiâ ob Sanctorum suorum merita declaranda, ut in omnem terram exeat sonus eorum, & in fines orbis terræ exempla eorum; quatenus ad contemptum mundi, & ad amorem celestis patriæ ipsorum sanctis prouocemur exemplis. Insuper & excitanda est Sanctorum deuotio, ne feruot fidei in humanis cordibus per insolentiam tepescat, quoniam signis & miraculis credimus nutriendam. Sed nec tacula sunt opera Conditoris, quæ mens humana cogitat,

tare, scriptura cōprehendere, lingua laudare, supernorum ciuium exercitus mirari non sufficit. Suppleat ergo defectum nostrum diuina miseratio, ut quod possibilis nostra non obtinet, nobis eius munere cedatur.

*Excusae
audiori imperitiam.*

2 Sanè propositum, quod ad quorumdam instantiam super miraculis B. Willielmi Bituricensis Patriarchæ scripto commendandis assumpsumus, diu distulimus prosequi, tam tēporis negligentiā soporati, quam aliorum negotiorum occupatione detentī. Verūm licet vereamur indigni digna tractare, ne lacerandi officiam morsibus detractorum; quamvis etiam ex eo, quod cùm simus inferioris ingenij, valde timendum est, ne si huic operi nos præponimus, cui propter imperitiam sufficere minimè credimus, quasi ponere os in cælum videamur, & potius debeat imputari temeraria præsumptioni, quam caritati adscribi; considerantes tamen, quod cùm mundus in maligno sit positus, nullusque adhuc scriptorum in simili opere potuit declinare quod timemus, inter procellas linguarum expositi, nec submersi omnino nec tūtū ex toto, proposuimus nauigare. Igitur quasi horum oblitī & excusso tempore robustiores effecti, propositum opus, quod vires nostras transcendit, aggredimur, miraculorum insignia, quæ vel vidimus, vel à viris fide dignis audiūmus, prout Dominus dederit, qui meritis eiusdem Sancti eadem operatur, stylō humili descripturi. Et tamen multa prætermittamus miracula tamquam obliuione deleta, & alia etiam, quæ propter temporis lapsum labilisque memorie vitium in ea nobis veritatis specie non codex ms. hic laceratum erat, sicq; reliqua defideramus.

ALIVD VITÆ COMPENDIVM,

Auctore anonymo coætaneo.

Ex MS. Ecclesie S. Audomari.

*Institutus
a Petro
Eremita.*

*Fit mona-
chus Grä-
dimonten-
sis, tum Ci-
sterciensis,*

*Abbas,
Prior, Ar-
chiepisco-
pus.*

*Manum
languidam
fanat, con-
fessione
imperata.*

BEATVS Guillermus, a nobilis generē, longè fuit b nobilior vitæ laudabilis sanctitate. A primuā quidem ætate cuidam auunculo suo Sueffionensis Ecclesiæ Archidiacono, mira honestatis viro, qui Petrus Eremita dicebatur, à parentibus traditus fuit, moribus & litteris informandus: à quo, vel fortè quodam præfigio futurorum, fuit Guillermus Eremita postmodum nuncupatus. In Sueffionensi quidem primò, deinde in Parisiensi Ecclesiæ factus Canonicus, timens ne rerum affluentia, & blandimenta seculi eum à sancto proposito reuocarent, ad Grandimontensem eremum conuolauit. Vbi cùm seminator discordia omnis humani generis seminasset discordiam inter Clericos & Conuersos, de licenciatis Clericis à Domino Papâ transferendi se ad religionem aliam, prout Dominus vnicuique inspiraret, B. Guillermus Cisterciensem Ordinem prælegit.

2 Factus autem monachus apud Pontinacum, dū in obseruatione ordinis aliorum deuotionem præcelere niteretur, in Priorē concorditer est assumpitus. Fāmā verò religionis suæ magis ac magis crebrescente, primò c Fontis-Ioannis, deinde Karoli-loci factus Abbas, tandem cooperante diuinā gratiā in Primatem Bituricensis Ecclesiæ per electionem canonicanam est electus.

3 Accidit enim cuidam Presbytero, Giraudo nomine, repentina, grauis, & vehementer angens infirmitas in sinistrā manu, per quam ferè per dimidium annum factus est impotens celebrare. Hæsitabant medici

quid de morbo dicentes, quia cauſam eius penitus Ex MSS. ignorantes, videbant à symptomata sibi ad inuicem aduersari: & probatis, sed inutiliter circa infirmum diuerſis curationum generibus, vnuſquisque pōſtalium recedebat confusus, & dolens quia ei non poterat subuenire. Qui de medicorū subuentione desperans ad B. Guillermū accedit, totam spem suam in eum proiiciens, vt eo mediante à solo Domino curaretur. Videlis pius Pater morbum, cauſam cognoscit, & impreso signo sanctæ Crucis, manum tangens & palpans leuiter, dixit infirmo: Confite te peccata tua, & melius te habebis. Lætus facit quod præcipitur, corde contrito & humiliato confitetur, & statim ita plenè conualuit, quod die tertia celebravit.

4 Cūm autem post transitum B. Guillermi, priu quā corpus esset traditum sepulturæ, cateruatim populus ciuitatis conueniret ad exequias sancti viri; tanta fuit in populo puerorum deuotio, quod non cessabant osculari pedes & manus eius, & etiam lactentes pueri satiari non poterāt visione corporis sancti viri: quāplures autem ex ipsis renitentes pro viribus, & ciulan tes præ dolore recessus, vidimus violenter asportari.

5 Tunc quidam, qui nondum ætatis sua decimum compleuerat annum, capite scapulis coherentē, collo inter humeros intercepto, spinā dorsi quasi confractā, curuus incedens cælum videre non poterat, nisi faciem versus humerum obligaret: qui tantam demum infirmitatem incurrit, quod pedum & manuum priuatus officio pascebatur à matre, & de loco ad locum ubi suadebat utilitas, seu cogebat necessitas ferebatur. Hic auditus quæ siebant in ecclesiā, suspirat, lacrymat, Mirabilis omni petit constantiā, quod cum ferat ad ecclesiā ter contors mater sua. Currat mater cum sarcinā, se per turbam in- tūs, eius intercessio- ne sanatio- tur. puerorum erga corpus eius mor- tuum dé- uorū.

Beate Guillermi miserere nostri, & attende miseriā nostrā, qui spiritualiter superstes in paruis abundabas visceribus pietatis. Nec mora: quasi fragor ossium in puer est auditus. Cūm autem mater extraxisset de turbâ puerum, clamat puer: Mater dimitte me, quia per virtutem B. Guillermi sanus sum: & consolidatæ sunt eius plantæ, & cunctis admirantibus per se rectus & extento collo domum latus regreditur, qui tristis à matre fuerat asportatus. Stupet mater præ gaudio, stupet ferè tota vicinia, & mirantur mirabilia Creatoris. Tādem mater ad se reuertitur & proponit, vt cū corpus sanctum esset traditum sepulturæ, rei veritate manifestā Canonicis, cum eis sollemniter Deo actiones ageat gratiarum.

a Mathildis Comitissa Niuerensi, in publicis litteris afferuatis intabulari Niuerensi, quibus donat Ecclesiæ Bituricensi 12. libras Pariseniæ annui censu ad ascendendum perpetuo cereum ante S. Guillielmi corpus, datis mensis Iulio 1223. vocat eum auunculum suum: ut testatur Guido Coquilius in historiâ Niuerensi, & Claudius Robertus, traduntq; dixerit Coquilius & Ioannes Chenus, oriundum ipsum ex familiâ Comitum Niuerensium. Robertus ait Archiepsis vico Niuerensi natum. Carolus Sauvilius lib. 11: Annalium Ecclesiæ Aurelianensis traditum fratrem fuisse Geraldum Berruyerij, patris Philippi Berruyerij Episcopi Aurelianensis, ac deinde Archiepiscopi Bituricensis, quem idem Sauvilius inter Beatos censet, ut ix. Iam. diximus.

b Chrysostomus Henriquez lib. 1. Faſiculi 33. ord. Cistercien- dist. 20. cap. 1. eisdem, que hic duobus primis numeris, recitat, tum vim reliquam verbis Surj prosequitur. Legit autem hic, vti & ms. Audomare, nobilioris vita, laudabilis sanctitate. Breuiarium Cisterne nobilior vita, laudabilis sanctitate.

c Idem habetur in Breuiario Cisterne.

d Ms. Sancti thomata, mendose.

DE S. GONSALVO AMARANTHO

ORDINIS PRÆDICATORVM IN LVSITANIA.

CIRCA I GITVR B. Gonsalui Amaranthi *natalis x.II-*
AN. C.H. *nuarij. Ferrarius in generali catalogo SS. Vimara-*
MCLIX. *ni in Lusitanâ S. Gonzali Presbyteri ord.*
X. IA- *Predicatorem. At nō Vimaranum, vel obiit vel quiescit nunc,*
NUARI. *verum Amaranthi, unde illi cognomen. Martyrologium Lusi-*
B. Gonçal- tanicum : In oppido Amaranto S. Gonzali Confesso-
ui natus: *ris, ex regione inter Durium & Minium sitâ, vico Ta-*
gilde orti : hic ob:is magnâ pietate factis locis vrbis
Romæ ac Hierosolymorum, habitum ordinis Prædi-
catorum sumpsit, ac vita reliquum sanctis operibus, ac
saluti proximorum impendit. Corpus eius Amaranthi
in monasterio eiusdem ordinis conditum, summâ
populi frequentiâ visitatur, multisq[ue] illustratur mi-
raculis.

vita: *2. Vitam S. Gonsalui Lusitano sermone scripsit Didacus de Rosario ordinis Prædicatorum, iubente Bartholomeo de Martyribus Archiepiscopo Bracharense. Latinam fecit, ediditq[ue] in lucem Lutetie typis Thomae Perierij an. 1586. Stephanus Sampayus eiusdem instituti alumnus. Eius meminit in descriptione Lusitania Antonius Vasconcellius noster, his verbis : Abbatis cereo præluxit D. Gonçalus ab Amarante, quem desiderium exosculandea loca, quæ Christus videns pedibus lustrauerat, vocavit in Palæstinam, & ex eâ in patriam reuersus, vitam posuit in maximatum virtutū glorioſissimâ palæstrâ. Et alibi cùm illuftriora Sanctorum tempora enumerat, num. 30. Diui Consalui de Amarante nobile fanum est, cuius sepulchrum vniuersa Interannēsis regio religiosè frequentat, vt ægritudinibus faciant medicinam. Et cùm de fluiis agit, num. 16. Alius est Tamaca fluius, qui antiquum seruans nomen, S. Gonçalii ab Amaranto oppidum frequens, & ob Diui sepulchrum satis nobile interfluens, ad Duos fluios (ita locum appellant incolæ) Durio immiscetur.*

festiuitas: *3. Prolixum B. Gonsalui elogium habet Antonius Senensis in Chronico Predicat. ad an. 1250. Agit de eo quoque Chonetius cap. 25. & cap. 29. libri, qui inscribitur Mariæ Deiparæ in ordinem Prædicatorum viscera materna. Ferdinandus Castillo Historia ordinis Prædicatorum par. 1. lib. 2. cap. 60. & seqq. Ioannes Marietta lib. 12. Historia Ecclesiastica Hispan. cap. 1. & seqq. qui de publicâ illi decretâ veneratione cap. 10. hac tradit : Cùm plura in dies miracula eius meritis patrarentur, Pius IV. Pontifex Maximus regnante Sebastiano Rege sanxit, vi horæ canonice ac sacra de eo in Lusitanâ regnis celebrati possent. Restota Cardinalis Hérici ac Nuntij Apostolici fidei commissa: ij publicis perlectis testimonis, quæ partim Pompeius Cambrianus olim ibidem Nuntius Apostolicus potestate sibi à Julio III. Ioannis III. glorioli Regis rogatu, factâ; partim recenter Rodericus Pineyro Portuensis Episcopus, & Doctor Balthasar Alvarez Prouisor Archiepiscopatus Bracarense legitimè collegant; & quæ omni serio ac mature discussâ, hunc S. Gundisaluo haberi ab omnibus publicorum sacrorum honorem in vniuersis Lusitanicâ Imperij prouinciis posse decreuerunt. Bullam ab iiii bac de re editam, Hispanicâ versam, recitat idem Marietta & Castillo. Meminit & B. Gonsalui L. Andreas Resendius infra citandus. A multis eius vitam Lusitanicâ scriptam testatur Castillo, atque integros extare miraculorum eius meritis editorum libros. Ferrarius circa annum 1259. defunctum tradit: circa idem tempus referunt alijs: licet Sampayus dicat de aetate non constare.*

etas.

VITA

à *Didaco de Rosario Lusitanicè scripta,*
 versa à Stephano Sampayo.

PRÆFATIO INTERPRETIS.

RATIONE non leui, Christiane Lector, in animum induxi mihi, D. Gundisalui, Dei famuli *Curbare* fidelissimi, ordinis Prædicatorum alumni olim, *vitam* gesta exscribere, Latinoque vtcumque idiomate traducere, atque exteris etiam nationibus eius sancta virtutum exempla, mira prodigia, & efficacissima merita ostentare. Etenim patronum illum, & meum, si fas est dicere, Mæcenatem, à multis annis iam agnosco, atque fateri compellor: tum quia ex eadem prouincia, & professionis instituto, per Dei gratiam me contigit esse; tum etiam, quia me olim quodam peculiari miroque deuinxit beneficio, quod quamvis occulte receperim, publicè nihilominus fateri nunc teneor.

2. Cùm enim pueriles adhuc annos transigerem, naturali quadam premebar inualetudine, quæ tametsi periculosa non esset, fastidiosa tamen & grauis adeò mihi videbatur, vt non solùm corpore, sed & mente etiam, illius causâ, valde afflitterer. Consilio tandem atque exhortationi piæ meæ matris acquiescens, quæ valde mihi compatiebatur, sepulcrum D. Gundisalui Amaranthi, quod per viginti circiter distabat millaria, religionis ergo visitare institui. Iter igitur postea lætanter aggressus, non sine magnâ sanitatis obtinenda fiduciâ, propter crebra miracula apud eiusdem Diui tumulum quotidie patrata, cùm aliis turmatim vountibus, eâ quam puerilis etas ferebat deuotione, ad illius templum reuerenter accessi. Deinde petitione meâ vtcumque sancto Dei famulo propositâ, sacro etiam pro me facto, à quodam Sacerdote sui instituti & nondum mei, ad paternam domum sum reuersus. Non multo post tempore präfinitum incolumitatis instans minimè deprehendens, gratias Altissimo, in suo famulo Gundisaluo, me ab illâ natuâ & satis onerosâ inualetudine omnino liberatum persensi, & usque ad hanc horam, quâ haec scribo, clare exerior. Hoc Dei beneficium à me indignissimo receptum, meritis & precibus D. Gundisalui Amaranthi adscribere nec reveror nec dubito. Exstant enim quotânis, imò ferè quotidie tot tantaque sanitatum genera à vountibus, eius meritis apud Deum impetrata, vt illorū respectu, quæ ad eius tumulum cernuntur in dies, hoc quod retuli minimè comparandum veniat.

3. Huius Diui gesta, tam ante religionis ingressum, quâm postea, eum in modum compendiosa & confusa reperiuntur vbiique in Lusitanâ, vt quasi fragmenta potius quedam historiæ videantur, quâm integer tractatus. Reperitur tamen hoc qualecumque compendium, sufficenter authenticum sermone Lusitano Bracharæ Augustæ excusum, per quemdam religiosæ memoria Patrem, eiusdem ordinis fratrū Prædicatorum, qui F. Didacus de Rosario dicebatur, de mandato Reuerendissimi Domini F. Bartholomæ de Martyribus, Archiepiscopi Bracharense, eiusdem professio- nis alumnus. Alius etiam Lusitanus Pater & prædictorum frater, iam vitâ functus in lucem hoc opusculum ante me aliquando voluit emittere; sed cùm ad manus meas peruenit, taliter Latinitate erat donatum, vt verè possim affirmare illius lectionem ad nihil aliud mihi deseruisse, quâm ad veritatem historiæ huius cum illo


*Vita à quo**scripta.*

illo concordandam aliquando. Hæc omnia boni consulas pie lector.

Compendium gestorum & sanctæ cōuersationis Diui Patris Gon-disalui Amaranthi Lusitani, ordinis Prædicatorum, ex proprio illo idiomate fideliter traductū.

C A P V T I.

Præambulum historiæ, de regione Interamni Durij & Minij.



Interamnenſi re-gionis in Lusitanianā fines.

1 NTER reliquos populos, quos antiqui scriptores in nostrâ Lusitanâ certis nominibus finibusque propriis distinxerunt, aliqui sunt Bracari olim dieti, qui modò Interamnes vocantur, ^a Durij ^b Miniique fluminum angustati fluentis. Hæc prouincia parua quidem & contemptibilis iudicabitur, si amplitudinis spatium geometricè quispiam mensurare velit. Quippe quæ longitudine tantum decem octo leucarum Hispanicarum, alibi verò sex, alibi etiam quatuor, clauditur mensurâ. Si verò climatis naturam, glebae pinguedinem, & rerum omniū ad humanæ vitæ usus desiderabilissimam, inexhaustum thesaurum introspicias, adeò spatiostam vel potius portentosam inuenies, vt non dubitem quin septem mundi miraculis hoc ostauum partim à naturâ productum, partim verò ab arte & industriâ humanâ elaboratum, **Fertilitas**, meritissimè superaddere possis. Illic enim à sollicito agricultâ subacta terra quater in anno sèpè fructus vberimos semenque cum fœnore reddit.

2 Illic propter propitiâ aëris temperiem, humani generis propagatio tam multiplicata cernitur, vt veritatem non solùm dubiam narrare volentis, sed falso simillimam efficiat. Est enim tota illa regio vbiique ferè locorum taliter exculta, atque vrbibus, oppidis, pagis, castris, ruribus, prædiolis, monasteriis occupata & referta; vt vna tantum amplissima ciuitas affabre construeta, ex his omnibus populosis locis, surgens videatur. Extat huius rei clarum in multis auctoribus testimoniū qui de gestis Romanorum loquentes, asserunt illorum Duces & Imperatores per spatium quadragesima annorum, multis prius hinc inde fusis exercitibus absuntis, insudasse antequam hanc regionem Interamnem debellauerint. Imò & L. Florus idem confirmans testificatur, quod in vnâ solâ æstate, ^c cùm L. Posthumius aperto Marte cum Bracharis Interamniis bis obstinato & ancipiti semper bello pugnaret, ex illis populis pertinaciter constanterque resistentibus non minus quam viginti quinque millia in illis duobus temporeis, præliis occubuerint. Cæli namque temperamentum illicet humanam vegetat naturam ac multiplicatam conseruat, vt nec tempus hibernum in rigido frigore, nec æstiuum in calore nimio nisi in quam paucissimis anni diebus sentiatur.

3 Arbores omnis generis fructiferæ tam in præramenitatis, ptis montium quam in agrorum planitie, semper fertè videntes, faciem terræ operite conantur. Quocumque se viator verrat limpidissimos fontes in extate frigidos, in brumali frigore tepidos, à petris & saxosis ripis vmbrosè scaturire suspiciet. Illorum copiam numerum vi-

d ginti quinque millium implere ^d Ioannes Vazeus, & Germanus quidam, auctor tabularum Hispaniæ, ausi sunt asserere. Docttor tamen quidam Palacius, professe medicus, natione Lusitanus, qui in eadem regione diu habitauit, in libello quodam, quem de mirabili-

Tom. I.

bus eius composuit, duo mille quingétos tantum fontes, & flumina septem magna, reperiendi afferit. Pontes ^e DIDACO verò ex quadrato lapide elegantissimè constructi ^f tercentesimum numerum, monasteria centesimum trigesimum; portus maritimis nauigabiles senarium etiam ^g pontes, numerum compleat. In Metropolitanâ Bracharæ Augustæ Sede, f mille centum baptisteria, totidemque parochiales Ecclesiæ hodie numerantur. Nec proinde ^h cœnobia, mirum si Romani milites illic ⁱ Lethæum flumen inuenisse, quem incolæ Limiam vocant, non sine superstitione affirmauerint timore. Postquam enim Limia ^j Leithæum transito Interamnem regionem penetrabant, illius deliciae & amoenitate allecti, ad proprios redire lares minimè amplius recordabantur. Quinque in hac nostrâ ætate tantum in eâ diuites Ecclesiæ collegiatæ florent, & tres Sedes Episcopales, quarum præcipua Brachara Augusta, vt diximus, ^k h totius Hispaniæ Primas, hodie cernitur, quæ ^l S. Petrum Apostoli Petri discipulum, primum meruit habere Pastorem & Martyrem. In huius ergo Metropolitanæ Sedis districto, (vt ad historiam accedamus) natus est Diuus hic Gondisaluus. In quo olim Diuus etiam ^m Damasus ex Vimaranensi oppido ortus, Ecclesiæ Dei non parum contulit splendoris.

a *Vastum flumen, ad urbem Portum oceano miscetur. Duero accolis diti testatur Nonius.*

b *Nomen à minio, quod ripa profert, mutuari scriptis Iustinus. Consule Vasconcellum nostrum, & Nonium.*

c *Circa annum V.C. DLXXXVIII.*

d *Chronici Hispania cap. 8. Vasconcellus idem refert.*

e *Iam citati auctores solum 200 agnoscunt.*

f *Iudem solum 800. habent. Vasanus in totâ Interamneni prouincia 1460.*

g *Florus lib. 2. cap. 17. flumen Oblivionis vocat. Epitome Liua. nass. fluum Oblivionem. Originem huius nominis referunt ex Strabone Vasconcel. & Nonius.*

h *Cautius Vasconcellus: Licet adhuc lis indirepta à multo iam tempore cum Toletano Præfule intercedat.*

i *Colitur hic xxvi. Aprilis.*

k *De hoc xi. Decembri. Refendius in ep. ad Kebedium: Vimaranensis est ciuitas, sancti Pontificis Damasi quondam patria, si per vestros liceret. Vulgo Guimaraes dicitur.*

C A P V T II.

De particulari D. Gondisalui patriâ, eiulq; parentibus, & infantia.

4 *INCognitus ille anteâ pagus, in quo primùm Diuus hic Gondisaluus lucis usurâ frui visus est, Lusitano idiomate, ^a Tagilde, vocatur; parœcia verò sancti Saluatoris, non longè à flumine ^b Auicella olim dicto, ad differentiam alterius, ^c Auis vocati, qui in eadem regione per ^d inuidæ Cininiæ radices, nubilosus semper labitur; nunc autem corrupto partim antiquo ^e Gon-sal-eius nomine, flumen hoc Vizzella, & vrbis ruine ^f Cita-nia nominantur. Parentes eius illustris stemmatis splendore clari exitere, quo multoties gratuito naturæ be-parentes. neficio, tamquam angulari lapide virtutibus multis, stabile firmumque illa fundamentum iacere consuevit. Est enim stirpis nobilitas (teste D. Hieronymo) futuræ virtutis quoddam certum pignus, atque veluti flos quidam suauissimus, amoenissimum fructum tempore opportuno promittens.*

5 *Præscriptum verò & indubitatum seculum, in quo vir hic Apostolicus claruit, nec ex nostris Lusitanis Annalibus, nec etiam ex monumentis ordinis satis ^g quando vixerit. Galliarum bibliothecis conuentuum nostrorum, à tribus iam annis, cùm de aliis Lusitanæ Patribus antiquis vestigia nonnulla inuenierim; D. Gondisalui Amaranthi, nec saltem nomen (vt de gestis raceam,) aut memoriam reperire potui.*

6 *Ac proinde Patrum nostrorum crassâ incuriâ, re-*

tanti momenti obliuione sepultâ, quæ non parum ad

ordinis

H h h 3

Avt.
DIDACO
DE RO-
SARIO.
Cuius or-
dinis fue-
rit.

ordinis nostri splendorem conducere videbatur; opportuna occasio æmulis nostris fuit oblata in dubium vertendi, cuiusnam professionis aut instituti D. Gondisaluu Amaranthus olim extiterit. Cùm tamen res ad eò sit clara & per se nota, quamuis de tempore non nobis cōster, vt à seculo immemorabili in totâ Lusitanâ, vulgare sit & celebratur, illum fuisse Dominicanum, ordinisque Fratrum Prædicatorum alumnum: atque non nisi obstinatis æmulatoribus, oppositum contingat liceatue suspicari. Minimè tamen me opponam cuicunque opinari volenti, illum ante ordinis Prædicatorum ingressum Canonicum regularem ordinis D. Augustini, aut instituti D. Benedicti prius alumnum fuisse. Argumenta enim in oppositum mead hoc concedendum licet non adducat, tamen inuitant: sic enim & Patriarchæ nostro D. Dominico aliquando contigisse legitur. Erant vtique tunc temporis, tot alii ordinis Benedictinorū propagines, per totum orbem diffusæ & dilatatae, cum tanto cælestis doctrinæ fructu luxuriantes; quod vix Ecclesia aliqua parœcialis, (vt de Episcopilibus sileam) in totâ Lusitanâ, imò & in Europæ maiori parte reperiatur, quæ ex ordine D. Benedicti Curionem Pastorem non possiderer. Quod similiter etiam legitimo D. Augustini ordini in Galliâ contigisse, saltem quoad Ecclesiæ multas Episcopales coniecurari licet. Hæc in gratiam p̄ij lectoris, pro subsequentis historiæ faciliori intelligentiâ interserere non piget.

Quando
videatur
vixisse.

7 Si verò ex temporū circumstantiis cōiectari nobis licet, floruit D. Gondisaluu illo aureo nostri initiantis ordinis seculo: quando vitis Apostolicæ palmies, (Diui, inquam, Dominicī discipuli) per totū orbem terrarum, (vt in breui compendio huic volumini apposito videre licebit) verbum Dei gloriose annuntiabant. In eodem namque cœnobio Prædicatorum Fratrum, vbi illius sacræ venerantur reliquæ, regalibus extructo expensis, in quo iam & ante illius facellum extiterat, antiquissima cernitur sculptilis quædam imago eius, sacris Dominicanæ familiæ indumentis ornata. In cœnobio etiam secundo Vimaranensi, quod ferè eodem tempore, licet in alio situ distincto fuit inchoatum, quando Patriarcha e D. Dominicus Hispanias, post ordinis confirmationem, à Galliâ discedens, perlustrauit; eiusdem D. Gondisalui, qui ibidem sacro fuit habitu primò indutus per traditionem immemorabilem, antiquitus depicta cōspicitur illius effigies habitu Prædicatorum ornata, in quâ miraculum illud Diui Patris appetit, quando pro constructione pontis Tamacani (de quo postea) pisces se illi certatim ad fluminis oram offerebant vt operis constructoribus viatum ministraret.

Confessio
Christi
imagine
infans re-
creatur.

8 Natus igitur hoc circiter tempore, Christi miles futurus Gondisaluu, atque pro regenerationis lauacro suscipiendo die constitutæ, & vt nouum hominem indueret in ecclesiam deportatus, eodem momento, in quo per sanctum baptismum fuit renovatus, futuræ sanctitatis cælestia claraque indicia, coram omnibus, præbuit. Ut enim à sacro fonte fuit levatus, patris sui Gondisalui nomine eodem sibi indito; præstolanti nutrici, vt solet fieri, cùm confessum esset traditus, quod à querulosis vagribus, lactis dulcedine tractus, temperarer; nouus ille lucis filiolus, ad cælum solummodò anhelare incepit. In brachiis namque nouæ altricis reclinatus & ab ea constrictus, vbera prorsus respuens, siccis subito ocellis, & versus quandam Christi crucifixi imaginem defixis, lamenti oblitus & lactis, tenera brachio la ad idem cælestis obiectum inenarrabili iubilo protendebat. His vtique signis Crucifixi effigiem se amplexati velle insinuabat. Hæc inopinata res, astantes omnes illi primo atque deuotissimo Ecclesiæ sacramento, non sine magno stupore in inusitatam traxit admirationem.

9 Peracto verò solemnissimo illo sacramentali

catechismo, successuo p̄st temporis labente fugaci cursu, solebat educatrix illa spectatissimi infantuli aliquotiens eamdem sancti Salvatoris parochialē ecclesiā simul cum alumno suo, sacrum audiendi vel orandi causâ, repetere atque frequentare. Puerulus autem Gondisaluu, instinctu motus plusquam humano, à collo pendens illius, in ingressu protinus ecclesiæ, oculis circumcircè eleuatis, totam perlustrando sacram dominum, supramemoratam Christi passi imaginem sollicitè quærebatur. Postquam verò eam suspexisset, atque deuotis comprehendisset ocellis, à sollicito & inquieto Vix ab eius confidetu abbrabili motu quam citissimè abstinebat. Si autem tentandi gratiâ, aut potius recedendi proposito, nutrix sua illum ab eo spectaculo abstrahere nitebatur; tali protinus renitendo distractioni cælesti vel actioni tam incessibili quiritabat ciulatu, tamque impensè, quod altrix vita subsistens, prodigium hoc non sine magnâ animadversione conspiciebat.

10 Quadam verò die, cùm sanctus puerulus (gratiâ supplente æratem) in eandem Christi cruce panis similitudinem oculis immotis diu absorptus & intentus permaneret; anxia illius nutrix (moram timens trahere longiorē infantulum multoties ad se conuertere tentauit, vt in paternam illius domum, cui inseruiebat, properaret. Attamen tales ille vagitus sæpè sæpius infantiliter vociferando emisit, quod mulier aliquandiu plus immortari fuit cōpulsa. Metu nihilominus isthinc percussa seruili, illinc verò religione tacta, & immorari timebat, & discedere verebatur. In his ergo angustiis constituta, ad quandam Deiparæ Virginis imaginem conuersa, ab Angelorum Reginâ spiritus gemitibus ^{Mob & tem-} enixè opem efflagitabat. Quatenus, eius interueniente ^{pto non fa-} auxilio, ita omnia suauiter disponerentur, quod nec ^{cide referri} se partur. genitoribus infantuli, quorum seruicio erat addicta, diuturnâ morâ molestiam inferendo, displiceret; nec etiam illum puerulum à sancta imaginis conspectu dimouere cupiendo, diuinam offenderebat. Maiestatem. Huic orationi cùm primùm timorata mulier intenta fuit, ecce tener infantulus quasi diuino edocitus & ocultus numine, oranti etiam se assimilans & ad eandem imaginem conuersus, torus ereclus brachiola extensa leuauit. Quasi in hoc corpusculi gestu nutricem suam in afflictione spiritus, & oratione existentem, comitari vellet demonstrans. Post paullulùm verò temporis, capite versùs eandem figuram deuotè inclinato, quasi valecendi gratiâ, in sinum & vbera altricis suæ se quietè recipiens, recessu facilem præbuit assensum.

11 Post hoc miraculū, non tâquam si clausis oculis aut surdâ mente incederet mulier illa, quæ Sanctum Dei Gondisaluum lacte pascebatur, circa illius educationem se gerebat. Imò potius, cùm deinceps infantulus aurora lucente, vbera oblata voces emitendo querulosas respuerat quasi prius lac cælestis sugere appeteret; iam illa præsentaneum sedandi lamēti illius remedium hoc plus certo cognouerat: & ad ecclesiam, boni pastoris caulam, agnellum hunc deducebat: quam postquam ille ingrediebatur, atque hilariter lætantibus oculis perlustrabat, picturis sanctis attente circumspectis, tunc templum vbera nutricis lætus sugebat f. Sin minus ita aliquando portatur. fieri contingeret, adeò se morosum & impatientem f reddebat, vt à querulosis clamoribus nullatenus ieunus & morosus cessaret. Nec mirandum, quamvis mi- rum. Patet enim præpostorum & præter legem rationis vsum seruari contingere ordinemque, quando esuriente animâ cælestis alimentum prius in corporis obsequium, pecudum ritu, obsonia, lautitia, neclatarique cibi, primo manè maximâ cum sollicitudine, ab helluibus, qui se Christianos esse dicunt, quæruntur.

a De hoc Resendius: A Vimaranensi ciuitate interstitio sedeci m̄ illium passuum, hoc est leucarum ad nostram rationem quatuor, oppidum est Athanagilde Viscellæ impositum, Athanagilde Lusitanæ vocatum, è regione oppidi S. Verissimi, in alterâ fluuij ripâ locati. & infra: Fueritne Athanagildi id nomen à Gotherum Rege fortitum, an alias ob caullam, adseuerare modò non

non possum. Extant vestigia quædam non contegnendæ antiquitatis, & ædes semidirutæ, Palatia vulgo appellata, structuræ planæ Gothicæ, non Romanæ.

b Viscella est Resendio, Lusitanæ, inquit, Vizella dictus; in Auum maioris famam fluuium ingreditur.

c Imò Auus est Resendio, ut iam diximus. Iuxta Vimaranum habet fontem, inquit Vafconcellius, ad Villam comitis ostium.

d Valerius Maximus lib. 6.c.4. Cùm se ei (D. Bruto) rotæ pænè Lusitanæ dedisset, ac sola gentis huius urbis Cinnia (ali) Cinaria legunt, Orrelius extribu mss. Cinninia) pertinaciter arma retinet; tentatæ redempzione, propemodum vno ore Legatis Brutus respondit: ferrum sibi à maioribus, quo urbem tuerentur; non aurum, quo libertatem ab Imperatore auaro emerent, relictum.

e Approbatus eß ordo ab Honorio III. an. 1216. 22. Decembri: obiit S. Dominicus 6. Aug. 1221.

f Alias, ad compescendos eius vagitus & euilatus, domi ei Dei-para Virginis imago obseudebatur, ut scribit Marietta.

C A P V T III.

De studio, & eius sacerdotio.

12 His præagiis, bonâ indole, & futuræ pietatis præuiis auguriis, quasi adiurati atque diuinatus obstricti, infantuli huius parentes, immotâ mente firmoq[ue] animo decreuerunt, illum non mundo sed cælo dignum, in perpetuum holocaustum Deo consecrare. Hac de cauſâ, cùm iam per åtatem licitū esset, intra pueriles tamen adhuc annos inclusum, ad ecclesiam frequenter secum ducere consueuerant. Nec modicâ afficiebantur lætitia, dum pueruli pronam voluntatem & cor docile ad res cælestes & spirituales conspiciebant. Etate deinde iam vsum rationis admittente, vt cumque eum cuidam probatæ vitæ Sacerdoti, litteris & bonis mořibus instruendum manciparunt. Hunc deuotus puer načus Præceptorem, in dies se Deo & hominibus magis reddebat amabilem. Postquam verò in prædictis, ab eodem Presbytero mediocriter edoctus fuit; ad altiora charismata promouere cupientes, illum Archiepiscopo Bracarenſi, Hispaniarum Primati Antistiti, (sub cuius districto & ditione habitabant) solliciti parentes eius consultissimè præsentarunt. Fore enim confidebant, vt in tanti Pontificis sacrâ aulâ, ingenuis liberalibusq[ue] disciplinis dilectus puer Gondisaluus perfectius excultus, ad Sacerdotij gradum, (quod impensè cupiebant) dignè posset promoueri. Non toruis oculis, nec indignanter pius Antistes munus hoc sibi oblatum aspergit. Imò potius ingenuum iam iuuenem vultu verbisq[ue] non minùs cordatum, quammodum modestum inspiciens, lubenti animo in suorum familiarium collegium exceptit.

13 Decurso verò postmodum temporis curriculo, quod secundum sacros Ecclesiæ canones expectandum erat, vt sacris posset initiari, non minùs moribus & vi- tâ, quam litterariâ disciplinâ idoneus tanto muneri ob- eundo effectus, ad sacerdotalem gradum fuit promo- tus. Nec multo post tempore, dignus ab eodem Antiste iudicatus, qui tamquam lucida lucerna supra can- delabrum reponeretur; in a Abbam b Ecclesiæ S. Pelagij paterno solo vicinam, Mæcenam sui electione & iniuncto precepto fuit cōfirmatus. Tanti igitur muneri onustus pondere nouus Christi minister, villicatio- nis sua non immemor, vt alter Salomon regni suscep- tio gubernaculo, in quandam protinus ecclesiam confi- giens, obortis lacrymis, coram quadam Virginis Dei- paræ imagine prostratus, Virginem Matrem affectuo- sè rogabat, vt sibi intellectum & sapientiam imperare ab vnigenito suo Dei filio dignaretur, quò tam graue & periculosum obedientiæ & curæ pastoralis iugum pos- set debitè tollere.

14 Deinde sacrâ Archiantistitis sui benedictione obtentâ, sodalibus vel collegis suis valedicens, patriamque non multum distantem repetens, ad suam Eccle- siam, nouamq[ue] Christi sanguine redemptam sponsam se contulit. Ibi verò, horâ quadam priùs assignatâ, oui-

bus suis, intra sacras ædes contiocatis, piam illis exhortationem proposuit: & verbis spiritu dilectionis plenis DIDACO in Dei & proximi dilectione, tamquam in plenitudinis DE ROME legis obseruatione secundum Paulum, illos perfetuerat. re suauit. Quia verò satis sibi persuaferat ad virtutem IO. amplexandam, quæ circa difficultia versatur, homines magis operibus quam verbis induci, (longum enim per verba est iter, ait Seneca, facile & breue per exempla) sele omnium virtutum exemplar, subditis sibi Christi ouibus præbtere diligenter curauit. In omnibus autem necessariis ad vitæ præsidium, frugalitatem frugalitatem, libenter amplectens, parco vrebatur cibo & vili ueste, atque humilitatem cordis & corporis super omnia præseferebat. Pudicitiam Sacerdotis annexam dignitati, ex sanctissimâ Ecclesiæ Romana consuetudine, taliter semper custodiuit, vt virginitatis lily in corpore cum maximâ semper animæ puritate conseruauerit. Erga pauperes paterna viscera, tamquam fidelis cœco nomus, liberaliter & misericorditer exhibens, alienum erga pauperes.

re manus, atque eis denegare, quod pro illorum inopâ subleuandâ, ditoribus tamquam dispensatoribus superabundanter largitum, vel potius creditum erat. Et enim Ecclesiarum vberiores redditus annuales, tamen quam Christi verum patrimonium in terris relictum esse pro pauperibus alendis, retento solùm necessario subsilio, pro moderato scilicet vietu & uestitu Prelatorum, piè pious Pater iudicabat.

a Vafconcellius de hac Interamnenſe prouinciâ: Ultra centum & triginta monasteria tantulâ visuntur in prouinciâ; alias vt prætercam magnorum redditum Ecclesias, (vulgò dicimus Abbadias) nec non plures alias, &c.

b Resendis: Non procul ab Athanagildi, secundo flumine, Vimaranum versus, oppidum & templum S. Pelagij est, cuius Gundisaluus rector fuisse perhibetur, antequam Hierosolymam petiit. Celeberrimo Martyri Cordubensis Pelagio, qui xxvi. Iunij collitur, sacram fuisse hanc ecclesiâ suspicamur. Vulgo S. Payo, vel ut scribit Castillo par. 1. lib. 3. cap. 60. San Payo de Riba de Vicela. Ide pro Abbe Curionem vocat Gonsaluum.

C A P V T IV.

De peregrinatione eius in Hierusalem.

15 FRVGALI igitur hac & piâ viuendi normâ sibi à semetipso præscriptâ, fideliterque obseruatâ, in timore & amore Dei, diu sine intermissione, sanctus Abbas Gondisaluus perseverans, mysteria passionis Christi redemptoris nostri multoties meditabatur: Statuit speciali namque deuotionis aſſetū in Dominicam paf- vijere loca ſancta.

tionem ferebatur. Vnde eius afflictâ mente, in Chri- ſtum paſſum ſæpè translatâ, ex affidâ sanctæ crucis meditatione, maximo in dies angebatur desiderio loca inuisiendi sacra, in quibus Deus & homo verus Iesus Christus nostræ redēptionis mysterium operatus fuerat. Sed tamen dum de ouibus suis, alicui mercenarii comendandis tam longo temporis intervallo cogitabat, eum conscientiæ ſtimulus à desiderato itinere deterret. Timebat enim ne gregem Dominicum, anteā ſibi commiſſum, quispiam leo rugiens, ſe absente dilaniaret. Hac diutius timoratâ consideratione impeditus atque immoratus, vario ſecu fluctuabat animo. Nunc conceptæ deuotionis desiderio, ſepofito con- ſcientiæ ad horam ſcrupulæ ad iter conficiendum iam ſe accingebat; nunc iterum ſtimulus eiusdetmet con- ſcientiæ punctus, ab incepto defiſtere proposito, inu- tis cogebatur. Tandem translato tempore non modico, animi temorſum ſanauit, penitusque ratione excluſit; de quodam confobrino ſuo, Presbytero tunc bone indolis, ſe magnâ rationabiliter conceptâ, quâ Dominicum gregem illi ad tempus uisque ſuæ reuersionis, commendare decreuit.

16 Erat hic iuuenis Sacerdos, ab infantia ſuâ san- Nepotem atis moribus ab eodem sancto Abbâ vigilanter educa- ſuum ſibi vicarium tuus: legit.

Litteris
eruditur.

Fit Sacer-
dos,

dein Ab-
bas, ſive
Curio.

a b

D. Virginis
orat.

Suis ver-
bo & ex-
emplis
ad virtu-
tem;

Auct.
DIDACO
DE RO-
SARIO.

tus: quem postquam ad hoc munus obeundum elegit, ad se venire iussum, talibus exhortatus est verbis: Fili carissime, arcanum non parui ponderis tibi committere intendo; si tamen mihi prius, sacramento adactus, promiseris, quæ tibi modò iniunxero fideliter exequaturum. Adolescens verò, quia istam auunculi sui iam firmâ mente propositam peregrinationem longinquam penitus ignorabat, confessum in eius verba iurauit. Tunc sanctus & venerandus Abbas sermonem suum sicest prosecurus: Noueris, fili mi, quod à multo iam tempore, satisque diuturno, in votis est mihi teria sanctam perlustrare, & oculis meis, si possim, redemptio- nis nostræ loca, in quibus Salvator mundi pro nobis passus est mortem, videre; atque etiam sanctorū Apostolorum, qui Romæ quiescunt, sanctas reliquias inuisere. Usque ad hanc horam, ab itinere isto mente concepto, me Ecclesiæ meæ sollicitudo, & necessaria residenzia satis ægrè hoc ferentem retardauit. Quia verò de te talem iam olim opinionem cōcepisti, ut vices meas sufficienter supplere posse te credam, atque taliter has Christi oves ducturum, ne interim eas teneat mei desiderium; auctoritate mihi commissâ, te imprimis Vicarium meum constituo: deinde enixissimè precor, ut in omnibus, quæ ad istius Ecclesiæ regimen spectant, mea semper sequaris vestigia. Super omnia autem tibi iniungo atque præcipio, ut necessariis tantummodo sumptibus ad frugalem vitam transigendam contentus, omne quod residuum fuerit ex annuis vestigalibus, egenis & pauperibus Christi humaniter & fideliter distribuas. Hac finitâ exhortatione, Deo prius suppliciter inuocato pro faustâ peregrinatione agendâ, vilibus induitus vestibus, ut peregrinum decebat virum, desideratum iter est ingressus.

17 Non multum temporis effluxit spatiū post sancti Abbatis discessum; quando nouus vidua Ecclesiæ Vicarius, sanctæ monitionis auunculi sui oblitus, deliciarum allectus dulcedine, longè diuersam ingressus est viam. Atque antiquus humani generis hostis, varia in mentem eius voluptatum fomenta immittēs, seculi vanitatibus pompæ & fastus primò irretitum, omniq[ue] generi venationum & ludorum deditum, taliter infecit, ut ouium sibi antè commissarum, pauperumque curâ postpositâ, de canibus venaticis accipitribusq[ue], alendis, & magno seruorum famulatu solummodo cogitaret atque sollicitus esset. Taliter autem illius erat denigrata fama circa officium pastorale, & erga pauperes ubique inhumanitas diuulgata diffusaq[ue], ut in ore virtutis eius essent omni populo.

18 Hoc tempore B. Gondisaluus, (Deo votis suis aspirante) à multis in viâ primò ereptis periculis, peregrinationem suam usque ad terram sanctam feliciter perfecit. Diuinâ autem transportatus dulcedine, multis effusis lacrymis sacrâ illa passionis Christi loca osculari non satiabatur, atque immotis oculis deuotissimè intueri. Vnde factum est, quod non uno nec duobus iam annis illi laudabiliter transactis, à sanctâ ciuitate recedere sibi persuadens, spatio quatuordecim annorum ibidem Deo infernire voluit. Quæ sancti viri, hoc temporis intermedio fuerint exercitia, deuoto lectori consideranda relinquam. Transacto itaque hoc tam longo quatuordecim annorum curriculo, anxiā cœpit mentem perfentire, conscientiæ acuto morbu illius intellectum cruciante, & dubitare cogente, utrumne fidelem in Ecclesiæ suâ Vicarium & dispensatorem reliquerit.

19 Interē autem, tam diuturnæ peregrinationis interposito spatio, nullo reuertente nuntio, aut peregrino qui de sancti Abbatis Gondisalui incolumitate rationem redderet, in causâ fuit, ut illius Vicarius occasione callidè considerans & captans, testimoniales fixerit litteras dolosè compositas, in quibus D. Gondisalui auunculi sui mors, in ultramarinis regionibus continebatur. Atque Archiepiscopum Bracarensem

Piis moni-
tū eum
infringit.

Iter ingre-
ditur.

Vicarius
dissolue-
vit.

Gondisaluu-
s 14 annos,
magnâ
pietate,
exigit Hie-
rofolympia.

Vicarius
eius morte
falsò tra-
tati-
am obti-
net.

adiens, morte auunculi sui illi litteris fictitiis denuntiata & comprobata absolutam ab illo Ecclesiæ S. Pelagi jurisdictionem, utque in Abbatem absolutè confirmaretur, enī postulauit. Acquieuit venerandus Antistes, doli inscius, precibus fraudulentèque postulationi huīus rapacissimi lupi, qui in Rectorem absolutum confirmari solū cupiebat, ut securius, omni pulso timore, Epicuream posset vitam & geniales dies agere. At verò Diuus Abbas Gondisaluus, iterum tunc ab eodem remorsus conscientiæ stimulo non ultrâ acquiescens in corde suo, totius terræ sanctæ sacris locis ultimatè salutatis, quantâ cum celeritate potuit, oues suas reuisu-
rus discessit.

20 Emensis igitur iterum longissimis illis itineri- Redit Gon-
bus, inediâ & labore confectus, lassa consumptaque saluus. b
membra scipione quodam sustinens, totus pannosus & in aliū iam transmutatus virum, ad valvas tandem Ecclesiæ suæ sospes peruenit. Ibi positus, cùm nihil minus, quam antiquam illius Ecclesiæ Abbatis speciem omnino incognitus præ se ferret, ad domum sui Vicarij, non longè distantem, elemosynam, tentandi Eleemosy-
causâ, petitorus accessit. Canes verò venatici, quibus nam peti-
tus illius helluonis domus erat plena, petitionem, quam à nepotis
sanctus peregrinus exponebat, antequā finiret, fero- canibus
cibus atque magnis editis latratis interruperunt. Ille allaturus
tamen iterum atque iterum egestatem suam, imbecillitur,
voce profrebat. Quo facto irritati canes instantem
iam ægrè ferentes, non solū acrioribus latratis, sed
mortibus illum denuò aggressi sunt; atque Christi ege-
num baculo sèpè sèpius interposito ab illis se defendere pro viribus procurantem retrocedere, & à fori-
bus discedere cogebant. Hac turgidus Abbas offendit
pauperis incogniti persistentiâ, (non enim illum pe-
rigrini clamores latebant propter paruam inter utrū- ab ipso ne-
que distantiam) per quemdam famulutum statim illinc pote abigi-
discendere iussit, subiungens se pauperibus similibus
elemosynam erogare non consueuisse.

21 His dimissus verbis, beatus Dei famulus Gon-
disaluus; sui adulterini Vicarij non sine magno cordis
dolore impietatem experimento cognoscens, zelo Dei
in iram commutato, quin liberis verbis illum argueret
se continere minimè potuit. Atque de illo palam con-
questus, non talem se dicebat Pastorem & Vicarium
Ecclesiæ suæ reliquiss. Deinde sermone etiam non
obscuro se manifestans, altâ voce narrabat quomodo
illum sanctis moribus prius instructum, cum magnâ fi-
ducia Vicarium, non lupum Dominici gregis, instituiss.
Non etiam pro canibus alendis, sed pro pauperi-
ribus, in illius potestatem redditus illius Abbatæ tra-
ribus exci-
didisse conquerebatur. Intentus illius querelis, atque pitor.
diligenter omnia auscultans, ad mensam dapibus onu-
stam impius mercenarius sedebat loco Pastoris, quo-
usque de Ecclesiæ vero Pastore illic existente verba per-
cepit. Tunc enim iracundus à mensâ exiliens, atque
rectâ properans ad ostium domus, sanctum auunculum suum eodem baculo, quo illemet erat subnixus,
acriter percussit. Patienter & æquo animo sanctus Ab-
bas has plagas & verbera ab alumno suo inflicta tulit.
Sed tamen, à paternâ correctione minime abstinen-
dum sentiens, illum coram his verbis redarguit: Non
ne ego te, inquit, ab incunabulis semper enutriui? Non
ne honestis te instruxi disciplinis? Nonne mihi dis-
centi fidem dedisti, iuramento etiam superaddito fir-
matam, de pauperum curâ? de frugalitate seruandas?
Nonne semper me vidisti, huius Ecclesiæ veſigalia,
pro maiori parte, egenis dare? Hæc sancti viri libera
reprehensio, non solū confobrini sui viscera non
emollivit; imò potius, maioris iracundiae fomitem mi-
nistrauit. Vnde recrudescente atque bilis incendio, san-
ctum senem iteratò verberans, canes, utrumque mortibus
suis è foribus arcerent, instanter prouocabat. Demum,
postquam eiectum iam pauperem peregrinum disce-
denter respexit, minacibus etiam verbis, atrocioris
vindictæ

vindictæ eum à tergo infecutus est, si vltra super illâ re verbum auderet proferre; non satis reputans illum suâ spoliatum Ecclesiâ, verberibus affectum expellere.

a Marietta & Castillo primâ Romam adiisse, sanctorumq; Apo-
stolorum sepulchra religiose vissse scribunt.
b iam canus, ut iudicem scribunt.

C A P V T . V.

De constructione basilicæ apud
flumen Tamacam.

22 **T**ALIBVS S. Gondisaluuſ affectus iniuriis, Deo gratias agens, & illi ſoli debite inſeruire cupiens, de temporalibus tranſitoriis que bonis nihil penitus cogitans, ac ſi nihil noui aut mali ſibi contigiffet; Euangelicam doctrinam, in qua ſufficienter erat inſtructus, & verbum Dei cum magno ſpiritu feruore, per totam illam regionem prædicare exortus eſt. Virta illius ſancta conuerſatio, in tantâ coram omnibus incepit eſte veneratione; vt ſuo exemplo & solidâ doctrinâ, multos à perditionis tramite efficaciter reuocaret. Post aliquantulum verò temporis, piorum fidelium

*Verbam
Dei prædi-
cat.*
*Oratoriū
adiutus eleemosynis, oratorium quoddam exiguum
extruit A- Deiparae Virginī dicatum, in quodam inculto & agresti
maranthi. pago, qui nunc Amarantha vocatur, iuxta flumen quod*

4 **"** Tamaca dicitur, pro peregrinationis vitæ ſuæ refugio, & animæ ſolatio erexit atque conſtruit. Erat hic oppidulus anteā defertus, inuius atque omnino ab hominum notitiâ abſconditus, nunc autem tanti Patroni miraculi & præſentiâ decoratus, ecclesiis non paucis, monasteriis etiam duobus, & nobilium equitum multorum aulicis ædibus inſignis factus, atque ab omni Lusitanâ frequentatus iuſtæ vrbis faciem & apparatus, vt poſteā dicemus, p ro p e r g r i n a t i b u s o f f e r t . In hoc igitur paruo ſacello, tamquam alter Paulus aut Hilarion, in incultâ poſitus eremo, Deo & Angelorum Reginæ continuo inſeruiens, prædicationis officio circumcircâ ſemper exercito, eremiticam & Apostolicam ſimiliter viram traducebat.

*Dei volu-
tatem cir-
ca vita
ſtatum
exquirit.*
*D. Virgo
ut Pradi-
cator fiat,
prescribit.*

23 Exinde enim paruum tuguriolum ſuum egressus ruidum populorum factus Magister & Apoſtolus, neceſſitatibus & inopis vtriusque hominis, caritatis viſceribus omnino diligenter ſubueniebat. Cùm autem, quadam die mente a n c i p i t i ſ e c u m cogitaret, vtrumne talis viuendi forma (qualem ipſe ſibi elegerat) altissimo placere Deo, & Virginī matri vni geniti eius, ſuper hoc diuinum preſibus affiduis reponſum habere cupiebat. Ne autem precatiōnes ſuæ fruſtrane & caſſae deuenirent, ſtricto iejunio, panis nempe & aqua pro quotidiana refectionis obſonio, contentus, affiduis ſemper orationi intentus, integrum quadragesimam perleueranter tranſegit. Non defuit piissimi Redemptoris noſtri benignitas, & pia erga D. Gondisaluſ vo- tum commiſſariatio. Etenim Paſchali feſto adueniente, in nocte immeſiā ſequenti, ferunt aliqui hanc illi reuelationem eſſe factam. Erat tunc temporis sanctus Dei famulus coram altari Virginis almae in oratione proſtratus, & in ſuâ ſuprâ memoratâ petitione perfeuerans: cùm ſubitâ vndique luce, ex omni parte ſe circulum vidit, & poſt illam à dextro eiusdem altaris corru Deiparam Virginem aſtantem ſibi que alloquentem, asperxit, atque auribus inaudiuſit: Surge, & inter religio- ſorum variis, & per totum orbem diuinoſerordines, il- lum tibi ingrediendum elige, in quo officium ſue ſer- uitium mihi dicatum, audieris ab Angelicâ ſalutatione exordium & coclusionem finalem ſumere. Hunc enim religioſorum ordinem mihi ſpeciali dilectione vendico, faueo & exalto; atque etiam habitum, quo religioſi communiter utuntur, illis gratiosè donau. Hanc in- gredieris religionem, vt teſiduum vitæ tuæ puro corde ſub illius obſeruantia & obedientia Deo altissimo of-

ferens, optatum finem conſequaris. His dictis viſio illa A v c r. caeleſtis, cum claritate ſimil diſparuit.

24 **H**ic ſiſte gradum, oculos extēnos claude, Chriſtiane Lector, & Fratru Prædicatorum erga Virginem Mariam, à primæuo iam ordinis ſui iuſtituto, debitam conſidera gratitudinem. A ſanctissimâ enim hac virginum Virginē, ordo hic initium, incrementum, & perfeſionem ſucepſe ſatis conſtat. Poſtquā namque ab vnigenito Dei filio, pietate duc̄ta, ordinem hunc erga ordi- pro peccatorum conuersione procurandâ precibus nem Preſuis almis impetravit, religioſis ſemper ſeletiſque vndicatorum dique Patribus fulciſi & conſeruare haſtenus non ceſſauit. **b** Reginalduſ nobis primò conſeffit morti iam Romæ proximum. Nouitios multos à diabolo tenta- tos, miraculis perfeuerare in ordine perſuafit. **c** Rosarij ſui ſelec̄tissimam deuotionem, nobis conſeruandam tradiſit. **d** In multis etiam tribulationibus, tam com- munibus quam ſpecialibus, ſubſidium ſep̄e præſtitit. Innumeratos pietatis & gratiæ ſuæ fauores, (quibus ple- nus eſt liber antiquus, e Vitæ fratrum dictus) piissimæ Matris noſtræ viſceribus induitus, nobis ſemper oſtentat. Væ nobis terque quaterque, ſi harum immemores gratiarum indigni ſuo patrocinio efficiamur.

25 **H**ac caeleſti reuelatione ſibi à Virginē factâ, vir Dei Gondisaluſ conforſatus, veluti Angelico pane religionem cælitus refeſtus & roboratus mansit. Deinde de inue- ſibi à D. **Virgine** ſtigandâ religione ſibi reuelatâ ſollicitus, in qua ſeru- deſignatâ tium Virginis Mariae per Aue inciperet & finiretur; il- lius prium prouinciæ Interamnis iuſtituit ſtatiū ſingula inuifere & explorare monaſteria. Cùm verò in multis preces Virginis audiret in verſiculo illo finiri, Benedicamus Domino, anxiatâ nimis dubiâque mente diſtractus, & omnia circuiens, vbinam gentium quovâ loco ſupradictum ordinem inueniret, penitus non ca- piebat.

a Lustanis Tamaga. Oritur is, inquit Resendius, non procul à Monte regio Gallæcia oppido: inde Aquas adluens Flauias, de quibus alibi, Amaranthum deſcendit, mediāque fecat, vt duplex oppidum efficiat, dupliſi foro, dupliſi judio, pon- te nobili lapideo à Gondisaluſ extructo vtrimeque iuſtum.

b De hoc agitur fuſe in vita S. Dominici 4. Auguſti, lib. 2. c. 11. & ſeqq. & lib. 3. cap. 1. & 2. Obiit Parigi ann. 1220. Huic D. Virgo habitum obſedit, quem deinceps ordo Prædicatorum efficit geſtaturus. Consule Hyacinthi Choquetij librum qui inſcribitur Maria Deipa- ra in ordinem Prædicatorum viſcera materna, cap. 8.

c Hanc rem fuſe profeſſit idem Choquetius c. 22.

d Idem cap. 14.

e Is liber à Gerardo Lemouicensi conſcriptus iuſſu Humberti quinti Generalis, nuper Duaci editus eſt. Habemuseum MS. cum breui Chronico ab anno 1211. usque ad Humberti eleſionem factam an 1254. addit tamen auctor in fine de Humberto: obiitque operibus bonis plenus.

C A P V T . VI.

De ingressu ciuiſ in ordinem Fra-
trum Prædicatorum.

26 **P**Oſt qvam autem iam longiori tem- poris ſpatio tranſcurſo, ordinem ſibi à Virginē Matre reuelatum ſollicitè, fruſtrâ tamen, inuſtagret; quadam die inopinatè in oppido Vimaranensi Bra- charensis diocesis abſconditam margaritam inuenit. Vimaranī ad Prædi- ſunt in hac vrbe, Vimaranum dictâ, quatuor inſignia catores di- uerit. monaſteria; intet quæ duο viſuntur antiquissima, Ian- ſtorum Patriarcharum, Apoſtolicī D. Dominici, & Se- raphici D. Francisci, quæ adhuc noſtrâ florent ætate. Igitur cùm famulus Dei Gondisaluſ, apud Domini- canos Fratres hoſpitium pernoctandi cauſâ elegiſſet, poſtquā hilari Fratrum animo fuit ab illis exceptus, vt in totâ Lusitanâ hodiernâ die, in omnibus cœno- bitarum conuentibus, per Dei gratiam ſolet fieri.

27 Tempore quo campana ad vespertinum ſerui- tium implendum pulsabatur, vocationis ſuæ diligens & ſollicitus indagator, ad ecclesiā tacitus ſe contulit.

Nemini

*Auct. DIDACO
de Ro-
SARIO.
Ad eum
ordinem
vocari se
intelligit.*

Nemini verò sui arcani sigillum aperiens, preces horatias, quæ primùm dicebantur de Domina, attentus deuotè auscultauit. Et cùm eas Angelicā salutatione inchoari primitus audisset, posteaque eodem themate finiri perspexit; quanta, hec bone Deus, laxitati cor eius sit repletum, non facile esset enarrare. Nihilominus tamen, adhuc quasi somnians, sensuum non fidens experientiæ, nocte subsecutâ ecclesiam repetens, per uigil ibidem ante altare Virgini dedicatum, ab illâ precibus de nouo fusis clarum oraculum impetrare curauit; quo intelligeret utrumne illemet esset ordo, quem illa anteā, sibi ingrediendum assignarat. Non etiam tunc (quamvis iam secundò) diuinum famulo Dei defuit responsum, Angelico datum ministerio, quo clare intellexit, labante mente firmata, illam nempe esse religionem, de quâ primitus à Deiparâ Virgine, p̄ceptum salutare receperat.

*In cum
admitti-
tur.*

28 Atque proinde die eadem dilucescente, conuentus eiusdem & Prædictum conueniens, causâ huius nouitatis omnino suppressâ, habitum religionis ab eo humiliter postulauit. Non aliquod super hac eius petitione dubium vel impedimentum conuentui religioso emersit; cùm de eius honestâ vitâ, maturâ aetate, laude & delibera to consilio sinistram suspicionem, clara eius fama abscederet. Quapropter omnes religiosi in suum consortium D. Gondisaluum libenti animo, ueste simili nouitorum induitum, receperunt. Habitum igitur monachali, sanctus iam antea, Dei famulus Gondisaluus vestitus, sanctiorque effectus nouâ Deo inseruendi forinulâ; primum annum conuersonis suæ ad religionem, quem probationis appellant, cum magnis suæ laudabilitatis indicis, cunctis Fratribus vnicè gratius, laudabiliter transegit.

*Prædicat
Amaran-
thi.*

29 Factâ deinde perpetuæ obedientiæ solemnni protestatione per voti emissionem, cùm nihil illi deesse viseretur, quod minus posset Apostolicum prædicandi ministerium deinceps perfecere implere, à Prælatis suis illi statim fuit indulta facultas, vt socio sibi assignato, ad oratorium quod ante prope Tamacam construxerat, concionandi gratiâ reuerteretur. Lubentissimo animo famulus Dei Gondisaluus, licentia sibi concessâ, oppidulum Amaranthum repetuit, vt populos illos verbi Dei solidâ egentes doctrinâ, illuminaret perfectius.

a Marietta & Castillo scribunt hunc fuisse B. Petrum Gondisaluum, qui vulgo S. Telmus dicitur, coliturq; à nauis; de quo xiv. April.

C A P V T . V I I .

De ædificatione pontis Amaranthi, & miraculis quibusdam.

*De ponte
fruendo
cogitat.*

30 POSTquam verò ibidem existens, animarum saluti consilio, exhortatione, & sanctæ vitæ exemplo prouidè aliquamdiu consulueret; propriis expertus est oculis, flumen illud, Tamaca dictum, cui suum oratorium vicinum erat, barbaris & incautis viatoriis in seipso submersis, repentinum multotiens esse sepulchrum. Namque loca vadofa, vel parua nauigia, fluminis transeundi causâ intrantes rapido alluviae aquarum imperu, aquis abrepti rustici peribant. Quapropter D. Gondisaluus proximorum utramque salutem fraterno amore sitiens, de fabricando quodâ ponte in illius mortiferi fluuij ripâ cœpit cogitare. Licer autem hic incidenter & cursim annotare, quâtum semper ubique terrarum, instituti ordinis huius Prædicatorum professores, bonum commune Reipublicæ procurare conati sunt. Qui verè, inquam, & non falsò habitum hunc à Virgine Mariâ concessum gerunt. Non enim sacratus hic ordo homines particularitatē amantes, & qui sibi solis nati sint, educare vñquam somniauit aut intendit; sed illos tantummodò qui de Christianâ Republ. semper benè meritos se esse studeant, at-

*Laus ordi-
nus Predi-
catorum.*

que pro illius conservazione in omnibus laborent. De S. Vincentio Apostolico Confessore Vannetis quiescente, me legiſſe recordor in quodam manuscripto Nanneti Pergameno, quod pro pontium etiam struatur in aliquibus mundi locis laborauit. b S. Petrus Gōdisaluus similiter, vt infra suo loco patebit; c S. Laurentius Menendius itidem, de quo etiam aliqua de eius vitâ dicentur inferius. Pro defensione etiam obedientiæ Romanæ Sedi exhibenda, pro que bono communi, coram Imperatoribus & Regibus; pro pace, pro expeditione contra Turcas, quantos semper exantauerint Patres huius ordinis labores, qui scire cupit, ordinis Chronicos, & antiquos Annales legat. Sed de hoc sat.

31 Quamuis autē hoc opus, quod D. Gondisaluus mente voluntabat, nimis esset arduum; pauperem scilicet cœnobitam, & in pauperimâ rusticana gentis regione constitutum, vastum pontem argenti tantum struendus, pondus exigentem velle fabricare; Deo tamen Opt. Max. bonis coepis semper annuēte, propositum suum hac reuelatione firmauit. Cùm enim super eodem negotio aggrediendo semel cogitabundus hæsisset, quoniam alii loco, faciliori sumptu pontem inchoare satius esset; per Angelum Domini factâ reuelatione fuit præmonitus, vt inter illas duas angustissimas fluminis fauces, quæ coram suo facello imminebant, pontis fundamenta iacere iussisset. Fiduciâ igitur, nouâ reuelatione animus auctus, & in spem firmam erectus, diuinam illi opem, in pio illo opere prosequendo non defutram, eleemosynis aliquibus congregatis, in prædicto pontis Amaranthi situ per architectos clementa sunt locata. Tam difficile verò, aut potius impossibile, rusticana illius regionis plebi videbatur, virum Dei Gondisaluum ad metam vñque opus inchoatum perductum; vt nihil minus quam de futuro per uio olim viatoribus ponte cogitarent. Ille verò tacitus hæc audiebat, *Lapides in soli Deo inixus, cui nihil impossibile esse firmiter credebatur, artifices eorumq; ministros undeque, prout poterat, conuocabat. Interdum etiam opere iam fertuente, ipsem Sanctus propriis manibus lapides magna molis euellens, solus ad structuram faciliter admouebat, atque non modicâ circumspicientium admiratione portabat. Tunc omnes clarum in hoc facto mirifico cernentes miraculum, ædificium illud superbissimum futurum, quod secundum eorum opinionem vires superabat similes, faustè & perfectè finitum fore iam confidebant.*

32 Contigit aliquando hunc Dei seruū causâ quæstum faciendi, vel eleemosynas emendicandi, per circumuicinos populos sollicitè discurrere; quedam Magnatem ditissimum in viâ offendisse. Quo prius salutato, ab eo propter Dei amorem & proximorum suorum petuit, vt aliquâ se dignâ contribuzione, bonum commune, pro ponte suo construendo, veller iuare. Ille verò in breui schedulâ alias velociter depingens linas; firmatam prius chartam & D. Gondisaluio in manu tradens, Perge, inquit, Pater ad domum meam, & sibi illudere volente, schedulam istam vxori meæ dabis, cui super tuâ hac præstulatione vicem meam delego. Vade securus, quia illa tibi eleemosynam iustum præstabat. Lætus & consequens incepit, auferens in domum huius impij Magnatis D. Gondisaluus pro properauit: atque illam postquam est ingressus, matris charæ epistolam, quam secum deferebat, virtu nostrarum familias sponso.

*A quodam
re volente,
ingentem
eleemosynæ
accipit, au-
ferens in domum huius impij Magnatis D. Gondisaluus pro properauit: atque illam postquam est ingressus, matris charæ epistolam, quam secum deferebat, virtu nostrarum familias sponso.*

mitem firmatam, cum magnâ magni subsidij spe tradidit. At illa matrona postquam à marito suo conscripta verba perlegit, tacita subridens D. Gondisaluum, omnino negatâ eleemosynâ, vt discederet suadebat. Verba namque quæ in chartulâ cōtinebantur erant huiusmodi: Huic pauperi Fratri tantum dabis eleemosynæ pro subsidio pontis construendi, quantum papyrus hæc ponderis habet. Voluit enim hic inhumanus proximus seruum Dei D. Gondisaluum verbis illudere, & itinere confiendo fatigare. At ille nullatenus inopinato responsu

sponso perturbatus, caussam denegatæ eleemosynæ ab illâ matronâ, inquisiuit. Quam postquam secundum rei euentum audiuit & percepit, fiduciâ in Deo collatâ, feminam illam enixè rogare cœpit, vt marito suo obediret, atque papyro illâ in staterâ aliquâ repositâ, ex alterâ parte linum, vel grana, vel ceram, vel quodcumque aliud, in eleemosynam ergandum haberet, ex opposito etiam collocaret. Satis enim se contentum futurum affirmabat, si æquale pondus schedulæ acciperet. Acquieuit illa faciliter noui nihil verita; atque apposita in vnâ lance papyro, Deo ita disponente, tam graue effectum est pondus, vt ex alterâ parte eleemosynæ materiâ in magnâ quantitate cumulatâ, iusta bona que portio D. Gondisaluo diuinitus limitata contigerit. Atque ita & avarum illum delusum, & vxorem eius stupore inenarrabili affectam reliquit.

a *Eius vitam dabimus v. April.*

b *De eo xiv. April. ut ad cap. 6. diximus.*

c *Huius breuem vitam idem edidit Sampayus. Meminit Ioannes Lopez 3. par. histor. ord. Predicat. lib. 1. cap. 7. Antonius Senensis, qui Mendezium vocat, uti & Castillo par. 1. lib. 2. cap. 62.*

C A P T V I I I.

De miraculo piscium confluentium ex Tamacano flumine.

33 **N**ON prædictum miraculum ultimum fuit, antequam pontis opus ad summum deueniret. Cùm enim aliquâdo, pro viâ clementariis & lapicidis ministrando, sumptus necessarij D. Gondisaluo deficerent, ad aluei fluminis crepidinem accedens, in oratione prostratus, è cælo subsidium & penuria illius leuamen, afflictus animo, precibus fiduciâ plenis implorauit. Deinde crucis signo super fluenteis Tamacæ aquas facto, tanta multitudine piscium ad eum confluxit, vt aquæ superficiem cooperire conarentur. Tunc sanctus vir Gondisaluuus manu protensa scipione suo, illorum necessariam foras extraxit summam, pro suis aledis opificibus; reliquos verò benedictione illis impertit, in profundum pelagus relabi permisit & præcepit. Hoc miraculum non semel tantum aut bis ab auctoribus contigisse refertur.

34 In potu etiam subministrando mercenariis, non petrâ ad potum necessarium; autem in promptu, vt necesse erat, aut facilis negotio D. Gondisaluuus aut vinum haberet, aut saltem fontis aquam, distabat enim interuallo non modo; aquâ verò perennem non præalentaneum laborioso operi prosequendo relictis. Quapropter D. Gondisaluuus ad Deum super potus annonâ confugiens, eadem fide, quâ anteâ, præditus, de quadam petrâ, in quâ scipione suo in nomine eius percusserat, vinum sufficienter scaturire fecit. Tanta D. Gondisalui de diuinâ prouidentiâ erat fides: tantum & coram deo meritum. Vinaceis igitur vasis miraculoso fonti approximatis, pro familia sua conductitiâ siti subleuandâ, quantum suppetere poterat, tantum solummodò Dei famulus haurire permettebat: & statim lapillo quodam manu prehenso, & ad fontis orificiū apposito, illud occludens sive obstruens siccum penitus ad tempus, aut potius incomunicabilem reddebat. De fontis etiam limpidissimi aquâ non dissimile miraculum à sancto viro prope suum lacum patratum legitur. Extant hodiernâ die vtriusque fontis vestigia, vel, vt proprius loquar, manifesta indica; altero adhuc perenni & saluberrimâ aquâ manante, quam omnes peregrini illuc deuotionis ergo currentes, non sine magnâ veneratione suis oculis deuotè conspiunt, atque etiam inde aquam haurientes,

Fons egris non solum sitim sedant; sed aliquando sanitatem pri-
salutariâ, qui ægrotant, fiducialiter accedentes se lauan-
do vel bibendo, miraculosè recuperant.

35 Tot igitur visis miraculis ab artificiis & con-
ductiis operariis, quot obsonium illud & refectio sæ-
pe constabat, non poterant non conuicti humiles &
summas Deo gratias referre: maiori deinceps animi
lætâ fiduciâ operi pontis incumbentes, quoisque ad
debitum finem & perfectissimè consummatum euasit.
Hoc tandem spectato tempore adueniente D. Gondi-
saluuus innumeras Deo pro gratiarum actione laudes Iterū vâ-
tribuens, artifices & mercenarios opere solutos dimi- cat præd-
sit: & illius rapidissimi fluminis Tamacani horrendus cationi.
& profundus alueus perius iam factus, sine aliquo
deinceps trâscunt vitæ periculo visus est. Commu-
nicato deinde ex vtrâque fluminis ripâ incolarum cō-
mercio, ad famulum Dei Gondisaluum maiori dein-
ceps frequentiâ ex omni parte confluabant. Quibus
ille, redintegrato spiritus feruore, quod aliquo modo
occupationibus artificum præpeditus intermisserat,
fructuosè & cum magnâ multorum conuersione fre-
quentius verbum Dei prædicabat.

36 Euenit autem hoc tempore, quod nonnulli cō-
finium illorum habitatores tremendam Pastoralis ex- Contra
communicationis censuram parcipendere videban- excommunicati-
tur, & non ita de illâ expauscere, vt fides docet, & vi- tors decet pietatis Catholicæ amatores. Quem abusum res labo-
& periculosissimum errorem D. Gondisaluuus olfaciēs, rat.
maximo super hac irreligiosâ temeritate affectus do-
lore, vt illam à fidelium mentibus eliminare atque ex-
tirpare posset, sæpè sæpius in suis concionibus de in-
dustriâ in hoc propositum incidebat. Erat tamen, vt ex-
perientia monstrabat, admonitio sua super hac re pro
maiori parte irrita & inanis. Hanc cordis duritiam,
mentis cæcitatem cùm D. Gondisaluuus perceperet, cō-
tigit semel, vt dum ille in suggestu staret, de eodem cri-
mine duris reprehensionibus conquereretur. Præteri- Panes can-
bat tunc temporis casu & inopinatè per eamdem par- didos male-
tem mulier quædam panes aliquot albos in cistâ qua- diu-
dam supra caput deferens: quam feminam vt ille coram nigerrimos
se transtumente prospexit, propè accedere præcipiens,
sermone interrupto, sarcinam panum ante pedes suos
deponere iussit. Atque post hoc ad astantem populum
conuersus ait: Vt verò sciat deinceps excommunicationis
sententiam cognoscere & tenerenter timere, ego
ex parte Dei & sanctæ sponsæ eius Ecclesiæ matris no-
stræ, hos præsenteis panes excommunicationi subiicio.
Mirum sanè dictu; fed non apud Deum difficile factu;
quissemper mirabilis fuit in sanctis suis. Quamuis enim
excommunicationis secundum Theologicam doctrinam,
solum in animam rationalem sit proportionata, & in
eam possit de ordinariâ lege cadere; quæ sola capax est
gratiae inter omnes terrestres creature, atque consor-
tio bonorum operum sanctorum & fidelium priuari
vel admitti; vt tamen piissimus Deus barbaro & agresti
illi populo, inuisibilem excommunicationis effectum
circa animam existentem, suaviter & suo modo rusti-
cano insinuaret, vt docilis & timoratus in obedientiâ
suorum Prælatorum contineretur; panes illi omnes in
canistro positi post excommunicationis verba à sancto viro prolati; subito in bâustos nigrosque carbones
conuersi, horrendum omnibus circumstantibus spe-
ctaculum præstitere.

37 Ne tamen hoc miraculum in eruditioñem ali-
quorum ordinatum, feminam, quæ panem portabat, Iterum
lædere aut incômodare videretur; postquam D. Gon- aquâ lu-
disaluuus circumstantibus in parabolâ panis illius ex- strali asperg-
communicati, animabus aliquid simile cōtingere in-
nuit, aquam benedictam sibi portari iussit. Postea ve-
rò excommunicationis præmissæ, vel potius maledi- restituit
ctionis illius, absolutione iniunctâ, panem illum aquâ lu-
strali aspergens, in pristinam albedinem & perfectio-
nem restituit. Prodigium hoc experientiâ sensuum cō-
probatum, multis astantibus relipliscendi causa fuit,
quod, timore saltem perterriti, deinceps excommuni-
cationi parere minimè recusarent. Hæc tantum sum-
matim

AVCT.
DIDACO
DE RO-
SARIO.

matim ab immemorabili ævo per traditionem anti-
quorum de miraculis à D. Gondisaluo in vitâ operatis
ad posteros peruererunt.

a Marietta & Castillo addunt, cùm ponere perfecto opere utribus
ac cantharis vinum secum asportare domum vellent, reperisse iam
omnino exaruisse illum vini fontem, datum diuinitus edificantium
necessitati, non otianum voluptati.
b Vt vos voluit scribere.

C A P V T I X.

De transitu illius glorioſo.

38 POST Q.V. autem laboribus multis attritus,
diu in vineâ Domini sub instituto ordinis Præ-
dicatorum, Dei gratiâ, laborauit, nulli parcens labori,
vt proximorum saluti cōsuleret; tempus opportunum
inflauit, quo illum, Deo ita misericorditer disponente,
fatis cedere oporteret. Atque febri quadam graui cor-
reptus, diuinam hoc tempore meruit habere reuelationem, per quam certior est factus, se quâm breuissimo
tempore, depositâ carnis sarcinâ, à vitâ mortali ad
immortalem feliciter transitum. Præuisâ igitur ab
D. Virginio illo instantे dormitione suâ, sanctissimam Dei geni-
tricem Patronam suam instantissimè interpellans ro-
gabat, ne in tam tremendo agone principis tenebra-
rum territamentis perturbari, aut laqueis eius inescari
se permitteret. Comperit ab omnibus illicò tunc san-
cti viri infirmitate, multa promiscuæ plebis turba, &
inter reliquos, aliqui etiam ex suis consanguineis viri,
illum visitationis gratiâ in hac ultimâ ægritudine con-
uenerunt. Summo namque omnes affiebant dolore, tanto Patre & Præceptore destitutos remansuros.
Atque amarè fletentes illius iam desiderio ante mortem
affetti, voces doloris & deuotionis plenas emittebant.
Consolatus est illos tunc dulcibus verbis, sanctus Dei
famulus: atque spe etiam non contemnendâ lactatos,
maiora de illo post mortem vera amicitia indicia ex-
peſtare illis præcepit, quâm in hoc mundo tunctenus

*Ab ea cer-
tus reddi-
tur de Jnâ
saluto.*

erant experti. Sperabat enim se coram Altissimo filios
& deuotos suos efficaciùs posse iuuare. Postea die sa-
crum Christi corpus, & verum, sub panis specie à socio
suo illi oblatum summa cum deuotione lumpit. Dein-
de appropinquante iam ultimâ transitus eius horâ, cle-
mentissima virgo Maria, Angelorum stipata exerciti-
bus, S. Gondisaluo visibiliter apparuit, vt eum, quem
speciali semper fauore suo dignum fecerat, ab omni
dæmonum illusione, salutis æternæ consequenda du-
bitatione omni penitus exclusâ, securum omnino red-
deret.

39 Post hanc cælestem visionem, quæ antelucano
tempore illi fuerat demonstrata & communicata, ani-
ma illa sanctissima à corporis carcere soluta, cælum pe-
netrauit. Eadem methorâ, quâ vir Dei spiritum exhalauit, per totum Amaranthi oppidum vox quædam
nemini antè vel pôst cognita, sub hac verborum for-
mâ insonuit: Surgite, & ad funebria sancti viri prope-
rate. Ad hanc inusitatam vocem b omnes festinanter à
propriis domibus egredientes, mutuò se interrogabât,
quonam properare deberent? Nesciebant enim adhuc
D. Gondisaluum in extremis esse positum. Cùm verò
post disquisitionem factam, illum eadem horâ à vitâ
migrasse audierunt, nullumque alium è viuis tunc dis-
cessisse, ad oratorium D. Gondisalui omnes caterua-
tim cōfluxeré. Ibi verò sancti viri cadauer iam syndone
inuolutum inuenientes, non sine lacrymis multo-
rum, debitâ veneratione iusta soluentes, sepulturæ tra-
diderunt.

*Omnium
concurſu
sepelitur.*

a Marietta & Castillo agrum aiunt in nudâ decubuisse paleâ.
b Etiam ex propinquis vicis, vt Marietta, Choquerius, Castillo.

C A P V T X.

De miraculis eius post mortem.

40 Q V A N T A mitacula huius sancti Patris meritis omnipotens Deus, à tempore sui gloriosi
transitus ad hanc usque horam, ostenderit, etiam si (vt
D. Hieronymi verbis utar) omnia membra mea in lin- Epist. 27.
guas conuerterentur, & omnes artus humana voce re-
sonarent, nec numerum, net illorum processum crede-
rem me vel quâm succinctè posse enarrare. Ut autem
vnico verbo huius rei veritas demonstretur, hoc so-

Multa fa-
cit mira-
cula.

lum utr argumento. Non tantum in Portugallia re-
gnis in Hispaniâ constitutis, sed in ultimis Orientis fi-
nibus, quos Indias orientales vocamus, atque in Africæ
regione, vbi alias Lusitani vrbes munitas custodiunt, tam frequenter sunt miracula per merita huius sancti
viri D. Gondisalui à Deo exhibita, vt in ore omnium
Christi fidelium, pro maiori parte, in quocumque la-
bore, periculo, vel ægritudine sint positi, Diuus Gon-
disalui statim fit, & communiter versetur. Nec præ-
terit annus, in quo ad eius sepulchrum accedentes, à
seculo iam immemorabili, non aliquod, vel aliqua, ne
dicam multa, miracula in ærorum sanitatem diuinitus
patrata conspiciantur. Hoc tam clarum, nudum, & ex-
pertum etiam ab incredulis aliquando est, quod nullâ
potest tergiversatione celari, aut etiam quipiam infi-
ciari. Tam repentina & palpata manibus sæpè illic mi-
racula videntur; vt claudus a multis annis, illius templū
ingressus, sospes & sanus gressus suos dirigendo, latus
statim in domum suam reuertatur. Obsessus à dæmo-
ne liber euadit. Ægrotus diurno tempore, aliquando
illuc repentinâ obtentâ sanitatem, taliter astantibus
peregrinis stuporem gignit; vt intellectus ipse conuinci-
ci quodammodo videatur. Ne tamen, dum breuis esse
laboro, obscurus fiam, aliqua, exempli causâ, raptim
perstringam.

41 Anno c. 1500 Tamaca fluuius (de quo suprà
meminimus) mirum in modum pluialibus adauctus Tamaca
aquis inundauit, atque ex saxosis rupibus, altissinis ar- exundare,
boribus cooperitus, sæpè potius cadendo, quâ fluendo pons S. Gó-
descendens, multi generis trunco radicibus euulos salui, ab eo
secum deuehit ac rapit. Stabat vulgus Amaranthum seruatus.
stagnantis fluminis horrendo spectaculo suspensum,
atque multi à longe in eminentioribus ascensi locis, il-
lam alluuiem, non solùm ex aquis sed ex multis etiam
diuersarum terum fragmentis conflatam, attentè pro-
spiciebant. Et ecce inter reliqua in alue supernanta-
tia, quandam mirandæ molis quercum transuersaliter
decurrentem, & versus pontem rapido properantem
motu, animo consternati aspiciunt. Opus enim illud à
sancto viro antiquitus extrectum, arboris illius impetu
quassatum, statim ruiturum iudicabant atque defle-
bât. Ac proinde gemitu precationis plenas voces emit-
tentis, non maiori timore quâm deuotione prolatas,
dicebant: O S. Gondisalue succurre: custodi pontem
tuum, quem in commune bonum ædificasti. Hanc bre-
uem orationem, quoisque quercus illa ad pontem usque
decucrit, repeterere non cessabant. Nec vana fides
illorum. Protinus enim, antequâm horrenda illa ma-
china pontem quatere posset ab oratorio in quo D.
Gondisalui sacrum corpus erat sepultum, quendam
religiosum habitu D. Dominici indutum, corporeis
oculis visibiliter exire omnes conspexerunt, baculum
in manu gestantem, qui nigrum cappam ex vtrâque ex-
tremitate humeris superimponens, maturo & lento
gradu versus pontem processit. Postquâm verò ad ra-
dices pontis peruenit, ex eadem fluminis ripâ, in me-
dium quoddam pontis eiudem propugnaculum an-
teriorius, quod ex vtrâque parte fluminis ostia substinet,
quasi per scalas concendens, in illâ substitut parte, quâ
fluminis inuolucrum & inundatio attingebat. Appro-
ximante

ximante verò annosā queru transuersè à fluentis im-
petu raptâ, taliter illam incognitus Pater direxit bacu-
lo, quem in manu tenebat, vt per pontis ostium intacte
ingrediens, sine aliquo illius nōcumento inferius excu-
currerit. Post hoc religiosus ille ab omni astante popu-
lo, attente consideratus, in facellum, vnde exierat, pari
passu reuersus est. Accurrunt omnes quām citissime,
scire cupientes quinam talis prodigiū fuisse auctō.
Sed facellum ingredientes, in quo nondum monaste-
rium ordinis Prædicatorum extructum erat, neminem
penitū inuenērunt. Ex quo clare intellexerunt, sanctū
Dei famulum Gondisaluū, à loco sui sepulchri egre-
sum, ab illā imminentī ruinā pontem suum diuinitus
liberasse.^a

Matrona ^{exulceratis} **Soufa** dīcta, edito masculino fœtu ex primā partus cō-
ceptione, tam grauem in alterā mamillā contraxit in-
firmitatem, humore superfluo ibidem coagulato, vt
^{tem sanar.} medicis omnia exquisita sanitatis remedia tentantibus;
omnino cassus fuerit illorum sollicitus labor. Anni iam
vnus integrī spatiū decucurserat in illo medican-
do vlcere. Atque resoluendā sanie gratiā fistula quā-
dam plumbea, à medicis & chirurgis fuerat excogita-
ta, longitudinis digitalis, quā in putridā carnis hiatus
immisā, internus sanguinis putor foras vt effluueret con-
abantur. Post aliquot verò dies vlcere interius ser-
pente, fistula taliter se intrinsecus recondidit, vt medici
varia remedia adhibentes non solū non extrahere,
sed nec etiam vt appareret efficere poterant vlo mo-
do. Itaque plumbēum illud organum spatio quinque
mensium intra pectus eius latuit. Demum mortali iam
periculo occurrere tantū cupientes chirurgi, com-
muni consensu incisionem faciendam esse in mulieris
peccore decreuerunt. Post illam finalem ab illis iam
latam sententiam, gratiā visitandi infirmam, vir illustris
Ioannes de Soufa locer illius, superuenit: & cognitā
medicorum deliberatione, agrotantis nurus compa-
tiens, illam verbis fide plenis admonere incepit, vt B.
Gondisaluo Amarantho voto emiso, tamquām cælesti
& probatissimo medico curandam se commendaret.
Paruit confestim dīctis loceri sui afflīcta matrona, ciui-
que consilio acquiescens, votum vovit D. Gondisaluo
totā illam comitante familiā. Et lacrymis deinde obor-
tis humiles preces pro mortis periculo euadendo, at-
que sanitate pristinā recuperandā effundere cœpit.
Quid plura? Eadem die, cū medici & chirurgi
vespertino tempore venientes, emplastrum pectori
femineo appositum purificandi humoris causā ex-
traxissent; fistulam à tanto tempore reconditam, fasciis
& linamentis medicinalibus sponte suā adhærentem
inuenērunt. Denique ne dubium aliquod suboriretur,
D. Gondisalui meritis hoc factū esse, intra spatiū
octo tātū dierum perfecissimē se sanatam vidi. Hoc
miraculum adeò manifestum fuit & palpatum, vt cō-
muni multorum lætitia, omni exclusā dubietate, gratiæ
sint Deo relatæ, in D. Gondisalui meritis, & sanctā co-
ram illo intercessione.

^a Eo ipso tempore posse hoc miraculum, ubi eius sacra ossa quiesce-
bant, strūctum est templum eiusq[ue] honoris dicatum, ac parœcia Ama-
ranthina annexum, ut scribis Castillo & Marietta, atque an. 1540.
à Ioanne III. Lusitania Rege Dominicanis religiosis transcriptum:
ubi deinceps erexit cum augustiniori basilica canobium est, luculen-
to donum censi, studio & industria Hieronymi Padilla, qui ordinis
Prædicatorum in eā prouinciā præterat.

C A P V T XI.

Qualiter D. Gondisaluu fuerit in San-
ctorum numerum relatus.

^a 43 **T**EMPORE & Iulij III. Romani Pontificis, qui
D. Gondisaluum Sanctorum catalogo referre
curauit; D. Rodericus Pinnarius Episcopus Portuen-
Tom. I.

sis in Lusitanā, de eiusdem summi Pontificis mandato Avc. r.
disquisitionem de miraculis eius fecit exactam; & DIDACO
particulariter, testibus fide dignis iuramento allicitis,
supradicti miraculi veritatē certissimam esse cognovit. Et non solū de fistulā plumbeā subitō egrefsa, at-
Pueri her-
que sanitate vlceris subsecutā; sed etiam de filio eiusdem niam sa-
matronæ, ab eodem Diuō mirabiliter sanato, qui an-
teā ab vtroque inguine ruptus prolapsis intestinis, satis
exosam patiebatur infirmitatem, testimonia certissima
inuenit.

44 **A**nno cīo 1546, quādam honesta mulier
b Micia Petreia dīcta, à quatuor iam mensibus paralysi
morbo percussa, non solū corpus, sed nec membra
figillatim omnia, absque alicuius adminiculo mouere
poterat. Hæc ægrotans suorum ministerio ad sepul-
chrū D. Gondisalui fuit asportata: vbi vigilias nocturnas
(vt solet fieri à peregrinis vountibus) in oratione
prostrata, sequenti nocte permanit. Sequenti verò die
mirabiliter se sanaram inueniens; & mox sine alicuius
iuamine gressus dirigens, per totam ecclesiam lætan-
ter incedere visa est. Huius miraculi testes fuerunt oculati, non paucæ vtriusque sexus personæ, quæ illic etiam
stantes D. Gondisalui patrocinium postulabant. Non
enim, vt videre est, aliquando illius facellum sine vo-
uentibus peregrinis reperitur.

45 **Q**uidam homo paralyticō etiam morbo labo-
rās, insuper & oculorum cœcitatem, dīcessis Lamacen-
sis in eadem Lusitanā, in quādam ligneo grabato ad
sepulchrum D. Gondisalui fuit asportatus. Ibi fidei de-
uotione inflammatus preces, lacrymas, suspitia Deo
offerebat, diuinam opem implorando, vt per interces-
sionem D. Gondisalui exaudiri mereretur, atque sanati-
tatem desideratam obtinere. Antequām paralyticus
hic inde deduceretur, & visu & omnium membrorum
sanitate receptā, ad domum suam sanus reuersus est.
Nec mirum, cū Christus majora habentes fidem te-
stificetur in Euangeliō miracula operaturos.

46 **H**is & aliis multis miraculis per intercessionem
D. Gondisalui patratis, & à prædicto Antistite diligen-
ter examinatis, idem summus Pontifex Iulius III. præ-
vio sacri collegij Cardinalium maturo consilio, eum
dem D. Gondisaluum Amaranthum Sanctorum cata-
logo adscriendum quodammodo centuit; atque illius
festum decimā die Ianuarij in totā Lusitanā solemniter
celebrari permisit.

47 **T**antā verò est deuotione cultus, tantus con-
fluentis ad sepulchrum eius populi concursus, præci-
pue tempore veris, vt per nullam illius Interamnis re-
gionis viam quispiam possit transire, quin vountes
obulos habeat, aut audiat turmatim incidentes, fistu-
lis, tibiis, & aliis multis, secundū morem patriæ, musi-
cis instrumentis vndique perstreptentes. Qui omnes
deuotionis ergo Amaranthum frequentiū quām Cō-
postellam non tam multū distantem petunt. In octau-
is verò Pentecostes, in quibus D. Gondisalui præci-
pua celebratur solemnitas, aut potius iteratur, propter
viatorum opportuniorem commoditatem & triginta
circiter hominum millia à curiosis scrutatoribus quo-
tannis numerantur. In huius veritatis ineluctabile te-
stimonium contigit non à multis retro annis, quod ex
minutissimis candelis, quas pauperes peregrini religio-
nis ergo in eius altari solent offerre, mille ducētē octua-
ginta sex libræ iusto pondere, à quodam curioso ædi-
tuo sunt inuentæ. Istius admirandi populi concursus
meminit merito L. Andreas Resendius in altero hy-
mnorum, quos officio eiusdem D. Gondisalui ab eo
composito interseruit: nec parum doleo illos hīc ad
manū non possé habere, vt tamquām angulares lapi-
des huic apponere summario, hoc tamen eiusdem
hymni fragmētum, de quo recordor, hīc iuuat inserere:

Non capit duplex Amaranthus amplas
Sæpe cateruas.

I i i

48 Non

Auct. **DIDACO** 48 Non etiam loci amoenitas, in quo sanctus Dei famulus requiescit, parum peregrinos inuitat, atque **de Ro-** pulcherrimum ibidem, eiuldem ordinis Prædicatorum, **sario.** & sumptuosissimum monasterium existens; quod **Cœnobii** ad eius se-renissimi Regis Ioannis III. fauore & munificètiâ ex-pulcrum. structum, redditibusque magnis dotatum est; quod pro gratiarum actione D. Gondisaluo debitâ, ut ferrur, in-visitur. Fit de illo in totâ Lusitanâ prouinciâ, quæ in Africam & Orientalem Asiam usque protenditur, omnibus sextis feris post Completorium memoria, cum Antiphonâ & propriâ festi ipsius oratione. Eius precibus, piissimus luminum Pater, & prouinciæ nostræ, & Ordini, quem ipse professus est, in columita-tem, & pristinum Apostolici spiritus feruorem, dona-re dignetur, qui glorioſus viuit in secula, Amen.

a. Sedit Iulius à 7. Febr. 1550. ad 23. Martij 1555.

b. Ea Mencia Perezia dicitur Marietta & Castillo.

c. Imb. Marietta & Castillo scribunt x. Ianuarij sepe confuere ad 3000. feris Pentecostalibus ad 5000. Testatur Resendius anno 1567. x. Ianuarij supra 14000 conuenisse. Reliqui vero anni diebus plurimi iſib[us] aduenient, etiam subinde paro[ca]cia integra, supplican-ziu[m] ritu, sacris labaris prelati. Castillo.

d. Agit de eo officio Resendius in citatâ epistolâ, h[ab]et duos versus ex eo citat.

ALIA MIRACULA

à Io. Marietta, & Ferd. Castillo

Hifpanice scripta.

MULIER quædam Portuensis altero oculo undecim iam menses cœca, multa nequid-quam tentarâ remedias; sed spem omnem noua oculo obducta nebula ademerat. Hic tum illa seruis S. Gondisaluum vocare precibus, argenteum ei oculum, religiosamque ad eius sepulchrum peregrina-tionem vovere. Nec mora aut pietati eius, aut medi-cinae cœlesti. Adit illius adem: sacrificium offerendum Deo ad Sancti honorem atque ad suam in columita-tem procurat, eiique affixit. Domum redeunti, ad vi-cinam Amarantho stationem restituitur oculus, nullo penitus reliquo pristinæ cœcitatris vestigio.

Alia mor-bo comi-tiali libe-rata: 2. Alia itidem Portuensis comitali morbo teneba-tur, sanè molesto, qui tristi paroxysmo, subito nihil ta-le metuentem, miseram incessebat, ac solo quâdoque, præsenti cum vitæ periculo, affligebat. Ancilla heram

miserata, adit ad S. Gondisalui adem, cereum offert, corque argenteum; ac rem fieri diuinam iubet. Quâ peractâ, hora illius eo in perpetuum morbo liberatur.

3. Portuensis quoque alia, molestâ humoris ad sto-machi orificium concretione, aliisque symptomatis quedam quartum mensem torquebatur. Adhibita quidem cu- à tibia pe-ratio, non indiligens; nihil tamen ægræ melius fuit, ricoloso sumore. donec in lauam tibiam humor ille defluxit: quæ die unico in patem humano corpori crassitatem intumuit. Præcidi tibiam oportere censem medici, nec sic tamen cautum iri miseræ, de vitâ. Peccata ergo confessâ, sacrû accipit viaticum: extremâ etiam vocatione, quod vere-bantur, ne inter medentium manus expiraret, communi-natur. Dum feralem illum fieri cernit apparatum, ad B. Gondisalui implorandam opem se conuertit: multa ei nuncupat vota: interim somno corripitur, à quo mox expericta mouere tibiam cœpit; ex hac tumor peni-tus effluere. Quid multa paucis diebus nullo alio vfa medicamine integrè conualuit.

4. In eadem Portuensi ciuitate mulieri cuiquam ma-nus innumeris erant verrucis conferta, tum fædis ad adspectum, tum ad sensum molestis, adeò ut manuum nullo vti officio posset. S. Gondisaluum piè inuocat. Vix dies quindeni abierte, cum illa manus suas contemplans adeò deformes, subito resolui, atque absce-dere verrucas cernit, nullâ vel cicatrice vel vestigio reliquo.

5. Anno 1576. Patres Prædicatores in vrbe Portuensi, decem Amarantho leuis, agendum illius prouinciæ conuentum, sive Capitulum, indixerant. Ipsâ quâ Capitulum inchoatâ est Dominicâ, mulier quædam Pon-^{Paralyticas} teliana, septem omnino annos paralytica, non sine magno baiulorum labore Amaranthum delata est, sa-crâ ad S. Gondisalui sepulchrū excubias aetura. Postri-diè quâd aduenerat, in facellu introducta, in oratione perstigit donec Angelica salutatio decantaretur. Tum verò, ad adstante quæpiam conuersa, si sibi manum præberet paullulumq; iuuaret, confidere se dixit, futurū vt firmis posset cōsistere pedibus, atque adeò incedere. Nec vana fiducia. Præbita ei est dextera: surrexit: per templum, vniuerso inspetcate populo, incessit. Vulgata illi danti miraculi fama. Necdum eo soluto cōuentu, est id Bartholomæi de Martyribus ex eodem ordine Episcopi Bracarenſis auctoritate confirmatum; atque è sacris pulpitis solemni præconio publicatum, ad Dei gloriam, & S. Gondisalui honorem.

DE B. ORINGA, SIVE CHRISTIANA,

VIRGINE IN ETRVRIA.

AN.CHR. **B**EATÆ Oringæ, sive Christianæ, ex ms. codice ceno-
mcccxx. bij S. Clara, Florentia, vitam Italicè edidit Siluanus
X. IA-
Razzi Camaldulensis tom. 1. de vita feminarum sancti-
N VARII. tate illustrum; traditq; hoc die obiisse. Aliam paullò luculen-
tiorem, (sed haud leviter quandoque discrepantem, ut conferen-
ti patebit) vulgauit ann. 1636. Cornelius Curtius Ordinis
Augustiniani Historiographus generalis, qui alium ad calcem
citabat F. Honorium Italicum scriptorem: ait verd. 1v. Ianua-
rij vita fundam Oringam.

VITA
A S I L V A N O R A Z Z I

Italicè scripta.

CAP. I. *Oringæ sancta adolescentia.*

B. Oringæ. 1. **O**RTA est B. Christiana, vallis Arniensis munici-patria, quod Castellum sanctæ Crucis dicitur; hu-

mili quidem genere, sed eximio virtutum gratiaque diuinæ splendore illustranda. Cum primùm Christiana nomen, nō ritu, sacro baptismo est expiata, Oringæ sortita est nomen, quod in Christianæ deinceps transiit.

2. A primis pueritiae annis cœpit cœlestia contem-plari, ac precibus assidue vacare. Ferunt eam boues ^{sanc[t]apue-} pascēt, ut libertori animo orationi se dederet, iis pre-^{ritta.} cepisse ut silvestres tantum carperent herbas, segete aliisque satis abstinerent. Paruerunt brutæ animantes, ^{quas pasc-} Boues, ita exactè ac propè religiosè, ut neque pedibus concul-^{bat, verbo} carent, neque ore lamberent folium ynicum aut lege-ratis, aut herbæ alterius ex iis quibus sibi Virgo inter-dixisset. Ipsa interim in meditationem rerum diuinarū, precationemque non securâ magis quam ardenti pie-tate incumbere.

3. Vile illi, ut diximus, genus, humiliisque conditio; animus tamen Christi exæstuans amore, maioris fem-^{Humili-} per appetens abiectionis, etiam infra suos natales ac ^{tus:} fortem submittere se se cupiebat. Hinc nempe diuino-rum charismatum, virtutum, miraculorum è tam sub-limi

turpium, & otiosorum quoque, verborum de- testatio.

limi humilitate scaturire fons cœpit. Tantus à primâ ætate lasciarum turpiumque rerum eius animum horrort incesserat, ut si quod audisset verbū minus honestum proferri, illicet ad vomitum prouocaretur; atque adeò grauem à frequenti vomitu ægritudinem incurrit. Tandem vero eiusmodi vomitum patienti vox diuinitus allapsa est, monens ut aures oppositis manibus obturaret, ne obsecna illa haurire verba cogarentur. Paret illa cælesti monito. Nec frustra: valetudinem illicet recuperat. Quid? quod non impudicos tantum sermones auersabatur, sed vanos etiam otiososque; quos si imprudens perceperet, ita vultu quoque ipso perturbabatur, ut etiā tacite, acriter tamen eos profertenem reprehenderet.

Ad nuptias coactas, fugit, flumine non madefacta.

4 Cùm ad nubilem iam peruenisset æratem, antea que Christum sibi ultro sponsum delegisset, ac fidem ei obstrinxisset; importunè instare fratres cœperunt ut mortali cuiam, æqualium ritu, coniungi se viro patetur, acerbis eam conuiciis insectantes ac verberibus quandoque multantes. Illa verò, ne aut datam Deo fidem falleret, aut florem virginitatis contaminari patetur, saperenumero in ^a Guscianam amnem insiliit, egressa semper vestibus ita siccis ac si eas aqua non attigisset. Sed cùm sentiret neque sic fratum tonatus conquiescere, tandem omnino flumen transmisit, ne leuiter quidem madefactis vestibus, ac Lucam versus iter arripuit.

b Cōtra demonis terrores defuditur ab Angeli.

5 Cumque ad celebre xenodochium, quod vulgo Altumpassum vocant, peruenisset sub solis occasum, obiicit se illi dæmon feroci terribilique equo inuestitus, ut vel horrore ipso eam ab instituto itineri reuocaret. Ipsa verò nihil eius verbis minisive ac cetero terrore percussa, constanter diuini auxiliū fiduciā animum erigebat atque à metu alleuabat suum. Neque fiduciam afferret aut protractit benignissimum numen. Nam subito bini candidissimis vestibus viri adstiterunt; ad quorum confpectum terrum illud dissipatum est spectrum, & ipsi quoque se paullò post Otingæ oculis subduxere.

6 Iter ergo prosequitur animo assidue in oratione defixo, sublatisque ad celum oculis: tandem in mediū sepe prati amoenissimi, sed à publicâ viâ nonnihil remoti, innumeris herbis floribusque odoriferis consiti, ac fragrantissimis arboribus admirabili ordine dispositis pælepti deuenisse animaduerit; vbi & lepusculum reperit, qui circum eam subtilite ac gestile familiariter cœpit, velut si ab eâ esset educatus. Ita & in simum illius deponebat caput, blandeque saltu alludebat. Illa verò: Atqui ego te, si vellem, detinere possum: quid ita ergo aditas secups? Oriri tandem diei crepusculū, sed cum ita densis vallato arboribus prato Oringæ exitum non reperiit, prætere lepusculus cœpit, ac semitam commonistrare, quæ eam ad publicam viam deduxit. Tum & ipse sublatus ex oculis lepus est. Oringæ iter repetit, ac Lucam urbem tâdem appulit. Isthicē ancillam elocat viro nobili ex Aulâ veteri, cui Lucési, probo ac pio. Nullum verò ab eo stipendum aliud operæ solui sibi postulauit, præter victum eumque tenissimum; & quâ indueretur, vnicam vilem ac tritam lacernam, mundam tamen.

Natus pedibus hyeme me incedit. Humicubat. Parcè edis.

7 Etiam mediā hyeme nudis pedibus incedebat, frigisque asperrium perpetiebatur, ut sanguis etiam quandoque vi frigoris expressus deflueret. Plerumque, quantumuis fatigata, in nudâ humo cubabat. Ita erat abstinentiae dedita, ut saperenumero die toto cibum omnino non gustaret. Quandoque rogata ac proprie coacta, vesperi escæ aliquatum capiebat, pondere ferè ac mensurâ pomii vulgaris. Interim fatebatur se, nisi vanæ gloriae titillationem vereretur, pluribus etiam diebus nullum cibum sumpturam fuisse.

8 Quod verò facile esset eleganti ac formosâ, ne cuius ea species animum turpi sui amore inflammaret, studiosè se nescio quo succo aliisque artibus deturpatur.

Tom. I.

bat, ut vel sic quoque majori passim contemptui esset. Ex Iracum ^a Pactumque cum oculis suis fecerat, ut, quoad licet, ^b humiliter demissi terram spectarent, ne quid forte intuerentur quo mentis puritas vel levissime inquinari posset. Ita denique ab omni erat humano consortio ^c Oculos segregata, collectoque semper & intentio ad cælestia animo, ut longissimo interullo temporis neminem agnouerit vicinorum. Si cuius operis gratia exire foras cogebatur, saxum ad ostij limen collocabat, ut heriles deinceps posset. Sermo illi blandus, pius, ^d De diuinis suetus. Et quamvis numquam litteris operam dederat, ita grauitate de arduis abditisq; rebus disputabat, easque ita per tractabat & explicabat dilucide, ut omnes eam suscepissent, amarent, venerarentur, quippe qua cælestem doctrinam traderet, ac verba vita æternæ haberet.

9 Ad eum pertigerat innocentia gradum, ut corpore esse incorruptibili videretur. Porro etiā venustâ facie esset, ac per quam iuuenis, atque cum hominibus ^e causâ est satis familiariter conuersaretur, salutaribus eos monitorius eridiens; videbatur tamen nec ipsa alteri cuiam, nec ipsi quisquam in honestâ esse tentationis occasio. Neque sanè mirandum est, eam aut ita fortè fuisse ac prudentem; aut tantâ cum auctoritate agere cum omni hominum genere securè ac circa periculum solitam; cui Arcana ipse Deus promisisset, propterea quod in nullius hominis faciem oculos coniiciebat, per faciem deinde cuiusvis hominis intima cordis arcana perspetuaram.

10 In oratione ardore eius animus videbatur: unde vberes prorumpabant ab oculis lacrymæ ex laboriose ^a Lacrymæ-Christi vite, mortisque meditatione expressæ: quibus tur in oratione. sextâ non solùm inediâ se macerabat, sed ignominio-^b Passiōnem sam Christi passionem mortemque acerbissimam at. ^c Christi tentissimè contemplabatur. Assidue sacro quodam in- meditatur. credibilis erga Deum ac proximum caritatis vulnerè configi sibi videbatur, cum Iesum suum cerneret maximâ iniuriâ fructu mercede, pro quâ adipiscendâ tantos tamque arduos ac multiplices labores suscepisset; totque in æternum interitum ob scelera sua ultro incurere animas.

11 In supremâ hæren tem ædium partē, vbi illius erat conclaue, noctu adortus est dæmon, tam vasto ^a Per S. M. mictu oris, ut immanis quædam ianua videretur, tan-chaelem ^b demonis toque strepitu ac fragore, ut vicina concuterentur vni-terrícula. Ipsa verò percussa, omni propere euadendi spe interclusa, Archangelo Michaëli se commendat, utque beratur. sibi in eo discriminè adsit, precatur. Nec frustra conceptæ preces. Non solùm erepta periculo est, sanctissimi huius Archangeli præsidio, sed singulare ac variâ consolatione perfusa. Nam turpi illo spectre depulso, multas ei res Michaël obiecit, & visu iucundissimas, & odore gratissimas. Sicque eam tandem reliquit eximio mentis gaudio iubiloque exultantem.

^a Hic forsitan amnis est, quem Mitiuolem Leander appellat, qui se Arno infert sub Phocerio, è regione S. Miniati.

^b Altus-passus oppidum est haud procul Lucâ, cuius in Thuscitæ decriptione meminuit Leander.

CAR. II. Peregrinationes ad sacra loca.

12 IN D E cùm aliquot comitibus iter ad ^a Garganum ^b montem, eiusdem sacratissimi Archangeli ædem ^c Ad Gar- veneratura, ingreditur. Quo in itinere ab improbis tempore quibusdam hominibus in autos saltus sub noctem per- ginatur, ductæ sunt, commonistrato iis veluti recto, qui isthuc ducebatur, tramite. Parabant enim scelerati iis & vestes ^d In viam & eripere & pudore. At Michaël, quem Oringa religiosè le reducere, subito speciosissimi iuuenis formâ iis adstitit, tur, ac ciba ac Diaconi ferè habitu, hisque eas affatus est verbis: reficitur. Filiae, discedite hinc quamprimum; nam qui vos inde- ferta hæc & vasta loca induxere, meditantur non tem- porariis solūm, sed & spiritualibus vos bonis spoliare.

I i i 2 Tum

EX I T A - Tum clarissima lux emicat, dictis fidem factura: omnisllico sil- que eâ detergitus fatigatio: ducem iis se præbet Ar- vani changelus. Piusquam tamen in publicam viam resti- Razzi. tuit, ad amoenissimum prius fontem perduxit, vbi ele- gantissimum vasculum protulit, variis esculentis con- fertum, atque eas quo quæque maximè exoptasset cibi genere recieauit. Tum ad turrim quamdam perducit, quæ ad publicum callem sita erat, vbi & diuersorum percommudum reperire in quo omnia illis ad iter ne- cessaria sunt abundè subministrata. Tum eas tandem dimisit admirabili solatio delibatas. Sæpè alias hoc itinere B. Oringæ visendum se sanctus idem Archangelus præbuit, eiique cælestem adhibuit consolationem.

Romam abit. **13** Posteaquam illam Archangeli ædem summo animi sensu visitarat Oringa, Romam adiit, vt sacro- sanctas ecclesias, Martyrumque reliquias veneraretur.

Demonem superat. Oranti in basilicâ S. Petri multum molestia dæmon facessivit, quem demum velut inanem umbram à se ab- egit. Paullò post Frater **b** Rinaldus ordinis Minorum, vir singulari prudentiæ, cum cerneret Oringam velle Romæ commorari, esseque non corpore quām animo formosiorum, effecit ut nobilissima quædam pia vidua.

Cohabitat pia vidua. **14** Paullò post Rinaldus ordinis Minorum, vir singulari prudentiæ, cum cerneret Oringam velle Romæ commorari, esseque non corpore quām animo formosiorum, effecit ut nobilissima quædam pia vidua, Marga. ita nomine, quæ dudum eiusmodi innocentis animæ contubernium exoptarat, in familiam suam libentissimè eam recipere. Quæ mox inuitæ & reluctanti suo accommodatas gradui vestes tribuit. Sed non diu eas Virgo gesit: nam intra paucos

Vestes suas dat pauperi. dies pauperem peregrinam ferè nudam reperit eamq; suis illis vestibus induit, ipsa priores quas antè posuerat resumpsit. Eo verò Christi virginem optima vidua amore prosequebatur, vt non solum eam sibi famulari non pateretur, sed ei ipsa potius versà vice famulare-

Christiana appellatur. tur, cum id mereri eius virtutem cerneret. Cœpit sub id tempus Oringa, quasi per antonomasiæ & excellen- tia cuiusdam testificationem, ab omnibus non iam Oringa, sed Christiana appellari, quod ei deinceps nomen adhæsit.

It. Assi- sum. **14** Venerant Assisium Christiana & Margarita se- pulchrum gloriose Patris Francisci inuisuræ: cum quæ isthic preces funderet in eiusdæ æde Patriarchæ Chri- stiana, diuinam quædam extasim passa, visa sibi est ad Castellum, vbi nata erat, deportata, ibi que cernere in vilissimo abiectissimoque loco ædificatam domum, sed angustam ac modicam, eam omnino formâ quā multis deinde annis post monasterium eo loci à pagi illius inquinilis ipsi est constructum. Hic porrò videre sibi videbatur habitantes religiosas virgines, seque solam credebat eas omnes (quod re ipsâ deinde evenit) sustentare. Hancque visionem ipsa cuidam gentili suo, non procul Assilio Iudicis munus gerenti, narravit; qui unde haurire spiritualem debebat consolationem, ad scelus pellicere lasciuis persuasionibus virginem est con- natus. Ac repulsa passus, incantationibus præstigiis- que diabolis impugnare eam cœpit. Igitur in locum vbi aderat Virgo, delatus, capite refupino rogarē tetros spiritus cœpit, vt se iuxta virginem collocarent, quæ immensâ quædam erat luce circumfusa. Negant illi se illud aggredi aut velle aut posse; quod Angelus, qui olim Cæciliam defendit, is nunc quoque præferido quodam zelo, gladium manu vibrans, eius integrati- tem tueatur. Quæ effati subitè cum horrisono vulnus abscessere. Virgo signo sese sanctissimæ crucis commun- nit, atque ad S. Francisci ecclesiâ se proripit, eius identidem opem aduersus crudeles has insidias implorans. Igitur Christi virtute, Sancti Francisci patrocinio, vi- citoria potita est, summamque adepta animi tranquilitatem.

Caliglo- riam in extasi spe- culatur: **15** Quin & mox in celum rapta est, vbi Christum conspexit splendore suo immenso supernæ illius ciuitatis immensa spatha collustrantem, præ cuius radiis cor- porei solis lux omnis obscura quodammodo erat. Vi- debatur qui à vestimentis ac throno Christi absistebat splendor, materialem nostrum solem illuminare, non

secùs atque Sol ipse Lunæ lumen communicat suum. Ipsam quoque vidit gloriosam virginem Deiparam in uno cum filio throno considere, codem conspicuam splendore, albâ ueste pretiosissimâ indutam. Hanc porrò Augustam Reginam Angeli ac Sancti omnes vene- rabantur, singuli gaudio exultantes. Tum turmatim à throno abscedere, cælestique illâ regione peragrata, iterum ad eius se prosternere pedes, atque ab eâ favoris ac benevolentiae exhibito testimonio ac benedictione impertita reuerti, suauissimè interim placentes, decen- tissimeque tripudiantes: atque id sæpius factabant. Quæ dum fierent prostrata ad Dei solium Oringa stu- potis plena, cum beatis illis cæli ciuibis Christum ac Christi matrem adorabat. Compellat interim eam & **sæplo-** Christus: Miraris Christiana honorem, qui ab Angelis ^{rum lati-} ^{tiam die} hodie matre meæ gloria exhibetur, & quæ induita est, ^{conceptio-} vestem: sed scito hodie agi in cælo celebritatem imma- ^{nus D. Vir-} culata. Cœceptionis eius, quæ me deinde cœcepit ac pe- ^{ginia.} perit, verum Deum ac hominem, illibatâ semper vir- ginitate. Vêlimenti eius candor prærogativa est sin- gularis innocentia: sola enim mater & virgo esse me- ruit. Scito verò filia vbi tempus tuæ resolutionis adue- nerit, in hanc te quoque gloriam deportatum iri.

16 Ad se reuera Oringa, ad visionis huius testifi- cationem tria in se admiranda raptus illius indicia re- ^{Diu signa} mansisse animaduerit; corporis agilitatem, quæ ali- ^{huius ra-} quanto tépore tanta fuit, vt sæpius sese palpando, cor- ^{ptua rei-} pote sibi carere videretur; odorem quemdam incredi- bilem raptus illius tempore ex arborum florumque cælestium fragratiâ naribus suis adspicatum; eximiam in auribus suauitatem, ab cælesti concentu, adeo vt no- ^{net.} uem ipsos menses in eadem versari gloriam, fruique cæ- lesti harmonia instrumentorum ac floribus videretur. Propter hanc visionem voluit Christiana monasterio, quod deinde erexit, nomen esse S. Maria Nouellæ. Sta- tuitque vt in eodem (saluâ sacræ Sedis Apostolicæ, summique Pontificis auctoritate & reverentia) quo- tannis sacræ Conceptionis solemnitas celebraretur.

a De celeberrimo hoc Apulia monte agemus pluribus 29. Septemb. **cum de S. Michælis apparitione.**

b Curtius Monaldum vocat.

CAP. III. Constructum cœnobium. Vatici- nia, aliaq; miracula.

17 Iscessit è S. Francisci æde atque vrbe Chri- stiana venitque Castellum Florentinū & B. Vi- ridianam honoratura. Vt verò ab eâ didicit Margarita ^{In patriâ} quæ propè ab eius patriâ abessent, eam se dixit velle ^{suâ vi di-} visere. Inuita ac ferè coacta ad sanctæ Crucis pagum ^{uina reti-} ^{netur.} eam perducit Christiana. Dum paullò postinde parant discedere, nescio quo diuinitus addito pondere earum retenti sunt pedes, quasi terræ essent affixi. Vt senten- tiam mutauit Christiana, statuitque inde non recede- re, hoc solutæ ambæ pondere sunt. Romam ergo reuera- ta est Margarita, Christiana isthic substituit, sed certa religiosum cum aliis virginibus viuendi genus arripe- re, vt etiam illi incolæ Castelli Franci, sanctæ Crucis, viciniique persuadebant.

18 Dum quadam die pergit ad locum, in quo dein- de monasterium ædificauit, radios intuetur è cælo vi- ^{Mona-} bratos omne illud suauissimâ luce solum perfundere. ^{rium loco} Et breui isthic vt cœnobium construeretur, ab accolis ^{calitus} vicoque sanctæ Crucis obtinuit. In illud verò sese in- ^{monstrato,} clusus cum aliquot sororibus, quibus tamen præesse ali- quæ officij, gradufve prærogatiâ noluit: neque villam sibi ministrare quantumvis gradu aut ætate inferiorem permisit. Si fortassis, etiam leuiter, villam sororum, ^{Eius hu-} etiam iuuenculam verbo offendisset, subitè sese pecca- ^{militas,} tricem accusabat, culpamque flexis genibus professa, veniam precabatur.

19 Paupertatem semper dilexit, multò impensiùs (quod rarum & illustre) quæam etiam auari diuitias;

atque

Dives pauperes. atque in eâ inopâ veluti in amplissimâ copiâ, singulari Dei beneficio, abundare videbatur. Nam cùm bene longo temporis spatio non nisi cucurbitam vini haberet, quæ totius erat penu monasterij, atque excisum in muro armarium ad recondendum cibum; omnibus tamen præbitum annonæ quantum naturæ necessitas poscebat, honestusq; vestitus: quodque magis mirandum videtur, omnibus egenis ac seruis Dei magno numero ad earum monasterium concurrentibus, quo quisque egebat benignè largiebantur: ita vt cùm nihil habere t, simul tamc, cum eo qui est omnia in omnibus, omnia possidere viderentur. Fuit cùm poscenti eleemosynam egenæ propriam tunica & flotem, quem vnicum habebat, tribueret Christiana; itaque paucis ac vilibus panniculis induita, omni, quo sibi suisque necessaria compararet, peculio orbata.

Tempore famis fabas suas publicas facit. 20 Aliás in summâ annonæ caritate cùm in agello quodam, quem solum possidebat id cœnobium, fabas haberet; instar vexilli signum erexit, vt liceret omnibus isthic fabas carpere, ac si ager publicus foret. Complures eo factò permoti exemplum sunt imitati. Creduntur plurimi, cæteroquin fame morituri, vitam iis fabis, cælesti miraculo multiplicatis, sustentasse.

Vinum eius precibus aug. 21 Aliás vini perparum, quodque vix ad diem vñ satis esset, in vale reliquum erat, quod ita Oringæ precibus à Deo auctum est, vt vini penuriam nullam optimæ virgines paſſæ sint. Id miraculum, vt solis erat domesticis exploratum, omnino celari externos iussit Oringa. Id verò ipse Deus publicauit: nam cùm quidam iis vinum attulisset, cœpissetque id vasi, quod vacuum videbatur, infundere, vix medium vulgati canthari instillarat, cùm redundare vndique vas cœpit. Quod ille conspicatus, vt foras exitit, palam id prædicavit miraculum.

Multos dies rapti permanet. 22 Adeò inflammata ac vehemens erat Oringæ precatio, tamque arcta mentis cum Deo coniunctio, vt plures dies continentier persistet omni carens corporis cibo, à sensibus suauissimâ extasi alienata, itaque in Deum ipsum immersa quasi absorta, vt crebro in diuinâ claritatâ speculo hominum corda consilique cognosceret, ac res futuras prædiceret. Et ferè vaticinia eius, vt certus, ita celer, sequebatur euentus: vt cùm cladem incolis sanctæ Crucis à b Fucechianensibus illatum iri præmonuit. Nam cùm inter eos popullos acerbum esset diffidium odiumque, quodam die summo manè erumpere cum armis, hostesque inuaderet Sanctacruciani parabant. Christiana cogi conciliu rogarat: multis solidisque rationibus eam illis expeditiōnē dissuadet: edicit nisi ab eâ desistant multos ipsorum interficiendos, multos in hostium venturos potestatē. Atque ita evenit. Nam spretis salutaribus Oringe monitis, ipso die aduersarios aggressi, fusi fugatique sunt, multi trucidati, multi captiui Fucechium abdueti. Ei verò qui repudiandi Oringæ consilij auctor populo extitit, mortuo, vti & filio eius, euulsa retrorsum est lingua.

reconciliationem inimicorum: 23 Prædixit duarum familiarum Sanctæ crucis, quæ sepius infestis telis concurrerant, prius constringenda utrimque arma, quam quisquam eorum ex hac diffensione occumberet: idque deinde est factum. Ciui Luncensi prænuntiavit nascituram ei filiam, quæ deinde in suo cœnobio religiosum institutum capelleret: nata est, ibi quæ religiola effecta.

mortem infamem infantis: 24 Audiebat vagientem in cunis infantulum, Plotret, inquit, pessimam vitam aeternus puer, mortemque infamem obiturus: nam vbi adolescenterit, sceleribus addet sceleribus, tandemq; patibulo appendetur. Huic quoque vaticinio exitus respondit.

reditum cuiusdam sibi ignotis contraria paratus. 25 Salutauerat sanctam virginem agmen religiosè peregrinantium Assisium ad S. Francisci indulgentias, cumque post modicam quietem discessum pararent, accersito Fratre Ioâne cœnobij Sacellano. Ex hoc cœtu, inquit, solus huc reuertetur iuuenis quidam, Tho-

Tom. I.

masinus nomine, (signis, quem non viderat oculis, de- *Ex Ita* scribit) hicque commorabitur Deo famulatus. Qua- *LICO SIL-
RAZZI* re omni illum officio ac benevolentia significatio *VANI* prosequere. Cogitabat Thomasinus aliò cum comite abire, ceteri verò isthac redire statuerat. Abscesserunt paullò pôst ab inuicé ad vicena propè millia passuum; ac Thomasinus priore abiecto consilio solus ad Otingæ monasterium rediit, ubi benignè exceptus substitit, fuitque deinceps monialium Sacellanus, vti ab Otingâ erat prænuntiatum.

26 Quidquid Deum rogabat Christiana (magnū *Quidquid* diuinî fauoris argumentum) illicò impetrabat. Iter illa petis à Deo cùm quodam Castellifranci municipi Alexandre ad *impetrat.* montem Rapolim faciebat: obuiam iis venerunt quidam ex pago Martio, quibuscum Castellofrancinis controuersia erat. Hi Alexandrum cum socio captiuū abducunt, nequidquam deprecante Christianâ. Hæ tandem in desertam ingressa ecclesiam, quæ propter viam erat sita, Deum cœperit precari. Egressa *Captiuum* *precibus li-* Alexandrum inclamat, signumque sancte crucis efformat, mo- *berat.* netque liberè abeat, nihil metuens, quod libuerit. Paruit ille nemine prorsus obſistente. Quæ res aduersarios male habuit, mirantes qui eum dimisissent innoxium.

27 Dum adhuc in æde S. Francisci Assisi versaretur, aderant proscripti duo, quos Banditos vocant, qui *Alium* eâ dum diuina mysteria peragerentur in somnum incide- *satellitum* runt: tempore consecrationis eos compellat arguitque, manibus, ac hortatur vt surgant, ac reuertantiam augusto Sacra- *sacra ho-*mento exhibeant. Monentem ambo audierunt, tamen *tempora* *con-* vynus dumtaxat surrexit & sacratissimam hostiam ado- *tempor* rauit, alter quasi virginem irridens, iterum somno se dedit. Interim in templum ingreditur familia Recto- *punito.* ris prouinciae; dum ante venerabile Sacramentum ve- nerabunda subſtit, fortitudine conspicatur eum qui Vir- *Res amissi* *eius meri-* *tinis obtemperat monitis, eumque in vincula com- *via & indi-* pegit, capite plectendum. Quod cùm Christiana cer- *ciora.* neret, ad Deum conuersa, Domine mi, inquit, Iesu Christe cur id patris, vt qui monitus illicò surrexit, teque adorauit, capiatur, trahaturque ad mortem? Te deprecor Domine, mihi, vt eum liberum incolumemque restitus. Vix ea Virgo protulerat, eum ipse ex eorū manibus elapsus, qui eum arcte constrictum tenebant, profugit, nec multo pôst in ordinem S. Francisci adscriptus est, in quo piè ac religiosè vitam conclusit. Alter verò captus plexusque capite est.*

28 Venerant ad B. Christianæ monasterium fra- *Res amissi* tres quidam ex ordine S. Dominici, graui animi mœ- *eius meri-* *tia & indi-* clato pedem sibi transfixit, summo cum dolore ac pe- *ciora.* riculo: sed cùm vulnus ei Virgo obligaret, magnâ mo- *vulnus cu-* *rat archi-* ta commiseratione, subito dolorem illi omnem absti- *teco.* sit, vulnusque persanauit.

a *Eius vitam dabimus 1. Februarij.*
b *Phocetum horum oppidum vocat Albertus, à Phocenibus Pelagiis.*
c *Curtius Franciscanos ait fuisse. Missi certè & Dominicani & Franciscani ad Comanos aliosq; Orientales barbaros à Nicolao IV. rvt ad an. 1288. n. 11. Bzonius refert.*

C A P. I V. Aegritudo, mors, miracula.

30 TANDEM 70. annos nata paralysi correpta est, *Paralyse* lectoque tres annos affixa decubuit, itaq; morbi molestia est extenuata, vt mortem in lucro merito posset reponere: cùm ei miserabilis hæc vita assidua mors esset. Etsi verò diuturno illo situ dextrum illi la- *corripitur* tus planè emortuum esset, & reliquum omne corpus *grauis-*

I i 3

Ex ITALICO SILVANO RAZZI.
grauiissimos dolores sustineret; tantam illa tamen animi alacritatem præ se ferebat, quantum vix alius quilibet etiam maximè firmâ ac vegetâ valetudine.

31 Cùm verò finis vitæ intaret, vertuit monasterij Præfecta ne se amplius sub tempus eleuationis viuisca hostiæ deportari ad oratorium curaret, vt consueverat, quod & sororibus ceteris molestia, & grauior ipsi dolor crearetur. Deinceps igitur (vti ipsa F. Ioanni Capellano suo sub secreto confessionis apertuit) quotidie cùm in sacrâ æde sacrificij tempore sancta hostia eleuaretur, Christus se corporeâ specie in loco, in quo decumbebat, spectandum illi offerebat. Eadem Fratri Ioanni octiduo ante diem suæ mortis prædixit, evenituras patriæ calamitates, aliaque complura ad monasterium illud pertinentia. Ipsâ obitus sui horâ tanta relucebat in eius vultu lætitia, serenitas, splendor, vt facile appareret felicissimam illam animam migrate ab hac vitâ, vt Christo æternum coniungeretur in celis. Conuocatis igitur vniuersis sororibus, suauissimis verbis materno affectu eas consolata, feliciter requieuit in Domino sub initium Ianuarij mensis, anno 1310.

32 Pia quædam matrona, Tergia nomine, dum precibus in maiori æde Pisânâ vacat, ipsâ quâ è vitâ excessit horâ, eius animam vidit in candidissimâ ueste ab Angelis in celum gloriose deportari, quæ & ipsam eis in eum deferri videt quædam.

Animam eius in eum deferri videt quædam.
Impudicos etiâ mor tua auer-
fatur.

33 Præter alia innumera signa ac mitacula eius me-

ritis & intercessione perpetrata, multa hominum mil-
lia sub mortis eius tempus, vt ipsa prædixerat, cùm antè animis dissiderent, tum divini Spiritus gratiâ cō-
puncti, in gratiam mutuò rediuerunt. Aliquot ab obi-

Dolor capitis etiâ mortua auer-
fatur.

34 Quidam ex Comitatu Florentino iam ab annis
Visus refi- quatuordicim cœcus, visitato sacro corpore visum
tutus.

35 Puerulum quendam ex pago S. Miniati ad Tem-
Mortuus suscitatus.

descum in fossam aquâ plenam prolapsum, ac die inter-

gro submersum, sub noctem inde mœsti parentes edu-

xerunt, ac Virgini commendarunt, voto nuncupato: is

subitò restitutus est vitæ.

36 Alia plurima acciderunt miracula meritis bea-

Corpus Oringa tissimæ huius Virginis. Cuius corpus diutissimè inte-

diu integrum, formosumque permanxit, quasi recentissimè vi-

grum, cum tâ esset destitutum. Sed Deo id permittente anno 1514.

templo cœcum candela accensa esset relicta ad sacras reliquias,

buſum. ingens exortum est incendium die 14. Augusti, quo &

illud sacrum pignus omnino consumptum est, & pars

magna monasterij. Orate pro nobis.

ALIA VITA AVCTORE CORNELIO CVRTIO, Ord. Augustiniani Historiogra- pho Generali.

CAPVT I.

Oringa ut virginitatem seruet, domo profugit.

IN Etruriæ valle ad flumen Atrum castellum
vetus est, nomine sanctæ Crucis illustre, pauca

millia passuum distans à Florentiâ, b cuius imperium b
semper haec tenus tulit. Ibi Virgo nostra lucem accepit, Christia-
obscuris progenitoribus & non extra viciniam notis. ne patria.
In lustrali fonte nomen ei Oringæ datum, quod po- & natales.
stæ via perdidit, Romano populo eam à virtutibus
nuncupante.

2 Etatem primam duxit puritate ipsâ priorem. Verba prætextata, quæ hodie pueri prima fari docen- Pueritia

tur, auditu illi tam molesta erant, vt a fundo stomachū purissima.

cierent ad certum vomitum. Non ferebat candidus ille

caelestis Sponsi thalamus vel minimi putuliculi asper-
ginem. Sermo omnis impurus illi morbus erat: & quia

non aliquando eum audire non poterat, infirmâ ad-
modum valetudine vtebatur. Ab hoc ergo malo in a-

tate adhuc puerili febrente accedebat Sacerdos in-
uocatus, vt eam de noxis, quas non potuit nisi leuissi-

mas habere, absoluisset: sed quam pæne illam de vitâ prius absoluisset. Ut enim sub eius oculos venit, tota

cohorxit Oringa, ab intimis viscerum sedibus turbata, vt tantum non animam excreuerit: ita nescio quo

occulto flagitio sordidus Presbyter ei continuam stomachi tempestatem, & perpetuum vomitum commo-
uebat. Diceres eam, mase, sordidum omnium impati- Cap. 28.

tem. Quas vteuitate, præmoneri à celo, & præmuniti debuit illo Ecclesiastici antidoto: Sepi aures tuas spi- 28.

nis. Igitur intra domus suæ canællos, conchæ in modû-
fe cohibuit. Oportuit benè magnum esse necessitatis articulorum, qui eam foras extruderet. Quando ramen

prodeundum erat, signabat noctâ aliquâ ædium suarum

limen, & vñim plateæ angulum, quæ agnosceret re-
versus: ita raro viciniam exhibat. Credidisse eam ocu-
lis orbam esse, quos in terram fixos humquam intet

ambulandum atollebat; non curiosâ obtuerit alios; ve-
recunda magis ab aliis videri. Imò vt despiciatur effet

omnibus, ad se statâ sortitie deturpat vulturum. Cul-
citat, somnumque humi capiebat, tuda pedes hiber-

nis etiam in mūibus, quas sanguinis sui purpurâ paſſim
tingebat.

3 Quamprimum fari didicit, didicit affari Sponsum suum, curâ cunis ipsi placuerat. Huic toras noctes spē-
dabat: dies non poterat, præfertim in ætate mainti-
caba, quando ad rusticum opus domestica ærumnæ eam

vrgebant. Abi Oringa, & hanc scipionem in manus su-
me, ac curam gerte boum pascendorum; patris præce-
ptum erat. Quid reponeret puella ostennis?

Vidilles alteram istam Rebeccam, confessum ad patris nutum
se accingere, ad pascua boues vocé manuque abigere, Boues,
domum redigere Sole vocante. Sed dum pecua rati-
quæ pati illi

Virgo pascit, suum interim Pastorem non negligit. Iti
obediunt.

filia aut campis designat bobus certum pascuæ loci spa-
tium, præcipicque vt ne frumentum bonum vel lam-
bendo attingant, herbis tantum sibi proficuis vescan-
tur. Illa interea in foueam aliquam aut rupicum arbo-
ris se adit, & Sponsum, cuius amore flagrabat, repe-
titis precibus inuocat. Quis non credat prorupisse è

cate etiâ statim cælestem istum Amasium, & ad deside-
ratæ suæ calida vota, ad uolasse? Enim uero, dum Oringa

Sponsi delictis fruitur, boues magistræ suæ sarta tecta
mandata seruare, graminibus vagis & siuestribus se
implere, ultra præscriptum spatium ne latam quidem
vngulam transire. Quidni bruta illi obedirent, quando,

qui ea creauerat, Sponsæ suæ seruit non abnuit?

4 Vix alterum vitæ suæ lustrum superauerat, cùm Ad nu-
germani eius fratres (ad plures abiuerat cum matre pa-
pias à

fratribus illam nuptiæ collocare voluit. Quid hoc erat aliud,
quæ faxa & lapides virginis loquitur. Ea, quæ celo se de-
fuderat, quomodo cœnum atnet?

Quis ei nuptias cogitur.
persuadeat, cui verba nuptialia vñmitum excient?

Oringa benignè respondere fratibus; Christo se copula-
tam esse, non posse alij coniugari. Illi verò, ceu fatuam,

sororem increpare, & ad nuptias vrgere verbis, cogere
etiam verberibus obstinataam. Nihilo tamen illa mol-
lior, iam cautem inducerat, indurueratque ad omnes lin-

guæ

guæ & manus iniurias. Quotidiana tamen procella, quā in puellam teneram seu fratres immaniter debacchabant, minabatur aliquid naufragium, nisi tatem huic tempestatī comodē subduceret. Astū ergo cogitationum dubia huc illuc se flebit, quæritque quā porrō euaderet. Ut erat atare & sexu infirma, alieno consilio atque auxilio indigebat. Vrrumque solus ei Sponsus dare poterat. & qui negaret?

Fugienti flumen cedit.

5 Autore illo proripit se in fugam, procul à male-suadis fratribus. Sed curriculum eius nimis citè stit obuium sine ponte flumen. Hic instar damæ trepidans à latratu insequentium canum, vertit se ad eam, cuius instinctu tantum stratagema adornarāt; & in preces effusa, eum integratissimam tutorem inuocat. Satis erat se illi commendasse. Non vlt̄a sollicita, re&t;à flumen ingreditur: & ecce, diuidentibus se, & in muros crystallinos aquis surgentibus, viā aperitur Virgini, quam pede omnino non madidato transiuit.

a Arnus Florentiam Pisam perfluit, nobiles Estruzi urbes.
b Silvanus Razzi dicit esse in Comitatu Pisano. Ferè medio inter Pisam Florentiamq; spatio sumum est.

C A P V T I I.

Lucam tendit, ciui ancillatur, peregrinatur ad montem Garganum.

Dæmones ei vim minantur Angeli fugant.

6 NON DVM tamen putauit se reperiisse securum à fratribus tutamentum, nisi Lucam eodem pene iret. Et iam Altumpassum attigerat, Sole pene emortuo, cùm alterum Virgini obicem molitus est omnis boni æmulator diabolus. Ille monstrum pro more fœdum horridumque induerat, aseenderatque equum terribilem & omnimodis informem; videbaturque furiali cursu ruere in Oringam. Illa autem subito pavidate, & credere se iamiam obtritum iri immobibus huius equi soleis; nisi submissi cælo candidi duo equites atrum istum suo obtutu ceu fulmine dissiparent. Sed & illi ipsi sensim agnorum mitissimorum instar disparuerunt. Ibi Oringa, Dominus, inquit, mecum est, quasi bellator fortis: qui persequuntur me, cadent, & confundentur vehementer. Tranquillitatem porrō hanc tempestas noua & repentina turbavit.

7 Ceciderant de altis montibus densæ umbras, & lucem mundo eriperant: surgebant siluarum crebra dumeta, quæ viam vero meridie impedirent. Hic manere Oringa, hic sub dio noctem traducere, & hospitium gratuitum capere debuit, ferarum omnium rictibus exposita. Cui hæc etiam virilem animum non frangant? Vt ne virginem turbarent, effecti celestis antembulo, qui splendore multo illustravit, eamque nemoris partem floridam amoenitate temperauit. At tollebant se per continuum ordinem hinc inde veluti industria manu consitæ arbores; fragabant sub pedibus suaveolentes herbae; ridebat multicoloribus passim floribus variegatum pavimentum: totum denique locum dixisset opus esse illius qui paradisum plantauit. Accedebat ad tantas delicias aliud solarium, quo Virgo noctem & curas falleret. Leposculus, qui hominis etiam umbram timeret, ausus est Oringam adire intrepidè, & ludos faceres; non aliter, quām in nutricis manu catellus, familiariter blandiri, in gremium eius declinare caput, & omnino suauari. Admirata Virgo animalculi confidentiam, Cui non arripis citam fugam, inquit, o miselle lepusculi? Quid si teprehendam? licet enim, si liberet. An in isto meo sinu te securum putas, quæ ego ipsa trepida fugam capesso? Inter hæc puellæ & lepusculi suauiludia, aurora mari caput suum exulit, & Solem ac diem vicinum nuntiauit. Vbi nunc celestis ille ductor, qui Oringam in viam regiam collocet? nullum enim vestigium appetit, nullum rectum iter, quod queat insistere. Ibi lepidus ille lepusculus ducis assulmit officium, moneretque hastantem nutu, supra

quām brutaliter, vt sequatur. At verò, vbi Lucensis semita Auct. videri potuit, lepusculus, quisquis ille fuit, seu Angelus, C. & N. seu lepus Angelicus, videri etiam desit.

8 Lucam vbi ventum est, fortuitò, sed non sine numero ancilla, reperit illic primi nominis ciuem quendam; cui lā seruit: in obsequium se dicauit, nihil pro seruio paclta, præter spatium aliquod temporis extra ordinem liberum, quod supremo Domino imperidet. Iusta ab iustis impetrare facile est. Non tantum ergo de die solidi bona pars, sed totæ illi noctes concessæ, quas genuflexa inter preces s̄p̄ integras transmittebat.

9 Secretum porrō elegit in summo ædium, vbi pro-Dæmonis cul à strepitu Deum suum alloqueretur. Benè si turbā iterum ei hominum fugiebat: sed dæmonum insultum neque insidiante illic potuit effugere. Primum ergo infernalis hostis occultam pugnam & vim animo eius facere suggestiū ignitis iaculis; deinde, cùm frustra conatus iste esset, manifestum bellum bellare. Orantem noctu aggreditur, hortendūm hians, ore tam latè diducto, vt ipsam inferni ianuam crederes. Fremitum addidit, editique tam immanem, vt contiguæ domus à fundamentis concuti, & susque de quæ rapi viderentur. Virgo primò quidem pro natura sua imbecillitate tremere ad rictum tam horrendum monstri tartarini; sed paullò post animum recipere, & conuertere se ad principem cælestis militiae Archangelum, quem subitatio in timore inuocare affluebat. Simul adfuit, & solo adspectu longè iubens facessere inane terriculamentum, Oringam plenis solatijs gaudiis innundauit.

10 Diuinis ergo quotidie ostentis recreata cœpit Alio magis ac magis suo se Sponso Iesu allegare: à quo degre diinde iusta alium terræ angulum, vbi habitaret, quære- statim herum suum adiit, &, vt nutum suum celesti imperio subscripteret, obsecrauit. Ille autem, cui religio erat Dei placito non exempli obsecundare, vale illi libentibus quidem, sed madentibus oculis dixit.

11 Inde paullulum proœcta, reperit aliquot de sexu Ad Garganum suos comites paratas ire ad Garganū montem; vbi summo Angelorum Michaëli, cui iam pridem religiosè de- peregrinuota erat, singulare obsequio, pro præstitâ paullò ante natura ope, gratias ageret. Et iam isto in itinere plurimos dies infumpferat imbellis hæc turba; cùm altera sexus alterius eam assequitur, visa ad simile pietatis officiū idem iter moliri. Sed reuera latrones erāt, quibus de earum corpore simul & animâ rapere spolia certus animus erat. Vnā ergo itum est; donec ambigua quædam semiata occurreret, quā in transennam duci possent imperiæ; Sole etiam, qui cubitum abibat, conniuente.

12 Trahunt prædones femineum hunc cœturni in Ope S. viam aviā, ad desertam casam, destinatum latrocinio specū, iam nunc exercituri ad vim brachia; nisi iste, prædonū cui hanc peregrinationis molestiam consecrauerant, in tempore, noto auxilio, adfuerit. Ecce enim, iuuenis quidam exuuias draconis indurus, homine altior, illustratis luculē radio tenebris (pro Hercule suo Ethnici eum adorassent) voce Stentoreā; Exite, exite, ait, filiæ: frustratur vos animarum corporumque latro capitalis, & vororumque vobis bonum eripere ardet. Dixerat, & à viâ fatigatas intus atque extus recreat, & sequi se iubet. Porro cum illis secedens ad fontem, aquis supra omnem ambrosiam dulcibus scaturiente, eduxit, quod sub veste gerebat occultum, hastrū, & liba quædam; eaque cum fonte, pro cibo & potu illis propinavit. Manna sumpsisse se dicebant, quod pro palati diuersitate diuersos saporis dulcedine appetitus eorum accenderet potius, quām satiatum. Inde itum ad honestum diuersorium, in quo corpora humatio modo curarent; si quid curandum restabat, post cauponis illius diuini Angelicum epulum. Ibi tum S. Michaël euauit, qui tamen post iterum iterumque illas in viâ aspectu suo recreauit.

AVER.
CORN.
CYRTO.

CAPUT III.

Romæ Affissum profecta, sepius diuinâ ope defenditur, illustratur.

13 MONTE Gargano descendit ad sacra Apostolorum limina; quæ, & alia Vrbis templa, reliquie deuenerata est. Inter hæc pietatis exercitamina, cuiusdam matronæ transiit.

13 A MONGRANO descendit ad sacra Apostolorum limina; quæ, & alia Vrbis templa, reliquie deuenerata est. Inter hæc pietatis exercitamina, cuiusdam matronæ transiit. Monaldus Franciscanus, qui Margarita viduæ cuidam pia atque opulentæ eam commendauit. Placuit matronæ eximia Virginis indoles: quam benignè habitam, iuxta morem Vrbis & familiæ suæ, splendida veste amiciuit. Oringa verò, quæ aurato vestitu non plùs delectabatur, quæ equus phalerato tegmine, peregrino primùm obnatio amicū hunc pretiolum condonauit, vili suo & paupertino integumento contenta. Quod non seim ab eâ factatum, urgente, quæ erga pauperes ardebat, caritate. Illudque non modò Margarita vidit oculis, non inquis; ut etiam sibi blandiretur & gauderet animo de hac famulæ suæ prodigalitate.

14 Illic à virtutibus nomen Christianæ accipit. Affissum tendit.

14 Imò illa ipsa, quæ, vti matrona, poterat ab eâ abiectiora obsequia exigere, in parte felicitatis habuit, si Oringæ suæ posset ancillari. Denique tam rara in Virginie hac eminebant Christianarum virtutum specimina, ut passim Romæ solo Christianæ nomine appellaretur. Quod vsu capione tam celebre esse cœpit postea, ut Oringam nemo cognosceret.

15 Romæ non admodum diu hæserat, cum interea locisent accendi se desiderio visendi Affissum Vmbriæ oppidum, celebri famâ & religione S. Francisci insigne. Postquam secum, deinde cum Deo rem serio deliberasset, viduam etiam, quam pio sanctæ necessitudinis vinculo sibi arctissimè obstrinxerat, comitem peregrinationis istuc trahit. Simile peruenit, venerabunda templum ingreditur. Ibi porro quid inter orandum ei acciderit, opera magnum premium est cognoscere.

16 Precibus longis feruentibusque cælum sequè fatigauerat, cum repente dulcis illi obrepit somnus, rerum post venturarum clara imago. Videt monasterij (quod Crucis-Castellani postea cuius suæ exerunt) prototypum exemplar; & in eo virginum egregium gregem, quas in clientelam tutelamq; suam Deus dato fidelis promissi arrhabone recipiebat. Vider quoque angulum oppidi, fundandi cœnobij locum vilem atque abstrulum celebrari, & animarum diuite cum lucre statim inclarescere. Incredibile memoratu est, quanto istud non inane in somno simulacrum eam gaudio perfuderit: ut partem eius dare voluerit populati cuiusdam suo, qui id temporis magistratum Affissij gererat. At ille, veluti anile fabellam & merum somnium risu excipiens, cœpit spiritualē istam semen-

Pudicitia eius quidam tenet. **17** Index igitur dupli igne æstuans & amoris & Cùm ille furoris, cùm humana omnia molimina incassum fore nihil posset, diabolica implorauit; quibus infestam Virginem habuit miserandis modis. Illa, vbi sensit immateriali opem aduocat, nem hostis occulti imperum, desperare de victoriâ, nisi aliud alicunde præsidium inueniret. Ergo uno curriculo ad ædem sacrâ confugere, in quâ S. Francisci auxiliatricem, Sponsi verò sui in primis proteetricem manum inuocauit. Dum pugnam autem hanc pugnat

Christiana, & vincit, ad lauream immortalitatis inuitatur mirabili ostento.

19 Ecstatio animi motu extra se rapta vidit mentis oculis vrbe nouam Hierusalem; quam Angelus non memorabili fulgoris sui radio tam clarè illustrabat, vt Sol, qui diem nobis facit, nox videri possit ad hanc Angeli lucem comparatus. Vedit & sedere Sponsi

Ostento mirabili à Deo honoratur.

sui Matrem Virginem, quæ augusto in throno Filij sui, induita sidereum vestimentum, ex argenteis quasi stellis diuinâ manu contextū, præ se ferebat humanâ omni maiorem maiestatem. Porro ciues nouæ illius Hierusalem, veluti sacri quidam Salisubfulti, ad numerum & in orbem circum vrbe totam saltabant numquā cessante tripudio, nisi cùm thronum perfecto circulo repererent; vbi tum cerouâ modestaque veneratione Reginæ inclinabant. Christiana verò dum humili flexis humiliter poplitibus, & in preces, corde, quācum erat, effuso adorat Sponsum suum, Genitricemque eius, & sanctum Saliorum istorum chorum, audit Christum in hæc dulcissima verba loquentem: Cara mihi sponsa Christiana, attonito animo miraris tantum honoris deferti Matri meæ à cæli incolis; obstupescis ad chlamydis ornamentum, quo fulget. At nescire non debes, solenniter hodie celebrati in cælis festum Conceptionis eius quæ me Deum-hominem, sancto Spiritu cooptante peperit; vestem quoque illius, singulari candore illustrem, significare virginitatis eius incommunicatum aliis priuilegium, quo meruit esse semper Virgo Mater. Subdidicique: Tu autem promissam huius gloriæ partem à me accipies, quando naturæ, quod debes, solueris. Et cum aperto ore quasi hians conaretur dignas Creatori suo gratias dicere, ecce, eodem in loco, quo precandi initium fecerat, solam sè videre doluit, quæ paullò antè Beatorum consortio se frui in cælo gaudebat. Neque statim credere sibi potuit se esse Christianam: quod perpetuaret in vultu eius splendor quidam cælicus, nares floridulum adhuc odorem spirarent, aures Angelicæ harmoniæ musico sonitu tinnirent, ipsum denique corpus, quasi carnis excusâ mole, agilitatem spiritualem induisset. Ab hoc viso cœnobium suum nomine Mariæ Nouellæ indigitavit, & sanctæ Conceptionis festum quotannis celebriter colendum perpetuâ lege sanxit. Sed vnde abieram, ad impudentem atque impudicum istum amasium, Iudicem Affisensem reuertor.

20 Is ad decerpendum, quæ vi, quæ astu, hoc castitatis pretiosum lillum, impurum animum obstinauerat. Qui vitiū Infernales ergo genios horrendo euocare metro plauerat; à quibus in Virginis oratorium se transferri feuerent, à magici imperij edito iubet. Rapiunt miserum dæmones capite resupinum, proximè loco, in quo, splen-didissimo mitæ lucis radio circumfusa Christiana cum Deo loquebatur; neque potentes aut obtueri in Virginem, aut adire propriū, vñlando horrendum clamant, Actum se agere & operam perdere; Cæcilia olim custodem Angelum Christianæ adstare, manumque exerere & fulminantem gladium minitari in accedentes. Quo dicto, immanem vñlatum repetunt, & quem aduexerant sceleratum Iudicem, abipiunt secum ad carceres pœnarum æternarum.

21 Per idem tempus Affissij, dum in æde D. Francisci affida est, contigit res maximè memorabilis, quæ Virum ledice pietate eius erga Deum & homines palam fecit. Illic dum fortè sacrâ assistit, subintrant viri duo legibus satellitum proscripti, & contra omnem loci atque officij, quod manibus fæcinosus in arâ peragebat, reuertentiam, ad lessibulum eripit, & somnum sele componunt, & condormiscunt. Ad arcanum sanctæ trâsubstântiationis mysterium ventum erat, & illi non mouere se. Quod limis oculis notat Virgo, impioque aggreditur, & verbis acribus castigat, simulque iubet corpus & cor erigere ad Deum quam mox sub panis vñbrâ aspectabilem. Vnus sermo non eodem modo vtrumque pupugit. Hic enim cùm luctan-

luctantes somno oculos detersisset, genu ad pietatem flexus adorauit latenter sub orbiculo orbis conditorem: ille verò ad ronchos caput declinauit iterum, Dei suique negligens. Culpam pœna premit comes. Ecce, ædem ingreditur cum apparitoribus suis Prætor, ære campano ad Christianæ pietatis iussum obsequiū vocatus; at ad vindictam potius tanti flagitiū diuinitus missus & proscriptos hosce à vulto & notis aliis confessim agnitos raptari iubet ad vincula & supplicium ultimum. Obstupida quasi ad hanc viam Virgo, Bone, inquit, Iesu, iste ad mortem rapiatur, quem ego impio lethargo eripui atque excitaui ad verā tui latram? Obscro te, Domine clementissime, ut hunc, quem tibi quodammodo peperi, filium mihi restituas. Dictum, factum. Proscriptorum iste se expediuist è vinculis satellitum, omisso pallio, effugitq; virtute eius, cui omnia obediunt. Asylum autē reperit ædem eamdem S. Francisci: vbi monachum quoque induit, & vitam religiosam sancto fine trāsegit. Alter verò, qui aures benè monenti Virgini dare noluit, & Deum suum agnoscerē, agnouit Iudicem, caputq; dedit carnifici amputandū.

C A P V T I V.

Cœnobium construit: obſtacula perrumpit.

22 CETERVM Assiso egressura, locum in valle Eliae non obscurum, Castrum-Florentinum petere instituit, B. Verdianæ salutadæ ergo, quæ Vallif. Umbrosiani Ordinis sanctionibus conformiter viuere professa, illic ab hominum adspicatu reclusa habitabat. Quia verò illinc non multa passuum millia aberat Crucis-Castellum, Christianæ natale solum, Romana vidua eius videndi cupidine vrgeri cœpit. Reluctati primùm visa est Christiana: sed cùm eodem cælum impelleret, eundum tandem erat.

23 Ibi cùm hæsissent ambæ dies aliquot, ambæ exite frustra nitebantur: Christianam enim pedes deficiebant. Vt sciret non esse de nihilo hanc infirmitatem, in Castello ambulabat gressu quidem libero, sed non tam citò de exeundo cogitauerat, quām obrigescerent illi pedes, terræ quasi adfixi. Stupere vtraque, & mirari miraculum. Quid facerent? Deum vocantem sequi Virgo cogebatur: eidem non obsequi vidua nefas putabat. Videns igitur se diuelli ab eâ, quam Christus tenebat, tenerrimo osculo Christianā suam amplexata, cùm se eius precibus amicè commendasset, abiit vnde venerat.

24 Ibidem partheno, iuxta studiorum Sponsum sibi potissimum demererit queat. Redit memoria instituendi parthenonis, cuius voto iam diu antè flagrauerat: accedebat & accendebat ciuium amor, desiderio eius impenè fauentium. Statuit ergo Dei nutum examine penitulatiū, & rogare, vt, quid à se fieri velit, manifestò ostendat. In medio harum sollicitudinum æstu animo variè fluctuata, videt luminosos à cælo radios descendere, qui totum illum locum, quantus nunc monasterij est, incredibili splendore colluminabat. Non diu deliberandum fuit, quid magistra hæc lux doceret, rogauit, impetravitque à Crucis-Castellaniis ciuibus fundum illum, vbi nascituræ familiæ cunabula poneret.

25 Succedebat pulchrè sub manus nouum ædificium, non tam lapidum mole, quām virginum, quas congregauerat, sanctitate admirandum. Sed incommodabat nouo huic collegio exiguum in viciniâ domicilium, quod ciuius quidam nomine Tridianus possidebat. Interpellat heredem Virgo, non hominem, sed lapidem, imò omni lapide duriorē; neque prece neque pretio vlo flexilem. Ad cælum ergo conuersa, quod multò esse mollius səpè experta fuerat, cum Matre-Virgine Filium inuocat, qui rigidum hunc virum cœlesti virtute flestant, aut certè frangant. Audiit cæ-

B. Verdianam inuisit.

Ex oppido Crucis-Castellano exire volens occultâ vi tenetur.

Ibidem partheno, iuxta studiorum Sponsum sibi potissimum demererit queat.

Vicinam ædicolam cum heredes pretio nollet, gratis impetrat.

lum. Postridie multo manè festinat Tridianus ad monasterij ianuam, & crebro grandiue sonitu euocatis sutoribus offert suapte sponte, prius denegatam æducalam. Accipite eam, inquit, si liber, etiam sine pretio. Isto enim in loco conspicabilem se mihi præbuit hac nocte Cælitum Regina, & quam nunc fixam teneo, mensem indidit. Ut autem pro beneficio gratiarum officium Christiana redderet, aram illic erigi iussit Mariae Benefactrici.

26 Vix etiamdum procellosus hic contumaciaz vetus posuerat; ecce alius à sacro ordine surgit longè p. Episcopū ricalosior turbo. Potentem etim aduersarium Lucensem Antistitem experta est; qui de iure suo, quod perditum iri quadantenū dicebat per hoc oratorium, nihil remittere voluit. At verò Episcopi pertinaciam fre- git illa ipsa, quæ Tridianum; minitando eidem aspergit, si sancto ancillæ suæ proposito obicem vel minimum poneret.

27 Et tamen non est veritus nouam illi & multò acriorem tempestatem quidam ad S. Viti Curio exci- tate. Erant per ea tempora in oppido Crucis-Castel- lano parœciae quatuor, S. Viti, S. Andreae, S. Thomæ, & S. Donati, quæ posteà in unum Canoniconum collegium coauerunt. In istâ autem S. Viti diœcesi cœnobium situm erat. Hic, inquam, Curio grauitat səpè aspereque cum B. Christianâ contendere, & velle plenissimum in toto Ecclesiæ suæ territorio ius dicere, & seruare. Mollia quidem verba benigna Virgo reponebat; quibus non modò non mitigauit im- placabilem viri iracundiam, vt etiam magis extimulauerit, odioque tanto accenderit, vt iam clare & palam monasterij se hostem profiteretur. Quam animi præ- fracti plusquam ferream obstinationem dolens Virgo (nam cetera vir probus erat) indixit sodalitio suo feruidas pro Parochio preces, persuadens certò sibi & sutoribus, intestinum istud odium aliquando in amorem sincerum conuersum iri. Fulæ preces ex corde intimo: quæ vi quasi diuinâ grassatæ in cor viri penitissimum, ita turbarunt à fundo, mutaruntque; vt quanto ante opere cœnobium oderat, tanto id posteà tueri & protegere, quæ verbis, quæ factis, voluerit.

C A P V T V.

Monasterium ordinat. litterarum cantusq; scien- tiam sibi suisq; impetrat.

28 PERFVNCTA feliciter omnibus hisce molestiis, conuerit ad virgines, quas legerat, animum: Statum quarum cœtus eximiū videbatur, & de quo sibi blan- diri Christiana posset. Sed pretium hic virtutem, noui numerum facere, in media noctis tenebris satisclare cognoscit: didicit: quando sepultis somno profundo sensibus, mentis oculis aperuit, vidiisque in cœnobij sui areâ ex- creuisse multis ramosam brachis arborem nucem; sub eâ autem iacere magno numero dispersas iuglandes: virginum quoque vnam, exprimis, quæ in disciplinam Christianæ se dederant, Mariam nomine, nuces omnes in unum aceruum accumulare, feligere deinde bonas, vitiosas verò aut cassas è monasterio foras projecere. Somno solutos oculos vix Christiana deterferat; cùm illi, quam dixi, Mariæ portentosum hoc insomnium or- dine recitat, eamque de mysterio, quod oculi non ignorabat, sententiam rogat. Tum illa: Ne nescias, ò mea Christiana, nuces vitiosas, quas mea eiici manu vi- disti, significare Virgines fatuas, quæ secundum para- bolam Euangelicam, non habent oleum in vasis lam- padarum suarum, & Sponsum suum præstolantur osci- tantes, dormientēs; bonæ verò, quas me coaceruare & conferuare vidisti, prudentes Virgines sunt, quæ hoc factio in contubernio religiosam vitam ducent, anxiè curioseque ad Spōsum suum anhelantes, cuius nuptiis dignissimæ probabantur. Atat me, subiunxit, misera

AVCT.
COR.
CVATIO.

& ter miserā, quæ de numero insipientium sum, adeo-
que ex hoc sancto virginum collegio foras proiciēdā.
Vaticinio respondit euentus: non multò enim pōst,
cū aliquam-multis aliis puellis ad sēculi delicias nu-
ptialaque egressa, cælestem Sponsum morari noluit. Sic
defacatum sodalitium mirā animorū in Christo tran-
quillitate gaudere ac frui cōspit, supra omnes verò
Christianā eminere: quæ vbi de diuinis sermonem in-
stituerat, videbatur posito molesta carnis amicimine
Angelum totum tota induisse.

29 Nihilo tamen minus eā fuit modestiā, vt, quæ
Omnibus reuerātā mater erat reliquarum, auctōrque cœnobij, in-
se sorori-
bus post
habet.

Magistrā
littera-
riam Dei
Matrem
habet.

30 Rogantibus virginibus (quæ vti matrem eam
semper coluerunt) dederat pensum orationum fami-
liarium quotquot diebus numeratō & memoriter ab-
solvendum; nempe imperita omnes erant, & legere in-
doctæ. Quanti vero referat non omnino inerudit-
tas esse monachas didicit Virgo à nocturno specta-
culo. Sedebat Deipara eo in loco, vbi Christiana
amicis extraneis præsentiam suam commodate, aut
dare aures negotiosis solebat. Tenebat autem manu
alterā codicem aureis litteris perscriptum, quem Chri-
stianæ in genua prouolutæ obtulit, ore neque ridenti
neque seuerio, dicens: Lege Christiana. Ipsa verò, pro-
fundâ cum animi demissione: Domina, nescio legere.
Illa verò cū iussum suum iterum iterumque repe-
teret, Christiana iterum iterumque reposuit tria sua ver-
ba: Domina, nescio legere. Tum Deipara, Efficiam, in-
quit, vt scias. Simul hæc dixit, disparuit. Reddita sensi-
bus suis Virgo, penitulatius ruminauit hoc inso-
mnium, examinando ætatis, quæ iā non parua erat, in-
epititudinem; & tamen iudicauit commodè actum iri
cum cœnobio, si haberet gnaram litterarum Antistitiatā,
à quā reliquæ virgines instrui possent. Ecce adest statim
præ foribus desideratæ commoditatis articulus. Sacris
monasticis initiatæ in album sanctimonialium adscri-
buntur sex pueræ, quarum duæ aliquando psalterium
inspexerant, & pauxillum, quod in eo discendo libauer-
rant, alias vicissim docere cœperunt: deinde facinus
palmarium ausæ, Romanum Breuiarium volutare, &
de horis Canonis balbutire aliquid. Eoquæ creuit,
auctore Deo, scientia cupidio; vt, cū verba passim in
compendium paucis litteris consonantibus contracta,
magistri opem exposcerent, datus sit earum alteri à cä-
lo doctor. Presbyter quidam venerabilis, à quo olim le-
gendi initium hauserat, qui dubia ei dormienti expo-
neret, & difficiliores nodos expediret. Non potuisse
vigilanti dari magister vigilantior. Omnia enim illius
præcepta tam studiosè obseruavit, & retinuit fideliter,
vt eadem dare sororibus, & apprimè imprimere pos-
set. Et tamen multa adhuc eam reliquæ latebant.
Itaque Christiana pro omniscienciatâ Deum Deiparam-
que frequenti, sed inani prece rogauit. Tandem ergo
corde effusissimo sic exclamat: Regina mundi vtrius-
que & Sponsi mei optimi Mater optima, quando me
hac, quam rogo gratiam, indignam video, agnoscoque;
collubitum tibi sit, obsecro, vt minimum sororibus
meis aperire, quod ancillæ tuæ absconditum esse pla-
cuit. Hoc dicto, codicem sumit, vicinæ sorori explicat,
ditcitque ab illâ eodem temporis puncto, quod ante à
vtraque ignorauerant. Mundi ergo Domina respexit
humilitatem ancillæ suæ, quod omnium magistra ad
sui magisterium æquo animo sororum minimam ad-
misisset.

31 Sed non satis erat virginibus sacris callere litte-

ras, nisi quoque ad Ecclesiastica odaria scirent vocem ipsa & re-
canoro modo inflectere. Ille ergo, qui argutam lin- liqua Vir-
guam doctumque ad carmina guttur volucribus, pio gines ca-
etiam huic choro eam modulandi artem dedit, vt ad doctore
aures demulcendas plusquam humanis viribus instru- discunt.

Etæ viderentur. Id ita esse vt omnes credant, tem au-
torem dabo. Ad oratorium Christianæ in S. Ioannis
Baptistæ per vigilio viri religiosi concurrerant, vt ve-
spertinas preces solenni cantu peragerent. In hymno
diuonis vocibus male perstreabant omnes, cuius ini-
tium pluries repetitum non poterant tamen legitimo
tono reddere: ibi sanctimoniales diuino instinctu ani-
matæ tam suauem vocum harmoniam ordiri, & quem
vix vñquam antè legerant, hymnum modulari cœpe-
runt, vt Angelorum melos se audisse non vñus aliquis
crederet.

C A P V T VI.

Artana, & futura cognoscit, prenuntiat.

32 TRANSEO ad aliud ostentum didacticum, quo Monstra-
tancillam suam Deus non tam eruditæbat, quam tibi à
delectabat. Vñdit à cælo in terram defluere amplissimum cælo my-
conopœum; cuius pars maxima toto olymbo latissimè steria vir-
ginibus diffusa, ea verò, quæ oratorium suum tangebat, stricti-
sima erat. Non erat opus alio augure, qui somnia hæc
explicaret: ipsa Christiana suis ita sororibus aperuit.
Viam, quæ ad cælos ducit, angustam esse atque difficil-
lem, afferens; neque eum dignum rosam carpere, qui
à spinis abhorreat; neque fruiturum deliciis spirituali-
bus, qui temporalium passionum amaritatem gustare
abnuit. Fallieum, qui gestatorio in vehiculo, aut molli-
lecticâ ad gaudia Beatorum se commodè transuectum
iri credit: assiduò cum hoste potentissimo confingen-
dum; militiam esse vitam hominis. Hisce ergo specta-
culis & quotidianis ad virtutem excitamentis solari so-
dales suas consueuerat; omnibus interea interdicens,
ne quidquam eorum, quæ contigisse sibi candidè nar-
rauerat, ad extraneas aures se superstite dimanaret.

33 Neque tantum intra claustrorum septa pueris Viri eius
innocentibus salutaria hæc documenta prædicabat, sed
astros quoque & peritos viros eruditæ captabat elo-
quio, & quasi manu, pro suo arbitrio, mouebat. Illa,
inquam, quæ neminem vñquam hominem docente
audierat, tantum doctrinæ & habitantis in se sapientiæ
specimen dedit, vt omnem quātumcunque perplexam
& intricatam quæstiōnem sine difficultate enodaret.
Quare frequens illustrium doctorumque virorum
concurserat eius audiendi cupidine flagrantium, &
profidentium, spirare ex eius ore cælestem quandam
diuinæ sapientiæ auram, quæ ad salutis portum flu-
anteas animas dirigeret.

34 Quid mirum & cælesti voluptate per singulos Videtho-
ferme dies delibera, sèpè etiam destitutis sensibus, &
exanimæ similis, nescio quod rapta, intuebatur diuinæ
claritatis speciosissimum speculum, ex quo mentium
humanarum non obscuram scientiam hauriebat: vt
quoties defigeret in vultum hominis suos oculos, in
penitissima simul eius viscera sese penetraret, atque se-
cretissima cordis arcana curiosâ quæstiōne rupparetur.
Indidem vaticinij spiritu inclaruit, vt futura non mi-
nus certò, quam præsentia videret.

35 Suis profecto ciuibis opportuna, si credita, va-
tes fuisset. Iamdudum æratem inter eos & Fuceccinos
(vicini habitant) vetus & capitalis inimicitia fuerat.
Ferro & flammatæ in se inuicem saevire quotidianus lu-
dus erat. Videns ergo Christiana suos Crucis-Castella-
nos ardere animo, & parare arna, quibus postridie in
hostiles agros excurserent vastâ populatione, obnun-
tiare voluit, & cladem, quam præuidebat, auertere.
Sub auroræ primos radios, signo dari iusso cogit magi-
stratum, ad quem verba habet pauca, sed prudentiæ
pondere grauia, solidaque: Non subitò procurren-
dum,

dum, quod rapit malus animus, pessimi semper consilij auctor; non tentandum temere, vnde paenitentia & ipsa pena sequi potest. Si porrò ire vellent, quod proposuissent, manere eos ipsos vincula, que aliis parauerat, & certissima grauiissimaque damna. Ibi unus reliquis impudentior; Numquam tutum, ait, fidem dare mulierculæ: statimque cum risu exhibilato Virginis confilio, rapta arma, & pede citato itum in hostem. Iam flumen Arnum transuerant (Christianæ interim sociæ suæ commonstrat horridum visu serpentem, qui ex alterâ fluuij ripâ se Crucis-Castellanis obiecerat) & vim faciebant in prædium dudum autem ad prædam destinatum. Fucechini, cognito hostium insultu, non segnes & illi arma expeditum, ferunturque in aduersarios tam immaniter, vt non quæsito vado, quod nullum dabat fluminis æstus, neque metum facientibus Crucis-Castellanis, qui ripam omnem præsidio tenebant, sine villo detimento tranauerint, hostem ceciderint, admodum multis in vincula abreptis. Inter alios insultus ille blatero, qui non dandam esse fidem mulierculæ, stolidè clamauerat, cum filio suo cæsus occubuit, linguis per ceruicem à radice euulsi. Miraculi id loco apud omnes habitum, & creditum pœnas contemptæ Virginis sumpsisse Numen de membro illo quod peccauerat.

Futura
Vmbrō-
nico p̄-
dixit.

36 Oraculum sibi suisque magis propitium ab eadem Vmbronicus quidam audiuit. Turbabat illustres duas familias inter necinum odium, quod extingui posse nulla spes erat. Alterius pater erat hic, quem dixi, Vmbronicus: qui osus tam longum periculumque dissidium, rogit Christianam, vt discordia huius radicum funditus orando euellat. Illa crebrò importunèque interpellata, benignis tandem verbis iuber secum parentem in vtramque aurem dormire; familias quidem totas prouolaturas in certamina cruenta multa, nullum tamen fatale, adeoque neminem periturus; arma prius in ipsis pugnantium manibus disruptum iri. Quæ omnia examissim euenerere. Nam ruentibus in prælium utrisque, hic vidit dissilire in manu suâ ferrum quod strigebat, ille gulam sibi transadigi, vulnus iste graue infligi, sed extra vitæ discrimen omnes, conformater sancta Virginis prænuntio.

Fräciscanus ad
Tartaros
profici-
scentibus
perditas
litteras
restituit.

Eorum
vnum fer-
uentissi-
mum pre-
raturum.

Nati pue-
ri malam
vitam, &
mortem
infamem
præuidet.

37 Eodem spectat, quod addo. [Quidam de familiâ Seraphicâ graues Patres ad Tartaros (homines pœnè tartareos) destinati Apostoli, in viâ B. Christianam salutarunt. Longos illi logos de longissimo itinere, de amplissimâ officij Euangelici dignitate atque auctoritate multa verba serebant; priuilegia etiam ad id munera ritè obeundum non vulgaria ostendere gestiebant. Quæsita in manicâ, in sacculo, in perâ: frustâ; in viâ, nescio vbi, exciderant. Ibi omnes subito grauis mœror incessere, & tantum non delinqui animo. At verò Christiana; Bono animo este, inquit, ô boni, fala sunt vobis vestra priuilegia. Et remotis arbitris in preces statim incubuit, quas totam noctem perpetuauit; donec indice cælo videret ea iacere sub iuniperô, quæ dimissus manu famulus reperit integra incorruptaque ab imbre, qui per eam noctem densus ceciderat. Inter restituendum verò, in Patrem, nomine Iacobam, qui ad iter & Euangelij messem paratissimis pedibus pruriere videbatur, intuita, pronuntiavit non perseuerantur. Quod ille cum stupore cum quidem audiuit; sed maiori postea cum stupore viderunt omnes vatem falsam non fuisse.

38 Imò multa præuidit prædictaque vix nata fieri. Ex illis est, quod sequitur. Inuisebar ad mulierem pueroram, & obtutu in vagientem infantulum defixo, dixit lacrymans pietatis lacrymas: O infelix pusio, quantum me tui miseret! Et ad circumstantes: Iste vitam ducet flagitiis infamem, finiet verò infamissimè: quia sredo Numine, legibusque calcatis, totum se nefariis sceleribus cooperiet, tandem pro sepulcro crucem habitus. Folium Sibyllæ recitasse visa est. In firmatâ

enim ætate, abominandorum criminum reo & da-Avct. mnato gulam carnifex fregit. CORN.

39 Vedit quoque Thomasinum adolescentem, qui Prædicte religionis ergo secutus turmam quandam peregrino- Thomasum, S. Franciscum Assisi solemnî cum ceremoniâ sa- fini facer- latauerat, à rectâ viâ fortuitò desciscere, & vagum er. dotum: rare. Monet igitur Ioannem, sibi à conscientia arcana venerabilem Patrem, vt ad monasterium cum ru- bore verecundè declinantem benevolè excipiat; eum- dem Thomasinum vice Sacerdotis aliquâdo in cœno- bio perfuncturum. Venit; & quod præfiguit, euenit. Sed quis stylo complectatur omnia, quæ illa prædixit? Potius est, manum mentemque ad virtutes eius con- uertere, & quasdam ex eis singulares breuiter persequi, vnde nobis quisque viuendi exemplum optimum su- manus.

C A P V T VII.

Virtutes eius, ac miracula.

40 M A G N A M Virginem principe studio semper coluit: cuius amorem semper virginibus suis seriò mandare voluit, commendare etiam impensè nobis, qui castitatis donum petimus, aut speramus præmium. Argumentum eius illustre fuit, quod hic dabo. Deiparae in cælos Assumptæ festam diem ornaturæ monachæ, magnam præcedentis noctis partem labo- rando consumplerant. Iam oppidò defatigatas tam profundus sopor alligauerat, vt non in aurem tantum, sed vtrumque simul oculum dormire viderentur. Spis- fiori nocte disculsa, plenum diem factuero Soli rubens Solem aurora aliquamdiu præcurrere cœperat, priusquam orientem somnum virgines excussissent. Pudore ergo non minùs propter magnum vndique aduenarū concursum, quæ dolore afflictæ propter festi reuerentiam, quid agant omnino nesciunt. Christiana licet cum morbo diffici- li (qui letalis ei fuit) conflictaretur, protinus accurrit, easque ab omni animi molestiâ liberas esse iubens; Da- te, inquit, filiolæ meæ, soleme æris campani signum, & matutinas preces celebri, tantaque festiuitate dingo cantu peragite: neque enim se quoquam motabit au- rora, atque vt nunc semel exorta est, donec vos officio finito quieueritis. Dictum bonâ fide à Christianâ: fa- dictum eadem à virginibus. Scin' quomodo? Iosue olim, (orbis miratus est) Solem ad occubitum properantem edicto suo stitit: Virgo hæc nostra (orbis quoque no- ster stupeat) surgere ultra auroram vetuit, donec ei, quæ Lunam sub pedibus habet, debitum obsequium soro- res perfoluissent.

41 Singulare in eâ fuit orandi studium, in quo cum Diebus die noctem non semel coniunxit. Tam intenta frequenter precibus, vt dies totos eosque plures non memine- noches orando rit aut certè neglexerit cibum potumque capere. Ro- gata à sanctimonialibus, quæ valetudini eius nimirum quantum timebant, vt pro sustentâdo corpusculo pau- xillum gustaret; frustillu panis cibarij sumere pro more habuit, antequam se in preces effunderet, vt pietati so- rorum daret aliquid, & ne gloriolæ vanæ fumo affla- retur: à quo nisi cauendum sibi maximè credidisset, nō se vllum vñquam cibum sumpturam sèpè afferuit. Non poterant enim illi, quæ de spiritu gustauerat, ea quæ carnis sunt, sapere.

42 Porro dixisset pectus Virginis Ætnæam aliquâ Orare fornacem esse, quæ flamas euomeret, & orationis alios do- ignibus ambureret omnes, qui eam propius accessi- cest. Nemo enim vel perfunctorio tantum alloquio eam salutauit, quin statim quotidianum ab eâ orandi exercitum acciperet, & ad id seruandum flexanimâ eius dictione, quasi dictatorio imperio cogeretur.

43 Profuissima fuit in egenos: quibus, quod habe- Miseri-
bat præsentarium, dispertiebat sine discrimine. Pannu- cordia
ceo cuidam mendicabulo pro fortibus monasterij, sti- eius in
pem miseræ suæ leuamen flagitanti, tunicam, quam pauperes
indu-

Auct. induita erat, cum aureo nummo, quem solum habebat,
CORN. donauit.

CVRIO. 44 Crucis-Castellum, & vicina circum loca fames
Fame laboranti- acriter infestabat. Communi malo commune reme-
bus ciui- dium quærendum erat: Christiana inuenit. In medio
bus mira- enim cœnobij sui aruo, multa fabâ consito, altam cru-
biliter succurrerit. vsum fructum. Nouo quoque portento Deus adfuit.

Accurrebat omnes turmatim, & pro stomachi inani-
tate rapiebant quantum volebant: neque tamen faba-
rum melius visâ decrescere, vt omnibus à mortali fame
vnus iste agellus salutem daret.

45 Nec in pauperes solùm pia, sed in omnes passim
mortales singulare amore ferebatur: vt si quâ cuiquam
posset, libentissime commodarer. Sacrum iter ad Mon-
tem-Toparium aliquando instituerat cum Alexandro
pio & copioso adolescenti, & altero quodam, ciuibus
Castello-Francis. Enimvero, dum inter ambulandum
de rebus divinioribus & amore cœlestium differit

Captiuū Christiana, ecce Martis-Castellani, qui aduersus Ca-
temples- tem mira- stello-Francos ius represaliorum (vt vocant) obtinue-
adoleſcē- li- culosè li- rant, obuiam facti, in Alexandrum comitemque eius
berat. insiliunt, prehensorique ambos trahunt in captiuitatē,
Consectatur fugientes Virgo nostra, orans, obtestans
per sacrosancta Iesu Christi viscera; vt liberos eos re-
cipiat, quecum viam coepit finiat. Surdo asello fa-
bula caneatur. Ædicularum ergo proximam ingredi-
tur, & breui sed ardenti precum iaculo cœlum ferit,
penetratque. Iterumque gradum accelerat, vociferatur
voce vocalissimâ, & vt expeditum pedem reflectat, A-
lexandrum monet. Audit illi, veritatem se, & reuertit
ad Christianam, & Montem-Toparium. Porro, vt vi
occultiori factum id scias, exultabundi prædones Mar-
tis-Castellum attigerant prius, quam Alexandrum ab-
esse cognoscerent. Illic ore indignabundo suam quis-
que indigetiam accusantes, quando opulentum ami-
serant, alterum quoque paupertinum non illubentes
dimiserunt.

Vulnus 46 Non minùs commodam opem ab eadem Sab-
subito- batinus quidam, architecton Pisanus accepit. Is ædificando
curat. monasterio sedulam applicans manum, pedem
offendit grauiter in clavo, cuius periculosa cuiuspidem
improuisò calcauerat. Sed non tam ei vulnus doluit,
quam quod Pisus frustra cogitaret; quod illi ex negotio
proficiendum erat. Condolere Virgo, & prece ad
Deum conceptâ, obligare plagam eius leui fasciâ, at-
que vt postridie Pisus ambulet intrepidè, animum ad-
dere. Simul ad urbem peruenit, sollicitus de plaga in-
quirit. Sed illius etiam vestigium fascia, an manus Vir-
ginis?neutra tamen sine numine, quasi deterserat.

Mulieri 47 Crebra hæc & stupenda erga multos beneficia,
infœcudæ quæ totâ Etruriâ rumore magno differebantur, accen-
prolem derunt etiam ciuem Lucensem, Francuccium, vt & ipse
imperat. aliquid Christianam rogaret, certus impreßasse. Erat
viro improles vxor, sed liberorum cupientissimus ani-
mus. Venit ergo Crucis-Castellum, & coniugis vitium,
suum desiderium Virginis explicat, supplicatque vt voto
suo potiatur. Se nihil dubitaturum de euentu, si illa tâ-
tummodò annueret, quæ cœlum haçtenuis semper ha-
buisset exorable. Illiusmodi precibus Virginem dies
aliquot fatigauerat, cùm ad Lucensem iter expeditus, spes
iterum suas ei commediat. Tum Virgo (sciebat Deum
non surdas aures roganti præbuuisse) ad Francuccium,
A n latis, ait, factum tibi erit, si filiam tibi tua vxor ge-
nuerit, quam huic postea monasterio offeras? Ille ve-
rò, Multo ponis, inquit, hoc, quam aliud quiduis am-
bio. Audiuit te Deus, reddidit Christiana: in eius nomi-
ne reuertere, & voluntati eius conformiter viuere me-
mento. Paullò pôst Francuccij vxor portauit vterum,
ipse deinde filiam (Iacobam dixere) ad Christianam:
quæ, vbi per ætatem licuit, monachæ habitum indu-
tam & eligiosè vixit, vt non tam precibus impetrata, quæ
electa & à Deo in custodiâ singularè accepta videretur.

48 Suis quoque deesse non poterat, quæ tam pro-Exhausta
na erat ad extraneos. Bono gloriolæ famæ odore exci-
vata vinum
tatæ concurrebant undeque virgines, & monasti- miraculo-
co instituto initiandas se Christianæ dederant tam
multæ, vt earum numerus iam grandior esset, quām vt
commodè ali omnes possent. Deficiebat ergo quodam
die in vasis vinum, vt nihil reliqui esset, quod postridie
sororibus ministraretur. Sollicita Virgo tenellarum
agnarum, quibus pascua defore præuidebat, nisi prou-
deret supremus Pastor; nuncupatis precibus eum ro-
gar, vt suarum in necessitatibus articulo ne obliuiscere-
tur. Vno verbo id insinuasse plus satis erat. En ille adest
illuc, & vbere vindemiâ implet penum. Quod miran-
dum ne per vulgi ora iret, leueris silentij legibus san-
ctimoniales omnes obligauerat. Erupit tamen. Quidā
enim, cùm ad replendum vas, quod inane momento
temporis ante fuisse non ignorauerat, amphoram ad-
mouisset, vidi magnâ vi ebullire, & in terram vinum
abundanter dissoluere. Artonitus ergo primo obtutu ad
numquā eatenus visum prodigium, proripit se foras,
& quod viderat, statim toto oppido diuulgat.

C A P V T VIII.

Obitum suum alias prædicti moritur: sepelitur.

49 **I**LLISCE studiis occupatam, non imparatam ta- Paralyfi
men morbus inuasit. Neque enim satis visum est laborat
Domino, sponsam habere diligenter per omnia ma- annis tri-
gnarum virtutum vestigia sublequam, nisi passionis
quoque suæ torculari eam subiiceret, & expressis for-
dium omnium minutis etiam puluisculis, ceu dignum
holocausta amoris sui igni consummatet. Paralyfi
ergo illam tres omnino annos lecto affixit, afflixitque
tam validè, vt latere dextero penitus funerato, quoti-
die cetero corpore millies mori videretur. Nihilo ta-
men minus læsâ exporre & à fronte, & ore ridenti,
laudabat eum inter torméta, quem pro se mortis ama-
ritudinem gustauisse non illibenter, dicebat. Docebat
suas ipsas sorores condolecentes forti animo esse ad
sufferendum pro dulci Iesu, quæcumque tempestas in-
gruerit. Certè nulla pena tam grauis illi vñquam in-
cubuit, quæ mentem eius, quam in cœlum fixerat,
turbare posset, aut flectere ad humanæ infirmitatis
deliquium. Sed quod maior erat dolorum procella, tan-
tò altius firmiusque fundabat suæ in Deum fiduciaz an-
choram: adeoque, tum primò veram animi malaciam
experiiri, dilectoque suo tranquilliùs inniti meditando
orandoque videbatur. Non est tamen passa Antistita,
eam transire ultrâ ad oratorium, vbi facris operanti
Presbytero assistere, & præsentē in hostiâ sacrâ Deum
adorare solebat. Notauerat enim viribus eam omnino
destiui. Edictionem ergo illi imperiosam habet, & iu-
bet quiescere: Deum, scilicet omni-tuentem esse; &
cordis intima, ipsamque mentem penetrare. Non ausa
contrâ hiscere, tantò libentiùs auscultauit Antistita,
quanto se grauiorem sororibus molestiam addidisse
sciebat, quartum humeris ad facellū ferebatur. Verùm
enim nō caruit præmio suo tam prompta obedientia.

50 Nam, quem videre sub panis velo latenter Videt
non licebat, cernebat extra omnem nubem cōspicuum, Christi.
quoties Sacerdos faciebat. Id conscientiaz sua pafe-
cto Patri Ioanni indicauit quidem, sed sub eodem, quo
peccata solebat, sigillo: à quo non prius liberum pro-
nuntiabat, quam ipsa in viuis esse desissit.

51 Pulsante foræ eius, & vocante ad coronam im- Horam
marcescibilem ultimasque nuptias Sponso dulcissimo, obitus sui
coepit propinquam æterni gaudij felicitatē quasi con- prædicti;
cipere, emissis tuto corpore radiis, qui adstantium ocu- multaque'
los fulgore suo præstinguebant. Itaque summam vitæ alia pôst
suæ horam prædicti; vt & pleraque multa de patriæ tu- secutura.
multibus, monasterij rarissimis, aliisque: quæ non
incassum dicta fuisse, post nata tempora deprehendunt. Vocatus cœtus sanctimonialium cum Antistitâ
vniuer-

vniuersus. Ab hac primū, deinde reliquis singulatim, Christiana, veniam, si quā deliquisset, submissō animo flagitare, omnium amplexus ambire; monere deinde omnes simul piis lacrymis, vota quā Deo nuncuparent, libenter reddere; virtutum omnium basin humilitatem in caris & primis habere; sequi alacriter animalium Sponsum quō praeierat, assumptā in humeros cruce: denique proximum amare, sed super omnia Deum, & hunc pro ultimā voluntatis testamento soro-ribus discipulis suis scribere. Ibi continuò omnes in fletum prorumpere, & femineum vulnatum. Hæc verò nomen Iesu identidem salutando, corporis relicto impedimento libera ad cælos euolanit pridie Nonas Ianuarias c. l. c. c. x. cùm l. xx. annos vixisset, quos omnes ab ipsis matris vberibus, Deo eiusque obsequio impendit. Sanctum Augustinum & Diuos Augustinianos Christianæ in transitu adfuisse scriptorum firma opino est: credo, vt quam aliis sèpè, ei quoque ad cælum viam præmonstrarent.

Vita defungitur.
Ab Angelis in cælū animam eius ferri videt Fregia.

Corpus eius radiis illustra-tur.

Funus eius san-ctimonias pridē defunctæ stipare vi-sa.

53 De Angelis nullam habet res dubitationē; quorum inter brachia ad Superos euehi visa est à Fregia, muliere inter Pisanos nobili, cùm summā in æde precibus intenderet. Ad quam, voce iam ultrâ quam humanâ, Gaude, ait, amica mea Fregia, quia ad æternas delicias felicibus Cælicolarum manibus subuehor.

54 Corpus fulgentibus circùm beatitatis indicibus radiis illustre, exciuit ad sui spectaculum vicinâ dissipata-que oppida, quæ vndatim fœse effundebant: vt totos dies decem neque sepeliri, neque à concurrentium ha- litu vitiato aëre corrumpi potuerit.

55 Primo eiusdem diei, quo animam dedit, vespere, solitis vestitum indumentis, èd loci deportatum est, vbi facile ab omnibus videri posset, alto in capulo, circumque lucentium tedarum denso ordine stipatum. Et ecce nouum ostentum. Omni populo spectate prodeunt è claustris monasterij quinque monacharum bini-ones, sereno vultu omnes venustæ, pares corporis habitudine & viridi ætate, quæ annos non amplius xxii. numerare videbatur, induta uestem quasi Ange-licam, concolorē illi, quam ferre Christianæ in more erat, velo oblongo teatæ caput; ambient feretrum, & componunt reuerenter corpus ad confidendum. Po- pulus mirari publico abstinere solitum sodalitum, hæ- rete in tam luculento earum vultu obstu-pidi, & quasi faxe à monstro Medusæo. Venisse ad officium funera- le defunctæ persoluendum, eamque in rem ueste tam splendidâ donatas esse ab Agnolo cœnobij beneuolo Mæcenate, suspicio erat: quare fuit, qui vulgus arcere, & oratorio excludere vellit, ne quā sororibus iusta pa- rantibus impedimento esset. Sed cùm ore ad grauitatem cōposito quidem, sed muto, aliquam-longo tem- pore religiosam stationem seruassent, ingruenti densæ noctis caligine, eodem, vnde exierant, redierunt. Per- suasum id sibi omnes diu habuerunt, donec cum Vir- ginum Antistitâ Presbyteri quæsiti, responderūt num- quam ad id officij forores conuenisse; sed neque esse in toto cœnobio tres sđ ætatis & formæ; præter illâ singulatim indumenta esse vetera & lacera, vt non po- tuerint decenter se oculis vulgi conspicuas dare: crede- re se potius (si illi vellent oculis sui credi) fuisse Soda- les B. Christianæ pridem mortuas (erant illæ numero decem) quæ matri sū & magistræ honorem illum pu- blicum exhibuit iuissent. At nihil hoc quidem vide- ri potest, præter alia sunt, quæ ab obitu plurima maxi- maque patrauit.

C A P V T I X.

Varia eius meritis edita miracula.

Morbus comitalis curatur.

56 E x famulitio cœnobij domestico mulier ancilla, quæ negotia foris expediunda accurabat, no- mine Laurentia, morbo comitali obnoxia, tam crude-

Tom. I.

lem interdum paroxysmum patiebatur, vt factato im-Avcr. maniter corpore, vultum aliave membra laceraret, CORN. multis post sequentibus diebus ad omne opus inutilis. CVRTIO. Cùm se eo, quo viuere desit, temporis momēto, Bea- tæ Christianæ commendasset, numquā dein valetu- dinis vllum incommodum, nullum morbum experta, gratias egit sūs hospitatri.

57 Per eos dies puellus quidam, seu innocentia, seu Qui ce- petulanter, ex oblatis cereis vnum secum asportauere, reumilli- rat. Domi iussus patti eadem vesperā ad promendum oblatum vinum in cellam descendantis pœlucere, non veretur sa- rat puni- crum hunc cereum accendere. Sed accedere ad dolium tur. ipsum non potuit: dissiliebant enim fragore magno ru- pti circuli, & solutâ tabularum compage vndique vi- num fluebat. Pater, qui ponè puerum sequebatur, quo nescio religionis scrupulo anxius, rogat voce asperâ, quid culpæ isto die admiserit. Ille, nihil circumlocu- tus planis verbis fatetur se cadelam istam ex arâ mona- sterij hodie subduxisse. Illuc pater in genua prouolu- uit, & à cælo filij delictum deprecatur, restituendi cerei voto concepto. Et ecce nouum prodigium. Subi- tò, quasi conglaciatum stetit vinum, non potens vlt̄a fluere dolio quantumuis soluto.

58 Eadem virtute & sanguinis profluuum stetit. Inuocata Factum tribus verbis edicam. Mulier quædam labora- ficit san- bat hæmorrhoidæ nullis medicinae subsidiis curabili, guinis Fluuentem enim sanguinem prohibere nemo medico- rum poterat, nemo listere imminentem mortem. Iam lingua vsum amiserat, & animam ipsam agebat statem in limine ad exeundum. Aderat pollinctor qui lauaret cadauer, vocabantur sandapilarij qui ad sepulturam efferent, cùm parentes filiam ad sepolcrum Christianæ abiiciunt: quæ piè inuocata, sanguinem è vestigio stetit, & fugientem animam reuocauit. Sed quid miratur stare vinum, aut sanguinem ad Virginis nutum, quando orientem solem vidimus eius iussu stetisse?

59 Vt mirum quoque non sit rebelles genios ma- Decem gnum in se Virginis imperium fassos esse; quando eo- energu- dem statim, quo ad Superos transiit die, obsidionem menas quâ decem Crucis-Castellanæ feminas diu impoten- ter presserant, solueret coacti sunt.

60 Hinc crescens tam rarorum miraculorum fama, Cæco mirum, quantum & fiducia & religionis finitimus Flo- oculos rentinis adiecerit. Inter eos ciuius quidam decē & qua- reddit. tuor annos oculorum vsl caruerat, omni in posterum videndi spe destitutus: nisi quod videret iā plus sibi in Christianæ meritis subsidijs positi esse, quam in omniū medicorum arte. Ad aram illius perductati voluit. Ve- nit, vidit, & vicit piè prece potentiam omnium chiturgorum. Sacerdos grauis ex ordine Prædicatorio, qui hunc à priuatione ad habitum miraculosum transitum præsens notauerat, eodem loci pro concione benè de- nud examinatum prodigium explicauit, & ad Dei lau- dem, Beataeque venerationem luculento præconio ho- mines, qui circiter bis mille accurrerant, excitauit.

61 Alterum Florentinum sub annum cl. ccc. xxix. Aposte- vexabat apostema, inquietum malum. Is erat Lippus ma curat Adimarus, vir sanguine nobilis, quem in dextero latere id mali modo tam crudeli exercebat, vt omnē diu no- & tuque quietem illi interturbaret. Porro Adimari vxor habebat in pretio crucem corallinam, quæ à veneran- dis Christianæ lippianis pro ornamento aliquando pe- penderat: credebat enim (vt semper ad pietatem pro- nior hic sexus est) à taetū tam sancti corporis virium supernaturalium aliquid cruci sū adhaessisse. Eam ergo pro malagmate, malo applicat, & in Christianæ tute- lam coniugem suum prece calidâ mulier committit. Non fuit inanis ea fiducia. Momento temporis rupto apostemate dolor etiam omnis fractus est, & vicit cla- re Lippus se integrè conualuisse.

62 Monachus quoque Altipassanus, monacham Paralyti- Sanctam, quæ in alias tam rara beneficia quasi deplue- co vires bat, se habitum facilem credidit, si adiret. Hic à restituit.

K k k

dixit in

Aver. diutinâ paralysi malè habitus, manum alterâ pro trûco
Cor. n. gestabat, etiam ad cibum sumendū ineptam. Incômodi
CVRTIO. huius graui tedium adfectus, ad Christianæ tumulū visit:
illuc, inter precandū cœlesti instinctu monitus, triduum
trinoctiuinque obhæret, & salutem integrām piē ex-
spectat, & plenē adipiscitur.

63 Multò illustrissimum & maximè stupendum est,
Mortuums quod S. Miniati oppidū vidit. Ibi puerulus, cui nomen
puerum Petrus, improviso lapsu in fossam aquę plenam sese im-
ad vitam merserat. Suffocatus in eâ iacuit solidum diem, mortuū
seuocat. fuisse quis ambigat: talē eum patentes post longam
quæstionē repererunt. Tollere ex aquā placuit, vt terre
mandaretur. Oculi sedes suas exierat, vt nemo nos cre-
deret, animam quoque suas reliquisse. Nihil parentibus
præter plorare reliquā erat. Quod vbi insigniter factū,
venit iis in memoriam prodigiorū copia, quæ ad inuoca-
tionē B. Christianæ facta vbiique depraedabantur.
Salutē filio certam sibi promittunt, si eum sanctæ Vir-
ginis fidei cōmendarent. Votū ergo concipiunt, si puer
ad vitam redeat, eum perpetuo monasterij obsequio se
dicaturos, deinde miraculi testimoniuī, puerulū cereum
ad aram eius oblatores. Non sefellit euentus. Respira-
uit mortuus, & cum eo tantū non mortui parentes.

64 Non minùs miserandū spectaculū fuit suis pa-
rentibus filia quædam Crucis-Castellana, quam hospes
infernalisi distinuit diuturno incolatu, & habuit pessi-
mis sanè modis. Cui enim non ipsā morte videatur vi-
ta magis miserabilis, cum tali inquilino; præsertim, quā-
do nullū pellendo huic malo remediuī inuenitur? Fru-
strā adhibebātur sacra carmina, preces cassæ viriū erat.
Non poterat cōtumax dæmon viliis deuotionibus mo-
ueri. Humani auxilij nulla specula supererat. Hinc, vt
fieri amat, quando hoc deficit, itū ad Deum & B. Chri-
stianæ aram. Corrigiā Virginis (Augustiniana religio-
nis discriminale signum) in vexatam puellam iniiciunt:
& ecce (quantulæ rei quantam virtutem!) eiulare mox
stygius obfessor, & hospitium exceedere, puellamque
exinde liberata sospitemque relinqueret.

C A P V T X.

Alia Oringe miracula.

65 Dominus post annis, millesimo, inquam, trecé-
tesimo & trigesimo, Sacerdos quidā de familiâ Carmelitarum (nomen ei P. Henricus erat) cum altero
fratre itineris comite, Crucis-Castellū Pisī aduenerat,
B. Christianæ sacra lipsana deueneraturus: & iam solu-
tis, quas cōceperat, precibus, domū maturabat. Fluuius
Era trāimeandus erat. Aberat à pontone suo portitor;
neque erat alius, qui vicem eius, in alteram illos ripam
transmittere auderet. Validè enim au&tū menstruā plu-
uiā flumen in vicinos agros exundauerat, & rapidiū
volutebar, quām vt imperitus aliquis nauiculæ clauū
regere posset. Carmelitæ nihilominus rogare duos ibi
propter aquam stantes viros, vt hanc sibi operā gratifi-
carentur. Negare hi primū, & excusare ruentū aqua-
rū insuperabilem impetū, donec irremissā monachorū
Carmeli- tas à nau- flagitatione vieti, tandem in nauigium ingressi, traice-
fragij pe- re nisi sunt, sed fluuium iratū. Ille enim nouè è nubibus
riculo ex- cadenti imbre irritatus insurgit, fluībusq; tam grau-
pedit. bus cymbam oppugnat, vt irrumpenti aquarū turbine
oppressa, nutare & sidere clarè videretur. Periclitari
maritos suos cernunt stantes in ripâ mulieres, & misera-
biliter vociferantur. Præficarum istarū lessū monitus
P. Henricus aduertit vitæ discrimē, in quo cum aliis ia-
ctabatur: spe humani auxilij conclamatā, in cælū vertit
lacrymantes oculos, & conceptissimis verbis, Gloriosa,
ait, Virgo Christiana, non ignoras tui caufâ hoc itine-
ris à me suscepit; auxiliatrix in his angustiis mihi manū
præsta, & ego tibi perpetuū obsequium spondeo anni
in pane solo & aquâ virgine ieiunij, quo peruigilium
natalis tui cultum & veneratum ibo. Nondum votum
totum edixerat. & vident se, sed quo bono vento ne-
sciunt, ad ripam Eræ appulisse.

66 Nisi medio in oceano hæc aura felix Saccucio
aspicasset, certum mari & ventis ludibriū anno clo Saccuciu
ccccxl. debuisset. Is ex Italiâ soluerat de portu suo, quoque
(Liburnensis erat) iter in Flandriâ instituens. Satis pro-
sperū cursum aliquādiu tenuerat, cùm ventorū formi-
dolosa procella surgere, & in nauim incubare, momen-
toq; huic disicere cœpi. Omniū oculis presentissi-
ma mors oberrabat. Salutis anchoram Saccucus sibi
B. Christianam inuocat. Vouet ei peregrinationē, si pe-
riculū hoc saluus euadat. Voto factō, posuēte vēti, ira-
tiq; maris furor subsedit. Ille verò Crucis-Castellum
reuersus, inuicis ad beatæ Virginis tumulum, & ce-
reum gratiarum testem ad aram eius obtulit.

67 Cùm nullus Extruria angulus sit, qui non aliquod
beneficiū accepit B. Christianæ ferat, tum verò Cru-
cis-Castellum sc̄ ciui sua maximis patrocinij vinculis
obstrictū fatetur: vt non modò Solipatrīci illi titulū,
sed Alexicaca & Auerruncæ nomen debeat. Argumēta
huic rei edisserā. Magna hostiū manus, Crucis-Castel-
lanum iter populabundi tenebāt, vt in oppidum subi-
tatio impetu irruerent, & quantum quantū erat depræ-
darentur. Sub ipsoz pñē muros accesserāt ad prædam
inhiantes; cùm rebelles & refractarij equi nullis calca-
ribus adigi possent, vt procederent; sed flexis popliti-
bus quasi venerabundi, locum, quem direptum ibant, Castellū à
adorarent. Incessebat religio nescio quæ milites, vt op-
pidum, quod bruta venerarentur, vererentur accedere. Crucis-
bus ser-
uat.

Coire iussi. Præfecti & rogati sententiā, quid agendū.
Statutum, in oppidum emissarios dirigere, qui indaga-
rent, efférne intra muros aliquid honore non vulgari,
cultuve dignū. Audiunt Christianæ sacras exuuias ful-
gere istic miraculis, & in numero Cælitum apud ciues
& finitimos haberi. Dux militiae præstito antè iureiu-
rando nihil damni se illaturum oppido, oppidanisve,
copiam tumuli visendi impetrat. Reuerenter oratoriū
Virginis ingreditur, factiisque ad Deum & Diuam hu-
militer precibus, reliquit posteris ad miraculi testa-
tissimi memoriam, equi sui ferream soleam, quæ ad
eadis ianuam clavis trabalibus adfixa etiamnum mon-
stratur.

68 Alterum patrocinij eius magis recens est argu-
mentū, quod Clementis VII. tempore accidisse historię
memorant. Hibernabant Castello-Crucis turma mili-
tum Hispanorum, & non aliter quām Sagunti olim,
simul pugnabant cum hoste crudelissimā atque infes-
tissimā fame; quæ horreis omnibus exhaustis, despo-
liatisque granariis mortale ieiunium toti oppido in-
terminabatur. Ut ei fortiter resisterent quæstra media
remediacque, non inueniebantur. Sycophanta qui-
dam, cui ad infimum ventrem fames adhæserat, vt
inanimis explementum aliquod reperiret, clamat
in cœnobio abundare insignem annonam. Facile per-
suadebatur præda esurientibus lupis. Nulla mora; mi-
litum Hispanoru Tribunus illuc se protipit. Vident, accurrit
ru Tribu-
Crucis-Castellani: & ad tumultum res spectare cœpit,
Ibi ille multa excusare, non esse animum sibi noxiū, num mo-
anonam
non modò nullum se virginibus damnum illaturum, auferre
sed prohibetur etiam vim omnem, & serid ac seuerē parantem
punitur: tantū rogare, vt liceat de rumoris veri-
tate oculorum suorum testimonio arbitrari. Tam le-
punit.

X I. I A N V A R I I.

SANCTI QVI III. ID. IANVAR. COLVNTVR.

S.Balthasar Rex,vnus è tribus Magis.	S.Cyriacus,
S.Hyginus,Papa Martyr,Romæ.	S.Ebiciarius,
S.Philorumus,	S.Castolius,
S.Eugenius,	S.Morositus,
S.Quinctus,	S.Castolius,
S.Ianuarius,	& alij vi.
S.Saturninus,	
S.Vincentius,	S.Petrus,
S.Polyeuctus,	S.Seuerus,
S.Candidianus,	S.Leucius,
S.Philorumus,	S.Saluius,Martyr,in Africâ.
S.Leucius,Episcopus,Brunodus in Italiâ.	S.Alexander,Episcopus Firmanus,Martyr,in Piceno.
S.Agentus,	S.Palaemon,Abbas,in Thebaide.
S.Donatus,	S.Hortensius,Episcopus.
S.Augustinus,	S.Theodosius,Antiochenus, Abbas in Scopulo.
S.Saluius,	S.Honorata,Virgo,Papiæ.
S.Felix,	S.Theodosius Cœnobiarca,in Iudeâ.
S.Donatus,Presbyter,	S.Anastasius Abbas,Suppentoniæ apud monachos & ix. monachi tē Soractem,in Italiâ.
S.Florus,	S.Vitalius,sive Vitalis,monachus Gazæus,Alexandriæ.
S.Geminus,	S.Saluius,Episcopus Ambianensis in Galliâ.
S.Pacius,	S.Egvinus,Episcopus Wigorniensis in Angliâ.
S.Pausalinus,	S.Tato,monachus in Samnio.
S.Eugenius,	S.Paulinus,Episcopus Aquileiensis.
S.Stephanus,	
S.Philo,	
S.Felicitas,	

P R A E T E R M I S S I V E L I N A L I O S D I E S R E I E C T I.

- S.Gaspar Rex. Molan. Ferrar. ms. Florarium, Sauffai in supplemento Martyrologij Gallicani; qui, cum aliis quoque auctoribus, tertium eum facit inter Reges Magos, ut mox dicimus, cum de S.Balthasare sermo erit. De Gaspare egimus. 1.Ianuar.
- S.Absalmus. ms. Rhinovicense. ait Martyrologium S.Hieronymi à Laurentio Epternacensi transcriptum Alolatum vocat. Remur eundem esse, de quo nos 111.Ianuar.
- S.Petrus Ascetes. Molanus in Addit.ad Vfuard. Idem est qui Absalamus 111.Ianuar.
- Eductio Domini de Ægypto. Raban. Beda, Notker. mss. De eâ egimus 7.Ianuar.
- S.Iulianus Martyr, sub Marciano Præside gladio peremptus. mss. Latiensē & S.Martini Tornaci. Eum celebravimus 9.Ianuar.
- S.Guilicelmus Bituricensis Archiepiscopus. Maurolyc. Nos 10.Ianuar.
- Sancti Angeli voluntur hoc die à Gracù. Ita Menea: Eodē die, Synaxis Sanctorum innumerabilium Angelorum. Agitur verò in martyrio, siue templo S.Anastasie in Rostris Domini. De eo templo egimus 10.Ianuar. rī ad vitam S.Marciani.
- S.Marcus Apostolus à Grecis celebratur hoc die, de quo Menea: Et commemoratio sancti Apostoli Marci, iuxta Taurum. Vicus erat Constantinopolis Taurus, cuius Zonaras meminit tom.3. in Nicephoro Botoniæ, & Descriptio urbis Constantinopolitana regione 8. vbi & porticus finistra Taurus usque basilicam Theodosianam. Hic porrò Marcus vel est Euangelista, de quo 25. Aprilis agemus; vel Ioannes Marcus Bibli Episcopus, de quo 27. Septembris.
- Tom. I.
- S:Stephanus. Menea: Et S.Stephani in Placidianis, scilicet adib⁹, primā vel decimā regione: An hic sit protomartyr Stephanus, an alius, nos latet.
- S.Felix in Africâ. Rhinovicense ms. Forte is est Felix, qui hoc ipso die inter Hispanos Martyres recensetur.
- S.Theodori fit Constantinopoli commemorationis, vt patet en Menau: sed quis ille sit è pluribus eius nominis, non exprimitur.
- Dius, Hierosolymorum 31. vel 32. Episcopus, (de quo S.Epiphanius lib. 2. hæresi 65. & Nicephorus,) Sanctus appellatur, referturq; hoc die in ms. Florario Sanctorum. Nihil adhuc de eius publicâ veneratione reperimus.
- S.Eupraxia faciunt Graci commemorationem, vt ex Menais patet. Mater est fortassis S.Euphrasie, quae, vi in huius vita 13. Martij dicitur, religiosissima mulier fuit; sed Euphrasia visitatius appellatur.
- S.Agapius Archimandrita memoratur in Græcorum Menais, ignotus etiamnum nobis.
- Lohemellus, vnus è primis sodalibus S. Conuencionis hoc die obiit, vir prudentiâ, scientiâ, & pietate conspicuus, miraculis in vita & post mortem illustratus; vt in vita S. Conuencionis 28. Decembri dicemus. Sanctus à Menardo appellatur, referturq; hoc die, Beatus à Sauffaio, qui nullum ei certum natalem assignat. Albertus Magnus de Morlaix, qui nuper vitas Sanctorum Britannia Armorica magnâ diligentia colligit, hunc inter Sanctos aut Beatos non recenset; licet eius in S. Conuencionis vita honorifice mentionetur.
- Petrus Virseolus, ex Duce Venetorum monachus in cœnobio Cusanensi S.Michaëli, (de quo cœnobio egimus 5. Ianuarij in Flamidiano) refertur hoc die ab Hugone Menardo, K k 2 VVion,

EX VARIO
RIIS.

- V Vion, Ferrario; à quibus Beati titulo ornatur, Sancti à Dorganio & Saussao. Antonius Vincetius Domeneccus, cùm diligenter Santos Cusanensis monasterij recenscat, Petri Viteoli non meminit. Laudatur eius sanctimonia à B. Petro Damiano in vita S. Romualdi 7. Februarij, & aliis. Hunc 3. Ianuarij inter omisso confudimus cum Vito Patriciaco, sive Badoario, qui in canobio S. Felicis monachus factus vitam sanctè exegit; nec ipse tamen, quod quidem sciamus, Calitum catalogo ab Ecclesiâ adscriptus.
- Wernerus Episcopus Merleburgensis. Ferrar. Multos hic quidem & graues pro Ecclesiâ defensione labores suscepit, haud remur tamen publicè colit.
- Commemoratio fit hoc die in ordine Cisterciensi Episcoporum & Abbatum ordinis, vt patet ex Breuiariis, & Menologio Chrysostomi Henriquez.
- Petrus Confluentinus, monachus in Hemmentrode, Ord. Cisterciensis, Apostolus Liutonie. Chrysostomus Henriquez Kalendarium Cisterciense Diuione editum; non produnt an colatur.
- Bernardus ordinis Prædicatorum Catana in Siciliâ, Beatus appellatur ab Octavio Caietano, & Ferrario. Haud competimus an colatur.
- Ludovicus Potier, Prior Carthusie Gandensis. Rayssus in suetario ad Molanum. Non colatur.
- Ioannes Hortulanus, ordinis Minorum, hoc die obiisse traditur anno 1501. Salmantica, magna opinione sanctitatis. Cuius vitam fuse describit Marcus Vlyssiponensis 3. part. Chronic. lib. 8. decem capitibus, & Ioannes Marietta lib. 17. cap. 21. 22. 23.
- S. Tatiana Martyr refertur à Galefinio in Notis hoc die. Ea est, de qua xii. Ianuar.
- S. Ealdredus Abbas Rieuallenensis. Menardus. Nos xii. Ian.
- S. Martha, coniux S. Marii, Martyr, refertur hoc die à Silvano Razzi tom. 1. de feminis sanctitate illustribus. Eius,
- mariti, ac filiorum Acta dabimus xix. Ianuar.
- S. Mairus multis verberibus excruciatuſ exspirauit. Menas. Raderus sufficitur hunc S. Maurum esse, qui cum S. Papiâ sufficiens colitur xxix. Ianuar.
- S. Paulus Simplex. Maurolyc. & Martyrol. Germanic. Nos de eo agemus vii. Martij.
- S. Gregorius Nazianzenus. ms. monasterij S. Martini Treuiris, & ms. S. Maria Ultraiect. At ms. Rhinouvr. solum habet: Et S. Gregorij Episcopi. De Nazianzeno agemus ix. Maij.
- S. Beandanus Abbas refertur hoc die à Saussao, Maurolyco, Martyrologio Germanico, Dorganio, V Vion, aliis. Quidam Blandanum vocant. V Vion eundem esse censem qui Beandanus, de quo xvi. Maij.
- David Rex Scotie. David Camerar. An sit in Sanctorum aut Beatorum album relatus disquiremus xxiv. Maij.
- Martyrum, ad Steynfeldense mo-
- S. Potentini Diaconi, Nasiterium Translatio hoc die con-
- S. Felicij Presbyteri, Signatur à Carthus. Col. in Addit.
- S. Simplicij militis, ad Vuard. & Martyrologio Ger-
- manico. De his agemus xviii. Junij.
- S. Saluius, Episcopus Engolismensis, Martyr. Martyro-
- logium Germanicum. Galesinus verò & alij eum hic cum Ambianensi confundunt, vt dicemus hic ad vitam S. Saluij Ambianenlis. Colitur Engolismensis xxvi. Junij.
- S. Aunarius, Episcopus Autifidorensis. m s. Florat.
- Nos xxv. Septembris.
- S. Egelnottus, Archiepiscopus Cantuariensis. ms. Mar-
- tyrologium SS. ord. S. Benedicti Verum Menardus, V Vion,
- Martyrolog. Anglicanum, aliq. eum referunt. xxx. Octob.
- S. Melchiades Papa. ms. monasterij S. Martini Treuiris. Ec-
- certè in ms. nostro de Natalibus Pontificum, mortuus dicitur
- xii. Id. Ianuar. Colitur tamen x. Decemb.

DE S. BALTHASARE REGE.

XI. IA-
NVARII.Triū Re-
gum na-
tales:S. Baltha-
saris xi.
Ianuar.Aliorum
eo die com-
memora-
tio.

V P R A diximus sanctorum trium Regum Magorum agi quidem die Epiphaniae memoriam, Translationē celebrari Colonia xxiiii. Iulij, singulorum tamen diuersis diebus natalem recoli, Gasparis quidem i. Ianuarij, Melchioris VI. I. Balthasaris X. I. quamquam non desunt, qui Melchiorē I. Balthasarem VI. Gasparem, quem tertium inter sanctos illos IIII viros faciunt, XI. venerentur. Ita enim ms. SS. Florarium hoc die: Commemoratio obitus tertij Regis in Oriente, scilicet S. Iaspar, qui obiit anno etatis sua c. x. Molanus in addit. ad Vuardum: Colonia, obitus Iasparis, tertij Regis, festum duplex. Ferrarij: Colonia Agrippinæ festum S. Gasparis Magi. Consenit Saussau in supplemento Martyrologij Gallicani, & Broelmanni inf. a.

2 Secuti sumus martyrologia: antiquum Coloniense excusum ann. 1490. in quo istibac habentur: In Oriente S. Balthasar Regis & Antistitis; qui hac die obdormiuit in Domino, diuino sacrificio in ecclesiâ prius celebrato ac sumpto. Carthus. Colon. in addit. ad Vuardum editis anno 1521. In Oriente S. Balthasar Regis & Episcopi; qui tertius inter tres Magos, hac die obdormiuit, diuino sacrificio in ecclesiâ prius celebrato ac sumpto. Eadem ferè Martyrologium Germanicum.

3 In eadem Coloniensi Ecclesiâ commemoratio fit hoc die omnium trium Regum. Idem Carthusiani Colon. Hoc etiam die, vel secundum aliquos sequenti, festiva memoria agitur trium insimul Magorum. Consenit Martyrologij Germanicum, & quadā Kal. MSS. Galefinius viii. Ianuarij in Notis, eo die illorum consignat natalem hū verbū: Hoc ipso die agitur etiā dies natalis trium sanctorum Magorū.

4 De hac tum cōmuni trium Regum, tum peculiari S. Balthasar solennitate, istibac ex Aegidij Gelenij, viri eruditissimi, MSS. Fasti Sanctorum Coloniensium, nobis suppeditauit Joannes Gamansius noster ixi. Id. Ianuarij: Metropolita-

na Coloniensis Ecclesia, præsentibus Canonicis Diaconis collegiorū Cunibertini & Marianī in gradibus, & Scabinis Coloniensis, celebrē agit natalem obitus tertij Regis ex illis tribus Orientalibus Euangelicis Magis, Gétium primitiis, qui natum Salvatorem cum muneribus adorarunt: in cuius honorem totus chorus quasi festiū tripudij lignum prodit, quid omnes dextrā faciem tenentes, diadematē hedderino, aurichalco & Huius diei purpurā intexto, coronati, diuinis assistat. Reliquis qui- Colonie dē duobus sanctis Magis, in vetustis MSS. & ex Ecclesiæ celebribus traditionibus, suus emortualis dies adscribitur; videlicet ipsa huius mensis Kalendæ, & sexta dies; sed quid vniuersalis Ecclesia illis diebus maiori- bus festiūtibus præpediatur, proprio officio diuino non honorantur, atque hic tertius, de quo MSS. nostra Martyrologia sic loquuntur: ixi. Idus Ianuarij, in Oriente S. Balthasari Regis & Antistitis, qui obdormiuit in Domino diuino sacrificio in ecclesiâ prius celebrato ac sumpto. Vuardus ms. Philippus Ferrarius hodie de S. Gaspare habet multa. Ipsiis Euangelicis Magis L. Flavius Dexter martyrij palmam tribuit. In vetustis ri- tuum factorum libris dicitur, hodie in obitu tertij Regis tripudium esse.

5 De hoc tripudio & celebitate idem Gamansius ex m s. Kalendario Sanctorum Coloniensium Stephani Broelmanni V. CL. ista nobis eruit: Celebris natalis est in Metropolitana Coloniensi basilicâ, non aliis, obitus tertij Regis, qui Gentium primi primitus obtulerunt cum adoratione sua munera. Ut Sancti in Metropolitana eadem Coloniensi Ecclesiâ in generali Litaniâ (Sancti tres Reges orate pro nobis) inuocantur, & nocturnos habent Lectionum ix. Memorabile, quod pro Lectionibus matutinis basilica Metropolitana tunc canit: Anno Christi Salvatoris LIV. (opinio an à Passione an à Nativitate) Magos hos, iam Sacerdotes post euangelizationem,

ac

ac velut Episcopos, ad Natalitiam concelebranda in regalem ecclesiam urbis Sevve cum aliis pluribus conuenisse, ibique natu maiorem, Melchiorem nomine, centum decem & sex annorum, octauam Natalis Domini, *Mors triū Regum & sepulcra.* quae Ianuarij prima est; inde sextā mensis eiusdem die Balthasarum secundum, suā ætatis annum duodecimum centesimum agentem; mox & tertium Iasparum anno ætatis cix. & singulos quidem peracto liturgia sacrificio feliciter deceperisse: ipsoque in sepulchro, humationis tempore, pluribus aspicientibus, primum secundo dexterum locum, duos medium tertio veneranter cessisse. Cui relationi consentit insignis vetus pietura, quæ hodieque conspicitur interiori facie muri, quo meridionale latus chori basilicæ Metropolitanæ clauditur. Ibi quoque cum habitu Episcopali & insulis depinguntur, velut qui gentibus euangelizant Asiatæ, quod item coloribus expressum est.

Tripudiū eodie. 6 Inter Ecclesiasticos nostros sèpè quæstionibus iactitatum recordor, quid sibi velit illud quod in veteri Breuiario quoque notatur, ex responsoriis de festo tribus postremum non cani, ut habent notationis verba, Propter tripodium. Vbi fabellam alij, quasi quod Capitolinæ Virgines cum Metropolitanis Canonicis in claustro sanctorum Apostolorum choreas aliquando publicè celebrarint, quibus videndis decurtae preces vesperarum. Alij quod pro veteri more Christianorum in signum lætitiae Natalitiorum festorum, cum cantu ab laicis in ecclesiis tripudiatum: cui locū dederint breuiatæ preces solitæ. Sicut & hodie pueriles retenti catus cum tintinnabulis & cantu. Et Hispanorum saltationes festiæ militum hisce in partibus, ac nostrarium laicorum multis locis obseruat consuetudo, more ab Iudeis accepto, Iudicum libro, cap. vlt.

7 Qui primam tenuere sententiam, ioco credo le-

pidam dare voluerunt & ridiculam fabulam: præter quām enim quod tripodium in tali loco ac tempore, inter tales personas, longè fines excedat honestatis, & disciplinæ Clericalis, quod notissimum; certum etiam Quale il- non multos supra centum annos excurrisse, cum Capi- lud. tolinae Virgines, sub S. Benedicti regulâ, satis arcta clausurâ tenebantur, nondum seculares Canonicae fa-ctæ. Posterior sententia viris doctis per placeret, si qua moris istius apud nos reperiemus vestigia. Eequid verò vetat coniicere, tripodium notare festiæ cantica Natalitiae, quæ de more Ecclesiastorum nostrarium Na- talitiis diebus frequenter ac prolixè, versibus alternis ab chorus, tum canentium tum organa musica pulsantum, certatum, ac prolixius hoc die, exaudiuntur: cui bono ac zelo ordinariæ preces aliquantum abscessæ tripudioque tali Christiano locus datus sit? Evidem abisque auctore, solâ fide meâ, nihil asseruerim. Et benè habet: etiam maiores nostri dum Breuiarium reuident recudendum, velut impertinens abscederunt.

8 Hac Broelmannus. At quod subtimidè coniicit, id omnino verum existimamus; nam in viii Sanctorum alijsq; scriptis Ecclesiasticiæ vox illa Tripodium frequentissime significativa. Tripudiū translatione occurrit. Vnum idem suggerit Gamansus ex hystoria pro iubio Translationis S. Annonis an. Domini 1183, factæ, cui scriptor ipse intersuit, & visu narrans ait: In crastinum, quod erat Dominica intra Ascensionem Christi & Pentecosten, eadem Canonicon candidata & spectabilis multitudine, Fratrum se conuentui deuotè immiscerunt, ita ut choro dimidiato vnam partem Canonici, reliquam monachi adimplerent: ibi cum tantâ solemnitate & tripudio, in voce exultationis, Deo & sancto Confessori processionis insignia, ac Missarum solemnia, in communi persoluerent, &c.

DE S. HYGINO PAPA.

An.Chr. I CLVI. XI. IA- NVARII. S. Hygini natale 11.Ianu. 11.Ianu. ROMÆ III. Id. Ianuarij agitur natalis S. Hygini Papæ, qui in persecutione Antonini gloriose martyrium consummavit. Ita Martyrologium Romanum, Breuinis Bellinus de Paduâ: Eodem die S. Iginii Papæ & Martyris. Hic composuit Clerum, & distribuit gradus. Consentit Molanus in addit. ad Vfuard. Maurolycus, Galestinus, Florarium, alias, excusa & MSS. A quibusdam Iginius, à Gracis Ytinos appellatur.

Ado, & MSS. quadam 11. Ado, & MSS. quadam: S. Hygini Papæ, qui sedet Romæ annos 4. Hic constituit Clerum & distribuit gradus. Sepultus est in Vaticano, iv. (Beda 111.) Idus Ianuarij. Notkerus: Iginii Papæ, qui constituit Clerum, & gradus Ecclesiasticos distribuit. Martyrol. Germanicum: Natalis S. Iginij Papæ; cuius sepultura sequenti die recolitur. ms. Martyrologium Ecclesiæ S. Maria Ultraiecti à 500. annis exaratum: Item Iginij Papæ & Confessoris ms. Martyrol. Ecclesiæ S. Gudule Bruxellæ: Romæ natale S. Iginij Papæ & Confessoris, qui Clerum componens, officia per gradus distribuit, & vt baptizandum seu confirmandum patronus leuet, constituit. Galesnius quoque in Notis: In Martyrologio Cremonensi, iam inde usque à tempore Alexandri III. Pont. Max. (qui sedet ab an. 1159. ad 1181.) conscripto, fit etiam hoc die de S. Iginio Papæ, quem Beda item huic die in Martyrologio suo describit: at de omnium ferè scriptorum sententiâ, &, quod caput est, Breuiarij Romanij auctoritate, nos in sequenti die adscripsimus.

Quando jelerit, quamdiu. 3 Quo anno Pontificatum inierit, quo migrarit è vita, quamdiu federit, non omnino constat, ut nec de aliquot eius aei Pontificibus; quorum ordinanda etati diutius immorari, nobis integrum non est. Liber de Romanis Pontificibus à consulatu Magni & Camerini anno Christi 138. usque ad Orfium & Priscum sedisse ait, id est an. Christi 149. Antonini Pij II. Interim ei solùm annos quatuor tribuit, menses 3. dies 8. mani. Tom. I.

festo, ac sibi ipsi, aut certè tabulis consularibus contradicente, errore. Catalogus Romanorum Pontificum, Liberij tempore con- cinnatus: Higinus annis 12. mensibus 3. diebus 6. Fuit temporibus Veri, à consulatu Gallicani & Veteris, vsque Præsente & Ruffino. Consules fuere Romulus Gallianus & Antistius Vetus anno Christi 150. Brutius Præsens 11. & M. Antonius Ruffinus an. Christ. 153. Atque ita se rursus character Consulum, spatiumq; temporis interi- munt. Eusebius Pontaci anno 1. Antonini Pij, Christi 139. Ro- manæ Ecclesiæ Episcopatum octauus suscepit Hygi- nus, annis 4. Scaligeri editio: annis 8 Notat Pontacus ab aliis anno 2. Antonini consignari Hygini initium. At disertè rursum Eusebius lib. 4. hystoria cap. 10. Telephoro vero, primo huius (Antonini) imperij anno, undevicensimo autem sui mi- nisterij completo, ex hac luce migrante, Hygino Pontificatus Ecclesiæ Romanæ sorte obuenit. Idem omnino Nicophorus habet lib. 3. cap. 25. Verum hos aliosq; Greco calcu- lus sefellit, quod Cletum, Anacletum rati, omiserint, vt nota- uit Baronius ann. 154. num. 1. qui eo anno Hyginum scribit Pontificem esse creatum; rectius Petavius 152. 13. Ianuarij, de- functum vero hic 11. Ianuarij an. 156. ille 158. censet. Abbo Flo- riæ ait sedisse an. 15. mensibus 3. diebus 4.

4 Mirum igitur non est tantam reperiri in recentioribus Martyrologiis Chronologia diuersitatem. Martyrol. Germani- cum obiisse tradit anno Christi 144. ms. Florarium ann. 153. Carthusiani Colonenses persecutione Seueri. At Seuerus 1. Iunij anno 193. capessuit Imperium, longo post Hygini mortem interuallo. Veri fortassis scribere auctor voluit; nam & liber de Romanis Pontificibus ait: Fuit autem temporibus Veri & Marci. Nam hi, ersi anno demum Christi 161. Imperium suscepere Antoninum Pio Nonis Martij mortuo, tamen iam amē erant Cæsares dicti: in Faſis enim consularibus, anno Pij 16. L. Aurelius Cæsar & Sextilius Lateranus Conſu- les leguntur.

5 Porro de Hygino pauca admodum sunt prodita littera-

K k k 3 rit,

Ex vatis Liber de Romania Pontificibus tradit natione Gracum suis
ritis. se, ex philosopho de Athenis, eiusq; genealogiam non inueniri, ac
Eius res
gesita. deinde: Hic Clerum composuit & distribuit gradus. Hic
fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, Pre-
sbyteros 15, Diaconos 5, Episcopos per diuersa lo-
ca 7. (alij 16.) qui etiam sepultus est iuxta corpus B. Pe-
tri in Vaticano, 111. Idus Ianuarij, & cessavit Episco-
patus dies 3. Abbo, dies 2. Quod Clerum composuisse dicitur,
Baronius antiqua forma Hierarchia Ecclesiastica, iam à tem-
poribus Apostolorum constituta, aliqua ab eo addita, vel illustrata
existimat: aut certè que Traiani & Adriani persecutionibus
collapsa erant, restituta ab eo sunt. Ciaconius Cardinallium
munus, non nomen, à principio Ecclesie viguisse docet; (neque
enim unius hominis viribus tantam geri molem potuisse, nisi
plures Presbyteros aliosq; ministros haberet & adiutores)
horum regiones, officia, necessarios ad sustentationem prouentus,
titulos, ab Hygino aliosq; Pontificibus, variè ordinata, distri-
butaq;.

6 Sub Hygino Romanæ urbis Episcopo, inquit Eusebius in Chronico ad annum Antonini Pij 2. Valentinus ha-
resiarches & Cerdon magister Marcionis Romanam ve-
nerunt. Insigni zelo & industria impiorum hominum fraudes
discussisse videtur Hyginus, ut coniurare licet ex iis quae S. Ireneus
scribit lib. 3. cap. 4. Valentinus enim venit Romanam sub
Hygino, increvit verò sub Pio, & prorogavit tempus
vulque ad Anicetum. Cerdon autem, qui ante Marcio-
nem, & hic sub Hygino, qui fuit octauus Episcopus, sàpè in Ecclesiam veniens & exomologes in faciens sic
consuminavit, modò quidem latenter docens, modò
verò exomologes in faciens, modò verò ab aliquibus
traductus in his quae docebat male, & abiitentus est à

religiosorum hominum conuentu. Eadem scribit Eusebius
lib. 4. cap. 10. Hec si cuncta sub Hygino facta, vt videtur assere-
re Ireneus, ne ille insigni fuit vigilantia, eruditione, magnitudi-
ne animi; qui versipellit illum impostorem deprehenderit, reticere.
confutari, eicerit è fidelium coru, nihil veritus quas concitare
turbas poterat, eo praesertim tempore.

7 Que alia sanzisse traditur Hyginus, aliis examinanda
relinquimus. Extant duæ sub eius nomine epistole, que Magno
& Camerino Coss. data dicuntur, altera ad Athenienses, al-
tera ad omnes Christi fideles. Tum à Gratiano capita quedam Decreta
citantur ex Hygini Decretis. Baronius certè ea quoque consul-
tò omisit. Nec desunt quidam viri docti, qui nonnulla saltē ex
iis suspecta habeant. Referuntur to. 1. Conciliorum, à Ciaconio
in Hygino, Ribadeneirâ in vita Hygini, Platina, Iacobo Double-
tio, Petro de Natalibus lib. 2. cap. 64. Andréa du Chesne, atque
aliis qui Pontificum Romanorum vitas scripsere; imd & in
Breviario Pauli III. auctoritate, Francisci Quignonii operâ con-
tinuato.

8 Tandem Plautio Siluano, & Sentio Augurino Marty-
Coss. Antonini Pij anno 18. Christi 156. glorioſos labores
martyris triumpho terminauit Hyginus. Nam quid in omnibus
Martyrologiis Martyr appellatur, id propriè accipiendum
videtur, niſi qua alia manifesta obſlet ratio. Reprefra quidem
fortassis tunc erat, Antonini Pij editio, persecutio, at non omnium
impiorum mitigata seuitia, vt non potuerit vel alio pretextu à
quopiam Iudice morte addici, vel tumultu plebis ab idolorum
sacrificiis concitate trucidari. Molanus in Notis ad Martyro-
logium Vſuardi, & Onuphrius Panuinius in Addit. ad Plat-
inam, Martyris titulo honorari existimant, quia pro Christi
confessione multa passus fit.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS PHILOROMO, EVGENIO, QVINCTO, IANVARIO, SATVRNINO, VINCENTIO.

XI. IA-
NUARII. **D**E hū ms. Martyrologium S. Hieronymi: In Africā
Philonomi, Eugenij, Quincti, Ianuarij, Saturnini,
Vincentij. De Philoromo (eodemne an alio, non
omnino liquet) agemus titulo sequenti. Duo Philoromi refe-
runtur in antiquissimo Martyrologio ms. conuentus Dunga-
lenſis in Hiberniā, quod & Engenij, Quincti, Ianuarij, Vin-
centij meminit; Saturnini nomen retulisse ac situ oblita-
rum est.

DE SANCTIS MARTYRIBVS POLYEVCTO, CANDIDIANO, PHILOROMO.

XI. IA-
NUARII. **D**E hū versus Martyrologium monasterij S. Martini Tor-
naci: Passio Sanctorum Polyeucti, Candidia-
Horum SS. nata-
lii, & Philoromi: qui pariter in confessione
Christi perseuerantes igni traditi sunt. ms. Hibernicum
conuentus Dungallenſis, & ms Rhinovicense, itidem peruetuſa,
hoc ipso die Philoromum referunt. Carthusiani Colonien. in
addit. ad Vſuardum editus anno 1515. & 1521. xv. Ianuarij,
Polyeucti, Candidiani, & Philoromi Martyrum. Atta
eorum damus ex codicibus antiquis mss. bibliotheca Marci
Velseri, & monasteriorum S. Maximini Trenuri & S. Bertini
in ciuitate S. Audomari. In ms. S. Maximini Polyeuctus dicitur,
qui alij Polyeuctus. Tempus & locus martyrij non ex-
primitur.

ACTA EX VETERIBVS MSS.

Vivunt
concordes:  I quis vnanimitatem Polyeucti, Can-
didiani etiam, & Philoromi sanctorū
Martyrum contemplatus sit, non sol-
lum eos pro passionibus suis admirabitur, sed & per fidei firmitatem, at-

que immobilem & incōcussam eorum vnanimitatem,
quam semper ad inuicem seruauerunt, multò magis
stupescet. Ita enim conuenienter atque vnanimiter
propter Dei verbum, & eius fidem quam plurimum
transfegerūt tempus, vt etiam facile & manifestius cō-
spiciantur intemerati ac stabiles sensus eorum. Ita si-
deliter ad inuicem iustitiae amicitias saluauerunt, vt
prosorsus in nullo delinquerent. Tales erant circa fidem,
tales etiam circa verbi doctrinam, vt facilè quis con-
templari posset probatissimam eorum vnanimitatem.

2 Necnon & illud etiam his superadauctum bonū
silentio non decebat præterire, fratres carissimi, sed
magis laudibus cognitis cumulare, vt in tantis su-
pertenti periculis, tantis etiam decretorum tumenti-
bus minis, non terrentur; sed breuissimas quidem
temporales minas iudicantes, breuiores verò & eius
cruciatus, simul se disposuerunt in illo diaboli feroce
errantes docere, & à malis arcere, & pro Verbo pati.
Ita in omnibus festini & vnamimes cursitabant, vt eos
quidē, qui a conscijs erant quod circa diuinū verbū, sua-
derēt: eos verò qui animo b' incredibili erant circa Dei
ver- b'

verbum & fidem, verbo digno subigerent. Et hæc non latenter neque in opero facere studebant, sed pâlām, & manifestè obuiam veritati venientes culpabant. In religiosis & ignorantibus Dei verbum ita ostendebant, vt opus eorum non vanum videretur, ne clongè à spe. Et hi quidem suadebant eos ab errore discedere; illi verò qui suadebantur recipiebant cum gaudio doctrinam.

Comprehenduntur.

3 Sed ut iam ultra modum & contra decreta hos Sanctos quām plutes facere sperarent, comprehensos trahebant ad iudicia: illi verò Sancti nihil contradicentes sequebantur, & nec tantum cruciatus plagatum aut sugillationes trahentium patiebantur, sed & omnia

Sistuntur iudicii.

c ad cædem eorum festinantes obuiam ibant; religiosissimi & illi quidem serui Dei, his passionibus increscētes ridebant: filij verò diaboli in maiore irâ cumula-

Obiurgantur.

b & in contentionibus exardebant. Et quidem nouissimè offeruntur iudicii. Iudex verò respiciens eos, & de vultu & de habitu d' verecundos, & honore dignos, stupefactus ait ad eos: Admiror vos vitos, quomodo ad tantam ætatem venientes, derelinquere sustinetis: aut quomodo ipsi à meritâ vobis prudentia regulâ excidistis, qui alios docere deberetis, scire non possum. Vel passiones præcessorum e metum iniiciant vobis: verecundor enim ætates vestras, & has cruciare pigritor, de habitu vestro stimulatus.

Polyeuctus intrepide respondet.

e f 4 Et hæc quidem Iudex ad eos nimiâ f verecundiâ taetus dixit. Illi verò Sancti respôdere iussi, semetipso considerantes; respondit Polyeuctus: Non est lamentationis hoc tempus. Tunc etenim nobis erat lamentandum, quando patrum nostrorum errorum sequentes, digna lamentationis opera faciebamus: tunc miseri, scelasti, atque Deo ignobiles, quando verbum eius nesciebamus. Ita audi nunc contraria eorum quæ dixi-

sti: non propter nosmetipos verecundi, nunc tibi assi. Ex mss. stimus; sed propter Deum nostrum. Non honoras nos propter ætatem, vt dixisti, sed propter verbum, cui credidimus. Itaque si condigna recti sensus sapientia, depone nunc tyrannicam potestatem, & verbo Christi Domini nostri suauem liberam ceteris ingredere viam, quæ sine errore est: salua in errore constitutam gentem, cui creditus es, sed ab homine corruptibili & tyrannicâ potestate connuenti. Si hanc vanam tutelam, quam ab aduersariis saluare creditus es, incipies relinquere, accipies à Christo tutelam, & multò melius tibi metipsi subuenies: & eiusdem possessores magis magisque verbum docebis, & si g tyrannicæ legi non suadetis, ille te saluum faciet, & eius dolores tibi vitam æternam donabunt.

5 Hæc cùm dixisset viuacissimus vir Polyeuctus, intolerabiliter ferebatur in silentio Principis, & iocundo quidè prouocatori ad respondendum obtulit, ad pœnas verò eiusdem præparabatur: quiq[ue] respiciens ad prædictos sodales, ait: Forstan & vos huic similia sapitis. At illis deuotissimis viris confessis Candidiano

Adiudicantur igni.

et Philoromo, tamquā ex vnâ voce, & vnâ lingua, & eandem professionem promulgantibus; irreliquis Princeps respondit: Ergo eadem cum illo sentitis? similia sapitis! Et hæc dicens, quæstionatis Sanctos tradens, igni corpora eorū consummari præcepit.

a Ms. Veleri, inconsicij.

b Idem ms. debili animo.

c Idem ms. ad sedem eorum festinati. Ms. S. Bertini ad cædere eorum festinantia.

d Ms. S. Maximini, verando, & fortè rediūs.

e Ms. Veleri, modum.

f Ms. S. Max. iracundiâ.

g Idem ms. tyrannicæ legiōni suaseris.

DE S. LEVCIO EPISCOPO, BRUNDVSI IN ITALIA.

XI. IANUARII.

S. Leucij natalis. IN Romanij Martyrologij tabulas restituuisse se S. Leucij nomen ex veteri ms. fatetur Baronius. Ita nunc legitur XI. Ianuarij: Brundusii S. Leucij Episcopi & Confessoris. Martyrologium S. Hieronymi, a Laurentio monacho Epternacensi ante complura secula litteris Gothicis descriptum, 8. Ianuarij sic habet: Et in Brundisio Leucij.

Reliquia.

2 Fuit olim quinto ab Urbe lapide ecclesia S. Leucij Martyris, cuius meminit S. Gregorius lib. 9. Registr. ep. 73. cumq[ue] inde fuissent ablata eius reliquia, alias eiusdem Sancti reliquias ad se Brundusio mitti per Hydruntinum Episcopum iufit. Quod de hoc S. Leucio in Notis Baronius intelligit; qui tamen & in propriâ Ecclesiâ vt Confessor & Episcopus colitur, & Confessor ab ipso Baronio appellatur. Michaël Monachus in Sanctuario Capuano, Martyrem dici arbitratur, quod fidei causa tormenta tulerit, licet in iis mortuus non sit; quâ ratione S. Hyginum reulimus à quibusdam Martym dictum existimari.

Ait qui in antiquâ operum Gregorij editione à Pamelio correttus Reliquia.

Leucius dicitur, in recentiori, auctoritate Sixti V. emendata,

Leontius scribitur; vt sufficiari quâ posit de alio esse sermonem.

Translata deinde S. Leucij reliquia Brundusio Tranum, inde Beneuentum; earumq[ue] pars Tranensis & Brundusini redditum.

3 Michaël Monachus, Canonicus Capuanus, Sanctuarij Capuani parte 4. aliquot recitat Kalendaria illius Ecclesiae, in quorum duobus primis, i.e. Id. Ianuarij hac habentur: Depositio S. Leucij Episcopi & Confessoris. In quarto S. Leuti Episcopi & Confess. L. ix. in quinto, Leutij Episcopi & Confessoris. Semiduplex. Adnotat Auctor: Concordant kalendaria & Martyrol. ms. & Martyrol. Ro-

contra manum. S. Leucius habet in civitate parochiale ec-

clesiam aprimè diuitem. Ecclesiam quoque in Ca-

sertanâ (olim Capuanâ) diœcesi, dantem monti voca-

bulum: nunc diruta est. Solent fideles laborantes morbo (vulgâ puntura) affectæ partii tegulam inde sumptam applicare. Hæc ille. Est punctura Hieronymo Viatoris pleuritis.

4 Acta testatur Baronius in Brundusinâ Ecclesiâ extare, sed ab aliis mendis referta. Ea nos ex codicibus Ecclesiâr. Beneuentana & Tranensis ab Antonio Beatillo nostro accepimus; descripta, aut potius illustrata, ab auctore anonymo, quem ex epilogi possumus coniicere Syncellum fusse Archiepiscopum Tranensis, cui vita ac translationis S. Leucij historiam dedicat. Ea vt magis perspicua sit, præmittemus que ex Breuiarij Capuani Lectionibus, & Lectionario monialium S. Ioannis recitat idem Monachus; qui non Theodosij Imperatoris aetate, sed Commodi, sub finem nempe secundi seculi, vixisse censem, propter ea que de S. Eugenio conuerzione narrantur. Vita epitomen dat Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, ex monumentis Ecclesiae Brundusinæ, & Breuiario Capuano, hymnumq[ue], quem subiungemus, ex iisdem haustum Brundusini officiis.

VITA

Ex a Lectionibus Breuiarij Capuani.

REONANTE venerabili & magnifico b Theodosio Imperatore, cultore Dei, qui Ecclesias Lect. i. condidit, & præcepta Apostolorum seruauit, erat orthodoxæ fidei Christianorum in totius Imperij latitudine intemerata & loculenta cultura; instantum ut omnia idola confacta & ad nihilum redacta videbantur, & unusquisque publicè & licenter Deo omnipotenti

Ex SAN- potenteri poterat. Quo tempore in ciuitate Alex-
CTVARIO andriâ erat vir quidam venerabilis, nomine Eudecius,
CAPVA- simplex, & rectus, ac timens Deum; cui unicus erat
NO.
S. Leucij filius, nomine Euprescius.
patria, Cùm autem complèset puer annos decem, mater
Lect. 2. autem eius, Euphrodisia nomine, migravit ex hoc sé-
culo: pater verò cum filio Euprescio monasterium
institutio. studium litterarum tradidit. Tantam quidem spiritua-
lem gratiam accepit, vt in omni celeritate fortior fieret,
quam ij, qui videbantur in scholis collegæ esse: &
non secundum genus, sed secundum spiritum hæc age-
bat: sed deuenerat actio eius, vt intra monasterium
nullus quidem obedientiam disciplinæ eius potuisse
superare.

Festum Assump- Factum est autem non post multum tempus, vt
D.V. aduenire solemnitate Dei Genitricis & Virginis Mariæ, ex more Christiano celebrandâ, B. Euprescius cum
patre suo Eudecio ac aliis fidelibus ad eius sacratissi-
mam ecclesiam, quæ non longè erat à monasterio, cō-
uenirent. Contigit etiam vt B. & Elenus Archiepisco-
pus simul cum Presbyteris & Diaconibus ibidem de-
ueniret, & per totam noctem in Dei Genitricis laudi-
bus perfeuerarent.

d Factum est autē vt B. Eudecium sopor deprimere, Lect. 6. & ei à Domino visio spiritualis reuelaretur, quomodò
ipse iam propè esset de hac vitâ fragili migraturus, &
B. Euprescius filius eius ad Pontificale opus accederet,
& hærem, quæ in ciuitate Brundisiopoli erat, per
Prædictus Leucij A- eum Dominus ad veram & orthodoxam fidem Chri-
stianitatis perduceret. In ipsâ igitur visione dixit ei:
Eudeci fidelissime, & decoritate præclare, ecce enim
iam non Eudecius, sed Eudecius vocetur nomen tuum,
id est, mitissimus consolator, & filio tuo, quem Eupre-
scium vocas, non Euprescius, sed Leucius nomen erit,
id est, Aduenit in eum spiritus Domini.

Lect. 7. Beatus itaque Leucius cum Clericis suis veniens
Brundisiopolim, erat foris ciuitatem contra portam
Prædicatio Brundisi. partis occidentis iuxta amphiteatrum, & illic docebat,
& baptizabat eos, qui ad verbum eius credebant in
Christum. Tunc misit Antiochus, & fecit S. Lencium
ad se cum mansuetudine vocare. Qui cùm venisset di-
cit ei Antiochus: Si vis vt faciam credulitatem iuxta
tuam prædicationem, fac vt per tuam obsecrationem
misereatur nobis Deus tuus, & donet nobis pluuiam,
quia ecce duobus annis sine pluuiâ esse videmus.

Lect. 8. Beatus igitur Leucius conuocatis ad se Clericis suis
& vniuersis Christianis, fecit litanias Domini. Mox
igitur vt eleuauit oculos ad cælum, & tanta pluia irri-
Precibus impetrata pluia. gata est, vt omnis terra Italæ cognosceret diuinitatem
Dei quæ ostendebatur per B. Leucium. Interea credi-
dit in Dominum Iesum Christum Antiochus, & vni-
uersi ciuitas Brundisiopolis; & baptizati sunt omnes
numero viginti septem millia, ad laudem & gloriam
Domini nostri Iesu Christi, & fabricauerunt ecclesiam
in honorem beatæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ,
& B. Ioannis Baptiste, in mediâ ciuitate, in loco vbi
sanctum baptismum acceperant.

Lect. 9. Tunc quidam confirmauit eos in fide & doctrinâ
perfectius, & sic in pace obdormivit in Domino. Tūc
quidam secundum suam visionem in eodem loco fecit
sepeliri corpus venerabile B. Leucij, vbi nauis descen-
derat, quando de Alexandriâ aduenisset. Dormitionis
eius festiva solemnitas undecimo die intrante mense
Januario celebratur, Amen.

a Helectiones videntur concinnata ex longiore vita, quam mox
dabimus; continent tamen nonnulla, quæ in eâ desiderantur.

b Si verè, ut infra diceretur, ad S. Eugeniam conuersiōnem coope-
ratus est S. Leucius, verisimile est autem quæ de pace Ecclesia sub
Imperatore quoniā, puta Commodo, in antiquiore vitâ narra-
bantur, ea Theodosij imperio temerè adscripta.

c De S. Heleno plenius agitur in vita S. Eugenii 25. Decemb.
Ægidius Leoindelatus Horti Carmelitani parte 2. cap. 2. Episco-
pum Alexandrinum & Martyrem vocat, uti & Ioannes Paleony-

dorus lib. 2. optris trimericu cap. 3. In vita S. Eugenii dicitur Episcopus Heliopolis, quæ non admodum sanè vicina est Alexandriæ.
Ex eadem tamen vita constat haud procul Alexandriâ sicut fuisse
monasterium, sive habitationem S. Heleni.

d Lectiones 4. & 5. de Epiphaniâ, id est hic omissa.

e Hinc ortum habuit, inquit Monachus, antiqua illa nostræ
Capuæ consuetudo, obliuionis tamen quasi tradita, vt nimis
tempore magnæ secularis ad pluiam exoriantur, Capitulum,
Clerus, & populus, Litanias faciant, ad ecclesiam S. Leucij pro-
cedant, supplicesque in eâ Deo preces effundant.

ALTERIUS VITÆ FRAGMENTVM,

EX M.S. Lectionario

monialium S. Ioannis, Capua.

BEATVS autem Leucius sedens præ foribus ec- Lect. 1.
clesiæ, in annuâ celebritate Beatæ Virginis, celo-
rum gloriam populis omnibus cœpit enarrare,
quam recepturi sunt electi, & pœnas inferni, quas re-
cepturi sunt reprobi.

Cumque audisset Eugenia talia loqui B. Leucium, Lect. 2.
dixit ei: Ecce ego & hi duo fratres mei, timentes ista
quæ tu prædicas, reliquimus omnem nostram gloriam,
& diuitias, quas obtinemus, & venimus ad conuer-
sionem Christianorum; numquid merebimur pro his
bona in celo, quæ tu prædicas & promittis omnibus
istis Christianis?

Beatus autem Leucius gaudio repletus est magno, Lect. 3.
cum talia audisset ab Eugeniâ, & dixit: Certè & celo-
rum regna merebimini, & Dei misericordiam obtine-
S. Leucus
bitis, si ex toto corde vestrum animum ad Dominum
S. Eugenius
instruit. reuocetis, & à mundi huius nequitâ vos sequestretis.
Eugenius dixit: Ecce, parati sumus, date nobis fidem ve-
stram. B. Leucius dixit: Ita fiat, vt afferitis.

Tunc post hæc instituta, venit quidam, & dixit ad Lect. 4.
B. Leucium: Vir Dei, Pater Elenus vocat te. B. Leucius
dixit ad Eugeniam: Expetate hæc modicum, & modò
vos faciam ingredi ad Dominum meum Archiepisco-
pum. Cumque B. Elenus expectaret B. Leucium, vt ei
enarraret visionem, quam viderat; ecce B. Leucius in-
grediens dixit ad B. Elenum: a Pater sancte tres eunu-
chi foris stant, quærentes loqui tibi, qui se dicunt ex
palatio b Philippi Patricij aduenisse ad concordiam
Christianitatis.

Beato autem Leucio hoc dicente, surrexit gaudens Lect. 5.
B. Elenus de leto, & dixit: Vocate eos festinâter, &c.

Iussit autem statim eos catechumenos facere, & aliâ Lect. 8.
die ipse eos baptizauit, & vestibus monachicis eos ve-
stiuist, & præcepit, vt in ipso monasterio eos deporta-
ret, vbi idem B. Leucius fuerat, ad ecclesiam B. Herme-
tis Confessoris Christi; & præcepit fratribus monaste-
rij, vt nimis diligenter B. Eugeniam Virginem Chri-
sti, & Protom., & Hyacinthum, & de fide sanctâ eos
docerent.

Frates autem monasterij dixerunt B. Eleno Archie- Lect. 9.
piscopo: Scias Domine Pater, quia ecce modò plus-
quam septem annos habemus, quibus & sine Abbe d
viximus, & vnuſquisque quomodò voluit, sic egit. Nam
cùm habuimus virum sanctum Eupresciū, qui modò
per voluntatem Dei Leucium se vocat, vt Pater nobis
Expetitur
erat, qui ab infantia suâ, à quo ibidē venit, nullus eum in Abbate.
per obedientiam superaret, sed semper orârem, legen-
tem, scribentem, & in omnibus operibus bonis perse-
uerantem, omnes eum sedulè videbamus, cùm in tam
bonis actibus sequebamur vestigia eius.

Modò autem Pater, scias, quia si eum nobis non Lect. 10.
reddis, relinquimus omnes monasterium illud. B. Elenus dixit: Modò fratres mei ne irascamini nobis, quo-
niam ego habeo dirigere eum ad vos; & si ille vos dili-
git, per meipsum ego veniam, & eum ordinabo Abba-
tem. Sin autem, ordinabimus alium.

a In vita S. Eugenii, qui eam ad Hellenum Episcopum de-
duxit, Eutropius appellatur.

b Is

b Is erat pater S. Eugenii, Praefectus Augustalis Aegypti, ac postea Martyr, cuius natalia agitur 13. Septemb.

c Ita Sanctorum Capuanum: indubitate aliquid deest, ruti & Lectio 6. ac 7. que forte sunt de Epiphaniâ.

d In vita S. Eugenii, Theodorus sanctus Presbyter praefectus monasterio S. Heleni suisse dicitur. An tamen ab eo diuersum sic S. Hermensis cœnobium, nos later.

HYMNVS DE S. LEVCIO,

Ex Officiis Ecclesiae Brundusinae.

OP T A T A dies aduenit
Exultans in deliciis,
Quâ Patriarcha Leucius
Lætus migrat ad Dominum.
Hic clarus vitæ meritis,
Resfulgens & miraculis,
Pulsis procul erroribus,
Plebem lauat baptisnate.
Præcepta Christi prædicans,
Et sanctitate radians,
Medelam confert languidis,
Functos ad vitam reuocat.
Gaudie Brundusia prolis
Tantis ornata titulis,
Sed clarior, eximium
Patrona habens Leucium.
In Brundusinâ claruit
Urbe Confessor Domini,
In hac relinquens terrea
Migravit ad cœlestia.

VITA AVCTORE ANONYMO,

Ex MSS. Ecclesiar. Beneuent. & Tranen.

PRÆFATIO AVCTORIS

ad Ioannem Archiepisc. Tranensem.

IC V T variis assueti deliciis sœpè dele-
ctantur oleribus, sic & Sanctitas ve-
stra, Beatissime Pontifex, inter Docto-
rum delicias, quibus optimè satiaris,
& nostra præcipis olera exhibeti. Exi-
gis itaque, imò compellis me, vt gloriosissimi Confes-
soris Christi Leucij gesta, & rescissis ineptiis, congrui-
que adhibitis, emendando clarificem. Ardet quidem
caritas Pontificalibus parere præceptis, sed paucet igno-
rantia, ne aggrediatur, quod dignè explore non possit.
Neque enim tanti oneris sarcinam perferre poterit, qui
nullius scientiæ luce illustratur. At quia sollicitudinis
tuæ cura est, & diuinis inhætere præceptis, & Sancto-
rum agones, vel scriptoris virtus, vel doctoris inertiam
corruptos, ad meliorem statum mirâ animi alacritate
corrigo clarescere, & Christi Ecclesiæ mirabiliter
decorare; nec diu passus est tanti Confessoris actus cō-
tinenter libellum inemendatum relinquare. Sed mi-
ror, quia, dimissis præcipuis Doctoribus, id à nostrâ
exigis paruitate, vt nuper in Archiepiscopatus, atque

*Ioannis Archiepi-
scopi inffus
scripta hac
vita.*

*sæcula an-
tiquiora.*

b synkellatus tui tempore, Beatissimi Leucij Confes-
soris gesta clarescant, & quo ordine gloriosum eius ca-
dauer translatum sit, sicut in scriptis reperi, & veridico
relatu agnoui, sollicitè præcipis explicari. Et dum
mentis fragilitatem considero, valde pertimesco ne,
dum corriger aliena inuitor, corrigenda ipse commit-
tam. Tamen quia non audet famulus resistere Domi-
no, quæ præcipis expedire conabor; utinam tam efficaciter,
quam libenter: potensest enim omnipotens Do-
minus, Summe Pontifex Ioannes, tuis interuenientibus
meritis, & tui Confessoris, ignorantia mea suo lumine
illustre caliginem, & vt tuæ satisfaciā voluntati, lo-
quendi administrare materiem.

a Ms. habebat rescepis. coniecum legendum rescissis, velre- A v c t .
iectis.

ANONY-

b Syncellus dicitur quasi eiusdem cellæ consors. Sic olim appellâ- MO, ex
batur qui Patriarche, aut etiam alteri Episcopo, successurus erat, ut MSS.
multis exemplis docet Gretserus noster cap. 14. lib. 3. Commentar. in
Codini Cypriolata cap. 20. Fuit & politica dignitas. Cœpit deinceps
honoris titulus esse, & multis tribus qui forte numquā in patriar-
chio habitauerant, usi nunc sunt S.D.N. Domeschi, titulo tenet.

C A P V T I.

S. Leucij ortus, vita monastica.

2 R E G N A N T E venerabili & magnifico Theodo-
sio Imperatore, Dei cultote, qui Ecclesiæ con-
didit, ex præcepto Apostolorum seruauit requisitionem
de his, quos antiqui per hæresim dolosè perdi-
rant, & per orthodoxam fidem eos acquisivit. Factum
est aurem temporibus eius, vt Christianorum fides ac-
cipieret incrementum; & qui Domino seruire volebat, *S. Leucius*
publicè siue ad prædicandum, siue ad exercenda bona *cuias, qui*
opera gradiebatur. Eodem verò tempore erat vir *bus paren-*
venerabilis Alexandriae, nomine Eudecius, vir *tibus or-*
& decoritate plenus, in eleemosynis, ieuniis, & oratio-
nibus, in vigiliis, in caritate, & castitate, & animi ala-
critate perspicax; cuius unicus erat filius Euprescius.

3 Cùm autem compleuisset puer annos decem, ma-
ter eius, Eufrodisia nomine, migravit ex hoc seculo. *Fit mota-*
Pater verò cum Euprescio filio suo, monasteriū B. Her-*chus.*
metis ingressus est, & eum litterarum studiis tradidit.
Tantam quidem spiritualem gratiā accepit, vt in omni *Litteris in-*
celeritate fortior fieret, quam hi, qui videbantur in *studiis*:
scholis collegæ esse, & non secundum ingenium, sed
secundum spiritum, ita agebat, ita deuenerat actio eius,
vt intra monasterium nullus quidem obedientiam di-
sciplinae eius potuisset superare. Denique cùm iam esset
annorum decem & octo, Fratres monasterij cum dili-
gebant, videntes eum honestum vultu, decoritate per-
spicuum, sermone luculentum, obedientiâ simplicem;
caritate largum, sancta Scripturæ diligenter.

4 Factum est autem, vt Pater monasterij Niceta
migraret ad Dominū, tunc B. Euprescius iussit corpus *Recusat*
eius diligentissimè collocari: & non post paucos dies monasterij
Fratres monasterij cōgregauerunt se, vt B. Euprescius *prefectu-*
ram. Abbatem eligerent. Sed hoc ille multum confu-
tans, non se dignum esse dicebat; & pater eius Eu-
decius taliter eum monebat, vt non se dignum fa-
teretur esse Abbatem. Cùm autem esset B. Euprescius
annorum viginti & quinque, dixerunt ei Fratres mo-
nasterij: Cur nos ita in necessitate perturbas, & nec te-
ipsum, nec alium Patrem præponis? Ecce enim septem
anni sunt, quibus sine Abbatे sumus, ex quibus Domi-
nus noster felicissimus Niceta obiit: iam enim ex tunc
sine recto se fuimus, & unusquisque secundum propriâ
voluntatem viuit. Vide, ne rationem nobis facias, ne
lupus veniat, & gregem Dei diripiatur, iam opera tua co-
gnouimus, & actiones tuas probauimus, quoniam di-
gnus es hoc honore fungi. Tunc B. Euprescius ait illis:
Quid mihi, & vobis, Fratres sanctissimi, molesti estis
ex hoc, quod facere minimè possum? In primis autem
in hoc, quod monet, & regula mandat fieri, pauidus
obedire non possum: secundum verò, cùm nec mona-
chus sum, nec honore Ecclesiastico fungor, & quomo-
dò potest fieri, vt ego super vos Pater sim, cùm etiam
nec prædicationem vobis possum exhibere, nec quid-
quam in gestis monere.

C A P V T II.

Vocatio ad Episcopatum mirabilis.

5 F A C T U M est autem non post multum tempus,
vt solenitas devoutæ Assumptionis Genitricis
Dei & Domini nostri Iesu Christi Virginis Mariæ ce-
lebra-

AVCT.
ANONY-
MO. & X
MSS.

Patri di-
uinitus
reuelatur
futurus fi-
lii Episco-
patus.

a b

Vtrique
nomen
mutatur.

Voce diui-
nâ confir-
matur
Leucius.

Aperit po-
pulo, quo-
modo nomè
sibi calitus
fit.

lebraretur, & B. Euprescius simul cum patre Eudecio ibidem adueniret causa obsecrationis Genitricis Dei Domini nostri Iesu Christi, quia non longè erat à monasterio sacratissima eius ecclesia, in qua conueniebat omnes Christiani, qui Alexandriæ habitabant, & hi qui circumquaque morabantur per vicina loca. Conigit autem, vt B. Eudecum patrem B. Eupresciij sopor deprimereret, & ei à Domino spiritualis visio reuelaretur, & qualiter ipse ex hac fragili vitâ esset migraturus, & eius filius Euprescius ad Pontificale opus accederet, & hæresim, quæ in ciuitate Brundisiopoli erat, Dominus per eum ad veram & orthodoxam fidem perduceret. In ipsâ igitur visione ait illi: Eudeci, Eudeci fidelissime, & decoritate præclare, ecce enim non iam Eudecius, sed Eudeclius vocatur nomen tuum, id est, mitissimus consolator; filio vero tuo non iam Euprescius, sed Leucus erit nomen, id est, Aduenit in eum spiritus Domini. Expergefactus Eudecius, vocavit Euprescius filium tuum, qui statim enarravit ei omnia, quæ fuerant ei reuelata, & de obitu suo, & quomodo eum Dominus alio nomine vocaret, ipsumque Euprescius iam non vocaret, sed Leucium, dixique illi: Vide, fili, quoniam ego iam delibor, & tempus resolutionis meæ aduenit, tu vero ne seducaris à mundi huic inquinamento, & à fragili nequam seculi huius blandimento, quoniam hoc mihi reuelatum est à Domino meo, quod Pontificale stemma indues, & quomodo per te Dominus hæresim, quæ in Brundisiopoli cœtitate est, vult curare.

6 Lo autem silente, B. Leucus, qui anteà Euprescius vocabatur, prosternens se pronus in terram, orauit, & dixit: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, qui non spernis sperantes in te, nec deseris misericordiam tuam ab inopia misericordum, sed misertus es mei; ideoque Domine Deus cæli, & terræ, te laudo, tecum glorifico, quoniam tu es Domine, qui animas diligis: tibi sit laus per immensa secula. Amen. Cumque compleæset orationem B. Leucus, vox de cælo facta est, dicens ei: Leuci, Leuci, lucidissime tam mente, quam corde; ecce nomen tuum in libro vitaæ adscriptum est, & memoriale tuum non delebitur de libro viuentium. Tunc in ipsâ voce conturbati omnes, ceciderunt in terram, vocem quidem audientes, sed neminem videntes: sed & B. Leucus in eadem pauiditate prostrauit se simul cum omnibus, pallens. Omnes quidem audierant vocem, sed non sciebant unde, vel de quo diceret. Tunc quidem surrexerunt de terra omnes tremebundi, & cœperunt in psalmis, & hymnis, & cantis perseuerare Domino.

7 Manè autem facto, ascendit Archidiaconus in altum, & cœpit clamare, dicens: Cui hoc nomen Leucus est? & cum tertio clamatum esset, & nemo responderet, dixit B. Leucus: Mihhi hoc nomen est, quia non ab hominibus, sed à Domino meo Iesu Christo illud accepi. Tunc omnes mirati, qui eum nouerunt, cœperunt dicere: Nonne hic est Eudecius filius, & nomen eius Euprescius est, & quomodo dicit quod Leucus sit nomen eius? Ait autem B. Leucus: Verè, quia sic habui nomen, sed Dominus in istâ voce per reuelationem patri meo illud mutauit, dicens: Eudeci, Eudeci, ecce nomen tuum in libro vitaæ scriptum est, & nomen iam non Eudecius, sed erit Eudeclius, id est, mitissimus consolator, qui statim subiunxit, dicens: Filio tuo, quæ vocas Euprescius, iam non Euprescius, sed Leucus erit nomen. Ille autem à somno euigilans ait: Fortitudo mea, & laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutem, vox lætitiae & salutis in tabernaculo iustum: duxera Domini fecit virtutem, duxera Domini exaltauit me; non moriar, sed vivam, & narrabo hæc opera Domini. Cumque hoc dictum esset, dixit mihi ita, sicut & audistis. Cum autem talia audisset ego ab eo, cœperi gratias agere Domino meo Iesu Christo. Tunc in ipsis meis indignis precibus facta est vox illa de cœ-

lo super hanc sacratissimam ecclesiam, quam omnes audistis. Ecce in hoc ego dico, quia meum est hoc nomen.

8 Tunc omnes dixerunt: accedat pater tuus, vt audiamus de ore eius, si vera sunt, quæ dicas. B. Leucus dixit: Accedat. Tunc iussérunt, vt adduceretur Eudecius, pater B. Leucij in conspectu omnium populorū, qui ibi aderant. Erat enim B. Eudecius senectute grandæus, annorum iam nonaginta septem. Tunc interrogauerunt eum, dicentes: Enarrā, pater, quoniam tu nemini parcis, & neminem condemnas; non enim respicias personam quamcumque. Dixit B. Eudecius: Quid vultis, vt enarrē, qui dixerunt ei: De voce illâ, quæ tonuit super sanctam istam ecclesiam in hac nocte, quia omnes nos scimus, quod filius tuus Euprescius vocabatur nomine nunc vique; dicit vero modò, quia meum est illud nomē, quod audistis. B. Eudecius dixit: Verum dicit, quia ipius est, quoniam mihi illud Dominus hac nocte per visionem ostendit, dicens, quoniam propè esset dies obitus mei, & mihi non Eudecius, sed Eudeclius esset nomen; & de hoc filio meo dixit, vt non Euprescius, sed Leucus vocaretur nomine. Et ait mihi, quoniam oportet eum Pontificale induere stemma, & hæresim, quæ Brundisiopoli est, per eum Dominus ad veram & orthodoxam fidem perduceret. Hæc igitur ad me facta est reuelatio; proinde certus sum, quoniam ipius est nomen illud, quod audistis hac nocte. Exilarati denique de huius rei narratione, cuncti pariter immissas grates almissico Patri, eiusque dilectissimo Genito, sanctoque Flamini reddiderunt, atque ab illo iam tempore in summâ deuotione Beatum quoque Leucium venerari cœperunt.

a Infrâ ostendit idolatriam fuisse.

b Brundisi, & Brundisium, promiscue appellant Latini; Graci Barrior, Barrior, Barriotor, Barrior; Itali Brindisi. Vrbs olim celebra fuit, uti infra dicitur, & constat ex omnibus Graci Latini scriptoribus, acque ex tabula Peutingeriana, ubi primaria sum. Brundisius signo notatur. Portum habet præclarum, quo ferè solo nunc, &

Sede Archiepiscopali commendatur.

c Hac Eudecli & Leucij interpretatio, non est ab etymo Graco petita.

C A P V T III.

Sacerdotium, a miracula.

9 Post hæc autem Alexandrinus Pontifex cœpit Leucus fit admonere B. Leucus, vt eum Archipresbyterum consecraret. Tunc B. Leucus ait: Non sum dignus Archipreterum. hoc honore fungi, sed sicut placitum est Domino meo, fiat. Omnes vero populi clamantes dixerunt: Non tantum Archipresbyteratu, sed etiam Episcopatu dignus est. Tunc quidem B. Leucus ordinatus est Archipresbyter Alexandrinæ Ecclesiæ.

10 Eodem verò tempore quidam vir Æthiops genere venit ad conuersationem Christianorum, quem tenere inuidus diabolus cœpit atque infestare, & antiquus hostis per os eius clamare cœpit, dicens: Christianus esse volo. Tunc quidem tulerunt eum ad B. Leucus, dicentes: Domine sanctissime Pater, vir iste ab immundo spiritu crudeliter vexatur. Videntque eum è cœtu B. Leucus, ait: Obmutesc spiritus diaboli. Ad hanc statim vocem intremuit, & cœpit cum fletu clamare, dicens: Si ex hoc exeo, vbi ingrediar, quia non habeo meliorem hac domo? Cui B. Leucus inquit: Immunde spiritus, absens esto à plasmate Dei, & non præsumas iam ibidem habitare, sed obstrictus & depresso exi ab eo, quem inuidiâ ductus usque modo tenuisti religatum catenam tuis pessimis; & exiens, ingredere in his vasis, quæ non credunt Domino nostro Iesu Christo; nec viuificam Crucem eius adorat. Tunc ipse dæmon horribilis exiit de corpore viri Æthiopis per os eius in similitudinem auis nigerrimæ, flendo, ita dicens: Quid mihi, & tibi, serue Dei Leuci? quare me habitare prohibes, & deiiciis ab hac domo meâ, quam ego ipse mihi acqui-

acquisiui? & hoc timens, nolui ingredi cum his, qui pulchri sunt vultu, sed dixi cogitans, quia si in hanc ingredior domum, quæ est ad videndum deterrima, ex hinc nemo me expellat. Statim verò confignauit eum vexillo Crucis B. Leucius, & dæmon pessimus abscessit, & amplius loqui non est ausus.

Demon
multos ali-
bi occidit.

11 Tunc quasi terræmotus locum concussit, & pergens in Ægyptum, plurimos Iudeorum, atque gentilium humanæ generationis inuidus felle face succensus interemit, & introgressus ciuitatem in Ægyptum, in serpentis effigie pergere cœpit per medium ciuitatem;

Suscitat
eos Leu-
ciius.

Plurimi
conuer-
tur.

Seditio ad-
uersus
Christia-
nos.

Detrac-
tatione
S. Marci,
καραχρο-
νοῦς.

& si ei vel homo, vel bestia obuiabatur, perimebat eos usque in locum, qui dicitur Galgather, qui ex Syro in Latinum vocatur piscina omnium. Factum est autem, ut B. Leucius ab Alexandriâ Ægyptum eadem horâ transiret: qui dum peruenisset ad locum, ubi hoc gestu fuerat, & inuenisset multitudinem populorum flentem, dixit ad eos, qui illic astabant: Quid est talis fletus inter vos, & hos, qui mortui sunt, quis interfecit? At illi dixerunt: Draco ingressus est ciuitatem hanc, & istos, quos mortuos vides, ipse illos occidit: nunc hac horâ antequam tu aduenires, in mare se præcipitauit, & demersus est. Tunc B. Leucius aquam adferri præcepit, quam cum benedixisset, super mortuos cœpit illam alispergere: cumque aspersa esset per manus eius, dicit ita: In nomine Domini SabaOTH, surgite, quia non mortis vinculo, sed veneno diaboli oppressi estis, & non valetis à potentia virtutis eius absolui propter diabolicum pessimum genus serpentium, quod nec vos, nec Iudeorum, nec Gentilium stultitia potuit consummare: sed idem usque modò aggregati valuit nequitiam vestram, quia coecitas cordis vestri vobis dominata fuit. Sed surgentes reddite laudem ei, qui creauit vos. Et statim, hæc dicens, B. Leucius cum baculo, quem tenebat, tergit cadauera mortuorum: confestim autem ad vocem B. Leuci omnes eleuati sunt, & cœperunt tenere sacraissimos pedes eius, dicentes: Quis est Deus, quem oportet adorare, nisi Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quem prædictas tu, Beatisime Leuci, famule eius? Tunc in illâ die tam de infidelibus, quam ex Iudeis crediderunt in Dominum nostrum Iesum Christum, quasi tria millia ferè hominum, exceptis paruulis & mulieribus, laudantes, & benedicentes Dominum nostrum Iesum Christum, propter signa & mirabilia quæ fecit Dominus per sanctum famulum suum Leucium ad laudem sui nominis, & baptizati sunt vniuersi.

12 In ipso autem tempore surrexerunt viri iniquo numero sex, Carason, & Armogen, Paragytis, & Arualis, Algar, & Moianus; & inierunt consilium, & divisorunt populum, & concitauerunt bellum aduersus Christianos, & fecerunt seditionem, ut non dimitterent aliquem Christianum intus ciuitatem habitate, sed aliquantos elicerent, aliquantos verò gladiis tradere conabantur. Interea unus ex illis, Carason nomine, ingressus est ecclesiam B. Marci, Apostoli & Euangeliæ, euaginato gladio, ut interficeret Christianos. Quemox ut viderunt partes Chritisticolarum, surrexerunt, & eum apprehensum ignibus tradiderunt, & vniuersos qui cum eo aderant, occiderunt.

13 Et in his seditionibus, Christi fidem nimium colentes venerunt nautæ deprædati Veneticorum genere se vocantes, & ingressi ciuitatem cœperunt eleemosynas querere, & dabatur eis. At illi, transactis multis diebus, occulte abstulerunt b reliquias B. Marci plusquam medias, & fugam perierunt. Custodes verò ecclesiæ mox ut ingressi sunt, inuenierunt capsam discoopertâ, & reliquias B. Marci minutatas: tunc cœperunt todiari, & murmuratione inducere ex hoc, quod sibi accidisse dolebat. Cum igitur hoc audisset B. Leucius, ab Ægypto Alexandriâ rediit, & reliquias B. Marci de capsâ abstulit, & eas loco alio clausit.

a Plura, quam qua hic narrantur, S. Leuci miracula continebat codex quo uetus est Ferrarius, de Melaniâ nobili muliere Alexan-

drinâ ab hydrophi liberatâ. De Zercâ (ut ipse scribit) mago ab Avct. igne combusto, cum Leucius, signo sanctissimæ Trinitatis mu. ANONYNUS, illatus exisset. Illud de Zarea mago ignis examine conuictum est, simul & punito, S. Heleno tribuitur in vitâ S. Eugenij. Melaniâ MSS. tiam verò matronam Alexandrinam non hydrophi, sed quartanâ liberaffe ipsa S. Eugenia traditur.

b Longè id postea contigit, ut 31. Ianuarij dicemus.

C A P V T I V.

Profectio in Italiam. Brundusinorum conuersio.

14 IN T E R E A, defuncto Alexandrinæ Sedis Anti-
Leucius fit
B. Leucius ordinatus est Archiepiscopus. At verò non scopus.
post multum temporis Saturninus Præses, inito con-
cilio, voluit B. Leucium gladio trucidare. Audientes
Christiani hoc consilium, irruerunt, ut interficerent
Præsidem Saturninum, & B. Leucium diuinis volumi-
nibus intentum, ostenderent à Domino liberatum.

15 Tunc B. Leucius conuocat omnes Christi fide-
les, & admonendo cœpit eis diuinam visionem osten-
dere, & exponere, dicens: Sciat is igitur, quia Dominus sicut abi-
meus per visionem mihi apparere dignatus est, ut alium turus, alii
vobis hic ordinarem Pontificem, & ego ad Brundu-
sium pergerem ciuitatem. Audientes verò hoc Chri-
stiani omnes Catholici à B. Leucio, cœperunt prostra-
re se ad pedes eius cum fletu, dicentes: Pater sancte,
noli nos deserere, & orphans relinquere, & populum,
quem Domino conquisiisti, nequaquam spernas, sed
cum agone certaminis usque ad finem perducas. Ad
hæc Beatisime Leucius, respondens, ait: Omnes vos
scitis, cum adhuc essem in adolescentiâ meâ, quod Domi-
nus, per visionem dignatus est ostendere patri meo
Eudeclio, ut nomen meum cōmutaretur; & qualiter
hoc, quo dignus non fui, fungi honore deberem, ut hæ-
res, quæ in Brundisiopoli inest, per me Dominus di-
gnaretur suo sancto destruere lumine, & nostri parti-
cipes eos homines efficere. Ideoque Dominus meus
Iesus Christus præcepit, & ab eo mihi reuelatum est,
ut vobis Patrem proponam, & ego exequar, quod mihi
ipse mandauit. De Saturnino interea sciatis, quod *Predicit*
persecutionem non committet in Christianos, quia in mortem
modico est vita eius, & opinio virtutis eius. Scitote *tyranni*.
enim, quia post meum discessum ex hac ciuitate ruet
domus eius, & opprimet eum cum omnibus habitan-
tibus in eâ, ita ut nunquam iam inueniatur, qui perse-
cutionem faciat vobis dominandi. Tunc quidem se-
cundum quod dixit B. Leucius ita actum est.

16 Interea per voluntatem Domini, ordinato illuc
Pontifice, ipse verò cum Eusebio, & Dionysio, Archidiaconibus suis, & aliis quinque discipulis secum as-
sumptis, ad locum Stipitem peruenit, & cum eo vni-
uersa plebs fidelium Christianorū usque ad mare per-
uenit ferè quinque millia hominum, exceptis paruulis,
& mulieribus, qui nimio ardore flentes, dicebant: Cur
nos omnes deseris Pater, & non affeatum prætas in-
felicibus tuis seruis? Tunc B. Leucius conuersus in fletu & ipse, cum vidisset quod eum quasi mortuum fle-
rent omnes, oravit ad Dominum, & dixit: Domine
Deus meus Iesu Christe, si est tua voluntas, non me
permittas separari ab istis, inter quos me dignatus fu-
isti ad seruendum tibi ministrum eligere, & antequam
nauem ascendam, demonstra tuam promissionem,
quam promisisti mihi, ut credant omnes, quia per tuam
voluntatem hoc mihi est exhibendum, ut vbi volueris,
Domine, ego velociter pergam. Audientibus quidem *Poce cali-*
cundis, qui ibidem aderant, vox de cælo facta into-
nuit ad eum, dicens: Leuci spiritu & actione præclare, *firurus*
ne contēnas, quod tibi iussum est à Domino, sed ascen-
de nauem, & proficisci in pace. Cum igitur hoc clá-
matum esset ad eum, ait B. Leucius ad vniuersos clericos
& populos: Ecce proinde rogaui Dominum meum
Iesum

A v c t . Iesum Christum , vt agnoscatis omnes , quia per eius
ANONY- voluntatem proficiscor . Et accedens omnis ordo Cle-
mo , ex- ricorum , osculatus est eum ; & ita ascendit nauem , &
mss. profectus est in pace .

b c 17 Tunc quidem nauigantes diebus quindecim per-
uenerunt ciuitatem b Adrianopolim , & illic c adhæsit
Hydrun- sibi duos Sacerdotes Leonem , & Sabinum , & inuentâ
tum appel- aliâ naui de Rhegio ciuitate , dato nauo , ascendit in
lit, inde eam , & peruenit Hydruntum . Ibi vero coactus descent-
Brundu- dit de naui , & profecta est nauis in propria sua , acceptâ
sum. benedictione à B. Leucio , & ab his qui cum eo erant .
Beatus igitur Leucius ascensâ naui Dalmatinorum cù
Clericis suis , & veniens Brundisiopolim , egressus de
naui , applicuit non longè ab urbe eadem , & interro-
gauit quemdam de ciuibus , dicens : Quis præest dominus
ciuitati huic ? Ille respondit : Numquid audistis ma-
gnum Antiochum ? d en iste præest cunctæ Italæ do-
minus . S. Leucius dixit : Quam fidem colit ? Tunc sub-
ridentes , dixerunt illi astantes : Et est alia fides , vel Deus
adorandus , nisi Sol , & Luna , qui illuminat mundum
vniuersum ? nam omnes aures possunt audire , quando
voces eorum super nubes resonant . Quid enim fulgure
solis celerius , quid splendidius lunâ ? quæ futuræ tem-
pestatis indicia , & venturæ serenitatis gaudia manife-
stis signis declarant ? Quibus S. Leucius , suspirans , ait :
Deum pra- O miseri & ignari , quomodo à luce diuinâ estis aliena-
dicat . ti ? Nam lux Solis & Lunæ famulantur ei ; nec Deos
oportet appellari , qui localiter currunt , oriuntur , &
occidunt , in quibus nulla est diuinitas , & cùm state non
audeant , ab Oriente in Occidente reciproco cursu vo-
luuntur , & quandoquidem vnius nubeculæ obfuscantur
caligine , vt apparere non possint , neclucere coleti-
bus se ; lumen verò eorum crescit atque decrescit , tan-
tumque differt ab eo lumine , quod Deus est , quem nos
colimus , quantum creatura à Creatore , locale ab illo
locali . Deus enim noster creavit Solem , & Lunam ; cæ-
lum , & terram , & omnia quæ in eis sunt , ipse lux vera ,
quæ illuminat omnes credentes in eum . Hæc lux crea-
uit solis & lunæ lucem , & humano mysterio famulari
permisit , vt Sol diem illuminaret , luna verò depelleret
tenebras noctis . Si enim Dei nostri lucem inuisibilem
agnosceretis , numquam visibiles his luminibus colla-
subderitis . Tunc Armaleon Tribunus inquit : Et
Armaleo- quæ est illa lux , quam asseris , & oculi nostri videre non
nen Tri- possunt ? S. Leucius dixit : Christus , Dei filius , qui natus
bunum & est de Spiritu sancto per Mariam Virginem . Cumque
alios 67. exposuisset ei omnem ritum , quomodo natus , crucifixus , & sepultus , & mysterium resurrectionis , & ad cæ-
lum ascensus , & qualiter sedet ad dexteram Patris , &
venturus sit iudicare totum seculum per ignem , & red-
dere vnicuique secundum opera sua . Audientes autem
eum talia prosequentem , in terram se statim prostra-
aliis 67. conuerterunt . dicentes : Obscuramus , Pater , vt facias nos parti-
cipes vita æternæ . Eadem verò horâ catechizauit eos
omnes , atque baptizauit , numero videlicet quasi sex-
ginta & septem .

Citatur ad adductus esset , ait illi : Verè , vt audio , Armaleon Chri-
Antiochiū stianum te esse dicas , cui Armaleon non respondit . Tūc
Prefectum iratus Antiochus , inquit : Quare nō loqueris ? Armaleo
Armaleon. respondit : Et in te quid furibundum debet apparere , si
Christianus sim ? Antiochus ait : Ego non furibundè ,
sed simpliciter interrogo , vt dicas , quis tibi dedit if-
tam doctrinam , quia cùm te sapientem in nostris litteris scimus , & vsque modò Christianorum repellebas
doctrinam , miror , quomodo ad hoc peruenisti , vt fa-
tearis te esse Christianum ? Armaleon respondit : Vsque
modò cœcus fui , sed modò in claritate sum viuens . An-
tiochus ait : Quomodo viuens ? Armaleon respondit : Si
cupis , & eam vitam cognoscere poteris . Antiochus
dixit : Si rectè eam ostendas , volo videre ; sed non cre-

do , quid sit vita alia , atque aliud lumen , nisi Solis , &
Lunæ . Armaleon respondit : Sol , & Luna non sunt Di ,
sed ipse eos posuit in firmamento cæli , qui creauit eos ,
& illis imperat deseruire nobis : nos verò conuocat ad
seruendum sibi .

19 Tunc verò stupefactus Antiochus , cùm talia
audisset ab Armaleone , ait illi : Quis te ista omnia do-
cuit ? Armaleon respondit : Quidam Alexandrinus , ^{Prefectum}
Leucius nomine . Erat interīm B. Leucius extra ciuita-
tem contra portam occidentalem iuxta amphitheatrum ;
& illic docebat , & baptizabat eos , qui ad verbum eius
credebant in Christo . Tunc misit Antiochus , & fecit
ad se B. Leucium cum magnâ mansuetudine vocare .
Qui cùm aduenisset , dixit ei Antiochus : Si vis vt cre-
dam iuxta tuam prædicationem , fac , vt tuo interuentu
miserear nobis Deus tuus , & det nobis pluiam , sine
quâ transactis duobus annis esse videmur . Beatus igitur
Leucius , conuocatis ad se Clericis suis , & vniuersis
Christianis , fecit Litanias Domini . Mox vteleuauit ^{Pluiam}
oculos ad cælum , tanta pluia irrogata est , vt omnes ^{precibus}
regiones Italæ agnoscerent Diuinitatem Dei ostensam
per B. Leucium .

20 Interēa credit Christo Antiochus , & vniuersa
ciuitas Brundisium , & baptizari sunt omnes numero
quasi viginti septem millia , ad laudem & gloriam Do-
mini nostri Iesu Christi , & fabricauerunt ecclesiam in ^{Prefecto}
^{et alius} 27000 . honorem Beatæ Dei Genitricis , & Virginis Mariæ , & ^{conuersis}
B. Ioannis Baptiste in loco , vbi sacrum baptisatum ac-
cepérunt . Tunc quidem confirmauit eos in fide & do-
ctrinâ perfectius , & sic in pace obdormiuit in Domi-
no . Antiochus quidem secundum visionem B. Leucij
fecit sepelire corpus eius venerabile eo loco , vbi de
naui descendebat , cùm de Alexandriâ aduenisset , idem-
que venerabilis memorie Antiochus iussit construere
ecclesiam in nomine eius cum omni diligentia & digni-
tate , quæ dedicata est ab Episcopo III. Idus Maij . Dor-
minationis verò eius festiva solenitas celebratur III. Idus
Januarij . Plurima autem mirabilia per eumdem famu-
lum suum Leucium ad laudem sui nominis omnipotens
Dominus operari dignatus est , cui est honor &
gloria per infinita secula . Amen .

a Fortassis alterius in Ægypto Sedie creatus est Episcopus , aut Patriarcha Alexandrini Choropiscopus , inq ipsa fortassis urbe Alex-
andrinâ munus gerens Episcopale , sed sub Patriarchâ : quod & de Philippo S. Eugenio patre dicendum videtur ; cùm uterque absit à catalogo Alexandrinorum Antifitum , diligenter alioquin contexto .

b Non est hæc Thracia Adrianopolis ; ait ea fortassis , qua in veteri Epiro erat , ut habetur in conc. Chalced. a. 1. 1.

c Forte adiunxit legendum .

d Ignotus in hispotis Antiochus , qui toti Italia prefuerit . Totam fortassis circa Brundisium prouinciam gubernauit : unde agrestes homines eum totius Italia dominum crediderint ; aut certè totam Italiā appellarent , vicinam & sibi notam regionem .

DE TRANSLATIONIBVS S. LEVCII.

I GLORIOSVM , & omni deuotione venerandum
Beatissimi Leucij Confessoris corpus , qualiter ,
volente Christo , Brundisiniis ablatum , & Tranensisibus
sit concessum , feriatim insinuare curabo .

Igitur postquam sacratissimum corpus huius Con-
fessoris apud urbem Brundisium dignè traditum est ^{Eueretur}
sepulture , plurimisque decursis temporibus , exigenti-
bus accolarum meritis , diuinoque iudicio contigit , vt
præfata urbs hostili manu funditus euerteretur , &
quæ quondam fuerat diuinitis sublimis & gloriâ , par-
uissimi sub specie oppidi nunc usque incolitur & vide-
tur : cuius quidem ruina intueri eam volentium , oculis
patet .

2 Euersâ verò atque dirutâ urbe , Oratorium sancti
Confessoris , quod foris cōstructum fuerat , extra oppi-
dum colebatur . Vnde factum est , vt quidam Tranen-
sium religiosi viri , diuinitus inspirati , ad idem Orato-
rium , quo pretiosum pignus quiescebat , deuotissime
prope

Corpus S. Leucij properarent. Cum verò peruenissent ad locum, vbi glo-
riosi Antistitis admirabile & præclarum corpus habe-
Tranensis batur, nullumque illic reperientes, initio consilio, ab-
tulerunt inde sacratissimum corpus, & summam cum læ-
titia repedantes, applicuerunt non longè ab urbe Tra-
no, quasi stadia ferè duodecim. Illic verò gaudentes, &
exultantes deposuerunt venerabile pignus. Auditò ve-
rò hoc, cunctus populus de sancti corporis aduen-
tione, cum ingenti lætitia festinabant videre, quod de-
siderabant habere. Ad huiusmodi verò spectaculum
omnis ætas quæ poterat, uterque sexus cateruatim cō-
fluebant, laudantes & benedicentes Omnipotentis
magnalia, qui suis famulis tantum ac talem dignatus
est destinare Patronum.

Solemniter Tranum transfer- tur. **Clarescit mirabilis.** **4** Tandem vero a Caninus Pontifex cum vniuer-
fo Clericorum comitatu, & populorum cōuentu præ-
cedentium, atque sequentium, & cum omni cautelâ &
deuotione, suscepit sacratissimum pignus, & cum lam-
padibus, & thymiamatibus, cum lacrymis & cantici,
ingressus est ciuitatem Tranensem, secum afferens tan-
tum thesaurum usque in ecclesiâ sanctâ Dei Genitri-
cis & perpetuæ Virginis Mariæ, in quâ deposito tanto
pignore; nec mora, lætanter ciues effodientes magno
cum gaudio ibidem oratorium eo modo, quo idem
gloriosus Confessor Christi apud Brundusium meruit,
construxerunt, vbi cum omni diligentia honorificè sa-
cratissimum eius condiderunt corpus, agentes gratias
Domino Iesu Christo, qui per suum Antistitem Leuciū
plurima beneficia, admirandaque virtutes illuc exhibe-
re dignatus est. In loco verò, quo prius depositum fue-
rat sacramatum illius corpus, non longè ab urbe eadem,
vt præfatus sum, edificauerunt basilicam in eius ho-
nore & nomine consecratam, in quâ deuotè perentes
diuersorum languorum suscipiunt sanitatem usque in
hodiernum diem.

Transfer- tur Bene- uenutum. **4** Accidit autem post longa annorum curricula, vt
gens Ismaëlitarum propter delicta populorum præfa-
tam inuaderet ciuitatem, & dirutis mœnibus, passim-
que per loca vicina dispersi habitatoribus, templo San-
ctorum destrueret; &, quod dici nefas est, in quibus
diuina canebantur officia, irrationabilium animalium
voces intonarent; & vbi Christianus populus vitæ ci-
bum & potum sumebat, illuc (proh dolor!) præsepio
facta erant equorum, oratorium namque Beatissimi
Confessoris in contemplatione & conculatione sine
reuerentiâ à Barbaris habebatur. Audiens itaque hoc
vir quidam illustris genere, Beneuenti Comes, quia ve-
nerabile & omni honore dignum sacratissimi Leuci
corpus ab Ismaëlitis pro nihilo habereetur, protinus
eorum Principi studuit nuntiare, promittens plurima
auri pondera se illi daturum, si pretiosum pignus ei da-
retur. Alleactus verò ille auri cupiditate, tale dedit re-
sponsum, vt, si promissum aurum deferret, nullatenus
contradiceret de sancti corporis ablitione, & hoc in-
terurando fide affirmauit. Tunc verò idem Comes ga-
uisus gaudio magno, dedit quod promiserat munus,
& accepit glorioissimum pignus, cum omni diligentia
& alacritate Beneuentum perducens.

5 Sed Deus omnipotens nolens urbem Tranen-
sium tanto frustrati Pontifice ac Patrono, effugatis ho-
stibus dedit requiem fessis, & diu laborantes populos
respirare permisit. Et quia tantum thesaurum perdi-
derant, magnâ affiebantur mœstitia: & cum anxiè qua-
rerent, quo pacto adipisci possent admirabile corpus,
consilio habito, Beneuentum miserunt, vt si vellet idem
Comes, datum munus acciperet, & oblatum in necessi-

tate sanctum corpus sibi donaret. Qui cum multum te-
sistis, nollet satifacere potentibus, tunc germanus **Anony- mo.**
eius, qui cum aquâ lance idem beatum pignus diuise-
rat, inquit: Si verò dederitis mihi quantum pro toro
corpore paganis tribuimus, integrum à me habebitis
eiudem corporis medietatem: si aliás, sine tanto the-
sauro ad propria remeabitis. Audiētes itaque hoc, qui
missi fuerant, quamvis tristes, tamen intra se colloqui
taliter cœperunt: Melius, inquit, nobis est participes
sancti corporis effici, & nobiscum partem afferre,
quācum rubore & confusione sine effetu repe-
dere. Datoque auri pondere, suscepunt integrum diuisi-
corporis medietatem, & cum omni lætitia deuotè at-
tuluerunt sacratissima lipsana **B. Leucij Confessoris in Tranen- bus,**
urbem Tranensem, ponētes ea per manus religiosoru-
Sacerdotum eo loco, quo prius fuerant cum omni
cautelâ & reuerentiâ collocata, glorificantes & collau-
dantes clementiam Redemptoris, qui afflictis Tra-
nenibus populis diuturnam hostium oppressionem
abstulit, & concessit benignum tutorem atque custo-
dem. Vir igitur ille non solùm qui sanctum corpus,
sumptu prelio, vendiderat, verùm etiam qui ex eo pro-
pagati sunt in generatione & generatione, famis penu-
tria cruciantur usque in hodiernum diem.

6 Interea Theodosius **b** Orientalis Sedis Antistes **b**
cum Beneuentano Principe caritativam inierat ami-
citiam; in cuius dilectione confusus, petiti ab eo aliquā-
tum partis pretiosi corporis. At ille petitionibus eius
satisfaciens summam cum diligentia concessit, quod fra-
terna deuotè caritas poscebat: suscipiensque tanti the-
saui munus magnam cum exultatione apud Brundu-
sium loco pristino collocauit.

7 Ideoque, dilectissimi fratres, in huius diei solen-
nitate Beneuentum gaudeat, & exultet Tranum, **b** cum San-
dusium lætetur, quia meruimus tantum ac talem habe-
re Patronum. Idem enim beatissimus Christi Confes-
sor cunctorum attendat effectum, exaudiat preces, &
sicut in cælestibus regnis cum Sanctorum agminibus
sine fine iubilat; ita & nos, qui eius colimus celebri-
tam in terris, perpetuæ beatitudinis gaudij faciat esse
consortes. Potens est enim gloriosus Antistes tuus nos
intercessione ab imminentibus liberare periculis, & à
futuris aduersis. Rogemus itaque cum toto cordis affe-
ctu, & nostri Patroni suffragia imploremus suppliciter,
dicentes: **S. Leuci adiuua nos, miserere supplicantibus**
te, succurre miseriis populorum tuorum, sentianus pa-
trocinium salutis tuæ in tempore nostræ necessitatis;
attende vota, lacrymas respice, subueni afflitos, tuere
pupilos, & viduas, protege Abbates, annue monachis,
Præfules dirige, Clericos robora, memeto Christiano-
rum omnium, præcipue Ioannis **c** Tranensis, Sipontini,
atque Garganensis Archiepiscopi; nec non Pontificalis
& Augustalis **d** Sinkelli, qui tua præ omnibus deuotis
fimè festa venerantur, præstante Domino nostro Iesu
Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & re-
gnat Deus in infinita secula seculorum. Amen.

a Ea Sedes cum Barensi unita nunc est.

b Vix, Yria Gracia, & Oveia, atque Oventor, vulgo nunc Q-
ria, urbs inter Brundusium & Tarentum, Episcopalis, sub Archi-
episcopo Tarentino.

c Nunc Sipontinus, sive Manfredonensis Archiepiscopatus
cum Montis Gargani Episcopatu coniunctus est, at non cum Tra-
nensi.

d Cum soleant scriptores præcipue sibi ipsis implorare Sanctorum
patrocinium, verisimile est hunc auctorem Syncellum suisse, cum so-
lum Archiepiscopi & Syncelli peculiariter meminisse Sanctorum velit.

DE SANCTIS MARTYRIBVS HISPANIS,
AGENTO, DONATO, AVGVSTINO,
SALVIO, FELICE, DONATO PRESBYTERO,
FLORO, GEMINO, PACIO, PAVSALINO,
EVGENIO, STEPHANO, PHILONNE,
FELICITATE, CYRIACO, EBICIARIO,
CASTOLIO, MOROSITO, CASTOLIO,
ET VII. ALIIS.

XI. IA-
NVARII.

MARTYROLOGIVM MS. S. Hieronymi: In Hispaniis Agenti, Donati, Augustini, Saluij, Felicis, Donati Presbyteri, Flori, Zemini, Pati, Pausalini, Eugeni, Stephani, & aliorum xii. In antiquo ms. Hibernico conuentus Dungallenfis quorumdam ex hū mentio fit, nimirum Augenti, Donati, Felicis, Pausalini, Eugenij; nisi hic socius sit SS. Quincti, Ianuarij, Philoromi, &c. de quibus actum est. Aliorum detrita nomina sunt. Adduntur SS. Philon, Felicitas, Cyriacus, Ebiciarius, Castolius, Morositus, item Castolius. An hi ex duodecim illis sociis sunt, quorum Martyrologium S. Hieronymi retinet nomina?

ms. Rhinovienfe: In Africa Felicis. An hic est forte qui cum aliis in Hispaniā passus dicitur, & in alterutro loco mendum ineft? Florarum Sanctorum ms. Carthusiani Colon. in addit. ad Vuardum, & Maurolycus iisdem prorsus verbis: Item Eugenij & Felicitatis Martyrum. Martyrologium Colonie antiquum: Eodem die Sanctorum Eugencij & Felicitatis Martyrum. Hit forte Eugenius, aut qui supra inter Martyres Africanos, aut inter hos Hispanos recensetur. Felicitas seorsim celebratur in antiquissimu mss. Kalendariū monasteriorum S. Maximini & Epternacensis, quorum hoc annexitur ms. Martyrologio S. Hieronymi.

DE SS. PETRO, SEVERO, LEVCIO,
 CONFESSORIBVS, ALEXANDRIÆ.

XI. IA-
NVARII.

BED A, Vuardus, Ado, Notkerus, Bellinus, Maurolycus: Apud Alexandriam natalis sanctorum Confessorum Petri, Seueri, Leucij, quorum gesta habentur. Vetus quoque Romanum, aliaq; omnia Martyrologia Confessores appellant: solum Romanum ex editione Baronij Martyres facit. Leuci nomen variè expressum. In vetere Romano, ms. Hibernico conuentus Dungallenfis & MaurolycoLucius dicitur; in multis excusis & mss. Leontius: in Lubecana Vuardi editione anni 1475. Genucius, vti & Seuerus, Seueri-

nus: in Notkero & ms. S. Hieronymi Leucus. in ms. S. Rictarij Eutychius: in ms. monasterij S. Laurentij Leodij, Seleucus: in ms. Florario Leontius, alijs Seleucus. Martyrologium m.s. S. Hieronymi sic habet: In Alexandriā Petri, Leuci, (deinde verbum unum alterumve est liturā inductum) Confes. & Alolami. ms. Rhinouienfe: In Alexandriā Petri, Absalmi, Philoromi. Absalmus idem hic est verisimiliter, qui in S. Hieronymi, Alolamus dicitur, de quo pluribus egimus III. Ianuarij. De Philoromo actum ante.

D E S. S A L V I O

MARTYRE IN AFRICA.

XI. IA-
NVARII.

HVIVS omnia Latinorum Martyrologia meminere; vetus Romanum, Adonis, Beda, Vuardi, Notkeri, Rabani, Bellini, Maurolyci, Galesini, &c. adduntq; S. Saluij in eius natali sermonem à S. Augustino habitum ad populum natalem. Carthaginem; cuius meminit Posidius in Indiculo cap. 3. per natalem S. Saluij Martyris contra supradictos, &c. At cap. 9. meminit alterius, de natali S. Saluij tractatus. Eius corpus, vt scribit in Notis Galesinius, in basilicā Carthaginensi honorifice religioseque olim reconditum fuit. De eo VVandelbertus:

Saluius hinc trinas Karthagine consecrat Idus. Malè ms. Cusanum, Saluimus. Bellinus, Maurolycus, & alij, Siluimus vocant: editio Parisien. Vuardi anno 1536. malè Salinium, & Lubecana anni 1475. Salini: ms. Martyrol. monasterij S. Maximini Treuir. Sale. Perperam idem ms. & Rabanus Confessorem appellant, cùm ceteri ex Posidio Martyrem fuisse tradant. Neque sat probatur quod ms. Martyrol. monasterij S. Martini Treuiris, & ms. Ecclesiae S. Maria Ultraiecti habent Episcopum fuisse.

2 Ne quis autem decipiatur, alias longè ab hoc est Saluius ille hereticus Donatista, factionis Maximiianistarum, Membra.

Alius Saluius in Africā Pseudoepiscopus, qui, vt refert S. Augustinus, hereticus. lib. 4. Contra Cresconium Grammaticum cap. 48. & 49. coram Serrano Procos. à Restitufo itidem Donatistā, sed alterius factionis, iam grauius etate accusatus, atque à Procos. ex Bagiensi Donatistarum synodo damnatus est. Sed cum pro defendendis ex quantacumque parte sedibus suis, etiam post Procos. iudicatum, turbæ sibi fauentis (Membristanorum scilicet) fiduciā repugnare tentaret, victus aliquando comprehensus est ab arbitrienib; non iam in suos ducendus ad iudicium, vbi in partes fuerat prolatā sen- tencia, sed pompā miserabili triūphantus. Capto enim seni, mortuos canes alligauerūt in collo, & sic cum illo quantum libuit saltauerunt: & quidem, vt idem ait Augustinus lib. 3. contra epistolam Parmentiani cap. 6. ad turpes voces cantationesque plagaſque & contumelias intulerunt. Non tamen narrat Augustinus ab iis occisum, vt vult Bagronius in Notis hic, qui Pseudomartyrem appellat.

D E

DE S. ALEXANDRO MARTYRE, EPISCOPO FIRMANO, IN PICENO.

XI. IA-

N V A R I I .

MARTYROLOGIVM Romanum: III. Id Ianuarij, Firmi in Piceno S. Alexadri Episcopi & Martyris. Alta eius videntur intercidisse, vrbe Firmanâ à Frederico I. Imperatore incensâ. Hac de eo scribit Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae, & ex tabulis Ecclesie Firmanae: Alexander Firmanus patriâ, ex Sinigardâ familiâ fuisse traditur: qui factus Firmanæ Ecclesie Episcopus, ab hostibus fidei Catholicæ, haud procul ab vrbe, in viâ quæ ad cœnobium S. Sauini dicit, ob eiusdem fidei

defensione interfecitus, martyrio coronatus est. Cuius corpus in basilicâ Metropolitanâ, in arcâ marmoreâ conditum quiescit: vbi epitaphium litteris Longobardicis scriptum hoc legitur: HIC IACET RECONDITVM BEATISSIMVM CORPVS GLORIOSI MARTYRIS ET EPISCOPI ALEXANDRI. Cuius memoria III. Id. Ianuarij Firmi celebratur, prout in Romano Martirologio annotatur.

DE S. PALÆMONE ANACHORETA.

S E C U L O

I V.

X I. IA-

N V A R I I .

S. Palemo-

num natalis.

Res gesta.

NATALEM Palemonis Abbatis consignat hoc die Martynologium Romanum, hū verbū: In Thebaide S. Palæmonis Abbatis, magistri S. Pachomij. Quædam de eo commemorat scriptor vita S. Pachomij, qui infra num. 8. quæ scribit testatur se didicisse à sanctis hominibus Dei, qui simul cum Pachomio multo tempore erant mortati. Eam vitam Latinè vertit Dionysius Exiguus initio sexti seculi, accurate in vitis PP. edidit Rosvveydus noster; nos post Rosvveydi mortem cum aliis aliquot MSS. contulimus. Eam XI. Maij dabimus, hic illa solūm excerpemus, quæ ad Palæmonem pertinent. Eadem vita à Lipomano & Surio edita est alio interprete; in eā pāsim pro Palæmone Palamon appellatur.

V I T A

Ex historiâ vitæ S. Pachomij.

C A P V T I .

S. Palamon monachum consecrat S. Pachomium.

CONSTANTINVS Imperator pietate ac fide, quâ Christo creditit, a victoriā de hostibus consecutus, tirones iussit absoluī. Sic Pachomius optatā sibi libertate concessā, protinus ad Thebaidis viteriora regreditur: & ingressus ecclesiam, quæ est in vico, cui cognomen est b Chinoboscum, fit illicē catechumenus, & post paullulum gratiam laucri vitalis adipiscitur: & ipsā nocte, quâ mysteriis sacrī imbutus est, vidit in somnis veluti rorem cælitus allatum suam replesse dexteram, & in mellis creuisse pinguedinem: audiuit quoque vocem dicentē sibi: Considera Pachomi quod geritur. Est enim hoc signum gratiæ quæ tibi à Christo collata est. Hinc itaque diuinō inflammatus affectu, & ex dilectionis iaculo salubri vulnera sauciatus, totum se disciplinis atque institutionibus diuinis subiungavit.

Adit S. Palæmonem, petit fieri monachus. **C**onfessum est quidam anachoretam, cui nomen erat Palæmon, intra etemi secreta Domino seruientem: ad quem confessum cum eo cupiens habitate, perrexit, & pulsans ostium cellulæ eius, pectabatur ingressum. Cui senex aliquantulum patefaciens adiutum, dixit: Quid vis aut quem quæris? Ejat enim se vero adspicere, propter quod multo tempore solitarius vitam rigidæ conuersationis exegerat. Respondens autem Pachomius, ait: Deus me misit ad te, vt monachus fiam. Cui senior: Non potes hīc, inquit, monachus fieri: non enim parua res agitur, si veri monachi conuersatio casta pensetur: nam plures hac dudum venientes, affecti rādio, perseuerantia non tenuere virtutem. Et Pachomius: Non sunt, inquit, & quales omniū

mores: id circō precor, vt me dignetis excipere: & processu temporis tam voluntatem meam, quam possibiliter approbabis. Et senior ait: Iam tibi præfatus sum, quod hīc fieri monachus nullo modo possis: perge magis ad aliud monasterium; & cùm tantisper ibidem continentia operam dederis, tunc ad me regredere, teque sine morā suscipiam.

3 Verumtamen aduerte quod dico. Ego hīc, fili, satis frugaliter viuo. Nam nimis ardua & durissimā conuersatione me castigo, nullius rei cibo vtens, nisi abstinentiam panis & salis; ab oleo autem & vino in totum prorsus abstineo. Vigilo dimidium noctis: quod spatiū vel in oratione sollemini, vel in meditatione diuinæ letiæ insumo: interdum quoque totam noctem duco pernigilem. Hæc autem audiens Pachomius, expauit; vt solent pueri magistrorum veteri presentiam: sed gratiâ Domini roboratus, omnem hunc laborem tolerare proposuit, senique respondit: Credo in Domino Iesu Christo, qui mihi fortitudinem patientiamque præstabit, vt dignus efficiar tuis adiutus precibus, in sanctâ conuersatione per omnia vitæ meæ curricula permanere.

4 Tunc S. Palæmon spiritualibus oculis intuens Pachomij fidem, tandem patet fecit aditum: eumque suscipiens, habitu monachi consecravit. Morabantur monachi ergo simul, abstinentia atque precibus operam dantes. Texebant quoque cilicia, & laborabant manibus secrat. suis, iuxta beatum Apostolum, non tantum pro suâ refectiōne vel requie, sed vt haberent unde tribuerent. **E**heb. 4. necessitatē patientibus. In vigiliis etiam cùm nocturnas orationes celebrarent, si quando senior vidisset somno Pachomium premi, educens eum foras, arenam portare præcipiebat de loco ad alterum locum: & molentibus subleuabat, instituens ac formās eum, vt sollicitus esset in precibus, dicens ei: Labora Pachomi, & vigila, ne quando (quod absit) ab hoc nunc incepto proposito te amoueat is qui tentat, & inanis fiat labor noster: Quæ cuncta Pachomius obedienter ac sollicitè suscipiens, ac de die in diem sanctæ continentia profectibus crescēs, venerabilem senem nimis alacrem lætumque reddebat, ita vt Christo semper pro conuersatione eius gratias ageret.

2 Debellati Maxentius anno Christi 312. sequenti Galerius Maximinus, s̄p̄t̄ Licinius, qui tandem Thessalonice, quā nouas res moliretur, anno 325. peremptus est. & finem dedit armorum ciuilium. Sed Maxentiano bello, non Liciniano, militasse Pachomium ostendit Rosvveydus in Notat. ad eius vitam.

b Urbs est Thebaidis Chinoboscum, in Panopolite nomo, apud Ptolomeū, quæ à pafcediis aneribus habere nomē videtur; est enim Chinoboscus, & Chinobosco, & Chinobosco, locus vbi aluntur anères. Verum scia Stephanus, ex Alexandri Ægyptiacis, negat villam extare illius appellationis causam, cum nemo isti pafci anères viderit. Aliquo-

L 11 2 s̄tes

EX VITA dies in vitâ Pachomij mentio fit Chinobosiorum monasterij.
S. PACHO- c In primis iâ Ecclesiâ baptizari mellus & lacus dulcedinem de-
 mil. gustabant. Tertul. de coronâ militis, cap. 3. Inde suscepit lactis &
Lac & melis concordiam prægustam is. & lib. 1. contra Marcionem,
 cap. 14. nec melis & lactis societatem, quâ suos infantat. S. Hiero-
 nymus aduersus Luciferianos cap. 4. id per traditionem in Ec-
 cl. post dñis Eccl. lac & vinum praberit solere baptizatis idem testatur
 bap. in cap. 55. Iaie ad significantium innocentiam & sapientiam. Consulte
 Rosu veydi Notas ad vitam Pachomij.

C A P V T II.

*Pascha celebratum. Monachi arrogantia & in-
 continentia punita.*

SPER idem tempus sacratissimus dies Paschalis ad-
 uenerat, & ait ad Pachomium senior: Quoniam
 cunctorum Christianorum vniuersalis est ista festiuit-
 tas, nobis quoque para, quæ usui nostro sunt congrua.
 Tunc ille promptus ad obtemperandum, id quod sibi
 præceptum est implevit: præter solitum namque pa-
 rumper accipiens olei, cum salibus tritis admiscerit.

a a Lapsanas enim, id est agrestia olera, & herbas alias
 præter oleum consueuerant edere. Cùm ergo præpa-
 rasset, ait ad senem: Feci quod tua paternitas imperauit.
Lautiori- Cumque post orationes B. Palæmon accessisset ad mē-
 bus ribus, vidissetque olei apparatum cum salibus, fricans
 etiam in manibus frontem, & vberim fundens lacrymas ait:
 abstinet ob Dominus meus crucifixus est, & ego nunc oleum com-
 passionem edam? Cumque rogaret eum Pachomius, vt modi-
 Christi. cum quid ex eo sumeret, nullatenus acquieuit. Tunc
 pro more sale & pane allato ad manducandum pariter
 confederunt. Quæ senex Crucis Christi signo, sicut
 consueuerat, benedicens, cibum vterque sumpserunt,
 Domino gratias (vt par fuerat) humiliter exhibentes.

Reprehen- 6 Vnâ verò dierum, cùm vigilantes simul Palæmō
 & Pachomius accenderent ignem; quidam Frater su-
 perueniens, apud eos manere voluit. Qui cùm suscep-
 tus esset, inter verba (vt fieri solet) erupit, & dixit: Si
 quis fidelis est ex vobis, stet super hos carbones ignis,
 & orationem Dominicam sensim lenteque pronun-
 tiaret. Quem B. Palæmon intelligens superbiaz tumore
 deceptum, commonuit, dicens: Desine Frater ab hac
 insanâ, nec tale quid vltérius loquaris. Qui correptione
 senis non solùm non profecit in melius, sed plusela-
 tione mēris inflatus, super ignem stare cœpit audacter,
 nullo sibi penitus imperante: eratque conspicere, quo-
 modò cooperante inimico humani generis, & Domi-
 no permittente, nequaquam perultus fuerit ignis atta-
 ctu. Hoc ipsum verò quod gessit impunè, ad augmen-
 tum profecit eius insanæ, secundum quod scriptum
 est: Ad prauos prauas vias mittit Dominus. Hoc ita-
 que cùm fuisset factum, posterâ die idem Frater matu-
 re proficisciens, ac velut exprobrans eis, aiebat: vbi est
 fides vestra?

Hic à de- 7 Post non multum verò temporis cernens diabolus,
 lus, eum sibi per omnia manipulatum, & facilè ad quæ
 vellet facinora eum posse impellere, transfiguravit se
 & cœpit ostium cellæ eius vehementer extundere.
læsus, luxuriam Qui cùm aperiuisset, ait ei diabolus in habitum mulie-
 ris immutatus: Obscoeno te, quia nimis à creditoribus
 vrgeor, & metuo ne me aliqua pericula comprehen-
 dant, recipias me in tuam cellulam, quoniam debitum
 soluere nequeo, quatenus per te fulva facta, gratias re-
 ferâ; Deus enim me direxit ad te. Qui à cœcitate mien-
 tis penitus obscuratus, nec valens discernere quis esset,
 qui sibi talia loqueretur, diabolum miser in suum re-
 cepit exitium. Tunc hostis nostræ substantiaz, videns
 eum ad omne scelus esse præcipitem, immisit ei turpem
 concupiscentiam. Qui mox cessit inimici suggestioni-
 bus: & eius, quasi muliebres, petiuit amplexus. Quem
 spiritus immundus inuadens, elicit atrociter: & reuolu-
 tus super pauimentum, veluti mortuus diu multumque
 permanxit.

8 Post aliquantos autem dies tandem in se reuer-
 fusi, & dementiæ propriæ sete pœnitens, ad S. Palæmo-
 nem venit: & cum magno fletu quid sibi accidisset ex-
 postulat, vociferans & dicens: Agnosco Pater, agnosco,
 quid ego causa perditionis meæ existam. Béne enim
 me commonere dignatus es, sed ego infelix, qui te au-
 dire contempsi. Quapropter oblecro, vt me sanctis
 orationibus tuis adiuuare digneris, ne sub ingenti peri-
 culo constitutum discerpas inimicus & perit. Cum
 que ista cum lamentis prosequeretur & fletibus, &
 S. Palæmon Beatusq; Pachomius lacrymas pro eo fun-
 derent compatiens affectu; subito correptus ab im-
 mundo spiritu, de conspectuorum profiliit, & per de-
 ferta discurrens agebat infrenis. Peruenit autem ad
 ciuitatem b Panos nomine, ac deinceps in fornace bal-
 nei per amentiam lese præcipitans, incendio protinus
 interiit.

a Proverbium Lapsanâ viuere, de tenue & paupere virtu. Dio-
 sides lib. 2. cap. 14. & ap. Vârni vocat; Cassianus lib. 4. instit. cap. 11. & Lapsana.
22. Lapsanum, & Lapsania appellar.

b Panopolis Ptolomeo urbs Thebaidos.

C A P V T III.

*Pachomij virtutes & reuelationes Palemoni indi-
 citæ. Huius obitus.*

9 Hæc audiens vidensque Pachomius, magis ac
 & cùm in omnibus, tum maximè in orationibus ani-
 mum seruare perwigilem, iuxta illud quod scriptum
 est: Omni custodiâ serua cor tuum: intantum, vt eum Prou. 4.
 senex miraretur attonitus, quia non solùm consuetam 23.
 abstinentiaz regulam alacer extrinsecus exequebatur,
 sed etiam intrinsecus conscientiam suam iuxta cæ-
 stium formam studebat exhibere purissimam, sicut bea-
 tus Apostolus dicit: Gloria nostra hæc est testimonium 2. Cor. 1.
 conscientiaz nostræ: certus, ex hoc magnam sibi in cæ- 12.
 lestibus parare mercedem. Nam & cùm diuinæ Scri-
 pturas legeret, memoriazque mandaret, non id passim Attentio
 negligenterque faciebat, sed vnumquodque præceptu in lectione.
 solerter examinans, ac piâ mente pertractans, studebat
 indies opere perficere, quæ memoriaz retentabat. Præ- Aliae eius
 cipue verò humilitatis ac patientiaz munere, & erga virutes.
 Deum proximumque purissimâ dilectione præ multis
 nitebatur excellere. Hæc autem aliaque eius plurima
 didicimus à sanctis hominibus Dei, qui simul cum eo
 multo tempore sunt morati: quibus etiam vitæ spiri-
 tualis exempla contulerat, post lectionem diuinæ le-
 gis, ea quæ ad edificationem animarum pertinent, diligenter exponens. Quæ quia multa sunt, & vires nostræ
 parultatis excedunt, non omnia præsenti stylo perscri-
 ptimus. Non enim sumus idonei, tanti viri merita
 eloquo parti depromere.

10 Igitur erga locum montis, vbi Sancti moraban-
 tur, plena spinis eremus adiacebat: ad quam sœpè Pa- Patientia
 chomius veniens ligna legere, super spinas nudis pedi-
 bus incedebat, & cùm infigerentur ei plurimæ, lata-
 batur, patienter ac fortiter terens, recolens quid Dô-
 minus noster in cruce clavis fuerit dignanter affixus.
 Diligebat autem anachoresim plurimum, frequenter Amor soli-
 expertis solitudinem; & illic diu in oratione persistens tuâ
 Domino supplicabat, vt tam se quâd omnes homines
 ab vniuersis inimici fraudibus clementer eriperet.

11 Quodam verò tempore contigit, vt Pachomius
 procul à cellâ suâ progressus, veniret ad quemdam vi- Diuinitus
 cum, cui nomen est a Tabennense, in quo tunc nullus penitus habitator existebat. Vbi cùm pro more diutius
 in orationibus perduraret, vox ad eum cœlitus delata
 est, dicens: Mane hâc ô Pachomi, & monasterium con- subetur
 strue. Venturi sunt namque ad te quamplurimi, tuâ
 cupientes institutione proficere; quibus ducatum præ- monasterio
 stabis, iuxta regulam quam monstrauero tibi. Et pro- confirere.
 tinus

Regulam ab Angelo accipit. tinus apparuit Angelus Domini, deferens ei tabulam, in quā erat omnis forma institutionis adscripta, quā docendi forent, quicumque ad eius magisterij studia peruenissent. Quam regulam Tabennenses hodieque custodiunt, eodē cibo semper videntes & habitu, ipsam quoque disciplinam sollicitā circumspetione seruantes. Nam monachi qui ibidem commanent, non solum more, sed & robore corporis, & locorum sitū præceteris longè diuersi sunt: & necesse est, eos diuersam quoque regulam custodire.

Cum Palamone Tabennæ pergit. 12 Hanc ergo vocem Pachomius mentis sinceritate discernens, quam illi diuina gratia & merita vitae contulerant, agnouit ad se cælitus delatam, Regulamque valde mirabiles approbavit. Tunc reuerlus ad venerabilem senem Palæmonem, retulit quemadmodum voce sit diuinā commonitus, obsecrans, vt secum pariter veniret ad locum, quo possent Domini manda-ta explere. Qui nolens eum in aliquo contristare, vt-pote carissimum filium, precibus eius illicō paruit, atque ad præfatum villam cum eo peruenit, modicamque ibi cellulam construentes, latabantur in Domino, promissionam eius beneficia præstolantes. Post aliquantum verò temporis ait Palæmon ad Pachomium: Quoniam cerno gratiam à Deo tibi collatam, & deinceps istuc permanere disponis; veni statuamus inter nos pactum, vt non diuidamur ab inuicem, sed quamdiu in hac luce versamur, visitatione nos consolemur assiduā. Vtrique placuit hæc pæctio, quam omni tempore vita suæ tam beatus senex quam Beatus Pachomius sollicitius sunt executi.

Palamon agrorat. 13 Inter hæc venerabilis idem Palæmon dolore splenis, qui ex nimia continentia illi prouenerat, toto corpore graui cœpit ægritudinis incommodo labore. Nam sumebat escam, potu sèpius abstinen-s: item solummodò bibebat, nihil cibi percipiens. Rogatus igitur ab aliquibus Fratribus, qui ad eum gratiâ visitationis aduenerant, ne penitus corpus debile frangeret, sed ei aliquantulum solati pateretur impendi, tandem

cessit orantibus, vt vietū congruo attenuata membra refoueret. Sed non hoc diutius pertulit. Nam grauiores solito dolores splenis expertus, relictā ciborum insolentiā, ad antiquum vietū sine dilatione reuertitur, dicens: Si Martyres Christi alij per frustra lacrati, alij capite cæsi, nonnulli etiam ignibus sunt cremati, & tamen usque ad finem fortiter pro fide toleraverunt; cur ego patientiæ præmia, patuis cedens doloribus, impatienter abiiciam, & desiderio vita præsentis, afflictiones momentaneas inaniter expaescam? Denique suadentibus acqueui cibos insolitos sumere, qui mihi dolores auxerunt potius, quam ullam requiem præstiterunt. Recurram igitur ad prisca remedia, & continentia subsidia non relinquam, in quibus est (vt ego certus sum) omnis post Deum requies & vera lætitia. Non enim propter homines hæc arma suscepit, sed ob amorem Christi his certare disposui.

14 Sic itaque viriliter agens, intra mensem dierum valido languore consumptus est. Ad quem Pachomius *Moritur.* veniens, fouebat eum vt patrem, de osculans pedes eius, atque complectens; & veluti valefaciens, sic eum videbatur affari. Venerabilis autem senex, omni virtutum gratiā cumulatus, & plenus dierū, sicut scriptum est, quietus in pace. Tunc sanctus Pachomius corpus *Sepelitur à Pachomio.* eius sepeluit: cuius anima suscepta chorus Angelicus, ad cælos evecta est. Quo peracto, Pachomius ad proprium diuersorum reuertitur.

a *Cassianus lib. 4. Institutionum cap. 1.* Quædam scilicet de Ägyptiorum, quædam Tabennensiorum regulis admiscentes, quorum est in Thebaide cœnobium, quanto numero copiosius cunctis, tanto cōterrationis rigore distictius. Siquidem in *Tabenna.* eo plusquam quinque millia Friarum sub uno Abbatे reguntur. Et cap. 10. Monasterium Tabennensiorum, expertius, quod sciebat cunctis monasteriis esse distictius. Erat id ad ultimas partes Thebaidæ, ut ibidem dicitur. Sub Syene, ut in epistola ad Lausum scribit Palladius. Fuit ut lib. 3. de vita PP. ait Ruffinus, monasteriorum multorum in regione Tabennensiorum Præpositus Pachomius. Erat isthic & monasterium femininum, ut constat ex lib. 5. de vita PP. libel. 18. num. 19.

DE S. HORTENSIO EPISCOPO.

XI. IANUARI. MARTYROLOG. MS. S. Hieronymi: Et depositio Hortensi Episcopi. Idem celebratur in ms. Mart-

tyrol. Hibernico conuentus Dungallensis. Nihil alibi de eo legimus.

DE S. THEODOSIO ANTIOCHENO, ABBATE MONASTERII IN SCOPVLO.

CIRCI-
TER AN.
CHR.
CDXXI.
XI. IANUARI.
Duo hoc
die Theodo-
sij Ab-
bates.

Devo hoc die celebrantur à Gracis Theodosij, ambo vitam initio anachoreticam aufsicati, ambo deinde cœlebri fundatores canobij; iuniori nomen adhesit Cœnobiarçæ; seniori verò Antiocheni; inde namque ortus erat, è Cappadociâ alter. Antiocheni hic duplēcē vitam damus, vnam è Menaia, alteram ex cap. 10. Philothei, seu libri 9. de vita Patrum, auctore coaucto Theodoreto Cyri Episcopo. Subiectimus de miraculis ab eodem patratu capu 80. 81. & 85. Pratispiritualis, seu libri 10. de vita Patrum, in quo libro frequens huius S. Theodosij eiusque monasterij mentio fit, & variae anachoretarum, qui deinde in eius monasterio vixerunt, virtutes & miracula describuntur, vt cap. 82. 83. 84. 86. 90. 91. 95. & 109. in quibus paſtim nominantur montes monasterij Abbatis S. Theodosij in Syriâ. & quidem eorum unus dicitur Phœrigius, supra Rosum, prope Priapen fluum, & iuxta monasterium Abbatis Theodosij in Scopulo. Multa tamen eodem libro narrantur de monasterio S. Theodosij Cœnobiarçæ, que perperam in titulu capitum tribuumur monasterio S. Theodosij Antiocheni, siue in Scopulo.

Tom. I.

VITA

Ex Menseis Gracorum.

Hic sanctus Pater noster diuersus est asceta, seu anachoreta, à « priore » Theodosio, cuius Antiochenus, claris *s. Theodo-* parentibus natus. Hic cùm olim Do- *sis patria,* minicam vocem attentiū audiret, re- lictâ domo, opibus, cognatis, aliisque omnibus, filias mari proximas ingressus, cellam angustissimam excita- uit; vitamque solitariam amplexus, vestes cilicinas in- *vita ero-* mitica, gruelque ferro catenas interiùs, vnam à ceruice *perquam* pendentem, alteram lumbos stringentem, singulalque *austra,* alias in singulis manibus gestauit; precibusque & ma- nuariis laboribus intentus, praua corporis desideria, fastumque, & alias improbas cupiditates dominat & *externa* fregit. Squalienti erat comâ & ad pedes usque promit- *exercita-* sâ. Conficiebat subinde sportulas; subinde bhortulos *b* in rupe excolebat, oleraque conserebat, ex quibus sibi & peregrinis aduentantibus vietū parabat.

LII 3

2 Tem-

Auct.
THEO-
DORITO.
Discipuli,

2. Temporis autem progressu cùm fama viri gloriæque longè lateque spargeretur, hominumque concursum ad illum frequentes fierent, qui illius vitam & institutum sequi cupiebant, receptis illis solitudinem quasi in cœlestem urbem conuertit.

retu-
re-
runt
apud Bar-
baros,

3. Cùm verò c Agareni, seu Saraceni, viciniam il-

lam eremii percurrenter, illæ quoq; Beato, cuius aspectum verebantur, recessere. Theodosius tamen frequentiorem illorum transitum veritus, solitudine illâ relietâ in patriam rediit, ibiique modicum tugurium fixit, vbi cum vitæ confortibus, cœlestibus exercitationibus vacauit; præfatus apud suos, et si tum Agareni ipsos reuererit fuissent, scriptum tamen esse in litteris sacris ad nostram cautelam, vti demus locum iræ.

Rom. 12.
19.
Matth. 2.

Christumque ipsum refugisse ab Herode in Egyptum, quod doceret ne periculis nos obiceremus. Quid enim volentibus religiosam vitam exercere obris patria? Cùm ergo paullulum ibi superuixisset, abiit ad cœlum.

a Prior dicitur Theodosius Cœnobiarha, quia licet iunior, prius tamen in Menatis celebratur.

b Grece εγράφετο μηχανὴς ἀπόλογος τῆς θάνατος. De arurâ consule Onomasticon Rovreydi ad vitam Patrum.

c Theodoreetus Iauri.

ALIA VITA

Ex Theodoreti Philotheo, cap. 10:

a b 1.
S. Theodo-
si cella,



1. Os v s est oppidum Ciliciæ, à b dextrâ ei qui nauigat in Pontum Ciliciū. Huius ad Orientem & meridiem est mons altus, spatiolus, & umbrosus, alit autem feras in nemoribus. In eo cùm quemdam ad mare vergentem & lucum inuenisset magnus & vulgo celebratus Theodosius, quadam modicâ extrœtâ domunculâ, Euangelicum viuendi institutum solus amplectebatur, vir oriundus quidem Antiochiâ, insignis autem claritate generis: sed tamen & domo, & cognitione, & omnibus aliis relietis, pretiosissimam, vt Euangeliè dicam, emit margaritam. Ac de eius quidem à cibo abstinentiâ, & quomodò humi cubaret, & cilicio indueretur, superuacaneum est dicere iis, qui eius vident discipulos & sodales, & in eis eamdem cernunt viuendi formam. Hactamen ille insigniter persequebatur, vt qui seipsum certantibus exemplar proponeret. His autem adiiciebat ferreum onus collo & lumbis & ambabus manibus. Porro autem gestabat quoque & comam sordidam, & quæ ad ipsos vñque pedes pertinebat, & vñterius etiam pro-grediebatur, & idèo erat lumbis eius alligata.

c patria,
auferitas
vita,

Matth. 13.
46.

2. Deprecatione autem & hymnodiâ vtens assidue, cupiditatem, & iram, & arrogantiam, & alias animi belluas sopiebat. Labores autem semper augens laboribus, persequebatur eam quoque quæ manibus fit operationem: nunc quidem sportellas quæ vocantur, & vimineas crates contexens; nunc autem parua prædia in saltu efficiens, & semina deiciens, & illinc quantum vñctui satis esset, colligens.

d coma pro-
lixia,

oratio,

opus ma-
nuum,

discipuli,

2. Thessal.

3. 8.

Act. 20.

34.

3. Postquam autem procedente tempore eius fama peruersit in omnem partem, multi multis ex locis concurrebant; eius & habitationis, & laboris, & instituti esse socij cupientes: quos quidem excipiens, ad eamde vitam deducebat. Et videre licebat alios quidem vela, alios verò sagum ex pellibus texentes: alios verò crates vimineas vel sportellas connectentes, alios verò terram colentes. Et quoniam locus erat maritimus, ad transmittendum quoque quadam constructâ naupiculâ, quæ ponto appellatur, eâ vtebantur ad ea quæ erant inferenda, & exportans opera eorum qui simul habitabant, & importans ea quæ erant necessaria. Memor enim vocis Apostolicæ quæ dicit: Noctu diuque operantes, ne esse mus oneri alicui vestrum; & : Manus hæ mihi & iis qui erant mecum suppeditarunt; & ipse laborabat, & hor-

tabatur suos contubernales, vt cum animæ laboribus, corporis quoque labores coniungerent. Est enim abhortatio, sordum, vt ii quidem qui aluntur in vitâ seculari, se affligentes & laborantes alant filios & vxores, & prætereâ & tributa conferant, & ab eis exigantur vœctigalia, & Deo offerant primicias, & mendicorum pro virtibus medeantur inopiz; nos autem non queramus ex laboribus ea quæ sunt necessaria, idque cùm vili quidem & modico cibo, vili autem ueste utramut: sed sedeamus quidem compressis manibus, alienis autem fruamur laboribus. Hæc & talia dicens, hortabatur ad operandum, in tempore quidem, quæ sunt ubique præscripta, diuina peragens officia; id autem quod intercedebat temporis, impendens operi.

4. Non leuem autem curam gerebat hospitum, vi-
ris lenitate & morum mansuetudine ornatis, & in proximum caritate præditis, vt eis prouiderent, com-mittens; ipse autem visebat & inspiciebat omnia, per-scrutans an ex lati legibus vñusquaque suo fungeretur officio. Hinc factum est, vt tam insignis & celebris es-
set eius fama, vt qui nauigabant, & plusquam mille sta-
diis aberant, Deum Theodosij invocarent ih periculis, & Theodosij appellatione sedarent tempestatem.

5. Eum audacees quoque & immanes hostes sunt reuererit, qui maximam Orientis partem suht depopu-lati. Quis enim ex iis qui in nostro habitibili orbe tet-
tarum habitant, non auditione accepit ea, que illo tem-
pore facta sunt, ab iis qui olim quidem Solymi, nunc apud bar-
baros, autem nominantur e Iauri. Illi tamen, qui nec foppido, nec vico pepercunt, & quæcumque capere po-tuerunt, diripuerunt, & igni mandauerunt, sunt illam reueriti philosophiam, & cùm solummodò panem pe-tiuerint, & vt pro se orarent significassent, illud illæcum reliquæ monasterium: idque non semel sed etiam bis feceré. Veriti tamen Præsides Ecclesiarum, ne pecuniæ reditus in cupiditate illis barbaris à diabolo immissa, captiuum patiam, abduceretur magnum illud lumen (erat enim verisimi-
le fore, vt magna vis pecuniæ ad eum redimendum transmittenetur ab omnibus qui habent in honore res diuinæ) ei persuaderent vt se conferret Antiochiam. Iam enim captiuos ceperant duos Præsides Ecclesiarum, eos quidem omni officij genere sunt prosecuti: cùm autem quatuordecim millia aureorum pro vtrïque accepissent, permiserunt vt redirent quod vellent. Post-quam autem peruenit Antiochiam, habitauit quidem in habitaculo, quod inuenit situm propè fluvium, omnes autem traxit ad seipsum qui sciunt talia col-
ligere.

6. Dum autem me trahit impetus orationis, pretermis narrare miraculum, quod à diuino illo viro factu est, quod multis quidem fortassis videbitur esse incre-dibile, & tamen remanet in hodiernum vñque diem, oratione testificans, & ostendens qualem apud Deum gratiam & fiduciam est consecutus hic vir admirabilis. Præceps quædam petra imminet monasterio quod ip-
rinus è pe-
se ædificavit: erat autem primò siccâ, & omni humore trâpre-
vacua. In eâ fecit aqueductum, qui à vertice fertur in bus elici-
monasterium, tamquam qui motum aquarum haberet in potestate. Plenus autem fiduciâ in Deum, & firmiter credens, vt est verisimile, se Dominum habere beneuo-lum, & fidem habens in quam nulla cadebat dubitatio, ascendit in supremam partem eius qui nunc est aqua-
ductus, priusquam surrexissent sodales ad preces con-suetas. Et Deum precatus, fretus eo qui facit voluntatē Psal. 144.
timentum eum, virgâ, cui innixus erat, petram percus-
19. fit. Eâ vero ruptâ, aqua instar fluminis scaturit: & mo-nasterium ingrediens per aqueductum, & quantum ad omnem vñlum sufficit abundè suppeditans, in mare propinquum influit: & in hodiernum vñque diem ostenditur, operans Moysaica magni Theodosij gra-tia. Sufficit vel hoc solum ad ostendendam viri huius erga Deum fiduciam.

7. Cùm autem Antiochiæ vixisset paruo tempore,

migra-

mors. migravit ad choros Angelorum. Per medium autem urbem ferebatur sacrum corpus, tamquam aureis quibusdam coronis, feretro illo decoratum, cum omnes Duces concurri sent, & qui magnos suæ fidei creditos gerebant magistratus. De cubili autem erat magna lis & decertatio, cum id omnes auferre contenderet, & ex eo benedictio nem & utilitatem percipere cuperent. Sic elatus, ponitur in æde sanctorum Martyrum, cum *g* Iuliani, victoriâ insignis in pietate athletæ, fuisset & contubernialis & eodem tempore vsls. Idem autem loculus eum excepti, qui illum quoque diuinum & beatum *h* Aphraatem.

successor, 8 Gregis autem præfecturam accepit; Helladius ille admirabilis, qui in illis quidem locis perpetuis fuit sexaginta annis, deinde Cilicum diuinitus electus est Antistes, cum neque priorem reliquisset philosophiam, & illis laboribus Pontificatus sudores quotidie adderet. Huius cum Beatus quoque Romulus fuisset auditor, dux maximi gregis fuit creatus. Permansit autem illius chorus in hodiernum usque diem, idem seruans vitæ institutum. Est autem prope monasterium vicus, *i* inuocatio. qui Syriacè appellatur Maratus. Ego autem fine impostro huic narrationi, rogo ut eius quoque consequar benedictionem.

a Rhôpolis urbs Cilicia in miraculo S. Simeonis Stylitæ in monte mirabilis, in 2. Nicenâ Synodo A.D. 4. Rhodus Stephano. Rosius Ptolomeo, ad Iiscum sinum inter Iissum & Seleuciam. Perperam ad Russos, seu Roxolanos, confugit Raderus in Notia ad vitam S. Romani Thaumaturgi in Menes 27. Nouemb.

b Respectu Antiochiae, seu Syriae vltioris, in qua Theodoretus scripsit.

c Idem Theodorus sequenti capite 11. Magnus ergo Theodosius ab Antiochiae profectus, cum in montibus Rosicis decertasset, & Antiochiam reuersus esset, sic vitæ finem accepit.

d Theodor. ibidem de S. Romano: Erat autem coma magno Theodosio similis: vestis autem ferrum similiter.

e Populi ad monte m Taurum inter Lycaoniam & Ciliciam Stephano. Consule Ptolemai tabulam 1. Asia, Epib. 5 cap. 4. de situ Galatiae. In festi Iauri Armeniam & vicinas regiones circa ann. Chr. 405. ob quorum rabiem tum S. Ioannes Chrysostomus à Cucuso Arabissum abductus est. Conuenient temporis, quod S. Theodosius discipuli & sodales à Theodoro referunt in vita sua, cum hec scriberet, qui citato anno 405. circiter octauum etatis annum agebat. Consule dicta VIII Ianuarij ad vitam S. Attici, num. 33.

f S. Chrysostomus epif. 131. ad Elpidium: Nam ne castello quidem, perinde atque carcere, nunc inclusi, fidenti animo esse possumus, propterea quod Iauri huiusmodi arcis obsidere non dubitent.

g Hic est S. Julianus Sabas, cuius ante vitam descripferas Theodoretus cap. 2. & referens infra XIV. Ianuarij, quo colitur.

h S. Aphraatem celebrabimus VII. Aprilis. hunc Theodoretus adolescentis vidit, & sancta illius dextera benedictionem percepit, ut cap. 8. in vitâ eius refert. Hinc conicinus S. Theodosium ad ann. Chr. circiter 412. vitam produxit.

i Raderus suspicatur Helladium hunc colit à Gracis in Menes ix. Nouemb. quod istuc examinabimus.

DE EODEM S. THEODOSIO,

Ex Prato spirituali Ioan. Moschi.

De fonte concessio à Deo fratribus monasterij in Scopulo ad orationes Abbatis eorum Theodosij.

Cap. 80. i PERVENIMVS ad monasterium Abbatis Theodosij in Scopulo: (est autem mons inter Seleuciam & Rosum Ciliciæ) Patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est iactus sagittæ, & ostenderunt nobis fontem magnum validè ac speciosum, dixeruntque nobis: Fons iste, fratres, naturalis non est, sed nobis diuinitus indulitus est. Sanctus enim Pater noster Theodosius multum ieunauit, multumque lacrymarum fudit, ac multis orationibus & genuflexionibus obtinuit, vt Deus nobis aquæ istius solatium & usum præstare dignareretur. Ante enim ex torrente patres nostri aquam hauriebant: sed Deus, qui facit voluntatem timentium se, suâ infinitâ bonitate præstis nobis aquæ istius benedictionem per orationes sancti Patris nostri.

2 Verum ante hoc biennium quidam ex fratribus Avgv. petierunt à Patre monasterij, vt lauacrum edificarent *Theo-* in monasterio. Abbas autem grauiter id quidem ferebat, cessit tamen, fratum infirmitati condescendens. Edificatum est igitur lauacrum in monasterio, semel que tantummodo lauatum est in eo, cum statim exscatus est talis tantusque à Deo nobis præstis fons. Et *Exarescit* in veritate vobis dicimus, Christiani, multum ieuna- *ob lauacrū* uimus, multum orauimus, multas genuflexiones egimus, ut aquam recipemus, nihilque profecimus. An-nus ergo integer sine aquâ fontis impletus est, eramusque in magnâ tribulatione. Statim vero ut Pater noster *Iterum* bonus & mitis destruxit lauacrum, Deus aquam ite- *fluit*. rum reddidit nobis.

De puto aquâ impleto, submissâ imagine eiusdem Abbatis Theodosij.

3 N Arrauerunt nobis Patres ipsi & istud, dicentes: *Cap. 81.*

Mulier quædam fidelis in partibus Apameæ his diebus puteū fodit: cumq; plura expeditisset, ingentefq; labores tolerasset, & effuso puteo in magnam altitudinem, aquam non inuenisset, in mortore & afflitione multa erat, & propter laborem & propter impensas. Apparuit autem ei sic afflita mulier quæda in lomnis, dicens: Mirte in Scopulum, & adduci tibi fac imaginem Theodosij Abbatis Theodosij, & per ipsum tibi Deus aquam *immo in* præstabit. Mulier autem protinus duos homines misit *puteo aquā* ex suis, accepitque imaginem Sancti. Quia cùm in pu-teum submisisset, statim aqua manauit, ita ut dimidium puto impleretur. Tulerunt autem nobis ex eadem aquâ, & bibimus, & glorificauimus Deum.

Quomodo triticum eiusdem monasterij germinauerit propter cessationem consuetæ eleemosynæ.

4 N Arrauerunt autem nobis rursus & hoc, dicen- *Cap. 85.*

tes: Consuetudo fuit vt in cœnâ Domini pauperes *Triticum* omnes & pupilli regionis huius confluenter huc, & *in Cœnâ* acciperent medium tritici sextariū, benedictiones tre-decim, & sextarium vini, mediumque sextarium mellis *Domini* pro quolibet. Ante hoc autem triennium, magna triti-*erogatum* ci sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione *pauperi-bus.* hac, sextarij duodecim vno numismate. Cùm ergo venientieunij dies, dicunt Abbatii nostro quidam ex Patribus: Noli Domine Pater, secundum consuetudinem dare pauperibus triticum, ne desit monasterio, triticum enim non inuenitur. Abbas autem cœpit dicere Fratribus: Non infringamus, filij, benedictionem Patri nostri Theodosij. Vide, mandatum senis est, non expedit nobis illud transgredi. Verè ipse est qui curam nostri gerit. Frates autem in suâ persistenter sententiâ, dicentes Abbatii: Non suppetit nobis quod dare possimus. Tunc Abbas contristatus ait illis: Ite, & secundum quod vultis facite. Non itaque, vt consuetum erat, derunt benedictionem in die sancto Cœna & Parasceues. Præfetus postmodum qui præterat horreis, ape- *Negatum,* ruit ostia, & reperit triticum totum germinasse: quare *in horreo* coacti postea lumen illud in mare proiicere. Tunc cœpit Abbas noster dicere Fratribus: Qui Patris nostri monita irrita facit, ista patitur: labores nunc inobe-dientiae metite. Quingentos modios daturi eramus & Patri nostro Theodosio per obedientiam placuisse-mus; fratresque nostros pauperes consolati fuissent; nunc verò quinque ferè millia modiorum tritici per-didimus. Quid lucrati sumus, filij? quantum nobis ipsis nocuimus? Duo profecto mala egimus: unum, quia mandatum Patris nostri præteriimus; alterum, quia spem in Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Velex hoc discamus, Fratres, quia Deus est qui disponit omne humanum genus; quodque S. Theodosius inuisibiliter pro nobis filii suis curam sollicitè gerit.

DE S. HONORATA VIRGINE, TICINI IN ITALIA.

CIRCI-
TERAN.D. **H**ONORATA Virginis vitam ms. extare testatur Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae, ex qua quod subiectum compendium concinnauit. Addit colli eius memoriam Papia xii. Ianuarij, quo die eam refert, effetamen diem illum translationis, non natalis, qui omnino ignoretur. **XI. IANV.** Quo die colaeur.

confluentibus, ut corpus Virginis in medio ecclesiæ triduo afferuaretur: quod 111. Idus Ianuarij apud altare S. Mariæ cœnobij prædicti, quod monialium est, Historiarum ante dictum, decenter reconditum fuit.

a. *Vitam S. Epiphanij, à B. Ennodio scriptam, dabimus xxii. Ianuarij, in qua S. Honorata honorifica fit mentio: Erat illi germana natu minor, religione non impar, Honorata nomine, cuius vita per singula virtutum genera longum est eloqui; sufficit tandem ad laudem eius cumulum, dignam tanti viri sororem dixisse.*

b. *Ennodius in vitâ S. Epiphanij: Hanc in ipso, quo è legatione rediit, anno consecravit; quam tamen imbwendam disciplinis celestibus, quasi scientia illi natura sufficeret, Luminosa cuius feminæ stupenda sanctitatis & singularis exempli, commisit, cuius oportere fortassis natalium culmina relegi, nisi insignior fuit vita quam sanguine. Hæc enim fuit talis, de qua se crederet habere & ipse quod disceret, cui erudiendam confortem vteri committebat. Nam breui apud hanc depositū Antistitis pignus effluit, & ad maturitatem bona frugis plantaria honesta perduxit. An due Luminosæ statuende, cum hac Epiphanij & Honorata soror non videantur fuisse? De Luminosa agemus 9. Maij.*

c. *Hanc S. Epiphanij legationem ad Anthemium Imperatorem refert Baronius tom. 6. ad an. Christi 471. quo eodem anno consecrata est Honorata obseruat in Notis ad Martyrolog. ex citatis Ennodij verbis, qua xxii. Ianuarij expendemus.*

d. *Odoacer an. 476. Rex Italia factus. De eo egimus viii. Ianuarij ad vitam S. Seuerini Noricorum Apostoli.*

e. *De Ticini direptione & euerstione agit Bernardus Saccus lib. 7. Historia Ticinensis cap. 7 sed non rectè ad an. 470. refert:*

f. *Ennodius: Diripiuit etiam sancta eius germana, & seorsum ab eo captiuitatis forte deducitur. Omnes nobilium à suis familia sequestrantur. Luminosa gloriofissima femina parili necessitatibus conditione constringitur.*

g. *Ennodius: Venerabilem germanam suam, prius quam in vespere die illius lux funesta laberetur, eripuit. De Luminosa siles: fortè matribus familias tum ab eo liberatis accensenda.*

h. *S. Litifredus putatus interfuisse Concilio Ticinensi an. Ch. 855. De eo agemus viii. Martij. Sribit in eius vitâ Ferrarius, eum, antequam in somnis admoneretur, tentasse corpus S. Honorata transferre, nec potuisse.*

i. *Aliqua hic in Ferrario confusio. Nam ad vitam S. Epiphanij eam sepulcam afferit in monasterio veteri, quod Historiarum diceatur apud episcopium. Vnde anno 1597. die 7. Aprilis in canonibus S. Marie, quod Capularum vocans, translata sit. Saccus lib. 5. cap. 15. ait eius ossa in sarcophago monasterij veteris, vulgo Historiarum appellata, collocata fuisse; cumque ab eo loco exportari tentatum esset, ut in eminentiore delubro cōderentur, amoueri nullâ humanâ industria exinde potuisse.*

k. *Ferrarius in vitâ S. Litifredi, adem S. Nicolai appellat.*

l. *Hic aliquid videtur deesse, ut sensus constet.*

VITA AVCTORE PHIL. FERRARIO.

a. Fit religio-ja. **H**ONORATA Virgo, S. a Epiphanij Episcopi Palatinam sicut erat, ingressa, b. Luminosa à S. Epiphanio c. Romam profecturo, vt illam instrueret, traditur. Quo tempore cùm d. Odoacer Rex captam vrbum e Ticinensem deprædatus fuisset, f. Luminosa & Honorata cum aliis monialibüs abducuntur in captiuitatem. Cùm autem eas Epiphanius g. redemisset, ac Luminosa paullò post deceßisset, Honorata optimis moribus instituta aliquot annos mitâ sanctitate pollens, piisque operibus addicta, superuixit: donec & ipsa extremum diem clausit.

2. Cuius corpus primùm in eadem S. Vincentij æde sepultum est, poste à b. S. Litifredo Episcopo, in somnis admonito, tr. duano ieiunio indicto, ac populo visione patefacta, ad ecclesiam i. S. Mariae veteris, quæ nunc S. Mariæ Capularum nominatur, translatum est. In quâ translatione miraculum contigit. Nam iuxta basilicam S. k. Michaëlis, Clero precedente, & populo subsecente, corpus tamdiu substitit immobile, donec sanctus Episcopus illi suum pallium superposuit. Mutilier quoque ægra, vt nec loco moueri nec loqui posset, viso sanctæ Virginis corpore, opeque eius postulata, integrum sanitatem restulit: præter alias corpore vitios & ægrotos, ac dæmoniacos eo tempore sanatos.

l. Quod multis ad famam miraculorum ex vicinis locis

DE S. THEODOSIO COENOBIARCHA,

IVXTA HIEROSOLYMAM IN IVDÆA.

S. I. S. Theodosij natalis, sacri honores.

AN.CHR. **I.** **DXXIX.**
XI. IANUARII.

Duo hoc die SS.
Theodosij.



VATVOR uno seculo Ecclesiam illustrauere Theodosij; Imperatores duo, duo Archimandrite; illi prudentia, pietate, Catholica studio religionis, senior etiam bellicâ virtute; hi vita sanctimoniam, gloriaque miraculorum. Horum prædicta publica decreta vno eodemque die sacrorum veneratio est: priori ferè absolu Gracis, vt supra diximus, alteri etiam à Latinis. Ille Antiochenus fuit, condiditq; in Ciliciâ celebre, etiam apud posteros, cœnobium, in Scopulo appellatum: hic Cappadocia in Palestina monasterium construxit, de quo post paullò: junior hic fuit, aliquot post alterius obitum annis natu, vt qui sacram populo scripturam explicaret, cùm Theodosius II. Imperator è viuis excescit an. 450. Longè alius ab his Theodosius ex monacho pseudoepisopus Hiero-

solymitanus Eutychianus, qui Marcianni Imperatoris vixit atque, ut infra in vitâ S. Euthymij 20. Ianuarij diceretur.

2. Natalem igitur S. Theodosij Cœnobiarachæ hoc die **S. Theodo-** ita celebrant Graci in Menologio à Canisio edito: Comme-**s. Theodo-** morato S. P. N. Theodosij Cœnobiarachæ, ex oppido biarchæ Marissi Cappadociæ. Refertur & in Horologio, ac Menolo-**natalis.** giis Maximi Episc. Cytherai, atque Christophori Proconsulis Mylenai: in Kalendario quoque Gracorum à Genebrardo edito, & eisdem verbis à Molano in addit. ad Vuard. Die vnde- cimæ sancti Patris Theodosij Cœnobiarachæ. Martyro- logium Romanum: In Cappadociâ, in vico Magarialis, S. Theodosij Cœnobiarachæ, qui multa pro fide Ca- tholicâ passus est. Galenius secutus Gracorum Euchologion, eum x. Ianuarij refert: In Græcia S. Theodosij Cœnobiarachæ. Is incredibili abstinentia fuit, vt per triginta ipso annos panem non gustarit, palmae fructu & paucis si- liquis

liquis vicitans: sicque corpori cùm cibum detrahet, animam diu noctuque pauit assiduà cælestium rerum contemplatione. *Galesinum* sequitur *Martyrologium Germanicum*.

Vita ex dicens.

3. *De eo iſhac prædican Menea:* Venerandus hic S. P. N. Theodosius in Mogariso Cappadocia pago, Christianis & religiosis admodum parentibus, Proætatio & Eulogia, natus; vitam complexus monasticā, sacram induit religionis vestem: Hierosolymamq; profectus, inde, Antiochiam adiit, vbi Simeonem eximium illum Stylitā conuenit, à quo futura illius vita sanctimonia illi prædicta, vt qui magni gregis ouium ratione polentium futurus esset Pastor. Deinde apud Longinum laudatissimum quedam virum rebus diuinis in solitudine eruditus, ad eam peruenit abstinentiam, vt in hebdomadâ non nisi semel cibo corpus reficeret, tandemque totis triginta annis panem non gustaret: parturque in aliis virtutum studiis tantum promovit, vt in summum pietatis culmen eniſus, illustria ederet miracula.

Miracula. Basilium quendam monachum defunctum, & in tumbam depositum, vidit vnuſ ille cum altero quodam monacho Fratribus adstantem, & psalmis accinctem. Carbones nullo subiecto igne, vbi monasterium erat condituras, accendit. Feminam ad se adeuntem sanguinis profluui libertauit. Ex uno frumento grano per preces integra granaria repleuit. Puerum in altam putei delapsum voraginem, inadspetabilis præsentia extraxit. Fœtuum abortiones repressit, qui dum in vitam immaturi prodibant, per mortem ex vita exturbabantur. Quare horum matrem ob hanc affectionem perinde ac si sterilis fuisse fœcundam reddidit. Ingens locustarum agmen verbo increpitans abegit. Kericum Orientis Comitem veste suâ cilicinâ, quâ pro thorace illum induerat, inuulnerabilem præstitit. Saracena ardore læsa, impetrato per preces imbre recreauit. Prædixit ingentem per terræ motum Antiochiae ruinam. Multos, qui naufragium fecerant, cum fluentibus colluctantes, periculo ipse stabilis eripuit. Multis auctoritatem religiosæ factus, ad Dominum è vita excessit. Dies illi solennis in venerandâ B. Petri Apostoli æde peragitur. *Hactenus Menea.* Qua hinc dicitur femina sanguinis profluui liberata, in vita num. 58. referuntur cancro in mammilla laborasse. Eadem, omnijs tamen plerisque miraculū, leguntur in Anthologio Graecorum, à Clemente VIII. approbatu.

S. II. Vita S. Theodosij Scriptores.

Vita edita, 4. **V**ITAM S. Theodosij ex metaphraſte edidit Lipomanus tomo 5. atque ex eo Surius. Plurima ex ea Baronius tomo 6. & 7. suorum Annalium intexuit. Nos eamdem damus cum ms. Graco bibliotheca Vaticana collatam, & pluribus locis emendatam. Eadem extat, sed contracta, Latinè in vita Francisci Harei & Lippeloi, ac Fastis Marianis; Italice edita à Gabriele Flamma; Hispanice à Ribadineira nostro, &c.

5. *Acta* verò hec afferit Baronius in Notis ad Martyrolog. omni acceptatione dignissima. & tom. 6. Annal. an. Chr. 511. num. 20. quam exactissimè descripta, et si ab incerto, certo tamen temporis eiusdem auctore, vt nihil sit quod iure reuocari possit in dubium, utpote veritate omni ex parte constantia. Coeūum auctorem fuisse probant quæ de Anastasio Imperatore scribit num. 45. Tullit aliquando nostrum quoque tempus Imperatorē, qui quidem prius fuerat (quantum apparebat) paradisus voluptatis, postrem autem rebus fuit cognitus campus destructionis, & vnuſ scilicet ex his paltoibus qui gregis oues dispergunt, & perdunt, & eas turbidâ potant subversione, &c, vt reliqua illius prætermittam, hoc quidem accipier quo post nos sequetur tempus.

6. *Auctorem* hunc coniicit Baronius fuisse Cyriillum monachum, à quo Acta SS. Euthymij, Sabæ, & Ioannis Silentiarij descripta sunt. Ita an. Ch. 491. num. 14. scribit: Sed & eiusdem auctoris creduntur esse Vitæ Theodosij

Cœnobiarachæ, nec non Quiriaci Anachoretæ, qui illi Ex vadem temporibus claruete viri sanctissimi: sed quod illæ ^{R. 113.} careant auctoris inscriptione, feruntur nomine eius, qui postrem edidit Metaphraſtes, cùm tamen ipſe ea antiquitù scripta tantum exscriperit. & anno 511. n. 21. Auctor eti nomine habetur incognitus, Cyriillum hunc ipsum existimo, qui sicuti Sanctorum Sabæ & Euthymij atque Ioannis Silentiarij & aliorum vitas scriptis est prosecutus, ita haud pat est credere, quem habebat præ oculis, Theodosiu præteriſſe, prætermia ſiſequæ res ab eo præclaræ gestas, minimè præ ſuī dignitate obruendas silentio, posteris tradere. Coniicio quidem ab imprudente aliquo oblitteratum Cyrilli auctoris nomen, qui referens illud ad Cyriillum Hierosolymitanum Episcopum, qui claruit sub Constantio Imperatore, falso putari tribui Cyrillo historiam, quâ res gestæ sub Leone, Zenone, & Anastasio Augustis tractantur, ignorans ipsum de quo est sermo, nobilem historicum Cyriillum, atque Palæstinum, hoc vixisse tempore.

7. *Haec Baronij coniectura.* Cyriillus iuuenis admodum eo tempore fuit, quo S. Sabas ex fuscæptâ ad Iustinianum Imperatorem legatione anno 530. reuerſus est, haud diu dein ſuper. ^{atas. Crvifiles.} Eum tunc Scythopolis adiuerunt Cyrilli parentes, atque ipſi ^{re} institutuero impetrarunt benedictionem. Ita de ſe ipſe Cyriillus in vita

S. Sabæ: Cùm me magnus Sabas ad ſpexillat, & ſalutat, & ſu dignatus eſſet benedictione; Hic exhinc, inquit patri, eſt meus diſcipulus. Doceatur ergo psalterium: eo enim opus habeo. In vita S. Quiriaci xxix. Septembri, dicitur fuisse ex monasterio Magni Euthymij, & à Magni Euthymij Laurâ ad B. Sabæ Lauram accessiſſe, ut videret Silentiarij Ioannem Episcopum, cui fit minister litterarum ad B. Quiriacum & ab hoc didicisse res gestas SS. Euthymij & Sabæ, quas conſcripsit. Plura 20. Ianuarij ad vitam S. Euthymij. Haec ſufficiant ut profeſſio eius, & ^{atas} agnoſcatur.

8. *Alium tamen ab hoc arbitramur vita S. Theodosij auctorem;* vel idē, quod nusquam in eâ mentio fiat aut S. Eu- Non videthymij, aut certè S. Sabæ, inter quem tamen & S. Theo- tur/cridosum conſtat ſumma amicitiam atque familiaritatem in- piffisſe hanc terceſiſſe, ut inſrā §. 5. patebit. Deinde multus eſt Cyriillus in vitam; describindis circumſtantiis, loci, temporis, ſociorum, &c. quas alter vix attingit. Denique ſeipſum alibi citat, & vitas à ſe deſcriptas: at ne quidem in S. Sabæ acta, vbi toties meminit S. Theodosij, vel leuiter indicat à ſe eius eſſe vitam compoſitam.

9. *Dicuntur inſrā n. 40.* multi eruditione inſignes S. Theodosij inſtitutum amplexi. & num. 39. multi ex hac eruditione ſed aliud produiſſe, Ecclesiæ Epiftopæ & Paſtores, & variorum monaſte- anonymous. riorum Antiſtites. Quidni aliquis horum praclaras magiſtri ſui optimiſſe. Parentis virtutes deſcriperit? Quod haud diu poſt eius obitum, ſub ſucceſſore fortaſiſſe, ſacrum indicat citatus locus, in quo & qui S. Theodosij, & qui eius ſucceſſorū eruditifluntur disciplinâ, enumerantur. Fuit inter Theodosij diſcipulos Iulianus, Iau- quem magnus Theodosius, ut num. 71. legitur, ſemper ha- liani Bo- bebat ſocium vitæ ex Christo agendæ, volebatq; cum strenuſis eo philofophari, & eſſe eum ſibi ſocium ſolitudinis. Ex eius relatione, aut forte etiam commentariis, haud paucæ hau- ſiſſe hunc auctorem, coniicere licet ex iu qua cap. 16. n. 71. di- cuntur. Fuit verò Iulianus vir magnus, dignuſq; tanto magiſtro diſcipulus, ipſo etiam tum viuente factus Epiftopus Bolſrenſis, coauctuſq; quid Seuero Antiocheno heretico coſentire nolle, fugā ultro arriperi, ut Euagrius lib. 3. c. 33. Iſq; ipſe eſt, cuius vitam, ſe potius miraculū calicū venenati, ſigno crucis ante edito, innoxie epoti, narrat cap. 9. 4. Prati Spiritualiſ ſoanes Moſchus; qui & ipſe, ut in prefatione operi reſeretur, principio quidē ſæculo renuntiavit in monaſterio S. P. N. Theodosij & Ioannis Abbatis & Archimandritæ omnū, quæ ſunt Hierolo- Moſchis; lymis cœnobiorum, ſive monaſteriorū. ad cuius cœm- terium reliquia eius Romā, vbi obierat, delatae requieſcunt. Eſt autem, ut ibidem additur, locus cœmiterij ſpelunca, in quâ, cùm à Magis illusus eſſet Herodes, iuxta Euange- vbi hie ſe- li oraculum, illi inde ſoluentes, cùm in patriam redi- pultum. rent

ſolidæ,

à coeno ſcripta.

Baronius exiſtimat à Cyriilo.

EX v. a.
R. 115. rent, manserunt. In hac speluncā sanctus Pater noster Theodosius cūm religiosæ vitæ certamina confecisset, gratiā donatus est dæmones eiiciendi: neque tantum in hac temporariâ breuique vitâ, sed etiam post obitū illos eiicit ad hunc usque diem, ad gloriam & laudem Christi veri Dei, & Saluatoris nostri, cui gloria in saecula saeculorum. Amen. *Hac in Elogio Autoris, ex mss. Gracis in posteriori editione à Rosvveydo nostro prefigo, quod ab obitu ipsius Moschi ab aliquo eiusdem cenobij monacho concinatum suspicamur. Multa ex eo in bibliothecā Photij, Tmemate 199 citantur. Quia porr̄ hic de Magis sepulturâ & potestate S. Theodosij in demones referuntur, eadem leguntur in vitâ num. 9. 10. &c. quam pridem antea conscriptam fuisse vel inde coniucere fas est, quia non alioqui eius virtutes non idem commemorasset Moschus, nisi in omnium iam fuisse manibus scriptus de in libellus.*

§. III. Aetas eius. Tempus obitus.

TO V T *Cyrillus in temporis ratione annotandâ diligens fuit atque accuratus, ita hic auctor eam ferè neglexit; vñ hoc dixisse contentus num. 84. S. Theodosium obiisse, cūm annos vixisset centum & quinque & paullò amplius. Ex quo, si annus aut nativitatis aut obitus sit compertus, reliqua facile deducentur. Tempus obitus (nam qua senex potissimum gestis, ea diligentius descripta sunt) pridē inquirendum. Superiuxit S. Theodosius Anastasio Imperatori (nu. 55.) extinxit eius* ^{tempus eius} *et an. Ch. DXXVIII. Pradixit terramotum Antiochiae (nu. 76.) aliquot diebus priusquam fieret, an. Ch. DXXVII. Sepultura eius (num. 87.) interfuit Petrus I I I. huius nominis Hierosolymorum Patriarcha, qui Ioanni I. an. 524. 22. Aprilis, Indict. 2. mortuus, successit, supremū diem clausit an. DXLVI. Hec ex vitâ. Nicophorus Callistus lib. 17. Hist. Ecclesiast. c. 24. ita scribit: Iustiniano adhuc imperium administrante, & magnus adhuc an. ille Sabbas & præclarus Theodosius, eremi præsides, superstitites erant. Verum prior Theodosius ad Deum transiit. Sabbas autem nonageimum tunc agens annū ab Äliensi Antistite legatus iterum Constantinopolim ad Iustinianum, in tenui atque imbecilli admodum senectâ fluctuans, profectus est. Samaritani namque, Iuliano quodam Rege sibi creato, plurimas Christianis superbè iniurias tulerant, &c. qua Nicophorus è vitâ S. Sabas desumpit, vbi ea sic refert *Cyrillus*: Cūm iam autem imperium assumplisset Iustinianus, & rerum suscepisset administrationem, agebat quidem B. Sabas xc. annum, finem vero vitæ acceperat diuinus Theodosius. *Mortuus ante motu Samaritanorum an. 529.* Qui in Palæstinâ quidem erat populus Samaritanorū, cūm Iulianum quemdam, qui ipse quoque erat Samaritanus, sibi Regem creassent, multas iniurias faciebant Christianis, &c. Petavius noster lib. 13. de Doctrinâ temporū, scribit an. Ch. DXXIX. Iunio mense, à Samaritanis & Iudeis rebellantibus hunc Iulianum Regem constitutum: & deinde à copia Iustiniani cum suis rebellibus interemptum. Anno sequenti DXXX. refert legationem S. Sabæ ad Iustinianum, quo tempore S. Sabas agebat annum etatis xc. ut pote natus sub Consulatu XVII. Theodosij, id est anno Ch. CDXXXIX. vt ex *Cyrolli* assertione apparuit initio vitæ S. Sabæ. Obierit ergo S. Theodosius hoc XI. Ianuarij anno Ch. DXXIX. ante inchoatam Samaritanorum seditionem, secundo anno imperij Iustiniani, qui Iustino auunculo anno DXXVII. Augusti 1. aut 2. (varijs auctores) defuncto, successerat, ipsi ante kalendū Aprilis, feria 5. in Cœnâ Domini. ab eo Imperator creatus. Quo imperante surreuixerit S. Theodosius anno vno, mensibus quinque, aut nonum. Quo tempore Kericus viatorianus de Persis reportauit, induitus S. Theodosij cilicio, eiusq; admonitione antè confirmatus, vt num. 73. & 74. dicitur. Hūs ita constitutus, natu fuerit S. Theodosius anno Ch. CDXXXI. Decesserit è patriâ, post sacram scripturam populo diu prelectam, num. 4. anno etatis XXVIII. Christi CDLI. dum Chalcedonensis synodus congregabatur.*

An post Sabam ob- set Theodosium longè post S. Sabam diem extremum ierit, vt clausisse, & vixisse adhuc temporibus Agapeti Romani

Pontificis; itaque planè corrigendum, quod additum est in actis Sabæ, Theodosium ante eum diem obiisse. *vñt Baro- ronius.* *Hac Baronius. Sed quomodo id Actus additum probat? Ipse to. G. an. Ch. 475. num. 43. hunc Cyrrillum diligentem & veritatis cultorem illorum temporum florentem historicum dixerat. & an. Ch. 491. num. 5. historiam eius scitu dignâ, & Annalibus Ecclesiasticis cōgruam vocârat; cūm præsertim, inquit, à Cyrrillo monacho discipulo admirandi illius Euthymij, qui his viuebat temporibus, scripta historica & fuerit. Liceat absque inuidiâ dicere, me neminem reperisse post SS. Athanasium atque Hieronymum, qui maiori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, digerens eas atque distinguens accurate per tempora, ac ipse Cyrrillus, dum quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque leui suspicione mendacij sinceram veritatem veluti sacro sanctum depositum posteris tradidit, nempe acta Euthymij, itemque Sabæ atque Ioannis Silentiarij. Cur non igitur illasam atque intactam hanc tanti scriptoris historiam suscipimus, à Patribus quoque Synodi Nicenae II. actione primâ, honorifice citatam?*

12. *Caussam corrigendi hac Acta dedit tom. 7. anno Chr. 536. num. 1. vbi relato ex Synodo Constantinopolitanâ sub Memna act. 1. libello monachorum, oblato Agapeto Papa contra Anthimum, Seuerum & ceteros hereticos, subiunxit: An Theosit: Inter alios affuit legatio à magno illo Theodosio defusus vi Cœnobiarâ, de quo plura superius laude dignissimi temma pro fide perfuncta enarrata sunt. Hesychius enim presbyter eius monasterij, Theodosij legatus subscripsit eidem libello legitur. Viuebat adhuc quidem* ^{536.} *Theodosius ipse, de quo ista in eius vitâ, postalia susceptra pro fide orthodoxâ certamina, leguntur: Cūm de eo (Theodosio scilicet) intellexisset & qui veteris Romæ Sedem pulchritè tenebat (is autem erat Agapetus) & qui Antiochenam Sedem regebat Ephraim, siue Ephraem; ipsi quoque populis rectam fidem prædicabant. In quibus multa sunt ad laudem huius Beati composita, quæ non minorem gloriam afferunt iis qui scripserunt, quam ei qui laudabatur, quod non ad gratiam, sed planè ad veritatem fieret laudatio. Ita Baronius. Verum neque Agapetus Papa, neque Ephraim Patriarcha, dicuntur viuum laudasse S. Theodosium; sed cūm certamen eius, cum Anastasio Imper. pro fide orthodoxâ iam pridē initum, huic laudationi ibidem num. 55. coniungatur, videtur oblatus ab eius successoribus libellus occasionem prabuisse laudandi non ita pridem defunctum Theodosium, piissimum eorum Parentem & monasterij fundatorem. Creatus est Agapetus II. Iunij anni 535. decessit anno sequenti.*

13. *Deinde difficile probatur est Hesychium hunc (quicquid Isychius, Iesichius dicitur) miseri fuisse à B. Theodosio tum superstite; & nonpotius à Sophronio eius successore. Ita enim actione 1. eiusdem Synodi, in libello à morte Agapeti ab iisdem monachis oblato subscribitur: Hesychius diuinâ miseratione Presbyter & monachus monasterij Beati Abbatis Sophronij, Theodosij, locum tenens Sophronij Presbyteri & Archimandritæ ipsius monasterij & primi totius eremii Hesychius. Hierosolymorum, cūm omnibus his, qui tecum missi sunt, Archimandritis Hierosolymitanis ad hanc regiam urbem, qui faciunt pro omnibus Archimandritis & monachis, qui habitant ipsam eremum & tres Palæstinas, qui vñt tecum supplicarunt; subscripti de consensu omnium & porrexii. Imò hic Hesychius, qui cum Polyeucto Diacono & Iuliano monacho, utroque eiusdem monasterij B. Theodosij alumno, interfuit illi Synodo, modò dicitur Ambasiator, vt act. 2. & 4. modò Prior, vt act. 5. modò etiam Archimandrita, vt act. 1. & 5. vel quid alterius cenobij, illi Theodosiano subiecti. Praefectus iam fuerit, vel quid mortuo Sophronio successerit, additusq; in exemplaribus sit Archimandritæ titulus à librariis. Prefuit huic monasterio Gregorius Archimandrita tempore Tiberij Imperatoris circa an. Ch. 580. cuius meminit Ioannes Moschus cap. 92. 93. & 94. Alij Abates spiritualis. In Elogio Ioannis Moschi, cūm corpus eius anno 619. vel 620. inuenire, (vt colligitur ex initio indictionis 8.) Theodosij referre-*

referretur Româ ad hoc monasterium, nominatur Antistes eius Georgius, Gregorij forè illius successor.

14. Hac de estate S. Theodosij, quasi velitando, subtimide quia contra magni Annalium Ecclesiasticorum auctoris sententiam, nusquam tamen nisi in solido firmum figentes vestigium, disputaueramus: cùm nouum oblatum est nobis, quo connecturam nostram stabiliremus, argumentum, id est eiusmodi, ut con*Irefraga-*
bile de atra-
te S. Theo-
dosi resti-
monium. uelli non posse existemus. Nam quæ à Metaphraſte edita est S. Sabæ vita, hactenus h̄c citata à nobis, iterumq; infra citanda, quia in omnium est manibus; eam è vetusto codice, ante annum Christi 1034. exarato, naclis sumus Latinè versam ante ipsius Metaphraſte etatem: è quā cū illud animaduertimus, eam quæ vulgata est esse à Metaphraſte paullum hinc inde amplificatam, tum S. Theodosij obitus annum diemq; didicimus. Ita enim habet: Incipiente autem nonagessimo primo ætatis anno Patris nostri Sabæ, Beatus supradictus Theodosius iam senex & plenus dierum, vitam hanc terrenam deserens, ad cælum transiuit, Mense Ianuario, die vndecimâ, Indictione septimâ. Cui in monasterij regimine Softonius successit, in monachicis actionibus fatus perfectus. Post defunctionem autem Abbatis Theodosij irruentes Samaritani, totam gentem Palæstinæ concitauerunt, multa illicita operantes, ecclesiastique deprædantes arque incendentes, Christianos absque villâ misericordiâ occidentes, omnem regionem igni tradebât. Venientes autem ad Neapolim, nimisq; superbientes, Imperatorem sibi constituerunt Iulianum quemdam; inuadentesq; ciuitatem, Episcopum interfecerunt, virum sanctitate plenum, Mamom nomine. Similiter & quosdam Presbyteros apprehensos, diuersis suppliciis laniatos, igni tradebant; viaq; que, quæ regiæ vocabantur, Christianis inuias exhibuerunt.

§. IV. Situs monasterij S. Theodosij.

15. *V*id supra §. 1. num. 2. & 3. in Martyrologiis nominatur, veluti S. Theodosij sedes, Cappadocia, Græcia, viciq; Magariassus (qui in Anthologio μωγαριος, in vitâ ms. bibliotheca Vaticana μωγαριος, in Menelogio Marissus) non ita id accipendum est, quasi istuc aut obicerit, aut præcipuum vitæ partem exegerit; sed quod circiter an. Christi CDXXIIII. vt diximus, in lucem isthic editus, educatusq; ad annum atatus XXVIII. vixerit, & sacram populo exposuerit Scripturam.

16. Inde anno Christi CDLI. cùm Concilium Oecumenicum iv. Chalcedone celebraretur, profectus Hierosolymam, aliquot isthic annos moratus est, & spiritum hausit vita solitaria. Abiit itaque in solitudinem aliquam vicinam, quam etremum sanctæ Christi Domini nostri ciuitatis appellat Ioannes Moschus in Prato spirituali cap. 92. & 105. Hic incoluit speluncam eam, ad quam traduntur Magi adorato in Bethleem Christo diuertisse, cùm ab Angelo iussi essent per aliam viam in suæ redire prouincias. In hanc speluncam descendit per decem & octo gradus patuisse docet Moschus cap. 105.

17. Famâ sanctitatis eius deinde exciti alijs, se eius disciplina subiecerunt; & præclaris ibidem edificandi cœnobij occasionem prabuerunt. Locum, vbi id statuere monasterium deberet, diuinis fisi monstrari precatus, instinctu diuino thuribulum carbonibus implet, absque igne suffictum imponit, per solitudines Iudaicas quaquaversum desert: ad ripas maris mortui transit: conatu necdum succedente reddit ad speluncam: accedit & ecce fumum ex carbonibus videt adscendentem: iacit fundamenta, templumq; ac monasterium edificat, quod deinde dilatatis portis amplissimum fecit extructus in eo quatuor templis ut nu. 37. dicitur. Prima & precipua pars eius ad speluncam Cathisma dicitur in vitâ S. Sabæ his verbis: Theodosius iam recesserat ab ecclesiâ quæ dicitur Cathismatis, & in parte Lauræ, quæ vergit ad Occidentem, constituerat monasterium, quod vitæ communiter degendæ conveniebat, distans à Laurâ (S. Sabæ) triginta quinque stadiis, id est ferè sesquimilliarum Belgico, seu quatuor millibus passuum.

18. Lauram hoc ferè tempore vocabant monachorum man-

siones seu cellas, quæ additis propriis nominibus discernebant, vt E x. v. A. Lauram S. Euthymij, S. Sabæ, Pharan, &c. Origo eius vi- RIIIS. detur repetenda à fluvio Laura, qui regioni vicine, quam pre- Vnde Lau- terfluit, & monasteriis in eâ adificatis nomē dedit. De hac Lau- râ ita scribitur in vitâ S. Quiriaci xxix. Septembris: Diui- nus rursus Quiriacus venit in eam partem solitudinis, in quâ nullus anachoretæ nec manerat, nec umquam transierat. Nominabatur autem locus ab accolis Susa- cim, & in eo & nouæ Lauræ & Sucæ fluuij ambo con-ueniunt, eorum quos scimus maximi & profundissimi. Feruntur autem ijs esse de quibus Christo dictum à Da- Ps. 77. 15. uide: Tu siccaſti fluuios Ethan.

19. S. Isidorus Pelusiota de hoc loco consultus ab Epi- phanio Diacono, ita respondet lib. 2. Epist. 66. Ethan locus Ethan lo- erat in Palæstinâ fluuiis irriguus, atque arboribus & fructibus abundans, & ob ingentium animantium ac piscium copiam ad venandum accommodus, &c. Alle- gat deinde auctoritatem Iosephi, cuius hac verba sunt lib. 8. An- tiquit. Iudaic. cap. 2. Aberat autem ab Hierosolymis duo- rum schœnorum spatio prædiū quoddam, nomine Ethan, horis & inductis fontibus amœnum simili & opulentum: in hoc exitus faciebat libens (seu exire de- letabatur) Salomon. Est autem Schœnus, σχœnos, men. Schœnus. sura terra Aegyptiaca, continens sexaginta stadia, Herodoto au- ãtore lib. 2. cap. 6. licet Plinius lib. 12. cap. 14. quadraginta sta- dia dicat; vbi tamen notarum errorem suspicatur Budew in Annotat. priorib. in w. Distabat ergo hic locus Hierosolymis, iuxta Herodoti calcum, septem millibus & quingentis paſſi- bus seu duarum horarum ac dimidiæ itinere. Consonat Peregrina- tio Hierosolymitana Christophori Radziuili, qui egressus extra portam Piscium, emensis tribus milliaribus magnis, perue- nit ad monasterium S. Sabæ, quod etiamnum extat; è quo circa Laura S. Sabæ. medianam noctem egressus, itinere nocturno consecit tria paſſuum millia, & in aurorâ mare Aſphalticum confinxit, ad cuius littus horâ dii secundâ peruenit. Consulendus Adrichomius, qui id col- locat ad Austrum Herodij, inter Herodium & Thecuam. Ab hoc distabat monasterium S. Theodosij, sequimillari ver- fuis Occidentem, Hierosolymæ propinquum; vt exigit visio in eo facta S. Sabæ, ostendens Torrentem, qui à Siloë defluit Cœnobij ad Austrum, & denuntians vt habitaret Torrentis spe- S. Theodo- luncam, quæ vergit ad Orientem. Hic Siloë, seu pīcina si- natatoria, respectu Hierosolymæ ad Austrum, illabitur in Ce- dron, vulgo Torrentem; qui fluitoli ac fontibus auctus per plana deserti versus Orientem in mare mortuum influens, ab- sorbetur. Huic Torrenti immiscentur citati fluij Laura & Suca, ad huius verò confluentes Susacim S. Quiriaci, nona- ginta à Laurâ S. Sabæ stadii situm erat. Hac de loco & Lau- ræ S. Sabæ & monasterij S. Theodosij.

20. In hoc celebratissimi Theodosij doctrinæ structum Visitur ab percepsisse dicitur (in vitâ S. Sabæ) beata Imperatrix Eu- Endocia, Theodosij II. defuncti vxor, cum herefim Eutychianam, Augustâ, quam à pseudomonacho Theodosio hauserat, abiurasset, & remissa à Simeone Stylo ad S. Euthymium, vna S. Theodo- dosium inuiseret: obiit illa anno Chr. CDLX. De eâ actum in Notis ad vitam S. Simeonis Stylo auctore Metaphraſte v. Ianuarij cap. 12. Lit. b. & pluribus agetur in vitâ S. Euthy- mij xx. Ianuarij. Hoc S. Theodosij monasterium, ab obitu Preeminet eius ita semper denominatum, præclaros habuit fidei orthodoxæ lestina propugnatores, quibus præ reliquis Palestine monasterius præ- cœnobii. minentia summa apud Imperatores. & in Concilio fuit. Sapientia eorum virtutes deprecata Ioannes Moschus in Prato spirituali, potissimum cap. 3. 22. 23. 92. & duodecim sequentibus, & 109. quorum nonnulla pereram titulum monasterij S. Theodosij in Scopulo Ciliciæ præferunt, vt capita 95. & 99. quod mi- rum à nemine hactenus fuisse animaduertsum.

§. V. SS. Sabæ & Theodosij familiaritas.

21. **A**CTOR vita S. Theodosij ne vel nomen quidem amicitiam collaudat Cyrus. Accedit ad Sabam, inquit, tertia occa- quidam monachus, nomine Anthus, vir amicus virtu- magno

Ex v. A- magno Theodosio.... Hic in vitâ Latinâ Florus appellatur. Tunc primùm diuinitus hic Sabas euadit natus
i. i. s.

B. Theodosio, cùm eis ad hanc cognitionem Anthus pulchritè intercessisset. Deinde autem etiam solitudinem facit Sabas, & Lauram in eâ constituit. Annus uerat Christi CDLXXVII.

Mutuus amor. 22 Diuinus Sabas (pergit ibidem Cyrilus) si quem ex iis qui mundo renuntiabant videret eiusmodi, cui scilicet facies nondum esset testa pilis, eum mittebat ad Theodosium, qui eos qui mittebantur lubenter admodum excipiens, omnibus modis studebat eorum curam gerere, ei qui miserat gratificans: erant enim magno inter se amore coniuncti diuinus Sabas & hic B. Theodosius: & uterque alterius voluntatem præferebat voluntati suæ, immo verò voluntatem alterius putabat esse suam; cum Christi amor sic eos coniunxit, & ut idem sentirent eis persuaseret. Hoc autem erat omnium sermone celebratum, & aliud par Apostoli-
Par. Apo- Stolorum cum ab Hierosolymitanis iudicabantur atque nomina-
diti: nabantur. Eis ab Archiepiscopo, à Salustio, inquam, qui erat in Christo consummandus, mandata fuit præfectura vniuersi cœtus monachorum, non quod ipsi eam rem concipiissent, sed potius electi fuissent à mo-
prefecti nachis, & præmium virtutis eam accepissent præfectorum.
ceteris ca- nobis. Quoniam modo autem ad hanc administratio-
nem peruererint, dicam paucis.

à Salustio Patriar- 23 Cùm Elpidius & Elias, successores magni Pa-
tiationis, è vitâ excessissent, consequenter ad Lazarum transi administratio. Sic etiam ad Gerontiū. Qui cùm dececessisset, Anastasio cura Fratrum comittitur. Cùm ijerog, Lazarus, inquam, & Anastasius, præsent ad-
ministratio, res monachorum erant admodum tur-
bulentæ, & maximis agitabantur fluctibus. Cùm hi ergo, quos diximus, Lazarus, inquam, & Anastasius, monasticæ perfectionis paruam aut nullam curam gererent, ad quasdam autem mundanas curas & pecuniæ emolumenta totâ mente & animâ conuersti essent; maximè cùm Anastasius tunc post Zenonem suscepis-
Theodosius simul vi- châ ceterū set imperium, & schismata cum summâ impudentiâ & monachus licentiâ loquerentur aduersus Ecclesiam. Cùm tunc ergo diuinus Salustius (erat autem is Patriarcha Hierosolymitanus) statuisset liberare Fratres ab illâ tempestate, primùm quidem constituit, vt, qui iam à me dictus est, Marcius eis præcesset, & eorum susciperet testio-
uentibus, n. Sic etiam ad Gerontiū. Qui cùm dece-
Sabas foli- cessisset, Anastasio cura Fratrum comittitur. Cùm ijerog tempore Theodosius quidem iis, qui communiter viuebant: Sabas autem iis, qui cum nemine congregie-
tariis. bantur, & erant omnino separati, præterant. Subiungitur obitus Salustij vt in ei morbus videatur fuisse letalis. Dece-
anno Christ. D.XIII.

Ambo cō- 24 Cùm Sabas à Iohanne Hierosolymitano Ponti-
fice vocatus esset ad conuiuum, quoniam vnâ etiam
aderat Antonius Episcopus Ascalonitanus, qui erat
frater Archiepiscopi, cùm illi Sabam medium interce-
cipiuntur. Illi amicè propinabant, & pro viribus eum in-
uitabant & accipiebant. Sed neque rursus Sancto erat
manus otiosæ: fed, vt pat erat, remotâ omni fitione
& simulatione, vescebatur appositis. Aderat autem di-
uinus quoque Theodosius, qui erat ei valdè amicus &
familiaris, vt iam à me sèpè dictum est: qui cùm veluti
quoddam condimentum, vellit mensæ speciosam
aliquam & gratam iniicere orationem, urbânè ad-
modum & lepidè inferens dixit, diuinum Sabam ita
esurire, vt ne vos quidem ambo, aiebat, qui suffici-
tis ad totam simul alendam Palæstinam, possitis
eius ventrem alere ad satietatem. Tale & tam va-
lidum ac robustum corpus B. Sabæ generosæ contige-

rat animæ. Erat autem summâ modestiâ præditus, & moribus lenis ac facilis. Et ad eum quidem conuenientum facilis patebat aditus: erat verò in sermone iucundus & moribus quidem simplicissimus, prudentiâ autem constantissimus, caritatem non ficitam & synceram apud omnes conseruans. Erat verò valdè affectus in Theodosium, adeò vt quotidiè ad se *vifune sepe* inuicem ventitarent, & inter se de virtute conferrent, *inuicem.* & essent ambo instar luminarium omnibus, qui vitam amplectebantur monasticam. Sed ille quidem eorum, qui vitam exercebant communem, hic autem, Sabas inquam, eorum qui à congregione separatam & quietam, suscepserat præfecturam. Dicitur certè B. Sabam urbanè sèpè dixisse diuinum Theodosium, illum quidem puerorum, se autem esse Præfectum Præfectorum. *ως οὐεῖν Θεοδόσιον ταῦτα, ἀλλοί γάρ οὐ γέμεινται οὐεῖν Θεοδόσιον.* Quid nempe solos adultos, ille etiam imberbes & eunuchos ad-
mitteret, vt de hū infra dicitur.

25 Non minor animorum coniunctio in fide Catholicâ con- Pro fide si- tra hereticorum vim propugnandâ emicuit. Ita cùm prædictus mul labo- Ioannes in Sedem Hierosolymitanâ, pulsò Eliâ, effet ab Olym- riant.

pio Cesariensi intrusus, quod Seueri suscepturns communionem videretur, anathematis verò subiecturus Synodus Chalcedonen- sem, tum B. Sabas, cui S. Theodosium socium fuisse mox patet, assumpto sacro monachorum exercitu, in Ioannem in- *Ioannē III.* cidentis, nouum Patriarcham testificatur, & denuntiat, Hierosoly- ne Seuerum admittat in communionem: sed tueatur mitanum; Patriar- potius Synodus Chalcedonensem, & pro eâ ad san- chan re- guinem usque periclitetur. Quod quidem facit ille, uocant à reueritus Patrum protestationem, omnino oblitus commu- connentorum cum Olympio. Deinde à submisso Anasta- *nione Se-* nio Duce variè exagitatus, in templo S. Stephani caute, preter *ueri.* Duci præsentis opinionem, fidem Catholicam profitetur. Protinus ergo ascendit suggestum Ioannes, vtraque manu tenens Sabam & Theodosium pietatis propugnato- res. Cùm se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, & dicentem, oportere ferire anathemate eos qui non recte sentiunt. Hoc ergo ille cùm tamquam diuinum aliquod signum accepisset, & cor habuisse repletum audaciâ, vnam emitit vocem cum multitudine: Si quis ea sentiat, quæ Euryches, Nestorius, Seuerus, & Soterichus Cælareæ Cappadociæ Episcopus, sit anathema. Tunc sentit Dux fraudem, & veritus populi consensum vnanimem, sa- tis habuit si se subducens silentio fugeret, & abiit Cæ- saream.

26 Eadem referuntur actione 1. Synodi vii. Oecumenica, seu Nicana. 11. vbi S. Theodosius præponitur: Ἡχον Ιωάννην μετ' ἐκεῖθεν Θεοδόσιον καὶ Σάβαν, τὰς τῶν μοναχῶν ιοργαῖς οὐ γέμοντας. At vita Sabæ Latina, post anathema- *Theodosij* tismos à Iohanne Patriarchâ pronuntiatos, subdit: Hæc dicen- *publica fi-* dei profes- sio. descenderunt. Iterumque Abbas Theodosius ad

populum conuersus, magnâ cum voce sic effatus est:

Qui, inquit, quatuor Synoda non suscipit, sicut & qua-
tuor Euangelia, sit anathema. His ita peractis, Dux
multitudinem monachorum valdè pauescens fugit in
Cæsaream. Consul autem (Zacharias, nepos Imperatoris)
multis iuramentis se constringens ita ad venerandos
Patres locutus est, dicens: Quia veni huc, non vt con-
sentire Seuero velim, sed vt vestram promererit possim
societatem. Hoc dicto obtulit centum libras auri san-
ctæ Resurrectioni, sanctoque Caluariæ centum, &
sanctæ Crucis centum. Insuper autem & centum vene-
rabilis Theodosio, sanctoque Patri nostro Sabæ alias
auri libras centum, ad distribuendum his qui per re-
gionem erant monachis, dedit. Imperator autem Ana-
stasius dum audisset quæ facta fuerant Hierosolymis,
cogitauit & consilium initit, vt Archiepiscopum Ioan-
nem, & Theodosium, Sabamque exilio condemnaret.

27 Denum viriusque amicitiam & monasteriorum pro-
pinquitatem indicant varij ab uno ad aliud trānsijsi monachi.
Ita quidam, Iacobus nomine, ob sui ex præpostero zelo castra-
tionem à Sabâ & monasterio expulsus, S. Theodosio inter-
cedente

Magna virtusque cœnobij in ter se communicatio. cedente receptus est; ad quem cùm iussus fuisset descendere, eumq[ue] salutasset, p[er] obdormiuit. Aphroditium etiam quendam à S. Theodosio, quod mulū pugno interemisset, expulsum, in monasterium suum exceptis S. Sabas, eiq[ue] concessit ante mortem descendere ad S. Theodosium, ut ab eo remissionem conserueretur. Ad h[oc] S. Sabas, cùm ex suis monachis duos, qui in Turre monasteriorum ab Eudociâ Imperatrice adiscatâ hababant, in Nestorianam heresim prolapsos intelligeret, eis locum in conuentu S. Theodosij impetravit, & quem Turris curationi preficeret, Ioannem Byzantinum, moribus & doctrinâ excellentem.

VITA EX METAPHRASTE,

auctore anonymo coætaneo,

cum M.S. Greco biblioth. Vaticana collata.

C A P V T I.

S. Theodosij ortus, educatio, peregrinatio ad S. Simeonem Stylitam.

Nomen Cœnobiar- chæ.

INTER tempora quidem ver est iucundissimum, inter stellas autem sol est pulcherrimus: inter vitas autem optima quoque est vita magni Theodosij. Theodosij, inquam, qui nomen non solum esse nomen ostendit, sed id ad rerum perduxit veritatem; ut qui verè conspectus sit hominibus Deus dōcet, id est, donum Dei, & vniuersæ vitæ, quæ virtutis amore tenetur, exemplar commune: quâ quidem de causâ eum iustius fuerit nuncupare Cœnobiarçhā, quâ quod cœnobio præfuerit. Nam hoc quidem est magis eius proprium; alterum vero, multorum quoque aliorum: & hoc quidem ostēdit imperij beatitudinem, sicut re vera fuit; alterum autem finem habet incertū, & nondum manifestum evenitum. Is autem quisnam fuerit ab initio, & ex quibusnam ortus sit parentibus, & quemadmodum ad spiritualia aggressus sit certamina, prius oportet persequi: deinde vero dicere de eius monasterio, quod ab omnī lingua communiter decantatur, & de aliis rebus illius dicere pro viribus, nec au- res grauado immoderata oratione, neque rursus nimia breuitate in iis quæ sunt opportuna, dando damnum egregiis animis.

patria,
parentes.Mater eius
exempli fit
monacha.

2 Beatum Theodosium tuli quidam vicus, nomine Magariassus, situs in regione Cappadocum: qui tunc quidem erat multis ignotus & obscurus; nunc autem ferè omnibus propter ipsum cognitus. Oportebat enim eum esse potius causam splendoris patriæ & parentibus, quâ illa vitæ Theodosij decus afferre & gloriam. Erant autem ei parentes & vero Dei cultu religiosi, moribusque pijs & Deo grati: qui vel ex ipsis nominibus bonam vitam & mores ingenuos optineant significabant. Vocabatur enim pater quidem Proærius, Eulogia autem, quæ eum generat. Quæ quidem postea quoque vitam amplexa monasticā, ut quæ boni huius instituti occasionem inuenisset, ex bonâ vitâ filij carissimi, cum patrem habuit spiritualem, cuius ipsa fuerat mater secundum carnem: pro carnali generatio- ne recte accipiens spiritualem regenerationem. Et si difficile est filio, dignas gratias referre parentibus, qui vt sit sunt auctores; cur non hic quoque est superior, qui fuit causa matris, vt benè esset?

Apneb
quibus de-
ditus fue-
rit.

3 Ex his ergo ille ortus, generosa & beata plana, piè ac religiosa nutritur & augeatur, simul in corporeā & spirituali aetate, & quomodo omnino oportebat eū, qui ex talibus quidem esset natus, & talis quoque esset euafurus. Cum autem eam iam attingeret aetatem, quæ prouidet & discernit, statim ostendit, ad quænam esset eius propensus animus, non amans pecunias, non corpora, quæ quidem sunt exultationes & germina non ge-

Tom. I.

nerosæ & non recte eductæ iuuentutis; tamquam equini Avc[er]i p[er]lli qui fræno minimè assuevit, & terræ, cui non ob- ANONYMO: tigere manus & labores agricolæ: sed vite philosophicæ in quibus omniū opifex & Deus, toti mundo salutares sustinuit passiones, has ipsas Christi utique reveritus passiones, si Statuit illas ipse tam parui faceret, ut propter corporis laborem cedens otio ac loco, ad sancta illa loca non veniret: præterea autem volens etiam accipere solitu- dinem, adiutricem egregiam ad philosophiam, & amplecti vitam placè solitariam & quietam. Non enim cupiebat nomen, quod eam, quæ est in rebus, mentitur veritatem. Quænam autem fuerit ei occasio huius p[er] regenerationis, vult iam persequi oratio.

4 Dexter erat ad l[itter]inas legendas Scripturas præclarus Theodosius, si nullus alius. Lubenter enim audie- Lettorib[us] batur, non solum quod hac in re pulchre esset eruditus, fungitur sed etiam, quod acie iniiceret omnibus desiderium, & ex morum moderatione & verecundiâ, quâ nihil aliud magis decet iuuenies. Propterea ergo ei inmadatu fuerat, vt facros libros legeret populo. Quos quidem concinnè & diligenter legens, cum aliquando quidem Deum Abrahamo præcipiente audiret, ut exiret è terra Genes. 11. & cognitione, aliquando autem & patriæ derelictio- nem, & domū & parentum & fratrum, quæ sit propter ipsum, vt sacra loquuntur Euangelia, is qui sic fe- Marti. 19. cerunt, esse causam vitæ æternæ; hæc legens, & ea quæ 29. sunt his similia, & in mentis sinus immixtens, ita vt par erat, accendebarit animo, & sequendi Christum magno tenebarit desiderio, per viam angustam & asperam. Cumque has assidue versaret animo cogitationes, preces fudit, que vitæ pulcherrimæ fuere procœdium; Deduc me Domine, dicens, in viâ tuâ, & ambulabo in veritate tuâ. Deinde diligenti studio init viam, quæ dicit Hierosolyma, illo quidem tempore, quo b[ea] Mar. It Hierosolyma. cianus Imperator erat in vitæ occasu; c[on] Chalcedoneum. sis autem Synodus (eam autem esse quartam & sanctam cognoscimus) congregabatur aduersus d[icitur] Nestorium b[ea] & alios hæreticos. d

5 Cum autem iam venisset Antiochiam omni ex parte bonus Theodosius, non statuit oportere eam transire, nisi ad insignem e[st] Simeonem, Simeonem, in- quam, Stiliten, id est, in columnâ stantem, prius veni- Simeonem Stiliten inuisiti. ret, & eius vultum contemplaretur, & sermones audi- ret, & ex his veluti via solatium caperer, orationisque & benedictionis eius esset particeps, quæ simul & virtutis viam, quam habebat in animo, & eam, quæ cernebatur, levem facilemque redderet. Cum ad eum autem abiret, statim non contempnendū nec leue signum acci- pit illius apud Deum fiducia & familiaritatis, prius quâ ad sacram accederet columnam & vocem emit- teret, ipse desuper illum audiens clamantem, & ipsum nominatim vocantem. Vox autem ita habebat: Bene venisti homo Dei Theodosi. Ille autem obstupefactus, Simeon illi & ei genu inclinat, & vultum humi prosternit, glorio- futura sioren appellacionem specie humiliore respondens. Deinde ad ipsum latus ascendit, cum ille iussisset, & amplectentem est complexus; hoc quoque magni fa- ciens, membra attingere venerabilia, & illius comple- xum suscipiens tamquam diuinum aliquod signaculum, confirmans ei gressus ad virtutem. Ille autem ei omnia diuinissime prædictit, & qualemnam sit huius viæ finem inuenturus, & cuinam sit gregi postea præfuturus, & quod multas pecudes ratione præditas abrepturus sit à lupo, qui percipitur intelligentia, & alia, quæ paulò post finem singula accepere, quæ etiam per unumquodque tempus procedens dicit orato.

a In ms. exemplari Greco novagiacob; aliter Menæa, Anthologion & Menologium, citata in prologomenis n. 2, 3. & 15.

b Cœpit Marcianus imperare an. Ch. 450. obiit exente Innua- rio anni 457.

c Cœpta est 8. Octob. absoluta post 13. sessiones 1. Nouemb. ann. Chrif. 491.

d Ita etiam Gracum ms. Nestóp[er], impropriæ. Damnati in e[st] fun Eutych.

M m m

Auct. Eutyches Constantinopolitanus Archimandrita, qui naturarum in Christo discrimen tollebat, eiusf. auctor Diocorus Patriarcha Alexandrinus. Nestorius vero sub Theodosio iuniori anno Chr. 431. in Synodo Ephesina Oecumenica 3. damnatus, quod Christum affereret duplice confite personam, ac B. Mariam hanc esse consenserat.
c De eorum actum v. Ianuarij, ubi in viii ex Metaphrasten. 39. hec endem narrantur.

C A P V T I I.

Hierosolymis habitatio. Secessus.

Vixit re- **H**is ergo adhuc magis animo confirmatus, cum uenerenter preces admirabilis Simeonis tamquam duces sanctam quasdam & custodes accepisset, alacrius quam prius ciuitatem iter persequebatur, & peruenit ad sanctam ciuitatem, cum a luuenali tunc esset commissus Archiepiscopatus Cœnobiti- Hierosolymorum. Cum autem totum illum diuinum cam vitam locum obiisset, & sancta sancte adorasset, apud se in ad tempus animo versabat, quomodo inciperet philosophari, & literaria. utrum ex duobus vita institutis eligeret; idne, quod est planè solitarium, & quod non habet aliquam cum villo consuetudinem; an quod agitur cum aliis piis, & qui eundem scopum persequuntur. Ceterum separatum silere, & quietem agere, non probauit in præuentiâ, id nequaquam tutum esse iudicans ei, qui nondum esset expertus per se luctari cum spiritibus nequitæ. Si enim ex iis qui in mundo militant, nemo, inquit, est tam inuicta audacia, & tam insigni stultitia, vt si sit planè ruditus & in re militari omnino inexcitatus, à linea in medios statim hostes irruat; quomodo ego, cui manus non sunt eruditæ ad prælium, nec digitæ ad bellum, neque superna sum accinctus potentia, idque cum sit cōflictus longè periculosior & incertior, aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi principes tenebrarum huius sæculi, aduersus spiritualia nequitæ, possem in acie consistere? Restat ergo, vt postquam ego à sanctis Patribus didicero, qui se in his prius recte exercuerunt, & satis ab eis fuerò institutus ad decertandum contra hostes, qui percipiuntur intelligentiâ, deinde in tempore percipiam fructus, qui colliguntur ex quiete & silentio.

b **L**ongino itaque beato seni, qui erat excellens Longino se lentissimus Patrum sui temporis, seipsum tradit: vnditradit in disciplinâ que cum eo & degit & habitat, illius moribus admittit in Turre dum delectatus, & ideò totus ei veluti inhærens, & vt David. dicam cum diuino Davide, animâ post eum agglutinatus. Nam cum quo quis versari delectatur, talis etiam esse creditur: & id pulchre dicitur ab antiquis. Admirabilis autem hic Longinus se in quadam domuncula turris diuini David. (hoc enim perhibet longi temporis traditio) inclusarat, & illuc dulce inel virtutis labioris conficiebat.

Migrat **p**ostulante **Icelia**, ad templum **Deipara**. **i**ta ut oportebat, exercuisset, & in iis quæ sunt experientia & fugienda, discernendis summe elaborasset, in Venerem sedem (eum enim locum ita vocant: est autem in viâ publicâ, quæ tendit versus Bethleem) commigrat, inuitus quidem, sed cedens paterna voluntati, cui potius, quam sibi ipsi morem gerebat. Quænam autem fuit causa migrationis? Mulier quædā admodum pia & honesta, nomine Icelia, diues facultatibus, sed virtute ditor. Ea cum aliquo quidem prius cohabitauit; postea autem Christi ministra propter pietatem. Et enim templum quoque quod illuc est, dicitur posuisse omnium Dominae & Deiparae. Cum ea ergo tunc seni magnopere supplicasset, vt in templo, quod ipsa considerat, collocaret Theodosium; ille quidem parer inuitus: persuaderet autem multo magis nolenti Theodosio, vt admittat translationem. Cui enim iucundum erat simul habitare, consequens est, vt ei quoquemodo

lestæ fuerit separatio: maximè cum B. Theodosius mallet parere, quam imperare, sicut declarabit oratio.

9 Cum itaque persuasus & translatus esset, & diuinum illud templum habitasset, eius deinde famâ ad omnes peruadente (solet enim virtus non minus eum, qui eam possidet, conspicuâ reddere, quam eum, qui eam fert, lucerna) nō ferens illic versari diutius, trahit in hunc sacrû monte & hanc speluncâ: ex quâ facit ille vnam solam eam, quæ est ad Deum, transitionem, illic relitto Discedit in corpore. Tribus autem de causis piè fit eius in monte in speluncam. translatio. Primum quidem, vt præfaturam tamquam magnum aliquod onus fugeret, quam illi erant impotenti Patres, vel potius eius virtus eximia. Secundò, vt loci quoque translationem, ad excelsioris vita institutum translationem efficeret, solitudinem ab hominu conuicu secretam multiplices virtutis fructus producere arbitrans. Tertiò autem, quod non à se, sed à Deo motus fuerit, vt isthic ei Christi phalanx ducenda committeretur, vbi tot militum, vel potius spiritualium Procerū milia, erat cōmuni Domino oblatus. Sic ergo piâ mente commotus, accedit ad verticem montis, & in hac speluncâ perpetuò habitat, quæ etiâ hucusq; eius sacris diuies est reliquiis.

10 Quædam autem fama ab alto à Patribus tradita, **Ipse olim** ad nos vique peruenit, quæ dicit, fideles illos Magos, **Reges** qui Bethleem venerunt ab Oriente, cùm Deo, qui ex **pernotasse** supernâ speculâ in Occidentem huius mundi veterat, **perhibentur.** aurum, thus & myrram piè admodum obtulissent, deinde ab Angelo responsum accepissent, ne eamdem viam rursus inirent, sed per aliam potius redirent in suam regionem: Hos, inquam, dicit **Magos** in hac speluncâ in reditu fuisse diuersatos: cumque hinc noctu dormiissent, manè ingressos esse viam, quæ ducebat in patriam. Et tale quidem est id, quod dicitur, & fortasse eam nulla labefactat improbabilitas. Nam primum quidem, cùm statuissent ingredi iter per Hierosolyma, non est admodum facile, vt iij alia ex Bethleem domum reuenterentur. Sicut etiam nunc videimus eos, qui à Bethleem, vel ab eâ quæ est circumcircâ regione, transeunt, per hanc proficiunt.

11 Præterea autem multa exiit, quæ olim quidem facta sunt, sita autem non sunt in diuinâ Scripturâ, sola scriptis non mandata traditio, efficit vt in hodiernum usque diem pro certis habeantur. Qualia sunt ea, quæ dicuntur de loco cranij, quæ sunt, inquam, tractata à magno f. Basilio. Ille enim dicit in quâdâ suâ oratione, **f** (oportet enim ea tâquâ condimentu aliquod addere orationi) non scriptam nobis expomens traditionem, Adam, inquit, primus noster parentis in hoc, qui nunc **Traditio de loco sepulture** dicitur cranij, loco dicitur esse sepultus: vbi meus quoque Christus pro nobis crucem & mortem suscepit, **Adami.** propter eam, quæ verbis explicari non potest, benignitatem. Et hæc quidem sic.

a Iuuenialis Episcopus ordinatur mortuo Phaylio an. Chr. 429. interfuit Synodus Oecumenica Ephesina & Chalcedonensi: moritur an. 457.

b Longinus quidam anno Christi 469. à S. Euthymio prefellus monasterio inferiori non procul à Laurâ S. Euthymij: de quo in huncius. En S. Sabas vita agitur. Graci in Menia xvii. Non emb. referuntur pium S. Longini obitum, quod foris de alterutro intelligendum.

c Eam exhibet Adrichomius in topographia & descriptione urbis Hierosolymitana. V Villermus Tyrius lib. 9. de bello terre sancta cap. 3. refert in arce & turri Daniidi omne urbis munimentum fuisse, cum à Christianis recuperetur.

d De hac speluncâ & loco fuisse actum in prolegomenis. §. 4.

e Eadem referuntur in Elogio Ioannis Moichi supra relato in prolegomenis. Didicerant, inquit Barradius noster como i. in commentis in Concordiam Euangelicam, speculam palatiis anteponere,

cum Christum in speluncâ natum confexissent.

f Basilius in cap. 5. Esaiæ: Obtinuit fama quædam in Ecclesiâ memoriam conseruans, non quidem scripto proditam, quæ & talis est; quod prima vrique Iudea hominem habebat incolam, nimis Adam, simul atque excidit deliciis paradisi, in hac terra collocatus, ad mitigandam iacturâ bonorum quibus fuerat exutus. Prima vrique etiam mortuum hominem exceptit, qui Locus Calvariae vñ: & illuc eam, cui adductus erat, sententiam condemnationis pleatatis.

etatis

*etatis hominibus spectaculum, os capitis defluente carne nudum. At illi recondentes cranium, loco illi nomen indidere **Kewios**, id est, Caluariam. Probabilis ratione poruit Noë non ignorasse sepulchrum principis **huius**, & mortaliū omnium primigenij: siquidem hac de re fama à dilatio mox per orbem propagata est ab ipso, & dimanauit, eoque Dominus excusā origine humanae mortis, in loco qui **Kewio** dicitur, id est, Caluaria, passus est, ut quo in loco corruptio, sive mors hominum initium acceperit, illic vita regni suum lumeret exordiu; **Hac Basilius.** Idem sentiunt Tertullianus, Cyprianus, Origenes, Epiphanius, Athanasius, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, alioq[ue], quos referunt Salsianus noſter **tomus 1. Annal. Eccl.** veteris testamenti anno mundi 930. num. 7. & seqq.*

C A P V T . I I I .

*Exercitatio virtutum in spelunca.**Amor eius
in Deum.**Matth. 22.
37.*

12 *S*A P E N S autem Theodosius cùm fuisset in hoc loco, & semper cuperet excelsiora, diuino Apostolo sibi veluti exemplati proposito, euasit illius imitator, omnia quidem sacra amans mandata similiter, præcipue autem captus amore diuinæ dilectionis. Eius enim suauis iaculo sic erat illius sauciata anima, & ita eius insolubilibus adstringebatur vinculis, ut excelsum illud & diuinum præceptū, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totâ mente tuâ, re ipsâ ab eo impleretur: quod quidem non aliter fieri potuerit, nisi omnes naturales animæ facultates ad nihil aliud, quod adsit, contendant, nisi ad solum Creatoris desiderium. Has, inquam, intelligētes animæ operationes, ut musicæ peritus, pius Theodosius concinnæ & numerosè mouens ad ea, quæ oportet, & quando, & quantum oportet, & ut par est, vnam quamque coniungens, omnium harmoniarum numerosissimam & iucundissimam efficit suæ vitae temperaturam; vnum solum scopum sibi proponens, ut ex Deo à se omnia fierent, & nihil ab eo dissentiret & discreparet.

*Varia vir-
tutum
exercitia.**Abstinen-
tia, vi-
tia, afte-
ritas.*

13 *Q*uis enim in iis, quæ pro Deo suscipiuntur, periculis æquè excelsi & fortis animi visus est atque ille, qui neque vicebatur à minis potentiorum, neque illigiebar inducebaturve blanditiis, quando de Deo fortasse, sed non ex Deo, erat quod iubebatur? sed de eâ re quidem differatur oratio. *Q*uis autem ita nouit discernere cordis cogitationes, & accuratè eas examinare, & maligni nostre artes, & dextræ subrepentes, sicut ille? *Q*uis sic animo moderari, spiritum conterere, omnem intelligentiam & altitudinem deprimere, quæ extollitur aduersis Dei cognitionem? & ut breuiter dicam, quomodo quis res illius imitetur, quas ne dignè quidem laudare possit? ieiunij constantiam, vigilandi perseverantiam, orandi assiduitatem, pulchrum psalmodie ordinem, oculorum in lachrymas innatam profusionem, ut prius spes esset sibi perennia fluuiorum fluentia, quam fontes illius lacrymarum; per totas noctes stationem; occulta lora, quibus, eò quod in somnū difflueret & resolueretur, cum inguinis dolore suffulcietur; humilitatem spiritus, mansuetudinem, animum ut plurimum cogitatandum & attentum, acre ingenium, & quod admodum facile rectâ ad cælos vique volabat? *H*æc optare quidem possunt etiam alii; sunt autem ad imitandum omnino difficultia.

14 *Q*uis ventri ita imperauit, aut eum abstinentia legibus magis habuit obediēt? *Q*ui eo vtebatur non secus ac ancilla, cibum sumente quando ipse iuberet; sumente, inquam cibum, non quantum ipse velleret, sed quantum sufficeret ad continentum vinculum naturalis coniunctionis. Alimentum autem erat fructus palmaræ, aut paucæ siliquæ, aut legumen aliquod aquâ maledictum, aut etiam quæ ex agrestibus herbis erant esui aptæ. Quod si horum quoque, quæ dicta sunt, erat penuria propter summam solitudinis inopiam, ossa dactylorum maledicta, erant illi laetum & splendidum nutrimentum propter necessitatem, & famis scitum sola-

Tom. 1.

tum. Perpetuis autem triginta annis panis nihil gusta- Avcr. uit penitus. Sed et si ita parcè & strictè se gerebat in iis, ANONYMO. que pertinebant ad vsum corporis, non ita tamen se habebat in iis, quæ pertinebant ad animam: sed illam contrâ abundè & copiōsè noctu diuque alebat: ut qui in lege Domini quotidie meditaretur, & sacrī oraculis quotidie rigaretur. Quo factum est, ut iūs sit tamquam lignum quod plāntarum est secus decursus aquarum, & fructum dedit in tempore iucundissimum & copiosissimum. Atque corporis quidem in iuuentute ad libidines incitationem sic pulchre efficit conquiescere. Hanc autem abstinentiæ legem non statuit simul abiicere cum flore iuuentutis, neque eam repulit tamquam adhuc inutilē & minimè necessariam; sed conservauit usque ad profundissimam senectutem, augēs, & non remittens & non secus ac quemdam socium navigationis, qui vñā nauigauit in hyeme & tempestate, multorumque laborum & ærumnarum fuit particeps, cùm iam fuerit in portu, erubescens amandare.

a Græcē τίχνας εἰδῶν τῇ πονηρῇ διὰ τῶν δέξιῶν κλεπτούσις. Li- pomarus, maligni nostre artes, quæ suffurantur per dexterās.

C A P V T . I V .

Accessus Discipulorum. Pius Basilius obitus.

15 *A*MPLERIBAT VTR itaque labores, sicut alij voluptates: remissiones autem & delicias repellē- niunt ad bat ut hostes, cùm longa consuetudo ei talēm impref- illum di- sisset habitum. His non secus ac stella, iucundissima, scipuli. splendidissimè ac pulcherrimè micans radīs, iam etiam procul apparebat. Nam ciuitatem quoque sitam supra montē, est celari difficile. Ergo nec latuit, etiam si illud ipsum perpetuō fugeret. Cùm non lateret autem, consentaneum erat omnino, ut boni & honesti studi- fas animas ad se traheret, non secus ac magnes feriū aut potius ut bonas quasdam apes, iucundum illud mel virtutis. Ad illum itaque iam ventitabant quidam ex iis, qui erant amatores virtutis, & malebant cum eo incolere solitudinem, quam cum Imperatoribus præclaras ciuitates. Qui vim afferentes, vix quidem, sed tam- men persuadent, ne sua solū consideraret, sed ea etiam, quæ sunt proximorum: & eius, quæ est ex Deo, vitæ eum accipiunt veluti pædorphibam. Et tunc quidē sex vel septē numero erant chorus qui erat circa ipsum.

16 *C*ùm autem sciret ille magnus, iis qui ex Deo vi- Iubet eos uere elegerint, nihil æquè conducere ad parandam viri sepul- turem & ad partam conseruandam, ac mortis memo- ebrum riā, quæ etiam vera philosophia & dicitur & creditur, quid facit? Sepulchrum iam construere his suis ubet discipulis: si nul quidem vt eius esset monumentum finis, sicut etiam vocatur, & sic eos magis excitaret ad decentandum, & diligenter stimularet ad virtutem; & simul etiam & mortuos acciperet; quinetiam ille ex futuris aliquid praevident & præagiens; iam enim hæc charisimata & gradus attigerat, in luce gratiæ lucem vi- dens. Quid autem erat quod præfigiebat, iam declarare agreditur oratio. Paratum enim erat sepulchrum, & adstabat quidem ipse desuper; discipuli autem ipsum circumstabant. Ille autem acuto mentis oculo intuens id, quod erat cœnunturum, sic lepidè dicit, eos adspiciens: Sepulchrum quidem est paratum, quisnam au- tem ex vobis est encænia eius celebraturus? Et ille qui- dem sic, lepidæ & urbanæ orationi miscens serua: solebat enim ipse quoque inter alia tempus nosse, austeri- tatemque & tristitiam gratiæ moderatâ soluere.

17 *Q*uidam autem Basilius, dignitate quidem Sa- cerdos, propter rerum autem bonarum desiderium, expressos aperiē seruans paternos characteres; & eum qui ipsum genuerat spiritualiter, non minus referens si- militudine virtutis, quam carnales patres ij qui ex illis nati sunt, & alioqui sciens quæstionem non frustrâ esse propositam à magistro, primus arripiens sermonem,

M m m 2 erat

Auct. erat prompto & alaci animo ad mortem eligendam, tamquam rem non repudiandam, sed valde utilem & conducibilem. Protinus ergo genibus flexis, cum se humili proiecisset, Benedic mihi, inquit, Pater. Ego autem, inquit, huius sepulchri primus celebrabo encænia. Hic novena, & ergo pertinet ille verò dedit. Et ipsum quidem habuit sepulchrum. Iubet autem Pater omnia ipsi fieri, quæ lex vult fieri mortuis; tertianas, inquam, & nouenas, & sequenter etiam quadragenæs. Cùm autem iam finem acciperent quadragenæs, (ò quomodo explicauerit oratio id, quod est valde quidem verum, sed est valde creditu difficile, propterea quod modum exuperat!) Basilius neque à febre arreptus, nec capitis dolore vexatus, nec ullum dolorem sentiens in villa parte corporis, rāquam molli quodam & suavi somno sopitus, excessit

Moritur &c ad Dominum: præmium virtutis, & illuc migrandi abfuerat. promptitudinis. Quod quidem aperte significauit eum eorum, quæ hīc sunt, nequaquam affici volupate: vt qui primus ut ante Deum sisteretur, & primus coronaretur, elegerit; adē ut ipse hac in re laudem magistri superauerit: nisi forte nimis videatur curiosum id, quod dictum est; siquidem magna res est, Dei faciem placidam ac benignam intueri.

mortuus 18 His sic perfectis, miraculo miraculum successit. **40. dies** Quadragesima enim deinceps dies, in canticis vespertiliis **vinius** nis inter sacrum chorum discipulorum hic diuinus p̄fallis. quoque stans Basilius, & vna cantans videbatur & audiiebatur à magno Theodosio. Et ex aliis quidem tulilus alias, aut vocem audiebat, aut illius formam certiebat. Solus autem quidam Aëtius, (qui ipse quoque magistri sequebatur vestigia, & volebat esse discipulus Theodosij non ex eo solū, quod rē illius & sc̄fer, & narraret, sed eum etiam imitaretur) ipsum quidem videre non poterat, sed vocem audiebat. Rogauit autem magistrum, an ipse mortuus quoque vocem audiret. Ille verò dixit se & videre & audire: & si veller, se ei esse ostensum eo tempore, quo apparuerit. Atque non quidem successit, & peragebatur conuentus, & homo Dei rufus planè videbat Basilium cum lis, qui stabant

Vides cum & canebant, simul stantem & canentem, eumque digno offendens Aëtio, preces quoque addidit, Aperi & Aëtio Domine, dicens, huius quoque oculos, & videat hoc quoque magnum tuorum operum mysterium. Cùm is autem statim vidisset & agnouisset, atque etiam accurrisset, & prædesiderio cum complecti voluisse, Basilius non solū apprehendi nō potuit, sed etiam evanuit, cùm dixisset aliis audientibus, Salvi estote, ô Patres & Fratres, salvi estote: me autem de cetero non videbitis amplius. Quonobrem id quod à Christo dictum fuit in Euangeliis, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, ostendit id quod factum fuit, esse verissimum & fide dignissimum.

Ioan. II. 25.

C A P V T V.

Annonae i diuinitus submissa.

19. **H**oc fuit primum testimonium virtutis Theodosij. Secundum autem mea iam vult perseguiri oratio, quod priori nullo modo est inferius. Dies erat festus, & festorum omnium primus & præcipuus, ipsum, inquam, Pascha, mei Christi, vel mea potius resurrectio & reformatio. Sacra autem noctis aderat quidem panes ad vespera: illi autem, qui ad eum ventitabant, nihil erat aliaq; aliorum, quæ sunt ad vescendum necessaria, non panis, non oleum, non aliquid aliud erat ex iis, quæ sunt esculepta. Atque chorus quidem discipulorum ægræ ferebat, vt est verisimile, qui iam erant numero duodecim: æg. è ferebant autem non pro se tantum, sed quod cùm iam non aderet panis, qui offertetur ad sacrificium, erat eis futurum Pascha absque sacrificio, & absque corpore Christi dies festus celebrandus. Circumstantes itaque ad eum magistrum murmurabāt, cùm causam

rationi consentaneam veluti ex te cepissent. Ille verò cùm tantum dixisset, Patri op̄petet factam mensam; reliquorum autem, inquit, nihil vili cura sit. Nam qui olim tot Israëlis millia in solitudine, deinde etiam non paruam multitudinem aluit ad sacretatem, hic ipse nostri quoque curam getit, nec est viribus imbecillior, nec ad prouidentiam debilior. Hæc ille quidem dixit sed quæ hadmodum eius verba effectum sint quād primū consecuta, nec spe fraudauerint discipulos, iamiam dicet oratio.

20 Quomodo enim olim ouis in vegetibus & Sabell adfuit, Abrahæ parata ad holocaustum; ita etiam huic quoque Beato, sole iam terram relinquent, accedit quidam pars mulorum ducens, per quos afferebatur ^{inperad} sarcina variorum alimentorum, cōuentientium hominibus, qui se exercent: & nec aberat quidem ipsa sacræ ^{affiruntur} ^{S. Theodo-} ^{fio.} mensa, qui videtur & intelligentia percipitur, panis; sed erat vna cum aliis. Propter quod magis levati sunt Theodosij discipuli, Christi cultores. Et hoc quidem donum, fuit donum illius precum, quod non ex celo pluerat, vt prius manna sed ex terra scaturierat nutibus cœlestibus, & aluit non solū sensibiliter, sed etiam spiritualiter, quod ad panem quidem attinet, qui fuit oblatus sanctificationibus. Sic ergo cùm simili terrestribus donis & cœlestibus se iucundè satiasceret, qui apud ipsum erant, vique ad sanctam Pentecosten, paulatim discebant, qualis esset illoram Doctor. Et hoc quidem ita se habuit.

21 Quod autem consequitur, illius dico esse fratrem, & similis fidei & spei fecerum germanissimum. Vir quidam curiosus erant, magne opes, bona autem operibus laudemasse qui statuerat, suas facultates distribuebat in benedictionibus, & pecunia materiam officiebat ^{In opibus} ^{svorum} salutarem. Is, inquit, cùm omnibus aliis, & viro locupræcipitiis, qui vivabant ex Christo, & se à mundo plesi & be temouere, ad Deum autem prop̄ accedere recte cogitabant, dextera apparuisse iucundissima, vt diuina dicere dicit Scriptura; aut rursus, vt cum Scripturâ magis dicuntur. Cant. 4: cam, horus eius non conclusus, & fons conspectus esset non signatus; solis Theodosij discipulis, per obliuionem aut ignorantem non impetravit beneficentiam; aut forte etiam Deo in his sanctum probante aut glorificante. Atque discipuli quidem accedentes, ei exhibebant molestiam, vt & le & illos manifestos redderet divisori, & magno studio instabant; neque enim se habete, quod deinceps alantur, qui paucas quidem habent aliquas, & cùm ea nonnumquam deficerent, ea quæ restabant ossa coquebant, vt iam dictum est, & eis vivabant ad famis solarium. Sic ergo illi homines, qui semper latere studuerat, manifestum fieri cogebant propter pusillum suum & abiectum animum: & eum, qui ad Deum oculos conuertere consuebat, virgebāt, vt turpiter manus porrigeret hominibus, taliā manu, quæ est aperta, & implet omne animal benedictione, vt qui eam esse angustum vel parcam ac folidam iudicasset in præsentia. Atque illi quidem erant tristes. Is ^{suo confi-} verò eos sensim admonens, Quis, aiebat, ex iis qui in ^{littera} Deo confisi sunt, omnino est derelictus? At quis, qui ipsum ad fidem usque sustinuit, non accepit consolationem? Qui inebriat omnem sitientem animam. Hæc nobiscum dicat diuinus Hieremias: Et omnem esurientem implet animam. Qui præparat eorum cibum, & pullis eorum; vt lob quoque & diuinum David introduceam simul loquentes. Cognoscamus quantum interest inter humanū studium & diuinam prouidentiam, quæ pertinet usque ad extrema: & sciemos, quæ admodum iis etiam, quæ propter Christam lubenter reliquimus, diuinā cursus prouidentiā abunde & copiose frāmūr.

22 Hædixit, & paulo post apparuit quidam, dicens animal onustum. Ibat autem non ad magni Theodosij monasterium; sed scopus quidem erat ei id transire, onus autem in aliquo alio loco deponere. Postquam

^{Ex. 32. 25.}
^{Iob. 38. 4.}
^{Ps. 146. 9.}

Quidam diuinitus monetur, ut eis ali- mента sub- ministret. quām verò fuit iam propè monasterium, vel inuitum virum sīstit iumentū: cumq̄ ei flagello multas pla- gas incuteret, illud erat immobile, non secus ac si esset faxum. Cūm homo ergo rectē existimasset id non fie- ri sine Dei numine, mox conuerso ordine, animali vte- batur tamquām duce, & laxato frāeno ei permittebat ire, quōd eum ferret impetus. Cūm homo sic fecisset, animal confestim nusquam quidem aliò, sed perinde ac si aliquis frāenum, cūm à nemine videri posset, traheret & dirigeret, rectā vadit ad monasterium. Quòd cūm vir esset ingressus, & inopiam, quæ eos vrgebat inaxi- ma, didicisset, & Dei prouidentiæ arcanum esset adimi- ratus, quemadmodū scilicet effecisset, vt inopiæ mo- lestia eis esset occasio coronarum, & vt ipse eam solue- tet molestiam; & quòd ēa de causā non parebat animal, eum diuinā vocāre prouidentiā ad alendas animas, quæ Deo quidem ministrabant, ministrantis autem corpo- ris laborabant imbecillitate. Hæc cūm ille didicisset, duplum præbuit eius eleemosynæ, quam primus diui- sit dederat. De cetero ergo eius discipuli cessantes ei exhibere molestiam, & esse pusillo & abiecto animo, studebant potius eum imitati, beatum quæ eum duce- bant propter firmam spem & fidem in Deum. Sed hæc quidem hucusque.

tē etiam si ita se haberet, iudicium tamen Deo permittit, & ei supplicat, si omnino ei gratus esset conatus. (ei enim in mente versabatur, quod olim diuinus Simeon de eo pradixerat) si ergo omnino Deo placeret, ut hoc signo declararet, & locum aperte indicaret, in quo erat monasterij iacturus fundamenta.

25 Cum ergo in manus sum plessit thuribulum, & Orat. fibi
implisset carbonibus, & deinde absque igne imposu- dñinitus
set suffitum, peruersit solitudinem, labris preces decan- monstrari
tans. Preces autem ita habebant: O Deus, qui per mul- adificandi
ta & magna miracula olim Israelem confortasti, qui monasterij
famulo tuo Moysi multis & variis prodigiis persuasi- locum
sti, ut eos regendi onus subiret, & virgam quidem in serpentem, in alborem autem leprosum anatum muta-
sti, & deinde ei rursus priorem restituisti colorem; qui aquam quidem mutas in sanguinem, ipsam autem rur-
sus facile in aquam restitus; qui Gedeoni signum vi-
ctoriae vellus exhibes, & quæ circa vellus; qui omnia fabricaris & contines; qui Ezechia vmbrae graduum retro reuersione descripsisti vitæ additamentum; qui etiam Eliæ preces prius exaudiisti, ignemque de cælo demisisti; & propter eorum, qui se impie gerebant, ad te conuerstionem, ligna & holocausta & aquam vna enim ipsis lapidibus combussisti; ipse etiam nunc es Domine, ipse quoque exaudi me seruū tuum, & ostendevbi tibi placeat, vt templum quidem tuæ potentiae, tuis autem seruis & meis discipulis habitaculum ædifi- cem. Ostendes autem omnino, vbi iubebis accendi hos carbones, ad gloriam quidem tuam, multorum autem agnitionem, & veritatis confirmationem. Hæc & his similia decatans, obibat loca, quæ nouerat alii saptiora.

C A P V T VI.

Extruitur monasterium

Augetur numerus discipulorum. 23 **Q** VONIAM autem ei quotidie accedebant discipuli (fontes enim illius gratiarum vocabant bonas & virtutis studioas animas; ceras rationis copotes dixerit aliquis, aquas amantes spirituales) aliique plurimi accesserunt, & non pauci ex iis, quorum magna erat auctoritas & opes. Et iam magnus quidem erat numerus discipulorum: spelunca autem exigua, & planè minor, quām ut eos posset capere; ipsi autem accedentes solicitabant, ut excitaret monasterium, & ampliorem eis ficeret caulam ouium spiritualium, dicentes, nihil oportere eum curare sumptus faciendo ad ædificationem. Nam & sumptu, aiebant, qui ad eam sufficit, manus, & manu nobis animus largior. Sic cùm maiori gregi cogeretur præesse verè bonus pastor, dici non potest quantis iactaretur curis, & quām variis distraheretur cogitationibus. Quando enim ad bonum quietis & silentij respiciebat, & ad puram & tranquillam mentem, ab hac carâ quiete tamquām à matre se auelli dolebat. Quando autem considerabat, curam esse gerendam eorum qui ventitabant, & non oportere sibi soli viuere, sed multò magis etiam proximis, & eius rei ipsum Dominum fuisse nobis ab initio exemplar propositum, qui & sibi congregauit discipulos, & conspectus est pastor ouium rationis compotum, & pro eis emisit animam.

Diuinum nutum in dubiis exquirit, & sequitur. 24 Hæc ergo quando per otium considerabat, & in contrariam partem trahebatur animus, neque sciebat cucinam purè adhæteret. Nam quietis quidem & silentij fructus non ignorabat; rursus autem sciebat, quinam essent fructus curæ, quæ gereretur Fratrū: & ideo vtrisque adhærebat, & neutrius erat penitus: & ab vtroque recedebat, & cum ambobus rursus conueniebat. Quid ergo facit? Deo permittit vniuersum, qui vel solus potest miscere, quæ misceri non possunt: & illius auxilio credit posse fieri, vt & conseruetur bonum quietis & silentij, & non priuetur mercede præfecturæ. Non enim in eo, quod sit corpus solitarium, sed in eo, quod sit cor benè compositum & tranquillum, vitam recte geri monasticam, vt à diuino David est definitum Cer-

^{a b} 26 Cùm autem solitudinis multam terrati pernassisset usque ad locum, qui dicitur ^a Gutilla, & ripas ^b lae-
cus Asphaltidis, sic mortuis & minimè igrifitis carbonibus, cùm vidit eos minimè accendi, neque conatur sponie ac
ei ex animi sententiâ succedere, cōstituit reuerti. Cùm
hoc autem fecisset, & patrum esset remotus à speluncâ,
(ò quis tuam dignè laudârit potentiam, Rex immorta-
lis!) fumus repente ascendit ex carbonibus, fumus benè
olens, cùm ignis modo ineffabili percurrisset carbones,
& eos latenter suscitasset. Cùm itaque ignis melius
quam lingua locum significasset, & iacta sunt funda-
menta, & templum extructum est, & ædificatum est
^c monasterium, vel, vt melius dicam, virtutum habita-
culum, aut tabernaculum in terrâ, quod est reverâ ter-
râ superius & cælestè: quod quidem est & magnitudi-
ne maximum, vt quod paullatim creuerit iis, quæ factæ
sunt, accessionibus, & abundat bonis omnibus, non iis
solis, quæ sunt ex spiritu & virtute, sed iis etiam, quæ sunt
ad usum corporis. Nam eis quoque erat illis opus, cùm
essent homines, non lautis quidem & superuacaneis,
sed quorum est necessarius usus & ineuitabilis. Quo-
modò enim in præclarâ cititate & populo frequenti,
ta etiam hic quoque licet videre omnigenas attium
officinas, quæ communi fratreinitati omnia præbent
citra laborem, & ab externis, quæ eos auellant, curis
iberant.

a Ms. Graecum Kyrilae

b Lacus Asphaltidos, id est bituminis, vulgo mare mortuum
icitur, post eversas ibidem Sodomam, Gomorrah, aliasq; urbes.

S A P V T . V I I

*Benignitas in pauperes, agros, hospites, diuinitus
remunerata.*

7] A M verò habitationū varietas & diversitas quē-
nam oculum quidem non mouet ad cōtemplan- *Varietate ho-*
tūm? quānam autem non lingua ad laudandū? Quam *spiritum mansuetus*
nim omnino animā, aut quod corpus eorum, qui di-
versantur, non curat? Hæc est monachorum, illa eorum
qui promiscue vitam agunt: alia eorum, aliæ

AVER.
ANONY-
MO.

qui alias peregrinantur. Et ut in summâ dicam, vnicuique eorum, qui accedunt, & locus quo excipiuntur, & modus quo carentur, alius alij est attributus. Vnum est, quod ex æquo omnibus exhibetur, nempe summa hospitij hilaritas & benignitas. Ceterum pauperum quidem magnam curam gerebat Theodosius: quorum ille egestate vincens suppeditatione, eam rursus habebat voluntate inferiorem: quomodo etiam voluntate semper vietam à liberalitate & munificentia spiritus, vt paullò post ostendetur. Hoc autem est ipsis rebus cōsentaneum & valde consequens. Si enim ipse cūm esset homo, studebat hominum egentium superare cupiditates voluntatis magnitudine; quomodo non humana rursus voluntas superanda erat ab opibus diuinis & benignitate?

*Theodosij
benignitas
in paupe-
ris:*

28 Cūm autem in omnes, qui egestate premebantur, ita esset misericors, eius magis augebatur misericordia in eos, in quibus rursus erat malum grauius, & cum egestate erat præterea morbus, aur membrorum mutilatio excrucians, eaque sacra, quod est grauissimum. *in agrotos.* Eā ratione erat etiam oculus quidem cœcorum, pes verò claudorum, indumentum autem nudorum, eorum, qui tecto catabant, tegumentum, ægrotorum medicus, largitor, ad minister, famulus; omnibus omnia factus propter excellentem benignitatem; sanguinem abluiens, vulnera mundans, labra admouens labris eorum, quorum erat caro murla, & ita eos sapienter consolans, & persuadens, vt moderatè ferrent calamitatem, cūm scirent eos, qui sapiunt, non modò ipsos non auersari, sed eos potius beatos ducere & amplecti. Non autem se superbè & inhumanè gerens, vt complures, quos cūm oportet miserando fratres, Dei sibi conciliare benignitatem & clementiam, illi (ò inhumanitatem) adeò sunt elati & sublimis animi, aut (vt verius dicam) nimis sui amantes, & tam pusilli & abieci animi, vt non solum eos non admittant, sed eos etiam videre non inducant in animum: perinde ac si nolint ministrare neque omnino scire, quod ipsis quoque sunt carnes subiecta talibus affectionibus. Sed non sic hic Beatus, sed fuit magno (sicut diximus) & generoso animo. Et sunt huius quidem multi oculi testes: maximè autem ex iis, qui hoc ministerium vna cūm eo obibant: qui cūm primò hanc insignem benignitatem & commiserationem similiter atque alij auerlarerūt, illius deinde egregiam reueriti moderationem, persuasi fuerūt rectè sapere, & iuxta imbecillitatem humanam & humilitatem.

*Alij eum
imitantur.*

Nemo inde repellitur

29 Quamobrem si quis eum dixerit communem portum, & communem medicinam officinam, communem domum, cōmune penu, rectè dixerit & congruent veritati, ægrotantium, esurientium, algentium, peregrinantium. Eorum enim omnium, quām par erat, curam gerebat. Qui autem contemneretur aut despiceretur, præterea quod esset vilis & humiliis, si quæsiuisses, illic inuenies neminem: sed propter hoc ipsum, quod esset, inquam, vilis & minimus, maiorem conquereretur curationem; quoniam Christus quoque est inter minimos, & quæ sunt illorum, aperiè sibi tribuit. Quare eorum qui expellerentur, nulla illuc habebatur ratio. Nullus despicebatur, nullusque indignus reputabatur commiseratione. Quod quidem patrum quoque nonnullis non est admodum facile seruare in filios. Sed alii quidem vestes quoque dabantur, quibus iis erat opus: omnibus similiter dabantur alimēta. Atque *vno die
plusquam
100. men-
sa paran-
tur.* meminerunt quidem, qui ad hæc ministrabant, se vno die plusquam centum mensas parasse. Et humanus quidem misericordia fons erat huiusmodi, & tam abunde scaturiens. Dei autem fons qualis? Numquid est manifestum, quod multis atque adeò infinitis partibus superabat? Nunc autem declarabit oratio, quibusnam in diciis, & finem imponet ei, quod est pollicita.

30 Castigabat aliquando terram Deus, castigabat autem fame: erat autem non breuis aliqua fames, ne-

que in hos quidem dominabatur, in alios verò non; sed ex æquo omnes inuaserat flagellum. Cūm sic autem affligerentur homines, vt eorum, quæ sceleratè fecerat, pœnas darent (malorum enim studiorum hæc esse frumentum, dicit diuinus Micheas) & adesset dies festus Pal. Mich. 6.

marum, quo pauperum & agrestium multitudo, festi acceptâ occasione, in eum locum conuenerat, iam hoc quidem pro more facientes, sed tunc magis à fame iussi. Qui itaque ad parandum prandium inserviebant, ad tantam caligantes multitudinem, conabantur quibusdam libris & trutinis alimentum distribuere, vt hac accuratè subtilique ratione & parcitate posset pluribus alimentum sufficere. Pondus autem eis ad libram, vt dixerit quispiam vteis lingua Romanorum, redibat. Accedens autem magnus ille Theodosius, cūm id quod fiebat, visu apprehedisset, & à magnâ multitudine vim afferri ianuis, & idem quod Iob, didicisset sentire & di- *Iob. 31.17.* cere: Fortis non diuersabatur hos pés, & patebat ostium & p. 18. omni viatori; subet portas aperiti, & permettere, vt o- *Famis 18.* mnes volentes possent ingredi: & hominibus mensas *p. 18.* *panperes* consuetas apponere, quos difficile erat vel numerare, *admissitæ* non solum eos cibo satiare. Quicumque ergo ei erant inserviuti, quando ad solam tantummodo adspiciebāt multitudinem, non credebant: tantum abest, vt aliquid facerent, propte rē quod modum iussio exuperabat. Postquam autem adspexerunt ad virtutem & gratiam eius, qui iubebat, ab humanis destiterunt, & altius adspexerunt, & portas statim aperuerunt, & lubenter admisserunt eos qui veniebant: & deinde etiam parandis mensis dabant operam, & hilariter ea etiam apponebant, quæ habebant. Quid ergo Deus admirabilis! Rursus quoque suffecit ad paucis alendam magnam multitudinē, sicut etiam prius quinque panibus quinque millia. Simul ergo eorum impleti fuot ventres, & *Multipli-
arcæ panariaæ ostendebantur plenæ panibus: & illi qui-
nitus an-* *nona.* erant plenæ, & plura tenebant quām præbuerant, & per orationem veluti ad replendos ventres pauperum plurimum fructum produxerant. Sic pro eius propo- sito Deus ipsum est remuneratus, & pro eius beneficētiā in pauperes, non solum abunde desuper pluens propter eius munificam voluntatem; sed etiam efficiens, vt vir ille in admiratione haberetur & celebraretur, propterea quod sit minimè falsum promissum. Pro- *1. Reg. 2.* misit enim eos glorificare, qui eum sciunt glorificare *30.* per opera.

31 Post hoc autem aliud quoque dicatur, quod pa- tem continet & voluntatis munificentiam, & patrandi *Reatum s.* miraculi virtutem. Rursus erat dies festus, & festus vir- *Marie ce-
ginis Dei matris: in quo, propterea quod erat valde in-
leberrimus.* signis ac solennis, tam magna conuenerat multitudo (oporebat enim & festi causâ esse multos celebrato- rios, & eius qui festi celebritatem peragebat, dexteram, aut vt potius dicam, propositum, habere etiam conuenienter multos qui alterentur) vt ne sufficienter quidem ad faciendum accumbere eos, qui accedebant, illi quibus hoc commissum fuerat; tantum abest, vt haberent quod satis esset ad eos alendos, nisi in singulis mensis oporteret vnum panem apponere. Qui autem arcas *Ierû an-
panarias antè impleuerat Dominus, (larga & copiosa nona diu-
dextera, quæ aperitur & nutrit, quicquid ab ipsâ est nisi an-
creatum) is tunc quoque mensas impleuit, vel vt potius gesur.* dicam, ventres: adeò vt cūm innumerabilis ille hominū conuentus fuisset plenus ad satietatem, tot essent spor- tæ reliquiarum, vt ipsi quoque, qui accubuerant, multa domum tulerint, & iis qui seruiebant, ex iis sint opiparæ postea mensæ apposiræ.

32 Videntur autem hæc esse difficultia non solum ad imitandum, sed etiam ad laudandum, & ad rectè explicandum oratione. Quis enim adhuc videns Ægyptios confluentes ad magni Theodosij monasterium, non existimauerit vel puteos esse tantè multitudini defecturos ad solum potum? Illi autem ita ad satietatem fruan-

Sapientia id accidit.
fruuntur appositis, vt iis etiam, qui post ipsos veniebant, sufficerent quæ remanserant, ad secundum conuiuum. Quis ergo videns, quæ in hodiernum usque diem sunt in solitudine, non statim est habitus fidè dignus testimonium, quod qui per Moysen in solitudine mirabile prius pluit Hebreis nutrimentum, hic ipse nunc quoque per Theodosium (etenim in Christo vivere creditur) hoc quoque magnum & diuinum efficit, & tot viris nutrimentum copiosè suppeditat? Propterea ergo multos quoque videtis ad hunc locum festinantes, hunc ipsum reverâ esse illum existimantes, propter quem Servator & quinque prius panes benedixit, & tot hominum millia aluit ad satieratem. Sed haec quidem ita se habent. Nobis autem redendum est ad ea, quæ consequuntur.

C A P V T VIII.

Varia valetudinaria extracta. Energumeni liberati.

Extritus valentudinaria:
1. monachis,
2. honestioribus exterritis,
3. vilioribus,
4. senioribus monachis recreatis,
5. à bonis mulieribus.
Pin. opera sibi adscribentes monachi, trahuntur, Ioan. 15.5. Is. 37.27. Iuxta lxx.
33 *V*ONIAM enim præcipuum indicium caritatis in proximum, est cura quæ geritur ægrotorum; quæ etiam maxime nouit purgare partiblementum animæ facultatem: quoniam non sufficit ad perfectionem, fratrem nutritre esurientem, & potum dare sitiens, eumque qui est hospes & nudus, in domum introducere & vestire; sed oportet præterea eius etiam cum mortuo quadam sensu misereri, vt non sit solummodo bonum, sed etiam bene fiat, ex animæ scilicet affectione: vt non manu solùm, verùm etiâ animâ ostendat misericordiam. Qualis autem ille esset in eâ re, iam vult declarare oratio. Cùm tres domos ædificasset, vnam quidem iis, qui propter Christum erant seiuncti, & toti mundo crucifixi, tribuit ad curam corporis infirmitatibus. Deinde duas permisit iis, qui in mundo viuebant & versabantur: & ex iis ipsis vnam quidem iis, qui erant insigniores & honestiores; alteram verò iis, qui erant viliores & pauperiores, & qui opus habebant alterius auxilio. Quinetiam suis monachis, quorum propter senium & labores lögæ exercitationis soluta erat vis membrorum, (Oportebat enim ne hoc quidem effugere Theodosij solitudinem) iis cùm in loco separato aptum extruxisset gerontocomion, id eis permisit ad recreationem diuturnam afflictionis, tamquam bonis viatoribus, longâ viâ & asperâ defessis, accommodatum diuersorum. Præterea autem aliud quoque ab eo constructum est nosocomiū, nempe ad operam commiserationis verè misericorde & clementie animâ: quod etiam erat donum mulieris verè honestæ moribusque piæ & religiosæ: quæ quidem eius admirans bonitatem, domumque & seipsum cum filiis ei largitur, mundo quidem renuntians, Deo autem totam seipsum permittens, & volens vt sui filij sub illo viuerent.

34 *Q*uinietiam, quod maius est signum clementiae & benignitatis, quicumque in montibus & speluncis degere quidem propter Christum, sed non ex Christo, elegerant, in considerato & non stabili calore securi exceduntur, & humanæ quidem imbecillitatibus, & Christi verborum, quod absque illo nihil possumus facere, oblitii; inā fastu & vanâ persuasi arrogantiâ, & quæ recte gesseram miseri sibi adscribentes (b mea malâ! ô grandem insolentiam, vel potius amentiam!) Quid enim boni fecerit humana natura, ruo, ô Saluator, nudata auxilio; qui me doces per linguam Prophetæ, dicendum: Remisi manus, & aruerunt, & facti sunt tamquam fœnum siccum super testa, tamquam granen. Quid verò per hæc significatur? Quidam amissio flore virtutis, quem qui tuam habent manum operam ferentem, amplexi sunt, deinde exiccati defectu tua pinguedinatis, dedecus deformitatis, miserabiliter induerunt.) Qui ergo sic stulte senserant, & ideo traditi erant satanæ ad interitum carnis, vt ait Paulus, vt saluus fiat spiritus; aut

alloquimente erant læsi & male affecti, & pœnas derant in eo quod peccauerant; vt discerent cùm in honore essent, effecti rationis compotes, intelligere ac noscere opificem & auxiliatorem, & non esse ingratii in eum, qui eis dederat gratiam; iij experti sunt eum valde benignum, & paternè in ipsis se gerentem. Pro eis gñs excipit enim accedebatur, tamquam pro filio propriis, & alio-

Eas habet.
qui benevolè in eos afficebatur. Cumque eis consti-
tuisset locum quietum & tranquillum, permisit vt in eo
agerent; vt esset ei quodammodo alterum monasterium,
& ob multitudinem eorum, qui erant congregati, &
& ob ordinem ministerij, & ob statum eorum qui tristabant, & ob sumptum eorum, quæ suppeditabantur.

35 Magis ergo quam aliorum, homo Dei, sicut dimicamus, vincebarū ipsorum commiseratione, & in eis recreandis magis adhibebat curam & diligentiam, & eos consolabatur verbis apertis ad persuadendam tolerantiam. Nequaquam ô filij, dicens, nequaquam re-

Hoc erat
soluemini, & eneruemini hac temporali afflictione, eos ad pacem.
Neque hoc vobis videatur oprandum, à Deo omnino tientiam.

non corrigi. In laboribus enim, inquit, & in flagellis
castigare Hierusalem: Sic dicit Deus per Hieremiam: 8. iuxta

Anima mea numquam à te deficiat. Castigat enim, lxx.

sed benignè: & castigat omnem filium, quem recipit,

postum discere ex diuinâ scripturâ, adeo vt disciplina

Hebr. 12. eius & castigatio non sit iræ, sed dilectionis, ad corre-

ctionem peccatorum, indecta propter benignitatem.

Bonum est ergo, ô frates, & validè bonum, cùm huc spi-

ritualiter castigati fuerintus, illuc Dominicanas plagas

non expiri: & cùm huc ad tempus afflitti fuerintus,

quæ finem non habent tormenta effugere. Huc enim

nihil pati, longè est gratuitus quam pati: & excedere è vi-

tâ abique tentationibus, vt cuius non fuerit purgata

materia peccatorum multis afflictionibus, quod est

apertum indicium terribilium afflictionum, & notho-

rum potius, quam germanorum filiorum signum eu-i-

dens. Quamquam ne illud quidem omnino contur-

Cur dia-
babit animum eorum qui sapienti, si figmenti diuini dæ-

monenudit dominus. Nam datut quidem eis potestas

tur posside-

ab eo, qui creavit, tamquam quibusdam punitoribus,

(hei mihi!) ad castigationem filiorum qui declinarunt.

Datur autem, quantum ille nobis sufficere ad castiga-

tionem, non quantum ipsi volunt. Vix enim parecent

hominibus, qui ne brutis quidem pepererunt, vt sacra

docent Euangelia. Conspiciamus ergo per hanc disci-

plinam sensum accipere eos qui peccauimus, & non

egere aliis plagiis gravioribus, quod incorrektimanea-

mus post plagiæ. Efficiamus probati per afflictionem,

Quod contra nostram voluntatem est illatum, fiat etiam

proprium voluntatis, in eo quod moderatè feramus ea

quæ contigerunt: & gratias agamus ei, qui intulit disci-

plinam legibus benignitatis. Ipse percussit, & ipse nos

sanabit. Et hoc habeo à Prophetis: Percutiet & alliga-

bit, & non tardabit ad curationem.

36 *H*ec dicens admittibilis Theodosius, omnibus

quidem procurabat consolationem, & nonnullis etiam Quosdam

à morbo liberationem: alios admonens, vt forti & ma-

gnō animo ferrent eam calamitatem, & persuadens esse

Theodo-

vtilius eam tolerare, quam ab eâ liberari. Hac ratione

plurimum studij ponebat Theodosius, non vt eos, qui

malè habebant, liberaret ab eo, quod erat eis mole-

stum; sed vt potius eis persuaderet, vt ea forti &

magnō animo ferrent.

C A P V T IX.

Varia tempora extracta. Exercitatio monachorum.

37 *S*ED NIM QUOMODÒ ALIOTUM ILLIUS HONORÙ episcopalis auditores excipiunt? Quid enim, perinde ac

si desint res præclaræ ab eo gestæ, excogitabimus, quæ-

admodum possimus introrari in oratione? Quis enim

cum eas, quæ huc sunt, audierit hymnодias, non dea-

M m m 4

mulcetus

Auct. mulcetur quidem auribus, lætatur autem animo, cor-
ANONY- de autem vehementer exilit, promptoque & alacri ani-
MO. mo labra mouet ad laudandum eum qui fecit, quod di-
Edificare uersis quidem linguis, vnâ autem mente & sententiâ
in suo ca- canantur pîe. & religiosi? Quomodo enim in lyrâ, cù-
nobio 4. quæ fit vicissim pulsatione, contemplatur vocum di-
ecclœfias. ueritas numero admirabili; ita etiam hî quoque di-
uersis linguis, quidam varius & valde concinnus cantat
tur hymnus. Hic etiam vir sapiens, sicut olim Beseelel
diuini-architec tor tabernaculi, sapientissimè & pulcher-
rimè dispensat & administrat in hoc sancto monaste-
rio, & a quatuor aëdes inera id edificat. Ex quibus vnam
quidem dimisit iis, qui lingua Græcâ vntuntur; in quâ &
ipse & aliorum quoque Patrum chorus hymnum ca-
nebat. In secundâ autem genus ^b Bessorum suâ voce
communi Domino fundebat preces. Tertiam autem for-
tita fuit gens ^c Armeniorum: in quâ quidem ipsi quo-
que lingua patriâ Deo hymnos emittebant. Ultimam
autem & quartam seorsum ab aliis iis, qui vexabantur à
dæmoni; qui cum erant alioqui furiosi & emotæ men-
tis, ut antè meminimus, cum ipsi ad se reuersi erant cō-
positæ mentis, cum iis, qui eis ministrabant, in eâ preces
emittebant Aliissimo.

d, 38. Ita ab eis peragebatur ^d hymnodis regula, quæ
(ut dictum est) leptics in die offerebatur Deo vniuer-
In vna ea-
rum omnes oportebat veneranda participare Sacramenta, lex erat
communi-
cans. apud eos pulchritè admidum constituta, ut vsque ad di-
uinicas inspirata. Euangelia vnuſquisque in suâ ecclesiâ
simil & lingua, diuinam auditore vocem; postea autem
omnes congregarentur in vna, exceptis dæmoniacis;
in magnâ scilicet Græcorum ecclœsiâ. Quid quidem
in hodiernum usque diem faciunt: & illuc sunt partici-
pes satiſficatorum.

e, 39. Et quid opus est omnia recensere, illius, inquam,
saci pastoris & gregis; & utrum eorum magis admis-
teret quis virtutem, an multitudinem? Nam quos totâ
suâ vita patrui spiritualiter, paternè autem nutrit, &
deinde etiam ad Deum emisit, cum pulchritè suam vi-
tam finissent, fuerunt numero sexcenti & nonaginta
tres. Quos autem ^e p̄fectus, qui post illum successit
monasterio, fuerunt plusquam quadringenti, paternæ
discipuli virtutis apertum seruantes charactem, filii patrem
amantes, & filii, qui insigniter amabantur à patre. Cau-
cœfus pr̄sa autem amoris, qui erat in utrisque, erat non natura,
felli.

f, 40. Postquam ergo huius-viri diuini fama per vni-
uersum orbem terræ iam peruassisset, & virtutis stu-
diosas ad se attraxisset animas; multi quidem ex militi-
bus, bella multum valere iubentes, referebantur in nu-
merum eius phalangis: multi autem ex iis quoque, qui
valebant dignitate, & honores fuerant consecuti, hæc

non secus atque somnia despicientes, aut potius ut alias
Sirenes, que demulcent ad eorum, qui eas attendunt,
exitium, dimittentes, toto pede ad ipsum contendebat,
propter Christum ignominiam, veram esse gloriam &
ipso etiam regno meliorem credentes. Multi autem
ex iis quoque, qui erât insignes eruditio, libros qui-
bus adhærebât, tamquam aliquibus vberibus ari fonti-
bus, vel tamquam iucundissimas voluptates, vel tam-
quam pulcherrima spectacula despicantes, maluerunt
attingere institutiones elementorum vitæ, quæ ex Christo
agit: reliquæ plausibus & laudibus ciuilibus,
humanæ sapientiæ prætulerunt eam, quæ est propter
Christum, stultitiam. Quibus admodum aptè usus fuit ^{Eius in illa}
hic bonus pastor, imbecillioribus quidem labores al- ^{instituen-}
leuans, augens autem robustioribus, adeò ut neque im- ^{duis prudē-}
becillitas opprimetur immoderatione, neque vites
insolecerent si non comprimerentur; erga omnes se-
ipsum varians & mutans spirituali sapientiæ: non virgâ
castigans, sed sermone instruens, sermone sale condito,
& qui animam penetrabat, ac peruadebat usque ad
profundum motuum mentis, ut qui vim haberet ex ipsâ
operum fiduciâ. Eâ ratione & consolans, erat multis
terribilis; & increpans, desiderabilis, & iucundus in
omnibus.

a Recessisse S. Theodosium ad partem Lauræ Occidentalis, ibi-
deriq; extraxisse monasterium, refertur in vita S. Sabæ, qua de hac
ampliatio intelligenda est diximus in prolegomeno.

b Bessi, seu Bessæ, populi Boreales sunt. Meminit eorum S. Paulinus Episcopus Nolanus in poëmate de reditu S. Nicetæ in Daciam,
quod VII. Ianuarij dedimus, ubi num. 12. hec canit.

Nam simul terris animisque duri,
Et suâ Bessi nube duriores,
Nunc oves facti, duce te gregantur
Pacis in aulam.

c Ouidio etiam Danubij accolæ habentur, & Getis vicini, ita lib. 3.
Tristium Eleg. 3.

Sauromatæ cingunt fera gens, Bessique Getaeque.
An hac eorum lingua fuit fortassis, que hoc aeo Slavonica dicitur,
& laude per Septentrionem in officio Ecclesiastico usurpatâ?

d De lingua Armenica quedam habet Athanasius Kircherus
nosler in Prodomo Copto.

e Antiquus horarum canoniarum usus.

f Hic est Sophronius ille, cuius legatus Hesychius huius mona-
sterij Presbyter pro eo interfuit Synodo Confiantinopolitanâ sub Men-
na. De utroq; actum in Prolegom Sub hoc Sophronio aut non mul-
to pôst, hanc historiam S. Theodosij descriptam ex subiunctâ laude
subditorum putamus.

g Ex his Julianus Episcopus Bolstrensis, de quo infra num. 71. &
suprà in prolegom. Ita tempore Ioannis Moschi Théodosius quidam
creatus Episcopus Capitoliadis, de quo in Prato spirituali cap. 109.
Tres Episcopi morienti Theodosio adfuerunt num. 84.

h Praeras cum S. Sabâ, ex commissione Salutij Episcopi Hiero-
politanæ, reliquis circum circa monasterii. Vide prolegomena §. 5.

C A P V T X.

Sacra eius lectiones & exhortationes.

i, 41. **Q**VIS ita fuit, & cum multis conuersans, utili-
simus, & ad sensus colligendos, & ad efficien-
dum ut int̄ro conuerterentur, apertissimus? adeò, ut is in
maiori esset tranquillitate in mediis tumultibus, quam
ijs, qui sunt in solidine; & id simul esset & cum multitudine, & separatus; & illud quidem aliis, hoc ver-
bi afferret utilitatem, vel suam potius per utrumque;
siquidem iuare proximum, est aperte iuare seipsum. *Lectio sa-*
Quod autem & permansit cum eo toto vitæ suæ tem- *cria Scri-*
pore, & est veluti necessarium aliquid & semper con- *pura affi-*
sequens, erat diuinorum lectio eloquitorum: quam non *dua.*
tempus, non morbus, non senium, non aliquid aliud
ex iis, quæ accident, interrupit. Quin etiam cum iam
esseret imbecillus, & iam ad extremam venisset senectu-
tem, nec de cetero posset amplius progredi, liber erat
in manibus, & vincebantur labores à laboribus; à me-
ditationis, inquam, laboribus labores senectutis & im-
becillitatis. Ad quos cum dies non sufficeret, illius lu-
cem lucerna supplebat in noctibus.

42 Quo-

Sonet per famulum officia Ecclesiastica dirigit.

42 Quoniam autem cum esset homo, oportebat eum esse multis defessum, & exhaustum laboribus, non poterat quidem noctu una esse cum Fratribus canentibus, & admonere quae oportebat; ministro autem tamquam lingua vicens, qui ei fundebat aquam manibus, per eum significabat Fratribus, & quisnam esset canticum incepturnus, & quisnam facturus lectioem sedentibus, & quis chorum ducturus. Hac autem faciebat his duabus de causis, & sibi quidem prouidens, ut assidue vigilaret, & illis, ut regulam spiritualis officij seruantem circa villam reprehensionem. Sed noctu hæc quidem illi magno erant pracepta Ecclesiastica; interdum autem ad eum accedentes, qui erant ex spiritu ei geniti filii, eum seorsum interrogabant propter cogitationem, quæ eis afferebat molestiam. Aperte autem ea suadebat, quæ pertinebant ad eorum utilitatem, non sermones soli dicens, sed etiam vitâ ea quæ dicebantur confirmans.

Nemo iudicat suos adiutorios.

43 Quo quidem tempore erat, quod siebat, non procul à miraculo. Nam virille, qui externam ne gubernaverat quidem sapientiam, & in libris gentilium ne linguis quidem exercuerat, tantâ verborum copiâ faciebat admonitiones, ut nullus eorum, qui in his libris consueverant, & arte dicendi linguam latiss acuerant, facile possent cum eo contendere. Dociebat itaque non ex humana sapientia, sed ex gratia boni spiritus (qui ad eum veluti dixerat: Ecce dedi verba mea in os tuum, si Ierem. 1.9. cur olim Hieremias sapienti) ex seipso quidem multa dicens, eaque elegancia, multa autem etiam ex dictis Apostolicis. Maximè autem crebro recordans salutariam constitutionem & sermonem, qui instruunt ad exhortationem, Magni, inquam, Basilij, cuius etiam vitam imitans, & eius orationis magno captus amore, studebat animam quidem illius moribus, linguam autem eius ornata eloquentia. Certe per ipsam quoque proferebat ea, quæ sunt, rerum illius pulcherrima, meditando assumentis, & conservâs memoriâ, quæ possent prompti animi studium iniciere vel concordioribus. Bonum autem fuerit illorum ipsorum quoque meminisse verborum, quæ memoriâ tenere caræ erat Theodosio.

Exhortationes ad Fratres.

44 Rogo, Fratres, per caritatem Domini nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro peccatis nostris, aggrediamur aliquando curam gerere nostrorum animarum: dolore afflictamur ob vanitatem vite nostræ præterita: decertemus pro futuris ad gloriam Dei & filij sui. Ne remaneamus in hac fœcordia & mollitia, præsens quidem semper otium admittentes, in crastinum autem diem & perpendinum, principiū operum differentes: ne si comprehensi fuimus ab eo, qui nostras animas decipit, nequaquam instruâti operibus, excludamur à thalamo gaudij: frustrâ autem & incassum desfacamus, despici malè habitum vitæ tempus lugentes, tunc quando nihil iuuabit eos, qui agent pœnitentiam. Nunc est tempus acceptabile, nunc est dies salutis. Hoc est tempus pœnitentiae, illud remunerationis. Hoc est tempus operandi, illud verò dandæ mercedis. Hoc est tolerantiæ illud consolationis. Nunc Deus est adiutor eorum, qui convertuntur à malâ vitâ; tunc erit terribilis, & qui decipi non poterit, examinator actionum & verborum, & cogitationum. Nunc frigimur patientib; tunc iustum cognoscemus iudicium, quando resurrexerimus, alij quidem ad æternum supplicium, alij autem ad vitam æternam, & recipiet unusquisque congruenter suæ operationi. In quod tempus Christo obediens differimus, qui vocauit nos ad regnum suum cælestem. Non expurgescimur? Non nos reuocabisimus à vita consuetâ, ad perfectionem Euangelijs? Quomodo oculis apprehendemus illū terribile & insignem diem Domini, in quo eos quidem, qui dexterâ Domini, per bonas appropinquatæ actiones, excipiet regnum Domini; eos verò, qui ad sinistram sunt abiecti, propterea quod à bonis deserti sint operibus, abscondebit gehenna

Diem iudicij inculcat.

ignis, & tenebras æternæ, & stridores dentium? Nos autem dicimus quidem nos cupere regnum cælorum; ea ANONYMO: autem non curamus, quibus id possimus asequi; sed MO: pro præcepto Domini nullum laborem suscipientes, in vanitate mentis existimamus nos esse æquales honores consecuturos iis, qui usque ad mortem resistunt contra peccatum.

45 Deinde cum hucusque perfecisset orationem, sua subiecta excitabant ad obedientiam, & parabant ad tolerantiam, & quoniam & vniebant ad concordiam. Addebat autem sua, non ad, ut quispiam se iactans & gloriâs, sed qui se ipsum ostenderet eadem sentire: & simul ea quidem, quæ iam dicta sunt à veteribus, propter breuitatem verò vel sententiae magnitudinem, vulgi captum excedunt, ipse suis additamentis reddens apertiora, manifestaque & clara reddens omnibus. Atque sic quidem vtebatur sacer Theodosius eā, quæ ad docendum comparabatur, orationes; eā verò, quâ traduntur dogmata, quo in oddo se habebat? & quis erat eius in his sermo & zelus? Anne de hoc quidem est sciscitandum, utpote quod res omnes loquantur quavis voce apertiūs, & eius zelum pro pie- Zelus etius profida rendum, quænam lingua sit eruditâ & facunda, ut posse sit recte explicare illius linguae tropæa. Nam is quidem in aliis quidem omnibus erat manuetissimus, & promatissimus, ut honestè potius vinceretur, quænam non laudabiliter vinceret. Vbi autem erat in pietate & verâ religione periculum, erat illic stabili & forti sententia Theodosius, & nullius cedebat obicitio, ut qui certineretur acri & invicto animo, ignis comburens, aut scuris scindens, aut romphaea pugnatoris, ut dicam quæ diuinæ sunt Scripturæ. Eius autem quod dico, argumēta sunt multa quidem alia, mihi autem sufficiet unum reducere in memoriam.

CAPUT XI.

Anastasius Imp. pecuniâ tentat peruertere
S. Theodosium.

46 TVLIT aliquando a nostrum quoque tempus Imperatorem, qui prius quidem fuerat, quatum apparebat, & paradisus voluptatis; a postremo autem rebus fuit cognitus campus destructionis, & unus scilicet ex iis pastoribus, qui sui gregis oves dispergunt & perdunt, & eos turbidâ potant subuersione. Et ut reliqua illius prætermittam, hoc quidem accipiet, quod post nos sequetur, tempus. Neque enim par est, ut id manderet obliuioni propter eos, quorum est scelus infigne: qui, ut dicit Isaías, concepunt laborem, & pariunt Isaia 59. iniuriam, Impius (heu) sine ab aliis ad hoc motus, 4. siue hunc sceleratum factum ex se produixerit, (Stultus Isaia 32. enim, inquit, stulta loquetur, & cor eius vana cogitabit) Patrum, qui & Niceæ fuerunt, sacra dogmata, tamquam montem Sion & turrim fortitudinis, scilicet aggreditur; illa quidem volens abrogari, valere autem sententiam f. Acephalorum, quam à ratione alienam, & verè ἀκέφαλων, hoc est, carentem capite, iure quis dixerit. Potentia autem admisceret improbitatem, ut hac quidem deciperet, illâ verò effectum redderet, quod contentebat: ut neque vis, si esset immixta & persuasione minimè contempnerat molesta videri possit, & planè violenta, ut quæ robur accepisset ex sola occasione; neque turbos persuadere, si impotens sit, si imbecilla, & quod possit pauca & apud paucos efficere.

47 Hinc alios quidem ex Episcopis adorabatur g minis & exiliis, alios autem honoribus & assentationibus: & nonnumquidem etiam corrumpere pecuniâ, & siuum malum aliorum quoque efficeret, & morbum communicare contentebat; mutabilis non minus quam Proteus, ut Græcorum fabula loquuntur, & non minus mente, quam ille adspectu varius. Postrem autem hanc

Avt. hanc quoque magnam turrim aggreditur. Machinæ autem erant aurum; idque non paucum, vt posset contemni, sed quod redibat ad suminam triginta librarū: variè Episcopos; eratque donum non nudè & aperte donum, ne nota scopus; Theodosius id quoque occultabat p̄ regnum speciosus & valde promuneribus babilis, nempe pauperes, & quæ erant necessaria ad vias tentas. Fratrum ægrotatiū. His virum conabatur ingenuum redigere in seruitutem. Et si bonum existimas & gratum pitorum animis id, quod à te, ô vir egregie, innouatur, ego illi dixerim, cur non ab eo ipso finis trahi amatores, & propriâ vinci pulchritudine eos qui sunt pulchri amatores; sed id pecuniis ornas & muneribus, quod solet fieri turpibus & deformibus, ut quæ sint aliena ornamenta & artificia?

48 Cùm ergo cognouisset ille magnus id quod fiebat ab illâ pugnâ & abiecta animâ, temerè aduersus se eius accipit comparari, erat, vt vulgo dicitur, aquila in nubibus, vt Theodosius qui nec posset capi nec vinci; sed reuerâ potius eum capi, qui simulabat. Nam aurum quidem non repellit, ne forte videretur temerè suspicari, & offensionis aliquam præberet occasionem; sed duplii damno afficit aduersarium, simul quidem priuans pecuniis, cùm esset alioqui auarus, & simul etiam spem vanam & inanem ostendens, quâ ducebatur, & quæ nihil habebat ad scopum pertingens. Sed quem leonem existimabat se iam habere in pedicis, eum cùm in se concitasset vehementissimè, præclarè ostendit, vt est in proœlio, capream inisse pugnam aduersus leonem. Nam cùm iam tempus aduenisset, & ille ab eo petiisset confessionem, & adessent qui eâ de causâ missi fuerant, hinc mihi considera eius animi virtutem & fortitudinem. Nam cùm omnes simul congregassent ciues solitudinis, & dixisset esse tempus, vt finem acciperet dictum illud Propheticiū, quod ubi tñitem fieri pugnatorem, & eos instruxisset ad suscipienda pro pietate certamina, se ostendit esse ducem, se militem, se virum strenuum & fortrem, & priuatum in omnibus, & cum Imperatore per litteras est congressus. Et lubentissimè quidem meminislata fortis rei cit.

a Hinc autorem costantium S. Theodosio fuisse patet, ut supra diximus.

b *Isest Anastasius, qui imperium suscepit Olybrio solo Confuse an. Ch. 491. Sub hoc vixisse S. Theodosium Cœnobiam rem notat Suidas ad verbum Anastasius.*

c *Priusquam imperium caperet, Euphemio Patriarche Chalcedonensi professionem fidei chirographo suo testatum dedit. Mox in qua tributa iubilat, magistratus gratio contulit, multa præclarè constituit, quibus eius initia magna spem & expectationem omnibus attulerunt. Ideo Felix III. Papa illi scriptis, in eius se imperij promotione gaudere, ut testatur huius successor Gelatius in Communitario ad Faustum, qui in epistola ad ipsum Anastasium missa laudat studium pietatis in priuatâ vitâ, quo optat semper fieri particeps promissionis aeternæ. Erc. eius adhuc priuati pietatem certas, & virtutes predicit Cedrenus.*

d *Anno imperij 2. Christi 492. chirographum professionis fidei ab Euphemio sibi restituti iussit. Ita Cedrenus & Theodorus Lector Collestan. lib. 1. Dein liberum cuique fecit quam vellet amplecti se. Eusagrius lib. 3. cap. 30.*

e *Concordat ms. Gracum, τοις ἵεροις τῶν τοῦ Νικηφόρου. Sed utrobius mendum legendum, Patrum qui Chalcedone fuerunt, ut sequentia declarant.*

f *De Acepholis actum x Januarij in viâ S. Ioannis Camilli Boni num. 2. & in viâ S. Agathonis. Cedrenus scribit Anastasiu in fuisse in heresi Acephalorum, seu Synchytarum. Ad etiam Concilij Chalcedonensis authenticâ ex altari ablata confidisse atque igni tradidisse docet Nicéphorus lib. 16. cap. 25.*

g *Ita pulsi in exilium Patriarche Constantinopolitani, Euphemius, & Macedonius; quorum scelatores, exilio, relegatione, accusationibus inquisi, aut honorum publicatione afflicti sunt.*

C A P V T XII.

Epiſtola S. Theodosij ad Imperatorem, & huius reponſum.

49 a *C*VM hæc duo sint nobis proposita, ô Imperator, vel turpiter & illiberaliter vivete consentiendo Acephalis, vel honestè mori sequendo recta Patrum dogmata; scito mortem à nobis esse præferendam. Tantum enim abest, vt hæc noua sequamur dogmata, vt non solùm in loco mansuri simus, præcedentes Patrum leges sequentes; sed eos etiam, qui præter hæc alia tueri lustinuerint, piè abdicabimus, & subiiciemus anathemati: sed nec vilum ex Acephalis ordinatū, per vim suscipiemus. Absit vt hoc fiat, ô Rex Christi & si tale quid contigerit, veritatis Deum præsidem teſtantes, vel potius illum ipsum, qui nunc ab ipsis male-dicis & blasphemis appetitur, vsque ad sanguinem resistemus: & quomodo pro patriâ, ita multò magis pro rectâ fide lubenter animas profundemus, etiam si ipsa sancta loca igni perdenda visuri sumus. Quid enim opus esse solo nomine, quando ipsa sacra reuerâ afficiuntur contumelâ? Nos ergo nequaquam admittimus aliquid sentire, tâcum abest vt dicere, quod discrepet à sanctis & Oecumenicis cōciliis. Ex quibus prīpū quidem ornatur trecentis decem & octo Patribus, qui cùm aduersus Arium in sancto Spiritu Niceæ conuenissent, anathemati miserum subiiciunt, & à corpore absindunt Ecclesiastico, alienantem à Patriis essentiâ eum, qui est naturâ Filius, & introducentem dogmata aliena à rectâ fide. Secundum autem impulsu diuino congregatum aduersum Macedonium, qui ipse quoque absurda erat locutus aduersus Christi carnis susceptra consilium, pulchre Ephesi conuenit. Post hæc, quod fuit etiam Chalcedonē sexcentorum & triginta diuinorum Patrum: qui cùm etiam ea dixissent, quæ conueniebât prioribus, & quæ illi dixerant, adhuc accuratiū exposuerint, infelicem & execrandum Eurychem vñā cum Nestorio absindunt à corpore Ecclesiæ, & fidem confirmant Apostolicam: & quicumque non ita sentiebat, decernunt esse alienum ab Ecclesiâ. Aduersus hæc & ignis accendatur, & ensis acuatur, & mors quoque nobis acerba adferatur, imò verò, si fieri possit, pro vñā innumerabiles; nos verò numquā prodemus veram religionem, neque ea, quæ recte placuerunt Patribus, ex abrogando probro afficiemus. Testes sint eorum Theodosius sudores, quos pro fide suscepunt, & multæ dimicantiones. Sed ea manebunt firma & immobilia, & apud fidem prinos, & apud eos, quos fas est & Deum & nos sequi. Pax autem Dei, quæ superat omnem mentem, sit custos & dux tuæ potentiaz.

50 Cùm hanc imperator acceperit epistolam, mittens & vim afferre, & conari persuadere, se potius submittens, aggressus est se de his excusare, quorum accusatio ad Theofabatur, & sic composite epistolam: Huius innovatio-dosum. Epistola Anastassi. Ad Theofabatur, & sic composite epistolam: Huius innovatio-dosum. Huius innovatio-dosum. Huius innovatio-dosum. Non enim tuam non later pietatem, quod quidam monachi & Clerici, qui rectam fidei sibi vindicant sententiam, hæc mouere scandala, seipso, vt diximus, studentes ostendere primas obtinere partes in harum rerum cognitione;

gnitione; & quodd mysterium & fidem in ore suo circumferant. Quia quidem cum non possint comprehendi ab hominibus, nihil aliud quam illos mendaces ostendunt & sycophatas? Ex quo etiam proficiscitur magna Dei in nos indignatio, eod quodd existimamus mysterium non esse mysterium, nec ex sola fide consistere, sed ex absurdis nugis: & condemnamus eos, qui nos docuerunt fide & mysterio diuina venerari. Vos ergo nunc quoque oportet, si vnumquam, orate pro Ecclesia, ut nos benignis oculis adspiciat, & pacem suis conciliat Ecclesias, quae tam male sunt diuisa propter studia ipsorum Praesulum. Quae autem a vobis missae sunt eulogiae, eas admodum lubenter suscepimus: nostrum autem quale sic institutum, annuntiabunt ppi monachi, qui a vobis missi sunt. Ethoc quidem modo se habuit epistola.

*Iterum C4-
tholicos
persequi-
tur Ana-
stasius.*

51 Verum Imperatorem, qui hac quidem scriperat, & tunc de furore paullulum remiserat, & bellum quod aduersus te etiam opinionem vel suum potius caput gererat, represserat; non multo interieco spatio, grauis subit pœnitentia: & perinde ac si eum pœnitenter, quod omnino parum esse plus statuisse, & se facilitatis nimia condonaret, ad priora est reuersus. Difficile enim est, ut est in proverbio, alius confricatem auertere. Rursus ergo edita aduersus pietatem, rursusque egregius Martyr circa sanguinem: siquidem consideranda est voluntas, & non terum exitus.

*a Epistola ha referuntur à Baronio ad an. Ch.511. Eisdem spiri-
tus & zeli extracta epistola S. Sabæ ad Imperatorem, qua an. Christi. 513.
referuntur à Baronio: licet non constet, quoque tempore fuerit
scripta.*

b S. Sabas in sua ad Imp. epistola: Nos ergo nec patiemur aliquid aliud addere praeter ea quæ decreta sunt à trecentis decem & octo Patribus, qui fuerunt Nicæ, & tribus, quæ postea consecræ sunt, Synodis, nec quidquam aliter innouare; sed pro eis etiam animas profundere, & innumerabiles, si fieri possit, mortes parati sumus suscipere.

C A P V T XIII.

Zelus, & exilium fidei causa.

*a S. Theodo-
fius 4, Sy-
nodos ut 4.
Euangelia
suscipien-
tas docet.*

52 Cum omnes essent planè consilij inopes & du-
bij quid agerent; & alij quidem & blasphemia-
defenderent, alij autem reverentur vel solummodo
contradicere; fortasse autem etiam hac in te communi-
Patri, dicendi libertate cederet, & veluti ducis signum
expectarent: tunc tunc euadit manifestum, qualis etiā
senectus, quando zelo confirmatur, se fortiter & iuuen-
tiliter gerit aduersus ea, quæ pro bono & honesto sus-
cipiuntur pericula. Contemptis enim illis scriptis &
decretis, minis que innumerabilibus, turbâ que que Imperatorem & Deum ex æquo reverebatur, milicibus
que qui eos obseruant, qui essent tale quid dicturi;
illis omnibus contemptis, tamquam vanis strepitibus,
& dicens non esse suum, sed puerorum talia horreto
tonitrua, leonis suscipiens impetum, cum Dei templum
esset ingressus, & suggestum descendisset, in quo so-
lent legere Sacerdotes, manu populo significans silentium,
voce mœniè attollens: Si quis, inquit, quatuor sanctas synodos non tanti esse existimat, quanti quatuor Euangelia, sit anathema. Hec cum dixisset, & tamquam Angelus populum adduxisset in admirationem, & vocem omnibus ademisset præ miraculi magnitudine, si-
lenzio procedit per medium eorum tacentium & tamquam dormientium, & existimantium se sompnum vi-
dere, non autem vecè id quod siebat. Et fuit hoc quidem virtu stratagema: ex quo dictas quoque sanctas synodos in sacris dypytchis collocare statuerunt.

*b Cittates
obit cum
suis omnes
instruens.*

53 Cum post hæc autem nihil esset cunctatus, &
nec parum quidem substitisset, obiit ciuitates quæ erant
circumcirca, discipulos & alios zelotas ex soliditudine,
veluti quidam Dux exercitus, eos qui sub se erant, in-
ducens, primus canos, primus etiam ostendens promi-
ptum animi studium: omnes obiens, factus omnia
omnibus, certiores reddens eos qui dubitabant, adhuc

confirmas eos, qui erant stabiles; eos excitans, qui erant Avct, socordiores, eorum qui erant prompto & alacritati Anony studio, augens diligentiam; addens animum iis, qui ex timescebant; adhortans eos, qui decertabant; terrens aduersarios, quod tam esset magno ac generoso animo, ut ad eum non pateret aditus; medicinae celeritate omnem hæreticu morbum preueniens; docens omnes, quod Dei verbum esset quidem idem simul Deus & homo, vna autem hypostasis sive persona, utrumque eorum habens naturam, diuinitatem scilicet & huma- nitatem.

54 Ad ea autem, quæ dicta sunt, probanda adduxit illam sanctam synodum & Oecumenicam, quæ ipsa quoque de Christo sic agit, & eâ ratione effugit decli. *Nestorij* nationes hæreticorum, quæ fiunt in utramque partem. *& Eutyches ha-
refes.*

Nam eò, inquit, quod vnam constitut personam, repellit impiam Nestorij hæresim: eo autem, quod non negat duas naturas, Eutyches & Diocorii magis impiam exturbat hæresim: neque similiter, ut Nestorius, Christum vnum diuidens in duos filios & hypostases, neque similiter ac Eutyches, & Diocorus, & etiam Seuerus, in vnam confundens naturam, vnius scilicet Christi diuinitatem & humanitatem. Nam plus quam par sit, habet vnuquisque eorum vnuus quidem fugiēs diuisionem, alter vero coniunctionem: ille quidem ad hoc, ut duos diceret filios; alij vero, ut ne vnum quidem propriè filium fatentur, miserè exciderunt. Nam Nestorius quidem, quoniam vitique timebat confusio- nem, venit in mentem, ut diceret habitudine solum & dignitate seu auctoritate factam esse diuinitatis coniunctionem cum humanitate: adeò ut cum naturis duas quoque valde impie defenseret hypostases, & duos introduceret filios, vnum quidem Deum, genitum ex Patre secundum & separatum, alterum vero, qui ex sanctâ Virgine, per gratiam solum ei tribuens dignitatem adoptionis.

55 Eutyches autem & Diocorus, atque etiam Se-
uerus, qui se eis nuper adiunxit, & impietas elegit esse *Eutyches* particeps, ut qui vellent absurdissimam Nestorij tolle- *hæresis re-
futatur.* re diuisionem, malum-malo medicantur: & ipsi quoque rursus stulte audent introducere copulationem, vnam & eamdem nominantes naturam diuinitatis & humanitatis, & ad passionem, quantum ad eos attinebat, non verentes deducere imparabilem diuinitatem. Si enim eorum sententiâ vna est Christi natura, is autem est reuerâ Deus & homo, sicut ergo diuinitas mortis quoque particeps. Sed scelerata his ora obstruantur, & mali male cum suis pereant dogmatibus. Eos autem Pet. 4. ii increper Beatus quoque Petrus, Christo passo pro nobis carne, dicens, sed non addens, diuinitate. Nam etiâ quod attinet ad essentiam, vnta erat Christi diuinitas carni patienti, non fuit tamen ipsa socia passionis. Nam quomodo esset est enim diuinitas omnino imparibilis. Rechè ergo & securè prædicatum est ab hac sanctâ synodo, duas naturas diuinitatis & humanitatis, incon-
fusè, immutabiliter, circa diuisionem, in vna honorari personâ: eumdem ante secula quidem genitum ex Patre, quod attinet quidem ad diuinitatem; in extremis au-
tem rursus temporibus natum ex sanctâ Virgine, recen-
tiori lege humanitas: patri & matri similem essentiam, eumdem sine parte & sine matre: vi qui illud quidem pulchre esse cognoscatur ex ea, quæ inferne fuit, genera-
tione, hoc vero ex ea, quæ superna, vngeneratum, & primogenitum: illud quidem, quod attinet ad naturam diuinitatis: neque enim, quod ad eam attinet, est ei frater; hoc vero, quod attinet ad essentiam humanitatis: multi enim post eum fuerunt, à parte in filios adoptati per baptismum.

56 Hec ergo & his similia docens illa lingua libera, & quam acuerat confidenter loquendi audacia, quo- *S. Theodo-*
*niam Imperatorem ad iram magis prouocauerat, ab eo suis mitti-
perpetuo damnatur exilio: ab eo, inquam, qui iam ine-
tur in exi-
lium.*

tura,

Ave T.
ANONY-
MO.

e
Reuoca-
tus.

Laudatur
a Pontif.
Romano.

f
g

Psal. 138.

Auersatur
Origenem.

turā, venientem ignorabat migrationem. Et idē ipse quidem àe vitā runc præsente, hic autem vir diuinus libetatur statim ab exilio; & vehemens ille fluctus fedatur. Ecclesiis, nūtu eius planè qui facit iudicium iis, quibus sit iniuria, & diuiniorē decreto. Et qui in eas quidē prædonum instar impetum fecerant, quod facturi erāt, ipsi passi sunt: & testā, vt est in proverbio, conuersā, damnati sunt exilio. Qui autem expulsi fuerant ē suis Sedibus, in eas gloriose sunt restituti, & gregi suo vna- quisque redditus est mirabiliter.

57 Sic ille conseruatus, non iis solum, qui aderant & sp̄ebant certamina, sed iis etiam, qui omnino lō- gērāt remoti, fuit admonitio & zelus ad virtutem.

Nam cū de eo intellexissent, & q̄ti veteris Romæ Se- dem pulchritē tenebat, (is autem erat f Agapitus) & qui Antiochenam Sedem regebat g Ephraim; ipsi quoque litteris rectam fidem prædicabant: in quibus multa quoque sunt ad laudem huius Beati composita, quæ non minorem afferebant gloriam iis, qui scriperant, quām ei qui laudabatur; quid non ad gratiam, sed planē ad veritatem fieret laudatio. Quoniam autem diffi- cile est, recensere omnia eius certamina pro fide ortho- doxâ, oportet illud in summâ dicere, quid ipsi quoque cum Prophetā inimicos Christi odisse mirabiliter in- erat: maximē autem ostendebat se auersari h Orige- nem, qui existimauit suum in hoc ponendum studium, Origenem. vt diuinæ Apostolorum prædicationi nugas con- texeret gentilium, & luderet in rebus minime ludicris.

a Cedrenus scribit multos Episcopos, in gratiam Imperatoris, Chalcedonense Concilium impugnasse.

b Hac refert Baronius ad an. Ch. 511. ubi num. 36. ita exclamat: Hoc certamen magni Theodosij, quem vita Angelis haud im- par, & in editione signorum, ac propugnatione Catholicæ veri- tatis, Apostolis comparanda, mirificè nobilitauit. Ita planē de- cuit præconem veritatis huiuscmodi confessionis insignibus decorari, &c.

c Chalcedonensem intelligit.

d Hic plenius describitur in vitâ S. Sabæ, in cuius epist. citatâ

appellatur omnium malorum auctor atque origo. Idem Clementino & Probo Coll. an. Chr. 513. Eutychetis perfidiæ cultor, Ana- stasio Cæsare volenter. Sedem Flauiani Antistitis, ex monacho factus Episcopus, occupauit. Isa Mærellinus in Chron. Huīus in

monachos Syria dira persecutio & carnificina refertur in epistola ad

Hormisdam Papam scripta ab Archimandritis & monachis secun- dæ Syria: extas ex cum subscriptis nominibus inter epistolas Hor- misda.

e Interiit fulmine, ut plerique scribunt, exanimatus, anno 518. fe- riâ 5. maioris hebdomada. 11. Aprilie. Successit illi Iustinus anno eodem 9. Iulij.

f Græcum ms. Vatic. Ayætios. Inter hunc & S. Hormisdam, cu- ius tempore Anastasius obiit, intercesserunt quartuor Pontifices. Coli- tur in Martyrol. Romano 20. Septembrie, die, ut ait Baronius, translationis. Suprà vero B. Theodosium iam defunditum aliquos annis, ab eo laudatum diximus.

g Ephraim alius, qui cū Comes Orientis esset, de voluntate Iu- stini Imperatoris fatus est Antiochenus: Patriarcha an. Ch. 526. post consulij terram uirbum. Euagrius lib. 4. cap. 5. Eo munere cum laude 20. annis perfunditus, obiit an. 546. Eius vitam & contra here- ticos zelum describit Ioannes Mochus in Prato spirituali cap. 36.

h Origensis errores ex variis breuiter colligit Iacobus Gualterius noster in tabulâ Chronographicâ seculo 3. c. 6. Palæstinam ab Origeniis hoc tempore infestam fuisse ostendit pluribus Cyrilus in vita SS. Sabæ & Ioannis Silentianij. At tandem cum Seuero aliisq; hereticis condemnati sunt in Synodo Oecumenicâ V.

C A P V T X I V .

Cancer miraculo curatus, frumentum multi- plicatum.

In Hiero-
teo Cruz.

58 ED tempus est transeundi ad ea, quæ deinceps sequuntur, & huius viri miraculis piorum ac reliquorum auribus gratificandi. Nam cū Imperator impius edicta in omnes partes misisset, vt omnes, per familias, inquam, & sodalitates, in eundem locum conuenirent; congregatus quidem est hic quoque sacerdos, senum qui erant in solitudine insignis canities, circa locum qui dicitur Hierateon, cum communī patre & filiorum amante. Est autem hoc, locus cathe-

dræ, quod fama est excitatæ Constantiū, magnum inter Imperatores: in quo mos est, qui perpetuò seruat, vt crux veneranda quorū exaltetur.

59 Quædam autem mulier, quæ morbo laborabat *Mulier* in mamillâ (cancrum cum solent nominate medici:) & *cancro la- borans ad Theodosiū accedit* iam longo tempore ab eo premebatur; & à nullâ qui- dem abstinerat medicinâ, ex eâ autem nullum adiu- mentum ceperat, nisi quid in Deo magis sperabat, quid humana desperaret remedia. Ea cū ingressa es- set per Angelicam, quæ dicitur, portam, tritis stetit propè chorūm, qui erat circa ipsos: & ad vnum ex iis(is erat religiosissimus Isidorus) adspiciens, qui postrem præfuit sancte Lauræ sive monasterio b Syca d'cto, cū & specie ipsâ, & adspicere & lactynarum fluxu signi- ficasset dolorem, qui eam vehementer cruciabat, & de- inde propiū eum accessisset, (neque enim sinebat do- lor eam seruare illum pudorem, qui decet mulieres) ro- gauit an cum sacrâ hac multitudine magnus quoque esset Theodosius, & qualis is esset adspicere: viri enim fama ad eam satis peruererat. Is autem cū didicisset causam, propter quam eum quærebatur, & simul mortibū vidisset, & quām vel solo adspicere esset molestus, qui- que oculos ab acerbo spectaculo posset auertere, sciens illius esse, & eius qui esset in eo spiritus, hæc po- tenti soluere medicamento gratia; quoniam nec ipse erat ignarus illius in Christo virtutis, mulieri medicum ostendit digito, & signis eum accuratè describit.

60 Illa vero sensim & sine vlo strepitu accedit, eum Matth. 9. valde sitiens, & in animo habens illam, quæ laborabat 20.

c profluvio sanguinis. Deinde cum propè esset, mamil- lam sensim aperuit, fecitque vt cucullam attingeret: & rursus sicut illa suffuratur curationem, & à magnis do- loribus circa laborem innuit solutionem. Simul enim clam eius cucullâ ac pannum attigit, eius dolor recessit: perinde ac si te- subito sa- nebræ aliquæ soluta essent aduentu luminis, aut scœnū natura- ignis irruptione. Ille autem (nullo enim modo poterat

ignorare, quid ea tam pulchritē & ex fide fuerat suffu- rata) protinus est conuersus, & cū vidisset mulierem, soluit timorem, qui eam inuaserat, in magnū gaudium curationis. Esto, dicens, bono animo ð filia. Meus enim dixit Dominus: Fides tua te saluam fecit. Diuinus Iu- Matth. 9. dorus confestim currens ad mulierem, (cupiebat enim 22. oculos quoque suos pascere adspicere miraculi) cū ad eam peruenisset, & curiosus adspexisset, videt mamil- lam planē sanam, & omnis morbi adeo expertem, vt nec cicatrix, nec vllum in eo esset impressum vestigium grauius, quod paullò ante fuerat, vleris. Ita Deus aperit illam, quæ latet, virtutem, & eos, qui illius solū oculis volunt manifesta fieri, quæ ab eis recte geruntur, non sinit abscondi, nec relinquunt in angulo: nec vt prædicen- tur, eis solū modò referuat in futurum; sed eos quo- que, qui hīc sunt abditū, producit in lucem, & prædicat:

& eos, qui sunt sære oblicuri & inglorij, claros facit & illustres, & sedere facit cum Principibus populi. Ve- rum inimicorū hoc quidem est eiusmodi. Oportet au- tem alia quoque persequi.

61 Postquam enim tyratum quidem fals mortis Theodosiā abstulit, Patribus autem certè successit id, cuius studio visitat tenebantur, & vnuſquisque ad suum redit monaste- Bethleem.

rium; modò quidem ibat Bethleem orationis causâ hic vir præclarus; modò cū orasset, reuertebatur. Magnum autem laborem itineris recreans, diuertit ad Marciānum. Vir hic erat plenus spiritualium gratiarū. Cū autem venisset ad amplexus, & se inuicem spi- tali impertiissent osculo, cum eo animâ quoque con- grediente, primum quidem fuit eis apposita mensa fer- monum, quibus præclarè suos pascēbant animos, & ob- lectantes Sanctorum eloquiis, & senum narrationibus, cum quibus intercedebat eis morum cognatio. Cū autem tempus inuitaret, vt meminissent etiam alimen- ti corporis, non aderat quidem frumentum, vt panis apponere: lente autem discipulis iussit coquere bonus Marciānus. Et illa quidem fuit apposita sine pa- ne.

ne. Cùm autem cognouisset magnus Theodosius tam apertam inopiam, qui egenus erat, fuit diues in inopia, ipseque magnopere studebat, ut laetiori conuiuio extiperentur hospites. Iussit ergo discipulo, ut è perā ptoferret panes, quos parauerat ad viaticum. Et illi quidē producēti sunt & appositi. Ij verò propter caritatem, quæ lætificat, non minūs lautum celebratunt conuiuim ex iis, quæ erant necessaria, quām si ptolati essent cibi superflui.

Ex vñico frumenti grano, diuinus impletur rotum horum.

62. Ut solet autem fieri, sermones quoque admiscerentur conuiuio, & complures ex iis lepidi & iucundi. Hilariter autem diuinus eum rogabat Marcianus, dicens: Noli agere ferre tantā fame laborans hospitium, nec conqueri quod panem vobis non apposuerimus, cùm frumentum nobis admodum turpiter defecerit. Cùm hoc dixisset, admirabilis Theodosius defixis oculis in batbam Marciani, vidit granum frumenti, quod nescio unde ceciderat; & illinc sustulit hilari & cautā dexterā, & dixit: Ecce frumentum. Quomodo ergo dicitis vos egere frumento? Et hoc quidem ab eo dictum, vel etiam factum fuerat lepidè & iucundè. Ille autem cùm granum, tamquām egregiam aliquam & præstantem sementem, supinis manibus accepisset, id ponit in horreo frumenti, credenseam sine labore multum fructus allaturam, & esse superaturam agricolarum industriad. Id autem ei accedit longè amplius & copiosius, quām sperabat. Nam cùm lequenti die esset horrei ostium aperturus (ō arcana tua Domine miracula!) videt quæ intus erant plena fructibus; qui reuerā prouenerant absque agriculturā, aut potius cum agriculturā solius orationis. Cùm ergo nihil esset in eo cunctatus Marcianus, statim mittit unum ex suis discipulis ad magnum Theodosium, ei significans mirum & ineffabilem rei eventum, & simul ad admirabilis spectaculi societatem eum vocans. Postquam ergo is quoque venit, ostium quidem erat parum apertum, frumentum autem à seipso extrudebatur, cùm non posset horreum capere multitudinem, & sic ex eo permultum foras effundebatur. Hoc est prioribus quoque simile, & miraculo de panibus nihil dissimile, quod olim meus effecit Christus. Nam una omnino est utrisque operatio: nisi quod illic quidem ipse erat præsens & administrans; hīc autem suo famulo vtens ministro miraculi, sicut prius quoque Apostolis. Post hoc autem oportet illius quoque meminisse.

Matt.14.
& 15.

a. Andreas Cretenis vocat Speculam Crucis demonstranda & publicè honoranda ab ipso Constantino Magno deputatam, locum ecclesie excelsum, &c. ut scribit Gretserus noster lib. i. de sancta Cruce cap. 73, ubi hunc de Hierateco locum explicat.
b. Laura Syce, seu Suce, ad fluorium Sucam, de quo in prolegom. num. 18.
c. Hoc occasio auctori Meneorum fuit scribendi hanc feminam liberatam à profunso sanguinis; ut num. 3. in prolegomenis dictum.

C A P V T X V.

Submersoris, abortionumq; depulsum periculum.

63. **M**ULIER quædam, cui insignis patria erat Alexandria, ingentibus autem abundabat opibus: dicitur id etiam quod erat in ea multò melius & dignius quod committatur auribus, nempe quod & diues erat bonis moribus, & curam gerebat vitæ piaæ ac religiose. Ea cùm accepisset filium, (erat autem hic ei vnigenitus, & solus in se recte seruans semina generis) ventitabat ad monasterium, & adducebat eum ad pedes magni Theodosij. Puer verò etiam antequām adduceretur à matre, vbi procul vidit Theodosium, protinus illum esse exclamauit, qui eum super puteum sustinens conseruavit. Rogata autem mulier, quidnam sibi vellent ea, quæ dicebantur à puer, dicebat eum quidem lusisse vñā cum æqualibus; cùm autem ludo esset intentus, & non præuideret quæ erant in pedibus, de-

Puer in
puitem,
labitur;

Tom. I.

fectum fuisse in puteum, eumque profundissimum. Et Aver. qui aderant quidem, immaturam & acerbam mortem **AНОΝТ** pueri deslebant. Nemo enim erat, qui non existimat **MO:** puerum fuisse statim ab aquâ suffocatum. Quid enim ex cā re poterant aliud suspicari? Deinde etiam se humānè gerentes, seipso statim demittunt in puteum, non vt eum acciperent antequām moreretur, (quomodo enim eius esse posset vel spes minima?) sed vt antequām corrumperetur, eius corpus attraherent, matri donum calamitatis, & acerbū oculis spectaculum, & stimulū doloris, tamquām ex naufragio conservatum, simul & fugiendum & desiderandum matri oculis.

64. Postquam autem descendenterunt, & eum ihuene- *seruatur* & runt sedentem super aquas, & nec tantillam quidem *S. Theodo-* madefactum, sed qui sustinebatur veluti ab aliquo so- *lio.* lido, ore aperto manebant, mirabantur, dubitabant, nesciebant quidnam cogitarent de eo, quod cernebāt. Sed cùm eum ex aquis extraessent, & non absque diuinā prouidentiā rem factam fuisse iudicassent, eum rogabant: is dixit, quemdā adstitisse monachum, tali habitu, amictu & formā prædictum, dicens omnia insignia, quæ erant Patris Theodosij longè simillima. Et huius, inquit, mihi manus causæ sunt, ne in aquis interierim, quæ me recte sustinebant, & efficiēbant vt essem aquis superior.

65. Hæc mater & narrabat & adiiciebat; Ego, in- *Agnoſci-* quit, cùm ex illo tempore filium accepisset, vrbes ob- *tur diui-* tur & vicos & montes & præcipitia, labores subiens, *nitui be-* multos quidem, sed non iniucundos, vt licet mihi in- *neſcium.* cidere in eius seruatorem. Nunc autem cùm eminus eum agnouit filius, mihi quoq; matti dedit vt agno- scerem: & eum aperte prædicat liberâ lingua, & quæ suspicionem omnem superat & mendacium, meque gaudio repletam & admiratione, & veluti quodam diuino furore percitam, non sinit quiescere. Hæc cùm dixisset, ad opus quoque accessit, vt quæ protinus ad genua Patris aduolueretur, & illius vestigia ambabus pre- faret manibus, & cōpletetur labris simul & animo, calidas in ea lacrymas effundens: & seruatorem, & vitaæ auctorem, non solum filij, sed suæ quoque magnum vo- cans Theodosium: reuerā enim ei fuisse futuram deinceps vitam non vitalem, aut vel ipsā in morte longè ama- riorem, si tam intempestiuè, inquit, & miserè ei filius interiserit.

66. Potest autem oratio quoque aliquid aliud dice- *Mulier* re, simile præcedenti. Nam quædam alia mulier, qui in post crebro partu quotannis grauiter laborabat, & nec ex eo ali- *abortus* quam capiebat virilitatem. Prisquam enim infans edi- *saluum* fatus esset in lucem, è vitâ excesserat, & labores luctus, & rit: mors partum excipiebat. Hæc ergo quæ sic & multis pariebat filios, & erat orba filiis, cùm iam longo tem- pore eo malo esset vexata, vix tandem inuenit mali me- dicamentum: & cùm ad Sanctum confugisset, ei que affectionem suam dixisset & calamitatem, lacrymis potius quām verbis virum orat vehementer, vt malum ei sisteret, nē amplius progrederetur. Sisterut autem, inquit, non aliter, quām solo tuo nomine, si permiseris id quod nascetur, sic vocari. Et hoc erit, inquit, mihi & solutio calamitatis, & filio causa vitaæ.

67. Hæc cùm petiisset, & annuentem magnū na- *Theodosij* cta esset Theodosium, & quod deinde natū elt, Theodo- *appellar: ut* si nominasset, vehementi quoque fide dignam *monachus* sub s. inuenit mercedem. Non amplius enim partus labores *Theodosio* ei peperere lacrymas, sed aperte lætitia occasionem, *flat, adan-* cùm eum, qui inter viuos erat primogenitus, Theodo- *cit.* sium adhuc videret superstitem, & completem chorū monachorum eius, qui illum generat secundum spiri- tum; & orationis fructum potius, quām alii, conspici ex operibus; quādoquidem hæc quidem morientium, illa verò viuentis mater fuit: & ideo adductus est ad monasterium ab eā, quæ genuit, & viceissim Deo est redditus: vt sicut præsentem, ita etiam manentem vi- *N n n* tati

Auct. tam consequeretur. Multa alia eiusmodi posset quis-
ANONY- piam illius recensere.

mo. 68 Quædam itaque alia mulier, profecta quidem
Alia eodex ciuitate Bethleem, quæ similiter in partu laborabat,
malo libe- & quæ autem infelix erat eius euentus, & in pariando
ratur. grauiter affligebat, & in magnum vocabatur pericu-
lum, eamdem quoque impetrat à magno Theodo-
sio, eodem medicamento vfa, curationem, & filio
suo eodem, quo ille, vocato nomine. Quem non solum
vidit grandem, & qui iam ad virilem ætatem peruen-
erat, sed manuum quoque artificio præstantem, & qui
fuit ædificator optimus sui temporis. Sunt admirabi-
lia, quæ dicta sunt: sed quæ restant, sunt iis longè admi-
rabilia.

C A P V T X V I.

*Noxia animantia cohibita. Homines
maleuli puniti.*

Theodosius 69 **C**VM bruchus aliquando & locusta terras depo-
bruchos &
locustas ne vindictus magnus Theodosius, & qui nec liberis quidem
noceant,
coercet. pularentur, inequitabilibus senectutis vinculis
pedibus ut poterat, saluti multorum postponens
omnia, ita ut erat affectus pedibus, & baculo more se-
num supplens quod sibi deerat, viam peragit: ut sic ma-
gis Deum quoque traheret ad misericordiam, ut qui
adspecturus esset necessitatem eius profectionis. Dilici-
pulis ergo manus sustinib[us], & omnibus modis
eius ingressum adiuuantibus, peruenit iis innixus ad
locum, vbi bruchorum & locustarum multitudo in-
gens, agros non minus quam hostes, populabatur &
deuastabat. Cùm ergo Sæc[u]lus illic staret, & manus sus-
tulisset Deo supplices, & deinde horum bruchorum
& locustarum vnum in manus sumpissit; & partim
quidem cum vilissimis & breuissimis animalibus, tam-
quam cùm conseruis, disseruerit; partim autem iussi-
set, ut labori pauperum & agriculturæ parcerent; (hoc
enim vobis, inquit, communis quoque præcipit Do-
minus,) cumque cum eis ita placide locutus esset, tam-
quam cum animatis; ea quæ dicta fuerant, consecutum
est miraculum. Tantum enim examen deinceps manit
in regione, & nec transiuit aliò, nec damnum dedit iis
locis, in quibus versabatur: sed veluti fœdere inito cum
agris de cætero circumuolabat quidem, & arrodebat
spinas: amicitia autem & pax ei intercedebat cum fru-
ctibus, & ab eis omnino abstinebat.

70 Sed hæc quidem per se, alia autem rectè quo-
que gestit per alios. Nam cùm aliás flagellum simile
terram premeret, & videbatur fore, ut mox ei vico in-
cumberet, ex quo & vicini omnes parabant comœ-
tum, & qui multis benignè communicabat ea, quibus
Oleo bene- opus habebant; cùm vas quoddam impletet oleo, &
dicto arce hoc inuocatione diuinâ sanctificasset, id mittit in vicu:
noxia ani- & cùm viris tradidisset fidelibus & piis, hoc solum suf-
mania. fecit, ut esset tanti mali solutio. Tunc enim repente de
medio sublatum est id quod lœdebat, & vicus confér-
uatus est illæsus.

71 Vestimentis aliquando fuit opus Fratribus: &
illi quidem ei exhibebant molestiam, ut aliquid præbe-
ret ad emendum: quoniam si velle & commiserari tol-
leretur, nihil erat. Sed tamen confidens veridicæ Do-
Matth. 6. mini promissione, ea tunc apud eos est v[er]s[us], dicens:
34. Nolite esse solliciti de crastino. Sequenti autem die ef-
fectum sunt consecuta ea, quæ promissa fuerant. Proti-
ta diuini- nus enim quidam alicunde adueniens, centum dedit
tus mona- chis cura- aureos: qui quidem dati, ad vsum vestimentorum ser-
ta. uierunt Fratribus.

72 Julianus quidam, qui ab inuenie quidem ætate
In eum ventitauit ad magnum Theodosium, postea autem
maledicis fuit ipse quoque cognitus Pastor optimus, Ecclesiaz-
punitur. que, quæ est in a Bolstra, fuit ei credita administratio. Is
ergo de ipso quoque hæc narrabat, quod cùm essent in

ciuitate Bostrorum (semper enim Magnus Theodo-
sius eum habebat socium vitæ ex Christo agendæ, vo-
lebatque cum eo philosophari, & esse socius solitudi-
nis) cùm ergo fuissent in dictâ ciuitate, primùm quidē
mulier quædam insignis & virtus nobilis, cùm Sanctum
dixisset planum & impostorem, in oculis eorum dedit
penas, intemperantis lingua acerrimum subiens sup-
plicium, cùm graui morte eius erupisset anima.

73 Deinde autem, inquit, nos quidem ciuitate egred-
Ligno pul-
si, proficisciemur ad Apostolorum templum, quod sato ad
est propinquum. Monachi autem quidam ex monaste- orationem
rio propinquorum, qui morbo Seueri laborabant, cùm conuocari
nos vidissent accedentes, lignum quod conuocat ad ec- folent mon-
nachii.
clesiam, pulsabant ante horam consuetam, & synaxis
significabat Fratribus. Magnus autem Theodosius,
intellektis insidiis, cùm diuino zelo accentus esset eius
animus, verbis Domini opportune est v[er]s[us]: & eos, qui
ip[s]i insultabant, iuste est virtus, lapidem non esse manu- Prædicta
erijo monasterij
rum supra lapidem in eo loco, ipse quoque minatus. hæsicorū.
Porro autem minas consecutus est effectus. Breue tem-
pus intercessit, & quædam Agarenorum multitudo,
nocturnâ factâ incursione, illud quidem igni mandant
monasterium, & diripiunt etiam quæcunque illic erant:
& abducunt captiuos monachos, & nunc proponitur
locus, acerbum oculis spectaculum, qui non magis me-
retrut videri, quam defliri. Sed hæc quidem narratio
aperte est disciplina & castigationis. Alteram autem,
quæ est planè gratia particeps & utilitatis, vult addere
oratio.

a Bosra alia, & Bostrum, Sedes Metropolitana Arabiæ primæ,
seu deserta, sub Patriarchâ Antiocheno, urbs munitissima; nunc
Bosseret. Consule Adrichomium.

C A P V T X VII.

*Adest variis periclitantibus. Prædicit terra-
motum Antiochia.*

74 D Vx Romani exercitus, (mos est autem eum vo-
care Comitem Orientis) nomine Kericus, in
bello audax, in Deum autem pius. Is iam incursionem
facturus cōtra Persas, existimauit oportere se primùm
currete Hierosolyma, & illinc aduersus hostes assumere
auxilium. Cùm autem statuisset in transitu ire ad ho-
minem Dei (eum enim valde trahebat illius fama, &
virtutis illecebra) dum abiit, & multa alia licuit ei au-
dire ex sacrâ illâ lingua, & hoc inter cetera, Ne, quomo-
dò diuinus Davuid, in arcu speraret, nec ponere salutē
in gladio; sed nec in multorum hominum consideret
millibus: vnum autem sciret adiutorem, vim inexpu-
gnabilem, cui est facile, ut vno mille persequatur, &
decem millia profligentur à duabus. Hæc cùm Comi-
ti Sanctus dissenserit, ita fuit ille captus ab eius admo-
nitionibus, & ita flagrare coepit eius desiderio & ar-
dentí fide, ut ipsum cilicium, quo magnus ille interius
induebatur, loco cuiusvis alterius rei, arma peteret,
quibus se conseruaret. Quod quidem cùm accepisset
& induisset, & consueta aggressus esset certamina, p[er]aul-
lò post victor rediit, cùm & animi & manus præclara
ostendisset facinora, & digna quæ commemorentur.

75 Cùm rebus ergo fortiter in bello gestis insignis Apparet ei
& clarus esset reuersus, nequaquam ingratuus fuit in be- in prælio,
nefactorem; neque ut multi, qui postquam sunt conse- eumq[ue] di-
cuti, obliuiscuntur beneficij: sed se similem conseruans rigit Theo-
in omnibus, rursus venit ad Sanctum cum vehementi dofus.

cordis exultatione, & gratias agens, & ei vniuersam ad-
scribens victoriā. Dicebat enim: Illo ipso tempore
pugnæ, mihi quidem cùm pro thorace tuum induisse
cilicium, veniebat in mentem confidere, & in hostes ir-
tuere. Cùm autem manus conseruissemus, magnæ ex-
ortiebantur tenebræ, tamquam in densâ caligine: & ab
aliis quidem omnibus ea etiam, quæ propè erant, cerni
non poterant: ego autem te solum mihi videbar videre
me

C A P V T X V I I I .

Eius in senectute, & ultimo morbo virtus.

me præcedentem, & manu significantem & admonen-
tem, ut has quidem prælii partes dimitterem, in has au-
tem pugnare, & te ducem equum agere, dorsi & con-
spectus terribilis & intolerabilis inimicis, vehementi
terrore omnibus inieicto efficerem, ut se coniicerent in
pedes, & turpem fugam lubenter eligerent. Et hæc
quidem ille, qui etiam dignus est habitus diuinâ hac
apparitione.

*Plurimis laborantibus appa-
rens subuenit.*

76 Non ad illam autem solùm, sed etiam ad alios
magnus Theodosius, ad multos quidem inter nauigandum,
ad multos autem in faciendo itinere, & ad alios
quidem, qui cum furenti maxi & viventorum collecta-
bantur, ad alios autem qui in ora ferarum inciderant,
& ad alios quidem in somnis, ad alios autem videturibus
reuerat oculis accedens, liberauit à periculis.
Non hominibus autem solùm adeò promptus fuit ad-
iutor, sed bonæ huius quoque animæ benignitatem
vel in bruta animantia, parata est ostendere oratio.
Viatori enim aliquando asinum deducenti sevus leo
occurrit, qui viatorem quidem neglexit, in asinum au-
tem irruit. Atque viatorem quidem, vt accidit iis ma-
lis, quæ præter ipsum eueniunt, stupor inuasit & metus;
temporis autem velocitas effecit, vt vnum solùm inue-
niret medicamentum ad fetendam opem, nempe no-
men S. Theodosij. Quod quidem cùm dixisset, statim
cessauit & ira feræ, & repressus est vehemens eius
impetus.

*Eius nomi-
ne inuoca-
to, leo cō-
primitur.*

*Claret spi-
ritu pro-
phetia.*

77 Iam verò qualis fuit in futurorum præscientiâ?
Oportet enim paucis quæcumque sunt illius ostendere,
& veluti eorum gustum præbere, vt sit etiam manife-
stum omnibus, quod quomodo nullius ex iis, quæ ex
virtute geruntur, ita nec charismatum seu gratuitorum
dostorum fuit experts. Iussit aliquando, vt præter soli-
tam horam pulsaretur lignum; nondum enim erat hora
secunda diei: & præcepit, vt Fratribus significaret syna-
xim. Illi autem conuenerunt quidem, (neque enim
poterant contradicere, vt qui optimè didicissent obe-
dientiam), cùm autem fuissent congregati, rogabant
curnam conuenissent ante tempus. Ille verò (ð. puram
animam! ð oculos procul omnia cernentes! flebiliter
lugens & miserabiliter, Orandum est, inquit, ð Pares,
orandum est. Video enim iram Domini, quæ iam mo-
uetur aduersus Orientem. Hæc ille quidem dixit. Illi
autem tunc quidem neque videbant aliquid, neque vna
cum eo dolorem accipiebant: quoniam non iisdem,
quibus ille, intuebantur oculis. Sexto autem aut septi-
mo die, postquam prædixerat, auditum est, b Antio-
chiam fuisse magno terræ motu euersam, illo tempore,
quo iam prædixerat ille magnus; totque ornamenta,
tantamque cecidisse speciem & pulchritudinem, & in
vilem puluerem redactam iacere ciuitatem: quæ neque
tanto casu dignas cōsecuta est lacrymas, neque luctum,
qui exæquaretur calamitati. Atque talis quidem fuit
eius præscientia. Res autem multis præclaræ ab eo
gestas, præcedens ostendit oratio.

*b Antiochia
terremotu
corruuit.*

a Ms. Græcum K̄. gr̄. Menæ K̄. gr̄. Eius meminit Cedrenus
anno Iustiniani primo, Chriſt. 527. Eodē anno Rex Perſiū Tza-
tho bellum ob initam cum Romanis societatem intulit. Huic
Tzatho Iustinianus auxiliari mittiit copias, Ducibus Belisario,
Keryco, (Græc. K̄. gr̄. dicitur) & Petros, qui cùm in bello ge-
rendo mutuâ inuidiâ transuersi agerentur, à Perſis victi sunt.
*Hac ipse. Verum è Procopio lib. 1. de bello Perſico constat, ad quatuor
annos id bellum fuisse productum. & Romanos plures de illis tulisse
victorias. Ceterum quidem inter Duce simulatas esset.* idem Procopius,
qui Belisario inhærebat, hanc Kerico de Perſis victoriā praetermis-
sit. ut observat Baronius an. Chriſt. 527.

b Contigit hic terramotus Indictione IV. Olybrio solo Con-
fule, ut habet Marcellinus. IV. Kalend. Junij, die Veneris anno se-
ptimo & mense decimo regni Iustini, ut Euagrius lib. 4. cap. 5.
qua omnia in annum Chriſt. 527. incident, ut mirum sit à Baro-
nio ad annum precedentem referri: sed videtur anni septimi mensem
decimum accepisse, cùm sit decimus post septimum expletum.

Tom. I.

78 *O* PORTAT autem hoc quoque addere, & per-
spicuè exponere, ad quantam humilitatis alti-
tudinem peruerterit. Contendebant, & depugnabat
inter se aliquando duo ex Fratribus. Is autem suadebat,
vt componerent inimicitias, & odium commutarent
amicitiam, quæ decet omne Christianum, multò autem
magis monachos. Quoniam autem dicens non per-
suadebat, videbat autem illorum esse maiores inimici, reconciliat-
rias, quām vt suis verbis placari possent; fit supplex humili-
protinus pastor ouium; magister discipulorum; pater stratus.
Et illorum bonum postulabat ipse, tamquām
proprium beneficium; eorumque morbum & vulnus
medicus rogabat vt sanaret. Rogabat autem non leui-
ter, nec contemptim, sed magnopere & vehementer,
sed magnam moderationem afferens & humilitatem.
Se enim humi deiciens iacebat, apertâ figurâ humili-
tatis mollire se credens duritatem inimicitarum: nec
prius destitut rogare, quām eorum odium mollierit,
& eos, qui à se inuicem malè erant diuisi, amicitiam
vinculis colligārit.

79 Segregauit aliquem ex Fratribus, iustè & gerens, in iustè &
cum iusto scilicet coniunctâ clementiâ: videbat enim Fratre ex-
morbum egere tali medicamento. Ille verò bona ma-
ratus non
rursus inculit pœnam ei, qui nihil habebat simile, perin-
de ac si quis suberet sanos ea tolerare, quæ tolerant æ-
groti: adeò vt sit manifestum, Fratrem quoque alio
morbo laborare grauiori, nempe impudentiâ. Quid
ergo magnus Theodosius moderatione & humilitate
valde excelsus & cælestis? Pœnam quidem suscipit,
tamquām quæ recte fuerit imposta, & vt quæ in ipso
locum habeat: neque prius diuinis communicavit sa-
cramentis, donec ipse, qui ligauit, induxit ipse quoque
solutionem. Erat enim Moysis euidenter imitator, ter-
ribilis quidem & inexorabilis iis, qui in Deum pecca-
bant; valde autem mitis & mansuetus iis, qui ipsum
offendebant: adeò vt nec veniret in contemptum pro-
prietà, quod esset mitis & mansuetus; nec grauis ac
molestus esset propter nimiam austерitatem, & vt qui
solùm corporibus imperaret, non animis. Voco enim,
quod ex metu quidem solùm est imperium, imperium
corporum; id autem quod desiderium quoque habet
contemporatum, etiam animorum.

80 Non solùm autem Moysis, sed etiam cuiusvis *Variorum*
alterius in virtute excellentiam imitabatur: vt pote A-
brahæ, quod Deo pareret in omnibus, & omnia pro-
prietatum contemnet, non solùmmodò pecuniarum *Sandorum*
aut patriam, aut familiares & cognatos, sed ipsam mit.
quoque naturam & vitam. Cognatis enim, non Deum
solùm, sed eos etiam, qui ex Deo viuebant, putabat esse
præferendos, & eos magis attrahebat ad cognitionem,
propter virtutis rationem & studij & voluntatis, quæ
in idem conferuntur. Isaac in spirituales Patres usque ad
mortem obedientiam, & eius corporis gratum & ac-
ceptum sacrificium imitabatur: Jacob perfectam sin-
ceritatem & libertatem ab omni improbitate: (huius
autem sunt fidei digni testes, qui cum eo confuetudinis
& familiaritatis fecere periculum) Ioannis solitudinem
& inediā: Petri, cum exactâ fide vehementiam &
ardorem: Pauli, pro eo quod est honestum, perpetuam
actionem, afflitionem & diligentiam; & quod prope-
modum uniuersum orbem terræ, sicut ille, partim qui-
dem pedibus, partim verò sermonibus, partim verò fa-
mâ peruersit: & vt semel dicam, quomodo quis pictor
præstantissimus, qui præstantissimos virtutis colores
vndique collegit & recte miscuit, is veluti quoddam
exemplar suam vitam, laudatu quām imitatu facilior-
em, proposuit virtutis studiosis.

N n n 1

81 Ne.

Avct. 81 Neque verò Iob admirabilis erat extra chorū eorum, qui sumptū sunt ad imitandum: sed eius etiam tolerantiam, semper quidem, in fine autem apertius est imitatus. Nam cùm iam esset è vitâ humana excessurus, & pro iis, quos tulit, laboribus mercedes & remunerations, quas sperauit, accepturus; postremò cum inuadit morbus diurnus, & propemodū ne iuueni quidem & florenti corpori tolerabilis, nedum tantā senectute confecto, & quam virtutis causā suscepere, afflictione. Eā de causā & totō anno iacebat in lecto, cū inexpugnabilib[us] colluctans doloribus, & talibus dilatatus afflictionibus. Tunc enim tābe exhaustus, pellequē exesā, atque vmbra, vt dicitur, simulacrum effe-ctus, adeò vt nihil ei præter ossa relinqueretur; nihil tamen molle, nihil illiberale, nihil indignum aut fecit, aut est locutus eo spiritu, qui talli vitæ conuenit. Quin etiam cùm quidam senex intensam ac vehementem vim morbi aspexit, & ei dixisset: Roga Deum, fortè enim malum sic sistetur, non amico nec benigno, vi solebat, eum adspicere intuens. Ne tu mihi, inquit, ô Pater, quidquam de eo dixeris. Nam cùm me sèpè tales subiissent cogitationes, arbitratus has esse potius maligni insidias, quām consilium, eās toto studio repulit, vt qui illud apud me reputauerit, quod presentis quidem vitæ bonorum satis magnum fructum ceperimus, vt qui gloriam scilicet & nomen simus consecuti. Oportet ergo omnino affligi, & mala perpeti, & aliquā habete partem, quā digna sit eā, quā est illic, consolatione; ne nobis quoque meritò illud dicatur, quod diuini dicitum est: Percepisti bona tua in vitâ tuâ. His auditis, se abscondit senex, & nec habebat quidem omnino quod Sancto responderet.

Luc. 16. 25.

Non vule-orare ut eo liberetur.

Etiam dormiens oras.

82 Ceterū illius patientia & tolerantia multa quidem sunt alia quoque signa; testes autē sunt iij quoque, qui in tempore infirmitatis ei inserviēre, quod nihil ex animis operationibus à morbo fuerit ei surreptū, nec in amore diuinorum eloquiorum ipse omnino se ipso visus sit inferior, aut frigidior. Est autem hoc quoque signum vehementis illius terum diuinorum meditationis. Nam et si illius oculus somnum sèpe gustauit, vt pote flexus ab eā, quā omnia vincit, naturā; at eius quidem certè labra faciebant, quod consueuerant. Quocirca etiam interī, dum à somno surgeret, cantum ad Deum comprehendebat labris: adeò vt quod Psal. 41. 9. dicit diuinus David, in eo impleretur: Et no[n] canticum eius est apud me.

C A P V T X I X.

Mors, sepultura, miracula.

Moribus multa 83 PORRO autem multa quoque dicūt eum in moribus multa te diuinasse, multa autem etiam prædictis de futuris, per Spiritum qui in ipso cohabitabat. Nam cùm eum circumstens totus cœtus fraternalitatis, specie quidem illum, reuerā autem seipsum vñusquisque deflebat, vt qui talem Patrem amitteret, quie eos in Christo genuit ex Pauli sententiā, quique carnalium patrum viscera longè vincebat suā in illos affectione, & cum quo vñā maluissent deficere, si fieri potuisset, quām eum videre excedentem. Is autem cùm eos satis esset adhortatus, vt in leco permanerent, & vt ingruentes tentationes ad finem vñque fortiter ferrent, & vt eis obedirent, qui post ipsum præfuturi essent monasterio; & prædictis omnia, quā erant euentera, dat eis illud signum, quod finem essent acceptura ea, quā dicta sunt. Si enim post meum, inquit, decesum videritis mihi gregem augeri, & quod magis tempus processerit, tanto se maiorem euadere & meliorem, tunc dico vos de aliis quoque bonam spem oportere concipere. Quod si nō sint hæc hoc modo se habitura, clarum est, fore vt nec reliqua finem sint acceptura.

84 Quā quidem an euenerint, sicut ille prædixit,

& finem acceperint, ipsa ante alia testantur quā videtur, magnitudo quidem ædificiorum monasterij, & Cœnobiu[m] multitudo eorum qui inhabitant, & eorum virtus eiusq[ue] eiusmodi, vt cum eis nemo possit contendere. Viuam & monachus autem illius post mortem quoque gloriam, & quanta chia au- ei fuerit apud Deum fiducia; quinam alij apertius dum ostenderint, quām oculi quidem cœcorum, pedes verò claudorum, & manus eorum qui erant manci ante il- lius preces: ex quibus illæ quidem vt mouerentur, hi verò vt current, oculi autem vt viderent, per eum acceperunt: & præ his ipse loculus reliquiarum, qui vnguenti fons esse cognoscitur?

85 Sed huc nos quidem oratio, tamquā fluentum aliquod detulit: oportet verò in eius morte amplius immorari, & tractare quemadmodū excessit, & ea etiam, qua post ipsam sunt consecuta, apertius eloqui. Postquam enim vidi magnus illam appropinquare, & sciuit futurum, vt post tres dies ad communem patrem & cœlestem transmitteret; cùm tres solos Episcopos accersisset, perinde ac de re aliquā communī cum eis presenti tractatus, (turbam enim & tumultus vitabat ille buspiè mo- ritur annos natu[r]os nos natus) & simul etiam, vt dierum numerum per ip- sos ostenderet, quod scilicet plusquā tres non viue- 105. ret; cùm eos ergo accersisset, salutat latet tristes, lacrymantes non lacrymans, animo anxios ipse hilaris, sicut etiam erat consentaneum. Nam illi quidem priuabantur eo, qui desiderabat, hic verò deducebat ad eum, quem magis desiderabat; & illi quidem se pa-tre priuari ægrè ferebant, hic verò proficisci ebatur ad Patris tabernacula. Hic quidem videbat finem eorum, quā ei afferebant molestiam; illi verò ducebant illius mortem esse serum molestiarum principium. Deinde cùm manus sustulisset ad orandam, & labra sensim mouisset, ita vt iis, qui adstabant, relinqueret cogitan-dum, quod extremi ad Dæmum excessus verbā loquere-tur, & post orationem eas decorè peccoti impoluisset, generosam illam & verè dæmonibus terribilem & in-expugnabilem animam commendat in manus Dei, cùm omnes annos vixisset centum & quinque, & paulo amplius. Deus autem eius mortem statim honorat diuino miraculo. Hoc autem fuit.

86 Vir quidam nomine Stephanus, genere Alexan-drinus, qui iam longo tempore vexabatur à maligno cus ab eo in vita nō spiritu; & Magnum quidem prius rogārat Theodo-sium, vt eum curaret, & ideò usque ad extreimum eius ad corpus spiritum permanerat, non autem impetraverat, quo-examina-dam diuiniori consilio, vñpte quod post vin-culati solutionem, & beati Patris dimissionem, maligni quoque spiritus reseruaretur dimissio. Hic ergo cutta fuisset prop[ri]e lectorū, qui corpus ferebat iam mortuum: tunc enim erat sanæ & compositæ mentis, quod maiorem quoque ei dolorem afferebat, vt qui posset considerare, in qualē incidiisset infelix calamitatē, & quod, quam solam habebat spem liberationis, eā quoque sit priuatus, mansurus sit autem perpetuò hanc grauem sustinenstyrrnidem, & ferens motum dæmonis, secretos illos impetus, furorem horibilem, & quā dici ne-quit, agitationem, calūque miserabiles, qui ex eis oriuntur, & inenarrabilē apud homines ignominiam. Hæc cùm animo versaret, & rectè intelligeret, quod nulla spes de cetero, & nulla ab eis reliqua esset libera-tio, graui dolore cor ei feriebatur, igne viscera incende-bantur, grauissimo luđu anima tenebatur: quid non dicebat, quid non faciebat miserabile & capillos acerbè vellens, peccus valde fieri, fronte miserè solum pul-gans, longum & acrum eiulans, pedes rigans lacrymis, eum qui iacebat, tamquā viuum alloquens, qui solus erat spes, inquit, solus seruator, recedit, reliquit nos de-ditos dæmoni. Quodnam adhuc est refugium? Quæ-nam est adhuc expectatio? Nunc enī melius est suā sponte incumbere: nunc ignem, nunc mare ingredi, & sic dæmonis insultus effugere.

87 Hæc deflens infelix, se in lectorū deiecerat, am-plecten-

Liberatur. plectebatur reliquias, malebat vna cum eo sepeliri, quā lucem adspicere, tali tyranno seruiens. Quid ergo Deus rerum admirabilium? Mouet quidem dæmon interim, dum flet, hominem, & cùm eum humi deiecisset, & totum ipsum in oculis omnium dilacerasset, vt vel sic involuntarium significaret recessum, quamque hominibus infestus, & quanto in eos cieatur furore, eum relinquit, aut potius ipse exurbaratur, motus flagello diuiniora. Sic ergo ei & viuo, & post mortem cessit terra, & cælum, & mare, & aëris, & dæmones; Terra quidem à feris, cælum verò à siccitate, mare autem à periculis, aëris verò à locustâ & bricho, dæmones autem à plagiis homines liberos relinquentes: & nihil fuit, quod non deinceps eius testaretur virtutem, apud Deum fiduciam.

Conueniunt Episcopi ad eius sepulcrum. 88 Cùm autem fama repente in omnem locum perviasset, quod & magnus Theodosius ad suum Dominiū iam excelsisset, & magnum de dæmoniaco miraculo esset à non paucis auditione acceptum; Petrus ille magnus, qui tūc Apostolicam Sedem tenebat Hie-

rosolymis, ille, inquam, Petrus, cuius magna quidem *Avt.* fuit fama, famam autem superabat virtus; accedit cum *ANONYMO.* multis aliis Episcopis ad sepeliendas reliquias. Vndeque autem concurrebat & multitudo monachorum simul, & promiscui vulgi. Omnes autem multum ponebant studij, vt & partem aliquam attingerent, aut sanctorū *diu populi* illius capillorum, aut sacræ vestis, aut certè vt vel solū *multitudine ne impe-* appropinquarent, & beatum illum vultum viderent: & *diuntur.* de eo tantâ certabatur contentionē, vt ne diu quidem permitteretur sepelire reliquias, sed melius existimatetur prætermittere iusta quæ sunt mortuis. Deinde vero tandem permittente multitudine, honorificè simul & splendidè illud venerandum & cælis dignum corpus terræ mandatur & contegitur: non vt quod oportet quidem abdi & latere, sed quod seruabatur potius pīs, tamquam opes & thesaurus, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, simul cum Patre & sancto Spíitu, nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

DE S. ANASTASIO ABBATE, ET IX. MONACHIS, SUPPENTONIAE.

*CIRCI-
TER AN.
CHR. I.
DLX.
XL IA-
NVARII.
Mons S.
Aiminus,* aut certè restaurauit: fuit enim ante in Sora-
Siluestri, Et cœnobium, vt infra ex S. Gregorio patebit. Leander id mon-
*sue Sorac-
tes.* noster factum ait, quod in eo S. Silvester Pontifex olim la-
titavit. Inter eum montem, & Nepete, sive Nepē oppidum, quod nunc vulgo Nepi dicitur, Suppentonia fuit, quam mo-
dū Castellum S. Eliæ appellari Ferrarius testatur, locumq[ue] ferè nunc desertum, nisi quod extet etiamnum ecclesia. At Bar-
ronius disinctius certusq[ue]: De loco Suppentoniae, diu multumq[ue] laborauit: cumq[ue] non inuenitem quid certi afferrem, consului tandem accolas regionis, qui ex veteribus monumentis locū ipsum optimè norunt, à quibus illud accepi: monasterium S. Anastasiū fuisse iuxta locum, qui hodie dicitur, Castellum S. Eliæ, à Nepesinā ciuitate duobus miliariis distans; vbi est adhuc nobilis ac vetus ecclesia, nomine S. Eliæ arque S. Anastasiū Deo dicata, non longè à monte Sora-cte, illudq[ue] ipsum olim Suppentoniā appellatum esse.

*S. Anasta-
fi natu-
ri.* 2. Isthic S. Anastasiū, ex Romana Ecclesiā Notario mona-
sticu[m], ad deinde Abbas, vixit. Cuius natalem III. Id Ianuarii consi-
gnat Martyrologium Romanum, his verbis: Suppentoniae apud montem Soractem, S. Anastasiū monachi, & so-
ciorum, qui diuinitus vocati migraverūt ad Dominum. Eiusdem meminere hoc die Galefius, VVion, Menardus, Dorganius, Ghinius, Martyrolog. Germanicum, Ferrarius in catal. SS. Italiae. XXII. Ianuarij iterum celebratur à Galefino hoc elogio: Romæ S. Anastasiū Abbatis & Confessoris. Is primò Romanæ Ecclesiæ Notarius, pōst eo munere se abdicat, vt in religionem totum se Deo consecratet. Profectus igitur ad monasterium quod est ad Neptunum oppidum, monachalis vitæ rationem suscepit: ibique Abbas factus, pietate, religione, sanctimo-
niā præluxit. Eadem ferè habent Carthusiani Colonenses in Addit. ad Vſuard. & Martyrolog. Germanicum, sed ambo oppidum Neptunam vocant. Variis quidem nominibus appellatur illud oppidum, Nepe, Nepa, Colonia Nepis, Colonia Nepet, Colonia Nepensis, Nepeta, Nepita, Nepere, vrbis Nepesina. At Neptunum, aut Neptanam dici, nusquam legitimus. Eius verbis Episcopatus, immediatè Pontifici Ro-
mano subiectus, cum Sutriño coniunctus est.

*Nepe oppi-
dum.* 3. De S. Anastasio hac scribit S. Gregorius Papa lib. I. Dialogor. cap. 7. De vicino nunc loco tibi aliquid narabo, quod & viri venerabilis Maximiani Episcopi, &

Tom. I.

Lauronis, quem nosti, veterani monachi, qui vterque nunc usque superest, relatione cognoui: qui scilicet *Vnde acce-* Laurio in illo monasterio, quod iuxta urbem Nepesi, *de Anastasiū* perit que nam Suppentonia vocatur, ab Anastasio viro sanctissimo nutritus est. Qui nimis Anasias vitæ vene- *S. Grego-* rabilis viro Nonnoso, Præposito monasterij quod in *vius.* *rum Ab-* Soractis monte situm est, & propinquitate loci, & morum magnitudine, & virtutum studiis assidue iunge-
batur.

4. Fuisus deinde cap. 8. Eodem quoque tempore. vene-
randus vir Anastasius, cuius superius memoriam feci, *Anastasius* sanctorum Romanæ Ecclesiæ, cui Deo auctore deseripto, *Rom. Eccl.* Notarius fuit. Qui soli Deo vacare desiderans scrinii *Notarius* mona-
deseruit, monasterium elegit: atque in eo loco, quem *ebus:* prefatusum Suppentoniā vocari, per annos multos in sanctis auctib[us] vitam duxit: eiisque monasterio soler- *tum Ab-* ti custodiā præfuit. Quo videlicet in loco ingens de-
super rupes eminet, & profundum subter præcipitum patet.

5. Quadam verò nocte, cùm iam omnipotens Deus Diuinitus eius venerabilis viri Anastasiū labores remunerare de- *euocatur* creuisset, ab altâ rupe vox facta est, quæ productio soni *cum 8.* tu clamater, dicens: Anastasi veni. Quo vocato, alij quoque septem fratres vocati sunt ex nomine. Paruo autem momento ea quæ fuerat emissa vox siluit; & octauum fratrem vocauit. Quas dum aperte voces congregatio audierat, dubium non fuit, quin eorum qui vocati fuerunt, obitus appropinquasset. Intra paucos igitur dies, primus venerandus vir Anastasius; ceteri autem in eo ordine ex carne educti sunt, quod de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille ad quem vocandum vox paruum siluit, atque eum tunc nominavit, morientibus alis, paucis diebus vixit, & tunc vitam finivit: vt aperte monstraretur, quia interie etum vocis silentium paruum vivendi spatium signauerit.

6. Sed mira res contigit: quia venerabilis vir Ana- *Alteri pe-* stasius dum de corpore exiret, erat quidam Frater in tenti mor- monasterio qui superiuere ei nolebat; prouolutus tem im- verò eius pedibus, cœperit cum lacrymis ab eo postulare, *trat.* dicens: Per illum ad quem vadis, deprecor, te adiuro, ne septem dies super te in hoc mundo viuam: ante cuius septimum diem etiam ipse defunctus est, qui tamen in illâ nocte inter ceteros non fuerat vocatus: vt aperte claresceret, quia eius obitum sola venerabilis Ana-
stasiū intercessio obtinere potuisset. PETRS: Cùm idem Frater & vocatus inter ceteros non est, & tamen saepe vii intercessionibus ex hac luce subtractus est,

Nnn 3 quid

Ex S. quid aliud datur intelligi, nisi quod hic, qui apud Dominum magni sunt meriti obtinere aliquando possunt ea etiam, quae non sunt praedestinata? **GREGORIUS:** Quomodo impetrantur nequaquam possunt quae praedestinata non fuerint: sed ea quae sancti viri orando efficiunt, ita praefinata sunt ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni praedestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi pro labore per-

ueniant: quatenus postulando mereantur accipere,

quod eis omnipotens Deus ante secula dispositus donare.

Hec Gregorius, qui Anastasij meminit iterum in Registro l. 2. Indict. II. cap. 50. De Domino enim Nonnolo Abate, qui iuxta Dominum Anastasium de Pentu misit, aliqua retulisse te nemini quae obliuioni mandaui. Porro Maximianus, cuius hæc facta mentio est, colitur 9. Ianuarij; Nonnosus 2. Septembris.

DE S. VITALIO, SECVITALE, MONACHO GAZÆO, ALEXANDRIÆ.

**INITIO SEC. VII.
XI. IANUARII.
NVARII.**

SANTISSIMI monachi Vitalij, sive Vitalis, natus hoc die consignans Gracorum Menœ, his verbis: S. Vitalius in pace quiescit. Ex his que in vita S. Ioannis Eleemosynarij 23. Ianuarij, de eius admirabili nec temere imitando zelo, narrantur, virum plane eximia virtutis constat fuisse. Dolemus non eum vitam omnem esse traditam litteris. Quia saltē extant, hic transcribenda duximus ex eiusdem Ioanni Patriarche vitâ, quam geminam, auctoriis Leontio Neapoleos Cypri Episcopo, & Simeone Metaphraste 23. Ianuarij dabitur.

rum, dicebatque se demonstrans quasi iratum: Verè non obaudiam vobis: ite à me. Modò nihil aliud faciam, vt vos nou scandalizemini, nisi accipiam mulierem, quatenus curam habeam domus, & faciam malos dies: qui vult scandalizari, scandalizetur, & det frontem in parietem. Quid vultis ex me? Numquid iudicetis constituti estis super me à Deo? Itē, de vobis curam habetote, vos pro me non reddetis rationem. Vnus est iudex, & sancta dies iudicij, qui singulis reddet secundūm opéra eorum. Dicebat autem hæc clamans.

3 Quidam ergo Ecclesiæ & Defensorum, hæc multoties audientes ab eo, referebant Patriarchæ quod fiebat. **f**Deus verè sciens quod nollet ille Sanctus offendere Abbatem Vitalium, indurauit cor eius, ne crederet eis. Recordabatur enim antè memorati eunuchi: sed increpauit vehementer eos, qui contra Vitalium Abbatem accusationem ei afferebant, dicens ad eos: Quiescite accusare monachos. An nescitis quod circa sancta memoria Constantini Imperatorem actum fuisse, conscriptiones quæ de eo leguntur, contineant? **g**Quoniam, ait, quidam non timentes Deum, cùm celebraretur h̄ sancta Synodus in Nicæa, cœperunt contra se date in scriptis famas turpes beato illi Imperatori; quidam Clerici quidem existentes, quidam monachi: & ad faciem adducens sanctus Dei Constantinus accusatorem & accusatum, vtrumque audiuit. Et

icum inuenisset multas talium criminatorum veras esse, afferens ardenter cereum, incendit omnes, quæ datae sunt in scriptis, malas opiniones, dicens: Verè, si propriis oculis vidissim Sacerdotem Dei, vel aliquem eorum qui monachico habitu circumiacenti sunt, peccantem; chlamydem meam explicarem, & cooperitem eum, ne ab aliquo videretur. Nam & in seruum Dei illum, videlicet eunuchum, ita purasti, & misisti me extra viam, & feci anima meæ peccatum magnum: confundens ergo eos multū, absolvit.

4 Seruus autem Dei Vitalius à propriâ operatione non cessabat. Deprecabatur ergo, vt quibusdam post mortem eius in somnis manifestaretur Deus, vt non imputaretur in peccatum his qui scandalizabantur in eum; **Orat Vitalius non alij scandalizentur.** Et quod rem quam agebat, dicerent scandaloso esse plenam: & ne haberet homino peccati iudicium ex ea quidquid locutus fuisset. Multas igitur de talibus mulieribus in computationem induxit hæc operatio eius: & herit. maximè quando videbant eum nocte extendentem manus, & orantem pro vnaquaque earum: propter quod quædam eum à fornicatione cessabant, quædam verè accipiebant viros & pudicè conuerabantur: quædam etiam modis omnibus mundum relinquentes, singularem vitam ducebant. Nullus tamen scivit usque ad eius dormitionem, quod ipsius admonitione & oratione impudicæ mulierculæ à fornicatione cessarent.

5 Vnde quodam die exeunte eo à primâ talium mulierum diluculo, obuiat ei quidam homo immunis, intrans ad fornicandum cum eâ: & cum vidisset aliam in faciem, dicens ad eum: Usquequid pessime illusor Christi non emendas te ab his nequitias tuis? Qui dixit ad eum: Crede

VITA AVCTORE LEONTIO EPISCOPO, in S. Ioannis Eleemosynarij vita.



1 ENEX quidam magnus, quasi annorum sexaginta, audiens tales res Beati, voluit tentare eum, si posset verbis suaderi, & ad scandalum facilè inclinari, & vt contigit, si condemnaret aliquem.

4 Et habitans prius in monasterio Abbatis Seridonis, Psal. 19. & exit & venit Alexandriam, & sumit conuersationem S. Vitalius meretrices ad noctis vniuersitatem continentiam precepit in ducit.

b b. Et habitans prius in monasterio Abbatis Seridonis, Psal. 19. & exit & venit Alexandriam, & sumit conuersationem S. Vitalius meretrices ad noctis vniuersitatem continentiam precepit in ducit.

2 Ita agebat semper, quousque una earum manifestauit vitam eius, quod non, vt fornicaretur, intraret ad eas, sed vt saluaret. Oravit senex, & cœpit mulier à dæmonio vexari, vt per illam cetera timerent, & non manifestarent eum omni tempore vita eius. Dicebant ergo quidam ei quæ à dæmonio vexabantur: Quid est? Reddedit tibi Deus quoniam mentita es. Ut fornicatur enim, ingreditur pessimus iste, & non est aliud aliquid. Iam enim & S. Vitalius (hoc quippe nomen erat ei) volens hominum gloriam fugere, & animas à tenebris reuocare, dicebat audientibus cunctis, cùm labaret in opere, & solueret vesperi: Eamus modò, Domina talis expectat nos. Vbi ergo erat ordo ipsius? Multis ergo criminantibus & illudentibus ei, dicebat: Numquid ego non vestio corpus vt omnes? Aut monachis solis iratus est Deus? Verè & ipsi homines sunt vt omnes. Dicebat itaque ei quidam: Accipe tibi unam mulierem Abba, & muta vestimentum tuum, vt non blasphemetur Deus per te, & habebis iudicium, quæ scandalizantur, animarum. At ille respondebat eis ite-

**Id enulgās
punitur.**

d

*Vitalius
calumniā
passus.*

*Accusatur
apud Epis-
copum.*

*Episcopus
cum non
audet iu-
dicare.*

*Multas & o-
bvertit.*

*Cadit
aliam.*

Moritur. Credere mihi, accipies alapam à me humili, vt tota Alexandria colligatur ad clamores tuos. Nondum breui tempore transacto, dormiuit cum pace in cellulâ suâ S. Vitalius, nemine sciente omnino. Habebat enim valde pusillam cellulam super locum qui dicitur *k* Porta solis. Vnde & plerumque, cùm collecta celebraretur iuxta cellulam eius in ecclesiâ *l* Metræ, conuenientes quædam muliercularum harum, ad alterutras dicebant: Eamus, eamus; iterum Abbas Vitalius collectam habet. Et venientibus eis, curabat eas.

Percussor posseus à diabolo, eius meritis liberatur. *k* Igitur dormiente eo, vt prædictum est, in propriâ cellulâ, & nullo sciente, mox quidam dæmon tamquam Æthiops deformis adstat ei qui dederat alapam Abbati Vitalio, & dat ei alapam, dicens: Suscipe alapam, quam misit tibi Abbas Vitalius. Et cadens, statim cœpit spumare. Congregata est igitur secundum prophetiam Vitalij pænè tota Alexandria in violentiâ, quam patiebatur à dæmons; & maximè quia sonitum datae ei alapæ audierunt quidam, quasi ad vnius iactum sagittæ. Post aliquantas verò horas in mentem rediens is qui patiebatur, scidit vestimenta peccoris sui, & currexit ad cellulam, clamans & dicens: Culpam feci tibi, serue Dei Vitali, miserere mei. Cucurserunt verò cum eo omnes audientes. Cùm peruenisset ad cellulam Sancti, exiit iterum dæmonium, iactans omnibus adspicientibus. Et cùm ingredenterentur intrò hi qui cum eo currexerunt, inuenerunt Sanctum stantem in geniculis suis, & orantem, & animam Domino tradentem, & in paumento scripturam huiusmodi: Virti Alexandrini, nolite ante tempus aliquid iudicare, quoadusque veniat Dominus. Confitebatur verò & homo qui à dæmonio vexabatur, quod Sancto fecerat, & quod dixerat Sanctus ei. Recitata sunt ergo Beatisimo Ioanni Patriarchæ omnia, quæ circa S. Vitalium acta sunt: & descendens cum Clero, venit ad corpus S. Vitalij: & cùm vidisset superscriptionem, dixit: Verè hanc humilis Ioannes per Deum eus sit, nam alapam, quam accepit qui patitur, ego acciperem.

Ad Vitalij cursus. *7* Tunc itaque omnes fornicariæ, & quæ abrenuntiauerunt ex eis, & viros suscepérat, cum cereis & lampadibus præbant eum flentes & dicentes: Perdidimus salutem nostram & doctrinam. Enatrabant enim iam

conuersationem eius omnibus; & quoniam non pro. *Ex vita S. IOAN. ELEBM.* pre turpem rem ad nos intrabat: & quia numquā aliquando vidimus eum super latus dormientem, aut vnam ex nobis tenetem manu suâ. Et reprehendentes eas quibusdam, & dicentibus: Quare hæc non omnibus dicebatis, sed scandalizabatur in eo tota ciuitas? enarrabani iam capitulum, quod circa eam gestum est, quæ à dæmonio vexationem sustinuit, & quia *Percussor fit monachus.* hoc timentes tacebamus. Sepulto ergo eo in multo honore, permanit is qui ab eo correctus & sanus factus est, faciens memoriam eius. Postmodùm autem & renuntiavit seculo, ingressus monasterium Abbatis Seridonis in Gazâ, & suscepit cellulam Abbatis Vitalij secundum fidem, & in eâ permanit usque ad mortem suam. Et sanctissimus Patriarcha multas gratias egit Deo, quia non permisit eum peccare in seruum suum Vitalium. Multi autem multum extunc in Alexandria profuerunt sibi, & hospitio recipiebant monachos; & monebantur, vt non condemnaretur aliquis ab eis, sicut euenerat.

8 Fecit autem & sanitates post mortem honorabile nomen S. Vitalij per diuinam gratiam: cuius oratio *Vitalij misericordiam in die, quando manifestabit abscondita hominum, & nuda faciet consilia cordium.*

a Erat id monasterium Gaza, ut infrâ dicitur. Seridonis huius nomen non reperimus in sacris tabulis. Metaphrætes magnum Seridonem vocat.

b Metaphr. duodecim obolos.

c Iusfrandum, ut habet Metaph.

d Addit Metaph. neque monachorum honorabilis habitus probro afficiatur.

e De horum officio Roffreydus in Onomastico, & nos alibi.

f Expressius Metaph. Sed ille, vt qui à Deo didicerat, quali virtute esset senex, minimè attendebat, &c.

g Narratur hoc à Sozomeno lib. 1. c. 16. aliquandò maior quæ hic emphasi, arque à Theodoreto lib. 1. cap. 11.

h Roffreydus hic legit & edidit, secunda, mendosò.

i Quomodo id verum est, cùm dicat Theodoreto Constantinū inreiuirando sebatum, sene verbum quidem in illis scriptis legisse? At fortassis Leontius accipiendo est de accusationibus viuâ voce factis antequâm scripta exhibentur.

k Ita & Metaphrætes à Strio editus. At mss. Graeca duo, quibus usum habent ηλοτοις, pro ηδοπυνοις.

l Colitur S. Metras, sive Metranus, 31. Ianu.

DE S. SALVIO CONFESSORE

EPISCOPO AMBIANENSI IN GALLIA.

*CIRCI-
TER AN.
CHRIS.
DCXV.
XI. IA-
NVARII.
28. Octob.
An Mar-
tyr.
Perperam
de eo scri-
pta, à Ba-
ronio.* **T**RES in Galliâ celebres publicâ veneratione Saluij Episcopi sunt: primus Albigenſis, qui 10. Septembri colitur; alter Ambianenſis, qui 11. Ianuarij; tertius Engolismensis Martyr, qui 26. Iunij. Hos sepè confundunt auctores, vt mox dicemus. Ambianensem hoc die referunt S. Saluij. Martyrologium Romanum, Galeſinius, Maurolycus, Hugo Melcolitus II. nardus, Cartibusiani. Colonien. in Addit. ad Vſuardum, Andreas Ian. 28. & Sauffauis cum insigni elogio, Albertus Mirau in Fastis Belgicis. Claudius Robertus in Galliâ Christianâ traditum 29. Octob. coli, quo die eum rursus refert Sauffauis in supplemento Martyrologij Gallicani. At 28. Octobris obiisse in vitâ traditur, quo die M. S. Martyrologium Centulense: Ambianis depositio B. Saluij Episcopi & Confessoris. & ms. Florarium: Ipso die S. Siluij, alias Saluij, Episcopi & Confessoris. Hic à primæuo iuuentutis flore studiis diuinis deditus fuit, & moribus ornatus, ac in omni sanctitate perfectus.

*Perperam de eo scri-
pta, à Ba-
ronio.* **2.** XI. Ianuarij hec de eo habentur in Martyrologio Romano: Ambianis S. Saluij Episcopi & Martyris. Nullum alibi vestigium est, vnde coniici posuit eum martyrio esse coronatum. Addit in Notatione Baronius: Alij Saluiniū appellant. Hunc Sigebertus in Chronico Saluum pro Saluij dicit, occisumque tradit anno 33. Caroli Magni Imperatoris anno Domini 801. De eo Petrus in catalogo lib. 2. cap. 65. In tabulis Episcoporum Ambianenſium

ponit Saluius quinto loco, vt constat ex Demochare, qui eas descriptit. Confundunt hunc nonnulli cum Saluius Episcopo Albigenſi, qui sub Chilperico Francorum Rege doctriñā claruit & sanctitate, de quo Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 44. Hac Baronius. Sed quædam discutienda sunt. Democharem fecutus est Baronius, qui plura peccat, dum ita scribit: S. Saluius, seu Saluinus, tempore Chilperici Regis Francorum, de quo scribit Mero, ierū anno 801. inuentum Valentianis à Carolo Rege corpus Divi Saluij Martyris Christi ac Ambianorum Episcopi. Refert Volaterranus hunc Praefulem Chilperico Francorum Regi Arianâ impietate infecto restitisse. Cui consonat Petrus de Natalibus in catalo- *Iac. Mago SS. cap. 65. l. 2. & Sigebertus an. 801. Hac ille; & qui iero, dem quæ ex Meiero afferit, ipsa sunt Meieri verba.*

3. At Sigebertus perperam citatur, agit enim de S. Saluij Engolismensi ad an. Christi 801. regni Caroli Magni 33. hū verbis: S. Saluius Episcopus veniens ab Aquitanâ ad fiscum Valentianas, à W inigardo, filio Gerardi Procuratoris ipsius fisci, martyrizatur; & super eius corpore requiendo Karolus Magnus Imperator diuinitus terrò admonitus, corpus quidem inuentum honorifice sepelit, interfectores autem eius graui pœnâ mulctauit; nec tamen per hoc in eos vltio. Dei cessauit. In

editione

N n n 4

E x v a editione Laurentij de la Barre Saluus appellatur, eiusq; inter-
R. 115. **Petro de** festor V Vinigardus filius Genardi, recte. Hallucinatur hic,
Natalibus: ut sepè Petrus de Natalibus: Saluus, inquit, Episcopus
Ambianensis, de territorio Aruernensi, tempore Hil-
perti Regis claruit, qui prædicto Regi Arriano refiste-
bat. Tempore autem Regis Caroli veniens Valentia-
nas, & prædicans, iniitatus ad prandium à quodam
Genardo nobili, dum in mensa quædam vase argen-
teæ protulisset, Vinegandus filius dicti Genardi auari-
tiâ ductus, prædicta omnia sibi auferri fecit; deinde
ipsum in carcere detineri, ac nocte superueniente eum-
dem in carcere cum uno eius discipulo iugulari, & cor-
pora eorum latenter abscondit in stabulo armætorum.
& post pauca: Qui passi sunt 111. Idus Ianuarij. Ita tres
Carthuſ. in unum Saluios conflat Petrus. Animaduertere ex parte hunc
Col. errorem Carthuſiani Colonenses in Addit. ad V ſuardum: item
secundum catalogum Sanctorū, natalis B. Saluji Epis-
copi Ambianensis, alias Engolismæ ciuitatis & dis-
cipuli eius Martyrum; qui secundum alios passi sunt vi.
Kal. Iulij.

Galeſinius, 4. Galeſinius Petrum fecutus: Ambiani, inquit, S. Saluji
Episcopi, & Martyris. Hic Chilperico Rege multis vir-
tutibus floruit, ac Dei gratiâ res plurimas mirabiliter
gessit; cœcis oculorum, furdis autium sensum, claudis
inceſum restituit. Sic omni sanctitatis laude clarus, à
Vinegardo, Ariano homine, fecuti percutitus est. *Vola-*
terranus Geographia lib. 3. In hac parte Ambiani Ptole-
mæo ponuntur, nunc etiam Ambianenses, sanctis orna-
ti Præſulibus, duobus Firminis, Martyre & Professore,
ac Honorato & Saluio. Is ultimus Chilperico Regi
Francorum Arrianâ se & infecto testit. *Martyrologium*
Martyrol. Germanicum: Ambianis in Galliâ alius eiusdem nominis
Germani-
co,
co, (Saluji) Episcopus & martyr, qui sub Rege Chilperi-
co res admirandas Dei virtute patravit, ægros variis
morbis leuauit, atque à Vinegardo Ariano innocens
trucidatus est. Item natalis S. Saluji Episcopi Engo-
lismensis, eiusque discipuli, de quibus 26. Iulij fusiūs.
Vincentio Ita & distinguit illius auctor *Martyrologij*, & confundit Sal-
Beluac. uios. Vincentius quoque *Speculi histor. lib. 2.4. cap. 23. ex tribus*
vnum facit. Dubitat Doubletius, an non hic sit à V Vinegan-
do, quem Vinegandum vocat, occisus.

Vitacius. 5. Vitam S. Saluji descripsimus ex pœnitus codice Eccle-
siae S. Audomari, contulimusq; cum ms. Domus professæ Socie-
tatis Iesu Antuerpia, & ms. Nicolai Belfortij. Auctor Francus
fuit, vt patet ex Prefat. num. 1. Hugo Menardus lib. 2. obserua-
tionum eius vita epitomen habet, subditq;. Hanc vitam com-
posui ex veteri ms. cœnobij Monasteriolensis, vbi sunt
Reliquia. S. Saluji reliquiae in capsâ bracteis argenteis obductâ, in
quibus eiusmodi vita incisa est cum characteribus
singulas historias explicantibus; in quibus etiam dicitur
fuisse Abbas Monasteriolensis cœnobij. Ex iis
conicuit, hoc monasterium illud esse, quod construxit
S. Saluji sub titulo S. Mariæ Virginis, antequam mun-
dum eiuraret: quod postea ob illius reliquias, mutato
nomine dictum est S. Saluji de Monasterio, hoc est
Sain & Sauve de Montstrel. Situm est in diœcesi Am-
bianensi, estque ordinis S. Benedicti. Ex quo etiam ap-
paret, eum fuisse Ambianensis ciuitatis aut territorij.
Hac Menardus. Illud est cœnobium, cuius mentio fit cap. Ad
hac donatione. 15. de decimis, vbi memoratur Abbas S.
Saluji de Monstrali. Porro quem Demochares & Chenu
quintum illius Sedis Antifitem, Claudius Robertus nonum
facit.

Quando 6. Ioannes Chenu tempore Chilperici Regis Franco-
vixerit: rum ait floruisse. Occisus est Chilpericus anno Christi 584.
regni 22. Andreas du Cheſne V. Cl. tom. 1. scriptorum historia
Frâcica geminum vita, quam damus fragmentum, velut dua-
rum diuersarum, recitat, refertq; ad tempora Theodorici filii Clodouai II. & S. Bathildis. Ait sub Theodorico Childe-
berti filio, Sigebertri nepote floruisse, certum videtur. Nam pri-
mò S. Honoratus eius decessor tempore Childeberti sedet,
vt patet ex historiâ inuentione SS. Fulciani, Gentiani, Victorici
sub eo facta, quam xi. Decembria dabimus, vbi ista habentur: Si

credere dignum est, volatu pennigerò famâ labefactâ
percurrent ad urbem Parisijs, auribus Childeberti
Regis, qui illo in tempore Francorum gentem princi-
pali regimine gubernabat, intonuit. Quo Princeps au-
diò genua ad terram flœctens, & manus ad cælum su-
stollens orabat, atque pro immensis gaudiis Deum be-
nedicens flerum rigabat ab oculis. Cumque eleuasset à
precibus, Dei Sacerdotibus, qui tunc in aulâ Principis
assistebant, precipiens ait: Veloci pergit cursu, & cor-
pora SS. Fulciani, Victorici, & Gentiani Martyrum,
qua sunt iuxta prædia vrbis Ambianensem reperta, ad
hæc mœnia deportate, vt ea in honore eximio, quod
impendi Martyribus dignum est, possim tradere sepul-
turæ. Tunc Childebertus piissimus Princeps præfato-
rum * carpenta in eodem loco cum digno præcepit se-
corpora. peliti honore, atque desuper aulam templi fidei iussit
deuotiose construere. Per quos Sanctos Fulcianum,
Victoricum, & Gentianum Martyres Christus Domi-
nus inibi plura dignatus est monstrare miracula. In hi-
storiâ translationis S. Firmiani Martyris quam dabimus 25. Se-
ptember, idem refertur, interq; cetera illud dicitur: Ipse Ho-
noratus Præſul tempore Childeberti Regis vir clarissi-
mus fuit, &c. De eo agemus 16. Maij. Obiit Childeber-
tus II. anno Christi 596.

7. Secundò refitit Theodoricus Rex S. Saluio, vt in-
frânu. 12. dicitur, homines virtusque sexus, quos Mum-
molus quondam Patricius, captâ ciuitate, murisque
eius dirutis, captiuauerat & Hispanis miserat. Atq; sub
Guntramno vixit Mummolus, eiusq; iussu intersectus est
anno regni eius 25. Christi 587. Tertiò missus est à Theodori-
co Rege Ambianos, vt electioni noui Episcopi mortuo S. Hon-
orato præfet, Sanctus Hautcarius Noviomensis Eccle-
ſia Pontifex; quem Menardus disertè Acarium, & Acha-
rium vocat, qui decessor fuit S. Eligij, seditq; Theodorici,
Clotharij, Dagoberti Regum temporibus, vt 27. Novembris Quando
dicemus. Quartò denique successor S. Saluji Bercundus, quem Bercundus
Claudius Robertus Berhardum vocat, vixit Clotharij Regis successor.
tempore, vt in vitâ S. Walerici Abbatis 1. April. dicemus.

V I T A

Ex tribus veteribus MSS.

C A P V T I.

S. Saluji à seculari vitâ conuersio.

R E G N A N T I Deo & Saluatori nostro prefatio
Iesu Christo secula per infinita sit audacia,
honor & gloria: qui post sacrosancte
resurrectionis suæ glorificationem,
duodecim quos elegit Apostolos,
quibus flamas infudit pectora blandas, in omnes mi-
lit gentes; quatenus in omnem terrâ per ipsos eorum
que successores Euangelica fides resonaret, & gratiâ
baptismatis totus renasceretur orbis: dignatus est &
genti Francorum dexteram suæ porrigit pietatis; vt
sicuti Principi Apostolorum ne marinis absorberetur
fluctibus, manum porrexerat miserationis; nihilomi-
nus & nobis apostolicæ diu seruituti addictis lumen
suæ claritatis, expulsis tenebrarum vitiis, gratuitò lat-
giretur.

2. Dum igitur longè lateque nomen Christianita-
tis per regnum vulgaretur Francorum, atque vniuersi
ad spem cœlestis Hierusalem anhelarent; vir inclitus,
Saluji nomine, seculari habitu nutritus atque indutus
corpore, diuinâ inspiratione tactus concupiscentias monasteriorum
omnino fugiens illecebrarum, Domino cordetenus adiicit.
militare cupiens, monasterium, quod ipse in honore
sanctæ Dei genitricis perpetuæque Virginis Mariæ
almiq; Principis Apostolorum Petri construxerat;
quod non solùm rebus, verùm etiam honoribus ſecu-
laribus nobilitauerat, hilari animo, pro æternæ remu-
neratio-

Fit monachus. nerationis mercede, expetit, atque illuc striat & deuotissimè iciuniis & orationibus Deo vacans, anti-
quum hostem quotidie vincere cupiens, & ad cælorum agmina fixis firmiter gressibus scandere cupiens, ibi etiam Deo largiente multorum animas luerari non distulit: & sed ad Domini gregem fideliter reportare studuit.

b 3. Intellexit namque famulus Dei diuino fultus lumine, in paupertate atque egestate cum timore & amore Dei potius seipsum Domino commendare, quām in huius seculi sperare diutius, quē mergunt homines in interitum & damnationem iustæ perditionis. Denique regulati habitu induitus, & à Fratribus ibidem Deo militibus benignè institutus, cum omni subiectione atque obedientiā diu est conuersatus. Hic præterea cū virtutibus polleret inclytis, & ab eisdem Fratribus honorificè esset detetus; cōtigit validā ægritudine depresso sui obiisse Abbatem monasterij. In cuius quidem vice à Fratribus coactus officium alendi eiusdem gregis suscepit. Acceptumq; cum omni reuerentiā & humilitate iniunctū negotium, semotus ab eis secretam sibi diligenter perquirens cellulam, fauores fugiens humanos, & in eā valedicens Fratribus, ni-
Creatur miā egestate atque abstinentiā reclusus, pellem corporis pariter & vigorem mutauit. Cū ergo illuc graui afflictione corporis moraretur, & indelinenter melodiis hymnorū ac psalmorū Deo psalleret, illud plerumque corde reueluebat, melius illuc occulte inter monachos esse, quām nomen atque honorem habere prædicti ponderis in populo.

Beneficius erga omnes. 4. Diu igitur in eadem cellulā degens, sed secretio- rem posteā inquirens, & in eā grauiore afflictione corporis reclusus omnibus seipsum pro obsequio carita- tis, in eā hilariter studuit præsentare: videlicet vt si quis domesticus vel extraneus causā visitationis ad eum ve- nisset, orationis gratiam ei impenderet, & eulogias *Egros sanat.* gratapre tribueret: qui freqenter Domino largiente infirmis præstítit corporis sanitatem; & pro transgres- soribus Dominum veniam postulabat, vt viam veritatis agnosceret, & à prauis seductoribus atque operibus omnino fugerent. Cunctis itaque seipsum in exem- plum demonstrans, ore quidem quod docuit, operibus fideliter adimpleuit.

a. Hinc liqueat autorem Francum fuisse.

b. Du Chefne, & ad Regem.

c. Sequens vjque ad nu. 8. habentur in 3. mss. & Doubleto, abjunt apud Du Chefne. Sanè eadem à S. Gregorio Turonensi lib. 7. cap. 1. narrantur, ut iustificari licet cum Menardo, ex similitudine nominis quod Albigeni Saluio contigerat, Ambianensi tribucum.

C A P V T . I I .

Extasis, & qua in eā visa.

Aegrotus. 5. **V**ODA M autem tempore febre nimiā percus- sus, ægrotus iacebat in lectulo: & ecce subito ingenti lumine cellula, in quā iacebat, resplenduit; sua- uissimoq; odore redoluit, ac decussa valde resonuit. Sed ille liquide oculis in cælum intensis, manibusque extensis, corde & ore Deum laudans, spiritum Saluatoris Domino feliciter reddidit. Audientes itaque monachi, omnisq; plebs fidelis eiusdem monasterij, de transitu huius sanctissimi viri, glomerati in unum pati- ter concurrentes, more solito defunctorum exequias præparauerunt, & corpus eius diligenter, & cum omni reuerentiā in ecclesiam detulerunt, cum hymnis & can- ticis, atque custodibus lacrymabiliter commenda- uerunt.

In magno lumine ex spiratis. 6. Manè autem facto, fortiter feretrum discussum est, in quo corpus ipsius locutū fuerat, & corpus mo- uere se cœpit: & quasi de graui somno excitatus, aperi- tilque oculis, & manibus in cælum extensis, de loculo quātocyū surrexit, ac voce flebili fortiter clamans, arti-

O Domine misericordissime & piissime Deus, quare Avcr. hoc fecisti? Cur me in hunc mundum tenebrosum, & FRANC^o nimiā repletum fœditate reuocasti? Melius quidem ANONYMO. mihi esset in tuo afflittere conspectu, tuamq; contem- plati inenarrabilem gloriam, & Angelorum audire con- cinnitum super astra cæli cantica; quām in istis mun- di redire miseras atque ærumnas, quām in perditionem trahunt omnes, qui eum sequuntur & diligunt. Stuper- tes verò grauiter, qui circa illum aderant, de hoc inau- dito atque horribili facto, propius accedentes, & cum summā diligentia humilitet interrogantes, dixerunt: Quid est hoc, dulcissime Pater? & propter quid tale hoc est factum, quod nullus nostrū vñquam audiuit & vidi? Respondit: Vocatus fui à Domino, & il- luc deductus, vbi vidi gloriam Dei Angelorumq; cō- cidentium choros, ac immensam multitudinem San-

ctorum circumstantium; qui Dominum vno ore con-

fitentes sunt atque laudantes: vbi est gloria indeficiens,

Caligatio-

dia. lux inenarrabilis, odor ingens, pax perpetua, suavitas

& animi mirabilis: & vbi Dei alpestus saturitas est An-

gelorum, omniumq; Sanctorum: in quō etiam salus

omnium & redemptio animarum: cui est honor &

gloria indeficiens per infinita seculorum secula. Et

cum respondissent omnes, Amen, dixit: Ecce, Fratres

mei dilectissimi, sicut cernitis, postquam à conspectu

Dei reductus, feretro haec tenus quieui, de quo inco-

lumis, & absque ullo dolore corporis surrexi, coram

vobis sanus assilens, quod nullo modo ambitem, si

voluntas Dei non esset; nolui enim in hunc redire mun-

dum amplius ærumnosum & omni iniquitate plenum,

quia est interitus peccatorum & damnatio impiorum.

Enimvero, vt verum fatear, voce diuinā meis dictum

Cur iustissi-

est comitibus: Reuertatur hic in seculo, quoniam ne sit redire

cessatus est Ecclesiis nostris. Vox enim audiebatur, qui ad vitam:

verò loquebatur, cerni non poterat; ad cuius vocem

prostratus cum fletu dicebam: Heu, heu Domine, cur

mihi haec ostendisti, si ab his inenarrabilibus frustran-

dus eram? Vt mihi, quia me hodie ejicis à facie tuā, vt

reuertar ad seculum fragile, vt ultrà huc redire non va-

leam. Ne, quæso, Domine, auferas misericordiam

tuam à me: sed deprecor, vt permittas me hinc habita-

re, ne illuc decidens peream. Ad quod vox, quæ lo-

Promissio-

quebatur, dixit mihi: Vade in pace: ego enim sum cu-

tur ei Dei

stos tuus, donec reducam te in hunc locum. Tunc reli-

ctus à comitibus meis, & ecce vestris sum sacris testi-

tutus ministeriis.

7. Cumque ad eos hæc, & his similia loqueretur,

stupentibus cunctis & admirantibus, cœpit iterum

Indicatio-

Sanctus Dei cum lacrymosis singulibus, dicere: De-

mortem s.

nuntio vobis transitum beatæ memorie Domini Ho-

Honorati

norati Ambianicæ Cathedræ Antistitis: qui inter cete-

Episcopii

ra bonitatis sue insignia, dum corpus Dottini sacraret

in terris, manu illius b. meruit videre in cælis. In cuius

obsequio vidi choros psallentium, Angelorumq; agni-

na cum Sanctorum turmis carentium, qui eum per-

ducunt in cælestem Hierusalem.

a. al. omnium.

b. al. meriti. Menardus: qui (Honoratus) dicitur vidisse Christi

manū in cælis, dum corpus eius consecraret in terris. His-

Historia

ria intentionis S. Firmino Martiri: Is (Honoratus) dum sacrum

corpus Christi super altare Beate Mariæ semper virginis conse-

craret, palmarum Domini meruit conspicere, & vice suā myste-

riū lacra consecrationis perficie: qui repletus Spiritu sancto,

alaci corde de mensâ sacrificium manū Salvatoris consecratum

accepit, atque summā cum devotione sumens, ab omni in-

quiumento carnis ac spiritus postmodum mansit illæsus. *Alia*

intentionis historia: Qui & pro forte Sacerdotij & pro

nomini qualitate dictus est Honoratus; qui palmam Domini

Redemptoris suis oculis visibiliter vidit, & pro eius brachio

manus Domini in suis conspectibus globo igneo cælitus in fa-

crofante altario sacrificium consecravit.

b.

C A.

Auct.
FRANCO
ANONY-
MO.
Ex MSS.

C A P V T III.

Episcopatus. virtutes. miracula.

8 Eodemque tempore Teudericus gloriósus Rex Francorum monarchiam regiae potestatis exercet: qui audiens Sanctum migrasse Honoratū Episcopum à seculo, Legatos suos direxit ad urbem Ambianam, Sanctum scilicet Hautcarium Nouiomensis Ecclesię Pontificem, intimans urbanis, ut dignum Deo sibique salutiferum eligerent Episcopum. Vnde alacres effecți, & prae nimia exultatione gauisi, Deo immensas terratenus reddentes gratias, quod suam dignaretur visitare plebē; ac per hoc omnes Ecclesiastici virti triduanum indexerunt ieiunium, quatenus diuinā gratia ostendere dignaretur, quis eorum vocaretur Episcopus. Triduano namque peracto ieiunio, diuino meruere responso audire: Saluim à me sciatris elecū, & vobis Antistitem datum.

9 Quocirca omnes penè in unum globati ad cœlum, id lulum, in quā vir Domini B. Saluus latitabat, conuenientes, humili deuotione, ac prece supplici depre-
cantes, dicebant: Ad tuam paternitatem venimus. Domine, iam ex itinere fatigati. Hos tuos exiguos ne despicias seruos, quia es à Deo electus, & nobis feliciter datus. Quod vir sanctus renuit, dicens, se indignum esse. Præstulari dignitate. Violentiā ergo aduentientium suā abstractus à cellulā, cœlestiique est elec-
tione dignitatē sortitus Pontificalem. Erat quippe vultu decorus, arte & eloquentiā facundus, castitate pudicus, moribus ornatus, in consilio prouidus, omni cœlesti dignitate perfectus, & à primævo iuuentutis flore, diuinis studiis deditus, gloriam & blandimenta huius seculi despiciebat; & in diuini cultus officio maximo amore assidue inardesciebat. Fuit quidem elec-
tus à plebe Ambianensem, & à Deo donatus in sede Sacerdotum: fuit vocatus à populo in ordine magistratus, & coronatus à Deo in honore Apostoloratus. Erat autem astutus vt serpens, & simplex vt columba.

10 Totum regnum Francorum Teudericus Rex suo consilio ordinabat, & barbaras nationes ferido gladio eius consulitu suę potestati subiugabat. Is autem venerabilis Præsul Saluus pabulo sancte prædicationis corda populorum assidue perfectione reficiebat, & ad pasca æternæ refectionis invitabat. Ecclesiam denique, qua necdum in loco erat, digno opere construxit, & in Principis Apostolorum B. Petri honorem, nec non & Doctoris gentium S. Pauli verenter beaut.

b **11** Postmodum verò ignorantibus populis, vbi corpus almi Martyris Christi Firmi requiesceret, Spiritus sancti gratiā edocetus perrexit ad locum, vbi Martyr Christi quiescebat, erigensque oculos ad cælum, vidit quasi radium solis ab arce præcessi throni exire, & in eo loco, in quo S. Firminus requiescebat, inenarrabili terrore fulgere. Qui mox immensas diuinæ misericordiæ referens gratias, cum magnâ reverentia cœpit fodere, ac sepulcrum almi Martyris aperire. Odor quoque suavitatis illicet tantus excreuerat, quasi illic omnia genera pigmentorum contunderentur & aromatum, & ager virens amoenitatem diuersorum flororum adesset.

Cumque eleuassent eum à sepulchro, & iter carpenter deferentes populis sanctum Martyrem ad urbem; obuiam plurimæ occurrentes cateruæ sternebant vestimenta sua in viâ, & voce magnâ clamabant: Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini. Quæ Confessoris & SS. Accelii, & Acioli.

c Sed & Sanctos Dei & Firmi minum Episcopum & Confessorem; & Aceum quoque & Accolum Martyres Christi, in cryptâ orientali ve-

reter condidit, & decenter exornauit.

12 Nam & homines vtriusque sexus, quos Mumolus quondam Patricius capti ciuitate, muriq; eius In cœs & dirutis captiuauerat, & Hispanis miserat; Theudericus Rex inclitus, cum omni eorum facultate, illi reddidit, & suę eos ciuitati restituit: & quam penè inhabitablem reperit, diuinā suffragante gratiā, ad meliorem reparauit statum. Res siquidem, quas regio dono acquisierat, quasque Nobiliores regni ob cœlestis patriæ amorem largiti fuerant, omnesque regiā auctoritate conscriptas, & priuilegio insignitas Romano, suę perpetuiter habendas contulit Ecclesiæ.

13 Quodam verò tempore, dum suam peragratet visitationis gratiā diœcetum, cœcus quidam à parenti- Cœvo vi- bus est ei oblatus, & Crucis signaculo mox est illuminatus. Filiam quoque e Guadonis nobilissimi viri à tuit. dæmonio liberavit, & pristinæ sanitati restituit. Huius Energ- rei gratiā in fide Catholicā ab ipso beato viro est in- menam structus: vxorque eius diu paralyti morbo percussa, sanata: illicet sanata, omnibusque sanata est reparata viribus. Ac per hoc villam, quam suo iure hereditario, f. Vicitatā f nomine, vendicabat, quæ ab vrbe Ambianensi quin- & paraly- que distabat millibus, illi perpetualiter cessit habendā, ticanam. iureque priuilegi possidendam. Vbi etiam ecclesiam construxit, & suo nomine dicauit.

14 Illo siquidem in tempore g Vimmacum aggrediens pagum, & in villam quam Theudericus famosus Item furdū simus Rex, Augustam nomine, dederat, illic resedit: ibi ac mutum. que quidam puerulus suę oblatus est præsentia, qui erat furdus, officioque carebat loquelæ, cuius os, frontem, vultumque totum cum olei attrectatione benedixit; ac deinceps vsum loquendi naturalē sine morâ perceptit: quem demum baptismatis lauacro purgauit, & h. Ingauidum feliciter nominauit, imbuit illius diuino mēntem flamine, verumque effectit Catholicū fide. Crescebat quotidie admiratio & fama B. Salui: occurabant populi, sanabantur infirmi, Christi gratiam, quam contulerat, dilatabat; nam per signa & orationes eius multorum animas saluabantur. Cœcos illuminabat crucis signaculo, paralyticorum membris pristinam reddebat sanitatem.

15 Factum est autem vt per aliquot dies vi febrium teneretur: quæ ingrauescente, tota penè ciuitas dæmonum instinctu igne cremabatur: Eius fuda-rio resüm- num confuebant orantes se iuvari, qui tribuens eis su- guitur in- cendum.

16 Tali denique cum gloriā beati Cōfessoris Christi Salui felix anima carneā mole v.kal. Nouembris soluta, Sanctorumque choris in cælo est sociata. Corpus verò eius in ecclesiā beatae Virginis Mariæ est conditum. Sed crescente deuotione fidelium, multorum iam curriculis annorum labentibus, Monasteriolo vico translatum; ibique digno cum honore, claris coruscantibus signis, decenter est exornatum: vbi meritis eius obtinentibus beneficia consequuntur præstante co-
terno Patre cum Filio, sanctoque Spiritu, quorum Deitas in unitate regnat, & indivisibilis manet per infinita seculorum secula, Amén.

a Du Chœne Hautgarium. Menardus Acatium, & Acharium.

b De hac S. Firmi Martyris inuentione, qua, vt dicemus, 13. Ianuarij celebratur, agemus ad illius vitam 2. Septembribus; vbi isthac inter cetera: Ad palatum Theodorici Regis repentinus intonuit nuntius. Atque cum huiuscemodi sermo ad aurem ipsius Principis, vel præcellentissimæ collateraneæ suę Rodehildis Reginæ perlatus fuisset; tunc ipsi ambo amore Christi, & Angelo pietatis repleti, oculos ac manus ad æthera suspendentes, cœperunt immensas Deo omnipotenti agere gratias, qui taliter scilicet pignere eius regni tempore hanc urbe Ambianensem dignatus est declarare, &c.

c Colitur S. Firminus Confessor 1. Septembribus.

d Coluntur SS. Aceus & Accolus, sive Acius & Aciolus, 1. Maij.

e Ms.

DE S A N C T O E G V V I N O,

EPISCOPO VVIGORNIENSI, IN ANGLIA.

CIRCI-
TER AN-
DCCXX.
XI. IA-
NVARII.
S. Eggyvini
natalis.

TERTIVS VViciorum, nunc Wigorniensis Ecclesia, Antistes fuit S. Eggyvinus, sive Eguinus, quibusdam Edvvinus, aliis Eugenius dicitur. Obiis se traditur **XXXI. Kal. Ianuarij**, quo tamen die nullū Diuorum Fastis, praterquam Ephemeridibus Marianis Antonij Balinghei, sive Eggyvini, eius adscriptum nomen reperimus. At **III. Id. Ianuar.** Galefnius & Molanus in Addit. ad *Vigilard.* hac habent: Wigornia in Angliā S. Eggyuni Episcopi & Confessoris. Addunt *VVion*, *Dorganus*, *Menardus*: doctrinā & sanctitate conspicui. *Martyrologium Anglicanum* prolixiori eum encorio celebrat. Meminit & *Ferrarius* hoc die, ac rursum **9. Ian.**

Vita.
2. Vitam eius scripsisse traditur S. Brithvaldus Archiepiscopus Cantuariensis, illius equalis, de quo **9. Ianuarij** egimus. Franciscus Godvvinus fragmentum, quod infra dabimus, illius vita esse censet, qua est à Brithvaldo composita; subdit enim: Hæc ille. At cum mentio isthuc fiat ruina ecclesie Eveshamensis facta temporibus Edgari, qui anno 959. vt vult Malmesburiensis, regnum adeptus est; qui potuit S. Brithvaldus, an. 731. mortuus ipso Godvino teste, id scripsisse. Possunt tamen priora transcripta esse ex ea vita, cuius auctor S. Brithvaldus dicitur fuisse. Quam hæc damus, ea quoque multa commemorat post Brithvaldi etatem gesta. Eam ex monumentis monasterij S. Pauli in Soniā filiā, sive Rubea vallis descriptissimū, contulimusq; cum Ioannis Capgrauij editione.

3. Meminerunt S. Eggyvini *VVillielmus Malmesburiensis* lib. 4. de gestis Pontificum Anglorum, vbi hac inter cetera: De quo (Eggyvino) quid miraculi sit, quod Beda tacuerit, nondum per me potui aduertere, vel per alias addiscrere; praesertim quod cum Kenredo Rege Merciorum, & Offa Rege orientalium Anglorum Romam iuerit, quorum profecitionem Historicus non filuit. Verumtamen quæcumque res hanc taciturnitatē imperauerit, constat eum tertium Wigorniensium Praefulem fuisse. Agit & de S. Eggyvino Matthew *Vestmonasteriensis* an. Christi 712. Florentius *VVigorniensis* ann. 708. Ranulphus *Cestrensis* lib. 5. cap. 23. Harpsfeldius seculo 8. cap. 15. & 18. Clemens Reinerus in *Disceptatione historica de antiquitate Benedictinorum in Anglia*, tract. 1. sect. 1. §. 11.

Scripta.
Eggyvini.
Baleus
notatus.

4. Scriptis Eggyvini vitam S. Althelmi *Schireburnensis Episcopi*, vt 25. Maij dicimus. Fertur & alia quadam scripsisse, vt videre est apud *Pitseum*. An tamen quem scripsisse dicitur de suis apparitionibus librum, quemq; de primordiis sui cœnobij, nō ea duo priuilegia sint, quorum unum in vita cap. 2. alterum infra refertur, haud facile dixerimus. Nam & S. Brithvaldi liber de origine Eveshamensis canobij, haud alius nobis videtur à vita S. Eggyvini. Ioannes Baleus consuetā mentiendi libidine scribit Eggyvimum Eveshamense cœnobium Kenredi Regis beneficio à fundamentis erexit. Mox vt esset Wigorniensis Episcopus, ... cùm laboratum esset Romæ atque terrarum alibi; vt statuæ in Christianorum templis ponerentur ac venerarentur, ... rem promovisse... Habebat enim, inquit, reuelationes quasdam, imò, vt iuramentis coram Constantino Romano Pontifice affirmauerat, apertas visiones, vt Mariæ Deiparae imaginem in suâ ecclesiâ colendam exhiberet vulgo. Hæc ille. Consultò omittit quadam acerbissima maledicta, quibus, cea elegantibus emblematis, narrationem suam videtur ornare voluisse, ne non sat̄ bona fide eiura se monachismū crederetur. At nec de imaginibus mota adhuc vspiam erat controverſia viuente Constantino Papâ, necdum Imperium addepto impio Isaurico Leone; nec de imagine Deiparae erigenda facta Eggyvino visiones; nec vt fieret Episcopus, hac ex cogitauit, qui undecim annū ante Kenredū principatum Episcopus iam

erat. Alia misa facio, que, vti & hæc, omnium auctoritate scriptorum refutantur.

5. In ms. codice monasterij S. Laurentij de Dei-custodiâ, ord. S. Benedicti, Congregationis Anglicanae, hec de S. Eggyvino antiphona & oratio habetur. Antiph. Sancte Präfus Eggyvne, solue vincula captiuitatis nostre, qui pro amore Christi ab Angliâ usque ad Romam ferro compeditus perambulasti ad vincula S. Petri; & clauem compedis, quam in Angliâ proiecisti, in Româ ex ventre pescis recepisti. Vers. Ora pro, &c. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, tribue nobis famulis tuis, per intercessio-
nem B. Eggyvini Confessoris tui atque Pontificis, po-
scetibus veniam, quærentibus salutis viam, pulsantibus
regni caelestis aulam, vt ad æternæ maiestatis tuæ man-
sionem te adiuuante possimus peruenire. Per, &c.

V I T A.

C A P V T I.

S. Eggyvini virtutes: studium pænitentie.

1.  **D**EMPORIBVS Regum & Ethelredi atque b Kentredi, qui Merciorum regi-men obtinuerunt, in territorio Wi-
-S. Eggyvini
gorniensis extitit vir religiosus, nomi-nus:
ne Eggyvinus, regali ex prosapia ortus,
Qui in adolescentiâ positus, postpositâ secularis fastus
ambitione, bonorumque temporalium iocunditate,
paupertatem voluntariam propter Deum appetiuit, &
Ecclesiastico cultui diuinisque officiis se omnino man-
cipauit. Per singulos itaque ordinis Ecclesiastici gradus sand
ad sacerdotium usque proiectus, mox totam vitam ad vita
suam in contemplatione diuinâ conuertit.

2. Vbi verò Wigorniensis Sedes orbata est: Pon-tifice, clamat Clerus, petit populus, beatum virum pro Episcopate-sanctitaris merito ad Episcopalem dignitatem subli-mandum. Beatus autem Eggyvitus multum reluctans & renitens, consentiente cum Clero & populo Rege Ethelredo, imò rogante, & plurimum cogente, ad Episcopatum præfatae urbis assumptus est. Et statim di-
uini verbi inclitus prædicator effectus, bonis actibus omni conamine operari dedit; tanto humilior, quantò altiori sublimatus erat officio, carus Deo & homi-nibus; ipsique Regi, prudentiâ, æquitate, & doctrinâ, laudabiles
consilio, omniq; probitate, erat acceptus: pater or-phanorum, sustentator viduarum, & desolatorum erat
consolator. Potenter eos redarguebat, qui sanæ fidei
resistebant, & leniter suaui Christi iugo colla submit-
tentis demulcebat. Prauis erat sermo eius quasi stimu-lus, & quasi clavis in altum defixus; mansuetis quasi oleum apparebat. Populos nouiter conuersos, & gen-tilitatis adhuc plutinum sapientes, & errore vetusto
in multis deceptricis, illicitisque connubiis contra Chri-stianam sectam inuolutos, à fauibus diaboli abstrahere-feruentes
re cupiens, & ab errore & squallore vetustæ gentilita-
conciennes.
tis conuertere desiderans, de talibus ad eos sèpè locu-tus est; de prædictis sceleribus & erroribus, atque illicitis copulationibus dari si m̄ eos increpans, & amplius talia agere interdicēs, Deum ista damnare asseruit, tre-mendi iudicij, & sempiternorum tormentorum crebris
verborum tonitruis retundens lapidea corda, arguens,
obsecrans, increpans in omni patientiâ & doctrinâ.

3. Veūm quia insanabilibus morbis plerumque of-ficit medicina, & ab inuidis & inimicis fidei seu tempora-
rias

Ex mss. stas persecutionis excitatur, & seditionis in Sanctum Domini gravatur: & in vitam eius falsis figuris armatur vulgus. Ergo & populus, cuius vita & intentio procliverat ad malum, videns illicita sibi non licere, & assueta vita nolens relinquere, unde proficere debuit, inde contra Sanctum Domini in iram & odium exarbit, & eum ab Episcopatu expulit. Permisit hoc etiam excitatus contra eum liutor regius. De eo nempe non solum apud Regem accusatio, sed etiam apud Romanum Pontificem ab inimicis prolati fuerat delatio.

Romanum proficisciatur. 4 Tunc vir Dei fide munitus, diuinâ consolatione roboratus, Angelico consilio stetit, cum se vidisset ad certamen vocari, pro salute errantis populi, & annihilandis inimicorum figuris ad Apostolicam Sedem ire dispositus. Quamuis enim vir Dei coram hominibus se immunem ab illatis sciret, tamen quia coram Deo peccatis se obnoxium esse non difficebat, & etiam pro peccatis populi sui pedes suos vinculis ferteis astrinxit, quæ clavis poterant ligari & referari, ipsamque clavem in flumen, & Abdona vocatum, Anglice Auen, proiecxit, & versus Romanum ire coepit. O virum cunctis mirabilem, nec terroribus concussum, nec blandimentis seductum, nec laboribus viatum, qui inter corporis sui pressuras & abiectiones, nec mundanas laudes captauit, nec aspectus hominum recusavit! O fortissimum victorem laborum, contemptorem exhortationum, Angelis & hominibus admirandum, & tot populis ac gentibus spectaculum factum!

Pedes vinculis astrinxit, clavis abicit. 5 Sicque in confiteetu populorum vincitis ferro pedibus Romanam ingreditur, & in ecclesiâ S. Petri Apostolorum Principis ad orationem prostratur. Quâ cù magna prolixitate completa, ad sacra ^b Missarum solemnia celebranda præparatur. Interim namque famili sui pro cibis emendis ad flumen pergiuit, & empto quodam pisce magno & exenterato, compedum clavula, quibuscum Sanctus pedes astrinxerat, in visceribus invenitur, ferrumque quod Anglicæ Auena absorberat, Romana Tiberis exhalat. Allatâ famulo Dei clauicula, voluntati Dei subiiciens, coram cunctis clavem accepit, & vincula sua referauit.

Honoratur à Pontifice. 6 Tanti miraculi nouitas in omnes erupit: Romanum implet. Qui miserabilis & noxius putabatur, sanctus & venerabilis commendatur. Quis illum videre non certabat? Quis ab eo benedici non festinabat? Ipse etiam Reuerendus Papa cognito Sancti Egwinii aduentu, auditus angustiis & laboribus in itinere ab eo perpessis, & qualiter omnipotens Dominus à nexibus eum absoluerebat, eum accessiri fecit: & volentem sibi prostrari dignâ reuerentia detinuit: quem benedicere debuerat, ab eo benedici & absolui petiit, & sibi conserere fecit. Ante se Missarum solemnia celebrare coëgit: ad eius singulare colloquium & consilium frequenter admisit, gratiosè auditur. Controversia sua, & itineris causâ tandem coram Summo Pontifice recitata, discussâ, & omnimodâ ventilatione ad votum diffinitâ, cum Apostolicâ benedictione & litteris ad Sedem propriam regressus est.

Regis filio. 7 Auditus autem Rex miraculis & virtutibus per insituit. sanctum virum patratis, plurimum gratulatus, in propria suâ Sede restituit eum. Et non solum pater spiritualis, verum etiam circa filios eius compater factus carnalis, ei filios suos litteris & moribus informandos Rex commendare curauit.

a Ethelredus Penda filius, VVlphero fratri in regnum Merciorum successit an. 676. ut habeat VVestmonasteriensis: pðs monachus factus. & Abbas, ut ex Beda constat lib. 5 cap. 20.

b Kentredus, siue Kinredus, aut Coinredus, VVlpheri filius, an. 705. ut idem refert, Ethelredo patruo successit; ipse quoque quinquaginta pðs monachus est factus.

c Israt Ostforus, vir Apologeticus.

d Id anno 693. contigit, aut etiam prius. Hinc Ferrariam corrigas scribentem circa an. 660. floruisse Egwinum.

e Ms. Rubea vallis habebat, ab hereticis.

f De hanc re Ranulphi. Qui (Egwinus) aliquando peccato-

rum iuuenilium conscientia, pedes suos viticulauit, claves compedum in flumen, quod dicitur Auen, protecit, palamq; dixit, tunc de peccatis se fore securum, quando pedes sui aut diuinâ virtute, aut illis clavis forent referati. Sic quoque vinculatus *De clavis* Romam profectus est. Campanæ Vrbis, vt fertur, in eius aduentu per se sohuerunt. Munitis & privilegiis Ecclesiæ sua re- *s. Egwinus* uertitur: ac dum in mari Britannico nauigaret, piscis pergrandis *ni.* in puppim *Parsalis* salit, in cuius iecore clavis reperta est, qua compedes illius referauit. *Dubitas Malmesburiensis:* Quid illud inquit. Credendumne putatur quod tradit antiquitas? peccatorum iuuenilium quondam conscientia pedes compedibus irrestitisse, clavis compedum in amnem iactatis palam dixisse, tum se demum de peccatis securum futurum, cum compedes vel diuinis, vel ipsis referentur clavis; ita Romanum profectum prospereque reuersum. Iam vero in illo mari, quo à Gallico continentia Angliam nauigio transmittitur, cum nauigaret, immamnam piscem saltu puppim, quâ Pontifex vehebatur, ingressum, certatimque annitentibus nautis retentum. In eius exenterati iesore clavis repertam, seraque compedum apposita, Sancto solito securitas plurimum donasse. Nominatissimus profecto Pater est, & petentibus exorabilis, si credulitas petentium non titubauerit. *Hac ille.*

g Auona in Leicestrensi Comitatu ortus, VVorovicensem medium faciat, in VVigorniensis Eothesham, de quo postea irrigat, ac tandem Sabrinæ miscetur, secundo à Tamisi Britannie flumini, quod Haffren Britanni. Angli Seuerne indigent. In Saxoniam coniunctam esse hanc ab Egwinio clavem habet Martyrologium Anglicum.

h Capras mysteria solenniter.

C A P V T II.

Eoqeshamensis monasterij fundatio.

a Llis diiebus locus erat in territorio VVigornien-

li, dumis & vepribus condensis incultus, qui à mo-

dernis & Eoqeshammum appellatur: hunc B. Egwin-

Fundum
à Rege ac-

nus à Rege Merclredo expertus & obtinuit.

Super illam quoque siluam quatuor pastores gregum

Virgo:

ad visitalia seruorum Dei nutrita constituit. Ex qui-

bus vnu, Eoues nomine, quadam die ad interiora sil-

uæ progressus est; & ecce adstabat in loco quadam

virgo quadam cum aliis duabus virginibus præclaris-

sim, omnem mundanam pulchritudinem, & ipsius solis Apparet

fulgorem sui splendore & gloriæ deuinens, librum in pastori D.

manibus tenens & cum sacrâ virginibus cælestâ can-

tica psallens. Expauit vir ille tam coruscâ visione he-

betatus, nec ferens cælestia conspicere, ratus ac tre-

mens domum rediit: quæ viderat sancto Episcopo in-

temate curauit. Vir autem Dei tacite rem considerans,

post ieiunia & preces quadam die cum tribus sociis,

& cum psalmis & orationibus deuotis, nudus pedes

ad locum designatum pergit, eminusque reliquis locis

ipse interius processit, diuiniisque terræ accubans, cum

gemitu & lacrymis implorabat respectu misericordie

redemptoris. Surgente illo ab oratione, ^b tres virgines

non minoris splendoris & gloriæ, quam prius, appa-

re-ruete. Quarum quæ media erat præcelsior, & omni Egwinio.

nitore splendidior præfulgebat, liliis candidior, rosis

vernantior, odore inestimabili fragrantior, librum

quoque manibus præferens, & crucem auream luce-

rariantem. Cumque cogitaret hanc Domini genitricē

esse, virgo præcellentissima quasi fauens tam pia æxti-

mationi, adorantem prætentam, quam tenebat, cruce

benedixit, & cum tali valefactione disparuit.

9 Gauisus itaque vir sanctus, & Deo gratias agens,

intellexit esse diuinæ voluntatis, ut locus illæ Dei cul-

toribus consecraretur, & beatæ Dei Genitrici dedica-

factus.

Vouerat enim inter varias tentationum angu-

stias, si Dominus prosperum faceret desiderium suum,

ædificaturum Domino templum. Locum ergo proti-

nus mundauit, opus inchoauit, & ad finem perduxit.

Scriptis quoque idem Sanctus, & palam omnibus fe-

cit monasterij ædificationem, tunc nomine Homme

vacato, sub his verbis: Ego Egwinus VViciorum hu-

milis Episcopus, volo manifestare omnibus fidelibus

Christi, qualiter ego primùm per Spiritus sancti inspi-

rationem istum locum elegi, & monasterium ædificaui

in

Quâ occasione id fundâris. in Homme , in honore omnipotentis Dei & sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis. Contigit quodam tempore, non sine omnipotentis dispensatione, quod ego in laboribus multarum & magnarum visionum ductus fui. Quâ de te artis meo. in animo per Sp̄itūsancti inspirationem, quod ego vnum locum ædificare debarem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei , & S. Mariæ, & omnium electorum Christi, & etiam mihi ad æternam retributionem, antequam ab istâ mutabili vita discederem. Cùm itaque maximè florere in diebus Ethelredi Regis Merciorum, cœpi eum benignè deprecari, vt mihi concedere dignaretur antiquum cœnobium, quod Fledamburch nuncupatur. Satis ille libenti animo quod petebam concessit. Regnante post illum Rege Kenedo, contulit Deo & mihi, tum pro amore Dei , tum pro affectione carnalis amicitia, quâ penitus mihi deuinctus erat, 84. mansos in ambitu loci illius, qui & Homme dicitur. Post modicum tempus Aldhelmus religiosus Episcopus migravit ad Dominum: quod ego per revelationem agnoscens, conuocatis Fratribus & Clericis excessum venerandi Patris eis aperui : g & in b Meldonensi monasterio cum honore sepeliui. Post hanc verò cum Kenedo Rege Merciorum, & i Offa Rege Orientalium Anglorum Romam perrexii, & de cœnobia fundando, ad vota cuncta peregi.

Fons precibus elicis. 10 Fertur enim quod dum in itinere illo per montes & carida iter loca, die quadam fame, siti, & lassitudine omnino addictus est, & socij eius cum plurimâ populi turbâ rogatus igitur a sociis sanctus Episcopus, preces ad Deum fudit, & fons aquæ limpidissimæ ex arenis statim profiliuit accepitque panibus, & paucis cibariis, quæ habebat per populos dispersit: refectisq; omnibus Deum in Sancto suo glorificauerunt.

Breue Cōstantini 11 Detulit autem secum à Româ vir Dei priuilegium, cuius talis erat tenor: k Constantinus Episcopus Pape pro eo fervorū Dei, Britvvaldo Britanniarum Ecclesiarum Primi, salutē & Apostolicam benedictionem. Venerabilem virum Egwinum Episcopum, quem bis tua fraternitas ad Apostolicam Sedem misit, etiam nunc secundò manipulis iustitiæ refectum tibi remittimus, monentes quatenus sic suos affectus adiuuando prosequaris, sicuti illum à Deo incepisse, & in viâ Dei cucurisse cognouisti. Porro de visione illâ, imò apertâ ostensione, quâ se beata virgo Maria ei manifestauit, æquè ita certum esse tenemus, quemadmodum de virti bonitate non dubitamus. Denique vigilantiam tuam admoneamus, quatenus illis in partibus, in quibus manifestatio habita fuisse refertur, concilium totius Angliae cogas; Episcopos, sacriq; ordinis religiosas personas illuc conuenire facias, Optimatesq; regni cum Proceribus suis adesse præcipias. Quibus in nomine Domini congregatis denuntiamus, quod duo Reges Angliae Kenedus & Offa , cum quibus iam dictus Episcopus ad limina Apostolorū venit, in loco ostensoria visionis plurima de suis beneficiis l præsentâ nostrâ, regiâ libertate donata, & Apostolicâ auctoritate confirmata cōtulerunt; quatenus ibidem congregatio monachorum secundum regulam memorandi Patris Benedicti , quæ minus adhuc in illis partibus habetur, possit instaurari, & Christo indesinenter famulari. Ipsas autem donationes & beneficia præfati Reges in ipsorum privilegio nominatum determinaverunt, & à nobis corroborati fecerunt. Igitur frater dilecte, quoquo modo Christus annuntietur, lucrum Christi inquire, opus Christi exerce, promulgatisq; in concilio vndique sententiis, tum à Deo oftensa visionis, tum Apostolica auctoritatis, tum Regiæ libertatis & donationis, tum tui ipsius, Clerique & populi assensu & favoris , constitue ouile Christi diuinum ostensem, Apostolicâ auctoritate fultum, regiâ libertate donatum , Cleri & populi benedictione sanctum.

Varia à Regibus ei cœnobio donata. 12 Tibi autem & successoribus tuis , memorato

Tom. I.

Episcopo Egvvino assentiente, curam animarum eius. Ex mss. dem Ecclesiæ præcipue iniungimus, vt si, quod absit, aliquando diaboli impulsu quisquam peruersor actus rannus sacrûm locum minuere ac impugnare præsumperit, vbi à Deo concessæ potestatis sententiâ, & anathematis percussus verbere complete noh audeat. Si quid verò sinistræ partis oriri inibi compertum fuerit, auribus Summi Pôtificis m potius deferatur, quam per alium occulatam sententiam sanctus locus iniuste depravetur. Ipsum ergo locum, quem regia potestas regiæ libertati donavit, & nos auctoritate Dei, & sanctorum Apostolorum, & nostrâ donamus; vt nullus cuiuscumque ordinis homo, hoc quod constituimus, deputare, aut minuere præsumat. Qui hoc destruxeris, aut male contaminaueris, sic ille maledicetus: qui verò seruauerit & adanxerit, benedictionibus repleatur.

13 Scripta est hæc epistola anno gratiae n 709. in ecclesia Salvatoris Lateranensis, præcipiente & cōfirmando Constantino Apostolicæ Sedi Antistite, adstantibus & confirmantibus Regibus Angliae Kenedo & Offa, rogante venerabili viro Egvvino Episcopo, coram pluribus Archiepiscopis & Episcopis, Principibus & Nobilibus diuersarum prouinciarum, cunctis acclamantibus: laudamus, concedimus, & confirmamus. † Ego Constantinus Romanæ Sedi Episcopus, per signum sanctæ Crucis has donationes & libertates confirmavi. † Ego Egvinus humilis Episcopus confirmavi. † Ego Rex Kenedi corroboravi. † Ego Rex Offa consensi. Et consecrato loco per S. p Wilfridum Episcopum, idem Wilfridus & Egvinus coram omnibus sic locuti sunt: Domine Deus, qui in cœlis habitas, & omnia creasti, conserua illum, qui locum istum pacificabit & cōseruabit. Nos etiam præcipimus, in Dei omnipotentis, & omnium virtutum cœlestium nomine, vt nec Rex, nec Princeps, nec vlliis ordinis homo locum istum sanctum diminuat; sed sit, vt optamus, gregibus & Dei pastoribus murus bene dispositus in potestate proprij Abbatis, secundū regulam Dei & S. Benedicti. Si autem, quod absit, aliquis avaritia spiritu euertere velit, iudicetur ante tribunal Dei, & nunquam in Christi veniat memoriam; sed nomen eius deleatur in æternum de libro viuentrum, & ligetur æternarum pœnitutum nodis in inferno, nisi in hac vita pœnitensemder. Huius Ecclesiæ dedicatio facta est anno gratiae 714.

a De hoc monasterio Cambdenus in Cornavia : Auona in hoc agro Evesham irrigat, quod ab Eves subulco Egvvini Episcopi VVigorniensis sic dictum scribunt monachi, cùm prius Earth-home, & Heath-field nomen esset. Oppidum satis elegans, surgenti à flumine colli impositum, in cuius quasi suburbio Bengevorth castrum olim erat ad caput pontis, quod Guilielmus de Audeuilla Abbas contra Guilielmum de Bellcampo obtinuit, funditus destruxit, & in cœmiterium consecrari fecit. Acceptit hoc Cambdenus è ms. catalogo Abbatum Eveshamensium, ubi ipsae habentur: VVillielmus de Audevillâ, monachus Ecclesia Christi Caenuaria, successit. Ita audacter VVillielmum de Bellcampo & complices suos, qui muros cœmiterij destruxerat, & bona Ecclesiæ tempore guerra rapiebant, in facie intermis contra armatos excōmunitauit. Quare nullus eorum secundum teligionem Christianam & ritum Christianum decepit. Viriliter etiam eastellum, quod erat Bengevorth ad caput pontis, contra eumdem VVillielmum obtinuit, & funditus destruxit, & cœmiterium consecrari fecit. Transiit autem it. Nonas Ianu. an. Domini 1159. Pergit verò Cambdenus : Notum est, hoc (Eveshamensis oppidum) monasterio, quod Egvinus ille, opere Regis Kenedi filii VVolpheri Regis Meriorum, circa annum salutis DCC. construxit.

b De hac visione Malmesburiensis : Locum illum, quod nunc cœnobium visitur, peculiariter amasse, (Egvinum constat,) in cultum attéa & spinos horridum, sed ecclesiolum ab antiquo habentem ex opere foritan Britannorum. Eo loci vir satitissimus dum solitudine intirante frequentaret exercubias, Dei genitricis visione & allocutione mulceti meruit, planè & absque seruculo præcipientis, vt ibidem sibi fundaret cœnobium, furorum sibi gratiosum, illi negotiosum. Instituit ille iussis, & compleps opus, Apostolicæ & regijs priuilegii cōrroborauit. Contra gruunt hu que sec. 8. cap. 18. scribit Harpfeldius.

c Inferius aliam S. Egvvini bullam de hac ipsa re dabimus.

○ ○ ○

d Ms.

- Ex mss.** d Ms. Rub. val. fierem.
e De hoc Cambdenus loco citato: Inferius in primitiū Anglorum Ecclesiā alius etiam locus fuit religiosis cultus, tunc Fleordanbyrig, nunc Flatburg. Situs est haud procul ab Auonā, infra Evesham.
- f In vitā S. Aldelmi apud Surium dicitur, post duos annos.
g Plenius in eadem vitā: concitoque gradu ad locum, vbi sacram corpus iacebat, quinquaginta fere milibus vtria Meldunense monasterium possum, deueni, & ad sepulturam adduxi, honorificeque sepelium, mandauique, ut quibuscumque locis sacram corpus, dum asportaretur, quiesceret, sacrae Crucis signa statuerentur, &c.
h Est Meldunense cōnobium, sive Malmesburiense in VVilniers Comitatu, de quo alibi.
- i Refert VVestmonasteriensis hanc peregrinationem anno Chri-
Offa & sti 710. VVigorniensis an. 708. melius. Vtque Rex Roma monasticū
Kinredus institutum amplexus, reliquum vite sancte istib[us] exegit, ut iudem as-
Reges, mo- serunt. Offa horatu S. Kinredovi, filii Ethelredi Merciorum Re-
gus, que eius nuptias spenerat, cælestes suspirare doctus amores,
inquit Malmesburienſis. Roman perrexit, &c. Kinredo eis cogitationes inieclis videtur militis cuiusdam, in quem magno amo-
re propendebat, infelix exitus, inquit Harpsfeldius.
- k Is edit 7. Marti, an. 708. usque ad 9. Aprilis, 714.
- l Clemens Renerus, in prouincia illâ.
- m Apud eundem Clementem additum patria, ut indicetur Pri-
mas Anglia.
- n Capgra. & ms. 704. manifesto mendo. Harpsfeldius ait hæc
bonorum Eveshamensis canobio donatorum confirmationem factam
esse an. 708. Melius Renerus 709.
- o Reliquum huius diplomatis deerat in ms. & Capgr. suppleui-
mus ex Renero.
- p Non est hic magnus ille VVilfridus Eboracensis Archiepisco-
pus, cuius natalis celebratur 12. Octobris; Translatio 24. Aprilis; sed
vel VVilfridus junior dictus, de quo inferius; vel Wilfridus VVigorniensis, Egwyini successor. Nam ms. Chronicon Abbatū Evesha-
menſis, de S. Egwyino istib[us] tradit: Qui Episcopatum suum de-
dit VVilfrido, & factus fuit hic primus Abbas. Scribit VVion
Egwyin ex monacho VVigorniensi factum esse illius ciuitatis; E-
piscopum; Pitseus monachum Benedictinum fuisse ante Episcopatum.
Videretur suffragari quid dicatur (in vita nu. 1.) paupertatem com-
plexus, & contemplationis diuina dedidisse. Renerus quoque assert
antia monachum fuisse.

C A P V T III.

S. Egwyini visiones, agritudo, mors.

- Egwyinus** 14 C OBRIT deinde vir Dei Egwyinus, omissis rega-
lium negotiorū curis, ad contéplatiā vitā ita-
tum se cōferre, virtutibus & miraculis coruscare, curas
mundi postponere, damnā rerum temporalium sim-
plici animo tolerare, sacrī lectionibus insistere, vigi-
liis & abstinentiā venerabile corpus suum castigare.
Erat enim iste Egwyinus Episcopus Confessorum san-
ctissimus, humilis in habitu, in sermone iocundus, in
prædicatione deuotus, verax in iudicio, in moribus
venerabilis, in orationibus peruigil, in lectione affi-
duus, in affectu pius, multis etiam miraculis fulgens.
Nam inter lacrymas & singultus, quos die ac nocte in-
desinenter omnipotenti Deo fundebat, sèpè Angelō-
rum visionibus demulcēbatur, & alloquiis, & aliorum
Sanctorum, qui de hoc seculo excederant, continuis
consolationibus refouebatur.
- 15 Beatissimam verò Mariam Domini nostri Iesu
Christi genitricem, toto affectu & spiritu, toto corde
& amore amplexabatur, venumquā à memorī eius
excederet, numquā in verbis eius decesset. Cuius visi-
tatione & consolatione Dei seruus Egwyinus sèpè re-
creatus, omnia quæ mundi erant omittebat, & ea quæ
Dei erant indefinenter exercebat: miseris condolebat,
pauperes recreabat, esurientes pascebat, & cetera pie-
tatis opera indefinenter adimplebat.
- 16 In diutinam tandem infirmitatem decidens, non
cessabat die ac nocte à diuinis quidem laudibus, nec
non canticis spiritualibus, & quod per se minùs poten-
tat, per alios completere faciebat. Curam pauperum &
peregrinorum ante omnia procurabat: multis etiam
infirmitatibus cum inuocatione nominis sancte Trini-
tatis salutē impendebat, tactu manuum suarū dolores
expellēs, & ab obsecris corporibus dæmones effugans.
- D. Virgo** sapientia appa-
paret.
- Morbus** alienos
ager sa-
nas.
- a Ms. Rub. val. fierem.
b De hoc Cambdenus: Ad Arrovii & Aleni confluentes, in
Comitatu VVarruvicensi, sed ad VVigorniensis fines, vidimus Aulce-
ster, Matthæo Parisiensi Allencifter, & rectius, quod celebratis-
sum & antiquissimum esse contendunt incolæ, vnde Ould-
ester dictum volunt. Et paulo pôst: Nunc autem è maximo op-
pido in exiguum rerum venalium mercatum decreuit, sed fru-
mentariis nundinis celebratissimum.
- c Ita & Harpsfeldius. at Martyrol. Anglicanum, Pitseus, aliis
716. Godwyinus 714. VVion. 712. mortuum scribunt.
- d Forte Idus legendum. In Epitaphio tamen infra, dicitur 111.
Notas mortuus.

Sanctus itaque Egwyinus cùm à primæuo iuuentutis flore semper vñs fuit cilicio, nunc in cinere iacens ^{Cilicium} asperrimo, ad carnem nudam induitus erat a trogulo; ^{semper ge-} ipsam debilitatem & infirmitatem carnis suæ corpora- ^{stat.} li maceratione & iejunio deuincens.

17 Cùm enim B. Egwyinus operibus caritatis totus effueret, maximè tamen prædicationi operam dedit. Erat namque iuxta Evesham ad octo milliaria castrū b Aluecestre, regale tunc mansum, cuius loci habitatores, quantò terum opulentia & temporalium abūdan- tiā affluabant, tantò magis gulæ & luxuriæ dediti, stu- dientes avaritiae & cupiditati, misericordiā Dei se indi- gnos efficiebant. Ad hunc locum accedens B. Egwyi- nus, prædicauit illis regnum Dei. Sed gens absque con- filio, & sine prudētiā, & cœuicis duræ, nec assueta vita relinquere, monitis illius nolebat acquiescere: & cùm castrum illud velut nemoribus vndique constitutum, con- flandi ferrum locus esset aptissimus, & fabris, & ferri exclusoribus maximè repletetur, gens incredula incu- des malleis ferreis tanto itrepitu continuo percutiebat, ^{Castrum.} impiorum sedes, euer- vt beati viri ferro non audiretur, & à castro recedere sum.

cogeretur. Beato igitur viro castro exeunte, præ con-
cussione, imò confusione malleorum & incudum, ad-
huc tinniebant ambæ aures eius, & levatis oculis in cæ-
lum flexis in terrâ genibus, contra artem fabrilem il-
lius castri, Dominum deprecatus est. Et ecce subito
castrum ipsius terra absorbuit, ita quid nouo super
vetere qualitercumque reædificato, usque in hodier-
num diem in constructione nouarum domorum in fun- <sup>Ars fabri-
li ibi exer-
camentis antiqua edificia reperiuntur; numquā enim ceri non
postea in loco illo aliquis artem fabrilem rectè exer-
cuit, nec aliquis eam exercere volens, ibi vigere potuit.</sup> c
cuit.

18 Cùm autem ad extreum vitæ peruenisset, con-
uocatis monachis & filiis, quos Deo genuerat, ait: Vixi
Fratres, apud vos, nec pudet vixisse: feci enim quod
potui; quamvis omnino exiguum sit, quod feci. Quid ^{Suos ad-}
agere, & à quibus vos oporteat declinare, dixi; qui- ^{horatus}
buscumque modis dicendum esse existimavi. Ostensâ ^{piè mori-}
sur. ^{tur.}
igitur reætitudinis viâ precor ut gradiamini, nec vos
decipiat præsentis umbra felicitatis: fugit enim, & nū-
quām in eodem statu permanet. Ipse, qui est via, veri-
tas, & vita, viam iniuriantis à vobis amouear: viam sua-
rum iustificationum vos instruat. Sicque plenus virtu-
tibus circa annum Domini c. DCCXX. tertio d kalendas
Januar. migravit ad Dominum, & in monasterio, quod
à fundamentis construxerat, sepultus est.

a Sic infra 15. Ianu in vita S. Mauri: Nam reliquo totius anni
tempore, sub monachalitunicâ, semper asperrimo à scapulis vs. Trogulum.
que ad renes in duebatur trogulo; si uide subtegminis in stratu
super aggestum calcis & labuli, tantummodò excepto quadra-
gemali tempore, semper vñs est cilicio.

b De hoc Cambdenus: Ad Arrovii & Aleni confluentes, in
Comitatu VVarruvicensi, sed ad VVigorniensis fines, vidimus Aulce-
ster, Matthæo Parisiensi Allencifter, & rectius, quod celebratis-
sum & antiquissimum esse contendunt incolæ, vnde Ould-
ester dictum volunt. Et paulo pôst: Nunc autem è maximo op-
pido in exiguum rerum venalium mercatum decreuit, sed fru-
mentariis nundinis celebratissimum.

c Ita & Harpsfeldius. at Martyrol. Anglicanum, Pitseus, aliis
716. Godwyinus 714. VVion. 712. mortuum scribunt.

C A P V T IV.

Miracula post mortem.

- 19 Post eius obitum, multa Deus miracula pro
ipso operari dignatus est. Rulticus quidam par-
tem terre S. Egwyini surripuit, & cùm ludices lanxissent, ^{Pierare}
volens, ^{malè mo-}
vt certo die veniret, & terram illam suam esse iuraret, ^{ritur.}
pulueremde domo suâ sumpsit, & a fortulare imple-
uit, vt tunc iurare posset; quod super terram suam sta-
ret. Cumque super reliquias Sancti Egwyini iuratus
manum portrigeret, ferro b falcastro, quod in manu ge-
staberat, nescio quo casu in cerebro percussus, subito ad ^a
terram

terram mortuus ruit, & vitam cum terrâ coram omnibus amisit.

^c **Peterans ad eius reliquias barbam amittit.** 20 Cùm alius quidam terram S. Eggyvini inuadens possideret, Iudicum sententiâ decernitur, ut manu propriâ super reliquias S. Eggyvini iurando testam acquereret: erat enim vir ille grandæsus, & barba prolixâ barbatus. Assurgens ergo barbam propriam concludit palmo, per istam, inquit, barbam mea est terra, & ego eam possideo iure hereditario. Vix emiserat verbum; & ecce totam barbam coram cunctis lapsam ita proiecit ad terram, ac si apposita esset, non naturaliter nata. Sic qui alienam terram iniuste inuasit, iure cum ipsâ terrâ barbam propriam perdere meruit.

^c **Eius ope sedata tempestas.** 21 Londoniensis Episcopus e Elfvardus, cùm in mari ortâ tempestate maximâ, naufragium penè patetur, inuocato S. Eggyvini suffragio subiò sedatur tempestas, & tranquillitate mari redditâ ad portum optatum cum gaudio peruenit.

^c **Muto loquendi facultas datur.** 22 Iuuensis quidam à nativitate mutus pro salute recuperandâ Romam pergens, tribus annis ibi mansit. Et ecce nocte quadam albis vestibus quidam induitus sibi apparens, dixit: Redi festinus ad terram tuam, & ad sepulcrum S. Eggyvini, si volueris, sanitatem cōsequeris. Quod cùm peruenisset, solitus quidem vinculis linguae aperte loquendo verba protulit.

^c **Frequens Sabba- this miracula.** 23 Ante Normannorum aduentum in Angliam, tanta miraculorum frequentia monasterium S. Eggyvini illustravit, ut omni ferè die Sabatti aliquâ infirmitate vel molestiâ detentus gratam per S. Eggyvinum medelam æger quispiam reportare mereretur.

^d **Sandini ad altare S. Eggyvini maturinas & Missam canunt.** 24 Monachus quidam ^d Couentrensis, nomine Sperculphus, solitus erat monasterium S. Eggyvini in Sanctorum festiuitatibus frequentare, in orationibus pernoctare. Is cùm in quodam festo S. Eggyvini more solito in ecclesiâ eiusdem Sancti nocturnas vigilias in vigiliis & orationibus præoccuparet; admirabilem visionem oculis corporeis videte meruit. Vedit enim primò lumen diuinum virtute extincta, & ecclesiâ paulatim supernâ luce illustratam, & incredibili fulgore iradiatam. Cumque ad hoc spectaculum territus animum & oculos conuertisset; conspicit processionem maximam sanctorum spirituum aduentem, in quâ quidam pueri lumen portatores cum candelabris præcedebant; dehinc ephebi sequebantur; post quos seniores venerandâ canicie nitentes secuti sunt: hi omnes albis stolis induiti mirum spectaculum præbuerent. Post hos quidam Pontificalibus induitos aduenit, quem dextrâ lauâque bini seniores deducebant. Accedentes ergo ad altare S. Eggyvini maturinas cantare cœperunt. Mira res! Missa incipitur, ac mirabili dulcedine decantatur: quâ completâ, sicut intrauerat totum illud collegium, & sicut antè procedendo egressum est.

^e **Missam S. Eggyvini matus celebans apares.** 25 Cùm idem monachus quadam nocte in ecclesiâ Deigenitricis in eodem monasterio, in illius festo vigilans pernoctaret, ianuis clausis, cum inæstimabili claritate & decore conspicit simili modo processionem venientem, Sanctumque Eggyvinum gloriosam Dei genitricem Virginem Mariam deducentem. Peruenientes igitur ad altare beatæ Virginis Mariæ, venerandus Pontifex Eggyvinus post maturinas honestissimè decantatas, Missarum solemnia exorsus est. Monachus vero, qui hæc vidit, stupefactus intra se dixit: Quid est hoc? num sensum perdidii? Nonne hic quidam sunt, quos diu ex hac luce subtractos intelligo? Et accedens secretè ad quemdam, quæ esset, cui Missa decantaretur, inquit. Et ille: Tace, num ignoras Dominum nostrum S. Eggyvinum beatæ Dei genitrici & semper Virgini Mariæ sacrum mysterium celebrantem? Itaque Missa complatâ duo Episcopi cœli Reginam, dextrâ lauâque assumentes, eodem ordine quo intraverant cum processione regressi sunt.

^a **De hac voce 8.Ianu in 2. vitâ S. Gudilæ cap.2.n 8. lit. d.**

^b **Explicat hanc vocem S. Gregorius lib.2. Dial. cap. 6. Quodam Tom. I.**

verò die ei dari ferramentum iussit, quod ad falcis similitudinē falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscederet. ^{Græ- Falcastrum.} c **Alius Elfvardus, aliis Alvordus dicitur, factus Abbas Eusebhamensis an. 1014. sub Ethelredo Rege; inde Episcopus Londinensis sub Cnutone Rege. Obiit Rameseia an. 1044.**

^d **Couentria, vel Conuentria, in VVarruvicenſi Comitatu urbs ampla, & nitida. Monasterij, sive Prioratus, cuius hic monachus fuisse alumnus videtur, cernuntur adhuc parietina. Id monialibus Canutus edificauit. Leofricus Merciorum Comes, cuius in vita S. Eduardi s. Ianuarii frequens facta mentio, monachis donauit, misericordia amplificauit, & ornauit.**

^e **Ms. Rub. val. seriatim.**

F R A G M E N T U M A L T E R I V S V I T A E

à Franc. Godvino è MSS. relatum.

^f **E** GVVINS, regali ortus prosapia, VVigorniensis patriâ, temporibus Adelredi & Kenredi Re- s. Eggyvum Merciorum fit VVigorniensis Episcopus. ^{ni primum} Vnde paullò post electus est. Romam profectus, à Pa- iter Româ. patui restituitur. ^a

^b **Post reditum à Româ impetravit locum, qui Aethamne dicitur, & postea Eouesham à nomine cuiusdam bubulci (Eoues) B. Eggyvini, qui in silvâ qua- Varia illa dam porcam perditam & septenam foetum paritaram, donata à inuenit. Ab illo igitur omne, locus Eouesham dici- piis Principibus.**

^c **Post reditum à Româ impetravit locum, qui Aethamne dicitur, & postea Eouesham à nomine cuiusdam bubulci (Eoues) B. Eggyvini, qui in silvâ qua- Varia illa dam porcam perditam & septenam foetum paritaram, donata à inuenit. Ab illo igitur omne, locus Eouesham dici- piis Principibus.**

^d **Post reditum à Româ impetravit locum, qui Aethamne dicitur, & postea Eouesham à nomine cuiusdam bubulci (Eoues) B. Eggyvini, qui in silvâ qua- Varia illa dam porcam perditam & septenam foetum paritaram, donata à inuenit. Ab illo igitur omne, locus Eouesham dici- piis Principibus.**

^e **Post reditum à Româ impetravit locum, qui Aethamne dicitur, & postea Eouesham à nomine cuiusdam bubulci (Eoues) B. Eggyvini, qui in silvâ qua- Varia illa dam porcam perditam & septenam foetum paritaram, donata à inuenit. Ab illo igitur omne, locus Eouesham dici- piis Principibus.**

^f **Deinde Romam proficiscitur cum Offâ & Ken- Secundum redo ad impetrandâ pro monasterio suo priuilegia. iter Româ.**

^g **Quibus impetratis, in Angliam fredierunt, & congrega- nun.**

^f **garâ synodo generali in loco qui Alne dicitur, cui in-**

^f **ter fuerunt Berthvaldus Cantuariensis & b VVilfridus Eboracensis; donationes illæ omnes confirmatae sunt,**

^g **missio VVilfrido ad locum consecrandum. Quo facto**

^h **Eggyvinus ibi Benedictinos monachos constituit.**

ⁱ **Postea obiit III. Calend. Ianuarij.**

E P I T A P H I V M S. E G V V I N I .

Rupe sub hac vili tegitur vir summus: & vna
Clauditur angustâ, quem subuehit alta per orbem
Veris-fama volans. Genus hic spectabile duxit;
Et mores habuit præclaros, magna que gessit:
Ecclesiast facit, quam nunc dicunt Eouesham.
Ditauit terris, & multâ nobilitauit.

^j **Liberata locum, qui regni iurat tenebat.**
Omnimodam scriptis, subscriptis Curia Regis,
Et qui Romanam Sedem tunc Papa regebat
Confirmauit eam, proprio testante sigillo.

^k **Vita migravit cum Solis per Capricornum**

^l **Tertius ac decimus medians existeret ortus.**

^l **Sepelitus in monasterio quod extruxit. Temporibus**

^l **verò k Edgari Regis sub Abbatे Osvardo, ecclesia de**

^l **Eouesham, construeta ab Eggyvino, corruit. l**

^l **a Monet Godvinus, quidam hic in ms. vita interiici, qua omiferit.**

^b **Cambdenus, suprà Eath-homme vocat.**

^c **Fortè VVicces legendum. Beda estate VVigorniensis Comitatus**

^c **incola VVicces dicebantur, vel à sinu olo flumine (Sabrina) quod**

^c **accolunt, inquit Cambdenus; et enim VVic Saxonice, seu Teutoni- VVicces.**

^c **c, ut alibi diximus, sinu; vel à salinis, quas VViches prisci Angli**

^c **suâ lingua nominarunt. Salinæ enim hic sunt nobilissimæ, plu-**

^c **resque falsi fontes sapientis reperti, qui tamen obstructi eò quid**

^c **cautum (vt antiquis scholis legitur) uno solummodo loco saltem**

^c **excoqui, vt siluis sit prospectum.**

Ooo 2

^d Est

Ex v. A. d Est nunc Stratford emporium non inlegans ad Auonam, vulgè Stratford uppon Auon. Illic ne hoc cœnobium fuerit, an potius in Stratford old in eodem VVarricensi Comitatu, haud nobis nunc in promptu est definire.

e Est mania, ut habetur in Onomastico Clementis Reneri, tenura, vel tenementum, habitatio alicuius familiæ sub dominio alii cuius domini, seu feudi.

f Egwinus scilicet, eiusq; comitatus; at non Reges, ut supra dictum est.

g Habitacuit anno primo Osredi Regis Northumbrie, & primo aut secundo Kenredi Regis Merciorum. Synodus ad Nidum fluminis Northumbriæ, in canâ S. VVilfridi, qui non integrò post quadriennio supercesserunt fuit. Ab hac Synodis in Alne loco, sive (ut suspicimur) circa Alenum flumen in VVarricensi ditione, haud procul Eueshammo, ut ex cap. 3. vita prioris pastet. Pro hac Synodo alias confinibus recentiores, Londini habitant eiusdem visionum Egwinis occasione, de cultu sacrarum imaginum, qui tum in Angliam inducuntur. Quod commentum solidi Baronius refutat ad an. 714. quippe quod confites S. Augustinum aliosq; Anglorum Apostolos, crucem argenteam, & Salvatoris imaginem in tabula depictam preferentes, Litaniasq; canentes in urbem regiam esse ingressos. Verum qua causa iurius Synodi existerit, tum hinc, tum ex Breui Constantini Pape, sive relato sat constat.

h Secundus hic est VVilfridus, quem sibi successorem, cum totius populi electione, ordinavit S. Ioannes magni VVilfridi successor, & Beuerlaci reliquum vita priuatus exegit. Obiit hic VVilfridus anno 743. secundum VVesmonasteriem. De eo agemus 29. Aprilis.

i Hic est dies IIII Ianuarii.

k Chronicum Eueshamense: Res huius monasterij miserimè distrahebantur, quoad usque S. Ethelvoldus, (de quo 1. Aug.) iussu Regis Edgari & B. Dunstani huc adueniens. Osvardum Abbatem hic constituit, anno gratia 960. commendans ei terras & possessiones, quas Alchelmus (Princeps) Christi aduersarius, post mortem Edvvini (decimus octauus ab Egwinis) Abbatis, abstulit.

l Subiicit Godvvinus: Hæc ille, scilicet Brishwoldus, incuriosus profecto, cum Brishwoldus an. 731. obierit, hec ruina Ecclesie Eveshamensis duabus post seculis qd excurrit, consigerit.

PRIVILEGIUM KENREDI ET OFFÆ REGVM

De rebus Eveshamensi cœnobio donatis,

Ex veteri ms. editum à Clem. Renero.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen. Quoniam transiuntis quidem mudi vicissitudo quotidie per incrementa temporum crescendo decrescit, & ampliando minuitur, crescentibusque repentinis incursuum ruinis, finis esse cunctis in proximo cernitur; idè vanis ac transibilibus mansura cœlestis patriæ præmia mercanda sunt. Quapropter ego Kenredus, Dei dono Rex Merciorum, & ego Offa diuinâ permissione orientalium Anglorum Gubernator, pro redemptione animarum nostrarum, ac prædecessorum, & subsequentium nostrorum salute, donamus & concedimus in loco, in quo B. Maria se venerabili viro Egwino Episcopo manifestauit in Houme, & presenti libello confirmamus ad honorem & reverentiam eiusdem Dei Genitricis, sexaginta sex mäfas, ex duabus partibus fluminis, quod vocatur Auona; tres videlicet quæ sunt in a Houme, b in Leuhænic vnam, in Nortona septem, in Offeham vnam, in Lillintonæ tredecim, in Adintonæ vnam, in Badeseia octo & dimidiam, in Bretfortona duodecim, in Homburem duas & dimidiam, in Wilberfæria septem, in VVikevane tres, in Benigvorth & in Hampton nouem. Et ex meâ liberalitate, sicut dignum est, & regali munificèti, prænominatas mansas, vbi manifestatio habita fuisse refertur, cum ceteris partibus præsignatis regiâ liberalitate donamus, ac omnipotenti Deo & beatis Apostolis eius Petro & Paulo in perpetuum liberas donamus; quatenus ibidem congregatio monachorum secundum regulam S. Benedicti possit instaurari & insinuenter Christo fanulari. Ad maiorem autem firmitudinem donationis nostræ, in notitiam tam præsentium, quam in posterum succedentium venire volu-

ad quem finem.

mus, quibus limitibus sacer locus, quem regiâ liberalitate donatum Deo contulimus, circumscriptus includitur. Imprimis à Troyforde, &c. & Volumus insuper ac decernimus in nomine Domini, terram quinque e casatorum, quæ Morton nuncupatur, eadem libertate in perpetuum gaudere: quam quidem terram ego Kentredus Rex Merciorum anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo nono, cum iam vñâ cum venerabilitero Egwino Apostolorum limina visitare disponere, inter quedam alia donaria ad fabricam monasterij construendi concessi eidem, & sub testimonio plurium potentum meorum scripto confirmaui. Statutus igitur in nomine Domini, & in virtute summi Dei præcipimus, tam viuentibus quam Domini prædestinatione nobis in perpetuum succedentibus, ut huius donationis statuta ad irritum deducere minimè quispiam audeat. Si quis autem hoc nostræ munificentæ donum deprauare vel minuere attentauerit, deleatur nomen eius de libro vitae. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo nono in ecclesiâ Saluatoris Lateranensi, confirmante Pontifice Romanæ Sedis Constantino, astantibus Regibus Angliae Kenredo & Offa, rogante venerabili viro Egwino Episcopo cum pluribus Archiepiscopis & Episcopis, Principibus, ac Nobilibus diuersarum prouinciarum, cunctis claman-
Subscriptio.

tibus ac dicentibus: Nos hanc voluntatem ac tegiam liberalitatem laudamus, donationibus ac libertati consentimus. † Ego Constantinus Romanæ Sedis Episcopus per hoc signum † sanctæ Crucis has donationes & libertatem confirmaui. † Ego Egwinus humilis Episcopus confirmaui. † Ego Rex Kenredus corroboravi. † Ego Rex Offa contenti.

a Alij Homine vocant, ut antea dictum est.

b Pleraque horum locorum etiamnum nomen retinent, ut videre est in Cambdeno & Spedo.

c Notat Renerus videri legendum merita.

d Videatur aliiquid à librario omissum.

e Cæstatis, ut notat in Onomastico Renerus, est vasallus, seu mancipium.

PRIVILEGIUM S. EGWINI

De rebus monasterio Evesham acquisitis.

1. Ego Egwinus VViciorum humilis Episcopus, volo manifestare omnibus fidelibus Christi, qualiter per sancti Spiritus inspirationem, & per labores multarum & magnarum visionum, ostensum est mihi, quod ego primum vnum locum ædificare deberem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & S. Mariæ, omnium electorum Christi, & etiam mihi ad æternam retributionem. Cum igitur maximè sperarem in diebus Ethelredi Regis, expertus ab eo locum, qui Haum nuncupatur, in quo loco sancta & perpetua Virgo Maria primum cuidam pastori gregum, Eoves nuncupato, deinceps etiam mihi cum duabus Virginibus, liberum in manibus tenens, apparuit. Mundauit itaque locum, opifque inceptum Dei optimilaude gratia ad finem perduxerit. Volo igitur ostendere omni sequenti generationi, quas possessiones supradicto loco acquisiui, & ipsas terras ab omni exactione potestatum omnium adquierauit, ipsamque ad quietationem applicatis auctoritatibus & priuilegiis, nec non & regalibus edictis confirmati feci; ut Frates secundum regulam S. Benedicti, inibi Deo seruientes, sine perturbatione vitam agerent. Nomina etiam villarum volo manifestare, quas omnes liberas & iuste acquisitas, Deo & S. Mariæ obtuli.

2. Itaque ab Athelredo Rege quoddam cœnobium, quod Flendaburch nominatur, obtinui, quod postea Quæ a pro alio cœnobio, quod Streaforda nominatur, mutatus. Post paruum verò tempus à prædicti Regis fratre Qlyardo viginti mansas, in loco qui Troyford appellatur,

D. Virginis Apparitionis.

nus.

latur, adquisiui. Postea verò succedente in regnū Kenredo, concessit & ipse mihi octoginta quatuor mansas super vtrasque partes illius fluminis, quod Auona vocatur. Quidam autem adolescens, Athericus nomine, octo mansas mihi concessit; & VValterus venerandus Sacerdos alias octo mihi mansas donauit. Sicque, Deo propitio, breui tempore 120. mansas prædictæ Christi Ecclesiæ acquisiui, sicut scriptum est, & confirmatum in chartis Ecclesiæ, & in libro manifestatur terra & termini eius, quem scripsit Brichrvvaldus Episcopus, & dictauit præcepto Romani Pontificis, cum consensu Principum totius Angliae. Hæc verò sunt nomina villarum, quas, ut supradictum est, acquisiui: Eouesham, Benyagut, Hautun, Baddeleij, VVicque, Hamburne, Bradfortun, VVillersley, VVirthleya, Samburne, Kinvvartun, Saltford maior & minor, Ambresley, Vlbeorij, Mortun, Buchtun, Meleygaresbery, Tittlestromp. Snella maior, Mayeldesbeordy, Sildsvwick quoque. Has omnes terras, ut præfatus sum, liberas ab omni calumniâ adquisiui & sanctæ Dei ecclesiæ obtuli.

3 Qui ergo locum, quem Apostolica dignitas & re-

gia potestas, regiâ libertate donauit, & nos auctoritate Ex v. A., Dei & sanctorum Apostolorum donamus, depravare, & iis. aut minuere, vel contaminare præsumperit, iudicetur ante tribunal Christi, & numquā in Christi veniat memoriam, nisi in hac vitâ pœnitens emenderet. Qui verò seruauerit, & adauxerit, benedictionibus repleatur. Fiat. Amen. Scripta est hæc charta anno Dominicæ Incarnationis 714. ^{Subscript.} † Ego Egwinus per signum sancte crucis. † Ego e Kenredus Rex subscripti. † Ego Offa per signum crucis confirmavi. † Ego Brichrvvaldus Archiepiscopus subscripti. Ego Olvvardus frater Regis confirmavi.

a Videri posse hoc Privilegium idem quod in vita cap. 2. relatum est, sed utroque loco à librario mutatum, aut potius diuersa occasione à Sancto datum. Hic fortassis est liber ille, quem de initio sui monasterii edidisse scribitur.

b Videlur aliquid deesse.

c Ha Regum subscriptiones, vel exprioribus tabulis singularium donationum empionumve huc translate, vel à librario ciolo additæcum eo anno neueri istorum fuerit se Regem appellaturus, quippe qui pridem monachie essent.

DE S. TATONE MONACHO.

A.N.CHR. I **DCCXXIX.** **XI. IA-** **NVARII.** **S.Tatonia** **natalis:** In Samnio, non procul à Vulturni fluminè fonte monasterium est S. Vincentij, olim à Longobardorum Regibus multis prediis locupletatum, cuius quondam florentissimi, sed suâ etate collabescens meminie Leander in Samnio.

Vita ex Ferrario. In eo cenobio S. Tato colitur xi. Ianuarij, teste Philippo Ferrario in catalogo generali Sanctorum, & in catalogo SS. Italiae; qui ex dicti cenobij monumentis eius acta breuiter recenset.

2 Tato nobilis Beneuentanus, ut Christo seruiret, spretis omnibus, patriâ ac parentibus relietis, vna cum Paldone, & Tafone fratribus, quibus erat idem propositum, peregrinationem suscepit. Ac primùm in fines Marsorum ad Thomam Abbatem senem, cuius

fama sanctitatis vigebat, vt illum, quid sibi esset agendum, consulerent, sele conferunt: cuius persuasus in Samnium circa Vulturni amnis ortum venientes, ibi in solitudine vitam asperrimam sub Paldonis maioris naturæ regimine, multis sibi sociis adiunctis ducunt. Mortuo Paldone Gregorio II. Pont. Max. Taso ceterate minor in administratione subrogatur: cuius cùm monachi austerioritatem & severitatem non ferrent, Tatonem in locum illius subrogant. Quæres ad Pontificem delata improbus. Ipse autem Tato interim sanctitate conspicuus, III. Idus Ianuarij, anno salutis DCCXXIX. obdormit in Domino. Hac Ferrarius. Colitur S. Paldo xi. Octobrū, S. Taso xi. Decembri.

VITA S. PAVLINI

PATRIARCHÆ AQVILEIENSIS.

ex variis scriptoribus Ecclesiasticis collecta.

§. I. Patriarchatus Aquileiensis, Foro-Iulij.

A.N.CHR. I **DCCCLIII.** **XI. IA-** **NVARII.** **QVILEIA** vrbis olim ampla ac frequens, parq; maximarum Italia, (cuius antiquitatem libris sex descripsit Sabellius) ab ipsis Ecclesiæ incunabulis Sede Episcopali est exorditio magis quam antiquorum certo testimonio, cōstatere afferit Baronius tom. I. an. Ch. 45. num. 41. Postmodum qui ei prefuerunt Antistites, antè paulò quam Longobardi Italianum occuparent, Patriarchas more Græcorum & Orientalium, à che Aquileia fuisse appellatos, diximus VIII. Ianuar. ad ritum B. Laurentij Iustiniani num. 6. in prolegom. Horum catalogum ex Onuphrio, Signio, Sabellico, Candido, Leandro, profert Claudio Robertus in appendice ad Galliam Christianam, & monethos Patriarchæ à citatis auctoribus aliquando dici Foro-Iulientes. Eius appellationis hac, quam dicemus, origo fuit.

2 De Pannonia, inquit Paulus Diaconus lib. 2. cap. 7. egressi sunt Longobardi mense Aprili per Indictionem primam, alio die post sanctum Pascha, cuius festivitas eo anno iuxta calculi rationem ipsis kalendis Aprilibus fuit, cùm iam à Domini incarnatione anni quingenti sexaginta octo essent euoluti: aut potius euoluerentur. Aquileiensis ciuitati, ait idem cap. 10. eiusque populis B. Paulus Patriarcha præterat: qui Langobardorum Tom. I.

barbarem metuens, ex Aquileia ad Grados insulam confugit, secumque omnem sua thesaurum Ecclesiæ deportauit. Hic Paulus, ab Onofrio in Chronico Ecclesiastico, & in Claudi Roberti catalogo Paulinus I. dicitur. Itaq; Paulinus II. est is de quo agimus. Paulo, siue Paulino I. successit Probinus, qui Ecclesiæ vnum rexit annum, vt Paulus Diaconus lib. 3. cap. 14. Post eisdem Ecclesiæ Sacerdos Elias præficitur. Huic, vt idem scribit cap. 20. nolenti tria capitula Chalcedonensis synodi suscipere, Pelagius Papa epistolam satis vtilem misit, quam B. Gregorius cum esset adhuc Diaconus conscripsit. Eadem paulò fuisse Sabellius lib. 4. de Aquileia vetustate, qui hoc ad Seuerum Patriarcham Elias successorem ab aliis referri testatur. At non in eo situm Elias schisma fuit, quod tria capitula nollet suscipere, sed quod ea mordicus contra Ecclesiæ Catholice sententiam tueretur.

3 Post Seueri obitum duo Patriarchæ fuerunt, inquit Signius lib. 2. de regno Italia ad annum Christi 605. unus Duo deinceps, qui Aquileiam, alter qui Gradum infedit. Huic institutio attulere Longobardi. Gisulfus enim Dux Grado, & Fotoiuliensis, Christianâ religione suscepit, vetus distinctioni sua dignitatis huius fastigium quærens, sacros honores nouo exemplo distribuere ausus, Ioannem Abbatem per Clerum Aquileiensis Ecclesiæ designandum Patriarcham curavit. Contra verò Caudianum Clerus

Ex v-A-
RIIS.

Clerus Gradensis elegit. Dissidio pernicioso in futurum exempli oborto, res Romam delata: Pontifex Ioanne electo Candianum probauit, eumque pallio exornauit. Neque eo seciūs Gisulfus suum Patriarchā retinuit. Hinc ipsarum Ecclesiarum diuisio consecuta. Aquileiensi omnes Episcopi paruerunt, qui in continentia Venetia, quæ erat Longobardorum, federunt; Gradensi, iij qui æstuaria atque Istriam, Imperatorem respicientia, tenuerunt. Haec Siganus; qua brevius Paulus Diaconus lib. 4. cap. 34. His diebus defuncto Seuero Patriarchā ordinatur Ioannes Abbas Patriarcha in Aquileiā vetere, cum consensu Regis, & Gisulfi Duci. In Grados quoque ordinatus est Romanis Candidianus Antistes. Rursum mense Nouembrio & Decembrio stella Cometes apparuit. Candidiano quoque defuncto, apud Grados ordinatur Patriarcha Epiphanius, qui fuerat Primicerius Notariorum, ab Episcopis qui erant sub Romanis: & ex illo tempore cœperunt duo esse Patriarchæ.

4 Eadem ferè ex Pio Pontifice Sabellius, qui lib. 5. de Ioannis successoribus ita scribit: Successerat Ioanni Aquileiensis Ecclesiae Antistiti, de quo proximo libro mentionem fecimus, Marcianus; post quem, usque ad Calisti tempora, Antistites septem interfuere. His sedentibus penè nihil memoriam dignum (quod ad ipsam Ecclesiam attinet) actum est. Calistus autem, qui in Serenii demortui locum (is enim illorum septem nouissimus fuit) surrogatus est, quum ingenti vir animo esset, utpote qui non humili forsan, sed loco clarissimo natus esset, ægerrimè ferebat Patriarchicam Sedem obscurò loco esse. Nam ab Heliā Patriarchā ad eam diem (anni fermè centum intererant) Cromone fuerat: quum interim Longobardorum Duces Episcopum sibi Foro-Iulensem creassent, qui in luce hominum frequenter nobilium cœtu constitutus, præstantioris fortunæ, quam Patriarcha, esse videbatur. Commotus rei indignitate Calistus, quod quispiam sive ducēcis Antistites se dignior haberetur, Amatorem Episcopum, qui Federico successit (sed alibi Fidentium, pro Federico, legimus) Foro-Iulio expulit; quod ipse cum Patriarchicā Sede paulo post migravit, atque ubi domus Amatoris fuerat, sibi & successoribus egregias ædes pro loci conditione erexit.

Aquilei-
sis Cormo-
nibus de-
git.Migrat
Forum-
Iulij.

5 Clarus Paulus Diaconus lib. 6. cap. 51. Grauis sanè per idem tempus inter Pemmonem Ducem & Calistū Patriarcham discordia rixa surrexit. Causa autem huius discordia ista fuit. Adueniens anteriore tempore Fidentius Episcopus de castro Iulensi, cum voluntate superiorum Ducum, intra Foro-Iuliani castri muros habitauit, ibique sui Episcopatus sedem statuit. Quo vitâ decadente, Amator in eius loco ordinatus est. Usque ad eundem enim diem superiores Patriarchæ, quia in Aquileiā propter Romanorum incursionem habitate minimè poterant, Sedem non in Foro-Iulij, sed in Cormones habebant. Quod Calisto, qui erat nobilitate conspicuus, satis displicuit, ut in eius ducēci cum Duce & Langobardis habitaret Episcopus, & iple tantum vulgo sociatus vitâ duceret. Quid plura? Contra eundem Amatorem Episcopum egit, eumque de Foro-Iulij expulit, atque in illius domo sibi habitationem statuit.

6 Inde factum, ut Aquileienses Patriarchæ, quod Foro-Iulij domicilium fixissent, Foro-Iulenses dicerentur. Est verò Forum-Iulij, vel Forum-Iulium, Ptolemao Φόρος Ιούλιος Κολωνία, Carnorum ciuitas ad Natisonem fluvium, quæcha dictus. vulgo Ciuidâl di Friuli, vel ciuidâl di Friuli dicitur; nam & ipsa nunc regio Forum-Iulij appellatur. De ciuitate Paulus Diaconus lib. 2. cap. 14. Huius Venetiæ Aquileia ciuitas extitit caput, pro quâ nunc Forum-Iulij. Ergo Cormonibus (castrum est, siue oppidum, inter Forum-Iulij & Gradiscam, vulgo Cormons) Forum-Iulij migrarunt Patriarchæ: nunc Utini commorantur, siue Vedini. Iuliense castrum, cuius Episcopum Fidentium referit Paulus, fuit fortassis Iu-

lium Carnicum, olim celebre oppidum, cuius nunc exigua supersunt vestigia, cum vulgari nomine Zuglio.

7 Callisto, de quo iam diximus, Sigwaldus successit; huic S. Paulinus II. cuius primordia refert Onuphrius ad annum Quando Chr. 776. atque annos omnino xxv. vult praefidisse. Sub eo E. Federic s. pscoporum contubernium Foro-Iulium municipium, Paulinus. Metropolia Aquileiensem, veneranter coaceruatum conuenisse legitur in Foro-Iulienfis, sub ipso Paulino habiti, Concilij actis, de quibus infra.

§. II. Doctrina. Familiaritas cum Carolo Magno & Alcuino Flacco.

8 ACTA S. Paulini ex monumentis Ecclesie Aquileiensis à Ferrario collecta, citandaq; inferius, declarant eum Ob doctrinam carus ob vita probitatem & doctrinam ad Patriarchatum fuisse assumptum. De doctrinâ primâ, tum de vita probitatem agemus. Illam ostendunt qua apud Carolum Magnum preclarè gesit; quippe qui rebus illius, non in Italiâ solùm, verum in Galliâ & Germaniâ, componendis præfuerit. Certe variis synodalibus conuentibus sub Carolo coacti plurimum interfuerit, ipse profiteretur in Concilio Foro-Iulienfis, non sine querela, qui sua interim prouincie, quam optabat, adhibere curam, non potuerit. Verum illustris eruditio eius testimonium vel ipsa sunt celebrata ab eo Concilia, editiq; de rebus duini commentarij. Ba- Insignis roniua tom. 9. Annal. Ecclesi. an. Ch. 802. nu. 12. ait, antequam Grammati- Parrarcha fuerit, fuisse litterarum politiorum prof. s. forem, quod ticus. in Caroli Magni diplome dicatur artis Grammaticæ Ma- gister. Ipsum diploma damus ex Baronio, quod, quantum eum tum coluerit Carolus, ostendat.

9 Carolus De gratiâ Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanorum, omnibus E- Donatio- piscomis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Castaldis, Caroli, vel omnibus fidelibus nostris presentibus & futuris. Magni Meritò quidem à nobis subleuantur muneribus, qui facta, ante nostris fideliter obsequiis famulanuntur. Et idè si peti- Episcopationes eorum, pro quibus nostras pulsauerint aures, ad sum, effetum perducimus, regiam consuetudinem exerce- mus, atque illorum animum nobis deseruendo prouocamus. Igitur notum sit omnium vestrum magnitudini, qualiter cedimus & donamus à nobis viro valde re- veribili Paulino artis Grammaticæ Magistro, honest, res quondam & facultates quæ fuerunt Waldandij, filij quondam Mimonis de Laberiano, quæ ad nostrum deuenerunt palatum, pro eo quod in campo cum Forticaulo iniunco nostro à nostris fidelibus fuerit in- terfectus; casa videlicet in Laberiano cum omni inte- gritate & soliditate suâ, id est, cum terris, domibus, ædi- ficiis, ac colabiis, mancipiis, casis, massaritiis, cum ser- uis, & alditionibus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobi- libus, omnia & ex omnibus, quantumcumque prædi- etus VValdandius ibi aut alicubi habere visus fuit, tam ex domo Regum aut Iudicum, seu de comparato, aut de quolibet ad tracto, prædicto Paulino à die præsenti tradimus atque cedimus perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die prædictus Paulinus suprascriptis de rebus quieto ordine teneat & possideat; & quidquid exinde facere voluerit, liberum in omnibus perforatur arbitrium. Præcipientes ergo iubemus, ut nullus quâlibet de fidelibus aut successoribus nostris, prædicto Paulino de iam dictis rebus vlo vñquam tempore inquietare, aut calumniam generare præsumat: sed omni tempore ex dono largitatis nostræ ipsas res iure pro- prietario valeat possidere firmissimo. Et ut hæc præceptio firmiter habeatur, vel nostris vel futuris tempori- bus melius conseruerit; manu propriâ in æternum decreuimus roborare, ac de annulo nostro iussimus si- gillare. Data xv. Kal. Iulij, anno octauo regni nostri, è Loreiâ ciuitate, in Dei nomine feliciter. Hactenus diplo- ma datum an. Christi. 773. quo ipse Carolus, inquit Baro- nius, aduersus Desiderium in Italiam venit. De Carolo plura xxxviii. Januarij.

10 *Donationum à Carolo Magno factarum S. Paulino iam Patriarcha meminuit Sabellius de vetustate Aquileia lib. 5.*
Paulinus autem, *inquit*, Aquileiensis Antistes præclara quædam ab eodem Carolo obtinuit priuilegia, quibus res Ecclesiæ non mediocriter aucta est.

Amicitia cum Alcuino ipsius Caroli Magistro animorum coniunctio, **cū Alci-** forsan ex virtusq; in litteras politiores affectu ac studio. Eam ipse
no. manifestat Alcuinus ep. 62. Quando mihi Auloniam nobilitatis pagina optati prosperitatem ostender amici? vt
videam si aliqua foederatae in Christo amicitiae in illius
pectore maneat memoria: si Albini sui nomen stylo ca-
ritatis in cordis arcano reconditum habeat, sicut sua-
uissimum Paulini Patris nomen perpetuâ dilectione
in corde filij æternis viget litteris inscriptum. Et mox
acceptis ab eo litteris erumpit in gaudium, & Si quid, ait,
pleno caritatis modio superaddi potuisset, cumularem
vtique pristinam dilectionis plenitudinem nouæ abu-
dantiæ lætitiae. Inscriptitur hac epistola ad quemdam, sed
Paulinum suggerit ad marginem in editione an 1617. Quer-
etanu. Aulonium, seu Italum, eumdem appellat poëmate
212. in quo & sacrorum eius carminum meminit:

Tingue tuos calamos caritas in gurgite Christi,
Atque meum pectus imple cælestibus odis;
Ut dignas valeam Paulino dicere grates,
Mellifluis nostras Musis qui impletuerat aures,
Et memor vnanimi longum post tempus amici
Carminibus sacris repetens: Albine valeto.
Quam festiuæ dies fuerat cum pagina nobis
Læta fuit titulis optatae inscripta salutis!
Omnia dicta mihi caritatis melle manabant:
Quod se deuertit latus telegentis ocellus
Cernit ubique suæ semper noua gaudia mentis.
Maximè iam gaudens in prosperitate paternâ,
Quem Deus æterno conseruet tempore sanum.
O lux Ausoniæ patriæ, decus, inclytus auctor,
Iustitiae cultor, sacræ pietatis amator,
Te mea mens ardet sacris conscripta catenis,
Diligit, exquirit, complectitur, adtrahit, ambit,
Pectoris æternâ secumque recondet in arcâ.

Doctrina eius à VVAlafriedo laudata. 12 *VValafridus Strabo hymnos ab eo sacros compositos refert lib. de rebus Ecclesiasticis cap. 25.* Traditum siquidem Paulinum Foro-Iulensem Patriarcham sæpius, & maximè in priuatis Missis, circa immolationem Sacramentorum, hymnos vel ab aliis vel à se compositos celebrasse. Ego verò crediderim tantum tantæque scientiæ virum hoc nec sine auctoritate, nec sine rationis ponderatione fecisse. *Hac Strabo.*

§. III. Eximia eius in Deum pietas, studium orationis.

QVANTA fuerit Paulinus vita probitate eximia eius in Deum pietas do et studiumqu orationis. Sacrificis illius precibusqu plurimum confusus Alchuanus est. Liqueat ex epistola eius 73. & 113. Illam, vna cum epistolâ 72. ad Leonem III. Papam detulit Angilbertus Abbas S. Richarij. Eauru mentio fit in Syntagmate Pauli Petavij de Nirhardo Caroli Magni nepote apud Andream du Chesne tom. 2. Historia Francorum scriptorū hū verbū : Tum verò detulit Angilbertus & Alcuini litteras ad Leonem III. & Paulinum Aquileiensem Patriarcham. In alterâ, cuius inscriptio est. Paulino sanctissimo Patriarchæ Leuita Alcuinus salutem, ita legitur : Si nomen Paulini mei non in certâ, quæ deleri potest, scripsi; ne quæso obliuiscaris in tuis sanctis orationibus nomen amici tui Albini , sed in aliquo memorię gazo phylacio reconde illud, & profer eo tempore opportuno, quo panem & vinum in substantiam corporis & sanguinis Christi consecraueris. Diu dilectionis tuae exspectaui promissa, hoc est vinificæ crucis, vel aliarum reliquiarum patrocinia. Noli me obsecro tanto fraudare munere. Et epist. 95. scribit, se in portitoris dextram posuisse indiculum, pro filia sua Liutgardis feminæ re-

ligiosæ ac Deo deuotæ caussâ. Nam illa sanctitati tuæ duas direxit armillas auri obryzi, pensantes xxiv. denarios minus de nouâ monetâ Regis quam libram plenam; vt orares pro eâ cum Sacerdotibus tuis, quatenus diuina clementia dies suos disposuisset in salutem animæ suæ, & sanctæ suæ exaltationem Ecclesiæ. Ego, de tuâ indubius fide, suasi vt faceret. Tu verò Pater sancte, mei & illius memor ybique, in Christi caritate valero.

14 Et epist. 94. ita Aerico Duci scribit: Plura tibi venerande de Christianæ pietatis obseruatione forte scripsisse, si tibi docto[r] egregius, & pius cælestis vitæ præceptor, Paulinus meus præstò non esset: de cuius ^{Eius pietatem idem} corde emanat fons viuentis aquæ, in vitam salientis æternam. Illum habeas tibi salutis æternæ conciliatorem, ne alicubi tuæ conuersationis pes impingat, sed recto itinere currens, diuinâ donante gratiâ, ad perpetuæ portas vitæ peruenire mereatur. Eadem poëmate 214. repetiti

O Pauline Pater, Pastor, Patriarcha, Sacerdos,
Pars animæ melior, nostræ pars inclita vita;
Sis memor Albini, sacris altaribus adstans,
Et dulces inter lacrymas super ora fluentes,
Dic: Miserere Deus nostro clementer amico,
Criminibusque suis veniam largire benignus:
Vt te cum Sanctis liceat laudare per ævum.
Omnipotens Patris virtus, sapientia Christus,
Obsecro te supplex toto de pectore pauper,
Vt tua conseruet Paulinum dextera semper,
Protegat atque regat, virtutum floribus ornet.
Tuque Maria Dei genitrix sanctissima Virgo,
Prospera cuncta meo Paulino posce, precamur:
Vt vigeat, valeat Christi repletus amore.
Vos quoque cara simul Sanctorum turba Tonanti,
Qui bibulas pronimontis cælestibus aures
Ecclesia Patres habuistis semper apertas,
Et nunc cum Christo cælestia regna tenetis;
Fundite, proqué mei Paulini, polco, salute
Cum pietate preces summo super omnia Regi,
Vt vigeat, valeat Christi præcepta secutus.

Et vos Ecclesiæ... sanctissima proles,
In commune precor prostrato corpore sanus,
Angelici faciem caram Paulini habeatis in æuum,
Illiū & vitam precibus commendite Christo,
Vt vigeat, valeat longæuo tempore sanus.
Angelici faciem cœterus qui cernitis aliam
Perpetui Patris cælesti in culmine semper,
Expansis manibus humili sed pectore posco,
Vos quoque Paulinum precibus defendite vestris,
Vt gaudens regnet vestro sociatus honori,
Æternisq[ue] Dei vobiscum laudibus adsit,
Regna beata tenens felix sine fine polorum.
Hos rogo versiculos habeas, Pater optime, tectum
Vt tua mens memoret læto pro carmine nutum.
Sit tibi Christus amor, virtus, decus, omnia Christus.
Sit via, vita, salus, spes, laus, & gloria perpes:
Semper in ore sonet, maneatq[ue] in pectore semper;
Vt tibi cum Sanctis tribuat cælestia regna:
Quâ memor esto tui nati, te posco per illum
Qui te perpetuam cæli deducat in aulam.
Et nunc & semper, mi mi Pauline, valeto.
Carminis h[ic] finem lacrymis faciemus amatis,
Sed numquām sacri finem faciemus amoris.

§. IV. Conciones. Fides propagata

15 IN citatā ante paulō epistolā 113. ita Paulini in contio- *Alcuinus*
nibus zelum depradicat Alcuinū: Si quid nostra peri- *hortatur*
tio apud vos valeat , & tua semper apud Deum valeat *eum ad*
petitio, qui te in tam sublimi statuit gradu, vbi eiusdem *opus Euana-*
Dei Domini nostri Iesu Christi effectus Vide quam gelij.
sublime est hoc nomen. Contende meritis esse , quod
nomine vocaris. Clama, nec cesses ; exalta, quasi tuba,

Ex vā- vocem tuam. Sit guttus tuum tuba Dei. Prædica im- & Auates, inquit. Relatam Alcuini epistolam post priorem le-
R 115. portunè, opportunè. Tu gallus in prædicatiōne, suc- gationem fuisse scriptam, facile hinc quis intelliget.

cinctus in castitate : tu aries in veritate fortissimus, cui nullus Regum resistere poterit. Tu lucerna super candelabrum in domo Dei. Tua lingua cælum claudit & aperit: aperit primum per prædicationis deuotionem. Ad exemplum Christi recurre, qui per ciuitates, castella, vicos, villas euangelizando iter agebat: etiam & dominus publicanorum, vel peccatorum, propter occasio- nem prædicationis, non abhorruit intrare. Spes præ- mij solatium sit laboris. Quid facio insipiens ego con- tra Philosophicum prouerbium, ligna in siluam fe- rens, stolidiis flumina irritans? Modulum meum ex- tuli figuræ. Obsecro per eius amorem, qui duo minu- ta viduæ donis diuitum præferebat. Caritas omnia suffert, in quâ qui manet in Deo manet, quia Deus ca- ritas est.

Fertur 16 Hac eius prædicatione Euangelicâ Carinthia populos, & Carinthia nationes finitimas ad fidem Christi perdutas fuisse, ex antiquis prædicatiōnēs. monumenta docet Ferrarius. Ilémne Auaris fidem Christi an- nuntiat, dubiū. Eum in aula Caroli Magni ad id munus ob- eundum vel destinatum, vel certè maxime idoneum fuisse habi- tum, coniicimus ex epistolâ 112. Alcuini ad S. Paulinum: For- tè, inquit, & hanc litteram talem se memo- rat, quem me agnoscit in illis, & maxime tu, Pater sancte, de cuius corde fons vita emanat, caritas, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et qui hæc in consolationem spei nostræ promisit, tui est inhabitator peccoris, qui est virtus sapientia Dei, in cuius potentia & gratia mirabiliter de Auatorum genere triumpha- tum est: quo ut Missi ad dominum Regem directi sub- iectionem pacificam & Christianitatis fidem promi- tentes. Et si hoc, diuinâ eos præueniente gratiâ verum est; quis si seruorum Dei tam pio & laudabili labore Deßinatus subtrahere debet, vt diaboli diruatur lœvitia, & Christi conuerso- ni Auaris. Domini crescat seruicium? Sed quâ plurimorum in te, Pater optime, oculi respiciunt, quid vestra veneran- da sanctitas facere velit. Quia & vicinitas locorum tibi competit, & sapientia decus suppetit, & auctorita- tis excellentia tibi appetit, & cuncta conuenient, quâ tali operi necessaria esse videntur. Ideo mea pati- tis curiositas propterea huius sanctæ rei desiderat ve- ritatem, & tua consilium depositum prudentiæ: vel quid exinde agere tam bona voluntas liberatum habeat, agnoscere flagitat. Opus enim arduum est, sed, ipsâ attestante veritate, Omnia scimus esse possibilia cre- denti. Et qui de persequitore fecit prædicatorem, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum Principibus, ipse potest de aridâ cordis mei caute riuios viuifontis & in vitam salientis, producere æternam: quantò magis de vestro peccatore abundantissima flumina Ge- honica, fluentia per totam Nilotici turis latitudinem ad fecundandos diuersi generis flores, diffundere val- let. Audiat obsecro, per te, vñanimis tuæ caritatis filius, quid paterna præuideat agendum prudentia. Cer- tissimum itaque consilium salutis per os illius sperari debet, cuius peccoris septiformis consilij inhabitator dignoscitur.

Marci 9. 17 De Auaris alibi sepè. In Annalibus Francorum mss. qui penes nos sunt (consentit à du Chesne editi to. 2. Historia Fran- Conuersio Auarum. corum scriptorum Annales sed anno uno serius narrant) dicun- tur an. Ch. 795 ad Carolum Magnum venisse Missi Thudun, qui in gente & regno Auarorum magnam pot- estatem habebat. Qui dixerunt, quod ibi Thudun cum terrâ & populo suo se Regi dedere veller, & eius ordinatione Christianam fidem suscipere veller. & anno sequenti 796. Thudun, secundum pollicitationem suam cum magnâ parte Auarorum ad Regem venit, se cum populo suo & patriâ Regi dedit, & ipse & populus ba- ptizatus est, & honorifice munieribus dotati redierunt. & anno 797. Legati gentis Auarorum cum munieribus magnis venerunt. Eadem memorant Annales Fuldenses de Hunnis. Et certè Paulus Diaconus lib. 2. cap. 10. Hunni qui

& Auates, inquit. Relatam Alcuini epistolam post priorem le- gationem fuisse scriptam, facile hinc quis intelliget.

§. V. Heresēs oppugnatæ, celebrata Concilia, libri editi.

18 **G**EMINA Dei Ecclesiam eo tempore heresē turbabat: una in Oriente de processione Spiritus sancti; in Occi- dente de Verbi Incarnatione altera. Spiritum sanctum Graci Concilium quidam à solo Patre docebant procedere; Christum afferebat Foroi- lienje an. Elipandus Toletanus Episcopus in Hispaniâ, cumq; eo Felix Vr- 791. gelitanus, secundum naturam quidem diuinam Dei filium esse naturalem, secundum humanam verò adoptiuum; adeoq; Ne- florij tanto ante extinctum dogma quodammodo suscitabant. Vtriq; malo remedium admovit Paulinus in Concilio prouinci- 791. alis quod Foro Iulij anno regni Caroli 23. Christi 791. coegit. Ibi sepius damnata rursus iugulata heresē est, docente Patriar- cha Patrem & Filium unum est principium processionis Spi- ritus sancti. Eam vniuersa Ecclesia à S. Leonis Magni tempo- ribus sententiam fuisse. Ibi Elipandi & Felix solidissime conſu- tata, explosa, proscripta nouitas. Symbola fidei Nicenun & Constantinopolitanum vtriq; heresi opposita, actisq; synodis inserita.

19 Anno sequenti 792. Concilium Ratiffona collectum in palatio Regis, vbi Felix Virgilitanus errasse coniuctus, ad præsentem Hadriani Pontificis Romam missus, vbi etiam coram ipso in basilicâ S. Petri Apostoli ha- resim confessus est, atque abdicavit. Ita Annales Franco- rū editi. at Ms. codex nostri: In Reganesburg heresē Felici- ana primò ibi condemnata est, quem Angilbertus in præsentiam Hadriani Apostolici adduxit, & confessio- ne factâ suam heresē iterum abdicavit.

20 Anno 794. Pascha celebratum est, vt idem habet Concilium ms. codex, in Franconofurt, ibique congregata est syno- Franco- furtense dus magna Episcoporum Galliarum, Germanorum, 794. Italorum, in præsentia iam fati Principis, & Missorum Domini Apostolici Adriani, quorū nomina hæc sunt, Theophylactus & Stephanus Episcopi. Ibi tertio con- demnata est heresē Felicianæ: quam damnationem per auctoritatem sanctorum Patrum in libro conscrip- rūt, quem librum omnes Sacerdotes manibus propriis subscripterunt. Extant præter canones Concilij epistola Adri- ani Papa, Libellus Episcoporum Italia, Synodus Episcoporum Gal- lia & Germania nomine, Caroli Magni Regis Epistola, omnia ad Episcopos Hispanie missa. Nupsiā apposita sunt subscriptio- nes. Libellum ab ipso Paulino peculiariter esse compositum, vt qui eruditione ceteris prestaret, licet ex ipsis eius verbis colligere: Quapropter ego Paulinus, inquit, licet indignus pecca- tor, omniumque seruorum Domini ultimus seruus, sum scri- ptus à Aquileiensis Sedis Hesperiis oris accinctæ, cui Deo au- toritate deseruo, nomine, non merito Praeful, vna cum reuerendissimo & omni honore digno, Petro Medio- lanensis Sedis Archiepiscopo, cunctisque cum collegis fratribus, & consacerdotibus nostris, Lægiæ, Austria, Hesperiæ, Aemilia Catholicarum Ecclesiarum vene- randis Praefulibus, iuxta exilem intelligentia nostre tenuitatem, sancto perdocente Spiritu, corde, lingua, stylo contra eorum vesanas, qui recte & fidei sunt aduecti, respondere non formido: cum sit sancta & uni- versalis Ecclesia super firmam nihilominus immobili- ter fundata petram, & porræ inferi nequeant præva- lere aduersus eam. De eodem Libello in epistola sua Carolus: Deinde secundo loco, quid Ecclesiastici Doctores & Sacerdotes Ecclesiarum Christi de propinquioribus Italiæ partibus, cum Petro Mediolanensi Archiepiscopo, & Paulino Foro-Iulanensi vel Aquileianensi Patriarchâ, virtis in Domino valde venerabilibus, intelli- gi vel firmiter credi voluissent, suis propriis responsio- nibus, exaratum possumus libellum, quia ipsi quoque præsentes nostro Synodali conuentui adfuerunt.

21 Nec hic Paulini zelus stetit. Tres alios contra Felicia- Paulini nam heresē libros composuit (adiectâ in fine Regulâ fidei me- scripta) quos & ipsi Carolo Magno dedicauit, ac vt eius imperiis

imperis virginibus ad manus peritissimi Oratoris sui Albini deferrentur, obsecravit in epistola ad Carolum Regem, cuius fragmentum superest. Etenim Alcuinus cum impo-
stam à Carolo Rege illius refutanda heres prouinciam suscep-
pisset, adiatores sibi in defensione fidei Catholica dari postula-
uit, Paulinum Patriarcham Aquileiensem, Richbodus
& Theudulphum Episcopos, aliosque celebres Docto-
res ac Magistros, ut ipse testatur epist. 4. & 8. ad Carolum.
Hos S. Paulini libellos, cum antehac lucem non vidissent, An-
dreas Quercetanus vna cum Alcuini operibus edidit; & septem
alios libros, qui sub S. Paulini nomine aduersus eundem Felicem
ferebantur, ostendit Alcuini verum esse ac germanum factum.
Luculentum de S. Paulini in Concilio auctoritate & libris scri-
ptis, extat testimonium apud continuatorem Pauli VV arnefridi
de historiâ Longobardorum. Anno DCCXCIV. In Galliis, in
loco qui Franconofurth dicitur, aduersus Elifandum
Hispaniarum Tolitanæ Sedis Episcopum, & Felicem
eius socium, magna Synodus congregata est. Hi asser-
ebant Dei filium adoptiuum, non proprium esse. Quam
heresim virti sanctissimi Paulinus Aquileiensis Pa-
triarcha, & Petrus Mediolanensis Archiepiscopus, seu
Alchinius insulæ Britannie Archidiaconus, cum ceteris
Episcopis, diuinarum Scripturarum adassertionibus
destructores, proprium eum, & non adoptiuum dici
sanxerunt. Contra quam heresim Leo tertius Papa cō-
gregata Romæ Synodo, multis eam Euangeliorum &
sanctorum Patrum testimoniis in perpetuum damna-
uit. Nam & Paulinus, vir miræ scientiæ Patriarcha, ad-
uersus hanc nefandissimam heresim tres libros lucu-
lento sermone composuit.

Laudata ab Alcuinio. 22. De his Alcuinus epist. 81. ad Sanctum Paulinum sic scribit: Cùm beatitudinis vestra litteras omni fa-
uо dulciores intueri mereor, nōnne video mihi inter varios Paradisi flores totus conuersari, & auidā desiderij mei dexterā spiritales exinde capere fru-
ctus? Quantò magis cùm sacratissimæ fidei vestra
Libellum recensui, Catholicæ pacis puritate ornatum,
eloquentiæ venustate locundissimum, sensum veritate
firmissimum, totius animi mei habenas in lætitiam
laxau! Vbi de vno lucidissimo & saluberrimo Paradisi
fonte, quatuor virtutum flamina, non solum Ausoniae
ferrilitatis prata, sed totius Ecclesiastice Latinitatis ru-
ra irrigare conspxi. Vbi & auriuomos spiritualium sen-
sum gurgites gemmis scholasticæ vibranitatis abu-
dere intellexi. Quamplurimis verò profuturum, & per-
necessarium fecit opus, in Catholicæ fidei taxatione,
quod diu optauit, & sepius Domino Regi suasi, vt Sym-
bolum Catholicæ fidei planissimis sensibus, & sermo-
nibus luculentissimis in vnam congregaretur chartu-
lam; & per singulas Episcopaliū regimintum paro-
chias omnibus daretur Presbyteris legenda, meritoria
que commendanda: quatenus licet lingua diversa lo-
queretur, vna tamen fides vbiique resonaret. Ecce,
quod mea oportuit humilitas, vestra implevit sublimitas. Habet apud salutis nostræ au-
torem, & perpetuam scilicet & huius bonæ voluntatis mercedem: & huius
perfecti operis apud homines laudem. Semper feruen-
tissima caritas vestra castra perpetui Regis vndeque in-
violissimis fidei clypeis munita: ne antiqui hostis ver-
sicia, aliquā ex parte aditū suę nequit inuenire valeat.

Varia eiusdem laudes. 23. Et post pauca: Tu verò vir Apostolicæ, hac armata
potestate, viriliter pugna, fortiter vince, ut feliciter
regnes cum Christo. Heu proh dolor! multi solent de-
super contextam Christi tunicam hereticis scindere
vnguis, & in pace Ecclesiæ facere, quod milites in
passione Christi non ausi sunt facere. Quapropter ve-
nerande Pater & doctissime athleta, & dulcissime Do-
ctor, simus semper in cæstris Christi manipulares,
& in vna acie, sub vexillo sanctæ Crucis concordi con-
filio & virtute prælantes, ut suos aduersarios per nos
vincat, qui vinci non potest. Ac tandem sub finem: Tuum
est, ô Pastor electe gregis, & custos portarum ciuitatis
Dei, qui clavem scientiæ potente dexterā tenes, & quin-

que lapides limpidissimos lœvâ recondis, blasphemant-
tes exercitum Dei viuentis Philistæos in superbissimo *R. II. 1.*
Goliath vno veritatis iœtu totos conterere. Nostrum
est eleuatius cum Moyle manibus in cælum, humilita-
tis precibus te adiuuare, & spectare cum David in mu-
nitissimâ ciuitatis turre, donec speculator ex alto cul-
minis fastigio clamitans, nobis tuam adnuntiet victori-
am. Ad te omnium aspiciunt oculi, aliquid de tuo af-
fluentissimo eloquio cœlestè desiderantes audire: &
feruentissimo sapientiæ sole frigidissimos grandinum
lapides, qui culmina sapientissimi Salomonis ferire nō
metuūt, per te citius resolui expectantes. Tu verò lucer-
na ardens & lucens, nos in tuâ luce exultare gaudemus,
vt te lucente & ducēte ad lumen, quod illuminat omnē
hominem venientem in hunc mundum, eiusdem è ter-
ra lucis gratiâ adiuuante peruenire mereamur.

§. V. Immunitas Ecclesiastica defensa.

24. CELEBRAVIT Altini, oppido prouincia Aquileiensis,
S. Paulinus Concilium anno Christi vi vult Baronius,
802. Leonis Papæ III. 7. imperij Caroli Magni 2. cuius Con-
cilij nomine S. Paulinus Carolum prouocauit ad ultionem
immanissimi sceleris à Venetorum Duke perpetrati, cùm in Gra-
densem furens Episcopum, eundem è turri precipitem dedit.
Produnt Annales Veneti, vt Baronius anno Chr. 802. &
Binus tomo 3. Conciliorum parte 1. sect. 2. annotarunt, Ioan-
nem Ducem aduersus Ioannem Gradensem Patriar-
cham ita commotum, classe comparatâ, ingentem pa-
trassè cædem, ipsumque Patriarcham è celsâ turri præ-
cipitem dedisse. Aduersus ista adeò nefanda, eius re-
Graden-
gionis Episcopi in vnum coacti, litteris scriptis auxi-
sem im-
pouitulauere Fratcorum. Porro sequenti anno in manu cœli
locum necati Patriarchæ substitutus est Fortunatus;
cui Leo Papa pallium concessisse reperitur, éodem an-
no Indictione undecimâ, duodecimo Kalendas Apri-
lis. Sed quæ causa præcesserit, vt Ioannes Episcopus
Gradensis tam immaniter trucidaretur, sic accipe: Chri-
stoporus homo Græcus Vliuolensis Episcopus, Ioanne
Duce concedente, ac gratiâ Nicephori Imperatoris
é in re seruiente, fuerat constitutus. Quam rem cùm
iniquo animo ferrent Venetiarum Tribuni, Ioannem
Gradensem Patriarcham, ne illum cœsaret, orarunt;
Itaque Ioannes obsecratus, Christophorus non solum
non consecratus, sed etiam à priorum communione se-
mouit. Quo facto Ioannes Dux usque adeò exarsit irâ,
vt Mauricio filio Duce assumpto classem Gradum ad-
duxerit, atque oppido primo aduentu capto, Patriar-
cham arteptum ex celsissimâ turri precipitârit. *Hec Ba-
ronius. At Sabellicus Enneadu 8. lib. 9. & Petrus Iustinianus
Historia Veneta lib. 1. scribunt Patriarcham illum à nefariis
ducibus occisum, quod corrum immunita flagitia argueret.*

25. Epistola S. Paulini ad Carolum Imperatorem ita ha-
bet: Catholicæ semperque inclito triumphatori Do-
mino Carolo, diuinâ coronantem elementâ Imperatori,
Paulinus minimus omnium seruorum seruus, concor-
di parilique devotione, cum fratribus, & cum consa-
cerdotibus nostris, roseo in Christo Iesu cruce æternas
nas multipliciter supplie concinamus stylonâ voce
salutes. Et sacris paternorum cationum valenter inci-
tantibus documentis, & vestris (vt vertum resonat) mel-
litis salubribus irrorantibus syllabis in hac, cui Deo au-
tore, licet indignus Indignoque famulatu deseruio,
Sede, Concilium habitum Altini fuisse, sub nomine
Regis tranquillissimis vestra serenitatis atribus opera
prestitum duximus humillimis horum, quamvis incul-
torum, apicum supplie notululis intimare. & infe-
rius. Ue. Sacerdotibus autem plagiis impositis, semique-
uius relictis, vel certè diabolico feruente furore, per
eius satellites intetempsis, non meum, sed vestrae defi-
nitionis erit iudicium: in vestra itaque potestatis alti-
tudine, in quodam judiciali libello à sanctis olim Pa-
tribus salubriter prohibato legisse me recolo reseruatum.

Ob

E X V A Ob quām igitur caussā hēc fecerint, vestis certius
scio omnino non latuisse, neque latere sacris memoriis.
Paulinus Carolum Neminem namque alium arbitrati sunt sanctam Ec-
clesiam de illatis iniuriis tam potentissimè, quām re-
ad ultionē gali animaduersione vlcisci, vicariam ab eo vici studi-
hortatur. nisi expetens curam, vt quemadmodū illa eum & in
præsenti seculo, & inter bella spiritualibus non cessat
coronare triumphis, & cælesti regno, diuinam implo-
rando clementiam, participem fieri imprecatur, ita &
ille principalem adeptus potentiam, & ab inimicis eius
valenter eam defendere, & de hostibus eius vltici
invectionis sententiā non desinat vindicare. Non igitur
deditur benignitatis vestræ excellentia, sollicitudi-
nis erga eam pro hoc negotio vigilanter gerere curam,
remorantes per omnia sancti fontis vtero, de quo
multo longè felicius estis renati, fideique laetis dulce-
ne enutriti, quām prius maternā, benē quamuis, vul-
nā generati, carnalibus estis vberibus ablatati. Egre-
diatur quapropter (si placet) vna de hac re per vnuet-
sam regni vestri latè diffusam monarchiam decretalis
sententia vltio, quæ nulla vñquam possit inimica ve-
ritatis, & aduersatrix iustitiae, quolibet vrgente refrag-
ationis instictu, obliuio abolere. Valde enim huius
sceleris truculenta præstigia, ob incuriam disciplinæ,
per cunctas mundi Ecclesiæ perualuere partes. Vnde
vestri est censurā magisterij resecanda hæc noxalis mor-
bi modis omnibus pestis, & potentissimā dociliq[ue]
funditus manu extirpanda, quatenus sit sancta Ecclesia
vestris adiuta præsidii libera, ab humano sanguine
impolluta, quæ Christi est pretiolo sanguine purpora-
ta; quocircā eiusdem retenti felicitate gemitio, & in hac
vita incolumes, & glorirosi, & æternā beatitudine gaud-
ebundi, semper potiamini & felices, per Iesum Christum
Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu
sancto viuit & regnat Deus in Trinitate perfecta per
omnia secula seculorum, Amen.

§. VII. Obitus. Publica veneratio.

Annus mortis **26** **H**ABITVS est, inquit Quercetanus, Paulinus ipse,
sicut & Alcuinus doctrinâ ac sanctitate cele-
bris, ipsumque & in vita & post mortem miraculis clা-
misse: testantur Aquileiensis Ecclesiæ, cui præfuit, anti-
qua monumenta. Diem extremum obiit anno salutis
DCCCII. vt auctor est Hermannus Contractus in Chro-
nico. Hac Quercetanus. In Chronico Hermanni Contracti,
quo vñsumus, alcum de obitu Paulini silentium. Aſt in Annali-
bus Francorum Fuldenib[us] hec habentur: Anno DCCCII.
Paulinus Patriarcha Foro-Iulienis obiit. è quibus Ba-
ronius an. 802. num. 11. corrigit, qua habentur in eius vita,
ipsum diem obiisse anno Domini octingentesimo quarto. Constat
ex superiori dicti Leonem Papam Gradienſi Patriarcha For-
tunato, Ioannis à Veneto Duce interempti successori, pallium

concessisse Indict. xi. ann. 803. mense Aprili; quo fortassis anno
ineunte obiit Paulinus, mense Ianuario, qui secundum calcu-
lum Galorum, annos à Pafchate aūficantium, anno precedenti
accensebatur.

27 Natalem eius celebrant hoc die Carthusiani Colon. in
addit. ad Vſuardum: item Paulini Patriarchæ Aquileiensis.
Idem habet Martyrologium Germanicum, in quo Aquileia


Annuaſi

Aglar appellatur. MS. Martyrol. S. Maria Ultraiecti. In Aqui-
legiâ Paulini Patriarchæ. MS. Martyrol. monasterij S. Mar-
tini Treuiri: Aquileia Paulini Patriarchæ. Ferrarius in ca-
talogo generali Sanctorum ex Tabulis Ecclesia Ciuitatenſis &
Aquileiensis: Foro-lulio in Carnis S. Paulini Episcopi
Aquileiensis. Eius res gestas ex monumentis citata Ecclesia
breuitera describit idem Ferrarius in catalogo Sanct. Italia.

28 Paulinus ob eius vitæ probitatem, & doctrinam
ad Episcopatum, siue Patriarchatum Aquileensem
Carolo Magno Imperatore assumitur, cui Imperatori
ita carus fuit, vt rebus non Italiam solum, verum & in
Galliam, ac Germaniam, componendis eius operâ vtere-
tur; & multas opes, quas tamen ille pauperibus distri-
buit, elargiretur. Aduersus hæreticos strenuè certauit,
maxime verò in Concilio Francordiæ, Hadriano pri-
mo Pontif. Max. aduersus Iconoclastas coacto. Ipse
Concilium Foro-Iuliente, in quo plura contra hære-
ses, & pro morum reformatione fanciuit, indixit, &
celebrauit. In iis occupatus, haud tamen de vita suæ
austeritate aliquid remittebat, cùm ieunia, vigilias,
pias meditationes, & ceteras exercitationes spirituales
assidue prosequeretur. Prædicationi quoque Euange-
licæ vacabat, quā Carinthia populos & nationes fini-
timas ad fidem Christi perduxit. Martyrij cupidus fuit,
licet autem voti compos non fuerit, multas nihilomi-
nus à Barbaris perpeſius est iniurias & molestias. Mul-
tis etiam claruit miraculis, quibus doctrinam à se præ-
dicaram confirmabat. Eius causâ Carolus Imperator
multis munieribus ac priuilegiis Aquileensem Eccle-
siam decorauit. Multis tandem laboribus pro Eccle-
siâ perfunctus, senioque confessus migrauit ad Chri-
stum an. sal. DCCCIV. Foro-Iulij in maiori basilicâ
sepultus. Cuius natalis III. Non. Ian. ab Ecclesiâ
Aquileien. celebratur. Hec Ferrarius, qui videtur voluisse
scribere III. Idus Ianuarij. Basilica prædicta Dei Genitrici
semper q[ue] Virgini sacra fuit, in quā ipse Concilium Foro-Iulense
celebrauit Ferrarius in generali Catalogo ait, corpus eius ad-
huc in Ecclesiâ Ciuitatenſi aſſeruari & colli. Si hoc Epita-
phium posuit Alcuinus poëmati 213.

Hic Paulinus ouans toto requiescit in ævo,
Hocque cubile Pater dignus dignet habere.
Inuidis hoc templum numquā pertranseat hostis,
Ne caros animis subito diſiungat amicos,
Quos Christi caritas caros coniunxit amicos.

Epitaphium;



XII. IANVARI.

SANCTI QVI PRIDIE ID. IANVAR COLVNTVR.

S. Maximus, Episcopus Taurominitanus in Siciliâ.	S. Biccianus,
S. Tatiana, Martyr Romæ.	S. Caroticus,
S. Probus, Episcopus Veronensis in Italiâ.	S. Castulinus,
S. Euthasia Martyr.	& xxxvi. socij,
S. Arcadius, Martyr, Cæsareæ in Mauritaniâ.	SS. VIII. Martyres Nicææ in Bithyniâ.
S. Satyrus,	S. Tigrius Presbyter, & Martyres, Con-
S. Cyriacus,	S. Eutropius Lector, stantinopoli.
S. Moscentius,	S. Ioannes II. Episcopus Rauennas.
S. Mertius, siue Meortius, Martyr.	S. Cæsaria, Virgo Arelate in Galliâ.
S. Petrus,	S. Viðorianus, Abbas in Hispaniâ.
S. Philoromus,	S. Nazarius, monachus in Hispaniâ.
S. Zoticus,	S. Fergeolus, Episcopus Gratianopolitanus, Martyr.
S. Castulus,	S. Benedictus Biscopius, Abbas in Angliâ.
S. Auentinus,	SS. XXXVIII. monachi Martyres, Ephesi.
S. Zoticus,	B. Aëlredus, Abbas Rieuallensis in Angliâ, ord. Cistercien.
S. Rogatus,	S. Nainij,
S. Modestus,	S. Jacobini,
S. Castulus,	Martyrum Inuentio Brixiae in
S. Quintus,	S. Anfelmii,

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Petrus Abesalamites. <i>Menæa. Is est Absalamus, de quo egimus</i>	III. Januar.
S. Felanus in veteri ms. Conuentus Dungalensis inter Hibernenses Sanctos referuntur. <i>Suspicamur Felanum esse siue Filianum, quem dedimus supra</i>	IX. Januar.
S. Nicantor Diaconus, in quibusdam excusis Kalendariis referuntur hoc die. <i>De eo egimus</i>	X. Januar.
S. Valentiana, Martyres, referuntur in vetustissimo ms. Conuentus Dungalensis in Hibernia. <i>Verum quid dubitemus num alteruter sit, qui ab aliis Auentinus, vel Auentina appellatur, cuius in eo ms. nulla mentio est, idem omisimus, dum aliunde maiorem nanciscamus lucem. De Auentino infra.</i>	
S. Ioannes Episcopus Hierosolymitanus, memoratur hoc die à Molano in addit. ad V Guard. à Galefinio, (qui addit, cuius res diuinæ leguntur) Ferrario, & alio. Accepimus inffiruti Carmelitani virum perquam eruditum commentarium meditari quo Ioannis II. Episcopi Hierosolymitani 44. sanctitatem & publicam venerationem aferat. Ante eum fuit Ioannes, septimus eius Sedis, qui ultimis Triani vixit temporibus. Ioannes III. supra laudatus est in S. Theodosij Cœnobiarœ vitâ. Alij deinceps aliquot eo nomine nuncupati eam Cathedram administrarunt. Verum de Ioanne II. agere se citati autores ostendunt, dum Ioannem Palænydorum siue ab Aqua-veteri, Batauum citant, quem Alemannum perperam quidam eorum appellant: hic vero lib. 2. operi tripartiti cap. 6. tradit eum hoc die obiisse. Idem referunt vi. Martij in ms. Florario SS.	
S. P. N. Eliæ Thaumaturgi commemoratio hodie fit apud Gracos, ut patet ex eorum Menais. Raderus eum esse censem anachoretam, qui à Ruffino lib. 2. de vitis PP. cap. 12. & Palladio in hisloria Lausiacâ cap. 51. laudatur. At de eius miraculis, à quibus Thaumaturgus sit appellatus, nulla ibi mentio. Alius celebratur in iisdem Menais III. Nouembris. Elias Abbas. At qui sit Miraculorum patrator Elias, nobis non liquet. Plures huius nominis in vita PP. & alibi memorantur viri sanctitate illustres.	
S. Firiacus Episcopus. ms. Martyrol. Ecclesiæ Bruxellens. An forte Cyriacus, de quo hoc die? an Fiacrius xxx. Augusti? At neuter Episcopus fuisse traditur. An Finanus?	
Ioannes VI. Papa Martyr. <i>Martyrolog. Germanicum, & ms. Florarium. Catholica zelo religionis, caritate, reliquias virtutibus illustris cum primis Ioannes Sextus fuit. Haud tamen alibi legimus aut colo publicè, aut martyrium subiisse, quod citata habent Martyrologia. Eius mentio facta est in vitâ S. Agathonis Papæ x. Janu. litterâ b.</i>	
Guilielmus Abbas S. Theodorici, ac deinde monachus ordinis Cisterciensis, auctor libri primi vita S. Bernardi, hoc die referunt à Chrysostomo Henriquez & Beatus appellatur, qui & vitam eius in Fasciculo SS. Ord. Cisterc. describit. Ab Hugone quoque Menardo recensetur in catalogo SS. & BB. eiusdem ordinis. Non dum tempus an colatur; idem hic omittimus.	
S. Potitus Martyr à quibusdam hoc die colitur, vt videre est in Sanctuario Capuano Michaelis Monachi. <i>Vitam dabimus</i>	XIIII. Januar.
S. Hermylus, Martyres. <i>Galefinius in Notis. At Mart.</i>	
S. Stratonicus, Roman. & Menea atque ipse Galefinius in Martyrologio	XIII. Januar.
S. Hilarius, Episcopus Piætaniensis, à quibusdam Ecclesiæ colitur hoc die, Idibus octauâ Epiphania occupatis, vt Sanctuarij Capuani parte 4. adnotauit Michael Monachus, & nos in veteri Kalendario Cameracensi aliisq; obseruauimus. <i>Vitam eius dabimus</i>	XIII. Januar.
S. Theodorus Euchaita Martyr. <i>Menea. Duo in Euchaitarum vrbe sepulti feruntur Theodori, quorū alter Dux colitur</i>	VII. Februar.
alter Tiro	IX. Novemb.
S. Eudelia Virgo & Martyr, Vxenti in Salentinis. <i>Ferrari. qui in Notis addit eamdem videri cum Eulaliâ Barcinensis, de qua</i>	XII. Februa.
S. Pastor, Martyres Nicomedie. ms. Martyrol. Eccl. Victor, & eisæ Bruxellens. At Martyrol. Romanum	XXIX. Martij.
S. Theodora, Virgo Alexandrina. <i>Menea. Colitur cum Didymo</i>	XXVIII. Aprilis.
S. Alexander Martyr. <i>Menea. Haud leuis causa est sufficiendi hunc pro Didymo relatū. Nam vt Didymus Theodora Alexandria è prostibulo, sui capitū pericolo, liberavit; ita Antoninâ Alexander Constantinopolis, vt dicemus III. Maij. S. Get-</i>	

- S. Germanus, Episcopus Constantinopolitanus. ms.
Florar. At Martyrol. Romanum xii. Maij.
S. Basilia. ms. Florar. De cädagamus xx. Maij.
S. Ioannes Episcopus, alias Papa, & Martyr. Carthus.
Col. in Addit. ad Vfuardum. Andr. Saussius in Martyrol.
Gallicano adnotat S. Ioannis Papæ agi hoc die Leodij me-
moriā. In vetusto quoque Kalendario monasterij S. Maxi-
mini ante complura secula exarato, & alia pluribus Belgici-
ci, habetur: Et S. Ioannis Papæ. Quod de Ioanne I. re-
mur accipendum. Colitur xxvii. Maij.
S. Ioannes II. Papa. Maurolycus, & Martyrol. Germanicum.
Necdum comperimus an publicè colatur. Id disquiremus, quo
die à pluribus, licet alio videatur obiisse, occasione S. Ioannis
I. Papa & Martyris, refertur xxvii. Maij.
S. Eugenius I. Papa. Vfuardi edit. Colon. 1521. & Martyrol.
Germanic. De eo nos 11. Junij.
S. Claudius, Episcopus Vesontinus. ms. Kalendarium
Sanctorum ord. S. Benedicti. Vitam dabimus vi. Junij.
S. Zoticus Martyr Tibure. Martyrol. Roman. Notat Baro-
- nius, & Ferrar. in Catalogo SS. Italia, eundem esse qui
Getulius dicitur, maritus S. Symphoros; & colitur, ve
dicemus. x. Junij.
Ioannes Papa III. Maurolycus & Martyrol. Germanicum.
Haud dum exploratum nobis est, an colatur, licet Henricus
Spondanus in Epitome Annalium ad an. 572. num. i. ita
scribat: S. Ioannes Papa obiit III. Idus Iulij. De die cō-
sentienti reliqui. Ergo tertia examinabimus xiii. Iulij.
S. Agatho Martyr. Galeſinius, Martyrol. Germanic. At Ro-
manum vii. Decemb.
S. Olympia matrona, Constantinopoli. Galeſin. Marty-
rolog. Germanicum, Ferrar. Molanus in 1. edit. Hac est S. O-
lympias vidua. De quā xvii. Decemb.
S. Eugenia. ms. Florar. Nos xxv. Decemb.
S. Claudia, mater S. Eugenia Virginis & Martyris, in
Martyrol. Germanico, Carthus. Colon. Addit. ad Vfuardum.
ms. Florario (in quo perperā Eulodia appellatur) refertur
hoc die, rursumq; in quem potius eam reiiciimus, xxvii. De-
cembr.

DE S. MAXIMO EPISCOPO, TAVROMINII IN SICILIA.

SECVLLO I.
XII. IA-
NVARII.

Tauromi-
nium olim
scopalis.



AVROMENIVM, que & Tauromenia,
& plerumq; Taurominium, Gracis Tau-
ropœvior, & Tauropœvior, vulgo nunc in-
colis Taormina; antiqua & celebris Sici-
lia vrbis est, medio inter Messanam & Cata-
vrbs. Epi- nam interuerso. Olim proprium habuit Episcopum, vt ex Regi-
scopalis. stro S. Gregorij Magni patet, cuius plures ad Secundinum
Tauromitanum Episcopum extant epistole. Atque à
Ioanne Diacono memoratur S. Procopius eiusdem vrbis Epis-
copus, an. 909, martyrio coronatus. Nunc Archiepiscopo Mef-
fanensi subest Taurominium, vt testatur Fazellus de rebus Si-
culis decad. 1. lib. 2. Primus isthic sedisse S. Pancratius tradi-

tur, Apostolorum Principis discipulus, de quo 111. Aprilis agemus.
2. Et suffecit S. Maximus, cuius hodie natalem celebrari S. Maxi-
scribit Ferrarius in generali catalogo SS. his verbis: Taurome-
nij in Siciliâ S. Maximi Episcopi à S. Petro ordinati. mi. 2. Epis-
copi, na-
talia.
Eadem habet Octavius Caietanus in Ideâ operis de Sanctis Sici-
lia. De eo Metaphrasies 29. Junij in Commentario de gestis
SS. Petri & Pauli: Et cum venisset (Petrus) Taurome-
nium, diversatur apud Pancratium vicum sapientissi-
mum. Quo in loco cum quedam Maximum cate-
chesi instituisset & baptizasset, & Episcopum ordinalis-
set, Romam appellit. Plura de eo necdum comperimus.

DE S. TATIANA MARTYRE.

SVB A-
LEXAN-
DRO Imp.
XII. IA-
NVARII.
S. Tatiana
natalis.

Acta simi-
lia Actus
S. Marti-
nae.

Forum
initium:



OMAE S. Tatianæ Martyris agitur pri-
de id. Ianuarias natali, vt habeat Marty-
rol. Romanum, quæ sub Alexandro Im-
peratorē vncis atque pectinibus lania-
ta, bestiis exposita, & in ignem proie-
cta, tēd mīlata, gladio demum percussa migravit in
cælum. Acta eius, quæ Baronius testatur extare in veteri ms. s.
S. Maria Maiorū Roma, inde accepimus, sed omnino eadem sunt
que S. Martinæ, vt 1. Ianuarij diximus. Inciditq; nonnum-
quād sufficiari vnam & eamdem esse Martinam & Tatia-
nam. Certe veter Romanum & cetera Latinorum Martyrolo-
gia, Martinam celebrant, nullum, præter Romanum ac Mo-
lanum in Addit. ad Vfuardum, Tatianæ meminit. Greci in
Menologio, Anthologio, Menais Tatianam habent hoc die,
nusquam Martinam. Vt ut sit, visum non est integra hæc dare
Acta, ne & operis nostri moles frustrè excrescat, & Lectori ge-
neretur fastidium, si eadem sepius repeatantur: præsertim quod
ad oram illius Romanus codicis hæc recenti manu adscripta sunt:
Confunditur hæc historia in multis cum rebus gestis
S. Martinæ Virginis. Ideò cautè legenda, corrigenda-
que videtur, &c. Initium tantum & finem eorum Actorum
hic dabimus:

2. Regnante cælo terræque Domino nostro Iesu
Christo, aduersante verò seruo diaboli Rege Alexan-
dro, quarto anno regni eius edictum propofuit nouum
& inhonestum: sacrificare Galilæos, aut si non sacri-
ficarent, morti damnarentur. Et misit Præpositos &
Principes per diuersa loca, vt Christiani vinciti trahe-
rentur ad sacrificandum idolis, quod & polliciti sunt
Imperatoris iussa in omnibus adimplere: & accipien-

tes talia præcepta in multis litteris regalibus scripta
circumferebant noua, expositionem sacrificij immun-
dae culturæ explentes, sicut iusserat eis Rex Alexander.
Statunculas verò ostendentes Deorum, sacrificantibus
maximos honores dari præcipiebant; non sacrifican-
tes verò diuersis pœnis interimerentur. Talia verò
præcipiente Alexandre, iubet per omnia sacrificium
cõsūmmari Romæ Apollini, & sacrificia offerri; Chri-
stianos autem viros ac mulieres cum suppliciis violen-
ter trahi ad sacrificandum Apollini. Ministri autem
satanæ erant viri pessimi, Vitalis quidam habens digni-
tatem Comitis, & Bassius Cubicularius, & Caius Do-
mesticus. Isti destinati erant, vt deuestarent cultores
Christi.

3. Finis verò ita habet: Et faða hac voce cediderunt
carnifices, & mortui sunt. Veniens autem Episcopus
Rheticus cum omni Clero suo, & etiam cum omni
Senatu Romano, & tollentes sanctum corpus eius,
condiderūt eam in thecam crystallinam in regione xii.
glorificantes Deum qui est in cælis, quoniam his, qui
confidunt in eum, mors secunda non habet potesta-
tem. Rex autem comprehensus est à doloribus in ea-
dem horâ, & lacerans comedebat carnes suas, & suspi-
rans & tremens dicebat: Miserere mei Deus Christia-
norū, scio enim quia irritauit nomen tuum, vel etiam
innocentem famulam tuam excruciaui. Iustè enim in
omnibus flammis pœnarum affliges me, secundum
opera mea terribiles mihi, & omnibus qui abnegant te
Domine. Vox autem de cælo facta est: Ingredere in
clibanum ignis Alexander, & vade in interiores tene-
bras,

bras, quæ tibi præparatae sunt, cum ignitis tormentis. Et factus est terræ motus magnus. Crediderunt autem in Domino mille animæ virorum, ac mulierum duo millia ducentæ. Consummata autem est passio Sanctæ Tatianæ mense XII. 1x. die ipsius mensis, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

4. Hū quoque Acta similia sunt S. Priscæ, ut XVIII. Januaria similia. rī dicemus, nī quid sub Claudio interficta dicitur, Tatiana & Martina sub Alexandro, & huius virtus que necem secuta funesta mors tyrannit traditur. Vtriusque, Martinæ, inquam, Tatiana & Tatianæ separatum vitam edidit Italicè Antonius Gallo-riam Da-nius in lib. de Romanis virginibus. Nec illud omittendum du-tiana di- Tati-ana est, ea in actis perpetuò ferè Tatiana appellatur.

5. Galesinius x. Januarij in Notis isthe habet: In Græciâ hoc ipso die S. Tatianæ Martyris, cuius præclaræ pro gloriâ Christi dimicatio, Græcè scripta legitur. Menologium à Canisio editum, eius martyrium ita recenset: Certa-

men S. Martyris Tatianæ, ex antiquiore Româ, Alex- Ex v. A- andro Imperatore, quæ propter Christi fidem oblata RIIIS. Imperatori, & in templum idolorum cum eo ingressa, compendiu Adorum precibus simulachra evertit, atque in terram collisit: ex Gracie. quare in faciem verberatur, & vncis eius palpebræ dilacerantur, deinde suspensa pectinibus lanatur, raso capite: postremò cùm igni & feris obiecta illæsa man-sisset, securi percussa euolauit in cælum. Ab Antholo-gium à Clemente VIII. approbatum: Hæc erat ex veteri Româ oriunda, Alexandri Imperatoris temporibus, patre ter Consule nata, & proitu Ecclesiæ Diaconisa, sed propter Christianam religionem ad Imperato-rem deducta, & cum ipso in fanum idolorum ingres-sa, precibus simulachra deiecit, & humili affixit, ac con-fregit. Quapropter os eius euerberatum est, & vncis palpebræ cum cute abrasæ, tum suspensa cæditur, & caput raditur. Postremò cùm nec ab igne nec à feris laderetur, securi percutitur.

D E S. P R O B O E P I S C O P O V E R O N E N S I.

XII. IA- 1 **S**extus Veronensis Ecclesiæ Antistes memoratur Pro- nvarii. bus, de quo hoc die Martyrolog. Romanum: Verona S. Probi Episcopi. addit Galesinius, & Confessio-natis. Vitameius scripsisse dicitur Augustinus Valerius Cardinalis; ex quo hanc epitomen conficit Ferrarius in catalogo SS. Italiae.

2 Probus Veronæ Episcopus sexto loco post S. Se-natorem circa annum salutis cxxxvi. Veronensem rexit Ecclesiam. Quo tempore Maximinus Imperator, qui Alexandro successerat, Christianos exagitabat. Hic sanctus Episcopus vitæ sanctimoniam & egregiis virtutibus clarus, cum primis verò caritate præditus, munus Episcopale præclarè gesit; atque pridie Id. Ianuar. ex hac vitâ discessit: cuius corpus in basilicâ S. Stephani humatum creditur.

3 Hac Ferrarius, qui deinde in Annotatione hoc monet: Dis-

sident Veronenses de S. Probi corpore, alij enim in ba-silicâ S. Stephani sepultum tradunt, id ex tabulâ mar-Corpus moreâ ibi extante probâtes; alij verò in basilicâ S. Pro- ubi. culi, quod etiam ex tabulâ lapideâ, ex cōstitutione Sy-nodali, & ex imagine eiusdem depictâ cum hac inscrip-tione, S. PROBVS. demonstrant. Ipsi Veronenses vi-derint. De S. Senatore egimus VII. Januarij, & licet isthic Ferrarius scribat Diocletiani & Maximiani etate vixisse; ex ipsomet tamen ostendimus id dubium esse, cùm S. Procu-lum eius decessorem XXXI. Martij dicat sub Claudio Maxi-mino floruisse, h̄c quoque Probum successorem circa annum 236. eam Ecclesiam administrasse. Deinde, quod alibi quoque idem monet, omnium consensu receptum est S. Zenonem, octauum illius urbis Episcopum, sub Gallieno Imperatore coro-natum esse martyrio.

DE S. EVTHASIA MARTYRE.

XII. IA- 1 **E**odem die, inquit Menæ, Euthasia gladio cæsa-nvarii. est. adduntq; hoc distichon: Ipsi Deo salvatori mundi offert

Caput suum amputatum Euthasia.
Hec porrò ignota alibi; nisi sit Euthalia, de quâ xxvii. Au-gustiplenius agetur.

DE S. ARCADIO MARTYRE

CÆSAREÆ IN MAVRITANIA.

CIRCI- 1 **C**elebrat S. Arcadij Martyris natalem Mar-TER AN. tyrologium Romanum his verbis: Eodem die S. Ar-cclx. cadij Martyris, genere & miraculis clari. Eadem XII. IA- habent Beda excusus, Ado, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, & NVAR II. s. Arcadij pleraque MSS. etiam. Vſuardi nomen preferentia. Breuius ve- natalis. tus Martyrol. Romanum, & ms. Centulenje: Arcadij Mart-yris. Ast antiquissimum Martyrologium monasterij S. Ger-manni de Pratis Parisiis, vel ipsius Vſuardi manu exaratum, vt quidam viri docti existimant, vel certe eadem etate; aliudq; ibidem à 400. aut circiter annis scriptum: In Cæfareâ Mau-ritania S. Arcadij Martyris, genere & miraculis clari. Galeſinius: In Mautitanij S. Arcadij Martyris, qui variis iisque nonis suppliciis excruciatus, denum in suo san-guine volutatus, certaminis, quod constantissime pro Christo Domino subierat, palnam accepit. Agit de eo quoque Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 67. & Martyrologium Germanicum.

Tom. I.

2 Duo controvèrsâ sunt, vbi & quando martyrium subie-rit. Acta habent in Achaiâ passum. Sed facile est ut mendum vbi p̄fuisse irreperit. Chronicon Dextri nomine editum ad an. 110. Chri- sti num. 8. ista habet: S. Arcadius Vrſaonæ in Bæticâ pati-tur XII. die Ianuarij. Ad quem locum Biuarius: Debemus Dextro loci tanti Martyris sanguine consecrati noti- An Offi-ciam. Vrſaoni quoque eum adscribit Rodericus Carus lib. 3. An- nus. tiquitat. Hispalen. cap. 5. idem Chronicon secutus, quod vnicam esse lucem ait sacrarum Antiquitatum Hispanie. Reclè; si omni-no conflarci fl. Dextrum illius Chronicæ auctorē esse, aut alia proferrentur Vrſaonensis Ecclesia monumenta. Est Vrſao, alius Vrſo, Genua Urbanorum, Orsona, nunc Oſtuna, in dia-ceſi Hispalensi oppidum, Ducatus titulo & academiâ illustre. De quo Ludouicus Nonius V. CL. Hispania illustrata cap. 15. & An potius Carus loco citato. Verum quod suprà Vſuardus & Galeſinius, Casarea idem tradit Petrus de Natalibus lib. 1. cap. 43. vbi de S. Zeno- Mauritania agens Veronensi Episcopo, eiusq; libros recensens, inter alia, scripsisse

PP

ACTA S. ARCADII MARTYRIS.

722

Ex Ago- scripsisse ait Epistolam (*an fortassis martyrium voluit dice-*
NIBVS. *re?*) Arcadij Martyris, tempore suo apud Mauritaniam
MART. passi. Legimus in M.s. codice Ecclesie S. Martini Ultraiectinae
brevia S. Arcadij Acta, in quibus paſsim Cæſareæ Mauritanie paſſus dicebatur.

Quando vixerit. **3** Actatem satis indicat Petrus, dum ait S. Zenonis tempore coronatum. At Gallieni tempore (*non Constantij*, ut vult Matthiae Lamberti) floruisse S. Zenonem eiusdem Petri ac Martyrologij Romani aliorumque auctoritate receptum est: de quo nos ad eius vitam 12. Aprilis Biuarius, quod idem Petrus lib. 2. c. 67. scripsisse ab Urbe Arcadium scribit propter rabiem persecutionis, addit, haud dubium Traianæ, ex sui scilicet Chronicis fide: itaq; vult sibi ipsi illum auctorem repugnare. Matthias Lamberti scribit videri martyrium obiisse Arcadium tempore Antonini: verum cur ita sentiat argumentum nullum profert.

Acta. **4** Acta S. Arcadij edita sunt olim in Agonibus Martyrum Lutetiae. Iis subiungimus S. Zenonis in eiusdem Martyris laudem sermonem, collatum cum veteri codice S. Mariae de Riparto, alijsq; mss. sunt verò ambo ita etiam stylo similia, ut vel Acta ex sermone concinnata, vel adea adumbratus esse sermo videatur. Eadem Acta ex S. Zenonis sermone expedit Lippe-lous, Rosvveydus, Gabriel Flamma, Henricus Adriani, Matthias Lamberti Episcopus Brugensis, alijsq;.

A C T A

Ex Agonibus Martyrum editis.

a
Dira per-
secutio in
Christia-
nos.



Vm in Achaiâ saeuus debaccharetur furor, & diabolus suos satellites in Dei populum armaret, tota familia Christi variis turbabatur lupi saeuentis incutisibus, & in Deum & in eius cultores grauissimum committebatur bellum. Per singula tecta, vbi Christi, vbi veri Dei cultor, solâ opinione aut esse aut fuisse credebatur, scaterebat publicum scelus: nec erat locus in quo non committeretur pro religione sacrilegium. Cogebatur Christi populus vanis superstitionibus interesse; & aut libamina incesta in cultum nefandi ritus profundere, aut victimas fertis corollisque ornatas trahere, aut redolentia thura succendere, & inter fumidos ignes nidoresque aruinæ, bacchantium ritu psallere: ut his illicitis sacrificiorum exhibitionibus, à Christianorum mentibus Deus posset expelli.

S. Arca- **2** Sed dum huc bellum duri certaminis geritur, & familia Domini, cælo spectante, prouocatur; Arcadius Christi miles, videns urbem funestâ confusione turbari, & singulos quoque ad ferale illud spectaculum trahi, contemptis facultatibus suis, censuit celeri ex eâ vrbe fugâ id malum declinandum. Itaque foris inueniens latebras, aliquantulum temporis latuit, omni voto in abdito vigiliis, orationibus, & omni vita sobrietate Christo seruiens. Verum cùm sacrificiis inuenientur absens, repente in eius b' domicilium grassantium satellitū hostilis & furore præcepit irruit manus, sperans celesti festinatione famulum Dei præoccupari posse: quem propinquus Martyris, qui fortè in illas ædes descendebat, pro posse defendit absentem. Hunc verò, eo quem quærebant non reperto, ad nefanda rapuerunt. Quem sibi oblatum crudelissimus Provinciæ Rector, iubet acri custodiæ obseruatione detinerti, donec prodat locum, in quem Arcadius diffugisset.

b
Perquiri-
tur.

Capitul pro eo il-
lius pro-
pinquus.

Arcadius
ultra se
Iudici si-
stet.

3 Beatus verò Christi miles Arcadius id intelligēs, iam pleno martyrij ardore feruens, continuò latebras, quas aliquamdiu fouerat, deseruit; nolens neque Christi confessionē diutius dissimulari, neque propinquum suum sùa causâ afflictioni relinqueret. In urbem igitur rediens, voluntariè se Rectori Provinciæ obtulit. Si, inquit, mea causâ propinquum in vinculis detines, nunc absolve innocentem: nam ipse veni ut liberem insontem, planè dicturus, quæ ille de me tibi indicare non

poterat; & eorum quæ petes redditurus pro me ratio-nem.

4 Dixit Provinciæ Rector: Do huic fugæ tuæ veniam, omni futuræ pœnae sublato timore; si vel serò sa- *Intrepide* crificare acquiescis. Cui Arcadius: Quid ait, ludicum *e respons*- vanissime? putasne istius perdenda fugacissimæ vitæ *det.* metu, aut properandæ mortis minis famulos Domini posse terri, cùm sciamus scriptum esse: Mihi viuere Christus est, mori verò lucrum? Excogita quibusvis Phil. 1. 21. potes suppliciis grauiora tormenta; quibusvis potes maximis furorum stimulis te accende; quibusvis in nos malitiis te exerce; nos à Deo vero non potes separare.

5 Statim igitur crudelissimus Provinciæ Rector, vipereo veneni sui felle commotus, cogitat quomodo nouâ & inauditâ animaduersione, nec solitâ in reos lege, in Martyris membra possit defauire: illi vilesunt vngulae: inutiles illi videntur iætus plumbatarum: stat contemptus equuleus: negligitur (maioris pœne contemplatione) fastuum imber: crudeli obseruatur menti nouum stupendumque supplicium, quo se stultè putat in homine posse vincere Deum. Iubet tunc beatum Martyrem tradi sui furoris consciis; quibus nihil aliud mandat, nisi ut pœnitentia pœnam, pœnitentia *Iubetur* discessu, Martyris spiritum cogant emigrare. Exspectet, lenè per inquit, mortem suam, & per membra dissipata propria*inclusuras* lantatione corporis, truncu similis, viuum cadauer ad- *incidit*. spiciat: incidatur per singulas corporis iuncturas, & omnis compago dissolvarit. A digitorum condylis incipite; dein manus à lacertis discentur, lacerti à cubitis, mox à thorace dissuantu humeri: & sic ab articulis pedum gradatim ascendentis, facite articulos à pedibus, pedes à cruribus, crura à poplitibus; & quod supererit, femora à coxendicibus dislocate: & sit in artificio vestro mora: ut diuturnitate tormentorum, misericordiam suam agnoscat, qui patriorum Deorum sacrificia fugiens alienum voluerit colere Deum.

6 Tunc lictores acceptis immanis animi mandatis, accedunt ad Arcadium, & ducent ad victimæ locum, iustis & vitæ perennis amatoribus exoptatum. Perductus autem Arcadius, orans & intuens in cælum sterit, Deo inuocato, securus: & iam parauerat colla *Prædicatur illi* bipennis suscipiens iætibus parata, putabat enim ci- tur illi tâ morte, se feralem Iudicis rabiem posse satiare: cùm manus ac subito iubetur manus extendere. Profert illico manus; *cetera mēbra.* & cùm articulatum fecaretur, orabat: Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmaverunt me; da mihi intellegētum. Et carnifices magis deficiebant ab exequendâ *Deum landas.* crudelitate, quā ipse quietebat à laude. Insanus furore Iudex primū amputandā linguam mādere nescierat, quæ iugiter Dominum in colluctatione martyrij contitens, tyrannum deuictum ostendebat, & deos nihil esse; sed solum Christum verum Deum & victorem acclamabat. Et ipse iam summâ parte truncatus, in dorsum supinari iubetur. Resupinus in terga, Deum magis glorificans, quod in martyrio cælum suspicere, vnde peteret auxilium; pedes alacris portigit, & crura, & femora, simili crudelitate secunda: & protinus pedes articulis, crura pedibus, femora coxendicibus, venter quoque coxis, sanguinem carnificum arte viduantur. Et tanta *Spelatofit res illacry-gratiarum actio;* ut crudeles ad tantum oculi lacrymas mantur. continere non possent, & cælestem planè agnoscere virtutem, quæ tantam cauſaret patientiam; & iam dolorent, qui aliquas illi intulerant molestias.

7 Nam post tot martyria, quot diuulsa compagū *Arcadius* articulæ, quot reſecta sunt membrorum fragmenta; truncum Martyris corpus proprio sanguine innatat: & inter hæc omnia Martyris spiritus in mortuū diuurni- *exultat, & hortatur* tate seruatus perdurat inuictus, ante se corporis sui im-pedimenta, & funeralis sui exuicias pœnitentes ad pal-mam: & videns laceras corporis sui partes iacere in ter-râ, dicebat: O vos felicia membra, quæ meruitis Deo *adstantes* *ut fiant* vostro famulari, numquam vos sic amauit in corpore *Christia-ni.* *fita*

sita, ut nunc exalto vos intuens separata: sic nos decuit ad tempus seungi, vt tandem nostro Regi occurramus in gloriâ; & pro mortalibus membris vos eadem mihi restituamini immortalia: vos estis nunc Christi; & me nunc Christi esse sentio, quod semper super omnia optauit. Et adiecit: Parum est hoc, ô viri qui circumstatis, spectatores insoliti theatri; hæc facile est tolerare, qui nouit de futurâ immortalitate cogitare. Deos vanos, qui vos nihil iuare possint, relinquite. Deum meum, qui me confortat, agnoscite; pro quo moti vita est, pro quo pati deliciae: cuius amor non tempest, cuius honor semper cresceret, ad quem pro tam paruo supplicio accedo semper victurus, numquam amplius ab eo recessurus.

Moritur. 3 Ethæc dicens, sine vllâ molestiâ, pridie Idus Ianuarii, Christo Domino gloriosam reddidit animam. Videntes autem gloriosi Martyris exitum, mirabantur etiam ij qui amore tenebantur idolorum: Christiani autem magis animabantur ad suscipiendum martyrium, qui & sepelierunt corpus Martyris cum honore, & reliquias eius dispersas colligentes, ei adiunxerunt, laudantes in Martyre Christum Dominum, qui dat pugilibus suis virtutem omnium superandorum tormentorum, cui est honor & gloria in secula. Amen.

a Alij, ut diximus, probabilitus in Mauritanâ occisum offerunt; quidam Ossuæ in Hispaniâ.

b Matthias Lamberti interpretatur domum suburbanam, in quam se Sanctus abdidet; ait, eum cum hostes isthac esse negaret, elat à voce se prodiisse. Petrus de Natal. & Martyrol. Germaniæ, cum latitaret comprehendens à paganiis, adductumq; ad Iudicem. utrumque Actu repugnat.

c Condylus, κοδύλος, iunctura est articulorum in digitis.

d Haud meminimus nos alibi hanc vocem femininâ infexione legere.

DE S. ARCADIO SERMONE

S. ZENONIS EPISCOPI VERONEN.

Cum veteribus MSS. collatus.

*Ad MSS.
vulter
referatur.*



1 VM Beati Arcadij Martyris gesta, cælestis triumphi honore sublimia, fidei Annalibus recentenda mandamus, in agone immortalis laudis Christianus séper ardor animatur: fit geminum de religiositate commercium, cùm ad cælestè præmium populus acceditur, & de Martyris meritis non siletur. Sed quis illustris martyris palmiferat tot tropæis coronam competenti valeat sermone difserete, cùm in spiritali palæstrâ multiplex luceat sui numerositate victoria; cùm in uno corpore tot martyria videantur esse, quo membræ?

*Persecutio
nduerit
Christia-
nos.*

2 Armauerat diabolus satellites suos in Dei populum veterano odio defector antiquus, & totam familiam Christi impastæ feritatis grassatione turbabat. Indixerat in homine Deo bellum, & infiustæ superstitionis busto in nefas concium toto mundo funereum fecerat rogum. Scatebat pér teatæ culminum publicum scelus: nec fuerat locus in quo non erat pro religione sacrilegium. Cogebatur Christi populus vanis superstitionibus intefesse, atque in cultum nefandi ritus, nūc aut libaminâ incesta profundere, aut orthatas settis victimas trahere, aut grauias nidoribus thura succendere, aut inter fumidos ignes pallenti atuinâ funesto sanguine prolitare; vt illiciti administratione ministerij Christianis mentibus Deus posset expelli.

*Lates tan-
siper Ar-
cadius.*

3 Sed dum bellum duri certaminis geritur, & familia Domini cælo spectante & probatur, Arcadius beatissimus Martyr huius inopinati nuntij horrore percussus, paululum distolit pugnam iam b deitus ad coronam. Nam posteaquam turbari vibrem funestâ conventione cognovit, ac singulos quosque ad funebre illud spectaculum trahi; contemptis yniuersis faculta-

Tom. I.

tibus suis, amputatis radicibus seculi, delitescens, fecerit. Avcr. sionis se commendauit vmbraculo: & utrumque Christi. S. Zenoniano explicans voto, vt & non longius videretur à ne Episc. prælio, & fecedendo Euangelicæ iussionis animaretur Matth. 10. exemplo.

4 Ecce in eius hospitium, velut in hostilem prædam grassantium satellitum præcepis irruit manus, sperans Perquisitio occupatione festinâ Dei famulum posse deprehendi. tur.

Quem beati propinquus Martyris, qui in eius forte degebat habitaculo, absentem esse assiduis vocibus in clamabat. Hunc verò profitebatur, ad nefandam cu Capitur eius pro studiam noxiæ mentis & mancipes rapuerunt. Quem d oblatum sibi iubet crudelissimus Rector acri obseruatione detineri. Ad futuræ gloriæ testimonium tale Beatus Arcadius debiti martyrij quodammodo seque- vltro seta strauerat pignus; in quo nec Christum relinqueret, dicitur nec propinquum. Statim itaque beatissimus Mar Arcadius i tyr se latere non passus est: se vltro offerens Iudi eis, in re- ci, moram suam voluntariae oblationis præiudicis pide respctu excusauit. Cui cùm provinciæ Rector, pristinæ eius fu- gæ veniam sub pactione promitteret, si se vel serò ne- fandis superstitionibus immiscueret, talibus in eum sanctissimus Martyr vocibus exilir: Quid, inquit, va- nissime omnium ludicum & putative, aut de lucis istius incognitis vñoris, aut de properæ mortis subitis damnis familiam Domini posse terret, cùm sciamus Apostoli- cā fide esse præscriptum: Mihil vivere Christus est, & Philip. mori lucrum. Ex cogita quibus potes supplicis tormēta grauora: majoribus te furoris stimulis accende: quanvis cruciatu exerce molem: nos à Deo non poteris separare.

5 Statim igitur crudelissimus Rector, viperei vene- ni felle commotus, iubet non vñitatâ animaduersione pœnarum, nec visuali in reos lege, carnificum manus in Martyris membra sœuire. Viluerunt vngulæ: inutiles tubetur iactus visi sunt plumbatarum: stetit contemptus ecu- leas: crebri fustiū imbræ, maioris pœnae contemplatione neglecti sunt. Excogitatur nouum stupendum que supplicium, quo se in homine vincere crederet Deum. Iubet sanctissimum Martyrem furoris sui consciens tradi: quibus nihil aliud imperat mandatorum, nisi vt non præpropero discessu Martyris spiritus migret ad cælum: Expectet, inquit, mortem suam, & per membra distentus, proprij corporis laniatione viuum se cadauer adsipiat. Incidantur, ait, ab articulis manus, à cruribus pedes. Cui B. Arcadius ait: O insane hominem, fraudauit te furor tuus: adhuc erat in viçtimâ Domini, quod possis offerre. Amputandam linguam mandare nescisti, quæ in colluclatione martyrij prior solet Domino confiteri.

6 Ductus est tandem B. Arcadius ad exoptatum iustis orationibus locum. Et intuens cælum, stetit Deo spectante securus. Parauerat extensa futuri iactibus col- la: nudauerat gladiis venientibus ingulum: purauerat Præciduntur singula membra. se feralem Iudicis amentiam citæ mortis forte satiare: cùm subitæ manus iubetur extendere, ac super cespitæ nudus proiectus in faciem & pedum extrema nudare. e

Ecce intet ipsa supplicia vacare non sinitur, sed oratio- nis instar pet carnificis tormenta meditatur. Errexerat Mirabile percussor insanus, & signans oculis vulneris Martyris lineam, feralis iactus assidua contemplatione vibrabat: hæserant confessionis suæ glutino intrepidæ Martyri manus, nec salientes d'giti futuræ mortis exitio palpita- bant. Tanta fuit in Martyris deuotione constantia, vt omni corpore paratus veniret ad gloriam. Mox itaque, vt deuotum vulneribus corpus carnifex videt, statim ca- dentis securis iactu nerorum connexa dissoluit, & cun- cetas compage discutsa iuncturas corporis rupit: exilie- runt se Ææ manus, & redenne in le venarum meatu, paululum stupore fugituo, rursus in se riuos sanguinis, ruens vnda cruentis effudit. Dchinc poplitibus furisque portætis, à germanâ coniunctione naturæ, gladio sœni latronis, plantatum limes inciditur, & oblique pe- dum

Ex v.a. dum corpus Martyris viduatur.
RIIS. 7 Numerent martyria, qui possunt numerare super-
Commen-
datio illu- plicia: & in uno corpore quantum diabolus publica-
sfrus mar- tis est furere, tantum agnoscatur Dominus trium-
tyrij. phasse. Sed durat inter hæc Martyris spiritus, & mora-
rum numerositate seruatus perstat viuus, parte sui cor-
poris iam sepultus: remoratur in luce detentus, cuius
membris iam plenus est tumulus. O dignus gloriösi
exitus finis! Ascensurus altitudinem cæli, corporis sui
impedimenta præmittit, & exequias funeralis sui ipse
præcedit. Cui hæc comparanda confessio? Machabæo-
rum est iungenda numero. Eleazar est ad æquâda pro-
posito, comparanda consilio. Arcadius beatissimus

Martyr adhuc demoratur in seculo, & iam Martyr reci-
tatur in cælo, vt sit nomen Domini benedictum, qui
regnat in secula seculorum, Amen.

a Ms. Rip. prouocatur. b al. deditus.

c Ms. Rip. verumque Christianum exhibens voto.

d Manceps publicanum, & uniuersim cuius suis rei redemptorë,
sectorum ve significat; hic videatur pro satellite aut listore accipi. Sie
alibi qui scarios conductit ad aliquem necandum, aut qui prædonum
Dux est. Ita S. Cyprianus ep. 69. latrones mancipi, obsequio ple-
no humilitatis, obtemperant. Et paullò post, je quæ explicans:
Præpositus illuc agnoscatur & timetur, quem non sententia di-
uina constituit, sed in quem factio perdita, & noceus caterua
consenit.

e Ms. Rip. pedem extendere, manum dare.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SATYRO, CYRIACO, MOSCENTIO.

XII. IA- I
N V A R I I.



E L E B R I S est in omnibus Martyrologiis
S. Satyri memoria; socios pauciora recen-
sent, nec satis constat simulne occisi sunt,
an diuerso tempore, sed eodem loco. Utinam
Acta, siue extant, nanciscamur! Hic so-
lum possumus Martyrologiorum verba dare, tantillum saltem
ad eorum illustrandum nomen collaturi.

S. Satyri
natalis.

2 V guardus: Apud Achaiam natalis B. Satyri Marty-
ris, qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasse-
set illud, signans sibi frontem, statim corruit; ob quam
caussam decollatus est. Consentunt Martyrologium Roma-
num, Maurolycus, Bellinus, variaq. MSS. At Beda excusus, &
plurima sub V guardi nomine MSS. mox citandi auctores, ad-
dunt ciuem Arabiæ fuisse. Idem habet Ado. Sed duo eius MSS.
vbi passus. exemplaria, Lobiense, & Leodiense monasterij S. Laurentij, non
apud Achaiam, sed apud Antiochiam, id factum tradunt.
Consentit vetus Romanum: Antiochiæ Satyri Martyris. No-
tavit discrepantiam exemplariorum auctor MS. Florarij: Apud
Achiam, inquit, alias Antiochiam, natale S. Satyri
Martyris, cuius Arabiae, decollatus anno salutis 267. sub
octauâ persecuzione, anno eiusdem nono. Galeſinius in
Martyrologio in Arcadiâ id ait accidisse; sed in Notis monet
restuendum, in Achaiâ. MS. monasterij S. Martini Treuiris:
In Arabiâ Saturi Martyris, quo sufflante idolum cor-
ruit: unde tentus, mox decollatus est. Consentit Notkerus
mox citandus.

Mortis ra-
tio.

3 Ms. S. Martini Tornaci: In Achaiâ natalis Saturi,
Arabia ciuis; de quo fertur, quia dum ante cuiusdam
idoli templum transit, & idem idolum in fronte in-
sufflaret ac consignaret, statim coruerit. Cuius culto-
res hoc videntes, Duci ducunt, narrantes quod fecerat.
Quâ de causâ decollationis iustum accepit.

Quando
occisus.

4 De tempore, diximus ab auctore Florarij statui annum
Christi 267. qui erat Gallieni 14. Est in Galeſinius Notis graue
mendum à librarij incuria: Passus est, inquit, quo primùm
tempore Domitianus contra Christianos persecutio-
nem concitauit, anno Domini circiter CCCV. Immane
quantum distat Domitianus (qui an. Christi 96. occisus est
x. v. Kal. Octob. cum imperasset annos 15. & 6. dies) & annus
Christi 305. Verisimile est scripsiſſe Galeſinius, xciv. sive vici.
qui fuit Domitianus 13. quo vehemens exarbit aduersus Chri-
stianos persecutio. Vnde vero hanc chronologiam hauferit Ga-
leſinius, non prodit.

5 Hactenus de solo Satyro, quem quedam MSS. Kalenda- SS. Cyriaci
ria Saturinum vocant. Solum Cyriacum refert vetus MS. & Moscœ-
Kalendarium monasterij S. Maximini: Et S. Cyriaci. MS. tij natalis.
Rhinovviente: In Achaiâ Cyriaci. VV andelbertus:

Plebs & Achæa suum pridie recolit Cyriacum.
Mendosè edidit Molanus: Plebs Ithacia suum. & in priori
editione, Irachia. At Cyriacum & Saturum habet Notkerus:
In Achaiâ Cyriaci. In Ægypto Philoromi. In Arabiâ
Saturi, qui tristes ante templum cuiusdam idoli, cum exsuf-
flasset illud, signis sibi fronte, statim corruit. Tenetes eū
ibidē obseruantes duxerūt ad Ducē, & indicantes factum,
decollatus est. Eadē Rabanus, nisi quod cum alia Martyrolo-
giis habeat, qui transiens ante templum cuiusdam idoli,
insufflans. Annotat Henric. Canisius pro Moscentij foris le-
gendum Innocentii. Ambiguum erat in ms. S. Max. an Ino-
scetij esset an Moscentij. At ms. S. Hieronymi: Pridie Idus
in Achaiâ Cyriaci, Muscenti, Saturi, ms. Dungallense:
Muscenti, Satyri, Zotici, Cyriaci. De Zoticō post.

6 Meminu S. Satyri Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 66.
vbi non tantum prolapsum idolum ad Sancti exsufflationem,
sed & in pulvere redactum scribit. Idem scribit Double-
tius, insultasseq. Martyrem misero illi Deo, qui vnico flatu dispi-
paretur. Opera pretium addere, quod eruditissimus Molanus
hic notauit, sufflare idem esse ac iactare; exsufflare vero Sufflare,
cōtemnere. Sic S. Augustinus ep. 56. ad Dioscorum: Nomen & exsuf-
flare, quod propter litteratam vetustatē, omnes, flare, quid
vt militanter loquar, litteratores libenter sufflant. Et significent.
epist. 162. contra Donatistarum pertinaciam: Conscinditur
vinitas Christi: blasphematur hereditas Christi, exsuf-
flatur baptisma Christi. Et postea: Violatam pacem, con-
scissam vnitatem, iterata baptismata, exsufflata sacra-
menta, quæ in sceleratis quoque hominibus sancta sunt,
plangimus & lugemus. Sic Dungalus in prologo Responsorum
contra Claudium Taurinensem: Quia Christus exsuf-
flatur. & aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus ex-
sufflatores Christi, aduersus blasphematores Sanctorū
eius. Idem postea sufflare eadem significacione usurpat: Vnus
homo blasphemate, reprehendere, concilcare, proi-
cere, ac sufflare presumat?

7 S. Satyri reliquiae, inquit Sauffius, Maclouipo-
lim in Armoricâ delatae, celebrem eius memoriam ibi-
reliquia. dem reddiderunt. Nulla tamen in propriis officiis Ecclesia
Maclouiensis eius mentio fit.

DE S. MERTIO, SIVE MEORTIO,

M A R T Y R E.

SVB DIO-
CLET.
XII. IA-
N V A R I I.

M E R T I V S, sive Meortius, fortassis Martius, à
Gracis celebratur hoc die. Ita Menologium: Eodem
die S. Martyris Meortij, qui verberatus per

septem dies, migravit ad Dominum. Fuisus Mena: Mer-
tius Diocletiano imperante miles aduersus Mauros in natalis,
aciem productus est. Sed idolis sacrificare iusfus, nec
per-

Acta ex
Menea.

persuasus, primum discingitur & exauktoratur, deinde flagris conciditur. Cum verò supplicia tam fortius sustineret, ut ne vocem quidem villam mitteret, tyrannum in admirationem & stuporem dedit. Cumque tormenta sine fine ingereretur Martyri, in nullā tamen corporis parte lədi vel vulnerari posset, remissis suppliciis in carcerem abiectus est. Octauo pōst die magna vis cruentis & sanies ē corpore profluxit, & locum multo fœtore compleuit: ac demum exhaustus laboribus nobilissimus Martyr pretiosam animam in manus

Domini emisit. Hactenus Menea. Contigisse hoc Mētij certamen videtur, cū Maximianus Herculeus aduersus Quando Quinquegentianos Africam infestantes expeditionem suscepit. Fuisse hos, vel gentem rnam, vel potius collationem ē quinque gentibus constatam verisimilius est, quam, quod Cyprianus & quidam alij scribunt, Romanos milites quinquagenarios. Videtur autem & à quinque gentibus nomen iū factum. Zonaristo. I. in Diocletiano: πνε πνῶν γενιανῶν τὴν Αφρικὴν καταχθωνίων.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AEGYPTIIS PETRO, PHILOROMO, ZOTICO, CASTVLO, AVENTINO.

XII. IA-
NVARI.

HORVM Sanctorum Martyrum meminere antiqua Martyrologia. Nam ms. Florarium, Martyrol. Ecclesia Bruxellensis, aliaq; mss. ita habent: In Aegypto, Petri, Auentini, Castoli. Notkerus: In Aegypto Philoromi. Carthusiani Colon. in Addit. ad Vuardum: In Aegypto Auentini & Castoli. Vetustissimum ms. S. Hieronymi: In

Egypto Philoromi, Zotici, Castoli, Petri, Auentina. Idem omnes, prater Auentinum, recensentur in ms. Dungallensi, sed nullo adscripto loco, aliiq; permixti, addunturq; Valentiana & Arabicus: incertum an pro Aventino vel Auentina alteruter positus sit, & num his, an Africanis adiungi Martyribus debeat.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS ZOTICO, ROGATO, MODESTO, CASTVLO, QVINCTO, BICCIANO, vel EBICIANO, CAROTICO, CASTVLINO, & SOCIIS XXXVI.

XII. IA-
NVARI.

DE his Martyrologium Romanum: In Africā Sanctorum Martyrum Zotici, Rogati, Modesti, Castuli, & coronæ militum quadraginta. Horum nomina restituisse in sacros Fastos facetur Baronius ex veteri ms. testaturq; eorum Acta penes se extare, que necdum nos videntur. Martyrologium S. Hieronymi: In Africā Zotici, Castoli, Quincti, Rogati, Modesti, Bicciani, Carotici, Castolini. ms. Rhinovien. In Africā Zotici, Castoli,

Quinti, Rogati, Modesti. Meminit ms. Dungallense Quinti, Rogati, Modesti, Ebiciani (qui indubie idem est qui Biccianus) Corotis, (qui Coroticus videtur) Caltulini, (prater Caltulini cum Aegyptiū recensitum) Valentianae, Arabici, & aliorum xvii. Monimus iam, dubium esse num horum alteruter sit Auentinus, vel Auentina inter Aegyptios relata. Nulla enim illud ms. loca adscribit.

DE VIII. SANCTIS MARTYRIBVS, NICÆÆ IN BITHYNIA.

XII. IA-
NVARI.

EODEM die, inquit Menae, sancti octo Martyres Nicæni gladio perimuntur. Subditur deinde hoc distichon:

Occumbit octonarius gladio chorus,
Ut vitam in æuum confequi octonam queat.

Allusio est in numero octonario, qui faustus censetur, præsertim, quod tot Christi beatitudines numerariuntur Matri. s. De his vero Martyribus nihil alibi legitimus. Plures Nicææ martyrium subire. At non hoc simul numero.

DE SANCTIS MARTYRIBVS TIGRIO PRESBYTERO, ET EUTROPIO LECTORE.

S VB AR-
CADIO
IMPER.
INITIO
SEC. V.

BARONIVS tom. 5. Annal. Eccl. an. Ch. 404. nu. 53. scribit S. Eutropij Lectoris diem natalem redditam Ecclesiæ pace, non Constantinopolitanè tantum Ecclesiæ, sed toti Christiano orbi anniuersariam memoriam celebrandum, publicis Ecclesiæ annotatum esse tabulis, vñā cum Tigrio Presbytero eodem tempore martyrio coronato. In Gracorum Meneis, Menologiu, alijq; qui penes nos sunt, Fastis horum nomina non leguntur. Tom. I.

tur. E Latinis referunt eos Molanus in addit. ad Vuardum editis an. Ch 1568. ex quodam, quod non nominat, Martyrologio Galesnius & Martyrologium Germanicum: Sanctorum Martyrum Eutropij Lectoris, & Tigrij Presbyteri, & Olympiae sanctæ matronæ, de quibus in historiâ tripartitâ lib. x. cap. scilicet 21. De S. Olympiâ, seu Olympiade, agemus xvii. Decemb. cum Martyrol. Romano, in quo hoc die alij duo consignantur hū verbis: Constantinopoli

P pp 3

SS. Ti-

Ex Ni-
cephe-
ro.

SS. Tigri Presbyteri & Eutropij Lectoris, qui Arcadij Imperatoris tempore passi sunt.

Occasio
martyrij.

2. Miraberis sanè lector, inquit Baronius anno citato num. 52. sub Christiano eodemque Catholico Imperatore pristina aduersus pios esse reuocata martyria. Caius duplum indicat in Notis ad Martyrol. quod pulsio in exilium S. Ioanne Chrysostomo, noluissent cum Arsatius intruso communicate, ac de incendio basilicæ passi essent calumniam. Praterisse hac silentio voluit Socrates lib. 6. his. Eccl. cap. 16. vbi post recentissimum incendium ita scribit: Quibus autem incòmodis Optatus urbis Constantinopolis Praefectus, religionis professione Gentilis, & propterea Christianis infestus, Ioannis amicos afficerit, & quam grauia supplicia quamplurimi ilorum irrogari, silentio prætereundum censeo. Exhortuit plane, inquit Baronius, homo quantumlibet Nouatianæ seckæ errore à nobis diuisus, adeò crudelia in Catholicos per magistratus exhibita cruciamenta recensere. Ea paucis enarrat Sozomenus lib. 8. his. Eccl. cap. 24. quem locum non satis accurate perlegit Baronius, dum an. 404. num. 52. eum vnius Eutropij tantum meminisse scribit, cùm etiam Olympiadis matrona & Tigri Presbyteri tormenta recenseat. Ea commemorant quoque Palladius in dialogo, & Georgius Alexandrinus in vita S. Ioanne Chrysostomi, quam dabimus xxvii. Ianuarij. Hoc loco solum proferimus, quæ ex variis colligit Nicephorus Callistus lib. 13. his. Eccl. cap. 21. 22. & 23.

3. S. Ioannes Chrysostomus, quid S. Tigri prosecutus sit benevolentia indicat epist. 12. S. Olympiadi scripta: Ac nos, inquit, de rebus nostris per læpè ad te scripimus: tu verò (quo etiam nomine te prius accusau) tard id facis. Atque, vt intelligas id negligenter tuæ, ac non tabelliariorum penuria, tribuendum esse; dominus meus beati Episcopi Maximi frater cum nudius-tertius venisset, ab eo quæ litteras postulasse, negauit te sibi dare voluisse; atque etiam Tigri Presbyterum, cùm item ab eo petiisset, num quid ad me scribere veller, id quoque facete recusasse. Itaque hoc ei velim exprobres, ac sincero atque ardenti nostro amatori, certe siquæ omnibus, qui cum Cyriaco Episcopo consuetudinem habent. Hac S. Chrysostomus Casareâ. Eundem Tigri Pseudosynodus Chalcedone in suburbio Ruffini in loco, qui Δέρβε, sive ad Quercum dicitur, congregata sibi cùm S. Chrysostomo sibi voluit, litteris hinc in dialogo Palladij ita inscripta: Sancta Synodus ad Quercum cōgregata Ioanni. Libellos contra te accepimus, mala continentis innumera. Occurre igitur, Serapionem & Tigrim presbyteros assumens tecum: est enim illis opus. Eadem habet Georgius Alexandrinus, qui Trigion Presbyterum euenuchum, & Tigionem, in translatione Tilmanni Tigrin appellat.

VITA EX NICEPH. CALLISTO lib. 13.

Cap. 21.
S. Chryso-
stomo rele-
gato incé-
dium Con-
stantino-
poli.

1.  O die quo magnum Ecclesiæ fidus, Ioannes Chrysostomus, velut occidēs, in exilium abiit, ignis ex medio throgramo, in quo doctrinæ illa lux confidens coruscauerat; à nemine cōiectus, emi- cans drepente per sacras catenas in sublime proreprisit, & ecclesiam ex omni parte carpit, eamque proflus percurrens depastus est: deinde tecto quoque cōsumpto, ad tērgum sacrarum cōdium conuersus, & vehemēti violentoq; inde vento exceptus, proximam meridiem versus Senatus curiam, quamvis longiusculè dissipata, inuasit.

Miraculo-
dam. Flamma namque veluti animata esset, ædificia sè quadam quæ in medio erant, præteriens transiliit; ne videlicet domus, & proxima quæ quoque carpendo, humanum id quispiam fauia/sacra seruantur. Etum esset putaret: tribusque horis opus tantum, quod longo durasset tempore, materiâ quidem longè pretiosissimâ, formâ autem multò pulcherrimâ construatum

ad excidium vergens conflagravit. Porro incendium hoc proserpens, ædificis omnibus in circuitu consumptis, ab ædiculâ eâ solâ se abstinuit, vbi sacra vasa sunt asperuata. Ac ne id quidem absque diuino numine factum esse puto, vt ne calumniatoriis occasio esset, sacrarum rerum iacturâ insignem sycophantiam suendi, virumque sanctum per reprehensionem carpendi. Flamma quæ circiter crepusculum griffati cœperat, ad auroram usque & ulterius progressa, materiam quæ reliqua erat, occupauit & combusit.

3. Sed enim homines peruersi, cùm id, quod æquum Cap. 14. erat, conicere atque intelligere inde deberent, occa- S. Chryso-
stomi fau-
tores, id est
sunt: atque in eos, veluti illi griffati incendium id ex- dirè vox-
citassent, a grauiter animaduerterunt: multisque b E- tur.
piscopos, nec paucos Sacerdotes, & Clericos, alioisque a b item, qui in Ioannis partibus erant, & cum eo urbe exierant, statim comprehensos, Chalcedone in vincula coniecerunt. Alij porro in urbe passim obambulantes, si quis eis vt Ioannis studiosus indicatus esset, eum quoque citra moram rapuerunt, atque custodiæ mandarunt, & vt anathemate virum sanctum feriret coegerunt. Alios autem quibus Ecclesia malignantium exosa erat, exilia, bonorum confiscationes, neces, & tormenta varia disiunxerunt. Erant autem isti, Episcopi & Sacerdotes, & monasticæ philosophiæ sectatores. Oportebat etenim pastore bono impiorum manibus tradito, oves quoque dispergi, & earumdem cum magistro ærumnarum participes fieri.

4. Itaque alijs custodias proximas compleuerunt; alij in ulteriore missi continentem, vastum traicere Multi in-
mare, insulas inhabitaturi, quum quidem multis prius famiter & tormentis essent affecti. Quæ verò illis in profecione barbaræ aduersa acciderint, quænam oratio tragicis verbis ex- relegati.
posuerit Feris enim & improbissimis commissi hominibus, crudeliter & inhumaniter ab eis sunt tractati: neque eis quapiam in re est parsum. Et nonnulli quidē præter commiserationem omnem in viâ ita tractati sunt. Nonnulli verò sine amiculo, clittellarum instar, nudis inieci sunt mulis, haud aliter quam hostiæ aut viæ in caput deorsum transuersum sublati. Despicientiam verò, conuicia, ludibria, graues fannas, illustrationes, quæ acris animum penetrant; aut plagas, & alternata flagra, quæ mortem optabiliorem reddidere, quæ verba satis expresserint?

5. Et quod in horum pudore & infamia sibi delicias facerent, in lupanaria, atque alia fœdissima donicilia, & non in honestas ædes diuerterunt, aliosque idoneis locis hos incluserunt execratione pleni homines. Quæ nescia deducti. tam patua prorsus & pro nihilo potius isti habuere, quam ut à Ioannis partibus seiungi se pateretur. Quid Alij ultro si nonnulli eorum profugere potuerunt, nihilominus extorres. ipsi à seipsis pœnas sumperunt, ad loca sola inuiaque & extrema ad oras seipson condemnantes. Cum feris quippe illi quam cum hominibus tam agrestibus & truculentis habitare maluerunt.

6. Eo tempore maximo excitato motu, quoniam plebem quietam deinceps per seditionem nihil motio constabat, Vbiis Praefectus Optatus publicè pro tribunali de incendio hoc, & quæ conflagraverat Senatus curiâ, questionem exercuit; multisque eo sub praetextu grauiter torrit. Quid enim superstitione Græcam profitebatur, in nostris malis veluti delicias consecans, & Ecclesiasticis cladibus illudens, casu eo deletabatur, & Presbyterum quedam, cui nomen erat c. Tigri, arripuit: ei que vestibus detractis, nudo flagris in tergo plagas intulit, & eò usque hominem ex- Tigri, carnificavit, donec articuli eius soluerentur. Manibus tortus. enim pedibusq; arcte vinctus, quam maximè fieri potuit, distentus est.

7. Tigri verò iste genere barbarus quidem, & eunuchus non ab ipsâ natuitate fuit. Et quoniam in herili domo, pro eo atque debuit, seruitutem seruit, præclaratio-

Eius conditio, ac virtutes.

clariorum quam pro serui captu laudem sibi contipparuit. Quapropter libertate donatus, propter morum humanitatem & modestiam, multo intercedente tempore ad presbyterij euectus est dignitatem. Erat namque moderatus admodum, & aequalitate vitae insignis; erga indigentes, si quis alias, & ipse valde comodus; & in hospites, qui ad eum diuertissent, benignus.

*d
Europius
dirètor-
tus.*

8 Deinde d'Europius etiam Lector productus est, cum quasi incendiarius per indices delatus fuisset. Et primum quidem boii distentis saepius tortus est, postea autem ei fustibus & clavis ossa comminata: vnguis deinde membra, latera, & maxilla concisa: postrem flammarum accensam inferioris corporis partibus is exceptit. Atque ubi nihil est confessus, post eos qui dicti sunt cruciatus, custodiae inclusus est, quam iuuenis & tenero maxime corpore esset. Vbi etiam correptis putredine membris breuiter vitam finiit.

9 Verum enim uero graue mihi non fuerit, somnium quoque, quod de eo accidit, historiæ huic attexere.

*e
Memora-
bili somnio
eius virtus
eius virtus
eius virtus
declarata.*

• Sifinio namque Episcopo dormienti, afflisterem visus est vir quidam formam & proceritatem illustri, habitu etiam honesto & graui, ad sanctiorem sacrificij aram, templi quod Stephano Protomartyri dicatum est. Consternata verò admiratione mente eum esse apparuit, quod viros bonos non inuenerit, cuius rei gratia totam perambulauerit urbem: & quod in tantâ proborum hominum penuria solus præclarus esset Europius. Hac visione propter nouitatem rei Sifinius ad stuporem redactus, celeriter consurrexit, & cuidam Presbytero qui sub eo erat, somnium exposuit: eumdemque per urbem circumuentem, si alicubi Europius quisquam adesset, inquirere iussit. Atque ille coniecturâ ductus, eum confessum esse dixit, qui nuper diutissim illata in quaestione sibi à Praefecto tormenta fortiter pertulisse ferebatur. Et in ipso carcere diligenter, si quis ibi Europius nomine esset, inquisiuit: quem ubi inuenit colloquutus cum eo, & Sifinius somnium commemorato, flens ut pro se precaretur ab eo petiit. Hæc de Tigrio, & Europio.

a Extant hactenus duo impia, inquit Baronius in Notis ad Martyrol. Arcadij edita, quorum altero cogebat pios cum Arfacio communicare, altero vero in eos, qui basilicam incendivsent, inquirendum præcepit.

b De variis vinculis, relegatis, & aliter vexatis, alibi episcopi agit. Ex Nicomachus, & potissimum ad vitam S. Ioannis Chrysostomi. Episcopus & PHORO. Presbyteris in vincula coniectus scripsit hic epistolam II.8.

c Hæc de S. Tigrio ex Sozomeno desumpta sunt, cuius verba sunt lib. 8. c. 2. 4. Eadē occasione etiā Tigrius Presbyter vestibus exutus, flagris in tergo cæsus, manibus ac pedibus vincitus & exrufus, membris dissolutus fuit. Erat hic natione barbarus & eunuchus, sed non à natuitate. Cum autem in familiâ potentis ciuiusdam seruisset, ab herbo probatus, libertatem confecitus fuit. Deinde ad presbyterij dignitatem euectus, progressu temporis apparuit ingenio mansuetu atque miti, & erga pauperes ac peregrinos, ut si quis alias, benevolenter. Non obis in hac tortura, cum de eo hoc legantur in dialogo Palladij: Reliqui de communione Ioannis, partim quidem Attico, communicarunt necessitate compulsi, & ad alias Ecclesias Thracia translati, partim necimus ubi sunt. Autem Anatolium in Gallias concessisse. Presbyteri verò in Arabiam, & Palastinam exularunt. Tigrius in Mesopotamiam relegatus est, &c. Eadem fere Georgius Alexandrinus: Tigrius, inquit, in Mesopotamiam relegatus, istuc remansit. Atticus autem, cui Confessores illi vi communicare cogebantur, creatus est Episcopus Constantinopolitanus anno Christi 406. mense Martio, Arcadio Aug. VI. & Probo Cossuti dictum ad eius vitam VIII. l. and. num. 8.

d Sozomenus hac ita narrat loco citato: Eodem tempore & Europius quidam Lector productus est, ve eos indicaret qui ignem templo iniecerant, quamvis illi & loris, & fustibus, & vnguis, latera, genæque discerperentur, quamvis insuper faces ardentes corpore sustineret, & quidem iuuenis ac tenella curis existens, nihil tamen se scire confessus est; qui quidem post ea tormenta includitur in carcere, in quo non multò post moritur. In Palladij dialogo ita eius obitus describitur: Europius beatissimus, virgo purus, cantor, cælus, & latera ac frontem usque adeo secessus, ut supercilium quoque vellerentur: lampadibus postrem ad latera, ossibus iam nudatis, utrumque admotis, in ligno mortitur, mediisque nocte ab his qui hoc egerant sacerdotalis ordinis viris sepelitur. Deo illius morti dignum testimonium perhibe: quod passionem Redemptoris esset imitatus. Audita enim psallentium cælitum vox Angelicas patefecit excubias. Georgius Alexandrinus hac aliquantulum explanat: Europius plane beatus, qui nequit contigit feminam; idem & cantor, immaniter cælus, & secundum latera vna cum supercilii & intermedio frontis nimia erasione disperitus est, ac tandem utriusque eius latere redundati oleo imbuta lampades, & ad torturam adorante, sic ad motu sunt, ut nuda apparet ossa, donec in ligneis cœpedibus expiraret. Sepultus nocte intempestâ, operâ corū qui sacerdotali fungebatur officio, huīus morti testimonium perhibet Deo, per Angelicū cantum, quod Redemptoris esset passionem imitatus.

e Sozomenus Sifinium hunc (quem Sifinium vocat) Nouationum Episcopum fuisse scribit.

DE S. IOANNE II.

EPISCOPO RAVENNATE.

CIRCI-
TER AN.

TRES ab Hieronymo Rubeo memorantur Rauennates Episcopi, Ioannes appellati, publico cultu ab Ecclesiâ dignati. Primus cognomento Angeloptes, siue Tres SS. qui Angelum vidit, S. Petri Chrysologoi successor, quem ipse Ioannes VII. Iulij, Ferrarius XXI. Nouembris traditè vitâ migrasse. Secundus in Martyrologio Romano XII. Ianuarij celebratur, consentiente Rubeo: quem Ferrarius XXI. Nouembris refert, & cum Angelopte confundit. Præter hos, Ioannes quidam, haud satius constat, reliquo Episcopatu eremiticam vitam complexus est, coliturq; in agro Aretino. Eius natalem contendit Rubeus ad XXI. Nouembris pertinere.

Secundi
natalis:

Vita.

2 De secundo igitur Martyrologium Romanum & Galeſinius hoc die: Rauennæ S. Ioannis Episcopi & Confessoris. Vitam eius à Desiderio ciue Rauennate scriptam Baronius & Galeſinius testantur. Is esse videtur de quo Leander Albertus in Romanula: Genit etiam urbs hæc (Rauenna) Desiderium Spretum & qualcum nostrorum temporum, non insulsum scriptorem, vti ex libris eius de amplitudine, de vastatione, & instauratione urbis Rauennæ patet. At cum eam vitam nondum viderimus, dabimus que de eo tradit Rubeus libro 2. & 3. Histor. Rauenn. Is Gerualium Ricobaldum Ferrariensem, Rauennatis Ecclesie Canonicum citat, qui circa annum Christi 1300. vixit, opusq; historicum collegit in

sex digestum partes, quod & Pomerium inscripsit. M.S. in bibliothecâ Vaticana afferuari idem Rubeus testatur; in bibliothecâ quoque Petri Scriptorij apud Batavos, Vasis.

VITA

EX HIERONYMO RUBEBO lib. 2. & 3.

1. **N**EONI Rauennatis Ecclesie Antistiti via funeto (b Leone magno adhuc Pontifice) successit in Archiepiscopatu Ioannes hoc nomine secundus: qui vindique, & vniuersali temporu calamitate, & propriis miseriis atque incommodis male affectus fuit. Nam hac tempestate Attila Hunnorum Rex, adiunctis Herulorum, Alanorum, Gepidarum, & Turcilingorum copiis, in Gallias transgressus, quāquam ab Aëtio Romano Duce, apud Tolosam d' in campis Catalaunicis, e maximâ clade superatus est; illi tamen haud ita diu post animus denuo rediit, euocatique ad colloquium, apud Curtam, quam hodie Italiam. Irruptio Attila in Italia.

f Ppp 4 cui

**Ex His-
RON.RV-
BIO.** cui cùm multis de cäpissä essent assensi , omnem penè Aquilonem secum trahens , per Aquileiensem regionem in Italiam iter parat .

**Veneta
urbisori-
go.** 2 Aduentu adeò ferocis tyranni , potentisque exercitus , ita animi Italorum deterriti sunt , qui præsertim Venetiam incolebant , vt reliqtis omnes nobilitibus clivitatibus , in vicinas Adriatici sinus insulæ fæse receperint . Atque hinc præcipua eius vrbis origo fuit , quam nunc ingenti prodigo post mille & centum amplius annos , rebus virtutibusque omnibus florentem videimus ; antiquoque vocabulo regionis appellamus Venetas . Neque verò , quod plerique scribunt verum est , aut verisimile , eius initium ab obscuris infimæque pœculæ hominibus ducitum ; cùn non iij , sed quos nobilitas & fortunatum amplitudo Attilano furori maximum subieciit , propriae saluti consulerent . Attila procedens in dies , g Concordiâ primum ferro ignique euer-sâ , mox Optergio , Altino , (quæ vrbis antea ad Rauennæ speciem tota inter paludes erat , tunc tota fere in continentem redacta) Patavio , & Vicetiâ pari clade occupatis , Aquileiam obſidentem exercitu circumse-dit . Longum esset , ac nostro ab instituto alienum , eius obſidionis acta conscribere . Illud non omittendum , per totum tempus , dum Aquileia obſessa fuit , (quod plerique trium annorum , alij tres æstates fuisse scribunt .) Valentianum Rauennæ commoratum , transmisisse reliquis vrbibus obſessis , Aquilez præsertim , subli-dia . Rauennam autem ipse firmâ , egregiâque munitione confirmauit .

**Rauenna
parcit Io-
anne Epis-
copo de-
precante:** 3 Sed Attila , Aquileiâ tandem captâ , Mantuâque , & Brixiâ , Cremoniâ , Bergomo , & compluribus vrbibus præterea ferro miserabiliter cruentatis ac demolitis , Rauennam , ductus nobilitate vrbis , profectus est . De quâ re , Ricobaldus Ferratiensis , Rauennatis Ecclesiæ Canonicus Cardinalis , grauissimus historiarum scri-p-tor , eo libro quem Pomerium inscripsit : In aduentu Attilæ , inquit , de Rauennâ sic legi in commentario Pö-tificio eius vrbis . Rauennæ Attila hoc pacto pepercit . Ioannes vrbis illius Episcopus , sacris viris comitatus , vestibus sacris induitus in albescente cælo , extra vrbem ad Attilam obſidentem peruenit , oravitque vrbi & ci-uisib⁹ ut parceret . Rex , auditâ viri sancti postulatione , Deo sic animum inclinante ac flecente , se sine maleficio quidem , respondit , sed deiecit tamen in terram postibus , ab exercituque & equis conculcatis , ingressu-rum ; ne forte Rauennates suis id vrbibus , aut consilio adſcriberent . Eam conditionem libenter Ioannes , & Rauennates sunt amplexi , Attilæq ; aditum permisere . Qui nihil contra fidem perpetrans , medium per vrbem transiit .

**Româ abſ-
tinet ad
preeces S.
Leonis.** 4 Mox pari calamitate atque Aquileiam & reliquas superiores vrbes affecerat , deuastatis Ticino , Placen-tiâ , Parmâ , superato Apennino in Etruriam se confert , Romam profecturus . Sed aruspicibus monentibus , vt exemplo Alarici , qui b Româ caprâ , non multò pōst inteq̄uit , eam vrbem caueret , in Galliam reflextit iter . Incertus tamen animi , sibi dedecori esse putans , quod inani superstitione ab sempiternâ gloriâ nobilissimæ vrbis abduceretur , suspensis itineribus substinet . Quæ cùm essent Valentiniano renuntiata , qui ad rumorem aduentantis barbari Rauennâ profectus , Romam cō-fugerat , Leonem Pontificem , vt ad Regem aeat , hor-tatur , petatque abstinere ab eâ vrbē , quam religionis Christianæ caput Deus constituerit . Rauennatis Archiepiscopi exemplum animos addebat . Itaque i Leo multis , sed Aurelio præsertim Candido Rauennate , k scribâ suo comitatus , Attilam ad b Mincium adit , per-suaderetq ; ne vltérius progrediatur ; quod & fecit Attila .

**Cur ita
ſit reueri-
tus.** 5 Ducibus verò suis tantam clementiam , quâ l bis præter morem vſus fuerat , admirantibus , respondit , Rauennatem Archiepiscopum sibi Cælitem vſum fuisse ; dum verò se Leo Pontifex alloqueretur , m duos supra illius caput sibi vſos homines , qui districcis gla-

diis , niſi pataret , mortem minaretur . Nec multò pōst in Pannonias reuersus : cui ibidem existenti , Honoria Valentiniani soror , per Eunuchum significauit , cupere se vxorem eius fieri : quapropter efficeret , vt ab Valen-tiniano fratre , aut volente , aut invito , id impetraret . **Moritur Attila.** Quod cùm multis modis Attila tentasset , omnipinoque fæse pararet ad rem efficiendam , noctu repente ex pro-fluio sanguinis de naribus moritur : cùm ad multas vxores , quas habebat , aliam adolescentulam adiunxit , et , quam tamen plerique Honoram falsò putant , ab Valentiniano traditam , annum Domini circiter qua-dringentesimum quinquagesimum quartum .

6 Extant & Simplicij Pontificis ad Ioannem Ar-chiepiscopum Rauennatem litteræ , quibus hominem Lib. 3. acriter increpat , quod Gregorium quemdam , Mutinensem Episcopum fecisset inuitum ; minaturque feueriori se in eum sententiâ vñrum fuisse , niſi cauſa esset iis retractus , quas Proiectus Episcopus , (is autem Foro-cornelienſis forte est , ab Petro Chrysologo consecra-tus , qui ab hoc Ioanne Archiepiscopo sepultura tradi-tus putatur ,) præſens esset allatus ; mandari enim lit-teris illæ cauſæ ob turpitudinem non poterant : edicte que niſi abſtineat inuitis consecrandis , fe illi ordinatio-nes Rauennatis Ecclesiæ , atque Æmilienſis etepturū . Ut autem ea , quæ Ioannis Archiepiscopi cauſâ ferre Gregorius cogebatur incommoda , aliquâ compensa-tione leniret , decernit , vt prædio refuso , quod datum ſibi ante annum fuisse Gregorius aiebat , ad Ecclesiā quæ denuo Rauennatem adiuncto , poſſessionem in Bononiensi , vnde liberum triginta ſolidorum veſtigia ex-cipiebatur , aſſignaret Gregorio , dum viveret . Ecclesiæ tamen Rauennatis , iure proprieatis , vt ipſe appellat , integro feruato ; ad quam , Gregorio vitâ functo , re-diret . Scriptæ ſunt hæ litteræ tertio Kal. Iun. p Seuerino Consule , qui annus est à Christo nato quadrin-gentesimus octuagesimus ſecundus .

7 Deinceps Ioannes cùm Italia , Rauennæque Dura Ra- obſidio. præſertim à Theodorico Ostrogottorum Rege ob-ſeffe , calamitates in dies crescentes intueretur , pacifi-catorem ſe inter eum & Odoacré conſtituit . Sed cùm vtrimeque in diſpati terum ſtatu duræ conditions fer-rentur , nec propterea conuenirent , paſſa eſt Rauenna ingentes difficultates famis & pestilentia ſupra omniū fidem , ſic ut ſordidissimis quibusque , dictu etiam hor-rendis , non parceretur .

8 Sub idem tempus , g Felice III. Pont. Max. vitâ q functo , Gelasius ſuccellerauit : apud quem Ioannes Ar-chiepiscopus , conqueſtus eſt , in multis Italiae ciuitati-bus , quæ ad ſacratos viros munera magistratuque ſpe-ctant , ita eſſe , bellī ac famis incommodo afflicta , in eamque vaſtitatem incurriffe , vt in multis Ecclesiis ad- Ioannes laborat pro complura , eademque ampliſſima , quibus antiquas le- disciplinæ Ecclesiasti- ges , & temporum interualla eorum qui initiari ſacris cæ-deberent , ſic conſtituit , vt minori temporis ſpatio cir-cumſcriberet , ſi quis ē monacho Clericus fieret , multò maiore ſi ex populari , (laicum appellat) relectis biga-mis . Quæ quoniam decretal adhuc extant ab ipſo Pon-tifice ad Episcopos Lucanos , Brutios , Siculoſque , anno ſalutis nonagesimo quarto ſupra quadringentesimum , v. Id. Mart. Aſterio & Præſidio Cofl. missa , non eſt quod hīc ea latiū explicemus .

9 Paullò pōst Ioannes idem Archiepiscopus , ſum-Moritur mis , credo , obſidionis incommodis iam confeſtâ æta-te malè habitus , vitam cum morte coniunctauit .

a Exstat S. Leonis Papa ad hinc epiftola 37. data ix. Kal. No- uembr. consulatu Marciani Augufti , anno nimiriū Christi 451. perperam Leoni inſcripta , pro Neoni .

b Sedit S. Leo ab an. 440. Indict. 8. Valentiniano V. & Anato-lio Cofl. ut habeat Marcellinus Comes , uſque ad an. 461. Dagali-

c Anno Christi 450. t. Marciani , Valentiniano VII. & Auieno Cofl. cùm ſexennio an̄t̄ , Theodosio XVIII. & Albino Cofl. Blé-dam fratrem & conſortem peremisſet Attila , ut ſcribit Prosper .

d Fadè

^d Fædè hallucinatur Rubens. *Hoc præsum commissum est, ut habet Idatius, haud longè de ciuitate, quam effregerant, Metis; sive, ut alij scribunt, in Campaniâ Catalaunensi, ad Vidulam flumen.*

^e Iornandes ex utraque acie occubuisse scribit 162000. Paulus Diac. lib. 15. his. mis. cella 180000. Idatius 300000.

^f Curta ciuitas est Pannonia inferioris Ptolemeo lib. 2. cap. 16. tabula 5. Europa. Budam interpretantur alij quidam viri docti; quam solidâ conjecturâ, ipsi viderint.

^g Superfunt etiamnum pleraque harum urbium; Altini ferè soluta. Harum omnium direptio, quarumdam euersio describitur lib. 15. Mis. cella.

^h Anno 410. Indict. viii. Varane Cof. ut habet Marcellinus.

ⁱ De hac S. Leonis legatione ad Attilam suscepit, quâ totam Italianam, ut ait Anafasius, à periculo hostium liberavit, agemus in eius vitâ xi. April.

^k Hic fluvius ex Alpibus ortus, per Benacum lacum fluit, urbemq; deinceps Mantuanam nobilis stagno circumfundit, ac tandem Padu immiscetur; vulgo nunc Menzo, at priusquam Benacum influat, Sarca dicitur.

^l Paulus Diaconus de solo Leone id refert.

^m Idem Paulus: Tum Regem respondisse, non se eius qui

aduenerat, personam reveritum esse; sed alium se virum iuxta Ex v. A. eum in habitu sacerdotali adstantem vidisse, formâ angustâ, & r. r. s. canitie venerabilem, illumique euaginato gladio sibi terribiliter mortem minitatem, nisi cuncta, quæ ille petebat, explesset.

ⁿ Creatus est Pontifex an. Christi 467. Indict. v. Puseo & Joanne Cof. ut habet Marcellinus: sedit annus 15. colitur 2. Martij. Extat hæc epistola tom. 2. Conciliorum, inter Simplicij epistolas 2.

^o Colitur xxii. Septemb. Forocornelij, sive Imola.

^p Obiisse anno Simplicium Marcellinus scribit. Ast alia complures Seuerino Cof. data legantur ab eo epistola; ut recte Baronius ad annum sequentem eius obitum referat. Videritamen posset hic restituendum: Seucro V. Cl. Col. qui anno 470. cum Jordane Consul fuit. Nam sequentes aliquos Simplicij epistolas ante Seuerini consularum data reperiuntur.

^q S. Felix III. succedit S. Simplicio: ipsi vero Gelasius an. 492.

^r Testatur id ipse Gelasius ep. 9. quæ est ad Episcopos Lucaniae.

^s Successit S. Petrus Iunior, de quo agemus xxxxi. Iulij. Quod Ferrarius in catalogo SS. Italiae, scribit oblationis tempore Ioanni II. Petrum II. sufficiunt, refutatur ex citatâ Gelasij epistola, in quâ v. Idus Martij 494. datâ mentio fit Ioannis adhuc superstitionis, qui anno fortassis sequenti, aut non muliò post, decepsit.

DE S. CÆSARIA VIRGINE, ARELATE IN GALLIA.

CIRCI- ^I **M**AGNI Antifitius Arelatenensis Cæsatij soror fuit Cæsaria, ab eo sanctimonialium cœnobio praefecta; cuius natalem XII. Ianuarij agi scribunt Ferrarius XII. IA- in generali catalogo SS. & Sauffaius in supplemento Martyrologij Gallicani: erit hic eam rursus XIIII. Ianuarij referat. Eius S. Cæsaria res gesta an separatum sint tradita litteris, haud nobis constat. ^{natalis,} Ex vita S. Cæsarij, à Cypriano discipulo ante annum Christi 560. viuente nimis Childeberto Rege descripta, quam xxvii. Augusti dabimus, paucula erui possunt.

² Ex Cabilonensi territorio oriunda fuit. Cuius parentes æquè prosapia, quod est magnum & præcipuum honoris ac nobilitatis exemplum, super omnes conciues suos fide potius & moribus floruerunt. Massilia in virginum cœnobio monasticis disciplinis erudita est, dum frater nouum ei aliisq; virginibus monasterium Arelate molitur. Et enim, inquit Cyprianus, obidentibus Francis & Burgundionibus ciuitatem, iam Alarico Rege à victoriolissimo Clodoueo in certamine (anno 511.) perempto, Theodericus Italæ Rex prouinciam istam Ducibus missis intrauerat. In hac ergo oblatione monasteriū, quod sorori seu reliquis virginibus inchoabat fabricari, multâ ex parte destruitur, tabulis & cœnaculis barbarorum ferocitate direptis pariter & eversis. Dumq; laborem, quem festinus vrgebat Cæsarius, manuque propriâ & sudore construxerat, eueri videret ac destrui, geminato coepit macrōe consumi.

³ Ac pauci interiebuntur: Inter ista igitur monasterium præcipuum sorori suæ parare cœperat, instar prioris normæ & singularitatis claustrî reædificavit. Ipse vero (siquidem nihil obuiat mysterio quod congruit Christiano) quasi recentior temporis nostri Noë, propter turbines & procellas sodalibus vel sororibus in latere ecclesiæ monasterij fabricat arcam: euocatique à Massiliensi monasterio venerabili germanâ suâ Cæsariâ, quam inibi ideo diuexerat, vt diliceret quod doceret, & prius esset discipula quam magistra, in præparatis hancitulis cum duabus aut tribus interim sodalibus intromittit. Conueniunt inibi Virginum multitudines ceteruatim, facultatibus quoque & parentibus renuntiantes: respuunt mortalium flores fallaces pariter & caducos: Cæsarij patris, Cæsariæ matris expertum gremium, quatenus cum eodem accēsis lampadibus regni cœlestis ianuam præstolentur, & competenter ingressæ Christi perpetuis mereantur amplexibus inhærente; ita retrusæ, vt vsque in diem transitus earum nulli liceat foris ianuam egredi de monasterio.

⁴ Demum de Cæsariæ obitu ac sepulturâ: Et ut auferre sacris, quas congregauerat, virginibus curam necessaria preficiatur Cæsaria.

⁵ Obitus S. Cæsarius anno etatis sua 73. initi Episcopatus 40. Cæsaria Constat vero eum ann. 500. Christi, neandum Episcopum fuisse: ^{etas.} nameo anno, post cōsulatum Paulini iunioris V. C. iterū, 111. Kal. Octobr. data ad Æonium eius successorē à Symmacho Papâ extat epistola. Attigit igitur minimum 541. Christi annum. Videtur anno 542. 27. Augusti mortuus. Nam ad eius successorem Auxanium data est xv. Kal. Nouembr. P. C. Basilius iterum, à Vigilio Papâ epistola. Non enim verisimile est, si eodem anno obiisset Cæsarius, successorem tam citè eligi, confirmari, consecrari potuisse, vt misis nuntiis pallium a Pontifice Romano peteret, idq; 18. Octobr. impetraret. Mortuus est autem Cæsarius anno à condito sororis cœnobio 30. Ipsa vero ante fratrem decessit, sed cum tamen è suis nonnullas præmisisset. Vnde coniicere licet circa annum fortassis 530. vitâ functionam.

⁶ Ceterum laudata reperitur Cæsaria, interq; Sanctas Laudatur Virgines connumerata à Venantio Fortunato lib. 8. car. 4. à Venantio His Paulina, Agnes, Basiliissa, Eugenia regnant, ^{Fortunato.} Et quascumque sacer vexit ad astra pudor. Felices quarum Christi contingit amore. Viuere perpetuo nomina scripta libro. Has inter comites coniuncta Cæsaria fulget, Temporibus nostris Arelatense decus;

Cæsarij

EX VARIIS.

Cæsarij monitis luci sociata perenni,
Si non martyrij, virginitatis ope.
Quos Liliola refert æquatis moribus ambos,
Et claram heredem proxima palma manet.

Et pauld inferiis:

Sit tibi dulce decus veneranda Cæsaria præsens,
Præfule Cæsario non caritura tuo.
Illos corde sequens, mandataque corpore cōplens,
Vt teneas flores, has imiteris apes.

Notat Bravverus noster, alios codices habere Cæsaria; diphthongum certè à Venantio expungi.

Regula S.

Cæsaria,

sorori Cæsariae & sociæ sanctimonialibus conscripta, meminit
S. Gregorius Turonensis lib. 9. Histor. Franc. c. 40. de S. Radegunde loquens, quæ necessitate commota, ut ait, cum Abbatissâ suâ, quam instaurerat, Arelatensem urbem expertunt: de quâ, Regulâ S. Cæsarij atque Cæsaria Beata suscepit, Regis se tuitione munierunt. Iterumq; cap. 43. ipsa in epistola ad Episcopos Gallie loquitur Radegundū: Insuper congregationi per me Christo præstante collectæ Regulam, sub quâ S. Cæsaria degit, quam sollicitudo B. Cæsarij Antistitis Arelatensis ex institutione Sanctorum Patrum conuenienter colligit, adscivi. Cui consentientibus beatissimis & huius ciuitatis & reliquis Pontificibus, electione etiam nostræ congregationis, Domnam & sororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filię colui & eduxi, Abbatissam institui; ac me post Deum eius ordinationi regulariter obedituram commisi: cuique formam Apostolicam obseruantes, tam ego quam sacerdotes, de substantiâ terrenâ quæ possidere videbamur, factis Chartis tradidimus: mecu Ananiæ & Saphiræ, in monasterio positæ, nihil proprium referantes.

9 De eadem Radegunde, Agnete, & regulâ S. Cæsariae Venantius Fortunatus lib. 5. cap. 2. ad Martinum Episcopum Gallicum:

Cū Radegunde humili supplex pia postulat Agnes,
Vt commendatae sint tibi, lande Pater.
Et crescente choro per carmina sancta sororum,
Complaceant Domino, te duce, mitè suo.
Atque adscita sibi seruetur ab urbe Genesij
Regula Cæsarij Præsulis alma pij.

Vrbem Genesij vocat Arelatum, quod ibi nobilis Martyr Genesius colatur, de quo xxv. Augusti. Iterum de Cæsarij fine Cæsariae regulâ lib. 8. cap. 4.

Concipiente fide Christi Radegundi amore
Cæsarij lambit regula quidquid habet.

10 Ceterum Regula hac, inquit Bravverus noster, an obliterata formula certa viuendi Cæsariae sorori ab ipso Cæsario & ignorata. Antistite præscripta, an, quod magis probes, legū monastistarum certa fuerit quædam comprehensio, cuius in posteros disciplina abierit, ambigi video. Et pauculus interiectis: Itaque regulam hanc utramuis in partem accipias, à S. Benedicti quidem institutis discrepantem, arbitror eisdem cum ipso Cæsario ex Lirinensi gymnasio profectam; quæ si legum certis capitibus olim descripta fuit, eam obsoleuisse, dies ipsa docet, & illius ignoratus visus, etsi Annalium Ecclesiasticorum scriptori hanc videam esse mentem, vt S. Cæsarij constitutions velit in D. Benedicti instituta migrasse, & in huius regulam, vt riuum in flumen, deriuatas, sicut & ipsum Lirinense cœnobium S. Benedicti familie tandem cessit, id quod proclinem assensionem meretur, in tantâ similitudine & asceticarum legum magnâ inter se congnatione.

Hic primū 11 Eam regulam disertè satetur Baronius tom. 6. ad ann. editur. 508. n. 20. non extare. Bravverus sibi visam non esse declarat. Neque nos eam typicusam remur. Quare facturos opera pretium duximus, sic am hinc daremus. Cogitamus quidem, si vitæ viresq; Sanctorum patrocinio propitiatum Numen annuerit, priscorum Patrum Regulas & alia monastica instituta colligere, inq; lucem emittere, adeoq; & asceticas Sæctorum preceptiones. Verum quia longinquum adhuc id est opus, vt hic pio Lectio-

ri illius ore in prouocemus, Sanctaq; Cæsariae, cuius res gestæ ferè ignorantur, vel sic gloriam illustremus, eam hic Regulam proferemus, absque tamen ita, quas post meditamus, notationibus. Multa in ea sunt, hausta ex epistola 109. S. Augustini.

R E G U L A

MONASTERII S. CÆSARIAE,

sive

Statuta sanctorum Virginum,

à S. Cæsario Episcopo scripta.

¶ S. I. De admittendis, ac probandis.

I A N C T I S & plurimum in Prologus.



Christo venetandis sorori-
bus in monasterio, quod
Deo spirante & iuuante
condidimus, constitutis, Cæsarius E-
piscopus.

Quia nobis Dominus pro suâ misericordiâ inspira-
re, & adiuuare dignatus est, vt vobis monasterium cō-
derentius; quomodo in ipso monasterio viuere debea-
tis, secundum instituta antiquorum Patrum, monita
vobis spiritualia ac sancta condidimus: quæ vt Deo ad-
iuuante custodire possitis, iugiter in monasterij cellulâ
residentes, visitationem Filij Dei assiduis orationibus
implorate, vt poste à cum fiduciâ possitis dicere: Inue-
nimus, quem quæsivit anima nostra. Et idè vos sacras
virgines, & Deo deditas animas rogo, quæ cum incen-
sis lampadibus, & securâ conscientia, Domini præstola-
mini aduentum, vt quia me pro construendo vobis
monasterio laborasse cognoscitis, vestri me itineris so-
cium fieri, sanctis orationibus postuletis; vt cùm in re-
presentetur.

2 Et quia multa in monasteriis puellarum ac mo-
nachorum inter se instituta distare videntur, elegimus
pauca de pluribus, quibus seniores cum iunioribus re-
gulariter viuant, & spiritualiter implere contendant, clausura
quod specialiter suo lexui aptum esse prospicerint. monialium.
Hæc sanctis animabus veltris prima cōueniunt: Si qua
relictis parentibus suis, seculo renuntiare, & sanctum
ouile voluerit introire, vt spiritualium laporum fauces,
Deo adiuuante, possit euadere, vsque ad mortem suam
de monasterio non egrediatur, nec in basilicam vbi
ostium esse videtur.

3 Iuramentum & maledictum, velut venenum Aiu-
diaboli, fugere & vitare contendant. mento &
maledictio

4 Ei ergo, quæ Deo inspirante conuertitur, non li-
cabit statim habitum religionis assumere, nisi antè in abstinenc-
multis experimentis fuerit voluntas illius approbata:
sed vni è senioribus tradita, per annum integrum in eo Probanda
quo venit habitu perseveret. De ipso tamen habitu mu-
candidato, vel leto in scholâ habendo, sit in potestate Prioris;
& quomodo personam vel compunctionem
viderit, vel celerius vel tardius studeat temperare.

5 Quæ autem viduæ, aut maritis relicta, aut mutantis
vestibus ad monasterium venerint, non excipiuntur, Rerum
nisi anteâ de omnibus facultatibus suis, cui voluerint, omnium
chartas, vel donationes, aut venditiones faciant; ita vt abdicatio.
nihil suæ potestati, quod peculiatariter aut ordinare aut
pos-

Matth. 19 possidere videantur, reseruent, propter illud Dominum
21. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae possides.
&c. Si quis non reliquerit omnia, & securus me fuerit,
Luc. 14. non potest meus esse discipulus. Hoc ideo dico, venerabiles filiae, quia sanctimoniales quae possessionem ha-
33. buerint, perfectionem habere non poterunt. Quam rem etiam & illae quae virginis conuertuntur si implere noluerint, aut non excipientur, aut certe vestimenta religiosa non permittatur accipere, donec se ab omnibus impedimentis mundi istius liberas fecerint.

Quid si minorenes sint, aut viri parentes?

Aet. 5.

Quae estate admittentur.

6 Illae vero quae adhuc viuis parentibus substantiam suam in potestate habere non possunt, aut adhuc minoris aetatis sunt; chartas tunc facere compellantur, quae do res parentum in propriâ potestate habere potuerint, aut ad legitimam aetatem peruererint. Ideo hoc sanctis animabus vestris precipimus, timentes exemplum Anania & Saphirae, qui cum totum dixissent se Apostolis obtulisse, partem obtulerunt, partem sibi infideliter reseruerunt; quod fieri nec decet, nec licet, nec expedit.

7 Ancillam propriam nulli, nec Abbatissae, liceat in seruicio suo habere: sed si opus habuerit, de ionioribus in solarium suum accipiat. Et, si potest fieri, aut difficile aut nulla vnuquam in monasterium infantula parvula, nisi ab annis sex aut septem, quae iam & litteras discere, & obedientiae possit obtemperare, suscipiatur. Nobilium filiae, siue ignobilium, ad nutriendum, aut ad docendum, penitus non accipientur.

a In ms. exemplari, quo usitatum, erat hac Regula in brevia capita distributa, quorum post Prologum tituli simul erant descripti. Eos ideo hic omisimus quod nequit ab auctore additos existimemus, quippe qui eti sumarium eorum que traduntur ferre contineant, sapientiam non satia adequare ius respondens. Deinde non nisi media pars huius Regule cuiusmodi erat distincta capitibus. Aliquot tamen capitum titulos hic liber subiit, ut Lettori secus, ac correcimus, fas sit, si usum erit, arbitrari.

1 In primis obseruandum est, ut de monasterio usque ad mortem nullam nullam egrediatur.
 2 A maledicto & a iuramento abstineant.
 3 De habitu non mutando, & obedientiae exhibenda.
 4 Ut nihil, ex his quae secum exhibuit, sibi reseruet, nec per seipsum eleemosynas faciat.
 5 Ut nulla infantula, nisi a sexto anno, excipiatur.
 6 Ut vnaquaque, non quod ipsa voluerit, sed quod ei iussum fuerit, operetur.
 7 Ut nemo cellulam peculiarem habeat.
 8 Ut dum psallitur nemo loquatur.
 9 Nemo filiam cuiuscumque de fonte suscipiat.
 10 Ut signo tacto nulla tardius veniat.

§. II. De disciplinâ operibusq; domesticis.

Opus non eligendū.

8 **N**emo sibi aliquid operis vel artificij pro suo libito eligat faciendum: sed in arbitrio senioris erit, quod utile prospexerit imperandum.

Particula ritas.

9 Nulli liceat semotam eligere mansionem, nec habebit cubiculum vel armariolum, aut aliquid huiusmodi, quod peculiariis claudi possit: sed omnes diuissimis lectulis in una maneat cellulâ. Quae vero senes sunt, & infirmæ, eis taliter conuenit obtemperari, vel ordinari, ut non singula singulas cellas habeant, sed in una recipiantur omnes, ubi & maneat. Numquam altiori voce loquantur, secundum illud Apostoli: Omnis clamor tollatur a vobis; quod fieri nec decet omnino, nec expedit.

Silencium dum psal-

10 Similiter dum psallitur, fabulare omnino, vel operari non liceat.

Ne de fonte suscipiant.

11 Nullam cuiuslibet filiam in baptismum, neque divitis neque pauperis, presumat excipere; quia quae suorum libertatem pro Dei amore contempsit, aliorum expetere vel habere non debet: ut sine aliquo impedimento Deo vacare iugiter possit.

Promptudo obe-

12 Quae signo tacto tardius ad opus Dei vel ad opera venerit, increpationi, ut dignum est, subiacebit. Quod si secundum aut tertio admonita, emendare noluerit, a communione, vel a coniuicio separetur.

13 Quae pro qualibet culpa admonita, castigatur, *Act. 5.* corrigitur, argenti respondere penitus non presumat. *CESARIO,* Quae aliquid ex his quae iubentur implere noluerit, a *EX MSS.* *Correctio.* communione orationis, vel a mensâ, secundum qualitatem culpæ, sequestrabitur.

14 Quae coquunt, singuli illis meri pro labore ad- *Opera do-* dantur. In omni ministerio corporali, tam in coquinâ, mestica, vel quidquid quotidianus exigit usus, vicibus sibi, exceptâ Matre vel Præpositâ, succedere debent.

15 In vigiliis, ut nemo per otium somno grauetur, *Somnolen-* ea opera fiant, quae mentem non retrahant a lectionis *tia.* audiâ. Si qua grauatur somno, aliis sedentibus, iubetur stare, ut possit a se somni marcorem repellere, ne in opere Dei aut tepida inueniatur aut negligens.

16 In ipsis laiciis faciendum suum opus quoti. *Opus lani-* dianum cum humilitate accipient, & cum grandi indu- *scij.* striâ implete contendant.

17 Nemo sibi aliquid vindicet proprium, siue in *Nihil tu-* vestimento, siue in quacumque alia re. Nemo cum *quam pro-* murmurazione aliquid faciat, ne simili iudicio murmu- *rium.* ratorum pereat secundum illud Apostoli: *Omnia faci-* Philip. 2. te sine murmurationibus. *14.*

18 Matri post Deum obdiant: Præpositam susse- *Mensâ.* rant. Sedentes ad mensam taceant, & animo lectioni intendant. Cum autem lectio cessauerit, meditatio san- *ta de corde non cesset.* Si vero aliquid opus fuerit, que mensa precepit sollicitudinem gerat, & quod est necessarium nutu magis quam voce petat. Nec sola vo- *12.* bis fauces sumant cibum, sed aures audiant Dei ver- *10.* bum. Omnes litteras discant.

19 Omni tempore duabus horis, hoc est a manâ us. *Letto.* que ad horam secundam, lectioni videntur: reliquo vero diei spatio faciant opera sua, & non se fabulis occu- *Silentium.* pent, propter illud Apostoli: Cum silentio operantes. 2. Thes. 3. & illud: In multiloquio non effugies peccatum. Et ideo *12.* Prot. 10. hoc vobis omnino loquendum est quod ad ædificatio- *19.* nem vel utilitatem animæ pertinet.

20 Cum autem necessitas operis exegerit, tunc lo- *Letto in* quantur. Reliquis vero in unum operantibus, una de *Sororibus*, usque ad terriam legat, de reliquo medita- *opere.* tio verbi Dei, & oratio, de corde non cesset. Sit vobis anima una, & cor unum in Domino. Sint vobis omnia communia. Sic enim legitur in Actibus Apostolorum: Act. 4. 32. Quia erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicuique sicut cuique opus erat.

§. III. De humilitate, pietate, castitate, aperiendis alienis defectibus.

21 **Q**uae aliquid habebant in seculo, quando ingrediuntur monasterium, humiliter illud offrant Matri communibus usibus profuturum. Quae autem non habuerunt, non ea querant in monasterio, quae nec foris habere potuerant. Illae vero quae aliquid videbantur in seculo, non fastidiani sorores suas, quae in opum ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt; erogatione, nec sic de suis divitiis superbiant, quas monasterio ob- tulerunt, quomodo si eis in seculo fruerentur. Quid prodest dispergere, & dando pauperibus pauperem fieri, si misera anima diabolica infletur superbiâ? Omnes ergo vnamiter & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem Deum, cuius tempora esse meruitis. Orationibus sine intermissione insistite, secundum illud Euangelij: Orantes omni tempore, Luc. 11. ut digni habeamini. Et Apostolus: Sine intermissione *1. Thess. 5.* orate.

22 Cum vero psalmis & hymnis oratis Deum, id *17.* versetur in corde quod profertur in voce. Quodcumque operis feceritis, quando lectio non legitur, de di- *Attentio* in psallen- uinis Scripturis aliquid ruminare. Egrotantes vero do- sic tractandæ sunt, ut citius conualescant. Sed cum vi- res pristinas reparauerint, redeant ad feliciorem ab- *Infirma.* stinentiae consuetudinem. Non sit notabilis habitus vester:

Avct. S. vester: nec affectetis vestibus placere, sed moribus, cæsario, quod vestrum decet propositum.

Ex mss. 23 Nulla in vobis concupiscentia oculorum, cuiuscumque viri, diabolo instigante, consurgat. Nec dicitis vos animos habere pudicos, si oculos impudicos habeatis; quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Nec purare debet, quæ in virum non simpli- citer conuertit adspectum, ab aliis se non videri cum hæc facit. Videtur omnino, à quibus se videri non arbitratur. Sed ecce lateat, vt à nemine hominum videatur, quid facit de illo super inspectore, cui omnino latere non potest? Timeat ergo disperdere Deo: cogitet ne male placeat viro. Quando ergo simul statis, si aut prouisor monasterij, aut aliquis cum eo virorum superuenerit, inuicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam in isto modo vos custodit.

Alieni defedus Marii aperiendi. 24 Si quam verò liberiùs quam decet agere videbitis, secretiū corripite vt sororem. Si audire neglexerit Matri in notriam ponite. Nec vos iudicetis esse maleuolas, quando hoc sancto animo indicatis. Magis enim innocentes non estis, & peccato ipsius participes vos facitis, si sororem vestram, quam castigando corrige potuistis, tacendo perire permittatis. Si enim vulnus haberet in corpore, aut à serpente percussa, & veller hoc occultare dū timet secari, nonne crudeliter hoc taceretur, & misericorditer proderetur? Quantò ergo magis consilia diaboli & insidias illius manifestare debetis, ne in deterius vulnus peccati angeatur in corde, ne concupiscentia malum diutius nutritur in pectore? Et hoc facite cum dilectione sororis, & odio vitiorum.

§. IV. De cauenda proprietate. De curâ vestium.

*Litteras dare aut accipere nefas. 25 Q*VÆCVMQVE autem (quod Deus non patiatur) in tantum progressa fuerit malum, vt occulte ab aliquo litteras, aut quælibet mandata, aut munuscula accipiat, si hoc vltro confessia fuerit, indulgentiam mereatur, & oretur pro eâ. Si autem celans proditur vel conuincitur, secundum staturam monasterij grauius emendetur. Simili etiam distictioni subiaceat, si vel ipsa cuicunque litteras aut munuscula transmittere facilego vslu præsumperit. Pro affectu tamen parentum ad cuiuscumque notitiam, si aliquam transmittere voluerit eulogiam panis, Matri suggerat; & si ipsa permisit, per Posticias det, & ipse nomine illius transmittant cui voluerit; ipsa sine Præpositâ, aut Posticias, per se non præsumat nec dare nec accipere quidquam.

Furtum, & conuictio vi plena. 26 Et quamvis non solum cogitare, sed omnino nec credi debeat, quod sanctæ virgines duti se sermonibus vel conuictis mordeant; tamen si forte, vt se habet humana fragilitas, in tantum nefas aliquæ de sororibus ausæ fuerint, diabolo instigante, prorumpere, vt aut furtum faciant, aut in se inuicem conuicia mittant; iustum est vt legitimam disciplinam accipiant, à quibus regulæ instituta violantur. Necesse est enim vt in eis impleatur illud, quod de indisciplinatis filiis per Salomonem prædictum Spiritus sanctus: Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. Et iterum: Tu virgæ eum cädis, animam eius de inferno liberabis. Disciplinam tamen ipsam in præsentia congregationalis accipiant, secundum illud Apostoli: Peccantes, coram omnibus corripiantur.

Eccli. 30. 27 Et quia monasterij Mater necesse habet pro animatum salutem sollicitudinem gerere, & de substantiâ monasterij quod ad vietum corporis opus est, iugiter cogitare, salutantibus etiam affectum impendere, & epitolis quorumcumque fidelium respondere; omnis lanificij cura, vnde vestimenta sanctis sororibus ministrentur, ad sollicitudinem Præpositæ, vel Lanipendia pertinebit: per quarum industriaum ita fidelis-

ter, cum zelo, & amore Dei, vestimenta quæcumque necessaria sunt, præparentur, vt quotienscumque sanctis sororibus opus fuerit, Præposita offerat; & Mater monasterij, quibus necesse fuerit, cum sanctâ discretione dispenseret.

28 Quæ tamen vestimenta cum tantâ industriâ in monasterio fiant, vt ea numquām necesse sit Abbatissæ extra monasterium comparare. Et non ad vos pertinet, quale vobis indumentum pro temporis cōgruentia proferatur. Si autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriuntur, si aliquæ ex vobis minùs fortè dignum aliquid acceperint, quām prius habuerūt, hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis murmuratis. Tamen si vestra toleratur infirmitas, vt amplius uanda quām vslus quotidianus exigit habeatis, in uno tamen loco, sub communi custode, quod habueritis reponite, & claves de arcellis, vel preliolis vestris Regestaria teneat.

29 Nulla sibi aliquid proprium operetur, nisi cui Nilpro- Abbatissa præceperit, aut permiserit, sed omnia opera prium. vestra in commune fiant, tam sancto studio, & tam frequenti alacritate, quomodò si vobis propria face- retis.

a Non est Salomonis hoc pronuntiatum, sed Iesu Siracidæ. Scriptus fortassis S. Cesarius per Sapientem, & librarius reposuit per Salomonem. Quamquam pars est Salomonis Prou. 13. 24. sen- tentia: Qui autem diligit filium, instanter erudit.

§. V. De Celleraria, Infirmitaria, alijsq.

*30 A*D cellarium, ad posticum, vel lanipendium, tales à seniore eligantur, non quæ voluntates aliquarum, sed que necessitates omnium, cum timore Dei considerent. Et idèò quidquid ad manducandum vel ad bibendum pertinet, nulla de sororibus præsumat circa lectum suum reponere aut habere. Quæcumque autem hoc fecerit, grauissimam distictionem sustineat. Ante omnia coram Deo & Angelis eius obtestor, vt nulla de sororibus vinum occulte aut emat, aut vnde cumque transmissum fuerit accipiat, sed quod transmissum fuerit præsente Abbatissâ, vel Præpositâ, posticiariæ accipiant, & cauenariæ tradat, & per ipsius dispensationem, secundum institutionem regulæ, illi cui transmissum est, quomodò infirmitati suæ conuenit, ita dispenseat. Et quia soler fieri vt cella monasterij non semper bonum vinum habeat, ad sanctæ Abbatissæ curam pertinebit, vt tale vinum prouideat, vnde aut infirmæ, aut illæ quæ sunt delicatius nutritæ, palpentur.

31 Lauacra etiam cuius infirmitas exposcit, mini- Balsio medicina, ita vt etiam si lauari nolit illa quæ infirma- que utem tur. Si autem nullâ infirmitate compellitur, cupiditati suæ non præbeatur assensus.

32 Ægrotantium cura, sive aliquâ imbecillitate laborantium, vni satis fideli, & compunctæ debet iniungi; quæ de cellatio petat quodcumque opus esse per- spexerit. Et talis eligi debet, quæ & monasteriale ri- infirmitaria gorem custodiat, & infirmis cum pietate deseruat. Et quales. si hoc necessitas infirmarum exegit, & Matri monasterij iustum visum fuerit, etiam cellariolum, & coquiam suam infirmæ in commune habeant. Quæ cellario, sive cauenæ, sive vestibus, vel codicibus, aut postico, vel lanipendio præponuntur, desuper Euangeliū claves accipiant, & sine murmure seruant reliquis. Si quæ verò vestimenta, calceamenta, vresilia, negligenter expendenda, vel custodienda putauerint, tamquam interuersor rerum monasterialium, scueriū corrigantur.

§. VI.

§. VI. De iuris & coniunctis corrigendis.

33 *L*ITES nullas habeatis, secundum illud Apostoli: Seruum Dei non oportet litigare. Et illud: Abstine te a lite, & minus peccata. Aut si fuerint, quām celeriū finiatur, ne ira crebat in odium, & festuca conuertatur in trahem, & efficiatur anima homicida. Sic enim legit: Qui odit fratrem suum homicida est. & Leuantes sanctas manus sine ira & disceptatione. Quācumque conuicio vel maledicto, vel etiam criminis obiectu læserit sororem suam, meminereit culpam satisfactione purgare. Quod vitium si iterare præsumperit, distinctione severissimā feriatur, visquequā per satisfactionem recipi mereatur. Iuniores præcipue senioribus deferant.

34 Si qua verò pro quācumque re a excommunicata fuerit, remota a congregatiōne, in loco quo Abbatissa iussit, cum vna de spirititalibus sororibus residat, quousque humiliter petendo indulgentiam accipiat. Si autem, vt fieri solet, stimulante diabolo, iniūcē se læserint, inuicem sibi veniam petere, & debita relaxare debebunt, propter orationes, quas vtique quātò crebriores, tantò puriores habere debent. Quod si illa, cui veniam petitur, indulgere sorori suā noluerit, à communione remoueat, & timeat illud: Quia si non dimiserit, non dimittetur ei. Quæ autem numquā vult petere veniam, aut non ex animo petit; aut à quā petitur, si non dimittit, sine causā in monasterio esse videtur. Proinde vobis à verbis durioribus parcite: quæ si emissā fuerint ex ore vestro; non pīgeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera.

35 Quando autem vos, quæ Præpositæ estis, necfitas disciplinæ pro malis morib⁹ coercendis dicere veniam an verba dura compellit, si etiam in ipso modis vos excusissime fortasse sentitis, non à vobis exigitur vt veniam postuleatis; ne apud eas, quas oportet esse subiectas, dum nimiū seruatur humilitas, regendi frāgatur autoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam quas plus iustè corripit, quātā benevolentia diligatis. Marti, quæ omnium vestrum curam gerit, & Præpositæ, sine murmuratione obediat; ne in illis caritas contristetur. Ipsæ verò quæ vobis præsunt, cum caritate, & verā pietate, discretionē & regulam studeant custodiare. Circa omnes seipſas bonorum operum præbeant exemplum: cotripiant inquietas, consolentur pusillanimes, sustineant infirmas; semper cogitantes Deo se pro vobis reddituras esse rationem. Inde & vos magis sancte obediendo, non solū vestrī, sed etiam ipsarum miseremini, quæ inter vos quantò in ordinatione superiores videntur, tanto in periculo maiori versantur: pro quā re non solū Matri, sed etiam Præpositæ, Primiceriæ, vel Formariæ, cum reverentia humiliter obedite.

a Vulgo negant Doctores potestatem ferendi censuras Ecclesiasticas posse feminis conferri. Dicuntur tamen Abbatissa alieq; sanctimonialium Praefecta excommunicare, cùm à communis psalmodiā, certij, religiosis contuberniis, aut vī etiam diuinorum misteriorum tantisper suas iubent abstinere, in penam euipham delicti. Consule Aegidium de Coninck tom. 2. de Sacramentis disp. 13. dub. 4. nn. 33: Henrinez lib. 13. cap. 24. &c.

§. VII. De colloquio cum externis.

36 *A*NTI omnia propter custodiēdam famam vestram, in secretā partē monasterij, & in oratoriis, exceptis Episcopis, Proutore, & Presbytero, Diacono, & Subdiacono, & uno vel duobus lectoribus, quos & ætas & vita commendat, qui aliquotiens Missas facere debeat, nullus introeat. Cūm verò aut tecka retractanda sunt, aut ostia, vel fenestræ sunt componendæ, aut aliiquid huiusmodi reparandum, artifices tantum & serui ad operandum, si necessitas exegerit, cum Proutore introeant; sed nec ipsi sine scientiā aut

Tom. I.

permissione Matris. Ipse verò Proutor in intēriorem Av. c. r. partem monasterij, nisi pro his utilitatibus quas supērius comprehendimus, numquām introeat; & numerus EX MSS. quām aut difficultè sine Abbatissâ, aut aliā honestissimā teste, vt sanctæ sorores secretorum ysum, sicut decet & expedit, habeant.

37 Matronæ etiam secularēs, vel puellæ, seu reliqua mulieres adhuc in habitu laico, similiter introire res? prohibeantur.

38 Obseruandum est etiam, ne Abbatissa ad salutantes in salutatorium sine digno honore suo, hoc est, Abbatissa sine duabus aut tribus sororibus, procedat. Episcopi, quā ratio Abbates, vel reliqui religiosi quos magna vita committunt, si petierint, debent ad orationem in oratorium introire. Obseruandum est etiam, vt ianua monasterij opportuno horis salutanibus pateat.

39 Coniuium etiam his personis, hoc est, Episcopis, Abbatibus, monachis, Clericis, secularibus viris, mulieribus in habitu seculari; nec Abbatissæ parentibus, nec alicuius sanctimonialis, numquām, nec in monasterio, vel extra monasterium, præparentis. Sed nec Coniuium Episcopis huius ciuitatis, nec Proutori quidem ipsius quibus monasterij, coniuium fiat. De ciuitate verò nec reliquias ager sanctæ virgines & Deo deuotæ, magis Christo vacantes pro vniuerso populo debent orare, quā corporalia coniuia præparare. Si quis verò germanam suam, vel filiam, aut quamlibet parentem, aut sibi cognatam videte voluerit, præsente Formariæ, vel qualibet seniore, ei colloquium non negetur.

40 Si qua tamen de aliā ciuitate ad requirendam filiam suam, aut ad visitandum monasterium venerit, si religiosa est, & Abbatissæ visum fuerit, debet ad concubituū vocari; reliqua penitus numquām: quia sanctæ virgines & Deo deuotæ, magis Christo vacantes pro vniuerso populo debent orare, quā corporalia coniuia præparare. Si quis verò germanam suam, vel filiam, aut quamlibet parentem, aut sibi cognatam videte voluerit, præsente Formariæ, vel qualibet seniore, ei colloquium non negetur.

§. VIII. De agris, vestibus, supellecīile.

41 *A*BBATISSA nisi inæqualitate aliquā aut infirmitate, vel occupatione compellente, extra Abbatissæ congregationem penitus non reficiat.

42 Illud ante omnia te, sancta Mater, & venetabilis quācumque fueris Præposita, etiam cuicunque cura committenda est infirmarum, Primiceriæ etiam, vel Formariam admoneo & contestor, vt vigilans consideretis, si sunt aliquæ de sororibus quæ pro eo quod delicatiū nutritæ sunt, aut defectionem forsitan imbecillitatem frequentiū patiuntut, & sicut reliqua absconuenienter non possunt, aut certè cum grandi labore ieiunant, si illæ propter verecundiam petere non præsumunt, vos eis iubatis à Cellariis dari, & ipsis ut accipiant ordinatis, & certissimè confidant quod quidquid, dispensante aut iubente seniore, qualibet hora receperint, in illâ repausatione Christum accipiāt. Cellariæ verò, & illæ quæ infirmis seruitur sunt, super omnem sollicititudinem, cura illis & diligentia infirmorum coram Deo & Angelis denuntietur. Hoc etiam moneo vt, propter nimiam inquietudinem, ad ianuam monasterij quotidiana vel assidue eleemosynæ non fiant, sed quod Deus dederit vt possit vībus monasterij remanere, Abbatissa, per Proutorem ordinet pauperibus dispensandū.

43 Ante omnia obseruandum est, vt si filiæ aliquis, vel aliquæ necessitudini ad se pertinenti, vestimenta vel aliquid aliud dederit, sive transmisserit, non occulte accipiat. Pro quā re omnibus quæ ad posticum obseruauerint, contestor coram Deo & Angelis eius, vt Nibildanus de monasterio permittant dare foris, vel in monasterium intus acquiescant excipi, extra conscientiam sine venia. vel consilium Abbatissæ. Tamen si Abbatissa, vt assulet, cum salutatoribus occupata fuerit, posticiariæ Præpositæ ostendant quodcumque exhibitū fuerit. Quam rem si implere neglexerint, & illæ posticiariæ quæ permittunt,

Q q q

Avot. mittunt, & ille quæ excipiunt, non solum districtio-
S. CESA- nem monasterij grauissimam sustinebunt, sed propter
rio,
Ex mss. transgressionem sanctæ regulæ, caussam se mecum an-
te Deum nouerint esse dicturas. Ipsum verò quod
transmissum fuerit, si illi opus ad vñsus suos fuerit, ipsa
habeat. Si verò illa nihil indiget, in commune reda-
ctum, cui est necessariū præbeatur; propter illud Do-
mini mandatum: Qui habet duas tunicas, det non ha-
benti. Indumenta verò ipsæ cùm noua accipiunt, si
vetera necessaria non habuerint, Abbatissæ refundant,
pauperibus, aut incipientibus iunioribus dispensanda.

Non ha-
benda/u-
perflua. **Luc.3.11.**

Color ve-
stium.

Leoti ra-
tio.

Templi ve-
ornatus.

Externorū
vestes non
curanda.

44 Omnia verò indumenta, simplici tantum &
honesto colore habeant. Numquām nigra, numquām
lucida, sed tantum laia vel lactea in monasterio, per
industriam Præpositæ, vel sollicitudinem lanipendia-
fiant; & Mater monasterij, quomodo cuique rationa-
biliter necessaria fuerint, dispensem. Tinctura in monas-
terio nulla fiat, nisi, ut supradictum est, laia & lactea;
quia aliud humilitati virginum non oportet. Le-
taria verò ipsa simplicia sint: nam satis indecorum
est, si in lecto religiosæ stragula secularia, aut tapetia
pieta resplendeant. Argentum in vñsum vestrum non
habeatis, absque ministerio oratorij.

45 Plumaria, & acupictura, & omne polymitum,
vel stragnula, siue ornaturæ, numquām in monasterio
fiant. Ipsa etiam ornamenta in oratoriis simplicia esse
debet, numquām plumata, numquām holoferica,
numquām bombycina: & nihil aliud nisi crucis, aut
nigræ aut lactea tantum operis assutio de pannis aut
lacteis apponatur. Nam nec lacerata appendi, nec ta-
bulæ piæ affigi, nec in parietibus vel cameris vñla pi-
ctura fieri debet, quia in monasterio, quod non spiritu-
libus, sed humanis tantum oculis placet, esse non debet.
Si verò aliqua ornamenta, vel à vobis, vel ab aliquo de
fidelibus monasteriorum collata fuerint; aut vñibus
monasterij profuturis, vendantur, aut Sanctæ Mariæ
basilicę, si necesse fuerit, deputentur. Acupictura num-
quām nisi in mappulis aut facitergiis, in quibus Abba-
tissa iussicerit, fiat.

46 Nulla ex vobis præsumat Clericorum, siue lai-
corum, nec parentum, nec cuiuscumque virorum, siue
mulierum vestimenta, aut ad lauandum, aut ad con-
suendum, aut ad reponendum accipere; ne per istam in-
cautam, & dishonestam, ac inimicam familiaritatem,
fama monasterij lædi possit. Quæcumque hoc obser-
uarè noluerit, tamquām si cimen administrerit, ita distri-
ctione monasterij feriatur.

a Videtur legendum, aliquā necessitudine.

S. IX. Brevis recapitulatio præcedentium.

47 TE verò sanctam ac venerabilem Matrem mona-
sterij, & te Præpositam sanctæ congregationis,
coram Deo & Angelis eius, admoneo & contestor, vt
Contesta- nullius vñquam vel minæ, vel oblocutiones, vel blan-
tio Superio- dimenta, mollient animum vestrum, vt aliquid de san-
cta ac spiritualis regulæ institutione minuatis. Credo
tamen de Dei misericordiâ, quod non nisi pro aliquâ
negligentiâ reatum incurre, sed pro sanctâ & Deo
placita obedientiâ ad æternam beatitudinem possitis
feliciter peruenire.

48 Cùm Deo proprio in exordio institutionis mo-
nasterij vobis regulam fecerimus, multis tamen posteà
vicibus ibi aliquid addidimus vel minuimus. Pertra-
hac regula. stantes enim, & probantes quid implere possitis, hoc
nunc definiuimus, quod & rationi, & possibilitati, &
sanctitati conueniebat. Quantum enim diligenter tem-
perimento capere potuimus, ita Deo inspirante tem-
perata est regula ipsa, vt eam cum Dei adiutorio ad inte-
grum custodiare possitis. Et idèocoram Deo & Ange-
lis eius contestamur, vt nihil bivitriæ mutetur aut mi-
nuatur.

49 Pro quâ re quascumque schedas priùs fecimus

vacuas esse volumus. Hanç verò, in quâ manu meâ re-
capitulationem scripsi, sine vñlâ diminutione, rogo & Nihil in
moneo, vt Deo adiutorie fideliter ac feliciter impleatis, ^{cum} mutan-
tibus incessanter Dei adiutoriorum implorantes, ne vos vene-
noso consilio suo antiquis hostis impedit, qui de ipso
cæli fastigio sibi consentientes ad inferni profunda cō-
suevit abstrahere. Vnde sanctæ ac venerabiles filiæ,
moneo, vt cum omni virtute & vigilantis sollici-
tudine, suggestiones illius repellere studeatis. Et sic cù
Dei adiutorio currite vt apprehendere valeatis, quia
non qui cœperit, sed qui perseverauerit usque in finē,
hic saluus erit. Et licet credā, quod ea quæ superius scri-
pta sunt, sancta pietas vestra & semper memoriter te-
neat, & Christo auxiliante non solum fideliter, sed et-
iam feliciter implete contendat; tamen vt ea quæ con-
stituimus sancto cordi vñstro tenacijs valeant inhæ-
re, istam paruulam recapitulationē, quam manu meâ ^{Addita} ^{hac recen-}
scripsi, fieri voluimus, quam rogo Deo inspirante, &
libenter accipere, & iugiter studeatis cum Dei adiuto-
rio custodire.

50 Hoc enim est, quod specialiter, absque vñlâ di-
minutione, à vobis volumus obseruari, vt nulla ex vo-
bis usque ad mortem suam de monasterio egredi, vel ^{monaste-}
in ipsam basilicam, in quâ ianuam habetis, aut permit-
tatur, aut per seipsum præsumat exire.

51 Vt nulla cellam peculiarem habeat. Vt familia-
ritatem, aut quamlibet societatem, nec cum religiosis,
nec cum laicis, seu viris seu mulieribus, secretâ habeat.
Nec sola cum solo lequi vel sub momento temporis ^{Communi-}
permittatur: nec vestimenta eorum ad lauandum, vel ^{niciatio cū} ^{externis}
tingendum, aut custodiendum, vel ad consuendum ac-
cipiat. Et, sicut in ipsâ regulâ constituimus, nec quid-
quam ab intus foras occulte transmittere, aut à foris
intus excipere audeant.

52 Nulla aliquid proprium nec foris possideat, nec
intus habeat; nec ad ordinationem suam aliquid reser-
vet: sed, sicut superius diximus, chartis cui voluerit tra-
dat factis, vt ab omni impedimento sit libera, propter ^{Omn um}
illud quod Dominus dixit: Si quis non renuntiauerit ^{abdicatio.} ^{Luc.14.}
33, omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. ^{Matth.16.}
Et illud: Si quis vult venire post me, abneget semetipsū ^{24.}
sibi. Qui semetipsum iussus est abnegare, quâ fronte
præsumit sibi aliquid de impedimentis mundi istius re-
seruare, & non magis quod scriptum est contremiscit,
ac meruit, quia impedimenta mundi fecerunt eos miseri-
os. Et illud Apostoli diligenter attendite: Volo, in-
quit, vos sine sollicitudine esse. Et hæc fideliter obser-
vans, securâ conscientiâ dicat: Mihi mundus crucifixus ^{1.Cor.7.}
est, & ego mundo. Et illud: Omnia vt stercus arbitra-
tus sum, vt Christum luci facerem. ^{32.} ^{Gal.6.14.}
Phil.3.8.

53 Coniuivum nec Episcopo istius ciuitatis, nec al-
terius, nec vñli virorum, sicut in hac regulâ statuimus, ^{Coniuiv.}
præparetur.

54 Epistolæ nullius hominis, etiam nec parentum, ^{Littera.}
occultè accipiantur; aut sine permisso Abbatissæ vñlæ
qualescumque litteræ transmittantur.

55 Moneo specialius, sicut iam diximus, vestimenta ^{Vestes.}
lucida, vel nigra, vel cum purpura, vel vibrina, num-
quām in vñla habeantur, nisi tantum laia & lactea.

56 Capita numquām altiora ligent, quām hoc lo-
co mensuram de incato fecimus.

57 Omnia opera in commune faciant.

58 Quæcumque ad conuersationem venerit, in salu-
tatorio ei regula frequētius relegatur. Et si promptâ &
liberâ voluntate professâ fuerit, le omnia regulae insti-
tuta complere, tamdiu ibi sit quamdiu Abbatissæ iu-
stum ac rationabile visum fuerit. Si verò regulam se
dixerit non posse complere, penitus non excipiatur.

59 Ianua monasterij, numquām extra basilicam ^{Ianua.}
cum vñstra voluntate, aut cum vñstro permisso fiat: &
vespertinis, & nocturnis, ac meridianis horis numquā
pateat; ita tamen vt ipsis horis, & quando reficitur,
claves Abbatissæ apud se habeat. Ipsa tamen Abbatissæ ^{Claues.}
sanctæ

sæc[u]lo congregatiōnis, cui nihil possidere licet, aut aliquid peculiare habere permittitur, Deum ei contestor ut in quantum possib[ilit]as fuerit, quæ necessaria sunt, ministrare illis studeat.

- Ornatu.** 60 *Plumaria, & ornaturas, vestimenta purpurea, & omne polymitum, numquam in monasterio fiant*
2. Tim. 2. *propter illud Apostoli: Nemo militans Deo implicat*
4. *se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probauit.*

**§. X. De electione Abbatissæ. Regulâ
non mutandâ.**

- Electione & Abbatisse.** **Q**UOTIENS sancta Abbatisse ad Deum migrauerit, nulla ex vobis carnali affectu, aut pro natalibus, aut pro facultatibus, aut pro parentelâ aliquâ, minus efficacem fieri velit; sed omnes Christo inspirante vnamiter sanctam ac spiritalem eligit, quæ & regulam monasterij possit efficaciter custodire, & venientibus responsum cum ædificatione, & compunctione, & cum sancto affectu sapienter valeat reddere: ut omnes homines, qui vos cum grandi fide & reuerentia, pro suâ ædificatione expertunt, Deum uberioris benedicant, & de vestrâ electione, & de illius quam elegistis conuersatione spiritualiter gratulentur.

- Nihil mu- 62 Elicet, filia & vnicè mihi in Christo caritate
tandum in venerabiles, de sanctæ pietatis vestræ obedientiâ sum
regulâ. securus, tamen pro paternâ sollicitudine, quia vos An-
gelis desidero esse consimiles, iterum atque iterum ro-
go, & per omnipotentem Deum vos contestor, vt ni-
hil de sancte regulæ institutione minui permittatis, sed
totis viribus eam custodire auxiliante Domino labo-
retis, scientes quia unaquæque propriam mercedem
accipiat secundum suum laborem.

- Adhortatio ad seruandam regulam.* 63 Et hoc ante omnia rogo, ut admonitionem nostram non transitoriè accipiat sanctitas vestra, qui non ex nostrâ præsumptione loquimur, sed secundum quod scripturis canonice legitur, antiquorum Patrum libris

- abundantissimè continetur, vos cum grandi affectu & cum verâ caritate salubriter admonemus. Et quia legit̄is, quod qui vnum mandatū minimū neglexerit, min-
imus vocetur in regno cælorū, nolite humilitatis no-
stræ verba quasi minima despicere, propter illud quod
scriptum est: Qui vos spernit, me spernit. Et illud: Qui
spernit modica, paullatim defluet. Quomodo enim in
Eccl.19.1. quocumque carnali certamine tantum vnuſquisque
abieciſtior erit, quantò eum minor & inferior persona

- Iac. 2.10.** superauerit, ita & in spirituali luctamine in eo qui negligens fuerit in minimis, implebitur illud quod scriptū est: Qui vniuersam legem seruauerit, offendat in vnum, factus est omnium reus. Hæc enim ego cum grandi nō

- solum timore, sed etiam tremore cogitans, dum paue-
scit animus meus, ne vos aliqua vel minuta peccata
subripiant, non solum admoneo, sed etiam supplico,
pariterque contestor, & cum grandi affectu caritatis
adiuro, vt in illam æternam beatitudinem ad consor-
tium Angelorum omniumque Sanctorum sine confusione
veniatis, simul & cù Sancta Mariâ, vel cum omni-
bus virginibus coronas gloriæ accipere, & cælestem
Agnum sequi vos feliciter videre promerear, vt toto
corde, & toto animo mandata superius comprehensa
studeatis implete, per quæ ad æterna præmia possitis
feliciter peruenire.

- Abbatissæ regulam mutare cupienti resistendū.** 64 Illud etiam quod non credo, nec Deus pro suâ misericordiâ fieri patiatur, si quoque tempore quelibet Abbatissæ de huius regulæ institutione aliquid immutare, aut relaxare tentauerit, vel pro parentelâ, seu pro qualibet conditione subiectâ, vel familiaritatē Pontificis huius ciuitatis habere voluerit; Deo vobis inspirante, ex nostro permisso, in hac parte cum reuerentiâ & grauitate resistite, & hoc fieri nullâ ratione permitte: sed secundum sacra sanctissimi Papæ urbis Romæ adiutoria, vos auxiliante Domino munire in omnibus stude: Præcipue tamen de infra scriptâ re-

Tom. I.

capitulatione, quam manu meâ scripsi, contestor ut n- Avcr.
hil penitus minuatur. Quæcumque enim Abbatissa, aut S. Cæsa-
quælibet Præposita, aliquid contra sanctæ regulæ in- Rio,
stitutionem facere tentauerint, nouerint se meeum an- Ex MSS.
te tribunal Christi cauissam esse dicturas.

65 Et si forte, quod Deus non patiatur fieri, aliqua *Contumacia* de filiabus nostris tam pertinax animo, quæ huius re-*ces ut coet.* gulaꝝ recapitulationem salubriter, & secundum institu*cenda:* tionem sanctorum Patrum scriptâ implere contemnat, à sanctæ congregationis vestræ conuentu eam accensæ zelo sancti Spiritus remouete : & tam diu in cellâ salutatoriâ sit remota, quamdiu dignam pœnitentiam a-gens, humiliter veniam petat; & donec ad regulâ instituta se corrigit, intus non regrediatur. Hoc ideo dicimus, quia timendum est, ne dum vnius negligentia pal-patur, & secundum regulam non corrigitur, aliæ quæ proficeret poterant, virulentur. Sed credimus de Dei misericordia, quod dum sancte & spiritualiter agitis, & eas quæ negligentes sunt cum verâ caritate corruptis, feliciter ac pariter ad æterna præmia veniatis, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & impe-rium in secula seculorum, Amen.

§. XI. *Psalmodie & iejuniorum ratio:*

CVM Dei adiutorio psallite sapiēter. Ordinem **Ordo psal-**
C etiam quomoddū psallere debeatis, ex maximā lenti.
parte secundū regulā monasterij a Lyrinensis, in hoc
libello indicauimus inferendū. In primo die Paschæ ad
Tertiam psalmi duodecim cum alleluiaticis suis & an-
tiphonis; tres dicantur lectiones, vna de A&tibus
Apostolorum, alia de Apocalypsi, & de Euangeliō ter-
tia. hymnus: Iam surgit hora tertia. Ad Sextam psalmi
sex cum antiphonā. hymnus: Iam sex̄a sensim volui-
tur; & lectiones. Ad Nonā similiter dici debent psalmi
sex, cum antiphonā. hymnus: Ter hora trina voluitur.
Lectione, & capitellum. Ad lucernarium dicetaneus
breuis; & antiphonæ tres. Hymnus: Hic est dies verus
Dei; quem hymnum totum Pascha, & ad matutinos, &
ad vesperam psallere debet; & ad duodecimam iu-
primis: Sol cognovit occasum suum: & psalmi decem
& octo dicantur, antiphonæ tres, & hymnus: Christe
precamur annue. Die aliâ ad duodecimam, Christe qui
lux es & dies, hymnus datur. Et sic omni tempore
vicibus isti duo hymni dicantur. Lectiones ad ipsam
Paschalem duodecimam duæ, vna Apostoli, alia Euan-
geliorum de resurrectione dicantur. Ad nocturnos
psalluntur psalmi decem & octo antiphonæ minores
cum Alleluiaticis suis, & lectiones duæ, hymnus, &
Capitellum. Hoc ordine toti septem dies sunt celebri-
di. Post pascha vēd ipsi nocturni dicendi sunt usque
ad kalendas Octobris. & usque kalendas Augusti sex̄a
feria tantum & Dominica vigilentur. Post pascha vēd
usque ad Pentecosten sextā feriā semel reficiendum est.
Et post duodecimam missā futurā sunt, hoc est le-
ctiones decem & octo memoriter dicendā sunt; &
post psalmi decem & octo, antiphonæ tres. Post no-
cturnos vēd missā tres ad librum fieri debent usque
ad lucem.

67. Ieiunium à Pentecoste usque ad kalendas Septembris. Ab hinc eligitе quomodo debeatis iejunare, id est, quomodo virtutem vel possibilitem viderit Mater monasterij, sic studeat temperate. A kalendis Septembris usque ad kalend. Nouembris secundâ, & quartâ, & sextâ feriâ iejunandum est: à kalendis vero Nouembris usque ad natalem Domini, exceptis festiuitatibus vel b Sabbatho, omnibus diebus iejunare oportet. Ante Epiphaniam iejunandum est septem diebus. Ab Epiphaniâ vero usque ad anteriorem hebdodomadam Quadragesimæ, secundâ, quartâ, & sextâ feriâ iejunandum est.

68 Natalis Domini & Epiphania ab horâ tertiâ De officio noctis usque ad lucem vigilandum est, ita ut ante no- diuinum.

Auct.
S.CESA-
RIO,
Ex mss.

Nocturnos Missæ sex de Prophetiâ Isaia. Et post nocturnos Missæ sex de Euangeliô dicantur. In Epiphaniâ ante nocturnos Missæ sex de Daniele fiant: post nocturnos de Euangeliis Missæ sex. Quotidianis verò diebus ad Tertiam, Sextam, Nonam, tñi psalmi cum antiphonis, hymnis, lectionibus, vel capitellis suis dicantur. Dominicâ verò die vel Sabbathorū, ad Tertiam psalmi sex; post quos lectiones tres, vna de Prophetis, alia de Apostolo, tertia ex Euangeliis; & post ipsas lectiones psalmi sex, antiphona vna, hymnus, & capitellum. Cunctis diebus festis ad Duodecimam psalmi qui ad Tertiam dicendi sunt, antiphona tres iungantur. Lectiones verò de re, hoc est de ipsâ festivitate dicantur.

69 A Kalendis Octobris usque ad Pascha addite secundos nocturnos, id est psalmos decem & octo; Lectiones duas, & hymnum. Ad primos nocturnos, in primo dicite: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, in fine: Rex æterne Domine. A secundo nocturno: Magna, & mirabilia. Aliâ nocte ad primum nocturnum dicendum est: Media noctis tempus est. Ad secundum: Æterne rerum conditor. Ad secundos nocturnos imprimis incipite: Miserere mei Deus, miserere mei. Post nocturnos legantur orationes tres; psallat Antiphona, & Responsus, & alia antiphona. Post hoc usque ad lucem impleantur Missæ quatuor. Si fieri potest nunquam minuantur, numquam matutinū, numquam tardius excitentur. Post hoc matutinales Canonici dicantur, priuatis diebus cum antiphonis, festis verò diebus cum alleluia psalluntur. Omni Dominicâ sex Missæ fiant, postea matutinæ fiant. Imprimis dicite dñe staneum parvulum, Confitemini, cum Antiphonâ, Cantemus Domino. & omnes matutinarij cū alleluia dicatur. Sabbatho enim & omnibus diebus festis vigilæ celebrentur. In solemnitatibus verò ipsis impletis matutinis, & hymnum dicant, Te Deum Laudamus. In exteriore oratorio procedendum est, & dicēdus est directaneus parvulus. post hoc canticum: Cantemus Domino. deinde benedictio trium puerorum. post benedictionem, hymnus: Gloria in excelsis Deo. Deinde dicenda est Prima cum psalmis sex, & hymnus: Fulgentis auctor ætheris. Lectiones duæ, vna de veteri, alia de novo testamento, & capitellum. Hoc modo Dominicâ vel Sabbatho, & maiori bus festiuitatibus fieri debet. Ad vesperam simili modo in exteriore oratorio directaneus parvulus dicatur, & Antiphona tres, Hymnus vna die: Deus qui certis leibis, alterâ die, Deus creator omnium. Omnibus verò diebus Dominicis, ad vigilias Euangelia legantur, sed semper in primâ Missâ vna resurrectio legatur, alterâ Dominicâ altera resurrectio, sic & tertia, sicque quarâ. Et dum illa prima Missâ in resurrectione legitur, & semper in primâ Missâ vna resurrectio legitur, nemo sedere præsumat. Postea verò in illis quinque Missis quæ sequuntur, omnes secundum consuetudinem fideant. Quando festiuitates Martyrum celebrantur, prima Missâ de Euangeliis legatur, reliqua de passionibus Martyrum. Priuatis verò diebus in vigiliis ordine suo libri noui vel veteris Testamenti legatur. In hyeme omni die post nocturnos tres Missæ fiant. Ante omnia ipsa lectione in vigiliis ita temperanda est, ut & desiderari & seper augere.... Et ideò per singulas orationes binæ, aut certè non amplius ternæ paginas regantur. Si verò euenerit ut tardius ad vigilias consurgant, singulas paginas, aut quantum Abbatissæ visum fuerit, legant: in cuius potestate erit, ut quando signum fecerit, qui legit sine morâ consurgat, ut canonicus Missarum numerus possit impleri. Pro quâ re ipsæ vigiliæ sic temperentur, ut quæ latae sunt post vigilias somno non opprimantur. Omni tempore post matutinos usque ad secundam horam legant, postea verò faciant opera sua.

70 Quando aliqua defuncta fuerit, paucæ sorores

illam vigilent, usque ad medium noctem, & legatur Apostolus. Post medium verò noctem illæ quæ vigiliæ apud mortuas. vigilie

uerunt usque ad matutinos requiescant, & reliquæ vi-

gilantes vnam Missam faciant de Euangeliis, reliquas de Apostolo. Et hoc si aliqua senior de hac luce migraverit. Si verò iunior fuerit, de Apostolo fiant Missæ usque ad matutinos. Ante omnia studendum est, ut cùm aliqua de sororibus defuncta fuerit, sancto Episcopo in notitiam deponatur, ut ipse eam usque ad basilicam, vbi ponenda est, psallendo pro sanctâ deuotione deducat, & Clerici de Sanctâ Mariâ.

a De Litino plenius agemus xvi. Januarij in vita S. Honorati.

Fuerat isthic monachus Cæsarius.

b Carolim Sabbathi ieiunium uitum in Ecclesiâ fuerit, ac deinde impermissum, eruditò ut cetera disputat Baronius tom. I. ad an-

57. num. 202. G. 103.

§. XII. Ordo conuiuij. Epilogus.

71 ORDINEM etiam conuiuij hunc regulę inferendum esse credimus. Ciborum omnibus diebus in ieiunio tria, in prandio bina tantummodo preparantur. In festiuitatibus maioribus ad prandium, & ad cœnam ferula addantur, & recentes & de dulcamina addendæ sunt. Quotidianis vero diebus in æstate ad prandium binos caldellos accipiunt. Ad cœnam vero bini caldelli sufficiunt. Iuniores vero ad cœnam, & ad refecionem binos accipiunt. Pulli verò infirmis tantummodo præbeantur: nam in congregazione numquam ministrentur. Carnes verò à nullâ vñquam penitus in cibo sumuntur, nisi forte aliqua in desperatâ infirmitate fuerit, iubente & prouidente Abbatissâ accipiatur.

72 Vos tamen piissimæ sorores coram Domino Deo nostro obtestor & deprecor, ut humilitati meæ, vel sanctarum Matrum vestrarum, id est, institutoribus monasterij, & regulæ conditoribus, hanc in perpetuum gratiam referatis, ut pro nobis diebus ac noctis suis Matribus intercessio vestra caritatis inniglet, & publicâ oratione, vel in diurnis solemnitatibus, vel in nocturnis excubiis deprecatione vestrae sanctitatis obtineat, ut ascendens ante conspectum Domini petitio vestra dignum vel me Ecclesiâ suâ Pontificem, vel illas sanctæ congregationi vestre constituat & concedat esse præpositas; & cum ante tribunal illius cœperimus creditori talentorum reddere rationem, si quæ sunt culpæ vel negligentiae, siue meæ circa curam Ecclesiæ, siue Matrum vestrarum erga sibi creditarum, intercessu vestro Dominus nobis remittere, & culparum vulnera remissionis medicinâ sanare dignetur, quia nec emendatur culpæ, nisi Sanctorum orationibus ille remiserit, nec remittit nisi fuerint emendatae.

73 Et quia propter custodiam monasterij aliqua ostia, siue in veteri baptisterio, siue in scholâ, vel in textrino, vel in turre iuxta pomerium, clausi atque damnavi; nullus illa vñquam sub qualibet utilitatis specie riri. aperire præsumat, sed liceat sanctæ congregationi resisteret, & quod fame vel quieti suâ incongruum esse cognoscunt, fieri non permittant.

Rogat S. Cæsarius ut pro se & tribus orientem moniales.

Cæsarius peccator regulam hanc sanctarum virginum relegi, ac subscripsi. notau sub die x. kalendas Iulij.

APPROBATIO EIVSDEM REGVLÆ.

PAULINVS Dilectissimo Fratri Cæsario & Hor-
misda. Exulto in Domino, dilectissime frater, &
indesinenter exulto, ita apud te religiosæ studium vi-
gere

gere reuerentia, vt indefessa sollicitudinis continua-

tione perwigiles, quatenus in Ecclesiâ Dei quidquid ad

b cultum eius pertinet, & nouis quoque profectibus au-

S. Cesarij geatur: & de cetero non aliquid satis officio putes, nisi

zelus ab semper adiunxeris. Est tibi fidelis curâ specialis infixus

Hormisdâ propositus: & vnde amabilis Deo Propheta cum dice-

laudatus. ret: Ego semper in te speravi Domine, deuotione hanc

Pf. 70. 14. sibi non credens suffecisse, subiunxit: & adiciam su-

per omnem laudem tuam. Amor verus non est solitus

esse contentus obsequiis: & defactum sui caritas putat,

nisi feruor dilectionis exstinctus. Videat licet inhæren-

tem præcordis fidem, vt secratoru speculator & co-

gnitor, Deus non tamen dispensationem suam patitur

occuli, aut thesaurum suum citra incrementum celari:

iubet cultores suos arcanam reuerentiam in aperto pro-

ducere, & laudem suam personanti exultatione canta.

Pontifice Pontificie mona-

sterij liber-

atem con-

firmari. quoque Dei nouiter choros instituisse te, dñe & tis litte-

ris indicasti, poscens ut in praefato puellarum monaste-

rio à te nuper condito nullam potestatem & successores

quandoque tui habere penitus permittantur; quatenus

sacrata Deo virgines ab omni inquietudine, vel mole-

stiâ absolutæ, omnipotenti Deo liberis mentibus va-

leant iugiter famulari.

2 Digna prouidentia sacerdotalibus institutis, ad

pudicitiam decantandam Deo corda compungere, &

sacro cultui de illis seminibus mysticis fructum virginitatis offerre. Hoc esse summum votum suum in illis

2. Cor. 11. voluminibus sacris declatauit. Apostolus dicens: De-

sponsau vos vni viro virginem castam exhibete Chri-

Conformat **Pontifex.** sto. Quamobrem petitionibus fraternalitatis tuae liben-

tissime annuentes, Apostolicâ auctoritate firmamus

atque decernimus, ut nullus Episcoporum, successorum

quoque tuorum, in antedicto monasterio audeat sibi

potestatem aliquam penitus vindicare, nisi tantum pro

Dei intuitu, pastorealem sollicitudinem gerens, familiam

Christi Domini ibidem positam, congruis quibusque

temporibus (iuxta quod concedet) sincero animo cum

suis Clericis studeat visitare. Tum deinde æquum est,

vt parilli deuotione vterque sexus locis sibi congruis

confistens, Dei gloriam cōcīnat, sicut stabili atque ple-

nissimâ fide vterque spem redēptionis exspectat.

3 Quod autem venditionem ad dilectionem tuam,

d Conformat **Ep. vendi-** donationemque in monasterio earumdem puellarū

Dei antè factam, nostrâ postulas auctoritate robo-

tari, sperans, vt Ecclesiasticorum alienatio prædiorum

non præsumatur in posterum, nostris interdicta decre-

tiis, probamus propositum tuum, & desiderium in tan-

tum fatemur esse laudabile, vt gaudeamus, vobis quo-

que eadem non licere. Sed non oportuit distrahi, quod

Ecclesiæ seruitus de Ecclesiæ substantiâ ratio suade-

bat prosus emptione concidi: boni operis fructum de-

cet esset gratuitum. Exspectanda est reði studij mer-

ces potius quam petenda, ne per vtilitatem vnditio-

nis immiquatur remuneratio caritatis. Confirmamus

tamen circa monasterium virginum à vobis vel vendi-

rum, vel donatum, & sub eadem viâ alienationem Eœ-

clesiasticorum prædiorum decretis præsentibus exhibi-

bemus, quod per Sacerdotes omnes ad caritatis vestræ

diæcessum pertinentes, sub vestrâ dispositione perferte-

: æquum est enim vt quæ salubriter ordinantur ge-

neraliter obedient. Deus te in columnam custodiat, fra-

ter carissime.

* Marcellus Episcopus relegi & consensi.

Ioannes consensi & subscripti.

Seuerus consensi & subscripti.

f Cypritanus relegi & consensi.

Contumeliosus Episcopus relegi & consensi.

Montanus Episcopus relegi & consensi.

Petrus in Christi nomine relegi & consensi.

a Non dubium quin hic sit S. Hormisdâ Papa, de quo vi. Augu-

sti. Is anno 514. Symmachus successit, obiit an. 523.

b Ms. habebat nobis.

Tom. I.

c Ipse in suo testamento S. Cesarius (tom. 6. Annalium Baronij Ex. Mss. an. 508.) facetur Papæ Vrbicani auctoritate hac sancta.

d In eodem testamento enumerat que à se erant illi cōnobia do-

nata.

e Est hic fortassis Saniciensis Episcopus, qui concilio Agathensi

2. subscriptus reperitur an. 506.

f Regens hic Episcopus fuit, subscriptusq. concilio Arelatensi IV.

anno 524. Carpenteriensis an. 527. Valensem 2. an. 529. &c.

Incipiunt orationes supra defunctæ corpus; hoc est, quando migrat foror de corpore.

Pro recordationis affectu, fratres karissimi, mea-
morationem faciamus caræ nostræ illi, quam Dominus de tentationibus huius seculi assumpit, obsecran-
tes misericordiam Dei nostri; vt ipse tribuere dignetur
placitam & quietam mansionem, omnes lubricæ tem-
eritatis offensas, vt concessâ veniâ plena indulgen-
tia, quidquid in hoc seculo proprius error attulit, to-
tum ineffabili pietate ac benignitate suâ compenseret.
Per Dominum nostrum Iesum Christum filium suum:

Item alia.

Tibi Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ
Deus, supplices deprecamur pro spiritu famulæ tuæ
illî, quam de voraginibus hiis seculi accersire
præcepisti; vt digneris Domine dare ei locum refrigeri-
æ & quietis, liceat ei transire portas infernum, &
vias tenebratum, maneatque in mansionibus Sanctorum
& in luce sanctâ, quam olim Abrahæ promisisti
& semini eius. Nullam læsionem sustineat spiritus eius,
sed cum magis dies ille resurrectionis ac regenerationis
aduenierit, resuscitare eam digeneris, Domine, vna
cum Sanctis & electis tuis. Deleas ei dilecta atque pe-
cata vñque ad nonnullum quadrantem, tecumque im-
mortaliatis vitam, & regnum consequatur æternum:
Per Dominum nostrum, qui venturus est, &c.

Supra sepulcrum, quando sepelitur.

Debitum humani corporis sepeliendi officium,
fidelium more, compleentes, Deum, cui omnia viuunt,
fideliter depreceamus, vt hoc corpusculum à nobis inti-
mfirmitate sepultum, in virtute & ordine Sanctorum
resusciterit; & eius spiritum sanctum ac fidelibus iubeat
aggregari: cuique in iudicio misericordiam tribuat,
quamque morte redemptam, debitum solutam, Patri
reconciliatam, boni Pastoris humeris reportatam, Spi-
ritu sancto protectam, in comitatu æterni Regis pe-
renni gaudio, & Sanctorum consortio perfici con-
cedat: Qui vivit & regnat:

Item alia.

Omnipotens æterne Deus, qui humano corpo-
ri à teipso animam inspirare dignatus es, dum te iuben-
te pului pulueri redditur, tui lane imaginæ tam San-
ctis & electis, vna cum Angelis & Archangelis iubeas
sociari.

Item alia.

Præstare Domine Iesu Christe, defunctæ famile-
tuæ illi, remissionem ac solatium, vt quæ hodie desti-
tutam se tertenis opibus cœnit, hunc ad mirabilem
splendorem latæ Sanctorum consortio & requie glo-
rietur. Per Dominum nostrum.

Item alia.

Commendamus tibi, Domine, animam fororis

nostræ illi, vt propter quam ad terras tuas pietate de-

scendisti, Patriarcharum tuorum simibus insinuare non

renuas. Migrati in tuo nomine de hac mobilitate in-

terram, sempiternam illam vitam atque lætitiam in cœle-

stibus præsta Domine; Qui viuis & regnas Deus in se-
la seculorum, Amen.

Qqq 3

D E

DE SANCTO VICTORIANO

ABBATE IN HISPANIA.

AN. CHR. I
D L X .
XII. I A -
N V A R II .
S. Victo-
riani na-
talu ,
professio ,

O SCA illegetum in citeriori Hispaniâ antiqua vrbs ac celebris, S. Victorianum Abbatem solenni cultu hoc die veneratur, quod Petro I. Aragonia Regi opem tulisse calitus in eâ rrbe à Maurorum seruitute vindicandâ crederatur. Victorianum quidam appellant. Ita VVion: In Hispaniâ S. Victorini Abbatis, monet in Notis suis Abbatem Cæsaraugstanum. Eundem refert Dorganius, & Menardus in Martyrologio Benedictino. Ast Antonius Tepes centur. i. ad an. 537. cap. i. negat Benedictini instituti fuisse, siquidem vera sint que à Zurita aliisq; scriptoribus Hispanie de eius monasterij origine traduntur; à Giselaico nimirum constructum aliquantò ante ipsius ordinis Benedictini ortum. Verum & prius quam in Hispaniam veniret Victorianus, id aiunt adificatum, & potuit regulam S. Benedicti sibi suisq; iam euo maturus adsciscere, (quod & de S. Romano tradunt) cum annis circiter vinti S. Benedicto supervixerit. Ferrarius in generalicatalogo SS. Apud Cæsaraugstanum in Hispaniâ S. Victorianus primi Abbatis Asanensis. Idem iterum xix. Ianuarij: Apud Oscam in Hispaniâ S. Victorianus Abbatis. Ioannes Marrieta lib. 2.2. ad eundem xix. Ianuarij diem illum reuocat.

Vitam S. Victorianus Hispanice scriptis è reveribus monumentis Franciscus Didacus de Ayrsa- & Triarte Antiquatum Oscianar. lib. 2. cap. 38. 39. 40. Meminerunt eiusdem Sancti, Rodericus Archiepiscopus Toletanus lib. 6. cap. 1. Ioannes Mariana noſter lib. 10. cap. 2. Zurita lib. 1. cap. 32. & quoquot Alcoracense prælium commemorant.

Victoria 3. Opera pretium fuerit Mariana narrationem hic dare: Alcora Oſcensis obſidio, inquit, (occubuerat eā inchoatā Rex San- censis, patru Petri parens pridie Nonas Iunij an. 1094.) diuturna trocinio fuit atque ſemestris, vt quidam affirmant, alij ultra bienium productam fuile contendunt. Obſeffi fatigati omnibus malis, & ad supremam annonam difficultatem redacti, Almoſabenum Cæſaraugusta Regem auxilio euocant, Garsiam Cabrae Comitem, & Gonſaluum vi- rum principem: nam, in eā temporum face morumq; labo, Christianos Mauris opitulari aduersus Christianos religio non erat. Gonſaluuſ non venit, misit tamen validam ſuorum manū: affuit Garsias. Rex Maurus supremo conatu infinitam multitudinem Maurorum ſub signis habebat. Cum his copiis Cæſaraugusta mouent. Adducta erat res in maximum periculum, & extre- mū penè diſcrimen. Garsias ipſe, ſue ſyncero animo, ſue benevolentia ſimulatione, Petrum monet, niſi res perditas vellet, quamprimum rediret in patriam. Vicit tamen honesti respectus, & sacramenti religio, quo ſe fratres patri morienti obſtrinxerant, niſi caprā vrbe non ceſſaturos. Vrbi vicina planities protenditur,

Reliquia cui Alcoratio nomen eſt, huius prælii euentu maximè eiua ad caſtra delata. cui nobilis. In eā planite vniuerſi certaminis aleam ſubite conſtituunt, fretri numine, cuius propitiandi cauſa cor- pus D. Victorianus in caſtra delatum erat. Concubia prætereat nocte oblata Regi ſpecies augiſtior humana, monentis, vt prælium magno animo inuaderet, de vi- toriā certus.

Pugna. 4. In primo agmine Alphonsus curabat, in poſtre- mo Rex ipſe, median aciem, Lisania & Bacalla vici no- bilissimi regebant: equites in fronte erant; ab his pu- gna cœpit. Mox legionum ſigna inuecta aduersus Barbaros, qui ſuā multitudine ſubiectos campos & vici- nas valles compleuerant. Acerimia pugna fuit, nulla eo ſeculo neque maior periculo, neque felicior euentu. Gemitus cadentium, clamor pugnantium, fragor ar- morum, nihil prætereat exaudiebatur. Ex vrbe viros & feminas, vt Maurorum res erant, modò latos, modò pauidos considerare fas erat. In noctem pugnâ produ- et, hand ſatis intelligebatur, yrra pars meliora tuliffet:

noſtri cauſâ, virtute, & scientiâ pugnandi; hostis ſu- perabat numero. In armis vſque ad ſequente lucem perſtitum: tanta erat cupiditas instaurandi pugnâ, tan- tus instantis periculi metus piorū animos occupabat. Cū cognitum eſſet Mauros defeuilſe caſtra, Almoſabenum contentâ fugâ Cæſaraugustum petere, fu- gientibus inſiſtunt: cædendi ſinem ſatietas, & defati- gatio artulit. In pugnâ fugâque hostes quadraginta *Clades Sa-* millia ceſi; ex noſtris vix mille deſiderati, pauci quidē, *raceorū.*

S Zurita idem de S. Georgio ex aliis monumentis con- firmat, aitq; eius honoris ipſo pugna loco à Rege adem erectam: *Quo die contingit.* commiſſam verò pugnam xviii. Novembri, feria i v. non, vt vulgo traditur, xxv. Novembri. At xviii. Nouemb. an. 1094. incidit in Sabbatum, 1095. in Dominicam, 1096. in feriam iii. Quo horum annorum contingit, non ſatu inter auctores conuenit. De xxv. die eadem eſt difficultas. Idem Zurita, Rode- ricum Toletanum ſecutus, S. Victorianum Martyrem vocat. Coluntur quidem aliquot Victorianus Martires, aſt huc non pertinent.

V I T A

A FRANC.DIDACO DE AYNSA-Y-YRIARTE

Hispanicè ſcripta.

PRÆFATIO AVCTORIS.

Gloriosum Abbatem Victorianum religioſe cumprimis veneratur ciuitas & diocesis Oscana, quod eius præcipue patrocinio à crudelissimâ Maurorum sit perſecutione liberata. Nam a Sanctius Rex, eiusque filius Petrus, cum vrbe hanc premerent obſidione, ſacras sancti huius virti ex- uias arcæ inclusas ad caſtra deportari curarunt, non *S. Victoria-* vanum, vt recte existimabant, ad victoriā momen- *ni patroci- nio Osc* tum habituras: vel in hoc victoriā Ducis Iosue (pie- recepta- tem imitati, qui quā ſericho vrbe potiretur, arcam Iosue 6. testamenti diuino monitu iuſſit circum mœnia deferri, quæ ad eius præſentiam vi quadam arcanâ conuulſa corruerūt, ac ciues cum Rege interneceione deleti ſunt. Certum quoque Petro, Regi inclito, à S. Victorianus corpore caſtris illato victoriā omen, & præſidiū fuit, Nam Oscam vrbe feliciter expugnauit, b quatuor Reges Mauros cepit, atque interemit, vt alibi fuſiūs narratum eſt à nobis. In gratiarum igitur actionem Ecclesia & diocesis Oscana festo dupliſi S. Victorianus memoriam celebrat. Solebant verò duo de Magistra- *Eius ibi- feſtum.*ribus, quos luratos vocāt, cum aliis ciuibis, quotannis eo die in monaſterio Montaragonij, vbi eius reliquiæ aſſeruantur, ſacris intereffe. Nunc, propter neſcio quas præeminentia contentiones, non ipſi eō ſe conuerunt lurati, ſed duos de minoribus Magistris eō able- gant, qui binas offerunt candelas certæ candidæ, vice- nas libras appendentes, easque in ſolemni ſupplicatio- ne ipſi geſtant, ac deinde ante Sancti ſepulcrum ſta- tuunt.

a Si

Plurimas impetrat. 2 Si quando autem sterilitas agros infestet, aut sterilitatem pluviæ penuria minetur, caput sancti viri ad ædē D. Virginis de Salas dictam, deportant. Quoties vero id factum est, aut omnino in eum finem prolatum sancti viri corpus, semper immensa vis est imbrion: consecuta. Quamobrem in veteri huius diecēsis Breuiario dicitur. S. Victorius esse veluti fons aquæ in tempore necessitatis.

Aetas eius. 3 Difficile fuit eius Acta colligere, à nemine tradita litteris. Nam cùm in asperorum montium recessu degeneret, seculo maximè incurio & negligente, multa sunt obliuione sepulta. Eorum tamen aliquam epitomen continent Olcanæ & Ilerdensis diecēsis Breuiaria; fūsūs descripta extant in proprio S. Victoriani monasterio, plenissimè in monasterio Mōtaragonio, vbi eius sacrum reconditum est corpus, vitaque in antiquo Breuiario manu exarata in mēbranā, quam mihi d' Abbas, qui ei cœnobio nunc præst, tradidit in Hispanticum sermonem accurate conuersam.

a Id plerique post Sanctij mortem à Petro curauim volunt, ipseq; Aynzalib. cap. 11. vbi scribit, paucis annis ante S. Victoriani corporis suis à Sancto rēca argentea inclusum.

Insignia Aragonia. b Hinc regni Aragonia insignia, crux rubea in scuto argenteo, & quatuor Maurorum capita, viuā cœu diademate redimita.

c Ilerda, vulgo Lerida, vrbis est Episcopalis sub Archiepiscopo Tarragonensi.

d Ioannes Briz Martinez, cuius extat insignis historia monasterij S. Ioannis Rupensis, vel, ut alij vocant, Pinnatenensis, vulgo de la Peña.

C A P V T I.

S. Victoriani ortus, institutio, virtutes.

Vtile Sanctorum vi. scribe- 4 Es est sanè illustris ac propè diuina, gesta & virtutes Sanctorum aut declarare verbis ad eorum qui viuunt emolumenatum, aut litteris ad memoriam profectumque posteriorū consignare. Inde quippe honor & laus in eum amplissima redundat, cuius gratiâ tantos labores generosè sustinuerunt, æternaque præmia sunt cōsecuti. Ad illud verò non Pattrum dumtaxat antiquorum, sed & ipsorum poëtarum prouocat exemplum. Quantu[m] ij carminum varietate & elegantiâ, quantâ copiâ & vbertate, Gentilium facinora & triumphos prosecuti sunt? Si enim illi vanâ humanæ laudis, tenui[que] gloriolæ titillatione incitati, ea retulerunt, quæ vel gesta erâ, vel geri certè potuerant, sed ita verbis ornata, vt non tantu[m] gesta viderentur, sed vehementer legentium animos possent cōmouere; quantum potius nos oportet ea primùm meditari, quæ ad Dei gloriam amplificandam pertinent, deinde quæ ad gesta Sanctorum illustranda, si non exquisitâ venustate verborum, at stylo certè humili & ad inflammmandam pietatem accommodato; & quemadmodum Apostolus olim, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis? Quoniam verò hīc materia redundat veritatis, nihil fabulis opus, ordinuque poëticæ: neque id Deo, qui veritas est, placeat potest, si mendaciis eius exornemus opera. Eius igitur ope fretus, qui aperit ora mutoru, & ex ore infantium & lactentium perficit laudem suam; vitam, acta, miracula S. Victoriani describere aggrediar: quo ex opere voleo, vt Christo Domino nostro honor & laus accrescat in omnilioco, in pitorum verò hominum animis vehementius cælestium rerum desiderium accendatur.

1. Cor. 2. 4. 5 Patriam habuit S. Victorius Italiam, parentes genere illustres, multò tamen fidei ac virtutis laude illustriores. Ii filium, mox vt in lucem prodit, continuò baptizandum curarunt. Tenerâ ætate eam præse tuli[m] motum honestatem, vt iam tum virum perfectum eum intuentes iudicarent. Veluti Duci suo auctoratus milles eiusque mox honorario donandus, membra sua obtulit arma iustitiae in sanctificationem; atqueante certamen, rationem eius modum: quæ sedulò præmedita-

S. Victorius Italus. 5 Patriam habuit S. Victorius Italiam, parentes genere illustres, multò tamen fidei ac virtutis laude illustriores. Ii filium, mox vt in lucem prodit, continuò baptizandum curarunt. Tenerâ ætate eam præse tuli[m] motum honestatem, vt iam tum virum perfectum eum intuentes iudicarent. Veluti Duci suo auctoratus milles eiusque mox honorario donandus, membra sua obtulit arma iustitiae in sanctificationem; atqueante certamen, rationem eius modum: quæ sedulò præmedita-

batur. Eum Christus sibi iam cum eximium athletam Ex Ht- præparabat, è seculi palestrâ deinde ad spirituales cum SPANICO dæmone hæresibusque congressus educendum. Ita stu FRANC. diis litterarum à primis annis erat deditus, vix ut se à D.D. AYNSA: Magistrorum conspectu auelli pataretur.

6 Cùm humanioribus artibus esset excultus, quæ Sacris lit- ceterarum aditum aperiunt scientiarum, fabulas poë- terarum, ceteraque profanæ eruditio[n]is incantamenta det. repudians, considerare ad Christi pedes cœpit, ei[us]que ve- luti doctori operam dare. Ex eo igitur cælestem ac sa- lutarem doctrinam hausit in sacris reconditam volu- minibus, in quorum lectionem assidue incumbebat. His in studiis tales in dies progressus faciebat, vt cum æstate morum grauitas, prudenter, iudicij maturitas vna crescerent. Nam virtutum ceterarum augmenta quid dicam? Ea litterarias progressiones non æquabant so- lū, verū etiam superabant. Quem non ille vigilia Floret vir- rum constantiâ, ciborum abstinentiâ, risus moderatio- tusibus.

ne, carnis continentaliâ, animi submissione, caritatis officiis superabat? Senes quoque quod in eo imitarentur habebant exemplum. Nemo illo in frequentandis diuinis officiis feruentior, nemo in largiendis pro facultate eleemosynis liberalior. Mirabantur interea gestie- bantque latitâ parentes illius, quod eum essent diuino munere filium nati, qui ceteris esset exemplum virtutis.

7 Cùm his vacaret sanctus iuuenis exercitationibus ravanam virtutum, ingēti omnibus esse cœpit admirationi, qui p[ro]gloriā pe qui in eo venerabilem senectutem contemplabā. fugit. tur, non annorum numero computatam, sed virtutum momentis æstimatam. Ergo paſſim omnium sermo- nibus celebrabatur. Quod vbi ille persensit, ingenti correptus est horrore, non secus ac qui lethiferū virus hausit. Metuebat videlicet ne assentatrixes hominum linguæ ei virtutis meritum eriperent, cuius præmium à Deo solo expectabat, coronam iustitiae. Inde partim parentum facultatibus, partim alienâ pietate collatis sumptibus, monasteria xenodochia que ad sicut ea, Monaste- ria & que religiosis hominibus cōmisit: qui cùm hospitium xenodochia vietumque præberent peregrinis, salutarem vna moni- edificat.

C A P V T II.

In Galliam, & Hispaniam peregrinatio.

8 Cū igitur recte secum statueret non posse se Abit à Christum perfectè sequi, nisi eius amore omni patriâ. se carnali affectu exueret; decrevit sanctus iuuenis, cum aliquot eiusdem instituti sociis, ex Italiâ profugere. At verò gnatus non habere se hīc manentem ciuitatem, quamdiu à cælesti patriâ exularet, ad illam aspirabat Heb. 13. habitacionem non manu[m] tam, sed æternam in cælis. 14. Transmissis festinatò Alpibus in Galliam ingressus est, Venit in cuius ineolas & prædicationis, & singularis exempli dimino quodam splendore, mirè ad omnium studium virtutum prouocavit. Isthic verò, quoniam elongarat fugiens, eratque iam in solitudine, videbatur certam sibi libertatem securitatemque consecutus, quoniam nec caritas parentum, neque alia necessitudo eum à cœpto virtutis studio iam poterant auellere.

9 Cœpit igitur exteris quas apportarāt merces dis- trahere, persuadendo lasciuishonestatem, liberalita- Omnes ad tem auaris, superbis humilitatem, iracundis mansuetu- virtutem dinem, dissidentibus pacem ac caritatem. Quoniam horratur: verò quod verbo horribatur, exemplo multò validius inculcabit, magnum consequebatur suæ prædicatio[n]is fructum. Vir erat omnino sanctus, fide constans, spe fulmus, ardens caritate, patientiâ inuiditus, in dandi,

Ex Hispanico consiliis prudens, affabilis, benevolus & equalibus, subditis benignus, corpore castus, vultu placidus, denique FRAN. omnium ornatu virtutum conspicuus.

DID. **AYNSA.** **10** Vulgariter eius sanctitatis fama, magni ad eum fieri concursus, non vulgi solùm, sed & nobilium; quorum alij corporis, alij animi salutem consequi optabant. Nam curationum singularem à Deo gratiam impetrārat. Ergo seruus bonus, & fidelis dispensator ceditorum sibi bonorum, lac parvulus, robustioribus acclares.

Miraculus perfectis solidiore cibum dabat in tempore arguens, obsecrans, increpans: ac suis precibus varias depellens & gritudines. Certus demum maioribus laboribus ampliorem tribuendam à Deo mercedem, in variis Galliae provinciis multa & dedita monasteria, magnam Deo famulantium multitudinem congregans; atque, vt bonus pastor ac pater, cum cura pastorali paternam coniungens pietatem, omnes assidue hortabatur, vt indefessis virtutum gressibus ad religionis fastigium entrentur. Ita verò hæreticorum vnum familiaritatemque deuitat. execrabatur, vt secundum Apostolum post vnam & Tit. 3.10. secundam correptionem eos omnino deuitaret, satis id 2. Cor. 6. habens perspectum, nullam esse societatem luci ad te 14. & 15. nebras, nullam conventionem Christo ad Belial.

11 Cùm per viuieram Galliam latè eius fama Discedit è spargeretur, omnique vel Victorianus auditu nomine, Gallia. spirituali quodam sensu lætitiae exultarent; timere cœpit ne quid animo suo paullatim à populati laudatione inanis gloriola surreperet. Russus igitur demigrare inde constituit. Ac quemadmodum dilectus similis Cant. 2. preæ, hinnuloque ceruorum fugit supra montes aro matū; ita vit Dei cor eterxit suum vt exaltaretur Deus; atque importunum deuitans hominum concussum, illius dumtaxat societatem expetiit, cuius lœua sub capite eius, & dextera cuius amplexabatur eum. Regnabat tunc in Italiam Theodoricus, qui cùm tutor esset Amalarii nepotis sui admodum adolescentis, ^a Hispaniam b quoque eius nomine administrabat, ^b Consulibus Romanis Boëtio & Symmacho. Generoso igitur humilitatis pede, omnem mundi superbiam proculcauit Vi Ioah. 6.15. & orianus, Christi exemplo, qui cùm venturi essent homines, vt facerent eum Regem, fugit seque iis subduxit. Victorianus certè cùm magnâ apud Gallos floreret opinione sanctitatis, omnique eum quois honore ornandum & dignitate proclaimarent; fallaci humanæ laudis illecebra le subducens, omnibus quæ & dedita monasteriis, insigni prudentiâ & virtute viros præficit, assumptisque aliquot nouæ perigrinationis comitit. In Hispania in Hispaniam venit. Quacumque verò iter agebat, exemplo ac verbo omnes ad studium virtutis per trahebat. Currebat enim non quasi in incertum, nec tamquam aërem verberans, sed destinatum persequebatur; ad brauim supernæ vocationis Dei. Certans itaque viriliter arque indefensè cum hoste, omnes ad similem conflictum spiritualem animabat. Superatis tandem Pyrenæis in Hispaniam intravit, regnante ut dictum est, Amalatrico sub Theodorici tutelâ, rem Romanam administrantibus prædictis Consulibus; anno Christi c.....

12 Cumque locum rerum diuinarum meditationi In aspera aptum reperisset, in latere asperi montis situm, cuius rupe degit. adeò difficilis erat ascensus, vix vt eum capræ ipsæ silvestres possent superare, reliquam deinceps isthic agere ætatem instituit. Hic spelunca non incommodam habitationem præbebat, quam irrigabat aquæ limpidissimæ riuelus ex ipso montis cacumine scaturiens. Haud procul inde vicus erat cui Asanio nomen, iuxta quem & deditum à ^d Gesaleicō Gotho, Rēge Hispaniæ, sumptu magnifico monasterium, prædiis, villis, redditibus dotatum, ac magnifico templo S. Martini Taronensis honori consecrato ornatum.

13 In eâ specu vitam solitariam magnâ cum pietate egit Victorianus, mundi voluptates ac commoda tus, contemnens. Alimentum illi vile & modicum, idque aut manuum opere comparatum, aut eleemosynæ nomine à vicinis vltro oblatum. Offerebat se Deo cum sincero animi dolore, verâque cordis compunctione, pietatis cum humilitate spiritus, & carnis mortificatione, solacryma, lum gemino lacrymarum imbre perfundens, altero nempe præteritam vitam abluens, quam veluti puluerem pedibus conculcabit; altero ex rerum cælestium sanctâ contemplatione expresso Christi rigans pedes. Quâ reverentia ac pietate sacerdotale munus exequitur, indicio erant lacrymæ, quas vbertim profundebat cum ad altare accederet, revoluens animo & æterni Patis erga hominum genus pietatem, & Filij eius mortem, vnde cælesti quodam incendio corruptus ipse se vicitam faciebat. Exerat ad latus speluncæ facillum S. Michaëlis nomine dicatum. In hoc quod affidus magis erat ab omni mundi strepitu remotum, hoc frequentius ac feruentius coram ineharrabili illo diuinæ pietatis Sacramento vota fundebat, totiusque salutem Ecclesiæ Deo commendabat: atque in hac sanctâ exercitatione totum penè diem insimebat.

14 Non diu potuit in angusto specu abscondi ciuitatis in sublimi posita, neque lucerna sancti Spiritus signe succensa. Illuc ad eum ex finitimiis viliis, pagis, oppidis confluere cœperunt plurimi, etiam genere ac dignitate illustres, ab eo salutates pietatis præceptiones hau stuti: quos benigno sermone instruebat, replebatque miracula. ingenti suæ prudentia admiratione. Explicari verbis non potest, quot ille cœcis visum, vires paralyticis, surdis auditum reddiderit: quâ multos febrium ardore leuârit vel solo iustu quandoque: ex quo energumenis dæmonem fugârit.

a Anno 15. Hispaniam administravit Theodoricus, ab anno Christi 511. usque ad 526. vt videre est in Chronico Luca Tudensis.
b Fuerunt bisimul Confuges an. 522.
c Habebat Aysa, 442. mendum longè fædissimum: sed non du bium quin libarij incuria.
d Is Alarici ex concubinâ filius, eo à Clodouco Francorum Rege anno 507. viito cō interempto, Gothorum regnum inuasit, tenuitq; infeliciter & ignauè annis 4. puljus tandem à Theodorico.

C A P V T I I I.

Monasterium Assanense. Victorianus discipuli.

15 Postquam eius paullatim per Hispanias nominis vulgata est fama, tanta certatum aduolauit in planis omnis sexus, ætatis, ordinis, multitudi, aut corporibus aut animis medicinam implorans, vt nihil loco illo ante desertu esset frequentius. Conuenerunt deinde ad eum cum ingenti plebeiorum hominum comitatu viri nobiles, atque ad eius pedes prostrati rogare eum suppliciter cœperunt, in plana commigrare dignaretur, quod istius rupis difficilior esset accessus: ipius igitur Christi sequeretur exemplum, qui turbæ le sequentis Luc. 6.17 misertus descendit de monte in campestrem locum: vt demum maiorem duceret publice vilitatis, quâ suorum commodorum rationem. His tandem vires precibus, vt prodesset pluribus, et si invitatus, ex antro illo in planiora descendit.

16 Data illi primùm ab iisdem migrationis huius auctoribus possessio non admodum ampla, perpetuo iure ad posteros transmittenda, cui Arrasate nomen, iuxta flumen ^e Cinga, qui per montium angustias rapido impetu decurrēt, tandem aliis sibi riuis adiunctis in Iberum influit. Hic Victorianus cellas & dedita monasteriis singulis. Porro tantus erat ad eum populi rium ad concursus, vt examen apum ad alueare prouolantium sicut. videretur: tantum erat erga eum omnium studium, vt quasi patrem reuererentur, & verè pater erat; tantum ducebat salutis eorum curam. Innotuit nomē eius non magnatibus tantum, sed & Regibus ipsis.

17 Successerat Theodoricu Amalaricus nepos eius. Rex cum Sed & hic quinquennio post è viuis abiit, regno glo- visit: riosissimo ac Christianissimo Regi Theudi relicto. ^b Hic, ^c

Ex His- scoria liberalitatem inquiet : ne terrenorum bono-
PANICO rum cupiditas, à sancto religionis proposito animos
FRAN. auocet vestros.

DID. 25 Hac piâ cohortatione mœrentes suorum ani-
AYNSA. mos nonnihil solatus, sanctissimo corporis Christi via-
MORS. tico munitus est: oblatōq; omnibus osculo pacis, bea-
Ioan. 14. tissimum spiritum suum manibus Angelorum tradidit
2. deferendum ad æternæ lucis mansiones, quas esse in
domo Patris sui multas Christus professus est; vbi splé-
det solis instar iustus in innumerabili cœtu iustorum,
sequentium Agnum sine maculâ. Circumdederūt illicid
venerabile corpus monachi ex imo corde suspiria du-
centes ac lacrymas, ob tanti tamque pij pastoris ac pa-
tris iacturam. Mortuus est xii. Ian. anno viii. regni
a b * Athanagildi Gothi, cùm b duodecim lustris mona-
sterio præfuisse, omni deinceps dolore caritatus, cùm
Psal. 89. aioquin, quæ ultra lxxx. annos produxit vita, labor
10. sit & dolor. Eâ igitur ætate cælestibus turbis adscri-
ptus est æternum victor futurus Victorianus.

26 Conditum est corpus eius sepulcro, quod ipse
Sepultura. sibi viuus parârat, iuxta altare S. Martini Confessoris, vt
quæ liceret iungeretur in terrâ sancti Confessores, quo-
Miracula rum animæ coniunctæ essent in cælis. Innumera quæ
post mortem. indies sunt mihi acula, satis eum testantur æternâ nunc
frui beatitudine, gratia & munere Domini nostri Iesu
Christi, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

27 Hæc ferè continentur Breuiario illo verusto
monasterij Montaragonij. Quæ verò in codice cœno-
bij S. Victoriani leguntur, licet sententiâ & rerum fide
conueniant, elegantiâ tamen, stylique curiositate mul-
tum discrepant. Nam cùm ex hoc cœnobio in illud
Montaragonij translatae sunt S. Victoriani reliquiae,
vnâ & illa authenticâ scripta aduecta sunt.

a Athanagildus regnare capiebat anno 554 fidem Catholicam occul-
tè tenuit, ut ex S. Isidoro tradit. Lucas Tudenensis.
b Id cùm iis qua anè dictâ sunt non congruit. Nam si in Hispaniam venit anno 522. obiit 560. qui potuit sexaginta annis mona-
strio præfuisse? Sed videtur manifestè Auditor hic ei 80. annorum etat-
tem tribuisse: as qua commemoerant ab eo gesta in Gallia, ea profectâ
ante 20. annum atatu geri non potuerunt. Ita ergo hoc accipendum
videtur, quod 60. annos in Italia, Gallia, Hispania disciplinus mona-
sticis exercendis stradendisq; tribuerit.

C A P V T V.

Corporis varia translationes.

28 M INIME mirum videri cuiquam debet, huius
sancti viri corpus in cœnobio proprio S. Vi-
ctoriani minimè asseruari. Est id quidem antiquissi-
mum omnium, quæ totâ Aragoniâ extant, mona-
sterium. Nâ a S. Ioannis de la Peña fundauit Garcias Ximenius, primus Rex Supratabis; eti anteâ isthic sancti
Fundatio- monasteriorum. Monasterium S. Mariæ Alaoni, opus est Comitis
nes aliquot Hispania. Raymundi de Ripagorza anno nongentesimo octauo,
monasterio. quamquam credantur, ex non omnino certis conjectu-
bris, olim isthic Abbates fuisse ac monachi b. Montara-
gonij cœnobium erexit dotauitque Rex Sanctius, cùm
ad obfisionem Oscanæ vrbis se pararet anno millesimo
octuagesimo nono: d Rothense Alphonsus II. Arrago-
næ Rex millesimo centesimo quinquagesimo quarto.

b c Veruelæ, Petrus f Atarez Borja dominus quinqua-
gesimo octauo eiusdem seculi, vt fusè docet in catalo-
go Antistitum Arragonie D. Martinus Carillo Abbas
d Montarragonius. At monasterium S. Victoriani, gant-
iquitus S. Martini de Sarasa dictum, extructum est à
h Rege Gefaleico Gothro b..... Mortuus est s. Victoriana-
i n anno i..... vta Hieronymus Blancas, Gothorum
tempore.

29 At quando in peccatorum vltionem vniuersa à
Varia SS. Mauris valvata euersaque est Hispania; Catholici ra-
corpora translata. biem fugientes barbarorum, secum corpora Sanctorū
abstulerunt, quæ in variis asseruabantur colebantutque

Ecclesiis, vt ab iniuriis ludibriisque Maurorum ea sub-
traherent, quemadmodum ex variarum patet Eccle-
siarum monumentis, Toleras, Hispalensis, Cæsarau-
gistanæ, Valentianæ, Complutensis, aliarumque, vt alibi
dictum est à nobis de translatione k SS. Vincentij, Iusti, k
Pastoris, Nunilonis, Alodia. Ita & S. Victoriani aliò
auectum est corpus, donec Montis Aragonij cœnobio
donatum est. Nam illius cœnobij fundator Sanctius S. Victoria-
Rex, Sancti q; filius Petrus id ad exercitum deportari nimirum
curarunt, atque eius ope illustres de barbaris victorias relata vi-
retulerunt; vt nostræ historiæ testantur, præsertim Gloria.
Hieronymi Suritæ. In æde Montaragonij cœnobij sa- Tom. i.
cellum est S. Victoriano sacrum, in quo oblio expu- lib. i.
gnatioque Oscanæ vrbis depicta est, inque medio ex-
ercitus arca corporis S. Victoriani.

30 Idem liquet ex antiquis Breuiariis Oscanæ &
Iaccensis diceceon. Nam in iis lectiones de Octauâ Corpus
S. Victoriani ita habent: Reliquia eius timore Abder-
eius sepius translati. rhamen Regis Paganorum fuerunt translate ad S. Ru-
finam supra Ainalam, vbi per ducentos & sexaginta l
annos manserunt. Sed diuinâ misericordiâ operante,
timore Paganorum sublato, Dominus Sanctius Rex
Aragonum & Pampilonensis ad castrum Alquezar po-
suit vi. Idus Aprilis in octauâ Paschæ anno ab incar-
natione m millesimo octuagesimo octauo. Inde trans- m
latæ sunt ad monasterium Montis Aragonum propè
Oscam; vbi nunc caput cum toto corpore, dempto Seruatur
brachio, honorificè habetur. Ibidem plutes inuocatur nunc in
dum notabilis vrget necclitas, & regulariter petitum canobio
obtinetur: est enim quasi fons aquarum tempore steri- Montara-
gon. li. Atque in Breuiario anno 1547. excuso, cùm Iac-
censi & Oscana Ecclesiæ Episcopus præset n D. Petrus n
Augustinus, sexta lectio officij diei S. Victoriani sicha-
bet: Postea verò timore Paganorum Hispaniam inua-
dentiâ ad S. Rufinam supra Ainsam eius reliquiae sunt
delatae. Deinde verò anno Domini 1088. iussu Sanctij
Regis Aragonum ad castrum de Alquezar sunt delatae:
& demum ad monasterium Montis Aragonum sunt
translatæ, vbi nunc caput cum toto corpore, dempto
brachio, honorificè habentur.

31 Gloriantur quidem S. Victoriani religiosi eius
penes se exuicias seruati, arcæ argenteæ antiquissimæ Arcarali-
inclusas, cui hæc insculpta est epigraphe: HIC IACET quiarum
TOTUM CORPVS INTEGRVM DIVI VICTORIANI, morem
PRÆTER BRACHIVM. Ea verò arca nûquam aperitur. monachis
denuntiat. At quâdo quispiæ ex eo cœtu moriturus est, præmonet
eos Sanctus triplici iœtu arcam quatiens. Eâ igitur ad-
monitione excitati ardentiùs sese vittuti dedunt, ac si
singulis mors esset denunciata, ac tandem anno euolu-
to vnu è toto numero moritur. Sed an id Sancti hu-
ius Victoriani corpus sit, an alterius cognominis, ac
Martyris quidem, vt eum Surita appellat, certò statu-
re non possüm. Fortassis vtrōbique partes aliquæ eius
reliquiarum seruantur. Deus nouit. Nobis certum est
nihil definire, si quid Lector certius deprehenderit, de-
cernat quod æquum sibi videbitur. Sanè cum Philip-
pus II. variorum Sanctorum reliquias Reginæ Margar-
aretæ dandas vndique colligeret, aliquæ ei S. Victoriani
oblatae sunt ex Montaragonij cœnobio allatae. Obse-
cramus sanctum Christi Confessorem vt in hac vitâ
cælestium gratiarum copiam nobis impetrat, ac deinde
de gloriam sempiternam, Amen.

a De hoc monasterio edidit integrum volumen Ioannes Briz Martinez, ibidem Abbas. Agit de eius fundatione Ant. Yopez tom. 3. S. Ioan. de ad an. Chrîst 718. & 719. aliq; & nos infra xxix. Maij cum de san- La Peña.
Eli eremiti Voto sue Othonem, & Felice. Situm est id cœnobium in finibus Aragonia & Nauarra, haud procul ab Iaceâ oppido.

b Id confirmat Briz Martinez lib. 2. cap. 19. vbi de eius cœnobij principiis agit, uti & Martinus Carillo.

c Est id leucâ unâ diffitum ab urbe Oscâ, Canonorum regularium ordinis S. Augustini, ut scribit eius cœnobij Abbas Martinus Carillo. Agit de eo fusè pluribus locis Aynsa-Triarte.

d Vulgâ de Nuestra Señora de Rueda. Est ordinis Cisterciensii.

e Est id eiusdem Cisterciensis instituti, iuxta Tarragonam.

f Carillo: D. Petrus Atares, Domitus Castelli de la Zarça,

quod

quod est Borja. *Agis de eodem Petro & Veruela Garibay tom. I. lib. 2. cap. 13.*
g Carillo idem scribit.
h Iterum dormitauit hic librarius, scribens 442. quod corrigendum ex iis que ad caput 2. nota nimus de Gesalecici regno.
i Scriptum remur, 560. excusum est 500. intolerabili mendo.
k De S. Vincentio agemus 22. Ianuar. de SS. Iusto & Pastore 6. Aug. Nunilone & Alodiâ 22. Octob.

1 Aynsa, alias Ynsa, oppidum est Aragonia inter Oscam & Urgel- Ex v. A. lam. R. I. S.
m In 1089. Nam eo anno littera Dominicalis fuit G. inciditq;
Pascha in 1. Aprilis. Sed, ut mox dicitur, videntur illae reliqua
translata ann. 1088. ad castrum Alquezar; ann. 1089 ad Montis-
aragonij cœnobium.
n Frater hic fuit Antonij Augustini, ex Priore cœnobij Rothensi-
creatus an. 1545. ut scribit Aynsa Triarte lib. 3. cap. 24.

DE S. NAZARIO MONACHO, CVSANI IN HISPANIA.

XII. IA- I **S**VCESSIT S. Victoriano in Asanensis monasterij
NYARII. **S**regimine Nazarius, vt scribit Martinus Carillo. Idem
S. Nazarij est fortasse qui Cusani colitur XII. Ianuarij, de quo Fer-
nalis. rarius in generali catalogo SS. Cusani in territorio Rusci-
nonensi S. Nazarij monachi. De Cusano monasterio egimus v. Ianuarij, cùm de S. Flamidiano. De S. Nazario iste ac-
scribit Antonius Vincentius Domenecus in historiâ SS. Cata-
launie, atque ex eo Antonius Tepestom. 3. Chronic. ord. S. Bene-
dicti ad an. 745. cap. 4.

Vita ex **2** Vita S. Nazarij Confessoris (cuius sanctum cor-
Domenecos pus cum magnâ veneratione adseruat monasterium
cos S. Michaëlis Cusani, ordinis S. Benedicti, diocesis He-
lenensis) excerpta ex Lectionibus matutinalibus eius-
dem cœnobij.

3 S. Nazarius natione Hispanus fuit. Cùm matu-
ram atrigisset ætatem, mundique fraudes iam haberet
professio monastica, compertas, ab iis profugere statuit. Neque diu hoc pie-

tatis decretum distulit: religioso mox habitu assumpto.
Non facile est definire, cuius potissimum fuerit institu-
ti: vulgo tamen creditur monachus Benedictinus fuisse; sed quod id mihi non omnino sit exploratum, San-
ctorum eius ordinis catalogo eum non adscripti.

4 Magnos ille thesauros ac diuitias congregere in cœ-
lis ab ipso religiosa virtute tirocinio instituit. Huc magna
eius caritas & misericordia spectabat. Peregrinos sigi-
tur excipere hospitio, vestire nudos, famelicos cibo re-
ficere, omni ope afflictos iuuare. Quād Numini hæ il-
lius probarentur aetiones, magnis miraculis patefactū
est. Nam & habitu suo, eoque penitus illæso, ardente
furnum extinxit. Vitâ tandem religiosissimè actâ, mul-
tisque cumulatâ meritis, sanctissimè obiit, æternum in festum.
cælo victurus. Colitur in eo cœnobia XII. die Ianuar.
festi duplicitis celebritate.

DE S. FERGEOLO MARTYRE, EPISCOPO GRATIANOPOLITANO.

SEC. VII. **G**RATIANOPOLITANA Ecclesia tertius decimus An-
XII. IA- gressus recensetur à Joanne Chenu S. Fergeolus, quem
NYARII. Martyrem credimus, inquit. Consentit Claudio
Robertus. At Saussain: Gratianopolitana natalis S. Fergeoli E-
piscopi & Martyris, qui post Clarum cùm Cathedrâ
sedens, cùm boni pastoris munia exploreret, iustitiam quæ
& Ecclesiasticam libertatem animo verè Pontificio

tueretur, Sede deturbatus ab Ebroino tyranno, cum
aliis plurimis sanctissimis Præfulibus, qui eius nefan-
dis molitionibus, ex Dei zelo, & proximi amore reni-
tebantur; primum in exilium pulsus, deinde etiam du-
râ necc iugulatus est: sicque laminæ Pontificali adiun-
ctâ martyri pro iustitiâ initi laureâ, ad æternos trium-
phos euolauit.

DE S. BENEDICTO BISCOPIO, ABBATE IN ANGLIA.

AN. CHR. I **V**EDRA Britannie fluvius est Ptolemeo, Beda Wi-
CCII. **V**rus, Vira alia, vulgè nunc Anglis V Vere, qui
XII. IA- Dumelensem latè rigat Episcopatum, Brigantium,
NYARII. VVirus quondam prouincia partem: tandemq; Oceano miscetur ad
fluvius. VViran-muth, vt Beda vocat, nunc, teste Cambdeno,
Beda pa- Moncksweare-mouth, id est, Vedra ostium quod ad
tria. monachos spectauit. Ratio nominis colligitur ex Malmes-
burien lib. t. de gestis Reg. Anglor. cap. 3. Britannia, quæ à
quibusdam alter orbis appellatur, quod Oceano inter-
fusa non multis cosmographis comperta est, habet in
remotissimâ sui plagâ locum natuitatis & educationis
Beda, Scotiæ propinquum. Plaga olim & suauè hal-
lantibus monasteriorum floribus dulcis, & vrbiū à
Romanis ædificatarum frequentia tenidens; nunc vel
antiquo Danorum, vel recenti Normannorum popu-
latu lugubris, nihil quod multum animos alliciat præ-
tendit. Ibi est VVira nec egenæ latitudinis, nec segnis
gurgitis amnis, qui pelago influus naues serenâ inue-
ctas aurâ placido ostij excipit gremio. Cuius vrasque
tipas Benedictus quidam ecclesiis insigniuit, & mona-
steria ibidem construxit, alterum Petri, alterum Pauli

nomine, caritatis & regulæ vnione non discrepantia.
Vrasque VVira ripas ait ecclesiis insignitas, quia in pluribus
fortasse vicis cùm regione templo adiacauit. Alioquin S. Pauli
monasterium in Gervyy sue larra vv, ferè milliaribus quinq; à
VVirâ distat, iuxta Tinam flumen, de quo inferius in Notis.
2 S. Benedicti Abbatis, horum parentis cœnobiorum, na-
talem iam olim annuâ celebrat, haud diu post eius mortem, S. Benedi-
citur erunt VVirmudenses monachi, vt ex Beda homiliâ infra ci-
tudinam. Inscriptum est deinde Romano Martyrologio no-
men pridie Id. Ianu. his verbis: In Angliâ S. Benedicti Ab-
batis & Confessoris. Locum adscribunt Molanus & Galfe-
nius: VVirmudæ in Angliâ S. Benedicti primi Abbatis
& Confessoris. At Menardus: Londini in Angliâ S. Be-
nedicti Abbatis, cognomento Biscopij. VVion: VVirmu-
dæ in Angliâ S. Benedicti primi Abbatis cœnobij
SS. Petri & Pauli Londini, qui edocitus Romæ mona-
sticam disciplinam, reuersus in patriam, eamdem mul-
tiplicato fœnore propagauit. Fuit quidem Londini S. Pe-
tro dicatum cœnobiū, quod vulgè VVestmonasterium
appellatur, de quo v. Ianuarij in S. Eduardi vita & alibi. At
nihil illud ad Benedictum Biscopium. Huius porro memind-
re

E x v a-
R I I S.
A l i b i
4. Decēb.

re praterēa hoc die Dorganius; & *Martyrologia Germanicum atque Anglicanum*. At Trithemius lib. 3. de virtū illustris ord. S. Benedicti cap. 151. scribit eius Festum pridie Nonas Decembris celebrari. Quo die in unico. eod. non antiquo, ms. *Kalendario SS. ordinis S. Benedicti* isthac habentur: S. Benedicti Abbatis monasterij S. Petri ad Girum in Anglia, qui fuit Abbas & Pater Venerabilis Bedae Presbyteri. S. Pauli fuit Girvicense cœnobium, ut supra dictum, dicitur qd rursum inferius; S. Petri verò *VVirmudense*. Beda tamen lib. 5. cap. 22. vocat Ceolfridum Abbatem monasterij beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quod est ad oltium *V Vyri annis*, & iuxta annem Tinam in loco qui vocatur Ingruum. Sic accipendum quod in *Anglicano Martyrologio* dicitur, templum à Benedicō adificatū, sanctus apostolus Petrus & Paulus fuisse consecratū. Et licet aliquantulum, ut dictum est, distarent duo illa monasteria, habentq; singulos Praepositos, vni tamen suberant Abbat, vnumq; cenob. aut monasterium. In peruerusto ms. Hibernico conuenientia Dungallensis xvii. Ianu. hec habentur: Benedicti Abb. quia de hoc accipienda suspicaruntur.

Vita à Be-
dā scripta. 3 Venerabilis Beda post epitomen historię gentis Anglorum fatetur, inter cetera scripsisse, Historiam, inquit, Abbatum monasterij huius, in quo superna pietati deseruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & VVerberti, in libellis duobus. Hos libellos necdum videntur. Extat apud Capgrauium vita S. Ceolfridi, sed non quae est à Bedā scripta. Dabimus hic qua de Benedicō idem Beda scriptis in homiliā, die eius natali habuta, cum quadam ex Guilielmo Malmesburiensi. 4. de gestis Pontificis Anglor. atque ex Floribus Historiarum Matthai *V Vestmonasteriensis*. Eius praterēa meminere Ranulphus Cestrensis lib. 5. cap. 16. Florentius *V Vigorniensis* sapientis, Nicolaus Harpsfeldius seculo 7. cap. 37. Antonius Tepez tom. 2. centur. 3. an. 703. Clemens Renerus de antiquitate Benedictinor. in Anglia, tract. 1. sect. 1. §. 9. Ioannes Capgrauius ex *V Vestmonasteriensis*. Baronius tom. 8. annal. ad an. 703. nu. 4. & 5. Alcuinus Flaccus ep. 49. ad Fratres *V Virenſis* & *Gyruensis Ecclesiæ*. Sed quod Clemens Renerus à Benedicō & Ceolfrido nomen alcuni in albo fraternitatis inscriptum ait; refelli potest ex vita eius à coeno scripta, cum ex ea constet illum an. 804. obiisse, 101. annū à Biscopij morte; puerum institutum esse ab Hechberto Beda discipulo. Fit verò in eadem vi-
tā, Benedicti mentio.

4 Aetatem Benedicti sic possimus colligere. Ranulphus loco citato ita scribit: Hoc etiam anno (654. quo casus à Pendā est Anna Rex Orientalium Anglorum) Benedictus Biscop Abbas & nutritius Beda Presbyteri, ministerque Regis Olivvy, domum, cognatos, & patriam, amore Christi linquens, anno ætatis 35. Romam adiuit, & doctior inde reddit. Idem refert *V Vigorniensis*, sed anno 653. vel 654. it aitq; eum tunc annum vigesimum quintum etatis egisse. Socium Romam, iterum primi habuit S. *V Wilfridum*. Ita *Malmesbur.* lib. 3.

Anno 653. de Pontif. Post annum datus à Rege (Ercomberto) in comitatum industrij iuuenis Benedicti, qui postea *V Virenſis* Abbas fuit, Romanum iter maturabat. Et Beda lib. 5. cap. 20. de S. *V Wilfrido loquens*, Veniens, inquit, ad Reginam Eansledam, Osvyj vxorem, cui notus erat, eiusq; consilio & suffragiis præfato fuerat monasterio sociatus, indicauit ei desiderium sibi inesse beatorum Apostolorum limina visitandi: quæ deleata bona adolescentis proposito, misit eum in Cantiam ad Regem Erconbertum, qui erat filius auunculi sui, postulans ut cum S. ibi gradum Archiepiscopatus Honorius unus ex discipulis beati Papæ Gregorij, vir in rebus Ecclesiasticis sublimiter institutus, seruabat. Vbi cum aliquamdiu demoratus adolescentis animi vivacis, diligenter his quæ inspiciebat, discendis opera daret, superuenit illò aliis adolescentis, nomine Biscop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens & ipse Romanum venire, cuius supra meminimus. Huius ergo comitatui Rex sociauit Wilfridum, atque illum secum Romanum perducere iussit. Qui cum Lugdunum peruenissent, Wilfridus à Dalfino ciuitatis Episcopo ibi retetus est,

Benedictus cœpsum iter gnauerit Romam usque complevit. Hac Beda. *V Wilfridus*, vt *Malmesburiensis* ait, morā iratus præcessit. At *V Wilfridus* Archiepiscopi fultus cōsilio, & subleuatus martupio, cœpram viam aggreditus, socium brevi consecutus est; simulq; Romam perueniunt. Cum verò S. Honorius (post eorum ex Angliā discessum) vel an. 653. vt vult *V Vigorniensis*, vel 654. vt *Ranulphus*, 30. Sept. obierit; inde quoque quando id suscepimus fit iter statu potest.

5 Wilfridus Roma aliquamdiu commoratus, tonsuram Ecclesiasticam Lügduni suscepit dum in patriam rediret: monasterium Ripum ab Alfrido Osvyj Regis filio accepit, ut anno 661. refert *V Vestmonasteriensis*; ac tandem anno 664. Episcopus ordinatus est Compendij in Gallia ab Agilberto Farisiensi Episcopo, vt habet Beda lib. 4. cap. 28. & in epitome. Benedictus videatur anni pluribus Rome substituisse, ac biennio in monasterio Lirimensi: inde Romam reuersus, iussus est à Vitaliano Papā Theodorum Archiepiscopum in Angliam deducere anno 668. *Inde disce-*
dit anno
668. Unde corrigas quod in Notis ad *Martyrologium* scribit Baronius: Vixit Benedictus aliquamdiu Romā, usque ad tempora Agathonis Papæ, à quo iussus est reuerti in Angliam cum Ioante Archicantore ad imbuendum populum illum Romana Ecclesiæ disciplinis. Longius à vero recedit Pitseus, scribens, dum primum Romā venit, ab Agathone Papā benevolè suscepimus; postea in Lirimenti monasterio tōsuram accepisse Clericalem eodem anno quo Theodorus Cilix creatus est Archiepiscopus Cantuariensis. In Florentio *V Vigorniensis* mendum agnoscas dum bius tertium eius iter Romanum adnotat an. 668. & 671. priore anno sic scribit: Biscopius, qui & Benedictus, tertio (legendum videtur secundò) Romam venit. Quo tempore erat Romā monachus Theodorus, Tharso Ciliciæ natus, seculari & Ecclesiastice philosophiā præditus, Græcè & Latine sufficenter instructus, probus moribus, annorum 66. ætatis. Hunc die vii. Kal. Aprilium, Dominicā, ordinatum Archiepiscopum, Biscopio (quia vir sapiens erat ac strenuus) Papa Vitalianus Britanniam perducendum, simul & Abbatem commendauit Adrianum,

6 Anno 669. Archiepiscopus Theodorus, inquit *Fit Abbas idem V Vigorniensis*, die vi. Kal. Iuniarum, Dominicā, Cantuariā Cantiatā venit; & Benedictus (qui & Biscopius) monasterium B. Petri Apostoli, Abbatis iure regendū de- dit. Alij ab Egberto Rege illud ei donatum monasterium volūt. Anno 671. Venerabilis Abbas Benedictus, qui & Biscopius, aut idem, vbi duobus annis monasterio B. Petri Apostoli, Abbatis iure præserset, Archipræsulis Theodoti Iterum is licentiā, tertio de Britanniā Romam profectus est. Cui Romam in monasterij regimen successit Adrianus Abbas (cuius 671. suprà meminimus) vir natione Afri, sacris litteris dili- genter imbutus, Græcæ pariter & Latinæ lingua per- tissimus.

7 Anno 672. inquit, Romā Benedictus Biscopius Redit 672. rediit, & ingressus Britanniam, patriam geniem solumque in quo natus est petrit. Egfridum Transumbræ gentis Regem adiit, qui confessim terram 70. fa- miliarum, ut cōstrueret monasterium ad ostium *V Viri fluminis*, illi dedit. Anno dein 674. Biscopius ad ostium *V Viri fluminis*, indicit. 2. Non ergo an. 670. id conditum 674. est cœnobium, ut scribit Pitseus.

8 Anno 676. scribit idem *V Vigorniensis*, Benedictus Biscopius cum Ceolfrido religioso monacho, quartò Romā de Britanniā petrit: Ecclesiastica priuilegia ab Agathone Papā, cum licentiā, consensu, desiderio, & hortatu Regis Egfridi accepta, quod monasterium suum turum ac liberum perpetuo redderetur, retulit. Accepit & Ioannem Archicantorem B. Petri Apostoli Britaniam perducendum, vt in monasterio suo cursum ca- nendi per annum edoceret. Verum cùm suprà ostenderi- mus, in vita S. Agathonis x. Ianuarij, eum anno 678. exe- te sedere copisse, vel biennio fere moratus fuit Roma Biscopius, vel alia in Gallia & Italia lustravit ex itinere monasteria, vel potius serius Romam profectus est; & ipse *V Vigorniensis* hunc annum Christi 676. facit Agathonū secundum.

9 An-

9 Anno 682. *vt idem ait*, Reuerendissimus Abbas Benedictus Bisopius Presbyterum Eastervinū, suum patruelē, sanctitate insignem, de monasterio suo eligens, Abbatem eidem monasterio, regendi iure, præfecit. Egfridus Rex, pro redēptione animæ suæ, etiam aliam 40. familiarum terram Abbati Benedicto donauit. Vbi missis monachis numero 22. & præposito Abbatē Ceolfrido, sui per omnia adiutorie strenuissimo, iussu Regis monasterium B. Paulō Apostoli, in loco qui dicitur Girum, construxit. *De hoc monasterio VVestmonasteriensis ad annum 681* Monasterium apud Iarevve fundatum est. *De quo loco Cambdenus*: Infra hunc vicum (Gateshead) ferè ad ipsum Tine ostium, Girvy, nunc Larrov, cernitur, venerabilis Bedænatale solum, vbi etiam monasteriolum olim floruit, cuius fundatorem & foundationis tempus docet hæc Inscriptio, quæ legitur in pariete ecclesie:

DEDICATIO BASILICÆ
S. PAVLI VIII. KL. MAII
ANNO XVI. EGFRIDI REG.
CEOLFRIDI ABB. BIVSEM Q.
ECCLES. DEO AVCTORE
CONDITORIS ANNO III.

Regnare caput Egfridus an 670. Kal. Martij, ergo annus regni xvi. fuit Christi DC: xxxv. Inde patet falli Pitseum qui an. 673. conditum Giruicensem monasterium scribit.

10 Tandem an. 703. excessit è vitâ Benedictus, anno etatis 76. secundum Florentij Vigorniensis calculum, aut 86. secundum Ranulphi: non 58. aut 78. vt scribit Pitseus.

11 Sigebertus de illustr. Eccles. scriptoribus cap. 62. isthac habet: Benedictus Abbas scriptit ad monachos librum, regularum quem vocavit Concordiam regularum, multorum Patrum regulas regulae S. Benedicti Cassinenis cōferens, vt nulla Patrum regula à Benedicti regula discordet, imò Benedicti regula regulis omnium Patrum concordet. *Quæ de S. Benedicto Bisopio intelligent Trihemius de viris illustribus ord. S. Benedicti lib. 2. cap. 19.* Clemens Renerus loco citato, VVton in Notis ad Martyrolog. Ioannes Petrus, Antonius Posselinus, Antonius Tepes, aliq; & videtur eadem fuisse sententia Sigeberti, dum eum refert inter Ionam Abbatem, & Theodorum Scotorum (forte Anglorum) Archiepiscopum, à Vitaliano missum. Alij, vt Hugo Mennardus lib. 2. observationum ad 12. Februar. alteri Benedicto Abbi Aniana in Septimaniâ, ac deinde Indensi, siue S. Cornelij iuxta Aquigranum in Belgio, qui sub Carolo Magno floruit, illam Regularum Concordiam tribuunt. Id discutiemus cum ipsas edemus regulas, quod paulò antè promisimus cum de S. Casariâ egimus.

12 Alia porrò quedam scripsisse Biscopium tradit Pitseus, Exhortationes ad monachos, lib. 1. De suo priuilegio, lib. 1. De celebratione festorum totius anni, lib. 1. & alia. At librum de celebratione festorum, erit fortè qui sufficeretur potius Ioannis Romani Archicantorii opus esse, propter ea que dicentur inferius.

VITA EX HOMILIA VEN. BEDÆ.

Matt. 19. 1. 29.


MNIS, inquit, qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipier & vitam æternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus sive possessionibus pro Christi discipulatu renuntiauerit, quod plus in eius amorem profecerit, eò plures inueniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantiis; eius nimis possessionibus vitæque consortes, qui se pro Christo pauperem factum in suis dominibus agrisque recipere, & maiore prorsus quam vxor, pacens, frater, aut filius carnalis deuotione caritatis reflectere delectentur. Centuplum namque quod ait, non numerum amantium in Christo, & seruientium pro Christo fidelibus, sed vniuersitatem perfectionemque,

Tom. I.

Centupla quomodo recipiantur a Deo religiosis.

quâ per caritatem innicem seruunt, ostendit. Cuius rei Avcr. & in nobis ipsis, fratres carissimi, sèpè exemplum sum- B E D A. psumus, cùm alicubi pro rerum necessitate digredien- tes, cuncta nobis monasteriorum habitacula quasi pro- pria patere cognouimus; cunctos in nostri obsequium sincerissimâ deuotione pronus aspeximus.

2 Et maximè in beatæ memorie Patre nostro B. Be- nedicto, cuius hodie venerandam assumptionis diem debitâ solemnitate recolimus, totum lectionis huius tenorem videmus perfectissimè compleri. Derelictis enim omnibus securus est Christus, quando spretis eis quæ in ministerio regali acquisierat vel acquirere valebat, cùm esset nobilis natu, ad beatorum Apo- S. Benedi- torum limina peregrinatus aduolauit: vt quia rudi- tatus inspi- adhuc in gente Anglorum fides & Ecclesiastum insti- tuenduo Romam tatio florebat, ibi potius perfectam viuendi formam abit. sumeret, vbi per summos Christi Apostolos totius Ec- clesiæ caput eminet eximium. Ibi ergo eruditus in Christo, billis in partibus attensus, ibi est monasteria- libus imbutus institutus: ibidem totum vitæ sua erat exacturus, si non Apostolica Domini Papæ prohiberet Iubetur in auctoritas, qui eum propter ducendum in Britanniam Angliam sanctæ recordationis Archiepiscopum & Theodorum redire. in patriam redire præcepit.

3 Nec longo post tempore etiam Reges seculi co- gnito virtutum eius studio, locum ei construendi mo- *Ædificat, nasterij, non ab aliquâ minorum personarum ablatum, ordinarijs, sed de suis propriis donatum date curabant. Quem ille monaste- rium.* acceptum mox perfectissimè iuxta regularem discipli- nam interius exteriusque constituit, non pro suo captu decreta nobis statuens, sed antiquorum & statuta cer- tissima monasteriorum, quæ peregrinè didicerat, sibi suis- que obseruanda proponens.

4 Nec cuilibet velt: unum, Fratres, graue debet videri, si nota loquamus, sed delectabile potius aestimari, quia vera loquimur, quando Patrii nostri spiritualia gesta narramus, cui manifesto miraculo Dominus, quod fi- delibus suis promisit, adimpleuit. Quia omnis qui reli- querit domum vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter no- men meum, centuplum accipiet in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam. Reliquit quippe cognati, quando patriam deseruit: accepit vero centuplum, Recipit centupla, ubique ho- qui non solum à cunctis in hac terrâ pro virtutum in- dultria meritâ veneratione habitus est, sed & in Gallia atque Italiâ, Româ atque in maris insulis, ab omnibus qui eum nosse potuerunt dilectus: adeò vt ipse Papa Apostolicus ad profectum monasterij huius, quod illum nuper fundasse gaudebat, Ioannem illi Abbatem atque archicantoré Romanæ Ecclesiæ, sicut caritas ve- stra benè meminit, in Britanniam Româ deducendum præstaret, per quem idem monasterium morem canen- di, ac ministrandi canonicum iuxta ritum sanctæ Ro- manæ atque Apostolica Ecclesiæ perciperet.

5 Reliquit domos & agros quos habuerat pro Chri- sto, de quo agrum semper virentis paradisi, & domum *Quomodo non manuافتam, sed æternam in cælis accipere spera- reliquerit.* bat. Reliquit vxorem & filios; non quidem vxorem acceptam, & filios ex carne natos, sed vxorem prorsus accipere, ex quâ filios habere posset, castitatis amore contempnit, malens ad illa centum quadraginta qua- tuor millia electorum pertinere, qui cantant canticum nouumante sedem Dei & Agni, quod nemo potest di- Apoc. 14. cere nisi illi. Hi enim sunt, qui cum mulieribus non sunt & 4. coquinati, & sequuntur Agnum quocumque abierit. Et accepit centuplum, quando non in his solummodò, *Quomodo sed & in marinis eum partibus plurimi in domos suas centuplum recipere viantem, suorum fructibus agrorum recipere.* desiderabant: quando g patronum perplures illi, quan- do virti Deo deuoti pro animi constantis excellentiâ, non minori quam coniugibus aut parentibus propriis dilect. onis instantiâ seruiebant. Accepit centuplum domus & agros, quando hæc in quibus monasteria

R r t con-

Auct. conserueret, adeptus est. Vxorem namque dimittere
S. BEDA. pro Christo, & in hoc centuplum accipere est: quia
 animarum centuplum maius esset tunc meritum cari-
 tatis, inter continentes propter fructum spiritus, quam
 inter lascivientes quondam propter desiderium carnis.
 Filios, quos carnaliter habere despexit, centuplum ac-
 cipere meruit spirituales. Centenarius quippe numerus,
 ut sacer dictum est, perfectionem figurare significat.
 Nos namque sumus filii eius, quos in hanc monachi-
 cam domum prius induxit: nos sumus filii eius,
 si iter virtutum eius imitando tenemus, si non a semitâ
 regulari, quam docuit, torpendo deflectimus.

6 Meminimus namque fratres, qui illum nosse po-
Semper la- tuimus, didicere crebro auditu, quos post obitum illius
borabat. innostræ fraternitatis consorium pietas superna con-
 gregauit; quia quamdiu solpeserat corpore, pro gloriâ
Varia Ro- sanctæ Dei Ecclesiae, & maximè pro huius monasterij
mâ defer- pace, honore, & quiete, semper laborare perstebat. To-
in bonum ties mite transiit, numquàm, ut est consuetudinis qui-
monasterij. busdam, vacuus & inutilis rediit: sed nunc librorum co-
 piam sanctorum, nunc reliquiarum beatorum Marty-
 rum Christi munus venerabile detulit; nunc archite-
 ctos ecclesiæ fabricandæ, nunc vitrificatores ad fene-
 træ eius decorandas ac muniendas, nunc cantandi, &
 b in ecclesiâ per totum annum ministrandi secum magi-
 stros adduxit: nunc **b** epistolam priuilegij à Domino
 Papâ missam, quâ nostra libertas ab omni extrinsecâ
 incursione vitaretur, apportauit: nunc picturas sanctarum
 historiarum, quæ non ad ornatum solummodò
 ecclesiæ, verùm etiam ad instruclionem intuentium
 proponerentur, adiuxit, videlicet ut qui litterarum le-
 ctione non possent, opera Domini & Salvatoris nostri
 per ipsarum contuictum discerent imaginum.

7 Qui in his & in huiusmodi rebus idè tam plura
Quieti laborare studuit, ne nobis sic laborandi remaneret ne-
juorum cessitas. Idè toties transmarina loca adiit, ut nos omnibus
studier. scientiæ salutaris dapibus abundantes, intra mona-
 sterij claustra quiescere, & cum securâ libertate Christo seruire queamus. Qui etiam cum corporis infirmi-
 tate corriperetur, premereturque acerbius, semper in-
 ter debitas gratiarum actiones, de monasterioru, quas
Patiens in didicerat docueratque, regulis seruandis, semper de Ec-
morro. clesiaſtis obſeruationib, quas per omnes ciuitates,
 & maximè Romæ, viderat; semper de locis sanctis, quæ
Moritur. se lustrasse iuuenem meminit, loqui & iterare delecta-
 bile habebat. Sic longis virtutum studiis exercitatus,
 longo insuper animo semper infirmitatis martyrio ex-
 coctus, post centupla gratia praesentis munera, ad vi-
 tam transiit æternam.

8 Vnde necesse est, fratres carissimi, ut tamquam
Imitandus boni filij, & tanto parente digni, exempla ac præcepta
 religiosi. illius in omnibus seruare curemus; neque villa nos à ve-
 stigis tanti duotoris sequendis animæ vel carnis illece-
 bra reuocet: quatenus & ipsi, qui carnales affectus sub-
 stantiamque reliquim terrenam, qui vxores ducete,
 ac filios carnaliter procreare, Angelicæ conuersationis
 amore, fastidiuimus, augente spiritualium virtutum
 merito, & in præsenti centuplum accipere de societate
 Sanctorum, & in seculo venturo vitam possidere me-
 reamur æternam; præstante gratia Redemptoris no-
 stri, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus
 sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

a Ita legendum coniicimus; excusum erat monasterio. At licet ei
 collatum sit Cantuarieſi S. Augustini cœnobium; id tamen hic non
 potest intelligi, cum multò pôst acciderit, sed potius obsequium Of-
 ficio Northumbria Regi impensum, ut infra ex VVestmonasterioſi
 dicimus.

b In Lerinenſi insulâ, ut infra diceretur.

c Videtur desiderari, cursum, aut quid simile.

d De eo agemus 19. Septembri, egimus & superius 9. Ian. in vita
 S. Adriani. Româ discessit 27. Maij 668.

e Videtur præter regulam S. Benedicti, varia statuta tulisse; in
 aliis obseruata, vel eiusdem vel alterius etiam ordinis, monasteriis.

f Plenius de eodem Ioanne idem Beda lib. 4. cap. 18. Accepit (a
 beatae memoria Papâ Agathone) & præfatum Ioannem Abba-

tem in Britanniam perducendum, quatenus in monasterio suo
 cursum canendi annuum, sicut ad S. Petrum Româ agebatur, **Cantum**
 edoceret: egitque Abbas Ioannes, ut iuslonem accepit Pon-
 tificis, & oīdintem videlicet ritumque canendi ac legendi viuâ ac ritus
 voce præfati monasterij cantores edocendo, & ea quæ totius **doceat** in
 anni circulus in celebratione dierum festorum poscebat, etiam **Angliâ**
 litteris mandando. Quæ hactenus in eodem monasterio serua- **Ioannes**
 ta, & à multis iam sunt circumquaque transcripta. Non solum **Abbas**,
 aut idem Ioannes ipsius monasterij Frates docebant, verum de
 omnibus penè ciuidem prouincia monasteriis ad audiendum
 eum, qui cantandi erant periti, confluabant. Ipse autem ex-
 cepto cantandi vel legendi munere, & aliud in mandatis ab A-
 postolico Papâ accepit, ut cuius effigie fidei Anglorum Eccle-
Idem ex- sia, diligenter ediceret, Româque rediens retinet. Nam & *ploras fidé-*
sitius Ec- synodus beati Papæ Martini, centum quinque Episcoporum
 consensu, non multò antea Roma celebratam, contra eos
 maximè qui vnam in Christo operationem & voluntatem pra-
 dicabant, secum veniens artulit, atque in præfato religiosissimi
 Abbatis Benedicti monasterio transcribendam commendauit.
g Videtur hic aliquid desiderari.

h Lib. 4. cap. 8. Petuitque & accepit ab eo (*Agathone*) mun-
 umentum libertatis monasterij quod fecerat, epistolam priuile-
 gij ex auctoritate Apostolica firmatam, &c.

i Ita legendum videtur; non ut vulgo habetur, interim.

DE EODEM EX GVIL. MAMESBVR.

a **O** MNÌ reuerentia custodirâ pace, solum Be-
 nedictum ansiū propalare, qui Beda nutritius & Abba fuit. Hic V. Viræ amnis vrasque
 ripas (qui apud Northumbros non incelebris fama
 habet) monasteriis prætexuit, sub Apostolorum Pe-
 tri & Pauli nomine, caritatis & regulæ unione non
 discrepantibus. Huius industriam **b** mirabitur, qui le-
 get librum, quem idem Beda composuit, de vita eius **s. Benedit-**
 & ceterorum Abbatum suorum; industriam, quod co-
 piam librotum aduixerit, quod artifices ædium lapi-
 dearum, & vitrearum fenestrarum primus omnium
 Angliam ascuerit; totum æuum penetrando ta-
 lia, peregrinatus. Quippe studium aduehendi cognatis
 aliquid insolitum, amor patriæ, & voluptas elegantias
 asperos fallebant labores. Nec enim lapidei tabulatus
 in Angliâ ante Benedictum nisi perrard videbantur,
 nec perspicuitate vitri penetratâ lucem solaris iaciebat
 radius. Patientiam, quod in possessione cœnobij **c**
 S. Augustini apud Cantuariam libenter venienti A-
 dtiano cesserit, non reueritus Theodori Archiepiscopi
 supercilium, sed veneratus magisterium. Fuerat enim
 illius cœnobij Abbas ab Egberto Rege constitutus,
 sed, ut dixi, reuerentia Theodori cessit: cui præceperat
 a Vitalianus Papa ut Adrianum iuxta se locaret, specu-
 laturum ne quid in Ecclesiâ more Græcorum nouaret.

Quod, dum per alienas terras curritat diu absens, sub-
Subroga- introductum à monachis suis V. Virensibus se incon-
tur absenti sulto Abbatem, æquanimiter, immò magnanimiter rule-
 rit: domumque reuersus parilem illi honorem in con-
 sessu, in omni porrò potestate communicauerit. Quin
 & ictus paralyti tam validè, ut nihil artuum ei esset
 flexibile, tertium constituerit, quod alter (de quo dixi-
 mus) eadem decoqueretur valetudine non mitius
 quam ipse. Cumque morbus iam crescens quateret vi-
 talia, socio ad se accito solo nuru valedixit. Sed nec ille
 præstantius valuit redhibere officium, vt pote qui pro-
 pinquiorem tendebat ad exitum: nam ante Benedi-
 ctitum defunctus est. Huius ergo corpus magno coem-
 ptum pretio Adelvoldus Thorneiam aduexit, & ob-
 scurioribus Sanctis lucifluum iubar inuexit.

a Agit de Sanctis, quorum corpora in Thorneiensis cœnobij
 (haud procul ab urbe Eliensi in Cantabrigiensi Comitatuſi) eccl-
 esia affuerabuntur.

b Videtur desiderari, & patientiam, quod habetur lib. 1. de gestis
 Reg. Angl. cap. 3. ubi eadem omnino & iijdem verbis refert Malme-
 burienſis.

c De eo monasterio egimus 6. Ianu. ad vitam S. Petri Abbatis
 eiusdem monasterij num. 7. Piscis scribit Benedictum videri bu-
 ius monasterij Abbatem electum absentem. Discesserat ex Angliâ
 viuente adhuc Erconberto Rege Egberti patre, qui an. 664. obiit. At
 cum

cum prius in Angliam appulissent Theodorus & Benedictus, quia Adrianus, ab Ebroino in Gallia tantisper retentus; sum Benedicto illud datum ab Egberto aut Theodoro, ut supra dictum est.
d De S. Vitaliano agemus 17 Januarij.
e Episcopus VVintoniensis, de quo 1. Augus. Obiit anno 984. cum sedisset annis 21. Vnde coniici potest quo tempore facta sit hac S. Benedicti , aliorumq; Sandorum , ad Thorneiensc cenobium translatio.

DE EODEM, EX MATTH. VVESTMONAST.

^{s. Benedic-} **1** **A**NNO gratiae 703. S. Benedictus Abbas Angli-
^{It Romæ.} cus, post vitam laudabilem, gloriose fine in Do-
mino quietuit. Hic vir Dei de stirpe nobilis gentis An-
num militat. glorum progenitus est, & in adolescentia militiae rudi-
mentis adductus. Denique cum esset minister Osvaldi
Regis , & possessionem non modicam, ipso donante,
percepisset, caduca mundi omnia pro Christo spernere,
Romam adiit, vt ibidem Ecclesiastica informatus di-
sciplinâ militiam assumeret spiritualem , quâ sibi pro-
dederet & aliis, vulisque minister in Dominicæ posset
culturâ vineæ reperiri.

^{Dicit in}
^{Lirimo.} **2** Inde vero rediens, apud Lirinensem insulam se
monachorum coetus coniunxit, tonsuram accepit: vbi
per biennium regulariter institutus, ad limina sanctorum
Apostolorum Petri & Pauli iterum repedauit. Quo
tempore cum Papa Vitalianus Theodorum Cantuarie
Archiepiscopum in Britanniam destinavit, ipse simul
adueniens multas secum reliquias Sanctorum repor-
tauit.

^{Redit in}
^{Angliam.} **3** Qui postea Regi Northumbrorum Egfrido
coniunctus; confessim Rex ei terram 60. familiarum,
ad construendum Apostolorum Principi Petro mo-

nasterium, contulit, ad ostium VViræ fluminis, anno Ex v. 1.
gratiæ 674 Indictione secundâ. Sed & aliud monaste-^{xiiii.}
rium ad honorem Doctoris gentium Pauli in Girvi
non longè ab altero fabricauit, & à Rege præfato p̄fæ-
diis b 60. familiarum acceptis, multipliciter illud ditate
curauit. Hæc autem monasteria religiosis impletis mo-
nachis, Ceolfridum in uno, Easter vvinum in altero,
Præpositos ordinauit. Hoc idèò fecit, vt tam in eius
absentiâ, quam in præsentia regularis semper custodia
seruaretur.

4 Huic denique famulo Dei Benedicto Beda ve-
nerabilis, & Doctor Anglorum, traditur nutriendus, ^d
sub quo etiam ad ordinem Sacerdotis legitur fuisse
promotus. Quinque Romam petisse assertur , qui ^{Bedam}
semper rediens diuinorum locupletatus commodori, ^{admitit;}
subiectos instituere opere pariter & exemplo curauit. ^{Quinque}
Tandem post vitam laudabilem viator virtutum Be-
nedictus, confessor Christi piissimus, carnis infirmitate
victus, pridie Idus Januarij spiritum reddidit Creato-
ri. Successit ei in onore & honore vir sanctus & eiusdem
discipulus Ceolfridus, sub quo Beda Christi famulus,
ad vniuersalis vtilitatem Ecclesie, de Scripturis sanctis
laborem inchoatum laudabiliter adimplevit.

a Anno 688. ut supra diximus.

b VVigorniensis; ut ante diximus, 40.

c Capgrau. Eastvvinum.

d VVigorn. an. 681. Bonæ indolis puer Beda cum esset septem
annorum, suorum curâ propinquorum, reuerendissimo Abbati
Biscopio datus est educandus.

e Ipse Beda testatur se anno vita sua 30. qui videtur fuisse 704.
aut foris 703. gradum presbyteratus, iubente Ceolfrido Abate,
superesse.

DE SANCTIS XXXVIII. MONACHIS

MARTYRIBVS, IN IONIA.

^{S. Co- I}
^{PRONY-}
^{MO.} **G**loriosi Martyri Stephani , cognomento Iu-
^{XII. I A-}
^{N V A R I I .} nioris , Auxentiana congregationis Archimandri-
tae. Acta dabimus xxviii. Novembri; in quibus alio-
rum complurium præclaræ prosacrarum imaginum cultu cer-
tamina narrantur , ac præsertim Duodequadraginta mo-
nachorum, qui ad extremos Ephesi fines in veteri balneo con-
clusi, itaq; mori coacti sunt. Eorum natalis pridie Idus Ianua. in
Romanu Martyrologio consignatur huc verbis: Ephesi Sancto-
rum xlii. monachorum , qui ob cultum sanctorum
imaginum sub Constantino Copronymo sauvissime
cruciati, martyrium compleuerunt. Aut in Actu S. Ste-
phani, à lac. Billi editis, aut in Martyrologij tabulis inest men-
dum: hic enim dicuntur fuisse duo & quadraginta, isthinc
duodequadraginta, sive triginta octo.

^{Acta unde}
^{ptor, ut putauit Baroniū tom. 9 ad an. 767. num. 28. Nam}
^{accepta.} **2** Graci, inquit Baronius in Notis ad Martyrol, eodem
præcipuo honore habent. At nec in Menologio nec in Me-
nais eorum reperimus mentionem. Eorum agenonem Theoste-
richtus ipsorum collega, S. Stephano ceterisq; concipiatis retu-
lit, rerum inspecto, at non etiam huius temporis scri-
p-
to, ut putauit Baronius tom. 9 ad an. 767. num. 28. Nam
quis hunc Theosterichtum ut scriptorem citat? Aliud est quid-
piam viuâ voce cuiquam commemorare, etiam descripturo &
transmissuro ad posteros , aliud propriâ manu litteris tradere.
Tantò tamen maiorem fidem hac meretur narratio, quod erat
Theosterichtus toleratus pro fide erumnis & tormentis clarus,
ac deinceps in Calitum album relatus est, ut xvii. Martij ostē-
demus. Alius est Theosterichtus aliquantùm junior , cuius extat
apud Metaphraſten de S. Niceta Archimandrita rebus gestis
oratio, iii. Aprilis.

^{S. Theoste- 3 Ita vero Theosterichti habet narratio: Hæc eo (Anto-}
^{richtus Cō- nio Cretensi) commemorante , Patribusque lacrymis}
^{fessor, 17.}
^{Martij.} madentibus, Theosterichtus quidam, hoc nomen meri-
tò consecutus, vir senex ac sacerdotij dignitate ornatus,
qui expio illo monasterio erat, quod Pelecia nuncu-

Tom. I.

patur, atque & nasum abscissum, & genas feruenti pice
ac bitumine illitas, miserumque in modum ambustas
habebat, (hos enim cruciatus pieratis causâ pertule-
rat) prodiens ipse quoque in medium , superioribus
sermonibus hæc adiecit: Impossibile est, impossibile,
inquam, est, vt vel hic ipse Antistes nostet siccis oculis
ista coram memoret. Quanam enim oratione quispiam
illius, qui tum Asiam cum imperio obtinebat, suorem
complecti possit, cui Lachanodracon quidem cogni-
mentum erat, verum ipius fel atque iracundia draco-
nis quoque virus amaritudine supererat. Ad quem B.
Stephanus: Narra, quæso, Pater, nihil omittens eorum
quæ tum contigerunt, verum omnia oratione prose-
quens. Etenim per huiusmodi exempla, tum animi fructus
promptitudine , tum robore impleti ad eumdem pia narratio-
zem præparamur: si quidem voluntas Dei hoc tu-
lerit, vt pro diuinâ ipsius imagine nos quoque certa-
men subeamus.

4 Tum igitur Theosterichtus inchoatum sermonem
ad hunc modum prosequitur: Cùm incruentum sa-
crificium in monasterio nostro celebraretur (erat autem
vespera sanctæ ac magnæ quintæ feriæ, in quâ Christus
Iudeis tradendus erat) hic draconis nomen habens,
tyranni iussu cum magnâ militum manu in mona-
sterium impetum facit. Ac mysticum quidem sacrum
euertit, mysticis videlicet hymnis protinus silentio cō-
pressilis: lectissimos autem monachos duodequadragin-
ta vinculis ferreis astrinxit. Reliquos vero partim ver-³⁸ Mona-
beribus crudelem in modum lacerauit, partim eorum
barbam pice illitam exussit, naribus prius amputatis. ^{chorum}
Quorum numerum ipse quoque augeo, quemadmo-
dum faciei meæ notæ certissimè testantur. Quibus im-
pius ille nondum expletus , vniuersum monasterium
postea inflammavit , ipsas quoque ecclesiæ, vna cum

R. 2

teli-

Ex v.a. reliquis ædificiis concremans. Mox autem prædictos
RIIS. duodequadriginta Patres ad extrelos Ephesi fines
relegavit: ubi cum eos in veteris balnei fornice conclu-
sisset, ac deinde aditum obstruxisset ad hunc modum

eos è vitâ migrare coegerit.

4 *VVion Martyrologio Benedictino hos inscripsit, quod ex
quibusdam monumentis cognoverit, S. Benedicti regulam in
illius partibus obseruari solitam.*

DE B. AELREDO, SIVE EALREDO, ABBATE RIEVALLENSI IN ANGLIA.

A.N. C.H. 1 IN Eboracensi prouincia fluum est Rhius, qui, ut Cam-
MCLXVI. bdenus in Brigantibus ait, multorum torrentu aquas
XII. IA- secum in Dervventionem euoluit. Ab hoc vallis
N.V.A. II. quedam læta, amœna, fecunda, XXIII. parochialibus ec-
clesiis ornata, Rhidal dicuntur, quippe quam Rhius interse-
cōnā- cat. Isthic celebre olim ordinis Cisterciensis cœnobium fuit, ipsius
Rieullen- S. Bernardi etate à Gualtero Espoco fundatum. De quo
bium. Guilielmus Neubrigensis lib. 1. cap. 14. Sanè paullè antè à
nobili viro W alterico Espoco inuitati, & felicis memo-
riæ Abbate Bernardo ditemonachi Clarævallenses
in Eboracensem prouinciam venerant, & in loco, qui
nunc dicitur Rieuallis, (tunc autem erat locus horro-
ris & vastæ solitudinis) mansionem acceperant, præ-
fato viro tradente, & venerabili Trustino Episcopalem
cum affectu paterno fauorem præbente. Eadem ferè
commemorat Harpsfeldius sec. 12. cap. 43.

2 Primi isti- pulus, vir laudatus, qui à Chrysostomo Beatus appellatur, re-
hic Abba- ferturq; in Menologio Cisterciensi 2. Augusti. Ei succedit B. Eal-
redus: huic Siluanus, quem idem 16. Aprilia celebrat. De iis
hi versus referuntur Nicolai Rieuallenensis à Ioanne Picardo in
Notis ad Neubrigensem:

Primitias cepit Villemus: proximus illi
Aelredus maiora tulit: Siluanus adauxit.
Tres sunt præcipue meriti vix imparis, ille
Primus, & alter ei successor, & ite supremus.
Claruit officio V denis & tribus annis:
Ter senis fuit Æ Pastor pius in Rieualle:
Ter denis ternisque simul S præfuit annis.
Tempora quatuor hic & quinquaginta recense.
Floruit, eniuit, his Patribus atque Patronis,
Vallis amœna Rij, vallis sacra, vallis opima.
Anglia de tali præfulges inclyta sole.

Quando anno 1131. inchoatum esse hoc cœnobium tradit Robertus de
adicias in Monte continuator Sigeberti: Clarauallis, inquit, duo cœ-
nobia uno de producti, scilicet Longipontum & Rie-
uallem, & post paucos menses Vacellas. Eodem anno
Valcellensis auctarium ad Sigebertum isthac habet: Hoc anno
inchoatum est monasterium S. Mariæ, Valcellensis Ec-
clesiæ, in agro Cameracensi. Consentit Mirau in Chronico Cisterciensi. Id si ita est, ergo vel non ab inchoato, sed absolute
Rieuallenensis cœnobio Willemi annos Nicolaus numerat, vel
aliquid inest mendum, cum à 4. Martij 1131. vsque ad 12. Ian.
1166. quo obiit Aelredus, anni sint ferè 35. ipse verò VVil-
lelmo & Aelredo simul non nisi 31. tribuat. De anno fundati
illius cœnobii variè disputat Chrysostomus Henriquez in Notis
ad Menologium 16. April.

3 Obiit porrò B. Aelredus pridie Idus Ianuarij, quo die
hac de eo Chrysostomus Henriquez: In Angliâ S. Aelredus
B. Aelredi festivitas
12. Ianuaria. fatur ipse quoque Ioannes Baleus, licet hostis monachorum
Alibi 5. Catholicaq; Ecclesia. At 5. Ianuarij resurferunt in Kalendario
nuar. Cisterciensi Diuione edito his verbis: Aelredus Doctor, Abbas
Rieuallis. Et in generali catalogo Ferrarij: In Angliâ S. Eal-
fredi Abbatis Rieuallensis. Sed quod in Notis addit Rhœ-
uallum, sive Rhym oppidum, ubi eum fuisse Abbatem
existimat, in Cantio esse, à Londino XLVIII. millibus
passuum distans, ne ille longè fallitur: nam procul à Londino,

Cantiq; finibus abest Rieuallis. Aliud est Rhium oppidum
Suffexia ad Cantiq; fines. Ab Hugo Menardus XI. Ianuarij: In
pago Eboracensi S. Ealredi Abbatis ordinis Cistercien-
sis. Demum Martyrologium Anglicanum XVI. Martij cum re- & 16.
fert: in quo corrigendum primò quod ordinis Benedictini dici. Mart. &
tur fuisse, deinde quod antiquo monasterio Rieuallenensi prefe-
ritus: nam quâ potest antiquum dici, quod ipso vidente atque
etiam fortassis adiuuante erat edificatum. Eodem quoque die
Ferrarij: In Angliâ S. Alredi Abbatis.

4 Variè porrò Aelredi nomen effertur: nam Aelredus,
Alredus, Eelredus, Adelredus, Adilredus, Al- <sup>Variè eius
expressum</sup>
tredus, Athelredus, Ealredus, Hailredus, Eleredus, ^{nomen.}
Ethelredus dicitur; quibusdam etiam Aluredus, Ferrario
Ealfedus, Mirao Valedus. Priora duodecim ab eadem pro-
uenient radice, Athel, sive Ethel, Edel, Eel, Ael, quod no- ^{Vnde for-}
bilem significat; & rad sive red, consilium; vt sit Aelredus, ^{matum.}
Nobilis consilio: vel ab Al, quod omne, vel omnino so-
nat, vt sit Alredus, omne consilium, vel qui omnino con-
silio præstat. Ab Ealredus, & Aluredus, omnino pa-
cificus est, à fred, sive vred, id est pax.

5 Vitam B. Aelredi descripsimus ex Legenda Sanctorum Vita.

Anglia Ioannis Capgrauij, ab anonymo compostam auctore.
Eius meminit Trithemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, ap-
pellatq; eum, virum in sanctis Scripturis iugi studio exer- <sup>Landes ex
varius.</sup>
citarum, & secularis philosophiaz non ignarum, inge-
nio mitem, eloquio dulcem, devotione præcipuum.
Guilielmo Eyengrenio est, ad an. 1164. doctrinâ & eloquê-
tiâ vir clarus, sacrarum litterarum studiis doctus, & in
primis eruditus. Et ad ann. 1200. (videtur autem diuersos
Alredum & Ethelredum existimasse) vit disertissimus,
non minus vitâ quam eloquentiâ spectatus. Extat Gui-
lielmi Neubrigensis ad ipsum Aelcedum epistola, quâ profite-
tur illius se hortatu historiam scribere, licet eam ipso viuente
non perficerit. Recitat Ioannes Picardus in Notis ad Neubri-
gensem Carmen quod Nicolaus Rieuallenensis in Aelredi laudem
cecerit:

Inclitus Aelredus, conditus aromate morum,
Et mellis fauus, & dulcedo fuit monachorum.
Flore iuuenturis hunc Regis regia fouit;

Quæque nocua procul animoque manuque re- <sup>* in ms.
Io. Picardi
in margine
erat addi-
tum Sco-</sup>
mouit.

De Ierico venit in Ierusalem, duce Christo.

Hic citò fructificat, spinas in lilia vertit:

Sparsa recollegit, & in vnum fracta redigit.

Celsior hinc factus, post cælica præmia natus,

Silber & fas est huc dicere, vera retexam.

Nec reor ordiri quicquam de stamine falsi.

Maurus erat maturis moribus, & Benedictus

Exemplo, similis Bernardo, cælibe vitâ,

Virtutum specimen, vitiorum scopâ, decusque

Ordinis & speculum, via pacis, fibula legis.

Prælulit exuuias Pauli Hieronymus auro

Croci: nostra pari decoratur gemma nitore.

Intitulat alios præconia multa: sed ipse

Pacificus Salomon fuit, & mansuetus ut agnus.

Antiquo de consilio, non multa reuolu.

6 Multos B. Aelredus conscripsisse libros legitur, qui à Scripta-
ioanne Pirso, Chrysostomo Henriquez in Phœnicie reuuiſcen-
te, alijsq; referuntur. Eos solos vidimus, quos Richardus Gibbo-
nus noster edidit; nimurum, Sermones 31. de onere Baby-
lonis, in cap. 13. Ifaæ. Speculum caritatis, lib. 3. Com-
pendium speculi. De spirituali amicitia, lib. 3. Homi-
liam

liam de Iesu pueru duodenni. *Vita S. Eduardi, quam 5.*
Ianuar. dedimus, ipsius quoque esse factus perhibetur.

VITA AVCT. ANONYMO,

Ex Legendâ Ioan. Capgrauij.

C A P V T I.

B. Adredi adolescentia, ingressus in Religionem.

NE R A B I L I S Alredus cùm infantulus in cunis iaceret, venit ad dominum patris eius Archidiaconus quidam, nomine Villelmus, vir quidem ^a præclarus genere, & secundum carnem Alredo propinquus. Is enim ad infantulum respiens, vider faciem illius in speciem solis conuersam, & splendidissimis coruscare radiis, ut suæ manus appositorum umbra succederet: tamq; serenus innotuit parvuli vultus, ut ratiocinari in speculo perfectè videri posset. Affirmavit ergo Archidiaconus illum in oculis Dei magnum futurum, cui tanta gratia in suâ infantia arribasset.

Alredus pater abfentia cognoscitur. ^a Omen futura sanctitatis.

2 Cùm autem puerulus de puerorum ludo regrescus domum intrasset, intuens eum pater dixit: Eia fili, inquit, quales nobis edicis rumores? Et ille: Archiepiscopus Eboracensis hodie obiit, pater mihi. Rider ille his auditis cum vniuersâ familiâ, & dixit: Verè fili, inquit, ille obiit, qui ^b malè viuit. Et puer: Alter iste, pater: nam carne solitus ultimum hodie valefecit mortalibus diem. Tertio verò post hoc die, quod puer prædixerat, cùctis de Episcopi obitu verum apparebat.

Incendium mirabiliter refingue. ^c In hospitio Rieuallis, Eboracensis diœcesis & Cisterciensis ordinis, cùm esset, pridie antequām ad habitum recipetur, in cellâ Nouitorum ignis in domo illâ accensus, vsque ad laquearium iuncturas fæuiēs vehementer præualebat; vt culmen ædifici in momento consumere crederetur. Alredus cum ceteris ad mensam sedens, apprehendit scyphum, & extensâ manu siceram, quam continebat, in medium flammarum cum fiduciâ proiecit: & confessim flammarum ignis extinxit.

Carus Regis Scotiae. ^c Adolescens enim tanto amore à Rege Scotorum David complexus est, vt quasi secundus in curia eius factus, ad Episcopatum eum promouisset, nisi ad Cisterciensem ordinem citius aduolasset. Ita pium in omnibus & mansuetum se exhibuit; vt Iesus non turbaretur ad iram, maledictis stimulatus non prouocaretur ad vindictam: amorem pro odio, bonum pro malo, pro inuidiâ obsequium semper reddere satagebat. Miles quidam videns illum à Rege præ omnibus amari, & plus ceteris honorari, illum persequi cœpit, & graui odio inseckari: quandoque etiam eotam Regem illum verbis iniuriosis appetere. Cui ille: Benè, inquit, dicis, ô miles, optimè loqueris: & vera sunt omnia quæ dicis, & mendacium odis: meque, vt credo, diligis. Tandem miles ille considerans Alreduni non turbari, à virtute in aliquo non auelli, pœnitentiâ ductus, veniam petrit: & firmum amicum de reliquo se illi forte spopondit. Cui ille: Fateor, inquit, congaudeo pœnitentia tuæ, & idcirco multò magis te amabo; quia odio tuo in amorem creui Domini mei: & patientia mea pet hoc excitata & probata, forte aliquantulum profeci apud Deum.

Fit Magister Nouitorum. ^c Veniens post hæc ad monasterium Ryeuallense, & habitum monachorum suscipiens, & in vita conuersatione proficiens, cùm cura Nouitorum sibi iuncta fuisset; quidam Clericus ordinem intrans valde instabilis effectus, velut arundo mutabilis ferebatur. Super quo motus Alredus, dixit Deo in corde suo: Da mihi animam huius, & quod ipse minus habet salutis, Tom. I.

licet indigno gratiâ thâ concedere digneris, Domine Avct. Deus meus. Non multò pôst Frater ille ad seculum re. ANONYMO, ex dire desiderans, rem Magistro indicat, & desiderium CAPGRA præsumt mèntis suæ exponit. Cui Alredus ait: Noli, Frater; perire: nam non poteris, quamquam & vélis. Et In voca- stultissimum est hoc ipsum velle, cuius contrarium cu- tione nu- puent omnes Sancti: omnes enim saluari désident. ^{sanctem} Sed ille monita salutis non audiens, à monasterib tecel- mirabili- sitate confir- mat.

parum ante solis occasum ad viam rediens, subito infra murum monasterij transpositum se sensit. Alredus ob- viam illi occurrens amplectitur collum eius, deoscula- tur faciem eius, & dicit: Fili quid fecisti inhi sic! Ecce fleui pro te hodie multis lacrymis: & credo in Deum, quod stet petij à Domino, & tibi promisi, nō peribis.

6 Fecit enim in probatorio cacellam testam ad ^{Pænitentia deditus:} modum paruale cisternæ sub terrâ, cui pér occultos riulos aqua influebat. Ne autem deprehenderetur, os eius lapide latissimo claudebat. In illam ittrans sèpè aquâ frigidissimâ calorem in se omnium extinxit vi- tiorum.

^a *Ipsum quoque Alredum p̄iſeuſ, Chrysostomus Henrīquez in Phœnicie cap. 7. & in Fasciculo lib. 1. dist. 2. 6. cap. 23. genere nobilem fuisse tradidit.*

^b *Tres reperiuntur Alredō adolescentē sedis Eboraci Antifit- tes, Girardus, sive Gerardus, qui anno 1108 obiit; Thomas, qui in 114. & Thurftinus, qui prefectorum diu administratam, ultro di- misit. At Thome ac Thurftini à plerique pietas laudatur. Girardus variis suis virtutis infamis. Sed si de eo hic agi velimus, fuerit sicut Alredus, cùm anno 1166 obiit, plus quam 57. annorum, in d mini- mū 67. qui id anno 1108: puer pronuntiari.*

^c *Hic Alexandro fratri successe anno 1125. vt habeat VVestmo- nasteriensis, qui virum magna sanctitatis & munificentiae vocat. Obiit 1152. Hinc porrò corrigas quod scribit Pitjeus, postquam Abbat iam effecit creatus, innotuisse eum primū Regi Dauidi.*

C A P V T II.

Prefectura, virtutes, miracula.

7 **D**EM Frater, cuius animam Dominum rogauit vt ^{Fit Abbas} sibi daretur, pristinæ mutabilitatis incendio conflagratus à monasterio recedet volebat, & veniens ad ^{de Renef.} Altredum tunc Abbatem de a Reutesby factum, dicit: Domine grauitatem ordinis leditas mea non sustinet. Res omnes contraria sunt naturæ meæ: diuturnos labores non fero. Angor & crucior in morâ longâ vigiliatum: laboribus frequenter succumbo manuum: vestium asperitas cariæ peneitat: voluntas mea delicias appetit seculares, & amores mundi & voluptates suspirat. Et ego, inquit Abbas, laudiores cibos & blandiora vestimenta tibi præparo: & ottinia, quæ monacho de ^{itterum tñ-} bentur, portabiliora indulgeo. Nolo, inquit ille: licet ratum, mihi dedetis omnes diuitias domitis huius. Et Abbas: precibus Nec ego gusto cibum, donec inuitum aut volentem te reducat Dominus. Currit alter ad portam, vt recedat; alter in cubiculum intrat, & orat. Lamentatur prius Abbas filium, & suspiriis intimis cordis erroneum plangit, & consolationem contemnit. Fugitius autem ad portam vechiens, iantius apetit, quasi murum ferente sensit i & sapientis exire tentans, cùm propositum suum nullo conatu implere posset, ad Abbatem compunctus redit; & veniam petens, stabilitatem promittit. Cui Abbas dixit: Euge fili mi, bene venisti; verè miserrus es mei Deus meus, qui te sanum reduxit.

8 Nec multò pôst brachium cuiusdam Fratris tu- ^{Aegrum} more inflatum, signo crucis tumorem fugauit, & sanat. ^{laborat} tati reddit.

9 Factus post hæc Abbas Rieuallis; Ita patens in ^{Fit Abbas} cibo extitit, vt eum non hominem, sed spiritum esse ^{Rieuallis.} putares. Numerum monachorum usque ad centum quadraginta, & quingentos Fratres in monasterio suo ampliavit. Licet enim calculo, & arthriticâ passione, ^{Laborat} ante obitum per decennium vexatus fuisset, in humili- ^{calculeto, &} tate tamen & patientia perseverans, Fratribus sapientis arthritide.

Rer. 3 hoc

Auct. hoc dicere solebat: Filioli, loquimini quæ vultis, tan-
ANONY- tūm non exeat de ore vestro verbum turpe, detractio
MO, EX- in fratrem, & blasphemia contra Deum.
CAPRA-

VIO. 10 Scriptit enim vitam b. S. Edvardi Regis &
 Confessoris, vitam e. David Regis Scotie, & S. Margare-
b tæ Reginæ Scotie; & tringita tres homilia super onus
c d Babylonis in Iisaiâ; tres libros de spirituali amicitia;
 Libri ab eo scripti f de naturâ animæ, & quantitate, ac subtilitate, libros
 e duos; multas quoque scriptis & epistolas: & quod in
 Isa. 13. litteris commendauit, hoc in vitâ completere curauit.
 f Digitum autem suum in os Fratris cuiusdam muti po-
 g suit, & ipsum loqui præcepit, dicens: Loquere, mi Fra-
 Muto im- ter, in nomine Domini. Qui statim omnibus admiran-
 petrat lo- tibus respondit: Libenter loquor tecum, benedictæ
 quendi fa- cultatem. Domine. Et Alredi meritis confessum sanus effectus,
 laudes Domino referebat.

h 11 h Syncopis passio Fratré quemdā perurgens vexabat, vt neque vox neque sensus in illo apparebat. Cui
Egrum verbo sa- accedens Abbas dixit: Dilecte fili, saluet te Filius Dei.
 nat.

Ei maledi- cens puni- impropria, & blasphemias Alredo inferens, eum in- tur. iustè commouit, & spiritum eius merito contra se pro-
 nouauit. Cuius malitiam grauitæ ferens, ad cælum
 Galvvedia incolæ oculos & manus eleuans, dixit: Domine Rex æternæ
 gloriae, sentiat, quæsio, citò iste finem malitiae sua, quia
 tu scis falsa esse, quæ nomini meo nititur ascribere. Cù-
 que Abbas ille cœnobium suum intrasset, in lectum de-
 cedit, & die leptimo cum magnis cruciatibus vitam fi-
 nivit.

i 13 Descendens in Galvvediam Alredus, inuenit
k Regulum terra illius contra filios suos iratum, filios
 Galvvedia incolæ in patrem suos, & in se inuicem fratres. Est autem
 terra illa fera, illestris, & barbara; bestiales homines &
 pessimi mores barbarum omnes quod gignit. Veritas ibi non inueni-
 etâ state. tur, sapientia locum non habet. Nam neque fides ne-
 que caritas diu perdurat in etâ. Castitas toties patitur
 nec i. Rex Scotorum humiliare, nec Episcopus mitigare
 Principem iussit; multoque sanguine terram polluerunt. Quos
 ferocem ad religionem inducit.

Cuidam precibus succurrerit. 14 In ore viri, qui aquam potando ranam deglutierat, & digitos imposuit, & eleuatis oculis ad cælum, dixit: Domine Rex omnipotens, obsecro per filium tuum Dominum Iesum, respice super hanc creaturam tuam, & fac huic sicut vis & scis. Nec mora: rana ad digitos suos aſcendit, & humore magno, & putredine sequentibus, in terram cecidit.

Abstinen- tia mirè deditus; 15 Per quatuor ante obitum suum annos, ab omni
 vita præsentis iocunditate corpus absoluit: ob nimiam corporis maciem, & faciei extenuationem cutis ossibus adhærebat. Parum namque comedens & nimis bibens, ciborum appetitum incredibili abstinentiâ exstinxit: medicorum consilia spreuit, & pro Deo corporis remedia contempnens, animæ sanitati consulere sat- agabat.

Et pia le- ditione. 16 Legebat autem libros, quorum lectio lacrymas elicere soleret, & ædificare mores: & maximè Confessiones Augustini manibus assidue portabat. Sedebat sæpè in foueâ in solo oratori sui factâ, cogitans quia puluis esset: ubi lux Angelica visitationis resplenduit super caput eius; & quasi cum hominibus, ita cum spiritibus cœlestibus loquebatur: & cum solus sæpè esset, plu-

ritorum voces cum illo audite sunt.

17 Spiritu quoque prophetæ claruitnam Fratribus spiritu quibusdam, antequam confiterentur, peccata iussit cō- prophetia arcana fieri, & quæ occulte commiserant, prædicti, locum & cognosceret tempus adiungens. Frates duo cū nocte quadam in dormitorio exclamarent, & Frates ad horrendam eorum vocem excitatæ, Fratri illud in crastino Alterdo referenti, dixit: Verè, fili, inquit, inter fratres nostros, nocte illa diabolus aduenit, & aliquem seducere cogitauit, sed sine effectu attentatæ malitia cum confusione quantocvys abscedere compulsi est. Verumtamen aliquantulum ei quispiam confensit.

18 Postquemdam sermonem in Capitulo factum; Item oculi suorum inter certa Fratribus dixit: Videte, Fratres, vitam ve- stram, corrigite mores, saluti vestre intendite, quia pro peccata certo affirmo, aliquis vestrum addamnationem suam ad corpus Christi accedit, quem publicare nolo, eius correctionem diligo, & rubori parco. Hiscum admiratione magnâ auditis, qui reos se cognoverant, venientes secreta cordis sui ei aperire festinabant.

a Alij Renesby scribunt. Monasterium fuit in diœcese Eboracen, à Rievallenibus erectum.

b Dedimus v. Ianu. vitam S. Eduardi: sed ex iis que ibidem diximus, colligi potest alia de S. Eduardo ab Aelredo scripta, ac fortassis vitam, quæ isthac extat, non esse genuinam illam ab Aelredo scriptam.

c Pitesus vite illius initium citat, Religiosus & pius Rex David, additæ scriptum præterea ab Aelredo planctum mortis eiusdem.

d Matris eiusdem Davidis. De eâ agemus x. Iunij.

e Solus extant 21 editæ à Gibbono.

f Pitesus habet: De naturâ animæ, librum unum. De dotibus animæ librum unum.

g Pitesus: Epistolarum trecentarum lib. i.

h Est syncope, grauissima virium conciso, cum proximo mortis periculo. Ea syncops dicitur vulgo medicorum.

i Galluvallia alias, & Galvoridia dicitur, Ab Hibernis, inquit Cambdenus, qui olim occuparunt, & se Gael suâ lingua contrahè vocant, factâ appellatione. Regio est Scotia, Hibernia Angliaq; finitima, quam Nouantes olim tenuere.

k Hic erat Fergusius, qui factus deinde Edenburgi ad sanctam Crucem Canonicus memoratur. Vthredum eius filium Gilbertus frater natu minor prelio vicit. Lingua excisa oculusq; eritis misere ritâ & principatu exiit. Huic tamen postea Rolandus Vthredi filius successit.

l Scribit tamen Cambdenus, Fergusium, post multas quas derat turbas, ed a Malcolmo adactum, vt filium Vthredum ob fidem dederit. Sed verisimile est B. Aelredi consilio id potius perfidum à Malcolmo IV. nepote Davidis, quam armis.

C A P V T III.

Eximia mansuetudo; morbus, obitus.

19 FRATER quidam aspiciebat in visu noctis, & vi- Imminens
 dit coram facie eius quoddam excelsum ædifi- ciuum artificiose constructum, amplum, & venustum, Fratrici
 vnoque tantum ostio introitum ostendens. Fenestræ in dam in
 illo nullæ, nulla foramina, nullum ibilumen, nisi per somno ostē
 paruum solis radium, qui ostio aperto infundebatur. disur.
 Ligna domus omnia odorifera & fragrantia erant. Quantò proprius accedebat, tantò in illius suavitate
 odoris amplius deletabatur. Et aspicens per ostium, vidit lectum in paumento positum, & in lecto iacentem Abbatem suum. Cum autem ingressus Abbatem
 mortuum videret, vberim eiulare & flere cœpit. Et eleuatis oculis ad lectum domus, vidit imaginem hominis reluentem supra omne quod carnalis oculus in
 hoc mundo conspexit; totumque ædificium tamquam mille luminaribus illustratum resulfit. Per medium omnium membrorum imaginis ita clare vidit, ac si in parte alterâ præsens affuisset. In medio autem domus imago in aëre apparebat, subtus vel supra nullo adiutorio suffulta. Nubecula tamen quedam subobscura, iuxta umbilicum visa est, quæ non adhærebat luci figuræ, sed ibi parumper morabilis dependebat. Et ecce vi à latere assistens, vultu & habitu gratus, Fratri ineffabiliter admiranti ait: Quid miraris? Quare non potius respicis ad Patrem tuum, qui ante te facet, vt asti- mas

mas mortuum? Et ille: Gloria, Domine, huius imaginis obliuisci me fecit mortem dulcissimi Patis mei. Et alter: Non est mortuus Pater tuus. Nam & figura haec, quam vides, anima illius est. Tantum autem in operibus eius restat illuminandum, sicut illa nubecula, quæ circa umbilicum mouetur ithaginis. Quod cum fuerit illuminatum, migrabit ad Dominum. Et ut scias, inquit, quod haec imago anima illius sit, ecce ingreditur corpus eius. In ictu oculi, illa figurâ in corpus per os eius illapsa, vidit statim Abbatem se mouere, quasi veller de loco consurgere. Et præ gaudio Frater ille ita validè exclamare cœpit; vt ceteros Fratres de lectis surgentes, eum excitare cogeret.

²⁰ Per integrum ante obitum suum annum tussis sicca peccus eius ventilans cum aliis infirmatum generibus in tantum debilitavit eum, vt sèpè Missarum laborat. Solemnis celebratis in cellam rediens, per vnam horam nec loqui, nec se mouere præualeans, immobilis in stratu cubaret. Demum vocatis in vnum Fratribus, inter cætera illis dixit: Deum inuoco testem, quod nullius malitiâ, detractione, vel lite exarsi, ex quo habitum suscepit religionis, quæ aliquâ commotione diei finem in corde meo valuit expectare, semper pacem & fraternâ salutem, & propriam quietem diligens. Hoc gratiâ Dei animo imperavi, ne turbata mentis meæ patientia solis occasum pertransiret.

<sup>Mirè mā-
suetus.</sup> <sup>Diem obi-
tus suicui-
dam in
fornis
prædicit.
Moritur.</sup> 21 Dormienti cuidam Fratri Abbas infirmus appartenens, dicit: Quando, Frater, putas transibo? Nescio Domine, inquit ille. Et Abbas: Pridie Idus Ianuarij migrabit ancilla Domini anima mea à domo suâ terrena, quam hucusque inhabitauit. Et factum est ita. Nam secundâ die post hæc circa quartam vigiliam noctis,

pridie Idus Ianuarij, migravit ad Dominum ^a anno Avr. Domini MCLXVI. & anno vitæ suæ quinquagesimo ANONYMO, EX septimo. ^{CAPORA-}

^{vio.} 22 Abbas iste adhuc viuens, cum passione colicâ, & tosse calcoli multum vexaretur, & super mattam iuxta ignem sedens, inter genua caput proorsus habere Laborarat videretur; superuenit Frater quidam, tremens atque colicâ & crudeliter dentibus fiendens, & manibus suis Abbatem calcum.

cum mattâ apprehendit, & totis viribus in ignem proiecit, clamans & dicens: O miser, ecce modò te occido, modò te morte durâ perdo. Quid hæc iaces fictissime! ^{Ei, qui ipsū in ignem coniecerat,} A modò non erit quod mentaris, quia nunc vrique ^{ignoscit.} morieris. Inter hæc monachi venientes, Patrem ab igne extrahunt, & zelo accensi in filium pestilentia manus inlícere voluerunt. Sed oblitus infirmitatis, & caritatis memor, præcepit illis Abbas, dicens: Nolite, quæso, nolite filij, Patrem vestrum tunicâ patientiæ spoliare. Non sum commotus, non sum læsus, turbatus non sum, quia filius meus est qui me proiecit in ignem, & per hoc purgauit, non pereinit. Filius meus est: sed infirmus est. Ego quidem corpore non sum sanus: sed sanauit me in animâ infirmus ille. Et apprehendens caput eius deosculatur, benedicit, amplectitur, & quasi nil mali sensisset, vel passus fuisset, dulciter lenire stu-duit furorem irascentis in se sine causâ.

^{a Subscribunt alij, Pitceus, Gibbonus, Henriquez in Phœnico & Fasciculo; verum hic in Menologio, quod postremo edidit, scribit magister anno 1100. etatis sue 50. Trithemius floruisse scribit circa ann. 1200. Menardus 1161. Ioannes Picardus ait Translationi S. Eduardi interfuisse an. 1164. Probabile id quidem videri potest, et si non recensatur inter ceteros Abbates qui tum adfuere. Verum non 1164, sed 1163, 13. O. Job. dic Dominica, facta est illa translatio, ut suprà s. Januar. diximus.}

S A N C T O R V M M A R T Y R V M

NAINII, IACOBINI, ANSELMI, INVENTIO, BRIXIÆ.

XII. IANUARI. ^{Horum natalis ignorata:} LVRES cum SS. Faustino & Iouitâ (de quibus xv. Februarij agemus) coronati martyrio feruntur. Ex eo numero traduntur fuisse Nainius, Iacobinus, Anselmus; quorum quia nusquam natales reperimus, hic Inventionis memoria signamus, ex Petri Galesinij Martyrologio, in quo hec habentur: Brixiae, inuentio Sanctorum Martyrium, hic Inventionis Nainij, Iacobini, & Anselmi: qui vna cum beatis Marti-

tyribus Iouitâ & Faustino, pro fide fortiter pugnando coronati sunt. Eadem habet Martyrologium Germanicum, in quo tamen Bainius pro Nainio. Ferrarius quoque eos refert ex Galestinio, negat tamen in tabulis Ecclesiæ Brixienfis usque ad eorum extare memoriam. At Galestinus Brixienfum annales citat: quo tamen tempore hac contingit inuentio, non exprimit.



XIII. IANVARI.

SANCTI QVI IDIB. IANVAR. COLVNTVR.

OCTAVA EPIPHANIA DOMINI.

S.Potitus, Martyr.

S.Andreas, Episcopus Treuirensis.

SS.XL. Milites Martyres, Romæ viâ Lauicâna.

S.Secundus Martyr, Romæ.

S.Eno, { Martyres.

S.Quirio, { Martyres.

S.Ingenius,

S.Vincentius,

S.Sattus,

S.Saturus,

S.Felicitas,

S.Cyriacus,

S.Ciminus,

S.Zoticus,

S.Herodus, siue Erisinus,

S.Glycerius, in Campaniâ.

S.Felix,

S.Ianuarius,

S.Pachomius,

S.Papyrinus, { Martyres.

S.Athanasius, Martyr.

S.Hermylus Diaconus,

S.Stratonicus Commemoratus, { Martyres Singu-

taricensis,

S.Glaphyra, Virgo, Amaseæ in Ponto.

S.Agricius, Episcopus Treuirensis.

S.Leontius, Episcopus Cæsareæ in Cappado-

ciâ.

S.Hilarius, Episcopus Pictaviensis in Galliâ.

S.Vuentius Confessor, Vergiaci in Galliâ.

B.Theodorus, Episcopus Senonensis in Gal-

liâ.

S.Designatus, Episcopus Traiectensis in Bel-

gio.

S.Kentigernus, Episcopus Glasguensis in Scotiâ.

S.Verus, Episcopus Viennensis in Galliâ.

S.Enogatus, siue Egnogatus, Episcopus Ale-

thensis in Britanniâ Armorica.

B.Stephanus, Episcopus Bituricensis in Galliâ.

S.Gumesindus Presbyter, { Martyres Cor-

S.Seruuus Deimonachus, { dubæ in Hisp.

B.Euticius, Abbas Balmensis in Burgundiâ.

S.Berno, Abbas Cluniacensis in Galliâ.

S.Leogisolus Abbas, Vergiaci in Galliâ.

B.Heldemarus eremita, Aroasianæ in Belgio.

B.Godefridus, Comes Capenbergenensis, post

religiósus ord. Præmonstratenensis, in VVest-

phaliâ.

B.Iuetta vidua, reclusa, Hui in Belgio.

B.Veronica de Binasco, Virgo, Mediolani.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S.Iulianus, { Martyres, Antiochiae Ægypti. Rabanus,

S.Basilissa, { & ms. Martyrol. S.Maximini Treuirii. De

& Socij, { iis egimus ix. Januarij.

S.Bartvvaldus, Episcopus Cantuariensis. ms. Florarium.

Nos suprà ix. Januar.

S.Guillermus Bituricensis Idibus Januarij traditur sepul-

tura. Kalendar. Cisterc. editum Duione. Vitam dedimus

x. Januar.

S.Cæsaria Virgo refertur hoc die à Sauffaio, iterumq., quo

eam dedimus. xi. Januar.

S.Hilarius Episcopus & Confessor, Parmæ. Galeſinius.

Ferrarius in Catalogo SS. Italia ait S. Hilarium Picta-

uiensem Parma vt Patronum coli: Galeſinius vero in Notis

tradidit eum, qui iſthic celebratur, Parmensem Episcopum

fuisse. Omittimus donec certius quid eruamus.

S.Eugenius Episcopus. ms. Florar. At non addit, cuius Se-

dui fuerit Episcopus. An forè Euentius est, de quo infrà?

S.Seuerus Episcopus & Confessor, apud Lugdunum.

ms. Florarium. Nullum inter Lugdunenses Episcopos Se-

uerum reperimus; nisi sit Verus, quem tamen vt Sanctum

coli, nusquam legimus. Fortassis Seuerus cuiuspiam alterius

Sediu Episcopus, iſthic mortuus, aut conditus est.

Monachi plurimi in Lindisfarnensi S. Cuthberti mo-

nasterio à paganis Aquilonaribus, Idibus Januarij,

interfecti memorantur à Rogerio Houedeno 1. parte An-

nalium ad ann. 793. Malmesburiensis lib. 3. de gesu Pontif.

Anglor. VVestmonasteriensis ad an. 795. Hugo Menardus eos

veluti sanctos Martyres Martyrologio Benedictino in-

scripsit. Nobis nondum constat an ab antiquis vt Martyres

habuit cultiq, sint.

S.Barnitus Confessor, in Scotiâ. David Camerar. Idem

est, quem s. Ianuarij à Ferrario relatum, iſthic quoque, non

satis nobis notum, inter omittendos recensuimus.

B.Stephanus Abbas monasterij S. Laurentij Leodij.

Kal. SS. ditionis Leodiensis. Eius mentio si per honorifica in

vitâ. V Volbodenis Episcopi xxx. Aprilis. Beatû quoque

indiget Iacobus Lobbetius noster in epistolâ, quâ Viam vi-

tae ac mortis tribus libri à se explicatam, dedicat Gerardo

Sancti eiusdem cœnobij Archimandrita.

Henricus monachus & eremita ordinis Cisterciensis

in Sueviâ, refertur hoc die, & Beatus appellatur à Chryso-

fomo Henriquez in Menol. Cisterc. non tamen exprimit an

colatur.

Antonius Naëtinus Tuneti in Africâ à Mauris pro

Christi fide combustus. Ferrarius, & Octavius Caieta-

nus noster.

Sancti monachi in monte Sina & Raithu interfecti

referuntur hoc die in Martyrologio Germanico. Vitam eo-

rum dabimus. xiv. Januar.

S.Tosso; Episcopus Augustanus. Ferrar. De eo agemus

xvi. Januar.

S.Euantius, siue Euentius, Episcopus Viennensis in

Galliâ. Ferrar. Ioannes Chenu, Ioannes Boscius in Bibliothé-

câ Floriacensi, Sauffaio in supplemento Martyrologij Gal-

licani, iterumq., quo & nos, die. 11. Febr.

S.Bosa, Episcopus Eboracenensis in Angliâ. ms. Kalenda-

rium SS. ord. S. Benedicti. At Martyrol. Anglicanum ix. Mart.

S.Gregorius Theologus. Maurolycus, & Petrus de Natal.

lib. 2. cap. 69. Nos. 1x. Maij.

S.Iacobus, Nitibenus Episcopus. Menas. At Martyrol.

Roman.

Encænia sancti Prophetæ Eliæ in monasterio ad pro-

fundum

fundum lacum. Menas. De S. Eliâ agit Martyrol. Romanum.
xx. Iulij.
S. Arigius Episcopus Lugdunensis, hic refertur à Ghinio.
Agemus de eo x. Augusti.
S. Ianuarij Episcopi & Martyris, reportata sunt hoc die
Neapolim reliqua ab Oliuorio Carafa Archiepiscopo Nea-
poli. Cardinale, ann. 1497. ut ad eius vitam dicemus
xix. Septemb.
S. Firmini Episcopi Ambianensis primi, & Martyris,
Inuentio & Translatio. Ferrar. Maurolyc. Galefin. Petr.

de Natal. lib. 2. cap. 70. Saussius, MSS. De eâ agemus ad eius Ex v. Aa
vitam xxv. Septemb. R. I. S.
S. Remigius, Episcopus Remensis, Francorum Aposto-
los, hoc die obiit; colitur pricipue, quo die eius facta est
Translatio, 1. Octob.
S. Bercvvardus, Episcopus Hildeshiemensis. ms. Florar.
Alius Bertvvaldus dicitur, de quo agemus xx. Nouemb.
S. Apria, siue Abra, Virgo, S. Hilari Episcopi filia, à
quibusdam occasione patris hoc die refertur. De eâ agemus
xiiii. Decemb.

OCTAVA EPIPHANIÆ.

XIII. IA²
NVAR II.

CTAVA Epiphaniæ in omnibus ferè cō-
signata est Martyrologiis, Romano, Bede,
Rabani, Notkeri, Maurolyci, Bellini, Mol-
ani, Galafinij, & pleriq[ue] MSS. Agit de eâ A-
malarius Fortunatus lib. 4. de Ecclesiasticis
officiis, cap. 34. Antiquum officium, testi Gauanto commentari.

Officium
huius octa-
ua.

in rubr. Breuiarij, scđt. 6. cap. 7. erat de baptismo Christi, de quo
nunc solum est Euangelium. In Breuiario edito Venetiis an-
no 1521. (quod ipse citat, & congruit vetus Missale excusum
anno 1508. quod penes nos est) officium hoc die siebat semidu-

plex; quod etiam in Kalendario Capuano seruatur, vt videri
est apud Michaëlem Monachum. Breuiarium concinnatum à
Cardinale Quignonio, Pauli III. auctoritate, editumq[ue] an. 1535.
nihil de Octaua, solum de S. Hilario officium habebat. In alterâ
editione eiusdem Breuiarij restitutum est officium Octauæ, quod
nunc est duplex.

2. Graci 14. Ianuarij celebrant Theophaniorum octa-
uam, vt patet ex Menais & Horologio. Ait in Anthologio quod
Clemens VIII. approbavit, notatur octaua sanctorum Epi-
phaniorum 13. Ianuarij.

DE S. POTITO MARTYRE.

AN. CHR.
CLXVI.
XIII. IA-
NVAR II.

N VILLA ferè in veteribus Cisalpinis Martyrologiis, que
quidem viderimus, S. Potiti Martyris memoria. MS.
Florarium, haud sane antiquum, Kalendas Ianuarij
hec habet: Romæ Potiti Martyris, pueri 13; annorum,
qui in equuleo suspenitus, lampadatus, ac tandem lapi-
datus est anno salutis c. x. & decollatus. At MSS. monasterij
S. Martini Tornaci, quod ab aliquot seculis exaratum est,
atque Eusebij, Hieronymi, Bedæ nominibus est prenota-
tum, 3. Ianuarij: Et natalis Potiti, qui sub Antonino Imperatore primò fustibus est casus, deinde carceri inclusus, & magno pondere ferri damnatus. Vnde eductus, in equuleum est suspensus. Et cum esset iussus ab Imperatore secari, & canibus proici, cum milites tangere non poterant. Inde iussus est frigi in sartagine, friculique plumbo superfundit. Post verò palo ferreo fixus à capite est vsque deortum. Quo ab Angelo erexit, iussit illi Imperator linguam abscondi, & oculos compungi. Et cum nec sic vinci posset, iussus est capite plecti, cum esset tredecim annorum puer. Sanctuarij Capuani à Michaële Monacho editi parte 4. Kalendarium quodam monasterij sanctimonialium S. Ioannis, 12. Ianuarij iste habet: Passio erit S. Potiti Martyris.

12. Ian.

13. Ian.

14. Ian.

15. Ian.

16. Ian.

17. Ian.

18. Ian.

19. Ian.

20. Ian.

21. Ian.

22. Ian.

23. Ian.

24. Ian.

25. Ian.

26. Ian.

27. Ian.

28. Ian.

29. Ian.

30. Ian.

31. Ian.

32. Ian.

33. Ian.

34. Ian.

35. Ian.

36. Ian.

37. Ian.

38. Ian.

39. Ian.

40. Ian.

41. Ian.

42. Ian.

43. Ian.

44. Ian.

45. Ian.

46. Ian.

47. Ian.

48. Ian.

49. Ian.

50. Ian.

51. Ian.

52. Ian.

53. Ian.

54. Ian.

55. Ian.

56. Ian.

57. Ian.

58. Ian.

59. Ian.

60. Ian.

61. Ian.

62. Ian.

63. Ian.

64. Ian.

65. Ian.

66. Ian.

67. Ian.

68. Ian.

69. Ian.

70. Ian.

71. Ian.

72. Ian.

73. Ian.

74. Ian.

75. Ian.

76. Ian.

77. Ian.

78. Ian.

79. Ian.

80. Ian.

81. Ian.

82. Ian.

83. Ian.

84. Ian.

85. Ian.

86. Ian.

87. Ian.

88. Ian.

89. Ian.

90. Ian.

91. Ian.

92. Ian.

93. Ian.

94. Ian.

95. Ian.

96. Ian.

97. Ian.

98. Ian.

99. Ian.

100. Ian.

101. Ian.

102. Ian.

103. Ian.

104. Ian.

105. Ian.

106. Ian.

107. Ian.

108. Ian.

109. Ian.

110. Ian.

111. Ian.

112. Ian.

113. Ian.

114. Ian.

115. Ian.

116. Ian.

117. Ian.

118. Ian.

119. Ian.

120. Ian.

121. Ian.

122. Ian.

123. Ian.

124. Ian.

125. Ian.

126. Ian.

127. Ian.

128. Ian.

129. Ian.

130. Ian.

131. Ian.

132. Ian.

133. Ian.

134. Ian.

135. Ian.

136. Ian.

137. Ian.

138. Ian.

139. Ian.

140. Ian.

141. Ian.

142. Ian.

143. Ian.

144. Ian.

145. Ian.

146. Ian.

147. Ian.

148. Ian.

149. Ian.

150. Ian.

151. Ian.

152. Ian.

153. Ian.

154. Ian.

155. Ian.

156. Ian.

157. Ian.

158. Ian.

159. Ian.

160. Ian.

161. Ian.

162. Ian.

163. Ian.

164. Ian.

165. Ian.

166. Ian.

167. Ian.

168. Ian.

169. Ian.

170. Ian.

171. Ian.

172. Ian.

173. Ian.

174. Ian.

175. Ian.

176. Ian.

177. Ian.

178. Ian.

179. Ian.

180. Ian.</

Ex v.a.
rits.

cultu, reuerentiāque habita sunt; ita quoque ab iisdem
continuū Pisani præsentissimum senserunt ac sentiunt
auxilium. Translationis ipsorum festum conuentu
maximo, & summā deuotione ciuium, mensis Nouem-
bris Idibus celebratur Hac ibi. Nihil xiii. Kal. Sept. in vlo
Martyrologio de eā Translatione reperimus.

Festum
Transla-
tionis:

8 Baroniū in eamēdē sententiam in Notis ad Martyrolo-
gium: In Sardinā autem & Pīs agit de Potito & E-
phisiō Idibus Nouembri; sed illa est Translatio. Ferrar-
ius in Notis ad generalem catalogum SS. scribit ex Tabulis Ec-
clesia Pisana, eos tamquā Patronos xiiii. Nouembri, cum
oīta, celebrari. dicit ex Francisci Fara, vt ait, lib. 1. de rebus
Sardoī, Potiti corpus ex Apulā Noram ab Angelis esse de-
latum. Amborum deinde, Potiti & Ephisiō corpora, à Pisaniis
verum in Sardinā potitus, in suam urbem adiecta. De Ephisiō
agēmus xv. Ianuarij.

intermis-
sum:

9 Caesar Engenius Caracciolum scribit, aliquot post Potiti
martyrium annis, eius corpus à Sardis Noram deportatum,
inde Calarim; tandem anno 1326. Pisas vna cum S. Ephisiō
corpo, vbi verumque in magnifico scelto intra Cathedra-
lebasilicam conditum. Additq; ex Dīma Serpi chronicis Sar-
doī, cūm Clerus Pisanius illorum Ma:tyrum cultum (incertum
negligentia, an quā alia causa) intermisset; iamq; eorum feſto
feriale, quod vocant, officium inchoaretur; virumque spectabili-
ment adfuisse cum immensā Angelorum cateruā, atque elata
voce officium de Martib; auspicatos, Regem Martyrum
Dominum, & quā sequuntur, occinuisse, monuisseq; Clerum
vt idem officium prosequeretur: ed enim missos Angelos à Deo ut
neglectum ab ipſis festum celebrarent. Stupefacti qui aderant,
caput à Cœlitibus officium prosecuti, deinceps religiose perege-
runt. Spectatur etiamnum in Choro eiusdem basilica depictum
caleſte hoc ostentum Ita ille.

Eius aliis
que
reliquie.

10 Potuere aut Pīs, aut antea Calari accepisse Tuscanienses
buius S. Potiti reliquias. festumq; instituisse annū celebrandū
11 Id Aprilis, vt num. 2. dictum est: quamquā est aliis for-
tasse Ma:tyr Potitus, quem illi venerantur. Scribit Marius de
Vipera, S. Potiti corpus à Christianis sepultum, posteā
Tūcarii in ecclesiā sanctissimā Trinitatis in arcā anno
sal 1500. repertum collocāsse, & Patroni loco habe-
ri. Idem tradit Ferrarius in Notis ad generalem catalogum SS.
13. Nouemb. & Caracciolum qui sufficiatur partē aliquam cor-
poris isthuc remansisse. Paulus Regius in vitā S. Ianuarij cap. 10.
scribit S. Potiti reliquias alias afferuari in monasterio
Monte Virginis.

Caput an-
in Sardi-
niā.

11 Iacobus Pintus noster lib. 3. de Christo crucifixo, tit. 4.
loco 12. aferit caput S. Potiti etiamnum in Sardinā extare.
Agens enim de inuentione variarum reliquiarum in Sardinā,
num. 40. ita scribit: In altero magnifico & insigniori se-
pulchri, vna cum lacris ossibus inuenta est alia concre-
ti sanguinis amphora vitrea. In alis alia reperta sacra
corpora, non sine eidem, vel similibus sanctitatis vesti-
giis, & martyrij argumentis, odorisque fragrantia suauissimā. Inter argumenta, seu instrumenta martyrij il-
lud præclarum, & singulare, quodd in insigniori sepul-
cro, cum bonā ossium parte collectā, & eō translata, grandiori clavo transfixum caput à vertice ad guttur
inuentum est: quod et si non exp̄essum epitaphio & il-
lustratum Martyris nomine; sat istamen illustre est, ne-
minem Sardorum Martyrum præter Potitum, eo tor-
menti genere martyrium passum. Cuius reliquias constat Martyrologis in Sardiniam ex Italā translatas; sed
inde Pisas, restatur antiquus codex Ecclesie Pisanae,
quem ego legi; sed ad quam insula partem olim ex Apulā translatæ sint, Pisanius codex non habet. Aīunt
nonnulli, Noram. Fortè translata Nuram, vulgo Nur-
ram; & aliæ ab iis quæ Pisas translatæ, mutuato Potiti
nomine. Est autem Nura, seu corrupte Nurra, contigua
Turribus, ad urbemque Turritanam spectans. Hec ille;
verū que non omnia probamus. Nam et si S. Potito trans-
fixum caput, non tamen eo tormento interemptus est; nec existi-
mamus quo superuixit tempore, biantem in vertice plagam ge-
stasse; sed diuinitus & ferrum extractum. & cui atam plagam.
Demus itamen, at Nora, vetus sāne vrbis, ad meridionalem

insula oram refertur à Ptolemao tab. 7. Europa; & suspicantur
viri eruditū haud procul dextrā Sāpī amnis ripā fuisse, Nora urbs.
vbi nunc locus est Nori dictus, non longe ab oppido decor.
Probatur ex Antonini Iterario conjectura, in quo sic habetur:
A Sulcis Nura M. P. Lxix. A Caralis Nura M. P. xxii.
Turris verdū oppositā insula parte ad Septemtriones vergebat.
Nam quod ait neminem Sardorum Martyrum transīxo ca-
pite martyrium passum, vnde id constat? Cui prius fūe eorum
Sanctorum, quorum superioribus annis isthuc reperta corpora
sunt, nota nomina, nedum certamina?

12 Est Beneuenti, vt scribit de Vipera, in S. Potiti ho-
norem templum iam pridem excitatum, in eā urbis re-
gione quæ dicitur ad Calcarias, sed vetustate collapsū. Templo S.
Neapoli quoque adificatum illi templum cum monasterio à Potito ere-
S. Seuero Episcopo, vt haberetur in proprio eius officio Lectio-
ne. Fecit duo monasteria vnuū S. Martini Episcopi
& Confessoris, & aliud S. Potiti Martyris. At de titulo
monasterij S. Martini agemus, cūm ipsius S. Seuero etatem
examinabim⁹ 30. Aprilis, cūm videatur ante Martinum
obiiss Seuerus; sed potius à quopiam è successoribus, propter
populi religionem, dicari S. Martini honori, quod alio prius no-
mine esset appellatum. Est verū nuper, Pauli V. Pontificis assensu,
venditum id monasterium in g: atiam Camilli Caraccioli Prin-
cipis Auelli, cuius palati luminibus officiebat, atque alio loco
nonum edificatum, quod 30 religiosa ordinū S. Benedicti inco-
lunt, quibus sacra sex Presbyteri procurant. Ita Caracciolum.

V I T A EX M. M. VELSERI.

C A P V T I.

S. Potitus patris minas, dolos demonis vincit.

ACTVM est autem in diebus illis. S. Potitus dum esset in infantia suā
constitutus in ciuitate a Sardicā, Spi-
ritus Dei super ipsū habitabat. Pater
verū eius, nomine Hylas, idolis &
diis iniquis seruebat, & multis verbis & blandimen-
tis suadebat filio suo, vt sacrificaret diis. S. Potitus
dixit: O pater, non vtile verbum loqueris mecum, vt
sacrificem dæmoniis. Tunc pater iratus iussit S. Potitus ^{S. Potitus} _{aparente} fame:
sub custodiā mitti, & præcepit vt nemo ei escam mi-
nistraret, neque aquam ei daret, dicens: Sine, videamus
si Deus tuus, quem te dicas colere, ipse dabit tibi panē.

2 Tunc S. Potitus fixo genu Deum deprecabatur,
dicens: Iudica Domine nocentes me: expugna impu-
gnantes me. Te enim, Domine Iesu Christe, desidero
videre, quia tues odor suavitatis. Tuhumiliasti te pro
nobis peccatoribus. Adiuver me dextera tua, sicut mi-
seratus Danielis in lacu leonum: sicut locutus es Do-
mine Iesu Christe in sancto Euangeliō, dicens: Beati
qui esurunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturar-
buntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter
iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. San-
ctus verū Potitus confortabatur à Spiritu sancto, & fa-
cies eius splendebat, vt radius Solis.

3 Pater autem eius iterum accessit ad eum, dicens: Reddis si
Filiū sacrificia diis, iussum est enim ab Antonino Impe- ^{dei ratio-}
ratore, vt quicumque non sacrificauerit diis, multis & ^{nem.}
diuersis penitentiis interficiatur, aut feris tradatur. Dolet
enim mihi quod te vnicum filium ^b habeo. S. Potitus
dixit: Quibus diis sacrificare debeo, vt nomina iplo-
rum sciam? Pater eius dixit: Non scis, fili, Deum esse
Iouem, & Arpa & Mineruam? S. Potitus dixit: Ex
quo natus sum ex te, pater, numquā audiui vt Deus
Arpa dicatur, aut Ariana, aut Minerua, quos tu dicas.
O Pater, si scires quanto potens est Deus Christiano-
rum, qui se humiliavit, & saluavit nos, & crederes in ^e
ipsum. Non enim scis pater Prophetam dicentē: Quo-
niam omnes dii gentium dæmonia: Dominus autem
cælos fecit. Hylas dixit: Vnde tibi ista verba? S. Potitus
dixit: Ego cui seruo, ipse loquitur per os meum; sicut ^f
in Euangeliō dicit: Nolite cogitare quomodo aur quid ^g
loqua-

loquamini; dabitur enim vobis in illâ horâ quid loquamini.

Contemnit dormientia. 4 Hylas dixit: Ergo fili nullam pœnam times? aut cùm fueris ductus ad Antoninum Imperatorem, quid de te facturus eris, cùm in multis pœnis fueris constitutus? S. Potitus subridens ait: O pater, verbum stultum locutus es: nam Dominus noster Iesu Christus, qui est redemptor animarum nostrarum, ipse me confortabit seruum suum. Non enim scis, pater, quia in nomine Domini David singulus Goliâ occidit de saxo, & de gladio eius amputauit caput ipsius, & monstrauit coram filiis Israël & coram socero suo. Hylas dixit: Ergo in omnibus istis paratus es? S. Potitus dixit: Credo in Deum Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, quia hæc omnia paratus sum in nomine Domini pati. Sed tu, pater, crede in Dominum Iesum Christum, & saluus eris: isti enim dij nihil sunt, & nūquam aliquem saluum fecerunt, aut aliquando præualuerunt. Si vis scire, pater, die ac nocte in igne ardenti, & numquā extinguitur ab illis ignis æternus. Quis ergo, pater, æramenta & petras adoret, qui cùm ceciderint in terram, erigere se non possunt; sed fī minutati fiunt, ut puluis, & vocem non emittunt, muti enim fiunt. Vel ad serpentes attende, si momorderint nocere possunt; illi enim hominē nocere non possunt: quanto magis qui pro Christi nomine patitur, qui conculcauit leonem & draconem?

5 Et admiratus est Hylas pater eius, & in faciem suā cecidit in terrâ, dicens: Verè Deus est cū filio meo Potito. Væ enim mihi peccatori, ut filius meus sapientior me inueniatur! Statim enim g̃ nubes de cælo rapuit S. Potitum, & depositus eum in locū, qui dicitur b Ephesus. Ibi flectens genua sua orabat, dicens: Deus Angelorum, Deus Archangelorum, exaudi me peccatorem seruum tuum: non enim sum dignus inuocare te, quia peccata mea multiplicata sunt super me. Da intellectū patri meo, ut cognoscat quia tu es Deus solus, & non glorietur diabolus super eum; sed mitte Spiritum tuum sanctum super eum, ut cognoscat te; & non separetur à me, qui genuit me.

6 Et itatim Angelus apparuit S. Potito, dicens ei: Fiat tibi, sicut petisti: Deus enim tecum est, & vbi cumque inuocaueris illum, paratus est tibi Deus. Scias enim diabolum, qui est seductor animarum, paratum esse ad impugnandum te; & cum multis verbis fallacibus, suaturus est te, dicens tibi, quia ipse est Christus. Ergo non adorabis eum, sed dic illi: Si tu es Dominus Iesu Christus, flecte genua mecum, & oremus. Observa enim calcanea eius, quia terram tangere non possunt. Et statim Angelus abscessit ab eo. Tunc S. Potitus orans, dixit: Misérere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.

7 Et ecce diabolus stetit ante illum, dixitque illi: Ecce ego ad te, Potite, veni: quid tantum crucias animam tuam, vade ad domum patris tui, & epulare ibi. S. Potitus dixit: Non destrues fetuum Christi. Diabolus dixit: Non vides, quia ego sum Christus, & dolui super lacrymas tuas, & veni ad te? S. Potitus dixit: Si tu es Christus, oremus. Et attendens calcanea eius, terram non rangebant. Tūc humiliauit se in orationem S. Potitus, dicens: Domine Iesu, expelle à me iniquitatem istam, ut non glorietur super me seruum tuum. Tunc videns diabolus, quia non potuisset humiliare eum sibi, magis creuit cubitis quindecim. S. Potitus hæc videns exstupfavit in eum, dicens: Recede inimice; non enim suades seruum Christi, sed sicut tibi Dominus dixit, recede retro, & adora Dominum Deum tuum: iussum est enim tibi, ut ipsi soli seruias, & statim diabolus mutauit colorem, & factus est sicut taurus, & clamauit mugiens super militem Christi. Tunc S. Potitus factâ cruce, ante illum non potuit se iungere. Diabolus amplius clamabat, dicens: O S. Potite dimitte me: quid me obligasti? ardeo enim. S. Potitus dixit: Crux signo ligat. Iura mihi per sanctam Crucem, quæ te obligauit, quia

iam non noceas homini Christiano, & dimittam te. Ex MSS. Diabolus dixit: Per ipsam Crucem, per quam obligasti me, iam tecum luctatus non sum.

8 Et exiens dimissus, dixit: O quæ infantia me exsuperauit! ut mihi sic illusisset! vbi misericordiam sagittas meas ad senem si misero, ille iam amplius sapere non potest: si in animal misero, ipsum animal mutum est. Sed ingrediar in filiam Antonini Imperatoris, ipsam enim unicam habet: & ostendo virtutes meas. Et exclamauit diabolus, & dixit: O Potite, Multatim. vsque in finem mortis tua, non dimittam te, per fratres meos, & similes mihi, quia ingrediar in cor Antonini Imperatoris, & Gelasij Præsidis, & multis pœnis interficiam te. S. Potitus dixit: O tu falsator inimice, in quas volueris pœnas ibo, & expugnabo te, non ego, sed Dominus meus Iesu Christus. Et statim recessit inde diabolus, & ibat blasphemando: Væ mihi, à quo infante superatus sum?

a Ms. S. Max. Serdicia. b Ms. S. Max. perdam.

c Vita Sicula Arphan. Ignotum nobis hoc idolum, uti & plurimorum gentium numina.

d Vita Sic. Arianus. Fortè Adrianus Imper. qui in Deos relatus, ut habet Eutrop. & alij. e Ita Ms. S. Max. at Velf. credentes.

f Ms. S. Max. immutati.

g Vira Sicula: Hæc autem cùm parum ad conuersiōnem parentis valiture prospiceret sanctus iuuenis, ab eius elapsus manib⁹, peruenit in locum, &c. At in alterā viā disertè afferitur parentem conuersisse.

h In Ms. Velfieri erat Hierusalem; & appositum aliud manu, Ephesus, quomodo etiam habebat Ms. Ultraiectimum. S. Max. Ephesus. Vita Sicula Ephisi altera vita, in Epirum. Hic deerat folium in codice Velferi, suppleuimus ex S. Maximini Ms.

CAPUT II. Multos verbis & miraculis conuertit.

9 Tunc S. Potitus descendens ad ciuitatem, quæ dicitur Valeriana, ingressus est in eam, & sededit in Valerianæ medio foro. Tunc b Quiriaca matrona Agathonis Senatoris vxor, c qui erat primæ cathedræ Senator, lepræ patiebatur, & nullus eam poterat curare. Tunc S. Potitus humiliauit se in pauperem, & sededit ante regias eius, & aquam petebat sibi dari ab Eunicho, nomine d Hyacintho. dixitque ad eum Eunuchus: Huc venisti aquam petere? S. Potitus dixit: Desidero de istâ domo aquam bibere, non tantum aquam, sed fidem vestram desidero, ut sit pax super dominum istam, & gratia Domini mei Iesu Christi. Eunuchus obstupefactus quod talia verba ab infante audiret, admiratus est dicens: Vnde es tu infans? aut quomodo est nomen tuum? S. Potitus dixit: Homo sum ego, qui Domino meo Iesu Christo seruio, qui est redemptor omnium animarum, maximè fidelium, qui leprosos & paralyticos curauit, cœcos illuminauit, mortuos resuicit. Eunuchus dixit: Ergo si seruus ipsius es, tu potes leprosos curare. S. Potitus dixit: Saluat & curat Dominus meus Iesu Christus, & ego per ipsum, sicut ipse in Euangelio dixit: Si habueritis fidem, vt granum sinapis, dicitis Matt. 17: huic monti, transi hinc, & transit; & nihil impossibile est vobis. Eunuchus dixit: Ego tu potes dominam meam curare à leprâ suâ. S. Potitus dixit: Si crediderit in Domino meo Iesu Christo, faciam eam saluam. Eunuchus dixit: Nonne si tu eam feceris saluam, dominus poteris esse super omnes facultates eius? S. Potitus dixit: Ego nō desidero aurum, neque argentum; neque diuitias eius concupisco: sed solam animam eius adiungere Christo Domino meo desidero.

10 Et statim Hyacinthus Eunuchus nuntiavit matronæ hæc omnia quæ audierat ab infante. Et iussit eum sam intro vocari ad se. Ingressus autem S. Potitus in cubiculum eius dicit: Pax huic domui Domini mei Iesu Christi. Quiriaca Senatoris vxor dixit: Fac me saluam, & ego credo. S. Potitus dixit: Si credideris, salua eris, & bonū opus videbis cum totâ domo tuâ. Quiriaca dixit: Quomodo possum credere? S. Potitus dixit: Baptizare in nomine

diabolum
sibi sub
specie
Christi,
gigantis,
tauri infi-
diantem
vincit;

Matth. 4:
10.

Crucis
signo ligat.

Ex mss. nomine Christi, & eris salua. Quiriaca dixit: Ego credo alium non esse Deum, nisi quem tu colis; tu fac quod facatur es. Tunc humiliauit eum S. Potitus in oratione, & fleuit, dicens: Domine Iesu Christe, Rex Angelorum, redemptor animarum, tu dixisti ad discipulos tuos: In nomine meo leprosos mundate, mortuos suscitate: & me exaudi Domine famulum tuum, ut fiat gratia tua super mulierem istam, & dicant gētes, quia tu es Deus, & præter te non est aliud. Et statim sanata est mulier illa, & splenduit caro eius, sicut fradis solis: & credidit Quiriaca, & dominus eius tota, & media ciuitas: & benedixerunt Deum, dicentes: Verè magnum lumen vidimus, & bonum desiderum per hunc infantem, qui redemit nos ex omni peccato. Tunc S. Potitus dixit: Ecce vidistis omnia mirabilia Dei: custodite mandata eius, ut salvi sitis in secula seculorum. Et statim recessit de domo eius.

f **Matth. 10. 8.** *Eam pre-cibus sa-nat, & cō-muertit, & mulios alios.*

g *Eam pre-cibus sa-nat, & cō-muertit, & mulios alios.*

a Nullam adhuc illius nominis ciuitatem reperimus. Valerianus, urbes ac regiones. Si Sardum agnoscamus Poticum, licet suspicari urbem hic intelligi Sardinie, quam Ptolemaeus lib. 3. cap. 3. Valeriam vocat, licet Valentiam quidam scriptisse arbitrentur, quod mox Valentinos populos eadem insula parte, haud procul Carali, locet.

b Ms. Velf. Quiriacis. Vit. Sic. Cyriaca.

c Ms. Vlra. que erat prima in cathedrā Senatus.

d Ita vita Sic. Alia MSS. Iacyntho.

e Ita MSS. Velf. & Vlra. At S. Max. Dic infans, omnia quæ audiui potes facere?

f Ms. Velf. hic & supra, radia.

g Ferrar. & de Vipera habent, etiam Agathonem Quiriacem maritum esse conuersum.

C A P V T III.

Energumenam sanat, idola euertit.

ii **T**unc diabolus clamabat per os filiae Antonini Imperatoris, dicens: Nisi venerit Sanctus Dei Potitus de monte, & iussi me, non recedo à filiâ tuâ, Antonine. Illa autem suspendebatur per capillos in aëre: & erat tristitia magna in palatio Antonini Imperatoris: & promittebat diis multa, dicens: Deus Apollo, Deus Arpan, & Deus Louis, si feceritis filiam meam saluam, offeram vobis taarum cum cornu deaurato. Diabolus dixit: Nisi venerit S. Potitus, non hinc exeo.

Accersitur ad Imperatorem, ut filiam à damone liberet. Tunc Imperator misit Gelasium Præsidem cum quadraginta militibus ad comprehendendum S. Potitum. Et ascenderunt in montem, & inuenierunt S. Potitum filiam à sedentem, & feras multas circa eum stantes. Quod vidit Gelasius Præses expauit, feræ autem steterunt contra illos. S. Potitus dixit ad feras: Reuertimini ad loca vestra, neminem laudentes. Tunc Gelasius iactauit bo cohibet: se de equo, & comprehendit eum. Sanctus verò Potitus dixit ei, ut quid cum tantâ turbâ venisti ad me? Gelasius dixit: Tu es Potitus? At ille respondit: Ego sum peccator seruus Domini mei Iesu Christi. Gelasius Præses dixit: Imperator te vocat. S. Potitus dixit: a Cum homine Christiano quam caußam habet? Tunc iussit ducitur ad militibus comprehendere eum, & manibus ligatis deducere ad urbem. Et cum venissent ad palatium, ingressus est Gelasius ad Imperatorem. Dixit ad eum Imperator: Vbi est, ad quem directus es? Gelasius Præses dixit: Magna mirabilia vidimus in isto puer, & penè ipsi mortui fueramus. Imperator dixit: Et quid vidistis in eo? Gelasius dixit: Omnes feræ circa eum adstabant; & cum vidissent nos, impetu fecerunt contra nos. Ille autem iussit eas, & statim recesserunt. Imperator dixit: Adducite illum in conspectu nostro.

Expellit demonem ab eius filia. 12 Cùm ingressus fuisset, dixit ad eum Imperator: Quis genus es tu? S. Potitus dixit: Christianus sum. Imperator dixit: Non scis præcepta Principum, c Qui non sacrificauerit diis, pereat? S. Potitus dixit: Ego hoc desidero. Imperator dixit: Fama tua peruenit ad me. Potes saluare filiam meam? Et si eam feceris saluam, honorabo te diuinitatis magnis. S. Potitus dixit: Dij tui

quare non eam faciunt saluam? Imperator dixit: Quid mihi sic superbè responde? S. Potitus dixit: Si eam fecero saluam, credes in Deum, quem ego credo? Imperator dixit: Credo. S. Potitus respondit: Scio quia induratum est cor tuum: sed propter populum adstatu tem facio, ut videant & credant in nomine Iesu Christi. Tunc adducunt filiam Imperatoris, & stetit ante S. Potitum. Quod ut vidi diabolus, dixit ad eum: Quid est Potit? non tibi dixeram, quia te faciem iniurum venire? S. Potitus dixit: O diabolus ecce contradico tibi: recede ab ista puellâ, quani Dominus Iesus Christus plasmavit. Iple tibi imperat, diabolus, ut discedas ab eâ. Diabolus dixit: Et si me hinc expellis, tamen non te dimittam. Tunc S. Potitus insufflavit in faciem puellæ, & dñs alapâ exiuit diabolus, & factus est velut draco, ut vniuerlus populus videret; & multi ceciderunt in faciem dicentes: Verè magnus Deus huius pueri.

13 Imperator dixit: Iste per maleficium facit omnia. S. Potitus dixit: Væ tibi, stalte Imperator, quia vidisti mirabilia Dei, nec sic credis. Ille enim cum vidisset **Imperato-** **liam suam saluam**, dixit: Gratias ago diis meis, qui eam **remid ma-leficis tri-buentem arguit.**

Imperator dixit: Dimitte verba quæ loqueris, & sacrificia diis meis: & faciam te in palatio magnum, & dabo tibi aurum & argentum & margaritas. S. Potitus dixit: Numquā tibi bene sit Imperator: aurum enim, & argentum & margaritas in celo habeo, quod mihi remittit. Promisit Dominus Iesus Christus. Aurum tuum, & argentum, & omnia tua ignis consumetur. Imperator dixit: Adhuc superbè loqueris? S. Potitus dixit: Pœnas tuas non timeo. Dominus enim meus Iesus Christus ipse me liberabit de manibus tuis. Imperator dixit: Ad iniuriam loqueris. Aut sacrificia diis, aut inubeo te diuersis exemplis perire. S. Potitus dixit: Pareas tu, & regnum tuum, si nō feceris. Imperator dixit: Ad iniuriam meam loqueris. Vide quamdiu te sustineo. Dolet mihi de infantâ tuâ, quoniam te feris traditurus sum. S. Potitus dixit: De te ipso dole, Imperator, quia magnus infernus tibi paratur, vbi cremenaberis tu, & pater tuus diabolus, qui te obduravit.

14 Imperator irâ commotus, iussit eum expoliari, **Ceditur & fustibus cædi.** S. Potitus dixit: Gratias ago Domino **fustibus.**

meo Iesu Christo. Tunc expolierunt eum, & fustibus maceraverūt usque ad mortem. Et dum cæderetur, hilari vultu benedicebat Deum, dicens: Benedic me Domine: quia hæc omnia propter nomen tuum patior; & nullum dolorem cædientium sentio. Imperator dixit: Quid vis? mori aut sacrificare diis? S. Potitus dixit: Quibus diis? Imperator dixit: Non scis Iouem esse Deum & Arpan, & Attanam, & Mineruam? S. Potitus cum risu dixit: Videamus, quales sunt dij tui, & faciam quæ iubes. Imperator autem gaudio repletus, iussit eum duci cum multâ turbâ; & ipse Imperator prior introibat in templum, & dixit: Gratias ago vobis **Idola querit.** dij, quia vix infante portui ad vos adducere. Erat enim turba hominum quasi decem millia. Et cum ingredieretur S. Potitus, oravit, & ceciderunt idola ante pedes eius, & facta sunt velut puluis minuta. Cùm vidit Imperator, reus factus dixit: Quæ infanta me illusit? Imperator dixit: Vbi sunt dij, in quibus me dicebas sacrificare? Imperator dixit: Per maleficia tua deos meos exsuperasti. S. Potitus dixit: Si verè dixerant, quare se non defendenterunt? Ecce, ut scias, Imperator, quantum potens est Dominus meus Iesus Christus, cui ego seruo.

a Ita Ms. S. Max. At Ms. Velf. Cum homine Christi antiquam caußam habet.

b Addit Ms. S. Max. Romam.

c Ms. Velf. Qui non sacrificauerit, dispereat Ms. S. Max. Qui non sacrificauerit diis, perierit.

C A P V T I V.

Glorioso martyrio perfungitur.

Ferro one- 15 **I**MPERATOR confusus iussit eum in carcere re-
tatur in cludi, & centū viginti pondo ferri in collum eius
carcere. mitti. S. Potitus dixit: Adiuro te, Imperator, adhuc alia
centum viginti pondo adauge. Et fecerunt ministri

sicut eis præceptum fuerat ab Imperatore, & ligau-
Angelus runt S. Potitus, & signauerunt de annulo Imperato-
rum soluit, & carcere. tis, vt nullus ad eum ingredieretur. Tunc S. Potitus ora-
& carcere uit, dicens: Domine ad adiuandum me festina: cùm
illuminat, defecerit virtus mea, ne derelinquas me: libera me de
ac suauit hac pœnâ misericors, sicut liberasti Ioseph seruum
odore re- tuum ab iniuitate dominæ suæ. Et statim Angelus ap-
plete. parauit ante eum: & relaxit cancer, sicut duodecim can-
delabra ardentia: erat autem facies Angelii, sicut nix de
cælo, aut vt radij solis. Et statim factū est ferrum sicut
ceram liquefieis. Tunc S. Potitus dixit: Gratias tibi ago,
Domine Iesu Christe, quia dignatus es visitare seruum
tuum. Sed magis conforta me in his pœnis, quas mihi
excogitat Imperator Antoninus facere; vt magnifice-
tur nomen tuum in vniuersa terrâ, vt non glorietur ini-
micus super seruum tuū. Cancer enim sic olebat, quasi
aromata. Nam & ipsi custodes carceris admirantes at-
tendebant per regias carceris, quomodò S. Potitus
in carcere deambulabat cum Angelis.

16 Tunc Imperator misit præcones, vt qui non
aspettarunt spectaculum, gladio puniretur. Et imple-
tus est in amphitheatru populus, quasi triginta millia

Potitus in expæctantium: & iussit S. Potitus, de carcere adduci.
amphi- Etingressus S. Potitus amphitheatrum, faeto signaculo
theatre ge- Crucis, stetit ante tribunal. Tunc Imperator dixit: Vbi
nero è ty- vides? S. Potitus dixit: Video me in terrâ Domini
ranno re- mei stare. Imperator dixit: Ecce hodie interitus tuus
sonder. erit; & quis est Deus, qui eripiat te de manibus meis?

c 17 Tunc Imperator iussit eum in eculeo appendi
e & lampadari. Ille autem confidens in Domino, am-
Lampada- plius refrigerium accipiebat. Iterum iussit eum exun-
gulari. S. Potitus loquebatur dicens: Vbi sunt minæ
tuæ, Imperator? Populus autem clamabat, dicens: O
infans in tantis pœnis positus securus pugnas? Verè
quia Deus Petri operatur cum eo. Tunc deposuerunt
Obiicitur eum de eculeo: & iussit eum feris tradi; feras dimitti,
feria. quæ cùm venissent ad eum, acciderunt ante pedes eius.
Tunc S. Potitus dixit: Quid est Imperator? ecce supe-
rauit te Dominus Iesus Christus, vt scias quantum est
qui credunt in Dominum Iesum Christum. Nam pœ-
næ tuæ non dolorem, sed refrigerium mihi præstant.

18 Tunc Imperator iratus, iussit membra eius se-
secari & canibus mitti. S. Potitus dixit: Gratias ago Do-
mino meo Iesu Christo, magnam enim coronam mihi
parasti, quam promisit Dominus diligentibus se. Dico
tibi Imperator: corpus meum in potestate habes, ani-
mam autem tangere non potes. Ministri verò præceptū
Imperatoris facientes se concidebant, illum autem tan-
gere non poterant. S. Potitus dixit: Erubesc Imperator,
superatus ab omnibus quæ mihi fecisti.

19 Populus autem clamabat: Magnus est Deus
christianorum. Tunc crediderunt in nomine Domini
Iesu Christi quasi duo millia hominum. Imperator ite-
rum iussit eum frigi in sartagine, addito oleo. Qui cùm
oleo & plumbo frigeretur, plumbum iussit solui & super eum fundi.
Ipse autem confortabat vt adiungerent amplius, quia
magnum refrigerium in corpore suo sentiebat.

20 Tum vidit se Imperator in omnibus viictum.
Feruenti oleo & plumbo iussit acutum fieri aduersus statum eius, & allatum
acutum iussit eum capite vlique deorsum in eum figi.
Stabat in acutum S. Potitus, & amplius illi loquebatur.
Tunc Imperator dixit: Ecce modò veniat Deus tuus, &

Tom. I.

liberet te de acuto. S. Potitus dixit: Dominus meus ip- Ex mss.
se me liberabit. & adiiciens dixit: Respice Domine de
cælo, & vide & libera me de hoc acuto, sicut liberasti
S. Petrum de vinculis catenarum. Et eleuans oculos
suos ad cælos iterum dixit: Pater altissime, Creator
cæli & terræ, cum vnigenito Filio tuo Domino nostro Clavis dæ-
Iesu Christo, & sancto Spiritu, iube acutum istum tolli unius
de me, & figi eum in caput Antonini Imperatoris. ranni infi-
Statim autē Angelus adueniens, tulit acutum de S. Po- gitur,
tito, & fixit eum in caput Antonini Imperatoris. Impe-
rator clamabat dicens: Misere mei serue Dei; modò
cognosco quia Deus tuus satis potest: libera me de acu-
to, quia cruciatur anima mea. S. Potitus dixit: Dij tui te
liberent, sicut Dominus meus Iesus Christus me libe-
rauit. Populus autem cum magnâ admiratione clama-
bat: O fides in hac infantia, quæ superauit idola; errant
enim omnes qui in illis credunt.

21 Imperator clamabat: Miserere adolescens, quia S. Potitus
mortior. S. Potitus dixit: Non mereberis de isto acuto baptizat
liberari, nisi venerit filia tua, non te liberabo de isto filiam Im-
peratoris. Magna autem turba erat; nam & omnes Sena-
tores tristabantur. Tunc venit filia eius, nomine Agnes,
& cecidit ante pedes S. Potiti, dicens: Baptiza me in
nomine Iesu Christi, quem tu adoras. Et baptizata est
coram Deo & Angelis eius. Tunc orauit S. Potitus, &
sublatus est acutus de capite Antonini Imperatoris.
Qui clamans voce magnâ dixit: Gratias tibi ago, Deus
Apollo, & Deus Arphe, & Ariane, & Minerua, qui me
liberastis de hoc acuto.

22 Tunc ita ductus iussit linguam eius amputari, Præcisâ
& oculos eius compungi. Et incisâ linguâ S. Potitus linguâ lo-
psallebat, dicens: Benedicam Domino in omni tempore, quitur.
re. Et iterum dixit: Deus iudicium tuum Regi da, & iu-
stitiam tuam filio Regis. Quid est Imperator, quia lin-
guam meam amputasti & putas me non posse loqui aut
tecum certare? Superat te Dominus Iesus Christus qui
superauit Pharaonem, & liberauit filios Israël. Quid
amplius facturus eris in me? Imperator confusus in
omnibus, vidit se superatum, nihil inueniebat quod ei
faceret.

23 Tunc S. Potitus dixit: Non me poteris superare,
nequissime Imperator, nisi gladio caput meum ampu-
tare. Sic Imperator gaudio repletus iussit eum decolla-
ri. Et dum duceretur ad decollandum S. Potitus, dixit:
Depreco te Imperator, vt vbi petiero, ibi me tu iubeas
decollari. Quod permisum est à Principe. Tunc dux-
erunt eum in Apoliā, in loco qui dicitur Milianus, in-
ter k Sentianum & l Mulianum. Decollatus est autem h;
S. Potitus super flumen qui dicitur m Banus, & visus est k l
spiritus eius sicut columba. Et abierunt ad corpus eius Pleditur
& custodierunt eum tribus diebus, & sepelierunt eum, capite.
& fecerunt planctum magnum in illâ die. Martyrizatus
est autem Sanctus Dei Potitus sub Antonino Impera-
tore, Januariis n Kalendas. Anorum enim erat trede-
cim; regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est ho-
nor & gloria in secula seculorum. Amen.

a Ms. S. Max. adiunge. b Ms. S. Max. carcerarij.

c Ms. Velf. Et impletus est amphitheater populo.

d Ms. S. Max. Lauda.

e Ms. S. Max. per latera eius lampades supponi.

f Ms. S. Max. Staturam. g Adit idem Ms. & calidum fieri.

h Ita MSS. Velf. & Vltr. At S. Maxim. & Vit. Sic. aliq. Ap-
pulia; & passim intelligent Italia provinciam Apuliam, in qua nul-
lum nominatorum hic locorum apud autores expressum reperimus.

i Ita MSS. Velf. & Vltr. Deest loci nomen in vitâ Sic. & Ms.

S. Max. In 2. vitâ & Lectionibus officij proprij Iulia vocatur.

k Vit. Sic. Terentianum. Ms. S. Max. Lencianum. Ms. Vltr.

Sincianum. Leit. Off. Sentianini.

l Altera vita Iuntianum. Ms. S. Max. Iuntianum. Ms. Vltr. Mi-

lianum. Vit. Sic. Julianum. Leit. off. Iuamini.

m Vit. Sic. Calauius. Ms. S. Max. Calabius. Ms. Vltr. Vrbanus.

n Vit. Calabriticus. Lectiones proprij officij. Calabiaricus.

o Ita Ms. Velf. & Vltr. At S. Max. xi. Kal. Februarij. Vita Sic.

Idibus Januarij. consentit 2. vita.

ALIA VITA

Auctore anonymo.

Ex ms. cœnobij S. Potiti Neapol.

PROLOGVS AVCTORIS.

DO MINVS & Redemptor noster de cœlis per viscera virginea in theatrum huius mundi desiliens, humanum genus, quod olim aemulationis fraude depravatum fuerat, Cōditori omnium Deo Patri reconciliare cupiens, inuisibilem ignem sanctæ fidei, & spei, caritatisque misericorditer attulit, ipso in sancto Euangelio afferente: Ignem veni mittere in terrā; & quid, inquit, volo, nisi ut ardeat ut quemadmodum in primis parentibus feruorem fidei Frigidus in horto cantando fregerat anguis Liuidus & nigrum virus perfuderat ægris;

LUC. 12. 49. Christus Dux Mnr- ita mediator Dei & hominū homo Christus Iesus my- sticus Adā, per sancti calorē Spiritus inuisibili fragiles animos miseratur industrā. Hoc siquidē conflagrati

sūt sancti Prophetæ, Apostoli, Martyres, & omnes Sancti vtriusque sexus fidelium, qui usque ad sui metas transi- tūs ab eius dilectionis ardore non teputere. Et quis interim fuit eorū signifer, nisi idem Salvator omnium, qui in corpore suo crucem leuans & ferens, prævius suo sanguine, tolerando passiones, Martyrum effectus caput est? Ad cuius vexillum, tolerando huius temporis passiones, certatim diuerit Sanctorum phalanges, sub iugo caritatis eius aduersa tubeuntes, cum palmā victoriæ cucurrite, & præmia supernæ vocationis cōsecuti cum ipso sine fine lətantur.

Eritis hu- ius histo- ria. 2 Vnde vnum ex his legionibus Martyrem, nō incongruum duximus recentere: & eius passiones, prout Creator scientiæ indulterit, cōscribentes, ad lucē veritatis diligentissimè perducere; qui agonizando viriliter, æternis gaudiis inter eos nomine simul & opere potitus est. Cuius triumphantes agones & tolerantiae fortitudines qui vult affatim noscere, si fides non absit, sequentia legat, ac ibi qualiter pugnando hostem superauerit, & Regem perpetuum, pro quo tanta per- pessus, glorioſissimè adierit, enucleatus perspiciet. Habet enim ad incrementum religionis suæ quid ibi credere debeat, quid sperare desideret, quidve amare delectet, per quæ ad ciuitatem supernæ patriæ perueniens contemplatur facie ad faciem omnium decus Sanctorum, ubi lux immensæ Deus illustrat mentes hominum, atque ineffabilis summa felicitatis consistit. His ergo breuiter præmissis, ad narrationis gestæ ordinem properemus.

C A P V T . I.

S. Potiti pia adolescentia, constantia in fide.

a b 3^a R EGNANTE igitur Romanorū quartodecimo Imperatore Antonino, anno scilicet ab incarnatione Redemptoris centesimo & sexagesimo sexto, **sub M. Aurelio.** orta est quarta persecutio à Nerone per totum orbē Christianorum, præcipue in Ilauriæ partibus ita excrēnit; vt iussu nefandissimi prædicti Cæsaris positis circa necessitudinum loca simulachris, nulli daretur prætereundi facultas, qui non adoraret & sacrificaret eis; quatenus qui obtemperaret, honoribus magis extolleretur: qui verò rebellis reperiretur, nudatus proprijs rebus nece perderetur.

c d 4 Hac denique tempestate beatissimus Martyr Christi Potitus, orientalium partium ciuis, sub paterno iure adhuc puerulus in urbe suâ subiectus, seu rosa de sentibus ex prauorum vitâ florens effulserat.

Quem ita Domini virtus omni probitate omniq[ue] sanctitate decorauerat, vt non sine quodam magno **Potitus** præfigio tale fortitudo vocabulum; dum & ille preceptis omnipotentis Dei obediendo fortiter confecutus sit, vt multos alios prædicando consequi fecerit regna cœlestia. Nam, vt Dominus ait in Euangelio, Non veni pacem in terram mittere sed gladium, hoc quodam modo gladio percussus, ita le à nefanda parris superstitione sequestrauerat, vt non naturâ, sed nomine tantummodo putari videretur filius. Et quod corporaliter cum ipso conuersabatur, nec aliqua eum illexerat mundana persuasio, seu paternæ gentilitatis redemptio, vt prædicationis sua stimulo valeret eum de mortis umbrâ eripere, & cœlestis vita patriæ fide sincerissimâ reddere. O mira potentia Domini! Siquidem olim suis fidelibus dixerat pollicens: Si habueritis fidē, Matth. 17. vt granum sinapis, dicetis huic monti, Transi hinc, & transibit. Operabatur autem iam tunc per famulum suum simile miraculum, quando talia & tanta prauorum mentium à sodalitate culturæ dæmonum, impulsione prædicationis tanti viri abstrahens, cupiebat trahere ad veritatis & æternæ vita consortium.

5 Denique cum esset pater eius, Hylas nomine, idolis deditus, & clarus secundum seculi dignitatem, ac præduies opibus, & non haberet ad posteritatem stirpis suæ alterum filium, qui illius hereditaret facultates, cœpit eum multis suasionibus per varios amplexus & oscula, per diuersorū affatuū blanditias, extorquere ab æquitate fidei, & vt deos suos adoraret, adhortari. Cui Sanctus Dei sic ait: Non das mihi salubre consilium, pater; nam si, vt afferis, filius tuus essem, & pater illecebras no me amore dilexissem, id mihi consulere satageres contemnit. quod saluti animæ meæ proficiū, non quod perditioni fuisset. At quia non boni iudicij est, cupio ego tibi magis consulere, & de veritatis viâ dissidere, vt Creatore totius mundi tuique agnito, satisfasias de tantis talibusque nefandis erroribus, quibus irretitus es; quatenus ab iis omnibus corruptus, merearis aliquo modo perfrui propitiationis eius clementiā. Sin alias tibi videtur, scito te cum tuis idolis amodò & deinceps per omnia contemptum.

6 Ad hæc indignatus pater eius iussit eum in custodiā mitti, sperans terroribus, quem non blandimentis valuerat emollire; & vt nulla ei esca ministraretur præcepit, dicens illi: Sine, videamus si Deus tuus **Fame tor- veniet**, quem colis, tribuere tibi cibos. Recluso autem **quietur**. eo in custodiā, fixis genibus ita cœpit Dominum lacrymis exorare: Deus fortitudinis, Deus pietatis, Deus æterne, Domine Iesu Christe, sine quo nullus viuit, qui pro salute humanæ fragilitatis dignatus es de cœlis descendere, respice propitius ad preces humilitatis meæ, & miserere mei, sicut es misertus Danieli in lacum leonum missio; vt quemadmodū illi auxiliari dignatus es, ita me spem in nullo præterquam in te habentem roborare & confortare digneris protectione dexteræ tuæ, ad gloriam & laudem sancti nominis tui. Nunc autem Deus vita meæ licet impotens pro puerili ætate viribus sim, tamen eâ fiduciâ eaque ad te accedo confidentiâ, vt ea omni solamine terreno destituto, qua humana non præuela imbecillitas, tuæ gloriae **Dominatus** maiestatis sufficiere dignetur potentia. Hæc illo orante, ita Domini virtus affuit, vt confortante Spiritu san- sur. & o facies eius sumeret iucunditatis splendorem.

a Michael Monachus testatur in Breuiario Capuano Officium quidem Octaua extare, sed cum quintâ & sextâ de S. Potito lectio, quarum hoc initium est: Regnante igitur quartodecimo Romanorum Imperatore M. Antonino Vero, qui æquo iure primus regnauit cum Lucio & Aurilio Commodo annis decem & nouem & mense uno, regnabitibus usque adhuc singulis Imperatoribus; currente scilicet ab Incarnatione Redemptionis nostræ centesimo sexagesimo sexto anno, Imperij vero eius sexto anno, orta est quarta persecutio videlicet per totum orbē Christianorum à Nerone Imperatore, maximè in Asia partibus ita excreuerat, vt iussu nequissimi Imperatoris prædicti simulacra vbi-

vbique posita si quis adesset qui non adoraret, vel sacrificaret, eius facultas publicaretur, & qui in hoc sacrificaturus decesset, nudatus propriis rebus morti traduceretur, &c. Monet verò idem *Monachus has lectiones sine dubio initium esse longioris textus: recte. Sunt enim ex hac vitâ, uti & ea qua in proprio officio S. Potiti in eius monasterio Neapolit recitantur, concinnata. Porro hic quadam corrigenda, ut recte idem monet. M. Aurelius Antoninus Pius sacerdos successit anno Christi 161.6. Martij, sociumq; sibi & consortem adcepit L. Aelius Verum, qui cum eo 9. aut. ut alii habent, 11. annus imperavit; M. Aurelius vero anno 19. mensibus II.*

b Imò decimus septimus fuit. Imperarunt enim hi antè, Cæsar, Augustus, Tiberius, Caligula, Claudio, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerua, Trajanus, Adrianus, Antoninus Pius.

c Alij plures numerant. at qui soli vñ decem, veluti 10. Egypti plagas statuant, i primam à Neroni mortam vocant, secundam à Domitiano, tertiam à Traiano, quartam à M. Aurelio Perperam in Breuiario Capuano haec efferruntur, quæsi hanc ipsam quartam Nero concitat. Sic & Let. 1. off. S. Potiti: ora est perleccatio à Neroni per totum orbum Christianorum.

d Lectiones prop. off. & Breuiar. Capuan. Afia.

e Let. 2. prop. off. dicitur diuinis deliciis crebrè refectus in carcere, & Let. 4. secundò in carcerem à patre retritus.

C A P V T I I.

Dæmonis insidia elusa. patris conuersio.

7 PROPTER quod gaudens & exultans glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi ago Deus meus, qui me indignum famulum tuum de tuis donis spiritualibus complere dignatus es, quæ quantò plus sumuntur, tantò plus ambientur. Proinde precor, Deus Angelorum atque Archangelorum, cuius viscera pietatis & misericordiæ omnibus patent, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, vt exaudias me famulum tuum toto ad te pro genitore meo corde clamantem. Da ei agnitionem veritatis tuae & fidei intelligentiam, & aperi ei tuorum donorum scientia thelauros ad cognoscendum te Creatorem omnium Deum, quatenus tua gratia repletus, non glorietur de eo Christiani nominis inimicus, quin imò gloriosetur virtus tua.

8 Ad eius orationem mox adstitit Angelus Domini confortans eum, & dixit: Fiat tibi sicut petisti, & hoc tibi notum sit, athleta Christi, quod Deus omnipotens, cui te corde toto commisisti, semper est tecum, & quodcumque ab eo poposceris absque dilatione impetrabis. a Tantummodè animaduertens prouideto, quod arripere debes armaturam Dei aduersus immittentes insidias antiqui hostis, quæ ingerendæ sunt tibi per usurpationem nominis Christi. Tu verò ne credes cedas illi, sed eum magis fatigare orationibus & precibus à te repellere. Et hæc dicens discessit Angelus perpetuæ lucis ab eo.

9 Sanctus igitur Confessor & Martyr Christi Potitus fretus potissimum misericordiæ Domini psallebat illi: Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum spero docne transierat iniqüitas. Vix expleuerat hæc, cum subito apparuit inceptor malorum: Ecce, inquit, dignatus sum venire ad te, o innocens homo, vt non afficias multum animam tuam; sed potius reuertere & epulare cum patre tuo b. Nam Christus, si credere non ambigis, ego sum. Condolui lacrymas tuas, idcirco descendit te consolari. Cui S. Potitus ait: Vade retro Satana inimice veritatis, quia nec vigorem animi destruere, nec suadere vales famulo Dei. Verum tamen si tu es Christus, vt afferere aedes, & non potius Antichristus, flecentes genua ore in. Orante autem Sancto Dei, & dicente: Domine Iesu Christe expelle hunc inimicum nominis tui sancti, auctoremque iniqüitatis à me, & protice eum in abyssum, vbi deputatus est cum satellitibus suis; factus est aduersarius ille statura procerus, & mugiens dedit vocem aduersus tirunculum Christi. Contra quem ipse signo crucis munitus, Desine, inquit, maligne spiritus, tentare milites Christi; quia non terrere valebis,

Tom. I.

Orat pro
patris con-
uersione.

Armatur
contra
tentatio-
nes.

Demonem
oratione
& signo
Crucis su-
ferar.

b

quem ipse iam signo crucis suæ passionis redemit. Ad Avct. hanc iussionem statim vt fumus euanuit. Vox inimici ANONYMO, articulata audiebatur, proclamans: o quæ infanta me Ex mss. exsuperat! vñ mihi! vbi sagittas meas iaciam? vbi quietam? si proiectoris ætatis hominem adiero, non multò facilis vincor, quām ab hoc pueru vietus sum. Nisi fortè ingredi potuisse in Antonini Imperatoris filiam, quam vnicam habet, & in eâ præualens aliquo modo viator extitisse?

10 Igitur Domini innocens præsidio sancti Spiritus innixus gratiarum actiones Deo omnipotenti non definebat agere, qui in tote ei aduersariis dignatus est auxiliari. Interē patet eius adueniens iussit eum de custodiâ extrahi, quem ita alloquitur: Cùm totius orbis Rursum à vniuersitas generis humani obtemperet decretis Imperatoris, & cultoris diuorum numinum, & nullus est tenuitur.

qui non eorum querat eminentissimam potestatem habere propitiam, quæ obstinatione cordis nescio sis offensus, vt sanctissimis cupiens priuari munitionibus, & multatus iustissimis eorum arbitriis pessime mori. At sanè quoniam edita Cæsaris vñque discurrunt, vt qui non libauerit sacris diis, diversis penit afflictus, ferarum ritibus tradatur; antequād ad veritatis experientiam venias; accede & subdere decretis illorum; ne acerim florem adolescentia tua amitrens, cum dolore nimio me orbatum ad inferos deducas: quandoquidem cùm te vnicum filium habeam doleo te nimis in his superstitionibus, quibus inuolutus es, perdere. Et S. Potitus, Dic, inquit, pater, quibus numinibus parere debeatur. Et Hylas: Primùm Ioui, deinde Arphan, & Mineruæ. Et sanctus Innocens: Si nosse, inquit, o pater, quantus & qualis est Deus Christianorum, qui hu- Patri fide militauit se vt nos perditos salutis restitueret, nullos vñ- suades. quam deos haberet, nec dices; sed magis dæmones, qui nec sibi nec alicui prodeßent, omni modo computares. Quinimò si prophetæ credere voluisses, audi- Psal. 95.5. res illum de diis afferentem, quod omnes dij gentium dæmonia sunt, Deus autem noster cælos fecit.

11 Audiens hæc pater, vehementer admirans ait: Vnde tibi hæc verba? Et puer: Spiritus ipse Deus, cui ego seruo, loquitur per os meum, qui in suo Euangeliō prohibuit dicens: Nolite cogitare quid loquainiti: Et Matth. 10. genitor: Ecce, inquit, de penit & cruciatibus meis 19. haud tibi curæ est, cùm verò ad immanissimos cruciaturus Antonini Imperatoris peruerteris, quid aucturus es? Tormenta contemnit. Et Christi Martyr: Deus, qui est redemptor animæ meæ, ipse est tutor corporis mei. Nam nescis quidem quoniam in nomine Domini David solus, non armis & galeâ protectus, Goliam faxo percussit, & amputauit ipsius caput gladio; quæ de re gloriolus coram filiis Israël & sacerdo tuo inuentus est.

12 Ad quem pater: Ergo, vt video, omnia sustinere paratus es pro Deo tuo. Et Domini puer: Sic credo in omnipotentia Patris & Filii & Spiritus sancti, quod pro nomine sancto eius non solum omnia perpeti, sed etiam mori promptus inueniar. De te sollicitate considerate necesse est, qualiter euaderet æternas penas arque interitum Satanæ queas. Quoniam isti dij tui, quos Deos ridet, inaniter colens veneratis, nihil sunt, nec aliis inferre salutis aliquid valent, cùm tartarus eos excipiens cruciet, vbi inextinguibilis ignis cù verme immortali sine fine viuere comprobatur. Nam si ad narrationis eius apicē credere voluisses, hos, quos deos putas, homines celestissimos & facinorosissimos esse arte diabolicâ circumuentos, absque omni reperire cunctatione valeres, quos lex vniuersalis iudicat immisericorditer fore puniendos. Ergo si tales fortè aduenerint, in tertiam melius redigantur & cineres quām erigantur. Quis rationalis partitur eos colere, cùm & diuina vox afferat di- Psal. 13.8. cés: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui cō- & Ps. 134. fidunt in eis. Et si ita est, imò quia ita est, restat ergo vt Verum vnu Deus viuus & æternus creditur in substantia dei- Deum tatis, & trinus in personis, & rector vniuersorum visiblē predicit. Sss 2 lium

Aver. lium & inuisibilium, cuius virtute omnes qui persecu-
ANONY- tionē patiuntur propter eius gloriosum nomen, immu-
MO. nes periculis reperiuntur, quin etiam aliorum casibus
Ex MSS. non sine magnā potestate interdicere praevalent, per-
Marc. 16. hibente illo : Signa eos qui in me credunt hæc sequen-
17. tur : Dæmonia eiciunt, serpentes tollent, super ægros
manus imponent, & benè habebunt.

Parensem conuerit. 13 Cumq[ue] ista & his similia diceret S. Potitus, stupefactus pater, & vtrā quām credi posset admirās: En, inquit, modò noui quōd verus sit Deus Christianorum, qui tanta & talia loquitur per hunc puerum, quemadmodū numquām expertus sum. Denique si non esset in eo aliqua diuina virtus, minimè quinerat iste ex corde suo omnia hæc proferre, sed, vt video, ipse loquitur per filium meum. Itemq[ue] congeiniscens ait: Væ mihi peccatori, qualem sophiæ sagacitatem tenere videor, quando sapientior me de his omnibus filius meus/omnimodè comprobatur? Planè nunc corde vi-
deo, fide credo, quōd non sit similis huic, qui talem gratiam intelligentiæ meo tribuit gnato, vt omnem ambiguitatis qualorem à me emundans, ad veracissimam lucisme valeret perducere rationem. Hęc dicen-
te patre, gratias referens S. Potitus Deo, catechizans & docens eum omnem fideli normam, fidelissimum Christi seruum in sanctæ matris Ecclesiæ gremio, Deo an-
nuente, mirabiliter collocauit.

a Lett. 6 prop. off. dixerit promittitur ei ab Angelo patria cōuersio.
b Nulla hic aut in priore vita mentio fit matrū, veluti tum su-
perstitio: aſt in off. prop. Lett. 7. dicit in utra alia demon: Compatere
lacrymis tui patris, & matris tuae miserare suspicio.

C A P V T III.

Leproſa curatio. conuerſio multorum.

14 **H**is ita gestis, sanctus vir Domini, cuius votum dissolui iam & esse cum Christo multò melius erat, à patriâ suâ in Epirum, ubi est a Gargara ciuitas, conuolans, ibi Christum prædicabat. Deinde descendens in unam ciuitatem earumdem partium, quæ dici-
Predicat in urbe Valeria. tur Valeria, sedens in foro plures suo dogmate ad gratiam Christi fidei perduxit. In quā erat matrona quædam, nomine Cyriaca, cuiusdam Senatoris Antonij uxoris: is primæ cathedræ Senatus, diues opibus & familiis valde, sed b[ea]t[us] leprosus, cui nulla medicorum artis proficere valebat, sed tamen de die in diem desperatā iam carere vitâ mortis finē opperiebatur. Ad cuius domum in similitudine pauperis properans, pro foribus confedit & aquam cuidam eius famulo eunicho, no-
Accedit ad mine laquinto, quem prætereuntem fortè viderat, bi-
Cyriaca leprosa fores. petere? Cui Sanctus, Non, inquit, tantum pro lymphæ stillâ huc veni, quantum pro vestræ salutis commodo, quatenus agnoscentes fidei veritatem, gratiam aliquo modo recipere valeatis Domini mei Iesu Christi, sitque pax eiusdem semper abundans domui isti. Talia prosequete Sancto, stupefactus spado, Vnde es, inquit, puer? & quod nomen tibi est? B. Potitus respondit: Ex humo sum genitus, sicut & tu, seruus fidelissimus Domini nostri Iesu Christi, qui est Saluator omnium animarum fidelium & corporum; nomine quidem Potitus nuncupor. Cui eunuchus: Ergo si famulus ipsius es, poteris dominam meam à leprâ curare. Auditum est quidem multa eum mirabiliter egisse in hominibus olim: Si ipse est, nempe valet nihilominus & hoc effi-
cere. Et Sanctus: Si fides vera non absit, potens est Domini nostri Iesu Christi virtus saluare eam nunc, quomodo saluavit tunc Centurionis seruum, & plures alios. Et eunuchus: Hoc, inquit, certò scias, precor, quia si ad pristinæ salutis incolumentem eam perducere qui-
queris, tu eris omnium facultatum eius dominus. Et Christi athleta: Ego non cupio tam opulentiam illius

habere, quām eius animam Deo omnipotenti suo Creatori conglutinare.

15 Ad hæc spado: Præstolare ergo paullulū, do-
nec intimentur hæc omnia dominæ meæ. Cui cùm re-
tulisset iussit eum introduci. Ad quam cùm ingressus *Ad eam introductus* esset, dixit: Pax Domini mei Iesu Christi sit huc do-
mui. Et salutata ab eo honorificè ait Senatrix: Dic puer

poteris hæc omnia, quæ prolatas sunt, ad perfectionis summam perducere? Cui Sanctus: Si credideris, ait, cum totâ domo ruâ in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, non solum ad corporis integratam, verùm etiam ad instaurationem animæ, peruenire valebis. Cui Cyriaca Senatrix ait: Quo pacto hæc assequi valeam edisse quantocitùs. Nam minimè alium Deum in cœlo & in terrâ colere & adorare decreui, nisi illum per quem salutis vtriusque substantia meæ experimen-
tum capiam.

16 Hæc audiens S. Potitus prostrans se in ora-
tionem cum lacrimis ait: Domine Iesu Christe fili Dei
vivi, qui de sinu Patris veniens, per utrum Virginis *Pro ead* mortale carne induens, mortalibus apparuisti, vt oras.
mortis vinculis coarctatos ad veram libertatem vitæ
perpetuæ perduceres; quiq[ue] etiam quibusdam ex eis
dedisti potestatem filios Dei esse, ad facienda signa &
prodigia, scilicet ad effugandos dæmones, mundandos
leprofos, mortuosque suscitandos; exaudi me nunc
orantem ad te, & tribue huic mulieri poscenti sibi la-
lutem corporis sui, quatenus tuâ miseratione saluata
benedicatur sanctum & gloriosum nomen tuum in
secula seculorum. Expleta autem oratione, continuað *Eam ba-*
catechizans baptizauit eam in nomine sanctæ Trini-
tatis: ad cuius inuocationem subito splenduit caro eius,
& est Deo auxiliante sanissima redita.

17 Videntes autem hoc sui omnes baptizati sunt
in nomine Domini. Prædicante igitur in eadem urbe
& docente B. Potito multi venientes baptizabantur.
Cui Dominus tantam gratiam conferre dignatus est, *Mallos ibidem cō-*
vt intra exiguum tempori spatiū crederet ferè me-
diæ ciuitatis populus Dominum Christum, & gratias
agerent, dicentes: Benedic[us] es Domine & Saluator
omnium, qui dignatus es per hunc famulum tuum eri-
pere nos de laqueo venantium & potestate Principis
huius mundi. Post hæc sanctus Dei cultor Potitus pro-
diens inde abiit haud procul à ciuitate super vnum
montium, & ibidem morabatur seruens Deo.

a Nullam huius nominis in Epiro urbem adhuc legimus. Nota
Troadis Gargara.

b Potitus ipsam Senatoris (qui hic Antonius, alibi Agatho dici-
cur) uxorem leprosam traxisse. & infra patet ex priore vita.

c Haud est verisimile, androgynum ad honorata matrona obse-
quia exhibitum. Sed existimauit hic Author, eam vocem eunuchum
significare.

C A P V T IV.

Filia Antonini energumena liberatio.

18 Eodem autem tempore habens Antoninus fi-
liam, nomine Agnetem, obfessam à dæmonio,
de quā superius fecimus mentionem, non sine magno
tædio cum toto eam palatio mærebant. Inde etiam voto
astrinxerat se diis suis, dicens: Deus Apollo, Deus Lu-
piter, Deus Aiphon, subuenite filiæ meæ saluantes eam,
& offeram vobis taurum cum cornibus a sanctissimis *4*
vestri iuriis delubris. At verò diabolus magis magisque *Perquiri-*
discerpens clamabat per eam: Nisi venerit Potitus de
monte, non hinc excedam. Ad cuius vocem Cæsar per-
quirere cœpit, quis foret iste, quem tantus dæmon ac-
clamaret nomine. Cuius famâ compertâ, misit vnum
illustrem ex amicis suis, nomine Gelasium, qui in illis
temporibus Præsidatus officio fungebatur, cum qua-
draginta militibus, dicens: Ite quantocyūs, quocumque
reperiatis eum, citate festinanter.

19 Qui cùm abiissent ascenderunt Gargara, ubi

idem

idem morabatur cum bestiis. Siquidem virtus Domini ita aderat ei, ut bestiae, ferina rabie mutata, submissa ceterice venientes tutarent eum. Ergo ut vici sunt ab eis, impetum vnamiter fecerunt aduersus eos. Qui territi admodum in fugam conuersi sunt. Sed beatissimus Christi Confessor, qui non solum pati, sed & mori pro Christo cupiebat, intelligens iam sibi martyrij tempus imminere, conuersus ad bestias dixit: Præcipio vobis in nomine Domini Iesu Christi, ut lustra vestra adeatis, neminem laudentes, neminem contingentes. Hæc eo dicente mox discesserunt. Videns hoc Praeses miratus oppidò iactauit se eminus de equo, approximansq; illi dixit: Tunc es Potitus? Cui Sanctus: Quilibet indignus & peccator ego sum. Ut quid te ratus ac talis vir cum tantâ multitudine ad me tantillum fatigare voluisti? Porro tunc Domini puer erat annorum tredecim. Ecce, Gelasius Praeses ait, præcellentissimus Augustus de te audiens vult te desideranter videre. Cui Sanctus: Et quæ, inquit, ratio est Cæsari cum hominibus Christianis? Quamquam ergo contra fidem religionem facere videar, veniam tamen vobiscum. Hæc dicens ingressus est viam, veniens cū Praeside Romam. Vbi ingressus, demisslo cum militibus Sancto proripiens se Praeses ad palatum nuntiauit illum Cæsari affuturum. Cui Cæsar dixit: Et vbi est? Et respondit Praeses: En cum militibus subsecuitur me. Et Cæsar: Vbi eum reperisti? Gelasius dixit: In uno mōtium cum feris & bestiis, non longè ab urbe Valerianâ reperrimus. Vbi si ille desuisset, mortem omnes dumtaxat opperiebamur. Et Augustus, Quomodo? inquit. Et Praeses: Omnes bestiæ instar muri eum circūdederant, quæ aspectantes nos, impetum apertis rictibus dedecunt aduersum nos; sed iubente illo statim recesserunt. Cui Antoninus dixit: Praesenter iam aspectibus nostris.

20 Tunc verò exxit Gelasius, inueniens præ foribus stantem, introduxitque illum. Quem videns Antoninus Imperator ita alloquitur: Cuius generositatis & religionis es puer? S. Potitus respōdit: Ex Orientalibus partibus oriundus, & verissimus Christi seruus sū. Et Cæsar: Audiuius, inquit, opinionem nominis tui, quod per inuocationem nominis cuiusdam potestatis filiæ nostræ possis mederi, & pristinæ salutis saluacionem ei præstare. Propterea te accersiri præcepimus, quatenus per te ad suæ mentis integratatem redactâ, municeps bonorum & diuinarum Imperij nostri, maximisque in hoc palatio florete mereatis. Audiens S. Potitus dixit: Diuinituæ & honor tuus alteri tribuatur; quia non idē penitus abnegauimus nostra, ut concupiscentes non sine magno crimine vtamur alienis. Tamen isti dij tui, quibus confidentes toto pectore colitis, quare non salvarent eam? Et Cæsar: Cur, inquit, nobis sic acrius respondes? Et Sanctus: Quia abnegan tes relinquitis omnipotentem Deum viuum in celis, & adoratis potius creaturam quam Creatorem & Salvatorem omnium, qui potestatem habet mortificandi & viuificanti, & cupitis vos liberari ab obſidione malignorum spirituum, qui vos iam mancipatos in æternâ suâ maledictione retinent. Attamen si ipsum omnium Redemptorem credidissetis, proſus omnia possibilia fuerant creditibus. Et Augustus: Non aliter ego credere spondeo, niſi quomodo tu doces, si filiam meam ab infestatione tanti inimici liberare, & ad suæ mentis integratatem perducere valebis. Cui S. Potitus ait: Certissime noui, quod obstinatus corde es, & credere reculas; tamen propter multitudinem istius spectaculi, ut videant opera Domini mei Iesu Christi & glorificant Patrem eius qui in celis est, feratur ipsa puella in medium.

21 Mox quidem allata ante sancti viri præsentiam; Demonem cuius virtutem ut sensit obſessor inimicus, exclamare ē filiā Imperatoris cœpit per oseius, dicens: Quid est Potitus animaduertis modò, quod ipſe ſum, quem ſuperatum modò paul-

Tom. I.

Feras vero cohieret, ut cicures.

Perducitur Romæ.

Siftitur Cæsari.

Idololatras arguit.

lulam antè gloriabaris? Numquid prædixeram tibi il- Avcr. luc me iturum ubi ſuperari ego, magisque tu ſuperare ANONY valeres? Proinde ergo huc venire te feci, ut ſietiam hic MO, me eiceres, tunc te penitus desererem. Tunc Sanctus EX MSS. Christi & Martyr Potitus insufflavit in faciem præfa tæ puellæ, dicens: Dominus meus Iesu Christus filius Dei omnipotens, cui omnis creatura celestis & ter restris obtemperat, ipſe tibi in virtute sancti Spiritus interdictit & imperat, excrabilis dæmon, ut ex eas & recedas ab hac creaturâ suâ, & vterius non habeas po testatam introeundi in eam. Et datâ ei alapâ, protinus viſus est exire de ore eius draco teterimus, & valde horribilis. Quem videns adspicantum caterua, in magnum stuporem versa, non sine ingenti præconio voces ad cælum repetentes, Verè, inquiunt, verè ma gniſt Deus huius pueri, qui tale prodigium per eum exhibere dignatus est. Sicque factum est, ut crederent ex eis multi in Dominum Iesum Christum, collaudantes & benedicentes eum.

a Deepauratis, ut patet ex priore vita.

C A P V T V.

Idolorum euersio. Celeste ſolatum.

22 VIDE N ergo homo nefandissimus Antoninus Imperator, admittans vehementer dixit: Ista equidem per maleficia ſunt, non per diuini numinis potestatem. Constantissimus Martyr & Confessor Imperato Christi Potitus dixit: Infelicissime atque ab omni ex leficiis tri rem id māperientia rationis aliena, qui debuisti ſine hoc indaga buensem increpat. bi preſtitit, ut per hoc intelligere valeres ad qualē beatitudinis gloriae effeſ profuturus, & adorans venerari eum, gratiaſque ageres illi; nec ſaltem modò credis, quando tanta & talia per me famulum ſuum peregit? Antoninus dixit: Gratias nempe ago diis meis, qui sanitatis remedia miſericorditer ei præſtitunt. Et Christi tirunculus: Erras, inquit, Imperator. Hac quippe filiam tuam, quam per deos tuos astruis erutam à dænone eſſe, potuerunt in illam eum immittere, non foras abigere. Sed, ſi aduertere volueris; Domini mei Iesu Christi affuit virtus, quæ illam reſtituit incolum, & ad pristinæ ſoſitatem ſalutis redegit.

23 Cui Cæsar: Audi me Potite, & ad consilium noſtri moderaminis aurem cordis tui accommoda. Acce Eius mu de, & ſacrifica diis noſtri, & decorabo te, ut præfatus nera aſper sum, honoribus multis, & magnus & gloriosissimus in natura. hoc palatio eris. Christi miles ad hæc: Numquam, ait, bene ſit tibi Imperator, ut his diuinitus indigeam, quæ à me veluti ſtercus cloacæ reputate ſunt: led diuinitas & honores ab æterno Rege opperior, quæ mihi iam in cæleſti regno reſeruata cuſtodiſt, quæque numquam ab latâ minuuntur, ſed ſemper augmentantur. Si quidem te & regnum tuum, cum totâ gloriâ ſeculi huius, ignis inextinguibilis conuimet.

24 Et Cæsar: Nefcis, infelix, decretâ iniçtissimo rum Imperatorum, quod quicumque non libauerint ſponte omnipotentibus diis, diuersis pœnis intefciantur? Et Christi athleta: Ego hoc libentissime cupio, Minis & votis omnibus exopro. Attamen notum ſit tibi, quia Deus omnipotens, qui eſt liberator animæ meæ de æternalibus pœnis, ipſe erit & tutor corporis mei in his momentaneis, quæ mihi facere conariſ. Cui Imperator: Aut obtemperans ſacrifica diis, aut tanta & talia tormentorum genera experieris, quanta numquam arbitratus eſt experiri. Et Sanctus: Deliras tu & regnum tuum, ſi non dieta per omnia factis compenſes. Cæsar dixit: Ad hunc modum ad imperium altitudinis meæ loqueris? Sed tantum te ſuffero, quantum annos tuos in tenerim ætate proſpicio; aliás mortibus ferarum iam te iactari feciſsem, ſi obſtaculum noſtræ clementiæ de fuſſet. Beatissimus Christi Martyr ait: Quidquid mi S ss 3 naris,

AVCT.
ANONY-
MO,
Ex mss.
naris, crudelissime Imperator, pro Christo patienti ani-
mo sustinebo, & ob hoc gaudia æternæ vitæ recipere
gloriosissimè spero. Te autem cum parte tuo diabolo,
cuius instinctu hoc machinatis, tartarea Charybdis
absorbebit, vbi sine fine cruciaberis non consumen-
dus.

Ceditur
fustibus.

25 Ad hæc infelicissimus Cæsar irâ repletus iussit
eum spoliari & fustibus mactari. Quod quidem fa-
ctum est. Cumque diu cæderetur Martyr Christi Po-
titus, opitulante Christi misericordiâ, ac si nullius ali-
quid doloris sentiens, gratias Deo omnipotenti age-
bat, dicens: Magnificans glorifico te Deus meus, qui
iam dignatus es me seruum tuum recensere fidelissi-
mos tuos inter testes.

Idola ora-
tione euer-
tit.

26 Cæso autem eo, fecit idem crudelissimus Im-
perator suis illum in tribunalibus iisti, cui & dixit: Ut
quid vis tam pessimè mori & Sacrifica diis. Bea-
tissimus Potitus respondit: Quibus diis libare de-
beam? nomina eorum innotescite. Et Cæsar: Ignoras
Iouem, & Arphan, & Mineruâ, esse sanctissimos deos?
Innocens Christi Martyr subridens inquit: Ego tales
aliquando numquâm noui. Tamen videte quos refer-
ris, vt decentius vestris præceptionibus patere valeam.
Ad hæc Imperator gaudio refertus, exiliens de tribu-
nali, ad templum Iouis cum totius populi spectaculo
properat. Vbi ingressus cœpit adorare simulachra, di-
cens: Gratias vestræ omnipotentiæ refero numina,
quoniam, licet duriter, tamen dignati estis vestro præ-
fido illius pueri emollire verecundiam, & clementissi-
mis vestris producere visibüs. Et hæc dicens, iussit ac-
cessiri S. Potitum, cui ait: Ecce isti sunt, quos dixeram
tibi, Potite, dij immortales, quibus paullulùm anteâ
contemnens derogaueras. Prosternere nunc celsitudi-
nibus illorum, quatenus sedatis saeuissimis furis illorū,
tibi propitiare valeas illorum sententiam. Sanctus igi-
tur cùm ingressus esset sanum, subito se prosternens
cum lacrymis humo, orationem fudit. Cuius precibus
ruentia protinus idola redacta in cinerem sunt tetricum.
Quorum casus vt vidit execrandissimus Cæsar, plau-
dens manibus congemuit, dicens: O quæ infantia me
superavit! Cui Sanctus: Vbi sunt nunc dij tui, quibus
me placari præcipiebas excellentissime Cæsar? Et Au-
gustus: Per veneficia nempe tua video illos esse supe-
ratos. Et Domini puer, Si verè, inquit, dij tui omnipot-
entes erant, quod aiebas, quare se non defendentes
custodierunt? Ergo vt scias quanta sit Domini Iesu vir-
tus, cui ego seruo, animaduerte & intellige, quod non
sit ei similis in cælo sursum & in terrâ deorsum, qui
ranta & talita virtute suâ peragere valet.

Ferro gra-
natum in
cluditur
carceri.

27 Ad hæc Antoninus Imperator confusus, iussit
eum furibundus grauissimi ponderis ferro coarctari,
& terridi in carcere, vt nullus ingredetur ad eum
vt saltem parumper a quæministraret: & præcepit car-
cerem annulo suo signari. At vbi ingressus est Martyr
Christi Potitus, statim ad arma sua solita confugit, di-
cens: Deus innocentiae restitutor & amator, qui ad te
corde clamantibus in tribulatione & in necessitate
adiutor & liberator usqueaque esse probaris, qui-
que cùm defecerit virtus sperantium in te, non dere-
linquis nec desistis auxiliari. Exaudi nunc seruum tuum
subueniens mihi, sicut exaudire dignatus es Joseph re-
trusum Ægypti in carcere, & libera me de his ponderi-
bus nexum, quæ præ imbecillitate corporis exigui
sufferre non valeo; vt cognoscant omnes, quod non
sit alius Deus faciens mirabilia, nisi tu solus sem-
per, qui viuis in secula seculorum. Hæc eo orante,
ab Angelo, subito resplenduit carcer totus, & in ipso splendore
& cælesti astigit Angelus Domini confortans eum; & liquefacta
lumine at-
que odore
recreatur.
Soluitur

fugerunt insinuantes Imperatori quæ viderant. San-
ctus autem Potitus tali leuamine roboratus, tantoque
beneficio diuini numinis suffartus, gratarum cœpit
actiones persoluere Deo dicens: Laudo & benedico te,
Deus omnipotens, qui dignatus es me seruum tuum
inuisere & confortare. Quæ ergo te protector meus,
vt non desinas consolari me solitâ clementiâ pietatis
tua contra multifaria machinamenta tormentorum
nefandissimi Antonini Imperatoris, quatenus tui præ-
sidij munimine adiutus, magnificetur gloria maiestatis
tuæ, & vniuersa mirabilia enarrant in generationem
& generationem.

C A P V T V I.

Varia tormenta divinâ virtute superata.

28 INTEREA Cæsar Antoninus auditis iis quæ à cu-
stodibus visa sunt, iubet sibi amphitheatrum pa-
rari, ac præconem miti, vt ad illud omnes confluerent, *sistitur*
& qui le eo excularent, capite plesterentur. Cuius edi- *Imperatori*
cto omnium concursus efficitur, & amphitheatrum *in amphi-*
completur. Tunc Imperator sedens pro tribunali præ-
cepit sibi beatissimum Martyrem Potitum exhiberi.
Qui cùm duetus fuisset, vt intravit amphitheatrum,
Crucis Dominicæ signaculo se muniens, adstitit intre-
pidus ante tribunal Cæsaris. Quiem toruus aspectu,
iratus animo, Antoninus ita alloquitur: Dic Potite, vbi
te conspicis astante? Et Sanctus, In tellure, inquit, Crea-
toris Domini mei omnipotentis. Et Augustus: Igno-
ras quod hodie ad tui interitus spectaculum istud am-
phitheatrum completum est? Et quis est ille Deus qui te
de manibus meis eripere valebit? Cui Sanctus: Erube-
re manum tuam, ne quissime Imperator, quo-
niam insipientius caput tuum esse cernitur & canis re-
spersum, quod omnipotentiam Dei mei omni modo
expertus, modò afferat tua improbitas me non posse
de manibus tuis eripi & liberari.

29 Et Cæsar: Quid, inquit, per multa variaris?
Quod nunc præfatus loquor, per veritatis efficaciam
consequeris. Et iussit mox in equuleo suspendi & *In equuleo*
lampades ardentes eius latetibus applicari. Quo gesto *suspendus*,
beatissimus Martyr confusus in Domino, ac si in alieno corpore
pati videretur, ita factò animo, hilariique tur-
vultu lustinebat penas, collaudans & glorificans Cö-
ditorem omnium Deum, qui virtute fortitudinis suæ
lampades ardentes ad refrigerium, imò ad nihilum
redegerat. Videns igitur tantam constantiam Sancti &
animositatatem impensis Cæsar, indignans valde,
Visne, ait, Potite, vt raddamus ad refractionem tantæ
suavitatis & delectationis tibi aliquid, quatenus de vnâ
ad alteram pertransiens possis absque fastidio talibus
deliciarum epulis vti, ac latrius delectari? Cui innocens
Martyr: Quam maximè, inquit, id cupio. Desiderabi-
lia enim sunt hæc mihi super aurum & lapidem pre-
ciosum, & dulciora super mel & fauum. Et Augustus:
Addatur ergo ad dignitatem honoris tui quantum suf-
ficienter competit; ferantur scilicet ferrea vngulæ, & *Ferreis*
vngulæ, & vngulerur. Quo peracto, Sanctus Domini toto pe-
nitore aiebat Cæsari: Vbi sunt minæ tuæ Imperator?
per paullum anteâ me promittebas humiliare, num-
quid superauies? Vide ergo & intellige, quod non
mihi penæ tuæ dolorem accommodent, sed potius
magnum exultationis gaudium.

30 Tunc videns se Imperator valde confusum, am-
plius indignari cœpit, præcipiensque deponi eum mox *objiciens*
de equuleo, iussit tradi rictibus ferarū. Ad cuius vesti-
feris, non
gia itidem fera venientes, depositâ omni ferinâ rabie, *laditur*.
& occurrentes humiles capite osculabantur pedes eius.
Ad hæc constantissimus Martyr insultare truculentissimo Imperatori cœpit, Quid dicis, inquiens, nequissime
Cæsar, putâshe, expertus es virtutem Domini mei *Insulat*
Iesu Christi? an adhuc dubites? Etenim animaduerte
quan-

quanta sit omnipotentia virtutis eius. Quod si adhuc aliquid ambiguitatis in tuo obstinatissimo pectorore restat, age nunc, & perfice quae cœpisti, ut peruenire ad maiora horum mirabilia valeam, quae in me famulum suum Dominus dignatur efficere.

^{tus} ^{fer-} ^{ri,} ^{tangi} ^{non} ^{poteat.} 31 Hæc eo dicente, fæuissimus Imperator furore succensus iussit eum membratum ferro fecari. Ad cuius vocem lictores cupiebant explere quod fuerat iussum, nec valebant. Nam sicut tentabant quodcumque ex membris eius absindere, ita Domini virtus opitulabatur, ut saltem ad exiguum attingere valerent. Pro quo etiam Beatissimus Potitus gratias Redemptori omnium referebat, & iucundo ac sincero animo dicebat Cæsari: Crudelissime & omni virtute pietatis priuate, intue-
re quanta & qualia sunt beneficia Dei mei omnipotentis, quoniam per exquisita tormenta me cupis perdere, & non solùn in animâ quæ immortalis est, sed nec in corpore habes potestatem sine voluntate Dei quicquam mali perpetrare. Et quoniam ita est, restat ergo ut cognoscas te nunc esse in vitroque fortiter cō-
uietum à Domino meo Iesu Christo, pro cuius amore omnia hæc libenter sustineo.

^{Multe con-} ^{ueruntur.} 32 Aspectante interea multitudine totius amphitheatri hæc, glorificantes crediderunt ex eis circiter duo millia in Dominum Iesum, huiusmodi voces dan-
tes ad cælum: Verè Deus Petri & Pauli est in puer isto, & non potest alius credi sub cælo, nisi ipse qui tantas virtutes & signa per hunc dignatus est ostendere. Tunc videns hæc tyrannus Imperator fremuit, & ex imo pectoris prolixa suspiria trahens, dixit: Potite, per maleficia tua omnia superas, ramen habemus fortiora tormenta, quæ nequaquam possunt deludi, quemadmodum per magicas artes sunt cetera delusa. Hæc dicens continuò fecit ferri sartaginem ignitam cum oleo, & Sæcum in eam iussit ponere. Quin etiam desuper plum-
bum feruentissimum fundi. Quibus peractis sanctus Innocens Dominum Iesum confitendo benedicebat, & placido vultu clamabat: Adiuro te, inquiens, Cæsar per gloriam Augustalium tuorum fascium, ut de ipso plumbo mihi ad sufficientiam addi facias, quia magnum mihi refrigerium præstat.

^{Oleo fer-}
^{nente &}
^{plumbo}
^{perfundi-}
^{tur.}

a In priore vitâ: melior est canis, quam tu.
b In priore vitâ dicitur exungulatus. At prop. off. Læt. 7. Iussit lictoribus, ut ferreis pectinibus carnem illius discipererent: quod adeò immanissime pericerunt, ut ossa articularim detergerent. Et Hymno 7. vncis pectinum clavis lacerus.

C A P V T V I I.

Tyranno & cruciatibus superatis, mors.

^{Clavio} ^{ignito con-} ^{figitur.} 33. AVDIENS hæc crudelissimus Imperator, magis fieri clavum ferreum, dicens: Videamus, si veniens iste Deus tuus, in quo te confidere dicis, te eruet de ipso ferro acuto, aut si per calliditatem tuam aliquo modo eum possis euadere. Cui B. Potitus dixit: Non aliter credo in eius pietatis misericordia, nisi quod, sicut suâ potentia liberauit me de tot præmissis generibus pœnarum, ita me & de acuto clavo, quem mihi minaris, eripier. Tunc, ut protulerat, crudelissimus Antoninus fecit præfatum clavum calefieri fortiter, & sic in capite fortissimi Martyris configit.

34 Ipse autem Sanctus celesti præsidio suffultus, statim oculos in cælum erigens, Salvatorem omnium cœpit inuocare dicens: Domine Deus meus, Pater altissime, qui semper in necessitatibus meis adesse dignatus es, qui liberasisti sanctos Apostolos tuos, retrusum scilicet vnum à ferreis nexibus, alterum viperei virus periculo, quæsto te, ut exaudias me seruum tuum & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet me de hac pœnâ, quam nefandissimus Antoninus in me exercuit, retribuens illi secundum nequi-

tiam eius crudelitatis, ut iuxta Vatis sententiam inci. Avcr. dat in foueam quam fecit, & conuertatur hic dolor in ANONYMO, caput eius, & in verticem eius iniquitas eius descendat; Ex MSS. quatenus hoc saltem discrimine expertus, desinat quā-^{I: Sandro} tum liber de tot talibusque vteriū excogitare fidelis orante, in simis tuis famulis. Hæc eo orante inox Domini virtute figitur ca-
dolor ab almi Martyris capite abstractus, & in verti-^{piti} ^{tyrani}.

35 Tunc Christi seruus gratiarum actiones non de-
sinebat Deo Creatori omnium agere, dicens: Glorifico & benedico nomen tuum Deus magne & omnipotēs, qui adiuasti & consolatus es me. Et insultans aiebat ^{Insultat ei} Cæsari: Dij verò tui quare non subuenient tibi, quem-^{Potitus.} admodum Deus meus subueniens auxiliatus est mihi? Obsecra nunc eos ut venientes misereantur tibi & li-
berent. Omnes autem circumstantes videntes hoc, in laudibus Dei conuersi, dicebant: O qualis & quanta est potentia istius pueri Dominatoris, cuius virtute pla-
gas & lampades vaginalrumque laniatus derisit, nec nō ferarum rabiem sedavit, & sartagines ignitas cum plumbo effuso extinxit; tandemque idolis cum Anto-
nino Imperatore deuictis, semiæplum spitem atque incolument exhibuit! Et quis sapiens rationalis intel-
lexit hæc, & non desistat adorare tales dæmones, & co-
lens veneretur vnum Deum æternum, qui fecit cælum & terram?

36 Interea Antoninus atrocissimus angustiatur & torqueretur, stridensque vocibus aiebat: S. Potite adiuua me, & miserere mei, quia morior in hac pœnâ. Cui Sæ-
etus dixit: Nisi tua filia venerit, quam Dominus meus Iesus Christus sanauit, minimè curaberis. Eadem horâ ^{Baptizat} ^{eius filiam.} tristabatur omnis Senatus, quorum iussu accersita est puella. Quæ cùm venisset, prosternens se cum lacrymis solo, deosculari cœpit pedes sanctissimi Martyris, di-
cens: Baptiza me famule Dei in nomine omnipotentis Dei tui, quem prædicas. Statimque catechizans bapti-
zauit eam in fide sanctæ Trinitatis. Et recedente illâ, expandens manus suas ad cælum B. Potitus dixit: Deus viuenteris Cöditor & Redemptor, qui nullius indiges bono, sed bonus essentialiter æternalis existis, qui tuæ benignitatis clementiâ solem tuum oriri facis, & imbræ fundis super iustos & iniustos; quique tuis fide-
libus promittere dignatus es, dicens: Petrite & accipie. Matth. 7.
tis, quartæ & inuenietis; exaudi me nunc pro. Antoni-
no Imperatore ut eripias eum de intolerabili dolore, ^{Eum dolo-} ^{re liberat.} ad laudem & gloriam atque potentiam magnitudinis tuæ. Licit enim Domine execrandus & crudelissimus sit, sufficere tameni ei poterit æterna damnatio, quæ il-
lum subsequi post hanc vitam miseram debebit. Explorata verò oratione, dolor ablatus est à cervice eius, & sa-
nus effectus est.

37 Quo dolore cùm sensisset nequissimus Im-
perator se erutum, gratias cœpit agere dæmonibus suis,
dicens: Actiones gratiarum vobis referre non desti-
tuio, dij sanctissimi & omnipotentes, qui dignati estis
me vestris virtutibus ab hac eruere angustiâ. Cui San-
etus dixit: Adhuc errorem patitur sensus tuus Impera-
tor, quandoquidem Deus omnium fidelium exauditor
ipse tibi præstabit salvationis & salutis remedium, non
dij tui, qui non potuerunt in æterno interitu sibi auxi-
liari, ubi modò cruciantur. Tunc vehementer iratus ^{Præcisâ} Imperator iussit linguam eius amputari, & oculorum ^{linguâ lo-}
luminibus orbari. Quid expleto, puer Domini Potitus ^{quitur.}
benedicere & glorificare Deum potissimum cœpit, dicens:
Benedic Domini in omni tempore; semper laus
eius in ore meo, qui in os meum immisit canticum no-
num, hymnum Deo nostro. Et hoc psallens superrà
Sss 4 gratiâ

Auct. gratiâ robustus, exclamans, Quid aeternus es, inquit, crudelissime Imperator amplius? an forte quod incidi fecisti linguam, & lumina mea tolli, id est te adscribi victorem conarist? Ecce, si noscere non diffimulas, superauit te Deus Dominus meus Iesus Christus per me nunc, sicut olim per sanctum Moysem Pharaonem Aegypti, obduratione tui similem, quando in signis omnibus & portentis ab eius dominationis oppressionione brachio extento populum suum liberauit? Nisi forsitan mucrone decernas caput meum abscondi, & pro remedio solūmodò in corpore meo vincere arbitris.

38 Ad hanc stupefactus nimis Imperator & confusione repletus exemplò ut proposuerat dedit capitalem sententiam. Quo auditio beatissimus Christi Martyr & Confessor Potitus, gestiens & exultans, Antonino Imperatori dixit: Preco tuam execrabilis potestatem, Cæsar, ut ubi petiero ubi me puniri iubeas. Cui Cæsar Antoninus, Fiat, inquit, & iuxta propositum tua postulationis vota tua ritè firmantur. In hoc editio traditus est lictoribus. Qui cum eum accepissent, peruenientes duxerunt ad locum quemdam inter Sentianum & Iuntianum, qui vocatur Iulia, super ripam vnius fluminis, nomine Calabriticus, & ibi eum gladio ferierunt. Cuius sancta anima in columba specie visa est carnis ergastulo ad alta poli triumphans properare, ubi cum Christo regnans gaudiis felicibus in perpetuum fruatur. Porro eius exuasas venientes Christianæ cum omni veneratione collegerunt, & condientes sepelientur sub die Idum Ianuariatum, ad laudem & gloriam Salvatoris nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Plebitur capite.

Sepelitur.

a. In Lectionibus propriis officiis dicuntur sequentia esse gesta in loco qui dicitur Iulia, super ripam fluminis Calabriticus, ubi sibi tribunal erigit Tyrannus iussicerat.

* HYMNI DE S. POTITO.

Ex Officio proprio monasterij S. Potiti Neap.

I.

Antiphona in utriusque Vesperis & Laudibus.



S T E L L A Christi fulgida,
Potite Martyr inclye,
Obscura culpæ nubila
A mente nostrâ discute.
Tu clarus inter Martyres
Fulges, ut inter sidera
Sol, ac ut inter candida
Ligustra carent lilia.
Luces ut ardens lampada,
Humana lustrans pectora;
Ut sal per orbem spargeris,
Humana siccans vulnera.
Non sic Potite cynama
Attrita spirant, moribus
Ut tu modestis, floridâ
Ætate, fragras seculo.
Post clara mortis funera
Illustris inter Angelos
Tanto resulges lumine,
Quanto per orbem nomine.
a. Erant perquam incorrectè editi hi hymni, totumq; officium. An sint maioris pœnitatis pars, an ad hanc solum rem compositi, ignoramus. Sunt certè quidem non inelegantes.

I. I.

Hymnus in 1. Vespere.

C L A R E T Eois puer ortus oris,
Claret illustri patre, claret altâ
Matre, quid mirum quod in urbe clarâ
Clareat infans?
Id magis mirum, quod ab axe claro
Sol eum Christus potiore luce,
Inter atratas rutilum tenebras,
Traxerit ad se.
Ut rosam è spinis, veluti coruscum

Sidus à tetricâ nebulâ Potitum
Traxit infantem pius auctor orbis
Matri ab aluo.

Traxit, ut vero sibi sole nato
Bruta despexit simulachra: trino
Numine ac uno potiatur, omni
Quo calet æstu.

Martyr ô mi, dum frueris Tonante,
Virgines curæ tibi sint, quotannis
Festa condentes tibi: dexter ad sis,

Dum sacra complent.
Dum tibi dulces modulantur hymnos,
Thura dum sacras adolescent per aras,

Dum parant lychnos, & olente fanum
Flore coronant.

Dum crocum, calthas, violas, ligustra,
Cum rosis nardum, thyma cum marino
Rote, sic dextrâ, ut calatho per ædem
Vndique spargunt.

A Dei regno pie Martyr audi
Virginum sulphuria; cerne fletus,
Vota, singultus, ut odora deser

Lilia Iesu.

Summa laus vni Triadi per ænum,
Quæ velut paruo tribuit Potito
Lauream, nobis prece donet eius
Gaudia Diuina.

I I. I.

P O T I T U S Martyr inclye,
Dum sacra reddis annuo
Ritu colenda Virginum,
Ad sis choro psallentium.

A Solis ortu pullulas
E stirpe prœstat germinis,
Velut rosalium flosculos

E stirpe durâ veprum.

Parente natus ethnico,
Afflatis aurâ Spiritus,
Quod falsa calcis numina,
Crucis trophæum prouehis.

Cupressus, ut crinitulo
Viburna præstat vertice;
Virtute sic tu parvulus

Præcellis omnes maximâ.

Non sic, Potite, cynama
Attrita spirant, moribus
Ut tu modestis, floridâ
Ætate, fragras seculo.

Tu prædictator promptus
In urbe fulges propriâ,
Iesum parenti prædicas,
Fidemque pandis ciuibis.

Laus Vnitati triplici,
Pro quâ Potitus sanguine
Fuso, potitur Martyrum
Palmâ, in columbae imagine.

I V.

I E s v decora cælitum
Corolla, Iesu Martyrum
Spes, cerne nos, dum militis
Tui canamus prælum.

Cur Antonine perfutis,
O Cæsar angue dirior,
Leone seu leuior,
Cur bile turges vitreas?

Non sculpta adorat marmora,
Nec ligna credit numina;
Aurum Potitus despicit,
Nec thura libat belluis.

Dura contemnit verbera,
Tetrumque spernit carcerem,
Nec voce blandâ flectitur,
Minas nec horret efferas.

Hymnus ad matutinum.

Antiphona ad 1. Nocturnum.

Fla.

Flagella sicut lilia
Sumit, & illa dedicat
Deo fraganti pectori,
Sicut rostrum flosculos.
Olor nec albus gestiens
Aquas subinrat vitreas,
Oliuum vt intrat bulliens,
Amore Iesu, parvulus.

V.

Antiphona ad 2. Nothurnum.

PHOENIX vt inter cynnam
Exusta fit viuacior;
Sic hic lebete feruido
Mersus, resurget fortior.
Potitus instar Angeli
Faetus fide fortissimus,
Numen Mineruæ despicit,
Iouique thura denegat.
Cunctis est æqua regula,
Dulcore firmat debiles,
Virtute fortis roborat,
Vtrosque amore confouet.
O miles, ô fortissime
Athleta Iesu, a sanguinem
Dum corpus vnda profluis,
Ad astra mittis spiritum.
Sic torque victor aurea
Collum venustas saucium
Sic morte vitam laueas,
Vita triumphant perpeti.
O ter beate paruale,
Qui tufferendo laurea
Donaris, ô quam strenue
Mortem triumphas mortuus!
a Haud satis affequimur sententiam.

V. I.

Hymnus ad Lau- des.

INGENS Dei potentia,
Et Martyris victoria,
Crudelis ira Præsidis
Et belluarum mititas!
Quæcumque sauit dentibus,
Cornu, vel vngue bellua,
Ad Martyris vestigia
Vt mitis est ouicula.
Tormenta sic amplectitur,
Vt grata cœli munera;
Sic blandimenta respuit,
Vt dira mortis vulnera.
Per hæc, Potite, pignora,
Quæ Iesus vltro contulit,
Sacris roga virgunculis
Candens Agni nuptias.
Post quem canendo gestant
Plenis oliua lampadis;
Odora dent vaccinia,
Stolis amictæ candidis.
A vanitate seculi,
A carnis æstu lubrica,
Et à maligno dæmone
Hastu, Potite, libera.
Deo sit vni gloria,
Quinos ab omni protegat
Malo, precatu Martyris,
Ac regna det cœlestia.

V. II.

Hymnus ad 2. Ve- ffra.

ARDET ô felix anima, ardet igne,
Igne diuino, rabies tyroni
Voce demulcer placidâ, silendo
Mitigat iram.
Flagra ceu flores (quibus ante Iesum
Serta contexta) paritur, cruenta
(O Dei virtus!) veluti sinaragdos,
Vulnera suffert.
Cacerum vincis puer arctus, vincis

Pectinum clavis lacerus, lebetem
Intra dignum : calido triumphat
Mersus oliuo.
Vincit, immanes patiendo pœnas,
Cæsarem : lassat lanios, flagella
Mente tranquilla subeundo: victor
Cum nece pugnat.
Angeli verbo monitus, propinquam
Haud secus mortem cupit, ac perennis
Ianuam vitæ, requiem laborum,
Præmia pugnae.
Vnde transfixo capiti cruento
Clavo, & immerso iugulo mucrone,
Spiritu felix super alta fudit
Astra Potitus.
Morte sic vitâ, viridante lauro
Verticem cingit: sacra colla comit
Torque gemmatâ: fructus Tonante
Martyr in ænum.
Si caro prurit, niueum pudoris
Irriga rorem: Sathanæ sagittas
Frangit, si dirus iacit hostis, armis
Arma retunde.
Pompa si cœci peritura secli
Ridet, æternæ moderare vitæ
Gloria: pulsis fame, peste, bello,
A late nostro.
Laus sit æternæ Triadi perennis,
Et Patri, & Nato, & tibi ubique sanctæ
Spiritus: Martyr quibus aline nostra
Vota referto.

V. III.

*a G*RAVE mi puer aurea dextrâ,
Quas tibi laudes recinunt faciat
Virgines Sanctæ, ac modulos pudico
Pectori promptos.
Hi tibi pro thure & olente nardo,
Pro thymi fasce, & calatho rosarum,
Dantur: vt gemmas & odora, quæso,
Balsama sume.
b Vt puer primum dubiæ dolosum
Attrit vitæ biuum; relicta
Mox viâ latâ, studuit per aratum
Scandere callem.
Totus in sacris vigilat, caduci
Nil cupit: Diutum veneratur ædes;
Percolit suminâ pietate trinum
Numen & vnum.
Sic iugo Christi puerile collum
Subdit, & stiuvam retinens aratri,
Vt decet, sulcat bonitatis aruum
Vomere pacis.
Non minùs cœlum precibus fatigat,
Quam pio cultu: lacrymis nigrantem
Abluit noctem, Sathanam repellit
Dulcibus odis.
Dina scrutatus monumenta Vatum,
Sacra degustat rudimenta Iesu:
Tum Liam stringens, fructus Rachele,
More Iacobi.
Vt sibi nomen peperit Potiti
Martyr insignis, potiendo dulce
Cœlitum neclar, peritura spreuit
Cuncta sub astris.
Spreuit ætatis roleum tenellæ
Flosculum, spreuit titulos auorum,
Purpuram, fasces, galeam, curules,
Prædia, census.

a
Varia
Responso-
ria.

b

a Ita excusum. videretur verbum desiderari.
*b Non coherent hac interje, cum post singulas Lectiones bina fere-
semper stropha ponantur, quarum plures simul ad uniuersum hymni for-
mam descripsimus.*

EXOFFI-
CIO S.
POTITI.

Varia Re-
ponsoria.

I X.
PAUPER ad nudum properare Iesum
 Pergit amplexa Cruce. Fit superna
 Praeius Doctor patriæ, fit alti
 Praeco Tonantis.
 Grande virtutum iubar, æqua morum
 Norma, doctrina schola Christianæ,
 Mitis exemplar pietatis, alma.
 Lux bonitatis.
 Gratus hic mundo fuit à tenellis
 Vnguis; matris fuerat ab aluo
 Gratiæ cælo, magis est in astris
 Gratus utrique.
 Hic feras passus rabidas, leones
 Calcat immanes, dominatur vrsis:
 Sed prius vincens superat furentem
 Præsidis iram.
 Mortuus mundo, Sathanæ, parenti,
 Ac sibi; cælo, Superis, Tonanti
 Viuit illustris Domini Potitus
 Martyr in æuum.
 Ergo si talis tibi vita fulsit
 Seculo, nobis super astra regnans.
 Impetra optata bona pacis arham
 Gaudia cæli.
 Vernat ut candens tofa sore tacta,
 Rore ceu vernat foliis apertum
 Liliu, vernat veluti profulus
 Rore hyacinthus.
 Lux patri factus, meliora viuo
 Pandit exemplo documenta: quod nam

Egerit primum, sociis agendum
 Præcipit actu.
 Vnde pro Christi nece tu cruentam
 Eligens mortem, velut agnus ensi
 Colla flexisti, ô pie Martyr, ô mi
 Dine Potite.
 O pia, ô felix anima, ô beate
 Spiritus, terræ spolium caducæ
 Deserens carnis, superas ouando
 Scandis in arcis.

X.
NON pius lædit liquor, aut eburna
 Membra tam candens oleum, nec ignis
 Quid pili tangit minimum: pudorem
 Flamma veretur.
 Martyr à summo, precor, axe gratis
 Gratiam per te . . . præster orbis
 Auctor, ac sacris faueat puellis
 Numine fausto.
 Centuplum reddant olea, per arua
 Semen in fringes vireat, Falernum
 Vineæ fundant decuplum, precante
 Te, pie Martyr.
 Pace nos dulci refoue, salubrem
 Aërem cura, scelerum reatus
 Quæ vales purga prece, Martyr, ante
 Iudicis iram.
 Pro tuis regnum meritis Latinum
 A fame, à bello tueare, quæso,
 Quæso ut à peste, à tonitru, à corusco
 Fulmine serues.

Varia Re-
ponsoria.

DE SANCTO ANDREA TREVIRENSI EPISCOPO.

CIRCI-
TER AN.
CCXXXVI.
XIII. JA-
NVARII.
Quando
vixerit.

ANDREÆ Treuirorum sanctissimi Presulii gesta aut
 prodita non sunt litteris, aut dainceps, vt pleraque eius
 cui, intercederunt. Duodecimus eam cathedram inse-
 dit, vt Demochares, Claudius Robertus, Petrus Cratepolius nar-
 rarent. De eo isthac scribit Christopherus Bravverus noster An-
 nal. Treuirens. lib. 3. Inter hæc Anastasio (de quo 20. Decemb.)
 mortis acerbitate à grege Treuerico abstracto Christi
 liberatoris nostri anno supra ducentesimum vigesimo

septimo, Andreas in eodem vigiliatum munere suffe-
 ctus Episcopus. Ac paullò inferius ad annum 235. An-
 dreum Episcopum Treuerorum posthac seu sua mors
 seu gladius persecutoris abstulit; pro illo Treuiris An-
 tistes XII. obtigit Rusticus eius nominis primus. An-
 dream Martyrem vocat Auctor Florarij ms. Et hoc die refert:
 Apud Treuirim, inquit, Andrea Episcopi & Martyris.

DE SS. XL. MILITIBVS MARTYRB.

ROMÆ VIA LAVICANA.

CIRCI-
TER AN.
CHRIST.
CCLXXI.
XIII. IA-
NVARII.
Horum
MM.na-
talis.

QVADRAGENARIUS numerus, inquit S. Augu-
 stinus tr. 17. in Ioannem, sacratus nobis in qua-
 dam perfectione commendatur. Quare cum
 alia hoc numero sancta sunt olim, tum sapius Christi milites
 laurea quadrageni retulere; vt qui ix. Martij Sebaste in Arme-
 niâ, & qui XIII. Ian. Rome. De huiusuardus, Martyrol. Roman.
 Bellinus, Maurolycus, alioq; Romæ viâ Lauicanâ coronæ
 sanctorum militum XI. quas sub Gallieno Imperatore
 pro confessione veræ fidei percipere meruerunt. De
 iisdem vetus Romanum, Beda, Ado: Romæ viâ Lauicanâ
 coronæ militum XI. sub Gallieno Imperatore.

2 Notkerus, & Beda ms. Bauaricum ita habet: Romæ
 viâ Lauicanâ Secundinæ, Coronæ, & militum XI. sub
 Gallieno Imperatore. ms. Martyrol. S. Hieronymi: Romæ
 Secundi. Viâ Lauicanâ coronæ militum XV. & alibi
 Quosquonio, Enonis. ms. Hibernicum: Coronæ, Serdi,
 & aliorum xxv. ms. Florarium: Romæ viâ Lauicanâ co-
 ronæ militum XI. quas sub Gallieno Imperatore pro
 confessione veræ fidei percipere meruerunt anno salu-
 tis 263. persecutionis verò octauæ anno quinto. Deinde

interiecit aliorum Sanctorum nominib; Romæ passio
 S. Quirionis & aliorum numero xl. sub Galieno Im-
 peratore anno salutis 263. anno octauæ persecutionis
 quinto. Vnde ambigi potest, i. an Secundus, sive Secundi-
 na, aut Secundinus, sodali fuerit & consors martyrij illorum
 xl. 2. an non Corona nomen sit proprium. 3. an Roma, vel
 iuxta Romanam passi sint Quirio & Eno. 4. an bis xl. fuerint.
 Dum aliud innotescat; Secundum seungemus; Enonem ite
 & Quitionem: coronam, cum plurimis Martyrologiis ci-
 tatis, appellatiuè sumemus; secundam quadragenariam turmam
 omittemus.

3 De mortis genere nihil ab antiquis traditur. At Galefi-
 nius ita scribit: Romæ viâ Lauicanâ sanctorum XI. Mar-
 tyrum, qui Galieno Imperatore ob Christianæ fidei
 confessionem securi percussi sunt. Eadem ferè Petrus de
 Natalibus lib. 2. cap. 72. Quadraginta milites ex tempo-
 rali tirocinio ad Christi militiam transferunt. Qui
 omnes Romæ viâ Lauicanâ sub Imperatore Galieno
 pro confessione fidei decollati, coronas martyrij à Do-
 mino percipere meruerunt, Idibus Ianua. vt dicit Ado:

4 Tem-

Tempus
martyrij.

4 Tempus cedis eorum iam diximus à ms. Florarij Autore statui annum Christi 263. qui erat Gallieni 10. non quintus octaua persecutionis sed potius ab inhibitâ atrocí illâ Valeriani persecutione, que inter decem octaua est, tertius. At Martyrologium Germanicum anno 260. occisos habet. Verisimile est post captum Valerianum id contigisse, cum absolute dicantur sub Gallieno coronati. Captus est autem Valerianus à Persis anno 260. Quo tempore Gallienus (vt inquit Orosius lib. 7. c. 22.) tam clarae Dei iudicio territus, tamque misero collega

permotus exemplo, pacem Ecclesiis trepidâ satisfa. Ex v. A. Etione restituit. Idemq; Eusebius testatur lib. 7. cap. 12. ubi RII 8. rescriptum Gallieni recitat, quo subebat loca religiosa olim Christiana adempta restitui, vetabatq; iū negotiorum faceb. Verum illa Sanctorum interea cedes, prater eius sententiam. P. asperduam improbitate perpetrata sunt. Agit de hisce rebus Baronius in Notis ad Martyrologium & tom. 2. Annalum. an. 262. n. 76. & seqq. & Galenius in Notis ad Martyrologium, & alij.

DE S. SECVNDO, SIVE SECVNDINO, M A R T Y R E , R O M Æ.

HVN c quoque S. Hieronymi dedit Martyrologium: Romæ Secundi. Beda MS. Bauaricum: Secundi-
næ, Coronæ, & militum xl. Idem habet Notkerus.
MS. Hibernicum: Coronæ, Serdi, & aliorum xxv. Pro-

Serdi scriptum fortassis fuit Secidi, id est Secundi; & ve-
tus ille scriptor, quisquis fuit, Serdi legit. An hic cum prioribus
occisus est, nos latet.

D E S A N C T I S M A R T Y R I B V S E N O N E , E T Q V I R I O N E .

XIII. I A-
N V A R I I.

Duo nobis hos sanctos Martyres suggerere mss. prius antiquissimum S. Hieronymi his verbis: Et alibi Quoiquonio, Enonis. Quid illud tamen Quo-
quonio si velit, haud aequimur. MS. Florarium utcumque rem explanat: Romæ, inquit, S. Quirionis, & aliorum

numero xl. sub Gallieno Imperatore, anno salutis 263.
anno octauæ persecutionis quinto. De his xl. iam dixi-
mus. Quirio Roma passus in hoc ms. dicitur; in priore solùm
habetur, alibi; egerat verò ante de iis qui viâ Lauicanâ. Res
obscura.

D E S A N C T I S M A R T Y R I B V S A F R I S , I N G E N V O , V I N C E N T I O , S A T T O , S A T V R O , F E L I C I T A T E .

XIII. I A-
N V A R I I.

Idem ms. Martyrologium S. Hieronymi hos exhibet his ver-
bi: In Africâ Ingenui, Vincenti, Satti, Felicitatis. &
MS. Hibernicum: Idibus Ingenui, Satij, Vincentij, Sa-
turi, Felicitatis. Mendū inesse suspicamur in ms. Rhinavieni:
In Neapoli, inquit, Vincentiae. In Africâ Ingenui. Legen-

dum videtur: In Africâ Vincentiae (vel Vincentij) Inge-
nui. Neapoli Galenius: In Africâ sanctorum Mar-
tyrum Ingenui & Cyriaci. Sed eum quoque vito so codice
vnam existimamus, cum in nostro antiquissimo dixerit Cyria-
cus Neapoli tribuatur, vt mox dicemus.

D E S A N C T I S M A R T Y R I B V S C Y R I A C O , C I M I N O , Z O T I C O , H E R I S O , S I V E E R I S I N O , G L Y C E R I O , F E L I C E , I A N V A R I O , N E A P O L I I N C A M P A N I A .

XIII. I A-
N V A R I I.

SÆPIVS citatum vetus ms. Martyrologium S. Hierony-
mi hac habet: In Campaniâ Neapolim, Cyriaci, Ci-
mini, Zotici, Herisi, Glicerij, Felicis, Januarij. MS. Rhî-
nav. iam citatum: In Neapoli Vincentiae. In Africâ In-

genij. Galenius, vt iam diximus, Cyriacum refert, sed Afris
adscribit. MS. Hibernicum: Cymini, Zoticij, Ciriaci, Eti-
fini, Glicerij, Felicis, Januarij.

D E S A N C T I S M A R T Y R I B V S P A C H O M I O , E T P A P Y R I N O .

XIII. I A-
N V A R I I.

CELEBRATVR XIV. Maij S. Pachomius Abbas Ta-
bennensis: xxvi. Nouembris S. Pachomius Episcopus
Aegyptius. Martyr. Tertius Pachomius monachus Ta-
chomij. Tabennensis, unus è præcipuis magni Pachomij discipulis, in eius
vitâ memoratur; non constat nobis an' vñiam colatur. Quar-
tus XIV. Maij à Maurolico, Carthus. Colgn. Martyrol. Germa-

manico, aliuj, refertur, Abbas in Scithicâ Aegypti regio-
ne, de quo agit Heraclides cap. 11. Verum q; Pachom di-
citur Palladio cap. 29. Ab his omnibus diversus est q; quem hoc
die referunt Menea Græcorum: S. Pachomius, inquit, &
Papyrus in flumen deiecti, martyrio coronantur. Ni-
bil præterea de iis compemus.

DE S. ATHANASIO MARTYRE.

XIII. IA- LVRES memorantur in sacris Fastis Athanasij Martynarii. Hunc Gracorum referunt Menae virginis exanimatum; eoque laudant disticho:
 Virgis Athanasi te ipsum offers,
 Fefitinans quidem morti, viuere verò meliori bono.
 Plures A. Alludit ad Athanasij nomen, quod immortalem significat.
 Athanasij Nullus ex ceteris Athanasii Martyribus hoc necatus supplicio Martyres. legitur. IIII. Ianuar. S. Athanasius Commentariensis cum Zosimo, post fidei confessionem tolerataq; tormenta, in specie obdor-

niuit. XXIIII. April. S. Athanasius, ante magus, sed à S. Georgio conuersus, gladio caesus. XXIIII. Ian. S. Athanasius Lector, quo interemptus supplicio fit non proditur, sed iunguntur illi necis socij Aristocles Presbyter, & Demetrios Diaconus. V. Iulij S. Athanasius Diaconus Hierosolymit flagris quidem concisus est, sed ad extreum ferro necatus. XXIIII. Augusti S. Athanasius Episcopus ense percussus est Tarisi. Ex quibus concludimus nullum eorum esse Athanasium quem hoc die Greci venerantur.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
HERMYLO ET STRATONICO,
SINGIDVNI IN MYSIA SVPERIORE.

AN.CHR. I SINGIDVNVM yrbs est Myisia superioris, Ptolemao
 CCCXV. lib.3. cap.9. tabula 9. Europa, ad Danubium; alius
 XIII. IA- Singidonus, vulgo nunc Hungarum Zenderin.
 NVARII. Hic martyrio coronati sunt imperante Licinio SS. Hermylus
 Diaconus, & Stratonicus Commentariensis. De quibus
 Horum Molanus in Addit. ad Vuardum: Die decimatertia sancto-
 natu in Martyrum Hermyli & Stratonicorum. Galepinus: In
 Fastis Lari- Græciâ SS. Hermili & Stratonicorum. Plenius Romanum
 nis, Martyrol. Singidoni in Myisia superiori sanctorum Mar-
 tyrum Hermyli & Stratonicorum, qui post saeva tormenta
 sub Licinio imperatore in Istrum flumen demersi sunt.

2. Christophorus Patricius & Proconsul Mitiglenus: Hy-
 mnus, celebro Martire Stratonicum, & certaminis
 & Gracis. locum Hermylum. Eodem refert Horologium Gracorum;
 at minus Menologium Maximi Cytherei, solum Hermylon.
 Menologium editum ab Henrico Canisio: Natalis sanctorum
 Martyrum Hermilli & Stratonicorum sub Rege Licinio.
 Erat autem Hermillus in ordine Diaconatus, qui pro
 Christi confessione post verbera & dilaniatas carnes,
 & alia tormentorum genera vna cum Stratonicu in
 flumen Istrum coniicitur, vbi uterque beatum finem con-
 secutus est. Plenius Menae, mox profreda. In Anthologio offi-
 cium fit de Octaua, solus Canon de sanctis Martyribus psalmitur.

Alius die- 3. Galepinus in Notis ad 12. Ianuarij: In Græciâ SS. Her-
 bus alibi myli & Stratonicorum Martyrum. Sed error hic fortasse libra-
 commemo- ry est. Sanctuarij Capuaniparte 4. in primo Kalendario mona-
 stericij monialium S. Ioannis, 16. Ianuarij isthac habentur: Et
 S. Hermuli M. ac rursus Menologium Gracorum 1. Junij: Eo-
 dem die sanctorum Martyrum Hermylli & Stratoni-
 ci. Et Menae: Tῇ ἀντῇ ἐμέρᾳ τῶν αὐγίων Μαρτίου εἰς Ἐρμύλε
 καὶ Στρατονίκες τελέται δὲ ἡ ἀντῶν σύναξις εἰς τῷ ἑκτηρίῳ
 δικαὶῳ τῷ Ἀρχαγγέλῳ Μιχαὴλ εἰς τῇ ὁξείᾳ, καὶ εἰς φύγει
 τόλει, καὶ εἰς τοῖς Σπεθαίς πλησίον τῷ ὁρατοφείῳ.

Acta. 4. Acta horum sanctorum pugilum ab auctore anonymo
 descripta, atque à Metaphrase relata, Latinè edidit Lipoma-
 nus & Surius, qua ad Graci codicis fidem recensita in quatuor
 Questiones, quot de Hermylo habita sunt, distribuimus. Eorum
 epitomen hanc exhibent Menae:

Rete nauigium est Hermylo & Stratonicu,

Eadem ex Menae. Communis portus, in profundum mersis.
 Hermylum & socium decimatertia suffocavit Ister.
 Hi temporibus Licinius Imperatoris vixerunt. Erat Her-
 mylus ordine Ecclesiastico Diaconus. Qui cum coram
 Imperatore Christi nomine confiteretur, primum a reis
 quibusdam ferulis maxilla illi conuerberantur: exin
 innumeris plagi laceratur. Interē Stratonicum fami-
 liarem suum, ipsius cruciatuum commiseratione per-
 motum, ad fidem liberè confitendam prouocat. Nam
 cum Hermylus virginis ferreis ita cæderetur atrociter,
 vt iam venter corque aperta hiarent, conuersus enim q; intuitus Stratonicus illacrymavit. Illicè proditus est,

quodd eiusdem esset religionis. Interrogatus ergo ab Imperatore, Christianum se profitetur. Itaque verberibus quoque multatus, in Istrum flumen cum Hermylo megitur, vbi uterque beatum finem consecutus est. Agitur verò eorum synaxis in æde S. Michaëlis Archangeli in Oxiā.

5. Hactenus Menae. Eft' Oξεία regio quepiam vrbis Con-
 stantinopolitana. Ex iis quæ antè ex Menai protulimus, coniici
 potest plures his sanctis Martyribus ediculas fuisse, aut facella,
 nimurum in Fyrmopoli, inq; Spudæi ædibus iuxta orpha-
 notrophium. Diximus x. Ianuarij in vitâ S. Marciani cap. 5.
 num. 21. ab eo reparatam ædem S. Stratonicu, quæ in Rhel-
 fio, loco suburbano, videtur fuisse: quod existimamus de hoc
 Stratonicu intelligendum.

6. De tempore quo interfecisti sint sancti Martyres. ita statui Tempus
 potest. Post prælium ad Cibalim Pannonia oppidum, quo (anno martyrij.
 Christi 315. Coss. Cōstantino IV. & Licinio IV. VIII. Id.
 Octob. vt habent Idatij Fasti) vietus primū à Constantino
 est Licinius, Constantinus omni Dardaniam, Mæsiā, Mace-
 doniam poritus, numerosas prouincias occupauit, vt ha-
 bet Europi Breuiarium lib. 10. At post alterum in Thraciā
 prælium, pātis induciis, inquit Zosimus lib. 2. visum est in-
 ter ambos esse debere societatem, & foedus mutuum;
 ita quidem vt Constantinus imperaret Illyriis, & na-
 tionibus ceteris, quotquot vteriū essent porrectas:
 Licinius Thraciam & Orientem & vteriores prouin-
 cias haberet. Et clariū Sozomenus lib. 1. cap. 7. Post præ-
 lium circa Cibales commissum, Dardanij, Macedones,
 & quotquot circa Istrum accolunt, Hellas quoque &
 tota Illyria, ditioni Constantini subiugata est. Singidu-
 num igitur ac Myisia deinceps Constantino paruit, vt non potue-
 rint isthac à Licinio exerceri iudicia. Vnde consequens est eodem
 anno Christi 315. illos esse martyria coronatos. Anno Christi
 313. Coss. Constantino III. & Licinio III. huic suam Cō-
 stantinus sororem collocauit. Inde gestum aduersus Galerium
 Maximinum à Licinio bellum. Tum seuire in Christianos Licinius
 cum bellum aduersus Constantinum machinaretur. Ita
 Paulus Orosius lib. 7. cap. 28. Maxentius sœpè multis præ-
 liis fatigatus, vltimè ad pontem Mulvium victus & in-
 terfectus est. Maximianus (imò Maximinus) persecu-
 tionis Christianorum incitor executorque infestissi-
 mus apud Tarsum dum civile bellum contra Licinium
 disponit, interiit. Licinius repentinâ rabie fuscitatus
 omnes Christianos ē palatio suo iussit expelli. Mox
 bellum inter Licinium ipsum & Constantinum effe-
 buit. Sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in
 Pannoniâ primū vicit, &c. Eatamen persecutio ibi so-
 lūm inguebat, vbi commorabatur Licinius, vt testatur
 Socrates lib. 1. cap. 2. Pace inter eos restituta, tum Licinius, quod
 idem scribit, afflentari Constantino, amicitiam simulatè cū
 eo iungere, se astringere iureiurando numquam quid-
 quam

quam se moliturum, in quo aliqua tyrannidis significatio existeret. Etsi paullò post crudeliter toto Oriente saire cœperit, vt idem narrat, & Sozomenus lib. I. cap. 7. Et mox in vitâ S. Glaphyre dicetur. Potuit tamen haec Sanctorum cades suis commissa antequam cum Constantino amicitiam iniret Licinius, cum solum Cæsar esset: ast in Actu diserte Imperator dicitur.

ACTA EX METAPHRASTE,

Auctore anonymo,

Cum Greco MS. recens collata.

QVÆSTIO I. In Hermylum: malæ ei conuerberata.

Persecutio
Licinij.

Hipso imperante Licinio, & magnū circa idola studium adhibente, vt ea honorarentur sacris & sacrificiis, impendebat mors grauis omnibus Christianis, ciuitatibusque propter ipsos indagabantur, & regiones, vicique, & agri, & familiæ curiosè perquiebantur: & quicumque Christianum vnum deferebat ad Imperatorem, videbatur is esse ei benevolus & dignus maximis honoribus. Quocirca & ipse, & quicumque ei suberant, hac in re magnâ vtebantur diligentia: cùm ille quidem variis diis, hi verò Imperatori gratificarentur impio & scelerato.

S. Hermyle
debet
tur.

2 Ad hunc ergo Licinium aliquando in sublimi sedentem tribunali accedit quidam ex ordine militari, diuinum deferens Martyrem: Est, dicens, vir quidam Hermylus nomine, qui ordinem obtinet Diaconi; qui iam dudum quidem ritus colit Christianorum, deos autem & te subsannat, & nihil facit, ô Imperator. Hæc cùm audiisset Licinius, non distulit, nec rejecit; sed iis qui aderant mox præcepit, eum ubicumque effet comprehendenderent, & ad tribunal adducerent. Atque illi quidem cùm in omni loco scrutati essent, & eum alicubi orantem, & sanctas manus tollentem comprehendissent, ei significant iussum Imperatoris. Is verò statim alacer alacres est securus, nihil ignavum nec molle adspicere præ se ferens, quibus ex rebus manifesta sit animæ affectio; sed gaudens potius, & magna repletus voluptate, quod propter Christum passurus esset. Imperatori ergo se stitit.

Idola &
Caesarem
ridet.

3 Ille verò, Responde, inquit, & aperte significa: An te Christianum fateris esse, sicut audiuimus? Hic verò, Non solum hoc, inquit, cum præclarâ sententiâ & voce confiteor; sed etiam, quod Deo, qui sub visum non cadit, sum consecratus, & ei affisto, vt qui illius factus sim Diaconus. Imperator autem volens se ostendere urbanum & validè ingeniosum, Ergo te, inquit, diis diaconum, hoc est, ministrum exhibe. Martyr autem in risum vertens eius promptum & versatile responsum, Videris, inquit, mihi esse surdus, ô Imperator, aut etiam stultum agere. Dixi tibi me ministrare Deo, qui non cadit sub adspicere: non autem horum, qui videntur, aut potius ne vident quidem, esse Diaconum; quos ipse, vt qui falleris, perinde ac deos colis, cùm sint lapides & ligna omnino inanima, & surda opera manus humanæ, & quæ iis qui sapiunt, sunt potius ridenda, quam adoranda.

Caditur.

4 Non tulit Imperator dicendi libertatem, sed statim quibusdam instrumentis æneis, ad sumendum supplicium confectis, iubet genas quidem verberari Martyris, præconem autem hæc proclamare: Ne sis linguanum profusus, ô Hermyle, honora Imperatorem, diis sacrificia, & liberare à supplicio. Is autem, etiam si sic verberaretur, perinde ac si nihil subiret molestum, contrâ Tyranno etiam exprobrabat imbecillitatem, vt qui dubi perplexique esset animi, & planè vietus, & idè non secus ac ij qui sunt pusilli & abieci animi, ex Tom. I.

itâ inferret supplicium. Deinde etiam clariori voce Aver. vtens, Plagas, inquit, quæ numquā desinunt, & diui- ANONYMO, EX nas manus experieris; quod eo, qui te fecit, relicho; sur- METAPHRASTE. dis & mutis diis attendis, & quod est grauius, aliòrum veluti salutis inuidens contendis ad eundem trahere interitum.

5 Postquam autem visum est Imperator sufficere Rerradi- supplicium, & ira aliquid remisit de nimia acerbitate, tur in cat- tradit Martym carceri, & tres dies iubet in eo manere; Fortasse, dicens, ducetur pœnitentiâ vanæ suæ per- turcerem. pertinaciæ. Martyr itaque abiens in carcere, psallebat: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi caro. Iam autem ingrediens custodiā, Qui pas- cis Israël, dicebat, attende, qui deducis velut ouent! Ioseph. Qui sedes super Cherubim, manifestare, & v. ad nos seruandos. Sed sic quidem Martyr, & sic quæ erant grauia & molesta, propter Christum pati voluit. Christus autem quomodo se habuit? Num famulum contempsit? Num illo paciente, neglexit ipse consolationem? Et quomodo fuerit hoc nostri Dei, benig- nitasque, & clementia, quæ omnem superat cogitatio- nem? Non ergo defecit opem ferens, sed etiam incita- Ab Ange- uit ad animi fortitudinem, & ad eum Angelum mittit lo confor- tatur. consolatorem, dicentem: Hermyle, esto boho animo, & noli timere: loquere, & noli tacere: decerta, & noli timere. Mox enim vinces tyranni machinas, & defupet feres præclaram coronam martyrij. Sic Deus armat potius aduersus tyrannum, qui non appetet. Sic accin- git virtute, & docet quidem manus ad bellum, dat ar- psal. 17. cum autem æneum: ponit brachia & clypeum salutis.

QVÆSTIO II. Virgis ceditur.

6 Post tertium certè diem, cùm tribunal ascenderet Constantes Licinius, protinus diuino adducto Hermyle, Nū tyranno modò, inquit, statuisti diis sacrificare, & ab imminen- tibus terroribus minisque & periculis libertari? An ad- hoc, inquit, ferris per præcipitum, & eadem rursus te cepit amentias? Ad hæc fortiter admodum Christi milles, & pro dignitate eius, qui illum armauerat, Semel, inquit, dixi tibi, ô Imperator, & oportet contentum prioribus, de iisdem non mouere amplius. Est enim mihi Deus in celis, cui soli viuo, & cui mox meipsum hostiam offerre propero: & à quo spero maximum mihi venturum auxilium. Videam ergo, inquit Imperator, an is qui celos habitat, satis tibi afferet auxilij. Sta- timque iussit, & virti sex raptum, quod iussi fuerant exequentes, virti manibus robusti, immites, & crudeles animo, cædem & furorem spirantes, cùm humi Martyrem extendissent, virgis cædebant crudelissimè. Atque illi quidem sic faciebant, mortali Regi, seruientes. Mar- tyra autem, perinde ac si nihil haberet commune cum carne quæ sic patiebatur, neque dolorum ullum sensum caperet, intrepidè & quietè perseuerabat in oratione, & Deo attendebat. Hæc autem erat oratio:

7 Domine Deus meus, qui propter me sub Pontio Pilato flagella & plegas tolerasti, ipse me rursus pro- pter te patientem confirmata, vt possim cursum prælen- tem perficere, vt cùm socius fuero perpessioris, dignus quoque sim, qui splendoris officiar socius. Et talis qui- dem fuit eius oratio, vox autem protinus audita est de- super, dicens: Amen, Amen Hermyle, post tres dies li- beraberis à præsentibus molestiis: præclaras autem & magnificas accipies præsentium laborum remunera- tiones. Et vox quidem Martyri magnam attulit audacia & animi fortitudinem; lictoribus autem magnu- incuslit timorem: omnesque repente in terram proci- dentes tremebant & trepidabant, adeò vt nec ipse Im- perator, nec vlli alij fuerint imminentes ab animi pertur- batione, sed omnes ex æquo moti fuerint: etiam si ille psal. 44. præ impietate cœcutiens & grauissimè furens, noluit & intelligere vt benè ageret, nec malitiam odit, vt di- cam

Aver. cam cum diuino Davide, nec villam Dei, hæc facientis miracula, vel minima accepit notitiam: sed in carceri, rem rufus obscurum, & tenebricosum lucisque exper-

META- PHRASE. tem tradidit Martyrem.

Reducitur. 8 Sed mentem adhibere oportet orationi, & Dei in carcere sapientia et arcana intelligere. Hinc enim proficisciatur id, quod est orationis iucundissimum, & est athletæ co-iuncturum commilitonem. Is enim, cui in custodiam fuerat Sanctus creditus, & qui curam gerebat carceris, Stratonici erat ei valde amicus & familiaris. Quis illeris Stratonicus patitur. ille sapiens, qui videbatur quidem eadem sentire quæ amicus, & esse in religione eiusdem sententia, nondum autem audebat pietatem liberè proferri, neque Iosephi occultam superauerat disciplinam; se amici tamen misereri, & eius agere ferre cruciatus, ostendit multorum. Sed de Stratonicu quidem illo sapiente in praesentiā dicere differamus, ea enim persequitur oratio, quæ ad diuinum pertinent Hermylum, nec patitur eorum abrumpi consequentiam.

Hermylus 9 Martyr ergo Hermylus ingrediens carcerem, hæc opportunè canebat & prudenter: Dominus illuminatio mea & Saluator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum approluo & voce cœlesti pinquant super me nocentes, vt edant carnes meas; animatur. qui tribulant me & inimici mei, ipsi infirmari sunt & ceciderunt. Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum. Si insurgat aduersus me bellum, in hoc ego sperabo. Sic dixit, & statim lux mirabilis desuper in ipsum erupit ad confirmandum id quod canebatur: & vox rufus illinc est audita, iubens athletam bono esse animo, & psalmum similiter confirmans, & sicut erat ei pollicitus, post tertium diem finem esse venturum.

QVÆSTIO III. Rursum ceditur unaq; Stratonicus.

Iterum intrepidè
tyranno
respondet.

10 SE QVÆSTIO autem die cùm procedendum esse significasset Licinius, & præsedisset in tribunali, proclamari iussit per præconem, vt duceretur Hermylus. Ille verò latè animo ductus est, latè oculis, & cor habens plenum voluptate, externus enim adspicetus hoc aperte significauit. Subridens autem & caput mouens Licinius, & veluti Sanctum aperte ludificans, Age, inquit, quām tibi conducibilis fuit illa obscura custodia? Quomodo hoc quod intercessit spatiū tibi reuerà atrulit aliquam sententia mutationem, & persuasit iussis cedere Imperatoris, & diis reddere ea, quæ debentur? An adhuc nobis opus erit tormentis aduersus tantam tui cordis duritatem? Martyr autem, Mihi quidem, inquit, tetrum illud & tenebricosum domiciliū magnum lucem conciliauit: & nunc mea versatur anima in tranquillitate, & voluptate, & inexplicabili illuminatione, quæ futuri mihi spem bonam porrigit. Ego autem valde miror, quemadmodum quæ in te habitant tenebrae, nullam suscipiunt mutationem: sed semper profundæ & cōcretæ insident tuis animæ oculis, quæ nequaquam sinunt adspicere veritatem.

11 Cūni tam aperte impietatem Imperatori exprobrasset, Licinius illi vehementer & cum magnâ respondens acerbitate, Nihil aliud, inquit, vt videtur, didicisti, nisi solummodo appetere contumelias: quod quidem est lingue intemperantia, & animæ audacia, & vt semel dicam, amentia. Sed tamen responde, & dic aperte: Diisne sacrificabis, & nobis cedes sic imperiis, an tecum agere oportet ut mereris? Christi autem Martyr Hermylus, Habes, inquit, responsa, ô Imperator, & nihil eorum à nobis amplius audiueris: fac deinceps quod velis, & exequere ea quæ statueris. His irâ Virgis tri- percitus Licinius, iubet eum porrectum supinum vir- boratur. gis figurâ triangulis in vêtre verberari. Et erat quidem hoc graue tormentum, & corporibus humanis minimè tolerandum. Anguli enim virgarum, non secus ac-

quidamenses, carnes vehementer tangebant. Sed athletæ, etiam cùm verberaretur tā immissicorditer, vnum erat solatum, nempe Christum fixis oculis adspicere: vnum benignum medicamentum, preces quas ad illum fundebat, quas plagiis iucundè adspargebat, dicens: Domine, ad adiuuandum me festina. Ille verò citò ei adfuit, & faciens vt ferret dolores facilius, & annuntians eius consummationem, Imperator igitur, vt qui esset irritatus è quod non pataret, & egregiam illam athletæ pro pietate constantiam, existimatet esse suæ contemptum potentia, manebat adhuc puniens, & vi se ei persuasurum arbitrans. Quocirca iussit eius ventrem perfodi aquilarum vngubus, Donec suis, inquit, oculis sua videat intestina. Propter quæ dixit exultat. Martyr: Cor meum & caro mea exultaerunt in Deum viuum. Sicut ex adipe & pinguedine repleta est anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Et hæc quidem sic. Quæ autem sunt deinceps consecuta, quomodo?

12 In animo quidem habebat tyrannus rufus Lachrymis in custodiam dare athletam, vt eum deinde puniret proditus acerbius. Egregius autem Stratonicus (iamenim po-Stratoni- stulat oratio, vt ad finem deducam promissum) cùm cus Chri- vidisset Hermulum sic patientem, nec ei posset omnino fuisse. opem ferre; faciebat id quod poterat, amici miserebatur, & acerbum dolorem capiebat, vultusque eius con- siderat, & ex eius oculis guttarim profluabant lacrymæ. Quo factum est, vt cùm sic se haberet, non potuerit latere: sed cùm quidam ex commilitonibus cum tristem vidissent & mœrentem, & causam rei deprehendissent, ad Imperatorem accedentes, Stratonicus, inquit, ô Imperator, Stratonicus custos carceris, aperte ostendit se erroris & Christianismi societatem habere cum Hermylo. Videtur enim eius misereri, & magnum eius causâ nutritæ in animo dolorem. Ille verò cùm statim accessuisset Stratonicum, rogauit an eset amicus Hermylus. Discipulus autem veritatis minime est mentitus, nec sustinuit ignauam & pusilli abiectique animi pietatem apud se occultare. Sed tempus esse arbitratus, vt hæc Dei otiosa cognitio prodiret ad opus, & magnum sibi pararet fructum per confessio- nem, se esse amicum Hermylus, & Christianum protinus est confessus, & eos qui colunt simulacra amentes iudicare. Timeo enim, inquit, ego solum Deum, qui fecit cælum & terram,

13 His commotus Imperator iubet eum grauissimum subire supplicium. Id autem erat, vt ex illis virginis tur atro- flagella-plagias nudo toto corpore acciperet; atque eousque, cissimè. donec ipsa vox eum deficeret. Et sic quidem Licinius. Martyr autem etsi esset tot malis implicatus, amicum fixis adspiciebat oculis, & eum in auxilium vocabat, eoque vtebatur ad Christum intercessore, dicens: Hermyle, ora pro me Christum, vt cùm erga ipsum firmam ac stabilem seruauero confessionem, possim facile su- perare tyraanni insidias. Interim autem ipsum quoque deridebat Licinium, cœcis diis sacrificare prohibens, & veri Dei vindictam ei intentans; in cuius manus in- cidere, verè terribilem habet, & ineuitabilem perse- stumque interitum.

14 Licinius autem cùm vidisset S. Stratonicum sa-voce dini- tis fauicium, parcit eum amplius punire. Parcit: non sen- tur atro- su humanitatis aut propenso ad misericordiam animo, boratur. sed vt locum daret pœnitidini, cùm eum prius tormé- to terruisset. Et idè eum in præsentia tradidit in custodiā. Ille verò etsi esset in custodiā, Iesum ducebat suam esse consolationem, & cum eo per preces collo- quebatur, Domine, dicens, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Fer opem nobis, Deus Salua- tor noster, propter gloriam nominis tui. Et simul vox diuina est conlecta, dicens: Cursum consummavisti, fidem seruasti. De cetero reposita est vobis corona iustitiae, quam cras accipietis.

QVÆS-

QUÆSTIO IV. Ambo submerguntur.

*Hermylus
rurus con-
ciditur.*

15 *C*VM autem iam esset dies, adductum Hermylum rursus interrogauit Licinius, an diis sacrificaret. Ille autem, Eadem quæ prius, inquit, ô Imperator, do tibi nunc responsa. Quamobrem vre, puni, scinde, fac de me quicquid tuo insederit animo. Didici enim non timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Hæc cùm audiuisset Imperator, & desperasset fore omnino, vt Sanctum in aliam traduceret sententiam, eum suspendit in ligno, & iubet dire concidi. Sed et si eius carnes tam acerbè scinderentur, non ignorabat vnde salus iustorum, nempe quod à Domino, & quod est eorum defensor in tempore afflictionis. Et ideo, Esto mihi adiutor Domine & Redemptor, dicebat assidue, & perinde ac si videretur aliquem desuper audire dicentem, Noli timere: sum enim tecum, & Deus tuus ego sum.

16 Veritus ergo Licinius, & ex auditione veluti conturbatus, ex ligno deducit Martyrem, & eum condemnat, vt in Istro fluui intereat, iubens vt in eum iaceretur: stultus fortasse arbitratus, quod sic passus Hermylus omnino interiret, & nec venerabilis quidem eius corporis futura esset inuentio. Ad ipsum autem adducto Stratonicu, visus est suggerere & admonere ea quæ essent utilia: Crede, inquit, mihi ô miser, crede, & diis velis sacrificare, ne tu eadem quoque patiaris, quæ amicus, & ambo subbeatiseamdem pœnam contumaciam. Respödens autem Stratonicus, Reuerà, inquit, miser fuerim, si tibi parens, cùm ille sit mortuus propter Christum, ipse velim vivere. Licinius autem, Quid ergo? Vis mortum Hermylo? Maximè quidem, inquit diuinus Stratonicus. Etenim, inquit, si oportet amicos communes habere calamitates, oportet omnino eos

quoque bonis frui communiter. Quid autem nobis Avct. fuerit incundius aut honorificentius, quam pati propter Christum? Propter quæ cùm desperasset Imperator fieri posse, vt persuaderet Stratonicu, similem quoque in eum fert sententiam, & eodem fine virtutique condemnat: quos etiam reuerà par finis exceptit, communisque beatitudo & exultatio.

17 Ad mortem itaque ducebantur Martyres, dientes: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas: qui quidem est hymnus conueniens iis, qui sunt bonum aliquod consecuti; non eorum, qui deducuntur ad mortem, atit ad aliquam aliam causam tristitia. Postquam autem iam peruenissent ad fluuium, in tete inieeti ab iis, quibus hoc datum erat negotium, transiit tunc in profundum. Cùm suscepisset autem fluuius corpora Sanctorum, & quanto oportuit fluento esset sanctificatus, ea rursus tradit manibus fidelium: vt qui tales, quemadmodum arbitror, thesaurum apud se diutius abdere non sustinuerit, & tanti boniā ceterā afficeret Christianos, cùm prima eorum non apparuerit bonitas. Tertio ergo die postea, in loco deserto iacentia, visa sunt corpora Mar-

*Mergun-
tur in flu-
men.*

tyrum: in quæ cùm incidissent quidam viri pij, & quo-pora, & feli-crum erat officium venerari corpora Sanctorum, & ea peliuntur. optantibus manibus piè ac religiosè suscepissent, & sacros hymnos cecinissent, & quæcumque mos est Christianis, peregrissem; in quodam loco, qui octodecim stadiis abest à ciuitate Singedone, ea simul deponunt, vt eis essent omnia communia, & amica in Christum confessio, in carcere habitatio, in flumine demersio, superna quies, in vno loco corporum depositio; gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi; cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, honor & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

DE S. GLAPHYRA VIRGINE,
AMASEÆ IN PONTO.

*Circi-
ter an.
CHRIST.
ccxxiv.
XIII. IA-
NVARII.
S. Glaphy-
ra matalis,*

gesta,

*Morit.
tempus.*

GLAPHYRA, virgo Itala, verè γλαφύρα, id est elegans, pietate magis & castitate, quam formâ, celebratur in Romana Ecclesia tabulis ad XIIII. Ianuarij hoc elogio: Amaseæ in Ponto S. Glaphyræ Virginis. At Grexi xxvi. Aprilis in Menaïs: Glaphyra in pace quiescit. adduntq; hoc distichon:

Θεὸν Γλαφύρη φυχικῶν δίδυμάτων,
Οὐ γλαφυρῶν νῦν, ἀλλὰ τηλανγῆς βλέπεται.
Deum Glaphyra animæ oculis
Non profundè nunc, sed dilucidè intuetur.

Eius gesta Ioannes Presbyter Nicomediensis descripsit in Actis S. Basilei Episcopi, quocum ante mortem collocutum se testatur. Ea Acta à Lipomano Surio, edita, xxvi. Aprilis integræ dabimus; hæc ea solum quæ ad Glaphyram pertinent. Cum verò ex Eusebijo chronico constet S. Basileum anno Constantini 14. Christi 324. occisum esse, probabile est eodem anno Idibus Ianuarij mortuam fuisse Glaphyram.

VITA EX ACTIS S. BASILEI;

Auctore Ioanne Presbytero Nicomedienſi.

*Licinius
propter
Constanti-
num fau-
tis Christia-
nus, simu-
lare.*

1 *O*st iustum Maximini pœnam & diuinitus inuectam iram, Licinius cùm totum Orientem sub se haberet, magno cum apparatu ad nostræ regionis vrbum Nicomediam venit, vna cum cōtinge suâ, vt in regiâ domo habitatet, & Orientis Imperium gubernaret. Iam verò primum summa quædam pax repente per totum nostræ regionis orbem, post vehementes illas insipientis idolatriæ commo-

Tom. I.

tas fluctuationes ac pugnas, Liciniij arbitrio atque operâ inuecta est. At bonarum rerum inimicus diabolus, piè viuentium tranquillitatem ac lætiā non diu ferre potuit. Licens enim ipsi exemplo non fuit eorum Tyrannorum, qui anteā fuerunt, euerio ac pœna, ne & ipse talis esset, sed ea qua iusta sunt faceret, atque in illis perseueraret. Nam cùm feliciter, quod cupiebat, ei processisset, quæque sperabantur, in eius potestatem venissent; ostendit non longè postea, qualémnam animum haberet, & cuiusmodi reuerà esset; quod videlicet per simulationem & sub quadam similitudine fidei specie atque integumento, cum maximo illo Imperatore Constantino versatus fuerat, quo tempore Constantini res gestas considerans, animum suum occultabat.

2 Tunc igitur cùm totus scelestus esset & nefarius, totusque ad diaboli voluntatem se accommodasset; solius & veri omniumque Creatoris Dei confessionem reprobavit: idque post iuriandum illud, quod Dei amantissimo Imperatori Constantino sèpius exposuit, Rursus nullo vñquam tempore se à Christianorum fide defec- idola colit. viuimus, in- Eturum, sed illius se fore propugnatorem. Quæ sua continenter promissa pro nihil faciens, Græcorum cultui se ipse totum diligenter tradidit, ardenti zelo in rebus illis execrabilibus permanens, & vbiique idolis ipsi sacrificia offerens. Qui & violenter Senatorias mulieres abripiens, in conspectu hominum turpe atque intemperatum facinus committebat, non matribus neque filiis parcens, quod minùs intemperanter cum illis coiret. Ad hæc per omnes gentes infinitas calamitates meditari non desistebat.

Ttt 2

3 Hæc

AUCT.
IOANNE
PRESBY-
TERO.
Christia-
nos ex
Aula ei-
cit.

³ Hæc cùm magni Constantini germana soror vi- deret atque audiret, eaq; ferre non posset; litteras ad pium virum & Dei amicum Constantinum claram mi- sit, quibus significabat quæ Licinius facere ausus fue- rat. Ille enim superstitione hominum culturæ studio- sus, & ipsi Deo inuisus Licinius, omnes Christianos homines è domo suâ procul fugavit. Quæ reaperè se Christi diuino patrocinio nudu ac destitutum ostédit.

⁴ Cùm igitur sine impedimento aliquo talia diu- tius ab illo fierent; vna quædam puella, ex eorum nu- mero quæ in Reginæ ministerium ardentissimæ studiæ erant, è genere Christianorum exorta, moribusq; & temperantia florescens, cùm hæc cognosceret, & ad stuprum à Licinio provocata, cum eo misericordia exhorre- ret; simulq; ne properet zelotypiam ac suspicionem à dominâ suâ b; affligeretur, arcuam illud Reginæ ipsi aperire ausa est: Hæc, inquit, Imperator constituit mihi facere. Benignus enim, qui eius cubiculi Præfectus est, cùm tamquam magnum aliquid donum se mihi collaturū speraret, hoc significauit. Te igitur obtestor per Deum illum qui cœlū & terræ Dominus est, quem & ipsa times, & Imperator Constantinus colit, ne linas virginitatem meam, nefario coitu vitiatam, me priuari.

⁵ Hæc cùm Regina didicisset, & puellæ ipsius a- Aliò mit- quam mètem ac propositum libenter amplexata esset, titur ab illâ primum occultauit, eo nomine, quod delirio cor- Augustâ, repta, moritura videretur. Postea verò opportunum diffimula- tempus nacta, multum auri & argenti regiumque or- to habuit. natum, ac omnem supellestilem, necnon pueros illi dedit; eamque misit in Armeniæ regionem: atque illis hominibus, qui eam deducebant, præcepit, vt nullo modo, quæ fierent, alicui patefacerent, quænam scili- cet, aut vnde esset illa puella, quoad Dominus ipse prouidisset. Illi verò virili ueste eam ornarunt, cùmque Regi- na de puellæ custodiâ & benignitate in eam seruan- dâ fidem certam dedissent, in eum locum, in quem iussi fuerant, proficiscebantur. Ac si qui ab illis quæsiuissent, quisnam ille esset; Tribunum quemdam esse respon- debant.

⁶ Dei autem prouidentiâ factum est vt illi in vr- ben Amaseam venirent; erat autem vrbs illa e Ponticæ prouinciæ metropolis. Glaphyra igitur (hoc enim erat puellæ nomen) cùm vrbe munitionem vidisset, eius loci specie delectata est: & pueros suos admonuit, vt, si Christianorum genus illuc inuenissent, in eâ vrbe per- manerent. Cùm verò adolescens quidam, qui ad Quintum vrbis illius cum primis illustrem virum per- tinebat, audiuerit viros illos Christianos esse, & quæ- rere si qui eiusdem fidei essent in vrbe illâ, ad Quintum pertulit quod audierat: qui nihil moratus, eos cō- Benignè excepit & venit, ac rogauit vt in domo ipsius esse vellent, & si Quintio. gratum eis esset, illuc manerent; dicens se quoque Christianum esse, & eo in loco Christianum Episcopum

habere virum egregium, & dignum qui cum Apostolis ipisis conferri posset.

⁷ Illi eius verbis obtemperantes, & in eius domo partem quædam capientes, apud clarissimum virum Quintum permanerunt: & Episcopum ipsum con- S. Basilio Episcopo uenere, qui Basileus appellabatur. Erat vir ille admo- dum eloquens, omnique virtute & spirituali prudentiâ qua- sit refertus. Cùm vero à Glaphyra ipsâ quæsitum fuisset, quænam & vnde esset; respondit se Italam genere, & Christianam esse, & ex parentibus Christianis, ancil- lamque Reginæ illius, quæ Constantini Augusti soror, & Licini Regis vxor erat. Adiunxit etiam deinceps, quæna fuerat cauſa vt ad eum locum veniret. Illi cùm hæc audiuissent, præceperunt vt neque ipsa, neque quisquam illorum, qui ad eam pertinebant, cum ali- quibus versaretur; ne aliquo modo vrbis Præfecto de- lati essent, & calamitatis alicuius cauſa ea res ipsis for- ret. Beatus verò Episcopus Basileus dixit, ad Dei glo- riam illam discessioneis cauſam pertinere.

⁸ Illis ipsis diebus templum Ecclesiæ cauſâ Episco- pus construebat: nam usque ad illud tempus non fue- rat intra vrbe Christianis ipsis locus aliquis sanctus. Pecunias ei tradit ad templum Caſta igitur illa Virgo Glaphyra multum auri & ar- genti ad templi ædificationem contulit, & omnes ferè nem: suas facultates ad omnia ea suppeditabat, quæ B. Basileus iussisset. Quinetiam & ad dominam suam scriptit, vbinam esset, & apud quem manere sibi proposuisset, ac de sacro illo ædificio certiore eam fecit, perens, vt plus pecunias ad eam mitteret, id templum sanctum Christianis compleri posset. Id libentissime fecit ma- gni Constantini soror, quæ & plurimas pecunias & multa dona ad eam misit. Scriptit etiam & litteras ad Episcopum, quibus puellam ei commendabat.

⁹ Temporis interruſo, iniquioris dæmonis arte factum aiunt, vt Glaphyra litteras Benignus ille, de quo diximus, inuenierit. Quibus lectis cùm audisset Litteris puellam viuere, & apud quædam virum Amaseæ esse, eius inter- Regi Licinio hoc patefecit. Qui cùm mirum in mo- ceptis, in- dum furore accensus fuisse, illâ ipsâ horâ ad prouinciæ betur capi. Præsidem edictum misit, quo iubebat Basileum ipsum & famulam Glaphyra ferreis vinculis ligatos ad eum mitti. Prius igitur quæ Regis litteræ ad Præsidem ve- nissent, Dei prouidentiâ factum est, vt Glaphyra ipsa Moritur. ex humanis rebus discederet. Corruptor autem ille & inhumanus Præses, cùm Regis edictum accepisset, san- & tissimum Episcopum Basileum comprehendit, & fer- reis vinculis ad strictum ad Regem misit. De Glaphyra autem scriptit quod mortua esset.

a Eadem Nicophorus lib. 7. cap. 44. Eusebius lib. 1. de vita Con- stantini cap. 1. & alij scribunt.

b Baronius legit, abigeretur.

c In Ponto Galatico collocatur à Ptolemao lib. 5. cap. 6. tab. 1. Afia.

DE S. AGRICIO, SIVE AGROECIO,

EPISCOPO TREVIRENSI.

CIRCA AN.CHR. ^IVICESIMVS SEPTIMVS Treuirorum Antistes me- moratur à Claudio Roberto, & Christophoro Bra- vvero nostro, S. Agricius, qui Demochari est vice- XIII. IA- mus quartus. Eius natalem Beda & Martyrol. Romanum Idibus Ianuarij ita consignant: Treuiris S. Agricij Episcopi. Rabanus locum omittit: Eodem die S. Agricij Episcopi. ms. S. Maximini in plerisque cum Rabano consentiens: Eodem die S. Agritij Treuirorum Archiepiscopi. At mss. quadam Adonis, aliaq; Beda nomine insignita: Treuiris Agricij Cōfessoris. Martyrologium vetus Coloniense, & Bruxellense, Vio- la SS. ms. Florarium, ac plurima mss. sub Vuardinomine: Treuiris S. Agricij Episcopi & Confessoris, admiran- dæ sanctitatis & doctrinæ viri: qui cùm esset Antioche-

næ ciuitatis Præfus, ad petitionem S. Helenæ missus est à S. Siluestro Papâ ad Treuiros conuertendos, qui post tempora Eucharij, Valerij, & Materni, ad pristinum paganismi vomitum ex magnâ parte redierant. Vbi vit sanctus vt alter Eucharius populum ab antiquo errore idolatriæ eripuit: ibique in pace vitam finivit. Eadem ferè habent Cartusiani Colon. in Addit. ad Vuard. Mauroly- cus, Galefinius, Molanus, Ghinius, & alij. Agunt de eo quoque hoc die Miraeus in Fasti Belgici, & fusè Sauffaius: hic tamen perperam Mauricio scribit successore; nam Mauricius I. illus- Sedis xv. Antistes sexaginta propè annis Agri- cium præcessit; Mauricius II. S. Feliciem II. secutus est.

a ix. Ianuarij refertur in Martyrologio Colon. Agetius Con-

Nomen
varie ex-
presum-

Confessor, qui Carthusianus in Addit. ad Vuardum ibidem, & Florario est Agecius, Martyrol. Germanico Agricetus, Maurolyco Agretius. Videtur hic noster esse, qui multis Agriciis, vulgo & recte Agricetus, & Agricetus, ut ipse se subscribit Concilio I. Arelatenst; perperam Maurolyco hoc die Agnitus.

Vita.

3 Vitam S. Agricij scripsisse traditur ante annos iam ferè 600. Lambertus de Legia. Eam necdum vidimus; nisi illa ipsa sit quam ex vetusto codice monasterij S. Maximini hic damus. Eius epitomen edidit Antonius Liber Susatenst, seu quisquis secunda partis Legenda, ut eam vocat Molanus, est auctor. Agit de eo fuscus Christophorus Bravverus noster lib. 4. Annalium Treuirensum, queq; hic narrantur, pleraque solidè confirmat. Agit & auctor MS. Historia Treuironum. Lupus in vita S. Maximini. ms. vita S. Paulini Episcopi Treuirensis. Agrippinensis Chronica. Cratepolius, &c.

Quando
Jedere co-
perit.

4 De eius etate id solum possumus pronuntiare, anno Christi 314. sedis; nam eo anno, Aniano & Volusiano Coss. subscriptis Concilio Arelatenst I. non II. vt volum Mireus, Ghinius, & quidam alij recentiores, cùm hoc plusquam 100. annis ab Agricij morte habitum sit. Atque hinc subruuntur qua operose auctor vita & Bravverus de Agricio Antiochij euocato ab Helenâ & S. Siluestro, idq; post Dominica Crucis inuentionem, disputant. Reliquia ab Helenâ postea fortassis ad Agricium sibi familiariter notum missæ sunt. Quid autem passim canunt Antiochenum ante fuisse Patriarcham, id nec Bravvero sat probatur: existimat enim solum è Clero Antiocheno deletum; aut certè Patriarcham Antiochiae designatum, cha Antiochenus.

Agricij
plures in
Gallia.

An fuerit
vvero sat
probatur:
existimat enim solum è Clero Antiocheno
deletum; aut certè Patriarcham Antiochiae designatum,
cha Antiochenus. Ita studio traductum ad æquè nobilem Cathedram; aut Orientalibus motibus offensum vltro ceßisse, cùm
spes ampla messe aliò alliceret. Sauffaius ait cùm Romæ magnâ
sanctitate floreret, polleretque doctrinâ excellenti, à
S. Silvestro Papâ ordinatum Episcopum: de genere silevit.
Haud sat perspicimus, quid causa fuerit ut inde è Syriâ petere
Antistitem oportuerit, cùm in Gallia multi tum essent viri omni
laude præstantes. Quid quid Agriciorum in eadem Gallia
celebre nomen? Nisi quis ab hoc accepisse ceteros nomen studio
quodam religionis, vt passim nunc sit, arbitretur. Nam præter
Senonensem Agricium, siue Agricium, qui 13. Junij colitur,
Agricetus Antipolitanus Concilio Agathensi Messala V.C.
Coss. an. Chr. 506. subscriptis, & Aurelianensis IV. Opilione
V. CL. Coss. an. Chr. 524. eius nomine Cataphronius Pre-
sbyter; & Maticonensis II. anno Guntramni Regis 24. Chri-
sti 585. Agricetus Ep. Ecclesie Glannatina. Meminit & Gre-
gorius Turonen. Agriocij Tricassium Antistitis. Ausonius in
Professoribus Burdegalenibus epigram. 15. Censorium Atti-
cum Agricium Rhetorem laudat, quem & genere clarum
prædicat.

Quando
obierit S.
Agricetus.

5 Alter pro Agricij nostri etate constituerat character hic est:
S. Athanasius & S. Maximino Agricij successore honorificè
susceptus est, vt scribit S. Hieronym. in Chronico: id vero an. Chr.
336. Constantini 30. contigit, vt constat ex Theodoro lib. 1. c. 31.
Vnde corrigas ms. Florarium, in quo dicitur S. Agricetus obiisse
anno 344. Et Annales Treuironum mss. qui anno Domini
Incarnationis 368. Episcopum esse factum tradunt; verum
istorum Annalium scriptor videtur aliam quandam secu-
tus annorum supputandorum rationem. Existimamus igitur
cum Bravvero circiter annum 335. vitam factum Agricium.
Concilio Niceno vt interfuisse suspicemur facit auctor Chronicus
Altisidorensis, ita scribens: Fertur quoque S. Agricetus
Senonensis Archiepiscopus prædicto adfuisse Concilio.
Id de Treuirense potius accipimus, qui tum viuebat; nam Se-
nonensis 140. post annū sedis.

VITA Ex ms. monasterij S. Maximini.

CAPVT I.

S. Agricetus designatur Treuirenensis Episcopus.

I CVM igitur pte recordationis femina Helena,
venerabilis Regina, pretiosissimæ Crucis in-
uentione Ierosolymis celebratâ, Romam ad
filium suisset reuersa; dumque ob multarum gentium
Tom. I.

tunc temporis ad Dominum conuersatum salutem, Avct. ANONYMO.
debito caritatis tripludio gauderet, ob tenebras veò infidelitatis sibi secundum carnem consanguineæ, Tre- Ex mss. s. uericæ videlicet ciuitatis, iusto nihilominus pietatis S. Helena studio doleret, vt pote quæ cum gaudentibus gaudere, de Treu- cùm flentibus flere per misericordiæ viscera sciebat; rorum cō- non prius palpebris dormitionem, nō oculis somnū, serione sollicita.

2 Quamvis autem non modicum temporis, quam-
plutimum laboris in tam pte supplicationis deuotio-
ne, gloriofa Virago Helena consumplisse sciatur, illud
tamen non ignoratur, quid non minori caritatis ac de-
uotionis studio tum ab ipsa, tum etiam à Papâ Silue-
stro diu multumque innigilatur, donec tandem dignus
& idoneus tam gloriose dignitatis, tam famosæ anti-
quitatis loco, visitator & prædictor diuinæ respectu
misericordiæ inueniatur. Reuolutis enim sanctus Treuiren-
Pontifex Silvester Annalibus, eiusdem ciuitatis sis urbis
gesta antiquissima continentibus, eius excellentiæ laus.
nobilitatem & antiquissimam dignitatem sagaciter
indagauit, eamque tam propter ædificiorum fir-
missimam præminentiam, quam propter ciuium no-
biliorum omnibus Gallia ac Germania ciuitatibus
ad eò præstare didicit, vt merito nomen secundæ Ro-
mæ, ipsorum iudicio Romanorum, suscepit. Qui stu-
dio sagacitatis illud etiam ad memoriam reuocauit,
quid B. Petrus eiusdem loci auctoritatem in tantum
ali quando notauit, quid non alium, quam discipulum
Domini, scilicet Eucharium ex sepruginta duobus
vnum, eidem genti prædicatore delegauit.

3 Quapropter non modicis nimirum deliberatio-
nis fluctibus astuabat, qui dum tantæ auctoritatis vr-
bem auctor omnium Deo subdere desiderabat, eum
excellentiæ locum, quem usque ad sua tempora eadem
ciuitas obtinuerat, ipse in aliquo minuere metuebat.
Denique vir sanctus cum muliere sanctâ, in tam pte
desiderij positus angustiâ, diuinæ misericordiæ vilce-
ra, quibus non unquam iustorum frustrantur deside-
ria, sensit tandem amplissima. Fit enim subito una vox
omnium Patriarcham prædicans Antiochenum, no-
mine Agricium, eumque solum, ut pote omnium illius
temporis Episcoporum præcellentissimum, Treuericæ
ciuitatis dignitati sufficientem & aptum, maximeque
idoneum, sicut unanimiter prædicauit, ita constanter
communis omnium assensu assuerauit.

4 Nec mora: Legatitanti viri competentes au-
toritati Antiochiam pro sancto Patriarchâ Agriceto Ro- Euocatur
mam deducendo, cum litteris supplicatoriis & caritatis
perfettae monitoriis, diriguntur. Dum ergo ad sanctum
Patriarcham peruenitur; dum causa aduentus tam
verbis caritatiuī Missorum, quam litteris deprecatiuī
mittentium aperitur; etsi difficile est narratu, facile ta-
men est cogitatu, quid fortissimi paternæ pietatis ac
fraternæ caritatis spiculis cor tam benigni vulneratur
patris; fortissimi quidem, quia fortis est ut mors dile- Cant. 8. 6.
ctio; pietatis autem, propter relinquendos quos Christo
genuerat filios; caritatis vero propter generandos,
& ad veram, quæ Christus est, lucem educendos, qui in
tenebris adhuc positi infidelitatis, lumen nondum vi-
derant veritatis. Vicit tamen in sanctâ & psychomachiâ
caritas perfecta, mori pro Christo non timida, & ob
hoc patriam parentelique, filios etiam cum vxore, ac
cum totius mundi, vt ita dicam, omni supplectile re-
linquere secura. Quid multa: ductu sanctæ caritatis vir
sanctus Agricetus Romanæ visitat Præsolem ciuitatis.
Quem ille cum gloriosa Imperatrice Helenâ debitâ
suscipiens reuerentia, suæ illi replicant voluntatis secreta,
suæ illi reueluant caritatis decreta, prædicandi vide-
licet officia in vrbe Treuericâ, communi omnium iu-
dicio,

Auct. dicio, velut vnius hominis iudicio, in illum collata.
ANON- 5 Hic autem licet aliquamdiu obtenuit timoris suæ
Ex mss. mo, relinquendæ proliis humiliter excusaretur, eisque ope-
Scripsit rationem boni utpote domesticis fidei maximè à se
onus impo- deberi obiecerat; perfectæ caritatis interuentione ab
sum. huiusmodi mox vacuatus est timore, dum ei summæ
Sedis Pontifex cum muliere sanctâ, non solum hominis
vnius sed & mundi totius subiectione dignissimâ, hu-
mili huius rei supplicatione se prosternebant. Huius
itaque voti mulier sancta compos effeta, quantum in
Dei laudibus, quantum in gratiarum eius actibus exulta-
ret, ex illo caritatis studio, quod in externas quoque
nationes operabatur, aperte declaratur.

6 Igitur Regina quæ adstitit à dexteris Domini in
vestitu deaurato, velut apes diuersis ex floribus necta-
reum mellis fauum componit, sic & ista de diuersis
Sanctorum reliquiis composuit thecam, in quâ B.
b Matthiam Apostolum de Iudæâ per ipsam translatū
repositum, c clauum quoque quo corpus Dominicum
confixum in cruce fuerat, cum cultello quo idem Do-
minus noster Iesus Christus in sacratissimâ vtebatur
d cœnâ, ac cæteris reliquiis Domini in eadem thecâ re-
condidit. Quâ dignitate admirabilis & optandâ vole-
liquis ab
Helena ac-
cipit. bat munitæ & insignitæ suam regionem: ut quæ erat
toti mundo columnæ restitutionis per inuentionem
sanctæ Crucis, esset & speciale decus aliquatenus pa-
triæ suæ. Has autem Sanctorum reliquias ciuitati Tre-
uericæ libertissimè per seipsum inferre voluisse, si fi-
lius corporali eius præsentia, atque animi prudentia
vel ad modicum carere potuisset. Sic votis eius obli-
stente filio, sancto Patriarcha Agricio, quem illi patriæ
prædicatorem atque Primatum delegerat, easdem ve-
nerandas reliquias sub Christi testimonio commen-
dar, & etiam pro eiusdem ciuitatis curâ pastorali
quamplurimum supplicare.

Illustri 7 Prædictus autem Romanæ Sedi Episcopus S.
prerogati- Silvester, qui ei tam præcipue auctoritatis Episcopatu-
us ornatur regendum commiserat, sollicitus nimis prouidere satagebat, ne status dignitatis, quem eadem ciuitas eatenus, vt dictum est, inuiolatum obtinuerat, per
à Papâ. aliquam successorum luorum negligentiam, vel per iniustam quoruilibet mutari potentiam, aut, quod absit,
deinceps valeat labefactari: tale namque priuilegium
per manus sancti Patris Agricij huic loco deferendum
idem Papa Silvester concipit, per quod antiquam
eius dignitatem, & præcellentem nobilitatem, perpe-
tuâ stabilitate confixit: cuius hinc exemplar inserere non
videtur abs re, quod hunc ordinem verborum scitur
continere: e Sicut in gentilitate propriâ virrute, sortire
& nunc Trevir super Gallos speciale & Germanos
primatum, quem tibi præ omnibus harum gentium
Episcopis in primitiis Christianæ religionis Doctori-
bus scilicet Euchario, Valerio, & Materno, ac per ba-
culum suum caput Ecclesiæ Petrus signavit haben-
dum, suam quodammodo minuens dignitatem, vt te
participem faceret. Quem ego Silvester eius seruus,
successione indignus, per Patriarcham Antiochenum
Agricium renouans confirmo, ad honorem patriæ Do-
minæ Helenæ Augustæ, eiusdem metropolis indigenæ,
quam ipsa felix per Apostolum Matthiam de Iudæâ
translaturum cum clavo ceterisque reliquiis Domini ma-
gnificè ditauit, & specialiter prouexit. Huius priuilegij
confici noxiæ muli communione dirimantur, quoniam
anathemate maculantur.

a Est ψυχη μαρτια, que vulgo dicitur acris usque ad extreum
contentio. Dic videtur accipi pro anima lucis.

b Confirmat hac de reliquo Bravverus: De S. Matthiâ iterum
infra cap. 6. num. 2. 6.

c De clavis, quibus Christus cruci suffixus est, multa curiosè di-
spusat Bravverus: probatq; multorum grauium scriptorum testi-
moniorum, singulos Christi pedes singulari clavo fuisse terebratos, ut fues-
sint uniuersim clavi quatuor. At plures afferuari variis locis memo-
ravitur: nempe quidam ex iis ad primorum figuram efformati, atque
eorum conformati attacki fortassis, editisq; miraculis celebres, religiose
afferuatis sunt.

d Enumerat eam Bravverus ex veteri additamento ad Eusebii
Chronicon, Dentem S. Petri, sandalia S. Andreae, caput S. Corne-
lij Papæ.

e Recitat eadem Bravverus ex vetustissimis, ut ait, schedis: &
addit peretus verbi diplomatis indices.

Accipe primatum post Alpes Treuir vbique,
Quam tibi Roma nouâ lege dat & veteri.

C A P V T I I.

Qualem repererit Ecclesiam.

8 Hoc ergo de manu Pontificis Summi suscepit *Venit in*
Belgicam
priuilegio, de manu auræ Reginæ gloriose pre-
tiosissimo reliquiaru[m] asp[er]to thesauro, Galliæ Belgicæ
à vito Dei visitatur regio. Qualis itaque in verbi diuini
dispensatione, quantus in miraculorum coruscatione
vir Deo plenus Agriclus in hac fuerit profectione, ab
illo non poterit dubitari, qui vel ipsius probatissimam
sancitatem, vel reliquiarum, quas ferebat, gloriosem
*dignitatem, debito venerationis obsequio nouerit mi-
rari. Nam verbi quidem diuini in agro Dominico se-
minandi, quantam habuerit scientiam, per ipsam no-
minis eius instruimur efficientiam. Quid enim a' Agi-
cius nisi agri (subaudi colendi) sciens interpretatur, cùm*
hoc non plus nominis ipsius cōpositio loquatur, quam
& ipsa eiusdem agri pulcherrima cultura, perpetua
frugis indeficiens gaudens trituru[m], hoc ipsum telatur?
*Indeficiens idem dicimus, quia licet vniuersitatis con-
ditrix perfonalis Trinitas atque essentialis unitas pri-
mitiu[m] sancti Euangeli fulgore, per horum trium ope-
rarium, videlicet Eucharistij, Valerij, & Materni perpe-
tim remunerandum labore, Treuericam metropo-
lim dignata sit visitare, atque Apostolicæ auctoritatis *Treuirensis Ecclesiæ*
*quadam parilitate ceteris vnde secus Ecclesiis adeò *sis Ecclesiæ dignitas.***

*eminentiū sublimare, ut quamdiu huius mundi sphæ-
ra conoeides voluatur, Treuericus Antistes omnibus
Galliæ ac Germaniæ Præsulibus, iure paterno merito-
que aucto, hoc est in prædecessoribus ac successoribus,
speciali Patriarchiæ præferatur; & ob hoc infinita gra-
tiarum actio iustissime ordinationis diuinæ prouiden-
tia, ab omnibus eiusdem ciuitatis habitatoribus de-
beatur; defectum ramen tam sanctæ caritatis ordina-
tio in nobis, pro dolor, patiebatur, cùm antiquus hu-
mani generis aduersarius disturbandæ pacis Ecclesia. *Labe facta-*
sticæ infatigabilis operarius, tantam per membra sua; *tur perje-*
Diocletianu[m] scilicet & Maximianum, necnon Rictio-
*uarum procellam monit persecutionum, quod vbi-
cunque terrarum orbe aliquis Christianæ religionis*
conseruator, vel videbatur vel audiebatur, sine mora
*aut idolis sacrificare compellebatur, aut diuersis & ex-
quisitis tormentorum generibus interficiebatur.**

9 Cuius persecutionis quanta fuerit immanitas,
quamplurimi Sanctorum Martyrum corporibus Ro-
mana probat ciuitas. b Agaunus quoque testatur, vbi
S. Mauritius cum focus suis eodem tempore trucidatur. In vrbe autem Treuericâ quam innumerabilium
Sanctorum millia huius tyrannidis feruente procellâ
fuerint occisa, in Sanctorum Martyrum & Fusciani & Vi-
& Gentiani passione hoc ordine verborum
aperte docemur: Rictiouatus pondus Præfecturæ sibi
*deditæ commouens in Sanctos, & eorum sanguinē si-
tiens, nullum patiebatur viuere, si forte sibi suppeteret*
*posse aliquem inuenire ex eis. Ingressus itaque Treue-
rim ciuitatem, quæ sita est prope ripam fluminis Mosel-
la, tantam ex eis in eā cædem exercuit, ut sanguinis*
riuuli defluentes in flumen aquæ permixti eam in suum
*colorem concenterent, ut naturali claritate remotâ, pe-
regrino magis quam proprio colore ruberent. vbi &*
subditur: Inhumatis etiam tumulum Sanctorum corporibus
vnde præbebat tumulum, quo redintegrata compage
membrorum futuro ea repræsentaret iudicio.

10 Legimus etiam in vitâ d. S. Hildulphi Treuiro-
rum Episcopi, quod inter magnifica opera, quæ idem
B. Hildulphus multiplicia gessit, corpus Beatissimi
Maxi-

*ss. Agri-
ci, Nicetij
Maximi-
ni, & alio-
rum corpo-
rum. Hil-
dulpho
translata.*

Maximini ex cryptâ, vbi illud B. Paulinus Præful dignissimus ex Aquitaniâ reuectum tumulauerat, in domum quâ nunc veneratur, quam etiam ipse Hildulphus Episcopus à fundamentis suscepit ad perfectum deduxerat, eiv. Calendas Iunij transtulit, cum quo patriter sanctorum Pontificum Agricij & f Nicetij, nec non trecenta & prædictorum Martyrum corpora, in eadem magnifice reposuit basilicâ, quem locum & suâ supellecile, & suis fundis ditauit, & h cœnobitis replés centenum numerum constituit.

*Puteus
plenus re-
liquiis
Martyrū.*

ii Præterea sicut omnium relatione maiorum nostrorum adusque nostram peruenit notitiam, Christiani qui admodum pauci prefate tempestatis processas declinauerant, quemdam ingentis capacitatris puteum vetustate neglectum, & aquis exhaustum, ex eorumdem ossibus Sanctorum impleuerunt, in quo etiam i. Athanasius apud B. Maximum hospitatus, ob earumdem amorem reliquiarum dicitur k moratus fuisse, ibique normam fidei Catholicæ in psalmo cuiusinit est, l Quicunque vult, compoluisse; qui psalmus in m Mediolanensi postea recitatus est Concilio, & comprobatus,

iii In horum quoque veneratione Sanctorum, nec non sanctæ Dei genitricis honore, reparata tandem per B. Agricium Christianâ religione, n. B. Felix eiusdem metropolis Episcopus, vir tantæ apud Deum dignitatis, vt frequentibus adeò Angelorum vteretur colloquiis, eumque adhuc in carne positum, operatione magnificaret virtutum, præcessæ operositatis, ac præclaræ dignitatis monasterium construxit, in quo postea sancti Patris o Paulini corpus à Phrygiâ translatum, dum debito honore fuisse collocatum, totum eiusdem loci obtinuit principatum.

a Ab agro quidem ductum nomen, sed Græca derivazione.
b De S. Mauricio & sociis Agauni (qui vicus S. Mauricij nunc dicitur, haud longè supra Lemanum lacum situs) interfectis, agemus 22. Septemb.
c Horum Martyrum Acta, è quibus illa citantur, dabimus 11. Decemb.
d Vitam S. Hildulphi dabimus 11. Iulij.

e Agit de hac translatione Bravverus in Hildulpho lib. 7. & nos 29. Maij.

f S. Nicetij vitam dabimus 5. Decembbris.
g Thebaeorum, vt habeat vita S. Hildulphi, & Bravverus lib. 7.
h Hoc est celeberrimum S. Maximini monasterium, vbi inter Confessoris adyta sub altari recondita sunt hac corpora, cum inscriptione; vt ait Bravverus, non veterinâ:

Isthi præcipui requiecent corpore Sancti,
Agritius Præful, Maximinusque Beatus,
Nicetius meritis sociatus & ordine Sanctis.

Continuis precibus quorum locus iste tuerit.
Alia quepiam facta videtur S. Agricij translatio. Nam in quodam non ita veteri ms. Martyrologio, 18. Octobr. ista habentur: Translatio S. Agricij Episcopi & Confessoris. Nisi fortassis prior illa translatio, non eodem quo S. Maximini, licet ad eundem locum, facta sit die.

i Anno Constantini 30. vt scribit Theodoretus lib. 1. cap. 31. ab eodem Imperatore, columnis Arianorum, relegatis est Treuropis.

S. Athanasius
Treuropis
exul.

S. Athanasius, egitq; iſthic annos duos, mensis quartuor, vt testatur idem Theodoretus lib. 2. cap. 1. Non ergo 7. annos hic latuit in cisternâ, vt vult Trithemius de illuſtr. Ecl. scriptor. & quadam Treuropica MSS. Imò ex aliis antiquis scriptoribus constat, benignè à Constantino iuniori Cesare & Maximino Episcopo esse habitum. Illud de cisternâ, in quâ 6. annis continuus latuit, postea sub Constantio in Oriente contigit, vt ad eius vitam dicemus 2. Maij.

k Tefatur Bravverus alio omnium animis insitam esse opinionem, Athanasium occultasse se quâ in angustiis & interioribus Martyrum Thebaeorum plenis cœnobij S. Maximini sacrariis cryptis puteus ostenditur, quem & ipsius cœnobitis venerari solenne ad hunc usque diem anniuerario florum ac lucernæ cultu, seu hanc, quam diximus, ob cauſam, seu, quod hospitalitatem B. Maximini patroni, & Athanasij in Treuropis aduentum qm fortè pia recordatione usurparint maiores, &c. Hec Bravverus, qui nonnulla citat, non fñ recentia, monumenta, quibus continetur puteum neglectæ vetustatis à Christians opulentissimis ossibus cineribusque Martyrum; adeoq; iſthic condita 300. Thebaeorum Martyrum capita. Hinc, inquit, credulâ inter faciles incuriososque acceptum famâ, reliquiarum amore iuxta deliuissimæ Athanasium.

1 Baronius tom. 3. Annal. ad an. 340. nu. II. & seqq. vnde Rome Avct. conscriptum hoc symbolum exhibitumq; Concilio Romano II. sub Iu. ANONILO. Et nu. 14. fabellam vocat illam Treuropis traditionem. At mo. rationibus, quas profert, non aliud probat quâ non latitasse iſthic. Ex mss. sed solum exulasse Athanasium, habituq; à Cesare, & Antifite honorificè. Bravverus sententia dubius, ita pronuntiat: Etsi eius confessionis apud Treuropis exhibenda cauſam vix ullam fa- Symbolum tisidoneam perficimus, trahantque nos qui Roma potius eam Athanasij fidei profunda necessitatem Athanasio impositam ediscerunt ubi scri- quando eius apud Iulium Rom. Pontificem ab Eusebio Ariano ptum. oppugnat clam litteris integritas; non diffiteri tamen licet, verian falsi rumoris incremento, passim scriptores ab annis am- plius 400. folis eam Treuropis gloriam tribuere, pro Romanis vix quilibet viam stare. Quin si Athanasium dixerimus Gal- lia populis fidem cupiisse testari suam, & aduersus improbas opinions hoc symbolo velut fluctuantum obfirmare pectora; haud ita nobis multum opinor, refragabitur ita latibuli vanitas, quacum hac Athanasij meditatio confistere quin possit, sa- piens nemo dubitet. Hac ille. Et Jane vite, quam damus, scriptor latebrarum non meminit, solum frequenter locum ait, ibid. symbo- lum compoſuisse. Ac præter Trithemium, iam citatum, idem refert O- tho Friesenq; lib. 4. Chronic. cap. 7. Ibidem manens in Ecclesiâ Treuropis sub Maximino ciuilem Ecclesiæ Episcopo, Qvi- cVM QVI VVL T, à quibuldam dicitur edidisse.

m Illud videtur intelligi Concilium cuius meminit Liberius Pa- pae p. 2. ad Constantium, 8. annis ante habiti; nam quod anno post datam eam epistolam, nimirum Arbetione & Lolliano Cosl. cele- bratum est, Arianon fuit. At prioris Acta omnia intercederunt.

n Hic est Felix II. Treuropis xxxii. Episcopus, de quo agemus 26. Martij.

o S. Paulini Ep. Treuropis vitam dabimus 31. Augus. At 13. May agitur Translationis memoria.

C A P V T III.

Labores in excolenda vineâ Domini.

13 Sed nos dum vel Sanctorum pietatem mirando, S. Agriclus vel tyrannorum crudelitatem execrando, breuiter Ecclesiam singula notamus, à suscepto sermone, Sancto videlicet Treuropis Agricilio aliquantis per deuiauimus. Denique illuc nos oportet redire, vnde huius iniectionis occasionem constat prodire. Diximus nempe hunc sanctum Patrem Agritium in agro Dominico cultorem indeſtientem fore, diuinæ frugis tritaram conferuis suis præbere; vnde sicut ob fidei profectum, cum gauden- tibus conuenit gaudere, sic ob eiusdem fidei defectum par est cum fluentibus flere. Quoniam enim superabun- davit prædictorum iniquitas tyrannorum, refrigeruit & defecit caritas multorum. Quia vero sanctæ caritatis ardor in B. Agricilio abundabat, indeſicientem in arâ Domini ignem, hoc est, permanentem iugiter caritatis frugem, in populo fideli, velut in agro, parabat. Omnes enim infidelitatis spinas ibidem tam longissimi tem- poris spatio exortas, sicut agricola fortis agri colendi ſcius ita radicibus extirpauit, vt nulla ſe deinceps in- credulitatis radix ibi subministravit. Sicut enim dili- genti suppuratione collegimus ducentos & vnum an- nos inter S. Materni ex hoc mundo glorioſum exces- sum & B. Agricij felicem in hanc urbem ingressum ef- fe cognoscimus: quo temporis spatio intercurrente cessauit huius Sedis Episcopatus, paganis ipsam ciuitatem obtinentibus. Merito itaque hunc Sanctum præ- scientia Dei Agricium nominauit, cui agrum diuturnâ positione, & culturæ intermissione durissimum, & vomeris iam penitus oblitum colendum destinauit. Recte, inquam, Agriculus est vocitatus, cui ager Domini commendatus ita est, omnibus tribulorum ac spi- narum antiquis succrementis, id est, omnium vitiorum ac spurcitarum vertutissimis impedimentis per ipsius agriculturæ ſcientiam purgatus, vt nullus in hoc agro postea se erigeret iniquitatis dominatus. Vomerem quippe eius prædicationis dirigebat ille, cui Psalmista Psal. 133. clamat: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Domine, vt non dominetur mei omnis iniustitia.

14 Nec mitum, si illum dextera Domini dirigebat, quem omnium mandatorum eius tam promptum exæcutorum esse cernebat, vt Sedem nobilissimam Ec-

T t t 4 cleſiam

Auct.
ANONY-
MO.
Ex mss.
S. Petro
compara-
tur.

clesiam scilicet Antiochenam , cum omnibus quos in ipsa Christo generat filii, nec non cū omnibus totius mundi concupiscentiis reliquerit intrepidus, & sanctæ caritatis ordinē in gentem conuerteret caritatis expertem, & potius in dæmoniis quam in Domino confidētem, suum in hoc secutus prædecessorem eiusdem Antiochenæ Sedis primum secessorem, Apostolorum videlicet Principem ; qui dum Ecclesiam Antiochenam in Christo fundasset, & ubi in eâ caritatis frugem multiplicasset, dum tandem iuxta sui quoque exemplū magistri, scilicet Domini Iesu Christi, perfectæ caritatis summam esset ostensurus, sicut diuina prouidentia ordinavit, Romain Christum prædicaturus, & pro ipso inibi passurus intravit. Maiorem enim hac, ut ait Dominus, caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hunc ergo magistrum antecessoremque suum Apostolum Petrum B. Agricium virili est emulatione per omnia secutus ; dum & eamdem Ecclesiam Antiochenam, quam ipse Apostolorum Princeps Christo primus generat, iste Sanctus quasi in Domino parturuit; quando ei maternæ pietatis visceribenti procuratione impertivit; & quando eam per paternæ curæ strenuitatem adusque virilis animi educationem ætatem Christo commendavit; & urbem Trevericam, secundam videlicet Romanam, sicut Petrus primam, Domino lucraturus intravit.

15 Quod autem exemplū quoque martyrij ipsius B. Petri S. Agricium libetissimè fuisse secutus, si Domini voluntas exitisset, nulla est ambiguitas. Spero & confido, verissime que credo, illum testem habere, qui cor dis eius vidit desiderium, & corda nouit singulorum, quia si inter multos ad martyrium vocatus fuisset, pri mus nomen daret, manus tenderet, equuleum ascenderet, & dilectioni Crucifixi, quæ fortis ut mors exitit, durâ sicut infernus æmulatione responderet; neque inueniretur impar alicui Martyri ad coronam exultans & ouans, velut ad thalamum sponsi, & ad nuptialis conuiuij celebres epulas ultra curreret, impatienter properaret, corpus grataanter tormentis attrectandum præbet, tantâ gratulatione, ut & inter verbora solemnizaret, atque in craticulis adustus & penè consumptus solemnititer gauderet. Sed non defuit B. Agricio Confessori corona martyrij, qui peregrinationis huius molestias, labores, dolores, atque cuncti huius seculi ær uinas libenter solo martyrij **b** qui sancte & iuste vivendo, passioni Domini nostri Iesu Christi adeò se reddidit consimilem, ut iam iam vellet resolvi, & esse cum Christo, qui eum solummodò ad hoc iudicauit, ut pro multipli victoriæ agone, multipli eum tandem susciperet præmiorum remuneratione.

Multa pronuntiat, Christo
Confessore.

b

a Ausonius certè in Mosellâ ita canit:

Salve amnis, laudate agris, laudate colonis,

Dignata imperio debent cui menia Belge.

vbi non rectè arbitratur Elias Vinetus Niuomagum intelligi, qui vicus nunc infra Treuiri ad Mosellam, vulgo Numagen. Nam Augustam Treuorum ex Ammiano Marcellino constat fuisse Imperatorum sedem.

b Videtur deesse, amore superauit.

C A P V T I V .

Reliquiae Treuiri ab eo allatae.

16 CONSTAT enim liquidò nullum tunc temporis sanctiorem ipso fuisse, quem contigit portitorum fuisse sacramentorum super aurum & topazion pretiosorum, quibus totum genus humanum ineffabile debet tripodium: dico autem clavum ter beatum, Christi at- per quem Deus & homo suspensus est in ligno, in quo tuli: Tre- velut in staterâ pretium nostrum seipsum appendens, uiros, debitum nostrum soluit, atque in ipso Crucis ligno moriens potum suum cum fletu temperauit, de diabolo perpetuo tripudio triumphauit, & mundum suo cruore redemit. Hunc ergo clavum, si solum, absque

aliatum Domini reliquiarum coniunctione, iste Sanctus portaret, nullas antiqui hostis infidias, nullas membrorum eius barbaricas minas formidaret; quin eas utpote dudum huius clavi cuspidé in Domino contritas, aut dicto citius fugaret, aut forte duelli congressum cum ipso tentantes facile pro libitu superaret. Ceterum quod alias quoque Domini reliquias, non minus quam clavum ipsum venerandas portaret, & præstigeum prædictum testatur, & Ecclesia in urbe Treuericâ in honore Principis Apostolorum ab ipso dedicata, pro ipsis in sui thesauri gazophylacio seruatis, in Domino gloriatur. Quibus quam stupenda reverentia magnitudo debeat, patenter ut æstimatio declaratur, si vnum quod suæ sanctitatis dederunt indicium ad memoriam reuocetur.

& alias Reliquias.

17 Verissimâ namque maiorum relatione didicimus, quod quidam religiosus multum eiusdem metropolis Episcopus, dum diuersas hominum estimationes de istis Domini reliquis audiret, dicentibus aliis tunicanum Domini esse inconsumilem, aliis autem purpuream vestem, quâ erat tempore passionis induitus, quibusdam vero putantibus illud pignus amoris caligas esse mundi Salvatoris, dum has, inquam, opiniones veritatis exquisitione plurimum desideraret dissoluere, communicato tam populi quam Cleri, nec non ordinis monachici consilio, triduanum per totam ciuitatem Volens illas reliquias usque explo- rare, per- indixit ieiunium, rogans omnes humiliter quatenus à cœtitatem Deo pererent vnanimiter, ut per suam pacem & licen- tiam alicui ex ipsis tanti sacramenti concederet in- cœtitatem.

Praeterea igitur ieiunio, Clerus & populus conuocantur in domum S. Petri, quæ huius est conservatrix thesauri, ubi vnuus de totâ multitudine præcipue religionis & devotionis monachus electus, occultum Domini visurus, & Praesuli manifestatus, arcam, in quam B. Agricium hunc reposuerat thesaurum, referauit: sed mox ut operitorum introspecturus leuauit, occultum Dei iudicium, contra quod nullum est consilium, visum ei clausit oculorum. Vnde factum est, ut omnes, qui prudentioris consilij, & acrioris apud ipsos erant ingenij, per inducitam tanto viro cœtitatem in hoc Dei iudicarent esse voluntatem, ut numquam ad hoc contuendum peccator admireretur, cuius asperitus nec iusto concederetur. Post illius itaque horæ transitionem, nemo attentauit huius arcæ apertio nem.

a De hac tunica, quod variis locis afferuntur dicatur, eruditè dis- putat Braviverus, & Caluini egregiè retundit maledicuum os, lib. 4. Annal. Treuiri. Agitq; rursum de eiusdem tunica Inventione sub Ioanne I. Antistite an. 1196 factâ, lib. 15. cuius cum auctor hic non meminerit, qui alia multa minus ad rem spectantia allegat, fatis manijsq; liquet ante à vixisse.

C A P V T V .

Clavis Christi, miraculis illustratus.

18 NE quis autem per huius miraculi stuporem clavo Dominico aliquam, quod absit, paret derogationem, secum videlicet huiusmodi volvens meditationem: Hæ fortassis Domini reliquæ maioris sunt meriti ipso clavo Domini. Tale enim nihil dixisti de ipso, quippe qui nec visum intuentum se tollit oculorum, nec manus refutit tangentium se peccatorum. Hoc, inquam, stultiæ modo ne quis despiciat, ad omnium notitiam volumus ut veniat, quod sicut hæ quæcumque sunt Domini reliquæ occulto iudicio vni foli visum ademerunt, sic clavis Domini aperto miserationum eius indicio quam plurimis erat & visus te- Miracula per clavum Christi paratio, & dæmonum de oblessis corporibus fugatio, facta diuersorum quoque morborum efficacissima curatio: quorum non pauca nos ipsis præsentialiter vidimus; nō modica ab illis qui hæc nihilominus viderant religiosis viris ac sanctimonialibus feminis veraci adeò relatio ne

ne didicimus, ut de his non minus certi simus, quam si nos eadem perspexerimus. Horum autem enumerationem idcirco non suscepimus, quia melius de his silendum esse diximus, quam pro magnitudine rei parum dicere.

19 Vnum tamen, quod dedit idem clavis Domini sua pretiositas insigne, silentio nolumus praeterire.

*S.Bruno
Episcopus
Coloniensis
conatur
a se ferre
hunc
clavum.*

* Nam cum frater Imperatoris Ottonis I. (tres enim fuerunt) Bruno vocatus, meliores Lotharingiae Episcopatus, Treuerensem scilicet, & Colonensem, nec non maximam regni huius partem in suâ haberet potestate, non bono, ut patet, spiritu instinctus, hunc ipsum, de quo loquimur, festiuæ memoriae ac salutis nostræ clavum, quod nescitur, transferre clam, ne dicam furtum, volebat. Corrupto liquidem huius Dominici thesauri custode, alium huic tam simillimum fecit parati, ut vix, aut minimè, verus a fallo per aliquam ambos intuentum diligenter valeat separari.

20 Hunc ergo dum pretio ductus custos de manu Episcopi prænominati suscepisset, dumque opportuum nefando furto tempus se inuenisse putaret, machinatum diu dolum tandem perfidere frustra conatur. Transposito namque hoc adulterino clavo in venerabilissimi Dominici clavi facello, ipsum pretiosum nostræ redēptionis testamentum in sydonem inundam diligenter conuoluit, quo in sinu suo collato, adire parat dominum suum Episcopum calle citato. Sed, ut aperte intelligi daretur, quam speciali amoris priuilegio Treuericam Ecclesiam per B. Agri- cium sponsatam Christo amplectetur, miraculum in primis Domini miraculis merito ferendum, ac toti mundo stupendum, in ipso redēptionis nostræ clavo a Domino exhibetur. Dum enim custos ille perfidissimus, tamquam transfigura viliissimus, pretio iniquitatis corruptus, terga fidei dedisset, eiusque pretiosam arham de gremio sponsæ Treuericæ asportare pararet, (mira res!) sanguis non modicus de clavo ipso in syndonem profusus, irem inde in sinum camisiæ tam multus manauit, ut omnia illius miserrimi portitoris sui viscera pauore frigescerent. Quâ de re confusus, & reatum suum & Episcopi publicè confiteri coactus, facto mox omnium conuentu, quos diuturnus campanatum sonitus, tantiq[ue] miraculi rumor insolitus nec auditus a seculo poterat euocare, statuto in medio eodem fure nefando, extenso coram omnibus sanguinolento panno, ipso que fusore huius sanguinis sacra- tissimo clavo; vna vox omnium Deum laudantium eleuatur. Quæ cum repetitâ sibi iteratione, diu multumque fuisset frequentata, communii omnium, qui ibi aderant, consilio prudentiorum, competens tam præcipuo sacrilegio pœnitentiæ sententia, in illum miserum, ne dicam custodem, est dictata. Dies quoque ipsa, in qua hæc miserationum Dei nobiscum sunt diuinatus celebrata, in Martyrologiis statim est notata, duodecimo videlicet Kalendas Iulij. Huic autem in auditu licet Domini miraculo, si quis, quod absit, auctem cedulitatis dubitat prebere, potest adhuc & eundem sanguinis notas habentem pannum, & eundem adulterinum clavum, in domo S. Petri (si permittitur) videre.

21 Illud etiam festiuitatis præcessæ præconium, de hoc verissimo infirmitatis nostræ remedio, quamvis a teste nequissimo salutis nostræ hoste, per os mulieris ab ipso possessa, suscepimus, silendum esse non putamus. Nam mulier quædam, nomine Winiberga, de ciuitate oriunda, quæ vulgo Reginsbyrch vocatur, duris adeo & insolubilibus antiqui hostis nexibus ligabatur: quæ quamvis ab illo loco usque huc plurima Sanctoru[m] domicilia circum ducta fuisset, nullam tamen levigationem aliquatenus sensit. Dum ergo in urbem hanc Treuericam, misera hæc ad mortem penè perducta fuisset; dumque omnes, qui eius quæ patiebatur tormenta viderant, numquam tam miserabiles hominis

cruciatus se vidisse dixissent; omnibus eiusdem loci Avr. congregationibus, tam crudeles torturas hominis illi ANONYMO, Ex mss. lius miserantibus, complacuit, quatenus vices orationem, & exorcismorum singulæ in singulis diebus ac noctibus, pro eius liberatione susciperent.

22 Cum autem huiusmodi vicissitudines ordinatim obseruantes frustrati labore diu multumque Canonici & monachi fuissent; venit ordo huiuscmodi excubiarum ad monasterium sanctimonialium feminarum. Cumque & ipsæ celebratis quam plurimis frequentationibus orationum, adhibitis non paucis minationibus, per diuersas quas habent reliquias nihil profecissent, initio consilio clavum Domini clam sibi faciunt deferri. Hunc igitur mox ut custos illuc portaturus in manus susceperebat, dæmon ex muliere altâ nimis voce exclamat: Ah mulieres perfidæ hoc consilio vicistis me, quod clavum Dominicæ passionis paratis mihi adhibere. Dum autem ex ipsis aliquæ eum interrogarent, respondit dæmon: Ecce modus de domo S. Petri ad meum exportatur supplicium. Tunc vero assumpto adiutorio Presbyterorum, tormentis cum cogunt exorcismorum, quatenus eis citius insinuaret, quæ pars Dominicæ corporis caussa fuisset clavi sanctificationis. Tum ille, quamvis sit caput mendacij, dum liberatur tamen potestatem non haberet tacendi veritatem, Veritate, inquit, dico vobis, quod hic qui adfertur clavis per dexterum Domini pedem in cruce fuit confixus; & quia ibi viator exitit de me, non possum ei hinc resistere: hunc enim qui portat huius viatoris insigne, iam scio ad domos huic monasterio contiguas venisse. Vix itaque idem portitor pretiosissimi thesauri, limen eiusdem contigerat monasterij, cum dæmon maximum dans igitur mugitum, & mulieris multum discerpens corpus sculum, tandem reliquit illud præmortuum. Unde fatis est credibile ad hoc maximè testimonium clavo Domini perhibendum corpus mulieris eius ab ipso esse peruersum; præsertim cum nec antequam ipsi clavo hoc testimonium deditur, ab illâ villatenus diuelli potuisse, nec postea vel modicum in eâ moratus fuisset.

23 Nec minus est idem putanda veritas esse manifestata, quia ab ore aduersarij fuit prolatæ: cum nemo dum hunc sit qui nesciat, quod nulla vñquam huius rei controverbia inter amicos oriatur, cui & ipsa aduersariorum dextræ perdis, quod vox licet inuita, veraci tamen laudis testimonio suffragatur; sic enim in Euangelio audimus, quod multa dæmonia ab hominibus per Christum expulsa abierunt, Luc. 4.41. dicentia: Scimus quia tu es filius Dei. Sic & Pythonissa quædam B. Paulum verum Christi esse Apostolum Act. 16. per plateas eum sequendo, tamdiu prædicabat, donec ipse spiritu Pythonis ab eâ expulso eam sedaret. Sic & B. Nicetij Treuericæ metropolis strenuissimi Archiepiscopi virtutes quamplurimas, à dæmore quidam correptus, in domo S. Petri coram maximâ multitidine Cleri & populi, præsente Rege f Theodeberto memorabat; cum contrâ eiusdem Regis scelerâ non pauca ibidem nudabat.

24 Hunc autem B. Nicetium si breuiter & vera citer volumus laudare, possumus eum B. Nicolao Myrensis Episcopo ex maximâ similitudine miraculorum, in vita suâ ab utroque gestorum merito coæquare. Sicut enim ille piissimæ sanctæ memoriae Nicolaus in hac adhuc positus peregrinatione, Christianos à maris tempestate in nominis sui inuocatione misericorditer liberavit; sic iste ineffabilis meriti Nicetius Episcopus, paganos quoque ad sui nominis inuocationem, per cuiusdam, qui solus inter eos aderat Christianus, ductos submonitionem, à simili mari periculo dignoscitur liberasse, scilicet cum maneret adhuc in corpore. Quod cum aliis æquè magnis, vel etiam majoribus vitæ eius miraculis, B. Gregorius Turonensis Episcopus in libro miraculorum quæ scripsit dum me de glor. morat, Confessorum quolibet sanctissimo hunc Sanctum in nullo esse inferiorem confirmat. c. 94.

a Hanc

Energu-
mena ad-
ducitur
Treuiros:

Miraculo
profundis
à clavo
sanguinis
deterritur.

Anniver-
saria mi-
raculi me-
moria.

Auct. a Hanc eamdem historiam narrat Bravverus lib. io. at lib. 4.
ANONYMO. videtur indicare hoc sacrissimi clavi furtum tentatum à Theodo-
 rico Metensi Episcopo, Brunonis equali. Brunonis vitam dabi-
 mus ii. Octobr.

b Ea est Ratisbona, de qua 8. Ianuar. in S. Erardi vita.

c Non possunt femina sacros exorcismos adhibere energumenis,
 quod virorum sibi eorum quidem tantum qui peculiari ritu ad hoc
 sunt iniciati. Possunt tamen & precibus ad Deum fuisse obtinere ab
 eo ut pessimum demonem ex misericordia abcedere corporibus in-
 beat: imd & diuinum concepta fiducia verbis quoque pro imperio
 abigere. v. 3. Ianuarij in S. Genoufæ vita & alibi vidimus.

d Nisi simpliciter excusaret, posset eiusmodi curiosa interrogatio
 merito reprehendi: quippe quia non ad comprimentum superbissimi
 demoni fastum, sed fonsendum potius facere videatur.

e Bravverus lib. 4. Treuirensis hic clausus, quem terebrasse
 Christi dextrum pedem, maiorum habet traditio, prodigiis &
 rati exempli miraculis est insignis, &c. At lib. 10. Seruant inter
 Ecclesias sua præcipua ornamenta Treuiri clavum sacrissimum,
 quo Christi Domini nostri sacrostanta dextra in cruce luffixa
 atque perterebuita creditur.

f Hic Metensis Rex fuit, Theodorici F. Clodouxi Magni N.
 regnauit, ab anno Chr. 534. ad 547. Quia hic de energamento, illius
 prudentie & celeritate, eadem S. Gregorius Turonensis in vita S. Nicetij,
 quam 5. Decembra dabimus, & Bravverus lib. 5.

C A P V T VI.

Fides altè radicata Treuiris per Agricium.

*Laus S.
Agricij.*

25 Hæc ergo dum qualicumque dicendi modulo,
 de speciali amoris prærogatiâ, de ipso aman-
 tissimi Domini clavo breuerit notamus, non paruum,
 ut automo, laudis cumulum portatori suo beato Pa-
 triarchæ Agricio per hæc quoque paramus. Quæ enim
 cuiuslibet turbinis procella contra hunc prælumeret
 tonare, qui solus erat dignus, tam incomparabilem no-
 stræ redemptionis thesaurum, in Galliarum metropo-
 lim, scilicet Treuerim, portare?

*Reliquie
S. Matthei
Treuiris.*

26 Præterea ossa B. Matthei Apostoli portauit:
 quæ dum celebratis debitibz tanto viro sepultura lo-
 lemmiis, ossibus sanctorum Christi Confessorum Eu-
 charij, ac Valerij adiunxit, Episcopatum Treuericum
 perpetuo Apostolatus honore sublimauit. a Baculum
 quoque Apostolorum Principis Petri de manu ipsius
 in fratnæ mortis consolatione, necnon Apostolicæ
 dignitatibz honore suscepit, huic loco B. Eucharius
 intulisse non ignoratur. Quapropter sicut priuilegium
 in Romano armario repositum testatur, quod omnis
 eiusdem Apostolorum Principis in Romanâ Sede suc-
 cessor baculi iustificatione non vitur.

*Baculus
S. Petri.*

27 Igitur Treuitorum ciuitas, quamvis antiqui
 hostis facibus aliquamdiu sordidata, aliquamdiu fue-
 rit deformata, meritis tamen, & intercessione sanctæ
 Imperatricis Helenæ, ita est per B. Agricium ab omni-
 bus infidelitatis sordibus purgata, ita est ad imaginem
 Dei Creatoris sui per ipsum reformata, vt à tempore
 ipsius in hoc loco Patriarchatus sanctæ Christianitatis
 status nequaquam sit in ipsâ labefactatus; sed illud fi-
 dei signaculum, quo eam B. Agricium Christo reforma-
 uit, in uiolatum haetenus conferuauit, & sine fine con-
 seruabit, dum sine intermissione in suâ clamabit ora-
 tione: Signatum est super nos lumen vultus tui Domi-
 ne; quoniam tu Domine singulariter in spe, constituisti
 me. Spes enim, vt ait Apostolus, non confundit, quia
 caritas Dei diffusa est in corde huius Ecclesie per Spi-
 ritum sanctum, qui datus est ei per impositionem ma-
 nus B. Agricij Patriarchæ, firmissimæ vtique fidei pe-
 træ. Namque diœcesis Treuerica nequaquam in fidei
 Catholicæ structurâ vacillavit, postquam eam Dominus
 super hanc petram fundauit.

*Psal. 4. 7.
Rom. 5. 5.*

28 Igitur sicut Treueris secunda Roma idcirco
 vocatur, quia materialis structuræ mirabili operosita-
 te illam quondam emulabatur; ita nimis S. Agric-
 ius alter quodammodo Petrus potest vocari, dum
 & variè laudatur, eum in spiritualium ædificiorum, hoc est, Dei templa-
 rum, ædificatione quæm plurimum scitur imitari. Sicut
 etiam hæc eadem vrbis Treuerica per B. Petrum Apo-

stolum, qui in duodenò sidere Apostolici apicis prima-
 tum, ob veræ fidei constantiam, promeruit, a prisca
 gentilitatis errore est mancipata, atque piissimâ sancti
 Spiritus paracliti operatione à veteri hominis præaudi-
 cio liberata; cum videlicet per tres principios sanctæ
 Trinitatis cultores ab eo est visitata; ita nunc non qui-
 libet rudis vel nouitius tantæ vrbis iterum est à Roma-
 næ Sedis Präscule prædictor delegatus, sed vir per
 omnia Apostolicus, qui vicem summi Apostolorum
 obtinere sufficeret Agriclus. Oportuit enim, vt vbi ille
 antiquus humani generis prædo implicatissimum ido-
 lolatriæ labyrinthum, iam denud construxerat, illuc
 benignus liberator Deus fortissimum bellatorem dicitur.
 Neque enim maximis infima conueniunt. Dece-
 bat itaque modis omnibus ut in expugnabilis Treueri-
 ca infidelitatis murus tanti artis prædurus cornibus
 dirueretur, vt sicut dudum à Romano Principe fastus
 eius, vt in historiis habetur, est edomitus, ita nunc à Ro-
 manæ Sedis spirituali Princeps sacrilega eius supersti-
 tio per gladium spiritus, quod est verbum Dei, salubri-
 ter vincetur. Nulli quippe fas fuit Treuericam aciem
 cedere, nisi tantum celitudo Romanæ. Nam sicut
 consequens fuic, vt per Apostolorum Principem Ro-
 mani principatus cacumen debellaretur; sic quoque
 conueniens videbatur vt per successoris eius Agricij,
 Patriarchæ videbatur Antiocheni, fide armata con-
 stantiam munitione Treuerica, acsi minor Roma, in de-
 ditionem eederet Christo. Quod autem populus eius-
 dem ciuitatis verbum sanctæ Trinitatis prius à tribus,
 posteâ ab uno prædicatore suscepit, vnitatem Deitatis,
 quæ est in personis Trinitatis eiusdem, typicè signifi-
 cat, sicut ait Apostolus: Vnus Dominus, vna fides, vnu Ephes. 4:
 baptisma. Et sicut primus Patriarcha Abraham iuxta s.
 radicem Mambre tres vidit, & vnum adorauit. Hunc
 ergo sanctæ caritatis ordinem personalis Trinitas &
 essentialis vntas nobiscum celebrauit, cum nobis fi-
 dem sanctæ Trinitatis per B. Agricium ministravit, qui
 suorum vestigia antecessorum, trium videlicet eiusdem
 fidei in hac viba prædicatorum, vnicè seruauit: dum
 eumdem, quem ipsi prædicauerunt Dominum, eamdem
 fidem, idem baptisma, validissimæ auctoritatis concor-
 diâ in hoc loco robotauit.

a De hoc baculo agemus 28. Ianu. in vita S. Valerij. S. Mater-
 ni 14. Septemb. S. Eucharij 8. Decemb. Meminerunt Harigerus in
 Materno cap. 6. Otto Frisingensis lib. 3 cap. 15. Bravverus lib. 2.

Genes. 18:

C A P V T VII.

Eius mansuetudo, zelus, ceteræq; virtutes.

29 VANTIS autem vitæ corporeæ périculis, quâ-
 tis miraculorum spiculis, tam durissimum Tre-
 uericæ infidelitatis murum Sanctus iste, ritu peritissimi
 agonistæ, perforaret, antecessorum, vt dictum est, ne-
 gligentia nostrorum nō claret. Verumtamen per eum,
 quem scimus B. Eucharium cum sociis suis inibi habui-
 se receptum, possumus huius quoque Sancti ingressus Diggessio
 coniicere intellectum. Legitur enim in vita B. Eucha- de S. Eu-
 rij, quod cùm quadam die cum sociis vrbem Treueri- charie.
 cam, verbum vitæ prædicaturus, intraret, Pontifices
 Capitolij zelo contra eos accensi, maximum partem
 populi aduersus eos concitauerunt, & expellentes eos
 extra ciuitatem lapidibus obruere cœperunt. Quos
 contrâ S. Eucharius cum suis arma corripiens oratio-
 num, ita omnem illam saeuentium turbam cælitus ob-
 ligauit, vitalij ipsorum extensis ad iaciendum brachiis
 starent inflexibles, alij nihilominus pro colligendis ad
 idem opus lapidibus deorsum inclinati terræ pronis
 ceruicibus inhærent, & omnes secundum uniuscuius-
 que motum corporis tam diu immobiles permanerent,
 donec promissâ viro Dei obedientiæ credulitatis, sta-
 tum prioris ab eo reciperent sospitatis. Qui mox ab
 eo baptizati, animatum quoque perpetuam sanitatem ab

Atra S.
Agricij
obscura.

ab illo receperunt, cui ipsi paullò antè mortem corporalem sanguiendo intenderunt.

30 Vnde non incredibile esse videtur, si istarum progenies viperarum, antiqua malitia venenum in hunc quoque B. Agricium similiter transfudisse diceretur, & ab eo, ut pote peritissimo animarum medico, similis medicinae antidotum recepisse putaretur. Nisi hoc forte attendamus, vt istam quantæcumque ferocitatis turbam, manus tamen ab hoc S. Agricio idcirco continuuisse credamus, quia non in eâ disciplinæ virgâ, quâ S. Eucharius ad illos intravit, sed in spiritu lenitatis, & ingressu humilitatis, omnes motus crudelitatis, omnes gestus cœrueositatis sapienti suavitatis consilio humiliiter sedauit; sicut scriptum est: *Sapientia vincit malitiam, attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Nec mirum si per humilitatem vincebat, qui hanc & in seipso ineffabiliter habebat, & in ossibus B. Mathiae Apostoli afferebat, indumentum etiam ipsius nomen mitissima humilitatis adiutorium gerebat, quippe qui & nomine & merito altissima humilitatis esse probatur, dum Mathias parvus Dei, hoc est humilis interpretatur, dum qui ob eius meritum humilitatis thronum possedit Apostolicæ dignitatis. Ceterum parva sunt quæ vel de Mathiae Apostoli, vel de Agricij Patriarchæ humilitate notamus, si ineffabile meritum ipsius Domini & Salvatoris nostri reliquiarum pénitentia, quibus ipse formator ac forma veræ humilitatis, usque ad mortem, mortem autem crucis humiliatus, vetustos humanæ superbiam soluerat reatus.

31 Ut ergo de ceteris raceamus, merito pacificum habebat ingressum, qui corporis Dominicæ sacramenta, totius humani generis veneratione dignissima, ferebat; quorum adminiculo dudum cum inimici essemus gratiæ Dei, iuxta communis captiuitatem orbis, diabolí nexus, quibus innodati fuimus, lata proiecimus, atque per adoptionis gratiam, filiorum Dei libertatem cælitus nocti sumus. Quid plura? Eucharius virgâ Apostolorum Principis Petri armatus vibem Treuericam visitauit; quæ dum suum erga illum furem exagitaret, percussit eam, vt dictum est, rebellantem, vt sanare posset obtemperantem. Adhibuit ei prius virgâ disciplinæ, vt postea adhibere posset curam salutaris medicinae. Beatus vero Agricetus pretiosis Domini reliquiis, nec non ossibus Beati Apostoli Mathiae ditatus, eamdem ciuitatem intravit, quam non legitur percussisse, sed scitur ab omnibus animarum languoribus potenti adeo curationis manu sanasse: vt ex eo tempore acceptabili ac salutis nostræ efficaci, quo ipse S. Agricetus Patriarcha, infirmitatis nostra medicus, hanc ipescosis euangelizandi pedibus intravit, iam non sit claram amplius, neque luctus, nec dolor ullus damnata ab illo infidelitatis errore in populo eiusdem ciuitatis.

32 Nectamen vnius contenta fuit tugurio ciuitatis latitudo quæ in hoc S. Agritio erat caritatis: sed sicut ab ipsâ arboris radice maxima ramorum multitudine circumquaque distenditur, ita vnicæ caritatis & suavitatis oleum, postquam ab ipso in hanc Ecclesiam est effusum, in totum etiam Galliæ Belgicæ, nec non Germaniæ maximæ capacitatibus sinum ex ipsâ transfunditur. Quod dum a capite huius Ecclesiæ Treuericæ in totam Galliam ac Germaniam, velut in barbam aliquam descendit, sicut huic barbare perpetuam tribuit fidei viriditatem, ita capiti suo perpetua seruat benedictionis principalitatem. Quod usque hodie monstratur, dum dominus beatæ Imperatricis Helenæ, quæ rotogatu eiusdem mulieris sanctissimæ à beato Patriarchâ Agriceto in honore Principis Apostolorum Petri in Se-dem Episcopalem metropolis dicata, & incomparabilis meriti thesauro, clauso videlicet ac ceteris Domini reliquiis, est nobiliter ditata, specialiterque honorata, prima nimis Galliæ ac Germaniæ Sedes est, & vocatur.

33 In hoc igitur, quod semen prædicationis Pa-

triarchæ istius in totentium nationes diffundebatur, Avcr. meritò & ipse, sicut primus Patriarcha Abraham, pa- ANONY- ter multarum gentium nominatur. Non enim, vt ait ^{mo.} Ex mss. Apostolus, hi qui secundum carnem, filii sunt Abrahæ, Galat. 3. sed qui secundum spiritum. Ipse autem Abrahæ, Treueris verò comparetur Saræ: quia sicut in illâ præni-Treueris miâ annostate iam totus libidinis incentiuus vel semi-Saræ, A-nis conceptiuus sanguis friguerat; hoc est enim scriptu*gricetus* Ade eâ, quod iam delierant ei fieri miliebria; & sicut in braha cœtate iam decrepitâ potius vita exitum exspectabat, Gen. 18. quâm prolixi conceptum sperabat; ita gens Treuerica ii. in infidelitatis annoitate fenuerat: & velut in Sarâ calor conceptiuus repuerat, sic in corpore gentis istius fruor caritatis conseruatiuus nihilominus friguerat.

Vnde propter senilem, vt ita dicam, vitorum ætatem, nihil minus quâm animæ sperabat nativitatem: sicut & Nicodemus desperauit cum Dominum interrogauit: Ioan. 3. 4. Quomodo potest homo nasci cù sit senex? Sicut miseratione Dei omnipotentis, fratres carissimi, propter Abrahæ fidelitatem, Saræ licet decrepitâ tamen dedit fecunditatem; ita propter B. Agricij fidem & humilitatem idem miserationum Dei respectus Treuericani secundauit licet vetustam sterilitatem & tamquam lignum, quod ab agricultâ prudentissimo secus decurus aquarum plantatum, perpetuum foliorum viriditatem, ac perpetuam fructus seruat onustatem; ita Sanctus iste, de cuius ventre aquæ fluxerunt viuæ, spiritali commissi sibi diuinitus agri fecunditatem in totam extitit posteritatem. Ritu namque vitis verz palmites quâm plurimos produxit de se, quos dum mellifluili-quoris sui repletos sapore, in aliorum item procreacionem ex se fecit abundare, perennem vitæ æternæ liquorem in vineâ Domini fecit perdurare.

a Confirmat id Braverus ex aliis auctoribus, & superstitibus monumentis: propendatq; in sententiam huius scriptoris de Helena patris, nempe Treuerensem fuisse, quod autem iam olim in eâ Ecclesiâ decantatum, & in usus publici Breuria transfusum. Adspicitur Otto Friesenfis lib. 3. cap. 45. his verbis: Hanc Helenam ex S. Helenâ pago Treuerorum oriundam dicunt, unde eamdem Ecclesiam an Treueri plurimum eam decorasse tradunt. Et Gotfridus Viterbiensis Chro-

nici part. 15. Hanc Helenam quidam ex patriâ Treuerorum oriundam assertunt. Alius de regno Persarum, vbi Constantius ad tributâ colligenda transmisus eam legitur contigisse. Citat pro eadem sententia Braverus Bonnensis Ecclesiæ in antiquis membranis hand spernenda documenta. At Nicephorus Callistus lib. 7. cap. 18. Drepam in Bithyniâ Constantio natum esse Constantinum ex Helenâ hospitis filia in concubinam ei à patre oblata. Cedrenus autem potius: Ex Helenâ primâ suâ uxore genuit Constantinus, qui Bithyniâ Magnus est cognominatus, apud vibem Daciae. Europius Constantino infestus, eiusq; honori passim derrogans, tamen lib. 10. solum eum vocat Constantij ex obscuriore matrimonio filium, vbi & auctor Mischea lib. 11. cap. 1. & Paulus Diaconus lib. 10. rer. Roman. S. Ambrosius in funere Theodosij, matre stabulariâ natum tradi. Iustus Lipsius lib. 4. de magnitudine Romanâ cap. 11. & in Notis, Nicephoro subserbit, precipue Iulij Firmici ductus auctoritate, qui viuente Constantino ita lib. 1. Astronomicon cap. 4. scribit: Dominus & Augustus noster ac totius orbis Imperator, pius, felix ac prouidus Princeps, Constantinus scilicet maximus, Diuini Constantij filius augustus ac venerandæ memoriæ Principis, qui ad liberandum orbem à tyrannicis immoderationibus, & ad compri-menda domestica mala, fauore propitiæ maiestatis electus est, vt per ipsum seruitutis squallore deterso, securæ nobis libertatis munera redderentur; vtque captiuitatis iuga, fatigatis iam & oppressis cœrueis, ponemus, quem pro nostrâ semper libertate pugnantem, incertissima inter calus humanos numquam bellî fortuna decepit, apud Tarsum genitus, &c. Tarsum vero bant, non Cilicia metropolis, sed Bithynia oppidum, ipsumq; Drepam à curvaturâ littoris dictum (nam dicitur falsus est Gratius) contendit Lipsius. Notaimus suprà 9 Ianuarij ad S. Eufratij vitam Tarsum oppidum eo tractu fuisse.

In Britannia natum Constantinum contendit Baronius, planeq; in Brit- in mendaciis assertione Nicophori tenet. Vnum illi præcipuum ar-tanna. gumentum è Panegyrico qui ipsi Constantino dicitur: Pater tuus, inquit, liberavit Britannias seruitute, tu etiâ nobiles illic oriendo fecisti. Ast ortus ille & natalis Cōstantino in Britannia, non vita, sed imperij fuit; ut præclarè Lipsius, & Braverus ex Huberto Giphano. Coëli Ducus Colchester ac deinde Britannorum Regis filiam Helenam faciunt Vvestmonasteriensis ad an. Ch. 302. Henricus Huntingtonensis lib. 1. Historiar. Ranulphus Cestrensis li. 4 cap. 26. Nicolaus Harpsfeldius, & alij recitiores plurimi. Sed hac 18. Augusti in S. He- lenæ

Avet. lenz vita excutere licebit. Validum è Firmico argumentum est; non tamen eiusmodi, ut, licet Constantini natales Tharso afferat, etiam Helenam Belgicā eripiat. Potius iſhūt è Belgicā Constantium comitari coniux vera, eſi non pari nobilitate, pſequippe Claudi Caesaris nepos erat. Si, ut nis Nicēphorus, concubina fuisset, non id ſeu iſhūt Eutropius.

C A P V T VIII.

Discipuli. successor calitus designatus. mors.

S. Maximinus &c. 34 INTER multos itaque à sancto Dei Pontifice Agricō humectatos palmites duo honestæ proceritatis processerunt, qui tamquam præclara Ecclesiæ Dei sacerdota refulerunt, & velut candelabra duo, ſue oliuæ puli & binæ in templo Domini ſuæ claritatis lumē circuquæ successores, que dederūt, Maximinus videlicet, & Paulinus Trevericæ metropolis Antistites, qui virtutū iubare reluentes, & melliti eloquij doctrinā exuberantes, in agro Domini fideliter laborando, & benè viuendo, exempla ſequacibus proponendo, atque vſq; ad supernę vocationis ſuæ diem inchoati certaminis curſum feliciter percurrendo, diuinarum lectionum auctoritate muniri, velut boni pastores à B. Agricō pastore piissimo instructi & imbuti, pro creditis ſibi ab Episcopo ouibus contra ſeuientium rabiem luporum viriliter dimicabant.

Fam̄as. Agricij. 35 Enim uero B. Agricō non plus quam ciuitas in monte poſita poterat abſcondi, dum fauus doctrinæ, quæ de labiis eius ſtillauit, non ſolum vicinarū gentium ſuiciem ſatiauit, ſed in partes longè remoras felicis rumor abundantia in breui ſe dilatauit. Vnde

Paulini. 36 B. Maximinus, & eius ſpiritalis filius cgregiæ indolis Paulinus gloriòsā tanti viri famâ perculsi nationum Aquitanicæ ſolum relinquent, & ſæpè diſtam Gallicæ Belgicæ metropolim, fontem vitæ à B. Agricō bibituri petierunt. Quos ille ſuiciens cum omni benignitate, in omni vitæ custodiens sanctitate, tantâ in eos viſus est doctrinæ ſpiritalis ſtudiositate, ut ſi eſſet poſſible toru in eorum laetatione ſcripturæ ſacrae vbera vellet exprimere. Dubitable itaque non eſt, fratres mei, ſpiritu prophetico hunc virum ſanctum fuiffe prædicatorum, quantum in domo Dei forent neceſſarij tales agonistaræ, quibus tam præcipuum disciplinæ ſtudium ſicut impendiffe: ut dum ipſi ab hoc præclaro Christianæ militiæ inſtructi magiſtro, omnia Arianae infidelitatis tela poſtmodum viriliter propulsarent, illud ſapienſis cuiusdam præconium, de hoc ſuæ ſalutis monitorē dicere non dubitarent:

Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

36 His uero robustissimè caritatis geminæ colunis in templo Dei ſuper firmam adeò petram fidei ab hoc S. Agricō locatis, ut quamdiu domus Dei harum ſumento ſuſtentaretur, nullius turbinis flamine, nullius impulsus conamine ſtatus eius labefactaretur; tandem iusta diuinæ ordinationis prouidentiæ placuit, ut ſanctum ſuum Agricō iam nimio ſenio grauatum, de iſtâ valle lacrymarum vocaret, eumque pro decurſo viriliter huius mundi ſtadio æternæ retributionis donare vellet brantio, Angelico ad eum uitri colloquio, quo ei & ſuæ vocationis tempus inſinuauit & diuinâ auctoritate mandauit, quatenus alterum è duobus ſuis, imò Christi discipulis, quos ad virilis robur ſibi conſcientiæ iam educauerat, Maximinū videlicet, ut pote crare Maximi- num. Episcopatum Apostolicā censurā ſibi commiſſum, diuinâ illi auctoritate commendaret.

Eius cum Angelis familiari- tias. 37 Non eſt incredibile, Fratres, huic sancto Patri Agricō prophetiæ ſpiritum haud defuiffe, cui conſtat Angelorum colloquium familiare fuiffe. Quod autem desideratissimo Angelicæ relationis oraculo, ineffabili mentis tripudio exultauit, euentus probauit. Convocato itaque, abſque retraſtatione aliquā, ingenti totius ciuitatis populo, cum omni mentis alacritate ſuæ diſsolutionis tempus in proximo eſſe, quod ab Angelo Dei ſe dixit didicisse; hoc quoque non minori vultus &

animi alacritate patefecit, quod ab eodem Angelo Dei diuinitus ſibi iniunctum fuiffet, ut B. Maximinum in ordine Pontificatus ſibi ſubtotaret, eumque absque dilatione Pontificali benedictione manu propriâ do- naret.

38 Eodem tempore erat vir quidam probata ſan- citatis, nomine b Quiriacus, qui dum in ſanctâ consue- tudine haberet, ut per ſingulas noctes oratoria Sancto- rum circumiret, contigit ut dum nocte quadam iuxta ſolitum orationis ſuæ circuitum, S. Eucharij ingressus fuiffet oratorium, aſtantem ſibi videtur Angelum Dei, S. Maximus qui & ipſe præcepit ei, ut B. Maximino iuſſu Dei inti- minus di- maret, ut Pontificatus honorem à S. Agricō ſibi defe- uinitus rendum fuſcipere non dubitaret. Quod quidem vir monetur, Dei Quiriacus, prout iuſſus erat, B. Maximino indicate ut Episco- non tardauit. Sed ipſe altissimæ humiliatis, quæ erat in patrum ſu- cipiat. magiſtro ſuo, honestus imitator, & propriæ fragilitatis fortis æstimator de ſe vilia iudicauit; ſequi velut tantæ honoris celſitudini minus ſufficientem humiliiter ex- culauit. Postquam verò Dei voluntatem cum magiſtri ſui auſtoritate, & totius populi & Cleri ſtudio quām maximo, in hac re vidit concordare, noluit & ipſe nutum Dei amplius morando prolongare.

39 Conſentientibus igitur & gaudentibus cunctis Confecra- sanctus discipulus Maximinus à ſancto magiſtro A- tur Episco- gricio e confecratur, & infulâ Pontificali de manu ip- pus. ſius decoratur. Quæ res dum iuxta Dei voluntatem & hominum neceſſariet riē fuiffet ordinata; non eſt gratia benedictionis æternæ à beato Agricō prolon- gata. Non multum enim ſpatium temporis poſt hæc interceſſit, cum inter inclytoſ Christi Confessores, & egregios mundi huius triumphatores, à retributore bonorum omnium Deo collocandus, & mira cæleſtis gloriæ corona coronandus, in Ianuarii Idibus carne Moritur S. Agricō ſolutus, hinc ad cæleſtia deceſſit.

40 Cuius ſacrosanctum corpus multimodis Chri- ſtianæ militiæ paſſionibus, velut aurum purissimum purgatum, & tamquam in arâ crucis crematū, inſignis Præſul Maximinus cum ſuo ſpiritali filio Paulino per ſepelitur. omnia Apoſtoličo viro, ut poſteā in Arriano claruīt bellō, cum maximâ populi ac Cleri frequentiâ, debitâ ſepeluit honorificentiâ, in eo videlicet loco, eoque positionis modo, quo ipſe Pater humillimus adhuc in carne poſitus diſtauerat, ipſiſque ſuis discipulis ſuæ præcepta ſepultrura proprio ore ordinauerat.

41 Quomodo dubitarī valet, Fratres, hunc S. Agricō multiplicitate de manu Dei coronari, pro mul- tiplicitibus ſcilicet ſuæ ſtructuræ & aedificiis ſuper funda- mentum, quod eſt Christus, vel hactenus in hac Eccle- ſiâ conſtructis, vel per omnia deinceps tempora con- ſtruendis; ſicut enim omnis ſtructuræ ſupereminentia Quantum à fundamento erigitur, cunctaſque conſtendi vires inde ſortiſt; ſic ad B. Agricō fortissimum noſtræ Ecclesiæ ſidei fundamentum merito poſt Dominum refertur, ſi. quidquid in hoc templo Dei, quod nos ſumus, ſtructu- ræ Dei, culturæ Dei, aedificationis Dei, vel vſque mođ ſuperinferebatur, vel amodò ſuperinferendum eſſe ſperatur. Vnde non immereor in aeternitatem à Domi- no coronatur, per quem ipſi, qui eſt mundi cordis per- petuus habitator, incomparabilis pretij in aeternum mansura habitatio in nobis paratur. Verbum caro fa- ciatum eſt, & ſalutari ipſius ſuorumque ſuccessorum do-ctrinâ nobis patefactum habitabit in nobis.

42 Instar itaque præclaræ cuiuſlibet ſtructuræ materialis huius Ecclesiæ ſtagum quaſi quoddam aedi- ficiū fabricæ ſpiritalis quoquo modo deſcripſimus, cuius fundamentum B. Agricō poſuimus, cætera au- tem huic ſtructuræ appendentia, imò ipſam glorioſam huius domus Dei magnificenciam quam plurimum augentia, parum quidem compendi oſa licet recapitu- latione, in huius tamen materiæ locauimus compoſi- tionē; eo videlicet locutionis ordine, quo ipſa huius compoſitione materiæ vnumquemque ex iſtis lapidibus viuis

Laus SS. Agriči, Maximi- ni, Nicetij. viuis rationabili occasione nobis videbatur offerre. Hi sunt autem inæstimabilis pretij lapides in domo Dei fulgentes, Maximinus, Agricetus, qui & primus, atque Nicetius Præsules præclarū, sanctitate conspicui: qui templum Domini non parum decorantes, quām plurimū firmantes. De his itaque diuī memorī Patribus, Maximino videlicet atque Nicetio, necnon Agriceto, ob cuius nominis titulum & memoriam, hæc cuncta quæ descripsimus, retulimus, fidem atque firmam spem habere debemus, quod quantum faciem templi huius præsentialiter exornant, tantum & plus perpetualiter sufficiunt faciem placare Iudicis, & consic̄ Domini nostri Iesu Christi, qui vivit & regnat in seculorum, Amen.

a Vita S. Maximini 29. Maij: Maximinus diuī instinctu genitale solum relinquens, atque in Belgicam Galliam commigrans, in Treuīorum urbe substitit, & spectatī Præfulus Agricetus magisterio se informandum submisit, in quo tanta vberitas gratia spiritualis eminebat, ut apicem dignitatis ornaret titulo fanticitatis. Cuius rei fama tum & alios diuersis ex partibus, tum

etiam hunc Maximinum accicerat. *Idem de Paulino alibi.* Ex vA⁴
b *De hoc S. Quiriacō agemus 6. Martij.* R 115.
c *In S. Maximini vita, solum dicitur S. Agricetus illum suis benedictionibus confititum post se futurum designasse Pontificem. Post Agricetū autem obitum, S. Maximinus consensu sacerdotum ordinum, totiusque plebis annis à vicinis Episcopis Pontificali est excellentiā sublimatus. Idem scribit Bravverus.*

d De sepultura S. Agriceti primo loco, inquit Bravverus, veterum discrepant sententiae: quippe S. Maximini cœnobij documentis, isthinc à multis seculis reconditum veneratumque, sicut etiamnum testisstimum est. At publicis nihilominus Treuerorum gestorum litteris sepultus proditur apud corpus S. Eu- charij, qui locus in D. Matthei monasterio veterum erat Episco- porum sepultura dicatus, ubi & S. Agricetus existit quondam ti- tulus. Ceterum hæc res auorum memoriarum minus prudenter ani- maduera, exempli prauī diffensionibus locum aperuit; cœnobitis pio non magis quām pertinaci vtrimeque studiō, corpus beati Præfulus sibi vindicantibus. At rebus attentā curā discussis & ad liquidum exploratis, Richardi excellētis memoriae Pontificis sententia fuit, relictā in medio primā sepulturae causā, quod à maioribus factitatum constaret, in vno B. Maximini cœnobio beatissimi Pontificis & cineres colendos & honoran- dam memoriam. Ita ille. Caput traditur Colonia afferuari. S. Agricetus.

DE S. LEONTIO EPISCOPO CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

CIRCI-
TER AN.
cccxxxvii
XIII. IA-
NVARII.



RECENTOS & octodecim sanctos Patres, qui concilio Niceno interfuerunt, historiā oratione laudauit cùm anonymous scriptor apud Metaphraſten x. Iulij, tum Gregorius Presbyter Ecclesia Cæsareenſis (sive, vt est in Graco, Georgius) qui initio septimi ſeculi vixiſſe ſe hīs verbū offendit: Et nunc apud eos omnes celebratur & nominatur Nicæa, apud quos sanctorum horum trecentorum decem & octo Patrum honorata eſt synodus. Presbytero. Quantum autem illi pro eā laborauerint, & quantam eius curam gesserint, conlicere licet ex eā re admirabili quæ nostrā ætate facta eſt. Nam cùm ingratius fuissent Assyri, &c, per quod eis parta eſt ſalutis, Romanum imperium depopulati eſſent & vexaverint; & omnia (quid enim aliud dicendum eſt) barbaricā conſumerent inſolentiā, permansit intacta à Babyloniacā omni contumeliā, &c. Agit de Coſroëiuniori, qui à Mauricio Imper. refi- tutus in regnum, poſteā Romanos multis cladibus attriuit, donec ab Heraclio tandem debellatus eſt. Scriptis autem hanc ſanctorum Patrum laudationem Gregorius, rogaruſ Theophilis Episcopi Niceni.

2 Horum porrò Patrum quidam peculiarem in Ecclesiā ve- nerationem obtinent; Leontius Cæſareæ in Cappadocia Episcopus, qui vnuſ eſt primarius fuit, Idibus Ianuarij. Quo die iſta ha- bentur in Martyrologio Romano: Cæſareæ in Cappadocia, S. Leontij Episcopi, qui ſub Licinio aduersus Gentiles, & ſub Constantino aduersus Arianos plurimum de- certauit.

3 Eius multi quidem, inquit Gregorius Presbyter, etiam antequām veniret ad Nicænam ſynodum, etiam anarunt ſudores propter fidem; multi autem per ipſum Martyres & viētores athletæ proſtrauerunt aduersarium; multiq; eius vſi vitæ magiſterio cæli ciues effetti ſunt: quorum vnuſ magnus ille inter viētores Gregorius fuit, qui & reliquias ſanctorum Martyrum Ripsimes & Gaianæ inuenit, & incontinentem Tiridaten deiecit primum, poſte etiam ad fidem adduxit.

4 S. Gregorij Armeni vitam dabimus 30. Septembr. in qua tum de nece, inuentione, honoribus SS. Ripsimes & ſociarum, que 29. Septembris columntur à Latinis, 30. à Græciis; tum de S. Gregorij ordinatione agitur. Anace patre cum totâ familiâ interfecto, deportatus fuerat Cæſaream, ubi & Christianam hauſit religionem: poſteā in Armeniam cum Tiridate reuertus, plurima ab eo fidei cauſa perpeſſus, in profundo barathro anni plurimi mirabili Dei prouidentiā ſuſtentatus; dein, vt Tirida- ten eiusq; Proceres furore diuinitus ob Ripsimes & ſociarum ca- dem immiſſo liberaret, eductus, fidei quoque myſteriis illum ac

Tom. I.

Labores
profide.

S. Gregorij
Armeni
geſta.

regnum propè vniuersum imbuſit. Quare tandem ab eo missus eſt Cæſaream ad Leonitum, vt ab eo Episcopus conſecraretur, ad- ditā epistolā, quam magnā animi ſubmiſſione Rex ſcripferat. Hac accepṭā epistolā, inquit auctor vita S. Gregorij, Leon- tius magnum Gregorium & legatos accepit honori- tio per ſicē, & cū meum ſimil adhibitis aliis, qui aderant, Epi- ſcopis, conſecrasset, cum pati humanitate dimittit & honore. Id quādo acciderit, inde colligi potefit, quod Ripsime, vt Diocletiani Imperatoris libidinem declinaret, fugerat in Ar- meniam; neque multi videntur uſque ad Tiridatis conuerſionē anni interceſſe. Fortassis eo tempore id contigit, quo Licinius in gratiam Constantini aliquam Christianis quietem indulſit. Baronius ad annum Christi 311. refert, ubi nu. 23. & sequen- tibus de Gregorio agit.

5 Eodem tempore, à Sancto quoque fortassis Leontio, in Ecclesiā certè Cæſareenſi, Oithanes & Aroſtanes, quos Gre- filii- gorius ex legitimā coniuge olim iuueni ſuſceperebat, ad omnem Christiane virtutis abſolutionem iſtituti ſunt: & prior quidem iam & gradu Presbyter erat, & officio Ecclesiæ, alter verū ſolitariam vitam complexus Deo vacabat: ſuntq; ambo in Ar- meniam à Tiridate, tribus illiſtribus ad eos accerſendos missis Legati, perduci: Aroſtanes poſt Niceno concilio interfuit; uq; eſſe videtur qui Aristaeus in ſubſcriptionibus appellatur, Dioſ- pontanus in Armeniā maiore Episcopus, aliis Acrites, & A- ristarces.

6 Deinceps, vt à Leontio Gregorius, ab Archiepiscopo Ca- ſarea Cappadocia conſecrari magna Armenia Episcopus conſue- uit. Ita Nicon Gracus auctor (quem Baronius tom. 3. ad an 311. Episcopus num. 24. aliq; Sanctum appellant, putantq; ſanctum illutn Armenia monachum eſſe qui 26. Nouembris colitur) in fragmento libri de à Ca- ja-Armeniorum erroribus: Deinde cùm magnus Gregorius, reenji con- qui fuit magnæ Armenia Episcopus, cauifet Armeniae ſecrandus. Episcopum à nullo alio eſſe ordinandum quām ab il- lius temporis Cæſareæ Cappadocia Archiepiscopo, ubi ipſe quoque ordinatus eſt; & horrendæ execratio- nes & anathemata in eos ſit intentatum qui aliter fa- ciunt; hæc quidem illi transgrediuntur: à Syriæ autem Amerano vniuersaliſe eorum Episcopus ordinatur. Sin autem magnum Gregorium hæc conſtituiffe; oſten- dant nobis eius ad filios conſtitutiones, & os eis obtu- rabitur.

7 Anno Christi 325. Paullino & Iuliano Coss. habita- eſt Nicæa ecumenica prima ſynodus. Ad eam cū proficſeretur Leontius Leontius, Nazianzo (quod oppidum eſt Cappadocia ſecunda) preſente cum aliis Episcopis tranſiit, viderurq; ad Gregorij Theologi pa- baptiſmū diuertiffe, eoq; preſente vel baptiſatus vel ad baptiſmū poſcit pater catechosi imbuſus. S. Gregorius Theologi pater, poſt illius loci Theologi.

V V V Episco-

Ex v.a. Episcopus. Ita filiu*m* in laudatione funebri 1. Ianuarij, num. 13.
Ac proinde cū res ita nata fuisset, vt ad profugandū
nuper exortum Arii infanum dogma, quo Diuinitas
scidebatur, permulti Episcopi Nicæam properarent;
Deo sese veritatisque præconibus tradidit, ac desideriū
proficitur, communisque salutis auxilium ab iis
poscit: in quibus illustris quoque Leontius erat, qui
metropolitum nostram moderabatur.

Interest Nicana synodo Leontius: 8 Quæ in concilio ediderit Leontius sua eruditio*n*s docu-
menta, licebit ex ipsius conciliij Attis, qualiacumque ea extant,
colligere: vbi præclaræ eius de altissimis nostræ religionis myste-
riis disputationes lib. 2. edit. Alfonsi Pisani nostri. Et lib. 4. in
Catalogo sanctorum Episcoporum, per quos Nicæa
sancta & magna generalis synodus, ea quæ in ipsa per
Spiritum sanctum iudicata sunt, omnibus super terram
Dei Ecclesiæ transmisit; inter primos ponitur Leontius
Cæsareæ Cappadociaæ, Ecclesiæ Domini ornamen-
tum, Ecclesiæ per eamde Cappadociam, & Galatiam,
Pontum, Diopontum, Paphlagoniam, Pontum Pole-
moniacum, Armeniam paruam & magnam.

& cum eo Hermogenes. 9 Videtur, vt i cum Alexandro Alexandriæ magnæ
Episcopo concilio interfuit Athanasius eiuldem Ecclesiæ
Archidiaconus; & cum Macario Hierosolymitano,
Eusebii postea Cæsareensis; ita & Hermogenes
Leontio adfuisse. Nam Basilius virtusque in Cæsareensi ca-
thedrali successor in epistola 82. ad Patrophilum Episcopum ita
scribit: Arium primum fecuti, postea ad Hermogenem
sunt mutata sententia conuersti, qui ex diametro hostis
erat Arii improbatæ opinionis, quemadmodum ma-
nifestum est ex fide quæ primum ab illo viro Nicæa
pronuntiata est. Fuit verè Hermogenes, vt idem ostendit
ep. 74. Cæsarea post. Leontium Episcopum. Neque h̄c adspipa-
mūr Baronio an. 325. nu. 33. existimanti Basiliū hic memo-
riā lapsum: quibz enim potuit non recordari quid decessores sui in
cāre egissent, quam ipse in dies pertractaret?

Leontius senex. 10 Superstitem fuisse ad annos complures Leonium ex
Gregorij Presbyteri coniunctione potest, qui quæ de Patribus
Nicæi indefinitè scribit, pricipue videtur de Ecclesiæ, in quā
ipse degebat, afferere Antistite voluisse. Ita ergo habet: Illi autē
non fecus ac limpidi fluuij ex uno Nicæa fonte diuisi,
ad suum quisque gregem peruenierunt, fructum refe-
rentes beata peregrinationis salutare mundi symbolum.
Et cū venerandæ senectute, & in vitæ ex virtute
profectu suæ parœciæ illustrassent curriculum, beatam
sortem sunt confecuti.

11 Benignus autem & clemens Deus seruorumque
suorum amator beneficus, qui eos glorificat qui ipsum
glorificant, cū eorum animas dignas censuerint, vt
fruerentur delecti in cælo repositi; non sine munere
ac præmio dimisit eorum castissima corpora, sed mira-
culo quo est præter opinionem, per hæc quoque suos
honorauit ministros. Communem enim mortem tam-

quam naturalem eis somnū induxit. Vnde que hos Pa-
tres suscepere corpora, manserunt in vniuersiisq; pa-
rciis minimè dissoluta. Horū autē fortasse sunt mul-
ti quoque alij restes, qui in locis viderunt id quod dicitur, & qui Sanctos ipsos, veluti quadam somno incorru-
tenterentur, cū aliquando eorum aperirentur loculi, p̄tum.
in eis sunt complexi. Quin etiam sumus quoque nos
huius non falsi testes spectaculi. Angelis enim paris
Leontij Cæsareensium Ecclesiæ sanctissimi Præsulis,
(interiūt in parenthesi, qua suprà de eius ante Nicenam syno-
dum laboribus retulimus) huius, inquam, pretiosas reli-
quias complures nobiscum videre, quæ neque pilos
abiecerant, neque vngues amiserant; erant autem ple-
næ omni vnguentorum fragrantia.

12 Hinc loquet primū ad 300. annos illud sancti Prae-
sulis corpus manūsse incorruptum, tanto enim p̄st intervallo
scripsit Gregorius. Ad. nos continuo, vt est à Nicenā synodo do-
mum reuerſus, diem obiisse. Sepultus est autem in S. Hesychij
Martyris basilicā. Ita enim dicitur in vita S. Basiliij 14. Iunij:
Simulique concurrentibus duodecim Episcopis & Eius sepul-
multitudine ciuitatis, deposuerunt eum in arca simum
marmoreum in templo sancti & glorioli Martyris He-
sychij; vbi & Leontius ante eum Episcopus cum cete-
ris dormit. Hunc arbitramur esse Hesychium Antiochenum
Martyrem, quem Latini: 8. Novembri, Grati 10. Maij vene-
rantur. Ghinius fæcē hallucinatur, dum obiisse eum scribit cir-
ca annum 311. dum patrem att baptizasse: voluit forte S. Gre-
gorij Theologi patrem dicere, aī illum quoque non baptizauit
Leontius, sed vel baptismo eius vel catechesi interfuit, vt dixi-
mus. Denique Angli pacis vocat Ghinius ex verbis, vt
profiteretur Gregorij Presbyteri: at Gregorius ἵταγγελον, sive
Angelis patrem appellat.

13 S. Leontij reliquia, vt scribit Sauffaius, ab Oriente
in Italianam translate Vicentia in Gallias Othoni impe-
raante delatae sunt, atque Metis in ecclesiâ S. Vincentij
repositæ, ibidem cultu condigno obseruantur. At Sige-
bertus in Chronico ad an. 970. scribit à Deoderico Episcopo
corpus S. Leontij Episcopi & Martyris Metas deportatum.
Alius colitur Vicentia Leontius Martyr 20. Augus̄tū, at non
est Episcopus.

14 Quidam scripsisse Leontius videtur, testante S. Atha-
nasio orat. 1. contra Arianos: Si scripta ista ab orthodoxis S. Leontij
proficiucerentur, qualia sunt magni illius & Confessio-
ris Hosij, Maximini Galliæ, aut eius successoris, aut
Philogonij & Eustathij Orientis Episcoporum, aut
Iulij & Liberij Romanorum Pontificum, aut Cyriaci
Myriae, aut Pisti & Aristæi Græciae Episcoporum, aut
Siluestri & Protogenis Daciae, aut Leontij & Euphy-
chij Cappadocia Episcoporum, &c. nihil esset quod in
his scriptis suis parere: sincera enim & simplicia Apo-
stolicorum virorum ingenia sunt. Cuiusmodi verè illa
fuerint scripta, haud comperimus.

DE SANGTO HILARIO EPISCOPO PICTAVIENSI IN GALLIA.

§. I. S. Hilarij nominis celebritas, publica
veneratio.

A.N.CHR. I CTONES Aquitanæ populi, Ptolemao
ccccxvi. **P**lōoves, in tres hodie tribuuntur Episco-
patus, Maleacensem, Lucionensem,
NVARII. **Vrbs Picta-** **P**omniumq; celeberrimum Pictaviensem:
huius sedes ciuitas Pictauorū, sive Pe-
ctorum, vt habet vetus nostra ms. notitia prouinciarum; deinceps
Pictauis, Pictauum, vrbs Pictaua, Pictauensis ciuitas,
Pictauia, & Pictauum dicta: quæ an Augustoritum, Li-
monumve Ptolemai sit, disquirant alij. Quando isthic Episco-
palis erecta sit Sedes, non proditur. Cl. Roberti aliorumq; cata-
logus primum Antistitem exhibet S. Victorinum, scriptus &

martyrio Diocletiani persecutio obitum illustrem, vt 2. No-
vembr. dicemus, à quo Christianæ religionis præceptis imbutos
Pictauos Probo & Carino imperatoribus afferit Gale-
nius.

2 Demochari, Chenu, Roberto decimus memoratur S. Hi-
latius, qui in mss. ab eodem Roberto citatis nonus est, omisso
nimur Palcentio I. quem rectius fortassis Maxentium I. Eius Epis-
copus Hiliarius. S. Maximini II. Treuirensis Episcopi fratrem
natu maiorem, qui sedisse iam tum videtur, cū ille ad S. Agri-
cium (de quo iam actum) Treuiros profectus est. Et ipse tamen
iam an. 336. Episcopus erat Maximinus, cū isti huc relegatus
Athanasius est. Hunc verè Maxentium quidam cum S.
Maxentio inclusus, de quo 26. Iunij plures cum Maxentio II.
(sifuit secundus aliquis, quem vulgo statuunt decimum quintum
eius

eius Sedis Episcopum) confundunt. Nam quod Maxentium, Maximinum, ac Iouinum (qui 1. Iunij colitur) volunt S. Hilarij discipulos fuisse, haud sciat probamus; cum Hilario Maximinus haud paullus fuisse etate proiectior videatur.

3 Porro Hilarium adhuc superstititem Patres Concilij Parisiensis 1. an. Ch. 362. fidelem Dominici nominis praedicatorum appellant. S. Hieronymus lib. 17. comment. in c. 61. à SS. PP. 2. S. Hieronymo,

*Isaia ad hæc verba: Gloria Libani ad te veniet, sic ait: Ne longo sermone lensum traham; vir sanctus & eloquentissimus Martyr Cyprianus, & nostri temporis Confessor Hilarius, nonne tibi (*Eustochium Virginem alloquitur*) videntur excelsa quandam in seculo arbores, ædificasse Ecclesiam Dei? Ab eodem appellatur in Psalm. 58. Hilarius, beatus Antistes, & inter procellas mundi magnus sustentator Ecclesiæ: quando nimis, ut ait lib. aduersus Luciferianos, ingemuit totus orbis, & Arianum esse miratus est. Vbi & addit: Alij intra suam communionem remanere: alij ad eos Confessores qui sub nomine Athanasij exulabant, cœperunt litteras muttere: nonnulli initiam societatem meliorum desperatione planxerunt: pauci vero (ut se natura hominum habet) errorem pro consilio defensauere. Periclitabatur nauicula Apostolorum: vrgebant venti: fluctibus latera tundebantur; nihil iam spererat spei. Dominus excitatur, imperat tempestate; bestia moritur, tranquillitas reddit. Manifestius dicam: omnes Episcopi, qui de propriis fuerant exterminati, per indulgentiam noui Principis redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium Aegyptus exceptit: tunc Hilarium de prælio reuerten tem Galliarum Ecclesia complexa est: tunc ad redditum Eusebij lugubres vestes Italia mutauit, &c. Idem Hieronymus præclaris Hilarij doctrinam encomiis celebrat, quorum nonnulla infra citabuntur.*

4 Neque Hieronymo Augustinus cedit: nam lib. 6. de Trinitate cap. 10. Non mediocris auctoritatis in tractatione Scripturarum, & assertione fidei vir extitit Hilarius, & lib. 1. contra Julianum. cap. 3. Ecclesiæ Catholicæ aduersus haereticos acerrimum defensorem, venerandum quis ignorat Episcopum Gallum? & lib. 2. de doctrina Christiana cap. 40. vbi quod ab Ethnico benè scriptum fit, in nostrum usum convertendum ostendit, hū virtutur verbu: Nonne aspicimus quanto auro & argento & ueste (scientia Ethnicorum) suffarinatus exierit de Aegypto Cyprianus, Doctor suauissimus & Martyr beatissimus, quanto Laetantius, quanto Victorinus, Opratus, Hilarius?

5 Cassianus quoque lib. 7. de Incarnat. cap. 24. Hilarius vir virtutum omnium atque ornamentorum, & sicut vitæ ita eloquentiæ insignis, qui & magister: Ecclesiæ Sacerdos non per sua tantum merita, sed etiam per profectus crevit aliorum; & inter procellas persecutionum ita immobilis persistit, ut per iniurias fidei fortitudinem etiam Confessoris ceperit dignitatem. Recentiorum innumera pretermittimus testimonia, & multa aliorum SS. PP.

6 Eam Confessoris dignitatem sacra omnium propæ Ecclesiæ faniunt tabula. Nam (ut vetus Romanum Sancti Hieronymi Martyrologia omittamus, in quibus breuiter solum de more nomen locusq; exprimitur) Centulense, Beda prænotatum nomine, ita habet: Pictavius S. Hilarij Episcopi & Confessoris, fide & virtute magnifici. Beda excusus, Ad, plurima mss. Pictavius S. Hilarij Episcopi & Confessoris, qui ob Catholicam fidem quadriennio apud Phrygiæ relegatus, inter alias virtutes fertur quod mortuum suscitauerit. Eadem ferè Vuardus, Bellinus, Martyrologium Romanum. In Adone ms. S. Laurentij Leodij additur: Filiam etiam suam, Apram nomine, ad virginitatem conseruandam in exilio positus, per epistolam cohortatus sit. Rabanus: Et in Pictaviis depositio Hilarij Episcopi & Confessoris egregij; qui sub Constantio Augusto haeretico propter fidem Catholicæ in Phrygiæ in exilium pulsus est. De quo inter alias virtutes referuntur, quod orando mortuum suscitauerit. Consentunt ms. S. Maximini, Notkerus, Martyrolog. Coloniense. Plura è Tom. I.

vitæ accepta narrant Martyrologium Germanicum, Ghinius, Ex v. A. Sauvain in Martyrologio Gallico. Florarium ms. & Viola R. 115. Sanctorum, Patronum statuunt mulierum parturientium, ne mortuos pariant scetus, propterea fortassis quod puerum non initiatum baptismos suscitârit ad vitam, quod & vitam haurire spiritalem.

7 In veteri Missali Romano Venetiis excuso anno Christi 1508. nulla S. Hilarij mentio extat. Ex Appendice ms. Sacramentaris S. Gregorij eius festiuitatem citat Gauantus. In Roniano, operâ Cardin. Quignonij, auctoritate Pauli III. edito anno Variis die Ch. 1535. omisso de octauâ Epiphania officio, celebatur xiiii. Ian. bus celebatur S. Hilarius. Verum in eodem Breuiario deus cognito, Octauâ Epiphania restituta est, festumq; S. Hilarij in xxxi. reiectum, quo die & in antiquo Breuiario Eborense adnotatur. Tandem Martyrologio Romano hec clausula adiecta est: Eius autem festiuitas frequenti die celebratur: itaq; xix. Kal. Februarij semiduplici officio, in Româna ac pleriq; aliis peragitur Ecclesiæ.

8 Hoc xiiii. Januarij refertur in Kalendariis mss. & secundo Olimpij. lo xv. excuso Missalibus Suecico & secundum ordinem S. Do- Ian. minici; Breuiariis, Antuerpiensi & Britannico ad usum Ecclesiæ Sarum sive Sarisberiensis; item sub initium seculi xvi. editis Breuiariis, Bruxellensi, Brugensi, Ultrajectino, Rotomagensi, VVindesheimensi, & aliis; in quibus post officium de Octauâ S. Hilarij commemoratione adiungitur. In Breuiario Sarum lectiones secundi nocturni eius vitam breui compendio exhibent. Eodem die VVandelbertus:

*Idibus Hilario Pictave militat urbis
Plebs deuota, suo Pastor quā fulsit honore.*

*9 Pridie Iduum celebratur in quarto Kalendario codicis Et 12.
Capuani ms. & s. Kaland. Breuiarij Capuani impressi, apud Michaëlem Monachum parte quartâ Sanctorum: S. Ylarij Episcopi & Confess. atque Doctoris lect. 3. quas notat idem Monachus, ex Actu à Fortunato descriptis esse compositas. Eodem die in veteri Kalendario Cameracensi alijsq; refertur.*

10 At xiv. Ian. ista habet Galefinius: Pictavius in Galliâ S. Hilarij Episcopi & Confessoris. Hic Episcopus factus pastorale munus summâ cum laude gessit. Catholicæ fidei defensor, multis Arianorum petitus insidiis, tandem dolo Saturnini Arelatensis Episcopi in Phrygiæ relegatur. Inde quatuor post annos ad Ecclesiam suam reuocatus, ita egit, ut pastorali suo studio Gallia vniuersa, repudiata Arianâ impietate, Catholicam fidem tueretur: aliis præterea rebus rurib; diuineque gestis, & doctrinâ clarus migravit ad Dominum, Valente & Valentianino Imperatoribus. Molanus quoque in 2. editione ad hunc diem Vuardi verba transtulit. Martyrol. Ord. Prædicatorum: Pictavius in Galliâ Natalis S. Hilarij Episcopi & Confessoris, qui ob Catholicam fidem, quam strenue propugnavit, quadriennio apud Phrygiæ relegatus, inter alia miracula mortuum suscitauit. Migravit in celum Idibus Ianuarij, sed eius festiuitas hodie celebratur. Festum duplex. Kalendarium Breuiarij Audomarense: Hilarij Episcopi & Confessoris, magnum duplex pro & post. id est a primis vesperis ad secundas inclusuè, ut ex officio patet, in quo de eius vitâ Lectio- nes nouem, hymni tres, oratio, antiphona, & responsoria propria leguntur.

§. II. S. Hilarij vite scriptores.

*11 Q*uoniam S. Hilarij gesta pluribus prosecuti sunt: suisimè Ioannes Gillotius cum eius opera Parisis anno 1572. edidit; & Ioannes Bouchetus parte 1. Annalum Aquitanie, cap. 6. ac non sequentibus; Baronius quoque tom. 3. & 4. Annal. Eccles. His omisso coeuius scriptores, aut certè antiquos proferemus: pri- mò quidem S. Hieronymum lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, vita unde vbi opera ab eo scripta breuiter recenset: tum Sulpitium Seue- hic descri- rum qui lib. 2. his Eccl. labores eius pro religionis Catholicæ de- pta. fensione aduersus Arianos in variis conciliis & exilio suscep- tos enarrat. Deinde Fortunatum, qui vitam eius & miracula à morte patrata duobus libris comprehendit, quos cum variis mss.

Vvv 2 contu-

Ex v.a- contulimus. Miraculum huius vnum addemus ex S. Gregorio Tu-
ronensi lib. de gloria Confessor. cap. 2. plura ex Flodoardo lib. 4.
hij. Ecclesia Remensis cap. 48. nonnulla è Boucheto. Demum
varia de reliquiarum translationibus discutiemus.

*An Venan-
tius For-
tunatus
eius au-
tor.*

12. Vnum hoc loco vocari à quopiam in questionem potest:
Quis hic sit Fortunatus, quis Palentius Papa, cuius iusso
conscripta Hilarij vita. Fuit Venantius Honorius Cle-
mentianus Fortunatus Presbyter Italicus, qui extrema etate,
cum diu in Gallia habitasset, creatus tandem Pictauiensis E-
piscopus, egregia doctrina & religionis laude floruit. Eum vita
huius auctorem afferit Ioannes Trithemius lib. de scriptoribus
Eccles. qui tamen librum vnum non duos citat. Idem Bouche-
tus in Annalibus Aquitania, Bellarminus de Scriptor. Eccles.
Poenitentia in Apparatu sacro, Vossius de scriptoribus Latinis,
Molanus in notis ad Vuardum, Matthias Lamberti in vita S.
Hilarij à se Belgicè editâ, Iacobus Tigeou in vita Gallicè editâ,
Henricus Fabricius in vita Germanicâ, aliisq. sentiuntur. Eadem
Surius mens fuit, scribentis auctorem Fortunatum runc ad-
huc Presbyterum; quem post Patauensem Episcopum
fuisse addidit in tertia editione Garneultius, & clarissime circa
annum Christi 570. sed Pictauensem, ut opinamur, voluit
scribere. Gillotius in editione operum S. Hilarij, vitam ex Su-
rio primitus, primitusq. suis Surii verbis; auctore Fortu-
nato tunc adhuc Presbytero. in propriâ de gestis S. Hilarij
commentatione, auctorem vita solum Fortunatum vocat, al-
terum Fortunatum citat Fortunatum Episcopum Pictauensem, qui clarauit circa annum 590. vt videatur duos agno-
uisse Fortunatos. Baronius in Notis ad Martyrol. Roman.
Fortunatus, ait, res gestas Hilarij duobus libris con-
scriptis, sed ex multis vix pauca perstrinxit; habet &
Venantius Fortunatus de eodem epigrammalib. 2. non
tamen distinguit Fortunatos Baronius, cum vnum eundemq.
censeat tom. 4. ann. Eccles. an. Christ. 369. num. 25. Extat, in-
quit, de eodem S. Hilario epigramma Venantij Fortu-
nati, qui itidem edidit duos libros, quorum prior de
vita, posterior de miraculis S. Hilarij inscripti habetur.

13. Christophorus Bravverus noster in vita Venantij
Fortunaci quâ prefixit eius poëmatu à se vulgatis & illustra-
Stylus non *tis, eum ob* Surii auctoritatem huius quoque operis parentem
qui in alio eius scri-
ptis.

Quando
Pascentius
Episcopus.
14. At Pascentius non Patauorum, sed Pictauorum
Antistes fuit, tertius eius nominis. De quo Claudius Robertus:
xxix. Pascentius III. Ei dicat vitam S. Hilarij Fortuna-
tus, eum appellans Dominum sanctum & meritissimum Papam. Successus Pientius ex iussu Regis Cha-
riberti, cum antea Abbas basilica S. Hilarij esset. Ita Greg. Tu-
ron. lib. 4. cap. 18. Obiit autem Charibertus regni anno 9.
Christi proinde 570. nec multis post eius mortem anni prefuit
Pascentius. Nam tempore Sigeberti Maroneus Epilco-
patum vrbis adeptus est, inquit idem Turonensis lib. 9. c. 40.
Ait oitis est Sigebertus an. Christ. 575. regni 14. atatis 40.
vt idem Greg. Turon. lib. 4. in fine.

Quando
Fortuna-
tus.
15. Claudius Robertus scribit Venantium Fortunatum
venisse ex Italia in Galliam an. Christi 575. Post mortem igitur
Pacentij III. Citat Reginonis & Sigeberti Chronica: ille isthic
Fortunati non meminuit, hic ita scribit ad eum annum: Fortu-
natus poëta veniens ab Italiam claret in Galliam. Citius
venisse patet ex carm. 4. lib. 6. vbi Charibertum Regem ad-
duc superstitem laudat. Imò cum anno 567. obierit Athana-
gildus Gothorum in Hispaniam Rex, quo conciliante, filias eius
Brunichildeim Sigebertus, Gelesuintham Chilpericus
duxere; liquet ambarum nuptias ante eum annum contigisse. At
Fortunatus, quem prius in Sigeberti regnum venisse obseruat

Bravverus, iam tamen in Aquitaniam abierat, cum isthic
cepta est Gelesuintha. Ita namq. lib. 6. car. 7. ipse canit.

Post alias urbes Pictauas attigit arces,
Regali pompâ prætereundo diem:
(Inclitus ille quibus verè amplius Hilarius otis
Et satus & situs est, ore tonante loquax;
Trax, Italus, Scytha, Persa, Indus, Geta, Daca, Bri-
taurus

Huius in eloquio spem bilit, arma capit.
Sol radio, hic verbo, genitalia lumina fundit,
Montibus ille diem, mentibus iste fidem.)
Hanc ego nempe nouus conspexi prætereuntem

Molliter argenti turre rotante vehi.

16. Verum esto, inquires, magna fuerit notitia familiaritatis
mutua & Venantij Fortunati & Pascentij III. alium ta-
men Pascentium compellat auctor noster, vt liquidè colligi ex
eius prefatione videtur, in qua enutritum à S. Hilario afferit:
Me dignatus es, inquit, ô Pascenti, perurgere, quo de
actibus sacratissimi viri Hilarij Confessoris, qui te ab
ipsis incunablis ante sua vestigia, quasi peculiarem
vernulam, familiariter enutriuit; vt impensi muneris
vel verba rependerem (ms. rependeres) & si non plenè
vel quadam ex parte complexa perstringerem; quatenus
dum gregis auribus vox (toties scilicet audita) quo-
dammodo, & vita Pastoris antiquissimi (oculis percepta)
resonaret, & ille probaret ministerium & ipse non ce-
lates affectum. **Hec Fortunatus.** At Pascentius III. annis
ferè ducentis ab obitu S. Hilarij creatus est Episcopus. Alius
fuit Palcentius, quem secundum statuunt, qui Maxentium
decessorem S. Hilarij, Pascentium l. vocant. Is proxime
S. Hilario successit, & fortè vel idè electus, quod in eius domo
à pueri ita esset educatus, vt in eo doctrinam, zelum, pictatem
magistri fas esset agnoscere. Eum discipulum S. Hilarij appelle-
bat Bouchetus. Is videtur S. Hieronymum rogasse, vt Hilarij
vitam scriberet; quod ille reculavit, vt hic dicitur, attentate,
quia huic materie se impatem eatenus iudicauerit vt
taceret.

17. Pergit auctor: Et cum consultius sit mihi mirari,
quam loqui, æquabilius fuerat hæc B. Ambrosio de
fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta sunt. Potuit S. Ambrosius Mediolanensis ante Episcopatum, An. S. Hi-
larij in natalis ibi Gallia, vel in Italia, confuetudinem cum celeberrimo Antistite Hilario, vir ipse illustris, et si aliquantò atque
Ambroso minor, contraxisse; præsertim cum Insulæ excoluisse post
exilium Hilarius tradatur, vbi vel publicam vel priuatam rem
fortassis tunc curabat Ambrosius, post paullò Liguria nemoralis
propositus. Ruffinus audi lib. 10. hij. Eccl. cap. 30. & 31. Sin-
gulas quasque Ecclesiæ abiurata infidelitate ad sani-
tatem reækæ fidei reuocabat Eusebius Episcopus Vercellen-
si, maximè quod Hilarium, quem dudum cum ceteris in Italia
Episcopis in exilium trulsum esse memorauimus, re-laborat.

gressum iam & in Italiam possum, hæc eadem erga in-
itaurandas Ecclesiæ fidemque Patrum reparandam
reperit mollientem. Nisi quod Hilarius, vir naturâ lenis
& placidus, simulque eruditus, & ad persuadendum
commodissimus, rem diligenter & aptius procurabat.
Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus
& hæreticorum versatias, & nostrorum deceptio-
nes, & malè credulam simplicitatem ita diligenter ex-
posuit, vt & præsentes & longè positos, quibus ipse per-
fesse disserere viuâ voce non poterat, perfectissimâ in-
structione corrigeret. Ita duo isti viri, velut magnifica
quædam mundi lumina, Illyricum, Italianum, Galliasque
lum splendore radiatunt, vt omnes etiam de abditis an-
gulis & astrus hæreticorum tenebrae fugantur.
Hæc Ruffinus de S. Hilarij in Italia laboribus, in quam rursus
postea redit cum Mediolani Valentiniiano Imperatori subdolam
Auxentij fidem conatus est patescere. Tunc igitur coaluerit in-
ter eum Ambrosiumq. amicitia tam arcta, vt fratres hic Au-
tor vocet.

18. Gregorius Turonensis lib. de gloria Confessorum, cap. 2.
ait virtutes multas ad S. Hilarij sepulchrum ostensas
narrari, quas liber vita eius continet, non indicato aucto-
re,

re, quod alibi facit vbi à Venantio Fortunato id prestitum: ita cap. 96. Albinus autem Confessor, cuius nuper vitæ liber à Fortunato est conscriptus Presbytero, &c. & cap. 45. relato de S. Seuerino Episcopo Burdigalensi miraculo, subdit: Vitam tamen huius postquam hæc scriplimus à Fortunato Presbytero conscriptam cognouimus. & lib. 5. hist. Franc. cap. 8. de S. Germano Episcopo Parisiensi ita scribit: Si quis tamen strenuus virtutes, quas in corpore fecit, sollicitè vult inquirere, librum vitæ illius, qui à Fortunato Presbytero compositus est, legens, cuncta reperiet. Eiusdem carmen citat lib. de gloriâ Martirorum, c. 42.

Fortunatus S. Gregorio Turonensis & fortis eius.

Factus Episcopus Turonensis sive *Gregorius* an. 572. obiit circa an. 596. 17. Nouemb. Ei Venantius Fortunatus sua dicauit poëmatum. Nam Turones profectus ad S. Martini visitandum se pulchrum, cum se Gregorio Episcopo mirificè probasset, multos versus eius rogatu vario argumento fecit, eiusq; vitam propè omnem enarravit. An non ex hac mutuâ vtriusque benevolentia coniici potest, minimè omisssurum fuisse Gregorium Fortunati nomen si eum huius quoque vita scisset auctorem?

19. Quid si vita antiquior Hilarij, Pascentio illi antiquo dicata, à Fortunato denuò recensita, aut̄a, edita q; est? Bouchetus certè pasim in Annal. Aquitaniae. & Saussaius xxv. Nouemb. S. Iustum Presbyterum & S. Hilarij discipulum scribut

An. S. Hilarij anti-

lerij anti-

eruditorum amicorum Tu-

ronensis.

edita q;

eius vitæ

scripta.

S. Iustus S. Hilarij discipulus eius vitæ

scripsit.

S. Iustus S. Hilarij discipulus eius vitæ

scripsit.

Foris & Hildeber-

tus Ceno-

manensis.

testante Vestmonasteriensi, cum tamē neicum Rex esset Henricus. Verum nullus tum Cenomanus sedit Hildebrandus. B. Hildebertus anno Christi 1129. ex Cenomanensi factus Archiepiscopus Turonensis, obiit 19. Decembr. an. 1136. vitamq; scripsit S. Hugonis Abbatis Cluniacensis, quam 19. Aprilis dabimus, & carmine vitam S. Matiae Aegyptiacæ, atque aliorum Sanctorum.

Tem. I.

21. Verum vt dēmus à S. Iusto aliōve scriptam primū Ex v. A. S. Hilarij vitam, ac Pascentio fortassis illi seniori dicatam; R. I. S. probabilius tamen existimamus, eam que in manib; est, à Venantio Fortunato, sive ex veteribus monumentis erutam atque eis vel expolitam paullulūm, (vnde illa fortassis stylī à reliquis eius scriptis, vel operibus diuersitas) sive compositam de integro. Nam eadem est expolitum. primo & secundo libro Pascentij compellatio: at secundum librum constat esse Venantij vel ex quid miraculo primo narrat vixisse tum, cum ista scriberet, Probianum Episcopum Bituricensem, qui anno 555. Cœilio Parisiensi interfuit, & 111. ann. 557. obiit, ante an. 573. cum eius successor Felix eo anno Concilio Parisiensi v. subsciperit. Nā quid Pascentium dicit ante S. Hilarium, veluti peculiarem vernulam educatum, indicat in Ecclesiâ Pictauensi à puero institutum, non aliunde adscitum. Que de S. Hieronymo dicuntur, nisi sint ex priori vitâ transcripta, inapossunt exponi, vt velit tam illustria esse Hilarij gesta, ad qua vel ipse S. Hieronymus conscribenda non facile esset accessurus; & querendum quempiam S. Ambrosij similem, qui, vt ille fratrem Satyrum, ita Hilarij dignis efficerat laudibus. Nam si alioquin prior liber à coaco scriptus auctore, cur non Concilia post exilium habita in Gallia recenseret? cur eum vocat antiquissimum Pastorem, qui nuper vixisset?

§. III. S. Hilarij patria, studia, coniugium.

22. Passim Venantius Fortunatus eum Pictauis geni- Patria S. tum, situm, & satum ait, vt lib. 2. car. 16. & alibi. Hilarij præsertim lib. 8. car. 1. de seipso scribens:

Pictauis residens, quā Sanctus Hilarius olim

Natus in urbe fuit, notus in orbe Pater.

Auctor vitæ solum Aquitanum appellat: Igitur B. Hilarius, aut saltem inquit, Pictauorum urbis Epilcopus, regionis Aquita-

niae partibus oriundus fuit, quæ ab oceano Britannico

ferè millibus nonaginta sciungitur. Saussaius afferit in

pago Claro, non procul à castro Passauantiae, ipso in

Pictauensi agro, nob. li familiâ, cui à Mureto nomen,

patre Francario natum. Est Clarus vicus, castrumq; Passau-

antiae in agro non Pictauensi, sed Andegauensi ad flumium

Laionem, qui in Ligerim influit. Testatur Bouchetus cap. 6.

Annal. Aquitanie à nonnulla existimari oriundum ex Santo-

num oppido Burgo (fortè Tallaburgo) ad Carantonum

fluum; ab aliis ex inferiori Pictauorum agro, loco quem Na-

liers vocant. Burgensem appellat D. Antoninus par. 2. tit. 11. alii But-

cap. 3. Quā tamen voce Bituricenses significari alicubi obser-

guum. Addit ipse Bouchetus in ade parochiali S. Hilarij

Clissonij (Clesse vocat, iuxta Mortanium Pictauorum) pa-

rentum eius repertum sepulcrum fuisse, viginti anni antequam

opus suum ederet, nimirum circa an. Ch. 500. Patrem Fran-

carium appellat, nomen matris non exprimit. Dicitur Clisso-

nium quinque leuis ab urbe Namnetum, septem Mortanio,

ad fluviolum Sebrim.

23. Bouchetus, cumq; secutus Saussaius, aiunt primis æta-

vbi fuisse ingenio fuisse; & Romam primū, ducit.

deinde in Græciam profectum, sapientia & ratiæ eru-

ditionis ac eloquentia, assiduo decennij studio, orna-

menta comparasse, &c.

Que foris nituntur auctoritate

D. Hieronymi, qui eum ab Heliodoro Presbytero, dein Episco-

po Altinensi, in litteris Græciis adiutum scribit, epist. ad Marcel-

lam: Quo, inquit, tam familiariter vteretur, vt ab eo

quæ intelligere non posset, quomodo ab Origene es-

sent dicta, quæreret. Sed he Doctorum portiū iniucem confu-

lentium collationes erant. Gillotius ait de institutione litterarum, & vbinam bonis artibus sit imbutus, quib;ve

præceptoribus profecerit, nihil reperi.

24. Deducunt nonnulli ex ipsius verbis lib. 1. de Trinitate,

eum iam adultum ex lectione librorum Moysis & Prophetarum

fuisse ad Christianam fidem conuersum, & lauacro regenera-

tus ad fidem

adultum. Verum erit fortassis, qui ex iis verbis deducat, si conuer-

non tam conuersum quā ex verâ contemplatione ad altiorenum fuisse.

sanc& trinitatis, quibusdam velut gradibus, peruenisse

cognitionem, quā mens in nouam dicitur nativitatem per

fidem vocata, & ad cælestem regenerationem obtinen-

Vvv 3

dam

Ex v. A-
r. 115. **d**am potestati suæ permisæ. De baptismo certè dudum ante Episcopatum suscepit ipse lib. de Synodis in fine testatur: Regeneratus pridem, & in Episcopatu aliquantis per permanens, fidem Nicænam numquām nisi exultaturus audiui: sed mihi Homousij & Homiusij intelligentiam Euangelia & Apostoli intimauerunt. Vbi studium sacra scripture indicat. Optimum semper fuisse Christianum scribunt Vincentius Bellouacensis lib. 14. ca. 25. & ex eo S. Antoninus loco citato. Fortunatus infra in vitâ: A cunabulis tantâ sapientiâ primitua lactabatur infantia, vt iam tunc potuisse intelligi, Christum in suis caussis pro obtinendâ victoriâ necessarium sibi iussisse militem propagari.

Coniu-
ga-
tus ante
Episcopa-
tum,
pot. conti-
nens.
25 Coniugem duxit filiamq; ex eâ suscepit. Deinde, vt Fortunatus addit, seipsum propriâ disciplinâ coercet, intentus, quasi futuram speciem indicans, vt irreprehensibilis in templo Christi præpararetur Sacerdos. In Breuiario Romano dicitur in matrimonio quasi monachi vitam egisse. Siebat enim semper aut Episcopos virgines esse, aut post nuptias continentes, aut viduos qui vnam tantum habuissent uxorem, at certè post sacerdotium in æternum pudicos, vt post à S. Hieronymo scriptum est: cuius hac exprobatio Iouiniano facta lib. 1. aduersus eum, continentiam Episcoporum confirmat; vt miremur Bouchetum negare ab antiquis assertam. Certè confiteris, inquit Hieronymus, non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat; alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir te nebitur, sed quasi adulter damnabitur.

Filia qua-
dono nata.
26 Quando nata sit Hilario filia, inde patet quid tempore exili parentis iam nubilus fuerit. Bouchetus coniugium iniisse ait dudum ante obitum Constantini Magni, qui decepit anno Chr. 337, atque ante annum 340. Episcopum creatum. Aliquis per se in Episcopatu permanisse, vt suprà dictum est, testatur, ante turbas ab Arianis in Gallia excitatas, atque omnes & episcopos ex sacra Scriptura, non ex synodo Nicâ, didicisse.

§. IV Exilium. tempus obitus.

Concilia-
bula A-
rianorum.
Non com-
municat
iis Hila-
rius.
27 **H**ABITÀ est in Galliâ synodus Arelatensis an. Ch. 353. In eâ, aut certè Biterrensi, de quâ mox, à Saturnino Episcopo Arelatensi Arianae factionis, damnatus Hilarius quasi quem audiri vt Episcopum non oporteret; vt de se lib. contra Auxentium testatur. Successit an. Chr. 355. synodus Mediolanensis. De eâ ipse Hilarius in libello ad Constantium: Eusebius post Arelatensem synodum, cum Paulinus Episcopus tatis istorum sceleribus contrassisset, venire Mediolanum precipitur, collectâ iam illic malignantium synagogâ. At titum plerique orthodoxi in exilium Antisiftes, Arbetione & Lolliano Coss. vt Sulpicius infra nu. 2. S. Hilarius, vt lib. ad Constantium ait, se post Sanctorum virorū exilia Paulini, Eusebij, Luciferi, Dionysij, à Saturnini, & Vrsatij, & Valentis communione cum Gallicanis Episcopis separauit.

**S. Marti-
numExor-
cistam
consecrat.**
28 Eum tunc adhuc in Galliâ fuisse, ex Sulpicio Seuero de ritâ S. Martini constat. Hic enim anno 356. à militiâ missiōnem imperravit à Iuliano Cesare, vt primùm hic in Gallias venit, exercitumq; apud Vangionum ciuitatem coegerit. Exinde S. Martinus, inquit Seueros, relictâ militiâ S. Hilarium Pietauæ Episcopum ciuitatis, cuius tunc in Dei rebus spectata & cognita fides habebatur, expetiuit, & aliquamdiu apud eum commoratus est. Tentauit autem idem Hilarius, imposito Diaconij officio, sibi eum artius implicare, & ministerio vincere diuino. Sed cum saepe pessime restitisset, indignum se esse vociferans, intellexit vir altioris ingenij, hoc eum modo posse constringi, si id ei officij imponet, in quo quidam locus iniuriæ videretur. Itaque Exorcistam eum esse præcepit. Quam ille ordinationem, ne despexisse tamquam humiliorem videretur, non repudiauit. Nec multò post admonitus persoporem, vt patriam parentesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosâ sollicitudine visitaret, ex voluntate S. Hilarij protectus est, multisq;

ab eo adstrictus precibus & lacrymis, vt rediret, mœstus (vt ferunt) peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres, multa se aduersa passurum. Hac Seuerus, qui prosequitur iter S. Martini in Italiam, habitationem Mediolani, & fugam ad insulam Gallinariam, ex eâque reditum cum S. Hilarius ab exilio in Italâ & inde in Galliam reverteretur. Quare idem Seuerus censendus est duo Concilia, Arelatense & Biterrense, breuitatis causa coniunctissimæ, dum scribit: Ceterum à nostris tum apud Arelatum ac Biterras oppida Galliarum Concilia fuere. Nam Biterrense non immediate post Arelatense, sed interposito Mediolanensi contum est.

29 In Biterrensi ergo, eodem anno 356. cum hæsim Arianiam, præcipuis Episcoporum proscriptis, ingerere pararet apertius audaciusq; Saturninus, grauissimum tidei periculum longè antè prævidens S. Hilarius, Gallicanus Episcopus per factionem pseudoapostolorum ad Biterrensem synodum compulsis, cognitionem huius hærefo obtrulit. Sed huius publicæ conscientiæ, audire ingesta ab eo noluerunt: putantes se innocentiam suam posse Christo mentiri, si volentes nescirent, quod gesti postmodum essent scientes. Eiectus tum Sede sua à exilium Constantio Hilarius est, atque exinde toto tempore in exilio detenus, vt ipse lib. aduersus Constantium de se scribit. Et S. Hieronymus infra lib. de scriptoribus Eccles. Hilarius urbis Pictaviorum Aquitaniæ Episcopus factione Saturnini Arelatensis Episcopi de Synodo Byterensi Phrygiam relegatus.

30 Quarto exilij eius anno, Christi 359. habita est synodus Intercessio Seleuciensis in Isauria, ad quam euocatus idem venit Hilarius. Inde Constantinopolim profectus, audientiam Constantij posuit, vt de fide corâ aduersarii disceptaret. Sed iussu redire in Gallias, per Illyricum & Italianam splendore doctrina sue hæreticorum tenebras dissipauit; adeoq; circa finem anni 360. ad suos tur in in Galliam peruenit. Quo anno dicitur ab Hieronymo in Chronico: Hilarius Episcopus, inquit, Pictavius moritur. Ad eorumdem Imperatorum annum tertium plurima MSS. apud Pontacum, & excusum ab Alberto Mirao ea reuocant verba; quo videlicet anno dicitur ibidem, Gratianus Valentiniani filius Imperator Ambianis factus, quod ix. Kal. Septemb. Lupicino & Iouino Coss. contigit, vt ex Idatio cœsat. At Gregorius Turon. lib. 1. hisp. Franc. c. 36. aut, vt alij distinguunt, 39. Quarto, inquit, Valentiniani & Valantis anno S. Hilarius apud Pictavos, plenus sanctitate & fide, multis vndique virtutibus editis, migrauit ad cælos. Quartum vocavit annum, quod eum proximo mense Februario essent inchoaturi. Ita Hermannus Contractus anno Valentiniani & Valantis 4. Christi 367. verba S. Hieronymi suo Chronico inseruit: Hilarius Pictavius Episcopus moritur. Eundem obitus annum statuit Hareus ad eius vitam, & alij.

31 Sexto tandem anno postquam redierat, in patriâ Moritur, obiit, inquit Seuerus. Cum verò dies obitus putetur incidisse in 13. Ianuarii 357. Idus Ianuarij, referendum videtur ad annum Christi 367. quo Valentianus & Valens Imperatores tertium imperij annum explebant, & quartum auspibabantur 25. Februarij. S. Hieronymus in Chronico: Hilarius Episcopus, inquit, Pictavius moritur. Ad eorumdem Imperatorum annum tertium plurima MSS. apud Pontacum, & excusum ab Alberto Mirao ea reuocant verba; quo videlicet anno dicitur ibidem, Gratianus Valentiniani filius Imperator Ambianis factus, quod ix. Kal. Septemb. Lupicino & Iouino Coss. contigit, vt ex Idatio cœsat. At Gregorius Turon. lib. 1. hisp. Franc. c. 36. aut, vt alij distinguunt, 39. Quarto, inquit, Valentiniani & Valantis anno S. Hilarius apud Pictavos, plenus sanctitate & fide, multis vndique virtutibus editis, migrauit ad cælos. Quartum vocavit annum, quod eum proximo mense Februario essent inchoaturi. Ita Hermannus Contractus anno Valentiniani & Valantis 4. Christi 367. verba S. Hieronymi suo Chronico inseruit: Hilarius Pictavius Episcopus moritur. Eundem obitus annum statuit Hareus ad eius vitam, & alij.

32 Existimat Baronius anno 369. obiisse, propter verba Non. 369. Auxentij Ariani Mediolanensis Episcopi ad Valentinianum nec 10. an- & Valentem. Suggererat, etiam importunâ interpellatio- nus post Conc. Ari- ne, Hilarius, (vt ipse libro contra Auxentium scribit) Auxen- minense tium blasphemum esse, & omnino hostem Christi ha- venit Me- bendum: adieceratq; eum aliter credere quam Rex ipse diolanum. & alij omnes haberent. Quibus rebus permotus Im- perator, audiri eos à Quæstore & Magistro præcepit, confidentibus vna Episcopis ferè decem. Ibi Auxentius fidem subdolè mentitus, tum alia quadam falsè afferuit, tum epistolam ad Imperatores dedit, cuius hoc principium est: Ego qui-

quidem, piissimi Imperatores, existimo non oportere
sexcentorum Episcoporum unitatem, post tantos la-
bores, ex contentione paucorum hominum, refricari,
abiectis decretis ante annos decem, sicut & scripta ma-
nifestant. Baronius anno 369. num. 6. omnino censet Concilium Ariminense habitum anno Ch. 359. Eusebio & Hypatatio Coss. hic intelligi. At si vera isthac scribit mendacissimus
hereticus, qui potuit anno 369. Idibus Ianuarij obire Hila-
rius? Non nisi sub finem anni 359. aut etiam serius absoluta est
synodus Ariminensis, cum clausi iam septimum mensum
agerent intra unam urbem iniuriâ hyemis & inopia
confecti, ut Severus infra. Ab exitu vero anni 359. ad initium
369. non potuit bona fide annos 10. numerare Auxentius. Quid
quod postquam ea ille scripsit, Mediolano reuersus in Galliam
est Hilarius, librumq; contra Auxentium scripsit? Ut si de Ari-
minensi synodo accipi illa debeant, atque ab eâ numerari anni
10. usque ad hanc Mediolani habitam disceptationem, spatium
q; Hilario tribui & repetenda Gallia, & conscribenda ad E-
pisopos contra Auxentium epistola; necessariò fatendum sit eum
vix anno 370 saltem Idibus Ianuarij, obire diem potuisse. De
reditu suo ipse testatur: Cum hoc mysterium impietatis,
inquit, diu occultatum iam non taceretur; diceremque
fungi omnia, fidem negari, Deum atque homines illudi;
iubeor de Mediolano proficisci, cum consistendi in eâ
inuito Rege nulla esset libertas. Sed sit sane de synodo Ari-
minensi in epistolâ Auxentij sermo: at numeros corruptos esse fa-
tendum est; sicq; fortassis non x. annis, sed v. aut iv. scripsit.
Nam non sexenti Ariminum Episcopi conuenere, sed supra
Non fuere quadringtones non multi. Ita Severus infra num. 4. Ita missis
in Arimi- per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque
nensis 600. Magistris Officialibus acciti, aut maecti (forte coacti)
quadringtoni & aliquantò amplius Occidentales E-
pisopoi, Ariminum conuenere. Athanasius epistolâ de sy-
nodis Arimini & Seleucia, circa intium: οἱ δὲ ἐν τῇ Αριμίνῳ
συνῆλθον ἦσαν δὲ ἐν αὐτῇ Επίσκοποι ὡς πλέον. Conue-
nerunt illi Ariminum: erant autem Episcopi quadrin-
genti, & amplius. & circa medium: Τέτοις ἐπὶ μαρτυρε-
σιν οἱ νῦν ἐν τῇ Αριμίνῳ συνελθόντες Επίσκοποι ὡς πλέον.
Iis attestantur & qui nunc Ariminum conuenere E-
pisopoi quadringtoni & plures.

33 Omnino ergo existimamus S. Hilarium , contra Auxentium & Iurum, Mediolanum venisse, & Valentinianum conuenisse , cum hic ipso intercalari die anni bissextilis 364. in Oriente Imperator creatus, diuiso cum fratre Valente mox iv. Kalend. & Occidente habita post mortem Constantij contra Arianos. Episcopi Helleponiti , Bithyniae , & quicunque consubstantialem Patrem & Filium praedicabant, Legatum ad eum miserunt Hypatium Heraclae Perinthi Episcopum quatenus dignaretur interesse. Is cum adisset Imperatorem , & Episcoporum legationem intimasset, respondens Valentinianus, Mihi, inquit , cum subiecto populo de huiusmodi negotiis curiosè agere fas non est. Ut ergo videtur vobis Sacerdotibus, facite. Idem refert Sozomenus lib. 6. cap. 7. Subsecutum mox Concilium Lampsacenum, habitum an. Chri. 364. Nec seigniores Orientalibus interea Occidentales præsertim Galliani fuere Episcopi, vt patet ex epistola synodica Parisiis ante missâ ad Orientales Episcopos, in qua mentio fit litterarum de subiectâ controuersia ab Orientalibus Episcopis ad S. Hilarium missâ, vt magis inter se coniuncti orthodoxam fidem protegerent. Extat ea epistola apud Sirmundum tomo 1. Concil. Gall. missa, vt ipse opinatur , an. Christi 362. In eâ Auxentium, inquietunt, & Vrscacium, ac Valentem, Caium, Megasium, ac Iustinum, excommunicatos habemus, secundum litteras vestras; & certe, vt diximus, iuxta fratris nostri Hilarij professionem , qui se pacem cum his, qui horum sectantur errorem, habiturum negavit, &c.

S. Hilarius Valentinius 34 Abiisse porro, seu propriâ siue Coëpiscoporum auctoritatem, ex Gallia Mediolanum videtur Hilarius, quam primùm aduentare Imperatorem intellexit, cuius animus contra conuenit. Auxentij dolos ac versutias erat preoccupandus. Fuit autem Mediolani Imperator mensibus Iunio, Iulio, Augusto, Nouemb.

& Decēb. Iouiano Aug. & Varraniano. Coss. an. Ch. 364. Ex vā-
ac sequenti, Valentiniāno & Valente AA. Coss. toto penē RIIS.
anno. Ita rescripta facile XL. hinc per orbem misa, in Codice Quando
Theodosiano testantur. Si anno 369. hac acta contra Auxen. isthuc fue-
tum ab Hilario sunt, cur tam diu distulit? cur periculū negrit Valen-
lexit? Cur non opportunius tempus in ipsā Galliā oblatum ar-
ripuit? Nam Gratiano & Dagalaifo Coss. an. 366. à Ma-
rio, integro ferè anno, adfuit Rhēmīs, vt testantur rescripta plu-
rima. Anno dcinde insequenti 367. cūm grauiter agrotasset, vt 367-368.
testatur Ammianus lib. 27. cap. 12. & Zesimus lib. 4. Lupici- sc̄mper in
no & Iouino Coss. leuatusest Gratianus Aug. apud Galliū
Ambianos in tribunali à patre suo Augusto Valentii- fuit.
niano die ix. Kal. Sept. Ita Idatius. Et cur epistolam suam
Auxentius inscripsit, Beatissimis ac glorioſissimis Imper-
atoribus Valentiniāno ac Valenti Augūstis? Cur non
& Gratiano iam Augūsto, cuius nomen ferè apponi solitum
quā plurima eorum Rescripta commonstrant? sequentibus et-
iam annis, ferè in Transalpinis regionibus commoratus est Va-
lentiniānus Augūstus, vt pluribus docet per quād erudit̄ Bro-
vverus noſter lib. 4. Annal. Treuirenſium. Et quidem, vt Am-
mianus Marcellinus testatur lib. 27. cap. 22. anni tempore
iam recente (368.) Valentiniānus cum Gratiano Rhe-
num transgreditus, bellum Alemanni intulit; quibus in mon-
te non procul à Nicrifonte deuiditis, milites ad hiberna, Im-
peratores Treuiriſ reuerterunt. Sequitur annus Christi
369. quo contra Auxentium S. Hilarius Valentiniānum Me-
diolani conueniſſe dicitur. At de eo anno ita Brovverus: Annus
insequens, quo Viuentium habuerunt Galliæ Præfectū,
ab Valentiniāno & Gratiano penē totus in ordinanda
Rep. & reparacione cūm limitis, tum etiam exercitus,
Treuiriſ abſumptus. Indicant hoc Rescripta ferme
omnibus anni partibus hinc ad diuersos prouinciarum
Magistratus transmissa. Quindecim Treuiriſ Valentiniā-
no Nobilissimo & Sex. Aurelio Victore Coss. data le-
gimus. Sed de anno obitus S. Hilarij iſt̄ haec ſufficient.

ELOGIVM S. HILARII

Ex S. Hieronymo lib. de Script. Eccl.

HILARIUS urbis Pictaviorum Aquitaniae Episcopus, scopus, factione Saturnini Arelatensis Episco-
pi, de synodo Byterensi Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arrianos confecit libitos. Et alium librum b de synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit. Et in Psalmos commentarios, primum videlicet & secundum, & à quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, & à centesimo decimo octauo usque ad extremum; in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrixerat. Et alias in Constantium, quem post mortem eius scripsit. Et liber aduersus Valentem & Vrsatium, historiam Ariminensis & Seleuciensis synodi continens. Et aduersus Praefatum Salustum, siue contra Dioscorum: & liber g hymnorum & mysteriorum alias. Et h commentarij in Matthæum: & i Tractatus in Iob, quos de Graeco Originis ad sensum transtulit: & alias elegans libellus contra Auxentium: & nonnullæ ad diuersos k epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum & in i Cantica Canticorum, sed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictavis, Valentiniano & Valente regnibus.

a Vulgo de Trinitate inscribuntur.

^b Hunc apud Treuiros se manu sua descripsisse testatur S. Hieronymus lib. 1. ep. 5. ad Florentium. inscribitur de Synodis aduersus Arianos. Anno Ch. 358. ut ibidem num. 10. docet Baronius, scriptus est in exilio ad Episcopos Gallia.

c *Im̄d ad sexagesimum nonum.*

d Tres extant libri aduersus Constantium: quis eorum à morte eius scriptis sit, disceptatur. Erasmus in prefatione operibus Basilea 1550. editis prefixa, priorem ad mortuum vult scriptum, quo modice deinceps in scriptis in aliis etiam editionibus. Causam addit: Fortiter enim concipiatur, cum ceteri ad eundem duo, quorum alterum

V v v 4

Ex Syl- rum scripsit viuo, alterum etiam porrexisse creditur, blandius
PITIO loquuntur. Idem in annotationibus marginalibus irridet & Hilari-
SEVERO. um, quod Constantio minetur audacter, sed post obitum. Baronius
an. Christ. 360. num 3. contendit omnes tres scriptos esse viuo adhuc
Constantio. Et librum quem S. Hieronymus testatur post obitum
scriptum non extare. Bellarmine: de script. Eccles. opinatur finem
scriptiorum huius libri concurredisse cum fine vita Constantij, itaque post
mortem eius fuisse vulgatum, quem viuo tradendum putabat S. Hilarius scribens. Certe cum sub principio primi libri dicat: Post
sanctorum virorum exilia Paulini, Eusebij, Luciferi, Dionysij,
quinto abhinc anno; patet anno 359. vel 360. viuente adhuc Con-
stantio scriptum esse, jactem illud exordium: fuerunt enim sancti illi
viri an. 355. Lolliano & Arbetione Coss. relegati.

c Huic fragmenta ex bibliotheca Per. Pithaci eruit Nicolaus Faber,
& euulgauit an. Christ. 1598. que deinceps cum operibus excusa.
Consule Fabri prefationem.

f S. Hieron. lib. 2. ep. 1. ad Magnum oratorem Romanum: Breui li-
bello quem scripsit S. Hilarius contra Dioscorum medicum,
quid in litteris possit, ostendit. Non extat. Julianus Aug. IV. &
Secundus Salutis Promotus Coss. fuerunt an. Chr. 363. Hic tum
Praefectus erat Galliarum, Juliano percarus. Dioecorum eius in
Praefecturam Vicarium fuisse putat Baronius an. Ch. 362. num. 260.

g Afferit Gillotius, à nonnullis S. Hilario tribui hymnum de S.
Ioanne Baptista. Ut queant laxis. & de ligno Crucis: Pangeli lingua
gloriosi prælium certaminis. Coss. certe ex Concilio Toletoano IV.
habito an. Chr. 633. can. 12. seu 13. hymnos aliquot S. Hilarij cani in
officio Ecclesiastico.

h Alij Canonem in Matthæum inscribunt, quod carptim titu-
los aliquot exponat

i Solum extat fragmentum à S. Augustino lib. 2. contra Iulia-
num ex iis insertum. Meminist huius opera Cassiodorus Instr. diuin.
lett. cap. 6.

k Non tamen due epistole ad S. Augustinum, nec carmen in Ge-
nesim ad Leonem I. huius sunt; que S. Hilario Episcopo Arelaten-.
si quo agemus v. Maij. adscribuntur à Gillotio & alii.

l Non extat, nec alibi citatum legimus.

VITA S. HILARII

auctore Sulpitio Scuero 1.2. hist. Eccl.

i Vm sententiam Ariano. quod de Athanasio dederant, nostri non reci-
perent, dictum ab Imperatore pro-.
ponitur, vt qui in damnationem Athanasij non subscriberent, in exilium
pellerentur. Ceterum à nostris tum apud Arelatem

Concilia ac Biterras oppida Galliarum, Episcoporum Concilia
Arelaten-. fuere. Petebatur, vt priusquam in Athanasium sub-
scribere cogerentur, de fide potius disceptarent: nec

Arelaten-. tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicium constitisset. Sed Valens sociique eius prius

b Mediola- Athanasij damnationem extorquere cupiebant, de fide certate non ausi. Ab hoc partium confliktu agitur in

rense, exilium b Paulinus. Interea Mediolanum conuenit, ubi tum aderat Imperator. Eadem illa contentio nihil

Mediola- inuicem relaxabat. Tum Eusebius Vercellensis, &

nense. Lucifer à Caranal Sardiniae Episcopi relegati. Ceterū

C Dionysius Mediolanensis Sacerdos, in Athanasij damnationem se contentire subscriptus, dummodi de

Mediola- fide inter Episcopos quereretur. Sed Valens & Vrsatius, ceterique, metu plebis, qua Catholicam fidem

n Mediola- egregio studio conseruabat, non ausi piacula profite-
rense, ri, intra palatum congregantur. Illinc epistolam sub

Mediola- Imperatoris nomine emittunt, omni prauitate refer-
nense. tam: eo nimis consilio, vt si ea æquis auribus popu-
los recepisset, publica auctoritate cupita proferrent; sin

d Mediola- aliter fuisse excepta, omnis inuidia esset in Rege, &

Mediola- ipsa venialis: quia etiam tum & catechumenus, sacra-
nense. mentum fidei merito videretur potuisse nescire.

e Mittitur S. Hilarius in locum Episcopus subrogatur. Li-
berius quoque urbis Romæ, & Hilarius Pictororum

S. Hilarius Episcopus, dantur exilio. f Rhodanum quoque, &
in exilium.

f Dosalum Antistitem (qui natura lenior, non tam suis

Mittitur viribus, quam Hilarij societate non cesserat Arrianis) eadem conditio implicuit: cum tamen homines para-
ti essent Athanasium à communione suspendere, mo-

dò vt de fide inter Episcopos quereretur. Sed Arrianis optimum visum, præstantissimos viros à certamine submouere. Ita pulsi in exilium, quos suprà memorauimus, abhinc annos 5 quinque & quadraginta, Arbe- g

tione & Lolliano Coss. Sed Liberius paullo post Vrbi

reditur, ob seditiones Romanas. Ceterum exiles sa-
ges constat totius orbis studiis celebratos, pecunias que

ei in sumptum affatim congestas, legationibus quo-

que eos plebis Catholicae ex omnibus ferè prouincias

frequentatos.

g Interēt Arrianī non occulte, vt anteā, sed palam ac publicē hæresis piacula prædicabant: quinetiam synodus Nicenam pro se interpretantes, quam vnius litteræ adiectione corrupserant, caliginem quandam iniecerant veritati. Nam vbi δύστοιος erat scriptum, Conc.

Nicenam
deprava-
tio per A-
rianos.

quod vnius est substantia: illi δύστοιος, quod est simili

substantia, scriptum esse dicebant: concedentes si

militidinem, dum adimerent vnitatem: quia multum

ab vnitate similitudo distaret, vt, verbi gratiâ, pictura

humani corporis esset homini similis, nec tamen habe-
ret hominis veritatem. Sed quidam ex his vltre proce-.

serant, anomœousiam, id est, dissimilem substantiam

confruentes. Eoque his certaminibus processum, vt

istiusmodi piaculis orbis terrarum implicarerent. Nam

Italiam, Illyricum, atque Orientem Valens & Vrsatius,

*ceterique, quorum nomina edidimus, infecerant. Gal-
*lias nostras Saturninus Arelatenus Episcopus, homo**

impotens & faetiosus, premebat. Oliu quoque ab

Hispaniā in eamdem per fidiam concessisse, opinio

fuit: quod cō mirum atque incredibile videtur, quia

omni ferè ætatis suæ tempore constantissimus nostri

partium, & Nicenam synodus auctore illo confecta

habebatur: nisi fatiscente æuo (etenim maior centena-

rio fuit, b vt S. Hilarius in epistolis refert) delirauerit. b

Quibus rebus perturbato orbe terrarum, & morbo

quodam Ecclesiis languentibus, segnior quidem, sed

non minus grauis cura Principem exercebat: quod li-

cet Arrianī, quibus fauebat, superiores viderentur,

necum tamen de fide inter Episcopos conueniret.

h Igitur apud Ariminum, urbem Italæ, synodum

congregari iubet: idque i Tauro Praefecto imperat, vt

collectos in vnum non ante dimitteret, quām in vnam fidem consentirent; promisso eidem consulatu, si rem

Conc. A-
rianis
anno 359.

remittente effici tradiisset. Ita missis per Illyricum, Italiam, A-

fricam, Hispanias, Galliasque magistris officialibus,

acciti aut k maſti quadringenti & aliquantò amplius

Occidentales Episcopi, Ariminum conuenere: quibus

omnibus annona & cellaria dare Imperator præce-
perat. Sed id nostris, id est, Aquitanis, Gallis, ac Britan-

nis indecens visum: repudiatis fiscalibus, propriis sum-

ptibus viuere maluerunt. Tres tantum ex Britanniæ,

inopiat proprie, publico vli sunt, cum oblatam à ceteris

collationem respulserint; sanctius putantes fiscum gra-

uare, quām singulos. Hoc ego Gaudium Episcopum

nostrum, quasi obtemperante solitu audiui;

sed longè aliter senserim: laudique attribuo Episco-

pis, tam pauperes fuisse, vt nihil proprium haberent,

*neque ab aliis potius quām fisco sumerent, vbi nem-
*inem grauabant, ita in vtriusque egregium exemplum.**

De reliquis nihil memoriam dignum traditur. sed redeo

ad ordinem.

i Postea quām omnes, vt suprà dictum, in vnum

collecti sunt, fit partium secessio. Ecclesiam nostri ob-

tinent; Arrianī, tum ædem tum de industria vacantem,

orationis loco capiunt: sed hi non amplius quām oco-

ginta. Reliqui nostrorum partium erant. Igitur frequen-

tibus Cœciliis nihil actum, nostris in fide manentibus,

illis de perfidiâ non cedentibus. Ad postremum pla-

cuit, decem Legatos mitti ad Imperatorem, vt quæ es-

Legati ad

sciret quæ fides & sententia cognoscet, sciret quæ Caſarem

pacem cum hæreticis esse non posse. Idem Arrianī fa-

mittunt, mittuntque numero pari legatos, qui aduersum tur.

nostros coram Imperatore configerent. Sed ex parte

nostro-

nostrorum leguntur homines adolescentes, parum docti, & parum cauti: ab Arrianis autem missi, senes, callici, & ingenio valentes, vetero perfidie imbuti, qui apud Regem facile superiores extiterunt. Sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communione inirent, omniaque integra synodo reseruerant.

S. Hilarius intercessit Concilium Seleuciensis. 6 Interim in Oriente, exemplo Occidentalium, Imperator iubet cunctos ferè Episcopos apud Seleuciam Isauriæ oppidum congregari. Quâ tempestate Hilarius, quartum iam exilij annum in Phrygiâ agens, inter reliquos Episcopos, per m' Vicarium ac Præsidem

m' datae evectionis copia adesse compellitur; cùm tamen nihil de eo specialiter mandasset Imperator. Iudices tantum generalem iussionem secuti, quâ omnes Episcopos ad Concilium cogere iubebantur, hunc quoque inter reliquos n' volentes miscuerent, vt ego coniicio: Dei nutu ita gestum, vt vir diuinarum rerum instrutissimus, cùm de fide disceptandum erat, interesset. Is vbi Seleuciam venit, magno cum fauore exceptus, omnium in se animos, & studia conuerterat. Ac primum quæsitum ab eo, quæ esset Gallorum fides: quia tum Arrianis praua de nobis vulgantibus, suspecti ab Orientalibus habebamur, trionymam solitarij Dei vñionem secundum Sabellium credidisse, sed depositâ fide suâ, iuxta ea quæ Nicæ erant à Patribus conscripta, Occidentalibus perhibuit testimonium. Ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communio- nis, nec non etiam in societatem receptrus, concilioque ascitus est. Agi deinde cœptum: reperiique prauæ hæresis auctores, atque ab Ecclesiæ corpore auulsi. In eo numero fuere, o Georgius ab Alexandriâ, Acacius, Eudoxius, Vranius, Leontius, Theodosius, Euagrius, Theodulus.

cum legatis abit ad Imperato- ram. 7 Sed confectâ synodo, decreta ad Imperatorem legatio, quæ gesta insinuarerit. Damnati quoque ad Regem protecti, satis freti sociorum viribus, & Principis societate. Interea Legatos Ariminensis Concilij ex parte nostrorum compellit Imperator vñiti hæreticorum communioni: ei demque conscriptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus inuolutam, quæ Catholicam disciplinam, perfidiam latente, loqueretur. Namque Vsiæ verbum tamquam ambiguum, & temere à Patribus usurpatum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum, sub specie falsæ rationis abolebat, ne vnius cum Patre substantia Filius crederetur. Eadem fides similem Patti Filium fatebatur: sed interiorius aderat fraus parata, vt esset similis, non esset æqualis. Ita dimissis Legatis, Præfecto mandatum, vt synodus non ante laxaret, quâm conscriptæ fidei confentire se omnes subscriptionibus profiterentur. Ac, si qui pertinaciùs obfisterent, dummodi numerus intra quindecim esset, in exilium pellerentur. Sed regressis Legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio.

Lapsus Occidentalium Episcoporum. 8 Enim uero compertis quæ decreta erant, maior rerum & consiliorum perturbatio: dein paullatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenij, partim rædio peregrinationis euicti, dedere se aduersariis, iam post redditum Legatorum superioribus, & ecclesiastis nostris inde detrusis obtinentibus. Factaque semel inclinatione animorum, cateruatum in partem alteram concessum: donec ad viginti usque nostrorum numerus imminutus est. Sed hi quantò pauciores, tantò validiores erant: constantissimusque inter eos habebatur noster p' Fægadius, & Seruatio Tungorum Episcopus. Hos, quia minis & terriculis non cesserant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, mitiora vti considerent. Clausos intra vnam urbem Episcopos iam septimum mensem agere: iniuriâ hiemis & inopiâ confessis, nullam spem reuersionis dari: quis tandem esset finis: sequerentur plurimum exemplum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. Et enim uero Fægadius patatum se exilio, atque ad omne suppli-

cium, in quod deposceretur; profiteri, se ab Arrianis Ex SVL conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamini- PITIO SEVERO. ne aliquot dies tracti. Vbi parum ad pacem proficie- bant, paullatim & ipse infraetior, ad extremum propo- sitâ conditione euincitur. Namque Valens & Ursatius affirmantes, presentem fidem Catholicâ ratione conceptram, ab Orientalibus, Imperatore auctore, prola- tam, cum piaculo repudiari, vt quis discordiarum finis foret, si quæ Orientalibus placuisset, Occidentalibus displiceret: Postremò si quid minus plenè præsenti fi- de editum videtur, ipsi adderent, quæ addenda pu- tarent: præbituros se, in his quæ essent adiecta, consen- sum. Fauorabilis professio pronis omnium animis ex- cepta: nec ultrâ nostri repugnare ausi, iam quoquo mo- do finem rebus imponere cupientes. Dein concepta à Faus A. Fægadio & Seruatione professiones, edi coepere: in rianorum, quis primùm damnatur Arrius, tota que eius perfidia: ceterum non etiam Patri æqualis, & sine initio, sine té- pore Dei Filius pronuntiatur. Tum Valens, tamquam nostros adiuuās, subiecit sententiam, cui inerat occul- tus dolus: Filium Dei non esse creaturam sicut ceteras creaturas, se felicitque audientes fraus professionis. Et- enim his verbis, quibus similis esse ceteris creaturis Fia- lius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronunciabatur. Ita neutra pars viciisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arrianis, professiones vero postea adiectæ pro nostris erat: præ- ter illam quam Valens subiunxit, quæ tum non intel- lecta, sero demum animaduersa est. Hoc vero modo Concilium dimissum bono initio, fœdo exitu est con- summatum.

9 Igitur Arriani rebus nimis prosperè & secun- dūm vota fluentibus, Constantinopolim ad Impera- torem concurrunt: ibi repertos Seleuciensis synodi le- Orientales gatos, vi regiâ compellunt, exemplo Occidentalium, Episcopi dire ve- ptuam illam fidem recipere. Plerique abnuentes iniu- xantur.

10 Aderat ibi tum Hilarius, à Seleuciâ Legatos se- S. Hilarius cutus, nullis certis de se mandatis, opperens Imperato- remittitur, voluntatem, si forsitan redire ad exilium iuberetur. in Galliâ, Is vbi extremum fidei periculum animaduertit, Occi- dentalibus deceptis, Orientales per scelus vinci; q' tribus libellis publicè datis audientiam Regis poposcit, vt de fide coram aduersariis disceptaret. Id vero Arriani ma- ximoperè abnuere. Postremò quasi discordiæ semina- sed adhuc rium & perturbator Orientis, redire ad Gallias iube- exul. tur, absque exilij indulgentiâ. Verum vbi permensus est orbem penè terrarum, malo perfidiæ infestum, du- bius animi, & magnâ curarum mole æstuans, cùm ple- risque videbatur non ineundam cum his communio- nem, qui Ariminensem synodum receperint, optimum factu arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, Lapjot atque omniibus ferè Episcopis de errore profitentibus, Episcopos apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pri- stinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelatenium Episcopus, vir sanè pessimus, & ingenio malo, prauoque: verumetiam præter hæresis infamiam, multis atque infandis crimi- nibus conuictus, Ecclesiâ electus est. Ita partium vi- res amissio duce infractæ: Paternus etiam à Petrocoris æquè vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacer- dotio pulsus: ceteris venia data. Illud apud omnes con- stitit, vnius Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Ceterum Lucifer tum Antiochiae longè diuersâ sententiâ fuit. Nam intantum eos, qui Arimini fuerant, condemnavit, vt se etiam ab eorum communione secreteur, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia receperint. Id recte, an perpetram consti- Moritur. tuerit,

AVCT.
FORTV-
NATO.

tuerit, dicere non ausim. Paullinus & Rhodanus in Phrygiā defuncti. Hilarius sexto anno postquam re-dierat, in patriā obiit.

a Coniungit Auctor breuitatis ergo duo concilia, ut §. 4. monui-mus. Arelatense anno 353. inde Mediolanense 355. Biterrense 356. habita sunt. Conuale Baronum annis citata & Sirmondum tom. I. Conciliorum Gallia.

b S. Hilarius in fragmentis: In Arlatensi oppido frater & co-ministerius Paulinus Ecclesiae Treuirorum Episcopus, eorum se perditioni simulatione non miserit. Et qualis fuit illa sententia, exponam, à quā referens voluntatem indignus Ecclesiae ab Episcopis, dignus exilio à Rege est iudicatus. De S. Paulino agemus xxxi. Augusti.

c Colitur S. Eusebius i. Augusti, Dionysius 25. Maij. De Luce-fero agemus 20. Maij. Putat Giselinus à Caralis legendum: recte. Calaris Ptolomeo lib. 3. alius Caralis, clarissima Sardinia civitas & sedes nunc regi Prefecti.

d Sub mortem baptizatus est ab Euzoio Ariano Episcopo. Socrati lib. 2. cap. 4.6.

e Carolus Sigonius legit: Episcopus Auxentius subrogatur. De eo intruso agunt S. Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes. S. Ambrosius in orationibus ad Valentianum.

f Baronius an Ch. 356. num. 109. corrigit ex antiquiori exemplari, uti & Catelius, Rhodanus quoque Tolosanum Antistitem. Meminit eius exilij S. Hieronymi in Chronico. Rhodanus dicitur in vita S. Athanasii & apud Marianum Scotum. Nusquam autem reperimus catalogo Sanctorum adscriptum, cum tamen constet in exilio & quē ac S. Paulinum Treuirem esse mortuum.

g Scriptis Severus antē, omne tempus se in Silicinem Consulē direxisse, qui fuit cum Aureliano an. Chr. 400. & conuenit cum hoc anno 355. quo habuisse Concilium Mediolanense; ex quo plurimi missi in exilium, nondum tamen S. Hilarius.

h Sigonius suspicatur verba hac glossema esse, quid auctor alibi nominet Hilarius omisso titulo Sancti. Deinde locus ille non reperi-tur, ubi S. Hilarius dixerit tum centenario maiorem fuisse Hos-ium. Sed nulla eius extant epistola, quia tamen scriptis. Dixit certè quidem Hosij deliramenta lib. 1. contra Constantium; ut vere vi-deatur non bene de eo sensisse. Alij Hosium excusant, ut Baronius & Biuarius in Dextri Chronicon an. 360. num. 2.

i Taurus Praefectus Pratorio Italia fuit. Eius meminit Marcel-linus lib. 21. illi Praefecto reliqui Magistratus parebant. Hac acta anno 359. Biennio pōst Taurus cum Florentio Consul fuit.

k Forte coacti. Galenius apud Giselinum, acciti numeratique.

l Sigonius, vita in vtriusque egregium exemplum.

m Dua erant Phrygia Pacatiana & Salutaris, habebantq; si-

gula Vicarium & Praesidem. Consule Notitiam Imperij Ori-en-talis.

n Sigonius legit volentem; cui si noluissest, indices vim facturi non fuissent.

o Agunt de his S. Athanasius lib. de synodis, Socrates lib. 2. ca. 11. Sozomenus lib. 4. cap. 21. ibi Vranius Tyri, Acacius Cesarea Palesti-na, Eudoxius Antiochiae Episcopi vocantur. Acta synodi describit S. Hilarius lib. contra Constantium, ubi prae sentem se adfuisse praefat: ad fuere uniuersim Episcopi 150.

p Al. Fægadius, Sebadius, Phœdarius, Febadius; restiūs, censente Scalgero, Phœdarius, vulgo S. Fiary, Episcopus Agennen-sis in Aquitaniam, colitur 25. Aprilis. successit ei Gaudius, quem hic citat Severus. S. Seruatus, seu Seruatio 13. Maij colitur.

q Tres hi libelli non extant. Alij erant à libraria aduersari Constantium, de quibus antē adūm. Vide Baron an. Chr. 360. num. 3.

r Debet in catalogo Epise. Petragoricensem apud Ioannem Che-nu & Claudium Robertum: sed ante annum Christi millesimum sestum enumerant Episcopos.

VITA AVCTORE FORTVNATO. LIBER I.

PRÆFATIO AVCTORIS.

DOMINO sancto, & meritissimo Patri, Pascen-tio Papæ Fortunatus.

Religiosi peccatoris studio sollicitante commonitus, Papa beatissime, diuinis in actibus cū sacri conuersatione propositi iugiter exercitatis intentus, & intendis exercitandus: ut facile sit perspicuum, ad culturam Ecclesiasticæ disciplinæ & fuisse te genitum & esse prouectum; cū irrefragabiliter veteris

dispositionis Catholici dogmatis fundamenta custos observas; & ad ædificationem plebis amantisimæ, veluti bonus instructor adiiciendo aliquid, culmen fabricæ continuare festinas, non sine timore diuino. Cu-pascen-tius in-re, quid de actibus sacratissimi viri Hilarij Confessio-citatis, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia, quasi per fortuna-culiarem b vernulam, familiariter entruit, vt impensi sum ad munera vel verba c rependerem, & si non plenè, vel hanc vitam scribenda. quadam ex parte complexa perstringerem: quatenus b dum gregis auribus vox quodammodo & vita pastoris antiquissimi resonaret, & ille probaret ministerium, & ipse tuum non celares affectum.

2 Sed cū mei ingenij breuitatem mensuro, adeò B. Hilarij immensitatem fortē cognosco, vt penē mihi videatur æquale, ram istud posse dicere, quām digito cælum tangere: præsertim quod etiam Beati (vt au-Excusat dio) Hieronymi torrens illud eloquium recusauerit hic suam tenuitatem, qui huic materiei sese imparem eatenus iudicauerit, vt raseret. Ego vero, cui nullius scientiæ irri-gua fluenta succurrunt; quem vix stillicidij pauperis attenuata gutta perfudit, nihil proprio de fonte respīrans; quā temeritate inter ingentia flumina, Euphratem B. Hilarij, & Nilum Hieronymi, siccōs velim cursus extendere, cū de illo, etiam doctissimi viri quidquid dicere potuerunt, minus est quām meretur? Et cū virum sanctissimum consultius mihi sic mirari quām loqui, æquabilis fuerat hæc B. Ambrosio de tracte scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebant. Tamen etsi cum meā verecundiam vobis quidem obedientiam, & illi impendo, de quo non dñe loquor, fortasse injuriam: sed concedi per veniam credimus, quod deuotione peccatur. Et ne protracta pagina fastidium potius generet, quām prouocet auditorem, nunc de eius vita p̄ponamus.

a Ita Venantius Fortunatus in prefatione poëmatum, quia S. Gre-gori Episcopo Turonensi diceauit: Domino fæcto & dote merito-rum factis altaribus, adscito pariter & educto, Gregorio Papæ Fortunatus. Hoc nomen Papæ latus olim patuit, quam ut in solum Romanum Pontificem conueniret, & passim occurrit vel leuiter ve-terum monumenta Patrum, qui seculo 4. & 5. vixerunt, insipienti: ut ad citatum locum obseruant Bravverus. De Pascen-tio Episcopo Pictaviensi, & Fortunato scriptore suprà actum.

b Alij vernaculum, c Ms. S. Max. repuderes.

C A P V T I.

S. Hilarij coniugium, Episcopatus, exilium.

3 **I**GTVR B. Hilarius Pictauorum urbis Episcopus regionis Aquitaniae partibus a oriundus fuit, quæ ab Oceano Britannico ferè milibus b nonaginta sciun-gitur. Apud Gallicanas familias lāpade nobilitatis non obscurus, imò magis præ cæteris gratiâ generositatis, nitore peccoris addito ornatus, quasi refulgenz lucifer genu, inter astra processit. Cuius à cunabulis tantâ sapientiâ primitia lactabatur infantia, vt iam tunc potuisset in-India, necessarium sibi iussisse militem propagari. Denique coniux, coniugem habens & filiam, ita plenitudine Domini ve-nerabiles animos Ecclesiasticæ regulæ tradidit infor-mandos, vt adhuc in laicali propolito constitutus, di-uino nutu Pontificis gratiam possideret: ita seipsum propriâ disciplinâ coercetab intentus, quasi futuram speciem indicans, vt irreprehensibilis in templo Christi præpararetur Sacerdos.

4 Nam quod inter mortales adhuc valde videtur Hæreticos difficile, tam cautum esse quemquam, qui se à Iudeis auersatur vel hereticis cibo suspendat; adeò vit sanctissimus ho-laicus Catholice religionis abhorruit, vt non dicam conuiuim, sed neque salutatio fuerit cum his prætereunti communis. Vitabat hæc Davidico suffultus exemplo, Ps. 68. 23 ne cum hæreticis mensam participando, fieret illi in scandalum. O quām perfectissimum laicum, cuius imi-tatores ipsi etiam esse desiderant Sacerdotes: cui non fuit

Omnes adiudicat. fuit aliud vivere nisi Christum cum dilectione timere, & cum timore diligere! Cuius sequaces currunt ad gloriam; diuertentes ad peccatum: credenti succedunt praemia; recusanti tormenta. Qui omnes de piæ religionis opere commonens, nunc alios de confessione inestimabilis sanctæ Trinitatis informans, nunc reliquos promissione regni cœlestis inuitans, non cessabat in plebem verba veritatis, fructu fidei redundantia, seminare.

Pit Episcopus. 5 Quo cognito de S. Hilario, quoniam tantum lumen, et si voluisse, latere non potuit; (quippe necessarium, ut alienas tenebras in lucem transferret;) concordante fauore populi, aut potius Dei spiritu proclamante, vit olim mysteriis deputatus, aliquando sacris altaribus Sacerdos electus est. Crescebat in eo quotidie opinio, famulatrix virtutum; nec erat fama eius contenta circumetas tantum Gallias illustrare, sed exteras nationes & regiones implebat, meritorum gratia percurrente, idque actum est, ut in toto orbe velociter beati Pontificis gloria militaret.

Arianis generosè se opponit. 6 Igitur e Constanti Imperatoris tempore, cum Ariana hæresis, venenata de radice flore toxico pulularet, tunc vit sanctissimus timore nudus, fidei feruente vestitus, quasi signifer belligerator per medias acies inter hostiles fremitus, inter haereticos gladios se ingerebat, Christi caritate securus: nihil de suâ morte formidans, illud solùm metuens, ne præiudicium religioni, quod absit, illatum præualeret. Hinc à Valente & Vratio Episcopis, qui prauâ credulitate Ecclesiam Dei turbare pertinaciter insistebant, Imperatori persuasum est, ut vitum eruditissimum, de quo loquimur, &

In exilium Phrygiam. mittitur in Dionysium Mediolanensem, & Eusebium Vercellensem exilio condemnaret. Nihil enim poterat ante insuperabilem S. Hilarij facundiam haereticus obtinere: sperabat enim hostis fidei, alias se nebulas splendori Catholico posse prætendere, si retrusus exilio vir talis à certamine defuisset: quoniam si quis peruersus voluit cum illo configere, ac si mutus & claudus, nec verba poterat proferre, nec responsibus currere; sed quasi natans in pelago, ante fluctum eius eloquentiae mergebatur. Itaque in Phrygiam, Asia regionem, missus exilio, ad augmentum virtutis gratias egit: quia quantum pro nomine Christi longius discedebat de solo proprio, tantum merebatur fieri vicinior cælo.

Aprefilia sua persuader virginitatem. 7 Qui dum ad locum peruenisset optabilem, nobis tacendum non est, quod illi diuinus concessum est. Næco tempore, sancto sibi Spíritu reuelante, cognovit quod Beatissimam f Apram filiam suam, quam cum matre Piætauis reliquerat, quidam iuuenis nobilissimus, prædines, pulcherrimus, coniugij vinculo sibi quereret adhærendam. Sed ipse interuentu orationis assidue, cælestem illi sponsum sine contaminatione prouiderat. Mox opportunitate reperta, manu propriâ subscriptam filiæ dixit epistolam, sufficienti sale conditam, & velut aromaticis vnguentis infusam, quæ tenetur Piætauis pro munere conservata: indicans ei quod talen sponsum anxius pater illi prouidisset, cuius nobilitas cælos ascenderet, pulchritudo rosarum & liliorum comparationem præcederet, oculi gemmarum lumen obnubilarent: vestis candorem niuis opimeret, ornamenta inestimabili fulgore vernarent, diuitiaz intra se regna concluderent, sapientia incomprehensibilis emanaret, dulcedo suai mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suauitate fragraret, thesauri sine defecctione constarent. Addit ergo monitis, ut filia nulli se prius à matre diuisa coniungeret, quâm ut patrem expectaret sibi pollicitum, & sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Apra dulciter excipiens, & quasi sponsum fururum in epistolâ patris amplectens, admonitionem secura est, nulli se in coniugio resoluens. Sed qualiter ad illum sponsum peruerterit locus in sequenti seruatur.

a Piætauis natum scribit S. Hieronymus ad Paulam & Eusto-

chium in prefatione lib. 2. Comment. in epist. S. Pauli ad Galatas: Avct. Hilarius, inquit, Latina eloquentia Rhodanus, Gallus & Picta. Fortius genitus est. Vide prolegomena. §. 3.

NATO.

b Alij octoginta.

c Constantius cum fratribus Constantino & Constante capi imperare 22. Maij anni 337. solus vero anno 350. Tunc Ariana perfida, que a Constantini Magni, ac deinde in Occidente Constantis metu hastenus aliquantulum continuera, caput erexit.

d Alij floris toxicis.

e Sulpitius Severus lib. 2. hist. Principes malistiis habebant à Singiduno Vrikus, Valens à Mursa, &c. S. Athanasius Apol. 1. contra Arianos homines Pannonios vocat. & disput. 1. contra Arianos ait à principio ut nouitios catechismos ab Ario institutos. De Singiduno egimus paulo antea cum de Hermyle & Stratonico. Mursa, Ptolemaeo Mursia colonia, oppidum est Pannonia inferioris.

f Alij Abra dicitur. collit 13. Decemb. Hinc colligit Bellarmine epistolam ad Apram, certò à S. Hilario sciptam, quam spuriam dixerat Erasmus.

g Hac ex ipsâ epistolâ desumpta sunt.

C A P V T I I.

Gesta in exilio, redditus in Galliam.

8 IN TERA cùm toto orbe Ariana hæresis peruer- profici- sitas pulularet, dato generaliter Imperatoris edi- tur ad cō- cto; iussum est, ut omnes orientales Episcopi apud cil. Selen- Seleuciam Isauriæ oppidum conuenirent, disceptatu- ri quid sentirent de fidei veritate. Tunc inter reliquos, a b quarto iam exilio anno, de Phrygiâ S. Hilarius in prædictum locum, datâ sibi pergendî evectione, ad syno- dum venire compellitur.

9 Qui quoddam castellum dum adisset, die Domini ingressus est templum: moxque à Florentia puella d gentilis, irrumens multitudinem populi, voce magna S. Floren- seruum Dei illuc aduenisse testata est: & ad pedes eius tiam ba- accurrens, nō cessauit petere, nisi signum crucis ab ipso p̄triat. sibi fieri fideliter impetrasset. Quā Florentius pater te- curus, & cuncta familia, in nomine Domini meruerūt pariter baptizari. Quā Florentia, relictis parentibus, vestigiis eius inhærens, usque Pictauos perducta est. Patrem vero se habere, non à quo generata est, sed per quem regenerata est, p̄dicabat.

10 Cumq; Seleuciam peruenisset, magno fauore p̄f. conci- à cunctis exceptus est, ed quod diuina misericordia lium adit talem prudentissimum virum, & singulari eruditione Imperato- compertum, in spectaculo mundi produxerit, vbi erat rem. de fide censendum. Hinc post examinationem agnitis hostibus & oppressis, decretis in scripto conditis: pro- spera gerens synodi ad Imperatorem dirigitur legatio: cum quā perexit S. Hilarius, quamvis ei non fuisset iniunctum, metuens ne adhuc contra religionis dogma- ta respiraret damnata perfidia.

11 Sed differere longum est, qualiter in Ariminensi synodo compositâ mentione, aliud ex alio referens fraus haeretica, serpentino lapsu subrepserit: & quomo- dò postea Legatis Seleucensibus per Imperatoris ini- quitatem ipsa est illata calumnia. Quod athleta Chri- sti B. Hilarius agnoscens, gratiiter dolet apud Arimi- num diaboli præualuisse mendacium; intantum vt & Posit p̄- Orientales partes similiter composito prauitatis fuso blicam cit inficerat. Imperatori autem tribus libellis oblatis, pre- disputa- ces effudit, vt in eius conspectu collectis aduersariis, zionem. esset ei contra haereticos disceptandi de religione li- centia, ne veritatem falsitas obumbraret, ne iniquitas æquitati præualeret, ne Imperator Deo resisteret, ne fidei perfidia rebellaret.

12 Vnde Valens & Vratio, conscientia reatu per- territi; quoniam si daretur facultas certandi, mox se re- cognoscabant Hilarij contentione prostrati, sollicitant Imperatoris animum, iam magnâ ex parte captiuum, vt ipsum Dei virum redire ad Gallias perureret, di- centes, illo præsente haeretica non posse machinamenta tur in proficere. Quo obtentu, ad Gallias compulsus reuerti- Gallias. tur, putans amplius se pati exilium, quod illuc perturba- tionem Ecclesiæ relinquebat, termino disceptationis

non

AVCT.
FORTV-
NATO.

non consecuto. O beatum Pontificem, qui in summo discrimine, inimico etiam sibi iudice, adiit tribunal Imperij, sine timore tormenti! Verè totis visceribus diligebat Christi regnum, qui non formidabat in principatu Constantium. Nam quid se pro Domino sic ingerebat apero periculo, optabat martyrium, si non defuisse percussor: & tamen animus sumpsi gloriam, et si tempus non intulit pœnam. Sed hunc ipsum diuino nutu tum seruatum testificor, pro correctione multorum. Nam penè totum mundum graui errore cōfusum, factis saepius in Galliâ synodis, per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum, confitetur lingua multorum. Quid autem interest, vel sibi pro æternâ virtute factum fuisse Martyrem, vel amplius vixisse, reliqui ne perirent? Igitur sanctissimam animam et si gladius persecutoris nō abstulit, ipse tamen palmam martyrij non amisiit.

S. Martini in Galliâ **13** Itaque dum regredetur Hilarius ad propria, tunc B. Martinus, æquè meritorum lumine non absens, qui ab eodem, S. Hilario exorcista est, postea constitutus, cognito eius aduentu, Romain festinanter occurrit. Quem cum iam præterisse cognosceret, eum virtutis imitator habet. usque ad Gallias est confectus. Neque enim Martinus, qui adhuc catechumenus Christum chlamyde suā testum videre meruit, illi deuotus occurreret, nisi per omnia mysteriis plenum in eo spiritum præuidisset. Nec mirum, si ille, qui Deum prius vidit in paupere, postea illum habitare cognosceret in Doctore.

14 Illud etiam nobis non conuenit tam nobile preterire miraculum. Nam cum circa Gallinariam insulam propinquaret, relatione agnouit vicinorum, ibidē Gallinaria ingentia serpentum volumina sine numero peruagata serpentes in insula & ob hoc quamvis illis hæc insula videretur vicina, perpetuum propter inaccessibilem tamen locum longius illis fugat. debatur esse, quād Africa. Quo audito, vir Dei sentiens sibi de bestiali pugnā venire victoriā, in nomine Domini, præcedente Crucis auxilio, descendit in insulam, eoq̄e viso serpentes in fugam conuersti sunt, non tolerantes eius adspicuum. Tunc baculum figens in terram, quasi metam, quoisque deberent excurrere, virtutis potentia designauit: nec amplius libertas est illis occupare, quod vertuit, tamquam si hæc insula non sit terra, sed pelagus, dum semper illam partem verentur attingere: faciliter erat illis mare transire, quād vocem. O immutabilem terminum, de sermone plantatum! Apparet, quantum est melior Adam secundus antiquo. Ille serpenti paruit: iste seruos habet, qui possunt serpentibus imperare. Ille per bestiam de sede Paradisi projectus est: iste de suis cubilibus serpentes exclusit. Depositus anguis antiquum mendacium, qui dicit implere mandatum. O Hilarij dulce medicamentum & gineracum, ante quem sine morā venena fugata sunt. Addidit terram hominibus, quia in loco bellue incolæ translinigrant. Sed reuertamur ad ordinem.

a Initia hac synodus 27. Septemb. an. Chr. 359. coram Lauricio Isauria Praefide, & Leonâ Comite. Socrates lib. 1. cap. 31.

b Idem scribunt Seuerus suprà, & Gregor. Turonensis lib. de glor. Conf. cap. 2.

c Seuerus, datâ cuectionis copiâ, id est, ut Sigenius exponit, tuti itineris fide. Ita legitur lib. 12. Codicis, de cursu publico: Cuectionis copiam, cum proficiendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est.

*d Sanffarius in appendice ad Martyrol. Gallicanum, ex monum-
tis Ecclesiæ Pictaviensis refert eius natalem 1. Decemb. Alia celebris
Virgo à S. Hilario instituta S. Triasia colitur 16. Augusti.*

*e Videtur hac vox postea glossema aliquius, & perperam irrepro-
fesse, cum sine eâ sensus confleret; & dicatur S. Martinus à Sulpicio Seu-
ero in eius vita, ante exilium. S. Hilarij Exorcista ordinatus. De o-
cursu ita idem Sulpitius: Cum S. Martinus S. Hilario comparsisset*

Regis pœnitentiâ potestatem indulcam fuisse redeundi, Romæ ei tentauit occurrere, profectusque ad Vibem est. Cū iam Hilarij præteriisset, ita eum est vestigiis prosecutus.

f Ad Gallinariam insulam S. Martinus, teste Sulpitio in eius vi-

tâ, & Sozomeno lib. 3. cap. 13. ob persecutionem Auxentij Mediolano

secesserat: ex quâ prodit salutatus ab exilio reducem Hilarium. Est

hæc insula, ut sit Sozomenus, parua & ædificiorum expers, in mari Tusco sine Ligustico, contra montes Ligusticos & Albingianum, unde nunc vulgo, Iola d'Arbenga dicitur Ital. Varro lib. 3. de re Gallinaria rusticâ cap. 9. & Columella lib. 8. cap. 2. traducit à copiâ gallinarum insula. rufisticarum, sive siluaticarum dictam. Templum iſhie S. Hilario deinde eretum narras Bellouacensis lib. 14. cap. 51. occasione huius miraculi: Quidam puer, inquit, dum ad sepem obdormiuit, iacens ore aperto, ingressum in se serpenti parauit. Quo comperto parentes eius statuerunt eum secum ire ad basilicam S. Hilarij in Gallinariâ insulâ post serpentum exterminationem extrectam. Et quia nullus (vt fertur) potestibi vivere serpens, timabant fortè ne puer obfulam ingresso, coluber in eius ventre moreretur: sed hoc in Sancti pietate constituentes, festinanter ad locum percurrunt, intrantesque mox le pavimento ecclesiæ prosterunt, Deum & S. Hilarium pro salute pueri gementes depositunt. Tunc ore puer euomitur, imò quasi iussus coluber prograditur, progreſſu que, veneno statim coram omnibus effuso qui aderant, moritur. *Item miraculum commemorat Bouche-
rus parte 1. cap. 15. Sed Pictavius in basilicâ S. Hilarij, non in Gallinariâ insulâ vult curarum puerum fuisse. Verum in os eius subiisse ser-
pentem ait non procul & in insula è quâ angues omnes ac serpentes S. Hilarij slim fugârunt. Eā insulam ait apud Pictones esse & Dyus appellat. Certe MS. Riparij hic ita habet: circa Dives Galliarum insulam. Eam Bouchetus ad rupes Primatienses sitam opinatur.
Handprocul Rapellâ Yues vicum exhibet tabula in Alnofo, &
pontem d'Yues; forè iſhie & insula illa d'Yues fuerit: nisi alia in
Pictaviensi diocesi circa Monicortorum, à Diuo amne insula Diua,
au Diui dicta sit.*

C A P V T III.

*Mortui suscitatio. obitus filia, uxoris,
& ipsius Hilaryj.*

15 *C*VM de exilio regressus introiuit Pictavius, summo fauore plaudebant & omnes pariter, ed quid Ecclesia receperisset Pontificem, gressus pastorem: & *Summa* acsi omnes cum ipso tunc redissent ad patriam, ita sine gratula- illo se exiles fuisse deslebant. Itaque B. Martinum in *rione exci-
picio* Tegiaco dum præcepisset consistere, virtute di- *Pi-
caus.*

16 Denique post aliquot dies infans quidam sine baptismo regeneratione defunctus est, duplice morte damnatus: præsentem amiserat lucem, & pœnam futuri seculi non carebat. Tunc mater extincti, quæ iam mater non erat, dum filium non habebat, prouoluta ad pedes S. Hilarij, præcedentibus lacrymis, nati sui corpus effudit, exclamans: Martinus adhuc incipiens, catechumenum mortuum reuocauit ad vitam: tu Pontifex redde, rogo, filium, aut mihi, aut baptismō. Qui populi Pater agnosceris, vt mater ego vocer, quæso, obtineas. *Mortuum
suscitat.* Sic illâ plus lacrymis petente, quād verbis, com- motus est pietate vir Dei, & spectante populo, ad consueta arma recurrens, in terram prosternitur. Mox paullatim defuncti pallor in ruborem conuertitur: frigida membra reuocato spiritu intepescunt: oculi aperi- tis palpebrarum ianuis peregrinum lumen agnoscunt: vox adducto aëre de pectoris domicilio conflata pro- ficitur: gressus suis vestigiis rediuuius extenditur: atque in anterioris fundamenti statum, tota fabrica renouatur. Quid plura? Tamdiu iacuit Sacerdos in puluere, donec pariter surgerent, senex de oratione, infans de morte. Ecce vita laudabilis, quæ de alterius corpore necem precibus fugauit: spoliauit tartarum, spem ha- bens in Christo. Mors ibi iura non tenuit, ubi Hilarius vim orationis ingessit. Sed tanta res non potest nostris verbis plus ornari, quād ipsius meritis. Nunc verò memorandum est, quod suprà e promisimus, qualiter miracula reliqua hoc subiecto miraculo cumulauit.

17 Denique cum Beatissimam Apram filiam suam, ad quam de exilio destinauit epistolam, in columem inueniisset, alloquitur eam, quomodo dulcedo poterat patris, & facundia oratoris. Quid dicam? Alloquitur illam Hilarius, cuius eloquentia post ipsum comparare aliquem vix audemus, nisi qui fuerit Spiritu diuino, calitus ut ille, repletus: tentat eius animum, si velit sponsum obiner: attingere, quem patris gratia prouiderat. Tuncliben-

*Apra filia
mortem
calitus
obiner:*

ter ac desideranter, ut eeleriter ei iungeretur, orabat. Quam voluntatem pius pater agnoscens, intentus orationibus, non cessauit, donec sine dolore, sine contagio, se præsentem, filia de mundi ludibrio migraret ad Christum: quam propriis manibus^a, ut decuit, venerandæ tradidit & sepulturæ. O funeris gloria, quæ melior habetur quam vita: quia quod terræ subripuit, in cælum transmisit. Verè, ut ego considero, plus fuit, quam resuscitari, sic mori. Certa enim salus est, non contaminari peccatis. Quanti cuperent, rebus cum vitâ traditis, talem transitum comparare, si mercatorem foritan inuenirent! Quid distat inter viuificati infantis, & filiæ mortificata mysterium, nisi quod illum resuscitauit ad baptisatum, hanc destinauit ad regnum; & quod in illo adhuc spes peccandi restabat, hæc immaculata vitam finierat?

*deinde
vixori.*

18 Quod cùm vidisset mater B. Apræ, à Pontifice postulat, vt & ipsa, si mereretur, erepta de mundi criminis, cum filiâ præsentaretur ad regnum. Cuius vota considerans, assidue oratione, & ipsam ante se transmisit ad gloriam. *e* Quis æstimaturus est, talem virum ita dilexisse Dominum, coniugis & filiæ affectu contemptus? Tamen in hoc magis illas amasse cognoscitur, cùm per ipsum lumini perpetuo transferuntur.

*Hilarij
libri,*

19 Quis verò abundantiam rigantis ingenij contendat euoluere, aut eius verba verbis valeat exæquare? Qualiter ille indiuisa Trinitatis libros stylotamente contexuit, aut scripta Davidici carminis & sermone cothurnato per singula referant! Quam fuit in discretione prouidus, in tractatu profundus, per litteraram eloquens, per virtutem mirabilis, in complexionibus multiplex, in resolutione subtilis, astutus iuxta prophetiam, in prudens, iuxta Domini vocem, vt serpens, columba simplicis gratiam non amittens! Ipse conditi sal ingenij, fons loquendi, thesaurus scientiæ, lux doctrinæ, defensor Ecclesiæ, hostiū oppugnator. Cuius dicta qui legerit, non credet dicere, sed tornare. Hoc fuit ultra hominem sapere, tam cautè de religione censere. Sed qui vult ipsum agnoscere, eius exilia memoret, merita respiciat, volumina relegat, digesta perpendat, signa quotidiana percenseat. Qui dum superstes fuit in hoc seculo, aut scripsit Ecclesiastica fidei documenta, aut pugnando calcavit heretica crimina, aut petenti tribuit miraculorum suffragia: quæ, volente Domino, vsque in hodiernum diem eius orationibus perseverant. Sed mea lingua non sufficit singularim de Spiritu sancto, qui per eum operatus est, & locutus, sicut illi dignum est, cuncta proferre. Det mihi prius veniam, quia multa præteri, qui vix pauca conscripsi.

mors.

20 Ita beatissimi Hilarij de præsenti seculo vita, Valente & Valentianino regnantibus, cum gloriâ hinc gravit ad Christum, terrâ plorante, cælo grudente, eodem Iesu Christo præstante, qui cum Patre & Spiritu sancto, viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amé.

a S. Hieronymus in dialogo contra Luciferianos: Tunc Hilarium suum de prælio reuertentem Galliarum Ecclesiæ complexa.

b Subpicus in eius vita: Cùm ab eo gratissime fuisse Martini exceptus, haud longè sibi ab oppido monasterium constituit, quo tempore se ei quidam catechumenus innixit, quem deinde à morte eius meritis resuscitatum narrat. *Locus monasterii alius Tyacus, Legudiacus, & Goteloicacus dicitur, in Breviario Sarum Lugduniacus.*

c Al. prætermisimus.

d Sausaius 13. Decembr. nite purissimum huius corpus à S. Hilario in ecclesiâ SS. Ioannis & Pauli extra urbicos muros sepultum. At si statim à patris reditu obit, nondum ea ecclesia SS. Ioanni & Paulo erat dicata, quippe qui nōdum subierant martyrii.

e Sausaius ibidem: Pone cuius tumulum Virginis beatæ, eiusdem mater in omni pietate consummata paulo post meruit sepeliri.

f S. Hieronymus lib. 2. ep. 1. ad Magnum oratorem Romanum: Hilarius, inquit, meorum Confessor temporum & Episcopus, duodecim Quintiliani libros & stylo imitatus est & numero.

g Idem lib. 2. ep. 1. ad Paulinum: S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & cùm Græcia floribus adornetur, longis in-

Tom. I.

terdum periodis involuitur, & à electione simpliciorum Fratrum Avgt. procul est.

h De obitu ita Bellouacensis lib. 14. c. 51. Post multa igitur & NATO. magna miracula S. Hilarius infirmatus, cum obitum suum immobile cognosceret, fecit ad se venire Leontium eiusdem ciuitatis Presbyterum, quem maximè diligebat. Dumque immobile nocte eum exire, & si quid foris audiret nuntiare iussisset; & ipse voces tumultuantis populi ciuitatis se audisse reuerrens exposuit. Et cum iuxta eum vigilaret, finem eius expectans, media nocte iubetur exire, & quid audire possit iacenti referret: qui dum se audisse nil renuntiat, mox nimia claritas, quam etiam Presbyter suffere non poterat, intravit ad eum, & sic paulatim recedente lumine migravit ad Dominum. S. Leontius, alias Leonius, & Leo, S. Hilarius in exilio comes, colitur 1. Februarij.

LIBER II. DE EIVS MIRACVLIS.

PROLOGVS.

DO MINO sancto, & meritis beatissimo Patri Pasce-tio Papæ, & in Christo florigerâ perenniter caritate vernantibus Ecclesiæ Pietauenis habi-tatoribus, Fortunatus.

Cùm veteres infidelium conditores voluminum *Causæ eloquentiæ* suæ pompam cunctis ostendere, caussa *scriptorij*, prouocauerit opinionis inflatæ; dum inter Regum vota seu funera, id est prospera vel aduersa, confusio vocis ordine, quodammodo anisi sunt cœtare pariter & plorare; vt vel hi qui dixerunt, vel de quibus locuti sunt, faltem in libris viuerent, etiæ vacuis actibus inaniter defecissent; cur ego melioris spei sollicitatus instinetu, patiar reticere summi Confessoris viuentia merita, & victorias, non sine, quod absit, vindictæ cœlestis incursum: cùm vix debita soluerem, si de B. Hilarij indeficiens lampadis splendore, infatigabili voce, die continua-tâ cum nocte pariter decantarem *r. Quâ verò vel irreti-tus insciâ*, vel impulsus offensâ, in eâ voluntate sub graui torpore persisterem; vt cùm illi decepti plurimo tractatu, de resolutâ imbratum imagine nonnulla cō-ficerent, & in puluorem redacta cadavera falsis quasi laudibus animarent; ego de Sanctis permanentibus, &c, quod est felicius, in regno Chrtisti quotidie florentibus, nihil referrem: præsertim ubi diuersa diuersarum partium videtur esse caussa mercedum, quod gentiles frumentum laboris sui in inani tantum fauore voluerunt cō-sistere; nos autem oporteat in beatorum virorum in-tercessione plantare? Quibus hinc si verba soluimus, il-
Sanctoru *Multa* *Hilarij* *miracula* *ignota Au-*
guerenda *intercessio.*

2 Merito itaque cum ceteris, & me de se loqui com-pellit, qui etiam mütos, vt loquantur, absoluit. Sed quam plura superstes in corpore fecerit, vel quanta operatus sit, postquam æternam in requiem, plauden-tibus Angelis, ad Christum viator de mundi certamine transmigravit etiæ non potui, annorum vetustate subtri-piente, contingere; attamen vel quæ præsenti tempore miracula misericors præbuit, cupio indigenti memorij fractione fraudare: vt quisquis hæc fideli, sicut concedet, audiuit percepit, & præterita se cognoscere gaudeat, & similia fieri virtute Confessoris in futurum confidat.

a Ms. Ripat. viss.

C A P V T I.

Agri, cæci, contracti, leprosi sanati.

3 *GITVR* Probianus cùm dubijs iam vitæ penderet in fine, & spem conualecundæ infantiæ mors in-
Probianus *moribundus*
uida patentibus subripere festinaret, nec parvuli funus sanatur, acerbum considerans, nec desideria ingemilcentis se-

X xx ne datus

VITA S. HILARII EPISCOP. PICTAV.

794

Auct. FORTVNATO. ne statutis spectans, auida, quidquid inuenit, extra sortem cuncta concludens, sola tamen intercessione B. Hilarij restiterat moribundo salutis occasio. Quem Franco suus genitor, & Periculosa mater, quae magis conuerso nomine filij periclitabatur in nece, iam quasi defuncti præmeditantes exequias, cum ingenti luctu & fletu in Confessoris tabernaculum detulerunt. Tunc S. Hilarius ab auctore suo secretæ artis exhibens medicinā, consuetus de dispendio funeris reddere compendia sanitatis, subiit membrorum fluentem fabricam verbo operante erexit, & in statum pristinum, tamquam si nihil in eâ fuisset solutum, reformauit: moxque parentum lacrymas latitiae mole superueniente succauit: gemitus voto succedente præclausi; ubi iam per dolorem non erat, sed præ gaudio, quod plorarent. Quas pœnas, quæ tormenta, mox ipsa tunc pœculit, quando illud quod credebat inuadere, sic amisit? Profecto quando alterum viætrix ferire non potuit, se se iam vita percussit. Qui tamen Probianus postea apicē promeruit obtinere Pontificis, & usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici, singulis annis vita debitor tributa persoluit.

Episcopus, quotannis vota soluit. **b** Illud quoque nobis est tam singulare miraculum, pro gloriâ collatoris, ad memoriam populi reuocandum. Nam cùm à Cadurcis venissent duo homines, leproæ maculis immurati, spem suæ salutis in S. Hilarij intercessione fundantes persistebant, de pulvere, qui ab eius sepulcro abstergebatur, sua cum aquâ lauantes capita, & membra reliqua perungentes. Tam diu sibi tam curam fideliter impenderunt, & donec infirmitatis ipsius ulcerosa varietas de corpore, quod captiuauerat, captiuæ migraret; ut decepta suis solatiis, colorem, quem inuaferat, iniuiolatum relinqueret: & quam secum attulerat, turpitudinis speciem non teneret. Post innumerabilia itaque vulnera, membris omnibus instaurata est cutis vna. Vultus ille diuturnâ deletus sorte, suâ cœpit in ambobus repingi imagine, nec agnoscî, qualis fuerat per infirmitatem. Per fidelissimum namque pulueris lauacrum Pietaus purificis illis inuentus est Lordanis, & non ipsi ad fluvium, sed ipsi fluvius hîc occurrit: ex quo tam prædabilis paruit miseratio Confessoris; quòd & laborem eis longinquâ itineris abstulit, & salutis vota porrexit. O quam inæstimabilium clauerunt documenta virtutum, vbi sepulcri immunditia mundauerunt maculas lepræ! Cuius hoc facere cura potuisse artificis, qui de tali puluere ferret beneficia medicinæ? Ex quibus **d** Castricus Diaconus, & **e** Crispus Subdiaconus institutus, ad eius obsequium usque in finem suam, per quem sanati sunt, adhæserunt.

f Et merito illius elegerunt sustinere iuga **f** Domini, à quo à pœnâ liberi sunt esse. **g** Quædam puella in hanc vitam veniens, dexteram mortuam traxerat, naturâ formante, & debilem manus in speciem globi collegerant neuorum fila contracta: fluxa suo stamine digitorum tela marcebat. Tunc occurrens ad Beatissimi Hilarij sepulturam, intercessione eius viuacibus est officiis ordinata. Paullatim mobilis vigor articulos stupentes & yngues irrepit. Post longa tempora manus illi tunc nata est, cùm sensit munera Confessoris. Extincta venit matri ab vetero, viua rediit de Sancti sepulcro. Ecce quam larga remuneratoris est pietas, ut quæ natura non genuit, hic membra suppleret.

Cœcurvisus **co** Nec illud quidem præterire conuenit, quod co-reditur. **co** post vota felici successit. Nam cùm ad B. Martini limina pro recipiendo lumine intentus properaret, in S. Hilarij præteriens templum ingressus est. Quod dum vigilias officio solito Cleri celebrarent, manè facta, apertis oculis, ipse diem cœpit aliis nuntiare, qui semper egebat audire. Apud quem vna semper nox erat, tenebras illi S. Hilarius è nocte purgavit. Qui numquæ viderat ornamenta diei, cœpit illi nouus sol miræ claritatis nasci. Tunc illi fabricata sunt omnia, quan-

do eorum meruit videre facturam: & ut ita dicam, quodammodo illi post se mundus est natus, cùm factus est agnitus. Cœcus ad B. Martini ecclesiam festinabat accedere; iste hunc in suo templo dignatus est illuminare. Quanta micat gratia donatoris, qui præuenit desideria supplicantis!

a Bouchetus cap. 15. **g** Cladius Robertus hunc ait ut sit Probianum, sive Probatianum, Episcopum Bituricensem xxiv. qui anno Pelagi Papæ 2. Childeberti 44. Christi 555. subscriptis Concilio Parisiensi II. & biennio post prefusus Parisiensi III. adeoq; attigit tempora Venantij Fortunati, ut §. 2. diximus.

b Cadurcorum metropolis in Aquitanâ primâ Cadurcam, ad Oldum flumen, urbs Episcopalis sub Archiepiscopatu Bituricensi.

c Bouchetus nono die sanatos scribit.

d Bouchetus, Castrerius.

e Ms. Ripa: Crispio. Bouchetus Crispio; & additum hoc miraculū tontigisse statim post translationem reliquiarum, de quâ infra.

f Al. dominij.

g Felix appellatur à Boucheto.

C A P V T I I .

Victoria obtenta, alia miracula.

7 **Q**uid dignum etiam referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in Regem collatum? Denique **a** Clodoueus Rex dum contra haereticam gentem pugnatur, armatas haberet acies, **b** mediâ nocte meruit de basilicâ beati viri lumen super se veniens ad spicere, admonitus etiam ut festinaret, sed nō **c** Clodoues lumine ac venerabilis loci oratione, aduersus hostes confli- voce pro-mittit ob-
staturus descendenter. Quod ille diligenter obseruans, **d** in ergo, & orationi occursens, tantâ prosperitate, altero pro se victoriæ pugnatur, processit ad bellum, ut intra horam diei tertiam, ultra humana vota sortiretur à Domino victoriæ. Vbi multitudo occisorum cadaverum & colles ex se visa sit montium erexit. Ecce terribiliter formidans prodigia, & delectabiliter amplectenda miracula! Parum illi fuit pro solatio Regis, signum ostendere lumen, nisi aperte monitus addidisset & vocis. Simile quoddam contigit Israëlitice gentis tempore huius causâ virtutis. Nam ibi columna ignis populum præcesserat, hic figura lampadis admonebat. Vellem nosse, quod fuerit tanti ardoris secretum mysterium, tam manifestè prolatum. Sed quantum ipso inspirante videor agnoscere, non tacebo. Nam contra haereticas acies, sicut olim in corpore, non cessauit spiritu dimicare; **d** ita credebat sibi contra Alaricum Arianum iterum bellandi redire constantiam. Quanta fuit illi semper pro cultu Catholicæ religionis auditas, cùm in re quie posito, adhuc sollicitudinis non desit vberitas! Nā qui tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo arma tractauit victoriæ.

8 Mulier in vico Tonaciaco, dum aquam ad opus **Rursum** suum deportaret die Dominicæ, (non est meum nosse, manue quo præuenta peccato) manus eius attracta est, vena contraria atrecto discursu. Tunc reuelatione commonita est, ut ad Sancti limina, si veller salua fieri, properaret. Quod illa fidens nuntio, tamquam cum ipso sanitatis suæ præciatore, læta cucurrit. Et dum in ecclesiâ psallebatur, similiter in absolutione die Dominicæ, quo præcesserat pœna, secuta sunt gaudia. Ecce confuetudinem patroni singularis amabilem, qui ut inueniat quod præstet, & cauillæ exquirit. O beatum Hilarium, omnium corde, ore, voce cantandum! Cuius tam larga benignitas est, ut non solùm se alicui non abscondat, sed vitro ingerat! Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi.

9 Quædam paralytica, annis adulta puella, sine vi- **Paralytika** ta viuebat officiis. Cui intra funus extinti corporis **fanatur**. tantum superstes anima palpitabat, & in toto cadavere lumina quasi sola vigebant, ac velut mortua in se membra vigilantes oculi custodiebant. Non lingua torpens intra palati cameram volubilis excurrebat: nec imo ducta de pectori vox collata poterat per verba disponni:

e ni: non manus, cùm soluta languesceret, naturè debita seruitia dissoluebat: neque pes instabilis e membrorum ruinas sustinebat. Adhuc totius corporis infabricata massa torpebat. Quæ in eius solennitatis die intra ecclesiam posita, cum ingenti fauore, spectantibus omnibus, est erecta. Sicque in vnius debilis corpore miracula plura Sanctus compleuit: attenuata genuum vestigia roborauit, linguam rigentem flexibilitati vocis & facilitati aptauit, ad vsum lanificij debiles quandam palmas armavit, lineamenta viscerum gratiâ p̄ij munera animauit. Aliquando igitur vetus infans in verba prorupit, & quod est conspicuum, voce primâ lactis alimenta quæsiuit. Ergo vt talis cibus inter omnes posceretur, quid aliud datur intelligi, nisi quando sanata est, tunc prius credidisse se nasci?

*Repellitur
donum,
nolentis
offerre.*

10 Nec illud tam fidele mysterium obliuione noxiâ subtrahatur. Itaque cùm duo negotiatores ad Beati basilicam occurrisserent, habentes formam ceræ quasi socialiter in commune; quidam ex his alloquitur alterum, vt eam, et si tam parvam rem, tamen tanto Confessori vel libenter offerrent. Sed incassum sua verba in animo socij nolentis expendit. Ipse tamen cum collegâ suo in oratione prosternitur, ceram illam occultè ante tremendi sepulcri cancellos exponit. Mox ad omnem æqualitatem ceræ ipsius forma se diuisit, & parte illius fidelis oblatoris acceptâ, pars altera, videntibus pluribus, voluendo usque ad alias cancellos, nutu diuino cum omni contumeliâ est repulsa: quasi nollet Sanctus inuadere, quod alter illi deuotus non obtulit: & quoniam semper abhorruit, quod ex fide non venit; tam certus in iudicio quâm misericors est in voto. O quâm incorruptibilis arbitrii claret! f Castior est iste in examinatione doni, quâm in electione florum illa, qua certaina casta producit. Tunc itaque ille, qui offerre noluit, admitti criminis se teste confusus, & immensi pudoris reatu percussus, postquam vidit sibi à radice suæ conscientiæ tantæ turpitudinis oprobria pullulasse, & in faciem occulte cogitationis facinora reuelata adspexit, considerauit, ingemuit & defleuit: vt saltē lacrymarum fonte rigante diluerer, quod corde delinquente fœdauit. Qui postea maiora obtulit exactus, ceræ iudicio castigante.

*Ignis non
ledit op-
erimentum
sepulcri
S. Hilarij.*

11 Item cùm iuxta consuetudinem, quadam nocte cereus ibi illuminatus fuisset, casu super sepulcrum eius, qui intercessione suâ mortuos viuiscat, ardēs corruit, ita vt superg maforrem, quo cecidit, sine laſione aliquâ peraderet. Nam in quantum fuit cerei longitudo, certa iacens inuenta est, papyro consumptâ, tamquam si confinium cera ipsa fecisset inter ignem & pallium, vt s. Hilarij. ab ipsâ inueniretur defendi per quam potuisset exuri. Attendite beneficium: vt obediretur Confessoris præcepto, quam semper scit subdere & consumere, hic ceram ignis expandit: quam ad ardendi auxilium sumperat, ipsa ei visa est repugnasse. Sed inter hæc illud potius admonet, vt dicatur in virtute Confessoris, quas edidit cera flamas, extinxisse, & conuerso ordine illud à quo vorari potuit præfocasse. Diuersæ species suam visæ sunt naturam mutasse: ne quid enim hæc incendia lacerent, pallium pro marmore, cera fuit pro flumine. Sed quantum est apud illum cerei lumen extingue, qui cœcorum lumen accedit aut cùm ad alterius cadaveris sepulturam oculorum ignem redintegrat, quâm facile credimus de sepulcro proprio vt flamas expellar.

*Epilogus
libri.*

13 Vellem adhuc insatiatus sacratissimi viri miracula, quasi peculiariter decantare: sed vereor, ne vnde meam cupio deuotionem ostendere, auditoris animum, fastidio nascente, videar obturare. Da mihi pie veniam de textus huius paruitate; da casui culpam: ne dum hominis cupio vitare fastidia, videar incurtere Confessoris offendam, de quo exigua dicere, si liberos implerem. Sed præsumo plurima de te minùs di-

Tom. I.

cere, vt de te legere populum breuitas plus inuitet, *Aver.
auxiliante Domino nostro Iesu Christo, Amen.* *Portu-
NATO.*

a Chlodouæus I. regnauit ab anno circiter 481. per annos trigesima, ad annū circiter 511. qui quinto ante mortem anno, ut testatur Gregorius Turon. lib. 1. cap. 43. Christi 507. cum Alarico Gothorum Rege Arianu dimicauit in campo Vocladiensi, decimo ab urbe Pictaviorum milliario, ac ce so eius exercitus Regem ipsum suapc peremuit.

b Gregorius Turon. Veniente Rege (*Chlodoueo*) apud Pictavios, dum eminus in tentoriis commoraretur, pharus ignea de basilica S. Hilarij egredia, visa est ei tamquam super se aduenire, scilicet vt lumine beati Confessoris adiutus Hilarij liberius hereticas acies, contra quas sapè idem Sacerdos pro fide confixet, debellarer. *Eadem habent gesta Regum Francorum à Frehero primo, deinde à d. Cheyne tcmo. scriptorum Gallie edita. Fredegarius Scholast. historia Francorum epitomata cap. 35. ait. Chlodoueum multis muneribus ecclesiam S. Martini & S. Hilarij ducas, quorum fultus auxilio hac cernitur impletæ. Legenda etiam gesta Francorum Roriconis monachi apud eundem du Cheyne, & vita S. Remigij per Hinmarum.*

c *Al.* tanta iacuit in loco, vt collis ipse ab hoc visus sit se erexisse in altum.

d *Al.* Credebat contra Alaricum Arianum iterum rediisse Constantium. *Qui sensus haud faris constat. Alludit tamen certè ad certaminem ab Hilario contra Constantium Augustum suscepit.*

e *Al.* membrorum structuram sustinebat. *Al.* membra ruitura sustentabat.

f *Al.* cautor.

g *Ad cap. 6. prima vita S. Gudilæ 8. Januar. nu. 21. alia significatione hoc verbum acceptum. Consule onomasticon Rosvveydi.*

ALIVD S. HILARII MIRACULVM.

Ex S. Gregorio Turon. de glor. Confess. cap. 2.

H ILARIVS beatissimus quarto exilij anno ad urbem propriam est regressus, impletoque operis boni cursu, migravit ad Dominum. Ad eius beatum sepulcrum multæ quidem virtutes ostensæ narrantur, quas liber vitæ eius continet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mundati sunt. Mons enim erat in a Galabitano territorio, cognomento b Helanus, lacum habens magnum: ad quem cerro tempore Ad Helanum lacum rusticorum, quasi libamina lacui illi exhibens, linteamina proiiciebat, ac pannos qui ad vsum perserratio. vestimenti virilis præbentur, nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas casei ac ceræ vel panis, diuersasq; species, vnuquisque iuxta vires suas, quæ dinumerare perlongum puto. Veniebant autem cum plaustris portum cibumque deferentes, macantes animalia, & per triduum epulantes. Quartâ autem die cùm discedere Tempestas deberent, anticipabat eos tempestas cum tonitruo & annuer- coruscatione validâ: & intantum imber ingens cum la- saria à pidum violentiâ descendebat, vt vix se quisquam eo- rum putaret euadere. Sic fiebat per singulos annos, & inuoluebatur insipiens populus in errore. Post multa verò tempora, quidam Sacerdos ex vrbe ipsâ Episco- patu adsumpto accessit ad locum, prædicauitque tur- bis vt absisterent ab his, ne cælesti irâ consumerentur. Sed nequaquam eius prædicatio à crudâ rusticitate re- cipiebatur. Tunc inspirante diuinitate Sacerdos Dei S. Hilarij basilicam in honore B. Hilarij Pictauiensis eminùs ab reliquo orâ stagni ædificauit, in quâ reliquias eius locauit, di- superstitione populo: Nolite filiolii, nolite peccare ante Domi- & tempe- num: nulla est enim religio in stagno. Nolite maculare fias. animas vestras in his ritibus vanis, sed potius cognosci- te Deum, & amicis eius venerationem impeñdite: adorate autem S. Hilarium Dei Antistitem, cuius hæc reliquiae sunt conditæ: ipse enim potest pro vobis apud Dei misericordiam intercessor existere. Tunc homines compuncti corde conuersi sunt: & relinquentes lacum, omnia quæ ibidem proiicere erant soliti, ad lan- etam basilicam cōferabant: & sic ab errore, quo vinclati fuerant, relaxati sunt: sed & tempestas deinceps à loco illo prohibita est: nec vltiā in hac solennitate, quæ Dei erat, nocuit, postquam beati Confessoris ibidem sunt reliquiae collocatae.

Xxx 2

a Ga-

Ex GAL- a Gabali Cesuri lib. 7. **Gabales Plinio**, hodie le pays de Giauldan. **Sidonius carmine lico lo.** Gabales Plinio, hodie le pays de Giauldan. **Sidonius carmine lico lo.** Gabales Plinio, hodie le pays de Giauldan. **Bovche-** 24. terram Galalem satis niuosam vocat. Montem habet altissimum. **Tl.** Loseram, in cuius radicibus oritur Elaueris fluvius, ubi in proxima valle est urbs Episcopalis Mimate, decanus Episcopo S. Firmino xiv. Ianuarij agemus.
b Alias Hilarum. Bouchetus, la fontaine & lac des Helles. videtur pars Olerce, cum quo sub Cœuanis montibus continetur, quibus ab Aquitanie Galliam Narbonensem separat Aufonus carm. de Narbon. hi alii Cœuanæ, Cœuanæ, Gebennæ, Gebennici, & Cœmeni dicuntur.

c Bouchetus scribit hanc ecclesiam, haud procul Rupella distan- tem, sūtate parochiale fuisse, dictam S. Hilarij de Palude. Ve- rum cūm S. Gregorius dicas in Gabalitano fuisse, qui potuit esse Ru- pella vicina?

ALIA MIRACVLA.

Ex Flodoardi historiâ Remensi lib. 4. c. 48.

Paralytica sanata. i SVNT h̄c Remisæ ecclesiæ duæ in honore S. Hilarij: vna infra ciuitatem, in quâ nuper quædam puella contracta & paralytica diuinâ est ereta virtute. Altera quæ est antiquior ecclesia ante portam Martis sita, quam b S. Rigobertus Pontifex antecessoribus nostris Clericis ad sepulturam ipsorum dedit. Quæ dudum scilicet ante discessiōnem vel expulsiōnem Domini c Artaldi Episcopi crebris illustrabatur miraculis. Vnde & tunc ab eo, ciuibus quoque suffragia ferentibus, teatris ac nouis est reparata laquearibus. Nam quidam cœcus nomine Paulus, admonitus in somnis vt ad eamdem pergeret ecclesiam, lumen ibi recepturus aduenit, & recuperato lumine (nec mora) videns abscessit.
Cœcus il- 2 Quidam ex Episcopi familiis cūm ad ipsam per- geret ecclesiam, pescatorem cum pescibus ante fore ecclesiae obuium habuit: quos apprehēdens velut empru- rbus abstulit. At pauper ille pescator, vt inde sibi cum S. Hilario conuenire, deuotationum clamores lugubri mente in eum ingessit. At ille despiciens huiuscemodi voces, ecclesiam quasi Missam auditurus intravit. Vbi dum staret, subito corruit, grauiterque vexatus eiicitur. De quâ vexatione non paruo tempore laborauit. In huius ecclesiæ cœmitorio quidam d Scotigena Dei seruus olim sepultus est.
Fur puni- tuis. a Plurima per Galliam S. Hilario ereta templo vicorum nomina indicant. Alia ecclesie in Remensi territorio referuntur ab eodem Flodoardo lib. 1. c. 25. antiquitatem ereta. Fabricauit enim S. Theodulphus (qui 1. Maij celebratur) basilicam in honore S. Hilarij, quod cursum sui duplicaret laboris. b Erat Abbas monasterij S. Theodorici tribus à ciuitate milibus separati, ut ibidem Flodoard. cap. 24. colitur S. Theodoricus 1. Iulij. vixerunt ambo secuto sexto.

b S. Rigoberti vitam dedimus iv. Ianuar. c Artaldus, sive Artoldus, xxxvi. Episcopus Remensis ordinatur an. 912. De eius expulsiōne Flodoardus testis oculatus lib. 4. c. 28. d Hic est S. Merolitanus, cuius vitam dubimus xix. Maij.

ALIA MIRACVLA.

à Joanne Boucheto Gallicè scripta.

Infirmata Janata.

i ICTAVENSEM S. Hilarij basilicam adiit mulier quædam, inopâ ac vi- rium languore ex æquo pressa. Ibi prece ad Deum sanctumque Antistitem fusâ, leui sopore corripitur, sibi que sanctum videre visa est, monentem vt ad S. Petri ædem se conferret, eiusque imploraret opem, præsentem continuò expertura. Paret illico, viresque recuperat.

Barbari similitatio derentia.

2 Quo tempore in Aquitaniam Dani irrupere, di- rasque latè strages dedere, ex iis quidam homo nefarius Christo se nomen dare & baptismo tinge velle professus est; pollicitus plurimum se illi prouinciae al- laturnum emolumenti, si se suscipere de sacro fonte Comes b Arnulphus volueret. Annuit Comes. Baptismo ablutus est barbarus, non vt serio religionem Christia-

nam complectetur, sed vt titus illius curiosè explora- ret. Ab his igitur de more induitus, in Chorum ecclesiæ ad S. Hilarij sepulcrum introduxitur. Sudum erat & inube cælum: subitaq[ue]men vis venti, candidum, quo indignus erat, amictum à capite ac corpore eius reuelli, vatioq[ue] turbine per basilicam circumfre- mens, in auras evanuit. Barbarus in autâ obstinatus superstitione abicessit.

3 c Mulier quædam, Goda nomine, cœca tibisque ita miserè contrahit, vt alijsque alieno incedere admiculio nequirit, Dei Sancti que Hilarij inuocauit auxiliū, ecclesiæque Pictauensem religiosè visitauit; vbi cœca & contrachit tertio cu- rsum gradieriisque facultatem diuinus adepta est. rata.

Verum vix domum redierat, cūm & lumenibus rursum est, & tibiis capta. Pictauos redit: incolunis denud abscedit. Idque tertio evenit. Tandem in vicinis cō- morati ædibus statuit, quas denud curata coemitt, tem- ploque vertendo, & alijs id genus obsequiis religiosam Sancto seruuit seruitutem. Hoc vero idcirco aiunt accidisse, quod in priorillo domicilio nescio quid identidem perpetrabat delicti, quo diuinam prouocabat vltionem.

4 Miserat Frotbandus monasterij S. Genouefæ Par- risis Abbas S. Hilarij reliquias ad propinquum quem- piam vicum, altarii inferendas. Id dum fieret vasti duo Serpentes fugati. prodeunt, atque templo egressi, subito extinguntur. Ad eos serpentibus nullquam cura statio est, vbi S. Hilarij fuerint pignora: quippe qui & serpentes olim fugā- rit, & serpentinas hæreticorum linguis vicerit.

5 Quædam, insidente corpus cacoëdæmone, sensi- bus erat ac ratione orbata: Pictauos ad S. Hilarij edem mena- perducitur: funduntur ad Deum ac Sanctum preces: effugatur dæmon: illa omni deinceps eius infestatio- ne, adeoque & ægritudine caruit.

6 Circiter annum Christi millesimum octogesimum, Piertonam Comes d Guillelmus Gauffredus (is qui e Monasterium-nouum Pictauis condidit) primo diluculo ad preces matutinas, quæ in S. Hilarij æde peragebantur, duobus solùm comitatus famulis, pe- disse quo altero, altero cubiculario, adibat: ingressus offendit pedibus fasciculum strophio inuolutum, tolli à famulo iubet, & cūm in eis libras viginti quinque mi- nus quatuor denariis colligatas didicisset, diligenter asseruari. Romam deinde cogitans, fasciculum vna de- portari à famulo imperat, vt, quem cui restituere fas esset ignoraret, eum isthic Deo dicaret. Iam Alpibus superatis ad vitum nobilem sibi amicum diuertit. Inter cœnandum varij habiti de Sanctorum sepulcris, mira- culis, patrocinio sermones sunt, prædicante præcipue Guillelmus quæ ad S. Hilarij reliquias quotidie fierent Pictauis portenta. Refellere hospes dicta: quippe qui vix anno elapso, Compostellâ reuertens, Pictauos ve- nerit, ac summo manu S. Hilarij ædem viserit, & breui (quod comites iam præcessissent) factâ precatione, denarios quaruor obtulerit: sed cūm egressurus exci- disse sibi reliquum viatici, libras circiter viginti quinque sudario inuolutas animaduertisset; omnia nequid- quam perscrutatus, multisque fusis ad S. Hilarium pre- cibus vacuus abscesserit. Intellexit Guillelmus eum ip- sum nempe fasciculum esse, quem reperisset: quærit igi- tur ex hospite, num eum, si coram produceretur, agno- scere fasciculum posset. Hospes verò ne sibi illudat ro- gat. Afferri Comes fasciculum iubet, quem illico vt ex- posuit, hospes agnouit, multoq[ue] certius cūm nummis numeratis deesset quatuor denarios vidit, quos Sancto obtulerat. Deo igitur gratias agere ac Sancto, ipsique Comiti, haud minus miraculi nouitate exultanti.

7 Guillelmus Rufus, cūm alterâ careret tibiâ, sin- gulari tamen erga S. Hilarium pietate, eius ædem equo vectus, eti satis alioquin tenui te domesticâ esset, fre- quens adibat; equum ad templi valuas, dum feretur religiosè veneratur, relinquere erat solitus. Præteriens quidam

quidam primo mane, in equum insilit, ad urbem se portam proripit; (iam enim urbem muris circumdata S. Hilarij basilica erat) sed egredi vi quadam occultâ prohibitus est: ceteras obit portas, nec villa non arcuit transitu forem. Auertit ea rē illius à coepio iam flagitio animum. At si equum ad basilicę ostium reduceret verebatur ne Prætor manum sibi iniiceret, repeteret que furti pœnas. Commitit eum tanis per familiari sibi feminę custodiendum: ipse ad templum abit, consilium in arenā capturus. Rufum reperit grauiter equi iacturā perturbatum, tantumque non succensentem S. Hilario, qui sibi equum suisset eripi. Solabantur, quā fas erat, hominem eius cœnobij monachi: cūm ecce fur in conspectum se dedit, & siue turbatæ mentis indice vultu, seu quo diuino instinctu agnitus, apprehensus, fassusque crimen est: cuiusei, equo restituto, venia data.

f 8 Quo tempore Hentricus Angliae Rex coniuxq; eius f Alienora rerum in Aquitanīa potiebantur, vulgatus diuinā vindictā morbus est, ignotus ac feralis. Isigne quodam, qui cerni tamen non poterat, depascetur membrum: tetra tantum ulcera ac plagæ cancerō haud absimiles habant. His multi extinguebātur mortales, antē in furem nescio quem acti. g Haud sati etiam quod genus istud luis fuerit consilio, nisi si Venerea illa fuit, quam vulgus Neapolitanam vocat. Multis tunc in mentem venit S. Hilarij opem impolare. Et visitatā religiosè eius basilicā cælestem ruelere medicinam. Huius beneficij, vt sit, didicit in populos famā, exciti plurimi vndatiū confluebant, tum infirmi ipsi, tum eorum parentes & amici. Fuitque pia quædam matrona, quæ diuinā inflammata caritate vltro curandis miserorum fœdā tabe fluentium ulceribus impendit operam, dum in ipsā basilicā sacras vigilias peragerent. Ea nocte quadam S. Hilarium Pontificali habitu, aliis comitantibus Episcopis, singulos isthic excubantes circumveuntem & aquā aspergentē vidit, qui omnes postridie incolumes extiterent. Tradit verò qui id litteris consignauit, triplex fuisse isthuc convenientium ægrorum discrimen: alij enim visitato Sancti feretro conualuerent, alij dum isthuc peregrè adventarent, alij simul suis erant ædibus egredi.

g Ardensq; morbus, sine sacer dignis, curat. 9 Repertus erat à templi custodibus piarum prelationum libellus, argento eleganter ornatus. Hunc sustulit quidam, non furiū usurpaturus, sed descripturus dum taxat precationes. Adolescens quidam furti acceritur: & quæstione habitā, alias fatebarat crimen tormentis vietus, negabat aliás: ergo torqueri actius iubetur, manu bullienti aquā immersâ. Adfuitre speatores plurimi, interque eos qui librum subduxerat. **Innocentia defensia.** Palam in ecclesia meditullio aquā bullienti inseritur manus adolescentis, neque doloris aut noxa quidquam perpetitur. Dum verò eam è vase educit, gutta in faciem adstantis rei excussa est. Hic ille ingenti torqueri dolore, facie illi secundum in modum intumescente. Ergo fateri publicè quod erat gestum: itaque adolescenti te absoluto, ipse quoque dolore liberatus est.

Itevum, reprodicio. 10 Aliud simile in memoratur miraculum. Sacellanus quidam falso criminē arguebatur, vt qui vnam è sacris Ecclesiæ trabeis, quas cappas vocant, esset furatus. Inificari ille crimen, patatus etiam igne refellere. Visitatū eā ætate apud Pictauos genus probationis, à Gothis olim acceptum. In ipsā basilicā ingens extruitur robus. Ille fusis ad Deum Sanctumque Hilarium precibus, si de plenus ac diuinæ opis fiduciâ, per medias graditur flammæ, ne libatis quidem minimo ignis ardore vestibus. Et continuo alius qui flagitium designarat deprehensus, vestisque recuperata est.

Surdus auditum impetrat, 11 Adolescens quidam Pictauis, ab ipso ortu surdus ac mutus, cūm multos videret ad S. Hilarij confluere sepulcrum, cœpit ipse quoque illius ecclesiastam frequentare, eiusque curatores ac ministros: sacrificis & custodibus nauare in verrendâ æde, peragendisque no-

Tom. I.

Eturinis vigiliis operam. Quadam ergo nocte dum so- Ex cat. lus isthac excubat, ad Sancti tumulum accedit, diducit tico id. Bovchis. in crucis formam brachia, pè illum ut sibi adsit obte- stat. Adstitit oranti Hilarius Pontificio cultu, & quid se vellet quæsit. Audiit antehac surdus, responditque cupere se, si Deo ita collubuisse, eius ope audiendi o- quendique sibi facultatem impertiri; at Sanctus, Au- dies, inquit, Deo id mihi gratificante: vt loquaris quo- que S. Martini tributum est patrocinio, ab his ad illius tumulum, gratias illi aucturus. Audiit ergo, intellexitque postridie quæcumque sibi dicerentur, solitusque gesti- bus vale templi custodibus dicto, Turones abiit. Ibi cūm pernoctare in S. Martini æde vellet, repulsus à cu- stodibus est. Foris ergo ante ipsas valvas noctem vigil exegit, ad Deum identidem Sanctumque Martinum fundens preces. Euicit deinde postridie nitibus gesti- bulusque à sacrifis ut intra ipsam ædem in sequenti nocte permanere sineretur. Hic verò egregio animi ardore Martini: precanti S. Martinus adstitit, & vt loquetetur edidit. Locutus est tum ac deinceps expedite. Rem postridie omnem retulit: quæ tamen credita non est, donec Pi- ctauensium est testimonio confirmata.

b 12 Qui duo haec miracula litteris tradidit, idem te- statur se cum Myra reuerteretur, quod h. S. Nicolai se- pulcrum veneratus abierat, conspexisse quodam lo- co euersæ collapsæ ecclesiæ muros, atque ex sene isthic reperto sciscitatum, quæ ea fuisset ædes, didicisse, olim S. Hilario Episcopo Pictauensi possum. Nam Morbi cūm is ab exilio, in quod erat à Constantio telegatus, varieta- rediret, sub noctem eò appulsum, cūm nulla propè do- mus aut tugurium esset, ad quod diuenterer, ita cauum quoddam ē faxo sepulcrum (cœmpterum enim isthic erat) subiisse, ibi que noctem exegisse. Cūm postridie inde abiisset, aquam ex eodem sepulcro limpidiissimam manasse; eā qui ægri abluebantur, continuo restitutos sanitati. Re vulgarē, vndique plurimos fluxisse, eo- rumque donatis constructam, cuius ruinas cerneret, ecclesiam fuisse, qua bellicis tumultibus neglecta col- lapsaque iam esset. Addit idem scriptor se illud quoque sepulcrum humidum vidisse.

i 13 **i** Vasatis (vitæ est Vasconia) celebritas agi S. Hilarij consueverat, omneque seruile opus à primis ves- peris religiosè intermittri. Mulier tamen quædam solita ecclesiæ lineam lauare sepelle etilem, publicâ populi contemptâ pietate, nescio quid sarcite vestimenti ausa, ingenti primum dexteræ manus dolore correpta est, Feisti via- quæ dein ita contracta est neruis conuulsis, vt cubito larix pri- iungeretur. Intellexit eam sibi diuinitus neglectæ reli- gionis pœnam infligi. Multis ergo cum lacrymis San- ctum ut sibi ignoscat obtestatur. Nec tamen ante inse- quentes ferias sacra Pentecostes, vt pristinus dexteræ vigor restitueretur, obtinuit. At cūm tunc serd in Ca- thedrali, quam veril curat, ecclesiæ effet, in somnum curat. incidit, ac videre sibi magnificum sepulcrum visa est, ex eoque prodeuntem Antistitem, ac se his compellan- tem verbis: Deum offendisti, neglecto Ecclesiæ de meâ celebrandâ festiuitate præcepto; ideoque pœnas dedisti: at tuæ nunc exaudita sunt preces, pristinamque recuperabis sanitatem. Simul eius dextræ prehendit, inque priorem situm restituit. Expertæta validam si- bi, vt prius, manum sensit: profecta ergo Pictauos gra- tias S. Hilario coram egit; eiusque omnino quâle dor- mienti obiectum erat, sepulcrum est venerata.

14 Imperante Aquitanis Guilielmo Gaufrido Pictauensi Comite, eiusque filio Guilielmo; è k Bur- gundiā, vnde erant oriundi, vit quidam nobilis Pictauos venit, consanguineum, vt aiebat, Ducem salutatu- rius. Aliquantò post redditum ad suos paranti varia Dux munera obtulit. Quæ ille omnia urbanè recusavit; ve- rū, si Ducis gratiâ consequi id sibi fas esset, cupere se dixit fundos quodam, quos in Burgundiā Canonici Pictauenses, sua domui contiguos, pleno dominij iure Anavista possiderent, mercari. Acturum se Dux cum Canonicis castigans spo-

Ex Gal- spopondit. Assensere Canonici, legitimè iis transcri-
llico lo. bente Duce vicum Arsaium in Alnesio prope Rupel-
Bovch- lam. Insequenti nocte visendum se in somnis Burgun-
ti. dioni illi S. Hilarius obculit, itaque cum affarus est:
Huc venisti, hospes, ut suis Ecclesiam meam possesso-
nibus spoliare? Impeditque illi ter quatèrve Pastorale
pedum in caput. Exclusus homini sopor, validè vna
vociferanti. Aduolant famuli: somnium iis haud inane
exponit, plagasque à S. Hilario inflictas ostentat. Dux
re competrà, Canonicos & priorem vicum (Longin-
tete vocant) & Arsaium quoque habere iussit.

15 Cœcus quidam diu multumque S. Hilarium vi-
dendi facultatem oravit, ac Pictauos profectus dies
complures iisdem votis precatoriis que exigit. No-
te quidam S. Hilarium in somnis videre sibi visus
est, isthac sibi edicentem: Crastinâ luce duos huius Ec-
clesiæ Canonicos (nomen expressit utriusque) reperies:
eis à me denuntia, vt flagitiosam suam vitam corrigit;
ni fecerint, pœnas brevi daturos. Ut verò fidem ha-
beant, cùm in Missâ solemini, quæ ipso die in eadem
fieri basilicâ, sacrum trisagion de more concineret, vi-
sum recuperabis perspicaciorem firmoremque quām
omni retro vitâ habueris. Expertus, nec vacum ra-
tus somnium, cùm ad Sancti basilicam ductus, duos
illos inuicem colloqui Canonicos didicisset, eos adit,
& proprio quemque nomine compellar, ac visa audi-
taque referit. Spreuere quidem illi dicta, ceu leuia
sommiorum terriculamenta; tamen quod sibi suorum
conscijs scelerum essent, nonnullo sunt timore percussi;
& alterius, quo minæ confirmabantur, præ sagij exitum
studiosè operiebantur, vti & ipsorum collegæ cere-
riquæ eius Ecclesiæ Sacerdotes, quibus visum sibi redi-
tum iri cœcus indicarât. Vbi ergo ad trisagion ven-
tum est, hominem circulant & simul tertio S. ANCTVS
erat decantatum, aperiit ambo ei oculos, iisque
illum clare & distinctè cœnere cuncta inuentur; &
Deo Sancto que Hilario gratias agunt. Hildebrandus,
qui hoc descripsit miraculum, negat sibi compertum
an mores duo illi Canonicis emendarint, hoc constare
eos paullò post è viuis excessisse.

16 Gregorius Archiepiscopus Turonensis lib. de
gloriâ Confessorum, cap. 53. scribit, intra ipsum Pictauo-
rum terminum, qui adiacet ciuitati Namneticæ, id
est in vico ¹Ratiensi, ^mLupianum quendam in albis
Im S. Lupia- transiuntē requieuisse, qui fertur à B. Hilario Antisti-
tute donum baptismatis suscepisse, sed mox migrasse à
Hilario baptiza- corpore: cui à Deo bonorum omnium largitore tanta-
tus, clarus est gratia attributa, vt ad eius sepulcrum cœcus visum,
miraculus. paralyticus gressum, mutus meteteretur eloquium.

n **17** Idem Gregorius eodem libro cap. 52. narrat,
Thaumastum iuxta expositionem nominis sui admi-
rabilis in sanctitate, Momociacensis urbis Episcopum,
de eadem urbe, incertum quâ de re, expulsum, Pictauū
oppidum petuisse; ibique præsentem vitam in bonâ
**S. Thau- perdurante confessione finivisse: & sepulcrum ha-
masius ad S. Hilary buisse ante ipsum atrium B. Hilarij: de quo tumulo
sepulcrum hanc- erasus à multis puluis & haustus, ita dolori dentium
mortuus. febriumque medebatur, vt qui hauserant mirarentur
effectum. Nam ita ea benedictio assidue exercebatur,
vt iam non vno loco sarcophagus adpareret transfor-
ratus. Arbitror vnum esse è sepulcris quæ in S. Bartho-
lomæi visuntur facello: vnum enim pluribus locis per-
foratum est, & puluerem ex eo etiamnum cultro abra-
dere feminæ consueverunt, parvulorumque suorum
escis commiscere ad colicos dolores sanandos. Plura
sunt eiusmodi sepulcra, quibus nonnulli parentes S.
Bartholomæi conditos arbitrantur. Verum nec certu
eius rei testimonium vidi, neque assequi possum, quis
eorum corpora è Palæstinâ aduexisset. Pictauos, nisi
fortassis adhac superstites p. S. Martialem huc sunt se-
cui, vti S. Amator & S. Verona.**

18 Si vnuersa persequi miracula voluero, quæ
isthac S. Hilarij meritis nostrâ memoria patrata sunt,

ingens contexam volumen: nam quingenti minimū, quibus turbata mens mortaque gradu erat, isthic ^a Pluri mā
sibi restituti sunt: pauciique adeò sò adducuntur, ^b S. Hilarij miracula.
qui aliquanto post tempore vel sanentur omnino vel
moriantur. Imploratur quoque ad repellendas contra
orthodoxam religionem tentationes: ab adolescenti-
bus quoque, qui obtusiore ad condiscendas litteras in-
genio sunt; & sanè quā plurimi mihi iure iurando af-
firmarunt se præsentem Sancti opem in eâ te expertos.

a Est ea Cathedralis, ut ex Boucheto cfr. Cl. Roberto patet.

b Ranulphus legédiū videtur, sive Ranulphus, aut Ragnul- ^c Ranulphus
phus; qui Comes Piætanensis ^d Ademaro dicitur, Regis Dux A. ^e Dux A-
quitaniæ Is anno 867. Haftingum Normannorum Ducem, qui se quitania.
in quadam basilicâ communiterat, oppugnat, sagittâ idus, triduoq;
post mortuus est; uice uentre Numine, ut in gesu Normannorum di-
citur, quia S. Hilarij basilicam iniuste usurpat.

c Hoc miraculum à Fortunato narrari scribit Bouchetus. Pluri-
bus usi MSS in nullo id reperimus. Adiectum fore assis ad Aquitanica
exemplaria que ipse legit.

d Is Bouchet est quartus illius nominis, diciturque successisse pa-
renti Guillelmo Capiti-flup anno 1023, obiisse anno 1086.

e Abbatis SS. Ioannis Euangelista & Andreae Monasterij- Mōstier-
nou, à Guillelmo Gauffredo, sive Goffredo adiuncta, perfacta neuf ab-
tradidit amplijs possessionibus dotata anno 1077. quamquam mul- batia Pi-
sa deinde Guillelmus quintus, quem Sanctum vocant, ut 10. Fe- Etanis.
bruarij dicemus, adiicit.

f Filia hec fuit Guillelmo V. coniux primùm Ludouici VII.
Gallie Regis, sed ab eo consanguinitatis pretextu repudiata. Henrico Normannia Duci, qui deinde Anglia Rex fuit secundus eius no-
minu, nupsit an. 1151.

g Igne sacerfuit, qui vulgo S. Antonij dicitur, de quo 3. Ianu. in
Miraculis S. Genouefæ pluribus actum.

h Eius reliquia Barium allata circa annum 1087. ut 9. Maij
dicemus.

i Vafatum urbs Cossio dicitur Ausonij in Parentib[us] car. 24.
Korovio Ptolemae lib. 1. cap. 7. Vafata Paulino; ciuitas Vafatica in Vafata.
Notitia prouinciarum, & in ms. no[n] tro, forsan vito[n], Vafata;
vulg[n] nunc Bazas, aut Vazas, ut Vinetus scribit.

k Teatatur cerid du Cheyne lib. 1. hystoria Vergiaca ab antiquis
scriptoribus, Guillelmu[m] Aquitanie Ducem, qui Ranulpho succe-
sis & Cuniacum condidit, Principe[m] Burgundie appellari, pro-
pter amplissimam in Burgundiâ possessiones.

l Bouchetus interpres Raiz.

m Colitur 1. Iulij. S. Lupianus Confessor: an hic, nos latet; ut potius
alium exquisitemus inducimus, quod 17. Februario in Claromonte S. Lupia
agreditur ut insatio S. Lupiani Confessoris.

n Mendosè igitur in ms. cfr apud Bouchetum Theometrus dici-
tur: nam aquæcô idem est quod admirabilis. Ne huius in Mar-
tyrologo Gallicano nomen reperimus.

o Bouchetus Moniacensis. At meminit idem Gregorius lib. 9.
hister Franc. cap. 29. oppidi Momociacensis.

p De ipsis S. Martialis atate disquiremus 30. Tunij. S. Amator
S. Martialis discipulus, Cadurcorum Apostoli, celebratur in Mar-
tyrologo Gallicano 20. Augus[ti]; S. Verona, vel Veonica, que fa-
ciem Christi crucem gestans torse traditur, 15. ab alio 4. Februar-

TRANSLATIO I. S. HILARII.

1 **P**OST QVAM è viuis excessit Hilarius deliberatum INITIO
quo præcipue tumulari eum loco oportet. Author. cfr. SECVL
Bouchetus par. 1. cap. 14. suafide quo[rum]dam vt in Epi- VI.
scopali palati facello, quod construxerat, conderetur, vbi nunc
abbatia S. Hilarij de cellâ: alijs ipsum sibi in adē SS. Ioannis & Locus se-
Pauli, vbi vxorem ac filiam sepelierat, monumentum locasse; ed S. Hilarij.
videri standum ipsis extrema voluntate. Hanc cuncti senten-
tiam ingenti aſſensu accepere.

2 Funus comitatu[m] Sacerdotes, Patricij, plebsq; numerosa, la- **Funus.**
crymis vberim manantes vnuersi, multu[m] collucentibus cereis.
Conditorum erat muru[m] & fornice, ligneo illo quidem, sed ele-
ganter inaurato tecum. Huc dum effertur corpus sancti Anti-
stitis, paralyticus biennium iam lecto affixus, prætereuntium
fortassis excitus strepitu. & quid rei effet edictus, sustulit in ca- Paralyti-
cum oculos ac manus, precatus Deum, vt p[ro]i Presul[us], quem calo cus sana-
iam receptum crederet, patrocinio vires sibi restitueret. Vix con- tus.
cepta preces erant. & vigore pristino membris diffuso, proripit se
de strato, funebremq; pompam assequitur. Locatum Hilarij Sepultura,
corpus inter coniugis Apræque filia corpora medium est: mar-
morei singulis tumuli fuere, sive tum positi, seu proximis post
annis; certè reperti in translatione.

3 Ante paullò quām Galliarum regno Clodoueus potire-
tur,

*Apertio
sepulcri.* tur, Pictauenses quidam, homines religiosi, lapideam imposturi monumento testudinem, refodi circum terram iussere. Tum fenestra in dextro latere reperta, pariesq; olim applicitarum cædelarum fumo denigratus. Quæ res argumento fuit, olim monumentum illud in propositulo fuisse, & per fenestram illam patui se ad ipsam Sancti tumulum prospectum: verum cum bellicis tumultibus eversa sepulcrum ecclæsia fuisse, opertum terrâ fuisse illud faculum, ne qua sancto corpori inferretur iniuria. Porro suauissimus ex ea fenestrâ odor exhalabat: qui sacro quadam horrore cementiorum corripuit animos, vt negarent se, quippe peccati cooperatos, id moliri audere. Terni Sacerdotes, animis primum exomologeis serio expiatis, fenestram ingressi, retulere fornacem auro oblitum, tres sub eo marmoreos tumulos esse, medium

*Odor mi-
raculosus.* Hilarij. Transferendas in urbem sacras reliquias ciues censueræ. Sed Sacerdotū uno postridie extincto, altero paralyti, tertio cœcitate percuti, haudquaquam Superis id probari consilium rati, obstruta fenestrâ desisterunt.

*Aquia-
nia vasta-
tio impedi-
ta.* 4 Que verò bella fuerint, quorū tempestas Pictauis San-
cti Hilarij templo perniciem attulerit, facile intelliget, qui veteres illas Galliarum strages meminerit. Quippe etiam ante Francorum irruptionem, Wandali primam & Alani Gallias træcto Rheno pridie kal. Ianuæ, ingressi, Arcadio VI. & Probo Coss. vt tradit Propper, id est, Christi anno 406. & vt Beda scribit lib. 2. hist. Angl. cap. 11. multæ cum his aliæ gentes totas per Gallias tenuerunt. Atque, vt S. Hieronymus tum scribebat, Aquitaniæ, Nouemque populorum, Lugdunensis & Narbonensis prouinciaz, præter paucas vrbes populati sunt cuncta: quas & ipsas foris gladius, intus famæ vastauit. Tum verò, vt Bouche-
*templum
S. Hilarij
eueratum.* tus afferit, pars vrbis Pictauensis, ipsaq; S. Hilarij eversa est basilia. Hispanias ingressi sunt iidem Wandati, Alani, & Suevi atq; ccccxlvi i. iv. Kal. Octob. feriâ 111. Honori-
rio viii. & Theodosio iii. Coss. vt habetur in Idatij Chro-
nico, id est, anno Christi 409.

*Eius Træ-
latio.* 5 Paullò pōst Aquitania Gothis tradita, qui eam annis cir-
citer 95. tenuerunt. Vici tandem hi à Clodoueo anno Christi 507. & cessere Francorum imperio Pictaui. Tum S. Hilarij translata reliquia, vbi Catholica pietati securitas confitit. Eius Translationis historiam dabimus, vt est à B. Petro Damiano sermone 2. tom. 2. exposita. Agi festiuæ eius memoria solet

*Quo die
agatur.* xxvi. Junij & 1. Novemb. Et hoc quidem die S. Hilarium celebrant Vuardi Lubecæ ann. Christi 1475. excusum Martyrologium Bellinus, & ms. Florarium, nullâ translationis factâ mentione. Hanc exprefse Molanus in addit. ad Vuard. & Martyrologium Germanicum ibidem, vii & xxvi. Junij Mau-
rolyeus, vtroq; verò die Galefnius, Ferrarius, Sauffaius. Bou-
cherus par. 2. cap. 4. putat Translationem contigisse 26. Junij, quo die deinceps solennitas celebrata, obtentâ etiam à Pontificib; amplissimâ indulgentiâ. Ferrarius ait in tabulis Ecclesæ Pictauensis illi diei adscriptam, quâd 1. Nouemb. festo omnium Sanctorum impeditus sit.

*Per Ange-
los facta.* 6 Sauffaius hoc elogium habet 1. Neuemb. Pictaui in Aquitaniâ translatio S. Hilarij Episcopi & Confessoris, Angelorū ministerio facta, qui beatissimi Confessoris corpus, pretiosum diuinæ glorificationis organum, à veteri monasterij suburbanî tēplo, in cuius cryptâ cōditam fuerat, ad nouam basilicam vrbicam, quam Tredelinus notæ pietatis Abbas diuino monitu erexerat, deferentes, in locum ipsi præparatum honorifice reposuerunt: Episcopo spectante & stupente, qui dedicationis templi absolutis solemnissimis glebam, imd gemmam, adeò pretiosam, post nocturnas preces, quibus cum Abbatे & monachis insistebat, transferre è veteri situ ad ordinatum sacrarium disponebat: cuius miræ anticipationis gratias Deo vberes cum assistentibus rependit, qui Angelico potius, quam humano simulacru cari sibi Antistitis nouas honorasset exequias. Idem breuius xxvi. Junij: Pictauis translatio S. Hilarij Episcopi & Doctoris Ecclesiæ illustrissimi, quâ sacratissimum eius corpus de tumulo, vbi iacebat, Angelico ministerio eductum, atque ad nouam cœnobij, quod in eius honorem Tredelinus Abbas condiderat, basilicam mirabiliter euectum est. Vtique die de eadem agit

translatione. In Supplemento rursus eodem xxvi. Junij: Pictauis translatio S. Hilarij; que verba in Indice ad calcem libri RIIIS. referuntur ad 2. translationem, cuius nusquam meminit. Abbas Tredelinus, qui Tredelinus & Tridolinus in homiliâ Petri Damiani apud Surium hodie, & operibus S. Hilarij prefixâ; Fridelinus est, siue Fridolinus, vt in editione operum Petri Damiani Romanâ 1606. & Lugdunenſi 1623. appellatur; co-
litur autem vi. Martij.

7 Duo S. Hilarij tempora sunt in urbe Pictauorum, vnum monasterij ordinis S. Augustini, vulgo S. Hilarij de Cellâ, vbi creditur habitatse & obiisse. Eius cœnobij Abbas Pascentius, vt suprâ diximus, seculo sexto Epis. opus Pictauensis factus. A Templo liud est collegiale, cuius Decanus vitur ornamenti Episcopali duo S. Hib; bus, nec Canonicus vllus in collegium cooptatur, quin ante larij Pi- omnia de eius moribus inquiratur. Ita Chopinus lib. 1. sacra Po- litia titulo 8. num. 7. & ex eo Claudius Robertus. Hoc templum est, vt du Cheyne ex Boucheto tradit, quod olim sanctis Martyrib; Ioanni & Paulo à S. Hilario extructum fuerat, vbi ipse dein cum uxore & filia sepultus est. Id enim denud, veteri sepul- everso, redicatum, intra vrbis muros nunc inclusum, vulgo basilica S. Hilarij maior dici solet; siue S. Hilaire le grad.

DE TRANSLATIONE S. HILARII

SERMO B. PETRI DAMIANI.

*AVDEAMVS & exultemus, dilectissi-
mi, dum ad recolenda. B. Hilarij subli-
mia merita solemniter conuenimus.
Ipsa quippe nos insignis vocabuli di-
gnitas prouocat, vt mens nostra spiri-
tuali lætitia affecta plausibiliter hilarescat. Nihilomi-
nus & hoc dignum est, vt dum glebam corporis eius
tenuemque puluisculum tanto præferri apud homines
honore conspicimus, quantum gloriæ pondus in cælesti-
bus possideat, vbi verus & incomparabilis honor est,
mens nostra perpendat. Sed libertam translationis hu-
ius historiam succinctè transcurtere, vt nulli deinceps
de præclarâ solennitatis huius origine profus expediat
dubitare.*

2 Porro autem dum Confessor Christi Fredelinus B. Hilarij monasterium, quod in Pictauensi a suburbio situm est, laudabiliter regeret, ibique sanctæ conuer-
sationis insignibus disciplinis & præclarâ morum ho-
nestate polleret, B. Hilarius illi per visionem manife-
stus apparuit, & inter alia nonnulla hoc illi quadam
vivacis imperij auctoritate mandauit, vt videlicet ipse,
simil & a Pictauensis Episcopus ad Regem Fran-
corum, qui tunc rerum moderabatur habenis, incunctâ-
ter accederent, & sumptus impendia, quibus ampliari
& augustius fieri monasterium posset, fiducialiter po-
stularent. Quibus verbis insuper addidit, vt instaurato
noniter monasterio, locum sibi sanctus Abbas con-
gruum prouideret, in quo corpus eius, factâ translatio-
ne, recondenter. Quos nimis ruin felicis oraculi legatio-
ne perfundet. Rex clementer ac benignè suscepit, eis
que magnifica regi liberalitatim munera contulit.

3 A fundamentis ergo monasterium per latmos Instaura-
cæmentarios denud construentes, & pollucibiliter tur eius
instaurantes ministri Domini, tamdiu cœptis indefessi monaste-
raboribus institerunt, donec non modò surgentis stru-
ctoræ machinam ad consummationem vlique perdu-
cerent, sed etiam vtrimeque parientes, hoc est, intus &
extrinsecus radianis musiui decore vestirent. In quo
videlicet opere, vbi regij munieris summa defecit, E-
piscopus ex Ecclesiasticis facultatibus supplere, quod
deearat, non cessauit. Tandem itaque monasterio, non
modò consummatæ fabricæ structurâ perfecto, ve-
rum etiam sacerdotalis officij benedictionibus dedi-
cato, mox demoliti sunt tumulum, in quo sanctum fue-
rat corpus humatum.

4 f Constituto igitur die, in quo sancta membra f
transferrent, præcedente nocte, dum Episcopus, simul

Ex B. & Abbas in vigiliis & orationibus iugiter pernocta-
pet. DA-rent, repente conspicunt, quod beati Angeli de tumu-
MIANO. lo, qui iam terebratus fuerat, sanctum corpus educunt,
Transfer- & in locum, qui sibi præparatus fuerat, propriis mani-
corpus ab Ange- bus inferunt.

lus. 5 His itaque peractis, B. Hilarius S. Fridelinum

g per visionem admonuit, vt g Scotigenam quemdam si-
bi cognatione propinquum in cœnobij regime sub-

b stitueret, ipse vero ad ^a Gallinariam insulam in hono-
Alibi mo- rem eiusdem B. Hilarij ædificaturus ecclesiam prope-
nasteria in garet. Qui beati Sacerdotis imperio mox humiliter
eius honoré paruit, & non solum illud quod iussum fuerat, sed &
exstruxit.

i alia i quatuor monasteria in eius honorem construxit.

k Quamquam B. Fridelini k vita, in quâ hæc referri per-
hibetur historia, in manus nostras nequaquam deuenie-
xit. Sed quod hæc scriptum est, indicio fratrnæ rela-
tionis innotuit. Hæc igitur huius sacræ solemnitatis est
causa: hæc veneranda celebritatis hodiernæ materia,
vt in Translatione sacri corporis meritò gaudeat plebs
deuota fidelium, cui dependit exequias exercitus An-
gelorum.

6 Porro autem ex occasione venerandæ Translationis huius, & cetera beati viri gesta nobis in memo-
Miracula riam redeunt, vt quæ longis antè temporibus sunt per-
S. Hilarij acta, vestris nunc reducta conspectibus quodammodo
ad huc vi- recentia videantur & noua. Mox enim vt disputare de
venerabilis viri gestis incipimus, protinus occurrit me-
moria, quæ impenetrabilis Ecclesiæ murus hæreti-
corum telis obstiterit, quæ insuperabilis prælator
peruersum Arianorum dogma gratiâ Catholicæ veri-
tatis obtuerit. Nec illud vacat, quod cùm aduersus
hæreticorum perfidiam pugnatus, Seleuciam Isau-
riæ oppidum peteret, puella gentilis diuinitus edocta,
tanti Sacerdotis denuntiavit aduentum, atque ideo
cum patre Florentio, totâque familiâ diuini baptisma-
ris meruit suscipere sacramentum. Nec illud excidit in-
signe miraculum, quod in Gallinariâ insulâ immanum
serpentum venenara rabies virtutem tam piæclari
Pontificis ferre non potuit, sed tamquam fulmineo
fragore perterrita, vilis etiam baculi metam, quam ipse
præfixerat, transcendere non præsumpsit. Sed & illud
memoriae consequenter occurrit, quod idem egregius
Pontifex puerum sine gratiâ regenerationis extinxit,
non modo matri resuscitatum & in columem reddidit,
sed & veræ fidei rudimentis instructum sanctæ Eccle-
siæ filii aggregauit.

7 Hæc igitur, & alia multa virtutum eius insignia
nobis ex occasione venerandæ huius Translationis oc-
currunt, quæ nos ad amorem Dei & deuotionem præ-
clari huius Sacerdotis accidunt. Planè cùm multo-
rum Translationes iustorum sancta veneretur Eccle-
sia, quæ diligentia procurata sunt hominum; quanto
deuotionis studio hæc est solemniter recolenda, quæ
Cur Moy- facta est manibus Angelorum? Sed quid est, quod
sis sepul- Moysi corpus ipse per se Dominus sepeliuit, & tamen
erum igno- sepulcrum eius hominibus innotescere noluit? Beati
tum, S. Hi- vero Hilarij corpus non modò coram hominibus per
larij ita gloriosum. Angelos transtulit, sed & tanti honoris gloriam ad to-
Deut. 34. tius Ecclesiæ reuerentiam sublimauit? De Moyse quip-
y. 5. & 6. p. scriptum est: Mortuus est ibi Moyse seruus Domini
ni in terra Moab, iubente Domino: & sepeliuit eum in
valle terræ Moab contra Phogor: & non cognovit ho-
mo sepulcrum eius usque in præsentem diem. Quid est
ergo, quod ille nescitur, iste vero quotidie cum tantâ
gloriâ Christianæ deuotionis inuisitetur? Quid est, in-
quam, quod Moyses ab hominum notitiâ remouetur,
nisi vt tollatur occasio, ne qui tam Deo carus & fami-
iliaris exitisse cognoscitur, diuinus honor illi ab Israëli-
ticæ plebis pœfidiâ præbeatur? Reliquorum vero San-
ctorum corpora non celantur, vt dum Christianæ de-
uotionis frequentantur accessu, & per illos fiant rutu-
lantia signa virtutum, & istis accrescat felicium cumu-
lus meritorum. Præterea nonnulli fideles idcirco post

mortem tumulis editioribus includuntur, vt sui memo-
riam viuentibus ingerant, quatenus eis impendere pie-
tatis opera non omitant. Hinc est quod sepultura vo-
catur ex more **MEMORIA**, scilicet vt per eam memo-
rentur viui, & percipient refrigerium mortui.

8 Sed quid est, quod nonnulli Sanctorum tanto-
perè studuerunt suis prouidere sepultra corporibus?
Abraham nempe quadringentis argenti scilicet à filiis ^a Cur Pa-
Heth speluncam duplice comparat. Jacob & Ioseph triarchæ in
ad eamdem speluncam totum iam animi desiderium ^b terrâ Cha-
tendunt, & corpora sua post obitum illò preferenda ^c naan se-
depositum. Quid ergo est, quod sancti Patriarchæ, qui
se puluerem & cinerem esse perspicue perhibent, qui
certè corpora & corporalia quæque cælestium con-
templatione despiciunt, in Chananæorum terrâ corpo-
ra sua quiescere tanto desiderio concupiscunt? Cur il-
lum præ ceteris mundi partibus quieti suæ præudent
locum, nisi quod humanæ salutis auctorem illuc noue-
rant de suo femine nasciturum? Hinc est, quod Jacob
filium suum Ioseph obsecrat, dicens: Si inueni gratiam
in conspectu tuo, pone manum sub femore meo, &
facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias
me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, & au-
feras me de hac terrâ, condafq; in sepulcro maiorum. <sup>Gen. 47.
v. 29. &</sup> 30.

Cur autem ad confirmandas sponsionis indicium, Ia-
cob manum filij supponi suis femoribus petie, nisi
quia illum, qui summa veritas est, de proprio femine
propagandum esse cognovit? Illis igitur terra finibus
beati viri iam medullitis aggliscabant, quam per spiritu-
tum iam cernebant Salvatoris vestigiis attiri, quam in
interioribus oculis iam videbant pretioso dominici
corporis sanguine purpurari, vt illuc eorum corpora
suam expectarent resurrectionem, vbi resurrectum
esse cognoscebat ipsum beatæ resurrectionis au-
torem.

9 Adhuc & nos, dilectissimi, perspicuum nostræ
mentis aciem dirigamus. Ad hunc dum pedum pro-
gressione non possumus, & stuantis desiderij festinatio-
ne tendamus, & dum Sanctorum quorumlibet reliquiis
dignæ deuotionis reuerentiam exhibemus, ad illud
vnum & singulare corpus nostræ mentis dirigamus
obtutum, quod in paternæ maiestatis gloriâ credimus
ineffabiliter sublimatum. Illa nimis terra, cui ^a Cur Chri-
tum beati Patriarchæ atque Prophetæ suspirabant, la-
te scilicet & melle mananti. Lac siquidem de carnis promis-
vberibus profluit, mel vero de superioribus venit. Et sionis
quia substantia Domini corporis ex Virginis visceri-
bus prodit, diuinitas autem ex paternâ maiestate de-
scendit, rectè corpus Salvatoris terra dicitur repremis-
sionis. Que nimis terra lacte simul ac melle fluere
dicitur, quia in Redemptoris nostri corpore, & sub-
stantia veræ, & dulcedo est ineffabilis deitatis. In ipso ^b Col. 1. 9.
enim (sicut Apollonus ait) habitat omnis plenitudo di-
uinitatis corporaliter. Et alibi: Deus erat in Christo
reconcilians mundum sibi. Ad hanc viuentium terram ^c 2. Cor. 5.
ille nos dignetur inducere, qui terræ nostræ mortalia
non dignatus est tolerare, quatenus sic ibi lacte &
melle velcamur, vt Salvatoris nostri presentia, & mel-
fluâ diuinitatis eius dulcedine satiemur: qui cum Deo
Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia se-
cula seculorum, Amen.

^a Saussinius suprà 1. Nouemb. ait, è veteri suburbano templo ad
nouam urbicam basilicam translatas reliquias; adeoq; S. Fridolinum
Abbatem suisse monasterij S. Hilarij de Cellâ.

^b Bouchetus par. 2. cap. 4. scribit, cum post visionem hanc, ad
maiorem autoritatem Translationis, creatus fuisset Abbatem, ex
Populi consensu. Canisius in vita S. Fridolini ab Episcopo &
Clero coadum, imò reludantem à S. Hilario admodum, ne huius
oneri se subtraheret, sed impostum laborem pro Dei gloriâ & mona-
sterio patienter sustineret; neque de Dei voluntate ambigeret: qui il-
lum ad illud obeyendum officium vocatas, utro copias ad illud
debitè exequendum gratiam daturum. Sine morâ itaque huic ingo-
colla submittens, pro baculo peregrinationis pedum arra-
peret.

^c Canisius suprà S. Hilarius erga S. Fridolinum se familia-
rissi-

rissimum & fidelissimum exhibuit, in spiritu ei sepius apparuit, voluntatem Dei annuntiavit, & plurima futura prædictit. Et post paullo: Sæpius ei adfuit, in negotiis & rebus plurimis bona consilia & instructionem dedit.

d Bouchetus par. 2. cap. 4. putat fuisse Adelphium Episcopum, qui Pictavius viceimus quintus prefuit apud Clodium Robertum. Consentaneum tempora: Nam anno Clodouei 36. Chr. 511. subscripte Concilio I. Aurelianensi.

e Hic eras Clodouæus, à quo mensa adhibiti Episcopus Adelphius & S. Fridolinus; quando scyphus crystallinus auro gemmisq; ornatus in quatuor confractus partes, ab que fractionis vestigio à S. Fridolino redintegratus est. Ita Canifus cap. 12. & Bouchetus suprà.

f Bouchetus de hac Translatione iea scribit: Dicta translationi furta dies 26. Junij. Confluit clerus, populusque ad suburbiam S. Hilarij ædem. Episcopus, peracto Missæ sacrificio, processus indicit: cum Fridolino interea cryptam in creditur: reliquias S. Hilarij exportant, quas capsæ inclusas reperiunt; transfeueruntque quod Sanctus iussit, vbi in hodiernum usque diem afferuantur. Plurima inter transferendum perpetua miracula. Admirabile quoddam lumen cryptam ipsam perfudit odorque suauissimus: ægri plurimi sanitate donati. Post Translationem, templum tamen illud vetus monasteriumque iubente Clodouæo reparatum est.

g Bruschius de monasteriis Germania in Secani, vocaz S. Fridolini Scotorum & Hiberniæ Regis filium. Bouchetus oriundum ex inferiori Scottiâ, quæ Hibernia dicitur. Addit hic duos eius nepotes aduenisse, quos fratris filios dicit Canifus cap. 14. Bouchetus ait 12. aut 13. annis antequam suos Annales ederet in ecclesiâ S. Hilarij eorum corpora inuenta fuisse adeò integra, ac si quatuor tantum dies fuissent sepulta.

h De Gallinariâ, insulâ desertâ, anè aratum. Mendum hic suspiciamur in omnibus exemplaribus, atque ad insulam Secaniam Rheni restituendum. Secanis vel Secanica insula, inquit Bruschius, in Rheno sita, à secato Rheno dicta, vel Seccingense cœnobium, vulgo Seckinghen, sepem supra Basileam leuis: qua optimè exhibetur in fragmento charta Vopeliana apud Theodoricum Piesfordum in stemmate Habsburgo-Austriacorum. Lazius de gentium migrationibus ait à Diuto Hilario ad Sequanos Apostolum missum: Bouchetus, diuinâ inspiratione discessisse Pictauis ad Burgundos & Sequanos, (en Sauoir) & in horum insulâ obiisse. De aduentu eius in insulam Secanicam, habitatione, adificatione monasterij, atque obitu, pluribus Canifus in eius vñâ, & nos vi. Martij.

i Quatuor hæc templa in honorem S. Hilarij à S. Fridolino erecta enumerat Bruschius. Ad Mosellam monasterium Helem, seu Hylatiacum, quod nunc S. Naboris cœnobium existimat. Quod etiam annotauit Claudius Robertus. Deinde in Voſagi altis cacuminibus Tertium Argentinæ. Inde per Burgundionum prouincias ambulans, ad Curiam Rhætorum venit: vbi rurus de S. Hilarij nomine ecclesiam construxit. Agit de ita Canifus cap. 18. & 19. quiccap. 14. & 18. meminit reliquiarum S. Hilarij, quarum particulas inßus fuerit secum ferre. Bouchetus suprà: Secum derulit partes reliquiarum S. Hilarij, & edificauit ad eius honorem quatuor aut quinque tempora.

k Vitam S. Fridolini scriptit B. Notgerus Balbulus monachus S. Galli, qui centum ferè annis ante B. Petrum Damiani vixit, sub Ottone I. & II. Imperatoribus. Eamne an aliam citet sanctius hic Author, alibi disqueremus.

TRANSLATIO II. S. HILARII.

1  Aristosne dein à Dagoberto aßportata S. Hilarij reliquie sunt, an Pictauis perpetuò aßseruata cultaq; à recentioribus disputatur: neque vtri partis aßsentiamur, expeditum nobis est pronuntiare.

2 Alcuinus Flaccus homiliâ de natali S. VVillebrodi disserit afferit, sùa ètate, regnante nimirum Carolo Magno, altero post Dagoberti obitum seculo, Pictauis fuisse Hilarij exuicias: Beatius, inquit, secunda Pictauia B. Hilarij Pontificis reliquis exultat, quâm venditionum & emptionum alteratione. B. Petrus Damiani in sermone de Translat. suprà num. 7. supponit suo tempore, id est circiter annum Christi 1060. adhuc fuisse Pictauis: Quod Deus, inquit, non modò corâ hominibus per Angelos trâstulit, sed & tanti honoris gloriam ad totius Ecclesiâ reverentiam sublimauit. Idq; mox explicat: Vbi quotidie cum tantâ gloriâ Christianæ deuotionis inuisitur.

3 Bouchetus tum in miraculis suprà relatis, idem testatur, tum par. 2. cap. 4. Huc spectat quod Aimoini continuator scribit lib. 4. cap. 4. de auxilio Pictauensibus præstito à S. Hilario: Secundo anno post hæc, inquit, obsedit supradictus Hugo Magnus (Hugonis Capeti parens) Pictauos:

sed nihil ei profuit. Dum enim ob sideret eamdem vr- Ex v-
bem, quadam die intonuit Dominus terrore magno, R. 11. &
disruptique turbo papilionem eius à summo vique
deorsum: stuporque magnus inuasit illum cum exercitu suo, ita ut vix euaderent: statimque in fugam versi
recesserunt ab urbis ob sidione. Fecit autem hoc Do-
minus per intercessionem B. Hilarij, qui semper tutor &
defensor fuit illius urbis.

4 Ipse Aimoinus lib. 4. cap. 17. & 33. describit templum S. Dionysij à Dagoberto extructum; & cap. 20. spoliatum ab eodem templum S. Hilarij his verbis: Inter alia Ecclesia. Spoliatum
rum Gallia spolia ex occasione basilicæ D. Dionysij templum à
exornandæ, direptas valvas fusili ære fabrefactas à Dagober-
templo S. Hilarij Pictauensis fertur abstulisse: quas to-
dum per Oceanum in Sequanam deuehi iuississe, vt
per eam Parisios usque ducerentur, vna earum fluuiò
absorpta, nec postmodùm fuisse reperta. At nihil de
S. Hilarij reliquiis; nihil ceteri vetusti scriptores, vt fuisse Bou-
chetus part. 2. cap. 5. Gestâ Dagoberti edidit plurima Du
chesne tom. I. scriptorum Gallie, à coauis, aut certè antiquis
scriptoribus tradita littera; verum nullus eiusmodi Hilarij
reliquiarum translationis meminit.

5 Primum qui saecula eam scripsit, ait Bouchetus mona-
chum fuisse S. Dionysij, auctorem magni Chronicæ Francia
idiomate Gallicano. Iacobus du Breul lib. 4. antiquitatum Pa-
risiensium vocat hunc Guilielmum Nangum, qui florebat Quid trans-
an. Chr. 1300. Hunc secutus Robertus Gaguinus lib. 3. tationem
hist. Francor. Ambos tamen hos, quod alia sane enormia pec-
cent, negat Bouchetus fidem mereri. Verba Gaguini sunt:
Tamquam D. Dionysij obsequiis omnia deberentur,
æncas ingenti pondere valvas, lauacrum insuper, vbi
baptismatis mysterium Sacerdotes explebant, vna cum
D. Hilarij corpore, nullâ compensatione sacrilegij fa-
ctâ, ad D. Dionysium mari ex Pictauis transtulit Da-
gobertus Rex. Nec tamen totâ prædâ potitus est: al-
tera enim portarum, dum nauit per Oceanum expect-
tanda committitur, in fluctus delaplâ perpetuò latuit.
Verum quia malè agentibus occasio aliqua peccandi
in promptu suffragatur, causam sacrilegij esse dicunt,
Pictauorum rebellionem, quos ut compesceret Dagobertus,
omnia ad se belli iure pertinere ratus, post-
quam agros peruersisset, urbem quoque depopulatus
esset, mœnibus omnibus dirutis sculum arare, & in eo
salem disseminare ad inducendam sterilitatem iubet.
Hoc Gaguinus ex magno Chronicæ, in quo additur nouam vr-
bem distincto à priori loco fuisse readificatam. Que quâm cre-
dibilia videri debeant, vel ipsa templo loquuntur, quorum
quadam aliquot ante Dagobertum seculis extitisse feruntur,
affrente Boucheto. Qui fatetur aliquod sacram pignus S. Il-
larii, non Hilarij, esse in abbatiâ S. Dionysij, cui etiam facillum
sit consecratum. Et sane fuerunt plurimi in Galliâ Hilarij.
Duodecim celebrat Sauffaius in Martyrologio Gallicano.

6 Quid quodd recentiores igni à Calvinistis absumptas su-
periore seculo scribunt? Ita Laurentius Surius in Commentario
rerum in orbe gestarum ad an. Chr. 1562. Pictauij quo-
re sua atrocitas exempla insignia isti perditi & ini-
seri ediderunt. Graffatum est quoque ab istis horren- Peruntur
dum in modum in templo & ædes Canonorum. Al- reliquia
seruabant ibi ossa Hilarij sanctissimi Pontificis, buste.
quem D. Hieronymus non immerti vocat tubam
Latini sermonis contra Arianos, atque etiam Radegundis Reginæ Franciæ, cuius fuit eximia in Deum
pietas, & vita sanctissima: aliorum quoque Sanctorum. Hæc ossa & sacras reliquias illi impuri nebulones
proiecerunt & more suo combusserunt. Et Sauffaius i. Calicu-
Nouemb. cum de priore translatione à S. Fridolino factâ egis-
set, addit: Vnde est, quodd fidei auitæ desertores ingeni
pudore suffundantur, qui beati Dei amici membra,
qua purissimum spirituum operâ Christus voluit
conrectari ac in thalamo quietis ac gloria reponi,
stupendo ausu, præscindendisque manibus, eo ex loco
ad fœdandum non tam opprobriis, quâm ipso suo
profano cō tactu inquinandum eruerunt, flammisque,
quibus

Monasterium
Seckingense.

Alia tem-
pla S. Hilarij, à S.
Fridolino
erecta.

An trans-
late Par-
fios reli-
quias S. Hilarij.
Auctores
qui id ne-
fiant.

Ex v. A. quibus digni erant, non exhoruerunt absumere.
R. I. I. S. *Hac Saussius, qui tamquam indubitatum supponit, corpus ex eo loco, in quo à S. Fridolino fuerat depositum, fuisse ab hereticis sublatum.*

Alia argumenta pro Translatione. *7 At non solā Nangij aut Gaguini auctoritate sancti Doctoris exuvias sibi S. Dionysij asepta vindicant; sed tum vetustus sui cœnobij monumentū, tum maiorum constanti relatione. Testatur certè Jacobus Dubletius Historiae eiusdem cœnobij lib. 1. cap. 42. scilicet in eodem extare sacram augusta Dei Matri Sanctissimæ Hilario Pictauensi Episcopo & Patroclio Gratianopolitano Episcopo ac Martyri, horumq. amborum iſthic corpora afferuari: ac Hilarij quidem donasse olim Dagobertum, Pictauis sublatum, cùm Pictones aduersus se cum Vascenibus tumultuantes domiſſeret.*

*** hic est Antipapa, Clemens VII. dictus.** *8 In theca porrò, cui sacra hac inclusa pignora sunt, bina reperta diplomata; prius his expressum verbis: In nomine Domini. Huius publici instrumenti series ac tenor cunctis evidenter pateat, quod anno à nativitate eiusdem Domini 1394. Indict. 11. die verò festi nativitatis beatæ Mariæ Virginis, octauâ mensis Septembbris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini * Clementis diuinâ prouidentiâ Papæ anno 16. coram Reuerendo in Christo Patre ac Domino, Domino Guidone, miseratione diuinâ Abbatे monasterij S. Dionysij in Franciâ, Parisiensis diœcesis, necnon venerabilibus & religiosis vitis Fr. Philippo Gaud. fredi Eleemosynario, Petro Bidauldi Decretorum Doctore & Officiali, Ioanne de Fonteneto Praeceptore, & Guilielmo Roquemont Cantore eiusdem monasterij, in ecclesiâ eiusdem, videlicet in capellâ S. Hilarij, in mei Notarij publici, testiumque subscriptorum præsentia personaliter constituti, Illustris & Excellentissimus Princeps Dominus Comes Stampensis, ac venerabilis, ac circulps: etus vir Dominus Anselmus Thesaurarius Ecclesiæ S. Hilarij Pictauensis, afferentes se pro parte Illustrissimi Principis & Domini, Domini Ducis Bituriæ & Aluerniæ, Comitisq. Pictauensis, ad dictam ecclesiam B. Dionysij missos, humiſsis petiſſis & obtineſſis liter petentes, & requirentes à dicto Domino Abbate necnon Conuentu eiusdem loci, quasdam pecias seu particulas Reliquiarum eiusdem S. Hilarij, dicto Domino Duci ab eisdem promissas, vt asserebant. Qui quidem Domini Abbas & Religiosi supradicti, petitioni & requisitioni dictorum Dominorum Comitis & Thesaurarij benigniter annuentes, dictis Dominis Comiti & Thesaurario quamdam particulam seu peciam eiusdem Sancti, à parte posteriori versus aurem dextram ad modum trianguli, continentem in longitudine & latitudine spatium trium digitorum, vel citer, nomine ipsius Ducis, & pro ipso tradiderunt benigniter & concesserunt; necnon maxillam inferiorem seu mentem eiusdem capitidis. De & super quibus dicti Domini Abbas & Religiosi petierunt sibi fieri atque tradi per me Notarium publicum subscriptum publicum instrumentum. Acta fuerunt hæc in ecclesiâ & loco præfatis, anno, Indict. mense, die & Pontificatu prædictis, præsentibus nobili viro Domino Ioanne Moncelli Milite, necnon Ioanne de Viuario & Nicolo de Bohemiâ Doraini nostri Regis Autifabris, vna cum pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Ioannes Meresse Clericus Beluacensis diœcesis publicus Apostolicâ & Imperiali authoritate Notarius præfatus, requisitioni, petitioni, concessioni & Reliquiarum traditioni, ceterisque omnibus & singulis supradictis, cùm dictâ die, vt præmittitur, agerentur & fierent, vna cum prænominatestibus præfens vocatus interfui, eaque sic fieri vidi & audiui, & ob hæc præfens instrumentum manu alienâ sumptum concessi; & in præmissorum testimonium hic me subscribens signum meum publicum apposui requisitus & rogatus.*

*9 Alterum diploma ita habet: Ioannes Regis quoniam Ioannis, dam Francorum * filius, Dux Bituricensis & Aluer-*

niæ, Pictauensisque, Boloniæ, & Aluerniæ Comes, ac Par Franciæ, vniuersis præsentis litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quod nos à Reuerendo in Christo Patre, necnon dilectis nostris Abbatte & Conuentu monasterij B. Dionysij in Franciâ, habuimus & recepimus per donum nobis per ipsos factum, maxillam inferiorem seu mentem, & quamdam peciam à parte dextrâ capitidis B. Hilarij, per ipsos ex reliquiarijs eorum præfati monasterij extractis: quas Reliquias nos propter magnam deuotionem, quam erga ipsum B. Hilarij, & maximè in suâ Pictauensi, cuius Abbas sumus, Ecclesiâ, eius nomine dedicatâ, gerimus, ipsi Pictauensi Ecclesiâ B. Hilarij, teneore præsentium significamus per nos esse elargitas. *Eas monasterio S. Hilarij Pictauensis do-*

In cuius rei testimonium his nostris præsentibus ap-

poni inssimus sigillum. Datum in hospitio nostro de

N gallâ Parisiis, 10. die mensis Septemb. anno Do-

nimi 1394. Per Dominum meum Duce, vobis &

Dominis meis Comitibus Stamparum, & de Sancero

præ. nobis. Signatum Gontier. Meminit quidem huius

donationis Bouchetus: at de alio quopiam illo, seu Hilario,

interpretatur. Verum quâ potuit Dux ignorare, si orbi vniuer-

so notum erat, S. Hilarij extare Pictauis reliquias?

*10 Anno 1601. Kalendis Iulij, die Dominico (vt idem scribit Doubletus) Petrus Verinandus Nobiliacensis in Pictauis (aliud apud Atrebates Nobiliacum, quod vulgo S. Vedasti) *Aliæ dona- cœnobij Prior, & Ioannes Boardillonius Supprior. magno Priori ta Nobilita- monasterij S. Dionysij totiq. congregatiōnē libellum supplicem censi mo- obtulere. flagitantes ut parciula sibi reliquiarum S. Hilarij tribuereretur. Dentem vnum & digitum obtinuerunt, atque ad suum cœnobium deportarunt.**

11 Eodem die Curioni & Aedituis Romana villa San-Dio- Item Eccle- nyssianorum clientibus, ad ecclesiâ sua dedicationem exiguum sia Roma- S. Hilarij oficulum, dens S. Petri Exorciste, S. Patrocli Epi- na-villa.

scopi Gratianopolitani ac Martyru oficulum. impertita.

*12 Cùm ve. d audiret Godefroidus de S. Bellino Pictauensis Episcopus, Nobiliacensis benigne concessas glorioſi sui prede- cessoris reliquias, ipse quoque ad congregatiōnē San-Diony- sianam eiusq. magnum Priorem scripsit. Epistolam è Gallico versam hic reddimus: Domini. Reuersi à vobis Prior & Supprior Nobiliacensis sitæ in Pictauensi meâ diœ- cesi Abbatiæ, nobis nuntiarunt, non modò fauore leſe vestro atque ope omni adiutoris aduersus Abbatis sui commendatarij conatus, quos tantisper vestrâ operâ compresserunt; sed & S. Hilarij olim Pictauensis E- *Petit ali- quis Epis- copus Pi- ctauensis.**

piscopi, vnius ex Nobiliaci patronis, donatos esse reliquias. Quam ob rem & gratias ego vobis ago inge- ntes, & in spem adducor fore ut aliquas ipse quoque consequar in cathedrali meâ ecclesiâ collocandas, quâ ego omni oīnatū spoliatam, nudos dumtaxat parietes ostentantem, accepi. Eo si me beneficio cumulaueri- tis, tum id grata prosequar memoriâ, tum omnium quæ in hac ecclesiâ fient precationum perenni parti- cipatione munerabor. Sed velim si petitioni meæ an- nueritis, eas reliquias inclusas obsignetis, vt illas quæ sunt Nobiliacum allatae. Collocabuntur verò loco quâ fieri poterit maximè decenti & idoneo. Salu- tem vobis, quâ possum animi submissione voueo, Do- mini. Paullo inferioris: Humilis Vester Frater ad omnia obsequia deuotus, de S. Bellino Episcopus Pictauensis.

13 Cùm alia ab eodem Antistite & Capitulo Ecclesiæ Pictauensis scripta litteræ essent, misa est Pictauos pars sincipitis S. ei aliquæ Hilarij, cuius rei hoc consignatum publicis tabulis testimonium est: Godefroidus de S. Bellin, Dei & sanctæ Sedis Apo- stolicæ gratiâ Episcopus Pictauensis, necnon Decanus & Capitulum Ecclesiæ Pictauensis, Illustrissimo Principi Ludouico à Lotharingiâ Abbati, necnon magno Priori, Religiosi & Conuentui celeberrimi monasterij S. Dionysij in Franciâ Ordinis S. Benedicti Parisiensis diœcesis salutem in Domino. Partem sincipitis Beatissimi Hilarij, olim Pictauensis Episcopi (cuius sacrum corpus ex hac ciuitate in vestrum mona-

monasterium translatum vetustissimum Patrum videt etas, & nos historicā fide profitemur) in Ecclesiā nostrā Pictauensi, non sine magnā Christi fidelium hīc degentium consolatione, honorificē, vt decet, collocandam; per vos ad requisitionem nostram nobis impertitam & donatam agnoscimus, ac præsentium tenore certificamus. In cuius rei fidem & testimoniūm præsentes manu nostrā signatas, per nostrum & Capituli nostri secretarios fecimus signari, nostrique & Capituli nostri solitorum sigillorum appositione communiri iussimus & fecimus. Datum Pictauis die vigesimā quintā mensis Nouembris, anno Domini 1602. Paullū inferius: Ego Godefridus Pictauensis Episcopus manu propriā. Michelet scriba, de mandato dicti Capituli. Bellin, de mandato dicti Domini Reuertendi Pictauensis Episcopi.

Item Au-
sensi Ar-
chiepisco-
po.

14 Anno 1604. 28. Novemb. Ausensis Archiepiscopus dentem & osculum S. Hilarij ab eodem S. Dionysij cœnobio imperauit. Hac ferè Dubletius. Missarum porr̄d Pictauos Godfrido Episcopo reliquiarum memini & Claudio Robertus in catalogo Pictauensem Episcoporum num. 97. At que ab hereticis violata, ea ipse nimirum fuerint, quas Lutetia Ioannes Dux accepérat. Corpus fuisse ad S. Dionysij monasterium translatum scribit prater alios Andreas du Chesne in Antiquitatibus Pictorum. Iacobus du Breul qui vtramq; sententiam tuentur enumerat autores, ipse ad viram accedit, non ex-primit.

Aliquare-
liquis S.
Hilarij Be-
neuenti.

15 Alibi extare aliqua S. Hilarij reliquia feruntur. Maiorius de Vipera scribit alias Beneuenti in ecclesiā S. Sophiae esse, & in ipsius honorem templum extra portam auream excitatum, quod Benedictinorum olim monachorum fuit, nunc Capitulo Cathedrali annexum. Antonius Vincentius Domenechus in catalogo SS. Catalauniae ad xi. Augsti de reliquiis agit S. Hilarij Arelatenfis, licet perperām 14. Ianuarij celebrari scribat.

Aliqua-
vtalesij
in Belgio.

16 Est in Belgij sinibus, haud procul à Letiensi monasterio, Wasterium, sive Wallerium, vulgo Wallers, vicus, celebris hominum concurſu ad visitandas honorandasq; S. Hi-

latij reliquias confluentium. Ostenditur autem isthic os bra- Ex v. A-
cbij, inclusum theca argentea ad similitudinem brachij humani R. I. S.
efformata.

Isthic S. Hilarij festum insigni religione celebre agitur x:ii. Festi isthic Januarij, quam illi diem vigesimam appellant, à Nativitate S. Hilarij scilicet Christi. Proprium recitatur per antiquum de S. Hilario officium. Minor tum populi frequentia, ob hibernos imbrē ac frigora. At Kalendas Maij penē innumera confluit multitudo. Encania quippe illo die aguntur: fit tamen de sanctis Apostolis Philippo & Iacobo officium, instituiturq; solennis supplicatio.

17 Iterum quintus dies Maij maximā celebritate à populo peragit, spectabilis horum concursu, habendaq; supplicatione. Eo die allata isthuc primū S. Hilarij reliquia existimantur, licet nihil traditum litteris reperiatur. Totum de eo officium recitatur. Dicata ei, vt patrono, Ecclesia est, ac summa illius ara, aliudq; à dextris sacellum, in quo omnibus sextis seris decantatur Missa de S. Hilario pro sodalibus qui S. Hilarij dicuntur. Plurima isthic appensa ad parietes anathematata, fulcra, tibiaq; lignea, ac cerea, recuperatae sanitatis monumenta. Eas verò Sancti reliquias in thecam argenteam includi curavit Carolus Croius Chimacensis Dynasta, qui Ludouicam Albrettam sororem Regis Nauarra vxorem duxerat, anno 1518. suntq; amborum gentilitia insignia theca ipsi insculpta.

18 Precipiē ad auertendam apoplexiā, podogram, ne-phritis dolores, S. Hilarij imploratur patrocinium. Nuper Miracula, etiam Nicolao Pulaino Maconensi visum isthic restitutum ferrunt. Infinita propè alia edita miracula dicuntur, qua brevē fortassis descripta vulgabuntur, ut spem superioribus annis fecit D. Philippus Piermanus, Pramonstratensis ordinis ad S. Foillanum Canonicus, Pastorq; VV. asterij.

19 Opera pretium ad extremum fuerit S. Hilarij epitaphium dare, quod è vetusto codice eruisse se Claudio Robertus testatur:

Hilarius cubat hac Pictauus Episcopus vnde, Defensor nostræ terrificus fidei. Epitaphiū S. Hilarij. Istius adspicuum serpentes ferre nequivant: Nescio quæ in vultu spicula Sanctus habet.

DE S. VIVENTIO PRESBYTERO, VERGIACI IN BVRGVNDIA.

CIRCI-
TER AN.
CHR. CD.
XIII. LAN.

IN Versiaco monasterio Idibus Ianuarij natalis agitur S. Viuentij Confessoris, vt habeat Martyrologium Romanum. Est Versiacum, sive Vergiacum, (aliu Verziacum, Vertiacum, Versiatum, Verfiachum, Vernacum, Verdiacum, Virzeium, Virgeium, Vergium, Virginiacum; Gallie Vergy, Vergé, Vergie, Vergey, Vergier;) est, inquam, non in Pictauensi situm diaœci, vt in Romani Martyrologij Topographiā scripsit Ferrarius; sed in Burgundia Ducatu, haud procul Nuithonio, sive Nuitio oppido. Arx fuit olim munitissima, in edito colle exstrada, vnicō eoq; perdifficili accessu: Henricus IV. Francorum Rex muros deiscit. Subtus eam monasterium S. Viuentij condidit, anplijsq; possessionibus dotauit Manasses Comes circiter annum Christi 924. cuius genus integro volumine prosecutus est doctissimus Andreas du Chesne, perduxitq; vsque ad Clericulum Vergiacum aurei velleris Equitem, Comitem Champlensem.

S. Viuentij
translatio
duplex.

2 In hoc monasterium transferendas S. Viuentij reliquias curauit Manasses. Sed hac secunda translatio fuit. Nam Pictauum fines populatibus Normannis, ad Aruernensem ciuitatem deportata sancti Confessoris pignora, Agilmarus Episcopus in monasterio collocauit, quod in Burgundia partibus, in Comitatu Amauso, sex millibus ab Arari flumine, in aucto fundo construxerat. Hoc quoque à Normannis everso, Vergiacum Manasses fundauit; eoq; S. Viuentij & aliorum Diuorum reliquias transtulit, fortassis & S. Leogisoli, de quo infra. Ludouicus Gollatus in suis Rerum Burgundicarum commentariis lib. 2. cap. 38. & lib. 4. cap. 20. eundem Manassem

Prioratus S. Viuentij prope Dolam facit auctorem, cum idem tamen esse cœnobium videatur, quod est ab Agilmaro Episcopo edificatum, nisi id fortassis Manasses deinceps restaurauit. Sed hallucinatur Gollatus, dum Prioratum illum iuxta Grauionem castrum locat, Grauionem verò castrum Dolanum interpretatur, cum Grauius in Pictauis fuerit, prima S. Viuentij sedes, vt mox patebit.

3 Locum verò sacrū eiusferia celebrem pleraq; Martyrologia Vergiacum nuncupant, que proinde post tertiam translationem composita auctave lices coniucere: nam si antiquiora essent, Grauionem locumve alium exprimerent. Vetus tyrolium certè Vuardi MS. exemplar, quod Parisiis in monasterio S. Germani de Pratis afferuatur, ita habet: In monte lis in mar- Verziaco S. Viuentij Confessoris. Vnde patet, quod qui tyrolium dam viri eruditii existimarent, non esse illud ipsius Vuardi celebra. manu exaratum. Abest & locus & Viuentij nomen à vetustissimo quoque codice nostro, qui olim Augustini Hunnai fuit. Molanus & Cartibustiani Colonensis in eorum classem eum reiciunt, quos ipsi ad Vuardi Martyrologium adiecerunt. Desideratur & in Parisiensi eiusdem Vuardi editione ann. 1536. At Lubecana anni 1475. Florarium, aliaq; plurima MSS. Bel-gicarum Ecclesiarum: Versiaco natale S. Vincentij Confessoris Christi. Bellinus: Ipso die Versiacho S. Vincentij Confessoris. Maurolycus: Ipso die Verdiaco monte S. Vincentij Confessoris Samaritani, tempore Hilarij prædicti. Vetus Colonense Martyrologium: Verziaco natale S. Viencij Presbyteri & Confessoris Christi, qui ad prædicationem B. Gregorij creditit; quem cxx.

xtatis

**Ex v.a.
riis.** ex tatis suæ anno defunctum apud Grauionem castrum B. Maxentius Abbas sepeluit. *Celebrat quoque eius natalem Martyrologium Germanicum, & alij, quorum quidam Luuentium, nonnulli Luuentum, & luuentum vocant.*

**Transla-
tionis me-
moria, 13.
ian.** 4 Translationem hoc die agi existimauit Galefinus: In Verdiaco monte, inquit, Translatio S. Viuentij Confessoris. Is è Samitanis parentibus Christiani nominis hostibus natus, B. Georgij Antiochiae Euangeliū prædicantis operā ad fidem conuersus, ac deinde Sacerdos factus, Angeli monitu Antiochiam venit; quā in vrbe Deciani Präsidis filiam à dæmonio liberauit. Romam denique proficiscens, in itinere multa miracula edidit. Natus annos centum & viginti migrauit ad Dominum. *Citat in Notis vitam à Mombritione tom. 2. Adone (Vincentio voluit scribere) Beluacensi lib. 13. cap. 99. & Equilino lib. 2. cap. 71. editam: apud quos omnes, vt & in ritu quam damus, dicitur Idibus Ianuarij apud castrum Grauionem defunctus. Ait in monasterio Vergiacensi secundâ feriâ post diem Pentecostes reliquiarum eius Exceptionis memoria singulis annis recolitur, vt in fratre dicetur. Ea feria anno 924. in diem 17. Maij incidit; quo die MS. Florarium: Sanctorum Episcoporum & Confessorum Vincentij & Honorati & Syti & Martialis Confess. atque ita plures congregatim referuntur, ut sèpè in eodem libro, quorum tamen non sunt neque Acta, neque honores ac triumphi coniuncti. Honoratus Episcopus est Tolosanus, qui eodem die commemoratur in alio quodam recenti MS. colitur vero 22. Decembra. Syrus Episcopus Ticinensis, cuius eo die translationem, 9. Decembra natalem plurimi celebrant. Martialem sufficimus Lemouicum esse Apostolum, qui 30. Iunij colitur. Viuentius, sive, (vt auctor Florarij alii 13. Ianuarij eum appellant) Vincentius, Episcopus appellatur, vt in titulo vita in MS. Andrea du Chesne, non quid gradu & ordine Episcopus fuerit, sed quid propter Apostolica vita dignitatem inter sacros Antifites à religiosa plebe veneracionem sit consecutus. Solemnam illam Exceptionis memoria, peragi vii. Idus Iunij, habet historia Translationis in Vergiacis à du Chesne edita. At non incidit is dies in feriam secundam Pentecostes anno 924. sed 930. & 941. Fortassis horum annorum alterutro latum de eâ deinceps agendâ celebritate decretum. Aut error in numeros irrestit, legendumq; fuit: xvi. Kal. Iunij, pro vii. Id. Iunij.*

**Natalis S.
Benedicti,
socii S. Vi-
uentij.** 5 Nullo horum dierum Viuentium memorat Sauffaius in Martyrolog. Gallicano; sed 23. Octobr. ex antiquis Ecclesiæ Pictauensis monumentis ista promitt: Benedictus Episcopus de Samariâ cum Presbytero, (hic Viuentius est) & quadraginta sociis ob Paganorum lævitiam fugiens, venit apud Pictauos ad B. Hilarium, quem audierat è Phrygiâ regressum, & eremum iuxta castellum petiit, ubi in excisâ * Deo seruens usque ad obitum permanit, ibidemque sepultus est. S. Benedictum eo die referunt Vuardi exemplaria excusa & MSS. ac recentiora passim Martyrologia his verbis: In pago Pictauensi S. Benedicti Confessoris. absque vñl. S. Viuentij mentione, aut sociorum, quorum plurimi pro fide dicuntur interempti, et si eorum nobis neendum compertus est natalis. Meminit Verziaci & S. Viuentij, Glaber Rodolphus in vita S. Guilielmi Abbatia Diuonensis suprà 1. Ianuar. cap. 5. num. 18. vbi dicitur huic commissum ab Henrico venerabili Duce monasterium etiam Verziaci castrum ex latere situm, vbi antiquus Confessor Christi Sanctus requiescit Viuentius.

**Vita S. Vi-
uentij unde
descri-
pta.** 6. Vitam S. Viuentij, ex veteri Legendario Calefinorum Farisensem, descriptam, nobis pro sua singulari humanitate communicavit Andreas du Chesne V. CL. quam cum MS. S. Maria de Ripatorio collatam hic damus, et si correctionis, quod ad chronologiam chorographie rationem attinet, haud uno loco indigentem. Translationis accuratio: historia est, quam tamen ab eodem compositam auctore tum ipse censet du Chesne in Vergiacis lib. 1. par. 2. cap. 3. tum ex stylo colligi potest. Scripta videtur haud multò ante annum Christi millesimum: nam & Gisleberti Ducis in eâ mentio fit, quem tradit du Chesne an. 956. obiisse; & illa aliquam multos à Translatione usque ad historię scripti annos fluxisse indicant: Ac Dei genitricis ipsiusque B. Viuentij nomini dedicatus nunc usque locus isdem & cognominatus habetur. Extabat in MS. S. Martini Ultraiecti brevior nec satis accurata S. Viuentij vita. Extat & in Vincentio Belluacensi, ut ex Galefino anè retulimus, in Bonino Mombritione, ac Petro de Natalio, sed Translatione prætermissa, quam solam in Vergiacis vulgariter du Chesne, partemq; in Normannicis.

**7 Antiquiora extitisse S. Viuentij Acta, ac fortassis sin-
ceriora, huius vita scriptor ostendit, cum cap. 8. num. 45. de S. Maxen-
tio antistitoro.** Agilmara Claramontano Antistite ita scribit: Qui venerabilis Pontifex sèpius relegens conuersationem ac actus S. Viuentij simplices ac penè incultos, atque inertii sermone descriptos, deofculansque dicebat: O beata ac benedicta priorum rusticitas, quæ plus studuit optima operari, quam loqui; & magis nouit sancta honestaque esse, quam dicere. Eius fortassis historia auctor S. Maxentius Pictauensis Abbas fuit, qui, vt in vita num. 32. dicitur, auditâ illustrissimi virtu famâ, ad requirendum vel visitandum, seu potius se suis orationibus commendandum venerat, & partim audita, partim visa quæque stylo currente depinxit. Sed quis ille fuerit Quis ille Maxentius non reperimus. S. Maximini Treuirense frater fuerit Maxentius Episcopus fuit, & vt alibi diximus probabilius videri, Viuentio Hilarioq; senior. Alius colitur 26. Iunij Maxentius Abbas, qui nomine dedit nobili apud Pictones oppido ad Separim flumen sito. Veram hic Maxentius Clodouæ Magni vixit etate, centum ab obitu S. Viuentij annis, vt ex eius vita patet, & S. Gregorio Turonensi lib. 2. his. Franc. cap. 37. An huic suum visenti sepulcrum apparuerit S. Viuentius, cuius deinde gesta ac miracula mandarit litteris; an potius alius Maxentius (familia in eâ prouinciâ nomen) extiterit, nolumus diuinare. Fuit certè, cum primùm in Pictauensem ditionem ab vrbe Agathensi prefugus venit S. Maxentius, non incelebre monasterium cui praeerat B. Agapitus; à quo ille in disciplinam receptus, cum anteâ Auctor dicetur, Maxentius est appellatus, fortassis ab antiquiore, vt sit, eiusdem canobij Maxentio Abbe vel Fundatore.

VITA

AVCTORE ANONYMO,

Ex duabus veteribus MSS.

C A P V T I.

*S. Viuentij conuersio, sacerdotium, prædicatio.
Conuersio S. Cleopatronie.*

Dicitur gloriosam Domini nostri Iesu Christi resurrectionem, & mirabilem eius in cœlos ascensionem, sancti Etique Spiritus in discipulos aduentum, corroboratis eorum cordibus, quos attigerat, omni sublato timore terreno, cooperant palam sancti Apostoli prædicare Verbum Dei, vt in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Contradicentibus autem aduersariorū ministris persistebat sancti amilites omnia tormentorum genera patientissime pro amore Christi sustinere. Vnde contigit vt in tempore Diocletiani quidā Cappadocus, nomine ^a Georgius Antiochia prædicas, & idola euferit, quo Daciani Präsidis nequissimi idola minutatim quæque, aurea vel argentea, seu qualibet arte sculpta, per virtutem sanctæ crucis in puluerem redigere fecit.

2 Quidam ergo iuuenis, Samariæ ciuis, nomine ^b s. Viuentius, ortus parentibus non infirmis, gentilitatis tuis contamen errore detentis, doctus secundum paganorum ueritatem litterarum studiis, auditâ prædicatione B. Georgij, usque facias eius miraculorum factis credidit vnum

Fit Sacerdos.

vnum Deum in Trinitate consistentem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Tali denique ac tantâ inspiratione repletus petij se celerius baptizari, solidatus in fide sanctæ & indiuividuæ Trinitatis: erat enim vir miræ simplicitatis, omnium adornatus bonarum virtutum studiis, firmans se orationum vndique munis, & vigiliarum pernoctando custodiis. Non longè verò post per ceteros Christianorum sacratissimos Praesules, qui videntes eius benignissimam conuersationem, & firmissimam in fide Catholicâ soliditatem, gradatim per Ecclesiasticos concendendo gradus sacerdotale officium meruit adipisci.

Christum predicat.

3 Deinde beatus Deique cultor Viuentius Sacerdos effectus, verbum prædicationis longè lateque disseminans, ad patris matrisque peruenit hospitium; qui condolens perditioni eorum, hortatur eos argumentos ab idolorum culturâ secedere, & Deum viuum ac verum, Creatorem omnium creaturarum fideliter credere, & cum omni cordis puritate veraciter adorare, quia ipsius est potestas in caelo & in terra sine fine. Videns autem se nihil proficere, causâ orationis genibus in terra fixis, erectis ad caelum palmis, inuocans misericordissimum Deum, cum lachrymis pro iis audiissimè cœpit orare, quatenus mererentur diuinâ inspirante gratiâ collustrari, & ad baptismi gratiam conducti. Tandem surgente beatissimo Sacerdote ab oratione, afflante diuino Pneumate, iam iamque paulatim scintillâ lucis æternâ corda eorum collustrantur lucidè, ita ut exhortatione filij obaudiret libentissime. Praclarus autem Sacerdos videns eos corderetus aurem accommodasse, nimirum corde exhilaratas, reddens prius multiplices Deo gratias, iterum exponit eis fidem sanctæ & indiuividuæ Trinitatis, resurrectionemque mortuorum omnium, iudicium quoque futurum, & coronam Beatorum, atque pœnam pessimorum. Denique efficitur pater spiritualis, qui prius extiterat filiuscum sanguine carnis.

Clam è patriâ discedit.

4 Baptizatis igitur parentibus ipsis, cum ceteris quos prædestinauerat prouidentia diuinitatis, oculè deserens terram suæ nativitatis, ignorantibus suis parentibus cunctis, peregrinam magis elegit ducere vitam, quam inter sacrificios diutius commorari, dicente Psal. 17.v. Psal. 17.6. & 17. Psal. 17.7. Psal. 17.8. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocentie innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Proficiens etenim per longa terrarum spatha Dei famulus, nequaquam cessabat à prædicationis verbo, aut diuinitatis ministerio, nihil secum tollens ex omnibus quæ sunt in carnis desiderio: quia illud Domini præceptum semper retinebat corde: Nihil tuleritis in via, & in quamcumque domum intraueritis annuntiate pacem illi.

Vbiq[ue] predicas more Apologetico.

5 Dum haec ita gererentur, & fatigatus nocte quādam ob longitudinem itineris se sopori dedisset, Angelus Domini eum blandis alloquens sermonibus fatur: O sancte Viuenti, Sacerdos Altissimi, confortare & esto robustior ut viriliter agas, quia sanctæ orationes tuæ, & preces ad aures piissimi Conditoris peruererunt: ideoque velociter surgens reuertere, & idola Dacianæ & Asianorum nequissimi Procuratoris in urbe Thessalonica signaculo sanctæ crucis conteras minutatim: quo facto liberabis filiam eius, quæ decem & octo annis diabolicalm patitur vexationem: non enim lætitatur Deus in perditione morientium, qui eam vult eripere de fauibus malignorum, & ad agnitionem sui nominis conducere, ut consortio potiatur Sanctorum. Et dicto citius discessit Angelus. Sacerdos autem à sopore expergefactus, gratias referens Deo, cordeque exilaratus, reliquam partem noctis duxit per uigilem sacris cum orationibus. Igitur Pater beatissimus post sancti admonitionem Angeli tertią die Thessalonicanam veniens, per venerandæ crucis signaculum redacto in puluerem nequissimi Praesidis fano cum omnibus simulacrorum titulis, eodem silenter die se continuit,

Tom. I.

alterâ siquidem die reuersurus.

6 Post denique ingressus cubiculum e Cleopatra-næ pessimi filiæ Daciani, & flexis solo poplitibus co-
pit orate cum lacrymis dicens: Exaudi me Domine Iesu Christe altissime seruum tuum te deprecantem, & in tuâ misericordiâ confidentem, & ne aspicias peccata nostra vel parentum nostrorum, sed propter gloriam nominis tuilibera hanc puellam à fauibus Zabuli, quod per eam in te credant plurimi, quia non est alius Deus præter te Domine, qui vivis & regnas sine fine. Cumque omnes respondissent, Amen; surgens ab oratione, & benedicens aquam cum exorcismo ac crucis signo, dedit ei bibere, & ait: Exorcizo te immunde spiritus per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ut exeras & recedas ab hac famulâ Dei, ut abhinc libera suo deuota seruiat Creatori. Ad hanc nempe vocem coactus dæmon exiens cum clamore, dirisque eiulatibus, elist ante pedes viri Dei puellam exanimè, quam sacer mox signo crucis edito restituit incolumem. Eiectus itaque dæmon, ac taliter à beato Dei Liberatore victus, magnis cœpit eiulatibus perstrepere, & quasi deprecatoriâ ratione conquerere, dicens: Observo te, ô Sacerdos Christi, noli me mirare in abyssum, sed permitte ut introeam in sacrilegū Dacianum. Beatus etenim Viuentius tecterrimum videns spiritum, inquit: Adiuro te, nequissime spiritus, in nomine unigeniti filii Dei viui, qui immolatus est pro salute generis humani, ut non amplius noceas vilam ex omnibus eius creaturis, sed per deserta & arida gradiens loca gehennali te citissime non cesses committere igni, qui tibi præparatus est æternaliter, tuisque omnibus sociis. Ad hanc ministri Dei vocem inimicus & totius bonitatis inuidus, magnos cunctis astantibus terores incutens, fœtoresque relinques, euauit. Recedente itaque dænone Sancti imperio glorificauerunt Deum cuncti qui aderant, viso tali miraculo.

7 Præterea elecitus Dei athleta conuertens se ad Cleopatroniam Praesidis filiam, magnificâ voce, constipatis multis populorum globis, his assatur eam sermonibus: O virgo sacra, & ab ipso omnipotente Deo electa, Dominus meus Iesus Christus misit me ad te, ut ostendam tibi viam salutis, per quam quisque gradiens homo potest pertingere ad perpetuam Angelorum vitam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quam scilicet ipse præparauit diligentibus se. Deinde exponens ei fidem indiuividuæ Trinitatis, mysteriumque sacri baptismatis, tropæum quoque venerandæ Crucis, omnino modis ostendit reætitudinem Catholicæ fidei. His & aliis plurimis verbis puella auditus, creditit in Deum cre-torem omnium creaturarum, & baptizata est ab eodem viro Dei cum ducentis ferè hominibus promiscui sexus, qui ibi aderant, glorificantes Deum ac dicentes: Verè seruus Dei es tu, ô Beate Viuenti, & verbum eius in ore tuo verum est. His ita gestis, beatus Sacerdos per tres menses prædicans in eadem vrbe populo miracula. Dei verbum, baptizauit ex eis non minimam multitudinem, quia videbant signa & mirabilia quæ per Dei gratiam faciebat. Veniebant ergo ad eum omnes qui variis detinebantur infirmitatibus, quos ipse inuocato Christi nomine curabat: cœcis visum, claudis reddens gressum, leprosos mundans, dæmones ab obsessis corporibus efficiens, & alia multa medicamina infirmis salubriter præbens.

a MS. du Chene ministr.

b Mombrit. Vincent & Martyrolog. Colon. Suprà citatum, Gregorius. Sed hic magnus est Georgius, qui ex nobili Cappadocium proslapiâ ortus, in Legendâ Iacobi de Voragine, & pluribus S. Geor-gius MSS. dicitur passus sub Daciano Praeside, imperantibus Diocletiano & Maximiano, & Palastinam Christo fauente deuicisse. Quæ discutiemus xxvij. April.

c MS. du Chene: Christianorum nequissimi persecutoris.

d Ita MSS. ambo, & alij Besilonica. Galephius suprà, Antiochia.

Ex MSS.

e

Orat pro

Cleopatre

nâ filiâ

Daciani.

Yyy

c Petrus

Ex MSS. e Petrus de Natal. Eupatronæ. Vincentius Cleopatrinæ. Co-
S. Cleopa-
liter viii. Martij, ut habent Martyrolog. Germanicum. Carthu-
sianæ Colonien. in Addit. ad Vſuardum, Ferrarius, alij, ut adeum
diem dicemus.

C A P V T I I.

Nauigatio Romam. Dona Cleopatronicæ.

8 B Eata igitur Cleopatricia, bonis operibus ornata, diebus vita sua Deo deuotè seruiens in operibus manu bonis, primam conseruans stolam bapti-

S. Cleopa-
tronia An-
gelmonitu
mittit Ro-
Ecclesiasticum
mam do-
postolicam
a strenuos misit legatos, & Benedictum scilicet Antisti-
tem, Sanctumque Viuentium Sacerdotem, deprecans
sibi præparari hospitia per tanta intercapedinis terra-
rum spatia, quatenus tandem adire quiret Sanctorum
limina.

Daciani
fractionem idolorum grassabatur in Christianos. Au-
persecutio-
dientes autem hæc sancti viri Benedictus videlicet
nant S. Be-
Præsul, & Sacerdos Viuentius, prodiderunt Cleopa-
necius E-
tronæ quod eis Spiritu sancto docente valuebatur in
piscopus &
mente, dicentes : O castissima Virgo deuota Christo,
S. Viuen-
tius. confortetur cor tuum ut viriliter agas, quoniam per
te multi credituri, & hæreditatem patriæ cælestis sunt
Valedicunt accepturi. Nostamen hac in regione manere nequa-
S. Cleopa-
tronia.
quam possumus, ne publicè ab hac sceleratissimâ ge-
neratione arguamur absque vlo interfici fructu. Vn-
de melius nobis viderur hinc abire, & Dei nostri sege-
tem, quæ iam parata ad metendum fore videtur, in
horreum eius colligere. Nec tamen quæ volumus par-
te, sed transmeato mari quocumque Domini disposi-
tio gressus nostros voluerit dirigere. Tum Virgo sa-
cra haud minimè tristis effecta, prouoluens se cum
lacrymis ad eorum vestigia, percipere meruit ab eis
benedictionis gratiam.

Pallium ab
& accipit
S. Benedi-
tus.
10 Enimvero proficentes simul ambo, suorum memores sodalium, gressu fixo, ac tractato inuicem quod cuncti possent pariter abire consilio, alter ab altero discessere, vno tamen termino ad mare reuersuri disposito. Beatus siquidem Præsul dum reuerteretur, ecce virti obuiam ei, qui reducentes eum ad Dei Virginem, quæ iterum deprecatur pallium, quod prius omiserat, Romam ab eo perferriri. Quo accepto, accessitque sibi comite suo filiolo, Promoto nomine, cœpit reuertens abire. Interim sanctus Sacerdos Viuentius collectis secum in Christo quadraginta fratribus, onustisque camelis cum septem etiam seruis ad littus vsque maris noctu proficisciuit: & non inuenito iuxta pactum Præsule contrastati sunt cuncti pro eius absentiâ.

Naui fugit
S. Viuentius
cum socijs
40.
11 Peressimus vero Dacianus hauriens quorumdam relatu eos taliter abiisse, missis apparitoribus volebat per Sartaginem velut cremia vri, ac multis doloribus ipsos pati per rotas etiam ferreas, quas ad hoc parauerat. Videns vero B. Viuentius, ceterique sui soldales tyrannos cum euaginatis gladiis eminus venientes, magno perculsi timore concitò nauim petiere, ac nutu diuino veliuolè discessere. Inimici etenim vt viuderunt eos sic aufugisse, cymbalia comantes aplustria, findendo Neptunia, extensis circumquaque lacertis prouolare lembum citissime temis fecere. Videres nautarum pugna fugientium & insequentium: Sancti vt euaderent; pessimi vt eos punirent, elaborare. Sed inter hæc auxilium queritur diuinum, incumbitur tabulati fundo cum lacrymis & gemitu, palmis ad cælum expansis inuocatur Adiutor potissimum. Protinus

ventorum flamine iniquorum pelluntur naualia, atque *Hojes in-*
equitum Pharaonis more demersi pelago, cremabundi
remittuntur orco, ita absorpti maris edulio, orant
fancto Dei viro.

12 Sanctis siquidem nauigantibus per altum pela-
gus subito eis nascitur magna difficultas ob sodalis ab-
fentiam. Nam Euro retorquente diuino instinctu eo-
rum scapham, more vertiginis illico ita fixa persistit ac
si radicis altè arbor terræ fixa teneretur. Diu namque
simul cuncti incassum laborantes, paullisper substitere
attoniti, quoniam inanis eorum labor ad nihilum redi-
geretur, intumescentibus vndique secùs maris fluctu-
bus ob nimium ventorum flatum. Elabitur spes vltre
viuendi: attamen exhortante eos B. Viuentio, expâlis
ad cælum palmis vno simul corde cum voce inuocante
misericordiam Conditoris, qui sperantes in se nullaten-
nus dereliquerit. Subito namque extenditur aqua cir-
cumcircâ, & per sexagonum conuoluta lymphæ do-
muse efficitur intactâ permanente naui taliter inclusa:
sicque Deo protegente saluantur incolumes per cen-
tum quadraginta quatuor horarum spatia.

13 Dum etenim talia Sancti per altum paterentur
salum, beatus Præsul Benedictus cum Promoto filiolo
suo ad littus peruenit. Non inuenitis quoque fratribus
secundum eorum placitum, tristis oppidò effectus, ora-
tioni se cum pueri contulit, completâque oratione
substituit, & ecce vox lapsa de cælo infit : Noli timere,
o Benedicte nomine & actu, sed esto fidens in Domi-
no, cuius regimine totus tegitur orbis. Ipse enim mit-
filo supra
Angelum suum ductorem tui, inueniesque quos de-
siderat anima tua saluos & incolumes: nam tentauit
Viventium
eos Dominus, quia timore terreno tremebundite non
expectantes fugerunt. Beatus vero Præsul tali affamine
confortans, expanso supra mare pallio, muniens se
Crucis signaculo, ascendit super illud cum suo filiolo,
habens gubernatorem omnium creatorem; atque re-
to tramite peruenit ad locum, quo nauis sodalium
detinebatur à gurgite. Tunc (mirabile dictu) pallium
reuoluebatur in gyro super quod sanctus stabat Præsul
cum filiolo: ob quod tremefactus erectis ad cælum
cum palmis luminibus Deum deprecatur attentiūs.
Dum hæc interim aguntur, in se reuertens procella
Deo iubente detestâ protinus puppi inuicem se con-
templantur Sancti. O miranda atque nimirum stupen-
da Dei miracula! quis putas fletus, quod gaudium in-
ter eorum amplexus? Ideo laudetur in omnibus Chri-
stus, quia isti totam cum magno gaudio duxeré diem
in hymnis & laudibus benedicentes Deum: siquidem
eatenus perduxit eos Angelus ad littora boni portus.
Ipsi denique firmatâ protinus anchorâ, prostrati que
solo orationis caussâ, gratias referunt Deo, qui eos de-
tantis eruit periculis.

14 Peractâ igitur oratione dum fatigati confedis-
sent, eorum archimagirus defecisse stipendium victus
promit, vnde & ab Episcopo deprehenditur, sed &
confortando fratres blandè leniens, inquit: Potens est
Deus parare mensam in deserto. Inde Beatus surgens
Viuentius, decantando cursum paululum sequestratus
à ceteris ibat pedetentim per littus maris. Cùm ergo
*eminus alta prospiceret littora, ecce magnus piscis exi-*Fame la-*
*liens à profundo gurgite, sicque palpitans remansit in ri pâs.**

15 Reuertente Leucotheâ planè sequentis diei,
disposito calle profecti, venientes b Signorissa, manserunt
inibi aliquantis diebus. Quod etiam locatis ad
opus

Rome of-
Rome of-
Cleopat-
ni mune-
ra.

opus Cleopatris hospitiis pergentes habebant semper ductorem Angelum Domini, & quocunque manissent, sic semper praedictæ Virgini manendi præparabant hospitia. Cumque Romam peruenissent, proferunt s. latis candelabris cum ardentibus cereis, ceterisque xenii prætaxatae Virginis, posuere cuncta ad Beati seculi Petri: & finitis Dei secretorum ministeriis ad templum Beati Pauli, indeque loca circumcurrentes Sanctorum suarum gratia orationum, ad Apostolorum Principis reuersi sunt domum.

a. S. Benedictus Episcopus de Samariâ dicitur in antiquis Ecclesiæ Pictaviensis monumentis supra citatu ex Saussaio. Colitur xxij. Octobr.

b. Signorissa hac foris Sinuella, oppidum maritimum in finibus Latij & Campania. Huic conjectura satis congruit iter reliquum Romanum versus.

C A P V T III.

Secessus in eremum. Mortui suscitatio.

Ab iniu-
cem disce-
dunt.

16 Benedictione denique à beato Papâ gratanter acceptâ cum eulogis, lene carpentes iter, Herbedilicam attigerunt urbem. Manserunt ergo in prælibatâ vrbe per dies videlicet octo inter se colloquentes, & gratias Deo quotidie pro piissimâ eius misericordiâ, & bonis omnibus sibi ab eo collatis referentes. Recepisti igitur in tanto spatio viribus, post grata inter se, dulciaque colloquia placuit eis ab iniuicem sequestrari, & loca eremi remota ab omni frequentia populi manendi solitariè appeti. Sacer igitur Viuentius multis perfusus lacrymis beato fuit dixisse Pontifici: Omnipotens Deus, qui nos de tantis eruit periculis, sit custos ac prævisor nostri à deceptione hostis antiqui, ut sicut fuimus in terris socij, sic tribuente pio Domino simus complices gaudij regni cœlestis. Cùm enim cuncti flentes respondissent Amen, osculatis & benedicatis à Præfule residuis, pars cum eo ex fratribus profecta, parsque cum socio relata ab iniuicem separantur.

Vinentius
cum socijs
in eremum
abit.

17 Eo sane tempore quo ista geregantur, necdum firma habebatur illis in partibus Christianitas, sed adhuc maximè error gentilium voluebatur. Ideo quidam ex his qui restiterant fratribus, nomine Dominus, Dei electus Sancto dixit Viuentio: Domine, si placet tuae benignitati, declinantes à facie impiorum ieiuniis ciuitatis habitantium percunctetur cuiusque eremi vastitas, si forte poterimus aliquam inuenire speluncam, quod aliquamdiu latitando seruamus Creatori nostro diu noctuque. Placuit Dei famulo ceterisque sibi iunctis consilium huiuscmodi, quia sic Dominus suis in Euangeliô præcepit discipulis, & ipse prius quod iusserat fecit, quando pro Herode delatus est ad Ægyptum, dans nobis exemplum. Perlustrantes autem Herbedilicam circum quaque prouinciam, contigit eis Beatum obuiare Vertauensem & Martinum, à quo clementissime salutati & causâ itineris auditâ suscepit eos humanius necessaria ministraturus.

Excipitur
à S. Mar-
tino Verta-
uensi.

18 Nec prætermittendum reor, quod omnipotens Deus per seruos suos voluit perspicuum delucidare miraculum. Cùm inter se diuina sererent colloquia, & alternatim nectarea perfunderent spiramina; en subito semiuiuum cursim ferens cadauer impræobra præ oculis eorum nudatis pellibus peccoris, se se flendo interfert & eiulando mulier: vocatoque ex nomine quem numquam prius nouerat, O Sacerdos Christi beatissime Viuenti, inquit, velociter succurre mihi miseræ, nec moreris filium meum sacri vndâ baptismatis perfundere priusquam præsentis careat spiritu vita. Hæc matre interim prolecente, puer tandem inter vlnas matris moritur sine baptismi regeneratione. Respi ciens flebilis mulier extincti nati cadauer, quæ iam non mater dum filium non habet, cum ingenti gemitu rugituque proiecto eo ante pedes viri Dei præceden-

tibus lacrymis infit: O Viuenti serue Dei viuentis, red- Ex MSS.
de mihi filium, quem tuis adhuc conspectibus attuli viuum: Cui Sanctus: Ut quid talia mulier à nobis peccatoribus, quæ sanctorum Apostolorum & Martyrum sunt, requiris? Nos enim ista minimè præsumimus. Tunc illa voce reciprocâ ingeminans ait: Rogo, filium, si non mihi, vel baptismo reddes, vt & plus voceris ipse pater spiritualis, egoque mater vteuinque vocer, obtineas. Illâ in prece ita perdurante, B. Martinus Vertauensis sancto Sacerdoti Viuentio dixit: Si fine bapti mul oremus omnipotentem Deum, frater carissime, tuum suum qui quatriduanum resuscitauit Lazarum, quod propter citat. gloriosissimam suam misericordiam dignetur miseri- ri huic orbatæ mulieri, vnicum resuscitando filium, quem à nobis querit viuiscandum: Qui continuo pariter ad orationem conuersi, flecentes genua cum lacrymis tamdiu Christo Regi Regum preces fundunt, quousque anima suo corpori, ingensque gaudium redditur matri. Erant autem dies pueri à nativitate bis deni. Quem baptizatum matri in colum reddens, præcepit ne cuiquam huius factum rei quoquo modo intimaret.

19 Hinc beatus quidem Christi Sacerdos duobus apud Sanctum morans Martinum Vertao manendo mensibus, fratribus in commune cauissam sui itineris exposuit vel laboris: intantum etenimflammâ diuini Pneumatis illorum iugiter pro neclare eius dulcora- Horitur omnes ad mine sermonis inardescerant corda, vt penè iam vide- pietatem.

rentur relictis cunctis mundialibus omnimodis rebus sublimia cælorum petere penetralia. Hac Patre luculentserente dum adhuc Vertao degeret, didicit quorundam relatu: Iustinianum nequissimum Imperatorem, qui Sanctos Dei vbiique persequens, quoscumque religioni Catholice deditos variè tormentando trucidabat, à Senatu turpiter interemptum, orcoque deductum, & inter flammiuomas ollarum Vulcani laterbras perpetualiter cremandum, hoc pro munere tali datum.

20 Exin maritima periturus cum Auentio & Domino, ceterisque suis complicibus proficiscitur: quem Martinus Abbas pariter cum suis valedicens & confortans eos in Domino prosequitur, benedicentesque se mutuò, in pacis etiam osculo diu amplexati, haud fine lacrymis sequestrantur, alter cœnobio, alter verò cymbâ subuehente altissimis se committrit gurgitibus sali, habens ductorem & gubernatorem Angelum Domini. Hinc Deo iubente prosperantur venti, tumentia In quædam æquorantur vndarum Neptunia tranquillitate optant, abit cum biliter concessâ, oranibus & sine interruptione psal- lentibus Sanctis, ceterisque impellantibus remis. Tan- dem prosperè littus cuiusdam insulæ, cuius vocabulum est Vertime, gratanter applicuere. Quid plura? dispo- nente Dei gratia inuenitur spelunca, quasi ex concavo habitat. manibus Angelicis præparata marmore, quo habitantes longè solitariam, Deo gratanter referendo laudes, duxere vitam.

a. Herbadilla, ur Morlaix in vritis Sanctorum Britonum scribit. *Herbadil-*
bit, ciuitas fuit Britannia Armorica haud procul à Namnetum la-
urbe, Gallicè Herbauges; qua terra huius ab porta legitur, quod S.
Martini Vertauensis concionibus ad fidem Christi noluerint ciues
converti. Ademarus in MS. Chronicô apud du Chezne meminit
Rainonis Comitis Arbatilicensis, qui una cum Ranulpho Duece
Aquitania aduersus Normannos dimicauit. S. Amandus 6. Fe-
bruarij, & S. Alanus 7. Noemb. ex Herbatilico pago oriundi
dicuntur, in Aquitanâ: eadem hac fortassis regio est.

b. S. Martinum Vertauensem scribit Morlaix an. Ch. 527. na- S. Marti-
tum, Archidiaconum factum à S. Felice Episcopo Namnetensi an. nus Veria-
Ch. 560 è vita decepsisse 589. 24. Octob. quo die vitam eius dabimus. uensis.
Est autem Vertauum monasterium, alii Vertanum, quo mox di-
citur adiisse S. Viuentius, vulgo Vertou, duabus ubi urbe Namne-
tum levius distatum, extructum à S. Martino, qui inde Vertauen-
sis dicitur, an. Chr. 575. ut quidem tradit Albertus Magnus de
Morlaix; hoc tempore Prioratus subiectus Abbatii S. Iouini de Mar-
nais in diœcesi Pictaviensi. Quis verò hic non vident rationem? Et
temporis & loci admodum confusam? Capite sequentia refertur redi-
tus S. Hilarij ab exilio, qui incidit in annum Chr. 360. annis du-

Y y 2 censu

Ex MSS: censis ante extructum ad hoc Martino Vertauum. Quomodo cum eo S. Viuentius Vertau egit, atque eius monachos adhortatus est ad studium virtutis, & mox S. Hilarius ab exilio reducem prosecutus, easdem Granionem ab eo impetravit? Eadem locorum confusio. Egregius Româ: max peruenit Herbedilicam & Vertau, quæ loca Gallia ad Ligerim fluuntur. Ingreditur insulam: ex eâ sub aduentum S. Hilarij egressus, appellis mox eâ locâ ad continentem, in quem pescis ei ac socii in annona eâ mari exiliaverat cum Romam peteret, & effecte prope Signorissam, unde Romanum petivit. Nonne probabiliori coniecturâ diceretur S. Viuentius Româ discessisse, forsitan in Galliam Cisalpinam, aut certè in Etruriam aut Liguriam, ibidemq; moratus ad annum circiter 358, quo tempore ibidem aderat S. Martinus, postea Episcopus Turonensis, tum recens ad Christum conuersus, qui ut furorem declinaret Arianorum coetus fuit secedere in insulam Gallinariam, è quâ prodit, cum S. Hilarius ab exilio rediret, ut in huius vitâ dictum est? Cum hoc S. Martinus coniici potest S. Viuentius, forte ibidem, collocatum; eius exemplo insulam aliquam cum suis in mari Ligustico aut Tyrrhenô ingressum, atque ad redditum S. Hilarij eam inhabuisse. Inde in Galliam, ad S. Hilarium abiisse, excusatum ab eodem S. Martinus cui eius sanctitas approbat perspectiva erat. Nulla Herbedilicæ Vertau, aut Martini Vertauensis mentio fit in vita S. Viuentij compendio apud Bellouensem, Mombritium, aut Petrum de Natalibus, ut non immerito censetur ingesta ab imperito scriptore ea digressio, occasione vicinorum nominum. De Vertau ita Philippus Ferrarius in nouâ Topographiâ Martyrologij: Vertanum monasterium, S. Martino, in Campâniâ in monte Massico apud Carinulum ciuitatem, quod etiam vulgo monte Massico appellatur. Hoc monasterium quondam sanctitate, postea opibus floruit. Sic ab Episcopo Equilino lib. 9. scribitur. Sed quibusdam videtur Martinus, non in Campaniâ Italiae, sed in Galliis vivisse, ut ex Gregorio Turon. liquet xxiv. Octob. Martinus Abbas sub Iustino iuniori. Turon. de gloria Confess. Hac Ferrarius. Verum qui ab Equilino lib. 9.e.102. describitur Martinus, Marcius dicitur à S. Gregorio Papâ l. 3. Dialog. c. 18. neque aut hic aut Equilinus meminerunt Vertani, seu Vertau, monasterij. Vtrumque & S. Marcius in Campaniâ & S. Martinum in Vertano monasterio refert Martyrologium Romanum. **Aff.** Baronius in Notis, & cum fecutus Ferrarius S. Martinum confundunt cum S. Martino Abbate apud Santonas, discipulo S. Martini Turonensis, quem refert Gregorius Turon. de Gloriâ. Confess. cap. 57. de quo agemus cum Martyrol. Rom. vii. Decemb.

c. Infame mendum, cui non facilis occurrit medela. Suspiciamus Iulianum Apostolam intelligi, turpiter in visceribus accepto vulnera interemptum. Sed quid dicatur à Senatu occijs, Christianorum Dicuum confiratio in eius necem, qua vulgo iactata fuit, innuitur.

C A P V T I V.

Colloquium cum S. Hilario. Mortui suscitatio.

S. Hilario adit. 21 Tempore eodem contigit beatum de exilio Pontium adit. **a** TEmpore eodem contigit beatum de exilio Pontificem & Hilarium reuerti: vnde repletur terra gaudio ineffabili, quoniam longè lateque per omnes prouincias regni nomen tanti Pontificis diuulgatum, celeberrime à viris Catholicis diligebatur. Cumque tam venerabilis opinio delata Sancto fuisset Viuentio, protinus gaudenter mare cum sociis adiens, cymbali ductu transmeato gurgite idem attigit portum, quo ingenitem pridem repererat pescem. Inde dirigendo carpens iter citato calle cum recto tramite venitur Pictavis: conspectique se inicem salutantes diuus protelatur Mercurius, quoniam vterque seminiuerbius. Per spiciens igitur sanctus Dei Pontifex Hilarius tantam in Dei viro Pneumatis prudentiam, religionisque industriam, percunctatur vnde & quod vel quare. Accepto denique responsō sacer infit vir Apostolicus: Pessimus Christianorum persecutor Dacianus, de quo loqueris mihi, carissime frater, scelerata perit morte, velut decuit, habenturque iam & quatuordecim plus minus anni, vnde & pax cunctis Christianis copiosa ac data ab exilio reuertendi gratia, tranquilla manent omnia. Ideo, Pater almisiue, si ad propria disponis redire, poteris vsque quaque diuerti secure. Cui Sanctus respondit Viuentius: Ut ipse intueri potes, Pater sanctissime, manifestante simul canitie cum rugosa fronte, plenum me dierum fore, nec vacat vsipiam molestare vetustissimos artus defectiuâ lassitudine. Si igitur in conspectu tuo gratiam merui inuenire, corderetenus tuam cum omni supplicatione deposco clementiam, quatenus aliqua tua possessionis mihi concedatur particula, quâ

defunctus corpore queam sepeliri, sicque postmodum profelyti fratres.

22 Venerabilis enim uero Pater Hilarius ouanter ait: Quidquid paternitati tua libuerit, sanctissime frater, libetissime impetriri curabo. Sed nominatim velle exprimeres iactando quæ tuo rimantur corde. Tunc **s. Hilarius ei dona.** Sanctus: Est tibi, Reuerte Præful, possessio quæ **Castellum.** videtur nobis ad id, quod petimus, valde congrua, quam videlicet Castellum & Grauionem rustici vocant, hanc, si placuerit tua synceritati, poscimus illicet dari. **d** Sanctus igitur Antistes Hilarius, animo valde iocundus ex supradicto protinus castro implens quod petitur, factâ donationis chartâ, corroboratam & plenissimè confirmatam beato cœculit viro perpetualiter habendam. His taliter dispositis, gratia remeandi petit sibi Beatus licentiam dari Viuentius. Hinc se inuicem valedicentes, corroborati benedictionis signaculo, sed & pacis osculo cum inexplicibili fletu vix sequestrantur alter ab altero.

23 Cùm interea Dei electus à prætaxato Præfule regredieretur Viuentius, eminus extinctum sibilo serpentis conspicit puerum, qui paullisper gradum figens substitit, seseque signaculo munens viuicâ Crucis ad extinctum ire perrexit cadavera; hymnidicè quoque psallendo more solito cum sodali suo, nomine Marino, iustraturus qualiter propriam amiserit vitam, petuens. Circumspetóque mœstifero cadavere infesti vulnus inuenit serpentis. Sed hominum multitudo plus quinquaginta, ob famam boni operis illum sequentes, plangendo pedibus tanti viri terratenus prouoluti precantur eius meritis puerum resuscitari. Tunc & faustissimus Dei amicus miserrus lacrymarum populi, ad præclarissima recurrens precum libamina, ita exorsus est: Exaudi me Domine Iesu Christe te deprecante, & de tuâ sanctâ misericordiâ præsumentem, qui tuis in Euangelio pollicitus es fidelibus, maiora facturos opera fideliter credendo. Ne aspicias peccata mea, sed fidem horum in te fidelissimè credentium, teque obnoxie precantium: resuscita nunc sub oculis omnium præsentem puerum, quatenus tuum, quod est mirabile, laudetur nomen per secula. Enim uero confirmante populo finem mitifica obsecrationis, Amen dicendo, Dei Sacerdos de puluere, puer surgens de funere rediuia forte attonus pallens resedit in telle. Cui vir Domini porrigenus manum, erexit incolu **Miraculum, fac commendatò vitis pro tanto exhilaratis milium iubet sileri.**

b reurando cunctos ad propria remeare iussit. Sed puer præsenti redditus vita nouum vicinis nequit occultare miraculum.

24 Operæ pretium videtur inserere quod viuat in laude. Cùm interim ceptum excellentissimus Dei famulus iter insequeretur, extensa procul acie luminum vidēs populi multitudinem promiscui sexus expectantem se in littore cum B. Auentio, ceterisque complicibus, celeri gressu ad eos vsque peruenit. Salutatis etenim fratribus cum ceteris omnibus, petunt statim quid sibi velit præsens concio: refertur venisse ob sui gratiam, sanitatisque medelam. Diuinus, hoc auditio, medicus ex misericordiâ largitoris filius, hortatur cunctos fratres, Altiorantis querere præsidia. Qui mox vnam mitter ad orationem conuersi alta protrahentes suspitia, pugnis tundendo pectora, cælorum pulsant intima, **Mullos sapientias gratiam.** g Sancti sic fuso munere surgunt simul à puluere, plebis lanato vulnere, mente simul cum corpore. Quæ tunc ibi lætitia rimatur & præcordia, extollendo præconia dant voces ad sublimia. Videres quosdam tuere, cognatos & amplectere membratim vel requirere pro sollicitatis munere. Haud inuentis vestigiis, aut nebulâ in oculis, luminibus clarissimis lustrantur membra corporis. Gloria hinc altissimo Patri simul ac filio, cum Spíitu paracleto à cuncto datur populo.

pulo. Tunc salutis omnibus data pace fidelibus honoratur Viuentius, quē laudat omnis populus. O beate Viuenti, valde enim potes admirari; sed virtus tua vel meritum non potest enarrari.

a S. Hilarius à Constantio remissus in Galliam, cùm neccum imperare Iulianus, ut ad eius vitam dicum.

b Hoc iterum mendum, chronologia imperitum & negligentem scriptorem arguit.

c Claudius Robertus Grinionem appellas. Antiqua Ecclesia Pictauensis monumenta apud Saussatum referunt eremum iuxta castellum petuisse S. Benedictum, qui cum Presbytero S. Viuento, & quadraginta sociis Pictauis ad S. Hilarium venerat. Nec dum ergo ab iniuicem discesserant fratres sordales.

d MS. Ripat. serenitati.

e Idem MS. fortissimus.

f MS. du Cheyne accommodatō.

g Hac ex hymno quopiam officij S. Viuento sumpta videntur.

C A P V T V.

Secessus in Olonicam insulam, inde in eremum.
Sociorum martyrium.

25 PROLIXIUS denique famā Sancti peruvolante ægrē ferens populi frequentiam, anxietatis nimiā perturbatione percussus, fugiendo solitarius perquiritur locus: nauali remigio finditur pelagus: attingitur insula limes ^a Olonica, anchoratur itaque cymba, præparantur tuguria, quasi securè Domino ibidem seruituri. Protinus maxima oritur difficultas: en terribilis ener-gumenorum in sublime vocis vulnus attollitur. Cōfessus vir Spiritu Dei plenus rabiem dæmonum intelligens, munitus crucis signaculo cum contubernalibus ad locum diti cruciatus amore Dei ductus absque intercedine dirigit gressus. Erant quippe inibi viginti à dæmonibus miserabiliter possessi, qui quo scumique poterant pessimis dilaniabant mortibus. Siquidē Beato propinquante fortissime in eum dētibus cœperūt stri-dere, vocibus fremere, dicentes: Ut quid ad nos Viuenti ergone vt à nostris nos velleres sedibus venisti? Tunc Sacerdos ad suos: Hoc genus non expellitur, nisi oratione fortīq; ieunio. Prostrati deniq; ad orandū solo, ieunij tribus expletis sine intermissione diebus cū imbre lacrymarū terram corpore premēdo, altaq; polorū mente transvolando, optatum meruerunt impetrare quēstum. Finitū planē oratione aquam mox Dei tyro consecrans, bellum cum inimicis, exorcizando & aquā spargendo super energumenos consecratam, fortissimū aggressus est. Quibus deuictis, omninoq; expulsis mūndantur virorum corpora: ac ueste mutatā iubet eos ci-bo potuque refici, & ad propria reuerti. Quod viden-tes incola, cunctipotentem pro posse vel nosse laudantes & benedicentes, debitas retulere gratias. Sanctum quoque obnoxie prouoluti pedibus cum nimiis cogita-bant questibus, ne vnquam sequestretur ab eis.

^a Fugit in
Olonicam
insulam.

viginti
energi-
mojanat.

Latrones
volentes
eum inter-
ficere, sé-
ipso occi-
dunt.

26 Nec prætereundum reor illud insigne miracu-lum, quod omnipotens Deus pro suo dilectissimo dignatus est ostendere famulo. Nam iuxta castellū Gra-vionem immanissima adiacens erat vastitas eremi, quā dimissis fratribus adire vir Dei disposuerat ad ducen-dam scilicet solitariam inibi vitam. Sed eo eunte acci-dit obuiasse latrones, qui gauisi circumdederūt illum, exquientes Daciani thesauros, quos pro certo apud eum reconditos esse putabant. Sancto autem id peni-tūs abnegante, pessimi instigante malignitatis spiritu nimiū furore permoti manus iniecerunt, ac durissima ministrantes supplicia, circumcircā trahendo, ad ultimum per manus eorum gladio interimendum cru-deliter affirmant. Quibus Domini Confessor intrepide respondit: Omnia in manu Dei sunt, fiat ideo vo-luntas ipsius, si ab eo permisum est vobis. Arreptis igi-tur protinus gladiis vt eum truculentissimi latrones crucidarent, primus eorum latera suo gladio transfixa miserabili morte tuens se interemit; secundus rapido cursu saltum adiens se se suspensum querui adhæsit; tertius quoque arreptus à dæmone vitā priuatur tali-

& vltione; quartus amissis luminibus humanis destitu-tur solatiis; quintus tabie plenus, propriis manus & brachia cū toto corpore dilanians dentibus, attingit præsentis gaudia vitæ; sic in ordine sextus præpete cur-su in mare per præcipitum inersus pastu corpore da-tur piscibus, otco spiritu cum ceteris suis complicibus traditur sine fine cruciāndus.

27 Fortissimus etenim Dei athleta Viuentius red-ditis omnipotenti Deo gratauerit laudibus, cū hymnis & canticis spiritualibus cœpto alacriter procrastina-to itinere quō tendebat ad eremum peruenit. Inuen-tā autem Dei instinctu speluncā in rupe cōcauā, quam intrans seruiturus Deo die noctuque usque ad suā stetit limitem vitæ. Et quoniam hoc illi semper mansit in corde, quō à frequentiā populi subtractus posset ha-bitare secum solitarius, contra carnis vitia & totius be-nignitatis æmulum orando cum lacrymis pugnatus. O virum ineffabilem & laude dignum, qui quanti sit meriti lingua nec mens cuiusquam valet explicare.

28 His ita gestis non modica inter reliquos mœ-stitia oritur Fratres ob tanti Patris absentiam: quoniam quidem ab eis more diligebatur paterno, à quo qua-quauersūtuti Deo disponente per orationem serui sui dilectissimi manebant omnino securi. Et quid plu-rra perquiritur hac illacque discurrendo mutatis ani-mis cum vultibus, ac dolendo cum nimiis fletibus, magno quatierte singultu. Initio denique altiori consilio, quoniam in præsenti non inueniebatur insulā, quod longius per vasta eremi loca eum quærere deberent, si forte Deus illos aut ad eum perducere, aut certe ad quosque impios, quod pro nomine eius paterentur, vellet destinare. Relicta itaque protinus Olonica, pro-funda siluarum lustraturi loca, & vastitates eremi, simul dum plangentes pergunt, illis obuiā subito ne-quissimus princeps latronum & persecutor Christia-norū adest. Dacianus cum suis satellitibus. Quos sine morā vt vidi iussit apprehendi, sibiique præsentari, volens perquirere cuius essent religionis. Ipsi autem serui Dei, vt à sanctissimo Patre fuerant edicti Viuen-tio, magis elegerunt pati pro nomine Christi quām à latroni-bus interficiuntur.

^a MS. Ripat. Holonicæ. Est autem Olonia regio arenosa, sā-
bulosa, multo abundans in inferiori Pilonum divione; ad Oceanum
Aquitanicum, inter Rupellam & oīum Ligeris fluuij, in diocesē
Lucionensi. Huius tractus Rupella vicinior, vt creditur, oīum exun-dante Oceano aquis latè obrutus fuit: post desiccata paludes, ob fuisse
commodatatem soli, ubertatem, coli ac frequentari cœperunt. Ita
ferè Massonus in descriptione Francia per flumina. Hic portus est vi-tusq; S. Benoit: an à S. Benedicto Episcopo S. Viuento socios
^b MS. du Cheyne malignitate.

c Iterum nomen irrepit Daciani. Videtur auclor omnes sceleratos Dacianos appellare.

d MS. Ripat. LXII.

e Hic aliquid defit.

C A P V T VI.

Reuelatio instantis obitus. Miracula in morte.

29 REUERTATUR ad ordinem pristinum, opus exe-
quendo Patris clarissimum. Enim uero cūm inuisitū
omnipotens Deus iam famulū suū fame & siti & iam senex
ætate senili nimio fatigatum à labore vellet quiescere, à Gundine
afflictus tanto onere solus absque humano defice. caro.
ret solatio, excitauit cuiusdam spiritum viri, qui ex
seruili conditione Sancti Viuento, licet yndique secūs
foret

Y y 3

Ex MSS. foret procreatus, tamen in rebus humanis valde opulentus, nomine qui dicebatur Gundicarus. Hic igitur auditio domini sui praeconio, quem numquam noverat corpore, plurimum diligens mente, Deo inspirante, relictis possessionibus cunctis, preparatisque viatiis longissimum aggreditur iter. Hinc per rura & oppida, ciuitates, vicos & castella directo tramite, Angelo ducente nusquam deviando, tandem ad Beati perducitur cellam. Videntes autem se inuicem præ gaudio se amplexantes flebant. Benedixit igitur faustissimus Sacerdos omnipotentem Deum, qui dignatus est sui reminisci, & sibi adiutorium ex propriis præstiter seruis. Percunctatur caussam itineris, & indagationem viæ longioris inuenit, vt præfatum est, Deo disponente per Angelum omne factum.

Iubet ad se agros conoscar. 30 Neque hoc mihi videtur fore reticendum, quod in eo diuina gratia contulit memorandum. Nam cum se corporeâ persensit infirmitate quidpiam tangere, priusquam mortis suæ appropinquaret limitem, iussit Gundicaro castellum adire Grauionem, & quocumque potuisset infirmos sibi præsentari, quid Dei misericordia ante obitus sui diem, aliquam dignaretur impendere eius orationibus virtutem. Qui protinus voci obediens iubentis, congregans cœcos, furdos, & mutatos, debiles, & claudos, infirmorumque copiosam multitudinem, tam ex castello Grauione quam ex vicis circumquaque adiacentibus, omnes ad cellam Dei perduxit serui, quos etiam sequebatur multitudo virorum ac mulierum. Videns autem eos Dei miles infatigabilis diuino Flamine plenus, ita orditum inquietus: Omni tempore, mei fratres carissimi, in prosperis & in aduersis Deum benedicere, laudare, credere, & adorare deberis, quia ipse est benignus & pius, iustus & misericors, & in omnibus bonis misericorditer exaudibilis. Si etenim verè creditis vos ab eo posse saluari, continuò ab omnibus his infirmitatibus, quibus nimium estis irrestiti, eritis absoluti. Illis etenim respondentibus se fideli mente in Deum credere, & ab ipso sanari posse, debitas Deo sanctus Sacerdos retulit laudes. Flexis igitur solo genibus, etiisque ad cælum luminibus, Deum precatur attentiùs, præmissis psalmorum titulis, dicens: Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ: item, Exaudi Deus orationem meam, & ne despixeris depreciationm meam: intende mihi & exaudi me pro seruis & ancillis tuis, vt fanes eos omnes propter sanctum & gloriosum nomen tuum, vt videant potentiam virtutemque tuam, & laus tua maneat sine fine. Dum vero Sanctus adhuc tetram premiceret corpore vim faciens cælo, fit strepitus infirmorum ob gratiam sanitatis maximus: mirantur cœci mundialia cernentes, exiliunt claudi, leprosi se intuentur mundati, paralytici resolutis nervorum globis compaginantur ad pristina. Quid plura? cuncta infirmorum corpora ita sanitatem firmata se sentiant, vt numquam se melius habuisse confirmationem. Tunc omnis populus voce consonâ Deum laudentes, sanctum Sacerdotem Dei seruum fore protestantur. Inde famosissimus Dei athleta blandè illos alloquentur dicens: Tempus meæ resolutionis imminentis compellit, ideo supplici vos moneo precatu me peregrinum sepeliti in eâ, qua mihi à B. Hilario per chartam data est, possessione. Quod omnes se facturos unanimiter sponderunt. Oculatis itaque omnibus, atque munitis signaculo crucis, quique gaudentes redierunt ad propria. O felicem per omnia virum, & valde venerabilem, qui & multis largitus est suis meritis sanitatem, & sibi ipsi per Christi gratiam promeruit beatam felicitatem & æternitatem.

Ab Angeli sapienti visitatur. 31 Memorandum etenim videtur, nec reticendum, ab Angelis hunc frequentius visitatum: quia quanto tutiùs ab hominibus voluit esse segregatus, tanto ei aderat Angelorum visitatio sollicitius. Et quoniam vir iste sanctissimus Spiritus sancti vigore robustus, vit-

tutibus plenus, vigens sanctitate, ac caritatis ardore semper diuinis occupatus officiis, orationibus, & vigilis, spiritum non relaxabat à supernis, sed quidquid ad cultum diuinæ pertinet religionis incessanter implere curabat. At dum his intentus fulgeret plurimum *Diem morbonis*, nocte quadam dum fessus ad recreanda corporis intelliri membra paullisper se sopori dedisset, cum magnâ luce Angelus adest, vocans eum ex nomine, ore inquiens augusto: O Viuenti Sacerdos Dei altissimi, non est tibi stendum sed magis gaudendum, quoniam audiuit Deus orationes, & vidit lacrymas tuas: instat enim gloriosum tuæ vocationis & præsentis æui tyrocinio tempus, quo iungeris consortio Sanctorum laureatus, centeno diadema fructus cōplexo epulaturus Christi conuiuio, manens sine fine cum ipso. Notum itaque hoc tibi pro certo fiat sexto hinc die, octauo scilicet ab Epiphaniâ, hæc omnia Christo concedente complenda.

32 His ita prolatis Angelus continuò receptus in atris, Sacerdos expergefactus à somnis, valde ex tam mirâ visione hilaris, ad orationem & gratiarum actionem se ocyūs contulit. Sanctus itaque Maxentius Ab*Inuicitur à bas Piætauenis*, qui audita illustrissimi viti famâ ad *S. Maxen-* requitendum vel visitandum; sed potius se suis orationibus commendandum venerat, his aliquantis per interfuit, & partim audita, partim visa quæque stylo currente depinxit. O sanctissimum Dei hieroprepem, cui polorum hierarchia in proximo migraturo diuina profert oracula! O valde mirabilis & nimirum veneranda fides Sacerdotis! Nuntiatur eius vocatio, quod certior foret de præmio.

33 His etenim talibus gestis quidam intererat, qui à matris utero cœcus numquam lumen præsentis vita meruit quippiam percipere. Hic planè auditâ visione *Cœco à natu-* *titute* *vitum impetrat.* Angelicâ, secum corde cœpit timari, & vt verbis ipsius proloquar, intra cordis arcana apud se tractans, dicebat: Putas fieri posse me unquam quod natura negando non dedit, istius hominis Dei intercessione percipere? Nonne audiuvimus per Dei filium, qui suis promiserat maiora facere sequacibus, cœcum non solum illuminatum, sed quod decerat in eo perfectum? Venio igitur, forsitan per illius potentiam, eius hic seruus me illuminare velis Viuentius. Fisus ergo de misericordiâ Dei accedens ad Sacerdotem dixit: O Sacerdos omnipotens Dei, per illum te deprecor, miserere mei; ora Deum pro peccatis meis, & vt aperiantur oculi mei. Ad hæc homo Dei: Si ex toto corde te per ipsum credis posse illuminari, non solum cum hominibus & ceteris animalibus corpoream percipes lucem, verum etiam cum Angelis & sanctis hominibus æternâ meritis Dei claritate perpetualiter frui. His prolatis misericordissimus Pater oratu supplici mox meruit impretrare petitionem cœci. Discedentibus patenter vndiq; tenebris, fenestræ aperiuntur binæ frontis, nato ipso lumine solis, cunctisque ornamenti diei, cuncta ei nouiter sunt fabricata, quia eorum tunc prius meruit propriis oculis intueri facturam: & si fas sit dici, illi post se mundus videtur nasci, cui primitus datur videti. O quanta est misericordia Dei, qui seruum suum à propriis noluit frustrati promissionibus, vt Deus per se prius imperfectum supplens hominem, vt magister bonus per seruum implens promissum, illuminando à nativitate cœcum! Et huius miraculi prætaxatus Abbas Maxentius haud expers, imò coequus, qui nec minus sanctitate plenus, virtute robustus, omnibusque bonis refertus expectabat euentum rei ex promissione Angelii, diemque vocationis S. Viuentij.

34 Transactis in ordine diebus quinque adest gratulabunda, solemnisque Epiphaniæ dies o Etava. Sed videtur nobis non prætereundum quid omnipotens Deus per seruum suum voluit eadem operari die. Nam cum populi circumcircâ degentes tam per B. Maxentium, quam etiam per Gundicarum diem B. Viuentij finitimum

Omnes precibus janæ.

Predicit suam mortem.

finitimum cognoscerent, confluentes vndeque, infirmos secum quoque curando ad sanctum Sacerdotem adduxere: quos vir Dei vociferantes audiens, motus pietate, postposita infirmitate propriâ, plus pro eis sollicitus surrexit utcumque oblaturus sacrificium. Quo expleto simul cum S. Maxentio flexis genibus pro indulgentia miserorum cœpit compellare omnipotentem Deum, dicens cum lacrymis: Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me, & super populum istum variis infirmitatibus detentum: lana eos Domine per potentiam & misericordiam tuam magnam, ut notum sit omnibus quia non est Deus præter te, Domine, qui tuam non vis perire facturam. Finita autem oratione protinus omnes recepta sanitate, Deum purâ mente cœperunt laudare, sanctumque Sacerdotem benedicere. Inter hanc maximam multitudinem erant viginti quatuor de quorum desperabatur vita: alij ex illis à dæmonibus vexando confraeti, alij cœctate & senio proœcti, alij paralyticæ consticti, alij leprâ candidati, alij lymphatici, alij nervis & compagibus dissoluti, manibus aliorum deueti, nunc suis lætantur vadere plantis.

Moriturus annos 120.

Captiuos miraculose liberat.

Anima eius suscipitur ab Angelis, fratribus obstruendis.

Iacob. 1. 22.

Sepelitur corpus.

35 Nec morâ denique, vel aliquâ interpolatione postponitur Angeli promissio: sed statim post tanti miraculi signum non solum dies, sed & hora, grassante corporis incommodo, cum iam fracta æuo membra deficerent, plenus dierum in senectute bonâ, annorum numero CXX. vernans metitorum splendore, terrena commendatus membra terris, Angelorum interesse choris, celsa consensurus spiritus cœlestis, munitus Christi Eucharistiâ ultimum diem clausit. Cum subito horâ eadem vestes solutis seris concidunt, cippi dissipantur, bacæ cum catenis & bojjs minutatim franguntur, carcerum barathra splendore coruscantia cuncta reddunt aperta, custodes paurore perterriti fugiunt, latrones ceterique vinciti absoluuntur, & qui qui fuere damnatis in eodem Grauijone castello, Dei virtute, meritisque B. Viuentij pristinæ redduntur libertati.

36 Beato quoque Maxentio diuinitus reuelatum est, quod sanctam egradientem animam à corpore, Michaël Archangelus cum turbâ Angelorum occurrens suscepit deducendam in cælis. Protinus ab Aquiloni, finistrâ scilicet parte, affuit Plutonica innumerabilis caterus sanctam blasphematuram animam, dicens: Hic homo noster est socius, qui per fugam timidus coronam amisit martyrij, dicente Christo: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligenteribus se: Inobedientis & transgressor Dei mandatorum non deberet sociari seruis eius, sed potius nobiscum, quia nostri in hoc est similis. Hæc proferentibus falsidè Zabuli ministris, & alia multa, Angelus Gabriel cum agmine multiplici occurrens adevit, factoque magno cum nubibus tonitruo, & ingentibus fulgoribus dispergit malignorum globus missus in momento in inferiori inferno. Inde cum hymnis & Angelorum canticis cœlicola deducitur anima viðrici patientiâ feliciter coronata. Interim B. Maxentius cum ceteris Christi fidelibus sanctum sepulturæ tradit corpus, exquisitè ritè peractis ad propria remeant cuncti.

C A P V T VII.

Miracula post mortem.

Cœta ab Angelo monetur, ut mittat ad sepulchrum S. Viuentij mynera.

37 Nec ea videntur opportuni silentio premere, quæ post transitum eius miracula Dominus propter dilectum sibi famulum misericorditer est dignatus ostendere. Nam transacto post gloriosum eius obitum quinquennio, volens Dominus seruum suum miraculorum signis propalare in terris, quatenus magis magisque fides augmentando polleret, misit Angelum suum de cælis; qui veniens Antiochiam, cubiculo filiæ

Regis cœlesti lumine reserto, ante lectum soporantis quamquam cœcæ substitit puellæ, vocataque ex nomine blandis eam alloquitur verbis, inquiens: Iuliana surge, & ad Europam ocyüs lustratores cum dominariis mittens, his scilicet, vestimento sacerdotali, calice, patenâ, & cymbalo, iube nullatenus cessari, donec inueniatur Sancti b polyandrum Viuentij, quod eriam superadificetur oratorium in nomine Iesu Christi; datique inibi prædictis xeniis statim amissum recipies lumen vitæ præsentis, & si indubitanter credideris, lumine perpetuo non carebis. Et dicto citius discessit Angelus. Manè autem facto quantocumque puella procrastinare videntis Angeli iussa, missis exploratoribus cum denominatis sacramentorum eulogis, Sancti iubet perquiri mausoleum, velociusque construi basilicam, sibiique festinanter ab iis reuuntari. Euntes etenim legati, prosperate gratiâ Christi, recto perducuntur itinere ad tumulum Sancti. Impletur eins iussa, polyandrum locatur infra, quo & inuenitur Sacramentorum codex, per quem idem Sacerdos Missarum sacramenta, & Deo sacrificia offerre consueuerat. Quibus patratis nobilis inuenitur puella videns, inuestigataque dies & hora percipitur, quâ ad eius tumulum proni pro eâ eius adorauete legati.

38 Neque hoc silendum quod vult omnipotens Deus propalandum. In ipsâ etenim die, quâ puellam Deus ita voluit illuminare, affuit nihilominus sed à nativitate cœcus eiusdem oratori liminibus, qui mox ingressus, lumen, quod numquam habuerat, meritissimi patrouri percipere meruit. Sic in his duobus quasi duo nascuntur testamenta: in puellâ scilicet lex Moysæ, quæ pridem virgo & puritate casta, sed postmodum oboculata, quoniam à viâ veritatis recesserat; vir autem numquam videns populus gentilis non incongrue potest exprimi, qui numquam lumen diuinitatis habuit: Christo neimpe misericorditer veniente pariter illuminantur per unam diem qui est Christus; ita ve quotquot crediderunt ex Iudeis similiter ut gentiles filii Dei sunt vocati: & ita in duobus testamentis lumen diffunditur æternitatis, sic & quadrifidum per quadrifida totius orbis climata, sicut quatuor oculorum acies sol verissimus radiatur Christus Verbum, quod est quatuor Euangeliorum.

39 Post hæc autem insignia atque Catholice diuulgata miracula, accidit latrunculos aduenisse, & eius basilicâ, ecclesiam infregisse, perque fenestram noctu intrasse. gredi non Captis igitur sacerdotalibus indumentis cum vasis, possunt. quibus Eucharistia Christi solet cointineri, pallium quoque simul altaris, quæ nimis vel pro bono opere nūquā debuissent esse ausi contingere, prohibente eos diuinâ lege, impudenter cuncta, quæ inuenta inibi fuerant, præcipientes congesserunt. Quo facto ut verè amentes eccleiam ab intus gyrauerunt, dum exire furtim vellent, nequaquam, per quod intrauerant, foramine vlatenuis inuento, Deo prouidente, primus ex eis dum quasi per industriam alta cōscenderet, uno pedelapo, altero in foramine retento, maceræ sic miser pendebat miserrime, quasi versâ vice pedibus cælum pergeret, capite & manibus terram vellet tangere, cum non taliter cœlestia adquiruntur beneficia, sed potius infernalia promerentur æternaliter tormenta. Alius dum simili modo per gyrum euadendi sibi locum quereret, infelix plenus impiâ austeritate, quod non debuisset, volens nolensque ad sancti sepulchrum corporis peruenit. Quod (mirabile dictu) inhæretes circuli cum uncinis appensi ita se alterutrum catenatim conglobat, capto tam per indumenta, quâ etiam per membra iniquo fure, quatenus nequaquam se in alteram posset partem diuellere. Tertius nihilominus & ipse furiosus perueniens ad locum quo monachorum Sancti dependebat in basilicâ cymbalum; qui arrepro quasi hilaris malleolo dulcem cupiens audire tinniendo sonum, percussoque eo subinde sèpius sèpiusque tota reple-

Ex mss. tur aula sonitu. Vnde custodes sine morâ expergesati directis pauentes oculorum aciebus in gyro deprehendunt se à latronibus circumuentos, qui ocyus prossilientes, captiisque furibus cuncta quæ ipsi surripuerant receperunt, fureisque institis seruauerunt usque ad diem nexos. Manè autem iam factò cœperunt tractantes inter se de nece eorum perquirere; sed omnipotens Dei misericordia, (quæ semper in Beato resplenduit Viuentio) singulorum citatim perlustrans corda, datur protinus illis euadendi facultas, refectis priùs corporeis sufficienter alimentis.

40 Eo autem tempore percutto diuinâ vltione Daciano, surrexit pessimus in eodem solio Rex, nomine Ricciouarus, in Indiâ & Asiâ regnaturus, qui non minis sui etymologiam nimium exponens rigorem suum, cum hiatu oris linguaque triflûca, avaritiae facibus exæstuando pessimè in Christianos cœpit exardescere, variè scilicet eos deludens. Nam quo scumque per varia promissionum genera à sanctæ Christianitatis lege poterat sequestrare, suisque numinibus inclinare, hos velut amicabilitatis gratiâ sibi socios præceteris amicorum turbis exaltatos habebat. Quos autem nequibat, quoniam fundati supra firmam petram viriliter resistebant, per crudelissima tormentorum machinamenta debacchando perdere fatigebat. Hoc in Indiâ & Asiâ per annos tres & menses sex gestum est. Etenim hæc tanta pro minimo ducens, congregatâ vndique secum hostili multitudine, plenus amentiâ cum Nasarac Deo suo Romanas tali cum expeditione partes irrumpere non distulit, quas per duorum annorum curricula depopulando vastatas, pessimam Romanis tribulationis angustiam vallatim proponens, quod se verteret quatenus Christicolas cæde pessimâ exterminaret, consultu Dei sui Nasarac & Principum suorum perquirere fatigebat. Vnde accepto quasi diuinitus responso, partes f Longobardorum adire dispositi.

41 His Sacerdotes & Longobardorum Principes auditis, ab omnipotenti Deo constituant esse quærendum auxilium. Missâ denique in omni parte regni legatione, indicatioque ieiunio cœperunt flentes & plangentes peccata sua, Dei misericordiam quærere, quod non spenit preces ad se deuotè clamantium. Quidam militum se in promptu proponens silentio manu portatâ indicito, ita adorsus est famine diserto proloqui dicens: Si tantillæ pusillitatis persona dignaremini audire verba, puto me probaturum aliquid contra tam perfidiam Deo concedente profuturum. Hodie, nifallor, vt mihi visum est, tricesimum & annuale volvitur tempus, quo iussione vestrâ urgente quemdam carcerali mancipiatione constringentes peregrinum, nomine Viuentium, cum duodecim latronibus ergastulo clausimus, cuius cùm vestimentum ad vietuale nobis opus voluissestrum distrahere, nequaquam nobis est data vi spiam copia venundandi, & vbi cumque ponebatur in nocte fugabantur noctium tenebrae pro immannissimâ eius claritudine. Vnde & nos vehementer perterriti hæsitantes pro tam mirabili actione, sed & pro ipsius viri euasione, quem Angelus Domini solutum à nostris vinculis, velut B. Petrum de custodiâ Herodis liberum, abire fecit; initio super hoc consilio, tandem sorte didicimus idem indumentum cum reliquiis, quas ab eo tuleramus, de sanctâ scilicet Cruce, & de S. Bartholomæo, deberi ad ecclesiam deferri in honore Sancti dicatam Petri: quod ita & factum est. Et hoc mihi ratum videtur super tam paudenti negotio: Prædictas Pontificum manibus circumferendo reliquias, quæratur cum actione Litaniarum misericordia omnipotentis Dei ab omni populo, saepius inuocato Christi Sacerdote Viuento, ne exterminari

permittat cultores Christianitatis à tantâ rabie artis diabolicae. Placuit denique cunctis tam salubre consilium, & resumptis viribus fiducialiter hæc omnia imp̄euerunt. Dum etenim hæc agerentur, imp̄iissimus cum nimio furore Ricciouarus ad supradictam B. Petri perueniens basilicam, protinus interrogat quoru numerum cultui deseruient. Tunc Pontifices, ceterique Christianorum populi, diuinitatis auxilio feti, vnâ voce se Christianos esse testantur. Iratus igitur scelestissimus Ricciouarus iussit eos omnes per diversa tormenta celerrimè interimi. Principes autem Sacerdotum cum omni Christianorum plebe Deum fiducialiter inuocant, Sanctum Viuentium suppliciter implorantes, quatenus ab infestatione tam diri celeritatem liberarentur inimici. Nec mora: terræmotus magno cum tonitruo, ignitis crebrò volantibus catapultis saeuissimo crudeliter perempto, nec unus superstites relinquitur ex suo omni populo. Christiani itaque cuncti superstites tanta Dei mirabilia videntes, magnâ cum voce gratulationis exultando, Te Deum laudamus cecinere gaudentes.

42 His ita gestis, Christiani volentes perquirere quid de simulachro deberent agere reliquo, suscipientes indumentum B. Viuentij posuerunt super illud. Tunc **Vefes. Vi-** dæmon qui in eo latitabat magnis cœpit vocibus clama- **uenij fu-** mare vt tolleretur, promittens se fateri cuncta quæ **gatur è si-** vellent. Sed cum non acquiescerent, voce quâ poterat **mulachro** demon. confiterut se fuisse ad crucem Domini Iesu dum cruci- figeretur, requiringo peccatum in eo quod non erat. Hæc eo loquente, fulgorante cælesti fulmine percus- sus disparuit. O Dei Sacerdotem per virtutem omnipo- tentis Dei laudandum! O quam pretiosissimum indumentum, per quod diabolus vincitur, imperialis dira persecutio sedatur, virtus diuina patefacta laudatur!

43 Denique Pontifices & Principes cum omni plebeia manu, tanto exhilarati miraculo, collectisque tam mirâ multitudinis spoliis, inuicem consulentes qualiter Deo, sanctoque fidelis suo Viuento pro tan- **Edifici-** **tur S. Vi-** tæ liberationis miraculo grates & munera persolue- **uentio ec-** rent, sagaci inuestigatione perquirebant. Enimvero altiori reperto cum industriâ inuestigatione consilio, cuncto id ipsum peroptante populo, digno construi- **lesia.** tur apparatu basilica in Dei omnipotentis honore, Beatique Viuentij nomine, vbi nunc usque diuina ad- sunt beneficia, præstante Domino nostro Iesu Christo, cuius laus, honor, & imperium, cum Patre & Spíitu sancto sine fine manet in secula seculorum, Amen.

a Reguli cuiuspiam, aut Prefecti.

b πολυάρχειον sepulchrum est aut comiterium, ubi multi homines sepeliuntur.

c Potius nolens.

d Hic rursus temporum locorumq; perturbata ratio & istra- **φοικᾶς adiectis nomina. Ricciouarus sub Diocletiano Galliarum** Prefectus fuit, ut in Acta SS. Crispini & Crispiniani 25. Octobi. S. Macri Virg. & Martyris supra 6. Ianuarij, & alibi passim. Ab eo hic tyrannus alias, Vandalus fortè aus Gothicus, alter Ricciouarus dictus. Irrepsisse nomen Indie & Asia ex negligenti schedarum liturâ sequentia indicant, ubi is dicitur tamquam ex vicino loco accessisse ad basilicam S. Petri. Fortè Rex Vandalorum intelligitur, quis circa ann. Chr. 407. has regiones depopulatus, egressus ex Arctoie plagi, quas Indianam aut Asiam audierat facit; aut Hunnum Dux quipiam, quis à Maotide palude & Asiaticis regionibus prodierant.

e MS. Rips. Nasarac. Mombritius vocat Nazaret Deum.

f Nulli adhuc sum in Galia Italicue Longobardi erant.

C A P V T VIII.

Translata reliqua Aruernos, inde in Burgundiam, primò Amansum, post Vergiacum.

44 Et igitur memorie commendandum, qualiter post multiplices miraculorum claritudines à loco, ubi primitus reconditum beati Confessoris Viuentij corpus fuerat, ad aliud translatum sit territorium. Nam cùm in Gallicanis, tum etiam in ceteris quibusque terratum prouincis illud Apostoli impletetur præconium, superabundante videlicet iniuitate refrigericeret caritas multorum, subsecuta estam dira quam frequens vltio in Christianis, per manus paganorum. Denique, exigentibus peccatorum cumulis, egressa à Septentrionali plaga & Notmannotū gehs, gladio & igne consumpsit inferiorem Galliarum partem ad mare usque, sicuti Vngrorum superiorem usque Germaniam. Anno quoque Incarnationis Domini octingentesimo sexagesimo octauo post Ludouicum ac ceteros præpotentes Reges, regnante & Carolo Iuniori, supra modum grassata sunt vndique prædictorum infestations paganorum, deficientibus tam Regum quam ceterorum nostrorum Principum ad repugnandum viribus. Ergo vulgali plebe passim gladio & fame pereunte, igne pariter concremabantur hominum res & ædificia quæque, præcipueque Sanctorum loca & Ecclesiæ vniuersæ. Eorum vero ministri, id est, Clerici & monachi crudelius damnabantur, altaria funditus euera dehonestabantur, sepulchra etiam Sanctorum absque reverentiâ violabantur. Siquidem hæc clades sicuti primitus, ita acerbius in insulis seu territoriis occidentalibus ac mari contiguis desævit.

Matth.
24.12.

Norman-
norum in-
curssione.

a

S. Viuentij
Aruenos
deletare re-
liquia.

Agilma-
rus Episc.
Claram.

d

Monasteri-
um S. Vi-
uentij con-
dit:

ed defert
reliquias.

45 Tunc innumerabilia Sanctorum Confessorum ac Martyrum corpora à propriis mausoleis per fideliū manus sublata, & ad alias configij gratiâ delata prouincias. Eo namque in tempore venerandus Confessor & Christi Sacerdos Viuentius in Picauense territorio, Grauione scilicet castello veterimo, quod ei Deifica Trinitatis in orbe clarisona tuba Hilarius iubat Pontificum in vitâ condonans perpetuò stabiluit, honorifico quiescebat cultu: cuius nempe ossa diligenter ipsius monachi colligentes ob timorem prædictæ clavis cum maximo utriusque sexus famulantium comitatu, aliorumque Sanctorum pignoribus ad Aruensem derulerunt urbem. Erat autem tunc temporis Præf ipius urbis Agilmarus, vir nobilis ac Deo devotus, ac cum ceteris huius tei per omnia executione laudabilis. Hic quippe ad initia magni Hilarij quidquid in dominio B. Viuentij erat dulci auiditate suscipiens, ac si geminos fratres aut filios verbis & opibus consolans, secumque eis parare condigne diuersorum gestiens, immorari attentiùs hortabatur. Qui venerabilis Pontifex sepius relegens conuersionem ac actus S. Viuentij simplices ac penè incultos, atque inerti sermone descriptos, deosculansque dicebat: O beata ac benedicta priorum rusticitas, qua plu studuit optima operari quam loqui, & magis nouit sancta honestaque esse quam dicere! Interē erat eidem Præsuli in Burgundia partibus in Comitatu Amauso possesso à proavis latifundiis propagata, distans sex millibus ab Atari flumine, ita propriis innixa copiis, vt nihil extra se indigeat querere; solo videlicet opulentissimo, aquis & syluis, pratis ac vineis abundantissima. In quā etiam statuens monasterium cum claustris & monachorum conuenientissimis habitaculis, nomini Beati illud dedicauit Viuentij, simulque vniuersa quæ possidere videbatur tam in prædicto Comitatu quam in plerisque aliis, cum plurimi auri argenteique donariis prædicto contulit loco. Ibi deinde beatum Confessorem cum vniuerso ipsius comitatu famulantium collocauit, in quo etiam loco per aliquod temporis interuallum honestissime quieuit.

46 Contigit etenim post aliquot annorum curtiscula, repullulante paganorum saevitiâ, atque invadente Astingo Normannorum Principe cum suis Bur-^f Norman- gundionum fines, ut prædicta B. Viuentij nuper data norum in- possesso cum totâ penè prouinciâ ab eisdem Nor-^f ruptio in mannis depopulata incendio creharetur. Præterea ^{Burgun-} paullo post respectu supernæ misericordiæ fortificati viribusque resumptis quidam Francorum ac Burgundionum primores, Duce & Richardo præeunte, cum iam ternâ cæde quod supererat iidem Normanni dele- ^{Richard-} ^{do Duce} ^{deleti.}

b

Dehinc extitit quidam militiae studiis ac seculi industria clarus vir strenuus Manasses, prædicti scilicet Dæcis Richardi amicissimus, atque post illum in to-ⁱ titus Burgundiæ indeptus ducamine, cuius etiam filius Gislebertus eiusdem Burgundiæ Dux postmodum fuit. Qui videlicet Manasses post multa seculatis vitæ negotia peracta, suorum memor quærens remedia pec-^j caminum, cum consilio sua vxoris, Hermengardis nomine, fratrisque sui & Walonis Æduorum urbis Pontificis, ceterorumque nobilium amicorum suo-^{Vergiaceæ} sum cœpit ædificare monasterium in territorio Augu-^{monas-} studinensi, tutissimo in loco montis Vergiaci castri, rium &^{Manasse} ad quod etiam B. Viuentij ossa cum multorum cor-^{Duce fun-} poribus aliorum Sanctorum deportari fecit, ac Dei genitricis, ipsiusque B. Viuentij nomini dedicatus nūc ^{dashum.} usque locus isdem & cognominatus habetur. Quem etiam tam isdem Manasses, quam coniux ipsius, Her-^{monas-} mengardis nomine, post eius obitum diuerorum vten-^{Manasse} siliam cumulis ac possessionibus locupletissimum redi-^{datum.} diderunt; sicque ab omni seculati subiectione liberri-^{monas-} um, vniuersalis Papæ Romani prouidentia com-^{datum.} miserunt.

47 Ibi ergo nunc usque dignè veneratur beatus ^{S. Viuentius} athleta Christi Viuentius, ac frequens claret miraculis & virtutibus, cuius Exceptionis memoria singulis annis secundâ feriâ post diem Pentecostes in iam dicto loco Vergiacensi festiuè semper recolenda, Æduensis Pontificis aliorumque religiosâ virorum deuotione est instituta, ad laudem & gloriam Saluatoris nostri, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat ppter omnia seculorum secula, Amen.

a Singulas Normannorum in Galliam irruptiones recenset du Chesne in Normannicis, antiquorum scriptorum verbis.
b Hoc tempore regnabat Carolus Caluus, qui ann. 840. Neu-^{ibidem} striam fortius, siue Occidentalem Franciam; post mortem Lotharij & Ludouici fratrum, etiam Imperator anno 875. factus, obiit Nonus Carolus Octob. an. 877. Et sanè eo regnante multis Normanni insulæ A-¹ Iunior. quiancis prouinciis, ubi S. Viuentius celebatur, calamitates. Verum Carolus Iunior vulgo appellari solet Ludouici II. filius Carolus Crassus, qui Carolo Caluo in Imperio succedit. Is Ludouico Balbo & huius filii Ludouico III. & Carolomanno Regibus Gallie defunctis, eorum regna capessunt an. Ch. 883, ob infestationem Normannorum potissimum adscitus à Proceribus; sed nihil dignum fecit, ut ad annum 886. obseruat in gestis Normannorum omniè citato, Annalibus Fuldensibus, Sigeberti & Reginonis Chronicis. Verum si deo hic agatur, transpositio numerorum cognoscenda, legendumq. Anno quoque Incarnationis Dominiæ 886. (non 868.) post Ludouicum ac ceteros præpotentes Reges, id est, Carolum Calum, Ludouicum Balbum, eiusq; filios, regnante Carolo Iu-^{imperij 5.} niore &c.

c Agilmarus subscriptus Concilii Pontigonensi an. Chr. 876. & Agilma-
Tricassino II. 878. nominatur in epistola Ioannis VIII. Pape 47. ad rus Ep.
Ludouicum Balbum Regem, & in diplomate Caroli Crassi dato
pridie Id. Iunij anno ab Incarnatione Domini 885. regni Caroli 8.

d MS. du Chesne bene docta.
e In MS. Ripatory adscriptum erat margini, recentiori manu:
Comitatus Amausanus.
f In Chronicis Turonensi, apud Andream du Chesne in Norman-^{Hastings} nicio, dicitur Hastings anno Lotharij primo, id est Christi 841. Dux Nor-^{manneri.} cum innumerâ Danorum multitudine Franciam ingressus, op-
pida, rura, vicos ferro, flammâ, fame depopulatus. & anno Lotharij 16. Christi 856. Hastings per pelagus Italianum rediens, Lunam ciuitatem cepit, & ibi remansit, & factus est Carolo Caluo ex inimico amicus. Eadem à du Chesne referuntur ex Chronicis monachi Floriacensis, in quo Altagrus dicitur, additurq; Ille

E X V A- Iste Alstagius vulgo Gurmundus verso nomine solet nominari. In *Chronico Reginonis* Dux *Nortmannorum* memoratur Helsingus an. Ch. 867. & 874. Verum Rollo *Nortmannus* prefuit in subiectis *irruptionibus*, ut sequentia indicant.

Richardus *Chronicon monasterij Bezuensis apud du Cheyne*: Cum nemo repertus sit, qui eis (*Normanni*) posset vlt̄ aut auderet resistere, fuit illis temporibus (*post annum 888.*) quidam Dux nostrorum partium, Richardus nomine, qui à iustitia studio dictus est & ipse Iustificator. Hic pro libertate patriæ, partim zelo succensus, plurimum verò pro Ecclesijs Dei defendendis, Dominum habens adiutorium, expugnare illos aggressus est. Et infra: Ad Diuionem eos (*Normanni*) aspirare nec loci firmatas, nec Ducis nominatissimi permisit metuenda bellicositas. Quinimò occurrentis eis praefatus Dux Richardus in loco vocato Argentoilo, commissio cum eis prælio, cæsa est eorum quamplurima multitudo: sicque Dani cum *Nortmannis* retrorsum sunt coacti.

Normanos h *Idem Chronicon monasterij Bezuensis*: Anno 891. Incarnati Verbi, xiiii. Kal. Aug. in labbatho, cum obserarent Normanni vincit ope Carnotinam urbem, & iam esset penitus capienda; superuecipara.

nientes Richardus, & Robertus cum suis, Dei auxilio & B. Marice patrocinio roborati, fecerunt stragam maximam Paganorum, à paucis qui remanserunt obfides capientes. Pluribus deinde agit Dudo S. Quintini Decanus lib. 2. de moribus & actis Normannorum, & monachus Floriacensis in *Chronico*, qui videtur & Dux sanguinarii & patrocinio Deipare ascribunt: huic soli rei gesta gloria tribuitur in *Chronico Turonensi*, & gesta Domini Ambrasianum à du Cheyne editio. In his ad annum à morte Regis Odoni septimum sic legitur: Quo tempore Rollo Normannorum Dux Carnotum obfedit. Qui cum Gentilis adhuc esset, visu camisia B. Mariæ, quam Carolus Calvus à Bizantio attulerauit, à Carnoto fugarus est. Et *vetus membrana citata à Petavio par. 1. Rationarij temporum lib. 8. cap. 11. in qua id an. Chr. 911. accidisse legitur*, quando ad Carnutum oppidum ab Richardo & Roberto Ducibus pugna commissa est, cæsiique Normanni.

i *De Manasse, Ermengarde, eorumq; filio Gisleberto pluribus agit du Cheyne lib. 1. Vergiliatorum par. 2. cap. 3. & 4. & alij ab eo in probationibus allegati.*

k XLII. Episcopus *Eduenensis*, sive *Augustodunensis*, fuit, apud Claud. Robertum. Plurima de eo du Cheyne ex varijs.

DE B. THEODORO

ARCHIEPISCOPO SENONENSIS.

CIRCI- Undecimus Senonensis Ecclesia Antistites recensentur à Demochare, Ioanne Chenu, Claudio Roberto Theodorus. Eum Beatorum albo adscriptum tradit Saussaius CD. XIII. IANUARII. in catalogo Sanctorum & Beatorum, quorum ignorauit natales, rbi haec scribit: BB. Theodorus, & Sindinus, seu Sindinius, continuâ serie Metropolitæ Senonensis cum S. Ambrosio proximo superioris successore; ob radiantia merita sanctitatis sepulti sunt honorificè in ecclesiâ

Sanctorum Martyrum Gernasi & Protasi apud Senonas. De iis in natali S. Ambrosij, 111. Septembris. Natalem Theodori assignat MS. Florarium Idibus Ianuarij, D. Theodori verbis: S. Theodori Senonensis Episcopi & Confessoris. Demochares hec de eo scribit: Theodorus creaturus. 356. obiit 394. præfuit 39. annis. Subscriptit Chenu. At Claudio Robertus, testatur in MS. *Chronico* referri ad annum 405.

DE S. DESIGNATO

EPISCOPO TRAIECTENSI IN BELGIO.

INITIO Cuius Tungrorum in Germaniâ II. iam olim, vt sec. vi. ex antiquissimâ Provinciarum notitiâ patet, Episcopali Cathedrâ insignis fuit: quo quo tempore instituta Episcopatus Tun- gressus: fit, non proditur ab antiquis. Nam quos obscurâ traditione acceptos posteriori eis scriptores recensent ante S. Seruatum, ij Treurenses fuere. Opinianturq; perquam probabiliter viri quidam erudit, à Treureis primâ & Christianâ religione imbutos, & sacra petere solitos esse Tungrós, usque ad Constantini Magni tempora. Quâ de re agemus 13. Maij, cum S. Seruati vitam dabimus. Seruatus vel imminentre Tungrorum ciuitatis excidium calitus edoctus, vel quâ aliâ caussâ, Traiectum, tribus circiter leuis inde disjunctum, migravit, ibiq; exercitum est vius. An ei mox quisquam successorit, an varijs Hunnorum, Vandalarum, Alemannorum, Francorum incursionibus peruersatâ Galliâ Belgicâ, Sedes aliquamdiu vacârit, haud nobis integrum est pronuntiare. Sub tempora certè Clodouai I. Francorum Christiani Regis ac deinceps sedisse Traiecti Antistites constat. Secundus à S. Seruatio in catalogis vulgariter refertur Agricolaus, de quo 5. Februarij agemus.

S. Designati Episcopi Tercius ab Agricola S. Designatus à Claudio Roberto alijsq; memoratur. Eius natalem Idibus Ianuarij consignat Sacrarium SS. patris Leodiensis, & Ferrarius, qui rursus eum xviii. Kal. Februarij refert. Et MS. Florarium hoc 13. die: Apud Traiectum superius (nam aliud est inferius, quod vulgo Ultraiectum) depositio S. Designati Tungrensis Episcopi & Confessoris. Hic suscitauit tres mortuos milites, qui suas possessiones Ecclesiæ dederunt. Obiit anno salutis 525. alij voluit obiisse anno 508. alij 511. Tungrensem vocat Episcopum, quia etiam translata Traiectum Sede, tamen quidam ex Antistitibus Episcopos Tungrorum sedixere; tum quia ipsum in Tungris erat Traiectum, erantq; verè Tungrorum Episcopi, tum ad conciliandam ex Sedi antiquitate auctoritatem. Ita Concilio Aurelianensi V. ann. Chr. 549. Domitianus Episcopus Ecclesiæ Tungrensis subscriptus.

3 Idq; etiam postquam ad Leuticum Eburonum oppidum

Sedes est Traiecto à S. Huberto translata, videtur valuisse. Extrat enim Zacharia Papæ epistola anno 744. data ad diuersos Episcopos Gallie & Germania, inter quos numeratur Fulgarius Tungrensis, qui tamen tertius fuit à S. Huberto. Inde idem Zacharias epistolâ ad Bonifacium Archiepiscopum datâ an. xxxii. Constantini, P. C. eius an. xi. Indicit. v. Christi an. 751. ita scribit: Et idcirco B. Petri Apostoli auctoritate lancimus, ut supradicta Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi, & successoribus tuis, in Metropolim sit confirmata, habens sub se has quinque ciuitates, id est Tungris, Coloniam, Wormaciā, Spiraciā, & Trecis, & omnes Germaniae gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit. Licer verò ipsum Traiectum ab indigenis accolitq; Trecis quoq; appelletur, vulgo Tricht, à Mose traiectu ducto nomine; tamen Traiectum inferius, vulgo Vtrecht dictum, intelligit in suâ epistola Zacharias. Quid autem Tungris ciuitatem nominat, Sede iam Leodij constitutâ, inde quoque fieri potuit, quid in Curiâ Romanâ nec temere nec citâ vetera Episcopatum nomina antiquantur. Constat enim nobis, non ita pridem in Romano catalogo adhuc Morinensem Episcopatum fuisse, qui à tot annis vel extinctus vel in tres minoris dioceses distractus est.

4 Alioquin Baudemundus monachus in vita S. Amandi ante annos fere mille conscriptâ, illum eiusq; decessorem absolutè Traiectenses, sive ut habent MSS. quibus vñ sumus, Traiectenses Episcopos scribit, & Traiectensem Ecclesiæ iis commissam. Eodemq; modo loquitur Harigerus cap. 44. & cap. 50. vbi de S. Remaclo agit. At Notgerus in vita S. Remaci, cum Tungrensi vel Traiectensi Ecclesiæ Antistitem datum scribit, à Traiectensis postulatum. Sed hac alibi pleniùs.

5 Designati solum nomen expressit Harigerus. Agidius Designati Aurea-vallis elogium hoc addidit: qui placens Deo factus gesta obest dilectus, & viuens inter peccatores iustus, assumptus est in requie sempiternâ. Quod de tribus militibus suscitatis

fuscatum habet Florarium, id Ioannes quoque Placentius refert, vocatq; Ducus Dalensis filium ex filia Scotorum Regis. Quod quidem ille non confinxit, sed ex fabulosis Traiectensium Chronicis haustum temere creditit, quemadmodum & alia complura, que ut nihil omnino habent probabilitatis, ita

DE S. KENTIGERNO

EPISCOPO GLASCVENSI IN SCOTIA.

SECVLO

VI.

XIII. IA-

NVARII.

S. Kenti-

gerni pa-

tria:

natalis:

Transla-

Vita:

Laudos, in
aliis scri-
ptoribus.

Septemtrionalia Britannia Picti tenuere, siue è Scythia longus nauibus, ut Beda tradidit, aduenti, siue, ut alij coniuncti, genuini Britanni, qui ante Romanorum aduentum eas oras coluerunt, quiq; seruitutem extera gentis perso ed se recepunt. Ii tandem à Scottis debellati, vel penitus exstincti sunt, vel in eorum certe nomen nationemq; coaluerunt.

Ex iis ortus traditur S. Kentigernus, qui deinde Sedem Episcopalem Glascurae erexit, eti alij Scoto patre natum volvère, ut

mox dicemus.

2. Eius natalis Idibus Ianuarij agitur. Ita Carthusiani Colon. & Molanus in Addit. ad Vuardum, & Martyrologium Germanicum: In Scotiâ S. Kentegerni Episcopi Glascoensis & Confessoris. Eum quoque hoc die referunt MS. Florarium, Martyrolog. Colonense, Ferrarius. VVion, Menardus, Dorganus inter Sanctos Benedictinos eum connumerant; at si vera sunt qua in eius vita traduntur, du ante S. Benedictum monachus fuit. Perperam quoque illud traditum à VVione: Hic Episcopali Sede dñiis à ecenobium construens, sexcentis sexagiuta tribus fratribus præfuit, & sanctitate plenus quieuit in Domino. Monasteria quidem construxit, & cum monachis habitauit, non tamen dimissâ Pastorali curâ; quod VVionem temere secutus auctor quoque Martyrologij Anglicani scripsit, & Hugo Menardus. I. Iulij isthec habet MS. Florarium & Martyrologium Colonense: In Scotiâ Translatio S. Kentigerni Episcopi & Confessoris. Qua ea Translatio sit, aut quando contigerit, nos latet.

3. Vitam S. Kentigerni scripsisse traditur S. Asaphus, nobili genere in Britanniâ ortus, optimisq; disciplinis & pietate à Kentigerno institutus, prepositusq; monasterio, quod is ad Cluyda Elwijkque fluminum confluentes in Britanniâ excitârat, tandemq; Episcopus isthic constitutus, cùm ad Scottos revertit Kentigernus: ipsumq; oppidum deinceps S. Asaphi appellatum ab Anglis, Britanniâ Llan Elwy. Ea vita an extet, hanc scimus: damus, quam Ioannes Capgravius in suam Legendam retulit. De S. Asapho agemus 1. Maij.

4. Meminere S. Kentigerni scriptores alij complures. Ioannes Maior lib. 2. de gestis Scotor. cap. 7. Hector Boëtius lib. 9. vbi S. Columbam tradit factio colloquio cum eo congregsum, multa de Christiana religionis arcana pîe & eruditè coram Brudeo Rege differuisse. Ali quanto post tempore vñ ad castrum Calidonæ (Davvukeldense nunc oppidum dici ait) profectos, in cœnobio, quod Convallis suadente Columba recense truxerat, sex mensibus commoratos, Atholis, Calidonis, Horestis, ac vicinarum regionum incolis, Christiana pietatis præceptio-nes tradidisse. Ieslaus lib. 4. vbi apud Orcadianos, & occidentalem Scotia populum, nec non & apud alias gentes in diuinis effatis interpretandis, illisque vita ac moribus pîe effingendis, diligenter tradit elaborasse, plurimisque viuentem & defunctumclaruisse miraculis. Laudatur, quod iure quin miretur, à Ioanne quoque Balao, appellaturq; homo ad promouendam religionem veram natus. Meliori fide à Ioanne Pitso celebratur, qui ramen fallitur dan in Elguâ ciuitate Cambriæ natum, suisq; S. Columbae comitem indiuiduum scribit. Agit quoque de S. Kentigerno Georgius Conaus V. CL. lib. 1. de duplii statu religionis apud Scottos. Nicolaus Harpsfeldius lib. 1. cap. 28. Franciscus Godryinus in catalogo Episcoporum Aſaphensium. Guilielmus Cambdenus in Flintensi Comitatus deſcriptione. David Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, vbi varia citat Glaguenſis Bibliotheca monumenta.

5. Aegidius Gelenius in Hierothecâ, in ade metrop. Colonia

nec refutari quidem merentur. Miramur idem Demacharem Ex va-scripsisse in cat. logo Traiectensem Episcop. lib. de diuino Missâ RIIIS. sacrific. cap. 37. Arripuit id pro glorijs Scotorum David Ca-merarius, natalemq; eius statuit 8. April. vbi Designatum eum appellat.

testatur extare B. Geronis Episcopi Colonensis (de quo 27. Iu-nij agemus) antiquâ statuam, ad cuius latus dextrum S. Kenti-gernus, ad sinistrum S. Dutachus (de quo 8. Martij) expref-sus. Tenet Kentigernus dextrâ pedum Episcopale, sinistrâ an-nulum in ore salmonis; propter miraculum videlicet, quod in ritâ refertur. Perfectoriè videtur legisse Gelenius quos de S. Kentigerni rebus gestis citat auctores: neque enim Harpsfeldius scribit in Glasouensi vrbe natum; neque à suis pulsâ ex Albaniâ, Asapho Episcopatum tradidisse, huic enim El-guensem, siue Lanelyensem Ecclesiam commisit cùm Glasuam è VVallia rediret: neque pulsâ aliquando negat Boëtius; aliud est enim quod ille commemorat ad Caledonios iter, aliud in VValliam.

6. Porro S. Kentigerni, siue Kentegerni, aut Kinti-gerni (ita enim à variis scribitur) incerti natales, etas ob-scura. Matrem habuit Thameten, aut Themin, Lothi Pictorum Regis filiam, vt Camerarius, Boëtius, Harpsfeldius, Piscus. Conaus scribunt, qui & Diuam appellant, & Conaus quidem Kentigernum ait non minus maternis meritis quam propriis virtutibus conspicuum fuisse. Ea seu vi compressa, seu dolo, à nobili adolescenti (quem quidam Eugenium III. Scotorum Regem fuisse arbitrantur) cùm puerum gereret, au-torem prodere, vel reverâ sibi ignotum, vel ne in discrimen eum vocaret, pertinaciter fertur recusasse. Conaus & Camerarius labem illam natalium disimularunt: atque adeò hic illum parentum studio ad pietatem scribit à primâ pueritâ fuisse egregiè institutum. Testatur Leslaus tradi à nonnullis Eugenium III. ex Annâ Aurelij Britonum Regis sorore, & hædere Pictorum Regis legitimâ Diuam Kentigernum suscepisse. Neque id sane fraudis suspitione caret, quod plurimum ex eadem Scotorum ac Britannorum gente Sanctorum par ortus narratur, Fursai, Davidus, Kentigerni &c. Fortassis cùm veterū quissiam scripsisset patres ignorari, arripuit posteri occasionem comminiscendi stupro esse susceptos; vt Mel-chisedechum Regem nonnulli vere patre ac matre caruisse ex-stimarent, quod S. Paulus scripsit eius ignorari genealogiam. Si tamen ita genitus Kentigernus est, maculam, vt recte Harpsfeldius, ita omnem deleuit, vt meritâ cum quo-cumque eius seculi vito sancto conferti posset, omni laude virtutis.

7. De eius estate id solum possumus statuere, vixisse seculo à Christi nativitate sexto, circiter annum 560. nam tum S. Columba floruit, quem illius fuisse aqualem constat. Quid quod ad annos 185. fertur vitam produxisse, atque ex iis 160. in Episcopatu exegisse, paradoxum est; licet id Gelenius nitatur stabilire S. Seruati Episcopi Tungrensis exemplo, quem non nulli 373. annos volunt vixisse: verum hoc quoque, vt alibi dicemus, fabulosum est. Scimus multostum alibi, tum in Sco-torum ac Britonum gente longeos reperiri: verum ea S. Kentigerni etas adstrui non potest. Nam vt demus ad S. Grego-rij tempora peruenisse, & anno 608. quod in Anglicano Mat-tyrologio dicitur, excessisse è viuis, ergo anno 423. editus fuit in lucem; atqui à S. Seruano Episcopo S. Palladij discipulo, mox ab ortu baptizatus est; Sanctus vero Palladius non nisi sub annum 429. missus est ad Scottos à Cælestino. Quid quod alij Eugenio III. natum volunt, eundemq; Eugenium anno 535. regni gubernacula capebuisse non admodum grandem natu: Idem rerum Scoticarum scriptores Lothum Kentigerni aum Constantini Aurelij Britonum celeberrimi Regis aqualem faciunt, aut etiam iuniorem: quippe qui ei ad-huc adolescentis pupillas contra Hengistum iam rerum in Bri-tanniâ patientem, exente seculo quinto, tulerit. Gelenius obiisse Kenti-

Ex CAP- Kentigernum scribit anno 560. vnde sequeretur anno 375.
GRAVIO. natum fuisse. At quem ipse citat, id non habet Godyvinus, sed circa annum 560. cœnobium inter fluvios Elvvyd & Elvvy condidisse, ecclesiamq; construxisse, Malgone, sive Maglocuno, Britonum Regulo obssidente primum, mox placato atque opem ferente.

8 Postremo nonnulla traditur reliquie S. Kentigerni eruditionis sua monumenta. Enumerantur isthac à Pitfeo: Ad Rodericum Regem epistola vna, vna ad Principem avarum. Orationes octo, de obitu S. Davidis, de obseruatione fidei, de caritate mutua, de pace Christiana, de hospitalitate tuendâ, de Scripturarum lectio- ne, de oratione continua, de obedientia hominis. Eadem recenset Baleus, additj; scriptissime Manuale suorum ministeriorum, libro uno. Horum scriptorum cum nihil ipsi viderimus, legerimusve ab aliis citatum, fidem esse penes duos hos scriptores, & quem ambo sequi se profissentur Lelandum, volumus.

Scripta.

VITA EX IO. CAPGRAVIO,

Auctore anonymo.

C A P V T I.

*S. Kentigerni ortus, institutio.**S. Kenti- gerni ge- nus.*

Ex quidam in Septemtrionali Britanniae plaga, paganis implicatus erroribus, filiam ex uxore sua genuit speciosam; quæ saepius auditâ seruorum Dei prædicatione ad agnitionem veritatis, idolorum cultu penitus abdicato, meruit peruenire. Et licet baptismi gratiam nondum consecuta, viam tamen mandatorum Dei mente deuotâ & humili custodite fatigebat: orationibus crebris & elemosynis dedita, quantum ad metum patris pagani licebat, Ecclesiasticae disciplinæ & operibus bonis sedula insistebat.

Mater ca- techumen- na, incerto pa- re con- ceptus.

2 Mariae Virginis integratatem fecundam venerando admirans, & diligens, præsumptuosâ audaciâ, & quadam temeritate femineâ, in conceptu & partu illi assimilari, & eam imitari desiderans, assiduis precibus Regem calorum & Dominum super hoc deprecari saepius coepit. Elapso demum temporis spatio inuenta est illa in utero habens: & magnificans Deum, desiderium suum adimplevit esse simpliciter credebat. Quod enim in ea natum est, de complexu humano suscepit: sed ipsa multoties afferuit, & iuramento constringit, quod à quo, vel quando, aut quomodo conceperit, in conscientia non habebat. Populus enim dicetis S. Kentigerni stultus & insipiens ipsum de Virgine conceptum & natum adhuc astrarere non veretur. Sed quis aut quomodo sator terram arauerit seu seuerit, cum Domino dante benignitatem, terra fructum optimum protulerit, absurdum sanè diutius indagare arbitramur.

Mater è monte pra- cipitatur illa.

3 Cum autem Rex à filiâ minis & blanditiis quis eam grauidasset inquireret, omnis virilis confortij se expertem iureurando protestatur. Offensus itaque Rex, legem à maioribus suis promulgatam prævaricari se nolle constanter affirmabat. Erat enim lex à diebus antiquis in gente illâ seruata, vt puella in domo paternâ fornicata & grauida inuenta de montis supercilio præcipitaretur, & corruptor illius capite plecteretur. Statuitur igitur puella, iussu Regis, in montis fastigio, Dunpelder ab incolis vocato, vt deorsum præcipitata membratim dirumperetur. Illa vero grauitate ingemiscens, & in celum suspiciens, Redemptoris misericordiam & auxilium manibus in celum erexit cum multis lacrymis implorabat. Cum ergo de monte præcipitata caderet, non est collisa, nec læsa, sed placido lapsu & suaui ad terram descendit.

4 Pagani enim magicis Christianorū artibus hoc *Liberatur adscribentes*, Rege consentiente, in nauiculâ paruâ de à naufra- corio factâ sine omni remigo per aliquot millaria for- gio.

tunæ & mari puellam solam & omni humano auxilio destitutam exponebant. Protegente tamen illo, qui ventis imperat & mari, multò velocius ad portum alium nauicula percurrebat, quam à quo quis velifero curfu, aut multorum remigantium propelleretur an- nisu.

5 Egressâ autem de naui puellâ, in loco ^a Collenros dicto, angustiæ partus apprehenderunt eam: & sine ^b Parte Ken- obstetricis cuiusquam solatio peperit. In eadem horâ ^b tigernum. S. Seruanus post matutinas orationi intentus, audiuit Angelicos cœtus melliflua præconia & laudes Deo in ^b Auditus canthus ^c Angelorū. aëre resonare. Manè verò accedens ad locum, & visâ matre cum filio, patriâ linguâ dixit: Mochohe, Mo- chohe, quod Latinè dicitur, Care mi, Care mi. Et sub- iunxit: Benedictus, qui venisti in nomine Domini. Suscepit ergo eos, & entriuit ac baptizauit, vocauit- que matrem Tanea, & puerum Kientier, quod inter- priatur capitalis Dominus.

6 Profecit ergo puer bona indolis in disciplinis lit- terarum, & in exercitiis sanctarum virtutum, & præ à S. Serua- cunctis consortibus suis, in oculis S. Seruani dilectus no- fuit: illumque c Munghu, quod Latinè dicitur Carissi- mus amicus, ex consuetudine appellauit. Quo nomine usque in hodiernum diem vulgus eum vocare, & in necessitatibus suis inuocare crebrius conseruit.

a Perperam Pirjeus natum afferit in Elguâ ciuitate Cambriæ. Rethius Camerarius institutum ait in Culrossano S. Seruani cœ- nobio.

b Seruanum appellant Maior, Coneus, aliij; Camerarius Ser- uanum. De eo agemus 1. Itali.

c Camerarius Mungho, Harpsfeld. Munga.

C A P V T I I.

Miracula, secessus à S. Seruano.

7 Videntes condiscipuli Sancti primùm quod à patre spirituali plus omnibus amaretur, oderat eum, nec quidquam ei pacifice poterant loqui. Insidiabantur, conuiciabantur, inuidebant, & detrahebant illi. Quamdam auiculam, ob ruborem cor- pusculi a rubiscam vocatam, de manu S. Seruani ali- moniam accipere, scapulis eius & capiti, seu gremio insidere, oranti vel legenti assistere, alarum plausu & vocis suâ sonò affectum illi ostendere solitam, inter se amiculæ ab inuidia occise vi- mutuò tractantes, caput à corpore auellunt, & extin- tam resiliunt, Kentegerno absenti crimen imponere non ve- trant. Kentegerno absenti crimen imponere non ve- rentes. Puer autem volucrem in manibus suscipiens, & caput corpori applicans, fusâ ad Deum prece, signaculum Crucis impressit, & auis vite redditâ seni de ecclesiâ reuertenti more solito applaudens, obuiam pro- filiuit.

8 Statuit autem S. Seruanus, vt unusquisque puerorum per septimanæ circulum, ne aliqua negligentia ob defectum luminis diuino obsequio in noctibus eneniret, ignem diligenter dum dormitum irent sub- cincerarent. Accidit quadam nocte solemnî, dum Kentegrinus puer vice suâ ignem custodiret, condiscipuli sui, inuidiâ excitati, totum ignem infra monasterij septa clanculd extinguenter. Vigiliarum tempore Kentegernus ignem monasterij extinctum reperiens, ramum cuiusdam coruli viridis arripiens, in nomine sanctæ Trinitatis datâ benedictione insuflavit, & confessim igne calitus emissâ ramus ingentem flammarum produxit, & absque sui detrimento ardere cœpit. Accensis autem candelis lumen in ramo amplius visum non est.

9 Cocus S. Seruani b inualescecente infirmataris mo- lestiâ, vitalem spiritum exhalans, iuxta morem sepeli- tur. Sequenti vero die instigatione ac prece omnium discipulorum ac æmulorum primùm sanctus senex Seruanus per sanctum & terrible nomen Domini Kentegrinum adiurans, in virtute sanctæ obedientiaz imperauit,

*Signo cru- ciis ignem alicet.**Cocus S. Seruani resuscitat.*

C A P V T III.

Episcopatus, austoritas, alięg virtutes.

^a 13 Procedens inde vir Dei, in loco nomine *Glasghu* in multâ abstinentiâ vixit: donec Rex & Clerus regionis ^b Cambrensis, cù ceteris Christianis licet paucis, ipsum plurimū renitentem in Pastorem & Episcopum eligerent. Accito autem de ^c Hiberniâ ^d vino Episcopo, ^e more Britonum & Scotorum in Episcopum ipsum consecrari fecerunt. Mos enim in Britannia inoleuerat in consecratione Pontificum, tantummodò capita eorum sacri chrismatis infusione perungere, cum inuocatione sancti Spiritus, & benedictione, & manus impositione. Insulani enim quasi extra orbem positi, emergentibus paganorum infestationibus, canonum erant ignari. Ecclesiastica idè censura ipsis condescendens excusationem illorum admittit in hac parte. Sanctus autem ^f *Glaſcua* tegernus huius ritus errori, sicut infrà dicetur, pleniū ^g Sedem condituit. Cathedralem Sedem in urbe Glaſguensi constiuit, & magnam congregationem secundum formam primitiæ Ecclesie viuentem ibidem ordinavit. Extendebat autem diœcesis sua secundum limites Cambrensis regni, à muro scilicet illo famoso ad arcendum hostes à Britonibus, à mari ad mare quondam constructo, usque ad flumen ⁱ Fordense, id est, ad mare Scotticum.

^a 14 Anno ætatis suæ vicesimo quinto consecratus est *Eius ab Episcopus*: & omni tempore vita suæ post triduum, & ^j *sistentia*, multoties quadruplex cibum sumpsit, panem scilicet & lac, vel caseum, aut butyrum. A carnis & vino, & omni quod inebriare potest, omnino abstinuit. Si verò in itinere, aut cum Rege esset, à consueto rigore abstinentiando se temperabat. Postmodum tamen ad sua regresus, quasi genere crimen illud in se vindicans, abstinentiam ampliabat.

^k 15 Vtebatur ad carnem asperissimo cilicio: deinde ^l *asperitus* melote ex pellibus caprinis confecto, & cucullâ strictâ, ^m *vestitus*, super quam albâ candidâ coniectus stolam iugiter gestabat, & Pastoralem virgam, non sphæricam, & auratum ac gemmatam; sed de simplici ligno tantum refleⁿxam: habens in manu librum manualem, semper paratus ad ministerium suum, cum necessitas aut ratio deponcebat.

^o 16 Iacebat autem in saxo instar monumenti cauato, ^p *somni le-* habens capiti lapidem, & proiectis aliquantis cineribus ^q *atq; ratiō*. & cilicio substrato, potius somnum hauriendo, quam carpendo, se à sopore excutiebat. Sicque hausto modice ^r *Psalterij* quietis sopore, nudum in aquis frigidis se immergens ^s *letō in a-* totum psalterium decantabat. Hanc enim consuetudinem, nisi itinera aut agititudines prohiberent corporales, nec grando, nix, aut pluia aliquatenus defraudare poterant. Sed & tunc aliquo spirituali exercitio opus illud redimebat.

^t 17 Sopitus enim erat in corpore suo stimulus carnis ^u *Sopitus in* omnis: vnde & vice quadam discipulis suis simpliciter ^v *co fomes* afferuit, non amplius ad speciosissimæ puellæ vifum vel tactum, quam ad durissimi lapidis se stimulatum. In iudicando autem corripiendo non personam, sed causam attendebat. Omnis eius substantia, pauperum æratum semper fuit. Multotiens dum sacra diuina tractaret, columba niuea, rostrum quasi aureum habens, capiti eius insidere confuevit. Crebrò etiam dum sacrificastet mysteriis, nubes lucida obumbravit capit eius. Aliquotiens nō ipse stare videbatur; sed ^w columnæ ignea, cuius fulgore intuentium intuitus obtusi sunt. Dum vice quadam sacra mysteria celebraret, nebula quædam odorifera totam ecclesiam impleuit, ineffabili suauitate omnes perfudit, & variis incommodis laborantes perfecta sanitati restituit.

^x 18 Omni Quadragesimâ à conspectu hominum separatus deserta loca petebat, solas radices herbarum in cibum

imperauit, vt in resuscitatione sui serui quid possit saltem attentaret. Adolescens verò adiurationem exhortens, de tumulo humum proiici iussit, & prostratus cum lacrymis misericordiam Domini implorauit, dicens: Domine Iesu Christe, vita & resurrectio mortuorum, qui mortificas & vivificas, deducis ad inferos & reducis, cui vita & mors famulantur, qui suscitasti Lazarum quattuor annos; resuscita hunc mortuum, vt glorificetur nomen sanctum tuum super omnia in secula benedictum. Nec mora: qui sepultus fuerat, à mortuis resurgens, reproborum supplicia & iustorum gaudia quæ vidit, postmodum enarrauit, multoisque de malo ad bonum convertit, & bonos vt in melius proficerent suis verbis confirmauit.

Refert ille quid videlicet,

*fit religio-
sus,
7. annis
superuicit.*

*Kentiger-
nus alio-
abit, fluui-
ne miracu-
losè diuiso.*

*S. Serua-
nus frustra
ei reditum
persuadere
conatus,
paullò post
moritur.*

10 Asserebat se rebus humanis indicibili dolore exemptum, & ante tribunal tremendi Iudicis adductum; ibique vidisse plures acceptâ sententiâ in tartara precipitari, alios ad loca purgatoria destinari, quosdam ad celestia gaudia cum magnâ exultatione eleuari. Cumque sententiam suam tremulus expectaret, se esse illum pro quo dilectus Domini Kentegrinus oraret, audiuit, & à quodā lucido viro ad corpus reduci, vitæ & sospitati pristinæ restituī iubet: atque vt correctioni vitæ deinceps inuigilaret, ab eodem ductore suo sedulò commonetur. Idem enim cocus habitum religionis assumēs, & de virtute in virtutem proficiens, septennio superuixit. In cuius tumbae operculo qualiter resuscitatus fuerat a S. Kentegerno litteris exaratur.

11 Sancta itaque Kentegrini conuersatio, quæ multis proficiendi præbebat exemplum, æmulis eius maioris odii erat seminarium. Intelligens ergo vir Dei eorum inuidiam, simul & timens populi fauorem & honorem, loco cedere deliberauit: reuelatumque est ei propositum suum in oculis Domini gratum fore & acceptum. Igitur clām recedens ad Mallenam fluuium venit, qui ex maris rheumate influente alueuti suum excedens, omnem transuendi spem penitus ademit. Dominus autem qui mare rubrum diuisi, & populum Israël siccis pedibus per medium eius quondam eduxit, ipse Mallenam fluuium seruo suo diuisi: erantque quali muri à dextris & à sinistris eius. Deinde brachiolum marinum per pontem transiens, repentina impetu aquas alueum implere & transitum cui liber negare vidit. Locus autem ille in posterum transmeabilis fuit; & pons aquis maris deinceps coniectus nulli ulterius transuendi præbuit facultatem. Mallena etiam fluuius cursum suum relinquens, in Ledonis fluuii alueum deinceps se retrorsit: sicque duo fluuii usque tunc diuisi à die illâ commixti sunt.

12 Et ecce S. Seruanus seniles artus baculo regente fugientem secutus, supra ripam stetit, & euulando clamans dixit: Heu me! fili carissime, lumen oculorum meorum, baculus senectutis meæ, quare me deseris? cur me derelinquis? Recogita, quæso, quomodo ex materno profusum utero te suscepisti, nutriti, docui, usque in hanc horam educaui. Noli derelinquere canos meos. Sanctus verò in lacrymas resolutus, dixit: Vides, Pater, diuinum esse quod agitur, nec consilium Altissimi immutare, aut voluntati non obtemperare valemus. Rogo, inquit Seruanus, vt, sicut antè fecisti, prece tuâ salum diuidas, denudes solum, ut solus pertransiens per siccum perueniam ad te. Efficiar enim tibi de patre filius, de doctore discipulus, & usque ad finem vite comes indiuicuus. Sanctus tunc multo fletu madefactus, ait: Regredere, quæso, Pater mihi, & discipulos tuos doctrinâ & exemplo instrue, & disciplinâ corrigere. Retributor omnium bonorum retribuat pro vniuersis beneficiis, quæ mihi exhibuisti. Bonum enim certamen certasti, cursumque iam consummasti. Ego enim pergam quod me misit ille, qui me segregauit ex utero matris meæ. Et sic mutuâ datâ benedictione ab iniucem discesserunt. Sanctus autem Seruanus in senectute bonâ ritè migravit ad Domum.

^a a Rubeca videtur, de quâ pluribus Gesnerus.

^b b Camerarius scribit hunc eocum casu repentina extinctum.

Tom. I.

^c *Kentegrinus fit*
^d *Episcopus*
^e *in*
^f *Glascua*
^g *Sedem condituit.*

^h *in*

ⁱ *in*

^j *in*

^k *in*

^l *in*

^m *in*

ⁿ *in*

^o *in*

^p *in*

^q *in*

^r *in*

^s *in*

^t *in*

^u *in*

^v *in*

^w *in*

^x *in*

^y *in*

^z *in*

^{aa} *in*

^{bb} *in*

^{cc} *in*

^{dd} *in*

^{ee} *in*

^{ff} *in*

^{gg} *in*

^{hh} *in*

ⁱⁱ *in*

^{jj} *in*

^{kk} *in*

^{ll} *in*

^{mm} *in*

ⁿⁿ *in*

^{oo} *in*

^{pp} *in*

^{qq} *in*

^{rr} *in*

^{ss} *in*

^{tt} *in*

^{uu} *in*

^{vv} *in*

^{ww} *in*

^{xx} *in*

^{yy} *in*

^{zz} *in*

Ex Cap- cibum sumens: aliquoties verò totum illud tempus, Do-
grāvio. mino virtutem tribuente, absq; cibi sustentaculo transige-
Quadra- bat. In Cœnâ tamen Domini multitudinis pauperum
geſima &
septimana &
ſandæ pœ-
nitentia.

Zelus ani-
morum.

19 Nondum renatos in suâ dicecesi ad fidem con-
uerit. Apostatas & hæreticos suâ doctrinâ fanâ ad san-
cta Matris Ecclesiæ gremium reuocauit. Dæmonum si-
mulacra vbiique subuertit: nonnullas ecclesias constru-
xit: parochias certis limitibus distinxit: & vbiique lu-
crum animarum quærendo, proficisciens non equo ve-
ctus, sed more Apostolorum pedes ire volebat.

Glasqua
urbs.

a Eft Glasqua, ſue Glasqua urbs Scotia Archiepiscopal ad Cluydam flumen. Hic S. Kentigernus quietefit, ut ſcribit Ioannes Maior lib. 2. cap. 7. in cuius honore templum Glafquense fundatum eft, nulli templo in Scotiâ in ornatu aut in Canonicorum multitudine & præbendis pinguis fecundum. Georgius Cœneus de dupliſ ſtatu religionis apud Scotos lib. 1. ſcribit S. Kentigernum Glafquensem ciuitatis patrum effe ac tuelatorem.

Cambria,
fue Wal-
lia.

b Britanniæ pars ea qua inter Sabrinam & Deuam flumina ad mare Hibernicum iacet, Cambria olim, & nunc quoque indigena, Anglia Wallia dicuntur: in variis olim principatus, ſue minorare gna, diuina, ut ex Gildâ patet. Incole, veterum Britannorum Romanorum ſoboles, ſex feculis & vltre Anglis refiſterunt, variâ fortunâ. Hic Rex Cambrensis videtur intelligi, qui vicina Scoris tenuit, procul quidem à modernâ Cambriâ ſue Walliâ, ſed tamen

Cumbria.

diu à Britanniis contra Anglo-Saxones defensa, unde & provincia nomen Cambria ſue Cumbria, vulgo Cumberland. Quando in Cambriam ſue Walliam modernam S. Kentigernus migrari, pofit dicemus.

c Hinc coniuci potest, in Cumbriâ ſum permifto fuisse Britanniis Scotos: cur enim alioquin ex Hiberniâ, & non è remotoire VValliâ accerferetur, ubi plures erant variarum Britanniæ urbium, quas iam barbari occuparant. Epifcopi?

d Ioannes Maior lib. 2. cap. 2. tradit S. Seruanum à ſolo S. Palladio Epifcopum consecratum, & ſubdit: Ex iſto patet quod Epifcopus in necessitate ab uno Epifcopo consecratur, & non eft de Epifcopi effenti quod à tribus ordinetur. Peccant tamen aliter ordinantes, vbi Epifcoporum trinitas haberi potest. Eft enfentia aliorum quoque Doctorum auctoritate non improbabili.

e De hoc mero egimus ſuprà 7. Ianu. ad cap. 1. vita S. Cedde, lit. G.

Fortha &

f Eft id nobilissimum etiuarium, quod putatur Ptolemao Bode-
ſtuarium. ria, aliis Bodotria dictum. Scotti Forth, & Frith, Anglia Edenvorov Frith, ab Edengo illuftri ciuitate ad illud etiuarium Edinbur- ſtâ, quam antiqui Caſtrum alatum, Hiberno-Scoti Dun-eaden, gum urbs. id eft, oppidum Baden vocant, ſue alatum; nam adain alam Britanniæ significat. Ita ferè Cambrensis.

g Videtur legendum ſcuerè.

h Caudâ hac legenda; ne temerè quis eiusmodi apathiam affectans, in laqueos incidas diaboli.

i Camerarius hic columbam denuo ponit.

C A P V T IV.

Varia miracula.

20 N E autem panem ſuum otiosius comedederet, ma-
nibus ſuis in agriculturâ laborare conſueuit. Et
Ceruos ad cum boues ſemel ſibi deeffent, & ceruos de falu in no-
mine Domini ad ſe venire, & loco boum terram arare
aratrium præcepit. Qui statim obtemperantes & mansueti effe-
ſti, terram arare, ad pafca ire, & ad opus confuetum redire solebant. Tandem in vnum de ceruis labore fatigatum lupus irruens suffocauit, & voracem inglu-
uiem ex eius cadavere saturauit. Quo audito S. Kenti-

lupum
item cum
ceruo.

grinus, manum contra filuam extendens, dixit: In no-
mine sanctæ Trinitatis præcipio, vt lupus qui mihi
damnum intulit, ſatisfacturus ſine morâ accedat. Et ecce lupus de filuâ profiliens cum vluſatu corruit ante pe-
des eius. Cui Sanctus, Surge, inquit, & in nomine le-
ſu Christi præcipio tibi, vt loco cerui, quem deuoraſti, aratro applicatus ares ex integro quod reſtat aran-
dum. Lupus itaque verbis Sancti obediens, & ceruo

copulatus, b nouem iugera arando explens, liberè abire permittitur. Et cum multi conuiffent ad ſpectaculum, Sanctus aperiens ſuum, dixit: Viri fratres, quid admiramini aſpiciens verbum hoc: Credite mihi, antequam homo inobediens ſuo Conditori exiſteret, non ſolum animalia, ſed etiam elementa obtemperabant illi. Nunc verò ob ipſus præuaricationem omnibus in aduersa verſis, leo lacerare, lupus deuorare, ſerpens fauciare, aqua ſubmegerere, ignis comburere, aëri corrumpere, terra ſep̄ ferrea effeſta fame ſubruere conſueuit: & ad ſpectantes ad vita innocētiam horum tauri, ſatū, ſed ipſe homo in ſeipſo peccando contra ſeipſum ſpon- te defauit. Sed quoniam plerique Sancti in verâ innocentia, & purâ obedientia, in ſanctitate, dilectione, fide, & iuſtitia coram Domino perfecti inuenti ſunt, quaſi antiquum ius, & naturale dominium à Domino re- ſuperant, dum bestiis & eleuentis, morbis & mortibus imperare ſolent.

21 Et cum totam annonam pauperibus erogaffet, Arrenam affumptâ arenâ, vice ſemini in terram ſparſit: & melis fruges me- tempore triticum optimum terra producens, omnes hoc audientes Deum in Sancto eius laudare & benedicere fecit.

22 Dùm enim viſtualia pro Fratribus vice quadam non haberet, & Regem Cambrenſem, nomine c Mor- ken, adiuit, penuriam ſuorum inſinuans, vt ſuam ino- piam illius abundantia, iuxta Apoſtoli monita, ſubueniendo ſuppleret, humiliiter perit. Ille verò ore blaſphemо ironice dixit ad eum: Iacta curam tuam in Domino, Psal. 54. & ipſe te enuit: quoniam nihil deest timentibus Deum, ſicut ceteros admonere conſueuit. Tu verò cùm timeas Deum, & mandata eius obferues, omnibus bonis, & viſtu etiam necellario indiges? Ego autem, qui nec regnum Dei quæro, nec iuſtitiam eius, omnia mihi proſpera & rerum affluentia (vt cernis) arrident. Ina- nis ergo eft fides tua, & falſa prædicatio tua comproba- Blaſphemum Re- fatur. At vir Sanctus facræ Scripturæ teſtimonio, & rationū gem mo- assertionibus, & exemplis, multos iuſtos & sanctos ege- netate & ſiti in hoc ſeculo affligi, reprobos rerum affluen- tiā, honorū fastigiū ſep̄ ſublimari, afferebat: pauperes verò diuitiis patronos fore, quorum beneficiis ſuſtentantur, diuiteque pauperum patrocinio, ſicut vites vili- mi ſuſtentaculo, indigere euidenter edocuit.

23 Tandem Rex verba eius non ferens ſic reſpondit: Si confidens in Deo tuo, abſque humano ſuffragio, d omnia blada, quæ cernis in horreis contenta, ad man- ſionem tuam transferre poteris, libenter annuo, & po- ſtulationibus tuis de cetero deuotus obtemperabo. Sanctus auté Dei eleuatis in caelū oculis & manibus, orationem cum lacrymis fudit ad Dominum. Et ecce eadem horâ fluuius Clud ſubtus decurrens ſubito intumescere, ripas tranſendere coepit, & horrea Regis integra cum farre vſque ad locum vbi Sanctus manere ſolebat, no- mine Mollingdenor, ſecum traxit. Ita illæſa ab aquis omnia inuenta ſunt, vt nec arifa humecta apparebat.

24 Instigante Regem in odium Sancti amico eius, nomine Catheu, contumeliis & conuiciis, furore cōmo- tur à Rege, à Deo vi- ducatur.

a Simile quid refertur in vita S. Leonorij Epifcopi 1. Iulij.

b Camerarius ſcribit ciuitatem alio anteā nomine appellatam, deinceps Glafcu dici capiſſe, que vox lupum & ceruum ſignificet.

c Id eft, Magnum-caput, videtur agnomen fuisse illius Reguli, quem Camerarius Martium vocat.

d Ideſt, omne triticum.

e Hic fluuius Glafcu alluit. Clyd dicitur infrânu. 36.

C A P V T . V.

Res gestæ in VVallia.

*Abit Me-**neum.*

25 IN surrexerunt contra Sanctum filii Belial, de cognatione Regis Morken, conspirantes in mortem eius. Diuinâ igitur reuelatione admonitus, versus ^a Me-neum, vbi S. Dauid virtutibus floruit, iter aggreditur.

b Iuxta ^b Caerleum multos ad fidem conuertit, & ecclesiastiam construxit: & cum S. Dauid aliquantis per moram trahens, à Rege terra illius Cathvallam locum ad construendum monasterium accepit. **Ædificato autem apud** Elgu cœnobio, Sedem Episcopalem ibidem constituit. Subregulum quemdam illi minas inferentem, & de loco expellere cum iniuriâ nitentem, & cœcitatice percussum, prece ad Deum fusâ fanauit, & adiutorem & protectorem in posterum habere meruit.

c Inimicorum cœcitate percussum. **fanat.** **26** Congregati sunt autem in monasterio illo ^d nouies cœtum, & sexaginta quinque Fratres, sub regulari disciplinâ in magnâ abstinentiâ Deo seruientes. Trecentos enim illitteratos agriculturae & pecorum custodiæ extra monasterium deputauit, alios trecentos operibus infra monasterium exercendis, & cibariis preparandis assignauit, & trecentos sexaginta quinque litteratos diuinis officiis iugiter celebrandis intitulauit. Nec facilè quemquam illorum egredi, sed tamquam in sanctuario Domini assidue commorari instituit. Diuinit enim per turmas & conuentus collegium: vt vno conuentu feruatum Dei in ecclesiâ terminante, alter continuò intrans illud inchoaret: quo consummato alias sine morâ introiret. Sicque turmâ vnâ exeunte, & alterâ ingrediente, oratio sine intermissione ab ecclesiâ illâ ad Deum fiebat: & benedicendo Dominum in omni tempore, semper laus Dei in ore illorum resonabat.

*Affidu-**cani Deo**laudes cu-**rat.*

Asaphum **27** Erat inter illos quidam, nomine Asaph, gêne & specie clarus, ab ipso pubertatis flore virtutibus & miraculis fulgens, qui vitam Magistri in omni sanctitate & abstinentiâ iugiter sequi fatigebat. Et cum S. Kentegrinus more solito Psalterium nudus persoluisset in aquis, nimio frigoris rigore correptus, iussit puero Asaph ignem, quo calefieri posset, sibi afferre. Qui festinans ad clibanum, & non habens in quo prunas deferret, viuos carbones in gremio suscepit, nulloque adiunctionis signo in veste apparente, coram Sancto prœdict. Quem vir Dei in posterum carum habens, curam monasterii illi delegauit, & in Episcopatu successorem suum instituit.

*Oranis**facies**splendet.*

e Mortem S. Dauidis dñnitus cognoscit.

f Predicit mala eu-

tura.

28 Seruo Dei quodam die prolixius orationi intento, facies eius quasi ignea apparet, stupore & extasi circumstantes replete. Intuebantur enim faciem eius tamquam vultum Angeli stâtis inter illos. Completâ oratione grauissimus lamentis se dedit. Et cum discipuli cauissam tristitia humiliter ab eo peterent, paullisper in silentio residens, tandem ait: Noueritis, filii carissimi, & S. Dauid decus Britanniae, Patrem patriæ, carnis carne rem modò egressum regna cœlestia penetrasse. Credite mihi, quia non solùm Angelorum multitudo in gauidum Domini sui illum introduxit; sed & Dominus noster Iesus Christus ei obuiâm procedens, ad portas Paradisi, gloriâ & honore coronauit eum, me vidente. Scitote etiam quod Britannia tanto lumine orbata tanti Patroni lugelit absentiam, qui gladio Domini propter malitiam inhabitantium semieuginato super illam, ne penitus vsque ad internectionem extractus percuteret, semetipsum opponebat. Tradens tradet Dominus Britanniam exteris nationibus, Deum ignorantibus: sed & à paganis ab indigenis euacuabitur insula. Christianæ legis religio vsque ad præfinitum tempus dissipabitur in eâ: sed in præfinitum statum, imò meliorem miserante Deo iterum reparabitur.

29 Vir autem Dei septies Roman adiens, f S. Gregorio spirituali Anglorum Apostolo, totam vitam suam,

electionem, & consecrationem, & omnes casus, qui ei Ex CAP acciderant, seriatim enodauit. Sanctus vero Papa illum GRAVIO, virum Dei & Spiritus sancti gratiâ plenum intelligens, ^{Sepiu Rb} CONFECRATIONEM eius, quam à Deo nouerat prouenisse, ^{mâ adr.} confirmauit: ipsoque multotiens petente, & vix impe- trante, quæ debeat consecrationi eius supplens, in opus ministerii à Spiritu sancto illi iniuncti destinauit.

30 Occurrerit autem viro Dei Clericus quidam peregrinus & eloquens, requisiuitque qui esset, & vnde venisset. Prædicatorem veritatis, & viam Dei in veritate docentem se esse respondit. Quem Spiritu sancto reuelante, Pelagianâ hæresi irrectum agnosces, cum à via iniquitatis eum auertere non posset, utriusque hominis interitum vicinum illi fore denuntians, à suâ diecessi iussit eum expelli. Qui fluvium quemdam transire tentans, aquis suffocatus ad tartara descendit.

a In promotorio, quod Octopitarum Ptolemaus dixit, Britanniæ Pebidauc, & Cantred Deui, Angli S. Dauids land vocant, op. S. Dauidis pidum est, nunc Jane pertenue, Menevv, siue Menevia, Britanniæ oppidum. Tuy Devvy, id est, Domus Deui, Saxonibus olim Dauid-mynter, Anglis nunc S. Dauids; & S. Dauide eius loci Antifite, cuius vitam dabimus i. Martij.

b Duplex est in Britanniâ Caerleon: prior ad Deuain flumen, prope esuarium quod Setcia Ptolemao dicitur, pro Dea, ut censeatur Cambdenus. Vrbs autem est præclarâ, Ptolemao Deunana, Anto- Ceftria, nino Deua à flumine, Britanniæ Caer-Legion, Caer-Leon Vaur, Caer-Leon ar Dufyr Dvyy, & per excellentiam Caer, Angli olim Legea-cester, nunc West-chester, & Chester. Nomen à Legione vicecumâ viâtrice deductum. Altera est, qua Antonino dicitur Caerleon. Isca, Legion II. Britanniæ Caer-Leon, & Caer-Leon ar Vsk, id est, vrbs Legionis ad Iscam flumine, quem Britanniæ Vsk & Wyks appellant; quibusdam Olca dicitur. Hic S. Dubritij, de quo 14. Nouemb. agemus, Sedes fuit. Vtra hic earum urbium intelligatur, haud paratum est edicere. Isca proprius Meneuiam S. Dauidis sita est, in Monumethensi Comitatu. Deuan è Scotorum provincia, & Cambria Meneuiam terrestri itinere petentes, pertransire oportet, estq; non longe à S. Afaphi vrbe diffusa, ubi commemoratus est S. Kentigernus.

c Iphic etiaminum Episcopalis est Sedes, ubi Cluida flumini, aliis ab eo qui Glasguam alluit, (Godvvinus Elvyyd vocat) aq; S. Asaph Elvyy fluiolus confluent, in Flintensi VVallia Comitatu. Vulgo ciuitas. nunc Angli S. Afaphi ciuitatem appellant, Britanniæ Llan-Elvyy. Balaus Eluiam, & Elguam vocat.

d Cambdenus 663, è quibus solùm 63 diuinis rebus peragendis vacarent. Godvvinus 660. 60 sacris celebrandis tribuit. Balaus & Pisces 365, littera egregiè eruditos discipulos habuisse scribunt, ac ferè toridem alii operibus occupatos.

e Traditur obiisse S. Dauid anno 584. cum sedisset annis 65. vi-

f Si toties Romanus processus est S. Kentigernus, cur demum de suâ ordinatione interpellauit S. Gregorium?

C A P V T . VI.

Reditus ad suos, zelus, miracula.

31 IN Cambrensi regno omnibus Kentigrini inimici diuersis cladibus & vario morborum genere consumptis, regionis incolæ viam Domini relinquentes, & tamquam canes ad vomitum reuersi, ad idololatriæ ritum prolapsi sunt. Cælum igitur, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt subtraxerunt eis obsequitum, & consuetum adiutorium: famelique super terram multo tempore præualuit. Suscitauit tandem Dominus Regem, nomine ^a Rederech, à discipulis S. Patricii in Hiberniâ baptizatum, qui in toto corde quærens Domini fidem Christi reparare in regnum studebat. Directit cum litteris ad S. Kentigrinum nuntios, obsecrans per nomen Domini & obtestans, ne Pastor oues diu defolatas, & sine custodiâ destitutas, vterius deserendo sui subtrahat curam: indignum esse afferens, vt sponsus sponsam, pastor ouile, Präful Ecclesiam suam derelinquit, pro cuius amore animam ponere debet, ne mercenarius fiat. Denuntiauit & defunctos esse, qui quæabant animam eius:

32 Admonitione igitur Angelicâ S. Asaph successorem suum constituit, & cum sexcentis sexaginta Fratribus terram Cambrensem repeterè cœpit. Cui Rex cum ingenti multitudine obuiâm processit, laudans Deum.

Zzz 2 Quos

Ex CAP. GRAVIO. Quos cùm Sanctus benedixisset, ait: *Quicumque fatus hominum inuident, & verbo Dei aduersantur, in virtute Domini nostri Iesu Christi protinus discedant, conuerso ne creditur aliquod impedimentum ingerant. Quod impedites fugat.*

b *32 Cumque multa ad fidem pertinentia in planicie campi, nomine Holdelin, plebi prædicasset; terra, in quâ sedis, in oculis omnium creuit in monticulum altum, & manet ibi usque in diem hodiernum. Omnes enim hæc mirabilia videntes, in fide instructi, baptisnum suscepserunt. Conuersis ad Dominum Cambriae habitatoribus, cælum dedit pluuiam, & terra priùs sterilis protulit fructum suum. Rex itaque Redereth dominium & principatum super vniuersum regnum obtulit Kentigrino: illumque Regem, se patriæ rectorem sub ipso nominari voluit; sicut Constantimum S. Silvestro fecisse cognovit. Sicque nominis sui interpretatio impletur, nam Ken caput, tiern Albanicæ Dominus Latinè interpretatur.*

c *Non sine miraculis, Cambros conuerit.* **Mirificè à Rege horroratur.** **d** *Multas genes per se & suos conuerit.* **e** *f* **g** *Appluia semper ferè intactus.*

33 Cumque multa ad fidem pertinentia in planicie campi, nomine Holdelin, plebi prædicasset; terra, in quâ sedis, in oculis omnium creuit in monticulum altum, & manet ibi usque in diem hodiernum. Omnes enim hæc mirabilia videntes, in fide instructi, baptisnum suscepserunt. Conuersis ad Dominum Cambriae habitatoribus, cælum dedit pluuiam, & terra priùs sterilis protulit fructum suum. Rex itaque Redereth dominium & principatum super vniuersum regnum obtulit Kentigrino: illumque Regem, se patriæ rectorem sub ipso nominari voluit; sicut Constantimum S. Silvestro fecisse cognovit. Sicque nominis sui interpretatio impletur, nam Ken caput, tiern Albanicæ Dominus Latinè interpretatur.

*34 Regina nomine Langueth, diu sterilis, prece famuli Dei concepit, & filium peperit: quem **d** in memoriam S. Paterni Sanctus baptizans vocauit Constantium, qui patri succedens omnes prædecessores suos diuitias ac sanctitate præcessit. Pictorum patriam, quæ modò **e** Galvedia dicitur, ab idolatriâ & prauitate hæreticâ, doctrinâ suâ purgauit. **f** Albaniam conuerit: ecclesiæ construxit, & monasteria multa fundauit. Misit ex discipulis suis ad Orcades, Norvægiæ, & **g** Islandiam luce fidei imbuendas.*

35 Vbicunque ferè pergebat vel prædicabat, cœcis visum, surdis auditum, claudis gresfum, mutis loquaciam, furiosis sensum reddebat: dæmonia cœciebat, paralyticos erigebat, leprosos mundabat, & omnes languores curabat. Multotiens ex tactu vestimentorum suorū, & crebrè ex particulis cibi & potus eius sumptis, multi ægroti sanitatem consequuti sunt. Aliquotiens etiam ex umbrâ corporis eius, velut alter Petrus, infirmi curari meruerunt. Numquam vel pluuiâ, niue, vel grandine vestimenta eius maduerunt. Nam dum aëris inclemenciam ingruente imber inundans deflueret, & spiritus procellæ in circuitu eius desæuiret, immobilis quandoque stans, quandoque gradiens à cuiusdam stillæ iuriâ illæsus semper extitit & intactus. Id ipsum etiam turba discipulorum suorum in eius præsentia suis meritis saepissimè est experta.

*36 Contigit Reginam, pulchritudine cuiusdam militis illectam, adulterium commisisse, & pretiosum quemdam annulum ob immensum amorem sibi à Rego commendatum **h** eideam militi contulisse. Qui annulum dito imprudentius imposuit; & Rex per secretarium suum hoc aduertens, & iram dissimulans, accito milite venatum perrexit. Discopulatis canibus, & sociis per loca diuersa dispersis, Rex solus cum milite iuxta ripam fluminis Clyd, in fero redie soporis ac quietis gratiâ iter direxit. Fatigatus autem miles, & nihil mali suscipitus, extenso brachiodormire cœpit. Conspicto*

itaque in digito eius annulo, Rex turbatus vix manus à gladio, & ab effusione sanguinis eius continens; annulum de dito suauiter extraxit, in flumen proiecit, & excitato milite ad suos rediit. Cumque vultu minaci minas & improperia inferens annulum à Reginâ experteret, & illa secrète militi in vanum mittens in medium proferre non posset; triduanis induciis à nobilibus vix impetratis, carceri mancipatur. *Regina autem lacrymosis precibus rem gestam S. Kentigerno per nuntium exposuit, & ab illo unico propitiatore suo salutem & auxilium postulauit. Sanctus autem Pontifex ante aduentum nuntii totum agnoscens, nuntio cum hamo ad ripam fluminis Clyd festinare præcepit, & pescem primò extractum, scilicet ysicum, qui & salmo dicitur, ad se reportare. Quo facto, & exenterato, annulum in ventre pīcīs repertum Reginæ transmisit, & illa Regi cum exultatione obtulit. Contristatus Rex pro illatis Reginæ iniuriis, & veniam flexis genibus petens grauissimam ultionem in delatores se illaturum iurauit. Cui Reginæ Absit, inquit, Domine mihi mea causa quidquam malum quisquam patiatur: sed tibi ex toto corde indulgeo, si omnem rancorem animi tui, sicut ego, accusatori meo remittas. Cunctis ergo Reginæ clementiam admirantibus, vocato Kentegerno illa reatu confessâ, vitam suam de reliquo emendare curauit.*

*37 Rex quidam Hibernæ auditâ Regis Redereth liberalitate & munificentia, ioculatorum in arte suâ peritum mittens, tentare voluit, si famâ latè diffusa veritas responderet. Cumque peractâ quadam solennitate munera speciosa ei Rex conferret, & ille accipere remtuens, talia in terrâ suâ se fatis habere posse affereret; requisitus quid vellet accipere, ait: Si vis, inquit, ut bene **k** remuneratus recedam, detur mihi discus moris recentibus plenus. Et timens Rex, ne honori eius & famæ derogaretur, si ioculator irremuneratus abiret, cuncta retulit Episcopo sancto. Et cum hyemis tempus esset, ad Deum preces vir Dei fudit, & dum dum moris recentibus plenum ostendit. Et tollens discum, & moris impletus ioculatori dedit. Quo viso miraculo, post paucos dies, reliqua arte suâ, melioris vita viam ingrediens, diuino se mancipavit obsequio.*

2 Hic Rodericus filius Tothail, in Petram Cloithæ regnauit, ut habetur in vita S. Columbae. Erat Petra Cloithæ, sive alijs Rex Sutorum, Petra Cluid, vulgo tum Alcluid, sive Ar-cluid, id est, supra Cluidam, Britannorum arx munitissima, quam aliquot seculis contra Anglos & Pictos tenuerunt. Sed SS. Columba & Kentigerni temporibus evidenter cum Scotia amicissimam coluisse: & hic fortassis Scotus fuit Rodericus. Dicitur nunc Alcluid, Dunbritton, id est, opidum Britannorum, & metathesis quadam Dunbarton: estq; propter pugnaculum munitissimum ad Leuini & Cluide confluentes.

b Wodenfach inde dictam, & à Belgis Woensdach, id est, VVoden dies. Recensetur Woden inter maiores Hengisti Britanniæ occupatoris. Tacitus lib. de moribus Germanorum, ex quibus Angli, ait eos Deorum maximè Mercurium colere. Lipsius VVondam vel VVonstam vocatum scribit, à lucro; potius quam VVodam.

c Idem de S. Dauide Meneueniæ memoratur. S. Paternus 16. Aprilis. Fuit S. Dauidis equalis. Sed natus. affequimur: nisi fortassis legendum sit in S. Paterni monasterio, aut ecclesiâ, in Cereticâ, sive Cardiganensi VVallia prouinciâ, oppido quod etiamnum Lhan-Badernuar, id est, templum Paterni magni appellatur.

e De Galvediâ, sive Gallouidiâ, supra egimus 11. Ianuar. in S. Ealredi vita.

f Albania Scotorum prouincia est, olim Ducatus titulus insignis. Albania quam Scoti veteres, tene Cambdeno, Scotiam Albin vocant, Scotia. & Albinnich. Ceterum Albaniam, qua Braid Albin appellatur, fortu bellicosa gens incolit, veterum Scotorum genuina jobiles.

g Islandia in insula est ad Boream, glacialis calo, ut ipsum indicat nomen, sub Dania Regis imperio. Quidam viri eruditæ veterum Thulen esse existimant, negant alij.

h Camerarius casu deperditum annulum scribit, vocatamq; in suspicionem Reginam innocentem, lacrymabundam adisse ad S. Kentigernum: hinc prece fusâ ad Glottam flumen perrexisse, iussisse obum pīcatorum mittere in flumen rete, hunc unicum extractum salmonem, cuius ori manum Sanctus inferuit, factò prius signo cruce, annulumq; eduxit, atque adstanti stupenti Regina resistuit; pīcem verò in aquam denudò abiit.

i Hanc

i Hanc vocem pro loco sumi à quibusdam, diximus, Ianu. in
vitâ S. Eduardi cap. 5. lit. K. Sed & salmonibus abundare quodam
Anglia flumis tradunt audores.
k Camer. Regis Scotia.

C A P V T VII.

Colloquium cum S. Columbâ. Obitus.

a 38^a S. Columba, qui ab Anglis Coluimkillus vocatur,
b in illo cœnobio, quod in insulâ b Hy cōstruxerat,
S. Colum- virtutibus clarus, sancti viri famâ audiens, ad illum veni-
venientem re, visitare, videre, & familiaritaté eius habere cupiebat.
religiosè Et cum multâ discipulorum turbâ de monasterio egre-
excipit. fuis, cù loco appropinquaret ubi sanctus Episcopus ma-
nebat, in tres turmas omnes discipulos diuisi. Similiter
& Pontifex suis trifariè distinctiscū canticis spiritualibus
illis obuiâm processit. In primâ turmâ erant iuniores, in
secundâ prouectiores, in tertîâ senes decorâ canitie ve-
nabiles, & canebant dicentes: In viis Domini magna est
gloria Domini, & via iustorum recta est: & iter
Sanctorum præparatum est. Ex parte S. Columbae cane-
bant: Ibunt Sancti de virtute in virtutem: videbitur
Deus eorum in Sion, cum alleluia. Et ait Columba di-
scipulis suis: Video columnam igneam, in modum cor-
ronæ aureæ, in tertio choro super Episcopum sanctum
descendentem, & lumen claritatis cœlestis super eum.
Et appropinquantes ad inuicem Sancti in amplexus
mutuos & oscula sancta ruunt.

Furtum 39 Venerunt cum S. Columbâ quidam filij Belial,
diniuitus ad furta & peccata assueti: de grege sancti Pontificis pa-
punitum. store iniuriis affecto arietem rapientes, caput eius aufe-
runt: aries verò concito gradu ad gregem currens eor-
ruit, & caput in lapidem mutatû manibus tenetis firmi-
ter adhæsit. Confusi ergo iniquitatis filii, ante pedes S.
Kentegerni prostrati, veniam cum lachrymis postula-
bant. Qui benignè eos redargens, ne vltierius fra-
udem, furtum, vel sacrilegium committerent admonuit,
à reatu absoluit, & corpus arietis illis tradens ad sua re-
misit. Caput tamen in saxum conuersum in miraculi
testimonium usque hodie in eodem loco custoditur.
Sancti in- In signum quoque mutuæ dilectionis alter Sanctorum
uicem ba- alterius baculum suscepit: & baculus, quem S. Colum-
cules do- ba contulit Episcopo, apud d Ripum in ecclesia S. VVl-
nant. feri multo tempore in magnâ reverentia habitus est.

Crucem 40 Cùm crucem quamdam m̄ra magnitudinis la-
miraculo- pideam in cœmeterio Glascuensi multi viri erigere non
valerent; fusâ ad Deum Sancti prece, Angelus in nocte
de calo descendens, Crucem illam erexit, benedixit,
sanctificauit, & recessit. Ibi enim virtute diuinâ sanitatem
perfectam multi postea meritis Kentegerni conse-
qui meruerunt. Aliam Crucem in locis illis de solâ are-
nâ maris erexit: quam nulla aëris inclemencia usquam
dissoluere valet: ubi variis languoribus grauati, furiosi,
& dæmoni vexati sanantur.

Mirabile 41 Fabricauit autem molendinum super fluuium
construit e Gladum, quod nullam annonam furatam molere præ-
molendi- sumit: neque molam, neque eius rotam post horam no-
num sabbati, donec celebretur Dominica dies, rotare
aliquis potest.

Mentum 42 Vir Dei nimiâ tandem senectute confectus, cùm
fasciâ sus- neruorum compago penè emarcens dissoluta fuisset,
quodam subligari lineo per medium capit is, & de sub-
mento circumducto mentum & maxillas sustentauit,
vt ad proferendum quæ vellet expeditior redderetur.
Demum conuocatis discipulis suis de obseruatione san-
cta religionis, mutuæ caritatis, pacis, hospititalitis, &
lectionis, ac orationis instantiâ hortabatur eos. De san-
ctorum Patrum decretis, sanctaque Romanæ Ecclesiæ
institutis firmiter custodiendis; fortia dedit ac dereli-
quit præcepta. Quidam autem, qui illum arctius dilexe-
runt, cum lacrymis prostrati dixerunt: Scimus, Pater &
Domine, quia cupis dissolui & esse cum Christo; sed
noſtri, quæſumus, miserere, quos in Christo parturisti.

Quidquid humanâ fragilitate delinquimus, semper in Ex CAP-
confœctu tuo confitentes, ad arbitrium discretionis GRAVIT. tuæ emendare curauimus. Pete ergo à Domino dari Cupiunt
nōbis posse ex hac valle lacrymarum ad gaudium Do- cum eo
mini tui tecum commigrandi. Credimus enim, quia
quidquid petieris à Deo, dabit tibi Dominus. Inde cens
autem nobis videgur, vt Pontifex sine Clero, Pastor
absque aliquo de grege suo, pater absque filiis intret ad
gaudia Domini sui. Sanctus enim pietate commotus,
collecto flatu vt valuit, dixit: Voluntas Domini de omni-
bus nobis fiat, & sicut melius nouit, & ei placuerit de
nobis omnibus disponat. Et ecce Angelus Domini cum
ineffabili fulgore & claritate apparet circumfult
eum, & dixit: Kentegerne electe & dilecte Dei, exulta Omnis.
& lætare, quoniam exaudita est oratio tua, & prepara postridie
tionem cordis tui audiuit auris diuina. Fiet enim tibi morituros,
super discipulis tuis sicut vis. Cras egrediemini de cor-
pore mortis huius ad vitam indeficientem: & Dominus
erit vobiscum, & vos eritis cum eo in perpetuum. Et
quia tota vita tua in hoc mundo iuge fuit martyrium,
placuit Domino vt mitiorem ceteris hominibus habeas
vitæ finem. Fac tibi in crastinum calidum parari laua-
crum, in quo ingrediens absque arustiâ graui in ma-
nus Dei redde in pace spiritum tuum. Post te etiam fra-
tres illi lauacrum ingressi, & mortis vinculis absoluti, in
splendoribus Sanctorum cœlestia regna tecum penetra-
bunt.

43 Recedente Angelo, miri odoris fragrantia lo- Odore sua-
cum, & omnes habitantes in eo inæstimabiliter resper- ni perfuer-
sit. In parato igitur lauacro vir Dei ingressus, eleuatis duntur.
oculis & manibus in cœlum, quasi in placidum resolu-
tus somnum, inclinato capite tradidit spiritum. Eleuato Moritur
autem à discipulis de lauacro corpore sancto, singuli cā omni-
fratrum antequâ aqua frigesceret in lauacru immersi, bus suis:
ad æthereas mansiones cum Patre sancto commigra-
bunt.

44 Sanctus itaque Kentegrinus cùm esset centum Etas eius
octoginta quinque annorū anno Episcopatus sui cente- prodigi-
fimo sexagesimo, signis præclarus & prodigiis, Idibus sa.
Januarii migrauit ad Dominum. Ad cuius tumulum in Miracula
Glascuensi ecclesiâ cœcis visus, surdis auditus, claudis ad sepul-
gressus, mutis loquela, leprosis munditia, paralyticis chrum.
membrorum valetudo, furiosis sensus, restituuntur: im-
pii, sacrilegi, periuri, & pacis Ecclesiæ suæ violatores, &
sancti loci inquinatores condignâ pœnâ plectuntur.

45 Quidam de Glasgu vaccam nocte quadam furti- Fures &
uè abducens, vaccâ viuâ & ad pedes eius ligatâ, diuino luxuriosi
nutu extintus reperitur. Multi quoque carnis flagitiis isthic pñ-
perpetrato contagio, pollutis gressibus locum sanctum niti.
temerare non verentes, quandoque repentinâ morte
multati, sèpè membris mutilati, aut incurabili morbo
puniti sunt.

a S. Columbae vitam à S. Adamnano scriptam dabimus 9.
Iunij.

b Hac inter Iam insulam & Scotiam iacet, Iona dicitur; Beda
Hy & Hu, Paulo Iouio Hiona, & Chilca, vulgo Columkill à
S. Columba cellâ, qui & ipse Columkill dicitur. Celeberrimum
hot quondam cœnobium fuit.

c Camerariae columbam.

d Camer. Ripuun. an hoc Rippón sit, illustre quondam à S.
VVilfrido in ditione Eboracenſi extrudum monasterium, an alind
quodiam oppidum, haud scimus.

e Camer. Cludah.

DE S. VERO, siue VIRO,

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

CIRCI- I **T**res Ecclesiam Viennensem Veri administrarunt Antistites primus Traiani vixisse etate traditur, collaturq; 1. Augstii; alter concilio Arelatensi I. (non II. XIII. IAN. NVAR. Tres Veri Episcopi & colitur 13. Ianuarij, licer Ioannes Boscius in Bibliothecā Floriacensi & Ioannes Chenu scribant X. Kal. Iunij obiisse, quo die illius nomen in nullo reperimus Martyrologio.

Tertij na-
talium. **2** Ast Idibus Ianuarij isthac habent Ado, Beda vulgatus, Molanus & Carthusiani Colonenses in Addit. ad Vitudinum, Florarium, Martyrologium Germanicum, variaq; MSS. Apud Viennam S. Veri Episcopi qui præsedidit Ecclesiæ post S. Euantum. Eundem refert Galesinus, & cum prolixiore elogio Sauffaius. Martyrologium Coloniense & MS. Martyrologium Bruxellense Seuerum vocant; Ferrarius Virum, vii & Gregorius Turonensis; Cl. Robertus, Boscius, Chenu, Verum & Virum, eumq; vigesimum septimum eius urbis Episcopum statuant, Demochares vigesimum sextum. Ferrarius existimat hunc eumdem esse qui 1. Aug. colitur.

3 De eo S. Gregorius Turonensis hist. Franc. lib. 8. cap. 39. Episcopatus. Obiit & Euantius Viennensis Episcopus, (anno, ut paullò tuis, ante dixerat, Childeberti II. qui erat Christi 586.) in cuius Sedem Virus Presbyter, de Senatoribus, Rege eligente substituitur. De S. Euantio agemus 3. Februarij. Falluntur Boscius & Chenu, dum sedisse eum scribunt sub Tiberio ac deinde Mauricio Imperatoribus, cum Tiberius anno 582.

14. Aug. obiit. Sub S. Vero S. Desiderius Diaconus Ecclesiæ Viennensis fuit. Ita Ado in Chronico, sub imperio Mauricij: Viennensis Episcopus Verus claruit. Huius tempore Desiderius Augustodunensis genere, in ordine Diaconi Ecclesiæ Viennensi seruiebat.

4 Baronius in Notationibus ad Martyrol. 1. Augstii ait S. Gregorij Papa extare ad S. Verum scriptas litteras. Eas nec dum vidimus. Extant ad S. Desiderium eius successorem data tempus sed mense Julio, Indict. 14. anno Christi 596. unde constat antea obiisse. S. Verum. Sauffaius scribit, conspicuis gloriae, quâ miracula fructus Beatus, indicis in tumulo clarificatum. Nihil de eo aliud reperimus.

DE S. ENOGATO, siue EGNOGATO

EPISCOPO ALETHENSI IN BRITANNIA.

ANNO DCXXXI. XIII. IAN. NVAR. **A** Letha, siue Aletum, vrbis quondam in Armorics fuit, vbi, vt habetur in veteri Notitiâ Imperij, Praefectus militum Martenium agebat, sub dispositione viri spectabilis Ducus tractus Armoricanus & Neruicani. Hanc vrbem, vt in vitâ S. Maclouij Episcopi 15. Nouembr. scribit Sigebertus Gemblacensis, fluuius, nomine Rinctus ex uno latere, ex altero alluebat mare. Fluuius hic in alterâ S. Maclouii vitâ apud Boscius mendosè Kinetus dicitur. Is Dinanum nunc vrbem pulchram & spatiostam alluit, vulgoq; Rance appellatur. Vifuntur etiamnum Alethæ ruine, castris, & domorum vestigia, vico qui Guic-Aleth dicitur, non Aleth-Cuc, aut Quidaleth, vt quidam scribunt. Confuerunt Britanni locorum nominibus sepenumerò preferebas voces Guic, quod oppidum significat; Landt, siue Lan, quod ecclesiam; Ploue, siue Plou, quod plebem, seu ruralem parociam; Loc, quod locum. Sic Guic-Aleth, id est, oppidum Aletha; Guic-Sané oppidum S. Semnani; Landt-Houarné, ecclesia S. Heruia; Plou-Armel, parocia S. Armagilli;

Loc-Mazhë, locus S. Matthei; Loc-Ronan, locus S. Ronani. Ita ferè Albertus Magnus de Morlaix: Alethâ Sedem Episcopalem Maclouipolim transtulit S. Joannes de Craticula anno 1141. vt ad eius vitam 1. Februarij dicemus.

2 Alethæ verd quintus à S. Maclouio, siue Machuto, eius Episcopatus, sedis S. Enogatus, quem 13. Februarij obiisse scribunt Cl. Ro- scopus S. bertus, Augstinius Pazius, Ioannes Chenu; quo die à Ferrario Enogatus. & Andrea Sauffaius in Martyrol. Gallicano, iterumq; in supplemento, refertur. At Maclouipoli colitur 13. Ianu, vt ex pôripiis eius Ecclesiæ officiis patet. Euogotum vocat Ferrarius, Morlaix Egnogatum, Cl. Robertus Enogatum, & Euogatum, ceteri Enogatum.

3 Morlaix scribit anno Christi 628. ineunte creatum Antistitem, cum rerum in Armorica Britannia Hoël III. potiretur, Romanam Ecclesiam Honorius I. administraret; obiisse vixerit. verd 13. Ianuarij, anno 631. iuxta Dinanum parociam extare, eius de nomine appellatam. Nihil de eo aliud comperimus.

DE B. STEPHANO

EPISCOPO BITVRICENSIS.

AN. CH. DCCC. XXXV. XIII. IAN. NVAR. **B** ituricensis Ecclesia quadragesimus tertius Antistites recesserunt à Ioanne Chenu & Demochare Stephanus, à Cl. Roberto quadragesimus quartus; rectius fortè quadragesimus quintus, cum Ebroinum confit ante eum sedisse, quem ille postponit. Ab eodem autem Roberto Beatus, ab illis Sanctus appellatur, ab Andrea Sauffaius solum pia memorie. At Chenu, qui peculiari studio Archiepiscoporum Bituricensium res gestas digessit, ait quiescere eum in ecclesiâ S. Aufstregisilli de castro iuxta Bituricam vrbem, & ibidem pî col. Constantinus Ghinius, qui Sanctum quoque vocat, refert eum 13. Februarij; at ceteri iam citati, hoc die.

2 Cl. Robertus scribit interfuisse conuentui ad Theodonis

villam pro restituitione Ludouici Pij 835. citatq; Baronium, in quo id non reperimus; nec omnino verum est, cum isthic Aiulfus Archiepiscopus eius successor adfuerit. Nedum id verum esse queat, quod idem ait Robertus Concilio II. Aquisgranensi anno 836. interfuisse. Chenu ait anno 835. Idibus Ianuarij obiisse, cum sedisset annis 8. temporibus Gregorij IV. Pape, qui aetas, à 24. Septemb. 827. ad finem ferè 843. Ecclesiam gubernauit. Fuit, vt inquit Robertus, ita modestus, vt vno Sacerdote & modestia. vno famulo contentus esset; illud in ore frequenter habens, Bona Ecclesiæ patriaonia esse pauperum. Idem commemorat Sauffaius.

GVMESINDO PRESBYTERO,
ET SERVO-DEI MONACHO.

AN. CH.
DCCCLII.
XIII. IA-
NVAR.
HORUM
NATALIS,
A.D.

Sanctorum Martyrum Gumesindi Presbyteri, & Serui-Dei monachi natalem hoc die refert Martyrologium Romanum, VVion, Menardus, Dorganius; Ferariorius 19. Ianuarij, quo celebrari feruntur in Ecclesiâ Cordubensi, officio semiduplici, cum commemoratione SS. Marii & sociorum. Eorum martyrium describit S. Eulogius lib. 2. Memoriolis SS. cap. 9. atque ex eo Antonius Tepes tom. 4. Franciscus Pisa in descriptione Toleti lib. 3. cap. 7. & fuisus Martinus de Roa noster in historiâ SS. Cordubensem. Meminit eorum Mariana nostra lib. 7. cap. 15. Baronius tom. 10. ad an. 852. num. 11. Marietta, Villegas, Ambrosius Morales. Monet verò Roa, Gumesindi nomen frequens esse inter Hispanos, vulgoq; Gomez efferris, quod argumento est magnam aduersus hunc sanctum Martyrem populi semper extitisse pietatem.

ACTA,

AVCTORE S. EVLOGIO.

S. Gume-

findi pa-

tria,

a b
institutio,

Sanctus Gumesindus Presbyter ex oppido Toletano olim cum vtroque parente puer adhuc parvulus Cordubam veniens, vtriuo genitorum affectu, pér sacram clericatus ordinem calesti adscriptus militiæ, apud basilicam & Sanctorum trium, quâ b Faustus, Ianuarius & Martialis Martyres præsentilibus corporum suorum fauillis quiescunt, pædagogorum educatione in

Dei timore elarescit. Vbi post aliquod tempus in sancte Diaconii ministerio consecratus; demum cuiusdam Campaniæ Cordubensis Ecclesiæ Sacerdos adolescentis præficitur. Inde ad urbem descendens, cum B. Seruo- Dei monacho, qui tunc in supradicto sanctuario ad- trum, huc inuenis cum Paulo Presbytero reclusus manebat, & Principibus & iudicibus ambo assistentes, sub confes- sione ceterorum occubuere, Idibus Ianuarii, & octi- gentesimâ nonagesimâ. Quorū corpora furtim à Chri- stianis sublata, in g basilicâ S. Christophori Martyris, martyrii, quæ est ultra amnem, in parte meridianâ, religioso cul- sepultura.

a Ita vulgo tune appellatam fuisse docet ex Ambroso Morale Tepes; nunc S. Petri dicitur, ut tradit Roa.

b De his agemus 13. Oct. Coluntur alibi 28. Septemb. ut etiam Morales annotauit.

c Planites est ingens camporum, quos veteres à fertilitate lau- darunt. Vulgo nunc Campiña dicitur, sive, ut Latinè effert Morales, Campienna.

d Sanctuarium hic templum Sanctorum significat, ut obserua- uit Morales.

e Hanc persecutionem mouerunt Abderrahmanus eo nomine secundus Corduba Rex, & Mahomad eius filius. Martana.

f Plexi capite, ut habent plerique autores Hispani.

g Monasterium hoc fuit ultra Batim amnem. Roa aliq; in campo, qui Veritatis dicitur, sepulcros tradunt, ubi nunc cella est S. Iuliani, ut ex murorum ruinis aliq; indicis conicitur.

DE S. EUTICIO ABBATE

BALMÆ IN BVRGVNDIA.

SECULO I
IX.
XII. IA-
NVAR.



LUVSTRIA duo in Vesontino Ar- chiepiscopatu visuntur cœmbia, Balmæ dicta: vnum Virginum ad Dubim flu- men, Vesontionem inter & Montem Be- licardum, Palma aliis, Gallis Baulme les Nonnains. Inchoatum id fertur, quar- to post Christum seculo, à S. Desiderato, perfecum ab eius successore S. Germano Marryre, Vesontinis Episcopis; quorum hic xi. Octob. ille xxvii. Iul. colitur; at xiii. Decemb. S. Othilia Virgo, quæ eo loco educata. Quibus diebus isthac discutiemus. Alterum virorum est monasterium Balma in eadem superiore Burgundiâ, quod hodieq; florere afferit Albertus Mirens in Fæstis Belgicis & Burgundicis, in elogio S. Bernonis, de quo mox.

1 Ludouicus Pius Imperator in quadam sanctione Aqui- grani anno Ch. 817. latâ constituit, que regni sui monasteria dona & militiam facere deberent, quæ sola dona sine militiâ, quæ nec dona nec militiam, sed solas orationes pro salute Imperatoris vel filiorum eius, ac stabilitate imperii, habitâ nimirum facultatum cuiusque ratione. Porro secunda clasi monasterium Balma, ut satis opulentum, quod dona sine militiâ daret, accenetur. Septuaginta circiter lapsi dein sunt anni, quibus omnis vigor religionis Balmae consenuit. Eum S. Berno, monachus anteâ Aduensis, tum Abbas Bal- mensis, denud suscitavit, confuerudimus S. Euticii prescriptis, ut pluribus infra in vitâ S. Bernonis dicetur, ex MS. vitâ S. Hugonis monachi Aduensis, fidissimi eius in restituendâ Bal- ma disciplinâ administrâ, de quo xx. Aprilis. Ioannes Italus Cluniacensis monachus lib. 1. vita S. Odonis Abbatis sui, quam xix. Nouembris dabimus, scribit monasterium hoc in valle Balmâ nuper à Bernone Abbatore constructum; imò in- stauratum, ut mox in huius vitâ patet. Fuerunt autem (ad- dit Ioannes) institutores eiusdem loci imitatores cuiusdam Patris Heuticii, cuius vitæ meritum conueratio-

nisque qualis fuerit, huic operi inférere nolui: obitum vero qualem meruerit vefrae memoriae commendare curauit.

3 Fuit isdem vir temporibus Ludouici Magni Impe- B. Euticij ratoris, carus videlicet Regi, omnibusque affabilis. vita mo- Nam cum esset laicus, & peregrinis studiis eruditus, de- naistica. serens ea, vnde superbire solet humana fragilitas, totum se dedit beatorum Patrum regulis & institutionibus: ex quibus nempe auctoritatibus diuersas consuetudines scripta, fumpfit, vnoque volumine conligavit. Deinde non multo post monachus est effectus, & in tanto amore apud Regem habitus, ut intra palatium suum illi construeret monasterium. Decurso enim vita præsentis stadio, cir- mors, cumstantibus vndique Fratribus, subito emisit spiritum. Contigit interea, dum à discipulis pii Patris pararentur obsequia; ecce reddit viuus, qui fuerat mortuus. Illis verò attonitis & mirantibus dixit Pater Heuticius: Deo gra- tias. Scitis quia ex his quadrageinta annis vnum tantum paeniten- diem non memini me cibum sumpsisse, nisi prius fleui- tia, sem: hodie namque sublatu meroere, consolatus est me gloria. Dominus, & inter choros Angelorum tribuit mihi re- quietionis locum. Dicens hæc quieuit perpetuè. Ipse enim Pater Heuticius institutor fuit harum consuetudi- num, quæ haëtenus in nostris monasteriis habentur. Quas vir venerabilis Adhegrinus intuens, quantocyùs Patri nostro Odoni curauit nuntiare. At ille sumptis se- cum centum voluminibus librorum, mox ad idem de- migrauit monasterium.

4 Hoc urticum de vitâ S. Euticii supereft solidum atque antiquum monumentum. Descripserunt id plerique qui eius memi- nerunt: Vincentius lib. 24. speculi historialis, cap. 55. & 59. D. Antoninus par. 2. tit. 15. cap. 16. & alij recentiores. Franciscus de Riuo in Chronico Cluniacensi, iussu Iacobi de Ambasâ Abbatis sui, qui ab anno 1485. ad 1510. presuit, conscripto, hec addit;

Zzz 4 dubites

Ex v. dubites an alibi lecta, an potius è citatis verbis deducta: Berno, R. s. inquit, vigorem disciplinæ, quem à S. Euticio loci Bal- An fuerit mensis cœnobii fundatore suscepereat, successor virtutis Abbas illius egregiè sequebatur. *Eadem planius exponit Arnoldus Balmenensis. VVion in Appendix ad Martyrologium monasticum, quod diem eius natalem ignorari: S. Euticius, ait, fundator monasterii Balmensis, ibidemque Abbas primus, nec non & S. Bernonis primi Cluniacensis Abbatis in monasticis disciplinis institutor &c. Sequuntur Posseimus noster in Apparatu sacro; Claud. Robertus in Gallia Christiana, in Balmæ & Cluniaco num. 1. Andreas du Chesne in Notis ad vitam S. Odonis; Saussain in appendice Sanctorum quorum sibi ignotos natales fatebi, cum tamen ante illum xiiii. Ianuarij retulerit: sed quem in appendice Sanctum vocat, isthie Piis seu Beatis eius in tantum adscribit; Miraculum serutus, qui in Fastis cum xiiii. Ianuarij. nuarij B. Bernonem celebrasset, adiungit B. Euticum, quem etiam Balmæ fundatorem existimat, non tamen Gigniaci & Aethicensis cœnobii, quod à Saussain non satis persensum. Menardus xiv. Ianuarij: In Burgundiâ S. Eutichii Abbatis. Lib. 1. observationum addit: Abbatem eum primum Balmensem scribi in vita S. Hugonis Augustodunensis, in quâ nulla penitus S. Euticii mentio. Antonius Yepes tom. 4. Chronic. Bened. ad an. 910. Euticum perpetuò Sanctum appellat.*

Consuetudines nonnulla referuntur à Iohanne Italo in vita dines S. Euticij. Balmæ servata. videtur, sint earum nonnullæ etiam celestibus prodigijs confirmata, ut ex eadem S. Odonis vita liquet: Mos, inquit, eiusdem loci fuerat ut Magister scholæ solus cum solo puer, nec quoquam iret, saltim nec ad naturæ digestio- nem. Sed nec solus puer secretiùs illi loqui præsumeret, sed propter boni testimonium, aliū è pueris, aut vnu ex fratribus in comitatu vel locutione semper assumeret. Si autem nox foret, vel casu accidente puer peteret, sine lucernæ lumine & alio fratre extra dormitorium pedem non auderet protendere. Tempore vero refectionis,

numquām deerat lectio vtrisque mensis. Micas vero *Micarum* quæ ex sectione panum siebant vnuquisque ante se di- ligenter recolligens, priusquam lectio finiretur, cum gratiarum actione sumebant. Finita itaque lectione, nec eas, nec cibum alium vtrà sumere aliquis audebat. Has autem micas sacratores aliis cibis esse latebantur.

6 Est & alias inter eos taciturnitatis modus. In in- cōpetentibus namque horis nemo intra claustra ciudē *Ratio fi-* monasterii audebat loqui, nec sc̄ cum alio fratre iunge- *lenij.* re. Quando vero duodecim celebrantur lectiones, nullus intra prædicta claustra, præter ad Capitulum fe- quenti die audet loqui. Octaua enim die Natalis Domini & eius Resurrectionis summum silentium noctu die- que siebat in illis. Breuiissimum quippe istud, illuc signi- ficare fatebatur aeternum silentium. Nam quoties ne- cessitas ad exposendum res instabat, toties diuersa si- gna inuicem siebant, ad perficienda quæ vellent, quas puto Grammatici digitorum & oculorum notas vocare voluerunt. Adeo nempe inter eos excreuerat ordo iste, ut, puto, si sine officio linguae essent, ad omnia necessaria significanda sufficere possent signa ipsa.

7 At vero inter cotidianos dies & reliquas octa- *Modus* uas Sanctorum talis discretio tenebatur. Etenim in co- diuinī offi- cialiis diebus inter diei noctiisque cursus, centum tri- cij. ginta octo canebant psalmos, ex quibus quatuordecim nos demplimus propter pusillorum animos, * ex certas. ceptas peculiares orationes, quas nostri haec tenus fre- quentant fratres, quæ videlicet modum psalterij viden- tur exceedere. Similiter duabus missis, identidem litaniis. Per singulas vero horas Canonicas, bis flebant gen- ua. In octauis, quas diximus, septuaginta quinque tan- tū canebant psalmos inter prædictos cursus, & semel flebant genua, & bis reficiebant. Sunt namque alia quamplurima, quæ arbitror propter fastidiosos lectors huic operi dignè esse parcenda.

VITA B. BERNONIS

PRIMI ABBATIS CLUNIACENSIS.

S. I. B. Bermonis genus, institutio monastica, prefectura Balmensis.

ANNO
CMXXVIII
XIII. IA-
NVAR.



Paradini de B. Ber- toto orbe celeberrimum cœnobium inchoauit absolu- que in honorem Quantij & Lupicini. Immane quanta hac nonis patre rerum temporumq; confusio. Cœnobium hoc construxerunt SS. opinio re- Romanus & Lupicinus, quibus succeſſit S. Eugendus, vul- futata. gò S. Quant, & Paradino Quantus. Huius vitam dedimus 1. Ianuarij, illorum daturi xxviiii. Februarij. His Chilpericus Rex necessaria monachis sustentandis alimenta de fisco preberi iusit. Sedem is habuit Ianubæ, qua posterius Geneua dicta est, Rex ipse Burgundionum circiter annum Chr. 460. vt pluribus alibi ostendemus. Francorum Regem alij hunc Chilpericum dixerunt, & seculo integro iuniorem. Ita sentit Baronius tomo 7. Annal. Eccles. anno 579. num. 30. & in Notis ad xxviiii. Februarij, ubi eum circiter annum Domini 565. afferit regnasse. A neutro horum potuisse S. Bermonem seculo nono progigni, nemo non videt.

2 Guilielmus Gollus lib. 4. verum Burgundicarum cap. 16. & alibi S. Bermonem natum scribit matre Iuâ Burgun- dia Comitissa, que plurimum in dotando cœnobio Cluniacen- si VVillelmum Aquitanie Ducem iuuerit. Hec Iua eadem est que alitis Eua, Aua, Auia, Auana, Anna, Alba, & Albana dicitur, vñor VVarini, siue Guerini, Comitu Matisconensis, &

Cabilonenſis, ut auctor est Andreas du Chesne in Bibliotheca Cluniacenſi, Notationibus ad testamentum VVillelmi, & l.i. Vergia- corum par. 2.c.1. vbi hos coniuges illustris Vergiace familiæ primos progenitores statuit. Albertus Mireus in Fastis Belgicis & Bur- gundicis hoc xiiii. Ianuarij Autam dicit Guilielmi Ducis coniugem. Verum Ingelberga ei coniux fuit, ut ipse testatur in suo Testamento VVillelmus. Autam hanc, seu Iuam, aut Auam coniicit du Chesne, VVillelmus autam maternam fuisse, quæ præ- ter Theodoricum Comitem Matisconensem genuerit Ermengar- dem, dein nuptam Bernardo Comiti Bituricensi & Aruernenſi, ac Marchioni Niuerensi, quem VVillelmi patrem scribit lib. 1. vita S. Geraldi Comitis Aureliacenſis S. Odo, ipſi VVillelmo admodum carus, ut testis est Ioannes Italus Odonis disci- pulus in eius vita. Baronius tomo 10. Annal. Eccles. an 912. num. 18. ait Bermonem fundasse ex bonis auiae sua Comitissæ auia.

Cluniacense cœnobium, & Sigebertum citat: perperam; quod Sigeberti Chronico ad annum Ch. 895. adscriptis inter- polator quispiam, ex dono Auæ Comitissæ constructum Cluniacum. An forte simili occasione lapsus Gollus, Iuam hanc, seu Auam, Bermonis matrem dixit?

3 Alij denique parentum nomina non exprimunt, tamen ge- *Bermonis* nere illustres fuisse asserunt. Nam ex quadam Comitum clá- genus, rissimâ familiâ natus dicitur in Chronico Chronicorum an. Ch. 1493. excuso, & in supplemento Iac. Philippi Bergomatis, Ex Comite monachus Baronio suprā, & Boucheto par. 3. Annal. Aquitania cap. 1. qui Bermonem & Brunonem vo- cat. Ex Comite Abbas Chronico Sigeberti suprā, Chronico Lemouicensi ad an. Ch. 890. Vincentio lib. 26. cap. 53. S. Anto- nino par. 2. tit. 15. cap. 16. Tritthemio in Chronico Hirsaugienſi ad an. 892. & alis. Boucherus ex Belgicâ vult oriundum, patria, alij

Item Gol-
luti de
matre.

alij patriâ Burgundum, aut in Burgundiâ claruisse. E Comitibus Burgundiaë Abbatem nuncupant Franciscus de Riuo in Chronico Cluniacensi, Arnoldus VVion in Notationibus ad xiiii. Ianuarij. Miraeus, & alij. VVernerus Rollevinck in fasciculo temporum VVillelmum Comitem Burgundie, & Bernonem Ducem Aquitaniae scriptis; prepostere. Hac de Bernonis genere & patriâ, cetera deinceps certiora.

4 Fidissimus Bernoni vita monastica in S. Martini cœnobio socius S. Hugo fuit, cuius vitam 20. Aprilis dabimus. Id porro cœnobium Augustoduni à Brunechilde Reginâ, Siegererti Francorum in Austrasia Regis vxore, de consilio S. Siagri Episcopi Aduensis fundatum scribit Aimonus lib. 4. de gestis Franc. cap. 1. Verum incurssione Normannorum eversum, à Badillone Comite, annuente Carolo Calvo, est restauratum, ipseq; iſthīc Badillo cum nepote Badillone deinde monachus fuit. Ne tamen à solis tyrannibus inhabitaretur, monasterium S. Savini viros numero decem & octo, eosq; monachorum religiosissimos è Diocesi Pictaviensi submisit. Inter hos præ ceteris vita sanctitate eximis, nominantur S. Hugo, Odo mitissimus, & humillimus Ioannes. Abbas constitutus Arnulphus, sub quo famâ bonorum operum loci ipsius in longinquum propagante, multi relinquentes mundi huius vanitates & pompas, iter mandatorum vita perpetua arripientes ibidem conuertebantur. Hac pluribus in ritâ S. Hugonis. Aderat iſthīc quoque iam tum monachus Berno; sed quâ occasione à Deo vocatus non exprimitur. Tam inflammatu certè studio in virtutem incumbet, è religiosa prudentia opinione, vt dignus iudicaretur qui alij, & quidem solutiorem agentibus vitam, monachis preeſt. Tunc igitur, inquit Autor, per diuerſa terrarum, procul & in vicinis cœnobiis, humiliter exposcentes, rogabant sibi dari ad regimen suorum, correctionemque morum, de personis monachorum eiusdem monasterij: quod vti que nouerant cunctis excellere in religionis sanctitate. Balmense igitur cœnobium erat tunc temporis omni regulari distinctione destitutum; ad cuius regimen inuitati, communi consilio delegerunt prætaxati Christi titrones vnum, ex sui vigoris regularis tenore acerriuum, ac sanctitate prædictum, nomine Bernonem, qui, vt rerum exitus perdocuit, diuinitus electus extitit. Qui Abbas constitutus in præfati cœnobij regimine, semper prefatura.

§. II. Restituta Balmæ disciplina.

5 E A Balmense cœnobium caritate & industria complexus est Berno, tantum ei ornatus splendorisq; addidit, ut etiam multis ab obitu eius annis, illius Fundator si habitus. Nam Joannes Italus lib. 1. vita S. Odonis, de Balmâ ita s. Odonem scribit: Placuit Adhegrino, socio S. Odonis, Romam pergere. Arrepto tandem eundi itinere deuenit in finibus Burgundiaë, peruenitque in quamdam vallem, quæ Balma dicebatur ex nomine. In eâ namque erat monasterium nuper à Bernone Abbe construuntum: diueritique illuc & ab eo officiosissime secundum regulam S. Benedicti, intra domum hospitum est suscepitus: ibique more, hospitis aliquo tempore commorari voluit, non tamen ut aliquo eorum indigeret, sed ut mores habitantium locisque consuetudines posset cognoscere. Fuerunt autem institutores eiusdem loci imitatores cuiusdam Patris Heuticij.

6 Balmæ fundatorem fuisse B. Euticium, subq; eo Bernonem monachicum institutum arripiisse scribunt recentiores, s. Euticij de Riuo, VVion, & alij supra citati, his solum nisi Ioannis Itali verbis iam relatis. Fortassis de consilio S. Euticij, si non ita prius obierat, aut vitam monastica Augustoduni auspiciatus est Berno, aut Balmâ illuc, sanctiori disciplinâ excitus, migravit;

postmodum vel idèo Balmensibus Abbas datus. Abundè tamen Ex v. A. eius initiator facilius dicetur, si quas ille ex diuersis sanctorum R. I. S. Patrum regulis & institutionibus uno volumine colligerat consuetudines, eas ipse Balmensibus prescribens, ad pristinum illos excitârit studium virtutis.

7 Quas dum id molitur per rupes difficultates, idem Ioannes, S. Odonis patientiam expoſturus, his verbis describit: Erant, inquit, in eodem cœnobia Balmensi quidam Fratres, quorum vitam moreisque reperiens in sequenti narratione. Ij audientes, quod dominus Odo conuersationis Quidam eis gratiâ illuc aduenisset, fingunt se interrogare. Itaque detrahunt, & Odonē tentant. cùm ab eo de hoc quod scilicet abantur, responsum accipissent, aiunt dicentes: Omnes nos querimus hanc cōgregationem fugere, vt possimus animas nostras salvas facere, & tu è contrâ tuam hîc velis perdere? Quibus cùm respondisset, quare hoc dicent; rursum adiungunt: Nostis consuetudinem Bernonis Abbatis? At ille: Nusquam, inquit. Et illi: Heu, heu! si sciretis quâd dure scit ille monachum tractare! Correctionem verdū suam sequuntur verbera, & rursum quos verberat, compediibus ligat, domat carcere, compediibus affigit, ieiuniis atterit. Et hæc omnia perpessus, nec sic suam potest miser impetrare gratiam. Hæc audiens dominus Odo, perdetentim titubare de ingressu coepit. Quem prædictus intuens Adhegrinus, mox profiliens inquit in medium: Odo Pater noli trepidare, ista verba non sunt fantis, sed administrantis; animaduerte, & quia per eorum ora diabolus loquitur inde. Mox illi confusi, retrorsum rediunt. Pater namque Odo cum Adhegrino collegâ suo ad suauissimum Christi iugum colla submittunt.

8 Dominus verdū Adhegrinus, vt ibidem dicitur, in vnam se coarctauit cellulam, & permittente Bernone Abbe per triennium mansit in eâ: nam P. Odoni, qui erat vir scholasticus, laboriosum, scholæ imposuerunt magisterium. Quo in officio consuetudines monasterij, quas in ritâ S. Euticij dedimus, vissus a nonnullis non obseruasse, in Capitulo vehementer increpatur. Imò Abbas suus Berno volens probare adhuc patientiam eius, fingit se irasci, & protulit sententiam excommunicatione connexam, vt illâ die ei ultrâ veniam non peteret. Ille autem abiens, prouolutus Fratrum pedibus rogat vt eant & vice suâ eidem Abbatii veniam petant. Quod & factum est. Tandem admirans Berno Abbas tantam in iuuene constantiæ patientiam, mox eum conuocat, & more Regulæ ipsam commotionem benedictione sanat, atque posthinc carior factus est illi; maximè post hoc miraculum, quod S. Odo de se quasi de alio solebat narrare.

9 Erat quidam, inquietus, in eadem congregatione sub S. Bernone Frater tali vissus consuetudine: nam cùm Odonis d. federet ad mensam totam mentem suam lectione præbedientias; occupabat. Die quadam contigit, vt collectis ex more atque erga Bernonem reueretia, priusquam eas sumeret, præfatus Abbas lectioni finem imponeret. Sed ille quid ageret prorsus ignoramus. edere, nec dimittere, ne casu perirent. Clauso verdū pugillo dignum esse censuit, cùm post Versum ab ecclesia essem regredi, rescrudas fore Patri monasterij. Factumque est vt ab oratorio sunt regredi, mox se pedibus prostrauit Patris. Qui cùm interrogaretur, cur veniam peteret, & ille quod factum fuerat, patulâ manu velle ostendere, omnes prædictæ mīcæ in margaritarum spicem sunt conuerſæ. Glorificantes igitur Dominum, mirabiliter stupefacti sunt. Deinde præcepto Patris in quoddam ornamentum ipsius Ecclesiæ intenta sunt.

10 Acceptâ deinde à S. Bernone licentiâ parentes inviuit: in redditu adducit Virginem, quæ ad nuptias invita erat cogenda. Cùm Berno ea, quæ de Virgine gesserat, audiretur, turbato aspetto, cur sine licentiâ hæc agere præsumpsisset, grauiter eum cœpit increpare. Mox ille in terram proruit, eiusque pedibus prouolutus veniam precabatur. Post hæc Patris iussu à terrâ eleuatus, post reiteratâ interrogatione respondit, dicens: Domine Pater, ex quo me miserum suscipere es dignatus, in quantum considerare valui, numquam

Ex. v. 4.
xi. 16.

numquām tibi aliud cūra fuit, nisi de animabus lucrandis. Nam ceteri Abbates hoc student, qualiter rebus possint abundare, & hominibus placere. Tu verò pietate misericordiāque fretus soli Deo placere satagis, propter lucrum animarū. Quā de re imitator tuus desideravi esse, idcirco hanc Virginem volui lucrari ad laudem tui nominis. Quamuis enim me etiam tardè vincerēt ipsius lacrymæ, non sum tamen oblitus tuam increpatiōnem, quam certissimè sciebam me non posse euadere. Sed malui potius pīj Patris flagello cædi, quā reus pro eius animā inueniri. Et vtinam omnes mulieres in hac prouinciā commorantes, quae carnali vinculo retinentur, potuissent lucrifacere, & tu me per singulas debuisses piissimo tuo more flagellare. His & similibus verbis Patris commotionem deliniuit, sed tamen talem obedientiam ei protinus iniunxit: Vade, & quemadmodum scisti eam de seculo eruere, ita scias quotidie alere ac sanctis monitis instruere, donec intra paucos dies etiam ne penitentia aliquando, & reuertatur suadente diabolo ad seculum. Ceepitque posthac Pater Odo per singulos dies cibum ei portare, & Patrum precedentium exemplis eam instruere, donec intra paucos dies eam ad quoddam monasterium duceret, ac sacris Virginibus sociaret, vbi sancte narratur obiisse.

§. III. Cluniaci laus, situs, origo.

AVTORE vita S. Hugonis Aduensis, Hoc denique, ut, in cœnobio, Balmenſi, domi forisque diuerſis bonorum copiis referto, plurima ad ipsius exemplum per eosdem viros, S. Bernonem, & S. Hugonem, aut nouiter fundata, seu in melius reformata claruere monasteria. Tum Cluniaci origines describit. Cuius cœnobij, atque ex eo in varia orbis plaga propagata Cluniacensis congregationis mirificas ē variis Pontificum diplomatis, ac Sanctorum scriptis, laudes congerit Cl. Robertus; vt quod à mari ad mare vberes fructus honestatis produxisse afferatur: quod Paradisus appetetur, quatuor fluentis Euangeliorum irriguus, & spiritualis campus, in quo calum & terra congreditur: quod comparetur fonti aqua via, qui vera religionis pietate ad le venientes, & inibi Deo seruientes, plenissime abluit: quod dicatur speculum religionis monasticae; Forma multis prouinciis religionis; Commune pietatis asylum; Nobiliss regni Francici membrum; Curia, in quā Deo sacra resultant praconia; Lauacrum animarum; Hortus Dei; Ordo in quo Deus posuit mysterium reconciliationis, & negotium salutis; Vrbs fortitudinis, de quā egrediuntur millia per Episcopatus, per Abbatias, per regna & Principum coronas. Quod inde quatuor prodicent Pontifices Maximi, & penè innumerū Antiflites; quod denique amplius bis mille cœnobii caput extiterit. Consule ipsum Robertum, ac VVionem in Ligno vite.

12 Situm ēse hoc monasterium scribit Glaber lib. 3. cap. 5. in pago Matisconensi super Graunam fluvium, alias Gronam; qui inde, teste Paprio Massone, versus Septentriōnem fluere perseverans, quartā parte leuca ē Cabillino influit in Ararim. Fuit verò ea monasterij atque ecclesia eius amplitudo, vt ex MS. quodam Chronico tradat idem Robertus, isthuc hospitio exceptum Innocentium Papam cum 12. Cardinalibus, 2. Patriarchis, Archiepiscopis tribus, 15. Episcopis, cùm adessent simul Constantinopolitanus Imperator, Rex Francie cum matre, sorore, & fratre Comite Artofie, filius Regis Castelle, & filius Regis Aragonie, Dux Burgundie, Comites sex, & multi alijs Principes & Barones, cum infinitā militum multitudine: nec tamen monachos vñquam caruisse dormitorio, refectorio, monasterio, Capitulo, Infirmario, cellerario, coquinā. Degere in eo monachi circiter ducenti sexaginta confuerunt, vt ex bibliothecā Cluniac. liquet. Certè in choro templi sedilia monachorum visuntur ducenta viginti. Templi regicum ornatum describit Paradinus. Nos, his omisiis, præcipuum illud decus speclamus, tot conspicuas sanctimonias Antiflites ac monachos, quorum pridem & populi Christiani pietate & Romane Ecclesiæ auctoritate consecrata memoria est. Sauffains circiter quadra-

ginta Martyrologio Gallicano inseruit. Nos Kalend. Ianuarii celebraimus S. Odilonem sextum Abbatem, hoc xiiii. B. Bernonem omnium parentem colimus, alios suo quenque die producturi.

13 Iacobus Seuertius lib. de Episcopis Matisconensibus obseruat ex Bugnonio, Leduardum XIII. Matisconensem Episcopum à Carolo Magno (cuius Archicancellarium ex ipsis regis ^{Cuius am-} te posse litteris vocat) Cluniacum, sive fundum, in quo postea conditum solum fuerit. est cœnوبium, velut in augmentum dotis Ecclesie Cathedralis S. Vincentij accepisse. Leduardo an. Ch. 793. defuncto, successores eam possessionē tenuisse usque ad Hildebaldum XVIII. eiusdem Sedis Pontificem. Hic villam Cluniacum, alia quibusdam possessionibus & bonis in pago Niuernensi atque Arvernico situs permutans, VVarino Matisconensi Comiti & Auana eius coniugi transcripsit. Ludouicus Pius Imperator anno Imperij sui XII. permutationem suo diplomate confirmauit, quod integrum resert du Chesne. Mortuo deinde VVarino, Auana quidquid in Cluniaco posidebat VVillelmo Aquitanorum Duci testamentario iure concepit, vt mox in huius testamento dicitur. Hinc fortassis Bugnonius, Paradinus, San Julianus, Seuertius aliiq. monasterium Cluniacense à VVarino, antè constructum, à VVillelmo sive reparatum existimarent.

§. IV. Diploma VVillelmi Ducis de construendo Cluniaco.

14 Vpereft etiamnum VVillelmi Ducis diploma, (testamentum vocat, vi eā pafim estate) de cœnō Cluniacensi conſruendo, conſcriptum anno Caroli Simplicis II. Christi 910. Indictione 13. Aliquam eius partem ex bibliothecā Cluniacensi, in quā integrum legitur, hic damus:

Omnibus in unitate fidei viuentibus, Christique misericordiam postulatibus, qui sibi successūri sunt, & usque ad seculi consummationem vivēti, notum sit, quod ob amorē Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, res iuris mei sanctis Apostolis, Petro videlicet & Paulo, de propriā trado * dominatione, Cluniacum scilicet, quæ sita est super fluminum qui Grauna vocatur, cum cortile & manso indominicato, & capellā quæ est in honore sanctæ Dei Genitricis Mariae & S. Petri Apostolorum Principis, ^{* foris de-} natione: ^{mus quæ} cum omnibus rebus ad ipsam vilam pertinentibus: vil- donari, lis siquidem, capellis, mancipliis vtriusque sexus, vincis, campis, pratis, filiis, aquis, aquarumque decursibus, farinariis exitibus & regressibus, cultum & incultum cum omni integritate. Quæ etiam res sunt sitæ in Comitatu Matisconensi vel circa, suis vnaquaque terminis conclusæ.

15 Dono autem hæc omnia iam dictis Apostolis ego in quem VVillelmus & vxor mea Ingelberga, primū pro amo- finem.

re Dei, deinde pro animā senioris mei Odonis Regis, progenitoris ac genitricis meæ, pro me & vxore meâ, salute scilicet animarum nostrarum & corporum: pro Auana nilominus, quæ mihi easdem res testamento iure concessit, pro animabus quoque fratrum ac sororum nostrarum, nepotumque atque omnium vtriusque sexus propinquorum, pro fidelibus nostris qui nostro seruitio adherent, pro statu etiam ac integratate Catholica religionis. Postrem verò sicut omnes Christiani vnius compage caritatis ac fidei tenemur, ita pro cūctis præteriorū scilicet, præsentium, siue futurorū temporum Orthodoxis, hæc donatio fiat. Eo siquidem dono tenore, vt in Cluniaco in honore sanctorum Apostolorum Petri & Pauli monasterium regulare construantur, ibique monachi iuxta regulam B. Benedicti viuentes congregentur, qui ipfas res perenni tempore possident, teneant, habeant, atque ordinent. Ita dumtaxat, vt ibi venerabile orationis domiciliū votis ac supplicationibus fideliter frequenter, * cōuersioque cœlestis om- * conser- fidelio, & ardore intimo perquiratur & experatur: fatioque. sedula quoque orationes, postulationes, atque obsecrationes Domino dirigantur, tam pro me, quam pro omnibus, sicut corum memoria superius digesta est.

16 Præcipimus siquidem, vt maximē illis sit hæc nostra

Cluniaci
praconia,

situs,

magnitu-
do,sancti Ab-
bates.

*Qui prae-
cipue ad-
mittendi.* nostra donatio ad perpetuum refugium, qui pauperes de seculo egressi, nihil secum preter bonam voluntatem attulerint, ut nostrū supplementum fiat abundantia illorum. Sint ipsi monachi cum omnibus præscriptis rebus sub potestate & dominatione Bernonis Abbatis, qui quamdiu vixerit secundū suum scire & posse eis regulariter præsideat. Post decepsum verò eius habeant iidem monachi potestatem & licentiam quemcumque sui ordinis, secundū placitum Dei, atque regulam S. Benedicti * promulgam. * promulgam. * promulgatain. Rectorum; ita vt nec nostrā, nec alicuius potestatis cōtradicione contra religiosam dumtaxat electionem impediatur. Per quinquennium autem Romā ad limina Apostolorum ad luminaria ipsorum * concinnanda decem solidos præfati monachi persoluant, habeantque tuitionem ipsorum Apostolorum atque Romanum Pontificem defensorem, & ipsi monachi corde & animo pleno prælibatum locum pro posse & nosse suo ædificant. Volumus etiam vt nostris, successorumque nostrorum temporibus, prout opportunitas atque possibilis eiudem loci se dederit, quotidie opera misericordiae pauperibus indigentibus, aduenis, peregrinantibus summa intentione exhibeantur. &c.

*Opera mi-
sericordia.*

*Subscri-
ptiones.*

*Pape com-
missum id
monasteri-
um.*

*Bernonis
hospitali-
tas.*

*Occasio
strenuendi
Cluniaci.*

17 Actum Bituricæ ciuitatis publicè. VVillelmus Ego hanc auctoritatem fieri & firmari rogaui, ac manu propriâ roboraui. Sigillum Ingelberge vxoris eius. Sigillum Madalberti peccatoris Bituricensis Archiepiscopi. Signum Adalardi Episcopi Claromontani, aliorumq; tringita nouem illustrum virorum. Clausula demum hac additur: Anno undecimo regnante Carolo Rege, Indictione XII. Ego Oddo Leuita ad vicem Cancellarij scripsi & subscripsi.

18 Ordericus Vitalis lib. 11. historia sui temporis de VVillelmo hoc scribit, que & du Chesne in Bibliothecâ Cluniacensi ex eo recitat: Ratum est, & chartis insertum legentibus liquidò parescit, quod G. Aquitanicus Cluniacense cœnobium in allodium suo construxit, & illud Romam pergens, Romano Pontifici deuotissimè commisit. Nec id frustrà fieri voluit: nam ipse tunc XII. aureos Papæ obtulit, & exinde totidem singulis annis dari decreuit. &c.

§. V. Cluniacense cœnobium construitur.

19 *A*uctōr vita S. Hugonis Eduensis ita Cluniacum constructum commemorat: Erat igitur, inquit, tunc temporis Guillelmus Aruernorum Dux & Aquitanorum primorum Celticæ prouinciæ liberalissimus: cuius familiares milites sibi ipsum Balmensem frequenter locum, qui à præfato Abbatे, nec non & à Fratribus eiusdem loci affectuosè excipiebantur. At ipsi reuertentes ad Dominum suum, quidquid boni vel honestatis ibidem conspicerant, oppidò diligenter illi referabant. At ille, vt erat vir omni bonitate cōspicuus, cœpit mente tractare, si quo modo valeret reperire locum huiusmodi religionis vīsibus congruum. Qui protinus mittens ad virum Dei Bernonem, mandauit illi vt ad se quantocv̄ deueniret. Ipse verò illiē occurrēns ei detinuit ad eum in locum reuerā à Deo honorū omnium largitore præelectum, atque æternæ saluti prædestinatum, cognomento Cluniacum: ad quem cùm venisset, habens secum clarissimum Hugonem, cuius consultu vniuersa agebat.

20 Statim verò iam dictus Princeps dum suscepisset eos summo cum amore, patefecit eis suæ mentis desiderium, de constructione videlicet cœnobij, quod operabat expiere si diuinitas annueret illi. Qui dum circumquaque loca circumstantia perspicaciter intuiti fuissent, nullum ad huiusmodi congruentiam tam habilem repererunt locum, sicut Cluniacum. Sed cùm diceret ifidem Dux propter infestationem canum venatoriaæ industriae, quæ ibidem semper morabatur, fieri non posse, fertur Abbas facetè ac iucundè, vt erat vir prudentissimus, tale eidem Duci dedisse responsum: Tolle, in-

quiens, canes exinde, & immitte monachos. Tu enim Ex vA. ipse benè nosti quod præmium restet tibi canum à Do- 1118. mino, vel quæ merces monachorum. At ipse cum summa exultatione gaudens, suscepit verba viri Dei, & ait: Saniore, Pater, prudenter es vīs consilio, & sine fictio- nis foco: nunc quoque fiat cooperante Christo, vt tua hortatur benignitas.

21 Denique protinus cœptum opus est, atque in brevi perfectum, & tunc in honore Principis Apostolorum Petri consecratum. Perparua tamen primitus Fratrum conciola in eodem est constituta loco, quoniam ifidem Princeps dominium in promptu non habebat, quod da- Temuia initia. ret. Sed quām ingens copioq; seges ex illo paucissimo semine procedens excrevit, soli Deo notum constat, non cuiquam mortalium hominum: optimam tamen loci famam inclite norunt.

Belgicus, & Celtes, Aquitanus, VVester, & Auster. *Hac auctor equalis S. Odilonis Abbatis, cui Glaber quoque coae-
sus subscrifit lib. 3. hisp. Franc. cap. 5.* Ad ultimum quoque, inquit, prædicta videlicet institutio (ordinis S. Benedicti) iam penè defessa, auctore Deo, elegit sibi sapientiæ sedem, virē collectura ac fructificatura germe multiplici, in monasterio scilicet cognomento Cluniaco, Vnde no- meni quod etiam ex situ eiusdem loci adclivo, atque humili tale sortitum est nomen: vel etiam, quod aptius illi con- gruit, à cluendo dictum; quoniam cluere, crescere dicimus: insigne quippe incrementum diuersorum dono- rum à sui principio in dies locus idem obtinuit. Construxit igitur prædictum cœnobium primitus Pater mo- nachorum * Balmenis monasterij Berno vocatus, iu- * Balmenis sis. bente VVillermo piissimo Aquitanorum Duce, in pago Matisconense, super Graonam fluviolum. Quod etiam cœnobium in primo non amplius, quām quindecim terræ colonias, dicitur in dotem accepisse, Fratres ta- men duodecim numero inibi memorantur conuenisse. Ex quorum veluti optimo semine multiplicatâ stirpe *Incremen-
ta.* Domini exercitu innumerabilis magnam cognosci- tur replesse. Qui quoniam his, quæ Dei sunt, videlicet iustitia, & pietatis operibus incessanter adhæserunt, idcirco bonis omnibus repleri meruerunt, insuperque futuris mirabile reliquerunt exemplum. Nam post præfa- tum Bernonem suscepit regiminis curam sapientissimus Abbas Odo.

22 *I*pse etiam Odilo in vita S. Maioli decessoris sui, Cluniacum exordia tum incrementa B. Bernoni attribuit: Fauen- te, inquit, VVillelmo Christianissimo Aquitanorum Principe, beata memoria Abbas, Berno nomine, in partibus Burgundiæ cespite Matiscensi, pago qui vocatur Cluniacus, monasterium cœpit construere, & in quantum potuit in eadem constructione elaborare stu- duit, & pia deuotionis affectum laborioso certamine ad laudabilem perduxit effectum. Huius enim merito & exemplo plures tranquillum portum monasterij re- quirentes, conuertuntur de seculo.

23 B. Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis IX. Epist. 17. lib. 6. S. Odonem dicit primum Cluniacensis ordinis Patrem. Eundem Sigebertus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis & in Chronico ad an. Ch. 937. Rolevinckius in fasciculo tem- porum ad an. 914. Tritthemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, & alij, appellant primum Abbatem Cluniacensem. Quia mus ab- nimirum Odo quod Berno inchoarat, perfecit, & quām plu- bas, non s. rimus Benedictini cœnobia ad Cluniaci normam pristi- namq; disciplinam reuocavit. In Chronologâ Abbatum Clu- niacensium dicitur Anno Incarnationis Dominicæ 910. VVillelmus Dux Aquitanorum venerando Petro Pa- loqué venerandum Cluniaco construxisse monas- terium, ibique sanctiss. Bernonem ordinasse Abbatem, qui, vt Deus dedit & ipse potuit, congregationem sibi commissam quoad vixit fati strenue rexit, regnante Carolo Rege. & mox: idem Pater Berno ordinatur a S. Gedeone Archepiscopo Besontionensi. Eadem refe- runtur in Chronico Francisci de Riio.

24 Sed quod de S. Gedeone dicitur, minus expeditum videtur.

Ex vatis. videtur. Nam vnicus fuit, & Bernone multò antiquior, Gedon, qui Auberto Mirao vii. Aug. in Fastis Belgicis & Burgundicis, Chiffletio in Vesontione, Cl. Roberto in Gallia Christiana A quo ordinatus. dicitur XXXVI. Vesontianensem Antistes, & sedisse anno Ch. 773. tempore Caroli Magni. Ei succedit Berninus, a quo simili errore dicitur in citatis Chronicis S. Odo ordinatus. E vetustis Vesontiorum monumentis constare docet Chiffletius, hunc Constantini VI. Romanorum Imperatoris auxilium ad Ecclesia inopiam relevandam coram implorasse. Imperavit autem Constantinus cum Irene matre ab anno 780. ad 790. solus deinceps ad 797. Idem Berninus, ut auctor est Eginartus anno 811. Caroli Magni testamento subscriptis. Chiffletius ergo censet S. Odonem à Berengario Archiepiscopo XLI. (de quo plura in vitâ S. Maiembodi xxiiii. Ianuarij) & initiatum sacerdotio & Abbatem consecrati, ac pro B aut Ber. Berengarij notâ, Bernini suppositum nomen. Cumque aut conjecturâ haberetur, aut certo aliquo testimonio constaret, Bernonem inaugurate fuisse Abbatem ab eo Archiepiscopo Bisontino, qui S. Odonis consecrationem proximè præcesserat; facile fuit Gedeonem Berninidecessorem scribere pro Theodoricu, qui Berengarium immediatè antecessit. Theodoricus enim verisimile est Bernonem, (qui prius Abbas fuit cœnobij Balmen-sis in diœcesi Bisontinâ, quam Cluniacensis) an. 910. Abbatem consecrassé. Hac Chiffletius. At B. Bernonem diu ante hunc annum Abbatem Balme fuisse constat. Et ipse Theodoricus plures annos Vesontina Ecclesia presuit. Nam an. Ch. 876. Indict. 9. sub Carolo Calvo interfuit synodo Pontignen-si: annis viginti post Ecclesia S. Stephani villam Pauliaci impetravit à Zuenteboldo filio Arnulphi Imperatoris, Rege Lothariensem: vt ex MS. codice, idem tradidit Chiffletius.

Eius iussu librios scribit Odo. & tres libellos ex Hieremias vaticinio componeret. Nam fit sacerdos. isdem Episcopus ob hanc causam ad monasterium Balmam perrexit. Eadem virtusque familiaritas in S. Odonis consecratione innuitur: Præuidens itaque Pater Berno (verba sunt eiusdem scriptoris) honestissimum virum fore futurum Odonem, promovit eum. Et accessito Episco-po sine suo velle consecrare eum fecit Sacerdotem.

§. VI. Alia monasteria construuntur, aut reformatur.

Gigniacum an reformatum, an fundatum. **26** Plurima à B. Bernone aut nouiter fundata, seu in melius reformata clarissime monasteria, iam supra ex S. Hugonis vitâ relatum est. In iis Gigniacum numerant plerique, in Lugdunensi diœcesi situm; perperam ab Antonio Yeps tom. 4. ad an. 910. cum Balmeni confusum. Chronicum Lemouicense & Sigeberti, Chronicon Chronicorum, Vincentius, S. Antoninus, Trithemius, VVion, supra citati, Bernonem ex Comite Abbatem Gigniacensem, cœnobij à se fundati dicunt: imd cœnobium Cluniacense deinde in cellam Gigniacensem construxisse. In vitâ S. Hugonis inter reformata videtur censeri: Interea, inquit auctor, (fundato nimur iam Cluniaco) Gigniaco, nec non Vizelliaco, aliisque quam plurimis dictioni illorum subactis atque strenue emendatis, alacriter in diuino proficiebant cultu, Hugo scilicet & Berno. Ait infra §. 7. videtur ipse Berno afferere, à se in honorem S. Petri constructum, nisi id dicat quia adificis, disciplinâq; ornarat. De Vizelliaco ab Hugone eiusq; sociis emendato, agemus xx. April. & alibi. Berno in Testamento suo, de quo §. sequenti, VVidonem succedere sibi iuber in curâ cœnobiorum Gigniacensis, Balmenis, Æthicensis & cellæ S. Lauteni. Gigniacu xvi. minores cellas subesse obseruat Claud. Robertus: num earum aliqua extructa à Bernone, ideoq; Gigniacensis ipse dictus Fundator, in dubio relinquimus. Gigniacum ipsum lapsu temporis Prioratus solam titulo censeri coepit, Cluniaco subiectum: erant tamen (verba sunt ex catalogo Abbatiarum & Prioratum Cluniacensium descripta) computato Priore triginta duo monachi, sed per definitionem factam anno Christi MCLXVI. fuerunt reducti ad numerū xxxv.

& debent ibi celebrari tres Missæ continuè cum notâ, & sunt ibi x. officiarij claustrales perpetui.

27 Balmense quoque monasterium iuri Cluniacensi addicatum à Pontificibus Eugenio III. Anastasio IV. & Adriano IV. ut hic in diplomate anni 1155. cōfirmat, quod Fratres ibidem congregati, per quos & odore bona opinionis, & reli-gionis decore splendescere ac florere debuerat, veterem hominem cum suis actibus sequabantur, idèo in peccatis eorum diabolo suadente contabuit. Fredericus Imperator suo etiam diplomate ius Cluniacensib; datum confirmavit. Haud parum tamen deinceps controvergia ac similitatis fuit inter Balmenses & Cluniacenses, horumq; Abbates & Archiepiscopos Vesontinos. Que omnia vti & Balmensis cœnobij possessiones recenserunt bibliotheca Cluniacensis. In eo verò cœnobia ex statutis Cluniacensib; quadraginta monachos ali oportere tradidit Claud. Robertus. Florere etiamnum monimus ex Mirao suprà m. S. Euticio.

28 Alia Berno monasteria curauit, tradiditq; moriens S. Odoni; Masciacum scilicet ac Dolense, quod alij Burgido-lense vocant. Hoc in diœcesi Bituricensi situm, ad fluvium An-gerim, seu Indrum, quinque & quadragesita Prioratibus precepit, lenje mo-pluribus Ecclesiis parochos presicit. Fundatum traditur ab Eb-^{Burgido-} bone, qui alij Abo, & Ebbo, fuitq; VVillelmi Ducis Aquitanorum & Cluniaci fundatoris frater natu minor, vt vult Claud. Robertus. Diploma donationis conscriptum est in vrbe Bituricâ iv. Non. Septemb. anno regni Caroli Simplicis 29. Ch. 920. Subscripterunt Ebbo & Hildegardis coniuges, Gerontius Archiepiscopus Bituricensis, & Episcopi Lemonicensis B. Turpinus de quo xxvi. Iulij, atque Arnaldus Claromontanus. Huius cœnobij mentio fit in vitâ S. Genulfii lib. 2. cap. 17. infrâ xvii. Ianuarij, & iv. Nouemb. in vitâ S. Lusorius.

29 Masciaci haudum certò aequi situm ac natales potui-mus. Du Chefe in Aquitanâ collocat, & à Ludouico Pio Impe-^{Mascia-} catore constructum opinatur. Fortassis & id quoque à Bernone sanctiori redonatum discipline. Eius in vitâ Ludouici Imper. meminit auctor coetaneus tom. 2. scriptorum Gallie: Et quidem multa sunt, inquit, ab eo in eius ditione reparata, imd à fundamentis edificata monasteria, inter quæ monasterium Masciacum decimum numeratur.

§. VII. Testamentum S. Bernonis.

30 Ex quo diuina dispensatio post diluvium consti-tuit ut homo homini præfueret, quicumque secundum Deum tam in veteri testamento quam in novo alii præfuerunt, quantum possibile fuit, procurarunt, vt consultum subditis in posterum esset. Quod & B. Benedictum & alios quamplures nostri ordinis instructores fecisse, sibiique successores dum adiuucent elegisse, multa documenta probant. Quapropter tam regalis potestas, quam sacerdotalis auctoritas, sed & Principum sublimitas, necnon & reliquorum fidelium, quos forte hanc scripturam audire contigerit, * ignoscat ^{* an cognoscat} vniuersitas, quod ego Berno omnium Abbatum extremus Abbas, supremum diem iam vicinari agnosco, duos ex nostris fratribus, VVidonem videlicet meum & consanguineum, atque Oddonem adæquè dilectum, vñà cum Fratrum consensu mihi succedere delegauit. Ac post meum decepsum, vice meâ Deo largiente fungi præcepi. Ita scilicet ut dilectus noster prædictus VVido cœnobio Gignaciensi, Balmeni, Æthicensi, cum cellâ ^b B. Berno quæ dicitur b. S. Lauteni, & cum omnibus rebus ad præ-^{cōstituit} dicta monasteria pertinentibus regulariter præfuit, præ-^{fibi in va-} ter villam quæ dicitur Alafracta, & res quædam quæ ^{riis mon-} fuerunt Domini Samsonis in eodem pago consistentes, ^{cessores} & quartam partem caldariarum quæ sunt sitæ in loco ^{abbates,} qui dicitur c. Leodonis, & medietatem prati, quod fuit assentien- Dotni Saymonis. At verò carissimus frater Oddo Clu-^{tibus Fra-} niacum & Masciacum, atque Dolense monasterium ita tribus. cum rebus ad eadem loca pertinentibus Deo fauente suscipiat ut ea pro viribus regulariter disponat. His igitur ita dispositis obsecro vos per reverentiam quam sanctæ fidei & religioni debetis, ô Principes & seniores quicunque

quicunque terrenarum rerum iudices estis, vt hanc scripturam meā vice loquentem in quolibet nostro conuentu libenter audiatis; & sicut lex diuina iubet, bonis consentientes sitis, & tam Prælatos prædictos, quam & monachos, & loca cum rebus ad ipsa pertinentibus, in eo statu, quo & per regalia præcepta, quin etiam & per Apostolica priuilegia dudum sancta sunt, & nunc à me decretum est, permanere consentiat. Quod si quilibet, vel inter ipsos, vel aliunde controuersia, qua nobis discernenda sit, fortè succreuerit, iustitiam sufftentetis, & calumniam reprimatis; quo fiat illud quod in authoritatibus nostris insertum est, vt omnium bonorum, quae in pafatis locis geruntur, sicut adiutores fueritis, ita quoque participes esse possitis. Villam autem quæ dicitur Alafracta, cum omnibus ibidem pertinentibus, & quartam partem de caldariis quas Leononis habemus, verū etiam iam dicti prati mediataem ad Cluniacum trado, eo tenore, vt per singulos annos census duodecim denariorum Gigniaci pro vestiturā reddatur. Nec iniustum videatur, si Cluniaco eadem res assigno, quoniam ibi sepulturam mihi locauit, & locus ipse quasi posthumus morte Domini Guillelmi quondam incliti Dux, atque nunc mēa & imperfectus deseritur. Et certè pauperior est possessione, & numerosā fraternitate. Et vt hoc inferam, si post filios priores, & priorem locum, quibus Testamentum feci, nobis alios diuina largitas, & locum, & filios ampliare dignata est, ratum debet videri, vt posteriores filij non exhaeredentur; sed aliqua pars hæreditatis nostræ eis proficiat, qui quamvis in alio loco, tamen eidem Domino, id est, B. Petro, in cuius nomine vtrumque locum construximus, seruitur sunt.

31 De cetero tam Prælatos quam & omnes Fratres, præsentes videlicet & futuros, per misericordiam Dei qui præsens respicit, deposco, vt inter vos vnanimitas ita perseveret, quatenus modum conuersationis huic usque retentum, tam in psalmodiâ, quam in obseruatione silentij, sed & in qualitate viæ & vestitus, & insuper in contemptu rerum propriarum, si non melius, saltem sicut hic usque fecisti, sic deinceps custodiatis. Si autem, quod absit, ab aliquo eorum fuerit pertinaciter erratum, præcipimus per sanctæ regulæ auctoritatem vt vniusque loci Priors ad corrigendum errorem sibi mutuò suffragentur. Si quis autem, quod absit, hanc nostram institutionem in aliquo fregerit, deterreat eum vox diuina quæ dicit: Maledictus qui transfert terminos proximi sui, id est, institutionem Præceptorum suorum, & conatus eius penitus frustretur. Dispositio vero nostra, quæ, vt credo, per caritatem vtrisque locis cupit esse consultum, Deo disponente, & B. Petro patrocinante, inconuulsa permaneat. Signum Bernonis Abbatii, qui hanc chartam fieri & firmari rogauit. Signum VVidonis moderni Abbatii, qui hoc confensit. Signum Oddonis Abbatii. Signum Geoffredi. Signum VVandanberti. Anno quarto regnante Radulpho Rege.

a Nepotem discipulumq; Bernonis vocat Chronicon Cluniacense.

b Colitur S. Laurentius 2. Nouemb.

c Eugenius III. Papa in diplomate dato Antissiodori, anno Pontificatus sui 3. Christi 1147. Indic. 10. 25. Augusti, vocat Burgum Ledonis; & venditionem quamdam, seu donationem inibi monasterio Cluniacensi factam à VVillelmo Matisonensi Comite memorat. Vide Bibliothecam Cluniensem.

d Ioannes Italus scribit lib. 2. S. Odonem coepit pridem à Bernone adiunctionem perfecisse. Ed tamen usque ab hoc deductum est, ut Ludouicus IV. Vlraminus, Caroli Simplicis filius, in quadam suo præcepto id afferat per manus Bernonis reuerendi Abbatii constructum. Quod & in vita S. Hugonis traditur, atque à S. Odilone in vita S. Maioli, & Glabro Rodulpho supra.

S. VIII. Bernonis obitus, sanctitas celebrata.

32 A urbertus Miraeus Fastis suis hoc xiiii. Ianuarij adscribit B. Bernonem; sed mortuum ait Cluniaci anno Christi nonagesimo decimo, quo scilicet anno Testamentum VVillelmi Dux de cœnobio hoc construendo consignatum memin. Tom. I.

nerat, atque hoc forsan scribere voluit. Potius num eo anno ipse Ex. 74 obierit VVillelmus, ob conscriptum tunc Testamen:um, addu: 811. biterur. Obiisse certè eum ante Bernonem, ex huius Testamen:to constat. Ademarus in Chronologâ Abbatum S. Martialis Lemovic. Huius Abbatis (de Fulberto VI. loquitur) decimo Quando nono anno obiit Guilielmus Dux, Comes Aruernis, VVillelmus qui Cluniacum cœnobium ædificauit. Eiusdem Fulberti mus Pius anno sexto, teste eodem Ademaro, S. Geraldus apud Aurelia: cum obiit 111. Idus Octobris. Ad huius vitam quatuor libris descriptam à S. Odone, obseruat da Cheyne, obitum S. Geraldii & sextum annum Abbatis Fulberti intidiffi in annum Ch. 907. Obiit igitur VVillelmi Dux & xix. annus eiusdem Fulberti anno Ch. 920. terminantur. Ad precedentem annum, aut certè 918. eum refert Chronologia Abbatum Cluniensem.

33 Baronius tom. 9. Annal. Eccl. vult B. Bernonem decessisse anno Ch. 912. Hoc eodem anno, inquit ibidem num. 17. Berno Abbas ordinis S. Benedicti Gigniacensis, Cluniacensis cœnobij & instituti fundator morituri. Citat Sigeberti Chronicon, cui id potius interpolator quispiam attexuit. Perpera vterque. Ipse Guilielmo superflue Berno, eius mortem lugit in proprio suo Testamento. In Chronologâ Abbatum citata dicitur Berno obiisse Idibus Ianuarij anni 926. quando Consensit de Riuo in Chronico Cluniacensi, ubi memoratur Clu- B. Berno. niaci prefecturam anni sedecim gesisse, suscepisse nongentesimo decimo, quod & inde VVion describit in annotationibus ad 2411. Ianuarij. Denique Testamentum, in quo mortem sibi propinquam non temere prefigit, conscriptum est anno quarto regnante Radulpho Rege. In quo aut mendum agnoscendum, aut non nisi Idibus Ianuarij anni 928. obiit. Non enim Radulphus, sive Rodulphus, Burgundie Dux antè accitus est, & apud Suezionas in Regem vñctus, quam Robertus regni inuasor occubuissest contra Carolum Simplicem prælii dimicans. Contigit ea pugna, teste Flodoardo, anno 923. die Dominicæ xvii. Kalend. Iuli, vt scribit Odorannus. Petrus de Natalibus lib. 11. cap. 64. initium ordinis Cluniacensis confignat an. Ch. 912. Abbatis Bernonis primo, à quo sedecim anni ad 928. fluxerunt.

34 De obitu S. Bernonis & ordinatione S. Odonis ita in huius vita legitur: Per illud tempus exitiali languore cœpit Moritudo decumbere B. Berno. Mox vicinos Episcopos accersi- rius prese- uit, & ab omni ordine se depositi: insuper & flebili vo- titur se abdicat, ce se reum indignumque tali ministerio proclamabat alium eligit præfuisse. Rogabat autem inter haec verba Fratres, vt si- inibet. bi quem vellent, Patrem eligerent. Tunc manibus Fratrum Pater noster captus, & quasi violenter constrictus, ac proclamantibus omnibus vt ordinaretur, coram Abbe: suo vi est ductus; & cum nec sic vellet cedere & locum Pastoris subire, superatus est tandem Episcopo: rum consensu & excommunicatione. Ordinatus itaque ille, intra modicum tempus Pater Berno migrauit ad Dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

35 Et mox lib. 2. Igitur Pater Odo electus & Abba ordinatus, mox contra eum prædicti veterani persecuto: res insurgunt. Ille autem malens locum dare, & beatè 8. Odo quâ quiescere, quam contentiosè viuere, derelicto eodem occasione monasterio, & quæ ibi fuerant à Domino Bernone Ab- migraue- rate parata, atque ei paterno more tradita, abiit Clu- rit Clu- niacum.

36 Balma obierit Berno, an Cluniaci dubium est. Hic sibi B. Berno sepulturam locuit, vt ipse in Testamento ait, ubi in veteri ec- nis mors, clesiâ retro altare S. Benedicti sepultus traditur in Chro- sepulta. nico Cluniensi. Inter sanctos Abbates Clunienses, ait Baroniis, Odonem primo loco, eiusque successores Maiolum, Odilone, Hugonem, numerat S. Bernardus, (epist. ad Guilielmum Abbatem Cluniensem.) Cete- Eius san- rium nec primus Odo, nec tantummodo recensiti egredie- doctri- giæ sanctitate floruisse narrantur; sed ante Odonem andata primus

EX VAS-

RIIS.

primus numeratur atque laudatur Berno Abbas, cui
successit Odo. Dicitur Berno in vitâ S. Hugonis vigoris re-
gularis tenore acerimus, ac sanctitate decoratus; S.
Maiolo in vitâ S. Odilonis beatæ memorie Abbas; auctori
Chronici chronicorum, Philippo Bergomati, alijsq; ob sancti-
tatem & clarissimam doctrinam mirifice laudatus; Trit-
hemius vir integerissimæ conuersationis, vir fide ac reli-
gione præclarissimus, multis virtutibus insignis: & ite-
rum vir sanctitate & religione venerabilis, ordinis S. Be-
nedicti in Cluniacensi monasterio gloriosus restaura-
tor. Omitto aliorum testimonia.

37 Fafis Belgicis ac Burgundicis nomen eius inscriptis Mi-
nervis, Martyrologia Gallicana Saussaire, & Beatum ambo in-
digent, reliqui Sanctum. MS. Kalendarium Sanctorum or-
dinis S. Benedicti xiv. Ianuarij: S. Bernonis ex Comite pri-
pnum.

mi Abbatis Cluniacensis. Consentient hoc xiiii. Ianuary Mart-
yrologia monastica excusa, Hugonis Menardi, Benedicti Dor-
ganij, Arnoldi VVionis, cuius haec verba sunt: In monasterio
Cluniacensi S. Bernonis primi eius loci Abbatis, magna
sanctitatis viri. Allegatur auctoritas Kalendarij Cluniacensi,
quod non vidimus. In Chronicis Cluniacensibus, Sanctissimus
appellatur. Martinus Marnier, & Andreas du Chesne in Biblio-
theca Cluniacensi Sancti titulum eius nomini perpetuò pres-
gunt: vii & Antonius Tepes, sed in eo impertinendo viris pietate
illustribus honore minime parcus: addit hic Bernonis reliquias
Cluniaci in magnâ haberi veneratione. Ferrarius quoque ita
scribit: Cluniaci in Burgundiâ S. Bernonis Abbatis. Pe-
trus de Natalibus Sanctis eum accensuit, quorum diem nata-
lem ignoravit, & lib. ii. cap. 64. breuem vitæ pertexuit. epi-
tomen.

DE S. LEOGISILO ABBATE,

VERGIACI IN BVRGVNDIA.

XIII. IA-
NVAR.

Drimarium Vergiaci Patronum S. Viuentium Presbyterum suprà hoc ipso die retulimus, vbi & de loci situ, monasterij edificatione, Vergiacorum nobilis familiâ egimus. Miramur à citatis istib; auctoribus S. Leogisoli Abbatis nec nomen exprimi, ne-
dum Acta narrari, ne à du Chefsio quidem in praelato illo &
laborioso de Vergiacis opere, vt non immerito dubitari queat,
hic an alibi Abbas fuerit. Certe cum S. Viuentij reliquis alia
quoque multa Sanctorum corpora Vergiacum deportata nar-
ratur in eius vitâ; quorum nomina cùm à nemine prodantur,
fortassis inter eos Leogisolus fuit, alterius cuiusquam monasterij
Abbas. Nam si postea vixit, mirum est nusquam illius mentio-
nem fieri.

Incertum
vbi &
quando vi-
xerit.

2 Alioquin eius natalem Ferrarius in catalogo generali San-
ctorum xiiii. Ian. consignat his verbis: In territorio Æduen-
sis S. Leogisoli Abbatis Vergiaci; noratq; in Kalendario Et-
men in sa-
cilegia Augustodunensis, & monumentis cœnobij Vergiacensis eius crùs Fafis.
extare memoriam. Saussaire in supplemento Martyrol. Gallica-
ni: In territorio Æduensi S. Leogisoli Abbatis, cuius ho-
die est clara & sancta recordatio in cœnobia Vergia-
censi eiusdem diocesis. Petrus de Natalibus lib. ii. cap. 130.
Longisius Confessor, cuius festum agitur Idibus Ianua-
rij. Celebratur etiam in antiquis Martyrologiis Svvollenſi &
Coloniensi, MS. Florario, Vſuardo Lubece edito an. 1475. MSS.
Ecclesie Bruxellenſi, S. Pauli Ultriaeſti, alijsq; compluribus, his
verbis: Ipso die S. Longisi Confessoris. MS. monasterij Al-
bergenſis Longinum vocat. Aliud de eo non reperimus.

DE B. HELDEMARO EREMITA

FVNDA TORE AROASIÆ IN BELGIO.

AN. CH.
MCCVII.
XIII. IA-
NVAR.Aroasie
origo, si-
tus, nomi-

Viguit sanctitatis opinione, in Belgio preserrim, à quin-
gentis iam fere & quinquaginta annis, Aroasiensis Canonicorum regularium congregatio;
quam tres viri religiosi Heldemarus & Conon Presbyteri, ac
Rogerus laicus instituere circiter annum 1090. in loco Aroasiâ
dicto, vnde & nomen accepit. Sita est Aroasia altero lapide à
Bapalmâ Artesia oppido, vulgoq; Aroiage, vel Arouaise, ap-
pellatur: sed, saumentibus inter Belgas & Francos bellis sapius
euerso monasterio, multam à pristino splendore desciuit.

Institu-
tum lau-
dasum:eius auſte-
ritas,monar-
chia,

2 Commendatur Aroasiensem institutum à Iacobo de Vi-
triaco vetuso & graui scriptore in historiâ occidentali cap. 23.
his verbis: Sunt alij regulares Canonici, qui de Aroasiâ
nuncupantur, eò quod prima huius institutionis Abba-
tia, quæ caput est omnium aliarum, sic vocetur, in dice-
cesi Atrebatenſi sita. Hi siquidem fundamentum regu-
lae B. Augustini retinentes, vt carnem suam cum vitis,
& concupiscentiis arctius crucifigerent, carnes à refe-
ctorio suo subtraxerunt. Camisii insuper non vtuntur,
sed cū tunicis laneis nocte in dormitorio suo quiescūt.
Quidam etiam alias institutiones necessarias & hone-
stas, supra prædictum fundamentum prudenter ædi-
fiantes, contra imminentia pericula sibi præcauentes, ad-
diderunt. Et quoniam nihil magis virtutem religionis
conseruat vbi plures sunt Congregations & Conuen-
tus, quam respectus ad vnum Superiorem, qui diuersa
sub se membra regit & continet, quasi summum & su-
ppremum caput; feme in anno sub primo & principali
Abbate generale concilium celebratur conueniunt, vt
omnes vnanimiter huius ordinis Abbates, secundum
quod religioni viderint expedire, corrigan corrigenda,
refescant superflua, instituant, & addant quæ fuerint su-
peraddenda, vel secundum temporum aut rerum mu-

tationem, quæ fuerint commutanda commutent, &
nouis superuenientibus ita vetera reiiciantur, quod ve-
tustissima veterum, prima scilicet antiquorum Patrum
instituta, firmiter & inuariabiliter obseruentur. Princi-
palis siquidem Abbas filias suas, inferiores scilicet Ab-
batias, per se vel per viros idoneos studiosè visitando,
quantum religioni subministrat fulcimentum, ne per
negligentiam defluat, vel per dissolutionem status reli-
gionis eneruatus corruat, ex his liquet conuentibus &
congregationibus, quæ ex uno tantum Abbatे pen-
dentes & vni soli Superiori intendent, cum corruen-
te plerumque corruunt, cùm non habent vnde alias
fulciantur. Hac ille, qui & plura subiungit, quamobrem singu-
la se tueri haud facile queant religiosorum hominum familie, nisi
in sedis & societatem, quasiq; corpus vñ cum aliis coalescant.

3 Robertus de Monte Sigeberti continuator, Iacobi de Vi-
triaco equalis, ad annum 1114. ita scribit: In ciuitate Belua-
censi à Conone Sedis A postolica Legato Concilium
celebratur. Hic est Cono vnus ex illis religiosis, qui ere-
miticam vitam apud Truncum Berenger primò duxerunt,
& Arroasiani ordinis auctores extiterunt, qui or-
do vsque hodie floret & crescit.

4 Ea porrò de Aroasiensem virtute latè vulgata erat fama,
etiam ante horum Scriptorum etatem, vt S. Laurentius Dubli-
niensis Archiepiscopus Ecclesie sue secularibus Canonici vt id sus-
cipieren institutum persuaserit, idq; quā licuit ipse quoque sus-
cepit. Ita eius vita, quam 14. Nouemb. dabimus, auctior anonymus.
Idē vir sanctus & timoratus, honestatis amator, & Introdu-
zator religionis, operam dedit & industriam, vt cleri-
cos seculares, qui in Cathedrali Ecclesie Dublinensi fue-
rant instituti Canonici, secundum interiorem & exte-
riorem hominem commutatos, iij melius in regulares
Canonicos

Etiam in Ec-
clesiam
Dublinie
sem à S.
Laurentio,

Canonicos transformaret. Et ut hoc ipsum summi Pontificis auctoritate confirmaret, duos de suis Canonicis misit Romam, propter vium & consuetudinem Arroacensis ordinis, per quos sancti viri desiderium adimplesum est, fecitque regulares stare cantores circa altare ut laudent nomen sanctum Domini, & dedit in celebrationibus decus, & in sonos eorum dulces fecit modulos. Ut igitur B. Laurentius suo Domino securus militaret, spiritualis certaminis milites electos ordinans, armis eorum & signis se muniens, habitum prædictum regularium Canonorum, & viuendi normam suscepit, & studuit obseruare. Nam penè continuè dum ei licebat, cum eisdem Canonis in refectorio comedebat, locis & horis debitis silentium obseruabat, ad matutinas singulis ferè noctibus chorum cum eisdem intrans vñā cum eis vigilias, & laudes Domini celebrabat. Sciens igitur scriptum, quia vigilia honestatis tabefaciens carnes, deuotione feruens vigilabat in orationibus, & attenuabat carnem suam. Finitis enim laudibus matutinis, pausatum euntibus ceteris, ipse in ecclesiâ remanebat, et si non semper solus, tamen ut solitarius, & ibat ex consuetudine ante signum Dominicæ passionis, vbi velut in speculo vitæ contemplabatur serpentinum æneum eleuatum in stipite crucis, & eius dulci memoriam sanabatur à languoribus suis, psallebatque Dominum cum tremore, & nunc stando, nunc sedendo, nunc etiam flectendo genua, totum psalterium resonabat. Affirmatum est equidem à fratribus religiosis, qui præ ceteris frequentius orationibus insistebant, quod vir sanctus cum cruce prædictâ dulcissimum habebat colloquium, de quâ multa mirabilia memorantur, quæ magna peregrinorum veneratione à multis temporibus frequentatur. Facto verò die exibat in cœmiterium, & illuc aliquantisper deambulans commendationem defunctorum fidelium percantabat. Vixit S. Laurentius seculo 12. relatus in album Sanctorum ab Honorio III. an. 1225.

Idem ordo ab aliis celebratus. 5 De eadem congregatione agunt plurimi è recentioribus: Ioannes Molanus in Natl. SS. Belgij ad 4. Maij. Albertus Miranus in Originibus Canonorum regularium cap. 10. & 26. & in Chronicis Christianus Massenus lib. 16. Chronicor. Gulielmus Gazeus in Gallicâ, & Heribertus Rosvveydus noster in Teutonica Belgij Ecclesiastica historiâ. Ferreolus Lôcrius in Chronicâ Belgico. Gabriel Pennottus in historia Canonorum regularium lib. 2. cap. 38. & 62.

Heldemari fundatoris natus. 6 Natalem Heldemari, qui cum Conone, dein Cardinale, eam congregationem primus instituit, hoc die ita designat Philippus Ferrarius: Hac die memoria B. Heldemari, fundatoris cenobij Aroasiensis. Beatum quoque appellat Gazeus & Arnoldus Raifius in Auctario ad Molani Natales. Recensetur & in Fastis Sanctorum Rosvveydi, qui suâ manu vietam illius ex monumento ipsius Aroasiensis monasterij descripsérat, sive potius, ut apparet, prefationem libri diplomatum de fundis & priuilegiis eidem monasterio olim donatis. In eâ quoque Sanctus appellatur in titulo Epitaphij.

FVNDA TIO

MONASTERII AROASIÆ,

Ex fide digno codice MS.

PROLOGVS.

VONIAM paucitas dierum hominum finitur breui, & quasi militia est vita hominis super terram, in huius mundi campo pugnantium per temporum successiones, gesta fortia & præclarâ penitus ignorantur, & pro breuitate temporis, facili citius transitu (quo nihil excurrit velocius) elabuntur, nisi tenacibus exarata litteris, ad posterorū memoriam altius industriâ transferantur. Cum enim iuxta illud

poëticum, Ætas omnia ferat; & procaciter insistens transuentibus obliuio, quidquid apud homines agitur, ventre sua capacitatis absorbeat; sola viriliter ei se opponens, & aduersus eam, quidquid habet virium, exercens, felicem memoriam scriptura perpetuat; & ne quid elabi possit obtinet, quidquid transierit superuenientibus generationibus, quasi praesens sit iugiter, reprobatur. Huius igitur rationis intuitu religiosi & Deo dediti viri, qui mundum, & ea quæ in mundo sunt, pro Christi nomine relinquentes, & quidquid possederunt cōmunne facientes, Crucifixum Dominum, cruem suam post Christum baulando, sequuntur, temporalia cuncta non affectu, sed in vñi necessitatibus habentes, ea quæ ad suam fratrumque necessitatē sufficere possint, admittunt. Et ne à contemplationis arce & optimâ parte Marte nec puneto temporis disturbentur, Marthæ sollicitudinem quibusdam de suis delegare student. da.

Quia cum Rachelis amplexibus affectuosius delectentur, solam in Liâ oculorum littitudinem, non autem secundiratem ventris abhorrent: sed quia Christum audiuit perspè loquètum: Si de mundo fuisti, in mundo quod suum erat diligenter; nunc autem quia de mundo non es, propterea ostiuit vos mundus; à mundi filiis in possessione dumtaxat temporalium, quæ de mundo habent, & mundi sunt, persecutionem continuam patiuntur. Ad quorum reprimendam instantiam ea quæ possederunt litterarum stipulatione seruare, & ne processu temporis elabantur, ad posterorum memoriam transferre nituntur. Ad exerendum etiam spiritualem gladium aduersus eos, qui supra his, quæ de munificientia Regum & Principum, vel oblationibus fideliū possident, ipsos impetrant, Christi vicarios asciscunt, & ad confirmationem sibi collatorum, tam minorū quam dicesanorū Pontificum litteralibus instrumentis, bullâ vel sigillo ornatis, se minuntur. Sed quia tam conferentium, quam confirmantium tot sunt priuilegia, quot eleemosynæ, non abs te visum est, quibusdam Ecclesiarum Prælatis in vnum corpus cuncta redigere, ne dum feruntur, exploduntur, leguntur, instrumenta vel sigilla rumpantur: & vt legentes dum in vnum omnia collecta perspexerint, quid cui negotio conueniat, quomodo collatis confirmatio respondeat, faciliter agnoscere & tenacius retinere possint.

2 Horum igitur prouocatus exemplis, Ego omnium ministrorum Ecclesiæ minimus, Fratrum Aroasiensium seruus indigens, cuncta, quæ apud nos scripta erant, ad possessiones huius Ecclesiæ pertinentia, sub uno corpore colligere studui. Et ut facilius inuenias, quod volueris, ipsum corpus per singula capitula distinguere, & distincta cum suis numeris in principio huius operis afficer, dignum dutxi. Libet autem in hac præfatiunculâ paullulum euagari, & de tempore foundationis, & meritis fundatorum huius Ecclesiæ, quæ à maioribus nostris relatione didici, rationem reddere: sub quibus etiam Præstibus & Pastoribus suis Patronis, dominis ista usque ad hæc tempora nostra viguerit, futurorum memoria commendare.

CAPVT I.

Situs monasterij Aroasiæ.

3 **H**ic itaque locus super strata publicam consti-
tutus in silua, quæ dicitur Aridagamantia situs, *situs A.*
(quæ quidem silua à castro, quod dicitur *a* Dusta, usque
ad fluvium *b* Sambre turic temporis continua proten-
debat;) olim speluncæ latronum fuerat: unde & hanc
quidam Truñcum Berengarij ab eiusdem nominis
latronum Princeps vulgo denominant, pro eo quod
post mortem eius solitos esse ferunt sarellites illius,
truncos, quod cauauerant, captos à se quoslibet præ-
sentare; infra quod quidam ex ipsis, quasi idem Beren-
garius loquens, summam captiuus redemptiois impo-
Aaaa 2 nebant,



Aucto- nebant, quam nulli minuere vel mutare liceret.
re ANO- 4 Sed in e historiâ passionum Luglij & Lugiani
NYMO ex Hybernenium, & quorum corpora apud castrum, quod
MSS. Mons Desiderij dicitur, in ecclesiâ venerantur, perspi-
cuit scriptum legitur, quod iudicium Sancti per has regio-
nes transeuntes, per manus impiorum, prædicti videli-
Martyrii cet Berengarij, & fratrum suorum Bouonis & Helceli-
ss. Luglij ni, & eorum complicum fuerint martyrio coronati. Sed
ni. quia hoc scelus in pago Teruanensi fuisse assertur per-
petratum, luce clarius appareat eosdem impios, non in
hoc tantum loco, sed & in finitimiis circumqua locis, & maximè per stratas publicas longè lateque dif-
currentes, quamdiu licuit, suam exercuisse & protelasse
malitiam.
a Locrius huius vita exordium ex Aroasensis cœnobij MSS. mo-
numentis edidit, & hic legit Eucra, quod oppidum est Francorum
inter Bapalmam & Corbeiam.
b Locr. Sombra. Sabis sif, vulg Sambre, qui supra Lande-
riciacum Hannonia oppidum oritur, intersectur Mosa ad Namur-
cum ciuitatem.
c Quam dabimus 23. Octob.
d Hoc omnia sunt à Locrio. Reliquia eorum in Lillerensi oppi-
do afferuantur.
e Locr. Hesclini. In SS. Luglij & Lugliani historiâ (nisi men-
dum sit ab incuria librarij) Eseelius dicitur.

C A P V T I I .

Institutio eiusdem per Heldemarum & Cononem.

Post multos itaque decursi temporis annos, in
hoc adhuc loco latrociniis & insidiis pleno, in
Episcopatu Cameracensi, & confinio Flandrensis &
Veromâdensis Comitatus, circa annum Dominicæ In-
carnationis a MXC. vt certius inuenire potuimus, in
Trinitatis nomine congregati Eremitæ tres (vt vbi
abundauit delictum, superabundaret & gratia) cellam
sibi ad seruendum Domino statuunt, oratoriumque
in honore S. Trinitatis & S. Nicolai Pontificis, cuius
ex b recenti translatione crebra tunc per orbem euulga-
bantur miracula, confruunt; tectumque eius, & paries
myricis & foliis, siue ramusculis claudunt & con-
tegunt.
Heldemar. 6 Horum primus Heldemarus nomine, Tornacen-
ripatria, genere; alter verò Cono gente Teutonicus; ambo
sanctitate præstantes, officio Presbyteri, professione
Canonici, cum fratre Rogero laico de proximâ villâ
c Tranloy nato; religionis hîc Canonicae fundamenta
iacunt, & non timentes latronum insidias (quia iustus
Prou. 28. vt leo confidit) omnes etiam transeuntes suâ fide & in-
nocentiâ, sed & corporali præsentia securos inter insi-
dias reddunt. Ex his duos, Heldemarum videlicet &
Cononem, in Angliâ, ad quam eos studendi cura tra-
xerat, ferunt Canonicae religionis habitum suscepisse, &
sub Rege Anglorum d. Guilielmo, & Reginâ Mathilde
religiosissima, Capellaniæ ipsorum officium tenuisse.
fudia. 7 Sed cùm Regum mollia contempserint, dum va-
ledictis Anglis suffragia Sanctorum deuotionis gratiâ
vellent inuovere, prædicto laico hîc inuento, qui sapientia
solitaria solus inhabitabat eremum, ex desiderio gratae soliditudi-
nis, quam diu concupierant, adhaesisse. Quorum Heldemarus ex parte & merito qualis & quantus fuerit, quo-
modò pauper spiritu, & innocens actu, temporalia cum-
paupertas, etate contempserit, parumque vel nihil terrenum posse-
derit, vel possidendum hîc acquirere voluerit; quomo-
dò etiam signis miraculorum, vt ferunt, & in vita & post
mortem claruerit, quomodo Prioratum Canonicotum
Viromandensis Ecclesiæ sibi oblatum refutauerit, quia
hæc proprium expetunt libellum, malui reticere, quam
summatim tangens, pro eo quod ad alia vocor, pauca
aut non digna tanto viro dicere.

a Is annus hoc difficio expressus,
Anno millesimo Domini deciesque noueno,
Norma Berengarij Trunco noua coepit haberi.
b Anno 1087. corpus S. Nicolai Barium Apulia allatum est,
vt 9. Maij dicimus.

c Locr. Tranloy.
d Hic est Guilielmus I. Normannus, qui anno 1066. Angliam
occupauit, obiit an. 1087. 9. Sept.
e Videtur deesse primus.

C A P V T I I I .

Diuisio Atrebatenis Episcopatus à
Cameracensi.

8 E Odem sanè tempore graui schismate laborabat
Ecclesia, dum summus Pontifex a Vrbanus, &
prædecessoris sui b Gregorij septimi, qui laicos omnes
personas Ecclesiasticas per annulos & baculum inue-
stientes excommunicauerat, decreta seruaret, & per to-
tam Latinitatem firmiter obseruari præciperet. Et quia
dolente capitè solent & cetera membra dolere, ipsa
quoque Cameracensi Ecclesia, defuncto Gerardo Epi-
scopo suo, per duos d. Walcherum scilicet & Manassen,
qui de Episcopatu contendebant, grauiter usque ad ca-
des & homicidia disturbatur. Hinc verò occasione ca-
ptâ e Atrebatenes Clerici, fauente sibi VVidone f Le-
moniicorum Archiepiscopo, & Francorum Rege g Phi-
lippo, sumnum Pontificem Vrbanum adeunt, & per
eius manum Cameraco tacente quemdam Lambertum b Guisensem, anno Domini i M X C I I I . Episcopum
sibi ordinari faciunt, & Ecclesiâ suâ à dominio Came-
racensi exemptâ, cum suâ libertatis priuilegiis suo
deinceps Episcopo gaudere coeperunt; vnde & paro-
chiis Episcopatus utrumque recisis, & Rochenias huius
loci matrem Ecclesiæ, infra terminos Atrebatenum
contigit remanere.

a. Vrbanus II. consecratus iv. Id. Martij 1088. obiit iv. Kal.
Aug. 1099.

b. B. Gregorius VII. consecratus x. Kal. Maij 1073. obiit 25.
Maij 1085. Anno sequenti, die Pentecostes electus est successor Victor

III. obiit xvi. Kal. Okt. 1087.

c. Gerardus II. Cameracensis & Atrebatenis Episcopus obiit ii.

Aug. 1092.

d. Gualcherus appellatur in Lobieni MSS. exemplari chronicis

Sigeberi; in editione Mirai Gualterus.

e. Ex antiquâ Notitiâ prouinciarum constat Atrebates aquâ ac
Cameracensi proprium olim habuisse Episcopum. Sed cùm vastate Atrebate-
sabarbari Gallia essent, utraque Sedes dum caruisse Antistite existi-
tis Episco-
matur, ac tandem S. Vedasto simul commissa; cui qui tertio loco patrus an-
successit Vedulphus, is domicilium fixisse Cameraci traditur, ita tiquis.
tamen ut Atrebatenis Ecclesia suo titulo duos semper habuerit Ar-
chidiacenos, & non nisi in eâ illius dices Episcopalia traharen-
tur. Ita ferè ex MS. Thuanii Cl. Robertus. Quomodo verò peculiari
Episcopum impetravint, fusè commemoras Locrum in Chronicis
ad an. 1095.

f. Existimabat Rosvreydus legendum Remorum; quod sciret
nimisimur Lemouicces non habere Archiepiscopum, neque ad eorum
Episcopum eam rem pertinere, sed ad Remensem Belgica secunda
Metropolitatum. At Remis nullus sum Wido sedis, sed Raynoldus,
qui Atrebatenibus adest non fuit in hac causa, ut etiam in-
bente Pontifice abnuerit Lambertum consecrare. Regebatur verò sum
Lemouicensem Ecclesiam Guido de Loron, qui fortassis patronum
se Atrebatenibus præbuit apud Regem aut Pontificem.

g. Hic Philippus I. ab anno 1060. ad 1108. Francie impera-
uit. Quid hoc in negotio egerit, non prodit Locrus, qui litteras reci-
tas Urbani Papa ad Robertum Flandria Comitem (cuius soror
nupta erat Philippo) ei nouam sue prouincia ex restituâ hac Epi-
sco-
pali Sede dignitatem gratulans.

h. Fallitur ergo Iacobus Guisius, qui patriâ Insulensem facit.
Alij existimant non solum Ghifinis oppido oriundum, sed ex illufri
Ghifnenium Comitum familiâ. Fuerat Iuonis Carnotensis audi-
tor, Cantor Ecclesie S. Petri Insulae.

i. Non nisi 1095. & ab ipso quidem Urbano Roma ordinatum
scribit Locrus.

k. Vetus est Aroasie propinquus, qui infra cap. 5. Rochini ap-

pellatur, & in priuilegio Lamberti Episcopi Rochennies, aliis

Rocquennies.

C A P V T I V .

Mors S. Heldemari.

9 E Piscopante igitur Atrebati Lamberto, sanctæ me-
Heldemar-
tis:
Clerico, qui se cum eis Deo scruturum simulauerat,
interfecto prius ab ipso innocentie Rogero laico, letho-

ignoscere. liter vulneratur. Ipse tamen homicidæ plenè indulgens,
homicida: & pro eo Dominum rogans, imò & osculum, si præsens
moritur: eset, offerre cupiens, numquām postea curatus ad plē-
num, infra annum tamquām emeritus Idibus Ianuariis
hominem exuens ad meliora transfertur.

E P I T A P H I V M
S. HELDEMARI FVNDATORIS
Cœnobij Aroasiensis

10 **Q** Vem tegit iste lapis, nostri decus exstitit Orbis,
Martha labore gregi, mente Maria sibi.
Mente vigens, actuque potens, signisque refulgens;
Infima despiciens, solaque summa petens.
Hæc Heldemarus loca fundans, ipsa salubri,
Arida quæ fuerant, rorifer imbre rigat:
Furis hic impuri transfossus tempora ferro,
Martyr martyrij præmia consequitur.
Idibus huic Iani vitam sine fine, quietem
Absque labore, diem dat sine nocte Deus.
Sancte Heldemare Presbyter Eremita

C A P V T V.

Cono Aroasiam edificiis & prediis amplificat.

Conoe ei
succedit.
II Vius meriti & loci successor & haeres Cono,
qui & Hugono, gente Teutonicus, in breui so-
cios, licet paucos, sed religione præditos, congregat. Et
cùm probitate & religione præminens esset vniuersis,
illustrium & proborum hinc sibi amorem conciliat. Vn-
de & à prædicto Lamberto Atrebatii Episcopo tota illi
parochia de Rochini possidenda in perpetuum, cum li-
bertatis a priuilegio, anno Döminicæ Incarnationis
a **H**uic va-
ria donan-
tur.
MXXVII. condonatur. Multa quoque prædia hunc lo-
cum adiacentia à Castellano & liberis Peronensibus
conferuntur. Locus, qui Margellas, cum aquis & pa-
scuis illi contiguis, ab Odone Hamensi confertur: &
Oratorium ibidem cõstruere b à Balderico Nouiomensi
Episcopo petenti conceditur.

Ecclesiam nouam construit. *c d* 12. Euerso igitur ligneo oratorio, per venerabilis Connonis industriam, ecclesia in hoc loco lapidea construitur, & à c Godefrido Ambiaiensi, & d Ioanne Teruanensi Episcopis anno Domini mcvii. ix. Kal. Octob. permisso & rogatu Lamberti Atrebatii Episcopi, dedicatur. Quem cùm monachi S. Quintini de monte super cœmiterio suo grauiter impeterent, & ab e alio*diis*, quæ vtrisque communia & indiuisa tunc erant, penitus deturbare vellent, proborum hominum, qui fortè aderant, tunc fretus consilio & auxilio, ad Sedem Apostolicam eos appellat; & commissâ pauperculae suæ domus curâ, familiarî suo Richero Priori de f Lîsques hac de causâ de suo monasterio euocato, Paschalem Papam, qui Urbano successerat, g Trecis repertum super emanicipatione sui cœmiterij sollicitat, & quod petit, impetrat & confirmat.

Fit Cardinale. 13 Reuertensque cum priuilegio Apostolico, & cœmiterij sui libertate ex mandato summi Pôfificis à monachis impetratâ, paruo tempore elapso, omnibus hic ordinatis, ad Pontificem summum, qui eum ad se redire præceperat, Romam recucurrit. Quem summus Pontifex secum retentum, tam vitæ merito, quam doctrinâ satis approbatum, in Prænestinâ ciuitate (milliario ab urbe Româ b trigesimo tertio distante) ex consilio Fratrum collateralem sibi i Cardinalem ordinavit Episcopum. Post hæc etiam præ ceteris Cardinalibus ab eo eligitur, vt fiat Legatus Sedis Apostolicæ per prouincias Galliarum.

tuo, & bona memoria Domini Heldenari Magistri & Con- AVCTOR
sacerdotis tui &c. CANONI
b Scriptor Rosverodus ab Alderico. At nullum huius nomi- CO ANO
ni reperimus. Nouiamensem Episcopum. Baldericus, auctor Chro- NYMO, EX
nici Cameracensis, sedet ab anno 1098. ad 1112. MSS.

d B. Ioannis Episcopi Ternanensis vitam dabitus 27. Ianu.
e Sic appellantur fundi aliaq; possessiones liberae, qua non sunt
feuda, nec alterius hominem, sive vasallum faciunt.

f Et Lisques, sive Licques in Bononiensi, olim in Teruanensi diœcesi. Isthi primū Canonici seculares constituti feruntur, tum regulares; ac tandem à Milone Episcopo Teruanensi introduci Premonstratenſes cœciter annum 1131.

*g Paschalis II. anno Christi 1106. in Gallias profectus, anno
deinde sequenti Concilium Trecu celebravit.*

In potius vicefimo tertio. Ita Tabula: Româ, viâ Prænestinâ, Gabios xii. Prænesti xi. Antonini itinerarium: Prænestinâ, ab Urbe Gabios xv. Piæneste xi. Sed foris in priori numero xx. proxii. possum. Strabo ait Prænesti Româ distare studijs 200, id est millibus passuum circiter xxxv. Hodie alij xviii. alij xx. milia numerant. Sed obseruatim à viris doctis, veteres Romanos minutioribus usos miliariis.

i Ciacconius ait Chunrado Cardinali Pranesino suffectum. Sed hallucinatur in multis. Sribit enim ordinis Ambrosiani fuisse Aroasianu dicere debuit. Tum, Hic, inquit, vnu ex his religiosis fuit, qui eremiticam vitam apud Truncum Berengarij, primitus duxerunt. & Arrossia ordinis in Dairbateni diccessi, sub regulâ S. Benedicti auctores extiterunt. Cum non sub regulâ S. Benedicti, sed Augustini, Aroasia, apud Truncum Berengarij, in diaconatu Arrebatensi vixerint. Denique ait in Gallijs Cardinalem creatum, cum hic disserit asserratur Romam ad Ponifiscem redisse.

C A P V T VI

Reliquias S. Sauini ad Aroasiam mittit, & oratorium super sepulcrum S. Helder-
mari exstruit.

^a 14 **H**ic ad nos manum adhuc incorruptam carnem Reliquia
a S. Sauini Martyris atque Pontificis, & multo- mitit
rum Sanctorum reliquias, de concessione praedicti Pa- roasiam.
pp anno Domini m c x i i . transmittere studuit. Et Legatus iam factus ad nos veniens, super sepulcrum eius Hel- Oratorii
demari, Magistri sui, oratorium construi fecit, & ipse supra se- pulchrum
illud vestimentis sacerdotalibus & Leuiticis ibidem obla- B. Helder
tis in honore S. Mariæ Magdalenæ consecravit. mari ex
ordine
B. Helder
mari ex
ordine

a Plures celebrantur Sabini Martyres ac Pontifices, ut 7. & 30 Decemb. atque alibi dicimus. Cuius ha sunt reliqua nondum compierimus.

C A P V T V I I

Conon Concilium Belluaci celebrat.

15 **H**inc rediens conuocatis Remensi, Senonensi, Bibratius, Belluacensis, Turicensi, Metropolitanis, & Suffraganeis eiusdem concilium celebratur.

a. Robertus de Monte suprà citatus, anno 1114. celebratum hoc concilium scribit; vñ & Baronius, qui pluribus locis tomo 12. Coniunctio constantiam aduersus hostes Apostolicae Sedis predicas. Huius porrò concilij mentio sit in vita S. Godefridi 8. Novemb.

C A P V T V I I I

Cononis mors.

¹⁶ **T**andem expletâ legatione, quâ in Hierosolymâ
& per totam Syriam sub ^a Calixto & ^b Hono-
rio summis Præfulibus (^c quorum tempore fuerat) re-
uersus ad propria, Prænestine ciuitatem Sedis suæ, spiritu
suo ad Deum euocato, v. Id Aug. glebâ sui corporis
honorauit anno Domini ^d MCXVII.

a Callistus II. *creatus est Pontifex anno 1119. 1. Febr. obiit 15 Decemb. 1124.*

b Honorius II. *Callisto successit, obiit 14. Febr. 1130.*

c *Iam anet Paschalii II. tempore in Syria fuerat. Sed & à Gelasio II. in Germaniam missus Conon, Colonia & Fridlaria concilia celebravit ut refert Baronius ad an. 1118. nn. 20.*

d *Non potest hoc anno obiisse, si sub Callisto & Honorio lega-*

VITA B. HELDEMARI EREMITAE.

CAPUT IX.

Reliquiae à Conone ad Aroasiam allatae.

Varia reliquia A-
quo A-
roasie.

¹⁷ **N**onas Maij anno à Christo nato 1112. ab urbe Româ allatae sunt in ecclesiam S. Trinitatis & S. Nicolai in Aroasiâ reliquiae beatorum Martyrum Sebastiani, Hippolyti, sociorumque eius. Quatuor coronatorum. Felicissimi. Agapiti. Cæciliae Virginis. Iulittæ. Item sepulcri Domini. Præsepij Domini. Manu Domini Paschalis Papæ II. & Domni Cononis Episcopi Cardinalis Prænestinæ ciuitatis, qui Legatus erat in Gallias, & postea in omnem Syriam, postquam rexisset monasterium Aroasiense.

CAPUT X.

Aliæ in Aroasiâ reliquiae.

- ^a **D**e sanctâ Cruce.
De sanctâ sponsiâ.
De petrâ caluarie loci.
S. Augustini Episcopi.
a. S. Monicæ.
S. Vedasti.
S. Ioannis Baptiste.
S. Ioannis Euangelistæ.
S. Andreae Apostoli.
S. Iacobi minoris.
S. Christophori.
b S. Ignatij.
S. Laurentij.
S. Antonij.
S. Gingulphi.
S. Calixti.
S. Victoris Martyris.
S. Agathæ.
S. Margaretæ.
c S. Castulæ.
S. Cordulæ.
d d & plurim aliorum, quorum nomina ignorantur.

a. Has reliquias tradunt VValterum Priorem Aroasiensem Ostia Aroasiæ datulisse anno 1162. Quod ad 4. Maij examinabitur.
b. S. Ignatij Antiocheni coetus duas istib[us] afferunt scribit Raisius. Et Halloix no[n] in vita S. Ignatij cap. 15.

c. Castullam vocat Raissius, sicutq[ue] fuisse à sodalibus S. Vi-
fulz.
d. S. Apollonia dentem, ut idem ait Raissius.

CAPUT XI.

Nomina & monasteriorum, quæ olim mona- a
sterio Aroasiensi fuere subiecta.

- ^{xviii.} **A** Bbas Aroasiæ caput sui Ordinis, & Pater gene-
ralis totius sui Ordinis, habet Ecclesiæ speciales
Ecclesiam de Hinniaco.
B. Mariæ de Boloniâ.
S. Crispini in caueâ Suectionensi.
S. Vlmari in Boloniâ.
De Scizonio.
De Bello-loco.
S. Ioannis de Chocques.
De Zinnebecâ.
De Eccoult in Brugis.
De VVarneston.
De Castriciis.
De Caftellione.
De Doudouillâ.
S. Ioannis in Valencenis.
De Vratislauâ in Poloniâ.
De Bethleem in Alemanniâ.
De Falempino.
B. Mariae de Atreo.
S. Patricij in Hiberniâ.
De Dulci-valle.
De Formezellâ.
S. Mariae de Nemore.
De S. Eligij fonte.
B. Nicolai de Tornaco.
De Caluaco.
S. Leodegarj Suectionensis.
De Mareolo.
De Claro-fageto.

a. Hac canonica accuratius exponit Mireaus, atque ex eo Pennot-
tus: sed duo omittunt, videlicet De Formezellâ & de Caluaco;
nam et si hoc nominet Mireaus, putat tamen idem esse cum monasterio
Fontis S. Eligij. De singulis occurret alibi agendi occasio, in variis
Sandorum, præfertim Belgarum, vitiis.

B. GODEFRIDVS CAPPENBERGENSIS,

EX COMITE CANONICVS ORD. PRAEMONSTRAT.

Commentatione historicâ illustratus

A IOANNE GAMANSIO SOCIE T. I E S V.

§. I. Natalis B. Godefridi.

AN. CH. I
MCXXVII.
XIII. IA-
NVAR.

B. Gode-
fridi nata-
lis 13. Ian.



Dv s, seu xiiii. diem Ianuarij tum vita
tum scriptores ceteri B. Godefrido natalem
statuunt; & in primis MS. Florarium SS.
ista habet hoc die: Godefridi Comitis
Camperbergenensis. Canisius in Marty-
rol. Germanico: In monasterio Elftad
beata memoria Godefridi Comitis Capenburgi. Ghinius
in Natalib. SS. Canonorum: Magdeburgi natalis B. Go-
defridi Comitis. errat in Magdeburgo; inde enim iam recesser-
rat, inq[ue] itinere Ilmstadij, sive Elftadij, mortuus, vt vita cap.
10. Nouissime Ioan. Chrysoformus vander Sterre Abbas S. Mi-
chaelis Antuerpiæ in Natalib. SS. ord. Premonstraten. In cœ-
nobio Ilmstadiano B. Godefridi ex Comite Cappenberg-
ensi Canonici ordinis Præmonstratenis. Itam in
Hagiologio & Sideribus. Cuius, & Serary annotationes nobis

ysui, in loco notaimus. Mosander, Harenus, Faſli Marianus, hoc
etiam die vitam compendio narrant.

2. Vnde perperam ab Ferrario in generali Catalogo SS. re-
fertur 7. Maij: In Germaniâ S. Gothfridi Comitis Cap-
penbergenis & monachi. Citat quidem Martyrolog. mo-
naſticum, sed eius auctor VVion nec verbo meminit; item Cani-
sium, Cratepolium, seu Mersaum: sed hic diem certum non po-
nit, ille vero solùm 13. Ian. Mireus in Fastis Belgicis de eodem
25. Nouembrib; non quod Godefrido, sed ipius coœvo, eiusdem
exempli, patriæ, religionis, Comiti B. Ludouico Arnsteinio
natalem adscribat, et si per lapsum amanuensis, qui 25. Nouem-
bris, accepit pro 25. Octobris, seu viii. Kalendas Nouembrib;, vero
natali B. Ludouicii Vander Sterre adiicit in Natalibus, 12. Feb.
Capenbergia susceptionem, & 16. Septemb. Depositionem Transla-
tio reliquiarum B. Godefridi; omittit vero celebriorem Translatio-
rem primam Ilmstadij factam 13. Ianuarij. De illis tamen extra
vitam cap. 12. num. 57. 58. 59. nemo aliis.

3. Ceterum

nō 7. Maij
aut 25.
Nouemb.

Sanctitas publico encomio celebata. 3 Ceterum iam undecimo post eius obitum anno, Christi 1138. VVernerus Monasteriensium Antistes publicis litteris, quas infra referemus, eum appellat felicis recordationis, & sanctae opinionis. Otto Episcopus, sanctae recordationis. Post verò vita scriptor pañim, item omnes superius citati, excepto Florario, Baronius tom. 12. anno 1126. Spondanus, Serarius, aliij cum sanctitatis praconio Beatum, aut beata memoriarum, Fasti Marianii Sanctum, appellant. Quibus accedit VVernerus Roleungius Carthusie Colonensis alumnus, scriptor eruditus & pius, quod tam Faſciculus temporum & alij sine nomine impressi libelli, quam inedita volumina testantur, quorum complura in M.S. insigni Bibliotheca eiusdem Carthusia visuntur. Hic de VVestphalorum laudibus l. 3. c. 8. sanctos viros, & reliquias VVestphalia recensens, addit: in Campenberch, cenobio ordinis Præmonstratensis, B. Godefridus Comes. Mersaus quoque in Catalogo SS. Germania: S. Godefridus Comes Cappenbergensis, vir iuxta mundum clarus, in militiâ strenuus, consilio prudens, verùm in timore Dei, & pietate non minus promptus & eximius. Claruit sub Henrico IV. Imperatore anno Domini 1124. Cum apud seculum esset clarissimus, & gloriam mundi vanam esse & caducam perpenderet, relictis omnibus, ipsum suum insigne ac permagnificum castrum in monasterium consecrari inuitis suis fecit. Ipse deinde monasticum habitum sub S. Norberto assumpit, & huius sancti viri consilium & vestigia sequi non erubuit, neque tæduxit. Factus est velut alter VVilhelmus ille Aquitanus Dux sub Carolo Magno. Hic Godefridus non sine sanctitatis opinione obiit. Vtrum sit relatus inter Sanctos, siue de eo facta sit apotheosis, ignoratur.

28. Maij

Canonico-Zarrio collata.

4 Mosander & Serarius aiunt, quod quidem sciant, in Sanctorum nondum relatum. Constat tamen certe allaboratum ab Archiepiscopo Moguntino iampridem, vt referretur. Vt inam sicut S. Norberti capta canonizatio, & ob publicos motus intermissa, per Abbatem Parcensem iuxta Louanium in Belgio, censurâ Molami excitatum, vt Mireaus in Chronico Præmonstrat. sit ad an. 1178. est refusata, ita simili zelo gloria Sanctorum ordinis & patriæ gentis, de integro procuretur Godefridi. Ast Cappenbergâ accepimus, in publicis precibus invocari olim & celebrari solitum fuisse: quod tamen intermissum pridem sit; nec quâ vtrumque auctoritate factum sit, sciri.

§. II. Vita.

Vita, scrip-**pta à co-****sanc-**

5 **V**ita B. Godefridi è M.S. partim & impressis, est triplex. Prima prolixa sati, & nisi omnia fallunt, pri- migenia. Auctor in prologo diuersis locis vel meruit periculum ingratitudinis, si Dei magnalia in B. Godefrido professionis sua filiis exhibita posteritati non commendentur; vel praecaut se suscepit à commendatione, nulli alteri eadem tractaturo præiudicatum velle; vel arguit inertiam communem in tam diuurno silentio rerum præclarè gestarum. Que omnia nihil sunt, alias ante si vitam conscripsit. Porro hanc Ilmstadio è M.S. superioris cœnobij Præmonstrat. primus reuocauit in lucem, vt Baroniūs predicit tom. 12. lucis ipse iubar Germaniae Ecclesiæ Nicolaus Serarius noster, adiectis pauculis notis. Ab eo accepta, vt in nouissimâ Surij editione, hic adseritur, sed aptius aliquando capitibus & paragraphis interpuncta.

Canonicō-Cappenbergi-

6 Scriptor huc usque est anonymus, tamen Ecclesiæ Cappenbergensis Canonicus, omnium & suo ipsius prefantis testimonio: De B. Godefrido Comite Cappenbergensis cenobij, hoc est, loci nostri, fundatore. Paria habet num. 12. 52. 54. & alii. Cappenbergâ tamen aut alibi locorum, vix cum B. Godefrido vixerit, quod gesta eius à se obseruata nulla narrat, quin adeò disertè præmitit: Conabimur ea quæ sub oculis Fratrum nostrorum acta vel dicta sunt, explanare. Et n. 25. Hæc senior noster, quæ assidue oculis suis intuitus est, veraci ac fideli mihi testimonio prosecutus est. Similia pañim nu. 26. 37. 39. 46. & alibi. Verum tamen post B. Godefridi tam Cappenbergâ, quam è vitâ discessum, ibidem esse versatum, ex Fratrum Godefrido familiarium eiusq; famulorum narratione crebrè citata, & aliunde, comprobatur nu. 12. & 46. Nobis adhuc ignorantibus eius transitum Cap-

penbergæ, cap. 11. num. 52. & alibi. Preterea ibidem adhuc Avct. 16. an. 1149. vixit in posteriori translatione B. Godefridi cap. 12. GAMANS. Voſius l. 2. de Historiis Latinis cap. 49. scribit circa Lotharij II. Imperatoris tempora clarius incerti nominis monachum Præmonstratensem, scriptorem vitæ æqualis sui Godefridi Comitis Cappenbergensis. Ast scriptor ipse num. 56. regnante Conrado, qui successor fuit Lotharij an. 1137. aut 1138. defuncti, factam esse primam translationem restatur an. 1148. quam postea vel cum ipsâ vitâ primum conscripsit, vel saltu adscriptis.

7 Idem porro pluribus locis, de se loquens solo, multitudinis numero vtitur; ac simul que Præmonstratensem toriq; Cappenbergensem familiâ communia, vt in proœcio metum communis imd præ-ingratitudinis, publica negligenter ac taciturnitatis culpam, sibi posito, cum auctoritate sumit expianda. Quod cum presides congregacionum ipsi facere iubent, illud plerumque præmonere soleant; videtur Cappenbergæ functus officio Præpositi. Quod etiam propè conuictus altum ubique silentium de nutu iussu maiorum, quo adactus hanc sit scriptionem aggressus; quod ferè nemo illius cui scriptorum, si in cœnobio sub alienâ degit disciplinâ, non præfari solet. Tum illa num. 59. Nos &c. huic nostro Joseph (Godefrido) votis assiduis dormum (Cappenbergense) delegemus gubernandam. Neque ex tempore Ot. temporis ratione alius fuit quam Otto eo nomine primus, ordine tone I. secundus isthinc Præpositus, qui anno 1125. vt infra dicetur, Cap- penbergam veniens, circa initia imperij Lotharij, dein ibidem ab anno 1135. Fratribus præfuit, postiore parte sub Conrado Rege usque ad annum 1155. quo mortuus vt infra. Ceterum huius eruditonem produnt multa ex sacris profanisq; litteris ad rerum splendorem, legentisq; oblectationem, scriptionem eleganter aspersa.

8 Huic vita appendicem addidimus ex vitâ S. Norberti cum Appendax. MS. tum per Ioan. Chrysostomum Abbatem post accuratam ex vitâ S. Norberti.

cum variis MSS. collationem editâ, capita duo, quæ totam conversionem B. Godefridi illustrant; ideoq; in MS. Ilmstadiano; quo usus Serarius, alterum saltu adiicitur, at fine vita illius citatione..

9 Altera vita M.S. est è superiore, vt prologi finis, ac reliquâ Alia vita narratione verborum ac periodorum consensus ostendit, compendiæ auctore B. dio quidem, sed accommodo, digesta, & præter rerum tempore Hermanno rumq; ordinem meliorem, etiam miraculo uno auctior. Scriptor de Are, ut se Canonicum Cappenbergensem innuit, cum Cappenbergam castrum Ecclesiæ nostram, eiusq; Comites nostros Comites appellar. Et forsitan alibi etiam Episcopus fuit, quod addat: Plures de Fratribus nostris extra nos in diuersis locis Episcopatus, Abbatias, Præposituras, Praelaturas, & dignitates alias sunt adepti. Vbi illud extra nos interpretatur nonnemo præter nos. Sed refragari ipse videtur, cum Episcopos ab Ecclesiâ nostrâ assumptos dicit. Non ille Cappenbergensem, aliamq; cuius erat professus, sed Ecclesiæ propriam, peculiari nexus sibi Episcopo deuinctam, nostram Ecclesiæ potius appellaret. Dein illud extra nos, non ad solos Episcopos, sed ceteros etiam minores Antistites ibidem extenditur; adeoq; magis probatur Præpositum Cappenbergæ fuisse, & quartum quidem ordinis B. Hermannum Comitem de Are, qui suscepit an. 1171. Præposituram moriens anno 1210. reliquit.

10 Dato etiam fuisse Episcopum; ast vbi, aut quis fuit? non VVernerus Monasteriensium XXI. vt aliquis suspicabatur, nero Moretus non fuit; quod nec ille Præmonstratensis, & iam anno 1152. nastericus, defunctus, quo successorem accepit Fridericum, teste Frisingensem in nullo modo attigerit tempora Episcopatus B. Isfridi, quem auctor inter alios citat Episcopum sibi aqualem vel superiore. Is enim B. Euermodo Raceburgensi Episcopo circa annum 1177. mortuo subrogatus est. Ita Mireaus in Chronico Præmonstrat. Helmoldus Annal. lib. 2. c. 26. Krantzus Metropol. I. 6. c. 40. & VVandalie lib. 5. cap. 42. Ex his emendandum in sup- nec aqua- plemento Surij Mosander, hanc ipsam vitam, mutato nonnihil li. stylo contractam, adserens, & afferens à contemporaneo B. Godefridi esse conscriptam.

11 Preter has duas, tertiam vitam MS. Latino versu, afferuat vander Sterre. Quartam & recentem Historia SS. Alia vita Præmonstratensem rhythmo Germanico conscripta inservit Christophorus Pilckmann, Abbas Steinfeldie domus Dei, & ordinis per VVestphaliam Bohemiamq; instaurator zelosus.

Aaaa 4 Quin-

AVOT. IO. Quintam denique dedit anno 1633. in Bibliothecā Premonstratenſi ſepti Ioannes Pagius Theologus Parifiensis, Premonſtratenſi Canonicus, & ordinis Syndicus. Ait eis ex primā MS. Serario, Moſandro, atq[ue] nonē tantum collectas, omittimus: quidquid tamen altunde inferunt, excerpimus;

§. III. Nomen.

12 **G**odefridus, Godfridus, Gotfridus, Gofridus, Gaufridus, Gaudefridus &c. idem nomen inflexione tantum diuersa, tum diuinam vel bonam pacem, tum hominem pacis eiusmodi studiosum significat; duciturq[ue] à Teutonico Frid, quod pax, barbaræ Fredum eft; cui propria ſunt Godefredus, Gothofredus, Gottofredus, Gaufredus &c. apud Lanouium in schediasmate de Cancellaria: item Manfredus, Fredegundis, Alfredus, &c. In legibus Ripuariorum 18. apud Hermannum Comitem Nuenarium, Fredum explicatur, composito, quā quis pacem à Principe impetrat. Laziū l. 3. de migrat. gent. ait: Vrede, pax; Frid hodie: inde Freda, multa pro pace violata.

13 **P**orrò nomen hoc iſto aeo, viris illistribus familiare fuit; Electori Treuirenſi, Comitibus Louaniensi Barbato eiusq[ue] filio; Namurensi, Arnsbergensi, alii, & nominatim Duci Bullonio, qui, cum noſter albus Godefridus adnolum adolescentis eſſet, in terram ſanctam mouit feliciter, ibiq[ue] deceſſit, cuius ſigillo in vitâ Venerab. Petri Eremita per D'Outremannum legitur incisū Codfridus, antiquâ orthographiâ, etiam Romanâ (vt Lips. de pronunt. ling. Lat. c. 13.) G in C aut K, non tam ob aliquam affinitatem, permutante, quam C ſeu K lenis & mollis, haclenius innominata littera, vſum veterem attenteſt: quem exquirat Disceptatione philologica de naturâ & viſu litterarum c. 7. Reuerendiss. & Prenob. Eccleſia Monaster. Decanus, Mindensis Canon. D. BERNARDVS A MALLINCKROTT, afferuit nuper, ac dilucide ostendit in Germanicis Gott, Deus, geben, dare, &c. velut Kott, Kebeſi pronuntiari ſolitus. In omnibus enim iſti eti G. ſcribatur, tamē Klene effertur; quā in re quotquot idiomatici noſtri cognitionem habent, ſiuſe ſuperiores illi Germani ſint, ſiuſe noſtrates, Belgæ ſue, ſuffragatores me habiturum confido. Ita ille, cuius eximiâ humanitate plura nobis, ad hanc de B. Godefrido concinnandam commen-tationem, ſuppeditata ſunt.

§. IV. Corſitatus.

14 **C**Ormis dignitate arcis diſtoniq[ue], Cappenbergica annexa Godefridum excelluisse, præter vite ſcriptores, ipſe Sueuorum Princeps in Cesaro conuentu cap. 7. magnificè reſtatur: & Rolevinkius in Laudibus VVestphalia lib. 1. cap. 1. inter VVestphalia Comitatus, domusq[ue] illiſtrea recenſet Cappenbergi. Erant autem iſhi Comites, quales bodien:um occurrunt, in rna prouincia plures, eiusdem tamen prouincia Comites paſſim omnes vocantur, eti portionem aliquam ſinguli, aut titulum dumtaxat obtineant. Ita prorsus Cappenbergensis in VVestphalia prouincia Comes Godefridus, vite c. 1. Comitatus agebat officium, & in vitâ MS. S. Norberti c. 31. dicitur Comes quidā VVestphaliae præpotentissimus. Eo ergo tēpore quando vniuersa VVestphalia in Epifcopatus à Carolo Magno conſtitutos, Ducatus, Comitatuſq[ue] diuidebatur, vt modū, complures etiam Comites certo terrarum diſtriictu in eadem VVestphalia dominatum excrebant, velut eriamnum haud pauci exercent, vel ſeorſim ſinguli, vel pluribus in vnum, vt terris, ita terrarum tūculis per acta varia pacta, concurrentibus. Imò toto hoc commentario vitaque B. Godefredi aliquot VVestphalia Comites nominantur, etiam hodie illiſtrea. Complures item apud Historicos proprij VVestphalia Saxonieq[ue] Duces; Magnus ex Bilingis, Godefrido adhuc puer, reliquā verò vita Lothariuſ Comites Suplinburgi & Arnsberge, tandem Imperator. His inferiori, illi par aut superior ad inferioris Lupia tractum Comes Cappenbergensis arce & Comitatuſu, vti aliā VVestphalia parte arc & ſtrips Arnsbergica eminebat, de quā cap. 4. &c. quod in ſtemmatis, quippe mortalium, affolit alternis fieri. Ideo vite S. Norberti cap. cii. titulus additur Godefrido Comitis VVestphaliae præpotentissimi; & ibidem Caſtrum Cappenbergiſ dominatum VVestphalia tenere, & quidem

totius, vt vita breuior habet; nimirum ampliorem pre reliquis, ac præcipue totā dieceſi Monasteriensis, in quā ſola Cappenbergia ad Comitatus, ac Scromberga ad vicecomitatus, ſive Burggraviatus ſacri Romani Imperij dignitatem euelta erat, vide §. 5.

15 Ad hec Serarius notat. 6. obſeruat vita S. Norberti c. 32.

Godefridum vocari Princepem: vtique cum quia inter primores & Principes, tum quia regia stirpe natus, opulentia, dominatio, Principes, pibus par erat aut maior, quemadmodum ibidem Comes Campania Theobaldus vocatur nobilissimus Franciæ Princeps. Et Godefridus ipſe formularum gnarus, vite c. 9. num. 42. ita Fridericum ſocerū Comitem Arnsbergium alloquitur: Princeps & vnuſ ex huius ſeculi primis ore vulgari nominaris.

16 Gentilitia quondam Cappenbergiſ Comitum arma fuere: ſcutum aureum in ſummo latum, modice lunato aut nullo ſafigio; ad imum cuneatus & pinnatum, vt ferè priſca Samnitum, & poſteriora veterum Nobilium. Medianam ſcuti regionem, Cappenbergiſ totius area partem implet fascia punicea, velut mili-tare cingulum: Apici inſidet aduersa rectaq[ue] galea, que ſepenis clathris diducta & illuſtrata, vti Marchionum ſolent; pluman-tibus coriñbis teu triftis, folia larga & reflexa exprimentibus, inecta; quibus miſcellaneo coloris punicei aurei, metalli iubare alternis effulgente exornatis, caſſis ipſa pone uiximq[ue], ac par-mula extima, pulchra diffuſione ambitur. Eadem Ducum ample ac libera ditionis priuilegio ita coronata eft, vt ex aurea circuli-ri bracteola, margaritis inecta, quatuor exſurgant aurea quer-cus frondes, totidem echini per aqua interualla prodeuntibus. Ab vertice caſſidis erigunt ſeſe, velut ad inferendum terrorem, genita cornua aurea, dorſis obuerſis ſcutario ſymbolo ſingula media obligante. Horum ſimiliu[m]q[ue], inſignium ritus expli-cat Lipsius lib. 3. de milit. Rom. & plenius Silueſter Petrasanta in Tesseris gentilit. cap. 26. Atque hac genuina inſignia hodie in Cappenbergiſ curia Monasterij VVestphalia, in coenobio ipſo ſepulchroq[ue] BB. Godefrii & Ottomis, depicta viſuntur, ſolo ſcu-to abſque galea. Eadem ipſorum Comitum heredes adm. R. D. Cappenbergiſ Prepoſitus, & RR. DD. Canoniconum conuentus, etiamnum retinent. Iſdem conſentiant, citra extimum orna-tum, inſignia Epifcopi Monasteriensis, atque vrbis ipſius, niſi quod hac criftis inornentur: Cathedralis verò Eccleſie imaginem S. Pauli vmbilico tenuis ſcuti fascia imminentem exhibent.

17 Elogia S. Norberti Icone 22. in ſcuto ovali (quod aliis quoque vſurpatum, haud ſcio an ex veteri rei tefſeraria nor-ma) fascia binas exhibent, ſcuti, coronidem vniōnibus perperam in ſummo ambitu conſertam, qua Comitum eft propria. Sera-rius noſter ſcutum argenteum dupli ciſinatam ſcifiā diſtinctum preſſa. ſculpi curauit; galeam quinque clathratam; inq[ue] apice brachia duo ſurſum elata, manibus protenſis, typis ſcutarii manicata, in-terq[ue] ea globulum galea inſidente ac pauoninā caudā faſiliatum.

§. V. Comitatus ſedes.

18 **C**Appenberga, princeps Comitum ſedes, in VVestphalia, dieceſis Monasteriensis, à Lunā ad Lupiam flumen ſito oppido millari fermē diſtat. Locus excelsus eft, inmu-nitus & amoenus; ait Serarius Notat. 2. Caſtrum per totam Cappenbergiſ VVestphalię opinatiſſimum; B. Hermannus de Scheidā ga in dieceſi Monasteriensis; vita numer. 23. poſitum loco ſpectabilis, ſi tuque admodum ſalubri & delectabili; numer. 5. qua-lem ſanè primos arcium conditores ruri elegiſſe conſtat, & ſcri-pis humaniſime litteris deſcribit BERNARDVS A MALLINCKROTT: Celebris, inquit, olim in Cappenbergiſ tractu venatio, quam loci genius adhuc ſuadet, ſaltu ſpatioso vndique coenobium ambiente, proſpectuque plaſa meridionali Marchia Comitatum versus, procul patente, in montes VVestphalicos, agros, pagos, oppida complura, Tremoniam, Camenam, Vnnam, Hammonem, Lunam &c. Ad ſaltus confinia, quā metropoli Monasterium reſpicit, adiacet planicies cōpascua duarum horarum longitudine, vulgo Die magibide; qua in Speculo Saxonico inter præcipua regalia banna, id eft diſtrictus terrarum ſiluarumque & venatorum campos, vulgo VVildbahn, refertur. Prætereà iſthic patria munimentum ſterile indicio eft tum appa-ri-ſus bellicus

Etymon
nominis
Godefri-
diſ

Fredum
quid, &
Freda.

Alij tunc
Godefri-
diſ

G littera
in C & K
mutata.

B. Gode-
fridus Co-
mes VVest-
phalia.

*& muni-
tos* bellicus Friderici Arnsbergensis obsidionem molientis, *in vitâ numer. 20.* tum situs excelsior antiquitus munimentis eligi solitus; cuius generis in Monasteriehi ditione raris montibus, iisque parum editis insellâ, alterum tertiumue reperio; Strombergam, olim Burgrauatum Imperij, & Horstmariam, quæ potens dynastia fuit. Quartum illis montanum castrum accenserit potest Huneburgum, *de quo §. 6.* Sub Magno Carolo Egbertus Saxoniæ cis Visurgim Comes habitauit in eadem præterlabentis Lupiæ orâ, seu, *vt* Visingus *in vitâ eius cō-
iugis S. Idæ* 4. Sept. apud Surium, in prouinciâ Dreni; quod non leni (etiam Francorum Annalibus usurpatum) adhuc obtinet tractus ille Monasteriensis Ecclesiæ, ad dexteram Lupiæ ripam à Cappenbergâ in finibus eius sita, oppidum Lupiam usque, olim Bructerorum sedes. Hertueldia, vico Lupiæ imminentia, basilica ab eodem Egberto Comite VVestphalia constructa fuit, vicinijs eius praedita, inq. eâ ipsi & uxori, isthac confidere solita, monumentum sepulchrale locatum. Houestadt adiacens Egberti curia fuisse creditur; & Eckelburg vicus cum arce, quasi Egberti Burgus. Neque Susatum amplius dimidiâ horâ abest, iam ab Dagoberti Regis & S. Cuniberti anno celebre.

19. Suparem Cappenberga antiquitatem prodit breuioris vita prologus: Temporibus B. Ludgeri primi Episcopi Monasteriensis & Caroli Magni Regis inhabitabatur sè per mons Cappenberg. Nec abhorret iam tum usque recensum inter Firmitates, seu loca prouincia firmiora, qua vii & ciuitates, prater domicilia ruri reliqua, (recensentur non pauca in Actis SS. Evvaldorum, Sviberti, Ludgeri, ac veterum donationum litteris) prouinciales Carolo ad Bocholdiam victori cessere, in quibus saltem ipsa Cappenberga est numeranda. Cuius etiamrum arcis antiquos possessores ab eiusdem Caroli sororis filiâ ortum traxisse tradit vita longior c. 13. Quin id temporis montem istum saltumq. à propriis VVestphalorum Regulis, aut VVidekindi Caroliæ Prefectis, habitatum, & a seculis frequenter raram situs, soliq. ultra flumen fertilissimi præstantiam, persuadet Francorum Dagoberti, Martelli, Pipini, Carolomanni, hac in Friesiam Saxoniamq. prioribus annis sepius iterata bellum ac pacis expeditio. Neque infrequens Carolo Magno istac, Rheno ad Lupiam traiecit, transitus, qui variis locis apud du Chese tom. I. Hislo. Francicæ astruitur. Annales ex MS. Tiliij: Anno DCCLXXX. fuit Synodus ad Duriam; & inde per actus, (id est, vias, ut Festus verbo actus. Varr. l. 4. de Ling. Lat. Aetus iter in agris, quod agendo teritur, ut via quâ vehementer) partibus Saxoniam ad Lippeham; & Saxones voluerunt resistere, in loco qui dicitur Bothslotz, & non potuerunt, sed fugientes reliquerunt omnes ciuitates eorum, & Franci apertâ viâ introéuntes in VVestfaelos, conquiserunt omnes. Alij Annales ex MS. Loiselij: An. 779. iter per actus est partibus Saxoniam ad Lippiahem. Transiit Rhenus fluuius, & Saxones voluerunt resistere in loco qui dicitur Bohhot, auxiliante Domino non prætulerunt, sed ab inde fugientes reliquerunt omnes firmitates eorum, & Francis aperta est via, & introéuntes in VVestfalaos conquiserunt eos omnes. Iterum Annales ex MS. Tiliij: An. 785. Dominus Rex transit ad Lippiahem & ingressus est Saxoniam, & misit filium suum contra VVestphalos. Eginhartus in Annal. de eadem expeditione ait: An. 784. cum exercitu in loco, qui Lippeheim vocatur, Rhenum traeci. Hic & alibi, ut posterioris loci varia est lectio Buoholz, Bouholtz, Bolhoz, Botolz, Bozols, Boucholt, ita quoque prioris, Lippia, Lippeam, Lippiam, Lippaham, Lippiaham, Lipiham, id est notio dialecto, ut Eginartus Lippeheim. Vtrumq. designat VVernerus de laud. VVestph. l. 2. c. 5. Anno 779. exercitu traducto in loco qui dicitur Lippekant prope VVesaliam, ex aduerso Saxones prope Bocholdiam castra posuerunt, volentes impidere Regem. Nimirum ut Roerort, Angerort, Iseloort, Rore, Angere, Isala fluuiorum, ora & extremum; ita Lupiæ Rheno se committentis ipsa crepidio & adiacens vtrumque ripa, Lipia angulus vel extremitas, seu Lippekant vernacula dicitur, ut alibi Mose tractus die Maeskant. Comes Nuenarius

Comment. de Galliæ Belg. inquit: VVesalia ad meenâ Lupia Rheno coniungitur. Hanc Caroli Magni temporibus Luppiemundam vocatam compiri, quemadmo- Avct.
fo. GA-
mans.

dum Angræmunda, & Ruræmunda quoque dicuntur, nam ostium hoc modo Germani soliti sunt appellare, velut fluminis effluentis os, fauces, labrum. *Prater ista Carolus, Rheno apud Lupia fines & fauces transmisso, nunc ad eiusdem & Padere fontes, per interiectum Cappenberga agrum pace belloq. progrederit; nunc Tremontia sedem regie domus vel annona collocat, vt to. 4. Theatri Vrbium dicitur; nunc Sieburgum vicinum expugnat, recuperat; nunc Heresburgi hibernat cum uxore ac filiabus, &c.*

20. Quod si eo iam aeo Cappenberga sterit, fit verisimile prius seculis aliquot, ante illa Frisorum Saxonumq. contra Francos diurna bella, initio castellum fuisse veterumue Burum, aut turrim, & stationem insignem prisorum Bructerorum, qui populi regionem Lupiæ Amisiacq. fluuis præcinetam obtinuerunt, ut clarum est ex Tacito Annal. I. Cluuerio in Germaniâ, quibus eadē regione post Chamaui & Angriuarij successere, Traiani Imp. aeo. Quod testatur & letatur Tacitus de Germanorum moribus: Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrabant: nunc Chamauos & Angriuarios immigrasse (in eorum sedes) narratur (primo anno principatus Traiani an. Christi 97, quo anno de Germaniâ istum librum conscripsit Tacitus) pulvis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio, seu prædæ dulcedidine, seu fauore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo quidem prælii inuidere. Super lxx. millia non Chamauis armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, dactum oblationi oculisque ceciderunt. Pralij locus incertus, videtur. vicinus tamen alicui presidio Romanorum, ut spectari potuerit. Qui tanta cladi superflüre de Bructeris, Rheni ripam Agrippina appositam in sedere, ut Cluuerius demonstrat Germ. l. 3. c. 13. ex Nazarij Panegyr. & Gregorius Turonensis l. 2. c. 9. de Arbogaste Theodosij Imperatoris Duce, inquit: Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum, (Agrippina Colonia, ut premissem) Bructeros ripæ proximos; pagum etiam quem Chamaui incolunt depopulatus est. Hinc conficitur, nec abs re, hisce Bructeris quia confines Chamaui, eos ab illo veteri Bructerorum excidio, Lupiam quoque transgressos, aliquam regionis partem, sue pagum in sedisse; à quibus hodierni oppidi Camene, seu Caemen, millari à Lupiæ distantis, velut altera ripâ equali spatio semoti montis aut burgi Chamauorum, Chamenburg & Chamenberg, nomen profluxerit. Primum integrâ voce permanit hactenus; alterum cum etate vniuersitate mutationem per varium lingua sermonisq. flexum subiit, ut Campenberch, & Capenburgum nonnullis, ut infrâ §. 9. Capenberg, & Capenberga visitatius appellantur. Neque litterula vñica extita & vsu variata magis obstat potest, quam plures & littera & syllaba alibi recisa obstat censeantur, quod minus veterem primamq. significationem retineant, ut Aliso, Elsen, Susatum, So est, Monasterium, Munster, & alia sexcenta. Porro quali gradatione à Sigâ & Sigambris (ut cruditi consentiunt, Iunius in Bataviâ, Cluuerius in Germ. l. 3. c. 8. 9.) deriuata sunt, Sigen & Sigena Comitatus Nassouij oppidum, Sigeburgum, seu Sicamburgum, ut vocat Karius in oblongâ Rheni Tab. ad Rore & Lenæ confluum; Sigeberga illustris ad amnem Sigam Abbatiâ, simili prorsus à Chamauis Caemen, Camenborg, Camenberg, seu Capenburgum, Capenberga sunt propagata. Itaque si prius Bructerorū nullus illi burgus aut statio, certe Chamauorum fuit posterior, omnino opportuna ad fluvium, ditionem eorum lambentem aut interlacentem; in siluâ omnem ferè prouinciam obtinente, in monte totius regionis ferè vñico excelsiorq. & medio, ipsam Camenam, & vltiora montium Sicambria, seu VVestphalia & Surlandie; pagum Tortmannorum, sic Tremontiam ut to. 4. Theatri Vrb. ceteraq. camporum & siluarum longissimo & latissimo ductu sub oculos subiiciente. Quem vita longior c. 1. indicat istu verbis, loco spectabili, & vita breuior initio: Capenberch à situs sui qualitate, mons speculationis interpretatur: quasi ex Gapen, & Kapen, quod accolit, etiam priscis, fuit spectare, & speculari, ferè otiosorum more. Placuit verò ista ad etymologiam, in vetustis plerumque incertam, virique scriptori alludere.

Auct.
Io. GA-
MANS.

§. VI. Familia.

21 Robati viri genus est virtus: tamen illa ut veniens è cor-
pore pulchro, ita & claro stemmate gravior est. Hoc decus
Godefrido vita scriptor cap. 13. tribuit: Antiqui possessores
Cappenbergenis castri, de Magni Caroli & VVidekindi
Regis progenie per Imezam, quæ Xanctis quiescit,
(quia, ut aiunt, sororis sua filiam Carolus, tamquam
pacis obsidem, VVidekindi filio dedit vxorem, & à cur-
ius posteris curtem VVifde obtinemus) descendisse
traduntur. Scio illustrium cunabula frequenter veterum Imper-
atorum, Regū, ac in primis in Saxonica Genealogia Carolinorum &
VVitikindiorū insignibus praetexi, ut iis nascētes familia fabulis,
teu fasciis, inuoluta, grandiores primo ortu appearant. Tamen eo
argumento, velut comparato ad vetustam nobilitatem subruen-
dam telo, passim magnificis natalibus pro libitu illudere, cum
prater incertum presumens metum, ratio illos nulla confutat,
hominis est, ut leuisimè dicam, rerum probabilium momenta
haud serid expendentis. Quare Imezam Caroli Magni ex sorore
neptis, et si hactenus parum ex scriptoribus nota, haud tamen
ided temerè explodenda; cum eius familia iam ab annis 500. pro-
prio nomine, maritiq; certo sepulchrali loco, certis posteriorum
fundis, ex longā temporum & maiorum attestatione cognitis,
confirmerut.

22 Pari argumentatione Bravverus vicitur Annal. Treui-
rensi. lib. 8. an. 809. non in Adā modò afferendā, sed & Offi-
ciā. Adam è tenebris iam anè Laziū Bruschiusq; eduxerant,
prolatā etiā sepulchri epigraphe, ADA ANCILLA CHRISTI,
SOROR CAROLI MAGNI: clarius verū tum idem Bravverus
in Annabib, tum in Maximiniani cenobij defensione eam Zil-
lesius vindicauit. Officiam, sive Efficiam ex MSS. Rutilien-
sum codicibus Bravverus eruit, quam monasterij olim Benedi-
citorum, post Carchusenium, Treuirs inter & Theodoniu-
villam, fundamenta ad fastigium produxit, ac in ora-
torio S. Stephani sepultam; ædemq; à Leone Papā B.
Xysto Papaz consecratam constans est & temporum se-
rie propagata traditio. Porrò Fauchetus in Antiquit. & Ma-
gistrat. Francia; & gemini Sammarthani in historiā Genealo-
gicā Francia to. 1. l. 3. c. 5. recensent Caroli Magni sorores
tres ex matre Berthā, Rothaidem, Adelheidem, tenellā
estate extinctas, Metiāq; sepultas; Giselam (alias Itisbergam)
Abbatissam, sancta conuersationis feminam, quam à morte ma-
tris velut alteram matrem coluit idem frater Carolus, ut ad
illius vitam 21. Maij dicetur, & tradit idem Bruschius in mo-
nastry Campidonā, vbi plures adiungit eiusdem Berthā ex
Pipino filius, Adam ancillam Christi, Bertham Rolandi stre-
nuū Duci matrem, Symphorianam Amerti Duci coniugem,
illustri prole fecundam. Has omnes afferit Laziū de migrat.
Gent. l. 3. in catalogo Carolingorum, (praeter Adelheidem,
cuīs non meminit) Regis Pipini, qui Magno Carolo parens fuit,
esse filias ex alterā vxore Leurburgi, quam, non quidem harum
parentem, legitimam tamen Pipini vxorem agnoscit Bruschius,
& Leutburgim, vel Talatinam vocat, feminam Saxoniam.
Ait ambo hallucinantur, cum prima & vniua fuerit vxor
Pipino Bertha, marito an. 768. 24. Septemb. defuncto, ad mensem
Iulium an. 783. superflue. Fauchetus & Sammarthani filias illas
ex concubinā suscepimus volunt, si tamen vere Pipini filia fue-
runt. At fuisse, duas saltem illas à Brovvero in lucem assertas,
haudquaquam ambigo. Pro Symphorianā item, & Berthā,
stāt sui singulis liberi posteriāq; nō improbat à Genealogia etiam
præstantibus. Amba vero illa innupte, cum primis tribus ex Ber-
thā, Mosellam, inter Metim ac Treuiros, viua domiciliis, mortue
sepulchris illustrarunt, atque ad eius Rheniq; marginem certos
à parente Carolo fundos possederant. Ecclesiis diuersis postmo-
dum consignatos. Harum quoque neptis ex Ludouico Pio, B.
Ritzæ, item scriptoribus incognite, ad Confluentiam domos ac
fundos extitisse testantur Ecclesia S. Castoris monumenta, vbi
sepulta miraculis & cultu piorum claret. Proinde has omnes
eo tantum argumento, quod ab Historicis, solos ferè filios recen-
sentibus, omitantur, natalium sedibus, fundis, tumulis, codi-
cillis exturbare, iniquum est, ne dicam sacrilegum. Et cum filia
Regum Francorum, vel suo vel parentum genio ductuāq; ad Rhe-

ni & Moselle Ripuariam precipue degerint, minus videri mirum
debet Imezam nupci traditam ultra Rhenum, iuxtaq; eum
Xanctis esse sepultam.

23 Ceterum eadem Imezam num iam dictarum aliquā Ca-
roli sororum, an alia consanguineā vel etiam affini tantum, que Imezam ha-
sororio nomine sepius honorantur, orta sit, non liquet. Referunt rum ali-
Sammarrthani genealogia Hugonis Capeti scriptorem (Pon-
caiu, aut
um, vt arbitror, Thiardeum, scriptis clarum, Cabilonensem fratris Episcopum) tradere, Bertam Carolumannii Suescionum &
Germania Regū filiam, à patruo Carolo Magno, Regi aut Ducis
Saxonum VVidekindo post initam concordiam, fidemq; Christi
susceptam, in coniugium datam. Id tamen à me alibi necdum
obseruatum; nec illus filia Carolumannii, sed tantum filiorum,
vt historici solent, meminit: eosq; vna cum Bertā matre, Veronā
captiā, in Franciam deductos adbuc adolescentulos ait Paulus
Aemilius in Carolo Magno. Nec multò grandiores obiisse, videatur
probare reliqua etiā in historicis silentium. Nihil alioquin ob-
stat Bertha & Imezam nonūnum diuersitas, cum ea in Genealo-
gia vix estimetur, si rcrum sit confessio; que aliqua apparet,
ed quid vetus sit & frequens vxorem fratris ab altero fratre fo-
rōrem dici.

24 Siue ergo Bertha fuerit Caroli fratria, sive Imezam so-
roris filia; eam ipse magno & seniori, post sancto, VVidekindo,
pacis tantum obsidem, sed vxorem eius filio, vt etate iuuenili sup-
nupes
parem, dedit. Ait viri filiorum & an VVigberto natu maiori ac
heredi in VVestphalia: an VVidekindo iuniori, domino ditio-
nis Salā inter & Albim, vt volūt Genealogi, Lazius, Crantzius,
Entius, Bertrū in Germ. l. 2. c. 11^o. De primo suader Cappenbergia,
VVestphalia pars, & ab illius patrimonio ampliore post
decisa. Verū vtrique sua coniux apud eosdem: VVigberto fi-
lia Rabbodi Regis Frisiorum Sinicilla, vel Smicilla; VVidi-
kindo Nilada, vel Inlada, sūq; ex illis liberi. Forte bello Sa-
xonico, cuius dux ferè & auctor VVidekindus, dubio procul era-
te iam maturus ac præstans robore, post annos plures composito,
alterutrius filij vxor obierat, vt secundam duceret Imezam.
Vtrū sit, illud coniugium confirmat, quod circa idem tempus, eo-
dem Lupia tractu, vir potens & illustris Egbertus Comes Ca-
rolo Magno gratissimus, eosq; fauente & agente, ex ipsa Gallia
Comitis summo loco nati filiam regali indole vxorem S.
Idam accepit, & cum eā VVestphalia ab eodem Carolo prefe-
ctus ad Lupiam considerit, vt 4. Septemb. dicemus. Quidnq;
& Carolus neptem suam potentissimo Angaria ac VVestphalia
Duci nuptrum dederit; præsertim cum Dicum istorum ac popu-
lariū animis in pacem Christiāq; fidem incertis & asperis, sua-
ad pacem
uiter Deo ac Francorum genti adiungendis, nihil fuerit opportu-
nus partibusq; federatis iucundius?

25 Hinc primi Cappenbergae possessores nati; & non vna
tantum sobole serieq;: cum infra Otto Episcopus Monasteriensis, Herman-
Comes de Bentheim, dicat se de Cappenbergensem Comi-
nus annus
tum consanguinitatis lineā descendere, eosq; consanguini-
B. Gode-
neos nostros appetit. Vita quoque Scriptor ait: Quorum fridi.
hodieque in multis excellens claret magnanimitas.
Vnum hinc Hermannum Comitem, vna cum deuotissimā
eius coniuge Gerberge de Huneburg, Dei culto-
rem præcipuum necessario inducimus. Vnus hic ex multis,
probis in paucis, miraculis clarus in viuis Hermannus, annus B.
Godefridi, de quo in vītā cap. 1.

26 Ania paterna fuit Gerbergis de Huneburg. Littera Ludo-
vici Pij apud Crucif. in Annal. Suevicis p. 2. l. 1. cap. 12. & in
Vindiciis Eccles. VVirtenberge, testantur arcem Hunebur-
gum, altero ab Halā Suevorū milliari, eiusdem Imperatoris Gerbergis
iussu destrūtam, in fabricam ecclesiæ cenobij Murrhartensis ab
ipso fundati cefisse, interq; ceteras res donatos xxx. ministros.
& p̄st: Nomina autem ministrorum ex arce Hun-
neburgo. deinde: Necnon alios strenuos Equites eius arcis
Diethanum, VValdmarum, Tilum, & VVidekindum.
Ex isti ministerialibus vel Equitibus, nobilitatis gradu præstan-
tioribus, an ex Comitibus de Honburg & Hohenburg in
eisdem Vindiciis & Metropoli Hundij, & alibi celebratis, Ger-
bergis orta sit, incertum. Secundum probabilius videri potest, ex
confirmatione fundationis monasterij Alpirsbacensi ord. S. Be-
nedicti facta per Henricum V. Argentine an. 1123. vbi inter
complures Comites medius adducitur Folmarus Comes de
Huneburg.

Imezam
Caroli
Magni so-
roris filia.

Plures
Caroli so-
roris.

Huneburg, qui Gerberge nostrâ etate aliquantò posterior, B. Godefridi equalis fuit. Reliqui certè, qui in eodem diplonate testes adhibentur, Alsatia vicinarumq; ditionum Comites Duceq; ut coniuncti queat, & Folmarum, & Gerbergim ex eodem tractu oriundos fuisse.

*anporius
VVestphalia.
la.*

27 At propius ex ipsâ VWestphaliâ Hermanno adduci coniux Huneburgica potuit. Nam (ut suis nos litteris docuit sapis laudatus BERNARDVS A MALLINCKROTT. V. Cl.) haud procul Horstmaria, in codé mōtium seu collium tractu, quo arx illa Monasteriensis Episcopi sita est, in parochiâ Laer, celebri à primitiis fidei Christiana (ibi per SS. Evvaldos cum miraculo plantata, teste VVernerero Roleinck eiusdem loci ciue de VWestphalia laudibus l. 2. c. 1. & l. 3. c. 8. alijsq;) visuntur etiamnum expressissima vestigia destricti castri Huneborg, pro istius seculi more triplici gyrato murorum ambitu quōdam muniti; quod ex parte dominum agnoscit sororium meum Gasparem Valken, dominum in Rokel & Laer: isque locus hodie & multis retro annis est fagis obsitus. Nec dubito illic antiquitus familiam de Huneburg sedes habuisse, & cognomen traxisse. Vulgus nostrum opinatur ab Hunnis aliquando isthic confidentibus appellationem mansisse: (*idem & in Huneburgo Suevia refert Crucis.*) Comites an Barones fuerint, & quæ occasio destructionis, dicere non habeo. Nec fuit priscis temporibus tam accurata distinzione, quin sèpè idem hoc loco Comites, alio Domini vel dynastæ appellentur. Quia tamen in diœcesi totâ Monasteriensi, præter Cappenbergenses Comites & Strombergæ Burggrauios, nullos alios reperio; (fortè tamen erunt Bentheimij, pro vsu ciuius temporis ex parte inter Comites referendi: inferior enim Comitatus Vlraetino Episcopo in spiritualibus fuit subditus) & Vechtenses, Ahufenenses, Horstmarientes, Lonenses, Ottenstainenses, Gemenses, non nisi titulum Domini vsurparunt; putarim etiam ad eamdem classem Huneburgicos pertinere.

*Pater,
patruis,
mater,
uxor,
frater,
foros
germanas,
uterina.*

28 Hermanno porrò ac Gerbergi tres nati filii: priores duo intercepti insidiis ac trucidati sunt, ut c. 13. Eorum alter Otto fuerit, parens Gerbergis Abbatissa sanctissima, de quâ cap. 2. At Godefridus horum frater, deinde vxorem duxit Beaticem de Sueviâ, quæ Beatum nostrum ei peperit. Mater verò Beaticis, aia Godefridi, Comitissa de Hohenloe iuxta Sueviâ, soror fuit aia Friderici II. Suevia Ducis. Vide infra cap. 13. num. 61. Beato denique ipsi Godefrido nupta nobilissima domus Arnsbergensis filia. Adeò ut mirum non sit eum cum fratre tum Henrico Cesari, tum Friderico Suevia Duci, utriusque ex regia Francorum & Suevorum stirpe oriundo, alijsq; antiquitate ac dignitate præstantissimis familias, per matrem, vxoremq; agnatum censeri; & ab Egberto Episcopo infra virum nobilissimum ex terrâ nostrâ, seu VWestphaliâ, vocari.

29 Genealogiam verò, est imperfectam, locupletius tamen exhibet antiquum Capenbergæ MS. Carolus Magnus sororis suæ filiam, Imezam nomine, VVidekindi Regis filio, uti pacis obsidem, in matrimonium dedisse scribitur: ex his (post plures generationes) nascitur Hermannus primus, Comes in Capenberg, Fundatorum auus, qui duxit Gerbergem ex nobilissimâ familiâ Huneborg, sive Humberg, ex quâ dictus Comes Hermannus suscepit tres filios, quorū natu minimus Godefridus dictus, Godefridi Fundatoris pater, duo maiores, quorum nomina non constant, ab Eckerico occisi sunt in siluâ Greuerlo. De quibus superstes Godefridus vxorem duxit ex Sueviâ, nomine Beaticem, ex quâ genuit Godefridum & Ottomem filios, item filias duas, Beaticem & Gerbergem; illa h̄c in cœnobio Virginum sacro velamine suscepto vixit & mortua fuit: hæc claram abducta nupsit nobili cuidam VVernerero de Erperode. Porrò defuncto Godefrido B. Godefridi patre, vidua nupsit Henrico Comiti de Rierbeck, fratri Comitis Friderici in Arnsberg. Ex hac Comes Henricus suscepit vnicam filiam, nomine Eleicam, quæ postea matrimonio iuncta Engelmaro Comiti de Oldenborg, peperit Henricum, Christianum, & Ottomem fratres, & Eleicam matrem Si-

monis Comitis in Teckeburg. Godefridus autem monasterij Capenbergensis fundator duxit filiam Friderici Io. GA- Comitis in Arnsberg, nomine Iuttam, ex quâ nullam MANS. prolem suscepit. Otto autem in celibatu ordinem ingressus fuit.

S. VII. Aetas.

30 **H**anc vita explanatè docet cap. 11. Idibus Ianuarij Moritur B. Godefridus an. 1127. 13. migravit ad Christū anno Dominicæ Incarnationis MCXXVI. atatis autē ferme sua xxx. Consentit minor vita, atque Anselmus Gemblac. in auctario ad Siegerunt. Verū annus ille accipendus est veteri Galicana Ecclesia ritu annum à Paschate ordinentis; qui calculus Monasterij & Capenbergae ad an. 1310. vigunt, quo demum abrogatus in Synodo Coloniensi sub Henrico Archiepiscopo, ut in S. Engelberti vita tradit Gelenius. Non ergo iuxta modernam Romanamq; cram, anno 1126. vt Baronius tom. 12. Mudzardus Histor. Eccles. Belgicae to. 2. Vander Sterre in vita S. Norberti Belgice scriptâ lib. 3. cap. 1. sed anno 1127. diem suum obiit B. Godefridus.

31. Cum enim ante mortem Capenbergæ cum fratre Premonstratensium sit missus, ut dicitur cap. 10. num. 48. ac post annum viijsset S. reuocatus ad Norbertum iam Archiepiscopum, nu. 49; inchoato an. 1126. 13. Ianu. obiisse non potuit; quidam anni istius aestate pri- Archiepiscopum. vita contextus docebit, & ipsa narratio mortis, qua illi obuenit an. 1134. feria 4. Pentecostes, vñ 1111. Idus Junij, seu, ut inscriptio sepulchralis habet, anno eodem 6. Junij: & consentiunt Anselmus Gemblacensis, Vrspergens. Trithem. in Chronico Hirsaug. Baronius to. 12. Ex quo necessum est, ut Norberto electo, sub autumni finem, ante natalem Domini adfuerit; atque inde Patris accepta benedictione, Ilmstadium declinans, ibidem anni sequenti 1127. die 13. deceperit. Quia si à tempore obitus S. Norberti anni precedentes usque ad annum 1126. relegantur, octo plane anni minus uno mense conficiuntur, quibus praesul Archiepiscopus, eorumq; primus erit annus id est 1126. quo, ut ex vita relata mortis dies sexta Junij indicat, eodem mense, aut sequente ineunte ante annos octo electus, ac xv. Kalend. Augus. seu 18. Iulij, vt Biblioth. Premonstr. tradit lib. 2. c. 32. die Dominicâ, deductus est in Cathedram Archiepiscopalem. Que in vita cap. 41. satis probantur seruenti studio Canonorum Magdeburgensis Capituli, Spira in comitiis coram Rege Lothario ac Principibus de tribus sibi propositis S. Norbertum in vestigio eligentium. Non potuit, inquit scriptor, se homo debilis defendere, non licuit ei cogitare, nec cogitando quicquam de se ordinare: sed quam citè raptus est, à Rege fuit laudatus, & ab omnibus astantibus approbatus, ab ipso etiam Romanæ Ecclesiæ Legato confirmatus. Deducitur homo onus graue agrauatum secum portans, deducitur ad locum quem non nouera: trahitur, inquam, &c. Itaque eligen- tium seruorem, mox abducentium ardor exceptit. Ita euolenti patet, perperam in Biblioth. Premonstr. S. Norberto Archiepisco po tribui annos octo minus uno mense, ac una statu annum mortu 1134. 6. Junij, & ingressus in Archiepiscopatum an. 1127. Inter enim utrumque terminum medij sunt tantum anni septem uno mense minus, cum octoni esse deberent uno mense minus, vel ultimus saeculum annorum imperfectus, vt vult Baron. to. 12.

32 Neque illi octo annis adiici debent menses aliquot, vt non 1125. vult auctor vita Belgica S. Norberti lib. 3. c. 1. quod in Candidâ militiâ se fusiis ait probaturum. In vita enim & MS. & im- pressâ vbiique octonis tantum annis ipsius Archiepiscopatus defi- nitur, nullâ mensum accessione qui ad septenos aut vndenos ex- curreret facile, si Norberti mors octauo anno Episcopatus finito, vel mox finiendo, in sextum Junij incidit manifesto vita testimoni- o: adeò ut etiam nouem annos uno mense minus, neque octo tantum Archiepiscopus dici debuerit vixisse. Dein ratio petita ex vita B. Godefridi morientis anno 1126. 13. Ian. & ante mor- tem accidentis Norbertum iam Archiepiscopum, infirma est: quod ille annus, cui istius Ecclesiæ compatu, eodem modo expli- cari debeat, & ita explicatus distincto ordine initia Archiepisco- patus, finemq; reddat. Denique an. 1125. quo electum refert ci- tata vita, & Historia Eccles. Mudzardi to. 2. & Elogia S. Norberti icon 25. cuiusq; causâ illos aliquot posteriores illius anni menses adiicere oportet, Norbertus in VWestphaliâ Capen- berge,

Auct. Io. berge, & ad Rhenum & alibi versatus est. Inde Premonstratum GAMANS. veniens, Ratisbonam Romamq; eodem anno abiit, eoz exente reuersus, dein Spiram proficiuntur anno 1126. & Archiepiscopus eligitur. Adstipulantur ex cenobio Steingadensi ord. Prem. in Bauaria Tabule gestorum S. Norberti compendiaria apud Seruatum Lairuetz in Opticā regular. Speculo CXI. Anno deinceps 1126. in Archiepiscopatum Parthenopolitana, alias Magdeburgensis, Ecclesiarum electus est Spirae. Item Dodechinus Marianus Chronicon ad ann. 1200. continuans: Anno 1126. Arnoldus Spirensis Episcopus obiit, pro quo Sigefridus constituitur. Norbertus vir religiosus Ecclesiæ apud VVormatianum præficitur. Vbi electionis locum variat, urbemq; cuius Ecclesia prefectus, resterit: sed hanc Magdeburgum, illum Spiram fuisse, ex ceterorum consensu liquet. Neque isto tempore VVormatia vel Cathedra vacabat, teste Bruschio to. 1. de Germ. Episc. & Eisingreimio in Episc. Spirens. vel aliquis erat, aut alia fuit Norbertus. Patet ex catalogis Episcoporum VVormatian. apud Bruschium, Democharem, Cl. Robertum, Menseum, Bertium, Eisingrein. At si apud Dodechinum posseima prioribus, iuxta rei gestæ seriem, præponantur, istud etiam clarior eluceret: Arnoldus Magdeburgensis Episcopus occiditur. Norbertus vir religiosus Ecclesiæ, apud VVormatianum præficitur. Ista confirmat Trithemius in Hirsaug. an. 1127. Mortuo Archiepiscopo præfato Rotchero, & Arnoldo qui Episcopatum inuaferat à cunctis interfecto; clerici ad Imperatorem nuntios mittentes, Episcopum sibi dari petunt. Casu Norbertus isthic adfuit. Crantz in Metrop. l. 6. c. 12. Magdeburgensis Ecclesia ad initium regni Lotharii tumultuabatur super Episcopis; tres enim de eius Pontificatu contenderunt. Horum itaque unus Arnoldus, & idem à Dodechino dictus Episcopus, eti catalogus Magdeburgensis eum non recenset apud Crantzum & alios. Presuit nihilominus Ecclesia Merseburgensi, ut testatur Albertus Stadensis, & vna in anno electionis S. Norberti confessit. Anno MCXXVI. Arnoldus Merseburgensis Episcopus occiditur. Rotchero successit Norbertus in Sedem Magdeburgensem. & Compilatio Historica to. 1. Pistorij Scriptorum Germania: An. Domini 1126. Norbertus Archiepiscopus in Magdeborch claruit.

Natiuitas B. Godefridi anno 1097. nec 1127. aut 1128. Arque hinc refelluntur ceteri, qui inuenient Archiepiscopatum eius referunt vel ad an. millesimum centesimum vigesimum septimum, vt Robertus Sigiberti continuator, Baronius tom. 12. vel an. 1128. vt Trithemius in Hirsaug. Mireus in Premonstr. Chronic. Post hac tandem Godefridus Premonstrato euocatus, ad Archiepiscopum Norberterum an. 1126. accedit in autumno; & cum benedictione dimisus, Ilmstadij decedit an. 1127. 13. Ianuar. ut etiam in Chronicis Belgico Mireus annotat: Godefridus Capenbergensis in VWestphaliæ olim Comes &c. in Domino obdormit.

34. Eo nunc fatali anno stabilito, in promptu est natalis designatio. Si enim anno 1127. 13. Ianu. annos ferme 30. natus moritur, ergo an. Christi 1097. nascitur moriturus.

§. VIII. Conuersio.

Conuersio cœpta an. 1121. 35. Exempli prius quam sermonibus Norberti (& verò illud efficacius est) prouocatus ad studium eximia pietatis est Godefridus. Num ante inter eos notitia intercesserit, sive ex conuictu in Aulâ Cesariæ, sive quod non longè à Sanctis Cluie oppido (vbi Prepositus fuerat Norbertus, & ipse illustri in eodem traxi familiâ ortus) aberat Capenberga; & habebat Godefridus ad VWestphaliæ Sanctos propè amplas possessiones; non habeo pronuntiare. Vnum constat ex Norberti vitâ, famâ cerebellim ac celeberrimè ob insignia tanti hominis percurrente, compunctum esse paupertatis spiritu Comitem quemdam VWestphaliæ præpotentissimum, Godefridum nomine, qui accessit ad eum eò quod de eo multa audisset. Audierat verò tum fortassis admirandam eius conuersionem, tum que gesserat Colonia, cum istibuc anno 1121. Septembri mense profectus, ut reliquias nouo quod meditabatur Premonstrati templo obtineret, ut in historiâ Inventionis S. Gerzonii, apud Surium 24. Nouemb. commemorat, qui adfuit, Rudolphus Abbas. Ibi, vt in ipsiusmet vitâ Norberti cap. 22. dicitur, libentiū in sermone & confessione audiebatur,

quod ipsum prius iuuenem nouerant, & modò mirabiliter immutatum videbant: & quia populorum consuetudo nouitatis imitatrix esse solet, multi ad verbum & exhortationem ipsius tam laici quam Clerici concurrentes, imitatores paupertatis Christi effecti, ipsum secuti sunt. Triginta secum Premonstratum duxit. An eum tunc conuenerit Godefridus non statu. Iacta in eius animo tum semina videntur, qua deinceps in vberimos fructus adoleuerant. Et caput vel inde fortassis coniugis frarrisq; haud perinde subird expugnari faciles, paullatim animos sollicitare.

36. Seriò tandem absolutoq; anno 1122. Deo se, illoq; ac bona mancipauit; quo, vt brevioris vita prologus haberet, calrum Cappenberg fit domus religionis. Qui tum adesse potuerit ^{Perfecta} Norbertus, perspicet qui vitam illius legerit. Coloniâ Premonstratum reuersus an 1121. ipsa die natalis Domini regulam S. Capenber-Augustini cum suis professus est, vt cap. 23. refertur. Deim Chri-^{an. 1122.} gâ. sti crucifixi apparitione templi edificandi loco designato cap. 26. fundamentum effossum per Episcopum Laudunensem consecra-^{oblatis Deo} tum cap. 27. Tum exiuit denique ad prædicandum, exiuit iterum seminarie semen non suum, sed Dominicum; relictis qui præfessi cœpto operi, relictis qui præfessi reliquis omnibus, cap. 28. ac visitatâ ex itinere, vt reor, Floreffe, monasterio inchoato 25. Ianuarij, eiusdem anni 1121. sive, ut nunc innatus calculum, 1122. ad Mose Rheniq; tractum iterum perrexit: patet ex cap. 2. vita Godefridi nu. 9. vbi hac habentur: Apparuit in VWestphaliæ sub ipso ferè tempore eximium quoddam iubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco Norbertus. Eius crebri adhortationibus cœfuit Otto Godefridi frater. Vxori quoque, ne diuino Spiritui vltra repugnaret, ipse tandem persuasit Godefridus: qui 31. Maij, anno etatis sua 26. Christi 1122. Capenbergam Deo in Premonstratenis familia domicilium obtulit. Adstipulantur Mersus in catalogo, & Mireus in Chronicis Premonstratenis & Belgico, certaq; traditio Ecclesiæ Capenbergensis, atque antiqui numerales versus, quos, vt alia cōplura, ad laudem sui sancti fundatoris humanissime Canonici Capenbergensis nobis submisere: reLLigione nñtet Dignè norbertVs aVItâ: CappenberglaCI Christo fit Copla CastrI.

37. Auctor Bibliotheca Premonstratenis id anno 1123. sa-
cramentum scribit tum in B. Godefridi, tum in S. Norberti vitâ, ci-
tarq; Chronicon, quod Cappenbergense, alibi VWestphalia ap-
pellat: sed qua ex eo deponit, sumpta sunt ex vitâ B. Godefridi,
ab ipso anni adiunctione interpolata: Apparuit, inquit, in
VWestphaliæ circa hæc tempora, anno scilicet Domini
1123. eximium quoddam iubar Ecclesiæ, memorabilis
ille Dei præco Norbertus. Hinc verò illi sic sentiendi occasio,
quod cùm IV. Kalend. Maij, aut, vt in titulo capituli decimi
octauo habet, quarto die Maij, consecrationem ecclesia Pre-
monstratenis anno 1122. contigit exsistere, non videatur
Norbertus, qui interfuit, abire postea in VWestphaliæ potuisse,
ibiq; Godefridum conuenire, ac fratrem eius diu reluctan-
tem ad religiosam vitam inducere, & tandem 31. Maij iñscum
omnia sua Deo offerentibus adesse: quare id in annum sequentem
transfult. Ast illam ecclesia Premonstratenis dedicationem
mensi Maio pramatè nimis adscribit. Norbertus enim Coloniâ ^{Dedicatio} ecclœ
reversus, ac professione in Natiuitate Domini 1121. nuncupata, ^{ecclœ} Premon-
strati tandem templum moliri, de quo eadem Bibliotheca & ipsa strati.
Sancti vita cap. 27. Creuit celerrimè ædificium, & sub
tempore nouem mensium perfectum & consumma-
tum est, & à supradicto Episcopo Laudunensi consecra-
tum. Cum ergo non prius quam Ianuario aut Februario mense
cepimus sit, quomodo inde ad proximum Maium nouem inter-
cesserint menses? Verisimilius est, Octobri aut Nouembri mense
absolutum dedicatumq;. Etenim & cùm ipso dedicationis die,
per affluentis populi impetum motum esset altare maius, &
lapis dissolutus, neque proinde sacris idoneus, iterando conse-
crationi in Octauis B. Martini diem secretò cum Episco-
po instituit Norbertus. Haud ergo pridem antè prior illa facta
consecratio erat: neque enim templi ita celeriter extrulsi &
consecrati vsus diu exoptatus, tanto interuallo, à Maio in Nouem-
brem, differretur.

38. In die verò Assumptionis beatissimæ Virginis Mariae, vt scribit auctor vite cap. 4. num. 23. quæ summa nobis

Dedica- nobis est solennitas, huius loci ambitus ab Antistite est
Capenber- consecratus; eodem ipso anno, vt Mersenus & Mireus scribunt,
ga à Theo- traduntq; Capenbergenses. Antistes autem ille Theodoricus
dorico Epi- de VVInzenburgh fuit, qui alius Henricus. Is olim legitimè
scopos electus, sed ab Henrico IV. schismatiko Cesare Burchardum in-
trudente exturbatus, & ab Henrico V. iterum, Burchardo tan-
dem, dum Constantinopolim ab Imperatore mittitur Legatus, in itinere extincto, vel prioris electionis auctoritate, vel nouâ
Capituli suffragatione restitutus est, anno (vt plerique conser-
tunt) 1121. ciuum contumaciam grauibus malis perdomita à Lu-
dero Saxone, aliq; Principibus; arma fortissimis etiam iungente

B. Godefrido, cuius virtutem bellicam & cum ipsis Monasterien-
sis simulatae vita auctor memorat. Tradunt hac Vrspergenis,
Gobelinus, Crantzius, Mersenus, aliq;, & nonnulli quidem
satis intricatae. In eâ Theodorici restitutione, fortuito incendio
Ecclesia cathedralis parq; urbis maxima conflagravit. Quare
ipse, vt Crantzius scribit, reparacioni structurarum, & re-
formationi morum plurimum necessariae instituit, per-
fecitq; ad bonum modum, priusquam finem viuendi
faceret; quem fecit anno 1127. Episcopus pluribus fatali.

id est, 39 Qui verd ab Antistite consecratus dicitur loci ambitus,
claustrum is claustrum solum cum sacello quodam B. Virgini dicato com-
cum sa- pletitur. Ecclesia enim post edificata est, reliqua iam arce ad re-
cillo. ligiosum conuentum aptatâ celebraturq; eius dedicatio X. Se-
ptembrib; Eodem prorsus anno modoq;, Floreffe initio cœnobij
Norbertus ecclesiam paruam cum dormitorio, seu ambitu clau-
stroq;, dormitorii fere substrui solito, edificauit.

Quando 40 Godefridus paullò post cū fratre, vt in vita c. 2.n.9. dicitur,
habitu mutato seculari habitu, tonsuram religionis cum ha-
mutarit bitu sacrae professionis assumpsit. Non tamen simul ac castru-
Godefri- oblatum Deo 31. Maij, vel dicatus ambitus ac sacellum 15. Au-
dus. gusti. Sed vt trium cœnobiorum, qua moliebatur, utilitatibus
expeditius consuleret, sociiq; & aliorum aduersiorum retun-
deret impetus, laicâ tantisper veste, obsequiis & comitatu famu-
lorum, sed modesto, vsus est; vt vita locis pluribus docet. Nam
num. 31: dicitur gladio adhuc accinctus iuise ad visitan-
tandum Varlarense cœnobiū cum famulo suo Gisel-
berto. & cap. 8. nu. 40. Oportebat quodam tempore
hunc Det seruum, adhuc ferentem gladium, cum Fra-
trum ita poposcisset utilitas, ad Imperatoris Henrici
cognati sui venire colloquium. Plura id genus occurserunt.
Tandem anno, vt cōniucere licet, 1124. sacram vestem induit, co-
mamq; attundit.

§. IX. Capenbergæ cœnobiū; Ecclesiæ Monasterien- sis filia.

Capenber- 41 **P**ura Godefridus cœnobia condidit. Principem inter-
ge digni- ea locum obtinet Capenbergæ, qua Canis in Martyrolo-
tas, jan- rologio Capenburgum; Florario, Rolevinkio, Roberto de
ta, pra- Monte, Campenberga dicitur, sed in veteribus diplomatis at
monstra- vita Cappenberga & Capenberga: quam vocem breuioris
ta. scriptor, vt supra nu. 20. diximus, Teutonicâ notatione spe-
culationis montem interpretatur, à gaepen, sue kopen,
intueti, aut spectare, & berg, quod montem significat. s.
Norbertus montem sanctificationis dextera Domini in-
digetauit. Multis mons hic ostēis celitus illustratus, aurea colum-
na, civitatis niue candidioris, Angeli praeconio, Spiritus sancti
descensu, clari luminis exortu, aliisq; vt alterum censi Preamonstratum queat. Ordinis certe in primo suo ortu in Germaniam adscendendi, stabiliendi, lateq; propagandi, dux auctorq;
Capenbergæ: s. Norberto quoque vniue in delicio fuit, qui eius
peculiaris habitus Prepositus; quem titulū, quoad ipse vixit, nemo
alius gesit, eti indubiè disciplina domus quissimam curabat, Cuno
primum, dein fortè, qui Prepositus post creatus est, M. Otto.

Mater 42 Insigne Pilckmanni extat de Capenbergæ elogium, quod
fuit aliorū in Chronico Preamonst. ad annum 1157. recitat Mirayus:
In VVestphaliā præcipuū nostri ordinis monasterium
est Cappenberg &c. Ex illo tamquā primario prodierū
diuerſa alia, vt pote Clarholtz, (in dynastiā Rhedenſi, prope
Lipſtadium, ac fundatorem agnoscit Ludolphum de Steinſtūr) Præpositura Canonicorum; sicut & Capenberga ipsa
adhuc Præpositura est, licet omnium aliarum sit mater

Tom. I.

Ecclesiārum. Item Præpositura dicta Værle prope Coef- **Auct.**
feldiam in diœcesi Monasteriensi. Item Præpositura Io. GA-
virorum dicta Scheida in Comitatu Marcano. Item ab- **MANS.**
batia VVedinghausen dicta prope oppidum & arcem
Arnsberg. In hac abbatiâ ego nunc pro reformatione
commoror. Ita Pilckmannus. VVesaliensem item Ecclesiam
Capenbergæ filiam assert Bibliotheca Preamonstrat. in synopſi
monasteriorum que adhuc an. 1320. supererant. Item Scrutatus
Lairuelz Optica regular. Spec. 112. vbi & aliam addit eiusdem
filiam Sanctam-Vallem, cœnobium quod quidam di-
cunt esse diœcesis Verdensis.

43 Vſitatus pluribus Ecclesiis ad dignitatis eximia commen-
dationem titulus est, vt filia dicantur Ecclesiæ Romanae;
Moguntina quidem specialis, vt auctor est Serarius lib. 1. cap. **Filia Ec-**
1.rer. Mogunt. Coloniensis fidelis, vt Mersenus; Leodiensis vnicula, cleſia Mo-
vt Guicciardinus. Minus hoc quidem, veruſtum tamen Ecclesiæ naſterien-
Monasteriensis & Capenbergæ, ac mutuum decus, quod hæc, etiſ ſis.
libera, nulliq; obnoxia, illius dici ſe filiam voluit. Id VVerner
Episcopi gratia datum: & paterno animo eam congregationem
cōplexis ipſe posteriæ. Antiftites. Fidem faciunt diplomata, quo-
rum aliqua ex Aegidij Gelenij V. Cl. luculentâ sacrarum anti-
quitatum penu deprompta, hic dare viſum. Primum est VVerner
sue VVarneri, qui ab anno circiter 1131. ad finem 1151.
Mimigardaeordensem rexit Ecclesiam; Capenbergæ ſepultus,
licet ſepulta locus ignoretur. Diploma ſic habet:

44 VVernerus D. G. Monasteriensis Episcopus. **De eā re**
Quia Episcopalis est officij religiosos quoque ſouere, & **diploma**
eorum bona manutene, vel etiam pro poſſe ſuo am- **VVerner**
pliare, quatenus illi tantò deuotiū, quantò liberiū mi- **Episc. Mo-**
nusque indigenter, diuinis laudibus inſiſtere valeant; **nafſer.**
Notum facimus tam futuris quām preſentibus, quod
felicis recordationis & sanctæ opinionis Comites de
Capenberg Godefridus & Otto, cū ſeculo renuntia-
rent, & caſtrum in clauſtrum conuerterent, ministeria-
les centum & amplius, cum prædiis quibus in beneſi-
ciati erant, cū vxoribus & paruulis omniq; posteri-
tatis ſpe, S. Paulo & Ecclesiæ Monasteriensi contulerunt,
Dominicalia tantum quædam ſua, quæ ſuis viſibus ſpecialiter deputarūt, fratribus Christo ſeruituris assignan-
tes. Poſteā deſiderante me, & cum Prioribus noſtris in-
ſtante & fatagente. Magiſter Otto Præpoſitus & D. Ottō
Fundator loci, ceterique Fratres ipsam Ecclesiam Ca-
penbergensem, eatenus ab omni ſubieſtione liberam,
vt poſte de libero patrimonio fundatam, Monasteriensi
Ecclesiæ in filiā concederunt. Quo tandem impetra-
to Maiores noſtri, omnesque maioris Ecclesiæ Canonici,
Ecclesiam Capenbergensem amore & beneficiis di-
gnam iudicarunt. Siq; eorum conſilio & vnatimi
conſenſu, Ecclesiæ Ahlen & VVerne Ecclesiæ Capen-
bergensi donantes, ſtipendiis Fratrum illorum ſuperad-
didimus, vt in iis viſes noſtras fideliter agant, & vniuer-
ſum fructum earum percipiāt, liberam habentes fa-
cultatem prædicandi, pœnitentiis iniungendi, Miſas
celebrandi, baptizandi, infirmos visitandi, mortuos ſe-
peliendi, & omnia qua ad curam Pastoralem ſpectant
exequenti. Fecimus hæc pro ſalute animæ noſtræ, &
pro animabus prædeceſſorum noſtrorum Canonico-
rum, vinculo anathematis innodantes ſeu Ecclesiati-
cos, ſeu ſeculare personas, quicumque modò ſeu re-
petendo, ſeu aliquā occaſione inquietando præfatos
Fratres vexare præſumpferint. Testes ſunt Henricus ma-
ioris Ecclesiæ Præpoſitus. Albertus Decanus maior. Engelbertus Præpoſitus. Baldemirus Liffornensis Abbas.
Gadeſchalcus. Ioānes. Anſelmus Decanus in VVahren-
dorff. Hartvicus Cantor. Ernestus Cellerarius. Rabado custos. D. Vdo, VVilhelmus, Canonici. Laici ve-
rō Nobiles, Richardus de Ahauſin, Theodoricus
de Hamone, & frater eius VVeremboldus, Cofſuinus,
Rudolphus. Ministeriales verō, Bernhardus de Dulma-
ria, VVolfardus villicus, Fredericus Dapifer, Gervinus
Pincerna, Rudolphus de VVeinhouel, Ludolphus fra-
ter eius. Lupertus de Ahlen, Hermannus de Dahte, Et-
marus de Lunen, Boldemarus de VViſchels. Hermānus
de Sch-

B b b

842 VITA B. GODEFRIDI CAPPENBERGENSIS.

AVCT.
IO. GA-
MANS.

de Sendenhorst, & alijs quamplures. Acta sunt hæc an.
Dominicæ Incarnationis M^{CCC}XXXVIII. Alij scribunt anno
seguente, vt proinde descriptum illud mendī suspicione non vacet.

45 Sequitur nunc eiusdem rei attestatio seu Charta Do-
mini Ottonis Prepositi Capenbergensis, post mortem
VVernerii Episcopi conscripta, vt innuunt ista, pia memoriae
D. VVernerio, & iterum, erat vir in eiusmodi rebus val-
dè prudens.

Charta
Ottonis
Prepositi
Capenber-
gen.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Otto D.
G. Capenbergensis Ecclesiæ Præpositus. Notum faci-
mus tam futuris quam præsentibus, qualiter desideran-
te ac rogante ob honorem & amplificationem Episco-
pati sui pia memoriae D. VVernerio Monasteriensis
Ecclesiæ Episcopo, tam ego quam dilectus frater noster
Otto præfata Ecclesiæ nostræ deuotus cum piissimo
germano suo Comite fundator, consensu omnium Fra-
trum, ipsam Ecclesiam nostram, eatenus ab omni sub-
iectionis iure liberam, vtpote de libero & ampio patri-
monio fundatam, prænominata Ecclesiæ Monasteriensis Ecclesiæ
in filiam concessimus. Quod eâ intentione, eâ spe &
confilio fecimus, quatenus tam temporalis Episcopus,
quam omnes eius successores, sed & omnes Monasteri-
ensis Ecclesiæ nostræ Fratres affectuosius & propen-
sius diligenter, & quæcumque eorum studiosius manu-
tenerent ac defensarent. Vnde & idem Pater noster, ne
ingratus videretur, quod voluntati ac desiderio eius af-
fensus præbuimus, vt erat vir in eiusmodi rebus valdè
prudens ac prouidus, mox vt ad eius manum deuenire-
runt, duas Ecclesias Ahlen & VVerne Ecclesiæ nostræ
donauit; & insuper facultates & possessiones eiusdem
Ecclesiæ, vbi & quantum ei opportunum erat, pro re-
medio animæ sua alacriter ampliauit, manutenuit, &
defensauit. Nos igitur non solum de præsenti sed & de
futuro solliciti, idcirco supramemorata concessionis
tenorem præsentis chartæ monumento notum esse vo-
luimus; ne quis succendentium Episcoporum, vel etiam
successorum nostrorum, aut ipsius rei gestæ ignorantia,
aut aliquâ non simplici interpretatione, aliquod in hac
re Ecclesiæ nostræ documentum querat & inferat: quin
potius, prædicti viri felicem deuotionem imitando, bo-
na omnia & studiosè præuideat, mala omnia viriliter ab
eâ repellat. Huius igitur paginae obseruatoribus sit pax,
& peccatorum remissio à Patre & Filio & Spiritu san-
cto, Amen.

46 Proximo diplomate præter Antifitum priorum & Pra-
monstratensum in VWestphaliâ id temporis Prepositorum nomi-
na, etiam Capenbergensis Borkensem Ecclesiæ & prærogatiuam
Filia confirmat Episcopus Otto; de quo Crant. Metrop. l. 7. c.
33. Monasteriensis Ecclesiæ Episcopum meruit, post
Hermannum, insignem virum Bremensis Ecclesiæ Præ-
positum, natum de Benthem Comitem, de Capenberg
Comitis propinquum.

Diploma
Ottonis
Episc. Mo-
nasterien-
si.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Otto D.
G. Monasteriensis Episcopus. Quoniam generatio ad-
uenit, Notum facimus cunctis Christi fidelibus tam po-
steris quam modernis, quod sanctæ recordationis Co-
mites Godefridus & Otto consanguinei nostri, cùm
pro salute animarum suarum seculo renuntiarent, cen-
tum & quinque ministeriales valdè commendabiles,
cum possessionibus quibus inbenciciati erant, cùm
vxoribus & paruulis omniq[ue] posteritatis spe, S. Paulo
Apostolo contulerunt, castrum Capenbergense in
claustrum conuertentes, & militiam secularem in mili-
tiam spiritualis exercitij commutantes. Dehinc post ali-
quot annorum curricula, cùm cœnobium Capenberg-
ense in religione proficere videretur, desiderante ac
rogante pia memoriae D. VVernerio Monasteriensis
Ecclesiæ Episcopo, Magister Otto Capenbergensis Ec-
clesiæ Præpositus, & D. Otto eiusdem loci fundator,
consensu omnium Fratrum, ipsam Ecclesiam Capen-
bergensem, eatenus ab omni subiectionis iure liberam,
vtpote de libero & ampio patrimonio fundatam, pre-
nominata Ecclesiæ Monasteriensis in filiam concessi-

runt; et utique spe, vt tam ipse venerandus Episcopus,
quam eius successores, & omnes Monasteriensis Eccle-
siæ Fratres in Capenberg affectuosius semper ac propé-
sius diligenter. Proinde iam dictus Episcopus ne videtur
ingratius, quod eius desiderio satisfactū fuerat, duas
Ecclesiæ Ahlen & VVerne, pro animâ suâ, pro anima-
bus priorum suorum, omniumque maioris Ecclesiæ
Canonicorum, iam dictis Fratribus contulit: quas Ec-
clesias iidem Fratres usque ad Præsulatus nostri tempo-
ra inconcussè & quietè possederunt, pro eo quod om-
nes D. VVernerii successores, videlicet Fridericus, Lu-
dovicus, Hermannus, venerabiles Episcopi, Fratribus
de Capenberg fauorabiles ac clementes extiterunt; me-
mores bonorum quæ supradicti Comites S. Paulo con-
tulerunt. Quocirca prædictas Ecclesiæ Ahle & VVerne,
earumque decanias, ab antecessoribus nostris Ecclesiæ
Capenbergensi collatas, & tam ipsorum, quam etiam
Romanorum Pontificum auctoritate confirmatas, sed
& Ecclesiæ Borek à prædecessore nostro Hermanno
Fratribus eiusdem collatas; Nos quoque auctoritate
nostrî firmamus officij, paginam hanc sigillo nostro
munientes; omnemque hominem, qui his contravenire
& hæc temerè tentauerit cassare, excommunicatio-
nis sententiâ in virtute Spiritus sancti obligantes. In quo
facto nos antecessoribus nostrorum vestigiis inhærente, &
Capenbergensem Comitum, de quorum consanguini-
tatis linea descendimus, nos benignè memores esse
intimamur; simulque Capenbergensem Fratru oratio-
nibus adiuuari præoptamus. Huius rei testes sunt Her-
mannus Capenbergensis Abbas. VVernerus Lisbuen-
sis Abbas, aliisque Pralati, videlicet Iordanus Varlaren-
sis, Fridericus Claholensis, Hermannus Schedensis,
Magister Bernhardus Bremensis, Vlricus de Engeren.
Datum in Capenberg, anno Dominicæ Incarnatio-
nis M.C.C.

47 Alen & VVerne olim absque muris vici, hodie oppida Archidia-
sæt diæcesis Monasteriensis, vbi etiam Decani & Pastoris officio conatus
funguntur, curantq[ue] animas Canonici Capenbergenses: sed vica-
riâ plerumque aliorum Sacerdotum operâ, vtriusque loci, Archi-
diaconiq[ue], munus exercet ipse Prepositus. De his addunt Capen-
bergensem littera: VVernerus ex tam liberali donatione, in Alen &
VVerne, perpetuis temporibus administrandum con-
cessit, etiam in filiam Ecclesiæ Cathedralis Monasterien-
sis assumpsit.

48 Illud quoque præcellentia olim Capenbergensis Ecclesia Alia ex
habuisse scribitur, vt Prepositus ad electionem noui Episcopi Mo-
nastriensis, non scis atque aliis ex Pralatis eius Ecclesiæ suffra-
gij edendi causâ euocaretur. Prepositi Capenbergensis munus antiqua-
erat, Episcopum electum Archiepiscopo Colonensi confirman-
dum suis litteris presentare. Ad hec, si Prepositus cum duobus
Sacellani dedicatione Ecclesiæ, alijsq[ue] summis festiuitatibus in
Choro interesset, Decano assidebat, ipsiq[ue] & Sacellani, vt cete-
rit, eo die oblationes erogabantur. Idem in Comitiis & conuenti-
bus Episcopi & Decano proximus erat. Denique si Canonicus
Capenbergensis obiisset, eius memoria velut Monasteriensis Eccle-
sia Canonici, ibidem peragebatur, & vicissim Monasteriensum
Capenberg. Quæ vetustæ fraternitatis, ac filiationis, de quâ iam
egimus, argumenta sunt: sed in nullo hodie vnu.

§. X. Catalogus Prepositorum Capenbergiæ.

49 O Pera pretium fuerit, hic Capenbergæ Prepositorum Prepositi
nomina adiungere, partim ex Capenbergensem, partim Capen-
bergenses:

D. Mallinckrott V. Cl. litteris:
I. S. Nor-
bertus.

I. S. Nor-
bertus, postea Archiepiscopus Magdebur-
gensis; qui licet nomen Præpositi sibi non vendicarit,
attamen monasterium hoc ipse per interualla, tum per
alios quibus id commisit, rexit, vitæque monasticæ
fundamina iecit, auxiliante quoddam fratre dicto Cuno,
qui in absentia S. Norberti vices Præpositi suppleuit,
anno autem 1130. præposuit Ottонem I.

2. M. Otto I. dictus. 50. II. Magister Otto I. dictus Legatus: hic ob multitudinem ac variam rerum cognitionem & experientiam, ab Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Praelatis, ad ardua quaevis negotia expedienda exhibitus fuit: diuerfas namque cum in Germania, tum in Italia, apud summum Pontificem, aliosque Magnates alibi legationes, summa industria claudit, obiuit, unde Legatus dictus. Quare ob felicem legationis expeditionem Princeps & Status patriæ quadam vice notabilem ipsi pecuniae summa, triginta scilicet puri & examinati argenti marcas, dono dederunt, quibus suorum consensu duas vineas in villa dicta Reimagen, alteram in plano, alteram verò in monte, qui Keldenich dicitur, sitam, comparavit; ut quicquid istic diuini numinis largitate vini proueniret, in Capenbergenfis Ecclesiae utilitatem cederet. Sed iste dicta vineæ à successoribus per commutationem quondam abalienatae. Cum autem esset SS. Theologiz Doctor, siue Magister, vt tunc dicebantur, instructissimam librorum sapientiam huic Ecclesiae comparauit. Praefuit annis 22. sepultus ante altare S. Ioannis Baptista. an. 1152.
- Idem alibi testis adscribitur: Magister Otto Praefectus Cappenbergensis, & post ipsum Gerlandus Floreffeensis. Illud Praefecti nomen, Ottoni Praeposito, & Gerlando Abbatii hic tributum, vix alibi, vnaq; locus dignior Capenbergenfis, pra. Floreffeensi, qui Pater Abbas & tertius vniuersi ordinis. Quin & ipsa Floreffe aliquantò Capenbergâ prius Ordini accepta. Abbatem certè consecratum primum accepit à S. Norberto an. 1128. eumq; vnum ex iis Abbatibus sex, qui paulo post generale Capitulum primum celebrarunt, vt habeat vita S. Norberti c. 47. hac posterius suum Praepositorum; vt est videre in hoc catalogo.*
3. B. Otto II. 52. III. B. Otto Comitis Godefridi germanus frater, insignis cultor B. Virginis & S. Ioannis Apostoli, laudabiliter præfuit annis 18. obiit anno 1172. sepultus in sanctuario. Ex alio indiculo D. Mallinckrott: Iam verò tertius Ecclesiae nostræ Praelatus concordibus suffragis designatus est D. Otto Comes, B. Godefridi germanus, pius fundator noster; qui officio cum annis ferè 16. functus est, ex hac vita migravit an. MCLXXI. vi. Kal. Feb. attumulatus B. Godefrido in tombâ, è regione summi altaris in superiori choro, (*sanctuarium* appellant) eleuata atque extuberata: quæ quidem tomba ab eo tempore numquam aperta legitur. Prædictus D. Otto fundavit anno Domini 1122. cœnobium Virginum iuxta Vvesfaliam, olim dictum Auerdorps, quod iam ob inæqualia tempora vel belli tumultus penitus destructum est. Alij Ottonis mortem consignant 23. Februarij. De eorum rursus infra.
4. B. Hermannus. 53. IV. B. Hermannus Comes Arensis, ex Lothario & B. Hildegunde natus, fundator cœnobij Marenfis; summa cum laude præfuit annis 40. obiit anno 1210. 6. Augusti, sepultus in choro. *De hoc citatus D. Mallinckrothi catalogus:* Quartus Ecclesiae nostræ gubernacula suscepit D. Hermannus Abbas, Merensis cœnobij fundator: qui cum annis 40. admodum laudabiliter præfuisse, beato fine quieuit anno à Redemptoris nostri exordio MCCX. v. Idus Augusti, sepultus in choro. Et hic quidem prælaturæ sua tempore Abbatis nomen tenuit, quod statim à successoribus mutatum est: quæ de causâ id factum, non constat.
- Successores tri-*
gintaqua-
snor. V. Andreas, præfuit annis 22. an. 1232. sepultus in facello B. Virginis.
- VI. Hugo, præfuit annis 25. ad 1257. sepultus ante S. Ioannis Baptista.
- VII. Arnoldus, præfuit annis 13. moritur anno 1270. sepultus ante S. Nicolai.
- VIII. Bruno, præfuit annis 2. mensibus 9. obiit anno 1273. 7. Octobris, sepultus ante S. Stephani. *Avcr. 16.*
- IX. Ericus, præfuit annis 2. mensibus 6. sepultus in GAMANIS facello B. Virginis anno 1275.
- X. Hartenus, præfuit annis 19. sepultus ante S. Augustini an. 1294.
- XI. Otto III. præfuit annis 2. minus aliquot septimanis, sepultus ante S. Augustini anno 1296.
- XII. VVarmundus, præfuit annis 2. cum dimidio; moritur anno 1301. sepultus ante altare S. Stephani.
- XIII. Ioannes ab Eule, præfuit annis 4. & dimidio, sepultus ante S. Nicolai anno 1306.
- XIV. VVenemarus, præfuit annis 2. cum dimidio; moritur anno 1308. sepultus ante S. Augustini.
- XV. Theodoricus, præfuit annis 11. obiit anno 1319. sepultus in facello Praepositi.
- XVI. Ludonicus, præfuit annis 18. sepultus ante S. Augustini an. 1337.
- XVII. Theodoricus ab Erm, præfuit annis 2. cum dimidio, sepultus in facello D. Praepositi anno 1340.
- XVIII. VVilhelmus, præfuit annis 2. sepultus ante S. Ioannis Baptiste an. 1342.
- XIX. Hermannus, præfuit annis 25. sepultus in facello B. Virginis anno 1367.
- XX. Adolphus de Recke, præfuit annis 16. moritur anno 1383. tumulatus in facello D. Praepositi.
- XXI. Euerardus Fridach, præfuit annis 5. sepultus in facello D. Praepositi anno 1388.
- XXII. Bernardus de Horst, præfuit annis 17. sepultus ante S. Nicolai anno 1405.
- XXIII. Arnoldus de Böenen, præfuit annis 10. mensibus 7. moritur anno 1415. sepultus in facello Praepositi.
- XXIV. Fridericus Rogge, præfuit annis 29. mensibus 3. sepultus in facello Praepositi an. 1444.
- XXV. Hermannus de Konigsberg, præfuit annis 10. hebdomadibus 10. obiit anno 1455. sepultus ante altare sanctæ Crucis.
- XXVI. Lambertus Deipenbroeck, præfuit annis 13. 9. mensibus, & 9. diebus, obiit an. 1469.
- XXVII. Bernardus à Galen, Decretorum Doctor, præfuit annis 14. mensibus 11. obiit anno 1484. sepultus in facello Praepositi.
- XXVIII. Ludolphus de Böenen, præfuit annis 8. obiit an. 1492. sepultus ante S. Annæ.
- XXIX. Theodoricus de Oelden, præfuit annis 19. obiit an. 1511. sepultus in choro.
- XXX. Godefridus Hane, præfuit annis 12. obiit ad 1523.
- XXXI. Ioannes Ketteler, præfuit annis 15. moritur anno 1538.
- XXXII. Ioannes Harman, præfuit annis 8. mensibus tribus, moritur an. 1546.
- XXXIII. Hermannus Ketteler, præfuit annis 10. obiit anno 1556.
- XXXIV. Conrardus Nagell, præfuit annis 16. moritur anno 1572.
- XXXV. Godefridus de Velmede, præfuit annis 11. obiit an. 1583.
- XXXVI. VVenemarus ab Höete, præfuit annis 30. moritur an. 1613.
- XXXVII. Theodorus ab Hane, præfuit annis 11. obiit anno 1624.
- Huic successit R. D. Ioannes Reinardus Schade, modernus Praepositus XXXVIII.

§. XI. Ecclesia Capenbergenfis. Reliquia.

54 C appenberge, vt in eiusmodi arcibus, facillum primitus fuit; èd Godefridi Capellanus Eppo, in vita nu. 40. Clauſtro adiſicato, vna facillum B. Virginis (vetustissime illud, an. quod potius reor, nouum maius aptiusq; dicatur ab Antistite, 15. Aug. 1122. Mox amplior copta conſtrui basilica. Vrgebat Ecclesia Capenopus, vt alibi, Norbertus; acriusq; ipsi Fundatores, rati sic firmius bergenſia. *B b b b 2 D*

Avet. Io. Dei cultum iri stabilitum. Ac tum quoque Godefridus ipse dominum hospitalem, ut nu. 45. dicitur, per se construxit. Illius vero basilica secundum Virginem Deiparam, Petrus & Paulus Apostoli, tutelares primi adoptati, ut patet ex Honorio II. diplomate, quo ordinem Premonstratensem an. 1126. Indicit. 4. xiv. Kal. Martij confirmavit, recitat, à Pago lib. 2. Biblioth. Premon. cap. 28. Exiit Ioannes Euangelista pricipiè Patronus habitus, ut ex vita nu. 61. patet, ob praeclaras eius artitiae isthuc reliquias. Ea intra auream crucem inclusa, qua Crux S. Ioannis Euangelista in Capenbergh ab antiquo dicta. Vnde vero eum adepti thesaurum sine Capenbergensem, tum in vita nu. 61. tradicunt, tum veteri hac illius canobij scripturā.

Reliquia. 55 Noscant vniuersi congregationis nostræ Fratres, quod imperante Henrico IV. fuit matrona quedam prænobilis, nomine Vlhildis, mater Henrici Ducis de Bauariâ, qui filiam Lotharij Imperatoris duxit in coniugem. Hæc matrona clarissima mittens ad Imperatricem Constantinopolis materteram suam, petinuit sibi dari portionem aliquam de multiplicibus, quibus illic abundare solent, reliquiis. Cuius illa acquiescens precibus inter cetera transmisit crucem auream, cum gemmis, & catenulis aureis; in quâ reclusus est sanguis naturalis de corpore Christi effusus, in tribus panniculis conglutinatus: capilli Domini nostri Iesu Christi; pars Crucis Christi: particula de tunica Domini: lacrymae, quæ fluixerunt de corde Mariae matris Christi: crines B. Mariæ: flores B. Mariæ, quos in manu habuit, dum Angelus ei Christi Incarnationis nuntiavit de vestibus eiusdem Beatae Virginis: capilli, crines, & barba S. Ioannis Euangelista: in tribus panniculis abundanter de sanguine B. Ioannis Baptista: & reliquia S. Augustini, & S. Catharinæ. Huius Vlhildis filiam, nomine Iuttam, Fridericus Sueorum Dux duxit uxorem, & tenens cum filia crucem prefatam, quam in omnibus bellis collo suo appendit, propter victorias, quas consecratus est per eam.

56 His ista gestis factum est ut Comites de Capenberg Godefridus & Otto, relictis omnibus, Christi se ingo subiicerent, & habentes iuxta Sueiam castra duo multum solemnia, ministeriales plurimos, & mansos ad duò milia; haec Friderico Duci præfato, cognationis gratiâ, quia horum Comitum aua, & huius mater sorores erant, benignè tradiderunt: quibus pro debitâ recompensâ, licet modicâ, Dux idem Sueorum quadrangentes reddidit marcas, & Crucem memoratam; quam iam dicti Comites incomparabiliter acceptabant libentius pecuniâ iam præscriptâ. Norbertus autem initiator ordinis nostri, & primus Ecclesiæ nostra Pater, per pecuniâ huiusmodi in Curiâ Romanâ confirmationem obtinuit nostri ordinis vniuersi. Has igitur reliquias venerabilis Otto, Comes olim & tertius Ecclesiæ nostra Prælatus, quia præcipiūs B. Ioannis dilector, ad nos lætabundus deduxit, reponens eas in capite deaurato: à quo successores eius cum cruce separabant easdem. Crucem igitur predictam auream cum gemmis, & catenulis aureis, & reliquiis memoratis, Ego Otto Comes iam dictus, cù pia memoria fratre meo Godefrido Capenbergenis Ecclesiæ deuotus fundator, toti Congregationi Capenbergeni conseruandam in eâ fide comitto, quâ Christus matrem suam sanctissimam charo suo Ioanni in cruce pendens commendauit.

57 Haecneus MS. Capenbergense. Postrem ex syngraphâ aliquâ Ottonis sumpta, sed interpolata. Ea Crux cum catenulis & gemmis integra conservatur. Deaurato verò illi capiti versus sequentes inscripti:

Hic quod seruetur de crine Ioannis habetur.
Te prece pulsantes exaudi Sancte Ioannes:
Tu pius Ottoni succurre precando datori.

Similes alibi reliquie. De ceteris iam relatis reliquiis, ac similibus, agerunt alibi. Apostoli pricipiè ob sacros eius pilos veneratio increbuit. Visuntur alii locis capilli B. Virginis, S. Ioannis Baptista, S. Maria Magdalene, & aliorum Diuorum, Christi ipsius. Imò & lacrymae Christi, publicè veneratione, officio, diuino, tam alibi, tam in primis Origiaci ad Aësiam flumen in Picardia, præclaro nobilium Virginum canobio, & Canonicorum collegio, coluntur. Ad hoc ipsius Ioannis deuorem venerabunda custodit, ac publicè quotannis spectandum exponit Merenſis Ecclesia, illuc, ipso viuente, à S. Patiente eius discipulo allatum, ut 8. Ianuarij in huius vita diximus. Sancti quoque Antonij Magni barba, Colonia Agripina in S. Caniberti ade affermatur ac circumfertur, anni prodigio ad statum urbis locum celebris. Petri Eremita barba Hui ad Mosam in pretio est.

58 Vlhildis perro, sive VVulfhilda, (que prima venerabile hoc pignus ex Oriente missum extepit) Maginone, sive Magno, Saxonie Duce, & Sophiæ Colomanni Hungarorum Regis sorore nata; Henrici IX. post VVelfonem II. fratrem suum Bauaria Ducis, vxor fuit: eumq; Conradi, Henrici, & VVelfonis, Judithæ, Sophiae, Mathildis, & VVulfhildis patrem fecit, quos omnes vel factis vel coniugii nobilitatos reseruerunt. Andras Brunnerus noster Annal. Boic. parte 3. Judithæ certè Friderico Sueorum Duci, de quo supra actum, nupsit, eiq; Fridericum Imperatorem progeniuit, supra sexum magnanima mulier.

59 Alias Capenberga Diuorum reliquias habuit: ipseq; ed **Aliæ Capenberga** permulta Coloniæ arrulisse S. Norbertus existimatur. Veràm reliquias. pleraque ab Haßico miliue an. 1634. 17. Maij dissipata cōtractaq; sunt, incredibili immanitate, monasterio temploq; expilato; atque ipsa enersa tumbâ, quâ sanctissimorum Comitum Godefridi & Ottonis, quingentis propè annis corpora quieuerant, intra sanctuarium; ac tunc eorum quoque ossa, fæde dispersa & concutata sunt.

S. XII. Aliæ canobia, à B. Godefrido & fratre adificata.

60 **A** liæ Godefridi atque Ottonis studio ac facultatibus condita canobia sunt, Ilmstadium presertim ac Varlaria, Huius nu. 10. & 31. mentio est, appellaturq; Varlar, Varlare, Varlarense cenobium, & in diplomate Honori II. Vuallar, in vita breviore Valar, alibi Valarense Ecclesiæ. Pradium fuit matrona Monasteriensis, nobilis & opulenta: in ius deinde Capenbergesum Comitum venit, structumq; ab iis canobiun, cuius insignia S. Odulphi (de quo 12. Ianij agetur) referunt imaginem. Noua loco celebritas parta prælio memorabili, quo an. 1454. VValramus de Moerse Ericum ab Hoiâ, Sedis Monasteriensis inuasorem, profigauit 18. Iulij, qui anniversariâ deinceps celebritate peragi cepit. Ita eius Necrologion: Ordinatum est hoc festum ipso die Arnulphi Confessoris ad honorem sanctæ & indiuidua Trinitatis; & in crastino eius festi memoria defunctorum, qui pro defensione Ecclesiæ, & in obedientiâ sanctæ Sedis Apostolice mortui sunt. Varlarense canobij fundationem hoc diplomate Egbertus Monasteriensis Antistes confirmauit:

61 In nomine sanctæ & indiuidua Trinitatis. Veritas, quæ mentiri non potest, suos esse fratres per semet ipsum afferuit, qui Patris sui celestis voluntatem fecerint: nec de ipsis æterni Patris voluntate nos dubios reliquit, cù domos vel agros relinquunt, sequenti, hîc centuplum, & in futuro aeternam vitam promisit. Quod ego Egebertus Mimigardeuordenis Ecclesiæ, licet peccator, Episcopus, meis temporibus contigisse cum multis bonis gauius sum; quando vnuus **a ex 2. al. ex** terra nostræ nobilissimis, Otto videlicet, Godefridi Cappenbergensis Comitis filius, ab omnibus, quæ in strâ nobilissimus. **b al. c-**ruens.

c al. &

Augustini

d. s. in Augustini regulam canonicus & ac perpetuus ordo ser-
perpetuū. uetur, ita vt eiusdem monasterij Fratres liberam super
Præposito suo electionem habeant: Episcopus eum in-
uestat, nulli que nisi soli Episcopo obedientiam seruat.
Si vero, quod absit, in electione suâ Fratres partes fec-
runt, seniori parti Episcopus faueat. Baptizandi, præ-
dicandi, sepeliendi libera ibi, sicut iustum est, habeatur
licentia. Aduocatus ibi nullus sit, nisi quem ipsi Fratres
vnamiter elegerint: qui si incommodus vel inutilis
fuerit, si semel, bis, vel tertio correctus non emenda-
uerit, alium eligendi liberam habeant facultatem. Hanc
traditionem, tam legitimam, tam ab omni calumniâ ab-
solutam, si quis tamen nefarius, tam salutis suâ immemor,
annullare, mutare, vel minimâ in parte labefactare præ-
sumperit, omnes suas sanctiones cassari & euacuari ex-
periatur; in proditoris Iudæ forte deputetur; & perpe-
tuo anathemati, nisi resipuerit, subiaceat. Quod ne at-
tentare quis imposterum audeat, præsentem inde kar-
tam conscribi, eamque Episcopali banno meo confir-
mari, communique tam B. Pauli, quam mei sigilli im-
pressione insigniti procuraui, subscriptis idoneis testi-
bus. Bruno maioris Ecclesiae Præpositus. Guntranus
Decanus. Engelbertus Custos. Gerhardus Magister
scholarum. Henricus, Hermannus, Helmwardus Ca-
nonici liberi. Comes Engelbertus. Bernardus. VVi-
choldus. Hermanus & frater eius Bernardus. Rudolphus,
& frater eius Ludolphus. Burchardus. Theodo-
ricus, & frater eius VVerenboldus. Ministeriales, Her-
mannus Camerarius, VVolfhardus, Thietmarus, Bern-
hardus, Luitbertus, Geltmarus, VValtherus, Luitbertus,
Bartholomæus, Bertramus, Ludegerus, Matzo, Renge-
rus, Hermannus, & quam plures alij. Actum Domini-
cæ Incarnationis anno m cxxix. Indictione septimâ, re-
gnante pio & victoriosissimo Rege Lothario, anno reg-
ni eius quinto.

**Primi ist-
bie Pra-
positi.**

62 Primus Varlarense Prepositus, vt loci annotationes ha-
bent, fuit ipse Otto fundator. Succedit Henricus è Comitibus de
Cosfeldt. Est autem Cosfeldia oppidum diaecesis Monasteriensis ad
Berkelam fluvium, VVesalam inter & Monasterium, hore ferè
aut paullò ampliore itinere à Varlar cœnobio distans: vbi non
tantum iurisdictionem Archidiaconalem & utramque parochia-
lem ecclesiastam Varlarenses obtinent, sed in temporalibus etiam di-
uersa possident, inter cetera duo molendina: quin & fundus ip-
se oppidi ad eosdem pertinet. Quo nomine plerique ciuum annuè
denarios aliquot perfoluunt.

**Ilmsta-
dium cœ-
nobium.**

63 Ilmstadium quinque leuis Francfurto distat, in VVe-
derauâ, filia Premonstrati, cui tamen (vt in Opticâ regula-
rium, speculo 112. Seruatus Lairuelz tradit) Cella Domi-
norum, sive superior, prope Heribolim sita, prouider. Eloff-
stadium ab vndenario numero Eloff, quod suauius vulgo nunc
Elff effertur, ei nomen factum quidam autumnant, testante Se-
ratio. In vitâ breuiore mendose, vt reor, Elenstat, in Appen-
dice Floßtat, tum Elephistadt, Elepistat, Floßtaten coeno-
bium ex librariorū incuria, rectius alibi Elffstat, Eluestat,
in Martyrologio Canisij Elstat, vñstatu Ilmstat. Mortem hic
Godefridus obiit. Pars magna reliquiarum eius isthac afferuata,
vt ex vitâ nu. 57. & 58. liquet. Fundatum anno 1122. & deinceps, non 1119. vt Lairuelz scribit, qui quid Ottōnem primum
ibi Prepositum sive scribit, nullius verusti scriptoris auctoritate
confirmat. Operibus præsuisse dum construeretur, ex cap.
6. nu. 32. conicias.

**Tria cœ-
nobia Vir-
ginum.**

64 In tribus hisce cœnobiois, multorum Fratrum & Sororu-
rum, vt infra ex S. Norberti vitâ dicetur, vsque in hodier-
num diem viget congregatio, & in cultu diuino floret
honestâ religio. Gigas in catalogo Monasterium Episcopo-
rum, in Theodorico: Hoc tempore Godefridus & Otto
fratres germani, Comites Capenbergenses ordinem
Præmonstratensem amplexi, arcem suam in monaste-
rium conuerterunt; & præterea sex collegia è bonis suis,
tria virorum, & totidem virginum fundarunt & suffi-
cienter dotarunt. Fuere hec virginum collegia, vt alia itidem
principio cius ordinis, vel solo parice à virorum cœnobitis inter-

clusa, vel non magno certè intervallo disuncta. Ilmstadien Avcr.
extat etiamnum, diciturq; inferius, quia in valle situm, iactu Io. GA-
lapidis à superiore semorum. Alterius ad pedem montis Capen- MANS.
berga rudera etiamnum conspicuntur.

65 Aliud Virginum cœnobium à Godefrido & fratre adi- Alind
catum iuxta VVesalam, dictum olim Auerdorp, vulgo das VVesala. Hohecloster, id est, alcum monasterium; cuius meminere
Brunus to. 4. Theatri vrbi, Bertius lib. 3. rer. Germanic.
MS. Chronicon Clivie, in Arnoldeo xvii. Comite iste habet.
Quo tempore Godefridus & Otto Comites de Capp-
penberch, è castro eorum Cappenbergis eiudem ordi-
dinis (Premonstratenfis) Abbatia instituerunt: aliud quoque virginum monasterium extra muros VVesalæ
super Lippiam condiderunt. Eo post euerso, Virgines intra
oppidum resident, iam Canonica secularares.

§. XIII. Efficax B. Godefridi exemplum.

66 **N**ilos B. Godefridus è carnali coniugio libertos suscepit:
nat Christo plurimos peperit. Longum fuerit vel nomina
percensere eorum, qui eius motu exempli religiosam vitam com- B. Gode-
plexi sunt. Primarij Otto eius germanus ac Iutta coniux fütre: friai ex-
de illo suprà actum, ageturq; rursus in vitâ. Hæc sacrum vela- emplo con-
men, (Capenbergis, vt creditur) sumpsit, ac cellula inclusa ali- frater,
quandiu vixit: unde eam raptor Franco vi abduxit, restituit coninx,
Godefridus in vitâ cap. 4. num. 21. Qualis ea cellula fuerit,
coniuci potest ex vita Ludouici Arnsteinij, à Bravero nostro in
Sigeribus Germania editâ, vbi isthe habentur: Paratur primò
omnium Dominae Gudæ Comitissæ (de Bonneburg) in
sinistro montis latere mansio specialis, vbi mutato habi-
tu clausa semper, nusquam progrediens, strictioris cibi
parcite antè habitas delicias & numerosa quondam
fercula redimebat. Per fenestram modicam diuina fre-
quenter auscultabat officia, psalmis & orationibus in-
tentata. Porrò Iuta multa & opulenta prædia sibi retinuerat,
quorum deinde colos manumisit, fundiq; ius in concepsit. Ea
existimantur fuisse qua etiamnum libera prædia appellantur,
iuxta Beckymb diecesis Monasteriensis oppidum, vulgo die
frey Beckumbische hoffen. Post Heruordiam euocata, il-
lustri Dominarum collegio (olim à B. VVidekindo Angria fun-
dato, translatò dein Heruordiam cum ipsius beati Duci offibus)
prefecta est Abbatissa.

67 Soror quoque B. Godefridi Beatrix, in eodem Premon- soror,
stratenfis Virginum cœnobio ad Capenberg pedem, cum cognatâ
sua Altheide Comitissâ de Oldenburg, sub sanctâ Virgine Ha-
dvvige Priorissâ, que multis clarissime fertur miraculis, in reli-
giose disciplinâ & sanctitate omnem vitam traduxit.

68 Perpulit & Theobaldi Comitis animum Godefridi con-
uersio, vt infra dicetur, vt & ipse seculum relinquere paratus
esset. Sileo Namurci Comitem Godefridum, quem vander Sterre plurimi
Balduinum, ex MSS. Florensis appellat. Hermannus Co- alij viri
mes de Are & Meer, quartus Capenbergi Prepositus, cum matre feminaq;
Hildegunde Comitissâ Marenis, & Hadvvige sorore; Ludovicus illustres.
Arsteinius cum Gudâ vxore; Henricus Arnsberga Comes B. Gode-
fridi ex vxori fratre nepos; nō alia validius inducti ratione sunt,
quam illius exemplo, vt insolita ac propè incredibili conspiratio-
ne, spes præcisâ omni posteritatis, sece, arces auitas, amplissimos
Comitatus, Deo consecrarent. Quid Godefridi famulos & clien-
tes dicam? Quid B. Hermannus Scheidensem? Hic quidem cer-
te, cùm ante Iudeus fuisset, hoc veluti telo confossum sibi ani-
mum testatur in historiâ sua conversionis, cuius fragmentum
recitat vander Sterre ad vitam B. Hermanni Iosephi Steinfel-
densis. Eodem ex fonte, Comitum de Are, sive, vt hodie vocant,
Nieunar, ac precipue Theodorici in Steinfeldiâ dotandâ, alijsq;
cœnobis, munificentia.

Aucto-
re ANO-
NYMO. ex
SERARIO.

V I T A

Auctore anonymo ord. Præmonst.

Edita à Nicolao Serario Soc. IESV.

PROLOGVS AVCTORIS.

I NESTIMABILEM beneficiorum Dei magnitudinem humani pectoris angustias excedentem Propheta sanctus considerans, quodam loco compun-ctus ait : Miserationum Domini re-

*Isaia 63.
7.*
*Ps. 115. 3.
Cur hanc
vitam au-
tor ser-
bat.*

cordabor, laudem dicam ei super omnibus quæ retribuit nobis. Alius item Propheta supernæ donationis infinitas in se diuinitas obstupescens, nec dignas gratiarum actiones apud se inuenire sufficiens: Quid retribuum, inquit, Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Unde nos quoque auctori omnium de tot donis ac bonis suis ingrati esse metuentes, diuina quedam aggredimur commendare magnitatem; nobis quidem, hoc est, nostræ professionis filiis specialius exhibita, generaliter vero piorum omnium utilitati non mediocriter profutura. Verum non sublimitate sermonis, sed in Spiritu sancti cooperante gratia, humili ac simplici eloquio dicenda dicemus; quippe qui nemus in domo Domini plantare legali decreto prohibemur. Solummodo res diuinitus gestas memoria mandare intendimus, nullique meliori ac doctiori hæc eadem diligentius tractaturo preiudicamus. Vnde nec æmularum dentes luridos formidare debemus. Oculum enim columbinum, vt ait quidam Sanctorum, grata ter suscipit pulcherrima ac modestissima caritas; dentem vero caninum vel euitat cautissima humilitas, vel retundit solidissima veritas.

*Deuter.
16. 21.*
*Excusatio
tarditatis.*

2 Enimvero nostram imprimis arguimus negligenter inertiam, & inertem negligentiam, quod haec tenus de beato viro Godefrido Comite, Capenbergensis cenobij, hoc est, loci nostri fundatore, in laudem quipiam dicere negleximus, qui tamen tanti viri meritis & industria, vt parum dicam, omnibus hodie bonis repleti sumus. Non enim satis eloquor, quid de hoc viro parturiat cor meum, dum attendo & perpendo sanctissimæ conuersationis eius insignia, tanti viri tam voluntariam paupertatem, tam humilem simplicitatem, ac simplicem humilitatem, tam felicem denique omnium ipsius consummationem. Et ecce ter beatus iste Comes verus, quia verum Regem comitatus, & perseveranter imitatus est, ipse, inquam, in perenni tripudiat gloria, nobiscum autem memoria eius cum benedictione perseverat in secula. Memoria enim illius, vt scriptum est, in compositione odoris facta, opus pigmentarij manet in seculum seculi, quasi mel, & vt mulifica in conuiuo vini. Conabimur itaque de hoc Sancto aliqua locuturi, & gratas compendij metas non excedere, & ea quæ sub oculis Fratrum nostrorum acta vel dicta sunt, piis ac timoratis auribus explanare.

C A P V T . I.

B. Godefridi vita in seculo acta.

*Godefridi
parentes,
genus,
Comita-
tus.*

3 Emporibus gloriose Henrici, qui huius nominis quintus Romanum administravit imperium, fuit in Westphalia prouincia electus ac dilectus Dei Godefridus, qui nobilissimus ac regiae stirpis ortus parentibus, in timore Domini Comitus agebat officium: pater eius Godefridus, mater Beatrix dicebatur. Hic vero reuerendissimus atque inter Dei amicos computari dignissimus, auctum habuit Hermannum Comitem, qui vt maiorum celeberrimæ relatione cognovimus, cùm esset eleemosynator præcipuus, misericordia opetibus inten-

tus, à tumultu militaris insolentie quietissimus, adhuc viuens huiusmodi miraculum operatus est. Cœcus qui Hernan-dam in illius degebat eleemosynâ, qui die quadam ostē-
*anus vir
sanctus, in
vita &
post mor-
vidit. Ad scipulchrum vero eius hodieque nonnulla of-tem clarus
tentarum virtutum demonstrantur indicia, quæ oculis miraculu-meis vidi, quæque illic in testimonium reliquerunt hi, qui sanitatem recuperata sospites inde reuersi sunt.*

4 Huius itaque tanti viri nepos Godefridus noster, ab ipsis iam adolescentia primordiis cepit Deo deuotus existere, & scintillante in se flammâ inspirationis diuinæ, omni seculari dignitati, vniuersaque sua facultati fatigebat renuntiare. Fuit enim vir manuetissimus, suauitate venerabilis, benigitate laudabilis, oculis stellatibus mirum in modum gratiosus, facundus eloquio, prudens in consilio, militia quidem exercitio strenuus, sed Regi supremo militare, nudamque crucem Christi nudus baiulare inardecentis quantocyus.

5 Interim vero si quando militari apparatu, seu bellisco procinctu, personæ sua necessitate detentus fuit, se *in solen-
tia mili-
ab omni circum manentium iniuriâ vel infestatione co-
tares de-
fessatur.* hibuit. Cum autem interdum discursantes milites praedari, & aliena, vt assollet, usurpare consiperet, attestante quodam familiaris eius tunc ministro, postmodum autem Fratre nostro, manus ad cælum expandit, lacrymas fudit, hisque verbis omnipotentiam Salvatoris exorauit dicens: Domine Iesu Christe tuæ bonitatis altitudinem tuam imploro, vt me de medio iniquitatis huius eripias, & in die illo paratu & immaculatum inueniri præcipias. Scio enim, arbiter iustissime, quod in meum redundat caput, quicquid à meis delinquitur, omnisque dissimulationis meæ negligentia, tuâ meritò distinctione punietur. Cuius petitionis fructu quemadmodum priuatus non fuerit, (nec enim Dominus priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia,) subsequentium rerum fidelis quam mirabilis declarabit historia.

*a Nulla sepulchri, publicæ reveracionis, anathematum supereß
memoria: nec mirum, post tot bellorum tempestates.*

C A P V T . II.

Conuersio eius, fratris, uxoris.

6 **I**gitur dum habitaret in castro quod Capenberg dicitur, loco nimurum spectabili, situque ipso admundum salubri & delectabili, de loco eodem quod diuino quandoque mancipandus esset seruirio, diueris fidelissimarum visionum ostensionibus reuelatum est à Domino. Presbiter enim quidam, VViemannus nomine, in visu noctis aspergit quasi columnam auream in Capenberg exsurgere, atque ipsius celi fastigia penetrare. Quo visu diuinæ laudationis claritudinem illic exercendam frequenter intellexit, & astantibus quod futurum erat, verissimè longè ante prænuntiavit.

7 Vnus præterea ex amicis felicissimi Comitis, Egerbertus nomine, cùm esset in itinere proficisciens ad Comitem, noctu vidit Capenberg vrbum fore niue candiorem, quæ usque ad alta nubium sublimiter consenserens, ipsum cæli cacumen vertice pulsare videbatur.

8 Quid referam de patru illius filiâ, quæ Gerber-gis nuncupata, Monasteriensis b) cenobij extitit Abba-tissa? Hæc ergo multa religione venerabilis cù beatu vi-
*a
b
Gerber-gis
Godefridi
cognata
sanctitate
illustris.* rum vnicè diligenter, & tam pro ipso, quam pro subditis frequentium orationum excubaret perugilio; quodam tempore somno parumper arrepto, vidit sibi iuuenem vultu fidereo renitentem, & verba hæc saepius eius in auribus iterantem: Locus Capenbergensis habitationis quam idoneus foret conuentui spiritualis congregatio-nis! Quod illa iocundissime audiens (iam enim diu id ipsum concupierat) cùm beato viro retulisset, ille pru-denter atque humiliter in hunc modum respondit:
Neptis

Neptis dilectissima, potens est Dominus Deus hoc pro suo velle ordinare, nam ego id per me nequaquam suffici adimplere.

9 Et reuerà diuina hoc prouidentia iuxta verbum eius consequenter adimpleuit, nec beatum virum sui cordis tam pio fraudauit desiderio. Apparuit enim in VWestphaliâ sub ipso ferè tempore eximium quoddam iubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco Norbertus, vir nimis admirabilis gratia, prædulcis eloquentia, summae continentia, informator ac propagator religiosis Canonicæ, seruorum Christi aggregator, cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quam voce strenuissimus verae penitentiae præparator, ac per omnia illius propheticæ iussionis executor, quâ dicitur; Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. De huius porrò vita sanctitate, Archiepiscopus dignitate, sancti quoque transitus felicitate, si quis ad plenum dicere voluerit, singularis profecto libri, ad hoc solum instituti, magnitudine opus erit. Tanti ergo præparator cùm circumquaque fragaret opinio, vir beatus vñ cum germano fratre venerabili Domino Ottone sicuter præconem salutis adiit, verbum exhortationis deuotus accepit, actumque est Deo misericerte, vt etiam præfatus Otto sensim atque gradatim seculum calcare inciperet, idemque sanctitatis propositum, quod in beato fratre suo iam dudum eminebat, arriperet. Quid multis immoratur? Vterque paullò post, mutato seculari habitu, tonsuram religionis cum habitu sacrae professionis assumpsit: vterque sub regulâ B. Augustini, ac sub obedientia memorati Fratris Norberti, Domino militare deuouit. Vir Deo dignus Godefridus coniugem suam Friderici Comitis filiam, sacram sumere velamer adhortationibus piis ac salutaribus effecit.

10 Ipse quoque cùm esset maior natus cum vñanimi fratris consensu castrum ipsum Capenberg, & omnia sua Deo fideliter offerens, in die B. Petronillæ Virginis vñibus ea pauperum Christi delegavit, tria videlicet extenuis cœnobia, hoc est Capenberg, Varlar, Elöftad, quæ singula prædiis suis copiosè locupletans, eadem sub memorati Patris Norberti ordinavit prouidentia.

a *Gelenius in S. Engelberti vita lib. 3. cap. 42. tradit* Ottonis Bauari filiam, Henrici Crassi sororem, Ottoni B. Godefridi patruo nuptiam fuisse, ei videlicet qui cum altero fratre ab Eckerico trucidatus.

b *S. Mariæ Trans aquas dicti ordinis Benedictini. Aliud istud eiusdem ordinis cœnobium, S. Egidij; sed posteriorius fundatum. Transaque Lothario Saxone anno 1121. Theodoricum Antistitem reducente, cum pluribus aliis adiunctu conflagrassæ creditur: Gerbergis studio, piii, Antifitius; foris & Godefridi liberalitate restauratum.*

C A P V T III.

S. Norberti virtutes, miracula, vaticinia.

Regula, institutio, propagatio ord. *Præmonstrat.*

ii Placuit itaque Spiritui sancto, qui in præcone veritatis habitabat, quique per illum loquens in agro Dominico fructus mirabiles operari dignatus est; placuit, inquit, ei, vt in præpotatis cœnobio Fratres regulam Beati profiterentur Augustini, eo quidem tenore, vt regulam eamdem aliquantò distictius, a quâ catenus vñitatum fuerat, obseruarent, esu scilicet adipis & carnium abstinentendo, austeriore quoque habitu b penitentia rigorem exhibendo. Nam & amicus Sponsi Ioannes non exquisitus, imò naturalibus & siluestribus cibis pastus est, & ab ipso Saluatore coram turbis ad eremum confluentibus, de vestitus asperitate laudatus est. Et ecce hic ordo noster, diuinâ prosequente clementia, longè lateque protenditur, &c, vt verè confidimus, multò latius in futurum protendetur. Vnde nec ambigere præsumimus, quin sancto dictante Spiritu, & inchoatus fuerit, & diuinæ ordinationis natus promulgatus. Numquid enim non vineam istam in brachio excelsa ipse Dominus, dux itineris transtulit de Ægypto? Nonne ipse gentes, hoc est, prædones, & iniquos huius loci ha-

Math. 3. ii.

bitatores electi à conspectu nostro? Radices vinea huius *Avctoris* ipse plantauit, quæ iam usque ad mare, imò & ultra ma- *ANONYMO, ex Se-* re palmites suos, opitulatione dexteræ cœlestis, exten- *RARIO,* dit. Vereamur ergo id quod sequitur in psalmo, videli- *Psal. 79.* cet, ne singularis ferus, hoc est, antiquus noster aduersarius, vineam hanc dexterâ Dei plantatam exterminet. Quod utique idem exterminator, quo pacto, nisi quo- rumdam cœnobiorum nostrorum scissurâ & singularitate magis efficere solet? Contrà orandum est vinea planitator atque mundator, vti palmites suos dignanter excolat; incensa igni & suffossa ab increpatione sui vul- tus perire concedat; vineam tenebam ac nouellam in abundantia sua benedictionis quandoque perficiat.

12 Ipse autem præfatus Pater Norbertus præ ceteris s. Norber- Capenbergense cœnobium affectuosis diligebat; de *ti viiso* quo etiam loco, quod non silebo, in conuentu Fratrum *duplex de* aliquando residens asserebat. Fratres, inquit, carissimi, *loci Cap-* cum aliquando non longè hinc positus essem, vidi certi- *berg.* simè super locum hunc descendente Spiritum san- ctum. Contemplabar quoque alio tempore magnæ cla- ritatis lumen in circuitu loci huius exortum atque diffu- sum. Proinde, dilectissimi, glorificate Deum nostrum, quia hic profecto est mons sanctificationis illius, mons, inquam, est, quem acquisiuit dexterâ eius. Hæc ego in eodem Fratrum conuentu positus audiui, ne quis for- te perfidiâ nubilosus, perspicuè derogare præsumat veritati.

13 Audiui nihilominus eundem orthodoxæ verita- *Regulam* tis assertorem in comitatu Capitulo hec, quæ sequun- *à S. Au-* tur, prosequtentem: Scio, inquit, virum ex professionis *gustino* nostræ Fratribus, cui de regulâ nostrâ studiosius inda- ganti, non quidem suis meritis, imò confratrum suo- rum orationibus, Beatus visus est Augustinus, qui au- *accius.* team regulam à latere suo dextro prolatam illi porrexit, seque ipsum luculento ei sermone intimauit, dicens: Quem vides, Augustinus ego sum, Hipponensis Episco- pus. Ecce habes regulam, quam ego conscripsi, sub quâ si bene militauerint confratres tui, filii mei, securi Christo astabunt in extremi terrore iudicij. Et quidem ista humiliter tamquam de alio prosecutus est: nos tamen ipsum fuisse, cui hoc reuelatum est, indubitanter ad- uertimus:

14 Sed & duo illius magnalia, quæ in hoc gesta sunt *Famem* loco, dignum non arbitror præterire silentio. Quodam *prædicu-* tempore famem VWestphaliæ affutaram, & ipsos etiam Fratres parumper castigaturam in spiritu prælifixit; quæ iuxta viri Dei præscientiam adeo grauis euenit, & vt ple- rosque dira inedia calamitas extingueret.

15 Accidit ergo die quadam Fratribus ad refectio- *Fiduciā* nem itur, cùm hospitibus ac pauperibus erogarent *in Deum* quicquid sibi abstinentia subtraherent, vt panis deesset *inculcat,* alimonia, ita vt etiam vnde fieret inueniri non posset. *hanc va-* Cumquæ vir Dei sepius intimasset quod scriptum est: *n.* Proverb. Non affliget Dominus fame animam iusti; ecce subito *10. 39.* per fideles suos Dominus tantam panis abundantiam transmisit, quod Fratres & sufficienter refecti sunt & aduenientibus cum alacritate obtulerunt. Atque postmodum ex die illâ rursum Fratribus defecerunt op- portuna subsidia.

16 Tempore item alio cùm vir sanctus quemdam *Febris* vellet ex Fratribus pro causâ monasterij definare, in- *verbo pellit.* tenuens illum validâ prostratum febre, iniunxit ei cauf- sam obedientia in virtute Christi, solo verbo visus impe- rij: Vade, inquit, & reuertere, iamque amplius noli fe- bricitare. Statim ergo Frater recuperatis viribus perfe- cit quantocyius, quod à Patre sancto fuerat iussus. Ita viri Dei sermo & caussam obtinuit, & morbum diuti- num repeint fugavit.

17 In prædicto quoque loco Frater erat laudabilis, *Defunctum* cui amicus fidelissimus, pro cuius defuncti animâ mul- *precibus* tis inuigilauerat precibus, nocte quadam astitit, ei que familiari colloquio dixit: Frater mihi, gratias tibi ago, *adiuvit.* agit. quod haecenius etiam cùm ceteri amici vel affines im-

AVCTORE memores essent mei, tu nostri memoriam nullatenus
ANONY- omisisti. Et nunc adhortor, vt stabilis & immobilis in
MO, EX tuo persistas proposito, nec de ordine vestro, tamquam
SERARIO. alium potiorem inuenturus, fluctues animo, quia ni-
mirum salubriorem, animæque tuae commodiorem
tibi demonstrare non valeo. Nam & huc veni nuntiare
tuæ caritati, quod orationes confratrum tuorum quo-
tidie recitantur super altare aureum, quod est ante ocu-
los Domini. Hortor quoque, ne vnquam obedientia
subterfugias imperium. Nullâ enim virtute, coram
Dco, sublimius ac fructuosius consequeris meritum.

Psal. 67. 18 Ait Propheta, quod lingua canum Dei fit ex inimicis ab ipso. Conuersi enim ex inimicis Iudaeis multi facti sunt, & hodie sunt lingua canum, pro domo Domini contra inimicos latrantes. Et quasi quereres, Vnde tantum bonum, respondet, Ab ipso, hoc est, à gratia eius, non à seip sis. Hoc diximus propter gratiam, quam

d operatus est Deus in Fratre in tēpore nostro *a* Hebræo,
Iudei duo qui post multos errorum circuitus, Dei munere præ-
conuerſi, signo Cru- uentus, cœpit ardenti desiderio fidem Christianam in-
cūs confir- quirere. Disputabat ergo cum Christianis, conferens de
mantur: Lege ac Prophetis, cui cù:m dicerent ex verbis Aposto-
arripiunt li, quòd velamen maneret super cor eius, cogitabat, hoc
inſtitutū non melius tolli, quām signaculo crucis: cœpitque si-
Præmonſt. gnare ſe, occultè tamen propter metum Iudæorum. Et
2. Cor. 3, quia Iudæi signa petunt, ieuniis & orationibus inten-
15.

tus cœpit efflagitare signum à Domino, quo posset aduertere, si Dei gratiam percipere mereretur. Quod cùm obnixiùs ageret, ecce videt se Christi throno assisten-tem, & crucem auream super humerum Dominicum refulgētem, cernensque quosdam ex Iudæis propè asta-re, Nonne, inquit, recognoscetis ipsum hunc esse, de
Isa. 9, 6. quo Isaías loquitur: Et factus est principatus super hu-
merum eius? Taliq̄ue signo iam plenè conuersus fatage-
bat aliquos etiam suorum de Iudaicâ liberare perfidiâ,
& veniens Mogontiam in domum cognatorum, ger-
manum suum admodūm paruulum manu apprehen-
sum de medio Iudaorū callidè foras ciuitatem tenta-
bat educere. Sed operante maligno per plateas gyrando
vnâ cum puerō cœpit errare, ita vt portam, quam egre-
deretur, inuenire non posset. Cumq̄ue nimis in ambu-
lando gyrouagus vexaretur, intelligens demum ex ma-
ligno hunc fieri errorem, crucis vexillo frontem arma-
uit, & mox apertis oculis portam inueniens lātabundus
aufugit. Sicq̄ue secum erepto puerō in breui dehinc ba-
ptismi gratiam percepit cum illo, ac prosequente cælesti
dono, simul cum eodem non longè post, nostræ militiæ
societati adunatus est.

² Quid Regula S. Augustini superadditum sit à Norberto, do-
cet eius vita cap. 24. Incubus de Vitriaco histor. Occident. cap. 22.
Biblioth. Premonst. lib. I. cap. 5.

b Laneo videlicet ac viueo; quia, ut ipsamet ait vita cap. 2. 4.
auctoritate & vsu Ecclesie paenitentes in laneis sunt. Solent
certè maiores nostri peregrinationes vovere obeundas nudis pedibus,
in laneis, sive absque laneis uestibus. Prius alsoquin solis oris vel
libus induerat se Norbertus; quem habitum in concilio Friesla-
riensi coram Legato Apostolico accusatus, mutauit.

*c Vrspergensis: An. 1125. hyemem asperrimam, ver tēpēltuo-
sum, famē validissima ac mortalitas sauvissima secuta, tantam
stragēm per vniuersas prouincias, maximē tamē de vulgari-
bus dederunt, vt pēnē tertia pars populi notaretur occubuisse.
Pōst referat, feriā quartā Pentecostes 28. Maij, fruges vitesq; prui-
nā; & quidquid reliquum fuit, 16. Junij tempestate & pluviā
instar diluisij effusā subuerūm fuisse. De eadem fame eiusq; caussis
agit Robertus de Monte. Capit ergo anno 1125. carior esse annona,
sequenti grāffata est famē.*

*d Hic est B. Hermannus; qui Colonia natus, (nam non nisi
an. 1423. ex urbe interdictum Iudei;) vir doctus, disputatione
cum Ruperto Tuitensi alijsq; habitâ conuersus, institutum Pra-
monstratense complexus, Scheidano eiusdem ordinis canobio in Co-
mitatu Marcano prefectus, sanctissime vixit. Corpus de tumulo
eleuatorum à Ioanne Gelenio Archiepiscopi Colonensis in spiritua-
libus Vicario: cuius frater Egidius V. Cl. plura de eo in Fastis SS.
Coloniensium brevi editurus.*

C A P V T IV.

B. Godefridi varie probata constantia.

¹⁹ **S**ed hæc haec tantum. Iam deinceps ad beatum Co- *B. Gode.*
mitem reflectamus articulum, & qualiter serpens *fridus* à
antiquis virtutes eius videns & inuidens, per satellites *sotero ve-*
suros illi obuiare tētauerit, iam nunc adducāmus in me- *natur.*

ditionum. Vbi primum sancti viri religiositas innotuit, Fri-

dericus & Comes profanus & Antichristianus potius
quam Christianus, auaritia facibus accensus infrecuit,
fallacia commenta exquisuit, dicens filiam suam arte
circumuentam, hereditatis quoque debite portionem
fraudulentâ illi seductione sublatam. Quâ occasione
diuersis beatum virum affecti iniuriis, multis vexauit
contumeliis, cùm ille tamen expeditissimam de omni-
bus redderet rationem, & impudentem eius vesaniam,
prout dignum erat, confidenter argueret. Verumta-
men infelix ille non quiescens, & plus aloës quam
mellis habens, cùm aliquando suorum concione valla-
tus, complura genero minaretur, multis astantium ta-
men ob tanti viri reuerentiam lacrymas continere non
valentibus, vir Dei conscientiae vallo munitus, quod
grassanti vesania aspirare fas non erat, omnem furoris
illius impetum securus irritidebat; vocatoque demum
vno ex familiaribus suis ait: Forte infelix iste me capti-
uare disponit, tu verò Patri Norberto dico, quatenus
etiam si incarceratus fuero, ne quem pro mei absolutio-
ne labore vel exiguum impendat. Ego enim pro lege
Dei mei non solum incarcerari, sed etiam in carcere
mori vitinam condignus inueniar. Ego in carcere Deum
meum deprecabor, in carcere misericordiam & mis-
erationes eius alacriter praestolabor. Opto siquidem, ut
quemadmodum scopula vsu detrita nouissime flammis
iniicitur, sic corpus meum Christi exhaustum seruitio,
tribulationis demum igne consummetur. Ecce quanta
beati viri constantia, omnia quidem pro Christo per-
peti decernebat, sed pius Dominus nostris eum adhuc
profectibus referuabat.

20 Fridericus præterea inexplibili stimulante auari-
tiâ, (Quid enim non mortalia pectora cogit auri sacra
fames?) castrum Capenberg obsidere, ipsumque Pa-
trem Norbertum pro muris suspendere minitans, (nam
quis metus aut pudor est vñquam properantis auarii?)
eousque mala malis adiiciens iram sibi thesaurizauit,
donec Altissimus, qui patiens est redditor, condignâ
illum animaduersione percussit: quem & vnum è Fratribus
ante denuntiatum eius interitum à leone horrendo
transglutiri per visum agnouit.

21 Sed nec sic serpens ille, vno licet succiso capite, à veneno suæ conquieuit inuidiæ, sancto quidem viro tribulationem & dolorem exuscitans, sed in his quamquam inuitus maiorem illi virtutis occasionem subministrans. Hæc enim est inscrutabilis abyssus iudiciorum Dei, quæ diabolum cùm membris suis electorum cogit deseruire profectui, cuius profundum & beatus Apostolus intuebatur, cùm diceret: Scimus quoniam dili- gentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum pròpositum vocati sunt sancti. Sola enim est diuina vis, cui & mala bona sunt, dum eis competenter vtendo, ne quid in regno eius temeritatí liceat, boni alii cuius effectum elicit. Quod in sequentibus luce clariùs elucebit. Matronam igitur, quæ sacrum velamen asumperat, Franco quidam secessus diabolico rapuit instinctu, qui beato viro inermi fortè obuianti, tantamque illius nequitiam piè persequenti, cùm armatus & elatus diceret: Tune ille es, qui detrimentis meis operam dare perhiberis? Vir sanctus quemadmodum scriptum est, In timore Domini fiducia fortitudinis; & Iustus quasi leo confidens absque terrore erit, constantissimè respondit: Ego detrimentis tuis nequaquam inuigilo, quin potius hostis antiqui dentibus, cuius manci- pium

pium factus es, te summiere eruire desidero. Cumque ille vesaniens gladium arriperet, dicam, dicam (magnus ab integro seclorum ut noverit ordo) dicam quomodo vir Dei tamquam ad victimam agnus ductus, sine voce astitit, cervicem protinus tetendit; sed nutu diuino conterritus ille ferire non praevaluit. Numquid ergo hunc virum Christi Martyrem non dixerim, qui non solum animo, sed & iugulo præparato, tam incunctanter se ingerebat martyrio? Quis hunc athletam separat à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Denique raptam suam variis laborum anfractibus requisitam, cellulæ demum restituit, & raptor ille morte pessimâ, quæ peccatorum est propria, non longè post lancea perfoßus interit.

*Godefridi
in conui-
ciis patie-
tia;*

22 Quid autem de nonnullis insensatis ministerialibus, & seruis etiam infimis referam, qui multis illum pulsauerere conuicii, dicentes eum amentem factum, sequi fal-sarium & impostorem illum Norbertum, tam sublimem huius mundi gloriam stulte deserere, sequi desolatos, & quasi acephalos relinquere? Verum inter omnia hac athleta noster dum omnes excipit assultus, permanet eiusdem patientia fortis ad omnes telorum nimbos, reddit & has contrâ venerando pectoro voces: Si diligenteris, inquit, me, gauderis utique, quia ad Deum meum tendo, quia naufragium seculi huius præterire desidero, quia Creatori meo proximari concupisco.

*trem in
bonis Deo
dicandis:*

23 In die vero Assumptionis beatissime Virginis Mariæ, quæ summa nobis est solemnitas, quando & huius loci ambitus ab Antistite consecratus est, quis dignè comtemoret, quales tentationum impetus, quantos impulsionum fluctus euicerit, aliis eum hinc trahentibus, aliis inde retrahentibus, ac mirâ improbitate sugerentibus, ne tanta honestatis, tantæque spectabilitatis castrum defereret, cum & ipse Antistes carnem sapiens, & cor in terrâ trahens, alterius ei mansionem contumaciam re promitteret? Sed Christi miles inuictissimus, & verè super Christum fundatus, inter imbras & flumina, tot quoque ventorum flamina, immobili persistens tolerans, nec terrore terri potuit, nec turbine frangi. Fortis enim est ut mors dilectio, & aquæ multæ non potuerunt extingueare caritatem. Nihil seruo Dei

*Cantic.
8. 6. & 7.*

de multiplicis possessionis sua complacebat specie, quia sola pretiosa margarita, hoc est, caritatis diuinæ claritas fulgebat in mente. Ministeriales centum & quinque, præter alias donationes glorioſas, cum sufficientissimis possessionibus Monasterensi Ecclesiæ donauit, præter eos, quos Ecclesiæ Coloniensi, aliisque locis, prout ipsi oraue, contradidit.

C A P V T V.

Aliæ præclaræ eius virtutes.

humilitas.
*Matth.
11. 29.*

24 Tandem ergo compositis rerum morumque secundis in commune bonis, postquam à confusione durâ respirare datum est illi, clauſtroque fouere pacificos sensus, & in otia soluere curas, quantum purgatissimis moribus enituerit, Deum testor, quod humani sermonis inopia nullatenus explicabit. Studebat primùm in omnibus sui despectum appetere, indigna quælibet atque extrema seruitia non abhorrente, oblatam sibi à Fratribus venerationem humiliè declinare. Alto enim corde retinuit, quod à Magistro humilitatis accepit dicente: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inueniens requiem animabus vestris.

*Cœptio
& affida
lacryma:*

25 Verbum Dei audiens, seu orationem Domino fundens, vberrimis profluebat lacrymis, quæ fatis in illo declarabat ardorem ac deuotionem internæ puritatis. Quâ de re unus quoque seniorum testabatur dicens: De hoc viro sancto illud ego frequentius videns admiratus sum, quod cùm vnâ nobiscum ad communem discumberet refectionem, non modò mirâ ciborum

pollebat abstinentiâ, verum etiam tam vberrimis atque creberrimis lacrymarum rigabatur fluentis, vt stu-pens hac intra me reputarem: Deus bone, quid in hoc agitur homine beatissimo? quæ putas horum ratio genitum? quæ tantarum causa est lacrymarum? Num ex nimia spiritualis lætitiae se conficit abundantia, gratias nimur agens & amantissimâ consideratione pendens diuina, quæ hoc loco ipse in perpetuum ordinavit, ministeria, quæque iam nunc adeo videt in suis feruere præsentia? Num, inquam, pro his magnificis Dei beneficiis, in tantum gratulatur, vt à lacrymis tam affluentibus temperare non valeat? An verò potius tam immenso, tam impatienti, tam inconsolabili rapitur æternorum desiderio bonorum, vt illius intuitu, terrenorumque fastidio nihil omnino ei nisi flere libeat? Vtiusque profecto causa salubris & laudanda religiositas, utiusque compunctionis beata talique Dei seruo condigna sublimitas. Hæc senior noster, quæ assidue oculis suis intuitus est, veraci ac fideli mihi testimonio prosecutus est.

26 Semen præterea verbi diuini secundo corde prædicantis percepit, tantaque ac tam crebra exhortationis gratia diffusa erat in labiis eius, vt Pater Norbertus de ipso gratulatoriè dixisse pertebeatur: Postquam ego in prædicationis cursu lastatus defecero, Godefridū filium meum suscitabo more ceruorum, qui cùm se venatorum instantiâ supra vires lastari persenserint, alios pro se certuos exagitandos suscitare memorantur. Proinde vel vnum ex dictis eius, quod à Fratribus didici memorabile, pia mente non ingratum erit aduertere. Cùm Fratres exhortaretur non curare labia iniqua, & detrahentium inepia mendacia, quia imperitos tantum falsus honor iuuat, & mendax infamia terret, Mendacium, apophthe-inquit, diu subsistere non valet, veritas autem stabilis gma de perseuerat & solida. Mendacium enim in precipiti se-mendacio: det equo, veritas autem in asino. Et recta planè similitudo, veritatem sedere in asino, quia Dominus meus qui ait: Ego sum veritas, in asino sedere dignatus est. *Ioan. 14.*

27 Corpus etiam suum & Apostolico castigabat ^{6.} abstinencia, ac perenni frangebat ieiunios, scienique, quod *sia.*

Summa quies nil velle super quam postulat vius
Debitus, vt simplex almonia, vestis & vna
Infirmos tegat, ac recreet medicriter artus,
modicis omnino contentus erat, aquam frequentius
bibens, & pane solo excepto, vix aliud quippiam ali-
mentorum sumpsit.

28 Cùm autem Fratres quidam tepidi de rigore or- Rigorem
dinis relaxando illi suggererent, vir sanctus Dei Spiritu plenus hac similitudine respondit: Qui magnum <sup>apte sua-
der.</sup> fluuium nauigio transmeare proponunt, longè superiùs à destinatâ ripâ nauigare incipiunt, quia violentiâ retorquentur incessabili, & velint nolint, cùm fluuiu quodammodo descendere compelluntur: Ita & nos fratres, qui hoc mare magnum, & spatiōsum manibus pertransire contēdimus, vbi sunt reptilia, quorum non est numerus, adiungere ascensum, nostrum roboremus propositum, quia humanæ torpor negligētiæ semper in descensu est: & vereor plurimum, ne in futurum ordo noster descendendo vel prolabendo nimiūm, (quia qui modica spernit, paullatim defluit) ad tempora pristini relabatur decursum. *Eccl. 19.*

C A P V T VI.

Etiam in seculo sancti mores.

29 Qvodam tempore cùm ciues Monasterienses aduersus Comitem nostrum, seculari adhuc habitu detentū, iurgia concitarent, & bella mouerent, unus ex ministris eius cum suis complicibus, in viciniam illam excurrens, prædam congregauit copiosam, animalia quoque multa, quæ diripuerat, stante in portâ Comite, tamquam gloriabundus adduxit. Cùmque vir pius æquitatis

850 VITA B. GODEFRIDI CAPPENBERG. ORD. PRÆMONST.

AVCTORE
ANONYMO. EX SE-
RARIO.
*Aliis per
fusos erupta
refutui
inbet.*

equitatis amicus, inquirens quid hoc esset, rem didicisset ex ordine, continuò sanctâ indignatione permotus, ministris astantibus, Itē, inquit, dicit p̄dōni iniquo, ne nostros vñquam p̄fumat adire conspectus, donec eis, quos impie læsit, satisfaciat, omnibus quæ rapuit ad integrum restitutis. Si enim homines ciuitatis illius ad p̄fens nobis, prout forè sumus digni, aduersantur, numquid ob hoc p̄fumtor iste villanos & innocentes quosque, nostri sub nominis vmbra, de p̄dabit? Ad hoc ille perterritus, & nil tunc minùs auditurum fēce arbitratus, quantocū discessit, ex rāpiñ nil sibi retinere p̄fumens, sua cuique multā cum sollicitudine resignauit. Itaque cūm in Godefrido multa stupeainus mirifica, ea plus mirari solemus, quæ in seculari dignitate bona executus est.

Erga le-
prosos, &
viles agros
comis.

30 Inter cetera celestis gratia dona, eximia quoque in viro Dei, necdum feculi rebus exuto, abundabat compassio. Nec leprosos, aut quamlibet infirmæ conditionis ægrotos despexit; adeò vt, stupentibus ministris, pauperissimo cuidam apud se languenti pius atque humillimus visitator assideret. De sordidissimo eius vasculo vñā bibere non exhorruit, per omnia infirmitati se contemperans, & iuxta Apostolicam eruditionem, ita subueniens, quemadmodū sibi vellet subueniri, si eadem vel simili ægritudine laboraret.

In paupo-
res libera-
lia.

31 Illud quoque de hoc liberalissimo Dei seruo nequaquam tegam silentio, quod gladio adhuc accinctus, dum iret ad visitandum Varlarense cœnobium cum famulo suo Giselberto, quem postea Conuersum vidimus, occurrit mendicus eleemosynam petens. Mox vir misericordissimus nullatenus ferens vacuum abire pauperem, Giselberto ait: Remansit, oro, quicquam in loculis? Respondit ille, Etiam Domine: Da, inquit, pauperi. Quo factō, rursus queri iussit, liquid adhuc foret residuum, iterum ergo datum est pauperi. Sed nec sic quieuit sancti viri largi benignitas, quousque tertio quoque totum quod remanserat, pauperi donaretur. Ita Trinitatis Deificæ verus confessor & cultor, sine trino munere inopem præterire nequaquam passus est. Famulo quoque suo dixit: Demus, quæso, egenis quidquid valuerimus, quatenus Dei nostri bonitas nouellam plantationem Fratrum nostrorum in Capenberg & Varlare confirmare dignetur.

Zelus Ot-
tonis fra-
tricis.

32 Cuius germanus Otto, quod prætereundum non est, cūm esset apud Eloftat, illis in partibus diuinæ seruitutis cultum dono Dei ampliavit. Manegoldus enim vir nobilis & potens, cuius erant castra duo, Hagen, & VVirberg, ab aduersariis suis vñā cum filio interemptus est. Remansit autem totius posseffionis heres vñica filia, nomine Aurelia. Quam multis vxorēs potentibus (erat enim satis elegantis forma) venit Otto, & dato ei perpetuae castitatis consilio, noctu eam non sine vita periculo, voluntariam abduxit. Deinde Pontificali & regali auctoritate subnixus, multis & varijs exigit laboribus, quod simul cum Aureliâ hereditas tota diuinis ministeriis mancipata est. Castrum igitur Hagen ipse delevit incēdio, in altero autem frātrum & sororum hodie viget religio.

C A P V T VII.

Mundi contemptus, caritas erga proximum.

33 **Q**uantæ verò puritatis, quantæque simplicitatis devotione Godefridus cuncta reliquerit, & ex responso ipsius, quo Euctuuino satisfecit, plenissimè declaratum est. Eā namque tempestate, quā raptam à Francone matronam laboriosè requisivit, fama, quæ tam prauī fictiū tenax quām nūtia veri est, mox vndique percrebuit, Comitem Godefridum prænitidine ductum, suam recipisse coniugem, Fratresque omnes de castro, quod iam religiosi occupauerant, cum iniuria perturbasse. Talibus figuris ad Mōsam usque di-

uulgatis, venit de simibus illis Euctuuinus, nostri Henrici germanus, cumdem Henricum secum sperans ab- Godefridi
confans
cessurum: & salutato Comite, cūm benignè suscepimus
foret, causam aduentus sui requisitus, exponebat di-
in rebus
cens: Veni, Domine, fratrem meum, qui apud vos
Deo dicatis.

Conuersus est, quem & vnicè diligo, pristinæ reuocare professioni, quia iam pridē vos, receptis omnibus, vniuersos Fratres expellere cœpisse, lögè latēque nun-tiat. Tunc vir Dei alacri vultu respondit: Quid ergo? Nonne tuis, amice, oculis in præsentiarum comprobas, facta esse omnia? Miror quidem valdè tantæ impuden-tiæ figmenta. Quā enim temeritatis audaciæ mihi ea usurparem, quorum hodie nulla proprietas omnino mihi residua est, quæque Dei solius sunt attributa ser-vitio? Scis tu, Deus meus, quod etiam si filios nutri-
dos ex feminâ illâ suscepissem, stipem potius necessi-tatis nostrâ ostiatim mendicando, parvulosque in cer-uice mēa gestando conquerirerem, quām eorum quip-piam, quæ Dei sunt atque seruorum eius, aliquatenus temerare auderem. Hæc audientes qui aderant, tan-tam tanti viri sinceritatem, altissimamque paupertatem usqueque non sine fletu mirati sunt.

34 Tempore quo maximè Friderici Comitis aduersus virtum Dēi feruebat persecutio, quemadmo-dūm ab eodem furore suo vel ad modicum tyranni refracta fuerit immanitas, occultare non debo. Acci-dit vt illis diebus apud Traiectum fieret, præsente ac iubente Imperatore Henrico, Comitum, Marchionum, aliorum conuētus nobilium; ubi & ipsum contigit ad-esse Fridericum. Dum ergo tractat̄ nonnullis Imperij negotiis seorsim in secretario suo resideret Imperator, confidentes forinsecus Principes, vt assolet, multa inter se vario sermone ferebant. Cūm ecce vñus b Sueuorum Princeps benè Christianus, dissimulans omnino se, quis esset Fridericus, agnoscere, cœpit illum face-

Coram
Imperato-
re lauda-
tur, scero
reprehen-
so.

tissimā urbanitatē, in illius senatus audientiā, confu-re, hoc modo Godefridi nostri, ciusque fratris conuer-sionem inducēs: Paullulum, inquit, ô Heroes & com-militones dignamini aduertere. Auditum est, & cele-bri sermone vulgatum in finibus nostris memorabile gratia Dei miraculum, quod videlicet Capenbergen-les Comites duo, diuinā inspiratione cōpuncti, omnia sua Domino Deo nostro reddidere, ita vt omnis hereditas ipsorum in obsequium pauperum Christi, Deo iugiter seruientium, cedar in perpetuum. Felices nimurum viri multumque beati, quibus à Domino tantæ virtutis est collata ingenuitas, tamque sublimis propositi felicitate est confummata voluntas, qui nostris diebus vniuersis Christi fidelibus magnificum sanctitatis ac vo-luntariæ paupertatis largiti sunt exemplum, seipso quoque non dubitantes humiliter in eorumdem Dei pau-perum aggregare consortium! Sed ecce (ô nefas!) quidam in viciniâ illâ filius diaboli, Fridericus nomi-ne de Arnesberg, tantæ sanctitatis bonum, vt fama est, præpedire nititur, atque nubilo cœcatus auaritiae in ipsum Deum, quod nullus ambiguit Christianus, in-felia bella machinatur. Ego verò si Deo nostro hic pef-simus mortalium aliquando p̄dō p̄eualuerit, minùs libenter ipsi Deo me deinceps seruiturum profiteor, qui tantam nominis sui iniuriam propulsare noluerit. Nec tamen desperare queo, in conflictu isto Dei futuram esse victoriā. Inter hec autem irrisoria Principis verba, infelix ille grauissimā confusione deiectus, huc illucque vultum declinabat, loquentis aspectum ferre non susti-nens, nec in tali conuentu, p̄a conscientiæ impietate, vel mutire p̄fumens.

35 Hoc tamen cōpertum nobis & certum est, quod Pro capti- post conuentum illum regressus domum, aliquantum uis inter- cœpit agere mitiū, missōque nuntio, virum Dei ma-cedit.gnâ cum lenitate deprecatus est, vt dignaretur Arnef-berg ad suum venire colloquium. Hic sperans eum de animæ suæ remedio quippiam tractaturum, paucis fi-delium suorum assumptis in Assumptione B. Mariæ Virginis

Virginis confidenter venit ad locum. Vbi dum captiuos, compeditos, & incarcertos plerosque reperiisset (semper enim homo crudelissimus habebat, quos in catenis maceratos affligeret) super his, more suo, viscerali flexus clementia, primò omnium pro his rogaturus accessit. Verum ad omnes supplicationum blanditias ille velut pelagi rupes immota resistebat, non tantæ solemnitatis gratiam, non tanti viri reverentiam, non deinde lamentabilem captiuorum miseriariam dignatus aduertere.

*Socer eius
infusa
mors.*

36 Quid autem mirum si eo tempore homo saeuissimus nullū pietatis admisit remedium, qui & ipsa mortis suæ horâ nullius preces, nullius consilium admittens, nec vnum quidem ex captiuis relaxare voluit? Mortuus est impius tam tetri, vt aiunt, putoris molestia, vt matrona quæ illi affidebat, ipsa etiam post paululum expiraret: & percussione tyranni gratulantes captiui, tunc demum absoluti sunt; frustâ tamen, quia ex eis nonnulli diuturno carceris squalore infirmati spiritum in breui reddiderunt.

*Ostenta-
tas ab eo
opos con-
temnit.*

37 Dolente autem Godefrido, canssam sibi, pro quâ vocatus esset, non aperiri, aslumptum eum circumducere cœpit Fridericus, murorum ædificia, vel ceteram supelleciliis sua varietatem ostentando: cùm tamen vir sanctus omnia hæc irrideret, & cuidam suorum, qui id ipsum mihi attestatus est, innuens, hæc auribus eius instillaret: Existimat hic homo, me huiusmodi vanitatibus oblectari, sed ego hac vice velut ex necessitate morem ei gerere compellor, cùm tamen pro cunctis eius, quas ostentat diuitiis, putris calami pretiuin non commutarem. Paucis deinde illum exhortatus, omnis protinus dilationis impatiens, festinauit ad redditum. Semper enim seculi tumultus molestissimè ferebat, paradisum æstimans claustrale silentium, & dilecta sibi solitudinis quietem omnibus Cræsi superponens diuitiis.

*Eterna
sola aſſi-
menda
docet.*

38 Post hæc verò, cùm persecutoris sui cognouisset interitum, vera compassionis affectu, memor clementiae, immemor malitiae, lacrymas fudit, per Spiritum in se habitantem sciens ad quæ vel quanta supplicia talis anima iusto Dei raperetur iudicio. Venerunt quoque sub idem tempus nonnulli ex ministris eius dicentes: Ecce Domine, qualis & quâm ampla vobis obuenisset hereditas, si huius mundi gloriam, quam possidere valebatis, non vltro placuissest abiicere. Quos ille indignantis vultu reuerberans, Quid est, ait, quod pro magno iactatis? Numquid non omnia relicturus eram, quemadmodum & iste moriendo reliquit: Ecce interiit, nec iam sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Scis tu Domine Deus, quod etiamsi sic futurum præuidissimi, nequaquam ob hoc tamen conuersionsis distulissim gratiam, nisi forte ad amplius dilataridam laudationis tuae seruitutem. Quid porrò magnum feci ea relinquendo, quæ ipsa naturæ conditione mecum permanere non poterant? Nonne

Omnia quæ tempus peragit, quæque exitus aufert,
Vilia sunt breuitate sui?
Respondete quæso. Num si vobis opulentissimam ciuitatem vñ filiâ comparare daretur, fili quam illam tani lucroso commercio eligeret subtrahere, plus diligendo filiâ, quâm ciuitatem amplissimam? Ad quod illi cùm respondentes dicerent, Hoc factu stultissimum; Longè, inquit, stolidior, longeque vesanior est, qui quamlibet amplam huius mundi substantiam pro regno caelesti commutare dissimulat. Quis gloriabitur, imò quis meritò de hoc remunerari postulabit, si auctori suo restituat, quod ab ipso accepit? Et tamen pius Dominus, etiam in huiusmodi nobis occasionem salutis constituit, quod solâ nimis dignatione fit eius inexhausta bonitatis.

a Inferius nempe, quod vulgo Ulraiectum. Hic anno 1122.
natalem Domini celebravit Henricus V. ut Vrbergensis, &
Crantzus Saxonie, s. cap. 43.

b Erit hic fortassis Fredericus II. Dux Sueviae, Henrico V.

Casari, auunculo suo, apprimè gratiosus, vir, ut Friesingenfis scribit, in bellis fortis, in negotiis ingeniosus, vultu & animo AVCTORE ANONYMO, in serinone vrbanus, &c.
c Aliis Arnsburg, Arnsburg, Arnsberg, Brunus to. 4. Theatri vrbium. Sun qui Angersberg hand fecus quâm Arnsberg legunt, quasi ibi Angaria Ducatus incepit. Ab aquilâ duftum nomen. & monte in quo situm: & gestarunt olim Comites, nuncq; Archipiscopos Coloniensis Arnsberg dominus, albam in scutorib; beo aquilam. Arx etiamnum valida est in iugo montis, in cuius acclivi geminum pendet oppidum verus & nouum, ad radicem cœnobium ordinis Pramonstratensis Wedinchusen, quasi Wiedekindi (fortassis magni illius & Sancti) domum dicas: id Henricus huius Friderici nepos fundauit, idem ipse in institutum professus anno 1157.

C A P V T VIII.

*Sanctitas eius terrori est diabolus; Principibus
venerationi.*

39 **N**oui præterea vnum è Fratribus magnæ sanctitatis & gratuitatis virum, qui mihi secum de Godefridi meritis conferenti, hoc sermone respondit: *Dæmoniā
infestatio-
ne quem-
dam ver-
bo, a pe-
tunc libe-
rat.*
Eia Frater, quis est hodie mortalium, qui merita sanctitatis eius ad plenum æstimare sufficiat? Ego tanti miraculi exhibitione per sacram illius præsentiam præsens expertus sum, vt longè inferius reputarem si vel cœco mihi visum, vel claudio gressum, seu etiam furdo restauraret auditum. Solo enim intuitu, sacrâque vultus eius efficaciâ quotidie infestum à me repellebatur dæmonium. His auditis obstupui, fateor, & haec referenti: Per illum, inquam, te obtestor, qui est vera caritas, ne huius tam fructuosa, tamque diuinæ rei me fraudes notitiat. Tum ille: Eo, inquit, anno quo primùm mutato habitu monasterium peti, multis me tædiis hostis antiquus, multisque tentationum aculeis incessanter aggressus est, ita vt ipsum dæmonem scapulis meis quodammodo insidentem, & intolerabiliter me ab omni operis deuotione retardantem, continuâ vexatione sentirem. Hunc ego dæmonem aliquando vehementius insidentem, cùm pro posse reluctans, in oratione coram altari sancto prostratus, diuinitum invocare auxilium, Dominus mihi etiam visibilem ostendit, habitu deformem, vultuque terribilis. Quotiescumque igitur sic affligebar, curiebam & inquirebam sancti viri præsentiam, & continuò eo viso, quasi quodam rore perfundebam, moxque fugam dæmonis, & mirabile tam corporis quâm spiritus sentiebam refrigeratum. Quod si præsentem fortè videre non valebam, sed tantummodò solam vocem ipsius audire merebar, confessim non dissimili consolationis gratiâ refrigeratus sum, adeò vt nullatenus ambigere possem, talia in eo operari præsentissimam Spiritus sancti efficiaciam. Quo Spiritu ille illustratus, meas quoque metacentre cognouit angustias, & velut omnia in se mea expertus incommoda, congruam quoque consolationis vocem formabat dicens: Frater mi, consolare, viriliter age, & quoties in tantu affligeris, vt ne vñ quidem orationem coram Domino fundere præualeas, sustine teñpissim miserendi eius, atque in spe futuræ consolationis Dei respira, certissimè sciendo, quia iuxta Prophetæ veridicam vocem, Si abiecit, & miserebitur secundum mul- Thre. 3.
titudinem miserationum suarum. Ita me dulcissimo sermone, & mellitâ Dei melle lingua refouebat, sicque annum ferè continuum agonizabam, & quocumque die virum Dei casu aliquo videre vel audire non merui, grauissimâ, vt præfatus sum, dæmonis infestatione cōperebar. Hæc ego dicta vel acta sancti Fratris nostri nequaquam passus sum tegi silentio, quarenus pia omnis cognoscat anima, quanta in Godefrido nostro reposita fuerit supernæ gratiæ magnitudo.

40 Oportebat quodam tempore hunc Dei seruum, ab Henri- co Imperatore hono- ratur.

AVCTO- postmodum tanti viri exemplo conuersus est, cui ta-
RE ANO- men interim non valde fuerunt accepta conuersionis
NYMO, EX- Domini sui principia. Hunc ergo cum paucissimis fa-
SERARIO. mulis assument, dum iter aggredi tentaret, ille ausus
est dicere: Qualiter, ô Domine, tuum Imperator ad-
uentum excipiet? quali putas vultu te egenum aspiciet,
& pauperem habitu, vel crine deformem? absque so-
litâ militum frequentâ modò ad se venientem? Cui
Prouerb. 21. 1. vir Dei placidissimè respondit: Hoc, Frater, Deo no-
stro totum committo, in cuius manu cor Regis est, &
quocumque voluerit, inclinabit illud. Cum ergo ve-
nisset ad palatium, Imperator, licet variis occupatus
negotiis, eum videns, reiectis omnibus à longè cu-
currit in amplexus eius, exclamans atque dicens: O
cognate dilectissime, Deo nostro immensas gratias
ago, quod te videre hodie merui. Nec enim hac die
talem ac tantum, tamque mihi præcipuum virum me
visurum aestimau. Ita miro susceptum amore, magno
quoque eum honore detinebat, & præ ceteris, ad Ca-
pellani ruborem, familiarius habitum, deinde non
absque affectuoso mœrore dimisit in pace.

C A P V T I X.

Propositum eius multis modis impugnatum.

Confessio 41. **A**ntistes quoque porrò Monasteriensis, cum fug-
eius in di- gerentibus plurimis, castrum Capenberg, ne ini-
candâ Deo partem seruorum Christi cederet, obtinere niteretur,
Capenber- gâ. plurimaque loca beato viro in concubium cunctis
acclamantibus offerret, ipse super petram verè funda-
tus constantissimè resistebat, ita respondens Episcopo:
Frustra, Pater, vniuersi conantur, quicumque terrori-
bus vel blandimentis propositū nostrum de loci huius
mutatione Dei dono inspiratum, impedire laborant;
quia nullâ feram ratione, vt, me superstite, deinceps in
hoc loco mundanae varitati seruiatur, quin potius id
elaborare necesse est, vt vbi haec tenus licentiosa mili-
tum grassabatur incursio, illic amodò cælestis obsequij
succedat aspiditas: sufficiunt enim præteriti dispendia
temporis ad stultorum voluntatem consumiriandam,
qui ambulauerunt, vt scriptum est, in luxuriis & desi-
deriis suis. Mihi credite, etiamsi quadruplo tatum pos-
sessionum recompenantes offerretis, numquam ca-
strum hoc vterius seculi negotiis occupari consenti-
rem. Tantâ beati viri constantiâ, talique responsionum
strenuitate confutati, nil Antistes, nil ceteri omnes vl-
trâ super hac re tentare præsumperunt.

42. Sed & tyrannus, quem sèpè iam diximus, tre-
mendum verborum eius fulmen expertus est, cum fo-
ret ex illis vnu vir iste, de quibus legimus, quod si
Apocal. 11. 5. quis eos nocere voluerit, ignis de ore ipsorum egre-
Peccatores libertatis memor Godefridus, cōtra se Leuiatan, mun-
liberè re- prehendit. di respectu, suscitaret, mox conturbati sunt Principes
Exod. 15. Edom, rōbustos Moab obtinuit furor, indignati sunt
habitatores Chanaan: quorum præcipius Fridericus
auaritiae flammâ succensus (halitus quippe diaboli
prunas ardere facit) possessionibus Comitis, filiæ oc-
casione, inhiabat, instabat, exercitum aduersus Comi-
tem ductabat, crebrò placitabat, impietate pro pietate
vtebatur. Condictâ igitur die in magnæ multitudinis
frequentia, collatis multis hinc inde sermonibus, de-
mum vir Dei innocentiae puritate conspicuus, atque
liberrimus, huiusmodi fulminea sancti Spiritus iacula
in illum contorsit, dicens: Eia, miser homo, quid tan-
toperè infimis & caducis rebus æstuas? Quid finitimus
inhias contempto limite agellis? Numquid tu solus ha-
bitabis in medio terræ? Numquid mundum vorabis
vniuersum? Esto; Et quid tibi proficit, si totum mun-
dum lucreris, animæ verò tuae detrimentum patiaris?
Tu quidem filiæ nobis occasiōnem adducis, verū
vniuersi nouimus, quantus te infatiabilis auaritiae ob-

fideat morbus, qui, mundo teste, nec defuncti fratris
tui filiæ pepercisti, sed eadem auaritiae vesanicns, captiu-
tatis eam iniuriis affecisti. Inter haec verba mirabili con-
fidentiâ, multorum cum stupore, mentum illius appre-
hensum concutens adiecit etiam haec: Ecce facies tua **Friderico**
iam iamque marcerè incipit, ecce caro vultus tui iam **Comiti**
contabescit, velis, nolis, iam tempus imminent, quo re-
mortem foliueris in paluarem, & redigetur in lutum ceruix tua. **predicti.**
Princeps, & vnu ex huius seculi primis, ore vulgari
nominaris: sed timendum astimo, ne in futuro seculo
non inter primos, verū nec inter nouissimos ac despe-
ctissimos computari merearis. Tunc ille irridens cum
timore respondit: Vos quidem, ô Domine, non tam à
Deo Dei Spiritu repleti estis, quin ego fieri queam sal-
uus æquè vt vos, & uester ille seruus seductor Nor-
bertus. Ita ergo ignis, vt dixi, de spirituali cælo defen-
dens, veritatis inimicum vrebatur atque consumebat, crut-
ciabat non illuminabat.

43. Nec multò pòst infelix ille mortuus est, & respi-
rauit mundus a tali peste liberatus. Nam & Fratres vni-
uersos nunc minitando, nunc militari manu terminis
eorum proximando, tantis aliquando terroribus con-
cuserat, vt vnanimiter vna cum Godefrido ac Patre
Norberto factâ inuicem confessione, tamquam oves
occisionis ceruices pararē, & portis vltro apertis, mar-
tyrium indubitanter atque alacriter expectarent. Sed **Dirè à fo-**
cero info-
statur. Dominus qui seruos suos, quos per vasa iniuritatis pro-
bat, de temptationibus nouit eripere, iniquos verò in
diem iudicij cruciando reseruare, egressum eius, insa-
niam, ac superbiam suā potentiat irridens, circulum in
naribus, & frænum in labiis eius posuit, & per viam
quâ venerat, omni quidem labore frustratum, sed vo-
luntate non immutatum redire coegerit. Et ille quidem
prafatis Christi pauperibus, tamquam Saul malum Da-
vid quærebat cunctis diebus; verumtamen Dominus
non tradidit illos in manus eius, istos per tribulationes
examining, illius verò malitiam mirè tolerando con-
temnenis.

a **Gobelinus** et. 6. cap. 48. An. 1123, Fridericus Comes VVest-
faliae de Arnsburg, homo ferocius, mortuus est; qui ca-
strum Weuelsburg, antiquitus Hunnorum tempore constru-
ctum, restaurauerat vno anno ante obitum suum; à quo totam
viciniam multiplicibus angariis vexare non cessauit. **Consentit**
Gelenius in **Engelberto** l. 3. cap. 42. & alij.

C A P V T X.

Humilitas, ægritudo, mors.

44. **C**um autem in medio Fratrum positus Godefridi- **Non pati-**
dus, vitâ refulgeret Angelicâ, Fratres eum vni- tur je Co-
uersi, prout dignum erat, honorabant, & pristino digni- mitem ap-
tatis nomine Comitem interdum nuncupabant. Sed il-
le, cuius exemplo humilitatis vitam quicque suam dispi- pellari.
cere cogebatur, hoc honoris vocabulum vehementer
expauendo refugit, Fratribusque dixit: Per caritatem
Christi vos obtestor dilectissimi, ne me seruum om- nium vestrum deinceps vñquam tali vocabulo contri- stetis. Sub hoc enim nomine me in multis excessisse
profiteor: meos quoque sub huius auctoritate nominis
plurimum deliqueris, dolens & gemens recognosco. **Vilissima**
Sed minimum est hoc humilitatis indicium, cum ali-
quando etiam, quod ad confutandam superbiam no-
stram silere non possum, se cloacarium domus nostræ
humillimâ seu extremâ seruitute deiectus exhibuit.

45. Porrò caritatis & eleemosynæ tantus amor eum **pauperibus**
deuinixerat, vt ipse domum hospitale, quæ a hodie **famula-**
cernitur, per se construeret, per se quoque inibi paupe- **tur.**
rum pedes, Dominicæ institutionis minister & custos, **4**
frequenter ablueret, ac nummos distribuendo singulis
misericordiæ opus impenderet, paternum circa eos af-
fectum gerens per omnia, ita vt cum B. Job yerasiter **Job. 2. 9.**
loqueretur affectu: Pater eram pauperum, & cor vidua **16. & 13.**
cōolatus sum. Item: Si comedì baccellam meam solus, **& cap. 31.**
& non **17.**

Diligiti-nimicos. & non comedit pupillus ex eâ, quia ab infantâ mecum creuit miseratio; & de vtero matris meæ egressâ est mecum. Dispergit enim omnia & dedit pauperibus, vt iustitia eius maneat in seculum seculi, & cornu eius exaltetur in gloriâ.

Math. 7. 46 Euangelici etiam precepti non segnis imitator inimicos innocentiae puritate diligebat, omnesque obtructatorum iniurias fortissimus patientiae custos magnanimâ & quanimitate sufferebat. R. colo quoque verbum bonum, quod à quodam familiarium nostrorum, qui optimè nouerat sanctum virum, in hunc modum laetus accepi: Verè, inquit, Frater, quid amplius tibi dicam? Vir de quo agis, fundatus erat supra firmam petram.

Psal. 71. 47 Quis ordo fidelium ampliora his virtutibus experiet miracula, cùm hæc ipsa sint tam admirandæ sanctitatis insignia? illa nimis sunt diuinæ operationis prodigia, quæ cum reprobis nō possunt haberi cœmuniæ, & de quibus Propheta gratulatur dicens: Tu es Deus qui facis mirabilia, Verùm præter has, aliasque spiritualis gratiæ dotes, quas profectò mortale nō caput ingenium, nec dignè promit eloquium, vir sanctus mirabilis atque inæstimabili ad Christum transiendi flagrabat desiderio, ac inenarrabilibus anhelabat suspirii, propter quod & Dominus properauit educere illum de medio iniquitatis. Nam & frequenter, sociis in itinere quolibet residendo paupantibus, ipse quemadmodum in exequiis mortuorum membra componi solent, manus & brachia sua composuit supinus, dicens clamore intimo, genituque vehementissimo: O si veniat hora illa nostræ transitus! o si ad hanc horam aptare ac præparare me digneris Domine Deus meus!

Gen. 12. 48 Denique vt summi etiam Patriarchæ non decesserit obedientia, dictum est illi à Patre Norberto: Exi de terrâ tuâ, & de cognatione tuâ, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Ad quod sine morâ implendum obedientissime paruit, iamque discessurus vna cum venerabili Domino Ottone fratre suo, Ecce, inquit, frater mi, si quid haec tenus residuum fuit, quod non perfectâ renuntiatione calcauimus, iam funditus in nomine Christi deseramus, nihilque vltre proprium retinentes ad iter obedientiæ alacriter proponemus. Venit ergo ad locum verè, iuxta b nomen suum, à Domino præmonstratum, electum, ac prædestinatum, ubi & origo nostri ordinis cœpit, ubi cum fratre Acolythus ordinatus est, ibique quamplurimos Angelicæ sue conuersationis exemplis roborauit.

Aegrotat Ilmstadij. 49 Post annum verò reuocatus ad Patrem Norbertum iam Archiepiscopum Magdeburgensem, cùm seculi pompam vel strepitum sancti viri ægrè ferret asperitus, Domino electum suum remunerare disponente, lentâ cœpit pulsari ægritudine, acceptâque benedictio ne Patris Norberti, ad Elstadenie declinavit cœnobiū, ubi hoc ordine post non multos dies migravit.

Fratrem aliosq; so- latut, la- tissimus morte in- flante. 50 Cùm languoris molestia sensim per dies ingrauesceret, aderat ei deuotâ sollicitudine germanus eius Otto cum nonnullis Fratribus, quibus ipse transiit suum iamq; desiderare perhibebat. Cumque astantium vnuus diceret: Absit Domine. Nequaquam nos desolatos relinquetis, nobis adhuc pernecessarius estis: vir beatus velut indignantis vultu respondit: Eia, Frater, quid est quod loqueris? Ut quid, oro, pœnitentia habitum suscepimus, vt quid etiam pro Christo totâ die mortificari contendimus, si non per labores hos quantocùs ad Christum emigrare concupiscimus? Optandum mihi est viâ breviori pergere, atque ad cōspectum vultus Christi, quem semper optauit, matrius peruenire. Ad hæc dicta cùm germanus eius graui se incerore conficeret, consolans eum Beatus ait: Idcirco, mi frater, vniuersa propter Deum abdicauimus, quia nos ad huius horæ necessitatem peruenturos, hoc est, morituros, certissimè noueramus, præoptantes atque fatigentes, nehuius nos procella discriminis obruat imparatos.

Tom. I.

Amplectamur ergo hanc à corpore peregrinationem, Avctofaciamus de necessitate virtutem, gaudentes & gratias RE ANO agentes quod de labore ad requiem, de miseria ad beatitudinem transmigramus. Nec enim poterimus operum nostrorum retributionem desideratam percipere, nisi contigerit hinc per mortis gultum exire. Quia verò initium est retributionis in obitu securitas mentis, videres illum nihil hæsitantem, nihil patitatem, quinimò vehementer exultantem, ita ut liquidò in hoc Sancto recognosceres, quod fidelis seruus vicinæ mortis tempus agnouerit, de gloriâ retributionis hilarefcit. Vigilante in enim illum inuenit Dominus, castimoniaæ zonâ præcinctum, & lucernas exemplorum lucis gestantem in manibus.

51 Deinde cùm facri olei fuisset liquore inunctus, pacis osculum Fratribus dedit vniuersis, ita dicens: Ego Veniam quidem, Fratres, gratiâ ordinis ac zelo diuini honoris, perit a suis. quosdam vehementius quandoque allocutus sum. Unde si quem vestrum offendit, queso, ne dedignetur ignorare. His dictis, non sermone responsum, sed flentibus, pariterque contristatis omnibus paullò post fratri sic locutus est: Frater mi, audio vocem dicentem; Exite obuiam ei. Et factò item interuallo, cùm frater qui ei sedulus assidebat, ab eo inquireret, quid spei haberet, vir sanctus Latino sermone respondit: Magnam spem habeo. Iam enim pro toto mundo paullò diutius in hoc nolle morari exilio. Post hæc paullulum con- quieuit, apertisque mentis oculis cum ingenti subito exultatione dicebat: Beneueniunt nuntij Domini creatoris mei. Quo dicto debitum Creatori reddidit spiritum, atque Idibus Ianuar. quo die baptismum Christi sancta recolit Ecclesia, beata illa anima carne soluta, æternæ regenerationis induit candidatum: anno Dominicæ Incarnationis MCXVI. ætatis autem suæ fermè xxx. migravit ad Christum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

a Superest etiamnum domus cum sacello S. Nicolai, ante monasterium sita. Erogant Capenbergenses omnium rerum decimas in pauperes.

b Nonen à Christi apparitione factum loco autumant quidam; alij dictum prius Pratum monstratum, sive Præ monstræ, scribunt. Vita S. Norberti cap. 19. dicitur: Elegit locum valde desertum & solitarium, qui ab incolis antiquitus Præmonstratum vocabatur.

C A P V T XI.

Miracula post mortem.

52 P Orrò Gerbergis Abbatissâ, de quâ præfati sumus, Apparet Gerbergi in magna gloriâ, & coronatus. vnicè sanctum virum diligens, saepius eum discedentem contestata fuerat, vti vel viuus vel mortuus in breui eam visitaret. Cùm ecce illi, in ipso transitu, apparuist miro decore redimitus, aureoque diademate coronatus. Quem illa, transiit eius ignorans, cùm requireret dicens: Quid est dilectissime, quod sic coronatus incedis? Ille respondit: Noueris me modò sine dilationis interstitio, sine vlo grauis examinationis periculo, ad summi Regis migrasse palatium, ideoque tamquam Regis filium beatâ immortalitate coronatum. Quod ne aliquatenus dubites, ecce scripturam in diademate meo digestam agnosce. Respondit & attendit, atque hoc modo digestum inuenit: Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiae circumdet 10. dit me, & tamquam sponsionis decorauit me coronâ. Tum illa non ignorans quod scriptum est: Gloriâ & honore coronasti eum; item, Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso, diuinum aduerit fideliter oraculum, statimque nobis adhuc ignorantibus, Missas pro eo celebrari fecit, cùm ecce frater eius post ferme dies decem veniens, felicem illius transiit horâ eadem, quâ nepti apparuit, completum, omnibus denuntiauit.

53 Post excessum sancti viri plurima sanitatum beneficia?

Claretini acutis.

AUCTO- neficia per illum Dominus operatus est, quæ nobis qui-
RE ANO- dem, ad quos vix famæ tenuis perlabitur aura, nec o-
NYMO, EX- minia cōperta sunt, nec facile à quoquā sigillatim enti-
SERARIO. merari possunt. Duo tamen ex pluribus operæ pretium
red̄ attingere. Est locus, in quo ^b sanctimonialium co-
habitat multitudo, ^c Eltene nuncupatus, ubi vna ex san-
ctimonialibus acerrimo dentium dolore laborabat.
Cumq̄e ingraescente per singulos dies incommodo
nihil obtinere posset remedij, turbata mens confi-
lium denuo inuenit. Misit enim Dominus in mentem
eius beati viri memoriam, quem adhuc viuentem benè
notum habebat, & morte obitā de virtutibus eius præ-
clara multa compererat. Hinc toto cordis affectu cœ-
pit implorare, quatenus suis apud Deum precibus tan-
to subueniret dolori. Mira res: vbi completa est piè cre-
dentalis & de sancto viro præsumptis oratio, dolor o-
mnis aufugit continuo.

Dolore dñ- 54 Eodem quoque doloris periculo quidam ex no-
driūm quā- stris, qui Sancto adhuc viuenti familiaris extiterat, per-
dam libe- multum vexatus & infirmatus est. Dic̄tum est illi &
rat. consultum, vt ad brachij minuēdum sanguinem phle-
botomum posceret: quod agens, nihil omnino salutis
consecutus est. Nouissimè cùm edidicisset prædictum
sanctimonialis remedium, cœpit & ipse nostrum fide-
liter inuocare patronum. Fecit hoc, & mox curatus est.

Ad matu- 55 Hic Dei famulus spiritu nobiscum est, gaudens
tinum ex- cum Apostolo, & videns ordinem nostrum ac firma-
sitat sōno- mentum fidei, quæ est in Christo. Cùm enim è Fratri-
lentum. bus vnu ad hymnos matutinos processurus celeriū surrexisset, paullulūm forē resedit in lectulo, & repen-
tino sopore concidentibus eius oculis, egressa est pro-
cessio. Moxque vir Dei clarus astigit dormitanti, & vo-
cans eum ex nomine: Frater mi, ait, surge quantocyūs; quia chorū iam ingreditur conuentus. Ad cuius illicò vocem surrexit, & citato gradu Fratres procedētes con-
secutus est.

a Abundans hac pie femina cautela fuit; nisi aut verita est,
ne qua fraus apparitioni subfesset, aut in gratiarum actionem offer-
ri Deo sacrifici voluit.

b Ea voce non sola monacha significantur, sed & Canonica, ut patet ex Regula sanctimonialium canonice viuentium, in Gallicanis concilii Sirmondi, & Mirao; imo & virginis viduae, continentiam in seculo, aut sacro suscepere velamine, aut peculiari modeſtioris habitus ratione, professa.

c Pighiu in Hercule Prodictio: Trans Rhenum è regione Clivorum in Altino monte, ubi nunc nobilium virginum est co-
nobium, quod Altense nominant. Id VVichianus Comes
circiter an. 960. condidit, ampleq̄ dotauit, ecclesiā S. Vito dicatā, commisitq̄ Luthardi filia, prima Abbatisa; quam secuta Athela
neptis. Ottone varus illud priuilegiis ornarunt, arque Essendienſi,
Quedelburgensi, Gandersheimeri illiſtribus canobis par effe fani-
uerunt. Diplomata recitas Gelenius in Engelberto: in iis Eltnon,
Heltnon, Altena, Altena, Eltice appellatur; vulḡ Eltenbergh,
aut Hoch-Elten; nam inferioris haud à monte procul Neder-El-
ten iacet.

C A P V T XII.

Translatæ Cappenbergam reliquie.

Corpus 56 A nno Dominicæ Incarnationis MCXLVIII. In-
Capeber- dictione xi. præsidente Sedi Apostolicæ Papâ
gam au- Eugenio, regnante glorioſo ^a Dei cultore Conrado, &
ferri no- de peregrinatione sancti sepulchri ^b redeunte, vt Fratru Capenbergēſium fatisfaceret desiderio, venerabilis Do-
lunt Ilm- minus Otto, Eloſtad profectus est, conuocatisq̄e Fratribus dixit, se memorabilis Godefridi germani sui ossa
ßadienſe: Capenberg trāſferre, iam tandem oportere. Hoc enim, inquit, dum extreum hīc spiritum ageret, à me toto postulauit affeſtu, quod & haſtenus meā neglectum desidiā, nunc demum opportunum est, vt sine dilatio-
ne grataanter adimpleatur. Illicò contristati omnes, æ-
qualis omnium tremor ac perturbatio; vna singulorum voluntas, eademq̄e sententia, numquā se tanti fundatoris ac domini sui fraudandos præsentia, vēl patro-
cinio carituros. Iustum, aiunt, locum desolatē veniſtis,

vos qui patronū ipsius hinc auferre contenditis: quod lū vllatenus præſumptum fuerit, omnes nos à maiore ad minorem de hoc cœnobio in præſentiarum effugatis. Nobis enim oblati, & nobis per diuinā gratiæ ordina-
tionē donatus est. Quod ergo Deus nobis concessit, ho-
mo qualiter auferre præſumit? Ad hanc venerabilis Otto respondit eum suis: Poteramus quidem, Fratres mei, vos Apostolicæ Sedis litteris ad huius rei neceſſitatē etiam inuitos compellere, poteramus liberiū & auda-
ciū quodammodo vobis ſum agere, ſi non magis opta-
remus omnia consummari vestræ vniuerſitatis alién-
fione concordi. Iam ſiquidem diximus, quod hoc vniu-
ſexpetiuit, quia cœnobium Capenbergense præ ceteris
diligebat, ſed & ego, quod diffiteri non valeo, id me
promptius executurum iamiam migraturo coram Fra-
tribus pollicitus ſum. Illi è contrario, vt ſuprā, ſe diſceſ-
ſiſos iactitant, nec id vlliū vñquam terrore potestatis ^{partem ſi-}
elaborandum, vt huic in tanto loci ſui detimento, con-
ſensus vñanimitatē adhibeant. Et cùm infinita ſurge-
ret altercatio, venerabilis Otto magno curarum flu-
tuans aſtu, nunc huc, nunc illuc celerem diuidit ani-
mum, in partēque rapit vaſias, perque omnia verſat.
Nouiffimè vocatis maiori ſus hæc alternanti potior
ſententia viſa est, & ipſorum confilio ad hoc defleſti
conſentit, vt reliquias illas ^c partirentur, quatenus & il-
lius, & noſtri cœnobij perpeſua ſtabilitatis & pacis fo-
rent tuſio.

57 Denique cùm idipſum agrè permifſum fuiffet, ^{Febris, eius} atque ipſo die transitus eius, memorabiles reliquiae ^{meritis,} depulſa.
cum magniſrequentia concursus, de minori ad maio-
rem transferrentur ecclesiā, hoc quod eiusdem cœ-
nobij Fratres diuinitus accidisse mihi fideliter attestati
ſunt, ad Christi gloriam reticere non debeo. Matrona
enim quædam amplæ ſariſ familiæ, Matrha nomine,
quæ eatenus febribus rebatur, nec ab aliquo curari
poterat, per eius medici omnipotentiā, qui per ſuę
humanitatis præſentiam ſocrum Simonis à febribus li-
berauit, ad Godefridi reliquias repente ſanata eſt. Vnde
ipſa quoque non ingrata deinceps ad ſacram eius tum-
bam præ ceteris attētius excubabat, & ſanctas reliquias
indefeſis orationum ſuarum frequentabat muneribus.

58 Post hanc, pridie Idus Februarij, portio reliquia-
rum, quæ nobis obuenerat, à Fratribus noſtriſ, cum ^{Pars reli-}
ſumma deuotionis alacritate ſucepta eſt, ita vt in die ^{guarum}
illo, nouo quodam & mirabili gratulationis & tripudio ^{affectu} ^{Capenber-}
Fratrum noſtrorum perfūa vniuerſitas ſit, & quodam- ^{gam.} ^d
modò nobis illuxerit Iubilæus, qui eſt annus iubilatio-
nis plenus. Nam ſicut legimus,
Iubilæus adeſt; (annus remiſſionis) proprij distra-
ctio ruris

Antiquo donatur hero: ſeruire coactos
Libertas amissa petiſ; mala debita laxat

Creditor, & limen patria vetus aſpicit exul.

Ita nimirum & noſtra ſocietas in huius patroni aduen-
tu, velut antiquæ ſeruitutis moerore proiecto, nouæ li-
bertatis & exultationis gratiæ donata eſt, ſentiens per
eum vberiorem diuini respectus benedictionem con-
ſecutam.

59 Deinde anno ſequenti, ſextodecimo Kalendas Octobris, ſacra oſſa, multis aſtantibus, in ^e sanctuario nouo venerabiliter ab Antiftite Monasteriſi VVerne- ^{Hinc diu- na in eum locum be- nedictio.}
ro reponita ſunt. Ex quo nimirum tempore ipsā rerum experientiā cognouimus, quod superni muneriſ abundantiā intus & foris, magis magiſque cumulati ſumus, ita vt historiæ illius recordari poſſimus, quā dicitur: Be-
neditixque Dominus domui Principis militum, & mul-
tiplicauit tam in ædibus, quām in agris, cunctam eius ſubstantiam propter Ioseph. Nos itaque quemadmo-
dum ille Princeps exercitus, huic noſtro Ioseph votis affiduis domum delegemus gubernandam, creditis illi omnibus, quia profecto noſtra omnia ſub meritorum eius manu perpetuō benedicenda & promouenda in-
dubitante confidimus.

^{Gen. 39.}

^a Ita

a Ita de eo Guillēlmus Tyrius lib. 17. cap. 8. Infra paucos annos apud Bauenberg mortuus est, ubi & magnificè in ecclesia maiore sepultus est: vir pius & misericors, corpore conspicuus, generositate insignis; tei militaris ad perfectum habens experientiam, virtù & moribus per omnia commendabilis, cuius memoria in benedictione est. Otto Frisingensis in fidem Conradi Imperatoris frater, de gestis Frederici lib. 1. cap. 63. Bambergensis Ecclesie conuenientissimum & honestissimum, & Ecclesie illi & Imperio decernens, iuxta tumbam Imperatoris Henrici eius loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romana Ecclesie in loco sancta leuatus, pro Sancto habetur, regio cultu eum sepeliuit. Alij alibi sepulrum volunt, Vienna, Magdeburgi, Loraci, Spire, &c.

b Redire cepit, ut ex Frisingensi & Tyriopare, an. 1148. peruenit in Germaniam an. 1149. ac Pentecosten Iunauia, sive Saltzburgi celebravit.

c Passus sacri corporis superior Imsstadtū relata, altera delata Capenbergam.

d xi. Ianu. cūm de S. Balibasare ageretur, distum est tripudium pro insilio felicis concinu accipi. Quamquam probabile sit vera olim instituta ad sacras eiusmodi panegyreses in natalitiis translationibus Sanctorum tripudia, sed modeſta, in modo religiosa. Ita etiamnum Primum & Epternacum, celeberrima in ditione Treuirensi cœnobia, certis anni diebus, vetere instituto, peregrini saltantes deducuntur; springhende Heylighen: que res magnum in spectantibus tunc fons pietatis soler. Sit Heribaldi S. Kiliani solenne olim tripudium, eius natali die, Sant Kilianf-dantz. Huc fortassis respexit, siue Leo IX. seu quisquis bullam scripti, quā S. Dionysij afferuntur Ratiponensis reliquia, apud Binium to. 3. concil. statuens ut dies translationis annis singulis cum omni iucunditate & gaudio celebretur: totaque tripudet regio Germanorum, tanti patris & patroni aduentu non ingratia. Alii quoque apud Belgas, (ut Hallis oppido nobili miraculus Deipara, à Iusto Lipsio descriptus) consueverunt peregrini, absolutis diuinis officiis, circum templum, in foro & compitis tripudia agitare, pias vñā cantilenas concinentes, festiuū interea sonantibus campanis.

e Ita superiorum templi chorum appellant; in cuius medio, è regione summi altaris, tumulo eleuato B. Godefridi, ac deinceps Ottone condita ossa; tumulum nuper hereticus miles subruit, ut antedictum.

C A P V T . XIII.

B. Godefridi genealogia.

^a illusbre Godefridi genus. 60. Orrò de antiquis possessoribus Capēbergensis castri, qui de Magni Caroli & VVidekindi Regis progenie per Imezam, quæ Xantis quiescit (quia, vt aiunt, fororis sua filiam, Carolus tamquam pacis obsidem VVidekindi filio dedit vxorem, & à cuius posteris curtem VVifde obtinemus) descendisse traduntur, quorum hodieque in multis excellens claret magnanimitas.

^b Eius annus & annua. 61. Vnum hinc Hermanum Comitem vñā cum deuotissimā eius coniuge Gerberge de Huneburg, Dei cultorem precipitum, necessario inducimus, cuius stirpem ingenuam ad nos usque pertingentem silentio præterire pro gratia Christi commendatione non debemus. Deus enim omnipotens, cuius dispositio in sui ordinatione falli non potest, in huius filiis hereditatem partitur, magnam sua bonitatis ostendit evidentiam, dum omnibus nefaria factiosus traditione circumscriptis, vel vnum internectioni subtrahendo futurorum

^c Parrui ab Eckerico interfacti. b vtilitati referuare dignatus est. b Eckericus enim quidam potens & nobilis, cum eisdem filiis dominis suis fidele iurasset dominium, cœpit denuò illis nil minus opinantibus, clandestinis machinationibus aduersari, quærens quibus eos dolis extingueret, quorum dominio integrum fidelitatem & ore firmauerat, & beneficiis obligatus debebat. Dispositis tandem infidularum latibilis, eos & velut ipsius causæ in Lunensi placito suffragaturos, humiliiter, immò fraudulenter, euocauit. Sed nutu diuino tertius qui & iunior erat, pridie pedem fauciatus, proficisci nullatenus assensus est. Quid multa? Veniunt ad fraudis opertum, & ex medio nemoris, quod haec tenus de cæde ipsa trahit vocabulum d' Greuenlo, profiliéribus hinc inde militibus, bini cum duobus fidelissimis fatulisi interempti sunt. Pro quo scelere non longè post homicida perfidus, capite truncatus, & sursum veris pedibus ignominiosè suspensus est. Solus Godefridus (hoc enim nomen erat superstitis) domi-

^d Pater seruatus. d

vt diximus, residens, etiasit, de quo noster Godefridus ^Auctori ortus & nuncupatus, regionis VVestphaliae lumen est. ANONYMO, EX SERARIO.

62. e Præterea factum est ut Comites Capenbergenses Godefridus & Otto relictis omnibus Christi le iugo subficerent, & habentes iuxta Sueviam castra duo Creinekke & Hilderadchusen, ministerialesque plurimos, & ad duo circiter in milia mansos, his quoque omnibus, sicut & ceteris quātocius exi festinarent. Proinde Fridericus Suevorum Dux opportunitatem noctis hos Comites adiit, flagitans, cognationis gratia (nati ipsius, horumque Comitum auiae sorores fuerunt) ut memoratas possessiones ab eius manu non elongarent, quia licet dignè appretiari non sufficeret, libens tamen aliquantum pretij ad illorum offerret arbitrium. Cui tamquam cognato suo illustres viri plurimum benevolentie impenderunt, deditque solummodo marcas Reliquia S. Ioannis Euangeliæ Capen- quingentas, & pro marcis centum, reliquias Ioannis Apostoli, satis pertinaciter assuerans, huic quantitate fia tem pecuniae, quam tantæ gratia thesaurum, se dare bergum maluisse. Has igitur memorabiles reliquias verierabilis allata.

Otto, præcipius Ioannis dilector, nostræ lætabundus inuexit Ecclesiæ, arque in capite reposuit deaurato, quibus & multo caritatis affectu reditus ad luminaria cōtinua delegauit, & dimidiam ad minus argenti marcam emendis Fratrum pīscibus, sed & ripâ Rheni dimidiam vini carratam, ad festiuē celebrandam eiusdem Apostoli assumptionem deputauit. Similiter quoque in festo illius ad portam Latinam. Hæc itaque de patrono nostro tantisper libuit annotare, quatenus cūm de thesauri huius veritate non ambigitur, amplior cunctis fiducia feruentiorque deuotio in beati Apostoli laudibus excitetur.

63. f g Pater Comitum Godefridi & Ottonis Godefridi vocabatur, mater eorum Beatrix. Pater eorum de VVestphaliā oriundus fuit, mater vero de Sueviā. Defuncto Godefrido patre eorum, Beatrix maritum accept亨ricum Comitem h de Ryetbeke, fratrem videlicet Friderici Comitis i antiqui de Arnesberg. Iam dictus Comes Henricus procreauit de Beatrice Comitissā filiam nomine k Eileke, quam Eilekam vxorem duxit Comes Eigelmarus de Aldenburg, qui ex eadē Eilekā filios genuit Henricum & Christianum Comites, & Ottone fratrem eorum & Eilekam matrem Comitis Simonis de Tyneburg.

^h a Videantur cuiquam que sequuntur ab alio auctore attexta.

ⁱ b Is in Buddeburgh arce habitat. Extat eius nominis arx (qua in tabulis Mercatoris Bedborg dicitur) ad Lupiam, infra Lunam oppidum; sīq; nobilis familia de Fridag. Ab eius, quam Eckericus tenuit, dicunt in siluā Loo extare vestigia

^j c MS. Capenbergis habet ad coniuvium fuisse invitatos ab Eckerico, ut postea nimirum in placito, siue iudicio, aut dicti iudiciale apud veterem Lunam, siue Oldenlunen, sibi adessent

^k d Non quid Comitum cædem hac vox significet, sed quid cūm ante Loo discreverit, additum sit ut Comitum-loo, siue Greuenloo dicitur. Quid autem Loo significet haud satis inter scriptores conuenit. Superioribus Germano lo, loo, lohe idem est quod flam-

^l ma ardore prunarum: ita quos Latini Comites ab altâflammâ, Teutonica ipsa ab Hohenlo, vel Hohenlohe vocat, ut Lazio quid significat, obseruant. Inferioribus, ut VVestfaliae Belgus, vel siluam ficeret.

^m significat, ut hic & apud Diaueum lib. 2. rer. Brabantie vel locum altum, ut vult Lipsius in Louania lib. 1. cap. 2. Goropius lib. 1. Origin.

ⁿ ait loca altiora, precipue tamen aquis & venis, id est, paludibus adiacentia, hac voce indicari; si Loo-veen, Veen-loo. Loo quoque eadem notio usurpat; si Stadtloen, Stadtloo, VVestfalia

^o oppidum. Sic Comitatus Loffensis in Belgio, vulgo Loen, quid virimque paludibus Donnerslag & Peel emergat aliquantò alior. Borchloen in eodem oppidum, olim Locafria, quasi castrum-Loo.

^p Sic Cambdenus in Britanniā, Comitatus Celsivie locum Stanlavv, exponit faxeum collem. Plurima in Belgio loca hac additâ voce effeuntur, Tongerloo, Tessenderloo, Stauelo, Calloo, Westerloo, &c. Kilianus in Etymologico præter superiorum significationem ait Loo prius depresso dicit: sed auctorem nullum profert.

^q e Nec sequentia satis videntur cum prioribus coherere.

^r f Natale eius, ut Deipara Virgine, Assumptionem vocat, quod, ut illa, ab obdormitione suâ corpore quoque in celos translatus credatur; quod alibi excutiens. Virtusque festum Graci uicissim appellant; quod propriè translatio est: quo modo Genebrardus in Cccc 2 Kalone

EX VITA Kalendario Greco xxvi. Septemb. (qui dies S. Ioanni apud Gracos sacer eß) hanc vocem etiam interpretatus est.
S. NORBERTI. Terria hac est appendix, que aliunde assuta, ut priores, pars vita habita.

h Ex hac familiâ ortus videtur Conradus de Ritbech Osnaburgensis Episcopus xxxii. Sunt qui hic Comitem de Ritberge legendum putent. Est Ridberga arx illustra in VWestphalia non procul Lippia. Prisci ceteri Ridbergenes Comites ex Arnsbergicis orti fueré, vs Kleinforgiis tradit. Ultima heres Adelheidis Ottoni Hoenensis Comiti nupta: eius filius Conradus Ridbergicus insignia ac titulum sumpsit. Plura de Arnsbergicorum familiâ habet Gelenius ad vitam S. Engelberti.

i Huins filius fuit Fredericus Bellicosus, B. Godefridi gener. De Henrico agit Gobelinus acta. 6. cap. 58. an. 1111. aitq; inter obides ab Henrico V. Pontifici datos unum fuisse Henricum fratrem Frederici Comitis Westfaliae de Arnsburg.

k Renecius in Appendix chronici Alberti Stadenis, in stemmate Oldenburgo de hac scribit: Elica, alias Lucca, Comitissa Capenbergensis. Sed fallitur: erat quidem Eilecta mater, viuua Comitti Capenbergensis, sed secundis tedium Comiti Ridbergensi nupta, cui Eilecam peperit.

DE EODEM B. GODEFRIDO.

Ex vita S. NORBERTI Cap. 32.

l EO tempore famâ creberrimè & celeberrimè ob insignia tanti hominis percurrente, compunctus est paupertatis spiritu Comes quidam VWestphaliae præpotentissimus, **GODEFRIDVS** nomine; qui accessit ad tur B. Godefridus. eum, ed quid de eo multa audisset: sed cum adhuc maiora, Spiritu sancto perdocente, qui per eum operabatur, inuenisset, omne consilium suum & voluntatem ei aperuit. Et qui se totum iam Deo deuouerat interius, sine morâ de omnibus relinquendis, & de paupertate voluntariâ amplectendâ perdocetur exteriùs. Erat enim diues, potens in armis, vt pote homo iuuenis, in praediis multis, seruus & ancillis satis locupletatus, quibus statim omnibus abrenuntiatis, se & sua omnia Deo per manus hominis Dei disponenda contradicit; ea siquidem conuentione interpositâ, vt propriæ domus, castrâ videlicet Capenbergensis, transmutaret fastigia, consecrandi gratiâ; vt vbi regnauerat vitiorum exercitatio, virtutum ibidem locum faceret diuinæ benedictionis consecratio.

a Quid faceret iuuenis certamen grauissimum bellaturus? Grauissimum bellum verè dixerim; quia erat illi vxor & frater eo iunior, qui per omnem modum, quodcumque disposuerat facere, contradicebat. Contradictebant etiam homines sui & feudati, serui & ancillæ, & cuncti ministeriales eius. Contradictebat Comes Fredericus pater vxoris suæ, atque ex magnâ parte eleemosynam quam fecerat, de dote filiae suæ esse dicebat. Quid dicam? manus eius contra hos omnes, & manus horum omnium contra eum. Geritur bellum non armis materialibus, sed fide; non contentionibus, sed ratione; non armorum multitudine, sed Angelorum suffragio, & spe cœlesti galeatum, & supernâ loriciatum virtute. Vicit tandem humilis importunitas, quam opportunè plantauerat & comitabatur spes cœlestis beatitudinis & perfecta humilitas. Vicit quidem, quia vxor consensit; & frater, leonino furore deposito, agnina mansuetudinem assumpit; & Religionis habitum, quem ipsum Comitem Godefridum velle nouerat, vterque suscepit.

Item vxor eius, ac frater.

Sacer eum infestat:

3 Gauisus est Pater Norbertus, gauisus est & Comes; & redditis omnibus Cœsari que Cœsaris erant, & que Dei Deo retentis, tres de propriis allodiis Ecclesiæ, ordinante Patre Norberto, contruxit. In quibus Fratribus impositis, & Religione ordinatâ, cum Dei seruitum eleganter impleretur, non defuit tentatio & malignorum spirituum persecutio. Nam Comes Fredericus, pater vxoris Comitis, ambitioni sua indulgens, ed quid castrum Capenbergense dominatum VWestphaliae tenuerat, prætendens esse dotem filiæ suæ, communatus est Fratribus, quid nisi quamcūtius abscederent ab eo, omnes interficeret. Aliquoties etiam cum equitatu suo illucque accedebat, Patri Norberto comminans, quid si ipsum teneret, cum asino suo cum suspenderet, vt &

quâ lance experiretur, quis eorum ponderosior esset. Tam superbae locutioni qui aderant Episcopi aut alij Principes contradicebant; & pro hoc etiam verbo iram Dei super eum comminabantur. Iam enim Pater ille Norbertus circa Rhenum, & ultra Rhenū apud omnes pluris habebatur; nec æquè ferre poterant, si à quoquam comminaretur ei vel malediceretur.

4 Fratres vero Capenbergenses in arcto positi, nec ullum habentes liberatorem, præter Deum, de manu potentis & iniqui, miserunt ad Patrem suum ut adiuuat eos, pariterque superbi hominis arrogantia verba nuntiantes. Quo nuntio accepto, collectis viribus fidei & spei in eum & per eum qui dixit, Confidite, ego vici mundum, ad ipsum se totum contulit, & publicè pronuntiauit se cum asino suo terram illius ingressurum, & copiam sui se facturum. Quid multa? Quamvis iter longum esset, tamen asinum suum mutare noluit, sed trâsto Rheno, mox cum asino suo inermis & debilis terram illius Frederici Comitis intravit: b nec longè post atrocissimus ille hostis languore corruptus interierit; & finem malitia simul reddidit & vita. Igitur animaduertendum est, quis & cuius miles iste fuerit, qui in asino residens, vibrato à longè ire Dei gladio, in ultionem sút & Fratrum suorum, hostem perforauit, & de immâ tyranno triumphum accepit. Sic pacatis omaib; Fratribusq; Deum timentibus electis, in tribus, ut præmissum est, Ecclesiæ de eodem allodio seruitum Dei omni tempore agendum ordinauit, videlicet Capenbergensem, Elophstadensem, & Varlarensem; in quibus multorum Fratrum & Sororum usque in hodiernum diem viget Congregatio, & in cultu diuino floret honesta Religio.

a MSS. passim, feodati.

b *Alia MSS. à Chryostomo vander Sterre citata, hic habent: Dirupto ventris thorace idem Fredericus sedens in prandio medius crepuit.*

5 **M**ulta de tanto Patre narrari possunt, sed tamen *Cap. 33.*

plurima prætermittuntur; quia non contingit vni alicui scire cuncta quæ per eum Deus operatus est. Erat enim verè lucerna ardens, satis temporibus modernis spectabilis, lumen non sub modio, sed super monte positum: & tam in Germaniâ quâm in Franciâ magnum nomen eius habebatur & manifestum. Vnde contigit, vt *Theobaldus Comes quale focus supra dicti Principis mirantibus multis, diuulgaretur; ed quid cum habitu in religionem mutasset, & eastra & quæ ex castrorum militiam, & totum Comitatum destruxisset; seruitioq; Dei cuncta mancipasset; exempli huius cōmōtus & cōpunctus quidam nobilissimus Princeps Frâciae,* Comes videlicet Theobaldus, hominem Dei adiut, de salute suâ, & de remissione peccatorum suorum simili modo consilium quæstiturus. Considerans autem hominis Dei facundiam & vultus elegantiam, & maturitatem in verbis & responsis eius, pietatis affectu mens eius in amore dulcedinis Dei & omnis mansuetudinis sic perfusa est, vt statim seipsum totum, cum totâ suâ possessione, viri Dei subderet potestati. Erat enim & ipse homo prudens & benè doctus, & sanâ doctrinâ & sapientiam verborum Dei sapienter in corde suo & laudabiliter colligebat.

6 Sed vir Dei è conuerso videns generosi Principis cor nobile, nobilemque & deuotam quam de seipso bene diuidens offerebat oblationem, & holocaustum quod de cunctis rebus & diuinitiis faciebat, paucis diebus respondendi acceptis induciis, Domino Deo consilium hoc attentius commendabat. Intellexerat enim quid Princeps ille amplissimas haberet facultates, & castra quamplurima, nec cuncta facilè possent destrui & mancipari cuidam Religioni, tum propter Regni imminutionem, tum propter multorum aliorum Principum nobilium, qui sub eodem Principe Principes feudati erant, destructionem. Audierat etiam, ipsum esse largissimum *Eius pia in dandis eleemosynis, in ecclesiis, claustris, & ceteris opera.* Religiosorum officinis ædificandis, addens quoque ceterarum necessitatum grande subsidium. Audierat similiter

liter hunc patrem esse orphariorum, spōsum viduarum, pauperum dapiferum, insuper solamen Lazarorum: nec in eo vir per omnia discretus, alterius consuetudini vitam prāsumebat ordinare, quem à Deo hōrum omnium ministru considerabat electum fuisse.

7 Expectabat autem ille responsum de contemptu mundi & renuntiandis omnibus: cui homo Dei, accepto diuinus post datas inducias consilio. Non erit, inquit, ita: iugum enim Domini, ut cœpisti, cum iugo cōiugalis societatis portabis; & semen tuum cum benedictione patrum tuorum præcedentium terram tuam largissimam obtinebit: quia nobis non est licitum in te destruere, quæ de te diuina dispositio ante omnia reimp̄ora in his nouissimis temporibus voluit ordinare. Ad hæc intulit Princeps: Si sic, ait, necesse confirmas, Re-

*Suadet illi
coniugium
S. Norber-
tus.*

Psal. 23.1. uerende Pater, ex Dei voluntate; Domini est terra, & plenitudo eius, nec ex eâ quisquam aliquid nisi p̄ ipsum obtinere debet. Quia igitur ab ipso hoc præcipis, non habeo contradicere, sed certum tibi sit, quia nullam in matrimonium ducam, nisi quam Dominus Deus p̄ te mihi voluerit copulare. Penset igitur quilibet auditor, quanta fuerit in viro virtus discretionis, qui de duobus Principibus alterum fecit cuncta relinqueret; alteri verò præcepit, tamquām nihil habeti, cuncta possidere. Considerauit quippe in altero, quod aliena etiam ab egenis raperet: considerauit verò in altero, quod propria indigentibus largiri non cessaret.

ALIA VITA.

Auctore anonymo, ^a ex MSS.

C A P V T . I.

*B. Godefridi genus, vita in seculo acta:**Prefatio.**Laus Cap-
penbergae.**Episcopi
inde af-
sumpti.**c d e**f g**B. Gode-
fridi re-
gium ge-
nus:**parentes:**auus san-
ctoritate*

EMPORIBVS & B. Ludereri primi Episcopi Monasteriensis, & Caroli Magri Regis, inhabitabatur semper mons Kappenberg. Qui mons quod aliquando diuino mancipandus esset obsequio, longè antè p̄ visiones fidelium reuelatum est à Domino. Anno igitur Domini MCXXII. castellum hoc Kappenberg fit domus religiosis: à quo tempore plures de Fratribus nostris extra nos in diuersis locis Episcopatus, Abbatias, Præposituras, Prælaturas, & dignitates alias sunt adepti, qui Ecclesiæ, quas rexerunt, in bonis pluribus perfecerunt. Episcoporum autem horum, quos ab Ecclesiâ nostrâ sic assumptos legimus, hæc sunt nomina: Nörbertus Magdenburgensis Episcopus;

c Hisfridus & d Euermodus e Ratenburgenses Episcopi; VValonus f Haueldensis Episcopus; VVitgerus g Brandenburgensis Episcopus; Fligerus h Sagensis Episcopus in Poloniâ. Et quia huiusmodi contigisse credimus nostrorum Comitum Godefridi & Ottonis meritis, quos nobis multoties subuenisse compertimus in angustiis, vitam eorumdem partim h̄c sub compendio notare curauimus, per quam recte viuendi normam capiamus, & cunctos legentes ad similia prouocemus.

i 2 Temporibus Henrici glorioſi Principis, qui huius nominis quartus Romanorum rexit imperium, fuit in VWestphaliâ castrum nomine Kappenberg, quod à situs sui qualitate mons Sion, id est, speculationis interpretatur. Cuius antiqui possessores de Magni Caroli, & VVidekindi Regis filio descenderunt, per Imezam, quæ Xantis quiescit: quam sororis suæ filiam Carolus tamquā pacis obsidem VVidekindi Regis filio dedit uxorem. Ab his ditibus mediata Fundatores nostri Godefridus & Otto Comites nobilissimi de regiâ stirpe descenderunt. Quorum pater Godefridus, de VWestphaliâ natus, mater verò Beatrix de Sueviâ nata processerunt.

3 Hermannus Comes auus Godefridi & Ottonis,

habens Gerbergim de Hunbergh uxorem deuotissimam, fuit Dei cultor maximus, & eleemosynarum largitor præcipuus. In huīus eleemosyna quidam pauper ^{mo. xx} MSS. degebat, qui die quādam diuinus sibi ostensum afferebat, quod visum recipere, si aquam de quâ Comes clarus manus abluerat, admouisset oculis. Aquam igitur oculis apposuit, & protinus vidit;

4 Huius tanti viri nepos Godefridus hoster fuit, vir ^{virtutis} per omnia mansuetissimus, suavitate venerabilis, mirum in modum generosus, benignitate laudabilis, oculis stellatibus, facundus eloquio, prudens in consilio, militia exercitio strenuus; sed Regi supremo militare, nudamque crucem Christi baiulatæ ^{mira} Quantocv̄ in ardescens.

5 Cūm aliquando suos aliena rapere consiperet, ⁱⁿ omnipotentiam Saluatoris exorauit, dicens: Domine compescens Iesu Christe, tuæ bonitatis altitudinem imploro, vt me dā militare de medio iniquitatis huius eripias, & in die iudicij paratum & iminaculatum inueniri perficias. Scio enim, arbitrus iultissime, quod in meum redundat caput, quicquid à meis delinquitur; omnisque dissimulationis meæ negligentia tuâ districcio merito punietur. Cūm ciues Monasteriensis aduersus eum, adhuc habitu seculari detentum, bella mouerent; vnu ex ministris suis cum complicibus prædam copiosam animalium aggregauit, quam prædam stante in portâ Comite tamquam globubundus adduxit. Cumque vir plus, æquitatis amicus, inquireret quid hoc esset, & rem didicisset ex ordine, continuo sancta indignatione permotus, ministris adstantibus ait: Ite, & iniquo prædoni dicite, ne nostros vñquam præsumat adire conspectus, donec eis quos impie laetus satisfaciat, omnibus quæ rapuit ad integrum restitutis. Si enim homines ciuitatis illius ad præsens nobis, prout fortè digiti fumus, aduersantur, numquid ob hoc præsumptor ille villanos & innocentēs quoque nostri sub nominis umbrâ deprædabitur? Ad hæc ille perterritus, sua cuique cum multâ sollicitudine resignauit.

a Vita hac descripta est ē veteri codice Carthusia Colonensis, exarato per Simonem de Traiecto, Sacrificam olim annis 40. & seniorum eiusdem Carthusia; collata cum alio veteri codice.

b S. Ludereri vitam dabimus 2. Martij; obiit anno 809. quinque annis ante Carolum Magnum.

c Alias Isfridus. De eo agit Krantzius metrop. lib. 5. cap. 40. vbi & eius recensio miracula.

d Secundus Raceburgensis Episcopus fuit, Isfridi successor. De eo Krantzius metrop. lib. 6. cap. 28. Eius & in vita S. Norberti mentio fit.

e Al. Raceburgenses, Razeburgenses, Rasicburgenses.

f Alias Hauelburgensis, ad Hauelum flumen, in Marchiā natu Brandenburgensis, sub Archiepiscopatu Magdeburgensis.

g Adi:cn flumen sita urbs hac, à quā ampla prouincia nomen.

h Ignota nobis hac in Poloniâ ciuitas, nisi Saganum Silesie sit.

i Sigenus nimirum species & dignitatem, non etiam facta: nam Ecclesiæ inmaniter vexauit arrogatâ sibi satiarum inuestiturarum autoritate. Henrico patri, s. Octob. an. 1056. mortuo succedit; obiit 7. Aug. 1106. imperio à filio spoliatus.

C A P V T . II.

Conierio varie & grauiter impugnata:

6 V Ir Deo plenus Godefridus auxilio Dei fratrem ^{Fratre} suum Ottonem se iuniorem, & tamquā leo- ^{& uxorem} nem pro ordine sauentem, ad sanctitatis propositum, conuertit: quod ipse habebat, induxit, & coniugem suam, quæ omnino renitebatur, & quæ fuit vnica Friderici Comitis de Arnsberg, per quam (quæ sola fuit heres) adepturus erat totum dominium sui socii si secularis permanefasset, sacrum sumere velamen adhortationibus salutibus effecit, & castrum ipsum Kappenberg ac omnia sua Deo fideliter offerens, in die Petronillæ Virginis, vñibus ea pauperum Christi delegauit: & præter plures Ecclesiæ Sororum, quas fecit, tria cœnobia Fratrum in Kappenberg, in Valar, & in Eluenstat, construxit, quæ singula prædiis suis locupletauit. In quibus ordinauit, vt Fratres vñi adipis & carnium abstinerent.

CCCC 3

7 Pro

Auctor. 7 Pro cauſis his ministeriales ſui, & ſerui infimi, ni-
mis illum pulſauerunt conuicii, dicentes eum amentem
mo, ex
ſuis ob-
murmurantibus.

Honoratur ab Henrico V. Imp.

7 Pro cauſis his ministeriales ſui, & ſerui infimi, ni-
mis illum pulſauerunt conuicii, dicentes eum amentem
eſſe factum, quod fequeretur falſarium & impostorem
illum Norbertum, ad cuius iſtinctum tam ſublimeum
huius mundi gloriam ſtulte deſereret, & eos quaſi de-
ſolatos & acephalos relinqueret. Quibus inter alia
multa ſic reſpondit: Si diligereſt me, gaudeſeretis vtique,
quia ad Patrem vado.

8 Et licet p̄maſſa & his ſimilia ſuſtineret à ſuis, Prin-
cipes ramen in retinotis poſti, admirantes de factis eius,
ſummiſe veneſerabāt eum. Et Imperator Henricus con-
ſanguineus ſuus, ad quem priuſ ante conuerſionem fo-
lemiter & in comitatu magno venire conſueuerat, &
ad quem poſt conuerſionem, quando Fratrum poſce-
bat utilitas, pauper, egenus, & crine deſormis, cum pau-
ciſe veneſerat, quam citò vidit Comitem, reieciſtis cunctis
quaſ ad manus erant, eum gratioſiſiſiſe recepit, ruens
in eius amplexuſ, exclamans atque dicens: O cognate
dilectiſſime, Deo noſtro gratias immenſas ago, quod te
hodie videre merui; nec enim hac die talem, tantum,
tamquā mihi p̄cipiuſ virum me viſuruſ exiſtimauſ.

9 Fridericus Comes profanuſ, auaritiae facibus ac-
cenſuſ, infremuit, fallacia commenta exquiſiuit, dicens
filiam ſuam arte circumuentam, hereditatiſ quoque de-
bita portionem fraudulentā illi ſeductione ſublatam.
Quā occaſione diuerſiſ virum ſanctum affecit iniuriis,
multiſque vexauit contumeliis, affirmans Kappenberg,
quod filia ſuā doṭem eſſe dicebat, & quod dominatum
totius VWestphaliae tenuerat, eamidem filiam priuari
non debere.

10 His diebus Comitum, Marchionum, aliorumque
conuentus Nobilium apud Traiectum coram Henrico
Imperatore fuit cōgregatus; inter quos Fridericus Co-
mes de Arnsberg veneſerat memoratus. Dum ergo tra-
ctatis negotiis conſederent, ecce vnuſ Sueuorum Prin-
cipes, diſimulans ſe omnino agnoscere quis eſet Frideri-
cus, ceperit illum faciſſima urbanitate in illius Sena-
tus audientiā conſutare, hoc modo Godefridi eiusdem-
que germani conuerſionem inducens: Paullulum, in-
quit, Heroes & commilitones, dignemini aduertere.
Auditum eſt & celebri ſermone vulgatum in finibus
noſtriſ memorabile gratia Dei miraculum, quod vide-
licet Kappenbergensē duo Comites, diuinā inspiratio-
ne compunēti omnia ſua & ſe ipſos Deo reddidere, fe-
lices nimirū viri illi, qui noſtriſ temporib⁹ vniuersiſ
Christi fidelibus magnificum ſanctitatis & voluntariae
paupertatis largiti ſunt exemplum. Sed ecce (ō nefas!)
quidam in viciniā illā filius diaboli, Fridericus nomine
de Arnsberg, tantæ ſanctitatis bonum, vt fama eſt, im-
pedire nititur; atque nubilo coecatus auaritiae, in ipsum
Deum, quod nullus ambigit Christianus, infelicia bella
machinatur. Ego verò ſi Deo noſtro hic pefſimus mor-
talium aliquando praeualuerit, minùſ libenter illi Deo
me deinceps ſeruiturum proſiteor, qui tantam ſui no-
minis propulſare noluerit iniuriā. Inter hāc irriſoria
Principis verba infelix ille grauiſſimā confuſione deie-
ctus, huc & illuc vultum declinavit, loquentis aſpectum
ferre non ſuſtinens, nec in tali conuentu pro conſcien-
tiae impietate vel mutire p̄ſuſiſ.

11 Erat autem Fridericus ille talis, qui ſemper captiu-
uos, competitorios, incarcerated multos habuit, quibus
in horā mortis ſuā ad nullius preces clementiam exhibe-
bat, nec per conuisionem p̄missam ſe emendauit.
Nam P. Norberto comminatus eſt, ſic intonans, quod
ſi ipſum haberet, cum aſno ſuo eum ſuſpēderet ut aqua
lance probaret quis eorum ponderofor eſſet; & Fratres
vniuersiſ, nunc minando, nunc cum militari maſu ter-
minis eorum proximando, tantis aliquando terroribus
concuſerat, ut vnamiter cum Godefrido & P. Nor-
berto, factā inuicem confeſſione, tamquā oues occi-
ſionis ceruices pararent, & portis vltro apertis marty-
rium indubitanter atque alacriter expectarent. Sedeum
dem per viam quā veneſerat, omni labore fruſtratum, nec

*homo cru-
delis*

*mortem
Norberto
& fratri-
bus mina-
tus,*

voluntate mutatum, Dominus redire coēgit.

12 Cuius poſteā mentum vir Dei in magnā multitu-
dinis frequentiā, collatis hinc inde multis sermonibus, datur à
apprehendit, dicens: Mifer homo, quid tantoperè cadu-
ci & infimis rebus exæſtuas? Velis nolis, iam tempus gaudense
imminet, quo resoluēris in puluſtem. Sic vir Dei pro
Christo mori ſummum gaudiuſum exiſtimauit. Ait enim:
Opto ſiquidem, ut quemadmodū ſcopia longo vſu de-
trita nouiſiſi flammis iniicitur, ſic corpus meum
Christi exauſtum ſeruio, tribulationis demum igne
conſummetur.

13 Dum Fridericus impius iuxta viri Dei verbum, sci-
tum & dignum recepiſſet interitum, quem vnuſ de Fra-
tribus ante denuntiatam eius mortem à leone horrendo
deglutiri per viſum agnouit; ecce Franco quidam ſele-
ſtus coniugem beati viri, quæ iam ſacrum velamen ſum-
plerat, diabolico rapuit iſtinctu. Cui vir Dei inermis
vxorem repetens occurrit: cumq; Franco infaniens ad
occidentum virum Dei gladium arriperet, idem vir Dei,
tamquā agnus ad occiſionem ductus, ſine voce adſtitit,
& ceruicem protinus terendit: ſed nutu diuino terri-
tus ille ferire non potuit. Tandem vir Dei raptam ſuam, vti &
variis laboribus requiſitam, cellulæ reſtituit, & raptor Francorū
ille non longe poſt lanceā perſoſſus interiit. Ex hiſ fit fa-
ptor.

14 In die Assumptionis B. Maria Virginis, quando Godefridi
noſter ambitus conſecratus eſt, quis dignè commemo-
ret quales tentationum impetus, quantos impulſionum
in bonis ſuſ Deo
fluſtus euicerit, aliis hinc eum trahentibus, aliis inde re-
dicandis, trahentibus, ac mirā improbitate ſuggerentibus, ne tan-
tæ honeſtatis, tantæque ſpectabilitatis locum deſereret?
Cū & ipſe Antiftes, carnem ſapiens, alterius ei man-
ſionis concambium repromitteret? Sed Christi miles
nec terrore terribiliter potuit, nec turbine frangi. Ait enim:
Nullā feram ratione, ut deinceps de hoc caſtro munda-
na vanitati ſeruiaſtur. Mihi credite, etiamſi quadruplo
tantum poſſeſſionum recompensationes offertur,
numquā eaſtrum hoc ſeculi negotiis occupari con-
ſentirem. Ministeriales etiam centum & quinque, vxo-
res & liberos eorum, omnes copioſe inbeneficiatos,
cum aliis donationibus gloriosis, Monasteriensi donauit
Ecclesiæ: p̄ter alia multa, quæ Ecclesiæ Colonensiæ
aliisque locis, prout locorum prouifores orauere, con-
tradicidit.

C A P V T III.

Virtutes religioſa.

15 Postquam verò à conuiffione durā respirare da-
tum eſt illi, clauſtroque fouere paciſcos ſenſus,
quātūc purgatiſſimiſ morbiſ enituerit, Deum teſtor
quod humani ſermonis inopia nullatenus explicabit.
Iſte Sanctus mirā pollebat abſtinentiā, & frequenſius abſtinenſia
tantrū ſolo pane & aquā ſe pauit. Qui cū ſimul ad re-
fectionem communem diſcumberet, aut cū ſimul oraret,
aut verbum Dei audiret, pro desiderio aeternorum vber-
pietas,
rimis atque creberrimiſ lacrymarum proſluebat riuiuſis.
Studebat inſuper in omnibus deſpectum ſuī appetere, humilitas,
indigna quaque & extrema ſeruita in tantum non ab-
horre, quiaſi ſe cloacarium exhiberet. Oblatam inſuper
ſibi a Fratribus venerationem humiliter declinatuit: le-
proſos aut agrotos quoſque non deſpexit, & de fordi-
difſimo vase inſirmitatii ſotum ſumpſit: caritatis etiam alia vir-
tutes.
etiam ſumptuſ: caritatis etiam ſumptuſ:
habebat amorem, vt domum
hospitalem per ſe ipſum conſtrueret, vbi pedes paupe-
rum abluit, numimos & eleemosynas diſtribuit, circa
omnes cor geſtans paternum: nomen Comitis ſibi dari
tamquā venenum reſpuit: inimicos inſuper omnes
propter Deum dilexit: obtrectatorum iniurias patien-
tissimè fuſtulit: & Fredericum Comitem p̄dictum
cum p̄tore in magnō exſpirantem Dauidico more
planxit,

*Studium
religiosa
disciplina:*

planxit, fundatus enim erat supra firmam petram.
16 Cùm Fratres quidā tepidi de rigore ordinis modicū relaxando illi suggererent, vir Def. Spiritu sancto plenus, respondit: Qui magnum fluuim nauigio transmeare proponunt, longe superius à destinata ripa nauigare incipiunt, quia fluminis violentia retrorquentur: ita & nos Fratres, qui hoc mare magnum & spatiōsum manibus pertransire contēdimus, vbi sunt reptilia quorum non est numerus, ad iugem nostrum ascensum roboremus propositum, quia humanæ torpor negligentiæ semper in defensu est: & vereor plurimum he, quia qui modica negligit paullum defluit, ordo in futurum descendendo, ad pristinum tempore relabatur.

17 Exhortationis etiam tanta gratia diffusa erat in labiis, vt B. Norbertus de ipso gratulatoriè dixerit: Postquam ego in prædicationis cursu defecero laetus, Goss. Norbertus defridum filium meum pro me suscitabo, more ceruitorum probata, qui cùm venatoris instantia se super vires lafari senserint, pro se ceruos alios exigitandos suscitare memorantur. Hunc Patrem Norbertum B. Berthardus Abbas, ob prædicationis dulcedinem, cælestem fistulam appellat.

18 Fuit vir magnæ sanctitatis & grauitatis, quem eo anno quo venit ad ordinem, hostis malignus multis tentationibus infestauit; ita vt ipsum dæmonem scapulis suis insidentem, & ab omni deuotione retardantem continuò sentiret eumdem. Etiam idem Frater cùm orando se coram altari prosterneret, & diuinum auxilium inuocaret, frequenter vidit dæmonem deformem, habitu vultuque terribilium: quotiescumque sic affligebatur, currebat & inquirebat sancti virtutis presentiam: quo viso ab eo dæmon fugit, & mirabile tam corporis quam spiritus refrigerium sensit. Si verò Frater iste Comitem præsentem videre non potuit, ex tunc quam citò votem eius audiuimus, gratiam, vt prius, recepit. Nouit insuper vir Dei per Spiritum sanctum, nullo mortalium sibi reuelante, quantas Frater iste molestias huiusmodi patueret: ad hunc ergo tempore passionis talis frequenter properat, eumque per annum agonizantem egregie consolando roboret.

Cum fratremmittitur Præmonstratum.
19 Denique vt ad summi Patriarchæ obedientiam sibi non decesserit obedientia, dictum est illi à P. Norberto: Exi de terra tuâ, & de cognitione tuâ, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrarero tibi. Ad quod sine morâ implendum paruit, & discessurus vna cù D. Ottone fratre suo ait: O ecce frater mi, si quid hactenus residuum fuit, quod non perfecta tenuntiatione calcauimus, iam funditus in Christi nomine totum defseramus, & ad iter obedientia alacriter properemus. Venit igitur ad locum verè iuxta nomen suum à Domino præmonstratum, vbi & origo ordinis nostri cepit: illic cum fratre suo est Acolythus ordinatus, ibique Fratres vterque quamplurimos Angelicæ sue conuersationis robauerunt exemplum. Nam omnes Fratres humilitate præuenire certabant, sicut eos prius dignitate seculari præcesserant.

Anhilar ad mortem.
20 Præterea vir iste sanctus mirabilis & inæstimabilis ad Christum transfundi flagrabat desiderio: nam & frequenter sociis in itinere pausantibus, ipse quemadmodum in exequiis mortuorum membra componi solent, manus suas & brachia componebat supinus, dicens clamore cordis intimo: O si veniat hora illa transitus nostril! o si ad hanc horam aptare me digneris Domine Deus meus! Propter quod Deus properauit educere eum de medio iniquitatis.

C A P V T IV. Mors, miracula.

Euocatur 21 Post annum reuocatus à Præmonstrato ad Norbertum, iam Archiepiscopum Magdeburgensem, cùm seculi pompa vel strepitum sancti viri ægrè ferret aspectus, Domino iam electum suum remunerare

disponente, lentè cœpit pulsari ægritudine, accepta que Avcto- P. Norberti benedictione, ad Eluenstadense declinavit RE ANO- cœnobium: vbi languoris molestia cùm per dies ingratu- N Y M O, EX uesceret, aderat ei germanus suus cum aliis Fratribus, MSS. quibus ipse transitum suum se iam iamque desiderare Aegrotat Ilmstadij. perhibebat. Cumque adstantium vnu diceret: Absit Domine, nequaquam hos desolatos reliqueris; vir beatus velut indignante vultu respondit: Eia Frater, quid est quod loqueris? vt quid oto habitum pœnitentia suscepimus, vt quid etiam pto Christo tota die mortificari contendimus, si non per labores hos quantocyus ad Christum emigrare contendimus? Optandum est mihi viâ leniori pergere, atque ad aspectum vultus Christi, quem semper optauit, maturius peruenire. Ad hæc dicta

cum getinatus eius graui se mero luctuque confice- Fratrem ret, consolans eum vir beatus, inter alia multa sic ait: maxsum Idcirco, mi frater, vnuersa propter Deum abdieauit. vñsolatur. mus, quia nos moriturs certissime noueraimus; nec poterimus operum nostrorum retributionem desideriam percipere, nisi contingit hinc per mortis gustum exire.

22 Dein cùm sacri olei liquore fuisset inunctus, pacis osculum dedit Fratribus vniuersis, ita dicens: Ego qui- dem zelo ordinis & diuini honoris quosdam vehemen- Veniam tius quandoque allocutus sum: & vnde si quem offendit petir. de vobis, quæso mihi dignetur ignoscere. His dictis non sermone responsum est, sed fletibus, & cōtristatis omnibus paullò post sic fratri locutus est: Frater mi, audio vocem dicentem, Exite obuiam ei. Et facto iterum inter- uallo, cùm frater, qui et sedulus assidebat, ab eo inquireret, quid spei haberet; vir sanctus Latino sermone re- spondit: Habeo spem magriam, iam enim pro toto mun- do paullò diutius in hoc nolle morari exilio. Post hæc paullulum conqueuit, aperteque mentis oculis, cùm ingenti subito exultatione dicebat: Veniunt nuntij Domini Creatoris mei. Quo dicto, Idibus Ianuarij mi- Moritur. gruit ad Christum, anno Dominicæ Incarnationis MCXXVI, atatis autem ferme sua trigesimo.

23 Porro Gerbergis Abbatissa, patrui sui filia, de qua præfati sumus, vnicè sanctum virum dilexit: quem dis- cendentem à se saepius monuit, vt vel virius vel mortuus Apparet eam in breui visitaret. Ipsi ergo in suo transitu, factò in ipsa horâ dioecesi Maguntiensis, apparuit in Monasterio miro de- Gérbergi core redimitus, aureoqué diademate coronatus. Quem cognata in illa, transitum eius ignorans, requisiuit, dicens: Quid VVeffha- est, dilectissime, quod sit coronatus incedit. Et ille: No- liā. ueris me modò, sine dilatio his instertio, sine vlo gra- uis examinationis periculo, ad summi Regis migrasse palatum, ideoque tamquam Regis filii beatâ immortalitate vestitum. Quod ne aliqualiter dubites, ecce scri- pturam in diadematæ meo digestam agnoscere. Respexit, attendit, & hoc modo digestum legit: Induit me Do- minus vestimento salutis, & induitudo latitudo circum- dedit me, & tamquam sponsam decorauit me coronâ. Tunc illa diuinum oraculum aduertit hoc esse, statim- quæ Fratribus in Kappenberg huiusmodi transitum intimauit, & Missas pro eo celebrari fecit. Postea ad de- cem dies Dominus Otto Comes veniens, felicem fra- tris transitum eadem horâ, quâ nepti apparuit, cum læ- titia omnibus nuntiavit.

24 Est locus dictus Eltene, in quo habitat Sanctimo- Dolor den- nialium multitudo; quarum vna acerrimò dolore den- tiūm esse laborabat, quæ eum nullum haberet remedium; patrocinio venit in mentem eius B. Godefridus, quem dum viue- curatus: ret agnouit. Hunc ergo tōto cordis affectu cœpit im- plorare, quatenus suis apud Deum precibus tanto sub- ueniret dolori. Mira res, nam mox dolor omnis au- fugit. Eodem quoque dolore quidam de Fratribus nostris vexabatur, qui sancto viro adhuc viuenti familiaris iterum: fuit: hic quam citò nostrum inuocauit patronum; cu- ratus est.

25 Fuit apud Kappenberg pastor quidam religiosam ducens vitam. Is quodam tempore usque ad mortem

AUCTOR^a infirmatus est, & in ipso languore positus multitudinis
ANONY- malignorum spirituum phantasias pulsabatur. Cūm igitur iam tandem esset desperatus, nocte per se priore est
MSS. admonitus, quaterius locum sepulturæ elusdem Godefridi Comitis visitaret, & de bonâ viri eleemosynâ reficeretur: fecit hoc, & mox sensit se toto corpore sanum, fugitque subito phantasticus error ab ipso.

item alia
gravis a-
gritudo: **b** 26 Fuit Sacerdos quidam de Fratribus nostris, quem fistula per multos dies adeò debilitauerat, quod vix moueri potuit: hic alienis manibus ad ecclesiam portabatur. Intercā dies anniversarius Godefridi Comitis occurrerat: & eccē Frater iste difficulter repens ad ecclesiam pro vigiliis viro Dei celebrandis peruenit in chorum. Vbi medullis intimis, ac totus perfusus lacrymis, salutis flagitabat auctore, quatenus intereuē viri Dei sospitatem recipere mereretur. Oravit & exauditus est: nam indilatè Godefrido subueniente, sensim mox properat vanescere morbus, proicitur baculus, subsequiturque salus.

Quidam
ab eo exci-
tatus ad
proces- **c** 27 Cūm unus ex Fratribus nostris ad hymnos matutinales processurus celerius surrexisset, paullulum forte resedit in lectulo, & repentinō sopore concidentibus oculis eius, egressa est processio: moxque vir Dei clarus adstitit dormitanti, & vocans illum ex homine, Frater mihi, ait, surge quantocūs, quia chorū iam ingreditur conuentus: ad cuius illicē vocem surgit, & citato gradu sequitur praecedentes. **c**

a Alterum MS. verum.

b Videntur morbi genus indicari, quod VVestphalis die pistelen dicuntur, sine defluxione humorum.

c Prater illa miracula, memorat Pilckmannus, ad reliquias B. Godefridi cœcum illuminatum, contrarium erectum, claudum curarum.

ALIA VITA METRICA

Auctore anonymo,

a ex perpetuo MS. Capenbergenſi.

§. I. B. Godefridus se suaq; Deo dicat.

Prefatio.

Spiritus aspira, mea tu p̄tis intima gyra;
Dextram tu regito, carmen & incipito.
Mandemus chartæ, metri vel pauperis arte,

b

Nostro pro modulo, de Domini famulo.

B. Gode-

fridi ge-

nus,

c

De Christi fido & cultore pio Godefrido,

Qui decus Ecclesiæ, sol erat & patriæ:

tempus

Ex cuius vitâ nituit VVestphalia tota:

mundi,

Splenduit in tenebris vir merito celebris.

opera mi-

Inclitus iste satis, regalis nobilitatis

jericordia,

Lampade magnificus, vir fuit Angelicus.

d

Hic Comes est verus, quia factō rem comitatus

e

Ornauit meritis officium Comitis.

f

In Domino fidens, mundanaque gaudia ridens,

g

Non opibus tumuit, sed magis abstinuit,

h

Spreuit & abiecit, Sanctis habitacula fecit

i

Christi, pauperibus, Fratribus, hospitibus.

j

Castrum mutari precepit, & euacuari

k

Prædonum coru belligeroque metu.

l

Templum mutauit, Conueris castra dicauit,

m

Laudèque perpetuā psallere fecit ea.

n

Tum manibus plenis sua distribuebat egenis,

o

Mandans assidue Fratribus, & vt viduæ

p

Sustentarentur; inopes omnes alerentur:

q

Fouit enim miseros & vt proprios pueros;

r

Omnes pupillas, maiores atque pusillas,

s

Vt pater excoluit, dum super his doluit.

t

Præcepti finis dilectio de peregrinis

u

Sanctum commouit: nam domus his patuit;

v

His & opem vietus impedit vir benedictus,

w

Vir cœcis oculus, debilibus baculus,

Patronus patrum, pia consolatio matrum,
Vir robur iuuenum, præsidiumque senum,
Vir sacer & iustus, quamvis pietate venustus,
Vir bonus & patiens, nil reprobum faciens:
Cuius honestatis dotes vel strenuitatis?

Quomodo dinumero cūm careant numero?
Ipse domum struxit, ad quam pius agmina duxit
Membrorum Domini, quæ modò commemini.
Hiisque pedes lauit, mensam cum pane locauit,
Numeros distribuit euilibet, vt potuit.
Nec sufficit ei, quod egentum pauperiei
Mens sale condita subueniebat ita;
Quin & inops factus, ad Fratris pauperis actus
Sele deiiceret, cuicunque perficeret.

obediens-
ria. **f**
g

Cunctis pareret, fqua Patris norma iuberet,

g laissi. Prælati promptulus arcta pati,

Cuius ad edicta patriaque domoque relicta,

Deuotus nimium perulit exilium.

Angelicus vultu, venerandus paupere cultu,

so Pauper, pauperibus umbra, medela, cibus.

a Hanc vitam sed nati sumus, studio D. MALLINCROTT
V. CL. Canonorumq; Capenbergensium: nam propinquos riuulos
frustra confundit, cūm iam prior pars huius communitatis subiecta
est proibito, & recurrimus, huiuslibet de fonte. Verum erat co-
dex ille Capenbergensis ita & tunc ex eis. Et veruslate ipsa pend
absumptus ac mendis referatur, ut subinde orare genuinam letationem
vix licuerit. Author, Capenbergensis Canonicus fuit; idem fortassis
qui priorem vitam scriptis: prese sane eam metro reddidit. Aſſordi-
ne feret concinniori. Et quid reliquiarum nulla hic mentio fit, conico-
re licet ante eorum translationem esse scriptam.

b MS. auctore. c d MS. &. e MS. ex ope.

f MS. quia. g MS. iussit.

§. II. Infestatur à sacerdoti.

Sed quia (ceu nostis) semper fremit inuidus hostis,
Haec minimè patitur, talia persequitur.

Commouet arma foris, & iacit intus tela doloris,

Scandala molitur, qua valet aggreditur.

Susevit & queridam, personam dico pauendam,

Armis terribilem, nequitii habilem.

Iste virum mira laudis præsumpsit adire,

Armis concutere, fraudibus appetere.

Ipsiū ille tamen fuerat sacer, vnde iuuamen.

Debebat potius sceleris vt socius.

Sed fraudis gnarus, prædonis peccus auarum,

Intuitu scelerum non reputat generum.

Ingerit imò minas, terrores, atque rapinas,

Lectâ militâ tendit ad exitia.

At summus custos, solitus defendere iustos,

Eludit tumidum, repellit & cupidum.

Qui Saulis more multo bacchando furore,

In famulum Domini saevit inops animi.

Sed veluti David Saulis molimina cavit,

Sic reprobi facinus destituit Dominus.

Insuper antiquus draeo suaderet quid vir iniquus

b In generum placitat, fictitium recitat.

Nam subracta sibi deposita debita scribi,

Inuidâ tabens, nil rationis habens.

75 Nam plus debebat is, debita qui repetebat;

Quodque breui spatio deseruit ratio.

Nam vir facundus, nulli virtute secundus,

Accitus placito, non tamen ex merito;

Certius est certo quid claruit ore diferto,

Oſtenditque & reum qui maculauit eum,

c Prannunt confutans, nullâ formidine & nutans,

Sed ratione potens, iustitiâque nitens.

Sic prote, Christe, Sanctus sustollit iste,

Per mala perficiens, dura p̄tē patiens.

Vt sit enim dignus lauro, par redditur auro,

Flamma quod ex variâ purificat scoriâ.

Hostis & inuitus licet infidilando peritus,

Auget ei meritum, dum parat interitum.

Quot testamentis impugnat, tot documentis

Erudit hunc nolens & nimis inde dolens.

f **scelerum**
armis in-
festas;

b **fictum ab**
eo debitu-
re in indicia
exigit.

c **d e**
Refellit
eum Gode-
frides.

f

At vir-

At virtus mitem quia corripit insipientem,
Sic miserans miserum corripit hic ficerum:
eius anima- *ritiam redarguit;* Quid miser insanis! quam gloria vexat insanis,
Vix auaritia pestis & inuidia!
Diuitias quare sic infectoris auarè?
Quis status est hominis? nonne putredo, cinis?
g Num quamvis diues fueris per secula viues?
An quis opum cumulum detulit ad tumulum?
Restat nonne mori? mors cui, dic, parcit honori?
100 Qualecumq; sumus nōne h. fauilla & humus?
h At non pœnarum dolor i. excruciat auarum:
Flammeus inde vigor, frigoris inde rigor.
i Sic malus arctatur, vt frigore nunc patiatur,
Alterutretque vicem flamma rotando picem.
k Illic vermis edit morsu, draco vypera laedit,
Semp̄ vbi fletus continuuque metus.
Dentes cūm strident, stridores tartara rident:
Tempore nunc placito talia perspicito.
Prospice ne quæstus turpis tibi præparet æstus,
Et l. quæ supplicia nutrit auaritia.
Membris eductus si veneris ad loca luætus,
Stringit te penitus mors sine spe reditus.
m Tum gratis fundes lacrymas, vel pectora tundes:
Nam quis tunc redimit, mors ibi non perimit,
Tortor vbi durat, nec votum fleibile curat,
Dæmonis in facie sulphura cum glacie?
Nunc quos fraudasti vel iniquè despolaisti,
His sua restitue, deoque tuo tribue.
Sic rogo procura mala deuitare futura;
Sic metuenda paue, iamque cauenda eauie.
Defle commissum, sic euafusus abyssum:
Inuenies etiam fructibus his veniam.
Sic incantabat sapiens, aspissque negabat
Auditus crebris sueta tegi tenebris.
l Hic docet æternæ; placet illi terra cauerria,
Cordis tartareā dum latet in foueā.
n Culus erat finis qualem dictauit n....
Qui reprobum stygio destinat exitio.
At seruus Domini, compertâ morte tyranni,
Fletibus incubuit, vtque Dauid doluit:
Agitoscens verè talem tormenta manere,
Qui non pœnituit raptaue restituit.
Sic erat affectus pietatis flendo reiectus,
Qui super hunc doluit, huic mala quæ voluit.
Ecce sequar morum, quos patrum vita piorum
Nobis propōnit, pagina ceu meminit.
Perdit primatum Samuel, populique reatum
Votis attenuat, ne mala gens pereat.
Hæc cūm bacchatur, Moysē lapidare minatur;
Ille tamen precibus præstat opem trucibus.
Hæc exempla boni sectatur vita patroni,
Sanctis præfatis æquiparanda satis.

a MS. iacet.
b Solum in priori virâ dicitur Fredericus arcem Capenbergam
veluti filia dotem repetuisse.
c MS. cum. *d* Forte prauum. *e* MS. natum.
f MS. inuidiando. *g* MS. Nam.
h MS. fauillat humus. *i* MS. excruciebat.
k MS. Illis. *l* MS. quia. *m* MS. Tam.
n Quod hic deest, legi in MS. non potuit, ut nec que inferius.

§. III. Franco raptor mortem ei minatur: famuli amiciq; varie obstreput.

Hic nec omittatur quod Martyr iure vocatur
Ille Dei famulus, cuius erat iugulus
Ensi prædonis in spe subiectus agonis,
In spe martyrij non pauidus gladij.
Matronamque fibi cūm iam rapuisset, eamque
Franco deueheret, nec reuehi sineret:
Obuius est factus raptoris flens homo sanctus
150 Forte viâ: mens patet ecce pia.
Quippe furens ille cūm dat a conuicia mille,
Inq̄tie Dei famulum vertitur ad capulum,

a
Mortem minanti iugulum præbet.

Mucronem stringens, vt perficiat scelus ingens;
Iste parat b. tumulum sanguinis in tituluri.
Vt Comes hoc gessit, dextram miser ille repressit;
Nec peragens odium, continuit gladium.
Iste tamen voto feruens ac pectore toto
Testis erat roseus, sanguine purpureus.
Iure coronatur, cui mens tam firma dabatur,
Cuique fides valida, spes erat & solida.
Intus vexabant famuli, qui cœpta vetabant;
Dumque reclamabant, stirpium multa dabant,
Dicentes: Quare præsumis hoc tolerare?
Hic vecors nimium perdidit ingenium.
En desolamur, & tamquam decapitamur.
Quis iam (ptō facinus) noster erit dominus?
e Hunc captiuemus igitur, vincisque domiuemus,
Dum sensus redeat, sic neque despiat.
Multum delinquit, qui sic sua membra relinquunt,
Quod magis euaderet seu caput & gereret.
Sic sic pulsatus doctoris verna beatiss.
Omnia sustinuit, sicque piè monuit.
At noster Præsul non rectus denuò consul,
Sancto consuluit, institit, & voluit,
Vt d. seruaretur locus hic, aliasque daretur,
Lauda Dei resonus propositoque bonus.
d Dicens, VVestalis fieri dispendia, talis
Ac tam magnifici perditione loci.
Hoc acclamabant reliqui, Sanctumque grauabant,
Ipsum dum variis detrahenter studiis.
Sed frustra nisi, e. veluti cedrum Paradisi
Possent concutere, quod minus excutere.
Dum patuit telis, pulsabaturque querelis,
Omnibus eminuit, nil mali sustinuit.
Stabat fundatus in petra vir memoratus,
Flamina non metuens, flumina despiciens.
Et respondit eis, tamquam verè Pharisæis:
Frustrà nitimini, me famulorum Domini
A voto cœpto defletere, sicut incepto:
Reddere disposui, quod bene proposui.
Ipsum castellum, de quo violentia, bellum,
Cædes, & varia prædierant spolia,
Ipsum mutabo penitus, Christoque dicabo,
Vt resonent in eo cantica digna Deo.
Nullius terror, sed nec cuiuslibet error,
Hoc à corde meo tollet, agente Deo.
Num debebo pati, prædones vt scelerati
Hic latebras quærant, prisaque fœda gerant?
Num debebo pati, plures vt despoliati,
Ob mala quæ tulerant, limina nostra terant,
Se deplorantes, & in altum vociferantes,
Vt iudex Dominus puniat hoc facinus;
Se lamentantes, & amaro corde precantes,
Vt locus hic pereat, & Comes intereat?
Num precor ista finam, non propulsando rapinam?
Absit: non patiar, ne reus efficiar.
Tantum, Rex Christe, tibi complacat locus iste,
Quem tibi sincero munus amore fero.
Sed neque solamen subtraxit, dulceque f.....
Cum prædux humilis spem tribuit fatulisi,
f Dicens: Gaudete potius, Dominumque timete;
En ego reddo Deo me Dominoque meo.
Et mihi iungantur, caput & sua membra sequantur:
Me quisquis sequitur, par meus efficitur.
Serui personæ paritas datur æqua coronæ;
Quin etiam potior, si fuerit probior.
Vna fides, vnu baptifimus, & Deus vnu,
Quantumuis humilem reddit ei similem.
Hæc attendentes, ad Christum vertite mentes,
Qui sine personâ dat sua cuique bona.
His accenduntur quidam, Dominumque sequuntur,
Mirantes equidem verba virique fidem.
g Quidam è famulis fuit reli-
a MS. conuiua. b Forte iugulum. c Prior vita non memo-
rat eò procacia venisse famulos, vt vinciendum conclamarent.
d MS. referuaretur. e In MS. additum erat, fuit: perperam.
f Forte famen.

§. IV.

AUCTORE:
ANONY-
MO. EX
MSS.

*Affidus
lacryma-
tur,*

*etiam mē-
sa tempore;
quā cauf-
ja.*

b

*suos hor-
zatur ad
rigorem
disciplina.*

d

c

f

g

b

§. IV. Religiosa eius virtutes.

Hic fuit indulta lacrymarum gratia multa,
Flebat enim secum, vota ferendo precum.
225 Quin etiam flebat, quando Conuentus edebat,
Illi ipse sedens, atque parumper edens.
Nam ieunabat crebro, corpusque domabat,
Hausit amara libens, lèpe fluenta bibens;
Et sunt mirati Fratres lamenta Beati,
Quod nec desineret, quando cibum caperet.
a At secum fatur aliquis: Cur sic lacrymatur?
Æstimo propterea quod videt obsequia
sa tempore; Christi feruere, latatur & ipse videre,
Hic vbi iam pridem nemo putare quidem
Possit, tale bonum fieri de monte latronum,
Prædomumq; domo Sanctus & ob hoc flet homo.
b Aut etiam plangit, & eum dolor intimus angit,
Pro desiderio, quo cupit exilio
Tentus præsenti, coniuere Cunctipotenti,
Mundo posthabito, corpore deposito.
Nec consolatur, penitus donec mereatur
Hoc fungi dono perpetuoque bono.
Aut vice plerique pro causâ plangit utrâque,
Nunc grates memorans, nuncque mori properas.
Et merito: namque caussam commendat utramque
Cum titulo fidei gratia multa Dei.
c Hæc mihi narravit, qui præfens ista notauit
Quæ retuli medians pluribus & recitans.
Confans ipse fati in propofito pietatis,
250 Segnibus obstabat & dogmaque tale dabant.
Omni nos horâ nitamur ad anterioria;
Præstet ubique rigor propositique vigor.
Nemo lafsetur, ad fortia quisque paretur,
Nemo résoluatur, ampla corona datur.
Afficior grata super ordinis integritate,
De lapsu vero sedulò moctus ero.
Normam prætendo super ordine non metuendo:
Exemplum capit at quilibet, ut sapiat.
Nonne trahunt proram sursum per fluminis oram,
Qui se nauigio & crediderint fluui.
Cur? quia pelluntur vndis, minimeque sinuntur
Vndarum strepitu currere pro libitu.
Impetus vndarum, vehemens impulsus aquarum
Cursum nauis agit, si inferiusque trahit.
Exemplo tali, Fratres, in spirituali
Ordine res geritur, si benè perspicitur.
Ecce laboramus, ut in ordine proficiamus,
Licit propositum, nil agitur vetitum.
Rellgio floret, dilectio mutua feruet,
Omnies prospiciunt, aua despiciunt.
Sed post feruorem timè restare temorem;
Ultimo prospicio prona tibi hoc vitio
Vos vexilliferi, constantes atque seueri,
Non cum segnitie stemus in hac acie.
275 Cum galeâ, scuto, gladio & fungamur acuto
Sit simul in dextrâ lancea cum pharetrâ.
Loricæ tegumen, teli non desit acumen;
Hac ne militiâ vos feriant vitia.
Tergum non demus, magis hostis terga fugemus,
Ut quod iter teneat posteritas videat.
Quod si fecisti non vult, nobis reputari
Pro culpâ nequeat, cum via dux pateat.
Sancti vexati sunt olim, nec superari,
Nullo supplicio, vel prece, vel pretio:
Horum miremur vestigia, nec pigritemur
Spe confortati quæque molesta pati.
Sic est affatus nutantes iste Beatus,
Accendens tepidos, & solidans trepidos.
Verè laudandus vir planè magnificandus,
Qui verbo mouit, utliter docuit.
b Sed quis miretur, si dogmate clarus habetur
Vir tam conspicuus, moribus innocuus?

Eius doctrina fuit afflictis medicina,
Dulcia persuadens, pneumatis; imbre madens.
Pectore iucundo clarebat & ore rotundo,
Multos ædificans, cordaque latificans.
Ipseque Norbertus sacro Pater ore disertus
Munus id obstatuit, quod minimè tacuit.
Nam congaudendo dixit: Cùm multa dicendo
300 Lassatus fuerò, spe maculatus ero;
Hic quod facundus lingua, sensuque profundus,
Pro me Doctor erit, hoc equidem poterit.
Nam socium lassus ut suscitat in grege cerutus,
Cùm fugit in vanum qui timet ora canum.
Hic excurret ita pro me, linguaque peritæ
Multis proficiet, instruet, erudit:
Vir sacer audiuist, quod custodiare cupiuit;
Nam non fugit eum, sic docuisse Deum:
Quod sum mansuetus, humili quoque corde quietus,
Ex me colligit, discite, conspicite.
Restat mansuetis internæ pauca quietis,
Qui fuerint humiles corde, mihi similes.
Præterea mitis fuit hic sine turbine litis,
Vocibus his parenti, atque turnore carenti.
Quando nobilitas maior seculique potestas;
Tantò præ famulis claruit hic humili.
Turbidus expauit dum quis & nomen replicauit
Antiquum Comitis: Quidque, rogo, facitis?
Quid me turbatis? inquit, talique grauatis
Nomine, i quod vereor, quoque minus moucor?
Multum quippe mali gessi sub nomine tali,
Hoc nomen Comitis obstatit illicitis.
Hoc lamentandum nunc est, fletuque piandum,
Ut maculas animæ purifcent lacrymæ.
325 Amodò iam vester famulus vocor atque minister,
Qui n noua proposui, pristina postposui.
a Fortè Ac. b MS. ab. c MS. quia.
d MS. dogma tale. e MS. crediderit.
f MS. inferius trahit. g MS. fungamus. h MS. Si.
i MS. inde. k MS. nomine. l MS. qui.
m MS. nomine. n MS. modò.

*Eius do-
ctrina, &
facundia,*

*mansue-
tudo,*

humilitas.

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

§. V. Aduersus demonem imperium.

Multa viri clari possunt bona commemorari,
Vnde queat sciri splendida vita viri.
De cuius gestis ait verax mihi testis:
Eia quis referat, hic homo quantus erat!
Experto quiuis credat: nam credere si vis,
Me patet expertum grande viri meritum.
Non esset tanti, mihi si morbum toleranti
Dextram porrigeret, moxque malum, fugeret.
Non sic mirarer, si cœcus luce bearer,
Claudus dirigerer, debilis erigerer;
Quantum endo fecit, me refouendo
Hortatus comedens intuituque medens.
Nam cùm fugissim mundum, Christumque petissim,
Vexauit nimium me graue dæmonium.
Iugiter infestans, tantoque dolore molestans,
Vt flerem, gemerem, peneque desicerem.
Cumque requirebam Sanctum, mox hoste carebam:
Pro iusti merito dæmon abit subito.
Hic audiretur tantum, vel conficeretur,
Hoste fui liber: fugit enim coluber.
Voce vel ore viri periit violentia diri:
Gratia sublimis iure stupenda nimis.
Rite fuit dignus, cotan quo prædo malignus
350 Non staret penitus, iudicium veritus.
Tam sacrum vultum metuebat apoftata multum,
Et fugit pautans, in tenebris latitans;
Contiguisque locis reuerendæ fulmine vocis
Territus excluditur: quod merito geritur.
Nam licet b instaret vehemens, Fratremque grauaret,
Incumbens scapulis, artibus & tremulis;
Iure tamen cessit, fugit, furiasque repressit,
Cùm præfens aderat, qui leuiter poterat

*Demon
tironem diri
vexat:*

presens

vel voce

Godefridi

fugatur. z

Hosti

Hoc p̄senti virtute iubere potenti,
Cuius vultus ei pars erat exitij.
Sensit p̄sente latro perditus Omnipotentem
In Sancti facie, voceque iustitiae.
En lumen clarum fugat horrorem tenebrarum:
Insidias vanas perdit hebes Satanus.
Gloria Christe tuo tibi fulgeat in Godefrido,
Qui seruos humiles glorificare soles.
Qui tantum signum, tam celso paupere dignum,
Declaras: idē clarius ut sit eo,
Das illi rōrem verbi, lingueque vigorem
Quā pauidum doceat, & reserare sciat.
Sic confortatur, peccatum velut cintueatur,
Dum virtute Dei cor patet huius ei.
Cuti sapiens fatur: Frater mi, quando grauatur
Mens tua tam variis dæmonis infidiis;
375 Ut iam te credas occumbere, dñe rogo, cedas,
Obluctando spei, viribus ac fidei
Constans perfiste, quām transeat impetus iste,
Hic dolor & gemitus prætereat penitus.
Fortè nec orare potes, hand Carmen efficiare
Inde pusillanimis, sed gemitum cum lacrymis.
Si nec flere datur, tolerantia possideatur;
Mens tua sustineat, gratia dum redeat:
Dum tempus flendi, tempus veniat miserendi:
Illud adest animo, quod placuit Domino;
Hic exspectetur, qui percutit atque medetur,
Mortua viuifat, tristia latifat.

Sic os mellitum, dulci sermone peritum,
Dulciter insonuit, suauiter admonuit.
O vir digna Deo, felici clare tropæo,
Cernua vora tui suscipito famuli.
Hæc retuli de te, sed inertis more poëta,
Obruor ingenuæ pondere materia:
Nunc ita, dūctis here, precor hac tibi pauca placere,

AVCTOR,
ANONY-
MO, EX
MSS.
Andor
eum inuo-
ces.

394 Ut demum videam te patriamque tuam. e
a MS. fugiet. b MS. restarer. c MS. intuebatur. d MS. iam.
e Atque hæc quidem de B. Godefrido haecen naſti sumus.
Plura expectamus ex eadem VVestphalia Rheniq; confinibus de San-
ctis illustrissimi ordinis Præmonstratenſis. Intelligentq; qui hæc ad-
dixere, eiusdem ordinis Antisitites, num iure queri potuerit Augusti-
nus VVichmannus Brabantia Mariana lib. 3. cap. 76. Potrò de vi-
ris sanctitate vitæ vel doctrinæ illustribus qui in hac Societate
(Iefu) floruerunt, & in pensiis Deiparam venerati sunt; aut
quibus ipsa singularē fauorem exhibuit, consule Kalendarium
Marianum Antonij de Balingem, qui de iisdem aliisque aliorū
Ordinum & statuum fusi, licet de Ordine nostro eiusque
Marianis clientibus parçè admodum: quod Societatis scripto-
ribus nefcio quo fato ferè solenne est in plerisque suis libris de
quacumque etiam materiâ conscripsis. Cū tamen de S. Nor-
berto ac Norbertinis plurima quoque in cōmunem utilitatem
scribenda subpetant, & apud Deum non sit distinctio Graci ne-
que Iudæi: apud homines autem antiquitas habeat locum, &
senectus suam p̄ferebantiam; que in ordine nostro Præmon-
stratenſi, quingentorum, & quod excurrit, annorum est. Hac
ille. At si nolim quidam ſuę communicare, an queri poſſunt non edit
niſi foris velint nos infamia plagi aliena ſublegere, ut Maximilianus
Habbeckius noſter VVauerana ſua ſibi erupta, ſeq; inſeo edita refe-
rebat. B. Godefridi nomine primus vitam publicauit, & operibus
ſuis inſeruit Serarius: nomine B. Ludouici Arensteinij Bravuerat

DE B. I V E T T A, S I V E I V T T A, VIDVA RECLUSA, HVI IN BELGIO.

AN. CH. I MCCCXXVIII
XIII. IA-
NUAR. **H**uū, ſue Hoyum, Gallia Belgice celebre oppi-
dum eſt, ad Moſam flumen, quatuor ſupra Leo-
dium Eburonum metropolim leucis. Origo am-
bigua, reftata antiquitas. Nam ecclesiastis iſthic à S. Materno
tertio Treuirorum Antifite, Apoftolo Tungrorum propinquu-
rumq; gentium, S. Mariæ Deiparae poſitam, Theodvvinus
Leodiensis Epifcopus in diplomate quodam anno Chriſti 1066.
dato teſtatur: eiusq; mentio fit in S. Domitiani Tracteſtensis
Epifcopi, qui ſexto ſeculo floruit, vitâ ante annos amplius qua-
dringentos excarata, quam 7. Maij dabimus. Conditum ab An-
tonino Auguſto oppidum, & Benefactum appellatum tradit
cap. 38. Harigerus Lobieniſis, qui Ottonum ſecundi terruq; vixit
estate. Nihil ex antiquoribus ſuppetit, quo id firmemus. Quid
Iuhonum ciuitatem, quam lib. 13. Annalium ſcribit Tacitus
ignibus terra editis correptâ, hanc ipſam interpretabatur Pighius,
Huionumque legendum cenebat, nec Lipſio nec aliis viris do-
ctis probatum eſt. Nam vt in agro vicino ſoſtilis è terra lapis
eruatur, igni alendo idoneus; at non vrbem oppidumue, ſed ciui-
tatem ariffe Tacitus ait, id eſt, villas, arua, vicos. Ea paſſim
ciuitatis Cesari notio Tacitoq; vt ḡtem iuſdem iuſtitutis viuen-
tem ſignificet. Deinde ambigit Lipſius, & merito, ne ea gens
in Germaniâ ipsa alihi fuerit, non in Belgicâ. Fuit certè
Colonia Agrippina propinquior quam Huū nunc ſit; nam
in illius menia ignes ſerebantur. Eſt oppidi Hueniſis pars potiſſima
in Condrusio, pars, que cis Moſam, in Hasbanio: valido & in-
ſigni ponte iunguntur. Iſthic in Moſam Hoioſ, ſue Hoiolus
annis influit, apud Condrusios vico Buzinio ortus. Nomene
is oppido dederit, an ab eo accepit, incertum.

2 Hic, quod ad rem noſtram attinet, complures Sancti pu-
blico cultu celebres, Maturus 15. Ianu. Mengoldus 8. Februar.
Domitianus 7. Maij, Ioannes Agnus 25. Iulij, aliq; quibus
addi Iuetta, ſue Iutta, religioſiſima vidua merito debet. Eam
refert Molanus in addit. ad Vſuardum, & Martyrol. Germani-
cum, his verbis: In territorio Leodiensi obiit Iueta reclusa,
vidua valde sancta. Agit de eā idem Molanus in Natalibus SS.
Belgij, vbi beatam matrem Iuettam vocat, vti & Hugo Me-
nardus. Ac Ferrarius: Floeffiæ in territorio Leodiensi B.
Iuetta reclusæ. Verū aliquot à Floeffiæ nobili Præmon-
stratenſis ordinis in diœcoſi & Comitatu Namurcenſi canobio,

leucis abeft Huū. Sacrarium SS. prouincia Leodiensis excusum;
hoc die: S. Iuetta vidua, reclusa Hueniſis. Beatam quoque ap-
pellant Miræus in Chronicis Cisterciensib; Chryſofomus Hen-
riquez in Menologio, Andreas Sauffaius in Martyrologio Gallicano,
Valerius Andreas aliq;


3 Vitam Iuettae ſcripſit Hugo Floeffiensi Canonicus, ordi-
nis Præmonstratenſis, non Benedictini, vt temere VVionem ſe-
cuti tradidere Poſſeuinus & Voſius. Fuit verè Hugo Iuettae non
modū equalis, ſed & familiaris, vt pluribus locis ipſe teſtatur.
Eam paſſim Sanctam, Sanctam Dei, sanctam beatamque
mulierem appellat: an tamen ſolemniter fit albo Calitum ad-
ſcripta, hand comperimus. Vitam hanc edimus ex vetuſto Aut-
berti Mirei V. CL codice: edidit & Chryſofomus Henriquez in
Liliis Cistercijs. Meminie Iuetta Rosvreydus noſter in Annalibus
Ecclesiasticis Belgijs ad annum 1227. quo illam exiftinavit obiſ-
ſe, vti & Miræus, cùm conſet in octaua Epiphania feria quintâ
eſſe defunctam anno 1228. cuius priores menses antiquo more in
anno precedenti cenebantur. Eiusdem Iuetta vitam Teutonico
ſermone edidit Rosvreydus, in quâ eam perpetuò Sanctam ap-
pellat. De alia Iuttâ, virginē reclusâ, magistrâ S. Hildegardis,
agemus 22. Decemb.

VITA AVCTORE HVGONE FLOREFFIENSI.

Ex MS. Autberti Mirei V. CL.

PRÆFATIO IN VITAM

deuotissimæ feminæ Iuetæ inclufæ.

 VM scriptum fit experimento que di-
ſcatur, Nemo repete fit ſumimus; no-
uerit ſequentia lecturus, quid Domi-
na Iuetta per arctum, continuum, Iuetta fem-
longum quoque religionis exerci- ſim perue-
tium, ad eam, quam obtinuit à Deo, gratiam peruenit. ſit ad per-
ſuanta ſiquidem diuinitus, datam ſibi gratiam in ſe-
vacuam eſſe non permisit, ſed vt negotiatrix industria,
ſibi creditum talentum lucro multiplici cumularē ſe-
per faregit: placere ſoli curans, à quo ſe iudicandam ti-
mebat.

Auctor. mebat, & sperabat remunerandam, iuxta illud: *Vnus-Hygone,* quisque propriam mercedem accipiet, secundum ex mss. suum laborem. Idcirco iuuençula sibi merito timens à seipsâ, in feroe spiritus insurrexit in seipsam, animum applicare Deo per diuinum timorem, per compunctionem, per orationes deuotas ac diuturnas, mētem, prout licebat, diuinis & salutaribus affidū occupare sciebat scripturis: & experimento docta, quod anima Deo fit è vicinior amabiliorque, quod remotor à desideriis carnis & curis temporalibus. Inde Apostolus: *Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Quām fuerit iuuençula fūcarni, dicam ex parte ad ædificationem multorum magis quām imitationem.

Luxum auersata. 2. Statim ab initio sua conuersio post mortem mariti, mores vt mentem mutauit; longè faciens à se quā pretiosa & copiosa in vestibus, annulis, ac monilibus habuerat ornamenta; eo ipso dans videntibus intelligi, secundas eam nuptias non affectare. Accinxit ferro carnem, tabulis plumbeis à pectore & dorso dependentibus, cilicio, stamineâ, vel sacco pro camisâ vtens. Annis aliquibus ante obitum suum ex cōsuetudine Cistercienfis ordinis (cuius ordinationi se deuouerat) habere tunicam ad carnem acquieuit.

Abstinen- tie addi- cta. 3. Exemplo Danielis inter delicias esse sobria laboravit: &c, vt paucis plura coniiciantur, quod poterat occultius cum aliis comedens, quæ minoris erant saporis, & vitoria quæque sibi sumenda applicabat. Multotiens esuriens ac sitiens, vultus ac sermonis hilaritate saturitatem simulauit in ipsis quibusque vilibus corpori necessaria frequenter negauit. Pulmento solâ de farinâ confecto cineres admisit, vbi cum pane filigineo vel fureo, talibus absque volupate necessitatibus satisfacret. Lecto sine plumâ præter capitale, corpus fatigatum iejunii, vigiliis, verberibus, genuum flexionibus, psalmis, orationibus, lacrymis, peccoris tunctionibus, & aliis huiusmodi piis laboribus, vestita parcè reficiebat. In ueste mediocri, nec sordidâ nec sumptuosa, sermone raro ac maturo, verecundo vultu, modesto incessu, sollicitâ sui circumspetione, religione rationabili, talem se cernenib[us] studuit exhibere, vt ad boni æmulationem, & laudem Dei vniuersos prouocaret. Curauit prouidere bona coram Deo & hominibus, cauens pro posse notas suspicionis, dare vel accipere peccandi occasionses. In confessione suorum reatum tam frequens, tam scrupulosa fuit, vt auditores quandoque culparent, quod, vbi non erat, culpam sibi ascriberet.

perpeccio aduer- jorum. 4. Inter hæc & similia quām multas, quām graues ancilla hæc Christi passa est insidias diaboli, à mundo vel carne tētationes, multorū præcipue cognatorū ac domesticorū iniurias, blasphemias, contradictiones, impedimenta, dāna & opprobria, scire potuit sola quæ sustinuit.

P R O L O G V S.

In vitâ & conuersatione ancillæ Christi Iuettæ inclusæ de domo leprosorum prope Hoyum.

a. 5 **V**enerabili in Christo Patri ac Domino *a Ioanni*, Dei gratiâ Floreffeñi Abbat, Frater Hugo eiudem Ecclesiæ Fratrum omnium tam vitâ quām nouissimus merito, cum orationibus & salute id quod est, licet modicum sit quod est.

Ioannis Abbas iussu h[ab]ito- via h[ab]o scripsa. Quamquām non dubitem, Pater reuerende, inter eos qui vestro subsū regimini plures reperi possent, qui operi huic, quod dediti mihi vt facarem, & studiosius intendere, & consummare illud, vt arbitror, possent efficiens; quia tamen opera Dei reuelare honorificum est, & ex præcepto monemur colligere quæ de mensâ benedictionis Christi superauerunt fragmenta ne pereant; humiliter inclino ceruicem iubentis imperio: quin imò etsi pro inobedientiæ morâ de vultu vestro iudicium

meum prodeat, nō renuo excipere correptionem quattuor merui, dōrsum vltro offrens in flagella paratum.

6 Attamne ne morarū causa extitisse videatur omnino sine causa, nō erit in Domino paternitas vestra, quod cùm primò mihi de virtutibus Sanctæ huius summationi quædam perstrinxistis, obmutui hærens stupensque validè in memet tam de nouitate operum Dei, quām de virtutum Sanctæ apud Deum excellentiâ, mani paullulūm *Cur diu distulerit Auditor eam scribere.*

attonitus: rebūque perpenfis demum prout potui, pro pensiū bonū esse existimau ponere ori meo custodiâ; tu propter linguis detrahentium Deo in hominibus, cuius cùm testimonia credibilia sint nimis, ipsi tamet animales, Spiritum non habentes qui viuificat, crede quod non vident nesciunt, & in eo quod gratiam operantem in iis qui digni gratiâ sunt operari, aut diffidunt, aut derogant, exortes se gratia Dei ostendunt; tum etiam quia insufficientem & minùs me sciens idoneum ad haec presumptionis argui verebar, si fortè sub pondere materiæ graui succumbere infecto me contingere opere, tam quām sub onere fasciculi deprimenti. Etenim si paullò intueti libet antea cœta, perpendere potestis de facilis quod non sine causa totiens subterfugi, quod minùs mandatum vestrum exequere tam in loquendo quām in scribendo pro temporis & rerum varietate, quāmquām multipliciter iussus, sed potius tamen, quia filij generationis huius non tam mirari & laudare norūt quæcumque dicta seu gesta, etsi minùs laudabiliter, in filiis alienis, quām minoris eadem æstimare licet commendabiliora fortè in domesticis, cùm tamen omnis illorum auctoritas summaque laudum sit in eo quod alieni sint, & istorum contemptus in eo, quod domestici. Tum verò, quia totum perlustrans in circuitu meo me, non inuenio talem me, quod dignè possim eloqui iustitias Domini non rectus, aut Sanctorum gloriam prædicare non sanctus. Verumtamen quia spes est fiducia futurorum bonorum ex gratiâ Dei, & bonâ conscientiâ, & venerabilis femina, de quâ scribere proposui, apud spirituum iustorum iudicem Deum plus possint merita mihi ad veniam, quām mea mereatur ad poenam iniquitas, leuabo ad ipsum oculos meos, vnde spero auxilium mihi: & inhabitatorem eius Spiritum sanctum inuoco, vt cœpta huius operis pio dignetur fauore prosequi, quin imò etsi forte fuerit quocumque modo debile principium, melior fortuna sequatur.

7 Sed nec exigit meus à me Lector adulterinos *Elegan-* Ethnicorum flosclos aut splendidam eloquij venusta- *tiam cur* *nō affectet:* tem, cùm iuxta ipsos philosophos de verbis controversia haberi non debeat, dum constat de factis. Et alia quædam dicat auctoritas, quod ibi solùm compositio verborum quartitur, vbi teste virtute veritas ipsa se non commendat. Proinde licet perhorrendi criminis sit, quidam de Deo falsi dicere, etiamsi ad laudem eius pertinere videatur; quia non minori scelere laudatur in Deo falsitas, quām vituperatur veritas, quæ Deus est; ne quis tamen fabulosarum me rerum inuentorem aut somniorum commentetur interpretem, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, testem inuoco eum qui veritas est, nihil me huic indidisse operi, nisi quod vel à vobis auditi, ô Pater, qui sancta huius mu-

ligeris virtutes & opera ex ipsius confessione nouissimâ cognouisti, vel certè ab eâ quæ omnium operum eius testis verax adhuc supereft, tamquām comes individua & vnicæ sodalis in domo, cui de ipsâ scire datum est quantum ipsa de se sciri voluit, & homini datu est scire. Etenim quia scriptum audierat, Tempus tacendi & tem- *Eccl. 3.7.* *pus esse loquendi, quædam de iis quæ fecit ei Dominus, quando secretò erat in tabernaculo eius, ante obitum suum manifestari voluit, & manifesta sunt; quædam ve-* *rdò, quæ celari voluit, celata sunt, nec reuelabuntur donec thronis positis aperiantur libri, & antiquus dierum fœdat in concilio Sanctorum, iudex omnium generalis.*

a. Ioannes de Hoyo, nonus Floreffeñi monasterij Abbas fuit, ut scribit Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ.

TRACTA-

TRACTATVS.

De vitâ & conuersatione ancillæ Christi Iuettæ inclusæ de domo leprosorum prope Hoyum.

CAPVT I.

B. Iuettæ patriæ, mores integræ in adolescentiâ.

Fuit in Episcopatu Leodiensi, oppido quod vulgo Hoyum nuncupatur, puella claris ciuium orta natalibus, ætate iuuençula, inatura sensibus, pulchra facie, ornata moribus, casta corpore, pudica gestibus, omnium oculis gratiosa. Iuetta nomine. Huius parentes cum secundum statu huius, bonis abundarent temporalibus multisque rerum copiis, quæ prima omnium mortales aestimant, cœperunt cum cognatis & amicis tractare de nuptiis filia, quam vnicè diligebant, quæ iam infantæ fines egressa nubilis, apparebat, annorum quasi tredecim. Sed & ipsa cum secundum carnis speciem speciosa esset admodum & faciei venustræ, utpote quam iuuentutis primi flores, decor naturæ, specimenque virginem inuicem admixtis dotibus subornabant, à non paucis ciuium filiis, qui ei tam genere quam rebus non multò aestimabant inferiores, à parentibus eiusdem in coniugium petita est.

CAP. II. QUOD virum contra voluntatem suam accepit.

Nubit in uisa.

Atpuella prudenter animaduertens, quod riondum experimento didicerat, graue iugum legem esse matrimonij, fastidiosa onera ventris, pericula partus, educationes liberorum; & præter hæc omnias, casus virorū dubios, curam familiæ rei que familiaris, insuper & laborem quotidiana follicitudinis attendens, renuebat omne coniugium: instabatque quibus modis poterat nunc patri, nunc matri supplicans, ut eam manere absque viro distitterent. Sed non posse fieri quod volebat intuens, instantibus nihilominus amicis & patre, oppidoque eam compellentibus, ut eorum acquiescens consilio virum acciperet, quia voluntati omnium diutius resistere non potuit, adolescenti cuidam è ciuibus quamvis vnicæ virgo cum esset, desponsata est.

Abhorret ab uisa coniugij.

Nuptiarum igitur elapsò tempore, cum mutata esse videretur in statum vitæ alterius, à rigore tamen voluntatis præhabitæ & desiderio pristinæ libertatis eius animus permutari non potuit. Experimento etenim dicere cogebatur, quod ne quandoque sibi contingere verita fuerat ab initio semper: cœpitque adeò vsum abhorre coniugij, & omnem viri copulâ detestari, quod, sicut postmodum est confessa, si neccum fecisset quod fecerat, ad faciendum id eam nulla amicorum persuasio, nullusque timor, aut potestas vlla superior inclinasset. Faciebat attem hoc non ea intentione ut tantò securius quantò liberiùs cogitare posset quæ Dei sunt, aut quomodo placeret Deo, si à viro esset libera; sed naturali quodam mentis impulsu agitabatur interius complexio munda cordis, quo dignabatur foris caro carnis delectationi subesse, & curis secularibus intricare animum prout experebat, & expedit vñus, & ordo coniugij.

CAP. III. De dolore quem patiebatur ex odio coniugij.

Recordabatur interdum dierum adolescētiæ suæ, quibus sine follicitudine vixerat ex quorum memoriæ torquebatur tantò anxius interius intrò animus, quantò perpendebat attentiùs, quam diuersa essent & diuisa ab inuicem in differēti sui essentiâ tempus & tem-

pora vniuersæ rei sub cælo. Sic mirum in modum excre- AVCTOR.
scet vis doloris per dies singulos, & in progressu tem- HVCONA
poris paullatim carpebat vires: donec tumescente vul- EX MSS.
nere auctum est malum, & factus est nouissimus error
peior priore. Ex vehementiā siquidem mœroris conti- Tatio con-
nui, cœpit animum eius tædere vitæ suæ, & sic in quam-
dam mentis acediam deueniens, tanto solutionem
coniugalis debiti odio habere cœpit, quod vt libera fieri
poffet à viro, viri mortem vltro videbatur optare: &
verè sic erat. Quod tamen peccatum quia ad eius lau-
dem dixisse videor, quam feuerâ districione postmo-
dum vindicauerit in se, quamquam mirabiliter eius à
Domino consecuta indulgentiam fuerit, in sequentibus
explicare proposui. Quid plura? Quocumque le verteret
vel quæcumque attentaret, utrobique luctus, ubique
dolores, vndique suspiria. In omnibus viis suis tribula-
tionem & dolorem inueniebat. Et cur hoc, nisi vt no-
men Domini inuocarer? Interdum enim sola vexatio in-
tellectum dat auditum.

CAP. IV. De visitatione eius à Domino.

Sed cum nec sic conuersti vellet, vel intendere ad gratiam quæ vltro se offerebat recusanti, immo & insequebatur fugientem; quia tamen nec volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, qui operatur in nobis & velle & opus bonum; expandit demum super eam rete miserationum suarum per præuenientis gratia suæ donum Dominus, vt non esset locus vltre effugiendi manus eius. Ascendente quippe Iesu in nauiculâ cordis eius, qua in medio maris iactabatur magnis fluctibus, cessauit ventus, id est, cogitationes reprefæ sunt, quæ ad profundum desperationis eam impellebant: quia, vt dicit auctoritas, in quoëcumque Deus adest per gratiam, Liberatur
é tenta-
tione. mox vniuersa bellorum virtus conquietcit. Facta est etiam tranquillitas magna, quia quanto propior Deus homini efficitur per gratiam, tantò amplius expulso tentationum turbine mens securior effecta, in conditoris sui amorem sece intus caritatis igne resoluta transfundit. Tum vero per eam, quæ facta sunt ei à Domino, intellexit creatura suum creatorem: & depulsâ caligine cordis, cuius obductu apertis oculis nihil vi-derat, illustranteque ei in faciem sole iustitia, cœpit & ipsa intēdere in faciem vocatis se Domini, & experimēto cognouit, quod nisi quia Dominus adiutisset eam, paulo minus habitasset in inferno anima eius. Nec mirum. Dat se fia-
dio virtu-
tum. Respiciens enim erat iam Dominus in adiutoriū ancillæ suæ, auferensque ab eam cor lapideum, dedit ei cor carneum intelligendi voluntatē suam, & faciendo eam, colédi quoque ipsum in hostiis & muneribus, id est, tam in castigatione corporis proprij, & vitæ restrictioris effetu, quam eleemosynarum largitione, & orationum instantiâ, ceterisque bonorum fructibus operum, quibus hostiis promeretur Deus. Subitoque mutata est in feminam alteram, & deposito vetere homine cum actibus suis, renouata est in agnitione eius, qui creauit eam: & ecce facta sunt nouissima illius dissimilia valde prioribus, haud dubium quin respēctu malorum eius bona optima. Surrexerat siquidem in aduentu Austri Aquilo, à quo omen malum panditur, & ante faciem sancti Spiritus, qui ei obumbrare venerat, sparsa nebula frigoris eius sicut cinis est; sublataque de medio nube, quam prius ipsa sibi opposuerat, liberè iam ad Dominum eius oratio pertransiavit.

CAP. V. De morte viri sui, & de li-beris quos ex eo suscepit.

Intra viro suo, incertum quo Dei iudicio, viam Moritur
vir eius. vniuersæ carnis ingresso, vidua, vt concupierat, fa-
cta est, cum vixisset cum eo annis quinque à virginitate
suâ.

D d d

Auct.
HVGONE
EX MSS.
Tres eius
filij.

sua. Suscepserat autem ex eo tres liberos, quorum unum in albis Deo reddidit; duosque reliquos enutriuit, donec infantiae limites prætergressos; unum litteralibus addixit studiis, altero secum retento domi quia iunior erat, nec studij laborem sufferre poterat ætas adhuc infirma.

Vidua se-
cundas
nuptias
afferna-
tur.

14 Post decepsum igitur viri, ubi compos retum esse cœpit, licet iuuacula esset annorum decem & octo adhuc & faciei venusta, ita se in cunctis, quæ agèda erant, religiosè & prudenter seruabat, ut plures in admiratio nem sui traheret & exemplum. Quæ cùm à plerisque honestis secundum seculum viris, tum propter sui pudicitiam, quæ passim ab aliis commétabatur, tum propter carnis speciem, & copiam rerum, quæ non modica ei remanerat, peteretur in vxorem, numquam ad consensum coniugij potuit eius inflecti animus promissis, aut precibus quorumlibet; rebus potius, quam verbis edoceta, prout in libro experientiæ didicerat, quantum differunt ab inuicem status in quo nunc erat, & status vitæ præterita.

CAP. VI. Quòd pater eius eam voluit tradere secundo marito.

Pater eius
Episcopi
Leodiensis
Receptor
Ex Oco-
nomus.

conatur
ei secundas
nuptias
persuade-
re;

etiam per
ipsum E-
piscopum.

Ea tempestate præsidebat Leodiensi Cathedræ bonæ memoriae Dominus Radulphus Episcopus, cuius & rerum dispensator & expensarum creditor erat pater ipsius Iucunda tam in castro, quam in oppido Hoyensi, &c, ut vulgo dicitur, erat eius Cellerarius, quia, ut dixi, admodum vir erat diues. Qui ob multam sui strenuitatem, prudentiamque & fidem dilectus & familiaris Episcopo adeò factus est, ut cum eius prouisione & consilio cuncta agerentur, quæ in omni circè regione agenda forent. Qui, vt posteritatis suæ lineam protenderet, cœpit pulsare animum filiae monitis quibus poterat, instans opportunè, importunè, ut nuptias confentire, & per hoc amicorum suorum consiliis & voluntati acquiescere vellet. Sed videns eius immutabile propositum in perseverantiâ viduitatis, & omnia quæ ei proponebantur surdis eam præterire auribus, suspicatus per Episcopum fieri posse, quod per affines non poterat, accessit ad eum, & expositus ei rebus & caussis, prout erant secum & cum filia, supplex expertus, ut de nuptiis cum filia sermonem habere vellet. Episcopus annuit libentissime, adduci iubens filiam ad se, optimeque se ei persuasurum de nuptiis spopondit. It nuntius, adducitur iuuacula ante conspectum Episcopi, & Magnatum qui Episcopo assidebant, visaque multitudine militum hominumque diuersi generis, qui domum repleuerant, ex pauefacta est timore pariter & pudore, confusa nimis: cùm ecce Episcopus videns eam quasi consternatam pudore, proprius eam accedere iuberet: blandeque consolans & secreti alloquens, de nuptiis coepit replicare fernionem, persuasibus verbis eam allucere tentans, ut suis acquiescens consiliis, & patris voluntati, virum accipere vellet.

Huic sa-
pienter
respondet.

Probat e-
ius proposi-
tū, eamq;
iuat E-
piscopum.

16 Illo verò perorante tacitam quidem, sed ab alto fundebat orationem, cum multa cordis deuotione ad Deum, ut ab imminenti eam liberaret angustiâ temporis, saluo viduitatis proposito, quam soli ei iam voverat, & usque in finem illibatam ei conseruare habebat in cordis desiderio. Nihilominus tamen quædam cautius, & sapientius poterat ad singula Episcopo respondens, viduitatem sibi magis placere quam nuptias; viduitatem se voulisse, hancque velle Christo exsoluere se protestabatur quamdiu viueret. Et ecce allegantibus contra singulariem personam feminæ viris sapientibus & astutis, repente, & præter spem affulsi ei diuinæ favor clementia de supernis, & immutauit omnino cor Episcopi, ut qui persuasor extiterat nuptiarum super omnes, consultor fieri inciperet continentia viduælæ contra omnes. Adiutor ei factus est, & protector contra aduersantium

persuasions & consilia. Requisitoque ab eâ palam cunctis qui aderant, quid è duobus eligere vellet, cuive magis inclinaret animum, continentia aut sponsalibus; illæ Christum elegisse in sponsum, nec virum mortalem in eius iniuriam se vlo pacto admittere posse humiliter & verecundè confessæ est. Nec ego te, inquit Episcopus, super hac tuâ voluntate aut proposito, quod professa coram me es, de cetero vexabo, nec vexari ab altero permittam. O filia mi, constans esto, & ne timeas. Credo enim & confido in Domino, quod qui cœpit in te opus bonum perficiet: & vtinam perficiat ad honorem sui, & tui profectum usque in finem! Benedicenque eam dimisit in pace, patremque illius sollerter admonuit, ne deinceps eam super aliquibus nuptiis molestare presumeret.

17 Ipsa verò quasi post triumphum effecta securior, liberatori suo Deo gratias egit, & postmodum ad eius obsequium, & ad omne opus bonum magis se ei recognovit, tamquam accepto beneficio, obnoxiam; ne in *Sedulò* vacuum gratiam Dei recipiens, dati immeñor, & *vacas pie-* *tati.* iugiter, nunc palam cum aliis, nunc occulte sola, sine intermissione Dominum orans, vt introitum suum & exitum, id est, principium & finem propositi sui, quod ipse iam in ea operari cœperat, usque in finem corroborare veiller semper. Nec solum hoc, sed & noctibus surgebat ad confitendum Domino in matutinis singulis noctibus; adeò quod matutinarum tēpus nullum præteriret, quocumque torpore aut negligentiâ, nisi manifesta causâ necessitas, aut corporalis fortè obstaret infirmitas.

Sedus Radulphus ab anno 1167. usque ad 5. Augusti 1191.

CAP. VII. De temptationibus eius.

18 **V**Idens igitur diabolus inflexibilem eius constantiam in nocturnis Dei laudibus, tentauit quoquo modo eius impeditre propositum; ut quod diebus non poterat, vel noctibus saltēm præoccuparet gressus ipsius & semitas, vel abstrahendo eam à matutinis, vel si illud efficere non posset, ne tam manè ante lucem surgeret timores eidem incutiendo nocturnos.

Denique egredi ostium domus suæ noctibus vt iret in ecclesiam, vel etiam in ipsâ viâ gradienti frequenter se dabat obuiâathan ipse; nunc in leonis, *Noctu ad templum* nunc in effigie vrſi, nunc in serpentum diuersi *euntem* *demonis in-* *fatis.* rum, aut Æthiopum similitudine, hīc frendens, hīc rugiens, hīc ludens, hīc blandiens, hīc minitans, hīc insiliens; nunc prohibere volens viam ne procederet, nunc perterritre in viâ, vt fugientem & pauidam alienare posset à sensu, sicut pluries contigilse multis dubium non est. Porro in primis antequam usum huiuscmodi phantasmatum habuisset, aliquantulum pavescens exhorrebat; post tamen per Dei gratiam *Ab eis- sumptis viribus*, ut figura cognovit dæmonum, in *gno Crucis* uocato Christi nomine, & signo se Crucis sanctæ mu- *superatur.* niens, subfannans spreuit, trāsuitque per medios excursus & occursus phantasmatum intrepida.

19 Sic milleartifex inimicus homo, diabolus deuictum se despectumque à iuuencula sentiens, omnèque fraudum suarum dolos & artes omnino eam vilipendere, quia sperabat in Domino, ad alia se temptationum genera conuertit, noua cudens arma, noua bella parans, nouos insidiarum modos adiueniens & artium genera, quibus rigorem fortissimi pectoris in mulieris corpore emollire posset: ut si à totali proposito mentis eam auellere non posset, tamen in aliquâ sui parte sinceritatem eius intentionis posset offuscare. Quia enim in primo congressu vietus ab eâ est, dum acquiescere noluit carni & sanguini, id est, cognatis & amicis, vt virum accepiteret; nec in secundo per Episcopum & humanæ sapientiæ profundum altitudinemque inclinare potuit;

nec

*Ierum
eam ten-
sas.*

nec in tertio quidem congressus per se cum omni cohorte nocturnorum phantasmatum præualere potuit, quin semper post pugnam efficieretur femina fortior, ad perpetuam confusionem deuicti, & perennem gloriam triumphantis in ipsâ Dei; fortius multò aliis, & nequius quartò quartum viætrici famulæ bellum indixit, in quo Dominus euidenti virtutis suæ gratiâ pro eâ pugnauit & vicit: quia Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrâ vigilat qui custodit eam. Manifestè siquidem, & sine intermissione aggrediebatur eam impugnans acriter vestitus ille quondam Behemoth, id est, diabolus, ut absque respiratione bello bellum fortí fortius succederet, & exhaustus in priori viribus debilior redderetur ad agomen alterum, faciliusque succumberet femina fidelis. Benè quippe & eleganter de eodem Behemoth, id est,

Iob 41. 6. diabolo, dixit ad B. Iob Dominus: Corpus eius quasi scuta fusilia compactum squamis se prementibus, vna vni adhæret, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Qui quid post omnes congressus tentationum suarum quieturus veniat, quasi ad cubile totius suæ malitiæ, post

*Iob 40.
16.* quod non ei locus diuertendi alter, liquet vbi paullò ante de eo præmissum est: Sub vimbrâ dormit in secreto calami in locis humentibus, qua nimur in iis habere requiem dicitur, qui ab omni opere bono, ut calamus, intus existentes vacui, ventum tamen retinent, id est, peccati suggestionem per delectationis assensum, & humentes dicuntur per fluxæ operationis effectum. Quemadmodum verò in hoc ultimo congressu viriliter agens de hoste triumphauerit, per paucis explicare curabo si possum.

CAP. VIII. Quomodo B. Virgo liberavit eam à quodam periculo.

*Iuuenis
quidam in
amorem
eius exar-
degit.*

Habebat quendam in oppido inter amicos amorem eius exarcebantem, qui licet fortè lineâ consanguinitatis eam non attingeret, erat tamen filiorum ipsius consanguineus, ut arbitror, ex patre. Hic prætextu familiaritatis præstinae, curam se habere simulans filiorum & matris vidua, frequentare eam solebat, & colloqui ei quasi pro utilitate rerum necessariarum eius & filiorum, quos intimè se diligere ostendebat quasi proximus. Quia igitur gutta cauat lapidem si crebro stillet, & alluvione terra paullatim consumitur, cœpit tandem iuuenis ex frequenti collocutione iuencula, & aspectu mutuo laxare animum in amorem eius, impudico oculo nuntio existente impudici cordis iugiter; quamquam illa nihil rerum huiusmodi suspicaretur in homine, & in omnibus que cum ipso agere habebat aut loqui: casto eum corde, & oculo intueretur simplici. Porro amoris sui iaculum, quo saucium habebat pectus, intrò retinens, nec foris aperire ausus, torquebatur tantò acriùs intus in corde, quanto secretius fouebat vitium, nec euaporare sinebat calorem, qui teftus sub cinere fortius astuabat. Licet ei rem, sicut erat, amorisque vitium palliaret propinquè secundum carnem viri nomen; subministrabat tamen ardoris materiam cordi nequam pernicioſa foris opportunitas, quâ crebreius cognatam iniuferè ei male licebat, & alloqui quasi pro rebus domesticis multiplicibusque cauissis, in quibus exhibebat se velut manum dexteram eius. Attamen cum malum, quod habebat in corde, aperire ei interdum proponeret, tetrahebat eum hinc pudor, inde timor; timor, quo verebatur ab ea argui, patique cum dedecore repulsam; pudor verò, quo timebat, si fama rei veniret in publicum, à communibus hinc inde vtrorumque parentibus & amicis, lasciuia suæ notam luere confusione perpetuâ. Sed quid?

*Eum ar-
guit Iuet-
ta.*

Tandem amor improbus omnia vicit. Cum enim diutius se continere non posset præ amoris magnitudine, nauctus demum opportunitatem loci & temporis, quo secretius ei locutus confusionem suam confessus ei est, & quomodo pro eius amore cruciatus cum iniuafisset interior, omni morte grauior & amarus valde. Illa au-

diens quorsum tenderet loquentis sermo, nec eum pro- *AVCTOR,*
loqui passa, faciem suam à viro auertit indignans, & à *HVGONA*
verbis huiusmodi durè compescens eum, asperè satis
locuta corripuit eum prout dignus miser erat. Metuens
tamen ne fortè deterius ei quidquam contingenteret si sic
confusum abiiceret à se, velut sapiens medica blandis
sermonibus exhortabatur eum, vt ad eradicandum de
corde vitium illiciti amoris, totâ intenderet virtute: diuinum
insuper si haec facere veller spondens auxilium, &
gratiam Dei de cælo affutaram. Esto, inquit, ô dilecte
mi frater, quod nec propter Deum, quem timere of-
fendere in hoc casu necesse plurimum est, nec propter
salutem animarum, quam negligere impium nobis est,
non custodientes nos, peccare vellemus, & animas dare
in perditionem; prohibere nos deberet saltem certè vel
sola peccati infamia, & honoris periculum mundani;
quod si vel scintilla facti huius ad aures transiret homi-
num, efficeremur ambo absque dubio opprobrium vi-
cinis nostris, & deriso his qui in circuitu nostro sunt.

Sic iuuenem diligenter admonitum in pace di-
misit à se, suppliciterque Dominum exorauit, vt de pin-
guidine gratia sua mittere dignaretur rorem benedi- *Pro eo o-
ctionis, & refrigerium spiritus sui æstuanti in camino rat, eiusq;
tentationis iuueni: ne ipsa, quæ tribulationis ei materia declinar
effecta fuerat, aut peccati cuiuscumque ei causa gat colloquiū.*
perpetua damnationis efficeretur occasio. Ipse verò licet
pro repulsâ verecundiam passus recessit; nihilominus
in lubricæ mentis suæ lasciuia perseverans, & licet cor-
porali frequentiâ ei communicare tam præsumptuosè
non auderet, sicut heri & nudiustertiūs, propter id ta-
men vesani amoris non minùs in pectore stulti æstuabat
incendum. Attamen illa ab eâ die & deinceps cu-
stodiebat se ab eo, & licet fortè æstimaret eum cor-
rexisse errorem, & à coepio reuocasse animum, non se
tamen audebat ei credere sicut prius, in hoc non sibi
parcens, sed viro.

Intereà cauſa quædam extitit, quod ad domum
cuiusdam ex consanguineis venit in fero, & post co-
nam vix ab eâ extortum est, vt cum amicis eadem no-
cte permanere veller qui aderant, quamquam multi-
pliciter id est elaboratum ab eis. Quid multa? Casu ad-
uenit iuuenis memoratus in domum, tamquam amicus
ad amicos, & ab amicis ad pernoctandum reten-
tus, ipsâ tamen non æquo accipiente id animo, licet
dissimilante, ne aliqua cauſa suspicio à quoquam de-
prehendi posset aut vera aut verisimilis. Post coenam
disponitur de lectisterniis, & femina prudens cogitans
qua fortuita cōtingere possent, lectulum sibi fieri præ-
cepit cum alterâ quadam puellâ seorsim ab aliis in infe-
riori parte domus. Porro totam penè noctem illam du-
xit insomnem, sollicitè præcauens ne si furem venire
contingenteret, ipsa inueniretur non vigilans; & in præ-
dicium pudicitia suffosâ domo conscientiæ, damnum
rei familiaris, id est, salutis incurreret. Et ecce intern- *Idem no-
pestæ noctis silentio, cùm diabolus iam misiffet in cor micâ do-
viri, vt lectulum dormientis præsumptuosus attingeret, mo insi-
diatur,*

Iuettæ D.
Virginis &
commen-
vir: si clamare, timebat notam infamiae, quæ tam illi, das.
quam sibi ad perpetuam confusionem cedere posset, si
fama rei prodiret in publicum. Angustiæ ei erant vn-
dique, & quid primum ageret prorius ignorabat. Inge-
mīscens tamen in cælum, protensisque manibus ad san-
ctam Dei genitricem omnium miserorum spem, & re-
fugium gloriolam Virginem Mariam, cui se attentius
D d d 2 illâ

Auctor. illâ nocte commendauerat, cum totâ cordis devotione & contritione spiritus eam interpellabat, ut ei subueniret in tali ac tanâ angustiâ animæ, & liberaret eam ab instantiâ negotiâ temporis propter ineffabilem misericordiam suam, quâ humquâm deseruit sperantes in se. Factum est autem, ut hec eâ orante, & iuuenie stulto pro negotiâ suo perambulante in tenebris, vicius efficeretur iam lectulo, fatis tamen eo obseruante ne à quoquam deprehendi posset in domo. Et ecce sicut aqua frigida anima sitienti, sicut sanitas agro, misero salus, naufragio stella, lumen in tenebris, Regina cœli, Domina terræ, Angelorum gaudium, hominum salus, Dei mater, & filia filij, Virgo Maria devoutam suam consolatum veniens in specie mulieris splendide faciei, & habitus, quasi de superiori domus cœnaculo in inferius per gradus cœnaculi descendere visâ est, gradiens in multisudine virtutis suæ, ita ut mulier venientem ad se pleno & vero videret intuitu: ille autem licet sonum gradientis attenderet, videre tamen eam non potuit, quia indignum se beatitudinis huius efficerat. Hæsit tamen miser, stabatque stupefactus, quia inuaserat eum horror mentis nimis, & nesciens quid se primum veire vel quid agere posset, tamquam fur deprehendi in furto metuens, ad stratum suum tremebundus a fugit, viz. pro loco refugij vel lecto contentus ad praesens: nec apposuit ultra venire ad locum, in quo famula Christi quiescebat. Per omnia benedictus Deus, qui non detelinquit sperantes in se.

*ab eâ ap-
parente
defendi-
tur.*

CAP. IX. De eleemosynis eius.

*Inesse
gratioso:*

25 Post hæc autem magis se Christo, & eius matris sanctissimæ perpetue virginis Mariæ perpendens obnoxiam, tamquam pro impensione beneficij, devotorem se ad eorum laudes & obsequia exhibuit ab eâ die & deinceps: adeò quid tam in eleemosynarum collatione, quam castigatione corporis, ceterisque virtutum operibus vehementer in breui profecisse visâ est. Nec sub silentio prætereundum mihi videtur, quid tantam erga pauperes compassionem habebat, quod si quandoque contingeret aliud eam non habere præ matribus quod pauperibus erogare posset, etiam hinc amica propria, vel alteram quamlibet supellectilem domus aunc particulariter, nunc integrè, tam sibi, quam pueris suis distrahens, in usus pauperum erogaret. Quod tamen patrem minimè latere potuit: qui videns supellectilem domus filiæ per dies singulos magis minui, timensque ne pueros contingeret exhereditari per distributionem bonorum, quæ siebat à matre, abstulit quidem ei filios aliquamdiu, vt rerum minus esset compos ipsa, nec vendere posset ius hereditatis ipsorum absque conscientia, qui quasi pueros a mamburitate videbatur. Quos tamen ei in breui post restituit, ed quid diutius sine eis mater esse nollet, quia tenerrimè eos diligebat.

26 Sedit autem post obitum viri sui vidua in oppido annis circiter quinque, curam habens domus, & filiorum, quos vtique educabat quanto studiosius poterat in omni timore Domini. Qui licet Domini timor initium sit sapientia, quia tamen perfecta nondum in ea caritas era, quæ foras mitteret ei timorem, quæ vt nascitur, plerumque perfecta non est, metuens tam libi, quam filiis cauere volens in posterum, de voluntate & consilio patris consensit in hoc, vt pecunia quæ sibi proueniebat ex substantiâ suâ, publicis negotiatoribus accommodaretur, vt supercrecentis lucri negotiarium particeps esset, sicut multi & honesti secundum seculum viri idem facere constituerant, licet non absque & peccati, sicut nec sine quaestus emolumento. Quod tamen peccatum, quamvis modò quam graue & grande sit euidenter appetit, tunc tamen temporis aeternino veniale astinabat aut nullum. Cogebat

*Pecuniam
suam ex-
ponit ad
quesum.*

b

insuper eam ad faciendum hoc, & cum voluntate patris, paupertatis verecundia, quam filii prouenturam timebat, quippe qui vobis orphani amissi patres, absque patris erant providentia, tum honestas nominis, quâ plerique, eti pauperes sint, pauperes tamen existimari verecundantur, non quid paupertatem malum esse repudent, & non à Deo, sed quia decedentibus divitius decedit simul & honor nominis, & fama vilescit inter affaires, non attendentes illud viri sapientis:

Pauperes si læta venit, ditissima res est.
Itemque illud Lucani:

*Honestâ
paupertas
laudata.*

O vita tuta facultas
Pauperis, exiguique laris! O munera nondum
Intellecta bene!

Audi de hoc insignem illum poëtam philosophumque
Boëtium

*Boët. I. 2.
met. 5.*

Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecri,
Gemmaque latere volentes
Pretiosa pericula fodit?

Et paullò post:
Vtinam modò nostra redirent
In * motus tempora prisca!
Sed fauor ignibus Aetnae
Feruens amor ardet habendi.

* mores.

Id sôque
O quam felix nimirum prior ætas,
Contenta fidelibus atris!
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ sera solebat
Ieiunia soluere glandes:
Non Bacchica munera nôrat
Liquido confundere melle,
Nec lucida vellera Serum
Tyrio miscere veneno.
Somnos dabat herba salubres,
Potumque lubricus amnis,
Vmbras altissima pinus.

Sed ve! quid non agis auri facta famæ? Tibi filij seculi huius seruunt in sudore vultus sui: tuis gaudent vexari mercibus filij Adam: interdum & cum periculo corporis & animæ tibi colla subiiciunt, & dorsum inclinant quique terrigenæ & filij hominum, simul in vnum diues & pauper, masculus & femina, seruus & liber, religiosus & iniquus, secularis & professus. Et quidem ab omni conditione, sexu, & ordine currit in facinus avaritiae per fas & nefas; ac si dicant singuli singulis:

Occupet extreum scabies: mihi turpe relinqui est. Clamat quotidie præco noster in Ecclesiâ Paulus, alloquitur omnes, & à nemine attenditur, omnes enim querunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi: Est, inquit, Timoth. questus magnus pietas cum sufficientia. Nihil intulimus 6.6.

in hunc mundum, haud dubium, quid nec auferre quid possimus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incident in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa, & nociva ac inutilia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Et paullò post: Tu Ibid. v.11. autem homo Dei hæc fuge. Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem. Quia sicut dicit, qui fidem veram de Deo habet, non capit in miseria fieri diues, nec pluris est ei mundus quam Deus.

27 Scrutare meus ô Lector, & vide quomodo sub pallio pietatis, & necessitatis titulo circumuenetur simplicitatem feminæ simplicis serpens antiquus, & inimicus generis humani millesartifex diabolus, à cuius fraude & insidiis nec Apostolo quidem absque timore esse licebat, qui ait: Timotheo autem ne sicut serpens seduxit 2. Cor. 11. Euam astutiam, ita corrumpantur sensus vestri, & excitant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Facile potuit tentare feminam, & tentans præualere ad horam, qui ausus fuit Apostolorum Principem expetere ad tribandum

dum sicut triticum, & fortè fecisset quod expetuit nisi pro eo orasset Christus, qui exauditus est pro suâ reue- rentiâ. Sed quid? Numquid qui dormit non adiiciet ut resurgat? Vtique, quia numquid dereliquit Dominus sperantes in se. Nullus enim sperauit in Domino, & confusus est, quoniam pius est Dominus. Cùm cedec- rit, ait Propheta de iusto, non collidetur. Quare hoc?

Psal. 36.

¶4.

*Agnoscit
victoria ini-
quitatem.*

Quia Dominus supponit manum suam, ut subleuet per gratiam eum qui per culpam ceciderat. Euolutis siquidem diebus aliquot, intelligens mulier fidelis per aspi- rantem sibi diuinitatem gratiam, quod multum & in multis Deum offendere in viâ hac, quâ ambulabat, licet fortè in simplicitate minus rectâ, detestari facinus illicò, & abominari coepit huiusmodi commercium; insuper & pro iam perpetratis congruentia seipsum addixit pe- nitentia, orationibus, ieiuniis, & eleemosynis, exinde vi- gilantius intenta. Quia enim, ut quidam Sanctorum ait, non sufficit à malis recedere, & mores commutare in melius, nisi & de antea tuis satisfaciat Domino per penitentia lamenta, cooperantibus eleemosynis, ma- luit iudicare seipsum temporaliter, quam aeternaliter iudicari à Domino, & vindicans se de se punire fatage- bat, vlciscens in se, quod dolebat commisisse se.

*Excusatio
peccati
eius.*

Luc. 7.

Iac. 3. 2.

I. Ioan. 1.

8.

Isa. 64. 6. non est. Itemque Propheta: Omnes iustitiae nostræ ante te, quasi pannus menstruatae. Vnde quis gloriabitur mundum se habere cor? Profusus nemo. Omnes enim peccauerunt, & egent gloriâ Dei, id est, remissione pec- catorum, per quam Deus appetet gloriosus, cunctis pec- catoribus aliis existentibus: ut indigeant cuncti remis- sione, ipse solus absque peccato, ut solus peccata re- mittat.

29 Nec miretur quis feminam in huiusmodi com- mercio quasi fuisse circumuentram, quia fortè non sine Dei iudicio, quod sicut occultum ita & multiplex est, hoc ei contigisse permisum est. Quid enim si lapsa per culpam est, quia resurrexit tantò fortassis melior post culpam, quantò ante culpam minus circumspelta, mi- nusue cauta in acie stare potuit? Si femina minus prae- valuit contra fortem, quid mirum cum columnæ cœli, fundamenta Ecclesie & capita, minus fortes facti sunt in bello? Quid faceret virgula deserti, vbi concussa & penè excusata sunt cedri Libani? Quomodo subsisteret pauper muliercula, vbi ceciderunt fortes in bello, glo- tio terræ Principes, summique praecones Legis & gratiæ, Petrus videlicet, & David Sacerdos & Propheta? Nec mireris si Petrum dixerim Sacerdotem, cùm lapsus est: iam enim à summo Pontifice Christo Iesu vsum ministerij huius, id est, claves acceperat, & ordinem, id est, dispensationem mysteriorum primum in partibus Cœ- fareæ, vbi data ei à Domino est potestas ligandi pariter & solutendi in collatione clavium; secundum in Ierosolymis post cœnam Domini ultimam, vbi data ei simili- ter est potestas conficiendi in verbis Domini: Accipite, & diuidite inter vos, hoc est corpus meum: hoc facite in meanam commemorationem; licet tamen, ut plerique asserunt, post resurrectionem Christi per eius insufflationem, & donationem sui Spiritus, utriusque ministerij plenitudinem cum maiori quodammodo acceperit pre- missorum efficientiam.

*Cur id
Deus per-
mittat.*

30 Et ut ad Sanctorum gloriam de Sanctorum lapsi- bus aliquid loquar, lapsus est eximus Prophetarum

Dauid, ut nemo confidat nimis in perceptâ tam virtutum gratiâ quam gloriâ meritorum; sed qui gloriatur, in Hvgons Domino glorietur. Lapsus Apostolorum Princeps Petrus est, ut sciret lapsorum culpis ignorare, lapsus & ipse. Lapsus Doctor gentium est Paulus, ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Lapsa & Apostolorum Apostola Maria Magdalena est, ut appareret benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae quæ fecit, sed secundum suam misericordiam quam saluam eam fecit. Lapsa denique & haec mulier est, ut non gloriatur in conspectu Domini omnis caro; & humilior post culpam refugeret, tamquam iu- giter habens in se unde dolor continuus ad humilitatem eam inflecteret semper. Nihil enim, ut dicit auctoritas, ad humilitatem sic inclinat, quemadmodum peccati præteriti memoria ad penitentiam prouocans, cum nullâ bonorum aestimatione, quâ mens in vanam possit gloriam extolli. Ut est illud B. Gregorij in Moralibus: Sapientia nostra ad examen diuinæ iustitiae redacta, iniustitia est: & plerumque sorbet in conspectu districti Iudicis, quod fulget in aestimatione operantis. Unde Dominus, ut abundaret iustitia nostra plusquam Phari- saorum, eleganter instruxit suos, dicens ad discipulos: Cùm feceritis, inquit, omnia, dicite: Serui inutiles su- mus; quod debuimus facere, fecimus. Et hoc idem, quia 10. quamdiu in hoc corruptibili carnis puluere per corpus subsistitur, nescit homo utrum dignus sit odio a amo- re. Verumtamen cùm septies in die cadat iustus, & re- surgat; impiorum verò pedes currant in malum semel, & memoria eorum ante Deum non sit amplius; scimus tamen quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etiam id ipsum quod cadere videntur in psus electi facie hominum; proficit enim eis hoc ipsum, ut dicit au- toritas, ad humilitatis conuersationem & augmentum in bonum. virtutis, ut humiliores resurgent, sicutque in posterum Ephes. 5. cautores, & sciant iuxta Apostolum, videantque quo- modò cautè ambulent. Sola etenim humilitas virtus est, ut dicit auctoritas, quæ custodit hominem in tentatione, ut illi non crepant in fornace, qui non ha- bent ventum superbiæ. Sed de his hucusque suf- ficiat.

31 Satisfaciens igitur fidelis mulier de commissis, ut Profusa prædictum est, contributati cordis & corporis sacrifici in ele- cti Domino iugiter offerebat, carnem propriam cru- mosynis cifigens cum virtutis, & concupiscentiis. Et quia visum est ei bonum & vtile inde sibi Deum placare offensum, unde offenderat inoffensum; coepit primò Deo in pau- peribus restituere, quod minus iuste metuebat se ple- rumque ab aliis accepisse; nihil sibi referuare tutum ra- ta, quod alterius & non suum extitisset. Deinde ostium In peregrini- suum aperuit viatori, peregrinos hospitio recipiendo nos benefi- & hospites: comunicabatque panem suum esurienti- bus egenis, quorum omnium curam pro modulo suo, necessitatesque supplebat; nunc priuatim, nunc publi- cè, ut quasi seipsum pati in singulorum passionibus fin- gulis factis ostenderet.

32 Ceterum, quia difficile, imò quasi impossibile est inter seculares seculariter non vivere; in mundo, qui in maligno positus, conuersari, & mente mundo non teneri, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab eâ; cogitauit femina prudens non sufficere ad perfectionem, virtutis suæ dare pauperibus pro Christo, nisi & seipsum Christo impenderet: coepit totius vita suæ statum, quem gerebat, quasi nihil estimare, si non ad pensum vita emendationis adhuc superadderet, sciens sibi à vero red- dendum fore Samaritano, quidquid in collationem tam sui, quam eorum quæ habebat, pro Christo super- erogaret, ultra id quod ad salutem sufficiebat animæ. Perpendensque de facili id non posse fieri quamdiu in- ter seculares viueret, (mores enim, ut quidam ait, à cõ- taria vici- uiū formantur:) nec posse perfectè se habere cor sur- sum nisi & facientus relinqueret mundum, & ea qua- in mundo sunt, coepit concupiscere aliquem solitudi- nis.

Auctor. nis locum, vbi reliquum vitæ sua tempus redimeret,
Hvgone. astricta magis cius seruitio, cui seruire regnare est.

a *Id est, tueri. Mamburnus, mandiburnus, manburnus, mandiburgus, tuorem significans pupillorum, pàtria aut urbis curatorem, quibusdam locis aducatur vel procuratorem fisci regij, aut urbis Syndicatum. Etymon Teutonicum est, à mondt quod os significat. Et bar sine baer, quod paratum, præsens, nudum, apertum; quia os esse debet publicè ius, quorum usus, sine mundium, mundiburdum, mandiburdum suscepit. Consule Kilianum, & Marchiam Martinum in Lexico.*

b *Si periculi particeps sis, aut id iustâ estimatione redimas, nec aliunde negotiatio illa tuo factus veritus sis, nullum admittes peccatum; ut pulchre exponit Lessius de iure & iustitia lib. 2. disp. 25. dub. 3. Et propositum nostri Theologii: licet alij quidam dissentiant.*

CAP. X. Quomodo abrenuntiauit seculo, & seruiuit leprosis.

Leproforiū Huenſe. 33 **E**rat in territorio eiusdem villæ locus haud procul extra muros super Mosam fluuium, vbi mansio erat infirmorum, qui vulgo dicuntur leprosi, vnde & locus nomen accepit. Fuit in eo loco ecclesiola quædam vetus, & præ nimia vetustate sui penè casum minitans, in quâ interdum Missarum agebantur sacramenta infirmis, licet raro. Nam quia pauper erat locus, & nulli Ecclesia redditus, vix inueniebatur qui Missam in loco celebrare vellet, aut bis in hebdomadâ, nisi religiosi quicque Sacerdotes, quos interdum deuotio edrahebat, aut caritas initabat. Nempe cùm essent numero breui & paucissimi incolæ eius loci, aut rarus esset tunc temporis qui leprosis communicare, ne dicam seruire, dignaretur, cogitans mulier religiosa, adhuc penè iuuenula, vt pote annorum circiter viginti trium, quod sicut inter cuncta humanitatis officia, nihil vilius quam seruire leprosis, ita & nihil huic excellentius merito, recordataque scripturæ dicentis: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus; coepit velle ex toto se ad eosdem transferre infirmos, relicts omnibus quæ possidebat, vt & vilior in conspectu fieret hominum, & gratiosior in conspectu efficeretur Dei, qui humilia respicit, alta verò cognoscit à longè.* Petebat enim semper à Domino præ cunctis virtutibus virtutem humilitatis veræ, quæ religionis fundamentum est stabile: nec exterius periclitari quis de facili posset per culpam, cui humilitas iugis in corde, beneficium virtutis intrò semper impedit. Denique vt humilius humilior fieret adhuc, (*humilibus Deus dat gratiam*) coram humilibus, id est, leprosis, & decumbentibus humiliare se voluit, cunctorum necessitatibus humiliiter subseruiens, vt semper eam humiliorem efficeret intus quotidiana seruitus, foris representatio ministerij vilis. Sed quid diutius immorari dicitis, cùm factis illa moras omnes abruperit: *Quod pio conceperat animo intus, citò extra perducere ad effectum voluit, né propositum tam salubre, tentatio villa rei alterius disturbaret, aut vitæ sollicitudo præsentis alteraret, quia temporaneus nimis nemo tardus verò omnis esse potest ad opus bonum: sapè enim nocuit differre patris.*

Eccl. 3. 20. **Seruit leprofis, omnibus admiratis.** 34 Dispositis ergo rebus, domo, & filiis, inuitis amicis omnibus & patre, quia mater iam dudum eius religiosa vitâ discesserat, ad memoratum se locum transtulit admirantibus vniuersis totius habitatoribus villa, mulierem iuuenulam, quæ in meliori statu confistere secundum sœculum videbatur vitæ diuitiarum, & ætatis, spretâ mundanâ gloriâ, tantam appetere miseriâ, & miseriâ omnibus miseriis grauiorem, videlicet seruire, & cohabitare leprosis. At illa quasi tunc primum viuere & esse inciperet, accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum per omnia, & in omnibus viriliter agens circa frequens ministerium infirmorum, & in tantum humiliauit se in oculis omnium; vt etiam ea quæ viles personæ agere deditabuntur seruitus officia, ipsa vultu hilari, & fide non fictâ perficeret.

35 Dilatataque est instantum fama nominis cius in

breui, quod ab omni circâ regione venirent ad eam per- *Confluent*
sonæ venerabiles vtriusque sexus, & religiosi videre *multi ad*
eam. Videbant siquidem eam ponentem infirmis men- *eam vi-*
sam, fundéter aquam manibus, insuper & pedes ma- *denam.*

CAP. XI. Quomodo ipsa optauit fieri leprosa.

36 **N**ec sub silentio prætereundum videtur, quod vt *Optat fieri*
magis à Domino posset mereri sancta mulier, *leprosa.*
suppliciter Deum exorabat, vt si de eius gratiâ fieri pos-
set, efficeretur & ipsa leprosa, vt nihil ei in virtutis dees-
set consummatione & gratiâ; mundoque huic magis efficeretur vilis & despœcta. Siquidem huius rei deside-
rio & gratiâ manducabat & bibebat cum leprosis, laua-
batque se de aquâ balnei ipsorum: minuebat quoque eis ipsam sanguinem, vt sanguine eorum inficeretur, vt fortes attraherent fortes, & lepra efficeret lepram, &
morbus traheretur à morbo. Vide, quæso, humilitatem
mulieris humillimæ. Vide eam quæ sufficit, eam quæ
abundat, eam quæ superabundat: sufficit in eo quod le-
prosis cohabitabat, abundat in eo quod seruiebat, super-
abundat in eo quod vt leprosa & ipsa efficeretur opta-
bat. Vide fidem firmissimam, certissimam spem, cari-
tatemque perfectam in omnibus. Vide, quæso, femi-
nam plusquam virum agentem. Considera labore, sollicitudinem approba, commenda intentionem, pro-
positum lauda, amplectere studium, virtutem imitare,
congaude deuotioni, desiderium sequere, admirare
perseuerantiam in his omnibus; perseuerantiam dico
non diei, non anni vnius aut duorum, sed continuè an-
norum circiter vndecim.

37 Inter hæc tamen sedulae officia seruitutis, & lippi-
tudines Lie, non obliuisceratur Rachelitæ pulchritu-
dinis: sed velut Moyes nunc in castris populi sollicitu-
dinem gerens, nunc in tabernaculo fœderis Dei expe-
ctans responsa, quidquid ageret foris, intrò tamen sem-
per ipsa eadem perseuerans, non diebus, neque nocti-
bus vacabat à colloquiis diuinis & oratione. Et licet cir-
ca frequens ministerium Marthæ foris videretur occu-
pata semper, & turbari erga plurima; cum Mariâ tamen
æternâ veritatis contemplationi intus semper intenta,
pulchrâ varietate distinguebatur à singulis: ita quod si
in officio Marthæ eam videres, semper Martham æsti-
mares, si verò Mariam, alteram quam Mariam semper
equidem esse minimè dubares. In his autem omnibus
tantam ei Dominus contrulerat gratiam, vt qui semel eius
vñsus fuisset colloquio, vix ab eius confortio diuelli pos-
set. Vnde & factum est vt plures tam de memorato op-
pido, quam de villulis circumiacentibus viri & feminæ,
dulcedine familiaritatis ipsius allecti, relicts quæ habe-
bant in seculo, ad eundem se transferrent locum, pleri-
que etiam cum rebus suis vt eius fruerentur alloqui &
disciplinis instituerentur.

CAP. XII.

CAP. XII. Quomodo spiritum habuerit prophetæ frequenter.

Predicit amplian- da leproso- rij adiusta- gec.

38 **V**erum cùm locus idem diuitiis pauper & omni abundans rerum penuriā, &dificiaque aut pauca aut semidiruta; nihilominus tamen confortans beata mulier vniuersos, Viriliter, inquit, agite & confortetur cor vestrum in Domino, quia adhuc modicum, & faciens faciet Dominus misericordiam suam cùm domo hac, & dilatabit terminos eius, & adificabitur Dominus ecclesia grandis in loco isto. Et erunt Sacerdotes psallentes in ea iugiter, & construentur adficia de novo omnia, morabunturque in eis conuentus diuersorum, & prosperans prosperabitur locus iste, & erit sublimis memoria eius in terra hac, seruieturque in eo Dominus in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus usque in aeternum. Verumtamen ne nos mora terreat quasi deferri debeant quæ prædicto vobis, usque in senectam & senium credite in Deum, & scitote pro certo quod oculi mei videbunt hæc quæ prædicto; nec enim præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Vifa sunt autem omnia hæc ante oculos audiebitum tamquam deliramenta aut somnia dormientium, quia numquam aut vix contingere posse sperabant diebus suis, quod mulier prædixerat fidelis. Quomodo autem id præscierit, manifestum est, quia Dominus ei reuelare dignatus est. Quando autem aut quali ordine hæc ei sint ostensa, quia humilitatis causa aperire cuiquam noluit, nescitur usque in hodiernum diem. Constat autem certissime, quod spiritum prophetæ frequenter habuerit a Domino, sicut in sequentibus evidentius poterit intelligi.

CAP. XIII. De conuersione patris eius ad Dominum per eius merita & orationes.

Orat pro patre.

39 **I**nterea orante Beatissimam ad Dominum ut illuminaret oculos patris sui, ne quando obdormiret in morte miserabilis vita, quam gerebat, exaudiuit Dominus orationem eius, misitque de celo ignem in osibus patris eius, & spiritum ei compunctionis immisit, quo & præteriorum actuum suorum penitidine repente est correptus, & cœcepit affectum vitae sua emendandæ in melius spiritumque timoris Dei. Subitoque mutatus in virum alterum, abrenuntiare seculo totaliter voluit: sed quia hoc sine Episcopi licentiâ & assensu fieri tunc sibi fore non est arbitratus, utpote rerum suarum dispensator; nauctus tandem opportunitatem loci & temporis, Episcopum adiuit, aperitque ei supplex intentionis sua propositum, & quidquid habebat in cordis desiderio humiliter eidem exposuit. Qui intelligens ex voluntate laborum ipsius cor eius visitatum a Domino, licet carere ipso difficile posset in suis negotiis, noluit tamen bonum eius propositum, quod ad salutem pertinebat animæ, impedire, propter aliquid lucri emolumen temporalis, licentiamque ei, quam postulauerat, benignè annuit.

40 Attamen diligenter eum admonuit, ne districtioris vita sibi propositum assumeret tam præproperè, ne voti eum contingeret penitere fortè, & fieret nouissimus error peior priore: consuluitque ei ut se transferre vellet ad Nouum-monasterium, claustrum ordinis regularium, situm in suburbio prædicti oppidi, ubi per aliud tempus degens cum Fratribus sustineret, donec videret utrum processu temporis sufferre posset rigorem disciplinæ arctioris; & in hoc saluti eius consulens, quia bene nouerat complexionem viri: timebat enim valde Episcopus ne non pati diu deberet alicuius professionem ordinis. Annuit ille consilio & monitis Episcopi: assumptumque hominem secum Episcopus ipse

Consilio Episcopi experitur prius religiosum institutum.

met ad coenobium usque perduxit, & cum summâ dili- *Auctor.*
gentia eum Patri monasterij, nechon & Fratribus com- *Hegone.*
mandatum dimisit, rogans & præcipiens vniuersis, vt
tantum ei honoris & gratiae impendere singuli stude-
rent, quantum suæ ipsius personæ si præsens esset cum
eis. Et statim factum est ita.

41 Potrò procedente tempore, videns quod nimius *Honorum*
ei honori exhiberetur a Fratribus, quodque laute nimis *fugiens*
viueret & laxè, tam in vestitu, quam in vieti; nec hoc *discedit à*
expedire eò quod homo erat peccator, & indigeret pœ- *monasterio.*

nitentiâ, accepta licentiâ a Patre monasterij, de consilio *Vult se re-*
filia, cellulam sibi construi fecit in latere ecclesiæ, vbi *cludere.*

mansi erat infirmorum & filiæ, in quâ perpetua reclu- *Peregrina-*
sionis se mancipare disposuerat, ad luenda & diliuenda *ad*
per poenitentiam peccata que commiserat. Reminiscens *S. Jacobū.*

tamen voti quod aliquando B. Iacobo voverat, videli- *Fit mona-*
cet quod eius inuiseret limina in Hispaniis, primùm ire *chus Vil-*
disposuit, post redditum suum a B. Iacobo, reclusurum se *larij.*

in cellulâ memoratâ proponens, sicut filia pariter & *Piè d'an-*
ipse condixerant. Sed secus factum est, quam cotidi- *religiosam* *sterè vinit.*
etum: nam etsi homo proponat, Deus disponit, & multo disponit Deus homini melius, quam homo propone-
nere possit, quamvis plerumque bonum videatur ho-
mini quod proponit. Rediens enim homo completo *etiam*
peregrinationis voto, mutauit consilium, sed non pro-
positum, nisi forte in melius, consilioque vsus seniori
tam religiosorum, quam filia, intravit ordinem Cister- *Antreā-*
ciensem, & deposito veteri homine cum vestibus suis, *valle.*
induit nouum in coenobio Villariensi: vbi postmodum *Ipse inclu-*
religiosam valde vitam ducens, & probatus factus per *disjecutat.*

omnia, in pace & penitentiâ laudabili diem clausit ex-
tremum. Inuenta sunt autem in corpore defuncti aspe-
ra penitentia, quibus viuens fuerat vsus homo
Dei, id est, cœlium ad carnem, & cœlestia quædam fer-
rea, quibus carnem suam in mundo huic cruciferat, &
mundum sibi, ut eius spiritus soli viueret Deo.

a Et id iuxta muros Huenses, à Petro Eremita adjectum, ut
3. Iul. ad eius vitam dicimus.

CAP. XIV. Quomodo includi se fecit ancilla Domini Iueta.

42 **S**ic patre, sic filio, qui in albis deceperat, ad sedes *Senior I-*
transmissis feliciter æthereas, senioreque filio de- *uera & filius*
stato similiter in monachum ad Ecclesiam a Aureæ- *de mona-*
vallis, ordinis Cisterciensis, quasi exoneratam se sen- *chus in*
tiens a cunctis vita sollicitudinibus præsentis, sub di- *Antreā-*
strictioris adhuc voti proposito mulier deuota Domi- *valle.*

no seruire dispositus; omissoque ministerio Marthæ, in *Ipse inclu-*
partem Mariæ, quæ optima est, totam se contulit: atque *disjecutat.*

in cellulâ, quam patri secus ecclesiam construxerat, per *Varijs ten-*
manum venerabilis viri Abbatis Aureæ-vallis, qui præ- *tationibus*

fens tunc aderat, se fecit includi, columba Christi iam

reipæ & quasi speciem tenus fieri incipiens, in foramine

petra & in cænara maceria. Exultauit siquidem eo die

quasi in die desponsationis, quasi in die latitiae cordis

sui, ac si Christo iam obuiam ferretur in aera: cœpit

que cum tantâ latitiâ cordis sui accingere lumbos suos

fortitudine ad currēdam viam angustam & arcam

quæ ducit ad vitam, ac si nihil esset quidquid pro Chri-

sto antè fecerat; ut quasi factis dicere videretur. Nunc

cœpi, sicque facta est hæc mutatio dextræ Excelsi.

43 Posteriorum igitur oblita totisque se viribus in *impugna-*
anteriora extendens, sequebatur ad palmarum superiore- *tur.*

vocationis: cum ecce diabolus videns propositum eius

constantiam, & quasi eam obfirmasse faciem suam vt

iret Ierusalæ, sumptu sibi in auxilium vniuerso Amalec,

qui populus interpretatur linguis, id est, vniuerso genere

cognitionum malarum, deletionumque carnis, cun-

ctisque vitiorum agminibus, quibus impediti potest

iter salutis, dedit se obuiam ancillæ Dei, ut si corpore

non posset, vel corde saltet cogeret reuerti eam super

Ddd 4 ollas

Auctor. ollas carnium Ægypti, quibus tantò perniciösius quam
Hygone. tò delicatiùs in Ægypto mundi huius fuerat enutrita.
Verum ipsa perpendens vñctoriam fieri non posse vbi
pugna non est, nec coronari posse quemquam nisi vice-
Hebr. 13. rit, quia non coronabitur nisi qui legitimè certauerit;
sciensque fidelem esse qui repromisit dicens: Non te
deseram neque derelinquam in tempore malo. Fidelis
1. Cor. 10. enim, ait Apostolus, est, qui non patietur vos tentari
13. supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione
prouentum, id est, virtutis augmentum, ut non solum
sustinere possitis sed & vincere; sumpsit in omnibus scu-
tum fidei & orationis, in quo omnia tela inimici ignea
patienter exceptit & extinxit. Et quia incentiuum carnis
& cogitationis iniquae dæmonium non eiicitur nisi in
oratione & ieiunio, castigabat corpus suum, & in seruitute
illud redigens, carnem spiritui, ancillam dominæ
seruire cogebat, mundum crucifigens sibi, ut nec mundum
diligeret, nec ea quæ in mundo sunt; & se crucifi-
gens mundo ut mundus nihil suum in eâ recognosceret,
velut in duabus mortuis neuter neutrum videt.

a Aurea-vallis, vulgo Orual, ordinis Cisterciensis Abbatis in
Ducatu Luceburgensi, tribus ferè ab Inodo oppido leuici.

**Corpus
macerat.**

CAP. XV. De visione primâ quam vi- dit, & quomodo per beatam Vir- ginem Mariam liberata est.

44 Sed ô quām occulta iudicia tua, ô stelliferi conditor
orbis! ô quātū inuestigabiles viæ tuæ Domine
Deus! Venite & videte omnes qui timetis Deum, quām
terribilis in consilio super filios hominum, quām terri-
bilia opera eius, & omnes viæ eius iudicia: & quis cog-
noscet ea? Ecce enim ut iustus iustificetur adhuc, & san-
ctus sanctior fiat, bonus melior, & melior optimus, ap-
posuit Dominus facere cum ancillâ suâ misericordiam
& iudicium: & non solum propter eam sed propter nos,
ut quæcumque facta sunt ad doctrinam nostram facta
sint, quia sàpè corripitur iustus ut timeat peccator:

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet
loquitur Poëta. Ecce post diuīturnam & laudabilem
conuersationem vix vlli imitabilē, post iuges corporis
afflictiones & lacrymas, post tantum poenitentia rigor-
rem & virtutum gratiam, monetur ad satisfactionem
adhuc de præteritis; & heu! ut modò se habet mundus
iste, de minimis. Quid est quod agitur dominator Do-
mine? Homicidia & facta excessuum enormium luisse
poterat mulier hæc, & tu de minimis eam sollicitas, quasi
nondum de leuioribus tibi sit satisfactum, gravioribus
certè deletis per poenitentiam iam dudum. Magna re-
misisti quia misericors es, & cur minora non condonas?
Sed proprium tibi est mirabilem esse in Sanctis tuis, in-
uestigabilem in operibus, in perscrutabilem in iudiciis:
temerarium verò homini, mirabilium tuorum discutere
velle profundum. Iustus quidem tu es Domine Deus, si
disputem tecum; iustus, & rectum iudicium tuum, quia
mirabilem te esse nihil est aliud quām Deum esse, &
Deum te esse nihil est aliud quām esse mirabilem.

45 Igitur excursis diebus aliquot, postquām habita-
re secum cœpit in cellulâ, nocte quadam, cùm post ora-
tiones & lacrymas lectulo reclinasset caput, rapta per
spiritum vidit, & ecce Filius hominis baiulis descendens
manibus, sedit tamquām Iudex ad iudicandum, ad stan-
tibus in circuitu eius diuersis Angelorum ordinibus.
Vidit etiam à dexteris sedentis in throno confidentem
Iudici feminam reverendæ facie & habitus, quæ inæ-
stimabili decoris gratiâ transcendere videbatur omnem
mundi pulchritudinem, ut meritò nil aliud posset æsti-
mati quām illam esse, cuius pulchritudinem sol & luna
mirantur, Regina cælorum, Angelorum Domina, ma-
ter Dei, gloria virgo Maria.

Cuius ad imperium, ut quidā ait, cælestis regia pèdet.
Quid plura? dies illa iudicij, dies iræ, tribulationis &

Vides
Christum
quasi ad
iudicandū
confidisse.

angustiæ iudicantis, nec quispiam inter omnes reperi-
poterat qui non ad iudicantis aspectum horroremque
iudicij contremiseret.

46 Discussumque est de actibus singulorum singu-
lis, donec iudicium ad ipsam in ordine deuolutum est.

Illa quoniam aut quid iudici respondere posset igno-
rans, grauem pro quodam contumissio sententiam ferendam
contra se cognovit in spiritu, & intremuit coepit
que flere atharissimè. Quid facheret quod se verteret à fa-
cie imminentis sententia, cùm non pateret fugiendi lo-
cus? Erexit tandem ad confidentem iudici misericordia
matrem oculos humectatos à fletu, & ut si misereretur,
supplex manibus expansis ad eam cum genitu po-
stulare coepit, affectibus oculorum & cordis, quia ap-
propinquare ei, ut sibi videbatur, aliter non poterat.

Quid multa? Appropinquabat hora ut tristis in eam sen-
tentia ferretur: & ecce surrexisse visla est de solio gloriae

Virgo.

Intercedit
pro eâ ne
tristis fe-
riatur sen-
tentia, D.

supplex mulier quæ sedebat in dextris, & ante thronum lu-
dicas filii sui vnigeniti humillimè procumbens, ut ancil-
la sua misereretur, rigoremque iudicij vertere dignare-
tur in misericordiam, affectuosissimè rogare coepit. Iu-
dex quasi faciem auerteret indignans, grauer peccasse
feminam in se, & dignè meruisse pœnam concionabâ-
tur cum matre. Cùm è contra matrem, Verum est, inquit,
ô fili, quod peccauit quidam à diebus iuuentutis suæ, sed
dignè satis peccata per diuīnæ luit lamenta pœnitentia:
licet peccatum, pro quo nunc patitur, singulariter
forte sicut debuit non deplanxerit, quia ighorans pecca-
uit, & peccati sui magnitudinem non plenè cognovit
visque rhodò. Sed mihi, quæso, peccatum & peccati pœ-
nam condona, fideique meæ dimittre eam quæ peccauit:
non enim separabor à te, donec cum remissione peccati
impendas ei beneficium amoris tui & effectum gratiæ.
Sed quid est vel esse potest quod matri filius, sponsus
sponsæ, amicus amicæ, caro sanguini valeat denegare?
Os enim ex ossibus eius, & caro de carne eius est. Fiat,
inquit Filius, ô mater, quod petis: ego quidem ei peccata
à filio cō-
remitto; ipsam verò tibi committo, tuo nomini tuo quæ mendatur.
eam specialiter assignans amori & obsequio. Et ex illâ
hôrâ accepit eam misericordiae mater in sua, blandeque
confolans lugubrem, & per manus illam aslumens, ma-
nibus Filij repræsentat, qui osculo oris sui eam sibi re-
concilians reddidit eam matris suæ. Mater, inquiens, ecce
filia tua: hanc tibi commando, velut propriam, velut
ancillam perpetuò peculiarem: hancque ut tuam custo-
di, protege, & guberna. Hæc eo loquente solutum est
iudicium, cessauit visio, restitutaque sensibus corporeis
mulier fidelis est. Et qui audiuist ex ore eius testimonium
perhibuit, & scimus quia verum est testimonium eius.

47 Porro si scire quis velit quid vel quale extiterit
peccatum, pro quo tam grauis eam manebat sententia,
illud idem esse arbitror quod in primordiis libri huius
commemorauimus, videlicet quod, ut à lege viri libera
effici posset, mortem viri vltro expetierat: quod tamen
peccatum, quia inter peccata cogitationis vel voluntatis
illicitæ comprehenditur, quasi vnum de leuioribus aut
corrigeri neglexit, aut confiteri tamquām obliuioni
traditum; maximè cum in eius intentione non perseuerauerit
forsan diu. Constat tamen quod ex visione hac
non mediocriter profecerit in perfectione virtutum, &
cautior facta est postmodum in cunctis operibus suis.

CAP. XVI. De humilitate eius magnâ.

48 Recordabatur siquidem dierum adolescētia sua,
& delicta iuuentutis suæ commemorans, singula Semper
quoque districtâ animaduersione discutiebat; ita quod peccatorum
etiam in pluribus agnosceret culpam, vbi culpa non
erat; grauer excessisse se conquerens in singulis. Et sic
semper proponebat sibi peccata quibus peccasse se con-
fitebatur Domino, necnon plerisque Sacerdotibus, qui
eam

etiam deuotionis causâ veniebat inuisere. Semper peccata sua replicabat, ut pro se Dominum exorarent impliciter deprecabantur. O humilitas quam vera! quam rara in cordibus filiorum Adam! quam mirabiliter & diffusè in corde Sancte huius pleno gurgite supereratas, ut etiam descendat super nos memoria abundantiae suauitatis tue, qui elongauimus a te nimis, & manemus in loco horroris per defectum gratiae, & vastæ solitudinis, per raritatem virtutum & diuersas vitiiorum facies & occursus! Ecce enim beata mulier indulta sibi remissione peccatorum omnium, ut audistis, non se in vanam extulit gloriam, non est exaltatum cor eius, neque ambulauit in magnis, sicut quidam iactare se de humilitate in conscientiis solent & gloriari apud se, sed secrenum suum sibi celare voluit, nec alicui illud propalare in finem, ut humilius de se sentiret semper dum nulli eius innotesceret meritum, qui aut laudis eius praeco aut virtutis existeret prædo. Deprædati enim, ait quidam, desiderat, qui publicè thesaurum suum in via portat. Idcirco feminâ humili venientibus ad se suum semper exponebat defectum, aut si quid minus bene minusque aliquando gesserat perfectum, ut sicut in ore extra, sic in corde intus haberet, unde dolorem suum plangeret semper, & tales se feruaret intus qualcum se foris ostenderat; ut humili in oculis Domini, in oculis suis, & in oculis quoque esset hominum. Sic excrescebat in virtutibus per dies singulos: nec tamen bona, qua agebat, bona reputabat; quia nefcire se dicebat utrum placet Deo quod agebat, licet bonum sibi forte videretur, & bonum illud homines estimarent. Vnde bonum quod operabatur, quamvis operaretur in spe, tendebat tamen semper ad amplius: tantoque se efferebat altius ad perfectionis culmen, quanto se minus ascendere virtutum conquerebatur gradibus; nec sursum se cor habere ad Dominum, a quo tamen numquam aberat per sancti amoris desiderium, quia qui adhæret Deo unus spiritus est.

Alios rogar ut pro se ferent.

CAP. XVII. Quòd cibum & potum sumebat in pondere & mensurâ.

Cibum & potum, etiam aqua, sumit in mensurâ.

Magnam debilitatem conservabit.

49 PRæter hæc omnia, cibi & potu tam districtam sibi abstinentiam indexerat, ut ipsum panem, quem edebat, & potum, cuiuscumque esset liquoris, etiam aquæ, quâ frequentius vrebatur, die nullâ sumere vellet nisi in pondere & mensurâ, ne plus minusve sumens vnâ die quam alterâ aduersarium sibi suscitaret in carne propriâ, dum curam carnis ageret in desideriis. Vnde & factum est quod tanta eam membrorum debilitas & cordis pariter defectio inuasit, quod nisi de consilio virorum prudentium religiosorumque, qui eam visitabant, & maxime eorum qui ex auctoritate habebant ei præcipere, paullatim à rigore propositi temperasset, (quod vix tamen ab eâ extortum est, licet summo cum labore) deficiente in eâ naturâ, prorsus defecisset & corpus iam penè emortuum. Proponebantur ei siquidem quam plurimæ Patrum auctoritates & Scripturarum testimonia à Sacerdotibus & viris litteratis, quibus eius animum ad dispensationem tenendæ discretionis inflecti posse sperabant.

CAP. XVIII. De virtute discretionis incidentia quædam satis necessaria.

Tim. 5. 23. Necessaria discretionis & moderationis.

50 TEmperantiâ enim, ut ait auctoritas, in omni bono opere opus est, ut cœptum obsequium gradatim prouochatur potius quam per inconsiderantiam minuat. Vnde Apostolus Timotheum instruens. Modico, ait, vino vttere propter stomachum & frequentes tuas infirmitates. Super quem locum dicit B. Augustinus: Prudenter sibi Deus seruiri vult, non ut nimia abstinentia debilitetur quis, & post medicorum suffragia

requirere eum necesse sit. Item in regulâ, Carnem, in vestram domatæ ieuniis & abstinentiâ cibi & post HYGONI⁸ quantum valetudo permittit. Itemque Hieronymus: Tantum tibi ieuniorum impone, quantum sufficer possit. Et Apostolus postquam exhortans in epistolâ ad Romanos fideles dixerat: Obsecro, fratres, exhibere vos corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placenter, consequenter addidit dicens: Rationabile obsequium vestrum, id est, cum discretione facias quæ præmissi, ne quid nimis, sed cum temperantia castigetis corpus, ne naturæ defectu dissoluï cogatur, sed vitijs mori.

51 Et quia scriptum est: Omnia fac cum consilio, Eccl. 32. & post factum non poenitebis; cœpit tandem mulier ^{24.} sancta acquiscere religiosorum consilium, quæ tantis ^{luetta moderatio admissio} Scripturarum auctoritatibus fulciebantur manifestis, didicique obediens esse in iis, in quibus primùm obedientiam huiusmodi autumauerat non habere meritum, vixitque postmodum tantò religiosius quanto feriebat Domino sapientius. Nec scandalizentur, quæso, auditores mei in eo quod paullulum mulier hæc à cœpto rigore temperavit, quoruemeumque persuasione aut monitis, tamquam inconstantie argui possit; sed attendant quod huiusmodi retrogressus non est decidiuus, quasi de bono ad malum, de magno ad minus, & ideo de virtute ad vitium: sed processus potius dici debet in virtutibus; eò quod quantumeumque videatur magna virtus qualibet, si discretione non gubernetur nec virtus esse potest, nec virtutis materia. Discretio enim cum virtutum omnium mæser dicatur ^{Qui dis-} & sit, quanto se magis quisque elongat ab eâ, quæ summa virtutum virtus est, tanto magis inclinatur ad vitium quod contrarium est virtuti: & quanto vicinior ^{cretionem neglit,} ^{recedit à} ^{Ethnicis} virtio efficitur, tanto se magis elongat ab eo qui Dominus virtutum & Rex gloriae est.

52 Et sicut nihil iocundius est, quam esse cum Deo qui summum bonum est, sic nihil infelicius est quam esse sine ipso, cum quo non esse triste malum & summa est miseria. Non enim, ut quidam ait, esse cum eo qui ^{Discretio} vita est & omnia est, prorsus nec vivere nec esse est. à Scriptura: Quod autem nimius abstinentiæ rigor non tam virtus ^{râ, Patri-} ^{bus, &} quam vitium sit, audi quid dicat Scriptura: Noli esse nimium iustus, quia est iustus qui perit in iustitiâ suâ. Vnde ^{Ethnicis} laudata. B. Augustinus: Quisquis rebus prætereuntibus restri- Eccle. 7. bus viuit, aut intemperans aut supersticiosus est. Qui verò sic eis vitit, ut metas excedat bonorum inter quos viuit, aut signum est aliquid, aut omnino flagitosus est. Et ut paullulum audiamus vel Ethnicos de commendatione discretionis, audi quid dicat Poëta.

Virtus est medium vitiorum utrumque redactum.

Itemque:

Et modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum:

Sed

medium tenuere beati. Numquid enim diabolus tam facile religiosorum perturbat animos, sicut per speciem boni, quia tanto minus eis cauerunt infidæ, quanto minus attenduntur sub specie latere virtutis, qui & transfigurat se in Angelum lucis, ut minus fugiantur, & pernicioſius animas electorum peitrahat ad præcipitum. Vnde vniuersas artium eius infidias, quas nulli hominum sensus comprehendere possunt vel ad plenum intelligere nisi per Spiritum sanctum, adeò beata mulier suspectas semper habebat, ut in omnibus viis suis consideraret diligenter studio omnes operum suorum gressus & semitas, ut saltem in his, in quibus tentator locum aliquem malignandi inuenire posset, diutius non persisteret si vel ea quoquo modo inchoasset.

CAP.

AVCTOR.

CAP. XIX. De malignitate & conuersione filij sui.

Filius eius dissoluevit.

53 Q Vapropter videns se diabolus nihil posse proficiere in Sanctâ Dei, ad callida se vertit argu-

cetas luci ad tenebras, consolatur inerentein, roget ut à lacrymis temperet & parcat vltre doloribus: demumque ut excusaret excusationes suas in peccatis, causas malorum adscribit partim adolescentiae, partim sociis criminum, tamquam qui ipsum vltro allicerent ad vitia: nec amodò sollicitari eam debere de sui ad Dominum conuersione, eo quod bona ei de se nuntiari posse non dubitaret in proximo: & sic in corde & corde cuncta locutus, egressus est à facie Domini in-

*Is fid
spondere-
menatio-
nem.*

54 Denuo nuntiantur matri actus & vita infelicitas filii, quem mater vellet antè mortuum aut se numquā genuisse, quā vitam nuntiari sibi de eo huiusmodi. Instat tamen orationibus, rigatur lacrymis, affligit corpus, humiliat animam, tundit peccatum, vellit caput, torqueatur intus & extrà pro filio obnoxio mater innoxia, duo offerens, vnum optat è duobus, aut mortem sibi, aut filio vitam; vitam dico, non qualemcumque, sed vitam quā Deo viuitur. Nulla enim mors amarior ei esse poterat, quā omni morte grauior vita quam ducebat filius; nec spiritui eius bene esse poterat, quamdiu caro de carne eius, id est filius, tam pessime viuens, membrum esset diaboli, refuga Dei, incensor malorum, bonorum persecutor, filius perditionis sibi, matri lapis offensionis, & petra scandali proximis. Sic equidem exercebatur & scopebat spiritum suum, laborabatque denuo parturire gestiens ut pareret Deo, quem mundo pepererat prius, fieretque filius Dei per adoptionis gratiam, qui seruus peccati & filius erat ira ex propriæ merito iniquitatis. Aperit nunc amicis dolorem, quem intrè patiebatur pro filio: nunc aduenientes quoque ad se confolandum precatur, hortatur singulos, vniuersos deuotissimè exorat, ut pro moriente filio Dominum interpellent, tantò celerius exaudiri sperans pro misero, quanto plures plurium pro eo Domino offerrentur preces & vota.

*Et alienas preces im-
ploras.*

55 Inter hæc tamen roget filium adduci ad se: vocatus adest ante fenestram cellulæ ancillæ Christi, cruenta bestia. Alloquitur filium mater, arguit, increpat, obsecrat cum omni humilitate & modestia, producit lacrymas indices doloris interni; & in quantâ sit amaritudine anima eius intus, quia verba sunt mentis signa secundum Grammaticos, ex signis facile coniici poterat exterioribus. Ad vocem igitur gementis, & defluentes per maxillas lacrymarum riuiulos, velut ad hircini fillicidium sanguinis, scinditur obstinati cordis adamas, mollitur affectus, inclinatur ceruix, lenteſcitur rigor pertinax, compungitur peccator, fateatur culpam, agnoscat errorem, precatur veniam de præteritis, spondet de futuris spem meliorem correctionis fecuturam in breui: vexatio quippe matris intellectum dabat auditui eius, licet ad tempus. Timebat etenim si diutius sineret iis doloribus propter se affici matrem, cuius sanctitatem nouerat iam dudum, ne iudicium diuinæ vltionis eum in eo quo erat loco prosterneret, vnde etiam præter fugam nihil meditabatur. Ideoque quanto citius potuit, acceptâ à matre recedendi licentiâ, quia nulla so-

56 Rediens ergo ad socios scelerū reuiuiscit in scelus: copulantur iterum sicut spinae se complectentes inuicem peccator & peccatum, redit canis ad vomitum, sus tota volutatur in volutabro lutu denuo, reus in sterquilinio. It rumor: fama facti volat ad matrem de perditione filij: torquetur iterum, secundò Martyr efficitur, redeunt ad genas lacrymæ, neandum prioribus plenè deterfis, rursus planctus, rursum clamores, rursum suspiria. Concurrunt & accurrunt vicini, parentes, & amici, & versâ vice confolantur, instant, monent, & supplicant, ut temperet dolorem, parcat lacrymis, ne causa mortis pro filio efficiatur sibi. Sed renuit cōfolationem villam accipere mater fidelis pro filio, quia non est. Misertus tandem Dominus, & finem laboribus ancillæ suæ imponere volens, exaudiuit vocem fletus eius, & orationem eius suscepit, reddiditque ei filium qui perierat sic. Audiens, ut prædiximus, mater venerabilis simistrorum rumores de filio, rursum præcipitem se ruerentem in vita ut prius, turbata nimis, nec se vltre contumeliam vel fe emenda- re, velexi- re è pro- uincia.

*Abiturus
è patriâ,
venit Leo-
diuum.*

CAP. XX. De horribili visione, quam filius suus vidit.

*Aduoca-
tum ad se
filium mo-
net.*

57 A T cùm venit plenitudo temporis à Patre misericordiarum præfiniti, tempus, inquam, miserendi eius, vidit nocte quadam per spiritum, quasi tractum se ad tribunal Iudicis, & tristem ab eodem Iudice mortis atque poenarum excepsisse sententiam, traditumque satanæ in interitum carnis. Acceptum si quidem deduxerunt tortores, & irruentes in miserum crudeliter absque miseratione ceciderunt, horrendâ laceratione saeuites in ipsum, animamque ei de corpore fuscinulis & forcipibus flammiuomis extrahere nitebantur, æterni concremandam ignibus, & ardoribus sempiternis sine fine cohabitaturam. Inter has passiones corporis ut sibi videbatur & timores animæ recusantis egredi, timores, dico, omni morte grauiores, omni diiores passione, cùm leuaret oculos suos circumspiciens ob matris vndique, ut videret si esset qui auxiliaretur, repente deflectit quasi quidam Principis nuntius, qui ait tortoribus illis: Nolite cedere vltre eum, nec mittatis ad animam manus vltre, quia triennij adhuc inducias à Domino accepit ob matris suæ merita: & videbimus vtrum emendari in melius debeat ex hac gratiâ quam accepit, necne. Dixit: & dimissus à tortoribus, vita & lectulo redditus est, & quasi verberum iictumque adhuc dorso sentiret cicatrices inesse, quas de nocte pertulerat, totâ die per plateas & vicos ciuitatis incedebat tristis & moerens, ac si suspensus animo quid primū ageret, vel quod se verteret, prorsus ignoraret. Aëstimabat enim

*Per spiri-
tum videt
se pertra-
hendum in
infernum:
ob matris
preces dari
sibi indu-
cias trium
annorum.*

AVCTOR.
HVGONE
xx MSS.

CAP. XXI. De consummatione ope-
rum, quæ beata mulier futura
prædixerat.

60 F Amâ itaque mulieris sanctæ, velut fragrantia o- *Multi s*
doris aromatici, iam diffusius inolefcente cir- *Intra in-*
cumquaque per prouinciam, adiunxit se ei religiosa *situendos*
quædam mulier ac timens Deum, Margareta nomine, *tradunt.*

& alij quidam promiscui sexus & ætatis, viri & femi-
næ, cupientes sanctissimæ mulieris institui disciplinis.

Et benedixit Dominus loco eidem & personis propter
ancillæ suæ merita, adeò quod diuites facti sunt tam

Locupletat- in temporalium sufficientiam rerum cum caritate, quæ tur lepro-

nullas in angusto nouit angustias, ut quidam ait; quam *forium.*

in multiplicatione personarum commandentium in lo-

co, sicut olim Spiritu sibi reuelante Sancta Dei prædixe-

rat, antequam quidquam fieret à principio. *Aedificis*

veteribus dirutis noua aedificata sunt, domus magnæ & *Ecclesia e-*

multæ, ecclesia grandis & amplæ sumptuosique operis *domusq;*

satis, Sacerdotes tres celebrantes diuina in eâ iugiter, *amplissi-*

redditusque eis procurati competentes. Cellulas etiam ma-

dias extra muros ecclesiæ ad Occidentem fieri instituit,

vnam sibi, alteram cuidam iuuençula, eximiae virtutis

& gratiæ, Agneti nomine, quæ eodem tempore vt soli *Alia vir-*

Deo viueret, mundo moriens, in eâ, de benedictione & *gines in-*

licentiâ Domini Leodiensis Episcopi, inclusa est. Alte-

ram quoque puellam, quam secum ex eodem oppido

oriundam nutrierat ab infantia, bonum habentem te-

stimonium, probata conuersationis, opinionis ac famæ,

quia salutem eius feruenti sitiebat spiritu, de licentiâ iti-

dem Episcopi secum in cellâ propriâ fecit includi, quæ

tamen necessaria eidem iam seni plurimum fore com-

probata est in ministerio. Hæc testis virtutum eius, &

operum relatrix vera, post decepsum Sanctæ huius nocti

absque dispensatione diuinâ, ut arbitror, relicta est, vt

per ipsius testimonium constare posset hominibus, quæ

vel qualis extiterit meriti apud Altissimum, cuius con-

ueratio & sanctitas mundo fuit haec tenus tam abs-

condita.

61 Nec sub silentio prætereundum est, quod perfec-
tis quæ loco aut operibus competebant, consumma-
tisque omnibus, sicut in præsentiarum cernere est, an-
tequam ex hoc seculo ancillam Dei migrare continge-
ret, vniuersa penè debita expensarum sumptuumque

sunt soluta, quibus omnia initia, acta, peractaque ad *Sumpius*

vnguem sunt. Testor siquidem Deum Dei que virtutem, *ad aedi-*

ficis personis ac laude dignis me nuper accepisse, *candum et*

quod in initio totius structuræ magnorumque operum *ter suppœ-*

vix tringita solidos argenti Sancta Dei præ manibus *diatus.*

habuerit, quibus operari coepimus est: & ita Deus cuncta

postmodum administrauit, necessaria operibus consum-

mandis, quod vix sciri queat usque hodie, vnde vel

quomodo perfecta sint omnia hæc. Disciplina quoque

in diebus eius admodum inualuit in loco, adeò quod

regulariter & secundum ordinem viuerent omnes tam

Loci illius leprosi quam incolumes, seorsum viri per se, & seorsum *disciplinae*

feminae, communi cibo potuque & vestibus contenti

omnes, secundum institutionem à Patribus editam.

CAP. XXII. De quodam Sacerdote, qui
propter infamiam amotus est.

62 Post hæc autem excrescente innumerosâ segete
seruorum & ancillatum Dei in eodem loco, re-
condendâ in thesauros domus Domini, concreuerunt
simul & zizania, licet tamen inimico homine seminan-
te suborta, citò disponente vero agricolâ sublata sint de
medio, ne modicum fermentum totam corrumperet
massam. Nec enim possunt esse discipuli sine Iuda, nec
granum absque palea, nec Abel esse potest quem Cain
malitia non exercet. Fuit Sacerdos quidam in loco ma-

nens,

Per igno-
ram mû-
liorem re-
nocatur ad
marem.

Ei seriam
emeditatio-
nem Ipon-
det.

Addiccit
litteras.

Fit mona-
chus.

Pla viuit.

a Trium-fon-
tium monasterium in diœcœsi Caralaunensi situm
est ordinis Cisterciens.

Auctor. nens, qui oculum malè demiserat in concupiscentiam Hvgone. cuiusdam iuuenculae, quæ cum Sanctâ hac morabatur, in eius ministerio foris cellam, in domo tamen vnâ. Qui

Sacerdos non casto ifsic conueratur.

vt minus notaretur & licentiū eidem iuuenculae loqui posset, quia in proposito deprehendi metuebat, familiarem se admodum ancillæ Dei exhibebat sub falsâ specie religionis, & intantum iam ipsam frequentabat, quod finistra quedam suspicio à nonnullis falsò de ipsis habita est, quod quasi amori beatæ mulieris non casto intenderet Sacerdos idem. Loquebatur autem ei ille in dolo, quasi sub obtentu ædificationis animarum, vt licentiū & absque notâ intendere posset conspectui eius quam diligebat, & frui alloquio. Quid plura? Intantum processit hic sermo inter domesticos, donec Sanctæ Dei à familiaribus suis res, vt putabatur, innotuit. Expauit illa ad sermonem quem audierat, & plusquam dici posset facies eius immutata est, & vel scintillulam suspicioneis habitæ in cor ascendisse cuiuspiam, suspirans ingenuit. Verumtamen animo perplexam valde eam reddidit sermo hic, & quid ageret prorsus ignorabat. Verbum enim oris sui, sermonem labiorum suorum denerare viro impium ducebat, sed & à loco propellere ante terminum anni, quem ad annum cōduxerat, sine causâ non decebat; occasionem verò scandali proximis dare nolebat, si ad priuata colloquia virum vtrâ admitteret; ex cuius tamen ore numquā se meminerat audisse verbum irreligionis aut minus decens religionem, unde confusione dignus esset vlla.

Turbatus ēre Inuenit.

Solatur eam D. Virgo.

In necessitatibus ad D. Virg. recurrit.

Quām coniuncti inter se Iesu & Maria.

63 Cùm sic in diuersa fluctuaret animo, recurrerit ad solita orationum suarum præsidia, & specialiter custodem suam aduocatamque beatam Dei genitricem deuotissimè interpellabat, vt ipsa eam viro saluâ tam pacce suâ, quām illius honore, liberare dignaretur. Nec distulit exaudire ancillæ sua vocem misericordiæ mater, sed semiuigilanti nocte in somnis placido apparet vultu & amicâ facie, dilectam suam consolatum veniens, ait: Noli turbari, filia mi, sed confide: audiui enim orationem tuam, vidi lacrymas tuas, & in proximo est vt fiat quod vis. Dixit: & post modicū demandatum à Decano eidem est Sacerdoti, vt ad alium locum transiret quem denominabat, celebraturus ibidem, quod & fecit.

64 Nec sub silentio prætereundum videtur, quod à tempore visionis, quam diximus, familiare solarium in beatâ Virgine matre Domini habebat beata mulier hæc in cunctis necessitatibus suis & tribulationibus si quas haberet. Vnde & tantus amor ad ipsam & deuotionis fero acceperit in dies, quod in crebrâ genuum flexione & orationibus priuatâ, soli eius venerationi & obsequio videretur intenta.

65 Quibus etiam adē sine intermissione vacabat semper, quod præ amoris magnitudine, quem transfuderat in matrem, videretur libimet quasi oblitera esse filij, cùm tamen vni sine altero seruire non posset, nec vni displicere quis dum alteri placeat; quia matris honor laus est filij, & gloria matris filij voluntas. Non enim mater sine filio, nec filius sine matre honorari dignè potest aut verè diligi. Vnum quidem sunt in affetu, vnum in effectu, vnum in carne, vnum in spiritu, vnum in gratiâ, vnum in gloriâ, secundum hominem dico vnum & idem, caro & sanguis, mater & filius, Christus & Maria. Caro enim Iesu, caro Mariæ est, multò specialius quām Josephus Iudeus, aliorumque fratrum, quibus dicebat: Frater enim & caro nostra est. Caro siquidem Iesu, quamvis gloriâ resurrectionis fuerit glorificata, & potenti super omnes cælos ascensione exaltata; eadē tamē māsit semper & manet carnis natura quæ de Mariâ suscepta est. Ipse idemque; conceptus, genitus, & passus, resurgens à mortuis, carné quam de carne Mariæ suscepit, super astra ad Patris Dei dexteram transuexit, honorâs omnem humanâ naturâ & maximè maternam. Et quidē si naturâ est matris filius, cōuenienter est, vt sit filij mater, non quantum ad æquam pertinet ad-

ministrationem, sed quantum ad eamdem reciprocam substantiam, vt homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad unitatem personæ, sed ad unitatem corporalis substantiæ. Si enim gratia unitatem quamdam facere potest sine proprietate specialis naturæ, vt ait Augustinus, sicut idem Filius ad Ioan. 17. Patrem ait: Pater sancte serua eos quos dedisti mihi, 11.

vt sint vnum sicut & nos vnum sumus, hoc est, vt ipsi sint per gratiam, quod nos sumus per diuinitatis natum. Itemque ipsi sibi in me, & ego in te: quod intellegendum est ut supra. Quantò ergo magis cum gratiae unitate, qua Mariam amplior manet, tam iure quam merito, ipsa quoque specialis natura vnum efficit matrem & filium, filium & matrem, Christum & Mariam. Hoc enim os ex ossibus Mariæ, & caro de carne eius est.

66 Ad hanc ergo ineffabilem mirabilemque; gratuitæ In contemplationis essentiam & inseparabiles mutuae fruitionis amplexus matris & filii, rapiebatur sancta Dei famula frequenter in spiritu, & de torrente voluptatis amborum Iesu & Marie sapientia in spiritu, & de torrente voluptatis amborum p̄ rapitur Inetta.

in patriâ, in spe, non in re; in speculo & in ænigmate, non facie ad faciem; in pace quidem, sed non in idipsum. Rapiebatur vero, sed sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit. Constat tamen quod licet eadem corporis & membrorum eorumdem videretur existere species rapto spiritu, nec membra tamen habebant actum, nec in corpore illius erat sensus aut vox. Nunc matris, nunc filij fruebatur præsentia, aspectu, & alloquiis, nunc amplexabatur pedes, nunc osculabatur manus, nunc in pectore recumbebat Iesu, nunc Mariæ iocundabatur amplexibus, sentiebatque de Domino in bonitate, quām suavis in se, quām dulcis in Mariâ matre, quām immenitus in maiestate, quām humilis in carne, quām incenarrabilis splendor gloriae & in perscrutabilis figura substantiæ Dei, Deus filius Patris; quām suavis in utero, dulcis in gremio, suave iugum in brachiis, onus leue in humero, matri filius, Mariæ Christus; quām gloriosus in dexterâ Patris, quām copiosus in matris gloriâ; quām denique bonum, quām suave, quām iocundum, cum Christo & Mariâ esse, matre & filio.

67 Deum mihi testē inuoco, licet mira quæ dico, & vnde semper fortè credibilia multis fore non ambigam, quia quæ animalis homo nō percipit ea quæ Spiritus sunt, ea quæ accepit dicturus sum accepisse me ab eo qui secretorum eius Adductore conscientis & Confessor in extremis exitit, cuius testimonium pro constanti habeo quod verum sit.

CAP. XXIII. De multiplico contemplatione eius.

68 Raptam siquidem se aliquando in spiritu confessio. Iueta raptam, nouem Angelis à dexteris, nouem similipter à sinistris circumdari, binis & binis de singulis Angelorum nouem ordinibus, eosdemque Angelos vestibus eam auro desuper contextis per totum induisse, pretiosissimis insuper eam adornasse monilibus, necnon & lapidisbus, seu gemmis, quarum species varietatem & nomina, prout in libris Prophetarum expressa sunt, in ipso raptu spiritus intellexit, cognovit, & distinxit, cùm tamen tam lapidum virtutes ac nomina quām Angelorum ordines distinctos & officia nesciret tam bene sensibus humanis discernere, sicut singula quæque vidit, dicit, & cognovit, raptâ in spiritu, tamquām mulier simplex indoctaque, & rerum huiusmodi ignara prorsus. Testata quoque est sic se circumambiantem varietate coronataque gloriâ & honore, Angelorum obsequio deductam, & adductam ante thronum Dei & Agni, offerentibus eam Domino sic Angelis paratam & ornatur ad tamquām sponsam viro suo. Ibi quid viderit vel aut dierit, cùm tamen occulta sapientia Dei eam vidisse & ut sponsa audisse non sit dubium, quia confiteri noluit licet satis sum. admo-

admonita, nec scire nos nee loqui possumus, præsertim cùm non licere credam ea homini scire vel loqui.

Sublimia non contè- platur.

69 Requisita de simplici vniuersitate Dei essentiæ in distantiæ trium personarum numero, humiliter respondit, se rerum huiusmodi & contemplationis immeritam, & insufficientem penitus, nec expedire fragilitati corporeæ vt tantis & tam mirabilibus super se impenderet animatum; ne si forte plus sapere vellat quædam oportet sapere, & perscrutari maiestatem, opprimeretur à gloriâ. Abfque graui enim defectu cordis & consumptione virium, mentem ad contemplationem æternæ induitumque Trinitatis raptam, aiebat auelli non posse à cogitatione inuisibilum, nec sensibus restitui corporeis plerumque & sine corporis sensuumque & vitæ periculo, maximè quamdiu creatura ingemiscit à seruitute corruptionis huius in libertatem gloriæ filiorum Dei.

An anima rapta pro aliis possit orare.

70 Requisita quoque vtrum ad speciem inuisibilium rapta mens, quorumlibet familiarium suorum vel amicorum reminisci potest, vt pro eorum salute Domini num quem præsens intueretur efficacius exoraret, dixit, quod licet Dominus plerisque tantam impendat gratiam, quod in ipsâ æternorum visione cuiuspiam statum, qui & hoc ipsum meruit per gratiam, agnoscere possint, rogate tamen Dominum, quem prætentem alpiciunt, pro quibuslibet nequeunt, nec aliquid velle præter quod ipse velle eos vult: quia quamdiu in eo rapti sunt, unum efficiuntur cum ipso cum quo sunt. Qui enim sic adhaeret Deo, unus spiritus est, & quanto altius sustollitur mens ad inuisibilium gloriam, tanto minus circa visibilia speciesque sollicita potest esse corporeas. Diffundit enim se mens tota in amorem sui conditoris, subfistensque mirabiliter in ipso, obliuiscitur omnium quæ extra ipsum sunt; adeò quod & corpus proprium ei sit fastidio cùm reuerti ad illud neceſſe est, ei que iam ex dulcedine contemplationis Dei & præterita suavitatis memoriam fiat oneri quod voluptati esse confueuerat; & quasi quodammodo mortis occasio, quod salutis & vitæ præsentis extiterat cauſa.

Post raptis fabridis corporalia.

71 Ipsa vero beata mulier licet cùm raperetur non se circa Trinitatis essentiam, quâ Deus in tribus personis ante tempora Detis unus & una est substantia, eleuari per contemplationem diceret, sed solummodo detineri circa ea, quæ humanitatis Christi sunt, quâ homo de Virgine nasci voluit in fine temporum, cùm quando ex necessitate redire ad corpus eam oportebat proprium, & miseræ angustias conditionis, quæ diutius eam cum Domino non sinebat esse, ac si à dilecti sui brachii auelli renueret, distendebatur, clamabat, angebatur tamquam vim patiens, tamquam mulier parturiens agebatur hac & illac, suspirabat vt femina amoris impatiens, ita quod etiam ad aspectum cibi corporalis cum ei præferretur, vel ad usum eorum quæ vita sunt humanæ necessaria, mirabiliter auerteretur indignans; sed quasi semper his caritura, mëns cælestibus intenta adhuc, vix se infra corpusculum compescet, ac si solum id esset medium, quod ab amplexibus eam retraheret dilecti. Licer autem multa confiteri noluerit, quæ ex cælestium didicit contemplatione, plura tamen eam audiisse & vidisse arcana certissimum est, & occultorum habuisse scientiam sicut ex consequentibus luce clarius videri potest, quæ per ipsam Dominus operatus est, licet temporibus diueris, et si non liceat nobis vniuersa scire quæ soli ostensa sunt ei per Spiritum sanctum.

CAP. XXIV. De puellâ, quam eius orationibus mirabiliter custodiuit Dominus in quodam magno periculo.

72 **F**uit sanè inter alias virginis, quas ipsa Christo educabat, virgo quædam iuuacula, quam præcereris vnicè diligebat, instrubat, & exhortabatur, eo

Tom. I.

quod in speciale filiam ab annis eam infatigare iam *Auctor.* dudum adoptauerat. Hæc præ aliis confortibus suis in *Hystone,* disciplinâ feruentior, in ieiunis magis abstinentis, prior in *Ex MSS.* vigiliis, in orationibus deuotior, profusior in lacrymis, in responsis gratosior, in exteriori corporis habitu patiens, *Religiosa* humilis, & modesta. Tandem commendantibus propôsitu *virginis* *Lapsus pe-* *reatum* *dilectionis* *Et prædi-* vita eius & virtutum gratiam ceteris, quia tamen scriptum est, ne laudaueris hominem in vita sua, intellexit femina laudabilis reuelante sibi Spiritu, quod in breui ruitura à *cit.* perfectione hac eadem foret iuuacula, & propter eam plures scandalum perpessuri in proximo; sed & quibusdam familiaribus suis hoc ipsum indicare curauit. Sæpe tamen elam pueram aduocans admonebat, vt cautè & diligenter se obseruans omnem sibi adhiberet sollicitudinem in custodiendo se contra inimici tentationes & insidias, de quibus plurimum timeret, ne ipsi prævalerent ad tempus, sicut & forte per Spiritum intellexerat. Expauit illa ad loquentis vocem, & propter sermonem, quem audierat, concidit vultus eius, & facies eius omnino immutata est, eo quod nullus horum sibi esset conscientia, responditque cum attestacione iurisurandi, intentionem cordis sui puram esse, & propositum bonum habere se perseverandi in eo quod cœperat, nec aliquid se scire vnde conscientia sua pertimesceret.

73 O nihil vnoquam tutum apud diabolum! Clericus *Impudicus* specie falsæ religionis & habitu, puellæ illi intendere *Clericus* *cum eka-* *pè dñrebus* *piis agit:* cœpit, frequentiusque ei colloquens de iis quæ ad animalium spectare viderentur salutem, cùm talis ipse haberetur intus à puellâ, qualè palliabat verba honesta fortis, post multiplices sui commendationes in inuicem, & alligationes affectuum spirituales, dilectionis mutuæ spoponderunt sibi in alterutrum fidem & fidei summa. Sic vt exhortaretur, imò exhortari crederetur, iuuenculam in melius semper, & corroborare propositum vitæ atque conuerstationis eiusdem: frequenter veniebat ad agnam Christi lupus rapax, ad prædam prædo, ad innocentem nocens, profanus ad sanctam, ad virginem pollutus, & sub prætextu sermonum Dei, quos miser loquebatur foris, ignem iniqui amoris nutritiebat intus & celabat.

74 Denique cùm diutius se continere non posset, quin venenuin effunderet, quod dudum animo gestuerat, & si apertis ei verbis conscientia sua malum aperiret, nihil aduersus eam se posse proficere timeret, *Insidiatur* longè alia eam vi aggredi disposuit, vt subito sagittaret in occultis immaculatam. Sed quomodo putas? Audiri mirum, quia mira dicturus sum: audi & vide si in diebus patrum tuorum factum est quod fecit hic homo; si tamen hominem dicere debeam qui fecit. Perpende, quid serpens, imò diabolus fecerit in serpente, vt primum seduceret hominem; & quid homo hic vt persuadere iuuacula præcipitum posset. Vide dolum dolo fortiorum, astutioremque serpente, imò diabolo inuenies hominem hunc, si factum facto compensetur, & adæquetur res rei, cauſa cauſæ, dolus dolo.

75 Primò quidem protestatus quod salutem puellæ diligebat vt propriam, & post huiusmodi sermones persuasorios, grauia ab imo suspitia pectora trahens, & quasi resolutus ad lacrymas, unum se de ipsâ scire dicebat, vnde intantum doleret animo quod non esset dolor similis sicut dolor eius, utpote dolor quem nulla alleuiare consolatio posset. Requienti puellæ cauſam tristitiae, respondit se eius dolere perditionem, perditionem dico, non qualemcumque sed animæ eius, quam utique diligebat vt suam. Reuelatum quippe sibi dicebat in spiritu, quod nulla spes salutis eius esse poterat *Suaderetur* gam ex eo quamdiu esset in eo statu & loco in quo erat: cauſam loco, ne ob allegans esse manifestam, scilicet celebris eam esse famam nimis, nimis ob merita commendari ab aliis, nimis gloriam verest. in honore haberi in loco, vnde eleuatum cor, & in vanam elata mens esset gloriam; nec saluari eam posse, donec relictis omnibus secederet in locum, ubi nemna

Eccœ eam

AUCTORE eam agnoscere, aut meritum sanctitatis eius extollere
HVGONE, posset, qui aut virtutis præco, aut salutis prædo existeret. Credidit stulta sermonibus pessimi, quæ optimum existimabar fore, & ad fugienda mala, quæ quasi iam imminentia fingebat, infelix ire pollicetur, si viæ dum habeat cui posset confidere. Et ego, inquit ille, ne amplius te sinam periclitari, sine qua nulla mihi posset esse salus aut gaudium cordis, ego, inquam, quia nullus tibi melior me aptiorque ad viam esse potest, quidquid mihi contingi debeat post hæc, deduci te faciam vel ipse deducam ad locum, quem noui optimum tibi & aptum valde religioni, ad quem si veneris procul-dubio saluari poteris. Tantum viam tuam ne reueles alii, nec confessionem hanc propositumque tam salubre & animæ tuæ tam necessarium, ne frustra laborauerim pro te, vli hominum manifestes.

b
Eam alio abducit.

Varid eius pudicitia tentat.

76 Assensit illa omnibus, nullique negotium & prodictionis apertens, dispositis clam rebus suis, prout cautiùs potuit, statuto die & horâ Deo se committens fideique hominis maligni, à finibus illis egressa est, & lupum ouis, victimam carnificem, extra prouinciam usque lecuta. Qui videns eam suæ traditam potestati, & facturam cuncta qua vellet suspicatus, tandem occulta cordis sui eidem aperire ausus, vt sibi assentire vellet sponte de die in diem replicabat sermonem. At illa audiens quorsum tenderet loquentis sermo, tandem licet sero se delusam esse cognovit, & deceptam à Clerico, fleuitque amarissimè. Attamen sperans in Domini bonitate cui seruiebat in spiritu, licet ambularet eum iuuenie in simplicitate cordis sui, nullâ ratione, nullâque vi aut timore mortis, se ei assensuram constanter asserebat; et si temporalei ei corporis vitam auferre milieque eam mortibus interimere posset. Propter hoc tamen non desistebat iuuenis nocte eam ac die infestans: magisque in amorem eius succensus astu libidinis, promissis, minis, interdum quoque & vi virginem aggrediebatur, sed nihil proficiebat. Durauit autem pugna hæc, non die uno, aut parum, sed mensibus penè sex iugiter, quibus deducebatur agna Christi à carnifice de ciuitate in ciuitatem, de loco ad locum.

Puella miserabiliter seruatur: orante pro eâ Iuettâ.

77 Incedebant duo simul in viâ, comedebant simul, simul quiescebant, interdum & lectulo uno dormiebant: sed tantam ancillæ suæ contulerat Dominus gratiæ, quod numquam ei iuuenis præualere potuit; sed nec carnem quidem suam nudam cötigere permisus aliquando est, totius spatio temporis quo fuerunt pariter. Præualuit siquidem aduersus malitiam totius temporis fides, quam venerabilis Iuetta in Domino habebat pro filiâ, luctus quoque, dolores, ac suspiria, orationes & lacrymæ, quibus incessanter semetipsam Domino holocaustum offerebat pro filiâ quam amiserat.

Promittitur Iuetta suæ reddenda intâda.

78 Porro reuelauerat Dominus auriculam ancillæ, quod reddebet ei filiam, quam velut mortuam lugebat, fanam & incolumem, intactamque à viro virginem, vt erat prius. Super hac promissione fideli, recepit mulier fidelis consolationem, & lugentibus propter eam aethicis & iis qui eam nouerant, sub iure iurando polluxa est, filia de Domini auxilio, quod filiam suam receptura in proximo esset, saluo per omnia pudicitæ titulo, & virginitatis pudore, cum quâ discesserat à loco. Et non cecidit ex omnibus verbis in terram, quin vniuersa contingenter, quemadmodum ipsa prædixerat.

Viri sancti confessio & operatio in patriam.

79 Gyrans siquidem omnia in circuitu Clericus idem cum puellâ, tandem post multos circuitus errorum, fortè fortuitu Metum ire dispositus. Et cum approxinquaret ciuitati, contigit eos transitum habere iuxta cellulam Inclusi cuiusdam, viri, vt opinio habebat, sanctitatis eximiae, ipsaque, licet inuito iuuenie, diuertit ad cellam, tamquam requiescere volens paullulum fessâ ex itinere. Nactaque opportunitate loquendi viro eidem, in confessione feriatim exposuit ei rei gestæ ordinem, neconon & vniuersa quæ ei acciderant, & vt sui misereatur eripiens eam ab homine iniquo, si posset, cum la-

crymis humiliter deprecata est. Annuit auditis libentissimè vir Dei, & excludi eam in domo faciens per quosdam familiares suos, quæd tunc aderant, iuuenem, qui vt sua ei redderetur vxor minis instabat & clamoribus, dure argutum, prout dignus erat, cum dedecore propulit à loco, puellamque per manus fidelium suorum Metum usque deduci faciens. Inclusæ cuidam commendari fecit custodiendam. Cum quâ puella eadem moram faciens diebus aliquot, inuentis tandem in ciuitate quibusdam mercatoribus de terrâ & cognitione suâ, consanguineis suis, qui inuenientur eâ gauis sunt gaudio magno valde, domum cum honore ab eis reducta est. Suscepit itaque veneranda Mater Iuetta filiam, quam amiserat, cum lacrymis & gaudio cordis, Deo gratias agens qui desiderium cordis eius ei tribuerat, omnibusque diebus viæ cum ipsâ puellâ in gratiarum actione permanuit, ieiuniis & orationibus seruientes Domino pariter die ac nocte. Porro puella eadem usque ad obitum venerabilis Iuettæ permanuit cum ipsâ, & post eius transiit consecrata Christo virgo manet usque hodie.

a Videtur legendum fore.

b Henriquez legit, perditionis.

CAP. XXV. Comparatio quædam ^a B. Abrahæ & ancillæ Christi.

80 **S**ANè, vt mihi videtur, magis huius mulieri sanctæ ^{Maior} præstirum est temporibus nostris, quam in diebus ^{gratia} Iuettæ hic Patrum nostrorum Beatissimo Abrahæ, qui, vt in gestis ^{collata,} Patrum legitur, neptem suam, id est, filiam fratris, pueram virginem, quæ ab ipsis cunabulis Christo sponsam se deuouerat, eo modo penè amisit, quo beata mulier ^{quæd A-} amisit istam; sed aliter ille illam, aliter ista ^{braha cre-} ^{mota in} nepte.

Illa seducta à quadam sub specie falsæ religionis, & corrupta est cum esset virgo, mansitque annis pluribus postmodum in peccato suo: ista seducta quidem sub specie boni, licet haberet iugem cum hoste confitum, nec promissis allici, nec minis aliquibus à voto castitatis auelli potuit, aut ad peccati pertrahil consensum. Illius orationes meruerunt apud Dominum, vt saltem post peccata ad penitentiam rediret agendum in loco, de quo exierat, eius filia: istius hoc effecerunt apud Deum merita, vt cum eâ integratæ corporis & sanctimonie quam prius habuerat, rediret eius filia ad locum habitationis præstinæ, nec vnde penitentiæ indigeret perpesta; quippe cui nec peccatum, nec viri dominari iniqüitas potuit vel ad momentum. Ille vt reduceret filiam suam de cellâ professionis suæ egressus est mutato schema: isti nec querere filiam, sed ræ mittere quidem permisum est ei pro filiâ, nec tamen fraudare eam vult Dominus à desiderio suo, quin redderet eam ei post modicum, & ultra omnem spem presumptionemque hominis. Et ecce plusquam Abrahæ hæc: verè siquidem à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

a S. Abrahæ Eremita, & Mariæ neptis eius vitam dabimus
16. Marçij.

CAP. XXVI. De quodam Clerico sacrificâ maioris ecclesiæ in Hoyo.

81 **T**em fuit Clericus quidam in ^a ecclesiâ B. Mariæ perpetuæ virginis, quæ est in oppido Hoyensi, sa- crista gerens officium. Hic mulierem quamdam ex eadem villâ, honestæ, vt falsò putabatur, conuersationis, adamans, tandem instinctu diaboli cum turpitudinis operandæ locus non esset sibi, vt videbatur, aptior secreto, quia in ecclesiâ dormiebat, in ecclesiâ cum eadem de nocte peccauit. Nec diu tamen quod factum fuerat latere potuit venerabilem Iuettam: cognoverat enim per spiritum cuncta quæ acciderant, personas, tempus, locum, & horam. Primò siquidem mulierem, quia aliquantulum ei extiterat familiaris, accessiri ad se faciens, exposuit ei ea quæ per spiritum viderat, & saper

super gestis dure cam, prout merebatur, arguit. At illa verecundata nimium, quia deprehensam te in peccato suo timebat, cuncta quae acciderant ei per ordinem confessa est, & de ipsius voluntate & consilio satisfacturam se de commissis Domino & eius sanctissimae genitrici, quam se nimis offendisse in eo quod tantum scelus in loco nominis eius perpetrauerat, metuebat, libenter ac deuoto spondonit animo: sicque dominum rediit, Deo gratias agens, quem curam habere salutis ipsius, sicut per famulam eius intellexerat, manifestissime cognovit.

82 Clericus vero, ut & ipse paenitentiam ageret de peccato suo, vocatus à famula Dei semel & iterum, venire contempsit, quia obsecraverat diabolus oculos cordis sui, ne eum agnosceret per quem & à quo monebatur ad paenitentiam per ministerium ancillæ suæ, cui & reuelata fuerant hæc, vt arbitror, propter salutem ipsorum. Tandem admonitus ille per internuntium à Sancta Dei, vt ad ipsam aut veniret, aut satisfaceret Dominu de commissis in instanti, alioquin sciret sibi Dei imminere iudicium in breui, nihilominus neglexit conscientia ipse sibi. Sed post modicum temporis secundum verbum beatæ mulieris Clericus idem subitanè mirabiliter infirmitate interceptus, miserabiliter interiit, absque omni Ecclesiastica coimunione & Sacramento.

a Hac primaria est totius oppidi, à S. Materno, ut supra diximus, constructa, restaurata & ampliata à Theodvino Episcopo.

Clerico
impaci-
tentia mor-
tem pradi-
cit.

CAP. XXVII. De quodam Decano eiusdem Ecclesie.

83 VEniam autem ad visiones & ad reuelationes Domini, de quibus vtcumque non filebo, licet multa præteream: quia si vniuersa, quæ comperta mihi sunt, huic meo libello vellem inferere, facilis me tempus quam sermo deficeret. Fuit Decanus quidam in Ecclesiâ B. Mariae, vita, vt dicitur, laxioris, & super omnia quibus implicabatur vitiis, ultra modum avaritiae studens quæ est idolorum seruitus, adeò quod & fœnaretorem eum plerique exitisse publicum afferant. De hoc rapta in spiritu vidit beatam misericordiam Matrem Virginemque Mariam quasi sedentem in concilio Sanctorum, & grauiter iudici filio suo de ipso Decano conquerentem, eò quod ecclesiam suo consecratam nomini, turpibus factis & lucris violasset: sed consolari se velle in hoc, quod in breui à iusto Iudice Christo filio vtiique suo egressura esset super ipsum sententia, scilicet quod æternis tradendus gehennæ esset suppliciis, vbi per os eius, nares, & oculos ignis, quem viuens sibi succenderat, laxis euaporaret habenis, propter peccata vtiique sua, quibus iram meruit.

84 Soluto igitur tam præsidentis iudicio quamvisio- nis gloriæ, confestim Decanum, ut sibi locurus venire vellet, mandauit: & venienti ad se in confessione aperuit vniuersa quæ viderat vel audierat de ipso, suasitque cum obsecrationibus, vt errata corrigeret, & paenitentiam agere vellet de præteritis, & de futuris cessare, dummodò patientia Dei ad paenitentiam eum expectaret. Audiens ille & sicut aspis surda obturans aures suas ne admitteret correctionem obsecrantis, recessit talis qualis aduenerat, si non peior tamen, de iis quæ sibi relatæ fuerant, tamquam de somniis noctium, nihil aut parum curans. Sed vt adimpleretur sermo quem beata Virgo dixerat, post modicum temporis idem Decanus miserabiliter ex hac luce subtractus est satis.

Eum hor-
tatur ad
paeniten-
tiam: fru-
stra.

CAP. XXVIII. De feminâ quadam ex eodem oppido, quæ leprosa effecta est.

85 Simili modo & ordine per spiritum rapta alio itidem tempore, terribilem & asperam nimis à Iudice sententiam ferri vidit contra quidam ex eodē oppi-

do feminâ notam sibi, pro quibusdam occultis excessi- AVCTOR. bus, ita quod in ipso Sætorum concilio videbatur ignis HVGONE, egredi à secretiori loco artuum eius, & quasi superiores EX MSS. corporis partes reliquas deuastare penitus. Reuersa igitur mulier fidelis ad se, intellexit futuram in proximo Preuidet super illam manum Domini ad flagellandum eam, ac diuinatus ceriri que eam mandauit ad se, & per ordinem ei narrarunt, ut quæ de ipsa viderat, & vt lubricæ voluntati sua & emq; mo- operibus peccati renuntians, conuerteretur ad Domini num in toto corde suo, persuasibilibus eam verbis ar- guere coepit, ac si qua eidem plaga corporalis mitteretur diuinatus, libenter ipsam acciperet, tamquam à Domi- no missam. Quem enim diligit Dominus corripit, fla- gellat autem omnem filium quem recipit.

86 Sanè post modicum, egressa est secundum verbum beatæ mulieris contra eamdem manus Domini, se emen- percutiens carnem eius leprâ pessimâ, adeò vt à plantâ dat. pedis usque ad verticem non esset in eâ sanitas. Religio- sam tamen vitam postmodum duxisse visa est in eodem loco, quo Sancta Dei manebat; ita quod, vt arbitror, ignis iste vastatorius, id est, lepra, purgatoria ei peccato- rum suorum effecta sit pena, vt sancta mente & corpo- re transiret de hoc mundo ad Patrem, consumptis pec- catis omnibus per correptionem & paenam, quæ præcessit, corporis.

CAP. XXIX. Quod scientiam cogitationum habuerit per Spiritum sanctum.

87 Nec dignum fore silentio reor, quod tantam an- cillæ suæ contulerit Dominus in praesenti gra- Cogitatio- tiam, vt discretionem haberet cogitationum, & inten- num arcationum cordis Scientiam, per Spiritum sanctum qui ha- na diuni- bitabat in eâ, intantum vt & sociæ suæ, quæ secum tu cognoscit. commanebat, necnon & plerisque aliis qui adhuc su- perfunt veritatis testes, si quid haberent in corde quod vellent occulati ab eâ, quod tamen scire præter Deum arbitrabantur neminem, absque dilatione cum ad ipsam veniebant, exponeret tam familiariter tamque integrè singulis edicens singula quæ habebant, ac si omnia con- sciæ eorum arcana nuda & aperta oculis eius essent. Vnde & frequenter contigisse dubium non est, quod iij qui malè occultorum suorum consciæ erant, omnimo- dis vitabant eis obtutibus præsentari, timentes ab eâ argui super iis de quibus cordium suorum neminem admittere testem volebant præter se.

CAP. XXX. De quodam Fratre Praemonstratensis ordinis.

88 Rater quidam Ordinis Praemonstratensis adolescens, qui specialiter Sanctæ huic ab infantia commendatus fuerat in filium spirituale, secus cellam eius transitum habens sine Abbatis sui egressus licentia, cum turbatam haberet conscientiam & cor fluctuans in diversa, nutu Dei correptus, nec ausus preterire, diuer- tit ad cellam sociæ tamen eius inclusæ, alteri quasi per compendium loqui volens & abire. Cumque sedendo Quædam fine venia ad fenestram domus inferioris loquerentur mutuò ad egressum, & Sancta hæc in superiori parte domus soli diuinatus intenta Domino orationibus vacaret, repente cognovit cognoscit. per spiritum & personam & statum iuuenis, qui inferius loquebatur.

89 Descendens igitur præter solitum, cum non vo- caretur à quoquam, venit in spiritu vehementi ad Fra- trem: Quis es, & vnde veniret, quid vellet, quod iret, vtrumne per Abbatis sui egressus esset licetiam, cuncta per ordinem requisivit vt nesciens, cum sciret tamen omnia. Ille verecundatus quia in operibus manuum suarum se deprehendi videbat, quid responderet Sanctæ Dei E c c e 2 posset

Auctor. posset consernatus animo non inueniebat, cum abs-HYGONE, condita cordis sui eam intueri cerneret: sed dimissis in terra oculis rubore pariter & confusione induitus, stu-pens, hærenſque obmurus, malens, ni fallor, non se venisse ad præsens quæm huiusmodi obiectioibus tam manifeste confusum. Quod ipsa intelligens, ut sapien-tissima materfamilias vino asperæ correctionis oleum benignæ consolationis admisit, dulcibusque sermonum propositionibus iuuenem ad virtutis amorem, & contemptum vitiorum instruebat, & variis Scriptura-rum testimoniis, qua per Spiritum sanctum didicerat, contra diaboli tentationes animabat: addensque, Etsi contingat, ô dilecte mi fili, quod importunè nimis contra te temptationum insurgant aculei & motus, ita quod videatur tibi contra eos te resistere non posse; exurge fili, & ne obdormias in morte: resume constantiam, in-due fortitudinem, præcipe tentatori diabolo ex parte Domini & ancillæ suæ humilis, vt te dimisso in pace, conuertat frameam suam in me. Ego siquidem pugnabo pro te fili, & si fors mihi contulerit de inimico trium-phum, tua sit virtus, tua merces, præmium, & corona: tantum viriliter age, fili, & confortetur cor tuum in Do-mino. His & huiusmodi instructum sermonibus iuue-nem dimisit à se, orans Dominum ex toto corde, vt for-titudinem ei perseverantiamque in bonis præstaret ope-ribus, dirigeretque viam eius in conspectu suo semper.

*Offens se
pro eo ita
pugnatu-
ram, vt
ipse tamen
mercedem
percipiat.*

O quæm pulchri sunt gressus tui in calceamentis tuis filia Principis! ô quæm vulnerata caritatis tu es! Intantum desideras salutem eorum quos diligis, vt quasi salutis tuæ obliuisci videaris, dum vt alios subleues, onera tibi imponis vltro aliorum: ostendis affectum, etsi auctoritatem dare non possis. Non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit, id est, lex agonis expedit, vt qui coronari vult, pugnet ipse pro se, non pro ipso alter, & coronetur ipse qui vicerit, non qui pugnare non vult. Qui enim pugnare non vult, non potest vincere nec pro victoria coronari, quia vbi non est pugna non est victoria; vbi deest victoria, deerit certe & corona.

CAP. XXXI. Item de quodam alio Clerico.

Clerici cu-iusdam interiorem animi sta-tum cog-noscit.

90 Item vice quadam altera, quidam male conscius sibi cum necesse haberet loqui paullisper cum eis, cuius mentio superius habita est, diuertit ad locum. Et cum, vt supradictum est, loquerentur ad inuicem in cel-lulâ inferiori, repente Sancta Dei, cum oraret in supe-riori, cognovit per spiritum & personam & statum eius qui loquebatur subitus. Et sociam suam proprio aduocans nomine, *Quis esset cui loqueretur, icsicatur;* atque vt euna detineret donec adueniret ipsam, tollerter admoniuit: ed quod idem necesse haberet in Domino con-fortari tamquam temptationum importunitate iam penè oppressus nimia. At ille iam forte discesserat, metuens sanctissimæ mulieris confundi auctoritate & præsentia, tamquam eius, quam occulta conscientia suæ vniuersa per Spiritum sanctum scire non dubitabat: & verè sic erat. Nam post eius discessum indicauit sociae suæ de ipso, & vt pro eo attentius oraret Dominum, studiosè fatis institit, valde enim desiderabat salutem adolescentis.

CAP. XXXII. De quodam Presbytero, cuius peccatum cognovit per Spiritum sanctum.

Pia mu-lier, ex crebrâ al-locutione Sacerdo-

91 Item fuit Sacerdos quidam in oppido Hoyensi, qui fatis honestæ opinionis habebatur, & hic in quo-dam loco maioris ecclesiæ dormiebat. Erat autem in eo-dam oppido matrona quædam honestis pollens moribus: quæ inter cetera virtutum opera, intantum Dei genitricem B. Mariam diligebat, quod infra tam nōstis

quæm dici spatium centum eam vicibus flexis genibus *tis, inte-deuotissimè salutaret salutatione Angelicâ, quæ est Ave pectit, & Maria gratia plena &c. nec ei quin matutinis singulis cū eo for-tereflet noctibus, obstat quidquam poterat, nisi sola niciatur in semplo.*

corporis fortasse infirmitas. Prædictus vero Sacerdos videbat eam sepius solam remanere in ecclesiâ, ex cre-brâ illius allocutione in cōcupiscentiam eius exarbit, ini-quitatemq; conceptâ animo mutuis occurribus & salu-tationibus priuatis cœpit parturire; donec postmodum quod male conceperat peperit effectu, detestando sce-laris exemplo. Ex mutuis itaque aspectibus & colloquiis familiaribus nimis, feruore religionis & deuotionis stu-dio in feminâ tepeſcentib; improuida securitas tor-porem inducere coepit, negligentiāque virtutis præ-habitæ, & propriæ salutis efficiens parere dispendium, donec prodeunte velut ex adipe iniquitate ipsorum, transierunt ambo in affectum cordis, & dormiente ostia-riâ in feruore diei, percussi sunt in inguine pariter, atque horis sibi inuicem determinatis, in facro ecclesiæ loco, vbi videlicet & Presbyter dormiebat, multo tempore conuenerunt. Quia enim peccatum quod per poenitentiam mox non diluitur suo pondere trahit ad aliud, peccati pondere oppressi, traditi sunt in reprobum sensum, vt peccati causa prioris efficeretur pena subsequentis peccati, ac continuelli afficerent corpora sua in semet-ipsis in loco tam sacro; fieretque nouissimus error peior priore, dum peccatum in vsu & quasi per consuetudinem virtuosam habitum, in peccati usus computaresce-ret tamquam quadrupanus factens in monumento.

92 Quid multa? Tandem venit misera mulieris terminus qui præteriri non potuit vita, febreque correpta lectulo decubuit. At Presbyter detestandus timens dif-famari per eius confessionem si confiteri eam cuiquam contingeret, aut forte ex metu ventura mortis à pec-candi vltre voluntate ipsam debere corrigi, mandauit decubenti per anum quamdam, quam mediaticem verborum suorum ac secretorum ipsimet sibi dudum effecerant, ne confessionem huius faceret; quia consta-re sibi dicebat, infitmitatem eius hanc non esse ad mor-tem. At illa creditit verbis mendacibus plusquam de-buit, & decepta est, sicque miserabiliter innixa vanis spebus, viam vniuersæ carnis ingressa est.

Eius fran-de, impos-nitens mo-ritur.

93 Nocte igitur insecurâ beata mulier raptâ per spi-ritum, vedit beatam Dei genitricem vñigeniti filij sui Virginem *vide pete-re ut pu-niantur Sa-cerdos.* prouolutam pedibus expetere vindictam de nefando illo Presbytero, ed quod ancillatæ eius, quæ tanto eam amoris studio & obsequio laudum coluerat in vita suâ, tam pessimè seduxerat, & perditionis eius causa exti-tisset perennis. Manè vero facto accessiri mandauit Sacerdorem ad se, & narrauit ei cuncta per ordinem quæ de ipso viderat. Primo expauens ille, & vehemen-ter, quis eum accusasset, admirans, cum neminem pec-cati sui conscius præter anum memoratam haberet, cepit quidem excusare se modis quibus poterat: & postmodum non esse credendum omni spiritui allegâs, multiplicabat verba, & rationes verisimiles proponebat Sanctæ Dei ad faciendas excusationes in peccatis. At illa replicans quæ viderat, Dico, inquit, tibi per salutem peccataris Iuette, (sic enim se appellare solita erat semper) sero cum issem cubitu me nescire hac, nec vñquam mentionem eorum à quoquam audituisse mortalium usque hodie. Attamen scito prænoscens, quod si non in breui poenitentiam egeris de commissis, & quam nimis te offendisse agnoscis, beatam Virginem non placare studieris, iram Domini vindictamque tibi in proximo imminere senties. Presbyter auditis huiusmodi sermonibus, tandem se iniquè contra Dominum egisse lacry-mabiliter confessus, ac quasi iam iamque adesse crede-ret iudicium Domini super se, præ doloris & timoris angustiâ velut parturiens clamare coepit, ac faciem suam vnguis dilaniare, capilloisque capitâ sui detrahere vi-sus, caput parieti impingebat, solùm se miserum clamitan-s, & mille dignum moribus fore.

94 Tunc

Spondet ille penitentiam; mox redit ad vomitum, & inde perit.

94 Tunc beata mulier, ne in desperationem miser incideret, consolari eum cœpit, dicens adhuc sibi locum esse penitentiae, & tempus miserendi eius; præstabilem Deum super malitiis esse hominum, & nolle mortem peccatoris, soli misera desperandum, quæ tam misericorditer obficeret, siue enim lignum ceciderit ad Austrum, siue ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. At ille ad horam quidem tactus dolore cordis intriseus, sponpondit se per omnia secundum mulieris sanctæ voluntatem & consilium vitam suam in melius emendaturum, insuper & ordinem Cisterciensem intraturum in breui, ad penitendum cunctis diebus vitae sue in posterum, & tempus velle præteritum de cetero bonis redire operibus. Sed mox ut à facie ancillæ Dei est egressus, oblitus omnium quæ voverat, proiecit sermones Sanctæ retrorsum, & cum adulteris portionem suam reposuit: sed non diu. Nam post pusillum funibus peccatorum suorum miserabiliter intercepitus, extremitum efflavit spiritum, & ipsam quam ad orcos paullò ante præmiserat, paullò post desperabiliter insecurus est.

CAP. XXXIII. Quomodo ipsa orans sub diuō audiuit vocem dicentem sibi: Dimissa sunt tibi peccata.

Diminis fruuntur amplexibus Iueta.

95 Vm adhuc manieret in illo inclusorio, quod sibi fecerat, vt dictum est, pater suus, necdum inclusa, dictis matutinis intenta deuotioni, vt frequenter solebat, stabat vnâ vice iubilas Deo. Quam videns anus, quam sibi commotari faciebat ad suæ domus & filiorum custodiam, quasi compatiens à lecto clafnauit ei: Bona Domina, quare non itis quiescere? Ad quam vocem quasi reuocata ab amplexu & colloquio præsentis amici, exiuit, vt erat, nudis pedibus in indignatione spirituali, ac prope domum solam sub diuō orationi stadio se reddidit. Reddit quoque illi se amicus cum primâ potiorique delectatione. Facta etiam in mentis excessu videbatur videtur sibi quasi in firmamento circulum granulatum luminosum, & circa circulum quasi personas cingulo tenus apparentes. Cumque visionis iocunditate teneretur, audiuit à dicto circulo vocem acceptance dignam dicentem sibi: Dimissa sunt tibi peccata tua, si denudò te custodieris. Ad quam vocem rediens ad se, cecidit, & mox febre correpta domum repedauit. Hæc & alia ab eius ore ego qui natto, ex multâ vnicæ, vt puto, dilectionis familiaritate extorsi. In quibus de sermone inculto, quam de inutili silentio, maluī reprehendi.

a CAP. XXXIV. Qualiter B. Ioannes Euangelista communicauit eam, suo Sacerdote id sibi negante.

Negat à communione, indignatione, se reputat.

96 VOlens aliquando ex deuotione communicare, conuenit Sacerdotem, humiliter petens ab eo diuina Sacraenta sibi indulgeri. Qui pretendens negatio quam excusationem, bene petenti bona negauit. Frustrata verò mulier desideriorum, quasi indignam se totam confert dolori & lacrymis, quibus in secreto fatigata diu somno suauit diuinitus abstrahitur. Dormienti adesse visus est beatus Euangelista Ioannes, dicens: Vis communicare? Respondenti cum deuotione, Volo; ait Sanctus: Sequare me. Illa præcedentem quasi sequens in ecclesiam, quam murus solus à domo separabat, in quâ dormiens videbat hæc ipsa mulier, vidit B. Ioannem præparari ad Missam celebrandam. Celebranti per ordinem Missam totam, non modò interesse sed & coadessit ita mulieri concessum est, vt illius Sacraenti secreta quæ nescierat eatenus, ibi didicerit. Vedit quam fieri neciebat fractionem, & de particularum

triūm vnâ à celebrante vidit se communicari. Exutus *Auctor.* sacris post celebrationem Sanctus Joannes dixit ei ite. *Hvgotus,* *ex MSS.* communicare rogatus recusauit? Ausus non fuit sanctum Christi corpus tangere, quia recenter suum corpus interficerat, interfeceratque animam suam factus *sacerdotis* *inuidam* *vnum corpus cum meretrice.* Reddita communib⁹ *peccatum* sensibus post tanta mulier, sicut audierat, ita pro vero *intelligit:* à suo super hoc tam mansuetè, tam secretè, quam decubebat, conuento Sacerdote accepit. Narrat̄ mihi istud sibi titulo b confessionis, multum rogans vt nulli quoad viueret in corpore reuelarem.

a Hoc caput omisit Henriquez.

b Non est hec legitima ad Sacramenti Penitentia perceptionem confessio; ac nefas est quidem aliena aperire peccata, nisi cum tuis ita connexa, vt hac sine iis intelligi nequeant; Et cum quoque quantum titra detractionem liceat, disputatur. Verisimile est, sciuiss Iueta non posse Autorem, alibi degentem, nec inde ortum fortassis, in Sacerdotis illius deuenire notitiam, præseri, si iam mortuus erat. Deinde ut diuinitus Sacerdotis illius flagitium cognouit, ita caelesti instinctu impulsa videretur, vt singulare hoc sibi indulgunt beneficium aperiret.

CAP. XXXV. Quomodo ipsa liberauit quemdam monachum orationibus suis à quodam periculo temptationis.

97 L Icet vera dicat auctoritas; Nemo scit quæ sunt hominis nisi spiritus qui in ipso est; subaudi. Nemō scit à se vel ex toto: legimus tamen plerosque Santos cognouisse & facta absentia & cogitationes aliorū per spiritum, sicut Helizem, B. Benedictum, Prophetas quoque in vitroque sexu futura antē diu prænosse. Nec tamen eam, de quā hīc agitur, nostro sensu præsumptuose maioribus comparamus. Verumtamen audientes Matth. ab æquissimo dispensatore, Volo & huic nouissimo dare 20. 14. sicut & tibi, credibile fieri potest de facilis, menti piæ isti ad ædificationem quorumdam correctionemque eorum, secreta à Domino reuelata. Quidam monachus, *Monachus* ordine nouus, & iuuenis ætate, anno primo factæ *munere à professa* *puellæ* *ac* *confessionis* ex *Abbatis* sui licentia patriam visitans & parcerentes, intef alios, alias, & alia, quæ minus viriliter obiiciatur consolent à claustris exeuntibus ab eo qui insidiatur in absconditio quasi leo in speluncâ suâ, iuuençula cuiusdam *rastrum*, ex secreto colloquio familiaritatē comparauit. Illa recedenti pulcherrimam contulit telam petens in sui memoriā & mutuæ familiaritatē incremento cooperaturam facere monachum in suo capitali. Detulit ille xenium, sed cuius reliquit præsentiam, memoriam secum tulit: à quā intente vulneratus, inexperto confictu, cogitationibus & motibus libidinosis aliquamdi laborauit. Non curans aut mirans intelligens adhuc, ex conuersationis ac ætatis nouitate, temptationis periculum, vel detrimentum conscientiæ, cum valde remotus esset à personâ, nec omnimoda inesset voluntas peccandi, diu distulit istud dicere vel confiteri.

*98 Contigit autem post antiū & amplius, vt Domina Iueta, cui notus, familiaris, & amicus erat idem iuuenis, quia carne propinquissimus, opportunitatem noctis cum eo loquendi, amicabiliter ac secretè diceret ei: Recolimur carissime, qualiter illâ de personâ, nominans *Iueta id* eam, te per mensem eo tempore vexauerunt cogitationes inordinatae? Scito te magis orationibus alienis, quam *intelligit.* tuis meritis tamen citè liberatum. Quapropter si consilio meo salubriter tibi placet acquiescere, cooperaturam, quam contulit illa tibi, & in tuo sub aliâ habetur ceremoniali, amouere non tardabis. Stupefactus audiens, plus solidò colloquiis eius cœpit delectari, & consiliis acquiescere, habens eam apud se in magnâ reverentia, nomenque illius aliis commendans.*

AVCTOR.

HYGONE.

CAP. XXXVI. Quomodo ipsa reuelando in mente tempore Missæ Domini passionem, plus delectabatur quam orationes vocales proferendo.

Sacrum
quomodo
audire sô-
lita.

99 **R** Equisita Domina Iuetta à quodam monacho Cisterciensis ordinis, familiarissimo sibi, quam diceret in Missæ secretis orationem, quasi cum admiratione quadam sciscitanti respondit: Putafne dicam aliquid? Ita congratulatione & delectatione Christi dilecti mei præsentis sum occupata, ut aliquid ore dicere mihi nec vacet nec libeat. Quid ad hæc illi, qui ibi ubi Christus personaliter, et si non patens veritas & virtus passionis adest in personâ Christi præsentis, sed latens sub specie panis ac vini ad fidem corroborandam, passus tamen pro salute suâ à præsentibus fide Patri Deo præsentatur, factus in altari sicut in cruce Sacerdos & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter; afficiuntur tædio, aliquibus fruolis tempus redimunt, imò perdunt temporis illius irrecuperabilem fructum? Cui reuerâ fructus & utilitas Missæ palato intellectuali saperet, Missæ omnibus interesse affectaret. Ibi conceditur homini facere, quod Angelo non licet: ibi medicina conficitur ad singulare remedium fragilitatis humanæ. In fide ac devotione omnes præsentes celebrant, diuinisque communicant vno in celebrante Sacerdote.

Bis à Chri-
sto Eucha-
ristiam ac-
cepit.

100 Felix hæc, de quâ sermò nobis, dicere veraciter potuit: Bonum est mihi hic esse; quam Christus Dominus propriâ manu bis in Missæ secretâ sui corporis sacramento incorporare sibi dignatus est. Quis a tempore, quo Christus in cœnâ corpus suum præfens præsentibus dedit, huic audiuimus simile? Hæc & similia de illo, cui proprium est in paruis & humilibus gratiam copiofiorem ad correptionem confusionemque superborum ostendere, piis mentibus facilimè persuadentur credibilia.

Orans, sta-
tim ad
Christi
amplexus
rapitur.

101 Tantam apud dilectum dilecta gratiam inuenierat, ut quandocumque ad orationem secretam animo se conferret, in amplexus & oscula dilecti mox exciperetur. Et in tantum quandoque diuinæ iocunditatis & gloriæ iubar mens ipsius sublimabatur, ut corporalis infirmitas pondere splendoris depressa inuitam cogeret dicere: Recede, ô dilecte mi, secede cedens & coaccedens infirmitati volentis, sed non valétis, semper sic esse. Ecce secundum B. Gregorium, quale est offendsum & iratum cernere, quem tranquillum ac fauorablem non potest mentis humanæ debilitas sustinere. Ibi proculdubio conceperat quem habebat ad omnium salutem caritatis affectum, cuius adeò tanta vis erat, ut ad congratulationem, compassionem, consolationem, correptionem, & ædificationem videntibus & audiētibus eam vniuersis eius sermo valereret, præualeretque dilectio. Quis referre valeat quot qualesque, à quot quibusue malis reuocauit, ad bona vocauit, prouocauit ad optimam, misit ad noua diuerorum claustrorum disciplinae regularis tirocinia, remisit ad dimissa: Ibi secretorum accipiebat cognitionem.

Non potest
vixi diui-
nia conso-
lationis
ferre.

Plurimos
conuerit.

CAP. XXXVII. Quomodo prædixit cuidam Clerico, quod Presbyter suus in ecclesiâ negligenter celebrauit.

Absentia
cognoscit.

102 **I**Nde ei reuelare adstanti sibi cuidam Ecclesiæ Curoto dixit: Tuus in illâ tuâ villâ vicarius in tui & ipsius periculum celebrat. Accepto ac si diuinus oracula, licet iuuenis Clericus, festinavit tamen probare quod audierat. Et veniens ad ecclesiam suam inuenit in altari fragmenta hostiæ consecratae, quæ per negligenciam consecrantis à mysticâ fractione exciderant.

CAP. XXXVIII. Qualiter cum magno gemitu prædixit religiosæ cuidam feminæ, ab alto virginitatis in profundum fornicationis corruisse.

103 **C**VM aliquando cum Dominâ Iuettâ familiares & mulieres honestæ residerent, inter mutua colloquia magnum subito cum gemitu emisit suspirium. Interrogata ab aliis doloris caussam, vni earum mente maturiori respondit: Hodie, proh dolor! maxima columna corruit. Audiens & dubitans, personam conuenit, quæ se quasi deprehensam admirans, vltro confessâ est sciscitanti, ab alto virginitatis in profundum fornicationis se corruisse.

Absentia
peccatum
diuinorum
videt.

CAP. XXXIX. Quomodo prædixit cuidam mulieri quemdam morbum esse habituam, propter quem ab ecclesiâ cogeretur amoueri.

104 **I**TEM prædixerat ante mortem suam dudum Domina Iuetta cuidam honestæ ac religiosæ mulieri, quod infirmitatem pateretur, causâ cuius ab Ecclesiæ plebisque consortio cogeretur amoueri. Adstantis igitur moritura dicta mulier dixit Domina Iuetta: Pia Domina, quid erit de eo quod pluries mihi prænuntiasti? Hoc, inquit, anno continget. Sicut audiuit ita & passa est infirmitatem grauem satis & insuetam, soli notam patienti, nec humanæ curæ curabilem. Audiens extortas à variis & validis doloribus varias validasque vocationes amentemne putes, cùm mente sanâ cum 2. Cor. 12. Apostolo possit gloriari: Quando enim infirmor, tunc 10. fortis sum & potens. Itemque: Etsi qui foris est homo 2. Cor. 4. noster affligitur, is tamen qui intus est renouatus con- 16. fortatur.

Predicit
cuidam
morbum.

CAP. XL. De puellâ eunte ad Sacramentum, quæ plus afficiebatur placere cuidam Clerico, quam Christo Domino.

105 **S**OLEMNI die Dominicæ Natiuitatis contigit aliquando puellam, quæ ceteris familiariis Dominae Iuettæ adhærebat, post mysteria ab ecclesiâ reuerentem, quam hilarem ac solpitem dimiserat, dictam Dominam suam infirmatam lecto decubentem reperi. Interrogata quid haberet, Caussa, ait, meq; huius subita infirmitatis visio tristis est, quam mihi Dominus hodie reuelauit. Puella precibus preces adiiciens audiuit ab eâ: Vidi, inquit, inter multos accedentes hodie pro reuerentiâ diei ex more ad communionem sanctam, dæmones cum gudio vni personæ ad altare procedenti officiosissime deseruire. Nam velut spōsam nouam dextrâ laevâque incidentem, eorum quidam subleuabant vestes, alij ante retroque colligebant & supportabant. Peruenientem miseram sic ad communionem sumendum, hostiam quidem in os ipsius mitti à Sacerdote, care. Christum verò cælum cōscendere corporaliter impedi. Visionis huius notitia per eam quæ audierat ad aliquos perueniens, nec illam latuit quæ fuerat propriè in caussâ. Sapienter itaque ad cor rediens, confessâ est opportunè, & tacitâ personâ suâ sciri permisit culpam ad correptionem vel ædificationem proximorum. Enim uero cùm ad salutare mysterium accedens affici timore debuisset à præsentia Iudicis, & pietate Redemptoris deuotionis ardore succendi, magis in aspectu Clerici cuiusdam, qui præfens in Presbyterio cum aliis cantabat, delectabatur, afficiebaturque (proh dolor!) placendi ei desiderio.

Diuinitus
cognoscit
quamdam
indignè
communi-
care.

fiderio, quām Christo, cui se probatam tenebatur exhibere.

Quid cogitandum accedit ad communionem. Ioan. 6. 58.

106 Cogitandum siquidem omni accedenti ad illum cibum salutarē, qualis sit, quid accipiat, & ad quid: qualis, quoniam si dignus ad illud, & Sacramenti veritatem sumit & virtutem. Qui manducat me, inquit, vivit propter me. Si indignus, veritatem reuerā corporis & sanguinis Christi sumit, sed non virtutem; & quidem ad iudicium. Quid? A bonis & malis indifferēter Christus corporaliter totus à singulis integerque sumitur sub specie transubstantiatae rei. Ad quid? Ad vitam vel ad mortem, pro fide meritoque sumitur. Quod dicta persona solam viā est recepisse hostiam, Christi corpus quasi habitaculum abominans immundum, calum ascendisse visum est; factum credi potest ad meritum sumentis declarandum.

CAP. XLI. Admonitio vtilis ad eos qui detrahunt virtutibus Sanctorum huius temporis.

Matth. 11. 25.

Iusta humilitas & alacritas.

Multa omnis Auctor.

107 Viusue putas existat gloriæ mulier hæc in cœlestibus iam cum Deo regnans, ô qui me legeris, quæ in terris adhuc tantia à Deo habita est, vt inter nis cœlestium secretorum consiliis tam frequenter admissa, mediatrix quodammodo haberetur ad correctionem multorum, inter cœlestia & terrestria, visibilia & inuisibilia, inter Deum & homines. Nec immerit. Aut di quid dicat quæ non mentitur veritas: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, ait, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Quibus, inquit, paruulis? Paruulis, ni fallor, spiritu, id est humilibus, qualium est regnum cœlorum. Et quidem humilitatem in hac laudare necesse non est, quam omnes in eā nouerunt quos vñiquā eam videre contigit, boni & mali. Enimvero Deum testem inuoco, numquā vidisse me in incessu, in motu, in alloquo, vñiuersisque gestibus, quos in eā pérpendere aut videre potai, magis humilem corde, mitem, verecundam, morigeratam, modestam, sapientem, pudicam, simplicem, magisque super peccatores & afflictos pia habentem ad compatiendum viscera.

108 Quia verò longū est seriatim cuncta perstringere, quæ per ipsam pietas operata est diuina; multa enim sunt valde, & longè excedentia ingeniali mei paupertatem; iam, velut nauta lassus, optatum littus expetens, ad beatam resolutionem eius dirigam meā narrationis antennam: quia si vñiuera quæ de virtutibus eius comperta mihi sunt à veridicis relatoribus & fide dignis, explicare vellem, nec tempus mihi puto suppetere posse nec otium. Ideoque ne sermo prolixus fastidium lectori meo generet, præteriens multa breuitatis studio, quæ laudi ancillæ Christi competere non incongruè possent, ad finē tendo cœpti operis, quamque mirabilis & gloriosa extiterit beata eius depositio carnis, breuiter si possum edisseram: quia, vt Sapiens ait, quibus pauca non profundit, nec plura proderunt ad credendum virtutes Sanctorum temporis huius.

Animales homines Sanctorum reuelationes concretae.

109 Scio equidem & verè scio, multos exercitatos magis habere sensus in rebus dubiis ad interpretationem mali quasi boni, & inde sibi efficere dispéndium salutis, vnde materiam virtutis habere possent, si non Spiritui gratiæ facerent contumeliam in eo quod vasis gratiæ derogare vidéntur, in quibus ipsum operari Spiritum, prout vult, manifestissimum est. Nec mirum tam. Plures enim multo nunc, quām pridem, inueniuntur in Ecclesiâ Dei homines animales, spiritum non habentes, qui cùm credere in aliis quod non sentiunt in se, aut nolunt, aut nequeunt, quia fortè datum eis non est desuper ab eo, à quo omne datum optimum, statim aut impossibile iudicant, quod de Sanctis audiunt, aut fruolum reputari decernunt, mentientes non

fidem adhiberi debere iis quæ nullâ Patrum auctoritate fulciuntur; somnia proflus esse aut truffas, quas vñi tulæ aut mulierculæ pauperes, vilesque personulae visiones Dei annuntiant esse, dum præ vigiliis noctium vacui effectæ capit, quæ vident phantasmatæ imaginationum, reuelationes putant mysteriorum. Sic miser animalis homo nō percipit ea quæ sunt Spiritus Dei: & hoc quare?

Audi Apostolum ad Corinthios, qui ait: Stultitia enim illi est, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur: stultitia, inquam, secundum sensum hominis, qui nihil estimat posse fieri, nisi quod nouit quomodo fiat. Et idèo non potest intelligere, scilicet spiritualia quæ audit, quia spiritualiter examinatur; id est, examinatio & comprobatio fit eorumdem spiritualium tantum spiritualiter, id est, à spirituali. Vel aliter: Animalis nō intelligit spiritualia, quia per spiritualia examinatur, id est, in eo quod audita improbat, probatur quod est animalis, nec ob aliud ei propotuntur spiritualia, nisi vt per ea examinetur, id est, probetur foris, qualis introit, spiritualis scilicet an animalis. De his hucusque, quia sapienti paucis sat dictum est. Nos verò reuertamur ad propositum nostrum, ne animali occasionem dare videamur. Verumtamen, vt ait Hieronymus, nullius hæc persona tangitur, quia generalis disputatione de vitio est, & qui de præmissis irasci voluerit, primò quod talis sit fateatur necesse est.

CAP. XLII. De eo quod obitum suum longè antè præsciuit.

110 *Interea appropinquabat B. Mariæ Magdalena festiuitas annua, quam ipsa inter Sanctos alios speciali deuotione venerabatur, amoris, laudum, & obsequij, dilexeratque ab ineunte ætate semper. Factum est autem, vt ipsa die festiuitatis memorata, dum Missarum solemnia in ecclesiâ agerentur, ipsa in cellulâ superiori orans esset sola, & B. Mariæ Magdalenam pro peccatis suis anxiè interpellans. Licer enim delicta iuuentutis sua, & conuersationis offendas pristinæ, per diurnæ lamenta pœnitentiae, remissa sibi dudum fore ex ipsis ore Domini, vt suprà est ostensum, non diffideret; quia tamen scriptum est, Beatus homo qui semper est pauperrimus, cœpit quemdam iterum parturire spiritum timoris ad mortem ex venturæ mortis angustiâ, quam sibi in proximo im- se patet.*

111 Interea appropinquabat B. Mariæ Magdalena festiuitas annua, quam ipsa inter Sanctos alios speciali deuotione venerabatur, amoris, laudum, & obsequij, dilexeratque ab ineunte ætate semper. Factum est autem, vt ipsa die festiuitatis memorata, dum Missarum solemnia in ecclesiâ agerentur, ipsa in cellulâ superiori orans esset sola, & B. Mariæ Magdalenam pro peccatis suis anxiè interpellans. Licer enim delicta iuuentutis sua, & conuersationis offendas pristinæ, per diurnæ lamenta pœnitentiae, remissa sibi dudum fore ex ipsis ore Domini, vt suprà est ostensum, non diffideret; quia tamen scriptum est, Beatus homo qui semper est pauperrimus, cœpit quemdam iterum parturire spiritum timoris ad mortem ex venturæ mortis angustiâ, quam sibi in proximo im- se patet.

Auctor. iudicium: peccator putas & impius vbi parebunt? San-HYGONE. Etissimo Sanctorum Martino in morteathan adstitit, nec ipsi Sancto Sanctorum omnium Christo homini pendentis defuit in cruce, cuius cornu, vt in Tobiâ super exenteratione pectoris legitur, presumptuosus infedit, vt videret si Christus maculam peccati haberet aliquam; qui peccata mundi relaxare venerat: tibi autem putas homo non appropinquabit? Absorbebit, ait Dominus ad B. Iob, fluum, & non mirabitur, & habet fiduciam quod Jordani quoque influat in os eius. Idcirco loquitur Sapiens: O mors quam amara est memoria tua homini iusto, quanto magis, queso, peccatori & impio? Ego vero eti multi multos fore beatos astinent, solum hunc verè beatum fore autumnum, qui non confundetur cum locuturus est inimicis suis in portâ, supple mortis, per quam exeunt filii Euæ omnes simul in unum, diues & pauper. Sed quod me dicit oratio?

CAP. XLIII. De eo quod B. Maria Magdalena ei apparuit.

Apparet ei 112 **I**gitur, vt loqui coeparam, cum orans esset famula Christi, repente per spiritum rapta vidit, quam interpellabat, B. Mariam Magdalenam propè assistere. Cuius dum ad pedes procidens amplectit eos & deosculatur vellet, illa eam per manum eleuans afflumpsit, & vt sibi videbatur, tenente illâ manum dexteram eius, sic est deducta, donec ad sanctissimos Domini Iesu pedes usque peruenierunt simul ambæ, ibique à deducente se dimissa est. Vbi cum indicibili ardore spiritus, & dulcedinis affectu procidens, cum eosdem Domini pedes diu deosculans fletibus irrigaret vberimis, nec eorum dulcedine extiari posset, dixit ei aureum illud os Domini: Dimissa sunt tibi peccata tua, quoniam dilexisti multum. Ad hanc vocem sibi reddita est, & velut auulfus ab vberibus infans ad vbera redire gestiens, vim quodammodo passam mulier fidelis se conquerens ab auulfione pedum Christi eiusque dulci praefecti, singultus ceperit emittere mirabiles atque suspiria; adeò quod sociam quoque eius, quæ in inferiori orans erat cellulâ, statim quidam horrorque mentis inuaderet nimius, & quasi nouum quid accidisset, domum ipsam admirabili quadam & magnifica refusam gloriâ miraretur & crederet. Ascendensque ad ipsam in superioris exercaculum rem, vt apud se primò coniecerat, inuenit. Interrogans quippe quid vidisset, dicere eidem renuit, sed tandem terribilibus ab ea sacramentis & obsecrationibus adiurata, rem, vt acciderat, confessa quidem ei est, sed quoad ipsa viueret celandum omnimodis id sub internuntiatione commisit.

CAP. XLIV. De quadam virgine, pro quâ Dominus eam exaudiuit.

113 **F**uit eodem tempore Virgo quædam, religiosa existens admodum, mulier sanè boni testimonij inter suos, quæ votum habebat super se reclusionis, si tamen effectum consequi hæc sua posset intentio. Porrò Leo-densis Episcopus, qui tunc erat temporis, cum plures in suâ dicecepsi reclulas haberet, ita postmodum durus & grauis petentibus se pro huiusmodi est effectus, quod nemo eorum qui ciuius animum agnoscabant, rogare eum ultra pro causa hac presumebat. Vnde prefata mulier, licet voluntatem haberet permaximam desideriumque ingens soluendi quod voverat, tamen quia nullæ preces valerent quæ Episcopo porrigerentur, quamquam id attentasset sepiùs, fere in desperationem prolapſa, iam non audebat instare amplius, vt Episcopus rogaretur idem, quod non exaudiret quemquam. Videns igitur & considerans, quod vbi deest humanum, diuinum necesse est vt imploretur auxilium, accessit ad

Beatissimam hanc, exponens ei cauſam pro quâ vene-*Prædicie-*
rat, & vt pro se deprecaretur Dominum humiliter expe-*futura-*
tit, quia pro certo sciebat orationem eius de facili à Do-
mino non exaudiri non posse. Attendens igitur ancilla
Domini deuotionem mulieris, & anxietatem spiritus
eius pro re dictâ, misericorditer eidem compasla, ad-
monuit habere fidem, concipere spem, caritatem non
deserere, & securam esse præcepit, quia adimpleret iu-
breui omnipotens desiderium cordis sui. Sic confortata
paullulum illa decessit, firmissinam habens spem in ver-
bis eius quæ promiserat, sciens negotium remanere in-
fectum non posse, dummodo instate ipsa vellet ut fieret.
Attamen quia animo amanti tardum est omne quod
desiderat, transferunt dies non multi, & ecce reuertitur
ad famulam Domini mulier iterum, iam velut pro debito
exigendi causâ quod pridem acceperat in promissis.
At illa totâ concipiens mente Spiritum sanctum, Vade,
ait, filia, & omnino nil dubites, quia absque dubio con-
sequeris iam quod tanto desiderasti tempore. Illa quasi
voti sui iam compos facta leta recepsit, & breui post
elapso tempore rogarit iterum fecit Episcopum pro te,
vt videret si temperasset adhuc Episcopus animum, &
mansueticeret rigor diu præhabitus. Quid multa? Paucis
rogatis promptissimus annuit, deditque sine contradic-
tione licentiam, quam vix illi libenter vñquam dede-
rat aut raro.

*a. Is fuit Hugo de Petraponte, qui creatus anno 1200. obiit
anno 1229.*

CAP. XLV. De transitu eius, & de iis quæ in eo contigerunt.

114 **P**raesciens igitur in spiritu venerabilis femina ap-*Filia sumi*
propinquare sue dissolutionis diem, coepit an-*spirituales*
xiari & esse magis sollicita de filiabus suis, quas Christo *sæpius ad-*
lucrificerat, quasque vñque in tempus istud in disciplinâ *horatur.*
Domini benignissimè enutrierat: crebrius quoque cas
conuocas ad se, & semper ad meliora exhortans instrue-
bat. Intantum siquidem tenera in dilectione earum fa-
cta est, quia non diu se cum eis præsciebat esse manu-
ram, quod aliquantulum etiam orationibus & psalmis
parcere videbatur vt frequenter eis colloqueretur &
pleniū disciplinâ instrueret Christi; nunc priuatim,
nunc publicè, nunc particulariter singulas, nunc simul
omnes castigatis, admonens, & confortans, exhortabatur,
vt nihil eis in virtutum consummatione decesset, sci-
rentque quomodo post eius transiit conuersari de-
berent, ac in amore Christi perseverare iugiter.

115 **S**ic se habente cum filiabus matre, magistrâ cum
discipulis, appropinquabat tantò magis, quanto expe-
ctata diutius, gloria Christi natiuitas: cuius ultimo
festivitatis die, id est, die octauarum sanctæ Epiphaniæ
Domini ex hac luce migrare debebat. Cumque tranſi-*Morro*
ſent in orbem dies aliqui festivitatis eiusdem, ecce me-*corripit.*
diâ nocte sanctæ apparitionis Domini, cum ad confi-
tendum Domino surgere vellet, siue consueuerat, vi-
lentâ correpta febrium, viribus corporis cœpit omnino
destitui. Ad sonitum ergo & vocem se plangentis exur-
gens socia ipsius, quæ cum eâ erat in domo, accurrit:
sed nolens sancta anima eâ noctis horâ propter se tu-
multum excitari aliquem in domo propter quietentes,
ac si modicum patretur frigus, nam hyems erat, operiri
se paullulum rogat, denique sociam redire pausatum.
Sed molestia febris sumente incrementum in dies, it
rumor per viciniam adesse resolutionis eius diem: fit
planctus & dolor vniuersis, qui eam nouerant: quere-
banturque singuli amittere tamquam proprium, quod
omnibus daminum extabat communice.

CAP.

CAP. XLVI. De confessione eius
ultimâ.

i15 INterim eā optante plurimū presentiam Domini
Ioannis Florentiensis Ecclesiae Abbatis, vt loqui ei
posset antequām decederet, nec in tantillo voluit eam
Dominus fraudare à desiderio suo. Qui cū eo tem-
pore in multis Ecclesiae sua negotiis occupatus in par-
tibus esset remotis valdē, ita vt nec vbi inueniri posset,
sciri à quoquā posset, venit tamen opportuno satis
tempore ad partes illas fortē fortuita tunc iter faciens,
& penitus eorum quā gerebantur ignarus. Audiens ve-
rō eam infirmari, quā multū dilexerat ipsum in vitā
suā, qui & ipse eam videre desiderabat, accurrit anhe-
lus, & confringi faciens ex parte parietem cellulæ in quā
decumbebat, introiuit: & videns eam iacentem in le-
ctulo, hæsit paullulū admirans, quia clarus ei vultus
& facies erat serena, admodū color viuidus, verba
iocunda, gestus soliti, ora ridentia, totaque talis vt nul-
lum in eā signum pérpendi de facili posset aegritudinis.
Verū ipsa viso eo gauisa est valdē, factaque ei pecca-
torum suorum confessione, multa quā huic libello in-
serta sunt, licet mallet ea occultari quā sciri à pluri-
bus, eidem sciscitanti aperuit: sicque valedicens ei, quia
non visura eum amplius erat, roganque vt pro se Do-
minum oraret, in pace eum dimisit, quia in procinctu
erat itineris.

CAP. XLVII. De filio suo Abate,
quem resignare volebat officium
suae Prælationis antequām dece-
deret.

i17 F ilio quoque suo seniori, qui erat tunc temporis
Abbas ^a Aureæ-vallis, vt prædiximus, mandari
per nuntium fecit vt ad se veniret, volens ipsum indu-
cere ad hoc ante obitum suum vt administrationis sua
resignare officium vellet, eō quod molesta ei dudu exti-
tisset & grauis admodū ipius filii præatio, cū tañen
nullus sciret molestiæ causam. Qui cū eo tēpore veni-
te non posset vt dicitur, venit tamen post transitū ma-
tris, sed eam quam videre venerat, sepultam reperit.
Fillius eius,
quod illa-
desidera-
ratis, Abba-
sus munus
dimitit.
b Attamen vt mortua mūndo, mellori se vitā cum Chri-
sto viuere ostenderet, & mortuam se posse quod non
poterat viuens, vix eidem filio **Abbatii** sepulcrū inuise-
licuit, cū ecce fribitò pēt nuntiū reticatus à Patre &
Abbate, vltro postulauit absolui, & obtinuit.

a Extat apud Claudium Robertum catalogus Abbatum Aureæ-
vallis, in quo huius deest nomen; reponendum inter Petri Leodiensis,
qui ann. 1214. dicitur obiisse, & Henrici de Sathanaco qui
1228. nomina.

b Claræullenſi nimirum: nam Aurea-vallis Claræ-vallis
filia confetur.

CAP. XLVIII. De extremâ inunctione famulæ Dei Iuettæ.

i18 INterim morbo ingrauecente, timentes quā cir-
ca ipsam erant, ne absque sacri vunctione olei eam
fortè migrare contigeret, rogauerunt vnamiter eam
omnes, vt se inungi permittere vellet. Non est, inquit
illa, ô filia mea, necesse adhuc intungi, sed feriā quin-
tā, horā nonā, vt proposui, qui dies post tres dies erat
affuturus, vt arbitror. Nolite, inquit, timere vos, aut
sollicitari de me, quia in veritate dico vobis non me de
hac vitâ deceſſuram, donec omnia mihi Sacraenta
Ecclesiastica fiant. Illis è contra instantibus die alterâ vt
inungeretur, quia timebant ipsius defectum, eō quod
vnde recrearetur natura non fumeret quidquam; vide-
bant enim eam clausis oculorum luminibus non moue-

ri, vt pote quā mentē ad inuisibilia transfuderat totam, **Auctor.**
& inuisibilium amorem totis visceribus inhiabat, ac si **Hvgone.**
nihil commune haberet iam cum mundo; videntis ^{ex MSS.} pia
mulier filias pro se cōtristari & inœtas esse propter tar-
ditatem vunctionis; Ecce, ait, quia instare vos video, vt **Inungit ut
Iustitia.**
fiat quod vt die fierer altero proposueram, & non fine
causā, ne vos contristem amplius, en, ait, voluntas fiat
vestra, non mea: facite quod vultis. Sicque inuncta &
omnibus communis Sacramentis, debito cum honore
ac reuerentiâ, Ecce, ait, feci quod petiſtiſ, né turbare-
tur vtrā vester animus, verumtamen sciatis non trans-
itur me mōdo, sed die & horā quam prædixi. Re-
quisita demum secreto à familiaribus quare Sacramen-
ta haec v̄que in feriam quintam voluissit differrē, re-
spondit, idē se voluisse hoc, quia sciebat beatam Dei **Prædictis
diem &**
horam
mortuā.
D. Virginis
à Christo
committi-
tur.
nitrice Mariā pro se, Amen, deducendam se ab eā fore
ad perpetuas bēatorum spirituum mansiones. His audi-
tis compunctæ sunt valdē, dolueruntque plurimū vnu-
ctionis tafn repentine contra tam felix propōſitum
ipsius voluntatemq; se extitisse cauſam.

CAP. XLIX. De die transitus eiusdem.

i19 INtereā expectantibus cunctis diem & horam
quādido Dominus venturus esset ancillam suam
inuise, educereque de tenebris ad luceim, de exilio ad
patriam, de terris ad cælos, de regione vmbra mortis in
terram viuentium, repente illuxit dies tertia, scilicet fe-
ria quinta octauarum Epiphaniae Domini, dies, inquam,
ei diu desiderata, tamquā dies redemptionis nouæ, re-
paratoriæ antique, felicitatis æternæ; ipsi quidem dies
salutis, solennitatis, & lætitiae; iis autem qui conue-
nerant, dies calamitatis & miserie, dies doloris & fle-
tuū: non quod ipsius non congratularentur gloriae,
quam intimè diligebant, sed quod tantæ matri dulci
solatio videbant se irectiperabiliter in posterum debe-
re destitui. At cū à plerisque, qui eius notuerant pro-
deſſe multis in carne præsentiam, rogaretur, vt ad
multarum emendationem animarum aliquamdiu per-
manere in corpore vellet adhuc, tamquā certissime **Eius refi-**
gnatio.
scientes eam permanere si vellet, nihil illa sua se relin-
quere voluntati respondit, nec in quamlibet se inclina-
re partem, in quā non voluntas esset Domini. Perma-
nere quidem in carne adhuc paratā se, si vellet Dominus,
propter eas, dissolui verò & esse cum Christo, multò si-
bi fore optatius; verumtamen in omnibus his non sua,
sed voluntas fieret Domini. Horā itaque diei illius no-
nā, siue paullū amplius, sentiens dilecta Deo anima per
spiritum, aduentum adesse sponsi & sponsæ, id est,
Christi & Mariae, dicto illo psalmi versiculo, In manus **Più mori-**
tus commando spiritum meum, redemisti me Domi-
ne Deus veritatis, hilari vultu, propansis manibus, ocu-
lisque eleuatis in celum, quasi venienti applaudens ex-
ire nitebatur obuiā cum lampade virtutum & bona
conscientia oleo: cū ecce assumptam de corpore
animam, velut alterum Moysēm ē fiscellā sublatum
scirpea, filia Regis Virgo Maria, Regi filio velut depo-
ſitum fidele repræſentat, ſublimandam in filiam regni
& heredem. Et qui in dormio circa ipsam erant, ac si in
extasi rapti eſſent spirituum, repleti ſunt mirā quadam
diuino ſo-
& indicibili gratiā mirificæ ſuavitatis & elevationis
latiore-
plentur,
Christi præſentiam nemo eſſet qui ambigeret.

CAP. L. De gloriâ morientis, & clarita-
te vultus eius.

i20 S quidem splendida facta eſt facies eius egredien-
te animâ vltra aſtimationem hominis: & quaſi
iam

Auctor. iam circumdari cam floribus rosarum cerneret & con-HVGONS. uallium liliis, totius partes corporis atque membrorum ex MSS. obduxerat rubor quidam roseus albedini partim decen-Splendescit hil aliud videretur esse, quam diuinum quiddam, & cæ-ter admixtus per totum, adeo ut intuentibus in eam ni-eius facies in morte, lestis obumbratio quedam gratia in corpore mortuo, ac ae corpus. caro faciei resplendens, futura quasi glorificationis signa præstenderet.

CAP. LI. De motione elementorum in obitu eius, & mirabili auium concentu.

ALiud quiddam dicturus sum, in quo etsi aucto-ritatem fortè miraculi præstare non possum, dulce tamen ad audiendum auribus est, & ad rememoran-dum suave. Cùm totâ die illâ usque ad horam transi-tus Sanctæ, talis ac tanta temporis & aëris intemperies esset, vt cælum & terra, pluia & venti, nix, grando, & procellarum cuncti spiritus, quasi coniurasse viderentur in diem illum, vt nec ostium domus suæ de facili quisquam audieret egredi; ac si mota se ob mortem ancillæ Domini elementa cuncta faterentur; (mira dicturus sum) ecce contra fenestram cellulæ, in quâ agonista Christi agonizabat, multitudine insedir innumerabilis auium volucrumque diuersi generis, & quasi congau-dentes decadentis gloria, diuersarum vocum concen-tuumque modulatione suauissimi aures intendentum demulcebat, ac si diebus factum cerneret æstatim. Perseuerauitque concentus auium ille, donec campanarum cef-aret sonitus, quæ pro eius obitu pulsabantur.

CAP. LII. De quadam muliere curatâ.

Quædam impos-mē-tis, cura-tur.

Tem contigit eadem horâ feminam quandam ve-nerabilis vitæ ac nominis, de ipso oppido Hoyensi, quæ per frequentes vigilias nocturnum, defectum passa capit, non benè compos mentis ac sensuum extiterat à multo tempore, audire sonitus campanarum, quæ pro ipsâ pulsabantur. Sentientque per excessum quasi mentis quod pro transitu matris eadem resonarent signa, cogitansque eam transuehi ad cælos, cum multâ medi-tatione ac desiderio spiritus quasi prosecuta est longius abeuntem: congratulabaturque gloria eius, quam val-de in vitâ suâ dilexerat semper. At ubi ad seipsum re-versa est, sanitati pristinæ redditâ est plenè, nec dolorem malumque huiusmodi experta postmodum ab eâ die & deinceps.

CAP. LIII. De subitâ mutatione aëris factâ in transitu eius.

Post eius mortem aër sere-natur.

Nec sub silentio prætereundum est, quod ubi memoratus auium cantus vñâ cum campana-rum sonitu audiri desit, tanta in momento aëris serenitas, quiescentibus procellis, ventis & pluviâ, subse-cuta subito est, cælum arridere, terra & aër sole sibi reddito applaudere coepunt, ac si cuncta in beatæ mulieris occursum elementa obsequium præstare crederes, exultare, ac lætari quasi in diebus æstatim.

CAP. LIV. De muliere, quæ per spi-ritum cognouit eius transitum.

Quædam pia mulier orans in eius obitū illam cali-mutationē intellexit per reuelationem Spiritus Dominam Iuettam fieri.

Altera quoque mulier ex oppido memorato deuotionis eximia vitæque laudabilis, eadem horâ orans in domo erat: cùm ecce subitam immuta-tionem considerans cæli, & aëris serenitatem tam lu-cidam; nec sine causâ id factum apud se coniiciens, intellexit per reuelationem Spiritus Dominam Iuettam fieri.

Inclusam ex hoc migrasse seculo, ideoque ob eius re-uerentiam congaudere elementa ascendi, affectu quo poterant, obsequiumque præstare honoris ei, quam ipsum creatorum suum honorare videbant suæ præsentia maiestatis.

CAP. LV. De iis quæ facta sunt post obitum.

Elapsis interim diebus non multis, vt aliquod Mater sancta relinquet cōfolationis vestigium iis, qui pro sui amissione præsentia corporalis consolari non poterant, scirentque se sollicitudinem habere personarum ac loci multo efficacius iam cum Christo vi-uentem, quam dum carnis adhuc cum eis teneretur ergastulo, contigit res huiusmodi. Siquidem cùm vi-uentे eā quædam agenda existerent, maximè de rebus & causis pertinentibus ad consummationem ecclesiæ & operum, quæ facta fuerant in loco, quæ sine decreto & confirmatione Leodiensis Episcopi perfici omnino non poterant; multotiens quidem laboratum pro eis est, sed non elaboratum. Post transitum vero eius re-cens factum, apparuit quidam familiaris suæ feminæ re-ligiosa ac timenti Deum, Margareta nomine, quæ in Apparet cuiusdam dicitur ecclesiæ operibus necessaria fuisse probatur ad-curanti ut modum, quæque magis pro consummatione eorum, adficiæ quæ adhuc restabant, operum erat sollicita, multos pro persicantur eisdem passa labore. Hæc, vt suprà memoraui, ab initio Sanctæ Dei associata est, & collaboravit ei in cunctis operibus quæ facta sunt, bonâ fide & labore plurimo, vt in præsentiarum videre est. Apparens igitur isti vñâ no-stium in somnis, in formâ decorâ valde, & quasi ei vi-deretur compati de iis, quæ testabant, consummandis, lætâ facie & tamquam ad ambulandum se parans ipsam inuitans dixit ei: Margareta, sequere me, quia Leodium vado. Hæc dicens disparuit visio. Surgensque mulier summo manè ad viam se præparat, cùm tamen eâ nocte ceciderit nix permulta valde, & quanta, vt arbitror, die-bus nostris numquam cecidisse visa est aut raro. Af-sumprâ ergo quadam puerâ alterâ secum de Hum-brikurt, quam & ipsam mirabiliter à diebus iuuentutis primæ beata mulier Iuetta, ab ipsis penè nuptiis & amo-rem nego-re feculi abstraxerat, pergit amba desiderio vocantis tiorum ei se & perficiendi negotijs, & cum maximo tandem labo-re & dolore ad Epilcopum usque peruenierunt: cui ape-rientes caussam viæ suæ, propitiū valde & ad omne beneplacitum voluntatemque ipsarum ultra omnem estimationem hominis fauorabilem inuenierunt: cùm tamen ob infirmitatē cuiusdam molestias, quâ Episco-pus idem decumbebat, eo tempore difficilis ad eum haberetur accessus nimirum. Et vt perfecerunt omnia secundum velle cordis sui, teuerunt sunt cum gaudio ad propria, ita tamen quod neminem huius beneficij au-torem interpretatae sunt alium, quam venerabilem Iuettam, quæ præcesserat & præparauerat viam earum ante ipsas: & verè, vt arbitror, sic erat.

CAP. LVI. De sepulturâ corporis eius.

Transit ergo venerabilis mater Iuetta, vt præ-dixi, & quia sperabatur filius eius Abbas Au-reæ-vallis venturus, expectatum est de sepeliendo cor-pore tribus diebus & vñâ, vt idem filius maternis ex-sequii interesset, pro quo iam missum fuerat. Qui cùm, sepelitur vt præostensum est, venire non posset, per Dominum ab Abbate Ioannem Floreffiensem Abbatem, qui auditâ morte Floreffiensem eius iam aduenerat, corpus eius in ecclesiâ debito cum honore terræ mandatum est, beatè resurrectum in gloriâ, dum mortale hoc induet immortalitatem, & conuersa fuerit iustitia in iudicium, & in victoriâ ab-sorpta fuerit mors.

Migravit autem ad Dominum anno gratiæ milleti

*Quando
mortua
fui.*

⁴ a millesimo ducentesimo vicesimo septimo, Idus Ianuarij, feria quintâ, ipsâ die Octauarum sanctâ Domini apparitionis, apparens & ipsa vultui Dei munda protinus ab omni labe tam originalis peccati, quam actualis, lacte candidior, vitro purior, pretiosior auro obrizo, preparata & orniata, tamquam sponsa viro suo.

a More nimirum Gallorum antiquo, annum a spicantum à Paschate: cum alioquin anno 1228. non 1227. incederis oclausa Epiphania in feriam quiniam.

CAP. LVII. Anni vitæ eius septuaginta, qui numerus non vacat à mysterio.

Series vñtis 128

O Ctauo & decimo ætatis suæ anno vidua facta est, cùm vixisset cum viro suo annis quin-

que: & quinque post eius decessum mansit vidua inter *Auctor.*
fuos. Seruuit deinceps annis decem, vt perfec- *Hvgone,*
ctionem adimpleret Decalogi. Deinde soli vacavit in ^{ex MSS.} cellâ Domino annis circiter triginta sex, qui omnes se-
xaginta nouem annos efficiunt. Sicque anno ætatis sue
septuagesimo, qui est annus relaxanda captiuitatis veri
Iudei de terrâ Babylonis in Hiérusalem, liberata &
ipsa est à seruitute corruptionis huius, & translata ad
visionem veræ pacis Iesu Christi Domini nostri, qui est
pax nostra pacificans quæ in calis & qua in terrâ sunt,
interficiens inimicitias in semetipso super lignum Cru-
cis; cui honor & gloria cum Patre & Spiritu sancto in
secula, Amen.

DE B. VERONICA DE BINASCO, VIRGINE, MEDIOLANI.

*An. Ch.
meccc
xcvii.
XIII. IA-*

*Bacina
B. Veroni-
naealit,*

*professio-
vita,
ad hanc
schola,*

*raptus, &
reuelatio-
nes.*

Binasco Longobardia oppidū est, medio ferè Ticinum
inter ac Mediolanum itinere, quod Leander Albertus
honestum & frequēs castellum vocat, traditq; ad
Bacina Latinè dictum Alciato, qui isthac magnificam habuit
B. Veronicae villam, Binas alit. Hinc orta sub anno 1445. Veronica est,
ea patria, qua vicesimo secundo anno etatis religiosum institutum Medio-
lanii in S. Martha cœnobio complexa, tandem anno 1497. id.
Januarij, feria 5. sancte mortua, viginti pōst annis, Leonis X.
auctoritate, in eodem monasterio colli caput. Eius meminit Fer-
rarius in generali catalogo SS. hiis verbis: Mediolani in cœ-
nobio S. Martha, depositio B. Veronicæ de Binasco
Ordinis Prædicatorum.

² Sitne illud S. Martha cœnobium, Prædicatorum institu-
tione olim formatum, haud possumus pronuntiare: nihil in Ve-
ronicæ vitâ reperimus, unde id confidere fas sit; S. Augustinus,
ac S. Martha seu peculiares Patroni identidem memorantur.
Fortassis hoc scribendi præbita Ferrario est ansa, quod Isidorus
Isolanus Prædicator, cuius alia quadam præclarâ extant monu-
menta, vitam Veronicæ descripsit. Ea anno 1518. Mediola-
ni, typis Gotardi Poncii edita est.

³ Quod nauci sunus exemplar in membranâ excusum,
scholis erat, auro, minio, colore vario, exaratis illustratum: qua-
efsi pietatem rerumq; sacrarum reverentiam eximiam sapie-
bant, addere tamen omnia superfluum daximus. Bibliopela, à
quo id in Italiâ emptum est, asserebat Cardinalis S. Cæciliae
Sfondrati fuisse, eiusq; studio scholia illa adiecta. Innuebat, vt
remur, Paulum Æmilium Sfondratum, non eius patrum
Nicolaum Sfondratum, qui Pontifex Maximus Gregorius
XIV. dicitur est: fuit alioquin uterque tituli S. Cæciliae Cardi-
nalis; nam Franciscus Gregorij XIV. parens, tit. S. Anasta-
sie Cardinalis fuit. Ast omnium horum etate anteriora sunt
horum scholorum nonnulla, vt ad lib. 3. cap. 6. dicetur. Erat in
eodem volumine officium de B. Veronicâ, manu exaratum, ac
Missa, quæ omittenda duximus.

⁴ Multa in extasi vidisse memoratur Veronica, quæ viri
docti respuunt ut suspecta falsitatis, circa vite Christi mysteria:
verum isthac fortassis obscurius ab eâ narrata, ita scriptor expo-
suit; aut ipsa ex rerum istarum præcepis animo imaginibus re-
tulit, cùm immensam vim diuine lucis & dulcedinis, quarum
nullas habebat in phantasiam species, exprimere non posset. Atque
id in aliorum quoque Sanctorum raptibus & reuelationibus li-
tebit subinde obseruare.

INEXPLICABILIS MYSTERII GESTA
B. VERONICÆ VIRGINIS
PRÆGLARISSIMI MONASTERII S. MARTHÆ
VRBIS MEDIOOLANI,
SVB OBSERVATIONE REGVLÆ DIVI AVGUSTINI.

DEDICATORIA.

Christianissimis Francorum Regibus
Frâscico & Glaudiæ iugalibus, "Me-
diolaniq; Ducibus inuictissimis, Fra-
ter Isidorus de Isolanis Mediolanen-
sis, Ordinis Prædicatorum, humani
diuiniq; Regni felicitatem.

Visq; ab orbe condito, Francise Christianæ
Glaudiæq; maximæ spei Reges, mor-
norum ge-
talium stratagemata magno & excel-
lenti ingenio nosse fategerit; ea qui-
bus Catholicae veritatis cultores viri bete.
præclarissimi fulsere, maiori ceteris admiratione digna
esse persuasum habebit, fatebitur, constantissimoque
asseuerabit ingenio. Nempe si Iudeos, genus electum
Deo institutum; sapiens, præclarum; si philosophos, ani-
mi nobilitate præcipuos; si legislatores insignes specta-
tores; si Reges, altissimos principatus maiestate; si
magnificentissimos vrbi conditores; si Duces illu-
strissimos, bellorum, inquit, fulgura, ac viros denique
litteratissimos, qui in omni gente, quæ sub calo est, cla-
ruere, ad unum iustissimi throni exatnen euocaueris;
Christianis incomparabiles omni ex parte inuenientur.
Solis Iudeis notus nonnumquam Deus felicissimus cre-
ditus est: qui sacrificiorum pia sacra eidem Deo cali-
libantes spiritu præcelluere propheticos. Philosophi viri
præ ceteris mortalibus naturæ secreteora lustrantes, eru-
diti, elegantes, immortalis animi signa admirandis ope-
ribus dedere. Legillatores æqui prudentes, gnarique
rerum humanarum, tot tantisque rebus publicis insti-
tutis, orbem vniuersum auxisse videntur. Reges pien-
tissimi, magnarumque mentium pectora sortiti, diuites,
præclaris, stabiles, historiographos illustres effecerunt.
At qui bella gesere Duces incliti, nobiles, ingenui, pa-
cem armis seruauerunt, magnisque tropæis inter mor-
tales beneficî placidiisque cōmemorari fategerunt. Litte-
rarum denique eruditissimi cultores pectoribus altis
omnibus.

ACTOR. omnia excoluisse, illustrasse, immortaliaque reddidisse Isidoro videntur. Sed, ô Christum Deum immortalem! ô hominem in tempore quidem natum, sed cunctorum habens perpetuo moderantem! ô Deum altissimum, cuius diuini sedatores Iudæorum dogmata caeli lumine perspicua facientes ante mortalium oculos posuerunt; & holocanthal in melius permutantes sancti Spiritus aduentu Prophetas superauisse non ambigimus. Enimvero philosophantium litteraria instituta Christianis comparata dogmatibus, exilia, impolita, cœca, scida, deformataque, duce vero, ac periculis ostentantibus inueniuntur. iam Christiano lumine Reges amplissimi sapientes effecti apud Superos inexcitato mortalibus diademate coronari peroptant, magnique Duces arma Christo referunt. In Christianæ profecto familiæ laudibus dicendi topia rega satificat, nubilâ grauiisque sedet: secundis etiam felicibusque flantibus Euris velox ac constans fons eloquentia manans deficit, hebet, & languet. O Christianorum diuinæ gentes! ô tempulicam misericordiam, diuinâ honestatem obsignitam, præstantissimam, optimam, quæ humanos animos non inter sidera inanis segmento locat, verum beatis enuetat spiritibus, fantasticoque viuendi genere post fata beat!

2 Quamobrem, Franciscus Rex inuidissime, Glaudiaque coniux magnanima, à quibus Italia pacem optatissimam inaudito triumphi generi pœnitus demum accepit; Celsitudini vestrae volumen secreta continens celestia offere institui. Cui enim circumspicimus hominibus virginis gesta Christianam fidem extollentia dicare fas erit, quam Regibus Christianissimis? Tu enim es ille Christiani exercitus Imperator, O Franciscus Rex inuidissime, quem Catholica religio, Crucis munimine insignitum, Christi nominis hostes superaturū practolarum, obsecrat, certoque numine spectat. Iam iam videtur ommes Christiani Imperii fines Michaëlem Archangelum sacrum crucis signum ante te deferentem, voce magnâ clamantem & dicentem: Hac dicit Dominus Christo meo Francisco, cuius apprehendi dexteram ut subiiciam ante faciem eius gentes & dorsi Regum vertam: Ego ante te ibo, & gloriosos tetras tibi humiliabo. Te vero, Claudia, Reginam constantissimam labenti orthodoxæ Reipublicæ veluti suffragia allaturam plurimi venerantur, colunt, & exceptant. Verum enim in celum oculos mentis atollite nonnumquam, ô Reges tantæ spei, & iusta Dei iudicia considerate, quibus ab inuictali Deo electos Principes immeritos didicimus reprobari, siue dum iustitiam pessimadant, siue dum Romanum Pontificem minime venerantur, siue dum natura deliciis laxant habentas. Vos itaque, in quibus domus Dei penè diruta atque Imperium militantis Ecclesie inclinatum recumbit, magni Dei tremenda numina pertimescere rogamus: obsecrantes per viscera misericordiae Dei nostri, quod humanarum diuinarumque rerum secundos successus vobis afferant, confirment, consolidentque usque in diem Christi Iesu.

3 Cogor idem mea quantulacumque litteraria bona Tuz inscribere Maestati, ô Franciscus Rex maxime, ne detestandum ingratitudinis crimen subeam. Superioribus etenim mensibus per tuas litteras iniunxit viro vndique clarissimo Ioanni de Selu Senatus tui Mediolani aequissimo Praefidi, ut tuis eleemosynis me aleret, quamquam varia Italæ regna pro meorum Superiorum imperio sapienter peragarem. Accipite igitur Reges Christianæ Reipublicæ lumina diua Virginis gesta, Veronicamque virginem incognitæ mortalibus sanctitudinis numinibus vestris tutelaribus annumerate. Valete felices. Ex ædibus Diuæ Mariae Gratiarum, Mediolani, in solemnis S. Michaëlis Archangeli MDXVII.

a Occuparat paulò ante Mediolanum, aliasq; Insubrum urbes Franciscus I. Gallie Rex.

PROOEMIVM IN VITAM

B. VÉRONICÆ MEDIOLANENSIS,

Fratri Isidori de Isolanis Mediolanensis Ordinis Prædicatorum & vitæ regularis professoris.

Cælestibus diuinarum litterarum prodicibus *Misericordia Ecclesiæ temporibus, Sanctis à Deo ex citantur* arcans, didicimus infelici tempestate circum nostra tempora dilabente homines futuros, qui integritate animi, fide, speque inuolabili, pietate insigne, frugales, ac eximiâ sanctitudine superis ciuibus *citantur* familiates, in præceps ruenti per abrupta vitiorum humano generi præstò adessent, & tamquam splendidissima lumina orbem vniuersum illustrarent. Horum quamquam præclarissima virtus plurimis mortalium ablcondita latebit; eos tamen summus opifex tanto amore prosequitur, vt vnâ se cœnaturum mystico verbo spoponderit. Si quis, inquit, aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo. Hac quidem munere prouidentissimo Christi maximi imperij militantis Ecclesiæ iura moderantis euenire non ambigimus, fatemurque, ac sole clarius obstrictis oculis lumen fidei clarissimum non abiiciens explorata redduntur.

Apoc. 3: 20.

5 Enimvero cum prælaretur Principum gladio adversus Christianam Rempubliam humani generis sauvissimus dæmonum exercitus, obiecit insatiabili homicidæ Deus pientissimus colla Martyrum, Virgines *Martyres contra tyrannos dabantur* quoque præclarissimas, quarum lacteo sanguine debaccharerunt. Reculere inuidissimo tropæ, & sanguinem *contumaciam* proprio laureati supernæ terrenæque Hierusalem muros magnificiores amplioresque effecerunt. Terga dans victoribus Sarah altera bella suorum militum impia turbæ nouis armis dimicaturæ iniungit. Arma quidem refert vietus; at hæreses infelia mortalium ingenia edocet. Hinc Arius, Sabellius, Ebion, ac plerique falsa sanctitudinis imagine deceptos homines *Doctores contra hereticos.* innumerous ad tartara demiserunt. At Christus caelestib; fulgidus armis viros delegit, queis diuina Spiritus *relictes.* sancti munera quam largissime donavit. Hi fuere Catholicæ veritatis Doctores innumeri, os & sapientiam à Patre luminum accipientes, quibus resistere non potuerunt orthodoxæ sapientia hostes terribiles. Sequuti tandem hypocritæ tristes, qui Christiano titulo insigniti, vitâ turpi, iniquis moribus, verbis sceleratissimis Christi Maximi iussa haud in magno ponunt discrimine. Quis etiam supercaelestium fætorem sulphureum *Confessores & Virgines contra* putet ardoris horum impieratis ferre patienter queat? *hypocritas.* Hos feminei sexus sanctitudine (vt viros diuinos præterea) præclarissimo ingenio, rerum diuinarum certissimis periculis ad se petram alludit Christus, quæ confringuntur, atteruntur, & inanissimi sole clarius ostenduntur.

6 Plurimæ quidem feminæ Christianæ religionis nostrâ tempestate floruerunt, quarum gesta impiis incredibili censentur, pij vero lumine fidei illustres eadem Dei mirabilia demirantur, credunt, ore prædicant & fatentur. Quis enim non admiretur feminam singulis hebdomadis passionis Christi dolores experiens? *Miranda qua sanctæ feminæ accidit.* Quis non obstupescat Christi Maximi stigmata in corpore portantem, futura præloquentem, suprema Dei immortalis arcana Angelis docentibus clarissime intelligentem? Ambigendum minimè Angelum tenebrarum lucis Angeli speciem sapienter mentiri: sed credo equidem (nec vana fides) id hominum genus ab Deo esse, regi, & instrui, qui caelestia alto ingenio meditantes in diuini amoris nouas erumpunt flamas, ac supra naturæ vires demiranda experti mirabiliora docent, contemnuntque omne quod in mundo est, vt Christum lucifaciant. Hac probandorum spirituum an ex Deo

ex Deo sint lex est, hæc ratio, hicue modus. Quos vbi dignouerimus, captiuandus est intellectus noster in obsequium Christi.

7 Quamobrem Veronicæ Virginis incomparabilis, quæ me annos adolescetia agente diem obiit, magnum sui nominis titulum mortalibus, præsertim Mediolanensibus, relinques, gesta conscribere orsus aggredior.

A quibus acceperit auctor, que de Veronice scribit.

Collegere primum isthac, Christi Maximi imperio, Benedicta femina sanctimonialis grandæa cœnobij Diuæ Marthae, Veronicâ reuelante, Thadæaqua Ferrariensis, ex Bonaliorum familiâ, eiusce professionis, (quæ à secretis Veronicæ esse voluit Saluator) oculatissima equidem indagatrix Virginis Veronicæ auctorum. Tribus voluminibus ea conscripsit Benedicta materno eloquio, quæ Latinitate donantes eisdem tantummodo ordinem addidimus. Neque volumina manu Benedicte conscripta diuersa continent, sed duo archetypi sunt, tertius verò ab utroque exceptus ad verbum transcriptus est. Sunt & apud mortales nunc plerique rerum Veronicæ probatissimæ virtutis testes. Nos equidem celeste hoc opus exorsi sumus diuinâ miseratione, neque enim nos dignos arbitramur, qui talia Latino sermone donemus. Verum cùm nostræ exilitas conditionis candidæ veritati aut addere quodpiam nequeat, aut minuere, Euangelica sententia in medium afferenda

Iean. 3. 8. est: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis

vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Sed cùm benignum sit & plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris, quemadmodum obnoxij animi est, & infelicitis ingenij iudicium existit, obtreccatione alienæ scientiæ famam sibi aucupari; fatemur Benedictam Veronicæ gesta conscribebitem, diuinos amores spirantibus verbis vt; quiam nos frigidi pectoris imitari nequimus. Quæ igitur latenti energiâ carrent nostra volumina, et si in tantâ scriptorum turbâ in obscuro sint, nobilitate tamen ac magnitudine rerum scriptarum me consoler. Utcumque erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoria pro virili parte, & meipsum

Liu. lib. 1. consuluisse. Enim uero (vt nobilis historici verbis iterum ytar) si me amor negotij suscepti non fallit, in haruthi rerum cognitione hoc præcipue salubre ac frugiferum tibi aderit, quoniam omnis exempli documenta in illustri posita monumento intuebere. Inde tibi quod imite capias: inde fœdum incepit, fœdum exitu quoq; viates. Ceterum opus præsens multifariam diuisimus, fatis ingenuo Lectori facientes. Per libros enim & capita seeta volumina sensum augent, & ignavis vigorem interualla præstare confuerunt.

BVLLA LEONIS X.

Permittentis coli festum B. Veronicæ.

Leo Papa X. dilectis in Christo filiabus
Matri & monialibus monasterij B.
Marthæ Mediolani salutem &
apostolicam benedictionem.

Dionysius Episc. Maclouienfis Legatus Regis Gallici apud Pontificem.

a 8 CVm, sicut venerabilis frater Dionysius Episcopus Maclouienfis apud nos & Sedem Apostolicam pro carissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo, nobis nuper pro parte vestra expotuit; Vos summoperè cupiatis quondam Veronicam, dum in humanis ageret, vestri monasterij monialem professam, ob singulares exemplaris virtutis virutes, ieiunia, orationes, vigilias, & quæ ampliores alias virtuosas & Deo gratas & acceptas operationes, quas adhuc viuens gratiâ diuinâ sibi assistente operabatur; ita ut pium sit credere eam in calum esse relatam; cum ob crebra quæ suis intercessionibus Dominus noster indies

Tom. I.

post ipsius obitum operatur miracula, tum ob singularem deuotionem quam ad eam geritis; & vt deuotionis Isidoro feruor accretat, & bonorum operum sectatrices indies *Isolano* magis atque magis efficiamini, vt liceat vobis eam in ecclesiâ & monasterio vestro pro Beatâ colere & verecari, ac in ecclesiis & sacellis vestris eius imaginem depingi facere. Quare præfatus Dionysius Episcopus & Orator nobis vestro nomine humiliter supplicauit, vt huic vestro tam pio honesto desiderio satisfacere, pro nostri pastoralis officij debito, de benignitate Apolo-lici dignaremur.

9 Nos igitur qui fideles quoilibet, & præsertim feminei sexus sub suavi religionis iugo Domino famulantes, ad deuotionem & venerationem Sanctorum & Sanctorum Dei, quantum possimus, libenter excitas; & vt imitatrices illorum existere valeant, earum *Permitit* piis desideriis ex magno deuotionis feruore prodeun- *Pontifex* tibus libenter anhuiimus, huiusmodi supplicationibus *Veronicam* inclinati, vobis quod pro vestra speciali consolatione *ut Beata* eamdem Veronicam in vestris ecclesiis & sacellis *coli, eiusq; imaginem* Beatae *venerari, & illius imaginem depingi facere, sine pingi.*

incursu alicuius demeriti, vel idololatriæ, seu conscientia scrupulo, possitis & valeatis, auctoritate Apostolicâ & tenore præsentium, de Apostolicæ auctoritatis plenitudine concedimus pariter & indulgemus, constitutio- nibus & ordinationibus Apostolicis ceterisque aliis in contrarium faciebibus non obstantibus quibuscumque. Per hoc autem non intendimus quod catalogo Sanctorum adscripta sit, donec ad illius canonizatio- nem actualiter processum fuerit. Data Romæ apud S. Petrum, sub annulo pectoris, die quindecima De- cembribus M. D. XVII. Pontificatus nostri Anno quinto,

Euangelista. à tergo
Dilectis in Christo filiabus Matri & monialibus monasterij B. Marthae Mediolanensis.

a Dionysius Brilonetanus LXXX. Episcopus Maclouienfis, vir

sancitissimus, missus quoque fuit pro S. Francisci de Paulâ canoniza-

tione ad Leonem X. Legatus, ut 1. Apr. dicemus, & B. Ioannis de

Craticula prædecessoru sui beatificationem obtinuit, de quo 1. Febr.

COMMENDATIO HVIVS LIBRI

Ad Patrem monasterij S. Marthae.

Rufinus Belingerius I. V. Doctor, Ar- chipresbyter Ecclesiæ SS. Naboris & Felicis de Pustino Papiensis diœcesis, Reuerendissimi in Christo Patris & Illustrissimi Domini D. Hippolyti, miseratione diuinâ Sacrosancta Ro- manæ Ecclesiæ Tit. S. Luciæ in Silice Diaconi Cardinalis Estensis, Admi- nistratoris Archiepiscopatus Eccle- siæ eiusdem, Vicarius Generalis, Ve- nerabili in Christo Patri D. Io. Anto- nio Borsano, Ecclesiæ S. Pauli Medio- lani Presbytero parochiali, salutem in Domino & caritatem.

10 *H*oc præsens opusculum veluti rosa prima omni suauissimo sapore referta, quæ ex sacro cœnobiῳ huius inclytæ ciuitatis decus & ornamentum venerabilium Sanctimonialium S. Marthae Mediolani, ut ex saporifero rosario, Spiritus sancti rore irrigata, diuinâ gratiâ illibata custoditaque, ac Angelicâ manu decerpit, tibi potius quam alij iure dicari & donari debuit: ea- rumdem enim sancto regimini, iudicio totius ciuitatis, & non casu, Pater spiritualis & animarum suarum iu-

ffff stissimus

AUCTORIS stissimus Rector delectus fuisti. Conuemens quippe **ISIDORO** erat, vt illæ sacræ Sanctimoniales omni laude dignissimæ, te virum optimum & pari laude dignum in talem Patrem & animarum suarum custodem plenè haberent: & vt quando eas, vt decet, exhortaris (prout facis sa- pissime) ad ferendam crucem propriam cum patientiâ & humilitate, habeas solum libellum hunc, ex quo sumens non aliundè, sed ex ipsiusmet, amplissima documen- ta, si eas ad humilitatem, si ad obedientiam, si ad paupertatem, castitatem caritatemque & alia huiusmodi similia exhortari volueris, ex rosario isto modum & ex- empla habebis amplissima.

B. Veroni- cae vita compon- dum.

Virie vir- tutes:

abstenen- tiâ:

pietas:

vigilia:

Iusta cum damone:

2. Cor. 12. 10.

raptus crebri:

miracula à morte:

cultus pri- uatus & imago per- missa à Pontifice.

a Hippolytus Estensis, Herculis I. Ferrarensis Duci filius, Strigonienensis Archiepiscopus fuit, deinde Agrienensis & Nouariensis, ut scribit Ciacconius. Recensetur à Cl. Roberto inter Mediolanenses Episcopos centesimus viceimus, postq; eum Hippolytus II.

11. Et ut facilius id agnoscas, libet huius Virginis vi- tam carpim transcurgere, quod facilius eius merita possis contemplari. Pluribus testimoniis edocti & certi sumus Beatissimam Veronicam mediocribus ortam parentibus, prius sese Deo dedicasse quam Deum potuisse per ætatem cognoscere; & anno iam maiorem virginitatem suam consecrasse Christo, quem suâ in maiestate sedentem mirabilis visione contemplata est; & areana cœlestis aula vidisse, quæ effari non potest lingua mortalium. Habitum verò S. Augustini deuotè extorxit in cenobio antedicto, mundanas delicias à se abdicavit, orationi se totam dedit, ceteras Sanctimoniales vt idem facerent & docuit & persuaserent: ægrotantibus summâ diligentia & caritate ministravit: diabolicas tentationes & assiduas malignantium spirituum pugnas clypeo pa- tientia & fidei galea superauit. Nullum ab eâ verbum non religiosum, non sanctum excidit: omnis sermo eius de moribus suis & de religione, de pietate, de contem- ptu mundi, de amore Dei & proximi, de cœlesti patriâ. Nemo ad eam accessit, qui non doctior melior- que abierit. Doctrina eius infusa non acquisita fuit: prius magistra visa est, quam discipula. Summa huius Virginis abstinentia fuit & inimitabilis vita austerior: quippe quæ viti & carnium vsum proflus abiecerit. Ad cibum veluti ad supplicium pergebat: ad communio- nem altaris quæ illi frequens erat, quasi ad cœlestes nu- ptias invitata esset, summa cum alacritate, humiliiter tan- men & deuotè, proficiscihebat. Nulla illi pluma sed ex duris asperibus lectum sibi conficerat: ultra tres ho- ras interdiu noctuque non dormiebat: reliquum omne tempus vigilando, orando, prædicando, misericordia opera agendo, contruiit. Lucretabatur quam frequentis- simè cum demonibus. Sed dicebat eum Apostolo, Cum infirmor, tunc fortior sum. Rapiebatur sapientia Spiritu, & in aëre suspensa diuinis contemplationibus pa- cebatur, adeo ut extra se acta & percussa nihil omnino sentiret.

12. Migravit Virgo hæc in celum ætatis suæ anno quinquagesimo secundo, & corpus aliquamdiu seruatum, tandem in præfato monasterio conditum est, non sine maximâ populi deuotione ac reuerentiâ; cuius ta- ctu plerique ægroti sanitatem sunt consecuti. Postea quoque Virgo iam cœlo recepera, vota supplicantum benignè audiuit, & vt à sponsô & Domino suo Christo exaudientur curauit, & curat usque in præsentiarum. Quæ omnia cum nota fuissent, famâ publicâ referente, etiam Sanctissimo D. N. D. Leoni Papæ X. per breue suum Apostolicum, quod vidimus, legimus & tracta- vimus, edixit ipsam beatam Virginem in cellulis com- monialium suarum & earum ecclesiâ posse depingi, eamque ut beatam, priuatim tamen, & non publicè posse coli & venerari. Idcirco cum omnia præmissa nobis notissima sint & vera, ordinavimus prælens opu- sculum, ut verum in omni sui parte, & Christianæ re- ligioni conforme, posse & debere imprimi, quibuscumque in contrarium facientibus minimè obstantibus. Vale & pro me Deum rogare digneris.

a Hippolytus Estensis, Herculis I. Ferrarensis Duci filius, Strigonienensis Archiepiscopus fuit, deinde Agrienensis & Nouariensis, ut scribit Ciacconius. Recensetur à Cl. Roberto inter Mediolanenses Episcopos centesimus viceimus, postq; eum Hippolytus II.

VITÆ LIBER I.

De moribus eius.

CAP. I. De ortu & parentibus Ve- ronicæ Virginis.

ST apud Insubres oppidum, quod Bi- nascium dicunt, medio itinere inter Papiam ac Mediolanum. Illic ex familiâ humili Nigrorum orta est Veronica Virgo. Ruri colendo eius pater insiste- bat, atque rerum nonnullarum vilis pretij mercationi- bus. Quamobrem à teneris annis, parentum iussu ac pauperie, agris purgandis Veronica incubuit. Neque vero terrenis egens diuinitas Veronica familla, virtutum præstantiâ caruit. Asserunt enim plerique illius patrem **Veronica agros pur- gat.**

Eius pa- rents vir probus.

CAP. II. De desiderio cœlestium.

Diuini amoris face vehementer succensa Virgo Veronica parentum iussa capessens, purgandis agris plurimis comitata feminis, sèpius incumbebat. Erat autem mirum in modum cogitabunda, solitaria fugiens sola operari peroptans. Cumque operans solitudine oblectaretur, videntibus procul plurimis, lacrymas v- bertim emittebat. Quid verò in Virgine lateret ignaræ **Solitudi- sociæ demirabantur.** Inspectabant siquidem Virginem **nos amans, iocos & cantus re- spuit, ex pietate.** omni morum honestate pollentem inter operandum lacrymas effundere, verba iocosa surdis auribus obau- dire, concentibus non oblectari, parcè comedere, par- ciùs bibere, parentibusque omni humilitate in cunctis obsequi. Non erant hæc Virginis rara, sed continua. Noctes verò & dies cum plerique Virginem talia agere præter ætatem admittarentur, magnum quid profecto in ea latere arbitrantur.

CAP. III. De apparitione B. Virginis.

Concepto religionis voto, assiduis precibus Ve- ronica efflagitabat ab monasterij Diuæ Marthæ Matre sancto habitu indui. Cui suadebat Mater eadem litteras perdiscere. Satagebat itaque Virgo satis iusta Matri perficere. **Noctu lit- teras di- scit.** Quamobrem totam diem rebus do- mesticis cum à parte insistere cogeretur, nocte vigilans litteris perdiscendis intendebat. Precabatur verò Deum pientissimum Matremque beatissimam, quod sibi præstò adessent in litterarum acquirendâ notitiâ, à quâ prohibebatur frequenti manuum opere. Apparuit tandem Virgini Dei immortalis genitrix fulgentissimus vestibus cœrulei coloris induita. Quo territa visu Virgo Veronica præ timore in terram penè delapsa est. At Mater pientissima propior vitgini timenti effecta, di- go, iubet 3. xix: Ne timueris filia mea: neque plurimum coneris litteras nosse. Mea nempe voluntatis est, trium tan- tummodo litterarum pertiam te habere: Prima colo- ris albii erit, secunda nigri, tertia rubri. Enimvero animo viribusque receptis Veronica audientior effecta ait: Tune Virgo beata existis mater Domini? Quæ respon- dit: Dei omnipotentis genitrix sum. Cui Veronica: **Dubitas de revisione.** Hocce numquam crediderim, quod ipsa vilis femella cum sim, indigna existam ad quam Mater Dei veniat. Arbitror

*Trium
litterarum
explicatio.*

Arbitror potius te diabolum fore, qui me deceptum veniens huiuscemodum eximiae mulieris speciem induisti. Cuius mater Dei: Ne ambigas, filia, me matrem Christi esse: ipsa enim ego sum. Audi verò trium litterarum significata. Album quidem elementam signat cordis munditiam, cui nanciscendae totis animi votis te incumbere iubeo. Caueto ne quando quodpiam amore illicito prosequaris. Omnis verò tua dilectio in Filio meo meque tota mente figenda est. Verum littera nigra doceat, ut numquam scandalum sumas ab proximi operibus. Peragant licet homines opera mala, tu tamen impiis semper compatiere, fatagesque cuncta in mea voluntatis ordinem mente deducere. Preces quoque assidas pro errantibus fundes coram Deo filio meo. A murmuratione teipsum semper custodies, siue tibi, siue proximo mali quodvis illatum fuerit. Quod ad elementum spectat rubricatum, iubeo te quotidie saltim partem passionis filij mei quam attentissime meditari. Si ceteras litteras perdiscere poteris, recte; sin minus, haec tres mente numquam excidant. Quisquis animi puritate claruerit, ille coram filio meo splendescet. Qui verò murmurationi studuerit, anima eius erit veluti nigredine decolorata neque Deo beneplacens. At meditantis filij mei saeum mortem animus, diuino amore rubescet: cui ab alto diuina munera (malis euidem ignota) donabuntur. Et haec dicens summi Opificis mater euanuit.

*Fit laica
in mona-
sterio S.
Martha.*

4. Enimvero litteras posthac Veronica haud magnipendit, Matris Dei verba in corde suo conferens rebusque ipsius obseruans. Quamobrem habitum Sororum, quae diuinis officiis decantandis minimè addictæ sunt, induere fatigit, in eoque diem obiit. Et haec eveniunt anno ab Natali Christiano sexagesimo tertio supra millesimum & quadringentesimum, anno quoque tertio antequam Veronica religionem subiret;

CAP. IV. De modo viuendi monasterij D. Marthæ vrbis Mediolani.

*Monasterij
S. Martha
origo.*

*miracula
illustrata.*

5. An ferè certissimus ac quinquagesimus anhus dilabitur, & supra annum ortus Dominici millesimum quingentesimum ac decimum septimum; quo à nonnullis mulieribus venerabilibus cœnobiti Diuæ Marthæ vrbis Mediolanensis initiatum fuit. Terrenis diuitiis carens, rerum spiritualium copia locuples habebantur. Vixere enim illæ primæua Sorores innocentissime, ac potius Angelico quam humano more. Apostolico priuilegio Confessorem deligunt Sacerdotem secularrem, cuius consilio atque auctoritate in spiritualibus gubernantur ac temporalibus, præsertim cum magni ponderis quodpiam auctitandum euenerit. Harum Sororum viuendi genus sub Diu Augustini regulâ militat. Huius quoque religionis propago per multas Italiae partes cœnobia construxit. Didicimus verideâ assertione Sororibus huiuscemodum Diuæ Marthæ, in exordio institutionis summâ pace Deo famulantibus, inter certara mirabilia hoc sçpēnumerò accidisse. Cum enim Soror quæpiam diem obiisset, aperto sepulchro cadavera vltro cedebant, locum ampliorem nuper defunctæ concedentia. Hocce conspicatam se apertissimè Agnes de Fidelibus Mater aliquando pafati monasterij, femina virtutibus prestans, asseueravit.

a. *Videtur Auctor hic velle dicere, circiter annum Christi 167: edificatum fuisse hoc monasterium. Non enim 1667. quem verba visentur exprimere, potest intellexisse.*

CAP. V. De moribus & vitâ Sororis Michælinæ Ariminensis.

*Michæli-
na cœno-
biu[m] Ari-
mini ex-*

6. Nobilis quædam mulier Ariminensis, nupta viro præpotenti, cum Mediolanum concessisset nebulum Ariminii nonnullis vrgentibus, hospitium delegit cœnobiu[m] Diuæ Marthæ. Haec vitâ, moribus, ac sanctitudi-

ne, exemplisque Sororum, mente concepit monasteriū sub pari viuendi normâ Ariminii instituere. Quod Isidorus in patriam rediens toto studio perfecit. Condito autem fructu, eis ab cœnobio multos per annos præfuit. Denique post fata, innumeris clarissime miraculis fertur. Virum quoque eius eremiticam vitam duxisse plurimi referunt, miraculis sanctoq[ue] fine deñum quieuisse. Haec est Michælinæ, claret, quam apud Superos confexit Veronica sœnni Dñi Patris Augustini celebritate. Cuius idea meminimus, ut clarior reddatur viuehidi mos cœnobij D. Marthæ.

CAP. VI. De moribus & vitâ Sororis.

7. M Inintè hoc loco prætereundum censeo, in monasterio Diuæ Marthæ admirabilem quampliam *Institutio* fuisse Sororem, nomine Iustinam, patriâ verò Medio- 30. annis lanensem. Hæc munere peculiari orationis assidua clausa p[ro]th[er]is laborat. Incidit verò p[ro]th[er]is: quamobrem sapenumero sanguinem euomebat. Eâ ægritudine trigesita labentibus annis ægrotauit. Quo temporis spatio seruatam ab ceteris cellulam inhabitans, orationique ferè semper intenta, ieiuniis & abstinentiæ nequaquam parcerat. Sola sedebat ante oratorium, ab ipsa eadem sua in cellâ locatum. Ibi beatissimæ Matris Dei imaginem affixerat, Erga D. quam summoperè venerabatur, frequentiori eius me Virginem moriæ vehementissime oblectata. Exultabat, iocunda mirèdubatur, cordeque gestiebat summi Opificis matris recordatione hilario effecta. Quapropter hisce sanctitudinis exemplis exaltabantur Sorores ad rerum diuinarum ardentissime subeundos amores. Totam ferè noctem ducebant insomnem, orationi vacans; somnoq[ue] vltima se se quieti laxabat, caput pectori reclinans. Naturæ vero ad sumnum concedens strati caput ipsum ad quiescendum applicabat. Hoc viuendi genere triginta annorum spatium transegit. Terreni nihil optauit, ad cœlestia semper inhians. Toto fatigebat studio ut seipsum contemneret.

8. Verum Iustinæ exitu appropinquante, concentus sanctorum Angelorum in sublime & Sorores clarissime audierunt. Nesciebant Iustinæ obitum instare: demirabanturque harmonias cœlestes, quas pueri morte annorum voces primùm arbitratæ sunt. At campanula signo dictur con- facto pro moriente Iustinæ, accurrerunt Sorores, fatigantibus cœlestem harmoniam post cineres Iustinæ, antiqua mulier orationi diu incubuit, petens à Domino beatissimâque matre sibi reuelari, cur in obitu Iustinæ concentus Angelici mortalibus personuerunt. Ea femina Inter post assidas orationes audiuit vocem dicentem: Soror Martires in calo locata. Iustina loca Martyrum inhabitat. Obstupuit vehementer illa. Quamobrem magis magisque orabat dicens: O mi Domine Deus, quo merito inter Martyres locum gloriae accepisse Iustinam crediderim, quando nullum ipsa à tyronno perpessa fuerit supplicium? vereor satis, ne vox illa diaboli fuerit artificium. Oranti denique vox tertio repetit: Soror Iustina loca Martyrum incolit; subintulitque: Nam ingentia pertulit supplicia, ægritudine dirâ nimis triginta anñorum spatio perdurante.

9. Hæc est Iustinæ quam Veronica manu palmam martyrij gestantem apud Superos aliquando vidisse se Apparet afferuit. Non defuere afferentes munera cœlestia se acceptisse Iustinæ precibus. Verum cum post Iustinæ fata multos per annos cœdauerit cuiuspiam Sororis eo sepulchro tradendum fore, separatum fuit caput Iustinæ à reliquo corpore: illicoq[ue] sanguis ex eo profluxit. Locatum est verò caput in loco quodam, donec expleto funere nuper defunctæ Sororis, statuerent quid agendum. Interea Soror quæpiam simplicitate ducta, caput accepit & aquis pluvialibus sanguinem abstergebat.

Cum-
ffff z

Auctor. Cumque multa aqua eodem sanguine rubesceret, su-
ISIDORO peruenere Sorores. Aduenit quoque Sacerdos mona-
ISOLANO. sterij Pater, largoque sanguine Virginis inaniter fuso
Alia circa vehementius indoluerunt. Cogitauerant enim vene-
eius reli-
quias por-
tante. pellente decidit. Quocircum iussu Patris cœnobij inter
Sanctorum reliquias custoditur.

CAP. VII. De eius Confessore.

10 Quoniam Confessoris Veronicæ Virginis fre-
quentior habenda est mentio, de illius mori-
bus nonnulla prænotanda censui. Fuit igitur patria Medi-
olanensis, ex nobili familiâ virorum de Alzate, nomi-
ne Thadæus. Is cùm in seculo vitam cælibem duceret,
cuiusdam anachoretæ consilio sacris initiatus est. Vir
equidem magnæ religionis, rebus diuinis sacrarumque
rerum cultui deuotius semper insistebat. Non caruit
quoque scientiâ, quæ Sacerdotein semper exornat. Ele-
ctus fuit Thadæus Sacerdos à Sororibus Diuæ Marthæ
in Confessorem, pro indulto Apostolico menœ Iunij,
ab Veronicæ verò iam habitu religionis assumpto ante
duos menses. Vixit post Veronicæ cineres Thadæus:
virginemque illum mortalia reliquissè nonnulli veri-
dicta assertione perhibuerunt.

CAP. VIII. De moribus nonnullis Ve-
ronicæ post suscepturn habi-
tum sanctæ religionis.

11 Geminâ vitâ claruit Veronica: contemplationi
aprimè vacans, ac rerum exteriorum exerci-
tiis sedulò incumbens. Litteras ignorabat, horarum
beata Virginis lectioне temptâ, cui frequentius inten-
debat. Cœnobij pauperie cogente imperioque Matris,
Veronica deuagabatur: panem per vrbis Mediolanensis
vicos ostiatim quæritans. Cogebatur itidem ciuitatis
nonnumquam egredi incenia, ac villas circuire, ad vi-
ctum monasterij necessaria perquirere. Domum regref-
fa assidua meditationi passionis Salvatoris ac propri-
orum criminum operam nauabat. Lacrymarum autem
ea copia ab oculis eius fluebat, quâ exuberantia flumi-
na viderentur. Nullæ voces, nulli strepitus, nullus mo-
tus lacrymis iungebantur. Quocircum multos per annos
Virginis latuit sanctitudo. Flenent Veronica tametsi
pleræque Sorores animaduerterint, nil tamen peculia-
re in eâ fore arbitrabantur. Tanti studij semper fuit Ve-
ronica diuimum munus alto pectore secretius custodi-
re. Placidâ facie blandisque oculis domi semper vide-
batur, corporeque robustior, nullus diffugiebat labo-
res. Vindemiarum ac messis tempore nonnumquam
eleemosynas petens, longius ab urbe secedere consue-
uerat.

12 Namquæ tribus annis post suscepturn sanctæ
religionis habitum, capitâ ac stornachi doloribus la-
borauerit, inuictâ tamen mente frigiique femina supra
quâ dici queat, neque corporeos labores, neque spî-
ritualia opera prætermisit. Si quando cœnobij Mater
laboribus Virginis quasi ægrefcenti parcendum iussisset,
aiebat Veronica: Fortis ego ipsa sum viribus: quâ de re
nefas crediderim quos possum haud subire labores. O-
perandum est mihi dum valeo, dum tempus adest, dum
sufficit ætas. Infelicum omnium fortè miserabatur,
cupiebatque cunctis præsto adesse. Corporis sui valetu-
dinem, quietem, ceteraque huiuscmodi nihili pendebat,
Dei immortalis interiori oblectata dulcedine. Ta-
lia tantaque peragens, viginti præterlabentibus annis
vitam duxit omnis religionis exemplar, ac diuino amo-
re vehementer incensa.

*Veronica
mendicat
pro mona-
sterio.**Contem-
plationi
dedita.**Profusè
lacryma-
tur.**Semper la-
borat.*CAP. IX. De lacrymarum vbeti
gratiâ.

13 Diximus, atque iterum repetere abs re non erit,
insigni lacrymarum munere Veronicam cla-
ruisse, quas & priuatim & publicè emittere cogebatur.
Sægit nonnumquam fluentes retinere lacrymas, quâ
de re raucedo vocis vehementi laborauit. De se vilia
& abiecta sentiēs horrebat Veronica interiora sua quo-
quomodò Sororibus patere. Voluit aliquando lacryma-
rum violentâ retentione ægrotantem Veronicam Ma-
ter monasterij medici ope vti, quæ subridens dixit: Le-
uiuscula est hæc ægritudo. Cras sospes inuehia. Oranti
Veronicæ, meditantiq; ac pto suis criminibus dolen-
ti, lacrymae præstò semper aderant. Nullis motibus, nul-
lo fremitu, nullâve voce emissâ, profuentes lacrymas
in Virgine Sorores demirabantur.

*Conatur
lacrymæ
continent.*

14 Quâ tempestate rapi primùm ad supernas deli-
cias cœpit, Christum Maximum audiuit dicentem: In-
tellige filia mea, lacrymas passionis meæ gratiâ ab me-
ditantibus manantes mihi quâm gratissimas fore. At
cùm mei genitricem cœlorum Reginam inexcitatâ
amore prolequari, gravior mihi est dolorum quos in pa-
sionis meâ perpetuâ est, attenta meditatio.

*Meditatio
dolorum
Deipara.*

15 Retulit Thadæa à secretis Veronicæ, luce qua-
piam diuinitus apparente tantam lacrymarum copiam
effusisse, quâ vestes humectatas nimium compexerit,
ac solum, veluti si aquæ vas illic effluxisset. Ob nouum
verò ardorem mentis propter contemplata' Salvatoris
Christi mysteria, fluxus ille lacrymarum vehemens ex-
ortus est. Cogitauit nonnumquam Thadæa vas terreum
in Virginis cellâ seruare, quod Virginis raptæ ad Supe-
rûm choros oculis supponeret, fluentesque lacrymas
colligeret. Id quidem Angelo ministro, tandem effe-
ctum est. Fuit autem vas lacrymarum collectum; pon-
deris librarum duarum Mediolanensium. Tacendum
hoc loco minimè céso, Sorores quasdam affirmauisse,
fleintis Veronicæ ad Superos raptæ lacrymas, quæ tunc
vberes emittebat, ante pectus Virginis stetisse immobi-
les; deinde ad vñs corporeos Virgine regresâ hinc inde
defluxisse, veluti suapte naturâ aquas dilabi conspi-
camur.

*Incredibi-
lis vis la-
crymarum
ex medi-
tatione
Passionis.*

CAP. X. De obedientiâ eius.

16 Nil actitare volebat Veronica nisi Superiorum im-
perio, quibus singula quæque interiora & exte-
riora subiiciebat, rata nō posse se errare si Maioribus pa-
ruisset. Quamobrè munera cœlestia Veronicæ in lucem
facillimè prodierunt. Interrogata enim à Maioribus pro sua arca-
na auctoritate iubentibus, arcana pandebat. Solatia na, iussa
spiritualia, orationes, meditationes, Angelorum collo-
quia, Dei quoque miro incensum pectus amore, obe-
dientiæ voto posthabuit. Aiebat Virgo, oraculum cœ-
lestis referens, quâm gratissima Deo, quæ pro sincera*tiam quæ-*
obedientiæ voto peragunt homines. Quapropter quid-
tisi feceris?
quid Virginis mandabatur, continuò lubens ac iocunda
celeri præstabat exitu. Optanti plerumque Veronicæ
nocturnas vigiliae præuenire, id ausa minimè fuit in-
consultis Maioribus. Illis verò non annuentibus Virginis etiam
aliquando in cœlestibus vacanti dixit Iesus Deus immor-
probante.
talis: Scito filia mea, mihi gratius fore te Superioribus
obsequentem minimè ante nocturnas excubias surge-
re. Mihi enim summoperè placent communis vitæ aëta:
ac præsertim quæ voto obedientiæ peraguntur. O mihi
periocundum obedientiæ munus, quâ de cœlo descendit
factus obediens ad mortem. Hæc Christus. Quocircum
probantibus Superioribus deuagabatur Veronica, oc-
clusa manebat, humiliatis operibus studiosè incumbe-
bat, maximos obedientiæ fructus mente periuolens.
Impium ac nefas arbitrabatur, vel leuiusculo Superioris
mandato quoquid modo reluctari.

CAP.

Cap. XI. De humilitate.

^{Insigniter humilis.} **17** PRæclarissimo humilitatis munere Veronica ita claruit apud Deum & homines quosque, qui eam inter mortales dignauerunt, ut incredibilia quæ in ipsâ fulsere dona Dei, clariora ac certiora redderent magis sancta humilitatis opera. Semper de se vilia & abiecta sentiebat, eademque loquebatur. Nullo Dei beneficio dignam se arbitrabatur, neminemque criminum fascibus onussum asserebat. Quamobrem abiecta opera nusquam loci detrectabat, verum despiciens quæque efficere volebat. Inde multos per annos curam gallinarum reclamantibus sèpè Sororibus gessit, naœ co ministerio soliditudinis, cuius erat cupientissima, aptiorem locum. Præclarâ hac humilitate nitens * voluit aliquando inter Sorores psalmos in choro decantare, postea quā ab Angelo etiam omnem psalmodiam modum de cantandi officium didicerat.

^{Curam gallinarum gerit.} **18** Quid protelabor lôgiū? Numquā aliquid effecit Veronica profundæ humilitatis decore non ornatiſſimum: verba, mores, incessus, obsequia, risus, blanda tristisque facies, vniuersa denique miram in eâ humilitatem præ se ferebant. Cum omnibus domesticis usque admodum modestè se agebat, ut omnium videretur ancilla. Quocircà indies proficiebat gratiâ, virtutibus & sapientiâ apud Deum & homines. O quoties Virgo hæc lacrymas vberes dedit, altoque corde suspiria traxit, hinc viliſſimam feminam se credens, illinc verò diuinis alloquitiones Angelorumque solatia experiens! Angebat, dolebat, excruciat, vehementissimè quemuis de se alta sentientem suspicata. Quare summis ac quotidianis precibus ab Christo Maximo nitebatur obtinere, magnisque obsecrabit gemitis ne quisquam nosset quæ prouidentissima Dei Maiestas sibi dederat cælestia sanctitudinis dona. Humilitate viæta Veronica plurima conticuit, sanctitudinis famam opinionemque perhorrescens. Cùm mirum in modum torqueretur Veronica, quod rapi ad cælestia nonnulli eam cognovissent, illicò soluta lēnsibus abstrahitur, supernaque ad cælum vehitur ope. Tum Christum conspicatur blandis oculis se intuentem ac dicentem: Scito filiâ mea cælestes gratias te acceperisse ab me Deo immortali, non tui ipsius tantummodo gratiâ; nam mihi gratae pariter sunt animæ ceterorum. Afferit tè viliſſimam creaturarum omnium esse: at exploratum habeto, ô filia mea, nullius mè p̄sonæ acceptatorem fore: sexus, conditionis, fortunæ, nobilitatis, ignobilis omni posthabito gradu lubens mea effundit munera cui volvero. Mihi itidem quām gratiſſimum esse intellige quod de te indigna sentias. Hinc celebritates Sanctorum apud cælestem Hierusalem decreui toto labentis vnius anni spatio te impetrarai. Quia cùm mortalibus explorata fient, apprimè incitabuntur ad veneranda tota mente sincerisque affectionibus Sanctorum solemnia. Hæc Christus.

Cap. XII. De simplicitate.

^{Videt Christum formam pueri.} **19** Erat suapte naturâ Veronica candidâ simplicitate nitens, ut virtutum omnium exemplar videatur. Vultus, oculi, labia, alterna cum Sororibus ac domesticis colloquia, simplicem cælestis Virginis animum præ se ferebant. Celebri die octauarum Corporis Christi anni millesimi quadringentesimi octuagesimi septimi Sacerdote rem sacram agentis, Virgo sub corporeis ob tutibus conspicata est Iesum sub infantis formâ albâ indutum, medium inter geminos Angelos inambulante super altariolo, quod ante Eucharistia conseruationis locum stabat. Circumdabant itidem infantulum Angeli plurimi. Perseueravit autem ea visio ab Missâ exordio adusque calcem. Cumque arbitraretur Veronica, iunctâ simplicitate pollens, eadem Sorores omnes vidisse, dixit Matri cœnobij eiusque Sorori Vicaria: Vi-

distisne infantem Missam agente Sacerdote super altari Avctore semper deambularem? Quibus respondentibus, Mi. ISIDORO. nimè; rubore perfusa est Virgo, statuitque totis conati bus in posterum celare quæ vidisset. Admirabantur denique Sorores Virginis puritatem, simplicem quoque viuendi morem, quibus curicta patienti & placida audiebat aure, cedebat omnibus, atque ad sui amorem pertrahebat.

^{a Mones Scholastæ, hoc caput magni esse ponderis, quippe quod præcipue requiritur in canonizazione Sanctorum, ut patet ex Glossâ in cap. Gloriosus, de reliqui & veneratione Sanctorum in 6.}

Cap. XIII. De victus parcitate, ac somni tenuitate.

20 PRæter consuetudinaria ieiunia sua religionis, præterque communem viuendi seueritatem, Veronica in cibo & potu temperatissima fuit: nedum adeò modica, ut admiratu dignum esset. Ardentissimo tenebatur desiderio vesci pane & aquâ simplici, quod innumeros dies peregit. Totum aliquando diem cibi nihil sciur. capere frequentior illi mos erat. Eo præsertim die cibum omnem fastidiebat, quo Christi corpore depascabatur. Vniuersam verò propè noctem in contemplandis diuinis rebus porrigendisque ad Deum precibus duxisset insomnem, si Maiorum iussa minime obstatifent. Isthæc raptus eius longas perlegenti moras in sequentibus libris explorata fient. Erat illi lectus cilicinus, Lecto cilicinum tegebat linteamine ex his quibus Sorores pro ratione institutis vtebatur. Nos illius cilicini stratus portiunculâ habere satemus, super aurum & lapidem pretiosum proculdubio præstantiorem. Enimvero Angelico pane Veronicam sapernumerò nutritam non ambigimus; quam rem suo loco aptius explicandam censemus.

Cap. XIV. De itinere eius ad urbem Nouocomensem.

21 Raptus ad Superos Veronicæ nonnumquam mā-
dauit Christus Iesus, dicens: Volo, filia mea, te
Nouocomensem urbem adire comitantibus Sororibus
Thadæ ac Simonâ, quam absentem licet, domum ego
ipse incognito mortalibus modo perducam. Iter autem
atripies xvii. Calendas Nouembbris. Erat verò anpus ille
millesimus quadringentesimus octuagesimus nonus.
Res demirata digna: absens Simona vespere præfatum
diem antelabete cœnobium applicuit, atque sole oriente vna ad Nouicomì urbem concessere, hospitium
deligentès apud feminam quampiam occluam
gratiâ obseruanda vita solitaria. Dixerat autem Christus Veronica: Est in monasterio Diui Francisci senex
quispiam, cui nomen Ioannes, famosissimus inter Sacrae
cœnobium confessores audire consueverunt: hunc nominatim euocatum certioremi efficies de
talibus apud eum latentibus. Quod Veronica studioſe
effecit. Stupebat, demirabatur, imoque pectori
suspiria trahebat senior Ioannes in Virginis sermone,
quo soli Deo ac sibi cognita aperi audiebat. Quocircà peculiari veneratione Veronicam Virginem in posterum præfatus Frater Ioannes ordinis Minorum semper
prosequutus est.

22 Anno itidem nonagesimo quarto supra millesimum & quadringentesimum, sexto Nonas Iunij, Christi Saluatoris iussu Veronica Nouumcomum profecta est. Nam ab eodem didicerat Saluatorem, virum esse eâ in urbe, qui multos per annos mortalîs criminis pondere pressus Veronicâ suffragante saluandus esset, peccati quoque speciem, originem, ac modum resurgendi ab eodem sceleri, Christo significante, Veronica plenissimè intellexit. Quapropter virum conueniens eundem exhortata est efficacissimè, ut Deo cœciliaretur, eo criminis

F f f f 3 postha-

AUCTORE posthabito. Audiuit vir ille quām iocundissimē Veronice Isidoro cam, satisq̄ eius consiliis faciens, viam salutis est in ISOLANO. gressus. Verū Spiritu diuino acta Veronica, pleraque *Ibidem* cœnobia seminarum vrbis Nouocomensis ingressa est: peccatorē vbi verbum salutis, supremā humilitate ac cælesti virtute monet ad disseminans, fructus cælestes produxit, & attulit.

CAP. XV. De zelo animarum.

Multas religiosas de occultis peccatis admonet. **23** **H**abet vrbis Mediolanensis plurima sacrarum mulierum cœhobia, ex quibus nonnulla Christi Dei imperio sæpenero Veronica adiuit, euocans proprio nomine feminas, quarum crima reprehendebat, mentiumque pandebat occulta, dicens: Ego, Soror mea carissima, Deo mandante tibi significauerim, te tali criminī addictam, quo ipiuriam diuino affers numini. Age pœnitētiā, & erit tibi propitius cōditor omnium. Mihi enim isthac prouidentissima Dei maiestas nota efficere dignata est in salutis tuæ cælestè suffragium. Quamobrem Veronicam plurimorum saluti consuluisse in vrbe Mediolanensi non ambigimus.

a *Accepimus ab Erytio Puteano V. CL. catalogum MS. Ecclesiasticarum vrbis Mediolanensis, in quo Sandimonialium cœnobia 41. recensēntr.*

CAP. XVI. De ciuis legatione ad ^a Alexander VI. Pontificem Maximum, Christi iussu.

Disponitur à Deo ad iter Romanum.

24 **L**egatio virginis Veronicæ, Christo summo Regem mandante, hoc ordine peracta est. Anno nempe nonagesimo quarto supra millesimum & quadrinquentesimum, superna regna spiritu tenenti Veronicæ Christus dixit: Volo, filia mea, te in regionem longinquam proficisci; neque caussam attulit idem Dominus ac Saluator. Cumq̄ rerum futurarum ignara præceptum diuinum demiraretur Veronica, dixit ei Dominus: Est mea voluntatis ut Parmam eas. Post multos verò dies addidit Dominus, dicens: Statui te Florentiam proficisci, magnum quempiam Ecclesia Præfulem alloquuturam. Sulcipata est Virgo hocc Pontificis alioquinem, excitatus est. Veronica virgo Româ recessit. Haud mediocri veneratiōne Virginem Florentin prosequuti sunt. Quamobrem talibus nimis afflictis, ecclesiastarum eiusce vrbis cœptam visitationem omisit. Ab Placentinis itidem Veronica venerationis præclara signa accepit: quocircà in monasterio sui ordinis dies multos hospitata, plurimos audire coacta est. Verū cùm Padum pertransisset Virgo, sequēti tranatione natus portica natufragium perpetuum sunt, Veronica viidente. Sanctitudini autem Virginis adscripta qui aderant, quod nec hominum quispiam, nec iumenta aduersi, quicquam timore dempto subierint.

a *It sedis ab 11. Aug. 1492. usque ad 18. Aug. 1503.*

LIBER SECUNDVS,

De diuinis rebus secundūm sensus corporeos ab Veronicâ expertis.

PRO O E M I V M.

i **D**escriptos mores Veronicæ virginis, quæ velut astrum purissimum in nocte mundi istius resulit, immensum pelagus mihi apetiri video. Quæ enim diuina sensibus experita est, explicanda se obiiciunt. Ea verò tantæ maiestatis existunt, ut ipsis etiam sanctis Patribus demirazione dignissima conferri queant. Legimus nempe apud veteris instrumenti sacros codices Deum maximum variâ sub rurum sensibilium imagine Patres allocutum, Angelos familiares eisdem se præstissem: at post nostræ mortalitatis ab Christo Deo indutam naturâ, aperto matre dæmones cum viris sanctissimis conflictasse, eosque verberibus attritus & vulnerauisse didicimus. Demiram itidem lucem cælestem mortalibus rebus immixtam plurimos conspicuisse, atque Christi Dei immortalis amore succensos malis incredibilia hominibus peregrisse. Quid quæso horum in Veronicâ non emi- *Veronica*, *Maria vi-*
stones & portenta
cuit? Ipsa enim quotidiano Angelorum consortio oblectata, ac sublimioris profectus ardore succensa, Dei *Veronica*, colloquio perfuita, desiderio & intētione cælestium, vice magni luminis coruscavit. Ipsa ab dæmonicæ suissime verberata, ipsa luminis cælestis asperitu potita, ipsa denique extinctis vniuersis vitiis, cunctisque virtutibus consummatis,

Philip. 3. summatis, illam B. Pauli Apostoli sententiam, **Conuersatio nostra in cælis est, opere ac virtute, omniisque studio didicit adimplere.** Isthæc secundo volume prosequemur. Quibus oris tantum operis ut successus prosperos dent Superi, votis ac precationibus expotamus.

CAP. I. De apparitione Iesu cruci affixi.

Christus crucifixus si apparet. **2 P**ostequam multos per annos Veronica assidue contemplationi Passionis Christi Maximi incubuit, quapiam nocte post nocturnas laudes, in sacris ædibus longiore moram, Sororibus abeuntibus, protraxit: cui Christus cruci affixus plagiis liuidus, corona spine caput comprimente, lacrymabilis, in altari sub obtutibus corporeis apparuit. Splendore verò incredibili imago illa Crucifixi omnem ecclesiæ ambitum illuminauit, moxque euanuit. Ea visio cor Veronicæ gladio passionis Christi pertransiit & anima. Quamobrem mirum in modum excruciatum vehementissimo Christi Iesu amore languens. Fuerat paullò ante gladius acutus Virginis criminum suorum amara recordatio. At tantis acta cogitatibus Veronica columnam lapideam, cui forte hærebat, amplexata est. Cogitationum namque fluctibus laborans vires omnes amiserat. Interèa riuulis lacrymarum ab oculis Veronicæ manantibus, vocem grandi eiulatu perstrepentem audiuit, quam nullius fuisse mortalium arbitrata est. Ea voce nusquam territa Virgo orationi incubuit adusque solis ortum.

CAP. II. De apparitione D. Augustini.

Terce apparet S. Augustinus. **3 A**nno ab virginico partu octuagesimo septimo supra millefimum & quadringentesimum, vancanti Veronicæ orationi nocturnæ apparuit B. Augustinus trinâ vice, diebus plurimis singulæ apparitioni interiectis. Eâ luce circumseptus erat, quâ omnis locus, quo occlusa Virgo latebat, sicut dies illuminaretur. Congebatur Augustinus cappâ sericâ, uesteque purpureâ. Diuinâ cuiuspiam aspectus videbatur in capite fulgentissimam mitram gerens. Horruit primum Veronicæ claritudine immensâ, dein cælestibus gestiuit gaudiis. Enimverò visione in celum dilapsâ angebatur Virgo, dolebat, lacrymabaturque, vltro citroque loquidatum non fuisse, criminibus suis (vt ipsa afferebat) id promerentibus. Hinc proficisciatur, vt isthæc præclarâ sibi cælo demissa munera ab Deo, an à fallaci essent dæmone, plurimâ hæsitaret. At cum rapi mente ad diuina cœpit, Christo Maximo significante, didicit certo certius ea ab Deo prodiiisse. Plurima quoque intellexit quibus omnis tristitia versa est in gaudium.

CAP. III. De lumine cælesti.

Effectus diuina lucis in eius animo. **4 M**editanti in loco secretiori Veronice Passionem Saluatoris, ac pro suis criminibus lacrymas vberes fundenti, diuina lux mediâ noctis caligine apparuit, & claritas Dei circumfalsit eam. Cumque tertia nocte id luminis confexisset, verita est ne ab dæmone sibi pararentur infidiae: nam humillima talibus indignâ se autumans, excruciatatur, orabaturque ne quando super eâ lætaretur inimicus. Interèa Matris imperio Mediolanò recedens, Rosatum oppidum non procul ab urbe concessit, eleemosynas petitura. Cui oranti rursum lux illa cælestis supereffulsa. Aiebat Virgo eâ luce se primum terreti, deinde inenarrabilibus affici gaudiis, & in Saluatoris nouos amores erumpere. Posteaquam plurimis diebus summum opificem exorauit, ne luce illâ deciperetur, eremum desertosque adire locos mente concepit, solitudinis suauissimâ quiete Deo famulatum gratiorum præstatuta.

AVCTORIS
ISIDORO
ISOLANO.

CAP. IV. De apparitione Angeli eremum dissuadentis.

5 Deserta petendi Veronica vehementissimo incensa desiderio, decreuit captato Sacerdotis atque Matris cœnobij consensu, ceteris insciis abire. Postridie verò Annuntiationis Dominicæ anni millesimi quadragesimi octuagesimi septimi, Virgo totâ noctem duxit insomnem, orans & meditans in loco quopiam secretiori, vbi imaginem beatæ Virginis affixerat. Verum post leetas beatissimæ Matris horas, psalmos pœnitentiales cum litanis, officium quoque mortuorum bis persoluit. Tum lucernâ extinctâ meditationi animum dedit. Cui exemplò Angelus Domini niue candidior magnâque luce refulgens apparuit, profundæ noctis tenebras ab loco depellens. Expauescit Virgo de lumine. Cui Angelus: Ne timeas, ego enim Dei nuntius sum: lux quam toties conspicata es, diuina fuit. Haud recessis, gratiâ petendi eremum; quia sic est voluntas Dei. Scito quoque eremi cultum saluti animæ tuæ aduersari. Et hæc dicens, alta cælorum petiit, gaudiis cælestibus Virginem affectam relinquens. Quamquam beatissimi spiritus præsentia mirificè Virgo fuerit oblectata, tristabatur tamen quod longiori sermone nuntium cæli non fuerit allocuta. Quocircà adusque lucem vigilias do-lens prostravit.

CAP. V. De frequenti apparitione Beatæ Virginis Mariæ.

6 a Interrogata nonnumquam Veronica secretiis (quod lecretum esse voluit donec viueret) asseruit, **Sepè apparet ei D. Virgo.** sèpè numerò decantantibus Sororibus vesperas aut matutinas horas, conspectasse se oculis corporeis cælorum Reginam, Angelis circumuallatam; candidâque nimium veste ornatisimam, & plerumque cærulei coloris. Stabat mundi Imperatrix non procul ab altari, circumstantibus Angelis. Celebritate visitationis B. Mariæ **Vna & s. & Elizabet,** vtraque sibi apparuit. Perfeuerabat ea visio **Elizabet.** sèpè adusque diuinorum laudum calcem, aliquando citius abibat. Talibus tantisque inspectis, nouam cordis mutationem, nouos effectus, nouaque de diuinis rebus gaudia Virgo experiebatur. Cum isthæc Maiorum imperio secretiis aperiuisset, inania equidem illi adiudicarent, nisi candidâ simplicitate ac cælesti prudentiâ Virginem Veronicam pollere certo certius dignouissent.

a *Præclarè hic annotat Scholastæ: Certum habent futuræ felicitatis indicium, quæ veris mentis effectibus mundi Regnam venerantur.*

CAP. VI. De ipsâ ab dæmone verberatâ.

7 Cum in oppido Binaschi, Matris cœnobij mandato, Veronica eleemosynam peteret, die quopiam defumpto prandio, locum concendit secretiorem dormus mulieris quæ Virginem hospitio exceperat. Orantem verò hostis humani generis continuo verberibus affecit, abiitque tumultuosus, ac trifificos strepitus dans scalam dissolut ligeam gradibus hinc inde profectis. Demirati füere qui strepitus insolitos audierant, ac præcipue materfamilias, ignari, ea diaboli potentiam Veronicam persequentis acta fuisse. Retulit quoque Virgo in defossum locum se aliquando projectam ab dæmone comite Sanctioniali arbitrati id fortunâ euensi.

AVTORE
ISIDORO
ISOLANO.

CAP. VII. De apparitione Iesu sub specie infantis.

SIngulis diebus octauarum Corporis Christi anni ab Salvatore nato millesimi quadringentesimi Apparet ei octuagesimi noni, diuinis praesens officiis, eo loco, vbi sanctum Domini corpus seruabatur, Iesum albis induitum, infantis formam gerentis Angelico comitatum fani. obsequio, Veronica oculis inspexit corporeis. Iesus autem nonnumquam in altari deambulans, aliquando armariolum ingrediens, sepiusque egrediviens videbatur.

CAP. VIII. De aliâ apparitione Iesu sub infantis formâ.

Exremo præfatarum octauarum die Sacerdos adueniens, Clerico comitatus, ut circum templi videret & Diuæ Martha membra sanctum Domini corpus efferret; Angelos in astantibus Sororibus quæ ardentes cereos manibus supplicatione. detinebant, sublatâ de armario sacro Eucharistiâ, sensibus videnti Veronicæ visus est Iesu sub Infantis pulcherrimi formâ, Angelorum agmine circumsepti. Cumque Sacerdos Christi corpus circumferret, ab Angelis ipse attolli videbatur. Illi nempe vindique alſiliebant. Interea Angelicus concensus perfonuit Veronicæ auribus: quo circa illicet sensibus exiliens, raptu potitur. Neque vero mente raptâ Iesum sub infantis imagine latitatem contemplari destitit, eâ visione perseverante, donec Sacerdos sacratissimum panem circumportauit. Post hæc Virgo ad fidereas mansiones altius ab Angelo deuecta, altissima quædam edidicit.

a. Cane Lutheranam impanationem hic suspicere. Sacra consecratione panis substantia destruitur, proq; eâ & sub eius speciebus verum Christi corpus constituitur, quod ramen panis etiam appellatur Ioan. 6. sed mysticus.

Cap. IX. De ipsâ ab dæmone sepius verberatâ.

TAntorum impatiens munerum hostis nequam, cœpit impij furoris arma aduersus Virginem exercere. Irruit enim sepenumerò in eam tamquam leo rugiens, ac verberibus attruit. Nigrescebant nonnumquam Veronicæ oculi post tumorem atrociter verberâ dæmonis. Hæc vbi primum conspexere Sorores, seiscitabantur quænam foret tantæ oculorum deformitatis causa. At Matri cœnobij præcepto rem Virgo, inuita licet, aperuit. Ah quotiens serpens antiquus Veronicam impetiit, strepibus pedum, tritio, frequentiæ adinstar bouis anhelitu. Accubuit aliquando dæmon præ foribus loci, vbi Virgo Salvatoris Passionem meditabatur, horrendas remugiens ambages, ac tandem ore rabido clarissimè dicens: Quidnam actura es tuo cum Christo? Haudquæquam verearis te fore dannandam. Humeros caputque Veronicæ quapiam vice infiliit, Virginem premens, quæ veluti magni lapidis collis pondere excruciatatur. Cumque Virgo immobilem perseverasset, eius caput iætibus multis percussit, quamobrem ingenti capitâ dolore laboravit. Is vero dolor diæ naturalis tempus minimè excessit. Chlamydem quoque eius pertrahens, se Virginem necaturum affirmabat. Plurimos fremitus nunc ostij collisione, nunc ascensu ac descensu scalæ cuiuspiam, ac pleraque furentis signa dabat, quibus Veronicam à cœptis defeste conabatur.

Timet ne ob peccata sua hec permitâtur à Deo.

etiam misericordia mori.

tionis delegerat remotiorem, in quo legumina condita seruabantur, quibus dispensandis ipsa præterat. Quo di- ruto gratia instaurandi cœnobij, orationis quoque locum secretiorem Virgo immutauit. Quam acrius perse- quens diabolus, usque ad eò verberibus afflixit, vt res palam prodierit. Apparebant autem verberum dira figna, doloresque vehementissimi suboribantur singulis corporis membris nigrescentibus. Posteaquam diuinâ ope mens Virginis ad cœlestia rapi coepit, strepibus omisis crudelius ab dænone torquebatur. Aiebat Veronica dæmonis verbera sœua nimis fore, vt pote ad instar mallei ferrei aut lapidis durissime percutientis, nec nisi expertos isthac exprimere posse. Diuinâ vero agi prudenter asserebat, hisce ægritudinibus natisque doloribus ægrescentes ciriùs liberari. Ad hæc usque tempo- ra dæmonis nullam speciem corporeis oculis haud inspexit: quod futurum Angelicâ revelatione cognouerat. Verùm tribus annis Veronica hocce bello aduersus dæmonem præliata, diuini semper solatij inuictissima re- tulit triumphos.

CAP. X. De ipsâ ab dæmone verberatâ.

Sacro die Dominico infra octauas Epiphaniæ posteaquam Verónica rapta mete ab Angelo, vidit beatissimam Matrem Dei, ob amissionem pueri Iesu vehementissime indolentem, veluti in quarto libro la- tius prosequemur: manè in cellâ orationi animum dans, Sacerdote quopiam in templo Missam agente, dæmo- niem aduenientem perfenit: qui Virginem aggressus, dñe dñi cadi- tantis illam attruit verberibus, quantis riuumquam affe- sur a de- cerat: nec à verbere cessauit, donec expletis mysteriis mone. sanctorialis quæpiam fortè fortunâ Virginem adiit. Demiratur femina Veronicam solo iacentem, totâ facie nigrescentem, nec loquii nec spirare valentem; dissolutæ squidem videbantur Virginis corporis omnes compa- ges, & illius quæque membra languere. Tantoperè vero ab torquente impio dænone Virgo premebatur, vt nec Iesu quidem nomen sanctissimum proferre posset. Diuino tâdem suffragio locuta dixit: Domine Deus meus, pro tuæ voluntatis beneplacito en lubens moriar. Quo dicto, reliquit eam satanas semiexanimem ac toto corpore contremiscentem. In lacrymas itaque prorupit quæ venerat mulier, miserabilem Veronicæ calamitatem cōpafia. Tum quænam infelicissimi euen- tus origo extiterit, sciscitur. Respondeat Verónica: Dæ- mon fuit, quem vulgata nomine Malatascam vocita- bat. Sanctoriali igitur suffragante lectum supremo labore confundit. Accurrunt Sorores reliquæ, flen- tesque Virginis miserantur ærumnas. Nec mors: Vc- bera, ra- ronice mens rapta potita ad fidereas euolauit mansio- pitur, & nes. Ad corporeos autem usus regrediens fospes penè mox san- inuenta est: nam eodem die lecto consurgens in refe- redditur. storio communi cibum sumpsit, ac posterâ die pluri- mos labores circa ministeria cœnobij subire haud per- timuit.

a. Hac vox malam peram, siue faculum sonat.

Cap. XI. De allocutione cuiusdam So- roris defunctæ.

Laborantem extremâ ægritudine Sororem sancti monialem, cui nomen Liberata fuit, cuiusue pe- ñus magno Dei zelo incensum sanctâ conuersatione credebatur, annuente Matre cœnobij, rogatam fecit Veronica in hæc verba: Soror mea carissima, te totis animi votis exoro, vt cum ex hac luce migraueris, im- pietres à Domino, quatenus mihi apparere valeas, ac me certiorum efficere, quodnam sit id quo amplius in diuinam Majestatem peccauerim: mihi quoque Deum concederé satagit priorem inter Sorores te post tua fara

fata sequi. Quod vbi munus obtinueris, me certiorem efficies ante mēsis spatiū, obitus mei quod supremam horam præcedere cōtinget. Eo etenim tempore ad corpoream sarcinam deponendam Sacramentorum perceptione, orationibus, lacrymisque perfusis, Deum mihi conciliare conabor. Talia verò semper pro summi Dei beneplacito mei gratiā obseerabis. Annuit Veronicae Liberata, quæ fato concessit xii. Calendas Decembris anni ab ortu Dominico millesimi quadringeritescimi octuagesimi septimi, dans mortis sœua signa, facie immutatione deformi, oculorum motibus, lingue corrosione adusque sanguinis effusionē, fremitibus ac totius corporis tumore ingenti: mortuæ autē cadauer ad priorem formam reuersum est. Timuere Sorores timore magno, ne forte damnationis æternæ ea forent præludia.

Apparet ei mortua, & varia indicat.

14 Verū natali D. Stephani Protomartyris aīni sequentis obdormientem Veronicam vox similis voci Liberata dum viueret excitauit. Arbitratā est Virgo vocem defunctæ nuntiavisse sibi diem obitus, at post tres dies, posteaquā Veronica in loco secretiori noctis intempestā silentiō orationem Domino fudit, vocem Liberatae se vocantem audiuit. Eā voce vehementi terrore concussa virgo exanimis penè effecta est. Cui Liberata dixit: Ego quidem, ô Veronica, Soror Liberata sum. Scito verò te in plerisque defecisse, ac præcipue cā in re, & explicit peccati geniū speciemque. Tibi cuncta pepercit diuina miseratione sacræ confessionis medio. Cautior esto in posterūn, atque te multa passiūtum aduersa intelligito. Cœnobij quoque Matrem continuo tertioem efficies, coactas in vnum Sorores admonere, vt à mortuture caueant, grande enim illud crimen est, quo nonnumquā in Deum peccant. Agito etiam eidem gratias, ipsaque Mater Sororibus meo nomine referat pro præstis mihi suffragiis, quibus purgatoriis ignibus eriperer. Aequo animo ferre Matrem hortor ventura infelicia, hanc apud Deum maiori coronā donabitur. Interēa Virgo receptis viribus audentiorque effecta ait: Cur, ô Soror, tam dira mortis signa animam exhalans ostendisti? Cui Liberata: Vidi diabolum terrificā specie me cogentem Christum Deutū abnegare. Enim uero Saltiatoris imperio illicē mihi mōts suffocatione necante subsecuta est. Daemonis igitur horrenda species, durum eum eo certamen, morsque violenta hīmis horrida signa dare cōgerunt. Vale Soror, tecum enim amplius demorari nequeo. Cui Veronica: Rectē cirēa te agitur Respondit Liberata: Rectē. At aurorā illucescente personantem pro salutatione Virginis beatissimæ campanam Veronica audiuit, & vox Liberatae omnino cōcūcuit.

CAP. XII. De auditâ voce cælesti mandante fieti nonnulla.

Columnia oratione depulsa.

15 Thadæus Sacerdos, qui monasterij Diuæ Marthæ curam gerebat, vir religiosus & timens Deum, malignantium verbis acribus ac minis persequebatur: quapropter dolerat vehementissimè Sacerdos, Sororesque pariter turbantur, Deum Maximum assidue obsecrantes, quod pastorem animarum suarum à labiis ini quis liberaret, eidemque præstō adesse dignaretur. At Veronica tacta cordis dolore intrinsecus, lacrymis obortis, genua flectens, & duplices tendens ad sidera palmas, talia sepius orauit: Amantissime Deus, Christum tuum, Sacerdotem & ministrum, pastoremque bonum animarum nostrarum, quæ tibi famulamur, ac tua (ô vñiam digno nomine) sponsa vocitamus, nostros miseras errores ab malignantium insidiis protege. Adiuua in te sperantem, & saluum fac ab inimicis. Post longas itaque preces, postq[ue] vberes lacrymas Veronica nocte quapiam excubiis celebratis audiuit vocem clarissimè dicentem: I nunc citius Veronica, & Sorori Thadæae significato, vt oratione Beatæ Virginis

priùs dictâ psalmum centesimum decimum septimum, AVCTORE cuius initium est, Confitemini Domino quoniam bo- ISIDORO nus, Deo persoluat: quod Thadæa perficit, plerisque ISOLANO. Sorores rogatis idipsum agere eā die, nediu[m] multos per annos. Hat oratione obstrūctum est os loquentium iniqua, & viri sanguinari ab iniquitate cessauerunt.

CAP. XIII. De quapiam appatitione Iesu sub infantis formâ.

16 Laræ & Seraphinæ geminis Sororibus cœnobij Diuæ Marthæ extreñā ægritudine laboran- *Veronica* tibus, aduenit Sacerdos viaticum ministraturus: cūm *videt* itaque sanctum Domini corpus manibus attolleret ab *Christum* altari recedens, conspexit Veronica infantein Iesum An- *ut infan-* tem in Edi- geliis circumseptum: cælestia pangebant carmina bea- charistiæ. tissimi Spiritus. Quæ audiens Veronica, exteriplò cor- poreos reliquit vñus. At Sacerdos saeris ministratis abiit. Veronica vbi spiritu ad terrestrem sedem remeauit, di- *Spiritu co-* xit Sororibus: Ego semper Sacerdotem comitata spiritu *mitatur* interfui quibuscumque actis, cūm exhiberetur Eucha- *Sacerdotem*. ristæ Sacramentum ægris Sororibus. In cuius rei claris- simū argumentum singula recensuit.

CAP. XIV. De viso Sororis morientis agone.

17 Orienti Seraphinæ interfuit Veronica intuens corporeis oculis sœua bella hostis antiqui, qui bus animam exhalantem vexabat. Angelus siquidem lucis astabat præstō decedenti affuturus. Obiiciebat è *Damon* regione dæmon Seraphinæ grauia quæpiam, nedium *moribum-* verba leuia, silentij non obseruationē, ac ea quæ morta- *de variâ* les nullius momenti arbitrantur: memorabat verò ea- *obiciit*. dem impropétans. At luce Angelus confessam fuisse omnia Seraphinam respondebat. Tūn impius satan alia in medium dedueebat; qui confessionis accepto re- sponso confusus abibat. Seraphinæ itaque ultimum dan- te spiritum, Angelum Domini latantem apprimè Vero- *Hanc Ve-* ronica in- telligit in purgatoris detinerit.

CAP. XV. De viso alterius Sororis morientis agone.

18 Extē luce post Seraphinæ fata, humanis rebus ex- cessit Clara: cuius morientis certamen, quam- quā longius extiterit, mitius tamen fuisse Veronica. *Cuidam* dixit: mundi nemipe Reginam ibidem affuisse conspexit. *moriens* Verū Sororibus Claram obiisse opinantibus, quod *adesse D.* nulla vitæ signa daret, os Sororis Thadææ auri Vero- *Virginem* nica iungens, humili voce dixit: O si quæ ipsa video tu cerneret! nondum Claram spiritum reddidisse arbitra- *videt,* reis. Quod rei probauit euentus, continuè enim oculos aperuit, caput dimouit, omnisq[ue] sensus officio vñsa est. Posthæc ad extrema veniens animam exhalauit. Tunc Veronica Thadæae inquit: Nunc proculdubio Clara obiit: nam beatissimam Virginem alta cælorum petiuisse animaduerterat.

19 Quæ fors Clara post fata euenerit, Virgo raptus potita, Domino retulante cognouit. Purgatorio enim *La ram* addictam esse certior effecta est. Afferuit Veronica pe- *in purga-* culari Dei munere sibi exploratum esse, paucis admo- *tario deti-* dūm suffragari ita Apostolicas litteras, vt Purgatori- *natur.* pœnas aliquo modo experiri non cogantur. Tantus si quidem est diuinæ iustitiae rigor, tantaq[ue] mortalium in- dispositio. Animaduertit autem Veronica in præfatarum *Sororum*

AUCTORE Sororum mortis agone dæmonem magno impetu mo-
Isidoro riètes aggredi, vt eos terreat, & eum aquæ sanctæ asper-
Isolano. sione fugari. Heu quid magnorum criminum onusti
Demon a- pondere, quid homicidæ, quid adulteri, ac vani homi-
quæ bene- nes in extremis patientur; quando virgines à teneris (yt
dicitur fu- aiut) vnguiculis Domino sacratæ, cælibemque vitam vf-
gatur. que ad funus ducentes, tam sœua prælia passæ fuerunt?
Meminerint hi, quæso, qui confessionis facia fructus
existant. Eo etenim Sacramento os aduersantis dæmonis
obstruitur. Mortalia liquerunt Seraphina ac Clara Vir-
gines præfatæ mense Octobrio dilabente anni millesimi
quadragesimæ octuagesimæ octauagessimæ.

CAP. XVI. De ipsâ ab dæmone cru- deliùs verberata, soloque Saluatoris aspectu fospite effectâ.

*Premoni-
sa ab An-
gelo, crû-
deliter à
dæmone
verbera-
tur.*

20 **K** Alendis Martij anni sequentis Virginis aptid Su-
peros vacanti Angelus Domini nuntiauit di-
cēs: Forti animo esto, quoniam propediem verbera sœua
nimis ab dæmone patieris. Post biduum verò in cubiculo
orantem primâ noctis vigiliâ aggredieris dæmon ferox,
crudelibus verberum iætibus affecit. Horruit ingenti pa-
uore Veronica dæmonem furios inuestitum vénientem,
& commota sunt viscera eius. Egit gratias suæmo Opifici
Virgo pro acceptis flagellis, indignam pariter se ar-
bitrans, quæ talia pro Saluatoris nomini sustineret: post
lectulo compositos artus verberibus attritos, mox sur-
gere cogitur, atque scalam, laborans licet, descendere.
Cumq[ue] satis naturæ fecisset rediens, vbi scala extre-
num attigit, ab dæmone actiùs torquetur; & quadrupli-
cili autem verbere seminecem Virginem spiritus né-
quam reliquit. Tum Veronica ampliores laudes Deo
immortali dixit pro quadruplicatis flagellis. Vires deinde
magnanima virgo excitans scalam concedit, lectu-
loque composita totam noctem duxit insomnem. Dole-
bat enim vnde & vnde cruciabantur. Verùm die
illucescente vénere Virginem visitatum Sorores, toto
quidem corpore ægram, sed capite magis quam ceteris
membris attritam.

21 **D**iram nimium Veronicæ sortem commiseranti-
bus Sororibus, personuit campana pro Missæ celebra-
tione: quamobrem abeuntibus illis, sola fedes Veronica
continuò ad Superos rapitur. Afferuit verò ad terre-
strem regressa sedem, Saluatorem hac oratione se horta-
tum fuisse: Scito filia mea, hisce horis te verbeta susti-
nuisse quibus instate meæ Passionis tempore cenâ ultimam
desumpsi cum matre pietissimâ. Tum nobis lacry-
mantibus cenaculum est ingressa Magdalene tantarum
lacrymarum caussam sciscitatura. Cui virgo Antonio
imitata dixit: Vbi eras, bone Iesu, vbi eras? Quare in
principio non affuisti vt me inuares? Respondit Christus:
Ego filia mea, hic eram; neque si non affuissim sœua
verbera sustinere potuisses. Secundum meæ volun-
tatis beneplacitum verberibus affecit te dæmon im-
pius, lubensque vires eidem abstuli: non enim aduer-
sum tunc iusta quicquam potest satanan. Hic ergo eram,
ð filia mea. Ego quidem columnæ alligatus cùm flagel-
laret, neminem consolantem inueni; tu verò me suffra-
gia, animum, viresque donatæm præsè habuisti. Quam-
quam nullum ego crimen admiserim, prætingentem spi-
neam coronam tamen, flagella, & diram crucem cru-
deli vulnere sum perpessus. Cur non tu ipsa patiâre quæ
totiens peccasti? Mysteria meæ Passionis tibi nota effeci
perinde atque tunc Hierosolymis ageretur, vt sufferendo
mihi compati edisceres. Verum ego iniuste dolui, tu iuste
pro tuis affligeris criminibus.

22 **C**ui Veronica: Cur mihi vili femellæ & abiecta
nimium, multisque onustæ criminibus, altissima my-
steria explorata efficere dignatus es? Respondit Domi-
nus: Plura equidem admisi delicta, quæ te hisce indi-
gnam muneribus constituant; tu verò tantis affecta es

cælestibus donis solâ meâ bonitate donante. Quocirca
tuis minimè isthac meritis adscribas, sed meæ tantum
modò pietati, quæ hominum vultus aut dignitates ne-
quaquam respicit. Cuncta enim ex meâ voluntate pen-
dunt, profluent, & donantur. Potuisse quoque ego te
omni scientiâ replere, quâ mundi sapientibus quibusvis
præstares, quâc orines nodos humanae diuinæque sa-
pietia dissolueres: verum summoperè mihi placet quod
te indignam ac talibus immoritam arbitris, quodque
dona tua cælestia mortales latere cupias. Humilitas enim
ignorata malis, & nemini ignota piorum, mihi semper
placuit. Hæc Christus Deus immortalis. Dixit Veronica,
plurima se tunc ab Salvatore audiuisse quibus ingentia
percepit solatia, quæ aperire nefas opinabatur; proli-
xior nempe fuit Christi Maximi sermo. Cuius hilari
vultu ac blandis nimium diuinæ præsentiae oculis ad
corporis officia rediens sospes inuenta est. Omnis dolor,
omnisque ægritudo diuini aspectus medicinâ recessit;
totius corporis solâ nigredine perfuerante.

*Humilitas
Dei gratia.*

CAP. XVII. De palmulâ delatâ ab Angelo.

23 **C** Vm laboraret ancipiæ ægritudine Soror Tha-
deæ, obsecranti Veronicæ asiduè pro illius fa-
lute, celorum Regina palmulam ab alto demisit, quæ longioris
vitæ longioris à Domino eidem concessæ signum foret. *Veronica
etiam in-
petrat.*
Id quidem munera Dominicæ in Ramis accepit Vero-
nica, quod sibi transmittendum ante dignouerat. Est
palmula illa argentea ad instar oliæ arboris, vario or-
nata colore, pro muneribus diuersis menti Thadæ à
Deo collatis, ceu Virginie beatissimæ reuelante Vero-
nica edidicit. Habet tabellam veluti trunco affixam, cui
diuina nomina inscripta fuere, Iesus Maria. Seruat
adhuc palmula eadem præcipuâ veneratione Diuæ Ma-
tris & Virginis imperio in cœnobio Diuæ Marthæ qua-
nos quoque vidimus & manibus contrectauimus.

CAP. XVIII. De pane delato ab Angelo.

24 **S** Olenniis Diuæ Marthæ vénere mulieres nōnullæ *Fugit con-*
nobilitate in signes Virginem Veronicam visita- *spectum si-*
tum; quæ contemplationi vacans, hominumque con- *cularium.*
suetudinem fastidiens, ac nemini conspicua videri per-
optans, in remotiore domus locum consultò fugit,
atque tegente lignorum congerie totam diem latuit.
Quæsita nec vñquam inuenta, pane ab Angelo Domini
delato pascitur. O Saluatoris pietaté ineffabile! O Dei
nostræ immensæ misericordiæ viscera, quæ Virginis innocæ-
tissimæ latitanti atque iejunâ annoram panis, vt Patri-
*Biasi pa-
nis ab An-*
bus manna, ab alto demisit! Celebri quoque die Nati-
tatis Dominicæ anni eiusdem iejuna virgo perseue-
rans, panem ab Angelo pariter accepit. Posthæc verò
minimè eo munere donata fuit Veronica adusque
trium annorum tempora deuoluta.

CAP. XIX. De ipsâ diebus iejunio- rum pastâ tantum pane ab Angelo delato.

25 **E** Rat Veronicæ consuetudo, dies Lunares, Mer- *Feriat. 4.*
curios, & Veneres iejunare, & eâ quidem parci-
tate, quâ pane & aquâ simplici tantum vteretur. Quo-
circa triennio dilapo post ea, quæ superiori capite scri-
psimus, solo pane ab Angelo delato pascitur. Cœpit
autem Angelus Domini celestem hanc alimoniam Vir-
gini deferre celebri die Catharinæ Martyris anni ab Na-
tali Christiano millesimi quadragesimæ nonagesimi
tertij. Singulis autem diebus iejuniorum vñico pane
*6. iejunat
in pane &
aqua.*
candi.

Panem tuum candidissimum & recenti mediocrisque magnitudinis ab Angelo delato. Virgo contenta, cibum omnem fastigiebat. Sic egit Angelus Domini cunctis diebus vita eius, quibus in posterum pane & aqua simplici vescebatur. Hocce tempus triennio obitum Virginis praesertim. Testabatur Veronica vno ex pane Angelico, quamquam mediocri, magis magisque se saturatam, quam si quatuor communiores panes defumplisset.

CAP. XX. De duplicitate pane Angelico ob gratiam Sororis Thadææ.

Eopulsa alterius & griundo. **A** Grotanti vehementissime Thadææ Virgo intertegrima, fide speque inuiolabili, multis efflagitauit precibus ac obtinuit vitam longiorem. Duplicitatum vero post hæc panem accipiens, alterum aggregamenti Thadææ dedit: quem comedens illico cœualefcerecepit, ac propediem plenissimæ sanitati reddita, suam incolumitatem in Virginis merita retulit. Post noctam incolumitatem affirmauit Thadææ, Veronicæ tradente, Angelicum quoque se panem sæpenumerò defumplisse. Enimvero ad tantæ rei fidem adstruendam Thadææ portiunculam eiufce panis Sacerdoti ad manducandum obtulit. Hocce grande prodigium panis Angelicæ manu delati Thadææ in funere Veronicæ sciscitantibus passim aperuit. Præter autem eâ tempestate coenobio Diuæ Marthæ. Exploratum quidem habebant Sorores Veronicam tres dies omnis hebdomadæ pane & aqua tantummodo vtentem ieunare; at pane Angelico illam vesici nesciebant. Quamobrem Virgo rem omnino latere peroptans acceptâ portione panis, quam in communi Sororum refectorio defumere confueuerat, celalam ingrediebatur, fingens se panem oclusam comedere, quem secretè pauperibus erogabat. O Veronicam Virginem Angelicam! ô peccus cœlestis! ô feminam incomparabilem, qua ægros inter mortales degens, Angelici panis cœlestis edulij & pasci meruit & nutriti.

CAP. XXI. De ipsâ frequentius ægrotante dæmonis verberibus, ac sospite redeunte post raptum.

F Requentius verberauisse Veronicam hostem humani generis didicimus, quæ raptu cœlestibus potita gaudiis spes redibat. Quamobrem in prouerbium inter Sorores monasterij Diuæ Marthæ versum erat, cum Veronicam dæmonis verberibus ægram (quod frequentius eueniebat) & sensibus abstractam ad cœlestem aulam euolasse cernerent. Ad medicum, aiebant, Sror Veronica profecta est, nam ferè semper incolumis regrediebatur. Eo prouerbio Sorores lætabantur, magis magisque gaudebant, cum optimam valetudinem diuino miraculo noctam Virginem Angelicam intuerentur.

CAP. XXII. De ipsâ edoctâ psalterium à Deo.

Scientia psalterij ei ret & intelligeret. Latebat vero hocce munus cœlestis diuinatus infunditur. **R** Epetendum hoc loco est Veronicam religionis habitum subeuntem litteras ignorauisse, horis supremæ Virginis exceptis, quas lectoritate confueuerat: quapropter multos per annos imperio Matris monasterij panem ostiatum perquisiuit. Huius ancillæ suæ humilitatem respiciens summus Opifex, totum psalterium illum edocuit, tantoque munere diuinorum litterarum sapientiam infudit, ut psalmos quoque David & legem

totis animi votis optabat: quippe nihil in se boni operis *Avtoris* offendens; vilis in conspectu omnium apparere fatigatus. *Isidoro* bat, ac sanctitudinis suæ famam summoperè indolebat. *Isolano*. At indignam tantorum munerum se omnino arbitrantis indies maiora cœlitus donabantur.

CAP. XXIII. De ipsâ edoctâ ab Angelo officium secundum morem Romanæ Curiæ.

M Ense Februario anni ab ortu Christi Maximi millesimi quadringentesimi nonagesimi quarti, qui secundus annus fuit, quo Angelico pane *Officium* Veronicam Deus aluit; Angelus Domini magna luce coruscus adueniens octo dierum spatio omne *Romanum* *Romanum* Curia officium Virginem edocuit, ac varios mores reliquiosorum, qui Romanum sequuntur Curiam in diuinis laudibus persoluendis. Dixit autem Thadææ huius rei confessa Sororibus: Ego ab Virgine intelligens Angelum eam diuina edocetur, breuiariū mihi cōcessum eidem tradidi: at singulis diebus librum repetens chordulas folia signantes comperiebam, in quibus dierum illorum officia scripta continebantur: quocircà Angelici ministerij certior efficiebar. Hæc illa. Thadææ vero certior adhucbenda est fides, cum ipsa auctorum Veronicæ fuerit oculatissima fides.

CAP. XXIV. De Angelo eidem suffragante in diuinis horis persolwendis.

V Irgini Veronicæ diuina officia plenissimè ab Angelo edocata, idem nonnumquam præstò afferuit in persoluendis eisdem. Psalmos alternis Angelus & Virgo semper genu flexo dicebant, responsoriaque & antiphonas. At sexta lux mensis Martij prima fuit, quâ Angelo suffragante psalmos Veronica concinuit. *Angelus cum eâ horas recitat.* Voluebat Angelus voluminis folia, Virginem instruens quoniam modo integrè singula persolueret. Posthac psalmos plurimos alternis pariter dicebant. Quibus peractis Angelus Domini aiebat: Tu sola reliquum perfici to. Tum Superum regna petens reuertebatur ad Deum qui miserat illum.

CAP. XXV. De descriptione Angelicæ speciei.

A Sferuit Veronica eo lumine Angelum Domini circumseptum aduentare solitum, quo noctis mediae densissimis tenebris diuina lectoritate cupienti, neque igne neque ocularibus egeret. Eâ itidem mortali bus incognitâ luce prohibebatur Virgo, ne Angelicâ speciem diu satuisse intueretur. Angelicam faciem mediâ fronte cornuti paruum gestantem inspexit, stolamque *Angeli* collo pendentem, & alas habere veluti moris est picto-*forma*. ribus Christianis Angelos, corpora omnia transecedentes, pingere. Purissimæ vndique lucis emittebat radios, præcipue diebus celeberrimis, alæque præsertim magis magisque fulgebant. Ascensus mentis in diuinos amores & laudes alæ signant: qui Christianæ religioni addictis, cœlestis Hierusalem ciuum imitatione, feruentior altiorue adeste confuevit. Nihil profectò, aiebat Veronica, à nobis videtur, quod Angelicæ claritudini comparari à mortalibus queat. Neque splendor ille inanis censendus est, lucis enim Angelo abiente nox obscurior mihi perseverabat, cogebat quoque lumine ignis vti & ocularibus, si forte cœpta diuina officia perficeret voluisse. Hæc Veronica.

AUCTORIS
ISIDORO
ISOLANO.

CAP. XXVI De composito ab eâ volumine Angelo dictante.

32 C omposuit Veronica opus præclarissimum Angelico dictante, quod diuinâ irâ ab mortalium oculis creditur ablatuim, Virgine adhuc viuente. Futurem vero affirmauit, ut cœnobio Diuæ Marthæ volumen ipsum prouidentissimo Dei munere aliquando restitueretur. Quod vtinam nostrâ detut tempestate, quæ Angelicis dogmatibus proculdubio mirumque in modum eget. Verum aureo calamo Angelo afferente accepto præfatum librū Veronica conscripsit, quem iuxta palmulam Sorores cœnobij Diuæ Marthæ peculiariter veneratione custodiunt. Vidiimus nos ipsi calatum, Angelica ministeria Veronicæque sanctitudinem eâ in re magis magisque demitati.

CAP. XXVII. De Angelico solatio ægrotanti eidem præstito.

Agrotans ab Angelo 33 T orquebatur sœpenero d' Veronica doloribus iliacis, & ab iniquo dæmone durioribus flagellarebatur. lis attrita, vehementissimè dolebat. Ad eam verò intempestâ noctis silentio veniens Angelus è celo, lumine splendoris sui confoniebat. Tum matutinas horas vna persoluebant. Peractâ diuinarum laudum particula aiebat Angelus Domini: Quiesce paullulum filia, quoniam acerrimo dolore languens summoperè affligeris. At Virginis genua flectenti mandabat plerumque ut pedibus staret. Posthac mortalibus ignota superna Hierusalem arcana beatissimus spiritus Veronicæ aperiebat: mutuò quoque fabulabantur pro Angelico beneplacito. Mos itidem fuit diuino nuntio subinference: Ea filia, diuinum officium prosequamur. Sic faciebat Angelus Domini quoties Veronica plurimum affligeretur.

CAP. XXVIII. De ipsâ peculiari munere diuino singula quæque memorante in Romano breuiario scripta.

34 C eleberrimo Natiuitatis Dominicæ die, anni millesimi quadragesimi nonagesimi quinti, Veronicæ raptu potit ac superos choros perlungati, Christus Maximus significauit, dicens: Hodie, filia mea, præmane breuiarij. clarissimo munere te prosequi volo. Enimvero quidnam foret futuræ rei probavit euentus. Virgo nempe ad sensus regressa, quidquid in Romano breuiario legitur, eius se memorem esse dignouit. Quamobrem opus numquam illi fuit libro vti, aut in officiorum mutationibus, aut in quois discrimine ad diuina officia spectante. Sciscitaibus quoque Sororibus idipsum Veronica aseuerauit. Nulla verò Sororum ancipi animo fluctuabat in Virginis sermone, scientibus illis & patenter animaduertentibus, quæ in ea fiebant mirabilia, fieri Deo operante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

CAP. XXIX. De ostendo resurrectionis Dominicæ mysterio.

35 N octurnis excubiis resurrectionis Dominicæ anni millesimi quadragesimi nonagesimi quinti, affuit Veronica non in choro, sed in angulo ecclesiæ, humiliori voce psallens: neque enim ceteris Sororibus psallentibus aliquando misceri se voluit humiliis, suæ vocationis seruandæ gratiâ. Cumque psalmus ultimus decantaretur, Angelus Domini, quem singulis diebus Dominicis ab humero dextro, atque præcipuis celebritibus maiori lumine radiantem Virgo inspectabat, ei

dixit: Surge filia, & ad tuam cellam pergitò. At Veronica Angelica iussa illico capessens, celerius cellam adiit, tametí cælesti lumine vicina loca clarescere conspicaretur, eius tamen cellula ampliore claritudine radiabat. Ingressa verò pessulum ostio dedit. Enimvero corporeis oculis Iesum Dei Filium Angelorum multitudine circumseptum intuita eleuator adusque loci testudinem. Iussa verò altiori voce antiphonam, Regina cœli lætare, Alleluia, suauissimè concinuit. Tum Saluator Virginis sub imaginibus corporeis mysteria cuncta peracta die sancto Paschæ demonstrauit. Singulas quoque apparitiones Iesu Maximi, atque imprimis, cum beatissimæ Matri visus creditur, hæc quidem sub obtutibus corporeis vigilanti Veronicæ prouidentissima Dei Mæfestas ostendere dighata est.

Chrijum
videt festa
Pascha:

Empli-
tua die
peracta:

CAP. XXX. De Christo in eius cellâ inambulante.

36 P ostridie celebratæ Pentecostes anni millesimi quadragesimi nonagesimi sexti, antequam psalmodia horæ nonæ ab Sororibus in templo decantaretur, cellam Veronicæ Virginis, leuandi animi gratiâ, veluti consueuerat, Thadæa adiit. Ostium verò clausum sœpenero propulsans, nullum omnino responsu accepit. At Thadæa accuratissimè introspectans rimulâ, vidit locum lumine cælesti fulgentissimum, omnique ex parte occlusum. Medio lumine inambulabat Veronica psallens altiori voce, veluti cantanti mos est: neque Veronicæ vox hominis videbatur, sed concentus cœlestis præ dulcedine suauè sonatis harmoniæ. Sic Virgo exultabunda diu multumque processit, psallens. Virgineum denique vultum demiratur Thadæa effectum intracehilariorem, ridenti similem, ac dicentem: Deus meus, huius ignara id nunc dicere nequeo. At paullulum subfiliens psalmodiam profecta est adusque horæ nonæ calcem. Noluit verò Thadæa Nonæ officio interesse, psalmodiæ perseverant suprêmâ dulcedine tracta. Afferuit Thadæa tantæ suauitatis vocem extitisse Veronicæ tunc psallentis, ut supernis gaudiis nimium nimiumque gestiens quænam verba proferret Virgo haud intelligere potuerit.

Consitutus
in lumine
ambulans

& psallens
in strace-
lam.

37 Finita psalmorum modulatione, diuinâque luce abeunte, aperuit Veronica ostium; quam Thadæa statim complexa est, dicens: Parcat tibi Deus, Soror mea, quæ mihi diu pulsanti numquam aperire dignata es. Cui Veronica: Nostin quæ mihi Saluator dixerit? Grandi munere te hodie donata fuisti scito, quando tibi exaltus datum fuerit animaduertisse ea quæ vidisti & audiisti. Cui Thadæa: Dicito mihi, cur diuinæ laudes in longum protraxeris. Respondit Veronica: Omnem psalmodiam horæ nonæ vna cum Salvatore persoluti. Cui Thadæa: Cur dixisti: Deus meus, huius ignara id nunc dicere nequeo? Ad quam Virgo: Iusserat Saluator me quæpiam dicere quæ ignorabam. Illa verò me docuit idem ipse Deus immortalis. Affirmauit nonnumquam Thadæa auctorum Veronicæ indagattix, dicens: Ego sapientia, virgine Veronicæ extasi cœlestis Hierusalem superna regna perlustrante, illius cellam clarescere quamquam immensâ claritudine inspectauerim; numquam tamen Virginem conspicari distinctius potui, quam cum Christo deambulans psalleret. Quiquis es qui isthac demaris, legitio Diuæ Catharinæ Senensis præclarissima gesta, quibus facilis ingenio Veronicæ Virginis electæ ex millibus ad sanctitudinem venerandam incitaberis. Habuerunt quoque Veronicæ tempora per Italiae vrbes plurimas Virginis talibus tantisque affectas ab summo Opifice donis ineffabilibus. Admiranda est profectus earum virginum puritas, earumdemque deliciarum omnium contemptus, integerrimæ itidem & cœlestis virtus, quæ tamquam splendidissima luminaria suâ sanctitudine vniuersum orbem illustraturæ emerserunt.

CAP.

Indicas
cum Chri-
tuo Nonam
decantasse.

CAP. XXXI. De allocutionibus Sanctorum.

Cum ea coram colo loquuntur Sancti, suis festis.

*** 26. Aug.**

38 Post vias Sanctorum celebitates apud Superos, quas liber quintus aperiet, Veronica per singula solennia toto anno præterlabentia cælestes Sanctorum colloctiones præmeruit. Exorsa verò est hæc diuina cōsolatio in nativitate B. Ioannis Baptista. Iis quidem diebus, qui Sanctis pluribus dicati sunt, vna Virginis Diuæ illæ mentes apparebant, colloquebanturque dulcius, atque in superna fluenta fontis vita inhiabat Virgo cælestis. Mortalium omnium mentes superabant ea colloquia; neque ab cælicolis exposita mysteria satis capere possunt hominum quamvis præclarissima ingenia. Mense Augusto celebrat Ecclesia S. Zephyrini Papæ ac Martiris natalitium*: quo die omni humana mente altius solatium experta est Veronica. Nam post cælestem sermonem Zephyrinus Angelico carmine dulcissime concinuit. Hæc quidem apparitiones Superum sub obtutibus corporeis Virginis euenerunt, luceque cælesti circumacti Sancti aduentabant. Quamobrem Thadæa ab Veronica secretis affirmare confuevit: Ego anno eodem longa ægritudine laborans, sociam noctibus diebusque plurimis Virginem habui, ad quam lumen cælitus descendere intuebar, audiebamque Virginis loquentis sonos; sed voces minimè percipere poteram. Toto quoque viuis anni spatio ab singulis Diuis, chorisque Angelicis reprehensionem sustinuit Veronica, quibuscumque criminibus ab se in Deum admisis: quocircum ingenti timore percita confundebatur primùm, deinde misericordias Domini decantabat, qui sibi cuncta pepercera.

LIBER III.

De raptu Veronicæ Virginis ac plerisque ostensis.

PRO O E M I V M .

Duplex abstractio à sensibus.

Raptus præter naturam triplex:

ab ægritudine,

à damone,

à Deo.

Ezech. 8. 3.

2. Cor. 12. 2.

in Coniu.

Tom. I.

MENTIS hominum abstractio à sensibus corporeis, qui exteriores vocitantur & sunt, nonnulla naturalis est, modum ordinemque naturæ sequens, alia præter naturam inuenitur. Quam naturalem appellamus, producit vehemens animi applicatio ad quodvis ingenio rationabilique mētis examine appensum. Quamquam enim animi plurimæ sint virtutes, vna tamen est intentio, quâ rerum humanarum vel diuinarum contemplationi vacante, inanes oculorum acies, auditus, ac ceterorum sensuum actus inueniuntur; leui verò motu ad corporis visus redit, quod quam facillimè ad sensuum opera animi intentio reuocet. Hæ studiosissima, quotidianaque existunt. Quæ præter naturam est abstractio, raptus à diuinis litteris nuncupatur. Is quidem raptus aut ab ægritudine prouenit, aut à malo spiritu, aut à diuino numine. Sunt enim pleraque ægritudines humoribus recurrentibus per spirituum corporeorum neruiculosa itinera eisdem spiritibus iter occidentes, quamobrem inane iacet corpus & immotum. Arreptitij verò alienationem à sensibus patiuntur cacodæmone operante. At plurimos sapientum numina Superum à sensibus euocauisse facri codices referunt. Ezechiel nempe Propheta de se loquens ait: Spiritus eleuavit me inter cælum & terram, & adduxit me in Hierusalem in visione Dei. Itidem Paulus Apostolus inquit: Scio hominem in Christo raptum usque ad tertium cælum.

2. Socrates (vt scribit Plato) à solis ortu usque ad solem alterum orientem inconciuens, immobilis, itisdem

vestigiis, & ore atque oculis in eundem locum dire- **Auctor.**
ctis, cogitabundus & abstractus à corpore stabat. Plato **Isidorus**
frequenter contemplationis intentione longè secessit à **Isolano.**
corpore. Eius discipulus Xenocrates singulis diebus in- **Raptus**
tegram horam abstrahebatur à corpore. Porphyrius **genitulum**
Plotini discipulus scribit Plotinum sèpè solitum à cor- **sapietum.**
pore mutare vultus; tunc mira quedam inuenire, quæ
postea scriberet: quater autem affuisse se afferit iis Ploti-
ni miraculis. Seipsum verò, cum ageret octauum &
sexagesimum ætatis annum, à numine correptum semel
inter contemplandum affirmat. Multis annis ante istos
idem fecisse Heraclitum & Democritum legimus. Ho-
rum meminimus etià ambigentes an bonorum spiri-
tuum operâ raperentur, arbitrii tamen quod raptu ve-
ro potiti fuerint. Sed quid Philosophos in medium de-
ducimus, nostrorum quando præclariora facinora ra-
ptus diuini veritatem astruāt? Diuus enim Thomas no- **Raptus**
ster Aquinas, cuius præconia nunc silentio prætereunda **Sæctorum.**
censemus, nonne præclarissimo Dei munere ad superas
viuens rapiebatur māsiones? Catharina Senensis, cuius
vitam Sancta Romana Ecclesia imperio veneramur,
colimus, adoramus, nonne mortalis à sensibus se gre-
gata, cælestes perquisiuit domos?

3 Verum enim raptus qui de prudentiâ & moribus Ve- **Raptus**
ronicæ Virginis periculum fecerunt, eius raptum ægri-
tudini nequaquam adscribunt. Qui verò à dæmone rapi **Veronica**
Virginem arbitratur, diuina illius acta, sanctitudinem, **esse à Deo**
innocentiamque ad mentem reuocet. Quis enim sanæ
mentis assuerare ausit, Virginem post raptum ad ter-
restrem sedem remeantem diuinos amores spirantem,
futura præloquente, mentis secreta referantem, cæle-
stes domos describentem, terrena queque magis ma-
gisque parviperudentem, à dæmone raptam extitisse? Sa-
than Christi Maximi seuissimus hostis creditur, aduersum cuius cælestia dogmata impia semper molitur. At
Virgo Veronica singula Saluatoris gesta raptu potita
edificens, mortalibus Christi Dei immortalis cultum
etiam post cineres exponit, prædicat, fatetur, adorat.
Quamobrem Lector ingenu, te per Christi sacra ro-
gauerim, ne sequentibus libris à nobis conscripta fide-
vacuus perlegas, ea cogniturus quæ te æternis triumphis
donare queant.

**a Merito quidem ambigit, praesertim cum Plotinum conser-
magia deditum, familiaris damone usum. Socratis illa à sensibus
alienata fortassis naturalis fuit.**

CAP. I. De raptus initio.

4 Num agenti quadragessimum secundum Ver-
onicae Virginis, posteaquam aduersus dæmones
plurimos nausta est triumphos, rapi ad superna pala-
tria donatum est. In raptus quidem initio, nocte tantum
sensibus exiliens in cælesti vacabat Hierusalem. Deinde
Missæ sacra cum ageret Sacerdos quispiam eâ præsente,
ac præsertim post diuinam Eucharistia defumptionem,
raptu potiri confuevit. Orans quoque ac meditationi
incubens, sèpenero ad Superos euolabat. Spiritu **Corpus**:
sursum eleuato, immotum manebat corpus, nullaque **plus tem-**
arte fieri poterat, vt spiritus ad sensuum organa rediret, pore im-
quidquid molitus foret à quibusvis incredulis vt ad motum.
sensus regredetur, illa nihil magis cadavere moue-
batur. Poplitibus deflexis, in modumque orantis, &
sèpenero ante altare Virginem abstractam, non
numquam lecto iacentem, aliquando stantem offendere-
runt Sorores. A sensibus segregata aliquando voces hu-
miles emittebat, quibus vbinam foret animus Virginis
quoquo modo animaduerti potuisset. Immobilis, vt
plurimum, persistebat, nisi cum Saluatoris patientis
motus effigiebat, aut beatissimæ Virginis gestus diuino
imperio imitari cogebatur. Raptæ multarum horarum
spatio superna tenebat regna.

G g g

CAP.

AVCTOR.
ISIDORO.
ISOLANO.

CAP. II. De effectu raptus.

SA corporeos regrediens sensus Verónica post Superum lustratas regiones, diuino amore vehementissimè flagrabat: lacrymis perfula nonnumquam reuertebatur, aliquando hilaris gaudensque nimium & exultans redibat. Agra & ita agra ut vulneribus affecta se mouere nequiret, post raptum continuò fospes inueniebatur. Inde inter Sorores cænobij Diuæ Marthæ aegrescente Veronicâ, atque sensibus egredens, versum erat in prouerbium: Ad medicum Soror Verónica profecta est. Raptu potita sedebat plerumque grauiter afflita, ac veluti longo itinere superato infirmi roboris erat. Nihil illi tam molestū erat, quam à quopiam raptu deprehendi. Haud potuisset spiritus eius in corpore nonnumquam perfuerare, (cælestibus quippe gaudiis affecta, humana quæque fastidiebat) nisi peculiari Dei munere iunctus, retracta atque mortificata membra excitasset, viuificassetque.

Dulet in
raptu de-
prehendi.

CAP. III. De cognitis ab eâ peccatis hominum, ac præcipue Sacerdotum.

Virgini Veronicæ raptu potitæ sèpenumérò Christus ostendit, quæ impij mortales admitterent crima, quibus diuina bonitas ad iram concitatatur. Aiebat verò Christus Veronicæ: Attendito filia mea, quantis sceleribus in me peccent Sacerdotes mei, qui deinde omni veneratione posthabitæ, infrunitæ fronte ad altare meum accedunt, diuinam oblaturi hostiam. Considerato quoque filia mea, quantâ erga illos utr patientiâ. Ego ipse Christos meos patientissimè suffero, qui polluto corde & immundis labiis & manibus me sub Sacramento contingunt. Talibus profectò impij sceleribus apertâ terrâ deglutiiri promerentur. Exspecto autem illos patienter apertisque misericordiaæ visceribus, ut emendati ad me redeant: quod si eos non paenituerit, fieri illis iudicium sine misericordia. Quam obrem te atque eos, qui mihi puro corde famulantur, ad lacrymas excito, vtque afflidas coram me preces effundant pro quibusvis à viâ veritatis errantibus, ac præsertim pro sceleratis Christis meis, Spiritu meo suadente, perhortor.

Sceleris
multorum
Veronica
offendit
Christus.

Cap. IV. De ostensis pœnis damnatorum.

Superum regna tenens Verónica, à Christo Deo immortalis, quem tunc Angelorum circumdabat chorus, ad tetros inferorum carceres ducitur. Vedit autem Christo duce, damnatorum loca plurima. Primus quidem profundâ nimis voragine horrendus erat. Dixit verò Dominus, Virginem allocutus: Hic est principum ac dominorum, qui aeternis addicti fuere suppliciis, locus infelix: quod sequitur antrum est nobilium, eorumque qui superbiâ tumentes, aeterna bona contempserunt. Tertius, quem conspicis, locus est, vbi foeneratorum animæ cruciantur; quorum tam magnus illic numerus videbatur, quot esse homines in vniuerso orbe minimè Verónica arbitrabatur. His proximior erat pauperum carcer, erantque ceteris pauciores. Tum antrum immane vedit, vbi religioforum animæ durioribus affligebantur tormentis. Dixit autem Christus: Hi sunt, filia mea, qui religionum diuinos mores professi, propriæ salutis deinceps immemores, mihi plurimum aduersati fuere. Isthæc memorans Saluator, tristes vultus præferebat ac terrificos. Angeli quoque tristes admodum facies ostendebant. Multa itidem tormentorum loca perlustravit Verónica inexcogitatae turpitudinis, varia que pœnarum genera pro variis inficta sceleribus. Eo-

varie pos-
ne varia-
rum sta-
tuum in
inferno.

rum miseriae & infelicitati accedebat, quod crudelissimorum dæmonum operâ seu tormenta subibant. Enimvero cum animam quampiam fuisset intuita, quæ veluti vase bullientis aquæ occlusa torquebatur, dixit Dominus: Hæc anima fuit infelicitis illius sanctimonialis, quam aliquando dignostisti: talia tantaue patitur ^{Sanctimonialis} pro murmuris crimine, proque positis eius maleficio murmur inter Sorores litibus, ac præcipue quod in Superioris ^{ratrix dæ} lingua laxauerit. Noluit verò miserabilis femina ea ^{miserabilis} sclera confessionis sacramento delere, quocircà impœnitens obiit.

a Annotat Scholastæ hanc locorum pœnarumq; distinctionem Angelico ministerio in Veronica cogitatiuâ descriptam, qua intellegendi ratio maximè consentanea est naturæ mensis humana adhuc corpori tunc.

CAP. V. De ostensâ horribili facie Christi flagella mundo comminantis.

Quâ die festa Diui Thomæ Apostoli celebrantur, spiritum ad Superos relaxans Verónica vidit Christum alto sedētem folio, cuius iratis vultibus quæque contremiscere videbantur: audiuit quoque Dominum Maiestatis dira nimis flagella mundo comminantis propter innumera scelerâ vnde ab impiis perpetrata mortalibus. At pia Mater mundi Regina Filium ^{D. Virgo} Deum in haec verba precabatur: Noli, quæso, fili mi, ^{filiu hu-} manum ^{genus per-} cantibus: miserere delinquentibus, tu qui misereri eli- ^{dere voléti} gis potius quam irasci. Cui Filius: Satis superque, ô Ge- ^{supplicas.} nitrix pientissima, præstolatus sum, si forte scelerâ dese- rerent homines: iam amplius eos sustinere nequeo, quo- niam in deteriora criminâ quotidie dilabuntur; nullo timore nulloque rubore à viis suis pessimis diuertuntur. Inspic Mater, quantis me ad iracundiam prouocent. Dimitte iam me ut irascatur furor meus, & deleam eos de terrâ. Tú mater pleraque pietatis signa dabat, Deum filiu rogitans ut humano generi misereretur. Stabat immotâ mente Deus, neque iratus matris precibus flectebatur. Denique pia Mater talia obsecrans perorauit: ^{Obrinet} Volo, fili mi, isthæc flagella te continere adiisque anni ^{inducias} tempus dilapsum, quo mortales impietas suas missas ^{mortalibus} facere queant, & ad te Deum conuerti. Annuit Filius ^{bus.} Genitrici, cuius votis satis semper facere consuevit, dixitque: Ego per anni decursum nedum multos per annos humani generis compatiar sceleribus, tuis precibus tuâue pietate, flagellis parcens. Et placatus factus est Dominus à malignitate, quam dixit facere mortalibus,

9. Post hæc Verónica tremebunda ad corporeos vñus regressa est, asserens Christi & Matris vltro citroque loquuntum sermones duarum horarum spatiū superauisse. Quas verò lacrymas, quos singultus, quæve suspiria Virgo Verónica dederit, & super errantes pia gestans viscera, & facie visâ Salvatoris suprà quam dici queat tremenda, haud facilè explicauerim. At inter lacrymas ^{Terribile} Sororibus aduentientibus dixit: Cauete, ô Sorores dile- ^{Christi i-} etissimæ, à criminibus, ne forte horrenda nimium Sal- ^{rati aspe-} uatoris irati facies vos apprehendat. Heu! heu! quantum terroris mortalibus pariet irati Dei immortalis, Christi Maximi asperitus! Quid, quæso, acturi sunt criminosi in die tremenda iudicij? Ah Domine Deus custodi nos ac dirige, ut in nouissimo magni iudicij die audire mereamur: Venite benedicti Patris mei. Noli, roga- uerim, nostrorum scelerum impietatem attendere. Hæc Verónica. Paria vidisse se asseruit Virgo solenniis Purificationis beatæ Virginis.

CAP.

CAP. VI. De cognitis futuris flagellis Dei non post multos annos.

Dile sancto Parasceues anni millesimi quadragesimi octuagesimi noni, inter multa sibi cœlitus ostensa, confexit Veronica plurima Dei & flagella, quæ non post multos annos impia hominum reipublicæ immittere statuerat. Erant vero illa saeva nimis, ignotique iudicij. Nullum genus hominum, nullam conditionem, manum Dei percutientis euasuram dignouit. Quamobrem lacrymabatur vberimè, omnium vices dolens. At Angelus Domini iussit ne cuiquam offensa sibi flagella aperiret.

a Adscribit Scholastæ, vereri se, ne multa sustineat hominum genus ab anno 124. & sustinuit revera, sensim insulsiente in Septemtrionalibus oris heresi. Sed ridiculus hic est, qui in ceteris grauis & piis, dum horum causam malorum à sideribus peti, licet alias adiungat, unde meritò istuc poterat augurari; ait enim: Non autem spiritu hæc timeo cruditus Propheticus; sed sideribus docentibus, Principum Christianorum schismate, ac ceterorum perfidiâ, ingratitudine, leuique reverentia nominis Christiani. Ita ille.

CAP. VII. De reuelata Sororum negligentiâ.

Oranti nonnumquam Virgini Veronicæ pro cœtu Sororum sui cœnobij, post animi ab vñibus corporeis elationem, dixit beatissima mundi Regina: Tuæ hæ Sorores, quartum gratiâ assiduè Deum imhortalem deprecari, negligentes admodum in diuinis rebus exequendis inueniuntur. Optant quidem supernis affie in muneribus, sed labores subire renuunt. Patiantur omnino necesse est, si donorut Dei participes esse cipiunt. Cui Verónica: O Mater dulcis ac Domina, exploratum habes hitmanæ conditionis fragilem statum: nemo sanè bona quævis operari potest, nisi præstante Filio tuo Domino nostro Iesu Christo. Ad quam Mater Dei: Fateor te vera dicere: fed o filia mea memorare omnis vitæ meæ decursus, quem tibi iam dudum exposui. Memori, inquam, cōnde pectori, meâ & sanctificatione demptâ, (nam ego in utero matris sanctificata fui) nihil aliquando me à Deo meo accepisse, nisi laboribus corporis & animæ præuenis. Interæ Sororum cœtus in choro litanias beatæ Virginis decantare cœperunt, atque antiphonam, Salve Regina, nam sabbatum erat, quo die mos est monasterij Sororibus talia persol-

Litanie & Salve Regina, gratissime D. Virginis. tueri ob honorem Dei Genitricis. Dixit ergo diuina Mater: Concentus hic meaturum litaniarum atque antiphonæ, Salve Regina, mihi quam acceptissimus est. Exposuit itidem Virgini Veronica mundi Regina, quæ præstantiores laudes litanis atque antiphonæ Salve Regina contineretur, modum quoque in earum concentibus congruentem. Noluit vero eadem Virgo aperire beatissimæ Matris imperio.

a Postior nunc pars Theologorum, in ipsâ conceptione diuina gratia munere sanctificatam Deiparam afferit, ut nec ad punctum temporis labore ullam fuerit inquinata.

CAP. VIII. De visâ Sanctorum felicitate.

Oranti Veronicæ pro cœnobij sui cunctis Sororibus, ac corporeis solute sensibus, dixit aliquando Christus: Felicitate quam Sororibus tui monasterij, ceteris suis meis dare statui, tibi nunc palam efficerem volo. Innumerabiles Sanctorum beatitudines se confexisse Veronica afferuit, quarum potiores erant illæ, quas Ecclesiæ sanctæ Dei Pastoribus idem ipse Deus largiri disposuerat. Aiebat quoque Christus Sacerdotes vocitans Christos, sanctimoniales vero Christos, quæ nomina iuxta veterum Doctorum morem omnibus di-

uinâ gratiâ præditis conuenire possunt: Maiores ego AVCTOR, ceteris beatitudines Christis meis virginitate pollenti- ISIDORO bus disposui, minores vero feminis. Mihi profecto ISOLANO, quæ gratissimi existuit Christi mei virginitate decori: **Virginitas quæ Deo** rint quantumlibet graue, eos custodire proposuerim à grata. labii inquis & à lingua dolosa. Veh autem illis, qui Christos meos siue in occulto, siue palam sagittabunt: nam destruam eos, & euellam de terrâ.

13 Vedit quoque Virgo disperas beatitudines paratas **immensas**, his qui lubentes mundum contempserunt, hisque qui **licet dif- coacti cœnobia ingressi sunt, & vim denique in virtutis Par, glo- placide amorem conuertentes, dignum Deo famula- ria San- torum.** tum præstare sategerunt. Quam vero coniugati habi- turi sint gloriam, minorem ceteris omnibus afferuit. Nulla beatitudinis genera prædicabat Virgo, in cor hominis ascendere posse, nec ea voce proferri. Vidi ego, aiebat Veronica, apud Superos Sanctorum proceden- tium celebritates, quarum nonnulla dicere queo, sed de felicitate Sanctorum quibusvis præparata nihil omnino lingua exprimere valet. Sunt mortalia quæque hisce comparata nullius omnino momenti. Satagendum nobis est, vt per bona opera felicitatis æternæ ineffabilia præmia attingamus. Si cuiuspiam vestrum, o Sorores amantissimæ, daretur contemplari Superum gloriam, nullus labor nullæque vigilæ ab eius vos reuocarent proposito, animus nedum vester quoquo modo tepeſceret. Fidelis est Deus immortalis, munificus, ac magna ni- mis donans præmia diligentibus: pro minimis enim quibuslibet diuinæ Maiestatis amore peractis inexcogita reddit præmia. Omne bonum quamvis de sursum sit, descendens à Patre luminum, sine quo nil recte operari valemus, agendum tamen quod in nobis est, mens que præparanda diuinis.

14 Audite Sorores amantissimæ: Obsecranti mihi aliquando diuinam misericordiam pro criminosis re- pondit Christus: Mea gratiâ ipsi se frequentibus sceleribus indignos efficiunt. Agant quod in se est, & gratia munus cælestis illis præstè aderit: qui enim eos sine ipsis creui, nolentes minimè salvabo. Cauete, o Sorores, omni sollicitudine ne Dei nostri viscera misericordiae quoquis crimen offendatis: dixit enim aliquando mihi Dominus & Salvator meus Iesus Christus: Ego grauio- **Grauius punientur religiosi.** ra iudico ea, quibus in me peccat sacrarum religionum cultores pro accepto magno munere religionis, quæ ceteri admittunt scelera, grauissima licet: nam qui maiora accepit, amplius amare tenetur, & custodiendæ innocentiae debitor assiduus extat. Quocircà in die Iudicij pro modici temporis amissione, ac pro quibusvis otiosis verbis aut leuiuscilis criminibus reddemus rationem, sœuasque luemus poenas. Summoperè nosmet custodiamus ne in sponsum dilectissimum Dominum Iesum Christum ignoranter peccemus, & ab ineffabili mihi ostensâ beatitudine quoquo modo deficiamus. Hæc Veronica.

CAP. IX. De reprehensione ei factâ ab Angelo.

15 Arruit aliquando Sororibus Veronica candidâ simplicitate præclara, dicens: Missa sacra agente Sacerdote quopiam die, iuxta altare genuflexam Soro- rem curiosius inspexi solâ mentis stabilitate: verum cum à corporeis sensibus me abstrahi contigit, Angelus Do- mini, qui mihi adesse confuerat, me tantâ severitate increpuit, vt diem extremum clausura fuerim, si cor- pori mens mea iuncta foret talia sustinens. Heu quæ ingens fuit horror ille arguentis Angeli! quæ dura verba! quæ terribiles vultus! Inter cetera vero reprehensionis Angelii isthac verba fuere: Siccine egisti cor- di laxans habendas? cur oculis diuagata es? cur Sororem illam curiosius inspexisti? Profecto haud leuiuscilè in

Ggg 2 Deum

Auctor. Deum peccasti. Regrediens autem Virgo ad corporeos **ISIDORO** sensus trium dierum spatio innumeritas effudit lacrymas. **ISOLANO.** Dixit quoque Christum graue quodpiam sibi demandasse ad peragendam poenitentiam eiusce instabilitatis oculorum. Secretius itidem demandatum seruare virginem iussit Christus Maximus, quamobrem affirmare consueverat Veronica dicens: Quando Missa sacris intersum, nec quidem caput mouere ausim, metuens diuinæ Maiestatis vltionem.

CAP. X. De ostensis poenitentia purgatorijs.

Videt pœnas inferni & purgatorijs. **16** Vbito raptu potita Veronica, poenitentia purgatorijs decursis, Angelo duce singula tormentorum genera, quibus animæ apud inferos purgantur, admirabunda conspexit. Diuersus quidem damnatorum & purgatorijs videbatur locus, sed nulla inter pœnas distantia. Idem enim ignis erat, iidemque tortores. Variis torquebantur suppliciis pro variâ criminum pessorum impietate. Exposuit quoque Angelus Domini Veronicæ primos purgatorijs aditus, innumeratasque animas sacris initiatorum, & vtriusque sexus maximam turbam incredibilibus tormentis affectas inspexit. Ait autem Angelus Domini: Scito filia mea, animas pro quatius leti inobedientiâ in Superiores, ac segnitie in exequiendas diuinis, isthac tormenta sustinere. Præstat inter earum crimina inane murtiur erga Superiores, & quartumdam sanctimonialium in suum Confessorem: quapropter pro eodem scelere nunc acrius affliduntur: nam confessionis sacramento Deum sibi olim propitiū efficientes, patientur donec Deo placuerit. Liberantur autem orationibus, Missis, ac eleemosynis. Tanti est momenti murmur, quod nisi crimen illud confessione sacrâ expiassent, æternis suppliciis forent addicte.

Murmu rationis pœna. **17** Interea confipicatur animam quampliam Virginem quando corpori iuncta erat cognitam, magnis eiulatibus vehementissimos dolores enuntiantem. Vox illa Veronicam visque adeò terruit, ut tremebunda contundit ad corporeas officia redierit. Testata fuerunt geminæ Sorores Ursula ac Magdalena, quæ redeunti ad sensus tunc Veronicæ affuerunt, Virginem vehementis tristitia, timidi doloris, ingentisque horroris signa dedisse, manuum percussionibus, motu capitinis, voceque flebili. Dixit autem Virgo: Heu! heu! quas hodie pœnas, quæ tormotorum genera vidi! Sit mihi fas dignata loqui, resque pandere altâ purgatorijs caligine mersas. Inter verba solo dilabitur Veronica: febris vehementis Virginem arripuit, signaque toto corpore virgineo, igne veluti micantia, magnitudinisque instar palmarum manus apparuerunt. Affirmavit Virgo animas quampliam dignouisse, quas pro meritis proque earumdem famâ sanctitudinis dum regerent artus, iam dudum diuinâ frui visione arbitrabatur. Tacuit eorum nomina, diuinæ offensæ noxam incurtere pertimescens. Enimvero post hac dixit Veronica adstantibus Sororibus: Hortor vos, ô Sorores amantissimæ, à murmure totis animi studiis cauere: grande enim illud est, & Deo odibilius magis quam mortales opinentur. Quod si vera forent ea quæ diuino cultui adscripti vtriusque sexus homines murmurantes dicunt, cestandum tamen à murmure foret, propter diuinæ Maiestatis offensam: nos enim à seculi negotiis ad diuinæ laudes euocamus, non ad murmura prosequenda. Haud vereamini magna & inexcogitabilia tormentorum genera parata esse his qui purgatorijs ignibus alligabuntur. Hæc Veronica.

CAP. XI. De apparitione dæmonum sub variis animantium speciebus:

18 Ingulis diebus anni viii apparitione dæmonum, Deo primum significante, Veronica summoperè

afflita fuit. Harum apparitionum primita evenit nocte integræ celebritatis Corporis Christi. Ab dæmoni verò nequam ^{anno quo-} tunc assumpcta species bouis fuit, ignes vndique spirantibus, tertificeque mugientis. Pertinuit vehementissime dæmones. Virgo, præterim quod voce impia repeteret diabolus: Ego te omnino hilce cornibus ad inferos deferam. Verum, ingenti terrore perterrita febrè acutâ corripitur, quæ etiam sacra Eucharistiæ Sacramentum defumere Febrè cor- rā solemnitate vetita fuit. Raptæ verò Virginis ad Super- ripitur ex- rūm regna Christus: Evidem, ô dulcis filia mea, ^{terrore, vt} timuisti dæmonis horrendam nimis imaginem: verum, scito me esse voluntatis, ut singulis diebus anni viii. singuli dæmones tibi flant visibiles sub speciebus crudelium animantium ac volucrum: ne timueris, quoniam ego tecum sum. Ad sensus verò regressa corporeos, in columnam se effectam persensit ioculo Salvatoris asperitu, cuius sermo ad vnguem perfectus est, dæmonibus quotidie sauvâ nimis sub imagine Virginali apparentibus. Extremo denique die veluti aggregaro exercitu cuncti simul aduenire, quos irrepida Virgo aspexit. Diu Antonij virtutem ac merita in virginem Veronicâ profecto admirari non desinit, quicumque corde Catholico vtriusque gesta altâque mente nosse sagerit.

LIBER QVARTVS,

De ostensiâ Christi Maximi vitâ.

CAP. I. De ostensiâ Annuntiatione Dominicâ.

Elebritate Annuntiationis Dominicâ. **Veronica** Angelo duce sæpius ad Superos spiritum relaxans, inter cetera Angelum Domini pulchritudinis ac potestatis inenarrabilis conspicata est. Verum Angelus Veronicæ duxtor ait: Hic est Gabriel ^{Videt Gab-} Dei nuntius, qui pro humanâ salute hodie Virginis beatissimæ Christi Incarnationem diuinitus nuntiavit. ^{brilem} **Hic Angelum** nempe ingressus ad eam, legentemque Virginem compériens magno fulgore terruit, dixitque: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Patris sui, & regnabit in domo Jacob in æternum. Tu quoque maxima mulierum futura es, quæ Regina cœli & Mater Dei vocaberis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fieri istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus ea retulit quæ in Euangeli scripta leguntur. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Post hac illico concepit de Spiritu sancto Filium Dei. Exurgensque Maria, ^{Omnia mysteria} non post multos dies abiit in montana. Verum scito, ^{vita Christi} ait Angelus Veronicæ, Gabrialem omnia mysteria passi D. Virginis & gaudijs, omnemque Salvatoris vitam & mores ^{gini in} exposuisse Virginis beatissimæ, antequam Christum cōsiperet, quæ nutu Dei Euangelista conticuerunt. ^{Annon-} Qui bus animaduersis ad sensus rediens Veronica, sacris in- ^{tiatione explicata.} terfuit mysteriis, sanctumque Domini corpus de- sumpsit.

^a Quippe qua mystice, ut vult Scholastæ, in verbis continetur Angelicus.

CAP. II. De ostensâ Natiuitate Domini.

^{Californius.} **B**iduo ante Dominicæ Natiuitatis solemnia, cùm nocte Veronica sensibus ad fidereas mansiones euolasset, vedit Superos Hierusalem cælestem veluti exornatæ pro noui triumphi futuris gaudiis; quamquam si mille terrarum orbes forent, atque hominibus repleti, maiestatem tamen supernæ domus exprimere minimè possent linguae hominum, aut æterni sermonis indefessa series. Exornabant itaque ornatissima palatia celi, more humano Angelica gaudia significare Virginis Veronicæ cupientes beatissimi spiritus. Videbatur omnis ille aditus ornatus aureus, vnde fulgens, nimirum nimiumque decorus. Ad sensus verò rediens Veronica mysterium intellexit.

^{videt in spiritu D.} **3.** At nocte vigiliæ Natiuitatis Dominicæ, sensibus exiliens, Virginem beatissimam asello insidetem, gran-

^{Virginem euntem in Berleæ.} **4.** ^{Mendicat pro monasterio.} At alii veluti propediem paritaram inspexit. Erat Vir-

go Diua ætatis teneræ, modicique asperetus, ita ut puella videretur. Assistebat eidem Ioseph vir eius, habens ancillam comitem, Virginis grauidæ gratiâ, famulumque bouem deducentem. Profectus est Ioseph ut profitetur,

^{Rufus raptus, videt eo Cælareæ professionis reuersi sunt, nec inueniebant: D. Virginem tanta etenim multitudine virorum ac mulierum eiusce in stabulū rei gratiâ eò conuenerat, ut domus singula vndeque ingredi plenæ consiperentur. Quamobrem tristior Ioseph diuagabatur. Verum loeui quempiam deueniens te-}

^{tempus ad nocturnas horas persoluendas adesse cognovit. Perseuerauit autem orationi & meditationi incum-}

^{bens adusque matutinas inchoatas. Cumque sensibus exiliisset, Virginem beatissimam eo in diuersorio inuenit vbi eamdem reliquerat. Conspexit verò Iesum mundi Redemptorem, natum ex Virgine infantem paru-}

^{lum; quem alterâ manu tenens Virgo & mater, alterâ}

^{videt infantulum Iesum re-}

^{cens natu;} **5.** Tum Veronica ad sensus regrediens proximum tempus ad nocturnas horas persoluendas adesse cognovit. Perseuerauit autem orationi & meditationi incumbens adusque matutinas inchoatas. Cumque sensibus exiliisset, Virginem beatissimam eo in diuersorio inuenit vbi eamdem reliquerat. Conspexit verò Iesum mundi Redemptorem, natum ex Virgine infantem parulum; quem alterâ manu tenens Virgo & mater, alterâ scenum colligebat, quo lectulî infanti sterneret. Deinde b velum è capite accipiens, dimidium corpusculum infantuli texit; eiusque alteri lateri foeno hærente. Ad-

^{b erat minimè Ioseph, cùm Virgo peperit, qui citò reuersus cum tribus feminis, locum eximio splendore illustratum reperit. Eâ luce mulieres veluti terræ ingredi ne-}

^{quibant: at Ioseph introiens natum infantem adorauit. Ioseph duas mulieres audentius secutæ idipsum egere, tertia præ foribus procumbens clamabat: Quæ audio non credam nisi video. c Ingressa tandem, Virginique beatissimæ proximior effecta manum extendit, quæ subito arescente indoluit vehementissime. At exclamâtem præ dolore mulierem Angelus Domini alloquitur, dicens: Pete à Virgine veniam, infantemque contingi, & liberaberis. Mandata perfecit mulier, & fide non}

vacua sospes evasit. Abeuntæ itaque mulieres nuntia- ^{Avctors}
bant audire volentibus: Quia natus est Saluator mundi. ^{Isidorus}
^{Isolano.}

6. Sed redit oratio ad Iesum in praesepio iacentem, quem Virgo Diua genua flectens, & duplices iungens palmas, adorauit. Bos & asinus anhelitibus calefacie-
bant, & humiliauerunt se veluti adorantes & clamori-
bus magnis veluti laudantes. Tum Angelus Domini adueniens pluribus excelsior patruulū Iesum adorauit. ^{alia elat}
^{etiam cum eo multitudo Angelorum adorantium, notis my-}
^{sterias} & dicentium: Gloria in excelsis Deo. Concentus vndi-
que cælestes personabant, quos mortalium infirma pe-
ctora sustinere minimè possent, nec eorum portiuncula-
lam vocibus explicare. Enim uero eâ luce præsepe Do-
mini fulgebat, quâ omnis regio claresceret, & nox si-
cut dies illuminaretur. Et pastores erant in regione ea-
dem vigilantes & custodientes vigiliæ super
gregem suum. Hi nouâ luce exterriti, ceciderunt in fa-
cies suas: & ecce Angelus stetit iuxta illos, & claritas Dei ^{vocatione} paftorum:
circuifuit illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis Angelus: Nolite timere; ecce enim euâgelisto vobis gau-
diu magnu, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator mundi in ciuitate Dauid. Euntes verò illu adorate. Et hoc vobis signum, inuenietis infantem pânis inuolutum & positum in praesepio. Et venerunt festi-
nantes, in cælum semper aspicientes præ stupore & ad-
miratione eorum quæ viderant & audierant. Seque-
banfur & illos pecora & greges clamantes ac si noua isthac admirarentur. Cùm verò applicuissent loca, vnde tanta lux prodibat, adorauere. Et inuenierunt Ma-
riam & Ioseph & infantem positum in praesepio. Enim uero dum hæc agerentur, Angelus Domini Veronicam admonuit, ut animalia terræ, arbores omnes, lapides & elementa, sidera quoquæ celi animaduerteret signa da-
re latitiae ob honorem nati Salvatoris. Quibus mente conspectis, ante infantem Iesum se fore Virgo atten-
debat: quæ Iesum adorans, nec loqui, nec infantem pertingere valebat. Cumque plurima confixisset Ve-
ronicæ spiritus, quæ nobis referre noluit, ad res corpo-
reas rediit. Trium verò Missarum posteaquam celebra-
tioni interfuit, ab Angelo rapitur adusque horam diuina Eucharistia percipiendæ. Afferuit autem Virgo Ve-
ronica diuina secreta tunc se dignouisse, quæ neque ^{alia admi-}
mortaliibus enarrare fas est, neque verbis explicare ho-
minem, ne dum attingere mente posse arbitraretur, si talia verbis prosequeretur humanis.

7. Defumpro corporis Dominici mysterio, raptu poti-
tur Veronica. Cui Angelus Domini cuncta quæ eue-
nere & mirabilia in ortu Christi clarius permonstravit. Mellifluos cælos considerabat, veluti si nix per cuncta mundi spatia è cælo descenderet: at alto cælo aureum circulum intuita est, in cuius medio Virginem brachiis ^{Paria} infantulum gestantem; Roma olei fontem emanare, ^{Christo} templumque quoddam dirui cælitus inspexit, infantem ^{nascente} quoque illicè natum loquentem audiuit, singula infan-
tuli verba intelligens; auem pariter quampliam humana verba promentem; ac pleraque mortalibus nunc incognita miracula euensiæ Veronica didicit natali Salvatoris, quæ silentio veneranda esse censebat. Hic quidem Veronicæ raptus adusque vespertini officij ho-
ram perseuerauit.

^a **A** Haudquaque, quod hit innuitur, exploratum habetur, Iosephum ac Virginem sponsam, ante huius partum professos esse; cum prefertim multorum Parrum testimonio constet Christum i-
psum hoc cenuisse descripsum.

^b **I**d quidem & alijs tradidere. At qua secordia ea fuisset diuina parentis, apta linea non preparasse profectum nec in vulgari feminâ toleranda. Munda ac nitida concinnasse, varia revelationes docto-
rumq; virorum consensus persuaderet.

^c **S**cripsere idem PP. nonnulli, quod ex apocryphis haec sum certe Baronius. Plura hoc capite, immo & toto libro obiecta Veronica narrantur, que fidem non reperten. Fortassis vel auctor, vel qua prima scripto complexa est Veronica vitam ac revelationes Benedicta monacha, non assenti que obscurius narrabatur, immu-
nere ornando, vel attexuere ex propriâ ratiocinatione. Aut potius cùm

AUCTORE rapta est Veronica, externis sensibus, violentia infundens se dinini luminis aut consolationis oppressa spiritusq; internis intellectum ad cœlestia abique ulliusphantasmatis speculanda rapuum quoquo modo subsequentibusphantasmata curam ratione quadam propriâ expressit imagines, quarum infinitas ante species habebat: unde sibi reddita, cum se sciret admiranda passam diuinitus, neque iam obnoxiophantasmatis intellectu ea posset aut exponere aut explicare meminisse, quorun remniscentiamphantasma ingrebat, retulit. Scholastæcerie idenidem inculcat cuncta hec gesta esse Angelis imagines rerum corporearum efformantibus in Virginis cogitatuā.

d. De his portentis consule Baronum anno Christi 1. quadam solide refutarem.

CAP. III. De ostensâ Circumcisione Saluatoris.

8 Inter Missarum solemnia Circumcisionis Dominicæ Veronica sensibus egressa, ornatislimum & templum adiit: ignara verò cuius regionis foret, affuit illico Angelus Domini, loca quæque templi Veronicam edocens. Erat in tèplo altare præclarâ magnificètiâ decorum nimis, ante quod stabat senex reuerendi cuiuspiâ aspectus: aderat quoque vidua venerabilis, ac plerique promiscui sexus. Interēa infantem Iesum quispiam attulit, quem senex accepit in vlnas. Idem vir b duo paria columbarum, duoque turturum feni obtulit. Enimvero Mater Maria & Ioseph, quasi tristes, Iesum procul aspiciebant. Denique senex infantem fasciâ nudavit, acceptoque cultro lapideo pelliculam circumcidens pauxillum carnis exemit. At infantulus ciulans & clamans vehementissimo dolore matrem affecit; quâ itidem flebili voce territa Veronica ad sensus regreditur tristis & lacrymis perfusa. Totâ quoque die triflrior perseverauit, quasi vocem infantis auribus personantem audiret. Condolebat enim infantulo Iesu, ac Beatissimæ Matri, quam ingenti affectam dolore dignouerat in circumcisione filij.

a Probabilius est in ipsâ speluncâ circumcisum, quod S. Epiphanius tradit. Panarij lib. 1. harsf. 20.

b Purificationis & Circumcisionis mysteria confudit aut Isolanus, aut prima scriptrix Benedicta, aut ipsa Veronica.

CAP. IV. De ostensâ adoratione Christi à Magis.

9 Vigiliâ Epiphanie Domini cùm Missæ sacris intercesset Veronica, è sensibus exiliens, ab Angelo ad partes Orientis ducitur. Vedit autem Angelum Domini Regi prouinciae illius nuntiantem, quia natus est Saluator mundi, hortantemque ad eum adorandum proficiisci. Nec mora: ad aliam ducitur Orientis regionem, cuius Regi paria Angelus Dei significauit. Tum ad remotiorem oram profecta Veronica Angelo comite, paria significari Regi prouinciae illius per Angelum Domini inspectat. Posteaquam longa terrarum spatha decurrat Veronica, mens ad corpus regressa est. At vespera factò cùm sol occubuisse, orationi animum dans Veronica rapitur, & ab Angelo statim ad Orientis oram perducitur. Animaduertit verò tres Reges in vnu conuentum, conuenisse: qui cùm mutuò loquerentur, quisque quæ viderat & ab Angelo audierat de noui magni Regis ortu enarrabat. Dicebat autem: Quis dux noster erit? Statuere tandem vt vna ad nouum Regem adorandum properarent. Tum variis rebus pro regij itineris maiestate compositis, dromedarios, animalia grandis staturæ & visu ferociæ, Reges ascendere Virgo contemplatur. Et ecce stella ceteris fulgentior antecedebat eos, quam Reges secuti sunt. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno, & dicebant: Hoc signum magni Regis est. Afferuit Veronica Angelo duce per longas terrarum intercedipes secutam fuisse tres Reges, qui pariter dromedariis insidentes festinabant. Reges magna viorum turba comitabantur, plura animalium genera in suo habens comitatu. Cumque iter prosequerentur Reges, audiebat illos loquentes de his quæ viderant & audie-

rant ab Angelo nativitatis Dominicæ nuntio.

10 Interēa ad corporeos sensus regressa est Veronicæ mens. Enimvero illucecente die Missam egit Sacerdos quispiam in templo D. Marthæ, cui affuit Veronica: quæ post Eucharistia adorationem raptu potita, adiit Ieronymorum regnum, vbi Herodes Rex imperabat: & ecce tres Magos aduenisse offendit, quibus obuiavit Herodes: audiens autem à Magis Regem nouum natum superbiâ intumuit & inuidia, dissimulansque alto corde dolorem, gaudia præferebat pro noni Regis nativitate. Tum aulam componi regiam, mensas parat, cibosque pro regiâ dignitate afferri. Herodem trebleque Magos vna discumbere, discumbentes quoque plurima de nouo Rege nato in medium deducere inspexit Veronicæ spiritus.

11 Post hæc ad corporeos vsus regrediens, Sacerdotem diuina, celebraturum animaduertit. Quibus perfectis Eucharistia sacramentum vna cum Sororibus participiens, iterum extasi corripitur, & ab Angelo ad locum vbi Herodes erat cum Regibus perducitur. Recedenibus verò Magis dixit Herodes: Ite, & interrogate diligenter de puer, & cùm inueneritis renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cùm audissent Regem abierunt. Stella autem nusquam comparuit donec cum Herode Reges moram traxerunt. Animaduertebat Veronica Herodem Regibus blandientem, Regesque Herodi gaudia ostendentes. At Magos in itinere positos perfensit Virgo dicentes: Quò ibimus duce stellâ amisâ? Nec mora: & ecce stella quam viderant Magi in Oriente antecedebat eos, donec veniens staret suprà vbi puer etat. Videntes autem stellam Magi gaudi sunt gaudio magno. Erant autem procul à loco cùm stellam stantem inspectarunt: qui descendentes de iumentis, acceptis muneribus, & omni posthabitâ familiâ, soli ierunt ad locum, super quem stellam stare demirabantur. Inter hæc Angelus Domini Virginis Mater nuntiauit Reges aduenisse ad adorandum infantem Iesum. Visa est autem beata Virgo tunc vehementer horruisse. Regibus ingressis Virgo & Mater assurrexit, quam Reges venerati sunt. Tum Virgo refedit infantem Iesum gremio locâs lineâ veste circummactum. Infantis tibiæ nuda videbantur, aderatque Ioseph seruo contatus. Anteaquam Reges infantulum contingentes adorarent ter genu flexere, diuque ad inuicem disputarunt, quis eorum prior adoraret: denique iunior primus accessit, pedes infantis exosculans, & quam capite gestabat coronam ante pedes infantuli folo reponens, quem Iesu infans benedixit. Sic quoque egre ceteri. Cumque adorarent singuli, audiuit Veronica diu multumque Reges locutos, nihil verò intelligere se potuisse afferuit. Adoratione peractâ obtulerunt munera autrum, thus & myrrham, quæ Ioseph accepit. Angelus autem Domini Veronicæ omne mysterium munerum aperuit. At Reges specie corporis præstantes fuisse dicebat Veronica, aureis vestibus vñque ad genua induitos, iunioremque Regem, qui primus adorauerat, veluti effectum seniorem & vnius ætatis cum reliquis duobus demirans intuita est. Posteaquam recepsere Magi, vna tantum nocte per vicina hospitiâ memorati sunt. Vedit autem Veronicæ spiritus Angelum Domini in somnis apparentem Regibus, ac mandantem ne redirent ad Herodem. Quo responso accepto, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Post Regum abscessum Angelus Domini mentem Veronicæ ad locum vbi Herodes erat perduxit. Vehementer iratus videbatur vna cum omnibus qui aderant, quod abeutes Magi ad se reuersi minimè fuissent. Iussit quoque per præcones omnibus nuntiari, vt quicunque inuentos Reges ad se perducerent magnis muneribus donarentur. Post hæc ad corporeos vsus rediens Veronicæ mens Sorores vespertas iam magnâ ex parte decantauisse comperit.

CAP. V. De ostensâ Purificatione
Beatæ Virginis.*Mysteriū
Purifica-
tionis.*

¹² **S**olenni Purificationis beatæ Virginis die geminas extases passa est Veronica, alteram nocte, alteram post Missarum celebrationem, sacrataque hostiae desumptionem. Priore quidem supra mortarium ingenia plurima vidisse se afferuit; quæ Dei immortalis imperio conticuit: at secundâ extasi, quæ supra trium horarum spatiū perdurauit, in templum ab Angelo adducta fuit. Erat autem templum miræ pulchritudinis, in quo vir senex lineis induitus cum subobscuri coloris capitio iuxta altare stabat, tum Iesum infantem parentes, parque turturum & duos pullos columbarum afferre videt, quos Virgo Mater & Ioseph sequebantur. Templum introgredi Iesum seni præsentarunt, qui genua flectens, timens ac tremens accepit eum in vlnas suas, & ingenti gaudio infantem Iesum exosculatus est lacrymas, ac dicēs: Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Dixit verò Angelus Domini ad Veronicam: Hic est Simeon Prophetæ. Cùm itaque diu infantem in vlnis detinisset, Matri illum tradere difficulter videbatur: pendebat enim à Salvatoris facie senex ille præ dulcedine Dei, quæ se percipere verbis & gestibus edocebat. Verum cum Matri infantem tradidisset, dixit: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et ecce Anna mulier grandæua nimis asperque venetabilis, Spiritu propheticō incitata, ipsa horâ superueniens confitebatur Domino, multa de Iesu infantulo prædicans. At Virgo beata Simeonis verbis territa valde est. Iesus quoque infans subfrictior, & supra ætatem maturiori facie videbatur. Cuius quidem grauioris aspectus ab ipso ortu à Veronicâ visus est semper extitisse Salvator. Pauperioribus panniculis, cùm in templo præsentaretur, Iesum induitum Veronica conspexit. Post hæc intuita est celebritatem candelarum, quam in sequenti volumine prosequemur.

CAP. VI. De osteno itinere Beatæ Virginis deferentis infantem Iesum in Ægyptum.

*Mysteriū
fuga in
Ægyptum.*

¹³ **N**octe sequenti festum Epiphaniæ, raptu potita Veronica, in domum quampiam ducitur ab Angelo, vbi Ioseph & beata Virgo erant. Vedit autem Angelum apparentem in somni Ioseph, (erat enim nox) & dicentem: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: furorum est enim vt Herodes iratus querat puerum ad perdetidum eum. Qui conseruans stranit asinum, & Virginem vñâ cum puerō eidem impoſuit. Accepit pariter Ioseph tres ancillas comites, deducens bouem cum tribus asellis, quos servi quidam dirigebant. Erant asini onusti rebus domesticis, quibus in quotidianis alimentis familie egent. Perreverunt autem festinanter per viam nemoris, quâ transiendum Angelus Domini Ioseph edocuerat.

*Vide
Chrismum
adorariā
feriā.*

¹⁴ Videbatur quidem Veronicæ illius diuina multitudinis se sociam esse, ambulareque cum ambulantibus, & singula dicta audire, gestaque Angelo docente intueri. Ingresso enim cælesti comitatu nemis, ingens animalium multitudo diuersi generis aduenit, quâ terreni visa est beata Virgo: verum animalibus mænuescentibus, infantemque adorantibus omnes læti proficiscebantur. Veronicam Mater Virgo alloquebatur, secretaque diuina pandebat, mandans ne cuiquam ea nota faceret. O quoties itineris longitudine beatissimam Virginem lassam nimis Veronicæ mens inspexit, affligebatur enim plerumque ingenti calore Virgo & Mater, ciborumque penuria. Sub palma vmbra considerunt,

cuius famuli nitu infantis afferri longius inspexit. Ex-AUCTORE templo fons erupit, quo omnis ille comitatus sitiens ISIDORO fatis superque naturæ fecit. Ex eadem aquâ etiam hydras, quas secum detulerant, impleuerunt. At Virgo ^{fontem} beata, vbi pauxillum membra sponori dedit, vires assumentis vas quodpiam aquâ impletuit, panniculisque quibus infantem circumvoluebat abluit. Post hæc rebus compotis iter cùm longius prosequerentur, sole feruente petuit Virgo Mater ab Ioseph sub arboris frondosæ vmbra quiescere, cui annuens Ioseph Virginis de asello defecendi prætè fuit.

¹⁵ Post hæc Veronica ad sensus rediit lassitudine plurimum afflcta, quasi tam longi itineris regiones mente & corpore peragrasset. Quæ diximus nocte ^{Veronica} tantum Veronica conspexit: luce autem diei ortâ rapit ^{quasi ex itinere la- sa.} tur itidem ad locum vbi beatam Virginem cum infantulo Iesu ac reliquo comitatu dimicerat. Cumque iter prosequerentur, ibat Veronica iuxta asellum, cui beata Reliquum Virginis insidebat, quam cùm verbis celestibus Virgo & Angelus confouerent nihil respondere poterat. Mansere verba Regina cælorum alto pectori condita Veronicæ, quibus admiranda gaudia se perceperat. Arduum iter vbi per nemora peregerant, dominum quampiam ingressi sunt: illam latrunculi inhabitatabant, qui omnes fugere, sœnu animalium multitudine perterriti, arborumque tutâ loca ascendententes, uno dempto, qui omnem societatem quam humanissime excepit. Eos, qui fugerant, rogavit Ioseph descendere & suum repeteret hospitium, cui numquā assensere latrones. Inter quæ ad corporeos vsus Veronicæ spiritus reuertitur. Noluit Veronica aliquando secreta cælestia, quæ toto itinere beatâ Virgine loquente didicerat, explicare, paucis dumtaxat, quæ sequuntur, exceptis. Dixi itaque beatissima Mater inter cetera Veronicæ: Vides filia mea, quibus laboribus hoc iter peragrauem: maiora quoque his viuens pertuli, per varias tribulationes semper ambulans. Scito autem, ô dulcis filia mea, nullam gratiam à Deo immortali mortales obtinere posse, nisi mente & corpore prius affligantur, laborentque vehementer. Nonnulla verò hoc loco conticenda censeo, quæ beata Virgo subintulit Veronicam erudiens, aptius ea litteris demandaturus, si Deus annuerit.

CAP. VII. De ostensâ amissione Iesu,
cùm factus esset annorum duodecim.

¹⁶ **T**ertiâ noctis horâ Dominicæ diei, quâ decantatur Euangeliū amissionis Iesu cùm esset annorum duodecim, rapitur Veronica adusque medium noctem. Eo temporis spatio ab Angelo mente adducitur domum quampiam, ad quam tunc applicuerant Maria Mater Domini & Ioseph Hierusalem redeuentes à festi celebritate. Existimans autem mater esse filium cum Ioseph, neque puerum Iesum inueniens, acriter ^{Mysteriū} amissi Iesu indoluit. Dixit autem ad Ioseph: Vbinam est filius meus? duodecim qui respondit: Nescio. Arbitrabar verò illum tecum in rapitu fore. Tum vtrique altius suspictraxere: existimantes agnoscerit. autem puerum esse in comitatu, statuerunt vt diuīsim quisque Iesum perquireret, & venerunt eadem horâ iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Domum Elisabeth Zacharia primū adit Virgo, quam dolens & Elisabeth interrogat an fortè filium amissit? Quâ respondentem, Sic, Elisabeth Virgini dolenti sociam se præstít. Iere autem vñâ domum ^a Anna matris beatissimæ Virginis, quæ pariter filia comitem se exhibuit. Dolentes itaque requirebant eum inter cognatos & notos. Mater verò tantis afficiebatur angustiis, vt dolore penè deficeret. Ioseph quoque per omnia vicina discurrebat, sed & affines & vicini quidam hoc astitabant. Quamuis Angelus Domini Veronicæ spir-

AVCTORE tum comitaretur post beatam Virginem, intuita tamen
ISIDORO est singula ab Ioseph acta cum Iesum perquireret.
ISOLANO

Veronica dolor. 17 Tum ad sensus rediens indoluit vehementissime, quod plurimum affligi beatam Virginem filium querentem animaduerterat. Hac dies est quam ingenti copia lacrymarum effusa fontem fluentem oculos eius dixi fess. A demone verbibus affecta est Veronica, veluti in secundo libro diximus. Iacentis itaque Veronicae ac languentis, ita ut non remaneret in ea anhelitus, spiritus est sensibus exiluit, & ab Angelo ducitur ad plateam templi Salomonis. Erat autem ibidem mater Iesu feminis comitata pluribus vna Christum querentibus. Cumque virorum ingens multitudo ad esset, hominem quenquam audiuimus beatissima Virgo turbis dicentem: O rem admiratione dignissimam, ut puer vnicus aduersus tot Legisperitos disputatione ausit, quos ita confudit, ut responcionum ignari elingue facili videantur. At Diua Mater proprius accedens hominem diligentius sciscitatur, remque ad plenum intelligens, dixit: Hic est filius meus dilectus in templo disputans. Templi verò ingressa locum ubi disputatione exercebatur, viderunt qui aderant puerum Iesum, alto loco, ceu pro tribunali, sedentem in medio Doctorum, audentem & interrogantem illos. Vbi Iesus matrem vidit, surgens venerationis signa dedit: deinde residens disputationem coepit longius profectus est. Expletâ disputatione descendit Iesus de loco, & ad matrem pergens maternæ venerationis ampliora signa exhibuit: quem mater dulcius complexans, osculaque libans tanto digna filio, dexterâ eius apprehensâ dixit: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes queremus te. Et ait ad illos: Quid est quod me queretis? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? Tum mater coticens apprehensâ dexterâ filium deducebat, sinistram tenente Elisabeth. Sic medius puer Iesus inter beatam Virginem & Elisabeth, domum gaudens repeatebat, exultante pariter omni turbâ, quæ matrem comitabatur.

Dolor D. Virginis illo triduo. 18 Verum toto hoc itinere Veronica Virginem semper comitata, cum Nazareth redirent Virginem beatam proximior erat, cui summi Dei genitrix dixit: Considerato, amantisima filia, quos dolores, quasne subierim angustias in amissione dilecti filii mei: quamobrem intellige nil à Deo haberi posse nisi magnis perpeccis laboribus mentis & corporis. Sic mihi pariter euenit: mea dumtaxat exceptâ sanctificatione. Inter Virginis verba puer Iesus blandis oculis Veronicam inspectabat, dilectionis eidem signa permonstrans. Nazareth domumque omai illâ turbâ ingrediente, Ioseph cum cognatis & notis illò pariter deuenierunt. Gaudebant verò omnes & latabantur inuenienti pueru Iesu applaudentes. Hac ubi Veronica conspexit, ad sensus corporeos remauit.

Forma & habitus pueri Iesu. 19 Iacebat autem Veronica agra vulneribus à demone acceptis, quam Sorores, quæ ei sedulae deseruerant, rogarunt, ut quæ viderat eam in extasi Sororibus aperiret, quarum votis satis humanissima Virgo fecit. Interrogantibus quoque Sororibus quis foret pueri Saluatoris aspectus, quæ illius vestimenta, respondit: Erat color vestimentorum pueri Iesu cœruleus, pulcher validus, facies verò aspectus puerilis admodum videbatur & iocundus, capilli eius fuere crisantes, & candidi sicut nix. Eiusce autem venustatis videbatur puer Iesus, quæ nullis virginiis verbis se explicari posset. Verum cum beatam Virginem viderit, omnemque illius comitatum, eo in habitu in quo tunc erat, asseruit Veronica Matrem beatissimam vestem cœrulei coloris induitam fuisse. Elisabeth autem vestis erat coloris submigri clarioris, quem materno eloquio Mediolanenses morecum vocant. Asseruit quoque singula in disputatione Saluatoris dicta, siue ab eodem, siue à Legisperitis audiuisse se, & intellexisse, quæ vbi ad sensus rediit corporeos mente omniq[ue] exciderunt.

a Citius vitâ fundam Elisabetham vulgo existimant. Cedrenus (qui tamén biennio post Christi ortum necatos infantes scribit) ait, Elisabetham tunc absupto Ioanne in solitudinem exiisse, inque speluna dies 40. cum deliuscet diem suum obiisse: Ioannem in solitudine ab Angelo institutum, ibi que enutritum cile ac commoratum, donec Christus in publicum prodit.

b Annam quoque prius mortuam esse probabile est.

CAP. VIII. De ostendo baptismo Saluatoris.

20 **A** Gente Sacerdote Missarum solemnia diei Dominicæ post octauas Epiphaniæ, sensibus egredi fa Veronica ab Angelo ducitur ad ripam Iordanis fluminis, ubi Christus stare videbatur. Et ecce Joannes Baptista festinabat clamans: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cumque ad Saluatorem venisset adoravit pronus in terram. Dixit autem illi Iesus: Baptizame Ioannes. Respondit Joannes: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Cui Dominus: Sine modò, sic enim decet nos intipere omnem iustitiam. Verum Joannes posteaquam magna humilitatis signa ostendit, terque renuit Saluatori manus baptizans imponere, assensit tandem, & baptizauit Iesum veste depositâ fluenta Jordanis iam ingressum. Erat verò Joannes vestitus pilis Christi camelorum & zonâ pelliceâ circa lumbos eius, & tibi mens ac tremens imponebat aquas capitâ Saluatoris, ^{Videt} baptizari.

que per totū corpus illius defluxerunt. At Saluator interdecurrit vndas immobilis perseverabat, super quem

descendit Spiritus sanctus in specie columbae niueo ^{Columba}

candore apprimè fulgentis, crucemque medio capite geomaculâ.

stantis, & vox altius intonuit dicens: Hic est filius meus

dilectus, in quo mihi bene complacui. Post Patris vocem

semper columba Christum allocuta est, donec in cœlum euolauit. Dixit Veronica se verba singula columba loquentis cum Christo intellexisse, quorum postea recordata non est. Aderant quoque Angeli quatuor, Saluatoris vestimenta brachiis tenentes, nam quæ tunc inuisibiliter Angeli egere in Saluatoris obsequium, veluti sub obtutibus clarâ mente Veronica conspexit.

Ascendens Iesus de aquâ suffragantibus Angelis induit vestimenta sua, tum flumen ingressus Iesus Ioannem baptizauit. Post hanc ad sensus regrediens Veronica

Missæ celebrationi interfuit, atque cum ceteris Sororibus pransura discubuit.

a Et si plurima Christo mirabilia euenerent, que tradita litteris

non sunt; hanc tamen columba locutionem haud putamus fuisse

eiusmodi que audiri ab hominibus, nedum intelligi posset.

CAP. IX. De ostensis nuptiis factis in Canâ Galileæ.

21 **I**scumbens itaque Veronica, ab Angelo rapitur mente in Canâ Galileæ: vedit verò cœnaculum præclarum, in quo mensa varia ciborum genera continens posita fuerat. Stabant autem Christus materque spiritus eius, sponsus & sponsa, plurimique in eodem loco. ^{Videt in} ^{nuptias in} Menam primùm Iesus manu dexterâ benedixit, psal Canâ Galileæ. lentibus ceteris religiosorum mos est. Tum residentibus cunctis Saluator in capite mensæ cathedrâ locatus discubuit: ad cuius dexteram Mater beatissima confedit; quam sequebatur sponsa, ad laevam verò sponsus se posuit ceteris subsequentibus. Verum in calce mensæ Veronica Angelo comitata stare videbatur, quæ agebantur cuncta prospectans. Aiebat Virgo isthac viâ referens, Saluatorē eximio ornatum habitu extitisse, ac capite pulcherrima quædam gestasse. Mater verò beatissima albis induebatur vestibus, sponsus & sponsa rubricatis. Qui continuò deseruerant, quinque numero fuere, duo quidem cibos afferebant, duo allata diuidebant, quintus verò architractus erat. Hic eti cunctis præcesset, vino tamen effundendo peculiariter intendebat. Inter cibos carnes erant astre variâ arte conditæ, aderant quoque cochlearia, quibus pulmenta conuiux

uius desumebant. Fractio panis a Saluatore fiebat manibus, vt ferro reliqui perficiebant. Posteaquam diu coniuati sunt, deficiete vino dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Dixit ei Iesu: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positaæ. Dicit Iesu ministris: Implete hydriæ aquâ, & impleuerunt eas usque ad sumnum. Dicit eis Iesu: Haurite nunc & ferte architrâclino. Et tulerunt, vt autem gustauit architrâclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architrâclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vi-
num ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est, tu autem seruasti bonum vinum usque adhuc. Verum aquam illam in vinum nigrum conuersam fuisse Veronica testabatur. Alimenti tandem è mensâ sublati, vase quædam afferri vidit lignea præclarè elaborata, quibus ex saccharo delicatiora quædam composita seruabantur, quæ a tragimata vocamus. Tum detulere nonnulli pleraque instrumenta, quibus concentus admirabilis personabant, choreas quoque duxerè sponsus & sponsa ac multi, Saluatore & beatâ Virgine semper sedentibus. Affirmabat Veronica concentus choreasque harum nuptiarum, non nisi caelestia solatia excitauisse, Saluatoris aspectu spiritualibus gaudis cunctâ replente. Post hæc ad terrestres usus Veronica remeans, rogantibus diu Sororibus (nam in communione refectorio adhuc residuebat) huiusc visionis seriem explanavit. Satis Sororum votis quamquæ inuita faceret Virgo, candidâ tamen simplicitate, Matrique monasterij imperio cogebatur secreta palam facere, quæ magnis gaudiis apud se seruare consueverat.

a. *Tegoriparia sunt bellaria mensa secunda.*

CAP. X. De ostensâ tentatione Christi in deserto.

Dominica primâ Quadragesimæ post defumptum Dominici corporis Sacramentum euolauit Veronica mens Angelo duce in desertum locum, vbi septem horarum spatio moram traxit. Vedit autem ibidem Christum veluti mortali carne circumdatum, pallidum nimis ac macie postremâ confectum; illius quoque vestimenta attrita videbantur. Dicit verò Angelus Domini: Quem intueris venientem humanâ specie velatum, dæmon est humani generis hostis. Forma viri erat instar eremitæ, facie multos per annos se abstinuisse ostendens, manu corollam gerebat, gremio vero lapides; quos vbi ante Christum depositus dæmon, dixit: Video te vehementer famescere; si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc mutata priori specie assumpit eum diabolus super locum exellsum & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia Angelis suis Deus mandauit de te, & in manibus tollente, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi rursum Iesu: Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum diabolus horribiliore effingens formam, assumpit eum in montem exellsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dicit er: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Diabolus tunc supra modum terribilem speciem induitus vnde ignes spirabat. Cui dixit Iesu: vade satan. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi foli seruies. Tunc reliquit eum diabolus horribiles dans sonitus, ita vt mons igneus effectus funditus dilabi videretur ac dirui. Et ecce Angelorum cœtu circumdatus Saluator exemplò in locum ductus est mirabiliter pulchritudinis. Quis foret locus ille numquam Veronica dignoscere potuit. Veste præclarâ primum Angeli

*Tentatio
Christi:*

Secunda:

Tertia.

ministrantes circumdederunt Iesum, cuius extrema circumtenebant veneranda diuinæ Maiestatis gratiâ. Cœ- centus deinde varios promperunt, quos indefessi sermonis æterna series explanare nequeret. Mensam quoque parari, candidos afferri panes Angelico ministerio confexit. Deinde Christus Maximus longiori oratione Veronicam allocutus est. Post hæc Virgo ad corporeos Christi usus regressa est.

*Auctore
Isidoro
Isolano.
Cibo &
canu re-
creatus ab
Angelis.*

CAP. XI. De ostensis quibusdam Salvatoris gestis.

Tacenda nonnulla censemus, quæ Veronica mens Angelo agente vidit, quod nil nisi ea quæ Euangelistæ referunt animaduerterit. Sunt verò illa Salvatoris transfiguratio in monte Thabor, sanatio coeci nati, resurrectio Lazari, ac pleraque.

CAP. XII. De ostensâ conuersione Mariæ Magdalena ac quibusdam aliis.

Eriâ quintâ ante Dominicâ palmarum, extasi Veronica mens correpta, ab Angelo ducitur ad locum vbi Christum proponentem parabolam quinque talentorum & vidit & audiuit. Aderat concionanti turba virorum & mulierum ingens, in medio turbæ sedebat femina altiori sede locata, cuius ornatus capitum ac vestium, oculi instabiles, motus capitum nunc ad leuam, nunc ad dexteram, impudicam nuntiabant. Expletâ similitudinis enarratione Salvator exclamans dixit: O animu[m] criminibus onustum! quæ talentum Domini in terram fodisti, talibus tantisque admisis sceleribus *Videt Ma-*
ad me libens reuertere, & ego suscipiam te. Tum im- *gdalenam*
pudicos oculos mulier in Christum direxit blanditiâ: at *obvatu &*
Christus terrificas oculorū acies feminæ obiecit eâ vir- *voce Chri-*
tute, vt mulier sede descendens solo considererit lacrymâs *si compu-*
& ciuans. Mox ornamenta singula depositus, quæ Martha *gi:*
soror accepta seruabat. Soluto tandem crine imo pe-
ctore dum suspitia traheret, omnium quæ adetant ocu-
los in se conuertit. Expleto sermone abiit Iesu sudore & laboribus vehementer afflictus. Tum Simon Leprosus Christum ad prandium euocauit; cui annuens do-
mum Simonis continuò ingressus est.

Magdalena verò ad Martha lares reuersa est Magdalena Veronica Angelo duce sequitur, inspectatque cubiculo clausam crima deflente. Martha verò, a Marcellâ suffragante, fatigebat circa frequens ministerium, gestiens præ dulcedine Dei qui sororem ab eratore conueterat. Verum Magdalena intelligens Christum in domo Simonis cibum sumere, accepit vas vnguenti pretiosi, & domum ingressa Simonis, Veronica spiritu isthac semper animaduerente, vnxit primò caput Iesu, deinde pedes, & domus impleta est odore vnguenti. Videbatur Christus vehementer afflictus præ laetitudine; & Simon vnguentem feminam indefessis oculis obseruabat. Cœpit quoque Magdalena lacrymis *ungere pe-*
dei Chri-
pedes Iesu rigare, & capillis capitum sui tergebat, atque *sti, & con-*
vnguento vnguebat, singula crima quæ per omne tem- *fiteri pec-*
pus vita suæ admiserat voce proferens, veluti confiteen- *cata.*

Post hæc subintulit Magdalena: O me felicem naçta sororem Martham, quæ mea salutis origo ab inferni fauibus me eripuit! O Martha soror dignissima, *Martha*
quæ tanto zelo meam optasti salutem! quam totiens pro sororiis corrigentem contempsi, calumniis prolequens! Ah conuersio- *ne diu la-*
quotiens superbo ore tibi dixi: Viue tuis moribus, tuum *beraraz,*
quæ sitio

Auctor quæsito Prophetam; me verò mea vota seqni patere. Sed **Isidoro** tu Domine Pater, misericordiarum peccatrici remitte **ISOLANO**. horrenda facinora. Misericere mei, miserere mei, quia infelix Martham sororem piissimā concupiscentiae gratiā sequi nōnumquām aspernata sum. Iesus autem tacebat, tristis facie feminam lacrymantem prospectans. Simon quoque mala corde versans, Magdalenam toruis oculis inspiciebat. Quod animaduertens Christus, parabolam duorum debitorum eidem proposuit. At post longioris sermonis alterna responsa ad mulierem conueritus Iesu dixit: Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace: illam quoque Saluator erigens benedixit, quæ tanto veniam munere indignam se arbitrans, vocem extulit, lacrymasque accreuit. Martha verò flentem sororem in cubiculo ellē arbitrans illi accepsit, quam non inueniens viciniam Simonis domum adiisse cogitauit, quamobrem illicet sororem Martha sequitur, vbi tantarum lacrymarum caussam didicit, magis magis que gauisa est. Post hæc Angelus vti sensibus mentem Veronicæ iussit.

a De S. Marcella S. Martha pedissequā agemus 29. Iulij.

CAP. XIII. De ostensis Christi ingressu Hierusalem in die palmarum, atque cœnâ factâ in domo Marthæ.

Noste Dominicat palmarum raptu potita Veronica ab Angelo Hierosolymam perducitur. Ibi Christum asinâ insidentem contemplatâ, animaduertit alij dorso discipulos vestimenta composuisse instar sellæ. Vallabant Christum discipuli beatissimâ Virgine, Marthæ, & Magdalenâ, ac mulieribus plerisque longius post terga sequentibus. Commota est autem vniuersa ciuitas, suburbiaque accurrerunt; & quænam tanta forent gaudia perquirebant. Iesu autem lacrymabatur, dicens: Hierusalem, Hierusalem si cognosceres quæ ipse noxi, & tu fratres. At piissima Iesu mater filium lacrymas emitentem conspectans, fleuit. Lacrymabantur pariter mulieres, quæ aderant, ac præcipue Magdalena. Verò Angelus Domini duplèm populum Veronicæ ostendens, ait: Populus hic, quem gaudiis affectum intueris, populus est gentium, alter tristes vultus pre se ferens Hebraus existit. Pueri verò Hebraorum tollentes ramos oliuarum sternebant vestimenta sua in viâ, & clamabant dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini. Afferuit Veronica arbores a palmarum & oliuarum signa venerationis ostendisse pertransiente Christo; at sola arbusta quæ canæ vocitantur nusquam deflexisse; puerorumq; grādem fuisse numerum etatis annorum decem. Hi soli Christo applaudebant, gentibus loco viciniiores, & ab Hebrais remotiores. Quid verò isthac protenderent, Angelus Veronicæ tunc aperuit, velut in sexto libro apertius explicabitur. At vbi Saluator præuiam templo plateam attigit, asinâ suffragantibus discipulis descendit, ad locumque altiorein profectus, coram frequenti populo sermonem habuit. Cumque verba complexisset Iesu, sudoribus laboreque anxius videbatur. Martha, quæ Christum continuo sequebatur, memor nullum cibum eâ die Christum sumpsiisse, neque quæpiam illum inuitauisse, per medios populos feruore incitata Spiritus transiit, & domum suam venire illum vñâ cum discipulis rogauit: cui blandiū Saluator annuit. Tum concito gradu Marthæ domum properat, cœnæque parandæ, Marcella suffragante, incubuit, satisque fecit.

Videt triū-phum diei palmarii.

a

Veronica interest cœna in domo Marthæ.

riore cogente Spiritu surrexit, atque cellam ingrediens in orationis exordio rapitur; cuius metem Angelus Domini perduxit domum Marthæ, in quodam castello positam: vbi Saluatorem cum discipulis cœnam benedicentem inspexit. Verùm residente Domino, discubuit quoque mater eius stante discipulorum turbâ. Matrem ordine suo Maria Iacobi & Salome atque aliæ mulieres sequabantur à latere dextro Christi, ad lœvam verò confedebat Ioannes, Magdalena ad pedes Iesu posita. Afferuit Veronica cibos omnes, qui delicatores extitère atque varij, vt nobilissimam mensam decet, carnis lacticiniisque caruissé, cœu Christiana religio tempore Quadragesimali vti consuevit. Inter seruos & ancillas Martha sollicitior apparebat, Magdalena ad pedes Iesu semper perseverante. Dicit verò Martha ad Iesum: Domine, non est tibi cura, quod foror mea relinquat me solam ministrare: Die ergo illi vt me adiuuet. Et respondens Dominus hilari facie, dixit: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Martha verò latenter verba Domini accipiens, exultabat vberius sororem Magdalenam Deum munere veræ conuersationis donauisse, quamobrem alacrius feruentiusque ministerio frequenti intendebat. Cœnâ peractâ gratias omnis illa turba, Saluatorem inchoante, Altissimo egit. Posthac Veronicam Saluator euq;cat, nonnulla mandans Sororibus significanda. Inter loquendum verò animaduertit Apostolos discubere, vt cibum fumerent, bnam Saluatore cœnante solus Ioannes ex Apostolis discubuerat.

a Scholastes monet hec veluti parabolam accipienda.
b Id sibi imaginata erat Virgo, ex peculari fortassis in Iannem pietate.

CAP. XIV. De ostensâ cœnâ Christi & beatæ Virginis.

Noste cœnæ Domini Virgo raptu potita, ab Angelio perducitur Bethaniam in domo Marthæ: *Videt cœnâ Christi ultimam cum B. Virgine.* positam verò mensam compexit in cœnaculo quopiam, sedentesque Christum ac beatam Virginem, ceteris exclusis, quod secretius essent collocuturi. Sermo erat inter matrem & Natum de futurâ filij passione. Hortabatur genitricem Genitus patienter ventura perfere, neue nimiū suâ tristaretur absentia. Nam me, alebat Filius, necesse est Hierusalem proficiisci, & ultimâ factâ cœnâ cum discipulis crucis mortem subire, instaurandi humani generis gratiâ. At pia mater suspiria imo pectori trahebat, lacrymabaturque multiplici ratione, filium dehortans illud iter aggredi. Tum Natus diuinorum Litterarū oracula in medium afferebat, æternique Patris obedientiam, qui propterea illum in mundum miserat. Videre autem sibi videbatur Virgo Veronica Diuam Matrem narrantis ab ore filij pendenteim, fariisque solo dilabente lœua cum tormenta intelligeret, quæ se passurum filius exponebat: erigebat verò Natus Genitricem dulcissime consolabatur. Totam noctem talibus intenti colloquiis mater ac Filius transegere, neque cibi quicquam desumpsicerit. Cùm è mésatâdem surrexissent, conspicatur Veronica Christum ante matrem genua flectente, maternamque benedictionem rogaitem, at humilis mater pariter genuflexo idem obsecrat à Deo filio sibi donari. Posteaquam longius protracta est hæc pia alteratio, lacrymis ab utrūque oculis semper fluentibus, mater Filium primò benedixit, deinde matrem Genitus. Nec mora: genitrix plentissima voce magnâ exclamauit dicens: Ne quæso, fili mi, recesseris. Eleuatam matris vocem omnis Marthæ dominus audiuuit. Cucurrit exemplò Magdalena amoris igne succensa, quæsinitque tantarum caussam lacrymarum, cui mater: Isthac à filio meo pere, nam Hierusalem adire statuit, dira mortis supplicia subiturus. Magdalena verò ad pedes Iesu accedens lacrymis perfusa rogata-

togitabat dicens: Noli Magister mi Hierosolymam ire, impium enim nosti Iudeorum consilium. Cui Dominus: Nequaquam me talia rogaueris: quoniam proficisci me oportet, & saevo sustinere cruciatus. Post ubi paruo temporis spatio substituit, abibat. Cumque mater in veteriores prorupisset lacrymas, dixit Magdalena: Citius, ô Magdalena; tuum sequens Magistrum a rogato illum nomine meo ut redeat. Abiit Magdalena, & verba matris Nato retulit. Filius vero regredi Magdalenanam iubet, matrique verbis ac societate praestò adesse. Rediit Magdalena cuncta nuntians, in lacrymatisque magis & magis vtraque prorupit. Afferuit Veronica cuncta ex ordine vidisse atque lamentabilia verba pleraque audisse, quae mater ac Magdalena plorantes tunc dixerent. Cumque Saluator abiaret, animaduertisse illius faciem immutatam ingenti dignam miseratione, pallidamque nimis effectam, ita ut alter videretur.

a Verba à sensu, non à ratione prodeuntia, inquit Scholia; cumque natura ac filii maiestate cogentibus doleret Mater, reprehensione parentis, nedum meritis plena existunt exuberantiae. Hec ille, qua Christi quoque in horto orantis exemplo confirmari possunt, si verè gesta sunt, & non solum à Veronicā cogitata.

CAP. XV. De ostensâ cœnâ Domini.

30 Ostiū ubi Veronicæ spiritus cuncta in domo Marthæ peracta cōspexit, Angelo duce illico ad Christum Hierusalem proficiscentem venit. Erat autem tunc cum Iesu socia multitudo discipulorum, quamuis ex domo Marthæ solum Christum recessisse Veronica videret. Ingressus Saluator Hierusalem, audiuit Virgo, quænam verba erudiens discipulos dixerit, atque inter cetera mandauit, dicens: Euntes parate nobis ut manducemus Pascha. Introeuntibus autem vobis ciuitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum, in quam introierit, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister, ubi est diuersorum ubi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Affirmavit Veronica amphoram vas haud mediocris pulchritudinis extitisse. Conspergit itidem cœnaculum, in quo discipuli nonnulli cœnæ parandæ intenti erant, ceteri autem Christo assistebant eos erudianti. Erant omnes tristes vehementer. Noua quepiam verba à Saluatore audiebat, & ea quæ fieri mādabat, tristibus acti cogitationibus attendebant, satis minimè intelligentes. Enimvero cūctis paratis discubuit Christus, & discipuli cū eo. Et cœnâ factâ surgit à cœnâ, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum præcinxit se, deinde misit aquam in peluum, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergete linteo, quo erat ipse præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? ac reliqua quæ Euangelista narrat Ioannes. Ablutos singulorum pedes deosculabatur Saluator. Aiebat Veronica cœnaculum illud eximia fuisse pulchritudinis, in cuius parte parata erat mensa quadrato margine non multum à terrâ eleuata, altero vero cœnaculi latere pelues positæ conspiciebantur quibus vñus est Saluator in pedum lotionem. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cùm discubuisse accepit panem & benedixit, fregit, deditque discipulis dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Similiter & calicem dicens: Hic est calix noui testamenti. Deinde dixit Iesus: Amen, amen dico vobis, quia vñus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo se inuinicem discipuli hasistantes de quo diceret. Mirabatur pia turba obstupesceratque, nonnulli quoque lacrymas ciebant. Omnem Dominicum sermone in audiuit Veronica, & discipulos vltro citroque loquentes. Expleto sermone Dominico singulos discipulos complexus est Saluator: abiensque docebat eos de regno Dei. At spiritum Veronicæ Angelus Domini comitabatur post Saluatoris ve-

Videt gesta ante ultimam cœnam, & in eâ:

lotionem pedum: Ioan. 13.

institutio- nem Eu- charistia:

stigia. Egressus est autem Iesus cum discipulis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse, & discipuli eius & assumptio Petro, Iacobus & Ioanne vidit Veronica Christum genua flecentem & orantem, gesta in Angelumque Domini calicem futuræ passionis ostendentem. Post triam Saluatoris orationem, ecce videt Iudam venientem cum cohorte; Iesum autem ei obuiantem, & dicentem: Quem queritis? Responderunt: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Quo tertio peracto, cohors & Tribunus & ministri Iudeorū comprehendenderunt Iesum, & ligauerunt eum. At Saluatoris comprehensionem hoc modo se animaduertisse Vero- nica afferuit. Videbantur Iudei eorumque impia turba nimis lupi famelentes quando in agnum irruunt, Iesum ad terram primò deiccerunt, pugnis faciem eius omnique corpus percutientes. Tum catenam ferream collo diuino imposuerunt, trahentes eum, omnisque Iesu stanti insultabant. Ensiū deinde parte, quæ manu tenetur, percutiebant Iesum, dum traheretur, ac lapidis atterebant, donec ad torrentem Cedron venerunt, ubi præcipitem illum in torrentem dantes catenâ diu traxere, vocibus impiis acclamantes.

CAP. XVI. De ostensis præsentatione Christi ante Iudices, sententiâ mortis, ac Crucis delatione adusque montem Caluariæ.

31 Ingessis Iudeis Christum deducentibus Hierosolymam, conspicatur Veronica duci Iesum coram Annâ & Caiphâ. Itidem intuita est singula quæ ante Iudices Saluator perpessus est. Afferuit Veronica virum, qui in faciem percussit Christum, manum habuisse testam chirothecâ ferreâ, fuisseque eam percussionem saeuorem, ita ut sanguis stillaret descendereque in barbam ac collum Saluatoris. Vbi ad columnam ligatum Iesum Iudei verberarunt, sanguinis imber è sacro ruit corpore. Caput spinis deinde coronarunt cruento incruciate; vestemque purpuream ei circumdederunt. Erat autem vestis lacera nimis ac indecora. Oculos eius illico virtuoccluserunt, genua flecentes, & illudentes ei, ac expuentes in faciem eius. Iesus vero, ut agnus mansuetus, tacens stabat. Latâ tandem sententiâ mortis à Pilato; inspergit Veronica spiritus Iudeos magnis clamoribus crucem humeris Iesu imponentes, milites armis ac vocibus perstrepentes populorumque rumores. Conabantur quidem summâ celeritate Christum ad supplicij locum perducere. At Iesus agnus immaculatus semianimis stabat, deficiebantque amissis viribus artus. Tanta molis erat dira Crux cœlestibus humeris, propter saevos cruciatus attritus. Aiebat Veronica Christum Prætorium exiisse Pilati, Crucemque baiulasse cā diei horâ quā ad Primas perfoluendas laudes conuenire Sorores consueverunt. Quare Veronica in posterum semper vehementissimè indolere cōsueuit, cùm campanulam monasterij pulsantem ad horam primam audire cōtingeret,

32 Cumque Christus crucem baiulans iter per vrbis vicos prosequeretur, en inspectat Veronica properantem matrem lacrymis perfusam, quam comitabantur Ioannes & Magdalena ac ploræque mulieres. Satagebat Virgo & Mater Filium contingere, sed à turbâ repellebatur. Dixit vero Maria ad Ioannem: Quæso te, qui viros vrbis nosti; per deuium aliquod compendio me deducito, quod tandem Natum meum cōtingere queam. Iussa capellæs Ioannes sociam multitudinem ad biuum deducit, ubi lapis stabat erectus; eò transiens Saluator matrem animaduertit obuiam sibi prodeuntem, dixitque, Meos, ô Mater, adiunxit dolores. In mutuos vero prorutientes complexus pro verbis lacrymas vterque dederunt. Erat autem tanta vtriusque vbertas ut materna lacrymæ Nati lacrymis miscerentur. Interea Crux

Autor. Isidoro. Isolano.

gesta in horto.

comprehensionem hoc modo se animaduertisse Vero-

Christi.

Alapq. Christo inficta.

Alia tor- menta.

Baiulatio crucis.

Occursum maris.

Salua-

AUCTORE Saluatoris humero herens solo dilabitur, quam homo **ISIDORO** quispiam suscipiens tenuit, donec à Matris amplexis **ISOLANO**. Christus eriperetur. Cogentibus autem ministris tartareis Christum iter prosequi, homo ille nequam crucem humeris cælestibus imposuit. Verum cùm Saluator tardiusculè incederet trabis ingenti pondere pressus, Simoni crucem baiulandā imposuerunt. Nos vīsa quām ab Virgine Veronicā angusto sermone perstrinxerimus, fūrē tamen illi singula ostensa perinde atque tunc Hierosolymis agerentur.

CAP. XVII. De ostensâ Crucis affi- xione ac morte Christi.

33 Posteaquām Saluator impiā nimis circumseptus turbā montem ascendit Caluaria, veste exutus nudus apparuit. At cùm Filius Regis omnipotentis nudaretur, horrendis vulneribus nouis crux emanauit, iuncta quippe erat vestis vulneribus sanguine coagulato. Post igitur humores commotos fluebat sanguinis riu plagi scaturientibus; à capite enim usque ad pedes non erat in Filio Dei sanitas. His intererat Virgo & Mater turbis immixta, singula animaduertens, lacrymasque magno veluti turbine ciens, quæ vbi diuinum Filij corpus nudū intuita est, velamen è capite subduxit, filioque proiecit, quod accipiens Iesu se præcinxit. Dixit Virgo Veronica crucem, quæ magnæ molis erat, in terrâ possum tam iuxta Saluatorem se vidisse, supra quam se extensis Saluator renibus ligno hærentibus brachia lubens expandit. Tum circumdederunt eum canes multi, & tauri pingues super eum os suum aperiebant. Acceptis vero clavis cùm foramina Crucis à fabro facta longius distarent, vt manibus & pedibus pertingi non possent, fune brachia manusque circumligauerunt, diuque trahentes compage corporis solutam enodarunt, ac præcipue ossa humeris hærentia collisa loco naturæ cessarunt. Clavis primùm manum dexteram cruci affixere, deinde sinistram malleis perstrepentibus veluti si trabes iungerentur. Id pariter egere circa pedes, quamobrem omnia Saluatoris membra locis naturæ diuulsa sunt. His quām crudelissimè peractis, inaudita feritate sacrum corpus in altum erexere ministri satanæ, quo ineffabiliter Christi pendens dolorem facillimè qui aderant animaduertenter. Confexit Veronica erectam Crucem ministris volentibus in terram decidisse: quæ res pientissimo Saluatori dolores in immensum coaceruavit. Cumq; crucem iteratò erigerent, aut à dextris pendere aut à sinistris fatigebant, quamobrem vulnera magis magisque latiora fiebant, doloribus vehementissimè auctis.

34 Denique Cruce affirmata, Diua Mater & Virgo Filii corpus viribus exhaustum toto cum sanguine fuo, ac collis vndique neruis in æra videns flebili voce exclamauit: Heu me, ô fili mi, en tuorum verborum euentus infelices. Ecce mihi abs te prænuntiata tempus locusque adsunt, quibus te videns contingere nequeo. Nunc Simeonis verba prophetica in me completa factior. Et tuam, inquit, ipsius animam gladius pertransibit. O fili dulcissime, quām pungentissimus, quām acutissimus est gladius hic, quo tantis te cruciatibus in cruce pendente conspicio. Talia perstabat memorans Mater pientissima, sèpius in terram præmeroris magnitudine dilapsa; quam Magdalena erigebat, suffragante cateruâ mulierum comite. Aspiciebat nonnumquam in Saluatoris faciem Virgo & Mater dicta quæpiam prophetica semper exclamans, tum solo hærebat præ doloris magnitudine. Sic vero perseverauit, donec Filius animam Patri reddidit. Aiebat Veronica Angelo duce singulos motus Christi Iesu pendens in Cruce se animaduertisse, præsertim coronâ spineâ premente, cùm non haberet vbi caput reclinaret, quod deir ceps versus peccati pendere sinebat. Enimvero Christo di-

cente, Sitio, pia Mater exclamauit: Heu me, ô fili mi, ego te olim lacte paui, at nunc tibi potum præbere nequeo. Atque inter verba solo dilabitur examinis. Conspicata est Veronicæ mens appropinquante horâ mortis Iesu pendens in Cruce illum transformari, & lacrymis profusis irriguas genas eius humectari, nullam verò vocem inter lacrymas dixit Veronica Saluatorem emissee, aut clamorem præter ea quæ Euangelistæ dicunt. At Mater omni pietate diuinum prosequens Filium, cùm animaduertet eum morti proximiorem, vicinior eidem effecta, dixit: Iam te, ô fili mi, morientem in-tueor. Vixne tua Matri doloribus omnifariam affectæ quicquam dicere? Cui Christus: Mulier ecce filius tuus. Deinde oculos in Ioannem eleuans, ait: Fili, ecce mater **Mors** tua. At mater exclamans dixit: Nunc scio, ô fili mi, quod **Christus** me Matrem missam facias. Quenam hæc ô fili diuine permutatio? Talia postquām Virgo & Mater lacrymis plena dixit; Christi Iesu Regis omnipotentis Filij facies est effecta pallidior, oculis caligantibus. Toto denique corpore innutatus Saluator voce magnâ exclamans, dixit: Consummatu est. Et hæc dicens emisit spiritum.

a Nihil fortissima virago tunc egit quod eius dedecet dignitatem, ut solent infane quadam matres pro doloris impatientiam comas vellere, lacerare genas, alias id genus, ut contra quasdam solidè disputat Petrus Canisius nostr. lib. 4. de Mariâ Deipara cap. 27. & 28. Egit tamen dolor illius eiusmodi, qui non modo vi-vium defensionem, sed & mortem potuerit afferre, nisi diuinitus effet corroborata.

CAP. XVIII. De ostensis mirabilibus, quæ in morte Christi euenerunt, atque illius sepulturâ.

35 **M**ortuo Saluatore examinis Mater & Virgo solo adhæsit, quam difficillimè ceteræ mulieres ad sensus redire fategerunt. Dixit Veronica, eâ horâ, quæ Christus animam Patri tradidit, se conspicatam solem tenebras induisse, petras scissas, monumenta aperta, vehementem terræ motum factum, plurimosque percutientes pectora sua reuerti. Longinum latus Saluatoris lanceâ percutiente: aquas quoque & sanguinem largissimè de latere Christi emanauisse: Longinum a lumine oculorum pariter recepto ad Deum conuerti. Vedit insuper, cùm Longinus latus Christi Iesu lanceâ perforasset, beatissimam Virginem iam erectam denuò in terram collapsam. Aiebat quoque, his expletis, omnes ad propria reuersos fuisse, dumtaxat Ioanne ac beatissimam Virgine, Magdalena, ac mulieribus quæ in Euangeliō sepulchro Domini deseruisse leguntur, exceptis. Aderat quoque Veronica Angelo comitata.

36 Lamentabantur autem omnes & lacrymabantur aspicientes in faciem Christi, cupiebantque vitâ funerâ de cruce ponere nec valebant. Venere Ioseph & Nicodemus, quos intuita Mater beatissima horruit primùm, deinde gaudi signum dedit. Erant autem nigris induti vestibus, capicis ad oculos usque descendenter, ciuabant quoque, vehementissimum dolorem præ se ferentes. Hi beatam Virginem primùm complectentes venerati sunt, deinde Ioannem, lacrymabiliā itidem verba altiori voce emittebant. Tum Christum adorarunt, corpore illius contemplati magis magisque lamentabantur. Scalis vero prominentibus ascendentibus, clavis euulsi, ac Ioseph cadauer interea sustinente, deposituerunt in gremium Matris id summo-perè peroptantis: quod vbi Mater exceptit nouo vulnerata dolore, ter Filium exclamauit. Vocem lacrymantis Genitricis lacrymabiliorem effectere qui aderat, lamenta lamentis addentes. Cunctos superabat pia Mater **Sepultura**, confitans vberrimaque lacrymas effundens. Posthac in monumentum corpus Iesu posuerunt, lapideque magno os monumenti clausere. Pia quamquam Mater neque filij corpus è gremio eripi pateretur, neque sepulcum derelinqueret velleret, assensit tamen inuita, Ioanne

*Vicruci
affixus.*

*Vi: Cruz
erecta.*

*Mator
Matris.*

*Prodigia
in morte
Christi.*

*Deposito
de cruce.*

Sepultura.

nigre

nisque mandato. Abiit denique Ioannes Matrem socrans, vnaque montem Sion adiit. Semper autem Veronica comes affuit, Angelo duce, qui cum ingressa domum quampiam esset Beata Virgo ceteraque, Veronicam ad videndum templum Salomonis continuo perduxit.

a An verisimile sit Longinum cæcum militasse, & destinatum vulnus influisse, cui crura, ut alii, non confringentur, dementis. Martij ad eius vitam. Quidam alij id scriptores tradidere.

CAP. XIX. De ostendo templo Salomonis.

Veronica in spiritu tēplum Salomonis.

37 Ngressæ templum magnificentissimum Veronicæ raptu portat Angelus Domini dixit: Quem vides locum, templum est Salomonis. Affirmauit Veronica numquam tēplum se vidisse eiusque magnitudinis ac deoris, neq; se satis scire cui illud compararet, quando tēplū maius vrbis Mediolanensis incōparabiliter excedere videretur: arbitrabatur verò in vniuerso orbe hisce ornatam muneribus domum minimè compiceri. Vnde in eo columnæ & coloris chrysei fulgentes ac ingeniosissimè elaboratae erectæ stabant. Lustrans quoque loca terra sanctæ Veronica, Passionis sœua tormenta Christo Maximo subeunte, singulorum clarissimæ reminiscebatur deinceps, perinde ac si corporeis sensibus affuisset. Viso templo Salomonis, continuo Veronicæ spiritus Angelo comite ad Limbum Patrum, vbi anima Christi erat, descendit. Conspicata verò animarum sanctarum liberationem Veronicæ mens ad mortales sedes reueauit.

Sed & alias mysteria passionis in spiritu videt.

38 Animaduertendum, Christi Maximi passionis quamquam mysteria quam breuissimè à nobis perficta sint, Veronicam Virginem tribus noctibus dierum Mercurij, Veneris, ac sabbati vidisse, singulis noctibus nonnullis sibi ab Angelo ostensis. Dicebat itidem Veronica tantæ fuisse crudelitatis diram Christi Iesu passionem, vt eam nulla adhuc mortalium lingua nullumque scribendi genus satis superque explanauerit. Est ingenti profecto admiratione dignum, quod Verónica testabatur; nam per anni vniuersum decursum singulis sextis feriis, tria mysteria sibi ostensa fuere, comprehensionis scilicet, colligationis ad columnam, & conclavationis. Omnibus verò sextis feriis mensis Martij eiusque anni vniuersa ex ordine gelta in passione Salvatoris sibi ostensa confexit. Dixit verò aliquando ei Dominus Iesu hoc se proptereà effecisse, quoniam feriæ sextæ mensis Martij passus fuerat. In ordine autem mensis incertum numerum esse eius sexta feria volebat, quod mortales pari veneratione dies illos prosequerentur.

a Scholastæ, Ut sunt illæ, inquit, quæ in ecclesiâ Lateranensi Romæ habentur.

CAP. XX. De ostensâ resurrectione Domini.

Videt Christum marie post resurrectionem apparentem.

39 De sancto Paschæ defunctâ diuinâ Eucharistia, raptu Veronica potitur adusque horam prandij. Hoc initium fuit raptus illius Sororum sub obtutibus: nam ante latebat sola nocte sensibus exiliens. In huius itaque extasis spatio Angelo duce Veronicæ spiritus dominum sitam in monte Sion, in quâ beatissima Mater lacrymans perseuerabat, primum adiit. Nec mora: & ecce Magdalena à Virgine Matre dimissionem petit, vt ad monumentum Christi prodeat. Quâ abeunte vultus Virginis Matris nouo gaudio immutari conspectat, autem verò paullatim lætitia, in risu tandem prorupit Virgo beata. Tum subito à mortuis resurgens Christus cælesti splendore coruscus, ac veste candidâ circummatutus, locum eum ingressus est: cui mater obuiam procedens, post mutuas salutationes Filium quâm iocundissimè complexa est. Quamobrem Veronicæ lætitiam beatissimæ Virginis fuisse nuntiam aduentus Dei Filij postea

Tom. I.

dignouit. Exemplò mens Veronicæ eâ domo relicta, *Avtoris Isidoró Isolano.* Angelo duce, Magdalenam euntem ad monumentum Christum in hortulani specie vidit, dein Apostolis apparenteis, atque formâ peregrini sumptâ discipulis cunctibus in Emmaus se iungétem. Omnen quoque sermonem Christi, mulierum, ac discipulorum admirabunda perdidit. Quatuor denique mulieribus postea quâm apparet Christo in die Resurrectionis conspicata est, quarum nomina Angelus conticuit, ad sensus corporeos regresla est.

40 Verumenimuerò intelligens Virgo Sorores raptam *Veronicæ* se animaduertisse, vehementer erubuit, & ita erubuit ut *humilitas*, toto simul corpore contremiseret. Consolabatur verò ancillam Christi verbum, quod aliquando à Salvatore accepérat, dicente: Ego filia mea, tibi donata munera cum volueto manifesta efficiam, secreta quoque lubens seruabo. Hoc loco minimè silentio prætereundum est, per singulos dies Dominicos vnius anni labentis datum Veronicæ fuisse portiunculam mysteriorum Resurrectionis Dominicæ videre, Christumque Maximum *vitis* nonnumquam ei dixisse: Scito filia mea, quodcumque *memoria* à me petitum ob honorem meæ resurrectionis atque in *Resurrexione* Dominicæ, id proculdubio me largiturum, si modò *Christi* rogatum animæ rogantis conducet. Quare iubeo ut orang in hunc modum obsérget: Domine ob honorem tuæ sanctissimæ Resurrectionis talia mihi concede, si tuæ fuerit voluntatis, atque saluti animæ meæ expediens.

CAP. XXI. De ostensâ ascensione Dominicâ.

41 N octe Ascensionis Dominicæ post nocturnas excubias locum petiit secretiorem Veronica: oransque raptum patitur, cuius mens ab Angelo perduicitur ad grande cœnaculum, in quo erat Christus qui à mortuis resurrexerat, beata Virgo, Apostolique. Audiuit autem Christum dicentem: Hora est, quâ ascendam ad Patrem meum. Circumspexitque Veronica beatissimam matrem, & omnes qui conuenerant, tristitiam affectos; quibus Salvator solatia præstít, dicens: Non turbetur cor vestrum, non relinquam vos orphanos. Ecce ego vobissemper ero, mittamque vobis paracletum Spiritum, qui vos inenarrabili gaudio afficiet. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Cumque haec ac multa talia dixisset egisset, leuatus est, & nubes sub-*Ascensio Christi.* cepit eum ab oculis eorum, innuthero vallatum Angelorum exercitu. At chorus Angelicis Veronica continuo se mixtam comperit, ascendebat quoque Christo ascidente quasi cunctis comitata. Enimuerò singulos cœlorum orbes Christo transcendentis notiæ Angelorum legiones obuiabant nouis semper carthiniis cælestia pangentes. Afferebant plerique incensi odores, ac thymianatum genera diuersa, quibus per singula momenta celebrior reddebat Filij Dei ascendētis triumphus. Iesu Maximo denique cœlū ingresso empyreum, Patrem ac Spiritum sanctum, veluti eidem obuiantes contemplatur. Erat in supremo cali cacumine locata sedes ornatissima ad dexteram Patris, in quâ Christus sedens ineffabili gloriâ circumseptus effulgit. Tres quidem personæ Patris & Filij & Spiritus sancti, videbantur, vna quoque natura, unusque Deus. Talia tantaque cœlitus conspicata Veronicæ mens adusque horam undecimam more Mediolanensi, cælestia perlustravit gaudia.

CAP. XXII. De ostensâ missione spiritus sancti.

42 C elebetrimi diei Pentecostes nocte, Veronica superna tenens regna, vidit in supremo cali cacumine Christum ante Deum Patrem genua flecentem

Hhhh ac d.

AUCTORE ac dicente: Nostri, o mi Pater sanctissime, cum apud mortis dorno tales essem, Matri meæ & discipulis meis me pollicitum Isolano fuisse Spiritum sanctum eisdem demissurum. Cumque hodierna dies huic missione apta existat, annue, quæso, quod id perficiam. Cui Pater aeternus: Quando Filius dilectissime omnia tibi à me tradita fuerint, ut libet promissum sanctum mittito Spiritum. At continuo Veronica ad terrestrem sedem remeauit. Erat autem in orationibus & meditationibus perseverans usque ad desumptum sanctæ Eucharistæ sacramentum: quo percepto sensibus exiliens Veronicæ spiritus, perducitur ab Angelo in cœnaculum grāde plenum hominibus, inter quos erant Maria mater Domini, Apostoli omnes, Martha, Magdalena, Marcella, & plerique qui conuererant vtriusque sexus orantes: & factus est repente de celo sonus, & repleuit totam domum ubi erant sedentes, & apparuerunt illis disperitas linguae tamquam ignis, sed ut supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloquillis. Facta autem hac voce conuenit multitudine: tum Apostoli & qui conuererant, veluti ebrim, extuentes, verbū Domini prædicabant gentibus. Stupebant autem omnes & mirabantur; alij vero irridentes dicebant: Quia hi ebrim sunt. Vniuersa itaque in missione Spiritus sancti acta, perinde ac Hierosolymis euenere, Veronica vidit. Neque miraculo caruit haec visio: nam Post illam ad sensus rediens Veronica cum Sorores præfæ essent, mente & corpore igne illo diuini Spiritus ardebat, & eliquebatur cor eius præ dulcedine mirabili. Iamque templi lares egressæ Veronicæ obuiauit Soror Thadæa, quæ in Veronicæ complexus irrumpens, quod illam apprimè diligenter, verierareturque Dei dona quæ in eâ experiebatur, persensit omne corpus Veronicæ Virginis vehementissimè calescere. Cumque mutuo contactu ipsa quoque concalceret incognitam diuini amoris flammam in se experta, arbitrabatur Veronicam grande quodpiam calitus eo die accepisse.

LIBER Q VINTVS

De ostensis Sanctorum solenniis apud Superos.

CAP. I. De ostensiō solennitate Sanctorum Iacobi & Philippi.



ALENDIS Maji inter Missarum solennia Veronicæ mens Angelo duce ad sidereas rapitur mansiones. Ibi supernae Hierusalem ciues per choros sectos hoc ordine procedere videntur. Duo viri innumeram turbam præbant, vestibus amicti sideribus ac sole fulgentioribus, atque coronas pari splendore ornatisimis capitibus gestantes. Est mortalibus inexplicabile dictu, quantâ fulgerent claritate, gloriam, ac maiestate duces illi omnis cælestis exercitus. Ad horum latera stabant bini Angeli aureis thuribulis odore rem incensi dantes: alios quoque Angelos ad medium processionis pariter stantes aduertit: at concentus suae nimiùm sonantes pro supernæ Hierusalem inexcoxitatis gaudiis vndique perfonabant. Enimvero viros illos innumeri Angelorum exercitus sequebantur. Post quos Apostoli, deinde Martyrum grandis multitudo, tum Summi Pontifices Romani, vna cum Archiepiscopis, Episcopis, minoribusque Sacerdotibus iunctis turbæ Sanctorum omnis generis; quiq̄ vestes aureas induebant, margaritis & lapidibus pretiosis intextas, coronati auro ac radiantibus gemmis, diuinis gestiebant gaudiis. Nulla profectò mortalium pompa huic cælesti comparanda est, quam nec cogitatione quidem attin-

Processio
olennus in
alo.

gere possumus, aut quotis dicendi genere dignè prosequi. Est enim immensa claritudo, quæ nostris oculis neque cerni neque verbis explicari queat. Verum Angelus Domini, qui Veronicæ præstò aderat, dixit: Duo viri alios præentes, Diui sunt Apostoli Iacobus & Philippus. Turbas singulas, quæ forent, eidem pariter exprefsis. Confexit autem Veronica immensæ gloriæ Deum sedentem in throno pulcherrimæ vndique lucis radios emittente, quem Sancti omnes procedentes adorauerunt. Vultu sereno ac diuinæ nuntio lætitia Deus immortalis quoque inspectabat, eos benedicens dexterâ altius protensâ. Post hæc tribunal immenso septum lumine binâque sede diuissum, atque inter ceteras sedes altius Iacobus & Philippus confunderunt: quos vbi omnis Sanctorum turba sigillatim venerata est, singuli ad proprias abiēre sedes, quæ toto Paradisiacæ regionis spatio locatae diuinibus apparebant. Post quæ Veronica Superos relinquens, vti sensibus corporeis iussa est.

CAP. II. De ostensiō festo sanctæ Crucis.

INVENTIONIS sanctæ Crucis die solenni, raptæ Veronicæ mens ad superas sedes talia se animaduertisse videtur. Erat iuxta diuinum tribunal locus purissima crucem in calo vidique lucis radios emitens. Illic erēta stabat Crux aurea, grandis: radiabant in Crucem lapides pretiosi ad manus humanæ quantitatē. Erat autem splendorille eo fulgore perlucens, cui mortalium res nulla comparanda sit. Nec moxa: & ecce beatissima cæli Regina, Dia uiaque Magdalena, quæ virginum exercitus comitabantur, adoraturæ Crucem veniunt. Tum felix Regina prior genua flectens, Crucem sanctam venerata est: at Crux inclinata Virginis eam exosculari cupiēti facilem se prebuit. Locū, vbi dextera Christi clavo affixa fuit, Virgo primū deosculabatur, deinde locum è regione, tum capitis, posteà lateris, de quo fluxit sanguis & aqua, partem, demum pedū loca exosculando magni amoris gaudia demonstrans adorauit. Idem egit Magdalena. Verum cùm hæ adorauissent, aduenit Saluator medius inter Ioannem Baptistam & Ioannem Euangelistam, qui patiter Crucem venerati sunt. Post hæc Saluatore ac beatissimam Matrem quopiā loco cælesti residentibus, vniuersi ciues cælestes pari ritu Crucem adorarunt; Virginibus incipientibus, quæ binæ capita demittentes summæ venerationis signa dabant. Interē adorantibus illis sanctam Crucem, duo Angeli iuxta eam stantes aureis thuribulis odorem incensi diffundebant: cumque cælestes domos vniuersi repeterent, ad terrestrem quoque fedem Veronicæ spiritus remeauit.

CAP. III. De ostensiō solennitate sanctæ Monicæ ac nonnullorum Sanctorum.

VOX die natalia Diuæ Monicæ matris excellētissimi Doctoris Augustini celebrat Ecclesia, cælestia perlustrans regna Veronicæ animus, vidit supernæ ciuitatis ciues eius ob honorem ineffabili pompa gratiæ. **Monica** dientes, eadem actantes quæ primo capite huius libri **et aliorū** recensuimus: at Diua Monica vna cum filio vestibus in SS. festiuitates. duta quæ immortalem gloriam decet, cunctos præbat; veluti duos Apostolos Iacobum & Philippum præcessisse diximus. Paria confexit Veronicæ mens in festis toto labentibus anno. Erant quidem varia processio- num capita ducesque pro Sanctorum diuersis solenniis; nam festo conuerionis B. Augustini Diuus Ambrosius, qui Augustinum ad fidem perduxerat, vna cum eodem beatissimo Augustino ceteros præbant, vestium ornatu ac splendore fulgentiores; solenniis vero Diui Bernardini Ordinis Minorum, præentes suere Diuus Franciscus

^b tiscus & Bernardinus, quos sequebantur SS. Ludouicus ^b Rex Siciliae, Antonius Patauiensis, Ludouicus Rex Franciae, ac Bonauentura Doctor praelarisimus. Quamquam singulis diebus per anni decursum Virgo Veronica ad Superos spiritum relaxans, celebrari ob honorem Sanctorum, qui per varia orbis spatia à Catholicis venerantur, talia confexerit; nos tamen ea missa faciemus, & meditanda pio lectori illa relinquemus; ne eadem repetita, quae maximis gaudiis Veronica iam beatæ vitæ stabilem statum mortalis attingens animaduertebat, tædia pariant. Verum si quo forte die peculiare quodpiam in medium afferendum arbitrabimur, id quam breuissime fatagemus.

a 4. Maij.

b S. Ludouicus Episcopus Tolosanus, Regis Siciliae Caroli II. filius fuit: colitur 19. Aug.

CAP. IV. De ostensis solenniis Corporis Christi.

^{Magna celebritas venerabilis sacramenti.} **M**agna & inenarrabilia apud Superos peragi Veronicæ contéplanti hac die dixit Angelus Domini: Scito, filia, tantæ dignitatis esse hodiernam festiuitatem, vt omni mortalium studio sit prosequenda, ob diuinæ Eucharistie adorandam maiestatem, veluti in cælesti Hierusalem superos ciues aditare cernis. Nam Throni, Dominationes, Principatus, & Potestates, Cherubin & Seraphin diuinū tribunal in rotæ similitudine circùspentes, candidi ac purpurei coloris alternis vestibus tegebañtur. Erant inter illorum choros innumeri thuribulis aureis incensa dantes, quiq[ue] concetus in excelsis ciebant. Post hos ordines ante Angelos atque Archangelos beatissima cali Régina media inter Martham & Magdalénam, Apostolis, Patriarchis, Prophetis ac reliqua Sanctorum turbâ comitantibus, ter se inclinans Deum Filium adorauit. Cui assurgens Filius Matri honores reddebat. Tum Virgo Christi tribunal conscendit, seditque à dextris Filij: nam Ioannes Baptista, quem residentem à dextris Christi semper videbat Veronica, surrexit à solio, locumque dextri lateris Reginæ reliquit; iuxta quam Marthæ & Magdalénam confederant. Deo immortali tandem ab omni cælesti curiā adorato, rotæ cælestium spirituum se compoñerunt. Euanecebant verò Sancti omnes posteaquam in rotæ diuinæ coordinati fuissent, solā Angeliæ militiā in rotâ apparente. Postremo **Régina mundi** de solio diuino consurgens post trinam adorationem abiit magnâ cælestium spirituum & Sanctorum comitatem ceterâ. Recedens diuino vultui numquām terga vertebat, verum eosdem incessanter contemplabatur, quoniam diuinâ felicitate Beati semper vident faciem Dei. Posthac ad terrestrem sedem mens Veronicæ remeauit.

CAP. V. De ostensiâ solennitate Sancti Ioannis Baptistæ.

CVM soleñni nativitatis Ioannis Baptistæ die Veronicæ cælestes perquireret domos, Angelum, qui eam dirigebat, talia dicentem audiuit: Attentior esto filia, quoniam apud cælicolas nunc festa Baptista inchoantur, quibus aderit Christus Maximus rotâ comitante cælesti Hierusalem. Exemplò Veronica Christum alto descendenter folio conspicit: aurea vestis viridi con-

^{Christi & texta colore illi erat, quam Angeli pro diuinæ Maiestatis Sanctorum ampliori veneratione circumtenebant. Capite ornamentum gestabat, cuius gloriam numquām attingere satis potuit. Nullus inter supernos ciues eo capitis ornatus fulgebat, quoniam præstantissimis decorarentur singuli muneribus. Baptista atque Ioannes Evangelista albis induiti vestibus, quæ aureos radios emittebant, manibus lilia sole magis radiantia detinebant. Maria mundi Regina, vbi è throno descendit, inter Martham & Magdalénam media gradiebatur, post Patriarchas &}

Prophetas, qui peculiari habitu pollebant. Candida ve-Auctor. ste Régina cœli tegebatur, quam circumdabant Ange-Isidoro/lorum chori indumenta circumtenentes. Marthæ ac Magdalena vestimenta tametsi super aurum & lapideum pretiosum desiderabiliora forent, numquām tamen Magdalena quis color existeret scire Veronica potuit. Post Angelorum exercitus Elisabeth Baptiste mater, Juncta Anna matri beatissimæ Virginis proficisciebatur; inseque turba virginum, quam dinumerare nemo poterat; has præibant Maria Iacobi & Maria Salomè. Omnibus autem Sanctis diuersa inerant gloriae insignia pro meritis; alijs aureas coronas, torques quidam, argentea nonnulli dona vermiculato opere ornatissima præferebant. Personante verò omni cælesti curiā suauissimis concentibus, processere singuli Christum Maximum adoratur, medium inter Ioannem Baptistam & Ioannem Euangelistam, ceu semper Christum Veronica consueuerat intueri, beatâ nimium sede locatum. Posthac Veronica spiritus ad terrenos vius Angelo duce regressus est.

CAP. VI. De ostensiâ solennitate sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Solennia Apostolorum pari ordine celebrari vident mens Veronicæ diuinâ ope ad cælestè palatum rapta. Habitus quidem sanctorum Apostolorum candidi coloris erat radios emittentis aureos, mortalibus omnino inexplicabilis. Petrus palmam & claves manibus gerens, habitu Pontificio iniduebatur. Paulus aureum ensem, palmam, & lilia detinebat. Vterque inefabilis pompâ procedens Dei immortalis maiestatem primùm adorauit, quos deinde omnis cælestis curia consecrants, diuino numini honores attulit.

CAP. VII. De ostensiâ celebritate S. Marthæ hospitæ Christi.

Inter lustranda solennia Diuæ Marthæ virginis Veronicæ ostensa fuit ingens multitudo sanctimonialium, quæ albis induitæ, Martham cælesti pompâ incedentem, illico sequebantur. Dixit verò Angelus Veronicæ: Haec sunt feminæ Deo sacratæ monasterij quod Martha viuens instituit.

CAP. VIII. De ostensiâ loco Sanctæ Mariæ de Niue & solennitate S. Dominici institutoris Ordinis Prædicatorum.

Ter Veronicæ spiritus Angelo duce haec die ad sidera euolauit, primo quidem raptu Romam Angelu ducitorē perducitur: locum verò quemdam conspectans copiosâ niue circumiectum, beatissimam Matrem Dei Angelis vallatam illic adesse animaduertit. Tum Angelus inquit: Hic locus existit, vbi nix ab alto descendit Reginâ cali iubente, vt hoc miraculo excitatus Ioannes Patricius in illius honorem templum condideret. Nec mora: mira magnitudinis basilicam Veronicæ admirans intuetur. Cui Angelus Domini: Hocce templum est ob venerationem beatæ Virginis conditum. Secundo raptu Angelo docente audiuit cælestes concentus Veronicæ, viditque maxima quæpam fieri ob honorem Matris Dei, quæ distinctius minimè retulit. Tertio verò raptu Angelus Veronicæ ostendit Diuum Dominicum more Prædicatorio indutum, cui sœcius alter eiusce professionis iungebatur: splendebant mirum in modum illorum vestes; quos Angeli plurimi sequentes, innumerantur, Fratrum Ordinis Prædicatorum millia milium post gradiebantur, Sororibus eiusce religionis in numero numero sequentibus. Cælesti pompâ Deum Maximum, Diuumque Patrem Dominicum omnes adorarunt, eo ritu, quem in reliquis solennitatibus Veronicæ ostensem fuisse suprà meminimus.

Templum S. Mariae ad Niue.

Innumeris SS. ex Ordine Prædicatorum.

AUCTORE
ISIDORO
ISOLANO.

CAP. IX. De ostensâ Assumptione
Beatae Virginis.

Raptu potita Veronicæ mens hac die solenni, Reginam mundi veluti animam exhalantem intuetur, quam carne solutam resurgere pariter vidit. Iamque igitur cælorum Regina reuixerat, eiusque corpus illico ab Angelis in altum delatum vidit. Auro vndegeatur, splendorem dans omni humanâ cogitatione altiorum. Verùm antequâm superas attingeret sedes per medium Purgatoriū deducta est. Virgo beata: nullas perpessa fuit peccata, imò quæ purgabantur, animas magnis gaudiis suâ affecit præfentia. Mox ad sumptum cælorum verticem progredivi. Virgo beata obtutum habuit Christum Maximum totâ eomitante cœlesti Hierusalem. Personabat vndegeatur cantica diuina, & post mutuos amplexus duplice coronâ Virgo donata à Deo filio, altâ nimis sede locatur. Non procul à Reginâ cælorum circumsetlere Martha, Magdalena, atque Anna mater eius, vñâ cum sororibus quas circumdabant, chori Angelorum gaudia dantes cælestia. Post hæc ad humanos vñus Veronicæ mens regreditur.

a Recitè Scholastæ Non est hoc referendum ad diem assumptionis primum, sed anniversarium.

CAP. X. De ostensâ liberatione animarum factâ ab Angelis in Assumptione Beatae Virginis.

Hac die vbi primùm Veronica sacramentum Eucharistiae desuipit, mox inter Missarum solennia abiit mens eius, Purgatoriū fines concedens. Inspectus autem diuini cuiuspiam aspectus viram, miraque pulchritudinis veste conjectum, cuius nomen Veronica numquām sciuit, quem Angelorum ingens numerus sequebatur. Ingressa itaque est ea multitudine cui mixta erat Veronica, Purgatoriū sedes. Tum coram viro tot animæ adductæ fuerunt, quot non capit homines vrbis Mediolanensis media pars, singulas verò singuli Angeli captarunt, & eas quas apud mortales custodiēre. Videbantur quidem animæ incendio rubricatae cùm ignem exhibant purgatorium, quæ mox ignibus erutæ niue candidiores efficiebantur. Coronata itaque viridi fronde omnes ante thronum Dei immortalis ab Angelis stauuntur: at animæ coronas ante sedem Dei posuerunt, quas idem Deus immortalis sereno vultu placidissime & blandis oculis benedicens beatissimæ. Matri offerebat. Hæc vbi vidit ad corpus Veronica mens regreditur, tantis affecta gaudiis, ut carne viueret diu se non posse arbitraretur. Afferuit Veronica plurima se consipexisse eâ celebritate Assumptionis, gaudiis vehementissimis per singulos raptus affecta; verùm iucundissimus omnium fuit cùm è purgatorio erui animas attendit.

*Animæ
purgatorio
in Assum-
ptione D.
Virginis
educa-
tus.*

*Id visit
iucundis-
simum.*

CAP. XI. De ostensâ festiuitate Diui Augustini.

*S. Augu-
stini orna-
tus.*

Hocce peculiare celebitate Diui Augustini Veronica spiritu è sensibus exiliens animaduertit. Diuus enim Pater Augustinus Pontificio habitu ornatus, vestemque habens interiorum rubri coloris, medius inter Sanctos Nicolauum Tolentinatem, & Guilielmum sacerdotalem more indutos coronatosque procedebat, mitra auro & lapidibus pretiosis nimium radiante, aediculam auream incredibilis ornatus manus gestabat. Non capit humana mens, quæ fuerit ea pulchritudo, eximius splendor, præclaraque magnificencia. Hos primùm sequebatur Eremitarum numerus co-

DE BINASCO VIRG.

piosus, deinde Canonici regulares albis vestibus induti, post quos turba magna religiosorum coloris grisei subobscuri, quo plerique Ordines vestiuntur sub Augustini regulâ militantes. Virorum multitudinem Sorores eius ordinis, sub quo degebatur Veronica, mox subsequi animaduertit. Dixit verò illi Angelus Domini: Hæ sunt tui monasterij tuaque religionis Sorores. Illa quidem est Michaëlia Ariminensis, præprior est Mater, quæ te sanctæ religionis habitu donavit, quæ pariter Michaëlia vocabatur. Quæ sequitur, Margarita; quæ verò Martyris instar palmarum gerit, Iustina est: plurium quoque nomina minimè conticuit Angelus. Dignouit inter illas Veronica geminas Matres, quæ in suo obierat monasterio ipsa præsente, ei hilari aspectu blandientes. Verùm cùm vestes quarundam aliis splendidiores forent, intellectu Veronica habitu clariori induitas Sorores mündum perfectius contempserint. Post hæc innumeræ Sorores subsequentes animaduertit, aliae nigris induébantur, alibi vestibus plurimæ. Septem horarum spatio, quo ratius perseuerauit, omnis ille cœtus supernam Patris Augustini solennitatem vix perfecit, cælestis lætitiae signis totâ personante cælesti Hierusalem.

a Scholastæ: Horæ ad Virginis mentem sunt referenda, quibus imagines ab Angelo formatas (vel potius propriæ imaginatione præceptu, sed vel ab Angelo commotis nunc, vel ex sympathiâ, divina patiente intellectu & voluntate, ultra excitâ) decurrunt. Longior enim est superorum solennitas specialis, nec illa hora dici separatur ab eis, ut mortalibus euenit.

CAP. XII. De ostensâ celebritate S. Hieronymi.

Cum apud Superos festiuitatem Diui Hieronymi, cælestia regna perlustrâ, Veronica contemplatur; Hieronymum videt, cui socius Augustinus erat, Gregorio & Ambrosto subsequentibus. Albis omnes vestiebantur, Hieronymo lilia manu detinente, ac pīleum more Cardinalium capite gerente. Pileus aureus coronâ circumdabatur pulchritudinis mortalibus ignota. Præcedentium ingens nimis caterua fuit, Sacerdotum ac virorum illustrium; quam copiosissima multitudine religiosorum postibat, alii nigri coloris vestibus tegabantur, plerique grisei subobscuri, alibi plurimi induébantur. Singuli gestiebant, diuina gaudia promentes, cælestemque curiam inenarrabili replebant harmoniâ ob venerationem Diui Patris Hieronymi.

*Formæ &
habitus S.
Hierony-
mi.*

CAP. XIII. De ostensâ festiuitate S. Francisci.

Francisci meritis vidit Veronica mente rapta ad superas mansiones, animas quasdam à Purgatoriū pœnâ erui Angelorum ministerio. Illius habitus erat candida vestis, quæ sui ordinis indumenta tegebat. Enimvero Prædicatorum, Sacerdotum, laicorum, ac tertij habitus virorum innumerabilis fuit multitudo; quæ Franciscum cælesti pompâ incedentem consectabatur. Sorores omnes eiusce professionis præbant Diuus Clara, S. Ursulâ comitante.

CAP. XIV. De ostensâ solennitate omnium Sanctorum.

Tantæ maiestatis apud Superos fuisse hodiernam festiuitatem retulit Veronica, ut viginti horarum spatio Sanctorum chori vix processerint. Isthæc autem scribenda tantummodo censuimus. Diuus enim Franciscum & omnes præbant religiosos propter veram paupertatem, quam viuens semper complexus est. Franciscum sequebatur Diuus Dominicus magnâ Fratrum suorum circumseptus caterua. Tum beatissimus Pater Augusti-

Augusti-

Christus Maximus sponse quoque titulo insigniuit in AVCTORIS
Ecclesiæ militantis imperio.

ISIDORO
ISOLANO

*Pia letatio
borarum
diuinitus
honora.*

Augustinus, cuius secessores diuersorum ordinum, omnium religionum numerum excedere videbantur. Tum Diuus Basilius; denum Benedictus venerabilis sanctitatis, quos turbæ monachorum circumgradiebantur. Gestabant singuli manibus quodpiam insignis gloriae; feminis sanctimonialibus aut breuiaria aut corollas miræ pulchritudinis manu gerentibus. Ornatisissimi erant nonnullarum libri spectatissimæque corolla. Dixit autem Angelus Domini Veronica: Ornatus præstantior librorum corollarumque mulieribus donatus est à supernâ curiâ, quoniam in persoluendis horis diuinis attentiores feruentioresque extitère. Quamquam omnis illa superna Hierusalem variis concentibus exultaret Angelorum, nullus tamen à facie Dei oculos duceret: tantæ iocunditatis erat vel vnicum verbum ab ore Dei procedens auribus percipere; cunctas enim præcellebat delicias, quæque gaudia superabat vox illa diuina.

a Scholastæ: Cautissimè attendendus est hic Sanctorum præuentum aut sequentium ordo. Non enim gradus gloriae eorum simpliciter exprimitur, sed solum in ordine ad præfitem necessitatem; *imo foris ad solam imaginatiuam Virginis.*

CAP. XV. De ostensâ celebritate con- secrationis Ecclesiarum.

*15 Q*uarto Idus Nouembri cùm solennia consecrationis ecclesiarum annuo more celebrarentur, subito raptu Virgo potita circumspexit apud cælicolas templum haud grande, ineffabilis pulchritudinis. Erant illius muri ex smaragdo sapphyroq; lapidibus pretiosis conditi; at ornatus lapidum is erat, quem describere mortales nequeunt. In templo concentus personabant cælestes, quibus excitati Imperatoria & Regiae maiestatis ac præstantissimarum dignitatum viri, auro coronati, templum adoraturi ingrediebantur. Ponebant vero singuli coronas suas ante thronum Dei, qui in templo medio locatus residuebat. Post innumeratas turbas magnificentissime procedentes circumspectata Veronica mens ad mortales remittitur, gaudiis vehementissime affecta cælestibus. Afferuit autem in hac festiuitate Imperatorium quoddam ac Regiæ pompæ dignum præceteris se animaduertisse.

CAP. XVI. De ostensâ celebritate in sabbatis ob honorem beatissimæ Virginis.

*16 R*apiebatur Veronica ab Angelo singulis fabbatis toto vno anno labentibus ad Superum regna; ubi cælestia solennia circumspectans, videbat Superos omnes procedere ob honorem Matris Dei, post quæ eâ iocunditate Virgo beatissima in Veronicam oculos dirigebat, ut mortali corpori se nusquam iunctâ Veronica recordaretur. Aiebat quoque: Ego diuīs cœtibus mente præsens mortalium omnium obliuiscerai, neque tristius quicquam excogitare potuissent, quam ad corruptibilia reuerti.

CAP. XVII. De ostensâ festiuitate S. Catharinæ Martyris.

*17 H*occe peculiare tantummodo nunc scribendum autumo, quoniam iunctam Catharinæ Martyri, inenarrabili gloriâ progredientem, celebri festiuitate eiusdem Catharinae Martyris, videt Veronica Virginem quanipiam albis indutam non Martyrem, pari maiestate fulgentem, cuius nomen Angelus conticuit. Ego vero piâ detractione arbitror Catharinam Senensem Ordinis nostri Prædicatorij fuisse, quam

CAP. XVIII. De ostensâ solennitate SS. Innocentium.

*18 A*iebat Veronica Superos hac die peculiare festum celebrasse: nam mente raptâ innumeros infantes videt albis induitos, interiores vestes habentes purpureas. Gestabant singuli manibus lilia ac palmarium *Ornatus ramos, capitibus eorum nouo ornato & inter cælicolas SS. Innocentium.* fulgentibus. Turba Martyrum, quam dinumerare nemo poterat, infantes circumuallabat. Altis vocibus cantabant canticum nouum ante sedem Dei. Tum per circulum quique sedem Dei immensâ claritudine radiantem circumsepiebant: quamobrem vndeque diuinum tribunal infantium pulchritudine præclarus reddebat. Post hæc ad humanas sedes Virginis animus remeauit.

CAP. XIX. De ostensâ festiuitate San- cti Antonij Abbatis.

*19 C*elebritate Divi Antonij Abbatis Veronica corporeis soluta vinculis, supernâ ope ad cæli lares vehitur: cumque iuxta morem Superi procederent, circumspexit in ordine procedentium priores esse Diuos Antonium & Paulum primum eremitam. Hi albis in-*Habitus Antonij* duebantur, lilia ob virginitatis honorem manu gerentes. Eximus ineffabilisque fuit illorum ornatus ac splendor, *Op Pauli in calo.* quois eremitarum ingens numerus postibat. Ultimâ ve-
rò ordinis serie quidam religiosi nigris circumtecti ac capitibus bireta portantes incedere videntur: numquam in supernâ Hierusalem eiusc habitus viros intuitam se Veronica afferuit; quorum quamquam grandis foret turba, non tamen ceterarum religionum numerum attingebant. Itaque Superum cœtus ob venerationem Diui Antonij egere ea quæ in reliquis festiuitatibus acti-
tasse frequenter memorauimus.

CAP. XX. De visâ celebritate candi- larum in die Purificationis.

*20 C*elebri die Purificationis Beatæ Virginis, Veronicae mens subito raptu potita post consideratam præsentationem infantis Iesu in templo, quam superiore libro descripsimus, illico ad basilicam inexcogitatæ pulchritudinis perdicuntur. Ibi altare ornatisissimum erat, iuxta quod Sacerdos diuini cuiuspiam aspectus sacras vestes inuebat, veluti sacra mysteria celebraturus: *Videt in* at Veronicae admirati Flaminem tā spirituum circum-spiritu datum numero Angelus dixit: *Hic est Christus Maxi-* *quasi cele-
brantem* Angelicus concentrus inchoat. Est mortalibus inenatrabilis Saluatoris habitus ille sacerdotalis: vndeque lapides & margaritæ cælestem dabant pulchritudinem. Erat amictus aureus sapphyreis crucibus contextus, ac pulcherrimâ quapiam arte ornatisissimus. Stola manipulique eumdem habebant decorem. Vestis vero, quam planetam vocitamus, nimio fulgore auri, lapidum præciosorum, ac margaritarum inæstimabilis gloriae videbatur. Decem Diaconi aderant præclarissimis testi vestibus, more Diaconorum. Decem quoque Subdiaconi Diaconibus ministrabant. Hi gemini stabant, & discolor vestium habitus erat, priores quidem albis vestiebantur, qui sequebantur purpureis, tum albis proximiores, reliqui purpurati. Conspiciebantur cornu altaris duo, sex Diaconi thuribula aurea tenebant, quatuor erant Angelico habitu conspicui, duo fulgebant. Ab exordio Missæ ad usque calcem thura dantibus Diaconis semper

Hhhh 3 sumus

Auctor. sumus incensi ascēdit. Quis Saluatoris vocem Missarum **ISIDORO** solennia concinenter describere ausit? Illa clarior di-
ISOLANO. stinctiorque beata gaudia prestatbat, & cælestem cui-
ram inenarrabili replebat harmoniâ, Angelorum con-
centus supra modum suâ dulcedine superans. Grata
quamquam fuerit nimium vox Subdiaconi Epistolam
decantantis, gratiùs tamen Diaconus Euangelium con-
cinit. Intercà cùm secreta persoluerat Christus Sacer-
dos Maximus, duo Angeli albos cereos populo, qui
templum repleuerat, diuidebant. Tum velum Angeli
ante altare oblationis excipiendæ gratiâ extendebant.
Vbi ad populum faciem vertit Saluator, ecce Virgo bea-
tissima, duabus comitata feminis præstantissimis, ce-
reum Saluatori obrulit, manumque illius exosculata
est. Sic egere Virginis comites, sic ministri altaris sin-
guli, sicut populus omnis qui aderat. O quantis opta-
uit animi votis Veronica isthac videns, certeū tenere,
cuius oblatione Saluatoris manum exosculari potuisset.
Vbi tandem cunctos Christus benedixit, ad usus cor-
poreos regressus est Veronicæ spiritus. Dolebat verò
atque excruciatatur lacrymis profluentibus, se dignam
minimè fuisse quæ manum Saluatoris exoscularetur,
idque suis criminibus adscribat, cuius rei gratiâ anxia
pauxillum obdormiuit. Eo somnio longo Saluatoris ser-
mone solatia inira percepit. Conticuit verò eadem Vir-
go dicens: Non licet illa homini loqui. Viros intui-
tam se Veronica afferuit; quorum quamquam grandis
foret turba, non tamen ceterarum religionum nume-
rum attingebant. Itaque Superum cœtus ob veneratio-
nem Diui Antonij egere ea quæ in reliquis festiuitati-
bus actitasse frequenter memorauimus.

CAP. XXI. De ostensâ solennitate S. Ioseph.

21 **Q**uo die Diuum Ioseph spotum beatissimæ Virginis præcipiâ solennitate veneramur, Su-
perum tenens regna Veronicæ spiritus, conspexit Ioseph albis indutum atque lilia manu tenentem virginis-
tatis signa, maximâque gloriâ quoque cœli ciues præ-
euntem. Plura quoque festa celebrari Veronica vidit
apud cœlicolas, ac præfertim ob honoré duorum Mar-
tyrum, quorum nomina ignoravit.

CAP. XXII. De ostensâ festiuitate S. Benedicti.

22 **C**um natali Diui Benedicti cœlicolûm interesset
Ornatus S. Benedi-
cti. choris, Angelo duce, mens Veronicæ, eumdem
Diuum Benedictum intuita est, cädida veste teatum in-
enarrabilique circumdatum gloriâ. Alterâ manu gesta-
bat lapidem pretiosum, cuius nimio fulgore ac radii
præpedita fuit ne distinctius cognosceret quidnam fo-
ret. Dixit verò: Arbitrata sum aliquando lili speciem
habuisse lapidem illum: sed grandis erat eiusmodi decor,
atque mihi imperceptibilis. Abbatum ac monachorum,
quos nigræ albæque vestes cooperiebant, quique Di-
uum Benedictum cœlesti pompa decorè sequebantur,
magnum erat numerus.

CAP. XXIII. De ostensâ celebritate Annuntiationis Beatae Virginis.

23 **Q**uæ vidit die quo Annuntiationem Domini-
nicam recolimus apud cœlestem Hierusalem
festa peregi, afferuit Veronica peculiaris fuisse maiestas.
Tanto primùm micabat splendore Christus Maxi-
mus inter Ioannem Baptistam & Ioannem Euangeli-
stam mediis procedens, Ioseph patre sequente & ad-
mirabili gloriâ gestiente, quem nulla mortalium pecto-

ra capere possent. Gaudebat lætabaturque vehementer
simè Veronica vultum memorans Saluatoris: omnis
verò cœlestis curia alteris turmis hominum & mulie-
rum exultabunda incendens, cœlestia personabat gaudia. *Vestia B.*
Erat singulorum habitus præcipuo decore refulgens. At *Virginis.*
beatissima Virgo albâ circumtegebatur veste, cui à ma-
nitibus ad humeros & ab humeris ad manus radij aurei
contexti inerant. Medio pectore mediisque humeris
radij aurei diuino lumine splendebant: vestis quoque
limbus antè & retro duplice radiorum aureorum con-
textu decorus nimis erat, veluti in lineis vestibus cele-
brantium Sacerdotum intuemur. Geminò quoque dia-
demate inicatibus gemmis coronata gradiebatur Virgo
beatissima. Illius verò vestem circumtenebant Angeli
pro Matris Dei ampliori veneratione. Tandem Altissimi
adorato throno, veneratâque Dei Matre à cœlicolis
cunctis, Superum solennia Veronica reliquit decursu
septem horarum spatio cùm raptâ isthac contem-
plaretur.

CAP. XXIV. De ostensâ festiuitate S. Marci Euangelistæ.

24 **V**idit hac die cœlestem ad solennitatem progressa
Veronica mens Diuum Marcum sub specie leo-
nis albi, oculis anteis pleni, cunis inexcitabilis erat
Formam my-
stica s.
pulchritudo, ac dignitas, apud Superos prodeuntem. *Marcii.*
Marco tres Euangelistæ iungabantur, Mathæo hominis,
Lucâ vituli, Ioanne verò Aquilæ formam gerentibus.
Horum alæ inuicem collidebantur, diuinis coherenti-
bus Superum choros replentes. Quid enim cœlo terrif-
que dulcius infonuit Euangeliorum vocibus? Marcus
palmam gestans ac coronatus aureo diadema inexcitatu-
mæ mortaliis splendorem emittebat. Tali ex-
ultabundus processit pompa Marcus per choros super-
næ Hierusalem, omnibus cœlicolis diuina gaudia con-
fuetosque honores Altissimo reddentibus.

CAP. XXV. De ostensâ solenniis S. Petri Martyris ac Diuæ Catharinæ Senensis vnâ die apud Superos ce- lebratis.

25 **T**erti Kalendas Maij, Christo Maximo significan-
te, Veronica intellexit triduo sequenti Sanctorum
festa in cœlis tantummodo se conspicuturam, quo
dilabente spatio multis in cœlo Sanctorum interfuit ce-
lebratibus: verum totam ferè noctem festiuitatis S.
Petri Martyris Prædicatorij ordinis, Veronica corporeis
soluta sensibus supernâ ad cœlum vehitur ope: ibi Di-
uum Petrum Ordinis Prædicatorij Patri Dominico iun-
ctum terrestribus ignotâ gloriâ inter Superos progre-
dientem inspexit. Vterque habitu fulgebat Prædicatorio,
vterque ab omni Hierusalem peculiari veneratione
prosecutus est, comitate magnâ turbâ Prædicatorij habitus. Inter hæc Diuam Catharinam Senensem,
cuius Comes erat Domitilla Martyr & Virgo, pari pro-
cedentem gloriâ intuetur. Est mortalibus inexplicabi-
lis illarum Virginum splendor ac maiestas, quæ Dei
thronum inenarrabili circumuentum lumine, primò
adorantes ab omnibus Superis cœlestes honores ac-
perunt. Multas per horas hic raptus perdurauit, vt pote
qui à Missâ celebratiōne post vsque decantata officia
vespertina perseuerauit. Afferuit Veronica eo mentis ex-
cessu cœlicolas se animaduertisse Diu Petri Martyris ac
Diuæ Catharinæ Senensis festiuitati celebrandæ vnâ
semper intentos.

26 Enimvero ineffabile est quibus interfuerit tro-
paxis Veronica ob venerationem Sanctorum quorum-
dam ac Sæclarum totâ sequenti die vsque ad noctis in-
tersti-

Ingenia caligadia.

terstium. Hæc itaque solennia per anni decursum Veronica in splendoribus raptæ Sanctorum vidit, quæ nos angusto sermone quamvis profecti fuerimus, diuinæ tamen contemplationi insitentibus immensum volumen parient. Tantæ enim maiestatis asseruit nonnumquam Veronica, cùm Sororibus quæpiam aperiret, fuisse eam Sanctorum gloriam, ut silentio potius venerari debeat, quæ infirmis rauclisque mortalium ineptiis appeariri. Hortata verò est Sorores Veronica dicens: Paucula quædam ego vobis, ô Sorores dilectissimæ, diuino imperio enarraui, vt rebus mundi contemptis ad aeternæ solennitatis gaudia mentes vestras excitare conemini. Nullus vos terreat labor, nulloù affectæ tædio à diuini amoris flammâ corda vestra tepescere finite. Grandia nimium apud Superos nobis parata præmia vidi, quæ carne iunctus spiritus meus explicare nequit. O si vel viuis animæ diuinos viuentis honores vobis inspectare ab alto donaretur, mortalibus ea munera incognita equidem fateremini, neque enim illæ visibilium rerum species supernæ illius dignitatis formam exprimere queunt. Multa itidem vobis, ô Sorores, conticeo Christo mandante. Hæc Veronica.

LIBER SEXTVS.

De expositione multiplici reuelatâ Veronicæ.

PRÆOEMIVM.

Pij impiorum, & impiorum typorum typus.

Vi volumini præfandum arbitror, apud sacros codices sensum moralem personæ, & piorum gesta nonnumquam præsignare malos, & bonorum typum impios gerere. Quis enim ambigit Regis Assueri imperium Dei immortalis sceptra significare? Salomonis verò Regis delicias Canticorum oraculis descriptas? Nonne beatissimo illo eloquendū genere Christi & Ecclesiæ, iustissimi animi diuinos amores, cælestia præludia, incognita malis solatia, ac blandientem summum Opificem suspirantibus ad aeterna gaudia mortalibus produnt, explicant, præloquuntur? Quamobrem diuinarum litterarum interpretationi cōsentiant sensus morales, quos sextus liber aperit; in quo plura referuntur, quibus etiam summis viris præcipua conferatur instructio.

CAP. I. De expositione quorumdam visorum Dominicâ in ramis palmarum.

*Vana gloria mali-**Rami quomodo**accipendi.*

Scipsum in libro superiore Virginem Veronicam mente raptam, quæ gaudia, quosue honores Salvator in die palmarum accepit, animaduertisse; inter illa verò arbore palmarum & oliuarum humilitatis signa dedere, foliæ cannæ immota stabant. Dixit autem Salvator Virginis: Hec signat homines, quos ego per gratiæ doni inhabito, semper humilia de se sentire, humilia operari, humilia loqui, hominum laudibus contemptis. Capita séper flecent & ceruces, vbi pro diuinæ Maiestatis adoratione quodpiam actitandum aut loquendū euenerit. Cannis vero similes adinuentur superbis, humana ambitionis cupidis, inflatiisque cogitationibus iniquis. Est tantæ prauitatis inanis gloriæ crimen, quanto miraculæ homo claresceret, eo arrogantiæ tamè vitio illum odio prosequi cogor. Cauent autem mortales ne ad oliuæ vel palmarum ramos accipiendo ab Ecclesiæ Sacerdotibus accedant, nisi peccatorum præuiâ confessione, actu vel proposito. Statuat vnuſ-accipendi. quisque prius dimittere proximo offendit, & diuinam

sibi omnino fatigat conciliare Maiestatem. Hisce deco- *Auctor* rus operibus, dignè palmarum ramos efferet. Hæc *ISIDORO* Christus Deus immortalis. *ISOLANO.*

CAP. II. De reuelato à Saluatoro modo decantandi nonnullos psalmos.

Eodem quoque Palmarum die post mente inspe- *Pietas in* ctatam cœnam in domo Marthæ, Saluator Veron- *divino of-* icam allocutus est in hæc verba: Sepè temporibus retroactis coram me preces effudisti pro vniuersis Sororibus tui cenobij, verùm illis meo nomine significato, quid hæc quæ officiis decantandis addictæ sunt desides nimium existunt. Odia quædam animo verbant, & corde mirum in modum deuagantur. Reprehensæ non abstinent, quin præfato errore vehementer delinquunt. Illò conueniunt ut meum nomen laudibus prosequantur, non ut inanibus deferueant cogitationibus. Eisdem pariter meo imperio dico, quando canticum Benedicite omnia opera Domini Domino, psallentes inchoauerint, & pausam in medio versus protracterint, memo- rentur se nomen meum laudare, & benedicere. Eiusdem quoque reminiscantur in singulis pausis hymni præfati, ac psalmodi Laudate Dominum de cælis, Beati im- maculati in viâ, &c. Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiae meæ. Saluator itidem in multorum psalmorum decantatione quamvis idem fieri Veronicam edocuerit, id tamen secretò feruare Virginem iussit. Hæc pariter subintulit Christus: Meo nomine citius Sororibus isthæc explanabis, quoniam talia amplius tibi significanda minime mandabo. Iubeo itidem ut eadem oranibus post- *dum re-* ris Sororibus indicentur. Vocem vnaquæque audentius promat, inimicitias obliuioni mandans: hæc est enim voluntas mea. Cui Veronica: Exploratum habes, ô Domine Deus meus, nihilo mortalium fragilia pectora ab alto donari nisi ipse præstiteris. Tu animos illarum tuo amore succende, ut feruore Spiritus tui concepto, tibi Domino famulentur. At Christus Veronica respon- dit: Vera quidem fateris, ô filia mea, sed ut sibi vim inferant necesse est, voluntatem propriam abnegantes: di- scant meo exemplo pati, ac dolores, vulnera, & labores à me perpessos tñente animo ut peruouant. His sibi frena imponent, & carnis incentiuæ deuincunt. Posthac de quibusdam altissimis Christus differuit, quæ mortales latere voluit. At corporea officia mens Virginis re- petens nocturnas excubias adesse signo campanæ dig- nouit.

CAP. III. De expositione morali aetorum in vltimâ cœnâ Christi cum beatissimâ Virgine.

Hebdomadæ sanctæ diebus anni Dominicæ mil- *Expenden-* lesimi quadringentesimi nonagesimi, diuinâ ope *dum re-* corporeis soluta sensibus Veronicæ Salvator Christus *ponsum* Iesus recensita quæque suæ passionis mysteria exposuit, in hunc modum dicens: Memorare filia mea, agentem *antequâm* mei cauñas incroris, parumper substitutæ antequâm responsa dare. Aiebat quidem Mater: Noui profec- *detur.* tò, ô Fili, te moriturum Hierosolymis, sed tempus mi- nimè exploratum habeo. Sic profectò à quouis aetitan- dum re- *D. Virginis* dum re- sponsio scandalum proximi, mentis iras, aut Dei offen- *dolor in* fiam producere debeat. Ad mentem pariter ducito, ô fi- *passione* lia, Matrem meam passionis meæ cognito tempore folo protinus feminæ dilapsam; vireisque cum recepisset *Christi,* dixisse: Heu ô fili mi, inter inumeros tui amore tole- ratos dolores hic profectò meam ipsius animam per- transibit. Is est modus pœnitentium ac peccata plangen- *corda* tium, nam ob amorem talium criminum acutos gladios

H h h 4

Auctor. corda pœnitentium pertransire conuenit, instar crucia-
Isidoro. tuum Matris meæ: tametsi dolor nullus mortalium eo-
Isolano. rum, qui voluntariè pro peccatis aduersa subeunt, æ-
quari queat Matris meæ doloribus, quos in diebus meæ
passionis ipfa perpetræ est. Cumque in criminis mortali-
labitur homo surrecturus ab eisdem, interius semi-
mortuus primùm concideret debet, diuque in angustiis
perseuerare; matre meæ suis doloribus id præsignante.
Tanto etenim temporis spatio saltem in doloribus re-
cogitatorum criminum persistendum est, quanto mater
mea solo hærens tunc iacuit. Mirum in modum autem
iste dolor pro peccatis assumptus conspectui meo per-
gratus inuenitur.

**Qualis esse amor de-
beatis.** 5 Memento quoque filia mea, eâ horâ Magdalennati
ingressam ad nos magnâ vocé exclamauisse præ dolore
futuræ meæ passionis, quam me exponente intellexerat.
Ea vox ingentis amoris flammam, quo me prosequeba-
tur, indicat. Ego quoque diligib⁹ ab hominibus pari amo-
re me cupio. Dicet quispiam: Admitandum minimè est,
si tantoperè me diligenter Magdalena, quando ad viam
salutis eam euocauerim nullo labore prævio. At Mar-
tha plurima sororis gratiæ subiens, diuina gratiæ mu-
nus Magdalena promeruit. Nullus profecto spiritualia
dona Deo largiente percipiet, nisi prius dura superare
studuerit, Optant quidem plerique cælestis patriæ fru-
ctus prægustare, sed sudores perpetui tædio afficiuntur,
desiderique effecti numquām voti compotes compe-
riuntur.

Parætibus in sc̄iis non exundum domo. 6 Quid verò signet benedictio materna, quam ge-
nusflexus ab eadem petij, audi filia mea. Quisquis mor-
talium parentibus viuentibus gaudet, illos veneretur:
numquām domum exire cupiēns ipsi⁹ in sc̄iis iter arri-
piat, quoniam parentes sive carne sive spiritu sint, tali-
bus honorantes minora admittunt crimina, aut innoxij
domū repetūt. At genitrix mea cùm à me benedici exo-
rauerit, humilitatis exemplū cunctis intelligere volenti-
bus dedit. Verùm cùm ait: Cœcutiunt mihi hac horâ cor
& corpus, typum gessit tenebrarum hominum eorū, qui
adfrictos fē esse dignoscētes, sceleribus addunt.
Sed Magdalena me sequens ut ab itinere reuocaret, pec-
catoris indicium est, cui mea confessanti vestigia vi-
scera misericordiæ Altissimi inuocare, & exclamare sé-
per fas est. Et quemadmodū Magdalena diu perficit
rogitans, pœnitentem agere pariter decet. Aperui autem
ad Matris vnicum solatium resurrectionem meam fu-
turam tertiarū die, vt criminis saltem tertiarū die à peccati
morte resurgere discant. Enimvero sicut Mater pientissima
Magdalena nuntiantem resurrectionem futuram
tertiarū die, respondit: Quæ, rogo, Magdalena, his tribus
decurrentibus diebus occurrit? Ita criminibus omniſi
quæ eis contingere queant nesciūt, subitā nempe mor-
te præoccupari possunt. Demum fides in solā Genitricē
mēa perseuerans docet conuersum ad viam veritatis in-
uiolabilis fidei sacramenta seruare. Perpetuo verò odio
perpetrata delicta prosequens, de misericordiæ Dei lar-
go munere numquām diffidat. Ego enim cuncta pecca-
tori remittam criminia.

CAP. IV. De expositione morali acto- rum in vltimâ cœnâ Christi cum discipulis.

**Iuda cri-
men cur
non palam
prodidit
Christus.** 7 Memento etiam, ô filia mea, in vltimâ cœnâ
cum discipulis meis me dixisse: Qui in-
tingit manum mecum in paropside, hic me traditurus
est. Hoc signat quantumcumque latentia criminia me
posse palam efficere. Nolui vero Iudam proditorem ce-
teris aperire discipulis, ne fortè verecundiā induraretur
cor eius, sed occultum illius crimen esse volui, expe-
ctans si fortè ad me conuersus pœnitentiam actitaret,
qui humanitate abusus impœnitens obiit. Est quoque

Iudæ damnatio omnium peccantium norma. Solà enim
obstinatione errantes quique æternis ignibus, perpetuâ-
que miseratione carentes adiicuntur. Dicant itidem
mortales meo exemplo iniurias proximo remittere, &
hostium criminis ceteris non pandere. **Quamobrem** vt
Iudæ proditoris scelus omnino lateret, facram illi licet
indigno Eucharistiam exhibui. Dixit quoque Domini-
nus: Reminiscere filia mea, me discipulis morte meam
nuntiauisse, quâ apprimè doluerunt. Hoc typicè indicat
pœnitentem oportere mortalia sua criminis Sacerdoti ex-
plicare, quæ vbi diuisa à venialibus Sacerdote declarâte
intellexerit, doleat toto corde, Apostolorum doctus ex-
emplo. At cùm discipulis pacem mandans dixerim: Pa-
cem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, fra-
terna caritas illo sermone edocetur. Non enim qui pace
proximi caruerit intrabit in regnum celorum; nec qui
fraternâ communione priuatur, electorum numero ad-
scribi poterit. Enimvero iubens ego ipse Apostolis vt
ceteris in virtutibus exemplo forent, quoque erudiui
ne proximis scandala malè agendo præberent; bona su-
spicentur, quæ actitare ceteros viderint, pia semper ge-
stantes viscera. Vbi scelus quodpiam mortales animad-
uerterint, cogitent apud semetipos dicentes: Hodie **Aliena
peccata
non iu-
dicanda.**

CAP. V. De expositione morali quo- rumdam actorum post vltimam cœ- nam Christi cum discipulis.

Dixit itidem Dominus: Ego cùm Iudæ proditoris
pedes abluerem dignatus sum, quanto fuit amore
prosequendi hostes re ipsâ docui: quām gratissima enim
mihi profectō est inimicorū dilectio. At cùm in mótem
oliuarum proficiserer cum discipulis, dolentibus ni-
mis præ mortore eorum quæ illis mihi ventura decla-
raueram, dixi tandem: Iam finem, quæsio, imponite ô **Christus
Discipulos
solatur.**
discipuli mei luctui. Signant verò ea verba, mortalia o-
mnia ad corporis spectantia fine concludi, animam verò
immortalitatem perpetuam possidere, sive æternis fue-
rit donata gaudiis, sive inferorum pœnis addicta. Aiunt
plerique animos hominum cum corpore interire; sed
hi falluntur nimium, nimiumque errant à viâ veritatis,
ignari, stulti, ingrati, & conscientiæ claritate carentes.
Attendunt nequaquam miseri mea ab alto illis demissa
munera. Ego enim eis animum ad imaginem & simili-
tudinem meam donavi. Ego eos pretiosissimo sanguine
meo redemi. Ipsi verò mortalitatis animorum opinione
stulti, mundi deliciis ebrij, impia aduersum me admit-
tunt sceleris; à quibus si conuersi non fuerint, æternæ
damnationis pœnas luent. Verùm luctus discipulorum
amorem, quo me toto corde prosequabantur, indicat.
Hic est amor, quem ab hominibus exspecto, quemque
discipulorum dilectio figurat. Hominum sat mihi solus
amor, pro tantis à me acceptis muneribus, quos san-
guine proprio de ten ebris & vmbra mortis eripi; quo-
rum profectō animas ego tantâ dilectione prosequor,
vt omnes saluas esse cupiam. Quocircā præstolor, ex-
spectoque iterum atque iterum, vt iustè & sanctè viuant:
quod vbi ad extreum usque spiritum renuerint, cogor
iustitiae iura aduersus eorum sceleris exercere.

CAP. VI. De expositione morali eorum quæ Christo oranti in horto euenerunt.

DIxit pariter Dominus: Multa mihi euenerunt, ô filia mea, cùm in monte Oliueti oraui Patrem ut transiret à me calix passionis, quæ sigillatum tibi non explicabo, quòd ea in plerisque locis scripta cōperiantur. Factus fuit tunc sudor meus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram, quo dabantur intelligi pari dolore affici decere eum, qui mortale crimen admisit. Fuit verò mēritis meæ cogitatio tam vehemens, vt dignotâ voluntate Patris, quâ statuerat me oīnino mortem seuam perpetuare debere, omnia ossa mea trecentia locum à naturâ institutum mutauerint. Caro quoque indoluit usque ad cordis medullas, & ossibus amplius hærente visa non est; quamobrem aqua & sanguis è corpore meo sudoris vice vberim profluxerunt. Verum cùm signum Crucis, cui hærebat spongia, calici impositum mihi Angelus nomine Patris mei detulit, cui ego ipse cōfigendus eram, usqueadè pertinui, ut membratim concidere me arbitrarer. Quamquam nullus pœnitentium dolor meo comparandus sit dolori, utpote qui quosque cruciatus supererit; angu tamen omnes peccatores iubeo, ac eos præsertim qui nefanda admittunt sceleram, inter quos iniquiores sunt sacrissimi addicti, veluti aliquando me ostendente animo rapta vidisti. Quocirca fatigat immortalium quisque quotidie mysterium quodpiam læuæ meæ passionis meditari. Sudor itaque sanguineus carne aduersus sp̄ritum durius repugnante defluxit, vimque naturæ ego intuli, satis imperio Patris mei facturus. Imitentur me qui impia perpetrant sceleram quotidie, & pro diuinæ legis seruando iure, suâque salute tandem nanciscendâ, aduersum carnis incipientia dimicent; vim sibi inferre conetur ut peccata deulant, quemadmodum ego ipse paterna iussa capessens, relinquantem carnem denuci. Meditantur quoque me dira tormenta pro humani generis non mei ipsius salutē subiisse. Est & aliud quo me sequi homines edoceantur: nam desidiam & inanem cogitationes extinguere orantes meo exemplo discant. His autem qui immotâ mente orare fategerint, munera cælestia promitto, humilitatem, sui ipsius contemptum, caritatē, & cum fratribus cordium vñionem. Numquā à mortalibus explicari posset quā mihi grata sit pax sancta inter fratres reperita, quantumque diuini fructus afferat. Hinc oritur, ut attentissimè ofantes s̄apenumero rapiantur, sensuum officioque careant, quoniam ingenti amore mihi tunc iuncti, animi vñā intentione in me solo feruntur.

*Caritas
fraterna
adoratione
confert.*

CAP. VII. De expositione morali eorum quæ acciderunt in cōprehensione Saluatoris.

Sed cùm in horto oīauissim ad Patrem, venere milites ut me comprehenderent: quibus ego obuians inter cetera dixi, Ego sum. Hoc meo exemplo discant criminibus onusti, omnia etiam minima sua aperiire Confessori. Quòd si à facie Confessoris se abscondent, me numquam latere poterunt. Quisquis ad reatus confessione sacrâ purgandos accesserit, dolens, corde contritus, stabiliq̄ mente scelera omnino posthabédi eat; qui verò cōfitemens peccandi affectum retinet, illius mihi ingrata cōfessio existit, reusque apud me inuenitur, quòd sacramento indignus abutatur. Memorare ô filia mea, quo furore, quāue rabie infanientes Iudei, vinctum me per montem Oliueti pertraxeré: vnguis enim pedum meorum tunc caro cescit. Hoc genus itineris vñiam ad crimina properantes animaduerterent,

*Direc
montem
Oliueira
ptatus
Christus.*

menteque volutarent dicentes: Heu me miserum & infelicem! egó his pedibus per scelera curro, at Christus **Auctor** Deus meus montem Oliueti pedibus crudelissime **Isidoro** descendere coactus est, ne iniquitatum viam amplius ingrederer. Quod vbi euenerit talia cogitantem criminis propria dolere peccata, ne differat ad Sacerdotem accedere, confessionis sacramentum rogaturus.

R Enim uero quòd in diuersa tractus & apud plerosque deductus semper tacuerim, significat hominem cælestia appetentem numquā rixari fas esse: quamquam noxius à quopiam arbitretur, & innocens existat, **Rixa vi-** **taceat** tamen meo exemplo, nam qui contēptionibus stu- **tande.** det, arrogatiæ vitio laborat, scelus admittit, & eos cū quibus contendit præcellere se opinatur. At ego minimum omnium iubeo hominem me sectantem se credere, mea folius tractum dilectionis amore.

**CAP. VIII. De expositione morali tri-
næ abnegationis Petri.**

DIxit quoque Dominus: Ad mentem reducio ô filia, me discipulis prænuntiassè, Petrum, qui tanto amoris zelo me prosequebatur, ter tristè abnegatum fuisse, antequam gallus bis vocem daret. In domo verò a Anna bis me negauit; tertio quoque cùm Malchus, cuius ipse auriculam abscederat, assereret Petrum esse de numero discipulorum meorum. Posthac Petrus respxi dolore & amore intrinsecus me mouentibus. Et statim gallus cantauit, & recordatus est Petrus verbi quod dixeram ei, & egressus foras fleuit amarè, mente reuoluens se esse quem ego prædixerat, ter me abnegaturum. Ita signant, ô filia mea, eos qui mihi famulauit, criminibus suis me abhegare, veluti Petrus actitauit. Hi quoque sunt qui amore meo languore se offendunt, inter quos præcipui inueniuntur sacrissimi addicti, tam graui sceleram, qualia aliquando tibi ostendi, admittentes. O vñiam qui Petri exemplo peccant & errant sequuntur, pœnitentem sequerentur! Nam ego eis miseri polliceor. Sed heu corde obstinato, quod diabolus inhabitat, in ærumnis suorum peccatorum perdurat usque ad extreimum halitum. At me cùm oporteat iustitia exercere vindictam, æterno supplicio deputantur, maioribus attriti tormentis quam ceteri. Sunt verò illorum cruciatus inexplicabiles, ceu aliquando te vidisse nosti meo imperio meque ostendente.

a Videtur potius triplex negotio in domo Caipha contigisse. Vide Baronium an. Ch. 34. nu. 71.

CAP. IX. De expositione morali Ioannis nutritantis beatissimæ Matri cōprehensionem Christi.

MEmorare itidem ô filia mea, me ad columnam ligato, Ioannem properè abiisse nuntiaturum Matri meæ, que mihi sœua contingebant. Nam cùm lares applicuisset eiuscè domus, vbi tunc Mater mea & Magdalena morabantur, ostium percussit, strepitum dans ingentem, aëtus amore vehementi quo me prosequebatur. Venit Magdalena percutienti responsura, & dixit: O Ioannes, vbinam, quæso, est Magister meus? Ioannes verò præ doloris magnitudine lacrymas vberes pro voce dedit, minimè responsum præstare valens. His, ô filia mea, edocentur homines meo amore succendi **Dolor de** Ioannis exemplo: & mea passionis audientes mysteria **passione** Christi. dolere & excruciali lacrymis profusis, ceu Ioannem egisse intelligunt. Noui equidem neminem tanto dolore affici posse passionis meæ caritate, quanto Ioannes & Magdalena doluerunt. At nec ipsi tantum doluissent, nisi hoc illis meo peculiari munere præstissem. Sed opto omnes homines satagere ut corde affligantur ob **Vtile** passionis meæ venerationem veluti mihi cōpatientes: **Christo** **condolere.** quod

AVCTOR. quod si vel solâ lacrymulâ égerint, magnum aliquid
ISIDORO. se egisse arbitrentur: nulla ceterum mortalium lingua
ISOEANO. exploratum efficeré potest, quantum iocunditatis mihi,
& quantum comodi illi afferat illa lacrymula.

*Peccata
mox ex-
pianda.*

14 Dixit quoque Dominus: Mente tuâ non excidat, ô filia mea, Ioannem profectum ad Matrem mieam dixisse: Filius tuus, ô Domini, comprehensus fuit à Iudeis & ligatus, ne tardes tè rogauerim, ne te moreris, si ipsum videre cupis. His verbis erudituntur homines, vbi criminis quodpiam se admisisse animaduertent, ne differant sacerdoti medio confessionis sacramento appetire, aut saltu conteri curri propósto quântū titius confundi. Tunc māter mea respondit: Properē, ô Ioannes, Hierusalem vñā concedamus. Huius verbi typō discant pariter impij statim à peccato resurgere. Verūm ingressa Hierusalem Mater mea cùm nox foret, vidit ignis lumen à longe in domo quapiā illucēscere: èo concepsit Mater, cooperitque fabrum lignarium; hominem interrogat Mater dicens: Nostine vbinam fortè sit Filius meus? Cui faber: Tuum ego ignoro natum; hoc verò exploratum habeo, Iudeos virum quempiam apprehendisse, qui dicitur Iesus Nazarenus. Et hoc ligno a Cruciis die illucentē configendus est. Tum mater exclamans dixit: O crux quos in te cruciatis sustinet filius meus! ô ctux quōtiens int te morietur filius meus! Hærebat autem lingua Matris palato per singula verba. Posthac Magdalena Mater complexa dixit: Vide ô Magdalena, cui cruci affigendus sit Magister tuus & filius meus. Hæc verba mēae genitricis reum mortalium criminum, talia exclamare ex toto corde hortantur: O Deus meus, ego profectō dignus sum, quem pro scelerum meorum lōrdib⁹ interimas. Cùm verò ad portas mortis corporeā proximior fuerit, oret totis animi votis, dicens: O Deus bone, quānam post exitum mea fors futura est? Tametsi confessionis sacramentō mē mundauerim, ignoro tamen quā mihi post fatā succurrant.

a An hac ita contigerint, haud liquet. Verisimile est Virginem Matrem si int̄ urbem eā nocte non fuit, sed Bethaniā accersit et à Ioanne. Et quid diuerteret amicas ad eadē habuisse, Et quo res loco esset per Ioannem explorasse. Crucem autem iam sum fabricatam consaneum est Iudeorum furori.

CAP. X. De expositione morali eorum quæ euenerē in deductione Christi à prætorio Pilati usque ad montem Caluariæ.

15 Dixit etiam Dominus: Memor esto ô filia mea, dōnum Pilati exiens quomodo inauditā deducebar sequitā: factus enim eram opprobrium gentibus, & commotio capitī in populis. Me verò intuita Mater facie deformem non dignouit, quamobrem dixit Magdalena: Nostin ô Magdalena quis sit filius meus & Magister tuus? Hoc verbo ostenditur, quid qui me inter mortales dignoscere minimè fatigent, & ego illos in conspectu maiestatis mēae nequaquam sum cognitus. Enim uero cùm Genitrix pientissima Ioannem rogatum fecit, vt quoniam me contingere nequibat præ multitudine populorum, & vicos Hierusalem ignoraret, deduceret eam compendio ad locum quō transiturus essem; indicat quemcumque mortalis criminis pondere pressum, mihi numquām futurum proximiorem. At ego genitricem intuitus dicenſū, Adauxit in immensum dolores meos, ô Genitrix, præsentia tua; doceo quosque in confessione crimina celantes & sancta Eucharistia sacra sumentes indignè, homines quidem latete plerumque, sed me Deum numquām quinetiam criminis in criminibus addere, sacramentum mei corporis ad suadaminationem percipientes. Enim uero cùm me supremo labore ascendenter versus Caluariæ montem inspectaret Mater flebilis, dixit: Heu ô fili mi, quonam

modo altiore monte tanto pressus pondere cōseñdere poteris? At hæc verba erudiant hominem mortalis peccati obnoxium reatum mente recolere, & magno cordis dolore talia afferere: Heu me miserum! heu me infelicem! quonam modo ad videndā faciem Creatoris deueniam? Neque obliuioni tradideris Simonem Cirenaum meam crucem humeris coactum detulisse, quod citius ad extreum supplicium proficisceret: quod peccantibus iudicium est nullā misericordiā eos me præsecuturum post cineres.

CAP. XI. De expositione morali eorum quæ circa Christum euenerunt, posteaquam ad montem Caluariæ crucifigendus deuenit.

16 Ait quoque Dominus: Posteaquam montem Caluariæ ascendi, Matre inspectante, quæ se à turbā veluti paupercula mulier separauerat, impij milites saeuia mortis mihi pararunt supplicia. At mater vndeque flebilis & tristis dixit: Iam cor mini & corpus omne ac vestes in tenebras conuertuntur: & quis milii tantæ obscuritatis modum dabit? Qui sermo tenebras peccantum signat. Sunt verò illæ tantæ coecitatis, ut mortalium silentio potius quam verbis aperiri fas sit. Verūm cūri Iudei, qui me circumdabant instar canum, duros darent sonos mēe cruci affixuri, Matris pietissimæ animam gladius doloris pertransiuit. In altum vero postquam cruci confixum elevarunt, Mater vehementissime cruciata dixit: Heu me, ô fili mi, quem toties per vicos & plateas à turbis venerari intuīta sum, nūc in aera turpissimè eleuatum conspicio! Curiq; non haberem vbi caput reclinarem, subintulit: Non habes, ô fili, vbi caput tuum declines. Discant his verbis qui carnis delicias queritant səpius meditari me semper apprimè laborauisse. In cruce verò quas sustinuerim angustias quis enarrabit? Enim uero morti proximior dixi Matri: Mulier ecce filius tuus. Et ex ipsa horā accepit Ioannem in suum. Cui quanuis Reginam mundi se fore nosset, obtemperauit tamen, humiliè obediens mihi semper existens. Hoc matris mēae exemplo qui magistratibus pollent, & ceteros anteēunt dignitatibus, discant præstō adesse inferioribus, & si opus fuerit nonnumquām obsequi. Animaduertens denique pia Genitrix me spiritum Patri traditum, complexa est crucem, in quā pendebam, iis affecta doloribus qui humano eloquio exprimū nequeuerūt.

CAP. XII. De expositione morali eorum quæ euenerunt circa Christum mortuum.

17 Posteaquam in cruce pendens Patri spiritum reddidi, venere plurimi milites furiis inuicti, ac præcipue Longinus, qui lanceā latus meum saeuissime vulnerauit. Sanguis verò pretiosissimus lanceā decurrens manum militis attrigit, qui continuo oculos deliniens, lumen oculorum quo carebat recepit, & mentis tenebras vñā depulit. En qui me duro afflixerat vulnere, in quēm ego ipse pro suis criminibus vindicem manū exērcere poteram, salutē mentis & corporis solā mēa pietate donatus ēst. His ducti exemplis homines noxas dimittant omni nocenti se, bonum pro malo redentes: hoc enim mihi quām gratissimum ēst. Grandia quoque munia iniuriarum immemores à me prestolentur, quoniam p̄m̄a digna ferent. Verūm vbi pia Genitrix crudele vulnus mihi à Longino illatum conspergit, examinis ferè solo dilapsa ēst. Conspectanti quoque eidem Ioseph ab Arimathiā venientem quorūdam comitante cateruā, pariter acciēlit. Verebatur enim

*Longinus
illumina-
tua.*

enim ne aduersus corpus meum mali quodplam moli-
retur. Cui Ioannes: Ne timeas, ô Domina, nam adue-
niens turba amica est, non hostis. Tum Virgo genua
flexit Deo Patri gratias referens, auxilium sibi mittere
dignanti. Hæc verò erudiunt quosque, ut cùm post ad-
uersa auxilium à Domino persenserint, illud primò cog-
noscant, & haud ingrati mihi summo opifici gratias
agant. Dixit itidem Dominus: Meinotare quoque Ioseph ab Arimatia, vbi locum attigit crucis, in quâ
mortuus ipse pendebat, inter cetera exclamatiss: Heu! heu!
Præceptor noster, Iudeorum inuidiâ seu nimis
morte decepit. Quibus verbis & me diligere summo-
perè se ostendit, & aëmulatione multa fieri scelera, qui-
bus plurimi æternæ damnationis sententiam subeunt,
veluti aliquando me docente didicisti.

*Deposito
Christi de
cruce.*

*Meditatio
passionis.*

18 Verùm Nicodemo crucem ascende, & clavos,
quibus configebar, eripiente, Ioseph corpus meum sus-
tinuit. At pia mater me indefessis oculis intuens, bra-
chia protendebat, veluti me dilabentem suo gremio ex-
ceptura. Hæc ô filia mea indicant, fas esse quemuis stu-
dio meditandæ meæ passionis quâm attentissimè in-
cumbere, quibuslibet feimoto cognitionibus, quæ ani-
mum diuertere queant. Ea verò meditatio ignibus cari-
tatis, exemplo Matri meæ exardecitat: nam qui multum
diligit, valde dolet ob dilecti calamitates; & qui parum
amat, haud multum torquetur. Sed cùm ceterorum dol-
lor meæ passionis gratiâ assumpitus, Diuæ Genitricis dol-
loribus sit incomparabilis; fatigant homines à neglig-
entia somno excitari, ne pro accepto passionis meæ
munere ingrati reperiantur; ego autem ampliora quâm
ipsi petierint eis donabo. Mthi enim admodum pergra-
ti existunt, qui passioni meæ meditanda accuratissimè
student. Ipse tandem è cruce depositus Matri genibus
sum exceptus. Magdalena verò pedes meos rigante la-
trymis; pia mater facie in meam vberiore lacrymarum
copiâ diluit; post hæc exclamauit trinâ voce filium in-
uocans. Tum singula Prophetarum oracula, quæ de me
prænuntiabant, repetens lugubri nimis sermone lamen-
ta inexplicabilia dedit. Discant hoc exemplo pœnitentes
super se fere nimis, & pro singulis criminibus tristes
dare voces. Corda enim contrita nequaquam ego sper-
no, nedum ingenti amore prosequor.

CAP. XIII. De expositione morali eo- rum quæ circa sepulturam Christi acta fuere.

19 Ongiori oratione funus meum Matre prosequé-
te, dixere Ioannes & Ioseph: Hora præsens nocti
iam vicinior extat: quamobrem sine Mater flebilis tui-
nati ac præceptoris nostri aromatibus condire corpus in
sepulturam. Respondit pientissima Genitrix: Cogitasne
Ioannes Filium sine matre sepulchro te posse tradere?
Inter verba verò eiulatus imo peccatore trahebat. Velo-
demum corpus meum circumexit pia māter, suffragan-
tibus qui aderant. Cùm autem luminaria accensa cir-
cumpectaret, funeris venerandi gratiâ altius exclama-
uit. Enimverò cùm ad monumentum venissent, expandit se mater super corpus meum, tristi nimis voce exclamans: Heu mel vbinam te ô fili mi relinquo? Lacryman-
tibus verò qui aderant, dixit Ioannes: Sine iam Mater
corpus sepulchro locari, quoniam aduerserascit, & in-
clinata est iam dies. Plurimi equidem tanto affectu ter-
rena sequuntur, quanto mater mea meipsum. Aiunt
corde & ore: Quibus nos hac nostra terræna relinqui-
mus? Temporalia tantummodò cogitant, animi felici-
tatem pessundantes. Memorantur minimè nouissima,
& quenam illis sit futura fors post cineres. Denique re-
cedens à monumento Mater piissima lamentabili voce
repetebat: Heu mel quomodò sine te, ô fili mi, vitam
ducere potero? Talia dicere errantes à viâ salutis con-

uenit, & peccatorum sordibus inuolutos. Exclamat ita-
que errans à viâ salutis corde contrito, & voce tristi dicitur: AVCTOR,
ISIDORO
cens: Heu me! quomodò sine diuinæ gratiæ cælesti ISOLANDI
munere viuam? qui tot & tanta crimina admisi! Quid
erit si subitâ morte præoccupet! Non tot admisisse
fæleribus anima mea æternis ignibus addicetur? Hæc vbi
voce protulerint cordis, ne desperant, sed fide & amo-
re in cælum erecti vifcera misericordiæ meæ præstolentur.
Sic gratiæ donum promiseri poterunt, ac fideles in
finem viisque perseverare. Dixit itidem Dominus: Pia
mater fidem semper inuolatam seruauit, cui fides nulla
mortalium comparari fas est. Quisquis igitur instat
Diuæ Genitricis fidem rerum diuinarum usque in fi-
nem integrissimam custodiet, satagens mea iussa capes-
serè, me animo volutans, affectusque componens, ille
semper mecum est, & ego cum filio; ac diuino circum-
uentus lumine æternis tandem bonis potietur.

CAP. XIV. De expositione morali of- fensæ ablutionis pedum ante insti- tutionem Sacramenti Eucharistiae.

20 T Oto anno cùm inspestatasset Veronica passionis
Saluatoris singula mysteria, angebatur, an-
cepisse mente fluctuabat, cur Christum semper pedes Lotio pe-
abluentem discipulorum ante cœnam videlicet; quando dum prius
id postquam cœnauit Iesus factum fuisse Euangelista quæmœ-
referant: quamobrem sumnum opificem sapè Virgo na Vero-
precabatur, obsecrans huiusc rei nosse rationem. Quin-
to itaque Kalendas Octobris anni Dominicæ millesimi
quadragesimi nonagesimi, post saeva verbera ab
dæmoni illata Virgini, eidemque animo superas sedes
tenenti referauit Dominus plurima, quibus & corporis
salutem & mentis ineffabilia percepit gaudia. Post hæc
Veronica Dominum alloquitur in haec verba: Cur, ô mi
Domine Deus, lotio pedum ac cœnam tuam vlti-
mam ordine prepostero iuxta Euangelicæ veritatis irre-
fragabilem doctrinam mihi demonstrasti? Cui Domini-
nus: Fatoe ô filia mea, pedum lotionem pœractâ cœnâ
me effecisse, quod Iudas impius tantæ humilitatis operi-
bus animadueris à coepio scelere desisteret; ego enim
illum pro arbitrio voluntatis actitare sinebam, quem
noueram proditionis meæ intentum infidiis. Verùm
pœnititudinem negligens, quod conceperat obstinato
animo executioni mandauit. Tibi autem ordine præ-
postero cœna & pedum lotio fuere ostensa, hocce my-
sterio, quod nunc tibi aperio; nempe qui ad diuinæ Eu-
charistiae sacramentum accedunt, vtrumque hominem
prius abluisse oportet, interior enim exteriorique
munditiâ fulgere debent. At plurimi turpitudine cri-
minum inquinati ad corporis mei sacra percipienda pro-
ficiscuntur nullis conscientiæ stimulis agitati: quocircâ
magno scelere affecti delinquunt, ad sui damnationis
perpetua occasionem. Hos ego libero arbitrio vti per-
mittem, veluti Iude contigit. Hæc itaque ratio exigit,
hocce mysterium præpostera ostensionis cœnæ pedum
que lotionis.

CAP. XV. De expositione morali co- lorum vestium Christi.

21 V eronica spiritum aliquando ad Superos rela-
xanti Angelus Domini dixit: Memorare ô filia,
Christum Dominum vestes diuersorum colorum ge-
stantem te animaduertisse: nonnumquam etiam albis
indutum, aliquando viridis, quandoque rubei, sapè cæ-
rulei coloris veste indutum intuita es. Candida vestis Quid can-
mentis innocentiam & puritatem signat, quâ homines dida vestis
fulgere debent in conspectu Domini: & hi præcipue significet,
qui sacræ addicti sunt. Scitò verò filia mea puritate car-
tem.

*Varij colo-
res vestiū
Christi.*

Auctor. tem, gratiam à Deo numquām accepturum. Instabilitia **ISIDORO** quidem sunt hominum corda, nec malos cogitatus **ISOLANO**, effugere possunt: at fatigendum est diligentibus mentis puritatē, vt inanes cogitationes extinguant quamcūtius, corde dolentes se talibus affici. Caeahit quoque cetera, quā munditiae mentis aduersari solent: his è carnis munera dabantur, quoniam quām grandissimi Deo existunt. Scito verò filia mea, plurimos in Ecclesiā esse Prælatos, nedum religionum vinculis adstricotos, mentis puritatem haud magni facientes. Hi negotiis secularibus ac plerisque ad rem non spectantibus se implicant in proximorum scandalum & sui damnationem. Præstant hi matrem iniquis cogitationibus, & quas elidere in semine deberent, ampliori studio fouent: adibunt tandem tartareas domos, nisi cōuersi resipiscant:

22. Enim uero Christi indumenta viridis coloris auro quid viri- micantia ac mortalibus inexplicabilis pulchritudinis, glo- du:

quid viri- riam apud Superos indicant futuram, eorum qui voluntatis mee iussa sequuntur, dum spiritus hos regit artus. Nemini quidem exploratum est an dignus sit odio vel amore. Si qui verò sunt, pauci reperiuntur, Deo sic volente, vt magis magisque homines crimina caueant; vt que maiori studio virtutibus nascendis incumbant, excolenda menti animum applicent, & ingratitudinem pro acceptis à Deo beneficiis radicitus euellant. Hoc vivendi genus Deo immortalis quām gratissimum existit, quod secat fulgebunt apud Superos, veluti radiare vivisti ineffabilis pulchritudinis indumenta Christi viridia.

23. Dixit quoque Angelus Domini: Vestimenta rubricata indicant passionem, quam Christus mortali carni circumdat pro humani generis redēptione subiit. Ceterū vestis cætulei coloris humilitatis typum gerit. Hanc qui possederit plurimis clarescit virtutibus, inter quas caritas & pax erunt, à quibus orandi sollicitudo clara fonte proueniet. Est Deo pergrata oratio; quā mediā mortalibus è cælo ineffabilia munera proueniunt. Sunt qui dicant, nos humiles esse nequimus, nisi Deus dederit. Vera equidem fatentur, sed hos vim sibi inferre oportet aduersum semetipos dimicantes, seipso haud magni facientes, & humilibus semper consentientes.

CAP. XVI. De expositione morali vestium Sanctorum.

24. Dixit etiam Angelus Domini: Ego tibi, o filia mea, Sanctorum festivitates toto anno dilabentes ostendi, veluti apud Superos celebrantur. Sanctos quidem contemplata es his indutis vestibus, quibus mortales vestiebantur, vt intelligeres quis singulorum foret status, quāue beata conditio: at exploratum habero, nullā veste indui supernā Hierusalem cives, nisi gloria. Confessores Sacerdotum signif. Canida itaque Virginum indumenta, cum liliis quā manus gestabant, mundissime virginitatis gloriam significant. Palmae, quas nonnullae Virgines deferebant, martyrij coronam indicant. Ostendi quoque tibi maiores Confessores à minoribus gloriā separatos; Fratres pariter ex Ordine Minorum Diuum Franciscum ducem sequentes, quorum alter altero præstabilior videbatur, intuitus in habitu sui ordinis; quo exploratum haberes, quis eorum mundum perfectius contempisset, & seipso. Conspicata pariter es sub Diuo Patre Augustino militantes, qui varij quamquam extiterint habitus, suā tamē religionis obseruatorēs fuerunt. Animaduertisti itidem Diuum Dominicum cum suis sectatoribus eiusdem religionis indutum habitu. Attendisti Diuos Benedictum & Basilium in suarum religionum variis indumentis vt eos dignosceres in cœlesti Hierusalem, habitu vite mortalis indice; sola enim diuini muneri gratia apud Superos distant, non vestium quoniam discriminē. Quamobrem decursu anni spatio quo singulas contemplata es Sanctorum celebritates, Superos talibus indutos

minimè cōspexisti. Disce igitur vestimenta Sanctorum beatitudinem eorumdem tibi demonstrauisse. Cumque mysteria passionis Christi intuebaris aut beatissima Virginis Mariæ, tibi ostensa cognoscito perinde atque tune Hierosolymis acta fuere. Verū dīcolor ille vestium Christi Maximi superius explanata præferebat. Deus enim immutabilis omnino est, nulli vestium aut cuiusvis alterius rei mutationi subiectus. Repeto denique tibi vnicum inter Superos esse gloriae discriminē. Præcellunt verò Sanctorum beatitudines omitem tibi ostensæ dignitatis præclarissimam speciem.

LIBER SEPTIMVS

De frequenti sumptione Diuinæ Eucharistiae.

PR O OE M I V M.

St diuinæ Eucharistiae Sacramentum supercælestē, supremā adorandum veneratione, assiduisque precibus prosequendū. Deus enim noster est, nos Angelico fouens edulio. Quamobrem post singula huius libri capita^a orationes more Catholico varias subseripsumus, gesta enarrata ampliori honore aificere totis animi votis peroptantes.

a Has omisimus, ne libri moles frustre excedat, cum nihil ad historiam faciant.

CAP. I. De Sacramento Eucharistiae promisso Veronicæ, peculiari Dei munere:

Hactenus maxima Dei dona, admiratione mediocri haud prosequenda, Veronicæ cælitus demissa explicare curauit; nuntiū verò multis inaudita seculis, & summa nostræ tempestatis miracula in sexu peracta femino, certissimā narratione aggredior. Anno itaque nonagesimo supra quadringentelimum & millesimum à natali Christiano, decimā luce mēsis Iunij, quā die Corporis Christi solennia celebrabantur, Veronicam mente ad Superos raptam in hæc verba Christi est allocutus: Scito filia mea, futurum, vt Sacerdos, euīus gratia assiduas apud me preces effundis, seruet portiunculam diuinæ hostiæ præcipiū mei corporis celebitate ab eo consecrata tibi exhibendam; cumque ad eam accipiendo ierit, illam minimè comperiet, quam latenter meā cælesti gratiā operante percipies. Virginem extasi corteptam Mater monasterij talia submurmurantem forte audiuit, nam tantā dulcedine in mentis excessu Virgo indes facta sanctior trahebatur, vt nullā arte excitari posset. Erat illi mos thulta tunc ore proferre, quibus interiori allocutione cum Iesu Salvatore Maximo & cum Reginā mudi Mariā, quā secreta haberet, animaduertere licuisset. Condebant pectori nonnumquam murat ^{Quedam in rapto submurmurante dimidiata licet verba Sorores, nactæque tempora Virginica.}

CAP.

CAP. II. De sumptâ Eucharistiâ Angelo ministro.

*Hostiam
de manus
Angeli
aceperit.*

*Numerus
hostiarum
poterat in-
teger mi-
raculosè
reperiatur.*

NOCTE sabbati ^a infra octauas Corporis Christi anni sequentis, Veronica Virgo post vigilias nocturnas in cellâ contemplationi vacans, rapta mente in cælestibus audiuit vocem suauè sonantem: Surge filia, & accipe dignissimum Sacramentum, quo te donaturus est Deus tuus. Tum Virgo vehementissimè admirans, ac diuinâ ardoris flammis magis magisque succensa, ad sensus spiritum illicò exciuit. Vnde lumine cælesti loco clarescente, conspexit Angelum Dei niue candiorem sanctum Domini corpus dextrâ tenere; quod vbi Angelus ori Virginis apposuit, omnis illa visio euanuit. Hostiâ sumptâ Virgo ad supernas delicias euolauit, rapta perdurans adusque solis ortum.

4 Illucescente die aduenit Sacerdos, Sororum auditurus confessiones, seruatumque Sacramentum diuinæ Eucharistiæ pro more cœnobij eisdem traditus. Enim uero cruciabatur Virgo, ne numero hostiarum deficiente, quod ab Angelo factum fuerat, à Sororibus intelligeretur. Rogabat autem Dominum in hæc verba: O mi Domine Deus, cui nihil impossibile existit, age tuo imperio ut integer numerus hostiarum inueniatur: quam mihi Angelus ministrauit, tu illam tuâ potenti virtute numero ceteratum denuò adiunge. Facta secundum post fusas preces, confessione pœnitentia, cum reliquis Sororibus ad sumendum cælesti Sacramentum Virgo gaudeens prodiit. Inuenito autem hostiarum integro numero; admirabunda, immortales summio opifici gratias egit. Duobus annis Confessor cœnobijque Mater præclarum hoc facilius dñscentes secreto pectori seruauerunt. Talia diuinitus gesta; Dei iussa Virgo perzoluens, nota cuipiam nisi Dei voluntate, faciebat. Hæc Diui Barnabæ festo euenerunt anno millesimo quadragesimo nonagesimo primo.

a Non intra octauas Corporis Christi id potest contigisse, sed præmo sabbato post octauas. Nam Pascha eo anno incidit in 3. Aprilis, festum Corporis Christi in 2. Iunii, octaua in 9. festum S. Barnabæ quod undecimo peragitur, in sabbatum.

CAP. III. De sumptâ Eucharistiâ manu Saluatoris.

*Angelico
monitu
nocte tem-
plum adiit.*

SPOST octauas Corporis Christi, nocte sequentis illico feriæ sextæ anni millesimi quadringentesimi nonagesimi tertij, Virginem Veronicam in cælesti Hierusalem vacantem Angelus Dei alloquitur dicens: Filia, significato Sacerdoti ut portionem sacratae hostiæ tibi seruet; statuerat enim Sacerdos Sororibus ægris diuini Sacramenti partes omnes eo die distribuere. Virgo ad sensus rediens Angelicum mandatum Matre monasterij significante Sacerdoti retulit. Paruit Sacerdos, arbitratus, quod more Virginis singulis sabbatis sanctum Domini corpus sumere consuetæ proximâ die seruatam portione eidem daret. Admirabatur etiam atque etiam futuri eventus ignara Virgo noua Angeli iusta. Nocte itaque labentis sabbati in cellâ existens Veronica, ad superios rapitur chorus, audiuitque Angelum dicentem sibi: Surge filia & ecclesiasti ingrediens sanctum Domini corpus eâ veneratione prolequere; quâ consueuisti cùm ad communionem accedere te contigit. Post secundam vero genuflexionem intuebere splendidissimam nubem tibi obuiantem; & quid hæc portendant scies posteâ. Tertiâ genuflexione pœcta quæ conspicies memori pectori fera. His dictis Virgo ad sensus regressa obstupuit, Angelica verba animo percoluens. Tum Veronica repente surgens, ecclesiam versus iter arripuit, talia verba veluti subimurmurâns: Quidnam rogo, cauissæ est, ô Deus & Domine mi amantissime, quâ me intempestâ noctis silentio ecclesiam ingredi cogis? At

Tom. I.

vbi Virgo templum introiuit, duos ardentes cereos conspexit, alterum in altari, alterum candelabro cuipiam solo manenti affixum. Mos erat Sororibus eos accendere cereos pro venerazione Corporis Christi, verum geminâ genuflexione pœcta calicem Eucharistiam continentem, aperto loci reseruationis ostiolo, in altari reponi nullo penitus deferente inspectat. Tertiâ inclinata cùm genua flexere incipit, tanto splendore nebulam coruscantem conspexit, ut semiuidens efficeretur, atque eiusce nebulae fulgoribus oculos nusquam diuertere posset. Est deinde intuita è calice hostiam in patenâ reponi, & velum, quo calix operiebatur, extendi; tum Angelos splendidissimas vestes varij coloris induitos, cælestique harmoniâ alternatim concinentes, & videns & audiens genu flexit tertio. Surgens verò sancto Domini corpori obuiavit, euolantem enim ad os diuinam hostiam animaduertit. Nec mora: noui concentus vocibus contordes Angelicis inenarrabili suavitate illicò personare cœperunt. Egressa est autem è nube clara vox Latinus sermone suauè nimis ac dulciter dicens: Accipe corpus meum ô filia mea: tum materno eloquio subintulit: Ego ille sum, in quem semper credidisti. Fatebatur Virgo ineffabilibus le affectam gaudiæ vocem Dei concentibus mixtam Angelicis audiens, quibus etiam millies animam exhalasset, nedum corpus humanum, Deo peculiari munere non conseruant, tanta taliaque sustinere potuisset, quæ Virgo cælestis oculis auribusque corporis tunc percepit. O inæstimabilis dilectio caritatis! ut virginem consolatris corpus tuum manu propriâ ei concedere dignatus es. O pientissimum Deum! ô munera mortalibus incognita malis! ô Virginem Angelicam, quæ viuens humanus cælestibus gaudiis interesset meruit diuinitus!

*Ab ipso
Christo
Euchari-
stiam ac-
cepit.*

6 Erat moris hiuc Virginis, antequam sacramentum Eucharistie deglutiret, in secretiori loco secedere, quoniam hostiâ pectori dilapsâ à corruptilibus abstrahebatur animus eius, horrebatque raptâ videri à Sororibus: *Celerrime ad cellam* quocircâ sacra mysteria in ore perfentiens tantâ velocitate cellam adiit ut momento spatiū illud peregerit, arbitratâ nec se tertam, nec quas ascenderat scalas contigisse. Cellam ingressâ tertiam noctis horam campanâ personante esse cognouit. Necdum Eucharistiam Virgo deglutierat: quod peracto à sensibus segregata ad solis ortum perdurauit. Afferuit Veronica se abeunte nubem candidissimam Angelis circumseptam, quam dixiuit, in templo perseverauisse. O Veronicam Virginem incomparabilem, quæ Abacuc in isti oculi per longa spatia delati miraculum experta est! O cælestem Christi Maximi sponsam, quæ Catharina Senensis gloriam admirabili Dei immortalis Iesu Christi familiaritate attingisse videotur! ô mentem Deo gratissimam, quæ manu Saluatoris Eucharistiam percipiens Diuo Dionysio parvus obtinuit.

CAP. IV. De manifestatione prædictorum.

7 Vigo cælestis Veronica eiusce, quæ dixiuit, eventus mysterio cogitabunda nimium nimiumque effecta, obstupecebat Deum immortalem se abiecam ac vilem tanto munere affectisse. Quamobrem à *perit Ma-* Matre monasterij interrogata, iussa que arcum cordis *tri mons-* aperire, rem gestam enarrâuit, vniuersa sincerâ fide rese-*terg.* rans. Aiebat quoque dolens: Satis superque verbor, ne sacra pars hostiæ in calice defit, verum fiduciâ habens in Dofinio, cui hostiæ portionem calici restituere difficile non est, teste periculo superiore, confessione pœcta ad suscipiendum sanctum Domini corpus pro more eâ die sabbati ante Sacerdotem venit, tum Sacerdos sacras indutus vestes armarioli, in quo Eucharistiam pridie considerat, aperto ostiolo calicem intuetur; in cuius patenâ medio velum quod extensum illi imposuerat com-

lificatum

AUCTORE plicatum inuenit. Admiratus Sacerdos quod calicem **ISIDORO** contrectasse, se dempto, neminem arbitraretur, ad medium altaris vas sacrum defert: at diuinam hostiam minime reperiens tanto timore ac tremore concutitur, vt vix sublisteret potuerit. Virginem vero intuitus, extasi correptam dignouit. Sacris autem relictis mœstus abibat, ni monasterij Mater eidem rem gestam exposuisset: quapropter stupore affectus, tantum negotium Reuerendissimo Archipræfatu Mediolanensi expoluit; quod audiens Pastor lacrymas emisit, animaduertens viscerá misericordia Dei in Virgine talia tantaque perfecisse; neque Deum esse personarum acceptorem, sed in quoque cumque fideles seruos & ancillas etiam nobilitate honoribusque carentes sua munera cælitus effundere. Enimvero humilis Veronica dolebat rem hanc palam effectam fuisse. Aiebat quoque suâ inconsideratione atque ut portiuncula hostia diuinatus suo loco reddita non fuisset, oratione nempe arbitrabatur id potuisse assequi.

CAP. V. De Sacerdote mandante Virginem ut præfata gesta aperiret.

8 Capiens Virginis Confessor gestum ab Veronicâ intelligere, illam sciscitatur, quæ satis imperio iubentis faciens subintulit: Nuper ad Superos tracta cum Saluatore & Domino Deo nostro Iesu Christo conquesta sum, cut me vilem nimis & inter Sorores nostre uissimam placuerit suæ diuinatus notam efficere, quam tali tantoque munere donauisset. Respondit mihi Deus meus, verba quæ vult me secreti custodire, ait deinceps: Scito filia mea, me hat de causâ velum super calice complicatum reliquisse, ut Sacerdos intelligeret illic non adesse sacram hostiam. Tum congregatis in unum Sororibus Sacerdos præclarum facinus exposuit, exhortans eas ad iustè sancteque viuendum, habendasque gratias summo opifici, qui tantæ sanctitudinis Virginem in suo monasterio collocauisset. Thesaurus enim fuit incomparabilis, quo si vix fuerint, participes fient amicitiae Dei. Mandauit insuper Sororibus, Veronicâ rogante, ne id cuiquam dicenteret, donec diem clausisset extremum: nam Virgo humilis à Christo id petierat, scéque voti compotem arbitrabatur asserebatque. In eâ siquidem extasi, quâ post Sacerdotem hostiam non inuenientem sensibus exiliuit, talia rogantem Virginem Mater monasterij audiuit, ac plurima de rebus altissimis verba, ceteris Sororibus eâ horâ prandentibus. Verum Sacerdos donia Virginis Veronicæ, omni humanâ cogitatione altiora, mente animo peroluens verebatur

Cogitatio- nonnumquam diaboli versutiæ ea fieri: quod Virginem **nemini-** Deo propalante non latuit, dixitque Veronicæ Deus: **sus cognoscit.** Tempus aderit, quo ambiguitatem omnem Confessor tuus missam faciens, à me isthac fieri firmissime credet. Neque vero hoc anticipi animo vixque adhuc crimen aliquod admisit.

CAP. VI. De quadam reuelatione Angelicâ

9 Post tertiam diem à sumpto dexterâ Christi sacramento, Angelus Domini Virginem sensibus egrediam alloquitur, dicens: Scito filia mea, diuina verbæ quæ ex nube candidissimâ prodeuntia audisti, videlicet: Ego ille sum, in quem semper credidisti, Deum tibi materno protulisse eloquio ut intelligeres Deum esse, non Angelum, à quo sacra mysteria perceperas. Intellige pariter ô filia mea, id genus afflictionis, tremoris & timoris Sacerdotem Deo volente sustinuisse sacrâ hostiâ non inuentâ, quod aliquando incredulus extiterit, ambigens ea quæ in te expertus est mirabilia à Deo esse. Dixit quoque Angelus Domini: Velum, quod exten-

DE BINASCO VIRG.

sum intuita es, ingenti est venerazione seruandum. Cœrei vero custodiendi quidem, sed minori reverentiâ. Hæc autem, ô filia, ex parte Dei omnipotens tibi significauerim.

CAP. VII. De collocutione inter Deum & Veronicam.

10 CVM sub idem tempus Virginis Veronicæ animus ad diuinæ res delatus fuisset; Deum secum loquentem ita allocuta est: Quidnam cauissæ est, ô mi Domine Deus, quod me vilem & ineptam ancillam tuam, pro manifestatione superni munera solâ tuâ pietate accepti eo rubore perfuderis, quo inter Sorores conuersari non ausim? Mente etenim reuoluo meam exilitatem, nullamque virtutem, dein ite cognitam, cui tantum munus concesseris. O Deus meus, quænam, quod se quæso, huiuscæ confusionis existit ratio? Nostri e- quidem amantissime Deus, quæ ipsa agere institueram; ne mysterium supremum quod in me virtutibus caren- te operari dignatus es notum efficieretur. Vereor pro- fectò ne me eoccam tune efficeris, nihil agere aut loqui valentem, quamobrem confusa perfitti meis peccatis exigentibus. Tum Virgini Deus talia respondit: Cur, ô filia mea, hac de te confunderis? Recolitò me tibi di- xisse homines mea dona cognitiores cum voluero. In- tellige filia mea, me fuisse qui mentem ac memoriam tibi subripui, ne fortè quæ cogitaueras expleres. Mihi nempe placet voloque grande mysterium gentibus mani- festari: non hæc tua laus, sed mea omnis existit. Quæ obre tu ac quicumque talia animaduertenterint, meo no- mini laudem tribuant non tibi. Ego enim Deus immor- talis meis dono muneribus quos mihi delegi, non eo- rum meritis, verum meâ solâ bonitate. Quocircà pro mei gloriâ tibi præcipio, ô filia mea, quod fatigas quæ tibi euenerè quando manu meâ sacram desuipisti Eu- charistiam litteris demandari, quatenus post obitum tuum plurimis exploratum fiat, me Deum omnipoten- tem, altum illud mysterium in te operatum fuisse, meo solo munere; & ad mei, non tui ipsius laudem. Quapropter humilis virgo diuina iussa capessens ardua licet viderentur, noctaque tempus Sororem Benedictam, cuius suprà neminem, euocat, rogatque rem gestam o- mnemi conscribere, ac singula diuina & Angelica verba ad Dei omnipotentis laudem perpetuumque honorem.

CAP. VIII. De acceptâ sæpenumerò diuinatus sacrâ Eucharistiâ.

11 O Prabat summoperè Virgo Veronica, contem- plationis alumna, sacra corporis Christi myste- ria percipere, atque præsertim die Dominico, ut deside- rio Superum ardens, iuncta Dei filio, magis magisque cor eius incenderetur. Verum ne Sororibus materiam præberet cogitandi, quod ceteras bonitate præstaret, ef- fugiensque singularitate notari, nemini vota sua expo- nebat, neque ad Eucharistiam sumendum accedere ini- stituerat; nisi cum reliquæ Sorores pro suæ religionis more illam desumerent in festis solennibus. Torqueba- tur autem vehementissime Virgo tali tantoque succen- sa desiderio. Eâ tempestate quotiens Missarum intererat solenniis, ardens desiderio sacra mysteria sumendi, eâ solatia experiebatur quæ sacramentum reipsa sumens experiri consueuerat. Quocircà Deus immortalis cre- scente Virginis affectu, cælitus illi & latéter sacrâ Eu- charistiam propinabat iti hunc modum, nam portiunculam diuinæ hostiæ à Sacerdote intuebatur Virgo fene- stram chori subintrantem, & in os eius volitantem; quâ desumptâ, vt plurimum ad fidere sedes euolabat. Vi- debant quidem Sorores Virginem sensibus egressam, miraculosè defertur.

Sepè ad-
eum parti-
cula hostia
miraculosè
defertur.
diuinam

diuinam Eucharistiam totâ ferè virginis ætate dum vi-
xit, perseuerauit, ac præcipue Sacerdote Thadæo Mil-
sam agente, eoquæ numquām animaduertente hostiæ
defectum. Innotuit verò diuinum hoc facinus, Sorore
Thadæa, cuius iam sapè meminimus; aperiante post Ve-
ronicæ extrema fata. Verum enim uero satis diuino im-
perio, quo nil sanctius nilque melius esse arbitrabatur;
tandem faciens statuit diuina mysteria publicè frequen-
tare, atque illis diebus quos peculiari Dei præcepto de-
legerat. Audière etiam Sorores Virginem extasi corre-
ptam talia nonnumquām proloquentem: O mi Domine
Deus, quâ, quælo, die me iubes tui corporis mysteria
reip̄a percipere? Tum parumper conticens, veluti
diuinum præstolata responsum, diem à Saluatore statutum
voce repeatbat. Deo itidem prius mandante diem
nouerat sèpius sumendæ Eucharistie, nám talia voce
promebat rapta ad Superos: Tuæ igitur beneplacitum
est voluntati eo die tui corporis me saera percipere.

Qua peccata confenda, à Christo edocetur.

12 Denique diuina Virgo Veronica tantu perfectionis gradum conseruavit, ut numquām Sacerdoti confiteretur nisi prius edocta fuisset à Saluatore quotiens & quo-
modò defecisset. Raptam verò Virginem plerumque audière Sorores dicentem: O amantissime Deus meus,
nosti me hodie ad Sacraenta confessionis & Eucharistie
accessuram, quo circà te rogauerim ut mihi signifi-
care digneris, in quibus tibi peccauerim, quæ dicere
Confessori debeam. O seculis multis inauditum pro-
fecto miraculum! Namquām peccatum quodpiam con-
fitebatur Virgo, nisi id primū Deo reuelante didicis-
set, ac confitendi modum.

CAP. IX. De abstinentiâ eius in die communionis, & de sumptione quadam diuinæ Eucharistie.

Die communio semper ieiunat.

13 **T**hadæa, quæ Dei imperio à secretis Veronicæ erat, sèpius asseruit Veronicam Virginem ci-
bum nullum sumere confueuisse eo die quo Dominum
corpus defusus est. Quamquām prandio cum ceteris interesset, iejuna tamen perdurabat, Sororibus
id non aduententibus: sola Thadæa Virginis conscientia isthac attendebat. Veniens quoque Sacerdos plerumque ministranda Eucharistie gratiâ, Virgini nequibat,
Veronicæ animo ad Superos delato. Cui Saluator ipse
abeunte Sacerdote proprii corporis mysteria propina-
bat. Hunc modum sumendi diuinam Eucharistiam Vir-
go Veronica communionis spiritualis nomine pro-
quebatur. Hæc Thadæa à secretis Veronicæ verbo &
scripto aperuit, posteaquām Virgo diem clausit extre-
mum.

CAP. X. De visis mirabilibus circa mysteria sacra, ac cognitis ab ea mentium occultis.

Videt in hostia elevatio in fonte infantem in altari.

14 **S**Vb idem tempus quotiens sacra mysteria Sacerdoti peragenti aderat, in hostiæ eleuatione intuebatur Veronica oculis corporeis minimè rapta Infante paruum eximia pulcritudinis, Angelis circumseptum. Si-
per calice verò admiranda quædam videbat & magni splendoris, quo nutrquām clarius distreuit, quidnam foret, quod tanto circum datum lumine admiraretur.
Perseuerabat autem omnis isthac visio sancto Sacra-
mento in altari perdurante.

Videt Sacerdotum coram campanis deuotionem.

15 Enim verò Sororibus sacra mysteria sumentibus, donatum est Veronicæ cælitus hōsse earumdem men-
tes, quæte maiori gratiâ, & quæ minori ad sanctum Domini corpus accedereint. Inspectabat etiam geminos Angelos thura elantes sacræ adusque completam communionem, grandem pariter sanctorum Angelo-

rum numerum Sacerdoti assidentium, & se peculiariter *Auctor* comitantium attendebat. Plurima denique missa fac *Isidoro* ciens vnum haud tacuerim admiratione dignissimum: *Iolano*, nam celebrantem vnâ dierum quempiam Sacerdotem Veronica supernò lumine illustrata dignior indignè sacra peragre, vt pote reum mortalis criminis: odio enim proximi mente laborabat. At euocatum ad se Sacerdotem Virgo monuit diuino iussu, nē in posterum ad diuina mysteria accederet nisi primùm proximo reconciliaretur. O Veronicæ mentem Angelicam! o Virginis peccatum, diuinum profecto arnariolum! o felicem nimium nimiuque cælestem Virginis Veronicæ ani-
mum, qui mortali corpore circumdatus, diuina mysteria oculis corporeis & videre meruit & contemplari!

LIBER OCTAVVS

De transitu & miraculis Veroni- cæ Virginis.

PRO O M I V M.

I VOTIENS prouidentissima Dei maiestas, quæ pro suo imperio vniuersi tem-
petat actiones, quodpiam supra natu-
ræ iura perficit, id miraculum proprio
nomine prosequi sacra dogmata con-
sueterunt. Nam labentis solis orbem detinere, maris
vndas ad patietis instar constituere, manna Patribus
pluere annis quadraginta, vrbis mœnia tubarum elan-
goribus solo æquare, mortuos ad vitam reuocare, æ-
grotis salutem continuò reddere, solius Dei immorta-
lis opus censetur. Neque enim creatura quæpiam talia *Cur à Dto miracula fiant.*
in vniuerso agere potis existit, nisi diuino quodam mu-
nere peculiari donetur, quo Dei instrumentum fiat.
Verum pro veritate astuendâ, quæ mortalium mentes
superet, Deum immortalem miracula operari non ambigimus. Quamobrem Christus Maximus, Apostoli,
innumerusque Sanctorum exercitus, fidem orthodo-
xam miraculis comptobarunt. Qui mortales quoque
immortali dignam laude vitam ducunt, eorumdem sa-
penuerò precibus miracula perpetrantur. Talibus
nempè operibus humanastrum mentium de episcopiam
sanctitudine dubitantum ambiguitas certa redditur.
Hinc Virginis Veronicæ meritis, postquam fidereas
domos adepta est, miracula Deum effecisse credimus.
Quisquis igitur admirabitur Veronicæ maxima do-
na haud in magno discrimine posuerit, miracula, quæ
hoc ultimo libro scribere instituimus, perlegat, medi-
tetur, veridicæque Lominum assertioni hærens sub Ve-
ronicæ magnis tropæis animo captiuum se sponte
præbeat.

CAP. I. De morte eius.

Diem obiit extrémum Veronica Virgo cæ-
lestibus præclara moribus, anno vitæ sua
quinagesimo secundo, à suscepso verò sanctæ reli-
gionis habitu trigesimo. Nam Idibus Januariis anni à
Saluatoris ortu nonagesimi septimi supra millesimum
& quadragestum, posteaquām febrie ac variis æ-
gritudinibus lecto decubuit sex mensium spatio, spiri-
tum Deo reddidit. Hotam diemque exitus palam fecit *Diem &*
Confessori ante quintum diem futurum feriâ sextâ, ho-
rà Completorij. Verum cum morti proprii Virgo fo-
ret, Sacerdos qui Virginis præstò aderat simulans se ab-
iturum, à Veronicâ dimissionem petuit; quâ non an-
nuevit Completorij campagna personuit. Iamque fa-
ciem Virgo in diuerfa mutauet, & altero signo cam-
panæ perstrepte spiritum exhalans ad cælestem remisit *Mortitur,*
pastrum, animi quietem corpore præferente. Nam
voluta

Aucto^rs veluti sopore suaissimo obdormiens vale mortalibus
Isidoro rebus fecit. Dixit verò Sacerdos adstantibus Sororibus:
Isolano. Hæc est hora, quâ se mundum relicturam Veronica
mihi ante quintum diem patefecit. Hocce secretum
apud me latere volui, exploratus an ita futurum esset,
quamobrem recessum me fingebam. En, ô Sorores,
iñthæc nunc intelligite ob veneratione tantæ Virginis,
que nunc mortalia deseruit. Cùm talia multa de Virginie
in medium deduxisset Sacerdos, in gemitus ac lacry-
mas cunctæ Sorores eruperunt. Verùm cùm ex more ca-
dauer ablucretur, albescere nimis ex omni parte visum
est. Hoc profectò ingenti admiratione dignum existit,
quando Virgo dum viueret subobscuri coloris fuerit, fa-
ties quoque nouum induit decorem. Aqua verò lo-
tationis à Sororibus quibusdam seruata nonnullis salu-
tem contulit.

*A morte
candidior.*

*Corpus
eius hono-
ratur à
populo.*

Sepelitur.

CAP. II. De celebrato funere.

3 Elatum Virginis corpus in sacras ædes, innume-
ra populi multitudo concurrens veneratura con-
uenit: quocirca adusque quintum diem insepultum ia-
cuit. Mediolanensem Archiepiscopum æger Vicarium
primò misit, qui Virginis corpus inuiseret, deinde fu-
nus indicens primarios templi maioris Sacerdotes, ut
tanta Virginis cadauer post populorum visitationem
insepulchro honorificentius traderetur, conuocaret. Du-
rauit ad quintum usque diem populi visitantis Veroni-
cae corpus concursus: aderat liquidem cœpusculo cu-
iusque diei, quo insepultum iacuit, turba grandis ante
virgineum corpus, haud secus quam Sanctorum reli-
quias adorans. Vespere autem vix ecclesia valua oc-
cludi poterant turbâ premente: plerique verò beneficia
célestia accepisse se prædicabant. Quintâ tandem die à
Virginis obitu, venerabilibus prius procuratis exequiis,
sepulchrò traditum fuit corpus incorruptum, palpabile-
que veluti viuentium corpora perdurant.

CAP. III. De moto diuinitus bra- chio, cùm in feretro cadauer eius iaceret.

4 Nōcte, qua diem sepulchri virgitæ præcessit, af-
fuere Mater cœnobij eiusque Vicaria ac Sorores
nonnullæ, vna cum nobili matronâ Mediolanensi An-
toniâ de Stampis, admirantes in Virginis cadauerè no-
tuam pulchritudinem veluti per singulos dies auētam:
obstupescabant roseam faciem rubore perfusam, ma-
nuum venustatem, vnguium rubedinem, & totius cor-
poris decorem cælestem. Verumenimvero dum admira-
rentur Virginis cadauer, manum sinistram eleuat al-
tius, primumque pectori superponit, deinde in modum
crucis dexteræ sinistram iungit. Extimere quæ aderant
mulieres, ac præcipue Vicaria, quæ corpori proximior e-
rat. Datū fortè fortunâ fuerat munere peculiari quatuor
nobilibus viris admodumque honestis, vt eā nocte in
ecclesiâ anteriori pernoctarent: quibus etiam apertum
fuit ostiolum, quo ex Sacerdotis manu diuinam Eu-
charistiam percipere Sororibus mos erat: hi testes hocce
admirabile facinus multis prædicarunt, assuerantes
pariter vnguium immutatum colorem oculo tenuis se
contemplatos fuisse. Quidnam verò talia protenderent
Sorores numquam satis intellexeré. At si à Virgine ac-
ceptam à Christo gloriam apud Superos talia præsigna-
se assuerimus, paria veterum huiuscmodi miraculo-
rum dogmata fidemque aſtruemus.

CAP. IV. De miraculis quæ euenere quamdiu corpus insepultum iacuit.

*Miracu-
la.*

5 Aborauerat viuente Veronicâ Soror quædam,
nomine Daria, nondum religionem professâ, in-

genti manus dolore, granique eiuse tumore: hec vt i Manus
corpus virginem fide plenâ contigit, incolumentis curata.
donum accepit.

6 Mulier quædam habens virum sex mensium spa-
tio neruorum intolerabili dolore ægratantem, Veroni-
cam, quam nuper defunctam populi tumultu digno-
uetat, rogauit pro viri salute: at nocte sequenti suauis-
simo somno vir quietus, quod numquam eidem labo-
ranti acciderat. Manè itaque mulier exclamans corpus
Virginis adiit, remque eundem qui aderant patefecit.
Vir autem de die in diem conualescens omnime fo-
spitatis munus accepit.

7 Christophorus ex Laudensium stirpe Mediola-
nensis ciuis, humeri vehementi dolore afflictus, socio
Humeri quopiam comite accessit ad Virginis funus, precaturus dolor.
Deum vt Veronicæ meritam sanitatem sibi impertiret.
Verùm cùm templum turbâ populorum premente non
nisi difficulter ingredi posset, ait socius: Cur, quæso,
huc aduenisti? Cui Christophorus: Ut pro salute, ita inquir,
itiae Virginem hanc deprecarer. Irrisit ille hominis vo-
tum, dicens: Admiror vehementer tui itineris ad hunc
locum causam hanc extitisse, quando Sanctis relictis,
quos approbante Ecclesiâ merito exorare vales, ad in-
cognitam mullerem accesseris. Vix ille verba comple-
uerat, & Christophorus illicè incolumem se esse anim-
aduertens, in socium virgineæ sanctitatì detrahentem
subito irrupit. Quamobrem inter populum tumultus
exortus est.

8 Diebus funeris Virginis Veronicæ, hospitata in
cœnobio Diuæ Marthæ duæ Sorores monasterij An-
nunciationis eiuse religionis, vrbisque Terdonensis
demorabantur: altera, cui nomen Honorata erat, tu-
morem tibiae incidit, cuius dolore à negotiis, quorum
gratiâ Mediolanum concederat, impediebat. Hæc
magno licet labore sacrâ ædem adiit, manutinque virgi-
neæ fide non vacua ac supplex rogâs contigit: quo pera-
cto stratum repetit, luceque ortâ tumefactione ac do-
lore deficientibus, illius febris vestigia nulla persensit.

9 Arcis Mediolanensis custos filiam habebat febre
continuâ diu laborante, quia nullis medicorum suf-
fragiis quoquo modo curari poterat: audiens illa Ve-
ronicam diem obiisse, populumque ad eam veneran-
dam coicurrentem, votum maximâ fide concepit, vo-
uitque se vestem sericam templo Diuæ Marthæ dona-
turam, si precibus Virginis incolumis redderetur: ad-
didit quoque Missam solennem in præfato templo ve-
statuto die Sacerdotes decantent se effecturam. Non
abièrâ vacua illius preces: continuò quippe liberata
est. Laborabat quoque humore è tibiâ manante eadem
femina, quæ febre sanata humore paullatim exsiccato
rectam valetudinem ad plenum affecta est.

10 Mulier quædam tertij ordinis Diuæ Francisci,
notine Iacobina de Oligio, anhelitus difficultate plu-
rimùm vexata, audiens populi cateras ad vota Vir-
ginis properantes, iter arripuit versus sacras ædes Diuæ
Marthæ: quas vbi magnoperè laborans attigit, vout
Deo se cereum eidem templo oblaturam, palamque
effecturam miraculum, si Virginis precibus sanita-
tem conquereretur: voto peracto domum sospes re-
gressa, tenui deinde Sororibus Diuæ Marthæ aperuit.

11 Caruerat multo tempore vnu brachij, angeba-
turque vehementer illius dolore, mulier quædam, no-
mine Mafiola de Glusiano: quæ corpus Virginis vene-
rata, brachium ægrum eius manu iunxit: persensit il-
licè ægritudinis solatium; & sequenti nocte incolu-
mem se animaduertens eo morbo amplius minimè la-
boravit.

12 Duo nobiles Mediolanenses germani, simulati-
bus inter se ortis, statuere quadam die gladiis mutuò
inter se congregati, alterque alteri mortem intentabat. *odia fra-
ternæ sedata*
Nemo erat, qui ab hoc fraternalè cædis proposito illos
reuocare posset: verùm eorumdem soror, nomine
Luchina,

Luchinā, ante Veronicæ corpus talia ad beatissimam Matri Dei se vertens orauit, dicens: O pientissima errantium mater te obsecraverim, si virginis Veronicæ ea est gratia in conspectu Filij tui, qualem esse concursus huius populi docet; auerte, quæso, à fratribus meis impia quæ præcogitarunt fata, atque inter illos veram pacem componito. Mira res! fratum corda ita ad inuicem conuertire, ut sequenti die cibum vñā caperent; veniam alter ab altero petiit, obtinuitque: in mutuos verò amplexus prorumpentes germani veræ pacis signa dedere, atque eadem die, quâ mortem sibi vterque intentauerat. Hæc à Luchinā præfata accepimus, quæ munus aliud à Deo se accepisse asseruit precibus virginis Veronicæ, quod minimè aperire voluit.

Dolor capitum curatum. 13 Paupercula quædam mulier vehementi capitum dolore laborans, cùm corpus Virginis propter adstantium multitudinem contingere nequiret, panniculum proiecit, quo tempora cingens salutem statim accepit. Panniculum verò extunc tantifecit mulier, ut præstantissimis feminis illum apud se habere rogantibus, numquam annuerit. Verebatur enim ne amplius is sibi restitueretur.

Dolor dentium. 14 Cùm à Sacerdotibus virgineum corpus sepulchro foret tradendum, & capiæ ligneæ iam esset impositum, adstantibus Sororibus cunctis, Soror quædam, nomine Marcella, vehementi dolore dentium vexata, digitos Virginis dentibus suis apposuit, statimque dolor omnis abscessit, & fide non vacua salutem percepit. Hæc quidem infepulto Virginis corpore euuenière miracula. Credimus quoque ampliora tune contigisse, quæ mira ingratitudinis obliuione perierunt.

CAP. V. De miraculis quæ euueniēre post corpus sepultum.

Corpus Veronica 15 Trigesimo die ab obitu Virginis apertum fuit **mausoleum**, in quo corpus conditum fuerat, **30. diebus incorrumptum**. Sorores cunctæ vi-derunt. Torquebatur verò magno stomachi dolore **Daria**, cuius in superiori capite meiminimus, quia maximum virginis stomacho apponens, plenam salutem statim proferuit. Eâ quoque ægritudine deinceps numquam Daria vexata fuit.

Sanitas obtenta. 16 Comitis Borela vxor, matrona præstans, Veronicam rogauit pro viri incolumente, longiori febre laborantis; qui continuò è strato surrexit, & equum ascensens domino recessit. Matrona verò satis voto fa-citura Missas quinque celebrari curauit, imaginemque Virginis ad illius sepulchrum depingi.

Loquendi virus & sanitas recuperata. 17 Nobilis mulier Elisabeth de Crotis filius, repentina morbo loquendi virus amiserat, cuius mors cum propior videretur, rogauit mulier Veronicam, quod suis meritis filio loquendi vis redderetur, ut moriturus confiteri sua crimina posset. Voto emisso natus loquitur, & post confessionis sacramentum plenam tandem salutem de die in diem conualescens promeruit. In eius rei fidem Elisabeth ceream imaginem virgineo affixit sepulchro.

18 Blanca Lucia magnifici cuiusdam Comitis filia, vxorque Gasparis Stanghae, viri nobilis, numquam sanctitudini Veronicæ fidem adhibuit: quæ cùm sæpe-

numerò humeri dolore vexata fuisset, euenit vt in tem-
plo Diuæ Marchæ vesperas audiens, eodem dolore tor-
queretur, eleuans verò oculos ad sepulchrum Ver-
onicæ orauit, dicens: Numquam ego quidem, ô Ver-
onica, his quæ de te fertur fidem adhibui, quod si
tuus præcibus dolore, quo etiæ nunc premor liberauerit
me Dominus, cunctis quæ de te fama hominum predi-
cat, fidem præstabo. Mox autem dolor ille recesit: q[uo]d in posterum minimè laborauit. Eadem quoque femina
Veronica præcibus à capitis dolore febreque ad plenum
conualuit. Testabatur deinceps cunctis se corde assen-
tire, quæ de Virginis Veronicæ sanctitudine fereban-
tur: quamobrem ceream imaginem eius tumulo appen-
di curauit.

19 Pauperis cuiusdam mulieris germanus, longâ
nimis ægritudine torquebatur, qui cùm sæpenumerò
exhortatus fuisset vt crimina sua confiteretur, nec ali-
quando annuisset, loquendi more tandem priuatur: ex-
cruciaabatur foror vehementissimè, timens nè humana
impœnitens frater relinqueret. Quocirca Veronicæ vo-
uit mulier, si fratri loquela redderetur, quâ criminis
confiteri posset, cereolum sepulchro eius se oblatu-
ram. Continuò verò vir ille locurus est, summâque di-
ligentiâ peccata confitens propediem corporis salutem
superfluens munus accepit. Facinus hoc mulier multis
aperuit ob venerationem Virginis Veronicæ.

20 Blanca coniux Lauréti Marcellini, nobiles Me-
diolanensis, filiam impudentem habebat morbo cicatri-
cu[m] plurium humorem stillantium laborantem, cum-
que genæ, manibus pedibusque eadem cicatrices ha-
rerent, mortem natæ pia quamquam mater optabat, ve-
rebatur enim ne membrorum officiis filia priuaretur.
Verùm ad Veronicæ suffragia mater confugiens ple-
nam incolumitatem filiæ tandem promeruit, nam voto
emissio paulatim conualescens sanctitudinis Veronicæ
fidem astruxit.

CAP. VI. De quodam puero sanato à vulnere manus.

21 **Vulnus** Illesimo quingentesimo decimo septimo, q[ua]rtæ vulnus
venerdì Kalendas Februarij, Camillus Fal-
co, Magistri Dominici filius, scholarum quondam Do-
mini Thomæ Crassi rectoris & generalis, horâ vigesi-
mâ cùm aptid patrem ante ignem staret legens Vero-
nicæ gesta, accepit cultello mähum sinistram perfora-
uit, ita vt pars cultelli summâ ex parte extaret. Ad cuius
periculi magni dolorem & clamorem accurrens mater,
magnitudine vulneris deterrita succurrere filio non po-
tuit, sed tantum virum admonuit: puer autem interru-
itus sibi cultrum detrahit, patrem & matrem n[on] ferent
exhortans, cu[m]que nullo vulneris tumore dolore n[on] af-
ficeretur, semper cecinit. Et quamquam Magister Do-
minicus pro filio medici operâ septem diebus v[er]sus fue-
rit, hæc tamen non humanâ sed diuiriâ ope atque au-
xilio effecta fuit; cùm idem Magister Dominicus pue-
ri pater ad numen Veronicæ statim conuersus illi fi-
lium commendasset, diceretque puer maiori patrem
affici dolore, quam ipse afficeretur, cùm id (vt ipse
puer dicebat) auxilio Veronicæ sibi contigisse affi-
ceraret.

XIV. IANVARI.

SANCTI QVI XIX. KAL. FEBRV. COLVNTVR.

- | | |
|---|--|
| S. Malachias Propheta, in Iudeâ. | S. Theodulus Presbyter, |
| S. Euphrasius Episcopus. | S. Paulus, |
| S. Clerus, Diaconus Martyr. | S. Ioannes, |
| S. Pontianus Martyr, Spoleti in Italiâ. | S. Proclus, |
| S. Paulus, | S. Hypatius, |
| S. Successus, | S. Isaac, |
| S. Victorinus, | S. Macarius, |
| S. Saturus, | S. Marcus, |
| S. Messor, | S. Beniamin, |
| S. Gerontius, | S. Elias, |
| S. Lucretius, | & alij |
| S. Ianuarius, | S. Sancti XLIII. monachi cœnobij Raithu, Martires. |
| S. Agapitus, | S. Theodulus, Presbyter monachus in monte Sina. |
| S. Crucesius, | S. Datius, Episcopus Mediolanensis. |
| S. Eufra, | S. Fulgentius, Episcopus Astigitanus & Carthaginensis in Hispaniâ. |
| S. Florida, | S. Cadeoldus, Episcopus Viennensis in Galiliâ. |
| S. Theocofia, | S. Stephanus fundator monasterij ad lacum anferum. |
| & alij octo, | B. Engelmarus, Eremita & Martyr in Germaniâ. |
| S. Firminus, Episcopus Gabalitanus in Galiliâ. | B. Odo Carthusianus, Taliacotij in Italiâ. |
| S. Sabbas, | B. Ordericus de Portu Naonis, ordinis Minorum. |
| S. Esaias, | monachi Martyres, in Sina |
| & alij xxxviii. | monte. |
| S. Felix, Presbyter Nolæ in Italiâ. | |
| S. Felix, Presbyter Romanus, Nolæ. | |
| S. Macrina, auia S. Basilij, Neocæsareæ in Ponto. | |
- Martyres, in Africâ.
- monachi Martyres in Arabiâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

- S. Felix, Confess. Ita Kalendarium præfixum Officio Curatorum Ecclesia Cameracensis, S. Ianuarius, Sedito curâ Maximiliani à Bergis Episcopi anno 1562. At Martyres sunt, à nobis relati supradVII. Ianuar.
Octauæ Epiphaniorum hoc die consignantur in Meneis. Incipiunt enim Graci suas octauas à die festum consequente, sicq; non demum die concludunt.
S. Hilarius Episcopus Piætavensis hoc die officio semiduplici colitur, referturq; eius in pluribus Martyrologiis nomen. Vtiam dederunt XIII. Ianuar.
B. Eutychius Abbas. Menardus. De eo egimus XIII. Ianuar.
S. Berno, primus Abbas Cluniacensis. MS. Kalendarium ord. S. Benedicti. Egimus de eo XIII. Ianuar.
Festum sacratissimi nominis IESV à multis hoc die celebratur, ut videre est apud Ferrarium: ab Ecclesiis Belgicis plenissime XV. Ianuar.
S. Felix Presbyter & Martyr Romæ, in Pincis dictus, quodd pincis, id est, subulis occisus sit à pueris, memoratur à Petro de Natal. lib. 2. cap. 73. & Martyrologio Germanico. Nihil de hoc alibi præterquam in Iacobo de Voragine, legitimus. Celebris est memoria S. Calliani graphiis puerorum interfecti 13. Augusti, at non Rome, sed apud Forum Sylla, sive Cornelij, que nunc Invola. De Pincis infra hoc ipso die, cum de S. Felice Nolano agemus.
S. Felix Martyr memoratur in libro qui Panis quotidianus inscribitur, fistibus cæsus, carcere ferreisq; catens maceratus, mulis indomitis per vicos raptatus, tactu Angeli curatus. Sed locus martyrij non proditur: nec nobis nunc

- in mentem venit, quis is sit ex plurimis eiusdem nomine Martyribus.
S. Memorius Archiepiscopus Beneuenti. Ita MS. quodam, non tamen antiquum: In Beneuerito S. Memori Archiepiscopi. Non meminit eius Marius Vipera in catalogo Beneuentanorum Antistitum, aut Sanctorum. Maugina sancta virgo, Daimeni filia, laudatur à S. Adamnano in vita S. Columba lib. 2. c. 5. Recensetur in catalogo precipuorum Sanctorum Hibernie, nullo adscripto certo die natali. Camerarius XIV. Ianuarij refert. & Mancinæ yqqat, apud Hebridanos miraculorum gloriâ celeberrimam. Non in Hebridibus, sed Clocheri, sive Glogharriæ, qua vrbs est Episcopalis Tironia prouincia in Vltoniâ apud Hibernos, vixit, ut ex S. Adamnano patet. Trainæ, Sicilia vrbe (de quâ egimus 2. Ianuar. in S. Silvestro) dedicatio Ecclesiae, hoc die facta à D. Arnulpho Episcopo, ut in Ideâ operis de SS. Sicilia scribit Octavianus Caetanus noſter. Rochus Pirrhus in Notitia Ecclesiærum Sicilia, anno 1081. Indicit. 4. factam scribit ex veteri quadam diplomate. Bernardus instituti Cisterciensis, in cœnobio Salesiniensi, vulgo Salfen, haud procul Namurco vrbe Belgij, sanctimonialium Confessarius fuit: is Sanctus appellatur in Sacrario Comitatus Namurcensis, à Chrysostomo Henriquez Beatus; à Sauffaio Piis accensetur. Theodardus Conuersus in monasterio Villariensi eiusdem ordinis in Brabantia, virtutibus & reuelationibus clarus, & Beatus predicator ab Henriquez hoc die. Praeterea de co narrantur in libro de viris illustribus illius monasterij cap. 34. In-

34. Inter Pios eum numerat Saussius, & Theodorum appellat.
 Octauæ S. Raimundi fit in sacro ordine Predicatorum hoc die commemorationis; ut ex proprio eiusdem ordinis Martyrologio pater.
 Heyleka Reclusa sanctissima & verè nominis sui Coloniae ad S. Andream, refertur hoc die in Kalendario Cisterciensi: aſt 15. Ianuarij ab Henriquez, qui Beatam appellat. Honoriſcē eius meminit Cesarius lib. 6. cap. 5. Sepulta est in cryptā sub choro, à multis annis occulsa.
 S. Maura, 2 virgines in agro Turonico in Gallia. Martyr. Germanicum & Ferrarius. Nos cum Martyrologio Gallicano de iis agemus xv. Ianuar.
 S. Ida, ſue Itta, virgo in Hibernia. Catalogus SS. Hibernie excusus. Nos xv. Ianuar.
 S. Hagne Martyr, in tenebrosum coniecta carcerem, memoratur in Menais. Sed eadem eſt qua Agnes, vt ex adiuncto difſtico offendemus xxii. Ianuar.
 S. Andreas Corsinus, Episcopus Fesulanus refertur hoc die à Ferrario: obiit 6. Ianuarij: colitur ab Ordine Carmelitarum xxx. Ianuar.
 S. Antonius Martyr in Lituaniā, hoc die ſuspendio necatus eſt. Eius ac Ioannis fratri, & Eustachij afta dabimus xiv. Ap.
 B. Alexander filius Regis Scotiæ, in monaſterio Fufianensi, vulgo Foigny, diocesis Laudunensis in Gallia bubulum egit ignotus, à morte etiam miraculis clarus, vt testatur Thomas Cantipratanus lib. 2. cap. 10. Refertur hoc die ab Hugone Menardo & Sauffaio; à Chryſoflomo Henriquez 4. Maij; in Kalendario Cisterciensi Diuione excuso iii. Maij.
 S. Basilius Magnus olim hoc die coli consueuit, vt patet ex Breuiario Romano Cardinalis Quignonij. Colitur nunc xiv. Iunij.
 S. Felix Presbyter, Rōme viā Portuensi martyrio perfunctus, à multis MSS. Vſuardi nomine pretitulatis, Florario, Maurolyco, Galeſinio, Carthusianis Colonienſibus in addit. ad Vſuardum, Martyrologio Germanico, & Colonienſi, aliud hoc die refertur. De eo & S. Adaucto agemus xxx. Aug.
- S. Ianuarij Episcopi & Martyris ſecunda Translatio, & monaſterio Montis Virginis Neapolim, hoc die festo dupli in diocesi Neapolitanā celebratur. Facta eſt 13. Ianuarij, vt ſuprà monuimus anno 1497. De eā agemus xix. Septemb.
 S. Firmini Episcopi Ambianenſis & Martyris Inuentio, refertur in Carthusianorum Additionibus ad Vſuardum, Martyrologio Colonienſi, & Germanico, ac MS. Florario, hoc die, ab aliis pridie, vt diximus. De eā agemus in Sancti ipſis vitā xxv. Septemb.
 S. Fidei virginis & Martyris Translatio, Agenno Conchas, hoc die facta memoratur. De eā agemus cū illius referemus martyrium vi. Octobr.
 S. Felix Abderitanus Episcopus cum aliis plurimis ab Hunnerico relegatus, hoc die refertur in Diario historico Eliae Reuſneri, & trucidatus dicitur, perperam. Colitur XII. Oct.
 S. Julianus Sabas senior in Syriā, Valentis Imperatoris tempore. Martyrolog. Romanum. Sed ab eodem Martyrologio, & Gracis in Menologio & Menais celebratur XVIII. Oct.
 S. Felix Tiptizcenſis Martyr. MS. Florar. & Ambroſius Leo. Eſt hic Africanus ille Antilles, de quo xxiv. Octobr.
 S. Hilarius Diaconus Martyr Viterbij. Martyrol. Gallobelgium. At Romanum III. Nouemb.
 S. Beunoſus, ſue Beno, Presbyter, hoc die celebratur in Martyrologio Anglicano, & Ferrarij Catalogo generali. Menardus II. Nouemb. eum refert; alij III. quo nimurum S. VVenefrida, ab eo ad pietatem inſiruta, colitur. Gesta vtriusque planè permifſa ſunt. Quare in eum diem Beunoſem quoque reuicimus, niſi quid certius de natali eius interea eruamus.
 S. Felix Martyr, à S. Augustino tract. in psal. 127. laudatus hoc die refertur à Iacobō Doubtlio: colitur vi. Nouemb.
 S. Felix Episcopus Nolanus in duobus vetus MSS. Kalendarii que citat Michaël Monachus, & MS. Legendario Capuano refertur hoc die & Confessor appellatur. Sed, vt idem ostendit Monachus, Presbyter eſt, à S. Paulino laudatus, qui & in MS. Vſuardi Episcopus appellatur. Nam qui Nola Episcopus fuit Felix, martyrio occubuit xv. Nouemb.

DE S. MALACHIA PROPHETA.

XIV. JANUARI.



Alachias Propheta, non minùs puritate vi-
taq; sanctimoniam, quam nomine, Angelus
Dei colitur à Latinis XIX. Kal. Febru. &
in Ecclesiā quidem Hierosolymitanā officio
ſemiduplici, vt ex proprio Kalend. didicimus.
Eo die Mart. Romanum: In Iudeā S. Malachia Propheta;
Apud Gracos III. Non. Ian. vt ex Menais ac Menologio pater; eōq;
die Molanus & Camſius eum retulere. Galeſinio quoque in No-
tis: Hoc ipſo die fit in Ecclesiā Constantinopolitanā de S.
Malachiā Propheta; ſed ix. Kal. Maij anniversarii eius
diem adſcripſimus, adduci certa Martyrologij veteris
auctoritate. Aſte die nihil penitus de eo habet. Meminit illius
ad eum diem Petrus de Natal. lib. 4. cap. 82. Perionius obiit
ſcribit Idibus Maij.

2. Vitam eius breuiter defiſcriptiſ S. Epiphanius libro de
vitis Prophetar. capite vigefimo ſecundo. Auctor Synopſis de vitiis
Prophetar. que vulgo S. Dorotheo tributur. S. Iſidorus Hippo-
nenſis lib. de vita & morte SS. vet. Teſtamenti cap. 51. Agunt
de eo ſuſtiſ interpretes ſacra Scriptura; nominati Cornelius
noſter, qui ſolidè errorem refutat Origenis, arbitrati eum verè
Angelum ſuſſe, ſed humanam naturam ſibi hypothetice vniſſe.
Opinionem quoque eorum qui exiſtimarunt Eldram ac Mala-
chiam eundem ſuſſe, docte refellit Cornelius, & Bellarminus
lib. de ſcriptoribus Ecclesiasticis.

VITA EX S. EPIPHANIO.

Malachias Propheta, ē tribu a Zabulonis, poſt
reditum populi ē Babyloniam, b Sophæ in pro-
uincia Zabulonis natus eſt; atque etiam uitum
Eius orum, adolescens eximiā vita integritate eniuit. Multa de

aduentu Domini, deoque mortuorum iudicio vaticina-
tus eſt: prædixit implendos commutandosque Moysis prophetia;
ritus ac cérémonias. Et quoniam velut sanctus & man-
ſuetus in honore apud populu habebarur, Malachias ab
eo vocatus eſt, hoc eſt, c Angelus. Erat enim imprimis
decora & venusta ſpecie. Sed & quidquid ille vatici-
nans detinuitaſſet, à eadem die appārens Angelus ſuā
interpretatione declarabat, quemadmodum contigit
e interregni tempore, vti in libro ſchophthim, ſue Lu-
dicum, legimus. g Obiit verò sanctus Propheta adhuc
iuuenis, & in agro ſuo ad patres ſuos appollitus eſt,
a Menas & Menologium, de tribu Leui.

b Ei Σοφᾶς. Dorothēus in Supha. Menas, εὐ οὐφᾶς. Adri-
chomio Sophia, locus eſt in terrâ Zabulon. Petrus ergo Petrus
de Natal. in Sophim, quæ ciuitas eſt Iudeā, dicta poſtmodum
Ramatia, ſue Arimatia. Nam hec in tribu Ephraim ſta erat
longe à Zabulon, neque ſimpliciter Sophim appellata, ſed Ramathim
Sophim, ſue Ramatha in monte Sophim.

c Malachi Hebreis, id eſt, Angelus meus; Gracis ac Latinis Ma-
lachias, id eſt, Angelus Domini.

d Videtur Cornelius id inter Rabbinorum commenta recenſere.

e Gracē eſt ἡσαῖας ἐβραιοὶ τῶν ἱερέων τῆς ἀραιξίας. Nam
iudic. 2. 1. dicitur: Aſcenditque Angelus Domini de Galgalis
ad Locum ſientium, & ait: Eduxi vos ἐγκ. In epte vīo loachimius
Zebherus, dum Lutherum & Rabbinos, quām Orthodoxos Patres,
sequi māult, Phineem Eleazar filium hic intelligit. Quis enim
aliquando Propheta ſibi opera Dei, vt populi liberationem ἐγκ. ad-
ſcriptiſt, niſi praefatus. Hac dicit Dominus, aut quid ſimile? Non
negamus Angelis nomen Sacerdotibus tribui aliquando, & alii; ſed
verba Scriptura proprie accipienda ſunt, niſi quid obſeret.

f Radbrus putat intelligi librum quartum Eſdra, vbi ſub fi-
nem capiti primi dicitur: & Malachias, qui & Angelus Domini
vocatus eſt. At certum videtur ad illum locum libri Iudicium re-
ſpexisse Epiphaniū.

g Eſdra Sacerdoce, vt ſcribit Petrus de Natal. iani humanis
exempto, Neentia adhuc ſuperſtire.

DE S. EVPHRASIO EPISCOPO.

XIV. IA-
NVAR.Natalis S.
Ephrasi.

Vphrasius Episcopus XIX. Kal. Feb. celebra-
tur in Martyrologio Romano, S. Hieronymi,
Vuardi, et si ab sit à duobus vetustissimis ex-
emplaribus monasterij S. Germani Parisii)

Bellini, Maurolyci, Galeſini, alioq; his ferē
verbis: Eodem die S. Euphrasij Episcopi Molanus in 1. edi-
tione Addit. ad Vuardum, Cæthuſiani Colonenses, Canifius
in Martyrol. Germanico Eufrosium vocant; Felicius Euphra-
grium, & cum Maurolyco Martyrem facit. Plurimi Clerum
Diaconum ac Martyrem ei iungunt, de quo mox agemus.

An in Su-
peratus E-
piscopus?

2. Locum vbi floruerit S. Euphrasius, antiqui retinent. Ga-
leſinus in Africā subiisse martyrium scribit: In Africā fan-
ctorum Martyrum Euphrasij Episcopi, Cyriaci Diaconi,
& sociorum: qui à Vandalis pro Catholicæ fidei de-
fensione teterrimis excruciatuſ suppliciis, nobili marty-
rio coronati sunt. In Notis pro Euphrasio Euſtratum le-
gendum monet, eſeq; Sufetanum illum in Byzacena prouincia
Episcopum, qui alioſ Eustachius dicitur, coliturq; 28. Nouem-
bris, Geilertici temporibus exilio multatus.

3. Baronius in Martyrologio Romano: In Africā S. Euphra-
sij Episcopi; ſuppicaturq; in Notis eſſe Eucratithūm, ad quem
extat Cypriani epiftola 61. qui etiam intertuisſe reperi-
tur concilio Carthaginensi ſub eodem Cypriano cele-
brato. Viceſimus nonus eſt inter eos qui illi concilio ſubſcripſiſſe
leguntur, Euchratius à Thenis, que ciuitas erat maritima in
Byzacena prouincia, ad Syrtim minorem, Ptolemao Θεον
alioſ Thæna. Porro Thenitanum illum Antifitem, Pamelius ex
MSS. Eucharitum ſcribendum contendit: alio eſt Euchari-
tius, Eucharitius, Egratius. Hoc die coli, nihil eſt quod
persuadeat.

4. Franciſcus Biuarius in Comment. ad Dextri Chronicon

an. 54. nu. 3. S. Euphrasium Apoflorum diſcipulum, qui
cum aliis Episcopis, Hispaniarum Apofloris, celebratur 15. Maij an poſit
in Martyrologio Romano, hoc die tradit martyrio coronatum, Illiturgi-
taneſt, que nunc viciſ eſt vix leucā diſtant ab Anduxar, ſue
Anduxar, r̄bē ad Batim ſitā ſupra Cordubam; diciturq; iſ vi-
ciſ Anduxar el viējo, vt auctor eſt Ludouicus Nonius V. CL.
in Hispaniā ſuā cap. 21. Occupatā vero à Mauris Hispaniā de-
portatas ſcribit Biuarius S. Euphrasij reliquias in Galliacam
ad locum cui Valdeomao nomen, vbi nunc Prioratus S. Iulia-
ni de ſalmos: earum partem anno 1596. Philippi II. roga-
ta monaſterio S. Laurentij in Escoriali, partem vrbis Anduxar da-
tam, idq; lapidi, quo sancti Pontificis ſepulchrum tegitur, incul-
ptum. Ceteram quia idem Biuarius in Kalendario, & Ferrarius
in generali catalogo SS. teſtantur 18. Maij coli S. Euphrasium,
de eo iſthic agemus, ſue idem ſit qui 14. Ianuarij refertur à va-
riis, ſue ab eo diuerſus.

5. Alius S. Euphrasius memoratur à Ioanne Sauarone in
originibus Claromont. Decimustertius Aruernensis Episcopus, vel Clā-
romontanus? quem hoc die celebriſ in Martyrologiis exiftimabat Roſvveydus;
nobis non omnino id liquet. Laudat eius hofitalitatem S. Gre-
gorius Turonensis lib. 2. biftor. Frane, cap. 36. & Sanctum vo-
cat, vti & lib. 3. c. 2. Subſcribit Euphrasius concilio Aurelianensi
1. anno Chrifi 511. eiusq; nomine Paulinus Presbyter Aga-
thensi an. 505. Vixit quatuor annos post Clodouæ obi-
tum, vt S. Gregorius Turonensis teſtatur: obiit ergo anno 516.
ineunte, vel ſub finem precedentis, viceſimo quinto Episco-
patus ſui anno. Extant ad hunc epiftola due Ruricij Lem-
uicensis Episcopi, eiusq; vna ad Ruricum, tō. 5. Antiqua lectio-
nis Henrici Canifij. Miratur eius nomen in Martyrologio Galli-
cano non extare.

DE S. CLERO DIACONO MARTYRE.

XIV. IA-
NVAR.S. Cleri
natalis.

1. Clerum Diaconum Antiochiae pro Christiana religio-
nis defenſione plexum capite, retulimus vii. Ianuarij.
Alium hoc die, ſed diuerſo lethi genere coropatum, plu-
rima exhibet Martyrologia; & quedam cum Euphrasio con-
iungunt. Ita Petrus de Natalib. lib. 11. cap. vltimo, nu. 34. Eu-
phrasius Episcopus, & Clerus Diaconus xix. Kalend.
Februarij paſſi ſunt. Multa Belgicarum Ecclesiarum MSS.
Martyrologia, ſub Vuardi ferē nomine: Eodem die S. Eupra-
sij Episcopi, & Cleri Diaconi & Martyris, vnius de ah-
tiquis, qui poſt multa tormenta in mare præcipitatus,
in martyrii confummauit. MS. Adonis monaſterij S. Lau-
rentij Leodij, & MS. Beda Domus profeffa Societatis Iefu An-
tuerpia: Eodem die natale S. Cleri (MS. Leodiense Clari)
Diaconi, de antiquis, qui poſt multa tormenta in mare
præcipitatus eſt. MS. Latienſe & S. Martini Tornaci: Eodem
die Clerici (MS. Latienſe Clerichi) Diaconi multis tor-
mentis affecti & in mare mersi. Maurolycū: Item Cleri
Diaconi in mare mersi. MS. Centulense: Eodem die S.
Cleri Diaconi & Martyris, de antiquis. Meminerunt quo-
que eius Cæthuſiani in Addit. ad Vuardum, Bellinus editione

Pariſiensis an. 1521. Felicius, Martyrol. Colonense. MS. Hiber-
nicum: Glicerii diſcipuli & Diaconi. & quibusdam interie-
tis: Clerici Diaconi.

2. Martyrij locum indicat vetus MS. S. Hieronymi: In An-
tiochiâ Luciferij Diaconi. MS. Rhinavvienſe: In Antiatia Gli-
cerij Diaconi. Notkerus: In Antiochiâ Glycerij Diaconi, vbi poſſuſ.
de antiquis, multa tormenta paſſi, & in mare demerſi.
Chronicon Hispanienſe, quod Flauio Dextro tribuitur, ad an-
num Chrifi 54. num. 2. iſta habet: Quern (S. Indalecium)
Clarus Diaconus comitatur: qui Diaconus cum multis
Clericis, prope Carthaginem Spartiam, non procul à
porto ciuitatis in mare crudeliter detruduntur. Biuarius
Euphrasio martyrij ſocium ait fuſſe, Petri de Natalibus mo-
tus auctoritate. Mirum eſt, ſi prope Carthaginem nouam, ſue
Spartiam, Christum predicauit, occubuitq; Clerus, ab Eccle-
ſia Carthaginensi non coli. Variò porro eiuſ nomen effertur, ap-
pellatur enim vulgo Clerus, à quibusdam Clarus, Clericus, varijs cri-
Clerichus, Glycerius; à Felicio & MS. Martyrologio Ecclesia per-
Bruxellenſis Cletus.

DE S. PONTIANO MARTYRE,

S P O L E T I, E T V L T R A I E C T I.

Svb M.
AVRELIO.
XIV IA-
NVAR.S. Pontia-
ni natalis
14. Ianua.

Gitur S. Pontiani Spoletinī Martyris nata-
lis 14. Ianuarij (quo & martyrium ſubiit)
Spoleti in Umbriā, & Ultraiecti in Belgo
(illuc enim eius tranſlate reliquia ſunt) at-
que in ordine VVindſemensi, à quo nouem
Lectionum officio, Ultraiecti feſto dupli-
ce lebatur. Plurima illius eodem die meminere Martyrologia.

MSS. Centulense & Societatis Iefu Antuerpie, verumque Beda
adſcriptum: Apud Spoleto S. Pontiani Martyris, tem-
poribus Antonini Imperatoris; addit. MS. noſtrum, ſub
Iudice Fabiano. Idem habet MS. Eccleſia S. Marie Ultraiecti,
ſed Spoleto Thuscia ciuitatem facit, que eſt Umbria. MSS.
monaſterij S. Martini Treuiris & quadam alia: Spoleti Pon-
tiani Martyris. Plurima Belgicarum Ecclesiarum MSS. Vuar-
di no-

di nomine: Apud Spoletum, S. Pontiani Martyris, temporibus Antonini Imperatoris: quem Index pro Christo vehementissimè virgis cæsum iussit super carbones nudis pedibus ambulare; à quibus illæsus, equuleo & vntinis ferreis iussus est suspensi, & sic in carcerem trudi: ubi Angelicâ visitatione meruit confortari. Post quæ plumbō feruente perfusus, tandem gladio percussus est. Eum quoque hoc die referunt Rabanus, Norkerus, Ferrarius in generali catalogo SS. Rosvveydus, Liber qui Panis quotidianus inscribitur, MS. monasterij S. Maximini, Sauffaius, aliiq.

Translatio 2. Aft 19. Ianuarij Beda vulgaris: Eodem die S. Pontiani Martyris. addit MS. Bauaric. apud Spoletum, temporibus Antonini Imperatoris, sub Iudice Fabiano. *Vsuardi antiquiora exemplaria eodem die recitant elogium, quod nu. 1. deditus.* Confentit Bellinus, Martyrologium Colon. & Romanum, ac Maurolycus; nisi quod in quibusdam Iudicis Fabiani nomen exprimitur, & leonum, quibus Sanctus obiectus est, fit mentio. Eodem quoque die eum Ado, Ferrarius in catalogo SS. Italie, Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 102. Cornelius Grafus, & plerique alij referunt; quo die vetus Romanum Martyrol. Et Spoleti, S. Pontiani Martyris xix. Kal. passi, xv. sepulti, xiv. in sepulchro mutati, quando celebrior dies eius agitur.

Memoria utroque die. 3. Vtroque die de eo agit Molanus; & quidem 14. ista scribit: Passio S. Pontiani Martyris pretiosi, temporibus Antonini Imperatoris, sub Iudice Fabiano: cuius reliquæ habentur in Traiecto inferiori. At 19. Apud Spoletum translatio S. Pontiani Martyris, recitatoq; elogio, quod ex Vsuardo suprà deditus, isthe addit: Consummauit autem martyrium suum xix. Kal. Februarij, & sublatum corpus eius à Christianis sepultum est xv. Kal. Celebris vero dies ipsius agitur xiv. Kal. Februarij, quando iterum sacramentum eius corpus mutatum est. Carthusiani Colon. in Addit. ad Vsuard. 19. Ian. eadem habent qua reliqua Vsuardi exemplaria: at 14. Apud Spoletum S. Pontiani Martyris, quem Vsuardus infra xiv. Kalendas Februarij ponit, die quo (vt aliquibus placet) sepultus, hoc vero passus fuit. MS. Adonis monasterij S. Laurentij Leodij, 14. Ianuarij, Acta fusè narrat; 19. ista habet: Eodem die apud Spoletum translatio corporis S. Pontiani Martyris, cuius martyrium xix. Kal. Febr. consummatum prælibauimus. XIV. natalem, XIX. translationē consignant quoque MS. Florarium, Canisius in Martyrol. Germanico, & Galefinus; testaturq; hic in Notis, à quibusdam Pontium appellari. Constantius Felicius 14. Ianuar. ista habet: Pontianus Martyr, qui Spoleti sub Antonino Imper. à Fabiano Præside, post varios cruciatus, capite plexus est. Hic alias videtur ab eo qui 19. Nouemb. celebratur. Recitè, nam is est. S. Pontianus Papa. At 19. Ianuar. idem Felicius: Pontianus Martyr, qui Spoleti à Fabiano Iudice, sub Antonino Caracallâ, post varia tormenta, plexus capite est. Non sub Caracalla, sed M. Aurelio occisus est, vt p̄st videbimus.

*Translatio Ultraie-
Gum.* 4. Martyrio igitur coronatus est Pontianus 14. Ianuar. 18. sepultus; 19. translatum eius corpus, sive, vt ex veteri Romano Martyrologio, arque Adone vulgato & MS. dictum est, in sepulcro mutatum est, aut vt interpretamur, in aliam thecam transpositum. At Sauffaius 14. Ianuarij ita scribit: Apud Traiectum, translatio reliquiarum S. Pontiani Martyris, qui Spoleti, Antonino Imperatore, miris dirisque ob asperitatem pietatem tormentis excruciatuſ à Fabiano Iudice capite tandem plexus, ipso extremo glorioſo agone glorioſum fidei certamen adimplevit hac ipsa die; quā itidem sacratissimum eius corpus, post aliquot seculorum curricula ex Italâ in Gallias à Baldrico Traiectensi Præfule trāslatum fuit. Aft 19. Ipso die Traiecti suscepito pretiosi corporis S. Pontiani Martyris, qui hodie Spoleti in Umbriâ sub Antonino martyrium peregit. At rursus 2. Septemb. Apud Traiectum suscepito reliquiarum S. Agnetis virginis & Martyris, quas Baldricus Antistes huius Sedis ex Italâ allatas, cum sacris beatorum Martyrum Pontiani & Benigni lipſanis suâ in cathedrali Ecclesiâ

perenni cultu prosequendas collocavit. De translatione Ex vA-
inferiùs, deq; Agneta & Benigno suis locis; at fallitur Sau- RIIIB.
faius, quid, vt ex indice topographicò patet, existimat h̄a reli-
quias Traiectum superioris, sive ad Mosam, translatus.

5. Acta S. Pontiani ab fidelibus memoria prodita di-
cuntur, qui eum sepelierunt, vt scribit Galefinus. Ea nos ex Bonino Mombrizio & rectifi MSS. Treurensi S. Maximini, Eystadiensi, Rebdorffensi, S. Mariae de Ripatorio, Ultraiectino accepimus; que Surius olim phrasē expolitā vulgarat, ac deinde Cornelius Grafus, & paullum contrafacta Vincentius Bellouac. lib. 10. cap. 104. 2. pars Legenda, Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 102. Franciscus Hazetus, Belgicè Heribertus Rosvveydus, & Henricus Adriani, Germanicè Henricus Fabricius. Verū plura perpeſſus sanctus Martyr est pro Christiane religionis defensione, quam qua iis Actis narrantur. Iū enim illa, solū videntur perſtrīgi, quae ante illius, postq; S. Concordij cedem ei irrogata sunt tormenta. Aft ex Actis S. Constantij Perusini Episcopi, qua 29. Ianuarij dabimus, constat Afisij in custodiā detenpos fuisse SS. Concordium & Pontianum; atque ad eos prope-
rantem Constantium, in milites incidiſſe, a quibus ad Clas-
sium annem atrocibus plagiis multatus; sed cum ea ab Angelo
personata essent, dimisſus est, militibus magis ab eo, cœu mago,
sibi metuentibus. Ingressus igitur S. Constantius, inquit
Acta, ad Concordium & Pontianum, qui illic (Afisij) Alia eius
dudum tenebantur in vinculis & carcere, ad constantiam res geste
eos horratus est, quam ipſi præclaro reſponſo profeti, à satelliti ex Acta S.
bus cum eo abduci sunt Hispellum; inter quod oppidum & Constantij
Fulginium S. Constantius trucidatus est. Abeuntes autem
milites, inquit Acta, Concordium & Pontianum in vr-
bem Spoletanam ad crudelissimum Antoninum (rel
Præsidem iſtū ab Antonino missum) remeantes duxerunt.
At si die 29. Ianuarij, quo colitur, occisus est S. Constantius,
neceſſe est Concordium & Pontianum anno integro p̄st in
vinculis retentos fuisse, quo tempore multa grāviaq; pertulerint.

6. In anno mortis Pontiani variant recentiores Rosvveydus
an. Christi 146. occisum putat, qui fuit Antonini Pij 8. In po- Tempus
ſtremā Surij editione ponitur annus 160. eiusdem Auguſti 22. martyrij.
MS. Florarium: Apud Spoletum S. Pontiani Martyris,
temporibus Antonini Imperatoris, qui martyrio coro-
natus est anno salutis 213, nono anno quintæ persecu-
tionis motæ primò per Seuetium Imperatorem, anno
imperij eius undecimo. Videtur intellexisse in Actis, vti &
Felicius suprà, Antoninum Caracallam, qui anno 211. Seuero
patri succedit. Baronius quoque to. 2. Annal. memoriam lapsu
est, dum an. 154. (quem Antonini Pij 15. facit) nn. 3. scribit
Martyr quoque effectus est Spoleti Pontianus, & alij
plures in Italia; & rursus an. 175. M. Aurelij (vt ipse com-
putum init) 13. nn. 7. Tunc etiam Julianus illustris Mar-
tyr passus est Soræ, Spoleti Concordius Presbyter &
Pontianus. Cum ex citatis Actis S. Constantij Episcopi con-
stet, eodem tempore in carcere detentum fuisse cum Pontiano
Concordium, qui à S. Pio Papâ Subdiaconus erat creatus;
(vt 1. Ianuar. diximus.) Pius autem à 18. Antonini Pij, Christi
156. ad 5. M. Aurelij. Christi 165. federit; confici certò po-
test errare eos qui ante 156. occisum esse Pontianum volum.

ACTA EX VETERIB. MSS.

 Emporibus Antonini Imperatoris facta
est persecutio Christianorum, vt idolis
immolarent. Insidiabantur infideles fi-
delibus, & Christianum nomen quasi
inquinamentum quoddam perhorre-
bant. Igitur ex imperio Antonini Im-
peratoris directus est Fabianus Iudex in b Spoletinam
ciuitatem, vt ibidem ad culturam idolorum Christia-
nos homines compelleret. Cumque in eam ciuitatem
deuenisset, sed sit pro tribunali, & omnem populum co-
uocari iussit. Cum ergo congregatus ad eum omnis Persecutio
fuisset populus, his verbis ad eos exorsus est, dicens: Spoleto sub
Piissimum Imperator Antoninus direxit me in hanc ciui-
tatem, vt si quis præceptum eius non seruauerit, vt dii
omni-

Ex. MSS. omnipotentibus sacrificet, capitali puniatur sententiâ. Et multi de populo consenserunt, ut idolis sacrificarent; & multi permanerunt in fide Domini nostri Iesu Christi, tolerantes multas passiones, ut animas suas Domino in martyrio consecrarent. Impius verò Fabianus multas persecutions Christianis intulit: & cùm post turbam egredetur, vbi Christianos ad sacrilegium prouocaret, multi ad palmam martyrij peruenierunt; & fremebat. vt leo quarens quem deuoraret.

Pontianus. Erat quidam vir in timore Domini stabilitus, nomine Pontianus, qui noluit idolis immolare, & à ministris eius comprehensus est, & ante tribunal Iudicis ad ductus. Tunc Fabianus Iudex dixit ei: *Quis vocarisi?* Pontianus respondit: *Quod à parentibus meis mihi nomen impositum est, Pontianus vocor; maius autem nomen, Christianus.* Fabianus Iudex dixit: *Iuuenis bene nate amoue incredulitatem tuam; error enim te inuisit, vt derelinquas piiissimos deos, & colas hominem, qui persecutionem passus est de civitate in civitatem, &c tandem malâ morte crucis patibulo vitam finiuit, & te non poterit adiuuare.* Accede ergo, & adora misericordes deos, & noli seduci humanis maleficiis; quia Deus tuus, in quem credis, non te potest liberare de manibus meis. Respiciens ergo in eum S. Pontianus dicit: *Immundi sermones tui non me possunt seducere, neque Imperator tuus auertere me potest à Domino meo Iesu Christo, vt adorem idola surda & muta, quæ non possunt liberare cultores suos.*

*Dirè cadi-
tur.*

*Ambulas
per carbo-
nes arden-
ses.*

3 Tunc iratus Fabianus Iudeo propter iniurias eius, S. Pontianum exscoliari, & virgis cædi iussit, & non dimitti, donec videretur sanguis eius vt fluuius in terram manare. Cumque cessarent ministri, S. Pontianus dixit Fabiano: O, hotribilis vultu & abominabilis cum diis tuis non erubescis? Vides, quia non sentio penas, quas mihi intulisti? Credo enim in Dominum meum Iesum Christum, quia ipse te confundet, quemadmodum solet confunderet patrem tuum diabolum. Tunc iratus Fabianus Iudeo iussit vt supra carbones ambularet nudis pedibus; & ei duò iudicia proposuit, dicens: Aut thura in istis carbonibus pone, aut nudis super eos platis ambula. Sanctus vero Pontianus signum Christi in fronte sibi fecit, & cœpit supra ipsos carbones ardentes nudis pedibus ambulare, & dicebat: Ecce ego in nomine Domini nostri Iesu Christi ambulo super carbones ardentes; mitte & tu, si potes, in nomine Iouis tui manum in aquam calidam, & liberet te Iuppiter tuus. Iratus Fabia-

Equisole d nus Iudeus iussit eculeum sibi preparari, & ferreos dentes fieri longitudinis trium digitorum, & ibi Sanctum Dei **Ervinis** suspendi. His autem factis ministri defecerunt, & exclamaverunt dicentes: Vae nobis, quia nos magis torquemur, quam hic detestabilis. Manus nostræ iam defecerunt; & viri cini fracti sunt. Nihil facere possumus.

4 Tunc impius Fabianus iussit eum in ima carcere
concludi. Venerunt itaque ad eum omnes religiosi, &
confortabant eum, ut in agone martyrii constanter
certaret. Audientis haec inuidus Fabianus, iussit eum de
carcere tolli, & in amphitheatrum induci, & praecepit
ut duo leones ad eum ducerentur, qui erant diri, ut ossa
eius comminuerent. Cumque relaxarentur bestiae, S.
Pontianus orauit, dicens: Domine Iesu Christe, salua
me de ore leonum, ut enarruem nomen tuum fratribus
meis. Dum complexisset orationem, venerunt ad eum ipsi
leones rugientes. Et cum vidissent illum, ita sunt man-
fueti effecti, ut inclinarent capita sua, & adorarent B.
Pontianum. Quod cum vidisset omnis populus, exclamauit
voce magna, dicens: Vere magnus est Deus
Christianorum: dimittatur Sanctus Dei.

5 Tunc videns Fabianus seditionem in populo fieri, *In se fa-
iussit eum iterum in carcerem retrudi, & ibi eum per me necari,
duodecim dies relinquvi, donec fame cōfēctus spiritum pascitur
exhalaret. Cūq; reclusus esset in carcere, ecce circa fine-
diā noctē apparuit ei Angelus Domini in iino carceis
cum cibis cælestibus, & confortauit eum, dicens: Forti
animo esto, & viriliter age. Post duodecim dies vene-
rant ministri, vt tollerent corpus eius; existimabant enim
eum mortuum esse præ nimietate famis; & inuenie-
runt illum psallentem, & dicente: In Domino confi-
do, non timebo quid faciat mihi homo.*

6 Renuntiauerunt Iudici ministri, quia nihil mali sensit Pontianus. Tunc Fabianus Præses præcepit vt e-
duceretur de carcere; & iussit liquefieri plurimum, &
perfundi dorsum eius. Et dum hæc audissent ministri, *Plumbo*
attulerunt æneum cacabum, & fecerunt eum cum plum-
bo feruere, & nuntiauerunt Presidi paratas esse poenas. *liquefacto*
perfundi-
tur.
Audiens hoc Præses, ait: Extendite eum in lectum fer-
reum, & perfundite eum; fortè exterritus sacrificabit
diis. Tunc ministri tollentes cacabum æneum perfude-
runt dorsum S. Pontiani. Et sicut enatæ aqua in mar-
more, sic & plurimum de dorso eius enatauit. Et dixit
ad Præsidem: Ecce Deus meus de omnibus supplicis
tuis me eruit; & non erubescis? Iudex impius Fabianus
dixit: Audi me Pontiane, & sacrificata diis, & salua ani-
mam tuam. S. Pontianus dixit: Obmutesce infelix, &
noli auribus meis hanc iniuriam facere; quia dij tui dae-
monia sunt, muta & surda, qui nec te, nec sc̄ possunt
adiuware.

<sup>Pleditio
capite.</sup> 7 Audiens hoc Fabianus Index iratus est valde, & dixit: Contemptor deorum Pontianus, qui diis sacrificare noluit, spiculatori tradatur, & caput eius ab eo abcidatur. Quo dicto eduxerunt eum, & ibi genua figes, sanctam orationem fudit ad Dominum, dicens: Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui me ad hanc horam perduxisti, ut per agonem passionis diabolum confundarem in tuo sancto nomine. Et nunc, Domine, suscipe spiritum meum in pace. Et cum haec diceret percussit eum spiculator, & statim Pontianus consummauit martyrium ^g ix. Kalendas ^g Februarias. Et aduenerunt Christiani per noctem, abstuleruntque corpus eius a ^b pointe sanguinario, & sepelierunt eum in pace, non longe à muro ciuitatis Spoletinæ, in fundo qui appellatur Lucatius; & sepultus est: quinto decimo Kalendas Februarij, & dederunt omnes gloriam Deo qui vicit inimicos, & coronat Sanctos: ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen.

a *Mombrit. Fauianus.*

b Ita MSS. & ferè veteres scriptores, qui urbem ipsam Spole-
tium dicebant, quæ recentioribus est Spoletum, ciuesq; Spoletanis,
vniq; & hic habet Monobritius.

c Mombr. lapidatus est

*d. MS. R. 1. vñcinos. Mombr. vñcos. his impatit ianari man-
tyris corpus volebat tyramus. Alias rei ad supplicia, eorumq; ca-
dauera in cloacam, unco tracta. Vide Baronium in Notis.*

f Cornelius Grapini ait duodecimā nocte apparuisse Angelum,

f Cornelius Graecus ait anno octavo nocte apparuit angelus
quod non est verisimile.
g Monbr. Septembr. At nullo in Martyrologio eius mentionem
eo die reperimus.
h Rosvveydus stellagie vertit, quod Teutonicè scenam, pe-
gma, theatrum significat. Fabricius & Adriani bloet brugghe,
quod sanguinis pontem sonat: & videtur locus frisse ad pontem
fortassis, qui quoddam rei ibi supplicium fumeretur, Pons sanguini-

D E

DE TRANSLATIONE S. PONTIANI

EX VARIIS.

SPOLETO VLTRAIECTVM.

AN. CH.
DCCCLX
viii.
S. Pontia-
nreliquia
Spoleto;
pars Ultra-
iecti,

1 **A**speruantur Spoleti S. Pontiani reliquie in ecclesiâ eius nomini dicata, sitâque extra vrbis muros. Offa tamen aliquot in Belgiam à Baldrico XV. Ultraiectino Antistite deportata sunt. De his preter superius citata Martyrologia, MS. S. Lamberti Leodij: Apud Spoletum passio S. Pontiani Martyris, in ciuitate Traiectensi translati. Et Martyrologium Gallobelgicum: Spoleti (vrbis est, & Ducatus in Italiâ) obitus S. Pontiani Martyris, sub Antonino Imperatore, ac Præside Iuliano (imò, Fabiano) flagra, prunas ardentes, plumbum liquefactum, rabiem leonum perpepsi. Corpus Ultraiecti quiescit. Erant solum, ut diximus, offa aliquot, in ingenti condita feretro, quo vulgo corpus S. Pontiani contineri dicebatur; quod in pluribus aliis Sandorum reliquis alibi obseruare licebit. Ea porro sacra pignora sub initium Belgicorum tumultuum, furori hagiomachorum subducta sunt, atque apud probos ac pios homines etiamnum afferuantur.

2 Meminist huius translationis Molanus in Indiculo SS. Belgij ita scribens: S. Pontianus gloriosus Beneuenti (imò Spoleto) Martyr, festum habet celebre per diœcœsum Traiectensem xix. Kal. Februar. Baldericus enim XV. Episcopus, Pontiani & Agnetis sancta corpora secum ex Italiam transtulit, & in Traiectensi Ecclesiâ honeste ingenti deuotione reposuit. Obiit is Præfus anno 977. Eadem idem Molanus in Natalib. SS. Belgij, Guilielmus Gazzæus in historiâ Ecclesiastica Belgij, & alij. Translationem ita describit Ioannes Beka in Baldrico: Hic Episcopus anno Domini DCCCCLXVI. transcendens Alpes deuenit in Italiam, vbi pro quibusdam vtilitaribus Ecclesiæ, Regis Ottonis exquisiuit præsentiam. Demum idem Antistites valedicens Regi corpora sanctorum Martyrum, Pontiani, Benigni, & Agnetis secum transtulit ac in Ecclesiâ Traiectensi cum ingenti deuotione reposuit. Eadem Testonica recitat Rosvreydus in Ecclesiastica histor. Belgij, & Dionysius Mutzardus. De Baldrico hos antiquos versus profert Heda:

Præfus Baldricus Traiectum magnificauit,
Funditus à Danis euersum quod reparauit;
Nobilis atque pius est omni stemmate dignus,
Per quem venerunt huc Pontius, Agna, Benignus.

3 In officiis propriis Ecclesiâ Ultraiectina hoc die lect. 6. ista habentur: Cuius (Pontiani) corpus iuxta muros vrbis Spoletanæ primò sepultum, posteâ anno 966. cùm Otto Romæ Imperator effectus in Germaniam victor rediret, studio pij Præfus Balderici, Ultraiectum ad pontificalis Sedis aulam delatum est. Vnde eius festum celebre per totam diœcœsum die 14. Ianuarij colitur. Eadem habet Molanus in Natalibus; eadem fere Haren. Gazzæus vero: Pars magna sacrarum eius reliquiarum inde (Spoleto) ab Ottone Imperatore asportata anno 966. donataque est Ultraiectino Antistiti Balderico, ad suæ Ecclesiæ or-

natum ac præsidium. In MS. S. Martini Ultraiecti, post Aetate S. Pontiani isthat habebantur: Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXVI. anno verò XXXI. regni Ottonis, imperij IV. corpus B. Pontiani Martyris, Ottone Imperatore Romæ effecto, ab Italiâ in Germaniam victore reuerso, prolatum est, Traiecto videlicet pio Præfus Balderici studio acquisitum; qui huiusmodi affectum Deo proprio perdixit ad perfectum. Mox voti composta tem vnâ cum suis thesaurum diu desideratum adeptus, cum gaudio & honore suscipiens, intra Pontificalis Sedis aulam locauit, ubi nunc colitur, veneratur, inuocatur à fidelibus.

4 Sed chronologia pañim ab hū non est accuratè obseruata. Otto Magnus anno Christi 961. in Italiam cum exercitu profectus, an. 962. à Ioanne XII. Imperator coronatus est. an. 965. in Germaniam redit, quo anno frater eius S. Bruno Colonensis Archiepiscopus, Balderici discipulus, II. Octob. obiit. Anno 966. sub autunnum rursus in Italiam abiit Otto. an. 967. Pascha Rauenna cum Ioanne XIII. celebravit; filium deinde in Italiam euocauit, vt est in Appendix Reginonis. Hic in nativitate Domini coronam à beato Apostolico in imperij dignitatem suscepit; vt ipsemet parens in epistolâ ad Hernimannum & Thiadericum Duces narrat, apud VVitichinum Baldricus. dum Corbeiensem lib. 3. sub finem. Tum igitur profectus in Italiam videtur Baldricus, sive sponte suâ comitatus ed est Ottone II. Regem, sive ab Ottone I. euocatus. Nam anno 967. Otto Imperator, vt scribit Lambertus Schafnaburgensis, misit Legatos suos ad VVilhelmum Archiepiscopum (Moguntinum) & alios Principes, vt Ottone filium suum cum omni dignitate regali ad Italiam mitterent; quem ipse suscipiens Romam perduxit, vt Papa Ioannes posterior Imperatorem faceret: quod & libenter fecit.

5 At cùm diutius commoratur in Italiâ viderentur Imperatores, reddit in Belgiam cum sacris pignoribus Baldricus. An. 968. Quo verò die solemniter in suam Ecclesiâ ea intulerit, haud reliquias comperimus. Sauffaius suprà. 14. Ianuarij statuit translatio in Belgij astulit; nem ad Ecclesiam Ultraiectinam; 19. susceptionem, Sanctiq; natalem; (at hoc saltēm perperam:) iterumq; 2. Septembri susceptionem earumdem reliquiarum. At que 2. Septembri in aliis quoque Martyrologiis consignatur S. Agnetis (fortassis Pontiani quoque & Benigni) translatio, ea facta est anno 1421. per Fredericum Blanckenheimum Episcopum, vt 21. Ianuarij dicemus. Ast in quodam non ita veteri quo dicitur MS. ista leguntur ad 14. Maij: Item translatio S. Pontiani Martyris de Spoleto ad Traiectum inferius.

6 Viget porro etiamnum Ultraiecti, et si publicè abdicatis Poncen Ecclesiæ Catholicæ sacris, consuetudo, hoc dix xenia largiendi; & Agnetis quibus octauo pñst die, festo S. Agnetis, mutua rephantur: ea, hocq; Poncen & Agneeten vocant, quasi dicas ad S. Pontiani, Sanctæque Agnetis honorem munera impertiri.

DE SANCTIS MARTYRIB. AFRICANIS,

PAVLO, SVCESSO, VICTORINO, SATVRO, MISSORE,
GERONTIO, LVCRETIO, IANVARIO, AGAPITO,
CRVCESSIO, EVFRA, FLORIDA, THEOCOSIA,
& aliis octo.

XIV. IA-
NUAR.
Vetusissimum Martyrologium MS. Hibernicum: Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Missoris, Gerontij, Lucreti, Ianuarij, Agapiti, Crucifixi, Eufræ, Floridae, Tue ... Casii, & aliorum octo. Per antiquum MS. S. Hieronymi: Et in Africâ Pauli, Successi, Victorini,

Saturi, Missoris, Geronti, Lucreti, Ianuari, Floridae, & Theocosia. Videtur pro Theocosia in MS. Hibernico Caciaponi, & Tucus. Discrenet, si quod aliquando proferatur his duobus simile Martyrologium XIX. Ianuarij quidam recententur horum normalius cognominis Africani Martyres.

DE

DE S. FIRMINO EPISCOPO

MIMATE IN GALLIA.

XIV. IA-
NVAR.Mimate
verbis.S. Firminus Epis.
quando vi-
xerit.

Cuitate Gaualitanorum, quam viri eruditi proprio nomine Anderitum dictam fuisse autem, eversa; Mimate, vulgo Mende, sive Mandie, anteà viculus intra montes Cebennicos, in profunda valle situs, sed veterum Episcoporum domicilio sepulchrif, nobilis, caput extitit gentis, muris incincta, ornataq, Episcopali Sede sub Bituricensi Archiepiscopo, et si seculari iurisdictione ad Galliam Narbonensem spectet, ut pluribus prosequitur Guilielmus Catellius lib. 2. Historia Occitanica cap. 11..

2. Veneratur porrà Ecclesia Mimatensis proprio officio, 14. Ianuarij, S. Firminum Antistitem suum! Quo is tempore vixerit, haud asseritur: ab eodem tamen Catellio & Ioanne Chenu, recensetur medius inter S. Priuatum, qui, vt 21. Augusti dicimus, Gallieni & Valeriani tempore à Crôco Alamannorum Rege interfactus est; atque inter Genialiter, qui concilio Arelatensi I. subscriptis, anno 314. Genialis Diaconus de civitate Gabalum, proutincia Aquitanica. Claudio Robertus post S. Veranum, qui sub Valente vixisse traditur, (si tamen in Gaualitanus Episcopus fuit, & non perperam accipitur pro Verano Episcopo Cabellicarum, qui anno Christi 585. concilio Matissonensi II. subscriptis, quod 14. Nouembri ad eius vitam disquiremus) & S. Hilarium, qui concilio Arvernensis anno 535. interfuit, vt 25. Oct. dicimus, eum locat. Sed Leonicu, cuius nomine Optimus Diaconus concilio Agathensi anno 506. subscriptis, omisit Robertus; & imperfectum esse Gaualitanorum Episcoporum catalogum patet ex S. Priuati vitâ, è quâ isthac citat Catellius: S. Priuatus Episcopus Sédem habebat in viculo Mimatensi, quod qui ante eum Episcopi illuc fuerat, eo loco & comitiorati & sepulti essent. Atqui ante Priuatum solus commemoratur S. Seuerianus, de quo 25. Ianuarij, ut suspicari liceat Firmimum fortassis ante Priuatum sedisse.

3. Fallitur tamen Ferrarius qui in generali catalogo SS. ita

scribit: Gabalis in Galliâ S. Firmini Episcopi primi ciuidem vrbis. nam S. Seuerianum primum fuisse omnes cōsentiant. Sauffaius quodquè post S. Veranum sedisse scribit, cùm tamen in Supplemento Martyrol. S. Veranum patriâ quidem Gabalitanu faciat, sed Cauelichensem Episcopam. Ita verò 14. Ian. scribit: Mimate Gabalorum S. Firmini Episcopi & Confessoris, qui in florenti Ecclesia aetate, cùm fides Catholica iam de Ariana perfidiâ triumpharet, præcipuisque Doctoribus & sanctissimis Patribus religio Christiana toto iam orbe diffusa perfulgeret; post S. Veranum huius Sedis factus Antistes, suâ sanctitate & doctrinâ, propria non modò Cathedræ magnum decus inuexit, sed Galliae quoq[ue] vniuersae vbet ornamenato ac subsidio fuit, eximio præstantis sua virtutis fulgore, & vigilantiae solertiaque pastoralis indefesso studio. Demum exacto cum magno animarum lucro diuino munere, radiis signis ac meritis, ad beatitudinem euolauit.

Eius corpus, inquit Chenu, adseratur apud oppidum Canonicanum in templo cœnobij. De eo Ferrarius in Notis: Eius corpus cùm diu latuisset, eo reuelante inuentum, in oppido, cui Canonica nomen est, in territorio Gaualitano, honorifice conditum est, vt Odo Gisseius vir doctus Societas Iesu nuper nos certiores fecit. Id porrò oppidum vulgo la Canourgue dicitur. De eadem Inventione Sauffaius in Supplemento Martyrologij ad 14. Ianuarij: In oppido Banacensi tractus Gabalitani in aulâ S. Martini, teuelatio S. Firmini Episcopi Mimatensis & Confessoris, cuius & beatus transitus hodie recolitur. Corpus verò sacratissimum in ipsâ ecclesiâ S. Martini, ad aram S. Iuliani magnâ veneratione obseruatur, vbi & crebris beatus Cöfessor rutilat miraculis, quæ in solatium sunt opem eius plè poscentium.

Reliquie.

Eius elas-
gium ex
Sauffaios.DE SANCTIS MONACHIS MARTYRIBVS
SABBA, ESAIA, ET ALIIS XXXVI,

IN SINA MONTE ARABIÆ.

S. DIO-
CLÉT.
XIV. IA-
NVAR.Due eorū
classeis.

Sina, qui & Sinai, Arabia mons, Moysis Propheta memoriam acceptarunt, calitus legum, toto orbe celeberrimus fuit; nec Christianorum postea exors sacrorum, quorum alijs qua etiamnum vestigia supersunt, monachorum circum sua asceteria, sed variis Gracorum Aegyptiorumq[ue] erroribus viciata. Describit ea Petrus Bellonius Cenomanus lib. 2. Observation. cap. 62. & sequentibus. Plurimi alioquin olim in monte sanctissimi viri degere, vt 30. Maritij, cùm de S. Ioanne Cluniae erit sermo, & alibi ostendemus. XIV. Ianuarij ubi, Marvari sancti Patres à Gracis Latinisq[ue] celebrantur, quorum alijs tare. Diocletiani, alijs Theodosij junioris estate à Saracenis isthie interfici fuere. Nam vt primùm solitarii colere vitam p[re]i homines, & cœpere, opportuna visa isthac loca sunt, qua tum vetustis illis sacra religiōnibus essent, tum altissimam quietem praberent, rupibus propè inaccessis: fortassis & latebra primùm hic captata, ita quos tyrannorum metus Aegypto Syriaque exegerat, quæ eadem causa inulta Thebaidos solitudines adiit primùm habitataq[ue], supra 10. Ianuarij in S. Pauli vitâ diximus.

2. Porro duas illas Marryrum classes, quas hoc 14. Ianuarij die colli diximus, confudit Martyrologium Romanum: In monte Sina, inquit, sanctorum triginta octo monachorum à Sarracenis ob Christi fidem interfectorum. Et Molanus ac Menologium Gracorum: Die decimaquarta sanctorum Patrum in Sina & Rhaiti interfectorum. Christophorus

quicunque Patricius: Raithu etiam Abbates & montis Sinæ. Distinguunt S. Nilus in historiâ cadiis suorum aequalium infra nu-
28. Mortui, autem sunt consummati septimo die post Theophania, qui est quartusdecimus mensis Ianuarij. Et mox: Interempti verò sunt alijs quoque multis ante tem-
poribus, quorum ipsorum quoque commemorationem, propter via longitudinem, & eorum qui congre-
gantur multitudinem, eodem die peragunt.

3. Disertè de prioribus his Menologium ab Henrico Catilis editum: Certamen sanctorum Patrum in Sina interfe-
ctorum à Saracenis, temporibus Diocletiani & Petri Alexandrinii: fuisse autem Patres interfecti xxxviii. ex quibus Hesaias & Sabas reperti sunt viui, alijs verò mor-
tui sunt inuenti. Menea & Anthologion à Clemente VIII. ap-
probatum sub eodem titulo Patrum in Sina interfe-
ctorum, primùm agunt de iis quorum cadem S. Nilus descripsit, tum de
vetustisib[us] his illa subdunt: Longo verò ante tempore,
Diocletiano imperante, Alexandrinam Ecclesiam Petro
administrante, occisi alijs sunt, qui & ipsi in Sina monte
degebant. Egressi enim eiusdem montis accolæ Sarace-
ni, cùm eorum Tribunus esset extinctus, multos occi-
derunt sanctorum anachoretarum, ceteris in munitio-
nem confugientibus. Apparuit verò Saracenis noctu
flamma velut vniuersum perurens monterem, quæ ad cæ-
lum usque efferti videbatur. Illi prodigio territi, abiectis
armis

armis profugere. Fuere verò, qui primùm imperfecti sunt, trigesita octo; quorum corpora diuersis truncata vulneribus. Duo ex ipsis spirantes adhuc reperti Sabbas & Esaias. Quibusdam præcisæ penitus ferro ceruices erant, aliis vnâ parte pellis hærebat, quorumdam dissecta per medium corpora. Eos duo sepelierunt monachi, qui & hæc retulere.

Que isthic munitione. 4 Haec enim Menea. Quod verò memoratur hic munimentum, ḥx̄ēωμα, in quod se quidam receperè monachorum, id in monte Oreb, Sina vicino, fuisse conicere licet, in cuius vertice planitem extare scribit Bellonius lib. 2. ca. 63. inq. et templum extuctum loco quo Elias commoratus esse dicitur: altius porrò gradus lapide solido excisus, atque portam, quæ olim ad graduum initium claudi solebat, ut id latutus se iungeret; ut qui præsidium isthinc collocare velit, descens ex monte in eum locum facile arceat. Non tam tunc tunc præsidium Romanorum militum arbitramur fuisse, saltem Diocletiani astate, sed persiguum quoddam accolarum, in quod sua deportarent, planam regionem incurvantibus Saracenis.

5 Ambigat quispiam, quosnam primūm imperfectos, numero XXXVIII. Menea afferant; an prius isthinc memoratos, Quot fuerint. S. Nili aequales, an vetustiores. Hi videntur intelligi. Nam S. Nilus eti⁹ accurate etiam minima persecutus, nec Phylarchi, sive

Tribuni, extincti, neque actorum in fugam, ignis portento, bar- Ex va-
barorum, meminit; nec superstites Esaiam ac Sabbathum com- riis
memorat, sed solum Theodulum Presbyterum nōdum omnino
exanimem repertum resert. An, ut omnino afferere Menea & Anthologiorum videntur, inter trigesita & octo censendi Sabbas &
Esaias, haud aquæ perspicuum; cum XL. Parres coli memo-
rentur, nec tot S. Nili tempore videantur occisi, & plures multò
sint, si utrius simili iungantur: nisi forte quadragenario nume-
ro celebratur, qui plures fuere, quod is numerus ipso loco non uno
mysterio consecratus olim sit. Ferrarius in generali catalogo SS.
In monte Sina sanctorum Martyrum XL. monachorum.
Sed fallitur dum in Notis scribit eosdem videri, qui in Martyro-
logio Romano in Raithi regione casi referuntur. Multis enim
milliaribus ab Oreb & Sina distat Raithu, ut infra dicemus. Eorum
Horum XL. Martyrum memoria dicatum videtur monasterium, monaste-
rium quo Bellonius lib. 2. cap. 63. Ad cuius (montis Oreb)
radices exiguum monasterium Saranda Pateres nuncu-
patum, sicut est. Volsuit forte ποστερόν τα Πατέρες scri-
bere. Et diserte sequenti capite vocat monasterium quadragesinta
Patrum; sive ibi commorati interempti sint, sive solum eo-
rum isthinc agatur celebritas, ad quam olim frequens confluere
populus è longinquis etiam locis consuevit, ut ex S. Nili verbis
superius relatis patet.

DE S. FELICE CONFESSORE PRESBYTERO NOLANO.

§. I. S. Felicis sacrata publicè memoria.

XIV. IA-
NYAR.

S. Felicis
nomen in
Martyrolo-
gia,

S. Hiero-
nymi,

VVandel-
berti,

Vſuardi,
Rabani,

Bellini,
MSS.

I  Llustre cumprimis S. Felicis Presbyteri nomen, tum quia innumera ad eius sepulcrum patrata à Deo miracula, tum quid praconem natus Paulinum, de quo infra. Confessorem an Martyrem dicas, haud intereft, licet mirari se Ferrarius scribat in Catalogo SS. Italiæ, à quibusdam inter Confessores censerit, quem Ecclesia vniuersalis inter Martyres celebret. Breuiarium Romanum & Paulinus paſsim Martyrem nuncupant; at ceteri, non omnes, nec iudicem semper. id mox patebit. Multos ille quidem cruciatus perpeſſus est, non ius tamen immortuus, quin adeo incolunus plures ſuperuerixit annos. Eius omnia meminere Martyrologia; ſed quorundam prolixiora elogia mendo haud carent. Vetustiora fidei, puriora primūm dabimus. MS. S. Hieronymi: Nolæ ciuitate Campaniæ, S. Felicis. MS. Rhinavv. In Campaniâ Nolæ Felicis Confessoris. MS. Centulense, Beda preferens nomen: Apud Nolam Campaniæ S. Felicis Confessoris. VVandelbertus: Quam nonam & decimam conſtat Februi ante Kalendas. Eſſe diem, Felix facer & Confessor honorat.
2 Vſuardi plurima eaq; probata nota MSS. prætereaq; Parifensis editio & Molani, Rabanus, atque alia, Beda infigita nomine, MSS. Apud Nolam Campaniæ natalis S. Felicis Presbyteri & Confessoris, de quo B. Paulinus scribit Episcopus, quia cum à persecutoribus in carcerem mitteatur, & cochleis ac testulis vincitus superpositus iaceret, per noctem ab Angelo solutus atque eductus est. Eadem habet vtrumque MS. Vſuardi quod in monasterio S. Germani Parisiis afferuatur, niſi quid Episcopum pro Presbytero vocat, addiuq; alium S. Felicem Presbyterum & Confessorem, de quo nos infra. Bellinus: Apud Nolam Campaniæ natale S. Felicis in Pincis Presbyteri & Martyris, de quo S. Paulinus. cete. a ex Vſuardo. Eadem ratione MSS. Ecclesia S. Gudila Bruxell's, Florarium, aliaq; addunt: sepultusque est iuxta urbem in loco qui dicitur Pincis, ubi virtutibus fulget. MS. Kændarium monasterij S. Ioannis Capue: Depositio S. Felicis in Pingis, Presbyteri & Confessoris. Aliud MS. Capuanum Kalendarium in San-
Tom. I.

ctuario Michaëlis Monachi: SS. M. Felicis in Pincis Presbyteri & Martyris, & Felicis Nolani Episcopi & Confessoris. Sed de Pincis poſtē quaremus.

3 Martyrologium Romanum: Nolæ in Campaniâ natu- lis S. Felicis Presbyteri, qui (vt S. Paulinus Episcopus scribit) cum à persecutoribus post tormenta in carcerem mitteretur, & cochleis ac testulis vincitus superpoſitus iaceret, nocte ab Angelo solutus atque eductus fuit: postmodum verò ceſſante persecutione cum vitæ exemplo ac doctrinâ multos ad Christi fidem conuerſiſſet, clarus miraculis in pace quieuit. Galeſinius: No- Galſinius.
la in Campaniâ S. Felicis Presbyteri & Confessoris. Hic in falſos deos vehementius inuectus, in carcerem ab infidelibus detruditur, & adſtrictus vinculis, ab An- gelo nocte solutus liberatur ac liberatur.

4 Petrus de Natal. lib. 7. cap. 138. hunc Felicem 30. Apr. refert. Maurolycus quoque & Ferrarius: Nolæ in Campaniâ Celebris Felicis Presbyteri & Confessoris. Monet Ferrarius diuerſum memoria, esse ab eo qui 14. Ianuarii. colitur. Erit igitur Romanus, qui No- etiam alii la quoque mortuus. Aſt amborum acta non confundit Petrus, diebus. vt Ferrarius putauit, ſed de ſolo agit Nolano. Idem Ferrarius, 31. Auguſti coli Venetiis S. Felicem Presbyterum ac Confessorem teſtatur, habereq; parochiale ſibi dicatam eccleſiam; ſed ipſe eumdem eſſe arbitratur, de quo hic agit Romanum Martyrolo- gium & Breuiarium. Eudem ſcribit Michaël Monachus Ca- puæ frequentiſſime cultum; vt patet, inquit, ex eccleſiis in partibus Castelli ad mare, in Murone, prope S. Pri- ſcum, in terrâ Capuanâ in partibus S. Clementis & Bellonæ.

§. II. Duo SS. Felices Presbyteri.

5 Abbroſius Leo Nolanus rer. Nolanar. lib. 2. cap. 13. Aſcribit ob vnum S. Felicem Presbyterum Confessorem, plures SS. tum ei tum pluribus cognominibus Diuī cæremonias Felices. ac facella Nolæ increuſiſſe adeo, vt ſolorum Nolanorum videantur credanturque eſſe Diuī Felices. Verū & in hoc falſit, quid Felicem illum Romanum Presbyterum, Cir- ceiis à Probo Tribuno Nolam deductum, ibi⁹ mortuum, exiſtmet cumdem eſſe qui à S. Paulino tot natalibus laudatus eſt; & neminem vnum e Diuī Felicibus Nola natum. Natus eſt S. Felix

K k k

Ex VA-
RIIS.

Ex VARIIS. Felix Episcopus Martyr, de quo 15. Novembris; natu Felix Presbyter, Hermia Syri filius, cuius pricipue encomia S. Paulinus prosecutus est. Vixit tamen obitq^o, Nola Romanus ille Felix; occisus quoque ibidem ficerat Felix Tubzocensis, siue vt Baronius legendum putat, Tibirense, in Africā Episcopus, qui 24. Octobr. Venusia in Apulia colitur. Omitto alios, quos Nola alibi afferemus. Ast omnium fœdè perturbata, vt compendio in Martyrologis traduntur, res sunt; adeoq^o, & Episcopus, & Afer ille, & Martyr Romanus viā Portuensi sepultus, buc translati. In Fortasū quid primarium illum, Hermia filium, alij Martirem, alij Confessorem, quidam etiam Episcopum scriberent, vt §. I. diximus; factum vt alius Felix Martyr, Confessor alius, & Episcopus denique aliunde buc reuocarentur. Alij Romani Martyris Felicis germanum Felicem Presbyterum cumdem cum Nolano arbitrati, hunc Romani fratrem fecerunt, & res ab iis gestas confuderunt.

6 Cum ergo Romanus Presbyter, Nola, in ecclesia, die
Dominico, peracto sacrificio, pace populo impetrata, obiisse
scribatur; id Nolano Hermia filio tribuit Martyrologium
Germanicum. Idem tradit Coloniense Martyrologium, & in
Germania. A Nolano companion inquit na-

Pincis sepultum: Apud Nolam campanie, inquit, natale S. Felicis Presbyteri & Confessoris, de quo Beatus scribit Paulinus Episcopus, quia cum a persecutoribus in carcerem mitteretur, & cochleis & testulis vinclis superpositus iaceret, per noctem ab Angelo solitus atque eductus est. Tandem pace redditus ad Ecclesiastiam suam rediit, & ibi in pace quieuit. Nam Dominica die, mysteriis confessus, datâ pace, coram omnibus se in paumentum oraturus proiecit: mox beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post grauia pro Christo tormenta quæ patienter tulerat, felicia regna conscendit; sepultus iuxta urbem in loco qui dicitur Pincis, vbi claris semper fulget virtutibus. *Eadem pauculis verbis variatio memorat MS. Martyrologium S. Maria Ultraiecti, & paulo fusius Ghinius.*

Beda, 7 *Beda vulgatus*: Apud Nolam Campanæ B. Felicis Presbyteri. Hic à Maximiano Nolanæ vrbis Episcopo presbyterij honore prælatus est. Qui cùm multa à perfidis pro nomine Christi pateretur, volentibusque omnibus eiusdem vrbis vt Episcopus leuaretur, non consensit: sed alterum eligens ad Pontificatus honorem, ipse duodecim post annos, cessante persecutione, Dominicâ die, mysteriis confectis, datâ pace omnibus, se in paumentum oratus proiecit: moxque beati viri animâ de carnis ergastulo egressâ, felicia regna ipse ver felix concendit: sepultusque est iuxta vrbem ab Helpidio sancto Presbytero in loco qui dicitur Pincis, vblastis fulget virtutibus.

8 Norkeru etiam relegatum tradit, quod soli videtur Romano Felici accidisse: In Campaniâ, inquit, Nolâ ciuitate, Felicis Presbyteri, cuius Episcopus Maximus cum persecutio-
ne tertitus fugisset in eremum, B. Felix captus &
vinculis astrictus, ante Præsidem est adductus, & fusti-
bus cæsus. Deinde in equuleo tortus, & in carcere vin-
culatus, & cochleis ac testulis superpositus; nocte ab
Angelo Domini, confactis catenis, & scissâ trabe, quâ
pedes eius astringebantur, Sacerdotem suum requirere
iubebatur. Quem cum senio prægrauatum, fame con-
sumptum, gelu constrictum, clausis oculis, strictisque
dentibus, semiuiuum vixque spirâtem ægrè tandem ali-
quando reperisset, & non haberet quid defecto seni
portigeret; ecce subito de sentibus vuam dependere
miratus, in os Confessoris expressit, ac refocillatum at-
que humeris impositum ad ciuitatem perduxit, ac sub-
tugurio cuiusdam viduæ clanculò pauit. Deinde captus,
& in exilium trusus, cum multos ibidem per signorum
ostensionem conuerteret, post inde regressus, cum ire-
rum ad tormenta quereretur, sed diuinâ prouidentiâ
occultatus, apud Nolam multis virtutibus illustrissimus
emineret, adeò ut cunctus populus eum sibi Pontificem
postularent, non consensit; sed alio pro se ordinato, ipse
nihilominus per duodecim annos Dei seruitio insistens;

Dominicā die, mysteriis confectis, migravit ad Christum, sepultusque est non longè ab urbe Nolā, in loco qui dicitur Pincis.

⁹ **Franciscus Maurolycus:** Apud Nolam Campaniæ, ^{Mauroly-}
Felis Presbyteri, qui coram Dracone Præside multa
contra deos gentilium differuit, frater minor natu alte-
rius Felicis, de quo III. Kalend. Septembris: & cùm
Maximianum Episcopum suum latentem, inediâ gelu-
qué afflictum refocillasset, post cruciatus, vincla, & ex-
ilium ad montem Circæum ad lapides cædendos, mi-
raculis clarus, contempto Præsulatu, migravit ad Chri-
stum, sepultus iuxta urbem in Pineis ab Elpidio Presby-
tero. **Mox & Romanum Martyrem Felicem,** quem in III.
Kalend. Septemb. reiecerat, subiungit.

10 Mista quoque omnia in MS. vetusto Domus professio So- MS.
cietatis Iesu Antuerpiae; Apud Nolam Campaniae S. Felicis

ceratus leu Antuerpia. Apud Nolanum Campanam s. Pincis
Presbyteri. Hic à quodam Nolanæ urbis Episcopo pre-
sbyterij honore præditus est. Deinde verò persecutione
inguente de nomine Christi coimprehensus, & in ex-
ilium deportatus beatus Martyr in monte qui vocatur
Circeio, vbi lapides excidebantur, vt ipse cum damna-
tis pari modo cæfor lapidum esset: vbi Probi cuiusdam
Tribuni filiam liberauit, vxoremque eius ab hydropisi
morbo curauit, ipsumque Probum cum uxore & filiâ
& pluribus aliis in Christo baptizauit. Ipse verò B. Felix
post duodecim annos, quos apud Nolanum cessante per-
secutione fecerat, Dominicâ die, mysteriis confectis,
datâ pace omnibus, se in paumentum oratus proie-
cit: mox beati viri animâ de carnis ergastulo egressâ,
post grauia pro Christo tormenta qua patienter tule-
rat, felicia regna ipse verè felix concendit: sepultusque
iuxta urbem ab Elpidio venerabili Presbytero, in loco
qui dicitur Pincis, vbi claris semper fulget virtutibus.

§. III. Acta ex Adone utriusq. Felicis confusa.

ii **A** Pud Nolam Campaniæ, natale B. Felicis Presby-
teri. Hic à Maximo Nolanae vrbis Episcopo pre-
sbyterij honore prædictus est. Cùm autem Imperatorum
decreta Christianos insequi præcepissent, Maximus Pon-
tifex iam senio prægrauatus, putans se non posse ferre
supplicia, siluarum saltus adiit. Quos dum turbidus de
*SS. Felice
Presbiteri & Con-
fessores du-
confusi ab
Adonē.*

persecutione pererrasset, affectus fame, gelu attritus, solo corruit semiuiius. At B. Felix Presbyter captus, & vinculis adstrictus, ante Praesidem Draccum adductus, cum multa de portentis deorum, quod nihil essent, disputaret; cumque Praefectus immolare intolleret, respondit: Inimici estis deorum vestrorum. Ad quaecumque enim me deorum vestrorum tempa duxeritis, hoc eis eueniet, quod euenit illis, ad quem meum fratrem Felicem vos duxisse paenituit. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Iesu Christi, me ad Capitolium ire iubete, ut ipsum Iouem principem demoniorum vestrorum ruere faciam. Mox impius Iudei compressis auribus suis iussit eum fustibus caedi, deinde equulei tormentis applicari: inde carceri includitur, in quo non mediocribus vinculis adstrictus, cochleis, ac testulis suppositis extenditur. Et ecce nocte media Angelus Domini confractis catenis, scissaque trabe, quae pedes eius conclusi tenebantur, ait illi: Surge & egredere, ac require Sacerdotem tuum, inuentumque reduc ad urbem, & absconde, ne inedia ac fame depereat, donec desinat persecutio. Dumque B. Felix egressus Sacerdotem & Episcopum suum requireret, inuenit illum solo prostratum, clausis oculis, strictisque detibus vix spirantem. Et cum anxie requireret, quid alimenti defecto seni porrigeret, ecce subito de fentibus vuam pendere miratur: de qua aliquibus granis in os Confessoris Christi expressis, paullulum senior refocillatus surrexit. Quem humeris impositum Felix ad ciuitatem detulit, & sub tugurio cuiusdam vidua commendatum, alimento pauit. Deinde captus in exilium deportatur beatus Martyr in monte qui vocatur Circeis, ubi lapide excide

excidebantur, ut ipse cum damnatis pari modo lapidum cæsor esset. Vbi Probi cuiusdam Tribuni filiam à dæmonio liberauit, vxoremque eius ab hydropisi morbo curauit, ipsumque Probum cum vxore & filia & pluribus aliis in Christo baptizauit. Post deinde cùm regrefsus esset, crescente persecutione iterum mittitur persecutor ex numero apparitorum, qui B. Felicem teneret. Quem cùm sollicitè requireret, & eumdem Felicem interrogaret, si nosset vbi Felix Presbyter lateret; *d* Hac, inquit, Felix parte abiit. Persecutore discedente, Felix latebram petuit. Sed nec mora, persecutor ipse subsequitur. At Martyr inter parietes dirutos occulebatur, vbi in ipso primo domus introitu araneorum telæ dependentes intus neminem tunc intrasse fidem fecerunt. Quâ visione delusus iniamicus abscessit. Sic Martyr ad alium locum demigrans, à muliere quadam per tres menses pastus est: cuius tamen faciem, dum iisdem latibulis celaretur, nullo modo vidit. Postmodum verò apud Nolam Pontificem dæmoniorum ad Christum conuertens, templum Apollinis, prius dæmone, qui responsa dabat, expulso, diuinâ virtute deiecit. Virtutibus itaque adeò illuſtris, cùm veller vniuersus populus Nolanus vt leuaretur Episcopus, non confensit, sed alterum in Sede Pontificali eligens, ipse post duodecim annos, quos apud Nolam ceſante persecutione fecerat, Dominica die, mysteriis confectis, datâ pace omnibus, se in pauuementum oratus proiecit: moxque beati viri animâ de carnis ergastulo egreditâ, post gratia tormenta, quæ patienter tulerat pro Christo, felicia regna ipse verè Felix concedit. Sepultusque iuxta urbem, in loco qui dicitur Pincis, vbi claris semper fulget virtutibus, ab Helpidio venerabili & sancto Presbytero. *e* Hic etiam beatissimus Martyr & Confessor hæreticis inuiditissime restituit.

a MS. Lobiente, & S. Laurentij Leodij: At B. Felix captus ante Præsidem Draccum adducitur, nolensque sacrificare, post nimiâ fustigationem, & equulei tormentum carceri includitur: vbi noctis medio vinculis ac trabe, quâ stricte tenebatur, ab Angelo solitus, vt surgat, Sacerdotemq; suum querere abeat moneretur. Cumque egressus Sacerdotem & Episcopum suum requireret, *c* Qua præter Dracci Praefeti nomen, omnia S. Felici Nolano conueniunt; cùm ea qua edita sunt à Rofveydo, sumpta sint ex alterius Actis, uti & alia quadam etiam in illis duabus MSS.

b Hinc patet, Roma hec gesta; quamquam alibi quoque Capitola.

c MS. S. Laurentij: Circeus.

d Alter omniō Beda in frâ, & alij. Ad Turonensem sequitur. *e* Sequentia defuit in MS. utroque; & recte: nam qui tunc, in Campaniâ presertim, hereticis Videntur illa potius S. Felici II. Pauli conuenire, de quo 29. Italiā agemus.

§. IV. S. Felicis Nolani Acta celebrata à S. Paulino.

s. Felicis natales 15. **H**oc felicior Felix noster, quod Paulinum nactus laudarem, quem genere, adeptis in Rep. honoribus, eloquen-
tiâ, Episcopatu, sed præcipue Christianâ humilitate ac religione clarissimum, ipsa Romana Ecclesia veneratur vice secundo Iunij. Hunc aucto florentem spectata coram Felicis ad tumulum miracula permouerant, ut quietam isthac sanctamq; exigere vitam statueret. Id vbi tandem tribus post lustris prestatre aggressus, quotannis eiusdem S. Felicis natalem XIX. Kal. Februari. nouo & S. Pauli natalitio carmine celebrabat. Horum carminum decem haec tenus non scripti. fuere in manibus; neque plura scripta essent, sat constabat: donec non ita pridem prolatum in lucem opusculum est Dungali retulsi scriptoris, qui ante annos octingentos Ludouici Pij & filiorum vixit atate. Hic sacratissima Crucis sanctorumq; reliquiarum & imaginum aduersus Claudij Taurinenſis Episcopi sententias propugnans, quindecim enumerat natales à Paulino cantatos, & fragmenta ex iis qui haec tenus ignorat, producit.

Paulinus à Dungalo laudatus. 13 Ipsius autem Paulini pulcherrimum hoc prefigit encomiū: Paulinus Episcopus vir eruditissimus & sanctissimus, sicut & multi de eo testati sunt, nobilem librum quindecim carminibus distinctum, in honore & laude S. Felicis

Martyris edidit: in quo quanta miracula & virtutes, per Ex v. A. ipsius merita & intercessiones, diuinâ largiente clementia, ad suum fieri quotidie tumulum, & maximè die Natalis eius anniversario disservit, non facile à quoquam exercepi & deflorari potest, quia cuncta flores, aromata, rosæ, lilia suaucoletitia ac melliflua sunt. Veriſimile hec pronuntiavit Dungalus. Subscribet qui attente ipſa Paulini poēmatā perlegerit; mirabiturq; Georgij Fabricij Chemnicensis impudentiam, Paulinum fugillantis, quasi Diuorum invocationem & merita sic exaggeret, vt Filij Dei Fabricius meritum obſcureret. At benè, quod illius factuli, verè heroici, censis no errore id peccasse Paulinum fateatur. Quod verò aliud se-
status: culum beatius fuit, aut doctissimorum virorum eruditione ac religione florentius?

14 Nec felicis historiam Grammaticus ille quād Theologian tractat, dum Paulinum ait Sub Maximo & Quinto Episcopis Nolanis Presbyterum fuisse, iisque in pontificatus successisse: propter religionem aliquando exulasse, & in carcere detentum fuisse: indeque in columnem Angeli beneficio euallis: idque ipsum de se scribere. Ac pōst, quod ex Magdenburgicis Centuriatoribus huius, Marciano imperante vixisse. Annis propè viginti ante Marciani imperium decepit, grandis natu: sed quod illud longeuitatis prodigium fuisse, si S. Maximi ac Diocletiani tyranni temporibus iam tum Presbyter fuisse? Minus quidem idem deinde Fabricius, fallitur tamen, dum S. Felicem Episcopum scribit, sed Catholicorum quodam, duces habet. Si sobrius aut Paulinum legisset aut qua iam relata scripsisset, animaduertisset de Felice priora ab eo, non de se memorari.

15 Paulinus igitur iis qui supersunt natalibus, Felicis res gestas, miracula, templi eius à se restaurati ornatum, concursum populorum, aliaq; p̄eclarata memorat. Eiusdem & in epistolis meminit, è quibus infrâ quedam dabimus. Sapius Dominae suum appellat, vt epistola 9. ad Seuerum: Habes ergo Paulinus à me libellos duos, unum versibus natalitium de mea S. Felicem solenni ad Dominaeum meum cantilenâ, cui corpore Dominae ac spiritu quotidie lingua autem quotannis pensito dulcissimum voluntaria seruitus tributum, in die festo confirmationis eius immolans Christo hostiam laudis, & reddens Altissimo vota mea. Et epistola 12. ad eundem: Basilica igitur illa, quæ ad Dominaeum nostrum communem Patronum in nomine Domini Christi iam dedicata celebratur, quatuor eius basilicis addita, reliquis Apostolorum & Martyrum intra apsidem trichora sub altaria sacratis, non solo B. Felicis honore venerabilis est. Et epist. 28. ad Vietricium: Quem Dominus experiri voluit potentiam apud se sancti sui Confessoris dilectissimi Felicis Dominae nostri. Vnde patet falli Ambrosium Leonem, qui lib. 2. de Nolâ cap. 11. scribit de ecclesiâ cathedrali: Templo autem D. Paulini, dedicatio templi fuit Dominedio: Deus enim tum Dominedius vocabatur; quod verbum in ore iurantium ac inuocantium Deum usque ad nostra tempora seruatum audimus.

§. V. Acta S. Felicis à variis descripta.

16 Ex S. Paulini natalibus breuem S. Felicis vitam con- vita S. Fe-
cinnauit S. Gregorius Turonenſis lib. 1. de miraculis lici scripta
cap. 104. quam cum MS. Ripatorij, & alij contulimus. Ali- à variis.
quantò fuisse Venerabilis Beda, quam & Surius edidit. De
eā ipse Beda in indiculo operum suorum post epitomen historia gentis Anglorum: Librumvitæ & passionis S. Felicis Cōfessoris, de metrico Paulini opere in profam transtuli. Aliam Marcellus Presbyter scripsit, dicauitq; Leoni Episcopo Nolano, cuius meminit Baronius in Notationibus ad Martyrol. & Molanus ad Vſuard. Hanc ex veteri codice manu exarato Ecclesie S. Audomari descriptissimus. Sed aberant miracula, quæ tamen se scripsisse idem auctor testatur. Ex Paulini epistolis quedam subiectemus. Ab his huius qui alij gesta Felicis tradidere litteris, Latinis ac peregrinis, Iacobus de Voragine, Vincentius Bellouensis lib. 18. cap. 39. Franciscus Haranus, Zacharias Lippelous, Henricus Fabricius, Matthias Lamberti, Heribertus Rofveydus,

EX V.A.
RIIS.

Petrus Ribadeneira, Gabriel Flamma, Alfonso Villegas, alij.
Jacobus Dubletius pro Nolano hic Tinifanum Felicem dedit,
de quo 6. Nouemb. agetur.

17 S. Damasus Papa his Felicem versibus celebravit:
Corpore, mente, animo, pariter te nomine Felix,
Sanctorum numero Christi sacrate triumphis,
Qui ad te sollicitè venientibus omnia praestas,
Nec quemquam pateris tristem repedare viantem.
Te duce seruatus, mortis quod vincula rupi,
Versibus his Damasus supplex tibi vota repen-
do.

Eius ope
seruatus S.
Damasus.

Adeum
concursum
Romano-
rum.

Nempe & Romani frequentes ad S. Felicis monumentum
confluebant, ut scribat Paulinus Nat. 3. dies huius honore Ro-
mam rarefcere, dum portâ Capenâ multa millia Nolam ten-
dientium profundit: ipsaq; turbis confertis longè latet via
Appia.

18 In Africâ quoque grande huius nomen Felicis, cele-
bris miraculorum fama. S. Augustinus Bonifacium Presby-
terum graui crimen accusatum, vñ cum accusatore, cùm
neuter conuinci posset, coëgit Nolam peregrinari, vbi, inquit,
terribiliora opera Dei non sanam cuiusque conscientiam, multò facilis aperirent, & ad confessionem vel
poenâ, vel timore compellerent. Et mox subdit: Multis e-
nī notissima est sanctitas loci, vbi B. Felicis Nolensis
corpus conditum est, quod volui ut pergerent, quia inde
nobis facilis fidelisque scribi potest, quidquid in
eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Inde colligi-
tur confusisse istib; falsum argui, vel paratis peierare incusso
calitus horrore, vel pœna iam prolato peririo irrogatâ.

19 Meminit S. Felicis idem Augustinus libro de curâ pro
mortuis capite decimo sexto ita scribens: Hinc & illa soluitur
quaestio, quonam modo Martyres ipsi beneficiis qua-
dantur orantibus, indicant se interessé rebus humanis,
si nesciunt mortui quid agant viui. Non enim solis bene-
ficiorū effectibus, verum etiam ipsis hominum
aspectibus Confessorem appartusse Felicem, ciuib; vel
inquinis piè à se dilectis, cùm à Barbaris Nola op-
pugnaretur, audiuiimus, non incertis rumoribus, sed
testibus certis. Baronius tom. 5. ad an. 410. num. 46. id eo
anno opinatur contingere, cùm post Romanam direptam, Nola quo-
que ab Alarico Gotbo occupata, captusq; S. Paulinus.

§. VI. S. Felix Nolanus an in Pincis sepultus.

Ætas eius.

20 **Æ**tas S. Felicis à Paulino non exprimitur. Ineptè
tempora vixisse scribit. Henricus Fabricius circiter annum Christi
300. obiisse existimat; sed qua tum pax Ecclesie? Haræc circi-
ter 310. Michael Monachus non longè post annum 312. quo
data pax Ecclesie. Est hec aliorum quoque & probabilis opinio.

Mors.

21 Decessisse cui meritiq; plenis diebus tradit S.
Paulinus. Plures antea citati, die Dominico, sacris per-
actis, populo benè precatum, ultra humi stratum obdor-
niuisse tradiderunt, que sunt ex alterius Felicis Actis
sumpta.

An ab El-
pidio se-
pultus.

22 Ab Elpidio Presbytero sepultum Beda vulga-
tum Martyrologium, Ado, alioq; afferunt. Non meminere Tu-
ronensis, Marcellus, Beda in historiâ vita, Paulinus: in d' hic
ab viuero populo curatum spendide & religiose funus deseri-
bit Natali 6. Ex actis S. Felicis Episcopi hoc translatum. ita
enim habent: Tunc Elpidius Presbyter, homo Græ-
cus furatus est corpus B. Felicis, & posuit in eccle-
siâ ciuitatis Nolæ in partes Campaniæ. Andreas Fer-
rarius intra puteum reconditus ab Elpidio S. Felicis Episcopi
reliquias scribit, supraq; eas sub anno 320. imperante Con-
stantino, ediculam adificatam, ac tandem ecclesiam Ca-
thedralem.

An in
Pincis.

23 Obscurior aliquantò de loco sepulture S. Felicis Presby-
teri queſtio est. Multa Martyrologia superius citata, ac Bre-
viarium quoque Romanum, sepultum habent prope Nolam
in loco quem in Pincis appellabant. At non pauca quoque

MSS. Martyrologia sub nomine Vuardi hoc die S. Felicem vbi is lo-
Romanum Presbyterum & Martyrem, fratrem S. Felicis eius.
Confessoris, de quo infra, referunt his verbis: Romæ viâ Port-
tuensi, loco qui Pincis dicitur, S. Felicis Presbyteri &
Martyris, qui tempore Diocletiani & Maximiani ca-
pitis amputatione gloriose morte coronatus est. Idem
habent, sed paullò fuisse, Cartusian Colonenses in Addit. ad
Vuardum, & Martyrologium Germanicum. Ide m de hoc scri-
bit Petrus de de Nat. lib. 2. cap. 74. Citat Michael Monachus
MS. Martyrologium Capuanum, & alia MSS. in quibus Fe-
lix in Pincis dicitur, non qui Nola, sed qui Roma colitur. At
subdit: Standum est auctoritat Romani Breuiarij. Et
licet de hoc loco, qui dicitur in Pincis, nulla mentio
apud Ambrosium, qui res Nolanas diligentissime scri-
psit, tamen quia certum est fuisse Roma familiam Pin-
ciam, quid prohibet opinari aliquam villam à Pincis
Romanis possessam Nolæ, & locum à Pincis, in Pincis,
vel Pincis, vulgo appellatum? Volunt tamen Nolani in pago
Cemeterio vetus episcopum fuisse, & locum in Pincis, est q; iſthic
putemus qui magnâ religione adiutur, quod olim sanguine
Martyrum plenus dicatur fuisse.

24 At cum S. Paulinus, Marcellus Presbyter Nolanus, Am-
brosius Leo eius non meminerint, & suprà ostenderimus multo-
rum Acta Felicium confusa, quid prohibet opinari, locum, in
quo alter conditus est Felix, huic attributum? Quid si nullus
eiusmodi locus sicut in Pincis dictus Coniecturam promovet,
quam vt lubebit, stabilent respunctione peritiores. Anastasius
Bibliothecarius in Hadriano I. inter tempora ab eodem Pontifice
restaurata ornata recenset basilicam S. Felicis in Pineis,
his verbis: Basilica vero B. Felicis positâ in Pineis, quæ in
ruinâ erat, & teatrum eius distectum existebat, facto
eodem teatru nouiter ipsam ecclesiam renouauit, &c.
Baronius ad an. 795. numero vigesimo nono in Pincis scribit,
sue ita habuit codex MS. sue ita legendum iudicauit. In Pi-
neis habet Maurolycus. & quedam MSS. lucet de Nolano agat.
Certè regio est urbis Roma, nunc XIV. quæ à Pincâ nomen
sortita est, censemq; Octavius Pancirolus, à pinu quapiam id na-
rum. In eam forte regionem è viâ Portuensi, haud longè sen-
tâ, relatum sancti Martyris Felicis corpus, eiq; basilica erecta,
que vel non extat, vel nomen mutauit. Fuisse S. Felicis Roma
basilikam patet ex S. Gregorio, qui homiliam 13. in Euangelia
iſthic habuit, sed quod Baronius in Notat. ad Martyrologium
scribit fuisse S. Felicis Confessoris, id in Gregorio non
habetur.

25 At de S. Felicis cognomine quo vulgo in Pincis appella-
tur, ista commentatur Iacobus de Voragine: Felix prænomine
in Pincis, dicitur, vel à loco in quo requiescit, vel à su-
bulis quibus passus perhibetur; nam pinca subula dici-
tur. Aliunt enim quod cum magister puerorum exte-
rit, & eis nimirum rigidus fuerit, tentus à paganis cum
Christum liberè confiteretur, traditus fuit in manibus
puerorum quos ipse docuerat, qui eum stylis & subulis
occiderunt. Ecclesia tamen tenere videtur quod non
Martyr exitit, sed Confessor. Deinde alia subdit, in quibus
cum cum S. Felice Martyre Romano, & S. Felice Nolano
Presbytero confundit, atque Episcopum facit. Verum nullus in
sacris Fastis memoratur Felix stylis & graphiis puerorum
interfectus, sed Cassianus, de quo 13. Augusti agemus.
Felicem sic confixum graphiis, que pincas quoque vocat,
refert & Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 73. vt suprà
in omissorum catalogo monuimus; at capite sequenti S. Fe-
licem Presbyterum & Martyrem Romanum, quem pa-
sum ait Romæ iuxta portam Pincinam, vbi & requie-
scit in loco qui dicitur in Pincis, & ex hoc prænomine
in Pincis dicitur. Scribit quidem Marrianus in colle Hortu-
lorum domum fuisse Pincij Senatoris, qui & colli & portæ Pincius
nomen fecit: hodie enim mons Pincius, Pincianaque mons.
dicitur porta. Hoc non nouum illi porta nomen esse è Proco-
pio discas qui lib. 1. de bello Gotico eius meminit. Ea Collati-
na olim fuit, quiq; è regione eius ager iacet, is etiamnum in
Collati appellatur, teste Panuinio. Andreas Fulvius lib 2. an-
tiqua.

VITA S. FELICIS

AVCTORE
S. GRA
CORIO
TYRON.

Ex S. Gregorio Turon. lib. 1. de glor. Mart.

cap. 104.

DE Felice Nolano Martyre, quia historia passionis non est in promptu, iuxta id quod B. Paulinus versu conscripsit, pauca huic lectioni oblectat inserere.

Hic enim à Maximo prædicto viris Pontifice presbyterij honore prædictus, quantæ fuerit sapientiae eruditio, non modò Christianis, verum etiam ipsis quocumque paganis occulsione potuit. Cùm autem Imperatorum decreta Christianos insequi præcepissent, Maximus Pontifex iam senio pregrauatus, putans se non posse ferre supplicia, siluarum saltus adiuit: quos dum turbidus de hat persecutione pererrat, affecitus fame, gelu attritus, solo corrut semiuius. At Felix Presbyter captus, cùm multa de deorum portentis, quod nihil fuerint, disputasset, et per cursus diuersorum suppliciorum generibus carceri diludicatur, in quo non mediocribus vinculis tenebatur adstrictus.

S. Felicis eruditio.

Crucia-
tur.

2 Nocte autem mediâ venit ad eum Angelus Domini: Cōscende ad montana, & require Sacerdotem tuum, inuenientumque ac refocillatum, reduc ē carcere ad urbinem, & in loco absconde secreto, ne inediâ ac fri-

ab Ange-

lo.

Accepto Felix in dñato, pérgit quod hēciebat: sed prouidente Deo repertus Sacerdotem solo prostratum, clausus oculis, strictisque dentibus, in quo hilis aliud quam minum sensu tenuis halitus inspirabat, interpellatoque nullum seruio ném potuit elicere, tactoque sensit eius membra hinc resouet, rigida, & absque vilo vitali tempore præmortua. Anxius autem cùm nullum alimentum esset quod perficitanti porrigeret, neque quo ignis accenderetur haberet; dum staret attonitus, quasi de aethereis sedibus dilapsum, quod ita erat, minus contemplatur Angelicum. Ecce enim de sente, quæ erat proxima, vuam dependere miratur, de quâ gravis in os Confessoris expressis, paullulum senior refocillatus erset: quem huffieris impositum tantâ velocitate detulit, ut putaretur magis ille si suis humeris reportat.

d.

3 e Orta igitur persecutione Catholicorum, cùm Felix Presbyter in plateâ populum moneret ne à recto itinere deuiaret, persecutor missus adfuit, & ignotus Felici Presbytero, sollicitus ipse cepit esse quisnam esset Felix: dextrâ ille innuens, ait: f. Hanc in partem abiit. Quo discedente, hie latebram petuit, sequi inter parientes dirutos, per modicum ingressus aditum, oculi voluit. Nec mora: persecutor infequitur, sed Deus sollicitudinem querentis elusit. Nam iussu diuinitatis, aranea per aditum, quo Martyr ingressus fuerat, telarum pretendent stamina. At illi per vestigium persequentes, dunt locum explorare nituntur, exordia telæ conspiciunt, dixeruntque ad semetipos: Putasne per hæc fiduciores? Et illi prouidentiâ Dei, discesserunt. Beatus quoque Felix, g. datâ nocte, fecerit ad alium locum, in quo per tres menses à muliere quadam ciborum alimenta suscipiens, datâ pace, Ecclesiae suæ ac populo restauratur: numquam tamen mulieris ministrantis facieam videt.

Aranea-
rum telâ

eius late-

bris pre-

tensa, effus-

gi perfe-

cusores.

g.

h.

i.

Nutritur

à muliere,

nec eam

cicim videt.

tiqui. Roman. cap. 9. scribit in ipso colle Hortulorum fuisse ecclesiam S. Felicis in Pincio que nunc non extat.
26 At siue Nolæ Pincis Pincisue fuerit Felicis monumento locus, siue Româ id petitum est nomen à Pincis Pineis; S. Paulinus vocabulum loci proprium non prodit, solum conditum scribit Felicem, ubi muri testisq. vacua regio, lato cepte ridebat, amoenorq. & verno cultu, odoris graminibus, quasi gnara honoris beneficu, celitus oblati, gestiebar: mox vero iusta illi publico studio peracta; positus ex ojibus lucē emicuisse, omen beneficentia deinceps impetranda diuinitus isthic mortalibus, illex ex se- lufrisq. eius meriti testimonium. Hunc autem eius tumulum videtur constitueri idem Paulinus extra urbem, aut saltem remotam à ceteris urbanis adiiciens, cùm Natali 9. procul à templi illius areâ urbem fuisse; & post, ab urbe propè nullum aquaductum tenui limite exiguum isthuc guttam demittere scribit. Tradunt Nolani episcopum verus tempore S. Paulini fuisse eo loco ubi S. Felicem araneæ texerunt, qui locus urbe in minorem formam redactâ, millari ab eâ distat.

§. VII. De S. Felicis reliquis.

27 Marius Vipernanus quafdam S. Felicis reliquias in Ecclesiâ Beneuentanâ sub principe arâ afferuari testatur, coliq. isthic eius natalem ritu duplaci, atque extra urbem supra montem erectam illi edem, à quâ monti regioniq. vicine nomen. Reliquia Octauius Panciroli alias Roma S. Felicis, qui in Pincis distis, extare reliquias tradit, in SS. Sergij & Bacchi sua basilica, siue arâ nunc solum in S. Adriani adeat reliquum corpus Nole esse.

Rome, 28 Ambrosius Leo ita de reliquis S. Felicis, que in cryptâ Ecclesiâ Cathedralis Nolana, siue subterraneo facello custodiuntur, obscurè ambiguè loquitur, ut nescias Episcopi ac Martyris, an Presbyteri esse existimari, an potius alterius S. Felicis, cuius germanus Roma martyrium subiit, conditusq. est fortassis in Pincis, aut Pineis. Episcopi ac Martyris Felicis id esse corpus Ibidem re- tradunt Nolani, cuius 15. Novemb. agitur celebritas.

Nolæ, 29 Ee vero sancti Antistitis exuuie, salutarem exfundant li- quorem, quem, Nolani manna vocant: quod addendum fuit: quia non defuit qui S. Felici Presbytero id tribuant. De eo idem Ambrosius lib. 2. cap. 11. In occiduo facelli huius (subterranei, ut diximus) latere ara extat, & supra aram mensa marmorea erecta, ac pertusa traiectaque canaliculo argenteo, vnde liquor quidam stiriatim fluens decidit tum cùm maximè virget hyenale gelu; quem liquorem mannam vocant, idemque Diuī sudor esse creditur, cuius corpus in puteo iacet: hic nempe à tergo tabulae marmoreæ patet, ac in imuin descendit.

Ex his manna fluunt. 30 Præcipue oculis medetur hic liquor. Ex eius vero copia futura vberatis præagiunt sumunt Nolani. Fertilem annum fore, si largus fluxerit, faustumq. nec vanâ fide, aut umant, ad omnes felicis metuunt, si tenuior. Cùm anno Christi 1558. Nolam nostrâ Societas homines primùm venere, isthic fixuri domiciliū, id flagitante Mariâ Sanctaeuerinâ urbis olim Nolana Comite, pietatis eximia matronâ, vberim diuinus hic liquor manauit, luculentos pietatis ceterarumq. virtutum fructus portendens. Memorat id Franciscus Sacchinus tom. 2. Historie Societatis, lib. 2. num. 78. Hi omnes, inquit, excepti sunt per honorificè ac perhumaniter, multis Primorum partim in equis, partim pedibus longè obuiam egressis: quorum comitatu stipati, festo interim etiam nolarum sonitu publicam celebrante latitudinem, urbem Dominicâ saepi aduentus quartâ inière. Eâ ipsâ nocte è S. Felicis Nolani patroni corpore latex, qui facer ac saluber habetur (manna id genus liquoribus vulgus fecit nomen) manauit. Quod quamquam non plane præter solitum euennit, tamen quia persuasum est ciuibis, ubi manat, felicitatem portendere, obseruata res est, & tamquam vetus patronus nouos hospites latus ac fauēs exciperet, cumulauit gratulationem, & spes omnium confirmauit.

K k k 3

AVCTORE ciem vidit, aut ab eâ suspectus est, dum in latibulo mo-
S GRE- raretur.

GORIO 4 Igitur in pace quiescens, sepultus est iuxta urbem, multis se declaratis virtutibus in populis, de quibus

TYRON. pauca perstringam. Erat enim quidam pauper habens duos boves ad exercendam culturam suam, nec ei erat alia possessio, nisi quod ab his potuisset tellurem scindens vomere laborare. Accidit autem ut quadam die lassus de hoc opere veniens, his dimissis se hospitiolo reconderet. Nec mora: fur rapax adfuit, qui eos clam capiens, secum abduxit. Egressusque pauper in castino,

Post mor- tem mira- culis cla- ret. nihil inuenit. Deinde querit per deuia, circuit filias, scandit montium ardua: sed nec vestigium quidem de oculum: prehendere potest. Redit ad propria, dat voces in fletu, atque cum vxore ac liberis plangit, dicens: Vae mihi,

Quidam boves a- missos, eius ope , re- cuperat. quia iuuēcis! defectis hoc anno fame moriemini. Quid plura? Accedit lamentans ad sepulchrum B. Felicis Martyris: dat cum fletu gemirum, exorat ut ei virtus eius,

m quæ perdidera redi obtineret à Domino. Egressus autem à templo, ante ipsam atrij ianuam agnolcit boves suos, & ait: O magna virtus Martyris, quæ mihi perditum tam velociter restitui fecit. Ingressusque iterum prostermit ad pavimentum, & gratias agens, cum rebus regales est suis: oculumque hominis huius, quem cœcum habebat, Martyris virtus illuminavit.

alter ocu- lum un- co trans- sum. 5 Ad huius quoque cellulæ parietem, quo beatum corpus tumulo conditum requiescit, adhæret appen- dens porticus, in quâ dependens fune lychnus lumen loco consueverat ministrare. Ille autem cui hoc erat officium contueri ad eius compositionem, accedens, la- xato fune discessit, quasi oleum petiturus. Cumque omnia tenebris nocturnalibus tenerentur opena, & fu- nis cum vncinulis in medio portici submissior depen- deret, quidam de adstantibus in vigiliâ Sancti, nebulâ cellulæ, quæ de exustâ surrexerat papyro, fatigatus, fo- ras egreditur. Cumque per porticum illam præteriret, unus de vncinulis funis faciem exceptit hominis ve- nientis, illato acumine transfigens oculum eius. At ille dolorem sentiens, extensis celeriter palmis, vultus pe- ricitantes cum ipsis obtegit oculis, clamans non me- diocri eiulatu, ac dicens: Suecurre, deprecor, sancte Sa- cerdos, & proximum te facito pereunti, qui loco proximus adstas. Emitte sacras per occulta medicamina ma- nus, & extrahe malum quod aduersatur lumini, ne lu- mine viduatus abscedam, qui lumen miraculorum tuo- rum cernere veni. Ad huius lamentabilem vociferationem exhibito qui aderant lumine, aduentunt hominem transfixo oculo de fune pendere. Cumque profunde sanguine, nullus manum ad eruendum auderet appo- nere, Martyris virtus adfuit immensa beati, quæ sic vn- cum oculum abstraxit, vt nec oculum erueret, nec visum pe- netraret, & sanguinis decurrentis fluentum stringeret: sic eruto ferro de oculo, dolore palpebrarum refedato, virtus Martyris sancti declaratur in populo. Energumenos autem ad hanc sacratam athletæ Christi ædem, pro- batos atque purgatos sepius scripsit p̄ hic auctor.

Energu- meni cu- rati. a MS. Ripatorij, Maximiano. De eo agemus 15. Ianuar.

b Ita ad supra, atque alijs. Plures secessisse scribunt, ut se gregi suo referunret.
c At S. Paulinus nat. 4.

Primus supplicij de carcere textur ordo.

d S. Paulinus depositum à Felice Episcopum scribit sub proprio testo, quod unica annus seruabat. Viduam fuisse plures alijs coniuncti.

e Ex aliis patet hanc nouam persecutionem ante Maximi mor- tem contigisse. Turonensem sequitur Vincentius Bellouacensis lib. 18. cap. 39.

f Repugnat S. Paulinus, qui respondisse ait: Nescio Felicem, quem queritis.

g MS. Rip. clarâ nocte.

h Idem S. Paulinus tradit, egressum videlicet, latebrasq; mutasse.

i Ita Breuiarium Romanum, Vincentius, Harens, alijs. At Paulinus sex totos menses isthinc scribit latitasse.

k Addit MS. Rip. Ab Elpidio venerabili Presbytero, in loco qui dicitur Pincis.

l Al. perditis.

m Alter longè hoc narrat Paulinus nat. 6. uti Beda infra.

n Theridius is fuit, qui litterarum Seueri ad Paulinum bau- lus memoratur ep. 14. & 38. mirificè laudatus à Paulino car. 13. quib; hoc miraculum prolixè narrat nat. 7.

o Ipse manus vncum eduxit Theridius, ut Paulinus scribit, Fe- lice dubiam eius mentem manumq; firmante.

p Paulinus. Ita natali 3.

Martyris ostendit meritum, cum iure potenti

Dæmonas exercet, deuinatque corpora soluit.

Nam sibi Felicem cœcis incumbere pœnis

Pestiferi proceres tristi clamore facentur,

Occultaque crues gemitu testantur aperto,

Velatumque oculus mortalibus, at manifestum

Auribus, & multo præsentem numine produunt.

Cum captiuæ intra deprens corpora, Christum

In Sancto fulgere suo clamantque probantque:

Memborum incussu tremuli, capitumque rotant;

Tormentisque suis, sed non sua corpora torquent;

Clamantes proprios aliena per ora dolores.

Orantum veniam: latet vltor, pœna videtur.

Tum si quos grauiore malo violentior hostis

Vinxerit, ista dies diuino munere soluit.

Cernere tunc passim est sacrâ purgata medelâ

Pectora liminibus sterni, iam mente refectos

Gratiantes iam vocâ suâ: concurrit hiantum

Turba tremens hominum; mistæ inter gaudia cunctis

Prosilunt lacrymæ: præsens Deus omnibus illuc

Creditur: immensi Felix est gloria Christi.

Damones
à S. Felicē
in possessis
corporibus
torquen-
tur, indeq;
eiicun-
tur.

Etnatali 6.

Vnde igitur tantus circumstat limina terror?

Qui tantos agit huc populos? quænam manus virget

Dæmonas in uitioisque rapit? frustraque rebelli

Voce reclamantes compellit adusque sepulchrum

Martyris, & sancto quasi fixos limine fistit?

At præcipuè natali 7.

Cernitur illa dies spectari sueta pér omniem

Vipereum sobolem, seuos cùm dæmonas virget,

Occultaque manu communes verberat hostes.

Sed tamen hac ipsâ mirum in virtute notatur.

Quod licet in toto cruciatos dæmonas anno

Exagitet, iubatque hominum discedere membris,

Producat plerosque tamen, quod longior hostes

Pœna malos agit; vel vt illi, qui meruere

Vafa malis fieri, vt meritum, tardante medelâ,

Plenius omne luant decreto tempore crimen:

Siue hoc natali studet indulgere diei,

Vt paucis alijs det opem, quod plura benignus

Natali det dona suo. Nam chm ista propinquat

Elabente dies anno, tunc crebrior instat

Et grauior. Videas tunc ægra examina cogi

Densius, & certam repeti prope festa salutem.

Tunc solito grauius succensi dæmones ardent,

Flebilisque vlulant, & vi maiore subacti,

Vltima iam tormenta gemunt: nec abire sinuntur

Excessu facilis; sed miris autem agitari

Et variis malè suppliciis, tolluntur in altum

Suspensi solito sublimius, & patientur

Aëris in vacuo, vinclisque latentibus harent

Pœnali per inane morâ; per noī sua quamuis

Corpora, vexatos hostes sua pœna farigat.

Soluuntur pœnis, cùm pœnas ferre videntur

Corpora, & immunes animæ spectant aliena

In membris tormenta suis: homo dæmone capto

Liber agit, quia non hominis, sed dæmonis est crux.

Præcipuè
hoc die.

Ac paulo in inferis:

His etiam potiora, tamen spectata profabor.

Ante alios illum, cui membra vetustior hostis

Obsidet, ad sacri pia limina Martyris, ægrâ

Excussum de plebe rapi, admotumque lacratis

Ante fores Sancti cancellis, corpore verso

Suspendi, pedibus spectantem testa supinis.

Quodque magis mirum atque sacrum est, nec in ore re- lapsus

Vestibus, vt rigidis, aut ad vestigia sutis,

Corporis omne sacram casto velatur opero.

Scilicet vt diuini operis reverentia tectis

Corporibus maneat, nec poenâ dæmon in ipsâ

Quâ cruciatur ouet, nudis prodendo pudorem

Artibus, illæso grauius torqueut honesto,

Recta licet veris sedante cum tegmina membris.

Similia memorat Seuerus in Dialogo 3. de vita S. Martini: Si

quando exorcizandorum dæmonum curam S. Martinus reci- peret, solitus accidere, vt plures sublati in sublime pedibus bi quoque.

Mirabilis-
ter pedis-
bus sur-
sum corpo-
ra tollunt.

pende-

pendent, nec defluenter tamen vestes super faciem, nec vē-
recundiam faceret nudata pars corporum.

*Denum natali 8. certum hominem narrat enorūs πόλυφύλας
dæmonio liberatum.*

*Immenſe
voracia-
tis energu-
menus co-
ratus.*

Denique de multis vnum loquar, vt sit ab vno
Discere, dæmonis sensus constare ferinos.
Quidam homo, non longum tempus, tam prodigiā
Dæmone diffensus fuit, vt iam non modū notos
Ille cibos hominum, vel si congeſta daretur
Multā mensa dape, in facili conſumeret haſtus,
Verū & gallinas habitantum limine raptas,
Mox vt ſuſtulerat, rapido diſcerperet ore,
Et plūmā incoctas non ſuffocante voraret.
Qui & funerem ſaniciſticabat, & oſſa
Lambebat, pecudum proiecta cadauera mandens,
Obſcenus conuiua canum. Hic modū dæmonē tanto
Sobrius, ecce procul conduictum exercebat agellum:
Et curante Deo ſanctā Felicis in aulā
Redditus ipſe ſibi, claro ſatī indice monſtrat,
Felicem meritis & Chriſti nomine fortem,
Immitis domitare feras, & vinece flamas.
Act tandem natali 15.
Non hominem, ſed eum potius laudare videbor,
Quo Felicis auſtoſore potens, venerabile nomen
Obtinet, & medicas dat opes; quibus ægra reuifit
Corpora, captiuasque animas, vi dæmonis atri
Absoluit, ſuperante Deo: nec in hac ope tantum
Munificus Felix operatur munera Chriſti,
Et de vipeſeo fortissimus hoſte triumphat.

VITA

AVCTORE S. BEDA PRESBYTERO.

PROLOGVS.



*Eliciſſimum B. Felicis triumphum, quem in Nolā Campaniæ ciuitate, Do-
mino adiuuante, promeruit, Paulinus eiudem ciuitatis Episcopus verbiſbus
hexametriſ pulcherrimè ac plenifimè
deſcripſit; qui quia metricis potius,
quam ſimplicibus habiles ſunt lectoribus, placuit no-
bis, ob plurimorum vtilitatem, eamidem ſancti Confeſſoris historiam planioribus dilucidare ſermonibus, cuius-
que imitari induſtriam, a qui martyrium B. Cassiani de
metrico opere Prudentij, in commune apertumque o-
mnibus eloquium tranſtulit.*

*a Eam vitam 13. Aug. dabimus; quis eius ſit auctor, neclum nobis
comportum; antiquum certè, hinc diſcimus. Ex Prudentij & ſi-
pavō libro, hymno 9. edidit Surius; Mombritius, qua hic citatur,
prosa redditam.*

CAPVT I.

*S. Felicis ſacerdotium, confeſſio, pietas erga
ſuum Episcopum.*

*Felicitas pa-
tria, pa-
ter, fra-
ters;*

2 **I**gitur Felix natus est in Nolā quidem Campaniæ, ſed a patre Syro, nomine Hermiā, qui de Oriente Nolam veniens, ibidemque quaſi indigena inhabitans, genuit filium Felicem: ei que defunctus reliquit hereditatem ſubſtantiae locupletis, cui tamen ipſe promiſſa in caeleſtibus hereditatiſ dona præpoſuit. Habuit autem & fratrem cognomine ſui patris, id eſt, Hermiam, cum quo patrimonium diuidideret terrenum. Qui longe à Felicis moribus agens, atque ideo felicitate indignus perpetuā effectus eſt. Nam terrena ſolumnōdō bona diligere ſtuduit, & Cæſaris potius, quam Christi eſſe miles elegit.

*pietas,
Ordinum
ſuceptio.*

3 At contra Felix, nominis ſui mysterium factis exequens, mox a puero ſe diuino famulatuſ ſubiecit, & crescente gratiā virtutum, primo Lectoris officium in Ecclesiā ſuceptis, ac pōst ad Exorcistā gradum prouectus, immundos ex obſeffis corporibus ſpiritus eicere cœpit. Cumque in hoc ministerio virtutibus clarus extitifſet, non mora, condignum meritis preſbyterij gra-

dum ſubiit: nec minor gradu, mente & opere remaiſit, AVCTORE ſicut etiam adueniens tentationum turbo probauit. VEN. BE-

4 Nam tempore eodem exorta infidelium perſecu-
tio, graui Eccleſiam certamine pulsauit: nec tamen
porta mortis, portas filiæ Sion, vt non nuntiarent lau-
dem ſui Creatoris, auertere potuerunt. Cumque magi-
ſtri auctoresque perfidiæ prium ſuæ veſania cōflictum ^{s. Maxi-} muſ Epis-
contra ipſos veritatis ac fidei Dominicæ magiſtroſ in ſcups per-
tendiffeſt, primosque Episcopos vel Presbyteros Eccleſiarum, ad terrorem minorum, aut morti tradere, aut fugā deſti-
ad negandam fidem cogere conſpiraſſent; factum eſt, vt ^{nas.}
miniftri erroris & infetti furoris, Nolam quoque perue-
nientes, Episcopum vrbis illius, nomine ^b Maximum, vi-
rum doctrinā, pietate, atque aetate venerabilem, ad tor-
menta quærerent. Quod ille animaduertens, memor
Domini praecepti, quo dictum eſt: Cūm vos perſecuti ^{Matt. 10.}
fuerint in ciuitate iſtā, fugite in aliam; petit ad tempus ^{23.}
ſeſcēſum loci remotioris, reliquo ad tuitionem ciuitatis
Felice Presbytero, quem filij loco complectebatur at-
que heredem ſuæ Sedis accipere desiderabat.

5 At perſecutores vbi Episcopum inuenire nequieu-
runt, nihil morati, manus in Felicem mittere contendit,
eumque prium, quaſi maximam post Episco-
pum vrbis arcem, à conſtantia famoſa ſuæ virtutis de-
ſicere, vel blandiendo promiſſis, vel peneſ terrendo fat-
agunt. Comprehensus ergo Felix ab aduersariis furen-
tibus, ſed ipſe multum de internā Spiritu ſancti confo-
latione conſiſtis, mittitur in carcere tenebroſum: vbi
manus ſimil & collum ferrea vincula stringunt, neruo
pedes arctantur. Fragmenta quoque testarum ſubter
eum ſternebantur, ne inter horrorem & frigora longe
noctis ligatus, vel ſomnum vel requiem capere aliquam
continuo horum acumine compunctus, ſineretur.

6 Interea Episcopus, qui ad montum latibula ho- ^{Maximus}
stem fugiendo ſeſcēſerat, & ipſe non minore marty- ^{miseriis}
rium paſſione gerebat, quam si ferro viuentis, aut ^{conficitur.}
testis ſuperpoſitus, vel flammis eſſet vrendus. Vrebatur
namque animum illius cura maxima ſuī gregis, vrebatur
& corpus fames, vna cum gelida rigore hiemis: qui in-
ter spineta ſine teſto & aliamento iacens, noctem vna
cum die peruigil, ſollicitis continuabat in precibus. Nec
diſſicile membra ſenilia, & longis exhausta ieſuuiſ, tan-
ta vi malorum comprimens, vel ad mortem vſque
coēgit.

7 Sed vt ſuperna pietas apertissimè, quantā ſuī cura
vir ille dignus eſſet, oſtenderet, mittitur ē cælo Ange- ^{Felix ab}
lus, qui B. Felicem Confeſſorem vinculis exemptum, ^{Angelo e-}
ad querendum recreādumque ac domi reuocandum ^{ē carcere.}
Antititem ocyū venire præcipere. Erat autem plures
eodem in carcere clauſi: ſed Angelus adueniēs, ſoli Fe-
lici, qui pietatis gratiā viuentis erat, appariuit, luce
ſplendens coruſcā, & ipsam quoque domum gratiā lu-
cis adimplens: cuius voce ſimul & luce Felix motuſ
intremuit, ac prium quidem ſe ſomniſ imagine illudi
putauit. Angelus ſurgere illum, & ſe ſequi exeundo
præcepit. Qui ſtupens ad imperium iubentis cauſtaba-
tur fe exire non poſſe, quia & vinculis, & claуſtro car-
ceris, & custodum diligentiā teneretur. Porro Angelus
iteratā voce ſurgere illum properè, nihil obſtantibus
vinculis, iuſſit, & diſto ciuīs catenæ de manibus &
collo eius, compedesque cecidere de pedibus. Eduxit
autem illum foras miro retum ordine, apertā ſibi quidē
ianuā carceris, ſed ceteris clauſis: ita vt per ipſos custo-
des, quibus claudebatur, ignaros rerum iter ageret, ipſo
Angelo inſtar columnæ Moſaicae, & ducatum Felici &
lumen, vſque dum hoſtium manus euaderet, præſen-
tia ſuæ fulgore præbente.

8 Vt autem peruenit B. Felix Confeſſor ad locum
deserti, quō Episcopus ſeſcēſerat, inuenit eum ægra ſu-
ſpiria tenui flatu trahentem. Et quidem gauiſus, quidē
eum viuentem inuenierit; contritatus vero eſt multum,
quidē inuentum morti proximum vidit. Itaque comple-

Auctore xatus & osculatus est Patrem, cœpitque tentare, si fortè
ven. **B.** crebro anhelitu sui oris, & sui fotu corporis aliquid
da. caloris posset gelidis eius artibus afferre. Cūm verò
diu laborans, neque clamando, neque tangendo ali-
quid sensus vitalis in eius posset vel animo excitare vel
corpore, sed neque ignem aut alimentum in proximo,
quo eum rigenter ac tabescentem recrearet, tandem
inuenit salubri consilio, flectit genua sua ad Patrem
Episcopum Domini nostri Iesu Christi, suppliciter obsecrans, vt
pene exa- ipse cœlitus cum iuaret, quò ministerium pietatis, quod
nimem re- iuissus erat, erga Patrem suum explore valeret. Nec mor-
fouer.

Episcopo
reuelatus
erat eius
aduentus.

Eum do-
num re-
portat.

Omnis fo-
latur.

xatus & osculatus est Patrem, cœpitque tentare, si fortè
crebro anhelitu sui oris, & sui fotu corporis aliquid
caloris posset gelidis eius artibus afferre. Cūm verò
diu laborans, neque clamando, neque tangendo ali-
quid sensus vitalis in eius posset vel animo excitare vel
corpore, sed neque ignem aut alimentum in proximo,
quo eum rigenter ac tabescentem recrearet, tandem
inuenit salubri consilio, flectit genua sua ad Patrem
Domini nostri Iesu Christi, suppliciter obsecrans, vt
ipse cœlitus cum iuaret, quò ministerium pietatis, quod
iuissus erat, erga Patrem suum explore valeret. Nec mor-
fouer.

9 Et vbi plenè reuulsus, Felicem esse, qui ad se
querendum venisset, agnouit, paternâ illum pietate
complexus, & quare tam serò veniret, conquestus est:
Vbi, inquiens, tam diu demoratus es fili: Nam te iam
dudum Dominus ad me venturum promiserat. Vides
autem, quia eti fragilitate vietus corporis, ad horam
cessi; solidam tamen animi fidelis constantiam seruauit,
sicut etiam loci huius, ad quem successi, status indi-
cat. Poteram quidem ad vicum aliquem, sive aliam vr-
bem, vbi ab hostibus essem turus, intrare, si mihi vilis
fides, & cara hac vita fuisset. Nunc autem cuncta ho-
minum refugia declinans, ad deserta verò montium
confugiens, diuinæ tantum me gratia tuitionique credi-
di; vt videlicet me ipse quocunque modo vel ordine
vellet, aut in hac vitâ conseruaret, aut in futuram trans-
ferret. Neque verò me spes, qua in Deum erat, fecel-
lit, sicut tuo manifestè probatur aduentu, per quem ab
ipso, vt ita dixerim, limine mortis sum reuocatus ad vi-
tam. Vnde, nate mi, complere festinus cœptum pietatis
opus curato, & impositum me humeris tuis, domum
reportare satage.

10 Quibus dictis, Felix celerrimè quod iubebatur
expleuit reuectumque humeris Antistitem, suam ad
domum retulit, quam vniuersa seruabat anus. Intantum
autem Antistes venerabilis à mundi erat rebus aliena-
tus, vt illi de omni turbâ domus & summâ censu, anus
vna superesset. Pulsatis ergo foribus, hanc suscitauit
Felix, urgenteque ac ianuam aperiente dedit & com-
mendauit Episcopum. Tunc Episcopus pro impenso
sibi officio pietatis, B. Felici debitam gratiarum retulit
actionem, & impositâ capitî eius dexterâ, paternâ il-
lum benedictione donauit. Qui egressus inde, paucis
diebus & ipse in domo suâ, donec persecutionis tur-
bo cessaret, delituit. Quod dum fieret, deseruit late-
bram, & latitantibus de suo aduentu ciuibus, se late-
reddidit, ac per omnia digrediens, solabatur & con-
fortabat verbo exhortationis animos singulorum, qui
acerbitate præmissæ tempestatis non modicum fuerant
conturbati. Nec solùm verò verbo, sed & suo illos do-
latur. cebat exemplo & prospera mundi & aduersa despice-
re, sola æternæ patriæ gaudia querere, solam superni
iudicis iram formidare.

a Qui, ut S. Paulinus nat. 5. scribit, emeritis sub Cæsare vi-
xerat armis.

b Colitur hic 15. Ian. ut dicemus.

c Nocte vna haec omnia gesta tradit Paulinus nat. 4.

C A P V T II.

Latebra tempore persecutionis.

11 R Vrsus motâ persecutione, quartus Felix, ve- Non agno-
nuntque hostes usque ad halitaculum eius, scitur à
illum ocyus rapere ac morti tradere sitiente: b qui tum persecuto-
rē ab ædibus suis absens, in medio ciuitatis cum a-
micis confitebat, & more sibi solito verbu-n fidei cir-
cumstantibus turbis prædicabat. Quem eo loci esse au-
dientes aduersarij, mox strictis gladiis accurruunt: sed
peruenientes ad eum, mutato diuinâ prouisione, aut
vultu ipsius, aut corde illorum, nequaquam eum, quem
optimè nouerant, agnoscere valebant. Interrogantibus
ergo ipsum, vbi esset Felix, intellexit vir prudentissi-
mus, diuinitus actum esse, ne eum agnoscerent, ride-
que inquirentibus, Nescio, inquit, Felicem, quem
quæritis: nec prorsus sefelli, nemo enim seipsum facie-
nonuit.

12 Qui statim relinquentes eum, diuertierunt aliò, & quos fortè obuios habebant, interrogabant vbi esset Felix: è quibus vnuus, prorsus causâ ignarus, & furere eos credens, coepit obiurgare eos dementiae, qui præ-
sentem non possent agnoscere eum, cum quo loque-
bantur: pariterque eis quò discederet ille, quem quæ-
rebant, ostendit. Qui grauius furentes, statim vestigia B. Felicis insequebantur. At ille, appropinquantibus eis, admonitus tumultu præcurreris ciuitatis, & clamoribus attoniti aduentu hosti vulgi, secessit locum in secretiorum qui nil quidem munimeti firmioris habens, semiru-
ti tatum muri erat fragmine præseptus. Sed mox vt viru Dci recepit, miro eum diuinâ manus est opere tutatus. Repentino enim rudere concreuit ibidem agger, qui eumdem locum præcluderet; sed & aranea diuino nu-
tu, cui omnis creatura deseruit, confestim nutantes ip-
so in loco telas suspendit. Quò cùm peruenissent, ob-
stupuerunt hostes, & presso gradu loquebantur mu- Latet, a-
ranea tela
subiò pra-
septus.
Nat. 5.

Constat ergo quia qui huc secessisse Felicem dixit, astu-
fecit, vt nos ab eius intentione longius abstraheret. Er-
go recedamus, ac omittamus hic hominis latebras scruta-
tari, vbi ipsa loci facies neminem intrasse præmonstrat. Sic delufi, discedunt properè, frementes, & non minùs, quam in Felicem, rabida mente frenentes in eum, qui
se in loca talia suis dolis induxerat. Vbi multa claruit fa-
pientia pij conditoris ac protectoris nostri. Certè non-
nutrum quidem muri vrbium altissimi ac munitissimi, ciues
suos obscientibus aduersariis produnt magis, quam li-
berant: & humilem Christus famulum suum à per-
quentibus armatis hostibus tremulis aranearum cassi-
bus, ne inueniri vel capi posset, abscondit. Verè vt ve-
nerabilis Pater Paulinus de his loquens, ait; vbi cumque
Christus adest nobis, & aranea hiurus fiet; at cui Chri-
stus adest, & murus aranea fiet.

13 Discesserint ergo, incutibente iam vesperâ, ho-
stes, & Felix, illis abeuntibus, liberiùs alias petit latebras,

gaudens de adiutorio diuinæ protectionis, secumque

decantans: Nam eti ambulem in medio vmbrae mor-
tis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Dic au-

tem factò, secessit in locum, inter ipsa ædificiorum te-
tet, & ab

ea secretorem, vbi sex mensibus continuis ab homi-
ignarâ piâ

num quidem notitiâ omnium segregatus, sed diuina:

gratiae præsentia fructus, manebat absconditus, videlicet

iuxta vocem Psalmistar, in abscondito vultus eius à con-

turbatione hominum: qui etiam miro illum atque ho-
minibus inusitato ordine tanto temporis spatio pauit.

Manebat namque in vicinis ædibus quædam: mulier

Deo deuota, cuius ministerio nescientis scienter ipse,

qui

qui est totius scientia fons & origo, Dominus utebatur. Coquebat enim panes mulier, coquebat alias escas in cibaria domus suæ, & facta in excessu mentis, eo loco inferebat has, vbi Felix Confessor latebat, ibique sumendas illi ponebat, ita ut neque huc se intrasse neque redisse vñquam scire posset: sed præparatas escas domi se posuisse credens, ita semper abibat, ponendæ memor, & mox positæ immemor escæ. Et sic B. Felicem ferunt sex, vt dixi, mensibus in iisdem latebris obsecuri & angusti teuti manisse, ab humanâ quidem societate seiuientum, sed numquam ciuium supernorum præsentia defertum; & parco nimirum vietu, sed cælitus ministrato, vitam duxisse felicem. Quo tempore perhibetur etiam diuina & collocutionis dono sèpius dignus fuisse habitus. Erat autem iisdem, in quibus morabatur, habitaculis, cisterna vetus, de quâ ipse in primis pauperem potum haeribat: sed hæc cum nimio æstatis esset siccata calore, non tamen beato Confessori, unde viueret, defuit. Etenim pius conditor ac prouisor salutis nostræ, qui quondam siccò aëre cetero, vnum solummodo velus pluviâ cælesti perfudit, ipse suo Confessori, silenti prorsus ac sereno aëre, prout opus habebat, occulti toris gratiam, quâ sibi recrearetur, ministravit.

Dinini colloquiis fruitur. d
Potum cœlitus accipit. e
Judic. 6.

a *Iacobus de Voragine scribit ante nouam hanc persecutionem Felicem ad Episcopatum promotum; plures, postulatum. At Paulini certior fides.*
b *Petrus de Nat. lib. 7. cap. 138. scribit, domo à gentilibus circumdatâ, egressum per medium illorum transiisse, ita ut cum videentes non agnoscerent: qua hinc refellat.*
c *Breviarium Rom. Hæres, alij, tres tantum menses habent; sex Paulinus.*
d *Ribadeneira, Rosveyd. Eccl. à Christo, & sèpius ab Angelis visitatum afferunt; Paulinus sepè Christi alloquo dignatum, cibis eius manu prabito pastum.*
e *Petrus de Nat. an verè? Et dum ex nimia siccitate æstiuo tempore in eius puto aqua defecisset, orante Sancto pluia larga descendit, & puto abundanter replevit. At Paulinus:*

*Nam nimiis, vt fit, tunc torrida solibus æstas
Et puto quoque siccârat, qui patet latenti
Pocula præbuerat. Sed, ne sitis vtere illum
Carnea, qui Christum sitiendo ferebat & istam
Corporis afflicti pœnam, delata sereno
Inquæ globum tenuem nubes collecta, per arctum
Impluuij, dulcem sibi in ora liquorem
Influxit, quasi prefla manu, caloque vacantem
Velleris ætherei succo lactante reficit.*

*Potus S.
Felici di-
uinitus
præbitus.*

C A P V T III.

Humilitas, paupertas.

*14 C*ompleto autem hoc tempore, admonitus est oraculo diuino procedere de latebris, eò quod iam persecutionis turbo pertransisset. Quid ut repentinus apparuit in publico, gratissimè ab omnibus, quasi à Paradiſo veniens, suscepimus est. Cœpit autem ex tempore fidem confirmare omnium, quæ fæuita tempestatis erat non minimùm conuulsa. Interè Deo dilectus Antistes Maximus, longâ prouectus atate, diem clausit ultimum. Nec mora: Felix in Episcopatu omnium iudicio eligitur, qui & Confessor existens iniunctissimus, & Doctor suauissimus, quæque bona ore docebat, ipse cuncta opere complebat. Verum Felix, vt etiam humilitatis quâtam in corde haberet sublimitatem insinuaret, verecundâ se voce, ne hunc gradum fulcipere deberet excusauit, dicens copresbyterum suum Quintum, multò dignius honorem præfati gradus posse subire, eò quod is septem diebus ante, quam ipse, ad ordinem presbyterij fuisset promotus. Quod ita, vt postulabat, expletum est: suscepimusque Episcopatus officium ita idem Quintus administrauit, vt humiliiter beatissimo Confessori submissus, illum pro se sermonem ad populum facere iubebat, & ipse plebem officio, Felix doctrinâ regeret.

*Bonafus
tempore per-
secutionis
proscriptæ
non vult
repetere.*

15 Qui videlicet Felix, cum constantiâ confessionis & virtute humilitatis, etiam summus voluntariæ paupertatis amator exitit. Possederat namque ex paternâ

hereditate prædla multa, domosque ac diuitias plurimas, sed tempore persecutionis proscriptus, cuncta amiserat. At verò pace Ecclesiis redditâ, cùm posset iura sua repeteret, nequaquam vltra volebat: sed a amicis suadentibus, vt debita sibi iura reciperet, quæ recepta cum focore magnæ mercedis dispergeret ac dare pauperibus posset, nullatenus id facere consentiens, fortí sententiâ *1. Cor. 6.* suggestiones corum repellebat, dicébat: Omnia mihi licent, *12.* sed non omnia expediunt. Absit enim, vt res, quas causâ confessionis perdidi, repeatam: absit, vt terrenas opes, quas cælestium bonorum contemplatione semel contempsi, quasi hæc minus sola sufficiant, vñlæ ratione reposcam: quin potius pauper spiritu sequar Iesum, quod opulentius regni cælorum dona percipiam: nec diffundendum quin ille, qui me & vinculis tenebrisque diri carceris eripuit, & ab hominibus secretum tanto tempore pauit, etiam cetero vita mea spatio iactantem in se cogitatum meum enutriat. Hunc retinens animum, beatus Confessor, tria tantum iugera ruris modici, & *Agrum ipsem co-* hæc conducta, & vnum hortulum proprij iuris, unde *b* viueret, habuit. Sed & vtraque, *b* ne vno quidem famulo adiutus, propriâ manu coluit: fructum autem eiusdem sua messis vel hortuli adultum, cum pauperibus semper communicare gaudebat. Eamdem autem & in habitu parsimoniam vir beatissimus sectabatur, ita ut simplici tantum vestimento, & quod numquam vel sibi sufficeret, esset contentus: si quid verò superesset, pauperibus erogaret: & si forte aliunde contingere, vt genitum haberet indumentum, mox nudum meliore refouit.

a Inter hos præcipua Archelais, sive ut MS. habet, Arcilais, tam sancta fide, ut ait Nat. s. Paulinus, quâm stemmate clara, diues opum vidua.

b Fallitur ergo Ribadeneira, eiusq; interpres Rosveydus & Canifius, qui operâ quoque in eo horto collègo alterius usum scribunt.

*Paulinus dixerit: — tria macri iugera ruris,
Nec proprio sub iure tenens, conducta colonus
Ipse manu coluit, famulo sine, pauperis horti
Possessor.*

C A P V T IV.

Miracula post mortem.

*16 T*Ali ergo viuens pietate, vir & nomine & merito Felix, plenus dierum atque operum bonorum defunctus est, ac viam patrum secutus, æternâ est receptus in gloriâ: sicut etiam signa, quæ in ecclesiâ, *claret mi- raculis.* in quâ sepultus est, sunt facta perplura, testantur.

17 a Erat enim quidam rusticus, pauper rebus, sed fide de integer: qui angustam pauperiem duortim solummodo boum possessione sustentabat, vel ipse videlicet his vtens, vel vicinis vtendos paçtâ mercede commodans: quos cùm multâ inops curâ diligenter atque seruaret, quadam nocte furto ablatos perdidit. At manè facto cùm eos furatos certissimè compresceret, amissâ omnî spe suæ questionis vel inuentionis, petit rapido cursu ecclesiam S. Felicis: ibidemque adueniens, ante *Quidam* fore domus sanctæ prosternitur, fixoque in terram *eius ope, a- missos bo- ues recipit.* vultu, implorat & obsecrat S. Felicem reddere sibi boues, quo perdiderat, testatus multum cum lacrymis, numquam se inde, nisi boues receperit, exiturum. Quod cùm die toto voce quidam rusticus, sed fidelissimâ mente fecisset, superueniente vesperâ electus est violentiâ turbæ; & sacrâ propulsatus ab ædibus, venit ad suam domum, nec omittit continuis in lamentis noctem ducente perugilem. Verum quia omnis qui petet, accipit; & qui querit, inuenit; & pulsanti aperietur; & *Luc. 11. 10.* sicut Psalmista ait, desiderium pauperum exaudiuit *Psalm. 9.* minus; medio noctis tempore, cùm ceteris hominibus *38.* quietib; ac rebus omnibus quieris, ipse solus, excitante se suo dolore ac paupertate, perugil iaceret; (mirum dictu) contigit venire subito ad eius ostium boues, quos quærebatur: diuino videlicet nutu, & prædonibus crepti;

orbem Euangelicæ prædicationis luce fulserunt, inde B. Felix olim Deo deditus pietatis suæ nobis detulit in Syro patre suffragia; qui ob amorem paternat vrbis omni Nolam dilexit affectu, & quamvis duos filios habuisse Felicem & Hermiam, substantiam suam & vnitum B. Felici moriens dereliquit.

Hereditem cum fratre dividit.

Eo militiam sequente,

ipse litteris Epistola pietati vacat.

Fit Sacerdos.

Fugiente Episcopo, Ecclesiam fouer.

Comprehenditur.

In testarum fragmentis sternitur.

Lumine caelesti re-creatatur.

a *Hinc pater ipsum Marcellum Nolanum fuisse, & quod mox scribat, nostris in regionibus nasceretur.*

b *Aliquid deest.*

c *Fallitur hic auctor. Nam Paulinus de Felice loquens:*

— Multoque relictus in auro,
Diues opum viguit, quamvis non unicus heres.
Terrenas cum fratre sui cognomine patris
Obtinuit Felix. Et paulus p̄p̄f:
Iste heres tantum proprij patris, iste coheres Christi.

C A P T . II.

S. Maximi Episcopi semianimis reuectio.

¶ Ntereà B. Maximus in solitudine montium, ad quam carnificum manus fugiendo peruerenter, vi tam æger in ærumnis agebat, non duro catenarum ferro vincitus, sed solo relicti gregis desiderio torquebatur: & nunc famis deforme ieunium, nunc algorem senilis ætatis & frigoris sustinebat. Qui noctis dieique tempus peruigili prece continuans, inter aspera mon-

tium in oratione prostratus, consolationem tribulatio-
ni lacrymosâ supplicatione poscebatur. Membrorum do-
lorem fortior cordis dolor excluderat. Sed licet fidelissi-
mi senis mentem solida in Christo constantia robo-
ret, carnis tamen infirma fragilitas frigore fameque
confecta, spiritus sui substantiam fabricâ deficiente lin-
quebat. Hac celestis Pater miseratione permotus, non
pertulit Pontificis sui vitam in obscurâ montû asperitate
trâsire: quamvis etiam sicut Eliat volucris seruitio potu-
set, qui & Prophetam inter famulantia leonum ora cibis
spiritualibus educauit. Ergo Sacerdotem Confessorem
que sereno Deus vultu respiciens, non passus est senem
in solitudine tabescere: sed, ut eum digno consolationis
comite visitaret, B. Felicem de carceris custodiâ libera-
uit, per quem attonito gregi probatum fide posset reu-
care Pastorem, atque suis humeris sanctum oneri pôdus
imponens ad propriæ Ecclesiæ septa reduceret. Sed ferè
silenti nocte venit Angelus, & inter afflictos, quos arcta
custodia vincula constringerant, Felicem solum respe-
xit, quem reum catullâ pietatis effecrat. Tunc loquente
sibi Angelo, & miceroris ab eo dolor abscessit, & mar-
centes carceris tenebræ cum ministris subitâ luce ful-
serunt: turbatusque tanto nuntio, fideli tamen aure An-
gelicæ virtutis verba captabat. Sed primò agi somniis
cuncta credens, respondit se retentum catenâ sequi non
posse, quod & carceris claustru & custodis terroribus
teneretur. Quem morâtem vox diuina increpans, cate-
narum vincla disoluit, & dormiente custode, in auxi-
lium B. Felicis Angelica virtus inuigilat. Quo faciente
libera fugienti datur occasio, nec claustru retineri po-
terat, quippe cui ianua Christus extabat. Fit per eos cu-
stodes via, per quos adimî solet inclusus. Ipse enim Christus
famuli sui Felicis libera fecit à catenarum ferro ve-
stigia, qui Apostolum suum Petrum, ut cruentam Hero-
di prædam diriperet, de carcere liberauit.

6 Discedente verò Angelo, beatus Confessor Christi mandata custodiens, ad deserta montium & defessi senis habitacula, licet per ignotum iter, Domino tamen ducente, peruenit: inuenitque eum inter extrema vita *Eius semi-mortuum* suspitia defectis animam flatibus perurgentem. Qui *reperit:* postquam B. Felix cari parentis membra cognovit, oscu-
latus notissimos vultus, super peccus senis iacés, calorem gelidis mēbris & ardorem fidei piis complexibus reuo-
cabat. Sed nec sensus in corpore tepefacto, nec mobilis pulsus extabat. Similis quoque mortuo iacens, modico flatu salutis occultata vestigium in extremo vita limine
retinebat. Cuius postquam famulus Dei Felix deficien-
tia fame ora confexit, tristis ingemuit, quia neque vnde calefaceret algentem habebat, neque ad reficiendum
senem ali quod in deserto erat compendium. Cogitanti
siquidem in eâ horâ cibum Christus opposuit, quia de *oblata*
spinosis sentibus super caput iusti mediâ hieme pendere *vnâ ref-*
vit. Hanc B. Felix celeri legit obsequio. Cuius *cir:*
liquorem supra gelida ora senis expressit, & distillanti
musto morientibus labris succum vita diffudit. Refe-
ctusque subito iucundo & caelesti remedio, clausos pe-
nè morte oculos in ianuam salutis aperuit. Mox notis
faucibus rediens vox animata resonuit, & pari comple-
xu gaudentes, arguens B. Felicem de tarditate, talia se-
nex verba reddebat: Dic mihi, præcipuum gratiæ pignus
Felix, & in Christo fidele remedium, quænam te ceſſan-
tem mora retinuit? Dudum te ad me venire Dominus
nuntiauit. Ego enim si fragili ad tempus corpore disce-
fi, firmo tamen pectore perduraui, sicut & locus doeet,
& membrorum victa fragilitas, in quâ me cernis tra-
hentem lucis extrema. Ergo suscepimus tibi opus à Deo
perfice, & me supra humeros tuæ pietatis imponens ad
commune ouilis habitatculum care porta subiectum. *suis hume-*
Gaudes tanto munere B. Felix deuota ceruici carum pô-
ri domata
dus imponens, ita leuior effectus est ut ferri magis quam *reportas.*
ipse ferre videretur, cuius pedes ad festinandum pietas
veloces effecerat. Ad suæ cellulæ mox eum tecta perdu-
xit,

AUCTORE xit, quæ vñica anus seruans, tanti Sacerdotis meritum
MAR- commandabat, & pro omni seruitorum turbâ vel
CELLO, ex pompa facultatum, sola famulo Christi sufficerat.
MSS. Hanc B. Felix pulsatis ianuis excitans, carum oneris pi-
gnus sub Christi obsecratione commendat, vt tantam
h̄dei gemmam in Domini iudicio p̄signet incolumē.

C A P V T I I L

Cetera S. Felicis gesta. mors.

7 Quidam postquam beatum reduxit Antistitem, ipse paullulum profanorum cessante terrore, ex occultis latebris liber egreditur, & pauidum gregem de recenti persecutione salutifero sermone confortans, aduersum tentationes mundi armis fidei resistere p̄monebat, vt constanti p̄stōre, & carnificum gladios promptā fide luderent, & intolerabiles cruciatus patientiā virtutis expellerent. Dum hāc Confessor Christianum s̄tientibus, incularet, collecta aduersus S. Felicem impiorum turba perfuruit, quæ Sanctorum inuida pietati ad B. Felicis domum armata gladiis & fustibus properauit. At ille in mediā vrbe confitens Christianis mētibus verbum caritatis infundens, futuræ vitæ p̄mnia suadebat. Hunc strīctis ensibus insipiens malignantium turba perquirens, p̄sentem cernens videre non potuit, quippe cuius perfidia & oculis cœcabatur & mente. Quæ ita ciuem suum cognoscere non poterat, vt cum eo loquens ipsum magis de Felicis interrogaret abscessu. Quo negante, præteriit. Et occurrentes per spatiū platearum de B. Felice singulos inquirebant. Cunctisque negantibus, quidam increpans eos causā cælestis ignaros, indicat eum fuisse, cum quo illi loquentes nec cognoscere nec tenere potuerunt.

A persecu-
toribus non
agnoscitur.

Tela ar-
**nea redi-
lacet.**

8 At illi cum magnā vulgi frequentiā redeuntes, amissam furoris sui prædam per vestigia sequebantur. At B. Felix imminentia quærens vulnera declinare, ad latebrum desertæ maceriarum Christo fauente peruenit. In quā ita squallida loci facies erat, vt ad nullos antē vñis apta, nisi tunc ad tegendum Dei famulum videretur. In ea se beatus Confessor prementibus inimicis abscondit. Ingrossoque eo, ita aditum loci aranea texit, vt deteriorem situm ruinæ fordini reficeret. Dum ad eum locum furor adpropinquasset hostilis, negabat quempiam hominem ibi intrasse, vbi tremulos sinus aranei non rupisser, dum aliquando vnius musca impetum ferre non possent. O sapientia Dei innumeris plena semper suffragiis, quæ ex infirmis fortia mundi condemnas. Nec enim quidquam sine te præcelse murorum turres prævalent, aut constructa munimina. Ecce leuis aranea Sanctum tuum texit, & fortē murum de fragili subtilitate contextit.

A viduā
**ignarā ali-
tur.**

Calitus
potatur.

9 Tunc egressus ex eo latibulo B. Felix, silentio tacitæ noctis vñs, ad cuiusdam compluuij secreta peruenit. Et dum ibidem latitaret, à nesciente viduā, iubete Deo, quotidie pascebatur, quæ p̄paratas escas credebat se domi reponere, ignorans diuinitatis occulta consilia. Sed Dominus propitium se omni iusto tribuens, & illum paci voluit, & perire mulieri non fecit obsequium. Dum diu sufficientibus ab eā dapibus aleretur, puteus ferè, vnde illa sancto viro pocula ministravit, accenso tunc æstatis ardore siccauerat. Et dum arida B. Felicem sis virgeret, misericordia Deus nubem madenti globo collectam per angustum compluuij locum in s̄tientis ora dulci rore diffudit. Satiatusque spirituali poculo ardorem fidei duplicauit.

10 Sed postquam redditā pace, impia persecutionis tela cessarunt, admonitus à Deo latebram sanctus Confessor egreditur indubitanter. Quem post longum spatij tempus fidelium turba conspiciens, Domino laudes de Pastore reddito referebat, quod eum fugatā mortis desperatione saluasset. Et tunc ferè B. Maximus Episcopus benedicens S. Felicem pro mercedis compensatione, quod eum humeris suis vexerat, ad Dominum pergens de hoc migrarat seculo. Quo defuncto, Pastorem tibi

Felicem vñiuersa petebat Ecclesia. At ille se velut indignum iudicans beato seni Quinto, quod eum in ordinationis gradu diebus septem ferè præcesserat, obtulit **Recensat**
Episcopatu-
m. sacerdotij dignitatem, vixitque sub eo Antistite Presbyter, meritis & occultā virtute laudabilis. Ille populum tantum officio, Felix regebat eloquio.

11 Aliam quoque palmarū pīj Confessoris agnoscite. Qui ita atauritiam seculi opulentiam suā virtutis spreuit, vt proscriptas à profanis possessiones, oblatis sibi pacis tempore reparare noluerit. Sed nec, donante sibi sanctā b̄ Arculā, de prædio curauit accipere; placidoque corde in Christo iam diues, offerentis munera deridebat, & promissionis æternæ dona considerans, egenas diuitias fidei pretio recusabat. Nihilque aliud præter **Prædia**
tria iugera horti, sed & haec ab aliis conducta, possedit, **proscripta,**
quæ propriā manu colens, quæsum laborē olus cum post perse-
paupere diuidebat. Nec duas vñquam tunicas habuit. **cutionem**
Et si quando secundam Domino donante promeruit, **non repe-**
mox egeni membra contexit. Interdum suam vestem
cum paupere cōmutabat: gaudebatque in habitu men-
dici procedere, qui candido fidei cultu vestitus, occul-
tos thesauros in cordis sui palatio retinebat, egenus
mundo, diues sibi. Quid enim pretiosius faceret, nisi **Amans**
paupertati. **vt Christum imitaretur, qui post cæli regna formam ser-
ui suscepit, vt iacentem culpæ nostræ conditionem hu-**
miliando sc̄ Deus in lucem nouæ libertatis erigeret?

12 Ergo B. Felix tali virtute mirabilis, ad Dominum de hac luce migrauit, vt & in vitâ præcipius, & in pre-
tiosâ videatur inorte laudabilis. Tanta enim cineribus miracula Christus contulit, vt eis & dæmones confiteri faceret, & saluandi permitteret potestatem. Nam & alias eius multas innumerabiles virtutes, quas Deus, tam in hac vitâ agenti, quā post eius obitum, ad eius **Miraculis**
gloriosam memoriam dignatus est perficere, nulla po-
test lingua narrare. Ex quibus nos, pro Dei gloriâ & eius
meritis, pauca narrabimus. Post longos itaque & innu-
meros agones B. Felix migrauit ad Dominum, & de-
positus est nonadecim Kalendas Februarias, regnante
Domino nostro Iesu Christo, cui est honor, gloria &
imperium in secula, Amen.

a Paulinus solum sanctam Deo mulierem vocat.

b Sportulam vocat S. Cyprianus ep. 34. vt & sportulis iisdem
cum Presbyteris honorentur, & difusiones menstruas æquatis
quantitatibus partiantur. Idem ep. 66. eos qui ab Ecclesiâ viduus
fipendia accipiebant, sportulantes vocat. De his agit Baronius to.

1. ad an. 57. nu. 78.

MIRACVL A S. FELICIS
EX S. PAVLINI SCRIPTIS.

1  **Via nobis, quæ scripsisse se testatur Marcel-**
lus, miracula desunt, aliqua è S. Paulino
dabimus, Gregorio Turonensi ac Beda o-
missa. Solebat quidem Paulinus, quacum-
que sibi amicisq; calitus fausta euenirent,
S. Felicis patrocinio accepta scribere: nec
immerit; cum fauorem Numinis, à quo bonum omne tribui
neceſſe est, Sancti mortalibus, p̄fertim sibi deuotis, concilient.
Ergo epistolâ 28. ad S. Viðricum Rotomagensem Episcopum, Meritis S.
scribit, Vrsum graui egritudine ac presenti mortis periculo, S. Felicis
Felicis meritis liberatum. Carmine 13. ad Cytherium scribit, quidam
Martinianum, dum Capu Nolam mulo vehitur, medio itinere
ab eo exterrito excussum in saxa & rubos prono vultu, nihil ta- alius in la-
men incommodi accepisse, S. Felicis cum manu alleuante. **psu adiu-**
tus.

2 **Natali 8. narrat solitum amnum, vicinis è montibus**
labentem, dum subitis forte imbris augeſceret, ita in S.
Felicis adem ruere, vt vicina ei domicilia violentus concuteret: **Amnis**
at Sancti ipsius virtute eius auersum aliò impetu esse, vt procul à
violentia
basilikâ, insolito volvatur alueo. Quis ille fuerit amnis, haud di-
uinamus, cum Nolam nullus nunc alluat: nisi fortassis torrens
suit, aquis pluviis exundans. Omni quoque die vndique frequen-
tes Nolam confluere scribit ibidem S. Paulinus, tum sanos ve
vota perfoluante, tum infirmos quoque vt medelam ambiant.
Multos quoque peregrino à littore aductos, grates referre ante
eius

Naufragi eius aram prostratos, & narrare ut confracta procellis nauis seruati, Deo misericordia, ipsiusq[ue] Felicis manu educti, è profundo emerserint.

3 Epistolâ 36. (ad Macarium, vicariâ praefecturâ Româ fun-
gentem, vt existimat Rosvreydus, eum videlicet ipsum, cuius na-
talem 2. Ianuar. retulimus) illustre hoc in genere miraculum
prolixè commemorat. Id h[oc]c, pauculis recisis, quæ Paulinus pro-
facundâ suâ pietate aggerat, dare visum: Opera Domini, in-
quit, prædicare honorificum est; quæ mihi causa huius
epistolæ fuit: quia patris familiæ huius, quem ad vñani-
mitatem tuam prosequor, Secundiniani negotium, vt
probabis, non potest sine Domini gloriâ, & laude nar-
rari. Sicut enim dixit in Euangelio, Pater meus adhuc
operator, & ego operor, ita & nunc facit: neque desi-
nit bonus Dominus fidem nostram evidenteribus verita-
tis sua excitare, ac verè prouocare documentis. Itaque
in diuersis (vt scriptum est) argumentis apparet nobis
Saluator Deus, terrâ marique pro nobis operatur;
& quod in singulis agit, multorum fidei salutique pro-
curat. Vide enim quam admirabile & prædicabile opus
sit, quod Iesu Dominus in uno sene cum Angelis suis
sanctis operatus est. Hæc enim causa est supradicti ami-
ci & fratribus, qui est vir in Christo fidelis.

4 Hieme superiore cōpulsus in Sardinia (cum ceteris
quippe nauiculariis) inuehēdas fiscalibus horreis fruges
ministerio propriae nauis accipere, non expectato tem-
pore soliti a commeatus, ante aestuam temperiem onu-
stum nauigium vi publicâ vrgente dimisit. Illuc (vt mi-
hi retulit) in proximo freto exorta tempestas, temerè
de portu solutam multarum nauium classem, à cursibus
destinatis retroiit, & fregit in littore. Huius nauem in
quodam eius insula loco, quem Ad puluinos vocant,
ne similiter illideretur, anchoris fundare conati sunt;
sed hiemis eiusdem violentiâ præualecente, rumpenti-
bus vinculis, nautæ exterriti scaphulam demiserunt, vel
ut nauis fortius continenda reuocatis & altius stabilitis
anchoris subuenirent; vel ut seipso, si possent, à discri-
mine nauis eriperent. Sed illos statim cum fragili perfu-
gio lembuli sui arripuisse in scopulos procella dicitur, &
superfusis fluctibus obruisse. Vnum ex omni numero
nautarum senem sentinando deputatum, vel metu im-
memores, vel ut vilem animam contemnentes, re-
linquent.

5 Interè destituta nautis & anchoris nauis aufertur in pelagus. Senex ille, qui nescierat se relictum, vt iactari
voluique sensit, ab intimo nauis emersit; vacua omnia,
mare vndique & vndique cælū videt: cùm & metum &
periculum misero solitudo cumularet, sex dies & noctes
ieiunus condidit. Fuerunt enim illi lacrymæ panes die
ac nocte: tum ipsum iam mortis, quām vitæ cupidio-
rem, finemque pœnarum animæ exitu desiderantem,
misericors & miserator Dominus adire cominùs, & ver-
bi cibo animare dignatus est. Refert ipse adhuc lacry-
mans felicitatem periculi sui, nec sine lacrymis cordis,
& gaudio spiritus audiri potest, vt compellatus adeunte
Christo, vt confortatus hortante sit, vt arboreum iussus
inciderit, quam excidi in eo tempore remedium nauis
erat. Sed quod multi atque validissimi sine suo & nauis
periculo facere vix possunt, solus & debilis arripere non
audens, Dei verbo ausus est. Bis tantum & leuiter, vt à
senili manu tactus magis quām iactus securi, malus ita
profiliuit à vulnere, vt longè extra nauem in vndas ex-
pulsus tuto ceciderit. Deinde variis, vt marina iactatio
& naualis instruictio poscit, officiis, cùm aut artemone
armari oportebat, aut sentinam depleri necesse erat, ho-
mione Victoris vocatus à Domino porrigitur tantum
specie agendi manum, ad quamlibet operam iubebatur.
Non enim in multâ & variâ circa hunc senem mirabilium
diuinorū gratiâ hoc quoque Dei munus præ-
tereundum videtur, quod etiam nomen accepit, quo
nunc & regeneratione censetur, & ab hominibus, &
ab Angelis scribitur: gentilitio enim signo Valgus vo-

Tom. I.

cabatur, qui nunc Victor à Domino dicitur, & est victor Ex S. PAW
in Domino, qui illi aptum ad opera sua idipsum nomen LINO.
imposuit: quia videlicet & in mari de tempestatibus at-
que naufragio per adiutorium Christi, & nuper in terra
per eiusdem gratiam de peccatis & diabolo triumpha-
uit: videlicet vt totus in Christo nouandus neque in
nomine neque in homine veteri permanerer.

6 Mira fides, & ineffabilis pietas Domini Salvatoris, qui senem, si forte somno piger lentiis ad gerenda con-
sigeret, & molli manu ante præpalpans ne trepidus
expergeferet, vellicatâ blandè auriculâ suscitavit, cùm
leniter admittens senem à primo statim conatu suo mani-
bus Angelicis res effectas videret. Vix rudentem quasi IUNATUR
ab Angeli
ducturus attigerat, cùm velut videret iam exsanguatum IUS,
in contos suos, stuprum stabant, vela nauis faciebat.
Aqua rimis nauis accepta mergeret tentauerat: & post
vnus vel alterum breuis sentinaculi haustum humore
destricto, siccataque nauis, quod ageret non habebat;
stupes laborem sibi sine labore præcerpi, & actum suum
occultâ manu præueniri: si bene occulta dicitur quæ tam
perspicuum præstabat auxilium. Sed nec ipsi operatores
simplicibus innocentissimi senis oculis subtrahebantur:
nam sapientia vidit armatos (videlicet de exercitu cæli) mi-
litæ excubare nauigio, & cuncta nautici munera ad-
ministrare. Nec sane nauem illam nisi Angeli nautæ
decebant, cui gubernaculum erat mundi Gubernator.
Ipse enim Dominus nunc suo vultu coruscus, vt in Apoc. 1.
Apocalypsi describitur, & comâ fulgidus: nunc Con- 14.
fessoris & amici sui, Domini mei communis patroni
Felicis ore venerabilis in puppi sedebat, (sicut nautico
vsu dicitur) ad temones, vel potius, pro temonibus, à Christo
quos cum anchoris pariter & nautis in illo naufrago quoque S. Felice;
littore nauis amiserat: infelix feliciter, vt pro amissis o-
mnibus, viris & armis suis, aut Domini Martyrem aut
Dominum Martyris obtineret. Narrat gaudio lacry-
mans senex, se ad ipsius pedes nunc Domini nunc Mart-
yris gubernantis sibi, solitum procubare, etiam familiariis ipso allestante, in genibus quoque ac sinibus fa-
nas caput. in eorum
sinu recli-
cris beatum, & afflatibus diuinis odorum reclinati ca-
pitis puluinar habuisse. Dubitemus nunc Patriarcharum
sinus fidelibus in Christo seruis patere, cùm immensa
eius bonitas etiam catechumenum tunc istum, vel suo,
vel Sancti sui fouerit gremio?

7 Et aliquando post: Denique non solum nauem, sed
ipsum quoque, cuius causâ nauem tuebatur, regens, &
in eo discreta carnis & spiritus officia dispensans, noctu
securu requiescere, die vigilare sollicitum iubebatur: se pro
dormiente vigilatur, & vigilanti cooperatur esse pro-
mittens. Nempe illum in iis verbis Domini recognoscet
affectionem, quo semper ita spem nostram fouet, vt solli- tubetur
citudinem non relaxet: ita infirmæ carni consulet, vt spi- interdum
ritus promptus esse non desinat. Et ideo sic dormire
permisit seni feffo, vt ne seni quidem & fatigato sine
vigilandi negotio securitatem remitteret; ne scilicet re-
suleretur in somnos inertes, & inciperet non solum
corpo, sed & mente dormire.

8 Ac deinde: Viginti tres dies homo non modo à ter-
ris, sed ab hominibus exclusus, omnium ventorum li-
cidibrium, omnis terræ exul, diuersi maris hospes, & ex-
fors generis humani, inter fluctus & bellus matis in va- 23. diebus
go erraticæ nauis hospitio, ieiuniis, senio, timore confi- iacharior.
ctus, quæso te, numquid naturâ suâ perdurauit. Cui ergo
obscurum sit, Deum in illo fuisse? Eum dixi Deum, qui
facit mirabilia solus; qui vocat ea quæ non sunt, tam
quām quæ sunt; cuius ope enabat toto nauis secreta pe-
lagi, & inuisibili gubernatore quasi vacua & tam graui
mole se promouens, clausis intra cameras suas homine Gen. 9.
cum frigibus, velut illa diluicio feta mundi feminibus 17.
arca, fluebat, nec vno mari iactata cursum cum tempe-
statibus immutauit. Primo ad Vrbem acta, & Romani b
portus Pharum vident. Deinde Campaniam longis tracti-
bus legit; mutatisque turbinibus in Africæ littora trans-
uolauit.

LXXXI uolauit.

Ex S. PAVLINO. uolauit; atque ab ipsis rursus abrepta, Siciliam transcurrit, circa quam concita & verticosa crebris, vt ferunt, e insulis freta, & periculosos etiam sub gubernatore nauibus cursus inter ambages & obices insularum, tam directo otiosus senex inostensioque nauigio præteriuit, vt quasi diuina nauis, & immenso diuinitus spiritu sapiens, suâ sponte cauenda vitaret, sequenda peteret, & utiliter ac peritè per necessarios obitus flechteretur, vigeſimo demum tertio die, miserante iam Domino, finem errorum atque discriminum in Lucanis positura littoribus.

d Quibus propinquanti Dominus æternus, vt indeſſa eius bonitas usque ad terminum ſucepta ſibi nauigationis operaretur mirabilia ſua, tacito luæ adſpirationis iñſtinctu, compulſos à littore in duabus nauiculis pifcatores obuiam misit; qui nauem hanc eminùs conſpicati, primo aspectu territi refugerunt: plenam enim armatorum, & Liburnæ æmulam tibi vitam ipſi poſteā retulerunt: deinde magnis & ſæpē repetitis ſenis noſtri vocibus aliquando reuocati, ratione ſecum habitâ, & agente ſic Domino, nihil ſibi ab eâ nauis, timendum, in quam vocarentur, intellexerunt. Accesſere nauigio, vacuumque militibus eſſe, quod longè ſtipatum viuerant, vix ſeni confeſtant, & aſcensâ tandem nauis, ſuis oculis crediderunt. Vbi receptos ſenex prandio, quod pridie iuſſus à Domino præparat, excepit, multaque mercede copioſis amiflorum nautarum panibus ſaturauit, atque donauit. **Quibus ſtipendiis lati famulantibus lembulis ſuis, quali emeritam graui è bello & de certamine coronatam, quippe vt ſuperſtitem naufragij, vietricem ventorum & fluctuum nauem, ad portum ſuum e remulco præante duxerunt.**

f **10** Pōſt pauld: Quid huic, quæſo, obſuit ſeni perſona fentinatoris, & in nauis vilissima, inops habitus, & fmaſtrua Sardorum? Nam pelliſbus ſutis veſtiebatur, cùm illum Dominus virtutum, Rex gloria, & alloquio ſuo beabat, & illuminabat aspectu, & gremio ſopiebat: profectò & id ipsum in eo diligens, quod Eliæ meloton, & prænij Ioannis habitum veſte ſetigerâ imitatatur? **Tandem:** Quare forſitan quibus hic meritis vetus nauita, ſemper in tenebris ignorantia demoratus, & tam ab operibus iuſtitia, quâm à ſcientia veritatis alienus obtinuiffe videatur, quod pauciſſimi certè operariis, quamquam à cultodiâ matutinâ usque in noctem totius diei repondus, & æſtum ſuſtinuerint, facile conceditur. Reſpondebit tibi Apoſtolus profeſtò, quia ſine pœnitentiâ ſunt gratia & donationes Dei, & quia non ex operibus iuſtificabit omnis caro. Tempus eft gratia, & fides ad iuſtitiam deputatur, quia de lapidibus filij Abraham quotidie ſuſcitantur. Nunc enim tempus acceptum, nunc dies ſalutis, quo pacis & laudis hostias immola-
Rom. 11. 29. confectus, mus, & ſacrificio Deo ſpiritus contribulatus eſt: & in homine templum Dei, & in corde credenti ſalutaria, & in defactis peccatoribus sancta ſanctorum. Quare qui cor contritum & humiliatum non ſpernit, ipſe noſtrum ſenem placitam ſibi naturalibus bonis hostiam in odo-rem ſuauitatis accepit. Nam ingenitâ ſimplicitate tam purus animi ſemper fuſſe perhibetur, vt peccare neſcie-rit. Iam in extremâ ætatis ſenectâ puer & malitiâ par-
Rom. 3. 20. uulus, non ſolūm gratia, ſed & mentis infantiam gerit.

Gratuitò id à Deo consecutus, in needum baptizatus; **aliquin innocens.** Requentiſſimum Fastis mendum, vt qui cognomines Di-
XIV. IA- ui, eorum Acta miſta ſœdiuſ vitientur, quò plus alie-
NYAR. ni ſingulis affingitur decoris. Id Felici Nolano, alte-
Duo Feli rijs, Romano Presbyteris, eueniſſe iam monuimus, egimusq; de-
ces Presby- teri cofuſi. illo prolixè. Hunc pauciores memorant, quia eius ad illum geſta

DE S. FELICE CONFESSORE, PRESBYTERO ROMANO, NOLÆ.

INITIO

SEC. IV. I

Frequentiſſimum Fastis mendum, vt qui cognomines Di-
ui, eorum Acta miſta ſœdiuſ vitientur, quò plus alie-
ni ſingulis affingitur decoris. Id Felici Nolano, alte-

Duo Feli rijs, Romano Presbyteris, eueniſſe iam monuimus, egimusq; de-

ces Presby- teri cofuſi. illo prolixè. Hunc pauciores memorant, quia eius ad illum geſta

Nuper enim (vt ſuprà dixi) renatus in Christo, & Do-
mino dedicatus eſt, per quem mala vita, per quem a-
quas mortis euafit.

II Demum cuius rei cauſa prolixam illam ſcripſit epiftolam, Macarium iſbae roga: Tu ſtudium pie deuotionis inten-
de; & patrono huius Secundiniano, cui nauem Chri-
ſtus omnipotens, pro huius ſiluſe ſcruatam, iam despe-
ranti reddidit, toto fidei tuae affectu adeſto. Munus e-
nim Christi adſeres. Ne patiaris inuidiâ diaboli per ho-
minem improbum Secundiniano eripi, vel iam ereptum
negari, quod illi de naufragio redonauit Deus. Procu-
rator Christiani viri, fratris noſtri Poſthumiani, eſſe di-
citur, qui eam nauem in Brutiorum littore, quo poſ-
ſeffio Senatoris adluitur, adlapsam, auarior mari & fine
myoparone piraticam in terrâ agens occupauit, & ca-
ptam vacuefecit: nam etiam nunc in ipſo littore inanis
manet, vt damnum oneris fruſtrâ in pelago ſeruati & in
terrâ perditū confeſſetur. Depositæ iam ſapè apud Iudi-
cem prouinciale ſuper hoc latrocinio querelæ, ſed
Pharao noſter indurauit cor ſuum; forte vt in ipſo ini-
rabilia fiant: & conuentus per officia primò vi rebella-
uit, poſteā Romam profugit. Hæc Secundinianum
meum neceſſitas ad Vrbem, & itinere terreno, peregrini-
nari cum ſuo unico nauitâ coegerit. Non ambigo, fratrem
noſtrum Poſthumianum, & interueniu tuo, & ſuâ fide
atque iuſtitia, commouendum. Quare hoc moderamine
interuenire debemus (quod profeſtò facias, eti nullus
admoneam) vt pari labore defendas, & excufes optimo
Senatori, id eſt, Christiano viro, reum ſuum; ita vt pre-
doni ipſi ſufficiat impunitatis lucrum, nobis ab ipſo Dei
munera recipere contentis.

a Commecatus ſapè pro abeundi facultate, aut re annonariâ: Comme-
bic pro iuſu redituq; clafis commenans accipit. Ita Suetonius in *Caſar.*
Nerone cap. 20. Caput modulatis Alexandrinorum laudatio-
nibus, qui de nouo commecatu Neapolim confluxerant. *Caſar*
lib. 5. bel. Gall. Duobus commenatis exercitum reportare con-
ſtituit.

b ſapè portus Romani mentio fit, qui & ſimpliſter Portus, *Portus Romanus.*
Portus Vrbis, Auguſti portus. Iſ era in iuxta oſia Tiberis, ad dext-
erum eius alueum, quo iuſla facra, ſive Libanus alme Veneris
cingitur. Nec ſolū portus erat, iſq; duplex, exterior & interior, ſed
oppidum inſigne: paucis nunc teſtis habitatur, ſed ruderæ illuſtrium
adſidiorum templorumq; obſeruantur. Sedes iſbae ab antiquo
Episcopali. In Portu Pharus fuit, ſive alta turris unde nocturni
ignes obſendebantur; ut in illâ turri in iuſla Phari ad Alexandriam. *Pharus*
De Romana hac Pharo Iuſenales ſatyrâ 12.

Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles,
Tyrrenhamq; Pharon.

Et Valerius Flaccus:
Non ita Tyrrenhus ſtupet Ioniusque magiſter,
Qui portus Tiberine tuos claranque ſerenâ
Arce Pharoniſquens.

Et ipſe S. Paulinus carm. 13. de Martiniano loquens:

Intrat ut Portum Phari.

Eam à Claudio Caſare erētam ſcribit Suetonius lib. 4. cap. 20.

c Aelias videtur innuere, ſive Vulcanias, ad Septentrionem
Sicilia, quarum ſapè mentio, preſertim Liparæ. Quamquam &
Egades haud longè à Lilybae promontorio, Libyam verius, iacent.

d Nauim bellicam, qualibus expeditis piraticam exercere Li-
burna burni Illyrici populi ſoliti, dein etiam ad prelia uti ipſi Romani, naues.
quid mirâ celeritate pollerent.

e Remulco duci, trahiūc naues magna dicuntur, cum iſtu Remulca.
venoq; deſtitute à ſcaphe preſunte, & remis ad a impelluntur.

f Genuſ uetus Sardo Hinc maſtrucari (ſive maſtrucati) la-
trunculi in Sardinia, Ciceroni memorati, orat. de pronin. Cons.

tranſulere.. Alij Romanum Martyrem hic retulerunt, quia cùm
duos Felices legerent colli hoc die, & ynum quidem Felicis quo-
que Martyris fratrem: Martyrem Romanum, Nolanumq; Her-
mia filium, S. Paulino laudatum, fratres temerè censuerunt.

2 Alij diſtinxe Presbyteros duos Romanos, quorum ſenior

Roma

*Alterius
nomen in
Martyro-
logiis.*

Roma via Portuensi martyrium subiit, iunior tornuentis superatus relegatus, Nola tandem Confessor decessit, & tertium: Nolana Ecclesia Presbyterum. Testatur Michael Monachus, in Breuiario Capuano tres recitari lectiones, de Romano Martyre primam, alteram de fratre Confessore, tertiam de Nolano, qui perperam tamen in ea Episcopus appellatur. Vfuardi quoque MSS. duo supra citata, celebrato Nolano Felice, sed mendozè Episcopo appellato, subdunt: Item eodem die S. Felicis Presbyteri & Confessoris. MS. Ecclesia S. Gudila Bruxellis: Apud eundem locum (Nolam) Felicis Presbyteri, fratris praecedentis (scilicet, Hermia F. mendozè; potius sequentis, nam Romanum Martyrem mox subiit) qui pro confessione Christi fortiter certauit: sed Ecclesia ipsum Confessorem potius quam Martyrem tenet.

3 Plenius de eodem Rabanus & MS. S. Maximini Treuiris: Eodem die natalis est Felicis germani ipsius (*mendum, iam ante perstrictum*) quem Dracus Vrbis Praefectus idolis immolare coegerit, & fustibus cecidit, atque in exiliu deportari iussit, vbi & quadratos lapides caederet, sed per virtutem Dei plures ibi conuertit ad fidem, (*huc vsque MS. S. Maximini, pergit vulgatus Rabanus:*) hoc est, Probus Tribunum, & eos qui secum erant. Deinde idolum Apollinis destruxit: in quo loco fideles postea templum Deo construxerunt. Post duodecim verò annos, ipsa die Dominicâ, confessi mysteriis, perrexit ad Dominum Iesum Christum. Hic dici Episcopus videtur in quarto Kalendario Capuano, quod citat Monachus: S. Felicis in Pincis, inquit, Presbyteri & Martyris, & Felicis Nolani Episcopi & Confessoris. Nam qui alias memoratur Felix Episcopus, is Martyr fuit. A quibusdam videtur 30. Aug. celebrari, vt ex Ferrario diximus supra §. 1.nu.4.

4 Huius Acta descripsérat Rofveydus ex veriusissimo MS. Claudiij Puteani, qua cum Mombritio, & MSS. S. Maximini & S. Martini Treuiris, S. Mariae de Ripatorio, Nicolai Belfortij, con*Acta eius. tulimus. Eadem ferè Vincentius Bellouacensis lib. 18. c. 40. recitat,* & Petrus de Natal. lib. 2. cap. 75. qua Ado aliq. cum Actu alterius Felicis confuderunt, vt supra fuse dictum.

ACTA EX VETERIB. MSS.



*S. Felix si-
stitur
Draco
Prefecto.*

a Actum est post completionem beatissimi & Felicis Presbyteri, alias Felix germanus eius iunior b nomine & actione, & ipse Presbyter, cum adductus fuisset ad iniquissimum, Dracum Vrbis Praefectum, ceperit eum compellere vt idolis immolaret. Quibus B. Felix Presbyter ait: Puto, quod estis inimici deorum vestrorum effecti, ad quoscumque me duxeritis in deorum templis, hoc eis euueniet, quod a illis euuenit, ad quos meum fratre vos duxisse iam penitet. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Iesu Christi, ad Capitolium ire me iubete, vt ipsum Iouem principem dæmoniorum vestrorum ruere faciam.

b Audiens hæc Dracus Praefectus clausit aures suas, & iubet eum fustibus caedi, atque exilio deportari in montem, qui vocatur Circeius, vbi lapides quadrati excidebantur, vt ibidem omnibus diebus vita sua S. Felix hoc faceret. Adueniens igitur in prædictum locum, inuenit ibidem cuiusdam Probi Tribuni, qui præserat loco, filiam à dæmonio vexari. Qui inuocato nomine Domini Iesu Christi, statim filia eius saluata est. Tunc Probus Tribunus cùm vidisset hoc miraculum factum in eius filiâ, misit se ad pedes eius, clamans & dicens: Verè tu verus es homo Dei sanctus: & exinde iam non permisit penitus, vt ibi iniuria subiaceret. Erat autem iste Tribunus & nomine & opere Probus, cuius Nolanus: cui etiam nuntiatum est quod vxor eius fimbriatum hydropticum incurrit. Cui S. Felix ait: Noli tristari, tu tantummodo crede quod Christus meus verus est Deus, & salua erit vxor tua. Qui cùm diceret, Cre-

c Relegatur.

*Demonia-
cam libe-
rat.*

f Probum
Tribunum
conuertit.

do, benedicens oleum, misit ad eam, ex quo peruncta post triduum salua facta est. *Hydro-
cam sanas.*

3 Tunc collega Probi Tribuni perrexit ad g Confusarem, & ita egit, vt h eum vincitum duceret, quod eum Christum conuentem audiuist. Venientes autem ex officio vt eum tenerent, manus eorum in dolorem conuersa sunt, ita vt vultatum dira vocis emitterent. Qui cum combus B. Felix ait: Dicite, quia Christus verus est Deus, & prebendere dimittet vos dolor. Qui cùm clamarent, Verus est Christus Deus, statim à dolore liberati sunt. Vniuersi autem baptizati liberatur, qui aderant crediderunt Domino, & baptizati sunt.

4 Expleto autem i Tribunitij sui tempore Probus

vna cum S. Felice reuersus est k Nolam. Erat autem ibi

Pontifex dæmonum, qui quasi diuinabat miseris & pa-

ganis hominibus. Hic videns S. Felicem, cecidit ad pe-

des eius dicens: Domine, vidit te Deus meus venien-

tem, & fugit cui cùm dicerem, Quare fugis, respondit idolis da-

mihi: Virtutem huius Felicis, qui cum Probo Tribuno monem.

venit, ferre nullatenus possum. Si ergo Deus meus sic

te timet, quanto magis ego te timere & venerari debeo?

Dicit ei B. Felix: Ego seruus Christi sum, ipsum time &

venerare. Qui audiens credidit Christo. Cum autem ibi

manceret S. Felix, & hortum sibi excolet, venerunt

nocte qui eius olera raperent: & inuenientes ibi l van-

gas, tota nocte, Lunâ lucente, laborauerunt. Videbatur

autem eis, quod furtum facerent. Illi autem manè in-

Fures in-
scij eius
l
Furtum co-

uenti sunt laborantes. Quos cùm vidisset S. Felix, ait horum co-

sis: Aduuet vos Dominus, filiali. Illi autem mittentes lunt.

se ad pedes eius confessi sunt quid voti eorum fuisse, & quid Dominus procurasset.

5 Factum est autem deinceps vt veniret S. Felix ad

templum, quod in n vicino erat, in quo diuinus esse

dicebatur Apollo dæmon paganorum. Et videns popu-

lum intrantem, dicit eis: Si verè diuinus est Apollo, di-

Apollinat mihi, quid ego clausâ manu getineo. Erat autem in nem mu-

manu eius Euangeliū breue, in quo erat scriptura ora-

ditionis Dominica. Et cùm non posset ullus indicare, nec

sacerdos, nec vates eorum, minister Apollinis; dixit ad

eos S. Felix: Miseri quid erratis: dicite mihi quid vobis

præstat Apollo iste vt eum colatis? Qui dixerunt: Furta

detegit, & diuinat si quis n alicius læsionis querit ar-

ticulum. Quibus S. Felix dixit: Haec à Domino Iesu

Christo melius consequemini; sed in eiusdem Apollinis

deiectione non contristemini. Ego enim ei impero, vt

vltrâ non audeat vobis dare responsa. Videntes autem

Pagani à nullo eis dari respōsum, sed magis à S. Felice in

omnibus mirabilia magna fieri, cæcos illuminari, dæ-

monia effugari, variis lagoribus detentos curari, atque

vicinos morti per eius orationes ad vitam restituiri, pro-

iecerunt simulachrum Apollinis in paumentum, & in

Confringit
idolum.

eadem loco oratorium fabricantes, crediderunt vniuer-

si Domino Iesu Christo.

6 Superuixit autem beatissimus Felix Presbyter, in eadē

civitate per annos duodecim. *Quicumque autem ibi ve-*

niesbat ex paganis, vt Christianum exinde rapere cona-

retur, & in iudicium offerret, statim à dæmonio re-

plebatur. Cumq[ue] Christo credidisset, à S. Felice mun-

do, Deo gratias referens, Christianus abscedebat, Felicem,

qui paganus aduenierat. Post duodecim verò annos, capere pu-

ipsa die Dominicâ, confessi mysteriis dansque pacem niuntur.

Vniuerso populo, proiiciens se in paumentum in ora-

tione, perrexit ad Dominum Iesum Christum, qui vi-

*uit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti. *Più mori-**

per immortality seculorum, Amen.

a Martyrus Romani, qui cum Adauerto colitur 30. Augusti.

b Mombr. animo.

c Hic Maurolico & Beda Draco dicitur; Martyrologio Col-

nienſi Draccontius; Surio, MS. Centulensi Dracus; MS. S. Lan-

berti Leodij, & Petro de Natal. Dracus; quibusdam MSS. Draceus;

Adoni & alii pleriq[ue] Dracus.

d Serapi, Mercurio, Diana.

e MS. Belfortij: Circærius. MS. S. Max. Circus. Vincentius, Circeii,

MS. Cl. Puteani Circeio. Circum promontorium est Italia haud

LIII 2 procul

Ex v. A.
XII. s.

proc. Tarracina, & in eo olim oppidum, colonia Romana, vulgo Circii, Græcia Circæum, & Circeia. Oppidi vestigia etiamnum ijsunt in monte, sine promontorio, ut scribit Cluverius, dicta vulgo La citta vecchia. Oppido collapsa arx condita isthie est, tunc antiquis Pontificibus à tyrannorum saecula refugium, ut in Latio scribit Leander. In radicibus deinde moniti Circæi castellum est S. Felicitas. Porro promontorio à Circe veneficè nomen, quam ijsbit habuisse aiunt, ubi illius olim famum fuit. Mons vulgo nunc Monte Cirello dicitur.

*f. Petrus de Nasal. addit. in vrbe Nolanæ.**g. Vinc. Consulares. Quatuor Consulares, qui per Italiam ius dicerent, creati olim ab Hadriano; post oculo fuerunt. Hic intelligitur*

Consularis Campanæ, de quo in Notitia imperij Occidentalis agitur.

h. Petrus Probus comprehendere iussum scribit.

i. Ita MSS. plerique; quedam Tribunatus.

k. Addunt quidam codices, in ciuitatem suam. MS. S. Max. Nolanis. Vinc. & quedam MSS. Nolanum, villam fortassis in agro Nolano.

l. Momb. Sarcula. Vanga Italæ idem est quod bipalium.

m. MS. S. Max. vico.

n. Al. aliquid læsionis. al. aliquas læsiones.

o. Momb. & MS. Puteani: Christum. Belf. eum.

DE S. MACRINA, AVIA S. BASILII,

NEOCÆSAREÆ IN PONTO.

SEC. IV.
XIV. IA-
NVAR.S. Macri-
na, avia
S. Basili.An S. Gre-
gorij
Thauma-
turgi di-
scipula.

*B*asili Magni illustre genus fuit, ut S. Gregorius Nazianzenus orat. 20. tradit. Avia paterna Macrina, nutrix illi fidei, orthodoxæ ac pietatis magistra. Eius XIV. Ianuarij Martyrologio Romano inscriptum nomen, his verbis: Neocæsareæ in Pon-

*to S. Macrinae, discipulae B. Gregorij Thaumaturgi, a-
viae S. Basili, quæ eum educauit in fide.*

*2. Baronius in Notat. ad Martyrologium scribit eam tem-
poribus Decij Imperatoris & successorum vixisse Neo-
cæsareæ in Ponto, eruditam à magno illo Gregorio
Thaumaturgo. Grandis natu fuit Macrina si ab ipsis ore
Gregorij (qui post synodum Antiochenam anno Gallieni 12.
Christi 265. contra Paulum Samosatenum celebratam, haud
diu videtur superstes fuisse, ut ad vitam eius 17. Nouemb. dice-
mus) fidei hausti doctrinam: cum ex S. Basili, quem nutritum
& instituit, etate colligi posse, minimum ad Constantij ac fra-
trum peruenisse exordia. Verba Basili sunt ep. 75. (in edit.
Scotti 69.) ad Neocæsarienses: Fidei vero nostræ quæ poten-
tit esse evidentior probatio, quæ ab auiâ beatâ
feminâ, quæ ex vobis erat oriunda, (Macrinam dico,
illustrem illam) educati, ab eâ edocti sumus Beatissimi
Gregorij verba, quæcumque ad eam consequentiâ memoriæ conseruata & ipsa custodiuit, & nos adhuc in-
fantes edocuit, & pietatis dogmatibus informauit. Græca
illa, περὶ τῆς ἐλιθοχηρᾶς τὸν μακαρωτότερον Γεργορίον πή-
ματος σον τρέψεις αὐτῷ ἀπολύθηται μνήμης Διάσωθεν τοῦ αὐτοῦ
τε ἐφύλαξε, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ νηπίας ὅντας ἐποιεῖτε, καὶ ἐμδέ-
ψεις τοῖς διοτεῖταις δύγμασι, ita videntur intelligi posse, ut
& ipsa penes se memoria beneficio conseruâr, que
Gregorium docentem audierat adolescentis; & decursu quodam
memoria ac traditione, que in olim docuerat, à parentibus suis
ac magistris ipsa didicerit, nepotemq. docuerit. Sic in eadem
epistola discipulum se eiusdem Gregorij ipse Basilius gloriatur:*

*Iudem, inquit, vobis ac nobis & magistri diuinorum
mysteriorum & patres spirituales fuerunt, qui à prin-
cipio vestram fundarunt Ecclesiam: Gregorium di-
co magnum illum & quorundam post illum Episco-
palem apud vos thronum suscepserunt, alter post alterum
velut astra quædam exorti, iisdemque incessâre
vestigiis.*

*3. Avita porro institutionis huius idem meminit Basilius ep.*S. Basilio
fidei ma-
gistra.

*79. (Scotti 73.) ad Eustathium Sebastenum. Etsi enim, in-
quit, reliqua nostra omnia eiusmodi sint, ut meritò pro-
pter ea ingemiscere debeamus; vnum hoc tamen audeo
gloriari in Domino, quod numquam falsas opiniones
habuerim de Deo: neque aliter sentiendo, animi postea
iudicium mutauerim: sed quam à puero sententiam de
Deo, à beatâ matre meâ, & ab auiâ meâ Macrinâ hausi,
illam iustis incrementis auctam in meipso conseruaue-
rim. Non enim alias post alias maturescente iudicio af-
sumpsi, sed tradita mihi ab iis principia absolui & ad
perfectionem deduxi. Epistola quoque 64. testatur se Neo-
cæsarea educatum apud auiam suam, vel nutricem; utrumque
enim significat vox τίτην. De matre S. Basili S. Eunomia ac
patre Basilio agemus 30. Maij.*

*4. Basili frater S. Gregorius Nyssenus in vitâ Macrinae
fororis, 19. Iulij ita scribit: Macrina virginis nomen erat,
sic à parentibus appellata, quod olim insignis quedam
in nostrâ familiâ Macrina fuerat, patris nostri videlicet
mater, quæ tempore persecutionum pro Christi confes-
sione pugnauerat. Hac certamina vtcumque exponit S. Gre-
gorius Nazianzenus orat. in laudem Basili, atque ex eo Baro-
nius ro. 2. an. 304. nu. 53. & seqq.*

*5. Aliarum quidem familiarum, vel etiam sigillatim
cuiuslibet hominis, alia sunt decora & laudum orna-
menta, vel maiora vel minora, quæ instar paternæ cuius-
dam hereditatis, vel longinquiùs vel propinquius ex-
orsæ, ad posteros deuoluuntur: huic autem & vtriusque
parentis insigne atque ornamentum pietas fuit, quem-
admodum nunc oratio declarabit. Persecutio erat, &
quidem atrocissima & formidolosissima: iis loquor, qui-
bus ea persecutio nota est, quam b Maximinus excita-
uit, qui cum multis, qui paullò antè extiterant excepi-
set, crudelitate suâ perfecit, ut iij omnes humani fuisse
viderentur; incredibili quadam audaciâ furens, modif-
quæ omnibus impietas palmam ferre contendens.
Hunc athletarum nostrorum plerique superarunt, alij
ad mortem usque, alij penè usque ad mortem dimican-
tes; ideò videlicet relicti, vt victoriae suæ essent supersti-
ties, nec in ipso certamine animam efflarent, sed alijs vir-
tutis & alijs, viui martyres, spirantes columnæ, tacita-
que præconia relinquenter.*

*6. Horum numerum auxerunt patris eius parentes,
quibus, cum omne pietatis genus coluisserint, eximiam
tempestas illa coronidem inuexit. Etenim illi quidem
ita animo constituti & comparati etant, vt ea omnia fac-
ile perpeſiū, ob qua Christus eos, qui certamen
ipsius nostrâ causâ susceptum imitantur, coronâ do-
nat: verum quoniam certamen quoque legitimum ipsis
esse oportebat, (lex autem martyrij hæc est, vt nec in
certamen vltro proruamus, & persecutoribus ipsis &
infirmioribus athletis consilentes, nec cum præsentes
sumus, certamen detrememus: illud quippe temerarij
ac præcipitis est animi, hoc timidi & ignavi) in hoc
quoque legistatem reuerentes, quid moluntur? vel
potius quoniam à diuinâ prouidetiâ, omnia eorum con-
ſilia gubernante, ducuntur? Ad quandam Ponticorum
montium siluam (illic aut permulta sunt & densæ &
valde amplæ ac spatiose) cum paucis admodum tam
fugæ comitibus, quæ cibi ministris configunt. Atque
hic quidem alij temporis diuturnitatem admirantur, (si-
quidem in annum penè septimum, eoquæ amplius pro-
tractum illis exilium fuisse narrant) & viuendi ratio-
nen corporibus generosis angustam & insolentem, vt
verisimile est; quodque item sub dio agentes, algori-
bus, caloribus, pluviis diuexati fuerint; postremò quod
in molestâ huiusmodi solitudine hominum societate &
commercio caruerint. Quæ res quæ calmitosa &
acerba iis fuisse putanda est, qui frequenti satellitio
cingi atque honorari solebant.*

*7. Ego autem quod maius est, maiori dignum admi-
ratione*cum viro
in solitu-
dine late-
7. annis.

Cibos lautiores extitentes, ratione exponam. Nec mihi quisquam fidem abrogabit, nisi qui nihil magnum esse existimaret, persecutio-nes & pericula Christi causâ suscepta, prauè certè quidem atque admodum periculosè sentiens. Suauiores quasdam epulas generosi homines expetebant, vt qui temporis longinquitate fracti ac debilitati essent, ac ne-cessariorum ciborum fastidium contraxissent. Nec id circò tamen Israëlitarum sermonibus vtebantur, (non enim queruli & murmuratores erant, vt illi cum Ägyptum reliquissent, fameque in deserto premerentur) ni-mirum solitudine meliorem fibique magis exoptan-dam Ägyptum esse, vt quæ luculentiam iis ollarum, & carnium, aliarumque omnium rerum, quas illic reliquerant copiam subministraret; nec enim iam, quæ vecordiâ erat, grauis ipsis lateritus labor & argilla videbatur: verùm alia, quæ sanctitatem maiorem fidemque sapiebant, loquebantur. Quid enim, dicebant, fierine hoc nequit, vt Deus ille miraculorum, qui peregrinum po-pulum & profugum ita copiosè in deserto aluit, vt & panem plueret, & aues effunderet, non solum necessariais, sed etiam delicatioribus cibis eum nutriendi; qui ma-re scidit, solis cursum retardauit, amnem repreffit; alia-que deinde subiungentes quæcumque ab eo olim ge-sta, (solet enim in huiusmodi rebus animus veteres hi-storyas libenter persequi, Deique gloriam ex multis miraculis celebrare) Idem etiam, inferebant, nos quoque pietatis athletas hodierno die lautioribus obfoniis pa-fcat. Feræ multæ, quæ diuitum mensas, quales quandam nobis etiam erant, effugerunt, in his montibus latitant: multæ esculentæ aues supra nos, qui eas expetimus, volitant: quorum quid omnino est, quod te vel solum an-nuente, non facile capi possit? Hæc eorum verba erant:

ac præda verborum comes erat, obsonium sponte oblatum, conuiuum nullo labore instructum, cerui è tumulis repente apparentes: quām magni! quām pingues! quām ad cædem prompti & parati! Propemodūl eos *cerui ultr* coniiceret, quod non citius vocati essent, molestè ferre. *se mactan* Illi capitum nutu trahebant: hi sequebantur: quo inse- *dos offe-* stante & cogente: nemine. Quibus equis? quibus cani- *runt.*

bus? quo latratu & clamore venatico? quibus iuuenibus viarum exitus occupantibus, vt venationis leges postulant? orationis tantum iustæque petitionis vinculo constricti. Quis vel nostrâ vel omnium qui vinguam fuerunt memoriâ, talem venationem capturamque cognouit? O rem admirandam! Ipsi prædæ suæ f dispensatores erant: quantum voluntas ferebat, detentum est: quod supererat, ad silias in secundam mensam relegatum est. Loci extemporales, cœna nitida, conuiuæ grati, miraculum hoc habentes velut præludium speratarum rerum. Ex quo etiam ad eam dimicationem, ob quam hæc illis præstò erant, alacriores redditi sunt.

a Græce ēst: τῷ δὲ γενοῦ ἀμφοτέροις τὸ ἐνοεῖσθαι ἐπίσημον. **Alij** γενοῦ
legunt. Billius verit: utriusque generis decus.

b Imò Maximianus Galerius, qui passim à Gracis Maximinus appellatur. De hac persecutione agit Baronius an. 304. fus. Secessit tunc quoque in solitudinem S. Gordius cætum, de qua etiam in

c' Aléiptms est qui athletas ungit in gymnaſio, ab ἀλείφειν, vngete.

d Quia non voce, sed praectorum laniatorumq; membrorum ostentatione, pietatem inculcant.

c Gracē: σὺν πολλοῖς δὲ τοῖς ἀερίμυγμένοις καὶ οἱ αὐτοὶ πατρὸς τέτω

marię. Billius vertit: Cum multis autem aliis, & quidem celebribus paterni illius.

lebribus paterni illius proau. *At Baronius de parentibus S. Basili Magni hac accipit in Annalibus. Et Notat ad Martyrol. 30. Maij; qua tamen solum de patris eius parentibus. Martinum enim*

qua cumen solum de patris eius parentibus, Macrina nimirum eiusq; marito, dicta sunt.

DE SANCTIS MONACHIS MARTYRIBVS

THEODVLO PRESBYTERO, PAVLO,
IOANNE, PROCLO, HYPATIO, ISAAC,
MACARIO, MARCO, BENIAMIN,
ELIA, ET ALIIS,

IVXTA SINAM MONTEM IN ARABIA.

SECVLO V.
XIV.IA-
NVA R.
*Horum
SS.nata-
lis.*

Interfectos à barbaris initio quarti seculi monachos octo & triginta in monte Sinâ, aut ad eius radices, suprà membra rauimus. Eodem die, quo illorum vel perpetrata cædes erat, vel agi confuecerat celebritas, alijs altero post seculo ibidem trucidari, quos cum prioribus, ut diximus, Martyrologium Romanum aliiq; confudere: distinxit in Notis Baronius. Galesinius de posterioribus, ut ex Notationibus patet, deq; Raithunis Martyribus ita scribit: In Græciâ sanctorum monachorum, qui in Sinâ monte, & Rhaiti regione habitantes, orationibus assidue dediti, in omniq; pietate se exercentes, ob religionem interfecti sunt. *Eadem habet Martyrologium Germanicum, sed XIII. Ianuarij.*

*Acta à S.
Nilo mo-
nacho scr
pta.*

2 Horum certamen *S. Nilus monachus* descripsit, à se oculis spectatum. Erat Nilus in vtraque philosophiâ magno Chrysostomo vsus Præceptore, ut *Nicephorus Callistus lib. 14. cap. 53.* testatur, qui sequenti capite de eo ita scribit: Admirando autem Nilo patria Constantinopolis fuit, cuius etiam propter egregiam generis nobilitatem Praefectus fuit. Potentiâ autem & opibus affluens, asceticam illis prætulit vitam: quippe qui ad exemplum diuini Davidis, ad domum Dei abiici, quām in tabernaculis peccatorum habitare maluerit. Et cùm eloquentiæ vi polleret, diuinæq; gratiæ neruis validus esset, scripta varia, quæ vite monastica exercitium instruunt, reliquit, verbis & sententiis ita composita ut lectoris animum gratiâ incredibili recreent. Scriptis quoque diui-

*3 Baronius quoque in Notis ad Martyrologium cùm de Rai-
thunis agit Martyribus, Blemmyas Saracenosq[ue] confundit: Non à
Cæsi sunt, inquit, iidem sub incursione Sarracenorum sed Sara-
qui dicti sunt Blemmij. At diuersos esse à Saracenis Blem-
myas pater ex Vopisco, qui in Aureliano ita scribit: Præter sunt.*

AVCTORE

S. NILO.

captiuos gentium barbararum, Blemyes, Axomitæ, Arabes Eudæmones, Indi, Baætriani, Hiberi, Saraceni, Perſæ, cum suis quique muneribus. Et paulo pofit: Illum Saraceni, Blemyes, Axomitæ, Baætriani, &c. veluti præsentem penè venerati sunt Deum. Ammianus quoque Saracenos latissimè sumptos ad Nili cataractas porrigi & confinia Blemyarum scribit. At de Blemyis infra. Hanc autem Sanctorum cedem perpetrata ab iis qui Arabiam Petram incolunt, manifestum est ex ipso S. Nilo infra cap. 4. Cuius historiam à Lipomano olim ac deinde à Surio editam, cum Graeco MS. contulimus.

Tempus
cædis.

Reliquia.

4 Zacharias Lippelous hanc Sanctorum cedem contigisse ait anno 499, Anafasij 9. Cedrenus scribit anno Anafasij 10. & 11 populatos esse Saracenos Phœnicen & Syriam: at non est verisimile S. Nilum, qui Chrysostomi, 100. iam ferè annis mortui, discipulus fuerat, tunc adeò vegetum expeditumq; ad iter esse potuisse. Agitur horum sanctorum Patrum simul & Theoduli celebritas, ut infra ex Meneis dicetur, in templo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, iuxta orphanotrophium, quod eorum translate sunt reliquia.

HISTORIA

AVCTORE S. NILO MONACHO.

C A P V T I.

S. Nilus in Pharan filium luget.

Laus vita
solitaria.

V M post incursionem Barbarorum errare ego, veni in b Pharan. Quidam autem ex iis qui aderant, cùm audiissent me laudare vitam eremiticam, ipsi quoque ex se multa adiiciebant encomia, dicentes eam esse plenam tranquillitate, libera-
rem ab omni perturbatione; et quæ animæ statum, quæ in iis quæ non videntur philosophatur, silentio & quiete amplificet, & per hæc progredientem ducat proximè ad Dei cognitionem: quam quidem esse extre-
mum expertendorum, & extremam beatitudinem, omnes qui fuerunt à seculo Sapientes, tamquam vñâ lingua & vno animo opinantur.

S. Nilus
doloris
causam
interroga-
tur.

2 Cùm lacrymantibus autem defixisque oculis eos attenderem, & miserabiliter admodum eiulassent; (se-debam enim valde conturbatus propter eas, quæ mihi acciderant, molestias, ipsoque vultu manifestè annun-tiabam meam calamitatem) postquam illi hæc vide-runt, adhuc fortasse volentes producere seriem oratio-nis, cùm à rectâ paullulum declinassent, & simul in or-bem circuifedissent, & deinde paullulum siluisserent, rur-sus loqui aggredientes, diligenter & cum quadam com-miseratione me rogarunt causam, cur sic essem pertur-batus. Vbi autem ad eorum rogatum fleui adhuc lamentabilius, (maiorem enim mihi commouit animi perturbationem interrogatio eorum quæ acciderant, & rursus coëgit cogitatione res tamquam præsentes in-tueri) illi rursus statim: Numquid, dixerunt, ô senex, eorum quæ à nobis dicta sunt, aliquid fuit tibi causa doloris? an errorem nostræ deflens sententia, nos di-cere falsum comprehendisti? Non paruam enim intrin-secum tristitiam ostendit & ipse adspectus & lacrymæ oculorum. Sed sic illi quidem. Ego autem eis dixi:

3 O Patres & fratres, quid vobis primum dicam? Ad quid autem respondebo, cùm iam nubes ineroris, menti mea offundat tenebras? Nam sum quidem ipse quoque vestræ, ut videtis, sententia. Solitudinis autem sciens quanta sit utilitas, eam olim sum admiratus: & cùm propter eius desiderium statuisse omnia relin-quere, domum, patriam, cognitionem, amicos, consan-guineos, facultates, totum illi me dedidi: sed ea mihi eum perdidit, qui erat omnium carissimus; & solum, ut videre licet, reliquit, desertum ab omni consolatione: &

propterea eam non sinit omnino laudare animi perturbatio, cùm desiderij veluti tyrannidem vice-rit graue malum, quod accidit. Sed (ó stultitiam!) pro-gressus sum ad philosophandum, relicta filij lamenta-tione, & mihi inuenit otium cogitatio, quæ nunc quo-que nihil aliud suscepit cogitandum, præter cædem e Theodoli. Mihi enim perpetuò eius remanet simula-crūm, aliàs aliter visione apprehendens, variis modis Theodoli filium de-flet,

mortè effugisti! O insepultam sepulturam, si te barbari-feruien-cus ensis confecit! Quid seruitutem lamentabor? Quid sem, mortem deflebo? Nam si viuis superfltes, (quod non fi-nit, vt existimem, probabilitas: quando enim non fuit manus barbarica prompta ad occidendum, inserviens iræ, semper humanum sanguinem sitiens?) quomodo nunc tecum agitur? flagella omnino quotidiana, & iuf-fa planè inhumana, minæque citra veniam, & violen-tia. His quoque accedunt opera grauissima, quæ tuas vires excedunt, & custodia, quam effugere non datur; & libertatis spes omnino nulla: imò verò metus quo-que mortis quotidianus, qui propè habet ensim; eo enim scit barbarus metiri suam iram, vt qui non loris, nec viminibus vti solet ad verbera, sed paruis & magnis delictis vnam pœnam imponat, mortem: quando etiam absque peccato, aut ebrietate debacchans, aut temera-rio cedens impetu & inconsiderata appetitioni, facile aliorum ludere interitum didicit consuetudine.

4 Sin autem es mortuus, vbinam acceperisti occisiō-nem corporis? vndenam processerunt fluenta tui san-vel occi-guinis? Quomodo palpitasti atro cruore conspersus, & sum. misericordia pedibus mortiferam saltans saltationem? Quo-modò supplex fuisti ei, qui te interimebat, barbaro, cuius fæuitiam volens emollire miserabilibus gestibus? Nam alter alterius vocem minimè intelligebatis; in quâ quis aptè & concinnè componens precationem, iratam ani-mam sèpè flectit ad misericordiam. Quisnam locus tuum cepit corpus? Quænam feræ tua membra dilania-runt? Quænam aues repletæ fuerunt tuis carnibus? Quodnam fidus oriens vidit tui ventris abdita, & ad-spexit tua effusa viscera? Quodnam immanes ferarum vi-cit dentes, vel quia reliquum fuit satietati, aut quia propter duritatem mansit non confectum? quod qui-dem aprico est Soli expositum, & propter solitudinem, sepulturam minimè est consecutum? Si quis hoc allatum mihi dedisset, aut me duxisset & iuxta id statuisset, ha-berem saltem aliquam paruam doloris consolationem, tamquam viuum & sentiens relictum membrum allo-quens, seu os, seu caro, seu pilus esset id, quod visum fuisset. Nam quorum in calamitatibus moderatae sunt res aduersæ, habent magnum vt in malis commodum, & se reuerâ secundâ quadam explet voluptate, dum eos, qui ad ipsos attinent, in morbo diu curant, & vi-dendi satietatem tempore accipiunt, eisque assident de-ficientibus & agentibus animam, & extrema verba au-diunt, eosque dum efferuntur, sequuntur, & sepulcro vident extremum impositum signaculum. Quæ quidem omnia ei, qui luget, magnam afferunt consolationem; deductio, inquam, & sepulta, & amicorum commi-feratio, leuantia animi ægritudinem.

5 Ego autem quonam horum consolabor dolorem, qui nec sciām quidem quomodo sit mortuus, neque mortui habeam simulacrum visione expressum, quale erat in fine? Quorum enim adspectus memoræ non mandauit figuræ, eorum sunt formæ instabiles & mi-nimè terminatae, & aliàs aliter expressæ, & simulacrum varietatibus deceptam cruciantes cogitationem. O malorum incertitudinem! O incertam calamitatem! Nescio quid primùm defleam: quid conquerari, ignoro: mortuum lugebo, an viuum? viñum, an omnino sub-latatum

latum de medio? acerbam tolerantem seruitutem, an cæde miserabiliteremptum? Captiuus enim, est obnoxius & subiectus omni contumelie, prænique ac suppliciis vel iniuitus submittitur, vt pote quod sit in eius domini potestate, quam velit ferre sententiam. O qui mihi in hodiernum usque diem fuisti omnium, quæ erant in vita, socius, & solus captiuus seruitutis fecisti periculum! Fuisti socius longæ peregrinationis, sensisti mecum ærumnas in terrâ alienâ, fuisti in solitudine particeps afflictionis. Isaac, in iis quæ patri videbantur, immitum operatus es obedientiam. Quomodo ergo nunc solus subiisti extremam calamitatem, & solus exantlas mala captiuitatis? Cur ergo propter clementiam ensis euasi periculum? Cur non me aliis quoque mortuis adiecit crudelis dextera? Sed mihi parsum est, vt mala fortasse maiora experiter: & quod mea breui inuidetur liberatio, vt modò longum de te luctum sentirem. Sed magna quidem animi ægritudo hæc mihi præbct dicenda. Quoniam autem vos quoque video mecum tangi misericordiæ, & non aliter esse affectos, quæ ipse, qui est passus (eius autem, quod dico, signum est & intensa auditio, & continui gemitus) omnia mea vobis singulatim, vt se habent, narrabo: & maximè, si vos ad me audiendum breve otium accommodaueritis, & nulla res necessaria vos vocet ad propria. Nam ipsi quoque scitis grauem esse narrationem, si distrahatur animus, atque adeò tædium præbere & molestiam.

a Titulus in MS. Greco hic erat: Νέον προαγχήσις την ἀνάγκην την Σενάρη Πατέρων απερθέντων. Κεινόλογον. Nili monachi in cædem sanctorum Patrum in Sina, & Raithu occisorum. Domine benedicto. Qui titulus ab alio appositus videtur: neque enim de Raithunia Patribus agit S. Nilus.

b Pharan, sive Faran, urbs est Saracenis vicina apud Eusebium & S. Hieronymum, tridui distans ab Ailâ, non ab Aulâ Pharaonis, ut legit & exponit Bonfrerius noster. Memoratur & in sacra litteris defertum Pharan, sed remotius à sinu Arabico, ad quem opidum Pharam locat Ptolemaeus tab. 4. Asia, in Arabia Petree.

c Græcè est: οἱ εἰρηνοφόρους τοῖς οργανίοις, πλανῶν τοὺς ψυχῆς πνεύματα, καὶ διὰ τύπου ὁδῷ περιβαίνοντο, ἵψες ἄριστος γνώστες τοῦ θεοῦ. Ut quæ animæ tranquillitatem in rebus aspergilibus philosophantem, quiete & silentio amplificet, & per hæc rectâ progredientem, proximè ad Dei cognitionem adducat.

d Hinc, atque ex iis que sequenti capite dicuntur, & ex S. Theoduli estate iam sacerdotio maturâ, coniici potest annos saltem aliquot egisse in solitudine Nilum, priusquam hac acciderent.

e Sur. Theodosij, mendosè.

CAPVT II.

Cum filio, uxore consentiente, eremum petit.

Rogatur
ut mala
sua expo-
nas.

6 Hæc cùm illi audiuerint, & vultu & voce ostendentes se libenter facere quod rogassent; Quod aliud, dixerunt, est otium præstabilius, quæ curare cor excruciatum, & exinanire dolorem animæ, quæ molestiâ afficitur? Leuatur enim anima ægritudine, cùm narratione eorum, quæ sunt molesta, veluti exinanitur animi ægritudo, non secus ac nubes aliqua, à quâ distillant guttae pluiae, vt pote quod caligo paullatim expurgatur. Sicur rursus feritur silentio, perinde ac si pus aliquod humidum assidue redundet & in vulnere pululet, nec habeat quâ euacuari possit. Visi sunt itaque dicere probabilia. Cùm illi certe sic dixissent, ego promissum exequi incipio, sic dicens:

7 Mihi misero, ô amici, fuere duo filii; & hic, qui mihi modò fuit luctuum occasio, & alter qui remansit apud matrē. Post hos suscepitos, dissolui cum meâ vxore cōsuetudinem, sive ad successionem generis, sive ad obsequia senectutis sufficer hos arbitratus. Me autē traxit quoddam vehemens desiderium, vt huc venirem, eramque toto animo erectus ad quietem & silentium, neque aliud poteram animo cogitare, aut aspicere, præter hoc. Quando enim cuiuslibet rei desiderium animum inuaserit, ab omnibus rebus eum per vim abstrahit, etiam à rebus bonis, & in quas est studium conferendum; & fert

ad id quod desideratur, propter nullum laborem aut ^{Autoris} defatigationem desistens ab appetitione. Cùm ergo illi. 3. Ni. o. beret mihi, vt peregrinarer, nec liceret repugnare tie iubenti tyrannice, accepi filios (erant autem adhuc admodum parvuli) & adduco ad matrem: & vnum quidem ei trado, alterum autem apud me detineo: & dixi quod constitueram, & constantē asserui fore, vt nequaquam ab hac traducerer sententia.

8 Illa autem prius quoque erudita minimè contra-dicere, & tunc meum videns vultum rogari minimum fe-tiente abit rentem vim non ferens, nec omnino valens continere ^{ad tonsion-} cum filio in lacrymas, permittit vt peregrinarer, b potius cedens ne-solitudinē cœlitati, quæ voluntate consentiens. Cùm enim vi-

deret firmum ac stabile iudicium, & apud se consideraret dolorem separationis: eo neglecto, quod sibi esse posset molestum, id spébat, quod mihi futurum esset gratum; malens vinci in iis, in quibus, etiam si vellet, non poterat vincere. Scitis autem omnino, quanta res sit diiunctio eorum, qui fuerunt vñiti coniunctione legitimi matrimonij, & qui facti sunt corpus vnum, arcano eius, qui coniunxit, consilio. Non minus enim in his molesta est separatio, quæ si corpus secat gladius. Ego autem virtutem sum admiratus cupiditatis, quando vidi eam vicisse & naturam, & diuturnum habitum: quanta enim esset, coniebat ex eo, quod vincula & solui insolubilia, quæ sola mors nouit soluere, quæ propteræ quod desit sensus, efficiat vt careatur molestiæ. Sensus autem viuis vehementiorem atque adeò intollerabilem immittit dolorem; vt qui & consuetudinem reuocat in memoriam, & naturalem affectionem: cuius ego, propter maioris boni desiderium, nullam ducebam rationem, vt qui magis proposito festinarem ad secessum. Ea me fecit amatorem hunc quietis & silentij, & in ea quiete deduxit ad eam, quæ desiderabatur, solitudinem: efficiens ut diu iucundè viuerem, magnâ fruens tranquillitate, & secundo vento ad scopum tendens: donec processa, quæ nescio unde & quomodo spirauit, illam inuenit tempestarem, quæ sanctorum corporum vexavit cateruas innumerabiles, etiam si non profundo obruit. Solum enim contriuit, neque tamen vñlā eos mercium iacturā afficit. Nam cùm totum onus in se recepissent gubernatores, atque ex pelago ad calum proras detorserint, iis, quæ solutæ erant, tabulis relictis prædonibus, ad Dei portum appulerunt.

a Sur. ægri ferre. Reclamat Græca: ιψοι περι φωνὴν τὸν εὐθεῖαν ιδεῖσι μενον.

b Non vult iniuriam in continentiam consenisse, sed viri peregrinatione non ausam obniti.

c Ita MS. Gracum. Sur. soluit.

CAPVT III.

Divina prouidentia quandoque disimulat ad tempus flagitia.

9 Illi autem rursus sermonem excipientes, & quoniam modo, dixerunt, ô frater, fuerunt Sancti interempti & quomodo, qui Deo citra reprehensionem serviebant, traditi sunt impiis & scelestis hominibus, & fuerunt dexteræ ludibriū barbaricæ? Et cessauit virtus prouidentiae in tali actu considerans, neque insultum prohibere aggrediens, neque rursus impudentes ferire coecitate; aut etiam iniquas exiccans dexteræ, quæ aduersus Ezechiam aliquando iniuste bellum mo- 4. Reg. 19. uerunt, reuersi sunt re infectâ: & nec potuerunt iniu- Isaie. 37. riam facere iis, quos populabantur, & præterea amiserunt multos ex suis copiis, vt qui omnes cum toto fue- Cade co- pratum Sæ- mane fuerint inuenti, erant enim interemptorum centum & octoginta quinque millia: quomodo autem fuisse interempti, aut quis interemisset, non poterant omnino

Auctore omnino dicere: sed in vñâ nocte vnius Angeli operâ fuit
s. Nitro tanta cædes facta per silentium, & iacebant omnes, ex-
istimabanturque potius dormire, quam esse mortui: vt
qui nec iustum haberent gladij, aniñæque eis simul totæ
ablatae fuerant; verè mortui, & nullum habentes vesti-
gium occisionis, diu dubium fecerunt id, quod accide-
rat. Proximum enim pungebat vñusquisque à somno
excitans, at ille penitus erat immobilis: vocabat, & mu-
tus manebat: scrutabatur corpus, & non erat faucium:
in naribus quærebatur spiritum, & erat eo quod quære-
batur destitutum: donec sol manè illucefscens, ostendit
quid accidisset, colore eorum, qui interempti fuerant,
ostendens signa mortis.

4. Reg. 6. 10 Et rufus qui Eliseum inuaserant ^a Assyri, & San-
Gen. 19. etum quærebant ad cædem; & qui Lot obsidebant So-
*Aliæ diuinæ pro-
tectionis ex-
empla.* domitæ; ab Angelis in domo percussi sunt cœcitate, in irrisiōnem, & ludibrium dati iis quos quærebant, quoniam eos omnino volebant afficere iniuriâ. Nam

^a hi quidem apponentes manus palpando quærebant o-
stium; illi autem nesciebant, quoniam tenderent, forte
propè habentes eam, qui quærebatur, sed ad eum non
valentes accedere. Atque vnum quidem inermem tan-
ta hostium captiuæ sequebatur multitudo, quæ fossis &
præcipitiis facilè poterat deleri, si is qui ducebat volu-
fet: quæ tunc demum fuit salua, quando visum recepit
Prophetæ prouidentiâ, & potuit videre viam, quæ eos
ad Iua feret. Neque verò hæc solum, sed etiam cùm

3. Reg. 13. Prophetæ aliquando Regem impium argueret iniquita-
tis, quoniam à ratione alienâ irâ motus, armauerat dex-
teram ad illius cædem; sic nutu Dei mansit dextera o-
mnino sublata & planè immobilis, perinde ac si esset
statuæ potius, quam hominis; non aliâ ob cauſam,
nisi vt Prophetæ corpus maneret illasū. Quomodo er-
go, qui nuper morte fuisse affecti, mortui sunt citra au-
xilium; & eorum, qui interemerunt, animus rem facile
confecit, cùm nihil graue vñâ ex parte occurrit?

11 Ego autem rufus loqui aggrediens, Sed quid vobis
opus est, inquā, de prouidentiâ mouere sermonem? Quis
est autem idoneus ad comprehendendū arcana Dei iu-
dicia, vt in tantâ rerum difficultate Domini dispœcutionis
exequitatem ostendat? Imbecilla enim est humana ratio-
cinationis ad ea perscrutanda, & decidit superata, propte-
reà quodd non pateat via comprehensioni; vt quæ non
inueniat cauſam rationi consentaneam, quam accômodo-
det iis quæ fiunt. Multa enim sâpè eiusmodi facta sunt:
& finem consecutæ sunt malorum infidiae, cùm inte-
rim iustitia silentio præterierit vñtionem eorum, quæ
fuerunt perpetrata, & vindictam cohibuerit: quando-
quidem omnino tempus iudicij expectat talium rerum
inquisitionem. Quomodo enim Abelem, cui Deus de-
dit testimonium pietatis, inuidiâ motus interemit Cain, qui
primus parentes affecit tristitiâ, cùm numquâm vi-
dissent mortuum, nec omnino mortis fecissent pericu-
lum? Quomodo ergo is absque supplicio præterierit, qui
Deum sic ad iram prouocauit ob primam cædem perpe-
tratam, & in nouâ creatione minutus genus, quod modò
cœperat crescere, & neque vt fratri est misertus eius,

Sepè Deus improbos hic non puniit.
b qui ortus & educationis ei fuerat socius, & in tantâ
terræ amplitudine conuersatus erat vñâ cum parenti-
bus, & eis ablatus molestiam solitudinis? Quomodo
autem Nabuthem lapidibus obrui iniquè se gerens ius-
fit Iezabel, quod ei non cessisset possessione vineæ? Quo-
modò autem vñâ Doëg rhomphæ cœciderunt ^b trecé-
ti sexaginta Sacerdotes: aut rufus infinita iustorum
multitudo de medio sublata fuit in Hierusalem, feri-
que & volucribus exedenda est exposita? Quorum et-

Psalm 78. iam Psalmographus contexens lamentationes, Posue-
runt, inquit, morticina seruorum tuorum escas volu-
cribus cæli, carnes Sanctorum tuorum bestiis terra. Ef-
fuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in cir-
cuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Quomodo
autem Prophetarum quæ sunt mortui & Apostolo-
rum chori violentis & iniquis inanibus, sceti, occisi, la-

pidibus obruti: qui non solum nihil morte dignum fe-
cerant, sed multi quoque ex iis beneficio affecerant eos,
qui interemerunt: Mitto enim dicere de arate infantium,
qui mala non fuerant experti, quemadmodum
alij quidem iussi Pharaonis in fluuij aquâ fuerunt suf-
focati, alij verò iussi Herodis gladio crudeliter perie-
runt: qui prius quam quæ erant vita iucunda gustas-
sent, mortalis doloris fecere periculum, ne omnino la-
teret educatus is Rex, quem suspicabatur.

12 Et in his quidem omnibus quieuit Iudex relin-
*In diem iu-
dicij multa*
quens impunè ferri, & citra vñllum impedimentum ho-
miceriarum insolentiam. Diem enim iudicij posuit ter-
refranc-
minum remunerandi ea, quæ facta fuerint. Et idèo in-
terea est patiens, vt qui legum transgressionem & vitæ
actæ gationem in illud tempus reserueret.

13 Sed hæc quidem nec sunt præsentis temporis,
nec meæ dicendi facultatis, vt dixi anteà, & magno tem-
pore & cognitione indigent, vt ea diuinæ iustitia, vt par-
est, exæquentur. Quæ autem vrgent, vt eloquar id quod
mihi accidit, ea iam dicam: & fortasse leuius me habe-
bo, dolore parum remitto. Non fero enim memoriam
illius, quod re ipsâ vidi; vt qui nescio quo modo illius
rei fecerim periculum, cuius ne recordationem quidem
possum facile sustinere: propemodum autem iphs quo-
que succenso oculis, qui mihi causæ fuerunt figura-
rum, ad quas dum cogor adspicere, habeo dolorem
perpetuè pungentem, & noctu quidem in somniis, in-
terdiu autem vexantem cogitationibus. Neque enim
me dormientem cura omnino remittit; neque sinit dor-
mire absque sollicitudine. Sed tunc quoque me quædam
conturbat visio eorum, quæ facta sunt, & ostendunt si-
mulacra recenter occisum & palpitantem; & veluti pro-
pter casum recentem rufus dolorem renouant. Necesse
est ergo, cùm consequentia hoc postulet orationis, nar-
rare prius vitam Sanctorum, qui erant in illis locis, &
exponere vitam barbarorum, qui inuaferunt: vt con-
cinnè compactum, vt par est, sit corpus historiæ, nullo
prætermisso ex iis, quæ debeat cognosci à studiosis.

*a Alibi quoque Assyrios dici reperies, qui Syri sunt; & contrà
Syros, qui vulgo Assyri.*

*b In MS. ac Sur. sexenti triginta sex. 1. Reg. 22.18. solum
octoginta quinque à Doëg interfici memorantur.*

C A P V T IV.

Saracenorum mores.

14 **A**Tque ^a gens quidem, quæ dicta est, habitat so-
litudinem, quæ ab Arabiâ usque ad Ægyptum,
rubro mari & Iordane hinc inde terminis distenditur;
^b quæ non artem, non mercaturam, non agriculturam
vmquam exercet: sed solum habet gladium, quo sibi
victum suppeditet. Aut enim feras venantes solitudinis,
Latronum
viuunt vñlentes carnibus; aut prædas agentes de iis, *Arabum*
qui incident in eas vias, quas infidet, quæ sunt ad vñsum *victus*,
necessaria sibi quomodocumque comparant. Quando
autem eis vtraque defuerint, & rerum necessiarum
laborarint inopia, tunc iumentis (sunt autem ea camelii
& dromades) pro cibo vñlunt, belluina & sanguina-
riam vitam omnino eligentes. Per cognitiones enim
aut per contubernia ipsi vñum occidentes, & modico
ignis calore carnium mollientes duritiem, vt solum ce-
dant eorum dentibus, ita (vt semel dicam) aluntur in-
star canum.

15 Deum non cognoscentes, nec qui intelligentiâ ap-
prehenditur, nec qui fuerit fabricatus manibus, *a* astrum
autem adorantes matutinum, & orienti ei sacrificantes
ea, quæ meliora iudicant ex spoliis, quando ex incu-
sione quæ fit pro prædis agendis, ad eos peruenierit
aliquid aptum ad occisionem. Pueros autem offerre, est *hoſia*,
eis magnum studium, qui præstant & specie, & vigore
ætatis. In quibusdam autem congestis lapidibus eos
mane sacrificat. Quod quidem, ô amici, me valde con-
turbanat & angit, ne forte forma pueri habens aliquid
quod

quod sceleratos moueret & alliceret ad impium cultum de more faciendum, ad id quod videbatur vīsa fuerit vīlis; & castæ corpus animæ ab impuris oblatum sit hostia sœvis, & qui cæde delestantur, dæmonibus: quia qui hæc offerunt sacrificia, nullâ solent moueri misericordiâ puerorum qui occiduntur, et si omnia faciant, etiam si rogantes lamententur vel Sirenum vocibus. *Quod si quando eis ad sacrificium tale corpus defuerit, camelum colore album & minimè vitiosum, in genua inclinantes, ter circumneunt iacentem, cum totâ populi multititudine in orbem obeuntes.* Præt verò & circuitonem & canticum, quod ab eis in alstrum factum est, aut ex Regibus quispiam, aut ex sacerdotibus, qui sunt senectute venerabiles. Qui post tertiam circuitonem, cum nondum canticum finierit populus, & extremam hymni partem adhuc in lingua habeat, stricto ense validè percutit eius ceruicē, & primus magno studio gustat sanguinem: & sic reliqui cum gladiis accurrentes, aliqui quidem aliquam paruam pellis partem excidunt cum pilis; alij autem quodlibet rapientes, ex carnibus abscondunt: alij autem usque ad viscera procedunt & intestina, nullam hostiæ partein relinquentes non cōfētam, quæ possit deinde videri à sole apparente: neque enim abstinent ab ossibus & medullis, perseveratiâ vincentes fortitudinem, & tandem diuturnitate superantes repugnantiam. Atque hic quidem est barbarorum ritus vita & religionis: & sic viuentes in solitudine, loca locis commutant, illic castra metantes, ubi iumentis pabulum inuenient & aquam copiosam.

a Arabia Petrea ab occasu parte Ægypti, à Septentrione Palastinâ, à Meridie Arabiâ felice, ab ortu Dejertâ terminatur. A sinu mari rubri qui iuxta Pharan montes Melanes, sive Nigri, proréndunt foræ usque ad Iudeam, ut habet Ptolemaeus. Ab occasu horum montium versus Ægyptum Saraceni habitant, qui ex Ismaëliâ: sed Saracenos se, ut Georgius Cedrenus scribit, appellarent, indignè ferentes seruuliter se Agarenos vocari, ab Agar matre Ismaëli. Quam deriuacionem reicit Salmasius, maiusq; à Saraceno urbe Arabia deduci. Idem Scenita Arabes dicti, quod sub tabernaculis habitarent; & Nomades, quod pascua mutarent, vagi & instabiles: quamquam & alij in eadem Arabiâ Scenita ac Nomades, ultraq; mare rubrum: qui omnes Saraceni videntur deinceps nuncupati; nam Ammianus Marcellinus lib. 14. Saracenorum exordiens initium ab Asyris ad Nili cataractas porrigi scribit, & confinia Blemyarum. Idem lib. 22. de Ægypto: Quâ Orientem è regione prospicit, Elephantinam & Meroën vrbes Æthiopum, & Catadupos, rubrumq; pelagus & Scenitas præcedunt Arabas, quos Saracenos nunc appellanmus.

b His consentanea de Saracenis scribit lib. 14. Ammianus, & nationem perniciosam vocat.

c Ideo, cursores, à perniciitate dicti: eiusmodi sunt quibus crudelias. ea oblonga, gracilia & subtilia corpora sunt. Dicuntur & dromidae ac dromedæ.

d In tertia vita S. Simeonis Stylite per Metaphræsten s. Ianuar. num. 20. dicuntur multi Ismaëliæ orgia Veneris (qua iis dea erat) abdicasse; ubi ex Euagrio diximus auream Veneri statuam à quodam eorum Duce liquefactam, erogatamq; in pauperes. Et in vita S. Hilarionis: Colunt Eluseni Venerem ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est.

CAP V T V.

Patrum Sinaitarum sancta vita.

Eremita- **Q** Vi autem vitam solitariam exercent & quietam, cùm pauca quædam loca elegerint solitudinis, ubi possint necessitatem corporis vtcumque recreare aquæ abundantiam; alij quidem fixis tuguriis, alij verò absconsi in antris & speluncis, sic viuant virtutem persequentes. Et pauci quidem norunt alimentum ex frumento, nempe quicumque sterilem solitudinem possunt cogere studio & diligentia, vt producat frumentum: qui paruo quodam ligone parum terræ, eiusque malæ operantur, & quantum cogit usus ad viuendum cum egestate. Multi autem veluntur crudis oleribus & baccis, mensam minimè artificiosam, & nullis condimentis instructam amplectentes; eorum qui obsonia condunt, & panem conficiunt, curiositatem multum

valere iubentes: ne si in curando corpore multum temporis poneren, negligentes essent in eo, in quo potius S. NILO. oportet perseverare: sed purâ mente Deum colecent, nec carnium crapulâ grauatam habentes cogitationem, neque ciborum varietate ventris voluptati blandientes. Ij enim non solum renuntiarunt omni qualitati iucundorum, sed etiam, propter redundantem quandam abstinentiam, rursus quoque ad quantitatem, suam extendunt contentionem; tantum sumentes ex rebus maximè necessariis, quantum sufficiat ad viuendum, & ne violentâ morte extinti, priuentur mercede rerum bonarum & honestarum operationis. Propterè alij quidem cibum capiunt die Dominicâ, totos septem dies ieuni permanentes: alij verò tempus dimidiante, bis in hebdomadâ alimenta recordantur: alij verò post vnam diem. Et hi quidem omnes per hoc studium abstinentiæ ostendunt se id diligere, quod nullius indiget, & propemodum se contendere cum vita Angelorum: seruiunt tamen legibus naturæ, & fluctuant corporis necessitatibus, sed vix tandem, quando senserint suas vires defatigari magnis virtutis laboribus.

17 In his nummus Cæsar nec ad auditionem qui-

dem usque est cognitus. Nam neque venditione sciunt,

nec emptionem. Vnusquisque enim vnicuique gratis

præberet id, quod est ei opus; gratis vicissim accipiens id,

caritas, quod sibi deest. Olerum autem & baccarum fructus, &

rarus panis, est mutua liberalitas, quæ ex eo quod adeat

ostendit signa caritatis, & animi munificentiam vel in

humilitas.

Sed nec inuidia, quæ bona opera maximè sequi est solita, illic umquam locum habuit: nec eum, qui bonis minùs abundabat, eius

qui magis resplendebat, excellitia incitauit ad inuidiam.

Sicut nec hunc aduersus illum extulit arrogantia, ad gloriosam de se persuasionem seducens, ut res rectè ab eo gestæ, magnos ei facerent spiritus.

Qui enim virtute præstabant, non propriis laboribus, sed Dei virtuti adscribens vniuersum, poterat se moderatè gerere: ut

qui sibi persuaderet, non se esse rerum bonarum & honestarum per se opificem; sed esse instrumentum gratiae, quæ in ipso operatur. Et qui rursus in his erat inferior, forte propter imbecillitatem corporis, vel lubens seipsum demittebat humilemque reddebat, animi cordia, non natura imbecillitati, defectum attribuens.

Sic ergo alias alio, & omnes omnibus sunt moderatores, non in magnificâ de se persuasione, & in ingentibus spiritibus, sed in copiis virtutis studentes excellere.

Ideo enim fugientes terram quæ habitatur, incolunt solitudinem, non hominibus, sed Deo ea quæ à se rectè

geruntur volentes ostendere; à quo etiam eorum, quæ

rectè gerunt, sperant remunerationem. Hominibus

enim manifestas reddere, quæ ex Deo fiunt, actiones,

simil promptum perdit animi studium & mercedem;

illud quidem emolliens arrogantiâ, hanc verò mi-

nuens laudibus, quæ proficiscuntur ab hominibus. Qui

enim ob ea, quæ facit, querit humanam gloriam,

acceptâ quam quererat mercede, ab eâ quæ est, excidit,

vt qui superatus sit ab humanâ gloriâ, & ideo vera priuatur.

18 Faciunt autem suas habitationes non sibi inuicem

propinquas, sed satis procul distâtes; vt qui viginti & eo

amplius stadia absint aliis ab alio: non propter odium,

(quomodo enim, qui sic inter se affecti sunt, vt dictum

est?) sed in magnâ quiete & silentio volentes mores in-

stituere ac formare ad id, quod Deo placet, & studen-

tes cum Deo indiuisam habere consuetudinem. Quod

quidem vt in turbâ ac tumultu rectè fiat, aut est diffi-

le, aut nec omnino quidem potest fieri. Diebus autem

Dominicis ad vnam veniunt ecclesiam, & inter se con-

ueniunt: post vnam hebdomadam: ne rursus perfecta

die Domini, separatio disrupat vinculum concordia, paullatim

inducens oblivionem suorum inter se officiorum. Solet

enim quæ est nimis intensa solitudo mores efficere in-

gratos

AVCTORE gratos & agrestes, qui longâ consuetudine dediscent
S. NILO. caritatis societatem & communionem.

**mutue ex-
hortatio-
nes,** 19 Diuini itaque communicant sacramentis, & se induicem excoiuui exercitationis eorum, quæ conuenit, eloquiorum, & se inuicem instruunt adhortationibus, quæ ad mores pertinent. His enim maximè opus habet vita studios virtutis ad certamina, aduerfariorum latentes artes publicans; ne iis capiatur aliquis, qui ignorat pugnandi rationem. Quibus enim non adiunt tertum materiæ & imagines, iis otiosum quidem est peccatum ad operationem. Omne autem bellum in mente consistit. Hic mors est ut plurimùm facilis & incerta iis, qui cernunt quæ sunt extrinsecus; ut quæ constet in assensione voluntatis, quæ caret testibus. Ideò imperitos, & q̄tū ad luctam nunc primum accedunt, pulchrè instituentes qui ad certamen recte sunt instituti, per abstinentiam quidem fortiter consulunt resistere vitio gulæ. Nam qui ciborum se dedidit voluptati, faciliè prosternitur ab eo, quod est sub ventre, vitio, eo quod principiè ad à minore vincatur, maiorem casum pollicens. Et hæc gulam cauendam,

**Et vanam
gloriam.** 20 Sibi autem inter se inuicem prohibent perfectiores vanam simul gloriam & superbiam, iubentes ea cauere non secus ac petras, quæ latent in mari prope portum; ut quæ post multum laborem nauigationis, ferunt ad extremum & grāue periculum eos, qui in maximis vitorum fluctibus, & tempestate immundarum cogitationum, nauem nequaquam fregerunt. Multi enim, qui nequaquam fracti fuerant insultibus tentationum, sed totum cursum illæsi confecerant, cùm sapè post victoriā confisi essent habitui eorum quæ recte gesserant, aut in eos, qui se videbantur negligenter gerere, se erexissent, ceciderunt casu valde lacrymabili. Nam priuat quidem vana gloria iis mercedibus, quæ dantur propter laborem, & facit operationem iis qui laborant inutilem. Est autem cum damno arrogantia ac superbia, & nouit magnum conciliare periculum, ut quæ Deum inficietur esse honestarum rerum cooperatorem, & rerum recte gestarum sibi adscribat potestatem. Atque de

Agg. 1. 6. illis quidem sic dicit Propheta: Qui congregat mercedes, congregat in sacculum perforatum; ut quæ nondum iniiciantur, & iam effluant; quæ non diu maneant in dolio, sed mox è dolio prætercurrant. Talis est enim vana gloria: habet interitum, qui cum lucro concurrit: ut quæ in ipso opere deleat id, quod ex eo redit. Dicit autem de aliis is, qui scripsit Proverbia: Dominus, inquit, superbis resistit, infensum hostem exhibens eum, qui fuit contemptus, iis qui contempserunt.

**Mojſis &
Eliae imi-
tatores.** 21 Et ideò animo cogitantes ciues illius solitudinis, Moysem, inquam, & Eliam, magno studio contendunt exercere illorum à fastu & arrogantia alienationē; æquum esse arbitrantes, ut quorum incolunt regionem, eorum quoque imitentur virtutem. Neque enim Moyses extulit ad arrogantiam magnitudo imperij; neque enim Eliam tumefecit miraculum sacrificij. Manserunt autem semper seruantes eumdem statum in omni tempore, & non cum rerum mutationibus suos vnà mutantes spiritus. Moyses quidem in hac solitudine Ægyptiorum fugiens infidias, dum pasceret oves Iethro, fuit spectator admirabilis illius visionis: ut qui tunc dicerit rubi fruticem esse edaci igne potentiorē, & in mediâ flâmâ viride germen florere viderit. In hoc mōte legislator, tunc quidem folius Iudaicæ, nunc autem omnium gentium cōstituitur, cùm per naturę cognationem in totum genus gratia peruerterit. Fulserunt enim super candelabrum positæ vitæ degendæ leges, etiam si fuerunt aliquando absconsæ sub modio dictioñis, antequam explanarentur. Porro autem inclitus quoque Elias huc venit fugiens Iezabel: & cùm in hac terrâ dormisset, expperrectus inuenit panem sub cinericium & vas

aqua. Hanc ille habitat speluncam, melote corpus indutus, antiquo suorum maiorum indumento: & hic vidit Deum in aurâ tenui, vocem audiuit denuntiantem ea quæ visa fuerant. Est autem hoc postremum & primum indicium virorum fortitudinis. Illam per totam vitam habitant solitudinem, quam Israëlite cùm solū transiissent, murmurarunt, cùm parato è celo diuino alerentur nutrimento, & de mensâ conquerentes illi, quadraginta dies non tulerunt absentiam eius, qui illis præterat: neque verò scierunt ita ut oportet, liberum suum administrare arbitrium; sed statim defecrunt, ad impietatem libertate abutentes. Hi toto tempore philosophantur in solitudine, egentes rebus necessariis, & sunt sibi ipsi magistri pietatis.

C A P V T VI.

Patres occisi. monasterium direptum.

22 **S**ed quid opus est plura dicere? Iis sic affectis, & Barbari Deum colentibus, repente insperata veluti monaste- procella, eis alicunde phalanx ingruit barbarica & sum- rium in- uadunt ac mo manè cùm prœlio antè defüssent hymnos canere, diripunt. pios inuaferunt impij. Ego autem tunc quoque illic aderam cum filio: à sancto enim monte descenderam, vi- sitaturus Sanctos, qui erant in rubo, quod iam diu antè facere consueveram. Et statim instar canum rabidorum irruentes, inconditis vocibus & nihil significantibus aë- rem repleuerunt, & rapuerunt quæcumque hyeme Sanctis parata erant ad cibum. Siccant enim illi ex fru- stibus, quicumque sunt viles & possunt omnino per- manere; & eis consolantur naturæ necessitatem. Cùm ergo nosipso eos fecissent afferre, educunt omnes ex ecclesiâ: & cùm exuissent centonibus, nudos ad occi- dendum per seriem ordinant eos, qui ætate præstabant. Deinde verò circumfertentes, stringunt enes: & cùm oculos irâ repellent, & ardente adspicuum oblique quodammodo circumagerent, & sancti loci Sacerdo- tem iussissent primum collum porrigerere, inferunt, non ambo (duo enim erant circa eum) sed alijs post alium, vtrimeque enes in eius tergum infligentes, cùm is neque præ dolore eiulasset, neque vultum auertisset, & nec vel paruum doloris ostendisset vestigium; sed se tan- tū signasset, & oris susurro dixisset, Benedictus Do- minus. Atque peruersit quidem vñus ictus à dorso usque Sacerdo- ad maxillam, cùm per aurem transiisset; alter verò ab tem mona- humero peruenit ad mamillam. Et sic vir diuinus sensim fieri occi- dunt.

23 Deinde post illum capiunt & interimunt eum, qui vnà cum sene habitat, qui ipse quoque erat & senex tempore, & satis afflictus laboribus exercitationis: & rursus puerum, qui eis ministrabat. Hic autem fuit mo- dus interfectionis. Iubebat vñus ex barbaris colligere aliquem ex iis, qui erant effusi, fructibus. Ille autem vt placebat ei qui iuferat, diligenter terræ assidens, sinum relaxabat, manibus attrahens ea, quæ erant apposita; vt ei qui iuferat, videretur aptus ad ministeriū, & ideò vita ei concederetur. Sed nihil profuit, neque sic barbaricam emolliit ferociam. Alius enim, qui retro adstabat,ensem è vaginâ claram strinxit. Ille verò sive eum trahi sentiens, sive etiam cædem alioqui prætagiens, tamquam per- territus vultum patumper retro circumagit. Qui autem adstabat, eum terruit & clamore barbarico, & contor- tis oculis. Et sic quidem cùm is rectum ensem in iugu- lum defixisset, magnis viribus eum ab hepate adegit ad thoracem. Ille verò, priusquam is reuelleretur, iacebat mortuus,

*Quidam
finuntur
abire.*

*Barbarus
Sina inac-
cessus.*

mortuus, vt qui vel timore periisset, aut propter certitudinem & opportunitatem vulneris non peruenisset ad mortis cognitionem, quæ à vasis corporis citò exemit animam, & eam repente liberauit à vinculis, à quibus vix recedit, vt quæ sit colligata violentis nexibus Creatoris. Reliquos autem nos, nescio quanam re impulsi, abigunt, gestu manus fugere permitentes; in eâ autem cruentos adhuc enses gestabant. Et alij quidem currebant per conualles, festinantes ad montem peruenire. Eis enim ad illum non patebat aditus, propter gloriam eò quod Deus super ipsum steterit, & populo aliquando responderit.

C A P V T VII.

S. Nilus casos luget, sepelit.

*Nilus in
montem
enadit,
identidem
ad Theo-
dulum re-
spectans.*

24 **E**go autem planè hæseram attonitus, vt quem retineret inopia consilij, & ab adolescentis vincitus essem visceribus, & nec omnino poterā recedere, nec volebam omnino cōseruari, confictus firmo naturæ vinculo: donec puer annuens oculis, & vt recederē (hei mihi) significans, vix persuasit, vt abirem. Et pedes quidem anterius processerunt, & eos nescio quo modo sequebatur corpus, quod ferebatur; cor autem nolebat recedere, vultū ad puerum assidue cōvertens, & iactum oculorum ad se minimè valens cōgregare, qui non ad iter aggrediendum erat attentus, sed ad tergum cōuertebatur miserabiliter. Perrexī itaque ego quoque ad montem, sequens eos qui præcedebant, & è speculâ cōtemplabar infelicem puerum, qui abducebatur, qui ipse quoque non liberè circumspiciebat, sed clandestinâ ad me conversione furtim fallebat eos, qui abducebant. Tale enim est naturæ vinculum: non soluitur separatione corporum, sed intenditur vehementiùs, cùm hoc quoque in brutis animantibus similiter fieri cernere liceat. Et vacca quidem quæ abducitur miserabiliter mugit & frequenter, assidue conuersa ad vitulum, qui est abstactus, & habitu oculorum indicans doloris magnitudinem. Quin etiam equus priuatus eo, qui vnâ pafcebatur, quoniam caret sermone, hinnitu dolorem significat, amicum frequenter reuocans.

25 Ego autem cùm nescio quomodo peruenissim ad montis cacumen, et si non haberem mentem quæ vnâ cum corpore ambularet, volens videre filium veluti è speculâ, non poteram amplius adspicere, vt qui propter longum interuum absconfusus esset à meis oculis. Restabat itaque mihi deinceps perplexus & anceps animus, & à me ad Deum verba fiebant, & filium deflente captiuum, & Sanctos interemptos vehementer deplorante: O beati, dicebam, & ter beati, vbi tandem nunc sunt labores vestræ abstinentiæ? Vbi sunt perfusiones tolerantia? Multorum igitur certaminum coronam accepisti? Hæcne sunt vobis deposita præmia longæ decertationis? Num iustitia est vanus cursus? Num temerè suscipitur pro virtute perpeffio, quod vos interficiendos absque auxilio reliqui prouidentia; nec iustitia restitit interemptibus, sed vires habuit manus iniqua aduersus sancta corpora, & gloriatur iniquitas se aduersus pietatem victoriâ esse potitam, omnino frenens & gestiens tamquam aduersus superatam veritatem? Quomodo veteremflammam non nunc quoque accedit rubus? Quomodo non accedentes sceleratos exussit incendio? Quomodo autem non eos dehiscens terra accepit, vt cùm alias simul cum tabernaculis & cognationibus totâ Core deuorauit synagogam? Quomodo autem Sinai montis siluerunt prodigijs terrores, tonitruum sonitu & tristitia caliginis, & innumerabilibus fulgurum coruscationibus impios non terrefacientes? Sed otiosa fuit vindex potentia, nec eos qui iniuriam faciebant, fulminibus & procellis rectè puniens, neque eos validâ manu liberans, quibus siebat iniuria; vt cùm ipsi postremò docti experientiâ vim animaduer-

tissent miraculorum, cognoscerent robur admirabile *Auctor* virtutis inexpugnabilis. Sed in ipso rubo & in monte, in S. NLLO, quo fuit lata lex, ceciderunt pij absque vlo auxilio, perinde ac hostiæ expertes rationis. Vbinam tandem fuit potentia, quæ in mari submersit Ægyptios, & profundum eis effecti sepulchrum? Vbi autem, quæ grandinis percussit lapidibus alienigenas, qui bellum geregabant aduersus Israëlitas, & sine sanguine & labore victoriam dedit suo populo, & quæ rufus aliquando eis terrorrem incusit, cùm aggredieretur terram sanctam, & eos inter se conuertit ad pugnam neficientes, vt qui versaretur in tenebris, se socios suos occidere, & non posse suos qui interficiebantur, agnosceret. Vbinam tandem suum occultauit auxilium, non protegens eos, quibus parabantur insidiæ: sed seuorum quidem leonum olim iram aduersus eos qui ipsis obiecti fuerant, & ignis inexpugnabilem refrenauit potentiam, efficiens vt eos reuarentur, & ostendens eos esse pietate claros; horum autem quomodo dubiam fecit virtutem, eos relinquens omni defectos auxilio, & efficiens vt omnino exiliarentur indigni auxilio?

26 Sed hæc quidem dicere nos fortasse persuasit animi ægritudo & dolor, & ab eo quod erat decens nos exturbauit. Danda est autem venia dolori, qui persuadet ei cui ægrè est, multa loqui præter animi sententiam, victo fortasse à rerum aduersarum magnitudine. *Divina prouidentiam*, *victoria* fortasse à rerum aduersarum magnitudine. *Nam iustos quoque sàpè diuinum reliquit auxilium, rentia.* Nam iustos quoque sàpè diuinum reliquit auxilium, rentia. eos tradens Tyrannis variis tormentis cruciandos, & impiâ morte afficiendos: vt eorum qui decertabant, virtutis ostenderetur spectata probitas, & eorum fides tamquam fax resplenderet, de fiduciâ nihil remittens usque ad mortem, sed totam esse vanam Tyrannorum infaniam patiendo arguens. Nam ij quoque, qui nunc remanserunt Sancti, à solitudine minimè volunt recedere, ei, quæ promiscuè & indifferenter in urbibus agitur, vita mortem præferentes. *Quod ipsum quoque vi-* sum est iis, qui sunt interempti, vt potius morerentur, quæ sustinerent vitium, quod versatur in eâ parte orbis quæ habitat. Sciebant enim mortem animæ esse morte corporis grauiorem; & eam, quæ est in peccato, aperte esse magis periculosam eâ quæ affertur gladio: quoniam hæc quidem habet paruum, & qui est ad tempus tantum, dolorem; illa verò longum supplicium, & quod numquam definit. Et ego quidem hæc dixi.

27 Barbari autem cùm multis alios interemissen, *Nilus cum & depopulati* essent in solitudine, satis magnam viam *sociis ut* confecerunt: & cùm die iam inclinato præbuisset no- *occisos fe-* bis nox de cetero potestatem ambulandi sine metu, de *pelas.*

monte descendentes, conuersi sumus ad sepelienda corpora. Et alios quidem intuenuimus diu antè mortuos; Sanctum autem Theodulum adhuc spirantem, & qui posset vtcumque loqui. Ei itaque affidentes, & quæ acciderant deflentes, pernoctauimus; rogante nos sene, ne hæc nobis viderentur aliena. Satanæ enim esse morem, eos qui tententur, à Deo expetere. *Quidam* multos inquit, ex Iobi domo interemit, alios quidem igne, alios verò *Theodulus* *egregie eos* ense, alios autem eversâ domo perdens; Sed ne vos, in- *consolatus,* quit, ea quæ fiunt, conturbent. Scit enim agonotheta, moritur. quo iudicio tradat athletas aduersario; vt qui præclaræ præmia & bravia proposuerit iis, qui plagas æquo animo accipiunt, eaque talia, qualia ostendit magnus Iob, qui omnia accepit duplicita quæ iam visa fuerant periisse, vel potius longè maiora, & quæ citra villam excedunt comparationem. Quæ enim oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, ea Deus parauit iis, qui pro ipso decertarunt, & pietatis præmiis suam vitam gloriòsè coronarunt. Sic enim Deum decebat munificum superare labores remunerationibus, & coronis superare certamina, & illa præbere athletis, quæ neque sperabantur, neque expectabantur ab iis, qui ea quæ dantur accipiunt, vt & reddat mercedem quæ debetur, & gratiam efficiat remunerationem, propter insignem honorem. Hæc dixit, & præstes salutavit osculo, quam-

AUCTORES quamdiu loqui & linguam mouere ei virtus præbuit.
S. NILO. Mortuum autem nos multis lacrymis prosecuti, terræ cum aliis mandauimus, & cùm tenebræ adhuc incertum ad vos facerent adiutum, huc venire potuimus.

28 Ex iis autem, qui fuerunt interempti, duo quidem vocabantur Paulus & Ioannes; Presbyter autem, Theodulus. Mortui autem sunt consummati septimo die post Theophania, qui est quartus decimus mensis Ianuarij. Omnino enim viris piis ac religiosis ipsa quoque temporis & nominum cognitio digna est magno studio, qui memoriae Sanctorum volunt esse participes.

Alij eodem Interempti verò sunt alijs quoque multis antè tempore die Martys res colum tur.

Interempti verò sunt alijs quoque multis antè tempore die Martys res colum tur.

C A P V T VIII.

Aliquot secularium cædes.

Quidam postridie immolan- dus profugit à Bar- baris.

29 Nobis hæc adhuc loquentibus, nuntiatur quidam saluus evasisse è castris: & paullò pòst ad nos accedit, timoris vestigiis nondum ex oculis depositis, nec animi perturbationem adhuc valens reprimere; & magnō adhuc cursu & animi angore anhelans & conturbatus, perinde ac si propè esset, & futurū esset vt asseruerentur ij, qui persequerantur. Deinde rogatus, quomodo effugilset, Me, aiebat, & tuum filium in coenâ loquentes denuntiabant fore, vt diluculò astro sacrificarent, aramque excitârunt, & ligna apposuerunt, ignorantibus nobis, cur hæc ferent. Mihi autem hæc dixit clanculum vius ex concaviis, qui eorum vocem intelligebat. Ego autem illi significavi consilium barbarorum, & quod nisi nobis fugâ salutem pepererimus, non nobis viuis manè sol illucesceret. Ille autem veritus ne comprehendenderetur, remansit, dicens: Quod Deo visum fuerit, vbicumque sit, non effugiet aliquis, etiam si lateat in adytis. Ego autem in tenebris, cùm vidissim omnes somno grauatos, (torpefecerat enim eos nimia ebrietas) humi pronus primùm serpens, ne, si quis vigilaret, me rectâ corporis umbra proderet: deinde à castris parum remotus, cursu ad hunc scopum contendi, timoris pennis portatus velociter, quæ apud illos statuta erat, cædem vel me ratus fugâ euasurum, vel si etiam comprehenderet, constitutâ morte me nihil grauius passurum esse ratiocinatus, & alioqui certo malo præferens spem incertam. Quod enim, si manerem, non libebat omnino effugere periculum, verisimile erat posse me euadere, si pedum auxilio meam salutem credidissent. Accepi enim, multos sàpè à pedibus plus esse auxilijs consecutos, quâm à plurimis defensoribus. Ecce ergo me mea non fecellit opinio, sed eis, quibus post Deum credidi, sum seruatus, & adsum apud vos, vt vivatis, nullo malo affectus.

Barbari quo/dam seculare concidunt,

30 Meis autem oculus adhuc insidet metus crudelitatis Barbarorum, & eorum facta scelerata me in stuporem adducunt, & impleor horrore propter ea quæ ab eis facta sunt. Cùm dominum enim meum vna cum Prætore munus obeuntem Reipublicæ, & ad vos reuertentem offendissent in solitudine, ad se abduxerunt cum omnibus eorum facultatibus: & alterum quidem, qui restiterat, cùm famulis membratim discerpunt; meum autem vna cum filio (erat autem is, vt nostis, valde iuuenis) sequentem abduxerunt. Sole autem iam appropinquante horizonti occasus, figurunt tabernacula, ubi eos vespera apprehenderat: & cùm ex nostris spoliis magnum fecissent coniuicium, eum & filium adhibent coniuicium, iubentes eum bono esse animo, & nihil extimescere. Saluus enim, aiebant, & illæsus domum reueteris cum filio, cùm sufficiant alij, vt sint duarum animarum pretium redēptionis. Et videbantur paullò pòst impleturi promissum, permittendo, vt ad sua redirent: aquam autem portari, & ad viati-

alios dolo,

cum panes afferri iubebant, ad hoc vt commentum videretur probabile; vt spes vitæ ex viatico apud eos fraudem haberet fide dignam, dolusque barbaricus & scena videretur esse vera cura, quæ eorum gereretur. Duos autem ephbos iuuenes, procurantes scilicet, vt iis esset iter securum, vna emittunt, qui eos deducebant. Quibus iusserunt clanculum, vt cùm essent aliquantulum remoti à castris, eos conciderent. Cùm eos ergo circumstisset, qui eo modo, quo dictum est, deducebant, illicet ij qui esse videbantur seruatores, & si alij inuasissent, eorum, vt par erat, propugnatores, ijs ipsi fiunt præter spem occisores: & maestant quidem filium ante patrem, vt videndo mortem sui filij, & suæ mortis faciendo periculum, ei dolorem conduplicarent. Protinus autem illum quoque multis intermixtum vulneribus, eorum infidelitatem & infidias magnâ voce deflentem. Audiui enim alterum quidem flentem miserabiliter, alterum verò validè clamantem, & ad vnum quaque iustum grauiter eiulantem, & veluti laboribus concedentem vt plágas dimitterentur. Atque ipse quidem bonis promissis sic deceptus, miscribilem passus est interitum. Oportebat enim ipsum ex aliorum malis sua diuinare, quod scilicet mors quidem minimè vitari posset, esset autem potius toleranter ferenda cùm expectaretur. Malum enim quod venit præter expectationem, omnino perturbat cùm aduenierit. Quod autem est expectatum, cùm ad id experiendum paratam inuenierit rationem, existimat leuius, vt quod iam sit meditatum, & efficerit vt eius aduentus nequaquam sit nouus & alienus.

31 Vespere enim in coenâ, in quâ eum præbibendo inuitabant poculis & benignis verbis, volentes ludere ludum sibi consuetum & gratum, (erat autem id, quod ad delectationem agebatur, hominis cædes) mittunt vt bibat vni filiorum calicem, cùm alterum paullò antè maestassent. Ille autem vix quidem accepit inuitus, vt cuius appetitus esset metu mortuus ante corpus. Accipit tamen metuens. Bibens enim, significabat se necessitate adductum id facere, vt qui violentis ostenderet sonis id à se fieri præter animi sententiam. Non enim quietè fauces permeabat potus, sed in genis quodammodo stagnans, ad mentum veluti ad rupem aliquam asperam, cum maximo sonitu deuorationis, vix peruerat thoracem. Cùm sic ergo tam per vim potum accipisset, mittunt qui eum interficeret. Erat autem is iuuenis. Nam eis quoque cædes committunt, ab ineunte ætate prouocantes eos ad crudelitatem. Ille autem ob ebrietatem Bacchico furore percitus, ad tam inhumandum opus magno contendit studio, quam ex actione capiebat voluptatem, risu indicans: & ad iacentem accedens, primum quidem eum ferit in colli vertebris, & cùm propter ossium duritatem parum scidisset, protinus illinc quidem tollit enī, per iacentis autem latus eum transadgit. Deinde cùm rursus in primâ vertebrâ sectione certius & opportunius percussisset, reuertitur exiliens, manu ensem in aëre quatiens. Puer verò præ dolore diu quidem palpitauit & subsultauit, & eiulans volutatus est in sanguine. Tandem autem cùm in spiram conuolutus, caput inclinasset ad ventrem, & pedes ad illud contraxisset, vt qui vellet erigi illâ conuersione, ad prunas appositas se deuoluit. Cùm verò maiorem, vt est consentaneum, ex igne sensisset dolorem, rursus quidem pedibus & manibus necessariò, instar pisces subtiliebat, assidue erigens partem quæ torrebatur. Cùm verò non posset amplius sibi ipsi operi ferre, vt pote quid vna cum sanguine excreta essent vires, rogo liquefactus interiit, duobus simul affectus suppliciis, nempe ensis & ignis.

32 Die autem sequenti postquam hoc fecissent, ambulantes in solitudine, non rectâ viâ, sed aberrante, locaque aspera & difficilia, modò hic, modò illuc obeuentes, altosque & arduos montes circumneantes, & per non tritas & confragosas & propemodùm inuias valles pendibus

puerum omnino crudeliter.

dibus ingredientes, longo remotum spatio vident locum paullatim herbescentem: & cum ex viriditate conjectassent esse locum aptum ad diuersandum, aut etiam existimassent illic aliquos habitare monachos, scopum suum eò conuertunt, tamquam à mari ad portum iter iumentis dirigentes. Cum autem venissent, vident locum, qui nihil erat deterior quam putarant, nec falsa visione eorum spem sefellerat. Nam & erat aqua in eo copiosa, & antequam gustaretur suá visum delectabat puritate. Ori autem allata, paruam arguebat esse visus delectationem, si conferretur cum voluptate gustus: eratque foenum aptum ad pabulum animalium. Cum ergo camelos exonerasset, illos quidem liberè dimittunt ad pascendum; ipsi autem statim currunt ad aquam, eam bibentes, se adspargentes, lauentes, & nescientes, quomodo simpliciter vterentur, illa liberali & profusa aqua abundantia.

C A P V T I X.

Alij monachi occisi.

Eremitam **lapidibus** **maffant:** **33** **D**Vm autem ad eam choros ducerent, & fontem laudibus celebrarent, vident in latere montis quoddam paruum domunculae vestigium, otinefque uno spiru eò currunt, cursu aliis alium superare contendentes, & cum appropinquasset, circumfusi sunt spelunca. Ea autem erat in ostio paucis extructa lapidibus, ne si esset nimis magnus hiatus, feris facilem præberet ingressum. Deinde cum intrò accurrissent pauci & singuli, (non capiebat enim multis) virum educunt specie & habitu venerandum: eumque ducebant trahentes, nihil omnino conturbatum, & qui neque expalluerit, neque illiberale aut triste aliquid ostenderit aut locutus sit: & cum eum supra quamdam petram posuissent, lapidibus (non enim habebant enses) interficiunt scelerati, ridentes & suâ voce pæana de- cantantes.

item alte-
rum, gau-
denem. **34** Deinde rursus parum progressi, alterum comprehendunt adolescentem, pallidum, macilentum, & qui adspectu aperta præ se ferebat vestigia abstinentiae: & ipsum similiter lapidibus interficiunt, multas voces emittentem, quibus agebat gratias, & fatentem se eis debere, quod cum adhuc virtutem sequebatur, è vitâ eduxissent. Dicebat enim, se non parum timere finis incertitudinem, ne mentis fortassis lapsus, aut quædam externa necessitas libera animi voluntatis mutaret constantiam, persuasam aut coactam alia sentire, quam quæ apud Deum sunt certa, & extra controuerxiā.

Adolescen-
tis eremita
admiran-
da confa-
tia, **35** Non multum illinc procererant: & ecce appetit locus quidam herbidus, & multis densis arboribus: & rursus quam maximâ potuerunt barbari celeritate ad ipsum cucurrerunt. Cum autem appropinquasset, in paruam quamdam incident domunculam, in quâ exercebatur adolescentis, cuius magnus & excelsus animus, existimatus est vel ab ipsis barbaris dignus admiratione. Neque enim his ostendere latentia quædam monasteria, & eâ ratione mortem effugere sustinuit: hoc enim ei polliciti erant barbari. Sed neque in hoc, vt exiret è domo, neque vt omnino tunicam exueret, obediuit: indicare quidem eos, qui poterant latere, dicens proditionem; omnino autem obedire, quicquid per vim cogeretur, pusilli & abiecti dicebat esse animi. Iis enim, qui excentur, dicit oportere adesse magnum & excelsum animum, & non fas esse cedere aut metui aut minis, etiam si id videatur magnum habere periculum. Consuetudo enim fit via ad maiora: & timiditas, quæ semel didicit dominati, iubet etiam magna bona contemnere, atque adeò ipsam etiam pietatem postremò prodere, quando metus malorum timiditate conseruetum animum inuenerit. Si enim nunc, inquit, facile prodidero liberum mei animi arbitrium, timens ne breui moriar; quomodo si proponantur supplicia, &

Tom. I.

mina intententur tormentorum, ad impietatem non **AVCTORE** facile transfigiam, cum doloris vactitatem assuenerit **S.NILO.** utili præponere? Quocircà cum vobis planè detegetur ea quæ speratis consequi, ne cunctemini ea, quæ vultis, facere. Neque enim loca, in quibus viri pij habitant, eti sciam, indicabo: sed nec extra ostium vobis iubentibus egrediar, neque vestem exuam, vt me quis adhuc sentientem & mei liberi arbitrij compotem, cernat nudum, & contueatur corpus, quod in hodiernum usque **caſitas** diem meis non est conspectum oculis. Post mortem autem in me non sentiētem faciat deinceps vnuſquisque quod velit. Eorum enim qui faciunt, crudelitatis, sed non eius qui patitur, animi est ea reprehensio. Intrus enim moriar induitus, vt constitui, neque faciam quidquam præter sententiam, meipsum prodens vt mancipium: & in hoc stadio in quo decertaui, prius interficiar: & erit mihi sepulcrum hæc domuncula, quæ prius virtutis sudores, & strenuitatis ac probitatis nunc accepti sanguinem.

36 Sic eum liberè loquentem cum non tulissent sce- **cedes atroc-**
lerati, sed aduersus generosum eius animum essent **cifima.** acerrime commoti, tot eum plagiis interficiunt, quor potuit eius corpus capere. Vnusquisque enim volens suam iram in eum re ipsâ ostendere, non existimabat priorum enses sufficere ad vindictâ, nisi cum ipse quoque suum gladium suâ manu tinxisset, sic indignationem suam possit consolari. Cum plures itaque mortuum quam vivum illum magni & excelsi animi virum iam fauissent, ita recesserunt, animis ægrè ferentes, quod non ad maius supplicium eis sufficeret corporisculum.

37 Post hunc autem tres nobis occurserunt, iter facientes per solitudinem, qui adhuc feruentem eorum iram paullulum sedarunt, vt qui eorum in illum furoris defectus suppleuerint. **Tres alios** **occidunt** **Barbari.** Quomodo enim agrestes feræ, aut canes venatici, si ostenta solūm fuerit præda & euaserit, ad maiorem prouocantur insaniam, quod eam non fuerint consecuti, & quod rursus inciderit, maiorī studio persequuntur, secundâ cautione priori medentes ludibrio; ita ad eos qui apparuerant, currentes, cædēm spirantes scelerati, cum enses strinxissent priusquam appropinquarent, cum tantâ in ipsis procererunt crudelitate, cum quantâ si ipsum accepissent qui eos irritauerat.

38 Cum autem nondum enses in vaginas misissent, sed nudos manu tenerent, calidoque & exhalanti sanguine inquinatos, in eo loco in quo ambulabant, vident posita duo monasteria, non ex aduerso quidem itineris, sed ex obliquo ad alterâ mantum. Erat autem, quod inter ea intercedebat spatium triginta stadia; inter eum verò locum, in quo eramus quindecim: vnumquodque tamquam à centro ad circuli lineas, quæ sunt in circumferentiâ, pari mensurâ distantia. Diuisi itaque processerunt, dimidia pars ad utrumque eorum, totâ præda quam collegerant, in regione relicta cum iumentis. Et eum quidem, qui erat ad Austrum, quomodo interficerint, aut quemnam, nequaquam cognoui. Eum **item duos** **alios.** verò qui erat ad clima Boreale, postquam iam prope accesserint illum, qui ex multo cursu tela in pharetris sonantia senserat, & fugere cœperat, ipsis arcus intendentis multis iaculis transfixerunt. Deinde cum ipsum, vt pronus ceciderat, comprehendissent, non sinunt eum mori cum iis solis, quæ prius accepérat, vulneribus, cum tot haberet plagas quæ ad id sufficerent, sed cum adhuc spirante & animam agente similitudinem convertissent, statim dissecant à pube ad thoracem: respirantia autem per dissectionem viscera, & lateribus circumfusa, contus utrumque conturbabant, doc nec ea quoque dilacerauerint, priusquam recederent. Post hanc autem ego quidem aufugi, vt prius dixi; filio autem tuo quidnam factum sit nescio. Nam eum quidem viuum reliqui: sed qui de vitâ nequaquam bonam spem conceperat propter mortem, de quâ susurratū fuerat.

M m m m

C A.

AVCTORE
S. NILO.

C A P V T X.

Muliebris constantia exemplum.

39 *C*um hæc ego audiuissem, & nocturnam habet rem visionem in auribus resonantem; (in somniis enim legebam epistolam, quæ ab aliquo ex familiari bus nuper mihi data fuerat: quæ quidem priusquam explicaretur, ita habebat in plicatura: Dominu meo post Deum & Patri, Beatus Theodulus) quonam modo oportebat meam tunc affectam esse animam, ô fratres, si modò adhuc habebam animam? Cor mihi dissecabatur, viscera diuellebantur, vires disolutebantur: sudor omnibus omnino distillabat membris, cùm audiuissem nuntium somnio conuenire, qui mihi non amplius faciebat dubiam aut anticipitem mortis suspicionem; sed potius confirmatam duobus testimoniis, somnio, inquam, & significationibus eius qui fuerat conseruatus.

40 Quid deinde? Cùm ipsa vox iam mihi esset existinta, neque flere neque lamentari poteram, sed ad eum solum fixis adspiciebam oculis, donec quædam mulier ex iis qui illic erant, cuius etiam filius ab eis fuerat interfectus, (is autem erat, quem quæ præcessit oratio, significauit fuisse insignem propter magnum excelsum quæ animum) me recreauit, & vt me a vehementi dolore colligerem effecit. Postquam enim illa intellexit interfictum esse filium, & aduersus eos qui interemerant strenuè decertasse, actione ipsa quoque in eum suam ostendit cognitionem, vt quæ vera ac germana eius mater apparuerit: & cùm se splendida veste protinus induisset, & ad laetitiam totum mutasset habitum, manus in cælum extendit, & ad Deum Seruato rem tales voces emisit: Tibi Domine commandau filium, & est mihi saluus nunc & usque in secula. Tibi credidi adolescentem, & mihi fuit custoditus verè saluus & inuulneratus. Non enim quod sit mortuus, neque quomodo vitam finierit, reputo; sed considero quod omnis peccati effugit periculum. Non quod corpus sit sauciatum, & mortem acerbam sustinuerit, sed quod puram animam & nulli reprehensioni affinem illinc tulit, & spiritum immaculatum tuis commedauit manibus. Ego cædes, brauia numero: ego plagues, tot esse coronas censeo. Atque utinam tuum corpus plures plagues cepisset, ô fili, vt tibi ex eo plures accederent mercedes! Hinc quod te gestarim utero, reddidisti mercedem. Hinc me remuneratus es propter dolores, quos ego sensi in partu. Hinc mihi dedisti honorem propter educationem. Quid ergo? Non me quoque es accepturus participem premiorum? Communis enim fuit labor utriusque. Tu decestasti, & ego sum quoque tibi particeps certaminis. Tu certasti, & ego tuo gratulor certamini. Tu iræ restitisti barbaricæ, ego autem resisto naturæ tyrannidi. Tu mortem videlicet contempsti, ego autem visceræ despicio. Tu cædis dolorem tulisti patienter; ego cùm mihi lanientur viscera, fero tormenta. Mea tuis sunt æqualia & non inferiora: tu vincis acerbitate doloris, ego autem supero longitudine temporis. Nam etsi tibi valde magnum dolorem mors attulerit, vñam tamen horâ mors præteriit. Ego verò longum traho dolorem, & eum moderatè fero, philosophans & certò sciens te apud Deum vitâ vivere, in quam nullus cadit interitus; & credo fore, vt breui mea illuc curret senectus, quando mihi quis modo confractum fuerit hoc vas testaceum, & ad id quod illuc est æuum profecta fuero. Beata ego in matribus, quæ Deo talem exhibuerim athletam. Rursus quoque ego beata: verò confido enim fore vt deinceps glorier, cùm tu in Christum fuisse resolutus, & vñam cum eo futurus sis perpetuò, & deliciarum, quæ numquām desinuant sis particeps.

41 *Eius exemplum si- bi propositum.* Hæc ego audiens, erubescbam, quod tam molli- ter & tam pusillo animo ferrem casum pueri; & mihi esset minor virtus animi quam feminæ: & eorum qui

S. Nilus.

aderant, me mouebat verecundia. Deinde illam quidem admirabar, meipsum autem irridebam, vt qui egrediebatur illius mulieris verba acciperem, perinde ac mei suggestiones; & illius moderationem, meam iudicarem insaniam. Nam cùm existimassem me iure posse cum Deo conqueri propter ea quæ passus fueram, tunc recte cognoui me esse lapsum; quod mulieris exemplo didicissem, esse cuiusvis mali insultum tolerabilem.

C A P V T XI.

Mittuntur ad Regem Saracenorū legati, & cum iis Nilus.

42 *V*isum est autem Concilio eorum, qui Pharan incolebant, postquam audiissent quæ renuntiata fuerant, non præterire silentio id quod ausi fuerant Barbari, sed hoc Regi significare eorum. Et ad eum quidem mittunt duos ex iis, qui apud ippos vocantur *a* Hemerodromi, accusantes quod inita infregissent fœdera. Sunt autem iuvenes, ephesis paullò ætate maiores barbare propemodum primam emitentes lanuginem, qui his rebus inferunt, & nihil ferunt præter arcus telaque ac iacula, & silices ignem eiuentes: hæc enim eis in viâ sunt ad vitam utilia; illa quidem venationem, hi verò ignem præbentes ad coquendum: lignorum enim & fruticum est eis utique magna in omni loco copia, cùm nullus que nascuntur fecerit in solitudine.

43 Cùm ij autem illam viam conficerent, nos egredi sunus ad efferenda corpora: & cùm acceſſemus, in occiforum uenimus eos, qui quinque autem diebus interempti fuerant, nihil paſſos ex iis, quæ verisimile erat paſſurum rupra. esse mortuum, qui multis autem diebus esset mortuus, non male olentes, non putrefactos, & nihil laſſos ab iis quibus innatum est ut perdant, à carniuoris, inquam, auibus aut feris agrestibus. Tanto autem autem tempore eos fuisse interfectos, dixit b puer c Magadonis: hoc enim erat nomen Senatori, qui à Barbaris fuerat interemptus. Erat verò, qui occidit erat in d Bethrambe quidem, Proclus; Hypatius autem, qui in e Geth; Isaac verò, qui in monasterio Salatèl; Macarius autem & Marcus, qui fuerunt occisi in eâ, quæ est extrinsecus, solitudine; Benjamin verò in eâ, quæ est extra fælem. Eusebius autem in g Thola, & Elias h in Aze. Porro autem ipſorum quoque duorum alterum inuenimus, qui multa vulnera habebat lethalia; sed adhuc viuebat & spirabat, Quem quidem cùm portassimus, in cellâ deposuimus, conuerſi ad sepulturam aliorum corporum. Cùm autem ad ipsum rediſſemus, viuum quidem non amplius offendimus, apud hydriam autem inuenimus iacétem iam mortuum. Nam cùm omnino siti laborasset propter inflammationem vulnerum, postquam bicit, cecidit pronus in genua, in hoc habitu eum mortuū relinquentे animâ. Cumque ei vt ceteris iusta fecissemus, egressi sumus, vt sciremus quidnam significaretur à Principe Barbarorū.

44 Iam autem nobis Pharan ingredientibus, aderant qui misli fuerant, ab eo afferentes litteras, quæ & pacem confirmabant, & ad se venire iubebant eos qui affecti fuerant iniuriâ; & maximè eos qui attinebant ad captiuos adhuc viuentes. Quod si quis etiam vellet sumere pœnas de iis qui occisi fuerant, dicebat se eis paratum dare auctores ad supplicium. Quinetiam se profitebatur omnia daturum spolia iis, ex quibus prædæ ætæ fuerat. Nolebat enim soluere leges pacis, vt qui lubenter esset cum eis confederatus, propterea quod ex iis utique accepisset solatium: agnoscet enim eis non parvū astre emolumentum, quod cum eis intercedebat commercium, vt qui in suæ egestatis necessitatibus aperte adiuvarentur eorum abundantia. Cùm dona itaque parafsent, & legatos constituisserant tamquam ad renouandam pacem, quæ iam dissoluta fuerat, die sequenti & ipsoſ emittunt, & nos qui bonâ utique spe eramus venturi,

*a Quæsdiurni cufores. Sic Aristoteles de mundo, loquens de Regibus**Barbarorum Rex paratus est sarcire iniuriam.*

Règibus Persarum: ἡμεροδρόμοι τε, καὶ σπονδαί, καὶ αὐγαλασθόροι. **Eiusdem veris:** Curfores etiam exploratoresque & statores. **Petrus Alcyonius:** Qui à pedibus de die sunt, exploratores, nuntijs.
b Sur. filius. **Gracchus:** Et infra eam, id est, famulus.
c Gracchus est Muzadus. Et in margine Muzadus, uti et infrā. **s.4.** Surius et Lipomanus hic Megadonis legume, infra Medagonis.
d Sur. Bethrabe.
e Non est hoc Geth Palasianorum sacra pia, sed vallis quae pia circa Sinam.
f Sur. Eliam. Et Elim eius regionis locus haud procul à Rhaithu canobio, ut infra dicimus.
g Gracchus est Iacobus. In virā S. Ioannis Climaci per Danielē monachum Iacobum appellatur hic locus, in Menau Iacobus, diciturq; ad quintum lapidem à basilicā monasterij montis Sina absuisse: ibi Climacus 40. annis habitauit.
h Gracchus est Aegyptius.

C A P V T XII.

Variis perfuncti periculis, ad Regem perueniunt.

a **45** Ostaui autem die ambulantes (duodecim enim diebus iter cōficiabatur) aquæ penuriâ laboravimus, magnaq; nos sitis vrgebat necessitas; morsq; deinceps sperabatur, quæ semper imminent inopia. Dicebât auté vtique propè esse fonte ij, qui locorum habebant experientiam: idque multos solabatur laborantes, futuri expectatione, quæ malo præsentis medetur. Currebant itaque multi ante multitudinem, properantes inuenire illud quod quærebatur, & desiderantes eo securè frui, cuius laborabant inopiat, aliis alio conuersi, prout vnumquemque ducebat spes assequendi. Deinde etiam oculis considerantes, firmo fixoque obtutu procul intuebantur, oculorum lumine tamquam lucernâ id, quod latebat, indagantes.

S. Nili granitæ. **46** Ibam autem ego quoque, paullatim sequens eos qui præcurrebant, vt alij quidem fortasse dixerint, qui præ senectutis imbecillitate non possem eos assenti, qui magis valebant viribus; vt ego autem dico, qui nollem nimium inordinato pede facere iniuriam honestati & grauitati morum. Adhuc enim valebam viribus, necessitate ad id quod vrgebat, magis animi impetum impellente, quam naturâ ei insitum fuerat.

b **47** Ex aduerso autem mei itineris erat fons positus; quaren, in latebat autem in medio cuiusdam collis. Iis itaque, qui ex vtraque eius parte despergebantur, semper relictis, pergebam in medio eius quæ hic aut illic futura erat intentionis, coniectans me non procul abfuturum. Cum vero me paullulum inclinasse, quando accessi ad dorsum collis, & primus vidi fontem, & barbaros multos ei circumfusos: & cum sic in immanes incidissent hostes, neque conturbatus sum eo quod acciderat præter expectationem, neque magno fui timore affetti. Sed cum essem medius inter timorem & gaudium, de eo quod euenerat, me tali solabar consideratione. Aut enim dicebam me apud ipsos inuenturum filium, & prompto & alaci animo cum ipso seruiturum, seruitutis molestiam leuantem voluptate adspectus; aut omnino esse interimendum, & sic esse liberandum à graui, quæ me ptemebat, molestiâ. Sed ij quidem exilientes, ad me permixtim accurrerunt: cumque me comprehendissent, qui tamquam mutus stabam, vtpote cogitatibus, inhumanè trahebant. Qui autem ad inquirendam aquam mecum missi fuerant, iis conspicatis, & nondum ipsi penitus ab iis visi, silentio conuersi, clam statim redierunt, pronos non secus ac serpentes se per terram trahentes, & sic se fugâ subripientes. Ego vero etiâ ab eis vincirer, traheter, conuellerer, (Quid enim non graue patiebar?) eorum quidem neque villam ducebam rationem, neque villum sensum accipiebam; sed totâ mente versabar in inquirendo filio, illumque oculis scrutabar, in omnem partem circumspiciens, sicuti viderem eum, quem defiderabam.

Diffligunt Barbari. **48** Cum hæc autem fierent, non multum tempus præteriit, & ecce ex nostris copiis aderant viri bellicosi. Qui cum super tumulum sublimes apparuerint, ma-

gnam perturbationem attulerunt barbaris. Postquam **Aucto-
res** enim militari clamore significarunt aduentū, nullus fuit **S. Nilo.** qui in loco mäserit: nudus autem totus locus repente ostendebatur, qui paullò antè plenus erat corporibus. Saluti enim cōsulere festinans fugiebat vnuſquisque, secū nihil valens accipere: tantusque timor eorum, qui apparuerant, ex tantâ securitate eis irruit, vt nec ad persequentes quidem sc̄ omnino conuerterent, verentes ne comprehendenderentur; putarent autem se habere, qui retro semper sequerentur, & qui strictos haberent gladios, & verberarent aliquos, & multos de medio sustulissent, & suam perturbationem esse existimarent aduentum aduersiorum: donec longum fugæ spatium eis concessit, vt respirarent, præbens facultatem circumspiciendi, & videndi eos qui persequabantur. Efficit enim metus, vt qua sunt continentia, putentur semper maiora, & plura visione apprehendantur, quam rei habeat veritas, plus quam capere possint eorum vires, res veluti augente timiditate. Atque illi quidem sic soli fugiebant, illic relictis omnibus, quæ habebant, impedimentis. Qui autem accesserant, cum ex iis quæ iruerant magnam accepissent vtilitatem, illic reliquum diei transegerunt.

49 Deinde cum sequenti die cœpissimus ambula- **Legati ad
re**, & quatuor diērum iter confecissimus, in castra per- **Amanem
uenimus. Cumque significatum est aduenisse legatos, Rege per-
ij vocati sunt, vt conuenirent Amanem, hoc enim erat uenire.** nomen Regi Barbarorum. Ad quem cum attulissent munera, benignum responsum nocti sunt, & acceperunt prope illum tabernaculum, benigneque & comiter ab eo sunt tractati: donec diligens & accurata perscrutatio omnia manifesta reddidit, quæ ad illam iam factam pertinebant incursionem. Atque illa quidem ab eis breui peracta sunt tempore.

a **50** **Diodorus lib. 2. de Nabathæis Saracenorum viciniis:** Regionem partim desertam, partim aquarum indigam, minimaque sui parte frugiferam, incolunt. Vita igitur his prædatoria est, & accolas longè lateque ingensantes latrociniis vexant, nec bello facilè dominantur. In regione enim aridâ puteos opportunis locis depresso habent, extraneis ignotos, qui tutos ipsi in fugâ receptus prebent. Cum enim quo loco reconditæ sint aque sciant, facile iis apertis largo poru fruuntur. At peregrini illos persequebantur, cum per fontium illorum ignorantiam aquatione destituantur, porus defectu partim intereunt, partim multis defatigati eternis agri domum reuertuntur, &c.

C A P V T XIII.

S. Nilus filium tandem inuenit.

50 **M**hi autem cor vehementer palpitabat, & ad **Nilus in-
quirit se-
dulù de
filio.** nuntium suspenso animo erigebar: omnis autem sonus cuiuslibet rei, mihi videbatur susurrare famam eius, de quo eram sollicitus: erantque aures paratae vocum sonis, & mens attendebat eos tamquam nuntios, spectans quisnam esset mihi renuntiatus aut vitam aut mortem filij. Quando autem veniebant non admotum ictu vultu, inestum significari nuntium eorum tristitia coniectans: Non opus est, aiebam, vt loquamini. Calamitatem enim visus nobis renuntiat, & etiam ante linguam clamat animi motus, quod dicendum erat sermone, gestu prius eloquens. Non fallar ergo orationibus, neque decipiari verbis compotis ad persuadendum, non enim attendam sermones, qui possunt omnino figurari ad probabilitatem, cum in ipso vultuviadeam animi perturbationem. Hoc est enim aperta illius imago, vt quod exprimat internam eius affectionem, non secus ac speculum. Neque enim potest ille vultus latitudinem ostendere, qui concidit mero & plenus est tristitia. Aut ergo citra fictionem dicite verum mihi roganti, aut scitote vos hoc vestris iam dixisse vultibus, sicut etiam dixi ante. Quid enim prodest verbis paululum consolari eum, qui cruciatur; postea autem maiori afficer molestiâ, quando quod angit verum deprehensum fuerit?

M m m m 2

51 Cùm

AVCTORE

S. NILO.

Eluzam
profici-
tur, ut
eum
querat.

51. Cum itaque iure iurando frequenter affirmassent, non esse mortuum Theodulum, viuere autem venundatum cuidam in ciuitate Eluzâ, consulebant ut irem in ciuitatem; dicebant enim me illic inuenturum filium. Sed ne sic quidem dolorem vel modicè curarunt. Quid tum enim, cogitabam, si viuit, & maior quidem metus mortis est dissolutus, seruit autem venundatus, & ne mecum viuat, est prohibitus? Non facit enim omnino puram voluptatem necessitas, quæ impedit appetitio nem liberi arbitrij, & animi libertatē retinet alienā voluntate. Postea tamen profectus sum ad eam, quæ mihi significata fuerat, ciuitatem, cum duobus, quos mihi dederant, via ducibus.

In via in-
telligit
eum libe-
rum viue-
re.

52. In via autem quidam nobis occurrit adolescens, qui sequebatur animalia, quæ portabant onera. Is autem prius viderat in castris, & quæ ad me pertinebant omnia accuratè didicerat. Is cum fuissest Eluzæ, & que de filio meo dicebantur, audiisset, quod scilicet captiuus adductus esset à barbaris, ei de me significauit: acceptisque litteris, veniens afferebat tamquam bonum nuntium. Cum autem me vidisset eminus, cœpit accedere subridens; & ego quoque, cum virum agnouisssem: ubi verò propè fuimus, ipse quidem me lato vultu alloquitur, & dexteram extendens, eam ponè diuerit, & volam manus applicans humero, epistolam summis digitis extrahit ex pharetrâ, & eam mihi reddit, filium meum nuntians viuere, & hortans ut essem bono animo, & non perinde ac si esset seruus, spem haberem bonis vacuam. Nam is, qui emit, inquit, est Sacerdos Christi sacramentorum: & filius cœpit quidem ipse quoque esse in ordine sacro, vt cui sint credita prima munera Aeditiorum: magnam autem mox futuri profectus spem ostendit, vt qui breui tempore magnam virtutis dederit periclitationem, & morum bonitate effecerit, vt hoc omnes statuerent. Ego autem, vt qui essem & inops & domo carens, eum benignis verbis sum prosecutus, & ei bona multa, sum precatus, quoniam nihil habebam, quo hominis bonum honorarem ministerium: vniuersum autem permisi Dei prouidentiæ, & pro inexpectata latitudine ei cum lacrymis egi gratias, quæ mihi, vt erat verisimile, cœpisset soluere in gentein calamitaté, & veterem reddere prosperitatem.

Templum
adit.Ducitur
ad filium

53. Postquam autem veni in ciuitatem, primum quidem sanctum templum quæsiui, tamquam caussam bonorum, & ei eum quem par erat honorem tribui, solum rigans lacrymis, & implens Dei ædem vocibus lamentationum: & illinc deductus, veni in domum, in quâ manebat filius, multis præcedentibus & mei aduentus felicem nuntium significare studentibus. Noverant enim omnes ex famâ, quæ præcesserat, me esse, qui vulgo iactabar, patrem pueri, qui apud ipsos fuerat venundatus: nec nullus erat, qui non vultu signa gaudij præ se ferret. Vnusquisque autem cum tamquam suum vidisset, de quo omnis spes perierat, hilari vultu exilientes, se mei animi affectioni consentire ostenderant. Postquam autem ianuæ appropinquauimus, cum eum vocassent, & me venire dixissent, dicunt salutaturum. Cum nos verò alter alterum ego & ille vidissemus, neque latari, neque admirari primum cœpimus, sed ambo potius lamentari, vultus lacrymis inquiantes & similiter vestes quæ tegebant pectora. Et ille quidem accurrit non admodum cognoscens, eram enim in capillis & ueste sordidatus, ita vt non possem facile cognosci. Iis tamen qui remuntraverant, vt videbant, potius credens quam oculis, venit passis manibus, vt mihi vehementi animi impetu circumfundendus. Ego autem eti multi essent circa eum, ipsum agnoui protinus, vt qui adhuc eamdem haberet vultus figuram, quæ aliud eius meditatione aperte erat mea impressa memoria: & cum non potuisse continere gaudium, mihi repente dissolutum fuit robur corporis: & cum cecidisse, hianti ore humi iacebam, existimatus à nonnullis esse mortuus. Diuturno enim mœrore, nisi

quod respirabam & videbam, à mortuo nihil omnino differebam. Cum me autem comprehendisset & esset *Inuicem complexus*, qui defecerat, animum vix mihi restituimus, & quemnam meis cernerem oculis. Eum ergo vicissim complexus, eisdem excepti nexibus, insatiabiliter diuturnum explens desiderium. Deinde ad loquendum conuersus, ego me excusabam, & persuadere voletbam me frusile auctorem omnium, quæ senserat, malorum; vt qui eum eduxisset extra patriam, & eum fecisset incolere regionem, quæ continenter diripitur: & vere erat ita vt dicebam. Quando enim umquam eam, quæ genererat, incolens, aliquid deprecandum sensisset, cum ex omni parte in pace ageret, & nullum haberet eiusmodi metum insidiarum. Valeant, qui quæ sunt in fatis, opinantur esse ineuitabilia, & ex fato iis qui patiuntur imponunt necesse sit.

a Elusa, vel, vt hic dicitur, Elusa, MS. Eλεύθερη, Stephano Ελέυθεροι, Ptolemeo Ελεύθερα, in vitiâ S. Hilarionis apud Lipomanum Luza, Græce λέγεται, ciuitas fuit Ismaelitarum, Palæstina vicina. Stephanus: Elusa ciuitas nunc quidem (*In Justiniani euo, quo Hermolaus Stephanus ibidem in compendium redigere*) tertie Palæstinae, olim Arabitæ. In Concilio Chalcedonensi nominatur Aretas Episcopus Elusa ciuitatis Palæstinae secundæ. Scribit S. Hieronymus in vitiâ S. Hilarionis ipsum oppidum ex magnâ parte semibarbarum esse, propter situm loci; & colli iſthie Venerem consueisse ob Lucifrum, cuius cultui Saracenorum natio dedita erat.

C A P V T XIV.

Vt mortem euaserit Theodulus.

54. Post hæc rogabam, vt mihi narraret quæ ei acciderant eo tempore, quo fuit apud barbaros. *Theodulus rogas* Neque enim amplius molestia crat enuntiatio, cum *narras* præteriisset iam periclitario. Nam quomodo post mortem *qua sibi* sanitas, & curatio post vulnera lætitificat, & non afficit molestiæ; ita etiam rerum tristium narratio post liberationem, vel maximam habet voluptatem, quantum prius dolorem habuit experientia. Ipse autem cum grauem è profundo gemitum edidisset, & oculos lacrymis impleuisset, Quid iuuat, inquit, ô pater, eorum quæ sunt molesta, reminisci? Solet enim efficere recordatio vt eius qui passus est recrudecant vulnera, etiam si auditorum aures forte demulcent, alienis aliqui malis delectationem afferens. Sed quoniā scio fore, vt nequaquam cesses, donec ea, quæ desideras, tibi scire licuerit, admirabilem enim euentum meæ salutis, vis efficere argumentum glorificationis, quomodo soles de rebus omnibus Deo agere gratias, audi, magni animi virtute tuos implens spiritus, ne ad asperos & difficiles casus eorum quæ euenerunt, ipse quoque miserabiliter fractus paternis visceribus, me quoque flectas ad luctum & lacrymas, & eiularibus lamentationis confundas orationem; vt pote quod luctus sapè vocem interrumpat, & non finat quempiam ea quæ vult lingua narrare liberâ. Atque magnam quidem actus partem omnino vobis aperte narrauit post fugam famulus Magadonis. Illa ergo rursus referre, simul & superuacuum fuerit & molestū. Quæ autem post fugâ illius euenerunt, necesse est, quoniā tu hoc mihi iubes, dicere.

55. Vifum fuerat barbaris, yi dixit (omnino enim dixit ille) nos maestare: & quæ pertinent ad sacrificia, iam vesperæ parata erant ornaria, ara, ensis, libamen, phiala & thus. Summo ergo manæ certa erat mors, nisi Deus erat prohibitus, sicut certè prohibuit. Postquam autem ille, cum me suam non celauisset fugam, aufugit, quia & propter longum viæ spatium incertamque persecutionem, dubium erat, an eum possem assequi, quod non solum tempus (erat enim vespera) usque ad manæ esset sufficiens discriben ei qui fugeret, sed etiam iteris incertitudo faceret, vt nescire quoniam modo possem eum persequi. Quis enim est tam egregius simul investigator, & tam bonâ conjecturâ prædictus, vt in tan-

*Vigil &
anxius
mortem
expectabat
captiuus.*

tâ latitudine solitudinis, itineris inueniat vestigia? est enim tota aspera & lacunosa, & quæ nullum omnino ostendat vestigium quod acceperit. Cùm hæc ita se haberent, ego pronus iacebam, vultum quidem humi defigens, propter angustias atem afflictionis mentem sursum erigens, & sic Deum vniuersorum tacite & apud me rogans, vt pote quod nihil ex iis, quæ ad hanc vitam pertinent, ad nullam rem vtilem me posset deducere & attrahere, propter celerem necessitatem; sed efficeret, vt essem potius sobrius & vigilans, & soli Deo mentem adhiberem, & à spe in eum penderem.

*Deum fer-
uentur
precatur.*

56 Quocirca dicebam: O Domine & Deus, qui solus es opifex vniuersæ, quæ cernitur & quæ mente intellegitur, creaturæ; habes in manu tuâ corda eorum quæ es fabricatus, & conuertis sæpè ad misericordiam ferciam impetus alieni à ratione, quando volueris iusto & rationi consentaneo iudicio, eos qui tua potestatis sententiâ morti traduntur, conseruare; qui sedas iras ferarum agrestium, quæ profiliunt ad humana corpora deuoranda; qui vim ignis hebetasti, & solo nutu tuo pueros tuos illæfos conseruasti, & eorum pilos & colorem arcanâ tuâ & admirabilis potentia, flammâ reddidisti potentiora; tu me quoque serua Rex Christe, qui nullâ spe nitor auxilij, qui mox inimicorum iudicio sum vitâ priuandus, qui (vt est verisimile) iam sum mortuus: & ne permittas, ô Domine, vt meus sanguis sit libamen dæmonibus, neque meatum carnium nido lœtientur mali spiritus. Statuerunt me astro sacrificare matutino, & quod cognomen accepit ex vitio libidinis. Sed ne permittas, Domine, vt corpus meum, quod in hodiernum usque diem castum est conseruatum, sit hostia dæmonis, qui cognomen accepit ab intemperantiâ. Muta autem cor ferinum ferarum verè immanum ad clementiam & mansuetudinem, qui mutasti iram in Esther inflamatam Assueri Regis Mediae, & eius immitem animum conuertisti ad misericordiam. Salua animam, quæ tibi seruire proposuit. Redde me patri seni & tuo famulo, filium ruđem malorum, & qui, quod ad propositum attinet, sum pius Dei cultor futurus. Non enim propter metum periculi hanc nunc incipio confessionem, vt videatur promissum rependi pro salute. Certaminis enim necessitatem anticipauit liberâ meâ cogitatione. Ostende fidem esse ad salutem pedibus perniciorem, & tuam spem esse quavis fugâ tutiorem. Effugit mortem is, qui mecum erat manè sacrificandus, & fugâ sibi salutem peperit. Ego autem mansi, expectans quod tibi videretur, & sum in manibus inimicorum, tuo confidens auxilio. Ille suis pedibus, ego tua credidi potentia. Ne sit diuina expectatio ad salutem infirmior spe corporis. Conseruatus est ille, qui tenebris usus est ad fugam, & rectè quidem sit conseruatus. Ad me iam pertuénit lux diei. Tu deinceps me conserua tuâ sapientiâ, qui virtus lucem largiris ad tua exequenda præcepta.

*Orto luci-
fero steru-
Denomo-
rat.*

57 Me sic orantem cum acerbis lacrymis, crepusculum insomnem occupauit. Cumque respexisse, vidi iam luciferum prodeunte ex horizonte. Surgens autem ab eo loco in quo iacebam, sed manus meas complicans genibus, & faciem super ea inclinans, sinum implebam lacrymis: & rursus corde clamabam ad eum, qui me poterat eximere, intensa vi spiritus. Mirifica, dicens, mecum Domine tuam misericordiam, qui solus habes vitæ & mortis potestatem, sicut mirificasti cum Sanctis, qui olim constituti fuerunt in necessitate, & liberati fuerunt ab omni afflictione; vt nos habeamus fiduciam te iniocandi, & confidendi fore vt liberemur ab iis in quibus sumus malis, cùm illos habeamus tui exemplar auxilij. Tu redemisti Isaac, qui iacebat ad ipsam aram occisionis, & patrem, qui tinctorius eratensem sanguine, sono vocis retraxisti. Tu Ioseph eripuisti à fratribus dexterâ, quæ cædem moliebatur: & rursus cùm ei paratae fuissent insidia, ab iniustis liberasti vinculis & custodiâ, & post longum luctum patri reddidisti regnantem. Tu huius patrem Jacob redemisti à necessitate regnantem.

sitibus, cui frater similiter inuidet, seruans in Mesopotamia. b Quâ ratione etiam Mosem custodisti, qui S. NILO. Egyptiacam fugiebat tyramnidem. Tu cùm duos pueros mortuos oratione Propheticâ è lecto fecisles surge-re, præbuisti viduis matribus. Tu ipse, ô Domine, in quæ non cadit mutatio, qui hæc diuinâ virtute fecisti admirabilia; tu quoque me nunc exaudi, & largire viuum patri eum qui te Altissime suum duxit esse refugium, & solue luctum, qui superat omnem consolationem: & da iis, qui norunt nomen tuum, vt admirentur vim tuæ potentiae ô Rex maximè celebrande.

58 Cùm ego autem in his essem, surgunt repleti tumultu, vt pote quod sacrificij tempus præteriisset: iam enim sol lucebat super terram: & cùm non inuenissent alterum, neque scirent quidnam eo factum esset, me interrogarunt. Postquam autem respondi, me nescire, cùm essem apud eos, fluerunt & neque minati sunt neque ostenderunt illa signa iracundia. Tunc quietus ac compositus fuit mihi spiritus, & Deo benedixi, qui non despicerat mei humili orationem. Me autem deinceps subiit audacia & fiducia, cùm Deus omnino hæc mihi concessisset: cumque iuberent vt nefariis vescerer, contradixi, & ludorem cum multieribus, non parui impenitentibus, donec venimus prope terram, quæ habitat. Tunc enim cùm nescio quid communiter cōsultassent, introducunt in vicum, qui dicitur Subaita, & iis qui illi erant, significant se me velle vendere. Cùm autem nihil agerent, sed re infectâ sæpè reuersi essent, vt pote quod nullus vellet dare plus quam duos aureos, tandem vbi eduxissent, & vt mos illis erat, nudum ante vicum statuissent, ensem collo meo imponunt, si nullus me emat, dicentes se me statim interfecturos. Ego autem iis qui ad emendum veniebat, supplex eram, manus extensis, vt darent quantum petebant barbari, & ne videbantur parci, cùm pretium darent humani sanguinis, dicens me esse pretium propriæ redditum & ci qui emisisti, lubenter si veller es seruiturum, confitens eum esse dominum etiam post redditum pretium, qui meam vitam emisisti. Quidam itaque mei misertus clavant & lacrymantis, vix tandem me emit: & ex eo hinc, vt vides, emptus sum, vt multa dicam breuiter. Video enim te perturbatum, & non longè abesse à lacrymis, & esse planctu confusurum gaudium. Hæc quidem sum passus, pater, & passus, fui liberatus. Te autem deinceps Deum glorificare cōuenit pro meâ hac inopinatâ, & quæ præter spem & expectationem reddita est, salute.

a Nam φωτός Φ., ἀστρον Α' φεδίνης, Lucifer stella Veneris.
b Lipomanus Vbi, Græc. Λύπη. At non in Mesopotamia seruatus est Moses, sed apud Madianitas Arabes, haud longè à mari rubro habitan-tes. Scriptum forse fuit cōjuncte hic, aut ubi eadem significatione acceptum.

C A P V T X V.

Nilus & Theodulus sacerdotio initiantur.

59 Ed tu quidem, dixi, ô fili, innumerabilia tolerasti pericula, & multas sustinuisti mortes expectatio-ne, etiamsi Dei gratiâ eius effugeris periclitationem. Idem enim est, mortem verè sperare & eam discere ex- Votum S. perientiâ, mitto dicere, quod etiam grauorem. Non Nili pro filio. enim tantum affert dolorem dissecio, quantum quæ eam præcedit expectatio, quæ sensum doloris longo quadam metu extendit, & facit vt verè maneat, quæ speratur, molestia. Ego autem in tempore illius afflictionis os meum ad Dominum aperui, & continentia & alterius malorum perpessionis professus sum austerâ seruiturem, si te viuum solummodo reciperem: & audiui in somnio vocem dicentem: Stabiliet Dominus, stabiliet verbum quod egressum fuit ex ore tuo. Non Theodulus oportet autem, ô fili, transgredi professionem, nec eum patri fallere qui diuino responso confirmauit promissum. cium ad Dei obsequium.

60 Cùm sic bonum finem votum acceperit, ego intensius quoque ô pater, inquit puer, tecum prompto & alaci sequimus.

AUCTORE animo laborem suscipiam, & promissi ero socius, quan-
S. NILO. doquidem sui gratia quoque particeps, & beneficij ma-
ximum percepi fructum. Nam tu quidem luctum, ego
autem mortis euasi periculum: cùm etiam vniuersum à
Deo in tuam gratiam factum sit. Si enim Iephe, qui
pro consequendâ in bello victoriâ votum fecit, inferuit
filia sui cæde & sacrificio, dans seipsum futuram ho-
stiam propter conseruandam patris existimationem;
quisnam ego fuerim, si non velox, & præcurrens sum
debiti paterni exolutor? idque cùm sim Deo redditurus
debitum, qui scit evolutionem rursus secundâ repen-
dere gratiâ, & quod redditur debitum, non accipit tam-
quam debitum, sed hoc accipit fœnori, & se confitetur
debere exolutionem in remunerationem grati animi
debitoris: qui semper quidem profundit gratias, & se
semper scribit esse debitorem iis, qui fœnori accipiunt
beneficia: & eorum omnino redditionem, reputat li-
beralitatem & magnificentiam: vt & semper incipiat
benefacere, & tamquam debitor referat gratias. Quam-
obrem cùm me in exoluendo promptum solum ha-
beas, pater, incipe reddere. Omnino autem Deus, qui
nostras nouit vires, conuenienter *cis* exiget debitum:
nec maiores postulabat labores, quam poslit robur præ-
stare, naturæ sciens imbecillitatem. Ego autem his quo-
que verbis sum precatus: O si fili hæc detur ad opus re-
ducere, & in rebus ostendere, vt & promissum suum
finem accipiat, sitque votum efficax, & merces conse-
quatur labores. Hoc est enim finis & terminus vniuersi
operis quod fit ex Deo, vt obsignentur actiones remu-
nerationibus, & certaminis coronæ ferant testimonium:
quandoquidem quæ digna datur merces solet esse argu-
mentum, quod sit opus probatum, & sunt præmia cer-
tum testimonium decertationis. Sed hæc quidem sic
habent.

61 Eorum autem qui illic erant, verè pius & reli-

giosus Episcopus cùm nos diu curasset, & à priori affli-
ctione nos non parum recreasset, rogabat non medio-
criter vt nos apud eum maneremus, benigneque polli-
cebatur, se nostri curam habiturum in omnibus. Ne vi-
deretur autem vim afferre, quod reputaret pretium da-
tum pro filio, nec nimis iure domini exigere vt man-
eremus, permisit vt faceremus quidquid videretur ex
nostrâ animi sententiâ: in hoc solo in nos exercens ty-
rannidem, quod sacri ordinis iugum vel in uitis nobis
imposuerit. Nos enim reputantes onus ministerij, agrè
ferentes deflebamus, vt quod nostris esset viribus supe-
rius, & vix solis Sanctis conueniret, quod ad vitæ ge-
rendæ rationem attinet. Nam illis quoque visum est *Ambo in-*
grauie, & vocati confessi sunt dignitatem esse maiorem,
Sacerdotes.

62 Volentes autem dilcedere, & domum proficiisci, *Disceden-*
liberali viatico prosecutus, vt pote quod longa esset via, *tibus bene-*
& vt Dei gratia nos comitaretur precatus, quæ deinceps *dicit Epî-*
nobis pacem conciliaret, sic dimisit: cùm nec de domi-
scopus.

nio se arroganter iactasset, vt aliquis fortasse alius, eius
quem emerat, auctoritatē prædicans, sed etiam quod
videbatur fuisse infortunium, leuasset multâ consola-
tione; & opinionem insolentiae, vitasset moderatione.
Mihi autem hic definat oratio, vbi rerum grauium cel-
sauit periclitatio, quæ Dei gratiâ post multam afflictio-
nem, læterioris vitæ præbuit principium: quâ detur no-
bis omnibus frui & nunc, & in futuro seculo, virtute &
bonitate sanctæ & consubstantialis Trinitatis. Amen.

DE SANCTIS XLIII. MARTYRIBVS

MONACHIS COENOBII RAITHV IN ARABIA.

XIV. TA-
NVAR.

Horum
SS. nata-
lis.

Rhaithu
an in A-
gypto.

an portus
in Arabia.

SANCTIS Patribus Simaitis Raythunos sub-
iungimus, eti ignoremus etatem, quia uno en-
comio à Molano, Galafinio, Christophoro Pa-
tricio, Greco Menologio, & XIII. Ianuarij à
Martyrologio Germanico, vtrique simul celebrantur, vt suprà
diximus, cum de Sinaitis ageremus. De his seorsim Martyrolo-
gium Romanum: In Aegypto in Raithi regione sanctorum
quadragintatrum monachorum, qui pro Christianâ
religione à Blemmyis occisi sunt. Et Menologium Henrici
Canifij: Eodem die natalis sanctorum Patrum XLIII. in
Raitho iugulatorum à Blemmyis in mari rubro, vbi sunt
duodecim fontes, & septuaginta arbores palmarum.
Fuisse etiam Menea, vt infra, quæ tamen solum λγι, id est, tri-
ginta tres habent. Prius vbi Raithu situm fuerit, qui Blem-
myæ, querendum; quia hos Baronius Saracenos vocat, illud
in Aegypto statuit.

2. Haud procul mari rubro, situm fuisse Raithu sanctissimo-
rum monachorum asceterum in confessu est: eti situm Arabi-
cum fuisse in ipso Aegypto existimat præter Baronium Ortelius,
Raderus in Notis ad librum S. Climaci ad Pastorem, Rosvrey-
dus in tabula geographicâ ad vitas Patrum. Et videtur id innui
in Nicolai narratione apud Moschum cap. 16. Cùm essem ali-
quando in Raythu, inquit, missi sumus tres fratres in
ministerium in Thebaidem. Cùm ergo per desertum
iter faceremus, &c. Nam cùm Thebaïs in Aegypto fuerit, in
eam iter ex Arabia expeditum non erat, nisi nauigio mare ru-
brum traiceret, circuivere intimum eius situm versus He-
roum vibem. Ast hoc forte breuitatis cauſa pretermisit. Cer-
te lib. 6. vitarum PP. interpræte Ioanne, libel. 3. num. 11. ita ba-
tur: Narrabat quidam solitarius fratribus qui erant in
Raythum, vbi sunt septuaginta arbores palmarum, in

locum vbi applicuit Moyses cum populo, quando egre-
sus est de terrâ Aegypti. At constat ex 15. cap. Exodi palmas
illas fontesq; in Arabia fuisse, in loco Elim dicto: ita fortassis
planities appellata, in quâ aliquo distantiâ interruſto fontes illi, &
circa eos palmae, versus mare autem Raithu, sive id tum loco
nomen, seu id postmodum impositum. Eodem spectat quod Ioan-
nes Moschus cap. 120. refert: Narrauerunt nobis Pharoni-
tae pescatores, dicentes: Die quadam iuimus in Buchrin
trans mare rubrum. Et cùm plurimos pisces cepissimus,
reversi sumus & venimus prope Pereleum, volentes
que transfretare in Raythu prohibiti sumus à ventis
contrariis, &c. Videtur ergo situm fuisse monasterium illud in
orâ orientali maris rubri, haud procul à Phara oppido: eratq; *Variet ap-*
inter Raithunos & Sinaitas, vt ex S. Ioanne Climaco patet, *pellatum.*
magna familiaritas. Appellatur porro in Menologio P. ad 8, *Rhaithu;* in Meneis P. ad 8, & P. ad 8 secundâ longâ; in Me-
nologio Canifij Raithum; Galafinio, Molano, Martyrologio
Romano Raithis regio; lib. 5. vitarum PP. libel. 8. nu. 16. Ray-
thum; Ruffino lib. 3. num. 188. Ragitham; lib. 7. de vitis PP.
cap. 33. nu. 3. Ragita. Ita enim hic dicitur: Abbas Motois
venit aliquando de loco qui vocatur Ragita, in partibus
Gebilonis. apud Ruffinum: Abbas Muthues venit ali-
quando de loco qui vocatur Ragitham, in partibus Ge-
balonis. At lib. 5. de vitis PP. libell. 15. num. 27. vbi eadem re-
fertur historia: Perrexit aliquando Abbas Mathois de
Raythu in partibus Gebalon.

3. Hac de Rhaithu. nunc de Blemmyis. Eos inter Aethio-
pes recenset Plinius lib. 5. cap. 8. sed illud de iis fabulosum: Blem-
myas traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affi-
xis. Solinus cap. 31. Blemmyas, sed non eos qui vicina ru-
bro mari incolunt, credunt truncos nasci parte quâ ca-
put

put est, os tamen & oculos habere in pectore. Ita duas Blemmyarum gentes facit, qua una ceteris. Strabo lib. 17. Infrā verò ex vtrique parte Meroes insula, secus Nilum versus mare rubrum, Megabari & Blemmyes habitant, Aethiopum subditi, Aegypti finitimi. Et post de Aegypto loquens: A Septemtrione orā importūos & Aegyptio pelago munita, ab ortu & occasu desertis montibus Libycis & Arabicis, vt diximus: cetera Austrum versū Troglodyta, Blemmyes, & Nuba, & Megabari colunt, qui supra Syenen Aethiopes. Eodem serè sūt eos collocat Ptolemeus tab. 4. Africa. Plura de Blemmyis Procopius lib. 1. de bello Persico, vbi scribit eos tum Isum, Olyrim, Priapum colere, tum humanā hostiā Soli litare, qui mos Iustini tussu sublatus: colere verò eos at media regionis inter Auzomidem ciuitatem & fines Aegypti. Denique Ammianus suprà citatus cùm de Sinaitis ageremus, Saracenos, latissimē id nomen accipiendo, à Mesopotamia usque ad confinias Blemmyarum porrigit scribit, non etiam sub Saracenis censeri Blemmyas. Sunt alioquin Blemmyes & Troglodyta, teste Strabone, nomades, sue vagi, neque multi, neque bellicosi: quamquam olim viaderentur, propterea quod sèpè latronum more incautos adoriebantur: in eo nimurum Saracenis similes.

4 Ab his igitur, incertum quo tempore, XLIII. Patres monasterij Rhaithu interfici sunt. Rem gestam ita commemorant RIIS.

Menea:

Vt prius Rachel filios, nunc Abbates

Luget Rhaitho, concisos gladiis.

Hi beati Patres religiosum agonem exegerunt, vbi duo decim sunt fontes, ac palma septuaginta. Cùm trecenti Blemmyæ vastis trabibus mare Aethiopicum transmisissent, venerunt in locum quemdam, ibique nauigio reperio, ac consenso in regionem Pharanitarum appulerunt. Occurrere iis Pharanitæ, sed profligati sunt, defideratis suorum septem & quadraginta. Barbari coniugibus liberisque Pharanitarum abductis, ad castrum properant, vbi sancti Patres ecclesiam habebant. Hiverò clavis foribus mortem opperiebantur. Ingressi Barbari, cùm nil pecunia inuenissent, omnes trucidarunt, & cum prioribus captiuis ad mare sè receperunt, minimeque reperto nauigio, (id seruitia merserant, profugerantque) in furorem acti, captiuos omnes iugularunt: deinde in socios versi, omnes mutuis vulneribus conciderunt.

Cedes
XLIII.
monacho-
rum in
Rhaithu
per Blem-
myas.

DE S. THEODVLO PRESBYTERO MONACHO IN MONTE SINA.

SVB FI-
NEM SEC.
V.
XIV. IA-
NVAR.



*V*cidentè à S. Nilo Theoduli filij eximia virtutes suprà memoratae, cùm Patrum Sinaitarum cadem daret, quam ille, ad senis parentis solatum, celesti ope euasit. Tamen quia nec Martyrj Lauream tulit, & superstes fortissimis illis suis commilitonibus fuit, peculiariter referri meruit, et si ad eius praecolum omnis illa superior pertinet laudatio. De eo igitur ita hoc die Ferrarius: Ibidecum (in monte Sina) S. Theoduli monachi. Et Menologium Canisij: Eodem die S. Theoduli. Hic fuit filius Nili viri sapientis, qui relicto seculo in montem Sina se contulit, vbi cum filio vitam monachi exercuit.

2 Plenius Menea: Ipso die commemoratione S. P. N. Theoduli, filii Nili Sapientis.

Theodulum conuenienter prædicabo
Theodulum (id est, Dei seruum) re & nomine.

Vite epito- Hic filius fuit Nili Sapientis, qui cùm Praefectus esset urbis Constantinopolitanæ, spretā mundi gloriā, in mon-*me ex Me-* tem Sina concessit, ibique vitam monasticam cum hoc suo filio egit. His igitur aliisque isthinc degentibus & ad religiosæ vitæ exercitationem gnauiter incumbentibus, repente irruere barbari, à quibus alij trucidati sunt Patres, Nilo fugâ elapo; Theodusius verò eius filius captiuus abductus est cum alio quodam adolescenti, vinculis adstrictus. Barbari verò positis tentoriis, mactare, ac stellæ ante Solem exorienti immolare ambos parabant.

Verum cùm & alter profugisset, & ipsi alto sopore pressi non nisi orto sole, stellâque iam depulsâ euigilassent, Theodusius pepercere. Eum dein venalem exposuere: sed cùm nemo mercari pluris duobus aureis cum vellet, quidam stricto gladio interimere eum cogitabat. Tunc illum Episcopus redemit ac manumisit: qui vitâ tandem piè peractâ defunctus est. Agitur horum sanctorum Patrum simul celebritas in venerandâ S. Pauli Apostoli basilicâ, quæ est in orphanotrophio.

3 Hac Menea; qua rursus 12. Nouembri cùm de S. Nilo agunt: Conditus est, vt fertur, inquit, & ipse Nilus, & filius eius Theodusius cum aliis religiosis Patribus, in *Transla-* *tio*, venerando templo sanctorum Apostolorum, in orphanotrophio, sub altari, Iustino imperante isthuc translati. Sed mendosè eadem Menea eo die, vixisse S. Nilum sub Mauricio Imperatore volum, qui, vi supra ex Nicophoro retulimus, S. Ioannis Chrysostomi discipulus fuit. Et quid potuere à Iustino iuniori transferri eius filij reliquia, si sub Mauritio vixit qui tertius à Iustino imperauit? De translatione Nicophorus lib. 14. cap. 54. Quem (Nilum) vitâ functum, Iustinus posterior inde translatum, in basi sacratoris mensæ, in eo quod ab ipso, Petro & Paulo Apostolorum Principibus ad Orphanotrophium construētum est, templo reposuit. Imperauit Iustinus junior à fine anni 505 usque ad 4. Octob. 578.

DE S. DATIO EPISCOPO MEDiolanensi.

*S. I. S. Datij Episcopatus, scripta, in
egenos pietas.*

AN. CH.
DLII.
XIV IA-
NVAR.



*A*tius, qui Dacius alius, ac Dafius, vir pie-
tate doctrinâque eximus, Mediolani (vt
traditur in Actis Eccl. Mediolan. & à Ioanne de
Deis in catalogo successorū S. Barnabe ex bibliothecâ Vaticana & MS. Cardi-
nalis Sirleti collecto) familiâ Aliatiâ, cum-
primis illustri, ortus. Que ante Episcopatum gesit, haud sunt
prodita litteris: que deinceps, varijs obiter perfrinxere. Tempus
quoque ipsum initu Episcopatus, definitu certè haud potest. Si duo-

bus ac viginti, vt plerique volunt, annis sedit; electum esse circiter annum Christi 530. infrà ex anno obitus deducere licebit, Episcopatu-
Principia publicè pacata habuit: cùm singulare Amalasuentæ
prudentia & equitate res Gothicæ regerentur.

2 Decessorem Datij S. Magnum, XXVIII. eius Ecclesia Antifitem, statuunt citata eius Ecclesia Acta, Ioannes de Deis, Ferrarius in catalogo SS. Italia 14. Ianuar. & 5. Nouembri Magni natali, & Josephus Ripamontius Histor. Mediolan. decade 1. lib. 7. vbi isthet scribit: Post Eustorgium, qui factus Episcopus à Felice IV. deceaserat octauo sui Pontificatus anno, atque in basilicâ Laurentianâ fuerat sepultus; rexerat has Ecclesiæ vices, atque statum hunc

M m m 4

tem-

Ex VA-
RIIS.

temporum Magnus è Trincheriā gente, nec ultra trien-
nium. Huic deinde succederat Datus, ob sapientiæ stu-
dia, peritiamque casuum qui versarentur in vita, magnis
negotii aptus. Quippe tradere gesta posteris, humana-
que fraudes in monumenta referre, cura & labor illi.
Accedebant cœlestia dona probitatis & candoris, vulgo-
que sanctos inter Episcopos ferebatur. *Hec ille, Paria ci-
tati auctores. Ab Eustorgium II. 6. Iunij ostendemus ante Fe-
licis IV. tempora sedisse. Magnum vult Erycius Puteanus lib.
1. hist. Insubrica, & Claudius Robertus in appendice ad Gal-
liam Christianam, Datio successe. id 5. Nouembr. disqui-
remus.*

scripta,

*3 Historiam sui temporis scripsisse Datium & vitas
prædecessorum suorum afferit Ioannes de Deis. Annalium
libros ab eo compositos memorant Acta Ecclesia Mediolan.
Puteanus, alij. Posseimus noster Chronicon appellat, in quo prater
alia testetur lib. 1. cap. 10. à sanctis Patribus Ambrosio
& Augustino, statim à baptismo eiusdem Augustini, to-
to populo obstupescente, canticum illud Te Deum
Laudamus, alternatim & ex tempore cantatum fuisse,
inde verò ab vniuersâ Ecclesiâ frequentari coepisse. Hec
Posseimus, atque ex eo Vossius de Historia Latinis. Meminit
& Relationum Datij Anastasius Bibliothecarius de virtutis Ponti-
ficis, in Syluerio: Tunc obfessa, inquit, est civitas annum
vnum & portus Romanus à Gothis. Patricius verò Beli-
farius pugnando vicit Gothos, & postmodum fuge-
tunt Gothi Rauennam post annum vnum. Eodem tem-
pore tanta fames fuit per vniuersum mundum, vt Datus
Episcopus Mediolanensis relatione suâ hoc euiden-
ter narrauerit, eò quod in partibus Liguriæ mulieres
filios suos comedissent penuriâ famis, quas retulit ex
Ecclesiæ suæ fuisse familiâ. *Eadem de fame hac & Datij re-
latione habentur lib. 16. historia Miscella cap. 15.* Præter bellî
instantiam angebatur insuper Roma famis penuriâ.
Tanta siquidem per vniuersum mundum eo anno, ma-
ximeque apud Liguriæ fames excruerat, vt sicut vir
beatissimus Datus Mediolanensis Antistes retulit, ple-
raque matres infelicium natorum comedenter mem-
bra. *Possint tamen ha Relationes, videri fortassis epistolica
narrationes.**

misericor-
dia in ege-
nos.

*4 Hic viscera misericordiae effuderit optimus Antistes: nec
penum ipse solum horreaq; tum propria tum Ecclesia exhaustis,
sed miserorum apud alios patrocinium suscepit, Gothicamq;
etiam imploravit munificentiam. Testis est M. Aurelius Cal-
siodorus, qui S. Datio, ut ex horreis regis annam paupe-
ribus vili pretio diuenderet, porestatem tribuit, ab eo haud dubie
exoratus ut publica calamitati succurreret. Ita ergo ad eum
scribit lib. 12. variarum, ep. 27.*

Epistola ad
eum Cef-
siodori.Vili pre-
cio pauperibus
regiæ an-
nonam
vendere
permitti-
tur.

*5 Datio Episcopo Mediolanensi Senator Præf. Præ-
tor. Minùs prodest bonum iubere, nisi hoc per viros
sanctissimos velimus efficere. Auget enim beneficium
voluntas recta iustorum: & quidquid sine fraude geri-
tur, hoc verò donantis meritis applicatur. Decet enim
ut munificentiam Principalem Sacerdotalis puritas ex-
equatur. Nam cui est studium, bonum de proprio face-
re, laudabiliter potest aliena vota completere. Et idè
sanctitatem vestram petimus (cuius propositi est diu-
nis inseruire mandatis) ut de horreis Ticinensis &
Dertoniensis panici specie, sicut à Principe iussum est,
tertiam portionem esurienti populo, ad viginti quinque
modios per solidū distrahi sub nostrâ ordinatione fa-
ciatis: ne cuiusquam venalitate ad illos perueniat, qui se
de proprio videntur posse transfigere. Accipiat minùs
habens munificentiam Principale. Egentibus vîsum est,
non diuitibus subuenire: fundit potius qui mitit in ple-
num: nam illud potius reconditur quod vasis vacuis
congregatur. Quapropter sanctitas vestra miserationis
officia non putet iniuriam: quia totum vobis dignum
est, vbi pietas inuenitur. Siquidem aliena desideria fi-
deliter gerere, hoc est bona propria perfecisse. Ad quam
rem Deo iuvante procurandam, illum atque illum cu-
rauimus destinare: qui sanctitatis vestræ ordinationibus
obsecuti, nihil ex se faciant, sed tantummodo yobis*

obedire contendant. Solidi verò quanti ex supradictâ
quantitate panici poterunt congregari, vestrâ nobis re-
latione declarare, vt apud Arcarium reconditi ad supra-
memoratam speciem reparandam futuris referuentur
Deo auxiliante, temporibus; more vestis rediuitæ, cuius
adunatio per fila resolutur, vt in nouam faciem splendi-
do potius decore * taxetur.

*6 Hac ille, cum insigni Datij commendatione à beneficentiâ
in pauperes, fidelitate, pietate. Ripamontius huius epistola eam
vult fuisse inscriptionem: Cassiodorus Datio Archiep. Med. Quando
ea scripta
sanctissimo; at quo eam in exemplari legerit, non indicat. Ba-
si epistola.
ronius to. 7. Annal. scriptam existimat anno Christi 534. Gui-
lielmus Fornerius in Notis ad Cassiodorum, post cōsulatum
Belisarij, quo tempore aduersus VVitigem Gothorum
regem, Belisarius Romam vi obtinens resistebat. Verùm
id contigit post consulatum Belisarij anno tertio, Indict.
15. an. Christi 537. quo anno Romanum obfideri ceptam scribit
Marcellini continuator, & Procopius lib. 2. de bello Gothicico,
traditq; hic post anni vnius & novem dierum obfisionem circa
aequinoctium vernum anni 538. liberatam. Puteanus, antequâne
Mundilas Mediolanum occuparet, Cassiodorum air Datio
scripsisse, Sigonius non nisi post Mediolanum eversum eam epi-
stolam refert.*

§. II. Mediolanum Belisario traditum: à Gothis receptum & eversum.

*7 Continuator Marcellini Comitis, Indict. 1. Ioanne fo-
lo Cos. id est, anno Christi 538. Adhuc, inquit, Viti-
ge in obfisione Romæ morante, Ioannes Magister mi-
litum, cum Batze, Conone, Paulo, Remaqué inlustri-
bus, magnoq; exercitu apparato ad Italiam prope-
rant, castraq; ad portum Romanum conlocant, labo-
ranti Romæ subueniunt. Quorum aduentum Vitiges
cernens, trium mensium temporis cum Belisario paœta
confirmat, suoq; legatos ad Imperatorem transmittit.*

*8 Eadem pluribus Procopius, qui harum tempore induciarum
scribit S. Datium ad Belisarium venisse, auxiliumq; contra Go-
thos implorasse: Sub idem tempus, inquit, Mediolanensium Contro
Sacerdos Datus, ciuiumq; primores nonnulli Romam auxilium
venerunt, enixeque Belisarium orarunt, vt paucos se- roges Da-
cum præsidarios mitteret: posse se nullo negotio, non
Mediolana modò, sed & omnem Liguriæ Gothis ad-
emptam, Imperatori recuperare. Vrbs hec Liguribus
habitata, medio ferè inter Rauennam & Alpes, quæ in
Galliarum confinibus sunt, sita est itinere: quare vtrum-
que octo circiter dierum homini expedito via patet.
Princeps inter Occidentis vrbes secundum Romanam,
tam magnitudine quæ incolarum frequentiâ & cete-
ris fortunæ bonis existit. His itaque oratoribus cùm
Belisarius polliceretur, eorum se petitionibus satisfa-
cturum, eodem tamen in loco hibernaturus permanit.*

*9 Ne sufficeris autem virum sanctissimum rerum nouanda-
rum temere populo vel auctorem fuisse vel adiutorem. Atroces quo iure
iniurias irrogatas ciuib; pactamq; sacrorum orthodoxorum li-
bertatem violat, facile & Barbarorum immutia ingenia, & nū-
quæ non perfida heresis, persuadent. De hac legatione ita pro-
nuntiat Baron. an. 538. nu. viiimo: Hic ergo Datus vitæ san-
ctitatem insignis, vt vendicaret à Gothis iisdemque Ari-
anis populos spirituali regime fibi subditos, omnem
adhibuit diligentiam. Quo exemplo satis intelligas, non
mereri calumniam, neque inuidiam Episcopos illos pati
debere, qui ne sub hæretico Princepe degant, omnem
lapidem mouent. Acerbus hinc quoque in Datium impio-
rum odium exarxit, vt tadem causâ fidei exactum ad Con-
stantinopolitanam vrbe perrexisse, testetur S. Gregorius
infra citandus.*

*10 Ferrarius perperam hanc legationem ad annum sequen-
tem 539. refert. Magis aberrat Ioannes de Deis, à quo scribitur quando
S. Datus multas à Gortis perpresso iniurias, magno ci-
uium Mediolanensium numero profectus ad Constan-
tinopolitanam vrbe ad Imperatorem Iustinianum, à
quo*

Ex v.a.
r.i.s.

§. III. S. Dacij iter Constantinopolim.
fugati ex hospitio lemures.

quo Belisarius Ducem in Italiam mitti impetravit ad Gottorum gentem debellandam. Cui etiam maximo adiumento fuit ad hoc præstandum. Sed duplum Datij profecionem permisit. Ad Romanam redeamus.

11 Româ obsidione Gothorum liberatâ, varijs vrbibus Iustiniano assertis, Belisarius Mediolanum, inquit Procopius, Isauros Thracesque ad homines mille transmisit. Isauris Enem præfecit, Paulum Thracibus; omnium tamen Mundilæ imperium demandauit. Et mox: Mediolanum contendunt, ciuitateque cum totâ Liguria regione potiuntur. Tum verò Datius, vt Ripamontius scribit, in hunc modum suppetitis impetratis, ac vrbe liberatâ, parentes haud dubiè publicus habebatur. Agit de his quoque rebus S. Antoninus par.2. cap.4. tit.12. §.3.

12 At non diurna hac vrbi felicitas ac letitia. Vix enim Gracum militem cum Mundila admirerat, cum obfessus est à Gothis. Nam missus à Vitige Vraias, vrbem acriter oppugnat. Burgundiones quoque à Theodeberto Francorum Rege auxilio misse Barbaris. Neque iam aut in Datio Pontifice, (si in vrbe cum ceteris obfessus est, vt Baronius & Ripamontius scribunt) aut in Mundila & Gracis opis sat erat. Quas enim Româ copias adduxerant, in circuicta Mediolano distribuerant oppida; trecentis tantummodo secum militibus retinens. Belisarius vbi percepit Mediolanum à Gothis obfessum, Martinum eò & Vliarem Duces cum non sernendis copiis mittit. Illi ad Padum fluviem moras neclunt, ignavia & metu. Mundilas, (forte & Datius, si adfuit) primoresq; Mediolanensem Paulum Romanum ad eos ablegant: qui cum natatu traeccisset, Martinum & Vliarem ad progrediendum incitauit. Ut in vrbem ille redit, hi quoque ad ingenium reuertuntur; vtq; moram excusent, Belisario scribunt, Padum non posse transmitti, impedientibus Gothis. Hic Narsatem iubet copias cogere & succurrere obfessis. Fauebat Datij Pontificis, inquit Ripamontius, ingenio simul & sanctitati Narses, ac viri illius causâ saluam esse cupiebat vrbem. Iustinum ergo & Ioannem continuo mittit. Hic cum ex Aemiliâ mouet in morbum incidit: nec miles egrato Duce progressus.

13 Interē obfessi cum vim diu sustinissent, fame victi sunt. deditum, Eft, inquit Ripamontius, in ipsius Datij Annalibus (horribile dictu) maternâ curâ tostus infans, & eodem conditus vtero, qui nondum ex puerperio effet refectus. Hac communi necessitate ad extrema redacti Mundilas ac ciues, in deditonem venere. Sed nulla fides crudelitatem remorata est. Tamquam infra pacta rebelles effent, miserabilis prorsus frage. Jejunitum est in muros, ades, ipsoq; homines. Interfecta virorum trecenta millia. Horruit ad numerum Puteanus, & tringita millia scripsit. Heu, nimium id quoque, nisi trecenta scripsisset Procopius. Femine, quas atas formaq; commendaret, in seruitutem libidinemq; Burgundionibus data. Reparatus, defecctus ad Romanos auctor primarius, minutatum concisus est, & canibus in escam proiectus. Birgentius eius socius fugâ elapsus, per Dalmatiam Constantinopolim peruenit.

14 Datium quoque clâm effugisse victorum crudelitatem Baronius & Ripamontius putant. Ghinius in Natalib. SS. Canoniconum scribit, (quâ fide?) Datij persuasus Mediolani ciuitatem ab Gothorum deuastatione liberatam. Continuator chronicus Marcellini Comitis tradit Indict. II. Appio-ne solo Col. id est, anno Christi 539. Gothos Mediolanum ingressos muros diruisse, prædamque potitos, Romanos omnes interfecisse, Mundilam Paulumque Duces abduxisse Rauennam. Erit qui probabile existimet, captum quoque suisse Datium; sed Castiodori veteris amici gratâ libertati deinde restitutum. Sigonius certè lib. 18. de Occidentalim imperio, eum à clade suisse Mediolani supponit; quo tempore ciuitam ante Castiodori epistolam scriptam, & summâ tunc in Liguria totâque Italiâ annona penuria laboratum contendit. Id factum est, certè & Dacij industria vrbis illa à tanto funere resurgere coepit. Bernardinus Corius, qui omnia tunc gesta fœdè confundit, tradit vrbe euersâ Episcopum cum aliis summa adiis Sacerdotibus, Noxeta domicilium fixisse.

Quid S.
Datio
tunc fa-
cium.

15 B elisarius, inquit continuator chronici Marcellini Comitis, Indict. III. Iustino iuniore solo Col. id est, anno Christi 540. Rauennam ingreditur, Regem Vitudinem & Reginam, cunctasque opes, Gothosque nobiliores tollens secum, ad Imperatorem reuertitur. Verum Gothi trans Padum residentes, rebellare disponunt, Regem sibi statuentes Hcldebadum; alii Heldibaldum, & Ildibaldum. Mox Indict. IV. Basilio solo Col. anno Regnat Christi 541. Heldibaldo occiso Eraricum sibi ordinant Regem, quo etiam occiso Indict. V. post consulatum Basili, Totilam in regnum manciparunt, virum acrem ac sagacem, qui plurimum bella non tam ferro, quam clementia & benignitate feliciter gefisse traditur. At religione certè Catholica haud aquis fuit, præcipueq; Antistites homo hereticus infestauit. Documenta haud leua dabimus i. Martij in S. Herculano II. Episcopo Perusino; 21. Martij in S. Benedicto Abbe; 22. Maij in S. Fulgentio Episcopo Vtriculano; 10. Octob. in S. Cerbonio Populonienſi, & aliis.

16 Sub hoc Princepe S. Datium fidei cauſâ exactum, circiter annum 545. sufficamur, Signum fecuti. Ut Constantinopolis tunc petierit, & que in utere gesserit, commemorat Fugatur S. Gregorius lib.3. Dial. cap. 4. Eiusdem quoque, inquit, Principis tempore, nempe Iustini, cum Dacius Mediolanensis vrbis Episcopus, cauſâ fidei exactus, ad Constantinopolitanam vrbem pergeret, Corinthum deuenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quereret, que comitatum illius totum ferre potuisset, & vix inueniret, aspexit eminens domum congruentis magnitudinis, eamque sibi præparari ad hospitandum iussit. Cumque eiusdem loci incolæ dicerent, in eâ hunc manere in domo non posse, quia multis iam annis hanc diabolus inhabitat, atque ideo vacua remansisset; vir venerabilis Da- hofieatur: tius respondit, dicens: Imò ideo hospitari in eadem domo debemus, si hanc spiritus malignus inuasit & ab eâ hominum habitationem repulit. In eâ sibi igitur parari præcepit, securusque illam, antiqui hostis certamina toleraturus, intravit. Itaque intempestæ noctis silentio, cum vir Dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus, magnisque clamoribus cœpit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentium, porcorum grunniens, stridores soricium. Tunc repellente Datius tot bestiarum vocibus excitatus, surrexit, vehementer iratus, & contra antiquum hostem magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Benè tibi contigit, miser tu ille es qui dixisti: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Ecce per superbiam tuam porcis & soricibus similis factus es: & qui imitari Deum indignè voluisti, ecce (vt dignus es) bestias imitaris. Ad quam eius vocem, vt ita dicam, deiectionem suam malignus spiritus erubuit. An non erubuit, qui eamdem dominum ad exhibenda monstra quæ confueuerat, vterius non intrauit? Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est: quia dum eam vnu veraciter fidelis ingressus est, ab eâ protinus mendax spiritus atque infidelis abscessit. Eadem narrat S. Antoninus par.2. cap.9. tit.12. §.8. Petrus de Natal. lib.11. cap.99. Vincentius Bellouac. lib.22. cap.74. ac Ripamontius paulò ornatus, hic tamen vt à S. Gregorij similitudine, ita & à veritate paullulum quandoque recedit.

§. IV. Profide Catholicâ labores.

17 Hoc ipso tempore celebris illa de Tribus capitulis ex- Qua Tria
ro Mopsuestiae Episcopo de fide commentarij, in quibus ita duas capitula.
in Christo naturas afferebat, vt Nestoriane hereſi duas personas statuēti premonstrasse viam videretur. Ij post Nestorij damnationem ab eius fautoribus sparsi in vulgus, varius post Ephesinam synodum anno 431. habitam altercationibus agitati, præcipue oppugnante eos Rabul à Episcopo Edesseno. Ibas Rabula successor epistolam.

EX V.A.
RIIS.

epistolam scriptit ad Marin Persam, in quâ Cyrilum Alexandrinum acerrimum Nestorij aduersarium ac Rabulam deceperem suum, aquâ ac Nestorij redarguit; Theodorum verò collaudat. Tamen in concilio Chalcedonensi anno 451. receptor est Ibas, cum prius Nestorij & Eutycheti anathema dixisset. Ad idem concilium admisitus Theodoretus Cyri Episcopus, eti contra eiusdem Cyrilli anathematismos aculeatum commentarium ediderat. Hec enim recenti adhuc Orientales inter & Aegyptios dissidio tum condonari visum est oportere; cum presertim iam Catholicè Ibas Theodoretusque sentirent.

Damnata
post à Gra-
ci.

18 Integro post seculo suscitatus est, qui sub cineribus latebat, ignis. Nam ipse Iustinianus Imperator, Theodoro Casarea Cappadocie Episcopo, Acephalorum patrono, infigante, anno 546. librum edidit quo Theodorus Mopsuestenus, Iba epistola, Theodorei contra Cyrilum commentarius damnarentur. Intercessere principi Catholici, rati concilij Chalcedonensis conuelli auctoritatem. Nec erat profecto Imperatoris rem eiusmodi moliri. Peruicit is tamen, & Mennam Patriarcham Constantinopolitanum alioq; coegerit subscribere. Tum Apostolicæ quoque Se-

S. Datius
dis Apocrisarium,
iu*nus* rei*sistit*,

gentem Stephanum Diaconum ut id ficeret, vehementer rogauit. Sed tantum abest ut illum ad id præstandum impellere potuerit, ut eundem maximum suis conatibus expertus sit aduersarium, sicut & Datium Mediolanensem Episcopum, qui tunc item erat Constantinopoli. Idem verò Vigilium Romanum Pontificem monuerunt absenteim. Imò & Datius Mediolanensis Episcopus, inquit Facundus Hermianensis lib. contra Mociatum Scholasticum, cum aliis Sacerdotibus talium prævaricatorum communionem ferendam esse non duxit: ideoq; ut ex epistolâ Vigili Papæ ex itinere ad Mennam scriptâ ibidem refertur, cum aliis confessoribus, & multis filiis Ecclesiæ ab eiusdem Menna se communione subtraxit.

occurred
Vigilio
Papa,

19 Interē Imperator ipsum Romanum Pontificem euocat Constantinopolim. Properè ab Urbe soluit Vigilius in Siciliam, ibiq; hiemauit. Isthuc ei Datius occurrit, deq; omnibus que gesta Constantinopoli essent edocuit, ut ipse testatur in citatâ epistolâ Vigilius. Qua alia interim acta sunt, idem Facundus lib. 4. defensionis Trium capitulorum, cap. 3. atque alij prosequuntur. Ut Constantinopolim peruenit Vigilius, conflictatus, inquit Ripamontius, omni rerum varietate, propugnatorem acerrimum & participem omnium consiliorum habuit Mediolanensem. Que isthic gesta, omnia hic commemorare necesse non est. Pauca, quibus intersuffit Datium constat, perstringemus, et si usque ad obitum nusquam illius aut industria aut fides Vigilio desuit.

eum in-
uiae.

20 Coactâ triginta Episcoporum, qui Constantinopoli aderant, synodo, iusit Vigilius quemque scripto que sentiret, & quibus rationibus sentiret, expondere. Post alia, decretum tulit, Datio presente, utrique parti probatum, ut de controvërsia usque ad proxime cogendam synodum virimque fieretur. Ita ipse in libello sententia, quâ Theodorum Casareensem decreti illius violatorem, auctoremq; malorum omnium, sacerdotio & communione priuavit. Illud quoque, inquit, magnoperè nobis cum clementissimo Principe, præsentibus etiā Mena Constantinopolitanæ ciuitatis & Datio Mediolanensis Antistite, alioq; tam Gracis quam Latinis Episcopis, cum quibus omnibus etiam tu, Theodore, pariter affuisti, nec non & præsentibus Iudicibus ac Proceribus, vniuersoque Senatu conuenit, ne usque ad memoratam concilij definitiōnem quidquam de præfatis tribus capitulis fieri intetatur. Lata est ea aduersus Theodorum sententia XIX. Kalend. Septembri, imperante Domino Iustiniano perpetuo Augusto anno vigesimo quinto, post consulatum Basiliij V. CL. anno undecimo, id est, anno Christi 551. Adiuit tunc quoque Datius. Ex personâ, inquit Vigilius, & auctoritate B. Petri Apostoli, cuius licet exigui locum gerimus, cum Datio Mediolanense, Ioanne Marsicanu, &c. fratribus & Coepiscopis, hac Theodorum Cæsareæ Capadociæ ciuitatis quondam Episcopum sententia promulgatione, tam sacerdotali honore & communione

Datio pre-
sente, Vi-
gilii si-
lentum
indict
parebus,
547.non obte-
perantem
deponit,
551.

Catholicâ, quam omni officio Episcopali seu potestate spoliatum esse decernimus.

§. V. S. Datij obitus, publica veneratio.

21 SI XIV. Ianuarij, quo tabulus Ecclesiasticis inscriptus, diem obiit Datius, id anno Christi 552. contigisse necesse est. Obiit s. Datius an;

Non prius, cum anno superiori XIX. Kal. Septemb. superstes fuerit, ut antè dictum est. Non posterius, cum eodem ipso anno

552. quo aduersus Totilam Narses exercitum duxit, successor

Datij necdum consecratus Rauennam euocatus est. Pater id ex

Pelagi Papa, qui Vigilio an. Christi 554. post consulatum non seruit

nempe Basiliij XIII. Indict. II. in Siciliâ calculi doloribus ex-

stincto, successerat, epistolâ ad Narsarem, & refertur tum in to-

mo 2. conciliorum, tum in Gratiani Decreto cap. Non vos.

22. quæst. 5. in fine: Recolere debet Cellitudo vestra, in-

quit, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istria & Venetas tyranno Totila possidente, Francis etiam

cuncta vastantibus, non antè tamen Mediolanensem

Episcopum fieri permisisti, nisi ad clementissimum

Principem exinde retulisti, & quid fieri debuisset eius

iterum scriptis recognouisset; & inter ubique feruen-

tes hostes Rauennam tamen & is qui ordinabatur, &

is qui ordinatus erat, prouidentiâ culminis vestri de-

ducti sunt.

22. Idem ex Victoris Tununenfis Chronico liquet: Datius, inquit, Mediolanensis Episcopus Constantinopolim venit, & damnationi Trium capitulorum consentiens, eo die percussus occubuit. Narses Eunuchus ex Preposito Pa-

Eodem
anno vi-
sus. Toti-
lus.

tricius. Totilam Gothorum Regem apud Italiam mi-

rabiliter superat ac perimit, & omnes eius diuitias tol-

lit. Hac Viator Trium capitulorum obstinatus usque ad schi-

fina defensor, eodem anno Datij obitum cedemq; Totila confi-

gnans, perperam tamen eum faciens annum decimumquartum

post consulatum Basiliij, Christi nimurum 555. Baronius in An-

nalibus Narses victoriam anno 553 refert, melius in Notatio-

nibus ad Martyrologium, anno 552. qui fuit decimus octauus belli

Gothici anno 535. cepti: eoq; bellum terminant Procopius &

continuator chronicæ Marcellini, Indict. xv. ut hic notat, post

consulatum Basiliij xi.

23. Hinc primum eos resellas, qui Datium scripserunt inter-

Non inter-
fuisse concilio V. oecumenico, cepto, ut habent Acta, imperij D.

fuit Da-
Iustiniani anno xxvii. post consulatum Basiliij anno xii.

tius conci-
die IV. Nonas Maias, Indict. I. id est, anno Christi 553. Er-

lio V. oecu-
menico:

randi occasio præbita, qui id scripsere, Auctori Actorum Ecclesie

Mediolanensis, Ripamontio, Puteano, alioq; quid particulari-

bus ante synodus à Vigilio coactis adfuerit.

24. Secundò liquet falli Ferrarium & Ripamontium, asse- nec rediit
rētes reuersum esse Mediolanum Datium, isthicq; decepisse. Fidele Medioli-

num. alioquin iudem alioq; in anno obitum Datij hallucinantur. Ferri-

rius 545. statuit, secum ipse pugnans; Ripamontius 556. alioq;

561. quibus subscripti Acta Ecclesie Mediolanensis & Ioannes

de Deo, dum sub Vigilio Papâ (qui anno 538. relegato S. Siluero,

legitimè anno primum 540. regere Ecclesiam ceperit) electum vo-

bunt, sedisse tamen annis virginis duobus. Et diserte Ioannes de Deo

sub Pelagio I. & Ioanne III. scribit vixisse, quorum hic illi suffi-

ctus anno 560. Claudius-Robertus ab anno 521 ad 561 sedisse Da-

tium: scribit.

25. Eius reportatum est corpus Constantinopolis Mediolanum, Edpōs re-

inq; S. Victoris ade conditum; tunc fortassis, cum eam urbem uectus,

Narses restaurauit. Inter Sanctos quoque relatus. Adscriptum

ut San-
ctus.

multis locis in Litanis Ecclesie Mediolanensis, & in li-

bro peruerusto MS. de Sanctis eiusdem Ecclesie, docet

Galefinius, qui hoc eum in Martyrologio celebrat elogio: Medioli-

ani S. Datij Episcopi & Confessoris. Is cum Ecclesiam

Mediolanensem duos & viginti annos religiose admi-

nistrasset, Episcopatum virtutum laude clarus quieuit in

Domino. Martyrologium Romanum: Mediolani S. Datij

Episcopi & Confessoris, cuius meminit B. Gregorius

Papa. Agunt de eo quoque Molanus in Addit. ad Vfuardum, &

Martyrologium Germanicum.

DE S. FVLGENTIO

EPISCOPO ASTIGITANO ET CARTHAGINENSI.

Ex V.A.
RIIS.

§. I. S. Fulgentij natalis, &as, episcopatus.

POST AN. I
CH.
DCXIX.
XIV. IA-
NUAR.



S. Anctorum Hispanorum Antistitium Leandri & Isidori frater fuit Fulgentius, quem quidam primo, alij octauo Ianuarij tradunt obiisse. Colitur is diuersis diebus in variis Ecclesiis: nam Hispanenses olim VIII. nunc XIV. Ianuarij officio dupli secunda clavis cum venerantur. In Placentina dieceſi XIX. Ianuarij dupli secunda clavis cum octaua. Berzocane autem, ubi eius & S. Florentinæ fororis corpora diu quieueré, celebratur XV. Ianuarij; in Carthaginensi Episcopatu XVI. officio prima clavis cum octaua. Ferrarius in generali catalogo SS. VIII. Ianuarij ista habet: Astigi in Hispaniâ S. Fulgentij Episcopi. & VI. Februarij: Hispali in Hispaniâ S. Fulgentij Episcopi Carthaginensis. An eius isthic illo die celebrari festum confuerit, nos latet, modò certè XIV. Ianuarij agitur. Idem Ferrarius XVI. Ianuarij: Carthagine in Hispaniâ S. Fulgentij Episcopi & Patroni.

2 Fulgentij meminere quotquot Leandri & Isidori gesta prosequuntur, ac separatis nonnulli. *Vita* dabitur, quam libro de Sanctis Hispanis Hispanice editus Antonius Quintanaduenias nosfer. De etate tamen, episcopatu scriptus Fulgentij moreri questione potest, haud enim satis inter scriptores conuenit. Citat Frâciscus Padilla historiâ Ecclesiast. Hispania centur. 7. cap. 13. & refutat Rodericum Tepes in vita S. Florentinæ afferentem, S. Leandrum iuniorum fuisse Fulgentio: ceteri hunc medium locant inter Leandrum & Isidorum ordine nascendi. Quo tamen natus sit aut obierit anno, veteres non prodant. Subscriptus Decreto Gundemari Regis ærâ 648. sive anno Christi 610. & synodo Hispaniæ II. habita Idibus Nouembrii, anno 9. Sifebuti, ærâ 657. sive anno Christi 619. Vnde liquet falli, primò Thomam Trugillo, qui tomo I. Thesauri concionum, VIII. Ian. scribit, circiter annum Christi 600. obiisse. Secundò Franciscum Tarapham & Lucium Marineum Siculum, qui morient adfuisse Leandrum fratrem scribunt; Marineus præterea funus a Reccaredo Rege curatum: at Leander & Reccaredus minimum 18. annis ante illam Hispanensem synodum mortui erant. Quintanaduenias anno 638. ait obiisse, natum verò in vita S. Leandri scribit cum parentes ab Agilâ Rege Hispanum fuisse relegati: atque ita cum Agilam constet anno 554. occisum, vixisse Fulgentium oportet circiter 86. annos. Idem tamen in Notis Maximum citat scribentem anno 560. Fulgentium natum: at quod tunc eius parentibus religionis gratia irrogatum fuisse exilium dicimus, regnante Athanagildo, rei Catholica aquo, si non etiam addicto? Demum obiisse scribit superstite Isidoro germano: ait Isidorum auctor est Redemptus eius discipulus mortuum ærâ 674. Christi anno 636. Et certè Honoratus Isidori successor interfuit concilio Toletano sexto ærâ 696. Christi 638. V. Id. Ianuarij. Ioannes Marietta vult anno 620. obiisse S. Fulgentium: certum est, non prius; si quidem mensé Ianuario. Idem vixisse annos 66. assert, quod & Marineus, Vaseus, Tarapha: ait Paulus Spinoza cum Ambroso Morale 60. Padilla non diu post concilium II. Hispanense fuisse superfitem conicit, quod nulla deinceps eius mentio fiat.

Episcopa-
tum Ari-
gitano.

3 Hac de etate, parum expedita. Nunc de episcopatu, Astigitano & Carthaginensi. Est Astigis, vulgo nunc Ecija, Bætica rrbs antiqua, quippe Romanorum (vt videre est in Hispaniâ Ludouici Nonij V. CL. cap. 18.) colonia, Augusta firma, nun capara. ad Singulim fluvium sita, qui nunc Chenil dicitur, & haud inde procul in Batim influit. Episcopos olim proprios habuit: è quibus præter Fulgentium eiusq; decessorem Pegasium, & Abentium successorem, de quibus infra, Stephanus concilio Toletano septime ærâ 684. & octavo ærâ 691. subscriptus. Theodulfus duodecimo ærâ 719. & decimotertio ærâ 721. Decimoquinto ærâ 726. Nasidarbus per Desiderium Presbyterum, Aruidius decimosexto ærâ 728. Nunc Episcopo proprio caret Astigis, sed Archidiaconatus est Ecclesia Hispanis, ut scribit idem Nonius.

4 Carthago noua, que & spartaria, Panorum opus, inter principes olim Hispania urbes habita, insigni portu quantevis *Carthagi-* clavis capaci, à Vandalis Gothisq; eversa fuisse traditur; sed *nensis.* parentum nostrorum memoriam à Philippo II. Hispanie Rege instaurata atque egregiâ munita. Episcopum proprium, etiam iporum Gothorum temporibus habuit, sive is Carthagine, sive, quod quidam volunt, Murcia (qua magni nunc nomina), & regni caput, inter Carthaginem & Valentiam, ad Straberum, sive Setabim fluvium) sederit. Nam præter Hectorem, qui concilio Tarraconensi ærâ 554. sive Christi anno 516. Episcopus Carthaginensis metropolis, sive, vt alijs codices habent à Loisa citati, in Christi nomine Episcopus, subscriptus, laudatur à S. Isidoro cap. 29. de viris illustribus. Licinianus, sive Lucinianus, Carthaginis spartaria Episcopus, qui temporibus Mauriti Imperatoris Constantinopoli veneno, vt ferunt, extinctus ab æmulis.

5 Astigi Episcopus fuit Fulgentius, vt ex concilio Hispanie, & Isidori per Brailonem elogio patet. An Carthagine, disputatur. Negat omnino Prudentius Sandouallius & alij, qui putant que gesserit id esse traditum à recentioribus, quod natus sit patre Seueriano Carthaginensis prouincia Hispania, vt de Leandro agens scribit Isidorus. Vidimus è bibliothecâ Laurentij Ramiresj V. CL. Chronicon & Aduersaria MSS. qua Luitprando Ticinensi tribuuntur, in his isib; habentur: S. Fulgentius l:is fuit Episcopus Carthaginensis, inde translatus Astigim, & postrem Carthagine. Vbi paucos annos (duos videlicet) vixit in hoc episcopatu. Sed qua sit Aduersarium auctoritas, haud satis nobis exploratum. Recentiores plures, qui saltē sedis Carthagine tradunt, citat paulo inferius vita scriptor.

§. II. Eruditio, scripta, virtutes.

6 **V**aria reliquissim Fulgentium ingenij sui monumenta affserunt recentiores, quorum nec Isidorus eius germanus, nec Ildefonsus, nec alij veteres meminere. Mariana lib. 6. cap. 1. Scriptus Fulgentius, inquit, liberum de fide Incarnationis alisque nonnullis quaſtionibus, qui ad nostrum tempus conſeruantur. Enumerant Ioannes Vaseus, Sandouallius, Quintanaduenias, Fulgentij commentarios in Euangelia, Elaiam, XII. Prophetas minores, Pentateuchum, libros Regum: Addunt Quintanaduenias & Sandouallius commentatorum in Psalmos. Paulus Spinoza lib. 2. Antiquitatum Hispanensem ait quedam eum Hebraicè scripta reliquisse. Mirum est ea opera non proferri in lucem; quorum alioquin quia antiquiorum neminem testem habemus, neque affirmata opinione nostra esse ea volumus, nec pro vanis prætermissa.

7 Alij probabilitus compositos ab eo existimant tres Mythologiarum libros, qui Fabij Furij Fulgentij Placiadis nomine fertur. Christianus certè auctor fuit, qui paſsim quas exponit rū libris, Gentilium ridet fabulas, & disertè sub finem proemij libri pri-mi: Ergo nunc de Deorum primū naturā, vnde tanta malæ credulitatis lues stultis mentibus inoleuit, edicamus. Et in fabulâ Mercurij: Si furtis præſuere Dii, non erat opus criminibus iudicem, ex quo culpa habuere cælestem auctorem. Quin & sacerdorum voluminum profert testimonia, vt lib. 2. in fabula Herculis & Omphales, & de iudicio Paridis fabula 1. lib. 2. vbi ista addit: Prima igitur (vita) contemplativa est, quam apud nos Episcopi, Sacerdotes, ac monachi, apud illos philosophi gesserunt. Dubitat Sigebertus an horum auctor librorum sit S. Fulgentius Russensis: Quod si, inquit, is est ipse Fulgentius, qui tres libros Mythologiarum scriptis ad Caturn Presbyterum Carthaginiensis; hic certè omnis lector expauescere potest acumen ingenij eius, qui totam fabularum seriem, secundum philosophiam expositarum, transtulerit, vel ad rerum ordinem, vel ad humanae vitae mortalitatem.

8 Ed

an S. Ful-
gentius
Russe.

EX VATA

RIIS.

videti

Afigitan

effe:

8 Èò potius inclinamus, vt Astigiano Antifititi adscribamus, quām Russensi, hos libros. Illud quidem quod inter Barbaros degreditur Auctor, communē amboobus. Id in prefatione indicat: Non paues, itaquit (Calliope,) musicum tuis receptare dogma penatus; cùm Barbarorum morem auseultaue- rim ita litterarios mercatus penitus abdieare, vt hos qui primis elementorum figuris vel proprium nomen descripserint, cassatā inquisitione in carnificinam raptal- sent: At huic illa magis videntur propria, qua in eadem prefatione: Addebatur his, quod etiam bellici frequenter in- cursus pedum domi radicem infigere iuferant, quod portarum nostrarum pessulos aranearum cassibus op- pleros quispiam non videret. Et pōst: Intuemur arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ muricatos, quod aiunt, sigillauerant gressus: & formidine menti nondum extersa, hostes in vestigiis pauebamus. Terro- rem enim pro sui mémoriā miles hostis heredem reli- querat. Sed Troadum in morem ostentabamus alteru- trū loca, quorū recordationem aut internecio cele- brior faciebat, aut præda. Tandem inter sēntolā nemo- rum fruteta, quæ agrestis olim deseruerat manus, &c. Né filet que fuerint bella, Francos scilicet inter ac Gothos, vel inter Gothos ipsos in Gallia Narbonensis, qua ipsorum erat: Arbitrabar agrestem securè adipisci quiete, vt procellis curarā celantibus, quo in torpore urbana tempestas exciderat, velut halcyones niduli placitam serenitatem villatice semotione tranquillior agitassē: sopitisque in fauilla silentij raucis iurgiorum clasicis, quibus me Galageticī quassauerant impetus, defacatam silen- tio vitam agere creditabant: ni me illuc quoque mero- rum improbor angina sequeretur, felicitatisque no- uerca fortuna, quæ amarum quoddam huanis inter- ferit semper negotiis, me quasi pedissequa secatetur. Ac tandem, de Leouigildo sorta: aut Reccaredo Rege loquens: Sed quia numquam est malum immortale mortalibus, tandem Domini Regis felicitas, aduentantis velut solis crepusculum, mundo tenebris dehiscentibus, pauores absteruit. Denique preterquam quod stilo Russensis Fulgentij opera, & hi Mythologiarum libri plurimum differunt; Cartha- ginenis, Murcienis, aliarumq; Hispania Ecclesiarum traditione Fulgentio Leandri germano hos tribui, virorum grauium te- stimonio didicimus.

nō non

item libros

singulis al-

phabeti

litteris ca-

tentes.

9 Non tamen eiusdem est Opus mirificum, sive Fabij Claudijs Gordiani Fulgentij V. CL. libri xxiv. per sin- singulis al- gulos singulis litteris secundūm ordinem diminutis. phabeti Russensis esse, absoluē pronuntiat Sigebertus. Scriptis libros, litteris ca- inquit, quos prætitulauit Sine litteris; librum scilicet de tenses. Adam sine A, de Abel sine B, de Cain sine C, & ceteros secundūm litterarum consequentiam. Eius operis xiv. priores libros ex vetero canobij sui codice nobis descripsit Christianus le Roy Letiensis in Hannonia monachus, vir eruditus cum primis ac religiosis, gnauisq; operis nostri de Sanctorum vitis adiutor, eoq; tristiori nobis funere elatus 8. Septembrib; 1637. cùm ob bellicos tumultus, occupato iam à Franciā Landericiaco & Malbodio, ad urbem Montes se recipere Letiensis essent coacti. Ceterū in eo Letiensi codice nouem posteriores libri desunt. An- te Episcopatum à Russensi Fulgentio elucubratum hoc opus op- natur Aubertus Miraeus V. CL. Libyem se certe non uno loco Auctor fateretur, idq; opus Xenophontis poëta Graci imitatione aggressum. Coniectet aliquis Claudium suis, Gordiani filium, Fulgentij patrem; qui ex Italij, quod Genferici furor parentem exturbārat, reuerus in Africam, auitis possessionibus ac domo spoliatus, meritò illud libro i. in publicas rapinas inuestitus, queri potuit: In his non ligentium luctus intenditur, non mi- ferorum gemitus condoletur; sed solius colligendæ pe- cuniæ quoquo modo pernox computus dicitur.

Alio 5.

Fulgentij

virtutes,

kelus.

10 Subiectus andlecta quedam de S. Fulgentij virtuti- bus. Accuratè is parere suos Decretis Conciliorum & sacris cano- nibus cogebat: ipse quoque in se apprimè severus, inediā se, vigiliā, aliisq; corporis afflictionibus macerabat. Ita Marietta, & Spi- nosa. Lucius Marineus inter cetera de eo ista scribit: Ceterū cùm Ariana hæresis Christianos à Dei cultu conaretur abducere, conuocato multorum Episcoporum & Hispa-

norum Principum concilio apud Toletum, Fulgentius concionibus suis & miris operibus Arianos omnes for- ter oppressit, & Christianos qui à fide Christi nonnulli erant alienati, summā prudentiā & exemplis ad ex- emplum Dei cultum reduxit. Breuius Vasus: Interfuit concilio Toletano, in quo damnata est Ariana hæresis, & omnis Paganorum perfidia. Videtur uterque auctor Con- cilium Toletanum III. intelligere, arā 627. anno Christi 589. 4. Reccaredi Regis habitū, in quo S. Leandri præcipue industria atque eruditio spectata, Ariana verò hæresis condemnata est. Inter- fueritne Fulgentius nobis non constat: nondum certè tum Asti- gitanus Episcopus erat, neque subscriptus reperitur. Tarapha nullā facta concilij Toletani mentione, Arianos omnes, inquit, cùm vir eset eruditissimus, miris operibus suis fortiter op- preslit. Potuit tamen concilio illi interfuisse sive Presbyter i.c.m., sive adhuc priuatus, magnamq; obtinuisse auctoritatem, quippe qui illustri ortus genere, Reccaredi Regis auunculus, exilium pro fide sub Leouigildo foroio perpetuus, doctrina praticea opi- nione floreret.

11 Visitur etiamnum Astigi domus quam Fulgentius inco- domus, luisse creditur, in sanctimonialium virginum cœnobium conuerta. At Mariana Florentina fororis domum monstrari Astigi scribit.

V I T A

Hispanicè scripta

ab Antonio Quintanaduennas Soc. IESV.

CAP. I. Vita ante Episcopatum.

ATVS est Fulgentius Seueriano Carthaginis Hispaniq; Duce, sive militum Præfecto, & Theodorā Theodorici Ostrogothorum Regis s. Fulgen- b filia, cuius in Leandri & Isidori tū paren- fratum eius historiā suprà meminimus. Cùm ef- sent pīj parentes Catholicæ religionis gratiā Hispaniā b relegati, nobile hoc pignus, Fulgentium, inquam, à proprio nomine suscepere, domesticaque disciplinā ad omnem morum honestatem ac virtutum heroicarum institutio, decus formarunt. Accessit Etherij institutio: Episcopi, vt reor, & Baltitani, qui concilio Toletano anno primo Flavij Gundemari Regis interfuit; vel Eutherij Episco- pi, ad quem Vigilij Papæ extat sepistola. f
2 Hinc litteris egregiè excultus Fulgentius, atque in primis non vulgari variarum peritiā linguarum, doctrina, Græcæ, Syriacæ, Hebraicæ, Gothicæ, Latinæ, & Italicæ, & Arabicæ: sed præcipue diuinorum librorum intelligē- tia. Argumento sunt edita ab eo volumina, etiā multo- rum memoria tempus abolevit: memorantur eius eruditissimi commentarij in Pentateuchum, libros Re- libri, giam, Isaiae & duodecim minorum Prophetatum ora- culi, Psalmos, Euangelia. MS. eius volumen asseruat regnum cœnobium i. Oniente, instituti Benedictini. Alius codex, ab annis & minimum ducentis litteris Go- thicis descriptus, extat in sancte Cordubensis Ecclesiæ bibliothecâ, qui Liber de fide inscribitur. Composuit hunc Fulgentius cùm Carthagine exularet, & Scarilæ Abbati monasterij S. Leocadiæ dedicauit. Liber verò de Verbi incarnatione, qui in secundo Concilio Hispanensi citatur, opus est i. S. Fulgentij Episcopi Russensis, gente Toletani, quem quidam cum nostro confundunt, nominis similitudine decepti, & ipsorum proprij & Ec- clesiarum quas rexerunt, cùm ille i. Carthaginis Afri- canæ, hic Hispanicæ Præstul fuerit. Hunc verò non esse illius libri auctorem vel inde patet, quod in eo concilio, in quo hic noster intererat, citatur cum Sancti titulo, quæ appellatio coram adstanti nequaquam tribuere- tur. Libri Mythologiarum vulgo ei adscribuntur. Ab cognomen, his aliisque præclaris operibus, habitisque ad populum de

AVCTORE
ANT.
QVINTA-
NADVIN-
NAS.

CAPUT II.

Gesta in episcopatu. obitus.

de fide Catholica sermonibus, cognomen adeptus est Doctoris illustris, & celebris in toto orbe Doctoris, quo illum citat S. Julianus in concilio Toletano XV.

zetus, 3 Par erat eruditio eius zelus anini, quo ad propugnanda Catholica religionis dogmata cerebatur. Eximius studiorum illius quæstus, crebræ cum Arianis disputationes, quibus illorum confutabat errores. Incidit in ea tempora bellum quod aduersus parentem Leouigildum p. S. Hermenegildus gessit. Eadem Fulgentij, quæ plurimorum aliorum Antistitum, insigniumque viorum fuit fortuna. Hispali Carthaginem in auitum solum pulsus est: ubi grauissimos labores ærumnasque tulit. In angusto domicilio commorans, assidue & haereticos refellebat, & animabat Catholicos. Complures ad S. Hermenegildum, sororis suæ filium captiuum litteras dedit, quibus ad fidei intrepidam professionem, martyriique certamen adhortabatur.

a Alii Turtura dicitur, aliud Theodosia.

b Idem hic Author autem in S. Leandri vita, uti & alijs, non Theodoram, sed ipsum Seuerianum, Theodorici Regis ex Sancta filium faciunt. Confessus Lucas Tudenfis arâ 549. & 610. At si id verum est, cur Amalasuentam filiam, & non Seuerianum filium sibi Gothi, mortuo Theodorico Regem adsciverunt? Sandonatius Theodorici II. Gothorum in Gallia Regis filium facit Seuerianum: at non fuit is Amalarici, ut existimat, tunc aut patruus, & cuius anno Eurico occisus est.

c Ab Agilâ Rege, ut hic Author scribit in vita S. Leandri, scq; ante annum Christi 554. quo occisus Agila.

d Baſti, vulgo Baza, ciuitas olim Episcopalis in citeriore Hispania, nunc Accitano Antistiti subiecta.

e Arâ 648. sive anno Christi 610. nondum tamen Episcopus fuit, cum Fulgentius eruditus, cum Theudorus eius decessor arâ 627. Christi anno 589. concilio Toletano III. subscripsit.

f Data Ioanne V. C. Col. cui isthinc collega additur Volusianus, qui in Faſta Cappiniani & aliis deſt. Fuit autem ille annus Christi 538.

g Quatuor in Italâ eo tempore præcipua gentes erant, que præpriorum sermone, (præter Francos, qui quandoque iſtuc bellis causâ irruperé) Romani, Græci, Gothi, Langobardi: ex eorum permissione linguarum Italicâ nata est; at non omnino veroſimile est, iam cum adolescenti Fulgentio ita eam aut receptam vnu aut excultam fuisse, ut eam addicere qui primus illas nosſent, opera præmium ducent.

h Multid etiam de hac magis ambigimus: nam quod illi cum Arabibus adolescenti fuiffi commercium dicemus? Probabilius de Punicâ, Copticâ, Mauricâ, Gallicâ, liceret ſuſpicari. De Arabicâ tamen etiam Marinus Siculus, Joannes Vafas, Sandonatius reſtantur. At Thomas Trugillo cùm de hoc Fulgentio agit, vna Ruspensis laudat, quem Chaldaea, Arabicâ, & Hebreæ lingua peritum fuiffe, ait, non probat.

i Illustris huius cœnobij fundationem narrat Antonius Tepez Annalium Benedictiv. centur. 6. an. 1011. cap. 1. & 2. Mariana lib. 8. cap. II.

k Padilla centur. 7. cap. 13. scribit volumen illud videri plus quam 500. annorum. Idem tradit Martinus Roa. Eiusdem libri meminit Mariana lib. 6. cap. 1.

l Est id luce meridianâ clarus, si ipsa legantur verba conciliij cap. 13. que sunt ex cap. 2. S. Fulgentij Ruspensis de Incarnatione & gratia.

m Ita plures alij Audtores Hispani. Vita eius scriptor oīy, cap. 1. Ianuar. tradit in Tellepte ciuitate prouincia Byzacena natum: annum verò eius Senatorem Carthaginem fuisse. An oriundus ex Hispania, in nomine adhuc antiquorum legitimus. S. Isidorus lib. de scriptorib. simpliciter Afrum vocat, uti & Padilla cent. 7. cap. 13.

n Magna ille quidem Carthagine pro Catholica religione certamina subiuit, eius tamen Sedu Episcopus non fuit, ut ex vita patet.

o Habitum illud est arâ 726. an. Christi 688. praefidente Iuliano Meropolitanu Toletano. At de S. Fulgentio Ruspensi isthinc seru- nem effi abitramur. Ita enim habet: Tertium lance quartumque capitulum contuentes, non solum sensum, sed & ipsa pñne verba ex libris BB. Ambrosij atque Fulgentij nos prælibasse monstramus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus. Quos quia celebres in toto orbe Doctores feriata Ecclesiastum Dei vota percenseant, non illis est succensendum, sed potius subcumbendum: quia omne quod contra illos sapitur, a recte fidei regulâ abhorre sentitur.

p 13. April. S. Hermenigildi vitam dabimus. Obſeffus est à parte Hispali an. 582. quâ sequenti anno cum aliis pluribus urbibus & castellis expugnatâ, captus est Corduba Hermenigildus; atque anno post interficilius. Ita Ioan. Biclar.

4 Omnis illa cum Leouigildi morte sedata est tēpitas, ſecutaque & reip. & religionis toto regno mutatio. Vtinam omnes qua Regum morte fiunt mutationes, talis ſemper animorum conuerſio ſequeretur. Gubernacula Recaredus ſuſcepit, & extorres Episcopos alioſque reſtituit. Reuerſus igitur Hispalim Fulgentius, illustri ſemper sanctitatis & doctrinæ fulgens splendore. Inde Carthaginem denuo profeccus, vt Dominico Antifti in regendâ diocesi auxilio eſſet, cui & paullò pōst Fit Episco- vitâ functo in Cathedram ſuccellit. Praefuit circiter octo p. Car- annos pari ſanctimoniam ac ſapientia laude; quippe qui & Cleri mores ſeueroire disciplinâ adſtringeret, & po- puli ſpiritualia emolumenta promoueret, & haeretis ex- stirparet. Astigitanam Eccleſiam tunc b Pegasiſus admini- deſin Afſi. strabat: in quâ nescio quid turbarum exitit, ad quas g. componendas censuit Rex ei Eccleſia præſiciendum b Fulgentium, ratus eius prudentia ac ſanctitate & rem tantam expediri & pacem poſſe ſecurè ſtabiliri. Itaque euenit. Nam & felicem exitum, & gloriosum lucrum Fulgentij ſollicitudo conſecuta eſt, cum Eccleſia illius augmento, Arianæ perfidiæ ruinâ, amplificatione Catholica religionis. Frequens ad populum dicebat, ſuæque Eccleſia & temporariis & ſpiritualibus inuigilabat emolumentis, ad quæ mirum quantum gnaui Antiftitis præſentia ac ſollicitudo valet. Anno Christi DCLX. con- cilio Toletano interfuit, quod Flauius Gundemarus Rex conuocarāt; an. DCLXIX. Hispalensi, cui Isidorus præterat: ſuntque e iſthic quædam inter Astigitanam, Corduben- ſem, ac Malacitanam Eccleſias decisæ controuerſiæ.

5 Grauis iam ætate & morbis Fulgentius, eā ſolū cauſâ, vt creditur, d Astigitanam infulam poſſit, con- ccessitque Carthaginem, ſalubrius ſibi iſthic cælum fore redit Car- ratus. Aut ſanè, quod S. Iuſtæ Archiprefbyter tradidit, ſecundò lecitus eſt Eccleſia illius Antiftes, non iam Car- thagine fixurus Sedem, ſed Murciae, quâ erat, diuturnis bellis excisâ Carthagine, translata: quæ mutatio Gundemari Regis decreto confirmata eſt. Exegit verò Fulgentius ſue Murciae, ſue Carthagine, ſex circiter an- nos, singulari studio animiq; exercitatione ad exitum ſeſe comparans: qui vnu ei toto vita decurſu affiduè propositus ſcopus fuſit; atque eſſe deberet iis qui in illu- parat ſe ad stri fortassis conſtituti gradu dignitatis, ſibiique de præ- mortem: ſenti blandientes felicitate, minùs ſe violento mortis debito obnoxios cogitant. Mortis meditationem inflammatæ aternæ beatitudinis deſideria comitabantur.

6 Porrò cùm migraturum ſe breui præſagiret, S. Brailionem, & quâ velut germanum vnicè diligebat, f Laurum Gaditanum Episcopum rogauit, vt ſibi ani- mam agenti præſtō eſſent. Fuit ea pretiosa mors in con- ſpectu Dei: quippe ſacro viatico aliorumque præſidio moritur. sacramentorum munitus, psalmos plè recitantibus, lacrymasque vberiſſum fundentibus Episcopis, animam ex- halauit, Angelorum mox obſequio ad thronum gloriae deportatam. Contigit hæc eius glorioſa migratio, ut Marcus Maximus ſcripit, anno DCLXXXVIII. cùm Ro- manum Imperium Heraclius, Sedem Apoſtolicam Ho- norius, S. Isidorus Hispalensem Cathedram, regnum Hispaniaæ Cyntila teneret. Satis inter omnes conuenit menſe Ianuario excessisse: de die variantiauctores, aliis prium eius diem, aliis 16. prouidentibus: antiqua breuia- ria octauum habent: nunc decimoquarto colitur,

a Rodericus Tolcanus ſcribit (Ep. affenit. Mariana lib. 5. c. 13.) Leonigildum, dum infirmitate acriter torqueretur, præcepit filio Reccardo vt Episcopos ab exilio reuocaret, & Leandrum Hispalensem & eius germanum Fulgentium Astigitanum, qui in doctrinâ Ecclesiastice fulgebat inſignis, tamquam patres au- diret, & eorum monitis obediret. Sed nondum Astigi Episcopum fuſſe Fulgentium manifestum eſt ex ſequentibus de Pegasio deſſo- rt. In quo ē Trugillo falſus, qui mortuo Leouigildo, rediſſe ad Ec- cleſiam

Autor clesiam suam (*Astigitanam*) Fulgentium scribit, & in eâ sanctissimè vitam finiuissit.
Ant. b Anno Christi 589. æræ 627. Recaredi 4. subscriptis concilio 3.
Quinta- Toletano seruandus Diaconus illius nomine.
Nadve- c Actione 1. & 2.
Nas. d Contigit id ante eam 671. sine annum Christi 633 quo concilio Toletano 4. subscriptis Abencius Astigitana Ecclesiæ Episcopus. Sed grauissimè fallitur Auctor dum Gundemari Regis auctoritate confirmatam hanc mutationem scribit, cum in septem annos ante concilium Hispalense obierit.
e Colitur S. Braulio sine Brauliis, 26. Martij.
f Ab alia Laureanus vocatur, Laura à Marietta.

C A P V T III.

Translatio, alij honores.

Corpus
transfer-
tur Hispa-
lim:

b
abcondi-
tur:

reperitur.

Festum S.
Fulgentij.

Collegium
Societatis
ei dicatum.

d e

f g

h i k

l

m

n o

p

q

r

7 C onditum eius corpus ab Episcopis in Cathedra- li basilicâ Carthagine: sed triginta quatuor ab obitu eius annis, Hispalim translatum est, cumque ger- manorum eius Leandri, Isidori, ac Florentinæ reliquiis locatum, in æde SS. Ruffinæ & Iustæ, quam in eum fi- nem ædificarat S. Leander, eâ vrbis regione quâ nunc eius eremitorum visitur ad portam Cordubensem. Su- pra sepulcrum crux argentea erecta, cui eorum epitaphium insculptum. Potita est nobili hoc thesauro Hispa- lis usque ad incursionem Maurorum. Tunc enim in montes b Guadalupæ oppido propinquos SS. Fulgentij & Florentinæ corpora, atque Deipara imago Guadalupensis deportata. Isthic recondita, ignotaque mansere ad Alphonsi XI. tempora, quibus Fulgentij ac Floren- tinæ corpora ad Berzocanam pagum repetta. Pars Car- thaginiæ ac Murciam deinceps delata, pars ad Cathedralem Abulensem Ecclesiam, atque ad Guadalupæum cenobium.

8 Singulari veneratione cultus à Christianis est Ful- gentius inde à primo post eius excessum seculo, multilique cœlitus miraculis illustratus. Extat festi illius memo- ria in vetustissimis Hispalensis Ecclesiæ breuiariis. Reten- ta diu ea religio, deinde annis aliquot interrupta, restituta tandem anno MDCCXIV. sanctitumque ut officio de Do- store, duplice secundæ classis, celebretur. Primæ classis solemnitas cum Octauâ ei ut Patrono Carthagine & Placentiæ exhibetur: hîc, quod Berzocanæ sub Placen- tinâ dœcesi eius extens reliquia; illic verò, quod eam olim Ecclesiæ rexerit. Veneratur eum quoque, velut sui instituti alumnus, vti graues auctores tradidere, ordo S. Benedicti. Astigis eius doctrinâ, exemplis, Cathe- drâ nobilitata, præcipuum illum è Diuis tutelarem sibi adoptauit: statuitque ut collegium Societatis Iesu, quod insigni munificentia & pietate cœptum, constanti ad præstandos sumptus magnitudine animorum, perfe- ctum est. S. Fulgentio dicaretur: utque eximij illius Do- storis patrocinio ac tutelâ gaudenter præclaræ isthic e- rectæ scholæ, tam illustri vrbé dignum opus; in quibus omni instituitur virtute & scientiâ iuentus, Gramma- tica, Rhetorica, Philosophia, Theologia. Celebratur qui illi facer, est dies publicâ Cleri, religiosorum ordinum, Capituli supplicatione: iidemque solemnitat, que in col- legio eodem peragitur assistunt.

9 Meminere S. Fulgentij antiqua & breuiaria Hispa- lensis Ecclesiæ, d. S. Ildefonsus, Primus Cabilunensis Episcopus, f. Rodericus Archiepiscopus Toletanus, g. Ma- rineus Siculus, b. Franciscus Tarapha, i. Maurolycus, k. Iuli- lianus Petri, Marcus Maximus, Luitprandus, l. Ioannes Vasæus, m. Ioannes Mariana, Ambrosius Morales, Lau- rentius & n. Franciscus de Padilla, o. Prudentius Sando- uallius, p. Rodericus Carus, Rodericus Yepez, Æmilia- nus, q. Christophorus Brawerus, atque alij qui vitas Sanctorum, ac historias Hispalensem, Carthaginem, Placentinam, Guadalupensem, ac Regum Gothorum scrissero; ac præcipue r. Martinus de Roa è Societate Iesu, gratias auctor & eloquens.

a Eiusdem translationis meminit Marineus, Tarapha, Primus Cabilunensis. Disputat de eâ pluribus Padilla.

b Huius oppidi muros amnis Guadalupe (Mauris Guada aquam, aut flumen significat) alluit, qui deinde in Anam cadit. Imaginis Virginis Deipara à S. Gregorio ad S. Leandrum missa, hic cum alia reliquiis à Sacerdotibus aliquot Hispalib[us] in marmoreo sepulcro, adiunctis litteris in rei memoriam, ingestâ cellure condite, ac deinde tempore Alphonsi XI. circa annum Christi 1330. inueniente, hispaniam breuerit commemoras Ludouicus Nonius V. CL. in suâ Hispaniâ cap.

61. & fusiis Gabriel Talauera monasterij Guadalupæ (quod est or- dinis Hieronymiani) Prior, in Historia Guadalupensi. A Guadalupâ duabus aut tribus leucis distare Berzocanam tradit Franc. Padilla Centur. 7. cap. 14. Berzocanum alij vocant. Hinc S. Fulgentij & S. Florentinae fororis reliquias Murciam translatas à Sancto de Au- uila Episcopo Carthaginensi, anno 1594. sribit Marietta.

c Editæ, ut ad marginem indicas Auctor, an. 1510. 1531. 1555.

1558.

d Nusquam in Ildefonsi editis operibus Fulgentij nomen reperi- mus: meminist S. Braulio, in elogio Isidori.

e In Topographiâ sanctorum Martyrum, editâ cum Maurolyci

Martyrologio, verbo Carthago noua.

f De reb. Hispan. lib. 2. cap. 14.

g De reb. Hispan. lib. 5.

h Canonicus Barcinonensis lib. de Regibus Hispania in Luyba II.

i In Martyrologio I. Ianuarij, ubi de S. Fulgentio Ruspensi agens, isthac addit: Fuit & alius Fulgentius Carthaginis nouæ Episco- pus, & Leandri ac Isidori Pontificum Hispalensem frater.

k In Aduersariis num. 462.

l In Chronico rer. Hispanic. ad an. 591.

m Lib. 5. cap. 13. & lib. 6. cap. 1.

n In Historia Ecclesiast. Hispan. centuriâ 6. cap. 50. & centur. 7.

cap. 13.

o In vita S. Leandri, ubi tradit monachum Benedictinum fuisse, sed nullo veruisti scriptoris testimoniis id confirmat, ut nec Constantinus Caetanus, qui in vita S. Isidori vocat Fulgentium religionis Benedictinæ iubar lucidissimum.

p Lib. 2. Antiquitar. Hispan. cap. 11.

q In Notis ad vitam & regulam S. Leandri.

r Lib. 2. de SS. Astigitanis cap. 5. Quem librum diu ante quesi- tum, insperato natu sumus, parte iam huius Vita excusâ.

C A P V T IV.

Probatio eorum quæ relata sunt.

N atum Hispalii Fulgentium testatur Maximus ærâ 598. Fulgentius nascitur Hispalii patre exule in eâ vrbe, excisa Carthagine. Luitprandus nu. 226. Fulgentius & Isido- ri nati sunt Hispalii.

Fuisse prius Carthagine Episcopum asserit Episcopus Cabilunensis, Marineus Siculus, Tarafa, Vaseus, Lau- rentius Padilla, Æmilianus, Breuiarium Hispalense editum an. 1510. & 1531. certaque ea habetur traditio. At prius Astigi sedisse contendit P. Roa aliique. a Maximus Fulgentij ferè æqualis, priorem sententiam confirmat an. 598. Fulgentius ex Carthaginensi Episcopo Hispania, fit Epis- copus Astigitanus in Beticâ, ut sedition exorta ex Praesule sedare- tur. Arbitror ab aliis prius Astigitanæ Ecclesiæ tradi pre- fuisse, quod Carthagine obierit, cum antè Astigitanus fuisset Episcopus, aut fortassis quia reuerâ secundo Car- thaginiensis Episcopus factus, vti tradit Julianus aduers. num. 563. S. Licinianus, inquit, præcessit in Sede Dominicum & Fulgentium bis Episcopum Carthaginensis. Idemque repetit nu. 570. & 571.

De obitu eius Carthagine, & translato Hispalim cor- pore, Breuiaria & auctores citati. Versus cruci insculpi sunt isti:

Crux hæc alma gerit geminorum corpora fratrum Leandri Isidorique, priorum ex ordine vatuum,

Tertia Florentina, Deo deuota perennis.

O quæm compositæ concors hæc digna quiescit!

Isidorus medius disiungit membra duorum.

Hi quales fuerint, libris inquirito Lector:

Cognosces & eos benè cuncta fuisse locutos.

Cum quibus hîc recubat Fulgentius. Inspice tres hos

Spe certâ, plenosque fidè super omnia claros:

Dogmatibus cernas horum creuifile fideles,

Ac reddi Domino quos impia cura tenebant.

Vtque viros credas sublimes viuere semper,

Aspiciens pictos sursum contende videre.

Epigram-

Epigramma S. Ildephonſi de S. Fulgen-
tio, relatum à Iuliano Perez.

Fulgenti, noua Carthago quem reddidit auris,
Teque nimis felix postmodò patre fuit:

Inde patrem recipit te gaudens Astigis vnda,
Quâ fruitur Bætis, teque magis fruitur.
Corrigis effrænes mores, vitamque tuorum
Erudis exemplo Doctor & eloquo.
Hispalis ipſa tuos cineres cum fratribus aptat:
Tres eadem fratres continet vrna simul.
a *Imò iam ab eo citati Tarapha, Marineus, Vafem.*

DE S. CADEOLDO, sive EDALDO, VIENNENSI EPISCOPO IN GALLIA.

CIRCI-
TER AN.
DCXCVI.
XIV. IA-
NVAR.
S.Cadeoldi
natalis,
nomen,

successor,

atius.

Reliquia
S. Pauli ei
& Papæ
missæ.



Ienna in Galliâ XXXIV. Episcopus sedisse S. Cadeoldus traditur. De quo Ado in Martyrologio, Beda vulgatus, Molanus & Cartusiani Colon. in Addit. ad Vſuardum, Gallefinus, Ferrarius: Apud Viennam Cadeoldi Episcopi. addunt VVion & Hugo Menardus: & Confessoris, admirandæ sanctitatis & parsimoniae viri. Refert eum quoque in Martyrologio Benedictino Dorganus. Variè eius effertur nomen: est enim Adoni vulgato Caceldus; MS. S. Laurentij Leodij, Caocoldus; MS. Florario & MS. Bauarico Bede, Cacoldus; Cartusianus Colon. Eoldus; Molano, & Martyrol. Germanico, Caldeoldus; Claudio Roberto, Caldeolus, Cadeolus, Edaldus; Ioanni Chenu, & Ioanni Boscio in Bibliothecâ Floriac. Edaldus, Euoldus, Cadeoldus, Cadeolus; VVioni Cadeoldus, Cadoldus, Caldeolus; Antonio Demochari Caldeolus, & Landalenus; ceteris Cadeoldus.

2 Mendum irreptum in catalogum Episcoporum Viennensis apud Democharem, Chenu, Robertum, Boſciūm, rbi Sindulfo successore traditur Edictus, huic Cadeoldus, inde Dadolenus, Bobo, Georgius. Interfuit Sindulphus Concilio Remensi sub Sonnatio circiter annum Christi 630. Cabilonensi Landalenus circiter 650. Ad Edictum traditur Agatbo Papa, eiusdem successor Leo, litteras dedisse initio anni 682. vt suprad ad eius vitam X. Ianuarij nu. 5. diximus. Vnde conficias Landalenum, quod voluit Demochares, non esse Cadeoldum; aut certè non successisse Edicto: sed potius Dadolenum, qui alio Dolinus, Dolomus, Dodolinus; eumq; ante Edictum reponendum videri. Et Sauffaius quidem in Supplemento Martyrologij Gallianoi i. Aprilie eumdem Dadolenum & Landalenum esse existimat, vt ad eum diem dicemus: at XIV. Ianuarij Cadeoldum Edicto successisse scribit.

3 Cadeoldo Viennensem Ecclesiam administrante, rerum potitum in Oriente Iustinianum, apud Francos Clodouenum Dagoberti filium ac Theodoricum, scribit Boſcius; & S. VVillebrordum à Sergio Papâ consecratum Episcopum, Iustinianum quoque imperio exutum. Est in Clodoueo falli videtur: nam Clodoueus Dagoberti filius anno 660. decepsit, quando Cadeoldus Edicti successor necrum Episcopatum erat adeptus. Potius Clodouenum III. Theodrici filium scribere debuisset: hic enim anno Christi 690. regno admotus, Iustiniani Rhinotmeti 6. tenuitq; id ad 694. Sergio Papâ 7. quo Iustinianus naribus truncatis relegatus est. Sequenti verò anno Episcopalibus insulis ornatus ab eodem Sergio est VVillebrordus.

4 Recitat Boſcius hanc Ioannis V. Papâ, qui à 22. Iulij 685. ad 2. Auguſti 686. sedit, epistolam ad Edaldum, sive Caldeoldum: Ioannes Episcopus Edaldo Viennensi Archiepiscopo. De officiis Missarum, de quibus in litteris vestris requisiſtis, ſciat caritas vestra, quia variè apud diuerſas Ecclesiæ fiant: aliter enim Alexandrina Ecclesia, aliter Hie-

rosolymitana, aliter Ephesina, aliter Romana facit: cuius morem & instituta debet seruare Ecclesia tua, quæ fundatum sancti habitus ab illâ ſumpfit. Venerabilis pallij vſum per ſanctura Presbyterum veſtrum Felicem tibi destinatissimus, nolentes te priuari antiquo B. Petri munere; ſimil mittentes de capillis S. Pauli, vt effet Ecclesiæ veſtræ illius interceſſione ſolatium, per cuius diſcipulum ſuſcepit primum religionis honorem. Benediſio Apoſtolorum vos ab imbre malignorum cuſtodiāt. Quem h̄c Pontifex S. Pauli diſcipulum, primumq; Euangeliſ apud Viennenses preconem memorat, is eſt S. Crispens, de quo 29. Decembri, & 27. Iunij agemus. Ioannes Chenu dicit ad Cadeoldum miſſe Ioannem Papam pretioſa munera; reliquias nimirum S. Pauli Apoſtoli. Quod vero Concilio Cabilonensi ait ſubſcripſſe, vii & VVion, iam diximus minus probabile videri. Ferrarius 19. Ianuarij in Notis, hanc epiftolam vult effe Ioannis IV. Pape, qui ab anno 639. ad 2. Oct. 641. ſedit.

5 Ex monacho, inquit VVion, & Abbatē Grimanenſe, vt habetur in vitâ S. Clari Abbatis apud Surium tomo 1. chus fuc- factus est Viennensis Episcopus. Chenu quoque: Monachus rit. ordinis S. Benedicti & Abbas Grimonensis Viennæ, S. Editio in Episcopatu Viennensi ſuſfectus eſt. Idem tradit Sauffaius. In vitâ S. Clari I. Ianuarij, cap. 2. nu. 3. iſta habentur: Erat tunc temporis vir strenuus & Deo placitus Viennensis Ecclesiæ Pontifex Cadoldus. Monasteria tam vi- vorum quâm ſanctimonialium ſub ſanctâ professione viuentium, pia diſtrićtione, tam in ciuitate quâm extra muros ciuitatis, hæc präcipue erant quæ regebat: Grinanenſis cœnobia, à ſanctis Pontificibus vrbis fundata; in quorum maximo oſſa beatissimi Ferreoli Martyris condita venerabantur. Sanctimonialium beatæ Virginis Columbae tringinta monachas habens. Et pluri- bus aliis recenſitis ſubditur: Alia quoque venerabilia San-ctorum in vnum conuersantium habitacula ad ſexaginta, ſub curâ Pontificis degentia, in Viennensi diocesi ſa- tis ordinabiliter ſita erant. Ex quibus nemo conſecerit eum monachum fuſſe, niſi aliunde id reſtatutum fit, nedum Abbatem Grimanensem potius, quam S. Petri, S. Marcelli, S. Vincentij, aut aliquius alterius ex enumeratis iſtis cœnobiosis. Quod verò Sauffaius ſcribit, horum cœnobiorum nonnulla conſtruxiſſe Cadeoldum, & vniuersa aliuile, id ex vitâ S. Clari elici non po- test: potest verò, quod addit, vniuersa fouiſſe, ac rexifſe ma- ximâ cum pietate & singulari prudentiâ.

6 Ioannes Boſcius obiſſe S. Cadeoldum ſcribit XIV. Kal. Februarij, quo die Ferrarius: Viennæ in Galliâ S. Edaldi Episcopi. Ceteri XIX. Kal. Februarij eum referunt. Alius Eoaldus, ſive Euoldus, eiusdem Ecclesiæ Episcopus fuit, de quo age- mus 7. Iulij.

VITA S. STEPHANI

FUNDATORIS COENOBII AD LACVM ANSERVM,

ex Menaieis Gracorum.

S. Anctus Pater noster. **S.** Stephanus, ex Oriente profectus, nobilis, quemadmodum magnus Iob, a puerio religiosam vitam emulatus, in cœnobia virorum ad Iordanem & solitudinem, necnon & **S.** Euthymij, & Sabbæ, & Theodosij asceteria lustravit: & explorata singulorum viuendi ratione, poste à Leone Isaurico imperante Constantinopolim venit, hospitio ab sanctissimo Patriarchâ & Germano fæceptus. Apud quem aliquamdiu moratus, plurima ab eo didicit, magnumque inde fructum percepit: atque in rebus agendis salutari eum consilio iuuit. Hinc illud est cœnobium, quod ab **S.** Anserum lacu nomen accepit, ab ipso conditum: in quo ipse vixit, & magnum numerum monachorum coegerit, quos in religiosâ disciplinâ & per exhortationes pias in Domino excoluit, ut ad perfectionem etatis plenitudinis Christi aspirarent. Cum ergo vitam præclarè exegisset, & ex prætentibus experimentis, futre felicitatis & confortij gustum percepisset & demonstrasset, cum iam hinc emigraturus esset, præmisâ cum gloriâ animâ, (quemadmodum qui puriore mentis aciem habebant videbunt, multisque aliis denarrauerunt) è terrestri domicilio ad cælestem aulam euolauit.

b Raderus ad hunc diem: De multis, inquit, hoc nomine sanctis viris Ioannes Moschus in Limonario. Quis tamen sithic

Stephanus, ad Lacum anserum Abbas nondum legi. Verum Ioannes Moschus nihil de hoc **S.** Stephano scribere potuit, quo centum & amplius annu senior fuit: nam Moschi corpus Româ, ubi obierat, anno 619, vel 620. Indictione 8. delatum fuisse ad monasterium **S.** Theodosij Cœnobiarache diximus supra XI. Ianuar. in prologomenis;

Stephanus verò sub Isaurico Constantinopolim venit.

b Pleraque decribuntur à Joanne Moschho in Limonario, seu Praespiritu, qui est liber 10. de vita Patrum, nonnulla à Theodoreto in Philotheo.

c **S.** Euthymij vitam dabitus XX. Ianuar. S. Sabæ V. Decemb. multa de ipsis, ac horum situ monasteriorum diximus ad vitam **S.** Theodosij XI. Ianuarij. & dicemus ad vitam **S.** Euthymij.

d Imperium adiit Indict. 15. Martij 15. an. Ch. 717. Interit Junij 18. Indict. 9. an. Ch. 741.

e Hunc celebrabimus cum Martyrol. Rom. XII. Maij.

f Imò ab eo ex Palæstinâ euocatus, ad regendos monachos disciplinâ solutos, dicitur in Menologio Gracorum citato à Baronio tom. 9. ad annum Ch. 730. num. 7.

g Græcè Χριστάκιον μονή. Non procul Constantinopoli esse arbitratur Raderus. Constantinopoli sanctitate claruisse ait Baronius ex Menologio.

h Menaieis hoc die eum referunt. at Menologium à Baronio citatum anniuerariam diem illius agit XIII. Ianuarij. Sepultum in monasterio à se condito hoc distichon innuit:

Ταῦ Χριστάκεια τὴν μονὴν δημιαρέων,

Θείῳ Σπεφάνῳ λάκκῳ ἀγέρχειν τάφου.

Qui Lacus anserum cœnobium construxit,

Diuino Stephano lacus sepulchri effosius est.

DE B. ENGELMARE

EREMITA MARTYRE IN BAVARIA.

INITIO SEC. XII. XIV. IA- NVAR. B. Engel- mari na- talis, vita, sanctitas, vita scri- ptor. **F**errarius in generali SS. catalogo, XIV. Ianuarij: In Bavariâ B. Engelmari eremita. & iterum XXIV. cuius rationem nullam assert. Hoc certè, siue proximo post o- Etiam Epiphania die, imperfectum esse, infra patebit. Citat ille Annales Bauariae. Henricus Canisius tomo 6. Antiqua lectionis origines VVindbergenses ex eiusdem cœnobij vetusto codice vul- gavit, inq. ib. B. Engelmari gesta; que elegantiâ redditus Raderus to. 1. Bauaria sancte, citans Bruschij schedas, vt in B. VVilhelmo ibidem satetur, ineditas; ac deinde Brunnerus Annal. 11. nu. 8. titulo S. Engelmari cruenta mors. Quod sanctitatis honestamentum ei rectè tribuitur, cum in vitâ iam ab annis pro- pè 500. scriptâ cella S. Engelmari, cælitusque designati Martyris patrocinia celebrentur. & Raderus testu sit ho- dieque VVenburgi celebrari.

2 Illarum porro originum & vita scriptor, instituti Premonstratensis scriptor fuit, ac cœnobij VVindbergensis alumnus. Testatur ipse: Anno 1142. ab incarnatione Dominicâ, gubernante monarchiam Rege Contado, præsidente dioce- cœsanæ nostra Ecclesiæ venerabili Henrico Episcopo, anno primo ingressions venerandi Patris & prouisoris huius loci Gebhardi, &c. & paulò post: Consecrauit autem ea altaria D. Stilco Olmuciensis Episcopus, de prouincia quæ est Moravia, vir magni nominis & meriti, tam spiritualibus quam laicis acceptus & gratus perso- nis, amator religionis, quantùm ad professionem nostri ordinis, scilicet Præmonstratensis.

3 Vixisse autem sub eiusdem monasterij, adeoq; ordinis, pri- mordia videtur. Nam de Rudberto primo VVindbergensi Pre- posito loquens, ait: Supradicto Rudberto, olim dumtaxat populari Presbytero, nunc autem & arctioris conuersationis æmulio. Et ante de B. Guilielmo loquens: Per quem (prophetia spiritum) cum multa prædixerit, vt nobis beatae recordationis altrix eius Comitissâ Luitkardis retu- lit, &c. Videretur priorem libelli partem, vitamq; S. Engelmari ipso adhuc superflite Rudberto scriptissime, quod particula illa

nunc indicat; cetera deinceps adicisse, vt queq; gesta sunt, vsque ad maioris basilice dedicationem anno 1167. Indict. 1. IV. Kal. Decemb.

4 Eius fides constat, quod referat solum vel à se coram con- specta, vel ab oculatis accepta testimoniis. Verum quod Sanctis na- fides. talem dumtaxat diem adscribat, anno, quod in promptu erat, non expresso, scriptor indiligens censetur Brunnero libro cita- to, nu. 2. Engelmarus quidem quo aut etatis aut Christi anno obierit, penitus silet: quo ad secundam eremum transierit, veluti per transensem indicat, dum S. Gregorij eius in anachoreticis magistri mortem memorat, qua 23. Septembris 1093. contigit.

5 Inter Regnum Illyriumq; amnes, quorum hic è regione Paf- sauij, ille Ratisbone Danubio miscetur, ad Bohemia confinia, ce- lebri & ampliæ ditione sese Pogiensis Comitatus extendit, vt Comitatus. Auentinus 7. Annal. & Handius to. 3. Metrop. cœnobij VVind- bergenſis ortum progressumq; memorantes tradunt. Pogen vul- gò, & Bogen appellatur, quod quidam arcum interpretantur, (estq; ea vocis Bogen notio:) inde alij originem familie de Ar- cu ad lacum Benacum in Italâ repetunt: alij veterum Boio- rum hic superesse vel in nomine vestigia diuinant. Que Comi- tatus illius pars ad Septemtrionem ac Bohemiam vergit, vulgo VValdt, siue filua, nuncupatur, ab Hercynio saltu, qui, vt o- mnem eam olim ditionem obtinuit, ita etiamnum, & quidem ingentibus alicubi filiis, præcingit.

6 In hunc igitur saltum anno 1093. Passauio demigravit, commoratusq; est circa VVindi montem, siue VVindber- gam, Pogieni municipio & arce montanâ haud procul, Strau- nense cœ- bingâ, siue Strubungâ, ad alteram Danubij ripam posterius extructâ, secundo millari distantem: rbi aliquot annis post ab Adelberto Comite extructum est, quod etiamnum viget, VVind- bergenſe amplissimum cœnobium, ordinis Præmonstratensis, loco perameno. In Bauaria chorographia studio Petri VVeneri ac- curata, visitur locus quidam intra ipsum saltum Hercynium, Engelmanswaldt, siue Engelmari silua dictus: num isthic illius eremita mansio fuerit, an cella sepulchro imposta, quæ sup- plicantum

plicantium confluxu in ampliorem vicum dilatata, Comitis Adelberti dono fundationi canobij VVindbergenis accessit, haud quaquam compertum habetur.

7 Quod Raderus scribit: Engelmarus circa VVindburgi, postea conditi, saltus & nemora cum socio sedem fixit, de caenobio (quod aquae ac pagus ipse VVindberga paſim nuncupatur) accipi debet: nam & pagus & ecclesia aduentu Engelmaris antiquiora sunt. Conſtat ex citatis loci originibus, VVinth quemdam, sive VVindum, gente Saxonem, primum loci incolam, & nominis auctorem, iſthic ecclesiam (incertum tamen quo anno) conſtruxisse honori Deipara Virginis & omnium Sanctorum, plurimis iſthuc allatis reliquis, & in altari per ſe conſclusis lapidibus absconditis & collocaſis, praefente Azelino Prefbytero. Ea verò reliquia iſthic expreſſis nominibus recenſentur. Huic VVindo frater senior fuit, vt ibidem narratur, eiusdem nominis, in illius edificatione ecclesia adiutor, qui de Saxoniam tempore Ludouici Regis, deducentibus Hunnis, in eas oras aduenerat. Videtur id contigisse ſub Ludouico Rege Arnulphi Imperatoris filio, qui anno Chrifti 912. regni 12. obiit: nam eo regnante ſepiuſ Germanicas provincias, ac nominatim Saxoniā & Thuringiam populiſtunt Hunni, sive Hungari, vt ex Reginonis continuatore, Hermanno Contracō, Lamberto Schaffenburgensi & aliis liquet. Quo calculo, VVindberga nomen ac templum integro ſeculo Engelmaris oru priora concludes. Asque hæc eſt honorabilis & amabilis antiquitas VVindbergenis Eccleſiæ, vt anonymous originum ſcriptor ait.

B. Wilhelmi in eorum mortuorum. Ante Engelmarum quoque, eidem loco, vt idem auctor ſcribit, tantis Sanctorum pignoribus (a VVindiis fratribus) gratificato, non minimum gratificationis addidit emeritus & veteranus Christi miles VVillihelmuſ, qui longis peregrinationibus ad varia Sanctorum ſepulchra, ac laboribus fractus, iſthic eremitican vitam peregit; Luitgerde piâ feminâ, Hervvici II. Comitis Pogenſis vxore, Alberti I. fundatoriis VVindbergenis matre (non coniuge, vt Raderus, eam cum Hadriige nuru confundens, ſcribit) ei annonam ſubministrante. Is huic ſua altrici, que diu poſt ſuperfuſt, cladem Saxonum ad Vofstrum fluum predixit, qua anno 1075. contigit, vt ex Schaffenburgensi & aliis patet. Albertus I. qui & VVindbergenis monasterij fundator, in bullâ quâ Eugenius II. anno Chrifti 1126. Altachij superioris fundationem ſecundam, ſive reſtaurationem confirmat, to. 2. Metropolis Hundij, vocatur Adelbertus Comes de VVindeberch; atque ab Hennings tom. 4. Stemmat. VVindbergenis. Quâ nomenclatura, ab arce (eo fortassis ipſo loco ſitâ, vbi deinde monasterium locatum) ducit, diſtingui videtur ab alterâ Pogiemſum familiâ, cuius à Frederico, fratre Aſſuini, aui Alberti, coptæ, princeps hoc tempore, in ſeūntâ diſtione erat Frederici filius Fredericus Aduocatus Ratisbonensis Eccleſiæ, memoratus in eodem Honoriſ diplomate.

Tempus martyrij B. Engelmaris. Vixit Engelmarus, inquit Raderus, anno poſt alnum Virginis partum 1088. quod Ferrarius reddit: cefſit è vitâ circa annum ſalutis 1088. Aſt anno 1093. cefſit è vitâ Gregorius Episcopus, ac poſt Engelmarus in ſolitudinem VVindberga vicinam ſeceffit: vbi Martyr occubuit non multis poſt annis. Brunerus ad annum 1096. eius cadem refert: ſed fallitur dum VII. Id. Ianuarii iugulatum ſcribit, vbi Raderus ad ipſa regalia; nam auctoſ ferè coetus diſerte afferit poſt octauas regalium id contigiffe.

VITA, AVCTORE ANONYMO,

ex to. 6. Antiq. leet. Hen. Canifij.

a Rætereā ſuggerente venerabili Ruderto Prefbytero, & annuente b preſato Comite Adelberto, cefſit in domum huius loci ſilueſtris cella S. c Engelmaris; de quo nos plura ſcriben- di futuriſ scriptoribus occaſionem dare cūpientes, diligentiſ inquiſitionis initia ponimus. Denique reperimus eum natione fuīſe Baioarium, genere & opere d'geor- gium, hoc eſt, terræ colonum: ſed abdicatis terrenis de- fideriis propriiſque facultatiſ pro amore Christi de- Tom. II.

relictis, eremiticæ vite disciplinam coepiſſe ſub erudi- Avctore
tionē S. Gregorij Armeniorum quondam, vt ferunt. Ar- ANONYMO,
chiepifcopi, ſed tunc yberiori ſpe cæleſtis præmij volun- institutur
tariam paupertatem cum peregrinatione circa e' Pata- à Gregorio
uam ſectati. Quo defuncto, ſecundūm quod ipſe præ- Epifcopo
dixerat, Nonā Calendā Octobris, circa meridiem, ad pietā-
fhorā quā illa famoſiſima ſolis Eclipsiſ accidit, quam tem-
non ſolūm maxima mortalitas, ſed & Hieroſolymitaſ fit eremiti.
ſequebatur expeditiō g, auctore Papā Vrbano II. con- ta,
tulit ſe B. Engelmarus in ſolitudinem requiotionis ſuā: f
factāque inibi maniſtione, coepit laboribus manuum ſua- g
rum iuxta Psalmitam & Apoſtolum viuere, & nihilob- labore ma-
inius vigiliis ac ieuniis & orationibus conditoris ſui num vi- uit,
gratiā ſpiritu feruens quærere.

2 Cumq̄e pro bonitate & religione ſuā valde accep- 2
tus eſſet omnibus, qui in circuitu eius erant, ſocius ſuū à ſocio ex
noūus Cain appellandus, inuidiā ductus potioris ei di- inuidiā oē-
uiuitus collatæ gratia; ſequē dolens inæqualemente appa- cidituri
re, remotis arbitris non exhorruit in illum manus ex-
tendere: percuſſumq̄e niue & ruderibus operire. Fer-
tur enim poſt octauam Epiphaniæ proximā die facinus
hoc perperaffe, & uſque ad Pentecosten variis ſimulationib⁹ & diſimulationib⁹ occultasse. Ulta verò ſo-
lemnitatem ſancti Spiritus non debuit tanti ſceleris reus
latere, quoniam ipſius etiam eſt mundum de peccato
arguere. Igitur noui Abel ſanguine ad Dominum cla-
mantē, vagus & profugus factus eſt recens Cain ille,
qui ſingularem eremiti potestatē, cum æquipollentiā
ſauoris humani poſt mortem B. Engelmaris ſperauerat
obtinere, exemplo Iudæorum, qui propter obtinendum
locum occiderunt Christum, ſed propter occiſum
Christum perdiuerunt locum, & diſpersi ſunt in omnem
uentum.

3 Veniens autem quidam vulgaris Sacerdos, h in- 3
uentum corpus vulgariter ſepeluit, videlicet non ſe- ſepelitur
cundūm ſublimitatem ſanctitatis, ſed ſecundūm humi- eius cora
litatem paupertatis. Huius enim diligentia pietas & p: merces ſeruabatur ſupradicto Rudberto, olim dumta-
xat populari Prefbytero, i nunc autem & ardentis con- i
uerſationis æmulo, vti ſcilicet digno digitum monu- transfer:
mentum præpararet, in quo tunc ſacra oſſa eius tranſponerentur; cum etiam eccleſia lapidea, eiusdem Rud- tur:
berti patru, ſuper eum conſtructa dedicaretur, anno videlicet Incarnationis Dominicæ millefimo centefimo trigesimo primo, Romanorū præſulatum & re-
gnum concorditer gubernantibus Innocentio II. & Lo-
thario III.

4 A primā tamen ſepulturā diuino iſtinctu tam- 4
quāl lex obtinuit, vt ſingulis annis in mediā Penteco-
ſte hebdomadā populus ibi confluat, & cælitus deiſi-
gnati Martyris patrocinia deuotus requirat. Nam ſicut
fideles in verbis ſuī adhuc ſuperſtitie viti pronuntiant,
cum ille locus aliquando nullum habitatorem haberet, p: viſita-
& vilis ædicula ſepulchrum venerabilis Etemita prote- tur.
geret, ipſiſque forte noctu præterirent, proſpexerunt ibi
numerofa luminaria diuinitus accenſa, mirabili clarita- caleſti lu-
te radiantia, ſequē non ſolūm ad introſpicendum, ſed minē horo-
etiam ad introcundum prouocantia: inſuper odorati ſatur,
ſunt & ſuāiſſima aromata, abſque ſpecie aromaticā. Pre- & ſuāi
terea plures infirmi & afflieti medelas & eſceptiones ibi odore:
dem perhibentur experti: ſed quia nobis ignoti ſunt,
notos expectamus de quibus ſcribamus. Futuris nam- alius mira-
que temporibus maiorem Dei gloriam ſperamus illiſ ſtratur,
apparitaram.

a Duo capita premiérat de Windberga nomine & Eccleſiā, ac B. Wilhelmo.

b Ante de B. Wilhelmo loquens hac ſcripſerat: Hervvicius ho-
noratæ memoriae Ratisponensis Epifcopus capellam dedica-
uit, quam ſuper eum (B. VVilhelmuſ) Comes Adelbertus in ſomniſ admonitus pro medicamento gratis infirmitatis ad-
dauit. Sedit Hervvicius, ut Hundius tom. 1. Metrop. ab anno 1105
ad 1126.

c Auentinus in Nomencl. ait: Angel & engel aculeum, card-
nem, limitem, nobis Germanis Bois valet. vnde Angilomarus,
Engelmaris, eſt augmentans limitem. Ultima vocabulipars, preter
N n n , augmen-

AUCTORE augmentum, **Heutero** in veteri **Belgio** rumorem significat, Junio **ANONYMO**, **Bataua** cap. 23, significat Praefectum, sive Meier, usitato etiam **hodie** in oppidi pagis, **Belgicus ac Germanicus nomine**.

d. **magis est colonus.**

e. **Qua vulgo Paffauium, olim Bataua, ut diximus VIII. Ianu. ad vitam S. Seuerini cap. 6. num. 27. Raderus Patauium Venetie intellexit; scribit enim Gregorius dimissâ clâm pontificatus dignitate in Italianam peregrî aduenisse, & circa Patauium versatum.** **Refl. Brunnerus:** Engelmarus ruri educatus & ab agro stiuâque ad cultum animi transgressus, Gregorio Armeniæ Pontifici in Boicâ exuli in disciplinam se dederat.

f. **Vrffergen.** Anno 1093. eclipsis solis facta est IX. Kal. Octob. horâ tertiâ, & mortalitas magna subsecuta. **Dodechinus in Appendix Mariani:** Eclipse solis facta est horâ tertiâ dici, & draco visus est. Anno 1094. pestilentia magna fuit.

g. **Anno 1095. exente in concilio Claromontano decreta, 1096. suscepit, duce primario Godefrido Bullonio.**

h. **Engelmarum, inquit Brunnerus, sol liquatâ niue prodidit.** i. **Catalogus Abbatum VVindbergensium apud Hundium ita habet:** Rudbertus popularis sacerdos facio ordine Præmonstratenſi induitus anno Incarnationis Christi 1125. huius Ecclesiæ Præpositus primus regere coepit. Rexit annos 15. **Ostendimus super XIII. Ianuarij eo anno Ratisbonam venisse S. Norbertum.** Tum nimirum iacta VVindbergensis cœnobij fundamenta, aut potius cum isthac Româ redit initio anni 1126. nam in Apostolicâ confirmatione ordinis factâ XIV. Kal. Martij 1126. nulla mentio fit VVindberge, cum cetera monasteria, eorumq; prædia, vinea, mansi &c. accusatiſimè memorentur.

k. **In Canisianâ editione, librarij incuria, legitur: anno millesimo centesimo primo. Lotharius anno 1125. Imperator creatus est;** Innocentius II. anno 1130. Pontifex Romanus.

l. **Alibi apud Germanos usitate feria quartâ Pentecostes ad Sanctorum sepulchra supplicationes.**

DE B. ODONE CARTHUSIANO,

TALIACOTII IN ITALIA.

**CIRCI-
TER AN.
MCCXXX.
XIV. IA-
NVAR.**

**B. Odonis
sanctitas,
vita,**

**locus habi-
tationis.**

1 **O**donis quidem Carthusiani in nullo Martyrologio nomen reperimus: miraculis tamen certè, & religioso hominum ad eius sepulchrum concursu, ita à quatuor iam seculis, & quod excurrit, celebrem fuisse constat, ut Gregorius IX. Pontifex Maximus, qui ab anno 1227. ad 22. Augusti 1241. sedit, de eo in Sanctorum album adscribendo egerit. Vitam eius ex monumentis Curia Romane edidit 10.13. Annal. Abrahamus Bzonius ad an. 1240. nu. 15. atque ex eo brevius Georgius Garneuelius in catalogo Sanctorum quorundam Carthusianorum, adiecto ad vitam Nicolai Albergati.

2 **Eft** Taliacotium, **vbi is vixit**, (vulgo Tagliacozzo, Bzonio Taliacorum, Sabellico, ut testis est Leander, Taliquitium) honestum in primis castrum, eodem teste Leandro, & populi frequentia multis huius regionis vrbibus non impar, situm Tibur inter lacumq; Fucinum, huic propinquius.

VITA EX ABR. BZO VIO.

a. b. 1



Irca. hoc tempus vixit Odo b. Nouaria natus. Is Carthusiensium ordinem professus, tantum in religiosâ vitâ proficit, ut sanctitatis eius famâ diuulgata, electus fuerit in Abbatâ monasterij ciuitatis iaderæ in prouinciâ Sclauoniae.

B. Odo
**Abbas ele-
ctus, multa
pasitum:**

c. Quod cum peruenisset, ab Episcopo & diocesano loci istius tot passus est opprobria, ut paci ac tranquillitat consilens, honori & oneri cedere eligeret. Quare ad Clementem III. Pontificem Maximum accedens, officium prædictum, ed quod persecutio Episcopi supporrare non posset, vbi illud debite exequi vellet, in manibus eius renuntiavit.

**Taliacotii
degit.**

2 Ex Romanâ Cutiâ discedens, Taliacorum venit, ibique aliquantulum itinere confectus, quietere cupiens, ab Aduhisa religiosissimâ feminâ, quæ SS. Cosmæ & Damiani monasterij Abbatisam agebat, hospitio est receptus. Cumque post paucos dies discessum pararet, Aduhisa inspectâ senis probitate, quiete, humilitate, ac pietate, consideratâque utilitate, quam præsentia viri sancti monasterio conferre poterat, precibus humilibus eum aggressa est, ne inde recederet, sed in dicto monasterio vitam degeret. Quod cum Odo institutum proprum sibi non permittere diceret, Aduhisa accersito nepote suo, D. Berando de Taliacoro, eum ad Clementem III. Pontificem Maximum (cui sanguine iuncta erat) misit, ut ab eo Odoni, quem vitæ sanctæ exemplum sibi præsens optabat, licentiam manendi in suo monasterio, impetraret. Roman ergo profectus, litteras sigillo plumbeo munitas id concedentes à Pontifice obtinuit, eidemque detulit.

3 Aduhisa itaque desiderij compos, cellulam paruam, iuxta placitum Odonis, ad latus monasterij extruxit, in

quâ vir Dei lectum ligneum instar craticula, & stratum de vili sacco, larmentisque asperis consecit; ibique vietam sanctissimam duxit. Vestimenta lanea aspera portabat, desuper straminea: cilicio ad nudam carnem continuò vtebatur. Carnem numquam gustauit. Omni tempore, præterquam diebus Dominicis, ieunabat in cibo quadragesimali, ac pluries tantummodo parùm panis sumebat. Tempore Quadragesimæ quotidie, exceptis Dominicis, corpus suum disciplinis affligebat. De cellulâ tantum ad ecclesiam exibat in quâ sacrifici Missæ solemnis deuotissimè & cum lacrymis peractis prædicabat. Venientes ad se admonebat & animabat in bono. Si quid temporis supererat, quantum senilis ætas patiebatur, illud in manualibus exercitiis consumebat: vnde **num:** etiam calli in iuncturis manuum eius apparebant.

4 Miraculis pluribus claruit. Nam Ioannes Bartholomaeus de Taliacoro scrofulas ex vtraque parte guttulas passus, viro sancto supplicans, ab eo signo crucis est liberatus.

5 Cùm aliquando Presbyter Nicolaus de Monacho aqua ei in Odoni aquam propinasset ut biberet, statim ac eam recipit in vinum conuersam sensit.

6 Siluaticus quidam dolore hemicraniae continuo afflictus, cùm nullam sibi medicinam prodesse expertus esset, accedens ad Odonem, supplex petiit medelam. Cui vir sanctus respondit: Quid me tentas frater, hominem peccatorem, putridam carnem gerentem? recede à me. sanet te Dominus Iesus Christus filius Dei vivi. Quibus dictis, cùm lacrymari cœpisset, Siluaticus sanitatem obtinuit, Deumque in Sancto benedixit.

7 Ferè centenarius, cùm debitum naturæ persolue re cogeretur; XIII. Ianuarij, conuocato Clero, eum ad amorem Dei admonens, subiunxit: Cras in hac horâ migrabo à seculo: rogo vos ex parte Dei, nullum mihi mundanum conferte honorem, sed tantum in vili sacco, quem me nunc portare videtis, corpus reponite, & crucem hanc ligneam (quam propriis manibus confecerat) ad caput meum in tumulo collocate. Postea itaque dic, cùm hora, quâ moriturum se prædixerat, aduenisset, summâ cum deuotione orabat dicens: Expecta me Domine Christum, ecce venio ad te. Interrogatus autem à circumstantibus Clericis, cuinam hæc diceret, respondit: Iam Regem meum video: iam in conspectu eius assisto. porrigoque manus sursum, erectus de strato, migravit è vî, numquam aliquâ carnis pollutione inquinatus.

8 Tempore transitus eius Nicolaus quidam, cuius scrofulas gutturr scrofular occupauerant, accurrens ad Odonem morientem, deductâ illius manu, scrofulas tangens, eas fugavit.

9 Post mortem innumeris miraculis Deus sanctitatem viri testatus est. Nam cùm ante fortes ecclesiæ SS. alter mori- Cosmæ & Damiani Clerici corpus eius sepulturæ trade- rent,

*Etius au-
steritas in
vestitu, ac
vitru:*

*Scrofulas
sanat:*

*Hemicra-
niam cu-
rat.*

*Christum
videt.*

Moritur.

*Chriſtum
videt.*

tent, in tumulo, in quo reponi debuit, alterius cuiusdam mortui ossa dispersa iacebant, statimque ac corpus B. Odonis illuc delatum est, ossa illa per se cedendo locum sicut in unum collegerunt, & cumulauerunt in angulo monumenti.

Iubet se honestius sepeliri.

10 Cumque penè 40. annis ibi quieuisset, Archipresbytero Oderisio apparuit, monens eum ut praeparet Abbatissæ quantocyls corpus suum in locum honestiorum transferre. Quod Oderisius phantasticis delusionibus adscribens, mandatum exequi neglexit. Sed secundò ac tertio eidem Sanctus apparens, seuerius admonuit, ne desiderium suum contemneret. Quare Oderisius Abbatissæ visionem iteratam retulit: quæ congregato Clero castri, corpus eius in ecclesiam SS. Cosmae & Damiani transferri curauit. Dum autem Clerus ad debitas ceremonias peragendas se præpararet, plebs moræ impatiens variis instrumentis ligneis ac ferreis tumulum, ex quo corpus transferendum erat, aperire tentauit. Quod tamen sine miraculo facere non potuit, donec Clero accidente, aquâ benedictâ confersus tumulus, ac thure suffumigatus, absque aliquâ difficultate ab eisdem discopertus est. Statimque odor suauissimus, mentes hominum ad deuotionem excitans, ex corpore beato spirare coepit, corpusque illud integrum, &c, ut alii qui ex iis quibus in vitâ notus erat asserebant, nec colore quidem deperdit, inuentum est.

Miracula in tumuli apertione.

11 Ad quod accedens Palumba vxor Ioannis de Montescianensi, priuata lumine oculi dextri sexennio, sanata est: idemque filia sue evenit. Nicolaus quoque & frumentum.

Corpus post 40. annos incorrumptum.

12 His autem quæ in translatione eius contigerant morbi alijs: diuulgatis, infirmitatibus oppressi, atque auxilio in quibusvis necessitatibus destituti, vndique ad tumulum Sancti confluentes, gratiam per intercessionem eius obtinebant. Maria de Tibure demoniaca 18. annis, moribunda noxiè homines, ac in facies omnium expuens, adducta ad tumulum Beati, exclamans, Senex cur me affligis? plures spiritus malignos (ut ipsamet fatebatur) evomuit.

13 Alia quoque mulier de territorio Celenensi 30. annorum, à nativitate dæmoniaca, liberata est.

f Sanata epileptica.

14 Nobili virginis filia Berin. de f Pilio, caduco morbo intantum afflcta, ut tribus diebus veluti examinis absque loquelâ maneret, Beatus in somno apparen, eam signo crucis signauit, monens ut ad sepulchrum eius accederet: quo facto conualuit.

15 Filiam quoque Nicolai Ray de Sorbo per 7. annos.

nos contractam, ei apparen, sanauit. Maria de g Cellis Ex Ezo. lumine sinistri oculi 20. annis priuata, asthema 7. annos 10. pafla, in inguine fistulâ tribus annis cruciata, ad tumulum beati viri liberata est. Martinus ex eodem loco ^{contractus} & mutus: sepulchrum diui viri, sanus domum reuersus est.

16 Theodorus Ioannis Porrei, & Rogerus miles de ^{jurdi duos} Luculo, ambo surdi; Ioannes quoque Girandus de Talacozio, duobus annis lumine oculi dextri priuatus, ^{luscus} tactu crucis lignæ, quæ ad Sancti caput in sepulchro inuenta erat, liberati sunt.

17 Monachus quidam h Cryptæ ferratae podagrâ & chiragri-chiragrâ afflictus, auditâ virtute Odonis, cùm nonnihil ^{cus:} de pannis illius accepisset, & Sanctum inuocasset, pristinam sanitatem recuperauit.

18 His & aliis plurimis miraculis Gregorius IX. summus Pontifex permotus, hoc an. MCCCXL. Pontificatus ^{inquiritur} sui XIII. IV. Id. Decembr. Abbatii Turoensi Reatinæ & mira-diceesis, & F. Petro Custodi FF. Minorum Mariscano, cula eius, Mariscanæ diceesis, commisit inquisitionem vita & ad canoni-miraculorum eius Diuui. Ex quorum instrumento publi-co, nobis ab Illustri & R. D. Paulo de Angelis Abbate, & SS. D. N. Pauli V. propter virtutes & doctrinam familiari ac commensali, communicato, exscriptissimus.

a Annum 1240.

b Garneultius habet, Nouaria.

c Iadera, vulgo Zara, urbs est Liburnorum in Illyrico, Archiepi-scopalis. Prolema tab. 5. Europa l'âdeqz roavia dicitur. Sic & Plinius lib. 3. cap. 21. Rursus in continentem colonia Iadera. ut mirum sit at Aut. Mirao V. CL. in Notitiâ Episcopatum insulam dici, nisi eam cui veritas à continente auellerit, quod tamen non produnt geographi. Iader insula in Indice Pliniano reperitur, sed mendosè. Verba Plinij sunt lib. 3 cap. 26. ubi de mille amplius insulis agit, quibus Illyrici ora frequentatur. Contra Iader est Lissa. Ait Iader ea-dem est qua Iadera, cui Lissa obiacet insula, alia alio nomine ap-pellata.

d Sedit à 6. Ian. 1188. ad 10. Apr. 1191.

e Circa Fucinum (lacum in Marsia celebrem, milibus passuum ferme 67. ab Vrbedistantem) caffella sunt, inquit Leander, Sancta-petrum, ad D. Ionæ, Paternum &c. Hæc tamen omnia cum populi frequentia, tum opibus Celanum longè vincit, iuxta montium altissimorum radices modico in colle Meridiem ver-sus, quod nobilissima Ciborum Genuensium familia possidet, Fucinoque lacui vulgatum hac memoriâ nomen Celani præ-buit.

f Vicus est, aut castellum, Pilium, Leandro quoque in Äquicolis memoratum.

g Leander: Dehinc summo in montis vertice Cellæ, tam dif-ficili asperoqæ aditu, magis ut esse haudquaquam possent. Vi-cine sunt Taliacotio.

h In Tuculano Ciceronis, quod Plinio teste lib. 22. cap. 6. olim Sylla Dictatora fuerat, S. Maria de Cryprâ ferrata, Gracanici in-stituti D. Basilius cenobium est.

VITA S. SABBÆ

ARCHIEPISCOPI SERVIÆ,

Auctore "Ioanne Tomco Marnauitio.

CAPUT I.

Progenies regia S. Sabba. monachatus.

*b Sec. XIII.
XIV. IA-
NYAR.*

*c Tres SS.
Saba.*



Res huius nominis, haec tenus illatos cælo præclaros sanctitate viros, Catholica veneratur Ecclesia. Horum primus & antiquissimus Sabba natione Cappadox, in Palæstinâ plurimorum monachorum Pater, quinto seculo Christiano post defensum Chalcedonense Concilium contra hæreticos, sancto fine clavuit. Alter d. Gothus sub finem eiusdem seculi, à Gotorum Rege Athanatico martyrio affectus, egregie triumphauit. Tertius est Sabba noster Simeonis Stephani Rasciæ Regis præclara soboles, qui decimote r-

tio seculo, morum sanctitate, regiam suorum proge-niem illustrauit. Rasciæ regnum, cùm præter admódum paucos nostrates, qui illius meminere, vix aliquis ex ex-tensis attigerit Scriptoribus, breuiter hæc aliqua de eo, simulque Regibus ipsis, perstringemus. Tellurem hoc ^{Rasciæ} regnum eamdem planè comprehendit, quæ ante Ro-origo, manum Imperium Dardania, mox & Moesia superior, sub Imperatoribus verò, quæ Danubium attingit Daciæ Au-reliani & Ripensis, sub declinationem Romanæ mai-estatis iterum prisco nomine Dardaniæ recuperato, deni-antiqua que inclinato imperio ac ferme extinto, f Sirbia, Ser-vocabula, bia, ac Serua, à Sirbis populis à Tanai fluvio populariter eò commigrantibus, postrem regnantibus in eâ Ne-maniae familiae Principibus, Rasciæ, siue à Russis, vel Ru-thenis, qui cum Sirbis Danubium transferant, siue ab antiquis Tauriscis, Iustino, Plinio, Ptolemæo, ibidem no-

Nnnn 4 tis, &

AUCTORE tis, & eodem loci descriptis, seu demum à Rascâ non ad-
TOMCO modum nobili fluvio, per tellurem eamdem stagnante,
MARNA- dicta est. Rascia nomen sub finem duodecimi Chri-
VITIO. stiani seculi, obtinuit, Nemiani stirpe rerum potente.

g 2 Huius gentis auctor Stephanus, in Tuglo Bos-
Principes, nensi oppido genitus, cum Lyubimirum filium magni
b animi iuuenem reliquistet, is virtute quæscum Tarno-
i uium territorium, ad Drinam fluuim in Sauum vndas
k voluentem, & Vroscio filio cum dignitate hominis à
Principibus Bosnensibus concessâ, transmisit. Hic Des-
f sam filium, Dessa tres liberos, dynastiâ semper adauitâ,
m reliquit hæredes, Miroslavum nimirum, Chressimurum,
n & Nemaniam, Magnos Comites appellatos. Horum
postremus, egregiâ operâ vicinis nauatâ Principibus,
o depresso, vel loco pulsis inferioribus Regulis, iis præ-
Reges: fserunt qui originem suam ad sanctissimi Principis Ma-
S. Saba- gni Constantini posteros referebant, n Nissenemque
auus, urbem cum adiacenti territorio, sub Constantinopoli-
tanorum Imperatorum tutelâ, Archontis titulo, tenuer-
p rauit. n Eâ tempestate Federicus Romanorum Impera-
tore, tor, dum ad sacrum Palæstina bellum, iter per Illyrica-
nas intedit prouincias, à Nemanâ in urbe Niſsâ regiæ o-
Reges: pulentia excipitur hospitio, non solum, sed maximis
S. Saba- præterea auctus muneribus, magnâ pompâ ad Thra-
auus, cium deducitur littus. Imperator indignum ratus, adeò
Reges: magnanimum hospitem absque aliquo grati animi ar-
S. Saba- gumento à se dimittere, Regis Seruiae titulo decoratum,
auus, perpetuum cum posteritate Romani Imperij declaravit
pater, amicum.

q 3 Hac occasione regnum amplissimè dilatatum Ti-
mater. homilo, & Simeoni, Stephano nuncupato, filii illud ob-
Reges: iuens reliquit, sed maiori filio breui parris fatum subeun-
Reges: te, vniuersa potestas in Simeonem recidit, qui per Bul-
Reges: garia, Macedonia, Epri, Dalmatia, que fines dilatato re-
Reges: gno, Stephani nomine retento, notios titulos inde sibi
Reges: comparauit: à quo consuetudo in posterum introducta,
Reges: vt primogenito in regno succedente, alter ab illo frater,
Reges: magnus Seruia Iupanus appellaretur. Tantâ hic dexteritate
Reges: regnasse fertur, vt omnium illius atatis Principum
Reges: gratiam & amicitiam conciliata haberer. Constantino
Reges: Strascimiro dicto, cuius maiores Rex Nemania parens
Reges: suus Nisseni principatu spoliârat, non solum ablatas di-
Reges: tio: es cum principatu p restituit, sed Gelizam quoque
Reges: fororem eius vxorem sibi accepit, ex quâ nobilissimam
Reges: filiorum triadem, vt mox dicemus, suscepit; licet eâ
Reges: mortuâ, Eudociam Alexij Imp. filiam, facem familie
Reges: suâ postea duxerit. Romanum tamen imprimis Pontificem
Reges: coluit, & loco patris in omnibus habuit, vt videre
Reges: est ex litteris Stephani eius filij, magni Iupani Seruiae ad
Reges: Innocentium III. sumnum Pontificem datis, quibus
Reges: postquam illum tamquam Patrem suum spiritualem fa-
Reges: lusat; Nos, inquit, semper consideramus in vestigia san-
Reges:cta Romana Ecclesie, sicuti bona memoriae Pater no-
Reges: ster. ita ille. Moriens itaque tres filios pius Princeps, ex
Reges: vxore Gelizâ reliquit, Vukšanum, Vencianum, & Ra-
Reges: scum. Vukšanus, Latinus, Vulkanus appellatus, tam-
Reges: quam primogenitus, regnum Dalmatia & v Dioclia
Reges: obtinuit; fratri Venciano, Stephano voce Græca inter-
Reges: pretato, Seruia Rascia, que principatu, cum titulo ma-
Reges: gni Iupani, fraternali & quæ ac Christianâ caritate conce-
Reges: so: inter quos & præfatum Innocentium Pontificem
Reges: plures epistolæ intercessere, vt in eiusdem Pontificis De-
Reges: cretali libro est videre.

Reges: 4 Rascus tertio loco genitus, viuente adhuc patre,
S. Sabas cùm ab infantia animum ad pietatem adiecisset, inde-
monachus que præ ceteris fratribus à patre diligenteretur, vbi primùm
in Atho- adoleſcere cœpit, aulicas turbas perturbans, insciis genito-
monachus ribus, domo prolapsus, ad sacros viros qui iuga montis
x Athos, ex Macedoniâ in Aegeum mare altera crepidi-
ne procurentis incolebant, sese recepit, qui locus eâ
tempestate Thebaidis Syriæque sacras solitudines refe-
rebat, confluentibus in illum verè sacrosanctum mon-

tem, idcirco à Græcis ἄγιον ὅπῃ appellatum, ex vniuer-
so Oriente non solum, sed & ex Occidente, solitarie vi-
tæ vndique amatoribus præsertim cum per ea tempora imperan-
Constantinopolitani Imperij clausi, sicuti & eiudem *ribus Con-*
Ecclesiæ temperamentum, penes Latinos extaret. y In- li Latiniss:
eunte enim tertio decimo Christiano seculo, Baldwinus
Cornes Flandriæ iturus in Palæstinam, prius operâ Ve-
*netis Iadrensi bello nauatâ in Dalmatiâ, cum mox eis-*y**
dem coniunctis viribus, Alexio Isaaci Angeli filio, qui
per Alexium Comnenum tyrannum folio paterno fuerat
deiectus, in auitum regnum restituto, paullò post eodem
Principe, vix regni gustatis primitis, per Murzu-
phlum vnu ex Proceribus Græcis, regno vitâque detur-
bato, Constantinopolitanum Imperium impio parrici-
dæ cripuerat, illudque cum sociis diuiferat, ita ut fasci-
bus regni apud ipsum manentibus, Patriarchalem thronum
Veneta natio suppleret, Aegei maris insulis eidem
genti concessis, Bonifacio vero Montisferrati Marchio-
ni regno Thessaliam cum insulâ Cretâ, Gothifredo
Francico Dynastæ, Athenarum & Achææ principatu: ita
ut vniuersa Græcia Europæ ad Romani Pontificis o-
bidentiam trâsitum faceret: cuius summa potestas per
eas oras viguit a sexaginta ariñorum spatio, dum post
Baldwinum Hentricus eius frater, tum Petrus Antiphio-
*dorensis, huiusque filius Robertus, & demum alter Bal-
duinus habenas Græcanici regni tenuerunt. Quâ occa-
sione Constantinopolitanis Præfulibus, sicuti Græcia,
ita etiam adiacentium regionum populis in Catholicâ v-
nitate retinendis, toto nîu intentis, pietas extincta fer-
pater ex
mē per eas partes breui reuixit. Exemplo filij pius pater,
Rege mo-
regno duobus natis relicto, valedicens Eudocia, Alexij
nachus.
Regis Græcorum filia, quam post mortem prioris du-
Lib. 3. A-
xerat coniugis, in Papicio monte, teste Nicetâ, monasti-
lexij An-
*geli. cam vitam arripiuit.**

a Editit hanc Vitam in libro qui Regia Sanctitatis Illyricanæ
 fœcunditas inscribitur, ac Roma editus est an. Ch. 1630. Ferdinandu-
 do III. runc Hungarie Regi, nunc Cesari Augusto, dicatus, & Emi-
 nentissimo Cardinali Franciso Barberino. Ipse autem Tomius postea
 creatus est Episcopus Boñensis. Nos vitam in capita partiti sumus, &
 Scholia addidimus.

b Imò plures, ut hoc opere nostro ostendetur. Nam præter Iulia-
 num cognomento Sabbam, quod Scenam vel Priscum significat, de
 quo agemus 18. Octobris, alium hoc ipso 14. Ianu. dedimus Sabbam
Plures
monachum Sinaïtam & Martyrem.

c Celebrrimus, non antiquissimus. Natus est Imp. Theodosio
 XVII. Consule an. Ch. 439. mortuus an. 531. s. Decemb. ut breuiter
 dictum 20. Ianu. ad Vitam S. Eusebym num. 12. & 15. in prolegom.

d Acta eius dabimus 12. Aprilis: in his dicitur martyrio coro-
 natus quintâ die sabbati post Pascha, hoc est, pridie Idus A-
 prilis, Valentianio & Valente Imperatoribus, Confulatum ge-
 tentibus Modefto & Arintheo an. Ch. 372. quo Pascha incidit in
 8. Aprilis. Obiit ergo seculo 4. non sub finem 5. & Magno Sabbâ se-
 nior est.

e Quibusdam Myria. Ptolemaio lib. 3. cap. 9. Myria superioris
 partem Macedonia proximam à Dardanis incolis scribit. alij aliter:
 quorum opera præsum non duximus, sententias in medium afferre.

f De Seruia & Rascis consimilita scribit Leunclausius in Pan-
 deinde historia Turcica cap. 37. De celebriorum ciuitatum situ agitur
 in epitome rerum Hungar. Petri Kanizani, indice 2.

g Ab hoc fore familia auctore Stephanii nomen omnibus illius
 gentis Regibus commune deinceps fuit, ut alibi Casaris, Pharaonis, Rassia Re-
 Ptolemai &c. quod tradit Bajlinus Joannes Heroldius in tabula Ge-
 nealogia ad Nicoram, Gregoram, & Chalcondylam.

h Ternouiza modernis Geographiis, proprie fontes Drina flumij, quæ
 Seruia attingit Dalmatiam, intra cuius olim fines inclusa.

i Drinus Ptolemaio lib. 2. Geogr. cap. 17. Ab eodem, inquit, Drinus fl.
 monte Dalmatia, alias annis defuit Drinus nomine, qui in
 Saum fluvium exit.

k Thurocius in Chronico Hungarorum par. 2. cap. 63. Vros ma-
 gnum Comitem vocat, cuius filia circa an. Ch. 1130. nupsit Bela

II. Caco, Regi Hungariae, eisq; Gejsem II. poperit, qui deinde Rex fuit.

l Ideo Manuel Imperator bellum illi indixit, apud Nicoram lib. 5.
 Audicerat Manuel, inquit, Seruorum Principem, inquieto &
 infatiabili ingenio hominem, Stephanum Neemancem, iusto
 audaciorem factum, finitima quæque inuidare, ac populares
 suos grauiter premere ferro grallantem, suæque fortunæ obli-
 tum Crabatiam & Cattarorum dominatum sibi vindicare &c.

Obiit Manuel an. Ch. 1180. cum paucis ante annis Neemani bel-

lum insulasset, & ad fidem sibi seruandam cœgisset.

m Ptolemaio Nefus Dardanias urbs, Antonino & Cedreno urbs Dar-

Nefos, modernis Geographiis Nisi, ad Ibarum fluvium, qui à daniis.

Naissus

Moravia

Mores ab orpus in Danubium effluit. De eâ urbe quorundam Imperatorum Sede multa eruditè disputat Michael Alfordus nosier lib. de Constantini patriâ cap. i. sed. 1. §. 3.

n Capitâ à Saladino Hierosolymâ 4. Octob. an. 1187. Fredericus vere sequente iter in Orientem suscepit.

o Arnoldus Abbas Lubecensis lib. 3. Chronicis Slavorum cap. 29. post descriptum iter Imperatoris ultra Sauum fluvium, addit: Quingenenti Serui pabulatum exentes sagittis ab hominibus illius regionis, qui Serui nuncupantur, interfeciti sunt. Alterâ autem die venit Dux eiusdem gentis, & fecit Domino Imperatori hominum, suscipti ab ipso terram suam iure beneficiario.

p Regia Sede Naïs Bodonem, sive Budonum, quod oppidum Danubio adiacet, translatâ; cuius meminit Thurocinspar. 3. cap. 33.

q Era Alexij Angeli teria filia, quam eo in Palastinâ oberrante Iaiacus patruus despondit Stephano filio Neemanis, Triballorum Principi. Nicetas lib. 3. Alexij.

r Napta dein alteri Stephano, huius filio, de quo incestu, eiusq; ultione, consuli potest Nicetas.

s Prefuit Ecclesia ab 8. Ianu. 1198. ad 17. Iulij 1216.

t Nicetas Bologn, Volcus dicitur.

v Ptolemaeo Doclea urbs, Latinis ferè Dioclea, Diocletiani patria. Regio, cuius illa erat caput, eodem nomine dicta videtur, quare & Docleata populi apud Ptolemaum.

x Cantacuzenus ob frequentiam monasteriorum sanctum mon- mōs à mo- nachis ba- bitatus. tem- possum passim & celestem ciuitatem appellas lib. 2. cap. 39. ipsos mo- nachos viros sanctos lib. 2. cap. 40. à Deo afflatos, lib. 4. cap. 24. ceteris sanctimonîa præstantes lib. 3. cap. 34. Adhuc hoc tempore sub Turciis, teste Leonclauio in Pandecte Historia Turcica cap. 17. super sunt viginti tria monasteria, quorum singula olim à 200. aut 300. monachis fuere inhabitata, nec exiguis nunc eorum numerus est.

y An. Ch. 1204. 12. Aprili feria 2. hebdomadis 6. Quadragesime capta est à Latinis Constantinopolis, teste Nicetâ, apud quem, uti & Nicephorum Gregoram, Georgium Logothetam, Greco, & plures Latinos, descripta hac imperij mutatio.

z Nicetas vult Cretam à Genuensibus occupatam. Blondus De- cade 2. lib. 6. à Venetis.

a a Imò 58. tantum, cum Constantinopolis à Gracis recuperata sit anno 1261.

CAPT II.

Archiepiscopatus Seruiae. Obitus in Milesceno monasterio.

*S*Q uo tempore regius adolescens Rasco, Sabba inter cœnobitas dictus, post magna virtutum incrementa, ad maturam ætatem progressus, mortuo Theodooro Seruensi Episcopo, in eius locum vel inuitus sufficitur. Vrbem Seruiae ne quis totum regnum pro ea accipiat, Ioannes Cantacuzenus Imperator ita illam describit: Seruia vrbs non parua, ad confinia a Botiae, &

b b Thessaliae iacet; aedificata est super montis ardua pro- minentia, statimque à principio semetipsa altior, sicut est, accedenti apparent. In ipso autem iugo montis definit tripli muro distincta, & intersepta, vt foris existimes tria esse oppida, aliud post aliud, vtrique vallisibus pro- fundis circumdatur. Hæc & plura cap. 19. lib. 4. Cuius Ecclesiæ curâ, post instantissimas populorum Regisque ac magni Iupani fratrûm preces, tandem suscepta, ita suo pastorali muneri fecit fatis, vt Constantinopolitanus Patriarcha in omnibus sua curâ partibus, quacunque Illyrica lingua vsus habeatur, ei suas vices cum am- plissimâ auctoritate demandaret; vnde vulgo tamquam alter & Patriarcha est habitus. Præcipua tamen ei cura fuit circa Seruensem Ecclesiam, quam, ob schismatice- rum vicinitatem, silvescentem potius agrum, quam bene cultam vineam, inuenierat: quamobrem totis in eo viribus incubuit, vt ab erroribus repurgatam, cultui pie- tatis Catholicæ restitueret. Quo in negotio pastorali ipsius follicitudini magno adiumento fuit, auctoritas regij sanguinis, fratrumque regnantium fauor, spectatissi- ma pietati coniunctus. Præteritum cum non ita pridem, vtriusque Principis Christianâ industriâ, Concilium na- tionale in illis partibus, Romani Pontificis & Innocentij auctoritate, fuisset celebratum, præsidentibus Ioanne Sedis Apostolicae Capellano & Simone Subdiacono Legatis, in eoque saluberrimæ constitutiones, pro refor- matione Cleri tam Dalmatiae quam Seruiae & Diocliae,

c & Vicaria Patriarcha Constanti- nopolitani,

d Concilium nationale celebatur.

editæ fuissent, subscriptibus Ioanne & Dioclen. & An- AVCTORA
tibaren. Archiepiscopo, Dominico Archipresbytero AN- TOMO
tibaren. Episcopisque Petro Scutaren. Joanne Polatien. MARN.
Petro Druasten. Dominico Suacien. Natali Dulcinen. VITIO.
Theodoroque f Seruien. magno applausu Vuksan Re- e
gis, Vencianique Principis: in eo siquidem comproba- f
tum fuit, quantas vires pietas cum auctoritate regia con-
iuncta in excolendis silvescentibus Ecclesiarum agris ha-
beat; cum breui tempore non tantum Seruensis eius
sponsa, sed omnes circumcircâ positæ Christianæ plebes,
in antiquum pietatis nitorem restorescerent.

6 Pastorali eius indefessa sollicitudini, regio sanguini- moderatus
ne roboret, dos altera summis quibusque Præsulibus & indu-
imprimis necessaria, discretio nimis, proximè iuncta strius in
accessit; cum enim populi sibi per vices Constantinopo- varius na-
litani throni commissi, ex Gracis, Latinis Illyricisque, ri- tionibus
tu scituque discrepantibus, constarent; miseriisque sedi- pacifico re-
bus plerumque inter se agerent; ita eorum saluti promouenda, ita pacis inter eos concilianda, Christianâ dexteritate prudentiâque se geslit, vt ex diuersissimis
gentibus, moribus, animis, omnium in sui amorem &
obseruantiam adtractis, eos tamquam vnius familie plebeculam, caritate mutuâ coniunctos efficeret. Adau-
xit præstantiam discretionis, in nobilioribus stemmati- diligens in
bus rara virtus, affabilitas; quâ vt neminem ad se acce- visuanda
dente exclusit, ita non nisi latum abscedere permisit;
in perlustrandis & adeundis piotum gregibus, nullâ lo- diacessi:
corum distantiâ, asperitate, gentiumque ferociâ deterri-
potuit vñquam, quô minus ad omnes accederet, cunctis
que paternas aures & pectora aperiret.

7 Aliquando tum prisca educationis memoriâ, tum munericæ exequendi officio, cum ad cœnobia sancti inuisit
montis, quem ex Macedoniâ in Ægeum procurare di- monasteria
ximus, accessisset, sacramq; illam turbam, plurimis in monte Atho:
g Lauris, id est domiciliis, iuxta diuersarum linguarum propriates, distinctam inuiseret; subiit præclarum inter præcipua loci cœnobium, in quo plurima iuuentus, iuventute
iuxta illorum temporum consuetudinem, secularem postea vitam acturâ, inter Deo sacratos viros, institue-
batur. De quorum statu, speque cum loci Præsidem interpellasset, ilque prorsus in eiusmodi iuuentute edu-
candâ, vt pote quæ nec minis, neque flagellis ab innatâ fe- mones
rocitate quicquam remitteret, oleum & operam amitti Præsidem
conquereretur; sanctus vir, Præside in partem, sed co- in erudien-
ram senioribus, accepto, interrogavit hominem, vtrum aâ iuuen-
expedire teneras arborum plantas, ita ab iniuriis tem- tute nimis
porum seruare munitas, vt radicatae inter septa, muro- seuerum.
rumque arcta propugnacula, & solis & venti fœnitatem ignoraret, & vtrum ab eiusmodi plantâ maturâ arbo-
ris vñquam sperare posset incrementa? Cumque ille re-
spondisset, nil minus quam quid tale ab eiusmodi cau-
telâ, tum Sabba: Ergone ingenuis parentibus, claroque
sanguine nata soboles, duris quâ arbor vilissima, cuiq;
inseruita, erit educanda? Et quid mirum nobilissimo-
rum natalium prolem, nullis virtutum incrementis au-
geri, dum fœnitamarum ferarum instar, carceribus, fla-
gris, omni denique inhumanitatis rigore, inter viros
Deo sacratos ad diuina æquæ ac humana fastienda ad-
igitur? Et qui fieri poterit, inquiens, vt vñquam vel ve-
stri vel rerum à vobis propofitarum capiantur affectu,
dum vos durissimis exactoribus immaniores experiu-
ntur? Tenella planta iuuentur à rigidioribus tempesta-
tum turbinibus est illa quidem præseruanda, eo tamen
temperamenti tenore, vt suauiores salubrium ventorum auræ, iucundioresque solis radij, minimè illis opportu-
no tempore denegentur. Quod si fiat, & iuueniles plan- bus
tas beneficentissimorum agricolarum spem non elufu-
ras, & iisdem agricolis nulla vel minima fastidia allatu-
ras. Statuarios etiam, metallorumque fabros, nequa-
quam perpetuis iictibus efformando signo insultare, sed aliquando post malleos ad limaturas, & ab iis ad vñctio-
nes, & moliores extensiones, manum admouere. Quin
interdum ne limaturis plus nimio rigeant, vel vñctioni-

AUCTORE bus pulueri inhærendo modum præbeant, ventorum auræ solaribusque radiis exponi. Humanis quoque corporibus non eosdem cibos omnibus conducere, sed pro natura diuersitate alimenta subministrari debere. Eamdem rationem in animis pertractandis, ad virtutem efformandis adhibendam. Secùs ex hominibus, vniuersali Reip. detrimento, belluas fieri: idque eorum culpâ, qui belluini modis similes sibi iuuenies informant. Iterum atque iterum mente reuoluerent, an vllibi gentium plantas audiuerint, quæ vbi primùm radices tenellas solo infixerint, maturos fructus proferant? Pristinos aetatis annos in memoriam reuocarent, examinarentque an primâ adolescentiâ, eâ iudicij grauitate, morumque præstantiâ viguerint, quâ iam graues annis aliis exemplo prælucerent? Ipsa frugum semina priùs humidâ sub tenuore nisi putrescant, in herbam assurgere nequaquam; herbam porrò non nisi post alternantes tempestatum anni vices ventorumque pluuiarumque simul, ac radiorum solis indulgentiâ in aristam & spicam, ipsaque demum viuctualia grana coalescere. Iis plurimisque alii paternis monitis, & piæ iuuentutis ingum, ad illam diem vix tolerabile, saltem inutile, ne perniciosem dicam, alieauuit, & ipsis moderatoribus, molestissimæ curæ onus reddidit suauissimum.

Archiepiscopatu[m] relictio sit monachus: Hisce dotibus Seruensi Ecclesiâ, aliisque plebibus egregiè institutis, post plures annos in pastorali officio vtiliter exanthlatos, pristinæ soliditudinis, & vni sibi vacandi desiderio, tandem obtinuit, vt solutus ab Ecclesiâ suæ vinculo, antiquos montis Athos recessus repeteret: ita tamen, vt & alibi monasticam vitam agentibus, aliquando sui presentiam non denegaret. Hinc dierum meritorumque plenus, demum in Mileseuo cenobio intra auras ditiones constituto, terrenâ sarcinâ depositâ volauit ad celos die quartadecimâ Ianuarij, circa quinquagesimum tertiidicimi seculi annum.

Botiae regio. Hisce dotibus Seruensi Ecclesiâ, aliisque plebibus egregiè institutis, post plures annos in pastorali officio vtiliter exanthlatos, pristinæ soliditudinis, & vni sibi vacandi desiderio, tandem obtinuit, vt solutus ab Ecclesiâ suæ vinculo, antiquos montis Athos recessus repeteret: ita tamen, vt & alibi monasticam vitam agentibus, aliquando sui presentiam non denegaret. Hinc dierum meritorumque plenus, demum in Mileseuo cenobio intra auras ditiones constituto, terrenâ sarcinâ depositâ volauit ad celos die quartadecimâ Ianuarij, circa quinquagesimum tertiidicimi seculi annum.

Castoria vrbis. Hisce dotibus Seruensi Ecclesiâ, aliisque plebibus egregiè institutis, post plures annos in pastorali officio vtiliter exanthlatos, pristinæ soliditudinis, & vni sibi vacandi desiderio, tandem obtinuit, vt solutus ab Ecclesiâ suæ vinculo, antiquos montis Athos recessus repeteret: ita tamen, vt & alibi monasticam vitam agentibus, aliquando sui presentiam non denegaret. Hinc dierum meritorumque plenus, demum in Mileseuo cenobio intra auras ditiones constituto, terrenâ sarcinâ depositâ volauit ad celos die quartadecimâ Ianuarij, circa quinquagesimum tertiidicimi seculi annum.

Patriarcha Seruiae. Hisce dotibus Seruensi Ecclesiâ, aliisque plebibus egregiè institutis, post plures annos in pastorali officio vtiliter exanthlatos, pristinæ soliditudinis, & vni sibi vacandi desiderio, tandem obtinuit, vt solutus ab Ecclesiâ suæ vinculo, antiquos montis Athos recessus repeteret: ita tamen, vt & alibi monasticam vitam agentibus, aliquando sui presentiam non denegaret. Hinc dierum meritorumque plenus, demum in Mileseuo cenobio intra auras ditiones constituto, terrenâ sarcinâ depositâ volauit ad celos die quartadecimâ Ianuarij, circa quinquagesimum tertiidicimi seculi annum.

C A P V T III.

Publica veneratio.

S. Sabba **9** **V**ita eius fusiori stylo prosequendæ non deficit occasio, ex iis monumentis quæ à solitariis viris Athos incolentibus collecta, ad memoriam posteritatis habentur transmissa. Verùm cùm ea Græcâ fide labora corporis 350. re non ambigamus, vt pote posterioribus temporibus annis inter conscripta, quibus extincto Latinorū imperio in Græciam, Latinæ quoque sinceritatis puritas evanuit, Palæologis regnantiibus Principibus: quæ tamen ad nostra tempora, sanctitatis eius comprobanda admiranda

contigere, breuiter subtexam; & quidem præclarum illud & sanctitate celeberrimorum virorum proprium, corpusculi nimirùm eius integritas, per trecentos quin- magno quaginta annos, magno peregrinorum concursu cele- concurſu brata fuit, tantâ omnium membrorum consistentiâ, vt honoratur: recenter extincti hominis cadaver appareret: indicio absque dubio puritatis eius Angelicæ, cuius sacræ reliquæ violatio, quanti steterit sacrilegis, nostrâ ætate, admirando successu spectatum est.

10 **S**iquidem Sinanus summus Ottomanicæ Auke purpuratus, alter Pompeius, siue Belisarius habitus, quippe qui Tunetano regno in Africâ ex Hispanorum manu erepto, Persico regno in Asia ad extremas angustias magnis reportatis & victoriis redacto, demum in Europâ, captâ munitissimâ vrbe Laurini in Vngariâ, Germaniæ Italæque, ne dicam Christiani orbis propugnaculo, ob defectio- nem & vni- cum plurimis aliis magni momenti arcibus & oppidis doris per Vngariam, cùm post tot victorias & triumphos ac- cepisset, Christianos iugo Turcico pressos S. Sabbæ o- norū eum colentium, pem implorans, nonagesimo quinto anno sextidecimi Christiani seculi, **a** Strigonensem vrbum Vngariæ metropolim, Vissegradum Pannoniorum olim Regum sedem, Vaciam pariter, & Chanadium Episcopales vrbes cum aliis plurimis, per Vngariam, Transyluaniam, Slavoniamque & Croatiam, in Christianam libertatem vindicasse, Transyluanorum Principe Sigismundo, & Michaële Valacchorum, à Turcarum amicitiâ recedentibus, Bulgarosque ac Seruos, S. Sabbæ imagine, militaris vexillis exornatis, cum prefatis sentire Principibus, & occulta agitare consilia, coacto centum milium militum exercitu, in Seruiam irrupit, belloque reliquiis sancti Episcopi indicto, ad Mileseuum oppidum, vbi magnâ veneratione cultæ habebantur, adiulat, ac sacram corpus tumulo extractum, flamnis incendit faci- tur anno legis. Constanus adhuc fama, Turcarum æquè ac Christianorum testimonio roborata, perseverat, vbi primùm flamina sancti viri corpus inuasit, ab ipso rogo, ad cælum usque, magnâ barbarorum confusione, mille coloribus speciosam diutius Iridis instar perseverasse nubeculam, incertum, cælestisne tutelæ circa sacras reliquias indicem, an infelicissimæ clavis Turcarum, que sacrilegum facinus statim est consequuta; cum ipsius impij Ducus infami post cladem interitu, portentum: à paucis siquidem Vngaris & Valachis, potentissimi exercitus Imperator, ad illam diem victoriæ ubique, fusus, inter prelium fugam coactus; cùm post fugam iterum in- flaurato milite, cum Sigismundo Transylano, longè in- superioribus copiis stipato, manu collatâ, fortunam tentare voluisse, iterum fusus & fugatus, Byzantium ex fugâ repetens, cuius virtus militaris ex Asia, Africâ, Europâ triumphos retulerat, vbi semel eadem virtus impi, sacrarum reliquiarum, afflata est incendio, Deo, qui capitulos capitis seruorum suorum facrofanceto numero vult esse intactos, barbaricum sacrilegium vindicante, perpetuo dedecore, funesto fine vitam conclusit.

II **Q**uām porrò cultum & honorem Deus reliquias serui sui exhibitum gratum habuerit, quibusque beneficentia sua muneribus eiusmodi cultores cumulauit, nobile monumentum in familiâ Cossaciâ, inter Patricios Venetos illustrissimâ, est videre. Hæc enim quamvis, beneficio Regum Bosniæ ac Seruiae, amplissimum olim Du- principatum, ex intimis Dalmatiæ visceribus ad Darda- catum S. Sabe obti- longitudinem obtinuisse, non alio tamen quām S. Sab- bæ Ducatus nomine, illum appellavit; ipsosque Duces re- gnantes, Custodes sepulchri S. Sabbæ dici & esse voluit, Custodes adeò vt in ipso stemmatis gentilicij ornamento Leonem sepulchri clauem attollentem superpositum gestet. Hinc licet ante centum annos principatu ab immanni hoste occupato, vertere solum coacta fuerit, tanti Sancti patrocinio, sumorum Principum affinitatibus eminentissima, inter Venetos locum Patriciorum retinens, eorumdem pro- uentuum

uentuum reliquias vitam traducit, quos olim florentibus eorum rebus Respub. Veneta pro Catharenis urbis proprietate, Ducibus S. Sabae soluere pacta condione tenebatur: adeo nullâ diurnitate temporis impensa Dei famulis obsequia, benignitate diuinâ destituuntur.

Colitur S. Sabas 14. Ianuarij ab Illyricis.

12 Viget Illyricanæ non solum Ecclesiae, sed ipsis, quorum intolerando iugo maximâ ex parte eadem premitur Ecclesia, Turcis nobilis annuâ celebritate ad uniusdegitum Kalendas Februarij S. Sabæ memoria: quam fracto tyrannico iugo, eiusdem sancti Patris ac ceterorum regiæ fecunditatis Illyricanæ Sanctorum patrocinio, futuram semper faustum speramus. Hæc de sanctissimo Praefule, ipsis hodie Christiani nominis hostibus Turcis, & vniuersis Catholicæ euerforibus schismatis, nedum Catholicis nostratibus, culto in primis: cuius sacræ reliquiæ licet ab impuro Sinano fuerint flammas combusæ, manet tamen, & sacro loco & sancti viri tumulo, in eodem sacro loco, ubi semel quieuit, idem honos, qui prius, assiduâ Illyricorum peregrinatione solenniter attestatus. Et quidem Nemaniaæ familia Principum, mira solidæ pietatis ad eorum penultimum Stephanum parviciam, non solum, sed etiam operâ Græculæ coniugis Helenæ (adèò huius generis Helenæ perpetuâ regnis ferales extitère) Catholicæ Romanæ unitatis ab auis suis religiosissimè cultæ, desertorem, aliqui magni animi virum, extitit obseruantia, vt ex innumeris per vniuersum Illyricum ad ipsa sacra Palæstina loca, sacratissimæ Deo dicatis à fundamentis, vel regali splendore ornatis, bona ex parte adhuc inter Turcicos furores extantibus, est videre.

Pictus Regnus Rascia erga S. Nicolaum:

13 Gratissimum porrò omnium pitorum huiusc familiæ operum Deo fuisse pretiosissimam illam ex puro argento amplissima formâ iconiam, D. Nicolao in Barensi basilicâ ab Vroscio Stephano Rege dicatam, vel inde appetat, quod ab eo tempore, quo in venerandi sacrarij penetralibus eiusdem basilicæ pretiosa seruatæ iconia, nulla temporum calamitas, aut offensi Dei vindicta ira, Barense urbi, vel regioni proximæ incubuit, quæ aspeçtu solo caelo gratae imaginis, per vias urbis circumlatæ, non resederit, aut conquieuerit, vt vitæ S. Nicolai, & iconiæ ipsius disertissimus & eruditissimus scriptor & illustrator Antonius Beatillus, Barensum ciuium de-

cus, g superius à nobis, sed numquam satis superque laudatus, ingenti volumine nuper edito testatur: cuius iconia nobilem descriptionem, vt apud illum lector maritum volupitate poterit contemplari, ita regiæ inscriptionis epigrammate sub ipsâ sacrâ iconiâ insculpto vt hîc valeat delectari, illud ipsis verbis expressissimus.

14 Anno Domini MCCCXIX, mensi Junij, secundâ Indictione, Vroscius Rex Rascia & Diocleæ, Albaniae, Bulgariae, ac totius maritimæ de Culfo Andriano à mari usque ad flumen Danubij magni, præsens opus altaris, iconiam magnam argenteam, lampades & candelabrum magna de argento, fieri fecit, ad honorem Dei, & beatissimi Nicolai, cuius, Obrado adstante Decatarâ, filio Desislaua, fideli & experto, à prædicto Rege, super dicto opere deputato, & nos Rogerius de Inuidia Protomagister, & Robertus de Barolo Magister in omnibus præfatis, opus de prædicto mense Junio incepimus, & per totum mensem Martium anni sequentis, tertia Indictione, fideliter compleuimus.

15 Quo elogio pietatis, maximi Nemaniaæ Regum, variis connubiis vicissim meis atavis junctorum, finem pro nunc, regiæ sanctitatis Illyricanæ fecunditati, finem imponimus: Regique seculorum immortalis & inuisi-^{Marnau-tius iu-sanguine-inclusus.}

b. An. Ch. 1574.

b. Ipsas Turcas sapè à Persis profigatos, ideoq; Sianum an. Chr 1579, relegatum scribit Spondanus.

c. An. Ch. 1594. Describitur ea ob scidio lib 28. Historia Hungarica à Nicolao Istuanfo. Recuperatum est eximio stratagemate à Comite Suvarzenburgio an. 1598. idem lib. 31.

d. Agit de interceptis his urbibus, & viatoris Christianorū contra Sianum, idem Istuanus lib. 29.

e. Catarus vrbs Dalmatia in finu Risonum sita, ciuibus frequens, agrum amplum & bene habitum habet. Ita Coriolanus Catarus Cepio Dalmata lib. 3. Geitorum Petri Mocenici Imperatoris Venetae vrbs.

f. Ad hanc missus est S. Petrus Thomasius, vt ad illius vitam dicetur 29. Ianu. cap. 3. & in Prologom. §. 1. Bulla Pontificia Innocentij VI. ad hunc Stephanum, eiusq; coniugem Helenam, & filium Orosum, extant apud VVaddingum post vitam eiusdem S. Petri & in Annalibus Minorum ad an. Ch. 1574.

g. Potissimum in Vitâ S. Ireneæ Virginis & Martyris.

h. Lib. 7. cap. 2. 6. ubi plura de his Regibus commemorantur.

DE B. ODORICO, siue ORDERICO,

DE PORTV-NAONIS, ORD. MINORVM,

VTINI IN FORO-IVLII.

ANN. MCCC-XXXI. XIV. IA- NVAR. Portus Naonis & Vinum vrbes:

b. B. Orderici mo-numentum:

I Portus Naonis, siue Portus Naonus, Italæ Pordono, Germanæ Portnaw, & Vtinum, siue Vtina, valgæ Vdine, Fori-Julij ciuitates sunt: hæc ampla, & totius regionis caput, ac Sedes Patriarchæ Aquileiensis: illa minor, muris tamen cincta. Eæ Aliquando Austria Archiduces porti, se pafim Dominos Portus Naonis scribunt. Eius insignia in Maximiliano II. Imperatore describit Ioannes Jacobus Chiffletius de auro vellere num. 63. Plurimum utramque urbem exornauit B. Odoricus, siue Ordericus: Vtinum morte, ortu Portum Naonum. In utrâq; monasterium est ordinis S. Francisci. Vtini condidit Raimundus Turrianus, ex Episcopo Comensis Patriarchæ Aquileiensis, circa an. Ch. 1279. vi eo anno num. 30. Lucas VVaddingus tomo 2. Annal. Minorum. Id nunc tenent qui Conuentuales vocantur, vt auctor est Franciscus Gonzaga par. 2. de origine Seraphica religionis, prouinc. S. Antonij. Conu. 6. Originem alterius in Portu Naono non reperimus. Eius meminimus Gabellus, de quo mox, qui hoc monumentum B. Orderico ibidem in Ecclesiâ ereditum recitat: B. Odorico à Portu Naonis Ord. Min. Conu. qui omnibus ferme infidelium regionibus peragratissimas maximas Indiae prouincias ad fidem conuertit, viuenque mortuum ex tumulo post sex dies excitauit. F. Hier. Ast. Pol. MDXCIV.

2. Vitam B. Odorici conscriperunt Petrus Rodulphi lib. 1. historiarum Seraphica religionis, Marcus Vlyssiponensis par. 2. eius Vita, Chronic. Minorum lib. 8. cap. 18. 19. 20. 21. Lucas VVaddingus tomo 3. Annal. Minorum an. Ch. 1331. Citant ambo vetusta Chronicæ, & Miracula LXX. authentica, Patriarchæ Aquileiensis insu conscripta à Melioratio Canonico Vtinensi & Mapheo Casino, qua non vidimus. Ioannes Baptista Gabellus à Portu Naonis in folio patenti edidit Vtini an. Ch. 1635. hymnum in laudem B. Odorici, versu Iambico dimetro, cum aliis quibusdam antiquis sanctimonia publicè testata monumentis. Ipse etiam B. Odoricus preter varios sermones & epistolæ scriptis historiam peregrinationis suæ ac librum de diuersis ritibus & scriptis & conditionibus huius mundi, vt tradunt Henricus VVil-lottus in Athenis Orthodoxorum fodalitij Franciscani, & ex eo Possevinus noster in apparatu sacro, ac Voſius de Historiæ Latinis: verum ea ipsa est historia peregrinationis, & à VVaddingo num. 14. liber de Mirabilibus mundi appellatur, vbi hac de eo profert ex Rodulphio ferè descripta. Mirabilia, inquit, sunt quæ se vidisse in illis regionibus recenset: scriptis enim, seu potius dictauit, dum iaceret infirmus, Fr. Guilielmo de Saxoniâ Scriptori, ita iubente, & importunè imperante Fr. Guidotto Ministro prouinciae S. Antonij quæcumque

E X V A - quæcumque vidit prodigiosa in regionibus Orientis, in-
scriptusque est liber de Mirabilibus mundi, in quo plura
iudicabit lector incredibilia, nisi fidem adstruat vel ex-
torqueat sanctitas auctoris. In peruetufo Codice MS. quem
beneficio Ioannis Gamansij nostri obtinuimus, extat ea historia
sub hoc titulo: Descriptio terrarum Fr. Odorici de Foro-
Iulii. cum appendice rerum ab eo narratarum Fr. Marchisino
de Bayadon Ordinis Minorum. Quæ omnia vñ. cum brevi
relatione obitus & miraculorum descriptis in hoc nostro Codice
Fr. Henticus de Glats ord. Minorum Pragæ an. Ch. 1340.
ab obitu B. Odorici p. Precipua solum decerpsumus, quæ B. Odo-
rici zelum demonstrant in Christiana religionis propagatione
indefessum planeq; magnanimum, quo adscitis quamplurimis
sociis eodem tempore velle videbatur vniuersum Orientem fidei
lumine collusfrare. Reliquam eius vitam ex Annalibus VVaddingi
mox proponimus ut sanctitas auctoris cognita eius scriptis si-
dem conciliet.

3 De hac eius historiâ, vita sanctitate, & publicâ veneratio-
ne Bartholomæus Pisanius sacre Theologie Magister lib. 1. de con-
formitate vite S. Francisci ad vitam D. N. Iesu Christi par. 2.
sanc*t*itatis **a*ius testi-***
monium,
& publica
veneratio-
ne:
nus:
quæ in Patriarchatu Aquileiensi est canonizatus. Hic
Frater Odoricus quemdam Fratrem Minorem sex dies
habentem in monumento, precibus sororis à mortuis
fusciuit, quem vidit suscitatum F. Henricus Generalis
Minister, vt mihi Magistro Bartholomæo dixit ipse ore-
tenus. **H**enricus iste cognomento Alferius electus est Minister Flo-
rentia an. Ch. 1387. atque anno Ch. 1399. in Capitulo generali
Aysisi approbavit librum Bartholomai Pisani. Vnde constat in-
tra duodecim annos intermedios hac scripta fuisse, 50. aut 60. an-
nis ab obitu B. Odorici. Idem Pisanius conformitate 11. hac ite-
rini confirmat: Custodia, inquit, Foroiulij habet locum de
Vtino, in quo iacet Frater Ludouicus Odoricus suis vir-
tutibus in Patriarchatu Aquileiensi canonizatus, qui
quasi totu[m] orbem perambulauit prædicando & infor-
mando.

4 Franciscus Gonzaga part. 1. inter Seraphici ordinis Bea-
tos hoc Orderico elogium tribuit: B. Odoricus Forlicensis,
vit sanctus atque deuotus, qui Asiam & Indiam zelo fi-
dei euangelizando peragravit, in conuentu Utinensi fe-
liciter obdormiuit in Domino, qui[que] in Patriarchatu
Aquileiensi inter Sanctos relatus est, & sanctotum qua-
tuor Martyrum corpora de ciuitate Heroues ad supe-
riorem Indianam, in ciuitatem Carram, non sine ingenti
miraculo, per mare transtulit. quo anno Marcus Vyssi-
ensis cap. 21. §. 1. ait Festum eius quotannis in diece[si] Aquileiensi
celebrari. Quod Gabellus in suo de B. Odorico hymno sic ce-
nunt:

Patri beato protinus
Antistes aras construit,
Diemque sacrum Fratribus
Indicit, vrbe supplice.
Adsculpi hymno curauit Gabellus eiusdem Beati Indis aliusq;
barbaris prædicantis peruetuam imaginem, que in ecclesiâ S.
Vdalrici de Villanova extra muros Portus Naonis reperitur.
Aliam eius effigiem dedit Rodulphius, his adscriptis versibus:
Lumine fax oculis veluti fugat vndique noctem,
Erroris nebulam sic Odorice fuga.

5 Hieronymus Montenianus Utinensis hoc carmine sanctita-
tem B. Odorici testatus est, apud Rodulphium & Villotum
suprà:

Qui tibi vota canunt, ægrotis redde salutem:
Si qua pericula, tuis impiger adfer opem.
Sit procul à nobis crimen quocumque nefandum:
Quilibet exoptet nil, nisi grata Deo.
Da Pater istius consuitoribus ædis
Sacra, quod valeant omnia ritè geri.
Deuotis solitum pretest Odorice fauorem,
Seruetur per te Monteniana domus.
Obiit anno Christi 1331. in castinum octauæ Epiphaniæ
circa horam nonam inquit Rodulphus. VVaddingus addit fe-
riam tum fuisse secundam, diei XIV. Ianuarij. Marcus tem-
pus Tertiuarum assignat.

vota ei
facta.

V I T A

ex Annalib. Minor. Lucie VVaddingi.

C A P V T I .

B. Odorici variae virtutes. Miracula in vitâ. Obitus.

1 **B**atus Odoricus aponiuncte S. Anto-
nij, ex portu Naono oppido Fori-Julij Ad an.
oriundus, in tenerâ adolescentiâ Ordin- Ch. 1331.
num 13.
nem Minorum professus, super nu- Odoricus
dam carnem semper habebat cilicum in Ordine
vel ferream lorica[m] panem b dumtaxat, & aquam in ci- Minorum
bum admittens, vñ tunica contentus, excalceatus in- auferet
cedens, crebris flagellis in suum corpus seuerè animad- viuit:
uerterebat. In oratione assiduus & humilitatis religiose
studiosus se[t]ator, noluit assentiri dignitatibus Ordinis
communi Patrum suffragio sibi collatis. Ex Ministri sui
licentia in eremum secessit, ubi solitariam vitam per secedit in
longum tempus traduxit. Adeò profecit in virtute & eremum:
sanctitate, vt dmiraculis eorūscaret, & plurimos ad
Christi fidem, & Minorum institutum aliceret.

2 Luctuadum zelo animarum vniuersum fermè num. 14.
orbem peruagatus est.... Postremò rediit in Euro- animas
pam, post annorum f sexdecim continuam peregrina- Christo
tionem, disseminato vbiue Euangelijs semente, & sacro lucraturus
baptismate intinctis vltra viginti millia Paganis, Sarace- Orientem
nis, aliisque infidelibus. Ita squalore & inediâ mutata est peruadit.
facies eius, & à sole denigrata, vt parentes eum minimè f
potuerint cognoscere....

3 In hac peregrinatione multa passus: accidit vt in num. 15.
quadam prouinciâ, in quâ sub poenâ capitâ cautum e- agrotas
rat, ne illus Christianus sub te[ct]o reciperetur, valde æ- diu sub
grotaret, & sub vmbra cuiuscum arboris per g dies mul- arbores:
tos decumberet, nec quidquam in graui & prolixâ in- &
firmitate comederet, præter incidentem ex arbore fru-
ctum, & aquam ad eius radices placide manantem.
Paullulum conualescens accessit ad vicinum flumen, re-
pertumque in eo præterlabens pomum comedit, ac tantam illicò virtutem sensit & robur, vt animosè ambula-
uerit dies nouem, nihil bibens aut manducans. b Vedit h
beatissimam Virginem Mariam multis Virginibus. Mar- à D. Vir-
tyribus, & viduis associaram, gloriösè procedente, vt gine fibi
piam feminam, qua multis annis Domino inuiolatâ vir- apparense
ginitate seruuit, mox morituram consolatione & hono- recreasure
re afficeret; sicut ipsa eidem Oderico, ex nomine ad se
vocabato, narrauit, producto colloquio ad integrum mil-
liarium, eodemque inuitato vt languenti sacram præbe-
ret synaxim

4 Redeunti occurrit; dæmon in viâ, mala illaturus num. 16;
propter multam, quam ei eripuit, prædam animarum, & i
propter nouum quem contra eum conscribere militem demonem
tentabat, prædictaque irritum fore eius conatum, neque signo crucis
iterum redditurum in Tartariam. Ille importunum & in- pellit
solentem inuasorem signo crucis repulit: sed verum esse
probavit, quod dixit. Nam vt in Italianam an. MCCCXXX.
applicuit, & Pisias peruenit, vt inde nauigaret Auenio- nem,

k nem, rerum Orientalium statum Pontifici significatus, & operarios pro magnâ illâ messe Tartarorum petiturus; dum audiret calamitates Ordinis ex fugâ & Cæsenatis & intrusione Corbarij ortas vehementer doluit, cupitque quantocyùs ad Curiam accedere, vt laboranti sodalito, si quâ posset succurreret, & consodalibus adlaboraret.

l Sed in grauem incidens morbum vidit S. Franciscum sibi in magnâ nube interius lucida, exteriùs obscurâ apparentem, & dicentem: Ego pro te & pro reliquis vadam, & l' curabo quæ tu concupisces. Induere fortitudinem & surge, reuertere ad nidulum tuum; ibi morieris: non enim hæc ciuitas, quæ tantoperè vero restituit Pontifici, metetur te vel mortuum possidere. Obscurus voci paternæ, statim curauit se deferri ad prouinciam suam S. Antonij, non obstante corporis languore, & itineris longitudine. In ciuitate Vtinensi decubuit, ibique, quem diximus, ad Ministri præceptum librum dictauit. Cùm verò infirmitate grauaretur, & post generalem peccatorum confessionem absoluueretur à Sacerdote, dixit: Vtore Reuerende Pater tibi potestate traditâ, quantum mihi Dominus nunc significauerit se condonasse omnia mea peccata, attamen tamquam humilis filius libenter me subiicio clauibus Ecclesiæ. Paulò pôst acceptâ sacrâ synaxi & extremâ vñctione, placidè obdormiuit in Domino.

Provincia S. Antonij de Padua. a Prouincia hac in antiquo Prouinciali secundum ordinem Fratrum Minorum, scripto ab auctore Anglo, in opere cui nomen Polychronicon, circa an. Ch. 1314. (ad quem annum exhibetur à VVaddingo) dicitur Prouincia Marchia Tarufinæ: cui suberant quatuor Custodiæ. At Bartholomæus Pisanius lib. 1. par. 2. conform. 11. appellat Prouinciam S. Antonij. Et in his quatuor Custodiis distinguit, Paduanam, Venetiarum, Fori-Lulij, & Veronensem, in quibus enumerat Conuentus duodequadriginta. Triplicem Pisani catalogum exhibet ex codice impresto, & MSS. Vaticano & Ara-calitano VVaddingus tomo 4. an. Ch. 1399. & sequenti. Ple- nius eamdem prouinciam describit Franciscus Gonzaga, parte 2. in eâque an. Ch. 1387. existit se testatur Conuentus Fratrum quadranginta, monasteria monialium nouemdecim, & S. Antonio de Padua idem dicitam quid sacrum eius corpus Patavij seruetur.

b Marcus Vlyssiponensis, plurimo anni tempore.

c Idem Marcus: aliquot annis, additq; diabolum horribiliformâ apparuisse B. Odoricu, ut à precibus eum auerteret. Verum ab hoc Christi milite, viuâ fide armato, magno animo repulsum.

d Idem Marcus duas feminas ab eo signo Crucis sanatas scribit, quarum alteri morbus in genis erat incurabilis, alteri manus ab enabulis languida.

e Iter infra ipsi B. Odericu verbis damus.

f Marcus septendecim.

g Marcus, integro anno.

h Marcus hanc, aut similem potius, D. Virginis apparitionem, ita describit: Peruenerat B. Odoricu in urbem infidelium, in eâque ad fidem Christi conuerterat patrem cum filio, assumptu quoque hoc itineris comite, sapienti à Deo eiisque sanctissimâ Matre meruit visitati.

i Idem Marcus ait dæmonem apparuisse sub formâ mulieris grauidæ.

k Michael Cæsenas Minifter Generalis fugit Auenione ex aulâ Pontificis Ioannis XXII. Pisas ad Ludouicum IV. Imperatorem & Petrum Corbarium ex Minoritâ Pseudopam. Misserum tunc Ecclesiæ statum passim describunt auctores; quidam satis inuidiosè breuiter & neruose VVaddingus an. Chr. 1328.

l Ita hoc anno 1330. die 26. Augusti Petrus Corbarius in publico consistorio, misericordiam humiliiter, alligato ad collum fune, implorauit & obtinuit à Ioanne XXII.

Alia B. Odericu miracula.

C A P V T II.

Miracula in sepulturâ.

num. 17. 6 I Pso eodem die, quo obiisse suprà monuimus, voluerunt Fratres post Vespertas corpus eius sepelire; sed impediti Castaldus Rector ciuitatis, Fratris Odorici carus amicus, dicens: Non expedit, vt tantus vir statim absque honore tradatur sepultura: exspectate usque in crastinum, & ego cum vniuersis vrbis Proceribus conueniemus, vt honorificè funus peragatur. Annuerunt Fratres, & exequias die sequenti solemniter celebraverunt. Tom. II.

runt posito cadauere pretioso in loculo in omnium conspectu. Accedebat vniuersus populus, osculabatur manus & pedes, & vestimenta decerphebat. Præ reliquis DINGO. adfuit nobilis matrona soror Patriarchæ Aquileiae, se- Contractio brachio ptem mensibus brachium dolens contractum; quod laborans dum magno fidei ardore brachio applicuit Odorici, re- janatur. pentino clamore se sanatam esse circumstantibus ostendit. Ad apertum miraculum commotus populus, verè Sanctum esse proclamauit; accurreruntque alij languidi & infirmi, & curati sunt omnes. Noluerunt itaque permettere, vt adeò citò terra mandaretur optima languentium medicina, sed per integras dies voluerunt infestum.

7 Auidè omnes reliquias colligebant, ex habitu scin- **Auricula** debant fragmenta, pilos capitis & barbae euellebant, ipre scindi tentauitque quædam Heroina forcice & auriculam ab- nequit.

scindere; sed mirabiliter effectum est, vt nullatenus potuerit forcices occludere, vel adnectere, quos ad secundum dilatauerat. Hac intentatâ corporis iniuriâ. Fratres commoti, in arcâ condiderunt, & tertiat die sub ve- speram egregius Concionator Ordinis Prædicatorum, faceta Theologiae Professor, vniuersam eius vitam & piè gesta pro sermone recitauit ad populum. Quartâ die translatum est corpus ad aliam arcam nobiliorem, tribus seris munitam, præsente Domino b Pagano Patriar- châ Aquileiae, & Decano Canonicorum Vtinensium; ta- lemque emisit mirificum odorem, vt suspicionem in- Odor sua- geserit aromaticæ conditionis. Vnus ex eis volens pro- uis è corpo- re exhalat- tur.

8 Deposito in nouo loculo sancto cadauere, pri- num. 18. num, in quo iacuit, pjj viri in minutissimas assulas de- Cuidam sciderunt: sed vno incutè auideque secante digitum digitus fe- mutauit, hærente pelle dumtaxat. Linteolo mox inuol- rē abscif- uit, & assula colligatum suo loco direxit, abiitque ad redire. chirurgum remedium adhibitus. Explicato verò digi- gratur. to ita integer & illæsus apparuit, vt nec sectionis vesti- gium appareret.

9 Post e multis dies Patriarcha desiderabat videre, c quo in statu esset sanctum cadauer, vocatisque Rectore & Consulibus ciuitatis, ac conuentus Guardiano, qui Odorici tres capsulae claves habebant, fecit exhumari. Extra- corpus vi- etum ex arcâ corpus repositum fuit super altare, suauis- uenti simi- sum emittens odorem, adeoque mollia, tractabilia, res dies: & candida erant vniuersa membra, vt viuenti potius quam mortuo simile videretur, ac color ruborique faciei vegetior & pulchrior tunc fuisset, quam dum viueret. Non potuit Patriarcha se à lacrymis continere; extraxitque annulum è digito suo, & posuit in indice B. Odori- ci, exhibita prius flexis genibus reverentiâ, vniuersaque familia deuotis precibus se eius meritis & intercessioni commendauit.

10 Extruxit ei confestum nobile sepulchrum, specio- sam & nobilem aram erexit, atque facellum picturis & sepulchrū, multo cohonestauit ornatu, atque hinc iudico sumptuosa ara & sa- fundamentum d Pisanum, vt minus propriè diceret, cellum ei erigitur. eum in Patriarchatu Aquileiensi esse canonizatum. Cu- ram imposuit Melioratio Canonico Vtinensi, & Ma- Miracula phao Cassino, vt sancti viri miracula diligenter perqui- 70. authē- rent: qui septuaginta authentica conscripserunt, & tica. Guidoni Candido Episcopo Mutinensi remisegunt, vt cumdem inter Sanctos annumerari diligenter & effica- citer curaret in Curiâ Romanâ.

a Ita etiam Rodulphi. Sed Marcus ait feminam hanc tentasse digitum praescindere, ac subitè examinem humi collapsam.

b Paganus Turrianus Mediolanensis, ex Episcopo Patauino crea- tus Patriarcha, obiit an. Ch. 1333. vt ex vita M. S. B. Beitrandi suc- cessoris, de quo VI. Iunij scribunt Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae, Bzorius an Ch. 1350. num. 15. Aft Onofrius in Chronico Ec- clestastico eum XIII. annis vult sedisse, ab anno 1317. ad annum 1330. oq; obiisse: quod hinc quoque refelli potest.

Ooo

c Marcus

Ex Luca c Marcus ait id die Veneris, quinto ab obitu die, contigisse, eadē
VVAD- de causā, quād nonnulli Medici ob carnis mollessem, & odoris sua-
DINGO. uitatem, de eius obitu dubitarent.
d Eius verba suprà in prolegomenis dedimus.

C A P V T III.

Variae supplicationes ad eius reliquias.
miracula.

num. 19. 11 C Rebresentibus itaque miraculis, & diuino
Sollennem ad reli- quias sup- plicatione infissum Foro-Iu- lense & Carni- a quodam æstu hominum animos succende, absque omni humanæ operæ aut curâ, subito tortus populi & prouincia Foro-Iuliensis acreuit detinatio in vtroque statu Ecclesiastico & seculari. Confluebant vndique ad visitandum eius sepulchrum Castellani cum fortibus & filiis, Foro-Iulienses Nobiles, populares, ciues, & rustici, mixtum certatimque ex oppidis, agris concurrentes cum Crucibus & vexillis in formâ supplicationis publicæ pedestres, & magnâ ex parte flagellantes se, acceſſerunt in tantâ multitudine, vt aliquando conuenient sexdecim Cruces & vexilla diuersarum vti- bium, villarumque, ex regionibus Carneæ & Foro-Iuli.

b **Abbatissa Ciuitatis Austriae cum suis,** 12 Abbatissa monasterij maioris b Ciuitatis Austriae, cum toto suo collegio, composito consuetoque ordine supplicandi pedites venerunt Utinum. Et similiter Abbatissa Aquilciensis, cuius monasterium per septem leucas distabat ab Utino. In huius gratiam (erat enim nobilissima) presentibus Rectore & Consulibus urbis extractum est sanctum corpus ex loculo, & multis accen- sis cereis collocatum super altare. Accendentibus binis & alia, coram quâ & binis sanctimoniis, vt pedes exoscularentur, cere- rens è cedit fortuitè quidquam ex alto super tibiam sancti viri, Diuī cor- & vulnus infixit. Ex cicatrice statim recens & rubicun- pore san- guinis fluit;

num. 20. ne tinctis concessis Abbatissæ & Monialibus. Ita per- ueravit hic populorum concursus, vt totis diebus & noctibus ecclesia Minotum fuerit plena populo. Quin etiam ex longinquis regionibus veniebant multi Dei ser- quum veneraturi. Comitissa c Goriciæ cum magnâ so- lemnitate & deuotione eò concessit. Ex Sclauoniâ & Germaniâ multi adueniebant Heroës.

c **Comitissa Goriciæ, Slaui & Germaniæ.** 13 In d Vellacho in finibus Pannoniæ magnificatum est nomen eius, sanante Domino nobilem Heroinam, Depellitur graui & diutinâ infirmitate laborante, ad contactum eius tuniceæ, quam illuc asportauit quidam Professor infirmatus, Theologiæ Minorita, qui adstitit morienti.

d **Fr. Michaël à Venetiis Concionator Minorita,** incurabilis & socius aliquando serui Dei in Oriente, septem annis fistula in laborans incurabili fistulâ in gutture, habentque guttur ipsum perforatum, cum magnâ fiduciâ accessit ad sepulchrum, orauitque his verbis: Frater Oderice, amice & comes carissime, per caritatem, per amicitiam & societatem, quam longo tempore professi sumus inter infideles, & per méritum tua sanctitatis supplico, rogo, & obtestor, vt me digneris liberare per intercessionem tuam à molesto & graui hoc morbo. Ita orauit in vigilia Pentecostes post Matutinum presentibus duobus Fratribus, & appolitâ gutturi loticâ, quam gestabat vir sanctus, repente & perfectè conualuit, ita vt ipso eodem die populo prædicauerit mirabilia Dœi.

e **15 Die sequenti curru eiuscta accessit ad sepulcrum mulier Patavina, spinâ dorſi ita confractâ, vt incuruata spina dorſi: caput ad genua fermè demiserit, & hoc pacto decem annis incesserit: tribus diebus orans & vigilias exercens, repente conualuit tertîa die, rectoque corpore absque baculi aut alterius adiumento redit in patriam.**

f **16 Quemdam Fratrem Minorem sex diebus habentem in monumento, propter preces sororis ad vitam reuocauit. Hunc Fratrem à mortuis resuscitatum se vidisse & allocutum fuisse, reculit Henricus Alferus Astefanus,**

Ordinis Minorum Generalis Minister, Bartholomæo Pisano; vt ipse testatur, dum de hoc seruo Dei quædam enarrat. Multa sanè viuens & mortuus patrauit miracula: cæcos illuminauit, surdos fecit audire, mutos loqui, claudos ambulare, contractos, & diuersis infirmitatibus oppressos mirabiliter sanauit.

a **Rodulphus:** De toto Foro Iulio & totâ Carnæ longo ordi- ne procedendo conueniebant. Est autem Carnia, alia Carniola, à Carnis populis dicta. Foro Iulienis proxima, Archiduchus Au- stria subiecta. In eâ olim Lapidés & Liburnos habitasse traduntur.

b Olim Forum-Iulij fuisse ubi modò Ciuitas Austria est, tra- dunt Leander, Porcachius, Lazius, alij. Medium percurrit annis Ciuitas Natiso, ponte lapideo nobili iunctus, ut scribit Leander. Utinum decem vrbis millibus passuum distat. In eâ olim conuentum Minorum fuisse legi- tur in catalogo Pisani. Apud recentiores Geographos ciuidal de Friuli vocatur.

c **Goritia Ptolemeo Iulium Carnicum, Amaseo Norcia, ut Leander aucto est. Comitatus titulo iam olim nobilis, ad Austriae Goritia. deuoluta, inter quos Maximilianus I. Imperator Comes Goritiæ primùm inscriptus in tabulis Theodorici Piesfordij legitur. Situs hic Comitatus in confinibus Foro-Iulij, Istrie, & Carniola. Goritiæ conuentus Minorum signatur in catalogo Pisani.**

d **Vellaçum, Villachum, aut Villacum, Carinthia oppidum, Villacum, situm in planitie, altissimis rupibus: sepium, ad Drauam fluuium, cuius ore ponte lapideo istuc connectuntur.**

B. ORDERICI PEREGRINATIO

ab ipsomet descripta.

C A P V T I.

Iter in Orientem.

1  Icet multa & varia de ritibus homi- num, & conditionibus huius mundi, à pluribus enarrentur; sciendum ta- men, quod ego Fr. Odericus de Foro-Iulij, Ordinis Fratrum Minorum, vo-

lens transire ad partes infidelium, vt aliquod lucrum fa- cerem animarum; (& hoc de licentia Prælatorum meorum, qui hoc concedere possunt secundum regulæ no- stræ instituta) multa, magna, & mirabilia audiui à fide dignis, & quædam propriis oculis confexi. Nam priuò transiui per mare a Maius, & veni b Trapezondam, qua Pontus antiquitus vocabatur. Hæc ciuitas bene sita est: ipsa enim schola quædam est Persarum, Medorum, & eorum omnium qui sunt ultra mare. Ibi vidi quoddam mirabile, quod mihi plurimum placebat. Nam vidi quemdam hominem secum ducentem plusquam qua- tuor millia perdicum. Iste homo per terram veniebat, perditæ verò per aëra volabant: illas perditæ ducebant ad quoddam castrum, nomine c Tegana, distans à Tra- pesondâ tribus dietis. Et cum homo ille voluit quiesce- re vel dormire, omnes perditæ illæ submitebant se cir- ca eum, more pullorum qui collocant se iuxta gallinam: & hoc modo deditus eas Trapezondam usque ad palatiū Imperatoris, qui de eis tot accipiebat, quot vole- bat: alias autem perditæ homo ad locum, ubi eas acce- perat, reducebat.

2 **Hinc** recedens yeni ad e Armeniam maiorem, in quamdam ciuitatem, nomine f Caricon, quæ quondam multum bona fuit & opulenta; & adhuc esset, si eam lufrat Saraceni & Tartari non vastassent: nam abundat pane & carnibus & aliis viualibus, præter vinum & fructus: ipsa enim est multum frigida. Et dicunt gentes illæ, quod altior sit terra omnibus aliis quæ inhabitantur. Habet & multas bona aquas, cuius ratio videtur esse, quod venæ aquarum illarum scaturire videntur à flumine Euphrate, quod per vnam dietam distat ab ipsâ. Hæc autem ciuitas est via media eundo Tauris à Trapezondâ. De hac recedens veni ad quemdam montem, qui vocatur Sarbi Sarbolo: in hoc territorio est mons ille in g quo arca Noë requieuit. Hunc libenter ascendisse, si me voluif- sem, mea societas præstolari. Cum tamen illuc ire voluif- sem,

b sem, dicebat gens illa, quod nullus vñquam ascendere potuit, quia hoc dicitur Deo altissimo non placere. Ab inde recedens, transiui k Thauris, ciuitatem magnam & regalem, quæ Suors antiquitus vocabatur. Hæc ciuitas nobilis, melior est prouisionibus quam aliqua de mundo. Nam nihil est comedibile, nihil alicuius utilitatis, necessitatibus, aut mercimonij, cuius illic copia non reperiatur magna. Est etiam multum benè sita, nam quasi totus mundus huic ciuitati pro mercimonij correspontet. De hac dicunt Christiani, quod plus de censu recipiat Imperator ille, quam Rex Francæ de toto suo regno. Penes hanc ciuitatem est vñs mons magnam habens copiam salis, de quo vñsquisque recipit quantum sibi placet, nemini quidquam persoluendo. In istâ ciuitate diuersæ nations Christianorum commorantur, quamvis ipsi Saraceni per omnia dominantur. Multa quidem & alia sunt illic quæ per singula scribere nimis longum esset.

c **regnum Persarum,** 3 Ab hac ciuitate Thauris recedens per decem dies, veni ad quamdam ciuitatem, nomine Soldolina.

k In hac moratur Imperator k Persarum tempore æstiuo, quia frigida est: in hyeme autem vadit ad aliam, quæ vocatur Axam, quæ sita est super vnum mare, quod dicitur Abacut: hæc magna est & calida habens in se bonas aquas. Ad hanc ducunt multa mercimonia. Recedens ab istâ cum quadam societate Tartarorum, transiui versus Indiam superiori, ad quam cùm sic item per multas dietas, applicui ad vnam ciuitatem trium Magorum, nomine l Casan. Hæc regalis & magna extitit, sed Tartari eam plurimum destruxerunt. Hæc ciuitas abundat pane & vino, & habet alia multa bona. Ab hac vñque in Hierusalem, quod Magi venerunt, sunt ferè quinquaginta dictæ. Vidi & alia multa in illâ quæ scribere non curau. Post hæc iui ad quamdam ciuitatem, nomine m Gest, à quâ distat mare Arenarum per vnam dietam, quod mare est valde periculosum & mirabile. In Gest est copia viualium & omnium bonorum quæ necessaria sunt humanæ vitæ. Ficuum autem illic abundantia est: vuæ autem siccæ & virides, vt herba, & multum minutæ, illic vberius reperiuntur, quam in aliâ parte mundi. Ista est ciuitas de melioribus quas Persarum Imperator possidet in toto regno suo. De hac dicunt Saraceni, quod in eâ nullus Christianus possit vivere vltra vnum annum. Ab hac transiens per ciuitates & terras, veni ad quamdam ciuitatem, nomine n Coprum, quæ antiquitas ciuitas magna fuit. Hæc maximum damnum quondam intulit Romæ. Eius autem muri benè quadraginta milliarum sunt capaces: in eâ sunt palatia integra, & multis viualibus hæc abundat.

4 Ex hac recedens, per multas ciuitates & terras perteui ad terram quæ vocatur Vr, cuius situs est multum pulcher, & est cunctis viualibus plena. Penes hanc sunt montes cum pascuis animalium habentes illic melius manna, & in maiori copiâ, quam alicubi in tertis aliis reperiuntur. In ipsâ quandoque quatuor bona pérdives habentur minori, quam vno grosso Veneto. In eâ sunt pulchri senes: ibi virti nent & filant, mulieres verò non. Hæc ciuitas correspondet à capite Chaldeæ versus Tramontanam. Inde exiens iui in Chaldeam, quæ est o regnum magnum, & circumeundo perueni iuxta turrim Babel, quæ per quatuor dietas fortè distat ab eâ.

o In hac Chaldeâ sunt pulchri viri, mulieres verò turpes. Virti illi cooperti vadunt & ornati sicut hinc mulieres incedunt: mulieres verò turpes non: portant autem super capita sua fasciola aurea de perlis pretiosis. Mulieres viiles tunicellam vñque ad genua pertingentem, & habent manicas ita largas, quod vñque ad terram in longum pre-tenduntur. Itæ verò mulieres ambulant discalceatae portantes scrobullas vñque ad terram; & tiaras non habent, sed earum capilli vndique disperguntur. Viri sequuntur eas, sicut in aliis terris post viros mulieres incedunt. Sunt & multa alia quæ non expedite declarare.

Tom. II.

a Antiqui Pontum Euxinum appellauero. Hæc etiam ante B. Odericum ad Tartaros profecti sunt Nicolaus Paulus & Mathaeus Paulus fratres, illiusq; filius Marcus Paulus, cuius historia hinc lucem accipiet, & viciſſim dabit.

b Hæc est Trapezus, de quâ Ptolemaeus lib. 5. Geograph. cap. 6. tabula 1. Asia. Isthmic domicilium habuisse dicuntur Minores in catalogo Polychronici; & à Pisano custodia Trapezundarum, in vicaria Orientis, constituitur.

c Rodulphus Zancha. **d** Cum Turci Asiam, moderni Natoliam distam, interciperent. In eâ dominium regni Turquæ constiuerent, non poterunt, inquit Aytonus Armenus lib. de Tataro cap. 13. ciuitatem Trapezonæ, nec eius pertinentias occupare, propter castra fortis Trapezonæ & munimenta; & sic permanit in potentia Imperatoris Constantiopolitani ad terram illam regendam. Vnum verò Gubernatorem annuatim consueverat transmittere Imperator, qui Dux dicebatur: vnde accedit, quod quidam ex illis Rectoribus, seu Ducibus, rebellis effectus, tenuit terræ dominium pro scipo, & fecit se Regem; & illuc qui nunc tenet, Trapezuntis fecit se Imperatorem vocari.

e Armenia sum propriæ Rex erat; fortassis tunc adhuc Osinus, qui anno Christi 1311. à Clemente V. petiit, ut ex speciali priuilegio sibi licet sex è Minoribus retinere. Ita VVaddingus eo anno num. 2. Quæ sum fuerit regni amplitudo describit Aythonus cap. 13. qui cap. 23. refert ab Aythono Rego Armeniae, cuius ipse nepos erat, ad Christi fidem Magnum Cas Imperatorem Tartarorum fuisse conserendum.

f Rodulphus Achæream vocat, atq; à Scythis euersem: à Rodulpho, eadem pend in omnibus seruuntā phras, descripsit VVaddingus. Forte illa Marco Paulo Veneto Arzinga dicitur lib. 1. cap. 13. & Aythono cap. 13.

g De eo Armenia monte pluribus Adrichomius, Bonfrerius nosfer, aliq; interpres sacra Scriptura ad cap. 8. Genesios v. 4. Meminit huius traditionis Paulus Venetus loco citato.

h In catalogo Polychronici, dicuntur duo fuisse Taurisj Minorū domicilia. Ibidem Fr. Iacobus de Camerino, & Fr. Bartholomæus Accola an. Chr. 1311. degebant; de quibus VVaddingus ad eum an. urbe. num. 1. Fr. Iordanes, ordinis Prædicatorum, ex Indiâ scripsit Predicatibus & Minoribus in Thaurisj degentibus de quatuor Martyribus Minoritis. Epistolam recitat VVaddingus an. 14. Taurisj Rex Abaghas Fr. Hieronymum Ascobanum alioq; Minoritas Legatos misit ad Concilium Lugdunense II. an. Ch. 1274. Confule VVaddingum tomo 2. anno citato num. 6. & Marinum Sanutum Torsellium lib. 3. par. 13. cap. 8. citatum à VVaddingo an. Ch. 1289. num. 6. De Taurisj agit Marcus Paulus Venetus lib. 1. cap. 17.

i An Saraca, vel certè Zazaca, que in Mediâ Ptolemaeo eo ferd loco, ubi à modernis Geographis Tauris, constiuerunt, qui tamē vulgo veterum Ecbatana esse aiunt.

k Persarum regnum quale eo tempore fuerit, scribit Aythonus cap. 7.

l Plurimorum antiquorum Patrum opinio est, venisse Mngos à Perside. Quâ de re agit Baronius an. Ch. 1. num. 24. Baradius tom. 1. lib. 9. cap. 8. & alij.

m An hac est Iasdi Paulo Veneto lib. 1. cap. 10. memorata: incola sunt Makometani.

n Comum diila videtur à Rodulphio, à VVaddingo Karum, & forte Cramer à Paulo Veneto lib. 1. cap. 21. Ceterum VVaddingus & Rodulphus alio locis neglegit iter ita contrarerunt, non abi que mendis: Ad urbem Tauris, inquit Rodulphus, vicenis à Babylone diebus longinquam permeauit. Inde Comum perrexit, & variis percurrens vrbes Iob Persarum extremum oppidum adiit, mox & per Ichthyophagos, Oros, & Gedrosios ad mare Indianum progressus Ormes celeberrimum emporium vident. Non videatur VVaddingus hanc B. Oderici historiam integrum habuisse. Populi hi Orientis antiqui, quorum non meminit B. Odericus, Gedrosij inter Carmaniam & Indum flumini sunt. Ori & Ichthyophagi in traxi maritimo iuxta Carmaniam, & Gedrosiam. Sed & ad oram marii Arabici iuxtag. Trogloditas Ichthyophagi futre, atque alibi.

o An hac Vr Chaldeorum, ex quâ evocatus est Abraham Gene-sios 11.

p Chaldaæ regnum describit Aythonus cap. 11.

C A P V T . II.

Jter in Indiam. Translatio reliquiarum IV. Martyrum.

s **A** Binde recedens veni in a Indiam, quæ est infra ter- ram, quam Tartari multum destruxerunt. In eâ autem sunt homines pulchri, tantum daçtylos come-dentes, quorum quadragesima duæ libræ minori pretio habentur quam sit vñs grossus Venetus. Ex hac Indiâ recedens, transiui per multas terras. Veni ad mare O-

ceanum.

Ex ipsius cœnum. Prima autem ciuitas, quam inueni, vocatur **SCRIPTIS.** **b** Ormes, multum bona, & bene murata, & est magnorum mercimoniorum. . . . In hac contrata vtuntur homines nauigio, quod vocatur Iassefutum. In vnum illorum ego ascendi, in quo nullum Fratrum potui reperire.

c In illâ ergo naui per viginti octo dietas, veni in Chanaam, in quâ pro Christi fide gloriosum martyrium sustinuerunt & quatuor nostri Fratres Minores, sicut inferius est conscriptum. Hæc bene sita est, & habet copiam panis, vini, & arbórum ditterarum, & fuit antiquitus valde magna. Nam fuit ciuitas Regis Ponti, vel Parti Regis, qui cum Alexandro Magno prælium commisit. Hic autem populus idolatrat: nam adorant ignem, serpentes, & arbores. Istam terram regunt Saraceni, qui eam violenter ceperunt, & nunc subiacet imperio Daledili. In hac reperiuntur diuersa genera bestiarum, & potissimum leones maxima quantitat. Sunt verò & simiae, & cathi magni, & noctuæ magnæ; item mures ita grandes ibi sunt, sicut in terris nostris canes qui dicuntur Depi; imd canes illic capiant mures, quia murelegi, seu cathi, nihil ad hoc valent, & multæ sunt ibi aliae nouitates.

f **reliquias** **4. Martyrum secum aportas:** **6** In hac Chanaa passi sunt quatuor Fratres Minores martyrium gloriosum. . . . Iorum corpora bene quatuordecim diebus iacuerunt recentia & integra, sicut eadem die quâ martyrium sublegerunt. Quod videntes Christiani in terrâ illâ, acceperunt corpora, & ea cum magnâ reverentiâ (quod longum esset dicere) sepulchro tradiderunt. Tunc ego Fr. Odoricus de Foro Iulij audiens felices Fratres ex hoc mundo per martyrium miragrasse, & illuc veni, & apertis sepulchris suscepimus ossa eorum humiliter & deuote, & pulchris roaliis inuoluta corpora in Indianum superiore, ad vnum locum Fratrum nostrorum, cum uno Fratre socio & famulo portauimus. Omnipotens quoque Deus, qui per Prophetam mirabilis in Sanctis suis dicitur, etiam per istos Sanctos sua voluntate mirabilia demonstrare. Cùm enim sacra illa ossa per viam sic deferrem, in domo cuiusdam hominis hospitium me recepi, & cùm cum socio pergerem ad quiescendum, ossa illa meo capiti supposui, & dormiui. Ecce subito domus à Saracenis mihi mortem intendentibus est accusata, & socio cum famulo citius domo excunibus; ego in flammis vnicus sum relictus. In arcto igitur positus accipere reliquias sanctas, & inuocato Dei auxilio, in uno domus angulo me collegi. Mira Dei clementia, qui se piè inuocantibus non elongat! Tres anguli domus toti comburuntur, g illo tantum salvo, in quo cum fiduciâ resedebam. Me tandem sine laesione ignem egrediente tota illa domus, & quamplures illi coniunctæ penitus cremantur.

ventum prosperrum impetrat, **b** **8** Aliud quoque accidit mihi per viam illam cuncti: cùm enim ire per mare versus ciuitatem, quæ Polum dicuntur, vbi piper abundantiter crescit, defecit totaliter necessarius nobis ventus. Quapropter idolatræ Deos suos inuocantes, ut eis prosperum ventum reddere dignarentur; nec in aliquo profecerunt. Deinde Saraceni orando multum laborabant; nec verò poterant ventum suis supplicationibus obtinere. Post hæc mihi & socio meo mandarunt cuncti qui erant in naui, dicentes: Vos surgentes adorate Dominum Deum ventrum: si veltris orationibus salutem consequamur, honorem vobis maximè impendemus; sin autem, vos cum ossibus istis in pelago submergemus. Tunc nos cum tremore surgentes, tamen spem habentes in Domino, qui maximè adest his qui tribulato sunt corde, orationes Deo & multas Missas celebrare promisimus Virgini gloriose. Cùm autem nec sic ventum optatum haberemus, ego clamavi ad Dominum Iesum Christum, ut per merita istorum Fratrum dignaretur nostrum desiderium exaudire. Et accipiens de reliquis sacris os vnum, dedi famulo nostro occulte, præceptique ut iret ad caput nauis, & illud os in mare mergeret sine mora. Quod cùm factum esset, mirificauit Dominus Sanctos suos, & nos

clamantes ad se sub nomine eorum mirabiliter exaudiuit. Nam mox venit ventus optatae prosperitatis, qui nos cum salute perduxit ad portum.

8 Cùm autem Polum dicimus, aliam nauim ascendimus, ut ad superiorem, sicut dictum est, Indianum nauigaremus. Transiimus verò ad quamdam ciuitatem, Sandon nomine, vbi duo loca Fratrum nostrorum sunt costructa, ut ibi sanctas reliquias poneremus. In istâ autem naui erant bene septingenti homines idololatriæ, præter quosdam alios mercatores: isti autem idololatriæ hanc habent consuetudinem, quod priusquam applicant ad portum, totam perquirant nauim considerantes quid in eâ sit, & maximè si ibi inuenient ossa mortuorum, mox illa in mare proiiciunt, tenentes illam fidem, quod propter hæc pericula in mari eis inuenient & in aquis. Cùm autem sic scrutarentur in naui, licet essent in magnâ quantitate, numquam tamen illa inuenire vel tangere potuerunt, Domino Deo, qui absconderat animas eorum in abscondito facie suæ, ossa eorum ab infidelibus occultante. Peruenimus ergo ad locum Fratrum, ibi quæ ossa eorum beatorum Martyrum cum magnâ, sicut decuit, reverentia condidimus & honore. Et sic usque in hodiernum diem Deus omnipotens miracula non solum in fidelibus, sed etiam in infidelibus operatur.

i **ab impio in naui** **l** **Odoricus alias India provincias Iubras.**

nam idololatriæ & Saraceni, cùm morbo aliquo detinentur, accipiunt de terrâ illâ, in quâ beati Martyres suum sanguinem effuderunt, & illam abluentes, ipsam lotum bibunt, & multi mox ab omni aegritudine liberantur præstante Domino nostro Iesu Christo.

9 Notandum, quod in imperio quod **l** Ezaminabar nominatur, ad quod ego Fr. Odoricus applicui, piper nascitur, & non in aliquâ parte mundi: nemus, in quo crescit ipsum piper, continet octodecim dietas. **m**

A capite istius nemoris versus Meridiem est ciuitas nomine Polum, de quâ suprà actum est, ibi nascitur melius zingiber de vniuersis terris: & tanta sunt mercimonia in illâ, quod multis, nisi vidissent, incredibile reputatur. . . . Ab hoc regno per decem dietas est aliud regnum, nomine **m** Mobar, magnum & latum, habens sub se multas ciuitates & terras. In hoc positum fuit corpus **n** B. Thomæ Apostoli, ecclesia verò eius nunc idolis plena est, iuxta quam quindecim domus Nestorianorum sunt, qui sunt Christiani, sed pessimū hæretici. . . . Rex huius insulæ diues est in auro & argento & lapidis pretiosis, illic enim tot bonæ perlæ reperiuntur, sicut in aliquâ parte mundi. Sunt illic alia multa, quæ scribere lorigum esset.

a *Hinc Indianam etiam orditur Aethonus cap. 6.*

b *Armufia aliis, quam Maffius & Iarricus nostri in historiis Indicis describunt, ille pluribus locis, hic tom. 2. lib. 2. cap. 1. & seq. ubi iter ex Europâ Armufiam bu quotannis à mercatoribus suscipit solitum refert. Multa quoque de Armufia memoras Nicolaus Tri-gauius noster in vita Gasparis Barzai viri Apostolici, qui isthie Euangelium predicauit. Hermes dicitur Hairbono, quod ab Hermite Philophoro artificiose sic fundata.*

c *Tonam vocat Rodulphius. VVaddingus anno supra citato num. 11. Thanam. Tanam appellatur in Vicariâ Aquilonis, in custodiâ Saracen apud Pisanium; qui addit in loco de Sarai sepulcum esse Cataganti fratrem Imperatoris Tatarorum, conseruum ad fidem per Minores.*

d *Occisi sunt Kalendâ Aprilis tres, Fr. Thomas de Tolentino, Fr. Iacobus de Padua & Fr. Demetrius Laicus: triduo pòis Fr. Petrus de Senis an. Ch. 1321.*

e *Imd Pozi, ut alij.*

f *Martyrium hoc cum altero MS. collatum dabimus suo loco. De iis agunt Rodulphius ad calcem libri 1. Marcus par. 2. lib. 7. cap. 35. & seqq. VVaddingus anno citato.*

g *Addit VVaddingus: perlante sua iaurâ, quæ ex somno ex-surgentem in medio ignis mirificè recreabat.*

h *VVaddingus aliter sequens: Nauracha, inquit, Armenus Christianus suâ lingvâ, quam Fr. Odericus callebat, dixit, ut cum socio Fratre Deum rogaret, & ab eo obtinoret, quod falsa Dei exhiberi non poterant.*

i *Rodulphius, Zaythum. VVaddingus, Zaitonaema.*

k *Alier ea narrat VVaddingus.*

l *Videntur intelligi regna, quæ Eli & Melibar Paulus Venetus vocat lib. 3. cap. 33. & 34. moderni Malabar.*

m *Maabar Paulus Veneto lib. 3. ca. 23. Modernis Coromandelia.*

n *Idem*

^a *n Idem tradit Paulus cap. 24. & 27. Corpus S. Thome Meliaporis in orā Coromandelicā repertum est Ioanne III. Lustrorum Regē. de eā invenzione agūt Vajconcellius in Anacephala, & Mafaus lib. 8. Historia Indica, noīj, infrā XXI. Decembri.*

C A P V T III.

Iter per insulas Oceani Indici.

^a **D**E hac terrā recedens iui per mare Oceanum versus Meridiem, & infra ^a quinquaginta dietas perueni ad quamdam terram, nomine Lomori ^b, in quā ita est immensus calor, quod omnes tam viri quam mulieres incedunt nudi, & nullā se parte corporis operientes. Illi me videntes multū deridebant, dicentes: Deus Adam nudum creauit, cur tu vestitus ambulas contra naturam?... Terra in se bona est & abundans blado, rīsi, amaraco, lignis aloē, & camphorā, & multis aliis bonis rebus. Ad hanc insulam mercatores veniunt de longinquo, portantes secum homines, quos illi interficiunt ad edendum. In eadem insula est quoddam territorium, nomine Zumptloc, in quo habitat hominum quædam generatio singularis: hi quodam ferro paruo & calido cauterizant se in duodecim locis in facie consignando, & hoc faciunt tam viri quam mulieres: isti cum his qui nudi incedunt continuum gerunt bellum. In hac terrā magna est rerum copia diuersarum. Post hoc est aliud regnum, nomine Resengo, versus Meridiem, & multa, quæ sunt illic, propter prolixitatem scribere non curauit.

^c **I**llis, quæ benè tribus millibus milliariorum circumdatur. Rex huius Iaua sub se septem Reges possidet coronatos. Hæc insula multū benè inhabitatur, & est de melioribus Indiae vna. In ipsa nascitur camphora, cubeba crescunt, & inelegata, nuceque musquata, & multæ species pretiosæ. Illic est magna copia vietualium, præter vinum. Rex habet vnum palatium tam pretiosum & mirabile, quod multis impossibile videretur. Scalæ huius palatij sunt magnæ & altæ. Harum graduum vnum est aureus, & alius argenteus; pavimentum eius habet vnum laterem de auro, alterum de argento: muri quoque eius intrinsecus laminis aureis sunt vestiti. Est tamen teatrum huius domus de auro purissimo fabricatum. Can autem magnus Catay sibi fuit in bello cum isto Rege in campis, de quo semper iste solenniter triumphauit. Sunt etiam ibi plura alia quæ non pono.

^d **P**enes istam terram iam dictam est alia, quæ dicitur ^d Pacen, (aliqui tamen appellant Thalamasym) cuius Rex multis aliis insulis dominatur. In hac terrā reperiuntur arbores farinam producentes. cùm homines farinam habere volunt, operantur isto modo: Arborem enim circa pedem securi incident: ex quā incisione quidam liquor defluit; quem colligentes, ponunt in sacris ex foliis factis, & hos saccos dimittunt in sole per dies quindecim ad siccandum. In fine verò illius quindennæ, ex proprio liquore farina optima reperitur: quam extunc per duos dies ponunt in aquam marinam; postea lauant aquā dulci, & sic conficiunt bonam pastam, & ex illa faciunt quidquid volunt, siue cibos & pulmenta, & panem multū bonum, de quo ego Fr. Odoricus non solum pro necessitate, sed etiam pro delectatione pluries manducaui. Hic verò panis exteriorū pulcher est, interiorū aliquantulum niger appetet. In fine huius terræ est mare mortuum versus Meridiem, cuius aqua semper currit, et si aliquis casu circa ripam vadens in ipsam ceciderit numquam ulterius inuenitur. Ab isto regno per multas dietas est aliud regnum nomine Zapa, pulchrorum habens in se copiam vietualium & bonorum. Rex huius terræ, vt dicebatur quando eram ibi, habebat filios & filias benè ducentas: nec mirabar de hoc cùm plures habuerit uxores. Hic Rex habuit quatuordecim millia elephantorum domesticorum, qui nutriuntur à

Tom. II.

villanis sibi subiectis, sicut apud nos boves & alia animalia conseruantur.

EX IPSIS
SCRIPTIS

^e **13** De hac terrā nauigans per mare Oceanum reperi multas insulas & terras, quarum una vocabatur Insimezan. Hæc insula est ita magna, quod benè duo millia milliarum per circuitum habet.... Rex istius terræ benè trecentas perlas in collo suo portat.... Habet etiam unum pretiosum lapidem benè ita magnum, quem sicut unā manu gestare possem, & sic tamē in manu eum portat. Ipse quasi flamma ignis insipientibus apparet: creditur ibi, quod hæc gemina sit ita nobilis, quod non possit in mundo pretiosior inueniri. Verumtamen magnus Imperator Tartarorum Cathay hunc lapidem ab isto Rege, nec vi, nec pretio, nec aliquo vniuersam ingenio potuit obtinere.... Alia est insula, nomine Sylan, ^f circuitus cuius est plusquam millia milliarum; in quā sunt serpentes innumeræ, & alia animalia silvestria maximæ quantitatis & præcipue elephantes. In hac terrā est mons quidam magnus, de quo dicunt gentes illæ, quod super eum luxit Adam filium Abel centum annis. In supremo huius montis quædam planities pulchra, in quā est vallis lacus non multò magnus, sed profundus. Huius laci aquas gentes errore delusæ dicunt esse lacrymas, quas fudit Adam & Eva pro filio suo Abel, cùm tamen videatur ipsa aqua de terræ vilceribus scaturire. In descensu huius aquæ de isto monte foduntur rubini optimi, & boni adamantes, & alii lapides valde boni. Vnde dicitur quod Rex plures habeat pretiosas gemmas & perlas, quam aliquis in hoc mundo.

^g **14** Ab inde recedens versus Meridiem ad quamdam insulam applicui, nomine ^g Dodyn, quod interpretatur immundum. Ibi mali inhabitant homines, edentes carnes crudæ, & aliam immunditiam, quod est abominabile & dicere & audire: habent & hanc malam consuetudinem, quod pater comedat filium, & filius patrem, manus ad humerum vxorem, & contrā quod agitur isto modo: Si parentem infirmatur, filius accedit ad sacerdotem idolorum, dicens: Domine, pater meus ægrotat: consulite Deum nostrum, utrum possit vivere, an non? Tunc sacerdos cum eodem evincit ad idolum aureum vel argenteum, orationem faciunt, dicentes: Domine, tu es Deus noster, & nos te pro Deo colimus & adoramus: petimus ut nunties nobis, utrum talis homo ab ægritudine possit liberari. Tunc dæmon quandoque ex idolo de conualescenti responderet, iubens pro curatione illius in fine aliquas fieri ceremonias & oblationes, & docens filium, quoniam nutrit patrem, & qualiter usque ad plenam sanitatem ei debeat deseruire. Si autem dicat ipsum euadere non posse, tunc sacerdos accedit ad infirmum, & ponens vnum pannum super os eius, ipsum suffocat, & extinguuit. Post hoc cadaver illud in frusta concidit, & preparat ad comedendum. Et tunc parentes & amici cum histrionibus de ciuitate illâ ad hoc coniuicium invitantur. Epulantur itaque cum cantis, & gaudio magno valde. Post huius ossa accipientes sepulturæ tradunt cum magnâ solennitate. Si autem aliqui de cognatione ad hoc coniuicium non fuerint vocati, hoc illi pro verecundiâ maximâ reputabunt. Hos ergo ego Fr. Odoricus pro tali ritu plurimum reprehendi. Inter alia, quibus rei huius irrationalitatem argui, dixi: Si canis occisus, ab alio cane non comeditur, cur vos existentes homines rationabiles facitis vos bestiis viliiores? Ad quod illi responderunt: Hoc ideo facimus, ne vermes eum lacerent, & ex hoc eius anima sustineat peccatas magnas. Quamuis prædicarem illis, quantum valebam & potui, numquam tamen ab hac perfidiâ discedere voluerunt. Multæ sunt ibi nouitates aliae, & mirabilia quæ non scribo, quia vix aliquis credere posset, nisi qui propriis oculis hæc vidisset.

^h *Ita VVaddingus ex Rodulphio. Numerus in M.S. haud satis distinctè erat expressus.*

ⁱ *b Adduci iidem: vbi abscondito polo arctico, antarticus videtur. Insulas Necula insula ita nudos incedere solitos scribit Paulus Venetus.*

0000 3

c Paulus

Ex ipsius scriptis. c *Paulo Veneto lib. 3. cap. 10.* insula Iava magna in circuitu suo dicitur patere tribus millibus milliarum; ac Iava minor diuiditur in octo regna cap. 13.
 d *Pacensi Regis & regni pluribus locis meminit Maffaeus noster.*
Pacemense regnum appellat Oforius lib. 7. de rebus Emmanuelis. Id non multum distat à Malacensi regione, sicut in Septentrionali parte Sumatra.
 e *De simili liquore agit Paulus Venetus cap. 16. in regno Samara insula Iana minoris, & cap. 22. in insulâ magnâ Seilan.*
 f *Paulus Venetus cap. 22. rubinum vocat, & à Rege Seilani insula possesum, cui pro eo à magno Chamo egregiam urbem ait fuisse ublatam.*
 g *Idem cap. 21. anthropophagos constituit in insulâ Anganâ.*

C A P V T I V .

Iter per regnum Manzy.

15 **D**e magnitudine huius inferioris Indiae à multis, quibus hæc nota est, diligenter exquisiū: qui omnes uno ore protestantur, quod benè viginti quatuor millia contineat insularum, in quâ etiam sunt sexaginta quatuor Reges coronati: maior pars Indiae ab hominibus inhabitatur. Cumque nauigarem per mare Oceanum versus Orientem per multas dietas, ad vnam nobilem & prouinciam Manzy ego deueni, quam superiorem Ingreditur Indiam vocamus. De istâ sollicitè quæsiū à Christianis, regnum Saracenis, & idololatriis, ab omnibusque Officialibus Manzy: magni Cani, qui omnes eodem modo fatentur, quod hæc Manzy habet benè duo millia magnarum ciuitatum, quæ tam grandes sunt quod benè Taruissium & Vicentia intra muros ipsarum ciuiuslibet possent stare: vnde tanta multitudo hominum est illic, quod apud nos multum incredibile videretur. Est etiam ibi copia panis, vini, risi, carnium, piscium, & omnium quæ ad humanos usus necessaria requiruntur. Huius prouincia homines omnes sunt artifices & mercatores, qui numquā depauperantur, nec vñquam aliquis eleemosynam sibi petit. Viri sunt corpore satis pulchri, sed pallidi, habentes barbam ita raram & longam sicuti murilegi, id est cati: mulieres nimium sunt formosæ. Prima ciuitas huius prouincia, quam intraui, vocatur Soustalay, que benè est ita magna sicut tres Venetiæ cœsæt. Hæc distat à mari per vnam dietam, posita super vnum flumen, cuius aqua propter ipsum mare adscendit ultra terram benè duodecim dietis. Omnis populus huius ciuitatis, & totius prouincie Manzi, idola colunt. Ciuitas autem ista sola plus habet de nauigio & mercationibus, quā tota Italia possit habere. In hac etiam ciuitate benè centum librae zingiberis recentis possunt haberi vno minori grosso Veneto....

16 **S**aiton, Ab inde recedens, & per multas terras & ciuitates transiens, veni ad nobilem ciuitatem Saiton. Illic est copia bonorum omnium, quæ necessaria sunt humanae vitae. Tres etiam librae & vñciae zingiberis minori dimidio grosso emuntur. Hæc ciuitas ita est magna, sicut bis Bononia ab omnibus estimatur. Multa sunt illic monasteria religiosorum idola colentium. In uno monasterio ego fui, in quo erant tria millia religiosorum illorum, qui sub curâ suâ habebant vñdecim millia idolorum. Et inter illa vnum videbatur ita magnum sicut S. Christophorus depingitur circa nos. In horâ quâ isti diis suis dant ad manducandum contigit me interesse, & vidi quod omnia cibaria, quæ illis offeruntur à populo, sunt calidissima; & isti sic calida coram diis suis eleuant, ita quod vapor in eorum facies ascendit. Et hoc modo ipsos asperunt comedisse, substantiam verò ciborum ipsorum sumunt, & pro suis vñibus reseruant. De hac exiens versus Orientem, veni ad quamdam ciuitatem, nomine b Suctio, quæ in circuitu triginta millaria dicitur habere; in quâ sunt maiores galli quos vidi, gallinae verò ita magnæ non sunt, sed sunt albæ sicut nix, plumas & penas non habentes, sed lanam deferunt sicut pecus. Hæc ciuitas est pulchra vñdè, & sita supra mare. Recedens inde in octodecim dietis, transiui per multas terras &

ciuitates, & veni ad vnum montem magnum, in cuius latere nigra animalia morabantur; ex alio autem latere eiusdem montis animalia sunt alba.... Transiens hinc in octodecim dietis, per multas ciuitates & terras, veni ad vnum flumen magnum, ibique applicui ad vnam ciuitatem, quæ per transuersum istius fluminis erat sita....

17 **H**inc recedens veni in quamdam ciuitatem Chamfana, quæ dicitur Ciuitas-celi. Hæc maior est omni alia quam conspexi. In circuitu enim ferè habet centum millaria, & populoissimè inhabitatur, imò raro est dominus, quæ non decem vel duodecim suppellebiles, id est, familias in se habet. Habet duodecim portas principales, & propè æqualiter, fortè ad octo millaria, sunt ciuitates, maiores quām esset ciuitas Venetiarum & Padua. Vnde itur benè per sex vel septem dietas per vnum illorum burgorum, & videtur modicum measle. Hæc ciuitas sita est in aquis lacunarum, quæ stat sicut ciuitas Venetiarum. Ipsa etiam habet plusquam duodecim milia pontium, & in quolibet morantur fortis homines custodientes hanc ciuitatem pro magno Cane. A latere huiusc ciuitatis labitur vnum flumen, iuxta quod ipsa sita est, sicut Ferraria iuxta Padum.... Illic est copia panis, vini, carnium, & aliqua genera potus nobilissima, & omnium viuentium abundantia reperitur. Hæc est ciuitas regia, in quâ Rex Manzy morabatur. In eâ nostri Fratres quatuor prædicti ad fidem Christi vnum potenter hominem conuerterunt, in cuius domo ego continuè hospitabar, & ille mihi aliquando dixit: Ara, id est, Pater, vis venire ad perdectionem conspicere ciuitatem? Tunc consentiente me, ascendimus simul in vnam barcham, & iunimus ad quoddam magnum monasterium religiosorum, qui sunt illic. Et euocato ad se vno ex illis, dixit: Vides hunc Rabi Francum, id est, virum religiosum? Iste venit à regionibus vbi sol occidit, & nunc vadit Cambalech, ut roget pro vita magni Can. Ideò aliquid sibi ostendas, ut si aliquando reuersus fuerit.... nouum & rarum in Chamfana ego vidi. Ille autem respondit se velle aliquid libenter demonstrare. Deinde magnas duas sportas accepit plenas, quæ mensæ superfluerant fragmentorum, & aperâ portâ nos in quoddam viridarium introduxit. Erat autem in eo monticulus quidam plenus arboribus amoenis: acceptoque vno tintinnabulo cœpit pulsare. Ad cuius sonitū mox animalia multa & diversa de illo monticulo descenderunt, sicut essent simiae, cati, ... & plura alia, & quædam quæ faciem hominis videbantur habere. Et cum videremus de bestiis usque ad tria millia circa ipsum ordinatè conuecti, ille paropides posuit, & illis sportis secundum natum credidit, illis cibum. Et cum comedissent, tam refutari iterum cymbalum pulsans, animalia ad loca propria remeabant. Ego autem multum ridens illi seni dixi: Edistere mihi, quid ista significant. Ait ille: Ista sunt nobilium virorum animæ, quas nos hîc pascimus amore Dei. Ad quod ego: Ista animalia non sunt animæ, quæ spirituales sunt, sed solum bestiae corporales. Respondit ille: Non sunt animalia, sed animæ defunctorum. Et adiecit: Sicut hîc quilibet nobilior fuit, sic anima eius in nobilius animal transformatur: animæ verò rusticorum vilibus animalibus se coniungunt. Et licet multa sibi dicere & prædicare, nūquā tamen ipsum ab hac perfidâ potui reuocare. Si quis velit huius ciuitatis magna & mirabilia, quæ in eâ sunt, scribere, vix unus quaternio possit omnia continere.

18 **D**e hac recedens per sex dietas veni ad aliam ciuitatem magnam, nomine Chylefo, benè muratam, ad quam sunt quadraginta pontes lapidei pulchriorum de hoc mundo. In hac ciuitate fuit prima sedes Regis Manzy, hæc benè à gentibus inhabitatur. Hinc exiens vni ad fluuium magnum, nomine Tannay..... Cum autem per istud flumen transisem, per multas ciuitates vni ad vnam, nomine Ianzi, vbi locus est Fratrum Minorum..... Ab hac ciuitate est quædam alia ciuitas in capite

Lensum. pite fluminis Thanay, nomine Mensy per decem millaria ab illâ, quæ habet maius & pulchrius nauigium cunctis terris. omnes naues ibi sunt albae sicut nix, zeflo depictæ, & multa sunt illic aliis variis decoribus ordinata. Recedens ab hac per octo dietas per multas ciuitates & terras, per aquam dulcem veni ad ciuitatem quamdam, nomine Lensium, quæ sita est super vnum flumen Tharamorum nomine. Hoc flumen per medium Chathay transit cui damnum magnum infert cum inundat, sicut est Padus transiens versus Ferrariam. Cum autem irem per hoc flumen versus Orientem, transiens per multas ciuitates & terras, per plures dietas, veni ad ciuitatem nomine Sucumatis, quæ ibi quò maior carentia serici solet esse, tunc quadraginta libræ habentur octo solidis grossorum minorum. In eâ sunt mercimonia, & copia panis & vini & omnium viualium.

a *Hic describit regnum Sinarum vix dubium erit ei, qui hoc contulerit cum ita quæ Nicolaus Trigautius noster de hoc regno & Christianâ apud Sinas expeditione script. Mangi appellat Paulus Venetus, & in nouem regna diuinum scribit cap. 64. lib. 2.*

b *Videtur Suceu Trigautio dici lib. 4. cap. 4. qui afferit instar Venetiarum super aquas, sed dulces, adificata.*

c *Quinfai, Ciuitas-cæli dicitur Paulo Veneto cap. 63. & 64. eiusq; etiam circuitum statuit circiter centum milliarium, in eâque reperiri ait pontium lapideorum duodecim milia, ob fundum, ut Venetis, paludinosum.*

C A P V T V.

*Iter per regna Cathay & Thibet.
Conuersio infidelium.*

19 **I**Nde recedens per multas ciuitates & terras versus Orientem, veni ad illam nobilem ciuitatem a Chambalech, quæ vetus est & antiqua in prouincia Chatay. Hanc ceperunt Tartari, & abinde à dimidio millarii vnam ciuitatem, nomine Thayde, construxerunt. Hæc duodecim portas habet, & intra quamlibet earum sunt duo millaria magna; & numquām ciuitas benè per homines habitatur. Harum ciuitatum circuitus plus ambit quām quadraginta millaria magna. In ciuitate magnus Cham sedem imperij sui habet, palatium ibi magnum habet cuius muri per quadrum se extendent, infra quod spatium multa sunt pulchrè palatia adificata.... Ego Fr. Odoricus mansi ibi tribus annis & festis regis sibi interfui. Nam nos Fratres Minores in hac curia habemus locum pro nobis specialiter deputatum, & nos semper oportet primos procedere, & dare Domino Regi nostram benedictionem. Diligenter etiam de ipsis histrionibus inquisui à Christianis, Saracenis, cunctisque idololatriis, non modò ab illis qui per me ad fidem Christi conuersi sunt, quorum plures in illâ curia sunt magni Barones aspicientes solummodo ad personam Regis.....

20 **D**e hoc imperio Chatay recedens versus Orientem in quinquaginta dietas, transundo per multas ciuitates & terras, veni in terram Pretesian, de quâ cunctissima pars non est, sicut olim dicitur fuisse: cuius autem principalis ciuitas Tozan vocatur, quæ sola de melioribus est in terrâ, multas & sub se habet ciuitates, ... Deinde per multas dietas veni ad prouinciam quæ Kansan vocatur. Hæc prouincia est vna de duodecim partibus magni Canis. De hac recedens veni ad vnum magnum regnum, nomine b Tibet, quod ipsi Indiae contiguum est, & subiectum est magno Cani. ibi panis & vini abundantia reperitur. Gens huius terra moratur in tentoriis ex filtris magnis factis. ciuitas principalis tota est ex muris albis & nigris.... In hac ciuitate moratur Abbas, quod sonat PAPA in illâ lingua. Iste caput est omnium idololatrarum quibus secundum morem suum distribuit gradus & beneficia dignitatum.

21 c In terrâ hac omnipotens Deus nostris Fratribus contra immundos spiritus magnam contulit potestatem. Nam sic eos ciiciunt ab obfessis corporibus, sicut qui ex

facili de domo expelleret vnum canem: id est multi à de- Ex ipsius monibus obfessi, & catenis ligati, ad ipsos Fratres per scriptis decem dietas & amplius adducuntur. Illi autem, qui sic Multi ad à dæmonio liberantur, mox se permittunt & petunt sa- fidem con- uertuntur cro baptisitare purificari. Tunc Fratres idola filtro facta, ab eius quæ isti coluerant, accipiunt portantes secum Crucem sociis, & aquam benedicam, ad ignem pro hoc paratum de- ferunt ad cremandum. Tunc omnes de contrata illâ conueniunt ad spectaculum, cupientes videre qualiter dij vicinorum suorum à Fratribus comburuntur. Et combustis cùm Fratres idola in ignem proiiciunt, frequenter agente diabolo profiliunt extra ignem. Tunc ipsi benedictâ aquâ ignem aspergunt, & idola penitus incinerantur. Indignatus ergo Sathanas cum suis, quia vasa diu possessa amisit, in aëre vociferatur, dicens: Videte qualiter de meo habitaculo cum iniuria sum expulsus: propter hoc multi de gentibus illis ad baptisim gratiam conuertuntur.

22 Aliud quoque stupendum & terribile ego vidi. Cùm enim irem per vnam vallem, quæ sita est super flu- men deliciarum, multa corpora mortuorum ibi vidi. Audiui etiam in hac valle cantum diuersi generis musi- corum, maximè autem citharae, quæ ibi mirabiliter pul- fabatur. Vnde propter tumultum, clamorem, & cantum Varias istorum, timor mihi maximus incumbebat. Hæc vallis præfigata longa est, scilicet octo milliarum terræ, in quam, vt di- demonis citur, si quis intrauerit, ibi moritur, & numquam de ce- contemnit ter reuertitur. Et licet hoc pro certo audiuerim, tamen superat B. Odori- intrare volui, confidens in Domino, vt viderem finali- cus. ter quid hoc esset. Et cùm intrasse, vt dixi, vidi que corpora mortua, quæ innumerabilia videbatur. In vno latere huius vallis, in quodam faxo, vidi faciem homini- nis, quæ sic aspectu erat terribilis, quod præ timore ni- mio putabam me spiritum exhalarer. Idcirco illud Euangelicum, Verbum caro factum est, ore meo continuò proferebam: ad ipsam autem faciem accedere non au- debam, sed tremens ac stupens ab ipsâ septem vel octo passibus ego steti: deinde transiui ad alium finem vallis: super montem arenosum ascendì, de quo circumspi- ciens nihil videbam penitus præter vnam citharam, quam pulsari audiebam. Cùm autem essem in vertice montis, iuueni illuc argentum multum, quasi squamas piscium congregatum; de quo accipiens posui in gremio, & quia non indigui, nec de eo multum curavi, ite- rum illud in terram proieci, & sic protegente me Deo absque periculo exiui, & ad habitationes hominum remeau. Saraceni verè omnes, cùm rescirent me hanc vallem pertransisse, & sine periculo evasisse, reuerentiam mihi exhibebant dicentes me esse beatum & sanctum. Illos autem mortuos, nescio quâ delusione ac phanta- cia imaginatione decepti, dicebant esse homines dæmo- num infernalium.

23 Ego Frater Odericus de Foro-Italiæ testificor co- ram Deo & Iesu Christo, quod omnia hæc, quæ hic scri- Libri Epis- psi, aut propriis oculis vidi, aut à maiori parte fide di- logus. gnorum hominum hæc audiui. Multa alia vidi, quæ non scripsi, quia hominibus terrarum nostrarum impossibilia viderentur, nisi qui eas in terris infidelium, sicut ego pec- cator, adspexissent.

a *Paulus Venetus Cambalu vocat, & pluribus describit lib. 2. cap. 9. 10. 11. de magno Chamo agit cap. 12. 13. & seqq. Hanc ciuitatem hoc tempore Pechinum, seu Pequinum dici, & Sedem Sinensium Regum esse arbitratur Trigautius noster lib. 4. de Christianâ expedit. apud Sinas cap. 3. Alij aliter sentiunt. In Cambalech templum erexit Ioannes de monte Coruino anno Chr. 12. 99. Idem Archiepiscopus Cambalenſis creatus an. Ch. 1307. Additi Episcopi septem suffraganei, constituti in vicinis ciuitatibus, omnes ex ordine Minorum. Ita VVaddingus, Vicarius Tatariae nominatur in Catalogo Poly- chronici duplex, Aquilonaris, & Orientalis; in illo septendecim lo- ca, in hoc quatuordecim, Minoris habebant. Pisanus illum vocat Vi- cariam Aquilonis, hunc verè Vicariam Tatariae, ubi in Cam- balech in palatio magni Cani habent Fratres locum,*

b *Regni huius Tibet meminimus Paulus Venetus lib. 2. cap. 36. & 37. sed accurate à se perlustratum describit Antonius Andrade noster in epistola ad R. P. Mutium Vitellescum Generalem Societatis no- stra, misa ex urbe regia Caparangua 15. Augusti 1626. que vario*

Ooooo 4 idiomata

a *In Cam- balech ha- bitat tri- bus annis:*

transi- per Prete- joan.

& Kan- san,

in regnum Tiber.

b

c

*Ex ipsius idiomate excusa extat.
SCRIPTIS. c VVaddingus ad an. 1331. num. 15. que hic Odoricus à Fratribus
bus ab ipso non gesta scribit.*

APPENDIX

Auctoribus Marchisino, & Henrico.

*Hymno
tum sociis
cantato,
excipit in
itinere
Magnum
Chamum
Imperato-
rem,*


*poma of-
fert:*

Ego Frater Marchisinus de Baiadon, Ordinis Fratrum Minorum, protestor, quod à Fratre Odorico prædicto dum adhuc viueret, audiui plura quæ non scripsit. Dixit enim quod semel dum Chan magnus Imperator Tartarorum iret de Cambalech Sandon, ipse Frater Odoricus erat cum quatuor Fratribus Minoribus sub umbrâ vnius arboris iuxta viam, vbi ipse Chan erat transiturus. Et cum iam appropinquare coepisset unus Fratrum illorum, qui erat Episcopus, induitus Pontificali ornatu accepit crucem, & impositam baculo in altum erexit. Tunc hi quatuor coeperunt altis vocibus hymnum, Veni Creator Spiritus, decantare. Quo auditio ipse Chan quæsiuit à viciniotibus sibi Princibus, quid hoc esset. Cui responderunt illos esse quatuor Rabanthal Franci, id est, religiosi Christiani. Et vocans eos ad se, & visâ cruce erexit se in curru, depositoque galerio capitisi sui humiliter deosculabatur crucem. Et quia statutum est, ut nullus audeat appropinquare currui suo vacuis manibus, idcirco Frater Odoricus paruum calatum plenum pomis pulcherrimis obtulit ei pro xenio. Et ille duo poma sustulit: & de uno comedit, alterum verò in manibus gestans tum recessit. Ex quo luculenter apparet, quod ipse Chan aliquid sapit de fide Catholicâ, & hoc per inductionem Fratrum Minorum, qui in Curia suâ continuè morantur. Istud autem galerium, quod ob reuerentiam deposituit, prout audiui à Fratre O-

derico, ex gemmis & perlis pretiosis factum est, & plus valet quam tota marchia Taruisina.

2 Beatus autem vir Odoricus, cùm anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo de partibus infidelium ad suam prouinciam remearet, scilicet Marchiam Taruisinam, Curiam summi Pontificis, videlicet Domini Ioannis XXII. adire dispositus, ut ab eo licentiam peteret, quod quinquaginta Fratres de quibuscumque prouinciis collectos, qui voluntarij essent, ad eundum, secum duceret ad seminarium fidem in partibus transmarinis. Cùm autem recederet de Foro-Iulij, unde natus erat, & venisset Pisis, graui infirmitate corruptus est. Eapropter ad locum suum redire compulsus est: & veniens in Vtinum, quæ est cimitas de Foro-Iulij, anno Dominicæ Incarnationis MCCCXXXI. postridie Idus Ianuarij, de huius mundi naufragio transit ad gloriam Beatorum. Sed innumeris virtutibus, & multis miraculis nunc coruscat: nam ad tumulum eius cæci, claudi, surdi, muti, & alij diuersis morbis prægrauati, per merita ipsius accipiunt gratiam sanitatum à Domino Iesu Christo. Hoc testatus est litteris suis in Curia Papa Patriarcha Aquileiensis, in cuius diœcesi haec sunt. Et protestatur Styria & Carinthia, & multi de Italiâ & regiones plurimæ circumquaque.

3 Ego Frater Henricus, dictus de Glatz, qui prædicta omnia trascrispi existens Auenione in Curia Domini Papæ anno Domini supradicto, si non intellexissem ibidem de felice Fr. Odorico, & sociis qui secum fuerant, tot perfectiones & sanctitatis eius opera, vix aliquibus hîc per eum descriptis credere potuisse: sed coegerit me vitæ suæ veritas dictis eius fidem credulam adhibere. Scripsi autem haec anno Domini trecentesimo quadragesimo in Pragâ, circa festum omnium Sanctorum, & copiosius ea audieram in Auenione.



XV. JANVARI.

SANCTI QVI XVIII. KAL. FEBR. COLVNTVR.

- | | | |
|---|--|--|
| S. Abacuc, | } Prophetæ, in Iudeâ. | S. Alexander, Abbas & institutor Accæmetorum, Constantinopoli. |
| S. Michæas, | | S. Ioannes Calybita, monachus Accæmetus, & propter Deum mendicus, Constantinopoli. |
| S. Pansophius, Martyr Alexandriæ. | | |
| S. Secundina, Virgo & Martyr, Anagniæ in Latio. | | |
| S. Cresconius, | } Martyres, in Ægypto. | S. MAVRVS, Abbas Glannafoliensis in Galiliâ. |
| S. Zeno, | | S. Ida, siue Ita, Virgo in Hiberniâ. |
| S. Menelaus,
& alij, | | S. Tharsitia, Virgo, Rutenis in Galliâ. |
| S. Cornelius, | } Martyres in Oriente. | S. Bonitus, Episcopus Aruernorum in Galiliâ. |
| S. Cælestius,
& alij, | | S. Ablebertus, siue Emebertus, Episcopus Cameracensis in Belgio. |
| S. Ephyfius, Martyr in Sardiniâ. | S. Maurus, siue Mortuus-natus, Eremita, Hui in Belgio. | |
| S. Macarius Ægyptius, Abbas. | S. Ceolulphus, Rex Northumbriæ in Angliâ, dein monachus. | |
| S. Isidorus, monachus & Presbyter Alexandriæ. | | |
| S. Maura, | Virgines apud Turones in Gal- | |
| S. Britta, | liâ. | |

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

- S. **Martina**, Virgo & Martyr, tempore Pauli III. Papae culta fuit hoc die officio trium Lectionum, ut patet ex Breuiario Romano, quod Cardinalis Quignonius concinnauit. Colitur iam officio semiduplici XXX. Januarij. Acta deditus die eius natali. 1. Januarij.

S. **Macarius** Alexandrinum, discipulum S. Antonij, refert hoc die Felicius. De eo egimus. 11. Januar.

S. **PAVLVS THEBÆVS**, PRIMVS EREMITA, colitur hoc die officio semiduplici ab Ecclesiâ Romanâ, & referuntur à Molano, Felicio, Menais &c. ab aliis XIX. Januarij. Vitam deditus. x. Januarij.

S. **Designatus**, Episcopus Traiectensis. Ferrar. De eo egimus. XIII. Januarij.

S. **Pontianus**, Martyr Spoletinus, memoratur hoc die in Videlia SS. Haganœ an. 1508. excusâ. Eius Acta deditus XIV. Januarij.

S. **Fulgentius**, Episcopus Astigitanus, Berzocana, ubi eius corpus diu quieuit, colitur XV. Januarij, alius diebus alibi. De eo egimus. XIV. Januarij.

Sacrum coniungium B. Mariae Deiparæ & S. Ioseph, celebratur hoc die officio duplice ab Ecclesiâ Nannetensi, ab aliis alio die, ut XXIII. Januarij dicemus.

Festum sanctissimi nominis Iesu à quamplurimis Ecclesiis Belgicis & aliis agitur hoc die, & plurimis inscriptum est Martyrologio. PP. Minorum rogatu (qui tamen XIV. Januarij id celebrant, vii & Seruata, atque alii) anno 1530. institutum scribit Petrus Galeſinius in Notis. Potius confirmationem, aut restauratum dixisset: nam prius viguisse, patet ex vetustis Breuiariis & Martyrologiis diu ante Clementis Pontificatum tum cufis tum manu exaratis. De eâ Catholicorum pietate, eiusq; antiquitate, preclara sunt que habet Antonius Quintanaduennas noster lib. de SS. Hispanibus.

S. **Lucerius** Diaconus, Antiochiae. MS. Martyrologium S. Hieronymi, in quo & anteâ VII. Januarij. Lucerius Diaconus, qui alias Clerus, vti & XIV. Lucerius, qui Clerus. Hinc ab veroque diuersus sit, ambigimus.

S. **Clarissima**, Martyr sub Diocletiano in Græciâ, memoratur à Ferrario, qui citat tabulas Græcorum: in quibus tamen nullam Clarissimam reperimus, nisi sit Epiphane, vel Epiphanius; de quâ XII. Iulij agitur.

Sanctos sex Patres in pace finitos refrunt hoc die Menaâ.

Quinam illi sint, an alius fortè diebus separatis religioso cultu celebres, haud scimus.

S. **Mauri Abbatis** corpus asseruari in vico Membrillar, iuxta Badajoz Hispania vrbem, & festum illius agi XV. Januarij, scribit Ioannes Marietta lib. 18. cap. 12. & sè ex incolis sedulè quæsiſſe, qui esset ille Maurus Abbas, an S. Benedicti discipulus, qui hoc die colitur, an alius aliquis; nihil certi discere potuisse, nisi esse ibi corpus S. Mauri Abbatis.

Eligius quidam à S. Mauro Abbatе, vt in eius Vitâ infrâ hoc ipso die narratur, grauiſſimâ agritudine liberatus, dein in Lirino insulâ monachus fuit. Recensetur à Vincentio Barracli Salerno inter Sanctos illius sacrati asceterij, cum tamen de eo aliud nihil proferat, nisi testimonium illud sanitatis recuperata, & vita religiosa suscepta. Sanctis quoque in Martyrologio Gallicano annumerat Sauffains.

Bigitanus Episcopus in Scotiâ, memoratur à Ferrario, & Camerario. Adhuc nobis ignotus.

Isidorus, Episcopus in Siciliâ, discipulus S. Gregorij Papæ, à Constantio Felicio statuitur hoc die. Felicium sequitur VVion, sed cuius Sedis Episcopus fuerit, fatetur peruestigare se nequituisse. VVionem citant & sequantur, absque alia ad locum, Menardus, Dorganius, Octavius Caetanus, Ferrarius, Rocchus Pirrus.

Alfredum, vel Alfridum, Regem Northumbriae, Sanctum appellat, & monachum fuisse scribit Arnoldus VVion lib. 4. Ligni Vita cap. 6. VVionem secuti sunt VVilsonus & Ferrarius, qui ambo hoc die eum retulere, ille verò in posteriori editione Martyrologij Anglicani XIV. Martij. Videtur VVion loco Beda lib. 5. cap. 13. perperam intellecto inductus vt monachum crederet, cum Beda non Alfredum, sed Driethelimum, Alfridi rogatu in monasterium receptum testetur. VVernerus Rolewinck à VVione citatus, non Alfredum Nordhaninbrom, sed Adiulfridum, vel Alfridum, aut potius Æthelredum, Merciorum Regem monachum factum scribit, de quo nos IV. Maij. Alfridus Northumbriae XIX. Kal. Januarij mortuus est anno 705. succedente Osredo filio, vt scribunt VVigorniensis & VVestmonasteriensis. De Aelfrido Occidentalium Saxonum Rege, atque Angliae monarchâ, agemus 28. Octobris.

Bainba, sive VVamba, Hispania Rex, Sanctus indigitatur à Benedicto

- Benedicto Dorganio hoc die, & VVione. Honorificè translatum est eius corpus Philippo II. curante. Haud tamen omnino adhuc exploratum nobis, an ut Sanctus colatur.
- Godefridus, sive Gaufridus de Peronâ, Prior Claræuallis, à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cisterciensi Beatus predicatur; à Saussaio Piis accensetur.
- Conanus, sive Cunanus, Marganensis in VVallia Abbas, instituti Cisterciensis, à Chrysostomo Henriquez in Menologio refertur hoc die, & Beatus appellatur. Illustri sunt, que de illius virtutibus narrat Silvester Giraldus in Itinero Cambria lib.1.cap.7. Verum an Sandorum, aut Beatorum catalogo legitimè insertus sit, nos later. Abest à Martyrologio Anglico.
- Heylecka, Reclusa sanctissima, Coloniæ, refertur hoc die à Chrysostomo Henriquez in Menologio ab aliis XIV.Ianu. vt iste diximus.
- S.Sulpitij Pij, Bituricensis Episcopi, Translatio, in plurimis hoc die consignata Martyrologio; Beda vulgato, Adonis, Saussaïj, Menardi, alii. De eâ agemus ad eius vitam XVII.Ianu.
- S.Marius, 7 Martires. MS. Martyrol. cœnobij S. Maximini
- S.Martha, 7 Treuiris. Acta eorum dabimus XIX.Ianuar.
- S.Stephani templum in monasterio S. Euthymij hoc die dedicatum anno 460. vt ad ipsius S.Euthymij vitam cap. 16. nu.99. dicetur XX.Ianu.
- S.Anastasius Persa, monachus & Martyr, refertur hoc die in Menologio Græcorum. De eo agemus XXII.Ianu.
- S.Elidius Martyr, Aruernis, Ferrar. De eo, & S.Praetexto, agemus XXV.Ianu.
- Institutio sacræ militiae Calatravæ sub S. Raymundo Abate Fiterij anno 1159. bis ipsis verbis in Kalendario Cisterciensi Diuione excuso consignata est. De eâ agemus ad ipsius B.Raymundi vitam I.Febru.
- S.Maximus, sive Maximianus, Episcopus Nolanus, de quo in gesu S.Felicis Presbyteri XIV.Ianuarij actum est, refertur hoc die in Martyrologio Romano, & alio. Colitur ab Ecclesiâ Beneventana, qua aliquibus eius reliquiis gloriatur, VIII. Februarij; ast in suâ, illi est, Nolanâ, quam sequemur, VII. Febru.
- S.Cointa, Virgo & Martyr, Alexandriae. Carthus. Colon. in addit. ad Vfuard. Nos VIII.Febru.
- S.Accas, Episcopus Hagulstadiensis in Angliâ. David Camerar. at Martyrologium Anglicanum XIX.Febru.
- S.Probus Episcopus Reatinus, refertur hoc die à Galefinio, iterumq; ab eo & pluribus aliis XV.Martij.
- S.Iosephi nutritij Christi commemoratione videtur aliqua
- hoc die celebrari ab Ecclesiâ Germanicis; nam eam hic configuant Carthusiani Coloniens. Martyrol. Colon. & Canisius. De eo agemus XIX.Martij.
- S.Prochorus, unus è lxx. Christi discipulis, hoc die inscriptus reperitur Kalendario Coptico. Colitur ab Ecclesiâ Romana IX.April.
- S.Antonina Virgo, una de sodalibus S.Vrsulæ, refertur hoc die in nouâ editione Martyrologij Anglicani. Celebratur eius Translatio XIX.Ianuarij; solemnis feria 2. Pentecostes. De eâ agemus XI.Maij. atque in historiâ Vrsulanâ XXI.Octob.
- S.Mauritij Translationem, Augustæ Taurinorum hoc die summa celebritate recoli tradit Ferrarius. De eâ agemus, cum illius glorioſi Martyris Acta dabimus, XXII.Septemb.
- S.Firmini, Episcopi Ambianensis & Martyris, inuentio recoli hoc die in quibusdam Ecclesiis consueuit, vt patet ex veteri Missali Cameracensi; ab aliis XIII.Ianu. vt diximus. De eâ agemus die eius natali XXV.Septemb.
- S.Romedijs, sive Remedius, Confessor, colitur hoc die Tridenti, vt auctor est Ferrarius, qui i.lunij agi ecclesia ipsius dedicationem scribit, obiisse ipsum XIII.Ianuarij. Ast in Viatâ, quam è veteribus MSS. to.3. Bauaria sancta exhibet Raderus noster, consentientibus quibusdam Martyrologiis, dicitur obiisse & coli 1.Octob.
- S.Remedius, Episcopus Remensis. Canisius, Carthus. Colon. in addit. ad Vfuard. Martyrolog. MS. S.Hieronymi, sed auctum, vt vel hinc pater; est enim S. Remigius de quo agemus 1.Octob.
- S.Charitina Martyr. Menolog. Græcorum. Eadem viderur que in eodem Menologio, ac Martyrologio Romano & aliis, refertur V.Octob.
- S.Cosmas, Episcopus Maiumæ, refertur in Menaïs hoc die & iterum, vti & in aliis plurimis, XIV.Octob.
- S.Felix, Episcopus Tubizacensis in Africâ. Carthus. Colon. in addit. ad Vfuard. & Canisius, Acta etiam, que in MS. Ultraiclinio, & in Agonibus Martyrum Lutetiae excusis extant. De eo cum Martyrologio Romano & alii agemus XXIV.Octob.
- S.Macarij, Aberdonensis in Scotiâ Patroni, ecclesiæ dedicationem memorat hoc die Ferrarius in Notationibus ad generalem SS. catalogum. Leslieus & Coneus huius S.Macarij meminerunt. Camerarius festum eius celebrari solere tradit XIII.Novemb.
- S.Maximus, Abbas iuxta Aureliam, refertur in MS. quodam Kalendario SS. ord. S. Benedicti. Colitur XV.Dec.

DE SANCTIS PROPHETIS ABACUC ET MICHAÆA.

S. I. Reliquie utriusque inueniente. Dies Natalis.

XV. IA-
NVAR.



Oluntur sancti Prophetæ Abacuc & Michæas ab Ecclesiâ Hierosolymitanâ, (cuius Kalendarium exhibet VVaddingus to.3. Annal. Minor. ad an. Ch. 1342.) officio semiduplici, hoc die. Quedam vetera MSS. Martyrologia solius Abacuc hic meminere; verus Romanum & cetera Latina utriusque. Beda, Ado, Vfuardus, Rabanus, Notkerus, Bellinus, Mazorucus, Galpinius, Canisius, sub Arcadio & Honorio reperitæ sanctorum horum Prophetarum reliquias tradunt; Romanum Martyrologium sub Theodosio seniore: In Iudæâ, inquit, SS. Habacuc & Michæas Prophetarum, quorum corpora sub Theodosio seniore diuinâ reuelatione reperta sunt. & recte, vt patet ex Sozomeno, Nicephoro, & aliis. De Inuentione primâ, deinde de singulis separatis agemus.

SS. Michæas &
Abacuc
natalis]

2 Sozomenus lib.7. historia Ecclesiastice cap. 28. Abacuc,

& post eum non longo intervallo Michæas, inter Prophetas primi, circa hoc tempus apparuerunt. Amborum autem corpora (vt intellexi) per diuinam in somnis visionem indicata sunt Sebenno tum temporis Eleutheropolis Episcopo. Erat autem nomen eius ciuitatis Cela, qua anteâ Cila vocabatur, in quâ repertus fuit Abacuc. At Barathsatia locus est circiter decem stadiis ab eâ civitate distans, in quo Michæas sepulchrum erat, quod Monumentum fidele vocabant indigenæ, ignati quid dicarent, Mephameemana lingua patriâ appellant. Satis igitur opportuna & hæc ad Christianæ doctrinæ celebritatem, sub hoc imperio contigerunt. Cassiodorus historia Tripartita lib.9.cap.49. ex Sozomeno paraphrasit: Abacuc & Michæas Prophetarum corpora (sic ut audiui) hoc tempore sunt ostensa reuelatione diuinâ, cum Zebenus tunc Eleutheropolitanum gubernaret Ecclesiam, in vico qui prius vocabatur Ceila, in Berethasiâ prædio quod distabat ab urbe ferme stadiis decem. Circa hunc locum sepultura Michæas fuit, quam nescientes quid dicerent prouinciales, O fidem memoriam vocabant,

3 Idem

*reliquia
diuinatus
reuelata*

³ Idem quoque narrat Nicephorus lib. 12. cap. 48. qui Celam vbi inuen- olim Ceilam cum Caſiodoro dicitam scribit; locum verò vbi ^{ta,} Micheas inuenitus est appellat Berathpasia, sepulchrum, vocatum ab accolū Nephiā meemana: at Cornelius à Lapide noſter prefatione in Micheam, Nephiā meemana, id est, Animam fidelem, vel Corpus fidele; nam anima pro corpore, etiam mortuo, metonymice sumitur. Demum addit Nicephorus: quando. Prophetæ Zeberio in ſomnis apparentes, ſeipſos qui eſtent indicarunt. Vide Baron. tom. 5. anno 406. ſub finem, licet pridem antea inuenta ſacra pignora fateatur. Siegericus anno 396. habet hanc inuenitionem.

S. II. Quis hic Micheas Prophetæ?

^{Duo Mi-} **E** Vnde eſſe Micheam Prophetam ſextum inter XII. mi- ^{cheas Pro-}
^{hie poſte-}
^{rior:}
^{eius pa-}
^{tria.}
^{sepulchrū}
^{in ecclē-}
^{ſiam con-}
^{uerſum,}
^{vaticinia.}

Vnde eſſe Micheam Prophetam ſextum inter XII. mi- nores, & illum qui ſub Achabo Rege flouruit, exiftimat Epiphanius de vitu Prophetarum cap. 13. & Dorotheus in Synopsi, atque alij: ſed vel ex eo refelluntur, quod ille à Ioromo Achabi filio occiſus ſit, ipſo Epiphanio teſte, hic ſub Ioathan prophetarit, facile 150. annis pofit. Sed nec nomina, nec patria, nec tribus vtriusque Micheas conueniunt. Nam Micheas ille lib. 3. Reg. cap. 22. מִיכָּהֵל Michaeihu vocatur, hic מִיכָּה Micheah; quamquam facili euenire poterit ut vocabula aliter vno loco, alio alter efferantur; & in omni lingua ſuppetunt exempla, ſuntq; hic radicaleſ littere eadem. At ille ex tribu Ephraim erat, ut ait Epiphanus, & veriſimiliter in Samariā; hic ex tribu Iuda in vico Morathi natus.

De hoc ita ſcribit Cornelius à Lapide noſter in Prefatione commentar. in Micheam. Hic Micheas oriundus fuit de Moraſthi, qui fuji viciuit in tribu Iuda iuxta Eleutheropolim, ad Orientem eius. Chaldaeus, Clarius, Arias & Vatab. putant eſſe euindem cum Maresa; à Maresa enim vel Mereſet deductum videtur Hebræum nomen patronymicum Morathi, id est, Morathites, quod hic Micheas attribuitur. Verū S. Hieronymus docet, Moraſthi nomen eſſe loci diſtincti à Maresā. Vnde ipſe in Epiſtaphio Paula ſcribit ſuo tempore ibidem extiſſe ſepulchrum Micheas, illudque conuerſum fuiffe in ecclēſiam, quam S. Paula inuiuit religionis ergo. ſic & Adrichomius, & alij in Descriptione terræ sanctæ; ſic & Remigius, Haymo, Rupertus, Hugo & Liranus hīc. Fuit ergo Micheas oriundus ex tribu Iuda, non Ephraim, vti censuit Epiphanus, Isidorus & Dorotheus in Synopsi: vndē cap. 1. v. 9. ait, venit uſque ad Iudam, tetigit portam populi mei, uſque ad Ierufalem. De Maresā verò quaſi de peregrinā dicit v. 15. Adhuc heredem adducam tibi, quaſi habitas in Maresā. *Hec Cornelius.*

6 Et pauci interieci: Argumentum Micheas eſt, taxare idolatriam, vitiaque ex ea nata, ac praefertim oppressionem paupertim, tam Samatia quam Ierusalem; putā tam decem tribuum, quam duarum. Et quia Samaria idolatriæ virtulorum initium dedit, eamque comiunicauit Iuda ſub Achaz impio Rege, hinc primō excidium Samariae per Affyrios, deinde excidium Hierosolymæ per Chaldaeos comminatur, ſtragemque & captiuitate populi, praefertim Principum tam laicorum quam Ecclesiasticorum, qui in ſcelere duces fuēt populo, prænuntiat. Post hæc tristia, de more lata ſubiungit; eosdemque conſolatur, promittens latum reditum ē Babylone per Cyrum, & latorem ex peccato, morte, & gehennā regreſſum ad gratiam, vitam, & Ecclesiastum militanteſ tum triumphantem, per Christum, quem in Bethlehem nasciturūm praedicit.

7 Consule Franciſcum Riberam noſtrum, & alios interpretes qui ſuſius ſingula diſputant ac Iacobum Salianum anno mundi 3290. Menea Gr̄corum hunc habent 14. Auguſti, ſed cum altero confundunt, ideoq; plurimi anni prophetas ſcribunt, tam (quod ridiculum uideri potest) à Ioromo occiſum. Erat, inquietum, Micheas Ioram filius, natus Borata, è tribu Ephraim, prophetauitque annos quatuor & octoginta: præceſſit natalem Christi ſexcentis & ſex annis: multaque fecit Achab Regi Iudæ, à cuius filio Ioromo ē medio ſublatus eſt, ſuſpensus, quod ipſius impietatem &

maiorum reprehenderet. Mortuusque in Morathe ſe- ^{Bx. vA-}
pultus eſt, ſolus in terrâ ſuā prope cœmiterium Enacim, ^{R. 11.}
sepulchrum eius notum eſt. At Menologium Micheae Pro-
phetæ vnius ē XII. minoribus natalem ſtatuit 14. Auguſti, alterius
verò ē tribu Ephraim 5. Ianuarij.

S. III. Abacuc Prophetæ vnuſ an duo?

⁸ **E** Piphanus, Dorotheus, Isidorus, & alij cum Germanico Martyrologio, vnum tantum agnoscunt Habacuc, eum ^{An-}
qui octauis recenſetur inter minores Prophetas, quiq; ab Angelo vnuſ an ad Daniele in lacum leonum deportatus eſt. Contrarium cenſet duo: ^{Abacue}
cum multis Iacobus Salianus noſter anno mundi 3327. Ezechia
19. & alibi, cui aſſentiri videtur Cornelius praefat. in Habacuc
& alij Interpretes. Idem Cornelius in cap. 14. Danielis v. 32. ita
ſcribit: Nota, licet tempore excidi Hierosolymæ per
Chaldeos, multi Iudæi abducti fuerint in Babylone, alij fugerint in Egyptum, vel in alias regiones; tamen nonnullos remantiff, vel rediſſe in Iudæam, inter quos
fuit hic Habacuc. Quæres: Fuifne hic idem cum Habacuc vnuſ ē XII. minoribus Prophetis? Affirmare videtur
S. Hieronymus praefatione in Habacuc, Epiphanius, &
Dorotheus in Synopsi, Perierius & Pintus hīc. Verū Tor-
niellus & alij id negant, idque verius videtur. Nam noſter hic Habacuc illo fuit posterior. Ille enim fuit ante
captiuitatem Babyloniam; nam eam prædixit: hic verò
poſt eam vixit ſub Euilmerodach: niſi dicas eum ad mul-
tam ætatem vixisse. Si enim eum ponas hoc tempore
fuifse 75. vel 80. annorum, potuit eſſe vnuſ idemque;
vnde tam hīc quam ille vocatur Prophetæ.

9 Nobis quidem videtur multò probabilius, diuersos fuifſe,
tamen quia non omnino eſt certum, eos hic non diſtinguemus. ^{eius tri-}
^{Menia 2. Decemb.} Erat Abacuc ē tribu Simeonis Saphati
filius. Praequidit captiuitatem, & templi & vrbiſ Hiero-
ſolymorum expugnationem valde deplorauit. Quando ^{exilium,}
Nabuchodonosor venit Hierosolymam, fugit Prophetæ
in Oſtracenam, & mansit apud Iſraēlitā. Postquām re-
uerſi ſunt Chaldaei, ad reliquias Iudæorum, qui Hie-
rosolymis & in Egypto remanerant, ſe contulit, & in-
ſeruit messoribus agri paterni. Cū autem accepitſet ^{ea Da-}
prandium, denuntiauit ſuis: Abeo in regionem longin- ^{nieri alla-}
quam, ſtatiuſque redibo. Si autem moratus fuero, fert ^{ta,}
prandium messoribus. Raptus inde in impetu Babylo-
nem, Prophetæ Danieli cibum attulit, qui erat in lacu ^{Daniel.}
leonum. Subitoque adſtitit rufus messoribus ſuis pran- ^{14.}
dentibus, nec vlli quicquam dixit eorum, que facta e-
rant. Intellexit etiam populum breui ē Babylone reuer-
ſurum, & biennio ante reditum extinctus eſt, & in agro
ſuo humatus. Hic portendit Iudæis fore vt in templo
ingens viſerent luſen & ſpectarent gloriam Dei, præ-
dixit etiam euersionem templi, que futura eſſet per gen-
tem ex Occidente venturam. Tunc etiam velum Dabir
in paruſ rupturas ſcissum, & duo columnarum capitell ^{vaticinia,}
la ablatum iri, nec quemquam cognitum vbi lateant.
Hæc autem ab Angelis in ſolitudinem deferuntur, vbi
primum condita eſt arca testamenti. Et in iſis ſub finem
cognoscetur Dominus, qui illuminabit eos quos ſerpens
persequitur a principio.

10 Eadem fere habet Epiphanus de vitu Prophetarum cap.
18. Dorotheus de vitâ & morte Prophetarum: Iſte octauis eſt.
Accepti & ipſe diuino munere vt de resurrectione Chri-
ſti vaticinaretur, ad hunc modum loquitur: Vide
contempṭores, aſpice & admiramini, & diſperdimini, ^{Habacuc}
quoniam opus ego operor in diebus vestris, quod non ^{1. 5.}
creditis si quisquam vobis narauerit. Oraculum hoc
Paulus concinnè de resurrectione Domini Iſu Christi ^{Aet. 13. 41.}
Antiochia Pisidia vſurpauit. Hic Abacuc erat de tribu
Simeon, ex agro Bithicuchar. Cetera fere cum iis que habet
Epiphanus conueniunt. Isidorus de vitâ & morte Sanctorum
cap. 47. Abacuc de tribu Symeon, in agro Bethacat ^{tempus} ^{mortis,}
de captiuitate, in agro Sabarta vitâ deceſſit. Plura reperiet
qui volet apud Interpretes ſacra Scriptura, ad cap. 14. Danielis,
& ad iſiſus Habacuc Prophetiam.

DE

^{Cum prio-}
^{re à qui-}
^{budam}
^{imperit}
^{confusus.}

DE S. PANSOPHIO

MARTYRE, ALEXANDRIÆ.

SVA DE-
CIO
XV. IA-
NVAR.S. Pan-
sophij nomen
in Marty-
rologio.

PN nullis se Diuorum Fastis reperisse S. Pansophij nomen, preterquam in Grecorum Meneis ad XV. Ianuarij, scribit in annotationibus ad Menea nondum vulgatis Raderus noster. At Petrus Gallespius, sed postmodum, preclaro eum elogio celebrat: Alexandriae, inquit, S. Pansophij Martyris. Hic è Nilo Alexandriae Proconsulis natu, liberalibus disciplinis institutus, mortuo patre pri- mū omne patrimonium pauperibus in elemosynam contulit; tum in solitudinem secessit, ubi septem & viginti annos orando vitam egit. Post Christiana reli- gionis apud Augustalium Praefectum, Decio fidei hoste, accusatus, tamdiu verberibus caelus est, quoad spiritum Deo reddidit. Eadem ferè habet Canifus. Ferrarius breuiter: Alexandriae S. Pansophij Martyris, sub Decio. Plenius Menea hoc die.

ACTA EX MENÆIS GRÆCOR.

Et Pansophium amplius cædite impostores,
Sic enim illi plures plectentis coronas.

S. Pan-
sophij genu.

Alexandrinus hic erat, Nilo patre Proconsulis di-

gnitatem adepto natus: opum copiâ, indolis dex-

teritate, & paternâ virtute, ad summum peruenit tum profanarum tum sacrarum disciplinarum apicem. Post patris obitum, facultatibus in pauperes profusis, & solitu- dinem petuit, atque omnibus terrenis commodis abdi- catis, Christum solum secutus, annos septem & viginti in desertis locis exegit, cum solo aliudque colloquens Deo, & mente ab his infimis abstractâ, in cælo conuer- fans.

2 Cùm igitur tanta virtus diutius latere non posset, ad b Augustalem, Alexandriae Praefectum, qui Decij imperio bellum Christianis intulerat, delatus est. Ad eum perductus, ex ipsiusmet eorum fabulis, inanes & fallaces Gentilium superstitiones redarguit, & tyranni factum reprexit: quare immaniter caelus, & lauream cades.

a De piorum hominum à vulgi turbis secessu, & quibusdam mo- nastica atque anachoretica vite rudimentis sub Dionysio Alexan- drino Episcopo, his ipsi Panophij temporibus, agemus XVII. Ianua- rij ad vitam S. Antonij §. 3.

b Augustalem dicit Egypti Praefectum ex Noritiâ imperij patet.

c Decius caelus Philippis imperium inuasit anno Christi 249. ut pluribus dicemus 20. Ianuarij ad S. Fabiani Papæ Acta.

DE S. SECUNDINA

VIRGINE ET MARTYRE, ANAGNIÆ.

SVA DE-
CIO
XV. IA-
NVAR.S. Secun-
dina nata-
lis.

Anagnia urbs est Latij, caput Hernicæ gentis, olim, etiam Christianorum aeo, celebris. Hic S. Secundina virgo martyrio coronata est, inscriptaq; Martyrologio XV. Ianuarij his verbis: Anagniæ S. Secundina Virginis & Martyris. De illius Actis ita scribit Baronius in Notis ad Martyrologium: Eius res gestas, præter illas quæ missæ sunt Romam ab Ecclesiâ Anagninâ, reperimus etiam in vet. cod. MS. nostræ bibliothecæ, quarum præfatio sic exorditur: Martyrum triumphos &c. Has nos conseqüi adhuc non potuimus, nec Siluanus Razzius, vt lib. de feminis sanctitate illustribus queritur. Dabimus ergo earum epitomen, quam ex veteri codice Ecclesiæ Anagnine concinnauit Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italiae.

Acta.

Ex à S.
Magno
conuersa,à demone
indicata
satelliti-
bus,

2 In vita S. Magni Episcopi, quam labimus XIX. Augus- tis de S. Secundinâ habentur: Eodem autem tempore, quo Cornelius Romanum ingressus est, sub Decio Cæfare & Valeriano Praefecto, cœpit persecutio diabolica personare aduersus Christianos: & dum B. Magni fama ad Imperatoris peruenisset notitiam, vna cum Valeriano Armentario cum iracundiâ miserunt xxx. milites, qui B. Magnum cum festinatione ad eos perducerent, aut excede nimia cum interficerent. Et euntibus eis ad sanctum Duci Episcopum, vt nobis à quibusdam fidelibus intimatum est, occurrit eis in quadragesimo milliario ab urbe Româ, in viâ Latinâ, inuidus diabolus: & cùm vidisset milites venientes, misit vocem excelsam ad eos, dicens: Vt optimi, qui ab Imperatore missi estis ad sacrilegium Magnum, prius vnum consentite mihi, quia est in ciuitate Anagniæ Virgo, nomine Secundina, quæ est & ipsa docta & persuasa à Magno mago & seductore: quare Deos blasphemat, & iussa Imperatoris contemnit. Dicite eam ad Imperatorem, vt aut sacrificet, aut interrimatur: & sic postea ad contra illum sacrilegium Magnum sententiam dandam venite; quia & ego statim ab illo reuersus sum, qui multas malas iniurias de Imperatore & omnibus suis facit. Hic autem fortiorem se vobis esse dicit, sicut & antecessores eius Petrus & Paulus.

3 In vita S. Magni editâ à Thoma Angelo Bay, hac non de Magno, sed de ipsâ Secundinâ dicit diabolus: Modò reuersus sum ab illâ, quæ multa mala minatur, & iniurias Imperatoribus facit. At ubi vos audiuit venientes ad se, ita & de vobis facit. Sed pergunt MSS. Acta: Illi autem milites stantes auscultabant verba eius. Hæc cùm diabolus diceret, iterum persuasit eis, vt irent in ciuitatem Anagniam, & perquirerent Christi sponsam. Et inuenientes à Tarqui hominem quemdam paganum, nomine Tarquinium, noprodi- in eius cor ingressus diabolus, duxit milites, & tradidit eis sanctam Virginem Christi Secundinam. Quâ comprehensâ cœperunt ei dicere: Cuius sponsa es? aut quem confiteris? Ad quos Virgo Christi Secundina respondit: Ipsius sum discipula, qui pro nobis omnibus vnicum filium suum passioni & morti tradidit, vt nos redimeret. Christum ipsum Dominum & Salvatorem habeo sponsum: ipsum confiteor, & illi soli seruo. Tunc iniqui milites dederunt eam sub custodiâ, quousque peruenient ad virum sanctum & beatum Magnum.

4 Eadem commenmorat aliter pauli Franciscus Maria Torriggios in Vita Italica S. Magni: Interea peruestigantibus sanctum Episcopum Decij satellitibus, ipsi Imperatori viâ Latinâ iter agenti occurrit specie humanâ cacodæmon quadraginta millibus passuum ab Urbe; eiique singulari artificio indicat, Anagniæ mulierem esse, Secundinam nomine, sacris Christianis à Magno imbutam, quæ cunctos à Deorum cultu auertat, pertrahatque ad Christum. Iubet is Secundinam Anagniæ perquiri: sed cùm isthic inuenta non esset, prodita est à Gentili quodam Tarquinio, atque à licitoribus comprehensa, cùm induci non posset vt Diis sacrificaret, Fundos perducta est, ibique XV. Ianuarij martyrium consummavit.

5 Occurrit igitur demon Imperatori vel cuiquam eius Praefecto, viâ Latinâ inter Pietas tabernas & Compitum Anagninum. Quod id contigisse dicitur tempore, quo Urbe in- gressus est Cornelius; Thomas Angelus Bay, habet, tempore quando? quo Cornelius Româ egreditus est, cùm nimis um Centum- cellas se recepit, vt ad eis natalem diremus XIV. Septembri.

Fundit.

Fundi, ubi occisa dicitur Secundina, etiamnum nomen retinent. Quod Ferrarius XIX. Augusti aliquot diebus ante Magnum, & ab iisdem satellitibus, passam esse Secundinam scribat, haud possumus assentiri. Ab iisdem fortassis satellitibus capta, sed non nisi quinto post mense occisa.

ACTORVM EPITOME

Auctore Philippo Ferrario in Catal. SS. Ital.

S. Secundina
comprehendi-
tur
palmis ca-
ditur:
liores
conseruit:

Secundina Virgo Anagniae, quo tempore S. Magnus Episcopus captus & martyrio affectus est, & ipsa Decio Imperatore, ab eius satellitibus comprehensa, carceri diutino mancipatur, ex quo post quinque menses educata, cum nec minis, nec promissis a Valeriano Praefecto à Christianâ religione remoueri posset, primùm palmis cæditur: sed ministri, voce de cælo ad eos factâ, Vos oratione Secundinæ viuitis, ad Chri-

stum conuertuntur; ab eâque in carcerem reductâ in-Avctors
structi, deinde baptizati ad octodecim Virgini abeundi PHILIPPO
potestatem fecerunt. Posterâ die ante Praefidem traxa,
FERRA-
cùm in sancto proposito constantissima reperiretur, ve- RIO.
sponte in
stibus exuta dirissimè cæditur, ingenti ex eius corpore custodiâ
splendore, quem carnifices & milites adstantes ferre remanet:
non poterant, egrediente: illaque quod acrius cædebat, cæditur,
ed fortior tortoribus imbecillitatem exprobribat. Illud splendens
etiam mirabile contigisse fertur, quod pro sanguine corpore:
ex eius corpore lacero lac profluxit, & suauissimus odor
exhalabat. Quibus populus animaduersis, Virginem, vt lac pro
pro ipsis intercederet ad Deum, deprecabatur. Cumque sanguine
Virgo sancta oraret, tonitruo ingenti facto spiritum fundit:
Deo reddidit. Cuius animam Angeli, Veni sponsa Chri-
sti, accipe coronam quam tibi Dominus præparauit in cantu
externum, cantantes, in cælum deduxerunt. Corpus ve- Angelorum
rò à Christianis in vico Salapi nominato conditum,
postea in ciuitatem translatum est.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AEGYPTIIS

CRESCONIO, ZENONE, MENELAO

ET SOCII.

XV. IA-
NUAR.

Plures nobis Menelaos ac Zenones exhibent sacrificia, at non simul. Hic Cresconius iungitur, & alij. Ita vetustissimum MS. S. Hieronymi: In Aegypto Crisconi, Tyrsi, Lauci, Gauniti, Zenonis, Menelai. MS. Hibernicum Conuentus Dungalenis: Cisconi, Tirsi, Celaui, Lauci, ... nitij. MSS. monasteriorum Letiensis & S. Martini Tornaci: Eodem die in Aegypto sanctorum Martyrum Crisconi

& Tyrsi, at MS. Rhinov. In Aegypto Cresconij, Genonis. Memoratur alius Thyrus, qui videtur martyrium Alexandria secise, XXXI. Ianuarij, sed cum alio. Thyrus, Leucius, Callinicus, quorum Acta XXVIII. Ianuarij dabimus, alio huius mensis diebus, incertum quâ causa, in variis Martyrologiis referuntur: propterea omisimus hic Thyrus, Laicum, Gaunitum; ne iudicemus fortassis sint, licet magis opinemur dueros esse.

DE SS. CORNELIO ET CÆLESTIO,

ET ALIIS MARTYRIBVS IN ORIENTE.

XV. IA-
NUAR.

Ignoti hi penitus nobis; in duabus expressi vetustissimis Mart

Oriente Cornelii, Cælesti, & ceterorum. alterum Rhina-
vviense: In Oriente Cornelij, Cælesti.

DE S. EPHYSIO MARTYRE

CARALI IN SARDINIA.

S. EPHYSIO
CLET.
XV. IA-
NUAR.

Carali, que vulgo nunc Calaris, Sardinie primaria
vrbe S. Ephysius colitur, sive Ephysius, aut Ephysius. Baronius nomen eius Martyrologio Romano ita
S. Ephysij inscriptis ad XVIII. Kal. Februarias: Caralis in Sardinia. S. Ephysij Martyris, qui in persecutione Diocletiani sub Flaviano Iudice plurimis tormentis diutinâ virtute superatus, demum abscessis ceruicibus victor migrauit in cælum.

vt ex eiusdem subscriptione patebit inferius. Cuius narrationem illam ex peruetusto Pergameno codice MS. archivij Ecclesiae Calaritanæ sub folio 211. & cum hoc titulo, PASSIO S. EPHYSII MARTYRIS, huc, rebus nusquam, rescriptisue, aut epistolis, in cetero verbis aliquantum ex instituto nostro immutatis, sincere traducimus. Hec ille. Maluissimus primigeniam ipsius Marci narrationem. Planè similia sunt Acta S. Procopij, que ex Metaphrase VIII. Iulij dabimus.

Acta,

2 In Notationibus subdit idem Baronius: Huius martyrij Acta è Sardinia missa accepimus. Agit de eodem Fara de rebus Sardois. Eorum Actorum compendium recitat Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italie, ex vitâ, inquit, per Marcum Presbyterum scriptâ, vt Ioannes Franciscus Fara auctor est, ac ex monumentis Ecclesiae Pisanae, & ex Io. Maria Arca lib. de SS. Sardinia. Subdit deinde: Multa etiam MSS. que vidimus, continent inuerisimilia, quapropter purgatione aliqua indigent.

4 De SS. Ephysij & Potiti reliquiis ex Sardinia Pisam translati, festo solenniter Idibus Nouembri agi solito, diximus Reliquias, ad S. Potiti vitam XIII. Ianuarij in Prolegom. nu. 7. & sequentib. De cryptâ vbi olim Carali S. Ephysij recondita reliquia subre, vbi ipse in custodiâ detentus creditur, ita scribit Seraphinus Squirrus ordinis Capucinorum Theologus, in Sanctuario Calaritano par. 1. lib. 3. cap. 17.

à Marco
Presbytero
scripta,

3 Ea Acta ad Heribertum Rosveydum è Siciliâ missa: à quo, nusquam expressum; sufficamus ab Octavio Caietano. Is vero illa prenotauit: Consignata illa quidem Acta sunt, eius testificatione, qui se his omnibus praesentem, hortatusque, vt affirmat, ipsius S. Ephysij (sic enim illum scribit) fideliter veraciterque descripsisse omnia, in fide eorumdem profitetur. Is vero Marcus quidam Presbyter fuit,

Tom. II.

5 Calaritanæ vrbis regione, quam Estampache vocant, viâ S. Annæ, haud procul æde & cryptâ S. Restitu- templum, tæ, mediocre visitur templum, præclaro Martyri Ephysio sacrum. Curant id Sodales qui S. Ephysij dicuntur, atque aulæis ceteroq; ad splendorem apparatu egregiæ sodales, exornantur. Nam & frequentia isthic sacra peraguntur, & Martyris ipsius aliaque magnificè celebrantur feriæ. Est vero istud totum ferè profundæ cryptæ superstru- PPPP ctum,

AUCTORE
MARCO,
Ex MSS.
trypsa.

etum. Carcer hic fuit, quo detentus gloriosus Martyr E-
physius affteritur. Quinquaginta gradibus lapideis in
cam descenditur, estque mediocris magnitudinis: ad
medium in ipsa rupe excisum habet quasi exiguum cu-
bile, solo ad putem normam depresso ad octo circiter pal-
mos, adeò angustum, vix ut hominem sedentem cape-
re queat. In hunc locum compactus S. Ephysius fuit. Pro-
sequitur deinde succincta S. Ephysij acta. Capite 18. narrat re-
pertam in ea crypta columnam marmoream, adhuc sanguine
tinctam, Martyrum indubie, ipsiusq[ue] ad Ephysij. Addit reper-
tas sub altari, quod è regione cubilis illius, aut ergastuli S. Eph-
ysij in eadem crypta erat erectum, S. Edictij reliquias anno
MDCXVI. Quem arbitratur à S. Ephysio cum aliis conuersum.
De eo agemus XIII. Martij. Eiusdem crypta meminit Franciscus
Squiuellus, Archiepiscopus Calaritanus, in narratione Inuentio-
nis sanctorum reliquiarum ad Paullum V. Pontificem Maxi-
mum misa.

ACTA

*ex iis quæ tradidisse litteris Marcus
Presbyter, testis oculatus, dicitur.*

CAPITI.

S. Ephysij ortus, militaris dignitas.



Dioctetianus lato contra Christia nos editio, Vm impius & crudelis idolorum Dio-
cletianus accepisset Imperium, non dis-
tulit a suum aduersus Christum odium
enomens vniuersaliter in Christianos
edicere, ac tum quidem edicta per sin-
gulas prouincias, ciuitates, vrbesque, & loca Syrie, in
quæ aderat, mittere proutlganda, exequendaque man-
dare, quorum exemplar in Italiam eiusdem regionis
ciuitatem, (in quæ Ephysius & Stratilates sub maternâ di-
sciplinâ, ob præproperati patris Christophori viri quon-
dam Christianissimi mortem, commorabatur) sub hoc
augusto & vniuersali rescripto peruenit: Rex magnus &
Imperator Diocletianus, omnibus populis, tribubus, &
linguis salutem. Placuit exaltatione nostri Imperij Deo-
rum nostrorum ampliare & honorificare culturam,
quoniam ipsi sunt per quos mundus regitur totus. Qui-
cumque ergo in fide illius Galilæi inuenti fuerint per-
manere, aut diis nostris thura ponant, & sacrificent, aut
atrocissimis pœnis consumentur. Nolumus enim varios
sacrificiorum ritus fieri, ne forte dij nostri irascantur,
cum debeat misereri. Vna erit omnibus lex & cultura,
vna doctrina, atque vna religio, & nullus à nostrâ sepa-
rabitur fide. Si quis ergo inuentus fuerit, cui haec nostra
displiceat epiftola, & quæ in eâ præcipimus noluerit ad-
implere, quicumque fuerit, punietur, & noſtrum domi-
nationem in toto mundo fieri cognoscet. Nam qui di-
xerint se Christianos esse, & deorum culturam affirmabunt nullatenus esse tenendam, sique nostris obedire
noluerint præceptis, omnibus quæ excogitari possunt
subiiciantur tormentis. Qui verò ex ipsis ad nostram
conuertuntur magnificam Deorum culturam, de nostro
accipient palatio auri & argenti plurimum. Hoc autem
ideò facimus, quia Deos nostros proprios habere vo-
lumus, & vt nostro propitientur Imperio, eos exaltare
cupimus. Et quoniam cum festinatione partibus vestris
appropinquare disposuimus, propter Imperij nostri alti-
tudinem, & debitam Deorum nostrorum reverentiam
exurgentes, sacrificia ponite, thura incendite, festa cele-
brate; quatenus eorum claritas & potestas in finem us-
queque permaneat, & noſtri altitudo Imperij.

Venit Antiochiam, 2 Stratâ sibi his præmissis viâ promissa visitationi, ad
exactiorem prædictorum omnium executionem incum-
bens, Antiochiam peruenit. Ciues cuiusvis ætatis, sexus,
conditionis, certatim ei obuiam egrediantur, pars can-
tu, pars musicorum instrumentorum pulsu stipantes

eum in ciuitatem introducunt, summâ omnium planè
lætitia & hilaritate. Ille in Deorum suorum honore &
cultu promouendo impiger, seu in Christi odium, &
Christianorum necem propensior, siue in vtrumque
impiè feruens, proxima die Primores potioresque An-
tiochiæ viros accersiri ad se iubet; atque ab iisdem præ-
sentibus, quam fidem profiterentur, incipit percuncta-
ri. Illi verò respondentes, inquiunt, *eam le inuolatè cinesq[ue] ido-*
obseruare, quæ sit permanentium Deorum, Iouis nem-
lis addicctos
pe, Iunonis, Saturni, Mercurij, Apollinis, & Minervæ,
donis or-
ceterorumque cælestium, vt aiebant, numinum: quo
quidem responsò hilaris effectus Imperator, primùm iif-
dem ipsis Diis gratias agens, Antiochenos ob eorum fi-
dem donis ornauit amplissimis.

3 Inde circumfusa etiam iuxta vicinas Imperatorij
aduentus fama, ad Eliam quoque vrbe aduolauit: ibi
Alexandria nobili orta stirpe, Christophoro viro pri-
mario quondam nupserat; qui eti vir probissimus, &
Christianæ religionis obscurantissimus extiterat, illa ta-
men eo præmortuo idolorum cultum, quæ virti tempo-
re occultius, fortè ipsius timore, retinuerat, exercuerat
que remissius, eò apertiū exhibebat, incumbebatque
in illum feruentius. Suscepserat ex prædicto suo coniuge
vnicum filium, cui Ephysii nomen fuerat impositum.
Huic immaturâ patris morte, reliqua fuerunt mater-
num iniurias lac, & educatio, ac simil eiusdem im-
pietas disciplina, quæ illum ipsa, vano idolorum cultu
imbustum, quem etiam Curialium honorum procura-
tione promouere, eorumdemque functione confirmar-
e, & simul gloriae cupida ad aliquod dignitatis fasti-
gium tendebat euehere.

4 Quo desiderio adeò arsit mulier, vt, vel quodd sibi
persuaderet Diocletianum singulas prouincia vrbes, ac
sic nec Eliam vt Antiochiam inuisurum, vel certè quod
leuitati muliebri satis est consentaneum, moræ omnis
impatiens, ea ad illum cum Ephysio vnigenito implendi
studio perrexit. Mox aduentans adit Aulam Imperato-
riam, Diocletianiisque alloquendi copiam quaerit. Is visâ
muliere, primùm ab assentibus prouincialibus scisci-
tari, cuiusnam illa esset; respondentibusque ipsis, ob il-
lius quam habebant notitiam, Elia ciuitatis primariam,
nobilem, & prudentem esse; iterum quaerit Diocletia-
nus, an haberet virum necne, quamque religionem
profiteretur. At iisdem, eam plenè agnoscentes, Christo-
phoro cuidam aiunt Christiano viro nupserit; nunc ve-
rò eo viduatam esse, & augustam Deorum religionem
sequi. Vnde laetus Imperator, proprius ad se mulierem
iussam accedere, poscit quid querat, quid velit. Tum
verò Alexandria, quæ linguam Græcam callebat optimè,
à latere Ephysum suum habens, ac ore supplex Augustæ
Maiestati loquitur: Rex magne & Imperator in æter-
num vias; veni ad Imperij tui altitudinem, quo totus
floret, & regitur mundus: habeo siquidem huc vnum fi-
lium, Ephysum nomine, quem ad te, Domine Impera-
tor, adduxi vt in tuo sit conspectu, vnu ex assentibus
miles.

5 Hunc vt vidi Imperator aspectu decorum, formo-
sumque, & iuuenili ætatis flore virentem, recepit hilari-
ter, adeoque ipsis in illum affectio, ac simul Ephysi æ-
præficitur stimatio creuit apud eundem, vt magnam sui exercitus parti co-
partem mox ei concesserit, commiseritque prouinciam piarum,
Christianos persequendi, & ad hoc eum in Italiam cum
ipsiusmet copiis confessim transmisserit. Hoc itaque sibi
imposito onere, dum se profectioni accingit, Dux no-
uus Imperatori referit audisse, Christianos prius mor-
tem optare & pati, quam vt Christi, quem colunt, reli-
gionem abnegent, derelinquātue. Ad hæc Ephysio Dio-
cletianus, catere omni penitus ratione Christum Deum qui-
dici posse, hoc sophismo tentauit; Nulla ratio, inquiens,
videtur esse cur Christus debeat dici Deus: cum enim à
Principibus Iudæorum reus mortis iudicatus, & ante
Pilatum eorum Præfitem flagellatus, septies sputis &
colaphis, & coronâ spineâ delusus, & tandem in cruce
suspen-

suspensus, & mortuus fuerit; patet ipsum non fuisse Deum, qui de tantis iniuriis, & de crucis supplicio se ipsum non potuit liberare: proinde in illum credentes poteris rationibus confutare; & nisi ad Deorum nostrorum culturam redierint iustissimè condemnare.

a Non videntur hac statim initio imperij Diocletiani contigisse: nam ipse in Occidentem, Apro interfecto, reuertit, & lentius persecutionem aduersus Christianos mouit, quod Carinus vixit, ut 10. Ianu. in vita S. Sebastiani cap. 18. dicetur: eo occiso sauire capitis; seruum tamen in Syria, ut ex Eusebio alibi dicetur.

b Haud scimus an alibi Syrie verbi Italica memoretur.

c Σεργίαντος, Duce militarem significat. Id tunc necdum congruebat Ephysio nomine.

d Aelius Adrianus eam Hierosolymam à Tito eversam restauisset, de suo nomine Aeliam dixit, qui & multas ciuitates Adriano-polis appellavit, Spartiano teste, ut ipsam Carthaginem, Athenarum partem Ferrarius scribit Aeliam apud nullum auctorem reperiri. Reperitur apud Eusebium, Dionem, alios.

e Ferrarius Alexandram appellat.

C A P V T . II.

Ephysij conuersio, cruce cælitus obiecta.

6 Tum verò iam in procinctu existens Ephysus, ordinatis mox militibus, facultateque ab Imperatore excundi acceptâ, vale matri primùm, deinde ceteris omnibus, quos norat, dixit: sicque in mandatam aduersus Christianos prouinciam Italiæ iter arripit. Et primùm quidem in locum.

a Transci dictum accedit, indeque præ solis ardore nimio noctu equitans tendit in b Vritaniam. Undique ei in itinere innumera exit obuiam multitudo, salutatumque reverenter excipit honorificè.

Ephysius subito fratre, atq; ipsius Christi vox conuertitur, Verò cum iter suum pederentim, & noctu, vt dictum est, prosequuntur, stadiisque adhuc ferè xxx. abesset ab Vritaniâ; horâ noctis circiter tertia auditus ingens cæli fragor Ephysum turbasque militum perterritu adeò vehementer, vt magis mortui, quam exterriti soldâ, videri omnes possent. Mox verò de tanto sonitu egressa ad ipsum Duce vox est, proprio eum nomine appellantis, ac per apostrophen, Quis es, vnde venerit, quoque tenderet, sciscitantis. Ille licet prævio fratre admodum adhuc perturbatus, animis tamen in responsionem sumptis, ait se filium Alexandriae: Aelia ciuitatis primariae mulieris, Antiochiae egressum, à Diocletiano potestatem in Italiam aduersus Christianos proficiendi accepisse; nempe vt eos, ni Christum abnegent idolisque offerant sacrificia, diuersis tormentis supplicisque afficiat atrocissimis. Ad hanc reperiā in aëre voce his verbis replicatum Ephysus est: O Ephysie, & tu per martyrij palmam ad me huc venies.

7 Quibus quidem ille, veluti Saulus alter, mente paullò clariùs iam intueri incipiens, respondit: Quæso Domine, ostendé tē mihi, vt videam magnitudinis tuae potentiam. Vnde eo ipso momento ei crux micans in similitudinem crystalli apparuit in aëre, voxque hæc simul audita est: Ego sum Christus, Filius Dei viui, quem crucifixurum Iudei, & tu persequeris. Ad quæ respondenti adhuc ignoranter Ephysus, meminiſe se à Diocletiano audisse, illum à Principibus Iudorum damnatum, multisque delusum opprobriis suppliciisque, ac tandem crucis morte crudelissimâ affectum fuisse: atque ita deinde argumentanti, si Filius Dei esset, cur hæc omnia tunc ipse sustinuerit, à quibus se diuinâ virtute poterat eripere; subdidit porrò in amplissimum amoris sui pignus eadem in aëre voce Christus: Ephysie, ab hac horâ vas dilectionis eris, & ego ostendam tibi hæc omnia. Dico tamen tibi, quia nisi omnia, quæ dixisti, patienter sustinueris, & iudicatus ab impiis, quos iudicare debeo, non fuisse, quæ Prophetæ prædixerunt adimplenta non essent, & à captiuitate diaboli humanum genus eripi non posset: & nisi in ligno suspensus fuisse, Patriarcha & Prophetæ, de inferni claustro non exiissent: ac si mortem non gustasse, qui mortui erant peccatis etiæ victoria: ad vitam redire non potuissent. Gaudientique iam inde.

Tom. II.

admodum Duci, postremum hoc adiecit Dominus: In AVCTORA virtute crucis, quam tibi ostendi, vincés omnes inimicos MARCO, tuos, & pax mea semper tecum erit.

Ex MSS.

8 Post hæc reconditâ loquentis voce, non minùs favorabili, quam insperato diuino illo colloquio non mediocriter recreatus est corroboratusque in Christo Ephysus, relatis ad milites gestis his omnibus, ex illis plerisque ita stimulauit corroborauitque, vt cum ipso pariter gratias agentes, gloriam Deo sumnam darent, ipsumque prædicarent amplissimè. Proximâ inde nocte Caietam Ephysus cum copiis suis peruenit, eamque vt primum est ingressus, conuocatos omnes ciuitatis aurifabros interrogat, scirentne an possent vas aureum quo plurimum se indigere aiebat quanto citius conficeret. Ad quod singuli, verentes ne Crucem intelligeret, nescire se præsto responderunt vnanimes. Quibus ideo dimisis, alium quemdam, quem eâ in arte esse peritissimum percepérat, nomine Ioannem, accessuit, eiique ostensâ Cruce, quam dextrâ ipse gerebat, similem sibi ex auro argentoque studiosè ac diligenter elaborandam cœlandamque commisit. Verùm hic pariter ob hoc inde curas fuit est commotus, quod & sciret Galileos Christianos il- crucem lud salutis signum credere, & Diocletianū eo vtentes o- conficis mnino variis tormentorum generibus cogi ab ipso defi- stere vel tandem interfici præcepisse, ideo etiam amplius sibi metuens, quod desperaret se tale opus, vti necessarium esset ad vitandas laboris sui pœnas, in abscondito adeò posse perficere, vt nemo vel sciret, vel referret. Cu- tuis quidem timoris causâ repertâ, Ephysus Ioannem in secretum ad abditum locum perduxit, ubi per certam loci solitudinem, promissumque ipsi secretum, adeò vt nequaquam vñquam id rescribet Imperator, hominem obtestatur, vt deposito penitus timore eius annueret peti- tionem, aurumque & argentum, quantum ad id sufficeret, offerens, ac multos se illi honores largiturum pro- mittens, ad extremum proximis negat eum, infecto quod postulabat, opere, ab se vlo paecto dimissum iri.

9 His igitur persuasus Ioannes Ephysus annuens tandem petitam ab eo crucem ex commisso auro argentoque pretiosissimam, miro artificio elaborat. Verùm eâ absolutâ, dum sequentem diem expectat, quo Duci eam perferat ac trædat, crescit in eâ opus, artificiumque. Et enim præter opificis cælaturam (res mira!) noctu tres in- sculpuntur imagines, suo quæque nomine litteris descri- pta, in ipsis scilicet crucis titulo EMANUEL, dextro cor- nu MICHAEL, laeoque GABRIEL. Hinc experrectus Ioannes diluculo, dum crucem Ephysu ferendam assu- mens auctum in eâ artificium suum cernit præter Duci mandatum, nouus inuadit timor, diuque ille supradictas imagines eradere conatus, nequuit vñquam, nec quatenus archisculptoris Dei voluntati propriâ diffentire tentauerit, factoque tamen vñquam valuit efficere. Postri- die itaque Ephysus, ante solis ortum, per noctis obscu- ræ tenebras ad Ioannem, nitium sibi vñsum opus pro- trahere, se contulit, videnda recipienda que crucis de- siderio; quam cum præter prescriptum suum tribus illis figuris calatam apiceret, diuini opificij incisus, præcepit lui transgressor loanti in primis succensuit quidem acriter, sed respondentē eo in cruce ex mandato dum- taxat composita, appensâque per noctem parieti, tres illas eam ipse imagines se penitus incisio sculpsat, manè dum eam ac- ciperet illi pridie deferendam, apparuisse; Ephysus mox tuer- euentum hunc Dei nutui tribuens, lætior crucem suam extulit: eamque deinde summo honore amorisque sen- su, ac non sine lacrymis, veneratus, purpurâ inuolutam recondit, ac tandem inde actis Deo gratiis plurimis, Ioannis operam artificiumque largissimè compensauit.

a An Trai urbem Apulia intelligit, que olim Turenus?

b Eiusdem Apulia est Vrías sinus, atque Vria oppidum circa Si- pontum montemq; Garganicum, an hic Vritania est circumiecta regio, Cerbalo amne irrigua? Sed qui potuit è tractu Sipontino nocte fe-quenti cum copiis Caietam pertingere? Nam qui Appiano memoria- tur Vritanus ager, longius etiam distat, circaq; Rauennam & Fa- ventiamq; iacet.

P p p 2

C A P V T

AVCTORE
MARCO,
EX MSS.

C A P V T III.

Victoria per Crucem relata.

10 Per id tempus quidam Romani imperij hostes nonnullas eiusdem in Italiam terras inuaferant, viisque ac mulieribus in seruitutem redactis, nihil penitus intactum liberumque reliquerant. Quo nuntio ad Ephysum delato, is agere id ferens, continuo se cum copiis itineri praelioque accingit, ac sanctissime crucis vexillum potissimum secum gerens, apud se toto itinere proponebat, tum se demum hoc sibi signum ad auxilium & victoriam concessum probaturum. Ideoque simul a turbis parumper amotus, equo desiliens, chlamydeque nobili militari indumento exutus, illam, quam gestabat, crucem in edito & sublimi loco collocatam, maximo cum honore, summique reuerentia & deuotione adorat, flexisque ad Orientem genibus, & effusis lacrymis, firmâ fide in haec planè verba oraturus irrupit: Fiat mihi Domine in auxilium promissio tua, & spes mea, quam habeo in te; tu es enim Christus, filius Dei vivi, quem credunt & adorant Galilaei. Per te ergo, & per sancta Crucis tua signum, gentes has, quae in suâ confidunt feritate, comprome, atque prosterne.

11 Quam quidem illius orationem subsecuta sunt, mox hæc solantis, promittentesque Christi verba: Ephise ne timeas, viriliter age, & confortare, ego enim tecum sum Dominus Deus tuus. Quibus mirum in modum recreatus, alacrisque ac planè intrepidus exurgens, resumptâ chlamyde ad suos accelerat, narraturus. Ergo ubi ad eos peruenit, tam militibus quam qui ad protectionem hanc ciuitatum aduenerant, animos ad pugnam addens: State, inquit, fratres mei, viriliter à dextris, & à sinistris meis, & pugnate aduersus inimicos nostros; Deus enim nobiscum est, qui per sanctæ ac triumphalis crucis signum de illis nobis victoriam praestabit. Iterumque eosdem ipse, vt inimicos nullo modo pertimescant, sed nudatis gladiis intrepidè persecutant, hortatur. Illi vero eius sermone & hortatu pariter in prælium accensi, roboratiq; ac salutifero sanctæ crucis signo, victoria medio ab Ephysio proposito, confidentes, inueni certamen vnanimes, statimque ac needum fere consertis manibus Saracenos prædam non solùm, sed & arma hinc inde, quasi disperditis penitus viribus, propicentes, fugant partim, partimque profligant, & occidunt, adeò ut cœlis eorum duo decim millibus, reliquis fugam capessentibus, tam prospero, sanctissimæ crucis auspiciis opeque, ab Ephysio fit pugnatum euentu, vt nullo penitus ex suis occiso, perditoue aut læso, pacatas illas liberasque omnino populi Romani terras vnicâ & fausta illâ quidem die reddiderit.

12 Itaque hac tam admirabili diuinæ crucis virtutis probatione, omnibus quæ sibi de eadem promissa erant, fidem adhibet constantem, & firmissimam Ephysus, eaque armatus suscepit sacro baptisme, idola penitus abhorret, & animum sancto diuinorum Scripturarum studio applicat. Interea vero non multo post tempore nuntiatur barbaricam quamdam gentem, Sardiniae insulam occupantem, omnia ibi crudeliter & impie vindique decuallare & depopulari, multamque & validam cam esse: cum confecto aptatoque nauali exercitu, cum viginti circiter nauibus eò properat, misera insulæ succursurus. At dum classem appropinquare barbari conspicunt, resistendi animo cum armis ad litus vndique conueniunt, factisque vndique copiis, pugnandi audi classis aduentum expectant tum quidem diu; sed cum ipsa non appelleret, sublatâ pugnae copia in proprias habitationes, quibusdam in speculâ excubiliisque relictis, singuli sese recipiunt.

13 Ortâ dein in mari tempestate, infasto vento, quindecim ex Ephysi nauibus, quamvis in reliquis ipse superfuisset, ad litus illud tandem perlata, redeuntibus

iisdem Barbaris per speculatores monitis, præda fuerunt, casis quotquot aderant militibus. Inde Dux quid non ita procul abesset, suorum hinc luctus, hinc occisiones hostium audiens, ac sic illos quidem ab his omnino trucidatos sentiens, perterritus licet repentina & infelici euentu, misericordiam tamen præpotetiæ Dei agnoscit, atque ad ipsum adinstar inutilis serui contrito abiecoq; corde, hac oratione recurrit: Non me, Domine, tempestas aquæ demergat, neque me profundum absorbeat, neque super nos vrgeat puteus os suum: non me derelinquas Domine, ne barbarica gens exalteatur, & preibus tempestas, Vbi est Deus eorum? Sed intende de cælo, & vide, tem, sedet: & ne patiaris nos fluctibus maris opprimi, sed fac illud placidum, quia tu es gloriosus nunc, & per omnia secula. Vix absolutis his Ephysi precibus summa in pelago facta est tranquillitas.

14 Vnde is cum superstibus navigationis cursum, Deo propitiante, pacate prospereque vterius prosequentes, meridianam Sardiniam oram circumvenientes, Occiduum versus ad fluuium regionis Arboreæ tandem appulerunt. Per quem quidem remigio altius subeuntes, relictis deinde nauigis, educatisque & extractis inde niam aequis, armis, ac ceteris omnibus, quæ deferebant, stâ pellit: diu circiter tribus fluuij oram occupant: ac mox posteâ consensis equis milites cateruatin viciniam totam peragrant, lustrantque diligentissime, quidque sibi sum facto esset satius secum ipsi singuli, simulq; etiam omnes accuratè perpendunt, & consultant. Neque vero interea obdormiunt Barbari, sed aduenis continuo fiunt obuiam: verum casis eorum plurimis, Ephysi milites non-barbaros fugat.

15 Proximâ deinde nocte dum se tumultu fatigatum somno Ephysus tradit, tertio ei apparet Christus orbis conditor seruatorque, Gaudium, inquit, tibi sit semper, viatoriam age viriliter Ephyle, & confortetur cor tuum. Vnde ille experctus, omni mentis abiecta formidine, suis quoque timorem militibus excutit, Christum, referens probare eos quidem haecenâ voluisse, nunc vero certò illum cum ipsis deinceps permansurum; monetque ideo & hortatur in continentâ terra intrepidè oberrent, considerentque. Nec mora copiæ vna cum Duce progradientes vterius, ad locum Tyrum appellatum in occurrentes sibi & ad pugnam paratos Barbaros incident. Tum vero dum magno aduersarij hinc inde exercitus clamore ad conserendum manus inuicem sibi approxinant, à dextris suis ad Orientem Ephysus virum equo albo insidentem, Eunicho, Augustalis palauj cubiculario, haud admodum absimilem conspicit, gladium utrumque acutum, in cuiusque apice sacro sanctæ Crucis effigiem gerentem, statimque vt eum intuetur has voces palam ad se iactantem attentiū auscultat: Hoc nimis (de cruce aiebat) venerandum signum Regis est omnium hominum. Hinc Ephysus acceptâ redditâque salute equo desiliens, bellicumque instrumentum exuens, in terram pronus adorat illud reuerenter, ac porrò de Rege, cuius paullò ante meminerat, interrogans, respōsum accepit ab illo huiusmodi; se nempe ab eodem Rege, de quo sciscitaretur, missum ei in auxilium cum gladio illo, quem manu gestantem cerneret, quo ille inimicos Barbaros illos esset debellaturus, cuius virtute adeptâ victoriâ mittentis Regis numquam desincret me-hoiles prominisse. Tandemque absolutâ legatione, diuinoque il-figat virlo munere per Legatum dextræ Ephysi imposito, ac eo tuto sancta secum ire in hostes iussò, Barbari ad pugnandum accurentes, solo amborum aspectu adeò sunt exterriti, vt vel ante cœptam dimicationem fugam penitus omnes capesserent. Quos continuo Ephysus cum suis inseguens, victoriâ ei è cælo per Angelum illum subministratâ, omnino profigauit, totâ illâ inde Prouinciâ reliquis Barbarorum superstitionis ceruicibus seruitutis iugo subiectis, suo liberâ dominio remanente.

a Quas

baptizatur:

in Sardiniam nauigat contra barbaros:

parte copiarum ab hostibus casâ,

^a Quia eâtate terras habitarint Saraceni, diximus 14. Ianuarij. Nec claves tunc in mediterraneo mari seruire, nec tantas procul ab domo copias mittere potuerunt. Posterioris autem scriptor hac tradidit, quando Africam, Siciliam, Hispaniam tenuere Saraceni.

C A P V T . IV.

Fidei publica professio.

^a **Calarum** 16 Postea verò non adeò dudum Calarim & civitatem potiori urbaniorique populo, & omnibus facultatibus refertam proficiuntur: ibique, ex milite prædicator effectus, Christianam fidem disseminare totis viribus contendit. Quâ in re, velut in ceteris penè omnibus, cùm sibi Deum propitium adiutoremque esse intelligeret, & Crucis beneficia erga se aduersus hostes plurima maximaque conspiceret, militi cuidam è suis strenuo huiusmodi epistolam dedit ad Diocletianum Imperatorem deferendam: Diocletiano Magno Imperatori Ephesus Dux. Cùm Imperij tui sapientia tanta ac talis fieri debuisse, vt per eam totus mitesceret mûdus, miror valde, quare tam turpes colas deos, qui ex quocumque metallo fabricati, nec sibi nec aliis valent proficer; quorum capitibus stercora aues cœli proiciunt; quorum oculi non vident, non audiunt aures, manus non palpant, non ambulant pedes. Hos deos dicere sapientia Romana non debet, sed Christum Deum viuum esse credere, qui omnia ex nihilo creauit. Vnde, ô Imperator, altitudo Imperij tui omni remota ambiguitate cognoscat me Christum filium Dei viuum colere, ipsumque adorare, & ab eius fide nullâ me posse amplius rediue.

^b **matri:** 17 Harum latori socium dedit Ephesus alium militem, qui matri verbis nuntiaret, sive suosque Dei optimi maximi gratiâ, & sanctissimæ Crucis virtute, victores in Romani Imperij hostes exitisse, barbaram Sardiniae gentem superasse, ac se demù Christiano charactere in sacro baptismate esse insignitum. Hæc vt audiuit mater, moerens è vestigio queatum de filio ad Imperatorem perrexit, adstanteque multis cum lacrymis Augustum saluat: captat illius ab Imperialis dominationis coruscatione, & regni amplitudine benevolentiam: exponit deinde vniuersalem, intaminatumque Deorum cultum; odiumque in filium mouens, dolet, & queritur eum à cōmuni & augustâ religione atersum, deos ipsos aspernari, ac de medio tollere contendere; ideoque ipsi conuiciatur, Magum & Galilæum vocitat; reum Imperialium mandatorum contemptus & perduellij facit: ac demum supplicat Imperatori, vt ad illum mittat aliquem, qui eum cogat à tantâ, vt aiebat, dementia relipiscere, redireque ad cultum Deorum, quos Romanus orbis vbiique colat & veneretur.

^b **Iulicu-** 18 Quâ Alexandriæ oratione, creuit Imperatoris accepta ex prædictarum litterarum Ephysi lectione iracundia, non aliter quam flammâ oleo iniecta. Vnde continuò de præsentium aliquot suorum consilio ^b Iulicum in militem quemdam ad se vocatum Iudicem in Christianam Sardiniam emittit, nos Calaritanæ regionis constituit, iussitque vt selectis aliquot nobilibus Antiochiae ciubus, epistolâque quam porrigebat acceptâ, sese Calarim quanto posset citius conferret, vtque ibi inuentum Ephysum Alexandriae filium apprehenderet, & variis tormentorum generibus, si ab errore & stultitia suâ nequirit abduci, cruciatum, ad extremum occideret. Audiuisse enim aiebat, illum deorum fidem abnegasse, eorumque deridere cultum, quorum ipse virtute ac potentia orbem regeret; credere verò in Christianum illum, quem Iudei diuersis tortum modis supplicio tandem crucis infami affecerint. Mandauit porro idem Augustus Iulico, vt primum quidem studeat Ephysum ad sua reducere numina, & eapropter ampliorem illi honorem gloriae, & diuitiarum cumulum polliceatur. Quod si his hortationibus eum nequeat allucere, omniè contrario penitus honore, omni

Tom. II.

potestate, auctoritate, & copiis spoliatum, quolibet tor- ^{AUCTORE}
mentorum genere terreat, ac dilaniatis dein, si nihil ali- ^{MARCO,}
ter possit, laceratisque immaniter cunctis eius membris, ^{Ex MSS.}
extremo tandem suppicio, eoque acerbissimo afficiat,
ceteris eiusdem scæta hominibus exemplo futurum, vt
& illi eam deserant, & reliqui imposterum ab ipsâ de-
terreantur.

^a Ferrarius scribit S. Iuuenalem, de quo agemus 28. Maij, tunc Episcopum Caralitanum fuisse.

^b Ferrarius Iulium appellat.

C A P V T . V.

Tormenta humano diuinoque solatio lenita.

19 **I**vlicus itaque Imperatoris mandata nequaquam detrectans, mox cum ciubus illis sibi ascitis, nauigationem in Sardiniam arripit, Calaritanumque delatus, interim dum lustrat locum, ad Ephysum præmittit, qui nuntiet se illum inuisum salutatumque, debitamque ei reuerentiam (maiori quippe dignitate erat Ephysus) exhibitum venire. Annuit nuntio Ephysus, paratumque se ^{Iulicu-} ^{Præsidem} ^{honoris} ^{excipit.} ad Iulicum, quandcumque veniat, recipere. Quo responsu Ephysus ad Iudicem delato, mox ipse ad Ducem accedit, salutat, deosculatur, atque inter discurrentum de plurimis inuicem, vt moris est, aperta Ephysus aduentus sui caussâ Iulicus Augustalem epistolam porrigit. Quâ quidem Dux accepta perleactaque, cæcitate & amentia Imperiali indignatus, Stulti, inquit, & fatui Principis mandata, neque peragenda, neque auscultanda sunt. Vnde noueris Iulice, me Christianum esse, & Christi famulum, Diocletianique præcepta vilipendere, eius ^{ab eo blanditiis ten-} ^{tatur.} epistolam pedibus concilcare. Tum verò Iudex, vt venerat ab Imperatore instruetus, iussusque primum blandiri Duci, dicit Augustum in palatio cupere eum amplioribus honoribus euhere, indigere quippe ipso Diocletianum, hortari demum ideò Augusta iussa ne contemnatur, ei credit, ac Diis sacrificet.

20 At respondit Ephysus, sacrificium se Deo suo Iesu Christo offerre quotidie, cuius præcepta custodiat, & Diocletiani non curet, quod sacram Scripturam sic monentem audierit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, quoniam animam non posunt occidere; sed eum ^{Matth.} ^{10. 28.} potius timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Ecce verò corpus meum, subdit, pœnas quascumque pro Christo paratum sustinere. Iudex ad hoc Ducem monere, vt his sermonibus abstineat; & dicere se eos, solùm quod amicus esset, impunè ferre. At Dux contrà in his persistens, Dixi, inquit, me Christianum esse, eiusque crucem die noctuque adorare, qui in Iudices omnes, Principes, Reges, & Imperatores terræ, ac in vniuersum genus humanum plenam absolutamque habeat potestatem.

21 Quibus tandem in iram versus, assistentibus sibi militibus Iudex Ephysum ligari, ligatumque in carcerem compre- detrudi, imperat: statimque die posterâ, pro tribunali ^{compre-} ^{benditur:} sedens, educi illum, vincatumque ante se iubet consistere. Cùm ecce ethnicus hinc inde populus Calaritanus eò festinat, Præsidique questum accedit, Ephysum deo- ^{ceditur} rum suorum derisorum, blasphematorem, turbato- remque, ac regiorum edictoru' effractorem esse vociferans. Cuius clamoribus maior accensus irâ Iudex sanctum athletam adeò immaniter fustibus in præsentia suâ mulctari iussit, vt sexdecim militum manus mutatis vicibus plectentum fatigari feriendo ipsemet viderit. At hoc tam atroci spectaculo permotis nonnullis, præque humanâ commiseratione fustinentis Ephysi, eiusque pulchritudinis, & florentis ætatis in lacrymas proru- pentibus, constanter aiebat Dux fortissimus: Viri fra- ^{summâ} ^{constantiâ} trates & patres, nolite flere super me, sed super vos, quia diaboli estis errore decepti, & quorum animæ, nisi con- rationem subdens: Domine Iesu Christe, qui errata cor- rigis,

Ppp 3

Auctore regis, & clisa redintegras, esto in adiutorium mihi, & **MARCO**, corrobora seruum tuum, quatenus diabolicam omnem Ex mss: artem conculcate valeam.

22 Interea dum haec agebantur, qui cum eo ex suis adstantibus & misseritibus erant milites, ab eius conspectu sese nequaferantibus quād vnguam subtraxerunt; quinimō animi corporis suis militari que praeſentis ei ſemper aſſiſtentes, ipſius carnes, tuum etiam ferreis vncis ex Iudicis p̄cepto laniati diſcipique viderunt, donec coſtis oſſib⁹que denudatis ipſiſmet carnifices eum iam examinem eſſe aſſeuerauerunt. Verū bellator ille fortis & patiens intentā in Christo & Domino ſuo ſpēm habere, voce, quā ei extrinſecus ſola eſſet, continuā orationi incumbente teſtabatur. Hinc & quād adueniente iam vſpere non videretur illius ſeūtū cruciandi temporis ſatış ſuperere, eum in carceres detruidi Iudex mandat; ſecumque interīm, quā ratione poſteā igne torqueat concremetque, cogitat. Tum verò Caplicarius, ſeu carceribus p̄preſolitus quidam, Terentianus nomine, ob ſummam, quā aliā ſibi cum Ephysio interuenerat durabatque, neceſſitudinem, clauſis oſtiis ſecrētō collectum amicum, albāque inuolutum ſyndone curat quidem, quād poteſt humiliter & beneuolē. Verū Angeli exemplū ægrum viſitāt ab Angelis, ad conſolandum eum à Deo miſſos aſſerunt; negatāque eorum confeſſionis ab Ephysio fide, ni ſibi ſacraſanctæ crucis ſignum in frontibus eſſormant, ſigno ſe Crucis à Martyre poſtulato cōfirmant. Credens igitur Ephysius Angelorum p̄ficiat, ſe cruce ſi gnare ad certitudinem viſionis:

23 Hoc Ephysi ſermone, Angeli cognitā ampliū vi- à Christo ri ſanctitate, Deum ipsi enixē rogam, vt ſui ipius conſanatur & ſpectu tantam Martyris ſui humilitatem abiectionem- corrobora- que dignetur inpræſentiarum compensare. Quorum quidem exauditā oratione, Ephysio in carcere Christus Dominus ſummo coruſcantem lumine videndum ſe obtulit, ſanumque illum erigens, timorem iuſſit expellere: Ne timeas, inquit, Ephyle ſerue mi, neque minas ty- ranni expauecas; quoniam ego tecum ſum, nec te de- feram. Viriliter age & conforteret cor tuum: tu enim hoc in loco multum mihi populum acquires, & oues congregabis innumerās. Hinc verò Ephysius maximo correptus timore, in terram cadens, ad preces ē veſtigio reſcurrit, oratque p̄ſentem Dominum hoc modo: Do- minator Domine Deus, cui nullus reſtire poteſt, ſe- cundūm multitudinem miferationum tuarum miferere mei; & ne meminēris iniquitatum mearum antiquarum: respice in me Domine, quoniam tu creasti me, atque cognoscere te mihi dedisti. Delicta ergo iuuenturis meæ, quibus te irritaui, teque grauitate offendii, ne me mineris piissime Deus. Quibus mox replicat Dominus: Pax tibi Ephyle, dulcis amice, confortere mecum ite- rum, ac viriliter age, accipies enim coronam vitæ, & per martyrium gloriam aeternam conſequeris.

C A P V T VI.

Idola ſubuersa. impij puniti.

24 **S**ic habitā finitāque & Domini & ſerui, Christi ſc̄ilicet ac Ephysi conuerſatione, colloquioque; Videri à ministro Praefidio non poteſt: nonnullis p̄t actis diebus miſit ad Terentianum vnum ex ministris, qui ſc̄ifcitaretur, ac referret, ſi viueret ad- huc Ephysius, necne. Minister narrat illi, quā transacto tempore, à quo in carceribus eſſet Martyr, audiffent. Minister eius videndi desiderio ad locum, vbi is aderat accedit, inclinatque ſe eum versū aptius videndi cauſā. Verū cū Sanctus acclamaret viſo ministro, Ecce ego; & ille videre ſe illum nequire diceret; reſpondit E-

physius: Quoniam diaboli ſagitta cor tuum vuln:erauit, & idola vana, ſurda, & cæca coluſti, cæcus eris, & vide- re me non poteris, & in tenebris eris & in tenebris am- bulabis. Inuſo itaque Ephysio minister domum reuerſus, hero senioribusque aſſiſtentibus refert omnia.

25 Non dudum p̄t tribunal accedens Iudex, ſitti ſibi Ephysum mandat. At hic dum Prætorium ingredi- vult, facie ipius ſolis iſtar coruſcante, & corpore fine ad tribu- vllā fuſtum vel vncorū plaqā, cicatriceū, aut plaqā ſiſi- tur, notā existente; Calaritanum omnem populum p̄ſen- tem rapuit in admirationem, tanto miraculo attonitum, ac ſuſpiciēt quanta p̄t natura vires admiranda Deus in Sancto ſuo eſſet operatus. Vnde non potuerunt vno ferè ore omnes Deum ipsum Christianorum fan- ctissimum potentissimumque non exclamare, ac eum in auxiliū ſuum inuocare, & deprecari. Cuius quidem laudantē tam frequentis & sancti populi applauſis impatiens Iu- dex, ex ipſo tribunali affurgens, ſigno silentij manu fa- cto, elata voce ſic coniōnem aggreditur: Fratres cariſimi, à fide veſtrā, quam vſque in hunc diem inuolatam tenuiſtis, extranei nequaquam efficiamini: in iſtum, qui inſanus effectus eſt, nolite credere. Scitis enim Deos no- ſtos eſſe felices, & cuncto mundo auxiliū p̄ſtant- tes, quos ideò Imperator & omnis orbis colat. Ipsi verò hunc ſeruum ſuum Ephysum plauſauerunt, & vt ad ſen- ſum redeat ſanum efficerent.

4. b. Aiebant prætereà aliquando venisse ad eum ha- *b* reticum quendam Hieracitam, quod genus haereses *c* inuenitur apud Ægyptios. Hic cùm per multam loquen- *Hæreticis* di arteum plurimos Fratrum, qui habitabant in eremo, *ut confu-* conturbaret, ausus est etiam coram ipso fidei suæ asse- *ret,* rere prauitatem. Cui cùm resisteret senior & contradiceret, ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cùm videret Sanctus, fidem Fratrum periclitari, Quid opus est, inquit, nos verbis contendere, ad subuer- *b* sionem audientium? Exeamus ad sepulchra Fratrum, qui nos præcesserunt in Domino: & cui nostrum concederit Dominus suscitare mortuum de sepulchro, sciant o- mnes, quia illius fides probatur à Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant, Fratribus placuit. Processerunt ad se- pulchra, & hortatur Macarius Hieracitam, vt euocaret mortuum in nomine Domini. At ille, Tu, inquit, Domi- ne,

Q q q 3 ne,

AUCTORE ne, qui proposuisti, prior euoca. Et Macarius proster-
RUFFINO nens se in orationem ante Dominum, vbi sufficierunt
orauit, eleuatim sursum oculis suis ait ad Dominum: Tu,
inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem
teneat, ostende eleuato mortuo hoc. Et cum haec dixis-
set, Fratris cuiusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus
euocauit. Cui ille cum de tumulo respondisset, acceden-
mortuum
fuscatat. tes Fratres continuo quae superposita fuerant auferunt,
& eductum eum de sepulchro, resolutis fasciolis, quibus
constrictus erat, exhibuerunt viuentem. Hieracita vero,
vbi haec vidit, obstupefactus in fugam vertitur. Quem
Fratres quoque insequentes, extra terminos terrae illius
exturbauerunt. Multa etiam & alia ferebantur de eo,
quae nimis prolixa sunt ad scribendum: sed ex his pau-
cis etiam cetera eius opera noscuntur.

a Idem narratur lib. 3. de Vitis PP. num. 41.

b Idem narratur in Appendice ad Lausiacam cap. 9. iijdem ver-
bis; à Cassiano autem collat. 15. ca. 3. variatis circumstantiis quibus-
dam: Sicut & ab Abbatore Macario, inquit, qui habitationem
Seythioticae solitudinis primus inuenit, mortuum fuscatum
esse reminiscitur. Nam cum haereticus quidam, qui Eunomij
perfidiam sc̄tabatur, sinceritatem Catholicæ fidei arte diale-
cticā subuertere conaretur, magnamque iam hominum multi-
tudinem deceperit; rogatus à Catholicis viris, qui ruinâ tante
subuersioneis grauissime mouebantur. B. Macarius, ut simplici-
tatem totius Ægypti ab infidelitatibus naufragio liberaret, adue-
nit. Quem cum haereticus arte dialectica fuisse agressus, &
Aristotelicus ignorantem spinis vellet adducere; B. Macarius
Apostolicā multiloquium eius * breuitate concludens. Non
est, inquit, in verbo regnum Dei, sed in virtute. Eamus igitur
ad sepulchra, & nomen Domini super mortuum, qui primus
inuenitus fuerit, inuocemus, ac, sicut scriptum est, ostendamus
ex operibus fidem nostram, ut manifestissimè recta fidei docu-
menta eius testimonio declarentur, & perspicuum veritatem
non inani disputatione verborum, sed virtute signorum, & illo
quod non potest falli indicio comprobemus.

*auctori-
tate.

Heresicū
ad fusci-
tandum
mortuum
pronoscit;

Iacob. 2.
18.

qui clam
profugit:

18.

fuscatat

mortuum

interrogat.

3. Reg. 18.

et quidā

sub antiquissimis

Regibus

vixisse

respondit.

Christique

nomen

affuerit

illis

se nec audire

temporibus.

Cui rursus

Abbas

Macarius.

Dormi,

inquit,

in pace

cum ceteris

in tuo ordine,

à Christo

in fine

temporum

fuscatandus.

Hæc

igitur

eius

virtus

& gratia

quantum

in ipso

fuit,

semper fortassis latuisset,

nisi

cum necessi-

tas

totius

prouinciae

perilicitantis,

& erga Christum

plena deuotio

amoře

sincerus,

istud

exercere

miraculum

compulsiſet.

Quod

vitque

vt ab eo

ficeret,

non ostentatio

gloria;

sed caritas

Christi

& totius

plebis

extorsit

vitilitas,

vt Beatus

quoque He-

liam

fecisse,

Regum

lečio

manifestat,

qui ignem

de celo

super

hostias

impositas

pure

idcirco

descendere

postulauit,

vt per-

clitantem

Pseudoprophetarum

præstigiis

fidem

totius

populi

liberaret.

Hac Cassianus.

c Hierax, qui & Hieracu,

Ægyptius heresios

Manicheorum

particeps,

nouam

Hieraciarum

sc̄lam

procudit:

negauit

resurre-

tionem

carnis,

coniugatis

& infantibus

regnum

Dei

interclusi,

fili

Dei

eternam

natiuitatem

neſciuit,

Spiritu

sanctum

Melchisede-

cum

dixit.

Agunt

de eo

S. Epiphanius

her.

67.

S. Augustinus

heresi

47.

S. Hilarius

de Trinit.

lib.

6.

Baroniū

an.

Ch.

288

vbi

hanc hi-

storiam

adducit,

Iacobus

Gualterius

in Tabulā

Chronologicā,

seculo

3.

cap.

21.

Cassianus

ait

haereticum

hunc

perfidiā

Eunomij

fuisse se-

batum.

De eā

agunt

SS.

Basilius,

Augustinus,

tem nostram seculare verbum non loqueremur omnino. Quæ cùm audisset B. Macarius, dixit: In veritate non est virgo, neque maritata, neque monachus, neque secularis, & sed Deus tantum propositum querit, & spiritum vitæ omnibus ministrat.

d 3. *d* Dixit Abbas Macarius: Culpa est monachi, si læ*daret quo-* sus à Fratribus, primus in caritate purgato corde non *modò exci-* occurrit. Nam Sunamitis non meruerit recipere Eli*piendus* *Spiritus* *sanctus.* *e* alio habuit caussam. Sunamitis enim in personâ est animæ, Elisæus vero in personâ Spiritus sancti figuratus: quia nisi pura sit anima, non meretur suscipere Spiritum

Dei. Ita ira inueterata excæcat oculos cordis, & animam ^{Ex vitiis} ^{PATRUM} excludit ab oratione f.

a Hoc ex antiquâ versione Palladij, (que exstat in Appendice ad Vitæ PP. apud Rosvreydum) cap. 9.

b Ex lib. 3. de vita PP. cap. 97. Eadem narrantur lib. 6. libel. 3.

c Ioannes: Sed secundum vniuersitatem propositum Deus omnibus præstar Spiritum sanctum.

d Hec sumpta sunt ex lib. 7. interprete Paschafio, cap. 37. nu. 4.

Eadem referuntur à S. Martino Dumensi in sententiis Patrum nu.

16. & sub titulo Incerti à Ioanne lib. 6. libel. 1. num. 7.

e Dumensis, habuit aliquam caussam.

f Ioannes adiit pro antapodofi: Quacumque ergo horâ recedit anima à seculari confusione & perturbatione, adueniet ei Spiritus Dei, & tunc poterit parere cùm sit sterilis.

D E S . I S I D O R O

MONACHO ET PRESBYTERO, ALEXANDRIÆ.

§.I. Varij Isidori. Huius natalis.

AN. CHR. I
CDIV.
XV. IA-
NUAR.
S. Isidorus
collega S.
Macarij,



Acario Abbati, cuius iam Acta dedimus, collegam statuunt hoc die S. Isidorum antiqua Martyrologia ferè omnia. Romanum antiquum à Rosvreydo editum: Macarij Abbatis, Antonij discipuli, & Isidori. Romanum itidem antiquum Bellini de Padua: Apud Aegyptum B. Macarij Abbatis, discipuli B. Antonij, vitæ & miraculis celebrimi. Item S. Isidori in sanctitate vitæ, fide & miraculis præclarci. Confessit modernum Martyrologium Romanum; V. sacerdos, Beda vulgaris, Rabanus, Ado, Notkerus; MSS. Centulenje, S. Lamberti Leodij, S. Marie Ultraiecti, S. Gudila Bruxellis, aliaq; in quibus omnibus illi coniunguntur & iisdem ferè verbis celebrantur.

d 2. Ruffinus lib. 2. Hist. Eccl. cap. 4. ita refert S. Antonij discipulos: Patres monachorum, vitæ & antiquitatis merito, Macarius, & Isidorus, aliisque Macarius, atque Heracles, & Pambus, Antonij discipuli, & maximè in Nitria deserti partibus habebantur viri, qui consortium vitæ & actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. Et cap. 8. Quos ipsi vidimus, & quorum benedici manibus meruimus, hi sunt: Macarius de superiori eremo, alias Macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pambus in Cellulis &c. & Inuestiū 2. Ut ad eremi magistros veniam, quibus & attentiū & frequentiū vacabamus, ubi Macarius Antonij discipulus, & alter Macarius, & Isidorus, & Pambus, omnes amici Dei, qui nos hæc docebant, quæ ipsi à Deo discebant. Hæc Ruffinus. Qui Isidorum inter duos Macarios Aegyptium & Alexandrinum collocat, atque ex S. Antonij discipulis censet, de quibus ad huius Vitam in Proleg. §. 6. agemus. Cum S. Antonio egisse Isidorum testatur Palladius in Historiâ Lausiaca, sive lib. 8. de Vita PP. cap. 3. Beatus ergo, inquit, Isidorus xenodochus, qui B. Antonium conuenerat, narravit mihi se ab eo audiuisse rem dignam quæ mandetur litteris. & subnecit martyrium S. Potamicæ, atque historiam suam ab eius vitâ, quam §. sequenti dabimus, auctor.

3 Alius ab hoc est S. Isidorus Episcopus Hermopolis & Confessor, in Vita S. Paula à S. Hieronymo laudatus, & in Vita Melania apud Palladium cap. 117. Sed à Laurentio Barrensi cum hoc confusus, quem cum Martyrologio Romano II. Ianuarij retulimus. Alius fuit in Thebaide Isidorus, Pater mille monachorum, apud Ruffinum lib. 2. de Vita Patrum cap. 17. & Palladium cap. 71. qui inter Origenistas numeratur à S. Hieronymo mox citando. Hunc tamen hoc die coli putarunt recentiores nonnulli, aut forte cum Isidoro Presbytero confuderunt. Maurolycus: Item S. Isidori vita sanctimonii significat celebris, & Abbatis in Thebaide, plurium quam mille monachorum Patris. Galeſius: Eodem die S. Isidori item Abbatis, fide ac vitâ, tum rebus piè diuineque actis præclarci, cuius curâ mille & amplius monachi re-

gebantur. Eadem scribunt Felicis & auctoṛ Martyrologij Germanici. Ideo ista hoc die ad Martyrologium annotauit Baronius: Longè alium hunc existimato ab illo Isidoro, quem laudibus prosequitur Socrates lib. 6. cap. 9. Sozomenus lib. 8. cap. 12. & 13. Ruffinus lib. 2. cap. 4. & Euagrius Ponticus (Heriberto Ruffinus) in Vit. Patrum: nam ille ad Origenistas defecit, illorumque Dux inuentus est, vt S. Hieronymus de illo scribit epist. 61. ad Pamphachium, & ad Ctesiphontem contra Pelagianos: hic autem potius alibi, quām in Aegypto vixisse videtur: nam de alio Isidoro Aegyptio superiū actum est IV. Nonas Ianuarij.

4 Verum quem Baronius hoc loco ignorauit tertium Isidorum, cum postea agnouit to. 3. an. Ch. 340. nu. 50. Quod autem pertinet, inquit, ad Athanasij Romanum aduentum, reperimus thanasio duxisse secum inter alios Isidorum illum, de quo plura venit R. Palladius, qui eum mirificè commendat. Imò quod Romam: max Procerum vxoribus notus infra dicatur, ex iuvidetur, quos laudat S. Hieronymus in Vita S. Marcellæ; Hæc, inquit, ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaque Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arianæ hæreses declinantes, quasi ad tutissimum communionis suæ portum Romam configuerant, vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis, monasteriorumque in Thebaide, Pachumij, & Virginium, ac viduarum, didicit disciplinam. Certè fide præclarus dicitur in Martyrologiis, & mox in Actis, & S. Antonio notus, aut eius etiam discipulus. Nam de eo in Ruffino lib. 2. Hist. Eccl. agi, non de Origenista adiuncti socij, sancti & orthodoxyi, persuadent, & loca Annalium Baronij Notationibus Martyrol. adscripta in posthumâ editione confirmant.

5 Hoc à S. Isidoro pronuntiatum apophthegma refert Socrates lib. 4. cap. 18. cum de Piore discipulo S. Antonij egisset: Isidorus dicebat quadraginta annos, ex quo peccatum in animo senserat, iam præterisse, ac numquam vel cupit tentationi resistiri: ab Isidoro transit. Socrates ad Pambonem, ideoq; de Isidoro Presbytero eum agere arbitramur. Putarunt Laurentius Barrensis & Rosvreydus in Notationibus ad Palladium num. 1. prater Socratem citatum, de eodem agere Sozomenum lib. 6. cap. 28. & Nicephorum lib. 11. cap. 34. quod nobis non sufficienter probatur. Certius de eo agit S. Hieronymus epist. 22. ad Eustochium de custodiâ Virginitatis. Quidam ex Fratribus, inquit, Nitriæ parcior magis quam auarior, & nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lina texendo acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinque millia diuisis cel- monachis ^{damnat} lulis habitabant) quid facto opus esset: alij pauperibus proprietate distribuendos esse dicebant, alij dandos Ecclesiæ, non nulli parentibus remittendos. Macarius vero & Pambus & Isidorus & ceteri, quos Patres vocant, sancto in eis loquente Spiritu, decreuerunt infodiendos esse cum eodem dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Macarius hic est Alexandrinus, qui è Cellis forte euocatus aut ulro adiuit, nam in monte etiam cellam habebat, vti etiam S. Isidorus. Cum Melania Româ venisset Alexan-

QQQ 4

driam,

Bx va- dtiam, B. Isidorus Presbyter & Xenodochus eam dedu-
riss. xit ad Abbatem Pambo in solitudinem, ut ex ore ipsius
Melaniam Isidori scribit Palladius cap. 10. & ex eo Baronius tom. 4. an. Ch.
in solitudi- 388, num. 34. Que etiam huic S. Isidoro tribuit in citationibus
nom dicit, nouis ad Martyrologium.

§. II. A Palladio inuisitur.

Ex Palladij historiâ Lausiacâ cap. 1. & 2.

Cum ergo primûm venissem in Alexandriam ci-
uitatem, secundo Consulatu Theodosij Magni
Imperatoris, qui propter suam rectam in Christum fi-
dem nunc est cum Angelis; in ipsâ ciuitate incidi in
quemdam virum admirandum, & omni ex parte orna-
Notus Pal- tum sermone, moribus, & scientiâ, nempe Isidorum,
ladio, qui erat & Presbyter & b Xenodochus Alexandrinæ
Ecclesiæ. Is dicebatur primâ quidem iuuentute versans
in solitudine, peregrinè certamina exercitationis. Cuius
c etiam c cellam vidi ego in monte Nitriae: offendit autem
eum senem septuaginta annos natum; qui cùm vixisset
d alias d quindecim annos, in pace obiit. Hic Sanctus vñ-
e que ad horâ obitus nihil vñlineum gestauit extra vitam,
nosterus non balneo est vñlus, non tetigit carnes, numquam à
in seipsum mensâ recelit repletus ad satietatem. Erat autem cor-
pore à Dei gratiâ tam bene contemperato, vt omnes qui
ignorabant eius viçtus rationem, persuasum haberent
eum lautè vivere & opiparè. Huius virtutes animæ si
velim sigillatim narrare, narrantem me tempus deficiet.
Qui erat adeò mitis, benignus, & pacificus, vt etiam
f finifides, eius inimici propter rectam in Christum fi-
benignus dem, vel eius vimbram reuerteretur ob insignem viti
erga alios nitatem.

aut solni 7 Tantam autem habuit spiritalem gratiam & cogni-
in lacry- tionem sanctorum Scripturarum & comprehensionem
dum soli- diuinorum dogmatum, vt etiam in ipso conuiuo, horâ
tus auera- solitâ refectionis Fratrum, Sancti huius fieret mentis ex-
pi in ecsta- cessus, mutulque euaderet ipse & obstupesceret: & cùm
finis, rogaretur, vt quæ in excessu euenerunt narraret, dice-
ret: Mente sum peregrinatus ab aliquâ raptus contem-
platione. Scio ego eum sèpè in mensâ fuisse lacryma-
tum: & cùm rogaretur caussam cur esset lacrymatus,
audiui eum dicentem: Pudet me vesci cibo à ratione a-
lienâ, cùm sim ratione prædictus, & versari deberem in
paradiso deliciarum, replendus ambrosia nutrimento,
propter eam quæ nobis à Domino data est potestatem.
Is erat g Roma notus cuncto Senatui & Proceru vxori-
bus, quo tempore cum B. Athanasio Episcopo priùs re-
cesserat, deinde cum b S. Demetrio Episcopo. Is cùm ab-
undaret opibus, & iis quæ sunt ad vñlus necessaria, non
i scriptis testamento decedens, non i pecuniam reliquit,
non rem villam suis sororibus quæ erant Virgines; sed eas
Christo commendauit, dicens: Deus qui vos creauit,
vobis quoque viçtum prouidebit, sicut & mihi. Erat
autem k conuentus Virginum, quæ erant cum sororibus
eius, septuaginta.

l 8 Is cùm ad eum venissem t'adolescens, & roga-
Palladium vt ad vitam cooptarer monasticam, mē adhuc ætate la-
tradis di- sciviente, & non opus habente sermonibus, sed labori-
sciplina cuin/dam anachore- bus qui carnem subigeret, durâque & asperâ viuendi ra-
tione quæ corpus compesceret; is, inquam, tamquam
bonus domitor pullorum, duxit me extra ciuitatem m ad
eas quæ dicuntur Cellæ eremiticæ, circiter quinto ab vr-
be lapide. Et me tradit cuidam n Dorotheo exercitato-
ri Thebano sexagesimum annum agenti in speluncâ, &
iubet me implere apud ipsum tres annos ad domandas
animi perturbationes (sciebat enim senem agere vitam
admodum duram & asperam) & postquam annorum
numerum implesem, rursus ad eum reueterer manda-
uit, ob reliquam doctrinam spiritalem. Cùm autem non
potuissim apud eum implere numerum trium anno-
rum, ed quod in morbum incidissem vehementem, ab
eo recessi ante tempus præstitutum.

a Is erat annus Christi 388. quando Theodosius anno decimo Im-
peri cum Cynegio secundum gesit Consulatum.

b In Heracliu Paradiso: susceptor atque prouisor pauperum
Fratrum.

c Sic & Macarius Alexandrinus cellam habebat in monte Ni-
tria, locis in Collis habitares, ut refert Palladius cap. 20. & II. In-
narij in suis Vitiâ num 8.

d Hinc colligitur per sonisse ad annum circiter 404.

e In Heracliu Paradiso: non linteo vñlus est, nisi eo quo ve-
laret caput. Græc e in MS. Veneto apud Rosvireydi, inde Pha-
xiolus. in MS. Regio, & Palatino, quorum hoc edidit Meursius, illud
Fronto Duxus in MS. Phaxiolus. Illud significat vittam seu capitis te-
gumentum, Suidæ, Photio, Ioanni Mocho: hoc censetur à Latino Fa-
ciali deductum, & linteum, quo facies sudore manans tergitur, va-
let Ita Rosvireydi in Onomastico.

f In Heracl. Parad. pertinacissimi inimici. Vetus Interpres.
Inimici eius & infideles gentiles. Græc oīs x̄v̄s v̄s t̄s à̄t̄s us
īx̄d̄s d̄v̄s d̄v̄s m̄ ī X̄p̄s v̄d̄v̄v̄l̄v̄ p̄s īx̄d̄v̄q̄. quibus verbis
etiam heretici indicantur.

g In Heracl. Parad. Notus Romano Senatui feminis que pri-
matibus. Vetus interpres. Notus cum esset Romano Senatui, &
omnibus matronis magnificorum & illustrium virorum. Græc
γυναικες ή πάτην καὶ τὰ Πούμα συγκέντρω, πάστε γυναικες τῶν μαρισάνων.

h Videtur Demetrius hic esse Metropolita Pisanus in Galati-
â secundâ, qui pro S. Ioanne Chrysostomo cum aliis 40. Episcopis
Constantinopolitana Synodo interfuit, atque inde Chalcedonem ad
Pseudo-Synodus Legatus, à Theophilo Alexandrino plurima per-
fessus est, eo tempore quo Constantinopolis aderant Nitriota monachi
ab eo expulsi, de quibus s. seq. Chrysostomo in exilium missus idem De-
metrius Romanum profectus est, caussam, Ioannis apud Innocentium
Papam peregit. Reliqua Demetrii gesia, exilia, verbera, interse-
runtur Actis S. Chrysostomi. an colatur, & quo die, huc usque non
reperimus.

i Græc γυναικες. Vetus interpres. nummum. In Heracl. Parad. so-
lidum.

k Ite & SS. Antonij & Pachomij fratribus cū παρθενών, in par-
thenone Deosacraruit suam virginitatem.

l Viginti annorum, ut colligitur ex Epistolâ eius ad Lausum Pra-
positum.

m Græc, i.e. m̄ λαγύπα īq̄nūnā. ad ea quæ vocantur solitu-
dine loca, ut Heraclides; aut secretiora loca, ut vetus Interpres.

Aliæ ha Cella à Cellis illis celebris Libya, sive Cellis, de quibus
autem est in Prolegomeno ad vitam S. Macarij.

n Dorothei bnius meminerunt Sozomenus lib. 6. cap. 29. & ex
eo Cassiodorus hisp. trip. lib. 8. cap. 1. & Nicephorus lib. 11. cap. 25.

§. III. A Theophilo Alexandrino agitatur.

Ex Actis S. Ioannis Chrysostomi.

Multa de eodem Isidoro referuntur in Actis S. Chrysostomi. Vbi Georgius eum ita describit: Secundum ea tempora vir quidam erat Alexandrinæ, nomine Isidorus, ordinatione beati ac verè magni Athanasij Presbyter, annum agetas ætatis octogesimum, quem Romanorum plurimi probè norant, ob caussam & tractationem rerum Ecclesiasticarum; quippe qui à multis retrò tem-
peribus Romanam adiisset, peregrinorum & hospitum Alexandriae exceptor. Quia ex Palladij dialogo sumpsi Geor-
gius. Conueniunt singula; quippe qui antè in Histor. Lausiacâ nopolitanie
anno Ch. 388. erat septuaginta annos natus anno Chr. 397. Theophilus
aut sequenti (nam de illis temporibus suprà agitur) octogesimum olim desti-
etatis annum necessariò agebat. Hunc eundem initio summè a-natus:
maius Theophilus Episcopus Alexandrinus, & defuncto Nectario
Constantinopolitanam ei cathedralm tradere studuit, vt docet
Sozomenus lib. 8. cap. 3. & 12. Quod ita narrat Georgius Alex-
andrinus in Vita S. Ioannis Chrysostomi: Theophilus, inquit,
Alexandrinæ Episcopus multum adhibuit studij, vt eius
(Ioannis) conuelleret gloriam suis in se stationibus. qui-
bus relatis, pergit: Accedit his, quia Isidorum, quemdam
cùm haberet sua ditioris, magnoperè contendebat eum
præficere, & ad Episcopatum suo suffragio promouere.
Eum siquidem maximoperè amabat Theophilus, quia suâ
olim caussâ is in se recipiſſer negotium plenum periculi.
Quid id fuerit mihi edifferendum est. Theodosius
Imperator cùm aduersus Maximum tyrannum prælio
congrederetur ac decertaret, Theophilus per hunc Isi-
dorum munera quædam ad Imperatorem mittens, du-
plices Isidori manibus epistolas tradidit, præcipiens vt
cum mu-
neribus.
& dona

& dona & litteras ei offerret, qui victoriâ esset potitus. His obeundis cùm suam nauaret operam Isidorus, Româque aduenisset, in omnem occasionem imminebat, vt nosset in quem inclinaret victoria. Atqui res nequam diutius latuit, Quum enim is, qui epistolas fuerat suffuratus, eas ipso præsente legisset, hanc ob causam Isidorus timore correptus repetivit Alexandriam. Hæc erat occasio quare erga eum Theophilus fuerit propensioris studij ac fauoris.

10 *Quam ob causam incurrit Theophili odium, ita narrat Socrates lib. 6. cap. 9.* Isidorus Theophilo, inquit, iam olim amicissimus, tunc tamen inimicissimus factus, idque ob hanc causam: Theophilus aduersus Petrum quemdam, primarium Ecclesie Alexandrinae Presbyterum grauissimo odio inflammatus, eum Ecclesiâ expellere cogitauit: eique istud obiectauit crimen, quod mulierem sectæ Manichææ antè ad sacra mysteria admiserat, quâm illam ab errore Manichæorum auertisset. Verum vbi Petrus docuerat, se mulierem ab illâ sectâ traduxisse, eamque de sententiâ Theophilii in Ecclesiâ recepisse, Theophilus iniquo animo tulit, perinde ac si calumnias à Petro fuisse appetitus. Nam dixit, se facti illius omnino fuisse ignarum. Idcirco Petrus Isidorum testem adiucavit, Episcopum Theophilum non ignorasse, quod de muliere factum esset. Eodem tempore Isidorus Romæ vrbe primariâ versabatur, à Theophilo ad Damasum Episcopum Romanum missus, vt Flauianum Episcopum Antiochiae cum illo in gratiam reduceret. Nam omnes qui fauebant Meletio, cum Flauiano propter iusurandum, vt à me suprà declaratum est, discordarunt. Isidorus igitur Româ reuersus, & à Petro ad testimonium dicendum vocatus, affirmauit mulierem sectæ Manichææ de sententiâ Episcopi Theophilii in Ecclesiâ receptam fuisse, eumque ipsum mysteria ei impertiuuisse. Itaque Theophilus iracundiâ exardescens, pœnas vtrumque ab Ecclesiâ exturbauit.

*Flauianus
Antioche-
num S.
Damaso
Papa re-
conciliari:*

*incurrit
odium
Theophili:*

*calumniis
ab eo impe-
tius,*

11 *Eadem narrat Sozomenus, Georgius, & Metaphrastes in Vitâ S. Chrysostomi. Alia additur odij causa in Palladij dialogo.* Nostri, inquit, & ipse virum, quando cum Acacio profectus, Flauiani ad Theophilum communionem detulit, quæ viginti annis segregata fuerat, B. Euagrij gratiâ, qui multa certamina in laboribus Ecclesiasticis pertulit. Huic itaque Isidoro vidua quædam ex principalibus ciuitatis mille aureos dedit, adiurans eum ante altare venerandum, coenamq; vt vestibus pauperculas Alexandriae mulieres indueret, ignorante Theophilo, ne, si sciret, acceptos lapidibus emendis impenderet; quædam enim ædificandi rabies, Pharaonis instar illum obsedit, minimè Ecclesiæ necessaria. Verum ista missa facio: quod autem de Isidoro magis vrgit attende. Acceptam pecuniam Isidorus pauperibus impedit ac viduis. Hoc comperto, Theophilus (nihil enim ipsum latebat ex his quæ vbiique aut gererentur, aut dicerentur, quod haberet rerum atque operum exploratores, ne aliter dicam) Isidorum aduocat perturbatus modicè, &, an ita se res habeat, sciscitur. Nihil ille cunctatus, rei seriem pandit. Quod ille audiens, habitum mutat, & qui ante paululum modestus ac mitis interrogando videbatur, paullo post intumuit totus, Isidori accepto responso, effigiemque mutauit.

12 *Ac parumper se intra silentium continens, veluti canis clam impetus, post duos menses congregatis Sacerdotibus, Isidoroque præsente chartulam profert, Hanc, inquiens, Isidore, contra te accepi, iam decimus octauus annus euolutus est. Et quoniam occupatus fui, rem interim obliuioni tradideram. Nunc verò cùm alias requirerem chartas, inueni hanc de te chartulam diu latitatem. Quid ergo ad eam respondes? Continebat illa Sodomorum crimen. Ad hæc Isidorus respondi: Theophilus: Concedamus verum esse, quod & chartulam accepisti, & memoriâ excidit, non fuit qui libellum dedit, euocandus? Ad hæc Theophilus: At puer non aderat, nauigabat enim. Et Isidorus: Non aderat tunc, vt*

dicis, Episcope. Post nauigationem non aderat? Secundum anno non aderat? non tertio? Et nunc, si adest, adsta-re hominem iube. Theophilus cùm ipsâ veritatis euidentiâ vinceretur, in diem alterum iudicium differt, deprecatusque adolescentulum quemdam, promissionibus multis ad accusandum Isidorum instruit, datis illi, vt aiunt, aureis quindecim. Ille hæc omnia retulit matri. Mater id minimè probauit, partim integritate iudicij, partim legum metu dissuasa: cogitansque ne fortè calumniam passus Isidorus ad Principem iudicem prouocaret, accedens omnem scenam pandit Isidoro, aureos quoque illi ostendens, quos à Theophilii sorore, mercede nomine, contra infontem accepisse dicebat. Quæ cùm ob alia plurima, tum ob hoc præcipue dignas persoluit pœnas, mortua, cùm illi mamillas medicus curandi causâ ferro tentaret. Ad hæc Isidorus mansit domi, Dominum deprecans. Adolescens verò hinc leges metuens, inde Theophilum magis irritandum non ignorans, ad vtilem recurrit Ecclesiæ murum, venerans: que apprehendit altaria.

13 *Ita Theophilus muto iudicio Isidorum Ecclesiæ eliminat, grauia illum deliquisse pronuntians, honestam ecclesiâ A. egestus ex lexandri- que faciem iniustiæ imponens. Ad hæc veritus Isido-rus, ne fortè grauiore indignatione concitatus, saluti nâ, quoque sue Theophilus infidiaretur (& ista enim, vt aiunt, moliri consuevit) cursu rapido contendit ad Ni- ad eremî triæ montem, repetens monasticum ordinem, in quo iu-redit; uenis fuerat nutritus; ibique intra cellulam residens orabat, patientissimum Dominum interpellans. Interea Theophilus sibi conscient quâm indecenter egisset, incertamque victoriâ suspectam habens, litteras ad vicinos Episcopos mittit, mandans, quodam de monte ex primoribus abiici, atque interiore eremo monachos pel-li. Prosequitur persecutionem monachis Nitriensibus illatam, quod Isidoro affecti, viderentur, solumque apud Theo-hinc pul-philum intercederet odium Isidori. Ergo trecenti sumptis 300. mo-continuò melotis suis in Palæstinam concedentes Eliam nachis, occupant. Verum Theophilo illos persequente, ingenti necessitate loca in dies mutare compulsi, tandem regiam ad vr-confugit-bem peruererunt, in quâ diuinâ manu ad curam indi-ad S. Ioan-nem Chrysostomum, gentium Ioannes ordinatus Episcopus: procumbentes, que ad eius genua, orabant, vt opem ferret animabus calumniam passis, atque vastatis horum studio, qui hoc potius, quâm benefacere consuevissent. Steti Ioannes, vt vidit quinquaginta electorum hominum canitiem ve-nenerandam, sacrâ sudoribus infectam, compunctusque, iuxta Ioseph, pro fraternitatis studio in lacrymas soluitur, percunctatus ab iis, quisnam aper de siluâ, aut singularis fera huic fecundissimæ ac lâtissimæ viti inuidi-set. Mansiones illis in ecclesiâ, quæ Anastasia dicitur, ad requiem tribuens, ipse quidem necessaria viâtui non suppeditabat, sed eis religiosæ mulieres ministrabant, ipsis quoque ex opere manuum necessitates suas ex parte supplentibus. Inter has præcipua fuit S. Olympias, que colitur XVII. Decembri. Hinc odium Theophilii in S. Ioan-nem accredit, vt S. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 152. ad Symma-chum de S. Chrysostomo scribens refatur: Pium virû, inquit, ac diuinarum rerum doctrinâ præditum expugnauit Theophilus, odium videlicet atque inimicitiam, quam aduersus eum, qui quo ego nomine appellatur (Græcè Τὸν ἐμὸν ὄμώνυμον) improbitatis atque importunitatis fuit velut propugnaculum naclitus. Vnde clare refellas Metaphrastes, qui hæc ipsi S. Isidoro Pelusiote omnia attribuit: de quo agemus IV. Februar. Plura de Isidoro aliisq; monachis à Theophile pulsis dicentur ad Vitam S. Ioannis Chrysostomi.*

MAVRA ET BRITTA,

APVD TVRONES IN GALLIA.

XV. IA- NVAR.

LAtebant harum Virginum corpora, ac nomina: utræque ipsa prodiderunt. Rem omnem breuiter litteris consignauit S. Gregorius Turonensis de gloriâ Confessorum cap. 18. Acta vel conscripta non sunt, quod vni Deo ac SS. Maura & Britta Celitibus notam vitam egere, procul hominum turbis ac luce, vel intercidere in illâ Galliarum per Francos, Vandalos, Hunnos & reuelatio, aliosq; barbaros vastitate. Ætas quoque incerta. S. Martini temporibus, aut non multò pôst, vigente, quam sedulò excoluerat, Christianâ pietate, vixisse eas liceat suspicari. Reperta corpora sunt dum Turonensem Ecclesiam S. Euphroniis, S. Gregorii decessor, administraret, sexto nimirùm seculo, quippe qui Concilio Parisiensi III. anno 557. & Turonensi II. anno 567. interfuerit, vt ad eius natalem dicimus IV. Augusti.

2. Aliæ affini nomenclatione celebrantur sanctæ sorores, Maura & Brigida, que in Bellouacis martyrium pro virginitate tuendâ feceré, vt fûse narrat Petrus Louetus V. CL. lib. 2. Antiquit. Bellouac. cap. 13. & tribus sequentibus. Earum eleuatio solemni celebitate recolitur Dominicâ post Christi ascensionem, inscripta Martyrologio Gallicano à Saussaio V. Maij. At Turonica illa minime dubium quin sacrî quoque honoribus ornata ab Eu- annus phronio & posteris sint; quo die, id nos latet. Idem Saussaio XV. memoria. Ianuarij retulit, in Supplemento Martyrologij Gallicani: pridie Canisius, Ferrarius, Molanus in priori editione Vuardi.

INVENTIONIS HISTORIA

ex S. Gregorio Ep. Turonensi.

1.  Nfra ipsum terminum Turonicum erat mons parvulus, sentibus, rubis, vitibusq; repletus agrestibus, & tantâ densitate labrusca contextus, vt vix aliquis intrò possât intrumpere: ferebat enim fama, duas Deo sacras Virgines Harum corpora ce. in illo loco quiescere, scilicet cùm in vigiliis dierum festi lumen, luminibus accensum diuinitus à fidelibus sibi cerneretur, unus audacior & animi fretus auctoritate, ad locum accedere sub obscurâ nocte non metuit. Atque cereum miti candoris immenso lumine fulgurantem aspiciens, admiratusq; diu, discessit, aliisque quae viderat nuntiauit.

2. Tunc vni de incolis loci se Virgines per visum ostendunt: exponunt se ibidem esse sepultas, ac sine techo, & iterata apparitione,

imbrium iniuriam diutiùs ferre non posse: hic verò si si-
bi vellet esse consultum, incisis vepribus tegumentum tumu-
lis adhiberet. Expergesfactus verò, inruentibus aliis co-
gitationibus, tradidit obliuioni quæ viderat. Aliâ verò
nocte apparuerunt ei iterum, vultu minaci terribiliter
comminantes, nisi locum tegeret, anno præsenti ab hoc
seculo migraret. Territus igitur vir ille visu, acceptâ se-
cure, stirpe succisâ tumulos detexit: inuenitque vali-
das de cereis guttas in modum libani odore nectareo
cum mira culo: effragrare.

3. Tunc deputatis bobus & plaistro lapides congre-
gat, & datâ æstate oratorium superedificat: explicitoq; iſthic Or-
opere B. Euphronium, qui tunc Turonicam regebat Ec-
clesiam, ad benedicendum inuitat. Sed ille iam defessus
senio, excusat abire, dicens, Vides, inquit, fili, quod se-
nuerim, & hiems solitâ asperior ingruat: descendunt
pluiae, ac venti cuncta turbine perflant, inflantur flu-
mina, & ipsa quoque via à frequentatione imbrium ef-
fusa penè in lutum sunt dissolutæ. Et nunc non conue-
nit ætati meæ ista modò properare itinera. Hæc audiens
vir ille discessit à conspectu Sacerdotis, abiens valde mœ-
rens. Verùm ubi Sacerdos membra quieti laxauit, vidit
duas Virgines adstare sibi: quarum senior tristi vultu sic
infit: Quid tibi ingratae exitimus, Beatissime Pontifex?
quid molestia intulimus regioni tibi à Deo commissæ?
Cur nos despicias? cur ad consecrandum locum, quem
nobis vir fidelis ædificauit, venire dissimulas? Veni nunc,
obsecramus per nomen omnipotentis Dei, cuius nos
sumus ancillæ. Hæc effata, genas lacrymis rigabat ob-
ortis.

4. Expergesfactus verò senex, vocat Ecclesiasticæ do-
mus rectorem, dicens, Peccavi non eundo cum homine; ecce enim vidi duas Virgines me ob id increpantes, & vereor Dei offendam incurovere, si illuc distulero ambu-
lare: acceleransq; iter, viam ingreditur. Igitur eunte
illo quieuit pluiae, Austrorumq; violentia fœna succu-
bit. Ipse quoque feliciter cōficiens iter, benedicto loco ss. statuta
cum pace regressus est. Nam referebat plerumque vul-
nus incesumq; Virginum; & vnam quidem dicebat
prolixorem, alteram minorem statu, non merito, utram-
que tamen niue candiorem: quarum vnam Mauram,
Brittan alteram vocitabat, dicens se ab earum ore hæc
nomina cognouisse.

DE S. ALEXANDRO,

FUNDATORE ACOEMETORVM, CONSTANTINOPOLI.

S. I. S. Alexandri natalis, Vita.

CIRCI- TER AN. CDXXX. XV. IA- NVAR.

DVos hoc die damus illustres sanctitatem Acc-
metos; alterum natu grandem, auctorem
eius instituti, Alexandrum; iuniorum alte-
rum, atque in ipso propè flore etatis, calo-
rum, transcriptum, Ioannem, cognomento Ca-
lybiten, qui ad alexandri nuper vitâ fundi reliquias, plurimis
S. Alexan- dri ignotus miraculis, ideoq; & piorum hominum concursu, celebres, sexen-
natum exegit. Et hanc quidem Latinorum Græcorumq; saeclo XV.
ianuarij exhibent: illius nusquam expressum natalem reperimus.
Fit tamen honorifica eius mentio in vitâ S. Marcelli Abbatis, qui
ab eo sacram habitum suscepit, & tertius ab eo Acometorum
monasterio prefuit; cuius natalis agitur XXIX. Decembri. Eo

quoque die signari Alexandri nomen poterat; sed quoniam Ioan- cur hic da-
nes, eis non ab eo sit in monachorum numerum cooptatus, ta- ta eius Vi-
men quia diu ante Marcellum diem suum obiit; merid inter A- ta?
cemetos, quorum quidem religiosa peragatur memoria, S. Alex-
andri primogenitus censeri appellariq; potest: eaque causâ illi A-
lexandrum, parentem filio, comitem damus, aut ducem potius,
propterè quod ex eius vitâ plurima, qua de Acometis adhuc
perpetrâ tradita, illustrabuntur.

2. Eam Vitam nacti sumus è bibliotheca Regis Christianissi-
mi MS. codice, vetustate quibusdam locis exeso, eoq; mutilam;
præclaram alioqui, & nondum typis vulgatam, aut vlli citatam,
quod quidem viderimus, recentiorum. Auctor monachus Acome- eius auctor
tus fuit, ab ipso Alexandre preceptionibus asceticis eruditus ad S. Alexan-
dri virtutem. Id ipse non uno loco significat. Nam cap. 4. cùm Chri- scribit:
stum narrasset S. Alejandro apparuisse, id se ab illius ore didicisse pulsus:

scribit: καὶ τότε αὐτὸς ἡμῖν ὀμολόγησεν, ως ἐν προσωπίᾳ ἑτέρης. & cap. 8. profiteretur se scribere, qua oculis ipse viderit, & curiosè obseruari: τοι ἡμεῖς μὲν, inquit, τὸν φιλαδελφίαν τῷ τῷ τῷ σαργὸν ὅπεινονύμενον, ἀπερ θεασθεθα. Alia ex Rabbuli, ab Alexander ad fidem & vitam anachoreticam conuersi, dein Edeffa Ecclesia prefetti, relatione tradit: Τοι εἰσθεντος & μακαρίου, ὀμολόγησεν τότε οὐ παθετος οὐ μακαρίου, καὶ ἀληθής ἐστιν μαρτυρία ητος μαθητῶν. Superuixit Alexander hic Auctor, in monasterio quod in Bithyniā à Ioanne eius successore inchoatum, Marcellus deinde perfecit; in quod deinde S. Alexandri translata ὅσια λειψανα καθ' ἔκαστην ἡμέραν ἐθαυμάσθητον, ut cap. 8. dicitur, illud subiungitur votum: Γένοιο δὲ πάντας ἡμᾶς ἀξίους μαθητῶν γράψθηται τοι εκαὶ ἐνερθῆναι καὶ τυχεῖν διὰ τῶν πεθερῶν αὐτοῦ, ὃν αὐτὸς μέτοχος ἐγένετο. Hac de Auctore.

alibi laudatus Alexander. *3. Ipsam porrò vitam solidissimam, omnīus acceptatione dignissimam, tum rerum omnium exacta descriptio, & consequentia persuaderet, tum consentanea aliorum scripta, ac præsentim Vita S. Marcelli, in qua dicitur Alexander, vir virtute incomparabilis, plenus sapientiā, plenus pastorali sollicitudine & diligentia curāque animarum. Baronius quoque tomo 6. Annal. an. 459. num. 18. memorat Alexandrum Abbatem, huius instituti, (Accemetorum, quos ipse Accemetas vocat, minus fortassis vistate, cum αἰνιγμῷ dicatur Grace, vigil, insomnis, de quo mox) auctorem, & S. Marcelli institutorem.*

§. II. Accemetorum origo, prima monasteria.

4. Andreas Saussaius V. CL. in Martyrologio Gallico hoc die S. Ioannis Calybitæ vitam brevi epitome complexus, ait eum è patriâ fugientem Arometi monasterium remotissimum petuisse. Debet Accemetorum scribere. sed cuiusmodi illud, aut ubi terrarum situm fuerit, silet. In Fastis Marianis, in Syriā; in Martyrologio Gallico idiomate Leodij vulgato, Hierosolymis statuitur. Iacobus Canisius noſter in Petri Ribadeneire Flore SS. Latinè verso, parte 2. de SS. Extravagantibus, ad XX. Februarij, ait S. Eucherium Episcopum Aurelianensem, Christi crucem amplexum, cœnobiumque Accemetorum ingressum, monachum induisse &c. & multa ibi de Accemetis annotat. At quantum deuiciat. Gemmeticum S. Eucherius ingressus est, quinque leucis à Rotomagensi vrbe disiitum, instituti Benedictini; circiter annum 640. à S. Philiberto, sumptum præbente Dagoberto Rege, fundatum, vt XX. Augusti ad S. Philiberti vitam dicimus. Dicitur quidem post S. Alexandri deceſsum latè per orbem propagata Accemetorum religio, hic cap. ultimo. Et in Vitâ S. Marcelli: Quomodo ex magnâ Eden quatuor dicunt manare fluuios, ita etiam ex Marcelli tabernaculo cœpit per vniuersum ferre orbem terræ profundi purum & incundissimum & salutare fluentum, illa, inquam, accuratissima vita, quæ ab eo agebatur, imitatio. Præterea autem supernaruim potestatum ministerij, quod nullo somno interrumpitur, zelus cum hinc cœpisset, venit ad primam & urbium Reginam; deinde ad alia quoque transiit loca imitatio. Sed hec de Oriente accipienda: quamquā fuerunt etiam in Occidente, qui similem sacrarum prectionum disciplinam suis prescriberent, aliis tamen statutis temperatam.

Eorum cœnobis, ad Eu-
phratem, *latè per Orientem propagati.* *5. Primum eius rationis cœnobium erexit ad Euphratem Alexander, vt cap. 4. dicitur. Ad eius normam alia ab eius discipulis ipso viuo cōdita, quibus Crithenium cap. 6. laudatur. Sed in his institutum, non nomen Accemetorum viguit. Denum Crithenii, Constantinopoli aliud ipse construxit, in quo è vitâ migravit. De eo cap. 7. & 8. atque in vitâ S. Marcelli ista habentur: Καὶ τοῦ μὲν ὁ Θεὸς Αἰλέξανδρος τῷ τοῦ ιερῷ οἴκῳ οὐ μεράλει ἐν μαρτυροὶ Μηνῶ τὴν ἀσκησιν ὅπεινον. Οὗτον δὲ καὶ τοὺς αὐτῶν τῷ τοῦ στόματι σεμνὸν ιερύει, Φροντιστήριον, & δὲ καὶ οὐμονειστέοι, κακὸν μὲν, οὐδὲ τὸ ἀπαντάχει κακόν, μηδέποτε τῶν εἰς Θεὸν ὕμενων τὸ συνεχὴς διακόπτειν, οὐδὲ τῇ καταστάχῃ τῶν λειψρυγίων τὸ αλλαγῆ τὸν αστργήλον ταύτων, καὶ ἀπειστὸν τῷ δεσπότῃ πειστεῖθαι δοξολογίαν. Et tunc quidem diuinus Alexander in templo magni Martyris Menæ exercebat; postea autem in ipso quoque ostio Ponti venerandum statuit monaste-*

rium: in quo nouam quidem, sed longè omnium pulcherrimam legem posuit, ut hymnorum ad Deum numeris interrumpetur perpetuitas, sed per vices mutatis ministris hæc numquā silens & numquā quiescens tribueretur Deo glorificatio.

6. Hoc post Alexandri deceſsum in Bithyniam translatum est, à Ioanne eius successore, in locum Γομῶν appellatum, quem & Εἰρηναῖον dixerunt, διὰ τὸ θορύβων οὐλῆς εἶναι, quod procul à turbis & strepitu abesse. Ιωάννης δὲ, vt in vita S. Marcelli dicitur, τὸ πεδίγματα ὄνομα τῷ τόπῳ δονί. Τοῦ διηρευσίς τοῦν ὀδῆς τῶν Αρχιμητῶν ἀχειροῦ δεῖπροτὶ τὸ Φροντιστήριον ὄνομαζεται. Τὸν γάρ αὐτὸν Αἰλέξανδρον πέντε καὶ Ιωάννης ζητῶντας ἐν διαδοχής τοῦν ἀδεῖτων τῶν πρεσβειῶν αὐτοῦ, ὃν αὐτὸς μέτοχος ἐγένετο. Hac de Auctore.

7. Ioanni haud diu post translatum monasterium vitâ functo, subrogatus est Marcellus, sub quo ea colendi numinis ratio late sparfa, venit etiam, aut potius rediit, ad primam & vrbium Reginam Constantinopolim: quando Studius quidam planinovit præclarus, vt ait Nicephorus lib. 15. cap. 23. Româ Conpoli, quod Constantinopolim venit, & Diuo Präcursori templum ereditum. Studij xit, in quod monachos ex monasterio Accemetorum induxit, quod diuinissimus Marcellus extruxerat; in quo perpetui hymni Deo canerentur, sodalitate monachorum in tres cœtus diuisâ. Hinc Studita orti, quorum multis seculis eluxit virtus & eruditio, & præsertim glorioſa aduersus Iconoclastas Imperatores certamina, de quibus IV. Februarij ad S. Nicolai Studitæ vitam, XI. Nouembri ad S. Theodori, & alibi sapè.

8. Hinc manifestum unde Accemetorum fluxerit nomen. In Vitâ S. Ioannis Calybitæ à Lipomo editâ, ita appellari dicuntur, quod numquā cubare soliti essent. at verò id Vnde Aglossema videtur interpretu, aut ciuissim librarij. Ita Carthuae cœmetiani Colonienses in addit. ad Vſuardum XXVII. Februarij barum, vel bene S. Ioannem septem annis in monasterio stetisse. Ros Nonnuedus in Notis ad cap. 26. Philothei, nu. 76. Stylitas vocat tium, non & ικιμήτες, quod S. Simeon Stylos iſlhic referatur manibus men? in cœlum extensis steriles totâ nocte, nec à somno delinitus, nec à labore superatus. Sic & monachi Palestina in Lauris degentes laudantur ab Euagrio lib. 6. cap. 31. Κονάρας τὰς τοὺς τὸν Θεὸν λιτὰς διημερέντες τε καὶ διαντερέντες, γλώσσας ἐνθαλισθεῖσαι, γλώσσας πάνοις μεγάλοις, οὐδὲ τὸ φῶν ἀνενεγρεῖσαι, οὐδὲ ὅραν. In precibus, quas ad Deum fundunt, die noctuque perseverant, ita se atterentes, ita laboribus affuentes, vt insepulti mortui videantur. Verum & Palestinarum monachorum, & Stylitarum diuersum ab Accemeti institutum fuit. De virtusque illis actum alibi. Alexander præclarum continuande per vices prectionis instituit methodum: quam Canisius & Ferrarius in Catalogo SS. Italiae perperam ita interpretati sunt, quasi iidem absque intermissione in diuinis laudibus excubarent, & somni perparum aut omnino nihil caperent. At rectè Baronius to. 6. Annal. an. 459. nu. 16. scribit eos iuges die noctuque perugiles Deo laudes obtulisse, tripartito tempore, ibi inuicem succedentes.

§. III. S. Alexandri etas, tempus obitus.

9. Q uot annos vixerit Alexander, nusquam diserte expref-
s. Alex-
sum. Quinquaginta in religiosa vita exercitatione po-
andri vita
se exercitationi daret, adolescentiam in studiis litterarum Con-
stantinopoli exegit; militiam annis aliquot secutus, atque ali-
quandiu & πατέρας functus munere: vt haud multò minor vi-
ginti quinque annis videatur ad monasticam vitam accessisse.

10. Hac omni in sex veluti flexus aut principias functiones partita illi fuit. Primum enim, quadriennium in Syriâ sub Elia Archimandrita rudimentis cœnobiticis datum: septennij anacho-

refis

E X V A- resis secura: adiecit inde ad conciliandos Christo Gentiles ani-
R I I S. mum, & Rabbulum cum suis, triginta item latrones, atque alios monastica, conuertit, miracula etiam patratus, ac calitus elictio igne; quod so. per an- cuenisse dicitur triginta ante obitum illius annis. Postea viginti iros annos monasterio trax Euphratrem presuit, & quadringentenos in eo monachos instituit ad virtutem, ut 4. cap. memoratur. Tum peregrinus, in solitudine Euphrati vicinam, Antiochiae, Palmyra, atque in variis monasteriis quinque facile annos exegit; tres quidem, quibus annoe sterilitate castella dicuntur laboras- se, antequam ad urbem Antiochenam accederet: quartus fertili- tatis fuit, altero post tandem Constantinopolim venit, ibi, quinque reliquos vixit.

tempus **moris.** **11** Hac de Alexandri etate. Nunc qui Christiana epocha ea congruat, querendum. Theodotus Antiochia Episcopus erat, cum is hic degeret Alexander, ut cap. 6. dicitur. Is autem anno 421. ordinatus, annis sex eam rexist Ecclesiam, ut ex Theodoreti epistola 83. pater, quam ex codice Vaticano recitat Baronius to. 6. Annal. an. Chr. 444. nu. 23. Quam de re actum pluribus VIII. Ianuarij in S. Attici Vitâ. Cùm eam Ecclesiam teneret Theodo- tus, Alexander hic noster Antiochiæ mendici habitu recepit, & Constantinopolim paullò post venit. Quam hic persecutionem passus cap. 8. scribitur, ea videtur à Nestorio concitata eiusue af- fliccis. Capessuerat eam Sedem Nestorius IV. Id. Aprilis, Felice & TAURO Coll. ut auctor est Socrates lib. 7. cap. 29. qui Christi annus erat 428. Idem anno 431. ab Ephesinâ Synodo damnatus, foliog̃ exturbatus est. Nec videtur Alexander illi damnationi superbes fuisse, aut saltem diu: planè ut probabile sit, circiter 380. annum Christi, militia nuntium remisisse, ac dein quin- quaginta annorum curriculo strenue ac feliciter peregrinatio, è vita decepsisse sub annum 430. Quid, quod eius discipuli domicilio in Bithyniam translato, hoc E'genvâzov appellarunt, qui demum pacem & quietem reperissent, procul infectantum tumultus suf- fragantur qua dein ab iisdem gesta Acemetis.

Rabbulus **12** Illud quoque declarandum videtur, Rabbulus, qui & Rabbulas, Rabulas, Rabula dicitur, quo tempore Edessenam ab eo con- administravit Ecclesiam. Is ante annum 400. ab Alexandre fidei mysteriis eruditus, constructo vxori ac filiabus monasterio, in eremum fecerit, atque annis aliquot anachoreticam vitam inde Epis- duxit. Dein Episcopus ordinatus, annis 30. Edessena Ecclesia pre- scopus E- fuit, ut cap. 3. dicitur. Illi Ibas succedit, qui in epistola ad Ma- rim Persam, que extat Act. 10. Concilij Chalcedonensis, & to. 6. Annal. Baron. an. 448. nu. 66. Rabbulum perstringit, & ty- rannum ciuitatis Edessenæ appellat, propterea quod cum Acacio Melitensem Theodori Mopsuesteni libros damnarat. Hec verò non ante annum 435. contigerunt, quo, cùm Nestorij libri à Theodosio Imp. iam XV. Cos. III. Nonas Augusti interdicti in- cendiog̃ damnati essent, ut dicitur L. vlt. C. Theodos. de Ha- reticis; Nestoriani, ut Nestorium non noua docuisse ostenderent, Diodori Tarsensis & Theodori Mopsuesteni scripta, affinem tra- dentia doctrinam, publicarunt: quibus Rabbulus atque Aca- cius resisterunt, ut testatur etiam Liberatus in Breuiario cap. 10. Extant in Concilio V. Oecumenico, confessione siue Collatione V. quas tunc inuicem hi & Cyrillus scripsere, epistolarum fragmen- ta. Atque inter alia Rabbulo ita Cyrillus scribit. Semper qui- dem tua splenduit sanctitas, præcipue autem modò fa- Cyrillo. ñta omnibus Orientalibus columna & fundamentum veritatis, & sicut quemdam pestiferum expellens mor- bum, nouæ & abominandæ hæreseos Nestorij blasphemiam. Videtur ergo etiam post annum 435. aliquamdiu fuisse in viu Rabbulus. Vbi is decepsit, subrogatus est Ibas, superflui- te etiam Iohanne Antiocheno; nam huic S. Proclus Constantinopolitanus Antistes scribit, apud s̄ Ibam Edessenum herefes fugillatus Nestoriane à suis Clericis insimulatum. Extant ee littera colla- & successore tione VI. concilij V. quod propter tria Capitula præcipue con- iba, uocatum; quorum Capitulorum secundum erat de citâ iba ad Marim epistola. Successit Theodoto, de quo supra, in An- tiochenâ Cathedrâ Iohannes anno Christi 427. sedit annis tre- decim, ut diserte scribit Theodoreto ep. 83. ante citatâ. Obiit ergo anno 440. quo anno eius obitum consignauit Baronius in Appendix tom. 5. ad ann. 436. cùm prius eo anno decepsisse il- lum scripsisset: quod in Epitome quoque obseruauit Spondanus; at non Gualterius in Tabulâ Chronographicâ, & Petauius in Chronologia lib. 13. de doctrinâ tempor. q̄i Theodoti mor-

tem referunt ann. 427. Ioannis 436. additq; Petauius, cùm se- disset annos XIII. ut calami aut memoria lapsum liceat agno- scere. Presuerat iam, superstite Iohanne, anno uno alteroue Edes- sena Ecclesia Ibâs.

13 Unde confici potest circiter annum 437. decepsisse Rab- bulum, qui S. Alexandro septem annos superstes, narrauit sa- mortuus. cùm se- circiter an- dū olim ab eo miracula, iam grandis natu, cæcus oculus corporis, Ch. 437. cùm mente acutum cerneret, ut iam vidimus. De cœitate niemi- nit Theodorus Lector Collectan. lib. 2. Melâ tñw ὥρâs τὸς ἀ- sub finem vita cæcus. ναπολίκες συμβιθασιν οὐγγεῖψαι λέγετον Θεοδόσιον καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων Κυριάκ. Ρ' αὐτοῦ δὲ Εὐθόνης Ε' πίονος τοφλὸς ήν. Αὐδεῖας δὲ τῶν Σαμοσαίων θεατ- λει, ως χράφαν καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων θεατού- λη. Post reconciliationem cum Orientalibus, Theodori- tis contra duodecim Capita Cyrilli scripsisse fertur. Rhabulas Episcopus Edessenus cæcus erat. Andreas ve- rò Samosateus accusauit eum, quasi contra duodecim Capitula Theodoriti scripsisset.

V I T A

Auctore monacho Acemeto, eius discipulo,
ex veteri Græco MS.

P RÆFATIO AVCTORIS.

S Anctissimus ac beatissimus Alexander, vir Apostolicus, & vobis Christum diligenter, & mihi disceptationis proponitur argumentum. Illud enim mihi plar vir- licere existimo, vt & virtutem imitatio- ne, & verbis præclara eius facinora coner exprimere. Benignissimo igitur Deo adiuuante, cuias hic vir, quo de sermo est, extiterit, & vnde illa ei exercitationis ratio modusque, exponam. Nouimus, cunctos, qui cœlestibus cumulati beneficiis à proprio Numine sunt, illius agnoscere beneficentiam, illius delectari operibus, illius laudes prædicare, & cum Apostolo in has prorumpere vores: O altitudo diuinitarum sapientiae & scientiae Dei! Rom. 11. quām incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius! Speciemus igitur exitum victoriosi athle- tæ, qui inter nos vitam egit, & numquām interruptum, veluti Sol hic aspectabilis, cursum peregit.

2 Atque hic solus in hac nostrâ verè, vt Saluator no- ster testatur, peruersâ generatione, ita eluxit, vt gemi- nam sibi coronam pepererit. Etsi igitur omnes, qui scri- bendæ historiæ dedunt operam, hīc fatiscere necesse sit, rerum narrandarum magnitudine corum obruente fa- cultatem; tamen quia silentium nostrum volentibus il- lius virtutem imitari infructuosum futurum sit; quem- admodum qui seculi negotia tractant mercatores, quæ- stus prouenturi gratiâ, mortis etiam periculo se se obii- ciunt; nos quoque propter eorum qui imitati voluerint, emolumenta, facilius ad hanc dicendi temeritatem de- uenimus, ac tempori obsecuti partem aliquam recense- bimus magnanimi huius athletæ præclarè factorum; nam vt vniuersa pro dignitate exponamus, fieri nullo modo potest. Eia igitur principium proponamus certa- minis, & præstantem hunc athletam fide egregiè in- structum fuisse commonstremus. Alexander, cuius me- amore moria est in benedictione, toto corde, totisque viribus Deum dilexit, ipsique id patefecit operibus: & quod nullum Diuinorum mandatorum sit prætergreditus, fru- ctus testatur: indicium id Christus ipse præscriptit: A Matth. 7. fructibus eorum cognoscetis eos. Neque suæ dumtaxat 16. salutis curam gesit, verum orbem terrarum vniuersum subiugare Christo studuit; atque id quoque ex parte per- suam & fecit. Et velut in manibus haberet eorum qui per ipsum proximo- saluantur mercede, ita firmo pectore, animoque in- rum salu- uit, quinquaginta per annos alienam, impennis ta- men propriam, assidue salutem curauit.

CAPVT

C A P V T . I.

S. Alexandri vita secularis, cœnobitica,
anachoretica.

Batus hic ex Asia illustri genere oriundus, in insulis habitauit: Constantinopoli verò arte Grammaticā accuratè eruditus, atque omni morum honestate & temperantia conformatus, ad maturam peruenit ætatem dein in militum a Praetorianorum classem allectus, breui peruidit quā humana omnia infirma sint & instabilia, quamque gloria omnis mundana velut flos fœni celeriter defluat: eoquē res has sublunares vt fluyas aspernatus, mentis oculos in alterius longeque melioris vitæ bona intendit. Ergo veteris nouique Testamenti libros indefesso studio peruoens, in sanctis tandem Euangeliis inuenit inexhaustum, nulliique rapina obnoxium thesaurum, ita eos qui viuā fide accedunt inuitantem: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequare me.

a *A militiâ conuersus*
bona sua pauperibus distribuit:
fit monachus in Syria:

b *Matth. 19. 21.*
Luc. 12. 7.

C Hoc vt audiuit & sincerè credidit, continuò & patrimonium omne, & castrœ bona (nec exigua illa, qui in eo esset Praetorianæ militiæ gradu, & insigni præditus cùm temperantia, tum animi magnitudine) in mendicos & pauperes profundit. Cupiebat enim propter propositam spem, procul à patriâ, cognatis, amicis secedere, vt in solius Christi adlegeretur familiam. Et audierat in Syriâ cœnobia esse sanctorum virorū, quorum præclara & laudabilis esset conuersatio. Eò igitur cùm venisset, multis precibus, tandem obtinuit, vt in monasterium admitteretur religiosissimi Archimandritæ Eliæ, cuius erat celebre in iis regionibus nomen, propter eximiam & morum sanctitatem, & domesticæ disciplinæ institutorumque rationem.

b *Matth. 6. 34.*
Prepositū consulit de Euangeliā pauperitate:

c *Euangeliā pauperitate:*

D Isthic quadriennio moratus egregios in virtute progressus fecit, alacre & indefessum iniens certamen, atque in cunctis reuerenter obtemperans, vitam autem diuinarum Scripturarum normâ regens. Cùm verò non reperiret, quod quæ in commune instituitur vita, vt norunt earum rerum studiosi, summam illam egestatem, & curarum omnium vacuitatem sancto Euangeliō consentaneam, b minus experiri videatur, Praefectis omnibus Fratrum necessitates sollicitè curantibus; seruus Dei Alexander, spiritu feruens, assiduè illam audiens Domini vocem, vetantis vel in crastinum sollicitos esse, qui multis passeribus præsternus, angebatur & perturbabatur animo, neque ulterius continere se poterat. Nec fas erat quidem, vt principio statim iis de rebus faceret sermonem: oportebat enim eum prius omni spírituali instrui armaturâ, quæ est psalterium.

E Cùm verò quadriennij spatio desiderium suum explesset, non propter ingenij tarditatem diutius in illâ disciplinæ exercitatione immoratus; sed quod exactè intelligeret, de quo quisque versus esset pronuntiatus, tunc oratione & obsecratione ad Deum fusâ, haustâque cælitus intelligentiâ, nihil, preter Præpositi mandatum, iam mortale pectare sustinuit. verum sumpto Euangeliō continuò Praefectum adit, itaque eum compellat: Pater, verane sunt omnia quæ in Euangeliō conscripta? Elias autem verè Pater & pastor rationalium ouium, insolitam interrogationem miratus, ratusque eum maligni dæmonis fraude in aliquam prolapsum incredulitatem, nihil quidem statim illi respondit; verum pronâ facie solo astixus, Fratres hortatur, vt ore pro eo, laqueis, inquit, diaboli irretito. Cumque duarum horarum spatio pro eo cum lacrymis fudissent ad Deum preces, affurgit Archimandrita, ex eoquē sciscitur: Frater, vnde hæc tibi incidit cogitatio? Hic ille rursus querere, Verane sint quæ in sancto scriptâ Euangeliō sunt? Respondentibus omnibus, verissima esse, quia Dei verba; Cur

Tom. I.

non ergo, inquit, illa exequimur? At illi: Nemo & seruare AVCTOR illa potest. Tum vehementi quodam spiritu correptus, ^{EX MS.} ac veluti præteritum omne tempus damnans, & ad nihil redigens, salutatis Fratribus, sumpto secum Euangelio egreditur, executurus quæ scripta sunt, & sanctos Patres nostros imitaturus. Ergo Elia vatis exemplo abit ^{septennio} in soliditudinem; in quâ lepitem exigit annos, nullâ ter- ^{degit in} renarum rerum pulsatus sollicitudine; Spiritu sancto ^{eremo.} actus eius omnes perpetuò dirigente.

a *Gracè est Euangelius. Est Euangelius P̄f̄ses, P̄f̄tor, Praef̄etus P̄f̄torio. Fortassis innuitur gessisse eum aliquam prefecturam;*

ut Euangeliè non Praetorianum, sed Praefectorum significet.

b *Videtur id dicere Author, Cùm suadeat in Euangeliō Christus, ut rebus omnibus abdicat, totos nos illius prouidentia committamus, nec de cibo aut vestitu omnino cogitemus, id perfectius impleri in anachoretico vite genere, ubi necessaria res non propriâ industriâ parvunt, non Praefectorum sollicitudine curantur, sed ab unâ Dei manu expectantur. Verum, eti, propter & hanc eminentem de diuinâ opere fiduciam, & assiduâ cum demonie luctam absque hominum aliorum auxilio & solatio, sublimior ea videatur viuendi ratio, quam qua in cœnobio ducitur; tamen potest hoc & debet, in iis saltim qui alii non presumunt, omnino perfectissima inesse sollicitudinis vacuitas. Cur enim de crastino cogient, de cibo, poru, vestimente, quibus abunde paterna Dei cura propicit, vel Presidum vigilantiâ, vel aliorum hominum, in dñ & brutorum quandoque animalium, atque Angelorum etiam ministerio? Laudabilis rāmen fuit antiquorum conuentu, qui diu in cœnobio exercitati in soliditudinem abibant, vel ad tempus, vel in perpetuum, ut quietius vacarent Deo, plura incomoda paternerent, demonem veluti singulare certamine vincerent.*

c *Hac ab infirmitate nimia missa vox est. Si de præceptis agatur, seruari cum diuine gratia auxilio omnia possunt, non ita tamen, quin subinde homo, saltem leuiter, labatur; si de consilis, & illa quoque cum eadem gratia suscipi arque impleri queunt; licet qui que expendere ante debet, quod monuit Christus, ne altius adficiunt moliantur, ne grauius bellum aggrediatur, quam exequi possit eiusdem gratia futurus presidiu.*

C A P V T . II.

Fanum succensum. Rabbulus conuersus.

7 *Bi verò visus est fidem caritate radicasse, mentem quoque ad Euangelijs prædicationem adiecit, ne cum otioso & nequam illo seruo damnaretur. Cùm ergo audisset ciuitatem esse quamdam, in quâ improbi demonis etiamnum dominaretur superstitione; nam & festivas idolorum peragebant ferias, & in nefandis exultabant gestibantque flagitiis; succinctus lumbos in præparationem Euangelijs, ingressus in celeberrimum eorum fanum, Diuinâ & quadam virtute illud succendit ex eo loco profugit, sed in ipso templo consedit.*

8 *Concurrere interea populares ingenti furore, ei- que necem intentare: qui mox tamen incredibili eius libertate mansuetacti discedebant. Ille verò à Dei gratiâ custoditus, in Apostolicam illam vocem prorupit: Et ego homo sum similis vestri patibilis; atque in his quoque vanissimis rebus tempus aliquando contrivi. Fugite iudicium aeternum. Regnum vobis cælestè annuntio. Et multo tempore hæc facientes....*

b *... b verbis Praefectus, quod & diuitiis & facundiâ præstaret ... deinceps verò idolorum exterminator, & p̄f̄co factus veritatis. Hic infano correptus defendenda superstitionis studio, magnâ voce populum ita affatur: Fratres & Patres, patrios Deos ne deferamus: at sacrificia iis ritu solito offeramus. Dij Galilæo huic minime auxiliantur. Neque ab eo iniuriâ lacestisti, velut si obsequiis essent deliniti, opem illi ferent. Ecquid magis est Deus Christianorum: Dein suâ fretus potentia, secum diffidet nescio quibus diaboli præstigiis offusam habens men-putantem tem, dicit multitudini: Ego solus ad eum accedam, eius confutat; que magiam ac fraudem dissoluam, & Deos vlciscar, nosque omnes ab eo contumeliam affectos. Magnâ ergo cum infaniâ ad eum accedit, cumque eo disputaturus, cœpit iactabundos hosce proferre sermones: Ut certaminis moderatorem, iustitiae, denuntiem; ... capessamus armaturam, quâ omnem vim roburque hosti- le elisit,*

AUCTORE
BIVS DI-
SCIPVLO.
EX MS.
GRACO.

le elisit, & non solum principatus & potestates, & domi-
nationes æternæ illius caliginis, & spiritales nequias
euerit; sed totum orbem terrarum obseruentem repulit.
Omnia igitur fruſtræ expertus aduersarius, ſemperque
diuinâ virtute prostratus, ac nihil omnino valens effice-
re, tandem vniuersalem hominum pugnam ciet: variè
hi sanctum athletam aggreduntur.

*vim ac
minas con-
temnit:*

Rom. 8.
35.

io Ille verò neque regiam reueritus est potestatem,
neque Præfectorum timuit minas, neque populi con-
tumeliam, neque Antiftitum peruersas adhortationes,
nec quæ alia intentabantur, vt abduci ſe à veritate pa-
teretur. Verùm eos omnes qui contradicebant confu-
dit, rectâ vitæ ratione, & fide perfectâ. Audierat enim
Apostolum dicentem: Quis nos separabit à caritate
Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fa-
mes? an nuditas? an periculum? an gladius?

*f. leī my-
ſteria Pra-
fecto expo-
nit:*

Matth.
10.39.

ii dominorum noſtrorum Deorum euertisti,
& non ſolum populum, ſed & nos omnes ad te attrahe-
re viſ, ac tui ſimiles efficere, ſacrilegos ac Deorum o-
mnium contempiores. Dic igitur veritatem: Quam
ſpem habetis vos Christiani, qui ita vitam veſtram con-
temnitis, talia audentes? Beatus ſubridens, ait: Nos ve-
rò neutiquam vitam noſtram contemniimus, vt dicas, ſed
æternam vitam experientes, præſentem hanc negligimus.
Scriptum enim eſt nobis: Qui perdiſerit animam ſuam
in hoc mundo, in vitam æternam inteniet eam. Ille ve-
rò: Qualem ſpem expectatis, vbi ab hac vitâ migraueri-
tis? At Beatus: Nos volentibus veritatem addicere, &
transferti à tenebris ad lucem, huius vim sermonis ope-
ribus oſtendimus. Nec opus eſt fabulis multiloquio in-
uolutis, vt vos Ethnici exiſtimatis.

*Scripturus
explicat:*

3. Reg. 18.
38. & 4.
Reg. 1.

*eo miracu-
lo Elias non
excedente,*

3. Reg. 18.
40.

*3. Reg. 17.
1.*

*ac simile à
Sancto exi-
gente,*

12 At ille: Er ego paratus ſum omnem veſtram iſa-
niā addicere, quâ non ſolum nos conturbasti, verùm
& Deos contumeliā afficerem non cefas. Tum Sanctus,
Audi, inquit, Dei nostri virtutem, & mysteria fidei no-
ſtræ, ceptique illi explicare Dei erga homines benigni-
tatem, & ſacratum Scripturarum virtutem, exorſus à
primum mundi conditione, vſque ad Crucis diſpenſatio-
nem. Et perſtiterunt inuicem hi de rebus conferentes
die illâ ac nocte totâ, cibi omnis ſomniique expertes.
Scriptis igitur cōſignatas oſtendens ſanctorum virorum
virtutes, quamque de Deo habuere fiduciam, atque in
eum quaſi libertatem, euoluenſque à Deo diſtata volu-
mina, in eum deuenit locū, vbi Elia traditur ter ignem
è caelo eliciſſe. Cumque plura iam ille capita audiſſet,
hic obloqui ceperit, ac ſibi ſcilicet victoriā polliceri: Iſta
omnia, inquit, mendacia ſunt: res veſtræ confitit ſabu-
lis constant. Ut ilia tibi ſuadeo, vt nobifcum diem festū
agas, & Diis ſacrificia offeras. Et quæ in eos perpetrasti,
quia benigni ſunt eorum tibi veniam atque impunita-
tem, quia ignorantia adductus ea fecisti, tribuent. At
Beatus: Si Diſ erant, cur non à primo manè in veſperam
ad ſe clamantes exaudiebant, ignemque largiebantur?
Et quidem Dei ſeruus Elia ſolus erat, omnes tamen
pseudoprophetas Diuinâ virtute interfecit: eoq; orante
ne plueret propter dementem hominum in colendis
idolis veſaniā, annos tres & ſex menses nullus omnino
è caelo nuber decidit: donec ipſe Dominus ſeruſ ſui ſe-
ueritatem, ob humanitatem erga viduam, inflexit, atque
ad benignitatem eum induxit, vt iuſurandum ſuum
ſolueret, & pro hominibus ad ſe funderet preces. Dixe-
rat enim: Viuit Dominus, ſi erit annis his ros & plauia,
niſi iuxta oris mei verba. Neque iuſuratum ſeruſ ſui iuſu-
randum eſſe voluit Deus; verùm vt dixit Propheta, ita
euenit.

13 Irridens autem dicit B. Alexandro: Si hæc vera
ſunt, ſi talis eſt Deus veſter, & famulos ſuos ita actutum
exaudit, precare & tu illum, vt coram nobis ignem de-
mittat. Id ſi fecerit, dicam non eſſe Deum ullum niſi
Deum Christianorum. Sin verò, falſa ſunt quæ apud
vos ſcripta extant: nam & tu, vt dicas, ſeruus eſ Dei il-
lius. Beatus autem Alexander firmiter credidit abſque
hæſitatione; & Deus eius petitioni annuit. Et quia ſcri-

ptum eſt, Omnia poſſibilia ſunt credenti, ait illi: Inuoca *Marc. 9.*
& tu Deos tuos, quia multi ſunt, vt coram nobis ignis *22.*
decidat. Dein ego Deum meum precabor, & veniet
ignis, conuemetque poſtas ante nos ſtoreas. Rabbulus
verò ait: Non habeo ego tamē potestatem; verū ora
tu. Sanctus ergo hiſ auditis, feruens Spiritu, ſurrexit, di- *oratione*
cens: Oremus, & ſtans veſtis Orientem, manuſque ex- *ignem* è
tendens, ſic orauit, vt ipla moueretur creature; veſtique *calo elicit*

ignis & ſtoreas conuemptis per domum iacentes, vt ge-
nerofus noſter pugil prædixerat, ipſos verò minimè leſit.
Rabbulus repentina hoc viſo miraculo, veritus ne &
ipſe incendio hauriretur, magnâ voce exclamauit: Ma-
gnus Deus Christianorum. Volentem verò prodigium *iubet id ſi*
hoc latè prædicare, obteſtatuſ eſt, adeoque iureiurando *teri mira-*
obſtrinxit Sanctus, ne ſe viuo cuiquam id narraret, quod *culum.*
& ille præſtit. Annis verò trīginta poſt hoc miraculum
elapſis, Sancto iam vitâ functo, Rabbulus illud coram
Episcopis & monachis narrauit; & verum eſt testimoniu-
mum noui discipuli. Licet verò hoc ex miraculo ſtature
re, eadem quoque ratione exultum ab eo delubrum il-
lud fuiffe.

14 Rabbulus hoc viſo miraculo, mansit cum B. A. *Rabbulus*
Alexandro hebdormadem vnam, aſcuratiū cuncta per- *baptimū*
diſcens, quæ ad sermonem pertinent veritatis. Cumque *petit:*
ex iplis operibus penitiū etiam illi eſſet perſuafum, po-
polcit ſe deinceps illuminari, & cæleſti initiari bapti-
ſmo, cùm iam ſanctum Paſcha instaret. Verū inimicus
veritatis cernens vndeque ſuum ſubuerti dominatum,
conatus eſt nouum hunc diſcipulum aeternæ vitæ exor-
tum facere. Persuadet ergo illi, vt non in ipsâ veſte ba-
ptiſmuſ ſuſcipiat, ſed in quadam Martyrum templo,
tribus inde diſiſto ſtationibus, illuminationi ſuſcipiat
ſacramentum: procurauit autem vt in eodem ipſo tem-
plo Canonica quædam ipſo tempore ab infausto corri- *mox refilit*
peretur genio. Cùm ergo illi templum eſſent ingressi, *visâ Ca-*
repererunt eam veluti epilepticā aetitudine humi ſtra- *nomicâ e-*
tam. Quam cùm Rabbulus vidiffet, auertit ſe vt abiret, *nergume-*
dicens: Non fio Christianus, hæc enim omnino à Diis
punitur, quod Christianam ſit religionem complexa.
Et me quoque eadem manent.

15 Sanctus verò vt exterritum eum vidit, iamque à
proposito reſilientem, Deum obnixè precatur, vt peſſi-
mi dæmonis technas elidat, nouique ſui diſcipuli miſe-
reatur. Tribus ergo horis elapſis, vix tandem illi perſu-
dere potuit, dicens: Hæc inimici fraud eſt. Illa ſuorum
criminum poenas exoluit, quodque ſanctum habitum,
quem gerit, in honorārit. Et ſi ingredi libuerit, neque il- *ſed fuſente*
lud ex ciuſ ore dæmon ipſe fateatur, non poſtulo dein- *dæmonie*,
ceps verbis meiſ habeas fidem. His ille auditis, induci ſe *cam pro-*
paſſus eſt, vt templum denuò ingredereſetur, probaturus *per ſua*
num vera eſſent, quæ Sanctus dixerat; iam enim eſt tem- *peccata*
plo receſſerat. Ingressi ergo reperiunt illam à Deo puni- *puniri,*
tam, magnâ voce conſidentem, quam ob cauſam dæ-
monis tradita eſſet potestati. Rabbulus auditioſ eius pra-
uiſ aetibus, & cernens ita ſe rem habere vt Sanctus di- *baptiza-*
rerat, ait: Verè illa flagitiorum ſuorum poenas exoluit. *tur,*
Ac deinde ſincerā fide facrum ſuſcipit baptiſma.

16 Alia plurima per eum Deus feſit miracula. Nam *veſte in-*
cūm à cæleſti prodiret lauacro, inuenta eſt eius veſtis *terim cru-*
cibus un-
vndique cruciſbus à ſummo ad imum referta: quæ res *cibus un-*
haud leue attulit ad eius roborandam fidem momen- *dique re-*
tum. Ciues verò conſpectâ hac repentinâ mutatione &
miraculis, cum vxoribus & liberis Christo crediderunt; *Ciues ba-*
itaque prompto animo, vt priuili etiam quām de rebus *primum*
diuinis pro more habendis ſermonibus iſtituerentur, *petunt,*
festinarent ſigillum ſacri baptiſmatis accipere.

17 Sanctus verò Alexander experiri volēs, num ſerido
crederēt, edicit omnibus: Priuili operibus fidē probate; ac
deinde conſignabimini. Si quis igitur idola domi ſuā ha- *cprius*
beat, ea proferat in medium, & propriis manibus con- *confraſtis*
fringat. Que cūm illi audirent, certatim (quis enim in *omnibus*
eo legniſ eſſet) ſua & parentum idola comminuebant:
licebatque eo die iſthic mirabilia diuina contemplari. Si
quis

impetrant, quis fidem mentiri, atque abdere idola voluisset, non poterat. Quisque enim priusquam ab alio accusaretur, contendebat propria sua efferre: nouerant enim mutua arcana. Atque ita ipsi, cum omni quisque familiâ, purgati sunt, & exiguo tempore in fide confirmati, omnes sacro baptismate dignati sunt; ac deinde cum vxoribus & liberis eo studio fidei propagandâ exarserût, ut Principes coacti sint eos omnes qui veritati aduersarentur, exilio multare.

a *Igne calitus elicto, ut infrâ innuitur.*
b *Dolendum has expleri lacunas alterius codicis operâ non posse.*
Rabbulum hunc effe, sine Rabulam, ex sequeantibus patet. At qua vrbis illa fuerit, nobis non constat. Viguisse adhuc plurimis locis eâ tempestate idolatriam in Syria, pater ex S. Porphyrii *Vita* 26. Februarij.

c *Hac lacuna fortassis Rabuli Thraconicam orationem absorbit, nisi que sequuntur illius pars sunt.*

C A P V T III.

Rabbuli vita anachoretica; vxoris filiarumq; monastica. Eius Episcopatus. Latrones ab Alexandro conuersti.

Alexander docet pauperum Euangeli- eam: Matth. 6. 53. 18 **S**anctus ergo cùm videret omnes fide susceptâ genitantes, Deoque gratias agentes, ait eis: Hæc te nūs lacte estis nutriti; at si quis solidi cibi esse particeps cupit, & perfectus Christianus fieri.... possessiones suas, & det pauperibus: nec sollicitus sit de crastino, & habebit thesaurum in cælis. Sed quærat, iuxta quod scriptum est, regnum cælorum & iustitiam Dei, & hæc omnia affatim ei adiumentur. Hæc grauia & dura visa sunt quibusdam, qui amplas habebant facultates. At Rabbulus discipulus dixit: Non sum ego perfectus Christianus, at quâ ratione possum hæc facere? Quis enim multitudinem domesticorum meorum nutrit, si id egero? Hic mera fraus est. At si vis, ipso facto id mihi persuade, & me liberosque meos vel die uno sustentatum demum credam quæ dicis. Si id in vrbē præstare hand vales, quid si in solitudinem exierimus? Respondit B. Alexander: Sume liberos tuos, atque alios quot volueris, & in quampliam illos deduc solitudinem; & si vestri curam non gesserit Dominus, ne mihi deinceps fidei habeas. Rabbulus ait: Id si feceris, exequar vniuersa quæ scripta sunt.

19 *Assumptis igitur liberis suis, & quot voluit aliis, cum liberis maximè B. Alexandrum cupiens tentare, in vastam & aliud duos solitudinem deducit, numquā humano, vt vide- ris in soli- tudinem:* Et Rabbulus quidem vias circumspiciens ridebat. B. Alexander autem iuxta consuetudinem statim precationi se dedit. Cumque simul verspertinum hymnum compleissent, fiducia magnanimi athletæ sui respondit piissimum numen. Misit enim Angelum rusticorum specie, iumentum agentem mundis & calidis onustum Angelus. panibus, & duabus ollis obsoniorum vtrimeque dependentibus, in quibus olera erant & leguminosa. Tunc B. Alexander Rabbulo dicit: Surge, accipe, & noli incredulus esse. Is verò longo tempore attonitus hæsit, ita secum ratiocinans: Vnde in loco deserto rusticus homo tot & tales habuit panes? Et nos quidem toto die incidentes vix in hunc peruenimus locum: omnino igitur ipsum oportet noctu domo discessisse, vt huc tandem hoc tempore perueniret: necesse proinde est, vt hodie panes illi cocti nō sint: vnde ergo calidi sunt? Atque hæc animo volvens, admirabatur Christi virtutem. Dicit autem ei qui aduenerat: Vnde venis? aut quis te huc misit? Angelus verò: Meus me Dominus misit. Sumptis ergo cibis illum qui rusticus videbatur dimiserunt: qui ad exiguum spatiu progressus, subito videri desit. Suscipientes cum gratiarum actione quæ iis à Domino Iesu missa erant, manserunt isthic eâ nocte. Postridie in vrbem reuersi sunt.

Rabbulus, Tom. I. 20 Rabbulus autem hoc miraculo in fide confirmata.

tus, volens absque villâ distractione diuinæ vacare contemplationi, qua Reip. erant, ei resignat; vxori, quæ eius erant, restituit, & filiabus atque ancillis. Acquieuit verò vxor viri sui consilio, constructoque monasterio in eo *GRÆCO.* cum filiabus & ancillis Deo toto corde seruuit. At Rabbulus seruos manu misit, qua rationi consentanea essent *confiden- te uxore,* & filiabus atque ancillis. Acquieuit verò *ex MS.* uendens, pretium in pauperes erogauit. Atque in ere- *liabus san-* tum fecedent eò assiduâ exercitatione processit, vt non *ammonia-* videretur humano amplius corpore circumuestitus, in *lem vitam* ieiuniis, vigilis, precibus perseverans, & cum Chri- *amplexâ,* sto indesinenter colloquens, dolens de præteritâ igno- *secedit in* rantiâ. *eremum,* *ibid. sancta:*

21 At benignus & misericors Deus, qui solus mala non recordatur, qui dixit, Glorificantes me glorificabo, id quoque promissum erga eum compleuit, neque diu bonum suum seruum abscondit, sed velut luminare *creaturs* mundo ostendit. Nam cùm dececessisset *Episcopus Edes-* *Edeffenus:* senus, vniuersa ciuitas ac circumiecta regio eum Pasto- rem poposcit. Plurimorum igitur suffraginis deligitur populi Princeps. Est autem *b* Edessa metropolis Mesopo- tamiae.

22 Ordinatus Episcopus, portus quidâ diuinæ cognitionis factus est, non solum Syria, Armeniæ, Persidi, sed & toti propemodùm orbi terrarum. Erectæ in eâ vrbe sunt iam olim diuino nutu linguæ Syriacæ scholæ *frorum* in vicinarum ciuitatum commodum. Nam viri principes *saluti su-* atque alij loquentes liberos suos eò institutionis *gratia der-* ablegant. Sacrum igitur principatum adeptus Rabbulus studuit, cooperante Spiritu sancto, omnes in veram & stabilem fidem adunare, & scilicet quæ Magister suus, sedulò actitare. Et verè de eo licet illud pronuntiare: Sufficit discipulo si sit sicut & magister eius. Exponam verò Matth. & aliud Beati huius benefactum, proderit enim legen- *10. 25.* tibus. Viduarum & pupillorum erat pater. Exteros Gen- *pueros* tilium filios bis in mensem è scholâ ad se euocabat, eos *Gentiles* que verbum veritatis docebat. Ac suscepit sancti Spiriti *in fide in-* signaculo, eoquæ pacto maximum consecuti emolu- *struit:* mentum in patriam reuertebantur, & successu tempo- *ris bonis assueti moribus, eosdem liberis suis in hoc v-* que tempus inserunt. Ira in illis quoque partibus Christi *30. annis* gratia effusit. Id verò egit non duobus aut tribus, sed to- *vivit in e-* tis triginta annis. Et hæc illius præclara facinora ac vir- *piçopatu,* nim illo minùs laboravit. Et verè illud possum afferere *vir san-* eiusmodi fuisse eius acta, vt Elisæi Propheta condicio- *etus.* nem exæquare videatur. Et hæc quidem nouus ille di- *4. Reg. 2.* scipulus. *9.*

23 At pater ratione prædicti gregis Alexander, eum ita præclarè affectum intuens, & intelligens posse eum aliis ad Christum viam commonistrare; reliquos verò pro temporis opportunitate fidei obedire; animo exultabat, ipsâ re expertus, omnia possibilia esse credenti, & paratum esse Deum optima largiri eum rogantibus. Ce- *Marc. 9.* terum perpendebat, quid à se nunc Christus exigeret. *Alexan-* Populus verò omnem mouebat lapidem, vt eum secum *der, ne E-* retineret propter immensam quâ eum omnes comple- *piscopus* ëtebantur caritatem, vt eum quoque Pastorem sibi de- *fat, clâm* poscerent. Quod cùm ille didicisset, meditabatur clâm vrbe excedere. Ciues autem perspecto eius consilio, vt ne, quem verè Patrem agnouerant, eo priuarentur, cu- stodes ad portas vrbis statuerunt, qui diu noctuque ne ipse profugeret cauerent. Cùm ergo præceptam sibi e- grediendi facultatem videret, nocte in sportâ dimissus è muro est à discipulis, vti Beatus olim Paulus, atque ita *2. Cor. 11.* vrbe excessit. *33.*

24 In solitudinem bidui itinere progressus, incidit in latronum latibula, in quibus dux latronum mora- batur, qui triginta sub se habebat viros sceleratos, quos nec vrbis villa nec regio effugit, quin eorum nefariis fla- gitii fœdaretur. Hæc cùm à multis audiuisset Alexander, precatus est Deum, obsecrans sibi improborum il- lorum animas daret, quas ipsi vicissim offerret. Videns

Rrrr 2 Deus

Septuages septies decantari; ea est autem: Gloria in altissimis Deo, & in terrâ pax, in hominibus bona voluntas.

31 Hac cùm egregia instituta in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti sanxisset, denuò scrutatur quid exigit Deus; & reperit in Euangelio, ex omni discipulorum numero delectos esse septuaginta, qui regnum Dei nostri euangelizarent: Deum precatur vt & eis suis pari numero deligat, fidei zelo inflammatos, qui valeant Gentilibus Verbum Dei prædicare. Et hoc quoque ei Deus concessit, atque ex omni turbâ discipulorum eius, ut ille postularet, septuaginta fide potentes designauit. Narrabo rem, ut gesta est, ex fide. Cùm octo essent ordinis perfectâ fide exculti, quique longo tempore cum gaudio ac iubilo cordis ad Deum preces & hymnos fundebant; ita secum ratiocinabatur Sanctus: Ne quando in hac tantâ curarum vacuitate negligentia aliqua surrepat, rursumque carnalem, ut fieri solet, afflictionem inducat. ac simul centum quinquaginta nominatim accersit, generosos Christi pugiles, verè lorica fidei testos, &

150. secum ducit in tremum, galeam salutis, & gladio sancti Spiritus armatos, itaque illos affat: Fratres, probemus nos ipsos, num simus fide perfecti, & peragremus solitudinem hanc horrendam Gentilium, ostendamusque operibus, non solum verbo, quod ex corde crediderimus Deo. Volebat igitur primùm in Egyptum proficisci; & Gentiles isthinc, qui à se fabrefacta idola venerabantur, catechesi instruere; & ducebatur à Spiritu sancto. Illi autem eius verè discipuli audito hoc consilio constituerunt incessanter eum sequi. Beatus verò Alexander omnino cupiebat ex eo loco migrare, neque hoc vlli indicauit. At simulans se Fratres, qui in eremo essent, visitare velle, monasterio virtum quietum & sanctum, ac verè Patrem præficit, Trophimum nomine, quem cùm idoneis monitis instruxisset, ceteros pro more esset adhortatus, factâ oratione, dicit.

a Græcè est: cùm ad ipsius rūbus rūbus.

b Περούκειων, in eius domum vel familiam adsciuui. Non ergo hoc principio dicta commemorationis ad Euphratem.

c Hunc seruatum Apostolis psalmodia ritum, patet ex Actibus Apostolorum cap. 3. 1. & cap. 10. 9. Quod de consuetudine alii plura.

d Eungricus lib. 1. hist. Eccles. cap. 21. genuflexiones crebras ac propè assiduas Syris monachis in usu traditissime. Isto id genitivus auctiōnē adiungens etiam. Genuum frequentes inflexiones & inclinationes usurpant. De Magni Simeonis Styli admirandis inclinationibus egimus 5. Ianu. in eius vita.

C A P V T V.

Iter per solitudinem & limites Romani Imperij. miracula.

32 Transmittit rursus cum discipulis, quos delegerat, Eupratem Alexander: inde in Persicam solitudinem abeunt, nihil omnino secum terum necessarium deferentes, præter descriptas in membranis sacras litteras. Vnicā induiti tunica versabantur in inculta solitudine, assidue die ac nocte canonem sacræ hymnodiae exequentes. Contigit deinde, ut magis eorum virtus probaretur, eos corporis necessitatibus tentari: nam multis diebus solis arborum baccis vivitabant, itaque incedebant. Obluti autem sunt viro sancto tringita ex iis, eumque ita affati, ut olim illi S. Moysen: Eduxisti nos in hanc solitudinem vt fame encarcas. Et cupiebant clam ad monasterium reuerti; idque inter se agitabant consilium. At viro sancto diuinitus id patefactum est; ut nihil eum celabat Deus, cùm verè, ut alter Moyses, esset fidelis in omni domo eius. Conuocat igitur eos, & vt incredulos increpat, verbisque castigatos dimittit, ut ad monasterium unde discesserant reuertantur, magnâ voce in clamans: Credite mihi Fratres, hodie visitabit nos Deus, & vestram incredulitatem arguet.

33 Cumque haud longo spatio recessissent, misit Deus, ut prædixerat Sanctus, Tribunos Romanos & mi-

Cum suis
in eremo
baccis vi-
ditas:

Exod. 16.

3.

muru-
rantes

quoadam

remittit

ad cano-
bium.

lites, qui cuncta iis bona attulerunt, rogaruntq[ue] ut ad ipsorum castella diuerterent, iisq[ue] benedicerent. Sunt eis enim ad confinia Romanorum ac Periarum castella, Barbaris opposita, decem ac viginti inuicem distantia milliaribus. At Fratres qui stationem suam reliquerant, ceteri ci- hos eminus aduentantes conspicati, ac verè rati evenisse bos affrunt quod vir sanctus prædixerat, confirmati sunt in fide, & Romanis quidam eorum penitentiâ ducti ac humi procubentes, valedixerunt fraternitati: alij verò qui cum eo erant, abierunt in interiorē solitudinem, & isthie usque ad mortem permanserunt. Beatus verò Alexander iussus à Spiritu sancto, quemadmodum & olim beato Apostolo Petro accidit, cum militibus illis ire, continuò eos sequitur, & totum obiens b[ea]tum, omnes in fide con- firmabat, pauperes nutriens ut Pater, diuites verò ut e[st] castella gentibus benefacerent, adhortans. Tantus autem eius visiti, verbis factus est motus animorum, ut multi tabulas ac lites aduersus creditores instructas, coram eo prolatas magnopere questru[er]unt: rituali:

34 Confurrexerunt autem quidam viri scelerati diuinitatis afflentes, & diabolis tenebris inuoluti, & dixerunt: Accessisti huic, ut nos depauperares. Hos verò diuinitatis beneficiis ingratis exercitus est Sanctus, atque in eorum castro tres ipsos annos omnino non pluit. Post nij siccitas, eā verò intellectā plaga huius causā, vnamimes contumelias adcastigauerunt, ut eius rei auctores ē castro exterminarent. Qui terrore perculsi ad ecclesiam confugerunt, & profulsi lacrymis noxam diluerunt: ceteri verò metuentes ne & ipsi paria paterentur, & Romanos Episcopos adiēre, ut cum litteris legatos mitterent ad B. Alexandrum, quem audierant Antiochiae esse. Huius igitur rei diligentem curam gesse, arbitrati eum Antiochiam abiisse ut Duce exercitus contra ipsos interpellaret. Episcopi eo auditio, Sanctum continuò per litteras obsecravunt, ut pro castro apud Deum intercederet, atque cibis suis incolarum misereretur. Ut litteras legit vir sanctus, didicitione populi calamitatem, amare coram Deo collacrymavit, & Quis ego sum, inquit, Domine, quod ita me exaudiisti, & populum innocentem afflixisti? Gratias tibi semper ago Domine, quia me peccatorem exaudiisti. Et nunc benignitatem tuam deprecor, ut misericordias pauperum, & trium illis annorum sterilitatem fructuum ubertate compenses, eaque re mihi declares, seruum me tuum esse. Hæc precatus, minimeque ambigens, quin Deus postulata esset largitus, homines illos dimisit, dicens: In nomine Domini nostri Iesu Christi ite fratres. Euenit verò, ut prædixerat, talisque circa illud castrum anno divinitatis fertilitas extitit, qualis anteā numquam. At verò puniuntur: in viros illos deinceps ira Dei desauit: nam intra paucos dies liberi eorum extincti sunt, pecora à Barbaris abacta, domus à latronibus direpta; planè ut omnes inteligerent, hæc illis omnia euenisse propter viri sancti indignationem.

35 Sanctus cùm omnem solitudinem peragrasset, cum Fratribus assidue psallentibus, venit in ciuitatem Salomonis, cuius in libris regnorū mentio fit, quam in solitudine ædificauit, e Palmyram. Ciues Fratrum multitudinem eminens conspicati, (Iudei enim sunt, li- à Palmyrenis ex illis occulerunt, ita inuicem colloquentes: Quis tot ho- fuis, mines alet? si in urbem ingrediantur, omnes tamē patientur. Ut id Sanctus vidit, Deum collaudauit, dicens: Bonum est confidere in Domino, quām confidere in homine. Bono animo estote Fratres; quando minimè expectamus, visitabit nos Deus. Barbari verò, qui in iis locis degebant, exhibuerunt eis non vulgarem humanitatem. Cùm tribus diebus in eremo morarentur, misit Deus iuxta verbum virti sancti camelarios quatuor mansionibus ab vrbe distantes, qui omnes varia iis bona attulerunt. Accipientes ea, & Deo gratias agentes iis fructi sunt ipsi, & hortante viro sancto etiam cum mendicis illius vrbi, quæ missa sibi erant, participarunt.

36 Quidam verò ē Fratribus viri industrij ex com-

Rrrr 3 misera-

Tom. I.

AUCTORIB miseratione consilium inierunt, vt propter præteritam
EIVS DI- molestiam multitudine Fratrum tantisper recrearetur: at-
SCIPVLO, que ex ipsius sententiâ parauerunt diuersa fercula, que
EX MS. sciebant Fratribus conducere. Et volens eos docere vt
GRÆCO. suos prom- superiores esse se humanis passionibus scirent oportere,
ptam obe- dum illi omnia sollicitè parant, repente iuxta consuetu-
dientiam dinem accipit sancti Euangeli volumen, atque in viam
& mortifi- fe dat, dicens: Gloria in altissimis Deo, & in terrâ pax, in
cationem hominibus bona voluntas, (conseuerat enim, cùm pro-
docet. fiscisci vellet, id agere) præcipiens ne quid eorum quæ
præpararant attingerent. Ergo illi cuncta iam facta di-
misserunt, suumque prosecuti sunt iter.

a Græcè est: εἰς τὸν κατέπικτον αὐλῶν, ac deinde κατέπικτον γέρες πουσ-
τεῖον Πάμφυλον καὶ τὸν Πίγρων.

b Græcè: καὶ διελθὼν διὰ πατῶν ἐγένετο. Theodoretus Philothœi
cap. 2. ait ad Euphratem limitem esse Romani imperij. F. Jesus Rus-
fus de Adriano scribit: Inuidens Traiani gloriæ, sponte Arme-
niam & Mesopotamiam & Assyriam reddidit, ac medium inter
Persas ac Romanos Euphratem esse voluit.

c Græcè: ἵνα τὸν κατέπικτον. Et mox: ἕτερον τὸν τετραγεν-

d Græcè: προσονθεντὸς Επικούρων τὸν Φωνεύον.
e 3. Reg. 9. 18. Adificauit ergo Salomon ... Palmiram in de-
terrâ solitudinis. 2. Paralip. 8. 4. Et adificauit Palmiram in de-
ferto, scilicet Syria superioris Prolemaea, alioz, & noster hic au-
diatur, Palmyra scribunt. Dicitur ab Euphrate itinere unius dies.

f Græcè: Καρυλασίου.

Palmyra
urbs.

viri sancti magnanimitatem, quod rerum omnia eg-
nus, vndique extorris, studio suo curare ac moliri xeno-
dochium valuerit. Conuocatos igitur ad se opulentiores
& pro diuinâ, quæ ei inerat, prudentiâ admonitos per-
mouit, vt xenodochio necessaria præberent. Insigni
quoque usus libertate Ducem exercitus, & Episcopum
arguit, quod multa quæ essent muneris sui negligenter. omnes liberi
Et, vt verbo absoluam, Pædagogus erat & Magister o-
mnium.

40 Hæc atque alia cum viderent quotidie Clerici,
mirari quidem videbantur, tamen pristinam animo re-
tinebant b inuidiam. Malchus vero quidam Subdiaco-
nus, homo superbus, ad Episcopum accessit, dicens: Uni-
cam hanc habebam sustentationem, ex iudiciorum po-
testate: & eam mihi Alexander monachus ademit; inuidia
nec solum eam, sed & Ecclesiæ gloriam: & facti sumus Clerici:
omnibus ludibrio, astiduum Pædagogum naesti. Hic est
præstigiator ille, qui aduersus S.P.N. & Porphyriū urbem
concitauit, & plurima ei consciuit mala. Hic est, qui o-
culos haereticorum fuligine infecit. Hic est, qui Episco-
pis, & Præfectis, fortassis etiam & dæmonibus, terro-
rem incutit; ubique sui similis. Hic mortem contemnit,
& facebit omnibus molestiam. Et nunc huc ingressus
eadem agitat. Hic igitur si in ciuitate permanserit, nobis
ex eâ erit iam aliò abeundum, quia omnibus deinceps
ludibrio erimus. Sed ptecor Angelum vestrum, vt mihi
potestas detur eum urbe exturbandi.

41 È acceptâ potestate, cum turbâ dæticariorum
aggressus est virum sanctum, & effreni abreptus iracun-
diâ statim illi alapam infligit, dicens: Egregere ex hac
urbe scelestæ. At Beatus veluti agnus innocens nihil re-
spondit, sed mansuetu animo illam hominis tulit proca-
piam, id solum effatus: Et erat nomen seruo illi Mal-
chus. Adstantes hoc ita ad rem apposito sermone audi-
to, viri prudentiam sunt admirati. Cum ergo multi ad-
uersum sanctum virum conuenissent, nihil ei incommo-
dare valuerunt, populo eum defendantem. Hæc ergo re-
nuntiant Episcopo. Posteaquam inter se contulere, Du-
cem adeunt, vnumque id beneficij & gratiae loco postu-
lant, vt Sanctum Chalcidem Syriae urbem teleget, ac urbe pellâ
Frates cum eo urbe pellat. Verum benignus Deus hac tur:
illorum improbitate ad maius usus est bonum: vt disces-
furis è Syria vir sanctus post viginti annos spirituales
suos filios maximâ cum prouidentiâ reuiseret. Quod
cum factum esset, in urbem regressus, omnes in fide con-
firmat. Cum vero aliquo tempore isthic moraretur, ob-
seruabatur à satellitibus, metu Præsidum, atque à ciui-
bus qui magno illius desiderio tenebantur. Intellec-
tua autem improborum hominum machinatione, stupe-
bat & Dei longanimitatem, & ipsorum animi caci-
tatem.

42 Post aliquod verò tempus voluit iterum in pere-
grinum aliquem locum abire, & valedicere iis quibus mendici
iam sextò valedixerat. Et cum propter edictum Ducis pa-
lam egredi non posset, mutato habitu, mendici specie
noctu discedit; factoque dierum aliquot itinere deuenit
in locum quemdam, vbi illistrum pietate virorum mo-
nasterium reperit, Crithenium dictum; atque in illud
ingressus cunctos salutat. Mirabatur vero cernens præ-
crithenium clara instituta ac disciplinam, & maximam sanctorum canobium.
Fratum caritatem; secum vero ita ratiocinabatur:
Vita institutum agnosco: disciplinam à meinuentam vi-
dere hic videor. At quis eam has in oras inuixerit, mi-
rror. Tantum itineris confeci, at nihil yspiam vidi simi-
le. Ignoti tamen mihi Præsidum vultus. Hæc cum animo
volueret, intelligit quis illud cœnobium instituerit; fuisse datum,
nimis quempiam è suo grege: & Deo gratias egit,
qui sibi in iis partibus laborum suorum fructus ostendere-
rit. Eorum ergo collaudatâ caritate & alacritate, exiit
rurus ut diaboli laqueis detentos venaretur. Sancti ve-
rò Fratres cernentes eum cuncta diligenter examinan-
tem, & improbam horti occupationem, vt qua pos-
sit perfectæ virtuti afferre impedimentum, sancto Spiri-
tu

C A P V T VI.

Antiochiae gesta, tolerata.

37 CVM quatriu*s* essent itinere progressi, pertige-
runt ad locum, vbi illius frater vterinus magna-
congregationis erat Archimandrita: statuit autem ex-
plorare an secundum Euangeliū ambularet; & Fratre
vno secum assumpto, ianuam pulsat. Ianitor vero, Præ-
stolare, inquit, tantisper; sine primū ad Præpositum
referam: & tunc ingredieris. Non acquieuit Alexander,
sed fecutus est Fratrem, explorare cupiens num aduer-
sus Fratrem illum commoueretur Præpositus. At sanctus
illiū frater Petrus (id enim erat ei nomen) illum post
triginta annos conspicatus, continuo agnouit, (Naturā
enim ingeneratum est, vt etiam inter ignota proprium
enam agnoscamus) & humi procidens pedes eius complexus,
rogabat vt quod factum erat condonaret. Sanctus vero
austerius illum increpans, ait: Pater noster Abraham
Gen. 18. ipsem prehensabat peregrinos, iisque ministrabat.
Matth. 25. Dominus vero noster Iesus Christus eadem nobis præ-
cepit. Et excusso vestimento suo, discessit. Sanctissimus
autem Petrus & Fratres omnes cum fletu rogabant, vt
vel diem isthic vnum moraretur: nec annuit; verum ad
paupertatem eos & diuinum amorem hortatus, abiit
Antiochiam.

38 Antiochenus autem Episcopus & Theodotus cum
Antiochiae improborum quorundam hominum & hypocitarum
arcetur ab instinctu sinistram de Alexandro opinionem animo im-
Episcopo: bibislet, vbi didicit eum in urbem aduenisse cum grege
noctu in- assidue psallentium monachorum, iussit iniuriis ac pla-
gressus. gatis affectos expelli. Quâ factâ nefariis hominibus po-
testate, inumaniter Dei seruos diuinarunt, atque urbe
exturbant. Sanctus vero cernens diaboli conatum,
clam mediâ nocte cum Fratribus in urbem ingreditur;
cumque veteres quasdam thermas reperisset, hic iuxta
morem suum assiduam instituit hymnodiam. Episcopus
verò eorum intellecta audaciâ, grauiter quidem stomachatus est, manum tamen iis rursus iniicere ausus non
est: metuebat enim turbas, quæ veluti vnum è Proph-
etis Sanctum reuorbantur, audientes & cernentes quæ
patrabat prodigia; vnde reliquis ecclesiis ei adhæabant, admiran-
dæ eius doctrinæ attendentes.

39 Cernens autem quantam vim sua habuisset in au-
xenodo- dientium animis adhortatio, ac paratos esse omnes ex-
chium eri- sequi imperata, plurimumque sibi honoris & gloriae de-
git: ferri, opportunum tempus ratus, statuit & pauperum
eius urbis curam suscipere. Atque in hoc admirari licet

tū compuncti, intellexerunt hunc esse magnum illum spiritualium ouium pastorem Alexandrum, qui in Orientis partibus tantā splenduit virtutis celebritate.

a Theodotum Episcopum Antiochenum, de cuius Sedis tempore supra egimus, multis laudat Theodoreetus: at nempe Porphyrium, de quo mox, & Theodorum Mopsuestenum, ei coniungit, lib. 5. cap. ultimo; ut facile sit agnoscere, hanc satis defaciatam eam tandem esse.

b Hand alia validior, ad subruendam pietatem & virtutem mathina, quam Cleri inuidia. Ea Christo olim mortem consciuit: ea multorum Christum imitantum, antos conatus eligit.

c Magna verò laus est Alexandri, quod Porphyrio homini scelerato resistiterit. Hic mortuo Flauiano, in cathedralm Antiochenam intritus sub annum 404. ut ex Palladii dialogo de vita S. Chrysostomi patet. Villagas quidam Nisibius Presbyter tunc Romanum venit, expponens monasteriorum Mesopotamiae gemitum & eu-latum, quodq[ue] inter alia, ordinationem de Porphyrio factam, ut illicitam ac nefariam execrarentur. Indubè tunc inter illos Mesopotamios zelata. S. Alexander fuit.

d Gracè: μεταπλήσσεται οὐρανοί. De his agit Meursius in Glosario. Mortuos efferebant.

e Chalcidice caput. diei minimum itinere Antiochiam distat. De aliis.

C A P V T VII.

Monasterium Constantinopoli constructum.

43 **I**Nde abeuntem illum viginti quatuor è Fratribus secuti sunt, Christi milites, habentes thoracem iustitiae, & galeam salutis, necnon gladium Spiritus, obserantes ut ab eo offertentur Christo irreprehensibles.

Venit Con- Sanctus verò tantam cernens Fratrum alacritatem, & stantinopo- zelum, ac fidem, & quid sibi hæc vellent perpendens, ltim, 24. è didicit sancti Spiritus arcano quodam motu, sese in iis Crichtenio quoque partibus ad certamen vocari: eaque stimulatus sequenti- cogitatione ad illud animum comparat, & Christum bus: obtestatur, ut breui eius circa se voluntas fiat. Exaudiit

a haud diu pôst preces eius benignus Deus. Et cum & iuxta eadem sancti Martyris Mennæ moraretur, intra paucos multi se ei dies conuenerunt ad eum generosi athlete Christi ex omnibus istarum partium monasteris, sanè sentientes. E-

rant verò uniuersim è tribus nationibus, Romani, Graeci, Syri, numero trecenti; & hos in sex choros distribuit, ut assiduam obirent hymnodiam, docuitque eos paupertatem; & iuxta pristinam regulam omnia ordinavit, effectique ut intra breve tempus omni virtute efflorescerent; & virtutis iis ostendit fundamentum: præfecit quoque iis b Quinquagenarios & Decuriones secundum Regulam. Et erant omni horâ persecutantes in diuinâ doxologâ.

44 Cùm ergo videret populus constitutum certamen, assiduam confessionem, absolutam paupertatem, atque insolita quædam opera non sine miraculo perfecit, reuerà tamquam ad benefactorem & magistrum alacriter concurrebant, atque ab eo de fide & futurâ vitâ edocebantur. Et breui tempore factus est omnibus portus salutis, ac Pædagogus iustitiae. Et si ipse siluisset, vita tamen eius magnâ voce clamabat, ac Dei præcepta adulterantes assiduè arguebat; si qui inemendabiles manerent, eos quâ vtebatur libertate percellebat. Maximè verò cernentes tantam paupertatem & integratatem, & nihil eos præter membranas, in quibus sacra litteræ descriptæ erant, possidere, & indefinenter hymnodiam peragere, & veluti incorporeos viuere in corpore, attonti Deum collaudabant, qui etiam in his partibus admodum admiranda ostenderet mysteria: terrena enim, ut ante scripsi, contemnebant, ac nullâ omnino præsentium curâ tangebantur.

45 Cogitarunt verò quidam increduli gratiam tentare, & manserunt inter Fratres die ac nocte, volentes explorare, vnde alimenta Dei famulis præberentur: cernerant enim in dies escam illis patamat assiduè reperiri, quâ ipsi sufficienter vescerentur; residuum verò mendicis distribui, & nullâ eos craftini curâ angi. Sanctus verò cùm sancti Spiritus instinctu didicisset eorum cogi-

tationes, dicit Fratri sequenti, netmine foires pulsante: **Auctor** Exi, & sume quæ à Domino missa sunt. At priusquam **EIVS DI- SCIPVLO,** ille ad ianuam peruenisset, venit vir quidam candidâ indutus veste, & fortiter ianuam pulsauit. Quâ apertâ, **EX MS.** **GRÆCO.** perit Frater cophinum refertum mundis panibus & ca-dininitus lidis; eum verò qui ianuam pulsârat, nusquam vidit. Erat intelligit enim Angelus, qui virum cum panibus isthuc stiterat, & discesserat. Dicit igitur Frater ei qui aduenerat: **Intelligit** Quis te **C** **panes fili** **ac suis** **Angelo in-** **que** **ille** **est** **qui** **fores** **pulsauit**, **atque** **illicò** **videri** **desit.** **ferri;** **Hæc** **cum** **audisset** **Frater** **ille**, **sanc**to **Abbat**i renuntiat, **cum** **Fratres** **fam** **mensæ** **accubuissent.** Accipiens ille ca-lidos panes apposuit. **Quos** **cum** **gratiarum** **actione** **su-** **mentes**, **quod** **superfuerat** **pauperibus** **fratribus** **largiti** **sunt.** **Obstupuerunt** **verò** **hae** **viri** **fiduciâ**, **qui** **secundum** **Matth. 6.** **Scripturam** **de** **craftino** **minimè** **effet** **sollicitus.** **Is** **verò** **34.** **cupiens** **Fratribus** **fidem** **inférere**, **in** **medium** **aduocat** **ea re suo-** **rum** **fiduci-** **ercent.** **Atque** **ita** **animæ** **Fratrum** **cum** **timore** & **amo-** **rat:**

46 Commemorabo autem è plurimis miraculis nonnullâ, quæ multis fuere manifesta. Volo enim vel per hæc demonstrare, generosum hunc athletam fuisse in domo Dei alterum Moysem. Consueuerat vir sanctus responsa à iunioribus discipulis exigere. Contigit igitur ut quidam ex ipsis, à Fratribus diuinâ prouidentiâ rationabiliter gubernatis, egressus, per urbem temetè vagaretur. **Fratri** **cuiusdam** **occurredit**, atque in ænigmate eum arguit, id solum ver-naculâ eius lingua effatus, Κλέπτα, fur. ac deinde siluit, **peccatum** **diuinatus** **scire** **volens** **num** **eo** **verbo** **ad** **pœnitentiam** **moueretur**, **cognoscit**, & peccatum confiteretur. Ideoque neutiquam curiosè rem inquisiuit, ne hostis veritatis eum ad excusandum præ verecundiâ delictum induceret. Ille verò haudquam clarè intellexit Patri culpat suam perspectam esse; sed lepore quodam id ab illo prouuntiatum existimauit; atque in cepto progreffus est. At sanctus pastor pro eo lamentabatur & obsecrabat Deum: & volens ei significare se prius illius peccatum probè cognitum habuisse, commodâ oblatâ occasione, castigat eum & à conspectu remouet. At rursus indurauit Satanus cor eius, & nolebat respondere. Verùm post triduum compunctus, & se respiciens, statuit ptenam deprecari. Cumque id animo volueret, continuò id Sancto reuelatum est, & sequentis se Fratri ait: Abi, & dic Fratri isti: Quandoquidem emollitum est cor tuum, & tui te peccati pnenitet, ego te quoque pœnâ absoluo. Ut id Frater audiuit, ex secundo hoc miraculo facilè intellexit, primum quoque delictum ei clarè perspectum fuisse: & illud quoque cum lacrymis confessus est. Et saluatus est Frater Magistri vestigiis post hac inhærens.

47 Aliud commemorabo miraculum, humanâ naturâ altius. Curam gerebat vir sanctus bona temperie **fuorum** propter infirmos Fratres. Ollas igitur habebat fœtiles, sanitati easque iussit repleri, & calefieri: & quatuor Fratres constituit, qui quotidie per vices eam rem curarent. Quodam igitur die vni eorum obliuio surrepsit, (aut Deus potius eam euenire obliuionem permisit, vt virtus innotesceret,) eo igitur die neglecta res est: nam cùm aquâ frigidâ eas manè repleuisserit, abierunt. Instante igitur horâ, & necessitate iam iis quod opus erat in memoria reuocante, erubescabant Fratrem respicere, ad Abbatem verò accedere eiisque id referre non audebant. Quidam tandem ex ipsis sumptâ audaciâ, ad eum adit, & dicit: Ligna non habemus, & aquam non calefemus. Sanctus verò: Cur manè non monuistis? Sed, vt video,

AUCTORE video, tentare me nunc cupis. Vade: calefacta est. Et ad-
e: VS DI-
SCIPVLO,
EX MS.
GR&CO.
aqua di-
vina vir-
tute calo-
rante
fatu.

Certum tamen erat, neminem eo die quidquam sup-
posuisse. Atque in hoc denud sancti virti fidem admirati
sunt Fratres. Et haec quidem ex parte retulimus, ut ex
paucis alia plurima probaremus, atque illud cumprimitis, omnia ei possibilia fuisse, eò quod esset fide per-
fectus.

a Grac: πλανος. Τοιούτοις Σάργιοι μάρτυρες μηνα. Sic in Vitâ S. Marcelli 29. Decembri: ὁ δὲ οἱ Αλέξανδροι πρὸς τὸν ιερὸν Θυ-
ράδον καὶ μάρτυρα Μηνᾶ τὴν ἀντονομασίαν: Diuinus Alexander exercebatur (non in templo, ut Latinè apud Lipomanum perpe-
ram versum est, sed) apud templum magni Martyris Menæ. Con-
stantinopolitam fuisse hanc adem, patet ex sequentibus, & dicitur
exprimitur in Vitâ S. Marcelli. Edem hanc à Constantino Magno
ad iudicatum fuisse tradit Nicophorus lib. 7. cap. 49. De eâ agemus ad
vitam S. Menæ, sive Mennæ, XI. Nouembris.

b Grac: Πάντων θεοῖς καὶ Δημόσιοι.
c Grac: ἄλλοι οὐαὶ Θεοῖς λειβαλοι.

C A P V T VIII.

Persecutio. mors. miracula.

Semper
aduersus
demonem
victor,
eo agente

heretens
insimula-
tur:

Psalm. 23.

fremente
diabolo,

liber euas-
dit:

cum suis
vinclibus
verbera-
tur:

49 Tunc hostis veritatis coram eo adstitit, exclama-
mans: Quid me punis ante tempus serue Dei? Habeo
proprium Dominum & Iudicem. Constituti igitur Iu-
dices haudquâm rectum reddentes iudicium, contra
magnum Iudicem iudicarunt. Id verò egerunt ut dimis-
sus populo exhiberetur à satellitibus diaboli. Ipse verò
diuino fretus auxilio per medium illorum ibat. Eos e-
nim paor quidam cælitus immissus occupârat, & dissipa-
tum est eorum consilium. At sancti Fratres preces pro
eo fundebant ad Deum. Et quod olim sub sanctis Apo-
stolis, idem hîc quoque euenit; idem enim vtrōbique id
fecit Deus.

50 Ut verò bellum, Christi virtute, sotpum est, non
conquieuit tamen hostis veritatis; verum omnia mouit,
omnia periclitatus est, vt perennem illam hymnologiam
abrumperet, quid illa præcipue aduersus eum esset in-
stituta. Et rationem reperi, quâ eam penitus dissolue-
ret, vt quidem rebatur; memor vrbes quandoque &
provincias à suis cimibis esse proditas. Ita ergo Beatum
aggiudit aduersarius, & collectos contribules in bel-
li prouocat societatem. Comprehendunt hi Alexan-
dri

drum cum sanctis Fratribus, iniiciunt iis vincula, plagas
imponunt incurabiles. Tunc ergo assiduum hymnolo-
giam ad dies aliquot intermiscent. Et factus est reuera ^{dissoluitur} congrega-
planctus Fratribus, & sanctis virtutibus. Iussi sunt qui ^{congrega-}
prius eorumdem Fratrum Pastores extiterant, singuli
suis recipere.

51 Atque ita dimittitur Dei seruus Alexander solus,
vt existimabant. At solus non erat. Secum enim Chri-
stum habebat. Ut verò ille dimissus est, conuenerunt ^{edem die} denud co-
vnanimes, veluti tubâ euocati Fratres omnes, arque eo ^{lescit,}
ipso die in diuino ministerio consueta seruata regula est.
itaque omnes erant affetti, atque si nihil durum essent
percessit imò veluti spirituali reperto thesauro, ita exul-
tabant: proficiebant etiam in Domino, pluribus aliis si-
bi adiunctis Fratribus. Si quis enim voluerit vniuersum ^{& crescit,}
orbem peragrat, & non Romanum dumtaxat impe-
rium, sed & barbarorum adire provincias, reperiet San-
cti huius vigore vbiique discipulos. Tunc enim illustre
coenobium Accemetorum ipsi construxerunt, & alia
plura & maxima.

52 Si voluero magnanimi huius athletæ virtutes
cunctas ordine percensere, quemadmodum S. Paulus ^{Heb. 11.}
Apostolus ait, narrantem me dies deficit. Quis enim ^{52.}
eâ est prædictus dicendi facultate, eâ sancti Spiritus gra-
tiâ, vt quinquaginta annorum possit certamina explicare?
Ego verò fieri vix posse existimo, vt apud incredu-
los, & honestatis inimicos, ea referantur, quæ vel supra
modum magnifica, vel humanam superant imbecilli-
tatem, propterea quid ipsi carnales sint. Fideles verò, &
recta nobiscum sentientes, quique proximorum bona
velut propria existimant, suscipient nos vera narrantes,
non ignorantes à Domino promissum, cùm arefactam ^{Ioan. 14.}
ficum mirantur discipuli: Non solum quæ ego facio, ^{12.}
sed his etiam maiora facies. illud quoque: Omnia pos-^{Marc. 11.}
sibilia sunt credenti. Nos verò scimus recte & ex virtute ^{20.}
Marc. 9.
actam vitam omnibus miraculis esse altiorem, quam ^{22.}
perfectus hic magister egit. Ibi ergo sermonem abrum-
pemus, vbi ille vitam finiuit. Hic vir beatus annis quin-
quaginta assidue luctatus, numquâm succubuit, non
fractus aduersis, persecutionibus, nuditate, fame, siti, sed
in his gaudens, & cum libertate docens verbum verita-
tis, & magnam congregans hominum multitudinem,
ac Christo offerens; quod & in hodiernum vque diem
eius agunt discipuli. Cùm in his ergo illius semper elu-
xisset virtus, tandem ad beatum, curis liberum & que-
rum à laboribus finem peruenit. cumq; sancte obdor-^{moritur S.}
misset, sepultus est in Bithyniæ finibus, in loco qui Go-^{Alexan-}
mon dicitur.

53 Post eius decesum, crevit, ipsius precibus, disci-
pulorum numerus, & cœpta persecutio disciplinæ ra-
tio, vti diximus, non iis solum locis, sed vbiique terra-
rum. Nam qui iporum congregationi præterant, thona-
sterium construxerunt, vt antè scriptum est à nobis, di-^{ad nouum}
monasticum eius sanctâ conuersatione, quod propter assiduam ^{monasticis}
r̄um trās-
iporum & numquâm somno interruptam doxologiam ^{fertur eius}
corpus. Accemetorum, id est Non-dormientium, fuit cognomi-
natum. Huc illius sacræ translate reliquæ sunt. Ut verò
etiam isthic ostenderet benignissimus Deus se eos qui
gloriam suam amplificare contendant, gloriâ quoque
exornare, & quæcūque ab eo gesta atque instituta sunt,
suo esse nutu gesta, sūâ sententiâ comprobata, sanctæ
eius reliquæ quotidie plurima edidere miracula: adeò
vt immundi spiritus ne nomen quidem illius audire sus-
tinerent, velut igne quodam ita illius percussi nomine.

54 Et nos quidē fraternalm eius caritatem beneficen-
tiamq; ostēdimus, & quæ vidimus ipsi, pro nostrâ tenui-
tate, solam sectantes veritatē, retulimus. Speramus autē ^{Scriptor}
diuinâ prouidentiâ futuros alios, qui sancto afflati Spi-
ritu, maiori quâm nos scientiâ prædicti, elegantiū hæc
sint explanatur, ad ædificationem & utilitatem eorum,
qui hoc viuendi genus voluerint complecti. Eneniat vti-
nam nobis, vt digni illius efficiamur discipuli, atque eius
precibus consequamur ea, quibus ille nunc fruitur, gra-
tiâ

tià & indulgentià Domini nostri Iesu Christi. ipsi gloria
in secula seculorum, Amen.

a Erat tunc Constantinopoli Episcopus Nestorius, qui gnarus

quo zelo Catholicam fidem & pietatem alibi propugnasset Alexander, (et viderat ipse Antiochia) eum quoquo modo submouere curie piebat, ne suis ille nefariis conatibus aduerjaretur.

DE S. IOANNE CALYBITA.

PROPTER CHRISTVM MENDICO, CONSTANTINOPOLI

§. I. S. Ioannis natalis, Vita, cognomen.

SECVL. V. I
XV. IA-
NYAR.



SECVL. V. I
XV. IA-
NVAR.

*Lexium, abdicatis opibus, spretis honoribus,
desertâ coniuge, sponte suâ exulem, dein pa-
ternâ in domo peregrinum, in luculento pa-
trimonio egenum, nouum philosophia genus
coletem, sub initium quinti seculi Christia-
ni, Innocentio I. Pontifice, Honorio & Arcadio Imperatoribus,
S. Ioannis mirata est Roma. Par propè exemplum, annis circiter quinqua-
Calybitæ ginta pñs, vidit Constantinopolis, noua Roma: quamquam, vt
natalis 15. mox dicemus, nonnulli etiam veteri illum Romæ vendicent. Hu-
lanu. ius agunt Graeci ac Latini natalem XV. Ianuarij. quo die Meno-
logium ab Henrico Canisio editum: S. Ioannis Calybitæ filij
Eutropij Senatoris & Theodoræ. Eiusdem quoque mentio
fit in Graeco Menologio, eiusq; Epitome à Christophoro Patricio
conciannatæ; itemq; in Anthologio: at pleniùs in Meneis, qua,
prater elogium à Mattheo Radero nostro olim Latinè versum,
editumq; primâ parte Viridarij Sandtorum, integrum exhibent
Ecclesiasticum eius diei officium, variis odis, hymnis, antiphonis
contextum. Consonant recentiora Latinorum Martyrologia, qua
infrà citabimus.*

Eccl. 27. Fe-
bruari. non 15.
Sept. 2 Maurolycus, Canisius, Carthusiani Colonienses in Addit.
ad Vſuardum, Petrus de Natalibus, XXVII. Februarij eius me-
moriā consignarunt; plororumque verba infrā proferemus, cū
de Ioannis patriā agemus. Raderus libro iam citato, & Ros-
vvedus noster in Annotationibus ad lib. 9. de Vitis PP. num. 76.
adnotarunt coli eum XV. Septembri, cū eo die in nullo Mar-
tyrologio aut Kalendario illius adscriptum nomen adhuc lege-
rimus.

*Vita verfa à Sirleto, 3 Illius Vitam è veteri MS. Cryptæ Ferrata Latinè verit
Guilielmus Sirletus tunc Apostolicus Protonotarius, qui deinde
S. R. E. Cardinalis fuit. Eam Aloysius Lipomanus, atque ex eo
Laurentius Surius, vulgariunt: ab his accepere Zacharias Lippe-
lous, Philippus Ferrarius, Gabriel Flamma, Petrus Ribadeneira
noſter, Ioannes Franciscus Buodinus, atque alij. Ediderat pri-
dem eius compendium Petrus de Natalib. lib. 3. cap. 156. Eius vi-
tae auctorem ſcribit Galeſinius eſſe Simonem Logothetam, ſive
Metaphraſen Simeonem, vt ex aliis locis colligere eſt in eius ad
ſuum Martyrologium Notationibus.*

*alia à syn- cùm erectum illi templum ab ipsis eius parentibus, atque alij ha-
ehrono, biti honores sint, & vi infrà dicitur, omnia eius gesta ab in-
gressu in monasterium publicè immotuerint; quis non pa-
negyricas in eum dictas, ac traditam litteris vita eius historiam
existimet fuisse? Atque hinc fortassis illa transcripsit Logotheta:
Viri iusti & perfecti vitam, honestè, pure, & cum virtute
actam, vobis qui concordes in hunc locum conue-
nistis, narrare in animo habeo: vixit enim ille tempori-
bus nostris.*

*alia è Gra-
co MS. hic
primum
edira.*

5 Aliam è MS. codice Bibliotheca Vaticana nactus erat Rosvveydus noster, quam Latinè ex fide versam hic damus; multò, quām altera sit, puriorem & genuinam magis. Nam prior illa à librariis aut interprete quibusdam glossematis interpolata videtur. Vnde quidem acceperit Galefinius prior illius auctorem esse Logothetam, nescimus; Baronius Metaphras̄a tribuit seu scriptori, seu collectori. Huius quoque non ineruditus auctor fuit. Scribit idem Baronius in Notat. ad Martyrologium: Legimus alia mss. (Acta) ab illis paullò diuersa. De eo meminit Nicephorus lib. 15. cap. 23. Claruit secundùm eumdem auctorem, Leonis Imperatoris temporibus, licet mss. sub Theodosio eum vixisse dicant. De etate post agemus. At cùm Theodosij non meminerint Acta illa è bibliotheca Vaticanâ, alia lecta Baronio oportet fuisse.

*6 Duplex Ioanni cognomen fuis, Calybita & Propter Ioannes
Deum mendicus. Vtriusque minimè obscura ratio. Coniuncta cognomi-
subinde ambo; alias alterum solum expressum. Titulus vita è Va-
natus natus, Mē-
tico codice ita habet: B. C. οὐ πολίτεια τε ὁ σὺ Παλέρβιος ή-
dicas,
μῶν Iωάννης τε διὰ χριστὸν τιωχός. Vita & conuersatio S.
P. N. Ioannis propter Christum mendici. Tum in Vita
procœlio: Iωάννης ἐκεῖνος ὁ τιωχός μὲν ὅπικαληθεῖς, τιλέ-
τος δὲ περιών τὸν τιλέτον τε πνεύματος. Ioannes ille,
Mendicus quidem cognominatus, sed magnis Spiritus
diuitiis locupletatus. Georgius Cedrenus in historiarum com-
pendio ad annum Leonis Imper. quintum, qui erat 451. Christi,
etiam Mendicum appellat. Καὶ δὲ μὲν γὰρ αὐτοὶ οἱ ἀπὸ τῆς
νεωτέρας ἐπικείνοις μέχει τοῦ αἵρετος Ιωάννης τε τιωχός
τοιοῦ δύναται. Ad ortum à nauali profectum incendium, ut
que ad ædem Ioannis Mendici, quod est ad Occasum.
quo de incendio actum X. Ianuarij ad Vitam S. Marciani Pre-
sbyteri cap. 4. litt. a. At Calybitam appellat Nicephorus infra Calybi-
titandus, Ioannes Zonaras to. 3. Annal. de eodem illo agens Con-
stantinopolitana vrbis incendio, quod persuagatum scribit in lon-
gitudinem à Bosporo versus ædem S. Ioannis Calybita.
μέχει τοῦ ναῦ αἵρετος Ιωάννης τοῦ καλυβίτης. Vtrumque nomen
coniuncte Menae: Μνήμην ὁ σὺ πατέρες ήμῶν Ιωάννης τοῦ διὰ
χριστὸν τιωχός, οὐ πολίτεια τοῦ καλυβίτης ινομάθη. Memoria S.P.
N. Ioannis propter Christū mendici, qui etiam Calybita
nominatur. Dicitur verò Calybita αἴπερ τοῦ καλυβίτης, quid
sub tugurio habitat. ea vox à καλύψω, tego, operio, defixa.
7 In Kalendario prefijo antiquo Missali Ecclesie Vesontinae,
quod olim fuerat Caroli de Nouo Castro Archiepiscopi eiusdem
vrbis, qui obiit anno 1498. scriptum erat hoc die S. Ioannis Ca-
liniti. quod nomen Molanus in primâ Vuardi editione & Gale- mendo
finius expresse: licet hic in Notis Calybitam scribendum mo- Calini-
neat, & ille in secundâ editione ita correxerit. Inscriptum erat
videlicet, theca fortassis reliquiarum eius, Iωάννης Καλύβιτης.
Graci litteris Latinis scripsere Ioannis Caliniti, pro quo posteri
Caliniti legerunt. De his reliquiis & inscriptione infra.*

§.II. S. Joannis patria.

Sæpius in Martyrologiis vsum est, ut quo loco Sancti cuiuspiam extant reliquie, ei ita tribuatur, quasi vitam istib[us] degerit, aut martyrium subierit. ita XXII. Ianuarij: Romæ ad Aquas Saluias S. Anastasij Persæ monachi &c. & XXXI. Romæ viâ Portuensi sanctorum Martyrum Cyri & Ioannis, qui post multa tormenta pro confessione Christi capite truncati sunt. cum ille in Perside passus sit, hic in Ægypto. Idem S. Ioanni Calybitæ accidit; cui posita Romæ ades, reliquiis eò allatis, quibusdam persuasit eum Roma habitasse. Quamquam edita à Lipomano Acta, in vrbe Româ natum Joannes an habent. At quis est in historiis vel mediocriter versatus, qui ne- sciat Constantinopolim Nouam Romam, & secundam Ro- mainum esse appellatam: Socrates lib. i. hist. Eccles. cap. 12. l'olw l' nopolis quæ tñ Basilevñs ñwmuñ ñpodeixas, Kavçavñlñspoliv ñvoumä noua Ro- mæ, xçnqñalñz eiv dñ ðeul' lege ñwmuñ uñbñw cñk'wastev, ðe ma? vñbñw cñl' uñbñw jézuspias súlñ uñbñ dñmiosiñ cñt tñw kaxalys- muñw sççilñjñw ñlñsioñ ðéawñs èfípñs paxéthñce. Äqualem eam dominatrici Romæ effecit Constantinus, & Constantinopolim nominavit, ac secundam Romanam nuncupari lege sanxit; quæ lex lapideæ columnæ incisa, publicè in loco qui Strategium, siue Prætorium dicitur, iuxta ipsius Imperatoris equestrem statuum, est colloca- ta. Sozomenus quoque lib. 2. cap. 2. vñbñ ñwmuñ Kavçavñlñspoliv ñvoumä. Nouam Romanum Constantinopolim ap- pellauit Constantinus. Itaq; illud in Oriente nomen inuauit, ut Romanum ferè antiquam Romanum appellarent, siue Romanum

- Ex TA-** quæ est in Italiâ. Quin Thracia ipsa, cuius caput Byzantium, idem Romania dicta; lingua Graca passim ἡμαῖνη, quâ de re plura habet Simon Portius in libro quem λεξικὸν λαύρινον, σωμαῖνον, καὶ Εὐλογὸν inscriptis.
- Rome na-** 9. Patriam igitur habuit Ioannes Romam, sed nouam, siue Constantinopolim. Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 156. ambiguedum vide: scriptis: Ioannes monachus filius Eutropij Magistri militum urbis Romæ. Hunc secuti Carthusiani Colonenses in addit. ad Vfuardum XXVII. Februarij: Item B. Ioannis monachi filii Eutropij Magistri militum urbis Romæ: qui cum in omni sanctitate annis septem in monasterio stetisset, Romanum rediit; in domo parentum incognitus permanerit; & in extremo vitæ præsentibus se reuelans, inter eorum brachia expiravit. Maurolycus quoque eodem die: Roma Ioannis monachi, qui diu peregrinatus, in ædibus paternis incognitus mansit; sequè ante obitum Eutropio & Theodoræ parentibus manifestauit. *Canisius ibidem:* Item Romæ S. Ioannis monachi, filii Eutropij Romani Tribuni, & Theodosiae: hic xv. annos natus claram à parentibus profugit in monasterium, ubi septem annos exegit in omni obedientiâ & sanctitate: Romam deinde reuersus, in paterna domo ignotus, veluti pauper peregrinus, sub tugurio habitauit, assiduis ieunis & precatiōibus vacans. Tandem sc̄e parentibus aperuit, atque in eorum brachiis expiravit. At cùm XV. Ianuarij Calybitam idem referat *Canisius*, videtur diuersum ab hoc existimasse. Constantius Felicitus XV. Ianuarij: Ioannes Calybita Romanus nobilissimus, filius ciuiculam Tribuni militum, monachus factus: deinde ignotus multis annis Romæ vixit sub exiguo tugurio, paternâ in domo, maximâ cum paupertate, ubi & sanctissime obiit.
10. Et hi quidem omnes, cùm simpliciter ei Romam patriam tribuant, Romam veterem intelligunt. *Disertus Baronius in Martyrologio:* Roma S. Ioannis Calybitæ, qui aliquamdiu in angulo domus paternæ, deinde in tugurio in insula Tiberinâ ignotus parentibus habitauit, à quibus in morte agnitus, clarus miraculis in eodem loco sepultus est: ubi postea in eius honorem ecclesia constructa est. prius ita scriperat sub annum 1584. Roma S. Ioannis Calybitæ, qui Hierosolymam peregrinatus, diu post inde residens, in tugurio iuxta domum paternam delituit in insula Tiberinâ, ubi celebri memorâ colitur. Verum ea editio suppressa, & correcta, omisâ illâ Hierosolymitanâ peregrinatione.
11. Octavianus Pancirolus in *Thesaurus absconditis alma Vrbis, regione 9. ecclesiâ 2.* scribit Romanum fuisse, & Constantinopoli, in canobio parvulo ante constructo monachum factum; Romam deinde reuersum. Romanum cum fuisse eo conatur argumento probare, quod 100 aureos in naukum dicatur deditisse, vt proinde longinquam eam fuisse navigationem necesse sit. Poterat, & fortassis efficacius, illud urgere quod in *Vita à Lipomano editâ*, dicitur ad fluminis ripam accessibile, & deinde iuuisse ad fluminis ripam; cùm nullum Constantinopoli flumen sit.
12. Verum si nobis licuisse Grecum ipsum codicem *Crypta Ferrata* vide, fortassis interpolata hec à quopiam deprehendimus. Pretium nauiculario datum, maius fuit quam vulgo pronon solidio. minimè longâ navigatione pendi soleret, tam ut soli ipsi nauigium vacaret, tam ut fidem ne falleret. Quis tamen credat quantulum in puerile symposium dederant parentes, eo contentum fuisse nautam, ut Roma ad Ponti Euxini fauces usque tenderet, indeq; reueteretur? Et si in flumine reperta ea nauis Roma, non fuit sancè eiusmodi que procellas ferre Ægei Ioniq; mari posset.
13. Melius ergo Molanus in *Annotationibus ad Vfuardum nub. 7.* Ioannes qui Calybitam, siue tugurium, inhabitauit, patriâ fuit Romanus; hoc est, ut arbitror, Constantinopolitanus. Pronuntiat id diserte Galisius in *Notis*: Fuit, inquit, ciuis Constantinopolitanus Eutropio Patricio & Theodorâ natus. Neque id quisquam in dubium reuocabit, qui que de Accœmetis supra in *Vita S. Alexandri dicta sunt expeditum*. Num si is qui Ioannem è patriâ abduxit Accœmetus fuit, & Constantinopolim eum duxit, ut ruit Pancirolus, que illa fuit ratio itineris, ut ipse Constantinopoli Hierosolymam iturus.
- in Italiam ac Romanam veniret. Nam isthac rediisse solius Ioannis gratiâ credi posset. Sin alibi Accœmeti in Italiâ Galliae fuerunt; ubi quis eorum meminit?
14. *Constantinopolitanum fuisse cùm Menea afferunt: Oὐ-* ιστοῦ ἐν τῷ Κωνσταντίνῳ πόλει, τοῖς Εὐτροπίοις συγχαλύνει καὶ Θεοδώρας. Erat hic Constantinopoli, Eutropio Senatore & Theodorâ natus; tum *Vita è MS. Vaticano* multò disseritius: ἦν λαμπεῖ πάντῃ καὶ βασιλεὺς τῶν πόλεων, τῷ Κωνσταντίνῳ Φημι, νέαν δὲ ρώμιων διδε πάτερ ὄνομαζεν, ἀνὴρ λεπτός τε τεσταρίς. ἐκόμα πλεύτω πολλῶ, ζῶν ἔπειτα γυναικί, καὶ τῷ ξεργηλόδει λιμόνῳ οἰκισθεὶς ὅντειρι Εὐτροποῖς, τῇ γυναικὶ Θεοδώρῃ. & nu. 8. aut cœnobium Accœmetorum non procul à patriâ Ioannis absuisse; ideoq; diuinâ prouidentiâ factum ut lateret. Deinde templum ei iam vitâ sumto ibidem parentes posuere: Καὶ ταῦτα αὐτῷ τῷ τῶν Ιεράντων ιερὸς οὐεγέρεισι. ηδὲ τὰ ἐκεῖνα πάντα ταῦτα αὐτῆς τε τῷ Σταύρῳ εμένενται μονῆς, ηδὲ τῶν θεοφόρων πᾶσιν ειναικαλύπτονται. Fuitq; illud templum, ut autem ex Zonara & Cedreno diximus, ante annum 5. Leonis, Christi 461. edificatum.
- §. III. S. Joannis habitatio, etas.**
15. *Hæc de Ioannis patriâ. De instituto Accœmetorum, &* monasterio in Bithyniâ à Ioanne & Marcello Abbati- *S. Ioannes* bus constructo, egimus in S. Alexandri vita. Siuim hoc erat vix in monasterio, *stadii Constantinopoli, in ipsis Bosphori fauibus, in loco qui metiorum* Γομῶν dicebatur, appellatiusq; Εἰγνάτιον, quod pacem isthac in Bithyniæ quietemq; sibi nati monachi viderentur, procul strepitu populi, nra vixit & iis turbis quas in eos Constantinopoli per nefarios homines demon concitat; postea Accœmetorum siue Non-dormientium dictum. E regione eiusdem monasterij, vt 29. Decembr. in S. Marcelli vita dicitur, tacet in Thraicio littore Sosthenium, de quo Petrus Gyllius lib. 2. Bosphori Thracij cap. 14. & alij. Hinc corrigas quod in Fastis Marianis scripsit Brunner: s. noster, Ioannem in Syriâ monachum egisse, quodq; in Gallico Martyrologio Leadij excuso. Hierosolymis habitasse. Nam quod Maurolycus ait diu peregrinatum, omnino abest à vero. In illo porto commoratum fuisse Accœmetorum cœnobio, quod statuimus, testatur Nicophorus lib. 15. cap. 23. Studius, inquit, quidam vir præclarus Româ Constantinopolim venit, & Diuo Præcursori templum erexit, in quod monachos ex monasterio Accœmetorum induxit, quod diuinissimus Marcellus extruxerat, in quo perpetui hymni Deo canerentur, sodalitate monachorum in tres cœtus diuisa. In eâ mandrâ Ioannes quoque Calybita monachicis disciplinis institutus est. ἐφ' ἦδη μάνδρᾳ καὶ Γωάννης ὁ Καλυβῖνος τὰ μοναχῶν ἐπειδόν. Quid dici clarius potius?
16. Nunc etas disquirenda. Ferrarius in Catalogo SS. Italia in Notis ita scribit: Sub quo Imper. vixerit, non ita certum est, cùm apud alios sub Theodosio, apud alios verò sub Leone illum vixisse legatur. Vtrumque verum puto; vixisse feliciter & sub Theodosio IV. qui modico tempore imperauit, & sub Leone III. Iconomacho circa annum non sub Domini DCCVII. Ast in ipsa vita narratione premiserat sub Leone 1. Leone natum; quomodo ergo potest sub Theodosio Leonis decessore vixisse? Sed longè aberrat. Baronius in Notat. ad Martyrolog. §. 1. citatis, ait clarissime eum secundum Nicephorum Leonis Imp. temporibus, licet MSS. sub Theodosio dofo Iu- eum vixisse dicant. Omnino sub Theodosio vixit; & sub eo, niore, aut Marciano fortassis, mortuus est; quod ita confici breuiter potest: Templum ei Constantinopoli erictum erat, ante incendium illud, de quo suprà, quod Leonis anno 5. vel 9. contigit. Ergo aliquamdiu ante obierat. S. Alexander Accœmetorum parens, ut ante scriptum, Constantinopolim venit sub annum 425. obiit circiter 430. Postea in Bithyniam migrarunt eius discipuli, quibus Ioannes praerat: huic S. Marcellus sufficit. Ab hoc sacrum habitum suscepit Calybites: nam cùm ita studiosèrex Accœmeto monacho quesierit de ipsorum instituto ac viuendi ratione, ma- cùm non nissem videtur non fuisse tunc Constantinopoli eiusmodi cœno- effent Constantinopoli, quod propter inustitatem alii diuina doxologia rationem li Accœmeti, sanctitatem omnium in se conuertebat animos, nec potuisti- set sagacissimum adolescentem latere. At reduci sunt in urbem Accœmeti à Studio viro consulari sub Gennadio Episcopo qui anno 458.

458. Anatolio succedit, sedigit, annū 13. Vnde conficitur Ioannem vel extremis temporibus Theodosij, vel Mariano imperante, mortuum esse, cùm vixisset annos ferè XXII. Et fortassis Studio iniecta voluntas Accemetis canonibum adificandi, cùm Ioannis præclaræ vulgatae sunt virtutes, & constitutus eum Accemetorum disciplinā suisse informatum. Cedrenus anno Leoniu 6. qui erat Christi 462. adificatum Studiarum monasterium scribit. Tā διαλογία ἔτει Σεπτέμβριον τέλος Ιωάννης τῆς Βασιλείας, οὐδὲ μοναχὸς ἐν τῷ μονῆς τῶν ἀνθρώπων ἐν αὐλῇ καθέσθη. Eodem anno, proximo, ut ipse statuit, post incendium illud de quo suprà, Studius templum S. Ioannis Baptista adificauit, & monachos ē cœnobio Accemetorum in eo collocauit. Baronius id retulit anno 459. Fallit certum est eos qui ad annum 467. aut serius Calybitæ obitum reulerunt. Marcellus Archimandrita ad annum 485. & ultra peruerent.

§. IV. S. Ioannis Calybitæ reliquie.

17 Sancto filio Eutropius & Theodora templum Constantiopolis adificarunt, illudque magnifice exornarunt. In eo illius asseruata reliquia sunt: postea Romanam aliquam & Vesonionem translatæ. Testatur Saussairus in Martyrologio Gallicano, Constantiopolis à Francis subiugata, cranium S. Ioannis inde Vesonionem aduectum, atque in S. Stephani basilicâ maximo honore reconditum esse, vbi etiamnum inter potiora religionis monilia, & quietis publicæ pignora ac præsidia conseruetur. Locupletata sunt Diuorum pignoribus, que ferè innumerabilia Constantinopolim ex toto Oriente congerita erant, multæ Occidentales prouincie, ac perfectim Belgicae, eo tempore quo Flandri Constantinopolim tenuerunt ab anno 1204. ad 1261. De his reliquiis Molanus in Addit. Caput V. ad Vſardum: In Burgundiâ S. Ioannis Caliniti Confessoris, cuius sanctum corpus in ciuitate Constantinopolitana feliciter quiescit, multis fulgens miraculis: pretioso vero capitis eius thesauro vrbs Chrysopolitana incomparabiliter ditatur. Vesonionem Chrysopolim à variis medijs aut scriptoribus appellari, alibi adnotauimus ex Ioannis Iacobi Chiffletij V. CL. Vesonione part. i. cap. 12. Idem Molanus in posteriori editione ista de Ioanne habet: Die XV. S. P. Ioannis Calybitæ: cuius pretioso capitis thesauro vrbs Chrysopolitana incomparabiliter ditatur. Galefinius: In Burgundiâ S. Ioannis Caliniti & Confessoris: cuius sacerdotum corpus, multis clarum miraculis, Constantinopoli quiescit, caput Chrysopolitana religiosè asseruatur. Eadem ferè Canisius eodem die.

18 Chiffletius Vesonionis parte 2. in Vitale II. Archiepiscopo 69. ita illius capitii meminit: Ioannes de Corcondrayo Scholasticus & Canonicus, deinceps Decanus Bisontinus, à duobus Græcis Episcopis Auenione accepit interpretationem quarundam Græcarum vocum, antiquo charactere incriptarum circa thecam, in qua S. Ioannis Calybitæ venerandum caput in Bisontinâ S. Stephani ecclesiâ seruabatur; quo nomine Episcopi illi publicum instrumentum confererunt Auenione XVII. April. an. Christi 1321. Indict. 4. Pontifice Ioanne XXII.

19 Extat Roma in insula Tiberina ecclesia S. Ioannis Calybitæ, de qua agit Pancirolus reg. 9. eccl. 2. testaturq; traditam eam esse congregatiom, quam instituit B. Ioannes de Deo, de quo agenius VIII. Martij, atque ab eâ erectum insigne nosocomium. Addit deinde cùm sub annum 1600. religiosi hi Fratres ecclesiam suam instaurarent, reperisse, cùm aliorum Sanctorum reliquias, vt Marij, Martirij, de quibus XIX. Ianuarij; tum S. Ioannis Calybitæ corpus, id est, vt interpretamur, corporis partes alias. Verisimile est has reliquias, vt aliorum plurimorum, Constantinopolis Romanam allatas sub Iconoclastis Imperatoribus, alias tamen Constantinopoli remansisse, vnde caput postea Vesonini adepti sunt. Idem Pancirolus testatur alias S. Ioannis Calybitæ reliquias asseruari in ede S. Blasij 3. regionis 1.

20 Fuisse alios quoque Calybiticam vitam, Ioannis nostri exemplo, secutos conuicere licet ex Historiâ Miscellâ lib. 22. cap. 30. vbi de S. Andrea in Crisi, vt postea à sepulture loco appellatus est, ista habentur: Eodem quoque anno (Christi 761.)

Constantinus persecutor Andream memorabilem mo Ex vachum, qui dicebatur Calybites, apud Blachernas Ha- RIS. gris in hippodromo S. Mamæ peremis. De hoc plenius agemus XVII. Octobris.

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Graeco Bibliothecæ Vaticanae.

C A P V T I.

S. Ioannis Calybitæ ortus, institutio.

R Es est sanè tyrronica parentum amor, & vincula naturæ insolubilia, ac desiderium semper ardens, quod restinguendumquā potest. Sed tamen Dominus, vt haec promptè contemnamus, hortatur, & crucem tollamus in humeros, ac se alacriter sequamur: quia maiorem ipse nobis amorem, quā parentes, exhibuit. Ioannes vero, de S. Ioannes quo nunc agimus, magnā animi alacritate hoc Christi Mendicus præceptum impleuit: Ioannes ille, Mendicus quidem *appellatus*, appellatus, sed magnis Spiritus diuitiis locupletatus. Ideo altius aliquantò rerum ab eo gestarum repetenda est narratio; & diligentibus Deum animabus, velut via quædam ad virtutem, proponenda; quam & ipse, à se decursum, commonstrarre volentibus potest. Ita porrò se habet.

2 In clarissimâ illâ urbiumque Reginâ Constantino- poli, quæ noua Roma vulgo appellatur, vir quidam *nopoli*, non multis affluebat opibus, Stratelatae, siue Ducis exercitus, bili genere ornatus dignitate. Nomen viro Eutropius, vxori Theonatus, dora erat: pij ambo, neque solūm seculari potestate illustres, sed & morum probitate conspicui. His tres filij fuere: quorum duos dignatum splendor ceteraque vita felicitas suscepit. Minimus natu fuit præclarus hic Ioannes, qui nascendi quidem ordine postremus; tamen, vt cum Euangelio loquar, primus euasit. A tenerâ æta- Matth. te, singulari parentum curâ educatus, doctrinæ ac di- 20. 16. sciplinis vacabat: hisque malebat multò, quā pecuniâ ditari, non respiciens ad vanitates & infanias falsas: vti egregiè diuinus David canit. Cùm vero duodecimum Psal. 39. 5. ætatis annum attigisset, studia diligenter, templa vero littera & nocte dieque frequentabat; veluti surculus quidam no- pietatis nubilis, diuinorum auditione oraculorum, quæ verè sunt decursus aquarum, assidue irrigatus; & virtutis fructum iam tum dulcissimum proferens.

3 Accidit autem vt quidam ex eâ monachorum congregatione, quos Accemetos, id est, Insomnes vocant, diuino incensu Hierosolymam visendi desiderio, priusquam illud suscipere iter, negotij cuiuspiam gratiâ Constantinopolim ingressus, iuxta Ducis palatium hospitaretur. Eum Ioannes conspicatus, & unico monachi intuitu, quasi ab igne torris inflammatus, quærere ex eo cœpit, cur & vnde venisset, quod eius esset monasterium, quisque eius congregationi sapienter præcesset. Hic vero & familiam & Antistitem indicavit, & caußam quæ Constantinopolim sese euocasset aperuit, ac consi- statuit seculum de- litum quoque futuræ peregrinationis: fentebat enim auditum sitientem spiritualium cogitationum. Rursus eum interpellans optimus adolescens sciscitatur, quomodo in monasterio degerent, & quæ ipisis essent exercitationes. Cumque hæc particulatum monachus explicaret, benignè iis afficiebatur Ioannes, & dulcia fauibus eius erant viti eloqua, & super mel ori eius. Ac mox eum eiusmodi instituti desiderium cepit, & sudorum spiritualium cupido. Denique manu eius apprehensa, occulto cum sacramento obstringit, vt Hierosolymis re- pacificetur cum modus, nequaquam se prætereat, sed secum claram assumat, nacho de vt discessum parentes minimè percipiunt: deinde reli fugâ claram giosæ familie adscriptum detondeat. Iam enim me nu- instituer- ptius dabo:

AUCTORE
ANONY-
MO,
EX MS.
GR&CO.

ptius copulare, inquit, cogitant parentes, & ad dignita-
tes euehere, & mundanæ gloriæ rebusque vanis affige-
re: quod est ei qui verè liber esse & dici vult, aperta ser-
uitus. Me verò ardens tenet vitæ vobiscum agendæ de-
siderium; propterea in vestrum cooptari numerum ve-
hementer expeto: & hoc existimo veram esse gloriam, &
stabilem honorem, & pignus quoddam futuræ beatitu-
dinis. Assensus ei est monachus, pactumque iureiu-
rando sanciuit: ac sic iter aggressus est.

petit à pa-
rentibus
Euange-
lia;

impetrat
elegantissima.

4 At diuini amoris scintilla nutriebatur & augesce-
bat in Ioannis animo, multisque erga Christum deside-
riis inardescerbat, & ei adesse, & intellectu cum eo ver-
fari optabat. Quid ergo? Diuinum Euangeliū sibi com-
patari à parentibus postulat: more vehementer aman-
tium, qui iucundissimè eorum, quos amant, sermonibus
affidū immorantur, & sufficiens desiderij hoc rentur
esse solatium. Parentes itaque, ac mater præsertim, (cali-
diffimum facillimumque circa puerorum desideria ne-
gotium est) cùm libenter filij petitionem accepissent;
maximè quòd nec vestem peteret exquisitam, nec præ-
clara ac honorifica calceamenta, nec aliud simile, vt sunt
iuvenum cupiditates, sed rem ita seriam ac diuinam; Eu-
angelium comparant, idque materia præstantiā, atque
artis ornatu, & admirabili quadam scriptio[n]is elegan-
tiā, interiùs exteriusque illustrant; vt illecebrosus quo-
dammodo liber esset, soloque aspectu ad continuum sui
vsum alliceret ac studium, Ioannis animum. Neque cer-
nebant qualis ipsum intus stimulus, acerrimi, inquam,
erga Christum amoris, ad hoc moueret: sed eius rei signa-
ri, illud curarunt. Aflida enim illius exercitatio contre-
statioque inducitur erat ipsius etiam naturalis in paren-
tes amoris oblinionem, reiisque tam arduæ atque inex-
pugnabilis, ipsius, inquam, naturæ contemptum. Sed il-
le, vt cupierat, accipit à parentibus Euangeliū.

C A P V T II.

Fuga, ingressus Religionis.

Clam pa-
rentibus
fugit:

difficulter
admitti-
tur ob te-
neritudi-
nem,

Et, adole-
scendum
impetus
instabiles:

5 Am verò etiam monachus redierat, non frustratus
promissa. Hic fons aquæ, oculus cerui, Ioanni est vi-
sus, & mille ipsum voluptatibus compleuit. Quocirca
festinavit vt accensum in se desiderium opere explere-
tur, optatumque tandem finem consequeretur: sumpto-
que ex ædibus Euangeliū expectauit monachum, quasi
cum eo, vt heri ac nudiuscuius, aditurus ad scholam.
Metuebat quippe parentum in se amorem, matris potis-
simū lacrymas; ne diuini desiderij in se ignem extin-
guerent. Diffessum itaque celat, & scholam quidem non
adit; sed celeriter ad mare contendit. At seruorum illum
quispiam sequebatur. Et hunc Ioannes dimittit, cuius-
piam negotijs prætextu, sapienter prudenterque omni-
no, rem omnibus ignotam præordinans. Ipse ac mona-
chus ad littus abeunt: & naue illicè consensâ, ac se-
cundo v[er]o vento, ad monasterium quam celerrimè euol-
lant, Ioannis auro nautarum manus corroborante, ita-
que celerem efficiente cursum nauis.

6 Cùm excedissent, atque ad monasterij Praefec-
tum vna adiissent; monachus cuncta quæ ad Ioannem
pertinebant, exponit particulatim, generis nobilitatem,
dignitatem parentum, eorumque in ipsum amorem, pa-
ratos honores, procuratas nuptias: deinde pueri erga res
diuinas studium, pacta secum inita & iusurandum, de-
nique fugam ac discessum. Intuitus Ioannem monaste-
rij Praefectus, atq[ue] imbecillitatem ac priorem vita-
conditionem perpendens; & veritus ne ita delicate édu-
catus, laboris ac molestiae ruditis, non posset tam labo-
riosum vitæ genus sustinere; sed breui discederet & iu-
gum exercitationis abiceret; (nonat enim feruentes iu-
venum impetus, in quæcumque animi propensionem
ostenderint, nec stabiles, nec perpetuos, sed fastidiosos
esse ac mutabiles) his ille perpensis ipsum ad se accitum
paternè adhortatus est, atque ita illius propositum ten-

tare cœpit: Rem, inquit, fili aggredieris & educationi
tuæ & ætati admodum repugnantem: adhuc enim puer
es, & haecenūs commode ac molliter enutritus: nostra
verò vita laboriosa est & aspera, & cum perpetuâ affli-
ctione coniuncta. Vereor igitur ne illa imbecillitas, o-
mnis haecenūs incommodi ignara, vbi laboris pluri-
num offenderit, immoderatione statim frangatur, &
aborrentem ab omni laborum tolerantiâ virtutis neg-
ligentiam complectatur; vt non in te solo deinde hæ-
reat, sed ad multos alios hæc labes peruadat. Oportet
igitur te quadraginta dies in monasterio commorari, &
ipsa experientia discere quæ in eo agantur. Et si posteā
videris ea animo tuo viribusque conuenire, tum fas ti-
bi erit ad nostrum accedere institutum, ac desiderium
explore.

7 Hic vehementer angī feruens spiritu Ioannes, & ni-
hil omittere, quod animum mollire illius posset ac flecke-
re: instanter orabat: perfuerantiam iureiurando sancie-
bat in genua prouolutus: atque ex inflammato animi af-
fectu totus lacrymis colliquebat; nullas inducias ne-
gotio dandas ratus, sed quamprimum se teneri postu-
lans, Fratrumque choro adiungi. Id autem faciebat non
simpliciter propter magnam eius rei cupiditatem; sed vt
parentum studia eluderet, prudenter statuens, simul at-
que intellectum esset eum iam attonsum, redditus ad il-
los spem omnem præcisum iri. Non habens igitur quod
opponeret tam multis his precibus calentibusque lacry-
mis, obsecutus est monasterij Antistes: ac consuetis su-
per eum precibus recitatis, & omnibus quæ monachis
lex præscribit impleris, statim pueri comes detondet, si-
mulque, vt v[er]e loquar, omnem mundanum terrenum
que sensu resecat; & monastico ipsum habitu induit,
ac suo allegit gregi: vt eodem die Ioannes & ad mona-
sterium venerit, & monachus sit factus, non veste so-
lum, sed re quoque ipsa.

8 Nihil verò necesse est perquisitum à parentibus fi-
lium commemorare. Liquet enim si ipsi parentes, hic
illorum filius, & filiorum carissimus & præstantissimus
erat. Verùm & hinc fortassis rursum dubitatio emer-
git. Si enim inquisitio facta est, quomodo latere v[er]e
in finem potuit puer; cùm neque procul abesset, neque
longo ab urbe interuerso monasterium distaret. Sed
promptum est dicere, (omnino ab opere ipso & fine
sumptu causâ) Deo occultante, & rem hanc gubernante,
latuisse, ne lateret animæ nobilitas, & bonum consi-
lium isthac dirigere & volens & valens.

C A P V T III.

Tentatio, recessus è monasterio.

9 Ioannes igitur sextum iam annum cum monachis
degit, demissionis animi & obedientiæ præbens *sangue &*
potius exempla ceteris, quām ab iis accipiens; cetera-
rumque virtutum velut regula ipsi & exemplar, mira-
bile omnibus, per paucis imitabile effectus. Vehementer
hæc cōmunem humani generis hostē torquebat. Neque
ferre id diutius valens, ad consuetas artes conuertitur,
fraudes ei & insidias struens, & simpliciter mala dete-
stantem supplantare ac vincere cupiens, qui inde ab ini-
tio semper bonis obstat. At simili prorsus modo repul-
sus est: tutus enim cælesti ope armisque virtutum erat
Ioannes.

10 Aliud igitur ipsi bellum infert, bellum sanè gra-
ue & formidolosum. Reducit enim illi in memoriam
parentum amorem, patris viscera, doloris matris, cete-
rasque naturæ necessitates. Ad desiderium eum prouo-
cat carissimi omnibus & dulcissimi parentum conspe-
ctus. Iamque altè adolescentis animo, eorum amor im-
pressus, consumebat eius corpus, & validè macerabat,
multa abstinentiâ confectionum, vt mors iam illi immine-
re videtur. Igitur familie Præses, ita ipsum extenua-
tum cernens, nimiam eius reprehendebat inediā, hanc
oc̄casione[m]

*ea lucta
ferè continua
defens,*

*petit fa-
cilitatem
desiderendi:*

*precibus
pro eo indi-
cis,*

*animatus
ab Abate
distedit:*

occasione esse tabis existimans, afferens, violentas si-
bi manus inferre; non virtutis esse, sed summa omni-
mentia. Hic verò ex veritate viuens, omnisque frau-
dis ac simulationis expers; Non ex abstinentia, inquit. ô
Pater, nimièque austerritate est tabes corporis mei; sed à
bello certè grauissimo, quod ex ipsa mihi natura, is qui
à Superis bello pulsus est, hostis intulit. Ad desiderium
enim nescio quo modo parentum me commouens, mi-
hiique acrem illos videndi cupiditatem iniiciens confi-
cit, vt perspicere potes, & consumit me, quemadmo-
dum ab igne liquefit cera, & capere omnino vel breu-
issimam quietem mihi mentem non patitur. Propterea te
oro, Pater, vt mihi ad eos redditum permittas. Hostis e-
niam sperauit hoc modo supplantare me, & perturbare
gressus meos ad Deum tendentes. Ego verò confido
sanctis tuis precibus fore, vt & parentum videndorum
desiderium expleam, & hostis, pugnante mecum Christo,
non modò spem infringam, sed & cladem illi in-
feram.

His præter omnem spem auditis, monasterij An-
tistes, vehementer omnino perculsus, cœpit priorem illi
feruorem ad memoriam reuocare: quomodo & ipse in-
exorabilis fuerit primùm, neque admittere eum in mo-
nasterium voluerit: qualia ad ipsum verba fecerit: qualia
eum præmonuerit, quæque sit adhortatus. Deinde ali-
quantulum subfistens & dictis illacrymans, atque hoc
edens animi interius affliti argumentum; diluculò suos
conuocat monachos, & in commune omnibus pro ipso
precatis, amarum quid suspirans & confusus, in vberes
prorupit lacrymas. Talem enim Ioannes eius animo de-
siderij stimulorum infixerat: eratque reuera ovis pastori
desiderabilis & induulta. Proficisci, inquit, ô fili, Deo
huius itineris rectore ac duce, ex mandato eius ac vo-
luntate. Ille propter se vnum omnibus simul Fratribus
plorantibus complorans, nec veluti se dimittentes di-
mittens, sed parentum desiderio & inuitus ab illis di-
uulsus, & tyrannidis portiū opus quām propositi sui ra-
tus, singulos complexus & iis lugentibus, vehementi &
ipse tristitia oppressus à monasterio discedit; identidem
ad illud respectans, donec ex oculis tandem subractum
est, memoriam interim spiritualium quæ in eo suscipiuntur
certaminum, & suauissimæ Fratrum consuetudinis
viscera illi effidente.

12 Ut videri illi monasterium omnino desit, statim
resumit animum, seleque ex omni illo colligit mærore
ac perturbatione. Tum pauperem quemdam pannis ob-
vestes cum
paupere
commuat.

12 Ut videri illi monasterium omnino desit, statim resumit animum, seleque ex omni illo colligit mærore ac perturbatione. Tum pauperem quemdam pannis ob- vestes cum paupere commuat.

Exuit deinde se tunica, eaque pauperem induit. Pannos verò illius sibi sumit: iamque diffusa illa lacernâ, mendicus verò eius erat ueste amictus; & lætabatur vterque, hic præsentia intuens, sperata ille, Christi imitando egestatem, & demissionem adamando.

C A P V T I V.

Vita sub tugurio in atrio parentum.

*Venit in
patriam:*

13 Am mare traicerat Ioannes, & paternæ domui proximus in solum se abiicit, animoque sursum ad Deum erecto, corde & oculis ad lacrymas commotis, Domine Deus, inquit, qui mirabilem hanc & concordem creaturam moderaris; qui cælum manu propriâ efformasti, sapiens tuum opus & illustre ac honorificum; qui amore in parentes naturæ indidisti fortē & inexpugnabilem, & te tamen pluris quām ipsam fieri naturam iussisti, vt & rationem ostenderes affectionibus naturalibus validiorem, & nobile animi propositum naturam vincere posse; qui propter sola corda nostra, cuncta creasti; cuius palpebra interrogant filios hominum; tu Domine nostri quod à puerò te lituit anima mea, & naturæ oblitus sum propter te, nec amoris parentum rationem habui; sed opes, honores, delicias tuâ causâ contempsi, omnia amori in te meo postponens. Ipse me

Tom. I.

nunc quoque, tyrannicum in morem à maligno affli- *Auctor*
etum, adiuua, & ne derelinquas me; sed complacet ti. *Anony-*
bi vt per ea generose eum prosternam, per quæ mihi ipse *MO,*
infidias struxit. *EX MS.*

GR. ECO.

14 Hæc Deum religiosè precatus, abiicit se vt men-
dicus & peregrinus ad parentum ianuam, ignotus o- *tace: adfo-*
mnino esse iis cupiens, quos sat ipse agnoscebat; atque *res domus*
ita sapientissimè mederi & vincere vim naturæ. Cùm *paternæ*
iam illuxisset, essentque atria de more patefacta, intuitus *ipsum* is qui curam *domus* gerebat, pannis miserè *oblitum* & ueste lacerum, ac fôrdidè adiacenter; Quis sit querit, & vnde venerit. Oblitterârat enim nimia cor-
poris tabes speciei illius notas, & omnia planè obscurâ-
rat indicia. Quomodo igitur, inquit, sic prostratus iaces ad introitum, per quem Domini mei egredi consueverunt? Ille pauperem se esse confitebatur, & uestem habebat; quæ hoc, ipso etiam racente, satis proderet. Indicabat etiam vietus indigentiam, ac teclit sub quo com-
moraret parentiam. Non igitur me repellas, inquit, (tui enim memor ero mendicus) sed miseratione meæ egestatis ductus, sine ita miserum in hoc me angulo ia-
cere. Talia dominus famulum rogabat, nec erubesc-
bat mendicationem, nec se dominum manifestabat; il-
lum imitari volens, qui diuitias Deitatis & dominatio- *in angulo*
nem in carnis paupertate occuluit: etenim erat etiam *paterni*
ipse eruditus corde in sapientiâ, quemadmodum canit *atrij com-*
Daud; & sapientem in malitiâ, intelligentiâ boni spiri- *moratur*
tus studebat destruere. Illum ergo miseratus paternæ *Pial. 89.*
domus curator ob vilem & omnino lacerum uestitum, & umbratilē illum ac tabidum aspectum digressus est, permitrens ut isthic commoraretur.

15 Iacebat igitur in atrio parentum filius, angusto *tugurium*
quodam tugurio tectus. Agon verò hic maior erat, *jubi ex-*
& Gymnasium quoddam inter se pugnantium, diuini *struit:*
amoris ac naturalis: naturalis quidem in egressu & in-
gressu patris eius ac matris, memoriam magis viuidam
commouentis, & ipsi versantis viscera & cor dissolu-
entis, ac suauiter blandientis, & in agnitionem vt ve-
niret cogentis; Diuini verò resistentis & in contrarium
abnentis, & animum ipsius vehementer concitatum, *ingentem*
& ad naturalia inclinantem, ratione quasi fræno cohi- *luctam pa-*
bentis, ac vietorem ita præter opinionem efficientis.
Qualem verò luctam habebat! Quos fluctus cordis sus-
tinebat, delicias seruos videns affluentes paterna in do-
mo, se autem esurientem, squalidum, tecti & amictus
egentem! Hæc forti animo ferebat Ioannes, Dei sele a-
more corroborans; ideoque continenter ita precabatur:
Dominator Domine, qui parentam hanc domum mihi
postliminiò aspicerem dedisti, & ipso parentum frui a-
spectu; qui meus verè pater & creator es; tu mihi vires
largire vt hostem superem tuâ virtute, ac penitus pro-
sternam; ne parentum desiderium tui me desiderio ex-
uat, ac spem in te meam infringat. Hæc & his similia
Deum orans annum integrum ad parentum limen exc-
git magnanimus ille, neglectus & contemptus: inimico
fortassis hunc ei despectum curante, vt grauius oppri-
meret magnum illum profectò & admirabilem eius ani-
mum.

16 Cùm integrum hic annum esset commoratus, o-
mniumque ludibrio expositus iacuisset; patientiam illius *ludibrio*
demirari pater cœpit, nec lenissimè suspicans se paren- *habetur:*
tem esse exulis illius, peregrini, tecto parentis, mendici.
Incessit ipsum deinde talis cogitatio; non esse rationi *cibos à pa-*
consentaneum, diuinum hominem in atrio suo iacere: & *rente sub-*
proptereā eius (filij nempe) sibi deinceps curam geren- *missos*
dam esse existimauit: ac cibos Ioanni copiosos quotidie
de suâ mensâ mirtebat. Ipse verò pauca quædam, quæ ad *distribuit*
necessariam corporis sustentationem vix sat essent, deli- *pauperi-*
bans, cetera largiebatur pauperibus, alios præ se cupiens *buss*
lautè vesci. Ac sic inediâ carnem maceravit suam vt in-
terior forma in exteriori specie veluti in speculo quodam
relucere propemodum videretur.

17 Mater verò acerbo dolore intima illi lancinante
viscera,

Auctore viscera, ignorabat eum propè adesse quo orbatam se querebatur; atque omnino ita affici animo refugiebat, ut ei post euenit. Grauis sanè matri, res & acerba, & multam post agnitionem penitentiam habens, neque tunc medelam admittens. Etenim quadam vice magnificè & splendide domo cum stipatoribus & pedissequis egrediens, vidit Ioannem putidâ tabe exhaustum, & lacris centonibus indutum, sordibus & squallore obsitum, tum tetricum nescio quid ex nimia inediâ, & agreste tuentem: & mox veluti malum quidpiam omen, desideratum (heu!) filium auersata; præcipit ductoribus ut è mediâ ipsum trahentes viâ in aliquem angulum sumpellî, ne moueant, ne multo, inquit, transeuntem me impleat fastidio. Hæc illa dicebat omnino ignara, eum se expellere quem medio in corde perpetuò ferebat: atque eum non sustinebat videre, quem non videns, ipsum dulcem ceteris solem amarum arbitrabatur luctuosumque spectaculum. Sic igitur Ioannes miserè electus est à materno conspectu: non tamen accubare ad dormum desiit: sed propè iterum iacebat, angustum tuguriolum, ut dimicimus, fabricatus.

Insigni patientiâ præditus,

à Christo se intra triduum moriturâ intelligit:

matrem ad eum euocat:

Matt. 25. 36.

Psalm 13. 6.

cunctan- tem, ite- rum rogari curat ut veniat:

fore, 25. 36.

C A P V T V.

Colloquium cum matre. Euangelia ei reddita.

18 **T**ertiū sic annum perseuerauit athleta ab amore parentum validè impugnatus & ab ipsis expulsus, à domesticis sine commiseratione despctus, à seruis iniuriis affectus, &c, quod omnium maximè intolerabile, à matre abominationi habitus. Et nec ita abiectus magnus hic vel acerbū lamentari, vel verbum ad mouendam commiserationem proferre, vel omnino explicare familiam, in animum induxit. Hoc enim mirum sanè, quod quos desiderabat, & à quibus ipse amplius expectebatur, ab his per ignorantiam execrationi habitus, expulsus, & verbo sc̄le valens expedite, patienter tolerabat omnia, bellō naturae tam difficiē se opponens. Hæc videns occulorum inspectio Deus, secundūm quietem ei apparuit, & benignissimè salutato mortem intra triduum denuntiat, & copiosa laborum præmia, præclaras coronas, & honorificam absolutamque remunerationem promittit. Experrectus autem statim flere præ voluptate affectuose ac dulciter cœpit; ac simul gratias agere Deo pro felici illo nuntio ac visione, simul & pro parentibus ex animo orare.

19 Deinde accersit familiae præfectum, rogatque ut hæc Dominat referat: Pauper ille, qui ante vestibulum iacet, per tuam te benignitatem obtestatur ne propter vitalitatem & inopiam suam verearis ad eum accedere, Christum reuerteri qui figuram eius induit, quem nosti is qui à dexteris stant perpicue dicere: Infirmus & pauper etiam, & visitasti me: præterquam quod & est mihi, inquit, ad te sermo, qui non otiosus, scio, nec inutilis videbitur. Ille verò his egeni verbis induetus cuncta Domina indicat. Quæ secum diu multumque considerat, quid tandem esset sibi pauper ille dicturus: rem simul vitro renuntiat, & an conueniat sibi illa pauperis visitatio sciscitur: qui mox vt ad pauperem audeat horatur, &c, Pauperes, inquit, ô mulier, Deus elegit. Cùm verò differret illa ac cunctaretur, & quod diuinus ait David, consilium inopis erubesceret, (res enim contemplata vir pauper, et si quid habeat studio dignum, multoſerum rogari curat ut veniat) Ioannes sentiens appropinquantem & propè iam in ianuis mortem, etiam post mortem humiliis esse & abiectus, omniq[ue] carere honore cupiebat, vt post paullò dicetur, iterum hæc matri renuntiat: Iam ultimam in eo peregrinationem. Te verò, si me iam asperstu noī dignaris, sera tandem & inutilis subibit poenitudo. Tunc mater multa ratiocinari, num quid sibi tandem necessarium esset dicturus: ipsum enim eam cor quodammodo feriebat, sollicitam an de carissimo filio sibi pauper quidpiam posset nuntiare.

20 Imperat ergo quibusdam ministrorum vt pauperem adducatur ad eam Ioannes, iamque proximus matri filius, desiderantem vicissim desiderans, mutuo oculorum coniectu salutantem resalutans; adhuc tamen continebat linguam & animum, & naturæ impetum reprimebat. Magnus profectò & admirabilis animus. Deinde humili voce ac specie, Quæ à vobis, inquit, in me pauperem & peregrinum collata sunt, ea ad communem Dominum scitis pertransire; ipsius enim hæc vox est: Quodcumque feceritis vni de fratribus istis minimis, mihi fecistis. Quoniam verò iam mihi vita finis instat, ultimum hoc à te petere coram Deo omnium scrutatore ac teste volo: Ne aliis me mortuum funeralibus, neu in alio loco sepe- laceria suis lassias; sed his ipsis, vt nunc sum, laceris pannis inuolui pa- & tugurie bus construxi. Assensa est mater, fidemque ei certam dedit, nequaquam se matrem rata. Hoc enim illius prouiderat mens, ad fidem faciendam occasionem arripe- re priusquam agnosceretur.

21 Hæc igitur pauper spiritu obtestatus & consecutus, dat ipsis Euangelium: Sit hoc vobis, inquit, tibi ac Domino meo coniugi tuo, tutum in hac mortali vita: præsidium, & futurae pignus salutis. Libenter ac benignè id mater ab eo accepit. Mirabatur verò vehementer vnde & quomodo tale quid pauperi illi obtigisset. Cùm igitur sus deque librum versaret manibus; Valde, inquit, hic similis est ei quem olim Ioanni comparaui- mus: & simul in mentem reuocauit filium; dolorque innovatus est, atque eum affectuose inclamabat, & va- lidius incendebat luctum. Et nec sic Ioannes naturæ suc- cubuit, vt familiam confiteretur. Serò igitur & vix sci- psam colligens mater, ad coniugem suum se confert, donum ostendit, atque admodum similem hunc caris- simi sui libro esse ait, vel eumdem certè quem ei cura- rint. Vt eum ille vidit, illicè agnouit, commotumque ei contremuit cor, &c, Hic ille est, ô mulier, ait, & nequaquam alius; sed idem ipse, quem nos aliquando carissi- mo filio comparauius. Sed pauperem illum aedamus, pater li- & quæramus, vnde & quomodo hunc sit consecutus, brum olim filio datus quantumque fluxerit temporis ex quo dominus eius ef- agnoscit. fectus est. Citò enim & aliud, quod inquirimus, ex ipso intelligemus.

C A P V T VI.

Manifestatio sui. Obitus. Sepultura.

22 **C**ontinuò igitur ad Ioannem accedentes interrogant, discutunt, iuramento adstringunt, vt cuncta sincerè aperiat, & nihil ipsis celet. Ille fini iam propinquus, atque ita præuentus, maximè cauens ne periuero caperetur, altè ac flebiliter ingemiscens, atque in lacrymas effusus, verè affectionibus humanis fortior, latentem ipsis Ioannem detegit: Ego sum diu vobis que- situs, inquit, Joannes; atque hoc Euangelium ipsum illud est, quod vos circa meum à vobis discessum petenti comparastis. Quibus pater & mater intellectis, accuratè filij indicia oculis obleruant, certoque ipsum ex vultu, voce, aliisque signis agnoscentes, penè linquebantur ani- mis, latitâ simul & luctu immenso oppressi; latitâ qui- dem, quod sic expertum sibi reperissent; dolore verò, quod simul ac reperissent, è mediis ipsum manibus a- mitterent.

23 Itaque extrellum illum iam complexi, eiique cir- flebiliter eumfusi, magno eum affectu inquitabunt comploran- parentum tes: O expetite multum, inquietabunt, ac luctuose nobis vocibus filii! ô viscerum dissolutio! ô parentum vulnus! ô aculeus medio cordi penitus infixus! vt nobis iam repertus a- cerbius, quād prius amissus animum sauciasti! Tunc enim ab blandiebatur aliqua nobis spes reditus, & ve- hementia doloris spei dulcedine leniebatur; nunc autem & ipsum tollis nobis spes solatium, ac si idem repertus fore,

fores, vt nos amplius excrucias, vtque solūm ostēderes desperatum tuum redditum. Vtinam tacitus mortuus essemus! Vtinam moriens vt viuens, sic latuissēs! Sic enim non acutiorē nobis affectū fecissemus; non latius inflixissēs vulnus. O inuentio iacturā infortunatior! O expectati conspectus, cupidos frustrati! Oportebat certē vel à redditū statim agnoscī, vt esset occasio lātitiæ; ne dolorem dolor, sed voluptas aliqua exciperet; vel ignotum mori. Iam verò etiam animi pendemus, vtrum priùs deceat, redditū lātari an mortem deplorare. O nos miserorum miserrimos! Quomodò, quem vbique terrarum quārebamus, hunc in manib⁹ habentes expulimus? O siderum orbis! ô omnium inspektor sol, tale videre sustinēs spectaculum? Quæ gemituum acerbitas, qui fontes lacrymarum ad tantum sufficient dolorem? Oportebat fili, & parentes discessus comites tibi accipere, vt & via munus haberemus carissimi societatem, & quos non exiguo tempore lātitiā de te speratā priuasti, lacrymis etiam liberares pro te fundendis. Nunc autem quis lapis, quod ferrum, qualis natura vsquam tantum mali pondus feret?

24 Et iij quidem hæc & alia, quæ affectus suggerebat, filio circumfusi loquebantur, ac lamentationem ad horas quatuor protrahebant. Ad ipsum verò paullatim mors accedens sensum eripuit. Mox & ipsam, præclarus viator, animam inter parentum caras manus efflauit, Vrbem autem vniuersam noua quædam & varia inuasit affectio, voluptas, admiratio, lacrymæ. Gaudebant super adolescentis præclari inuentione: mirabantur inuictam longanimitatem pugilis: lugebant cum parentibus optatissimi filij mortem.

Mater pre- 25 Matet denique mandata filij oblita, aut certè a-
tiosâ eum more erga ipsum victa, mox eum laceris illis pannis
veste in- exuit, nitidâ induit veste ac splendidâ: at statim mem-
duens, pa- brorum eam paralysis inuasit, castigante facinus filio. O
rvalysi per- feruentem erga Christum amorem; quod & ipsa certa-
cuitur: minum symbola propter eum multò cariora athletæ,
quàm mater ipsa, fuisse videtur! Pater igitur coniugem
sic constitutam cernens, filij mandata ei reuocat ad me-
antiquâ moriam: & simul atque filius pretiosis exutus vestibus,
Lacernâ consuetis indutus, mater paralysi expedita est. Ita filius
redditâ fa- parentum quodammodo censor & admonitor fuit; si-
natur. gnificantे ut videtur Deo, non parentum modò iussa
filiis obseruanda, sed etiam parentibus filiorum mo-
rientium petitiones, quando ea ad Dei honorem per-
tinent.

26 Sepultus est ergo strenuus luctator in ipso tugurio, vti petierat. Sciebat enim talēm humilitatem longè faciliūs, quām eximiam claritatem ad superna pertingere tabernacula. Templum deinde ei à parentibus exstrūctum est, omniaque eius gesta ab ingressu in monasterium, publicè innotuēre.

Parentes sua omnia in pias causas expendunt. 27 Post hæc eius quoque parentes rebus suis optimè ordinatis vitâ excesserunt, facultatum suarum parte templo consecrata, parte in egentes erogatâ, vt arbor ipsa etiam aliquid haberet fructus suo contentaneum, ad gloriam Dei & Patris Domini nostri Iesu Christi, cui debetur omnis honor, imperium, magnificientia, ac maiestas, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

ALIA VITA

è ms. Greco versa à Card. Sirleto,
edita à Lipomano & Surio.

C A P V T I.

*S. Ioannis educatio. desiderium vitæ
monastice.*



Viri iusti & perfecti vitam, honestè, purè, & cum virtute actam, vobis qui concordes in hunc locum conuenistis, narrare in animo habeo: vixit enim ille temporibus nostris. Qui cùm huius vi-
ta negotia singulari sapientiâ, & in Christum, fide ac pietate contempsisset, cælestia bona consecutus est. Res ipsa cuiusmodi sit, narratione hac explicabitur.

2 Fuit in urbe Româ vir quidam valde diues, & dignitate illâ præditus, quâ iij sunt, qui exercitus ducunt. Nomen viro illi erat Eutropius: eius autem coniunctus Theodora vocabatur. Is habuit tres filios, eis quibus duo ciuilibus magistratibus ab ipso occupati erant. Qui vero natu erat minor, Ioannes appellabatur. Eum ad litteras discendas pater magistro tradidit. Itaque cum primas eruditionis litteras didicisset, ad Rhetoricos & Philosophicos libros cognoscendos se traduxit. Cum vero duo-decimum annum ageret, & omnia ferè perfectè didicisset, ed quodd boni & elegantis ingenij esset puer; cumque Christi fidem fernaret, præter cetera sanctis ecclesiis vacabat, neque horam unam à libris discedebat, ita ut Grammatici homines adolescentuli perseuerantiam obstupescerent.

3 Quodam autem die Abbas quidam est superioribus partibus ex venerabili eorum monasterio, qui vocantur Accemeti, eò quod numquam cubare soliti sunt, cum votum fecisset, ut Hierosolymam proficiseretur, venit in eam domum, in qua Ioannes docebat, & eos qui illam habitabant, exorauit, ut apud ipsos diuersari posset. Eius viri habitum, & exercitationis institutionem, cum B. Ioannes vidisset, à sancto Spiritu inflaminatus, cœperit ab eo querere, unde nam esset, quod iret, & quam foret exercitationis ratio, quā monasterium illud, è quo discesserat, teneret. Monachus igitur ille à puerō interrogatus, omnēm vitam & exercitationis regulam enarravit. Patefecit autem & res suas, quod scilicet devotionis causā Hierosolymam proficiseretur, ut illic Deum oraret, & sancta loca veneraretur, ac rursus in sanctū monasterium, è quo discesserat, rediret.

4 Hæc cùm Ioannes audiisset, manu apprehendit *desiderat* monachum illum, & seorsum duxit, ac iure iurando val- *fieri mo-*
dè horribili eum adstrinxit, vt postquam iter illud per- *nachus*
fecisset, ad eum rediret; vt secum vñâ ipsum ad sanctum
illud monasterium duceret. Tunc dicebat illi B. Ioan-
nes: Audi, quæso, mi Abba, & mei commiseratio te tan-
gat. Nam parentes mei, cùm me præter ceteros fratres,
& alios omnes domesticos diligent, & eruditio nis ac
doctrinæ litteris plurimis me instituendum curent, co-
gitant ad magnum aliquem dignitatis gradum me ex-
tollere. Ut enim dicit Dominus & pater meus, vult me
prouchere ad dignitatem aliquam, quæ maior sit, quam
gradus ille est, quem Tribuni militares obtinent. Post
hæc omnino me nuptiis copulare in animo habet. Sed
ego partim in sanctam ecclesiam veniens, partim ex iis,
quæ legi, & mecum ipse cogitau, res omnes, quæ in hæc
vitâ sunt, vanas esse cognoui, & illum solum saluum esse,
qui huius vitæ rebus contemptis, constanter in isto
vestro habitu Christo seruit. Quamobrem à te supplex
peto, Domine, vt me ducas, & in illo sancto monasterio
connumerem. Hæc cùm audiisset monachus ille, iure-

Ex Lipo; iurando se redditum promisit, & eum secum vna in manu. monasterium ducentum.

Librum Euangeliorum petit à parentibus: ^{accipit valde prætiosum.} Cùm ita igitur inter se conuenissent, uterque in suam viam abit. Cùm verò monachus ille discessisset, hæc secum B. Ioannes dicebat: Inter ea hoc primum factum: à meis parentibus sanctum Euangeliorum librum petam, ex quo Christi traditiones edificam, & quomodo possim ea facere, quæ Christo grata sunt. Itaque parentes adiens, Non possum, inquit, præ pudore in gymnasium ire, cùm omnes, qui mecum vna litteras discutunt, postquam res illas expedierint, que in gymnasio exercentur, secum habeant Euangelia, & sedentes ea legat: at ego talis sum, quasi unus ex iis, qui parentes non habent, cùm Euangelii caream. Itaque supplex à vobis peto, Domini mei, ut mihi quoque iubatis Euangelium dari, quod & ipse illud in manibus meis habens edificam. Hæc cùm eius mater audiuisset, valde latata est, quod eius filius tanto discendi studio teneretur; & cum viro collocuta, Age, inquit, Domine mihi cura, ut talis Euangeliorum liber conscribatur, & filio nostro detur, qui non solum litterarum figuris, & his quæ intus scripta habuerit, desiderium filio commoueat, sed etiam ipsius conglutinatione & exteriori specie ita pulcher sit, ut eius desiderium magis excitet. Statim verò eius pater inslit aurifex vocari, ei que dixit, ut tantum pecunia sumeretur quantum satis esset ad Euangeliorum librum filio conglutinandum. Aurifex igitur cùm quingenta numismata, & pretiosos lapillos ac margaritas lumpisset, librum Ioanni conglutinavit. Cùm verò Euangelium ipse Ioannes accepisset, & in manibus teneret, studiosè illud didicit, expectans quoad monachus, de quo supradictum est, reuteretur.

C A P V T I I.

Fuga ad monasterium Accemetorum.

Statuit cum monacho clæ discedere: Interuerso temporis monachus ille reuersus est, quemadmodum se facturum promiserat. Quem cùm vidisset Ioannes, valde gauisus est, & occurrens animo admodum lateo, eum amplexus, his verbis affatus est: Domine mihi, parentum meorum affectum & niam ipsorum in me benevolentiam nemo scit ut ego ipse. Noui enim matrem meam præcipue talem in me esse, ut si quid huiusmodi præsenferit, lacrymis suis propositi mei cursum impedit. Itaque te precor, ut tacite discedamus, ne quis id sciat, quod facimus. Tum monachus, inquit, fili, quod vis: votis enim tuis Deus satisfaciat. Itaque Ioannes secum ducens monachum illum, ad fluminis ripam accessit, & nauclero quodam inuenito, ait: Rogamus te, frater, ut liceat nobis nauigium tuum conducere, quo ad eorum monasterium, qui Accemeti vocantur, nos vehas. *Quibus ille, Ego, inquit, proptereà hic sedeo, ut onus aliquod capiam, & nauigium meum impleam, centumq; nummi sint ipsius merces.* Tunc Ioannes dixit: Expecta frater usque ad tertium diem, & à me nauigium conductetur. Cùm ita quærit nauigandi inter se conuenissent, discesserunt. Tuncque Ioannes dixit monacho: Multa erit merces, quæ nauigium hoc tatem: conductitur: illud autem consilium valde placet, ut rationem ineamus, quæ parentes discessum meum non impedian. Ibo igitur, & aliquâ fictâ excusatione à parentibus meis petam, ut mihi pecuniana largiantur: eâ verò nautigium cōducemus. Tum monachus: Vade fili: Dominus dirigat omne tuum consilium bonum.

pecuniam in nauigium necesse à parentibus extorquet: 7 Venit igitur Ioannes, & matri sua dixit: Mater mea Domina, quæ ab initio ita me educasti, ut paucæ admodum matres filios suos educarunt, & propter summa tuam in me benevolentiam, quicquid ipse optari ui, mihi præstitisti; vnum est, quod præterea ego à te ac patre meo poto, idque vestra gloriae causâ exopto. Ad hæc mater, Pete, inquit, fili, quicquid vis. Tum Ioannes: Mater mea Domina, omnes pueri, qui sunt in gy-

mnasio, non semel tantum atque iterum, sed saepius me in conuiuum vocarunt: ego cùm illos similiter accipere non valeam, in gymnasium ire non possum: ita pudore multo perfundor. At illa: Expecta, fili, hodiernum diem, & ego patri tuo persuadebo, ut tibi det pecuniam, quæ inuitare possis, quo cumque velis. Hæc dixit mater, & absente filio, singula viro suo narravit, quæ à Ioanne acceperat. Cui vir: Demus, inquit, illi centum aureos nummos, & puerum qui eum custodiat & obseruet, ne quo modo adolescens proclivior evadat, & in sordidum ac turpem aliquem usum pecuniam conferat atque consumat. Placuit utriusque consilium illud.

8 Cùm igitur Ioannem accessisset, dederunt illi pecuniam, & puerum custodem. Ioannes verò, acceptis centum illis aureis nummis, eâ re valde gaudens, ad monachum venit vna cum puer illo, & ait: Mi Domine, nauigium hic homo meus est: ipse tecum hinc manebit: ego verò ad socios meos adibo, ut ab ipsis audiam certum diem, quo illos in conuiuum accepturus sim. Abiit igitur, & secum habens pecuniam, nauigij dominum adiit, ac dixit: Rogo te, frater, ut mihi & monacho tantum nauigium loces. Cui nauigij dominus, Duxi, inquit, tibi multâ mercede nauigium conduci: quod si expectetis, vos vna cum reliquis oneribus accipiam. Tunc illi Ioannes: Accipe à me mercedem tuam, modò nos saluos peruehas. Hoc cùm dixisset, centum nummos aureos ei numeravit. Quos cùm daret, Rogo, inquit, te frater, ut cælum ipsum benè inspicias, cumque is ventus flare incipiat, qui ad nos vehendos idoneus esse possit, tunc in nauigio tuo stans, nosipso nutu voces: suspectos enim habemus quosdam homines, & fugâ vti volumus. Tum ille centum aureis nummis acceptis, valde latatus, dixit: Vade, Domine mihi, & securus esto, quod vos incolumes perueham. Abiit igitur Ioannes, & monacho rem narravit clam puer illo, quem pater custodem apposuerat.

9 Post aliud temporis interuallum, Ioannes monacho, & puer dixit: Eamus ad fluminis ripam, eò quod intra duos dies futurum est, ut ego sodales meos *clam ann* in conuiuum accipiam, vnde boni alicuius piscis obso-fugient *custode à* nio indigemus. Cùm igitur eò venissent, Dei voluntate *so dimiss*. factum est, ut ventus nauigationi accommodatus flare cœperit. Itaque nauclerus è nauigio ipso crebris nutibus illos vocabat. Cùm verò puerum ipsum, si ibi maneret, latere non possent, ei dixerunt: Abi puer in gymnasium, & vides, quid adolescentes illi faciant, & redi huc, vbi nos inuenies. Abiit puer. Ioannes verò & monachus nauigium concenderunt, & illinc nauigantes, ad sanctum illud monasterium incolumes vecti sunt.

C A P V T I II.

Vita monastica. Desiderium reuendendi parentes.

10 *Narravit autem monachus ille Fratribus totum id, quod verum erat, & quanta esset pueri fides.* Quem cùm Archimandrita inspexisset, Nimiūm, inquit, adolescentes es, ô fili: nobis autem mos est, ut qui monastica vitam profiteri velit, quadraginta dies apud monasterium maneat, & cùm exercitationis nostra regulâ considerauerit, ita toneatur. Ad hæc Ioannes: Ob-testor te per purissimam Trinitatem, ut hodie me ton-*Tondeatur,* & habitu deas, quoniam isto Angelico habitu indui vehementer *monastico* *induitur:* cupio ac studeo. Tunc Archimandrita puer illi benedixit, cumque eum totondisset, habitu induit. Ipse verò multo studio & animi alacritate, exercitationi monasticae vacabat, Deum ipsum nocte & die precans. Mansit autem annis sex in monasterio illo, & omnibus qui illic erant, exemplo fuit, quo pacto humilitatem exercere, ac Deum ipsum orare deberent.

11 Talem autem continentiam sibi prescrivit, ut nihil aliud gustaret, nisi pretiosum Christi corpus & sanguinem *mirâ abf* *tinentia* *guinem*

guinem, ita ut Archimandrita ille miraretur, ac diceret: Tu quidem adhuc puer multum laboris tibi ipse impo-
suisti: itaque corpus tuum imbecillus efficitur, quam ut
diuinæ gloriæ ministerio sufficere possit: continentia
enim, ieiunium, & vigilia multæ ipsum corrumpunt.

tentatur parentum desiderio:

12 Iam verò bonarum rerum hostis diabolus, cùm adolescentis illius studium multum & sancti propositi cursum intentum videret, vehementer contra illum furere coepit. In quem cùm acerbissimè affectus esset, & generosam eius mentem & cogitationes superare, & à Christi spe remouere non posset, talē mōrem, & tantum parentum desiderium in eius adolescentis mentem iniecit, vt nocte & die de illis cogitaret, & ante oculos haberet, quanto comitatu ac seruorum ministerio parentes vteretur: denique omnem vitæ huius fallaciam ac vanitatem propositam habebat. Itaque multis ieiuniis, vigiliis, & nimio parentum desiderio factum est, vt eius corpus non caro, sed instar ymbræ tenue videretur. Archimandrita verò cùm adolescentem ita extenuatum atque afflictum vidisset, vt iamiam è viuis excessurus putaretur: An non tibi dixi, inquit, fili Ioannes, Deum ipsum hoc tantum à seruis suis postulare, vt eum pro viribus colant? Tu verò supra vires tuas istā exercitationē vtens, teipsum nimis extenuatum & gracilem reddidisti. Ad hac Ioannes: Scito, Pater, non ieiuniis me domari, sed peccata mea impedimentum mihi afferre. Multis enim abhinc diebus bonarum rerum inimicus diabolus cor meum conturbauit, & parentum ac videndæ familiæ meæ desiderium animo meo suggestit: neque perditus hic hostis illud videt, quod, Deo meo volente, & vestris precibus mihi opitulantibus, quamvis ad videndos parentes meos profectus fuero, ipsum tamen conculcabo, & eius conatum imbecillum atque inanem esse ostendam. Tum illi Archimandrita: Nonne, inquit, fili, tibi dixi, cùm primū monasticā professione initiari voluisti, nostræ huius exercitationis certamen magnum, & laborem multū esse? Hæc cùm dixisset, & adolescentis causā lacrymatus esset, ei benedixit.

obtinet ab eo facultatem discendi,

13 Postero autem die Ioannes Archimandritam adiit, cumque ad eius pedes se abiecisset ipsum rogauit, ne sibi succenseret, sed pro se Deum precaretur, & concederet abire, & parentes videre, eaque ratione diabolum, Domino adiuuante, conculcare. Archimandrita cùm omnes Fratres, qui erant in monasterio illo, congregasset, & attentis precibus pro adolescente illo Deum orauisset, cum gemitu & lacrymis, Vade, inquit, fili, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & tecum vna ve- nientem habeas Dominum Iesum Christum, qui te du- cat in viâ istâ, prout ipse vult. Ioannes verò cùm è terrâ surrexisset, Fratres omnes obetuendo, genibus flexis, pe- titi à singulis, vt extensis manibus illi benedicent: & ita eos salutans, Salui estote, inquit, omnes Patres & Fratres: salua esto laudabilis & sancta societas; quæ me bene suscepisti: ego omnino vestro tec̄to indignus sum.

C A P V T I V.

Reditus ad aedes paternas. Habitatio sub tugurio.

Abscedit à monasterio flens:

14 CVM igitur à sanctis illis Patribus Deo commen-
datus esset, exiit è monasterio illo, & ab eius ianuâ longius progressus, se conuertens, & sanctum mo-
nasterium adspiciens, tristem atque acerbum gemitum emisit, & flexis genibus, Deum ipsum sic orauit, vt eius lacrymæ in terram defluxerint: atque ita finitima illam regionem salutauit, & lacrymas non intermittens, discessit, iterque suum fecit. Cùm verò dimidium itineris confecisset, vidi inopem quemdam hominem lacerâ veste indutum, cui dixit: Salve, frater, & via comes. An placet, vt vna iter faciamus? Maximè, inquit ille, gratum mihi hoc est. Cùm verò vna iter facerent, Ioannes ait:

Tom. I.

Video te, frater, vestem tam laceram habere, vt illam Ex Libro ferre non possis: te igitur rogo, vt veste istâ te exuas, MANO. & meam capias: ego autem tuâ me induam. Cumque mutat ut ad locum quemdam venissem, vicissim se salutantes, finem cum paupere:

15 Cùm verò Ioannes edo venisset, vnde parentum suorum sēdem è regione prospiciebat, seipsum in terram deiécit, & Deum ita precabatur: Domine Iesu Christe, ne derelinquas me. Cumque ad multam noctem parentum suorum ianuam adiisset, rursus in terram prostratus ac lugens, Deum ita precatus est: Domine Iesu Christe, en parentum meorum domus, quam mihi offendisti: sed ne à gratiâ tuâ decidam, da mihi, quæso, vt superato diabolo, hoc in loco benè moriens, non amplius tentationem aliquam patiar. Mansit itaque illuc to- nta nocte illâ.

16 Vt verò dies illuxit, atrij fores patefactæ sunt, vt solebant, edo quod eius parentes paulo post egressuri es in angulo sent. Exiit autem familiae Praefectus, qui cùm ipsum la- cerâ veste indutum vidisset, Quis, inquit, tu es, & vide- nā, & quare cùm talis sis, huc accedere ausus es? Discede isthinc, quoniam domini mei egressuri sunt. Tum Ioannes: Quæso, Domine, vt misericordiâ me profe- quaris: sum enim homo pauper. Sine igitur me in hoc angulo manere, (nihil enim mali facio) atque huius rei mercedem à Deo ipso expecta, si me pauperem ad huius atrij fores manere permittas. Permisit ille, & abiit.

17 Exierunt autem eius parentes in atrium. Quos cùm Ioannes vidisset, totus lacrymis repletus est, ac le- à patre patientiam cum dixit: En diabole, & parentes meos, Deo ita volen- eius mira- te, adspexi, & sagittas tuas ardentes contemno, Christi to cibos ope adiutus. Ac rursus dixit, Domine Iesu Christe, ne accipit: derelinquas me. Et manebat in illo angulo. Ceperit au- tem eius pater è mensâ suâ cibum illi mittere, dicens: Huius pauperis patientia multa est: quippe qui in tantis pluviis, & multâ glacie tam patienter ac fortiter in hoc atrio commoratur. Potest Deus ipse per hominem hunc nobis salutem afferre. Omnino enim propterea hu- missus fuit homo iste, vt & nos per illum salutem asse- quamur.

18 Exiens autem domo quodam die mater illius, cùm eum ita abiecatum vidisset, indignans substitit, quod tamquam horrénum aliquid videre sibi visa esset, & ad iussu ma- tris longius pueros suos conuersa: Auferte, inquit, isthinc hominem tur: istum, quod non possum illo sic faciente transire. Statim igitur serui hominem illutum vi pertraxerunt. Cùm verò tugurium aliquantulum à foribus illis longè abesset, manebat illic, sibi ex- neque aliquid discedebat. Egregient autem aliquando frui petite familie Praefecto: Rogo te, inquit Ioannes, vt quemadmodum initio misericordiâ me prosecutus es, ita & nunc paruum aliquod tugurium mihi construas, vt à glacie defendi possim, neque à vestrâ dominâ vñquam videar. Hæc cùm ille audiuisset, nihil moratus, paruum quoddam tugurium ei composuit: in quo manebat, Deum orans. Ei autem pater quotidie cibum mittebat. Verum quæ à patre mittebantur, pauperibus ipse distri- cibū suum buebat, ex eis non edens, neque bibens, ita vt omnes dat paupe- ribus.

eius corpus sic extenuatum erat, vt ossium compages numerari possent: tantâ continentia se affixerat.

C A P V T V.

Manifestatio sui. Mors. Sepultura.

19 Tertio autem post anno, cùm benignus Deus multum eius laborem adspexit, eumque vir- A Christo tutis exercitatione perfectum vidisset, apparuit ipsi & sibi appa- dixit: Salve Ioannes, qui reuerâ hoc nomine appellaris, rence mor- eo enim, quod fecisti, te illi Ioanni, qui virgo fuit, simi- tē inflan- tem intel- ligit: Tuæ igitur exercitationis tempus, & laborum tuorum certamen compleatum est. Post tres dies ad me

S L F 3 venies,

Ex Lipo- venies, ad illam iustorum hominum requiem. Exper-
MANO. Cetus autem Ioannes flere cœpit, & Deum ita precari:
Ago tibi gratias, Domine Deus, quod me indignū ho-
minem illā iustorum requie dignum facere velis: sed
memento, quæso, & parentum meorum, & ipsos misé-
ricordiā prosequere, illorum peccata non reputans, sed
telens, quoniam solus tu clemens es & misericors.

20 Cumq[ue] has preces compleuiss[et], prædictum fa-
miliae Præfectum ad se accersitum, sic affatus est: Quem-
admodum ab initio usque ad hanc horam misericordiā
me prosecutus es, ita, quæso, & nunc facias. Vnum est,
quod à te peto, ut meis verbis domine vestræ significe-
trem adiutoriū. At ille: Age, inquit, dic, si quid vis. Tum Ioannes:
Eas igitur, & illi hæc dicas: Pauper ille, quem ad fores
iacentem expellere iussisti, per me à te petit, ne superbo
animo pauperem inopem despicias, Iesum Christū Do-
minus respiciens, sed patienter digneris ad eum acce-
dere, quippe qui habet quædam tibi dicere. Abiit ille, &
dominiā suā nuntiauit quæ à Ioanne accepatur. Tum illa:
Num, inquit, aliquid est, quod pauper iste mihi ha-
beat dicere, quæ non possum ad eum actedete, neque
ipsum adspicere? Virum autem suum adiit, & ipsi hæc
significauit. Cui ille dixit: Abi vxor mea, & pauperem
ne despicias: pauperes enim Deus elegit. At illa adhuc
iter suum differebat. Rursus Ioannes ad eam misit, qui
eius verbis diceret: Post tres dies ego moriar: at tu si hu-
c venire, & me videre nolueris, postremo teipsum pœni-
tebit. Illa cùm de eius morte auditisset, exiit, & pueris
suis præcepit, ut pauperem illum ad se ferrent.

21 Ille verò cùm esset contextus, agnoscí non poter-
at, sed hæc dixit: Merces tua, ô Domina, completa est,
sicut Dominus dixit in Euangeliis suis, quo loco ait:
Matth. 25. Quæcumque feceritis vni ex istis fratribus meis mini-
40. mis, & mihi fecistis. Ego verò, ut pauper & nihil habēs,
benedictionem quamdam tibi volo derelinquere: sed
petit iisde-
in vestibus, & ita benedictionem accipias. Iurauit illa se obseruatū-
& locatu-
guri⁹ sepe-
liri:
iureirando promittas velim, te facturam quæ dixerō,
obtestor, per quem & tu iurasti, ne iubeas me aliâ veste
rectum sepeliri, nisi hac ipsâ, quam nunc habeo: & in
hoc ipso loco, ubi tugurium meum est, facias me huma-
ri: quoniam neque aliis vestibus, neque nobiliore ali-
quo loco ego dignus sum. Hæc cùm dixisset, illi Euan-

gelium tradidit, ac dixit: Hoc tibi in hac vitâ propugna-
culum, & illius futuri æui bonum tam tibi, quam Do-
mino meo viro tuo sit viaticum. Illa cùm Euangelium
acepisset, vnde illud versans, ait: Simile Euangelium ^{dat matri}
hoc illi est, quod olim Dominus meus filio nostro dedit. ^{Euang-}
Cucurrit igitur, & viro suo librum ostendit. Quem cùm ^{lium,}
ille agnouisset: Verè, inquit, Euangelium illud hoc est,
& non aliud. Sed vndenam ipse hoc habuit? Par est illum
interrogare; vbi nam sit filius noster Ioannes.

22 Cùm igitur ad ipsum venissent, dixerunt: Obte-
stamus te per purissimam Trinitatem, vt nobis verè di-
cas, vndenam Euangelium hoc haberis, & ubi sit filius ^{et se filium}
^{eius esse cō-}
^{fretur:}
noster Ioannes. Ille cùm lacrymarum vim fetre non
posset: Ego, inquit, sum Ioannes filius vester: ego sum
multarum lacrymarum vobis cauſa. Euangelium hoc
illud est, quod vos mihi dediſtiſ. Sed Christum meum
desiderans, suave illius iugum portau. Hæc cùm paren-
tes audiuerint, ad filij collum se abiecerunt, & ab horâ
primâ usque ad sextam ita fleuerunt, vt omnes, qui vr-
bem habitabant, vna cum illis filium agnatum fleuerint.
Vt verò eius recta & sancta institutio, nullâ vitæ hu-
ius perturbatione macularetur, illius Spiritus, quem lo-
quentem in se habebat, ope adiutus, animam suam Deo
reddidit.

23 At eius mater oblita quod iurauerat, laceratis ve-
stibus illum exiuit, & aureis induit: quibus cùm ille in-reis vesti-
dutus esset, repente mater paralytica effecta est. Cùm bus eum
verò eius pater verba illius memorâ repereret: Serue-
induens, fit
paralyticaz:
Cùm igitur aureis vestibus eum exiuerint, laceris illis in-
refluient
duerunt, quas antea habere solitus fuerat. Quo facto, lacerat sâ-
statim eius mater sanata est. Illius autem sancti viri reli-
quiæ in tugurio illo parentes condiderunt, & sacram
ædem illic ei construxerunt, omniaque bona sua sacro
illi templo dedicarunt. Cunq[ue] multas pecunias in
peregrinorum ministerium contulissent, in pace diem
suum obierunt. Hæc fuit Ioannis institutio, hæc vita, & ^{Templum}
sanctæ ipsius exercitationis ratio. Hic, inquam, cùm dia-
ei fuitur.
bolum conculcasset, supernæ vocationis brauio dignus
effectus est, gratiâ & benignitate Domini nostri Iesu
Christi, cui gloria sit & imperium in secula seculorum,
Amen.

DE S. MAVRO

ABBATE GLANNAFOLIENSI, IN GALLIA.

ANN. **1** **DLXXXIV.** **XV. IA-** **RVAR.** **S. Mauri** **natalis,** **1** **V**enit S. Benedictus instituerat, sanctissimamq[ue] legibus
fundarat Ordinem, S. Maurus eius discipulus preci-
puè propagauit: nam per eum eiusque discipulos,
vt in Chronicō Casinensi scribit Leo Ostiensis lib.1. cap.2. omnis
ordo & regularis disciplina norma, quæ per sanctissimum Patrem Benedictum in Casinensi monasterio fuerat
constituta, per totam Galliam diffusa ac disseminata est.
Eum Benedictini officio duplice venerantur XV. Ianuarij, quedam
Ecclesia, vt Parisiensis, semiduplici. Nomen omnibus Martyrolo-
giis inscriptum est. Breuerit de eo Vſardus: In territorio An-
degauensi S. Mauri Abbatis, addunt quadam, etiam perantiqua, MSS. discipuli B. Benedicti Abbatis. At Romanum,
cui consonant multa & manu exarata & typis cusa: In territorio
Andegauensi B. Mauri Abbatis, discipuli S. Benedi-
cti, cuius disciplinis ab infantia eruditus, quantum in eis
proficerit, inter alia quia apud eum positus gessit (res
nova & post Petrum ferè inusitata) pedibus super aquas
incedens patefecit. In Gallias inde ab eo directus, con-
structo ibi celebri monasterio, cui quadraginta annis
prefuit, miraculorum g[ra]tia clarus in pace queuit. Ce-
lebrant eum quoque Reda vulgatus, Ado, Petrus de Natal. Belli-
nus, Maurolycus, Galeſinius, Canifius, Felicius, & reliqui.

2 **Vitam** **eius** **S. Faustus,** **refis** **oculatus,** **litteris** **tradidit.** **De**
eo **Sigebertus** **de illiſt.** **Ecclesiſcriptor.** **cap. 32.** **Faustus** **discipu-**

lus S. Benedicti, ab ipso Benedicto missus ad Galias cum ^{Vita à S.}
Mauro, eius monacho, vitam ipsius Mauri monachi de- ^{Fausto}
scripsit. **Quâ fide scripta sit hac Vita, ipsiusmet Fausti testimo-**
nio patet: nam eam se Bonifacio Papa ostendisse scribit, acque
ab eo approbatam, laude dignam iudicaram, siâque sanctâ
auctoritate roboratam. Quod & Leo Ostiensis lib.1. cap.3. te-
flatur: Tertio interea Bonifacio Apostolicæ Sedi præsi-
dente, memoratus Faustus, qui cum B. Mauro ad Gal-
lias perrexerat, ad prædictum Lateranense cenobium
redit: atque à B. Theodoro (qui tunc post sanctæ me-
memoriæ Valentinianum tertius eamdem congregationem
regebat) rogatus atque compulsus, historiam de vitâ B.
Mauri signatâ veritate conscripsit: quam idem Papa Bo-
nifacius approbans, siâ auctoritate roborauit. Creatus
Pontifex est Bonifacius XV. Kal. Martis anno 606. eodemq[ue] an-
no, die XII. Nouembr. deceſſit. Vnde patet omnino grandem na-
tuſiſſe Faustum cum hanc vitam scripsit. De eo pleniū agemus
XV. Februarij, quo die Sanctorum Faſtis adscriptus est.

3 **Edita** **est** **ea** **Vita à Lipomano & Surio.** Nos eam è plurimis
MSS. codicibus descripsiſimus, è quibus alteram prefationem ad-
didimus, sive narrationis exordium, cuius meminit Baronius in ^{vnde h[ab]e}
^{edita;}
Notat ad Martyrol. Habemus, inquit, in nostrâ Bibliothecâ
eamdem Fausti scriptiōnem, alia tamen præfatione præ-
positâ, cuius est exordium, Postquam Diuinitas &c. In-
ſeruimus

seruimus & tria capita libri secundi Dialogorum S. Gregorij, quae sè quoque è vitâ S. Benedicti fuisse transcripta ipse Faustus testatur. & habebantur in MSS. monasteriorum S. Maximini Treveriis, Marchianensis, S. Maria Bonifontis, S. Maria de Ripatario, atque Ecclesie S. Audomari. Ceteros qui S. Mauri regestas prosecuti sunt nihil attinet percensere, cum sere innumeri sint. Maxime obij sunt Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 79. Vincentius Bellouac. lib. 2. cap. 57. 68. 71. 72. S. Antoninus par. 2. tit. 15. cap. 14. §. 2. & 3. Ribadeneira, Harcaus, Villegas, Lippelous, Gazeus, Doubletius, Ioannes Basilius Sanctiorius, Trithemius, Xepez in Chronicis Benedictini fusc, Baronius to. 7. Annalium &c.

genus,

etatis.

4 Arnoldus VVion ex Aniciorum gente ortum fuisse Mau- rum tradit, patre Aequitio, ut scribendum esse contendit; citatq; antiqua donationum instrumenta, que non vidimus: sigillum Aequitij, quod profert, haud facile nobis genuinum esse proba- uerit.

5 De etate S. Mauri magna controuersia est, que ab anno obitus S. Benedicti pendet, quem inquiremus 21. Martij. Nam quem Faustus signasse characterem vius est, scribens pridie Pasche deceisse, is maximè intricatus est. Fuit in viuis, cum Gothorum regnum capessuit Totilas anno 541. At post eum annum in XII. Kal. Aprilis non incidit vigilia Pasche usque ad 604. Unde neesse est vel non obiisse sanctissimum Patriarcham XXI. Martij, vel alium quempiam tunc Cyclum ab iis obseruatum. nam memoriam lapsum Faustum, verisimile non est; quamvis enim labili memoria sim senes, tamen vetera viuacissimè memine- runt: & potuisse ab iis quibus hac narrabat, refelli. Baronius ita Mauri etatem colligit: Oblatus est à patre Eutychio S. Ben- edicto anno à Christo Domino quingentesimo vige- simo tertio, mansitque apud eum annos viginti: deinde ab eo est missus in Gallias: ubi cùm annum quadragesimum primum ageret, qui erat annus quadragegesimum primus ab obitu S. Benedicti, migravit ad Dominum. Est autem is annus Christi quingentesimus octogesi- mus quartus.

V I T A

Auctore S. Fausto eius aequali,
ex multis veteribus MSS.

P R A E F A T I O A V C T O R I S.

 Faustus, famulorum Christi famulus, omnibus monachis, qui sunt in Oriente & Occidente, Meridie & Septemtrione, & fidem, que secundum pietatem est, vna nobiscum in Domino re- tinent, gratia, misericordia, pax & propitiatio à Deo Patre omnipotente, conditore omnium; & ab Iesu Christo unico filio eius, Domino, Redemptore ac Salvatore nostro, atque à Spiritu sancto, illuminatore & uiuificatore animarum nostrarum.

Faustus
septennis
fit mona-
chus:

2 Cùm à parentibus meis omnipotentis Dei seruitio nutriendus, secundum regularis normam institutionis, septennis B. Benedicto in eius sanctissimo cœnobio, quod idem totius sanctitatis vir in Cassino ædificauerat castro, traditus suissem, iuxta miserantis Dei pietatem, quâ & velle & operari in nobis perficit, pro bonâ voluntate, gratuitâ nos & omnipotentissimâ miseratione ut velimus præueniens; ac misericordissimâ gratiâ, ne frustrâ bona, quæ inspirare dignatur, aggredi conemur, subsequens; quin magis, ut rectâ in illum fide credentes, atque in bonitate & simplicitate cordis de illo sentientes, pro his quæ ipse tribuit & immissit, præmia nos æternorum ab eo recipere speremus gaudiorum; si tamen propositi nostri & fidei rigorem ad finem usque firmum ac inconuulsum serueimus. Postquam autem, ut ipsi superno placuit opifici, annos puerilis ætatis emensus sum, & ut iam liberæ facultatis cœpi permissione; ex integrō me pro viribus, ut licuit posse tunc & scire, mo-

nasticæ mancipauit obseruationi: adeò ut ne momento AVCTORE quidem visioni beatissimi & sanctissimi Benedicti dif- S. FAU- iungi vlo modo vellem; sed semper eius Deo placitâ, & STO. hominibus imitandâ instrui doctrinâ, ac radiantibus ex MSS. S. Benedi- dicari exemplis, ardentiissimo desiderabam amore. di imita-

3 Cernens itaque beatissimus Pater me per omnia tor, saluti propriæ, & regulari institutioni operam dare, multis sapientissimè argumentationibus propositum anini ab eo variò probatu- a

mei & natus est experiri, etiam de his, quæ ipse homini

omnibus modis impossibilia ac importabilia esse scie- bat. Sed vbi per gratiam omnipotentis Dei, qui omnes

homines vult saluos fieri, me paratissimum atque prom-

ptissimum ad omne quicquid illud erat aggrediendum

ac attentandum, siue etiam preferendum, esse peruidit;

illuc b specialius præ ceteris obsequiorum meorum vti

seruitis cœpit, meque arcanis quibusque, & nulli penè

ab eo, ut ipse assertebat, anteà prorsus creditis, paterno ei intime

affectu instruere, ac contra tentamenta præmunire vi-

tiorum. Vnde factum est, ut cum beatissimo Mauro di-

scipulo suo, qui ab eo religiosissimè nutritus & eruditus

fuerat, quique vita merito, & perfectione virtutum,

Magistri cooperator extiterat, me ad partes dirigeret

Galliarum; quod illi aliquod solatium mea præberet coha-

bitatio: (ego quippe ex prioribus, qui ab eo educati pri-

mi fuerant, solus superstes eram tironibus) gratiâ siqui-

dem fundandæ cœnobialis Religionis, ad tam longin-

quas exterasque ab eo transmisus est regions.

4 Denique diuinitas maiestas omnipotentissi-

ma, quæ omnia circumplete & penetras, intelligit Psal. 138.

cogitationes à longè, & nouit omnia nouissima & anti-

qua, & omnes vias singulorum præuidet; cùm eidem ab eo Caf-

sanctissimo Patri, suum monasterium in loco superiori sinensibus

iam dicto ab ipso constructum, occulto suo iudicio de-

euentura diuinitus

struendum euentendumque prodidisset; & vir Domini edicto,

inconsolabili pro hoc afflictione fletuque inde sinenter

afficeretur, reuelatio illum cœlestis tali releuante ac con-

fortare dignata est oraculo: Noli ait, probatissime ac dilectissime Deo Benedicte, pro his quæ huic euentura di-

dicisti loco, mœstum vlo modo gerere animum: quo-

niam quod semel præfixum atque decretum inscrutabi-

li summæ Deitatis consilio est, intransibile atque irreuo-

cabile, sine dubio patrabitur, solis tibi tuo merito cun-

ctorum concessis habitantium animabus. Sed aderit o-

mnipotentis quæ nuperrimè propitia consolatio, quæ

& locum hunc in pristinum, immò in ampliore, quæ

nunc videtur, tuis nihilominis meritis, restituet gra-

dum: & aliis & perinde nationibus huius lumen religio-

satis de hoc eodem irradiebat loco. Prò quo vt inter-

pellatus, vel potius efflagitatus fueris, exemplò quos

probabiliores in huius grege sanctæ habes congrega-

tionis, quod depositeris mittere maturato, scienſ procul-

dubio, quoniam laboris eorum fructus vberimus, &

tibi ad cumulum recipiendorum augmentabitur præ-

miorum, & illos ad habitationem perennis introducet

beatitudinis. Hoc ergo sanctissimus Deoque carissimus

Pater certus factus responso, mox vt legatione d Ceno-

manici Antistitis conuentus & exoratus est, continuo

sumimæ religionis virum euocans Maurum, cum consi-

lio totius congregationis, legis eum ipsius assignat

Mauro & alii missus

Præfulis; dans illi locos & cooperatores, Simplicium, & in Gallias;

Antonium, ac Constantinianum; me quoque laboris eo-

rum & peregrinationis, non dico operum perfectorum,

comitem deputans.

5 Ego itaque cùm longè post transitum egregij Con-

stantinianorum, Magistri nostri, operum mira-

bilium patratoris, sepulto iam beatissimo Mauro, &

duobus comitibus nostris, Constantiano scilicet &

Mauri scribie-

Antonio, ad nostrum monasterium, ultimam penè iam

agens etatem, vna cum Simplicio, iuxta mandatum B.

Mauri suis regressus; compulsius ab omnibus Fratri-

bus Cassinensis cœnobij, de quo profecti fueramus, &

principiè à religiosissimo viro, ac cum honore nomi-

nando Théodoro, qui terius post sanctæ memoria

S I S I 4 Valen-

AUCTORI Valentinianum prolixiori tempore Lateranensis congregacionem rexit monasterij; historiam de vita & conuersatione, siue etiam de profectione eiusdem beatissimi Mauri, necnon etiam de constructione cœnobij, quod Deo se iuuante, strenuè atque comptissimè ædificauit, quin & de miraculis, quæ per illum Dominus ad laudem & gloriam nominis sui operari dignatus est, quæ & nos ipsi coram positi, oculis nostris inspeximus, altius & ab ipsâ eius repetens infantia, scribere sum aggressus, ad omnium ædificationem monachorum. De veritatè porrò gestarum rerum & narrationis, neminem ambigere suadeo, quia multò melius de toto silere esse scio, quā aliquid fruolum confictumque natrare. Denique hoc opusculum beatissimo Papæ Bonifacio ostendit: quod ipse sanctissimus Pontifex approbans dignum laude duxit, suâque sanctâ auctoritate roborauit.

stylum in-
cultum ex-
tus.

6 Depreco autem eos, qui hoc ad legendum sumiserint, ne rusticō incultoqué conscripta stylo fastidian, sed potius veniam mihi tribuant, qui quamvis imperitus existarem, ac nullius prærogatiā litterarū artis, quā ini nisi valerem, essem instructus, ea tamen, quæ per seruum suum Dominus operari voluit, & quibus ipse interfui, silentio non sum passus abscondi: præsertim cum ad hæc exaranda, quoquo modo possem, tam fraternali caritate & deprecatione, quā non parui pendendo sanctorum vitorum sum prouocatus imperio.

a Al. visus. b MS. Ripat. specialium:
c Al. proinde. d De hoc cap. 3. num. 26.
e Al. exhortatus.

C A P V T I.

S. Mavri institutio, ardor pœnitentie.

S. Benedi-
ti sapien-
tissimi fü-
datoris Re-
ligionis

7 Postquam Diuinitas Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi, quæ miraculis per carnem coruscans, saluationem humani generis procurare est dignata, variuero orbi Apostolorum innotuit prædicatione, & Ecclesia Catholica ipsius sui Domini piissimo redempta cruento, innumerabilium est consecrata sanguine Martyrum, qui vietrici coronati patientia, infirmioribus quibusque proximis & planioren iam fidei disciplinam reliquere, sublimitatque ac celstido quondam illa terrena & superba, in ipso quoque Imperiali fastigio, iugo diuinæ credulitatis & fidei, per benignitatem & misericordiam conditoris & liberatoris omnium, clementissimo ac rationabili æquitatis iure est subdita, diuersi longè lateque per Dei prouidentiam sancti extitere virtu, qui aduersus mundi Principem, diuino vallati adiutorio, viriliter decertantes, corporisque illecebras, & voluptates carnis desiderio æternorum abdicantes præmiorum; tam virtute signorum potentissimi, quā doctrina spirituialis scientiæ clarissimi, quamque omnium bonorum operum executores effecti ardenteri, & suâ visione, & nostrâ adhuc ætate, recordatione simul & veterum miscant lectione monumentorum. Inter quos, velut clarissimum fidus inter altra reliqua lucidiùs rutilans, tempore b Iustini senioris & c Hilderici Regis Vandalarum, b c beatissimus ac egregius vir Benedictus, facundissimus ac luculentissimus cœnobiæ scriptor, totiusque monasticae religionis discretissimus institutor, effulgit.

d Quo etiam tempore sanctus Papa d Ioannes, qui tunc sanctæ & Apostolicæ Sedi in Romanâ vrbe præsidebat, à Theodorico Rege Arianæ, scuissimo orthodoxorum persecutore, fame pereemptus est. Symmachus quoque Patricius ab ipso Arianae peruersitatis fautore ferro trucidatus. Huius igitur sanctissimi Benedicti vitam quicumque pleniter nosse desiderat, secundum Dialogorum B. Gregorij librum legat; ubi qua & qualis ei à puero institutio & conuersatio fuerit, sed & miraculorum eius opera insignia, quibus præ omnibus, quos nostri recolit memoria, clarior & sublimior habetur, lucide satis & ordinatè descripta inueniet. Nos autem ea

tantum ex ipso assumpsumus, quæ huic nostro opusculo (d cuius inserere dignum duximus, & vt nostra legentibus, in vita huic quorum fortè manus liber iste non venit, pandemus, quadam quodd perfectissimi Magistri discipulus tantò liberius transferre) Deo opitulante perfectionis peragere opera valuit, ciusdem sui Magistri comitatus & roboratus orationibus & meritis, quantò ab ipsis, vt ita dictum sit, cuhabulis cum lacte carnis in eius sanctâ adoleuit doctrinâ & eruditione.

8 Beatissimus igitur Maurus, clarissimo Senatorum genere, patre f Eutychio, matre vero Iuliâ exortus, duodenarius sanctissimo Benedicto, omnipotenti Deo sub re-institutione, à parentibus est traditus. Qui cum adhuc iunior bonis polleret moribus, sicut etiam ipsi vidimus, & frequenter experti sumus, Magistri Mauri; cœpit adiutor existere, ac cius miraculorum cooperator esse. Hunc sanctissimus Benedictus pre omnibus semper ei percuti dilexit & instruxit, atque ita in omnipotentis Dei invenit, informauit servitio, vt nemini post ipsum in cœnobiali factos sanctâ obseruatione fuerit secundus. Quis enim vnam austrius corpus proprium ieuniis, abstinentiâ, ac vigiliis, squalloribus quoque ac nimiis edomuit frigoribus? Frequenter enim eum vidimus in diebus sanctæ Quadragesimæ nec tunica, nec cucullâ, nisi solummodo facco vti cilicino; & duabus tantum vicibus in hebdomadâ paruissimum potius prægustare, quā sumere cibum. Iste quippe mos in omni vita sanctissimo fuit Benedicto: cuius ille exemplum prouocatus, afflictione perualidâ carnem macerabat, inquantum illi eiusdem Patris sui permettebat licentia. Nam reliquo totius anni tempore, sub monachili tunica, semper asperrimo à scapulis usque ad renes in duebatur & troglulo, ciusdem subtegminis in stratu, super aggestum calcis & sabuli, tantummodo excepto Quadragesimali tempore, semper in habitus vñus cilicio. Tunc enim, inquantum poterat, sollicitè fastigebat, non iacendo, sed potius stando, vel, cum nimia eum lassitudo compulisset, sedendo somnum capere. Nemo illum vñquam vidit de lectulo cum ceteris surgere Fratribus: sed semper nocturnos vigilando præuenire hymnos attentiùs procurabat; plerumque quinque quagenos, saepè etiam centenos psalmos, nonnumquam verò totum ex ordine Psalterium ante nocturnalem consumimans synaxim, exceptis dumtaxat horarum spatiis, quibus orationum, lacrymarumque ac treberrimorum profundebat preces singultum. Silentio verò ac lectioni ita assidue vacabat, vt pro hoc etiam ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur.

9 His ergo aliisque, quas enumerare longum est, eo succrescente virtutibus, sanctissimus de illo Benedictus proponitur in ceteris in exemplum, pleturnque in conuentu Fratrum, suppresso eius nomine, quasi de alto loquebatur, junioribus & negligentioribus illum proponens sequendum. Vidimus, aiebat, nostrâ ætate quemdam strenuissimæ nobilitatis iuuenientem, infra annos adolescentiæ, ita omnis monasticae religionis subito arripuisse perfectionem, vt alicui ex prioribus similis, imo æqualis per omnia dignissimè iudicetur. Sed licet hæc beatissimus Deo que dilectissimus Maurus, ac nonnulli ex Fratribus, de eo sanctissimi ore Benedicti proferri sciunt, numquam tamen ille pro hoc, vitio succubuit iactanciæ; ardua semper & sanctiora apud laude petens, & toto conamine de virtutem proficie studens.

a MS. Bonifontis: planius iam iter fidei. MS. Ripat. planior rem viam fidei.
b Iustinus senior à 9. Iulij 518 usque ad 1. Aug. 527. imperavit.
c Hildericus, Hunericus Vandalarum Regis filius, ex Eudociâ Valentiniâ III. Imp. filiâ genitus, Maximo V. CL. Col. suis anno Christi 523. Trajanando tyranno successit, regnauitq; annis 7. mensibus 3. Anno dein 531. post Consulatum Lampadij & Orcfis, à Gilimeret tyranno, regno exiuit, ut ex Victoris Chronicô patet.
d S. Ioannes Papa anno 526. arumna confessus in carcere; colitur 27. Maii.
e Symmachus eiusq; gener Boëtius Consulares, eodem anno à Theodorico, falso crimine delati, trucidati sunt.

f Al.

f Al. Euitio. VVion. Aequitio. Leo Offic. Euthitio.
g Infrā in priora Vitā S. Genulphi 17. Ianu. lib. 1. cap. 3. nu. 10.
alpperim ex pilis reinduebatur trogulo. & lib. 2. cap. 1. num.
2. Sed alpperim cilicij trogulo nuditatem corporæ fragili-
tatis velarent. **Papius:** Trogulus, cuculla, monachalis vestis. Eft
quidem monachalis vestis; at qualis haud satis adhuc compertum
habemus. Non videtur saltē cuculla fuisse.

Trog-
lus.

C A P V T . II.

Miracula in Cassino facta.

10. **I**N vno ergo ex monasteriis, quæ B. Benedictus æ-
dificauerat, quidam monachus erat, qui ad orationem stare non poterat: sed mox vt se Fratres in orationem dedissent, ille continuò mente cæcā oratorium egressus, terrena quælibet & vana meditabatur, vanitati & leuitati, instinctu dæmonis, quem sequebatur, operam dans: & cùm ab Abbatे suo sèpè fuisset admonitus, nec se vellet ab hac corrigere vanitate; ab eodem Abbatē B. Benedicto adductus est. Cumq[ue] ab eo vehementer increpatus fuisset, ad monasterium regressus vix biduo viri Dei admonitionem tenuit: nam die tertia ad vsum proprium reuersus, vagari tempore orationis coepit. Quod cùm iterum viro Dei nuntiatum fuisset, dixit: Ego veniam, & per memetipsum eum emendabo. Cumq[ue] venisset, & se Fratres orationi de-
dissent, adspexit quod ille monachus, qui ad orationem stare non poterat, à quadam nigro puerulo per ve-
stimenti fimbriam foras trahebatur. Tunc venerabilis Pater Mauro Dei famulo, & Pompeiano ipsius mona-
sterij Patri dixit: Numquid non aspicitis, quis est, qui istum monachum foras trahit? Qui dixerat: Non. Et ait:
Oremus vt etiam vos videatis, quem iste sequitur mona-
chus. Cumq[ue] biduo fuisset oratum, Maurus mona-
chus vidit. Pompeianus autem videre non potuit. Vir autem Domini altero die oratorium egressus, stantem foris monachum reperit: & eum pro cæcitate cordis sui virgā percussit. Qui ex illo die nihil persuasionis à nigro puerulo pertulit, ac si ipse antiquus hostis eodem verberare percussus fuisset. Nemo igitur dubitet, S. Maurum huius miraculi participem extirisse, quem beatus Magister suis testem & confortem talis visionis & virtutis voluit demonstrare.

b **11.** **b** Per idem quoque tempus, dum quadam die sanctissimus Pater Benedictus in cellā confisteret, & Placidus sancti viri puer & monachus, Tertulli Patricij filius, ad hauriendam de lacu aquam est egressus. Qui dum vas, quod tenebat, incaute in aquam misisset, cadendo secutus est. Quem continuò vnda rapuit, & penè in vnius sagittæ cursum, introrsus traxit. Quod protinus vir Dei in cellā positus agnouit, & dilectissimum discipulum suum Maurum vocauit, dicens: Frater Maure curre velociter, quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit; eumq[ue] longius iam vndā pertraxit. Res mira, & post Petrum Apostolum inusitata secuta est. Benedictio etenim postulatā atque perceptā, ad Patris sui imperium concitus perrexit Maurus; atque usque ad eumdem locum, quod ab vndā ducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquam cu-
currit, eumq[ue] per capillos tenuit, rapidoque cursu rediit: qui mox vt terram tergit, ad se reuersus post ter-
gum respexit; & quia super aquas cucurrit agnouit, & quod presumere non potuisset vt fieret, miratus ex-
tremuit factum. Reuersusq[ue] ad Patrem rem gestam retulit.

c **12.** Vir autem venerabilis Benedictus, hoc non suis meritis, sed obedientiæ illius deputare coepit. At contrā Maurus pro solo eius imperio factum dicebat, seque conscientum in illâ virtute non fuisse, quam nesciens fecis-
set. Sed in hac mutua humilitatis amicâ contentione ac-
cessit arbiter puer, qui eruptus fuerat. Nam dicebat: Ego cùm ex aquâ traherer, super caput meum Abbatis gnie-
loten videbam, atque ipsum me ex aquis reducere con-
siderabam. O beatissimi viri admiranda sanctitas, qui

d**S. Placi-
dum in a-
quas la-
psum,****iubente
S. Benedi-
cto,****e****f
extrabit,
super a-
quas gra-
diens;****g****sibi, S. Be-
nedicti
meritis ad-
scribit,
verè;**

quod sanctis obtinebat meritis, discipuli potius asscri- **Auctore**
bendum censebat obedientiæ; licet eum ad maiora et- **S. Fav-**
iam operandum pro sua sanctissimâ & spectabili religio- **sto,**
ne, utpote à se educatum, omnimeodis idoneum sciret! **Ex mss.**
Sed quia caritas, quæ in Sanctorum cordibus principa-
lem obtinet locum, non querit quæ sua sunt, sed quæ a-
liorum; pretiosissimus & Deo acceptus Benedictus ea
etiam, quæ suis effici non dubitabat meritis, suo magis
sanctissimo volebat deputare discipulo, quod eius sancti-
tas hominibus nota fieret etiam in virtute signorum,
quem iam Deo carissimum atque perfectissimum in o-
mni efficerat diuinâ obseruatione.

13. **b** Alio itidem tempore idem præcipuus Pater fer-
rimentum, quod i falcastrum vocatur, quodque cui-
dam Gotho eius monacho, materiem veprium exciden-
ti, de manubrio in lacum ceciderat; hoc prius comper-
to per B. Maurum, manubrio, de quo lapsum fuerat, re- **morte ini-**
stituit. Denique eidem ipsi dilecto suo discipulo supe- **mici Pre-**
rius nominato pœnitentiam aliquando indixit, pro eo **sbbyteri ex-**
scilicet, quod de morte cuiusdam Presbyteri persecuto- **ultans à S.**
ris sui, quem omnipotens Deus terribiliter occidit, hanc **Benedicto**
illi nuntians gaudente præsumpsisset: seque post in grau- **castigatur:**
bus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia
de eius morte discipulus exultauit.

14. Ex his ergo aliisque argumentandi facultas datur,
quod posteaquam beati viri magisterio traditus est, o-
mnibus penè virtutibus eius aut interfuit, aut coopera-
tor extitit. Nobis vero qui hac certissimè sciimus, nulla **cooperatur**
dubietas de his inesse valet, præsertim cùm grande mi- **S. Benedi-**
raculum, per eum Dominus, absente tunc beatissimo **do in mi-**
Patre nostro Benedicto, in ipso nostro monasterio effi- **raculus:**
cere sit dignatus; quod prætermisum à B. Gregorio nō
minimè miramus: & innumera signorum mirabilia tam
in itinere, per quod simul cum eo perrexiimus, quād et-
iam in loco, quo Deo ordinante requiescit, operari vo-
luerit.

15. Dum quodam tempore sanctissimus Benedictus, à quadam nobilissimo secundūm seculi dignitatem vi-
ro, exoratus fuisset, vt ad domum eius dignaretur per
semetipsum accedere, quod vxorem eius & filium, quem **S. Benedi-**
nuper enixa fuerat, à dæmonio, quo grauissimè pariter **do ad fa-**
vexabantur, suis sanctis meritis & orationibus liberaret; **nandos &**
& Sanctus Domini pro eo, quod ei familiaris pro aliqui- **gross profes-**
bus operibus ab eo religiosè gestis existeret, ire non dis- **do,**
tulisset; beatissimus Maurus, qui tunc in nostro mona-
sterio, imperio sanctissimi Patris nostri, Præpositi ac ro-
tius coenobij Procuratoris & administratoris post ipsum **ipse, mo-**
fungebatur officio, cum Fratribus ad fruges colligen- **nasterij**
Procura-
das, longiusculè à monasterio est egressus. A quo opere tor, fruges
dum ad sextam refectionis horam cum eisdem rediret colligit:
Fratribus, antequād ad portam ventum fuisset mona-
sterij, claudum quemdam & mutum puerum inuenit in
itinere. Cumq[ue] pater & mater pueri, eius pedibus
protuluti, & cum clamore valido & lacrymis terrible-
Dei nomen obtestantes, vt filium suum eis sanum red-
deret, genua eius firmissimè vtrisque constringentes
manibus, precarentur, refugit pauore nimio, tale atten-
tare miraculum, se peccatorem esse, nec talis vlo modo
operis effectorem vociferans posse fieri: Maximè, in- **claudum**
quit, cùm hæc sanctorum sint opera Apostolorum, alio- **& mutū,**
rumq[ue] perfectorum, qui eorum exempla credendo &
imitando sectantur. Nos ergo hæc ab eo dici audientes,
simul & perfectam Deoque acceptam ad talia pera- **fusâ prece,**
genda eius vitam & meritum sufficere cognoscentes,
iuncti parentibus pueri, pro restituione agroti eum ro-
gare coepimus. At ille, vt erat piissimus, lacrymis per-
fusus, atque in orationem prostratus, postquām diutis-
simè orauit, stolam, cum quâ eodem anno, iubente **stola im-**
beato magistro suo, ordinatus ad ministerium fuerat **posita**
Leuiticum, & quam iuxta morem, gratiâ sanctitatis, pri-
mo indesinenter ferebat anno, collo protulit, & super
caput infirmi, Crucis signum faciens, posuit; atque ad **eo signo**
cælum oculos erigens, dixit: Domine Iesu Christe, qui **crucis**
discipulis

AUCTORE discipulis tuis polliceri dignatus es, dicens: Amen dico vobis, quia omnia quæcumque orantes petieritis, crede, quia accipietis, & venient vobis; ostende etiam nunc, quia & nos serui tui, exigui licet & peccatores, in te & in verbis tuis sanctis, prout ipse largiri dignaris, eamdem fidem habemus. Et hæc dicens, ait ad debilem: In nomine sanctæ & induvidua Trinitatis, adiutus meritis sanctissimi Magistri nostri, sta sanus & incolumis super pedes tuos rectus. Et continuo sospitati redditus, cœpit rectissimè ante nos pergere, ac Deum voce exultationis & laudis benedicere, dicens: Benedictus Deus creator omnium, qui me redintegrare dignatus est meritis sanctissimi serui sui Benedicti, per beatissimum discipulum eius Maurum. Perfectissimus ergo Benedictus, cum reuersus ad monasterium, lanatis pro quibus ierat, fuisset, nobisque narrantibus, & laudantibus Deum, ea quæ contigerant, comperisset, in magnâ deinceps admiratione ac veneratione beatissimum Maurum habere cœpit: nec iam loco discipuli censebat æstimandum, quem ita Deo proximum iam videbat effectum.

a Hec è S. Gregorij Dialog. lib. 2. cap. 4. transcripta sunt.

b Ex eodem libro, cap. 7.

c Vitam S. Placidi dabimus 5. Octobr.

d MS. Audomar. missus. e al. protrahit.

f Ergo is nondum attorsus erat in monachum.

g De melote plura dicemus 17. Ianu. ad Vitam S. Antonij in Prolegomen. §. 15. num. 67.

h Ex eodem libro 2. Dialog. cap. 6.

i Papini: Falcastrum à similitudine falcis dicitur: est enim ferramentum curvum cum manubrio longo ad succidendum densitatem veprum: hi runcones dicuntur; nempe à runcando, ut verbo runcones scribit. Sic & Iosephus Laurentius in Amalthea: Falcastrum recurvum ad similitudinem falcis.

C A P V T III.

Misso in Gallias. discessus è Cassino.

a Episcopo Cenonensis personente, 16 Per idem tempus Legati ad nostrum venierunt monasterium, missi à beatissimo Bertigranno, Cenonanice cuiusdam Episcopo. Nam idem sanctissimus Pontifex, auditâ famâ sanctitatis eximij Patris nostri, Flodegarium Archidiaconum, & Harderadum b Vicecomitem suum, strenuissimos scilicet atque clarissimos viros, à latere suo cum magnis xeniis ad eumdem Patrem nostrum transmisit; omnibus eum exorans precibus, vt illi perfectos dirigeret Fratres, qui monasterium illi secundum regularis ordinem obseruationis in fundo Ecclesie, quam regebat, ædificare deberent. Perfectissimus verò Pater noster, iuxta rationem & reuelationem, quæ in præfatione huius operis à nobis pleniter est exposita, quamquam finem dierum suorum iam iamque sciret imminere, secundum quod Spiritu sancto reuelante dicitur in dicerat; Legatis supradicti Antistitis tam beatissimum Gallias 4. Maurum, quæ nos quatuor, quorū nomina proœmio inscriuimus, assignauit; præcipiens nobis, vt non minùs ipsi beatissimo Mauro, quem nobis Magistrum constituebat, quæci catenū, in omnibus pareremus.

S. Benediti reliquias consolante, 1. Cor. 13. 4. 17 Iam verò quis dignè explicet, quantus mœror, quantusque luctus totam sanctissimam nostram subito corripuit congregationem? Quia enim sanctus Pater eis iam obitus sui referauerat diem, spes & consolatio totius congregationis in beatissimo Mauro pendebat: illum se Patrem, illum se gaudentes post eius transitum habere rectorem. Sanctissimus autem Pater noster tantis fletibus & suspiris motus, omnem conuocans congregationem, tales ad eos protulit orationem: Si tri-

amoris paterni sollicitudine fletibus & mœrore tempe- rare depositimus: quia potens est Deus meliores nobis, post huius depositionem corporis, huic sanctæ immittente congregatiōnē; quorum & meritis & exemplis longè præstantius, quæam nostris ædificemini. Sed & illud sum- moperè nobis est procurandum, ne versutiæ antiqui ho- stis, vnde aliis salus acquiritur, inde nobis tristitia malo detrimentum in aliquo ingeratur. Nos etenim, quos vni- tatis semel in sanctâ caritatē iunxit concordia, num- quæam vel longissima diuident terrarum spatia: quoniam semper interioris hominis adspectu, qui renouatur se- cundum imaginem eius, qui creauit eum, nos quoad ^{ipsoe verd animante}, vixerimus tempore inuicem intuebinur. Vos autem, ^{Opem &} Fratres carissimi, quos ad opus Domini construendum ^{calo polli- cente:} ad illas dirigimus partes, viriliter agite, & confortetur cor vestrum in sancto proposito & religione; proculdu- bio scientes, quia quædā auſteriora, causâ salutis alio- rum, in huius viâ seculi pertuleritis, tantò maiora à Deo recipiatis cælestium gaudia præmiorum. Nec vos vlo modo resolutio huius nostri mœstificet corpusculi; quo- niam præsentior vobis ero, carnis deposito onere, vestri- que, per Dei gratiam, cooperator existam assiduuus.

18 Et hæc dicens, dans osculum nobis, prosecutus que nos cum omni congregatione usque ad ostium mo- nasterij, osculatis rursum nobis, ac benedictione super nos traditâ, dedit sanctissimo discipulo suo Mauro li- brum regula, quem ipse Sanctus manu suâ scripserat, ^{distribuit &} proferrique iussit pondus libræ panis, & vasculum ^{monasterij} ^{in villa} ^{pernotat:} monastri, vini & heminam capiens, & ita non sicut abire; ^{rio:} dans mandatum Missis supradicti Praefulsi ad eumdem Pontificem, vt suâ vice paterno affectu nos suscipient tractaret, ac nobis aptum locum ad ædificandum, sicut policebatur, cœnobium traderet.

19 Igitur nos quintâ Epiphaniorum sabbati iter at- ripientes, ptimam mansionem in possessione nostri mo- nasterij habuimus, in villa, quæ a Euchæia nuncupatur. ^{monasterij} ^{pernotat:} Quid aduentientes, honorificè satis à duobus Fratribus nostris, Probo videlicet & Aquino, suscepimus, quos sanctus Pater noster huius rei gratiâ pridie illuc direxerat. Eâ nocte celebrantibus nobis nocturnale officium, aduenerunt illuc duo nihilominus ex Fratribus nostris, Honoratus beata recordationis vir, ac Felicissimus e- gregia indolis adolescentis, consobrinus S. Mauri, missi à sanctissimo Patre nostro Benedicto. Quos vt vidimus, gaudio non modico gauii sumus, certum tenentes apud nos, aliquid magni de parte eiusdem Patris nostri nos ab eis vel audituros vel percepturos. Nec nostrâ fru- strati sumus æstimatione. Nam vt completis hymnis matu- tinalibus in unum conuenimus; Honoratus monachus ^{reliquias à} magnifica à pectori suo B. Mauro protulit munera, ca- ^{S. Benedi-} psulam scilicet reliquiarum eburneam, & pagina lam e- ^{cto missas} ^{accipit,} pistolæ, brevia quidem continentem verba, sed amore, prophetiæ, & caritudine sanctæ dilectionis grauida satis ac desiderabilia; quæ idem sanctissimus Benedictus ipsi deportari, antequam de loco egredetur, perniciter iusserat. Stquidem tres portiunculas ligni salutiferæ Crucis, & reliquias sanctæ Dei genitricis, Sancti Michaëlis Archangeli, ex palliolo rubeo sanctæ scilicet eius memoriæ, Sancti quoque Stephani Protomartyris, ac beati Confessoris Christi Martini, in ipsa posuerat capsula.

20 Textus verò epistole, quam & consiperi sibi a- ^{& litteras} more Patris sui Beatus iussit Maurus, hæc continuebat: cum futu- Accipe, dilectissime, extrema institutoris tui dona, quæ ^{rorum} & longum nostrum testentur amorem, & tibi ac com- ^{predicatio-} militonibus tuis contra omnium perpetuum munimen ^{ne.} præbeant impedimenta malorum. Post expletam enim tempus totam trinam vicenorum decurcionem annorum, ex mortis a- quo monasteriale adiisti perfectionem, in gaudium ^{liaq;} futu- Domini tui es introducendus; vt nobis Dominus hester- ^{ra S. Mai-} no die, postquam à nobis digressus es, ostendere est di- ^{ro prædicit} gnatus. Prædicto etiam tibi, moram vos in eundo esse ^{S. Benedi-} gressuros, ac cum difficultate habilem locum inuenturos, ^{hus.} pro his, quæ & Deo ordinante perficiuntur, & quæ ini- micus

micus humani generis molimine calliditatis suæ in vos concitat. Nusquam tamen benignitas misericordis Dei vobis deerit: sed potius, differendo licet, ac desiderium animi vestri in longum experiendo, aliorum quā sperauimus, aptissimam dignabitur largiri metationem. Iamque valeas felix in profectione, felicior futurus in peruentione. His B. Maurus recitatis, & abundantissimè pro his, qua & merebatur & p̄monebatur, hilarius effectus, ad Patris Benedicti præsentiam eosdem cum gratiarum actione remittit Fratres; adolescenti iam dicto Felicissimo, quinque siue septies perfectioris normæ religionis operam dare inculcans.

a Alij Berticramum vocant, alij Berthigrannum; Claudius Robertus Bethgrannum, & Berthigrannum.

b De munere Vicedomini agens 4. Februa. in Vitâ S. Theophilii. Infrâ in Vitâ S. Ioannis Eleemosynarij 23. Ianu. cap. 1. nn. 4. Ipse me fecit Presbyterum, & Vicedominum sanctissimæ Ecclesie, ita loquitur Mennas, de quo ante habetur nn. 3. qui erat ordinans dispensationem sanctissimæ Ecclesie.

c Regula S. Benedicti cap. 40. Credimus heminam vini per singulos sufficere per diem. Ioannes Caramuel V. CL. disputatione 118. ostendit 24. unius, siue medium poculum, capere heminam.

d Al. Euchelia, al. Velelia.

e MSS. Bonif. & Rip. p̄muniuebatur.

C A P V T IV.

Miracula Vercellis & Agaunifacta.

21 Orrò nos cœptum iter carpentes, quinquagesimo quinto die Vercellas aduenimus. Quo in loco dum biduo ab ipsius ciuitatis Clericis detenti fuimus, qui nos plenissimâ receperant caritate, prophetia sanctissimi Patris nostri impleri iam in nobis cœpit. Supradictus enim Harderadus per gradus cuiusdam altissimâ ac mirificæ turris deambulans, ac impidente Satana deorsum præcepit ruens, ita toto corpore debilis, in modo penè exanimis, ad nostrum, non aliter quām in linteo, deportatus est diuersorium, vt omnes de eius vitâ desperare cogeremur. Quæ res grauissimam nobis, & præcipue Flodegario Archidiacono, tristitiam intulit. Nam quatuordecim dies ibi morati sumus, in quibus irremediabili ac deteriori semper idem vir attritus est dolore, adeò vt dextera scapula eius cum brachio & manu, inflatione nimia intumesceret, & medicus iam ad secundum eum sollicitè inquireretur.

22 Illucescente ergo crepusculo tertiadecimæ diei, quo ibidem adueneramus, Flodegarius nullo modo se ferre posse vt secaretur, affirmans, oratorium, in quo B. Maurus orationi vacabat, concitus irrupit, pedesque eius utraque constringens manu, ac lacrymis vbertum profundens, osculaque figens frequentia, deprecari eum & obtestari cœpit, vt suis precibus infirmo subueniret, opem sui adiutorij illi ferendo, nec sineret eum ferro sectionis & igne vltionis, acerbissimo cruciatu tormentari, quem sciebat eius interuentu facile posse saluari. Beatus verò Maurus tam miseratione infirmi, quam profusione deprecantis lacrymarum, quamque etiam itineris retardatione, ad fletum usque permotus, ante altare in orationem se dedit, & diutissimè orationum precibus, suspiris ac singultibus aures vicinæ sibi supernæ pulsans pietatis; cùm à loco, quo in modum crucis prostratus iacuerat, surrexisset, accipiens desuper altare capsulam reliquiarum, quam illi beatus Magister suis direxerat, assumptis etiam nobis, ad lectum pergit ægroti: ibique rursum oratione premisâ, salutiferum tetegit lignum, & de eo à scapulâ eius usque ad vngulas manuum ex omni parte signum crucis faciens, dixit: Deus omnium conditor creaturarum, qui ad restaurationem humani generis unicum filium suum operante Spiritu sancto, ex Mariâ semper virgine incarnari constituit, qui per hoc sacrosanctum ac gloriosum lignum uiuificæ Crucis, vulneribus & languoribus animalium nostrarum, nos redimendo, subuenire dignatus

est; ipse te per virtutem vitalis ligni huius ad pristinam ^{Auctor} reducere dignetur sanitatem. Hæc cùm Beatus perorat. S. FAV-
set Maurus, continuò per tria loca omnis excoctio san-^{sto,}
guinis, quā brachium totum intumuerat, vehementer
decurrere cœpit. Erat autem ipse Harderadus nobilis
quidem secundum seculi dignitatem, sed nobilior, pro-
ut seculari possibile erat, in omni religione.

23 Flodegarius denique viso tanto miraculo, nullo modo se à fletibus p̄gaudio poterat temperare, Deum assiduâ magnificans collaudatione, & sanctissimum Patrem nostrum Benedictum frequentissimâ extollens ve-
neratione, qui tales habere ac nutrire dignus fuerit di-
scipulos, per quos talia Domino operari sit placitum. Fit ^{miraculâ} continuò concursus totius suburbani populi, felicem se ^{Cruci &} vnusquisque fore existimans, si B. Maurum vel videre ^{S. Benedi-} contigisset. Ipse verò non suam, sed Patris, qui in cælis ^{Ego ad, cri-}bit, semper gloriam quærens, adspectus se videre quæ-
rentium fugiebat, dicens: Hoc quod per lignum redem-
ptionis nostra diuina perficere voluit maiestas, Redem-
ptori magis omnium est ascribendum, quām homini:
quamquām sanctissimi Patris nostri Benedicti merita, vt
id efficeretur, obtinuisse, nulli dubium esse possit. Æger
igitur noster penè iam incolumis effectus, Beatum de-
precatus est Maurum, vt sequenti etiam die ab ipsâ non
egredieremur urbe, quoisque ille per omnes orationum
domos, que ibidem constructæ erant, vota pia lauda-
tionis & sacrificium veræ confessionis, pro redditâ sibi
persoltere Domino posset solvitate. Quod libentissimè
annuit Maurus: valde enim eum diligebat, pro eo maxi-
mè, quia religionem Ordinis nostri ab eo præferri vi-
debat.

24 Quintodecimo demum die urbem illam relin-
quentes, ac dispositum iter accelerare festinantes, cùm ^{confracti} famuli pe-
iuga Alpium mediâ ferè trâsiremus die, famulus noster, ^{dem signo} Cruci sa-
nomine Sergius, de equo, cui infederat, super immane nat:
sinistrorū cadens saxum, pede sibi, cōcītē resurgere vo-
lens, ita atterens extortis, vt ossa omnia in vnum coad-
unata, non iam speciem pedis, sed similitudinem alicuius
præfigurarent teretis. Qui nimio affectus cruciatu, cùm
frequentiter vitali quasi carere videretur flatu, beatissimus
ad eum accedens Maurus, sinistrâque manu collisum
eius apprehendens pedem, & dexterâ super eum signum
Crucis faciens, ait: In nomine Dei omnipotentis, qui suâ
virtute soluit compeditos, surge sanus, & prouide mini-
sterium obsequij seruorum Dei, ad quod peragendum
à beatissimo Patre nostro nobis es assignatus. Qui illico
sanissimus effectus, gaudium nobis lætitiamque luscita-
uit non modicam.

25 Exinde cùm ecclesiam pretiosorum Martyrum Christi & Mauritij ac sociorum eius, gratiâ orationis omnes simul fuissimus ingressi, cæcus quidam ex matris vtero pro foribus eiusdem basilicæ sedens, & ab intrantibus ac egredientibus quotidianum mendicando vi-
cœco de-
ctum deposcens, comperit à sociis itineris nostri illuc ^{precans} Maurum aduenisse discipulum sanctissimi Benedicti, cuius fama sanctitatis iam vbiique percrebuerat. Cumque oratione completâ ostium basilicæ egressi fuissimus, cæ-
cus idem in paumento toto prostratus corpore, depre-
cari & obtestari B. Maurum cœpit, dicens: Adiuro te Maure serue Dei, per hos pretiosissimos Thebææ legio-
nis Martyres, & per venerabile Magistri tui nomen Be-
nediti, vt sanctis tuis precibus oculorum mihi lumen
conferri obtineas à Domino. Sanctus ergo Domini hoc
auditio, parumper figens gradum substiuit, eumque de
paumento surgere præcepit. Cumque stetisset ante il-
lum, interrogauit eum, dicens: Dic mihi homo, quan-
tum temporis iam emensum est, ex quo hæc sancta san-
ctorum Martyrum adiisti limina? Cui ille respondit, di-
cens: Undecimus penè iam elabitur annus. Et Sanctus
Domini ad hæc ait: Numquid si voluisséti hi sanctissimi
ac Deo carissimi Martyres, qui corpora sua sancta pro
Christo gladiatoriis perimenda exposuerunt, vt ani-
mas pro ipso ponerent, lumen oculorum tibi à Domino
dati,

*Graniter
ex lapisi
læsum,*

*sectionem
iam subi-
eturum,*

*Ligni Cru-
ci attacca-
fanai:*

AVCTORE
S. FAV-
STO.
Ex MSS.

dari, impetrare non potuissent? Istos itaque attentiū ex-
orando deprecare, quorum magis hæc quam nostra
sunt opera, & quorum ipsi non minùs ceteris indige-
mus suffragiis. Et hæc dicens, cœpit abire. Cæcus verò
horrenda quædam & pauenda vociferando in clamare
sacramenta non intermittebat, usquequod sanctus vir,
nobis etiam compellentibus, sedibus oculorum eius,
quibus eatenac lucidomi solis non splenduerat claritas,

b lacrymis & madefactos dexteræ manus suæ impressit di-
signo Cru- gitos, cæloque aliquantis per intendens, ac super eos si-
rs visum gnum nostræ redempcionis edens, Dominus, ait, & Sal-
vator noster Iesus Christus, qui est vera lux, quæ illu-
minat omnem hominem venientem in hunc mundum,
ipse te per inuocationem sancti sui nominis, & merita
horum beatorum Sanctorum, ac Magistri nostri Bene-
dicti, illuminare dignetur, ut videns mirabilia opera Altissimi,
quibus distinguere mundanæ voluit formam
creationis, ipsum conditorem horum ac restauratorem
nostrum voce exultationis, & opere veræ credulitatis
collandes.

26 Hæc cum orasset sanctus vir, statim sanguis vber-
tim ab oculis eius defluere cœpit, & continuò clarissimis
luminibus sphæram solis respectans, hymnum trium
puerorum ex ordine decantare clara voce cœpit. Voca-
batur autem vir ille Linus: qui, vt ab ipso coinerimus,
tam psalterium, quam omnia & diurna & nocturna au-
diendo didicerat officia. Habitatores autem loci illius,
videntes tale miraculum per B. Maurum celebratum, si-
mul in unum conglobati, deprecabantur eum, vt bene-
dictionem suam super eos daret. Quibus ipse hac tan-
tum respondit voce: Benedicat vobis Dominus Deus
noster, qui habitat in Sion, vt videatis bona eius, quæ
sunt in Hierusalem, omnibus diebus vite vestræ. Dedit
que mandatum illi qui illuminatus fuerat, vt numquam
iam ab ipsa ecclesiâ discederet, sed ingiter ibi Domino
ac sancti Martyribus deseruiret. Quod ipse postmodum
deuotissime impleuit. Cum enim post transitum B. Mauri
ad nostrum reueteremur monasterium, Clericatus
eum functum officio in ipsa inuenimus ecclesiâ, & de-
crepitam iam agentem feneçutem.

a S. Mauritij Acta dabimus 22. Septembri; at presere à de-
iuis Agauncensi canonio, agemus 1. Maij ad vitam S. Sigismundi
Regu.

b Al. madefactis.

C A P V T V.

S. Romani visitatio. mors S. Benedicti.

27 Nde igitur egressi, cœptum iter exequi attentiū
conabamur. Cumque nocte quadam iuxta ecclesiā
sancte Dei genitricis & semper virginis Mariæ, iam
in locis hospitaremur a Iurenibus, & mulier quædam
vidua, b Remeia nomine, quæ in contiguâ nobis com-
manebat domo, filium suum iam adolescentem, quem
ex defuncto nuper viro suo suscepserat, quique iam ultimum
trahens flatum, vicinam in lecto iacens operieba-
tur mortem, insominem plangendo & eiulando duce-
ret noctem, vir Dei Maurus more sibi solito, nobis quie-
scientibus, ipsam ecclesiā, vota Domino precum ac sup-
plicationum vt redderet, ingressus est. Cum verò iam
vigilia propinquaret matutina, & mulier nec momento
quidem à plangoribus & eiulatibus cessaret, vir Dei te-
nerrimè motus ad pietatem, se cum lacrymis Domino
prostrauit, & vt misera mulierculæ misereri dignaretur,
filium suum illi restituendo in colummam, precabatur.
Cumque ab oratione surrexisset, cellulam, in quâ dor-
miebamus latenter introiens, Simplicium monachum
caucet tetigit & annuens illi, vt cautiùs surgens se seque-
retur. Ille autem mox eum in ecclesiā fecerit, atten-
nitus quid ei vellet iubere, expectabat. Sanctus verò
Domini accedens ad illum, ait: Doloribus huius infeli-
cis mulieris animus meus nimia compatitur teneritudi-

ne. Quapropter plenâ fide ad lectulum simul acceda-
mus iacentis: forsitan recuperabit illum superna di-
gnatio.

28 Veniens ergo ante stratum penè iam examinati
cadaueris B. Maurus vnâ cum Simplicio, ait: Christus *eius filium*
Dominus & Saluator noster, vnica spes & consolatio *moribun-*
dolorem patientibus & perferentibus, qui misericordiâ *dum,*
motus super viduam, filium eius extra portam elatum,
intuentibus populorum resuscitauit turbis, *eadem* *nunc*
pietate & huic adesse dignetur mulieri, filium eius resti-
tuendo in colummam. Et hæc dicens, abscessit. Ille verò,
qui duobus iam diebus sine sensu & voce iacuerat, ma-
trem suam vocare ac consolari cœpit, dicens: Noli ma-
ter flere, quia lacrymis cuiusdam serui Dæi, quas fudit
tuo compatiens dolori, vitæ ac sanitati ab ipsis Auerhi
faucibus redditus sum. Cui cum illa diceret: Ecce in
hac nostrâ basilicâ cum aliis eiusdem habitus viris matu-
tinos decantat hymnos, ille ac si nihil incommodi per-
tulisset, de lectulo continuò surgens, ecclesiam intravit, *alloqui-*
& ablque hæfitatione sanctissimum adiit Maurum, vo- *damnam-*
ciferans & dicens: Verè tu idem ipse es, qui me tuis la-
crys & meritis à tribunalii, *ad* de quo tristem excepe-
ram sententiam, quâ iam incendiosis deputatus eram
locis, superis reuocasti. Fama huius facti totam continuò
repleuit regionem. Ruunt præcipites nobis obuiam viri *sanitati*
cum mulieribus, senes cum iunioribus, laudes Deo *vn-*
reficiuntur dique concrepantes, qui taliter mirificat Sanctos suos.
Vocabatur autem idem adolescens Eligius, qui posteà
(vt nobis relatum fuit) e in monasterio Lirinensi mona-
chus est effectus.

29 Nos itaque cum iam appropinquante solennitate
Paschali, quotidie profectionem acceleraremus, eo die,
quo Dominica celebratur Cœna, in pagum deuenimus *ad S. Ro-*
Autisiodorensem. Audiens autem B. Maurus opinionem *manum*
f S. Romani monachi, qui beatissimo Patri nostro Bene- *diuerit:*
diecto in initio adiutor & cooperator exitit, vt in histo-
riâ vitæ eius plenissimè intenuit, qui que per reuelatio-
nem Gallias petens, coenobium in eodem pago, in loco,
qui g Fons-rogi nuncupatur, ædificabat; petuit duces iti-
neris nostri, vt eò diuertentes, ibidem sacro sanctum
Pascha celebraremus. Hoc auté B. Maurus maximè id-
circò expetebat, quia & sequenti die transitum sanctissimi
Magistri nostri complendum esse sciebat; & collo-
quio B. Romani desiderabiliter perfrui cupiebat. Ducto-
res verò itineris nostri, petitionibus viri Dei libenter an-
nuentes, concito gressu illuc tendere festinarunt.

30 Die itaque Parasceue horâ illuc sextâ peruenientes,
deuotissime à B. Romano suscepit sumus. Cumque
omnes nos, qui cum B. Mauro pergebamus, ad ea, quæ
opus ad diem festum erant, præparanda vel emenda oc-
cupati essemus, ipsi sanctissimi viri dulcia inuicem per-
ennis vitæ serebant colloquia. Et cum iam vespertina *ei predicit*
hora post solenne officium, quod specialiter vtpote an-
nuationi eo celebratur die, appropinquaret; vir Dei S.
Maurus B. Romano dixit: Craftinâ die beatissimus Pa-
ter noster Benedictus, terreno deposito corporis onere,
b cælestem gaudens & hilaris scandet ad patriam. Quod
audiens S. Romanus, illicò in lacrymas resolutus, flere
inconsolabiliter cœpit. Quem B. Maurus consolari cu-
piens, aiebat: Gaudere potius, quam flere, ideo de eius
migratione debemus, quia & magnum Patronum præ-
mittimus, & præsentiores eum nunc, quam si in carne
viueret, sumus habituri. Hæc tamen dicens, nec ipse à
fletu se poterat cohibere. Noctem verò illam, quæ duo-
decimo Kalendas Aprilis habebat, & quâ sacratissi- *nocte Pa-*
rascoues
mum vigilarum Paschæ illucescebat sabbatum, tam *in tacitu*
beatissimus Maurus ac nos qui cum eo ibamus, quam S. *precibus*
Romanus cum aliquibus discipulis suis, ieuni peruigi-
lem duximus, vnuisque nostrum secretò apud se, vt
in illis diebus in Ecclesiâ Romanâ mos erat, psalmos &
orationum preces deuotè pro exitu eiusdem Patri nostri
Deo dilectissimi Benedicti consummantes.

31 Cum verò transactâ iam horâ quasi tertiâ ipsius *sacratisimæ*

*vides
viam ra-
diantem
q. à ad ca-
lum ierat:*

sacratissimæ diei, beatissimus Maurus in ecclesiâ consi-
stens transitum eius, qualicumque eueniret horâ oran-
do & psallendo præmunire, longè licet positus; fatiga-
ret, seque pauimento in orationem dedisset, raptus in
spiritu, subito se transpositum in loco, de quo egressi fue-
ramus, vidi, conspexitque viam palliis strata, ac innu-
meris coruscant lampadibus, recto Orientis tramite, ab
eius cellâ in cælum usque tendentem. In quâ etiam vi-
sione duos congregationis nostræ Fratres socios habuit,
cum quibus simul eamdem visionem conspexit. Itaque
cum viam, quam cernebant, mirarentur attentiùs, ve-
nerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset
via, quam cernerent, inquisivit. Quod illi se nescire pro-
fessi sunt. Quibus ille ait: Hæc est via, quâ dilectus Do-
mino cælum Benedictus ascendit. Hanc visionem unus
ex illis duobus Fratribus nostris, qui eam simul cum B.
Mauru viderunt, in nostro morabatur cœnobio; alter

*lib. 2. Dial.
c. 37.
visionem
socii nar-
rat:*

*dicedit à
S. Romano,
prædicente
obitum
suum,*

*& fausta
illi appre-
cante.*

*r. Cor. 2.
ib.*

sacratisse diei, beatissimus Maurus in ecclesiâ consi-
stens transitum eius, qualicumque eueniret horâ oran-
do & psallendo præmunire, longè licet positus; fatiga-
ret, seque pauimento in orationem dedisset, raptus in
spiritu, subito se transpositum in loco, de quo egressi fue-
ramus, vidi, conspexitque viam palliis strata, ac innu-
meris coruscant lampadibus, recto Orientis tramite, ab
eius cellâ in cælum usque tendentem. In quâ etiam vi-
sione duos congregationis nostræ Fratres socios habuit,
cum quibus simul eamdem visionem conspexit. Itaque
cum viam, quam cernebant, mirarentur attentiùs, ve-
nerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset
via, quam cernerent, inquisivit. Quod illi se nescire pro-
fessi sunt. Quibus ille ait: Hæc est via, quâ dilectus Do-
mino cælum Benedictus ascendit. Hanc visionem unus
ex illis duobus Fratribus nostris, qui eam simul cum B.
Mauru viderunt, in nostro morabatur cœnobio; alter

32 Diem illam & sequentem Dominicam, quâ spe-
cialiter triumphus Resurrectionis Dominicæ celebra-
tur, solerinem & celebrem cum omni gaudio ac lætitia
peregrimus. Secundâ autem feriâ festiuitatis ipsius, an-
tequam proficiisci cœpissimus, S. Romanus B. Mauro di-
xit: Si absque animæ periculo locum hunc deserere potu-
issem, melius tecum, amantissime Frater, cuperem
habitare, quâm alicubi finem vitæ terminare. Sed quia
& hos deserere periculum est, & ultimum mihi iam
iamque imminet diès, perge felix, quod mitteris, ac pro-
spere felici utere sorte: Deus autem omnipotens semper
fit tecum, & cum Fratribus, qui tecum pergunt, & re-
cto itinere perducant vos ad veram reprobationis ter-
ram, quam omnibus electis suis polliceri dignatus est;
vbi præparauit eis, quæ nec oculus vidit, nec auris audi-
uit, nec in cor hominis ascenderunt, nisi in illorum, qui
terrena omnia amore eius proterentes, ac desiderio cæ-
lestium abdicantes, dicere curi Apostolo valent: Nobis
autem renelauit ea Deus per Spiritum suum.

a Iura, sive Iurassis, celebri Gallia mons, in quo S. Eugenio Ce-
nobium, de quo i. Ianuarij, quod nunc S. Claudijs appellatur, ut 6.
Junij dicemus.

b MS. Rip. Remegia. al. Remia. c al. ihnuens.

d Ex pluribus alius historiæ constat iudicium particolare subinde

fieri prius quædam plenæ corpore emigraverit anima.

e Hunc Vincentius Barralis inter Sandos Lirinenses recenset ad

hunc diem, nec aliud profert quidquam, nisi hunc locum.

f S. Romani vitam à Gisberto monachho scriptam dabimus 22.

Maij. Agit de eo S. Gregorius lib. 2. Dial. cap. 1.

g Hoc in loco, ut erit Gisbertus, habet basilica eius no-
mine, & miraculorum, quæ per eum Deus operatur, priuilegio
nobiliter insignis. Corpus inde translatum Antifidorum, posse
ad monasterium S. Romani dicitum, iuxta Senonensem metropolam.

h MSS. Rip. & Bonif. cælibem.

i Eadem narrat Aimoinus lib. 2. cap. 22.

C A P V T VI.

Aduentus in Andegauos.

33 EX eo igitur loco, testo calle Aurelianis cum ve-
nismus, grauissimus duces itineris nostri mæ-
ror inuasit. Audierunt siquidem certis deferentibus nun-
tiis, B. a Bertchramnum Episcopum iam migrasse ad
Dominum; aliumque in loco eius iam substitutum Pon-
tificem. Hoc autem cum B. Mauro ac nobis intimassent,
pij copi Ce- magno tædio deficere cœpimus, nescientes quid facere
nomaniens, deberemus. Sed B. Maurus, memor prophetæ sanctissimi
Patris nostri, quâ nos, cum difficultate licet, aptum
locum inuenturos esse prædicti, detectos animos blan-
dis consolationibus ac promissionibus roborabat, di-
cens: Nolite, Fratres dilectissimi, in præsenti afflictione
animos vestros ita tristitia subdere: quoniam & Deus
tribulationem patientibus, gratia sua pietat eos rele-
Tom. 1.

*fuos soli-
tui.*

trando, præoccurrens consuevit, & præcipue precibus Avtoris
beatissimi Patris nostri adiuuabimur, qui se nobis sem-
per præsentem & cooperatorem adesse pollicitus est. Ex MSS.
Nam & Abraham Patriarcha imperio Dei egressus de
domo & de cognatione suâ, terram peregrinationis suæ
postea in posteros accepit in hereditatem. Itaque & nos
nostram congaudentes cœpisse peregrinationem, expe-
ctemus, vt deuotissimi serui, consolationem Domini; &
per omnia vestigia sanctissimi Patris nostri Benedicti
imitari satagamus, qui relictâ domo & rebus patriis, &
ad ultimum nutricem suam occulte fugiens, ac soli Deo
placere per omnia desiderans, tantam à Domino pro-
meruit gratiam, vt nemini post beatos & primos Apo-
stolos unquam fuerit secundus; sed potius, Deo se iu-
uante, tot sanctorum extiterit fundator cœnobiorum,
tantaque Domino acquiescit millia perfectorum mona-
chorum.

34 Hac itaque exhortatione B. Mauri aliquo modo
confortati, tractare simul cum ductoribus nostris ceipi-
mus, quid potissimum nobis esset agendum. Tunc no-
bilissimus vir Harderadus cum ad latus Beati resideret
Mauri, ita exorsus talia proferre cœpit: Dignum mihi Legatis Ce-
atque conueniens, Pater sancte ac religiosi Fratres, esse nomanos
videtur, vt nos, qui legatione huius rei functi sumus, profectus,
propter quam tot ac tanta perlustrantes terrarum spa-
tia, laborem hunc iussu nostri Pontificis assumptus,
istum nouum atque incognitum nobis adeamus Antisti-
tem; & cauſam itineris nostri notam illi ex ordine fa-
cientes, voluntatem eius super tali negotio rescire valea-
mus: simul etiam & nostri sollicitudinem apud eum ge-
rere nos oportet. Tu vero, Pater venerande cum Fratri-
bus, quos tecum habes, nostrum ad vos hic exspectare
reditum debes, qui infra octo, vt reor, consummabitur
dies. Etenim si ille hoc, quod beatus decessor suus im-
plete cupiebat, facere renuerit: alia proculdubio repe-
rietur via, quod id ad quod missi estis, cum superno ad-
iutorio perficere valeatis, ne frustra tanti laborem itine-
ris assumpsisse videamini. His dictis, aptissimam mani-
cionem nobis in eadem vrbe iuxta ecclesiam B. Petri A-
subſſit postoli assignauerunt, deputatis ad custodiā nostri Aurelii:
quos honoratiōes in suo habebant famulatu, simul &
præcipientes eis, vt non minus obsequiis tam B. Mauri
ac nostris, quâm illorum sollicitate inuigilarent. Hæc ita-
que honorificè cum ordinassent cum benedictione S. Mauri profecti sunt.

35 Cumque Cenomanis venissent, & Episcopo nun-
tiati fuissent, honorificè ab eo suscepiti sunt, atque in
propriis restituti officiis, amplificatis sibi etiam ab eo
dem Praefule priorum possessionum hohoribus. Sed cum
cauſam legationis sua ei enarrasset, ac quid ipse super nolente eo:
hoc re vellet, inquirerent; respondit se propriis magis, recipere E-
quâm aliorum velle insistere cœptis, ne supra alienum æ-
dificare videretur fundamentum; præsertim, inquit, cum
incumbat nobis hunc ordinatio ac dispositio tam pro-
priorum negotiorum, quâm & Ecclesiariū per uigil
sollicitudo. Hoc autem agebatur secundum dispositio-
nem occulti consilij Dei, qui locum, quem B. Mauri ma-
gisterio, atque institutione doctrinæ regularis subli-
mandum esse decreuerat, nullo modo obtenuit alterius
differi vel ad modicium volebat loci. Siquidem locus il-
le, qui à B. Bertgrammo ad construendum cœnobium
proiussus ac delegatus fuerat, non admodum aptus vel
congruus regulari erat religioni, vt nobis nostri dice-
bant ductores: nam ex ipso nomine, quo Rupiacus vo-
cabatur, deformis à nobis & scabrosus æstimabatur.

36 Harderadus proinde certissime comperiens, quod
Dominolus Episcopus nihil de hac te facere vellet, læti-
sum effectus, licentiam ab eo ad nos reuertendi petuit.
Quâ sibi coricessa, nepotem suum strenua iuuenturis
vitum, nomine Hademarum, Beato transmisit Mauro, euocatur
mandans illi, vt nullo modo mœstem gereret animum, in divisionem
sed quantoq. posset cum omnibus, quos cum eo di-
miserat, Andegauensem adire festinaret regionem, quod
ille

T i t t

AUCTORE ille nobis se occurrere per nuntium designauerat. Cùm S. FAUSTO, itaque tam B. Maurus, quām & nos omnes, qui cum eo remanseramus, alacriores tali effecti nuntio fuissimus, decimo die, postquam Aurelianis civitatem fueramus ingressi, iter arripientes, tendere quād iussi fueramus, suminoperē certabamus.

37 Quinto tandem die ad locum, qui Restis nuncupatur, peruenientes, honorabilem virum Harderadum & vxorem eius ac filios, aduentum nostrum iam per biduum ibi prestolantes, inuenimus. Qui cùm honorificè nos suscepissent, post abundantissimam, quam nobis præparauerant, refectionem, supradictus vir Harderadus cum coniuge suā, Cæciliā nomine, secretiorem expetens locum, adscito B. Mauro, omnia illi quāe cum suo inuenierat Episcopo, per ordinem nuntiauit. Et cùm Beatus ei diceret Maurus: Quid nobis nunc agendum, vir illustrissime, vel potius eligendum esse decernis? Ille amabiliter, vt vir iucundissimi erat vultus, respondit: Est mihi consobrinus, nomine Florus, magnis tam in his, quām in aliis regionibus possessionibus pollens, qui primus inter primos totius regni Francorum Proceres, decentissimè omnia iussi à Rege Palatina disponit moderamina. Hic itaque ab ineunte aetate, in seculari licet habitu constitutus, omnipotenti Deo sollicitè semper placere studuit. Cui ex amisā coniuge, quam vt acciperet, inuitum eum tam Rex, quām nostri coēgēre parentes, vnu tantummodū superest filius: qui si alicubi perfectos in hac religione posset inuenire viros, in suā propriā possessione, quāe ei de paternā euuenit hæreditate, monasterium construere desiderat, filiumque suum ibidem Deo offerre cupit: ac sic demum relictis omnibus, quāe sunt huius mundi, negotiis, Deo in eodem deseruire, liber ex omnibus, exoptat cœnobio. Ad hunc ergo Missum nostrum directum habeo, qui illi aduentus vestri caussam pleniter enarrare valeat, vel si in deliberatione animi sui perseverat, explorare. Nos tamen, si placet, vñque dum aut ipse aut ille quem ei direximus, reuertatur, locum ipsum, de quo loquimur, inspicere & considerare habeamus.

*indicatā
eius aduen-
tus causā
Floro viro
potenti &
pio.*

a Rursum hic variant MSS. codices: aliis enim est Bertigarius, aliis Bertigranus, Bertichranus. Ceterū vel memorī lapſus hic est Faustus aut potius eius interpolator Odo, Berchramnum pro Innocentio scribens, vel duo fūre Berchramni, quorum prior exiguo omnino tempore federit. Nam S. Innocentius Conclit Aurelianensis IV. anno 641. habito subscriptus. Domnolus, sive Domnulus, qui S. Maurum noluit admittere, anno 567. Turonensis II. Berchramnus alter interfuit conuentui Episcoporum apud Guntramnum in causā monialium Pictauensium anno 589. tice non dicatur fuisse Cenomanensis. At non potest ille, quod putauit Claudio Robertus, S. Maurum exocasse, ut ex hac Vitā paret. Probabilius autem est memoria lapſum esse Odonem, cum in Vitā S. Domnoli, quam 16. Maij dabimus, ipse dicitur S. Innocentii, sive Innocentio successo.

C A P V T VII.

Glannafolienſis cœnobij fundatio.

38 **H**oc B. Maurus audiens, gaudio gauisus est magno, & statim alterā die cum eodem honorabili viro pergit ad considerandum locum. Eo tempore Theodebertus Rex nobiliter regni Francorum apicem gubernabat. Cui supradictus clarissimus vir Florus ita familiaris & carissimus in omnibus erat, vt quicquid in omni ditione eius facere vellet, absque aliquius contradictione permisus à Rege obtineret. Qui cùm relatu nuntij, quem ei Harderadus direxerat, tam B. Maurum, quām & nos aduenisse cognouisset, & quia Cenomanicus Antistes recipere nos noluisset; illi accedens ad Regem, cauſam ei aduentus nostri pleniter enarravit, ac voluntatem suam, quam de ædificando cœnobio habebat, ei aperuit; petiitq; ab eo, vt nos eius permisso suscipere mereretur, quatendū ei monasterium, sicut desiderabat, construeremus. Cui Theodebertus Rex re-

*Florus ei
monaste-
rium adi-
citurus*

spondit, dicens: Non ita nobis haētenū seruisti, vt ali- *Rege pro-
bante* quid tibi negare, aut contradicere possimus: unde per- ge quantocūs, & nostrā comitatus gratiā, ac robora- *tus auētoritate, eosdem sanctissimos viros cum omni
suscep̄ reuerentiā, peragens cum eis desiderium, quod
animo tuo ūperna inspirauit dignatio: simul & depre-
care illos, vt pro nobis ac liberis nostris, populoq; to-
tius regni à Rege nobis collati, ipsius assidue exorare di-
gnentur misericordiam: patatissimos etenim nos atque *& fauorem
fauorem* promptissimos in omni suo inuenient obsequio, si for- *suum ad-
mam huius religionis ita ab eis obseruari compereri-
dicente,**

mus, sicut iam famā vulgante ab eorum Magistro ar-
duè satis eam traditam audiuimus. Tuum verò erit, arti-
fices illuc ad operandum, vbi cumque eos in omni no-
strā inuenieris potestate, adducere & adunare, vt opus
ipsum celerius possit expleri. Nec nostra, iuxta volunta-
tem & consilium tuum, regia loco illi deerit largitas, si
aptè eum constructum & conuenienter perspexerimus
ordinatum.

39 Talibus ac tantis Regis promissionibus nobilissi-
mus vir Florus robatus, concitus ad prædium posses- *ad eum
sionis suæ, quod a Glannafolium dicebatur, aduenit.
Cuius aduentu Harderadus auditio, cum B. Mauro ante
fores portarum in eius pergit occursum. Videns verò
Florus B. Maurum humillimo monachili indutum ha-
bitu stantem, de equo, cuius tergo infederat, perniciter
desiliuit: ac tertio antequām ei appropinquaret, toto
corpo in terram se prosternens, cùm ab eo humiliter *eumq; &
receptus, ac modestè, vt didicerat, eleuatus fuisset, diu-
tius se inuicem complexantes, ac alterutrum constrin-
gentes, lacrymas quoque præ gaudio inuicē b infunden-
tes, immorati sunt. Tunc deinde prædictus vir, oscula-
tis nobis omnibus, apprehendens iterum dexteram B.
Mauri manum, & strictim eam exosculans ait ad illum:
Benè te venisse gaudemus, serue Dei excelsi, & discipule
sancti viri Benedicti, cuius honor & nomen, quod in
sanctā emeruit seruitute, penè iam omni seculo inno-
tuuit: & benedictum nomen Domini gloriosum, quite
ac commilitones tuos, istos reuerendos viros, ad adiutorium
nobis in istam misit prouinciam. Et hæc dicens,
ducebat eum ad domum, præcedente nos Harderado, &
filii eius.**

40 Die vero aliā, cùm post matutinale officium in vnum conuenissimus, aperuit B. Mauro voluntatem suam, quam de constructione cœnobij habebat, simul & Regis referens promissionem ac depreciationem, quā eum & pro se ac filiis, omniq; populo Dominum attentiū implorare expetebat. Tunc B. Maurus ait ad illum: Obseruatio ordinis nostri summam depositit quietem & securitatem. Quapropter si nobilitati generositas *probatum
tuæ viderur non esse contrarium, primum omnium Sanctorum lo-
res, quas Deo eiusque famulis tradere pro remedio, vt cum
afferis, animæ tuæ desideras, simul perlustrantes inspicere debemus. Inde verò factō testamento, te tradente no-
bis coram testibus, recipere eas in nostram conuenit do-
minationem. Cui cùm affensum suum Florus præbuī-
fet; ascensis equis post diem tertium, inspectis omnibus,
ad supradictum reuersi sunt locum.*

41 Tunc clarissimus vir Florus scripto, iuxta consilium beati viri, testamento, tradidit ei omnia, & de suo *ei donat,* iure in eius delegauit potestatem atque dominium. Ob-
tulit etiam ipso die Domino filium suum, nomine Ber-
tulfum, puerulum octo circiter annorum, nutriendum & instituendum doctrinā & magisterio beatissimi Mau-
ri, sicut & ipse à sanctissimo Magistro suo Benedicto e- *& filium
ducatus in omni nostrā fuerat obseruatione. Post cuius suum o-
blationem ait B. Mauro. In hoc sanctissime vir, & te, & *hennum
Deo offert:**

qui tecum sunt, certos tam de hoc loco, quām & de re-
bus ibi à me collatis esse conuenit, cùm & filium meum,
seruiturum Deo per vestrum obtulerim magisterium: &
me ipsum, si vita comes Dco propitio fuerit, opusq; per-
fectum, relictis omnibus, quāe sunt huius mundi, in hoc
eodem diuinis mancipandum seruitur polliceor loco.

42 Con-

42 Congregatis igitur plurimis artificibus & operariis, iactisque fundamentis, opus cœptum quotidie certatim accelerabant. Sed quia parvus deorsum super ripam fluminis erat locus (ex vnâ enim parte obiectu montis, ex alterâ verò Ligeris alueo angustabatur) in deuexo ipsius montis latere fabrica omnis monasterij ædificari cœpta est. Primum ibi vnam non admodum magnam ædificauerunt orationis domum, quam B. Maurus in honorem S. Martini Confessoris Christi consecrari fecit: in quâ etiam Dei dispositione, & suâ elecione eum sepeliuimus. Nam sicut sanctissimus Benedictus in oratorio eiusdem beatissimi Martini, in quo, destructâ arâ Apollinis, eius memorâ posuerat, se sepeliri iussicerat; sic perfectissimus eius discipulus, ne vel in sepulturâ ab eius videretur discrepare qualitate, in domo eiusdem oratorij se præcepit tumulari. Prædictus denique vir Florus cùm in omni regno Theodeberti Regis summam obtineret potestatem, ac vice Comitis in Andegauensi eo tempore fungeretur pago, peritissimos vndique illuc conuenire fecit artifices, tam lignarios quam camentarios, quamque etiam in aliis doctos artibus.

43 Cumque die quadam cum Beato Mauro operarios inspiciens resideret, & vir Domini lectioni de contrâ operam daret, ac interdum ea quæ legebat ipsi Floro exponeret; quidam Clericus, qui clementariae arti præterat, & quem idem Florus de palatio Regis ob hoc adlaperdam exanimatum corruens, super deportatum illuc montem lapidum cecidit. Cumque omnes eum mortuum crederent, ac de solâ eius sepulturâ tractarent, pro eo maximè, quia per omnes corporis meatus sanguis vndatim profluenus egrederetur; vir Dei cum Floro aduenit, eumque continuò ad ostium ecclesiæ B. Martini deportari fecit. Cumque omnes abscessissent, ipse in terram se ante altare oratione dedit. Quâ completâ, egrediens & super collis membra signum Crucis faciens, ait: In eius nomine, qui corpus hominis de limo terræ formauit, & spiraculum vitae inspirauit, surge sanus Langisse, & perfice opus tuum quod cœperas. At ille statim velut à somno consurgens, mirari cœpit, quando illuc aduenisset. Sanctus verò Domini ad eum ait: Non tuis huc pedibus, sed a liorum delatus es manibus. Sed perge quantocūs, ne forte tuâ absentiâ opus intermittatur. Illo itaque egesso, Florus, qui in parte cum Simplicio monacho itans cuncta quæ vir Dei egerat vidit, concito cursu adueniens, seque ad pedes eius proiiciens, clamare cœpit: Verè discipulus es tu S. Maure B. Benedicti, de quo talia narrari frequenter audiuius. Ex illo die idem Florus, ita eum in maximâ habuit admiratione, vt numquām proprius ei accedere auderet.

44 Itaque cùm Clericus, qui sanatus fuerat, ad opus suum fuisset reuersus, quidam ex operariis B. Mauro detrahere cœperunt, dicentes eum non religionis obtentu, sed gratiâ cupiditatis, quò honoratior in aliis esset regionibus, suum reliquissimum monasterium & tam longinas adiisse terras; & hæc quæ faciebat, non virtute Dei, sed potius quibusdam obtainere præcantaminibus. Cùm ergo hæc inter se sermocinarentur, malignus spiritus tres ex illis subitò inuasit, ac ita grauissimâ vexatione attenerere cœpit, vt vni ex illis, nomine Flodegiso, animam extorqueret. Quod vbi vir Dei quid euenisset agnouit, vehementer flectere cœpit: iterumque oratorium B. Martini ingressus, attentius Dominum tam pro his qui torquebantur, quam & pro illo, qui mortuus fuerat, deprecabatur. Et cùm per tres continuas horas orationi incubuisse, ad eos qui vexabantur, & se inuicem dentibus lacerabant, accessit; & signum Crucis tertio contra eos faciens, dixit: Filius Dei unigenitus Dominus noster Iesus Christus, qui discipulis suis potestatem dedit calcandi super serpentes & scorpiones terræ, & super omnem virtutem inimici, ipse vos ab hac soluat dæmonicâ vexatione. Et cùm adhuc dentibus frenderent, puluere que

Tom. I.

se conspergerent, vir Dei proprius accedens, digitos ^{AUCTORE} vtriusque manus illis in ora misit. Spiritus verò immun-^{S. FAUSTO.} di, fortida relinquentes vestigia, ventris egestione fuga-^{Ex MSS.} ti sunt.

45 Iussit deinde vir Domini corpus defuncti tolli, & in porticum ecclesiæ deferri: noctemque illam vigilis ^{alium, idē} totam duxit insomnem, assiduis Dominum exorans ge- ^{à demone} mitibus, vt animam defuncti in corpus reddere digna- ^{suffocatum} retrur, ne diutius de eâ diabolus, qui illam extorferat, ^{resuscitat.} triumpharet. Manè autem primo Simplicium Presbyterum adsciscens, vt sacrificium nostræ redēptionis pro eadem Deo animâ offerret, imperauit. Quod dum ille deuotissimè consummasset, cum ipso Simplicio vir Domini ad locum, in quo mortuus iacebat, accedens ait: Domine Iesu Christe, qui quatriduanum Lazarum de monumento suscitaſt, & ad preces serui tui Eliæ filium viduæ vitæ restituisti; adesto & nunc nobis famulis tuis, & redde in hoc defuncti corpore animam, quam te permittente, hostis humani generis cruciendo de eo effugauit. Et cùm hoc dixisset continuò corpus defuncti totum concussum est: illicoque consurgens, ab eo mandatum accepit, vt si viuere vellet, quamdiu ipse in hac vita esset, in locum ipsum iam non introiret. Hoc autem Sanctus pro solâ imperauit humilitate, ne scilicet pro tali factō plausum & fauorem hominum querere, ac delectari videretur.

a Alij Glanafolium scribunt. Id, teste Massono, ad Ligerim edito in vineis loco positum, vulgo S. Mau sur Loire dicitur.
b al. effundentes.

C A P V T . VIII.

Theodeberti Regis donationes. Flori ingressus in Religionem.

46 Gitur a octavo anno, postquam ibidem aduenera-^a mus, monasterium omne satis conuenienter in o- mni constructione consummatum, atque ab Episcopis prouincia ipsius dedicatum est. Regebat autem per ^{Perfecto} idem tempus Andegauensem Ecclesiam vir sanctissimus ^b mona- Eutropius. Porro in ipso monasterio ecclesiæ quatuor ^{rio.} ædificatae fuerant. Quarum maior, in quam Fratres tam ^b ad diurnum quam ad nocturnum conueniebant officium, ^{4. in eo} consecrata est in honore B. Petri Apostolorum Principis: secunda (vt dictum iam superius est) in honore B. Martini: tertia verò, quæ & minor erat ceteris, in veneratione S. Seuerini: quarta autem, quæ in modum turris quadrifida, in ingressu monasterij altissimè ædificata est, benedicta fuit in honore sancti Archangeli Michaëlis.

47 His itaque expletis, prædictus vir Florus non immemor promissionis, quam Deo voverat, pergens ad ^{volente} Theodebertum Regem, licentiam ab eo expetiit, vt ei ^{Floro habi-} regularem liceret suscipere habitum, & peccata sua, quæ ^{tum iſhic} plurima in seculari contraxerat conuersatione, ieuniis ^{4. in eo} & orationibus, ceterisque spiritus fructibus redimere. Quam cùm ei Rex negare nequivisset, tristis licet & moerens, pro eo quod ab eo separari nollet, permisit illi quæ depositceb implere; eumque aliquantis diebus secum in palatio retinens, de virtutibus, quas per B. Mauro fieri audiebat, interrogare cœpit, vel qualiter ipse cum discipulis suis in sanctâ viueret religione, seu quantum iam Fratrum numerus ibi adunatus esset. Quæ cùm ^{Rex, licen-} illi omnia Florus enarrasset, prout ea ipse certissime ^{tia prius à} sciebat, Rex dixit illi: Si placere hoc ipsi Dei seruo sci- ^{B. Mauro pa-} rem, multum tam eum quam locum illum videre cupe- ^{finiatâ.} rem, eumque nostro regio honorare munere. Cui Florus respondit: Quæratur primùm, si vcltræ placet Cel- studini, super hoc virti Dei voluntas: & tunc dēmum, sicut ipse ordinauerit, ea quæ vultis, implere poteritis.

48 Dimittens ergo eum Rex, cùm in eius osculis diu-
tius immoratus fuisset, dixit ad illum: Quæ cum viro Dei

TIT. 2 de

AUCTORE de nostrâ ad locum illum inuenitis profectione, citius
S. FAUSTO, nobis remandare fatigè. Multùm enim vellem, si possi-
Ex mss. bili esset, die quo capitî comam deposueris, ibi præsens
adesse. Veniens ergo ad monasterium Florus cum mul-
tis optimatibus ac nobilibus viris, qui eum de palatio
Regis fuerant secuti, viro Dei voluntatem Regis ape-
ruit. Qui cùm ei respondisset, nil loco officere, sed po-
tius in meliorationem eius ipsius ad eum aduentum,
quantum ipse intelligere poterat, proficeret, certum diem
Regi Florus, quo ad monasterium venire deberet, man-
davit. Quòd cùm venisset, & magnificè, vt regiam de-
cebat sublimitatem, à B. Mauro, & congregatiōne cuius
sanctissimus gressus iam quadragenarium excesserat nu-
merum, suscep̄tus fuisset; post orationem in conuentum
Fratrum pergens, regiamque dignitatem paruipendens,
Beato se Mauro ac congregatiōne, regali indutus purpu-
rā, humiliiter prostrauit, & vt pro illo Dominum exora-
re dignarentur, lacrymis perfusus precabatur. Cumq̄e
eum vir Dei à paumento eleuaslet, Rex ait ad eum: Ce-
lebre nomen Magistri vestri Benedicti ad nostram olim
delatum fuerat notitiam; cuius sanctitatis & virtutis o-
pera insignia, quæ de illo audiuimus, per vos quotidie
fieri, gaudio letamur non modico.

49 Tunc Rex B. Maurum petuit, vt Fratres eum in
suari recipere dignarentur societatem, & nomen eius
inter sua scribere nomina: filiumque suum Theodebal-
dum sancto viro ac Fratribus commendabat attentiūs,
præcipiens ipsi, vt semper deuotus erga locum illum es-
set, ac in omnibus sanctæ illi congregatiōni adiutor &
defensor existaret. Interrogauitque virum Dei, quinam
illi Fratres essent, qui cum illo venerant. Qui cùm nos
digito illi designasset, in parte nos stare præcipiens,
intuebatur attentiūs, nomen vniuersiusque ab eo scisci-
tans. Quæ cùm didicisset, osculatus est nos, deinde o-
mnem congregatiōnem. Videns autem Bertulfum ad-
olescentem inter reliquos Fratres stantem, interrogabat,
quis esset. Cui B. Maurus cùm hunc esse Flori filium in-
dicasset, vocans eum ad se Rex, atque ad pectus suum
amplexando stringens, B. Mauro eum attentiūs, amore
patris eius, commendare coepit, & vt carissimè ab eo nu-
triretur depositore.

50 Inde cùm omnia habitacula monachorum cir-
cumiens perlustrasset, ac conuenienter cuncta constru-
cta esse laudasset, ingressus iterum ecclesiam S. Petri, de-
dit ad ipsum locum fiscum regium, qui Boscus vocatur,
cum omnibus villis & redditibus, qui ad eum pertine-
bant. Vocansque ad eum Ansebaldum, qui scriptoribus
testamentorum regalium prærerat, præcepit ei, vt ante-
quam de ipso monasterio egredere tur, testamentum de
eisdem scriberet rebus, ac de annulo eius regali firmaret
more: concessitque B. Mauro, vt si quid ex illo die apud
eum obtinere vellet, ipsumque ei adire placuisse, libe-
ram haberet facultatem introcundi, quocumque oīm
sciret. Posuit quoque super altare B. Petri pallium
pretiosissimum, & crucem auream cum lapidibus valde
pretiosis.

51 Florus autem accedens ad Regem, deprecatus est
eum, vt præceptum regiae dignitatis facere iuberet super
testamentum, quod ipse de propriis rebus, quas loco illi
tradiderat, scribere rogauerat. Quod Rex libentissimè
annuit. Tunc in conspicu Regis allata sunt munera
non modica in auro & argento, gemmis quoque & di-
uersarum vestium multiplicitate, quæ idem vir eo die
Domisto & Sanctis eius obiuit. Dimisit etiam viginti ex
seruis suis liberos, prius eos ditans magnis donis. Dein-
eū ipse & de venienti ante sacrofancum altare, adstante Beato
Maurus Mauro & omni congregatiōne, Rege quoque ex alterā
assident: parte cum populi numerositate, qua cum illo venerat, ac
cingulum militiæ quo eatenus vsus fuerat, deponens,
super altare misit. Cui, iubente viro Dei, Rex primus
post eum de comitatu eius totundit; deinde qui-
cumque ex optimatibus eius voluit. Rex vero gaudio
lacrymas effundebat, congaudens deuotioni animi eius:

vocansque ad se nepotem ipsius Flori, nomine Lan-
drum, dedit ei per sceptrum regale, quod manu ge-
stabat, quæcumque Florus patruus eius ex regali posse-
derat dono.

52 Post hæc Sanctus Domini deprecatus est Regem,
vt domum, quæ hospitibus suscipiendis aptissimè omni
compendio ac decore constructa fuerat, intrare digna-
retur. Quam cùm ingressus fuisset Rex, antequam vir
Dei pedibus eius totō corpore prostratus fuisset, ab eo
cum nimio elevatus pauore, ac inquisitus quid vellet, re-
spondit, dicens: Hæc est petitio, quam à vestrâ, vice o-
minum seruorum Dei qui in hoc degunt cœnobio, ex-gante isthi
posco sublimitate, vt veniat Rex cum seruis suis, & ali-
menta cibi ac potus, quæ ei deuotione & seruitio sunt
præparata monachorum, percipiat cum gratiarum a-
ctione. Quod cùm Rex tenuere cœpisset, seque, ne id
fieret, humiliiter vellet excusare, unus ex Consiliariis
eius, vir sapientissimus, nomine Ebbo, dixit ei: Perpen-
dere tibi, Domine mi Rex, conuenit, quorum depreca-
tionē istam sumere refecionem: si enim hi,
qui ita Deo, sicut tua conspicit Celstido, deseruunt,
tū aliquo modo tristes effecti fuerint contradictione,
Deum propitium habere non poteris. Quod Rex au-
diens, illicet quod petebatur annuens impleuit.

53 Cumq̄e abundantissimè cum suis omnibus, qui
cum eo venerant, refectus fuisset, antequam egredi à
monasterio cœpisset, Florum amantissimum sibi virum
ad se adduci præcepit. Qui cùm ei monachili iam indu-
tus habitu, adductus fuisset, Rex usque ad suffusionem Florum
vultus lacrymis permotus, ait illi: Gratias omnipotenti horatū
Deo pro tuā referimus conuersione: sed tibi sollicitè pro-
curandum ac summoperè peruigilandum est, vt sicut in
seculari constitutus habitu strenuè semper ac nobilitet
absque dedecore conuersatus es, ita nunc quoque in hac
sanctissimâ, quam experti, religione, sine reptehensiō-
ne Deo semper placere satagens, proficias quotidie de
virtute in virtutem, quoisque Deum Deorum in Sion
felici cernere possis exultatione. His dictis, diutius in
osculis eius immoratus, ac benedictione, quam ex-
petierat, B. Mauri roboratus, Andegauis ipso die reuer-
sus est.

a Manifestum est vel hæc vel supra falli Odonem. Mortuus est
Theodoricus, ut scribit S. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 23. vige-
simō textio regni sui anno, à morte videlicet Clodouei patru, qui
anno 511. decepsit. Theodobertus ut cap. 9. num. 57. dicitur, cùm
quatuordecim annis strenuè ac nobilitet Francorum gubernas-
set regnum, obit. A transitu igitur Clodouei, inquit idem S. Gre-
gorius lib. 3. cap. 37. usque in transitum Theodoberti computan-
tur anni 37. Mortuo ergo Theodoberto, quartodecimo regni
sui anno, regnauit Theodoualdus filius eius pro eo. Mortuum est
ergo Theodobertus, si recte calculum ponimus, anno Christi 548.
Ergo si anno octavo post aduentum S. Mauri in Gallias, visitauit
Glannafolium, qui anno 548. decepsit, necesse est anno 540. vel 541.
Isthuc venisse Maurum: quodcumq̄e ante scriptū de obitu S. Benedicti
vix congruit, cùm cum constet ad Torila tempora peruenisse.
b Hic successor S. Albini, Domiciani decessor constituitur à Cli-
Roberto.
c al. Lamdrum, al. Ladramnum. **d** MS. Bonif. Elbo.

C A P V T IX.

*Flori obitus. Theodebaldi & Clotharij Regum
donationes.*

54 **B** Eatus verò Maurus alterā die ad inuisendum fe-
ciplendumque fiscum, quem idem Rex ad ipsum para-
contulerat monasterium, est egressus. Cumq̄e per bi-
diuum ibi commoratus fuisset, paralyticus quidam, qui
in eadem villâ per septem iam annos toto corpore de-
stitutus in lecto absque sensu iacebat, ei deportatus at-
que oblatus est. Super quem cùm vir Dei benedictio-
nem suam dedisset, ita sanus effectus est, ac si nihil vma-
quam mali de ipsa pertulisset destitutione.

55 Inde reuersus ad monasterium, sollicitè more Ma-
gisterii firmiter

gistro sui singulorum secum habitantium mores & vi-
tam perscrutans, ac verbum vitæ publicè & priuatim eis
annuntians, atque antiqui hostis versutissimas & multi-
plices insidias detegens, proficere eos ad meliora quoti-
die hortabatur. A secundo siquidem aduentus nostri ad
eundem locum anno, nobiles ad eum viri conuenire
vndique cœperant, ac sè omnipotentis Dei seruitio tra-
dentes, eius cohabitationem expetere: nonnulli vero fi-
lios suos Deo per eius magisterium instituendos offer-
re. Vnde factum est, vt vigesimo sexto anno funda-
tionis ipsius cœnobij congregatio centum quadraginta
Fratrum illic adunata esset. Qui numerus tunc à B. Mauro
scriptus, & auctoritate tam eius, quam totius con-
gregationis præfixus atque statutus est: vt nemo dein-
ceps existeret, qui hunc numerum vel excedere, vel mi-
nuere vñquam in ipius congregatione cœnobij ausus
fuisset: quoniam & res, quæ ibi iam tunc delegata è-
rant, tanto Fratrum numero in his quæ necessaria è-
rant, sufficiebant: & si amplior esset numerus, occasio-
nem patiendæ necessitatì fortè inferre potuisset.

56 Sed vt ad id redeam, vnde digressus sum, cùm
prædictus Florus annis a duodecim, mensibus tribus ac
diebus totidem, sanctissimè, vt nobiliorem decebat, no-
bilissimus in omni vixisset religione, b duodecimo Ca-
lendarum Septembrium felicitet migrans ad Domi-
num, diem clausit ultimum. Filius vero eius Bertulfus
quam perfectus in omni sacro sanctâ fuerit obserua-
tione, sequens lectio demonstrabit.

57 Theodoberus igitur Rex, cùm quatuordecim
annis strenuè ac nobiliter Francorum gubernasset re-
gnum, Theodebaldo filio suo sedem regni post se dere-
liquit. Qui iuxta patris sui imperium non minimum,
Theodebal- quoad vixit tempore, tam B. Maurum, quam nostram
duis qua- dilexit congregationem. Hic itaque patris sui sequens
dam donat vestigia, qui notiliter locum congregationis huius, cùm
S. Mauro. ibidem, ordine quo suprà inseruimus, aduenisset, hono-
rauit; cùm & ipse post mortem patris B. Maurum, ac
ipsum locum aliquando venisset inuisere, contulit
& ipse nihilominus ibidem, vt magnificientia re-
giæ dignum erat, testamentariâ auctoritate villas duas;
quarum vna vocabatur Villa Fabrensis, altera vero
Vosda.

58 Sed & hic, cùm, paruo tempore regni apicem ho-
norificè cum pace obtinuissest, immaturâ præuentus
morte Clotario principatus dimisit a monarchiam.
Qui Clotarius auditâ famâ B. Mauri, frequenter eum
ad se euocans, eius sapientissimis vtebatur consiliis.
Denique cùm aliquando B. Maurus duos ex Fratribus
pro aliquibus necessitatibus ad eum transmisisset, ac
ipse benignissimè omnia, pro quibus ierant, annuisset;
inquirere ab eis sollicitè cœpit, quid vel qualia Reges de-
cessores sui nostro contulissent loco. Quæ cùm ab eis
rescisset, ait: Et nostra, Deo propitio, largitas ipsi non
debet loco, præsertim cùm & ampliorem illis tam regni
quam diuitiarum obtineamus potestatem, & bona ope-
randi à Domino perceperimus voluntatem.

59 Huius temporibus dum B. Maurus villas ac præ-
dia monasterij curam gerendo & disponendo circuiret,
quadam die in possessione monasterij, cui Gaudiacus
nomen est, ingressus refrigerandi gratiâ, secretiorem
locum petuit. Quo cùm federet, & cum duobus mona-
chis, qui cum eo venerant, psalmos decantaret, nun-
tiatur illi, Ansegarium Archidiaconom Ecclesiae Ande-
gauensis stare pro foribus, & cum eo colloqui desidera-
re. Cumque vir Dei vt ingredetur iussisset, & ille ea,
pro quibus venerat, perorasset; vir Domini S. Maurus
Simplicium vocans monachum, ait illi: Virum hunc, qui
nobis pro suâ reverentia & affabilitate dudum familia-
ris effectus est, poculo caritatis potare, ac vino sanctæ di-
lectionis inebriare, vt spiritales spiritualiter debemus. Cui
cùm Simplicius dixisset: Non est quicquam vini nobis,
nisi tantummodo in uno paruissimo vasculo, quod ad
sellam pendere consuevit, Sanctus Domini Maurus dixit

Tom. I.

illi: Defer illud huc. Cumque allatum fuissest, adiecit: Pa- **ACVTORS**
nem etiam hoc deferre. Et cum coram eo panem quo- **S. FAUSTO,**
que attulissent, signum Crucis contra paruissimum va- **S. MAURUS**
sculum faciens, dixit: Potens est Deus, qui mensam popu- **signo Cru-**
lo suo in eremo paravit, & aquam in abundantia de pe- **tu vinum**
trâ produxit, etiam nobis seruis suis de hoc parvulo va- **multipli-**
sculo sufficienter vini ministrare affluentiam. Mirum di- **ceti**
ctu, penè & incredibile facto, opus est secutum. Cùm e-
nim e sexaginta, & eo amplius, homines ibi adessent, qui
tribus vicibus de ipso biberunt vasculo, ita plenum sem-
per repertum est, ac si intactum post primam permansi-
set impletionem. Hoc miraculum nobis Simplicius, cùm
ad monasterium cum ipso B. Mauro reuersus enarrasset,
Elisæo eum similem decreuimus æstimandum, qui pau-
cis de cibariis plurimos in longum pauit artifices.

60 Ex eo loco cùm ad monasterium reueteretur, ob- **cancro la-**
uum habuit in mediâ viâ quemdam vitum plebeium, **borantem**
cui cancri vlcus superius occupans labrum tam nasum, **signo Cru-**
quam maiorem genarum absumperat partem. Cuius ca- **cu janat.**

61 Per idem tempus Clotarius Andegauis veniens, **Clotarius**
viro Dei ad monasterium se ire velle mandauit. Cui cùm **varia ei**
à viro Dei vt veniret remandatum fuissest, paucis secum **donat.**
assumptis, ire perrexit. Cumque venisset, tradidit ad
ipsum locum fiscum regium, quif Blazon nuncupatur;
villam etiam, quæ Longus-campus dicitur, auctoritate
regiæ ibi delegauit. Quem etiam B. Maurus deprecatus
est, vt regali edicto firmare dignaretur, quatenus con-
gregationi loci illius electionem propriam per suc-
cessionem liceret habere tempora. **Quod** cùm præcepto re-
giae potestatis, iuxta petitionem viri Dei, Rex libenter an-
nulset, comitatus eius benedictione, profectus est.

a *Alij annis 22.*

b *Eo die in multis Martyrologiis eius inscriptum est nomen.*

c *Theodobaldus, vt lib. 4. cap. 9. scribit S. Gregorius Turonem.*

sis, septimo regni sui anno mortuus est, qui erat Christi 555.

d *Chlotarius I. Clodouai filius, mortuus 3; fratribus eorumq; li-
berus, biennio regni Francorum monarchiam tenuit; obiit anno à*

morte patris 51. Christi 562.

e *MS. R. 8. p. septuaginta; alijs, quadraginta.*

f *al. Blanzon.*

C A P V T X.

S. Mauri mors, successores.

62 E X eo tempore B. Maurus non facile iam de mo-
nasterio egredi vspiam volebat: sed ordinatis
Prepositis, ac reliquis administratoribus, ipse soli Deo,
orationi quotidie ac lectioni vacans, feruentius multò
quam cœperat, deseruire in sancto procurabat proposi-
to. Cumque gregi suo de die in diem incrementa san-
ctæ religionis in melius augmentari conspiciens, omni-
potenti Deo labiis exultationis sacrificium offerret de- **S. MAURUS**
notissimæ laudationis, tricesimo octavo fundationis **publico**
ipius monasterij anno, cùm & ad perfectam iam perue- **abflinet,**
nisset æatem, & iuxta prophetiam beatissimi Magistri **morte in-**
sui, qui post consummatam trinam vicenorum annorum **stante,**
decursionem, mercedem operum suorum à Domino
ei recompenſandam esse prædixerat, finem vitæ suæ
propinquare cognosceret, adificatâ sibi domunculâ iu-
xta B. Martini ecclesiam, remotiorem delegit vitam af-
sumere.

63 Sed quia grex sanctæ congregationis sine rectore,
qui super eum sollicitè intenderet, esse non poterat; vir **Bertulfus**
sanctissimus omnem convocans congregationem de **monachis**
substituendo sibi Abbate sollicitius pertractabat. Cum-
que omnis congregatio cœnobij hoc in eius posuisset
deliberatione, vt pote qui omnes melius, quam se vnu-
quisque eorum, cognoscet, ipse Pater sanctissimus Ber-
tulfum, nobilissimum ac perfectissimum in omni reli-
gione virum, quem ipse sanctissimè edocuerat, ad tale
onus suscipiendum idoneum esse iudicauit. Cui cùm

Tit. 3

omnis

AUCTORE omnis congregatio in tali electione assensum præbuimus.
§. FAVTO, scilicet ipse Pater sanctissimus in loco eum sessionis sua se-
Ex MSS. dere constituebat, ac singula ei, in quibus tanti gregis
curam gerere deberet, paterno insinuans amore, intra
domum, quæ ei, ut diximus, prope ecclesiam S. Martini
construxerat, se recepit, duobus tantummodo ad
sibi cohabitandum & seruendum, ipsius congregatio-
nis electis Fratribus, Primo scilicet, & b Aniano. Nobis
b enim, qui cum eo veneramus, Bertulfo, quem Abbatem
in separata domo de-
gens: constituerat, sollicitè adesse ac inuigilare præcepit, ne
forte in aliquo à restitudine regularis tramitis deuiaret.

64 Cumque duos ac dimidium taliter in contritione spiritus & corporis maceratione complexset annos; quādam nocte cū more sibi solito ecclesiam B. Martini intrare velle, & vota precum ac lacrymarum Domino persoltere, diabolus magnā obsequientium constipatus ceteruā, ab ingressu eum prohibuit basilicæ, dicens: Eia Maure, qui nos à propriis deturbare sperans sedibus, tam longissimas, tibiique ac tuis incognitas, adisti regiones, nunc videndo ac experiendo nostræ perfieres immissionis destituentissimam populationem. Ego enim prout libuerit strages diuersarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triumphabo, ita vt vix aliqui de tantâ istic adunatâ remanere videantur congregatio-
ne. Cui cū vir Domini respondisset: Increper Domini-
nus in te Satan, & in verbis tuis, quibus mendax es, &
ab Angelo dicit mul-
tos suorum
breui mor-
rituros:
fusos hortae
eur, ut se
ad mortem
parent:
demonem
sibi insul-
tanem
abigit,
qui cum
spiritu
discedit:

prout libuerit strages diuersarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triumphabo, ita vt vix aliqui de tantâ istic adunatâ remanere videantur congregatio-
ne. Cui cū vir Domini respondisset: Increper Domini-
nus in te Satan, & in verbis tuis, quibus mendax es, &
ab Angelo dicit mul-
tos suorum
breui mor-
rituros:
fusos hortae
eur, ut se
ad mortem
parent:
demonem
sibi insul-
tanem
abigit,
qui cum
spiritu
discedit:

de tantâ istic adunatâ remanere videantur congregatio-
ne. Cui cū vir Domini respondisset: Increper Domini-
nus in te Satan, & in verbis tuis, quibus mendax es, &

statim inimicus velut fumus euangeliscus, stre-
pitum quoque immanissimum ac terrificum dedit, ita vt etiam ipsi viro Dei monasterium omne funditus con-
tremuisse fuerit visum. Quo sonitu Fratres expergefa-
cti, ingentiisque paurore percussi, stratis illicè exilientes, signa pulsare cœperunt, ac synaxim decantare no-
turnam.

65 Interea cū vir Dei nimia afflictione ac tædio

pro his quæ audierat mœrens, ingressus ecclesiam B.

Martini, Dominum precatetur, vt illi certius ea, qua-

malignus spiritus ei dixerat, reuelare dignaretur; Ange-

los suorum Ius Domini ei continuò, candidissimo amictus habitu

adstantis, dixit: Quid, dilectissima Deo anima, tanto mœ-

rore pro his, quæ à Deo agi disposita sunt, afficeris? Nam

diabolus, licet totius caput obtineat mendacij, multa

tamen coniicio, de iis præcipue, quæ frequenter est

expertus, prænoscit. Vnde scias eum non suâ voluntate,

sed imperio Dei ea quæ tibi prodidit referas: nam ali-

quo modo verum est, quod audisti. Pars enim huius

congregationis maxima infra breue tempus colligetur

ad Dominum, vt ab ipso præfixum est atque præordina-

tum. Sed non propter hoc ipse, vt asseruit, de aliquo

istorum vel ad modicum triumphabit: Tuis enim ad-

mōnitonibus & exhortationibus instructi, paratus v-

nusquisque, vocationis sua diem exspectabit gaudens.

Quos cū omnes qui moderno obibunt tempore præ-

miseris felix, vt promeruisti felicior subsequeris.

66 His dictis visio Angeli adstantis & colloquentis

ablata est. Sanctus autem Domini factio manè, omni con-

gregationi cuncta quæ viderat per ordinem enarravit.

Deinde paternâ erga eos usus sollicitudine, taliter illos

allocutus est: De his quæ serui Dominum velle cognouerint,

si aliquo modo tristari cœperint, voluntati Do-

mini contraire ipsa suâ videntur tristitia. Et ideo, quia

ipse mortalibus terminum finienda istius posuit vitæ,

qui præteriri à nullo natorum valet, sed ex eo quo primis

hominibus mortem minatus est, ira eius in hac irreuo-

cabili permanet sententia; nos, quibus voluit, & quo

ordine decreuit, dies huius vitæ in proximo finiendo

esse patefecit, maculas commissorum facinorum lacry-

mis penitentiae & maceratione tergamus corporis: &

sicut Propheta admonet, scrutantes sollicitè vias atque

opera nostra, præueniamus faciem Domini in confes-

sione, vt atria supernæ ciuitatis in hymnis valeamus in-

troire confessionum, cuiusque claritatem cum omnibus

Sanctis reuelatâ facie perpetuò contemplari digni inue-

niamur. Et quia, dilectissimi fratres, nunc tempus ades-

se cognouimus, vt incipiat iudicium de domo Domini, iudicia eius, quæ aliquando quidem occulta, numquam tamen sunt iniusta, reuocentur, vt seruos boni Domini decet, suscipientes ac perferentes, sursum erectis cordibus adoramus, summoperè procurantes, ne qua minus perfecta nos accuset actio, ac attentiùs inuigilantes, ne calcaneo nostro tentator insidians, miscipula nos deca-
ptionis in viâ hac, quâ iam undecimâ ingredimur horâ, illaqueare possit.

67 Hac exhortatione & admonitione sancti viri ita omnis congregatio ad horam ultimam liberè exspectan-
dam, præparare sese cœpit, vt omnes, qui illo tempore ab hac vitâ de ipso loco migrauerunt, cælestem ascendi-
se ad patriam nulli dubium sit. Factum est enim, vt in-
tra quinque menses centum & sexdecim ibi morerentur
Fratres, nec plus de tanto grege, quam viginti quatuor
remanerent monachi. Inter quos etiam tunc Antoniu-
m & Constantinianum comites & socios nostros se-
peliuimus. Expleto autem tanto numero, eo tempore in
eodem loco mortuorum, dolor lateris grauiter Beatum
inuasit Maurum. Qui languore ingrauescente, quadra-
gesimo primo aduentus sui ad eundem locum anno, ploritide,
octavo decimo Calendarum Februariarum die, ante al-
lare B. Martini, super cilicium stratus sui decubans, cùm
exitum suum viuificorum muniuisset perceptione sacra-
mentorum, adstantibus qui relicti fuerant discipulis, fe-
liciter migrauit ad Dominum: sepultusque est in eadem
basilicâ ad dexteram partem altaris. In quo loco meritis claret mi-
& orationibus eius, multa magnifica & admiranda ope-
ratur Deus ad laudem & gloriam nominis sui.

68 Post obitum denique ipsius sancti viri, cùm ego mones-
vnâ cum Simplicio, sicut ipse nobis ipso die depositionis & Simpli-
fuæ præceperat, ad nostrum decreuissim reuerti mona-
sterium, vir Domini Bertulfus nos obrestando depreca-
tus est, ne illum quoad viueret, desereremus tempore, redant;
Quem cùm offendere pro suâ sanctitate ausi non fuissemus, per biennium, quo superuixit, cum illo commora-
ti sumus. Quo defuncto, cùm Florianus vir totius reli-
gionis, filius ductoris nostri Harderadi, qui à B. Mauri
nutritus fuerat, ei in monasterij regimine succellis-
set, ac nos multis precibus retinere voluisset, reuersi ad
vos, ô sanctissimi Patres, Deo gubernante sumus: atque
hac vestris obsecundantes imperiis, de vitâ & conuet-
satione seu virtutibus B. Mauri, imperito licet sermone,
conscriptimus. Dies autem vitæ B. Mauri ita supputan-
tur: Oblatus est Deo ac traditus B. Benedicto, cum duo-
decim esset annorum: habitauit cum eo viginti annis: *Eras*,
commoratus est in monasterio suo, quod ipse ædificauit, *S. Mauri*,
annis quadraginta, diebus quatuordecim; Qui simul
fiunt anni septuaginta & duo, dies quatuordecim. Per
omnia benedictus Deus, qui regnat in secula, Amen.
a MS. Rip. educauerat. b ad. Amando.

DE RELIQVIIS S. MAVRI,

ET TRANSLATIONE.

1  Ollatense fuit cœnobium, (anno 1533. in se-
cularem Ecclesiam conuersum, atque Epis-
copati Parisiensi coniunctum) ad Matronam
annem, tribu circiter leucis supra Lutetiam,
conditum Clodouai II. tempore, loco cui
Fossatus Bagaudarum, vel Castrum Bagaudarum nomen *S. Mauri*
erat, vt XXVI. Junij ad S. Baboleni vitam dicimus. Huc S. corpus Fos-
satum Mauri allata è Glannafoliensi ad Ligerim cœnobio religite, sub
translatum, annum 868. Vnde S. Mauri cœnobium deinceps appellatum,
Meminit ad annum 869. Siegebertus in Chronico: Corpus S.
Mauri, qui fuit discipulus S. Benedicti, asportatum à
Glandifolio in Burgundiam propter timorem Norman-
orum, transfertur ad Fossatense cœnobium, quod con-
struxit S. Babolenus Columbani discipulus. Hinc Vñard
Martyrologium auctum edidimus, Parisis anno 1536. ista habet
In territorio Andegauensi S. Mauri Abbatis discipuli
S. Bene-

S.Benedicti, cuius corpus iuxta Parisium urbem magnificè collocatum honoratur & colitur. *Eadem habet Molanus. Confonat Galesinus & Saussius.*

2 Fallitur Canisius, seu quisquis est auctor Martyrologij Germanici, ita scribens: Cùm anno ætatis 92. decessisset, corpus iuxta Parisios religiosè tumulatum, ac multis illustratum miraculis. Nec ad tantam peruenit etatem, nec iuxta Parisios sepultus est. Fædius etiam Martyrologium Colonensem: In territorio Andegauensi apud Parilios in Galliis S.Mauri Abbatis &c. Trithemius quoque in Chronico Hirsaugensi ad annum 860. Corpus S. Mauri discipuli Diui Patris nostri Benedicti Abbatis, propter timorem Nortmannorum à Glandifolio ad monasterium Fossacense in Burgundiam transfertur.

3 Huius Translationis memoriam consignauit Hugo Menardus in Kalendario Benedictino XIII. Nouenbris huius verbis: In territorio Parisiensi Translatio corporis S. Mauri Abbatis discipuli S.P.N. Benedicti, cùm è Glannofolio ob excursiones Nortmannorum in monasterium Fossatense translatum est. In historiâ Translationis, de quâ mox dicitur venerabiliter in ecclesiâ B. Petri in ipsis Idibus Nouembris collocatum esse sacram corpus. Quo die eam quoque inscripsit Martyrologio Gallicano Saussius; qui rursum V. Februarij ista habet: Eodem die in Parisiensi territorio Translatio S. Mauri Abbatis & Leuitæ. Que hec sit secunda Translationis, nos latet. In eadem historiâ, dicitur Carolus Calvus anno Christi 860. regni sui 29. Indict. 2. die Nonarum Februariarum, venisse ad Fossatense monasterium & Sanctum coram veneratus. In codice quodam neoterica manu exarato reperimus XII. Martij: Eodem die Translatio S. Mauri Abbatis Confessoris. Et hac est translatio, cuius cap. 4. mentio fit. In alio item recenti MS. in quo citatur MS. Martyrol. Guelmitarum Brugensem, X. tunij habetur: Translatio S. Mauri Abbatis discipuli S. Benedicti.

4 Historiam huius Translationis descripsit, qui interfuit, Odo Abbas Glannofensis, anno 869. Citat hunc auctorem Papirus Massonius Annal. Francie, lib. 2. Atenim Normanni, inquit, Galliâ pulsi, rursus aliam excursionem fecerunt anno 863. Liger amnis in Oceanum Britannicum influit. Huius ostium ingressi, Nannetum, Andium, ac Turonum fines immaniter vexarunt. Odq Abbas monasterij à Mauro ad Ligerim conditi, illius excursionis meminit præfatione ad librum Fausti Cassinensis de vita Mauri, his verbis: Cùm circumcircè cuncta pænè loca nobis contigua, effera natio Normannorum, ferali rabie populans, incendioque concremans vastaret &c.

5 Hanc historiam edidit Jacobus Breilius Parisius in cenobio S. Germani à Pratis monachus, post Amoini libros de gestis Francorum & Chronicon Cassinense. Hanc Rosvveydus noster cum MS. codice Rubea-vallis contulerat, ex eoq; priorem præstationem, antè à Papirio citatam, descriperat. Nos duobus alias vsi vetustioribus codicibus sumus, canoniorum Bonifontis & Ripatorij; contulimus, cum MS. Nicolai Belfortij Canonici Regulari Suectionensis.

6 Testatur suprà citatus Breilius lib. 4. Antiquitatum Parisinarum extare in S. Mauri ecclesiâ Fossateni capsam, in quâ S. Mauri corpus, sive pars precipua condita, supra maius altare loco eminenti versus Orientem: aliam quoque minorem thecam, cui caput inclusum. At Colonia Agrippina in ecclesiâ collegiatâ in gradibus Beatæ Virginis Mariae extare caput S. Mauri Abbatis scribit in Sacario Agrippina Erhardus V Vinheimius. Fortè utroque pars est crani.

7 Partem corporis S. Mauri Seculij, sive Segusij, intra Pedemontias Alpes, digne honore asseruari, tradit Carolus Stengelius in Imaginibus SS. ord. S. Benedicti. Os integrum brachij beatissimi Mauri capsellâ argenteâ decenter in cassino, clusum, à S. Odilone missum esse ad monasterium Cassinense, auctor est Leo Ostiensis, lib. 2. Chron. Cassin. cap. 54. cuius narrationem infra recitabimus. In Siciliam quoque S. Mauri brachium (idemne hoc an aliud, nescimus) portatum esse testatur Octavius Caeteranus noster in Ideâ Operis de SS. Sicilia hoc die: In Butera, inquit, in ecclesiâ S. Ioannis, Translatio brachij S. Mauri Abbatis. Est Butera, sive Buterium, Sicilia merita.

Secusij.

Reliquia nunc istib; Colonia,

Butera in Siciliâ;

Unde hic editas

dionalia oppidum novi nominis, vt censet Fazellus dec. 1. lib. 5. cap. 2. in edito colle situm, ruinis, & eis ingentibus, antiquæ habitationis superstructum. Censet Cluverius Sicilia antique lib. 2. cap. 10. ruinas istas apud Buterium oppidum ab antiqui Mætorij situ minimè abhorre.

8 Suprà cùm eos recenseremus, quos vel in alios dies reijsen- an & in dos, vel omnino pretermittendos iudicabamus, diximus tradere Hispaniâe Ioannem Mariettam lib. 18. hist. Eccles. Hispan. cap. 12. assertuari corpus S. Mauri Abbatis in vico Membrillar, iuxta Badajoz Hispanie urbem, & festum illius agi XV. Ianuarij; nesciri verò finire fortassis huiusc S. Mauri Abbatis isthac reliquia aliqua, an alterius.

9 In MS. Martyrologio metropolitane Ecclesie Pragensis post elogium S. Mauri additur: Cuius reliquias, videlicet costam, Prague; de eius sepulchro Christianissimus Princeps Carolus IV. Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiae Rex obtinuit apud Regem Francie, & donauit Ecclesie Pragensi. In hac Ecclesiâ peculiare festum celebratur Allationis reliquiarum II. Ianuarij.

10 In nostra quoque Belgica aliquæ olim fuerunt S. Mauri reliquias, vt Bauaci comperimus. Est Bauacum vetustissimum Hannonia oppidum. & vt quadam viri eruditæ censent, præcipua Romanorum in Neruis statio; vt coniicimus, Bauacum Ptolomei lib. 2. cap. 9. Bagacum Antonini: sed præter Circi ruinas, muros subterraneos & ingentium adiectorum fundamenta, que pasim in pomero eruuntur, vt ipsi anno 1630. & 1633. coram adpeximus, vestigia quoque magnificorum Aqueductuum, que non procul inde cernuntur, ac numismata vetera Romana- rum que pasim toto agro colliguntur; præter hac nihil admodum olim etiam veteris magnificientia retinet. Hic præter maiorem oppidi basili- Bauaci, cam, edicula est xenodochij S. Mauri sacra. Fama est isthuc olim urbe Bel- eius aliquas aseruatas reliquias fuisse: sed vel bellorum iniuria g̃y anti- oppidiq; expilatione, vel quo alto casu perierunt. Non tamen po- puli erga Sanctum intermissa religio. Plures ed, etiam è Franciâ, pietatis votis, causâ confluant, tibias ac brachia è cerâ effi- gient appenduntq; impetrata calitus opis monumenta. Et hanc ubi & ab omni maiorum memorâ viguisse pietatem, (nihil tamen scri- ptis traditum extare, nobis testimoniis est Christophorus de le Beke oppidi Curio & Decanus, egregio diuini cultus amplificandi stu- dio prædictus vir.

11 Post historiam Translationis & miraculorum S. Mauri ab Odone conscriptam, & translati Cassinum brachij narratio- nem ex Leone Ostiensi subiiciemus aliquid quoddam portentum ex lib. 4. Chronicis Cassinensis à Petro Diacono post Leonem Ostien- sem composto.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Odone Abate Glannafo.

ex quatuor veteribus MSS.

a PRÆFATIO AVCTORIS.

Inculo sanctæ dilectionis visceraliter nexo, Reuerendo viro b Almodo, sanctæ Cenomanicæ matris Eccle- siæ Archidiacono, Odo Abbas mona- stericij, quod in c præripio ripæ Ligeris fluminis situm, Glannafolium ex antiquo appellatur, munusculum.

De d repertione Vita S. Mauri, nobilisque eius conuer- fationis, morum & actuum perfectione, vnde frequens, vt recolis, inter nos sermo habitus est, certam cupiens reddere tuam fraternalitatem, sicut te crebro poposcissem reminiscor, ne petitionis tuae frustrari videaris effectu, scripto tamen plenâ fide percurrere disposui; quâ occa- sione indagarem huius rei eatenus & à nobis, & à no- *Author,* *Almodio,* *fris*

AUCTORE stris penitus ignotæ ac inauditæ consecutus sim. Valde
ODONE, siquidem tuis etiam in hac re congratulor studiis, dum
ABBATE, sollicitè perquirere te perpendo, qualiter & quomodò
EX MSS. nobis comperta existant, quæ de hoc beatissimo viro in
manibus habentes, Patrem luminum, à quo omne da-
Iac.1.17. tum optimum, & omne donum perfectum desursum
descendit, collaudamus, quem à Pontifice sancta Sedis,
cui Deo auctore deseruis, Beato scilicet e Bertichranno
totius sanctitatis decus insigne nostris, vt nostis, adsci-
tum gaudemus prouinciis.

2 Cum circumcircà cuncta penè loca nobis contigua effera natio Normannorum ferali rabie depopulans, incendioque coqucremans vastaret; nosque vis & atrocitas barbarica optatâ pepulisset tellure, ac pristinis miserabiliter priuasset sedibus; nec ullus uspiam refugij nobis tutus supercesset locus; consilio tandem seruandæ vita, cum corpore eiusdem S. Mauri, partes Burgundia petere decreuimus. Cumque in prædium illustris viri Audonis Comitis, citra fluuium, quem Aratum vocant, deuenissimus, (quod nobis ob reuerentiam & amorem sancti corporis, siue etiam f pro æternâ remuneratione aliquamdiu ad habitandum concesserat) benigno fauore ibide[m commorantium, ac munificâ largitate excepti, anno Dominicæ Incarnationis octingentelimo sexagesimo tertio, Indictione XI. digno cum honore, congruo illud & ante condidimus loco.

3 Ordinatis igitur Fratribus, prout rei suppetebat
opportunitas, qui sacro thesauro inhærentes debito fa-
miliatu inservirent, liberi & expediti paternum censi-
mus solum repetendum. Et cùm iam propinqua littora
præfati fluminis legeremus, offendimus frequentiam
virorum non ignobilium, qui dudum Romam petentes,
sanctaꝝ loca orationis gratia peragranter, genuinam
reunire festinanter accelerabant glebam. Cumque ob
laborem tanti itineris sarcinulis animalia releuantes, ac
fessi in littore nobiscum nauigium opperientes resedis-
sent; amicâ quadam desiderabilique curiositate de san-
ctorum locorum positione & ornatu, sanctitatisque ac
religionis custodiâ, diuinorum etiam cultuum assidua-
te, atque Ecclesiasticorum frequetatione officiorum,
Catholicorumque studio & elucidatione dogmatum,
plurima ab eis sciscitans, atque, vt à talibus moris est,
pluriora audiens, repperi in sportulâ cuiusdam Clerici,
qui Petrus, vt asserebat, vocabatur; quique ante bien-
nium, vt fatebatur, illuc ex pago *b* Abrincatino, de loco
sancti Angeli Michaëlis, qui Ad duas vocatur *i* Tum-
bas, perrexerat, quaterniunculos nimia penè vetustate
consumptos, antiquariâ & obtunsâ olim conscriptos
manu, vitam B.Benedicti, ac quinque discipulorum eius
continentes, *k* Honorati videlicet, *l* Simplicij, *m* Theodo-
n Valentiniani, atque Mauri: quos vix emerui da-
tis non paucis redimere nummis. Et quia tam inculto
sermone, quam vitio scriptorum depravati videbantur,
vitam B.Mauri, prout potui, corrigere satagens, viginti
dierum plus minus consumpto labore, saluâ fide dicto-
rum ac miraculorum inibi repertorum, sicut nunc habe-
tur, apertiore eam legentibus reddidi & expressi.

4. Cui etiam, sicut tua poitualuit inquietitia, libendum
o subindere cupio, de restauratione iam dicti cœnobij,
regularis que in eo reparatione religionis, siue etiam de
mirabilibus, quæ ibidem ostensa sunt, & quæ adhuc su-
perstites ac non minimum reuerendæ adstipulantur per-
sonæ. De visionibus quoque cœlitus ibi per Angelicam
additq; re-
centia mi-
racula. administrationem demonstratis, necnon & de his, quæ
à die Translationis eius usque nunc tam in itinere, quam
in diuersiori multiplicium repausationum, per eundem
seruum suum, in laudem & gloriam nominis sui diuina
operari dignata est maiestas. Hæc omnia tuo dicans no-
mini, ut ilia legentibus fore, nostrisque potissimum, ar-
bitratus sum. Quos per eam, quæ est in Iesu, deprecor
veritatem, vt veris & absque furo à me prolatis fidem
adhibentes, religiosioris viræ studiis sollicitè operam da-
re non negligant; quatenus fructum laborum suorum

MAVRI ABBATIS.

in die retributionis à pio Domino recipientes, perennis
vitæ præmiis cum eo, cuius & audiunt & legunt virtu-
tes, participari mereantur.

a Hac est Epistola à Papirio citata, ut antè diximus; atque, ut ipse ait, & patet nu. 3, præfixa non soli Miraculorum & Translatio-
nis historia, sed & Vita à Fausto olim scripta, sed interpolata ab O-
done.

b Alij Adelmodo, vñ infra, & Adalmodo; at MSS. Ripat. Bonif. Belfort. & hic in 2. presas. Alnodum uacant.
c Ita MSS. at aquedam, præcipitio. d al.reparatione.

*c Ita MSS. at quædam, præcipito. d ac reparatione.
e Superioris diximus non Berthachramnum Cenomanensem Episcopum fuisse, cum in Gallias venit S. Maurus, sed S. Innocentem, vel*

Innocentium.
f. Ira MSS. et Messenius paternâ.

^c MSS. X. non congruit. erat XI

Ciuitas Abrincatum, vulgo A

Lugdunensi II. sub Rotomagensi metropoli.

i Oppidum hoc & caenobium S. Michaelis

k Hunc Antonius Tepez Chron. Benedict. centuriâ 1. ad an. 545.

Alius hic videtur Simplicius à socio S. Mauri. utriusque me-

¹ *Allus sic vocatur Simplicius a filio S. Mauri. viru quem
ministris Petrus Diaconus in libro de ortu & vita iustorum coenobij
Cassinensis. Ille Abbas Cassinensis fuit. Reperitur eius inuenitio consi-*

*gnata in Martyrologio monastico 29. Martij.
m Hic videtur Theodorus esse, cuius hortatu vitam se S. Mauri scripsisse Faustus testatur, quem Petrus Diaconus cap. 16. predicas*

n Et hic Abbas Lateranensis fuit, Theodori successor, nobilis car-
us, sed nihil sciri potest, ex his Petrus Discimus est 15.

ne, sed nobilior spiritu, ut scribit Petrus Diaconus cap. 15.
o alij subiungere.

PRÆFATIO ALTERA

PRÆFATIO ALTERA.

Dilectissimo fratri & venerando viro
Adelmodo Archidiacono Odo Ab-
bas cœnobij S.Mauri, amoris subsi-
dium.

Historiam euersionis seu restauracionis sancti cœnobij, quod olim à B. Mauro nobiliter ædificatum ex antiquo Glannafolium nominatur, quam à venerabilibus & probatissimis, atque adhuc in carne manentibus personis plenâ fide didici, in corpus vnius libelli colligere ac ordinare aggrediens, sicut crebro tuam, venerande vir Adalmodè, poposcisse reminiscor fraternitatem, earumdem personarum nomina in ipso exordio narrationis inserere dignum iudicauit; quatenus & scrupulum dubietatis legentibus auferrem, & *Auctor ad veraciter fideliterque amplectenda quæ narrō, ex qua narrat, unde accepserit.*

a
ipsarum Deo placitâ & hominibus spectabili probitate, omnes audientes invitarem. Harum primus & ordinis dignitate, & perfectioris vita sanctitate, a Godefridus venerandus Abbas Fossatensis monasterij extat: qui prolixiore tempore sub regimine sanctæ recordationis, Theodradi in eodem sancto deguit cœnobio. Bilechil-dis quoque Abbatissâ, nostro seculo speciale sanctæ vindictatis decus, quæ cum viro suo illustrissimo Comite Rorigone in reparatione eiusdem monasterij, iuxta quod illis cælitus ostensem ac præceptum fuit, longo sollicitè inuigilauit tempore. Cuius & ego pluriora, quæ refero, frequenti didici collocutione. Sed & b Bernegarius Pre-sbyter his tertius in proferendis substituitur: de cuius verissimis assertionibus nemo nostrum dubitate permittitur, qui eius probabilem in omnibus, & præcipue in sanctæ orationis studio, vitam cognoscentes, ut antiquorem eum antiquissimis veneramus Patrem: qui per duodecim continuos annos in iam dicto monasterio, & primùm cum pia memoriæ c Gauzlini, & postmodùm cum fratre eius superiùs nominato habitauit Theodrado.

b
6 His nihilominus copulantur omnes penè ipsius loci congregationis Fratres, qui gestis ibidem sui temporis miraculis, reuelationibus quoque & visitationi-

Cantus Angelo-rum Glan-naf.ij a.

bus diuinitus procuratis, concentibus etiam inestimabili atque ineffabili suavitate, Angelico ministerio, & præcipue nocturno tempore celebratis, nimis se terrore saepissime perculsos fuisse affluerant. Aliquoties verò tantum melos ita se animo captauisse astruunt, ut eiusdem cantilenæ dulcisonis atque tinnulis modulationibus, aure cordis intenti, nihil iam illis nisi tantarum libet inhærente harmoniarum odis. Ex quibus nonnullos nominatim exprimo, cùm astipulandi opportunitas prosequendi acciderit tenoris.

7 Huius autem series narrationis, à tempore diuæ recordationis Pipini incipit ad nostram vñque præfentis anni decurrens æratem, qui est ab Incarnatione Domini octingentesimus sexagesimus octauus. Quo etiam anno eiusdem beatissimi viri sanctissimam corporis glebam, iussu serenissimi Regis Caroli, d' in monasterium sanctæ Dei genitricis semper virginis Mariæ, Beati Petri Apostolorum Principis (quod antiquitus Fossatense appellatur) digno cum honore, populorumque frequentissimo ac celeberrimo detulimus occursu. Quam sanctus Pontifex e Aeneas in ipso introitu monasterij suscipiens, propriisque imponens humeris, cum frequentiâ venerabilium monachorum, & numerositate nobilium Canonorum, ornatu quoque & apparatu Ecclesiasticorum ministeriorum, in ecclesiam B. Petri festivo satis deportauit obsequio; atque solemnii sanctæ deuotionis, in arcâ ferreâ ad hoc ipsum præparatâ frecondidit officio. Vbi etiam nunc cum supernâ opitulatione debitâ & assiduis monachorum veneratur & colitur seruitis, ad laudem & honorem nominis Domini: qui ita præstantialiter mirificat Sanctos suos, quos iam æternaliter cælestium donauit præmiis gaudiorum, conformes eos & cohæredes vñci filij sui constituens. Quorum meritis & interuentionibus veniam consequi commissorum mereamur flagitorum, qui nos sancti sanguinis Christi gloriamur redemptos effusione.

a al. Godefrodus. b MS. Bonif. Bennegarius.

c Editio Brulij, Gozlini.

d Addit idem: cognomento Calui.

e Hic Aeneas Parisenensis Episcopus interfuit concilio Tullensi apud Saponarias an. 859. & Trecenjs 867.

f Additum in eadem editione Brulij: sub die Iduum Novembris. abest id hoc loco à MSS.

quinq[ue] tantum Clericos, abiectissimæ scilicet vilitatis AVCTORE personas, ibi constitue[n]s, à quibus aliiquid officiorum ODONE diuini cultus, apud sancti viri perageretur cōrp[u]s. Inde ABBATE, instigatus à dominatore sui diabolo, monasterium omnne solotenus euertit; ita vt etiam fundamenta nonnulla monasteriorum eruerit ædificiorum, quod hodieque insipienti euertit: bus liquide claret, dum diuersarum adhuc officinarum penitus abdita ibi cernuntur fundamina. Denique nec domib[us] ecclesiarum in eodem sancto pepercit loco, dicens: Sicut Dominus cædem interfectionis à sanctuario suo initiari iussit, ita euersionis nostræ destrucción à sanctis exordium sumens, audaciūs reliqua peruadet ædificia.

9 Post hæc omnia testamenta, quorum auctoritate rerum cunctarum eidem loco collatarum constabat delegatio, sollicitè perquirens & inueniens, peiora semper pessimis adiiciendo, partim cremauit, partim in Ligerim misit, nonnulla verò in monasterio b S. Albini custodienda depositit. Quod cùm iam nōstro tempore ego auditu comperissem, quadam vice Andegauis pergens, atque Anscherium Præpositum adiens, deprecari illum omnibus coepi precibus, vt si aliquid ex his in e peribolis aut in scriniis chartarum eiusdem loci esset sciret, no scripta dis- bis reddere dignaretur. Tum ille, Fateor, ait, me aliquid spati huiusmodi, cùm præcepta veterum Regum reuoluerem, reperiisse: sed quia nemo vñquam extitit, qui à me quippiam horum inquireret, & ego in talibus cor non apposui, inter chartarum copiam, eā facilitate, quā reperta sunt, eādem & reposita fuerunt. Cumque instrumenta præceptorum atque testamentorum nostrorum infectatione Paganorum deperissent, cum eis pariter & vestra disperierunt.

10 Ne ergo legentibus ex his fastiditum ingeramus,

ad proposita articulum reflectamus. Hic itaque miserius miserrimus, non considerans damnationis suæ vtricem plagam, quæ eum, iusto Dei iudicio, pro talibus cunctis suis præsumptionum, erat consecutra, postquam cuncta quæ animo conceperat, iustâ Dei permissione de codem exercuit loco, conuocatis amicorum atque affiniū turmis ad conuictum apparati prandij, sceleratè à se gesta, post insatiabilem lautiorum edacitatem ciborum, & vini meri nimiam potionem, cunctis qui aderant, iactantia desperabiliter barathro demersus, refere cœpit; Ne, inquietus, teterrium monachorum ge- à S. Mauro nus, per succendentia tempora locum hunc vanis spebus percussus, animatum repetere aut euindicare valeat, cum domo effusis vi- rum euersione testamenta sunt ablata prædiorum, qui scribuntur misere mo- bus se opinari poterant possessiones tantorum recuperan- tibus.

8 Igitur tempore Pipini gloriissimi Regis, cùm adhuc monastica religionis obseruantia in eodem sancto cœnobio optimè custodiretur, honor etiam & dignitas atque affluentia rerum omnium copiosissimè exuberaret, numerositas quoque religiosorum monachorum (vt statutum à B. Mauro fuerat a) ibi pleniter haberetur, locum ipsum, eum omnium integritate possestionum ad eumdem pertinentium, idem præcellentissimus Rex Gaidulfo cuidam Rauennati dedit. Qui barbariem saeuissimi animi, atque efferae crudelitatis exercens duritiam, execrabilis odio monachos ibidem commorantes peresequi aggressus est. Qui eius immannissimam ferre non valentes oppressionem, circumquamque diffugientes, dispersi sunt: ita vt non remanerent ex eis nisi quatuordecim tantum, qui inopie malo compulsi, aliud agere non valentes, quotidianam stipem vix emendicando à supradicto tyranno poterant extorque-re, excubias semper, prout valebant, apud beati viri corpus sollicitè obseruantes. Cumque & ipsi tam famis inedia, quam ceterarum misericordiarum acerrimo afficerentur cruciatu[n], nec institutionis sanctæ regulæ arduam possent ducere vitam; consilio accepto indumenta deponunt monastica habitum canonorum assumentes vestimentorum. Vnde ipse tyrannica peruersitatis nefandissimus homo, occasione contra eos sumptu, omnes expulit,

S. Mauri
corpus
transla-
tum
an. 868.

d

e

f

Gaidulfi
Glannafo-
lienes exca-
gitat, &
pellit:

11 Hæc ita gesta esse testatur d Gerramus monachus nostræ congregationis, qui à patruo suo ipsius loci monacho, se frequenter peracta, sicut hæc inserta sunt, ista audisse confirmat. Qui de eodem cœnobio cum ce- vnde au-
teris Fratribus, ab ipso peruersæ mentis homine expul- tor id di-
sus, sèpè ad domum fratris sui, patris videlicet huius dicerit. Gerramini veniens, cuncta ex ordine referre erat solitus. Astipulantur etiam huic assertioni, religiose admodum ac veteranæ personæ, quæ ab eo tempore ad nostram vñque

AUCTORE usque perdurantes ætatem, evidentissimis ista proœdione
ABBATE, quæntur indiciis. Ex quibus etiam ego duos vidi: quos
EX MSS. pro hoc ipso ad me euocans, atque ab eis cuncta diligenter sciscitans, verissima hæc esse; prout ea ipsi oculis
Bona monasterij ab aliis diripiuntur. inspicerant, assuerunt; addentes etiam hoc, quia post expulsionem ipsius loci habitatorum, & eiusdem sceletari viri desperabilem percussionem, prædia ac villæ, quarum subsidiis ac redditibus locus idem catenùs substitutus, præreptione satis iniusta tam à Comite Andegauensi, quam ab aliis quibusque presumptuose ac cupide mentis hominibus usurpatæ sunt, atque peruersæ, cùm solummodo occasione, quia nemo fuit qui ad notitiam augustissimi honoris, magni scilicet Imperatoris Caroli, prout gesta erant, hæc perferre curaret.

a. *Suprà in vitâ cap. 9. nu. 15. statuisse dicitur S. Maurus, ut in*

cenobio Glannafolienti perpetuo essent 140. monachi.

b. *Est id monasterium Andegauum. De ipso S. Albino Ep. Andegauensis agens 1. Marij.*

c. *Pro tabulario vel archiuo accipere hanc vocem. Antea vide-*

tur, qua aliquis septum, vallumque significat.

d. *al. Geranus. al. Geranus.*

C A P V T I I.

Glannafolium à Rorigone restauratum.

Rorigo Co. 12 mes

Cumque idem locus penè iam desolatus atque in solitudinem redactus omnimodis esse videtur, iam tempore piissimi Augusti Ludouici, cum paucissimo numero villarum (sicut videlicet eum ouager habuerat,) ab ipso Imperatore Rorigoni religiosæ ac nobilis memoria Comiti collatus est. Qui Dei inspiratio ne corde tactus, ac diuini munera gratiâ præuentus, cum coniuge suâ iam superiùs diuina Bilechilde sollicitè perquirere coepit, qualiter seculo renuntians, liber ab omni mundanâ occupatione, perfectionem regularis posset adipisci religionis, vel qualem ipsa super hac re gereret voluntatem. Cumque ei & assensum suum eadem venerabilis mulier in tali negotio præbuisset, & seculo re- eadem facturam secundum sexus sui ordinem pollicita fuisset; de solâ iam locorum opportunitate, in quibus id peragere cum superno adiutorio possent, studiosè inuestigare certabant. Sed cùm Deus omnipotens & eumdem locum in pristinam religionem reformare decreuisset, & eosdem religiosos coniuges mercede perfectorum operum, quibus ipsi in restaurando inuigauerunt loco, à se donandos esse, hominibus notum facere voluisset; quadam die cor amborum, vt gratiâ orationis corpus B. Mauri adirent, manu sancti desiderij tenigit. Qui feroce sanctæ deuotionis concepto, de loco habitationis suæ, qui Boscus vocatur, ascensis equis, religioso satis obsequio illuc tendere festinarunt. Perlustri atque omnibus conuenientiis, quibus locus ipse dignissimo & floruit & florere poterat honore, taliter communii consilio in restruktione cenobij laborare astinaverunt. Continuò denique Turonis mittentes, Lamber tum religiosæ vitæ virum de monasterio sancti Pontificis Martini euocant, ascito nihilominus Ebbone viro fatis strenuo, affinitate consanguinitatis sibi propinquo. Quibus cùm voluntatem suam de his, quæ suprascripta sunt, venerabilis Rorigo Comes aperuisset; eorum consiliis & exhortationibus, in ipso suo sancto desiderio ardentes effecti, mox summo studio in fabricâ monasterij laborare aggressi sunt; conuenienter coram eis, quos euocauerant, iacti fundamentis.

ut opus intermissum persicias. 13. Sed aliquamdiu ædificatione tanti operis assidue occupati cùm fuissent; quorundam impedimentorum interceptu præpediti, Brennouten amplissimum possefionis suæ cespitem petunt. Vbi dum prolixiori tempore moras inneceterent, & cœptum ab eis opus, eorum absentiâ neglecentum, non allsurgeret; cuidam reuerentissime vita Abbatii, Iacob noinane, cenobij a Cormericensis, cùm post matutinale officium, sanctorum instanti

tiæ precum diuinitatis more sibi solito pulsaret aures, quidam candidissimum monachi præfrens habitum, cuius facies roseo micabat aspectu, canities verò instar *mittitur ad eum latet Abbatis;* lactis candebat, astans talia infit, Vade, inquiens, & partes Britannæ aggrediens, Rorigonem perquire Comitem: quem cùm inuenieris ista illi diuinitus tibi nuntiata prosequere: Non rectè vir bonorum desideriorum agis, quod legnitie imprudæ mentis pressus, occupatio ne terrenarum implicatus tetum, his quæ calesti inspi ratus desiderio perficere cogitaueras, neglectis, temporalibus atque caducis operam dando inhæres. Sed si tibi Diuinitatem placabilem, & adiutricem fore (vt dudum optaueras) concupiscis, religiosè quidem à te cœptis, sed periculosè dimissis, studiosissimè insiste operibus: vt meritis viri sapientis, qui ædificauit domum suam supra petram, à Deo donatus, caelestis regni heres, cum Paulo sa piente architecto effici merearis. Cui Abbas respondit: Rorigonem non noui: sed & te, qui talia iubes, ignoro. At ille subiunxit: Illum quidem ocyùs perquirere satage; me autem quis sim vt superno placuerit opifici scire licebit. His peroratis disparuit. Tunc ille stupens ad ea quæ audierat & viderat, nulli pro�us prodre illa volebat, euentum rei sollicitè exspectans. Expletâ verò he bdomadâ, iterum ei idem vir, in eodem habitu, horâ eadem quâ & priùs, in ipso apparuit loco, austrius arguens quod negligenter à se iussa percepit, sibiique eum consulere assuerit, si festinanter his quæ audierat obtemperare voluisset. Sed nec sic quidem ille etiam hac vice animum apposuit, vt executor ostensorum fieret, defectione quadam supra modum torpens: cùm ecce die tertiâ, horribiliter eum compellans in eodem loco illi astitit, ac tertio illum acerbissimo flagello, sicut ac clinis residebat, in dorso validissimè percussit, mortem ei minatus si vlt̄ ad explenda quæ audierat tardare pre sumpisset. Qui nimio percussionum excruciatus dolore, liquidem & cutis & carnis mollitatem diuinum transiens verber, medullitus, vt sic dictum sit, ossibus in hasit, timore quoque intentata mortis perterritus, illiò quod iussus fuerat perniciter tendere festinat.

14. Cumque post longos viarum anfractus, laborioso confecto itinere, tandem, vt optauerat Brennouen deuenisset, ac Comiti supradicto nuntiatus fuisse, mox vt eius ingressus præsentiam adiit, secretiorem ab eo expetens locum, missum se ad ipsum specialiter indicauit. Et continuò nihil amplius dicens, agiliter se cœpit expo liare. Quem in amentiam veſum Comes existimans, *quæ Rorigoni ostendit. Et ut capi a prosequatur monerit;* prohibere eum reluctando nitebatur. Cui ille, Non, inquit, virorum iustissime, vt tu putas, despicio, sed caelestis oraçuli tibi iussa deferens, evidentioribus te indicis rotatore desidero. Et hæc dicens, ac dorsum suum regens, luentes aehuc plegas lacrymis perfusus ei ostendebat. Et post hæc rei ordinem pandit. Denique cùm eius vxori ab eo vocata introisset, illi quoque cuncta reprehœdit, ostensis nihilominus diuinorum ulceribus flagellorum. Igitur tantis ac talibus attoniti miraculis, tractare sollicitè cœperunt, quomodò cœpto operi atten tius inuigilate possint. Deinde Abbatem illum diebus quindecim secum retinuerunt, instantiam deuotionis suæ certatum ei impendentes, ac frequentium fouere iubentes inductione vnguentorum. Quem iam obductis cicatricibus ad se euocantes, diuinis se per omnia præceptis parere promittunt. Ita demum non paruis donatum munib⁹, ad propria eum lætantem & alacri corde remittunt, & post hæc pagum Andegauum reperi tere decernunt.

15. Cumque in locum, qui Vernensis dicitur, manendi gratiâ diuertissent; subito aduersæ valetudinis in commodo, supradicta matrona, vt prægnans erat, ita vehementissimè cœpit atteri, vt de eius vitâ omnes qui aderant desperare cogerentur. Sed honorabilis Comes vir eius, progressum illius gnauiter administrans, iter suum cornipedum velocitate peragere ad supradictum locum disponit, de solâ iam coniugis sepulturâ, lugubri fatis

qui rursus satis mente pertractans. Cùm verò Ligerim nauigio *diuinā vo-* subuehente, transmeare cœpisset, iamque media flumini-*ce admoni-* nis spacia celox innare videretur, sphæra ignis instar la-*tus* toris clypei cælitus emissa illi supra caput affuit, cuius odoris adeò persensit vigorem, vt comam capit is sui absumi pertimesceret. Attonitus ergo redditus, pro his quæ & videbat & sentiebat, huiusmodi oraculum cælestis percipit vocis, Hic, inquiens, aedifica, hic aedifica, hic aedifica. Quod nisi te facturum modò diuinitati spoponderis, nullo modo deinceps dulcibus dimissæ vxoris frueris osculis, vel prosperè metas tibi concessi attinges æui. Hæc ipse solus in medio fluminis alueo videns & audiens, & cuncta se impleturum pollicens, mox vt terram rate appellente arenosam cœpit calcare, ocyus B. Mauri corpus cum ferore sanctæ devotionis reuerenter expectit: non longè siquidem ab eo loco fluuium eius uxori: trânsnauigauerat; sed, vt aestimari valet, quasi passibus ducentis. Denique horâ eadem, vt posteā simul conferentes inuenierunt, grauissimo pondere infirmitatis coniunctus eius exonerata est, quæ iam tribus diebus totidemque noctibus sine cibi vel potus perceptione iacuerat: cumque & ipsa nauigo ad eundem locum delata fuisset, absque ylliū admīniculo vrnam sancti viri religioso satis adit desiderio.

*fe id facili-
terum mo-
natur ne o-
pus diffe-
ret:*

16 Eo adhuc tempore Berlingus quidam, non ignobilis ortus familiâ, eorum dono, cum coniuge suâ Hunningâ locum ipsum beneficiario possidebat iure. Biduo igitur ibi loci amore & consideratione morati, solitum locum habitationis suæ Boscum reuise statuunt. Vbi duni quadam die idem venerabilis Comes in oratorio compendiosè ibidem constructo (vt nobilioribus mos est) post matutinos residens hymnos, diuinis intenderet theoriis, psalmis ac precibus per contemplationem insistendo, quidam ignoti schematis virilli visibilitas astans, talia ore protulit: Noli, inquit, de his, quæ tibi diuinitus sunt nuntiata, vlo modo deinceps tardare; quoniam post Augusti Ludouici defunctionem, non ita tibi habilis arridebit facultas temporis, vt licenter insisteret, sicut nunc, diuinis valeas iussionibus. Vt verò vxor tua à scapulae & lacerti pleniùs conualescere queat in commode, sanguifugæ sitibunda ei adhibeat numerositas. His dictis abscessit.

b

17 Porro ille vxorem suam continuò euocans, cuncta illi quæ viderat per ordinem enarravit: rursumque Lambertum & Ebbonem directis nuntiis conuocantes, quæ erga se gesta vel sibi ostensa fuerant retulerunt. Qui simul cum eis laudantes & benedicentes Deum hortati eos sunt, vt ceteris postpositis, hoc, quod salubriter quidem cœperant, sed negligenter omiserant, secundum diuinum ad se perlatum responsum, perficeret quantoque yliū possent studiosissime elaborarent. Qui eorum obsecundantes consiliis, Ingelbertum sanctissimæ vitæ virum Abbatem Fossatenis cœnobij, vt sibi cooperator efficeretur, vix infatigabilibus emeruerunt obtinere precibus. Tandem ergo deuictus votis eorum & familiaritatibus, assumpis perfectioribus quibusque congregationsi suæ Fratribus, perrexit ad locum. Ex quibus duo specialiter nostro seculo tam in diuinis contemplationibus, quam in cunctis sanctæ regulae obseruationibus, velut quædam duo magna luminaria, in nostro ordine emicuerunt, b Gaubertus scilicet frater ipsius Comitis Rorigonis, atque Wilermus: qui quantæ nobilitatis quantæque potestatis extiterint, ac quales in secularibus claruerint honore dignitatis, & quam perfectam in omnibus vitam duxerint, postquam fugitiui seculi fascibus abrenuntiantes, atque non legniter præceptis Domini inhærentes, cœnobialem delegerunt expetere conuersationem, si quis nosse desiderat, ab omnibus qui eos cognoscere potuerunt, & adhuc superstites in carne mortantur, veraciter audire valet. Et quia locus ille in omnibus habitaculis, quæ monasticæ conuenient obseruationi, instantiæ bonorum coniugum, sicut nunc habetur, penè iam ædificatus erat; venerabilis Abbas In-

*ed deducit
in signes
monachos.*

gelbertus, cum illis quos suprà diximus, copiosiorem *Aucto-
res* Fratrum dimittens numerum, eosque in sanctâ religio- *Odona-* ne corroborans, ad propria reuerti accelerauit, certus *Abba-* *Ex MSS.* vtique de eorum infatigabili sanctæ perfectionis obseruantia.

*a MS. Ripa. Corimacensis. MS. Bonif. & Belf. Cormaricensis. Cormeriacum cœnobium est & opidum in Turonibus ad Annigerim flumen, Ioachimi Perionis patria.
b MS. Ripa. Gaubertus.*

C A P V T III.

*Glannafolium Fossatenibus traditum,
ereptum.*

18 **A**T verò venerabilis Comes, ne per succendentia tempora locus ipse, habitatorum fortasse negligentiâ, à rectitudine regularis tramitis exorbitaret, præcepit Imperialis editi, à Serenissimo Imperatore *Glannaf-* *Ludouico, ex facro promeruit scripto, quatenus recto- lium subi- res Fossatenis monasterij, semper prouidentiam de eo- citur Fossa- dem loco habentes, instantiam sollicitudinis suæ tam tensi cœno- loco quam congregationi vigilanti curâ in omnibus adhiberent; tales videlicet suæ congregationis eis Magi- stros & Præpositos ordinando Fratres, quorum nutu & regime cuncta illi perficienda & interius & exteriorius studiosè disponerentur. Quod qualiter tempore Ingelberti ablatum, igniique crematum fuerit, melius reti- cendum quam proferendum putamus. Cùm itaque vi- ri illi, quorum superioriū nomina sunt inserta, cum reli- quis sibi commisiss locum eundem honorifice satis ac religiosè stabilire & ordinare cœpissent; paruo admo- dū transacto tempore nonnullos ibi Deo per sanctæ religionis obseruationem acquirere ac adunare summo studio conati sunt. Siquidem de suo monasterio, iussu Patris sui, omnia quæ in diuinis cultibus necessaria erant, & quibus se in nouiter cœpto indigere timuerant loco, secum detulerunt.*

19 Cumque in dies augmentatio spiritualis incre- menti, per eorum ministerium, fructum non modicum animarum ibidem Deo in segetem sanctæ maturitatis proferre non cessaret; augustissimæ recordationis Ludouicus a Pipino filio suo, cum reliquis quæ magnitudini celitudinis illius visa sunt, etiam Andegauensem contulit Comitatum, cum abbatis & fiscis in eodem pago sitis. Vnde factum est, vt consilio & hortatu illi- *traditur* stris viri Rorigonis, b Ebroinus tunc adhuc flore iuten- *Ebroino,* tutis egregiè in Clericatus pollens ordine, posteā verò p̄st Pieta- Pontificali Cathedrâ in Pietaueni sublimatus Ecclesiâ, *ueni Epis- scopi;* locum hunc, de cuius restaurazione à nobis sermo de- ducitur, solemini donatione Pipini gloriösi Regis, per- cipere mereretur: ob id scilicet, ne in alienas decidens manus, regularis, vt dudum, de eo eliminaretur reli- gio. Nam & locum tam suæ tumulationis, quam coniugis & filiorum ceterorumque propinquorum idem nobilissimus Comes illic decreuerat eligendum; ubi etiam ipse Dei dispositione & suâ quiescit conditus electione. Affinitate enim carnalis generositatis ipse Ebroinus ei propinquus erat. Hoc ergo cùm apud Pipinum (vt opta- uerat) obtinuisse, accedens etiam ad piissimum Impe- ratorem Ludouicum, iam Episcopus constitutus, locum ipsum cum omnium plenitudine rerum, quas eo tempo- re dignoscitur possedit, hæreditario ac perenni prome- ruit impetrare dono: vt testatur sacra auctoritatis eius celebre testamentum, quod hodieque scrinij nostri cau- tissimâ conservatur repositione.

20 Hic itaque supradicti Comitis iussionem se- quens, eiusque obtemperans voluntati, Fratribus Fossatenis cœnobij liberrimam de eodem loco concessit po- testatem, quamdui idem nobilissimus & reuerentissi- mus vir in corpore, Dei voluntate, permanans. Illo verò præsenti cassato lumine, cùm auctoritatem ab eis inqui- reret,

Avetore rarer, qualiter ipsum cœnobium in eorum deuenisset
Odore potestatem atque dominium, nec eam illi ostendere qui-
Abbate, uissent; quippe quia iam (vt suprà significatum est) frau-
Ex mss. dulenter abstracta atque igni mancipata fuerat; ille ali-
bis Foss- quibus Fratribus de supradicto monasterio retentis, ce-
tenses, mor- teros locum suum iubet repetere. Et hoc post obitum
suo Rorigo- ne, dominum Augusti Ludouici, & iustæ recordationis Rorigonis, in-
remittit. ductus à quibusdam non sani cordis viris agere aggressus est. Accedensque ad Serenissimum Regem Caro-
lum, & ostendens illi testamentum patris eius, cuius au-
toritate proprietatis iurē etimderū retinebat locum, de-
precatus est eum, vt suis nouis præceptionibus Domini
genitoris sui robore dignaretur edictum. Cuius ille
precibus libentissimè annuens, quod à tanto petebatur
Pontifice celeberrimis confirmauit scriptis. Quibus et-
iam continetur, vt quamdiu aliquis de progenie nostrâ
inueniri poterit, qui locum ipsum secundum auctorita-
tem B. Benedicti regere & gubernare valeat, regula-
ritate ipse viuens, & nullus alias ibi Rectoris fungatur
officio.

a Pipinus à Ludouico Pio patre an. 817. Rex Aquitanie cratus,
mortuus an. 838.

b Interfuit hic concilio in Verno palacio an. 844. In Vita Ludouici ad an. 839. appellatur nobilissimus Pictauensis Episcopus, diciturq; eminuisse inter maximos Procerum.

C A P V T IV. Translatæ S. Mauri reliquie. Prædones repressi.

21 **H**is denique strenuè satis pœnitentia, Gauzlinum vi-
rum eruditissimum atque in monastica perfec-
tione religiosissimè institutum, filium scilicet sancti vi-
ri Gausberti, regie præsentavit celsitudini; egitque cum
eo ut illum loco ipsi Abbatis honore præficeret. Quod
Rex gratarter accipiens, (valde enim eum pro suâ erudi-
tione, & doctissimâ locutione diligebat, quâ idem vir
nobilissimè pollebat) honorabiliter eum coram Opti-
matibus totius regni sui Abbatem constituit: ampliora
se ei daturum promittens, cum opportunitas id peragen-
di se ei obtulisset. Qui suscepit curâ pastorali eiusdem
loci à Rege sibi iniunctâ, nobiliter in sanctâ religione
cœpit excrescere; denique in diuinis cultibus suo tem-
pore nemini secundus emicuit.

Gauzlinus
transfert
reliquias
S. Mauri

22 Qui qualiter corpus B. Mauri de Australi climâ
altaris B. Martini, retro, (vt nostro seculo mos est) ad Ori-
entalem scilicet eiusdem mensæ transtulerit partem,
ipsius scriptis plenissimè cognosci valet. Ita enim profe-
quitur: Anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi,
octingentesimo quadragesimo quinto, indictione octa-
uâ, feria quintâ hebdomadis nihilominus quintæ in

Gratianus;

quadragesimâ, quarto Idus Martij, translata sunt ossa
beatissimi Leuitæ Mauri, à famulo Dei Gauzlino aliisque
Sacerdotibus, in locum in quo nunc venerantur in arcâ
férreâ cum honore recondita. Hac eadem etiam die, re-
liquiae Protomartyris Stephani (qua à Bertulfo Abba-
te, tempore Clotharij Regis, iuxta prædicti Patris

b Galiorum;

c Mauri tumulum, ob eius venerationem, in e buxkulâ li-
gneâ reconditæ fuerant) ita intactæ & absque maculâ
sunt reperta, vt quasi eodem die illuc repositæ fuisse cre-
derentur. In quâ etiam membranulae vetustissimæ por-
tuicula est inuenta, cuius series diuturnâ obliteratio-
ne penè deleta, vix perspicacissimâ elucidari valuit inda-
gine. Cuius textus tandem enucleatus hæc continere re-
pertus est: Hic requiescit corpus B. Mauri monachi &
Leuitæ: qui tempore Theodeberti Regis in Galliam ve-
nit, & octauodécimo Kalendas Februarij migravit à se-
culo. Beati quoque Petri Apostoli patrocinia, simili mo-
do ibidem sunt reperta in arcuâ, quæ ad caput eius e-
recta, & arenoso aggere cooperata, pro conseruatione
eorumdem (vt opinari potest) decenter fuerat. Hæc qui-
dem ille.

d 23 Testati verò nobis sunt Fratres congregationis

nostre, qui eo die obsequiis translationis tanti viri de- ^{qua mira}
utissimè interfuerunt, quod octō notissimæ personæ ibi ^{culi illu-}
à diversis sanatæ sint infirmatibus: ex quibus tres cæci ^{transur:}
fuerunt, claudi duo, paralyticus unus, mulieres mutæ
duæ. Eodem anno, pridie ante sanctum Pentecosten
tertio Kalendas Iunij, ordinatus est famulus Christi
Gauzlinus primus Abbas, post restaurationem monasti-
ci ordinis, in cœnobia S. Mauri in ecclesiâ S. Saluatoris ordinatus
ante altare, quod ipse ædificauerat in honore indiuiduæ ^{Abbas.}

ac viuificat Trinitatis, à summo Pontifice Turonica vr-
bis fVrsmaro, & aliis duobus Episcopis: quem etiam

ipso anno, primū quidem Ebrouinus Antistes, in Ec-
clesiâ Pictauensi ad ordinem diaconatus, g Dodo autem
Episcopus in Ecclesiâ Andegauensi ad presbyterij pro-
mouerat dignitatem gradus. Sed iam ad virtutum insi-
gnia, quæ per hunc beatissimum virum, in hoc eodem
loco cœlitus demonstrata sunt, narrationis ordo est con-
uertendus.

24 Cùm locus idem, prouidentiâ & regimine mo-
nachorum Fossatensium; iusta videlicet memorie
Gausberti & ceterorum (quorum superiùs mentionem
fecimus) conuénienter & religiosè gubernaretur, tem-
pore illo quo inter gloriosissimum Regem Carolum &
eius fratrem Lotharium longa cōcertatio pro b regni fa-
stigio exorta est; quam, Deo se protegente, serenissimus ^{Glannafr-}
Rex Carolus strenuè satis armis decertando publicè e-
uendicauit; Cenomannica Ecclesiæ Antistes, i Aldricus,
cuncta quæ in villâ, quæ Cauania nuncupatur, habe-
bat, prædicto Dei famulo Gausberto, ad nostrum addu-
cens monasterium custodienda commendauit. Quod
cùm Haimericus quidam & eius compar & Gerardus
comperissent, Missos suos illuc dirigentes, cuncta quæ
à supradicto Pontifice illic deposita fuerant, se per vim
diripere mandauerunt, nisi celerrimè à Fratribus trade-
rentur. Cumque eis de monasterio remandatum fuisset,
certam legem à Domino de depositis constitutam
esse, seque omnia pro his custodiendis ac conservandis,
etiam extrema pericula pati paratos; ipsi irâ accensi, &
cupiditate cæcati, ad monasterium equis sudantibus ad-
uolauerunt, suis mandatum dantes, vt dum ipsi cum
Fratribus loquerentur, illi omnia ostia domorum, in
quibus cōmmandata deposita erant, peruidere absque
vlli timore pauoris satagerent. Qui eorum impiis iuf- ^{diripientes}
sionibus obtemperantes, mox vt audtores tanti mali in-
trogessi, cum Dei famulo Gausberto & ceteris Fratri-
bus de eadem re austriùs agere coepерunt, strictis gla-
diis irrumpentes, auferre omnia disiectis foribus cona-
bantur.

25 Quod cùm viro Dei nuntiatum fuisset, conuoca-
tis Fratribus, vt misericordiam omnipotentis Dei atten-
tiūs precarentur, ac S. Mauri suffragia ocyùs sibi affu-
ra crebrâ depositerent repetitione, ipse lacrymis perfu-
sushortatus est. Deinde signis sonantibus, sumptis San-
ctorum reliquiis, impositâque Letaniâ, cum omni Fra-
trum numero pergit ad locum, vbi iam & vinum terræ
effundebatur, & cædes cruentissima exorierbatur. Cum- ^{calitus ph-}
que & incundisima esset cæli serenitas, & apertissima
folis resplenderet claritas, subito dum B. Mauri nomen
in Letaniarum prece à Fratribus cœpisset inclamari, tan-
tus fragor tonitruorum minaci supra modum concre-
puerit terrore, tantaque coruscatio emissorum inhorruit
fulminum; vt omnes qui rapinæ malo decepti il-
luc aduenerant, vita dicrimen se subituros iam iam-
que pertimescerent; præsertim cùm repentinâ effu-
sione inundatio subitanæ pluviæ consecuta limina o-
stiorum eos egredi prohiberet. Vnde factum est, vt
quatuor ex eis lenui perdito in amentiam versi, reliquos
fugæ tantum sumere præsidium compellerent. Qui mi-
seriores miseris effecti, strata viarum, plena vâculo-
rum & vtrium relinquentes, nulli deinceps ipsius habi-
tatorum loci molestiam inferre ausi fuerunt. Hæc meri-
tis & intercessionibus beatissimi Confessoris Christi
Mauri ita gesta esse affirmat assertio veridica monacho-
rum,

rum, qui se his interfuisse testantur; ex quibus duos tantum, Bernegarium videlicet & Raimundum, ex nomine designatos esse sufficiat.

a Vocat hic Odo quintam hebdomadam, qua sequitur Dominica, etiam Latare, qua vulgo quarta censetur. Incidit eo anno Pascha in 29. Martij, littera Dominicale D.

b Hic est Clotarius II pater Dagoberti; nam Clotarius I eius annus ante ipsum S. Maurum mortuus est an. 562.

c Ita 3. MSS. Beffortius buxulâ, vel buxulâ scripsit. Brulius edidit pyxides. Et Jane xviiij à xvij deduci videatur, quod buxum significat.

d Ita MSS. at Brulius, arcuâ.

e Imò eo anno Pentecoste incidit in XVI. Kal. Iunij, sive XVII. Maij.

f MS. Ripat. Orismaro. quomodo eum quoque nominat Lupus Ferrariensis epif. 16.

g Interfuit concilio Turon. IV. an. 849. Suesionen. II. an. 853, Ep. h Lotharius à morte patris omnia ad se trahere cupiebat; bu à Carolo Caluo & Ludouico fratribus pralio viatus an. 841. &

842. tandem cum iis conuenit.

i De S. Aldrico Episcopo Cenomanensi regimus 7. Januarij.

k Ita MSS. at Brulius, Girardus.

C A P V T V.

Calitum cantus. impensa misericordia beneficia.

a 26 Eodem anno cuidam seruo Dei, nomine Anno-
Anno-
varedh, de genere Britonum, per nocturnam
varedh
visionem praeceptum est, ut monasterium S. Mauri orationis gratia petere non negliceret. Qui longioris viae
confecto itinere, alueum Ligeris non longè ab ipsis
beati viri cœnobio transnauigauit. Duo verò ex Fratribus
missi à venerabili Patre Gausberto, Andegavis per-
gentes eum obuiam habuerunt. Qui eminens eum fre-
quenter in modū crucis solo decumbere videntes (iste
quippe mos ei erat, vt quotiens finito psalmo, Gloria
Patri & sequentia dicere inciperet, continuò toto cor-
pore in terram se prosterneret) insanire eum aestimauerunt. Cumque ei appropinquassent, ab eius interprete
causam frequentis eius didicerunt prostrationis; & post
hac iter suum prosequentes, viam ei quæ ad monaste-
rium ducit demonstrauerunt. Qui ecclesiam ingressus,
cùm synaxim Fratres vespertinam decantare coepissent,
inter duos cancellos demissò capite humiliiter, sicut re-
vera is qui ante Deum, stare coepit. Praeceptoris autem
vox Antiphonam, Excelsus super omnes gentes Domi-
nus, imponens (erat quippe dies illa magna, & perce-
lebris, quæ Dominica appellatur) paullulum eum caput
erigere fecit. Vidiq[ue] per fenestram ab Australi altaris
parte, Angelum ingredientem, quem sequebatur vir
valde honorabilis, Diaconi præferens habitum, atque
in suo ordine stolâ sanctâ induitus. Qui vnâ cum Ange-
lo ante altare veniens, atque expansis brachiis deorsum,
id est ad chorum respiciens, seque ad altare iterum con-
uertens, quasi orationes seruorum Dei, Angelo super
altare stanti offerebat. Qui eas ab illo suscipiens, in con-
spectu Dei eleuare videbatur. Hoc ille diu videns &
admirans, cùm iam oratio à Presbitero completeretur,
Angelum per fenestram Orientalem egredi consipa-
tur. Diaconus verò per medium chorum descendens,
atque secus illum transiens, hæc eadem verba illi in aure
locutus est, dicens: Sæpè huc venio, & frequenter hoc
facio. Hæc dicens disparuit.

videt S.
Maurum
orationes
monacho-
rum An-
gelo offe-
sionem:

27 Ille verò statim in terram corruens, lacrymis per-
fusus atque pauore anxius, Latinè repetere talia coepit:
Sancte Maure tuorum visitator & custos famulorum,
intercede pro nobis indignis & peccatoribus. Ista eu-
lango & plorando, terramque capite percutiendo pro-
sequens, tandem à Fratribus, qui eum gregatim valla-
uerant, à pavimento eleuatus, ac inquisitus cur mœrens
& tristis inconsolabiliter plangeret; peccatorum suorum
se conscientiam esse respondit, atque vt eorū indulgentiam
à Domino percipere mereretur, deprecando flere.
Gauzlinus verò tunc adhuc bonæ indolis adolescens,

Tom. I.

postea autem (vt suprà dictum est) Abbas ipsius loci, or- Avctore
dine, quo superiori retulimus, effectus, intelligens eum Odone
ibidem aliquid magni, aut vidisse aut audisse, duos con- Abbate,
gregationis ipsius Fratres, Begonem & VVinchelon, qui inuitus vi- Ex mss.
Britannicæ linguae notitiam habebant, deprecari coepit, sion nar-
vt ipsi ab eo causam tanti planctus, vel quò pergeret, rat:
familiarius inquirere studebant. Qui deuotissime ad
eum accedentes, vix ab eo obtinere potuerunt, vt rei
gesta ordinem, sicut viderat & audierat, illis pandere
non recusaret. Quindecim quoque eum diebus, vene-
rabilis Pater Gausbertus secum retinuit: in quibus age-
re cum eo non potuit, vt vel modicum vini degustare
debuisset. Si quando enim se hoc facturum pollicitus
fuisset, mox vt vini poculum ori admouisset, lacryma- recusat vi-
rum & singultum copiosissimâ prohibebatur inunda- num bibe-
tione. Quod Dei famulus Gausbertus altiori mente re-
pertractans, cumque hoc solius Dei intuitu agere per-
pendens, nullo modo illum huiuscmodi molestia am-
plius inquietare præsumpsit; sed donatum omnibus
quibus eum indigere perspercerat, cum gaudio ad pro-
pria remeare permisit; benedicente & laudante Deum
in omnibus quæ audierat & viderat, sicut diuinatus illi
ostensa & demonstrata fuerant.

28 In tempore Gauzlini Abbatis in solemnitate In-
nocentum, cùm nocturnum officium Fratres in ecclesiâ
Saluatoris celebrarent, & duodecimam Lectionem idem
Abbas, vt in congregationibus monachorum mos est,
recitaret, subito voces cantantiū, cum nimia in aestima-
bilique suavitate, in basilicâ S. Martini, in quâ B. Mauri
corpus iacebat, omnes Fratres resonantes audierunt. Et
hoc antequam sacratissimum corpus eius de illâ in mai-
orem translatum esset ecclesiâ contigit. Cumque tanto
miraculo attoniti omnes residerent, & ipse Abbas le- Cantus
ctione terminatâ perquirere coepisset, à quibus tam in- Angelorū
aestimabilis dulcedinis multiplicium ac diuersarum vo- ad corpus
cum celebraretur concentus, duo ex Fratribus, quibus S. Mauri
custodia huius basilicæ commissa erat, ocyus pergere
cooperunt, vt diligenter fore ecclesiæ egressi, percipere
possent ea, quæ audiebant, aut aliquid ex his quæ dice-
bantur intelligere. Sed antequam ad ostium ecclesiæ
ipsius, quæ in monte sita tardiorem ascendentibus gres-
sum efficit, peruenissent, omnis cantilenæ illius modu-
lato finita, deinceps à nullo audiri potuit. Splendorem cum insoli-
tamen immensi luminis, qui totam illam repleuerat ba- tâ luce &
silicam, partim exteriùs per fenestras, partim introgressi, odore;
apertâ visione videre meruerunt. Omnibus ergo notum
factum est, Angelorum ministerio, excubias apud beati
viri corpus obseruantum, hæc celebrata & peracta
fuisse. Siquidem, vt discerni, potuit tantæ suavitatis
melodia cum maioribus dulcisonis modulationibus,
frequentior instar infantū resonabat cœlestium agmi-
num mellifluæ vocis iubilatio. Ex illo itaque die crebro
hæc audita, & præcipue nocturnis horis, apud eius
sanctissimum solemnizata sunt tumulum: vt verissimis
approbat assertionibus reuerentissimus Abbas Godefridus,
& plerique eiusdem monasterij Fratres, qui fre-
quenter se hæc audisse testantur.

29 Clericus quidam, nomine Mainfredus, qui ob
custodiā in contiguâ basilicæ ipsius domunculâ dor-
mite erat solitus, cùm membra in stratu meridianō
composuisset tempore, à quodam ignotæ visionis viro
in latere impulsu atque excitatus, vt velociter foras
egredieretur iussis est. Quod dum somno grauatus Cufos ec-
agere neglexisset, ac se in aliud contiuerens latus, sopori cleſia ruina
oculos repressisset; ille iterum, speciem Othberti ipsius periculo
monasterij monachi prætendens, ac frequenti inclama- eximitur:
tione eum compellans, collocare se in eius velle lecto,
ob nimiam lassitudinem asserebat. Visumque sibi fuisse
dixit, quod ipse eius magister Othbertus, qui eodem
tempore ecclesiârum eiusdem loci Arcarius erat, se in
stratum, de quo ipse surrexerat, collocasset. Sed cùm
ille basilicam intrasset, seque orationi dedisset, domus
illa, de quâ exierat, funditus corruit. Ille autem Oth-
bertum,

V u u bertum,

AVCTORE
ODONE
ABBATE,
Ex mss.

bertum, quem in lecto, ut sperabat, dimiserat, mortuum existimans, pernici cursu ad portas ecclesiae S. Saluatoris aduolauit, atque eas valido conatu impellens, eiulando magistrum suum ruinâ domus illius oppressum asterebat. Othbertus vero de stratu suo furgens, fores ecclesiae reseravuit, eumque insanire proclamabat. Ille è contra rei ordinem pandens eueroram domum illi démonstrabat; hoc nutu Dei aut per Angelum visitatorem ipsius loci, aut per eumdem sanctissimum virum actum esse datur intelligi, ne scilicet iuxta sacratissimum corpus eius, vita discrimen custos basilicae ipsius incurseret.

^b 30 Naucleus quoque cuiusdam ratis, ex his quæ mercibus inferuentibus magnis quæstibus oneratae sursum per Ligerim ascendere solent, cùm rudente b per petalimatis, malum nauis scandens, tornaturæ, de quâ dissilierat, reaptare vellet, laqueo subtilioris funis per pollicem sinistræ manus apprehensus, ac validissimè constrictus est. Qui cùm adminiculo dexteræ manus, triplicem ipsius laquei insertionem enodare conaretur, repente malo, quem inhærendo circumdauerat, amissio desperabiliter pendere cœpit. Quid agerent nautæ, quò se verterent, nesciebant. Nam funem, de quo ille pendebat, præcidere metuebant; ne subito corruens elideretur. Sed & sursum ascendere, illius intercepti appensione non valentes, quo ei aliquo modo succurrere possent, B. Mauri nomen inuocare cœperunt, vt suis sanctis meritis & intercessionibus misero in articulo mortis posito subuenire dignaretur. Hoc itaque sub eius cœnobio contigit, in littore scilicet appulsionis pectorum, eidem loco seruentium. Exorto itaque clamore nautarum, Fratres congregati, Christi clementiam ac B. Mauri auxilium instantissimâ prece, signis sonantibus implorare cœperunt: cùm ecce subito illis orantibus, is qui appensus fuerat, paullatim defusrum demitti videri cœpit. Cumq[ue] iam in naui rectâ staret plantâ, absque ullius iuuamine, nodo durissimæ constrictions solutus est; funis vero artemonis (non minus mirabile dictu quâm visu) cursim suis locis redditus, stupentibus nauris, secundo admodum flatu nauim dirigere cœpit, cunctis Deum laudantibus ac benedictibus pro talibus tantorum beneficiis miraculorum, per beatissimum virum ibi celebratis.

a Ita; MSS. Bruliis: Anouareth. MS. Rip. Anovvareth.
b Ideb[us] vcl, à Cenomâc[u] extendere.

C A P V T VI.

Multati calitus improbi.

Persecutor
monacho-
rum,

corum pre-
cibus terri-
sus,

31 Valiter autem diuina clementia meritis huius beati viri, loco huic defensatrix semper affuerit, & contra persecutores eius, qui aliquo modo res ad eumdem pertinentes præsumperunt vel familiam eius infectari, vtricem dexteram exercuerit, prout ea oculis inspeximus & à fidelibus nostri temporis viris, ex ordine videlicet monachorum eiusdem loci congregationis, veris testimoniii comperimus; paucis subiiciendum censemus. Vir quidam nobilitoris generis, a VVithe-rius nomine, crudelitate effere mentis, in homines monasterio delegatos vehementer desauire cœpit, adeò ut vni ex familiâ vitam malignus auferret. Cumq[ue] hoc ad monasterium nuntiatum fuisset, iussu Gauzlini Abbatis Fratres omnes ante corpus beati viri, misericordiam omnipotentis Dei implorare cœperunt: quatenus meritis sancti viri, & ille à peruersitate atrocissimi animi conquiesceret, & innocens familia ab eius immannissimâ vastatione liberaretur: & cùm hoc per dies aliquot indesinenter agi ante sepulchrum B. Mauri ille comperisset, timore actus, ne forte pro commissis vita discrimen incurreret, seruum iuris sui Abbati & Fratri-

bus ad monasterium transmisit, vt illum loco illius quem peremerat recipere & possidere dignarentur. Sed ^{damnum} non pro hoc vtricis pœnae euasi vindictam. Ne enim ^{reparat} orationes seruorum Dei incassum fusæ viderentur, & auxilium sancti viri sibi seruentibus, seque ac per se Deum inuocantibus, præstò non esse dubitaretur, diuinum continuò miserum prostrauit flagellum. Qui ad extrema veniens, iamque desperatus in lecto decumbens, subito dum ab assistentibus obseruaretur, arcuatim se virtute quâ poterat colligens, de lecto agiliter profiliebat, horribiliter & se & circumstantes vrinx ^{tamen} tredans effusione, atque clamore valido, ingeminans: S. Mauro Heu S. Maure, et si tibi seruum tuum perimens abstuli, ^{vltim} loco illius meliorem ex proprio iure substitui. Quid ^{male} perit. me persequeris? Quid me occidis? Hæc indesinenter per sex continuos dies eiulans, languore ingrauescente, septimo tandem die, in eadem verba infelicem abruptit vitam.

32 VVifinus quidam vir clarus secundum seculi dignitatem, atque in equestri ordine nonnullos præcelens, cùm toto quadragesimali tempore censum p[ro]scium, (quem more prouincia & Cenadicum vocant) per vim Fratribus abstulisset; nec crebris nuntiis sibi ab Abbe & Fratribus directis adquiescere vellet, vt ea quæ à pectoribus monachis persoluenda erant, ex debito redderentur, Gerfredus monachus magnæ vitæ vir, (qui dudum per viginti annos vitam eremiticam ^{Monachid} ducens ab omni quod inebriare potest abstinuerat) no- ^{sua eri-} uissimè ad eum accedens, mortem illi minatus est, nisi ^{piens} præteriorum pœnitudinem gerens, de reliquo ea quæ Fratribus competebant, sine impedimento illis recipere permitteret. Quod nullo modo ille assentiens, in pristinâ persecuta malitiâ. Abbas vero iam dictus Gauzlinus, communis decrevit consilio, vt expletis hymnis matutinalibus, ad tumulum B. Mauri septem quotidie psalmos Fratres decantarent, & misericordiam Christi ocyus sibi affutaram contra tyrannū precarentur. Quod cùm instantissimâ prece, omni illo ieiuniorū tempore, ^{iis oranti-} peractum ab eis fuisset; ipsa Dominicæ resurrectionis ^{bus} die, post omnem multiplicium apparatum epularum, cunctorumque gaudiorum iocundissimam hilaritatem, quam eo die celebrius atque solemnius ob honorem & ^{ab amico} reverentiam tantæ festiuitatis, Christianus orbis colit, ^{vulnera-} cùm super secessum latrinæ cubiculi resideret; à quo- ^{tur:} dam viro, qui honoratior in domo eius erat, nomine Adalgaudo, ipso suo ense quem ante illum tenebat, validissimo conatu per medium verticem percussus, præcepis tuens, verecundioribus reiectis, instar exanimati cadaveris prostratus iacuit. Qui manibus seruulo- ^{culpam} rum post paullulum ad lectum deportatus, sensuque ali- ^{agnoscens} quantisper recepto, aperte profiteri cœpit, se ob iniuria seruis Dei illatâ talia perpeccum esse: continuoq[ue] ad monasterium mittens, indulgentiam commissorum vocibus & eiulatibus coniugis suæ à Fratribus precabatur. Et cùm duo ex senioribus ad eum ab Abbe, gratiâ absolutionis, directi fuissent, à B. Mauro se lethaliter percussum asserebat, eò quod seruentibus illi molestiam inferre præsumpsisset. Nam & ille qui eum vulnerauerat fatebatur se subito animo concepisse, non debe- re eum vivere, qui Dei cultoribus importunus existere ausus fuisset: cùm ipse penitus ea, quæ ab ipso mona- ^{p[ro]p[ter]a rela-} chis illata fuerant, ignoraret. Die liquidem Parasceue ^{p[ro]p[ter]a, male} de pago Cenomannico advenerat, vt communis cum eo perit. sanctorum dierum frueretur lætitia. Hic itaque cùm iam tertio mense, assiduâ medicorum curâ sibi im- pensâ, pleniùs conualescere cœpisset, desperabiliter corde cæcatus, deliberare secum cœpit, qualiter in monachos percussionis suæ vindictam, peiora illis quâm priùs ingerendo, vltisci posset, dicens, quod illi eum suis orationibus, imò, vt testabatur, maledictionibus occidere voluissent. Tali ergo insanæ mentis rabie effe- ratus, Cenomanis profectus est, partem prædiorum sibi competentium cum fratre suo, Herueo nomine, diuisurus,

diuinus. Sed exortâ inter eos (vt in tali affolet negotio) contentione, fratri dexterâ viscere tenus confosius interiit.

d 33. **a** Gerelmi honorabilis viri, qui hodieque in domo Agclwini Abbatis clarior habetur, custodes equorum cùm per vim de monasterio vinum auferre vellent, & contradicentibus famulis & obnitenibus plagas inferre cœpissent; tumultu exorto quidam ex Fratribus aecurruunt: Abbas quoque Theodradus, nuntio sibi ea deferente & ipse aduenit. Qui cùm eorum insolentiam blandâ cœpisset increpatione arguere, vnu illorum, qui vehementius ceteris insistebat, conuiciis eum appetere irrueenter cœpit. Abbas verò capsulâ reliquiarum, quam in pectore suo detulerat, eum in fronte percussit, atquè infuper hæc ore protulit: Deus omnipotens per merita B. Mauri aliorumque Sanctorum, quorum reliquiae in hac capsulâ reconditæ venerantur, pœnas & vindictam de suis & seruorum suorum reposceret contemnitoribus; & maximè de te, qui rapinæ malo inferuiens, ducatum talibus præbes prædonibus. Et post hæc de monasterio eos proturbari iubet. Ille verò pescatoriā nauim, quæ Fratrum vībus deseruerat, ingressus, Ligerim cum eâ transnavigare volebat. Cui quidam ex monachis, Assuerus nomine, occurrens dixit: Non rectè facis, quod non sufficientibus tibi reliquis, qua seruentibus B. Mauro intulisti malis, etiam nauim, quæ eorum necessitudinibus inferuit, auferre conaris; & cùm talia prosequendo nihil proficeret, Nauis ait, B. Mauri est, non habeas licentiam eam longius impellendi. Cui ille subiunxit: Tantum hoc pro B. Mauro, quantum pro eius dimittam vxore. Necdum verba compleuerat, cùm ecce à diabolo arreptus, saltu se in Ligerim proiecit. Qui ab imis sursum emergens ac istiusmodi voce infrendens, Diabole adiuua me, vndis iterum interceptus, nusquam comparuit. Tertio tandem die à pescatoriibus, ventre disrupto intestinique perditis, inter duas insulas repertus est. Qui nimio timore in fugam acti, pro confuso murmure, qui adhuc à dæmonibus ex eius ore emittebatur, vix nauis reliquæ corpora gurgiti dantes, natando euadere potuerunt. Hæc de pluribus pauca perstrinxisse sufficiat: vt ostenderemus beati viri præsentiam sibi famulantibus atque in se sperantibus numquām defuisse.

e 34. Omnes denique, quos nostro iam tempore atrocissimos in omni genere persecutionum infestatores, rerumque nostrarum crudelissimos pertulimus vastatores, Fridericu dicimus & reliquos eiusdem presumptionis, ac cupidissimæ persuasione homines, fratres scilicet eius ac affines, illisque adhærentes (qui omnes vno corde eodemque opere, irremediabiliter & vltra quam humanum cor concipere, aut lingua effari potest, nequiores effecti nequissimis, & vt ita dictum sit, pagani deteriores, omnigenis malis, & præcipue rapinæ sceleri, infistebant) repente exterminatos atque deletos, iusto Dei & credimus & videmus iudicio. Nam preces & gemitus ac lacrymæ seruorum Dei, quas immanissimè ab eis oppressi, ante Sanctorum busta assidue profundebant, meritis eorumdem Sanctorum, in conspectu diuinæ maiestatis recitatæ sunt & admissæ; ideoque illi subitâ contriti sunt vltione. Fredericus enim (qui caput omnium nialorum, & auctor scelerum, cunctarumque incensor erat seditionum) captus à Nortmannis, turpisimâ & nefandissimâ nece, vt erat dignus, ab eis arctatus interiit. Post quem sequaces illius vnu post vnum, cælesti eos insequentे vindictâ, à finibus dilecta sibi telluris, alij effossis oculis, alij truncatis manibus, eliminati sunt. **f** Raimboldus verò, qui primus inter primos in omni criminе habebatur, & nullo non quotidie scelerē fœdabatur; quiq' dudum Satanæ instictu succensus, ac infra muros cœnobij nostri famulos monasterij persequi aggressus, cùm ab Abbe Teodrado ei diceatur, cur talia agere præsumeret; Christiani funditus animo nudatus, lethaliter eum ferire conatus, lanceâ

Orantibus
monachis,
cælitu pu-
niantur.
sacrilegi
orum per-
secutores,
ope S.
Mauri.

f Tom. I.

cucullam eius cùm interiore perforauit indumento; sole **Auctore** perosus & aëre, ipsaque communi indignus luce, **g** in **ODONE,** restibus scrobis, diuinâ percussus animaduersione **ABBATE,** consortibus suis applicatus est dæmonibus. **b** Frotmundus autem & Hercanicus cum vxoribus & filiis ac nonnullis ex obsequentibus sibi, perditis omnibus quæ habuerant, Nortmannicâ adhuc immensis ferri constrieti ponderibus detinentur captiuitate; Domino illis, quæ in sc & in seruos suos commiserant, retribuente. **i** Gwanilo verò, qui pauxillum minus ceteris crudelis fuit, ipse quidem captiuitate solutus est, vxore eius & filiis cum ceteris detentis. Non enim crediderunt in Deo nec spe rauerunt in salutari eius, nec opera Christianæ sponsionis perficere studuerunt: propterea exterminati sunt ab exterminatore, & à crudelissimis nationum interceperi perierunt. Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios.

a Brulius, VVicherus. MS. Belfortij, VVicherius.
b Ita MSS. at Brul. Cenaticum. **c** Brulius, Adalgando.
d MS. Rip. Gerelini. **e** al. Angelini.
f Brul. Raimboldus. **g** Brul. fed pro talibus ausis.
h Brul. Frotinnadus. MS. Bonifon. Frotimundus.
i al. Guanilo.

C A P V T VII.

Reliquia S. Mauri in Burgundiam, deinceps
Fossum translate.

35 **I** Gitur nostro iam tempore, cùm, in sequentibus nos Nortmannis, huius beati viri corpus de monasterio asportassemus, plura per eum fieri miracula vidimus, & licet in tristibus positi gaudio gauisi sumus. Nam cùm in villâ **a** Scamanto per aliquot dies demorati fuissimus, & frequens conuentus populi in ecclesiam eiusdem loci, in quâ Sancti custodiebatur gleba, confluueret; mulier quædam, quæ iam per quinquennium frequenti sanguinis vomitu laborabat, cum ceteris aduentantibus **Sanguinis** ad eundem locum, Sancti imploratura auxilium, incommodo cogente aduenit. Cuius calamitatem miserati, diuina pro eâ in altari, supra quod sanctum depositum fuerat corpus, celebrauimus mysteria. Deinde psalmodium & Letaniarum preces quantâ potuimus deuotioñe persoluimus, in ecclesiâ illam remotari præcipientes: cùm ecce medio noctis tempore nobis omnibus quiescentibus, illâ quoque sopore depresso, cuncta lumina ecclesiæ illius, (quorum copiosior numerus, ob ho- **vñdet lñ-** norem sancti corporis, apparatus fuerat) subito accensa **minaria** sunt. Basilica quoque albatorum repleta est multitudine: **ultra accē-** **di**, Sanctos quorum sonitu mulier excitata, ingenti paurore perculsa, **ad corpus** nequaquam vt se credebat mortis periculum posse euauit. **S. Mauri** dere, anxia formidare cœpit. Et cùm his, quæ ab eis fie- **conuenire;** ri videbat, paullatim timore exonerata intenderet, vnu illorum, qui præstantior ceteris clarius in suo habitu refulgebat, ab altari descendens atque ad illam accedens, hæc eadem verba Latinè illi locutus est: Mulier gratias age Deo omnipotenti, qui te per merita & orationes S. Mauri sanam redditam & in columem habet. Quæ ver- **sanatur:** ba nos ex ore ipsius litteris exprimi fecimus, ne forte de his ab aliquo dubitari posset, qui eam ipsa quoque literatum elementa ignorare sciebant.

36 Cumque iam de salute suâ certa, de loco, quo iacuerat, surrexisset, Girardum, religiosæ vitæ virum, monachum scilicet & Presbyterum congregationis nostræ, qui inter duos cancellos ob custodiâ sancti corporis dormiebat, frequenti voce clamare cœpit. Cuius clamore ille excitatus, ardentiâque luminaria conspiciens, atque suauissimum odorem persentiens, inquirere ab eâ cœpit, qualiter erga illam diuinâ ageret clementia. Cui **monachi** illa rei ordinem pandit. Qui cùm ingressus cubiculum, suauem in quo dormiebamus, nobis expergesfactis, vt basilicam sentiunt, ingrederebatur annuente non cessaret, è stratis perniciter **& lumi-** exilientes, ecclesiæ intravimus: confidientelque suc- **naria accē-** censâ: **Vuuu 2**

Auctore censa luminaria, simul & odorem captantes mirificum,
Odore stupore attoniti harere cœpimus: solutoque prius silentio, (vt mos est) cuncta que acta fuerant, ab ipsâ per ordinem didicimus muliere. Nam dicebat: Odor iste, cuius suavitate nares vestre adhuc perfruuntur, mox vt recto feretro hi qui ingressi sunt, quasi obsequendo & nescio quid diutini dulciter modulando, vnam Sancti contingere cœperunt, totam istam repleuit ecclesiam. Vocabatur autem eadem mulier Ratburgis: quæ cum gaudio ad propria reuersa diuina erga se per B.Maurum miracula celebrata cunctis enarrare non cessabat.

*iterum
eantum
audiunt;*

**Sanctos
vident.**

37 Sequenti verò nocte, ne quid dubietatis ex his, quæ à muliere audieramus, nobis in corde remaneret, antequam ad solempne peragendum surgeremus officium (erat quippe nox illa celebris, quæ Dominica appellatur) subito cum inestimabili cantus suavitate voces concrepantium audire cœpimus: sed quasi quodam pressionere, & cuiusdam torporis grauati lassitudine, nullo modo ex stratis surgere valuimus. Præcipue tamen Gérardus custos sancti corporis, placidissimum sibi soporem infusum asserebat, qualis matutino tempore nec plenè dormientibus, nec perfectè vigilantibus accidere solet. Cuius grauitudine occupatus, nullo modo se de loco lectuli surgere potuisse (quamquām sèpè conatus fuerit) testabatur: nec horama illud, sed manifesta visio fuit. Interdum enim apertis oculis quodam ex celebratoribus tantarum excubiarum se vidisse fatebatur. His itaque viis atque auditis, certum profectò tenuimus & tenemus, non minori frequentia cælestium agminum, sancti viri corpus, quocumque delatum fuerit, & visitari & honorari, quam in loco sepultura eius: idque euidentissimis crebrò ab eis fieri approbatum est indicii. Dignum quippe est, vt eos visitatores corporis sui habeat in terris quorum cætibus admistus immatascibilis gloria felicitate vnâ perfruit in cælis.

b 38 Ex eo ergo loco, comitante nos populi multitudine, qui vnde ex vicis & agris nobis obviâ præcipites confluebant, in paginam b Sagensem, cum sacro deuenimus thesauro. Et quia sanctus Pontifex c Hildebrandus, generali expeditione vniuerso populo contra Nortmannos indictâ occupatus, ad suscipiendum componendumque pro tempore hoc sancti viri corpus, præsens adesse non potuit; Archidiaconum sanctæ suæ Sedis cum electori parte sancti Cleri, ad villam quæ Merula nuncupatur, quam munificâ largitate Serenissimus Rex Carolus ad suggestionem sancti Pontificis Ebroini, B.Mauro & eius famulis per magnificentia celsitudinis suæ contulerat præceptum, cum omni Ecclesiasticorum honore & apparatu ministeriorum destinatum habuit: qui nobiscum sancti viri glebam religioso satis in ecclesia S.Iuliani reconderet obsequio. Vbi per annum integrum & dimidium, quantâ valuimus hoc sancti viri corpus diligentiâ custodiuiimus. Vbi quæ & quanta Dominus per eundem seruum suum operari dignatus fuerit, si quis scripto digerere velit, antè (vt opinamur) tempus ei deficiet loquendi, quam materia scribendi. Multi enim cæci, surdi, & claudi, aliique oppressi languoribus, ante eius lecticam nobis cernentibus sanitatem recipere meruerunt. Quos ideo nominatim exprimere omnitus, quia & copiosior eorum numerus memoria nostram excedit, & legentium fastidium sumumperè cauere certamus.

c 39 Illud tamen unum prætereuntes reticere non debemus, quod nullus febricitantium, cuiuscumque typi contritione vexaretur, (si plenâ fide huius sancti viri implorauit auxilium) sine sanitatis gaudio vñquam ab eius repedauit tumulo. Sed vt taceamus de reliquis, quid nobili viro Orgerio ibidem euenerit silere non debemus. Hic cùm iam per tres continuos menses, sine intermissione duobus diebus validissimâ vi febrium irremediabiliter quateretur, adeò vt sensu penitus perditus, penitus in amentiam versus astimaretur; Cadilo Comes, qui ei affinitate generis propinquus erat, secum cum ad

locum sancti corporis B.Mauri adduxit. Et cùm eum hortaremur, vt cum fiduciâ fidelis animi, ante membra sancti viri nocte integrâ iaceret, relucenti cœpit; sequé conscientium peccatorum suorum esse testabatur, pro quibus sibi peiora accidere pauidus formidaret. Cuius pulsianimitatem sacræ auctoritatis assertionibus vtcumque roborantes, inuitum eum illic dormire compulimus. Sed vt ostenderet Dominus quantum fides proficiat, & diffidentia officiat, meritis B. Mauri vnius tantum eum diei vexatione soluere est dignatus, vsquequod post non longum tempus, pleniori iam fide animatus, cum xeniorum munere regressus, atque iam securus periculorum, perugilem ante Sancti vnam, summâ cum deuotione, duceret noctem: sicque omni illius incommodi valididine perfectè liberatus, gratias Diuinitati & S.Mauro referens, ex eo usque nunc absque ullius viget infirmitatis labore.

40 Cùm verò & illic creberimus, & improuisis paganorum deterreremur eruptionibus, secundum quod in Epistolâ huic opusculo præpositâ continetur, hoc sancti viri corpus citra fluuium Aratim à nobis deportatum, digno cum honore (prout temporis & loci permisit opportunitas) reconditum ac collocatum in fundo Audonis Comitis est: vbi per tres semis annos custoditum, sedecim notissimarum personarum sanitate celebre nomen eius circumcircâ diuulgatum, assiduâ populorum frequentatione venerari cœpit & excoli. Nam *funt 16.* primo aduentus sui ad eundem locum anno, frequenter claruit virtutibus, quas enumerare longissimum est. In quibus clarius ea quæ suprascripta est, emicuit curatio sedecim personarum, quarum aliquanti cæci, non nulli claudi, quidam verò surdi, aliquanti autem muti fuerunt.

*iterum
transfor-
tur.*

*miraculat
Fossatense*

41 Exinde illud iuxta tenorem præfationis huius libelli, in monasterium Fossatense deportauimus, & (sic ut pleniter ibi prosecutum est) venerabiliter in ecclesiâ B.Petri recondentes, in ipsis Idibus Nouembriis collocauimus. Ad quem locum glorioissimus ac clementissimus Rex Carolus, à partibus Burgundiæ regrediens, per seinetipsum dignatus est accedere, Christi protectionem ante lecticam sancti viri, summâ depositens deuotione, die Nonarum Februariarum, hoc anno, qui est ab Incarnatione Domini octingentesimus sexagesimus nonus, regni verò eius vicesimus nonus, indictione secundâ. Qui ob maiorem deuotionem christianissimi *veneratur
& donariet
ad cenobium
Fossatense* animi, quam erga Deum & Sanctos eius habet, post non multos dies, de monasterio beatorum Martyrum à Carolo Dionysij & sociorum eius, honorabilia B. Mauro transmisit munera, per Otilium strenuæ probitatis monachum; pallia scilicet pretiosissima duo, quibus corpus eius in diebus processionum, & festiuitatibus cunctarum decoratur solemnitatum, cuius intercessione perennis vita à Domino aeternaliter recepturus est remuneracionem: qui ita præstantialiter venerabilia exornare non desinit *a polyandra Sanctorum*; vt neminem priscorum, qui regij nominis claruerunt honore, priorem videatur habere in sanctâ religione. At nos optato tandem fine narrationis huius gaudentes, Christi misericordiam per B.Mauri imploramus suffragia, vt qui in cultiori licet stylo, fide tamen integrâ, seriem huius historiæ profecti sumus, vinculis peccatorum solui ab eodem mereamur Redemptore, aeternorumque gaudiis perfrui valeamus præriorum, iuncti in cæstibus consortiis Angelorum, Amen.

a Brilius, Scameraco.

b Ciuitas Sagiorum vel Sajorum, in provinciâ Lugdunensi II.

sub Archiepiscopo Rotomagensi, vulgo Sécz, ad Olenam annem.

c Hildebrandus, vel Hildebrandus, Sagensis Episcopus inter-

fuit concilio Suezionensi II. an. 853. Vermeriensi II. eodem anno,

apud Saponarinam 859. Suezionensi III. 866. Pontigonensi 876.

d Id est, sepulchra, de quo alibi.

TRANSLATIO BRACHII S. MAVRI

ex a Leone Ostiensis l.2. Chron. c. 54.

Dicitur Et idem tempus Dominus b Odilo, vir vita & fama venerabilis, Cluniacensis Abbas, ad hoc monasterium valde deuotus aduenit, & ob maximam quam sancto Patri Benedicto, ac per eum monasterio gerebat reuerentiam, montem & totum pedestris ascendit. Qui cum de more monasterij ab Abbatore & Fratribus honorificè in Capitulum ductus fuisset, post verba solennia, Sicut, audiuius, inquit vir reuerentissimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutam, in ciuitate Dei nostri, & in monte sancto eius. Et mox nimis humiliter ad Abbatem conuersus, Donum, ait, à te Pater maximum expeto, mihiq; vt sine contradicitione aliquā concedatur, votis omnibus flagito. Volo, inquam, atque desidero omnium Fratrum vestigia deuotissimus osculari. Annuit Theobaldus, (licet inuitus) nec reniti tantæ devotioni aliquatenus potuit. Post hæc autem ipso die festiuitatis eiusdem beatissimi Patris nostri, ab eodem Abbatore & Theobaldo gratiā p̄ticipue religiosis multis precibus oratus, vt Missarum solennia celebraret, nullo modo induci potuit, vt se præsente Missas publicas ageret. Cumq; iam paratis ad procedendum

reverentiam
monasteriū ibi
celebrare;

Et idem tempus Dominus b Odilo, vir vita & fama venerabilis, Cluniacensis Abbas, ad hoc monasterium valde deuotus aduenit, & ob maximam quam sancto Patri Benedicto, ac per eum monasterio gerebat reuerentiam, montem & totum pedestris ascendit. Qui cum de more monasterij ab Abbatore & Fratribus honorificè in Capitulum ductus fuisset, post verba solennia, Sicut, audiuius, inquit vir reuerentissimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutam, in ciuitate Dei nostri, & in monte sancto eius. Et mox nimis humiliter ad Abbatem conuersus, Donum, ait, à te Pater maximum expeto, mihiq; vt sine contradicitione aliquā concedatur, votis omnibus flagito. Volo, inquam, atque desidero omnium Fratrum vestigia deuotissimus osculari. Annuit Theobaldus, (licet inuitus) nec reniti tantæ devotioni aliquatenus potuit. Post hæc autem ipso die festiuitatis eiusdem beatissimi Patris nostri, ab eodem Abbatore & Theobaldo gratiā p̄ticipue religiosis multis precibus oratus, vt Missarum solennia celebraret, nullo modo induci potuit, vt se præsente Missas publicas ageret. Cumq; iam paratis ad procedendum

reverentiam
monasteriū ibi
celebrare;

Eo igitur reuerti parante, curi multis illum Fratribus Abbas vsque ad ianuas monasterij prosequens, supliciter tandem orauit, vt si posset particulam aliquam de B. Mauri reliquiis ad monasterium istud aliquando transmitteret. Quam postulationem vii Dei lætus accipiens, & posse se confidenter afferuit, & facturum libenter vitâ comite repromisit. Sicq; vale dicto receperit. Septem postmodum annorum evoluto circulo os integrum brachij beatissimi Mauri capsellâ argenteâ decenter inclusum, opere pulchro turrium instar eret, per sex sui monasterij Fratres huc delegare curauit.

Ad cuius aduentum innumerabilis ex totâ prouinciâ populi turba confluxit deuotione p̄cipuâ. Huiusmodi namque iam pridem rumoribus exciti, B. Mauro, qui multos ante annos in Galliam fuerat destinatus, sese cum honore & laudibus obuiâ ire debere censemant. Iam verò prædictus Abbas noſter Capuani & Principis odia persecutionesque deuitans in Marchias fecerat. Hoc amplissimo suscepto munere totus monasterij conuentus inestimabili iucunditate lætatus est: omnesque solennibus induiti sacrificique vestibus, cum cereis, ac thymiamatibus plurimis vsque ad portam veterem aliquantò extra monasterij ambitum procedentes, obuiâ cum deuotione summâ hospiti tanto exierunt, & quasi viuentem in carne conspicerent, omnes pariter in terram procidentes adorauerunt: surgentesque sanctum illum loculum deuotissime ac reuerenter mixtis gaudio lacrymis exosculati sunt; & cum hymnis ac laudibus honorificè nimis prosequentes, in monasterium introduxerunt, eumq; super Magistri sui Benedicti venerabile altarium posuerant. Quam verò dissimilis, quamque omnino diuersa hæc processio fuerit, quâ Beatus receptor est Maurus, ab illâ quâ Pater Benedictus cum omni eum congregatione prosecutus vsque ad monasterij ianuam, transmisit in Galliam, quamvis vtraque plena p̄is lacrymis fuit, deuoto lectori considerandum relinquimus.

4 Fuere nonnulli ex Fratribus non quidem omnino

Tom. I.

dubitantes, sed certiores reddi cupientes: qui clanculo ext. 50
prædictum loculum ab inferiori parte vnde argenteâ Ostien.
clauiculâ referabatur aperientes, visis sacrosanctis reli- 51.
qui tam sibi, quam ceteris certissimâ fidei causa exti-
tère. Quod cùm Prioribus relatum esset, valde illos p̄- ac firmiter
sumptionis arguerunt; vetentesque ne illorum deinceps
exemplio, plurimis eas conspicere desiderantibus reli-
quia sanctæ aliquando multilarentur, diligentissimè p̄-
dictum locellum obserantes, clauem in frusta commi-
nuunt: & ex tunc hodie sacer ille loculus clausus irre-
ratisque permanit.

a Floruit Leo treicer annum 1100. Chronicon Cassinense tribus
libris pertinxit ad an. 1086.

b S. Odilonis vitam dedimus 1. Janu.

c Is ternis circiter passuum in illibus leniter in altitudinem
assurgit, ut in Elagis Abbatum Cassinensem scribit M. Antonius
Scipio Placentinus.d Is biennio ante S. Henrici obitum, qui contigit anno 1024. Ab-
bas Cassinensis factus, prefuit anno 13. quorum 9. postremos exul pere-
git, vir laudissimus.e Pandulfus Princeps Capuanius, homo sceleratus, grauiter Caf-
finenses affixit: Theobaldum quadriennio Capue voluti captiuum Pandulfus
detinuit, qui postea claram Neapolim, inde ad S. Liberatioris cœnobium, Princeps
quod anteā annis 15. rexerat, profugit; ubi annis 5. superuixit. Pan- Capuanius.
dulfum biennio post Theobaldi mortem principatu exiit Conradus
Imperator anno 1038. Pluribus hac describit Leo Ostiensis à cap. 52.
lib. 2. ad 68. qui S. Liberatioris monasterium in Comitatu Teatino
situm esse testatur.

APPARITIO S. MAVRI

ex a Petro Diac. l.4. Chron. Cassin. c. 130.

Brat his diebus Frater quidam in Cassinensi monasterio, Albertus nomine, in natione Pelignus, aetate prouectus, religiosam agens vitam, adeò vt ceteris Fratribus admirationis compunctionisque sèpè cauissa esset. Is cùm senio fessus in infirmorum maneret domo, & populi sua referre cupientis tumultum hausisset auribus; quosdam ex assistentibus rogar, quid sibi velit is populi tumultus. Et unus ex his: Num, inquit, ignoras quis istius tumultus sit, cùm nemini ferè istius regionis ignotus sit? Et cùm ille nihil se sci- Albertus
re dixisset: Rex, ait, b Rogerius nuper minatus est se Cassinense monasterium & omnem illi adiacentem regionem demoliturum: sed omnipotentis Dei gratiâ placatus, iniit nobiscum fœdus. Hæc huius tumultus cauissa est, quod omnia quæ hoc delata fuerant fœndo, à populo gaudente referuntur.

2 His ille auditis ingemuit, & ex intimo trahens longa suspiria, hunc psalmum cum lacrymis canere incepit: Iudica me Deus, & discerne cauissam meam de gente non Psal. 42; sanctâ. Cumq; versum illum, Emitte lucem tuam, & veritatem tuam cœpisset canere, mirabile dictu, imme- fa coruscatio repente super eum descendit, adeò vt ipse qui diu iam luminibus orbatus fuerat, lumen continuo videt lucem recuperarer oculorum, illiusque immenſæ lucis munere cœm cœlum, nequaquam fraudaretur. Nec mora: conspicit ianuas ecclesiæ ipsius, in quâ residebat, patefactas; venerabilesque vultu & habitu reuerendos viros eluos ad se ingredi. Quos cùm vidisset diuinò circumfusos lumine, ex- pauit, nec vlt̄ oculos ausus attollere, refedit. Tum illi & S. Ma- proptius accedentes dixerunt: Surge age Frater Alberte, rum cum s. Placido Abbati ac Fratribus vt pœnitentiam commissorum deli- imperans- torum agere satagent, edicito: discalecatisque pedibus tem ut mo- antiphonam B. Mariæ decantantes egredi Litanias ante nachos hor- facrosanctum beati Patris Benedicti corpus peragant: si tetur ad fortè Deus vestrorum delictorum lamentis ac pœnitentiā memor factus, tantas ab his locis clades repellat.

3 Tum Frater, quinam essent & quibus vocarentur nominibus, inquisivit. Ad hæc alter ex eis, Ego, inquit, sum Maurus, sanctissimi Patris Benedicti discipulus: hic verò eiusdē Patris & ipse discipulus & Placidus. adiecitq; Ea quæ nunc à te vel audita vel visa sunt, caue ne quibus

V u u 3 iuslū,

Ex PETRO iussus es dicere amittas. Sin aliis, contemptor negligenter peccas exsolues. Sciasque te ideò diuino iusto que iudicio, corporali lumine fuisse priuatum, quia quæ aliquid in capitulo ob agendam pœnitentiam diuina dignata est maiestas ostendere, tui cordis arcano condidisti, nulli quæ videras pandens. Namque idem Frater *Idem antea* dum adhuc sub distinctione cœnobialis institutionis in *videras, in claustrō cum Fratribus reliquis degeret, seque ieuniis, Cœnobitis & orationibus, vigiliis, flagrisque in conspectu diuinae Mæstatis quotidie mactaret; nocte quadam ingressus Capitulum in spiritu rapitur, iudicariisque sedes in absidâ capituli, Domino vñā cum sanctâ ipsius Matre considente (sicut ibi haec tenus pœcta cernuntur) aspergit: tandemque liberiū diuinis cœpit intendere, quanto se ab humanis reddiderat alienum. Cumque tantâ visione stupefactus assisteret, vidit repente sanctissimum Patrem Benedictum, Mauro ac Placido dexterâ lœuâque comitatum, in medium aduenisse concilium, magnis vocibus omnipotentis Dei maiestatem ita interpellare. Rex Regum, creator redemptorique mortalium, sine cuius nūtu subsistere fragilitas humana non valet, has oro que stus mei voces exaudias: meumque, quod te donante fabricandum perpetuoque regendum monasterium suscepisti, respicias. Tu enim Domine, qui cogitationes de longè consideras, & vocas ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt, hunc locum mihi adhuc mortali in carne constituto defruendum esse monstrueras, gentibusque barbaris, quæ præparaueram Fratribus, traditurum te occulto tuo iudicio dixeras, ac restituendum in melius pollicitus fueras; quod & factum hodie cernitur. Insurrexerunt enim contra hunc locum iniquissimi quidam & execrabilis, ipsum conantes euertere. Rectores quoque ipsius nequaquam boni pastoris, sed voraciis lupi veltigia sequentes, oves sibi commissas voracibus dentibus laniant tyrannorum more, opes ad seruitum & honorem tuum congregatas in vñis turpissimos convertunt: commissum sibi populum vt lascivientes vaccas vagari sinunt: pupillorumque & viduarum cauñas contemnentes, ad munera sola conuertuntur. Quem das his cladibus finem, Rex magne dolorum?*

4. His dictis Sanctus conticuit, factoque ibi fine quieuit. Cùm ecce innumerabilis multitudo dæmonum furcis igneis & vnicinis armata, ante se Crescentium Marsorum Comitem habentes aduenient, thuribulaque argentea magna, quæ ex Casinensi monasterio quondam in pignus accepérat, & quæ contra voluntatem d' Senioreti Abbatis recollegérat, in manibus, veluti de fornace prodiret, habentem. Quem idem Frater cùm interrogasset, cur his suppliciis afficeretur; quia maiora thuribula retinuisset, se torqueri ait: cœpitque rogare monachum, vt quæ de se viderat, Berardo filio diceret, & vt supradicta thuribula monasterio redderet, rogaret, addens: Hoc illi signum sit, quod eadem thuribula

& aureum calicem ab aliis rebus dum viueret segregasset: idque, exceptis Fuscone & Transmundo consiliariis suis, neminem scire. Hoc ille vbi ad se reddit dicere dubitavit. Ex hinc iusto Dei iudicio cœcatus est: & qui lu-men æternum quod viderat, talentumque, quod ergo gandum accepérat, noluit ceteris erogare conseruis, sed in terram vt piger seruus occuluit, iuste talentum proprij luminis perdidit.

5. Et vt ad ea quæ omisimus reuertamur, auditis beatissimi viri Mauri monitis, illisque recedentibus, lux quoque, quæ eius illustraverat oculos, vñā abscessit, adeò vt cœcus (sicut ante fuerat) remaneret. Verum ne delirus aut mendax haberetur, ne sic quidem quæ audierat vel viderat dicere voluit. Trigesimo autem die, postquam hæc viderat, illucescente, cùm idem Frater in eodem loco, vbi prius visionem viderat, sederet, in ecclesiâ sci-*etiam à S. Mauro im- perata nō gligiti*

terum à *Sando in- crepatur*

hoc tibi commissum indulges; præcipio vt quæ à me tibi reuelata sunt, dicere vlt̄rā non moreris. *Quod nisi feceris (quod absit) æternis traderis incendiis. Hæc fatus, Abbates & monachos monent;*

in tenues subito Sanctus evanuit auras. Frater autem continuo surgens, Abbatem ad se euocat, & cuncta quæ audierat vel viderat per ordinem pandit. Abbas autem conuocans Fratres, quæ supradictus Frater viderat, narrat. Omnesque discalceatis pedibus Capitulum, quo refederant, egressi, litanias cum fletu & lacrymis ante Patris Benedicti corpus peregerunt.

6. Ceterum quidam ex Fratribus cùm hæc deliramenta putarent, nullumque præbere assensum vellent; die quadam prædictus Albertus me accersiri fecit, rem*hec Andro- tinarrat.*

que eamdem quo suprà diximus ordine se vidisse sacramento firmauit. Nullos igitur hæc vñā ratione dubitare commoneo, ne fortè incredulitatis suæ pœnâ plestan-*trum ad an. 1138.*

a Librum quartum Chronicis Cassinensis composuit Petrus Diaconus, exorſus, ubi Leo desierat, ab anno 1086. prosecutus usque ad an. 1138.

b Rogerius Sicilia Comes, & Apulia Calabriaq; Dux, à Petro Leonis, siue Anacleto II. Antipapâ, Regu titulo ornatus est anno Rogerius 1130. triennio pñl à Lorbario III. Imperatore vñctus fugatusq; post Rex Sicilius ex Italâ discessum reverus cunctare recuperauit, Guibaldum Abbatem neciis terrore Cassino fugauit, Rainaldo II. eius successor dira minatus, mox ei reconciliatus est, ut hic dicitur.

c Colitur S. Placidus s. Odoibria.

d De Senioreto præclarus sum, qua idem Petrus narrat cap. 96. & sequentibus.

D E S. I D A, S I V E I T A,

VIRGINE IN HIBERNIA.

VI. SECUNDUM LO. XV. IANUARY. S. Ida non posse. **C**elebratur in Hibernorum Fastis S. Ida Virgo, siue Ita, que & Yta, Ide, Ite, Itcha, Itta & Mida quoque appellatur; nam vt alibi iterum obseruabimus, propriis nominibus preponere M. littera vel me aut mo solent Hiberni, quod Mida idem quod mea Ida; sic XXXI. Ianuarij Medocus, alibi Medianus, Molua, Mocholmoc, Molassius.

natalis. **2.** Colitur S. Ida XV. Ianuarij festo solenni in regione Hua- conaill diœcesi Linricensis, prouincia Momonia, præcipueq; in Ecclesiâ Cluan-Credhail; in regione quoque Desiorum Comitatus VVaterfordiensis, loco qui Rosmide dicitur. In Catalogo tamen præcipuorum Sanctorum Hibernie ad XIV. Ianuarij adscriptum est illius nomen; in nouo Martyrologio Anglicano ad XXV. Ianuarij.

3. Vitam S. Idæ accepimus à R. P. Joanne Colgano ordinis vita S. Francisci, S. Theol. Louanijs Professore, qui ex Kilkenniensi codice peruetufo descripsérat. Auctor ferè equalis ipsius Idæ fuit, quando vt ipsem indicat cap. 5. nu. 27. Quidam vir, inquit, nomine scriptor Feargus, cuius filius adhuc viuit, adductus est ad S. Y-

tham. Aliam paullò eleganter & breviter ex MS. Insula Sanctorum in lacu Riensi nobiscum olim communicarât Hugo Vardeus monasterij S. Antonij de Padua Louanijs Guardianus, cum quæ vetustiorem illam contulimus.

4. Mentio fit S. Idæ in Vita S. Aidani, siue Medoci, XXXI. Ianuarij, cap. 8. nu. 51. Alio tempore cùm S. Maedhog in fi-

nibus Mumoniensium, scilicet in Hua Conaill, prope monasterium S. Ithæ esset &c. In vita quoque S. Pulcherij XIII. Martij pluribus agitur de S. Ita eius amita & nutrice, &

in

*in aliorum plurium Sanctorum Hibernorum gestis. Est in Corn-
vallia S. Ithæ oppidum vulgo S. Iles, vel S. Ithes, & subiectus
fius S. Iles-bay. Ab hac nostrâ Itâ, sive Idâ, ductum nomen
censem VVilsonus in Martyrol. Angl. & Henricus Fitz-Simon
nostrus in Catalogo præcipuorum Sanctorum Hibernie, cum am-
bo Guilielmu Cambdenum citent, qui in Damnoniorum de-
scriptione ait hoc oppidum Itæ mulieri Hibernicæ, quæ sin-
gulari sanctitate hic vixit, hoc nomen acceptum ferre. At
non iſhic vixit Ita nostra; ut necesse sit vel Cambdenum falli, vel
aliam esse Itam, vel Iam, quæ nomen loco fecerit.*

VITA AVCTORE INCERTO

ex veteri MS. Hibernico.

C A P V T . I.

S. Jde adolescentia. sacra Deo virginitas.

DE vitâ & miraculis beatissimæ Virgi-
nis Ytha aliquam commentationem
breuiter enarrare cupimus: multa enim
de miraculis eius nos latent, quia ipsa
semper ea abscondebat, & quæ sibi lo-
li contigerunt, nemini narrabat: alia enim quæ scimus
propter breuitatem omittimus. Sanctissima siquidem
Virgo Ytha de nobilissimo genere Hiberniæ orta est, id
est, de semine Feighlim Reachtmhuir, à quo tota Hi-
bernia multis annis in maximâ potestate in oppido rega-
li Themoriâ regnabatur. Ipse verò tres filios habuit, id
est, ^a Fiacha, Conn, & Æochaidh. Fiacha quidem tres
filios habens mortuus est sine regno, sive antequâm
regnum paternum ad se deuenit. Conn autem & super-
stes eius frater totam Hyberniam post patrem suum po-
tenter in maximâ felicitate regnauit; & ipse (proh dolor!)
occisus est in bello, quod commissum est in campo
Cotha à Rege ^b Vlorum, qui vocabatur Tybraide
Tireach. Tres autem filii filij fratris sui Fiacha, cum
multis turbis & magno exercitu ad terram ^c Mume-
niensium de Themoriâ venerunt, & ibi maximam re-
gionem nobiliter & fortiter gladiis suis apprehende-
runt. Quæ gens hodie ^d Huadesi vocatur. De quâ gente
nobilissima Virgo S. Ytha orta est, quæ à fonte baptisina-
tis Spiritu sancto repleta est: nam omnes mirabantur
continentiam & mores infantiae eius, & abstinentiam
diebus quibus famula Dei debebat ieiunare; & multa si-
gna per eam, cùm infantula esset, fieri videbantur. Et
cùm valeret loqui & ambulare prudens in sermone &
opere, dulcis alloquo, & constans mente apparuit; pro-
ferens semper verba castissima de ore suo, mitis in o-
mnes, larga valde, Deum timens & amans; prohibens
semper mala, suadens bona. Ita vixit in domo parentum
suorum in puellari aetate.

2 Quodam quoque die sancta puella Ytha sola dor-
miuit in cubiculo, & totum illud cubiculum visum est
hominibus ardere. Cùm autem illi homines accessissent
adiuware, cubiculum illud incombussum & flammis in-
tactum apparuit. Et omnes mirantes hoc valde, dictum
est eis desuper, quia gratia Dei circa famulam Christi
ardebat, quæ ibi dormiebat. Et cùm surrexisset S. Ytha
de somno, tota forma eius visa est quasi forma Angelici;
qua tunc habuit talem pulchritudinem, quam nec
antea nec postea habuit: ita enim species eius tunc appa-
ruit, vt vix amici sui potuissent eam conspicere, & tunc
omnes cognoverunt, quod gratia Dei ardebat ita eam:
& post breve interuallum in speciem suam Virgo Dei
conuerfa est, quæ siquidem satis pulchra erat.

3 Alio die cùm dormisset S. Ytha, vidit Angelum
Domini ad se venire, & dare ei tres pretiosos lapides. Et
cùm surrexisset ancilla Christi de somno, nesciuit quid
illa visio significaret, & de hoc Sancta Dei questionem
habebat in corde suo. Tunc Angelus Domini descendit

ad eam, dicens: Quid scrutaris de visione? Illi tres lapi- ^{Auctore}
des pretiosi, quos vidisti tibi dari, significant sanctam ^{ANONY-}
Trinitatem visitatione ad te venire, & te visitare, id est, ^{mo,}
visitatio Patris, Filii, & Spiritus sancti: & semper in so- ^{Ex MSS.}
mnis & vigiliis Angeli Dei & sanctæ visiones ad te ve- ^{celeste mu-}
nient; tu enim Deitatis es corpore & animâ. Et hac di- ^{nus, pigno-}
cens discessit ab eâ. ^{vitatione}
^{Divine;}

4 Alio die beatissima Virgo Ytha accessit ad ma-
trem suam, predicauit ei diuina præcepta Spiritu sancto
docta, & rogauit ipsam, vt i patrem suum rogareret pro
eâ; vt cum licentiâ patris sui S. Ytha consecraretur Chri-
sto. Et ille nullo modo voluit hanc licentiam dare; quia
nobilis & potens adolescens petiuit ab eo eam; & valde ^{profosum}
hoc matri displicuit: & additis aliis vt rogarerent eum, ipse ^{virginata-}
hoc cum iuramento negauit. Tunc S. Ytha teplata Spi- ^{tis impu-}
ritu prophetæ dixit ad omnes: Dimitte patrem meum ^{gratum à}
ad tempus: pater meus modò me prohibet consecrari ^{patrono}
Christo, iterum suadebit ac præcipiet; quia à Domino
meo Iesu Christo compelletur, vt me dimittat quocum-
que ire voluero ad secuendum Deo. Et ita factum est,
Quomodo autem contigit, postea narrabitur.

5 Postea verò non post multum temporis beata Vir-
go Ytha tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit. In il-
lis autem diebus & noctibus, diabolus evidenter per so-
mnia & vigilias, multis pugnis contra Virginem Domi- ^{à damone,}
ni pugnauit: & beatissima Virgo prudentissime in omni-
bus ei resistebat tam dormiens quam vigilans. In poste-
riori verò nocte, apparuit diabolus tristis & lugens, &
lucente die discessit à famulâ Dei, dicens lugubri voce:
Heu non solam temetipsum Ytha liberabis à me, sed &
alios multos. In illâ verò nocte Angelus Domini venit
ad patrem S. Ytha, dicens ei: Cur prohibes filiam tuam, ^{Pater calin-}
vt ipsa in Christi nomine velamen virginitatis acciperet? ^{tus moni-}
Ipsa enim magna & probata Virgo coram Deo & San- ^{tus velro}
ctis eius erit, atque multorum matrona in die iudicij: tu ^{id suader.}
non solùm dabis ei signum virginitatis accipere, sed di-
mittes eam quocumque ire voluerit Christo seruire: in
aliâ itaque gente seruet Domino, & patrona illius gen-
tis erit. Pater autem puellæ sine villâ morâ venit ad eam,
& hæc omnia narravit ei; & sicut prophetauit superius
Virgo probabiliter de eo, non solùm dedit optatam li-
centiam, sed etiam suaſit ei, vt ipso die velamen virgini-
tatis acciperet, & iret quocumque vellet.

6 Et ipso die completo triduano Virgo Domini ad
ecclesiam Dei, quæ fuit in eadem plebe, accipere velamen
virgineum perrexit. Et cùm iter ageret B. Ytha, ec-
ce multi dæmones contra eam in viâ venerunt, & co-
perunt contra Virginem Dei atrociter litigare. Tunc ^{frenstrâ ob-}
Angeli Dei desuper venerunt, & pugnauerunt fortiter ^{frepentis-}
pro sponsâ Christi cum dæmonibus. Et cùm essent dæ- ^{bus dæmo-}
mones superati ab Angelis Dei, fugerunt per deuia clau-
mantes & dicentes: Væ nobis, quia ab hac die contra
hanc Virginem certare non valebimus: & voluimus no-
stras iniurias in eam hodie vindicare; & Angeli Domini
à nobis eam liberauerunt. Ipsa enim nostram habitatio-
nem multis locis destruet, & plures à nobis eripiet in
hoc seculo & ab inferis. Virgo autem Domini, conso- ^k
lantibus eam Angelis Dei in terra, ad ecclesiam perue- ^{juuantibus}
nit, & in eâ visione Angelicâ illicet ab Ecclesiasticis viris ^{Angelis,}
consecrata est, & velamen virginitatis accepit. ^{velum ju-}
^{scipit.}

^a MS. Riuense: Feldimini Regis, cognomento Rectmar.

^b Idem MS. Fiachum, Cond. & Buchadium vocat.

^c Addit idem MS. cognomento Cedfadach.

^d Vltonia, Anglia Ulster, septentrionale in Hiberniæ regnum.

^e MS. Riu. Tibrayn Tirech.

^f Hostradum fuisse Rossium, Engusium, Eugenium; è quorum

generi plures posse Sancti existere.

^g Momonia, Anglia Mounstet, regnum Hibernia Australis.

^h Ea dicit nunc VVatersfordiensis Comitatus continetur, iuxta

Lismorensem urbem. In vitâ S. Aidani 31. Ianu. vocatur terra De-

sorum. & Hua-Dely, stirpem Dely significat. Alterum MS. ka-

bet, terram, quam Dely vocant.

ⁱ Patrem sancte Virginis dudicimus à doctissimo Colgano Kenn-

fulladium fuisse appellatum, filium Cormaci, filij Couchouarij, &

ly Conalli, filij Engusij, de: è: M atrem verè Nestam.

Vuuu 4 k Clarij:

AVCTORE k Clarius MS. Riuense: Ex nunc multa habitacula, scilicet
ANONYMO, corda peccatorum, in quibus habitamus, à nobis auferet, &
multos à nostrâ potestate eripiet.
Ex MSS.

C A P V T II.

Monasterium constructum. vita
sanctissima.

DEINDE Virgo Ytha orauit ad Dominum ut ostenderet ei locum in quo sibi seruiret. Et ecce Angelus domini venit ad eam, dicens: Relinque hanc patriam, & perge ad illam regionem, quae vocatur Haconaill, & manebis in occidentali parte eiusdem regionis iuxta radices montis Luachra; & ibi Angelus Domini veniet ad te, & ostenderet tibi locum in quo erit ciuitas tua, in qua migrabis ad Christum: tu enim patrona gentis Huacconhaill eris; quæ gens tibi & S. Senano data est à Domino. His verbis Angeli auditis S. Ytha cum suis comitibus ad illam regionem perrexit, & mansit iuxta radices montis Luachra, sicut sibi Angelus dixit. Et statim Angelus Domini venit ad eam, & assignauit ei locum in quo seruiret Deo. Et illicet fama sanctissimæ Virginis per totam illam regionem diffusa est; & multæ Virgines hinc & inde ad S. Ytham venerunt, Deo seruire sub curâ eius: & ipsa piè & mente hilari recipiebat eas omnes.

Auditâ verò maximâ sanctitate beatissimæ Virginis Ytha, gens Huaconnaill cum suo Duce venit ad eam, & voluerunt omnem agrum, qui erat in circuitu cellæ S. Ytha, sibi & Deo in aeternum donare. Famula autem Domini nolens curiosa esse in secularibus curis, nihil de agro ab eis accepit, nisi tantum quatuor iugera in vallis hortorum. Et hoc Duci & suis comitibus valde displicuit, & dixerunt: Quod tu non vis modò accipere, cùm migrabis ad regnum Dei, tibi donabitur. Et ita factum est. Tunc tota gens Huaconnaill S. Ytham in matronam suam hic & in futuro accepit, sicut prædictis Angelus; & sancta Virgo eamdem gentem & terram suam multis benedictionibus benedixit, quæ semper complentur. Et illi cum gaudio magno ad sua reuersi sunt, & magna munera & eleemosynas ac donationes ad eamdem cellam, ad ysum sanctorum Virginum quæ ibi erant, in honore B. Ytha semper ferebant.

Beatissima Ytha Virgo omne studium in biduanis, triduanis, & frequenter in quadriduanis ieuniis viuere dedit. Angelus autem Domini quadam die cùm ipsa esset fatigata ieuniis & fame, venit ad eam, & ait ei: Sine mensurâ corpus tuum affligis ieuniis, & ne ita facias. liquid reſponſa verò Christi volente onus suum laxare, dixit ei remittere. Angelus: Tantam tibi Dominus gratiam donavit, vt ab hoc die vñque ad obitum tuum cibo cœlesti reficiaris, & tu non poteris non comedere, in quacumque horâ Angelus Domini veniet ad te afferens tibi prandium. Tunc S. Ytha inclinans se in terram gratias egit Deo: & de illo prandio S. Ytha aliis dabat, quibus sciebat dignum esse paciuit. sicque sine vlo dubio vñque ad obitum suum annonâ cœlesti vixit, ministrante sibi Angelo.

CMS. Riuense: Yconaill. hic mox Hua-Conaill appellatur, id est, stirps Conalli.

DIdem MS. Luac.

EColitur S. Senanus Episcopus 8. Mart.

FMS. Riu. timens occasione temporium vel mente distracti, vel nimis occupari, omnia renuit accipite præter hoc.

GClarius Riuense MS. Supra vires corpus tuum affligis; non sic igitur facias, sed rationabile sit obsequium tuum.

HIdem MS. Et respondit Virgo: In anteriora velim tendere, & non reuerti.

ISanctus Abbas Comganus, cùm sciret suæ remunerationis tempus aduenire, rogata est à se S. Ytha, vt veniret ad eum, & dixit ei S. Comganus: En motiar hac infirmitate ciuius; & rogo te in Christi nomine, vt adest S. Comganus moriente ponas manus tuas super labia mea, & claudas os meum in horâ dormitionis meæ. Scio enim ab Angelo Dei, super quemcumque morientem imposueris manus tuas, quod Angeli Domini illicet animam eius deducunt in regnum. Dixit ei sancta Virgo: O Pater sancte, quid tu dicis? Peccatorem hominem oportet hoc verbum dicere. Magna est merces tua apud Deum, & tu gloriosus eris inter Sanctos Dei. Quid indiges me? Dixit S. Comganus: Verè dico proper hoc quod ego petij, nullus dæmon ad iter nostrum appropinquare audebit, vel nos vlo modo accusare. Interea vir sanctus Comganus de hoc seculo inter chotos Angelorum sanctorum migravit, & quod petit, perficit S. Ytha.

JDeinde gloriosa Virgo Dei Ytha ad cellam suam reuersa est. Et cùm appropinquet famula Dei suo monasterio, audiuit de propinquo immensum & magnum vulnatum. Ibi enim erant tres Nobiles mortui, qui illo die obierant; & amici eorum vullantes & lugentes eos: & illi scientes quod S. Ytha transiret, descenderunt, & tres mortuos preciōsos precesserunt famulam Dei, vt veniret, & salutem orarer pro animabus eorum. Statim Virgo Ytha ait eis: Quod plus vultis quam orare pro animabus eorum, in Christi nomine fiet vobis. Illi hoc verbum adhuc nescierunt. Hoc verbum dixit B. Ytha, quia nouerat plena Spiritu prophetæ, quod resuscitaret in Dei nomine illos à morte. Et descendit Sancta Dei cum illis, vbi erant mortui, & orans signauit corpora facientia signo sanctæ crucis: & illi ad iussionem eius surrexerunt viui, assignavitque Christi sponsa eos viuos ante omnes.

KIn illo siquidem loco erat homo paralyticus maximâ infirmitate detentus; & amici videntes mortuos suscitatos, apprehenderunt eum, & adduxerunt ad S. Ytha, vt sanaret eum; ipsi enim non dubitabant, quod infirmum curaret, quia mortuos suscitauit. Videntique famula Dei magnam miseriam illius, respexit in celum, & ait ad eum: Dominus miscreatur tui. & hoc dicens signauit illum signo sanctæ Crucis. Mirum dictu est valde: famula Christi signans adhuc paralyticum, ipse illicet sanus & incolmis ante omnes surrexit, quasi numquam fuisset paralysi deprehensus. Tunc clamor omnis populi in celum erectus est, laudantes Deum, & sibi gratias agentes, famulamque eius digno honore magnificantes.

ficantes. Postea Dei famula cum suis ad suam cellam peruenit.

14 Quædam sanctimonialis, quæ fuerat sub curâ S. Ythæ, occulte fornicata fuit: & in crastino die B. Ytha vocauit eam ad se & ait ei: Cur tu Soror non curasti custodiare virginitatem tuam? Illa verò negans quod fecit, dixit ei S. Ytha: Nonne heri in illo loco fornicata fuisti, & ita tibi contigit? Statiq[ue] sciens illa B. Ytham prophetissam esse de præteritis & de futuris, confessa est veritatem rei, & sanata est agens p[ro]enitentiam secundum iuslitionem S. Ythæ.

15 Alia quoque Virgo, quæ erat longè à S. Ythâ, id est, in prouinciâ Connactorum, cum quodam viro occulte adulterabatur. Sancta autem Ytha plena spiritu prophetæ sciens hoc, iussit S. d[omi]n[u]s Brandano vt illam adduceret ad eam. Sanctus autem Brandanus fecit eam venire ad S. Ytham. Christi siquidem famula & sponsa narrabat illi Virgini inter cetera, quomodo concepit & peperit filiam, illa enim illi viro peperit filiam. At illa audiens suam iniquitatem ex ore famulæ Dei, dignam egit p[ro]enitentiam, & anima eius salutis aternæ reddita est, postea degens vitam in sanctitate. De cetero autem omnis familia S. Ythæ, & ceteri qui cognoverunt scientiam prophetia eius, & timebant eam tam absente quam præsentem.

16 Quidam bonus artifex, qui erat homo honorabilis de prouinciâ Connactorum, in exilium ad terram Mumensem venit. Et audiens B. Ytha famam artis eius, rogatus est ab eâ, vt sibi ageret ædificia. Ille verò artifex quæsiuit sibi vxorem à S. Ythâ, & agrum ad habitandum. Et beatissima Ytha dedit ei flororem suam, & agrum in quo manerent. Et ille cum omni deuotio[n]e ædificia in monasterio S. Ythæ agebat. Contigit autem vt duo Duces bellum inter se aliquo die agerent, & ille artifex cum uno illorum Ducum in bellum exiuit, ipse enim probatus erat in militiâ. Ille verò Dux cum quo erat artifex versus est in fugam, & sui omnes occisi sunt; inter quos ille artifex occidit[us] est, & decollatus; caput autem eius ab eo longè ductum est. Et cùm hoc narratum esset S. Ythæ, valde sibi displicuit. Ipsa enim promisit artifici in Christi nomine, vt filium post se haberet; & ipse tunc non habuit prolem, quia adhuc vxor eius steriles erat. Et venit S. Ytha cùm suis vbi erat corpus truncatum Beoani artificis; (ipse enim artifex vocabatur Beoanus) & non inuenio capite eius, orauit S. Ytha vt ostenderet sibi caput: & caput diuinâ potentia euoluit per aëra, & stetit vbi corpus erat ante famulam Dei: & Dominus ad instantiam famulæ suæ, caput corpori adharere fecit, tam validè quasi numquām fuisset absclissum; sed tantum vestigium vulneris mansit. Sed orante Sanctâ Dei, transactoque spatio vnius horæ, ille viuu surrexit, salutans famulam Dei, & gratias Deo agens, omnifl[ex]e qui ibi erant similiter gratias Deo egerunt & S. Ythæ. Et surgens sancta Dei famula monasterium suum adiit. Et ille qui resuscitatus fuit, iuit in comitatu[m] eorum. Deinde ille artifex Beoantis dormiuit cum sua vxore sterili, & illa concepit & peperit filium, sicut longè antè promisit ei Sancta Dei Ytha. Quem filium ipsa Sancta Dei Ytha nutriuit, qui vocatur g[er] Pulcherius, & ipse est sanctissimus Abbas, h[ic] in cuius honore ciuitas Liath ædificata est.

17 Quidam vir sapiens euentu amisit suam loquela, & effectus est mutus, & venit ad S. Ytham cùm suis discipulis ad quærendam salutem. Et orauit sancta ancilla Dei ad Dominum pro eo: & statim ipsa adhuc orante tradita est illi loquela, & locutus est clarè: & orantes inuenit ad Dominum cum gaudio ille ad sua reuersus est.

a Clariss Riuense MS. Et si illam gratiam misericordia Dei mihi concessit, cetera, quæ numerasti, mihi condonantur.

b Deest hic §. Riuensi MS. Hic videtur S. Comgaus de Glenn illen esse, S. Columba Huensis Abbas ex Ethne, sorore nepos, quem colli ab Hibernis didicimus 27. Febru.

c Altera Vita, Conactorum. Est Conachtia, siue Conacia, Avtoris quarta pars Hibernia.

d Hic est S. Brandanus, siue Brendanus, Cluanfertenis, de quo ANONYMO,

ageamus 16. Maij.

e MS. Riu. magis sibi ab illicitis cauebant.

Ex mss.

f Nesa hac fuit, siue Neffa, ut dicitur in Virâ S. Pulcherij 13. nus.

S. Branda.

Martij, ubi hac paullo aliter & fusijs narrantur. Alia S. Ida foror

fuit S. Fina Virgo.

g Riu. MS. qui in gratiâ & virtutibus, meritis suâ nutritis, proficeremur; adeo vt postmodum fieret sanctus Abbas, & multorum monachorum Pater, nomine Mochaelmoch. Hoc no-

men refutatur Colganus idem significare quod Latinus Pulcherius.

h Riuense MS. in cuius nomine ecclesia de Liath-Mochael-

moch est fundata.

C A P V T I V.

Pietas, hospitalitas, aliae virtutes.

18 **Q** Vodam festo ac sancto die rogauit B. Ytha Deum, vt de manu digni Sacerdotis corpus & sanguinem Christi illo die acciperet. Gratia autem Dei Procul duxit ancillam suam per longa terrarum spatia ad ciuitatem Cluainmicnois, & accepit de manu digni Sacerdotis corpus & sanguinem Domini, sicut ipsa voluit; sed **ra** è manus nemo vidit eam ibi venientem, vel accipientem, vel rebus viri deuentem, & statim ipso die inuenta est in suo loco. Et Sa- janâ: cerdotes nescientes quid factum est de corpore & san- guine Domini, b ieunauit omnis populus & cleru[m] cum illis illo die, vt mysterium huius euentus ostenderet ei Dominus. Postea Angelus Domini venit ad quemdam sanctum senem illorum, & narravit ei omnia quæ gesta fuerant.

19 Ille autem Sacerdos qui immolauit hostiam, quam suscepit S. Ytha, venit cum aliis Clericis longâ viâ ad eam, vt benediceret eos ancilla Domini. Et cùm iter agerent, vnu[s] eorum aliquo euentu effectus est cæcus. Consolantes se inuicem dixerunt: B. Ytha sponsa Christi, quando perueniemus ad eam, postulabit Dei gratiâ lumen oculi Fratris nostri. Et beata Virgo Ytha suis ad- caco viñsum uentum eorum propheticè indicauit, & prædictit. Et restituit: peruenientes illi illuc, ancilla Domini recepit eos gaudens, & confessim illi Fratri caco lumen oculorum furo- rum Dei gratiâ præbuit. Et S. Ytha c[on] præcepit illi Sacerdoti, à quo accepit in ciuitate Cluainmicnois occulte communionem Dominicam, vt Missam cantaret ante se. Et beata Virgo Sororibus & filiabus suis præcepit, vt darent illi sancto Sacerdoti Missalia indumenta, in quibus tunc immolauit. At ille renuit dicens: Non possumus nunc aliquid nobiscum ducere, quia Abbas noster d'Æneas nobis præcepit, ne à te vllam rem accipiamus, nisi tantum orationem tuam. Sancta prophetissa Ytha ait: Non displicebit sancto Abbatu[m] vestro Æneæ hoc accepere à me, quia dabo vobis signum ad eum. Quadam die ipse e ad monasterium sanctæ Virginis Chinreacha Dearcain peruenit, & sancta Virgo rogauit eum, vt la- uaret pedes suos, & ille concescit. Tunc sanctissima Vir- pedes S. Æ- go Chinreacha Sancto pedes Æneæ lauit, & tersit linquo; nea tergitte ego autem (Deo teste) caput linte[i] tenui, & exteti pedes eius cum Virgine. Cùm hoc Abbas vester audierit, gauius erit, & munus meum latus suscipiet. Postea illi accipientes, & de his discipuli admirantes accep[er]aque benedictione Sanctæ in viam suam reuersi sunt, & ita omnia euenerunt, sicut sancta Virgo Ytha prædictit.

20 Venit quidam vir secularis diues multum & elo- quens valde ad B. Ytham, habens magnum munus ar- genti in eleemosynam, posuitque illud ad pedes sanctissimæ Virginis: quæ portigens manum tetigit argentum, & paruipendens proiecit de pedibus suis, nolens illud animo vel oculis videre. Igitur postquam ancilla Dei borret pe- manibus argentum supradictum tetigit, dixit filia[re] sibi cunie con- ministranti: Da mihi aquam vt lauem manum, quâ tetigi argentum corruptibile. Sic autem abhorruit ancilla Dei argentum, & omnia lucra seculi, quasi immundum ter- giffet. Deinde qui donum dedit interrogauit B. Ytham dicens:

AUCTORE dicens: Cui dari debet donum, diuitibus & potentibus, an pauperibus & peregrinis? Respondit famula Dei: Vtrisque debet dari, diuitibus & potentibus causâ secularis honoris, pauperibus autem & peregrinis pro retributione in cœlestibus. Ille ait: Si non potero vtrisque dare, quid faciam? Sancta ancilla Dei respondit: In potestate hominis est substantiam suam pro honore seculi dare, vel Domino Deo, à quo accepit, & qui pro temporalibus bonis æternam vitam retribuet. Ille his dictis ædificatus acceptâ benedictione recessit.

21 Interrogans S. Brandanus quodam tempore B.Ytham de tribus operibus, quæ magis Deo placent, & de tribus quæ satis displicant; ancilla Christi Ytha gratissima; respondit sic: Vera credulitas corde puro in Deum, similitudine maxima plexa vita cum religione, largitas cum caritate, hæc tria sunt exosa. fatis Deo placent. Os autem detestans hominēs, affectusque malorum in corde; tenax confidentia in diuitiis, hæc tria satis Deo displicant. S. Brandanus & omnes qui ibi erant talē sententiam audientes, glorificauerint Deum in famulâ suâ.

22 Quædam sancta Virgo, volens explorare quomodo viueret sanctissima Virgo in secretissimo loco, in quo consueuerat soli Deo vacare, exiuit quâdam horâ ut videret eam. Ingrediens autem ibi, vidit tres soles lucidissimos, similesque illi soli mundi qui vniuerso mundo illuc, lucentes totum locum & spatum in circuitu, & præ terrorè non potuit intrare, sed statim reuersa est. Mysterium huius prodigiij nos latet, nisi fuerint dona sanctissimæ Trinitatis, quæ fecit omnia de nihilo, cui beatissima Virgo Ytha corpore & animâ assidue seruivit.

f g **23** Fuit quædam Virgo in campo f Liffe, & Rethna nomine, quæ sanctum habuit aluminum, cui nomen erat b Colummanus, qui ad insulam Hy ad S. Columbam pergens, illic gradum Episcopalem accepit, & iterum ad suam patriam reuersus est. Qui veniens ad numerum tricem suam S. Rethnam, dixit ei B. Virgo: Fili mi magnâ aegritudine dulcis filia mea vexatur, & ideo veni mecum ad S. Ytham, vt te benedicat, & vt sodali tuæ subueniat. Itaque Episcopus grataanter hoc suscepit. Postea positis equis in curru, Episcopus & sua nutrix cum suis comitibus viam carpebant. Sed diabolus multum in viâ cœpit insidias facere eis. B. Ytha prophetissa suæ familiae dixit: Præparate balneum & coniuinium, quia hodie sancti hospites ad nos venient de longinquâ terrâ Lageniensium. Illo autem die illi peruenierunt illuc, & illicò ait S. Ytha: Veniat Episcopus ad me, & ponat manum benedicens caput meum. Illi mirabantur quod Sancta beneficium Episcopum esse. Dei sciret quod Episcopus esset, nemine sibi indicante. Benedicentes se inuicem, sicut placuit Episcopo, ait B. Ytha, non indicantes illi adhuc de Virgine infirmâ: Filia vestra, quam eduxisti eligere, vt sit sana corpore, & in peccato moriatur; an sit hic in labore & in æternâ vitâ viuat? Sicut ait Apostolus: Nam virtus in infirmitate perficitur. Illi cum filiâ eligentes, vt hîc esset in dolore, & in æternâ requie viueret, sic factum est. Conuersa S. Ytha ad S. Rethnam ait ei: Ancilla Dei iter tuum prosperum non esset, nisi Episcopus tecum veniret, quia multi dæmones insidiantur nostro sexui. Et commorantes per aliquot dies apud S. Ytham in verâ caritate cœperunt redire. Tunc S. Rethna dixit ad B. Ytham: Est mihi carissima, sodalis Virgo i, in australi plagâ Hiberniae: & quid mihi consulit Dominâ mea, si debeo adire eam? Dixit ei B. Ytha: Non, sed cum tuis rectâ viâ ad cellam tuam, & illa Virgo occurret vobis in confinio Lageniensium, & Mumeniensium k, volens te adire.

S. Ida ad- Sic factum est. Illis autem euntibus cum benedictione, **uentum** illic prædicta Virgo occurrit ipsis, & benedixerunt **euuimus** S. Ytham prophetiam, inuicem gaudentes. **predicit.**

a Addit Riuense MS. quæ propè xl. milliaria vel plus ab ea distabat.

b Idem MS. addit: quod in diligenti custodiâ reposuerunt.

c Melius idem MS. humiliiter rogauit Sacerdotem illum.

d In eodem MS. Engus appellatur, hilius Ængus, & Oenâ. Abbas fuit Cluanensis, successor S. Kerani, de quo 9. Sept. Coli dicitur S. Æneas ab Hibernia S. Æneas 20. Ianu.

e Riu. MS. ad cellam talium Virginum. Monuit Colganus, redditus Cunneram vocari hanc sanctâ Virginem, quam Kenrecham, S. Cunera vel Kenreacham. & coli s. Nouembria. Porro videtur S. Ida hic Virgo. fuisse inuicibiliter.

f Huius campi, in Kildarie Comitatu sit, sapientis mentio fit in viâ S. Brigidie 1. Februarij, & Liffij amnu qui cum irrigat, ac Dublinii in mare se effundit.

g In Riuensi MS. Rithena dicitur, alias Rathna, & Rathnata, fertur coli s. Aug.

h Riuensi MS. Colmanum vocat, alijs Columbanum; arque voce diminutiva, à S. Columba nomine dicta, idem omnes signi. S. Colmanus. Colitur 2. 6. Septembri. Eius mentio fit in Vitâ S. Columba à nus. Canisso editâ lib. 1. nu. 5. ubi Columbanus appellatur, ast in MS. titulo illius s. Colmannus, at lib. 2. nu. 13. Columbanus in excuso & MS. appellatur. Nam de eo isthic esse sermonem patet ex MS. ubi in titulo filius Beogni dicitur.

i Addit Riuense MS. Deo deuota.

k Riu. MS. in confinio Momoniæ & Lageniæ. Est hac Orientali Hibernia regio, Anglia Leinster, cuius caput Dublinium.

C A P V T V.

Varia miracula, & prædictiones.

24 **Q** Vidam vir occidit fratrem suum, & tactus pœnitentia venit ad S. Ytham, & egit pœnitudinem secundum iussionem eius; & ait ei beatissima Ytha, videbis animum eius deuorum esse: Si adhæseris meis verbis, non subita morte morieris, sed ad vitam migrabis æternam. Contigit autem ei postea ire cum Duce suo in bello, quia miles erat, & grauato bello contra suos, ipse inter ceteros occisus est. Hoc audiens B. Ytha ait: Ego promisi illi viro cursum vitæ suæ feliciter con- **Quemdam** summare, quia obseruat quæ ego præcepi ei; & ait mi- **occisum** ad nistris: Ite à me, & in nomine Dei mei in strage vocate **se accersit**, eum nomine suo, & credo quod resurget ad vos. Illi **qui mox** autem sic agentes, ipse surrexit à cæde, quasi numquā **resurgit**: est iugulatus, cucurritque ad eos qui eum vocabant, & venit cum eis ad B. Ytham, & postea euenit ei sicut promisit famula Dei.

25 **a** Quædam tempore venit vir quidam diues secularis ad B. Ytham dicens: Rogo te sancta Dei, vt equæ meæ masculos pullos albi capitum, & rubri coloris pariant hoc anno. Respondit ei S. Ytha: Non est meæ paruitatis quod dicas; sed Dei est facere de elementis suis, quod vult. Tunc ille grauius rogauit eam dicens: Pete **impetrat** Patrem & Filium & Spiritum sanctum, qui Deus trinus **& predicit** certi coloris & unus cœli & terræ, maris & hominum, vestimento- **pullus equi-** rum & pecorum colores colorauit, vt ipse officiat colo- **nos nasci-** res pullorum sicut ego volo. Ait ei Ancilla Dei: **Quod tu** credis sic in Deum, ita erunt pulli tui hoc anno sicut vis. Ille de tali prophetâ gaudens exiuit, & euenerunt ei omnia, sicut dixit ancilla Dei.

26 **Alio** tempore in cellâ Sanctimonialium, quæ dicitur Doirechuirigrigh, orta est quæstio inquietissima de furto, quod ibi factum est. Requirebatur autem illud ab vnaquaque illarum. Negantibus itaque cunctis, dixit Abbatissa illius loci filiabus suis: Eamus ad B. Ytham Virginem, & credo quod soluerit per illam hæc quæstio obscura: nam displicuit illis, quia hæc tota opinio venit supra vnam innocentem Virginem Christi. Postea perrexit ad B. Ytham. Et S. Ytha propheticè familie suæ dixit: Præparate epulas & balneum, quia Christi ancilla veniet ad nos hodie. Postea illæ venientes intrauerunt per ordinem ad S. Ytham, osculantes eam. Illa autem ad quam opinio erat, non ausa est proprius ad famulam Dei accedere, quamuis innocens & puræ conscientiæ erat. Tunc B. Ytha dixit ei: Veni innocentissima Christi Vir- **cuuism** go, & da mihi osculum, certum est quod non tulisti **innocentia** diuinis- turtum, quod queritur à te. Illicò illæ Virgines in Chri- **tu nomine** rogauerunt S. Ytham personam quæ furata **cognoscis**, est illud. Respondit eis B. Ytha: Illa quæ pro aliâ culpâ apud vos in pœnitentiâ posita est, ipsa furata est illud, & abscondit

a iisque alie abscondit inter lignum veli & pratum suum, & addidit
rūs furū, dicens : Illud inuenietis incolume; sed quæ furata est
& secutu- illud non manebit in cellâ vestrâ, sed, vt Propheta dicit,
ram apo- frons meretricis facta est ei. Et ita omnia fuerunt. Nam
stasam: Irem. 3.3. illud furtum inuentum est, & illa infelix deserens habi-
tum suum, apud siluaticos in fornicatione construpata
permansit.

b 27 Alio tempore quidam vir, nomine *b* Feargus, cuius filius adhuc vivit, adductus est ad S. Ytham in maximo dolore oculorum & corporis. Vix enim sui amici sciebant, si viuus an mortuus esset. Sed hic æger penè mortuus, luminibus extinctus & à cunctis desperatus, satis valens corpore & oculis perspicacissimus ad sua redit, atque cum usque ad obitum suum sanis membris per orationem & benedictionem beatissimæ Ythæ vixit.

28 Quodam tempore auunculus S. Ythæ mortuus est, qui octo filios habuit. Illi habitabant in regione Handefi; misitque ad eos de terrâ Huaconnaill ancilla Dei vocans illos. Qui venientes, allocuta est ad eos Christi sponsa, dicens : Auunculus meus, pater vester mortuus est: heu nobis! quia *c* duris & diris paenit pro committis suis torquetur; mihi autem diuinitus ostensus est, quomodo cruciatur; sed agamus aliquid pro salute animæ suæ, vt possit erui: facite ergo quod dico, eleemosynæ id est, vt det unusquisque vestrum per hunc totum an-

d è Purgato- num quotidie panes cum alimento carnis vel butyri pro animâ eius *d*, & totidem lucernas, & in fine anni reuertimini ad me. Illi enim diuites erant, feceruntque sicut præcepit eis Christi famula, & reuersi sunt post annum ad B. Ytham, quæ dixit eis : Pater vester, à paenit dimidiâ parte extractus est per munera vestra & orationes meas: nunc ite & paria munera date hoc anno, & iterum venite ad me. Et ita fecerunt. Venientes, iterum sic loquuta est eis Virgo Christi : Pater vester ex totaliter eruptus est à paenit; sed modò est *e* abfque vestimento, quia nemini in Christi nomine dedit vestimentum; ergo facite eleemosynas de vestimentis vt possit indui, & illi eleemosynas dantes de vestimentis per alium annum reuersi sunt ad S. Ytham. Quibus illa ait : Pater vester modò requiem habet per munera vestra & postulationes meas, per magnam misericordiam Dei. Ideò vos, custodite vos ab illicitis secularibus desideriis & concupiscentiis, pro quibus pater vester cruciatus est, & illi gratulantes Domino, & ancillæ eius gratias agétes, redierunt ad propria.

29 Quodam die homo secularis de morte filij sui valde contristatus venit ad S. Ytham lacrymans, affirmansque rusticè, & dicens : Scias hoc Sancta Dei pro certâ re quia non recedam de habitaculo tuo, & vltare non cessabo, dum filium meum mortuum resuscites. Respondit ei leniter B. Ytha : Quod petis à me, homo, non est meæ virtutis, sed Apostolorum & eorum similium. Tunc dixit vir ille : Inde maximè doleo, quia perdita est lingua filij mei ante mortem suam *f*, vt non potuisset Deum confiteri, nec vlla verba nobis loqui: peto ego à te vt sanctam Trinitatem roges, vt iterum filius meus saltem vno die viuat, vt possim audire verba eius. Respondit ei B. Ytha : Quanto tempore contentus eris, si Dominus pius qui mortuos suscitatur misereatur tui, & resuscitauerit filium tuum? Ille ait : Gratum habeo, etiam vni diei tempus. Dixit ei ancilla Dei : Septem annis & septem mensibus, & septem diebus viuet. Postea ille mortuus, orante beatâ Virgine, illico surrexit, & nec minus nec plus vixit, nisi sicut prædictum est ei per os prophetissæ Virginis.

g *b* 30 Alio tempore S. g Luchtighernus & S. h Lafreanus Abbates dixerunt ad inuicem : Eamus visitare famulam Dei S. Ytham. Tunc quidam adolescens stulte & insipienter dixit eis : Quid est vobis sapientibus & sanctis viris ire ad anum illam vetustam? Increpantes eum Sancti, dixerunt ei : Malè loquutus es Frater, iam enim prophetissæ Domini nouerit quod tu dixisti. Dein-

de perrexerunt Sancti ad S. Ytham, ducentes illum iuuenem secum. Venientes autem ad ostium monasterij, *ANONYMO*, Virgines S. Luchtighernum agnouerunt, quia ipse frequenter visitabat B. Ytham, & intrantes nuntiauerunt Christi sponsæ dicentes : Bona est nobis dies hodie, quia S. Luchtighernus visitat te. Respondit eis Mater sancta : Non minor est apud Deum qui cum eo venit, id est, S. Lasoreanus filius Colmanini, quem non salutasti, quia non cognouisti eum: per spiritum enim S. Ytha nouit eum nomine & merito, quem numquam vidit. Et venientes ad B. Ytham, vi benedicet eos, illico famula Dei illi iuueni prædicto ait : Cur tu venisti ad anum vetustum, cùm dixisti, quid prodesset venire Sanctis ad me? Tunc ille egit poenitentiam, rogantes Sancti pro eo, mantesque ibi feliciter triduo, acceptâ licentia & benedictione à sanctissimâ Ythâ ad sua redierunt.

a Hic §. desideratur in Riuensi MS. *b Al. Vit. Fergus.*

c Ita MS. Riuense; que debent de Purgatorijs paenit intelligi. Kil-

kenniense MS. habebat, paenit infernalibus; quod ipsum debebat de

Purgatorio accipi, & infra, ex vndis inferni, ex toto inferno, &c.

d Riuense MS. & candelas ad celebrandum Missas.

e Indicat paenit quidem erectum, nondum tamen Dei visione per-

frui, & gloriâ caelesti conuicti; sed adhuc beatitudinis perfecta desi-

derio torqueri.

f Riuense MS. ne possit confiteri peccata sua in fine.

g Riuense MS. Luchtighernus. Cols dicitur 28. Aprilis.

h Dicitur cols hic Lastrianus Abbas (nam & alijs celebrantur

eiusdem nominis Sancti) 25. Octobr.

C A P V T VI.

Alicæ predictiones. obitus.

31 Prophetia S. Ythæ in multis miraculis ostensa est, sicuti in hoc miraculo audietis. Quodam die Virgo Christi Ytha dixit familiae suæ : Quæ verba audio? Aspice, qui venerunt ad locum nostrum. Et quædam ex suis iuerunt foras & viderunt duos fratres fratres sibi sati notos. Et redeuntes dixerunt ancillæ Dei : Hi sunt duo fratres de hac terrâ, quos bene nouimus. Tunc prophetissa B. Ytha ait gemens : Væ vae illis, & dolor mihi & ipsis crescit, quia alter alterum citò occidet; quod iam ita probauit effectus. Etenim frater fratrem *Fratri-* manibus suis occidit. Deinde malefactor ille alligatus *cidium* est in vinculis à Duce regionis Huaconnaill, ad mortem *predicit;* citò tradendus. Sed Virgo Christi Ytha miserta est ei, dicens : Tristis erit mater illorū, dum amisit primum, & si hunc amisiterit, priuata ambobus. Etiam filius Dei, quem diligit anima mea, non vult perire hunc in peccatis suis, sed seruare ad veniam. Postea misit ad prædictum Ducem, rogans eum sibi dimitti illum, & missus est homo ille ad eam, dicentes ei nuntij : Solue eum Virgo Dei, & accipe eum in fidem tuam, si tibi bonum *reum sibi dedi poscis* *ad agendum* detur : & si quid mali fecerit contra regnum, super te paenitentiam constabit. Tolle ergo eum, vt agat paenitentiam. Re-

spondit eis S. Ytha : Scio quod non aget ciuitas paenitentiam : sed postea tamē benè paenitebit. Quod ita factum est. Nam statim dimissus reus noluit agere paenitentiam ; sed sicut S. Ytha prædictum sponsa Christi exspecta- *quam illo* bat eum patienter, vt iam non coacta, sed spontaneam *non statim* ageret paenitentiam, quia Deus dimisit vnuinq[ue] p[ro]p[ter]a in suo arbitrio.

32 His itaque transactis, bellum magnum commotum est genti Huaconnaill à plurimis inimicis. Gens vero supradicta præsente suâ matronâ B. Ythâ auxilium Dei per ipsam petuit, contra maximam multitudinem inimicorum. Tunc B. Ytha compatiens eis, rogauit Deum, dicens : Sancta Trinitas, & inseparabilis unitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, paucis & miseris meis hominibus, qui me benignè in tuo nomine in suis finibus sumperunt, & me matronam suam receperunt: subueni ergo auxilio, quibus non est auxilium humanum contra hanc nimiam multitudinem occidentalis Mumoniae. Gens Huaconnaill confidens rationibus B. Ythæ, au-

dacter

AUCTORE dæder exiuit contra maximam multititudinem inimicorum; & pugnauerunt animosè, & inuicem bellantes in vulneribus maximis, illi Dei adiutorio evidenter per orationē S.Ytha in fugam bello conuersi sunt, & gens Huaonnaill maximam stragem fecit in eis: & victoriosissimè bello reuertentes gens Huaonnaill gratias egit Deo, & beatissimæ Ytha matronæ pro victoriâ sibi concessâ. Victores Christi pauci, contra plurimos erant, quia pro eis rogauit S.Ytha. Tunc S.Ytha vni ex ministris suis dixit: Perge vbi bellum gestum est, & quære illum ibi, qui promisit mihi agere pœnitentiam, & adhuc huc non egit, & inuenies eum in strage belli latitantem & vulneratum. Ille enim erat miles, & in primâ acie bellî vulneratus est; & inuenit eum nuntius Virginis sicut ipsa indicauit ei, reduxitque eum ad B.Ytha, & benignè ab eâ suscepit est; & sanatus est à vulneribus suis, & posteâ egit dignam pœnitentiam secundùm iusfionem beatissimæ Ytha, & in vitâ beatâ obiit.

Sandimo-
nialis pec-
carum di-
uinitus
ognoscit:

sed in bello
vulnera-
tum egit.

33 Alias dixit B.Ytha filiabus suis: In hac horâ anima ex nostrâ familiâ maculatur, ite & diligenter considerate, quia modò ex nostris ab insidiante lupo nostro gregi rapitur. Tunc familia B.Ytha inquisuit scelus peractū, & non potuerunt scire quæ persona ex eis peccauit. Et collecta est omnis familia ad B.Ytha, & negantes omnes singulariter dicebant: Non ego feci illud peccatum; negans cum ceteris quæ peccauit. Repleta Spíritu prophetiæ B.Ytha ait illi neganti: Tu hodie in fornicatione peccasti: & nec pœnituit illa, nec confessa est; sed cum peccati ignominia recessit. Quæ vagans per multa loca effecta est ancilla in regione Connachtorum, & peperit filiam. Post multum iam temporis dixit S.Ytha deserto cœ-familia sua: Nostra soror quondam libera, modò autem nobis iam ancilla & serua est in domo magni cuiusdam in regione Connachtorum, quæ iam agit pœnitentiam: & si iam esset libera se fideliter emendaret. Postea sancta Virgo Ytha nuntios ad B.Brandanum Abbatem in regione Connachtorum habitantem misit, vt ipse quereret libertatem prædictæ feminæ. Et B.Brandanus humilis præcepto Christi sponsæ adiuit Regem Connachtorum

pro illâ, & obtinuit ei ac filiæ suæ libertatem, & illa cum filiâ sua missa à S.Brandano, venit ad S.Ytha, & recepta est ab eâ gaudens in aduentu eius. Et ipsa agens sibi refutat dignam pœnitentiâ in sanctitate usque ad obitum suum curat: cum filiâ suâ in monasterio piissimæ Virginis Ytha permansit.

34 Quodam die beatissima Virgo Ytha in senectute venerabilis collectis Virginibus suis ante se indicans obitum suum esse prope, lenis ait eis: Abbas Cluinmicois & Macnissius misit nuntios ad me, vt reducerent aquam benedictam à me Abbati Æneas, qui valde infirmatur, quia sperant sanitatem illi, si ita contigisset ut suum & ipse biberet aquam consecratam à me: modò benediccam aquam illi. Nuntij tristes sunt, & dicite eis quia ego benedixi aquam ipsi. Non enim ego moriar antequam ipsi huc venient; & antequam ipsi ad domum redeant ipse S.Æneas ad cœlum migrabit. Et sic hæc omnia contigerunt secundùm vaticiniū sanctissimæ Virginis Ytha.

35 Postea sanctissima matrona Ytha in infirmitate correpta est, & cœpit benedicere & monere suam ciuitatem & clerum & populum Huaonnaill, qui accepit eam in Patronam suam: & visitata à multis Sanctis viriisque sexus, inter choros Sanctorum, latantibus moritur. Angelis in obuiâ animæ eius procedentibus, post maximam virtutum multititudinē, felicissima in conspectu sanctissimæ Trinitatis gloriosissima Virgo S.Ytha decimo octauo Calendas Februarij migravit. Cuius beatissimum corpus collectis multis populis per circuitum, peractis miraculis quæ adhuc ibi non cessant ostendi, gloriosissimè post Missarum solennia in suo monasterio (quod signauit ipsa S.Ytha quæ S.Brigidæ meritis & moribus nullatenus inferior videtur) traditum est sepulturæ, regnante Domino nostro Salvatore Iesu Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

a Riuensæ MS. germanos.
b S.Macnissius S.Æneas Abbatiss Cluanensis successor fuit, col. S. Macnissius 13.Iulij; diversus à S.Macnissio, sive Engo, Connerensi Episcopio, de quo nos alibi.

DE S. TARSITIA VIRGINE

APVD RVTENOS IN GALLIA.

Ruteni Gallia populi sunt, inde à Iulij Cesari suo celebres, Gabalii Cadurciq; vicini. Apud hos vixit coliturq; S.Tarsitia regij sanguinu virgo; de quâ preter elogium è Martyrologio Gallicano Saussay, & genealogiam, nihil comperimus. Ita scribit Saussaius hoc die in Supplemento: Apud Rutenos natalis S.Tarcia Virgines, quæ in Germaniâ regio Pipini nata sanguine, specie formosissima, artium sui sexus doctissima, pro tuendâ castitate in domo propria fugit: Aquitaniam veniens ad castrum Rutenula dictum, in speluncâ montis proximi fugiens se recepit; vbi Domino ingiter seruens, & aliquando cœlitus pasta, & vberibus capræ quotidie diuinitus aduenientis enutrita, animam Deo reddidit, cuius corpus venerabile maximâ claritate circumfusum, cum Rutenorum Episcopus fratre, non sine miraculo, populo reuerenter ad S.Vincentium collocauit. Quidam regio Pipini natam sanguine scribit, ita accipendum est, quod ex eo orta sit genere è quo deinde Pipinus.

2 Eius meminuit idem Saussaius in Supplemento ad 2.Ianuarij, his verbis: Ruthenæ ciuitate Segodunum in Aquitanâ primâ, S.Vincentij Confessoris; cuius ibi clarae memoria dicata est ecclesia, in quâ S.Tarcia Virgo requiescit. At quod ait Ruthenæ ciuitate Segodunum, reliktus dixeris, Segoduni ciuitate Rutenorum, nam Segodunum vrbs fuit, non populi Sigodunes. Ita Ptolemaeus lib.2. cap.7. Τπδ δε τριαντα πολις σεγοδυνον. infra hos Rhutani, vrbs Segodunum. Ea vrbs Gallicè nunc Rodes dicitur.

3 Refert Ferrarius quoque in Catalogo SS. qui desunt Martyrologio Romano, S.Tarsitiam, sed Tarciliam vocat: In territorio Ruthenensi, inquit, S.Tarcilia Virginis. Genealogia eius genealogia. S.Tarsitiae edita est ab Henrico Canisio tom.5. antiquæ lectio. ni, parte 2. quam cum MS. monasterij S.Maximini Treuiris contulimus.

GENEALOGIA S. TARSITIAE EX MSS.

Nspertus, qui fuit ex genere Senatorum, præclarus vir atque nobilis, in multis dignitatibus pollens, accepit a filiam Lotharij Regis Francorum ad conjugem, nomine S.Tarsitiae Blithilt, & habuit ex eâ filios tres, & fi-parentes. Arnoldus vnam. Primogenitus ipsius habuit nomen Arnoldus, secundus Ferreolus, tertius Modericus: & filia sancti fratris Tarsicia. Ferreolus quidem Episcopus effectus in tre, Vceciu ciuitate, & coronatus est martyrio, ibique quiescit in pace. Modericus vero in Arisido Episcopus est ordinatus, ibique Confessor Christi requiecit in pace, vbi Deus pro eius meritis multa miracula operatur. Tarsicia Virgo Christi, in virginitate suâ perseverans, in Rodinis ciuitate requiescit; pro cuius meritis ibidem Christi virtus quotidie ostenditur: quæ etiam fertur mortuū suscitasse. Arnoldus primogenitus ipsius genuit Dominum Arnulfum, Dominus Arnulfus genuit Flodulfum & Anfgisum. Flodulfus diuinâ gratiâ annuente Episcopus ordinatus est. Anfgisus genuit Pipinum,

num, Pipinus genuit Karolum, Karolus genuit Dominum Regem Pipinum. Dominus Pipinus Rex genuit Dominum Regem Karolum. Karolus Magnus Imperator genuit Ludouicum Pium Augustum; qui genuit inclytos Reges Lotharium, Karolum, & Ludouicum.

a Consentunt Genealogia S. Arnulphi Episcopi Metensis à Pithœus edita, Scipio du Pleix, Sammarthani. Falluntur tuto celo quis Clotharij II. filiam faciunt, cùm S. Ferreolus Blithildis filius, Episcopus Vcecenensis obierit ipso fere tempore quo natus est Clotharius II. ut proinde non potuerit hic illius annus fuisse.

b In Genealogia S. Arnulphi vocatur Arnualdus. Hunc in Lotharingiâ vspiam vt Beatum coli, dicato ei facello, didicimus à Francico Lahierio nostro.

c Castrum Vsetense ciuitas est Episcopalis in Galliâ Narbonensi, Gallia nunc Vlscz, alias Vcetica, & Utica dictum; unde sapè in Consilio Episcopi Vticeuses nominantur.

Vcecenensis
urbis.

d Desideratur in Martyrol. Gallicano huius S. Ferreoli nomen, Ex v.a.
& nobis eius ignotus est natus. S. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 7. de R. I. s.
eo ita scribit: Eo tempore Ferreolus Vcecenensis Episcopus, ma- S. Ferreolus
gnae vir sanctitatis, obiit, plenus sapientia & intellectu. Qui li- Ep. Vce-
cens alios Epistolaram, quasi Sidonium secutus, compoluit. censia.

e Canisius ediderat Harissio. Alij Arisitan vocant. Carolus de S. Paulo in Geographiâ sacrâ ait Bituricensi Archiepiscopo subie- Etiam fuisse Arisitensem Episcopum. S. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 5.
de Moderico agens, quem Mondericum vocat, commemoratio eius S. Moderi-
exilio, & apud Arisitensem vicum, inquit, Episcopus instituitur, cus Episc.
habens sub se plus minus dioceses quindecim, quas primum Arisitensem.
Gothi quidam tenerant, nunc vero Dalmatius Ruthenensis
Episcopus vendicabat. Sandt huius Moderici natalem nondum
reperimus in Martyrologio. Ex eius successibus fuit Einmon Are-
scensis, qui Concilio Remensi sub Sonnatio Episcopo interfuit circiter
annum 630.

f MS. S. Max. Rodonis. g Canisius: mortua mortuos.

DE S. BONITO, SIVE BONO

EPISCOPO CLAROMONTANO IN GALLIA.

INITIO
VIII. SE-
CULI.
XVI. IANV.
S. Boniti
nomen,
natalis,

Vita,
scripta à
contaneo,

sed anno-
nymos;

Claromonte Aruernorum natalis xv. Ianuarij agitur S. Boniti, trigesimi illius ciuitatis Episcopi, iuxta Ioannis Sauaronus accuratissimam suppurationem, quam Joannes Chenu & Claudius Robertus secuti sunt; licet Baronius & Demochares quadragesimum primum faciant. Is Maurolyco & Felicio Bonifacius dicitur; Petro de Natal. & quibusdam MSS. Bonitius; Auctori vita S. Menelai, teste Sauarone, Eusebius; alii plurimi Bonus; Gallus vulgo S. Boni, & S. Bonet. De eo Vuardus: Ciuitate Aruernis, S. Boniti Episcopi & Confessoris, cuius vita virtutibus refusit. Consentit Martyrologium Romanum, Maurolycus & Felicius citati, Menardus, VVion, Bellinus, Ghinius, alijsq;. MS. Adonis martyrologium monasterij S. Laurentij Leodij. & MS. Domus professa Societas Iesu Antuerpia Beda nomine prætitulatum: Aruernis B. Boniti Episcopi Confessoris, cuius vita & virtutum meritis & miraculorum gloriâ illustris fuit. Martyrologium Germanicum: Ciuitate Aruernis S. Boniti Episcopi & Confessoris. Huic Dei mater, quam eximio amore & pietate prosequebatur, apparuit, eumque admirabili solatio perfudit.

2 Vitam S. Boniti descripsit anonymus quidam eius aquila, vt pluribus locis ipse testatur: nam cap. 2. nu. 7. vbi, inquit, beati Leuita & Martyris Laurentij ecclesiam ingressi sumus. cap. 3. nu. 11. venerabilis Pater Adelfius tunc Leuita, sed nunc præfati viri Dei Bobonis, successor monasterij Magnilocensis, qui eo tempore coram altari viro Dei assistens, &c. nu. 12. Sed haec, qua iam suprà retulimus, venerabili Patre Adelfio narrante cognovimus. nu. 13. vir fidelissimus ac viri Dei cubicularius, Domino nomine, nobis se vidisse testatus est. & cap. 7. testatur se adiunxit cum S. Boniti reliqua Lugduno Clarummontem deportata sunt. ita nu. 3. 4. cum vigiliis celebrare voluissemus, nobis aditum nullatenus mater ipsius congregationis permisit. & nu. 37. vsque quod Aruernorum fines ingredieremur. & mox: que oculis vidi, &c. 38. Sed cum Aruernorum tellurem fuissetus ingressi. & 39. de clando curato, in eadem ecclesiâ vsque hodie permanens, valuarum custos existit.

3 Nomen suum aut institutum nusquam prodit auctor. Saussainus infra citandus ad cap. 7. religiosissimum asceten ait fuisse. Surius in titulo vita isthac habet: Vita S. Boniti Aruernorum Episcopi, scripta ab eius æquali ad beatissimos Patres Adelphium & Eucherium, illis ita iubentibus. Qui autem historiæ huius auctor est, nomen quidem suppressit suum, sed in prologo testatur, quandoquidem Illidij & Galli Aruernorum Episcoporum & Confessorum luculento stylo vita esset exarata, doluisse Adelphium & Eucherium Boniti vitam non extare. Eam nos Prefationem à Surio omissemus è veteri MS. adieciimus; an tamen integras dubitamus. Ceterum ex citato titulo obiter lecto præbita Galefinio est occasio ita scribendi in suo Martyrologio: Aruernis S. Boniti Episcopi & Confessoris: cuius

Tom. I.

vita, virtutum splendore insignis, beatorum Patrum Adelphi & Eucherij iussu, ab Egidio & Gallo litterarum monumentis consignata est. idemq; in Notationibus repetit.

4 Eam vitam paraphrastixæ redditam Surius olim edidit; breuiatam ex eo Haren, Lippelous, Lanouius, alijsq;: at unde de primigenio stylo, sed prologo carentem, ex veteri codice monachico scripta. Stierij Heri-vallis ord. S. Augustini in dieceſi Parisiensi, nobis suâ manu descriptis Jacobus Sirmondus noster. Quam cum veteri codice Ambianensi conferri curauit vir religiosissimus Ioannes à S. Martino congregationis Folienſis: ipsi quoque cum MS. S. Maria de Ripatorio contulimus.

5 Huic subnectimus geminam narrationem miraculi, quod eidem sancto Episcopo in S. Michaelis ade contigit, cum à beatissima Virgine Dei matre casulam accepit. Prior est ex Speculo Historia hystoriali Vincentij Bellouacensis lib. 7. cap. 97. vbi plura eiusdem casula Virginis ope patrata miracula recenser. Alteram rhythmico Latiano contextam ex veteri codice Carthusia Colonensis descripsit Ioannes Grothusius noster. Huius auctor Anglus videtur fuisse, & multò antiquior Bellouacensis, qui Herebertum Losengam Episcopum Norvicensem, velut non ita pridem vitâ functum, testem citat: obiit verò Herebertus, vt scribit VVestmonasteriensis, anno 1119.

6 Quamdiu federit Bonitus, quôve anno obierit, non exprimitur in Vitâ: solum dicitur Episcopatum adeptus cum sub Theodorico Principe Pippinus regni primatum tenebat; quod, si de totius Gallicani imperij magisterio intelligatur, Eius aetate non ante annum 691. contigit, ex accuriorum chronographorum sententiâ. Ghinius tamen circa annum 690. obiisse S. Bonitum scribit. Arnoldus VVion sub Theodorico Cala anno 726. vixisse. Baronius, claruisse temporibus Theodorici IV. Francorum Regis, qui nempe alius Cala dicitur, regnauit autem ab anno 720. ad 735. sub Carolo Martello. At sic centenarius fere deceperit, vt qui sub S. Sigeberto Rege, imbutus ante litterarum humaniorum & iuri scientiâ, aulica munera gesserit; deceperit autem Sigeberto anno 654. Baronius tom. 8. Annalium visus est quod ad Martyrologium scripsisset, tacitè reuocasse; cum anno 704. peregrinatum ad limina Apostolorum, dimisso iam Episcopatu, Bonitum scribat. Sigebertus Gemblensis Ariperti de Luitperto & Asfrando victoriā, qua præsente Bonito contigit, anno 701. referit. Româ Lugdunum reuersus, bis binos annos ibidem demoratus est. Sauaro Baronij posteriorē chronologiam securus, circiter annum 709. ait deceperit Bonitum. Lanouius anno 708. vel 710. obiisse censet, translatas Clarummontem reliquias anno 715. vel 717.

7 Ecclesiastis sui nominis habet, eodem teste Lanouio, Ecclesia oī Parisis, Biturigis, Molinis. In suburbio verò urbis Claromontanae qua prius S. Mauricij dicebatur ecclesia, ea nunc S. Boniti, vel S. Ferreoli appellatur. In eam S. Boniti corpus translatum, vt in Vitâ dicitur, & lib. 1. de eccl. Clarom. §. 4. hac habentur: in ecclesiâ S. Boniti, altare S. Mauricij, &c. & S. Marie: ibi requiescit S. Bonitus in corpore. Eius ecclesia dedicatio celebra-

Xxx

C A P V T II.

Episcopatus. virtutes. miracula.

*s. Aucto
fratre pe-
tente,*

*b
Rege an-
nuense,*

Prou. 21.1.

*fit Episco-
pus.*

*d
Supplica-
tionē & ie-
niū in-
dictio,*

*e
vōberem
pluuiam
telitus
elicit:*

f

*g
h*

Tom. I.

5 Per idem verò tempus germanus eius *a* Auitus Pontifex, vir exterioribus studiis eruditus, sacrificisque litteris, omnibusque officiis diuinis præpollens, ter quis ferè amplius annis magnâ cum alacritate Arverni cam sibi commissam rexit Ecclesiam. Qui non post multum languore correptus, ad extremum est usque deductus: ceteraque suæ migrationis imminere die, diuino afflatus Spiritu, acceptoque consilio, sibi Ecclesiâ concordante, virum Dei sibimet successoré, suæque Sedis dignissimū iudicat Sacerdotem. Eodem tempore sub Theoderico Principe, *b* Pippinus regni primatum tenens, atque curam Palatij gerens, cunctaque gubernacula suo disponebantur arbitrio. Cumque vir Dei supradictus germanus eius relationem pro auctoritate adipiscendâ regi direxisset; & illi ei petitionem sibi commissam perorassent; ita faveute Domino cuncta prospera meruerunt, ut ex regio iussu, eiusque præcepto idem roboraretur consensus. Domino enim Princeps hæc imperante peregit, qui Ecclesiæ suæ profuturum Pastorem atque aduersus rabiem immanis belue defensorem parabat. Vnde negare non valuit, quia scriptum est: Cor Regis in manu Dei. Qui cum gaudio regressi, vota sua ad effectum cum magnâ alacritate perduxerunt, & præfatus cathedraliter beatu' virum sublimarunt, summâ cum gratiâ & lœtiâ cunctorum.

6 Suscepito itaque Episcopatu non se arbitratus est suscepisse honorem, sed onera: vnde sui cursus augmentauit laborem, in ieuniis videlicet & vigiliis persistens atque pernoctans, nec non lectioni silentioque, ac remotis, maximeque Quadragesimæ tempore, ita studens, ut non solùm Sacerdotem dignissimum crederes, sed & monasticam vitam degere dignè prædicas. Biduo triduoque metam explebat ieuniij, nonnumquam verò quadriduanum eum agere cognouimus.

7 Quodam tempore cùm nimio caloris æstu fatigari Sacerdos cerneret populum, ita ut magnorum fluminum aluei sufficitatis lqualore & torquentur; vir Dei hoc cernens, & suæ formidans ciuitatis periculū, velut bonus Pastor sui gregis ab omnipotente Domino depositit remedium. Exinde monens, ut more Niniuitarum omnes ad ecclesiam conuenientes, & iuxta quod vnicuique virtus valebat, aut tridui biduiue ieunium peragentes, Domini misericordiam supplices exorarent; & qui verò neutrū causâ fragilitatis valebant explere decretum, in pane & aquâ vel tantum usque solis occubitu cum cordis contritione ieunium explerent; intantum eius fidei fauens exitit diuina clementia, vt cùm iuxta morem Ecclesiæ crux foras egrediens, & eam manu Dei Sacerdos deferaret; nec mora, vbi beati Leuitæ & Martyris Laurentij ecclesiam ingressi sumus, & ibi quæ Dei sunt peregrisset Sacerdos, subito pernici cursu, flante Austro aëris serenitatem nubium conglobatio densissima texit. Quid dicam? Eadem nocte instantum aquarum sunt onere ponderate viæ, ut ex imbrum inundatione vix aliâ die Dei Sacerdos cum plebe valeret recedere.

8 Qui cùm tantæ difficultatis sui itineris vidisset ob-
stacula, Sacerdotum sibi adstantium fidei constantiam
pius explorator aggreditur: Quid, inquit, vobis videtur?
En adspicit quod difficilis nobis præ imbre extat e-
gressus. Nonnulli inquiunt: Melius est nobis absque la-
bore intra ecclesiæ ambitum cum psallentium modula-
tione contineri, quām tanta effusionis vim subire.
Tunc conuersus ad reuerentissimum *g* Bobonem atque
venerabilem *h* Magnilocensis monasterij Abbatem, ait
ad eum: Tu quidem, inquit, consilium euidenti asser-
tione deprome. At ille, vt ei semper moris erat, reue-
rentissimè atque constantissimè intulit dicens: Etsi tanta

Domini nobis non merentibus misericordia subuenit, *Auctora*
non solùm nos oportet in cœptis persistere, sed nostrum *ANONY-*
magis ampliare laborem. Vir autem sanctissimus, gaudi-
MO COA-
fus quod sibi congruens deproplicet consilium, magis
TANEO,
ac magis plebem, tam ipse quam etiam per eundem vi-
pergit ra-
rum, vt perseveranter agerent admونere instantiū stu-
men in sup-
debat. Ipse verò iuxta morem quatriūdū ieunio in ora-
plicatione
pernoctans humillimus atque abiectus peregit, vt
psalmi sententia impleretur, quæ dicit: Elegi abiectus Psal. 83.11.
esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum: ita ut eum in ecclesiam quisquis ignarus
ingressus adisset, Episcopum minimè crederet; & non
nulli in eum, vbi sedens psallebat, pedem offenderent.

9 Lacrymarum ei gratia in sacro non debeat officio, ita ut *i* amphibali summitas, quâ caput tegebatur, ex profusione earum madida videretur. Sed inter hæc erat *Donum la-*
Dei Sacerdos peregrinorum latus sapissimè conuua, crymarum,
&, iuxta Apostolum, non præponebat pauperi diuitem, Benignitas
neque aureum habente annulum, sed præponebat for- in paupe-
didam vestem gestantem: à largitate verò eleemosynæ,
quantum in ipso erat, nullum vacuum à se ire sinebat.
Sacerdotum Fratrumque flagrans amore, canonū sapè
per collationem Presbyteris norbam tradebat, & vt exhortatio-
castè digneque viuerent crebrius admonebat. Plebi re- net.
lique per dignos Sacerdotes declamando prædicabat, vt
tinerent supplicium, ad cælestem patriam anhelarent.

a Colitur *s. Auitus II. 21. Ianuarij; at 20. Septembris Auitus I.*
quem tum hoc confundit Lanouius. Sanus scribit, Auitus defun-
cto, vnamini omnium sententiâ & diuino nutu subiectum esse
Bonitum. Ait hinc refellitur.

b Sauaro anno Christi 685. ad episcopatum eiusdem esse Bonitum
scribit. At viuebat etiam tum Ebrolibus, nec nisi anno 691. utriusque regni, Austrasia & Neustria, magisterium adeptus est Pipinus Herstallus. Difficile est tempora apud definire, si, ut 25. Ianuarij dictetur, sub Childerico occisus est. S. Praejectus, eisq; immediatè Auitus succedit, nec nisi 15. edit annis.

c Exponit Surius: ac remotoris loci solitudini.

d MS. Sirmundi: terentur.

e MSS. Ripat. & Ambian. Qui verò neutrum frugalitatis va-

lebant.

f Sauaro in Notis ad lib. I. de ecclesiâ Claromontanis §. 3. hic ec-
clesiam cathedralem intelligit; quam ait ab Iuone Carnotensi ep. 31. Duplex &
admonachos Dolens sub finem Monasterium S. Laurentij Arue- clecia S.
nenis vocari. & confirmat ex donatione Stephani Episcopi factâ ma- Laurentij
tri Ecclesiâ anno 959. Ipsi Ecclesiâ S. Mariæ & S. Laurentij, atque Arue-
nits sanctorum Martyrum Agricolæ & Vitalis, fratribusque ibi Do-
mino in commune deferuentibus, ut in reliquum ipsi matre Ecclesiæ sine penuria vinearum & panis alacriter deferuant,
has res ad præfatos sub omni integritate concedimus, &c. exponit
ibidem Sauaro qua hoc tempore veneratio isthic S. Laurentio impen-
datur. Patet alioquin ex eodem libro aliam fuisse S. Laurentij Ar-
uenia ecclesiâ, qua postea Guidonis Episcopi auctoritate cum vicina
S. Mariæ de Portu, sive S. Mariæ principalis, unita.

g Alij Babonem, Lanouius Babonem vocat.

h Ordinis Benedictini, diœcesis Claromontana, vulgo Manlieu,

de quo infra.

*1 Lanouius amphibolum vocat, uti & Gregorius Turonensis
de glor. Confess. cap. 59. verum ex Sulpicio in vita S. Martini &
alia patet, vestem fuisse laxam, qua totum undique corpus ambiret.*

C A P V T III.

Alia miracula.

10 Post hæc magis ac magis à Spiritu sancto acteti-
sus, a timens ne qui à prefato eius germano per
donum sicut acceperat, graue sibi eveniret iudicium; *s. Tillone*
nec non plus Apostolicam sequi desiderans sectam, qui *confulit de*
derelinquentes patrem cum retibus cælesti regnum *relinquunt*
mercari sunt. Quâ de te pergit ad quemdam opinatisi-
do Episco-
pum Dei famulum *b* Tillone, cognomento Paulum, *do Episco-*
vt ab eo accepto consilio, voto compleret quod mente *b*
conceperat. *c* Quod cùm pergens Sollemniacense tenus
peruenisset *d* Symmionem, hoc monasterium, miro
cum gaudio à Fratribus, atque officiosissimè suscepimus
est. *Quo ducto ad præfatum virum Dei, magnam ha-*
b
beantes inter se & collationem peruenierunt ad id vnde
Dei Sacerdos agebat. Peruenstantes vtrōbique sancti
XXXI. Spiritus

**Aucto-
rity** Spiritus igne succensi, altiori arrepto consilio, Nihil, in-
quiunt, melius, quam quod temere contra sancta cano-
num in' tituta usurpatum est, declinando postponi. Et
ille non immemor Euangelici praecepti pollicentis, Qui
Matth. 19. reliquerit domum, aut agros, & omnia quae possidet,
29. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam
æternam possidebit; tunc apud se ipse definitur, ut non
solum Sedem, sed etiam patriam, parentes, res omnes
exulando relinquenter. Sed hoc, cum ad locum ordinis
venero, qualiter gesserit explicabo.

**Aqua, qua
lauerat
manus,
ager sana-
tur;** 11 Nunc subiungam quomodo Dominus illo in lo-
co egerit suæ virtutis miracula. Cumque Resurrectio-
nis Dominicæ illuxisset dies, eum Fratres petierunt, vt
eis Missarum ageret solemnia. Sed dum, vt moris est,
manus ad altare latice ablueret, & venerabilis Pater f Adelphius tunc Leuita, sed nunc præfati viri Dei Boboni-
ni, cuius superius fecimus mentionem, successor mo-
nasterij Magnilocensis, qui eo tempore coram altari vi-
ro Dei assistens Diaconi fungebatur officio; quidam
g Frater incommodus, nomine Auderamus, aduenit,
& ipse Leuitam petiit, vt ex Sacerdotis manibus aquam
ei ad bibendum præberet. Quâ haustâ saluti pristinæ
restitutus est, statimque cum Fratribus lætus fudit ad
mensam.

12 Sed & alium itidem in eodem monasterio Fra-
item aliis. trem, nomine Natolenum, cum ex eadem aquâ ac-
ceperisset, quamplurimi eum à vi febrium aiunt esse saluatum. Sed hæc, quæ iam suprà retulimus, venerabili Pa-
tre Adelphio narrante cognouimus. Sed & cetera quæ
nostro studio huic paginulæ indidimus, ipso exorante
atque probante conscripsimus.

13 Cumque ex eo monasterio digressus Sacerdos ad
propria reniceret, quidam in codice itinere claudus post
tergum eius quo poterat conamine sequens clamabat:
Expecta Domine, expecta. Vir quoque Domini protinus
eius infirmitatis miseritus, paullulum substituit, ignarus
quid posceret homo. Et ille, Huius infirmitatis meæ,
quæ, tuæ impositionis manus tactu præbe remedium. Et ille subridens ait: Non abnego, quod poscis: sed ac
si bos te pede contingat, ita à meo es tactu suscepturus
salutem. Tamen hæc dicens, infirmitatis locum vexillo
crucis munire curauit. Ipse vero qui infirmus aduenierat,
lætus cum salute discellit. Et rectè, vt reor, vir Domini
se bouem prædixit, quia in agro Dominicano, iugo Christi
accepto, vsu fructuosi laboris desudans, atque in areâ
sanctæ Ecclesiæ magno cum studio trituras, & suo
exemplo viuendi præbuit modum, vt lucrum magnum
cælesti conferret in horreo. Sed ea quæ suprà com-
memorauimus vir fidelissimus ac viri Dei cubicularius,
b Domio nomine, nobis se vidisse testatus est; & Bonitus
vir industriæ clarus, atque præfata Ecclesiæ sacrarij cu-
stos nec non & Sacerdos, curiosius ac diligentius post-
modum requirens, ita reperit hominem Dei gratiâ ab
infirmitate saluatum.

14 Quodam verò die dum vir Domini iter ageret,
duo de- ei duo dæmoniaci obuij facti, eum vt eis confirmandi
moniacos. gratiâ manus imponeret deprecati sunt. Sed ille, igna-
rus quod eos æmula aduerterat vexaret infanta, orans
atque eis manus imponens, confirmatis iter quod cœ-
perat peregit. Sed ij qui cum eo erant post tergum re-
spicientes, atque curiosius inuestigantes, eosdem cruo-
rem fundentes à dæmonibus affirmant esse saluatos.

15 Per idem tempus cum fama beati Pontificis cele-
berrima haberetur, vt non solum in vicinis vrbibus, sed
i etiam Oceanii partibus, citra matis littora, insulam,
quam Britannorū gens sita æquor continens vallat, per-
uenerit. Nam in eadem prouincia mulier quedam erat
nomine k Blanda, quæ dudum lumen oculorum amise-
rat, nec non manuum ac pedum officio destituta mane-
bat. Quodam namque die, cum gentis suæ peregrini in
domo cius hospitalitatis gratiâ declinassent, & eam ita
corporis difficultate laborantem cernerent, aiunt ad
eam: O mulier si adsertioni nostræ adcommodes fi-

dem vt B. Boniti Aruernicæ vrbis Episcopi interuentio-
nem apud Deum commendares, nos credimus, nec du-
biū est, quia vir sanctus potest apud Dominum, tuum
hunc alleuiare laborem. At illa hoc auditio gausa ser-
mone, foras se in remotiorem locum duci præcepit;
statimque vt ex oratione è terrâ surrexit, lumen oculo-
rum ac membrorum recepit sanitatem. Videntque erga
se ob viri Dei meritum Domini tantæ pietatis inesse vir-
tutē, reliquo proprio solo, parentibusque, suisque omni-
bus ad beatum virum Aruernorum glebâ tenus perue-
nit. Cumque propter urbem penè iam peregrina grade-
retur, vir Domini inopinatus ei obuiam factus est. Ipse
autem l Rubiacense cœnobium, quod hinc indeque
montibus septem ab Oriente pandit aditum, & haud
procul eminet urbi, visendi gratiâ, consulendique adire
properabat. Mulier in ipso itinere, humili cum atque
supplici voce compellans, se peregrinam & ob eius fa-
mam aduenisse prædixit. Cumque ille, vt ei moris erat,
m indigentem cognouisset, paullulum substituit, & quid
veller requisiuit. At illa aduentus sui cauſam per ordi-
nem pandit, eumque suæ salutis apud omnipotentem
Dominum auctorem declamat. Ille eius fidem atque de-
uotionem miratus, eam secum ad monasterium ire præ-
cepit, atq[ue] Matri ipsius monasterij tradens suæque
nepti in cœtu Virginum commendauit. Vbi aliquamdiu
degens post discessum beati viri ad proprium repedans
solum, id est, ad Britannicum rus regressa est.

a Non videtur hanc vitam legisse B. Petrus Damiani, qui ep. 9.
ad Nicolaum II. & 10. ad Alexandrum II. Pontifices, ita scribit:
Nec te, felix Bonite, præterea, qui hac dumtaxat occasione
percepisti, quoniam de manu Regis, laici videlicet hominis, tra-
ditionem Ecclesiæ te suscepisse contigerat, cathedram contem-
psisti, arque ad remotioris viræ custodiā te protinus contu-
listi. sed nec id tamen verum quod Lanouius scribit, solam abdi-
candi Episcopatus cauſam fuisse, remotioris & tranquillioris
vita studium.

b Vitam eius dedimus 7. Ianuar.

c MS. Ambian. sic habebat: Quod cum pergens solemnia cele-
braturus peruenisset Symnonem, hoc est monasterium, miro
cum gaudio, &c. Surius solum: Cumque ad eius monasterium
peruenisset. De Solemniaco pluribus agetur in vita S. Eligij, qui
id fundauit.

d MS. Sirm. Simnonem. Ambian. Symnonem. Sanaro Som-
monem.

e MS. Sirm. consolationem.

f Saussains Adolphium vocat, & Sanctum facit, Ferrarium
secutus, ut 25. Ianuarij dicemus.

g Surius & Lanouius, Audemarus.

h Sur. Donno.

i Dubium est num Angliam Auctor significet, an potius insulam
aliquam Britannico, sive Armorico litori obiectam.

k Sur. Blada. MS. Sirm. Bladai.

l Sanclimonialium, ut hinc patet, tum cœnobium fuit; nuna-
Prioratus est ordinis Benedictini, teste Roberto, vulgo Royac.

m MS. Sirm. indigenam.

C A P V T . IV.

Abdicatio Episcopatus. vita monastica.

16 Per idem verò tempus sanctum Dei virum indu-
strium atque excellentissimum & genealogiæque
nobilis apice clarum Nodobertum petiit, vt sibi succe-
for, plebisque sibi commissæ existeret rector, atque pa-
tria tutor, suo robore Deo iuuante constanter mane-
ret. Quâ de re ad Principem regni dignos tali opere Nodoberti
cum plebis Ecclesiæque conuenientiâ dirigit oratores, confituit.
id est, Cantinum b Archileuitica ministrum, nec non
reliquos eius dignos itinere comites aptauit. Qui cum
suæ petitionis effectu ad virum Dei regessi, eum magno
cum fauore cunctorum sanctus Sacerdos suæ cathedrae
folio sublimauit.

17 His ita peractis, vir Domini in Magnilocensi cœ-
nobio sub sancto habitu atque cultu, sicut semper opta-
uerat, aliquantum temporis deguit. Qui locus tam re-
motus aptulque sanctæ sophiæ apparuit, vt omnes eum chus.
Fit mona-
sui nominis & auctorem adfirmant. Nam omni ex parte
collum

**Descriptio
caenobij
Magnilocensis,**
collium tuitione munitus, nemoribus obumbratur, comis frondentibus densis, amena virent, rigante amne, florida erga hortulum caenobij prata: patetque largum ab Austro aditum: triplici valuarum itinere clauditur limes: iubare perlustrante splendent sanctorum Martyrum aulae: insignis micat sanctae semper Virginis Deique genitricis Mariae, atque celsior eminet turris pentagona, quadrangulo emergens fulcro, supragrediens ceteris prominet vna, quatersema centra decora inferius superius connexa surgunt, celsaque fastigia micant: Apostolorum aula non minus interea fulget, quasi nota trigoна: Sanctorum altaria nitent: centra hinc indeque geminata connectunt columnæ prisorum sculptæ & fulgretidine emergunt, more elata mira camerae: tigna laqueariis affixa consistunt: nec non & domorum candido decoro rutilant muri, vrbis modo inter nemorosa

d pomarij sicuti infra biquadratum claustra geminâ munitione, crebrisque arcuum maceria foraminibus manent, columnarum capitibus sculpta depictis variâque picturâ superficies nitet: arboribusque generis diuersi suo in tempore poma magnitudine virga dependent, vite frondes f detritæ, veluti g farta præacutæ aut densissimè manent: odora lilia cum rosis rubentibus cudent: nec non & reliqui florum aureâ luce resplendent. Vnde tibi gratias, omnipotens Pater, quem trinum cum Filio Paracitoque Spiritu sancto vnius substantiae essentiaeque fatemur, Patrum Nicænensis concilii secuti decreta, repudiamus omnium haeresum nemus falsaque commenta; qui haec h utilitatis nostræ pro alumni facimus pœnâ solari tantis non desinis bonis. Quem superius prefatum locum dudum i Genesis nobilissimus Pontifex caenobium in propriâ constituit glebâ, atque virum venerabilem k Euodium instituit Patrem.

h eius fundator. **i** Nouatiana & Iouiniani in Galliâ in continentiâ m frugalitatis indignè atque improbè comparuit. Quâ de re in prefato Magnilocensi monasterio contra easdem haereses edita extat epistola, quæ forsitan aut nunc aut futuro in tempore, necessario erit n prodenda; quia, sicut ex parte iam cernimus, ante aduentum horribilis Antichristi multæ haereses emergendo habent procedere: Duæ, vt ait sancta Scriptura, gentes ante eum dimicaturæ pugnabunt, id est, Gog & Magog. Nam Gog & Magog, ut B. Hieronymus interpretatus est, non specialiter gentes his nominibus denotantur; sed Gog, inquit, & Magog interpretantur o teatum & detectum: per hoc enim haeticorum personæ propriæ designantur; eò quod eorum nequitia, quæ nunc versutia vel fraude teguntur, in aduentu gloriofissimi Domini nostri Iesu Christi cunctæ ad eorum confusionem vel damnationem patebunt: & sicut Catholicis & fidelibus erit gloria & sempiterna pro fide constantia; ita & illi aeternis tradentur gehennæ suppliæ, pro tantâ controvrsiâ atque perfidiâ. Hæc idè supra retulimus, quia his temporibus forsitan simplicioribus fratribus contra ventura mala proficient ad cautelam, prudentioribus vero præstantiora consistunt. Sedenim nunc redeamus ad ordinem.

a Addit MS. Ambian. ingenioque sagacissimum. **Surius**, ingenio valde perspicacem. **Lanouius**, qui sapientem Autorem hunc Sancti equalem citat, ipsa ramen Surij verba sum hic tum infra producit.

b Surius interpretatur Archidiaconum.

c Sur. & Lanou. vindicem.

d MS. Sirm. fulgretine. **Surius** exponit: columnæ prisco sculptæ more sece subrigunt.

e MS. Sirm. pomarij. **f** MS. Amb. detecta.

g MSS. Rip. & Amb. farta particulae.

h MS. Amb. utilitati. **Intricata sententia.**

i Quatuor Genesij in iis regionibus honorantur, ut annotat Sauaro ad cap. 17. lib. 1. de ecclesiis Claromontanis: Arelatenis 25. 4. SS. Genesij. ex Exceptore, (non thymelico, ut scribit, cum Romano Genesio nimo eum confundens) Christianus & Martyr. 2. S. Genesius Thierii Tuzelaris, 28. Octobris. 3. Episcopus Claromontanus 3. Iunij. 4. S. Genesius Comes 5. Iunij, cuius mentio honorifica fit in vita S. Praeterti 25. Ianu.

Temp. I.

k De hoc quoque infra agitur in eadem S. Praeterti vita. **l** Iam olim huius in Galliâ haeresis iacta semina, patet ex concilio Arelat. 2. can. 9. **m** De eis hec vox M5. Sirmundi. **n** Ita MS. Ambian. ac Rip. & Sirm. probanda. **o** Sive dôc. Magog verde est de recto.

AVCTORES
ANONYMO COE-
TANEO,
EX MSS.

CAPUT V.

Peregrinatio Romana.

19 C Vmque ibi sanctus Sacerdos aliquantis per de-
moratus fuisset, relictis omnibus, patriâ, paren- **s. Bonitus**
tibusque, vnâ cum sodalibus, rebusque omnibus ecclie- **it Roman.**
suis ac monasteriis distributis, Romæ ad Apostolorum
facta limina peregrinaturus, aut pauperiem Christi se-
cuturus, artipuit iter.

20 Sed cum Aruernorum glebâ relictâ Lugdunen-
sem peruenisset in urbem, ibique ab opere solito noto
vacans, ipsius vrbis a Præsulem, atque Burgundionum **a b**
Ducem rebellemque Principem suo adiit consulti, vt & **Episcopum**
hunc fidelissimum, & illum ex tyrannide placidum red- **Lugdun.**
deret; ac fidei vinculo connexis firma stabilitatis iura **& Ducem**
manerent. Cum inibi aliquamdiu in monasterio, quod **Burgundia**
e Insula-Barbari vocatur, aliquantulum demoratus fuil- **reconciliat.**
set, memoriæ digna atque iucunda gessit miracula. Nam
quadam die cum per amnem Araris vehiculo sedens vir
sanctus graderetur, & inter se qui cum eo erant moestæ **Ei & socii:**
dicerent, quia vietū nulla nobis est hodie substantia, ille **annona di-**
audiens increpansque eorum diffidentiam, dixit: Si ha- **uinitus**
beretis fidem, poterat omnipotens Deus vobis sine mo- **data.**
rà conferre necessaria. Necdum vir Dei verba finierat,
statimque pescis è gurgite exiliens nauim inopinatus in-
trauit, qui eodem die eis alimentum præbuit vitæ.

21 Nec illud silendum puto miraculum, quod cum quadam nocte ad vigilias surrexisset, lumen lampadis in eadem basilica, vbi more solito sanctas peragebat ex-
cubias, deficiendo extinctum est. Cumque eius mini- **Lampadæ**
ster ignem requirens, vnde eamdem iterum accende- **miraculosæ**
ret non reperisset, Sacerdos Dei ad lampadem accedens, **reaccendit.**
quasi signaculo suo illustravit spiritu: & ita cuncti, qui **d**
cum eo erant, gauii peregerunt diuinitatis obsequium.
Hæc autem venerabili viro a Ariualdo Abbat, eiusque in eodem itinere comiti audita suprà retulimus.

22 Posthac quadam die dum viri Dei pueri ad pi-
scandum abiissent, & per totum diem frustrato labore
fatigati nihil cepissent, reuertentes ad monasterium ob-
uiantes superscripto venerabili Adelphio, qui eo in tem-
pore virum Dei ex deuotione haetenus secutus fuerat,
& in eius degebat obsequio, ait ad eos: Quid est, quod **In eius fide**
ita moestæ reuertentes nihil desertis? Et illi exponentes **secunda**
ei, quod nullum pescem in alueo fluminis f capturâ ce- **piscatio.**
pissent. Et ille, Ite, inquit, ad amnum, & in fide beati viri **e f**
mittite rete: credo quod per eius merita mæror vester
ab omnipotente Domino vertatur in gaudium. Qui
mox ei obtéperantes, ad flumen pernici cursu redeunt.
Sed statim ut aquam lino cinxere, pescem miscipulæ in-
ditum magno cum gudio Praefuli detulerunt.

23 Deinde cum g ad Agaunensem venisset caeno- **g**
bium, ibique sibi Sanctorum expetens patrocinium, **Venit A.**
Fratrumque orationibus semetipsum, cum non paruæ **gaunum.**
largitate eleemosynæ, commendauit: & non solum ibi,
sed vbicumque in eodem itinere monasterium reperi-
set, sacrum ita peregit.

24 Post hæc Italianam ingressus à b Rege Longobar- **jj**
dorum multum deuotè grataeque suscepitus est. Qui dum
Rex sancti Sacerdotis palatio residens collationi mutuè
misceretur, superueniunt nuntij, qui vrbem exercitu
circumuallari contendunt. Qui mox sedili exiliens ino-
pinatus intra vrbem ad bellum secum populum exire
iubet, atque aduersus acies inimici cuneos armatos in-
stare præcepit; quique humillimè ad virum Dei con- **Ariperto**
uersus ait: Rogo te, Pater, ut pro me Dominum exores, **victoriam**
quia causa mihi cum aduersariis extat: aduentus tui **obtinet.**

Xxx 3 merito

**Aucto-
rē
no co-
taneo,
Ex mss.** merito tropæum à Domino merear obtinere. Qui mox, vè egressus est urbe, prælium cum aduersariis arripiens, ita partibus Ariperti fauens extitit Christus, vt multis cælis atque prostratis, i Rege in genitalibus vulnerato atque capto, cum magno triplu ad virum Dei regres- sus est, & ei gratias pro sua orationis adminiculo referens, iterum semetipsum eius obnixiūs precibus humilimur commendauit, eiq[ue] in suo regno fecit præberi necessaria.

k 25 Exinde digressus cùm tenuis maris littore peruenisset, carinâ sulceptus, fluctuante cærulo minaces flu-
ctus terrorem nonnullis qui cum eo erant incutient mortis : atque k naue, quæ simul gradiebatur, separata, in diuisis homines tabulis inditi, vix pauci ad litus pertu-
niente potuerunt. Videntq[ue] vir Dei suorum diffiden-
tiam Fratrum, blandè eos consolati cœpit. Illi verò
**Nafragijs
periculum
precibus
auertit.** mortis l metu declinantes, in nauem prostrati corru-
rant, alij sumptum alimentum aut aliud quod naui in-
tulerant, in vndis, ad subleuandum vehiculum, proiice-
re cupiebant, si non Dei Sacerdos restitisset, dicens: No-
lite, nolite hoc facere, Fratres : melius est, inquit, paupe-
ribus & gentibus vobisq[ue] seruetis. Et hoc dicens,
oculos ad cælum cum solito lacrymarum imbre suspen-
dit, & pro salute omnium Dominum supplicauit: sta-
timq[ue] eodem punclo horæ vndarum impulsu, ceu
pennigero volatu, longius littore scapham vnda pro-
traxit. Post hæc Romam cùm magnâ alacritate perrexit, ibique sanctorum excubias Apostolorum, atque sancto-
rum circumquaque Martyrum loca percurrens, eorum sibi patrocinium atque suffragium supplici atque inæsti-
mabili deuotione poposcit. **m** Captiuos exinde redi-
mendo non modicam secum turbam reduxit.

**Rome loca
sacra visit.
Captiuos
redimuit.** a Godinum vocat Sauaro, qui nimirūm infrâ cap. 7. auferri Lugduno eius reliquias vetus. Gadinus Claudio Roberto est 46. eius Sedu Antistes, qui Ioanni Chenu Gadinus, Gudinus, Godinus; alias Godvivinus.
b Gollutus nullum h[ab]it temporibus memorat Burgundionum Du-
cem, præter Pipinum Herstallum, quem tamen non arbitramur hic intelligi.
c Alius Insula-Barbara, vulgo L'isle-barbe. De hac Papirius Massonius lib. de fluminib[us] Gallia: Insula nomine Barbara, quam prope Lugdunum Arat facit, recreationi ciuium seruens. Agit de eâ Paradinus lib. 2. hisfor. Lugdun. cap. 10. citatq[ue] inter cetera ex quadam Leydradi Archiepiscopi epistolâ hac: Monasterium regale Insulæ-Barbara, situm in medio Aratis fluui, quod antiquitus est dedicatum in honorē S. Andreæ & omnium Apostolorum, nunc autem in honorem S. Martini recens videtur esse fundatum iussu Domini Caroli Imperatoris, qui ibidem præfecit Dominum Benedictum Abbatem, cum quo simul direxit ibi suos codices &c. Iam est ecclesia secularis, ut scribit Cl. Robertus.
d Sur. Arnoldo. e MS. Amb. aluei.
f MS. Sirm. captura cepisset.
g MS. Amb. ad Gauroenc, mendosè. Celebre est Agaunum SS. Mauritijs & sociorum Thebeorum ead & reliquis.
h Hic Aripertus II. fuit Ragumberti filius, Gondeberti nepos. Ragumberthus Taurini Dux, Cuniperto Perthariti filio, patruoli suo mortuo, regnum armis invasit. Asprandum Luitpertis Regis tutorem prelio vicit. Sed ipse eodem anno decepit. Filius Aripertum Aspran-
duis & Rotharis Bergomatum Dux, instauratis animis ac viribus, Ticini commorantem opprimere cogitantes, ab ea quoque prelio vidi-
t. Narrat hac Paulus Diaconus lib. 6. de gest. Longobard. cap. 19. Ery-
cius Puteanus hisp. Insub. lib. 3. Baronius ad an. 704.
i Luitperto, quem deinde in balneo necandum curauit, ed crudi-
lius, quid puerum, & confanguineum.
k Surius: maximè quid alia naues iam disiectæ essent, ita vt
vix pauci mortales littus possent attingere. Hic unius ianuæ
naus confracta mentio fit.
l MS. Ambian. metum. m Idem MS. captiuorum.

C A P V T V I.

Reditus Lugdunum. obitus.

a 26 **C**VM vit Dei regrediens Româ a Clusinam Tul-
corum peruenisset in urbem, mulier quædam aquâ, quâ cæca, ab eius ministris petiit, vt aquam ex manibus Sa-
cerdotis pro remedio vnde oculos sibi ablueret largi-
rentur. Cumq[ue] illi hanc gratiam poscenti præstare cu-
perent, vir Domini iuxta more aquam manibus ablutis illumina-
in terram diffundi præcepit. Vnde vix modicam furari tur-
gutam potuerunt, quam mulieri tribuentes, dixerunt:
Vade & in basilicâ B. Petri, quæ in hac urbe sita est; se-
quenti nocte cum hac aquâ vigila, & manè oculos ex
fide sicut petisti contingit: credimus quid tibi prouen-
iat ad salutem. Quorum mulier præceptum secuta, ita
peragenis, lucem, quam toto cordis desiderio quærebatur,
oculis referatis aspexit. Proinde ad viri Dei comites cum
magnâ impensâ alimonâ pro largitione suæ salutis
perrexit, & Deum pro sancti viri merito laudans bene-
dicebat. Sed & Sacerdos videns ipsius in peregrinis ob-
sequium, valde ei placuit eius deuotionis affectus, &
mulierem collaudans benedixit. Ipsa verò benedictione
perceptâ ad propria remeauit. Nam virtutis miraculum,
quod virum Dei latebat, nullus indicare præsumpsit.
Cumq[ue] post hæc eum infirmantium turba vbiique
prosequeretur, sed ille iactantæ vitium cauens vbiicum- **Oleo &**
que potuisset, semetipsum hospitio tradebat, & infir- **sepulchro**
mos ex oleo, quod ex B. Petri sepulchro pro benedictio- **S. Petri de-**
ne leuari iusterat, vngi præcipiebat: moxq[ue] sanitatis **lato agros**
gaudio incommodi percepto, Deum, ad propria re-
meantes, iure debito collaudabant. O beatum commer-
cium, quod vir egerat sanctus! Dedit terrena, accepit
cælestia: pauper diuitiis, sed diues virtutibus fuit.

b 27 Iam verò eo in tempore ei in eleemosynâ quod
tribuere possit nihil remanserat, & ita iuxta Euange-
lium nudus erat, vt nec duas, quibus indui posset, tu- **Luc 9.3.**
nicas haberet; & iuxta B. Petri Apostoli exemplum, au- **Act. 3.6.**
rum & argentum ei non erat: sed diuinis virtutibus
refertus gratiam sanitatum pretiosius erogabat. Ecce
quod Veritas dixit in Euangelio: Qui reliquerit omnia **Matth. 19.**
propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam **29.**
æternam possidebit. Centuplum accipit, qui in sancti-
tate atque caritate Dei fundatus, perfectionis tectum
conscendit. Vnde B. Paulus dicebat: Nostra conuersatio **Phil. 3.20.**
in cælis est. Non sicut nonnulli dicere solent: Qui reli- **Quomodo**
querit omnia, in præsenti centuplum accipient in hono- **Religiōs**
ribus, aut rebus terrenis, & vitam æternam possidebunt. **centuplum**
Nec hæc dicens ignoro, quid sancti viri in præsenti ho-
nore sint prælati; sed non arbitrantur hoc illi retribu-
tionis præmium, sed dispensationis officium. Sicut nec
beatus Sacerdos in præsenti, qui multa reliquerat, ali-
quid postmodum terrenum quæsiuit aut meruit: sed
centuplum accepit, quia perfectionis gratiâ claruit, &
nunc vitam æternam possidet cum Sanctis in gloriâ.

b 28 Cumq[ue] post hæc Lugdunum rediens, bis bi-
nos annos ibidem demoratus fuisse, bonum quod
semper egerat Deo iuuante ad finem usque perducens,
diem clausi extremum. Beatus igitur Bonitus, dum
obitus sui per reuelationem imminentem iam cerneret
diem, b cum sibi successore atque ænulo pacis vincula
nectit, nec post multos dies lectulo detentus, quam
Græco vocabulo podagram vocant, ingrauescente mo- **Lugduni**
lestiâ, ad extremum usque peruenit. Nam sacer Episco- **podagrâ,**
pus ad cælestia anhelans, antequâm beatum carperet **mortiur.**
iter, fenestram cellulæ, in quâ quiescebat, referati præ-
cepit, & solito oculos imbris rore perfundens, psal-
mum, qui eâ horâ iuxta morem canendus erat, incepit:
Sicq[ue] sancta illa anima carne soluta, cælestè leta pene-
travit arcum: Sanctorum, quorum vitam egit in ter-
ris, eorum nunc consortio fruatur in cælis.

a 29 Post hæc cùm eum ad sepeliendum iuxta morem
deferrent, & quidam paralyticus aduenisset, sacramque **Ad eius**
corpus super ægrum transfiserit, salutem corporis redi- **corpus pa-**
tegrari meruit. O beatum virum, qui tantâ Domini po- **ralyticus**
titus est gratiâ, vt hîc gloriosum relinqueret nobis suæ **sanatur.**
virtutis exemplum, & ibi perpetuum patrocinium no-
stris pro noxiis præberet ad Dominum. Reliquit omnia,
vt tamquam nihil habens omnia possideret. Luxit pro
tempore, vt in perpetuâ Angelorum lætitia gauderet.
Suorum parentum nobilium ac sodalium est fraudatus
aspectu, sed Sanctorum gloriosum est adeptus confor-
tium.

tium. Hic infirmus, sed illic potens: hic ad tempus voluntari pauper & inops, laudansque nomen Domini; sed & hic & ibi diues, quia hic fulget per miracula, & ibi manet in gloriâ.

c 30 Hunc imitentur Proceres; huius, si placet, sequuntur exemplum Sacerdotes; huius mortificationis vel frugalitatis & mansuetudinem omnes, et si forsitan imitari non possumus, saltem lacrymabiliter recordemur. Mirentur alij virtutes & signa, quae Dominus per eum dignatus est ostendere: ego nihil opinor magis mirandum, quam eius longanimitatem ac patientiam in eo virtutem constantem. Quia Dominus ad Apostolos vel ad discipulos suos non dixit aliud à se disci, nisi quia misericordia & humilis corde. Quam gratiam nobis suis vir beatus intercessionibus ad Dominum postulet exorando, & quae nostra non metentur adipisci precamina, suæ opitulationis interuentu nobis conferantur opportunita.

a Situm Clusium, Italù nunc Chiusi, ad Clanem amnem, cœnum millibus passuum Româ distans.

b Surius: cum successore suo, & quidem æmulo, pacem fecit. Saussius: Euocato suo successore, iamque æmulo, eum in osculo pacis complexus est. Repugnare sequentia videntur, recordatus isdem successor ipius Nordobertus Praeful eius exultatis, vel benivolentiae quam erga se vir beatus exhibuerat, &c. Ea potius scriptoris sententia videtur, Nordoberto æmulum alium quempiam à Bonito reconciliatum. Saussius scribit post redditum ex Vrbe reconciliatum ab eo Burgundia Ducem cum Episcopo Godino.

c MS. Rip. magnitudinem.

C A P V T VII.

Reliquia Clarummontem translate.

Nordober-
tus corpus
S. Boniti
Lugduno
reperi-
frustra.

a 31 CVMQUE beati Confessoris Boniti annis ter binis Lugdunensi artus haberentur conditi vrbi, recordatus isdem successor ipius Nordobertus Praeful eius exultatis vel benivolentiae, quam erga se vir beatus exhibuerat, legationem ad virum beatissimum Godinum ipius vrbis Praefulm misit. Cumque hi qui missi fuerant petitionem sibi perorassent commissam, ille respondit: Quod mihi à Deo commissum est, nequaquam me meosque tanti muneris pati permitto dispendium. Vnde iidem, qui missi fuerant, magno cum merore ad propriam regredi sunt vrbum, facta sui itineris Praefuli nuntiauerunt. Tunc ille blandè eos alloquitur, dicens: Et mihi in eadem nocte, quâ vos in oppidum Lugdunense intrastis, vir Domini in visu, veste, quâ aliquando solitus erat indui, apparuit, qui & dixit mihi: Quid, inquit, agis mi frater Nordoberte? Putasne benè gregis tibi commissi curam geris? & addidit: Noli me, ait, inquietare modò, quia cùm redire volvero, ego nuntiabo. Vnde certū tenui, quod petitio nostra non meruisse effectum.

b 32 His ita gestis cùm vir venerabilis Proculus Praefulatus Cathedrâ Aruernicâ vrbi post virum Dei a loco tertio sublimatus fuisset, bonum statim sua militiae dignumque arripuit opus. Nam cùm B. Mauricij b. basilicam omni ex parte reperisset incultam, atque ipsius ædis nonnulla diruta, miro modo non solùm ad statum pristinum reuocauit, sed etiam sublimius atque præclarius imminere fecit. Moxque consilium ipsi cum Sacerdotibus atque ciuibus fuit, vt iteratâ vice ad deferendum beati viri corpus mitteretur, vt ex eius aduentu vrbs munita maneret, & beati Martyris nobilitando disticeret aulam.

Deliberat-
de eo Pro-
culum:

c 33 Eodem tempore cuidam viro beatus Sacerdos in somnis in eadem B. Mauricij basilicâ apparuit, dicens: Vade, & dic confratri meo Proculo Episcopo, hic & hic ita peragat. Etiam sui ingressus locum designauit, dicens: Quia per hunc locum ego regrediens intrabo. Vnde certum tenens gaudensque promissum, ad eum deferendum dignos dirigit Sacerdotes, venerabilem scilicet Adelphium monasterij Magnilocesis Abbatem, necnon & Eoaldum & Voluicensis cœnobij Patrem,

Moderatumque Teclatenis monasterij rectorem, vna **Aucto-ANONY-**
cum reliquis Sacerdotibus ac monachis, qui ad tale offi-
cio arbitrii sunt digni.

**MO CO-
TANEO,
Ex MSS.**

e 34 Cumque Lugdunensem vrbum ad industrium virum Fulcoaldum, qui eo tempore Praefulatus officio erat præelectus, peruentum fuisset atque suggestum, ille intulit dicens: Voluntatem Dei implorare, cui nullus refutare neque obuiare potest: & si ipse vestra p[ro]p[ter]a annuitationi fauens arque propitius esse voluerit, ego con- traire non valeo. Sed cùm nostris haec optio data fuisset, inchoato, vt oportebat, ieiuniu Sanctorum circumqua- que orando redubias peragrantes, interuentum suæ peti- tionis apud Dominum cum magnâ contritione de- poscunt, verentes ne frustrato labore ac vacui ad pro- pria redirent. Iam die transacto, cùm in eodem g monasterio, vbi vir Domini quiescebat, vigilias celebrare voluissemus, nobis adiutum nullatenus Mater ipsius congregationis permisit. Tunc consilij fuit, vt in eccl[esi]ia B. Stephani protomartyris pernoctantes, sanctæ age- rentur excubia. Vnde cùm ante diluculum in eamdem vrbum regressi fuissimus, nec mora, duo ab eodem præelecto Sacerdote missi sunt, qui nobis optatum ac nimium desideratum nuntium detulerunt, dicentes: Ite, inquiunt, &c., sicut petistis, reliquias vel artus beati Sa- cerdotis absque morâ leuate, quia ipsi quod voluntas omnipotens Domini foret per scriptas probauerant breues.

b 35 Post haec cùm ad locum sacri tumuli peruentum fuisset, & venerabilis b. Sacerdos Adelphius inibi sacri- ficium offerens altari adfisteret, duo gesta coram omnibus fuere non silenda miracula. Venientes itaque ipsius **Tremit** ciuitatis Sacerdotes vna cum sacrificio ac Clericorum **vicinum** templum. dignitate, nec non cum modulamine cantus, iuxta mo- rem Sanctæ crucis præferentes vexillum; mox ecclesia B. Stephani ita contremuit, vt à summitate cacuminis vsque ad fulcra maceriae casura videretur. Qua basilica beati Martyris iuxta eamdem B. Petri Apostoli, in quâ vir Domini quiescebat geminata consistit. Vnde quis dubitet, quod sanctus Sacerdos cum Sanctorum coetu suo aduentu partibus suorum ciuium esset fauens, vt æmula corda tanto miraculo ab altercatione cessarent.

i 36 Quod in sequenti de eius præsentia idoneo patet miraculo. Nam quædam puella Deo dicata ad sepul- **Paralytica** chrum beati viri paralytica reptando cunctis videntibus **curatur**, venit. Vbi cùm sopore depressa iaceret, nec mora, vnu **Sancto ei** ex nostris eam concitè surgere compellit, quia cancel- **apparente**, lum, quod supra viri Dei corpus inerat, aliam in partem transponi non poterat. Ipsa ergo vt ex somno surrexit, continuò pedibus suis stetit, ac membrorum, quod amiserat, officio redditia est, atque ad Matrem monasterij regressa, ita narravit, dicens: Ego vidi beatum Sacerdo- tem, & mihi in hunc modum tibi suæ iussionis verba deferte præcepit: Vade, inquit, & dic Abbatissæ k. Didæ, vt partem amphibali mei, quo caput tegitur, secum retineat. Hæc idè vir sanctus intulit, vt & ipsa & cuncti qui aderant patulæ cognoverint, quod ipse ad propriam remearet vrbum, & plebæ, quam superstites dereliquerat, suarum reliquiarum consolari cuperet aduentu. Quæ res nostris magnam contulit eum levandi fiduciam.

k 37 Moxque cuncti nostris partibus fauentes, magna adminiculi præstiterunt solatia, vsquequò Aruernorum **Lugduno** fines ingredieremur, ita eorum prosecutio perseueravit. **auebuntur** Sed in eodem itinere, quanta infirmantium multitudine **reliquia**. fideli concursu ad corpus sancti Sacerdotis, velut ad scholam medici probatissimi confluebat, numerari dif- facile puto. Et verò bonus ille medicus, quia naturaliter bonus, nec vñquam potest aliter quam bonus, qui tales habet discipulos, qui non solùm superstites, sed & **Multa in** post discessum, non solùm corporum, sed & animarum **cula.** vulnra curando, ad salutem reuocant pristinam. Sed & quā plurimi in eodem itinere sanitatis commoda meruerunt, nobis incognitum manet: quia vir Sanctus, sicut in præsenti studuit vitâ, ita & nunc peragit mira- **cula.**

AUCTORcula. Nam si aliquis accepta sua salutis optata alicui referens intimasset, statim quæ recesserat adueniebat infania. Nam ego ea quæ oculis vidi, aut à probatis viris didici, quamquam simplici atque inculto meo eliciam stylo. Sed quid plura dicenda sunt? Sicut alibi quidam sapiens dixit: Cui pauca non sufficiunt, nec multa prodent. Nam dum humeris veheretur, sicuti corpus eius quieuit depositum, statim vexillum crucis consertum remansit, & raro vbi non ecclesia fabricata miro modo gratularentur.

Magnade-
uotio Ar-
nornorum
populi.

Occurrir
Episcopus
eum SS.
reliquiis.

Claudius
sanator.

m

Ornatur
sepulchrū.

Cæcus,
aliqz agri
fanasi.

38 Sed cum Aruernorum tellurem fuissemus ingredi, quanti nobiles viri ac feminæ occurrentes eum suis humeris magnâ cum alacritate ac deuotione ferebant! eratq[ue] inter eos pia altercatio, vi aut quis primus aut quis plus eo pio in opere laboraret. Cumq[ue] propinquius urbem accederent, magis magisque tuæ ad eum oues confluabant, atque ex nimio gaudio flentes nonnulli clamabant: Ecce Domine, urbem quam reliquias recognoscet; gregem tibi à Deo commissum, tuâ intercessione defende. Post hæc cùm iam viri Dei reliquiae vrbi eminus graderentur, cum quâ deuotione atque apparatu sacratissimo occurisset Episcopus, intimari posse difficile puto. Nam in vtraque parte tanta erat populi cum Clericis multitudo, vt exercitum adunatum, aut nundinas crederes celebrati. Cumq[ue] in eius occursum, Sanctorum idem Episcopus ex vrbe pignora humeris deferens, graderetur, tam diligenter ac reuerenter occurrit, vt corporaliter Sancti Dei cum sacerdotio occurrisse viderentur.

39 Exinde cùm ab Episcopo in ecclesiam B. Mauricij portaretur, in ipso ingressu quidam claudus, nomine Valdinus, in foribus iacens sancti Sacerdotis præstolabatur aduentum. Sed mox vt super eum viri Dei corpus transiit, ipse sanitatis gaudia sensit, & in eadem ecclesiâ usque hodie permanens, valuarum custos existit. Post hæc sancti Sacerdotis membra dignæ sepultura sunt tradita iuxta beatorum Apostolorum *m* Petri & Pauli atque S. Andreæ altare, quorum reliquias præfatus Pontifex ex vrbe iussit deferri, & magnâ cum deuotione locum ipsum dedicans, ac pridie carie depositâ renouauit. Et dignum erat vt quorū flagravit amore sancto igne succensus, eorum semper eius etiam sepulchrum iungeretur altario. Deinde mausoleum beati Sacerdotis auri argentiq[ue] mirifice decorauit metallo. Vbi Dominus opitulante, multa infirmis præstantur remedii. Sed nunc è pluribus in præsenti vnum narrabo miraculum.

Quidam ex Burgundionum prouincia, nomine Cerinius, cœcus aduenit: cumq[ue] ad sepulchrum sanctum suæ debilitati poposcisset salutem, nobis videntibus lumen recepit: & non solum ipse, sed & quicumque ex eadem prouincia Burgundionum incommodi aduenissent, solipsites ex infirmitate ad propria remearunt.

40 Hactenùs velut quoddam indiculum colligentes edidimus: sed credimus quod à vobis prudentioribus elegantiùs, sicut necesse est, atque prudentius luculentiore viti Dei vita extollatur stylo: atque omessa requiende diligenter studio miracula, aliud forsitan libellum cedere potestis.

An Bubus a *Sauaro*, *Chenu*, *Demochares*, *Robertus* in *ter Nordoberatum* & *Episcopus?* *Procolum* sedi *Bubum* scribunt. *as* hinc refelluntur. Post virum *Dei secundus* *edit Nordoberetus*, *tertius* *Proculus*.

b Restaurauit hanc *Procolum*, rest *Sauarone*, primo anno sui episcopatus. Eam nunc, ut idem scribit lib. 1. de ecclesiâ Clarom. cap. 4. S. Boniti, vel S. Ferreoli dicitur, est parcialia in suburbio sita. Visitur in eâ altare S. Mauricij. Lapus memoria est idem *Sauaro*, dum in Originib. Clarom. scribit S. Mauricij ecclesiâ à S. Bonito restauratam.

c Sur. Eualdum. **d** Sur. Volnicensis, mendose. **Condidit** hoc cenobium S. Praetextus, de quo 25. Ianuarij.

e *Sauff.* in Suppl. martyrol. ad 25. Ianu. Teclerensem vocat, *Sauaro* S. Thecl qui in eo monasterio quiescebat. Lib. 2. de eccl. Clarom. cap. 2. hec habentur: In monasterio Camalariense, altare S. Mariae, altare S. Prætexti, altare S. Agathæ, altare S. Martini, altare S. Pardulfi, vbi requiescit S. Thecla. Adnotat *Sauaro* ex historiâ S. Genesij: Construxit quoque diuino admonitus oraculo

apud castrum proprium, Camaleriam à cameljs sic nunç patet, quinque ecclesiæ, quinque corporis sensus designantes. Quorum vnam in honorem Salvatoris condidit, postea alteram in honore Dei genitricis Mariæ. **f** Has quinque ecclesiæ scribit idem *Sauaro* in Originib. à S. Bonito dedicatus, cui eas S. Genesius Comes donat, unaq[ue] castrum Camaleriam, vulgo Chamaliere.

f Claudio Roberto Fraldus, Faraldus, Focoaldus, Eraldus dicitur: *Chenu* Fraldus, alias Fealdus; *Senerio* Fraldus, Foaldus.

g Supereftetiamnum hoc S. Petri monasterium, est, ut sebatur Cl. Robertus, nobilium virginum.

h MS. Amb. Pater.

i Ita MS. Amb. ab alijs visionis.

k *Sauff* hinc offâ regem emundis, ita scribentis in Supplemento Martyrol. 25. Ianuarij: Item ibidem (Claromone) B. Didæ Abbatissæ Aruernensis parthenonæ, quæ cælestem in terrâ vitam gerens, ipsimet caliti B. Bonito ita cara fuit, vt is in procinctu prædictæ sua translationis, religiosissimo suo ascetæ actorum suorum exceptori apparet, illum admonuerit vt ipsimet Didæ redditum suum ad Aruernensem urbem significaret, &c. 1. unde didicis hunc gestorum sancti Antistitis exceptorem ascetam fuisse? 2. non ei, sed puella Deo dicata, hec facta renelatio. 3. non Aruernensis, sed Lugdunensis parthenonæ praerat Dida.

l MS. Amb. reuocauit.

m in Lib. 1. de eccl. & SS. Clarom. cap. 4. in ecclesiâ S. Boniti recensetur inter cetera altare S. Petri.

DE A CASVLA S. BONITI

Ex Vinc. Bellouac. Speculo hist. l. 7. c. 97.

1  **W** Andrus Præsul Bonitus Altuernensis, cùm cor suum perfectè dedisset, vt perfectè Iesum & eius matrem diligenter; quadam die b templum c B. Mi- chaëlis cum turbâ intravit, & in an- gulo basilicæ licet inter multos solitudinem cordis sibi fecit. Consummati mysteriis, quique in sua redierunt, & ipse solus in latibulo suo temansit. Et custodes qui dem ne quis remansisset perscrutati sunt ecclesiam; sed noctu orant Dei nutu sancti viri non potuerunt inuenire latebram: *intempsu* qui obseratis iam ecclesiæ foribus, ed securius quò se- creti, effudit in se animam suam, factusque in agonâ prolixius & enixius orans, vidit huiusmodi visionem: Ecce repente de celo sonuit quasi vox dulcis cantilenæ, & micantibus luminaribus limen templi cœpit tremere, tamquam intrante multitudine. Aspiciebat vir san-ctus: & ecce Virgo Maria intrabat, cum candidato *videt B.* Sanctorum Angelorum & animarum coetu, sicut Re- *Virginem* gina circumstante exercitu: chorus ille cælestis decan- tabat laudes Domini, eiusque filio: ipsa quoque vocem suam exercuit in Christi præconio.

2 Per medium chori facta est illa processio: cumq[ue] ventum fuisset ante altare, quælitum est à quibusdam Sanctorum quis haberet Missam celebrare. En, inquit beata Virgo, adest Bonitus Præsul, verè bonus, & fatus dignus cui hoc officium debeat committi. Audiens hoc ille pauebat, & retrahebat se: cuius rei lapis, qui ei cœ- fit, adhuc seruat indicium. Tandem quælitus & inuen- tus, deductus est, & præsentatus illi beatæ congregatio- *Missam* ni; & ministrantibus Sanctis veste nuptiali ornatus est, *subetur* ac diuino altari applicitus. Et postquam dedit in cele- bratione sancti operis operam, ac decenter consumma- uit, beata Virgo valefaciens dilecto suo pro munere cæ- lestem vestem ei dedit. Res est nota satis, & apud Aluer- *Vestem cælestis* *donatur.*

Aluernia quæ dicitur *4* Mons-clarus; & usque hodie monstratur populo vestimentum illud cælestis, cuius materies & contexturæ modus à nullo hominu dignosci potest, & est eximij candoris, miraque levitatis.

3 Alter verò quidam post præfatum Sanctum sortitus cathedralm honoris, sed non sic castigationem ho- nestatis, simile quid se promereri posse mentitus est, & *Alius idem* si in præfati Archangeli basilicâ somniasset. Venit igit- *affilians* tur procax, præsumptuosus intravit illam officinam fo- *punitur.*

mini, sed flagitosum sine flagello dimittens, miraculosè eum à sanctificationis sua domo longè fecit. Facto enim manè reperit se homo in domo sui, & in lecto suo: dehinc exiens ad famulos suos, confessus est mentis sue insanam præsumptionem, nec celavit, quam portabat cælestis repulsa confusionem: scilicet se esse stultum prophetam, & insanum virum spiritualem, iam humilius de se sensit, & in simplicitate cordis Deum quærere cautus fuit.

^a Hoc idem miraculum narrant Surius, Lanouius in Notis, M. Marialius lib. 2. Exempl. cap. 4. Petrus de Nat. lib. 2. cap. 81. Chinius, & alij. Sauaro testatur etiamnum afferari Claromonte casulam S. Boniti, textura admirabilis, que antiquâ eius Ecclesiæ traditione creditur calitus ei à Virgine Deiparâ donata: eamq; rem narrari veteri prologo vita, qui Latinorhythmico descriptus isthac extat; quemq; nos hic dabimus.

^b MS. Vitr. addebat, instante festo Assumptionis B. Mariæ.

& paullo pòst, in nocte Assumptionis.

^c Hui ab antiquo peregrinationem instituti solere docet Sauaro, ex virâ S. Genesij Comita.

^d Duplex hoc tempore Aruernia: superior, montosa; inferior, plana; hac Limania, & Almania dicitur, eiusq; metropolis Clarusmons: illa proprie Aruernia, caputq; ei est S. Flori ciuitas Epijcopalis.

Aruernia
duplex.

DE EADEM CASVLA

Rhythmus antiquus ex MS. Carthus Colon.

¹  Ræsul erat Deo gratus,
ex a Francorum gente natus;
Bonum erat illi nomen,
quod designat bonum omen.

Ille iuxta Dei legem
custodiuit suum gregem,
Sanctitatis dans exemplum, Michaëlis petit templum:
Solus loco in obscuro orat Deum corde puro,
^{S. Bonitus} Tundit pectus, agit cœtus, inter preces fundit fletus.
^{noctu orans} Quæ conuenit plebs abscedit, & ad sua quisque reddit:
^{in templo.} Ille solus ibi iacet, vt diuinæ laudi varet.
Custos loca perscrutatur, ne quis ibi relinquatur:
Hic manere solus audet, nec se capi posse gaudet:
Dum ex corde Deo psallit, perscrutantes seruos fallit.
Hi recedunt, iste orat, culparumque memor plorat.
² Horâ noctis intempestâ dum revolutus sua gesta,
^{audit ca-} Dum amaros agit planctus, Angelorum audit cantus:
^{nentes An-} Oblectatur dulci melo, descendente quasi cælo,
^{gelos.} Iamque verba vocum audit, memorique corde claudit:
Admiratur tanto sono, tam suauis gaudet tono.
Dum precatur Dei numen, videt latè fusum lumen;
Et cælestis adest cœtus, inde virum subit metus.
Angelorum chorus præit, & vexilla sacra vehit.
^{videt D.} Subsequuntur Sancti Dei, quos precantur omnes rei,
^{Virginem} & alios SS. Inceditq; vt festiuia Mater Dei sicut Diua:
Quæ rogata quis cantaret, quisve Missam celebraret?
Bono, inquit, hoc concedo: illum enim dignum credo.
Verba Præsul audiebat, sequi tremens retrahebat,
Ipse lapis cedens ei seruat signum huius rei.

Statim Sancti Bonum querunt, & quæstū inueniuntur,
Quem indutum vestem claram statuerunt contra aram. ^{Missam}
Hic cælesti ueste diues cæli stabat inter ciues: ^{iubetur}
Patriarchæ hunc ducebant, & Prophetæ præcinebant. ^{celebrare,}
Incedebat sic deductus, memor tantum sui luctus,
Et accedens aram petit, quam cum suis ante stetit.
Hic accepta manu purâ ipse Deo offert thura:
Resonabant dulces meli, præcincte tubâ cæli.
Vt diuinum opus dignè vir peregit & benignè,
Virgo Mater viro uestem pro mercede dat cælestem.
Agit grates, reddit vota, laudat Deum mente totâ,
Et quam Virgo sibi dedit, sumit uestem & abscedit.
His occultis ita gestis, crevit fama datae uestis.
Ille quidem nihil celat, sed quod vidit hoc reuelat.

^a Hoc idem miraculum narrant Surius, Lanouius in Notis, M. Marialius lib. 2. Exempl. cap. 4. Petrus de Nat. lib. 2. cap. 81. Chinius, & alij. Sauaro testatur etiamnum afferari Claromonte casulam S. Boniti, textura admirabilis, que antiquâ eius Ecclesiæ traditione creditur calitus ei à Virgine Deiparâ donata: eamq; rem narrari veteri prologo vita, qui Latinorhythmico descriptus isthac extat; quemq; nos hic dabimus.

^b MS. Vitr. addebat, instante festo Assumptionis B. Mariæ.

& paullo pòst, in nocte Assumptionis.

^c Hui ab antiquo peregrinationem instituti solere docet Sauaro, ex virâ S. Genesij Comita.

^d Duplex hoc tempore Aruernia: superior, montosa; inferior, plana; hac Limania, & Almania dicitur, eiusq; metropolis Clarusmons: illa proprie Aruernia, caputq; ei est S. Flori ciuitas Epijcopalis.

^{veste cælesti}
donatur &
D. Virg.

^a Alter quidam credes male pro merito quiddam tale,
Præcessoris ad exemplum, illud quidem petit templum: ^{Alius id}
Intrat solus valde sero, hebetatus multo mero, ^{temere af-}
Et labore longo fessus, graui somno fit depressus. ^{febris cor-}
Hinc aurora lucem dedit, & cum somno mox recedit: ^{ripitur.}
Capiteque mox erecto, se in suo videt lecto:
Signo Crucis se muniuit, thalamoque mox exiuit:
Spectat seruos & salutat, & errare lese putat.
Tandem Præsul in se redit, vocat seruos, & confedit,
Et quod secum fuit gestum suis facit manifestum.
O quam pia, quam benigna, omni quoque laude digna,
Christi mater hæc intacta, per quam sunt tot mira facta,
Quæ sic parcens negligenti sanum reddit sua genti,
Malens illum pœnitente quam pro culpâ mox delere;
Bonum autem vigilantem, nec incassum excubantem,
Sic dilexit, vt cælestem largiretur ei uestem,
Volens eum celebrare opus Dei salutare!

^a Ne quis puret hoc commentū esse, ecce argumentū.

Durat adhuc vestimentum, nullū ferens detrimentum.

Aruernensis virbs perdures, quæ & multos habet ciues,
Orienti tota patens, Occidenti parti latens, ^{Seruatur}
Fama fuit satis clara, belli quippe non ignara: ^{ea uestu, &}
Clarus-mons hæc nuncupatur. Aptè ea reseruatur, ^{ostenditur.}

Illa Boni bona uestis, raro visâ nisi festis.

Sauuissimi est odoris, & nitentis est coloris,

Multæ quoque leuitatis, sed & miræ bæ leuitatis.

Modus vero contexturæ, cuius artis vel facturæ

Sit introrsus & extrorsus, ignoratur quidem prorsus.

Domnus Præsul hoc Herbertus Norwicësis est expertus,

Qui dicebat hanc vidisse, hanc & manu tetigisse.

Ergo qui non credis verè rem, quam dico sic se habere,

Vade & fac tibi fidem, uestem videns hanc ibideim,

Et tunc tibi fiet satis: laudem scire quam non sapis,

Enarrare tunc memento, corde puro & intento:

Verùm ne obliuiscaris stellæ maris salutaris,

Cuius dono non priuatur quisquis ei famulatur:

Ipsiatque Nato eius salus, honor atque virtus. Amen.

^a Auctor coeaus parentem Boniti utrumque ex Romanâ sena-

toriâ familiâ ortum scribit.

^b Petrus de Nat. Est autem eximij candoris, lenitatis & leuitatis. indubie scripserit, leuitatis & leuitatis.

DE S. ABLEBERTO, SIVE EMEBERTO,

EPISCOPO CAMEACENSI ET ATREBATESI.

§.I. S. Emeberti celebris memoria.

INITIO
VIII. SE-
CULI.
XV. IANV.

¹  Vod à Christi ortu septimum fluxit seculum,
id in Belgicâ nostrâ, Sanctorum virorum
multitudine, religionis gloria, præclaris mo-
numentis, naſteriorum fundationibus, florentissimum
fuit. Vix diem unum in negotiis fasti re-
periens, qui non aurea illius etatis nomen aliquod preferat. Illi-
tum spiritu Apostolico prediti Antistites Ecclesiam late propagar-
unt, Amandus, Aubertus, Eligius, Lambertus, alij.

² Emebertum quoque, siue Ablebertum, ex tulere tem-
ti Festum pora, cuius xv. Ianuarii celebratur à variis Ecclesiis memoria.
xv. Ianu.

De eo Molanus in Addit. ad Vuardum: Eodem die Malbodij depositio B. Ableberti, siue Emeberti, Cameracensis Episcopi, qui S. Autbertum in Cameracensi Episcopatu præcessit. Martyrologium Belgicum Henrici Adriani, & Gallicum Leodij excusum: Malbodij depositio S. Emeberti, siue Ableberti, Episcopi Cameracensis, fratris sanctorum Virginum Rainildis & Gudilæ. Eundem Sanctis accensit hoc die Constantinus Ghinius in Natalibus SS. Canonicorum, Philippus Ferrarius in generali catalogo SS. Molanus in Indiculo & Natalibus SS. Belgij; Autbertus Mireus in Fastis Belgicis; Guilielmus Gazeus in historiâ Ecclesiastica Belgij, cum in dicem texit Sanctorum, qui in diœcesi Cameracensi coluntur, rursum q

Ex v.a. rursumq; cum Episcoporum eiusdem urbis catalogum; Ferreolus
R. 116. Locius in Chronicō Belgico, ubi hac de eius reliquis: Est verò
 Malbodium Aduaticorum oppidum (Neriuorum portus
 dixisset, & distat tribus dumtaxat leuis à Bauaco Neriuorum)
 in quo Canonicarum Ecclesia, quæ hodieque sacro
 S. Ableberti pignore lætatur, eiusque solennia annuè
 colit. Eiusdem meminit Andreas Sauvaius in Martyrol. Galli-
 cano hoc die, Heribertus Rosveydus noster in vernacula historiā
 Belgij, Christianus Massaeus lib. 12. Chronicor. Aegidius VVaul-
 daus in Gallicā historia SS. Binchiensium lib. 8. cap. 6. & varia
 Kalendaria.

C. 13. 3 De eo in quodā MS. Carthusie Bruxellensis ad xiiii. Martij
Marij: ista habentur: Eodem die S. Emeberti Episcopi Camera-
 censis, confobrini D. Waldestrudis. In eodem MS. ad xix.
ac 19. Martij
Maij: 4 Solet eius Festum, teste Molano, olim ita Malbodi peragi,
olim etiam ut nouem Lectionum media tres effent de S. Mauro Abate, re-
18. Octob. liquae de Ableberto. Rursumq; Festo S. Luca xviii. Octobris
 habebat commemorationem. At nunc Breuiario Malbodiensi ad
 Romanī norman conformato, fit quidem xv. Ianuarij officium
 semiduplex de S. Ableberto, cum nonā de S. Mauro Lectione,
 dilato in alium non impeditum diem S. Pauli Eremita Festo.
 At xviii. Octobris fit S. Aldegondis Virginis, non Ableberti,
 commemoratio. Verisimile est utriusque eo die factam olim ele-
 uationem vel translationē aliquam aut altaru consecrationem.
 Fortassis duabus illis diebus xiiii. Martij, & xix. Maij translatio
 facta aliqua reliquiarum S. Ableberti.

S. II. S. Emeberti parentes, sorores.

s. ius patria, **parentes,** **sorores:** **vita san-**
ditatis: **miracula:** **donationes**
sacra **mors:** **translatio:**

Baldricus Tornacensis Episcopus in Chronicō Cameracensi
 de S. Ableberto hac scribit: Post Bertoaldum succedit
 B. Ablebertus, qui ita in catalogo Episcoporum nomi-
 natus, ab incolis verò & vicinis Emebertus dicebatur.
 Hic ex Bracbatensi pago oriundus; parentibus siquidem
 & vita & generis dignitate clarissimus, patre videlicet
 VVitgero Comite, sancto viro, atque Amulbergā matre
 editus est. Cuius etiam quatuor sorores fuerunt hæc,
 Reinildis, Sarachildis, Ermelindis, beatissima quoque
 Guodila, iunior aetate, sed non minus præstantior sancti-
 tate. Quæ profectò antequam nata, ab Angelo beatissi-
 ma matri nuntiata, dies suos bonis operibus vincere
 studuit, multisque virtutibus & miraculis, ut ipsius vita
 liber insinuat, coruscavit. Qui etiam liber Ablebertum
 Pontificem & mīrā sanctitate clarum protestatur, &
 morum ingenuitate conspicuum: quod nec dubitan-
 dum, præfertum cum & tam sanctis & tam magnificis
 natalibus ortum. Hic nimis prælibata sororis, nem-
 pe Guodilæ, iam triduo sepulta, tumulum à latrone pe-
 stifero violatum audiens, ingemuit, latronemque ana-
 thematis vinculo innodauit: imò etiam exerta impre-
 catione, ut signis fatentibus saltem posteros non lateret
 obtinuit: hoc modo sanè, ut si vir esset, claudus vel quo-
 libet modo debilis fieret; si femina, vitio, quod vulgo
 dicimus gutteriam, semper non careret. Et hoc mirabile
 dictu: namque omnem ipsam progeniem hæc ita postea
 habere, liber ipse faretur. Vnde datur intelligi virum al-
 tioris meriti extitisse.

6 Fuit autem huic, ut ferunt, præmium, quod Marti-
 nas dicitur, familiis quidem & rebus circumfluis locu-
 pletissimum; de quo Dei genitricis Ecclesiam heredem
 fecerat: sed nescimus quā causā, nisi infestatione pa-
 ganorum, amiserit. Hic superueniente die suæ vocatio-
 nis, in eodem pago, villā videlicet quam loci habitato-
 res Ham dicunt, defunctus, migravit à mundo, illucque
 sepultus. Deinde ad Martinas deportatus: postea verò
 ad Melbodium translatus; ibique nunc quiescens, resur-

rectionis diem expectat. Hattenus Baldricus. An Berhoalda,
 an potius S. Vindiciano succederit S. Ablebertus, examinabit-
 mus S. 4.

7 De B. VVitgero, & S. Amalbergā, illius parentibus,
 agemus x. Iulij. S. Reinildis Virginis & Martyris vitā dabimus
 eiusdem Iulij xvi. in quā & S. Emeberti mentio fit. Sarachil-
 an S. Pha-
 dem vulgè omnes Pharaildem esse censem, cuius vitā dedimus raildu eius
 iv. Ianuarij. Verū illa Theodorici Regi Austrasia filia fuisse
 dicitur: nisi binominū extiterit VVitgerus, Rexq; isthic dicatur,
 quid opulentus & illustris vir fuerit. Nam bū nuptam fuisse
 S. Amalbergam non est verisimile, cum à parentibus cogi ad
 nuptias debuerit, ut suo loco dicemus. Theodorico filio Childe-
 bereti Burgundie ac deinde Austrasia Rege natam fuisse Pharail-
 dem scribit Massaeus Chronic. lib. 12. sub finem. Verū cùm hic
 anno 613. obierit, & legitimā vxore caruerit; non posset illa
 Pharailda S. Amalbergæ castissima matrone, dici filia. Sororem
 tamen fuisse Gudila Pharaildem tradit Hubertus in eius Vitā
 viii. Ianuarij, his verbis: Habuit sorores sanctitate famo-
 sis, videlicet Reinildem atque Pharaeldem, germanum-
 que fratrem S. Emebertum Episcopum Cameracensem.
 Cùm S. Reinildis sorores recensentur xvi. Iulij, in quibusdam
 exemplaribus S. Pharaildis expunctum est nomen.

8 Si soror fuit SS. Emeberti, Reinildis, Gudila, aliqua Er-
 melindis, qua hic Ermelindis appellatur, alias fuisse necesse an S. Her-
 est ab eā quæ xxix. Octobris colitur Meldarie Louanium inter ac melindis
 Hugardiam. Fuit enim ea 48. à morte anno elevata à B. Pipino
 Duce: vnde liquidò patet, ante annum 600. obiisse, cùm ipse anno
 646. decesserit Pipinus, vt xxi. Februarij dicemus. Quare circi-
 ter 80. annis Gudila senior fuit Hermelindis: quas proinde vnā
 matre natas nemo facile crediderit. Breuiarium Malbodiense pro
 Ermelinde Ermelindrem habet S. Emeberti sororem, de quā
 sequenti.

9 S. Gudila, sive Gudula, aut, ut hīc appellatur, Guodila S. Gudila
 colitur viii. Ianuarij Bruxellis, vbi magna ei dicata est basi- quando
 lica. Obiisse videtur circa annum 712. vt in Chronicō Belgico
 tradit Autbertus Mirae, & nos viii. Ianuarij diximus; aut for-
 tas aliquantiū citius, seriusve. Pœna sacrilegis sepulchri virgi-
 nei violatoribus à S. Emeberto inflicta, aliter paullò atque hic,
 resurit in vitā S. Gudila cap. xi. Imprecatum videlicet, latā ex-
 communicationis Ecclesiastice sententiā, sanctissimum virum, vt
 non solum viri, sed & femine illius consortes flagitij, eorumq;
 posteri altero poplite claudicarent, feminae præterea gutteriā la-
 borarent. Est verò gutteria, vt annotauit Coluenerius ad hoc
 Baldrici caput, que alibi gutturnositas dicitur, vitium gut-
 turis.

10 Quidam S. Emeberti fratrem aiunt fuisse S. Gangul- an S. Gan-
 sum, sive Gengulfum, Martyrem, de quo xi. Maij agemus. gulfu eius
 Burgundio gente fuit, & Pipino militauit; si Breui, vt vulgè frater
 afferunt, longè post Emeberti etatem; si Craffo, equalis ei qui-
 dem fuit Emebertus, sed qui fratres hos vocet, antiquorum vidi-
 mus neminem. Inde fortassis ex vulgi sermone error natus, quid
 Gangulfum Belge Gengoul, Gudilam Goul, sive sainte
 Goul vocent: vt qui audiēre Emebertum fuisse sanctæ Goul
 fratrem (quod sapè rudibus vnuenit, vt militibus illis, qui pro
 Eloï sive Eli, Eliam inuocari à Christo in cruce arbitrabantur)
 sancti Gengoul fratrem existimarent.

11 Longius ab omni abest veri specie, quid S. Venantij (qui an S. Ve-
 regnante Pipino à latrone trucidatus est non procul Ariā Artefia nanius
 vrbe, quo loco nunc S. Venantij municipium est) frater fuisse Eme-
 bertus dicitur. Fuerintne Venantius & Gengulfus germani, non
 liquet. Nam neque id à maioribus traditum, nec de Gangulfo,
 vt dixi, certò constat etate.

S. III. S. Emeberti vita ex Breuiario Malbodiensi.

12 Breuiarium Malbodiense in 2. nocturno, ex Baldrici chro-
 nico Cameracensi & MSS. Ecclesie Malbodiensis concin-
 natas has exhibet de S. Emeberto Lectiones:

S. Ablebertus, qui & Emebertus, ex Brabansiensi ter-
 ritorio, villā dictā Ham, parentibus vita & generis di-
 gnitate clarissimus, patre videlicet VVitgero Comite,
 sancto

S. Emeber- sancto viro, & matre S. Amulbergā editus est. Cuius etiam quatuor sanctae sorores fuerunt. Reinildis, Sarachildis, quae alio nomine Pharaildis, Ermentrudis, & Gudila. Post transactos in timore Domini pueritiae annos, factus est adolescentis vultu præclarus, suavis eloquio, benignus animo, simplex, humilis, obediens, deuotus, & omni morum probitate conspicuus, scandens quotidie de virtute in virtutem, & magis ac magis se erigens in Dei seruitatem.

*in virili-
tate.*

13 Post hæc secessum amans, & hominum secularium vitans consortia, seipsum in compunctione cordis, orationibus, vigiliis, ieiuniis, & lacrymis exercens, Deo commendabat. Contigit interea Bertoaldum Cameracensis Ecclesiæ Episcopum Deo dignum, animam bonorum actuum floribus adornatam in cælum dirigere: post cuius decepsum ad eandem Sedem Pontificalem Ablebertus, Deo disponente, assumitur. Quem adeptus dignitatis apicem, dici non potest, quām tum excreuerit culmine sanctitatis, instar lucernæ supra candelabrum positæ, optimè respondens sanctis & clarissimis natalibus, quibus ortus fuerat.

14 Cum autem diœcésim suam visitando obambularet, & diuini verbi semina spargens, animarum lucra Deo recondere, vt contemplationi cælestium liberius vacaret, ad locum natuum nonnihil secessit: ubi cùm iam Deus eum pro laboribus suis remunerare decreuisset, membra ipsius modicâ febri pulsari cœperunt. Superueniente igitur die vocationis suæ in prædicto pago Ham defunctus migravit à seculo, illicque sepultus est. Deinde ad Martinas deportatus, posteà Melbodium est translatus: ibique nunc quiescens in ecclesiâ Dei genitricis Mariæ & S. Aldegondis Virginis, diem resurrectionis expectat.

15 Hæc Malbodiense Breuiarium. Prater sancti viri commemorata hic decora, tradit Egidius VVauldeus fuisse eum haud vulgari prædium eruditione. Ham non oppidum est, vt idem patuit VVauldeus, sed pagus haud procul Viluordia Brabantia oppido. Quenam sit Ermentrudis, que hic dicitur Emeberti soror, non satis assecurum. Ermentrudis enim, siue Irmentrudis, cognata S. Irmgardis Zutphanienis, aliquot seculis Emeberto junior est. Ecentrudis Virgo, neptis aut soror S. Ruperti Episcopi Salisburgensis, qua xxx. lunij colitur, ex regio Francorum orta sanguine proditur, nec ab Emeberti procul distat etate, nisi aliquantò soror senior sit, cùm circa annum 623. ducta in Baioariam sit à S. Ruperto, qui anno 628. traditur obiisse.

§. IV. S. Emeberti etas, sedes.

16 *S. Autberti* decessorem fuisse S. Emebertum tradit Baldricus iam citatus, Fulbertus in Autberti vitâ XIII. Decembr. Molanus in Indiculo SS. Belgij, Autbertus Mireus in Fastis Belgicis, Ferreolus Locius, Gualdinus Gazeus, Heribertus Rosveldus noster, Demochares lib. 2. de diuino Missæ sacrificio cap. 15. Claudius Robertus in Gallia Christiana, Saussaius, aliq. Fulbertum omnes Baldricum fecuti.

17 At sorori sua S. Gudila superflitem fuisse S. Emebertum, & ipsem, vt iam vidimus, fatetur Baldricus, & ex S. Gudila vita constat. Gudila autem à S. Gertrude suscepta de sacro fonte, atq. in eius contubernio litteris & pietate instituta est. At Gertrudis obiisse traditur anno atatis 33. XVI. Kal. April. diu quando die Dominicâ, anno vel 659. vt volunt Bucherus noster & Miraeus; aut potius vt habet Sigebertus 684. quo eadem dies XVII. Martij Dominicâ fuit. Nam si anno 659. ergo matri Itta, siue Iduberge, (que 12. a marii morte vixit annos) solam 10. mensibus superfltes fuit; cuius contrarium in vita innuitur. Deinde commemorato consilio parentis de eâ cuidam Duci Austrasiæ desponsanda, dicitur post annos 14. pater obiisse: quod de 14. annis etatis ipsius Gertrudis accipiendo videtur; vt nimirum fuerit anno Christi 646. Clodouei II. tertio, quo Pipini obiit, anno 14. non verò quod ab eâ sollicitatione anni fluxerint 14. Si enim ad illos 14. adiiciamus alios 13. annos, quot à morte Pipini usque ad annum 659. lapsi sunt, efficiuntur anni 27. illudq. fateri necesse erit, Gertrudem fuisse sex dumtaxat annorum cùm

eam Dux ille sibi coniugem depoposcit, quod nemo, opinor, dixerit, cùm & in Orientalem Franciam fugisse tum, & alia egisse tradatur, que projectiore fuisse eam, minimum 10. aut 11. annorum persuadeant. At iuxta nostrum calculū constant omnia. Fuerit anno 646. annorū 14. addantur 18. & quod excurrat usq. ad XVII. Martij anni 664. habebimus 33. annum inchoatum.

18 Sed virumvis computum square, cùm ea Gudilam sufficeret, insistereturq. non potest Gudila ante annum 645. dici è S. Gudila vita exceſſe; quo tamen anno multi è citatis ante auctōribus quando S. Emeberti obitum consignant. Adde, quod, vt in eius vita diximus, quo tempore ex Ham pago in Morzelam translatum est S. Gudila corpus, tempore Caroli Magni, qui regnare cepit anno 768. aderat quidam qui eam adolescentis nouerat. Deinde S. Amalberga à S. Autberto, quem volunt Emeberto succēſſe, velata est vivente albus Gudilâ, qua cum Reinilde sorore, vt in huius virâ refertur, Laubias projecta est, vt reliqua sibi à parentibus facultates Deo iſthic & S. Petro offerent: cùm ante S. Autberti Episcopatum mortuam Gudilam fateri debeant qui contraria sentiant.

19 Denique confici hinc videtur, quod ante diximus, ultra annum 700. vixisse Gudilam; & vt habet citatus ante codex, non Bertoaldo, sed S. Vindiciano succēſſe Emebertum. Et fortassis idem est Hildebertus ab eodem Baldrico & aliis appellatus. Haud enim multum ab ludic nomen, quod alij aliter efferunt: nam præter eos, qui Emebertum, Embertum, Emobertum, Emeberis variè extempsum Sausaius Adelbertum appellant; MS. §. 2. citatum, Hildebertum; Claudius Robertus, Adelbertum, Albertus, Emelbertum; Demochares Ablebertum & Adebertum.

20 Et sanè apud Tornacum, vt scribit Molanus in Nataibus, est pagus S. Aldeberti, qui mons Sanctæ Trinitatis vulgo appellatur. Pagum autem Pastor sic vocari afferit, quod S. Aldebertus Episcopus Cameracensis ibi habuisse creditur. Afferunt & Festum suâ in ecclesiâ celebrari. Hic fortassis est Aldebertus Abbas, qui testamento S. Amandi anno 2. Theodorici Regis subscripsisse legitur; qui vel ad predicationem Euangelij, vt alij eodem tempore, Episcopus est consecratus, vel mortuo S. Vindiciano ad Cathedram Cameracensem & Atrebatensem electus est. In MS. quodam Kalendario SS. Ordinis S. Benedicti ad 17. Martij isthe legimus: Ipso die S. Adelberti Abbatis. Hic ipse est fortassis de quo agimus.

21 Animaduertit doctissimus Molanus implicatam hic rationem temporum; nec satis, quod de S. Emeberti Episcopatu pronuntiaret, in promptu habuit. Ita namq. scribit: Quod verò ad Episcopatum attinet, in catalogo Episcoporum Cameracensium ponitur antecessor S. Autberti; sed in Raineldis historiâ & alibi, quædam de Autberto legenduntur, ex quibus consequi videtur Ablebertum aut succēſſe ei, aut saltem parem fuisse, Coëpiscopum videlicet, vt tunc ad fidei propagationem plures fuerunt. Quod qui volet, pressius consideret.

§. V. S. Emeberti mors, reliquiae, cultus.

22 *M*ortuus est, vti §. 2. & 3. diximus, in pago Ham Emebertus, atque ibi sepultus. Translatum deinde corpus eius ad Martinas, siue Marcinas, pagum, quem Ecclesia Camerensi donarat. Vbi situs hic pagus sit, faterur Cbluenerius se ex Cameracensibus Malbodiensibusq. Canonice perquisisse, nec pagus ubi quidquam assecutum. Molanus quoque nihil se de eo compriſſe scribit. Suspiciatur Egidius VVauldeus, aliq. viri eruditii Marpinas esse legendum. Extat enim Marpen pagus ad Sabim leucâ distans Malbodio, ubi aliqua videtur eius supereſſe memoria. Dicata iſthic est ecclesia S. Maria, fortassis, quia, vt coniicit VVauldeus, Ecclesia S. Maria Cameraci cum pago tradita erat. Nobis probabilius videtur Martinas in agro Brabantensi sita fuisse. Indicat id Baldricus, qui iniuit prædium Martinas & villam Ham in eodem pago, siue ditione fuisse. Ex vita S. Gudila cap. 2. diximus ades parentum eius à Morzellâ duorum circiter milliarium interuallo abfuisse. Tantum ferè à Morzellâ distat municipium Merchten in ditione Alostanâ: quod Martinas esse, haud temere quis coniicias.

23 Mar-

Ex v.a- 23 Martinio deinde, (incertum quā causā, an ob hostiles in-
riis. curiones, vt tutiū afferuarentur, an ad maiorem venerationem)
Reliquia S. Malbodium deportata sunt eius reliquiae, atque humo, (an vt pri-
mū allata sunt, an postea alia occasione, non liquet) defosse.
Sed, vt testatur qui S. Aldegondius vitam Gallie scripsit Basiliodes
Athenis Capuccinus, altare in veteri Ecclesiā SS. Aldegondia &
Emeberti noniū honoriq; dicatum est. S. Antūs ille Abbas La-
tēnsium Antonius VVinghius, meo pricipē hortatus, perquiri
S. Emeberti ante annos aliquot reliquias curauit, resso altè
paumento omni chori ecclesiā Malbodiensis. Nihil tamen inueni-
tum est; Sancto nimurū in aliud tempus sū corporis manifes-
tationem differente, vt homines tot aduersis, que interim perpe-
sunt, eruditis, magis ad dona celestia, qua vberim inuentis San-
ctorū pignoribus conserri solent, idonei fiant. Mentio sit corporis
S. Ableberti xxx. Ianu. in 3. Vitā S. Aldegondis Virginis nū. 12.

24 Hec paucula de S. Emeberto ē variū collegimus, tām
vitam nusquam asequi posuerimus, quam nec Baldrico vīsam
facile est ex eius verbis colligere. scriptam tamen olem fuisse patet
ex S. Raineldis sororiā eius vitā, vbi cap. i. hac habentur: Ex hac Vita S.
ergo (Amalbergā) dedit ei (VVitgero) Deus sobolem san- Emeberti
ctissimam Emebertum, postea sanctæ Cameracensis Ec- olim scri-
clesia Pastorem beatissimum, cuius gesta plena virtuti-
bus atque miraculis in eadem Ecclesiā vīque in hodier-
num diem florent: tresque (quedam MSS. duasque) filias,
quarum una Gudila, altera Rainildis vocabatur, & tertia
Pharaildis, vt in vitā B. Gudila habetur. Hec postrema, Et
tertia, &c. absunt ab aliquibus MSS. Et sanè sole deinceps Rai-
nildis & Gudila memorantur. Illud postremò ad Sancti gloriam
facere videtur, quod haud pauci in Belgio, Teutonico presertim,
Emeberti, sive Emeberti nomine appellantur.

DE S. MAVRO, SIVE MORTVO-NATO,

EREMITA HVI IN BELGIO.

XV. IANV.
S. Mauri
natalis.

xv. Ianuarij
women.

atua incer-
ta.

16.

Hvi, antiquo Belgij oppido ad Mosam flumen, colitur
natus, quia mortuus in lucem venit, verū ad edicu-
lam, vt vulgā traditur, Beata Virginis de Vineā delatus, isthac
vita redditus est. Alij Sancte-mortuum, alij Sanctum-
mortuum appellant. De etate certi nihil constat; nisi quid
nonnulli S. Begge temporibus vixisse volunt. Christiano seculo
septimo exeuntes, sive ita illi coniscunt, sive à maioribus didice-
runt. Bartholomeus Fisen noster in Historiā Ecclesiā Leodiensis
lib. 6. num. 8. ad annum Christi 909. illius meminit, non quid eo
tempore vixisse fidem faciat, sed quia de S. Mengoldo itidem
Huenfsum Patrono, de quo nos VIII. Februarij, sermonem isthic
fecerat.

2 De eius vitā ac miraculis nihil eruimus, prater ea quae ex
litteris Godefridi Petiti Pastoris Ecclesie, in quā S. Mauri cor-
pus quiescit, edidit in Natalibus Sanctorum Ioannes Molanus.
Nec alia tradidit citatu Leodiensis historia scriptor, nisi pauca
miracula, hac de miraculis, quae & nos aliunde didicimus. Pluribus olim,
inquit, clarunt miraculis. Sed & nuperrim cùm paucorum
annorum decursu ter Hoiolus amnis ita intumuif-
set vt vniuersum templi paumentum perfunderet, S.
Mauri sepulchrum numquā attigit, nec in illud pene-
travit, quamquā rimis pateret non exiguis.

3 Extat Sancti huius nomen non solum Martyrologio Bel-
gico inscriptum, sed & Gallicano Andrea Saussaij, qui rursum
in Supplemento eum refert. Meminit quoque illius Ferrarius.

V I T A

Ex Io. Molani Natalib. SS. Belgij.

S. Mauri
mortuus
natus,
fuscatus,



Vij, natalis S. Mauri Confessoris. Qui,
vt à maioribus accepimus, in circum-
uicinis locis & Andanensis natus est
& mortuus: sed diuinā permissione
recepit vitam, & in baptismate dictus
est Mortuus-natus, vulgariter Mort né. Superuixit au-
tem, vitam agens modestam, cum hominibus rudibus

b in siluis, p̄stans eis auxilium in conficiendis b carboni-
feremita. nibus ligneis. Tandem in siluis circa Andanam eremi-
ticam vitam elegit, in quā sancte extremum vitæ suæ
diem concluist.

2 Cùm autem vltiū à nullo videretur, vicini dili-
genter eum quæsuerunt, & mortuum & inuenierunt.
Cuius corpus cùm Andanam vehere vellent, equi diui-
no nutu & refragabantur: cùm autem Huius dirige-

rentur, absque omni difficultate progressi sunt vsque ad **Eius corpus**
parochiale ecclesiam S. Ioannis Euangelistæ; in quā **divino nō**
corpus eius honorificè terrā inhumatum iacet, in nauī **tu Huum**
ecclesia, inter duas columnas. Superiū visitur ipse in
imagine ad modum Eremitæ, pedibus nudis, crinibus
sparsis in humeros, & tate, vt appareat, octogenarius, ve- **Eius ima-**
gestans spheras precatorias cum baculo eremitico, in
finistrā librum habens; in capite portans biretum, quale
Frates Minores sub cucullā gerunt; barbam habens ob-
longam, pīctam aureo colore. Inferiū corpus eius lapi-
de tegitur: supra quem alius lapis, in modum altaris, **contra quos**
columnis innititur: in quo reponuntur offertoria pere- **morbos in-**
grinorum, qui eō quotidie deuotionis gratiā confluent, uocetur.
vt à calculo, à dolore capitis, dentium, tibiarum, & ab
aliis morbis liberentur. Offeruntur autem ex ferro vel
cerā tibiae, corona, brachia, item compedes, sal, nummi, **Anathē-**
gallinæ, pulli, & similia, quæ prīcis temporibus in **mara ei**
maiori copiā, & cum maiori deuotione offerebantur, **oblata.**
quā nunc, quando pluribus erga infirmos clarebat
miraculis, quā nunc decrescente deuotione sunt ratio-
ra. Inde autem vir sanctus apud suos, à tempore omni-
bus ignoto, celebris est: & Pastores in die S. Mauri Ab-
batis memoriam eius celebrant, officium legentes com-
mune de Confessore non Pontifice. Capitulum quo-
que Huiense, quando Pastore Ecclesiæ, in quā quietit,
instituit, nominat eum in litteris institutionis, Pastorem
Parochialis Ecclesiæ BB. Ioannis Euangelistæ & Mauri.
Hæc sunt quæ à Pastore Ecclesiæ eius accepi.

3 Ne quis autem nomen miretur. Litterati quidam **Cur Mau-**
rus dica-
eum Sancte-Mortuum: alij Sanctum-Mortuum vocant. **f**
Rectiū Renarum dixissent: quomodo S. f. Maurilius
puerulum à se resuscitatum nominavit, qui ei postea
in cathedrā Andegauensi succedit. Vulgus eum pro
Sainct-Mort, vocat Sainct-Moor: vnde Clerus, eorum sim-
plicitatem sequens, Maurum vocat: & cùm obitus dies
nesciretur, in die S. Mauri Abbatis, memoriam eius cum
plebe celebrare voluit. Dedicationis autem festum in-
cidit annuē in Dominicū diem Rogationum.

a De Andanā, & condito isthac à S. Boggā Canonicarum colle-
gio, agemus ad illius vitam 17. Decemb.

b Patrem quoque illius tradunt carbonarium fuisse.

c Iunctū manibus, scipioni incumbentem, ut narrant.

d Imò nullis impelli stimulū poterant, ut scribit Fisen: at sibi

relicti, Hoium se conuerterunt.

e Brachiorum quoque; item chiragrā, podagrā, paralysī.

f Colitur S. Maurilius 13. Sept. S. Renatus 11. Novembr.

DE

DE S. C E O L V L P H O

REGE, DEIN MONACHO, IN ANGLIA.

SECVLO
VIII.
XV.IANV.

Vimber mobile Anglia estuarium est ad Vri,
sive Ouse fluminis ostia; quod Ptolemeus
A. 870 dicitur ēn Colas, dixit, Abi flumi-
nis ostia; & facta vox utraque ab aber-
voce Britannica, qua huius ostium signifi-
cat. Quae ab Humber versus Scotiam portenditur regio, ab eo

*Northum-
bria* Nordan-Humbria, seu Nort-Humbria est appellata; amplum in heptarchia Saxonica regnum, & quandoq; in duo diui-
sum, Deiorum & Berniciorum. Minus late nunc Nort-
humbrica nomen patet, à Dunclenensi ditione ad Scotie confinia
(que & ipsa Anglia olim paruere) porrectus Comitatus.

*S. C eo-
lphus* 2 Nordan-Humbriæ multi extiterè Reges in: Calitum
tabulas dein relati, Edwinus, Oswaldus, Owinus, & ipse
Osfrini interfector Osfrinus; quibus accensi Ceolulphus
debet, sapientissimus Rex primum, dein monachus religiosissimus.
Huic genus illustre, ab Idæ primo illius prouincia Rege, qui circiter
annum 550. vixit, propagatum. Ita VVestmonasteriensis ad
an. 730. Fuit autem Ceolwlfus filius Cuthæ, qui fuit
Cuthwini, qui fuit Lethewaldi, qui fuit Egwaldi, qui
fuit Aldelmi, qui fuit Ogæ, qui fuit Idæ. Eadem ferè habet
Florentius VVigorniensis & Henricus Huntindoniensis.

*decessore
adopatur;* 3 His ille ortus maioribus, sed multò sapientiæ ac pietate
clarior, Nort-humbriæ regnum accepit, adoptante Osrico. Ita
VVigorniensis ad an. 729. Osricus Rex Northanhimbriæ
vitæ decessit, & fratrem Kenredi Regis, qui ante
se regnauerat, Ceolulfum sibi hæredem fecit. Idem tradit
Huntindoniensis, & Ranulfus Cestrensis. Pleniùs aliquantò Mal-
mesburiensis lib. i. de gestis Reg. Anglor. Habuit, inquit, Alfridus
successorem filium Osredum octo annorum puerum
qui annis 11. regnum inumbrans, turpemque vitam
sanctimonialium stupris exigitans, tandemque cognatorum
insidiis cæsus, eamdem fortunam in ipsos refudit. Siquidem Kenredus duobus, & Osricus 11. annis re-
gnantes hoc tantum memorabile habuerunt, quod Domini sui, licet meritò (vt putabant) occisi, sanguinem
luentes, fœdo exitu auras polluere. Meruit sanè, quod
latior abiret Osricus, multumque, vt Gentilis ait, aliis
iactantior umbris, quod Celwlphus Kenredi fratrem
viuens sibi successorem adoptauerat. Conscendit igitur
tremulum regni culmen Celwlphus, ab Idæ septimus &
idoneus. Fallitur ergo Harpsfeldius, qui sec. 8. cap. 21. scribit
Ceolulphum ab Ostredo successorem designatum.

*regie
dotius;* 4 Porro Ceolulphum idem Malmesburiensis scribit, & idoneum ad cetera fuisse, & cui, inquit, non decesset litterarum peritia acri animo & alacri studio comparata. Vadatur sermonis mei veritatem Beda, qui eo tempore, quo maximè scaturiebat litteratis Britannia, huic potissimum Anglorum historiam eliminandam obtulit, eligens nimis in illo auctoritatem bene dicta roborandi, propter imperium & scientiam; perperam dicta emendandi, propter ingenium. Beda verba sunt haec: Gloriosissimo Regi Ceolulpho Beda famulus Christi, & Presbyter. Historiam gentis Anglorum Ecclesiasticam, quam nuper edideram, libentissime tibi desideranti, Rex, & prius ad legendum ac probandum transmisi, & nunc ad transscribendum ac pleniùs ex tempore meditandum transmitto; satisque studiuri tuæ sinceritatis amplector, quo non solum audientis Scripturæ sacræ verbis aurem fedulus accommodas, verum etiam noscendis priorum gestis siue dictis, & maximè nostræ gentis virorum illustrium, curam vigilanter impendis. Siue enim historia de bonis bona referat, ad imitandum bonum auditor follitus instigatur, seu mala commemoret de prauis, nihilominus religiosus ac pius auditor, siue lector, vi-
tando quod noxiuum est ac peruersum, soleritius ad exequenda ea quæ bona ac Deo digna esse cognoverit, accenditur. Quod ipsum tu quoque vigilantissime depre-
Tym. I.

hendens historiam memoratam in notitiā tibi, simul
& eis quibus te regendis diuina præfecit auctoritas, ob
generalis curam salutis latius propagari desideras.

5 Eam historiam & diligenter peruvuit Ceolulphus, & singularem ex eâ, quod Auctor optabat, utilitatem percepit. Ita Henricus Huntindoniensis: Hic est Rex ille, cui Beda vir *cuius p-*
sancus & venerabilis, vir ingenij florentis & Christi aione, philosophus, Ecclesiasticam historiam Anglorū scriptis. Quà Regi missā quantum profecerit, finis beatus Regis ostendit. Hac ille lectione & se ad regnum etiam abdicandum excitauit, vt mox dicemus, & ad ferendos fortiter aduersos casus mentem ipse suam confirmauit. Nam, vt Harpsfeldius ait, eius regni primordia atque progressiones, videntur multis rerum aduersarum difficultatibus implicata. Testatur id VVestmonasteriensis ad an. 733. Ceolwlfus Rex, inquit, captus, attorsus, & remissus est in regnum.

6 Denum Ceolulphus, vt scribit Malmesburiensis, citra
grauitatem Christianam æstimans terrenis negotiis immori, post octo annos regni Regem extens, in Lindis-
farnensi cœnobio monachicum habitum accepit; anno,
vt habeat VVigorniensis, 738. Fuisus eam rem prosequitur Hunt-
indoniensis: Ceolwlf igitur, cum saepè viuenti Beda col-
loqueretur, & saepè ante mortem eius & post mortem
historiam eius ad se scriptam oculis adhiberet, cœpit
diligenter Regum singulorum facta & finem secum
discutere; videlicet luce clariss., regna terrena & res
humanas cum labore perquisiri, cum timore possideri,
cum dolore amitti. Et quia quibusdam minus callidis,
vel ætate teneris, videntibus temporalia pulsa & de-
lectabilia, cum audierint prædicari ea deserenda & tem-
pore, videtur fruolum & contra rationem, quia
nondum percepunt quomodo mordeant mundi di-
uitiae, quomodo ad nihilum deueniant, & fructum tan-
dem nullum nisi seram pœnitudinem generent, horum & alii
nil Regem calleantem & expertum impediens. Sen-
tientiam rati-
serat enim in seipso, regnum sibi cum labore fuisse per-
quisitum, cum timore possidit: soluit verò cum dolore amittere. Sponte igitur diuinarum non seruus sed
dominus, quasi magnus viles abiecit. Maximè autem
accenderat eum, quod cum pueri vel mulieres, vulgusque,
vel etiam diores, profiserent ad eum conspicien-
dum & eius beatitudinem mirandam, ipse horribilibus
curis necis, & prodigionis, & multimoda calamitatibus,
intus cruciabatur, & animo & corpore decoquebatur:
cumque alii iudicarent eum beatissimum, ipse, qui solus
aiunt sui secreta nouerat, iudicabat sé miserrimum.
Cum ergo paruo spatio, id est, octo annis regnasset, per-
maximiū visum est ei, & valde anxiatus est, qtd tanto
tempore vitam suam amiserit, curis vanis & disciplinis
fragilibus deditam: reliquum autē saltim vitæ sua non
errore stultitiae, sed sapientia & utilitati propriæ di-
care certauit: exemplumque assument ex historiā beati
viri prædictæ, sex Reges fortissimos vir verè fortissimus & exter-
prosecutus est; scilicet Edelredū Regē Merce, & Centre-
pli-
dum successorē eius, nec non Cedwallam Regem West-
sexæ, & Ine successorē eius; sed & Sigebertum Regem
Estangle, qui monachus effectus est, quem postea Peada
occidit; & Sebbi Regem Estsexæ, qui monachus effectus
diem iucundum mortis sua præuidit, vidit, & gauifus
est. Isti non deuorarunt substantias suas cum meretriciis regno se-
bus, sed eunt cum dolore semina sua seminauerunt, vt abditaris;
venientes veniant cum exultatione, suos Deo manipu-
los afferentes. Compleuit ergo Ceolwlfus hebdomadā
Regi perfectiū, & habitu monachali suscepit, capiti
eius corona de lapide pretioso imposita est à Domino.

7 Ranulfus Cestrensis de loco ubi monachicam vitam pro-
fessus est à ceteris auctoribus discrepat, ita scribens ad annum 738.

Yyy
Ceo.

P X V A-
R I I S.
& fit in
Lindisfar-
ne mona-
sterus:

Ceollwlfus Rex Northumbriæ post octauum regni sui annum relicto regno Egberto patrueli suo effectus est monachus in cœnobio Bedæ. Harpsfeldius Ranulphum *scutus ait*, in Bedæ cœnobio, aut ut quidam scribunt, in Lindisfarnensi, monasticam vitam professum. *V Vigor-*
nensis, Malmesburiensis, Houedenus, qui in monasterio Lindis-
farnensi factum monachum scribunt, longè Ranulfo potiores. De
S. Beda monasterio, constructo à S. Benedicto Biscopio in loco qui
Giruum, nunc larrow dicitur, ad ipsum serè Tinæ annis
ostium, egimus 12.Ianu. ad S. Benedicti vitam num. 9. De Lin-
disfarnesi, Lindi annis, vel potius riui, obiectâ ostio insulâ, qua
nunc Anglia Holy-island, id est sacra insula, dicitur, agemus
alibi sapè, præserium 20. Martij ad S. Cudberci vitam, & 31. Aug.
ad S. Aidani.

monachus
re vinum
concedatur
officis:

8 Hoc Rege iam monacho facto, efficiente, inquit Rogerius Houedenus, data est Lindisfarnensis Ecclesiæ monachis licentia bibendi vinum vel ceruissiam: anteā enim non nisi lac vel aquam bibere solebant, secundūm antiquam traditionem S. Aidani, primi ejusdem Ecclesiæ Antiftitis, & monachorum, qui cum illo de Scotiâ venientes ibidem donante Rege Oswaldo mansionem acceperant, & cum magnâ distinctione futuræ vita seruientes, degere gaudebant.

moritur:

9 Tandem multis clarus beneficiis in calum migrauit Ceollwlfus. id anno 764. contigisse Houedenus scribit, *V Vigorniensis* 760. at *V Vestmonasteriensis* 739. Hoc etiam anno, inquit, Ceollwlfus Northanhumbrorum Rex nobilissimus, vt quibusdam placet, ex hac vita migrauit ad Christum.

claras mi-
racula.

10 De sepulturâ eius scribit Malmesburiensis: Quo loci quantâ meritorum gratiâ conuersatus sit, testatur celebris iuxta B. Cuthbertum sepultura, & multa supernè demissa miracula. *Ceolvulfi corpus, teste Houedeno, postea* delatum in ecclesiam Northam, multis ibidem, vt fertur

ab habitatoribus ipsius loci, miraculis clavit. *Translatiō* illa eo tempore facta videtur, quo S. Cuthberti & aliorum Sanctorum, de quâ Malmesburiensis lib. 3. de gestis Pontificum Anglorum. Cum enim Dani & Norvægi littora Anglia sub finem vñtatis seculi infestarent, ipsamq; Lindisfarnen insulam essent depopulati, pensato consilio decretum est, inquit Malmesburiensis, vt ab insulâ illâ, quæ esset maritimorum prædonum hiaticibus exposita, corpora Sanctorum in continentem transferrentur. Tunc beatum magni Cuthberti *Corpus in* *Hiberniam* *operæ;* dum aut multis diebus ventum operarentur in littore, aut statu aliquantum concitatiore in altum proœcti, statim repellerentur. Quocircà cum honore debito sacrum corpus apud Bulbeford, incertum an Episcopatus Sedem, deposituere, iuxta amnem Twyda. *Hec ille. Sed quod Bulbeford vocat, alijs Bubedford, Cambdenus* Vbbanford *dicitum scribit: nunc Norham, sive Northam transfer-* *dicitur, estq; Dunelmenium Episcoporum oppidum, vt idem te-* *tur in* *statur, iuxta Tyvedam flumen, ad ipsa Scoticæ confinie. Extare Northame* *isthic templum, in quo conditus est Ceolvulphus Rex, testatur* *idem Cambdenus. Miraculorum Ceolvulphi meminit quoque* Harpsfeldius.

11 Est illius in Martyrologij Anglicani priore editione ad xiv. Martij adscriptum nomen, quo die eum quoque Ferrarius *nomen sa-* refert, sed perperam Gonulfum vocat. Verum xv. Ianu. cum *civis Fassia* in Martyrologio Benedictino recenset Hugo Menardus, quem in posteriori Anglicapi sui Martyrologij editione sequitur *V Vilbo-* *nus, qui tamen quod verobique scribit anno circiter 737. mor-* *tuum, resellitur à ceteris rerum Anglicanarum Scriptoribus, qui* *anno 738. regno se abdicasse tradunt, licet quamdiu in cœnobio* *vixerit non consentiant.*



AP.

APPENDIX

ADDITIONVM, RETRACTATIONVM, ANNOTATIONVM, AD PRIMOS XV. DIES IANVAR.

AD I. IANVARII.



D catalogum Pretermisorum pag. 2. addatur
[S. Clarus, apud Pictones sub Gallieno
martyrio coronatus, memoratur ab Andrea
Saussaio in Supplemento Martyrologij Galli-
cani; iterumq; in ipso Martyrologio xx.Iulij.

S. Quintini Martyris, corporum transuersatio hoc die
S. Cassiani Episcopi, consignata est in eodem Martyro-
logio Gallicano Saussaio, qua tradit semel atque iterum Laudu-
num ob incursionem Normannorum esse deportata; atque inde
tandem proprium in locum Augustam Veromanduorum relata.
De S. Cassiano Ep. Augustodunensi agemus v.Augusti.

De S. Quintino Martyre xxxi.Octobr.

Franciscus Spoletinus, Ordinis Minorum, (quem
S. Antonius 3.par.iit.24.cap.9 §.10. VVadingus tom.2. Annal.
Minor.ad an.1288.num.36. Bofius de signis Ecclesie tom.1.lib.7.
cap.3. sect.13. Marcus Vlyssippon. par.2.lib.5. cap.17. testantur,
Damiate in Aegypto martyrium subiisse) refertur hoc die in
Martyrol. Franciscano Arturi Monstierij. Nobis non constat, an
publico Ecclesie iudicio sit in sanctoru Martyrū tabulas relatus.

Hieronymus ab Albintimilio, siue à Vintemiglia (vt
vulgò nunc loquuntur) refertur ab eodem Arturo in Martyrol.
Franciscano. Testatur certè Franciscus Gonzaga in Origine
Seraphicæ religionis par.2 prouin. Sicilia, Conuentu 21.in tractu
Triocalenzi monasterium extare Seraphici Ordinis S. Mariæ de
Iesu appellatum; ubi beatorum Patrum, vt ait, Guliermi ab
Intimilio, siue Vintimilio, huius olim prouincia Vicarij;
ac Ludouici Catalaglontensis, nec non & B.F. Pauli
Trioclenensis, siue à Randatio, laici professi, corpora opti-
mo loco recondita in Christo quiescunt, & à seculari-
bus, ob miracula quæ ibi contingunt, in maximâ vene-
ratione habentur. Hec ille. Verum an publicè Ecclesie auto-
ritate aliquis eis honos decretus sit, nos later. Ludouicum hic
à Gonzagè memoratum, refert Monstierius, xxxi.Iulij, Paulum
verò xxvii.eiusdem.

DE SACRO CHRISTI PRÆPVTIO.

Pag.4.col.1.nu.3. post testimonium Innocentij III. Pape,
adde [Odo Giffius noſter in historiā Podiensi ſcribit, fa-
crum illud pignus amplius Caroſij (quod in Pictonibus
eft cœnobium) non extare, ſimiſi propè caſu, quo ſuum Antuer-
pienſibus, eruptum.].

Eadem pag. poſt nu.5. adde [Idem Giffius noſter hiſt. Podien-
ſib.1.cap.17. teſtatur, eti. immū afferuari Podij, ſue Anicij Velau-
gorum, Chriſti preputium, ſue eius partem, & magna venera-
tione circum-geſtari in ſolenni ſupplicatione feſto Ascencionis, &
die Dedicationis Eccleſie xi.Iulij.]

Pag.6.col.1.poſt nu.22. adde [Eamdem historiam aliquantò
breuius recenſet Silvester Petrasancta noſter in ſacris Bibliorum
metaphoris, centur.1.metaph.33.]

Eadem pag.col.1.poſt nu.23. adde [Eadem testimonia aliaq;
ſuccinctè recitat Auguſtinus VVichmannus Brabantie Mariana
lib.2.cap.22.]

Culter cir-
cumciſio-
nis.
Culter cir-
cumciſio-
nis.

Pag.8. col.2. ad finem tractatus de Chriſti Preputio, adde
[Teſtatur Andreas Saussaio in Supplemento Martyrol. Galli-
cani, afferuari Compendij in basilicâ SS.Cornelij & Cypriani,
& hoc die populo ostendi, cultrum lapideum, quo circumciſus
eft Chriſtus.]

Tom. I.

DE SS. ELVANO ET MEDVINO.

Pag.10.col.1.nu.1.poſt, Aualone ſepultos, adde [In posteriore
Martyrologij Anglicani editione refertur S.Meduinus Ka-
lendis Ianuarij, at S. Eluanus xxvi.Septembris.

Ibidem col.2. in fine, adde [De totâ hac legatione agemus
plenius 111. Decembri ad S. Lucij vitam, & xxvi. Maij ad
S.Eleutheri. Diffutat de eâ fuſe Iacobus Vſerius in Britanni-
carum rerum antiquitatibus cap.3.& 4. & Michael Alfordus
noſter in Britannia illustratâ.]

AD VITAM S. MOCHVÆ, SIVE CVANI.

Pag.4.6.poſt cap.2. ad nu.3.addatur [a S. Colmani Elo, ſue Co-
lumbani, Vitam dabitus 2.6.Septembris, in qua tamen hoc mi-
raculum non memoratur.]

Ibidem poſt cap.3. ad nu.6. [a Colitur S. Munnus, qui & Finta-
nus, 21.Octobr. Geminam eius vitam habemus, & in vitaque le-
pra ei diuinitus inſtituta dicitur, quod aſperè ſuos corriperet, ac rubo-
remis incuteret, quod numquam S. Molua feceras: nec elegiſſe ſibi aſperitas
lepram, ſed in exilium ultra abire voluſe, ne amplius praefeſſi mo-
nachus; vorū id veſante Angelo, poſtridie dicitur leprā percuſſus,
arque illud flagellum patienter ultra 20. annos toleraſſe. Non fit tā-
men iſthic mentio curata à Mochuā lepra.]

Ibidem poſt cap.4. ad nu.8. [a Habemus vitam S. Kenani Episco-
pi, ſed correctione eagentem; in qua idem de ferentia Sanctorum
preciosi impretratā refertur, nullā ſamen facili peculiari S. Mochuæ
mentione.]

AD VITAM S. MOCHVÆ BALLENSIS.

Pag.4.8.poſt cap.1. ad nu.3. [a De S. Gongello, ſue Congallo,
& nobilissimo monaſterio Banchor, agemus 10. Maij. Aliud fuit
Banchor cœnobium apud Britannos in Cestrenſi Comitatu, cuius
alumnus fuſſe Pelagius heresiarcha exiſtimatur.]

DE S. AGRIPPINO EP.

Pag.4.9.poſt ea que de S. Agrippino dicuntur, addatur [An-
dreas Saussaio in Martyrol. Gallicano, VII. Martij S. Agrip-
pinum adſcripit. Poſteā tamen illum in catalogum retulit eo-
rum quorum ignorabat natales.]

AD VITAM S. EVGENDI.

Pag.4.9. Hec vita ante S. Fulgentij Episcopi Ruffenſis Vitam
reponenda. Nam cum ſab SS.Romano & Lupicino, qui
sub Chilperico Burgundionum Rege floruerant, monachus fit S. Eugendi
factus, & ſexagesimo primo etatis anno mortuus, non potuit ad etas.
annum DXXIX. quo S. Fulgentius deceſſit, peruenire. Sed de
SS.Romani & Lupicini etate plenius ſuo loco agemus.

Pag.52. cap.7. nu.9. in margine citatur Ruffinus lib.7. hiſtor.
Ecclef. 26.corrigere [cap.25.] Cuius autem iſthic mentio fit, eſt
S.Gregorius Thaumaturgus, qui colitur XVII.Nouembr.

DE S. MARINO ABB. LERIN.

Pag.55.col.2.lin.3.adde [Inſcripit quoque Marinum Galli-
cano Martyrologio Andreas Saussaio.] Debet autem ante S. Marino
Cuam Crothatumque reponi, cum iij ſab finem ſexti ſe-
culi, aut initium ſeptimi deceſſerint, ipſe vero cum diſcipulis S.
Eugendi vixerit.

Yyy 2

AD

Ex v.a.
riis.

AD VITAM S. GUILIELMI ABB.

Pag. 57. col. 2. nu. 5. tradit **Claudius Robertus** inter alias etiam **Vezaliensem** reformato, repone [Verziacensem] de quā cap. 5. agitur, & 13. Ianu. in Vitā S. Viuentij.

Pag. 60. post cap. 5. ad nu. 17. [a **Sauffaius** in Supplēm. vii. Junij consignat ordinatiōnē sive confeccōnē S. Guilielmi in Abbātem monasterij **Dionensis** S. Benigni. **VVion** eo die depositionem eius refert, refragante **Glabro** Vita scriptore. Eodem die nomē S. Guilielmi suis fīstis inscrip̄jērum **Ferrarius** & **Dorganus**, veluti si illius esset natalis.

DE S. CLARO SALIGHENSTADIEN.

Pag. 65. post nu. 2. col. 2. add. utur [Incidit aliquando sub vireris, ne Clarum, Abbatem mon. sc̄ripi S. Marcelli, monachum canobij SS. Marcellini & Petri fecerū **Tribemius**. Certe quidem eo antiquiore neminem legimus, qui huius Clari meminerit. Sed magnum momentum habet trāditio ipsius monasterij, fortassis & monumenta, nobis ignota.

AD VITAM S. ODILIONIS ABB.

Pag. 66. post cap. 2. ad nu. 10. [a **Colitur** S. Maiolus 11. Maij. Ceterū, ut suprā in Vitā S. Guilielmi Abbātu cap. 10. nu. 26. testatur **Glaber**, S. Guilielmi hortatu primū permotus est Odilo, ut monasticam vitam capesset, venit p̄ paullo p̄st ad S. Maiolum.

AD II. IANVARII.

Pag. 78. col. 2. ante S. Siluestrum monachum, repone [B. Odino, siue Otteno, aut Otto, Abbas Rothenensis, ord. Præmonstratensis in Sueviā.] Et expunge qua inter **Prætermis-** sōs de eo dicuntur. Plenius de eo infrā agemus.

Ad catalogum **Prætermisorum** addatur [S. Vincentius Confessor refertur hoc die à **Sauffai**, diciturq; propria illi dicata apud Rutenos ecclesia, in quā S. Tarctiæ Virginis conditum corpus, ut xv. Ianuarij dicimus.

Theodorus Episcopus Massiliensis refertur hoc die & Sanctus predicator à **Sauffai**. Illustria sunt qua de eo scribit in historia Francorum S. Gregorius Turonensis; neque dubitan- dum videtur, quin Sanctis iam olim fuerit annumeratus. Sed, ut **Massiliā** accepimus, neque officio Ecclesiastico colitur, neque de eius veneratione isthac quidquam extat. **Claudius Robertus** scribit Ferrarium tradere eum coli 11. Ianuarij: nihil in Ferrario simile reperimus; solum scribit ab eo S. Defendantis Acta lute- ris esse tradita.

Pragæ Allatio prima reliquiarum hoc die celebratur, vt patet ex veteri Kalendario. De è isthac habentur in MS. Martyrologio Ecclesie Metropolitanae: iv. Non. Ianuarij, Octaua S. Stephani, & festum omnium reliquiarum, quas Christianissimus Princeps Carolus IV. Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiae Rex, in diuersis mundi partibus magnis obtinuit precibus, prout in suis locis singulariter infra describuntur. Et easdem reliquias auro & argento & gemmis pretiosissimè ornatas donauit Ecclesia Pragensi. Hoc festum Papa Innocentius VI. ad instantiam dicti Imperatoris constituit in dieceſci Pragensi ſolenniter celebrari, & omnibus ipso die ecclesiā Pragensem vifantibus, confeffis & contritis donauit indulgentiam vnius anni & vnius quadragenæ, perpetuis temporibus duraturam. *Hac ibi. Enumerantur deinde suis diebus ha reliquia à Carolo IV. Pragam allata;*

S. Erardi Episcopi reliquia aliqua
S. Mauri Abb. cōſta
S. Antonij Abb. digitus
S. Sebastiani M. pars capitis
S. Vincentij M. caput
S. Ananiae Apōstoli caput
S. Valerij Ep. Treuir. capitis pars
S. Ignatij Ep. Antiocheni M. caput
Deiparae Virginis cingulorum duorum partes dua
S. Agathæ V. reliquiarum pars
S. Petri Apōstoli baculi pars
S. Matthiae Apōstoli reliquia aliqua
S. Gregorij Magni caput
S. Longini M. caput & brachium
S. Narcissi Ep. M. reliquia
S. Pigmenij M. pars capitis
S. Marci Euangelistæ corporis pars, & pars autographi eius Euangeli
S. Petri M. ord. Prædicat. reliquia aliqua
S. Philippi Apōstoli brachium
S. Sigismundi Regis corpus

viii. Ianuarij.
xv. Ianuarij.
xvii. Ianuarij.
xx. Ianuarij.
xxi. Ianuarij.
xxv. Ianuarij.
xxix. Ianuarij.
i. Februario.
v. Februario.
xxii. Februario.
xxiv. Februario.
xi. Martij.
xv. Martij.
xviii. Martij.
xxiv. Martij.
xxv. Aprilis.
xxix. Aprilis.
i. Maij.

Sacræ Crucis Christi partes dyæ

S. Antoniae V. M. caput	iii. Maij.
S. Ioannis Euangelistæ pars tunica	iv. Maij.
SS. Gordiani & Epimachi MM. reliquia	vi. Maij.
S. Victoris M. Syri caput & brachium	x. Maij.
S. Urbani Papæ M. caput & pars corporis	xiv. Maij.
S. Medardi Ep. brachium	xxv. Maij.
S. Viti M. corpus	viii. Junij.
S. Modesti M. reliquia aliqua	xv. Junij.
S. Aurei Ep. Moguntini M. pars brachij	xvi. Junij.
S. Protasij M. brachium	xix. Junij.
S. Albani M. Moguntini corporis pars	xxi. Junij.
S. Pauli Apōstoli pars baculi	xxix. Junij.
S. Vdalrici Ep. Augustani caput & brachium	iv. Iulij.
S. Ianuarij M. Armeni corpus	xi. Iulij.
S. Hermagoræ Ep. & M. brachium	xii. Iulij.
S. Mariæ Magdalenaæ reliquia aliqua	xxii. Iulij.
S. Anneæ digitus	xxvi. Iulij.
S. Marchæ V. reliquia aliqua	xxix. Iulij.
S. Petri Apōstoli catene pars	i. Augusti.
S. Sixti Papæ M. pars capitis	vi. Augusti.
S. Romani M. caput	ix. Augusti.
S. Laurentij M. brachium	x. Augusti.
S. Hilariæ M. caput	xii. Augusti.
S. Clarae V. reliquia aliqua	xv. Augusti.
Deiparae Virginis pepiti duplicitis pars	xix. Augusti.
S. Sebaldi Confeſſi. reliquia aliqua	xx. Augusti.
S. Stephani Regis Hung. digitus	xxiv. Augusti.
S. Bartholomæi Apōstoli pars capitis	xxviii. Aug.
S. Hermetis M. brachium & alia reliquia	xvi. Septembri.
S. Euphemiaæ V. M. brachium	xviii. Septembri.
S. Geminiani M. brachium	x. Septembri.
S. Matthæi Apōstoli cōſta	xxi. Septembri.
S. Mauricij M. brachium & gladius	xxii. Septembri.
S. Leodegarij Ep. M. caput	ii. Octobri.
SS. Sergij & Bacchi MM. corporum pars	vii. Octobri.
S. Abrahæ,	
S. Isaaci, Patriarcharum reliquia aliqua	ix. Octobri.
S. Iacobi,	
S. Dionysij Parifiorum Apōstoli brachium	ix. Octobri.
S. Galli Abb. caput & brachium	xvi. Octobri.
S. Florentij Ep. Araufiani brachium, mandibula, & pars corporis	xvii. Octobri.
S. Lucæ Euangelistæ caput	xviii. Octobri.
S. Sapientiae Virginis Vrsulanæ corpus	xxi. Octobri.
S. Sophiae V. Vrsulanæ (si non eadem est) reliquia aliqua	
S. Narcissi Ep. Hierosolym. reliquia aliqua	xxix. Octobri.
S. Leonardi Abb. Lemouic. caput	vi. Novembri.
S. Theodori M. brachium & alia reliquia	ix. Novembri.
S. Martini Ep. Turon. dens	xi. Novembri.
S. Othmari Abb. caput	xvi. Novembri.
S. Clementis Papæ M. catena	xxiii. Novembri.
S. Catharinæ V. M. reliquia aliqua	xxv. Novembri.
S. Saturnini M. reliquia aliqua	xxix. Novembri.
S. Lucia V. M. digitus	xiii. Decembris.
S. Othiliae V. brachium & alia reliquia	

S. Lazari

- S. Lazarus fratri Magdalena brachium & pars magna corporis xvi. Decembris.
 S. Stephani Protomartyr caput & articulus xxvi. Dec.
 SS. Innocentium MM. brachium vnum xxviii. Decemb.
 Cæcilia, sive Helena Coppoli, Virgo ex ordine S. Clara, refertur hoc die, & Beata appellatur, à Ludouico Iacobilli in libro de SS. Fulginatibus, & ab Arturo Montstierio. Verum neuter indicat an ea illi appellatio ab Ecclesiâ decreta sit.
 S. Paschafius Rathbertus, Abbas Corbeiensis, scriptor vita S. Adelardi, refertur hoc die à Saussaio. ab Hugone Menardo in Martyrol. Benedictino xxvi. April.

AD SS. FRONTASII ET SOC. ACTA.

Pag. 79. dele in margine SECVLIO I. Nam, ut ad vitam S. Frontonis xxv. Octobris dicemus, id meritò controvenerit. Ceterum hec Martyrum Acta breuiatè excerpta sunt ex prolixiore Vitâ S. Frontonis, quam posterius nacti sumus. Verum eam à nupero quodam & ridiculo scriptore, non ante 400, aut circiter annos, compositam fuisse ostendit Franciscus Bosquetus Ecclesia Gallicana historiaru to. i. num. 15. & parte 2. aliam recitat paullò antiquiore & longè diuersam, et si nequaquam per omnia probatam; ex quâ confidere licet non fuisse primum Petracoriorum Apostolum Frontonem. Ceterum Sanctos hos quatuor Martyres ita celebrat in Supplemento Martyrologi Gallicani Saussaio: Petracorici natalis sanctorum Martyrum Frontani, Seuerini, Seueriani, & Silani, discipulorum S. Frontonis, quos Squirius Praes ethnicus impiâ sententiâ damnavit, fecitque ob fideli Iesu Christi confessionem gladio obtruncari. S. Silianum, alij Siluanum vocant: cui in vrbe Petracoricensi dedicatam esse basilicam testatur Andreas du Cheyne in lib. de Antiquitat. Gallie.

S. Frontonius Episc. vita.

DE S. DEFENDENTE ET SOCIIS.

Pag. 80. post num. 1. adde [Hos in territorio Viennensi passos scribit Saussaio in Martyrol. Gallicano hoc die. Ibid. col. 2. post num. 4. [Carolus Episcopus Nouariensis lib. i. historia Ecclesie sua de S. Defendente ita scribit: His eisdem subalpinis regionibus S. Defendens frequenter sanè cultu, vt Martyr, afficitur. Plurimis in locis etiam ex voto publico dies eius Festus celebratur postridie Kal. Ianuar. Eius nomine altaria, oratoria, fodalitates dicatae sunt. Idem nomen multis pietatis gratiâ tribuitur. Militari habitu pingitur, & contra luporum rabiem, incendiorumque vim inuocatur. Fuisse vnum ex Thebaeis Martyribus scribit Guillelmus Baldefanus in hist. Thebae, dum de translatione S. Mauritij agit; qui etiam duos putat eiusdem nominis; alterum sepultum apud Massiliam, de quo Galesinius in Martyrol. ex tabulis Ecclesiae Bergomensis; alterum in Italiâ, de quo ipse nonnulla narrat. De eo nihil Baronius.

S. Defendens cultus,

imago, patrocinii.

DE S. ISIDORO E P. M.

S Pag. 83. post nu. 4. adde [Antonius Quintanaduenas noster lib. de SS. Hispanibus censet S. Isidorum, qui hoc die celebratur, Episcopum Cæsarauustanum fuisse, Valerij III. successorem. Ita nempe Iuliani Petri Chronicorum num. 244. In Libizâ transfertur corpus S. Isidori, x. Episcopi Cæsarauustani, qui veniens Amphilochiam Gallæciae vrbe, ab Arianis occiditur. Misum est corpus nocte in Miinium, & ibi sepultum est. Post anno 8. repertum est. Is fuerat vir Consularis, natus Hispali in Hispaniâ, Consul cum Lanato; post vocatus, Numanus.

S. Isidorus an Episcopus Cæsarauustanus

It vir doctus & eloquens

6 Martinus Carilius post vitam S. Valerij, Cæsarauustanorum Antistitum catalogum contexit, in eoq; sextum recentet Valerium III. at successoris vulgo ait ignorari nomen, in quibusdam tamen MSS. codicibus Isidorum appellari, diciq; non Antiochiae, sed Amphilochiae martyrium subiisse. Atque is ipse videtur esse, cuius zelum Ascanius Tarracensis & reliqui Episcopi illius prouincia commandant in epistolâ ad Hilarum Tom. I.

Papam, quâ de ordinatione Episcopi per Siluanum Calaguritanum contra Patrum regulas & Nicanos canones factâ conqueruntur: Hinc factum est, inquit, ut de eius misericordia temeritate ad nos Cæsarauustanæ vrbis Episcopus frater noster vniuersa referret; cuius diligentia & follicitudo admodùn prospexerat, si in aliquo profuisset. Siquidem cunctis in viciniâ positis Episcopis ne se schismati coadiungerent frequentissimè contradixit &c. Extat ea epistola tom. 2. Conciliorum, estq; in Concilio Romano an. 405. recitata.

7 Hunc ergo virtute & eruditione præstantem An: istudem, scribit Quintanaduenas Catholica religionis amplificanda gratia etiam alias prouincias adiisse, & gloriosâ tandem nece Amphilochia apud Gallos perfundit. Verum eò venerit prædicandi causâ, an à Gothis relegatus Isidorus, non exprefit Iulianus, qui in eodem Chronicu. 228. de eo ita scribit: Floret memoria in Hispaniis S. Isidori Episcopi Cæsarauustani ab hereticis Arianis occisi. Ceterum memorata veteribus, ac nominatim Straboni Amphilochia est, Calliæcorum vrbs, qua Ptolemao Aquæ calidæ, Antonino Aqua Celina, dicta putatur; à Suevis deinde Warm sec, id est, calidus lacus, vulgo nunc inde deflexo nomine Orcense, ad Minium amnum. De quâ vrbe consule Lud. Nonium cap. 53. & Licentiatum Melinam in descriptione Gallicie.

8 Facile irreperere in Martyrologia error potuit, vt pro Amphilochia, scriberetur: Antiochiae passio S. Isidori Episcopi. Verum quantum illi Chronicu Iuliani tribuant viri cruditi, cum alio nobis exploratum non est. Ioannes Marietta lib. 21. cap. 31. inter eiusdem Hispanie Doctores numerat Isidorum Cordubensem Episcopum, vel secundum alios Cæsarauustanum, quem ait vulgo Seniorum appellari, ac multa edidisse volumina, vixisse verò circiter annum 420. Verum de Isidoro illò Cordubensi atque eius scriptis, de quibus Trithemius & Sixtus Senensis, viderint alij.

DE S. ISIDORO E P.

Pag. 84. nu. 1. lin. 3. pro. cap. 12. reponit [cap. 5. nu. 19.] Ibid. post num. 1. adde [Enumerat huc monachos Palladins in Lauriacâ cap. 117. Ingresa est montem Nitriæ, sanctos Patres conueniens, Pambo, & Arsilium, & Serapionem magnum, & Paphnutium Scetiotem, & Isidorum Con. S. Isidorus festorem Episcopum Hermipolis & Diocurum &c. Erat Episc. Her. Hermipolis, sive Hermopolis, Episcopatus, ciuitas Thebaidos, mopolita, in quâ Christus cum Virgine Matre & S. Iosephi traditur exula. De eâ agimus XVIII. Ianu. ad Acta S. Ascles litt. a. & xxv. Ianu. ad cap. 1. Vita S. Apollonij litt. a. Dicitur hec in Topographia sacrâ Caroli à S. Paulo Hermopolis maior, in Thebaide primâ, sub Arsinoe Metropoli. Hermopolis parua est in prouincia Ægypti prima, sub Alexandrino Patriarchâ.

DE S. MACARIO ALEX.

Pag. 84. post nu. 1. adde [Potius dicendum vtrumque quadam ratione dici posse S. Antonij discipulum; sed fuisse illis seniorem Macarium, S. Antonij domesticâ disciplinâ institutum, s. Macaropriodiq; discipulum, ac Pissaritani cœnobij secundum ab eo riu. S. Antoni moderatorem, cuius mirum est peculiarem in Martyrologiis non tonij dignagi memoriam. De eo agitur xv. Ianu. ad S. Macarij Ægyptij pulus qui vitam, & de vtroque plurimis ad vitam S. Antonij xvii. Ianu. §. 5. in Prolegom.

Ibidem col. 2. post nu. 4. adde [Saussaio in Martyrol. Galliano ita scribit: Augustæ Ausciorum memoria S. Macarij. Sitne ille aliquis ex Ægyptiis Macariis, atq; hic, de quo modo est sermo, Alexandrinus; an indigena quifiam, nos latet. v. Ianuarij in Vitâ S. Apollinaris Syncleticæ mentio crebra fit Abbatis Macarij in Scete commorantis; quem hunc Alexandrinum esse suspicamur.

DE S. ASPASIO.

Pag. 90. col. 2. initium nu. 3. ita restitue [Videlur S. Aspasius Gotchorum Arianorum iniurias coactus solum vertere, Melodum concepsisse, ibi q; populum partim mysteriis Christianæ religiōnis exul.

Y Y Y 3

E X V A- ligionis imbuisse, partim ad studia pietatis excitasse, donec tandem siue estate & laboribus fractus, seu quā alia aegritudine extinctus est. Ita scribit in Melodunensi historiā, qui & S. Aspalij laudes dicitur pluribus hymnis cecinisse, Sebastianus Roulliardus Melodunensis, in Curiā Parisiensi Aduocatus, eruditio ac pietate celebris.

AD VITAM S. MAXIMI M.

Oldus fl. **D**ag. 92. post cap. 1. ad nu. 8. adde [a Oldus, siue Oltus, aut Olitis, fluvius Aquitania, per Cadurcos fluit, vulgo Lotus dicitur.
b De S. Ambroso Cadurcorum Episcopo agemus 16. Ostatim. An is sit qui hic memoratur S. Maximi discipulus, needum nobis comperum, cum eum quidam fatiant 100. annū S. Desiderio (de quo 16. Nouembri agemus) iuniorem.

AD VITAM S. ADELARDI ABB.

Pag. 95. col. 2. in fine, adde [In MS. Bodecenſis Canoniconum regularium in VVestphaliā monasterij, Vita S. Adelardi per Ratbertum prefiguntur hi versus, qui indubie sunt ab aliquo Corbeiae noue monacho scripti:

O Pater eximie, monachorum Dux Adalharde,
Regia stirps altè Francorum dum genuit te,
Mundum spreuisti pauper pro nomine Christi,
Annos ætatis dum bis denos habuisti
In Corbe veteri Benedicti iura subiisti.
Inde nouā Corbe nostrā pro Patre petisti
Annis bis binis; post in patriam rediisti,
Ac īnibi plenus ærate fideque decorus,
Vitam finisti sanctam, Pater inclyte, Christi
Lux octaua fuit dum nonaque crastina luxit,
Horā quā Christus moriens est in cruce fixus;
Quem prece sincera nobis dedit gaudia vera.
Vt pietate suā nobis dedit gaudia vera.

Pag. 99. post cap. 5. ad nu. 16. adde [a Pipinus Caroli Magni filius, egregius Princeps, anno 781. constitutus est Rex Italia, postea & Baiuaria; obiit 8. Julij 810. In historiā translationis S. Viti 15. Junij, dicitur S. Adelardus gubernasse regnum Italia dum adolescenter Bernardus Pipini filius.

b De Leone III. sanctissimo Pontifice agemus 12. Junij. Postea iterum ad eum missus est S. Adelardus cum aliquot Episcopis an. 809. ob motam questionem de processione Spiritus sancti.

c Lotharius etiam viuente patre Ludouico Pio Imperator est appellatus, ab eo imperij socius adjicitus anno 817. Alioquin dies ante Ludouicum obiit S. Adelardus.

Pag. 102. post cap. 10. adde [a De Hero insulā, que nunc Nera, agemus 20. Augus. ad Vitam S. Philiberti, qui in eā cœnobium condidit.

Pag. 110. post cap. 19. adde [a De B. Hildemanno agemus 8. Decembr.

Pag. 111. post cap. 20. adde [a MS. Bodecenſe nu. 87. post legitur, addit' vocem epitaphium, & videatur requiri.

b Versu 4. epitaphij idem MS. pro caritate, habet pietate.
c Num. 88. pro cohæret, vel connecteret, idem MS. habet coērēter, melius.

Ibidem ad finem vite adde [d In MS. Bodecenſis post vitā S. Adelardi sequebatur Ecloga lugubris de eius morte, que videtur ab eodem scripta Paschafio Radberto; sed quid longiuscula sit, nec quidquam ad bistoriam pertinens continet, superuacaneum visum est eam hic dare. Tisalua eius est: Sequitur Ecloga duarum sancti monialium vno fauoris planctu complofa, quas idē velut vnam sibi in coniugio vita Chrliti Ecclesiam enutrisse; aliam verò ex eadem secundum monasticam disciplinam inito libramine admodum genuisse perorat: quarum quoque vnam propter candorem Galaream vocari, porrè aliam propter amorem caritatis Philidis nomine consecrasse taxatum. Ita non ambigitur. Dicitur eadem Ecloga extore in MS. Corbeiae veteris.

Ibidem col. 1. post Prologum secunda Vita, adde [a Hic Gerardus in Vitā, quam 5. April. dabimus, Geraldus vocatur.

b Vitam S. Anscharij Danorum Apostoli, dabimus 3. Februarij.

c Historiam Translationis S. Viti dabimus 15. Iunij, in quā nonnulla de S. Adelardo memorantur huic Vita haud omnino consentientia.

Pag. 116. post cap. 8. adde [a Alium librum à S. Adelardo scriptum citat Hinemarus in epistola seu libello de Regis institutione his verbis: Adalhardum senem & sapientem Domini Caroli Magni Imperatoris propinquum, & monasterij Corbeiae Abbatem, inter S. Adelardi primos Confiliarios primum in adolescentia meā vidi. Cuius di scripta libellum de ordine Palatij legi & scripsi, in quo inter cetera continetur, &c.

Pag. 118. col. 1. post Prologum ante Miracula S. Adelardi, adde [a S. Bathildis vitam dabimus 26. Ianu. vbi de Corbeiae constructione agitur.

Ibid. col. 2. post cap. 2. [a Ingelannus, siue Ingerannus, S. Richarij primi Abbatis Centulenſe vitam scriptis, quam 26. April. dabimus.

Pag. 119. col. 1. post cap. 3. adde [a Fulco Abbas Corbeiensis corpus S. Paschafij Ratberti eleuauit, ut decessor S. Adelardi, uti sribit Cl. Robertus.

Ibid. col. 2. post cap. 4. adde [a Robertus Hugonis Capeti filius, anno 997. regnare coepit, et si iam nouennio ante in regni confortium adlectus a patre.

b S. Firminus Episcopus & M. colitur 25. Septembris. ac S. Firminus Episc. & Confessor 1. eiusdem.

Pag. 121. post cap. 8. priorum Miraculorum, adde [a De S. Gentiano agemus 11. Decembr.

Ibid. col. 2. post cap. 1. adde [a Henricus I. Gallia. Rex, post mortem Roberti patris regnare coepit an. 1033. obiit anno 1060.

b Si Henricus Rex, ut hic dicitur, Adelam sororem Balduino Pio, siue InJulano, Flandrenſum Marchioni coniunxit, ergo falluntur Meierus, Locrius, alijq[ue] historici noſtrates, qui id anno 1027. volunt contigisse, viuente adhuc Roberto Rege. Dicitur hic Balduinus Senior, quia eius filius Balduinus Moutensis post eum Flandriā rexis.

c Philippus Henrico patri puer successit anno 1060. tuteore ei dato Balduino Pio auunculo, obiit anno 1108.

d Robertus Friso, Balduini Pii filius, eiusdā fratriā Richilde eiusq[ue] filio Arnulpho Infelice, Flandriam occupauit sub anni 1071.

Pag. 123. col. 2. post cap. 7. adde [a Visitur Corbeiae, ut à fide dignis testibus accepimus, iuxta altare S. Adelardi lectica pulchre extructa. S. Adelardus pendet tabula in quā Sancti depicta mors est.

Hec Vita
reponenda
est pag. 124.
ante S. Sil-
vestri.

DE B. ODINONE, SIVE OTTENONE,

ABBATE ROTHENSI ORD. PRÆMONST. IN SVEVIA.

ANNO
MCLXXXII.
II. IANV.

B. Odino-
nis Abb.
Rothensis

genus,



Othum, siue Rodium, monasterium est Ordinis Præmonstratensis in Suevia, haud longè à Memmingā vrbe, quod vulgo Monachorum-Rothum, siue Munckrot appellatur, ad Rotham amanū fluiolum, qui millari inde ortus, infra Haslachio riuo miscetur, atque in Danubium supra Vlmam influit.

2 Primus illius monasterij Abbas (nam antea Prepositi rexerant) fuit Odino, siue Otteno, aut Otto, nobili genere ortus; fertur enim filius siue Conradi Truchſejij à VValdpurg, Tannensis Dynaſta, & Gute VVildenbergia. Et sane Gaspar Bruschius, ac Martinus Crucis Dapiferum de VValdpurg appellant. Sunt enim, vt Hieronymus Henninges scribit, VValdburgici Comites Sueviae Ducatus Imperijque Romani Dapiferi & Pincernæ hereditarij.

3 Hunc Bruschius vocat hominem sanctæ & piæ conuersationis; Crucis, licet multò quam Bruschius acerbior hoſſis Religiosorum, religione nitentem; Albertus Mireus in

Chronico Præmonstrat. virum piæ & sanctæ admodū vitæ. Et verò, vt nos suis litteris docuit Daniel Feldnerus noſter, non Rothenses tantum sed & alij paſsim Beatum appellant & ve- nerantur.

4 Eius natalem IV. Nonas Ianuarij consignauit Chrysostomus vander Sterren celeberrimi Præmonstratensum in vrbe Natalibus Antuerpiensi monasterij tunc Prior, nunc Abbas, in Natalibus SS. ſui ordinis, hoc addito elogio: In Rotensi Sueviae cœnōbio, B. Odinonis Abbatis Ordinis Præmonstratensis: qui mundi pertasius vanitatum, suaui Christi iugo colum subdidit; & Præmonstrati Ordinis egregius propagator, multos animarum manipulos feliciter transmisit ad Christum. Visitur hoc illius epitaphium in monaſte- *epitaphiū*, *Rothensi*.

Anno millesimo ducenteno minùs decem & octo Obiit in Christo Reuerendus Pater & Dominus Otto, Abbas huius cœnobij Truchſejis de VValdpurg natus, Qui suo exemplo reputatur esse Beatus.

5 In

SIn monumentis cœnobij Rothenensis ista de eo leguntur: Præfuit tum præfata Ecclesia Rotheni B.M. Otteno, pia nimirum & sancta conuersationis homo, qui & ipse cum esset secularis persona, erat de nobilioribus ministerialibus supradicti Brigantini Comitis, quique relictis omnibus Rothensem Ecclesiam, cum esset adhuc * videtur in rusticâ paupertate constituta, * cum aliis seruis desiderari locupletari, vel quid simile. opera.

Dei Præmonstratensem Ordinem suscepit. In quâ postea Abbas factus, in tantum in spirituali & temporali ædificio eadem Ecclesia sub ipso creuisse constat, quod sub regimine ipsius plusquam ducenti Clerici & laici, & Sorores complures strenuissimam vitam ducebant. Alibi diximus consueuisse iuxta monasteria virorum Ordinis Præmonstratenensis, domicilia extrui instituendis sanctimonialibus. Per-gunt Rothense MSS. Erat enim verus Dei cultor, zelator & amator ordinis solertissimus. Hic ad instantiam & petitionem multorum Nobilium quinque Ecclesiæ nostri Ordinis instituisse dignoscitur, Stanigadensem, VVillezinensem, Augiensem, Lutrensem; ad extre-
mum vero saepius dicti Principis petitioni acquiescens, Marchtallensem Ecclesiam in Ordine promouendam suscepit, anno Incarnationis Dominicæ 1171. Kalend. Maij, Indict. xiv. Alexandro Papâ III. Romanam Ecclesiam feliciter gubernante, regnante glorioissimo Imperatore Friderico, Othono Episcopo Constantiensem Sedem regente.

6 Hac ibi. Sed corrigendum numerus Indictionum, erat enim Ex v. A. tum iv. non xiv. Quod ad Episcopum Constantiensem attinet, RIIS. discrepat Iacobus Manlius in Chronico Constantiensti scribens Ottomem Episcopum mortuum esse anno 1169. eodemq. anno subrogatum esse Berchtoldum. Ceterum Marchtallensem, siue Martallensem cœnobium situm est ad Danubium, in firmisimâ rupe, inter Riedlingam & Ebingam oppida, instauratum atque Ordini Præmonstratensti tradutum ab Hugo III. Palatino Tu-frater B. bingensi, & Elisabetha eius coniuge Comitis Brigantini filia & Eberardus, herede. De hac donatione plenius agemus xvii. Aprilis, cum de B. Eberardo Odionis fratre, primo Preposito Martallensi, erit sermo.

7 Steingadense monasterium situm est in Diœcesi Augu-stanâ, haud procul à dextrâ Lyci annis ripâ supra Lansbergam. Quod hic VVillezinense dicitur cœnobium, id Bruschius & adificata Crufius VViltauense vocant, Miraeus VViltaniense & VVil- cœnobia. tinense, traditq. diœcesi Brixinenſi subesse. Alba Augia, siue Augia minor, vulgâ die Minderow, magnificum est Ordinis Præmonstratensti cœnobium, etiam post tempora B. Odionis varie locupletatum à Rudolfo Habsburgico Imperatore & aliis, ut videre est apud Bruschium. Situm est prope Rauensburgum oppidum ad Schufsum annem, qui duobus inde milliaribus in Acronium lacum influit. Lutra, vulgâ Keyserflaum, sita est in Palatinatu inferiori, Diœcesi VVormatiensi, dicta, ut ex Du-bratio scribit Miraeus, à Lothario III. Imperatore, ibi sepulta; quamquam & fluuius, qui istibz oritur, Lutra dicitur.

AD III. JANVARII.



Ag. 126. post. S. Genouefa Virgo, Parisiis in Galliâ; adde [S. Eustadius Abbas, Diuione in Burgundiâ.]

Ibidem inter Omisos adde [S. Theodorus Glamorganus in VValliâ Regulus, vulgâ S. Tewdrickus, refertur hoc die à VVilsono in nouâ editione Martyrologij. Differemus dum certiora nanciscamus, nec folius Godvini fide testata.

Ibidem, vbi de Vrlo Duce Venetorum agitur, dele ista verba [Hic est Petrus Vrseolus, de quo xi. Ianuarij] Et repone [An sit ab Ecclesiâ in Calitum tabulas relatus, nos latet, ut xi. Ianuarij dicitur cum inter Omisos de altero Duce Petro Vrseolo agitur.

Pag. 127. post ea qua de S. Antero Papâ habentur, adde [Hic corpus S. Martinæ Virginis & Martyris, ut suprà ad cap. 7. illius Actorum litterâ a est dictum, fertur diuinu monitu in Vrbem transtulisse.

DE SS. MARTYRIB. NICOMED.

THEOPEMPTO ET THEONA.

Pag. 127. in fine, adde [Ceterum hi videntur omnino iidem esse qui xxii. Maij iterum referuntur, vocanturq. Theopompus & Synesius. Ita Martyrol. Romanum: Eodé die sanctorum Martyrum Synesij & Theopompi. Maurilius: Eodem die SS. Theopompi Episcopi Nicomediae & Synesij Martyrum sub Diocletiano. Galefius: Hoc ipso die SS. Genesij & Theopontij, qui diuinâ virtute roborati, in oppugnatione Diocletianâ pro Christo fortiter dimicantes, profligatis aduersariis ad coronam abeunt in cælum. In Notis ait Theopontium alibi Theopompu appellari.

Maij, 2 Eosdem esse, diserte afferit Camisius, seu quisquis auctor est Martyrologij Germanici, in quo xv. Ianuarij ista leguntur: Item Nicomediae sanctorum Martyrum Theopontij Episcopi, & Synesij, qui rursus infra xxii. Maij recensentur, & sunt sub crudelissimo Imperatore Diocletiano trucidati. Referuntur quoque iv. Ianu. in MS. Florario: Eodem die Theopompi Episcopi & Synesij Martyrum. Et in auctario Carthusiæ Colonensi ad Vuardum: Apud Nicomediam sub Diocletiano Theopompi Episcopi & Synesij Martyrum.

3 Clarius patet eosdem esse ex Actis, que ex MS. Carthusiæ Forum Coloniensis nobis misit Ioannes Grothusius noster, planè con-sentientia cum elogio quod ex Menais suprà dedimus. Eadem ferè memorat Petrus de Natal. lib. 5. cap. 33. Eadem, sed, ut profitetur, à se correcta, recitat Biuarius in Dextri Chronicon ad an. 300. comment. 4. nu. 6. Nam in eo Chronico ista habentur: Nerto-briga in Celtiberiâ sanctorum Martyrum Synesij & Theopompi. Nec desunt qui putent hos duarum ciuitatum Hispaniæ Episcopos fuisse, quamvis non declarant quemnam illa fuerint. Biuarius hanc Nertobrigam, que & An Nerto-Ptolemeo memorata lib. 2. cap. 6. censet nunc Almuñia dici, ad brigam in Salonom annem sitam, inter Bilbilim & Cesaraugustam. Hispaniâ Nam alia apud eundem Ptolemeum lib. 2. cap. 4. est Nerto-bri-
ga, quam ipse nunc Fregenal dici scribit. Differunt ab eo in vtraque vrbe alij ab Ortelio citati in voce Nertobriga.

4 Quod dicatur Theopompus prefuisse Ecclesia Nicomedensis, id Baronio non probatur: Nam illis Diocletiani tem- an Theoporibus, inquit, primò Cyrrillum, deinde Antimum se-pompus disse constat. Constat id quidem certè ex Actis SS. Indis & Nicomedie Dominae, & dicimus xxvii. Aprilis ad vitam S. Anthymi. Sed cur non potuit Cyrilli decessor fuisse Theopompus? Deinde in Actis, que dabimus, non dicitur Nicomedensis Episcopus fuisse, licet id habeat Petrus de Natalibus.

5 Titulus Actorum in Coloniensi codice hic erat: Pridie Non. Ianuar. De S. Theopompo Episcopo & Synesio, qui Notatio & Theonas, Martyribus. Idem autem valent Theopem- Theopompus & Theopompus, id est, à Deo missus; illud à me- pemptus, μπτω, hoc à μπητω.

ACTA

ex MS. Carthusiæ Colonien.

descripta à Ioan. Grothusio Soc. I E S V.

N primo anno " persecutionis suæ Diocletianus Imperator de Româ ve-niens subiit vrbe Nicodemiam, in quâ fabricari fecit b idola multa. Factum est autem post dies aliquot, ut à subur-banis prædiis vrbe vir Dei ingredetur Episcopus, nomine Theopompus, hic namque primus est qui martyrium pertulit in initio persecutionis Diocletiani ne-

Yyy 4 quissimi,

Ex mss. S. Theopompus deus ridet: quissimi. Et ait vir sanctus Diocletiano: Non sunt isti Dij, quos tu adoras, argentei vel aurei, lignei seu lapides: neque respirare possunt aut loqui, nec possunt etiam quicquam boni facere aut mali. Omnipotens autem Deus ipse fecit cælum & terram, mare simul & omnia quæ in eis sunt. Et cum hæc & alia plurima de fide Christianâ disseruerit, Imperator iratus dicit ei: Non vocau te plurimos sermones facere; sed volens te mox acquiescere, iubeo te Deo Apollini sacrificare. Respondit S.Theopompus dicens: Ego talibus Diis sacrificium numquā profero, nec vñquam tua tormenta formidabo. Scriptum est enim, Nolite timere virum qui corpus occidit, animam autem non valet occidere. Tu verò potestatem habens corporis mei, quidquid vis, perage.

Matth.10. 28. 2 Tunc Imperator iussit succendi clibanum, san*coniicitur in ardente fornacem:* etumque Pontificem proici in ipsum. Succenderunt ergo milites illum nimis à manè vsque ad meridiem, Sanctus verò Episcopus dixit eis: Sustinet parum, & ego ostendam vobis virtutem Domini Dei mei, pro cuius nomine sancto talia patior. Et hæc dicens confessus insiliens resedit in medio clibani nimium astuantis. Ipsi verò putauerunt eum mox adustum igne mori. Nocte autem mediâ surgens beatus vir de clibano, ingressus est thalamū Imperatoris, ianuis omnibus vltro patefactis, excitatoque eo dixit: Ego sum Theopompus Episcopus, homo Iesu Christi. Non sum mortuus, vt præceperas; sed ecce viuo.

c noctu adit Imperato rem: 3 Audiens hæc Diocletianus valde turbatus est, & elinguis præ nimio pauore factus siluit. Manè autem facto, vocavit milites suos, & ait: Fortasse non intromistis Christianum illum in clibani succensum, sicut præceperam vobis. Dicunt illi: Etiam Domine, vt iusseras, misimus illum, & consumptus mortuus est ab hæsterno die. Tunc Diocletianus surgens exiuit cum milibus, & stetit ante clibanum. Sanctus autem Theopompus Episcopus eadem nocte regressus à palatio, subiit rursus clibani, & erat ibi; & audiuit eum Imperator pluallentem ac glorificantem Deum in medio clibani valde succensi. Et supra modum miratus est. Et cum illæsus ascenderet de clibano, dixit Imperator adstantibus: Note qualem virtutem habeat magia Christianorum. Audiui liquidè quod in nomine cuinsdam Iesu magias suas perficiant. Et præcepit eadem horâ apprehendere canem & iactari in clibani, scire volens Sancti priùs factum miraculum. Confestim autem canis exustus est.

redit ad fornacem: 4 Intuens hæc Imperator dixit viro Dei: Incubam tibi cum penis vt impio, eò quod cognouerim te seductorem & magum esse. Iussitque eum arcta custodiâ clausum haberi, nec illi panem dari, neque aquam, vsque in diem quâ veller eum publicâ sessione audire. Mansit igitur vir Dei in carcere viginti duos dies sine cibo & potu, diuinâ refectione sustentatus. Quibus expletis, Imperator ait militibus suis: Euntes videamus si forte viuat adhuc Christianus ille, an mortuus sit. Quem cum inuenissent exhilarato vultu, quasi regali conuicio refe*fame torquetur:* dum, Imperator itâ repletus eduxit beatum Praefulem, & scindens tunicam suam, plausum dedit manibus suis, dicens: Venite, & videte quanta sit magia Christianorum. Beatus verò Episcopus ait: Vñquequò miserrime excecatum habes cor, Nec cognoscis Deum verum, in quem ego credo? Ipse enim est qui virtutem mihi præstat, quatenus te vincam, & tua superans pro nihilo d^erurus oculi dñni resi*robatur diuinitus:* tormenta. Tunc Imperator hæc & alia audiens abs, ei dñni eo, præcepit eius oculum dextrum effodi, & in manus dexterâ ipsius dari, ac sic ad carcerem reduci. Vbi cum orasset, lux magna in carcere refulsi, & confestim pupilla sancti oculi effossi est aperta, & facta est integra & sana vt altera.

5 Quod cùm Imperator vidisset, iratus est valde, & dixit: Per salutem imperij Romanorum, magnumque Apollinem, nequaquam audiam vel acquiescam tibi nisi priùs accersiam potentiores magum valentem

omnes artes & magias tuas destruere. His dictis iussit eum iterum in carcere recipi. Missis igitur litteris ad omnes prouincias, vt si quis veniens magus solueret magias Christianorum, honores plurimos ac munera recuperet; aduenit magus quidam, nomine Theonas; *Theonas qui stans in conspectu Diocletiani ait: Luxta præceptum magus regiminis vestri quantocv̄s veni solvere magias Christianorum, & apud me non inuenietur mendacium in conspectu tuo. Quibus auditis Imperator latratus ait: Est mihi in carcere Princeps quidam Christianorum, cuius magiam si solueris, magnos honores consequeris. Cui Theonas dixit: Faciat potentiam aliquam in conspectu meo, & ego, te vidente, omnem eius operationem de-* *dato artis stram. Delectatus ergo Imperator in talibus dictis ait sua specie-* *mine,* ad eum: Attamen volueram à te aliquod signum priùs videre. Theonas dixit: Afferatur taurus ferocissimus, quo adducto, statim aliqua verba in auribus tauri protulit; & confestim taurus dissectus est in binas partes. Tunc admiratus Imperator dixit: Verè tu sufficiens es ad dissoluendas magias Christianorum. Et magus, Parum, inquit, sustine, & cognosces mirè factum miraculum ô Imperator. Et hæc dicens iussit sibi afferri trutinum, & trutinavit ambas tauri partes, & inuenit sunt æquales.

*6 Confestim igitur Diocletianus iussit sibi præsentari S.Theopompum Episcopum, & statuit eum ex adverso magi dicens ad eum: Notum habens, quod seductor sis & magus, venit ergo magus iste ab Ægyptiorum regione. Et cognoscere volo, quis vestrum sit poterit magus. Tunc Theonas ait ad Episcopum: Duas p^u venient artes nunc magicae discipline in te conficiam; & si nihil & incantationibus praevaleuerint, credam in Deum tuum. Et faciens *Episcopum:* & sphærulas farina magicas, dedit Episcopo. Quas ille *apparet, frustrat* suscipiens comedit, & dulcorata sunt in ore ipsius tamquam mel, & nihil molestia intulerunt. Quod videns Theonas stupefactus ait: Adhuc vnum prodigium magicae artis supra te conficiam. Quod si tibi non nocuerit, credam in Deum tuum. Et sumens calicem aquæ, intulit in eo sphæram magiæ, inuocauitque super illum nomina potentissimorum dæmoniorum, quatenus potentius redderetur venenum, & contulit sancto bibere. Quod cum sine læsione sumpsisset, Theonas confestim prouens ad pedes sancti Episcopi ait: Non est alter Deus, nec in altero confidendum vlo modo, nisi tantum in solo Iesu. Deinde Imperatori ait: Christianus conuolutus, & Crucifixum adoro. Quod Imperator audiens turbatus est valde, & exclamauit dicens: Magna sunt quæ per magicas fiunt oftensiones Christianorum. Et præcepit ambos in carcere introduci, vbi sanctus Episcopus Theonam in fide instruens, mutato eius nomine *Synesius appellatus:* vocavit eum Synesium, hoc est, intellectualē, eò quod puro corde intellexisset Christum Deum & Dominum, & baptizauit eum.*

7 Alterā verò die præcepit Imperator sanctum Episcopum sibi præsentari, inclinatâque ceruice dixit ad eum: Ave magister magorum. Et cum Diis sacrificare noluisset, præcepit eum extendi super terram stipitibus Alii tor- menis for- texum, & supinatum sursum aspicientem. Fecitque fraterias partem affiri columnæ, quam vix portare potuerunt octo viri, & eam super ventrem eius ponit. Sed cum sanctus Episcopus orasset, confestim eleuata est à semetipsa columnæ, ceciditque à ventre eius longè direpta quasi cubitis quindecim. Tunc Diocletianus præcepit eum suspensi verso capite, ligarique capitello columnæ ceruicetenus ibi subiectum, & sinere taliter suspensum à summo manè vsque ad horam diei tertiam. Post hoc autem iussit subito incidi funem, de quo pendebat suspensus, quod mole subnixa capite quassato fractaque ceruice pernicioſissimè deficeret. Quo facto sanctus Episcopus diuinâ virtute stetit erectus supra pedes suos.

8 Post hæc Tyrannus in eum capitalem sententiam dedit; quam sanctus læte suscipiens, magnâ voce dixit: Benedictus

*occiditur
S.Theo-
pompus,
& S.Theo-
nas.*

Benedictus Deus & Pater Domini mei Iesu Christi, qui ad hunc diem me peruenire fecit, quem semper desideravi. Rogo ergo te Domine, memento mei semper, & in hac horâ, & hæc diæns genu flexo, capite cæsus in pace ac confessione trinæ Deitatis consummatus est. Postea fecit Imperator sibi applicari magum qui crediderat Christo; quem cùm neque blandimentis neque minis ad sacrificandum posset inducere, iussit eum in defossum profundæ voragini mergi, humo quæ oppleri, superinducens calcitrantes agrestesque equos, quorum calcibus diutius deficeret. At ipse expansis manib[us] in oratione migrauit ad Dominum. Martyrizati autem sunt beatissimi Martyres Theopompus Episcopus & Theonas, qui & Synesius, sub Diocletiano Imperatore apud Nicomediam pridie Nonas Ianuarij. f

a Pet. imperij. b Pet. statuas ex auro Apollinis & Artemis.
c Addit idem: luce cœlesti præuiâ. d Pet. & Biuar. spirulas.
e Evidens intelligentia, perspicacia. à ouïpus, intelligo.
f Addit Pet. Qjorum corpora Nicomediae in eodem tumulo sepulta sunt.

DE S. MELORO M.

*S.Melori
reliquia.*

Pag. 136. col. 1. post Præstationem ante Vitam S. Melori adde [Aliqua etiam in Britanniam Armoricanam deportata. Liquebat ex Fragmento hisp. Francie à Ludouico Pio usque ad Robertum Regem, quod tomo 3. Scriptorum Francicorum edidit du Chesne; ubi memoratur Saluator Alethinus Episcopus, Danis à Richardo Normannia Comite contra Theobaldum Carnotensem Comitem euocatus, latè Gallias infestantibus, Parisorum urbem petuisse cum plurimis Sanctorum pignoribus, inter qua partes corporum pretiosorum Melorij & Tremori: pace deinde inter duos illos Comites factâ, domum reuerstisse, parte reliquiarum S. Sampsonis Episcopi isthic reliquâ, quam Hugo Capetus Dux in æde S. Bartholomai à se ampliata colloqui curauit. An S. Melorii reliquia ibi relicta, postea ad Meldorum urbem translate sint, an alio deportata, haud scimus.

AD VITAM S. GENOVEFÆ V.

*S.Genove-
fa reliquia
transposi-
ta.*

Pag. 137. col. 1. nu. 1. lin. 14. post Corisopiteni, adde: & Parisiensi nouo ac vetere. Et Sauffaius eo die ita scribit: Lutetiae Parisorum Translatio S. Genovefæ Virginis, regiae ipsius urbis Patronæ, cuius sacrum corpus diuinis fulgoribus rutilans, cùm Herbertus Abbas in viliori thecâ vetustâque conditum non gratae cerneret, capsam curauit argenteam deauratam intus & fotis, ac pretiosis margaritis exornatam fieri, in quam (ipso iam carne exuto) purissimos beatæ Virginis artus intulit solenni ritu illius successor Robertus de Firmitate Milonis regnante S. Ludouico: piuum opus promouentibus religiosâ munificentia Roberto Domino de Courtenay, Guilielmo Abrincensi Episcopo titulari, plurimisque regiae urbis ciuib[us] in sanctissimam patronam suam religiosè affectis. Iterumq[ue] idem Sauffaius x. Nouembris ista habet: Lutetiae Parisorum eleuatio corporis sanctissima Virginis Genovefæ, regiae ipsius urbis tutelaris gloriose; facta pieitate Roberti Abbatis de Pietate Milonis: cùm pretiosa lipiana tantæ Cælitis ex veteri thecâ in capsam argenteam, auro gemmisque decoratam transposita, intus imminens summo altari tabernaculum collocata fuerunt, ad Parisiensium excitandam fouendamque erga beatam suam Patronam deuotionem & reuerentiam.

Ibidem post num. 1. adde: In Breuiario Parisiensi est officium semiduplex de S. Genovefæ cum commemoratione S. Marcelli Episc. Parisiensis, de quo agemus 1. Nouembris. Caussa commemorationis exponitur Lectione 5. Itaque Stephanus, tunc

temporis Parisiensis Episcopus, vir piissimus, de salute Ex v. plebis sollicitus, ieunia & publicas pteces toti indicit ^{R. 116.}

populo. Et quia B. Genovefæ, Paritorum Patronæ, opem in publicâ calamitate imploratam aliquoties non defuise, iamque anteā Sequanæ fluvij inundatione seimel atque iterum beatæ Virginis patrocinio sedatam fuisse menor esset; visum est eius sacratissimum corpus ad seniorem beatæ genitricis Dei basilicam, solenni processione deduci, ut ipsa gloriosa Virgo, vna cum B. Marcelli altero eiusdem ciuitatis Patrono, pro populi salute supplicatura procederet. Lectione verò oīsta habentur: Sed & iuxta seniorem basilicam ædificata est, in monimentum posteritati, ecclesia S. Genovefæ quia DE MIRACULIS ECCLESIA de LO ARDENTIVM dicitur. Eo verò die oratio hæc legitur: miraculo Deus, qui B. Genovefæ excellenti multiplici virtutum gloriâ declarasti; concede nobis, quæsumus, ut quæ ho- dienâ die per gratiam tuam in membris humanis ignis horreendi consumpsit incendiū; nos quoque à gehennæ incendiis liberatos ad gaudia transferat Angelorum. Per Dominum.

Pag. 138. col. 1. post nu. 4. adde [Paulus Burerius, qui S. Genovefæ Vitam recens Gallicè scriptis, recenset quoties ab anno 1522 ad 1625. presenti semper ope, deposita ea sita theca.

Ibidem post nu. 5. adde [ac deinde Oden ynam, tres Hymnos, Grecos Panegyricos duos.

6. Preter illud cantatissimum sacri ignis, ope S. Genovefæ restincti, miraculum, aliud minus quidem celebre, admirabile s[ecundu]m, & certum in inferiore nostrâ Germania se numeru[m] patratur. Monasterium est S. Nicolai in Lacu, vulgo Zumlaack; ordinis Benedictini, diaesis Treurenſis, ab Andernaco oppido horarum aliquot itinere distans: huic propinquus est vicus, presente semper S. Genovefæ contra cali tonantis tempestates pa- Tempelatrocino clarus. Simul enim fragor exaudiri tonitruum cœperit, tis ope S. illici nimbi, grandinis, fulminis, & cuiusvis demum periculi ab Genovefæ agris auertendi causa, incole ad templum S. Genovefæ campanas depul[er]e. pulsaturi concurrunt: siñ differant, accolæ aduolant, ac pulsum vrgent. Neque i[us]t intermititur, dum qui foris consunt ardent[er] aliquot candelas supra templi testum consunt, quos S. Genovefæ cereos appellant. Id argumentum est propulsata, que metuebatur, calamitatu[m]. Hic à maiori bus fluxit ritus, & perpetui prodigijs fides, ed mirabilior, quod quibus lethali noxâ inquinatus animus est, ab iis cereos illos minimè confisci credit simplex vulgus; aliquibus sanè quidem non apparent. Id perenne S. Genovefæ, (non illius Brabantine, que haud inde procul vicò Fravvenkircken celebratur) sed huius Parisorum tutelaris, beneficium est, pagi illius templi, Patrona. Hec & minimè dubia fama, & grauissimorum virorum, qui sepius portentum ipsi spectarunt, & Antistitutum quoque, certissimo testimonio didicimus.

Pag. 138. post cap. 1. adde [a De hac legatione pleniū agemus ad S. Germani vitam 31. Iulij & S. Lupi 2. 9. eiusdem.

Pag. 139. post cap. 3. adde [a De S. Auiano Ep. Aurelianensi age- mus 17. Nouembr.

Pag. 141. post cap. 6. adde [a Colitur S. Celinia, sive Celinia, 20. Octob.

Pag. 143. post cap. 11. adde [a Colitur S. Crôthildis 3. Iunij. De hac ade alia scribit Sauffaius: In basilicâ Apostolorum Petri & Pauli, quam Clodouæus Rex suo hortatu in monte Parisiensi construxerat, digno funere sepulta, crebris adeò refulsi miraculis, ut titulum sacræ adis ab hinc nuncupatione suâ insignierit. Quæ clarius reselluntur ex alterâ vitâ, in quâ cap. 10. num. 42. ista habentur: Circa huius ergo tumulum, humilius primitus ligni superimpositione coactum, gloriae memorie Hlodoueus Rex &c.

Pag. 144. post cap. 3. adde [a Sauffaius, nestimus quo auctore, scribit: Hunnos Gallias inuidentes, Lutetiamque durâ obser- Hunni dione prementes, suâ oratione & meritis profigauit. Ab hic Parifos dixerit dicitur: Hunnorum exercitu non solùm longius ve- non obse- rianti orationibus restitut, verum etiam ne appropinquare Pa- dere. risios conaretur apud Deum orationibus suis obtinuit.

DE

Ex v.
R. I. S.
Reponenda
hęc pag. 153;
post Reuelationem S.
Genouefie.

DE S. E V S T A D I O

ABBATE DIVIONENSI IN BVRGVNDIA.

SECVL. VI. I
III. IANV.

Diuione, Ducatus Burgundia primariā vrbe, praeclarum extat cōnobium S.Benigni Martyris, qui i.Nouembri colitur. De eo cōnobio actum i.Ianu.in Vitā S. Guilielmi Abbatis. Omnim Abbatū catalogum exhibet Claudius Robertus in suā Diuione, interq; eos primum recenset S.Eustadij stadium, quem ait sepultum iuxta corpus S.Benigni, & iuxta eum S.Hilarium Senstorem & S.Quietam eius coniugem, S.Ioannis Reomensis, qui xxviii.Ianuarij colitur, parentes, de quibus agemus xxviii.Nouembri. Eustadius verò, inquit idem Robertus, filius fuisse dicitur S.Gregorij Episcopi Lingonensis, ad oram apographi cuiusdā catalogi huuus monasterij Abbatum. *Vitam S.Gregorij habes iv.Ianuarij.*

S.Eustadij natalem consecrat iii.Ianuarij *Sauvaius* in Supplemento Martyrologij Gallicani his verbis: In monasterio Diuionensi, S.Eustadij Abbatis primi Ecclesiae S.Benigni, qui cùm esset B.Gregorij Lingonensis filius, patris sancti consecratus vestigia, eam ad gratiæ sublimitatem etulit, vt absoluto sacræ præfecturæ decursu, pro con-

spicuæ sanctitatis honore meruerit in præsignatā Eccle-*sepulchra*.
fiā iuxta corpus S.Benigni Martyris ad lāuam eius tumulari. Porrò pōnē eius sepulchrum S.Hilarius Senator, & S.Quieta, S.Ioannis Reomensis parentes, non si ne priuilegio pietatis conditi sunt.

DE S. BLIDMVNDO.

Pag. 154.col.2. post vitam S.Blidmundi, adde [*Hec Menardus*. Inscriptis Sauvaius quoque nomen S.Blidmundi Martyrologio Gallicano. De S.Attala Abbate agemus x.Martij.

DE S. DANIEL E M.

Pag. 161.col.2. adde in fine [*Philippus Ferrarius Translatio-*
nem S.Danielis refert ii.Iunij. Galefinus xv.Maij; & celebratur Dominicā 3.Maij, vt hic dicitur. Colitur S.Prosdoci-

cimus Episc. & Patronus Parauinus, cuius hic mentio fit, VII.

Nouembri; S.Iustina V.M.vii.Octobri.

AD IV. IANVARI.



Ag. 162. col.1. lin.13. S.Neopiste; corrigere S.

Neophyte, & repone post S.Dafrosam.

Ibidem col.2. post lin.3. adde [S.Fausta Virgo Martyr, in Galliā. Expunge verò qua de illā inter Omissohabentur.

Ibidem post, S.Rigobertus Archiep.Remen. adde [S.

Rumonus Episcopus in Angliā.

Ibidem col.2. inter Omisso, vbi de SS.Theopompo & Sy-

nelio agitur, dele ista [sed Martyrol.Roman.xxi.Maij,] & re-

pone [Hic sunt SS.Thopeemptus & Theonas, de quibus egi-

mus iii.Ianuarij.

Ibidem de LXXII. Christi discipulis, post commemoratio-

nem, adde [De iisdem ista scribit hoc die Sauvaius: Commemoratio SS.LXXII.Discipulorum Domini, quorum ple-

riique Gallias celesti Euangelicæ veritatis lumine irra-

diantes Ecclesiarum multarum insignium illic funda-

menta, adhuc solida, posuerunt. Huic rei multis videtur

haud satis expedita probatio, vt de precipuis suo loco disputabi-

tur. De singulis &c.

Ibidem expunge qua de S.Fausta V.M.mittendā dicuntur.

DE S. FAVSTA VIRG. MART.

Reponenda
hęc pag. 165.

S. Fausta

translatio, **A**ndreas du Chesne Christianissimi Regis Historiographus, vir eternā dignus memoriam, nobis olim S.Fau-
sta Virginis & Martyris translationem & Lemouicensi
codice descriptam communicauit; cuius & ipse partem tom.2.
Scriptorum Francicorum publicauit, atque ex eo exprefit Pe-
trus de Marca lib.3.historia Bearnensis cap.2.

2. Ex eā historiā antiqua sancta Virginis veneratio afferitur:
aī nataliū eius aut dies anniversaria Translationis istius minimè
indicatur. Natalem in aliquot Martyrologiis reperimus; nam
Coloniense Martyrolog. anno 1490. excusum, iv.Ianuarij ista
habet Bituricas S.Fausta Virginis. Quae transcripsere Car-
thusiani Colonenses in addit. ad Vſuardum, auctor Florarij,
Maurolycus, Canifius, Galefinus, Ferrarius, Felicius.

natalis,

3. Fusiūs Andreas Sauvaius in Supplemento Martyrol.Galli-
martyriū, cani: Ipso die in Aquitanīa S.Fausta Virginis & Marty-
ris, quæ in Gasconia ob testimonium irrefragabile Christianæ pietatis durè cruciata, atque agone glorioſissimo
consummata, in loco cui Fidenciacus nomen erat, vbi
martyrium compleuit, à Christianis eo quo potuerunt
honore sepulta est. Deinde verò persecutionum sopitis
incendiis cùm serenor aura Christi cultoribus affulsiſ-
ſer, coruscantibus ad beatæ Martyris tumulum crebris
diuinæ maiestatis insigniis, ad eius memoriam honorifi-
cationem magnifica extructa est basilica, quam Dani
infideles Gasconiā populantes infeliciter cremauerunt.
At non diu pōst ne tam pretiosā gemma sub cinere deli-
teſceret, diuinā prouidentiā facēum est, vt ab Aldario
monacho Solemniacensi, reliquias Sanctorum perqui-

renti in Gasconia partibus, hortatu Arnaldi huius re-
gionis Comitis, qui filius erat Yunionis Comitis Petraci-
coricensis (Deo pīs adspirate votis) reperta atque le-
uata è ruderum dirutæ ecclesiæ obscurō ſitu, gleba ipsius
Cælitis veneranda, cum aliis Sanctorū lipsanis ad acce-
teriolum Solemniaci cōnobij iuris, conditum in fun-
do Briniciaco, delata, & reposita fuerit, multis fulgenti-
bus cùm ipsā in inuentione, tum in translatione pretiosi
corporis Martyris beatæ, miraculis. *Hec Sauvaius.* Poſte-
riora sunt ex historiā translationis adumbrata; priora ex aliquo
fortassis veteri Breuiario expresa. Nos de tempore, loco, modoq;
martyrij nihil vsquam reperimus.

4. Alia postmodū facta translatio ad Prateam ordinis
Cisterciensis in diaceſi Bituricensi cōnobium. Testatur Claudio alia trans-
Robertus anno MCCXLVII. v.Id.Octobris eam contigit. Quo latio.
die ita illius meminit in citato Martyrologij Supplemento Sau-
vaius: Bituricis translatio S.Fausta, cuius corpus in mo-
naſterio de Prateā reponitum quiescit. Dijſtat Prateā à me-
tropoli Biturigum 6.leuis. Renatus de Prie Abbas S.Mari-
æ de Prateā, Episcopus Baiocensis & Lemouicensis,
ac S.R.E.Cardinalis, corpus suum iuſſit humillimè iuxta
Diuam Faustam recondi, vt dicitur in eius epitaphio quod in
Notitiā Abbatiarum ord. Cistercien. exhibet Gafpar Tongelinus
Abbas S.Disibodi. Obiit Renatus v.Id.Septembr.MDXVI.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Ex MS. Andreæ du Chesne V.CL.

C A P V T I.

S. Faustæ reliquia inuenta; sublate.



1 Empore quo post Domini nostri Iesu Christi Incarnatione DCCCLXIII. annus impletus est, obtinente regnum Francorum ^a Carolo Rege filio Ludouici magni Imperatoris, grassata inquitianam ^b gens persecutio in Ecclesiâ Christi in regionibus Aquitanie, seu Gasconia. Siquidem paganorum barbaries, quos visitato sermone Danos, seu Normannos, appellant, à suis sedibus cum innumerabili exeuntis nauali gestamine ad Sanctonicam sive Burdegalensem urbes sunt aduecti. Indeque paucim in præfatis discurrentes prouinciis, urbes depopulando, monasteria, ecclesias, necnon & cunctas hominum ædes igne cremantes, non parvas hominum strages occidendo dederunt.

^a Danis Aquitaniam invastibus.

2 Eo verò tempore apud Gascones, quibus montes Pyrenæi vicini sunt, ^c Ducatus apicem Arnaldus vir illustre obtinebat. Hic etenim filius cuiusdam Comitis Petragoricensis vocabulo ^d Ymonis fuerat; & auunculo suo ^e Sanctioni, qui eiusdem gentis Dux fuerat, in principatum successerat. Denique idem Arnaldus saepius cum præfatis barbaris ad defensionem sanctæ Ecclesiæ præliando certauerat, & multos ex tetrâ illâ atque spurcissimâ natione interficiens, maximam ad ultimum sui nobilissimi exercitus partem amiserat.

^c Arnaldus Gasconia Dux.

^d e sep̄ viator, tandem vietus,

^e f amicus Solemnitatem sibi

^g & voto monachus,

^h in suader re S. reliquias è Gasconia auferant:

ⁱ ad hoc missus Aldarius,

^j post multa;

^k S. Fausta reliquias inuenit;

Erat autem tunc in pago Lemoucino à præfatis paganis incensum monasterium, quod ^f Solempniacum more antiquo vocant, vbi memoratus Arnaldus maximâ caritatis deuotione erat adstrictus; ob hoc videlicet, quia nouerat eum à S. Eligio Nouiomagenis Episcopo in honore S. Petri Apostoli nobiliter fuisse constructum, & maximam habitatorum illius cœnobij fuisse regulæ sanctæ obseruatione. Tantam etenim erga ipsum ^g architerium habebat deuotionem, vt spondens voveret se in eodem pro Christi amore comam capitis sui depositurum, & monasticis semetipsum subdendum disciplinis. Postea verò id implisset, nisi inopinatâ morte præuentus fuisset.

Hic verò dum incolumis adhuc in suo statu persisteret, curam ferens memorati cœnobij, admonebat saepius monachos eiusdem loci, vt partes Gasconia, quas regebat, pro adipiscendis sanctorū Martyrum reliquiis penetrarent. Ipseque illis hoc spondebat prouisurum, ne inanem paterentur itineris laborem. Vslum est autem Abbati eiusdem monasterij, & omni ipsius congregatiōni, vt aliquem ex Fratribus pro prælibato negotio illò mittere deberent. Misérunt autem quemdam monachum, religiosum scilicet Sacerdotē, nomine Aldarium, cum nepote eiusdem Ducis Arnaldi, nomine Gotafridum, qui in illis partibus tunc iter carpebat.

Aliquamdiu ergo prædictus Frater cum sui itineris comitibus apud meioratum Principem commoratus est, anxiā iugiter in sui pectoris antro gerens mœstiam; verens ne fortè illud quod mente conceperat non ad votum impleret: gestiebatq; ne forte habitatoribus seu regionis illius quod agere proposuerat manifestū fieret, ne ab ipsis impeditus suo sancto non valeret satisfacere desiderio. Sanè cùm multa Sanctorū pertransisset loca, & opportunum non vidisset, vt cœptum negotium explere potuisset, & iam ad propria redire decernerent; hi cum quibus ire decernebat tandem peruererunt in territorio ^b Fidenciaco, vbi ecclesia mitificè olim in honore S. Faustæ Virginis & Martyris construeta, & ab ipsis, quos suprà taxatimus, paganis combusta fuerat. In eadem denique basilicâ sanctissima membra

huius Martyris, completo pro Christo glorioſissimo ^a Avctoria triumpho tumulata à Christianis fuerant & congruo ^b ANONYMO, honore longissimis temporum successibus venerata. ^c Ex MSS.

Igitur cùm per Dei voluntatem hæc quæ retulimus memoratus Frater compreseret, confisus de Dei omnipotenti miseratione, simulque auctoritate & consensu supradicti Iudicis fretus, quodam diei crepusculo, transiente noctis excursu, antequam res ab incolis eiusdem loci posset agnosciri, paucis secum sociis adhibitis, accedit ad S. Faustæ Virginis & Martyris sepulchrum. Cum noctu aucto- ^d fert, aliquandiu ibidem in oratione cum lacrymis incubuisse, & Domini auxilium & Sanctæ ipsius suffragium implorasset, cum immenso tremore & fiduciâ operculum sarcophagi, in quo sancta membra quiescebant reuoluit. Eadem verò horâ, cùm iam in lucem prolata forent sancta pignora, tantus tonitru fragor cælitus into- ^e imman- nuit, vt hi qui aderant nec vnius horæ interuallo cor- tonitru poraliter se putarent esse superstites. Nec vicitus est tre- ^f percussit focius. more tanti fragoris deuotissimus animus prædicti Fratris, sed mox suos socios, quos sibi adsciverat vt solarium ferrent ferendarum reliquiarum, immani terrore perculos desperatosque esse conspiciens, vt constantiam fidei resumerent admonuit, & quod deuotè agi inchoauerant vt viriliter perficere studearent exhortari curauit. Quid multa? Leuantur sanctissima ossa ex tumulo, vbi multo tempore iacuerant, & linteaminibus præcipuis inuoluta, cum magnâ exultationis letitiae ab his, à quibus inuenta fuerant, feruntur ad propria.

^a Hic est Carolus Caluus, qui Ludouico Pio patre an 840. mortuo, Aquitania VVestrieq; regna sortitus, dein post Ludouici II. nepotu sui mortem Romanum quoque Imperium adcepit an 875.

^b De Normannorum in Gallias irruptionibus passim alia mem- nere gesta Sandorum, pleniū Du Cheſne in principio Normanno- rum Scriptorum.

^c Sauffaius supra solū Comitem facit.

^d Idem Sauffaius Unionem scribit; Petrus de Marca Imonem.

^e Huius Sancij, sive Sancionis meminist S. Eulogius in epistola ad Villesindum Pamplonensem Episcopum sive scribens: Olim, Beatisime Papa, cùm dira seculi fortuna, quæ fratres meos Al- ^f Vilhelmo & Isidorum à genitali solo abducens, pānē in ulteriores ^g duce Tolō- Togatæ Gallia partes apud Hludouicum Regem Baleariaꝝ satium exulare fecit, cum me etiam proper eos diuersas adire regiones, contra Cas & ignota atque laboriosa itinera subire compelleret; quoniam rolum re- stipata prædonibus via & funeris quondam VVilhelmi tota bellante, Gothia perturbata erat incursu, qui aduersus Carolum Regem Francorum eo tempore, auxilio fretus Habdarraghmanis Regis Arabum, tyrannidem agens, inuia & inadibilia cuncta reddiderat; ad partes Pamplonenses diuersus, putaueram me cito inde migraturum. Sed ipsa iterum quæ Pamplonem & Sebu- ^h Sancius ricos limitat Gallia Comata, in excidium contumaciores cer- Sancionis factionibus Comitis Sancij Sancionis erigens, contra ius se Gasco- præfati Principis veniens, totum illud obsidens iter, immancia ⁱ Duceum periculum coemantibus ingerebat.

Hic ergo Sancius Sancionis Comes Ducatum Gasconia tunc in- usit, cùm VVilhelmus filius Bernardi Dux aduersus eundem Carolum Caluum rebellabat. VVilhelmus Barcinonem dolo cepit circiter anno 848. quo Tolom deditio recipit Carolus. Anno 849, vt an 849, ^j habet Chronicon Fontanellense, bellum contra Francos instaurans, vicitus est, amissâ infidelium copiâ: fugâque arreptâ dum Barcinone se recipi possi consideret, factio Alestranni & quorundam Gothorum capitalem subiit pœnam: sicque filius iniurias perii. Atque inde relè colligit de Marca, hanc Sancij rebellionem, & S. Eulogij iter sub annum 849. contigisse. Ludouicus Rex, cuius meminist S. Eulogius, est Ludouici Pij filius Germania Rex, Caroli Calui frater.

^f De Solenniaco, celeberrimo cœnobio, 4. leonis ab Urbe Lemo- nicum diffuso, agitur 7. Ianu. in Vitâ S. Tillonis Pauli, & plenius 1. Decembr. in Vitâ S. Eligij Tornacensis Episcopi & Nouiomensis, sive Nouiomagenis, vt hic dicitur.

^g Ita MSS. In citâ S. Eulogij epistola arcysterium. & lib. i. Memorialis SS. ascysterium. Potius ascysterium, & coniugior, id est, exercitationis palæstra.

^h Fezensac interpretatur Pet. de Marca.

C A P V T II.

Miracula in Translatione facta.

ⁱ **7** SANE nec prætereundum est silentio, quod Domi- nus meritis tantæ Virginis ad cuiusdam fluminis vadum ostendere est dignatus. Denique hi, qui tunc se- ^j cura

AVCTORE
ANONYMO,
EX MSS.
Flamen
imbris
exundans
et tericu-
losum,

ope S. Fau-
stae

Solennis-
tates mo-
nachi ex-
torres

b

Reponenda
hęc pag. 180.

cum tantum thesauri munus ferebant, cum aduenient quodam in loco, ubi cuiusdam fluminis vadum transfretari conati sunt, pluribus aquarum imbris, qui præteritis inundationibus fluminis ripas impleuerant, tunc tantæ profunditate experti sunt aquam quam transmeabant creuisse, ut aliter non nisi natando litus contingere cum equis suis possent. Contigit autem monachum præfatum cum reliquis memorata Virginis, quas secum in sportulâ ferebat, pedestri labore trans torrentem remansisse. Nam a vehiculus, qui eum ferre debuerat, cum illis qui primitus vadum transferant, fortuitu vacuu, neminem in dorso suo ferens transmeaverat. Petuit itaque ab his qui iam transferant equum sibi reduci, sed impetrare non valuit, quoniam exterruerat eos ingens vadi altitudo. Quid ille faceret, vel quod se verteret primò ignorans, tandem salubri reperto consilio, ad orationis præsidia conuersus, lacrymabili prece Domino supplicauit, vt meritis Martyris sanctæ, quam gestabat, incolumis impetum transmeare posset. Nec mora facta, Domini aduenit auxilium. Quidam enim rusticus in eodem loco ex incolis loci illius religiosè Domini Sacerdoti & monacho obuius factus est eadem horâ. Quem isdem Domini famulùs rogare coepedes vado pit, vt vadum præbendo sibi ostenderet, & pro hoc illi transit Al- ipse mercedem condignam tribueret. Sed ille primò re- darius. cœpit, timens vim aquæ inundantis. Tandem vietus precibus, & hortatu serui Dei admonitus, vt fide armatus aquæ altitudinem ingredi non dubitaret, edito signo crucis vadum ingressi, inuenerunt aquam fluminis ex Domini præcepto eadem horâ in tantâ extenuatione exsiccata esse, vt usque ad genua sibi non perueniret quæ paullò ante dora equorum supereminens operuerat.

8 Tanto ergo viso miraculo, benedicens Dominum, iter cœptum lœti carpebant. Inde itaque digressi, post paucos dies peruenient in pago Teruensi, & fessi labore quodam in loco substitere, qui dicitur Nonnaris, prope castrum Ashense. Erat autem in eodem loco haud valde procul cella sita, ubi monachi commanebant, & ipsi ex præfato monasterio monachi propter prædictam paganorum sauitiem ad delitescendum ierant, sub Præpositorum suorum inibi regimine degentes, atque monasticam disciplinam diligenter obseruantes. Cum quibus etiam cohabitare solitus erat ille Frater, de quo superius sermo habitus est. Fundus autem, ubi cellula sita erat, vocabatur b Briuaciacus, & pertinebat ad Ius memorati monasterij: quo in loco Sanctorum reliquiae erant reponendæ non solum enim sanctæ Virginis Fausta, sed & nonnullas sanctæ Dei genitricis Mariae semper Virginis, nec non & sanctissimi Confessoris Martini Turonicæ Sedis Episcopi, quas repererant in Ecclesiâ

memorata Virginis, prædicti viri secum ferebant. Cùm cognouissent autem prædicti monachi iam propè adesse filios sacrum thesaurum sibi deferentes, inenarrabili perfusi gaudio occurrunt eis in loco, ubi paullò superius membrauimus eos substitisse. Detulerunt autem sandū relatum Fratres, qui obuiam venientibus ierunt, crucis quia ob- & candelabra cum cereorum & candelarum plurima- currunt: rum nec non & thuribulorum ornamenti. Aduenerat etiam cum eis populi multitudo non modica, quæ ex utroque sexu ex vicinis plagiis congregata, cum ingenti deuotione ac lœtitia sancta excipiebant pignora. Quæ cuius essent meriti palam omnibus illico Dominus ostendit. Denique cùm cerei & candelæ, quæ sine lu- cerei diu- mine delatae fuerant, antequam reliquiae è loco ubi de- nitus ac- positæ fuerant leuarentur, à nemine accidenter infu- cens.

9 Denique cùm nubes aquæ nimis densatâ solis clari- pluvia de- ratem obfuscaret, hominibus & indicium daret plu- pulsa.

tuentibus timore pluviarum, meritis Sanctorum inter- uenientibus, sine pluviâ conuersa est in claritatem vit- tute diuinâ, factumque est, vt sine aliqui aëris in- commodo peruenirent ad propria qui sacra gestabant pignora. Cùm vero peruenissent ad cellulam quam suprà taxatiim, ecclesiam laudes Deo canentes ingressi, condigne iuxta altaris cryptam deposuerunt, quæ piè ac fideliter detulerant: vbi immensa beneficia sanitatum, Domino in Sanctis suis operante, mirabiliter fiunt usque in hodiernum diem.

a Vehiculus pro equo positum, à vehendo.

b Sauffaius est Briniciacus.

c Deest extinguerentur, vel quid simile.

Vehicu-
lus.

AD VITAM S. GREGORII LING.

P Ag. 169. col. 2. in Epitaphio, ad finem in margine adde [Rouseride
nostris in historiâ Reomaensi pag. 478. legit, direxit.

AD VITAM S. RIGOBERTI EP.

P Ag. 180. col. 2. ad finem Translationis S. Rigoberti, adde [Non mediocris portio reliquiarum S. Rigoberti Par-
tios pridē delata in B. Deipara basiliâ cultu condigno obseruatur. Ita Breuiarium Parisiense, in quo Lectio ix. hoc S. Rigober-
tus est de S. Rigoberto. Idem testatur Sauffaius; qui tamen reliquia
fallitur, dum scribit, cum ab exilio reuersum, Sedi restitutum, aliqua Pa-
collapsam disciplinam in integrum piâ instantiâ resti-
tuisse.

DE S. RVMONO EPISCOPO

TAVESTOKÆ IN ANGLIA.

IV. IANV. I



Amara annis Cornvalliam à Deuoniâ di-
uidit, ac plures alios recipit priusquam se-
cum Plimo in Oceanum meridionalem eu-
uat ad Plimmouth oppidum, quod Plimi-
ostium sonat. Inter illos est fluviolus Tauus,
sue Teanus, ad quem Tauistoke, olim monasterio celebre; de
quo ita scribit VVillielmus Malmesburiensis lib. 2. de gestis Pon-
tifici. Angl. in Crideribus: Est in Domnoniâ cœnobium
monachorum iuxta Tau fluum, quod Tauistok voca-
tur, quod per Ordgarum Comitem Domnonensem,
patrem Elfridae, quæ fuit vxor Regis Edgari, surgendi
exordium, per Liungum Episcopum crescendi cepit
auspicio; locus amoenus opportunitate netrorum,
capturâ copiosa piscium, ecclesiæ congruente fabricâ,
fluvialibus riuis per officinas monachorum decurrentibus,
qui suo impetu effusi quicquid inuenerint super-

fluum, portant in exitum. Rumonus Sanctus ibi prædi-
catur, & iacet Episcopus pulchritudine decoratus scri- cultus olim
nij; ubi nulla scriptorum fides assistit opinioni: quod S. Rumo-
non solum ibi, sed in multis locis Angliae inuenies vio- nus;
lentia hostilitatis abolitam omnem gestorum notitiam, cuius A. A.
nuda Sanctorum nomina, & si quæ modò prætendunt ignota;

2 Hec VVillielmus. Quam Domnoniam vocat, ea Cor-
nubiam, sue Cornvalliam, & Deuoniâ complectitur, olim
à Domnoniis habitatæ, quos memorat Prolemeus lib. 2. cap. 3.
Solinus cap. 22. Dumnonios vocat, alijs Damnonios; Dan-
monios mallet Cambdenus. Ordgarus hic porrò Domnonia
comes, abusu fuit S. Eduardi Confessor. Nam Elfrida eius
filia mater fuit Ethelredi, S. Eduardi Martyris nouerca;
Ethelredi autem filius fuit S. Eduardus Confessor, vt in eius
Vita v. Januarij dicitur. Liungus Cnutoni eiusdem S. Eduardi
ytricō

vitrice gratiosus in primis fuit, ex monacho VVintoniensi Abbas Tauistokensis, inde Episcopus, ambitiosus, inquit Malmesbriensis, & proterius Ecclesiasticarum legum tyrannus inuictus; humatus Tauistokiae, quo loco multa spectabilia contulerat.

natalis,
reliquia.
3. S. Rumoni natalem in secundâ editione Anglicani sui Martyrologij, pridie Nonas Ianuar. consignauit Ioannes Vilsonius, hū verbū: Eodem die Tauestokiae in Deuoniâ, commemoratio S. Rumoni Episcopi & Confessoris, vita sanctitate & miraculis clari: cuius honori Ordulphus Deuoniae Comes insigne monasterium construxit, sub annum 966. vbi sacra eius reliquia longo tempore asseruata sunt magnâ cum veneratione. Ceterum ipsius Sancti etas omnino ignota est. Cum Deuonia serius ab Angliis subiugata, verisimile est, eum gente Britannum suisse.

AD VITAM B. ROGERII.

Pag. 182. post chronographicum de fundatione Ellantij, ante Prologum Auctoris, adde [Resert Saussairus quoque Rogerium in Martyrol. Gallicano, & Beatum appellat.

AD VITAM B. ANGELÆ.

Pag. 186. post ad Prefationem nostram, adde [Extat in libro de SS. Fulginationibus auctore Ludouico Iacobilli, Vita B. Angelæ. Cuius nomen recenset quoque hoc die in Martyrol. Franciscano Arturus Monstrierius, & plures citat, qui illius meminunt. Arnaldum autem vita Scriptorem, idem Beatum pradicat, & xvii. lunij recenset.

AD V. IANVARII.

Leonora Rodericia.

Pag. 135. inter Omissos adde [Leonora Rodericia, prima monasterij Pontis-viridis, à Maiore Perezia nobilis feminâ sub annum 1510. fundati, Ordinis S. Clara Abbatissa, refertur hoc die & Beata appellatur ab Arturo Monstrierio. Ita scribit de eâ Franciscus Gonzaga par. 3. prouinc. S. Iacobi Conuentu 7. Plura miracula edidisse fertur; quâ etiam de causâ eius corpus in sacrâ huius Conuentus æde sepultum, in maximâ est apud omnes veneracione. Idem scribit Barezzius par. 4. Chron. Minor. lib. 1. cap. 19.

Ibidem cùm de S. Ealredo, lin. 2. dele [Ben. Dorganius] & repone [Kalandarium Cisterciense Divisio excusum.

Ibidem adde: [B. Rogerius Tudertinus, Ordinis Minorum, refertur hoc die ab eodem Monstrierio. De eo agemus v. Martij.

DE S. TELESPHORO PAPA M.

S. Telephori translatio.

Pag. 236. col. 1. ad Prefationem adde [In plerisque veteribus MSS. Breuiariis Hispanicarum Ecclesiarû, vt ex Luca Torrio V. CL. didicimus, reperitur ad xxviii. Ianuarij adscriptum S. Telephori nomen. In MS. Florario SS. I. Augusti ista leguntur: Item Telesphori Papæ & Martyris translatio.

AD VITAM S. SYNCLETICÆ VIRG.

Pag. 242. col. 2. lin. 2. post, hic dabo, adde [Grecum exemplar vnde cum Latinâ interpretatione Petri Lansfeli nostri, à Luca Torrio V. CL. Ärarij regij in Flandriâ Prefecto, accepimus, vnde quasdam animaduersiones subtexemus. Ex eâ Vita in Vitis PP. &c.

Pag. 243. col. 1. lin. 2. atque etiam ipsi progressus &c. Lansfelius vertit: Etenim ipsa recte facta nos ad laborem & cognitionem accendeant. *Sensus videtur esse hic: nam & ipsæ res præclaræ à Syncleticâ gestæ menté nostram ad studium prouocabant.*

Ibidem num. 3. lin. antepenultimâ, recondiremus; lege, reconderemus. Διαθητούει ζωής.

Ibid. cap. 1. num. 8. restim duxit choreis. planius Lansfelius, saltarices inducit. χορὸς εἰς εἰσόγει.

Ibid. col. 2. num. 9. Tyria dele, repone tibia. σύνλογος.

Ibidem cap. 2. num. 11. lin. 8. accersito sene quodam. Gracē est, περισταλεσμένη λύν τῶν πετεσθέπων. vertit Lansfelius: accersito Presbytero.

Pag. 244. col. 1. post nu. 1. 4. adde: [Hic aliqua legi nō poterant in Graco MS. que & omisit Interpres.

Ibidem col. 2. lin. 10. fides autem familiam ducebatur. Gracē est: ἡ μὲν πίσις περιγένετο πάσιν, δῆλος δὲ τὸς τεσταμένους τὸς φυχῆς συσφίγεσσον. Lansfelius: Fides autem omnia præcedebat, totos ipsius humeros omnino constringens.

Pag. 245. col. 1. lin. 4. à fine, post, à triginta ad sexaginta, adde: nam præclarum est à minoribus ad maiora proficere. quod in Graco habetur.

Ibid. col. 2. cap. 4. nu. 26. lin. 14. pro, personas pulcas, facies decoras, & colloquia simplicia; repone, elegantes

Tom. I.

vultus, figuræ indecentes, & antiquam conuersationem. περισταλεσμένη, καὶ σχηματικὴ απειπη, καὶ ὄμιλας ἀρχαιας.

Pag. 246. col. 1. nu. 28. lin. 8. in fugâ diaboli; repone, in fugâ deteriorioris. ἐν διπλωμῇ τῷ χειρόν.

Ibidem cap. 5. nu. 30. lin. 4. quæ & palato suo eligebat &c. repone, Vnaquaque autem caruin accipiebat quantum volebat. Gracē est, ἐνδέην ἢ αὐτὸν ἐδέχετο ὅπερ ἔβελο.

Pag. 247. col. 1. nu. 36. lin. 3. à fine illius numeri: viperæ recenter natæ; repone, viperæ nascentes. ita Gracē: αἱ ἔχονται γεννώμεναι. Et pater, quia dicuntur aluum matris dilaniare, vt in auras prodeant.

Ibidem nu. 37. lin. 4. ante finem cap. afficulum, repone scintillam. Gracē, σπινθῆται.

Ibid. cap. 6. col. 2. lin. 5. à fine: iustitiam mundi sequuntur; repone, iuste & piè viuunt in seculo. οἱ καὶ τὸν κέρμαν διανοτατοῦσι.

Pag. 249. col. 1. nu. 50. lin. 4. Ego sum terra & non homo, corrigere, ego sum vermis, & non homo. Sic Gracum exemplar habet, & locus Psalmi.

Ibid. nu. 53. lin. 10. post cilicino stramento; adde: alij verd continenter humi cubant. sed quamuis &c. que in Greco habentur.

Pag. 250. col. 2. nu. 64. lin. 13. non enim imposuisti finem obloquendi patri tuo. corrigere, non enim cessas maledicare fratri tuo.

Pag. 251. col. 1. num. 70. lin. 10. σωδιατεῖψεις, corrigere, σωδιατεῖψεις. à σωδιατεῖπω, conuerto; non à σωδιατεῖψεις, conuerstor.

Ibidem col. 2. nu. 73. lin. 9. præputij cordis; corrigere, circumcisionis cordis.

Pag. 252. col. 2. nu. 84. Præterea id quod dicitur Verbū incruatum esse, insinuat consequenter natuitatem. Melius ex Greco sic efferes: Crtum ipsius Generationem nominavit Diuina Scriptura. Præterea quod inter homines dispensatiæ nasceretur, consequenter Generatio est appellata.

Pag. 253. col. 1. nu. 85. lin. 1. post mali, additur in Graco, dæmones.

Pag. 254. col. 1. nu. 92. lin. 22. Percipite quæ dixi; corrigere, attende ad ea quæ pronuntiantur. Gracē, ωρίται λεπίδης.

Pag. 255. col. 1. nu. 100. lin. 12. post de aduersario, adde quæ habentur in Graco: Immoderatio vbique exitiosa. Ne simul armæ tua exhaustias, vt nudus in conflictu reperiare, & facile supereris.

Ibid. col. 2. num. 11. lin. 17. Cae ne stellio verificationi se immisceat. Melius Lansfelius: Cae ne hostis subrepat in ieunij tui negotiationem. Gracē est: Οὐτε μὴ δὲ ἐχθρὸς ἔτεσται τῇ ἐμπειρᾳ τῆς νισταριας.

Ibid. col. 2. cap. 14. num. 105. lin. penult. febris interrupta; hecita dicta; corrigere, febres continuæ. περιπέσοι ἀδιάλειποι.

Pag. 256. col. 1. num. 108. lin. 13. post, se res haber in bonis; adde, nam & commilitonum meorum aliquis partes aduersariorum adiuuat. Sæpè enim &c.

Z z z

DE

ADDENDA AD V. DIEM IANVARII.

Ex y A- DE SS. HONOBERTO ET HONVLPHO EPP.

XII.

Pag. 288. col. 1. lin. 8. post agi v. Ianuarij, adde [Hos quoque refert hoc die Sauvaius, testaturq; haec tenus vnâ eadem quæ celebritate quotannis in Ecclesiâ Senonensi ex auitâ consuetudine percoli.

DE S. FLAMIDIANO M.

Pag. 289. col. 1. num. 5. in fine, adde: [Refert eum quoque hoc die Sauvaius in Supplemento Martyrologij, & Flauidianum vocat, traditq; sub Maximiano coronatum.

AD VITAM S. GERLACI.

Pag. 309. col. 1. annot. ad cap. 6. l. t. c. dele ista [Non est relatus (Lao III.) in numerum Sanctorum, licet hic Sanctus appelleretur] atque ista restituere [An sit relatus solenni Ecclesia ceremonia in album Sanctorum, nobis non constat. Non hic solum, sed alibi sepè ab antiquis scriptoribus Sanctus appellatur; fuitq; eximius sanctitate & miraculis clarus, ut xii. Junij dicemus.

AD VI. IANVARII.

DE B. GVARINO EP. SEDVN.



Pag. 348. col. 1. post num. 1. ornat eloquio, adde [Iosias Simlerus (si f. est hominis heterodoxi hic vti testimonio) in descriptione Valegia lib. 2 fol. 47. ita scribit: Post Amatum, Guarinum Sedunorum

episcopatum administrasse certum est; quo anno & quamdiu, incertum. Hic post obitum in cœnobio Vallis Alpium apud Equestres sepultus est: uterque à posteris in Diuorum numerum relatus fuit. De S. Amato agimus XIII. Septembri.

AD VII. IANVARII.

Pag. 354. inter Omissos, in Isidoro p. st. Galefinius, adde [Exstat in MS. monasterij Bodecensis Canonicon regularium Vita S. Isidori Episcopi, cuius festum celebratur VII. Idus Ianuarij; sed que ab imperito scriptore temere consarcinata: nam libros ei tribuit qui sunt S. Isidori Hispanensis, de quo agemus IV. Aprilis, & tamen Episcopum Africanum facit. Galefinius, quem hodie memorat, ait Nicomedia martyrio coronatum.

Ibidem in Matthæo Episcopo Agrigentino post, hic omitto, adde [Monstierius eum VIII. Octobris suo Martyrologio inscripsit, pluribus allatis p. i. alicuius cultus argumentis: an ab Ecclesiâ tamen quidquam de eius sanctitate sit pronuntiatum, ne nimis.

Pag. 355. inter Omissos post Amadeum Episc. Lausanensem, adde [B. Elisabetha Ruttenensis, quæ vulgo Bona Beta appellatur, refertur hoc die ab Arturo Monstierio: sed Conradus Prepositus Canonicon regularium VValdæ, eius Confessorius, scriptorq; vita illius, quam & Monstierius citat, dicitur tradit obiisse festo S. Catharina. Eam vitam dabimus XXV. Nou.

DE S. IVLIANO M.

Pag. 355. col. 1. post nu. 1. adde [IX. Ianuarij in Prolegomenis ad Vitam S. Iuliani sponsi S. Basiliæ §. 3. num. 13. diximus eundem videri qui in quibusdam Martyrologiis VII. Ianu. refertur; licet hic alij duo à nonnullis memorentur.

DE S. VALENTINO E.P.

Pag. 368. col. 2. nu. 4. lin. 14. post Episcopi & Confessoris, sequentia usque ad num. 5. sic exprime [Agitur ergo VII. Ianuarij S. Valentini natalis (iam inde à S. Seuerini Noricorum Apostoli a. u. vt mox dicemus) officio duplice: IV. Augusti Translatio, duplice quoque officio. XXIX. Octobris eius S. Valentini nulla modo fit commemoratione in propriis illius Ecclesiæ officiis. translatio Ferrarius VII. Junij ista scribit: Magis in Norico S. Valentini Episcopi Batauiensis. Citat in Notis tabulas Ecclesiæ Passauiensis, quæ tamen S. Valentini eo die non meninerunt. Neque in Norico situm est Maiense castrum. Ceterum in catalogo Episcoporum Passauensium non reperitur Valentini nomen, quod merito miratur Velserus in Notis ad Vitam S. Seuerini. Quæ de priore illâ translatione è castro Maiensi ad Ecclesiæ Passauensem in eiusdem Ecclesiæ officiis narrantur, lube hic subiungere; ita ergo habent Lectiones secundi nocturni: S. Valentini Episcopi corpus, cum aliquot annis in Maiensi castro humatum, in pace quieuisset, tandem circa annum Domini septingentesimum vigesimum tertium, à Luitprando Longobardorum Rege, Tridentum deducendum est, quod postmodum Tassilo Bauariae Dux, Vtia prima.

lonis filius, pridie Nonas Augusti, circa annum Domini secunda, septingentesimum septuagestum septimum Passauum honorificè deportari, atque inter duos muros, ante fores ecclesiæ B. Stephani Protomartyris, ubi Episcopi Sedes est, deponi fecit. Cum vero idem Valentini Confessoris Christi corpus, per quingentos ferè annos, multis miraculis clarum in Passauensi Ecclesiâ quieuisset, tota diocesis eius patrocinium sacerdotem sensit, praesertim in Hungarorum nondum Christianis ritibus initiatorum incursionibus & oppugnationibus, in quibus praesentissimum eius auxilium incolæ sunt experti. Allatis denique reliquiis S. Maximiliani Episcopi Laureancensis, sub Rudolphi Romanorum Regis imperio, Godefridus eius nominis primus Episcopus Passauensis corpora SS. Valentini & Maximiliani, ne humiliori loco tertia posita obsolecerent, honorabili tumba in eadem basilica Passauensi, extra chorum, sicut hodie cernitur, collocari fecit, sub annum Domini millesimum ducentesimum octuagestum quintum. Hac ibi. At VVigileus Hundius à Bernhardo Godefridi successore factam hanc translationem scribit. Et sane si anno 1285. contigit, ut hic dicitur, iam à quo cu- Episcopus erat Bernardus, qui ut ex eius epitaphio constat, obiit rata anno MCCCXIV. v. Kal. Augu. pontificatus sui anno XXX.

Pag. 369. numerum VIII. ita exprime: [Hic dabimus qua de S. Valentino scribit Raderus noster; dein fusorem vita & translationis historiam, à quingentis annis traditam litteris ab anonymo auctore. Eam Surius IV. Augu. paullulum à se expolitam edidit. Primigeniam phrasim natu sumus à MS. cœnobij Bodecensis Canonicon regularium in diocesi Paderbornensi.

Ibidem col. 2. pro Vitâ ex Surio hanc substitue, notationibus, que isthic adiecta sunt à nobis, hoc quoque transcriptis.

VITA ET TRANSLATIO

S. VALENTINI EP. BATAVEN.

Auctore anonymo, ex MS. cœnobij Bodecen. descripta à Ioan. Gamanso Soc. IESV.

CAPUT I.

S. Valentini inuentio, translatio.

PN ciuitate Patauiensi inuentum est sub nostro ævo corpus sanctissimum venerandi Confessoris Christi & Episcopi Valentini, temporibus B. Callisti Papæ anno Dominicæ Incarnationis a. M. C. à venerabili eiusdem Sedis Antistite Dedalrico: quod olim

olim illuc translatum à Longobardorū gente de castro Magiensī, iussū venerandi Duci Thaflilonis, Dei propitiante clementiā, proprię Sedi honorificè restitutū est.

b 2 Prima igitur translationis eius cauſa vel occasio talis erat. Cūm beatæ memoriae S. Corbinianus Episcopus Frisingensis Ecclesiæ Romam aliquando pergeret, captus est à custodibus Grimoaldi Principis Longobardorum, qui custodias obſeruabant in montanis & Alpibus, & perductus est in Magiense caſtrum. Vbi dum maneret beatissimus Pontifex Corbinianus, diuertit ad

c monaſterium S. Valentini Patauienſis quondam Episcopi, quod in eodem caſtro in montanis & Alpibus sito ædificauerat idem S. Valentinus Episcopus; in quo dum gentibus prædicasset, & multos ad Christum conuerſaret, poſt vitæ ſuæ terminum ſepultus requieuit in pace. Poſtquām verò iuſſu Grimoaldi prædictus Antistes B. Corbinianus dimiſſus à custodiā Romam peruenit, & inde felicibus auſpicis ad easdem partes reuersus est, dolens beati Pontificis Valentini corpus à ſuâ propria Ecclesiā longius ſemotū eſſe, rogauit Thafliloneum Ducem Longobardorum, & patrem Grimoaldi Duci, vt per eum propria Ecclesiā quandoque vel mortuus reſtitueretur. Cuius precibus annuens Dux Thaſſilo

d *translatum Paffauiu: paffauiu:* præcepit Longobardis vt cum honore deportarent corpus B. Valentini à caſtro Magiensī in ſuam ciuitatem Patauiam, vnde quondam expulſus fuerat ab erroreis hæreticis Ariana peruersitate repletis. Translatedum eſt igitur hoc modo corpus eiusdem ſacratissimi Pontificis à Magiensī caſtro in ciuitatem Patauiam, & poſitum eſt inter duos muros ante fores Ecclesiæ B. Stephani Proto-martyris, vbi Sedes eſt Pontificalis.

e *Vita cum eo inuenta.* 3 **e** Inuento corpore beatissimi Pontificis Valentini nostris temporibus in Patauiensi Ecclesiā, reperta eſt iuxta eum tabula plumbea, in quā continebantur ſcripta ſtrictim, & vix ad intelligendum gesta eiusdem ſanctissimi viri, quis fuerit, quomodo Episcopatum Patauienſis Ecclesiæ tenuerit, qualiter expulſus vitam ſuam in montanis exegerit, quomodo poſt mortem reportatus ſit. Quæ ſcripta ex vetuſate & terra putredine diſpersa, ab inuentoribus in vnum collecta vix ordinem rerum geſtarum manifestant hoc modo:

f *Batauius predicator s. Valentini:* 4 **f** Venit ab Oceano vir humilis Valentinus nomine in ciuitatem Noricam Patauiam, prædicandi gratiā. Sed quia id hominū genus ferum ac beſtiale nimis fuerat, paruum fructum animarum capere ibi poterat. Videns autem terræ illius commoditatem & quorundam hominum frugalitatem, & regionē iam albam ad meſſem, cogitabat intra ſe dicens: Non eſt paſſumendum cuiquam hominum Verbum Dei prædicare, niſi ex Apoſtolice auſtoritatis miſſione, ſicut ſcriptum eſt, Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Hæc dicens adiuit

g *Rom. 10. 15.* 5 **g** Apostolicū Romanæ ciuitatis g Leonem. Qui fuſcipiens eum cum honore & veneratione libenter audiuit, & cauſam prædicationis Apoſtolicā auſtoritate confirmauit. Reuersus denuō ad vrbum Patauiam, tentauit in eā prædicare verbum vitæ; ſed non proſuit, quia nondum tempus miſerendi aduenit. Iterum autem attenauit adire Romanum Pontificem, vt ab eo mitteretur vel in aliam prouinciam, vbi fructum animarū Christo coligeret, ac ſuæ animæ profectum non minùs percipere poſſet. Quem dum ſecundò compellafſet, interrogatus eſt ab eo, cuius rei gratiā tam citò rediiffet? Cui ille: Domine mi, Pater cariſime, quia infelicitatis meæ cauſa impediens nullum fructum capere potui, ideo redii ad te, orans, vt vel ad aliam gentem à te mittrar, vbi fructum animarum Christo iubente colligam, nec minùs animæ meæ profectū percipere, Deo adiuuante, queam. Respondit ei Papa: Inſta, frater, opportunè, imporunè; & beatus erit fructus laboris tui, ſi præualueris instare, vt mitiges feritatem diu repugnantis populi. Quid si nec tertio tentando præualueris, meā licentia & Apoſtolicā auſtoritate ad alias nationes prædicandi gratiā transmigrabis: & imponens ei manum ordina-

Tom. I.

uit eum ad Episcopatus gradum, & datā benedictione **Auctorē** dimiſit eum. At ille concitè rediens ad prædictā vrbeam **ANONYMO,** Patauiam, prædicauit in eā verbum ſalutis, & fidem **EX MSS.** sanctæ Trinitatis. Populi autem videntes eum instanter prædicantem, vna cum Arianis reſtiterunt ei, & eiceſe- **inde eiici-** runt eum non ſine laſione de finibus ſuis. Ille verò, vt **tur.** erat homo patiens, excuſo puluere pedum in eos, re- gressus ab Vrbe declinauit ad montana, ibique ſecun- dūm Dei prouidentiam inuenit fructum animarū cen- tuplum, ac ſuæ animæ profectum Deo & hominibus beneplacitum, ac felicem in Christo tranſitum. Expli- ciunt verba quæ in tabulis plumbeis reperta ſunt iuxta corpus B. Valentini.

a Corrigendum hunc numerum videri, cūm ab an. 1119. ad finem ferè 1124. Calliſtus II. federit, Vdalricus verò, qui hic Dedalricus appellatur, ab an. 1092. uſque ad 1124. animaduertit ſuprà ad Surianam Vitam.

b Videtur deſſe, Tridentum, dein verò **etc.** aut fortassis Tri- dento denuō ad Maienſe caſtrum fuit reportatum; inde Paffauium.

c Surius habebat, monumentum. *Gesta hac dum Romā rediret* S. Corbinianus, ſuprà adnotauimus pag. 370. col. 2. litt. g.

d Confuſa hac eſſe ab Audore ſuprà monuimus pag. 370. col. 2. litt. k.

e In MS. hic interponebatur titulus: De litteris cum corpore inuentis.

f Rurſus erat in MS. titulus: Series beati viri ſtrictim digeſta.

g Surius nomen omiſit. Sedit S. Leo ab an. 440. ad 461.

C A P V T II.

Prædicatio, virtutes.

Incipit ſeries de geſtis eius, quomodo in montanis locis verbum Dei prædicauerit, & cælibem vitam uisque ad felicem tranſitum peregerit.

s **F**vit itaque B. Valentinus Episcopus in montanis inter Alpes in locis nemorosis & ſilueſtribus, in **Prædicat in** quibus pagani multi & feri ac beſtales homines habi- **Alpibus:** tabant, prædicans & docens Verbum Dei, & virtutes multas faciens, ita vt ab obſeffis corporibus dæmones **claret mi-** effugaret, ſanaret infirmos, & multos malè habentes à **raculis:** diuerſis languoribus curaret. Erat enim Vir ſanq doctri- nae & fidei Catholicæ regulā perfectè imbutus, non palpans vitia hominum ſed pungens, habens verba tamquam aculeos contra criminofos, & tamquam clavos defixos in altum, abſtinens ſe ab omni fratre ambulante inordinatè.

6 Versutias hæreticorum totuſtudio declinabat, ita vt nec audire eos, nec communicate cum eis in cibo aut potu, ſeu qualibet amicitia conuentione, vellet. Propter quod & ad montana confugerat, vt nullo modo eſſet **auerſatur** ei conuentioſis occaſio ſeu communionis necessiſtudo **hæreticos:** cum eis, qui tunc temporis totum orbem ſuā fœditate repleuerant. Ariana namque perfidia inter ceteras hæ- refes ſerpebat per totum mundum, & more ſerpentis veneno perfidia fœdauerat limites, quos Apoſtolica olim doctrina ad Christi fidem conuerterat. Ne ergo vir ſanctus, & Catholicæ religionis firmitate roboratus, hæreticorum tumultuosos clamores amplius audiret, quibus reſiſtere præ multitudine non poterat, ad montana conſendit. Vbi cūm ſanæ doctriñæ & veritatis prædicatione vigilanter inſiſteret, multum ibi Domino populū lucratuſ eſt. Audientes enim eum populi multi qui erant ibi, non ſolū in montanis poſiti, ſed etiam in vicinis locis & circa Alpes contra Italianam & **Longo-** **multas Gentiles** **a** **b** **hæreticos:** **conuerit,** bardiam, conuererunt ad eum & baptizabantur in fide ſanctæ Trinitatis.

7 Quidam etiam ab errore, quem ab Hæreticis malè percepere, recurrentes ad fidem, per vires Dei B. Valentini orthodoxam prædicationē, conſitentesque & hæreti- peccata ſua & abſtinentes ſe ab omni opere malo glori- **cos:** **ficiabant**

Z z z z 2

AVCTORI ficabant Deum Patrem omnipotentem & Filium eius
ANONY- Dominum nostrum Iesum Christum redemptorem &
M. Saluatorem mundi, & Spiritum sanctum Paracitum,
EX MSS. illuminatorem & consolatorem animarum nostrarum,
veram & sanctam Trinitatem diuini nominis & con-
fessionis unitatem. Non est in hac Deitatis confessione
diuisio, non est in personis inaequalitas, vel diminutio,
seu temporum nouitas, quia Pater aequalis & consub-
stantialis est Filio, sanctoque Spiritui. Alia tamen perso-
na Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti; vna vero deitas,
vna diuinitas, sempiternaque maiestas, quae cuncta
creat, cuncta vegetat, cuncta regit atque gubernat.
Quam fidem constantissime prædicabat B. Valentinus
Episcopus, & in hac sancta Trinitatis confessione per-
durabat, & hac fide multos ab errore diabolicae prau-
tatis liberabat, multorumque animas a precipitio æter-
nae damnationis eripiebat, & quos subtraxit diabolo
lucratus est Christo, quoque conuertit ad fidem lucra-
batur ad salutem, & ad perpetuam animarum salua-
tionem.

opportunis 8 Docebat eos resistere vitiis, reluctarique mundi
monitis eos huius concupiscentiis, repugnare peccatis, recedere ab
instruit, erroribus pristinis & ab vniuersis vanitatibus suis. Do-
cebat populum Dei bene credere & operari, spernere
lenocinia blandientis seculi, perfecteque ambulare in
viâ mandatorum Domini, ut quae fide rectâ compre-
henderent, bonis operibus adimplerent. Hæc siquidem
alios docendo & instruendo, nequaquam semetipsum
neglexit; sed dum excolebat alios, seipsum præcipue
corrigebat & castigabat, secundum quod Apostolus de
seipso loquitur dicens: Castigo corpus meum & seru-
tuti subiicio; ne forte aliis prædicans ipse reprobis effi-
ciar. Erat eius doctrina sale sapientia condita, non de-
clinans ad dexteram neque ad sinistram, id est, non ni-
mis aspera neque nimium remissa. Sic eradicabat, &
extirpabat viria, vt virtutes simul non euelleret, iuxta
quod in Euangeliō de Domini Salvatoris exemplo dici-
1. Cor. 9.
27.

Matth. 12. tur: Linum fumigans non extinxit, & arundinem qua-
20. fatam non contruit. Linum fumigans extingue est
in signi in peccatores quoque & sceleratos seu criminatos pro-
omnibus ppter fumum sui fœtoris despicere, & ad reconciliatio-
modera- nem Diuinæ miserationis per benevolentiam prædica-
tionis non reuocare. Non extinguere vero est, ne de-
esperent, per lenitatem ad fiduciam salutis æternæ alli-
ciendo temperare. Arundinem quassaram conterere est
angustias & exasperatas atque ob instabilitatem suæ
prauitatis afflictas mentes ad constantiam & fiduciam
spei æternae vita promissionibus non perducere; sed in
austeritate maledictionis & desperationis conterere.
Quod B. Valentinus Episcopus & Confessor, Prædicatorque
egregius, non fecit; sed magis peccatoribus sic
prædicabat veniam, vt seipsum peccatorum esse diceret
in exemplum, iuxta quod scriptum est: Iustus in prin-
cipio accusator est sui. Et summus Prædicator Paulus
1. Tim. 1.
15. & 16.

dicit: Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores
falsos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo mis-
ericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Deus
omnem gratiam eis qui credituri sunt ei in vitam æter-
nam. Sanctus itaque Valentinus Episcopus dulcis erat
in eloquio, in prædicatione suavis, non multiplex, neque
profusus in verbis; non profundus in sensibus, non
astutus neque obligatus in sententiis; sed erat humilis
in voce, lenis in exhortatione, conspicuus in bonitate,
b. in vniuersâ morum præclarus honestate b.

a. Nondum id sunc illi prouincia nomen, ideoq; Surius Insubres
 reposuit.

b. Huc usque omnia in plumbeâ illâ tabulâ descripta fuisse existi-
 mat Surius, at non sequentia.

C A P V T III.

Eius pietas, mors, translatio.

9 **E**rat ei consuetudo noctes & dies psalmos rumi-
nare, ex totius cordis intentione hymnos decan-
tare, precepsque vñterim profundere, totâ compunctione
ad Dominum suspirare, & cum Psalmista frequenter
ingemiscere ac dicere: Heu mihi, quia incolatus meus ^{psal. 119.50.}
prolongatus est! & iterum: Ad te Domine leuavi ani- ^{& 24.1.}
mam meam; Deus meus in te confido, non erubescam.
& iterum: In te cantatio mea semper; tamquam prodi- ^{& 70.6.}
gium factus sum multis, & tu adiutor fortis. & cum ^{Pietati}
Apostolo cupiens dissolui & esse cum Christo, frequen- ^{deditus,}
tissime in orationibus suis suspirabat ad Dominum, &
dicebat cum lacrymis & singultibus: Quando veniam
& apparebo ante faciem Domini? Quomodo apparebo
ante terribilem Iudicem in die illâ quando venerit iu-
dicare viuos & mortuos, & omne seculum per ignem?
Igitur B. Valentinus, athleta Christi fortissimus, cum
multas gentes in Christi fide & religione Catholicæ
professionis confirmasset, delegit sibi cælibem vitam, ^{amans soli-}
vt secretius, vt securius Deo adhaerens contemplationi ^{tudinu,}
deseruiret, & cælesti dulcedini animum intenderet. Fe-
cerat sibi iam pridem Oratoriolum seorsum ab homi-
num tumultu lequestratum; in quo frequenter in ora-
tionibus pernoctabat, vigiliis & ieuniis insistebat, se-
pissime etiam lacrymarum imbribus perfusus totis ad
Deum suspiriis anhelabat; diebus vero lectionibus, me-
ditationibus ac contemplationibus vacabat; eleemosy-
nis etiam & aliis bonis operibus, quibus poterat, insu-
dabat: Deoque soli in secreto cordis sui per puram
conscientiam continuè & indefessè militabat.

10 Post tot vitæ huius labores, post tot bonorum
operum sudores, atque post tantas vigilias, & corporis
molestias, necnon & hæreticorum pressuras & insidias;
Deus omnipotens, cui soli iam longo tempore milita-
uerat, volens ei quasi fideli seruo impendere mercedem
& præmium post laboré, reuelauit ei in spiritu tempus
& horam suæ resolutionis, vt esset cautus ac sollicitus
& in omnibus prouidè circumspctus, ne forte mors ^{prepares so-}
repente eum immunitum inueniret, & sic acrius labo- ^{ad mortem:}
rate inciperet, sicut in Euangeliō de prouidentiâ beati
serui à Domino dicitur: Beatus seruus, quem cum ve- ^{Luc. 12.}
nerit Dominus, inueniet vigilantem. Nam si sciret pater-
familias quâ horâ fur veniret, vigilaret vtique & non
sineret perfodi domum suam. Sciens ergo Sanctus Do-
mini imminere sibi diem & horam transitus sui, præ-
muniuit se vigiliis sacrificiis orationibus, vt exspectaret
præmium latus, pro quo tantum tempus laborauerat
bonis operibus inquietus attendens illum versiculum
in Euangeliō sibi à Domino adaptandum: Euge serue ^{Luc. 19.}
bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa 17.
te constituam, intra in gaudium Domini tui.

11 Cumque adhuc labores supra labores adderet,
vigilias super vigilias, ieuniia super ieuniia, orationes
orationibus continuaret, ac ceteris bonis operibus in-
sistendo diem & horam sua vocationis iugibus cum
lacrymis exspectaret, tactus febre intrinsecus & graui ^{febi} labo-
molestiâ corporis extrinsecus vexabatur infirmitate, ^{rati:}
quâ & mortuus est beatissimus Christi Sacerdos Valen-
tinus. Sed licet ægritudine validâ laboraret, secum ta-
men patientia & obedientia virtutem retinens; non
multum contristabatur, sed gaudebat; præsumens se à
Domino diligi, quia tam graui infirmitate ab ipso me-
rebatur argui & castigari; sicut Diuina sapientia electo-
rum animas consolatur dicens: Fili mi, noli deficere ^{Prov. 3.11.}
proper disciplinam Domini, & ne fatigeris dum ab eo
argueris, quem enim diligit Dominus corripit, flagellat
omnem filium, quem recipit, & post flagella in heredi-
tatem patriæ cælestis introducit. Talibus itaque Spiritus
sancti consolatoriis eulogis S. Valentinus Episcopus
multum

P. 429. col. 2. ad finem miraculorum ex Domenocco, adde:

ALIVD MIRACULVM

Ex Ioan. Lopez 3. p. hist. Prædic. c. 65.

Ioanna Quignonia, Ferdinandi Quignonij & Damiana Oliveræ filia, dignis nobili suo genere mortibus prædicta, atque a primâ aetate ad omnem eruditâ pietatem, diutinâ ægritudine exercita, ac tandem S. Raymundi opportunam opeum experta est. Nam ^{Quadam} cùm nouem esset annorum, lateris correpta est dolore, ^{tinctoria} adeò vehementer, ut febri etiam restinâ detergi tamen malum omne non potuerit, sed perpetuâ peccoris anxietate premeretur. Defluxit postea in genna noxius humor, ut lecto affixa duodecim annos assiduè decubuerit, nisi quod prioribus tribus mensibus paululum quandoque incellerit fulcris geminis nixa, quamuis cum ingenti cruciatu. In his molestiis ærumnosam & ^{epilepti-} miserabilem vitam trahebat: cùm sub annū ^{ca.} MDXCVIII. ^{remedii,} epilepsia accessit, ita violentis & frequentibus paroxysmis, ut ferè in dies trium horarum spatio vsi sensuum priuata iaceret: fuit cùm quatuordecim dies exertâ fœdè lingua summas respirationis angustias pateretur, nec cibi quidquam caperet, sed modici solùm liquoris instillatione refocillaretur, planè ut de eius vitâ conlamatum videretur. Accedente paroxysmo, tantâ vi contractebatur, vix ut à ternis coërceri hominibus posset. Eâ luxatus pes dexter ac retrosum conuersus: in brachio ac manu sinistrâ simili facta conuulsiō; ingens in lœvâ mammâ tuber excrevit: guttus variè intumuit, unde maximum sustinebat dolorem, ut præ eo linguam sibi mordicus conuulneraret. His tot ac tantis malis omnis ferè adempta illi loquendi facultas. Accedebat febris continua, & acerbus capitis dolor.

2 Incredibili studio adhibita remedia; cauteria, balnea, catharteria tentata. Verùm vbi cuncta successu multifru- caruere, ad cælestem opem implorandâ conuertuntur ^{strâ tetatis} parentes: ac primùm, ne qua fraus mali dæmonis inter- ^{remedii,} cesserit, exorcismi atque alia Ecclesiæ preces admota, suscepta peregrinationes, genus nullum deuotionis prætermisum. Aliud parabatur inueterata ægritudini medicamentum: nam cùm Legionem, vbi degebat infirma, nuntiatum est, solemniter in Sanctorum tabulas relatum esse Raymundum Pennafortium, spes ei iniecta recuperanda illius patrocinio sanitatis. Obtestatur ergo parentes pridie Kalendas Iulij MDCLII. vt se ad Patrum Prædicatorum ædem, ad S. Raymundi aram cuius ^{S. Ray-} parenti deportari; & erant ipsi quoque singulari aduersus mundi de- eumdem Diuum pietate. Ergo quamvis esset ita iam exhausta, vt vix contrectari ac moueri loco posset, verendumque putarent ne præsenti vitæ discrimini obii- ceretur, tamen eius pietati obsecundant, & leæticiâ eō illam deuehunc.

3 Hic ante aram Diuique imaginem collocata, pec- cata primum confitetur, tum sacrosanctâ Eucharistiam suscipit, eâ corporis imbecillitate, ut attollere caput non posset. Dein statua S. Raymundi petenti traditur, quam, *ibidem*, consi- eti ita infirma ac debilis, complectitur brachiis, rigat *cepsus* pre- lacrymis, eâque fiduciâ concipit preces quasi iam certa *cibis*, de obtinendâ valetudine, sàpius inter orandum pro- fessa se incolumè reddituram esse dominum. Duas cit- citer horas statuā ita strinxit, nec eripi sibi eam est passa. Leni tandem somno correpta est, sed & mox ita atrox secutus paroxysmus, ut iam animam exhalatura crede- retur. Impalluerat vultus, mira erat peccoris anxietas, denique liquit eam animus: post paullò sibi reddita, in spem nouam erecta, Sanctum obsecrat ut Deum sibi conciliet, ac sanitatem ab eo impetraret. Immutata rursum oris species est: quare territa parens, percunctatur, quâ habeat. Respondet, melius sibi esse, iamq; vires redisse: *cousale/cit,*

Z z z z ; atque

multum læticatus non timebat mori, sciens se à Do- mino citius à tormento mortis liberari.

12 Vocatis igitur fratribus & commilitonibus suis, indicauit eis tempus resolutionis suæ imminere, & his verbis omnes allocutus est: Fratres carissimi, confor- mate in Christi fide Ecclesiam, conseruate fidem & vni- tatem, pacem, spem, & caritatem, & religionem Catho- licam, & Deus pacis & dilectionis sit vobis scimus usque in finem. Tunc beatissimus Pontifex orauit ad Domi- num cum lacrymis & dixit: Domine Deus Pater Do- mini mei Iesu Christi, qui per Spiritus sancti gratiam omnes gentes in unitate fidei congregasti, congrega Ecclesiam tuam sub vinculo veræ fidei & Christianæ religionis; libera eam à prauitate hereticæ peruersitas, muni eam & custodi à scissurâ diabolice falsitatis. Domine Iesu Christe, Fili Dei omnipotentis Patris, de- fende & erue oues tuas de ore luporum, pro quibus fudisti pretiosissimum sanguinem tuum.

13 Finita denique hac oratione & fidelissimâ exhortatione Pater Valentinus accepit propriis manibus Sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, dicens: Domine Iesu Christe glorioissime conditor & redemptor mundi, qui es ductor & illuminator animarum nostrarum, obsecro te per mysterium sanctissimæ Passionis & resurrectionis tuæ, ut suscipias animam meam, & perducas in regnum tuum, quod preparasti diligentibus te. Hac oratione completâ tradi- didit spiritum in manus Angelorum ad Christum in Para- disum perducendum.

14 Corpus autem eius ibidem in montanis in eccle- siâ suâ sepultum est. Post aliquantum verò temporis cef- sante perfidiâ hereticorum à fidibus Christianis ad Patauianum corpus eius perlatum est, & in ecclesiâ B. Stephani Protomartyris honorificè reconditum est. Cùm autem per multa tempora claresceret locus ille signis & virtutibus, quas fecit per illum Deum, reuelatae sunt multæ visiones nostris temporibus viris religiosis; qua- liter Domino præcipiente transferendum esset corpus eiusdem sanctissimi viri in locum celebriorē. Inuentum est ergo corpus sanctissimi Confessoris Christi Valentini inter duos muros basilicæ B. Stephani Protomartyris, & eleuatum cum magno tripudio & populorum con- uentu à venerabilibus Episcopis & aliis viris religiosis, collocatum est in maiori Ecclesiâ ad fidem Pontificatus, vbi adhuc plurima fiunt miracula, quæ facit per illum Deum & Dominum noster Iesum Christum, qui in Sanctis suis est mirabilis & gloriosus in secula seculorū, Amen.

15 Celebratur autem festum B. Valentini in Patauensi ciuitate magnificè & cum magno honore pridie Nonas Augusti, & fit ibi conuentus multorū hominum, quæ- rentium auxilium & defensionem à B. Valentino Epis- copo, percipiuntque multi, qui dignè postulauerint, sollicitatem mentis & corporis per Dominum nostrum Iesum Christum.

DE B. WITTEKINDO DVCE.

P. 385. col. 2. post nu. 28. adde [VVernerus Rolevinck aliq. arcæ, in quâ B. VVittekindi ossa reposita sunt, hos versus in- scriptos aiunt:

Ossa viri fortis, cuius fors nescia mortis,
Iste locus claudit; Evge Bone spiritus audit:
Omnis mundatur hunc Regem qui veneratur:
Ægros hic morbis cæli Rex sanat & orbis.
Fertur B. Wittekindi corpus Heruordie VVestphaliae oppido etiamnum afferuari.

DE S. REINOLDO M.

P. 386. col. 1. lin. 1. dele, nomina Oliverij, & Rolandi, qui an unquam extiterint, haud exploratum est nobis.

Ibidem lin. 10. post, hic dabo, adde [Aliam S. Reinoldi ri- tam metro rhythmico descriptam nocti sumus, multa fabulosa de eius genealogia, fratribus, uxore &c. completemem.

Tom. I.

fus sol-
eur.prof. in
orat:sumpto
viatico,p. mori-
tur.Corpus
transfor-
matur Pa-
ssionis,p. diuino
monitu
mag-
nifi-
cans lo-
casur,Anniver-
saria træf-
lationis fo-
lennitas.

Ex v. A.
215.

atque ad F. Hieronymum de Prado Theologiae Professorem conuersa, rogat ut se iuuet; quo dextram porridente assurgit in pedes, & statuam magnam ac grauem laeuam manu attollens, ad altare maius festiuem & expeditè euadit, gradus ascendit, sacrosanctam Eucharistiam veneratur. Eo ipso momento valetudinem recuperat, studiis pientibus qui eam norant; ac tanto inflammata est studio pietatis & gratitudinis, ut mox admitti sese in S. Ca-

& fit Reli-

gio/a.

tharinæ Senensis cœnobium in eadem urbe, sacroque donari habitu petierit, neque nisi eo obtento conquiescerit. Anno tandem MDIV. ipsi D. Dominici feriis, ab Andrea de Caso Legionensi Antistite, atque olim prouincia Castellanæ Ordinis Prædicatorum moderator, sanctum velum suscepit, atque insigni pietatis laude effloruit, sedula in vigiliis, ieuniis, ceterisque religiosis vitæ functionibus obeundis.

AD VIII. IANVARI.



Pag. 457. iner Omissos addit: Pragæ secunda reliquiarum translatio celebrari hoc die consuevit, ut ex veteri illius Ecclesiæ Kalendario addicimus. De reliquis variis Pragam à Capitulo IV. Imp. allatis actum est supra in Addit. ad 2. Ianuarij. Ast in MS. eiusdem Ecclesiæ Kalendario ita habetur: vi. Id. Allatio reliquiarum sanctorum Apostolorum Thomæ, Iacobi, Mauritij.

Ibidem ubi agitur de Dedicatione ecclesiæ S. Marie de principio Neapolit., addit [De hac ecclesiæ eiusq[ue] dedicatione agemus ad Vitam S. Asprem 3. Augusti, & S. Candidæ senioris 4. Septembri.

DE S. LVCIANO BELLOVAC.

Pag. 460. col. 2. nu. 7. lin. 8. post, an ea Notationes prodierint, nos latet, addit [In eadem sententiâ est Franciscus Bosquetus, Praetor Narbonensis, historiarum Eccles. Gallic. tom. 1. & disertissime atque ex professo Iacobus Sirmondus noster libello de eâ re edito.

S. Luciani reliquia an Vicum delata? Pag. 461. col. 1. post nu. 12. addit [Chronicum Hispaniense quod Dextri vocant, ad an 308. nu. 8. ista habet: Reliquiae S. Luciani Belouacensis Episcopi Vicum transferuntur. Sit fides penes auctorem. Franciscus Biuarius notat Vicum, de quo isthic est sermo, Catalanae urbem esse. Ast Luitprandi Chronicum ad an. Christi 902. ista habet: S. Luciani Pontificis & Martyris, comitis S. Dionysij Areopagitæ, ossa Bellouaco ad urbem Vicensem translata sunt. Alij putant Leuciani Reguli Carpetanorum corpus, passi cum Quiteriâ, cum corpore S. Marci allatum. Non potest vtrique huic Chronicô fides constare; & nefas fuerit, neutri fidem habuisse?

DE S. PATIENTE E.P.

Pag. 468. col. 2. linea penultima, Andreas Dinettus, corrigit, Iacobus Dinettus, Societatem nunc in prouincia Francia moderatur, vir doctissimus & humanissimus.

Pag. 469. post lin. 2. addit: De aetate S. Patientis, & sequenti historia fide, statui poterit ex iis qua XXIII. Nouembris de S. Clementis Ep. Metensis aetate dicemus. Eamdem Vitam ex MS. Carthusia Colonien. nacti sumus, sed paullum subinde contraham, nonnullis ad calcem assutis de Ecclesiâ S. Ioannis Euangelista isthic à S. Patiente adscicata. Eadem Vita Gallicè edita à Viellio & alius.

DE S. ATTICO E.P. C.P.

Pag. 480. col. 1. post §. 6. addit [Sed fortassis in Nicophori catalogo vitiati sunt numeri, ut pro vi. annis, iv. Theodoto dati sint. Videtur certè quidem sex illi annos tribuere Theodoretus ep. 83. vbi sic scribit. nu. 23. Sex enim annos ibi (Antiochiae) ego docens, tempore beatæ memoriae Theodoti Antiocheni Episcopi, qui tum vitæ splendore polluit & fulsis, tum etiam diuinorum dogmatum cognitione. Altos deinde tredecim annos tempore B. Ioannis &c. Græcè est, εξ μὲν ἐτῶν δεκατέσσερος &c. Fortè pro s' legit Nicophorus δ', aut contrà pro δ', s' repousuerunt in transcribendis Theodoreti operibus librarij.

DE S. AEMILIANO CONF.

Pag. 483. col. 2. post ea qua habentur de SS. Dominicâ, Georgio Chozebite, Aemiliano, addit, [Porro hic esse videtur Aemilianus monachus, quem

S. Theodorus Studita lib. 1. ep. 48. à Baronio tom. 9. an. 809. nu. 30. & seqq. recitatâ, ita laudat: Cur Antonius religiosissimus Præpositus in custodiâ apud Amorium datus, cùm s. Aemilius eodem quo superior modo Mæchosynodum vnâ cùm lianus pro Fratribus suis anathematizasset: Cur Aemilianus Frater *imaginum cultus multa passus.* à Nicomediens in Thyniam vincitus ductus est, verbera perierant monasterio, perinde ac si hostium spolia fuissent? Quare inferius post S. Gudilam effet reponendum.

+ DE TRANSLATIONE
S. SEVERINI NORICOR. APOST.

Pag. 497. col. 2. lin. 7. à fine: Leonis Sapientis Imperatoris 24. Christi 910. corrigit, [Christi 909.

Pag. 498. lin. 2. dele, Ex eo hausta &c. usque ad nu. 5. & reponit [Eam Neapoli ad nos transmisit Antonius Beatillus è veteri codice descriptam, quam hic damus.

4 E quâ corrigas quod Ferrarius &c. Sequentes quoque numeros corrigere.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Ioanne Diacono,

Ex MSS. eruta ab Ant. Beatillo Soc. IESV.

CAPUT I.

Rhegium à Saracenis captum, direptum.

S. Cripturus, Domine & Ioannes Abba, qualiter ex castro Lucullano, dudum Prologus Authoria. euerso, translatum, tuoque in monasterio S. Seuerini corpusculum sit collatum; ratum fuit ibidem, quantum competens videbatur, referre, quod nefandissimus Africanorum Rex, verbis, seu factis, in nostræ religione exercuit populum. Sed quia tu tuo magis imperio exigebas, ut illa portenta, quæ nostris acciderunt temporibus, in modum commentarioli cum euangelicis disputationibus contexerem, & ego id fieri non posse cauissarem; tamen habitu maiorum consilio, placuit, ut ea quæ de ipso sunt Regi, summatum strictimque percurrerem, & in ceteris, prout facultas suppeditasset, largius immorarer: conuenit ergo dare operam, & fatigare quod caritas iuber, quatenus Christi Confessoris translatio sic sit vbique notissima, sicuti est & vita eius, & virtutes signorum, quas iam ab olim per totum orbem libellus solertiissimi dispersit Eugippij.

2. Anno igitur vigesimo quarto Leonis & c. Alexandri Imperatorum, Saraceni, qui Panormi degebant, contra Regem Africanorum rebellantes, illius iussionibus omnimodis resultabant. Tunc ferocissimus ille filium suum cum multo exercitu dirigen, præcepit ei, vt capto Panormo, statim & Rheyum traiceret, & propter fedus, quod cum Panormitanis inierant, Græcorum vrbes fortiter expugnaret. Mox tyrannulus iussa parentis excipiens, properanter abiit, & obuim sibi Panormitanum deuincens exercitum, eo, quo congressus fuerat, impetu, cepit urbem illorum. Dehinc nauibus ascensis

ascensis Rhedium trahauit, ibique, traiecto exercitu, dein, Gra- præsidium Græcorum, qui ex Calabritanis viribus ad tu fugatus, suffragandum confluxerat, (proh pudor!) exemplò Rhedium, fugere compulit, & in diuera solo terrore præcipites egit. Tunc irato Deo mortalium culpis, sub omni facilitate oppidum illud ingressus est, & (dolendum dictu) vbi multi sic efferbuit in eorum occisiones, vt nulli sexui, nullique occisi, compateretur artati. Post immanissimas itaque strages, quas paucim tota vrbe nefandissimi hostes dederunt, ad bapti plures diripiendum solita rapacitate conuersi, penè ad decem & septem millia hominum omnis conditionis latitantes inuenierunt, inter quos etiam cygneo capite ipsum Episcopum rubore decorum miserabiliter, utpote paganis sum præda sum præda simi, abduxerunt. Auri verò & argenti, necnon & omnium mobilium, inestimabilia pondera demoliti sunt. Sed hæc Tyrannus ille insatiabilis & impius iussit omnia in unum congerere, & in occasionem patris, vt certius haberet quod ei nuntiando dirigeret, sibi studiosius cuncta seruari; addens huic cupiditati aliam ruinam, nam propter Legatos Hesperiarum, qui ad eum vndique cum donis & muniberis confluerebant, aliquantis diebus ibi commorari se finxit: postea vero, illis remissis, cum ingenti præda generis omnis Panormum reuersus est.

quâ ad patrem misâ, accusatur pimia clementia;

3 Inde putans genitorem suum tanti triumphi gestire gaudio, direxit apocrifarios, qui ad eum optima quæque captiuitatis perferrent, & totum rei insinuarent euentum. At ille secum indignans, exprobabat filio, & crebris repetebat vocibus: Degener iste, degener matriza, non patrizat. Si mei sanguinis proles fuisset, nullis Christianis mucro pepercerait eius. Ite, ite, inquam, quantocyùs, & eum ad me redire compellite: quoniam non ille, sed ego ad istud opus profecturus sum. Proh dolor! quis hæc audiens temperet à lacrymis? quis non longa ducat suspiria? quis non deploret flagella mortaliū? Inter tot enim distractiones, totque captiuitates Christianorum, adhuc Domini desuetus indignatio: adhuc misericordissimi Dei ira deseruet; & propter delicta, quibus quotidie, velut dapibus, incumbimus, saevioribus ferimur procellis, & inemendabiles permanemus. En affluis collidimur tempestibus, & non resipiscimus. Væ ergo, væ nostra miseria, qui sic quotidiani excessibus diuinam prouocamus clementiam, vt Job 23,14. merito de nobis Job exclamat sanctissimus: Cum expluerit in me voluntatem suam, adhuc multò maiora præstò sunt ei. Quid enim? numquid ad emendationem nostram vnius ciuitatis excidium, numquid occisiones populi, numquid varia sexus vtriusque distractio sufficerunt? Ah profsus conditio infelix! erectus est quippe propter te homo nequissimus, quia disciplinam non seruas Domini, & ideo illi saevitia tyrannuli filii sui, comparata propriæ nequitiae, velut misericordia reputabatur.

dolo reuo. censu do- gno pref- gitur.

4 Reuertentes itaque nuntij cum insinuassent ei omnem patris intentionem, dissimulanter prius audiuit, postea verò, vbi circumuentus est dolosis litteris, videbat quod pater illius subito fuisset extinctus, abiit, & audissimus ad regnandum absque omni consultatione in Libyam properauit. Mox pater eius, multo super eum incubens amplexu, annulum, quod magni Regis erat insigne, tradidit, eiique dixit: Infere digitis tuis hunc, & mea vice regnato: ego autem contra Deo rebelle Christicolarum genus proficiscar, quatenus penitus abradam de terrâ.

a Is ipse esse videtur Abbas monasterij S. Severini, de quo infra num. 9. agitur.

b Abrahamum vocat Lupus Protostata à Caracciolo editus.

c Erat quidem Alexander anno 870. à patre Basilio Cæsar evatus, Imperator tamen viuo fratre Leone habitus non est: at post eius mortem anno 911. tredecim mensibus imperauit pro Constantino Porphyrogenito Leonis filio adhuc puer.

d Rhedium antiqua cintas in margine Italia ad fretum Siculum,

Taurominium captum. ciuium cædes.

5 Sic fatus, exemplò per præconem vniuerso populo suo tales incusit terrorem, vt si duo vel tres in domo essent, ad eum quantocvus festinarent. Cernens autem tyranus tantam multitudinem confluxisse, ait: Omnes festinemus, omnes acceleremus, & id, quod Pater cum Deo magno gratum est, toto mentis affectu perfidere *ingentibus copiis* conemur; quatenus ob huiusmodi retributionem paradisum lactis & mellis ingrediamur, de quo quatuor flumina manant. Dixit, & continuo cum exercitu suo in numero, & opibus multis perrexit. Qui cùm in Siciliam peruenisset, introire Panormum, ceu vile domici- *traicitur* lium, contempnit. Pugnatoribus autem omnibus inde accitis, Taurominium perrexit: ibique castris locatis, ipse ciuitatis illius situm incomitatus perlustrans regres- sus est, & conuocatis nonnullis latronibus, quos perni- *Tauromi- catores* corpore nouerat, spopondit eis ingentia dona, si *nium stra- tagemate* per illam partem, de quâ nullum proditiois periculum *occupat:* timebatur, videlicet propter difficilem locorum acces- sum, in eamdem intrarent urbem, & vulnalu ac strepitu se intraesse significarent. At illi latrociniis assueta, vadunt, & manibus ac pedibus reptantes, in summum euadunt, & clamore horribili perstrepen tes se introisse innue- runt. Mox ciues hi, qui extrinsecus excubabant, vocife- rantes accedunt ad murum, & fortiter oppugnant *ciues cru- trahit manditque.* Et quis poterit exprimere cladem *terimit:* vrbis illius, quis inauditas poenæ, quis ineffabiles cru- ciatus? Si enim paullò superiùs comminationes furia- rum eius recensentur, nunc iam non est opus exquite- re qualis institisset postea, cùm tantæ pertinaciæ facul- tam accepit. Reuerà etenim ex abundantia cordis os loquitur, & quod intus ardet foris ebullit.

6 Tamen ex innumeris distractionibus, quas passim bacchans edidit cruentissimus heros, hoc vnum poste- rorum memoria commendemus, vt in Salvatoris ascri- batur clementiam, qui dixit: Pater meus usque modò *Ioan. 5,17:* operatur, & ego operor. Nam scelestissimus Rex post- quā vniuersos mares, & feminas, infantes etiam, tru- cidauit, quinim & postquā totam illam ciuitatem incendio iussit absumi; saeviens adhuc inexplorabilis bel- lula, misit inquisidores per concava vallum, per defossa terrarum, perque veprium densitates, vt eos, quos fugæ *Procopium* subsidium liberat, inuestigarent, & ad se perferre *Episcopum,* studerent, accepturi exinde dignam persecutionis mer- *tum aliis e fugâ.* cedem. At illi, utpote rapacissimi, cum vbiique sollicitè *latebrum,* perquirerent, inuenient robustissimum Christi athle- *tratum,* tam a S. Procopio eiusdem vrbis Episcopum latitan- tem cum aliquantis Clericis, & nonnullis ciuibus, quos protinus cum ingenti tripudio vincientes ad Dominum suum velociter pertraxerunt. Mox ille machinator cal- liditatis ita sanctissimum Procopium est allocutus: O Episcope, quia caput tuum multo salito bombyce abundat, iccirè placidissimus te adhortor, vt meis salutari- bus monitis obedias, & consulas tuæ & istorum com- moditatib: sin autem, talem me confestim experieris, qualem ceteri concives tui. Volo enim, si legem meam feceris, & te a Israëlitico ritu distinxeris, vt semper in conspectu meo assistas, & sis mihi carior præ omnibus Agarenis. Ad hæc Domini Antistes subfrisit tantum, & nihil locutus est. Tunc Rex iratus infremuit, & ait: Ri- *blandizias* desne captiue ad hæc? rideſne? & non intelligis ante *frustrâ* *temeratum,* quem

AUCTORE quem stas? Mox constantissimus Christi seruus respon-
IOANN. dit: Rideo planè, & benè rideo, quia ille te talia loqui
DIACON. stimulat, de quo afflatus es, dæmon. His sanguinarius
EX MSS. heros auditis, infremuit, & furibundus ad lictores suos
 conuersus: Eia, inquit, quantocyūs aperite illum in pe-
 crudelissi-
 mē occidit,
 tum reli-
 quis,
 & corpora
 igne abfu-
 mit.
Ps. 35.7.

7 Ecce nunc sē occasio præbuit, vbi rectissimē no-
 stram debuissimus lugere miseriam, cuius ob culpam
 tantus, tamq̄ie amarus efferbuit hostis; sed quia Mar-
 tyribus istis congaudendum est, idē illud repetemus,
 quod suprā prælibauimus dixisse Dominū: Pater meus
 Ioan. 5.17. v̄isque modō operatur, & ego operor. Verē, inquam, tu
 Domine Iesu Christe misericors & clemens, operatus es
 in his famulis tuis, quos ante mundi constitutionem
 elegisti, vt essent sancti & immaculati in conspectu tuo.
 Verē tu operatus es in eis, qui præstitisti eis, vt non tan-
 tū credent in te, verū etiam, vt paternerunt pro te.
 Quis enim dispensationis tuae potest laudare magnalia?
 Quis potest admirari opera? Nihil vtrā dicendum est,
 nūl quod tuus P̄almista decantat: Iustitia tua sicut
 montes, iudicia tua abyssus multa. In his autem, quos
 dignanter glorificasti, tua magnificatur iustitia. In his
 quoque quos puniendos dereliquisti, humana deplora-
 Psal. 35.7.
 Sic Deus
 Christia-
 norū puni-
 peccata.
 Barbarus
 Legatos
 Italorum
 superbè
 accipit:
 mouet in
 Italiā.

tantem cum ceteris decollari iuberet. Nec solum ista
 rabidissimo cani sufficiunt, sed etiam, copioso igne ac-
 censo, tota illorum cadavera cremari præcepit, dicens:
 Sic, sic consummabuntur omnes, qui noluerunt meam
 voluntatem adimplere.

8 Igitur postquām hæc omnia ita patrata fuerant,
 sicut præscriptum, homo ille paganitas filius, imò
 crudelitatis exquisitor, nihil ex his Dei iudicio, sed to-
 tum suis tribuens viribus, tantâ mentis elatione bac-
 chatus est, vt Italicarum Legatis vrbium, qui ad eum
 fœderis causâ venerant, loqui dedignaretur. Tamen
 post nonnullos dies per internuntium sic illis dicendo
 transmisit: Vadant hinc, vadant ad suos, & eis renun-
 tient, quod ex me totius Hesperiæ cura dependeat, &
 ego, velut mihi placuerit, ita dispono ex incolis meis.
 Forsan sperant, quod mihi reniti possit Græculus, aut
 Franculus. Vtinam intenſè eos omnes in unum col-
 lectos; & ostendissem illis robur, quæque sit virtus
 bellorum. Sed cur eos demoror? Vadant tantum, &
 certo certiūs teneant, quia non solum illos, verū etiam
 & c ciuitatem Petriū senis destruam. Hoc enim vnum
 restat, vt Constantinopolim proficiscar, & conteram
 eam in imperio fortitudinis meæ. Dixit, &, illis reuer-
 tentibus, ipse in 4 Confentinas partes exercitum suum
 castrametaturus aduexit. Apocrisarij verò non impe-
 tratâ pace repedantes, tantum terrortem omnibus suis
 incusserunt, vt cerratim interruptos resarcirent muros,
 propugnacula disponerent, & queque ex agris necel-

faria erant, raptim conuectarent in vrbes.

a Mirum horum Tauromitanorum Martyrum, Procopij
 Epitopi & sociorum, memoriam nec in Ideâ SS. Sicilia Ostatu
 Caetani nostri, nec in alia martyrologiis extare.
 b Potius Ismaelitico. Niſi fortè Iudaica originiū fuit cruentus
 iste Abrahamus.
 c Ita Romam per contemptum appellat tyranus.
 d Consentia, sine Cosentia, Brutiōrum caput.

CAPUT III.

S. Seuerini corpus Neapolim translatum.

9 Regorius itaque Consul Neapolitanus, his cogni-
 tis, multa super castello Luculli cogitans, & super *Lucullans*
 eius incolis, multa init consilia cum Stephano Episcopo,
 & ceteris potentibus, vt habitatoribus eius Neapolim
 transmigratis, oppidum illud cueretur. Cumq̄ de-
 creuissent, vt ad id perficiendum vniuersus proficisci-
 retur populus; Ioannes venerabilis Abbas monasterij
 S. Seuerini Parthenopæ conſtructi, vir per omnia stre-
 nuus, suis efflagitabat precibus, vt corpusculum eius-
Abbas S.
 dem Confessoris non alibi niſi in suo colloccaretur mo-
 naſterio, quatenus congruenter appellatione, & corpore *Seuerini*
 decoratum amplissima effet ciuitatis honorificentia, & *Neap. cor-*
 salutifera Patruini occurſio. Ad hæc Præſul, & Consul
 respondentes, dixerunt: Si tibi, Reuerendissime Pater,
 talis tantusque theſaurus cælitus fuerit prodiſus, quo
 pacto reniti audemus? Sin autem, procul dubio tene-
 mus, quod non sit ei gratum quoquā transferri, & le-
 uari ex mausoleo, quod olim pro illius amore Barbaria
 illuſtris femina condidit.

10 Mox idem Abbas huiuscemodi responsionibus
 animatus, tota deuotione ad Deum conuersus, depreca-
 batur, vt affectum suum, prout eius effet voluntas, ad-
 implere dignaretur. Cumq̄ die noctuque taliter po-
 ſtularet, tandem quidam Presbyter eius tali eum subiectâ
 visione refocillauit: Domine Abba, ſomnium vidi hac
 nocte, vnde coniicere possum, quod Deus omnipotens
 in eam rem
in vi-
indicit.
 veſtrum adimplete deſiderium, vt donet vobis ſui cor-
 pusculum Confessoris. Nam ista nocte, nec penè vigi-
 lans, nec penè dormiens, putabam me in Ecclesiâ ipius
 Sancti, quæ est in oppido, orare, & circumdando pſal-
 lere; & ecce quidam elegans Clericus stans intra quin-
 tanas maioris altaris, manuque ferulam tenens, mihi,
 vt ad ſe pergerem, innuebat. At ego tamquā orationi
 insiſtens; Modicūm, inquam, modicūm præſtolare, Do-
 mine, donec expleam iſtud quod cœpi. Mox ille ait: *S. Seueri-*
nus in vi-
sione ſe illig-
 Satis est, veni. Accedentem ergo me cominūs & officio-
 addicteſſimē ſalutans, exhilaratus ſum valde roſeo eius aſpe-
 ctu. Deinde cùm vterque diu ſileremus, ſic prior ille ait:
 Cur tuus Abbas, tuique Fratres, tam me flagrante ha-
 bete cupiunt, cùm ſemper vobifcum fuerim? ad quem
 paucis ita reſponſum dedi ſupplex: Verē, Domine, verē
 te haſtenū nobifcum fuiffe non ambigimus, ſed modō
 petimus, vt tuis concedas & dones famulis te peram-
 pliū ſoſſideri. Tunc ille: Certo certiūs, inquit, me hinc
 ad vos tranſitum nullo modo titubetis, ſed ſcire vos
 conuenit, quoniam à præterito anno ad ciuitatem ta-
 lem prædicationis gratiâ profectus, ibi commansi: nunc
 autem, illis pereuntibus, quia ex toto mea prædicationi
 reſiſtunt, repedant ad vefra commenaturus. Hæc ille. At
 ego repente de ſtrato me corripio, & ouans yobis iſt-
 hæc dicturus adueni.

11 Abbe, & monachis cunctis orationi incumben-
 tibus, venit dies ruinosi decreti, in quo Consul & Opti-
 mates, necnon & populos phalanges ad memorati *Lucullans*
 oppidi deſtruptionem accinti ſunt. Quibus diētam iam
 atque præcipitem exigentibus operam, iv. Id. Septem-
 bris Præſul & Clerus ad inquirendum ſepediſti Sancti
 corpus ierunt. Vbi autem in præfati Confessoris basili-
 cam ventum eſt, Miſſarum primū ſolemnia libantes,
 irchoato deum pſalterio, fodere cœperunt. Cumq̄ de
 tumulum mirabili decore ſub altari conſtructum ape-
 ruiffent,

ruissent, & vacuum conspexissent, longâ consternatione dirigerunt. Tamèn spē credulâ exhortatos, inane se-pulchriūm inuentum eos ab indagatione non reuocauit; sed altius suffidientes peruererunt ad tumbam, in quâ cœlestis iacebat thesaurus. Hanc protinus reserantes, sic vniuersa membra suis compaginata viderunt articulis, vt lacrymoso torpentes stupore, immensâ cunctipotentem admiratione laudarent.

12 Confestim Pontifex, impresso propter plebis sur-reptionem signaculi turamine, alacerque regrediens, memoratum Abbatem nuntio letificauit optato. Nox ruit interea, & ipse continuò Abbas cum sua congregatiōne, cum deuotione se paumento prosternens, de concessō munere gratias Creatori reddidit amplas. Tunc surgens, celebratis prius matutinalibus hymnis, cœperunt Daudis cantica modulari Basilius & Petrus teconomi SS. **a** Sperati & **b** Osterni, donec alij acciti cominùs adsunt. Mox albis indumentis amicti, pariter ad sacrati corporis antrum descenderunt, & in præparato loculo pignora diligenter condunt; & inchoante Abate: Gloria hæc est omnibus Sanctis eius, omnes voce sonorâ tonabant. Sic lœtantibus cunctis in ipsâ Ecclesiâ à diluculo adusque serò melodiis indeficientibus est vigilatum.

13 Postero autem die, Pontifex & Clerus, Dux, & Optimates, passimque populus vniuersa conditionis & ætatis, matutino tempore properantes, se in occursum cum Dominicæ crucis vexillis, odoriferisque incensis, in præmissi oppidi campo sanctis exequiis obuiarunt; & certatim supplices exhibentes venerationem alternantibus choris Latinis, & Græcis, ad monasterium sape fati Abbatis debito obsequio, concinnatisque luminaribus, cineres sanctos deducunt. Quos Præsul extemplo cum **c** Domini Praecursoris & SS. Geruasij & Protasij reliquias, quas cum eis collocatas repererant, officiosissime condidit in altari.

a Vnus Scillitanorum Martyrum 17. Iulij est S. Speratus, cuius reliquia in Galliam translatæ. **b** Iste sit an alius, qui olim Neapolitani cultus, haud scimus.
c Huius nusquam alibi nomen reperimus.
c Caesar Eugenius Caracciolum in indice Sanctorum, quorum reliquia Neapolitani afferuantur, tres hos non recenset.

C A P V T . IV.

Abrahami tyranni interitus.

14 His itaque peractis, neccum sex dies effluxerant, & ecce, visu formidabile, & dictu mirabile prodigium, quod perspicue generalis multitudo prospexit, omnibus immenſam horripilationem incussit. Astra namque toto paſſim cælo confixa, iugem volarunt per noctem, & militum ad instar in procinctu configentium, vltro citroque alterno sibimet obuiabant illapsu. Mox verò tanta commotionis ostentum, necnon & miranda variarum monstra formarum, quæ in diuerſis regionibus creditibilis videntium firmat assertio, sic omnium iam pauidos territarunt animos, vt precibus votiisque Litanis ad Deum confugientes, propitiâ se virtute tutari, inq̄ melius exposcerent portenta conuerti. Cumq̄ noctes atque dies vterque per talia timeret sexus, beatissimus Seuerinus euidam per visionem iuenculo visus, Quousque, ait, horripilationem patimini, metu velano fluctuantem? Numquid non me spopondi vobis interesse? Numquid non dego vobiscum? Nolite patiore percelli, quia nusquam abibo. sic Sanctus.

15 Sed quia populus partim comminatione tyranni, partim ingentibus formidolosus portentis, nequaquam à continuis implorationibus recedebat, clementia Christi, quæ cunctos in se confidentes protegere nouit, tandem incredibili famâ cunctorum aures permulxit; nam subitò volat populosa per agmina rumor interiisse Regem, signaque illa stupenda necem ipsius portendisse.

Prodigiis
cœlestibus
territo po-
pulo,

opem spon-
det S. Seue-
rinus.

Rumor de
barbari
Regis mor-
te Sparsus

Tunc etsi dubiâ gestientes lœtitia, intimis postulabant **Auctores** ex medullis, id verum ut foret cœlestis concederet au- **IOANN.** **ctor.** Eia nunc, bone Iesu, eia mœstorum consolator, **DIACON.** **Ex MSS.** mœstos tuos lœtifica famellos. Veniat, veniat, oramus, certus nuntius, qui superbiæ filium, deserto rem Ecclesiarum, sanctimonialium stuprato rem, Virginum violatorem, virorum sanctorum combustorem, & omnium contemptorem, obiisse confirmet. Hic enim sc̄ contra vniigenitum tuum, contraque templa sacrata nomini sancto tuo sic superbus erexit, vt penitus deneget te, nomenque tuum à se dignâ referat clade contritum. Deiice, deiice eum, Domine, gladio virtutis tuæ, quemadmodum Pharaonem demersisti, qui in curribus, & equitibus suis confidebat, & sicut seruos tuos, prout promiseras, liberaſti; ita nunc, Domine, Rex Regum, clemens, pius, ac misericors, salua nos de manu eius, quatenus eruti & liberati, omni tempore sine timore, mereamur laudare & benedicere nomen gloriae tuæ sanctum, qui vivis & regnas in secula seculorum.

16 Igitur haud multò pôst, cum quidam nostratum, **mox con-** qui multo tempore in ipsis peruagarat hostium tento- **firmatur.** riis, repedasset, sciscitanti le Gregorio Consuli taliter obitum insolentis exposuit Regis: Domine, inquit, cum proteruus & impius ille ad expugnandam urbem Centrinam exercitum omnem studiosis destinasset successibus, & nullo modo exinde ad suæ dispositionis cupi- **Is clade ad** tum posset attingere, sed insuper filium suum cum va- **Centrinâ** lidâ pugnantium manu ibidem amitteret; consternatus **acceptâ,** animo, haud longius locari castra præcipiens, multa super eamdem, multa super omnem terram hanc, maximè in Romanam urbem verba iactabat. Qui duna magno curarum fluctuaret æstu, in quadam ecclesiâ B. Michaelis Archangeli tandem procubuit, suaque dedidit per membra quietem: cui mox in ipso strato sine morâ furenti quidam grandeum imagine senex apparuit; ad quem ille rabido hæc addidit ore: Vir, inquit, iniuste, coram me es ausus ingredi? Morture vir adhuc **à S. Perro** astas, & te non proripis foras? Sed senex in vesanum **in somnia** coniecit baculum, quem manu tenebat, & cum eum in **percutitur.** femore percussisset, ex oculis eius euanuit.

17 Tunc illi à somno euigilanti ingens pauor aduenit, ac per tota castra direxit, vt si quem Latinorum inuenissent, ad eum quantocv̄s perferrent. Mox memet inuenientes, properanter ad eum adduxerunt. Quem interrogans, ait: Qualis, quantusque sit Petrus senex maturius edissere mihi. Cui ego turbatis vocibus respondeo: Domine, nescio quem Petrum asseris. At ille: Romanum, inquit, nusquamne vidistis eum picturatum? Statim animatus confidenter aio: Domine, senex **cuius figu-** grandæum imagine, caput barbamque artonus. proti- **ram à** nusque ille: Ipse me, ait, percussit. Nam cum membra **Christianæ** thoro strauisse, & cor meum varias raptum in curas multa super Hesperæ, & Romanæ præsertim urbis, demolitione discurreret; subitò mihi ille senex astans apparuit, & magnâ vi telum contorquens, latera mea transfodit. Sic fatus iam ab illo die nequaquam surrexit; sed quotidie ingrauescente dolore, cuncta sua paucis diebus intestina emittens, stygia regna peti- **moritur.** uit, elysiumque illud lactis & mellis inuenit, quem pro Christianâ distractione suis falsidicus promiserat spon- sor. Mox nepos eius qui suffectus in tyrannidē fuerat, cum illo ingenti, quamquam discordi exercitu, ad pro- pria remeans, multa ex eo naufragio amisit.

C A P V T . V.

S. Seuerini post translationem miracula.

18 Actenùs noster stylus minutatim, quæ de hor- rendo Rege necessaria videbantur, perstrinxit. Nunc ad B. Seuerini miracula, quæ in eadem ecclesiâ ante vel post collocationem ipsius, patrata sunt, accin- gamur.

Ioannes

- AVCTORE** Ioannes igitur quidam, generosis parentibus ortus,
IOANN. cùm post multam dapsilitatem, quā in seculo floruit,
DIACON. monasticæ conuerstationi toto se subdidisset affectu,
Ex MSS. languores inter plurimos, etiam cruralibus laborabat
Ope S. Seuerini lan- incommodis, ita nimirūm, vt exinde sanies crebra pro-
guor sibia- fluens per decem menses nullo magisterio valeret ab-
rum Jana- duci. Sed quia vir ille semper ex suis valedinibus,
tum: Deum glorificans, S. Seuerini flagranter subsidia expe-
tebat, nocte quadam soporatus, vidit eundem Christi
Confessorem, quatuor comitantibus monachis, quasi
suo resideret in lectulo. Quem cùm ille tacito defixus
lumina vultu consiperet, hærens in eo paullatim cœpit
abolere dolores. Tum vbi Sanctus mortalibus est abla-
tus ex oculis, monachus confessum euigilans, leuiusque
se habere p̄sentiens, medenti Christo, eiisque famulo
gratiarum actiones plurimas egit: p̄st paullulum tan-
tam, sicut optauerat, gressuum est hospitatem adeptus,
vt pedentem ecclesiam ingredi, & sancti viri corpus
quiret deuotus adire.
- manantia**
Janguine
cauera
curata: 19 Alius quoque Presbyter cùm nullis vnquam collyriis valuisset lippidâ oculorum carere molestiâ, spe quantulacumque adipiscendâ medelâ, temporibus est utriusque cauterius. Mox mirum in modum tantâ profluxione crux ex ipsis plagiis manabat, vt nulla manus opificis, nulla virtus aromaticæ obicis, ebullienti tabo compesceret. Hac ergo letali affluentâ desperatus, feso ad memoratum S. Seuerini oratorium credulus aduentari præcepit: ibidemque recumbens, cùm saepius sanguis efflueret, vidit, sicut nunc ipse testatur, in specie doctoriciæ picturæ, sed habili vigore nitentem eundem cum discipulis Sanctum adesse, suaque vulnera cataplasmate, quod manu attulerat, summatum ligare, ac ulterius non comparuisse. Presbyter illicò saluificâ visitatione alleuiatus, & in breui incolumente donatus, medico, medicinæque auctore Iesu affatim gratificato, hilariter ad propria repedauit.
- demonia-**
eus libera-
tus. 20 Dæmoniacus item, Petrus nomine, & ipse à parentibus suis ad basilicam eamdem perductus, vna die rum, nequitâ diaboli eum instigante, coram Abbe carnalibus ludificabat illecebris. Quem ille vt incestu sius titillari consperit, & minaci redargutione tale quid prohibere nequivit, miserabilem ferulâ ter quaterque illum percussit. Mira Dei clementia: protinus dexteram verberantis talis est comitata sanitas, vt beneficij memor in B. Seuerini sollemnitate cum annuâ semper deuotione deuotus occurseret.
- Febris de-**
pulsa: 21 Quædam denique nobilissima mulier, sanctimoniiali redimita professione, ad menses ferme decem exactos, cùm frigore febrique laboraret, ad ipsam procœdit ecclesiam, & in altario, in quo corpus viri Dei permanebat, Missam sibi Abbatem libare faciens, & aquam sanctificatam hauriens, recessit ad sua remeans, & post quatuor dies cupitæ salubritati redintegrata, assiduis Deum Sanctumque ipsius laudibus sublimauit.
- Lampas**
redinte-
grata: 22 Dum venerabilis Pater, & patrator monasterij, ad Completorij officium vna cum Fratribus laudes Domino redderet, lampas de candelabro in lithostroto concidens, extincta est. Hoc cùm præfatus Abbas vidisset, factâ quadam hilaritate cœpit dicere: Vbi est virtus tua, Seuerine beatissime?
- Talia, Sancte, tibi famulanti commoda præstas? Hoc lumen præbes cui munia sancta faceſſunt? Olim namque Helisæo similis vas vacuum oleo redundare fecisti, ac petentibus egenis ad faciem tribuisti, cereoſque extinctos accendisti, & incredulorum mentes illuminasti; nunc è contrario nobis tibi famulantibus, & luminis claritatem & Dæum abstulisti. Nōnne si te minimè dilexiſsem, hanc tuam aulam sine lumine manere feciſſem? Hæc cùm dixiſſet, præcepit aſtantibus fragmenta colligere; euntes autem, mirabile dictu, inuenierunt lampadem non ſolùm illæſam, verùm etiam tamquam humano ministerio, olei liquore viſque ad ſumnum repletam. Mirari omnes coeperrunt, omnes
- Deo omnipotenti gratias agere, & B. Seuerino, qui tale miraculum patrare dignatus est. Tunc placuit omnibus vt illud oleum ad infirmorum vñctionem referuaretur; quod & factum est: ex quo multi postmodum infirmi perunti, ſunt ab eorum ægritudinibus fanati, laudantes & benedicentes nomen Domini nostri Iesu Christi.
- 23 Quidam verò puerulus valde à dæmonio affiebat; nam & vocem penitus perdiſſerat & auditum. Hunc itaque parentes cùm tenerrimè diligenter, ad Oratorium B. Seuerini adduxerunt, & ante altare, vbi energum sacratissimum corpus illius requiescit, posuerunt. Ibi nū liberum cum doloris amaritudine, nec tamen fine fidei deuotione, illum deprecabantur, & dicebant: O magne amice Dei, ô Confessor per omnia venerande, subueni, succurre afflictioni nostræ celerius; quantum enim tua merita ſint glorioſa apud maiestatem Regis æterni, non ignoramus, quantaque beneficia misericordiæ p̄ficitis affatim declarata coruſcant. Tu enim es ille Confessor eximus, qui quondam superbientes monachos paterno Cap. 10. moderamine corripiens, ſpiritu nequam tradidisti, & num. 44. cùm voluisti, mirabiliter curasti. Ergo poſce, quæſumus, Saluatorem Dominum, vt qui noſtris merentibus malis dignè hoc de noſtrâ ſobole patimur, tuis facris meritis laetificari mereamur. Mira Dei clementia: dum parentes illius prostrati orationem compleuerunt, mox puerulus, qui terribiliter vexabatur, obdormuit, viditque in ſomniſ eumdem beatissimum Seuerinum ſupra ſe ſtantem, & orantem, & poſt orationem benedictionis ſubidia conferentem. Nec mora: in ſe reuertit, quid vidiffit ſtatiu exponuit, & ex illâ horâ ſanus & alacret omnibus diebus vitæ ſuæ permansit.
- 24 Monialis quædam nobilibus orta parentibus, optimisque prædicta moribus, occulto Dei iudicio ener- item alias gumena effecta, adeò torquebatur, vt cruorem ſape euomeret. Huius parentes, B. Seuerini virtute cogniti, ad illius tumulum deferunt, & preces cum genitu effundunt. Nec fruſtrâ: libera enim illicò à dæmonis vexatione effecta, & priſtine incolumenti restituta, laeta cum parentibus in die Translationis vota perſoluit.
- 25 Quæ omnia tam Neapolitani, quam ſinitimarum vrbium ciues, videntes, quotquot infirmos habebant, ad B. Seuerini corpus deferebant, ſanosque referebant domum. Hisque mota nobilis Neapolitana matrona cuius puerulus, Andreas nomine, a dæmoni acriter aliis vexabatur, ita vt numquām quiesceret, ſed stridoribus & horrendis motibus quassaretur, die quo B. Seuerini ē Lucullano corporis translatio celebrata est, ad tumulum ſiſtit, noctemque ibi manens, poſt Missarum ſolemnia ſacrolancto Christi corpte refecta, dæmon abſcessit, & gratias Deo & B. Seuerino agens illius gesta prædicabat.
- 26 Quædam mulier ob capitis morbi oculis capta, ad tumulum peruolat, ardenteſque ac ſummâ fide preces effundit: lumen recipit, & pro eo Sancti laudum viſu red- prædicatrix effecta, alios ad Sancti opem implorandum ditu: alliciebat, qui eiusdem Sancti beneficijs poſtē fruebantur.
- 27 Clericus Neapolitanus febri correptus, nequicquam medicis opitulantibus omne patrimonium effuderat. Audiens Sancti benignitatem, parentem ſuum febris de- increpat, instigatque, vt iuxta Apostoli verba, Sacerdo- pulsa: tes aduocet, & oleo ſe perungi curet, & deferatur ad Iac. 5. 14. Sancti tumulum, vt ſicut alij lumen & ſalutem meruerunt, ita etiam ipſe morbo liberetur. Aduolar pater ad Nonas, Abbatem adit, filij mandata exponit, qui reſpondit: Magna est fides filij tui; in nomine Iesu Christi, & meritis B. Seuerini illius confiſſum non omittamus. Statim Presbyterum cum aquâ benedictâ, & oleo aliquorum ægrorum allegat, oleo perungit, & aquam propinat. Illicò ſanitatem priſtinen recuperavit. Et paullò poſt refectionis viribus ad basilicam Sancti ſe confert, & vota & officia deuotâ mente perſoluit.
- 28 Hic cùm tantum beneficium non defineret aliis declarare,

declarare, illustris femina, quæ uncam filiam ita manibus destitutam habebat, ut ad os admouere nullo pacto posset, ad templum se confert, Patri monasterij illam offert, filiam per Sancti merita adiuuet rogat, solitumque præbeat oratione auxilium. Huius Pater cognitâ fide, petit an credat posse filiam per Sancti preces fanari. Credo, respondit illa, etiam mortuam detulisse. Admiratus fidem Pater, ante altare deponi filiam iubet, celebratique pro illâ Missâ, ægra convaluit, surgensque clamabat: Scitote B. Seuerini meritis me esse curatam, narransque cunctis recuperaram sanitatem, Sanctique virtutem, fama ad curialis cuiusdam aures peruenit, cuius puer famulus sensum perdiderat, & intellectum, ita ut veluti epilepticus huc illuc oberraret, non loquens. Huius amentiam non ferens dominus, & de meritis S. Seuerini plurimum confidens, ad illius monasterium duxit, Patrem cœnobij rogans, ut oleo perungeret lampadis, quæ ad ipsius tumbam nocte dieque ardebat. Cui annuens ille, ad sanam restitutus est mentem puer, nec tanti immemor beneficij, latitudinis sedulò cum verbo & luminaribus gratias Christo referebat.

*vigor ma-
nibus resti-
tutus;*

*item us
rationis.*

DE S. SEVERINO EP. SEPTEM PEDANO.

*Alia SS.
Seuerini
& Vi-
ctorini Vita
è MSS.*

*alia per
Leonar.
Francum.*

*S. Philu-
mena cor-
pus à S.
Seuerino
translatu-
an. 1527.*

invenientum.

*Euerfa
Septem-
peda.*

*S. Seuerini
diuinitus
corpus non
fines mira-
culis inde
auctum:*

Pag. 500. col. 1. dele omnia qua habentur num. 6. & hec restitue [Aliam SS. Seuerini & Victorini Vitam nobis Româ transmisisti Silvester Petrasanta noster, quam è vetusto Breuiario in membranâ exarato, in sacrario Ecclesie Sanseuerinatis afferari solito, descripterat olim Petrus Martinus Saxolini eiusdem Ecclesie Canonicus, cui congruit MS. Pomplij Vicoli, aliaq.].

7 Traditur quoque Leonardus Francus Sanseuerinas SS. Seuerini & Victorini gesta anno MDXXVIII. edidisse, usus tum veteri illo, quod citavimus, Breuiario, tum aliud eiusdem Ecclesie monumentis, & seniorum relatione. Hanc nos Leonardi Franci historiam consequi non potuimus, epitomen tamen quamdam illius accepimus, unde nonnulla ad secundam illum Vitam annotabimus; atque hic quedam delibabimus.

8 Scribit igitur, quod anteà solâ conjecturâ firmaueramus, S. Victorinum non Camerini, sed Amiterni Episcopum esse factum, & ix. Kal. Augusti è viuis excessisse: quo tamen die in nullo Martyrologio illius adhuc reperimus nomen. Addit Francus, priusquam bellum in Italâ inter Gothos, dudum rerum dominantes, & Gracos exardeceret, S. Philumenæ Virginis corpus, ne disperderetur in illo Septempede, quod presagiebat, excidio, in suum monasterium translisse Seuerinum: quod deinde anno MDXXVII. cùm Antoniu de Monte Cardinalis Papienis, & S. Laurentij Abbas Commendatarius, altare maius illius ecclesie vellet restaurare, repertum tradit, cum scheda è collo pendente, in quâ hac erant exarata: Corpus S. Philomenæ ex nobili familiâ Clauellorum Septempedæ tempore Gothorum translatum in ecclesiâ S. Laurentij sub altare maius. S. Episcopus in pp. ss. Id verò honorifice recondidit Cardinalis, & schedulam illam manu S. Seuerini exarata, in phialâ crystallinâ reposuit. Quâ de re pleniâ agemus ad S. Philumenæ Vitam v. Iulij. Hinc porro corrigas, quod Ferrarius v. Iulij scribit, S. Philumenæ corpus in basilicam cathedralem à S. Seuerino translatum; quodq. Eugenius Caracciolus, eodem quo Victorinum Martyrem tempore, vixisse in Umbria alium Victorinum cum Seuerino fratre, cùm hi Victorino Martye 400. annis posteriores fuerint.

9 Scribit deinde Francus, corpus S. Seuerini è monasterio, in quo obierat, in cathedralem basilicam translatum: eueram paulò pôst à Gothis circiter annum DXLIII. Septempedam, cunctaq. diruta adiuncta præter adam S. Maria, quæ tunc Cathedralis erat, extatq. etiamnum, licet sapius restaurata, atque Ecclesia Plebis nuncupatur. Denum Septempedano ait multo pôst tempore, agitantes de vrbe redificandâ consilia, monitos

S. Seuerini diuinitus, ut S. Seuerini Antifitii sui corpus plaustro impo- nerent; idq. iuueni duo nondum iugum experti traherent; ubi verò ij gradum fiserent, ibi templum urbemq. edificarent: ita auctum:

Progressos ergo tauros Occidentem versus; secutos ciues atque Ex vamnam Potentiam siccus vestigia transmisisse, nec sensisse mirandum, donec paulò pôst quieueré tauri, quo loco facellum postea ediscarunt, quod nunc S. Seuerini de ponte dicitur, à ponte isthic constructo. Addit deinde, intra nemora densa & opaca penetrasse tauros, arboribus vi diuinâ utrimque reflexis ac viam pandentibus, & vernante florej, & frondes progignente humo, cùm dies esset ix. Nouembri. Quienisse iterum in clivi ascensu tauros, vbi pôst D. Marco dicatum est facellum; tandem in verticem peruenisse, vbi tunc exiguum erat castellum Castrum regale appellatum: illuc verò plaustro quiescente, subductos ex omnium oculis iuuenços. Ergo latos auspicio ciues, urbis iecisse fundamenta, & ecclesia, quæ anno denum MCVIII. VIII. urbs noua Junij dicata sit, duodecim ad solennitatem euocatis Episcopis; eius nominis urbem verò eam deinceps S. Seuerini appellatam. Hac Leonardus Francus. Eo die Dedicationem illius ecclesia in suo generali SS. catalogo confignauit Ferrarius.

Pag eadem col. 1. lin. antepenultimâ, Eumque dictis faciens vale; lege, Cumque dictis.

Ibidem col. 2. ad num. 5. in margine, videtur à dæmone, lege ridetur.

ALIA VITA

*Vita hæc
reponenda
est pag. 502.*

Ex veteri MS. Breuiario Eccl. Septemp.

CAPUT I.

SS. Seuerini & Victorini vita monastica.

BEATI Seuerinus & Victorinus, & Picentis oppidi accolæ magnâ orti profapiâ, athletæ Christi vterini fuere mirabiles: qui ab infantia litterarum peritiae SS. Seuerini dediti, ante duodecimum annum clausi & ruerunt Doctores. Hi verò tertiumdecimum annum Victorinus implentes, vtroque orbati parente, ad perfectionis numerum peruenire volentes, omnia pauperibus distribuerunt, Dominicum implentes præceptum: Si vis per sua largitatem pauperibus, fe deuotos & obedientes per oīnnia substituerunt; illud præceptum ad memoriam reducentes: Melius est obediens, quam sacrificare. Obedientia verò iure victimis præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam autem propria voluntas maectatur. Ex aduerso melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur: Si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare; & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere, sola est, quæ fidei meritum possidet obedientia; sine quâ quisque infidelis conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.

2 Et quia in B. Benedicti Regulâ exorbitabant, cœpit Dominus ad eorum preces mira ostendere: nam nullâ poterat detineri molestiâ nec homo, nec bestia, claren- mi- quin per eorum intercessionem à suo curarentur lan- raculus: guore. Vnde Sanctorū fama coepit pullulare. Antiquus verò hostis Sanctorum felicibus actibus inuidens, inuidia felle suffusus, monachorum corda paullatim tentando in odium & detractionem conuerrit Sanctorum. Asserebant siquidem monachi, Sanctoros Dei esse hypocritas, & dæmoniaco nutu ea operari, quæ sanctæ Trinitatis operabantur nomine. O Diabole quantæ sunt tua fallacia! Antequam ad Sanctorum interuentum Deus mira ostenderet, in eorum odium sociorum corda non excitasti: credo doluisti de felicitate quam nequissimi in cælo tenere, cùm videas Sanctoros Dei etiam in terrâ seruare. Monachis autem detrahentibus cepit B. Seuerinus blando loqui sermone: Viri fratres & religiosi monachi, si placet, desistite à murmurare. Quantum inuidentes enim murmuratio & detractio noceat, Maria Moysi sibi monachos placator vobis exemplo maneat; quæ cùm Moysi verbum re nuntiavit, detractio- snr.

Ex his.

detraktionis propter Ethiopissam suam vxorem protulerit, lepræ percussa apparuit. Et quia inuidia venena superari forte possunt, sed difficilimè quietescere, cum ex huiusmodi sermonē deberent à nefando proposito discedere, inualuerunt, dicentes illos fore hypocritas, & sub pelle ouinā mentem cauteriatam habere.

^a 3 Videns autem B. Seuerinus quod suus sermo non proficeret, Beatum sequens Benedictum, qui cùm monachos in suam necē conspirasse viderat, eos dereliquit, dicens: Ite, & secundū morem vestrum Abbatem eligitе; se à loco subtrahere, & alio, vbi verè congruentius Deo valeret seruire, properare disposuit. Fratrem suum, scilicet Victorinum, nolens relinquere, statuit secum ducere; quem sic est affatus: O Victorine verte rine, frater ordine, socie grauamine, quia sine fructu hīc consistimus, (nam socios graues & ineptos sentimus) ad alium locum cum fructu festinemus. His auditis Victorinus paruit, & ex tunc se quasi antesignanū exhibuit. Conuocatis verò Fratribus Sanctus inquit Seuerinus: Viri fratres & socij, si vobis molesti aut graues fuimus, nobis parcite; & si versā vice nobis aliiquid intulisti iniuria, à nobis indulgentiam accipite. Nequeat antiquus prædo pro huiusmodi detractione de vobis sibi aliiquid vendicare. Haec tūs insimul fuimus, nunc verò disiungeret nos locus, sed nos connectat fraternus amor, nec locorum nos diuidant spatia, quibus Christi eadem fuerunt mercimonia, & corporū similia cibaria. Dicitis finem faciens, lacrymis obortis socios amplexati cœpit atque osculari.

^b 4 Monachi verò, qui prius indomitæ ceruicis, & effrenata superbia extiterant, ad se ipsos reuersi, immunitatā mente Sanctorum pedibus se aduoluerunt, cum lacrymis & v'lūlatibus eos exorantes, vt sui copiam non subtraherent. Dicebant autem locum destrui, & se igne cælesti consumi, quia tam nefanda dicere præsumperant: rogabant insuper, vt si aliquò ire cuperent, omnes secum ducerent. Tunc B. Seuerinus acris ingemiscens, laudes Domino protulit, dicens: Gratias tibi ago Pastor aeterne, quia quibus vis misereris, & quos vis obduras. Ecce mei fratres & socij paullò ante nos insectabantur, nunc verò eorum corda facta mollia de illatis tristantur, & veniam pedibus prouoluti exposcent: & quia impietatem suam confitentur, eorum peccata aboleas, firmati quidem ore Dauidico: Dixi, confitebor Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, cordis mei. Horum verò labem, si placet, absterge, & eos sancti Spiritus ingressu consperge; nec ipsi, nec locus, ex illatis aliquo affligantur grauamine. Dicitis finem faciens, accerito fratre iter cœpit arripere. Sed quanta fuerit genarum, & vestium laceratio, quanta ploratio, non est nostræ facultatis euoluere. Vnde B. Victorinus salubri sermone occurrens S. Seuerino dixit: Frater & socie, nōnne certis quantum inconsolabiliter Fratres tristentur? Debemus siquidem ipsis iura humanitatis impendere, neque tam præcipitanter nos eis subtrahere. Nam omnis subita mutatio rerum non contingit sine fructu animorum; & iacula quæ præudentur, minùs feriunt. Liceat etiam timentibus sperare: demus nostri copiam eis triduo, vt se consolentur. Fratres tam modico spatio. Videntis autem B. Seuerinus, quod interesset suā & suorum socrorum triduanam moram agere, acquieuit consilio. In illo verò spatio almiratus Seuerinus salutaribus monitis eos admonuit, & qualiter se ad inuicem haberent, edocuit. Sed transacto spatio, & quarto die illucescente, præclarus Dei famulus Seuerinus iussit Missam celebrari; & sumpto sanguinis & corporis Domini nostri Iesu Christi viatico, & pace factâ cum omnibus, acceptâque licentiâ, signo Crucis se consignans vñâ cum fratre suo, ad loca opaca & inaccessibilia, vbi eremiticam vitam ageret, accedere festinavit.

^c a Noti Picentes populi ad mare Adriaticum. Eoru regio vulgo Picenum, vel Picenus ager dicitur. Picentis oppidi nulla apud veteres mentio. Leander in Piceni decriptione ista habet: In orâ

ostia succedunt Leti-mortui fluminis: prope quod obscura An olim quædam vestigia urbis, nec, vt videtur, modicæ; quam locorum oppidum accolæ Picenum aiunt dictam, vnde regionis totius nomen Picenum quidam arbitrantur enatum. Ego in antiquis Chronicis incerti auctoris legi, urbe hoc situ à Pico Oenotrio aduenâ primum Anconitano in monte conditam, ab eoque denominatam Picenum; cuius appellatio postea regioni vniuersa cesserit. Sed alium huius rei luculentum auctorē non habemus, ac proinde relinquendam in medio lumen arbitrati. Hac ille. At Leonardus Francis Santos hos fratres scribit Amiterno profectos: urbs ea fuit Sabinorum, cuius iam ruine vernunt hand protul Aquitâ in Apennio, ut ad priorem vitam lire, n. diximus.

^b b Francus monasterium hoc ordinis S. Benedicti sit fuisse. At paullò p̄d̄, obiisse Seuerini scribit anno etatū LXXXV. Christi D.X.L. Vnde sequeretur natum esse anno CDLV. circa annum CDLXVIII. religiosam vitam fuisse complexum, quando ipse needum natus erat S. Benedictus. At vita decursus non videtur tantam Seuerino atten- som astruere, vt consideranti patebit. Suum autem fuisse monasterium hoc consicis milliari uno à Septempedâ, vbi nunc ecclesia est S. Laurentij ad radices montu Nigris, olim Gentilium fanum.

^c c In bonam partem hic usurpat id verbum, quæsi qui à communi ceterorum familiâ recederent, atque ultra etiam quā Regula prescribat, colorent pietatem.

CAPT II.

Vita eremitica.

^a 5 CVm autem B. Seuerinus cum B. Victorino densissimum nemus intrasset, & vitam calibē agerent, immittia siquidem animalia eis se apposuerunt, quæ in Sanctos Dei impetum agentia ipsos videbantur velle dilaniare. Sed athletæ Christi mirabiles signum Crucis Feras signo Crucis manus facientes ita ea mansueta reddiderunt, vt certatim ad osculandas eorum manus festinarent; &, quod est mirabile dictu, non prius discedebant, quām inclinato capite percepissent benedictionem. Hoc autem videntes almifici fratres se cœperunt confortare in Domino, & nimiū gaudentes de proposito, manus ad Dominum levauerunt, diceentes: Domine Deus Rex immense, quis non contremiscit tuam magnificentiam? quis non obstupescit tua miracula? Ecce ad aduentum nostrum commota sunt animalia; & quæ nos exterminare volebant, ita mitia reddidisti, vt quasi homines famulatum nobis exhibeant. Nunc si tuæ benignitati placet, locum tribue, vt vitam incipientes laudemus tua desiderata magnalia; & carnis nostræ actus compescentes, ad vitam, quæ fine non clauditur, attingamus.

^b 6 His dictis paullulum procedentes, ex aduerso quemdā locum b opacum & concavum conspexerunt: quo viso, diuino iam freti auxilio, gaudentes introierunt. Quem vndique respicientes, & eorum proposito aptissimum inuenientes, immensas Deo gratias egerunt. Et tunc genua flecentes, primo, secundo, & tertio die incessanter absque cibo & potu Domino orationes fuderunt. Postea verò languescentes capite & ceteris herbu vi- ditant: ad herbarum radices legendas exierunt: quas cùm legissent, vt lauarent aquam quærentes, penitus non inuenierunt. Redeuntes autem ad oratorium, quomodo potuerunt comedent. Peracta verò comeditione, ad inuicem dixerunt: Ecce iam beneficit Dominus nobis in loco exhibito, & cibo inuento; sed ad nihilum tendit nostrum negotium, nisi Deus aquæ dederit potum. De communi autem placuit consilio, Dominum attentissime exorare, vt qui loci concesserat copiam, aquæ tri-bueret largitatem. Statimq̄ue medullitus Deum depre- cantes, centies genua flexerunt ad Dominum, immensam eius beneficentiam exorantes, vt qui arenti populo Israëlitico contra naturam aquam de petrâ produxit, & ad preces Eliæ imbretem tribus annis & sex mensibus ter- ræ negauit, & eodem volente postea reddidit, ille eorum misereri dignaretur pius & misericors Dominus, vt præ aquæ inopiâ illic non tam citò deficerent. His dictis aspicientes forinsecus, aquam scaturire viderunt: sed quanto fuerint repleti gaudio, quantum in Deo con- fortati, non esset facile scribere. Videntes verò aquam, acceſ-

*fontem
precibus
elicunt:
austerè
viuunt:*

numeratam; mihi concessisti socium, ut vitam acquire- Ex mss.
rem beatam. Hæc dicens, socium est osculatus; & vter-
que colloquio confortatus Horas dixerunt, & sumptis
herbarum radicibus, ad locum destinatum perrexerunt.

*vifstantur
ab Angelu,*

10 Duti verò procederent, *d* draco immanissimus *Ex mss.*
cribrans S. Seuerini sōcium exterruit. Sed B. Seuerinus *specie dra-*
sacratiſſimæ crucis vexillum oppoſuit, dicens: Ecce cruci-*conis oc-*
cīem Dōmīni, fugite partēs aduersae: vicit Leo de tribū
Iuda, radix David. Hoc auditō draco euanuit. Et Seue-*turrentem,*
rinus fodalem confortans: Collega mirabilis, draco ille *signo crucis*
diabolus fuit, sed ad redēptionis noſtrae ſignum re-*fugat.*
manere non valuit; vnde ab oculis noſtriſ euanuit

Confortare in Domino, & esto robustus: iam perga-
mus viam, quam incepimus. Tunc pariter ad locū eius *specie dra-*
deuenēre conſeſſum. Tunc silentia rumpens B. Seueri-*conis oc-*
ni ſodalis dixit: Frater, & Domine Seuerine, ecce locus,*turrentem,*
qui ad tempus tibi eſt donatus. Nam hīc vitam tuam
non es finitus. *e* Intravit autem B. Seuerinus, & locum
circumſpiciens flexis genib⁹ oravit ad Dominum, di-
cens: Non me permittas Domine errare vlt̄riū, ſed
mihi in hoc loco concede vitam finire quām citius.
Tunc verò de cælo intonuit: O Seuerine Dei dilecte,
confide in Domino, & noli querere tibi vitam finiri.
Non enim tranfibit multum temporis ſpatium, quōd
Septempeda Ecclesiæ p̄fūlātū mereberis. Seueri-
nus verò conuertionem hominum renuens, & ſuam
non querens gloriam, voce Angelicā non eſt eleuatus,
ſed vehementius ad Dominum preces fundebat, vt
ſuam immutaret ſententiam, volebat ſiquidem mori
eremita, & nolebat honore fungi in hac vitā: ceperit af-
fectuosiū orationi inſiſtere, & le vltra humana posſi-
bilitatem affligere.

*a Aprum primū, deinde ut ſum occurriffe, & signo Crucis
manuſfactoſ, ſcribit Francus.*

*b Idem tradit venisse ad montem Camerino vicinum qui Plo-
racus dicetur, inq. eius ſpeluncā habitasse; ac ſuperiffe iſhic
etiam ſatellum B. Marie Virginis dicatum. Prior Vita S. Victor-
inum, cūm à fratre auctoriori & p̄fectoriori vita p̄textu ſeceffe,
venisse ait ad Prolacem montem; quod nomen à Prolaqueo oppido
duclum coniectauimus lit. d. Et prop̄ à Camerino Umbria oppido
aberat Prolaqueum.*

*c Prior Vita habet Victorinum in aliū locum ſeceffe, quod
& Francus ſcribit; ſed & ipſum Seuerinum, cūm à ſuo nōmō
paulum eſſe egressus, ab ignoto eremita in aliū locum eſſe perdu-
ctum, vti & hic narratur.*

*d Francus tradit primū ferocem lupum occurriffe, ſed signo
Crucis manuſfactoſ: deinde immāneſ ſerpentem trifidā lingua,
& triplici dentium ordine; & hunc signo Crucis pulſum.*

*e Permaneffe eremita hunc cum Seuerino, inq. innuit; at
Francus diſeffe ab eo tradit cūm locum ei commoniſſaffet.*

C A P V T III.

Victorini lapsus, p̄nitentia.

II Vim verò B. Victorinus in laude Dei ſic perno-
ctaret, diabolus humano generi inimicus ſe in
ſpeciosam mulierem compoſuit, & ventum, tonitrua,
& imbrex ante ſe agens, & luporum, & vſorum vo-
cem emiſſi faciens, ad S. Victorini cellularam deuenit; &
gracili ſermone, ſicut moſ eſt mulierum, verbum tale
protulit: O sancte cultor eremi, oſtium nunc aperi; mi- *Victorinus*
ſerere feminæ ferarum morſibus ereptæ. Tantum ynius *specie mu-*
noctis morandi dona ſpatiū, vt factō diluculo ad *teris erra-*
meum redeam habitaculum: Si me hīc mori permiferis, *bunda in*
meus ſanguis de mariu tuā requiriſtur; & quod moriar *cellam ad*
niſi aperuetis ſum certa: ecce enim feræ instant, & me *misiſſi*,
quaſi morſibus laniant. Quantum virtus hospitalitatis
commendetur, Apoſtolus teſtatur, dicens: Hospitales
inuicem, ſine murmuratione. Scis etiam quōd propter
hospitium Abraham Deo placuit, & vitam aeternam in-
uenit; & idem Loth contigit. Huiusmodi autem verba
audiens Victorinus, licet priuī multū renuerit, & ſe
numquām recepturum dixerit, tamen quia labor im-
probus omnia vincit, oſtium aperuit, & quōd intraret
inuitauit. Illam dum intraret tetigit, & eius iecur infecit.

A a a a Addidit

*Ex MSS.
ab eo ad
peccatum
impellitur,
deinde ri-
detur:*

Addidit etiam igniculum dulcedo sermonis, & viscera iā malestina decor formæ lauia. Cœpit primò B. Victorinus oblistere; sed instantiū diabolus cum calore inficit, quod resistere non valens se in eam iniecit. Cum verò ad rem in honestam se vellet vertere, & vt loquar verius, dum cuperet perficere; surrexit dæmon, & dixit: O diudum cultor eremi, quid nunc attentasti? Olim scopolis castitatem promittebas, modò ad rem turpissimam te vertebas. Ecce tibi momento abstuli, quod ab infantia acquisiuiti: iam meus existis, qui eremii amicus fuisti. His dictis evanuit.

*in se fuit:
rependo ad
fratrem
redit,
eiḡ pecca-
tum suum
exponit:*

12. Ad se Victorinus rediens, se excoriare cœpit; & spinas, & vrticas inueniens, stratum fecit, & se super eas proiiciens, & regyrans, intantū afflixit, quod ferè spiritum emisit. Dum verò ad tantum debilitatis deueniſſet, quod spiritu videlicatur destitui, surrexit, & locum sceleris consciūm interdixit. Relinquens etiam locum, ut mentis immutaret habitum, ad fratrem redire dispoſuit. Erat verò B. Victorinus sic afflictus, & lacrymis ac flentibus fatigatus, quod pedibus non valebat incedere, sed manus pedum fungebantur officio, qui paullulūm se mouebat, & suam miseriā exponebat. Dum verò sic laboriosè incederet, eum à longè cognouit B. Seuerinus, & mox accessito socio cum lacrymis dixit: Video fratrem inediā consumptum, & manum pro pedibus habentem. Occurramus ei, ne forte antequām veniat, in viā deficiat: Tunc festini eum in vlnis leuauière, quem postquā ad cellulam deduxerunt interrogare cœperunt, & confortantes eum ut comedeter commōnuere. Tunc verò Victorinus inquit: Fratres, non possum comedere, nec sic inter vos existere, vsquequā mihi misericordiam non feceritis. Diabolus enim in mulieris specie ad meam cellulam venit, suisque suggestionibus, & verborum dulcedinibus me ruere fecit. Quod mihi postquā accidit, ad vos tamquā ad portum propitiatiōnis ad Iesum Christum nostrum redire statui. Et hæc dicens, pedibus fratris est obuolutus. Et factum & factoris pœnam agnoscens almiticus Seuerinus, lacrymas amaras emittens, preces effudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui contemptus parcis, negatus remittis, nos lacrymabiles respice, & peccatum fratris de libro diaboli absterge.

*grauem
pœnam
jubis,
manibus
pedibusq;
fissa arbori
insertus*

13. Cognoscens autē per Spiritum sanctum B. Victorinus suum peccatum de libro diaboli ablatum, pœnam tamen remansisse peccati, à fratre pœnitentiam luscepit, & pœnam quam pro commisso sustinere elegit, statuit, ut tamdiu penderet, quamdiu Dominus pœnam peccati deleret. Rogatus à fratre & fratrī socio paullulūm comedit, & ad pœnitentiam peragendam processit. Venit verò ad locum ubi se purgare deberet: vidit arborem scissioni aptam: illam scidit, & vt scissura laxaretur cuneum immisit, hæc verba dicens: Domine Deus omnipotens Patris Filius, qui pro nobis miseris formam serui accipiens vsque ad crucis mortem te humiliasti, vt quia à Paradiso per lignum eramus eieoti, per viuificare crucis lignum ad eum reduceremur; mei tui serui, diaboli astutiā decepti, miserere, & pœnam peccati in hac arbore concede delere, vt ad se inuersus pendeam, qui ad te non steti erectus: pedes & manus, qui nefanda commiserunt, tamdiu hac arbore claudantur, quamdiu mutata sententiā pœnam deleas. Et hæc dicens, pedes & manus iniecit, & cuneos abscondi fecit; extremitates verò arboris cuneis diuisa ad centrum rediere, & Victorini manus & pedes nimium strinxere. Sicque B. Victorinus cœpit pendere. Ipse præ angustiā nimium stridebat; sed B. Seuerinum iuxta se habebat, & lacrymando plurimum tendebat.

14. Volens autem B. Seuerinus à tali suppicio fratrem amouere, verbis humillimis cœpit admonere, dicens: Victorine frater, cūm te pendere video, mori desidero. Inauditū pœnae genus elegisti, quo ante triduum deficies. Si tibi placet, muta propositum, & pœnam eligas, vt peccatum purgare, & viuere valeas. Si autem

potius mori, quām viuere eligis, me tuū mortis fanto-^{frustra de-}rem numquām habebis. Victorinus autem ait: Cur ^{terrente} ^{Seuerino}, frater talia loqueris: voluntas, & propositū distinguunt maleficia: non ad te redij, vt pro me incurras peccatum, sed propteret, vt lucreris me fratrem tuum. Expiato peccato in extremo examine talentum Domino reddes duplicatū, dicens: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superluctatus sum. Nonne legisti, quod qui conuerti fecerit fratrem ab errore viae suæ, saluabit animam suam, & cum à morte? Ad hoc autem quod dixisti, vt me ad consueta transmittam; qui & rem commisi insolitam, expedit, vt pœna maudiā sequatur.

15. Tunc verò B. Seuerinus & Septempedanæ Ecclesiæ accersit Præfulem, & pedibus obuolatus cum lacrymis dicere cœpit: Pastor bone & religiose, Victorinus meus frater, vobis notus & deuotus, pendet in suppli- ciis, & nisi citò succurratis laborat in exitu. Hoc auditio Præfus bonus ire parat satis festinus, & currebat, & vo- lebat ne perire Victorinus. Appropians autem Præfus miræ probitatis, vt probatæ castitatis vidit suum ami- cum sic pendere, & pro noti miseriā lacrymas nequivuit tenere. Vt autem vidit Victorinus Præfulem, nimium est gausus, & vt suo ori manum apponere, & sibi mi- sericordiam faceret Dei intuitu, & sui officij instituto, exorauit. Vbi autem suam manum sibi est largitus,

cœpit Victorinus lacrymabili voce dicere: Domine Pa- <sup>& Episco-
po Septem-
pelano:</sup>

ter, & Præfus bone, vestra placuit clementia meæ mi- seriaæ condescendere, meque à diabolo captum, & vin- culis illaqueatum visitare. Vnde omnipotenti Deo gra- tias quas possim reffero, qui permisit me vestro frui col- loquio. Ipse omnium bonorum remunerator vobis re- tribuat, & in die iudicij pro isto labore respondeat. Nunc autem, si placet, lapiſi miseriā animaduertite, & pro peccato pœnam, quam patior, iniungite. Dum verò solus esse cuperem, fratrem cœpi amouere: paullò pōst diabolus mulieris sumpsit speciem, & me sibi credendo duxit ad perniciem. Cœpit postea prædictus Præfus illa Victorino fratri verba salutaria dicere, & eum à peccato soluens à pœnâ proposuit subtrahere. Victorine frater, tuum est peccatum purgatum, & tibi Dominum iam credas placatum. Arborem iam incidi permittas, vt peccato exutus, vinculis solutus existas. Instabat autem B. Seuerinus, & bona mentis Præfuli supplicabat, vt se à fratre priū non subtraheret, quām illum deponeret. Tunc B. Victorinus cœpit oblistere, & fidei fundamen- to firmare, se numquām inde velle amouere nisi Domi- no antè placuerit eius misereri; scilicet vt iubente Do- mino arbor sponte artus restituat, quos ipse vltro in- clusit. Tunc B. Seuerinus gratias agens Præfuli, remisit eum ad propria; & cœpit vehementius angi & affligi, & non minus cruciabatur quām frater; eo excepto quod non pendebat, ille se prò fratre plus affligebat. Ille die & nocte incessabiliter Deum exortabat, vt fratri suc- curreret.

16. Toto autem triennij tempore, & Victorinus pe- pendit, & se Seuerinus pro eo afflxit. Elapso verò trien- nio, arboris partes se cœpere laxare, & B. Seuerinus cognovit peccati labem expiatam, & fratri vitam perdi- tam redonatam: ad Præfulem rediit, & eum ad fratrem reduxit. Tunc Præfus cum Clero & omni populo pa- tienter accessit, & eum absoluere voluit. Ille autē vnius hebdomadæ ieunium petiit, & posteā se sineret absolu- ui, quod ille permisit. Celebrato vnius hebdomadæ ie- iunio Episcopus cum Clero, & omni populo rediit, & Victorinum pendentem sic est allocutus: O frater, tibi iam parce, quia vincula parcunt; & iam manus & pe- des recipe, quorum diu caruisti officio. Tunc B. Victorinus cognoscens peccati pœnam deletam, fratrem ex- orauit, vt funderet preces ad Dominum, quibus sine molestiā artus reciperet, quos cum molestiā inclusos retinuit. Statimque B. Seuerinus confidens in Domino, dixit: Domine qui tuis dixisti Apostolis: Si quid perie- rit Patrem in nomine meo, fiet vobis; peto vt nomine tuo

*ab eā post
triennium
salutur.*

tuo & viuificæ crucis, partes arboris artus comprimentes diuidas, vt sine molestiâ tuus famulus membra recipiat, quibus dudum caruit. Et hæc dicens, signum crucis fecit, & se statim arbor diuisit, & Victorino membra illæsa restituit. Omnes verò qui aderant, videntes miracula obstupuerè; & laudantes Dei magnalia, magni meriti dixerunt B. Seuerinum.

a Ferrarius Camerinensem Episcopum aduocatum scribit, ut ad priorem vitam lit. i. diximus.

C A P V T . IV.

S. Seuerini episcopatus.

17 *P*AUCIS verò reuolutis diebus prædictus Præful obdormiuit in Domino, & B. Seuerinus cum summâ deuotione in Episcopum est electus à Clero, & populo, vt adimpleretur Angelicum dictum, Quia non transibit multum temporis spatium, quod Septemperda Ecclesiæ mereberis sacerdotium. Non quidem unus affuit, qui se electioni opponeret. Electione autem factâ consonâ, & ab omnibus celebri habitâ, ad eum B. Seuerinus quæritur: qui dum eos benignus susciperet, præcepit eis cibaria exhiberi. Illi autem dixerunt: Et animorum & corporum refectionem quærimus, & ut Septempedana Ecclesia vestrâ fulgeat clementiâ, petitum. Ille autem: Tantam dignitatem illi concedite, qui possit pro vobis, & pro me intercessor existere; nec credatis me ex hoc loco posse abstrahere, quia me esse solitarium vovi. Illi autem dixerunt: Tu solitarius esse dispositi, nisi aliter de te vellet disponere Deus. Ecce aliter Deus dispositus de te. Nam Episcopi honorem tibi contulit, & tuam probitatem in lucem venire voluit. Ille verò nullatenus acquiescebat, sed modis omnibus resistebat. Tunc suus sodalis ruimpens silentium, dixit: Seuerine frater & Domine, memor esse debes vocis Angelicæ, quæ tunc tuis auribus resonuit, cùm totam tuam vitam hîc postulasti finiri; fuit enim hæc vox Angelica: Non tardabit multum temporis spatium, quo Septempedana Ecclesiæ mereberis præfulatum. Noli autem te vlrâ diuinæ & humanæ voluntati opponere; sed Dei munera cum benignitate suscipe. Imò si Deus vult te in lucem venire, obedias, desiste contraire: nempe si vlrâ renueris, inobedientiæ argueris, & non fidelis, sed infidelis diceris. Nec tunc B. Seuerinus acquieuit; sua mens liquidem cupiebat esse solitaria, & hominem spernebat colloquia. sed quædam magis renuebat, tanto magis accendebat, & eum maiori præfulatu esse dignum asserebant. Quid vlrâ plura? Licet multum renuerit, plurimumque restiterit, volente Deo ad Episcopatum ducitur, & lætissimis virorum & mulierum animis suscipitur. **a** Postquam autem laudes inchronizandi sunt expletæ, in medio ecclesiæ suum os aperit mellifluum electus Seuerinus, & qualiter circumstantem turbam Christi seminario pauerit, & omnes lætos & gaudentes ad propria remiserit non est nostræ patutatis exprimere. Audientes verò Clerici eum & laici, Dei laudabant magnalia, qui talem Dominum concessit in eorum patriâ.

b *18* *Paucis pôst transactis diebus ad sacra suscipienda Romam abiit, & circumstante turbâ Dominus **b** Papa benignè intuens, & eum à longo tempore pro suis meritis videre desiderans, & totâ sibi Romanâ Curiâ annuente cum maximo honore est consecratus; & ad proprium missus Episcopium: quoad viueret, in totâ Marchiâ est effectus **c** Legatus. Rediens autem ad suam Ecclesiæ Episcopum Seuerinus est cum maximo honore receptus; & si ante Episcopium fuit famæ integræ, post reasumpti honoris officium, excellentioris opinionis, & continentia sanctioris est habitus. Et quia in Dei servitio sic erat sedulus, ad eius intercessionem Deus cæcis visum restituit, paralytieos curauit, claudos erexit, compeditos absoluit, leprosos mundauit, & vt loquat verius,*

Tom. I.

Roma conseratur:

c

*clariss. mi-
raculis*

quacumque infirmitate ægri detinebantur, B. Seuerini *Ex MSS* intercessione, petitionis suæ salutarem confequebantur effectum. Suam autem Ecclesiæ ampliavit latius, & quam inuenit inopem ditissimam reliquit. *Quinque monasteris* monasteria construxit, & ipse dianit: plures canonicas *confirauit* refecit, & ad integratatem reduxit. *Quid pluta?* Donec vixit numquā otiosus exitit, discordes reconciliavit, Marchiam suâ illustravit visitatione.

19 *C*UM verò Deus vellel suæ vitæ finem impone-re, & ipsum, vt benemeritum, à labore subtrahere, Angelum sibi direxit, qui & vitæ terminum ponaret, & qualiter Ecclesiæ & Fratribus prouideret instrueret. Accedens Angelus B. Seuerinum in somni salutauit, & *diem mor- aduentus cauissimi exponens*, ad superni regni epulas *tu ab An-* invitauit, dicens: Frater Seuerine, tuos *Canonicos gelo intelli- conuoca, & Pastorem in tuâ colloca ecclesiâ, viaticum gte:* sum: nam die tertio, scilicet Dominicâ, carnem es relicturus, & cum Sanctis vitam, quæ finem non habet, es ingressurus. Audiens verò B. Seuerinus tanti mysterij nuntium preces fudit ad Dominum dicens: Te collaudo Rex immense Deus, qui me de hoc ergastulo vocare dignatus es, quia meus satis est prolongatus incolatus. Placeat tibi me nunc hinc iam abstrahere, & optat quietis aliquam partem concedere.

20 *H*is dictis, totius Episcopij sui homines aduocari iussit; & tribus diebus salutaribus monitis eos intruens, nihil aliud egit quâm ea quæ fidem fundarent, spem *omnibus* corroborarent, & caritatem ornarent: Canonicos in *recte ordi- vnum vocauit, & pariter cum eis elegit Præfulem. Et natis.* ita omnibus ritè paratis, celebratâ Missâ, & populo prædicto communicato, eum parum algoris iniunxit. Sentiens autem corporis resolutionem, Clericos aduocari iussit, & corpore & sanguine Domini se armavit, in cidere & cilio se collocauit, & omnia qua morientibus dici assolent decantauit, & oratione factâ taliter ad Dominum dicens: O summe Deus, cui sunt simul omnia nota, me nunc suscipias. Oravit, & oratione factâ lux immensa apparuit, quæ per tres horas tricorni faciens tantam fragrantiam attulit, quantam totius *luce calesti collustra- mundi odoramenta non darent. Recedente verò luce, ipsa B. Seuerini anima perrexit ad Dominum, & ante- actæ vitæ centuplicatum recepit præmium. Post sancti *sancitatem* virti transitum Domitus ex alto fidelis sui Seuerini labo- rem considerans, ut alius suo etiam exemplo Christianæ fidei documenta susciperet, suum Sanctum claris coruscate fecit miraculis **d**. Nam de totâ Marchiâ, & de omni adiacenti aliâ prouinciâ omnes infirmi ad S. Seuerini *claret mi- corpus accedentes optatae sanitati restituti ad propria rculis.* cum gaudio remeabant.*

a Francus ait Kalendis Maij Septempedam intrasse.

b Vigilium fuisse tradit Francus. At si obit S. Seuerinus, ve idem scribit, vi. Kal. May, anno DXL. ergo dum pro S. Siluerio exu-lante pontificatum administraret Vigilius, ordinatus est; cùm ipse Vigilius anno primûm DXL. legitime Pontifex electus sit: deinde oportet eum exiguo omnino tempore vixisse.

c Francus quoque regimen prouincia Seuerino commissum scribit.

d Quidam narrantur in priori Vitâ, eademq; habet Francus.

DE S. FRODOBERTO ABB.

Pag. 506. col. 1. nu. 4. priora ita restitue [Vitam S. Frodoberti ab Adsono, sive Azone, aut Alfone, Abbe Deruensi scriptam tradit Cl. Robertus, & N. Des-Guerrois. Eane sit, quam ex MS. Cellensi edidit Nicolaus Camuzæus, hand nobis conslat: nam hic Auctor ostendit se monachum fuisse in cenobio Cellensi, *Vita S. Fro-* cum cap. 3. nu. 11. ita scribit: Quod (privilegium) in archivis docteri à cœnobio nostri. Fuerit fortassis ex Cellensi cenobio assumptus *quo scripta* ad regendum Deruense in diaœsi Catalaunensi. Sed nec etas quadrare videtur: nam cùm Adsonè constet anno 970 floruisse; huius *Vita* scriptor innuit se centum ferè annis prius vixisse: lo-quens enim de Sancti statu cap. 6. num. 23. Ut illi quoque perhibent, inquit, qui eius sacratissimi corporis ossa se aspexisse fatentur; anno videlicet 872. quando facta cius est translatio. Sed potuit Adso ysus fuisse monumentis monasterij Cellensis, atque inde ista transcriptisse.

Aaaa 2

DE

DE S. CYRO EP. C.P.

Pag. 531. col. 1. post elogium ex Menet. nu. 1. adde [MS. Flora-
rium xi. Decembris ista habet: Constantinopoli S. Cyri
exiliati Episcopi.

DE S. ERARDO EP.

Pag. 533. col. 1. post num. 2. adde [Aliqua S. Erardi reliquia
tempore Caroli IV. Imperat. Pragam translatam sunt ita enim

habet vetus Martyrologium Pragense xiii. Decembris: Eodem
die in Alsatiâ regione, S. Othilia, cuius reliquias & bra-
chium Carolus Imp. obtinuit in Hohenburg eiusdem
monasterio in diocesi Argentenensi, & donavit Ecclesiae S. Erardi
Pragensi. In quo brachio etiam reconditæ sunt reliquia reliquia.
S. Erhardi Episcopi, qui S. Othilia cæcum natam bapti-
zauit, & à cæcitate illuminauit: quas reliquias Impe-
rator obtinuit in Ratisponâ de monasterio inferiori.

AD IX. IANVARII.

DE S. PETRO EP. SEBAST.



Pag. 588. col. 1. post num. 1. adde [Vetusissimum
MS. Martyrologium S. Hieronymi xxvi. Martij
ista habet: In Scbas. Petri Episcopi. Eodem
die MS. Rhinoviense: In Sebasti ciuitate
Petri Episcopi. Idem habet Bellinus de Padua
Parisii an. 1521. excusus; nam in editione Venetâ an. 1498. id
non extat.

S. Petrina-
salis olim
26. Mart.

an is con-
iugatus
fuerit?

Pag. 589. col. 2. post nu. 8. adde [Nam quod in S. Basiliij Gra-
câ Vita narratur, de Petri continentia duplice prodigo testata,
quam fidem mereatur suo loco examinabimus. Dicitur enim
Petrus vxorem habuisse, eamq; secum retinuisse etiam cum
Episcopus esset. Quæ res cum sacris Canonibus aduersaretur, Se-
bastenos offendit: quapropter ad Basilium Legatos misere, qui
rogarent ut offensionis occasionem amoliretur. Profectus ergo
Sebastiam Basilius, & benignè à fratre acceptus, quibusdam ē
Clero sub medium noctem ostendit Petri & coniugis lectum ab
Angelis circumdatum: postridie iussit fratri coniugem, mox &
fratrem ipsum, vestem expandere, in quam ardentes prunas effu-

dit, que hora spatio retenta nec ipso nec vestem vel levissimè le-
serunt, illustri continentie argumento. At quæ probabile fit con-
jugio illicitum fuisse, & quidem Episcopatus tempore, quem illius
aut scriptores tradunt monasticum vita genus Basilij fratris
exemplo sectatum & quem in iisdem adibis, in quibus Macrina
soror Virginibus, viris religiosis præfuisse. Gregoriu Nyssenus eius
frater testatur: Nam si quæ contendat mulierem illam Episcopo
cohabitantem, non coniugem eius ante Episcopatum fuisse, sed in
episcopatu ancillam, aut sororem agnatarive; atque inde fini-
stram aliquam ortam esse suspicionem; disertè vocatur idē
αὐτὴς γυνὴ τῷ ὀνόματι, ἀδελφὴ δὲ τῇ Χρύσῃ, nomine
quidem, propria eius vxori, vsu vero & re ipsâ soror.
Dein κυρία νῦμφη, Domina sponsa.

Pag. 590. post nu. 9. adde [Meminit Petri Palladius Dia-
onus in Dialogo de Vitâ S. Chrysostomi ita scribens: Amphilo-
chium verò Iconij Episcopum & Optimum Praefulem pia-
in Ponto, & Petrum Sebastiæ Antistitē Basilij fratrem, ^{moyniū}
& Epiphanius Constantiæ Cypri Antistitem sanctos ^{adūtus}.
viros quid memorem; quibus illa & pecunias donavit
& villas?

AD X. IANVARII.

DE SS. THECLA ET IVSTINA.



SS. Thecla
Thecla
mater.

Pag. 601. col. 1. ad Prefationem adde [Angustæ
tamen in hac epitome SS. Theclæ & Iustinæ
gesta perstringuntur. Admiranda enim sunt,
qua utraque, sed precipue Theclæ, egit, visen-
dis in carcere Martyribus, eorum redimendis
& Iustinæ sepelendisq; corporibus, alendis iis qui latebras petierant, exci-
benefacta. piendis peregrinis, familiâ omni ad pietatem instituendâ, suis
alienisq; facultatibus in vissu pauperum, ecclesiæq; edificia & or-
natum erogandis, contennendis, qua tyranni intentabant, sup-
plicis: qua omnia prolixè narrantur in Actu SS. Alphij, Phil-
adelphi, Cyrini, x. Maij; S. Epiphanes S. Alexandri, sive
Neophyti, qui Theclæ consobrinus erat, coniugi inuictaq;
Martyris, xii. Maij; S. Agathonis Episcopi Liparitani, xxvii.
Iunij; S. Euthalij Virginis & Martyris, xxvii. Augus: qui
bus in Actis sanctorum sororum & Martyrum Neophytae &
Isidoræ, quarum hac Theclæ, illa Alexandri mater erat;
SS. Mercurij & xix. sacerdotum Martyrum; SS. Onesimi &
Erasmi & sacerdotum aliorumq; Sanctorum mentio sit.

DE S. PAULO I. EREMITA.

Quando
ad S. Paul-
lum iuerit
S. Anto-
nius.

Pag. 603. col. 1. post num. 8. adde [At cum scribat S. Hierony-
mus infrâ cap. 3. nu. 14. Antonio à Paulo redeunti occurrit
duos discipulos, qui ei longo iam tempore ministrare con-
sueuerant; constet verò ex vita S. Antonij xvii. Ianuarij,
cap. 21. non nisi quindecim ante obitum suum annis, duorum
illorum vii ministerio capisse Antonium; non potest quindecim
ante obitum annis suscepimus illud fuisse ad Paulum iter. Nam
si eo ipso anno primùm erant adsciti: Quomodò verò nonagenari-
rus iuit ad Paulum, cum sibi duo illi longo iam tempore mini-
strassent, si non nisi nonagenarius eos adsciuīt? Videtur S. Hiero-
nymus nonagenarium appellare, pleno rotundoq; annorum
numero, qui nonagesimum explessit, nondum centesimum atti-
gisset. Sic centenarios dicimus etiam centum annis maiores,

neglecto minore, qui excedit, numero. Fuerit ergo tunc Anto-
ninus annorum circiter nonaginta septem; & sic omnia consta-
bunt. Consule, que ad cap. 21. vita S. Antonij litt. b annotauimus.

Pag. 607. col. 2. post nu. 2. adde [Verisimile est non integrum
corpus S. Pauli fuisse Venetis in Hungariam translatum, sed
alias eius partes. Nam Peregrinus Merula in Sanctuario Cre-
monensi scribit, Venetiis etiamnum in eadē S. Iuliani afferuari S. Pauli
S. Pauli corpus, capite Romam translato; ipsoq; S. Pauli soda- reliquia
les eas reliquias religiosè anno 1626. mensē Maio veneratos, Venetius,
 vexillum in eadē aude suspendisse ipsius sancti Eremitæ effigie insigni-
tum; ac Patriarche supplicasse, vt sibi parenti aliquam earum-
dem reliquiarum donaret, in sua ecclesiâ collocandam. Particu- aliquæ
lam aliquam capitulū Rome in eadē S. Marie que in Campitelli Roma.
dicuntur, afferuari testatur Octavius Pancirolius in Thesauris ab-
scinditis alma Vrbis; alias item particulas reliquiarum eiusdem
Sancti in aliis quibusdam Romanis basilicis extare.

DE S. AGATHONE PAPA.

Pag. 624. col. 1. post numerum 4. adde [Anno MDCL edita
est Panormi, typis Antonij Martarelli, Vita S. Agathonis,
à Francisco Scorzo nostro eleganter & fusè descripta, que
tamen haud alia ferè complectatur, quā sunt ab Anastasio
tradita litteris, sed ad chronologiam Baronianam censuramq;
exacta. In eadē Panormi natus afferitur, atque ille esse Agatho S. Agatho-
traditur, quem S. Gregorius Magnus ep. 46. lib. 5. Vrbico Ab-
nus patria, bati S. Hermetis commendat, iubetq; in monasterium suscipi,
si vxor illius similiter conuerterit. Verum cum ea ^{etas},
epistola data sit Indictione XIV. anno nimis 1496. si tunc
XVIII. annorum fuisse Agathonem statuerimus, (neque san-
ior fuisse videtur) sequetur anno DLXXXVIII. natum esse: ergo
centenarius erat cum est ad pontificatum electus. Quis id credat?
Existimat idem Auctōr, Baronium securus, non 14. Id. Ianu. sed
Iunij decepisse Agathonem, quā de re mox agemus; sed quod eo
die S. Oliua, Panormi itidem ciuius & Patrona, solenniter col-
latur, S. Agathonis celebratatem in diem consecrationis eius pro celebritas
tractam, eumq; diem in posterum S. Agathonis recolenda Panormi,
memoriæ statum seruatum iri. Ea ritu, inquit, peragitur
solemnissi-

solemnissimo, qui Patronis principibus cluitatum est constitutus. Quod iam inde ab anno MDCXXIV. incep-
tum, cum Senatus Panormitanus, ut diuinum numen
propitium populo pestilentia laboranti faceret, inter
Patronos maiorum gentium Agathonem allegit, quem
allegaret ad Deum. Erecta ad id in templo primario
eisdem ara; positaque imago in tela graphicè depicta.
Cui deinde Urbanus VIII. Pontifex Maximus benefi-
cium simplex, ut vocant, aureorum circiter mille ad-
dixit, dato eâ de re diplomate anno MDCXXVII. regesto-
que in regia tabularia. *Hac ibi Diem Ordinationis, qui, licet
non exprimatur, dicatus tamen deinceps S. Agathonis solennitati*
*dies ordi-
nationis.*

ditur, arbitramur decimum Iulij indicari; ad quem diem Ex v.a.
Octauius Caietanus noster in Ideâ operâ de SS. Studia ista habet: R. 118.
Romæ Ordinatio S. Agathonis Panormitanî in sum-
mum Pontificem.

DE S. GVILIELMO EP. BITVR.

Pag. 639. n. 1. lin. 13. vbi cùm seminarior &c. lege ex Bodec.
MS. [vbi cùm disseminator discordia, hostis gene-
ris humani diabolus seminarior discordias inter Cleri-
cos & Conuersos; & licentiatis Clericis à Domino
Papâ] Ceterum extat hac vita in quibusdam Breuiariis Ord.
Cisterciensis, & in citato MS. Bodecensi, cum alia persimili.

AD XI. IANVARII.

DE S. HYGINO PAPA.

R Ag. 665. col. 1. post nu. 2. adde [In Breuiario Cardi-
nalis Quignonii relecta est S. Hygini commemora-
tio in xxx. Ianuarij.

DE S. LEVCIO E.P.

Pag. 667. col. 2. nu. 4. Pref. lin. 11. post, conuersione narrantur,
adde [Idem tamen Monachus in Recognitione sui Sanctuar-
ij testatur se natum esse eiusdem Vita (quale ex MSS. Ecclesiar.
Beneuentana & Tranensis h[ab]it datus) exemplar, in quo nec de
Heleno Episcopo, nec de S. Eugeniâ conuersione agatur: fate-
tur tamen in eâ Vitâ multa sibi non probari.

Pag. 671. post cap. 3. adde [b Non probat Monachus, quod Alexan-
drinus Presbyter factus dicitur S. Leucus, cùm monasterium, in
quo cum S. Eugenia virgine degebatur, Heliopolitano fuerit Episcopo
subiectum. At quid si in alio, non in S. Eugenia, cœnobio degebatur?
Eugenia, ut ipse fatur, nulla hic mentio sit.

c Longè post S. Leucus statem translatum Alexandriâ S. Marci
corpus, ut 25. April. dicemus.

Pag. 673. in fine ad nu. 4. adde [b Marius de Vipera in Catalogo
SS. Beneuentanorum testatur S. Leucus reliquias Beneuenti in Diui
Sophia afferuari: duo ibidem illi templo dicata, unum in urbe
ipsâ prope portam Summam, iam vetustate consumptum; alterum
extra urbem, à quo pagus ipse S. Leucus datus. proseqq. lit. b c d,
pone c d e.

DE S. HONORATA V.

Pag. 680. col. 2. adde in fine [m Antonius Maria Spelta lib. de
Epp. Tycinen. scribit Hippolytum Rossium Episcopum Tycinensem, S. Honora-
cùm maiorem basilicam vellet ampliare, vetus illud Historiarum te noua
monasterium subruisse, translatu S. Honorata corpore ad cœnobium translatio,
quod S. Maria dalle Caccie dicitur, solemni cum supplicatione anno
1567. 17. Aprilis, qui dies illius cœnobij sanctimonialibus deinceps festum
celebrū est. S. Honorata dicatus honoribus. 17. Apr.

DE S. THEODOSIO COENOBIARCHA.

Pag. 683. col. 2. initio num. 20. dele, In hoc teleberimi, &
seqq. 8. lineas, vsque Hoc S. Theodosij monasterium.
dele & quod in margine est, visitur ab Eudociâ Augustâ.
Hauseramus id ex vitâ S. Saba, vt est à Surio & Lipomano
edita. Verùm vbi Gracum exemplar confuluimus, & vetus La-
tinum MS. vidimus non Thodosij, sed Euthymij monitis
institutam Eudociam fuisse, quod & 20. Ianu. monuimus ad Vi-
tam S. Euthymij cap. 14. lit. b pag. 318.

DE S. TATONE MONACHO.

Pag. 713. col. 2. lin. penult. post, Hac Ferrarius, adde [Eadem
memorat Marius de Vipera lib. de SS. Beneuent. part. 2. ex
monumentis monasterij S. Vincentij.

AD XII. IANVARII.

R Ag. 719. col. 2. post SS. XXXVIII. Martyres Ephesi,
adde [S. Hilarius monachus, in Italiam. De eo
infra agemus.

Ibidem inter Omisso adde [Paulus Ordinis
Minorum, Perpinianus in ditione Ruscinonensi ab impuro ho-
mine trucidatus dicitur, quod eius pellici vel meliorem vitam
suauissime, vel absolutionem negasset; variant enim auctiores. Re-
fert eum hoc die Monasterius, & Beatum, ac Martyrem ap-
pellat. Franciscus Gonzaga part. 3. conuentu 3. prouinc. Catalo-
nia scribit corpus eius adhuc integrum perseverare, ho-
nesto loco reconditum, & à Perpinianensibus in maxi-
mâ veneratione haberi.

Lucia Virgo, cœnobij sanctimonialium tertij Ordinis S.
Francisci Nursie fundatrix, refertur hic à Monasterio & Beata
appellatur. Gonzaga 2. part. conuentu 17. Monasticalium prouinc.
S. Francisci, scribit eius corpus in eodem cœnobio humatum, in
maximâ veneratione à fidelibus haberi. Idem scribit Ba-
rezzus 4. part. Chronic. lib. 2. cap. 5. 4.

B. Guido Cortonas Ordinis S. Francisci, refertur hoc die

ab Arturo Monstierio. At Lucas VV adingus to. 1. Annal. an. 1250.
nu. 6. scribit xxi. Maij obiisse, caput admirabil modo inuentum
1. Maij, sed Inventionis festum Gregorij XIII. Pontif. Max. in-
xii. Junij.

DE S. ARCADIO M.

Pag. 722. col. 1. lin. 5. adde [Antonius Quintanadueñus noster
testatur Hispanioli S. Arcadium officio duplice, sed recenti
instituto, ab anno nimirum MDCXXIV. Vrsone verò, sive Offu-
na, cui eum quoque adscribit, solemni celebritate xix. Ianuarij,
vbi & praelata ei alijsq; sancti Martyribus dicata basilica.

DE S. CÆSARIA V.

Pag. 730. col. 1. lin. 6. à fine, dele, Neque nos eam typis cusam
remur. & repono [Facturos nos opere pretium duximus, si
eam hic è MSS. ederemus, licet iam ante à Prospéro Stellario
Augustiniano cusa sit. Cogitamus quidem] In margine dele,
Hic primum editur, & restituè [Hic è MSS. editur.

DE S. HILARIO MONACHO

APVD BRVTIOS IN ITALIA.

CAstro-vetere in Brutius, tracu Consentino, col. xii.
Januarij S. Hilarius monachum Gracum, nobis Neapoli

significauit Antonius Beatillus noster, atq; ibi illius caput hono-
rificè afferuari. Nihil de eo aliud comperimus.

Reponenda
hac pag.
748. ante
vitam B.
Aelredi.

Tom. I.

Aaaa 3

AD

AD XIII. JANVARII.

Pag. 753. col. 1. inter Omissos post S. Ianuarij translationem, adde [S. Victor & S. Candidus Martyres è legione Thebæ, VValciodori ad Mosam in Belgio coluntur, quod hoc die illuc eorum translata sint reliqua : quamquam Arnoldus Raesius in Auctario ad Molani Natales XVI. Ianuarij eam translationem consignet. De omnibus Thebeis, ac presertim eorum Duce S. Mauricio, agemus XXII. Septemb.

DE S. POTITO M.

Dag. 764. post primum hymnum, annotationem a sic restitue [Erat per quām incorrētē editi hi hymni cum toto officio. Author videtur esse Angelus Fagiis Sangrinus ; nam lib. 3. Carminum duas habet de S. Potito odas, priorem constantem dimetris iambicis, è quā tertius hic & sextus hymnus excerpti ; alteram Sapphicam, è quā secundus & nonus. Videntur & ceteri ab eodem esse auctore, in gratiam sanctimonialium S. Potiti, compositi.

Pag. 765. col. 1. hymn. 6. stroph. 5. ver. 2. plenis oliua lampadis, corrigere, oliuo.

DE S. AGRITIO EP. TREVIR.

Pag. 773. col. 1. nu. 3. lin. 3. hīc damus ; adde [cum MS. monasterij Bodecensis Canonicor. regul. collatam ; in quo post vitam S. Helenæ sequatur, itaque cum eā cohæret, vt pars altera eiusdem historie videretur.

Ibidem num. 5. lin. 9. post suppūtandorum rationem, adde [Ioannes Scheckmannus in Medullā gestorum Treurensem scribit anno Christi 342. Constantij 2. obiisse S. Agriacum, cùm se disset annos 9. Quæ ex dictis reselluntur.

Pag. 778. col. 1. cap. 5. nu. 26. lin. 5. post sublimauit, adde ex MS. Bodecensi [Qui Treuirorum episcopatus ius apostolatus non immeritè obtinebit, quamdiu solum beatissimi Eucharij, non solum sui sed & totius orbis Gallici reuerè Apostoli, corpus fovebit : nam et si ceteris gentibus non fuit Apostolus, nobis autem fuit & est ; quippe qui & de lxxii. Domini discipulis unus scitur fuisse, & dona Paracliti Spiritus cum ceteris Apostolis in cœnaculo legitur suscepisse.

Ibidem col. 1. post cap. 6. adde [b Post illa verba nu. 2. baculi sustentatione non vtiuit, addit codex Bodecensi : Si enim Ecclesia Aquileiensis propter Hermagoram Marci Euangelista discipulum nimirum obtinuit patriachatum, quomodo non erit potentissimus Ecclesia Treuericæ primatus, quæ à B. Euchario, ipsius, ut dictum est, Christi discipulo, signaculum suscepit Apostolatus : Verum longè alia fui in istituendi, vel tolerandi potius, Aquileia patriarchatus ratio, ut alibi dictum.

Pag. 779. col. 2. num. 33. lin. 27. perpetuum fructus seruat onustatem ; lege ex MS. Bodecensi [honestatem.

Pag. 780. col. 1. lin. 6. adde [Multa de SS. Helena & Constantini patrio curiose disputas Michael Alfordus noster in Britanniâ illustrata, de quibus nos ad S. Helenæ vitam.

Pag. 781. col. 2. d in fine. Ita ille, adde [MS. Bodecense ita habet : Debita sepeluit honorificentiâ, in oratorio videlicet B. Eucharij, quæ ipse Pater humillimus &c.

Ibidem ad lineam primam col. 1. ante, Hi sunt autem, adnota [e sequentia ita leguntur in MS. Bodecensi : Hi sunt autem inaltimabilis pretij lapides, in huius domus muro fulgentes ; Eucharius primus Trebirorum Archiepiscopus, Valerius, Maternus, Agriacus, omnes isti Præsules præclarí, sanctitate conspicui, hoc templum Domini non parum decorantes quamplurimum firmantes. Sunt & alij quamplurimi lapides viui in hac ciuitate Dei, pretij non minoris, æqualis decoris, quorum vel nomina singulorum hic recensere supersedimus, quia laxas historiarum habendas per omnem huius stadij decursum frustra strinxisse videremur, si modò circa ipsas, quas huic curriculo posuimus, metas moraremur. Non quippe huic opusculo moram nechteremus, si vnum aliquem ex tam magnis Sanctorum numero, à nobis in hoc opere non tacto, laudandum suscipemus. Quapropter his qui eorum sanctitatem mirantur ad libros vitæ eorum non paucos nec modicos transmissis, nos oportet considerare qualiter hoc templum Dei, quod in honore sancti Patris Eucharij qualitercumq; depinximus, valeamus ornare. sic enim typicus ille Salomon, postquam templum Domino construxerat, aureis coronis, vasis pteriosis, variisque diuersi generis ornamentis illud decorabat. Et nos, qui veri Salomonis templum essemus, si gemmas virtutum &

fanæta mortalitatis habitum in nobis habetemus, diligentis inquisitione consideremus, si hunc ornatum sanctitatis, quem in nobismetipsis minus sufficienter (prò dolor !) habemus in thesauris saltem nostræ, quam descripsimus, ecclesiæ inuenire valeamus ; ut eti inspectori omnium Deo nostra merito prauitatis nimis displaceamus, cum tamè exemplis Sanctorum in diuamur, de quorum corporali præsentia, nec non reliquiarum magnificæ potentia, in Domino gloriamur, meritis & intercessione ipsorum & nos ei cui ipsi placeat complacere quandoque mereamur. Acceptis ergo his, quorum mentis nem nominatum attulit ratio præsens desiderij, & his quorum vel nomina recensere brevitas causâ placuit superfedere, vix dignas gratiarum actiones prouisorum omnium Deo possimus exhibere, qui sibi etiam corpus amici Lazar, cum corpore sororis ipsius, scilicet Marthæ, nobis dignatus est præbere. Hac itaque gemina nostri templi ornamenta non modica, sive duo diximus candelabra, sive vase purissima, vel certè auram libram non parum in domo Dei necessariam, videlicet propter iustitiam, quo cumque, inquam, vocabulo ea notauerimus, certissimam de ipsis spem habere poterimus, quod quantum faciem templi huius principaliter valent ornare, tantum vel plus faciem iudicis & conscienti nostri, scilicet Christi, perpetuiter sufficiunt placare : quod meritis ipsorum, neconon sancti Patris, propter quem haec omnia suscepimus, Agricij, nos debeat deferire, qui Ecclesiam Trebetiam tantorum præsidis Sanctorum dignatus est munire, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

DE S. LEONATIO E.P.

Pag. 782. col. 2. post num. 14. adde [15 Edidit Petrus Posinus noster S. Nili senioris orationem in S. Albianum, è Græco MS. Tolosano, Latinè à se versam. In Notis scribit Albianum illum, qui in Nitria solitudine habitasse dicitur, eumdem videris, qui Palladio in Lausiacâ Albinus appellatur, alibi Albanus & Albinus. Leontium autem, à quo is disciplinis monasticis eruditus, suspicatur Cesareensem hunc esse. Quid si hunc ^{Alius} Leontius nostrum, inquit, esse dicamus, magnum illum Cæsariensem Episcopum Leontium, qui vnu ex Nicæna Synodi à S. Nilo Patribus fuit ? Nam quod antè diximus Albianū aquila laudati Ioannis Abbatis, eius qui Theodosio primo im Magister, perante floruit, præclare adhuc constare potest. Synodus Nicæna anno Christi 325, celebratur, fuerit cùm ad eam se contulit iam à quinquiennio Præsul Leontius. Circa annum igitur Christi 318, potuit sub eo adhuc Presbytero rudimenta ponere Albianus vitæ melioris. Inde ad annum 379, quo Theodosius imperare coepit, anni sunt 61. quot annos ab eo tempore in viuis fuisse Albianum incredibile non est, præsertim in solitario, ex quo genebre plerique μαρτυροῦσι memorantur : quamquam cùm ante Theodosij tempora diu floruerit Ioannes Abbas, potuit illi οὐγχεον & Albianus fuisse, licet ad Theodosium non peruenierit. Porro hunc Leontium multos ad perfectam vitam instituisse, quod hic dicit Nilus, attestatur etiam Gregorius Presbyter Cæsariensis, in oratione quam scripsit in sanctos 318. Patres Concilij Nicæni. Subiungit deinde Græc & Latinè testimonium Gregorij Presbyteri, quod nos iam nu. 3. retulimus ; & pergit : Adduntur enim alia præclara de Leontio, quæ minus ad rem præsentem faciunt. Ceterum hæc pauca quæ descripsimus satis conueniunt cum iis quæ de eodem, ut quidē putamus, Leontio tradit hic Nilus.

16 Fuit Leontij illius monasterium iuxta Constantinopolim, vt ex S. Nilo patet : Cùm igitur, inquit, se ad illos contulisset Albianus, qui apud nos non longè à ciuitate religiosam in monte meditantur vitam, quibus præterat Abbas B. Leontius tunc Presbyter ; deinde factus etiam Episcopus, vir virtusque vita, actiue, inquam, & contemplatio, platiue laude illustris, illis adeò ipsis qui in desertis agebant perfectior ; sed qui sciret etiam infirmorum infaniam perpeti, in tironum ingenii pertractandis tritus, quod haberet int̄ eos quibus præterat, aliquot semper eiusmodi prouectioribus admixtos. Quod ait Nilus apud nos &c. interpretatur Posinus, & recte, in colle quopiam Constantinopoli vicino fuisse canobium, quod Leontius regebat. Pergit

ADDENDA AD XIII. DIEM IANVARI.

III

Pergit Nilus: Hic noster maiores quām pro tempore quo ibi fuit, progressus cūm fecisset, multo sōq̄ post se reliquistet, maiori festinatione corripiens iter, quām illa ipsa, quam arripuerat, admoneret occasio, opus ascētice professionis illinc in Hierosolymorum regionem transfert, tum studio cognoscendi loca, in quibus & mirabilia perfecit opera & vitam egit, & mortē deinde oppetiit Dominus Iesus; tum etiam cupiditatē proficiendi ex conspectu & congresu Sanctorum, qui perfectiorem illic vitam profitebantur. Deinceps narrat, vt sit in Nitrie solitudinem profectus. Existimat Poſtinus, vt diximus, hunc Albianum esse, qui Albinus dicitur Palladio cap. 43. vbi se testatur cum eo versatum. Porro Alexandriam venit Palladius, vt cap. i. testatur, secundo consulatu Theodosij Magni, id est, anno Christi 388. triennio versatus in monasteriis que sunt circa Alexandriam, abiit in montem Nitrię, anno nimirū 391.

17 At cūm ex S. Hieronymo in Vitā S. Hilarionis constet, circa annum 328. neandum monasteria fuisse in Palæstinā; qui eorū nostro fuerunt illi perfectioris vite professores, siue & oīe p̄lōvoi & v̄d̄ges, hoc iunior. quorum congressu proficeret Albianus cupiebat, circiter annum Christi 318. aut etiam ante? quī illud Leontij monasterium erexit, & quando, nondum propagato extra Aegyptum monachicae vite instituto? Erat S. Hilarion cūm obiū S. Antonius an. Constantij xix. Christi CCCLVI. annorum LXV. vt testatur S. Hieronymus: natus igitur anno CCXCI. venit ad Antonium cum xv. effet annorum: à decimo sexto etatis anno vixit in solidudine, cumq; in ea viginti & duos annos haberet, Eleutheropolitanē mulieri partum impetravit, mox Arisbaneta liberos sanauit: quod postquam auditum est, & longè latèque percrebuit, certatim ad eum de Syriā & Aegypto populi confluabant, ita vt multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. Necdum enim tunc monasteria erant in Palæstinā, nec quisquam monachum ante S. Hilarionem in Syriā nouerat. Habebat Dominus Iesus in Aegypto sēnem Antonium: habebat in Palæstinā Hilarionem iuniorem.

18 Deinde multò ante 318. Christi annum Episcopus videtur fuisse Leontius, cūm ab eo Armenianorum Episcopus consecratus Gregorius, ea egerit, vt xxx. Septembri dicetur, que multorum annorum spatium requirant, & tamen ante Nicenam Synodus episcopatum reliererit.

DE S. HILARIO E.P.

Pag. 786. col. 2. ad nu. 31. in margine, moritur 13. Ianuar. 357. corrigere, 367. vt in textu habetur.

S. Hilarij reliquia Remis. Pag. 803. post num. 18. adde [19 Aliquas S. Hilarij reliquias olim in Ecclesiā Remensiā afferuatas, & fortassis etiamnum afferuari, patet ex iis qua iv. Ianuarij in historiā translationis S. Rigoberti cap. 5. nu. 14. pag. 180. col. 1. narrantur. [20 Operē pre-tium &c.

DE B. GODEFRIDO CAPENBERG.

Pag. 835. col. 1. §. 1. post nu. 4. adde [Accepimus Ordinem celebrandi officium diuinum iuxta ritum Breuiarij Missaliq; di festū in Hispaniā; Romani pro Ecclesiis Hispanie, excusum Madriti in typographio regio. In eo inter festa Canonicorum regularium Ordinis Premonstratenſis adnotatur XVI. Septembri: Godefridi Confessoris, semiduplex.

Ibidem col. 2. post nu. 10. adde [vti & Sigismundus Kohelius Abbas Lucensis, qui eam ex Mosandro cum aliis aliquot vitis edidit an. 1608.

Pag. 836. col. 2. nu. 16. lin. 14. per aqua interualla, corrigere [per aqua interualla.

Ibidem §. 5. nu. 18. lin. 5. à fine: duarum horarum longitudine. repone: duarum horarum itinere Cappenbergā distans.

Pag. 837. col. 1. §. 18. linea penultima: Neg, Susatum amplius dimidiā horā abest, corrigere [Abest inde Susatum duarum horarum spatio, iam ab &c.

Pag. 841. post nu. 40. adde [Tamen, paſsim apud VVestphalos

Sculpit pingiturq; eius imago, non Canonico habitu, sed secu- Ex v. k- lari Comitum aut Milieum. Visitur supra caſtri Capenbergensis R. II. portam antiqua & præclara illius statua, sed habitu Comitis cataphracti, chlamyde superiniecia, pugione gladioq; accincti, ſcuto gentilicio femori leuo inmitte, crucem exiguum dextrâ gerens. Gemina eiusdem rationis statua, eius nimirū atque Ottonis fratris viriisque mausoleo in meditullo Chori Capen- imago mi- bergenſis incumbunt, teniā ſeu diademate caput reuincta, atque litara. ad caput adſita Virginis-matri statua templum protensis ma- nibus offerentes: ſcutaria familiæ arma ad caput ac pedes locata; leonculi custodes additi. Complices aliae iſtuſuſodi ea in ade amborum statua atque imagines riſuntur; quales & in frontispicio Missalis Ecclesie Monasteriensis nuperrimē Antwerpia re- cuſi expreſſa.

Ibidem col. 2. nu. 43. lin. viii. licet sepulture locus, ignore- tur, dele, & repone [in mediā ecclœli ante altare ſanctæ Crucis.

Pag. 844. col. 1. num. 57. post lin. 5. interpone hunc verſum [Apocalysta datum tibi munus ſuscipe gratum.

Pag. 845. col. 2. §. 13. nu. 66. lin. antepenultimā dele que paren- theſi inclusa (olim à VVidekindo Angria fundato, translato dein Heruordiam cūm ipſis beati Duci oſibus. Nam ſunt Her- uordia collegia tria; vnum SS. Ioannis & Dionyſij, Canoni- Heruordia corum ſecularium; alterum Canonifſarum ſecularium, quod 3. collegia: ſanctæ Crucis dicitur; tertium illuſtrium Dominarum. Pri- 1. Canoni- um Angriæ olim ad vitandas bellorum iniurias, in locum tu- corum, tiorem è translatum eſt media ex parte, ex ſemine altero Mag- Angriæ denburgum conceſſit. De hoc Albertus Crantzus Saxonia lib. 2. cap. 2. 4. de VVidekindo loquens, ita ſcribit: aedificato in An- glariā (nunc Angriam vocant) inſigni templo, iſtituto collegio ſine fine Deo ſervientium, quod nunc in Heruordiam ferunt eſſe translatum, ibiique Dominabus imperitantibus ſeruit, plurimum ipſe Christo deuotus, religione profecit. At ſancta Crucis collegium in colle ſubur- banō ſitum; olim S. Mariae, dein ſancta Crucis, ſine ad Cru- 2. nobilium cem appellaſum, poſquam Deipara pauperi apparens patroci- Virginum, nium ſuum Abbatiffa ceterisq; ſanctimonialibus & loco ſancti- S. Crucis diuum; pollicita, etiam Crucis iſſidens columba ſpecie conſpecta eſt, vt v. Junij dicitur in vita S. Meinverci Epifcopi Paderbornenſis, cuius tempore, initio nimirū vndeclimi ſeculi, illud prodigium contigit. Testatur Christopherus Brovverus noſter in Notat. ad Vitam S. Meinverci, licet maiorum religio huic loco ob haeresis iniuriam quām pridem detractha ſit, manete ta- men huius miraculi & loci memoriam, vulgo Ad vi- ſionem nuncupatam. Anniverſaria iſbit nundina habentur, frequentiſimo hominum concurſu, & Visionis retinent nomen. Tertium collegium, cuius Abbatiffa in omnem Clerum iuriſdi- 3. illuſtrium citionem exercet, fundauit S. Waltgerus, cuius Vitam dabimus Domina- XVI. Nouembri. Brovverus in ciatis Notat. videtur tria illa col- rum. legia, aut ſaltē duo ſanctimonialium, confuſiſe, eoq; Crantz- ſum non intelligi & refutat: Hinc Crantzus, inquit, putat veſtigalia in ſanctimonialium Heruordie parthenonem transſcripta, Dominabus, vt ipſe loquitur, ibidem impe- ritantibus ſeruitura. Verba Crantzij dedimus: non veſtigia Angrianorum Canoniconum addicta Dominabus ſcribit, ſed hic ſeruire aut parere ipſos Canonicos.

Pag. 855. col. 1. poſt cap. 12. adde [f Anno MDCXXXIX. donata pars reliquiarum B. Godefridi Reu. mo Abbatii Antuerpiensis monasterij Chrysostomo vander Sterren, à Georgio Prepoſito Iluenſtadensi, & B. Godefridi ſolenniter in huius aſcenſerij adem, ſecundā die Octobris, que Domini reliquia nica eraſt, tranſlata, expoſitaq; populi venerationi. Sunt & in SS. Antuer- Cornelij & Cypriani cœnobio iuxta Nienouiam Flandria oppidum pia, alique B. Godefridi reliquia.

Pag. 857. nu. 1. lin. 11. Ecclesiæ, quas rexerunt, in bonis ūia pluribus perfecerunt; corrigere ex MS. Capenbergensi: Eccle- ſis, quas rexerunt, in bonis pluribus profecerunt.

Ibidem nu. 2. lin. 11. ante descenderunt, repone, progeniti. Ibid. lin. penultima poſt num. 2. adde ex eodem MS. [Porro Ekkericus quidam potens & nobilis patrem Godefridi & Ottonis, & duos patrios eorum, clandestinis ma- chinationibus extingue nitebatur; licet integrum fi- Duobus delitatem eiſdem iuramento firmasset, & obligatus be- Godefridi di neficiis debuſſet. Qui cūm venirent versus Lunen ad patruis ab Eckero medium nemoris, quod haſtenū hoc nomine Greuelo perfidè oe- de cisis,

Ex v.a. de cæde ipsâ trahit vocabulum, patrui dictorum Gode-
fridi & Ottonis cum duobus sibi fidelissimis sunt per-
empti. Licet idem Ekkericus eosdem velut ipsius cauſæ
ſuſtrigaturos in Lunen ad placitum euocaret. Pro quo
ſcelere non multò pôl homicida ille morte turpissimâ
interemptus versis pedibus est ſuspensus. Solus autem
Godefridus pater Godeſtidi & Ottonis, eò quod pri-
die quâm iretur ad placitum pedem laſerat, domi re-
manerat, & ſic mortem eualit. De quo noster Gode-
fridus ortus regionis Westphalia lumen effulſit.
Ibid.nu.3.lin.2, Hunebergh, corrige ex eodem MS. Hunc-
burch.

Ibid.nu.4.lin.3. generosus, corrige gratus.

Ibid. post cap.1. post annotat. a add[& cum MS. Capenbergensi,
et quo plura hic adiecta.] Oporteret autem & numeros, propter ea
qua adiecta sunt, mutare.

Annot. c. Alias Iſfridus, add[MS. Capenberg. Hasfridus.
Post Annot. d add[MS. Capenb. Eyernodus vocat.
Post Annot. f add[Idem MS. VVatonem vocat.
Post Annot. g add[Idem MS. Vggerum habet pro VVirgero.
Post Annot. h add[Flogerus hic in MS. Capenb. Arogerus est.

Pag 857. col.2. ante cap.2. add[ex MS. Capenbergensi, &
posset eſſe caput separatum [Defuncto igitur Godefrido
patre noſtrorum Comitum Godefridi & Ottonis, Bea-
trix mater ipſorum accepit maritum, videlicet Henri-
cum Comitem de Retbecke, fratrem Friderici Comitis
de Arnesberg. Hæc peperit eidem Henrico filiam no-
mine Eilike, quam duxit Comes Engelmarus de Ol-
denburch, qui ex eadem Eilikâ genuit filios Henricum
& Christianum Comites, & Ottonem Præpositum, &
Eilicam matrem Simonis de Tekeneburch. Comites
Godefridus & Otto ſorores habuerunt Beaticem, quæ
conuerta eſt in Capenberg, & ſepulta cum Eilicâ Comi-
tissâ de Aldenburch ad S. Mariam Magdalénam, &
Gerbergim, quam clâm abduxit Dominus Bertherus
de Erperode.

Vit.1.c.2. n.6. De loco Capenberg, quod diuino aliquando man-
cipandus eſſet ſeruio, diuersis fidelissimarum visionum
oſtentationibus reuelatum eſt à Domino. Presbyter qui-
dam, Wichmannus nomine, in viſu noctis aspergit quæ
columnam auream in Capenberg exurgere, atque ipsius
cati fastigia penetrate. Quo viſu diuinæ laudationis
claritatem illic exercendam prudenter intellexit, &
aſtantibus quod futurum erat veriſimile longè ante pre-
nuntiauit.

n.7. Inico. Vnus præterea ex amicis fidelissimi Comitis, Egeber-
tus nomine, cum eſſet in itinere, profiſcens ad Comi-
tem, noctu vidit Capenberg vrbeſ niue candiorem
eſſe, quæ vſque ad alta nubium ſublimiter conſcendens
ipſum caeli cacumen vertice pulsare videbatur.

n.8. Abbatissa. Gerbergis filia patrui Comitum Godefridi & Otto-
nis & Abbatissa Monasteriensis, multâ religione claruit.
Quæ cum beatum virum vnicè diligeret, tam pro ipso
quæ ſubditis ſuis frequenter orabat. Quodam igitur
tempore ſomno parumper atrepto, vidit affiſtere ſibi
iuuenem vultu ſidereo p̄finitentem, & verba hæc ſae-
pius in eius auribus iterantem. Locus Capenbergensis
habitationis quæ idoneus foret conuentui spiritualis
congregationis! Quod illa iocundissimè audiens (iam
enim idipſum diu concupierat) cum beato viro retulif-
fer, ille prudenter inter alia multa ſic respondit: Neptis
dilectissima, potens eſt Dominus Deus hoc pro ſuo velle
ordinare.

n.12. S. Norber-
to. Norbertus nobilis genere, ſed nobilior virtute, cum
in aliño ſuo primò propinquaret Capenberg, vidit cer-
tissimè ſuper Capenberg descendantem Spiritum fan-
tum. Et alio tempore vidit magnæ claritatis lumen in
circitu loci Capenbergensis exortum ac diffuſum. Ait
ergo: Glorificate Deum noſtrum, quia hic eſt profeſtō
mons sanctificationis illius, quem acquisiuit dextera
eius. Apparuit in ſuper eidem in Capenberg B. Auguſti-
nus, qui & auream regulam à latere ſuo dextero prola-
ta illi porrexit, & ait: Quem vides, ego ſum Auguſti-
nus Hippoñensis Episcopus. Ecce habes regulam, quæna

conſcriphi, ſub qua in bene militauerim Fratres tui, in
mei ſecuri Christo aſtabunt in extremitate iudicij.

Frater quidam in eodem loco vita fuit laudabilis: 8.17.
cui amicus fuit fidelissimus defunctus, pro quo cum
multis inuigilatet precibus, nocte quadam aſtitit ei,
ſibique familiari colloquio dixit: Frater mi, gratias tibi *Defunctus*
ago, quod haſtenus etiam cum ceteri amici mei vel *proſeorang-*
tiſapparet, affines immemores eſſent mei, tu nostri memoriam
nullatenus dimiliſti. Et nunc adhortor, ut ſtabilis & im-
mobilis in tuo perſiſtas proposito, nec de ordine noſtro,
tamquam alium potiorem inuenturus, fluctuē animo,
quia nimtrum ſalubriorem anima que tuae commodiō-
rem tibi demonſtrare non valeo. Nam ad hoc veni, vt *& conſan-*
tiam in or-
nuntiem tibi quod orationes Fratrum tuorum quotidie *dine ſua-*
recitantur ſuper altare aureum, quod eſt ante oculos *deſ.*
Dominii. Hortor quoque ne vñquam obedientiæ ſubter-
fugias imperium: nullū enim virtute coram Domino
ſublimius conſequeris meritum. Iam deinceps ad bea-
tum Comitem refleſtamus articulum.

Pag.eadem nu.6.lin.6. quæ ſola fuit hæres, corrige, quia
ſola &c.

Ibid.lin.vltimâ, vſu adipis, corrige: eſu adipis.

Pag.858. num.10. lin.5. tractatis negotiis conſederent,
corrige: tractatis negotiis regni conſederent.

Ibid.nu.14. lin.12. recompensationes offerrentur, cor-
rige: recompensantes offerretis.

Ibid.nu.15.lin.15. vase infirmitatis potum ſumpſit, cor-
rige: vase infirmantis potum ſumpſit. & add[ex eodem MS.
Inter cetera etiam cum vit Dei iſte adhuc eſſet ſecularis,
non leproſos, aut quamlibet infima conditionis despexit
ægrotos, adeò ut ftupentibus ministris pauperrimæ cui-
dam apud ſe languenti pius ac humillimus visitator affi-
ſederet, de ſordidiflmo eius vſculo vñā bibere non ab-
horreret, per omnia infirmanti ſe contempitans, &
iuxta Apoſtolicam eruditio[n]em ita ſubueniens quem-
admodum vellet ſibi ſubueniri, ſi eadem vel ſimili ætri-
tudine laboraret. Huic præterea cum pauper occurreret,
idem mox misericordissimus nullatenus paſſus eſt va-
cuum abire paupere[m], & ait famulo ſuo: Remansit, oro,
quidquam in loculis? cui cum responderet ille: Etiam
Domine; Da, inquit, pauperi. Quo factō, rurſus queri liberali in
iūſſit, fi quid adhuc foret reſiduum: iterum ergo pau-
peri datum eſt. Sed ſic nec quieuit ſancti vii larga be-
nignitas, quoque tertio quoque totum quod reman-
ſerat pauperi donaretur. Ita Trinitatis Deificæ verus
Confessor & cultor ſine terno munere inopem præter-
ire nequaquam paſſus eſt.

Pag.859. nu.16. lin.5. fluminis violentiā retorquentur,
adde, inceſſabili, & velint nolint cum fluuio deſcendere
compelluntur.

Ibid.lin.vltimâ, ad pristinum teponem relabatur, corrige
ex eodem MS. ad pristini teponis relabatur decuſum.

Ibid.nu.18. Fuit vir magna, corrige ex eodem MS. Qui-
dam de Fratribus noſtris fuit vir magna ſanctitatis &
grauitatis &c.

Ibid. lin.15. quantas Frater iſte, corrige, quando Frater
iſte.

Ibid.nu.19.lin.1. vt ad ſummi Patriarchæ obedientiam
ſibi non deſſet obedientia, corrige: vt ſummi Patriarchæ
ſibi non deſſet obedientia.

Ibid.nu.21.lin.17. viā leniori, corrige, breuiori.

Ibid.nu.22.lin.14. Veniunt nuntij, corrige, Benè veniunt
nuntij.

Ibid. num.23. cum laetiā omnibus nuntiauit, corrige,
completum omnibus nuntianit. & adde, que fori cum ſe-
quentibus poſſent nouum caput confiſcere [Anno Incarnationis
Domini M CXLVIII. Dominus Otto Eluenſtad profeſ-
tus eſt, conuocatiſque in vnum Fratribus ait: Re-
lendæ memorie Dominus Godeſtidi frater meus, Eius reli-
cium adhuc viueret, toto affectu roganuit, vt quæ citò quia Ca-
mortuus eſſet, eum transferri procurarem, nec permit-
terem ut extra Capenberg humaretur. Quam transla-
tionem iam multis annis (heu !) malo meo neglexi;

sed præsenter oportet eam adimpleri. Hanc translatiōnem Eluenstedensē adē molestē ferabant, quod priūs volebant descreere locum, quām non habere suum Patronum. Episcopus etiam Maguntinēsis Fratres eosdem defendit ne suo solatio priuarentur. Altercationibus igitur variis hinc inde habitis, tandem Dominus Otto Fratrum dicitōrum condescendens gemib⁹, corporis beati viri reliquias diuidit, quarum partem inferiorem Capenberg tulit, superiorem Eluensteden dereliquit.

miraculo illustrate, In die verò transitus matrona quedam amplæ fatis familiæ, Mathia nomine, ab acerrimis febrisbus, à quibus à nullo curari poterat, repente ad Godefridi reliquias est curata. Posthaec pridie Idus Februarij cum admirabilis gratulationis tripudio reliquiarum portio, quæ venerat Capenberg, à nostris suscipitur. Deinde anno sequenti Dominus Wernherus Episcopus Monasteriensis sacra ossa in sanctuario nostro sextodecimo Kalendas Octobris venerabiliter reponit. A quo tempore meritis eiusdem Godefridi dilectissimi nostri Patrōni foris & intus superni muneris abundantiam cumulati sumus.

Blasphemus Eluenstadij excidium minitans, Apud Eluenstad manebat quidam potens, Godefridus nomine, qui in auferendis nulli hominum peperit. Hic minabatur ore sacrilego, quod sacrarium Ecclesiæ de Eluenstad in breui vellet mutare in haram pororum, ita vt quælibet illic pecudes licenter oberrarent, quas abigere nullus auderet. Quæ verba adeo terribili-

ter frequenter fulminauit, quod desolationem loci Ex vā-
quasi nullus dubitaret. Erat igitur ibidem quidam Fra-
ter Sacerdos. Dominus nominc, procedens cum baculo suo ad dispensatorem domus, apud quem hebilem hoc modo promebat querelam: Eia frater, quid erit nobis! nos seneas quō ibimus? Nos quidem iuuenes leuem feretis huius loci desolationem, quia mox locum alium vobis procurabitis. Nos autem imbecilles & decrepitos cui relinquatis? Ad quem dispensator: Queso, Pater, ne turberis, sed vade ad sepulchrum pīj fundato-
inuocatā ris Godefridi nostri Comitis, cui tam lugubres effunde *ab incolu* querelas. Quod & fecit. Et curuatis ad sepulchrum viri *ope B. Go-*
dei genibus, imoque trahens à pectore voces lacrymo-
fas, sic orauit: O vir sancte, spes & solatia nostra, tuus
eccc locus diripitur, atteritur & conculcatur: nos famuli
tui minis & terroribus exagitamus, & tu non curando
dissimulas. Sta, quæso, pro Fratribus tuis Patrone san-
ctissime, à facie tribulationis nobis esto refugium, ne
diuinæ laudis ministerium hic redigatur in nihilum. *punitus.*
Quid multa? Orauit & exauditus est. Nam quartā decimā die castrum prædonis illius funditus dirutum est, quem tota terra à finibus illis abiecit.

Pag. 860. num. 25. lin. 3. nocte per se priore est admoni-
tus, corrigere: nocte per soporem est admonitus.

Ibid. lin. 5. & de bonâ viri eleemosynâ, corrigere, & de
beati viri eleemosynâ.

AD XIV. IANVARI.



Ag. 930. col. 2. post, B. Odo Carthusianus, Talia-
cotij in Italiâ, adde [S. Sabas, Archiepiscopus
Seruiae.

DE CÆDE PP. SINAITARVM.

Pag. 954. col. 1. post num. 3. adde [Bibliotheca Vaticana. Verū eamē historiā cum aliā S. Nilii narratione è codice Bibliotheca Christianissimi Regis, atq; alio Archi-episcopi Tolosani Caroli de Montchal, Græcē editio, vñā cum Latinā interpretatione à se adornatā, Petrus Poffinus noster. Quam nos, nisi serius prodiūset, omnino hic dediſsemus, est enim elegans & plenior.

Pag. 955. post cap. 1. ad num. 1. lin. 2. Quidam autem ex iis Gr̄c. adde [c MS. Vaticanum: Kaj τὸν παρόνταν λιπεῖς αὐτούσις με τοὺς ἐπανίστηται βίον, πολλὰ καὶ αὐτὸς σπεῖρεις ταῦτα τοῖς οἰκονομοῖς, οἷς τὴν γαλήνην μετὸς λέγοντες Ἐρε. Poffini verò editio: Kaj τὸν αὐτούσιος με τὸν ἐρημικὸν παρόνταν λιπεῖς βίον, πολλὰ πρὸς αὐτούσιος, ἐγκάμια λίθοι σωτείρωσται. οἷς τὴν γαλήνην μετὸς Ἐρε. Et quidam, audiente me, solitariam inter eundum laudabant vitam, multa eius pro se quaque in familiarem sermonem præconia conferentes, cum sic dicent: plenam eam esse tranquillitatis Ἐρε.

Ibidem ad nu. 3. lin. 37. & violentia, adde [g Ita MS. Vatican. ηγή βία. Editio Poffini: θηραΐδης καὶ αἱρεσθέτης βίος, qua ipse sta-
verit, belluina infelix crudis vorandis canibus & lenguine
vitam trahit.

Ibidem col. 2. post cap. 2. ad nu. 7. lin. 5. sufficere hos arbitratus. adde [b Intericis Poffini editio: Iam hoc decere iudicauit omnem hominem rationis compotem non indulgere voluptati ad satietatem; neque facultate legis vsque ad contumeliam abuti natura; at potius cessare quamprimum ab exercendis operibus tenebrarum: cum natura conditor ad incrementum generis, non ad fructum libidinis, nuptias instituerit. Ne exsiccata deinde natura, & restinctis suā sponte cupiditatibus senectutis frigore, attingat effecta naturali tranquillitati, hoc est necessitatis potius, quām iudicio & amori honestatis, continentia laus adscribatur. Neque enim qui bellum non viderit statuit ut quām tropæum. Neque gloriari potest tamquā adeptā victoria ludis absolutis pugil, quod luctante secum nemine non succubuit: commendat autem spiritualem athletam in flore ac feroce iuentutis, inflammatā cupiditate, incensis animi perturbatiōnibus, iudicium rationis regens cupiditatē, & præfocans atque opprimens libidinem erumpentem ad confuetudinem coniugalem, tametsi ea legitima sit, sentiatque ei indulgens animus tenere se in eo sui compotem libertatem, non addictum & præcipitem voluptate ferri.

In editione Poffini ista adiiciuntur: Plerisque enim videmus sic in potestatem hodie redactos ab impotenti & intemperanti

gulā, vt visu, olfactu, gustu, vni abiecta atque insatiabili cupiditati seruire miserè cogantur. Laboriosā ac sumptuosā comixtione liquorū, exquisito temperamento in variis odorum & colorum qualitates elaborato, tantā cuīa fomitem & materiam libidini plus fatis per se ardenti infelices admouent. Neque enim hellonibus hisce sufficit aut saporiū varietas, aut odu-
Gula irri-
tamenta, rum in opsoniis confusione temperata & inuicem refractæ qualitates, niſi etiam in falsamentis & iuseculis picturā varij coloris gulæ desiderium per oculos laceſtant: adeo flava illis & candida, & exato dilutæ pellucide nigredines ante gustatus expe-
etiam à co-
lore iufi-
lorum.
rimentam visuū pascunt: qui ne latet solus, sed hauriant voluptatem sibi propriam nares quoque; nimirū quæ aromata suauissimè fragrant immiscenda sunt iuseculis: tum, ne infra ex-
pectationem delegetur gula, committenda & confundenda sunt vnam ad suavitatem condiendam acria cum dulcibus, stringentia cum salmis. Hinc enīc & oryzæ crociique, & ex nuci-
bus eliquiū succi, & aliæ coloramentorum omne genus vani-
tates, mixtionibus à pictorum, opinor, arte muruatis, eo fuso
quicumque nauseantibus putatur placituras, ferulorum super-
ficies inficiunt; vt velut emissariis & exploratoribus vſus tor-
senibus, dominus venter quidquid eorum iam indiciis, & collato consilio vſum optimum fuerit, id veluti se dignum abst-
eat. At non haec nostrorum, quos hic dicimus, sc̄cta est: non
ita capti atque addicti gula voluppati seruunt.

Ibidem ad nu. 18. lin. 11. post vnam hebdomadā, adde [b MS. Vaticanum: Kaj ἀκάνθαι δι τοῦ μάρτυρος οὐνικον. & inter se conueniunt post hebdomadā, vel per hebdomadā; nam particula δια post Ἐρε per significat. Poffini editio: ηγή ἀκάνθαι δι τοῦ μάρτυρος οὐνικονται, quod ipse verit, sc̄leque præterea interdum per hebdomadā mutuo inuisunt.

Pag. 959. col. 1. post cap. 6. ad num. 22. lin. 7. qui erant in Rubo, adde [a Optimè coniectat Poffini, fuisse locum Sina propinquum, Rubus lo-
qui βάτος, sive Rubus, diceretur, quod fortassis rubus ille quondam cuius iuxta
Mosi vſus, iſthic fuisse putaretur. Consonant qua infra num. 25. Sinam
habentur.

Ibidem ad lin. 2. 9. eiusdem nu. nihil nec interfectionis, nec nuditatis, quod turpe esset, ostendens. adde [b Græcē est: εἴδεις ὑπερ-
ανθρώπων τοιούτων ιατρεῖσθαι πρόπτερον. Interpres, nec male, de Saracena intellexit, quid vi quadam arcanâ Numinis à sacro monte arcerentur. At Poffini editio: εἴσοδον τοιούτην, δέξει τὸν Ἐρε. que sic verit: Non est enim ad illum via tripla, hac a maioriibus loco tributā reuerentia, nemo vt illuc aspiraret, ubi stetisse aliquando, & inde egisse cum populo constaret Deum. itaque ea accipit, quasi monachos reuerentia quadam retardarit, ne ad mon-
tem accederent.

Pag. 960. col. 1. ad nu. 24. lin. 16. Tale enim Ἐρε. adde [a Seque-
ti.

Continen-
tia in con-
iugio ra-
tioni con-
fentanea.

Ex Pet. *tia ita exprimuntur in editione Possini: Ea vis est naturā conciliatæ nec essitudinis, quæ adē separatione non soluit, ut intendatur etiam & corroboretur; quando enim prestò non adest animo id quodcumque est quod amat, irritatur desiderium, & ad sequendum incitatius admittitur; vna vt semper illa mentem oblideat atque occupet recordatio, dilecta rei cupiditate voto suo frustrata sollicitate semper & commonente animum illâ quicelâ decessit sibi id, quo nisi portari expleti numquam & satiari possit. Quantus porro & qualis illius desiderij dolor sit, sciunt qui experti sunt. Qui vero non sunt experti, iij argumentum ad suspicandū capiant ex brutorum animantium exemplis huins generis: in iis enim tantus tamque imperiosus, neque institutione præscriptus vllâ, sed à naturâ infusus ipsâ penitus inolevit pietatis sensus in consanguineorum participandis malis, quantus ex mutuis eius affectus indictis, fœtuum ad matres, & vicissim, si quando per vim disiunguntur, manifestò intelligitur.*

Dissunctio *Vaca quippe dum abducitur relicto vitulo, mugit querulum in modum, responsantique mutuam reponit vocem, ad eum assidue conuersa, habituque ipso a specie oculorum magnitudinem doloris abundè declarans. Cum enim infans natura pendulum articulatâ voce careat, quâ dolorem contestetur suum, manifesta indicia tristitia latens infixa gerit & ostentat in oculis, qui ad conquerendam quodammodo calamitatē vocis instar illi sunt; quod cā conditione sit, vt intimorum sensuum arcanique affectus alium nullum habeat interpretem. Iuuens autem dum magnâ vi auellitur omni opere repugnans, nec abduci per vim sufficiens, vel ad matris vbera tamquam ad sacrum asylum configit; quæ cum manibus, quibus caret, nequeat arripere, labris certè atque ore mordicus tenet; vel ambit parentem cursu, anulo illo motu molestiam declarans exose necessitatis, postquam vsum lingua & vocis, quibus calamitatem conquerendo enuntiet suam, natura illi denegauit.*

Miratur autem Possinus, à veteri interprete quum hic nominari, cuius, inquit, in Gracis codicibus nec aura nec vestigium nullum est, ad dñs MS. Vatican. καὶ ἦτορος ἡ τέλεσθαι τὸν οὐρανόν, δοῦλος ἀπέστητος ἀποθάνειται. Possinus: δοκίμων τῶν ἄλλων τοῖς λέγοντας τὸν δύο θυσίαν. Et verit: Quot verò illum putatis fultilicet lobos aut lobii similes? Prior lectio nobis magis probatur.

Pag. 961. col. 1. post cap. 8. ad n. 30. lin. 16. cum sufficiant alij, ut sint duarum animalium premium redemptoris, ad: [a MS. Vatican. δοκίμων ἄλλων ἀπέστητος εἶναι δύο θυσίαν. Possinus: δοκίμων τῶν ἄλλων τοῖς λέγοντας τὸν δύο θυσίαν. Et verit: Sib: enim quidem premium redemptoris duorum ceterâ illâ tantâ tamque multiplici prædâ esse abundè persolutum. illud enim δοκίμων ἄλλων in neutro genere accepit, quod antiquis interpres in masculino.

Ibid. ad eundem n. lin. 38. & veluti laboribus concedentem, ut plegas dimerentur, adde [b Ita MS. Vatican. καὶ τοῖς σφασάσ αὐτοὺς τὸν πόνον διδόντες εἰπεντεῖν. at Possinus, clarius: καὶ τοῖς σφασάσ τοὺς λόνους διδόντες μετέπειν. vt cum ad quemque iustum quekum mitteret, plagarum liceret numerum ex numero vocum intelligere.

Ibid. ad num. 31. lin. 5. vni filiorum, adde [c Possinus, vni ex eius famulis. Grace est, ivi τὸν ἄνθρωπον, vni ex eius pueris; quod tam de filii quam famulis posse intelligi. Sic n. 29. Επι τῷ καὶ τὸν σὸν, ἐπειγα, πᾶντα. Me, aiebat, & tuum filium Et c. Et num. 31. καὶ τοῖς πατέροις δρός τὸν παπέδης τὸν πᾶντα, ίπα τῷ θεωρεῖται τὸν φόνο τὸν ιδία παπέδης Et. & macerant quidem filium ante patrem, ut videndo mortem filii sui Et.

Ibidem col. 2. post cap. 9. ad num. 33. lin. 13. & cum cum supra quamdam petram Et. adde [a Ita MS. Vatican. καὶ τοῖς σφασάσ λόνος διαχειρίζονται. Discrepat Possinus: ξιφες διαχειρίζονται gladio interficeruntur.

Ibid. ad n. 35. lin. 8. à fine, Forum enim qui faciunt, crudelitas; sed non eius qui patitur animi est ea reprehensio; adde [c Iesus hac in Possini editione: Illa enim, qualiacumque erunt, præstare non est meum. Neque hinc in arbitrium ac iudicium voluntatis, tamquam imbecillitate vicit & a proposito de ductum, conferri virtuperatio potest vlla. Sed omnis in necessitatem & arbitrij ac virtutis ad resistendum expertem patientiam ratione sensuque cassi cadaveris, inuidia refundit. Nam quod inanum, idem insensibile. Quod vero sensu carer, experiri quid patiatur ac iudicare nequit. Quod denique iudicium ac sensum eius quod patitur mali non habet, crimen omni in iis qua patitur omnium iudic. Solutum est, libertate nimis pa- tiendi vel non patiendi priuatum.

Pag. 962. post cap. 10. ad n. 40 lin. 1. Quid deinde Et. adde [a Ha tres linea usque, donec quædam mulier, fuisse in Possini edi-

tione amplificantur, ipso ita vertente: Ergo velut fulguribus ait repentina fragore collidentiū scelus nubium perculsus, hærebam astutus in stuporem, vt neque flerem, neque lamentarer, sed hominē qui superiora narrauerat, certo & nulquam connivente fgebam obtutu, hiantibus semper oculis, quod ea quæ palpebrum motum gubernat ex intimo facultas prorsus obtutus fuisset, easque partes, quæ nro quodam artificis naturæ consilio præfecta sunt actioni visus moderanda, penè mortuas reliquisserat. Solet enim ingens dolor, qualis ille tuum meus erat, defigere Stupor ab obstatu in vestigio quos opprescit, & ad duritatem plusquam ingenti do- faxem obstupecere, lacrimarum etiam humore congelato, lora, aut certe obstruere infia meatu, obiectoque obice dentati spi- ritus effluere in oculos prohibito.

Ibidem ad eundem num. lin. 5. fuerat interfactus, adde [b Inter- ficit Possini editio: Nam qui latele barbaros potuerant, nomina ediderant interfectorum.

Ad eundem n. lin. 27. reddidisti mercedem, adde [c Possinus, reddi mercedem; sic & sequentia imperatiui modi sunt apud eum, que in MS. Vaticano præteriti indicatiuni.

Ad lin. 41. Ego vero longum tuah dolorē, & eum moderatè fero, philosophans & certò sciens te apud Deum vitâ viuere, in quam nullus Et. adde [Amplificantur ista in Possini editione in hunc modum: Nam vt tu aculeo & acerbitate doloris vincas, ego vicissim in malo prolixiori longitudine patientiæ te supero. Eris enim crudelis tibi quædam & acerbris coniuncta cruciatibus oblatâ mors est, at est celeriter transfacta eadem. Me lentus otiosè torquet & conficit dolor, quem si ratione sperno, non continuo non sentio, sed naturæ sensum iudicio virtutis oppri- mo. Pungit me dolor vtique, nec quod leniter fero stupor est, Generosa sed constantia. Sentio inquâ conuulsi tormenta vteri, & effracta mater do- bunc in tuâ morte, vt olim in tuo partu, vincula omnia inuolu- lorē de filijs crâque naturæ. At ex eo tumescerent nitentemque sursum cedo supe- perturbationem calcat aliorum insurgens atque obterit auctoritas rats sapientiæ, & menti ius suum afferit. Natus quis rogo fructus ve- fani & rabiosi luctus, qui ve se rumpat, refarcire iacturam haud vnguam queat, cuius causâ ringitur. Quare imitata non sunt vulgares matres, quæ in casibus eiusmodi tam se molliter & dis- solute gerunt, tantos tumultus & tragedias crient, prorsus ut dumtaxat carnis ac corporum se matres, non iterent animorum, recordari videantur; in istâque vnâ ætumnosâ vitâ omnes há- bere defixas spei fux rationes. Mirum igitur non est in eâ igno- rantiæ futuræ felicioris vita, si carotum ex istâ discessum tam grauiter ferunt. Ego vero non scidi tunica, nec nudata pectora manibus planxi. Non discrpsi comas, non vngnibus faciem deformau; hac persuasione præmunita, viuere te atque aded immortalî verâque vitâ perfui.

Ibidem ad num. 40. lin. 4. à fine, verè confido enim fore, ut deinceps glorier Et. adde [e Amplificantur has quoque in Possini editione: Nunc enim verè demum audeo gloriar, te, cui timebam vni, in eum locum subducto, vbi longè extra omnē aleam sis eius periculi, quod me vnicum sollicitam habebat, ne qua inuidia sinistra fortunæ spes de te meas interuerteret, insidiisque innocentia tua factis animam in discrimen salutis tuam addu- ceret. At nunc abi securus, ô fili, peregrinate peregrinationem imd eà pro istam pulcherrimam. Abi: mihi enim abundè magnum est sola- Christo tium conscientia laudis mea tantæ, vt ne Patriarchæ quidem suscep- Abraham coicendâ principatum huius gloria, aut secundum gloriarur, ab eo boni consulam dignitatis locum. Nam ille sane strenue promptoq[ue] stitit animo, admouitq[ue] aris filium, sic iubente Deo, at incertum reliquit, fueritne post consumptum holocasto natum persecuturus idem qui antea, hoc est, nullo doloris sensu perturbatus, quando & multalij ab eo, quod in re præsentia immitum tenuerant, constantiaz proposito in mollem deinde luctum & querelas deflexere, naturæ imbecillitatē tali defectione confessi. Atqui ego nunc cum maximè sto animo post cladem, mœstiamque orbitatis omnem & malesuados questus in bona omnia verba commuto. Quando alij à mali sensu prius inuiditi, fracti deum mouâ, perturbationi dant vi- etas manus, postquam contentos illos, quibus prius steterunt, generosa patientiæ neruos arrosit tædiola diurnititas, ac sensim incidit. Memoriam vero renouando præteriti mali specie, menti per ipsum confitum ad officium attenue, noxiā iam securæ facultatem otiumque præbet attenē perpendendi quam ea gravis & acerba calamitas fuerit. Difficile quippe in primis atque arduum est, erectum longo tempore & velut obfirmatum in statu iudicium sustentare rationis; ita vt inclinet nusquam, quamvis naturâ mobilis in partem alteram animus liber etiam ad contraria iis qua prius statuerat decernenda. Fuit cum vidui- tatem lugerem meam; & destituta eo auxilio, quod in patris cui prouidentiâ, dum viueret, mihi certum erat constitutum, soli- tudinem deplorarem: nunc vero flere quid attinet, aut lamentari, cum talem te apud Deum patronū habeam, tam gratiosum illumq[ue] sibi & potentem, vt sit tibi facilissimum malum à me illinc omne in celo pa- propulsare; idemque longè illi maximam facultatē habiturus tronum sis omnis eius mihi prouidenda copia, quæ ad fouendam blan- adoptat. damque senectutem meam opus erit; quippe admortus æternō ac perenni gratiarum fonti, cum potestate maximâ, quam largè voles, hauriendi, in meoque deriuandi, imd profundendi libera- lius

lius quām si adhuc superstes regiorum præfecturam thesaurorum gereret? Ex his enim quantumcumque est quod decerpitur, summe cerē deet, ut cuius quamvis magnæ definitus sit numerus; ac celestibus diuitiis quantuis in nos copiæ depluentibus, numquam tamen deficit donorū inexhausta scaturigo.

Ibidem ad finem num. 41. addit. f. In edit. Possini hac adduntur: Nam afflita in desperationem conscientia opprimente mali mole, quam falsò inclutabilem existimat, excitatur plerunque ad bene sperandum eius constantiā, qui in experientiā non minoris mali moderationem sui compotem tenere perseverauit, ab eo qui præclarè perturbationem vicit, vel serd docta non esse cedendum ei leuiter.

Pag. 963. post cap. 11. l. f. Sur. Eliam, addit. Possini, & Elim.

Ibidem l. g. Gracē cō 9ωλā. addit. apud Possinum, cō θωλά.

Ibidem l. h. Gracē cō Αξ̄η. addit. in edit. Possini, cō Αξ̄η.

Ibidem post cap. 12. adnu. 47. lin. penultimā, in omnem partem circumspiciens &c. addit. [a Hac ita offeruntur apud Possinum: quem circumductis omnem in partē oculis vnum per omnium facies queritā; nonnullā interdum in aliquo blandiente specie lineamentorum & vultus filij. Oculis nimirūn ipsis sibi somnia fingentibus, & quamicumq; similitudinis umbram in rem ipsam quam amarent grato errore fucantibus, non proorsus inutili fallaciā, cū illa formæ extrinsecus oblatæ non sine delectatione sic personatae ostentarentur animo. Hac enim naturā mens nostra est, vt quarum rerum expressas intus & consignatas formas habet, eas ferat semper in oculis, ac videre vbiique videat, ad amatae rei speciem ac personam affingens obiectis omnibus, sicque semper & vbiique videns, quod videre semel studet.

Pag. 964. post cap. 13. ad nu. 50. lin. 16. Hoc est enim &c. addit. Fusus hac amplificantur apud Possinum: Atqui optimus index, idemque interpres fidelissimus vultus est internorum sensuum, liquidō prodens & characteribus nobilissimis proscribens, quidquid cæcis intus latebris agititudinis arcanae premunt; naturā quadam prædictus simplici, nullā suspectus arte consuetudinē mentiendi; ostentare foris aliud nescius, quām quod penitus inest, dissimulandi simulandique iuxta indocilis. Sermo tegit, at non vultus.

Sermo sapè affectum tegit, at non vultus.

Ag. 1051. ad num. 9. addit. [Cochlear eiusdem sancti Abbatis honorificè inter Reliquias affluuntur in per illustri Ordinis Benedictini monasterio Ochsenhau-

illi fuerit obiecta; ita rigidā aduersus omnem gratiam, naturæ Fx PET. simplicitate, vt accommodate obsequium desiderii obuer- Possino. santis sibi formæ, & quō illi gratificetur aliquid corum obum- brare, quæ oblatæ cumque sunt, nullo modo possit.

Ibidem in annot. a lin. 1. post MS. Ελαζ̄η, addit. Possino Ελαζ̄η.

Pag. 965. post cap. 14. adnu. 55. lin. 19. & sic Deum &c. addit. a Sequentia usq; ad nu. 56. ita exprimitur apud Possinum: Talius habitu hæc mecum in occulto dicebam Deo, omni attentione mentis, tamquam mox nimirū moriturus, in oratione defixā & nulquam distractā. In securitate quippe diffunditur inter orandum, & longè euagatur animus minus sibi attendentium, In periculo mercaturas, navigationes, & distinctiones, plantationes, delpon- attencio- sationes, matrimonia, concubitus, expeditions, quæstus, judi- oratio. cia, foræ, tribunalia, thronos, praecones, prætores, inimicorum vltiones, amicorum occursum, & coniuncta, tribunatus, functiones publicas, & curationes domesticas sibi representans, ipsamque adeò imperioriam dignitatem. At cùm cum in angustiis, imminens iusta vndique formidinē circumfederit periculum, tum ille malo coactus fese iu se recipit, ab iisque reuocat & colligit, in qua per securitatem solus se habenis solebat effundere liberrimè, totus est in doloris sui causâ, Deumque insimilis appellat precibus, qui desperatissimas quoque difficultates explicat nictu ac nutu facilis solus omnipotens.

Ibidem post annot. b que signari debet c, addit. At Possini editio habet cō 7, nimirū μιον τὸν τόπον.

Ibidem ad num 57. lin penultimā qui norunt, addit. d. Possini editio habet cō 10, qui neſciunt.

Ibid. ad nu. 58. lin. 15. Subaita, addit. e Possini Συρῆ legit.

DE S. FVLGENTIO EP. ASTIG.

Pag. 971. col. 1. §. 1. num. 1. lin. 7. dupli secundæ classis, corrigi, primæ classis.

DE B. O D O R I C O.

Pag. 984. col. 2. post num. 5. addit. MS. Florarium v. Ianuar. ista habet: In prouincia Paduanâ depositio B. Oderici Confessoris Ordinis Minorum. Hic in Asia & Indiâ euangelizando Christum discurrevit, & quatuor sanctorum Martyrum sui ordinis corpora de ciuitate Hormes transtulit per mare ad superiorem Indiam, in ciuitatem Carram, non sine miraculis, & descripsit peregrinationem suam. Obiit anno salutis MCCCXXXI. Verum Monasterius quoque XIV. eum refert, traditū Ludouicum Odericum, sive Odoricum, sive appellatum.

AD XV. IANVARII.

DE S. M A V R O A B B.

S. Mauri cochlear.

Pag. 1051. ad num. 9. addit. [Cochlear eiusdem sancti Abbatis honorificè inter Reliquias affluuntur in per illustri Ordinis Benedictini monasterio Ochsenhau-

sen, vt testatur Carolus Stengelius lib. 4. de sacrar. reliquiar. cultu cap. 11. Est Ochsenhausen, sive Ochsenhusum, in Sueniâ inter Memmingam & Biberacum oppida situm, haud procul à Rotheni cœnobio, de quo II. Ianuary ad B. Odononis Vitam.

ADDENDA AD DIEM III. IANVARII

MIRACVLA S. BERTILIAE

qua ab Auctore Vita eiusdem sanctæ Virginis, teste, vt datur infrà coniicere, ferè oculato, conscripta, pag. 158. edi debuissent, si integrum nacti exemplar fuisset. Eā nobis ex MS. Mareolensi suā manu descripta Atrebato transmisit IOANNES BARTHOLOMÆVS noster.

C A P V T I.

Oculi curati, sacrilegi puniti.

Duringe verò tempore indulgentiæ Episcopalis fuerunt reliquæ B. Bertiliae expositæ omni die in ecclesiâ extra chorum, vt venientibus ad indulgentiam memoratam liberior pateret accessus. Vbi quām plures grauibus & diversis infirmitatibus

occupati, ad invocationem nominis Christi, per gloriosam intercessionem B. Bertiliae Virginis fuerunt, plenius liberati. Inter quos fuit quidam, qui cū partem munere S. Berdi non modicam circuisset, Sanctorum limina visitans, *Miracula* *tilia facta;* vt visus sui, in quo grauiter affligebatur, reciperet sanitatem; post multos circuitus & labores ad famam B. Bertiliae, quam audierat, excitatus, Mareolum tandem venit, qui cū ecclesiæ B. Amandi introgressus, puro corde & contrito venerandas B. Bertiliae reliquias attigit, ab oculorum graui passione, quam diu sustinuerat, dolor oculorum curat, ratus:

Auctor rat, in continentia extitit liberatus: & coram omnibus, qui tanto adstabant miraculo, adiuratus utrum melius sibi esset, sub attestatione diuini iudicij & periculo animae, letabundus respondit, quod, ex quo diuinum & B.Bertiliae auxilium implorauerat, continuo plenae restitutus fuerat sanitati. Quod videntes & audientes qui praesentes aderant, Dominum omnipotentem laudaerunt, & B.Bertiliae gratiarum actiones cum gudio retulerunt.

alterio oculo 2 Post hunc adfuit quidam puer indigena duodenivisus reditus: 2 Post hunc adfuit quidam puer indigena duodenivisus reditus: qui ante venerandum corpus B.Bertiliae constitutus ad terram humiliiter se prostrauit: atque ea discretione, quam Dominus in parua aetate dederat, Dei omnipotens & B.Bertiliae auxilio implorato, visum fuit ei, quod quaedam festuca de oculo cecidisset; & confessum de illo oculo, tamquam de altero, plene vidit. Quod factum omnibus, qui aderant, simpliciter recitauit, admirantibus plurimum & stupentibus vniuersis, qui eum primò viderant grauiter laborasse.

b 3 Non est etiam sub silentio transeundum, quod Dominus, qui nullum bonum irremunerat relinquit, iniurias etiam Sanctis suis illatas remanere non patitur impunitas, & qui languentibus sanitatem conferre potest, sanis etiam, tamquam omnipotens, morbos potest infligere cum volenter & languores. Nam cum quidam vasillus nomine Iohannes, de Mareolo oriundus, ad viuis proprios pecuniam indigret, ad D.Galerum tunc Abbatem de Mareolo, atque Conuentum accessit, & quamdam terram feodalem, quam habebat, eisdem legitimè vendidit & e guerpuit, vocatis omnibus iis, & assensum præstantibus, quorum consensus de iure, & secundum patriæ consuetudinem fuerat requirendus, sicut in instrumento monasterij plene potest inspici & videri. Ceterum multo tempore post elapsio, paulo scilicet ante translationem B.Bertiliae, de qua in praesenti sermo habetur, quidam dicti vasalli filius patris nomine nuncupatus, factio patris, & venditioni terræ quam fecerat, aucti temetario se coepit opponere, & monasterium interficiens fortiter reclamare. Qui cum de iure obtainere non posset, quadam die cum quibusdam complicibus suis, manu armata ad eamdem terram deuenit, & in eadem seruientes monasterij inueniens agriculturam exercentes, ipsos grauiter affixit, atque exinde fugans violentem repetens, enormiter verberauit, iureiurando, furore plenus, affirmans, quod si hos vel alios in terrâ illâ ulterius inueniret, manibus propriis sine remedio interirent. Modico cum matre que id sua ferat, verò tempore procedente, mater ipsius, cuius consilio dictum maleficium fuerat perpetratum, diuinâ ultione de quadam solio se præcipitans crus confregit, atque filius eius tanti flagitiij auctor morbo quadam mirabilis & ignoto coepit miserabiliter agrotare. Ad quem corporalium agititudinum medici confluentes asserebant, se tales morbum penitus ignorare, dicentes ultionem Diuinam in ipso potius exerceri, quam morbo alio detentari. Quod videns & audiens malefactor ille, penitentiam ductus apud Marcolum se fecit adduci, & coram pluribus ante B.Bertiliae reliquias constitutus reatum proprium recognovit, & iniuriam, quam monasterio intulerat, & maleficium quod patrârat, sibi petiti miseritciderer indulgeri; corporale præstans sacramentum, quod numquam per se vel per alium, super terrâ memoratâ monasterium ulterius præsumeret molestare. Præstâ itaq; satisfactione Ecclesia ad propria remeans, non multo post tempore, de præsenti seculo (utnam feliciter!) est ereptus. Sanè non solùm in prædicto malefactore, ob iniuriam Ecclesia B.Amandi de Mareolo & S.Bertiliae irrogataam, suam Dominus exercuit ultionem, verum omnes illos, qui eidem Ecclesiae, aliquibus unquam temporibus mali aliquid intulerunt, subsecuta sunt infortunia postmodum & flagella. Quod nos in plerisque nostris temporibus manifeste vidimus contingere: & maiores nostri & antiquiores hoc idem suis

Bona ex nobio legi timè venaria 4 In instrumento monasterij plene potest inspici & videri. Ceterum multo tempore post elapsio, paulo scilicet ante translationem B.Bertiliae, de qua in praesenti sermo habetur, quidam dicti vasalli filius patris nomine nuncupatus, factio patris, & venditioni terræ quam fecerat, aucti temetario se coepit opponere, & monasterium interficiens fortiter reclamare. Qui cum de iure obtainere non posset, quadam die cum quibusdam complicibus suis, manu armata ad eamdem terram deuenit, & in eadem seruientes monasterij inueniens agriculturam exercentes, ipsos grauiter affixit, atque exinde fugans violentem repetens, enormiter verberauit, iureiurando, furore plenus, affirmans, quod si hos vel alios in terrâ illâ ulterius inueniret, manibus propriis sine remedio interirent. Modico cum matre que id sua ferat, verò tempore procedente, mater ipsius, cuius consilio dictum maleficium fuerat perpetratum, diuinâ ultione de quadam solio se præcipitans crus confregit, atque filius eius tanti flagitiij auctor morbo quadam mirabilis & ignoto coepit miserabiliter agrotare. Ad quem corporalium agititudinum medici confluentes asserebant, se tales morbum penitus ignorare, dicentes ultionem Diuinam in ipso potius exerceri, quam morbo alio detentari. Quod videns & audiens malefactor ille, penitentiam ductus apud Marcolum se fecit adduci, & coram pluribus ante B.Bertiliae reliquias constitutus reatum proprium recognovit, & iniuriam, quam monasterio intulerat, & maleficium quod patrârat, sibi petiti miseritciderer indulgeri; corporale præstans sacramentum, quod numquam per se vel per alium, super terrâ memoratâ monasterium ulterius præsumeret molestare. Præstâ itaq; satisfactione Ecclesia ad propria remeans, non multo post tempore, de præsenti seculo (utnam feliciter!) est ereptus. Sanè non solùm in prædicto malefactore, ob iniuriam Ecclesia B.Amandi de Mareolo & S.Bertiliae irrogataam, suam Dominus exercuit ultionem, verum omnes illos, qui eidem Ecclesiae, aliquibus unquam temporibus mali aliquid intulerunt, subsecuta sunt infortunia postmodum & flagella. Quod nos in plerisque nostris temporibus manifeste vidimus contingere: & maiores nostri & antiquiores hoc idem suis

quondam temporibus se vidisse posteritati suæ fideliter retulerunt.

a Ita Molanus in Natalib SS.Belgij 3 Jan. In curia S.Amandi quæ dicitur Marcolum, depositio B.Bertiliae Virginis. Et Henricus Adriani, atque Andreas Boyus nofer in Martyrologio Belgico: In curia S.Amandi natalis S.Bertiliae Virginis, quæ cum viuo continentiam seruauit. De S.Amando agemus 6. Febru.

b Singula miracula in MS.praefizi tituli, Miraculum de quodam cæco, de quodam puer, de quadam muliere, de quodam homine &c. hinc verò. De Ioanne Malet.

c Guerpire, vel vverpere serram vel bona, est tradere, à Teutonico forrassis vverpen, quod est iactare. Vide Friderici Lindengy Glossarium ad Codicem Legum antiquarum.

C A P V T I I.

Variae agititudines curate.

4 **S**Vprà dictis etiam est iungendum, quod, cum quidam morbo, qui ficus velicæ nuncupatur, in membro, quod natura voluit occultari, grauissimè premetur, nec posset per hominem remedium inuenire, ad Diuinam opem configuiens votum fecit B.Bertiliae spēciale, quod omni anno quamdiu viueret, in solemnitate ipsius ei offerret proprij corporis longitudinem in candelâ. Quo emissio, per intercessionem gloriose Virginis Bertiliae ab omnipotenti medico confortatus diu desideratam meruit recipere sanitatem.

5 Præter suprà dicta, quaedam mulier iuuenula alterius morbum S.Eliij graniter patiens in mamillâ, ad inuocationem B.Bertiliae penitus est curata.

6 Post hanc etiam quidam strumosus puer, ad vtrum matris de dandâ filio sanitatem B.Bertiliae factum, liberatus exitit, strumâ penitus subsidente.

7 Porro quoddam aliud miraculū mirabilius suprà dictis nos oportet cum aliis recitare. Nam quaedam mulier ad solemnum translationis diem veniens, modicum de vase veteri, in quo, a sicut suprà diximus, B.Bertilia longo tempore recubuerat, deportauit. Ipsaque ad domum propriam reuersâ, accidit quod cuiusdâ vicini sui equus per triduum neque manducans neque bibens humi prostratus quasi semimortuus recumbebat: ad eum quem veniens mulier suprà dicta, lignu quod habebat, in aquâ lauit, quam ad bibendum animali porrexit: de quâ cum bibisset, surrexit, & exultans coepit hilariter manducare, tamquam malum aliquod non sensisset. O verè Deum omnipotentem, qui non solùm in rationabilibus creaturis, verum etiam in animalibus brutis suam dignatur potentiam demonstrare!

8 Consequenter aliud miraculū recitatione dignum, quod B.Bertiliae meritis & precibus non est dubium contigisse, suprà dictis duximus adiungendum. Nempe quaedam mulier, quæ matri suæ senectute nimiâ depressæ, pro filiali affectu diu fuerat obsecuta, graui quadam & diuturno languore coepit opprimi primùm atq; affligi: tandem verò vniuersus languor ad oculos eius ascendens in tantum prorupit, quod ipsius oculorum alterum penitus excœcauit. Cumque quadam nocte in lecto suo recubans grauiter oppressa somnum non caperet, votum fecit Deo omnipotenti, quod si sibi oculorum suorum concederet sanitatem, in crastino B.Bertiliam de Mareolo visitaret. Nec mora, coepit habere melius, quæ primò grauiter torquebatur. Et nocte illâ visa sibi solito longiore, diem subsequentem toto mentis desiderio affectabat. Manè autem facto mulier illa videns & valens iter arripuit Marcolum veniendi. Quæ cum esset ante beatæ Christi Virginis Bertiliae reliquias constituta, rei veritatem coram omnibus recitauit, sub salutis animæ periculo protestata, quod ad votum de B.Bertiliae visitandâ emissum, oculorum suorum receperat sanitatem. Quo auditu asseruerunt plures, ipsam fuisse à Domino visitatam, quia matri suæ reuerentiam exhibuerat debitam atque honorem. Considereret ergo unusquisque, quam sit bonum, & quam sanctum, patrem & matrem à filiis honorari, quod non solùm in futuro,

Exod. 20. futuro, verò etiam in præsenti seculo Dominus recompensat, Scripturâ attestante, quæ ait: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram.

12. **9.** Ad hæc etiam cuidam alij mulieri diuturnâ ægritudine laboranti in somnis apparuit beatæ virgo Christi Bertilia ita dicens: Da mihi de tuo lacte, & vade apud Mareolum ad reliquias, quæ ibidem venientibus ad indulgentiam exponuntur, & recipies sanitatem. Cui illa mulier dixit: Qænam es tu, Domina? Qæ respondit: Ego sum ancilla Christi Bertilia; non te oportet in aliquo dubitare. Die autem subsequentे mulier illa, sicut erat debilis atque afflita, Mareolum venit quantum potuit festinanter, & ante B. Bertiliæ Virginis reliquias adstans, cuidam fidelis laico ad ipsatum custodiā depūtato suam retulit visionem. Cui laicus dixit: Da de lacte tuo atque de aliis bonis tuis, pro amore Dei & S. Bertiliæ, Christi pauperibus, secundum quod tua suppetunt facultates; nostra enim Domina Christi Virgo Bertilia neque lacte, neque alio corporali indiget alimento. Tunc illa mulier recessit, & infra triduum rediens, coram pluribus est confessa se fuisse restitutam pristinæ hospitati. Nec mirū: quoniam, sicut beatæ Virgo Christi Bertilia, dum adhuc esset in terris posita, virtute largitatis enituit, quidquid habebat Christi pauperibus erogando; sic etiam, post hanc vitam, eamdem virtutem retinens, liberalitatis non oblita suum nescit auxilium petentibus denegare. Nam quot surdis auditum, quot cæcis visum, & quot febricitantibus, tam quartanariis, quam alii, restiterit sanitatem, nullus possit de faciliter breuiter enarrare.

10. Eâ tamē breuitate, quâ poterimus, est dicendum, quod quidam homo iocoulus & garrulitate nimis semper plenus, grauiter febricitans & laborans, ante B. Bertiliæ Virginis reliquias, sicut mos est febricitantium, immaniter tremens stetit, & in hæc verba prorumpens, iocosè coepit dicere & ridendo: S. Bertilia, nisi me curueris, nunquam vltérius in te credam. Et confestim, labiis eius & naso per scabiem ruptis, febris exiens hunc reliquit.

11. Præterea cum cuidam pueru bienni de Atrebato officulum eminem, os quoddam à gutture mirabiliter profiliret, guttur ipsius adaperiens atque proscindens, à matre ipsius super hoc plurimum perturbatâ B. Bertiliæ præsentatus extit & oblatus. Nec mora: ad tactum reliquiarum B. Bertiliæ Virginis, os subortum recessit.

12. Post hunc etiam quædam alia mulier de Atrebato venit, quæ magnam super costas suas strumam habens grauiter ægrotabat: quæ signo Crucis super locum dolentem de B. Bertiliæ reliquiis facto reddit festinanter. Ipsaque in breui redeunte, latuſque suum coram pluribus ostendente, cognoverunt apertiū qui adstabant, atque eam primò viderant, fuisse plenius liberatam. Vnde Deo summo omnium medico, & B. Bertiliæ laudes & gratias retulerunt.

13. Postmodum visum fuit in somnis cuidam mulieri graui oculorum passione laboranti, quod ante B. Bertiliæ reliquias orans staret, quibus oculis suis & languoribus appositis sanabatur. Demum verò sopore recedente, vigilando veraciter est experta quod priùs viderat dormiendo. Nempe grauem oculorum, quam diu sustinuerat, passionem sensit penitus recessisse. Minè ergo surgens, & ad ecclesiam veniens, Deo & S. Bertiliæ super sanitatem recuperatâ gratiarum retulit actiones.

14. Venit alia barbitonorum quidam de Atrebato grauissima febris feroce nimis inflammatus, qui sub B. Bertiliæ Virginis corpore sacrosancto recubans paulisper dormiens, est curatus. A somno itaque excitatus formulam quamdam hominis ceream B. Bertiliæ præsentauit, cuius meritis atque intercessione in continentis restitutus fuerat sanitati.

a Ex hoc loco alijsque patet, eumdem esse auctorem qui vitam & translationem S. Bertiliæ compojuit.

Aliæ curationes. beneficentia defensa.

15. Nullo itaque tempore quo B. Bertiliæ gloriosum corpus translatum fuit, sicut superius est relatum, quoddam mirabile lögè amplius suprà dictis omnibus admittadum apud Mareolum certissimis nouimus accidisse. Nam quedam mulier ibi erat caritate plena, atque secundum proprias facultates operibus misericordia operam libenter impendens, quæ maritum habebat prorsus sibi contrarium, insolentem admodum & austrum, qui bonæ voluntati vxoris suæ de pauperibus sustentandis, de eleemosynis largiendis, & bonis aliis faciendis sç semper modis omnibus imprudenter opponebat, non attendens fideliter, neque credens quod Dominus in Euangeliō sibi reputat esse datum quod pauperibus erogatur, vbi ait: Quod vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Cum ergo vir ille suprà dictus (imò, cum à virtute animi vir dicatur, non vir rectius appellandus) quodam die triticum ad usus necessarios præpararum in quodam loco, ad hoc proprio, resuasset, vxor eius illuc latenter accedens sex mensuras ex eo substraxit, loco & tempore in alimonias pauperum hilariter erogandas; hilarem enim datorem diligit Deus. Ad quod cum maritus eius postmodum rediret, quod de frumento suo sibi subtractum fuerat oculata fide coniecit: quod in continentis uxori suæ cœpit imponere, & furtum minaciter imputare, anathematizans crebrò atque iurans, quod ipsam diuersis affectis afflictionis suppliciis, si minus tritico suo reperiret. Quod audiens mulier, de saevitiâ mariti, quam non semel senauerat, valde timens, cameram suam secretò intravit, & clauso suo ostio, genibus ad terram protulitis, cum lacrymarum effusione, toto cordis affectu, Dominum humiliter inuocauit, voto se astringens speciali, de longitudine suâ in candela B. Bertiliæ offerendâ, si meritis ipsius & intercessione eam Dominus de instanti periculo liberaret. Tunc verò Deus, qui iustorum orationes libenter exaudit, ipsius preces deuotas absque dilatatione qualibet exaudiuit. Nam sicut dicitur per Psalmistam, Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum; & post pauca: Clamauerunt iusti, Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Quo facto, & oratione finitâ, diuinæ dispositioni, atque B. Bertiliæ præsidio se committens, à camerâ confidenter exiuit: & maritus eius adhuc fure plenus & irâ, totum frumentum remetiens nullam reperit diminutionem. Quod videns mulier, stupore ingenti & admiratione repleta, Dominum magnificans in corde suo atque laudans super tanto miraculo, B. Bertiliæ retulit gratiarum actiones vberimas, voto, quod emiserat, quam citius potuit, persoluto. O mira res! Ille qui de paucis granis segetes multiplicat omni anno, inter manus hominis nefarij, ad deuotæ mulieris preces, secretâ operatione triticum augmentauit, & quod sibi piè subtractum fuerat, ad plenum refudit. Quis igitur aures non erigat ad tantum miraculum audiendum? quis etiam iis non obstupescat auditis? aut quis tanto auditio miraculo os suum non aperiat ad laudandum Dominum Iesum Christum? O verè venerabilem & non imimeritò commendandam Christi Virginem S. Bertiliam, beatissimo Confessori Nicolao reetè conferendam, quæ etiam in miraculorum similitudine coæquatur! Ipsa namque, superni medici auxilio suffragante, morbos sanat incurabiles, impotentes ac debiles reddit validos ac potentes.

16. a Quodam muliere ad hoc inter alios testimoniū perhibente: quæ cum esset b arthritica & consumpta, nec posset per medicos huius mundi remedium aliquod obtinere, multis priùs adhibitis experimentis, tandem ad diuinum & B. Bertiliæ auxilium

AUCTOR contulauit. Quam ad intercessionē B. Bertiliae Dominus visitans, ab arteticā passione prius reddidit alienam. Verū licet mulieris testimonium, secundū legitimas fæctiones, in plerisque casib⁹ sit suspectum; in hoc tamē casu, cū nullis fieri præiudicium, non est meritō reprobandum; præsertim vbi Dei omnipotens & Sanctorum suorum admirabilis potentia declaratur.

17 Ad hoc verū alterius mulieris testimonium suffragatur. Quæ cūm haberet consuetudinem prauam, litigandi videlicet cum vicinis, quadam die febricitare cepit grauitet, diuinā forsitan vltione. Nec mora: ad B. Bertiliæ reliquias festinante cucurrit: quæ, voto prius emissō de non litigando ulterius cum vicinis, ab illo, cui omnia sunt possibilia, visitata, à febris, quibus anteā tenebatur, opitulauit. B. Bertiliæ, illiē curata. O mira & magna Dei potentia, qui febris imperat, morbos curat, & restituit sanitates!

18 Post prædictā, de quadam paruulo subsequenter duximus recitandum. Qui cūm morbo epileptico, cum membrorum elisione & spuma iactatione, nouies in die ad terram decidens grauiter laboraret, quadam die à parentibus suis B. Bertiliæ, ob insignem miraculorum famam, præsentatus fuit humiliter & oblatus. Qui petentes Patrem in nomine Filij, vt eorum filio reddebet sanitatem, in continenti quod petebant accipere meruerunt, iuxta illud, quod in Euangeliō Christus dicit: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Nam eorum filius per gloriosam B. Bertiliæ intercessionem à Domino santis factus, prædicto morbo numquam postea laboravit. O Christi pietas omnium prosequenda laude, qui prædicto parutilo non ex suā, verū ex suorum fide parentum reddidit sanitatem; sicut parvuli baptizati, nō ex fide, quam in actu & habeant minimè discernentes, sed in fide Christi & Ecclesie, cūm decedunt, suā salutem animæ veraciter consequuntur.

19 Fuit præterea quidam faber, vir fideliſ, bona vi- tæ, & honestæ conuersationis, suam habens apud Mareolum ad pedem atrij mansionem: in cuius domo cūm quadam die pueri sui paruuli ludētes ad inuicem lasci- uirent, quoddam obstaculum, quod ibidem erat ad ventum remouendum factum, magnæ molis & admodum ponderosum, super eos inopinatè cecidit, & oppressit. Ad quos cūm faber & vxor eius mater puerorum velociter aduenirent, de vitâ puerorum despe- rantes, Deique & B. Bertiliæ auxilium inuocantes, magno licet conatu, vix tamen, obstaculum remouerunt, & respicientes inuenerunt illæsos pueros penitus & iocantes. Super quo plurimum admirati huius rei tam insigne miraculum B. Bertiliæ, cuius nomen inuocaue- tant, adscriperunt: quibus inuocantibus, tamquam pius Dominus, propè fuit, iuxta illud quod dicitur per Psal- mistam: Propè est Dominus omnibus inuocatibus eum, inuocantibus eum in veritate: & meritō, cūm ipsum pro paruulis adhuc innocentia puritate candidis inuocarent, qui partem habent non modicam in regno cælorum, dicente Veritate: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum.

20 Si adesset Ulyssis facundia, si Maronis aut Homeri peritiam haberemus; non nos tamen sufficere crede- remus ad B. Bertiliæ opera gloria & virtutes ipsius mirabiles describendas: tot enim, Deo suffragante, miraculis insignitur, torque admirandis operibus illustratur, quod ad plenam eorum enarrationem non sufficeret os humanum. Sanè fuit haud procul à Mareolo quædam mulier, in facultate tenuis, nomine Theophania, cui in alterā maxillarum diuinitus apparuit morbus quidam ita visu horribilis atque adspicere, quod à com- muni hominum cōsortio tamquam leprosa digna eiici ab omnibus diceretur. Verū hoc dispēlatione Diuinā credimus contigisse, vt in eā, quod nomen eius sonat (Diuina scilicet apparitio) verisimile probaretur, vtque & postmodum restitutā à Domino sanitatem. Deū adhuc,

sicut & olim, posse lepram curare infidelibus appareret. Nam cūm in Euangeliō legitur, ipsum decem leprosos Luc. 17.12 curasse pariter & mundasse, quibusdam inuentatum videtur, imò eis qui Euangeliū non credunt, impossibile potius extitisse. Quorum detestabilem errorem à finib⁹ istis Dominus desiderans extirpare, non solum subsequens miraculum, verū etiam alia multa per B. leprorum curatum: Bertiliam temporibus nostris voluit operari: quoniam cūm ipse non velit mortem peccatorum, sed vt magis conuertantur & viuant, hoc solum ei benē actum vide- tur, vt vita hominum corrigatur. Cūm igitur mulier suprà dicta de miraculorum multitudine, quæ B. Bertiliæ faciebat, famam audiens celeberrimam plurimum inuaretur, de ipsa visitandā votum emisit, si sibi per intercessionem ipsius & preces à Domino sanitatis redde- retur. Quo emissō recepit illiē sanitatem. Nec mora: iter arripuit Mareolum veniendi, B. Bertiliæ, quod pro- misserat, votum solvens, nec non quoque scripturæ illi satisfaciens, quæ sic ait: Vouete, & reddite Domino ps. 75.12. Eccle. 5.4. Deo vestro. Et in Salomone legitur: Melius est non vo- tare, quām votum non perfoluere. Cumq; mulier illa ante B. Bertiliæ reliquias adstantes de sanitati sibi red- ditā gratiarum redderet actiones, rei veritatem omni- bus patetfecit, omnesque vicini eius, qui eam nouerant, assertionis suæ sufficiens testimonium perhibebant.

21 Præcedenti miraculo aliud quoddam de quadam similierte muliere duximus adiungendum: quæ cūm graui languore in inferioribus circa secreta naturæ diu- tiū laborasset, non audens morbum, qui latebat, præ pudore nimio & verecundiā aliquibus reuelare, tan- dem ad solemnem B. Bertiliæ transitus diem venit. Et cūm ad processionem sacrosanctum B. Bertiliæ corpus alius mor- bus occub- tus: de more solemniter deferretur, mulier illa vasi appro- pians, in quo reliqua recumbebant, osculum pie de- dit, supplicans corde contrito & humiliato, quod Deus non despiciet, quatenus infirmitati suæ, B. Bertiliæ suf- fragante, mereretur à Domino recipere sanitatem. Et dum ita oraret, visum fuit ei, quod sursū ad pectus suum omnia ipsius viscera traherentur, & in eodem instanti, sanitatem quam à Deo postulauerat, meruit obtainere. Postmodum autem mulier illa tanti beneficij non oblita, quibusdam fide dignis totius rei seriem, atque qualiter ei acciderat, rupto pudore omniq; remo- tā verecundiā, propalauit, magnificans B. Bertiliæ po- tentiam, Deumque collaudans, quod tam citò de tam graui infirmitate & chronicā contulerat sanitatem.

22 Præterea non astimaui obliuioni tradendum, quod quadam mulier, quæ, alterius brachiorum vſu amissō, per triennium & amplius impotens erat facta, ad votum de brachio cereo B. Bertiliæ dando factum, brachij sui potentiam & vſum, quem amiserat, omnino langor brachiorum: recepit. Quæ cūm sentiret se per intercessionem B. Ber- tiliae fuisse à Domino visitatam, eidem votum soluit, Deoque non ingrata gratiarum retulit actiones.

23 Verūtamen quia de brachio suprà sermo cœpit ha- beri, idcirco de brachio cuiusdam pueri, vt similia simi- libus coniungantur, subsequenter placuit recitare. Sa- nè quidam puer biennis ex inopinato casu in foueam, & præcipio repento, alterius brachiorum grauem incurrerat læsionem, ita quod vestiunculas suas præ tu- more nimio & inflatione non posset aliquatenus in- troire. Cumq; mater ipsius ob hoc esset plurimum perturbata, timens sibi ne de diligentia minori, quām deberet, adhibitā circa puerum, peccati laqueum incur- risset; quodam die cœpit puer quasi diuinitus inspira- tus, tria quæ subsequuntur vocabula, Mater, Vestiri, Ecclesiam, balbutire. Quo auditō, stupore ingentique admiratione repleta mater, puerum in vlnas accepit, ip- sumque ad ecclesiam baiulans B. Bertiliæ præsentauit. Quo ibidem constituto, atque sanitati penitus restitu- to, mater sicut ei acciderat, coram omnibus recitauit: super quo qui adstiterant admirantes, Deum ac S. Ber- tiliam super suis sanctis operibus laudauerunt.

^a 24 Fuit ergo B. Bertiliae translatio celebrata anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo, regnante in Francia Ludouico juniori patris nomine nuncupato: eodemque anno & tempore hæc & ipsa familia non pauca per B. Bertiliam ancillam suam dignatus est operari Deus, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

- ^b Ita in MS. sub novo titulo inchoatur huius miraculi narratio.
- ^c Sic legendum coniecumus MS. habebas artefacta.
- ^d Habent tamen infusum, cum baptizati sunt, fidei lumen, infusum.
- ^e Hic est S. Ludouicus IX. Junior datus, quia patri cognomini nuper successerat, 8. Nov. 1226. annos 12. natu.

^a DIPLOMA ^b LO THARII REGIS,
^b quo Mareolo sua restituit.

^{Bona Ma-}
^{reolensibus}
^{dium data.}

^c N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Diuinâ præordinante gratiâ Francorum Rex Lotharius. Si in Diuinis cultibus Ecclesiam Dei ad summum sanctæ religionis statum sustollere conamur, ab ipso omnium bonorum remuneratore confidimus fore nobis recompensandum. Igitur esse notum volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, quoniam nostræ Dignitatis presentiam dilecta coniux nostra Emma adiens, nobis retulit dolendo, quodam cœnobium à venerabili Fulberto Præsule sub regulari Canonicorum normâ nobiliter secus Atrebatum super Satis fluenta olim cœnaculum fuisse, quod est sicutum in villâ, quæ dicitur Mareolum; nunc verò penitus destructum per violentiam secularium, & nimiam cupiditatem ^d Teudonis Episcopi remotis inde rebus quas prædictus Fulbertus, eiusque successores trahiderunt cœnobio S. Amandi & S. Bertiliae ad opus Fratrum, ob remedium animatum suarum nostrorumque antecessorum. Quocirca prælibata coniux nostram sic reuerenter expetiit munificentiam, ut concessas res præcepti nostri munimine iam dicto monasterio corroborare dignaremur. Nos verò interuentu dilectæ coniugis nostræ Emmæ, fidelisque ^e Dudonis, ob spem Diuinæ remunerationis, pro statu & incolumitate regni nostri, pia petitioni assensum præbuiimus: & iam dictas res Canonicis prælibati monasterij reddi præcipimus; scilicet mansum in Dominicatu quod Fulbertus Episcopus dedit eis in ipsâ villâ Mareolo usque in flumina quibusdam erup-
^e restituit
^f Lotharius
^g Rex

ium Satis: in ipsâ villâ molendinum vnum cum areâ, in qua extat à ^f Berengario Præsule mansum vnum situm coram manso Ecclesiastico: & decimas quatuor molendinorum, quas Præsul ^g Ingrannus eis contulit: simili modo mansa duo in iam dictâ villâ, & fides duas cum terrâ arabilis, ac bonaria viginti quatuor ad opus Fratrum ipsius loci: medietatem etiam caminæ datam ab Andremaro Præposito ipsius loci: vt habeant firmiter, & perpetuò nemine inquietante possideant; ea scilicet ratione, ut cunctis diebus vitæ eorum, pro nobis ac totius regni statu militare fugiter satagant. Et ut hæc nostra corroboratio concessio plenissimum obtineat stabilitatis vigorem, manu propriâ subiectus firmauimus, atque annuli nostri impressione assignari iussimus. Datum Lauduni Clauati anno Domini Internationis CCCCLXXVII.

^a Edidit hoc Diploma Albertus Miranus lib. 1. Diplomat. Belg. cap. 22. ^b Ferreolus Locrinus in Chronico Belgico ad an. 977.
^c Lotharius hic Ludouici Transmarini filius, ex Carolingis penultimus Francorum Rex; patri an. 954. succedit, obiit an. 986.

^d Fuit Fulbertus hic Cameracensis & Arebatensis Episcopus ab an. 934. ad 1. Iulii 956 eius prælator factus Baldricus Episcopus lib. 1. Chronicæ Camerae, commemorat cap. 69. &c. seqq.

^e Narrat Baldricus quæ hic & quanta à persona, oribus Ecclesiastorum bonorum & alius perpeccus, traditique non solum genere illustrem, sed & pietate atque etiam miraculis clarum extitisse, nam istamen simplicem & Teddonem as Teddonem vocat. Obiit Colonia sub annum 976.

^f Ita MS. at Miranus & Locrinus Dridonis.

^g Successor hic Fulberti fuit, sed non virtutum imitator, qui tandem in inselici morte Colonia decessit.

^h Berengario Ingrannus, Baldricus Engrannus, Masso Ingualramus, alijs Enguerannus, & Engramus, Corbeiensis monachus, sufficiens agente S. Brunone Ep. Coloniæ Ottonis Imp. fratre.

^a VERSVS FERETRO S. BERTILÆ INSCRIPTI. ^b

^A Nno millesimo, bis quarto, bis quoque deno
Atque ducenteno, sub b P. Pastore fereno,
Idibus octauis Octobris, odore suavis,
In vas à vase fecit Bertilia phæs.

^a Hi versus in scripti sunt feretra S. Bertiliae, ut & septem illi qui pag. 17. col. 1. excusi, in quorum quinto pro villa cœnum, MS. habet vle cœnum, uti iam antea legendum conieceram, sed sexto prolocutatur, est letatur.

^b Pontio Episcopo Arebatensi, vel Petro Abate Mareolensi, uti supra ex historiâ translationis patet.

ADDENDA AD DIEM XIII. JANVARII,

Quæ serius, excusiam tomo Utroque cum appendice, allata.

DE S. LENOGISILO, SIVE LONEGISILO PRESBYTERO APVD CENOMANOS IN GALLIA.

^{SECULO VII. XIX.} ⁱ D Vdum circa S. Longisili nomen, locumq; habitatio-
nis & atatem hallucinati; ex Vitâ, sérè licet adeptâ, certiora explicamus. In Martyrologiis, Coloniensi ex-
S. Lenogisili natalis, MSS. quamplurimi, consignatur eius natalis XIII. Ianuarij hū verbū: Ipso die S. Longisili Confessoris. MS. Alebernense Longinum vocat. Petrus de Natalibus lib. II. cap. 130. ita scribit: Longisius Confessor; cuius festum agitur Idibus Ianuarij. Galli S. Longis vocant.

² Philippus Ferrarius in generali Catalogo SS. eodem die ita scribit: In territorio Aduensi S. Leogisoli Abbatia Vergiaci. Hunc secutus Sauffius in Supplemento Martyrologij Gallicani, in territorio Aduensi, inquit, S. Leogisoli Abbatia, cuius hodie est clara & sancta recordatio in cœnobio Vergiacensi eiusdem diœcesis. De Vergiaci si-
tu, & monasterio isthic constructo, prolixè actum hoc ipso die,

cum de S. Viuentij translatione. Citat Ferrarius Kalendarium Ecclesiæ Augustodunensis, & monumenta cœnobij Vergiacensis: in quibus non reperit, quid scribit, Vergiaci Abbatem reliquias an-
fuisse; cum seculis aliquot antequam Vergiacense cœnobium con-
strueretur, apud Cenomanos, vico Buxido, sive Busciaco, qui Renato Benedicto Bisi dicitur. Suscipit sumus aliquando, cum hac à Fer-
rario scripta legeremus, aliunde Vergiacum allatas S. Lenogisili reliquias, & Nortmanni fortasse Galliam populantibus:
nam cum S. Viuentij pignoribus, alia quoque multa Sanctorum corpora Vergiacum deportata narrantur in eius Vitâ.

³ Vitam S. Lenogisili consecuti sumus benevolentia reli-
gioſissimi viri Ioannis de S. Martino de venerabili congregazione
Foliensi, descriptam ex archivis Regalis Ecclesia collegiata S. Pe-
tri de Curiâ, Cenomanus. Ex ea constat sub Clotario II. con-
struxisse Cellam, aut monasteriolum, in diœcesi Cenomanensi.

B b b b 2

Vnde

Repone hec
pag. 821.
poli S. Eno-
gatianum Ep.
Aduensem.
& expunge
quæ pag.
810. de S.
Longisili
scripta.

AVCTORE *Vnde consici potest ad Dagoberti Regis, eiusve filij Clodouei II.*
ANONY- *regnum, vitam produxisse, cum S. Hadoindus, quo annuente*
MO, *id monasteriolum cœpit edificare, federit ultimis solum tempora-*
EX MSS. *vibus Clotarij, & ad prima Clodouei eius nepotis tempora per-*
uererit.

alibi men- *4. Mentio fit S. Lenogisili (qui iſthic Longeſilus appelle-*
nos: *latur) in Vita S. Hadoindi in Appendix ad XX. Ianuarij, cap.*
2. nu. 7. his verbis: Benedicti ſiquidem Domini Haduindi
tempore venit quidam vir sanctus, Domino ducen-
te, ſub habitu monastico, nomine Longeſilus, qua-
rendo loca vbi aliquam cellulam ad lucrandas animas
facere poſſet. Audiens autem famam prædicti Haduindi
venit ad eum, deprecans ut vicum ſuum Cenoma-
nicum, nomine Buxidum, ſitum videlicet in pago Ce-
nomanico, in Sagonenſe &c. Que in alia S. Haduindi
Vita, (quam beneficio eiusdem Ioannis à S. Martino, ē MSS.
Eccleſia S. Iuliani Cenomanensis accepimus, sed ſeriū quam ut
inſcri poſſet, aut ex ea prior illuſtrari, excufis iam ſecundi tomii
indicibus, in illi, inquam, Vita, que ex priore illi aliquantū ele-
gantius concinnata eſt, ita efferuntur que de S. Lenogisilo ſu-
prà narrata: Eius quoque Diui Haduindi tempore ve-
nit in Cenomanensem diocesum vir quidam, Longeſilus, religioso indutus habitu, natione Germanus, ſo-
lum natale relinquens, ſuosque parentes, diuites ac no-
biles, ſed gentilem degentes vitam, contempnens; à
Christianis quærens in fide institui, locaque ſecretiora,
vbi aliquam cellulam ad lucrandas Chriſto animas aedi-
ficare poſſet. Qui volitantem vndique Diui Haduindi
cuius ope- famam audiens, illum accessit: quem vnicē deprecat, à
extrudum; *vt illi quemdam vicum Canonicum, cui nomen Buxi-*
dum, ſeu Buciācum donaret, in cellulam ac contem-
plationis locum extruendum. Cuīus petitioni libentif- Exo. 33.
ſimē acquieuit beatus Antiftes, eumque iam Christiana-
nā fide imbutum & conſirmatum, Sacerdotem ordina-
uit, prædictumque vicum cum omnibus ſibi pertinen- Lenogisilius
tibus & adiacentibus contulit; eā rāmen conditione,
ut Cenomanicae mītri Eccleſia ſubiaceret, censumque
illī ſolueret annum, ad lumen ſcilicet ſanctae Ec- etnici pā-
cleſia de cerā libras quatuor, de oleo libras duas, &
duos trientes, & ad opus Epifcopi cambucam vnam, &
pellitiam vnam, & ad opus Canoniconum duo modia
vini, ad caritatē faciendam. Ad conſtruendum autem
illud monaſterium in honorem S. Petri, prædictum Lo-
nogisilum Abbatem multū iuuit B. Haduindus, &
Clotharius Francorum Rex, compluresque nobiles ac
diuites, qui locum illum deuotionis ergō frequenter
adibant.

5. Hac ibi. Verā neque in alterā S. Hadoindi Vita dici-
tur ipse Lenogisilum ſacerdotio initiaſſe, neque in ipsius Le-
nogisili, ſed Epifcopus Aruernensis. Meminit & Renatus Bene-
dictus S. Lenogisili (quem Lourgesilum appellat) in Vita
Gallica S. Hardoi XXX. Augufti, qui eſt Hadoindus. Stre-
nue, inquit, ac ſollicitē ad nouorum monaſteriorum
aedificationem incubuit, quorum vnum, Lourgesilo
monacho Germano gratificaturus, in vico Buciaco con-
ditit.

VITA AVCTORE ANONYMO

Ex MSS. Eccleſia S. Petri de Curia.

PROLOGVS AVCTORIS.

Heb. ii.

Sancti fide *Gregia eſt Doctoris gentium ſententia*
vicerunt *quā dicitur: Sancti per fidem vicerunt*
mundum *regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt*
& uitia. *repremiffiones: fide quippe Dauid ini-*
micitas Saulis etiasit, & ab Iſraēl op-
probrium, occido illo ſpurio, typicus idem manu fortis a-
uertit. Fide grandæuus Abraham, poſt myſticam arietis
immolationē, obediendo Deo exiuit à propriā terrā &
propriā cognitione, & venit in eum qui ſibi parabatur
locum: ibi Chriſto ducente exulatus, cum Dei gratiā
comitante feliciter conuerſatur. Ecce hæc ſunt in qui-



bus Abraham filij ipſius imitari deſiderant, applauden-
tes voci Apoſtolice quā dicitur: Ergo voſ ſemen Abra-
hæ eftis, ſecundū promiſſionem hæredes. Viri ergo Gal. 3. 29.
ſancti, qui quodammodo violentiā non, ſed voluntate
& studio ſanctitatem aſſecuti ſunt, præueniente ſe gra-
tiā Dei, omnibus exterioribus abrenuntiando, nudita-
tem & indigentiam cum paupere Chriſto amplecten-
do, orationibus, vigiliis, ac ieuiuiis iuſtendo, in cor-
pore ſuo de inuiſibili hote triumphant. Relinquunt
propriam tertam, quia corpora ſua ut Chriſtum lucri-
faciant, abnegant: cognitionem quoque poſponunt,
quia carnalia deſideria, que carni cognata ſunt, quo-
niam ex eā procreantur, mentis celſitudinem premunt.
De quorum collegio ſanctam conuerſationem B. Le-
nogisili p̄ oculis habentes, pro viribus tentabimus de-
eius meritis pauca, qua nobis comperta ſunt, audiē-
tum pandere deuotioni. Et ſi ad hoc grauitet non af-
ſurgimus, credimus tamen ad vota eum ſuccurrere, qui
quondam de ſe fabulantibus in viā adſuit, & ipſe erit
nobis qui & auctor p̄miōrum.

C A P V T I.

Longeſili patria, baptiſmus, ſacerdotium.

2 **E**A tempeſtate quando a Clotarius Rex genti-
Francorum principabatur, vir venerabilis Con-
fessor Chriſti Lenogisili in Alammannorum regione
exoritur, parentibus licet quidem pagani, nobilitate
tamen ſanguinis bene idoneus. Sed, quia ſcriptum le-
gimus, dicente Domino ad Moysen: Miserebor, cui
miſeritus ero, & miſericordiam p̄aſtabo, cui miſerebor;
parentibus eius in cæcitate idolorum dīrantibus huic etnici pā-
puerulo tantam gratiam attribuit, vt mox in aetate pue- rentiūs,
rili Deum viuum & verum vbiq̄e regnantem intelli-
geret & adoraret. Fidei denique fundamentum ponetis
animus, ad altiora tendebat, vndam baptiſmatis expe- Deum ag-
tens. Porr̄ genitores eius cum viderent eum idolola- noscit:
triā: triā:
contemnente, tamquām cæli Dominum non cogno-
ſcentes, huius conuerſationem pueri valde spreuerunt.
3 Puer autem non ſolum in vanitate diabolica non
eis fauebat; ſed hæreditatem qua ſibi iure propinqui-
tatis competebat, non adeò curabat, vt ob amorem
eius videretur ab aeternā poſſeffione extorris. Sed cum
diu huiuscemodi parentes ſtimulantur anxietatibus,
tandem infans propositum animi ſui non celauit:
ſed coram Domino ſuo, qui creauit cælum & terram,
mare & omnia quæ in eis ſunt, hæreditatem in cælis ſe
habere monſtrauit. Cumq̄ ſibi datum tempus cre- abit pā-
deret, quid voluntatis ſua poſſet implere dilectionem, triā:
post lacrymas & orationes exit, relinquit natale ſolum,
domum, propriamque cognitionem, adimplens ope- venit Cla-
re, quod pōſt, hæc lectio probaret; Si quis, inquit, ve- rummon-
nit ad me, & non odit patrem, & matrem, aut fratres, Luc. 14.
aut ſorores, adhuc autem & animam ſuam, nou potest
meus eſt discipulus.

4 Præfatus itaque puer totum ſe diſpoſitioni fidei
committens, viam incognitam accipiens, peregrè pro- b
feſtus eſt in Aquitania Prouinciam. Deuenientque
ad ciuitatem Aruernicam, moratus eſt in eā aliquod
tempus abſque fonte baptiſmi. Sed deſiderio ſanctæ ſancta- ſum:
conuerſationis, quo & famosus ille Cornelius ante- ſum:
quām baptiſmi gratiam perciptet, aſtuabat, orationi- Act. 10.
bus, ieuiuiis, ac vigiliis ſeruiens Domino die ac nocte.
Cuius cum deuotionem morumque grauitatem qui-
dam ex oppido illo deprehenderent, ſcirent verò adue-
tiam; ſciscitabantur ab eo vnde, vel quare ad hanc ciui-
tatem diuertifſet. Itque virorum ſollicitatione comper-
tā omnem ſuę peregrinationis ordinem denudans, ait
ad eos: Cognoui quem in cælis adoratis, idcirco pa-
ganis relictis parentibus huc aduectus ſum, querens
quoniam modo ad ſalutem animæ pertingere poſſim.
Auditioque hoc verbo gratias agentes Deo, magnifi- cabant

baptiza-
tur:

fis Sacer-
dos.

cabant gratiam eius, qui omnes vult saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Non multò pôst Catholica fide instructus, & baptismatis vñctione signatus, viviliter se agebat, & vt litteris eruditetur operam dabat. Assequutus autem litterarum scientiam, multò amplius in mandatis Domini diu noctuque exercebat; adeò vt non pauci eius exemplo vanam seculi cogerentur vitam respire, cælestibus vero ardentius inhærente. Fama igitur viri Dei Episcopus eius ciuitatis auditâ, eum populo fauente ad sacerdotalem gradum promovit.

a Hic est Clotarius II. quis an. 584. Chilperico patri quadri-
metris successit, obiit 618.

b Est enim ciuitas Aruernorum in Prouincia Aquitanica pri-
mâ.

c De S. Cornelio Centurione agemus 2. Febru.

C A P V T II.

Reliquie diuinitus obtenta.

a Discedit in
Cenoma-
nos:

b miraculis
clarus,

ibi mora-
tur,

in loco olim
reliquiis
solebris:

Romam
peregrina-
tur:

dento S.
Petri mi-
raculosè
obtento, re-
dit in Gal-
liam:

cellam con-
struit.

5 Vi suscepit officij donum vitâ decorauit & actu, ac zelo domus Domini accensus vita malorum fouere nesciuit. Vnde accidit vt quamplurimos à viâ rectitudinis defluere cernens, & paleam super triticum exuperare, vt ad alia spe saluationis loca secederet conatus est. Veniens autem ad Cenomanicæ diœcesis confinia, in pago *a* Sagamneni hospitabatur in villulâ, quæ *b* Buxiacus dicitur, in quâ erat domus Orationis non parua. Quo dum moraretur, quia non potest non lucere lucerna super candelabrum posita, multitudinem miserorum diuersis infirmitatibus vexatam manuum impositione seruabat. Cognoscentes denique incolæ loci huius viri Dei ad se ingressum, & quia ex Deo est, postulauerunt ab eo vt secum dignaretur morari; ipsi enim sufficientia quarumque rerum præberent solatia. Vir Domini videns amorem eorum erga se, pariterque deuotionem in Christo, votis illorum lafisfecit.

6 Quadam igitur nocte de more suo oratorium ingressus, vt Maturinâ solempnia perageret, pauore subito turbatus est. Quam ob cauſam cognouit olim locum illum publicis conventionibus dicatum, qui diuersis Sanctorum reliquiis fuerit adornatus. Sentiens cultum earum ob negligentiam deperit, conuocans conciues, in quorum prædio commanebat, intimauit desiderij sui esse Romam cauſâ orationis petere, postulans in eo itinere eorum vota se comitari. Progreſsus tandem ad loca beatorum asylorum deuotus orator accessit. Ibi siquidem coram Domino anxietatem cordis sui ingeminans, Sedis illius diutiùs flagitabat Antistitem, vt mereretur exoptatum munus pignorum ab eo accipere. Multo certè labore pro huiuscemodi negotio fatigatus, cùm iam pænè desperaret, ecce pridie quam reuerti decerneret, ipsius noctis medio aſtit ei Angelus Domini, cui & dixit: Lenogisile, quid inter curas æstuas, quidue deiiceris? Accingere igitur & clam accedens ad aram B. Petri, quod inuenieris tecum defer. Continuò à visione surgens exequitur quod sibi fuerat iuſſum, inuenitque dentem Apostolorum Principis altari suo superpositum. Quem assumens, comitem reuersionis suæ habuit, & lætitia multâ refectus ad propria remeauit. Quod vbi compererunt ciues loci huius, redditum scilicet viri Dei, admodum gratulati sunt, & quibus desperationis præbuit metum, reddidit præficiæ gaudium; vt quem sine spe viuendi amiserant, post multam tristitiam meruissent recipere. Tanto denique amore in medio eorum habitabat, vt vnusquisque de facultatibus suis ei ministraret. Hoc verò contubernio fultus, cellulam locauit, quæ vocatur Buxiacus; statuens animo post hæc nullam in partem aliam diuertendum, sed ibi humanarum rerum perfunctiōnem suam præstolari.

Tom. I.

a Is in S. Hadoindi Vitâ Sagonenlis dicitur, vulgâ Sonnois.
b Buxidus in S. Hadoindi Vitâ appellatur, Renato Benedicto MO,
Busi. ANONY-
Ex MSS.

C A P V T III.

Agneſletis pudicitia, miraculo defensa.

7 Ntereâ suppetit res non modica, metitum beati viri commendans. Erat namque virgo quædaun, Agneſletis nomine: quam cùm pater & mater iam nubilem matrimonio locare vellent, præuenta ab eo, qui verus est sponsus, spurcitas carnis calcare se dicens, quandam in filum furtim recessit. Hic cùm secum Agneſletis anxia, quid agat, quâde divertatur, sedulò retinuit, re- *nubere* *cogatur* diit ei in mente memoria Sacerdotis Christi Lenogisili, cuius fama iam ad eam peruenierat. Hunc se votis omnibus desiderare, hunc se innuovere gestiens, dum sic sola æstuat; ecce pastor gregum patris sui aduent: *fugit in fili- uas:* quem illa de arbore, quâ se abdiderat, intuens, vocato eo dixit: Obscero te, sumens laborem festina ad virum Dei, quem ego noui, auditâ famâ eius, in multis induſtria, postulans eum vt non tædeat videre me famulam sibi deuotam. Seruo autem renuente, adiecit illa, *Lenogisili-* & ait: Vade, planè non fraudabo te mercede tuâ, *lum ad ſe* vitulum de gregé patris tibi dabo. Quod vt audiuit, ac- *euocat,* quiescens peruenit ad hominem Dei narravitque omnia quâ gesta sunt. Homo Dei statim surgens ab eo loco, venit ad condicâm sibi stationem Virginis. Exercitatus, inquietus, venio ad te: nunc indica mihi quamobrem me vocasti. Illa verò ordinem rei gestæ exeruit, dicens: A parentibus ad copulam maritalē cogor, sed sponsalia iura animum meum non capiunt. Volo quippe theristris politis, & ornamentis capitis pretiolis renuntiare, sacroque velamine tamquam in viduitate indui. Hæc miles Christi audiens, futuras minas Proce- *sacra velo* rum paruipendens, transduxit eam ad cellulam tuam, *donata,* ac sacro velamine Domino consecravit: quod usque ad finem dierum suorum custodiens, cum Dei homine *apud eum* *degit:* strenuè Domino militauit.

8 Sed quia quæ in lucrum partibus Christi veniunt, diabolus euertere conatur; non defuerunt ei ministri mortis, per quos astutias veteres excitaret. Namque præfatus vir Dei, Virgoque sancta, non magis ore quam & corde casta, cùm pariter Dei cultibus occupantur, homo ille qui sacram Virginem sibi sociari crediderat, *falsò delata-* Principis Clotarij auribus hanc accusationem ingerit, *"* quod videlicet accola quidam, nomine Lenogisilus, artibus magicis sponsam debitam ad se vinxisset. Modò, ait, legitima coniugia violantes inter se inuicem nefandis studiis commiscentur. At Rex verba huiusmodi non ferens, virum cum Virgine ad palatium deduci fe- *ad Regem* cit. Ventum est ad fedem Principis, & contigit vt Rex *euocanturi* causâ venationis abeſſet: (hæc autem hyemis tempore gerebantur) vir ergo Domini multo fatigatus fri- gore, dixit ad ancillam Christi: Accelera, & sicubi po- tes inuestiga ignem, & veniens affer vnde frigus tem- peremus. Direxit illa iter ad clibanum vbi coquebatur panis Regius, & dixit cuiqâ de pistoribus: Da mihi paul- *illa carbones arden-* lulum ignis. Ille quasi alludens, ait: Præbe tu linteolum, *tes fert ve-* quo amicta es, faciam quæ postulas. Mox illâ porrigen- *ſte illas:* te palliolum, pistor sumens de carbonibus quantum si- bi sufficeret iudicauit, misit ante sinum eius in quo illa parauerat: stringensque Virgo Domini utraque manu linteum, gradiens tamquam grana cuiuslibet seminis ferret, ad hominem Dei festina peruenit: propositoque igne pedibus suis Confessor Christi frigoris violentiam caloris fomento vacuauit. Posthæc ancilla Domini co- mitante fide, vt attulerat, ita & reuexit carbones ad lo- cum, vnde eos ceperat, rei huius stuporem mirantibus cunctis qui aderant: vident opus mirabile, nec tam è ardore ignis in aliquo deficientem.

9 Quid multa? Reuertente Rege à venatione, nun-
tiatur

B b b b 3

AVCTORE tatur ei quād inauditam & contra naturam veritatis
ANONY- rem manifestē Dominus fieri voluit, ad testimonium
MOS: eorum, qui in cordis simplicitate gradiebantur. Igitur
Ex MSS. cūm talia Rex compreseret, indagine veritatis patefa-
 etā, qui reatus obtenu tamquād damnandi adducti
Lenogisitus fuerant, innotuit omnium auribus, quia hi sunt qui to-
Regis dona to desiderio terrenas illecebras concilantes, conuer-
 respsit.
ui cellam suam u protegas, positis.
 sationem in cælestibus habent: ad quorum meritum
 insinuandum ignea virtus linteum incombustum ser-
 uauit. Conuerlus Rex, adorans virum Dei ait: Nesciens
 quidem feci quod pateris, aliorum detractionibus au-
 ditum præbens; verumtamen admodum me pœnitit,
 quōd hac suspicione, quæ Deo tuo te protegente euau-
 uit, grauem tibi veniendi ad nos laborem impulsi.
 Accipere ergo dignate nostro munere de facultatibus
 rerum, vt quietudinem vitæ stipendiariis vobis af-
 fluentibus serues. Audiens vir Domini tantam sarcina-
 mā à se reiicit, dicens: Semel renuntiaui seculo, diu-
 tius ... mundi onerari non possum, quia hæc sunt quæ
 ad interitum amantem semper trahunt. Hoc vnum peto,
 vt quia Celsitudo vestra mihi condescendere digna-
 tur, cellula, quam bonorum hominum oblationibus
 contulite habeat defensorem. Rex autem liberate quæ
 sibi sacer fuggerit accepit, atque pro munere vovit
 se in annis singulis argenti libras decem stipendiis eius
 donaturum. Vnde homo Dei quæque loco necessaria
 erant præparauit. Post hæc beneficiis Domini laudes re-
 pendens, reuersus est in locum suum.

C A P V T IV.


Agnesletis & Lenogisili obitus.

10 **I**ntrae accidit, vt filius Clotharii Regis, nomine
Dagobertus, vir Ecclesiastice dignitatis cultor,
 febre correptus lectulo decumberet. Multis medicis
Dagober- super eum anxiantibus, & nihil proficientibus, de vitâ
tus eius eius desperatum est: quippe totius corporis vegetatio-
precibus priuatus, diutino languore vexabatur. Recordatus Rex
fanatur. deuotionem famuli Dei, mittit ei calicem & patenam
 argenti opere factam, vt orationibus suis sibi redderet
 filium suum in columem. Iam penè medium itineris, qui
 hæc ferebat, attigerat, & ecce languidus à febribus mi-
 serabili fatigacione laxatur.

11 His itaque gestis cūm pia salutis nostræ omnipoten-
 tia ancillæ sua laboribus requiem dare voluit, mul-
 to in sanctâ religione temporum cursu transiisse. Ver-
 no vico publico vitæ fecit excessum. Cuius cūm obi-
 tum vir *Dei compreseret*, sine morâ cum apparatu fune-
 ris ad locum venit, corpus eius ad cellulam suam vo-
 lens prouehere, vt ibi venerabiliter sepulturam caperet.

Agnesletis
morina
corpus.
 Cœpto iam itinere, venientes ad villam, cui nomen est
 Mamertium, vt possilitatem sui resumerent, dimisso
 feretro paullulum substiterunt. Inde surgentes vt iter
 suum percurrerent, nequaquam ab eo loco corpus
 amouere potuerunt. Sacerdos Domini contra votum
 suum agi videns, modicum concitato spiritu dixit: Si
 hinc te asportare nequeo, dimittam in viâ istâ insepul-
 tam. Dubius, vt quid hæc acciderint, & qui illâ nocte
 in eodem loco corpus venerandum custodirent, ipse *mobile fa-*
 monasterium repetens, perugil in nocturnis precibus *stum.*
 orabat, vt iuxta votum Deus ei concederet. Manè fa-
 cto iterum viam carpit, & cūm peruenisset ad locum, *post preces*
 sine vllâ dilatione sumpto feretro cum comitibus suis
 regreditur ad monasterium, sepelieruntque eam in ba-
 silicâ, cuius anima occursu beatorum spirituum migra-
 uit ad Christum.

12 Post hæc Deitatis cultor *Lenogisitus* in gratiâ
 Dei solidatus, multo tempore studiis honorum operum
 in stadio vitæ huius perseverauit. Plenus itaque dierum
 & sancto senio confectus languorem incurrit corpori-
 sculi. Iamque deficientibus membris anima benedicta
 adiutori & visitatori suo gratias in labore sedulo refere-
 bat, sicque carnis vinculo absolutus est spiritus eius, & *ipse mori-*
cuius desiderio astuauit in terris, meruit eum feliciter sur.
 videre in cælis; & qui patriæ suæ & cognitioni pro-
 pinchorum renuntiare studuit, vt fidem Christi Domi-
 ni contingere, ab eo nunc excelsus factus, regnum nul-
 lo fine caducum in supernâ Hierusalem per bonam mi-
 litiam consequitus est. Sepultum est autem corpus beati
 viri in basilicâ, quam ipse sumptibus religiosorum
 hominum construxerat in præstatâ cellulâ. Vbi si quis
 de nobis petitor aduenierit, orationibus eius peccato-
 rum optatam percipiet remissionem, per eum qui glo-
 rificat Sanctos suos Dominus noster Iesus Christus;
 cui laus & gratiarum actio, virtus & potestas, in secula
 seculorum. Amen.



INDEX

INDEX HISTORICVS IN VITAS SANCTORVM

XV. PRIORVM DIERVM IANVARII.



